
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36
Gafta

de la compañia de Jhs. de granada. R. 3016 15

THESAVRI

LINGVAE LATINAE

Tomus III.

LVGDVNI.

DOCTORVM QVORVNDAM NOSTRI SEculi scriptorum de lingua Latina sententiæ, quas hîc adiicere visum est, quòd paginæ alioqui vacarent.

EX EPISTOLA ANDREAE NAVGERII ad P. Bembum, secundo Tomo Orationum Ciceronianarum præfixa.

LATINA nos quidem lingua iampridem loqui desitimus: & hæc, qua nunc vtimur recentior multos iam annos tota Italia successit. Sed & ex illa tamen transferri in hanc permulta possunt: neque vllus elegantis orationis ornatus reperiri potest, quam ipsa hæc non recipiat: adhibendas modò Latinis scriptoribus nostri homines sibi aures atque animum existiment. Hinc rerum cognitionem, hinc ea, quæ necessaria ad dicendũ præcepta sunt, hinc verborum ornamenta hauriant: hinc demùm sibi aliquem deligant, cuius similes velint esse. Non est quod desperem, si ad naturæ vim, & frequentem dicendi vsum, hæc etiam accesserint: fore, vt aliquando nostra etiam in ciuitate summus orator audiri possit. Ne Romæ quidem, quæ hac maximè laude floruit, id prius contigit, quam eloquentiæ studiosi Græcorum hominum sibi scripta euoluenda, & quæ ab illis essent tradita, percipienda esse penitus putauerunt. Tum denique ita verbis, ita sententiis, ita omni dicendi copia, omni ornatus genere Romana se oratio locupletauit: vt ipsius etiam harum rerum & inuentricis & perfectricis Græciæ fœlicitati breui tempore se adæquauerit. Idem nunc nobis faciendum est: vt à Græcis illi, sic à Latinis nostri, si esse aliquid volunt, multa transferant necesse est. Cùm omnes antiqui scriptores perlegendi, tum præcipuè Ciceronis scripta, & ex his Orationes maximè semper in manibus habendæ sunt. Nullus neque in iudiciis, neque in consultationibus incidere locus potest, cuius non plurima hinc exempla, tanquam à Thesauro quodam, depromi possint. Sunt quidem & alij qui egregiè scripserint: nec quisquam omnino è veteribus illis est, quem ego non plurimum profuturum arbitrer. Sed vnam fortasse illi aliquam eloquentiæ partem absoluerint: huic vni ita omnes illius opes concessæ sunt, vt eas nostri Oratores si adepti fuerunt, nihil sit, quod sibi preterea desiderandum putent. Ita enim locutus est, vt Ciceronis vox, ipsius vox esse eloquentiæ videatur.

EX EIVSDEM EPISTOLA AD I. SAdoletum, tomo secundo earundem epistolarum etiam præfixa.

EXORTA opinio est & ea per plurimorum iam animos peruaserat, vt nemo satis eruditus, nemo satis vllo doctrinæ genere excultus iudicaretur, qui cognitis & vsitatis verbis vteretur. Hi demum præclarè locuti, hi omni laude, omni admiratione digni præter cæteros putabantur, qui ita aliquid scripserant, vt vix id percipi ab vllo posset. Imperiti quidam, & nullo vsu, nullo ingenio homines, cùm ea plerúnque plurimi fieri vulgi iudicio fieri viderent, quæ ab omnibus ignorarentur, nec sibi aliud ad commendationem hominum patefieri iter animaduerterent: eò se posse per tenebras peruenire arbitrati sunt, quò pauci luce potuissent. Quòd cum primò illis in maxima linguæ Latinæ, atque omnium bonarum artium inscitia recte cessisset, tum non pauci eos secuti, eò tandem rem adduxerant, vt breui tempore veterem illam dicendi gloriam hac caligine obrui, atque aboleri penitus necesse esset. Nullas hi non vetustatis latebras perscrutabantur: huic verba vel ipsi etiam Romulo, & priscis illis Latinis iam tum obsoleta, & desita proferebant. Quin, vt obscuriora ea essent quæ dicerent, Græca etiam sæpe pleráque, sæpe barbara congerebant: digni qui ea naturæ munere, quo tam malè abutebãtur omnino carerẽt. Cùm enim ob id nobis sermo datus sit, vt hoc ea, quæ animo occultantur depromi possint: quid fieri alienius potest, quàm ita quenquã loqui, vt nihilo magis intelligatur, quàm si omnino nihil loqueretur? Nulla vnquam res magis omnem euertere eloquentiam potuit, quippe & labefactatæ iam ac propè dirutæ inciderat: & sublata verborũ eloquentia ipsum etiam illius solum ac fundamenta euertebantur. Quid, quod insolentibus & sordidis illis verbis hæ sententiæ suberant, vt rectè hoc saltem fecisse videri queant, quòd tam abiectas res, tam sedulè, tantis verborum tenebris occultarint? Sed bene id profectò cecidit, quòd non melior huic quàm cæteris rebus conditio data est, &c.

EX ORATIONE MARCI ANTONII SABELICI de præstantia linguæ Latinæ.

QVAE sint nostratium literarum vires, quantum omni studiorum genere polleant, cognoscite: proferet inde Græcia aciem explicatura, rorarios, accensos & ferentarios, per quos pugnam ineat: erunt hi Aristarchus, Crates, Eustathius, Appollonius, Herodianus, Iulius Pollux, & alia illustriũ grammaticorum nomina (nam flores hominum non fœcem legimus) quibus non verebor apponere Donatum, Seruium, Apronianum, Lactantium, Priscianum: aut si vetustiora delectant nomina, Palæmonem, Caprum, Diomedem, Phocam, Melissum, Probum, & alios quàm plurimos, qui si in ordinem redigantur, non solum manipulos, sed centurias propemodum explebunt. nec vereor ne multi sint paucis terga daturi: aliarum gentium est fugam meditari: Romanorum, aut in vestigio cadere, aut hostem profligare. Quid poetæ? stabit ne Mæonides ille, velut Hercules in olympico agone, cum quo nemo audeat congredi? An potius hinc Maro fortiter sese illi obiiciet, manum conserturus? qui, & si paruus corpore tanquam alter Tydeus, inuictus pugnam ciebit. Maior ille ingenio, hic diligentia: ille copia, hic venustate: plus ille carnis habet, hic plus neruorum. Succenturiatur illi Antimachi grauitas, Hesiodi copia, Theocriti proprietas, Appollonij diligẽtia, Pisandri ferocia: Huic nostro Macri elegantia, Silij maiestas, Papinij robur, Lucani Vigor, Flacci indoles, Ouidij copia & vrbanitas. Mouebit inde barbiton Pindarus, mouebit hinc Flaccus Horatius: inde Lyram Alcæus, hinc Valerius Catullus. Ornauit Pindarum Alexander, cuius defuncti ædibus pepercit: Ornauit Flac cum Augustus, qui ex paupere diuitem

fecit,ex obſcuro nobilem, qui in amicorum numerum recepit. Audax Alcæus qui tyrannos inſectatur:audacior Catullus qui C.Cæſarem à quo tyranni & reges victi ſunt, armatum carmine proſcidit. Stant inde in cothurno Æſchylus,Sophocles & Euripides:ſtant hinc Pacuuius, Accius & Seneca.Celebrant inde Elegi Callimachum & Philotam:hinc Tibullum, Propertium & Naſonem.Vindicat ſibi Græcia veterem comœdiam, iactátque in ea Ariſtophanem, Cratinum & Eupolim:vendicat ſibi Latium recétem ſatyram,probátque in ea Lucilium,Perſium & Iuuenalem miratur.Geſtiunt in ſocco Menander & Philemon : geſtiunt hinc multo plures, Cæcilius, Plautus, Næuius, Attilius, Terentius,& Turpilius. Mirantur Graij in hiſtoria Cadmum,Mileſium, Ephorum, Theopompum, Eratoſthenem, Thucydidem,Herodotum,Polybium, Clitarchum, Dionyſium & Appianum:mirantur Latini Portium Catonem, Feneſtellam, Liuium, Saluſtium,Trogum, Valerium, Tranquillum, Tacitum, & C. Plinium, qui vniuerſæ Græcorum phalangi, cùm elegantia,tum copia tutò opponi poſsit.Stupuerunt Athenæ in Demoſthene eloquium,in Aeſchine,Hyperide,Demade,& Pericle qui coruſcare & fulmina ciere dictus eſt: at Roma in M.Tul.non ſolum ſtupuit,ſed eloquétiam ipſam,non hominem ſe audire putauit:ſtupuit in Gracchis,in Catone,Hortenſio,Meſſala,Pollione. Cælio, C.Cæſare,qui non coruſcare & tonitrua ciere dictus eſt, (id enim non hominum eſt,ſed ſuperûm)at certè eo ardore dixiſſe fertur quo bellauit. Clari apud illos rhetoricæ artis ſcriptores Gorgias Leontinus, Iſocrates, Thraſymachus, Theodectes, Athenæus, Ariſtoteles, Theophraſtus, Theodorus Byzantius & Appollodorus:clari apud Romanos Portius Cato, Antonius, Cicero, Celſus, Lenax, Virginius, Cornificius, Stratinius,& qui cum quolibet Græcorum diligentia & facundia conferri poſsit, Fabius Quintilianus.Illuſtrarunt inde mathematicæ artes Architam Tarentinum, Archimedem Syracuſanum, Euclidem, Ptolemæum:illuſtrarunt hinc Nigidium, Varronem, Boetium & Campanum. Inſignes illinc aſtrorum cultu Aratus, Eudoxus,& Empedocles: neque hinc ignobiles Sulpitius Gallus,Manilius & Lucretius.&c.

Labarus,

L

Labarus,vel Labarum,pen.corr vexillũ eſt quod ante Imperatores ferri, & à militibus adorari moris fuit. Erat autem auro & pretioſis lapidibus opertum : vt Socrates epiſcopus ſcribit in tripartita hiſtoria lib. 1. cap. 5. Hæc ex Alciato. De labaro ſic ait Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.7. cap.37, Iuſſerat autem Conſtantinus magnus crucis ſignum præferri, quod à Romanis antea labarum dicebatur, ſignis militaribus alijs longè præſtantius,quòd id à militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob cauſam etiam Conſtantinum puto,celeberrimum Romani imperij vexillum in Chriſti ſignum mutaſſe, vt frequenti eius ſpectaculo & cultu ſubditi in deſuetudinem priſtinæ ſuperſtitionis venirent, cùmq; ſolum deum eſſe arbitrarentur,quem Imperator & duces eius colemes, propugnatore aduerſus hoſtes vterentur. Haec & plura Nicephorus. Tertullianus in Apologetico,Sypara, inquit,illa vexillorũ & labarorũ ſtolæ crucium ſunt.
Laudo diligentiam : noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare.
Prudentius lib.primo contra Symmachum,
Hoc ſigno inuictus tranſmiſſis Alpibus vltro
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus,
Quum te peſtifera premeret Maxentius aula. Et paulo pòſt,
Teſtis Chriſticolæ ducis aduentantis ad Vrbem
Miluius,exceptum Tyberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans,quanam victricia viderit arma
Maieſtate regi,quod ſignum dextera vindex
Prætulerit,quali radiarint ſtemmate pila.
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum:clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat:ardebat ſummis crux addita criſtis.

Labaſco. Vide LABO, labas.

LABDACVS, pen.corr. {Λάβδακος} rex Thebanus,vltimus Agenoris filius, Laium genuit Thebarum regem, OEdipi patrem ex Iocaſta Creontis Thebani filia.

Labdacidæ trues {Λαϊάδαι} Stat.10.Thebaid.

Labecula,Labefacio, Vide LABES.

Labellum,Vide LABRVM.

LABEO Antiſtius {Λάβεων ἀντίστιος} (inquit Gellius) iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſpondit:cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit,& in Grammaticam ſeſe atque Dialecticam, literaſque antiquiores,altioreſque penetrauerat: Latinarumque vocum origines, rationeſq; percallnerat : eáque præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vtebatur. Hactenus Gellius lib.13. cap.10. De quo rurſum cap.12,eiuſdem libri.

Infanior Labeone.Horat.1.Serm.ſatyra 3.

Labeo, Vide LABIVM.

LABERIVS {Λάβειρος} poeta mimographus,Eques Romanus,cuius meminit Macrob.Saturnal.lib.2.& Gellius lib.11.cap.9. Horat.in Serm.

Et Laberi mimos vt pulchra poemata mirer.

Labes, labis.fœm.gen. {λύμη} A lapſu dicitur, Violenta quędam vel aquæ illuuies, vel tempeſtatis, grandiſve ruina, aut quum terra in altiſsimum hiatum vel barathrum aperitur. Cic.1.de Diuinat.Vt multa oppida corruerint,multis locis labes factę ſint, terræque deſederint. Vlpianus Locati & conducti,l.Ex conducto: Sed etſi labes facta ſit,omnémque fructum tulerit,damnum coloni non eſſe.

Labi, Ablatiuus.Vſus eſt Lucretius lib.5,

Nec nonitate cibi,nec labi corporis vlla.

¶Labes {σπίλος,κηλὶς} inquit Feſtus, macula in veſtimento dicitur : & deinde metaphoricè transfertur in homines vituperatione dignos. Cic pro Corn.Balbo,11,Eſt enim huius ſeculi labes quędam & macula virtuti inuidere, velle ipſum florem dignitatis infringere.

Plaut.Perſa,12, Impure,inhoneſte,iniure,illex,labes populi.

Adulterij labe carere.Ouid in fragmento.

Labes conſcientiæ. Cic.3.Offic.Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera?

Labes innocentiæ & ruina . Cic.pro L. Flacco , An innocentiæ labem aliquam,aut ruinam fore putatis?

Prima mali labes,Virg.2.Æneid.

Pudoris labem eluere, Hoc eſt,Abſtergere maculam pudoris violati. Senec. Hipp.8.

Labes Reipublicæ , Ruina & occaſus. Cic.pro Domo ſua , Nam ſi illa labes ac flamma Reip. Idē 2.Verr.Labes ac pernicies prouinciæ.

Aſpergere labe. Cic.in Vatin.

Dare labem putréſque ruinas . Lucret.lib.2,

Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem,putréſq; ruinas. Hoc eſt,Labentur,& fœdiſſimè corruent.

Inferre labem. Cic pro Cælio, Ne probrum caſtis , labes integris, infamia bonis inferatur.

Candor ab inſolita labe notandus erat.Ouid.epiſt.4.

Labecula, labeculæ , pen.corr.fœm.gen. {σπιλίδιον} Diminutiuũ.Cicero in Vatinium, Sed quum T. Annium tantopere laudes , & clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas,&c.

Laboſus,Adiectiuum,Vetereș à labe dixerunt. Lucilius,Præterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum. Turnebus.

Labefacio , labefacis , pen.corr.labefeci , pen prod.labefactum {σφάλλω, λυμαίνομαι , μετακινέω} labefacere, Rumpere,deſtruere. Terent.Adelph.2.2, -omnes dentes labefecit mihi:

Præterea colaphis tuber eſt totum caput.

Labefacere aliquem , Deterrere. Cic.pro Sextio , Quem nulla vnquam vis,nullæ minæ,nulla inuidia labefecit. Budæus.

In omnem partem labefacere aliquid. Ouid.3.Metam.

Labefacere fidem ſuam.Suet.

Labefacere,Enervare,frangere,debilitare,reſoluere.Lucret.lib.4, Membra voluptatis dum vi labefacta liqueſcant. Budæus.

Labefactus , Participium {μετακινηθείς} vt Labefacta cadebat religio. Claud.1 in Ruffinum.

Animum labefactus amore.Virg.4. Æneid.

Robora labefacta.Ouid.12.Metam.

Labefactio, Verbale {μετακίνησις.} Plin.lib.23.cap.1,Tuſſim veterem inhibet,& gutturis reumatiſmos, orthopnœam , dentium labefactionem.

Labefacto , labefactas {σφάλλω , σαλεύω} labefactare , Frequentatiuum, Idem ſignificans quod Labefacere : nempe Polluere & contaminare. Colum.lib.2. Cic.de Senect.Quòd ſi legere & audire velitis externa,maximas Reſp.ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas & reſtitutas reperietis. Hîc reſtituere oppoſuit verbo labefacto. Labefactatas,Id eſt,euerſas.

Labefactare & peruertere.Cic.3.de Fin.

Labefactare ſignum.Cic.6.Verr. Poſtea conuulſis repagulis,effractiſque valuis,demoliri ſignum,ac vectibus labefactare conantur.

Labefactare atque oppugnare commoda alicuius.Cic.5. Verr.

Labefactare aratores ,& penitus euertere. Cic.5.Verr.Labefactarat vehementer aratores iam ſuperior annus : proximus verò funditus euerterat.

Labefactare fidem ſuam aut alterius pretio : Hoc eſt, corrumpere & violare.Liu.4 bel.Pun. Et Cic.pro Cluent.

Labefactare opinionem.Cic.pro Cluent.

Labefactare & euertere Rempub.Cic.1.de Fin.

Labefactare vitas hominum.Cic.1.de Inuent.

¶Labefactare aliquem, pro Commouere, & à propoſito auertere. Terent.Eunucho,3,

Ita me video ab ea aſtutè labefactarier. Cic.de Amicit.Quòd ſiquidem longius in amicitia prouecti eſſent,tamen ſæpe labefactari , ſi in honoris contentionem incidiſſent.

Animam labefactare.Lucret.lib.6.

Labefactare aliquem atque infirmare. Cic.2. Verr. Nunquam ille me opprimet conſilio , nunquam vllo artificio peruerteț , nunquam ingenio me ſuo labefactare atque infirmare conabitur.

LABIENVS, pen.prod. {Λαβιηνός} Cæſaris in Gallia legatus , qui magnas ſub eo res geſſerat:demum bello Ciuili tranſfugit ad Pompeiũ, cui Cæſar bona quæ habebat in poteſtate,remiſit. Lucan.lib.5,

-dux fortis in armis

Cæſareis Labienus erat,nunc tranſfuga vilis.

¶Labienus hiſtoricus,cuius ſcripta abolita fuere. Tráquillus in Caligula,cap.15.

Labilis,Vide LABOR, priore producta.

Labium, labij, quod ſæpius plur.num.dicitur,Labia,labiorũ {χείλος} Extremitates oris hominis. Terent. Eunuch.2.3, Labiis demiſſis.

Trementia labia.Silius lib.8.

¶Labia,labiæ,fœminino probat Nonius ex Plauto,Stich.14, Age tibicen,quando bibiſti, refer ad labias tibias. Et ex Nœuio Maelio, Exule verberatio populus homini , labias pugnis cædere. Gellius, Labiam ſenſim primores emouemus.

Labioſus,Adiectiuum,Labiis prominentibus. Lucret.lib.4,

Simula , σιλλὴν ac ſatyr'eſt: labioſa φίληρα. Id eſt, quæ labris eſt prominentibus.ea dicitur oſculum , ſeu os ad oſcula factum & compoſitum. Nam & ſuauius viros oſculantur labioſæ puellæ , quàm quæ ſunt breuibus labris:& labioſas oſculari vitis dulciſsimũ eſt. Lambinus in Lucretium.

Labeo labeonis {χείλων} Cui magna ſunt labia. Plinius libro 11. capite 37 , Labra à quibus bronci, labeones dicti, & os probum duriſúve, animal generantibus.

Labo,labas, priore corr. {σφάλλομαι , ὑποφέρομαι} labâre , Ruere, & repentè cadere, inquit Valla lib.5. Tranſlatio ſumpta ab arbore , quæ multis ferri ictibus ſuccisa, tandem incipit caſum ruinámque minari. Virg.2.Æneidos,

-labat ariete crebro Ianua. Cic.6. Verr. Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte.

Ædes labantes reficere.Horat.3.Carm.ode 6.

Curſus labat mihi incerto limite.Stat.5 Sylu.

Dentes labant.Celſus lib.7.cap.12.

Genua labant.Virg.12.Æneid.

Naues labant.Ouid.2.Metamorph.

Dubij ſtántque labántque pedes. Ouid.6.Faſt.

¶Labare ſermone, per tranſlationem, pro Inconſtanter & timidè loqui. Plin.lib.14.cap.22.

¶Labant animi : hoc eſt deficiunt.Liu.6.bel.Maced.

Animum labantem impulit.Virg.4.Æneid.

Labat conſilium meum quod fixum erat. Cic.ad Att.lib.8 , Et ſimul citò labare meum conſilium illud quod iam ſatis fixum videbatur : non mihi ſatis idonei ſunt auctores ij, qui à te probantur.

Corda vulgi labantia variant. Virg.12.Æneid.

Fortuna dubia reges inter incertos labat.Senec.Thyeſt.1.

Memoria labat.Liu.5.ab Vrbe.

Mens labat, Celſus lib.2.cap.7, Quibus cauſa doloris, neque ſenſus eius eſt,his mens labat.

In dubio pectora noſtra labant.Ouid.4.epiſt.16.

Spes labat miſto metu.Ouid.4.Triſt.eleg 3.

Vita labat,Id eſt non recta eſt & integra.Ouid.ad Piſonem.

Labare, & mutare ſententiã.Cic.1. Tuſc.Mouemur enim ſæpe ali-

quo acutè concluſo: labamus, mutamúſque ſententiam.

Labaſco, labaſcis {σφάλλομαι, ὑποφέρομαι} labáſcere, Inchoatiuum verbũ, inquit Donatus, Ruinam minari, & ruinæ proclíuem eſſe. Terent. Eunuch.1.2, -ſi iſtuc crederem
Syncerè dici, quidnis poſſem perpeti.

p. Labaſcit victus vno verbo, quàm cito! Hoc eſt, ſuis blandis verbis perpellit ea illum vt aſſentiatur. Idem Adelph.2.2,
Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet?

s. Labaſcit. Vbi Donatus, Hoc preſſè dicitur. Et proprié dicit labaſcit, vt & ſuam inſtantiam, & cunctationem tardè incipientis conſentire monſtrarer. Et eſt metaphora ab arbore fracta: quæ multis ſuccisa ictibus, ferri tandem incipit in caſum ponderis, ruinámque minitari.

Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit. Lucret. lib 4.

Labaſcor, Deponens, pro primitiuo. Varro Rerum diuinarum libro 7, Poſtquam vidit miſericordia labaſci mentẽ infirmã populi. Nonius.

Labans, labantis {σφαλλόμενος ἀπὸ ἕξεως, ὑποφερόμενος} Participium. Liu.6. bel. Pun. Suſtinuiſſe labantem fortunam Populi Romani.

Acies labans. Tacit.lib.19, Suſtinuit labantem aciem Antonius acciris prætorianis.

Oculi labantes languore. Catull.de Berecynthia.

Labor, priore prod. laberis, pen. corr. lapſus ſum {σφάλλομαι, ὀλισθάνω, ἀναπίπτω} labi, Leniter & ſenſim decidere, ruere, deſicere, mori, falli. Cic.de Amicitia, De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari: ſerpit enim deinde res: quæ proclíuius ad perniciem, quam ſemel cœpit, labitur.

Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico imprimẽtes veſtigia, ad terram ferũtur: non eum ruina, ſed lentius, inquit Valla, & cum aliqua mora.

Anguis labitur, piſces in aqua, muræna, & quicquid motu lubrico eſt, labitur.

Pennis labi. Virg.4.Æneid.

Per æquora labi rate. Ouid.epiſt.10.

¶ Occulte labitur ætas. Ouid.1.Amor.eleg.10.

Frigus per vugues labitur. Ouid.2.Metamorph.

Gutta labitur ex oculis. Ouid.1.Triſt.eleg.3.

Humor in genas furtim labitur. Horat.1.Carm.ode.13.

Lachrymæ labuntur. Ouid.2.Metam.

Somnus labitur in artus. Ouid.11.Metam.

Tempora labuntur. Ouid.15.Metam.

¶Labitur is qui ad egeſtatem vergit iactura & infortunio. Cicero pro Rabirio, Equitem Romanum veterem amicum ſuum non libidine, non turpibus impenſis, ſed experientia patrimonij amplificanduna. Budæus.

¶Labi, Errare, falli, peccare. Cic.1. de Finib. Epicurus autẽ in quibus ſequitur Democritum, non ferè labitur.

Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem. Cicero 1.de Legibus.

Per tranſlationem dictum, pro Longius à propoſito recedebam.

Labi in adulationem. Tacit.lib.4.

In gaudia labi. Valer.6.Argon.

Labi imprudentia. Cicer. pro Rabirio, In his rebus omnibus imprudentia láberis.

Labi in imprudentiam. Varr.3.de Re ruſt.cap.2, Quoniã ego ignoro, inquit, quid ſit villa, velim me doceas, ne labar in imprudentiam. Alia exemplaria habent ne labar imprudentia.

Errore labi. Modeſtinus in l.Si alij. D.De bono poſſeſſion.tab.

Labi mẽte, pro Delirare. Celſ.de ſignis percuſſæ vulueꝰ, lib.5 cap.26.

Labuntur ad mollitiem mores. Cic.2.de Leg. Quarum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus. De Græciæ ciuitatibus loquitur.

Labi in officio. Cic.2.Tuſcul. Sic philoſophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior eſt, quòd in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur.

Labi ad opinionem aliquam. Cicero 4.Acad. Vos autem mihi veremini ne labar ad opinionem, & aliquid aſciſcam, & comprobem incognitum, quod minimè vultis.

Labi in proclíue. Cic.4.Tuſculan. Quod quum ipſum per ſe odioſum eſt, tum eo moleſtius, quia ſunt in lubrico: inciitáque ſemel in proclíue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. De vitiis loquitur.

Labi verbo. Vide VERBVM.

In vitium labier. Horat.2.epiſt.1.

Labens, Participium {ὀλισθαίνων, πτῶσιν ἔχων,} Liu.2.ab Vrbe, Labentibus ſuper corpus armis.

Anni labentes. Virg.2.Æneid.

Anni labentes tacito paſſu. Ouid.4.Triſt.eleg.9.

Caput labens leuat. Lucan.lib 3.

Die labente quærit conuiuia. Virg.4.Æneid.

Labente deinde paulatim diſciplina, velut diſſidentes primo mores ſequatur animo. Liu.1.ab Vrbe, in Præfat.

Miſerere domus labentis. Virg.4.Æneid.

Flumina labentia ſub terras. Virg.4.Georg.

Ocellos labentes premit ſomnus. Propert.lib.1.eleg.10.

Sidera tacito labentia cælo. Virg.3.Æneid.

Lapſus, Participium {ὀλισθαίνων, σφαλλόμενος, πεσών,} Cic.pro Leg.Manil. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de cælo lapſum intuentur.

Per funem demiſſum lapſi. Virg.2.Æneid.

Pede lapſus. Horat.2.Serm ſaty.8.

Lapſus ſpe, pro Fruſtratus. Cæſar 5.bel.Gallici.

Lapſus in verbo. Ouid.2.Amor.eleg.8.

A vera ratione lapſus. Lucret.lib.2.

Lapſus per vinum. Arrianus in l. Omne delictum. §. Per vinum. D.De re mili.

¶Lapſus animi. Plaut.Ciſtel.5.

Lapſus facultatibus dicitur, qui ad inopiã decidit. Vlpian. in l.1. D.de Magiſtrat. conuent. Quòd ſi ſatis exegit, & idoneum exegit, quanuis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores, vel fide-iuſſores: quod ei qui non dedit imputetur.

Succurrere lapſis, res eſt regia. Ouid.2 de Ponto, eleg.9.

¶Ales lapſa plaga ætheria. Virg.1.Æneid.

Lapſa conſuetudo. Cic.2.Offic. In quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via.

Caſſius lapſis paucis pòſt diebus conſequebatur. Id eſt, elapſis & præteritis. Cic.10.Phil.

Fides lapſa ſolo tempore. Ouid.epiſt.2.

Res lapſæ. Virg.4 Georg.

Lapſæ ruinæ. Valer.lib 4.Argon.

Sidera lapſa ſub terras, & Sidera orta, contraria. Ouid.1.Faſt.

Tempora lapſa. Vlp. in l.Furti. in princip. D. De iis qui not. infam. Si omnia tempora prouocationis lapſa ſunt.

Lapſurus, penult. prod. {ὀλισθαίνων, σφαλλόμενος} Aliud participium: vt Domus lapſura. Ouid in Ibin.

Silex tamiam lapſura. Virg.6.Æneid.

Lapſus, huius lapſus, maſc.gen. {ὀλισθηκότι, πτῶσιν ἐμποιοῦντι} Ruina, caſus, præcipitium. Cic.de Senect. de vinea loquens, Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum.

Lapſus ſcalarum. Plin.lib.7.cap.37.

Lapſus fidei. Plin.lib.5.cap.1.

Lapſus ſerpentum, Serpentum progreſſus dicitur. Virg.2.Æneid.

Lapſus fluminum. Horat.1.Carm.ode.12.

Pronus lapſus fluminum. Claud.1.in Ruffin.

Placidus lapſus. Ouid.6.Faſt.de Nymphis natantibus.

Lapſus auiũ, vt Horrifico lapſu adſunt Harpyiæ. Virg.3.Æneid.

Rotarum lapſus. Virgil.2.Æneidos,
-pedibúſque rotarum Subiiciunt lapſus. Hoc eſt rotas quibus facilius labatur ingens ille equus ligneus.

Graues nimio ſub pondere lapſus. Lucan.lib.1.

Ancipites rerum lapſus. Claud.1.Paneg.

Immunis lapſus, Vide IMMVNDVS.

Miſerandus lapſus. Silius lib.4.

Lapſio, Verbale {ὀλισθαίνουσα πτῶσις, σφάλμα.} Cic.4.Tuſcul. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem, in neutris habeat ſuperius nomen.

Labilis, pen. corr. Adiectiuũ, Quod facilè labi poteſt. Arnob.lib 3 aduerſus gẽtes, Quicquid enim tale eſt, mortale eſſe arbitramur, & labile.

Lapſo, lapſas, lapſare {ὀλισθαίνω, σφάλλομαι πολλάκις} Frequentatiuum. Virg. 2.Æneidos, -hæc dicens altaria ad ipſa trementem
Traxit: & in multo lapſantem ſanguine nati. De Priamo.

Lapſantem geſſum firmare Stilus lib.3.

Labor, priore corr. laboris, maſc.gen. {πόνος, κόπος, ἀσχολία πολλή} Opera, defatigatio. Valla, Labo primam breuem habet, Labor primam longam. Hinc labor, laboris: & laboro, laboras, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an ab vtroque potius, liberum opinaturis relinquo. Hactenus Valla lib.5. Cicer.2.Tuſcul. Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis grauioris operis & muneris. Virg.2.Æneidos, -nec me labor iſte grauabit.

Sine labore. Cic.de Senect. Otioſam ætatem & quietam ſine vllo labore aut contentione traducere?

Impiger ad labores belli. Cic.pro Fonteio.

Auxilium laborum. Virg.3.Æneid.

Fructus laboris. Quintil.lib.2.cap.7.

Mollis, & impatiens laboris. Ouid.3.Triſt.eleg.2.

Imprudens laborum. Virg.2.Georg.

Liber laborum. Horat.de Arte.

Monimenta laboris. Ouid.3.de Ponto, eleg.5.

Patiens laborum. Vide PATIOR.

Patiens laboris natura. Quintil.lib.1.cap.12.

Pretium non vile laboris. Ouid.epiſt.17.

Remiſſio laborum non inutilis. Quintil.lib 3.cap.8.

Socius & conſors laboris, Vide CONSORS.

In tenui labor. Virgil.4.Georg.

Tædium laboris. Quintil.lib.2.cap.2.

Animi capitiſque labor. Horat.1.epiſt.1.

Anni labor. Virg.2.Georg.

Lunæ labores. Virg.2.Georg. Hoc eſt defectus.

Operum labor. Virg.1.Æneid.

Solis labores. Virg.1.Æneid.

¶Acrior labor. Silius lib.3.

Additus labor frumentis. Virg.1.Georg.

Armiferi labores. Stat.1.Sylu.

Aſſiduus labor. Stat.4.Sylu.

Auſterus labor. Horat.1.Serm.ſaty.2.

Blandus labor, Vide BLANDVS.

Breuis & expeditus labor. Plin.iunior lib.3.epiſt.9.

Caſſus labor, Vide CASSVS.

Caſtrenſis labor, Vide Caſtrenſis, in CASTRVM.

Catenati labores, Vide Catenatus in CATENA.

Continui labores, Vide Continuus, in CONTINEO.

Difficilis labor. Ouid.2.de Arte.

Dulcis erat mercede labor. Ouid.6.Faſt.

Duri labores. Valer.lib.5.Argon. Virg.4.Georg.

Edomiti, exudatíque labores. Silius lib.3.

Extremus labor. Virg.10.eclog.

Facilis labor alterius. Virg.1.Georg.

Felix labor. Valer.lib.4.Argon.

Illiberalis labor, Vide ILLIBERALIS.

Immenſus labor. Ouid.1.Metam.

Imperatorius labor, Vide IMPERO.

Indignus labor. Iuuenal. Saty.7.

Ineptus labor, Vide INEPTVS.

Infinitus labor. Cic.in Orat. Nã eſſet cũ infinitus, tũ puerilis labor.

Ingratus labor. Virg.3.Georg.

Inſanus labor. Virg.2.Æneid.

Intendens labor & vigiles curæ. Stat.1.Sylu.

Leuis labor, Vide LEVIS.

Militaris labor. Quintil.lib.2.cap.13.

Multo ſudore & labore ferre aliquid. Cic.pro Font.

Paruus labor. Tibul.lib.4.ad Meſſalam.

Labor pertigil. Valer.lib.5.Argon.

Poſitus labor. Silius lib.7.

Præcipuus labor. Virg.3.Georg.

Prædurus labor. Valer.1.Argon.

Quotidiani laboris cõtinuatione quaſſatus. Firmicus lib.6.cap.31.

Sudarus labor. Silius lib.3.

Labor ſudatus in Æmo. Stat.5.Theb.

Suetus labor. Silius lib.16.

Superuacuus labor. Quint.lib.1.cap.8.

Vigilati labores. Ouid.2.Triſt.

¶Acceſſit mihi ad reliquos labores, Vide ACCEDO.

Addere labori, Vide ADDO.

Addere laborem, Vide ADDO.

Adire multos labores. Virg.1.Æneid. Vide ADEO.

Affecta labore, ac vigiliis corpora. Liu.lib.6.Decad.

Afferre laborem, Vide AFFERO.

Labor agi in orbem dicitur. Virg.2.Georg. Vide ORBIS.

Aſpirat primo fortuna laboti. Virg.2.Æn. Vide ASPIRO.

Augere labores. Lucret.lib.2.

Magnus labor incaſſum cecidit. Lucret.lib.2.

Solis labores cancre. Quintil.lib.1.cap.10.

Capere laborem. Cic. pro Roſcio Comœdo, Non fuit cauſa cur tantum laborem caperes, & ad me venires. Vide CAPIO.

Capere laborem nullum. Lucret.lib.5.

Malis carere laboribus. Horat.Epod.16.

Compenſare labores. Cic. Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur.

Conficere vitę ſuæ curſum in labore corporis, atque in animi contentione. Cic.pro Cælio.

Conſumere plus operæ ac laboris in aliqua re. Cic.1.de Orat.

Inceptum decurre laborem. Virg.2.Georg.

Defatigare aliquem aſſiduo labore, Vide DEFATIGO.

Defeſſi membra labore. Catull.ad Licinium, epig.47.

Laborem delegare. Cæſius 8.Fam.

Laborem detrahere. Cic.Fam.3.

Dilata pars laborum. Ouid.3.Metam.

Finem dare laborum. Virg.1.Æneid.

Patiar quęuuis durare laborem. Virg.8.Æneid.

Effuſus labor omnis, Id eſt functus & fruſtratus. Virg. 4. Georg. Seruius.

Eſſe in labore, Laborare. Plin.lib.11.cap.17.

Pars eſt exacta laboris. Ouid.1.Faſt.

Exantlatus ab Hercule labor: Hoc eſt abſolutus. Cic. 4.Acad.

Excipere magnos labores. Cic.de Claris Orat.

Exercere ſe in laboribus. Cic. pro Archia, Quid eſt quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus?

Labor exercet apes. Virg.1.Æneid.

Exhauſtus labor. Quintil.lib.4.cap.5. Vide EXHAVRIO.

Pars eſt exhauſta laboris. Ouid.1.de Arte.

Experiri laborem. Virg.4.Georg.

Exudati labores. Silius lib.3.

Nullo labore aliquid facere. Cic.4. Verr. Quod cuique negotij conſtari volebat, nullo labore faciebat.

Finem facere laboris. Lucret.lib.3.

Auſterum ſtudio fallente laborem. Horat.2.Serm.ſaty.2.

Ferre laborem. Cic.Anteq.iret in exilium.

Gemini laboris onus ferre. Ouid.epiſt.18.

Præmia laborum ferre. Horat.2.Serm.ſaty.1.

Finire labores. Horat.3.Carm.ode 4.

Frangere ſe laboribus. Cicero pro Archia, Nec tantis ſe laboribus frangeret.

Laborem frangi. Cic. Tu labores tuos, quòd Ædilis non ſis factus, fractos putas, &c.

Aſſiduo temet furare labori. Stat.4.Sylu.

Impendere laborem ac ſumptum ad incertum caſum. Cicero 5. Verrina.

Præcipuum laborem impendere. Virg.3.Georg.

Laborem impertiri. Cic.pro Murena.

Imponere laborem. Cic. pro Muræna, Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. Vide IMPONO.

Finem imponere labori. Virg.2.Æneid.

Incumbere labori. Silius lib 4.

Inſano iuuat indulgere labori. Virg.2.Æneid.

Ingemens laboribus. Horat.Epod.5.

Iniungere laborẽ alicui. Quintil.in Procem.lib.1. Vide INIVNGO.

Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. Cic.2. de Inuentione.

Intendere laborem & ſtudium alicuius, Vide INTENDO.

Intermittere laborem. Ouid.3.Metam.

Laborem, ſtudium, operam interponere, Vide INTERPONO.

Labore inuenire quippiam, Vide INVENIO.

Irrogare labori quippiam, Vide IRROGO.

Dolor lapſus ad ima oſſa. Virg.3.Georg.

Inſolitus labor me laſſauit. Ouid.10.Metam.

Leuare laborem alicuius. Virg.1.Æneid.

Leuandi laboris ſui cauſa paſſim ac liberè ſolutas opere volitare. Cic.2.de Orat.

Leuare laborem alicui, Vide LEVO.

Minuere laborem, Vide MINVO.

Mutare laborem. Virg.10.eclog.

Præſtante labore niti noctes atque dies. Lucret.lib.2.

Obire laborem Vide OBEO.

Corda oblita laborum. Virg.4.Æneid.

Parcere labori, Vide PARCO.

Sine labore parta pabula. Lucret.lib.5.

Perire labore. Lucret.lib.4.

Irritus perit labor anni Ouid.1.Metam.

Perferre laborem. Quintil.lib.1.cap.3.

Perfunctus laboribus, Vide PERFVNGOR.

Poſtulare laborem. Quintil.lib.2.cap.5.

Inuictum ſe à labore præſtare, Vide INVICTVS.

Rapiunt ſibi quiſque laborem. Silius lib.13.

Relegunt ſuo ſermone labores. Ouid.4.Metam.

Requne longum releuare laborem. Ouid.15.Metam.

Scribere cum labore, Vide CVM.

Longum cantu ſolata laborem. Virg.1.Georg.

Laborem ſubire. Cic.ad Attic.2.

Succedere labori. Quintil.lib.2.cap.1.

Præſens noſtro ſuccurre labori. Virg.9. Æneid.

Labori eſſe alicui, Hoc eſt oneri: vel moleſtiam adferre. Cicero 3. Verr. Nemini meus aduentus labori aut ſumptui neque publicè, neque priuatim fuit.

Eſſe in labore, Id eſt in opere, Laborare. Plin.lib.11. cap.17, Quum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. De rege apum.

Continenti labore omnia ſuperare, Vide CONTINEO.

Blando nequeunt ſupereſſe labori. Virg.3.Georg.

Labore ſuperſedere. Cic.Fam.4, Superſedeas hoc labore itineris.

Suſcipere laborem. Cicer.de Optimo gen. Orat. Putaui mihi ſuſcipiendum laborem vtilem ſtudioſis, mihi quidem ipſi non neceſſarium.

Suſtinere laborem. Cic. Anteq. iret in exilium.

Duro labore manum terere. Virg.4.Georg.

Tolerare labores. Ouid.9.Metam.

Ingratum laborem trahit. Virg.3.Georg.

Famulas vrgent laboribus. Ouid.4.Metam.

¶Labor, apud poetas frequenter pro periculo, calamitate, vel alio quouis incommodo. Virg.1.Æneidos,
Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra. Id eſt, multis periculis exagitatam.

Requies ea certa laborum. Virg.3.Æneid.

Series immenſa laborum. Ouid.epiſt.9.

Tædia longa laborum. Ouid.14.Metam.

Defunctus laboribus. Horat.3.Carm.ode 24.

Diuerſum laborem emenſus pelagi terræque. Silius lib.4.

Primos Lucinæ experta labores. Virg.4.Georg.

Longos caſtrorum ferre labores. Iuuenal.Saty.14.

Superare labores magnos. Virg.3.Æneid.

Belligeros ſuperare labores. Valer.5.Argon.

¶Labos, laboris, etiam pro eodem dicitur. Plaut. Trinum.5.

Quamquam ibi animo labos grandis capitur. Legitur & apud Catul. Arduus labos. Valer.6.Argon.

Laboro, laboras, pen. prod. {πονέω, κοπιάω, μεχθέω, κόπῳ ἢ πόνῳ ἔχομαι} laborare, Seſe exercere, fatigari, & cum labore aliquid agere. Cic.5. Verr. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atque in hoc laborandum, vt omnes, &c.

Arma laborare, Id eſt laborando conficere. Stat.3.Theb.

Ambitioſè circa aliquid laborare. Quintil.lib.3.cap.11.

Laborare ad rem aliquam. Cicer.7.Verr. Si nullam ad rem niſi ad officium, & veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationéſque laborarunt.

Laborare vt. Cicero 4. Acad. Laboro vt aſſentiar Epicuro, aut Ariſtippo.

Laboraui amari ab eo. Plin.epiſt.10.

¶Laborare, per tranſlationem, pro Malè habere ſumitur. Cic. 2. Tuſc. Artus vehementer laborant.

Laborare morbo aliquo. Cic.1.de Fin.

Laborare à frigore. Plin.lib 32.cap.10.

Laborare à veritate. Liuius lib.2. belli Pun. Id eſt, deſtitui veritatis teſtimonio.

Laborare ex deſyderio. Cicero ad Tironem, lib.16, Non ignoro quantum ex deſyderio labores.

Laborare è dolore dicitur puerpera. Terent. And.1.5.

Laborare ex renibus. Cic.2.Tuſc. Et ad Gallum, lib.7, Laborare ex inteſtinis.

Laborare ex inuidia, Inuiſum & odioſum eſſe. Cic. pro Roſcio Amerino, Quòd ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerent, & reſp. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent.

Laborare ex inſcientia. Cic.2. de Inuent. Minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perſeuerarent, aliquanto ex inſcientia leuius laborarent.

Laborat cornu in acie: Hoc eſt, Infirmius & impotentius eſt. Plin. de Viris illuſt.

In ſpem laborare. Ouid.15.Metam.

Ob auaritiam laborare, Auarum eſſe. Horat.1.Serm.ſatyr.4.

Ambitione laborare. Horat.1.Serm.ſaty.4.

Animo laborare. Cæſar 7.bel.Gal.

Cauſa laborare. Quintil. Si enim cauſa laboramus, perſona ſubeniat. Id eſt, Si cauſa inuidioſa nos premit. Bud.

Cerebro laborare. Plaut. Milite, 5.

Curis laborare. Claud. de phœnice.

Deſyderio partus laborare. Colum.lib.6 cap.27.

Domi cœnio laborare. Martial. lib. 5.
Fame laborare. Colum. lib. 1. in Præf.
Fœnore laborare, Hoc est premi fœnore & grauari. Liuius 5. belli Maced.
Frigore laborare. Colum. lib. 2. cap. 10.
Ingenio laborare. Mart. lib. 8.
Iniuria laborare. Cic. 4. Tusc. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Id est grauati.
Hostibus laborare. Cic. ad Brutum, Ingraueſcit enim in dies intestinum malum, nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Id est, opprimimur.
Laborare locis. Celsus lib. 2. cap. 8.
Nota infamiæ laborare. Vlpianus in lege 2. §. 1. ff. De iis qui notantur infamia.
Laborare in aliquo, Ardere amore alicuius. Horat. 1. Carm. ode 17.
Odio laborare apud hostes, & contemptu inter socios. Liuius 6. ab Vrbe.
Opinione arrogantiæ laborare. Quint. lib. 4. cap. 1.
Omni parte laborare. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Podagra laborare. Martial. lib. 1.
Re frumentaria laborare. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Laborare res Romanas. Cic. Attic. lib. 4. ep. 16, Efficiemus rem gloriosissimam. nam in campo Martio sepra tribunitiis comitiis marmorea fumus, & tecta facturi, &c. Paulo pòst, Dicis, Quid mihi hoc monimentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? hoc est, Quorsum igitur de rebus Romanis laboramus? Qui enim hoc monimentum contemnit, apparet eum de rebus Romanis nihil laborare. Sin autem laboramus, non est, vt hoc monimentum contemnere possimus.
Laborare sua magnitudine. Liuius lib. 1. ab Vrbe, in Prœmio.
Vitiis laborare. Liu. 4. bel. Maced.
Laborare vtero. Horat. 3. Carm. ode 22. ad Dianam.
Laborare alicui rei, pro Intentum esse. Senec. de Vita beata.
¶ Non laboro de hac re, Id est non curo, neque anxius sum, inquit Budæus. Cic. pro Roscio Amer. Cuius manu sit percussus, nõ laboro. Idem 2. de Finib. Non laboro, inquit, de nomine.
Nihil laboro. Cic. 8. Philipp. Mustellæ & Tironi prospicit: de se nihil laborat.
Noli laborare. Cic. ad Gallum, lib. 7. Quòd epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi.
Nihil laboro nisi vt salnus sis. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6.
Nihil est quod labores. Cic. pro Cecinna.
Valde laboro ne. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12.
Non magnopere laboro, Vide MAGNVS.
Laborare de. Cic. pro Cecinna, De quibus ego antea laborabam, ne fi improbi essent, falsi aliquid dicerent. Idem 2. Tusc. Concludunt ratiuncula Stoici, cur non sit malum. quasi de verbo, non de re laboretur.
Laborare de re aliquius. Cic. Sulpitio, lib. 13, Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua.
¶ Laboratur vehementer: inclinata res est. Cic. ad Lentulum, lib. 1. Laboratum est. Plin. lib. 2. cap. 96, Locris & Crotone pestilentiam nunquam fuisse, nec vllo terræ motu laboratum, annotatum est. Liu. 1. ab Vrbe, Pestilentia laboratum est. Ibidem, lib. 4. Siccitate.
¶ Atlas en ipse laborat. Ouid. 2. Metam.

Laborans, pen prod. Participium {κάμνων, πονῶν, κοπιῶν} vt
Opem ferre laboranti. Ouid. de Nuce.
Ratem laborantem deferere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.
Puellæ vtero laborantes. Horat. 3. Carm. ode 22.

Laboratus, pen. prod. Adiect. {ἐπιπεπονημένος} Compositus, cultus, & multo labore atque industria factus. Virg. 2. Æneid. Arte laboratæ vestes.
Laborati libri: Hoc est compositi, elucubrati Mart. lib. 1.

Laborsum ab eo quod est labos, non laboriosum, formatum, & in vsu apud veteres fuisse probat Nonius ex Lucil. Satyr. lib. 3, Præterea omne iter hoc est laborsum. Idem: Tantalus laborsas pœnas.

Laboriosus, penult. prod. Adiectiuum, {πραγματώδης, ἐπίπονος, μοχθηρός} Laboris patiens. Cic. 2. Tusc. Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. Idem 11. Philip. Multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamen non miseros, sed laboriosos solemus dicere.
Cohors laboriosa. Horat. Epod. 16.
¶ Laboriosum opus, Difficile, & quod non sine labore magno perficitur. Plaut. Mercat. 9. Sic laboriosa deambulatio. Terent. Heaut. 4. 6. Idem in Prologo Heaut. Si qua laboriosa est (sub. fabula) ad me curritur. Cæcilius, Durum rus fugite & laboriosum.
Chartæ doctæ & laboriosæ. Catul. ad Cornelium, epig. 1.
Laboriosus gradus. Martial. lib. 7.
Serous laboriosus, cui opponitur Desidiosus. Caius in l. Si quid. in princip. ff. de ædil edict.
Laboriosus versus. Martial. lib. 11.
Laboriosæ exercitationes. Cic. 2. Tusc. Et 1. de Fin. Quis nostrûm exercitationem vllam corporis suscepit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur?
Laboriosissimus hominis socius in agricultura bos. Colum. lib. 6. in Prœmio.
Laboriosissimus arator. Cic. 5. Verr.

Laboriosè, penult. prod. {μετὰ πόνου, ἐπιπόνως} laboriosius, laboriosissimè, Aduerbium, Difficulter. Cic. pro Qu. Rosc. Iam quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius. Idem 1. Verr. Itaque semper ij diligentissimè laboriosissimèque accusarunt.
Malè & laboriosè esse alicui. Catul. ad Cornificium, epig. 36.

Laborifer, pen. prod. Adiectiuum {φερέπονος, πολυπόνος, πολυπαθής} vt
Currus laboriferi Tithoniæ. Stat. 6. Theb.
Iuuencus laborifer. Ouid. 15. Metam.
Hercules laborifer. Ouid. 9. Metam.

LABORIAE, Laboriarũ, Italiæ pars illa quæ vulgò *terra laboris* dicitur, quòd ingens labor sit in ea colenda: quippe solum habet arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius penè quàm vitiis posser, affligens agricolam. Ex Plin. lib. 17. cap. 4. Idem Plin. lib. 18. cap. 11, Quantum autem vniuersas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars eius quæ Laboriæ vocantur, quem Phlegræon Græci appellant. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. Hinc

Laborinus campus nobilis in Campania. Plin. lib. 17. cap. 4.

Labrum, labri {χεῖλος} Idem quod labium. Cic. in Pisonem, Quod quidem tu, qui bene nosses coniunctionem meam & Cæsaris eludebas: cum à me trementibus omnino labris, sed tamen cur tibi nomen non deferem requirebas. Martial. lib. 2,
Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, &c. Cæsar 5. bell. Gall. Capillóque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius.
Æmula labra, Vide AEMVLOR.
Incana labra situ. Ouid. 8. Metam.
Pallida labra. Iuuenal. Saty. 10.
Trementia labra. Iuuen. Saty. 10.
Vncum labrum. Lucret. lib 4.
¶ Admouere labra poculis. Virg. eclog. 3.
Degustare labris Cic. 2. de Diuinat.
Detorquere labra. Quint. lib. 1. cap. 11.
Labra diducere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 24.
Teneris labris vbera immulgere. Virg. 11. Æneid.
Labra mouet metuens audiri. Horat. 1. epist.
Labris primoribus attingere aliquod genus vitæ. Cic. pro Cælio. Vide in DIGITVS, Digitis extremis attingere.
¶ Labrum, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiusmodi, quæ leni aquæ motu perluũtur. Plin. epist. 10. lib. 5. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circuiectásque platanos, & subiecta platanis leni aspergine fouet. Liu. 7. bel. Maced.
Labra (inquit Budæus) era teres lapideos significant, quibus aqua faliens ex siphunculis concipitur.
Labra doliorum circunlinas. Cato cap. 107.
¶ Labrum, Genus vasis, ad lauandum aptum. Cic. Terentiæ, lib. 14, Labrum si in balneo non est, vt sit. Virg. 8. Æneidos,
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. Bud. Labra lapidea balneis vsum præstant, fossáque lapideæ in balneis labra vocabatur. Cuius significationis exempla sunt apud Vitruuium, lib. 7.
Labra laxa. Persius Saty. 3.
¶ Labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini condũtur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum prim um indito.
Spumat plenis vindemia labris. Virg. 2. Georg.
Labrum culeare. Cato cap. 154, Vinum emptoribus sine molestia hoc modo ametiri debet. Labrum culeare illi rei facito: id habeat ad summum ansas quatuor, vt transferri possit.
Labrum eliiacrum est, in quo aliquid eluitur & lauatur quod sordidum est. Huius meminit Cato de Re rustic. cap. 10.
Labrum lupinarium. Cato cap 10. & 11.
Labrum vinaricum, siue vinarium. Cato cap. 10. & 11.
Labrum olearium. Cato cap. 13.
¶ Labrum venerium, herba in flumine nascens, de qua Plinius libro 25. cap. 13.

Labellum, labelli, Diminutiuum {ῥάκιον.} Plaut. Asin. 13. Cic. 1. de Diuin. At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore.
Aridula labella a. Catul. Argon. 59.
Exporrectum labellum. Pers. Saty 3.
Ima labella. Ouid. 3. de Arte.
Purpurea labella. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.
Rosea labella. Catul. ad Gellium, epig. 75.
Tenera labella. Ouid. 1. de Arte.
Compescere labellum, Vide COMPESCO.
Extendere labellum. Iuuen. Saty. 14.
¶ Labellum, pro Vasculo. Colum. lib. 12. cap. 43, Labellũ fictile nouum impleto paleis. Ibidé, cap. 28. Cic. 2. de Legibus, Sepulcris autem nouis finiuit modum. Nam super tumulum nolui quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum: & huic procurationi certum magistratum præfecerat.
¶ Labellum pollulũ, de quo Cato de Re rustic. cap. 10. est labellum paruulum: Labello autem & duabus amphoris totidem vncos ferreos tribuit. Turnebus.

Labrosus, penult. prod. Adiectiuum {χειλώδης} Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. Cellus in septimo, cap. 26, Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrusca, labruscæ {ὄμπελος ἀγρία, seu ἀγαθόμπελος} Vitis agrestis dicitur, spissis & candicãtibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert vuas rubentes, cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgant. Hæc Plin. lib 23. cap. 1. Virg 5. eclog a,
Syluestris raris sparsit labrusca racemis. Ea in sepibus & in labris agrorum & terminis nasci dicitur. Colum. lib. 8. cap. 5, Vua labrusca de vepribus immatura lecta.
Labruscum dixit Virg. in Culice,
Denſaque virgultis auidè labrusca petuntur.

LABYRINTHVS {λαβύρινθος} inquit Seruius, locus apud Cretam factus à Dædalo perplexis parietibus, vbi Minotaurus inclusus est. Labyrinthum exprimit Virgilius lib. 5. Æneidos,
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta, &c.
Quatuor autem esse Labyrinthos Plinius docet lib. 36. cap. 13. Creticũ, qui arte maximè fuit spectabilis: cuius Ouid. lib 3. Metam. meminit. Ægyptium, omnium maximum, & portentissimum humani ingenij opus, quem Pomponius Mela libro primo describit. Lemnium

nium, columnarũ nitore insignem, & quartum Italicum à Porsena Hetruscorum rege sepulchri causa extructum.

Labyrintheus, Adiect. {λαβυρίνθειος, λαβυρινθώδης.} vt Flexus Labyrinthei. Catul. Argon. 69.

Lac, lactis, n.g. {γάλα, γάλακτος} Succus maternus quo animalia nutriuntur. Plaut. Amph. 7, Neque lac lacti magis est simile, quàm ille ego similis est mei. Virg. eclog. 3,
-& lac subducitur agnis.
¶ Abundans lactis. Virg eclog. 2.
Lactis coagulatio. Plin. lib. 28. cap. 10.
Coacti lactis massa. Ouid. 8. Metam.
Largi copia lactis. Virg. 3. Georg.
Pressi copia lactis. Virg. eclog. 1.
Spongiosa lactis densitas, colostra vocatur. Plin. lib. 28. cap 9.
Firma lactis maturitas. Colum. lib. 7. cap. 9.
Sinus lactis. Virg. eclog. 7.
Lac maximè alibile, Vide Alibilis, in ALO.
Aquatius lac. Vide Aquatus, in AQVA.
Asininum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Bubulum lac. Plin. lib. 31 cap. 10.
Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Caprinum lac. Plin. lib. 11. cap. 41.
Circunfusum lac. Vide CIRCVNFVNDO.
Crassissimum est lac asinæ. Plin. lib. 11. cap. 41.
Equinum lac. Plin. lib. 28. cap. 10.
Fermum lac. Ouid. 3. Fast.
Fœto fœtibus est lac bubulum, quàm captiuũ. Plin. lib. 11. cap. 41.
Ficulnum lac. Plin. lib. 23. cap. 7.
Humanum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Maternum. Plin. lib. 11. cap. 41.
Merum lac. Lucret. lib. 1.
Mulicbre lac. Celt. lib. 6. cap. 6. de Euelpidis collyrio.
Nigrum. Plin. lib. 2. cap. 103.
Nitenm. Ouid. 13. Metam.
Nouum. Virg. eclog 2.
Ouillum. Plin. lib. 8. cap. 9.
Pinguius lac, stomacho minus vtile. Plin. lib. 28. cap. 9, & 10.
Recens. Plin. lib. 28. cap. 10.
Suauissimum. Plin. lib. 28. cap. 41.
Suillum. Plin. lib. 28. cap. 9.
Tepefactum. Plin. lib 28. cap. 10.
Vaccinum. Plin. lib. 25. cap. 8.
Accesere, aut coire denſaque lac non patitur menta. Plin. lib. 20. cap. 14.
Auget lac rosmarinum in vino potum. Plin. lib. 24. cap. 11.
Lac mulierum auget gith. Plin. lib. 20. cap. 17.
¶ Bibere lac. Ouid. 3. Amor. eleg 9.
Coagulatur lac in stomacho. Plin. lib. 22. cap. 24.
Lac coagulatur in caseum furculo captifici. Plin. lib. 23. cap. 7.
Cogere lac in duritiam. Vide COGO
Lac animalium vtrunque dentatorum non coit: proinde caseus nõ fit ex eo. Plin. lib. 11. cap. 41.
Densare lac. Plin. lib. 11. cap. 41.
Densatum lac in caseí speciem. Plin. lib. 28. cap 9.
Depulsus lacte leo. Horat. 4. Carm. ode. 4.
Lactis vbertatem excitat eugalacton. Plin. lib. 27. cap. 9. ad finem.
Lactis abundantiam facit semen vitis albæ. Plin. lib. 20. cap. 23.
Lactis vbertatem facit vitex. Plin. lib. 24. cap 9.
Lactis copiam mulieribus facit Glaucisceus e iure sumptus. Plin. lib. 32. cap. 10.
Lactis fœcunditatẽ nutricibus facit Galactites. Plin. lib. 37. cap. 10.
Lactis vbertas puerperis hoc cibo fit. Plin. lib. 20. cap. 9.
Quum feruet lac, ne circunfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundat. Plin. lib. 28. cap 9.

Immulgere lac. Vide IMMVLGEO.
Minuitur lac femine Citeræ. Plin. lib. 27. cap. 8.
Lactis defectu potum hippomarathron mammas replet. Plin. lib. 20. cap. 23.
Dulci repletur lacte fœmina quum peperit. Lucret. lib. 5.
Lactis vbertatẽ intermissã restituit Glaucion. Plin. lib. 27. cap. 10.
¶ Lac, de nucibus dictum. Ouid. de Nuce.
¶ Iucundioris disciplinæ cibo ac lacte fatiari, per metaphoram. Quintil. lib. 2. cap. 4.
¶ Lacte, in nominatiuo dixit Plaut. in Mœnæch. 24,
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, vsquã similius. Idem Bacchid. 23,
Quæ nec lactem, nec lanam vllã habent. Quædam exemplaria hîc legunt lacte, vt sit neutri generis. quod & Nonius probat ex Varrone, Candidum lacte papilla quum fluit. Cæcilius, Tite præsertim quæ non peperit, lacte non habet.

Lactes (inquit Priscianus lib. 6, partes sunt intestinorum, à Græco γαλακτίδες dictæ: & seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare hæc lactis est. Tirminius in Feretinati: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius in Lare familiari: Oro te Base per lactes tuas. Hæc Priscianus. Quòd autem attinet ad illũ Titinnij locum, is nunc sic in vulgatis Nonij codicibus legitur: Lactes dicuntur intestina. Titinnius Psaltria: Farticula, cerebellũ, lactes agninas. nisi quis fortè contenderit diuersos esse locos. In Plinium verò sic Hermolaus: De lactibus miror vnde Theodorus Gaza pro mesenterio acceperit. Plautus certè in aliis quoque animalibus quàm in homine atque oue, intestina exiliora lactes vocauit. Illud nimis licenter, vt alia. Spartianus ait, murænarum lactibus & iuporum in locis mediterraneis Heliogabalum pauisse rusticos suos. Ex lactibus autem, hoc est gracilioribus intestinis (quæ tria sunt, tenue, ieiunum, pylauros.) id quod ieiunum dicitur, Varro ilam siue hiram vocauit. At si quis Theodorum tueri velit, pro mesenterio lactes interpretantem: sciat partem, & id quod continetur pro eo quod continet accepisse. Etenim mesenterio lactes inuoluuntur, vt à spinæ cõtactu duro munitiores magisque septas reddat. Probus: Lactes alij dicunt loca sub vmbilico in lateribus puberenus, delicatiadeò, vt plagam ferre non possint. Quidam pro intestinis pinguibus: vt Persius lactes vncos dixerit hinc: quidam pro membranis quibus cohærent intestina inter se. Theodorus Gaza (ait Budæus lib. 1. de Asse) vir Græcus, non modò Latinè doctissimus, sed etiã medicus, lactes pro mesenterio dixit: quo nomine ab Hermolao Barbaro & aliis reprehensus est, quasi eo in loco hallucinatus sit, vel in eo potius verbo. At ego confutèo cum id fecisse censeo, vt qui in eo verbo Plinij authoritatem sequi nollet. Lactes enim non tam intestina significauit, quàm pingue illud quod ambit intestina. Tranquillus de patina Vitelliana, in Vitellio cap. 13, In hac (inquit) scarorum iecinora, phasianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterorum, murænarum lactes commiscuit. Quare immeritò Hermolaus hoc verbum, vt licenter vsurpatum, in Spartiano notauit. Nostrates, piscium lactes, *lactentias* appellant. Hactenus Budæus. Persius saty. 2,
-quidam est qua tu mercede, deorum
Emeris auriculas, pulmone & lactibus vncis? Id est pinguibus. Plautus in Curcul. Act. 2. scena vltima,
Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,
Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus. Alij legunt laxis lactibus. Idem in Pseudolo, Act. 1. scen. 3,
B. Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi, Vna opera alligem canem fugitiuum aguinis lactibus. Plinius videtur sentire lactes tantùm in ouibus & hominibus esse. Sic enim lib. 11. cap. 37. scribit, Ab hoc ventriculo lactes in oue & homine, per quas labitur cibus. Nomen habere putantur lactes, aut à mollitie, aut à pinguedinis candore. nam ab lacte denominantur. Perottus à vetho Licio deducit, quòd cibum alliciant.

Lactarius, Adiectiuum {γαλακτώδης} Quod ex lacte confecti est, Vulgò *Lactucinum* dicitur.
¶ Lactarius, Quod ex se lac producit. Plin. lib. 26. ca. 8, Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Varro 2. de Re rust. cap. 1, Dandum bubus lupinum & lactariis, medica & cytisum.
¶ Lactarius, Qui cibos ex lacte conficit: vnde Opus lactariũ. Lampridius in Heliogabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit vt quæcunque coqui de diuersis edulciis exhibuissent, vel structores vel pomarij, illi modò de dulcibus, modò de lactarijs exhiberent.

Lacteus, Adiectiuum {γαλακτώδης, γάλακτος} Quod ex lacte est.
Humor lacteus candens. Lucret. 1.
Lacteus porcus. Mart. lib. 5. Hoc est adhuc lactens.
Liquor lacteus, liquor lactis. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Vernæ lacteí. Martial. lib. 5. Lutei legit Domitius, interpretatúrque fordidos.
Lacteus orbis, Circus candens. Cic. in somn. Scip.
Lacteus circulus {γαλαξίας.} Plin. lib. 2. cap. 21, Omnes fermè sub ipso Septentrione aliqua eius parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrobium in Somnio Scipionis, lib. 1. cap. 15. Claud. 4. Panegyr. Hunc Ouid. 1. Metamorph. viam lacteam appellat.
Colla lactea. Virg. 8. Æneid. Hoc est alba.
Lactea crure. Colum. lib. 10, Punicea depexa coma, sed lactea crure est. Id est candida, suauis, succulenta.

Lacteolus, pen. cor. Aliud adiect. diminutiuum: vt Puellæ lacteolæ. Catul. in Camerium, epigr. 51.

Lacteo, lactes {θηλάζω} lactẽre, Lac fugere. Cic. 2. de Diuinat. Romulus lactens fulmine ictus. *Idem in Catil.* Tactus est etiam ille qui hanc vrbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio parum atque lactentem huberibus lupinis inhiantẽ fuisse meminisse.
Agna lactens. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.
Catuli lactentes. Ouid. 2. de Arte.
Lactens porcus. Var. 2. de Re rust. cap. 4.
Porea lactens. Ouid. 2. Fast.
Vituli lactentes. Ouid. 10. Metam.
Trumenta lactentia, Tenuia & lactis plena. Virg. 1. Georg.
Ficus lactens. Ouid. 2. Fast.
Frugge lactenti tumet coma spicea. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Lacteſco, lacteſcis {γαλακτίζομαι, γαλακτοῦμαι} lactẽscere, In lac conuerti, seu lacte impleri. Cic. 2. de Nat. deor. Omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. Plin. lib. 11. cap. 41.

Lacto, lactas {θηλάζω, γαλακτοποιῶ} lactãre, Lac præbere: & propriè matrum est. Varro 2. de Re rust. cap. 7, Anniculis iam factis didum hordeum, & furfures, vsquequo adeunt lactantes. Alij legunt vsque quoad erunt lactantes.
Lactare, per tranſlationem, significat Aliquem per blanditias allicere, atque decipere. Terent. Andr. 4,
-nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Ibidem, 5. 4.

Lactans, lactantis, Partic. {γαλακτοτρεφής, θηλάζων} Quæ lac in mammis habet. Gellius lib. 11. cap. 1, Nam pleruque sine crimine quæcunque lactans est, id tõporis offerri solet. Ad nutricationẽ scilicet. Budæus.
Lactantia hubera, Lucret. lib. 5.
Lactantia Celsus vocat omnia quæ lac emittunt, vel pro iis quæ vulgò *Lactucina* dicuntur, accipit: vel pro cibis lactariis, lib. 2. cap. 28, Lac, mel, ideóque lactãtia, atque omne pistorium opus. Et cap. 29, Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulsum, &c. Budæus.

Lactatus, huius lactatus, pen. prod. {θηλασμός.} Plin. lib. 32. cap. 2, Ob id fibilo à piscatoribus tanquam serpentibus euocari & capi, pinguescere lactatu, &c. De murænis.

LACAENA {λάκαινα} Adiect. à Laconia. Cic. 1. Tusc. Mulier Lacæna. Virg. 2. Æn. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. Vbi Seru. A prouincia Laconica. Et notandum deriuationem minorem esse à principalitate: quod tarum est.

Adultera Lacæna, Helena. Horat. 3. Carm. ode 3.
Virgines Lacænæ. Virg. 2. Georg.
Pulchræ. Claud. de bello Get. Tenues. Claud. 3. Paneg.

LACCOBRIGA, pen. corr. Hiſpaniæ vrbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, alio nomine Corymbra.

LACEDAEMON {λακεδαίμων} cum diphth. in pen. Iouis filius: à quo hæc Lacedæmon, vel Lacedæmonia ſecundum Latinos, Peloponneſi vrbs, Menelai regia: cuius ciues Lacedæmones, & Lacedæmonij dicuntur. Veget. libro 3, Athenienſes & Lacedæmones ac Macedonas rerum potitos. Virg. lib. 7. Æneidos, At nõ ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor. Hæc alio nomine Sparta dicta eſt.
Armiporens Lacedæmon. Claud. Paneg. 102.
Patiens Lacedæmon. Horat. 1. Carm. ode 7.

Lacedæmonius, Adiect. {λακεδαιμόνιος.} vt Tarentum Lacedæmonium. Horat. 3. Carm. ode 5.

Lacer, & lacerus, pen. corr. Adiect. {ἑαμυχθείς, ἀμυχθείς, διαλακίσας, διαιλίσσων} Dilaceratus. Propriè (vt Aſconius ait) lacerus dicitur amputatus mẽbris, vt oculis vel auribus. Virg. 6. Æneidos,
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, &c. Tacitus, Donec ſoluta compage ſcutorum, exangues lacer oſque proſternerent. Liu. 1. ab Vrbe, Deinde in diuerſum concitati equi lacerum in vtroque curru corpus, qua inhæſerant vinculis membris portantes.
Crudeliter lacer. Virg. 6. AEneid.
Membris cæſis vndique lacer. Lucret. lib. 3.
Lacer, à veteribus dicebatur qui auribus curtatus erat: Lacerum autem quodcunque in corpore imminutum. Feſtus.
Artus laceri. Ouid. 9. Metam.
Aures laceræ ſcabie. Claud. 1. in Eutrop.
Comæ laceræ. Lucan. lib. 2.
Cornu lacerum. Ouid. 9. Metam.
Laceri crines. Stat. 3. Sylu. 3.
Currus lacer. Ouid. 2. Metam.
Funus lacerum, Id eſt dilaniatum cadauer. Virg. 9. Æneid. Cæruius.
Laceras gentilitates colligere: Sparſas, & huc atque illuc diſperſas. Plin. in Paneg.
Morſu lacero diuellere artus. Ouid. 8. Metam.
Nauis lacera. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Puppes laceræ. Ouid. epiſt. 2.
Regni laceri corpus. Claud. 2. Paneg.
Tabulæ laceræ. Ouid. 11. Metam.

Lacero, laceras, pen. corr. {ῥήσσω, ἀμύσσω, παραμύσσω, κατατέμνω, σπαράσσω} lacerare, Dilaniare, ſæpius vulnerare, & quaſi per mẽbra diſcindere, comminuere. Terẽtius Adelph. 3. 2. Tum autem Syrum impulſorem, vah quibus illum lacerarem modis.
Lacerare aliquem virgis. Liu. 3. ab Vrbe.
Capillos lacerare. Ouid. 14. Metam.
Cornua lacerare ferro. Horat. 3. Carm. ode 27.
Lacerari omni iniuria. Cic. 5. Verr. Quũ fructus ditipiebantur aratorum, atque omni lacerabantur iniuria, videbatur id perdere arator quod aratro ipſe quæſiſſet.
Oculus laceratus. Lucret. lib. 3.
Opes alicuius lacerare. Ouid. epiſt. 3.
Ora, comas, veſtem lacerat. Ouid. 11. Metam.
Ora manu lacerans. Silius. lib. 8.
Lacerato virgis tergo. Liu. 6. bel. Pun.
Lacerare morſu viſcera. Cic. 2. Tuſc. Sic Lacerare vnguibus, Cic. 2. Tuſcul.
Vrbes lacerandæ. Lucan. lib. 10.
¶Lacerãe homines malè ſuadendo, Detrudere ad paupertatem. Plaut. Curcul. 10.
Lacerare diem, In vanum conſumere diei tempus. Plaut. Sticho, 7.
Lacerare rem ſuam, Abſumere bona patria. Plaut. Merc. 3.
Lacerare reliquias vitæ alicuius & diſtrahere. Cic. pro Quint.
Lacerare famam alicuius. Liu. 8. bell. Maced.
Carmina lacerare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Rumore vulgi lacerari. Tacit. lib. 15.
Lacerare optimum virum inceſto ore. Cic. 11. Philipp.
Lacerare pleroſque ſolet inuidia. Cicero in Bruto, Tantum abeſt ab obtrectatione, & inuidia, quæ ſolet lacerare pleroſque. hoc eſt, carpere, & contumeliis inuidioſos multos facere. Vel pleroſque lacerare, & exedere. Vel vtrunque ſimul facere. Inuidia enim, vt ait Ouid. lib. 2. Metamorphoſeos,
-carpitque & carpitur vnà, Supplicium̃que ſuum eſt.
Lacerare probris. Liu. 1. bel. Maced.
Lacerari dolore. Cicer. 4. Academ. Intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officium prodat, aut fidem.
Lacerarunt omni ſcelere patriã, Hoc eſt Diſcerpſerũt. Cic. 1. Offic.
Lacerat me meus mœror. Cic. ad Att. lib. 3.

Laceratio, Verbale {ἀμυχῆς, σπαραγμός.} Cic. in Piſonem, An ego, ſi te & Gabinium cruci ſuffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione, quàm afficior ex infamia? Et 3. Tuſ. Muliebres laceratione genarum.

Lacerna, lacernæ, fœm. gen. {χλαμὺς} Virilis veſtis fimbriata, & ferè militaris, quæ Græcè chlamys dicitur. dicta, vt ait Feſt. quòd capitio minor ſit. Hæc vtrinque indui poterat, & ex vtraque parte reiici. Iuuen. Saty. 1, Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas. Cic. 2. Philip. Primum luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.
Lacerna, militum quoque erat. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Texitur in caſtris quarta lacerna tuis. Ouid. 2. Faſt.
Erant & lacernæ quibus vtebantur Romani, quum ſpectaculis operam ſedentariam præſtarent, & togæ ſuperinduebantur ad arcenda frigora. Martialis lib. 14.
Amphitheatrales nos commendamur ad vſus,
Quum tegit algentes noſtra lacerna togas.
Lacernis candidis vtebantur in ſpectaculis, ſi Martiali credimus, lib. 4, ſudenti in Horatium qui nigra lacerna ſpectaculis aderat:
Lacernis & mulieres vtebantur. Iuuenal. Saty. 1,
Ipſe lacernatæ quum ſe iactaret amicæ.
Lacernæ item pauperiorum erant. Iuuen. Saty. 3,
Quid quod mareſiam præbet, cauſáſque iocorum,
Omnibus hic idem, ſi fœda & ſciſſa lacerna. Martial. ad Mamurianũ.
Cerea ſi pendet lumbis ac trita lacerna.
Aurata lacerna Iuuenal. Saty. 10.
Pingues lacernæ. Iuuen. Saty. 9.
Sciſſa lacerna. Iuuen. Saty. 3.
Lacerna triſtis. Mart. lib. 1.
Odorarum caput obſcurante lacerna. Horat. 2. Serm. ſaty. 7.
Nobiliores, illuſtrioréſque lacernis non vtebantur, niſi pluuio tẽpore, aut in ſpectaculis. Quare Tullius obiectat Antonio quòd rediſſet in vrbem cum gallicis & lacerna. Hæc omnia ex Bayſio.
Lacernas deponebant honoris cauſa, vt teſtatur Suetonius in Trãquill. Quin & ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant.

Lacernatus, pen. prod. {χλαμυδοῦχος} Qui lacerna eſt indutus: vt Amica lacernata. Iuuen. Saty. 1.

Lacerta, lacertæ: Lacertus, lacerti {σαῦρος} Serpentis genus. Plinius lib. 10. cap. 65, Lacertam ore pãrere Ariſtoteles negat. Idem libro 8, Lacerti Arabiæ cubitales. In vtroque, genere maſculino lacertus dicitur, dictus quòd pedes habeat adſimilitudinem noſtrorum lacertorum: hoc eſt noſtrarum manuum & pedum. Cic. ad Attic. libro 2, Nam ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ.
Lacertum, neutri generis probat Nonius citans Accium, Atreo, Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus lacerta in focos.
Lacertas quoque cum muria ſua contineri eſculenta penu, nec Labeo negauit. Vlpian. in l. 3. §. 1. ff. de pen. leg.
Parua lacerta. Ouid. 5. Metam.
Virides lacertæ, vel lacerti. Horat. 1. Car. ode 23.

¶Lacertus {σαῦρος} Piſcis nomen. Lacertorum multa genera recenſet Plin. lib. 32. cap. vlt.
Æſtiuus lacertus. Iuuenal. ſatyr. 14,
-necnon differre in tempora cœnæ
Alterius, conchẽ æſtiui cum parte lacerti. AEſtiui, hoc eſt putrefacti. piſces enim æſtate facilè putreſcunt.
Byzantiacus lacertus. Statius Syluarum lib. 4, de riſu Saturnalitio ad Plotium. Aut Byzantiacos colunt lacertos.
Rutati lacerti. Martialis lib. 10. epigram. 48.
Secta coronabunt rutatos oua lacertos,
Et madidum thynni de ſale ſumen erit.
Saxetanus lacertus. Martialis lib. 7. epigr. 77.
Quum Saxetani ponatur cauda lacerti,
Et bene ſi cœnas, conchis inunẽta tibi eſt. Sexi, vrbs in Bætica, teſte Plinio, lib. 3. cap. 1. vnde Sexitanus legunt quidam apud Martialem.
Tenuis lacertus. Martialis lib. 11. epigr. 53.
Mox vetus & tenui maior Cordyla lacerto,
Sed quam cum rutæ frondibus oua regant.

Lacertus {μυὼν, βραχίων, ὠλένη} in homine dicitur brachium à cubito ad manus vertebrã, quæ carpus vocatur. Cic. de Senectute, Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymánſque dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt. Idem 2. Tuſculan, O pectora, ô terga, ô lacertorum tori.
Adductis ſpumant freta verſa lacertis. Virg. 5. AEneid.
Blandis lacertis tenere colla alicuius. Ouid 2. Amor.
Captiuis lacertis parabantur viucla. Ouid. 13. Metam.
Cupidis lacertis amplecti aliquem. Ouid. epiſt. 13.
Fatigatis humero ſub vtroque lacertis. Ouid. epiſt. 17.
Ferox lacertus. Ouid. epiſt. 4.
Flexi poſt terga lacerti. Ouid. 6. Metam.
Fluidi pendent lacerti. Ouid. 15. Metam.
Formoſi lacerti. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Fortes lacerti, Lucan. lib. 1.
Giganteo iaculantem ſaxa lacerto. Ouid. 14. Metam.
Graui lacerto vibrata fraxinus. Ouid. 5. Metam.
Imbelles lacerti. Ouid. 13. Metam.
Infirmi lacerti. Ouid. 10. Metam.
Iuueniles lacerti. Ouid. epiſt. 12.
Niuei lacerti, Vide NIX.
Squalentes ære lacerti. Valer. 6. Argon.
Teneri lacerti Ouid. epiſt. 17.
Validus lacertus. Ouid. 12. Metam.
¶Aprare lacertos. Virg. 4. Georg.
Dare colla lacertis. Stat. 2. Achil.
Armis intendere lacertos. Stat. 2. Achil.
¶Lacerti in Oratore qui ſint, Vide Succus orationis, in SVCCVS.

Lacertoſus, pen. prod. Adiect. {μυοκάδης} Robuſtus, ac valdis lacertis. Cic. 8. Philip. Quos Centuriones pugnaces & lacertoſos inter mimorum & mimarum greges, collocauit.
Coloni lacertoſi. Ouid. 11. Metam.
Lacertoſus equus. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7.
Lacertoſus gallus gallinaceus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9.

Lacesſo, lacesſis, lacesſiui, & lacesſi, lacesſitum, pen. prod. {προσπελάζω, ἐρεθίζω} lacesſere, Prouocare, & quaſi lacerando irritare, vel ad iram vel ad certamen: vt fit quum quis laceratur, pulſatur, vel tangitur, ſiue impellitur ſcripto, voce, verbo, facto. Et tam in bonum quàm in malũ accipitur. Terent. in Prol. Eunuchi, Is ne erret moneo, & deſinat lacesſere. Cic. Comificio, lib. 12, Sic igitur facies, méque amabis, & ſcripto aliquo lacesſes. Ego enim reſpõdere facilius poſſum, quàm prouocare. Virg. 3. ecloga,
Efficiam poſthac ne quenquam voce lacesſas.
Cicere & lacesſere. Martial lib. 4. 45.
Lacesſere aliquẽ, pro Flagitando obtũdere. Horat. 2. Carm. ode. 18.

Capitaliter aliquem lacesſere. Vide Capitaliter, in CAPVT.
Lacesſere ad pugnam. Liu. 2. ab Vrbe.
Lacesſere bello, & tentare populos. Cic. pro Lege. Manil.
Campum lacesſit taurus. Stat. 12. Theb.
Vt vi irritare, ferróque lacesſere fortiſſimum virum auderet. Cicero pro Milone.
Romam fortuna lacesſit. Lucan. lib. 1.
Lacesſere iniuria. Cic. pro Lege. Manilia.
Inſidiis lacesſere aliquem. Catul. ad Aurelium, epigr. 15.
Lacesſere iurgiis. Liu. 8. bell. Maced.
Lacesſere maledictis. Cic. 1. Philipp.
Lacesſere pelagus. Horat. 1. Carm. ode 35.
Lacesſere præto. Cæſar. 1. bell. Ciuil.
Pugnam lacesſere. Virg. 5. Æneid.
Riſus quodam corporis tactu lacesſitur. Quint. lib. 6. cap. 3.
Rupes lacesſit taurus. Silius lib. 12.
Sermones lacesſere. Cic. ad Appium, lib. 3, Hos ego ſermones quòd & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendant, lacesſiui nunquam, ſed non valde repreſſi. Id eſt, excitaui, inquit Budæus.
Sponſione lacesſere. Cic. 5. Verrina, Quidẽquum palàm Syracuſis te audiente, maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium ſponſione lacesſiuit, ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium: hæc te vox non perculit?
Sidera lacesſunt clamore. Silius lib. 17.
Viſum lacesſere. Lucret. lib. 4.
Voces lacesſunt aures. Lucret lib. 4.
Lacesſere, pro Titillare. Senec. de Vita beata, Mollibus, leuibúſque fomentis totum lacesſit eorum corpus.

Lacesſio {ἐρεθισμός, ἐρέθισμα,} Paſſiuum quartæ coniugationis. Colum. lib. 9. cap. 8. Solent cæli nouitate lacesſiri. Ibid. cap. 15.

Lacesſitus, pen. prod. Particip. {ἐρεθισμένος.} vt
Dente cruento lacesſitus. Horat. 2. epiſt. 1. Sæuo morſu & diffamatorio.
Mare lacesſitum primo. Lucan. lib. 3.

Lachanizo {λαχανίζω,} lachanizas, lachanizãre, Lãguere. Sueton. in Auguſto, cap. 87, Et betizare, pro languere: quod vulgò lachanizare dicitur.

Lachanum, lachani, pen. corr. Dictio Græca λάχανον, id eſt olus. Horat. in Sermon. lib. 1. Saty. 6, Ad porri & ciceris relego, lachaníque catinum. Alij legunt lagani.

LACHESIS, pen. cor. {λάχεσις} Vna ex Parcis eſt, quæ de nobis fortitur. Nam ſortiens Latinè interpretari poteſt. λαγχάνειν enim eſt ſortiri. Vide PARCAE.
Dura Lacheſis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11.
Ferrea Lacheſis. Claud. de bello Get.
Longæua Lacheſis. Claud. 2. in Eutrop.

Lachryma, lachrymæ, pen. corr. {δάκρυον, δάκρυ} Humor ex oculis ſentium manans. A Græco δάκρυον deriuatur, δ in λ mutata. Vſus tamen obtinuit vt lachryma cum aſpiratione ſcribatur. Feſtus, Dachrymas pro lachrymas Liuius (Andronicum intelligit) ſæpe poſuit, nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Cicer. in Partitionib. Citò areſcet lachryma, præſertim in altenis malis.
Gratia lachrymarum. Stat. 6. Thebaid.
Riuus lachrymarum. Ouid. 9. Metam.
Rore lachrymarum madidæ coronæ. Ouid. 14. Metam.
Fideles lachrymæ. Ouid. epiſt. 14.
Mites lachrymæ. Ouid. 6. Metam.
Pauciores lachrymæ. Tacit. in vita Agricolæ.
Piæ lachrymæ. Ouid. 6. Metam.
Rudes lachrymæ. Claud. de Nupt. Honorij.
¶Afferre lachrymas. Vide AFFERO.
Cadunt lachrymæ, Vide CADO.
Ciere lachrymas, Vide CIEO.
Cogere ad lachrymas, Vide COGO.
Cohibere lachrymas. Senec. Agamem. 7.
Combibere lachrymas ſuas. Ouid. epiſt. 11.
Compeſce lachrymas. Seneca Herc. OEth. 13.
Comprimere lachrymas. Silius lib. 15.
Lachrymis confici. Cic. Famil. 14.
Conſpergere aliquem lachrymis, Vide CONSPERGO.
Conſumpta lachrymis Byblis. Ouid. 9. Metam.
Conſumptæ lachrymę Cic. 2. Philippica, Miſerum me: conſumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor.
Continere lachrymas, Vide CONTINEO.
Dedere ſe lachrymis & lamentis muliebriter. Cic. 2. Tuſcul. Si ſe lamentis muliebriter lachrymiſque dedet.
Demittere lachrymas. Virg. 6. Æneid.
Dare lachrymas, Lachrymari. Virg. 4. Æneid.
Dare lachrymas alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. Ouid. 2. Metamorphoſeos, -& inania morti
Munera dant lachrymas.
Effundere lachrymas. Cic. pro Plancio, Lachrymæ quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti.
Effuſæ genis lachrymæ. Virg. 6. Æneid.
Effundi in lachrymas. Tacit. lib. 1.
Nos contra effuſi lachrymis. Virg. 2. Æneid.
Obortas emiſit lachrymas. Ouid. 11. Metam.
Euicta meis lachrymis. Virg. 4. Æneid.
Lachrymas exaretere. Cic. Fam. 10.
Lachrymas excutere. Terent. in Heautont.
Fatigari lachrymis. Quintil lib. 6. cap. 1.
Inde lachrymæ fluunt Ouid. 2. Metam.
Fluentes per ora lachrymæ. Ouid. 4. Metam.
Fundit lachrymas verba inter ſingula. Virg. 3. Æneid.
Habet interim lachrymas ex miſeratione eius rei. Quint. li. 6. ca. 1.

Iacere in lachrymis. Cic. Fam. 14.
Imperare lachrymis, Vide IMPERO.
Implere verba lachrymis. Ouid. epiſt. 6.
Inareſcunt lachrymæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Indulgere lachrymis. Ouid. 9. Metam.
Dulcibus indulget lachrymis. Valer. 3. Argon.
Inhibere lachrymas alicui. Senec. Herc. OEtheo, 16.
Plurima lachryma manat illi. Horat. 1. epiſt. 18.
Miſceuimus lachrymas mœſtus vterque ſuas. Ouid. epiſt. 5.
Mouere lachrymas. Quintil. lib. 4. cap. 2. Solet nonnunquam mouere lachrymas ipſa confeſſio. Vide MOVEO.
Obortis lachrymis. Virg. 3. Æneid.
Perfundere lachrymis. Ouid. 2. Metam.
Lachrymas præbere. Cic. ad Attic. 3.
Profundere lachrymas. Cic. in Somn. Scip. Quem vt vidi equidem, vim lachrymarum profudi.
Profudit lachrymas oculis. Virg. 12. Æneid.
Renouare lachrymas alicuius. Ouid. 11. Metam.
Reponere lachrymas. Stat. 5. Sylu. 5.
Ita reſorbet lachrymas. Stat. 5. Thebaid.
Rigabat vultum lachrymis. Virg. 9. Æneid.
Saturari lachrymis. Virg. 10. eclog.
Siccat lachrymas pollice. Ouid. 9. Metam.
Simulare lachrymas. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Rorantibus lachrymis ſpargunt ora. Lucret. lib. 2.
Suffuſa oculos lachrymis. Virg. 1. Æneid.
Sumere lachrymas. Senec. Troade, 8.
Adamanta ſuperare lachrymis, Vide ADAMAS.
Suſpenſæ diu lachrymæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Temperare à lachrymis. Virg. 2. Æneid.
Tenere lachrymas. Cic. 7. Verr. Paulo antè, Iudices, lachrymas in morte miſera atque indigniſſima Nauarchorum non tenebamus.
Tingere lachrymis. Ouid. 2. Metam.
Lachrymis ac triſtitiæ ſe tradere. Lucius Ciceroni, lib. 5.
Volutæ per ora lachrymæ. Virg. 10. Æneid.
Hinc illæ lachrymæ, ex Andria Terentiana vſurpatum prouerbialiter per alluſionem videtur ab Horatio. Vſurpauit ad hunc modum M. Tullius in Actione pro M. Cælio, Hinc illæ lachrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt omnium horum ſcelerum atque criminum. Dicetur autem de rei cauſa aliquandiu diſſimulata, quæ verè tandem deprehendatur. veluti ſi quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne ſcilicet ipſi parum docti videantur, commodè ſubnecter, Hinc illæ lachrymæ. hoc eſt, quod eos malè habet.
¶Lachrymæ arborum dicuntur Theophraſto ipſe humor naturalis, quem interdum ipſæ arbores foris oſtenduat, vel qui in ipſis interioribus partibus continetur. Plin. in Proœm. lib. 23, Lachryma vitium quæ veluti gummi eſt, lepras & lichenas & ſpiras nitro antè præparatas ſanat.

Lachrymula, lachrymulæ, pen. corr. {δακρύδιον} Diminutiuum. Terent. Eunuch. 1. 1. Cic. pro Plancio, Et mihi lachrymulam Criſpiani iudicij obiectas.
Falſæ lachrymulæ. Catull. de Coma Berenicis.

Lachrymo, lachrymas, penul. cor. {δακρύω, δακρυόω} lachrymãre, Neutrum: & Lachrymor, lachrymaris, Deponens, Lachrymas effundere, vel profundere. Terent. Adel. 3. 3. Oh, lachrumo gaudio. Cic. 7. Verr. Exquis fuit, quin lachrymaretur?
Decenter lachrymare. Ouid. 3. de Arte.
Lachrymat ex abitu. Plaut. Amphit. 6.
Lachrymat id: id eſt, ob id. Terent. Eunuch. 5. 1.
Exequiis mœrentibus lachrymandus. Stat. 9. Thebaid.
¶Lachrymari minus eſt quàm plorare. Senec. epiſt. 64, Ne ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec ſleant: lachrymandum eſt, non plorandum.

Lachrymans, pen. cor. Particip. {δακρύων.} Cic. 5. Verr. Principem ſuæ ciuitatis lachrymantem teſtari ac dicere, &c.
Lumina lachrymantia. Ouid. 13 Metam.
Oculi lachrymantes. Catull. de Berecynthia.
Lachrymans & Atidus calamus, contraria. Plin. lib. 17. cap. 14. De arboribus.

Lachrymatus, pen. prod. {δακρυόεις} Particip. paſſiuum. Ouid. 1. Faſt.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.

Lachrymatio, Verbale {δάκρυσις.} Plin. libro 11. cap. 37, Quas ſubinde purificant lachrymationum ſaliuis. Idem in Proœm. lib. 23.

Lachrymoſus, pen. pro. Adiect. {δακρυόεις, δακρυώδης, ὑπόδακρυς} Abundãs lachrymis. Plin. lib. 17. ca. 28, Quin & vitium radicibus aquam ſalſam iubent aſſundi, ſi ſint lachrymoſæ.
Carmen lachrymoſum. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1.
Fumus lachrymoſus, Lachrymas prouocans. Horat. 1. Serm. ſaty. 5.
Funera lachrymoſa. Ouid. epiſt. 13.
Lumina lachrymoſa vino. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Oculi lachrymoſi Plin. lib. 28. cap. 6.
Poemata lachrymoſa. Horat. 1. epiſt. 1.
Riſus lachrymoſus. Stat. 6. Theb.

Lachrymoſè, pen. prod. Aduerb. {δακρυωδῶς.} Plin. lib. 16. cap. 43, Staminea hoc vſu probant venam, & vocant fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lachrymoſè criſpa.

Lachrymabilis, pen. cor. Adiect. {πολυδάκρυτος, ἀξιολάκρυτος.} vt Bellum lachrymabile. Ouid. 8. Metam.
Gemitus lachrymabilis. Virg. 3. Æneid.
Tempus lachrymabile. Ouid. 5. Triſt. eleg. 10:
Lachrymabile, neutrum. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
Vſque tenens lachrymis, quia nil lachrymabile cernit.

Lachrymabundus, Adiect. {δακρυχέων.} Liu. lib. 3. ab Vrbe, At ille lachrymabundus, Gratum eſt, inquit: craſtina die veſtra opera vtar, ſponſorum nunc ſatis eſt. De Icilio Virginiæ ſponſo loquitur.

LACIBVRGIVM {λακιβούργιον} Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ

vrbs. Hodie *Rostokium.*

LACIDES, Philosophus quidam. Vide LACYDES.

Lacinia {παρυφὴ, πρόσπεδον} laciniæ, In vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ decoris causa, inquit Sipontinus, à lacerando dictum.

Lacinia, Pars vestimenti, vt ait Festus. Plaut. Mercat. 4, At tu ædepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Cic. ad Tironem, lib. 16, Videor enim videre ementem te rusticas tes, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina.

Calcata lacinia togæ, per gradus ire præcipitem. Suet. in Caligula, capite 35.

Lacinia togæ retenta, aliquem retinere. Sueton. in Claud. cap 15.

In lacinias pecus ægrotum distribui iubet Colum. Id est in particulas separari, vt facilius consalescant, lib. 7. cap. 5. Idem libro 7. cap. 6, Vt nec in pastione separatim laciniæ deducantur.

Laciniæ, Insignecapturam. Plin. lib. 8. cap. 50, Fœminarum generositatis insigne laciniæ corporibus, è ceruice binæ dependentes.

Laciniata vestis, Id est sinuosa.

Laciniatim, penul. prod. Aduerb. Particulatim, & per flexuras. Apuleius. Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transibiremus.

Laciniosus, pen. prod. Adiect. Flexuosus & sinuosus.

Laciniosa Alexandria Plin. lib. 5. cap 10.

Laciniosa folia. Plin. lib. 25. cap. 10, Folia ei plantaginis, nisi angustior essent, & magis laciniosa, conuexáque in terram.

Sermo laciniosus, Id est diffusus. Tertul. in libro de Virginib. veland. Naturaliter compendiaru sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo laciniosus, & onerosus & vanus est.

LACINIVM {κυκλίον} Promontorium Bructorum, Ptolemæo libro 3. cap. 1. Vulgò *Colone*, *vel Cubo de Colone.* ¶Item Lacinium, Italiæ promontorium est inter Adriaticum & Ionium mare, sic cognominatum, vt inquit Theocriti enarrator, & Seruius, à Lacino latrone, quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Iunoni templum constituit, quæ ob id Lacinia dicta est. Virg 3 Æneid.

Lacinius. Adiect. {κυκλικὸς} vt Litora Lacinia. Ouid. 15 Metam.

Lacio, lacis {λακάζω} lacui & lexi, secundum Priscianum, lacitum & lectum, lácere, significat In fraudem inducere, authore Festo, decipere. A quo Allicio, Illicio, Pellicio, &c. Lucret lib. 4.

LACIPPO, vt scribit Ptolem. lib. 2. cap. 4, Hispaniæ ciuitas, alio nomine Lapecia dicta.

LACOBRIGA, Vide LACCOBRIGA.

LACON, Vide LACONIA.

LACONIA {λακωνικὴ} Prouincia in Peloponneso, quæ & OEbalia & Lacedæmonia ab aliquibus dicitur. Hinc Lacon, masculini generis, & Lacæna, fœminini. Nec inuenitur Lacænus, pro Laconico, habétque Lacæna diphthongon in penultima. Virg. 2. Æneidos,

Non tibi Tyndaridi facies inuisa Lacænæ Vide LACAENVS. Stat. lib. 6. Thebaidos,

Tandem inspirarus Mida de plebe Laconum.

Lacon, huius Laconis, pen. prod. {λάκων} Qui ex Laconia est.

Lacon, nomen canis apud Ouid. 3. Metamorphoseos,

Prærualidúque Lacon, & cuisu fortis Acllo.

Venator Lacon. Silius lib. 3.

Ledæi Lacones. Claud. de bello Gildon.

Laconicus, pen. cort. Adiect. {λακωνικὸς.} vt Ager Laconicus, & Laconicæ canes, apud Plin. lib. 10 cap. 63.

Purpuræ Laconicæ. Horat. 2. Carm. ode 18.

Laconicum, laconici, pen. corr. n. g. {ὑπόκαυσις, ὑπόκαυστος} ponitur pro loco orbiculari ambitu in se recuruo in balneis, in quibus sudor eliciturr sicco calore, vt docet Celsus libro 2. cap. 17. Vide Vitruuium libro 5. cap. 10. Colum. in Præfat. Mox déinde vt aperi veniamus ad ganeas, quotidianam crudelitatem Laconicis exequimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum Laconicum, quód eo Lacones peculiariter vterentur, vt legimus apud Dionem, libro 53. Cicero ad Attic. libro 4, Nostram ambulationem vt laconicum, eáque quæ circa sint, velim quum poteris inuisas. Vide Cornarium in Galenum, pagina 514.

Laconismus, laconismi, m. g. Id est Breuiloquentia. λακωνισμὸς veluti prouerbio breuiloquentiam vocant Græci, siue quòd Lacedæmonij factis magis, quàm eloquentia præcelluerunt. Siue quòd in Apophthegmatis præcipuè valuerunt. Horum autem præcipua gratia, vt pauciſſimis verbis plurimum sententiæ complectantur. Cic. Bruto, libro 15, Sed quid agò? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

LACRINES, fuit vir Lacedæmonius missus ad Cyrum, teste Herodoto libro 1.

Lactarius, Lacteo, lactes, Lacteus, Lacto, lactas, Vide LAC.

Lactoris {γλαυξ siue γλαξ} herbæ genus. Plinius libro 24. cap. 18, Æquè nota lactoris vulgo est plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat.

Lactuca, lactucæ, pen. prod. {θριδαξ, θριδακίνη} A lactis copia dicta est, quòd abundantia lactis exuberet. Vide Plin. lib. 19. cap. 8. Martial. libro 13.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum:

Dic mihi, cur nostras incipit illa dapes?

Officiunt claritati oculorum lactucæ, Vide OFFICIO.

Syluestris lactucæ succo vernà nauseam Draco restinguit. Plin. libro 8. cap. 27.

Lactucula, pen. corr. Dimin. {θριδάκιον.} Colum. lib. 10,

-iam teneris frondens lactucula fibris. Suet. in Augusto, cap. 77.

LACTVCINVS, Cognomen Valeriorum à lactuca. Plinius libro 19. capite 3.

Lacuna, Lacunar, Vide LACVS.

Lacus, huius lacus vel laci {λίμνη} masculini generis, secundæ & quartæ declinationis, Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. Græcis λάκκος dicitur.

Accliuis lacus. Ouid. 9. Metam. Vide ACCLIVIS.

Alto lacu se condidit fluuius. Virg 8. Æneid.

Clausi lacus spelunceis. Virg. 4. Georg.

Cœnosus lacus, Vide COENVM.

Compluuius lacus, Vide COMPLVVIVS.

Limpidi lacus. Catul. ad Sirmionem Peninsulam, epigr. 29.

Patuli lacus. Ouid. 2. Metam.

Torpentes lacus. Stat. 9. Theb. Senec. Hippol. 12.

Viui lacus. Virg. 2 Georg.

Motare lacus. Ouid. 13. Metam.

¶Lacus {κάδος} dicitur locus qui continet mustum prelo ex vinaceis expressum, & transmittit, vt in dolia condatur. Colum libro 12. cap. 29, Antequam prelo vinacea subiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eámque oblinito, & impicato diligenter Ouid. 4. Fastorum,

Præsna de lacubus proxima musta tuis.

¶Lacus in ædificiis, Plana trabs vel tabulatum, quo tectorum ac camerarum superiora ornantur. Lucil. Resultántque ædésque, lacúsque.

¶Lacubus distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Colum lib. 1. cap. 6.

Lacusculus lacuſculi, pen. corr. {κυκλίσκος} Diminut. Colum. lib. 12. cap. 50, Oportet habere lacuſculos tam multos, quàm postulabit modus olivæ. Budæus, Lacuſculi in horreis pensilibus in solo extructi ad reponendas olivas.

Lacuſculus, Foueola, inquit Bud. Colum. lib. 4. cap. 8, Quoniam si iuxta truncum radicem præciderís, aut ex cicatrice plures enascen tur: aut hyemalis, quæ ex pluuiis consistit, in lacuſculis abundantionis aqua brumæ congelationibus noua vulnera perurit, & ad medullam penetrabit. Ibidem, Prædicti lacuſculi æquandi sunt.

Lacuna, lacunæ, pen. prod. {κύκλος, τύτραξ} Fossa, authore Seruio, in qua collecta aqua stare consuenit. Virg lib. 1. Georgicorum,

Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.

Salsæ lacunæ maris. Lucret. lib. 3.

Vastæ lacunæ Lucret. lib. 1.

Lacuna, dicitur etiam fossa ad siccandos agros parata. Virgil. 3. Georgicorum,

Et rotæ solidam in glaciem vertêre lacunæ.

Bibulæ lacunæ. Stat. 4. Sylu. 3.

¶Lacuna, etiam accipitur pro quacunque fossula. Varro 2. de Re rust. cap. 7. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquàm quum dentes sunt facti brochi, & superciliacauæ, & sub ea lacunæ, ex obteruatu dicunt eum equum habere annos texd. cim.

Lacuna in pauimento, pro loco fidente ponitur à Vitruuio libro 7. cap. 1.

Lacunam rei familiaris explere. Erasmus. Lacunam explere, pro Sarcire damnum, non sine prouerbij specie dixit Cicero Actione 4. in Verrem. Idem ad Atticũ, libro 12, Vide quæso ne quæ lacuna sit in auto. Hoc est ne quid desit. Gellius lib. 1. cap. 3, famæ lacunam dixit pro macula. Minimáque illa labes, & quasi lacuna famæ imminenuis, parcarum amico vsitatum ratione soluitur. Quin & in libris mendum dicitur, quod depranatum est: Lacuna vbi deest aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Hactenus Erasmus. Budæus, Lacunam rei familiaris explere, Id est eximanitam rem familiarem redintegrare. Ciceronianum illud ad Atticum sic interpretatur Paulus Manutius: Ne quæ lacuna sit in auro: Ne vitium sit in auro quod à Celio argentario pecunia permutanda meo nomine accepturus es. Lacuna dicitur esse in auro, quum in nummo qui aureus videtur, aliquid est, quod aurum non sit, quasi enim lacuna est in eo loco, vbi aurum non est. tralatione sumpta à fundis, quos lacunæ faciunt deteriores, Vide COLLYBVS.

Lacunosus, penult. product. Adiectiuum {λακκώδης, τυκτώδης} Lacunis & foueis plenus, neque æqualis. Cicero 2. de Nat. deor. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil inesium angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Videtur eminens opposuisse lacunoso.

Lacuno, nas pen. prod. {τυκτόω, κατατορόω} lacunare, Idem quod stagnare, vel lacus aut lacunaria facere. Ouid. 8. Metam.

Summa lacunabant alterno murice conchæ.

Lacunatus, pen. prod. {τυκτωθεὶς} Particip. siue Nomen ex particip. Plin. lib. 15. cap. 10, Intus exiles nucleos lacunaris includi toris. Hoc est, foueatis (si ita dicere licet) & depressis.

Lacunar, pen. prod lacunaris, neutri gen. {δοξοφατνωμα, φατνωμὴ} Diminutium à lacus, accipitur pro Trabe. Sueton. in Nerone, Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina decíderent, parauit. Hoc etiam laquear & laquearium dicitur, per antistichon, id est æquiualens elementum. Virg. 1. Æneidos,

-dependent lychni laquearibus aureis. Potius tamen lacunar, interstrium rigiorum est à similitudine lacuum. Horat. 2. Carmin. ode 18,

Non ebur, neque ãureum

Mea renident in domo lacunar. Cicero 5. Tuscul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina aptum, demitti iussit.

Lacunarius, Qui lacunas facit. Firmic. lib. 8. cap. 21, Nona pars Geminorum si in horoscopo fuerit inuenta, operarios faciet, lacunarios, & perpetuo infelicitatis onere grauatos.

LACYDES, pen. prod. {λακύδης} Cyrenæus Philosophus nouæ Academiæ princeps, Arcesilæ auditor. Author Suidas. Huius meminit Cic. lib. 4. Acad. quæst.

Lada {λάδη} appellatur herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens. Plinius lib. 26. cap. 8. Item lib. 12. cap. 17.

Ladanum {λάδανον.} Vide LADA.

LADAS, Cursor fuit Alexandri velociſſimus. Martialis libro 2. Hunc Ladam tanta fuisse aiunt pernicitate pedum, ac corporis leuitate

uitate, vt per paluerem vel arenam curreret, nullis pedum vestigiis apparétibus. Author Patritius de regno. Meminit eius Solinus cap. 6.

LADON {λάδων} Nomen canis Actæonis. Ouid. 3. Metamorphoseos, Et subſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon. A fluuio Arcadiæ nomen sumpsit. nam à fluminibus etiamnum canes interdum cognominantur.

Ladon, fluuius Arcadiæ, cuius filia fingitur Daphne fuisse. Ouid. lib. 1. Metamorphoseos,

Donec avenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat.

Vndæ Ladonis. Stat. 9. Thebaid.

Lædo, lædis, læsi, læsum, {βλάπτω, πτόω, ἀδικέω} lædere, Propriè est contumelia afficere. Sumptum à Græcis, qui κατ' ἐξοχὴν contumeliam vocãt. Transfertur tamen ad omne genus offensionis.

Lædere dicto vel facto. Plaut. Capt. 6. Sic Lædere aliquem iniuria, Cic. 4. Tusc.

Contumelioſè aliquem lædere, Vide CONTVMELIA.

Liberè lædere, Vide LIBER.

Amores lædere. Ouid. 4. Metam.

Animum lento curarum frigore lædit. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.

Contactu lateris lædi tur. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Lingua læsit eos. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Lædere famam alicuius, hoc est Detrahere alicuius famæ. Cicero pro Cluentio, Itaque diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit.

Ferrum lædere rubigine. Virg. 2. Georg.

¶Lædere ferro. Plin. lib. 12. cap. 25, Balsamũ ferro lædi vitalia odit. Id est incidi.

Lædere fidem. Cæsar 6. bell. Gall.

Fortuna iniqua lædi Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.

Lædit me frigus. Virg. eclog. 10.

-ah ne te frigora lædant.

Herbas morsu lædere iuuencæ. Ouid. 13. Metam.

Lædere infamia. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Lædere ludibrio, Irridere. Qu. Metellus Cicer. lib. 5, Nec absentem ludibrio læsum iri.

Maiestatem publicam lædere. Martian. in l. 3. ff. Ad legem Iuliam maiest.

Lædit me, Cic. 4. Acad. Nihil me lædit, inquit.

Numina læsit. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.

Oculos lædere. Horat. 1. epist. 2.

¶Lædi odore. Plinius libro 17. cap. 24.

Lædere os alicui. Terent. Adelph. 5. 4, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Id est nullum præsentem lædere, inquit Donatus.

Lædere aliquem periurio. Cicero pro Cecin. Qui quum ita vehemens acérque veniſſet, vt nó modò Cecinnam periurio suo lædere t, sed etiam mihi videretur inſci.

Semina lædere ferro retuſo. Virg. 2. Georg.

Versu tristi lædere aliquem. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Læsus, participium {βλαπτικὸς, βλαπτέος.} vt Lætus dente serpentium. Plin. lib. 28. cap. 3.

Leuiſſimè læsus, Vide LEVIS.

Crimine turpi læsus. Ouid 2. Trist.

Cor vulnere læsum. Ouid. 12. Metam.

Læsa dignitas. Cic. pro Cluentio.

Fides læsa. Horat. 1. Carm ode 33.

Fœdus læsum. Virg. 12. Æneid.

Ingenium longa rubigine læsum. Ouid. 5. Trist. eleg. 13.

Pudicitia læsa. Ouid. epist. 5.

Rebus succurrite læsis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.

Seges læsa grandine. Ouid. 5 Fast.

Vestes læsæ. Ouid. 4. Fast.

Læsio, Verbale {βλάβη, ἀδίκημα.} Cic. 3. de Orat. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.

Læsio publica. Vlpian. in l. Iurisgentium. 5. Si paciscar ff. De pactis, Et in cæteris omnibus ad edictum Prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt.

C. LAELIVS {γάϊος λαίλιος} Scipionis Africani summus amicus, sapiés à Romanis appellatus, vt ait Plutarchus in vita Tiberij & Caij Gracchorum. De hoc multa apud Ciceronem,

Mitis sapientia Lælij. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Læna, lænæ, Græci vocant χλαῖναι: vnde abiectione vnius literæ, vt auctor est Sex. Pompeius, fit Læna. quanuis Varro à Lana deducat. Nonius, Læna, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virg 4 Æneid. Tyrió iq; ardebat murice læna. Vbi Seruius, Læna, genus vestis: est autẽ propriè toga duplex, amictus auguralis. Vide Bayfium.

Demissa ex humeris læna. Virg. 4. Æneid.

Pertusa læna. Iuuen. Saty. 5.

LAENAS, Cognomen Popilliorum à M. Popilio ad posteros propagatum, qui quum Consul esset, & læna amictus sacrificium publicum faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionémque cum auctoritate, tum oratione sedauit. Cic. de Claris Oratoribus.

LAERTES {λαέρτης} Acrisij filius, & pater Vlyssis: à quo etiam Laertiades dictus passim apud poëtas. ¶Est item Laertes, apud Strabonẽ lib. 14, castellum in tumulo quodam situm, qui mamillę speciem præbet: id stationem habet.

Senex Laertes. Ouid. epist. 1.

Laertius, Adiectiuum {λαέρτιος.} vt Heros Laertius, Vlysses. Ouid. 13. Meram.

Regna Laertia. Virg. 3. Æneid.

Laertiades, penul. cor. Patronym. {λαερτιάδης} dicitur Vlysses Laertis filius. Ouid. ad Pisonem.

Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Attidæ.

LARTIDIVS, Id est Vlysseus. Cic. 7. ad Attic Mirus est εὐρύτιος, germanus Lartidius. Sensus est, Vlysses, qui Lartides vel Laërtides erat, astutissimus & callidissimus veterator habitus est: tralem Philotimum dicere possum, & Lartidium, Id est Vlysseum appellare. Turnebus.

LAERTIVS, historicus, qui de Philosophorum vita scripsit.

LAESTRYGONES, pen. correp. {λαιστρυγόνες} fuerunt, teste Martiano lib. 7, in extremo Italiæ, versus Siciliam, gentes feritate famosæ. Iuuenal. Saty. 15, Fingentem immanes Læstrygonas, atque Cyclopas. Plin. circa initium libri 7. Et Gellius lib. 15. capite 21. Vide LESTRYGONES.

Lætus læta, lætum {ἔφορος, εὔφορος} Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit. A latitudine mentis, vt quidam putant. nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem videntur. Virgil. 4. Æneidos. Imperio læti patent.

Lætus est de amica. Terent. Adelph. 2. 2.

Lætus atque alacer, Humilis & demissus, contratia. Cic. 2. Verr.

Lætus lætitiis omnibus. Cic. 2. de Finib.

Lætus in aduersis. Lucan. lib. 8.

Lætus animi & ingenij Paterc. ul. lib. 2.

Iusto lætior. Virg. 2. Georg.

Meo lætus. Martial. lib. 4. epigram. 33. in Zoilum,

Nunquam diuitias deos rogaui,

Contentus modicis, meóque lætus.

Intexere læta tristibus, Vide INTEXO.

Miscentur tristia lætis. Ouid. 6. Fast.

¶Lætum, pro Fausto & fortunato. Plin. lib. 8. cap. 46, Sunt enim delubra gemina: alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.

Lætum prodigium. Plin. lib. 11. cap. 37.

¶Læta inanimata dicuntur, quæ aspectu homines lætificant. Plin. in Paneg. Quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.

Æstas læta. Virg. 3. Georg.

Dies lætus. Virg. 1 Æneid.

Clamor lætus. Virg. 3 Æneid.

Comitia lætus. Horat. 2. Serm. saty. 6.

Frons parum læta. Virg. 6. Æneid.

Honor lætus. Virg. 1. Æneid.

Locus lætus, atque plausibilis. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Memoria læta. Tacit. lib. 3.

Mentes lætæ. Virg. 5. Æneid.

Ore læto alloqui aliquem. Ouid. 9. Metam.

Pectora lætissima. Ouid. epist. 21.

Plausus lætus. Stat. 6. Thebaid.

Pubes lætæ Horat. 1. Carm. ode 25.

Res lætę. Virg. 2. Æneid.

Sedes lætæ. Horat. 1. Carm. ode 10.

Victoria læta. Horat. 1. Serm. saty. 1.

Vrbes lætæ. Lucret. lib. 1.

Vultus lætus. Ouid. 10. Metam.

¶Lætæ segetes, Id est fertiles. Virg. 1. Georg.

Ager lætus. Virg. 1. Georg.

Aibusta læta. Lucret. lib. 2.

Arua læta. Virg. 6. Æneid.

Truges lætæ. Virg. 1. Georg.

Genus lætum vitis. Virg. 2. Georg.

Herbæ lætæ. Idem 1. Georg.

Legumen lætum. Virg 1. Georg.

Pabula læta. Virg. 3. Georg.

Pascua læta. Horat. 4. Carm. ode. 4.

Prata læta. Senec. Herc. furen. 9.

Sata læta. Virg. 2. Æneid.

Lætum solum. Colum lib. 4.

Vineta læta. Lucret. lib. 2.

¶Armenta læta. Virg. 3. Æneid.

Læta indoles. Quintil. lib. 2. cap 4.

Lætè, Aduerbium {ἡδέως, ἁβρῶς} Iucundè & hilariter, cui opponitur Seueré. Quintil. lib. 8. cap. 3, Concitatè dicere, an moderatè, lætè an seuerè, &c.

Lætius fruticare, Lætius frondere, Id est vberius. Colum. libr. 5. cap. 9. Plin. lib. 16. cap. 31.

Lætius audere aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Lætor, lætaris {χαίρω, γάνυμαι, εὐφραίνομαι, ἀγάλλομαι} lætari. Gaudere, delectarinẽ capere, sed extrinsecus. Cic. 2. de Diuin. An Gn. Pompeium censes tribus suis Consularibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solicitudine Ægyptiorum trucidarum iri, &c.

Lætor vtrunque: Hoc est de vtroque. Cic. ad Marium, lib. 7, Vtrunque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse.

Gaudere & lætari. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Hæc perfecta esse gaudeo, vehementérque lætor.

Lætor malorum. Virg. 11. Æneid. More Græcorum hic habet genitiuum, teste Seruio.

Lætor hac re. Virg 6. Æneid.

Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Cic. 7. Ver.

Toto pectore lætor. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9.

Lætans, Participium {εὐθυμῶν, γαθέων.} Cic. 4. Tuscul. Voluptati maleuolentia, lætans malo alieno, delectatio, iactatio, &c. Alij legunt lactans.

Lætanti animo. Cic. pro Cluent. Itaque nubit Oppianico continuò Sassia lætanti iam animo, & spe optima confirmata.

Pectus lætans. Catull. Argon 59.

Loca lætantia aquarum. Lucret. lib. 2. Quæ lætos reddunt.

Læto. lætas. {θαρσύνω, ἥδω} lætare, Actiuum, antiqui dixerunt. Actius, Et re vt triphei lætarem bono.

Lætifico, lætificas, pen. cor. {θαρσύνω, ἥδω, γανύω} lætificare, Lætum fa-

cere. Cic.2.de Natu.deorum, Contrahit terram, tum viciſſim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur.
Gloria lætificat illum. Lucan.lib.3.
Lætificare terram, Fimo iniecto aut re alia pinguefacere, ſtercorare. Plin.lib.17.cap.8.

Lætificus, penul.corr. {ἱλαρυντικὸς.} vt Lætificæ vites. Cic.1.Tuſc. Ex antiquo poeta.

Lætificor, pen.corr.lætificaris {ἱλαρύνομαι} lætificáti, Deponens, Lætus ſum. Plaut. Aulul.29, Nunc eo alij lætificantur meo malo & damno.

Lætifco, lætiſcis {ἱλαρύνομαι} lætiſcere, Lætum fieri. Siſenna lib.4, Vtrúmne dij cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſuperuæ gentes humana negligant. Obſoletum.

Lætitia, lætitiæ {χαθαρότης, ἱλαρότης, εὐθυμία} Exultatio animi, quæ gaudio efferuentiore fieri ſolet, propter euentum rerum expetitarum. Cic.3. Tuſc. Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.
Humi, atque ſtirpis lætitia. Colum.lib.4.cap.24. non ita procul ab initio.
Loci lætitia. Columel.lib.4.cap.21.
Plenus lætitiæ. Horat.de Arte.
Dator lætitiæ Bacchus. Virg.1.Æneid.
Tempora lætitiæ. Ouid.epiſt.15.
Geſtiens lætitia. Cic. Tuſcul.4, Quum ratione animus mouetur placidè atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter & effuſè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem.
Inſolens lætitia. Horat.2. Carm.ode 3.
¶ Abundare lætitia, Vide ABVNDO.
Motus lætitiæ accipere. Lucret.lib.3.
Accipere cum lætitia, Vide ACCIPIO.
Afferre lætitiam. Vide AFFERO.
Afficere lætitia. Cic.pro Milone.
Auctus lætitia, Vide AVGEO.
Carere lætitia. Cic.Poſt reditum ad Quirites.
Capere lætitiam, Vide CAPIO.
Coniicere in lætitiam, Vide CONIICIO.
Contorquere iudicem ad lætitiam. Cic.2.de Orat.
Lætitiam dare, Prębere cauſam lętitiæ. Cic.pro Plancio, Nolite Iudices, per vos, per fortunas veſtras, per liberos, iuimicis meis, his præſertim quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi, dare lætitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei.
Effetri lætitia. Cic.pro Deiotaro.
Excitari lætitia ad canendum. Cic.2.de Diuin.
Ingens exorta lætitia. Virg.3. Æneid.
Expulit ex omni pectore lætitias. Catul.de Leſbia, epig. 71.
Extollere lætitia. Cic. Cælio, lib.2, Nullam me epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta præclara quæ me lætitia extulerunt.
Exultare lætitia in municipiis. Cic.ad Att.lib.14.
Exultans lætitia. Virg.12. Æneid.
Vitium lætitia. Colum.lib.4.cap.19.
Facere lætitiam. Cic.1.de Finib. Recta & honeſta quæ ſunt, ea facere ipſa per ſe lætitiam.
Ferre lætitiã. Cic. Att.lib.14, Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes.
Fremebant lætitia ludiſque. Virg.8. Æneid.
Inceſſi lætitiis omnibus repente. Cic. Cælio, lib.2.
Lætitiæ mulcent hæc loca. Lucret.lib.3.
Lætitia obiicere. Terent. in Heautont.
Percipere lætitiam. Cic.1. de Orat. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quòd, &c.
Perfrui lætitia. Cic.1.in Catil. Hic tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere?
Proſequi aliquem lætitia. Quintil.lib.5.cap.11.
Repetere lætitiam conuiuij. Tacit.lib.13.
Animus viget lætitia. Lucret.lib.3.

Lætabilis, & hoc lætabile, pen.corr. {ἱλαρυντικὸς} Lętitia dignum. Cic.4. Tuſc. Is eſt ſapiens quem quęrimus, is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferẽdum videri poteſt. Ibidem, lib.1, Quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum?
Factum cunctis lætabile. Ouid.9. Metam.

Lætandus, Adiectiuum {ἱλαρυντέος.} Cic.pro L. Manilia, Atq; illud in primis lætandum mihi eſſe video, &c.

Lætitudo, pen.prod. lætitudinis, fœm.gen. {σπάνιον χρῆσις} Antiquum verbum, idem ſignificans quod Lætitia. Accius, Quanta in venando affectus eſt lætitudine?

Lætamen, pen.prod. lætaminis, n.g. {κόπρος} Fimus qui per agros iacitur, quòd eos lætos, hoc eſt pingues faciat. Plin.lib.18.cap.16, Ipſumque pro lætamine eſt.

Læua, lęuæ, fœm.gen. A Græco deducitur, quippe Græci λαιὰ, lęuã dicunt, & ſignificat ſiniſtram manum. Feſtus, Læua ſiniſtra: quòd eam Græci ἀπὸ λαοῦ dicunt, vnde tractum cognomen Scęuola. Cic. 4. Acad. Quum autem lęuam manum admouerat, & illum, &c.
Comam implicuit lęua. Virg.2. Æneid.
Ad lęuam: vel Ad lęuam manum, Vide AD prępoſitionem.
Petere lęuam. Virg.3. Æneid.
Lęuam petentibus, Id eſt euntibus ad lęuam. Plinius, lib.14. capite 6, Falernus ager à ponte Campano lęua petentibus vrbanam coloniam Syllanam incipit.
Verſi ad lęuam. Liu.1.ab Vrbe.
Dextra montibus, lęua Tyberi amne ſeptus. Liu.4. ab Vrbe.
Lęua pars & Dextra, contraria. Cic.4.de Finib.

Læuus, Adiect. {σκαιὸς} Siniſtrum. Plaut. Milit.19, Habeo quidem hercle oculum. PY. at lęuum dico. Subaudi, latus, vel oculum.
Auris lęua. Ouid.12. Metam.
Lęuus homo, pro Siniſtro & inepto. Horat.de Arte, -ô ego lęuus
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.
Ex humero lęuo dependet. Ouid.8. Metam.
Radit iter lęuum. Virg.5. Æneid.
Latus lęuum. Horat.3. Carm.ode 26.
Oculus lęuus. Lucret.lib.4.
Dextera tranſmutare lęuis. Lucret.lib.2.
¶ Lęuum quum de humanis rebus loquimur, ſignificat contrariũ, ſtultum. Virg.1.eclog. Et 2. Æneidos,
Et ſi fata deûm, ſi mens non lęua fuiſſet. Seruius.
Tempore lęuo interpellare aliquẽ. Horat.2. Sermon. ſaty.1. Hoc eſt importuno.
¶ Lęuus, quum de cęleſtib. loquimur, proſperum ſignificat. Virgil. 2. Æneid. Intonuit lęuum. Quia ſiniſtra numinum, intuentibus dextra ſunt. Idem 4. Georg. -ſiquem
Numina lęua ſinunt, auditque vocatus Apollo.
Lęuum lumen, Noxium. Virg.10. Æneid. De Sitio. Seru.

Lęuinus, Cognomen Valeriorum fuit, non ex eo, vt ſuſpicatur Turnebus, quòd primus huius nominis ſiniſtro & improbo lęuoq; eſſet animo, ſed quòd lęua manu pro dextra vteretur, vt Scęua & Scęuola.

Lęuorium, Siniſtrorſum, inquit Feſtus.

Lętus, & hoc lęue {κίνδυνος} Significat quod tactu aſperum non eſt, idq; authores dicunt moſſenſum, lubricum, & tenerum, vt ſunt ova voluerum. Perſius ſaty.1,
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lęuis.
Aſpera muſta lęubus. Lucret.lib.2.
Frons lęuis Virg.eclog.6.
Ora lęuia. Tibul.lib.1.eclog.8.
Pocula lęuia. Virg.5. Æneid.
Pollex lęuis. Iuuenal.ſatyr.2.
Tigna lęuia radere. Lucret.lib.5.
Vir lęuior fœmina. Ouid.3.de Arte.
¶ Lęue, abſolutè, pro Re lęui, quale eſt marmor politum. Horat.2. Serm.ſaty.7, Externi nequid valeat per lęue morari.

Lęuitas, pen.corr.lęuitatis {λεῖον} Aſperitati contraria. Martianus, Lunarem circulum ingreſſa Virgo conſpicitur globoſum quoddam, tenerumque corpus eſſuperni roris lęuitate compactum inſtar ſpeculi prænitentis Plin.lib.9.cap.29. Hic lęuo oppoſitus aſperum. Idem lib.2.cap.3, Lęuitate continua lubricum corpus.
Lęuitas inteſtinorum. Celſus libr.4.capite 16, Vide Lienteria, in LIEN.

Lęuor, lęuoris, maſc.gen. {λειότης} Idem quod lęuitas, hoc eſt complanatio, ſiue expolitio. Plin libr.13.cap.12, Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, lęuor. Idem lib.9.cap.35. Lucret.lib.4, -& item lęuis lęuore creatur.

Lęuigo, lęuigas, penul.corr. {λειόω, λεῖος} lęuigãre, Complanare, polire, quaſi lęue facere. Plinius, Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote lęuigantur. Varro 3. de Re ruſt.cap. 11, Omnes parietes tector lęuigantur, ne feles, aháve quæ beſtia introite ad nocendum poſſit.

Lęuigatior, & hoc lęuigatius. Macrob.libr.7. Satur.cap.12, Quod & lęuigatius & ſpiſſius eſt. Faciliora enim ad cocũdum videntur, quæ lęuigatiora denſatioráque ſunt.

Lęuo, lęuas {κενῶ} Idem quod lęuigo. Statius lib.1. Thebaid. Pars teretes lęuare manu, ac diſponere menſas. Celſus, Lęuat quæ exaſperata ſunt.

Lęuatus {κεκενῶσθαι, ἢ λεαίνεσθαι} lęuatior, lęuatiſſimus. Gell.lib.17.cap.8, Ad coeundum ideo videntur faciliora, quæ lęuatiora lęuiaq; ſunt.

Laganum, lagani, pen.corr. {λάγανον.} Acron, Lagana ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, ex caſeo, pipere, croco, cinamomóque conditæ in cibis dantur. Vide LACHANA.
Catinus lagani. Horat.1. Serm ſaty.6

Lagari {λαγανεῖ} verſus dicuntur qui in medio claudicant pede: ſicut myuri, qui poſtremo: & acephali, qui à breui ſyllaba incipiunt. Ex Athen. Macrob lib.5 Saturn.cap.14, Lagari, qui in medio verſu breues ſyllabas pro longis habent.

Lagena, lagenæ, pen.prod. {λάγυνος, ἡ λάγυνος.} Genus vaſis teſtacei, non tam ad aquam, quam ad vinum, & alios humores cõtinendos accommodatum. Plautus Curcul. 2, Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe. Martial.lib.1, Et nigri Syra defruti lagena.
Signum læſum lagenæ. Horat.2.epiſt.2.
Catenata lagena, Vide CATENA.
Sitiens lagena. Perſ.Saty.3.
Vapida lagena. Perſ.Saty.6.

Laguncula, pen.corr. Diminutiuum {λαγυνίδιον} Parua lagena. Cic. Attico, libro 6, In his inuentæ ſunt quinque lagunculæ matronarum, in quibus, &c.
Laguncula paruula. Plin.lib.2.epiſt.6.ad Auitum.

Lageos, penul.prod.fœm.gen. {λαγῳὸς} Vua quæ Latinè leporaria dicitur. Virg.2. Georgicorum,
Et paſſo ſtythia vitior, tenuiſque lage os
Tentatuta pedes olim, vincturáque linguam. Seruius.

Lagois {λαγῳὶς} pen.prod.fœm.gen. Auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos, lepus eſt.
¶ Lagois, Genus piſcis Horat.2.Sermon.ſaty.2,
Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagopus, pen.prod. lagopodis, pen.corr. {λαγώπους} Auis quæ in Alpibus viſitur, de qua Plinius lib.10.cap.48. Martial.lib.7,
Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.
¶ Lagopus, Herba à pedis leporis ſimilitudine dicta. Plin.lib.28. cap.8.

Lagophthalmus {λαγώφθαλμος} Genus mali eſt apud Celſum, quoties in aliqua curatione plꝰ ęquo excita cute, vel alia cauſa euenit vt oculus nõ cõtegatur. A leporibus dictum, qui apertis oculis dormire conſueuerunt,

Aueuerunt, quum ſuperior palpebra non deſcendit. cui vitio contrarium eſt ectropium. Corruptè legitur apud Celſum libr.7, glaucophthalmos, pro lagophthalmos. Hæc ex Hermolao.

Laguncula. Vide LAGENA.

LAGVS, Vide in dictione. PTOLEMAEVS.

LAGYGES, Populi ſunt Sarmatiæ. Perottus.

LAGYRA, Ptolemæo lib.3.cap.6, vrbs eſt Tauricæ Cherſoneſi.

Laicus, pen.corr. Adiectiuum {λαϊκὸς} Budæus, Profani dicti ſunt, qui ſacris initiati non erant, quod Virgilius 6. Æneid. ſignificat, quum inquit,
-procul ô procul eſte profani,
Conclamat vates. Nunc laicos vocamus, quaſi populares. Laicum enim vulgo attrectabile ſignificat: ſicut ſacrum dicitur & ſanctum, cuius tactu populo interdictum eſt. Sic accipiuntur laici panes primi Regum, capite.21, ad ſacrorum differentiam. Et Ezechielis vltimo.

LAIS {λαΐς} Corinthia meretrix, ob elegantiam, venuſtatémque formæ grandem pecuniam demerebat: conuentúſque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, niſi qui dabat quod popoſcerat. poſcebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait Phocion natum eſſe illud frequens apud Græcos adagiũ, οὐ πανταχοῦ ἐξέστιν εἰς κόρινθον ἐλθεῖν ὁ πλοῦτος, quod expreſſit Horatius lib. 1.epiſtol.18, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Quòd fruſtra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poſceretur. Hæc Gellius cap.8.lib.1. Vbi plura.
Multis Lais amata viris. Ouid.1.Amor.eleg.5.

LAIVS {λάϊος} Thebarum rex, Labdaci filius, & OEdipi pater ex Iocaſta Creontis Thebani ſilia. Bocatius.

LALETANIA, Hiſpanię regio: inde Laletani, populi: & Laletanum vinum, magis copia quàm bonitate laudatum. Plin.lib.14.cap.16.

Laliſio, laliſionis, maſc.gen. {λαλισιὼν} Pullus eſt onagrorum. Martial. lib.13,
Quum tener eſt onager, ſolâque laliſio matre, &c. Plin.libr.8.capite 44, Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui pullis eorum ceu præſtantibus ſapore Africa gloriatur, quos laliſiones appellant.

Lallo {λαλῶ} lallas, lallare, Antiquum verbum, Eſt (vt inquit Murmellius) lac fugere: vel, vt alij volunt, lentè lac trahere, aut blandè loqui more infantium. Perſius Satyr.3,
Et ſimilis regum pueris pappare minutum
Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas? Hieronymus accipere videtur de nænia nutricũ, quam infantibus occinunt potiſſimũ quum ſomnum eis conciliant. Verba Hieronymi ſunt, Forſitan & laxis verbum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare cõgeminet. Alij vocem eſſe qua nutrix ad lactandum inuitet aiunt. Nobis Gallis inde *La* vox adhortantis eſt.

LALLVS, Deus fuiſſe videtur, qui præeſſe nænis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Nulla enim litera eſt quam facilius ſonent pueri quàm lambda: quinetiã eius frequentia ſomnum inducebant. Auſonius de filio Probini,
Nutricis inter lemmata Lallíque ſomniferos modos. Turnebus.

Lama, lamæ {λάκκος} Aquæ collectio eſt, inquit Feſtus.

Lambero, lamberas, lamberare, Eſt, inquit Feſtus, ſcindere atque laniare. Plautus Pſeudolo, Euge pellepide Charine, me meo ludo lamberas. Sic enim ex ſchedis veteribus reſtituit Turnebus. Verberari autem & vapulare ſe ſuo ludo ſeruus dicit: eiſdem enim appetitur iocis, quibus laceſſiuerat.

Lambo, lambis, lambi, lambitum {κυρτοῖ, λαμβάνω} ſecundum Priſcianum, lambere, Lingere, lingua aliquid ſuauiter tangere, vt ſolent canes bibentes. Lucilius Satyra 23, Iucundáſque puer qui lamberat ore placentas. Hieronymus in lib. Iudicum, cap.7, lambuerunt dixit. Cic.5.Verr. Voluſij aruſpicis & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Hic per tranſlationem.
Lambere cibos. Colum.lib.8.cap.17.
Lambunt muſcæ. Martial.lib.14.
¶ Lambere, Tangere. Virg.3. Æneidos,
Attollíſque globos flammarum, & ſidera lambit.
¶ Lambere, Leuiter fluere. Horat.1. Carm.ode 22,
Vel quæ loca fabuloſus lambit Idaſpes.

Lambito {λαπτῶ} lambitas, pen.corr. lambitaui, lambitatum, lambitare, penult prod. Frequentatiuum. Solinus cap.25, Ægyptij canes è Nilo nunquam niſi currentes lambitant.

LAMBOTVS, Fluuius eſt Africæ apud Strabonem.

LAMBRVS {λάμβρος} Fluuius in Ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, vt ait Plin.lib.3.cap.16.& 19. A quo

Lambrani dicti ſunt accolæ {λαμβρανοί.} Suet. in Cæſare, Per Lambranos & Tranſpadanos duxit.

Lamella, Vide LAMINA.

Lamentor, lamentaris {ἀδύρω, θρηνῶ, γοάω, ὀλοφύρομαι, ὀλοφύρομαι} lamẽtari, Voce querula, triſtíque oratione damnum ac dolorẽ teſtari: authore Valla lib.5. Cic.1.de Oratore, Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegiſſet. Terent. Andr.1.1,
Quia tum mihi lamentari præter cæteras Viſa eſt.
Conqueri aduerſam fortunam, non lamentari decet. Pacuuius apud Ciceronem, 2. Tuſc.
Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monſtrare. Cicero 1. Tuſcul. Nam hæc quidem vita mors eſt, quam lamentari poſſem ſi libẽret.

Lamentãtus, Participium {ὠδυρμένος, θρηνηθείς.} vt Fata diu lamentata. Silius lib.13.

Lamentatio, Verb. {θρῆνος, ὀλοφυρμὸς} Ægritudo cum eiulatu, vt docet Cic.lib.4.Tuſcul. Et lib.1, Sed illa lugubris lamentatio, fletúſque mœrens, ex eo eſt, quòd, &c.
Mœſta lamentatio. Seneca Hippol.7.

Lamentarius, Adiect. {θρηνώδης} Quod ingerit lamentationem. Plaũt. Capt. Quæ ædes, lamentariæ mihi ſunt. Antiquum.

Lamentabilis, & hoc lamentabile, pen.cor. {θρηνώδες, μεμπτὸς} Dignum lamentatione. Virg.2. Æneidos,
Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danaí.
Carmen lamentabile. Stat.5. Sylu.3.
Lamentabilis comploratio. Liu.3.ab Vrbe.
Decus lamentabile. Stat.11. Thebaid.
Lamentabilia funera. Cic.2.de Legib. Poſteaquàm vt ſcribit Phalereus, ſumptuoſa fieri funera & lamentabilia cœpiſſent, Solonis lege ſublata ſunt.
Lamentabilis gemitus. Cic.2. Tuſc.
Regnum lamentabile. Virg.2. Æneid.
Lamentabili voce deplorare. Cic.2. Tuſc.

Lamenta, fœmnini generis apud veteres, pro Lamentatione. Pacuuius Hermiona,
Lamentas fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamentum, lamenti {πόθημα, θρῆνος} Ipſa lamentatio. Cic. de Senect. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum, lamentiſque vacare. Idem pro Milone, Sine cantu, ſine ludis, ſine exequiis, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere.
Dedere ſe lamentis, Vide DEDO.
Tecta fremunt lamentis gemitúque. Virg.4. Æneid.

LAMIAE {λαμίαι} Mulieres quæ ſtrygum inſtar, infantium ſanguinem fugunt, ſiue ipſæ ſtryges. Horat.1. Carm.ode 36,
Neu pranſæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo. Lamiæ dicebantur nobili familia ortæ. Erat enim Romæ quædam familia nobilis Æliorum, à Lamo Antiphatis patre, & Leſtrygonum rege, qui Formis regnauit, ortum habens. Philoſtratus in Apollonio ait Lamias à quibuſdam laruas appellari, & lemures, eſſéque ad amorem & Veneream propenſas: & carnes humanas, maximéque formoſorum eſurienter appetere, quæ libidinis cupiditate alliciant eos quos poſtea cupiant deuorare. Vnde & Lamiæ cognomen nobilibus inditum eſt, quod vulgò Lamium genus vocabatur. Horatius 3. Carmin. ode 17,
Æli vetuſto nobilis ab Lamo. ¶ Lamia etiam inſignis meretricis nomen fuit. ¶ Et Lamia, animal eſt faciem prætendens muliebrem, ab inferiori parte pedes equinos habens.

Lamina, pen. corr. {ἔλασμα, πλάξ} Vide BRACTEA. Liu.3.bel. Pun. Etiam tria ſigna cum titulo laminæ æneæ inſcripto, Manitium pro militibus, qui, &c. Cic.2.de Legib. Ad eam quum lamina eſſet inuenta, & in ea ſcriptum, DOMINA HONORIS, ea cauſa fuit ædis huius dedicandæ.
Fulua lamina. Ouid.11. Metam.
Mollis lamina. Ouid.de Nuce.
Leuis argenti lamina. Ouid.2. Faſt.
Enſis lamina diſſiluit. Ouid.5. Metam.
Laminis & clauis religare. Cæſar 2. bell. Ciuil.
Laminas candentes admouere. Cic.7. Verrin. Quid, quum ignes, candentéſque laminæ, cæteríque cruciatus admouebantur?
¶ Laminæ, quarum mẽtio apud M. Tullium, 7. Verrin. ferreæ velut cruſtæ erant, quæ candefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius,
Nec ſic inuſta laminis ardet cutis,
Vt febris atro ſelle venas exedit. Monuit Turnebus.

Lamna, pro lamina, apud Horat. in Carminibus legitur lib. 2. ode 2, ad Saluſtium,
Nullus argento color eſt auaris,
Addito terris inimice lamnæ
Criſpe Saluſti: niſi temperato
Splendeat vſu. Vbi Porphyrio, Lamnam pro rudi & infabricata materia poſuit: per quod ſignat non libenter habere abſconditas & ſine vſu pecunias.
Lamna candente ventres nepotum vrere. Horat.lib.1.epiſt.16.
Audiuit ſonitum crepitante lamna Senec. Agamem.9.
¶ Lamina, Putamen illud quod in nuce diſcriminat partes nucleí. Vide DILAMINO.

Lamella, lamellæ, Diminut. {λεπιδάριον.} Vitruuius lib.7.cap.3, Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca De breuitate vitæ, Maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Lamitum, Vtricę genus: de quo Plin.lib.21.ca.15, Quę innoxia eſt morſu cæcus, lamium vocatur.

LAMIVS, Mons eſt Ioniæ, notus fama Endymionis. A quo & ipſe Endymion Lamius eſt dictus. Ouid.3.de Arte,
Lamius Endymion non eſt tibi Luna rubori. Quidam legunt Latmius.

Lampas, lampadis, pen.corr.f.g. {λάμπας, ἡ λὰς, φανὸς} Græca dictio, quæ lychnum penſilẽ ſignificat. In accuſatiuo, lampada facit. Virg.9. Æneid. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Terent. Adel. 5.7, Miſſa hæc face, hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas. Colum. libro 12.cap.18, Ferreis lampadibus ardentibus caleſiunt.
Ænea lampas. Iuuen. Saty.3.
Clara lampas. Stat.10. Thebaid.
Coruſcis lampadibus denſum funale. Ouid.12. Metam.
Igniferæ lampades. Lucret.lib.2.
Vacant igne lampades. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.
¶ Lampada, lampadæ, pen.corr.ab accuſatiuo lampada.
¶ Lampas, Genus facis in aere. Plin.lib.2.cap.26, Duo genera faciũt; lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Vulgus faces ardentes, vel lanceas ignitas vocat.
Lampas, pro luce, vel ſplendore: vt Lunaris lampas. Stat.10. Theb.
Phœbea lampas. Virg.4. Æneid.
Rutilantem attollens lampada Titan. Silius lib.12.
Dies orta luſtrabat terras lampade. Virg.7. Æneid.
Lampada curſu tradere, prouerbialis metaphora, pro eo quod eſt, Partes ſuas quaſi ſucceſſione in alium atque alium transferre. Lucret.lib.2, Et quaſi curſores vitai lampada tradunt. De animantibus agit, quæ ſucceſſione propagantur, vita per vices ab aliis in alia

transfusa. Eodem pertinet Persianum illud Saty.6,
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? Erasmus.

LAMPETIA {λαμπετία} fuit Solis filia ex Neæra, forórque Phaetusæ. Hæ transeunte Vlysse armenta custodiebant, vt videbimus in dictione PHAETVSA.

Lampetra, lampetræ, pen. corr. Pisces genus à lambendis petris nomen sortitus. Hunc piscem nonnulli murænam vocant. Sipontinus, Vide MYSTELLA.

LAMPETVS, pen. prod. Soror Phaetontis in arborem mutata. Scruius.

LAMPETVS, mons est Arcadiæ, teste Plinio lib. 4. cap. 6.

LAMPIA, pen. prod. {λαμπία} fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Statius lib. 4. Thebaidos,
Cadénsque iugis lampia niuosis. ¶Est item oppidum Arcadiæ eiusdem nominis apud Lactantium.

LAMPON, Panchares, Pelorus, Camphasus, nomina sunt equorum apud Silium. De Lampone scribit hoc modo,
Euolat ante omnes, rapidóque per aera cursu
Callaicus Lampon fugit, &c. Interpretatur cándidus vel splendidus. ¶Fuit & Lampon, sacrificus vates, per anserem velut auem auguralem iurare solitus. Erasmus in proverbiis.

LAMPSACIVS, Filius fuit Cilicis, eíque successit in regno, vt author est Paulus & Theodontius antiquissimi scriptores apud Bocatium lib. 2. cap. 48.

LAMPSACVM, pen. corr. {λάμψακος} antè Pityusa vocata, ciuitas est Bithyniæ in Hellesponto, nomen à splendore tractum. Nam λάμπω, idem est quod splendeo. Strabo vrbem clarissimam nobili portu esse ait, & templo Matris deûm insignem, lib. 13. Vide Cic. 3. Verr.

Lampsacenus. pen. prod. Adiectiuum {λαμψακηνός.} Vnde Caron historicus, & Adimanthus, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni fuere. Ipsum etiam Epicurum Lampsaceni dicunt diu Lampsaci versatum.

Lampsacius, Idem quod Lampsaceus. Martial. lib. 11. epig. De Titio,
Tanta est quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciæ colunt puellæ

Lampsacius versus, pro falaci & impudico. Martial lib. 11. epigr. 17. Ad lectores,
Nam mea Lampsacio lasciuit pagina versu.

LAMPSACVS, pen. corr. f. g. Idem quod Lampsacum. Valer. Flac. lib. 2. Argon. non procul à fine,
-transtrissáque puppi Lampsacus, &c.

Lampyris, pen. prod. huius lampyridis, f. g. {λαμπυρὶς} Genus vermis, de quo sic Plin. lib. 11. cap. 28.

LAMVS, Equus generosus apud Silium,
Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Iberdæ.

Lamyrus, Lacertorum genus. Plin. lib. 32. cap. 11.

LAMYRVS, Iilius fuit Herculis ex sole Euryti regis filia Bocatius.

Lana, lanæ {ἔριον, ἔρεον, εἶρος, ἔκτερις, λάχνη} quid sit manifestum est. Hanc à laniando dictam putant quidam. Laniare enim, scindere est. scindituer enim nunc lana, quæ velli quondam solebat. Cic. 2. de Oratore, Quando ad me venis cum tua colu & lana? Ex quodam poeta.
Globi lanæ. Horat. 1. epist. 13.
Mollis lana. Virg. 2. Georg.
Pectita lana, Vide Pectitus in PECTO.
Sordida lana. Ouid. 2. de Arte.
Lana neta, Lana facta & infecta, Lana lota, Lana anserina, caprina, leporina Vlpian. in l. Si cui lana legetur. ff. De leg. tertio.
Succida lana. Iuuen. Saty. 5.
Tincta murice lana. Ouid. 1. de Arte.
Tonsæ lanæ. Horat. 3. Carm. ode 15.
¶Carpere lanam, Vide CARPO.
Ducunt lanas, aut stamina pollice versant. Ouid. 4 Metam.
Rudes lanas excolere. Ouid. 2. de Arte.
Facere lanam. Lucret. lib. 5.
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Virg. 2. Georg.
Rudem primos lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Metam.
Albentes inuertere lanas murice. Silius lib. 16.
Niueam pensis inuoluere lanam. Claud. 1. in Eutrop.
Medicata lana fuco. Horat. 3 Carm. ode 5.
Varios discet mentiri lana colores. Virg. eclog. 4.
Lanam mollire. Ouid. 3. Fast.
Bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam.
Trahere lanam. Iuuen. Saty. 2.
¶De lana caprina rixari. Horat. 1. epist. 19. Vide Adagia erasmi.
¶Lana non tantùm de ouibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus. Vlpianus in l. Si cui lana. §. Lana leg. ff. De legatis & fideicom. 3, Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ἐρίξυλον appellant.

Lanula, lanulæ, pen. corr. Diminutiuum. Celsus lib. 7. cap. 27, Tenuésque carunculæ lanulis similes.

Lanarius, Substantiuum {ἐριοκάμος} Qui lanam curat. Plaut. Aulul. 19,
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lanaris, & hoc lanare, pen. prod. {ἐριοπόκος} Quod lanam gerit. Var. 2. de Re rust. cap. 9, Nos qui pascimus pecus lanare.

Lanatus, pen. prod. Adiect. {λαχνότης, μαλλωτὸς} Quod lanam habet. vt Lanatum pecus. Columel. lib. 11. cap. 2. Et lib. 7. cap. 3, Lanatæ oues.
Lanatæ pelles. Colum. lib. 6. cap. 2.
Lanatæ vites, Amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Colum. lib. 3. cap. 2.
¶Lanatiore canitie folia. Plin. lib. 21. cap. 20.

Laneus, Adiect. {ἔριος} Quod ex lana est. Plaut. Mil. 16, -caucasiam
Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam.
Insula lanea. Virg. 3. Georg.
Laneum latusculum, Id est latus mollissimum. Cat. ad Thallum.
Laneum pallium. Cic. 3. de Nat. deor.
¶Lanea tracta, pro laneis liciis, vel laneis pannis, vel potius pro lanæ glomis reperimus. Varro, Etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori. Turnebus.
Vitta lanea. Propert. lib. 3. eleg. 6.
¶Laneus lupus, Piscis. Mart. lib. 13, Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui. Lupum piscem vocat laneum, ob vicinos montes Euganeos (circa hos enim Timauus in mare effunditur) abundantes pecore lanas mollissimas ferente.

Lanicium, lanicij {ἐριωργία, ταπητουργία} dicitur, sicut à fuga effugium, teste Seruio. Virg. 3. Georgicorum,
Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua. Plin. lib. 6. cap. 17, Primi sunt hominum, qui nosc antur, Seres, lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.
¶Lanicium, nõ tam curam lanæ significat, quàm lanati pecoris, vt ex Arnobio apparet sic scribente, Nunquid in culpa natura est, quòd lanicijs extulit importunissimam belluam? Iterum, Lanicia curent vestra numerosis foetibus multiplicari.

Lanificium, lanificij {ταπητουργία} Lanæ opificium. Columel. lib. 12. in Procem. Nunc verò quum pleraque sic luxu & inertia defluant, vt nec lanificij quidem curam suscipere diguentur.

Lanificus, pen. corr. {ἐριοπόνος, ἐριοπώνης} Qui lanæ artem exercet. Martial. lib. 6,
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista deos.
Artis lanificæ doctissimus. Claud. 2. in Eutrop.
Manum lanificam imponere pensis. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Lanificus, cum genitiuo, vt Lanificus staminis. Iuuen. Saty. 12. Potest tamen & aliter construi.

Lanifer, Adiect. penult. corr. {ἐριοφόρος} Quod lanam fert. Plin. libro 13. cap. 14, Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores non ferè habet, præter lanigeras, Vide LANA.

Laniger, penultima corr. Adiectiuum {ἐριοφόρος} Idem. Plin. lib. 12. cap. 10, Eiusdem insulæ excelsiore fuggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum.
Efforsus laniger annis. Ouid 7. Metam.
Greges lanigeros agitare. Virg 3. Georg.
Oues lanigeræ. Virg 3. Æneid.
Pecus lanigerum. Accius apud Cicer. 1. de Diuinat.
Pecudes lanigeræ. Virg. 7. Æneid.
Vellus lanigerum. Ouid. epist. 17.

Lanosus, pen. prod. {δασυπόκιλος, ἐριώδης} Lana abundans. Colum. lib. 7. cap. 3, Eliges bimam vasti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi & ampli veteri. Vide LANA.

Lanaria, lanariæ {σφόνδυλος} Herba. Plin. lib. 24. cap. 18, Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. Vulgus colonarium vocat, quæ eadem est cum gnaphalio Dioscoridis.

Lanaris, Lanarius, Lanatus, Vide LANA.

Lancea, lanceæ, à latitudine ferri dicta est. vel quia Græcè λόγχη dicitur, Teli genus longissimum. Hispanica dictio est, non Latina, vt Gell. ait libro 6. cap. 10, ex Varrone. Hanc olim Luculli luculleam appellarunt. Festus, Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην vocãt: λόγχη enim hasta, & λογχάριον sarcelles. Plinius lib. 15 cap. 30. Tacit. Dissectam fluitantémque testudinem lanceis, contisque tectantur, donec dissecta compage scutorum exangues prosterarentur.
Felix lancea. Lucan. lib. 6.
Lancea {λόγχη} Id est spiculum venabuli vel iaculi, inquit Bud.

Lanceatus, pen. prod. {λογχωτὸς} Lancea armatus.
Lanceatus, Ictu lanceæ necatus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoscopum in XXI parte Tauri, lanceati moriuntur.

Lancearius, lancearij {λογχοφόρος} Qui lanceam gerit. Budæus, Lancearij sunt ex Tranquillo qui nunc vulgò pearij, id est spiculatorij dicuntur.

Lancino, lancinas, penultima correpta {κατατεμνω, τίλλω} lancinare, Ferire, lacerare. Plinius libro 11. cap. 34, Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt.
Bona paterna lancinata sunt. Catul. in Iulium Cæs.

Lancus. Vide LANA.

Langa, langæ, Genus animalis, quod alij languriam vocant, quam dicunt circa Padum inuenti. Plin. lib. 37. cap. 2, Alij dixere languriam, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

LANGIA, penult. producta, Fons est in Nemæa sylua Arcadiç, vt indicat Statius lib. 4. Thebaid. Ex hoc refectus fuit Argiuus exercitus ad Thebas vadens, quum grauiter sitisset.

Languor, languoris, m. g. {παραλυσία, πάρεσις, μωλωπία, καῦσος} Proprie est defectus virium, & succi naturalis.
Aquosus languor, Hydrops. Horat. 2. Carm. ode 2.
Discedit languor à corpore. Ouid. epist. 19.
Perpetuus corpora languor habet. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.
Inficere animum languore, Vide INFICIO.
Perfusus multis languoribus. Catul. in Camerium, epigr. 51.
Molli languore solutus. Ouid. 11. Metam.
Membra soluta languore. Ouid. 11 Metam.
¶Languor, ad animum quandoque transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiáque. Cic. lib. 1. Offic. Nihil autem magis cauendum senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat. Idem ad Attic. libro 14, Vides languorem bonorum.
¶Languor, Lassitudo. Plautus Asinaria, 11,
Vbi sepe ad languorem tua duritia dederis octo.

Languco, langues, langui {ἀδυνάω, ἀπογλεγγίω} languêre, Deficere, infirmum esse, dissolui, vt Langueus vox. Cic. 1. Offic.
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3.
Corpora languent tristi morbo. Virg. 4. Georg.
Cor languens. Catull. Argon. 59.
Gratia languens. Silius lib. 17.
Ictus languens. Lucan. lib. 3,
Nimbo-

Nimbosum languet iubar lunæ. Stat. 12. Theb.
Manu languenti tenere aliquid. Ouid. 12. Metam.
Membra languentia. Lucret. lib. 6.
Vires in corpore languent. Ouid. 1. de Ponto, eleg 5.
Languere è via. Cic. 1. Philipp.
¶Languere, Timidum esse. Salust. Si paulum modò vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt.
Incitat languentes vis fonorum, & excitatos languere facit. Cic. 1. de Legib.
¶Languere, Otio torpere & marcere. Cic. in Pisonem, Nec despero tamen (quãquã languet iuuentus, nec perinde atque debeat, in laudis & gloriæ cupiditate verseturi) futuros aliquos qui abiectum hoc cadauer, Consularibus spoliis nudare non nolint.
Languere otio. Cic. 1. de Nat. deor. Nam quum otio langueremus, & is esset Reip. status, &c.

Languesco, languescis {παραλυθῶ, πάσχω ἀφάνισμα, νωθρεύω} languescere, Languore confici. Virg. 9. Æneid. Purpureus veluti quum flos succisus aratro Languescit moriens. Cicer. 4. de Finibus, Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius languescit.
Lumina languescunt morte. Catull. Argon. 59.
¶Languescere, Inualidum, tepidum, seu otiosum fieri. Cic. in Catone, Orator metuo ne languescat senectute.
Languescit cupido: Hoc est minuitur. Plin. epist. 173.
Languescente colore in luteum. Plin. lib. 27. cap. 13.

Languidus, pen. corr. Adiectiuum {ἄπνους, ἄπνοος, νωθρὸς, ἀμενηνὸς} Quod languet. Plin. epist. 190, Quum iam satis ille primus impetus defecbuisset. & languidior in dies ira ad institiam rediisset.
Languidus vino, vigilíssque. Cic. 5. Verr. Et in Catil. Vino languidi, confecti cibo, somno rediuiti.
Aura languida. Ouid. 2. de Ponto, elegia 1.
Languida authoritas patrum facta est. Plin. lib. 15. cap. 29.
Languida cassis. Martialis lib. 5.
Ceruix languida. Stat. 10. Thebaid.
Languido colore herba in candidum vergente. Plin. lib. 12. cap. 12.
Languidulæ coronæ. Quintil. lib 8. cap. 3.
Comina languidus. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Languidus ictus, cui Creber opponitur. Plin. lib. 11. cap. 37. De pulsu arteriarum.
Languidus ignis. Plin. lib. 34. cap 8.
Lumina languida. Catull. Argon. 59.
Pecus ad pastum languida. Cicer. 2. de Finibus, Vt tardam aliquam & langundam pecudem ad pastum.
Quies languida. Virg. 12. Æneid.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.
Languidus fucus. Plin. lib. 9. cap. 41.
Vina languidiora facit. Ouid. 3. Carm. ode 21.
Alienior & languidior homo. Cic. ad Quint. frat. libro 1, Si qui antea aut alienores fuerant, & languidiores, nunc horum odio, se cum bonis coniungunt.

Languidè, penult. corr. Aduerbium {ἀτόνως, νωθρῶς} Cunctanter, negligenter, otiosè. Colum. lib. 11. cap. 1, Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæsar 7. bell. Gall.

Languidulus, penult. corr. {ὑπόκωφος} Diminutiuum: vt Somni languidulí. Catull. Argon 59.
Lai gotidulæ coronæ. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Langurium, languij, electri species ex langis siue languriis factum. Plin. lib 37. cap. 2.

Lanificium, Lanifer, Lanificus, Laniger. Vide LANA.

Lanius, lanij, vel Lanio, lanionis, masc. gen. {κρεωπώλης, κρεοπάνης} Qui carnes in carnario vendit. A laniandis pecoribus, quòd eas concidat, laniétque. Terent. Eunuch. 2. 2, Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui. Matt. lib. 6, Omnia crudelis lanius per compita portat.

Laniena, lanienæ, penult. prod. {κρεοπώλιον} Officina in qua fiunt & vẽduntur carnes. Plaut. Epid. 5, Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias.

Lanea, laneæ, Idem quod Laniena. Liu. lib. 4. Decad. 5,
Laneáque & tabernas coniunctus in publicum emit.

Lanigus, Adiectiuũ, Vt ab abiete abiegnum, à larice e larignum, sic à lanio lanigunm pro lanionio veteres formarunt. Varro, Hoc interuallo primum forensis dignitas creuit, atque ex tabernis lanigeris argentariæ factæ. Hæc ex Nonio sumpta sunt.

Lanionius, Adiectiuum {κρεωπωλικὸς} Quod ad lanium pertinet. Vnde Lanionæ mensæ, in quibus scinditur caro. Suetonius in Claudio, Carnificem statim acciri cum machaera, mensáque lanionia flagitauit.

Lanio, lanias {κρέαιρω, κατατέμνω, σπαράττω} laniare, Discindere. Liu. 9. ab Vrbe, Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem, laniandáque viscera nostra præbuerimus.
Laniare dentibus. Liu. 2. bell. Pun.
Tenues laniant amictus. Ouid. 4. Metam.
Capillos laniare. Ouid. 9 Metamorph.
Carnem lanare dicitur lanius. Paul. in l. Quũ de lanionis in princip. ff. De fund. instruct.
Corpus laniare. Ouid. 4. Fast.
Crinem laniare. Ouid. 2. Meram.
Membra foa laniare. Ouid 14. Metam.
Mundum laniant venti. Ouid. 1. Metamorph.
Tunicam laniare. Ouid. 2. de Arte,

Laniatus, penult. prod. Particip. {κρυπτός.} vt Capillos laniata. Ouid. epistol. 14.
Genas laniata. Virg 12. Æneid.
Sinus laniata Clymene. Ouid. 2. Metamorph.
Classis laniata. Ouid. epist. 7.

Laniatus, huius laniatus, penult. prod. {σπαραγμὸς} Cic. 1. Tusculan. Quid igitur mihi feratum laniatus oberit nihil sentienti? Plin. lib. 8. cap. 40, Laniatúque & lacerato adactum. vt cogeretur fateri scelus.

Laniatũ, laniatij, n. g {κρεωπωλεῖον} pro Laniena. Varr. 2. de Re rust. cap. 4, Quis enim nostrum fundũ colit, quin sues habeat, & qui non audierit partes nostros dicere, ignauũ & sumptuosum esse, qui fecunditã in carnario suspendere it potius ab laniatio, quàm ex domestico fundo.

Lanista, lanistæ, masc. gen. {ὁπλομαχῶν τῶν γυμνικῶν} Magister & institutor gladiatorum: sub cuius dominatu, & quo hortante homines gladiaturam exercent, atque in mutuam necem ruunt. Hîc, gladiator aliàs dicitur. Hi familias habebant domi ad gladiaturã exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebãt muneratiis. Iuuenal. Saty. 3,
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenísque lanistæ. Cicer. 13. Philip. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies lanista Ciceronę, dimicantes. Hîc per translationem accipitur, teste Budæo.
Lanistæ auium dicti sunt à Columella lib. 8. cap. 2, qui aues certaminibus præparabant.

LANIVIVM siue Lanuuium {λανεῖον} Dianæ lucus, id est Artemisiũ (sic enim vocant) è finitra viæ regione, ex Aricia ad Arecinam viam conseendentibus: quod templum nominant ædificium Taurica. Hinc

Lanuinus, Adiectiuum {λανεῖος.} vt Ager Lanuinus, apud Horatium 3. Carm. ode 27.
Acer Lanuuinus. Catull in Egnatium, epigramm. 57.

Lanoculus, Qui lana vitium oculi tegit, inquit Festus.

Lanosus, Vide LANA.

LANVBIVM, Latinorum vrbs, Ptolemæo authore lib. 3. cap. 1. Hodie Lauinium.

Lanugo, penult. prod. lanuginis, fœmin gen. {λάνη, χνοῦς, λάχνη} tenera pilatio, à lanæ similitudine, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur. Colum lib. 3. cap. 21, Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideò vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine. Martial. lib. 1,
Dum nulla teneri fordent lanugine vultus.
Comæ gracules instar lanuginis. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Fuscante tamen lanugine malas. Lucan. lib. 10.
Nona lanugo. Ouid 5. Fast.
Primæ lanuginis anas. Ouid. epist. 21.
Primæ lanuginis anni. Propert. lib. 3. eleg. 7.
Rara lanugo. Plin. lib. 8. cap. 37.
Rideus lanugo. Claud. 5. Paneg.
Rosea lanugine malæ. Stat. 9. Thebaid.
¶Mala cana tenera lanugine. Virg. eclog. 2.
Frondium lanugine vestiri. Plin. lib. 7. cap. 2.
Molli lanugine abundans herba. Lucret. lib. 5.
¶Lanugo, pro Scobe. Colum. lib. 4. cap. 29, Nulla interueniente lanugine, quam excutabat antiqua terebra.

Lanuginosus, penult. prod. Adiectiuum {χνοώδης.} Plin. lib. 22. cap. 20, Est & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis.

LANVVIVM {λανεῖον.} Vide LANVBIVM.

Lanuuium, pro obscœna mulierũ parte, velut quodam lanitio vel lanugine hirta. Propertius, Lanuuij ad portas, hei mihi! solus eram. Hîc enim, etsi ad nomen municipij, quod Lanuuium vocabatur, respexit, tamen mulierum pudenda intellexit. Turnebus.

Lanuuini, Id est colei, lanugine, id est pube tecti. Cic. Pæto. lib. 9, Honesti colei Lanuuini: elternini, non honesti. Lanuuios putat eosdem dici Cælius Rhodoginus in libris lectionum antiquarum, vbi Propertij versus hos adducit ex libro 4. eleg. 9,
Cantabant fundo, nudabant pectora cæco,
Lanuuij ad portas, hei mihi, solus eram. Vide plura apud eundem.

Lanx, lancis, fœm. gen. {πινάκιον, δίσκος, πλάστις} Vas latum & profundum, minus excauatum quàm patinæ. Vas eícarium in quo caro tam tosta, quàm elixa conditur, mensáque infertur. Plaut. Amphit. 16, Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi:
Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam.
Cic. Attico, libro 6, Lancibus & splendidissimis canistris, oluscula nos soles pascere.
Lanx, à latitudine dicitur, vt quidam putauere.
Cælata lanx. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.
Cauatæ lances. Martial. lib. 11.
Grandis lanx. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.
Pandæ lances. Virg. 2. Georg.
Quadratæ lances. Vlpian. l. Quum aurum. ff. de aur. & argen. &c. leg. 1.
Rotundæ lances. Horat. 2. serm. satyr. 4.
¶Lances, Stateras dici certum est apud antiquos, quòd ad lancium formam factæ essent & excauatæ. Vnde bilances dictæ sunt quę duas lances habent. Cic. 5. de Finibus, Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere.
Gemina iustum suspendere lance. Persius satyr. 4.
¶Lanx etiam vas fuit sacrificiis dicatum. Auson. in Monosyll.
Turibula, & pateræ, quæ tertia vasa deûm? lanx. Virgilius libro 2. Georg. Hic laticis, qualem patetis libamus & auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Lancibus, inquit Seruius, pandis: aut patulis, aut extorum pondere curuatis. Reddi autem dicebantur exta, quum probata & elixa aræ superponebantur. Vulgus offerre dicit.

LAOCOON pen. cor. huius Laocoontis {λαοκόων} Fuit Priami regis filius, vt nonnullis placet, Thymbræi Apollinis sacerdos. Virg. 2. Æneid.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

LAODAMAS, pen. corr. Halius & Clytoneus, filij fuere Alcinoi regis & Aretes.

LAODAMIA, pen. prod. {λαοδάμεια} Protesilai, qui primus ad Troiam occubuit, vxor, in viri vmbræ apparentis amplexu expirauit Volater. Vide Ouidij epist. 13. ¶ Fuit & Laodamia, Bellerophontis filia, quæ à Ioue cõpressa, vt ait Homer. 6. Iliad. Sarpedonem dium edidit. Quare Diana irata, Laodamiæ mortem attulit. Vide apud Catul. epig. ad Mallium.

LAODICE, pen. cor. vel (vt nonnulli legunt) Laódoce {λαοδίκη} Homero authore, Vna filiarum Priami formosa, quæque Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. Altera fuit, eodem teste, Agamemnonis ex Clytemnestra filia.

Flauáque Laodice, cælóque recepta Celeno. Ouid. in epistola Herus ad Leandrum.

LAODICEA, pen. prod. {λαοδίκεια} Vrbs celeberrima in Asia, Lyco flumini imposita, vt scribit Plinius libr. 5. cap. 29. primò Diospolis appellata, dein Rhoas.

LAODICIA, Vrbs Phœniciæ, apud Melam lib. 1. cap. 12. Nunc vulgò *Liche* vocatur, vt scribit Oliuarius in Melam.

LAODOCVS, pen. corr. teste Homero lib. Iliad. 4, Antenoris Troiani filius, strenuus, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, vt Paudarum inuenire posset, quo ei suaderet vt sagitta Menelaum confoderet.

LAOMEDON, penult. corr. {λαομέδων} Pater Priami regis Troiæ, & Antigones.

Opes magnæ Laomedontis. Propert. lib. 2. eleg. 15.
Laomedon pater Antigones. Ouid. 6. Metam.
Idæus Laomedon. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Senex Laomedon. Ouid. 11. Metam.

Laomedontiades, pen. corr. {λαομεδοντιάδης} Patronymicum, in quo additur a, vt in multis aliis, sicut Anchisiades, Telamoniades.

Laomedontiadæ dicti sunt Troiani. Virg. 1. Æneid.

Laomedonteus, pen. prod. {λαομεδόντειος} Possessiuum. Item, Laomedontius, & Laomedontiacus, pen. corr.

Pastor Laomedonteus, Paris. Silius lib. 7.
Vrbem Laomedonteam, Romani intelligie Silius lib. 17.
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ Virg. 1. Georg.
Heros Laomedontius. Virg. 8. Æneid.
Pubes Laomedontia. Virg. 7. Æneid.

Lapathum, lapathi, pen. corr. {λάπαθον} Herbę genus multiplex. Plin. lib. 20. cap. 21, Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem & syluestre, quod alij oxalidem appellant, satiuo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri verò runicem, alij lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est & alterum genus ferè oxylapathon vocant, satiuo idem similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Est & aliud hippolapathon, maius satiuo, candidúsque ac spissius.

Herba breuis lapathi. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Cantherinum lapathum, Vide CANTHERIVS.

LAPETHOS, Vrbs in Cypro, Plinio lib. 5. cap. 39.

Lapis, lapidis, pen. corr. masc. gen. {λάας, λάϊ, λίθος} Propriè est quem Græci λίθον vocant: & mitior, minórque ac tenacior est. Vnde gemmæ, lapides, non saxa dicuntur. Plinius lib. 36. cap. 18, de mola versatili, Nusquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapísque non saxum est. Idem, Est & viridis lapis, vehemẽter igni resultens, sed nusquam copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxum est. Hæc Sipontinus.

Lapidum finaliũ genera apud eos qui de limitibus scripserũt, multa reperiuntur. sunt enim hæc verba: Lapis fluuialis, cromaticus vocatur: lapis tiburtinus, cæsalis dicitur. terminus coctus testacius, vlageris dicitur. lapis albus silicenus, si peralbus fuerit, Gallensis nuncupatur: si mixtã venã habuerit, ignifer nomen habet, nã in aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. lapis gãmatus dicebatur in quo forma gãmæ, Greçæ literę, apparerer: qui pẽtagoni recipiebat rationẽ. vnde & gãmati termini dicebantur.

Coniectus lapidum. Lucrer. lib. 3.
Adesi lapides. Horat. 3. Carm. ode 29.
Lapis angularis. Cato cap. 14.
Lapis bibulus. Virg. 2. Geor. Hoc est, pumex. Seruius arenarium vocari ait,
Clari lapides. Horat. 4. Carm. ode 13.
Lapis incusus, Id est manualis mola cudendo exasperata. Virg. 1. Georg. Seruius.
Lubricus lapis. Senec. Medea, 10.
Missiles lapides, Vide MITTO.
Molaris lapis. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Nudus lapis. Virg. 1. eclog.
Numidicus lapis, Vide NVMIDIA.
Operarij lapides, Vide Operarius, in OPERA.
Ordinarius lapis, Vide Ordinarius, in ORDO.
Osseus lapis, Vide OS.
Parius lapis, Marmor. Virg. 1. Æneid.
Pellucidi lapidis deliciæ. Catull. in Rufum, epig. 64.
Lapide quadrato, vel lapide structili reficiat. Vlp. in l. Et si forté. §. Modus. D. Si seruit. vindic.
Stratus lapis. Paulus in l. Si prius. ff. De aqua pluu. arcend.
¶ Lapis viuus, Latinis, quem Græci pyriten vocat. Gratius,
Et viuum lapidem & circa melitensia nectunt.
Coraliam, &c. Turnebus.
¶ Appetere lapidibus, Vide APPETO.
Circunstruere lapidibus, Vide CIRCVNSTRVO.
Cooperire aliquem lapidibus, Vide COOPERIO.
De lapide emptos dicimus. Plaut. Bacch. 18,
O stulte stulte, uescis nunc vænire te:
Atque in eo ipso astas lapide vbi præco prædicat. Id est te vænalem esse pronuntiat. Chrysalis serui senem irridentis, quem argento defraudabat, verba sunt. Quadrabit vbi quis præsens, vidẽs, audiẽtque tamen deluditur. Nam vendi etiam hodie vulgò dicuntur, quibus sit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est à lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium authorum testimonio constat, vnde præcones in auctionibus res vænales nuntiabant. Vnde M. Tullius vilissimos hominculos, & pene lapides emptos appellat. Hactenus Erasmus. Colum. lib. 3. cap. 3, De lapide viniterõ cõparare. Cic. in Pisonẽ. Tribunos de lapide emptos esse ait, quia mercede accepta redempti fuerant vt fauerent Clodio, sicut serui de lapide pecunia emebantur. Et sic Beroaldus interpretatur locum Columellæ, Merulam reprehendens qui ad rupem Tarpeiam retulerit, ex qua deturbari nocentes solebant. Cælius tamen libr. 25. cap. 22. Merulæ sententiam tuetur, eos intelligens de lapide noxios, qui ob sua scelera digni fuit iamiam præcipitari: aut qui periculum id adierunt quidem, reuocati tamẽ emissíque ratione aliqua sunt. sicuti vulgò dictitari audimus, à furca redemptum esse aliquem, ex medijs quem supplicij faucibus liberatum intelligimus. Itaque verba Columellæ refert Cælius non ad lapidem præconis, sed ad lapidem Capitolinũ, seu rupẽ Tarpeiã. Turnebus Beroaldo assentitur, quẽ vide.

Lapidem ferre altera manu, panem ostentare altera. Plaut. Aulul. 7. In eos hoc dicitur, qui coram blandiuntur, clàm obtrectãtes: palàm amicos agunt, clanculum nocentant qui hic profunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, vt nacti occasionem funditus perdant. Translatum ab ijs qui canes ostentato pane pelliciũt, deinde accedentibus, faxum illidunt. Erasmus.

Iactare lapidem. Virg. 2. Georg.
Iactu lapidum incessere aliquem. Ouid. 13. Metam.
Incidere in lapidem, Vide INCIDO.
Loqueris lapides, Vide LOQVOR.
Candidiore lapide notare diem. Catul. ad Mallium, epig. 63.
Obruere lapidibus, Vide OBRVO.

Lapis lapidem terit. Plaut. Asin. 3, Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit. Id est, metuo ne me in pistrinum rapias.

Lapidem verberare, aliud prouerbium, pro In vanum laborare. Plaut. Curcul. 4.

¶ Lapidibus apud veteres miliaria signabãtur: ideirco lapis quandoque pro miliario ponitur. Vnde ad quartum lapidem, & simila fiẽ quentissimè apud Liuium leguntur. Et Extra primum lapidem, id est *haudcecum*, inquit Budæus.

¶ Lapis, pro Monte. Virg. 1. ecloga,
Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
Limosóque palus obducat pascua iunco. Seruius.

¶ Lapidem, hominem dicimus negligentem, stupidũ, qui non mouetur ad id agendum quod maximè oporteat. Terent. Heaut. 4. 7. Cape hoc argentũ, ac defer. s. hei, quid stas lapis? Quin accipis? Idem Heeyra, 2. 1, Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.

Lapis, Fœminino genere in vsu apud antiquos, vt author est Nonius, citans Ennium,
Tanto sublatæ tunc agmine sunt lapides. ad Homeri simulitudinem, qui genere fœminino lapides posuit.

Lapideus Adiectiuum {λίθινος, λάϊνος} Quod ex lapidis materia constat. Plaut. Truc. 17, Lapideus sum, commouere me miser non audeo. Hic per translationem id est grauis & ponderosus.

Lapideus murus. Liu. 1. ab Vrbe.
Lapideum latus, Vide ALBION.
Lapidea duritia. Plin. lib. 27. cap. 11.
Lapideus imber. Cic. 2. de Diuinat. Te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt.
Lapideo imbri pluit. Liu. 10. bel. Pun.
Lapidea Niobe, In lapidem conuersa. Cic. 3. Tusc. Niobe fingitur lapidea, propter æternum in luctu silentium.

Lapidosus, pen. prod. Adiectiuum {λιθώδης} Quod lapidibus abundat. Plin. lib. 19. cap. 8, In locis incultis, lapidosis.

Ager lapidosus. Ouid. 8. Metam.
Lapidosa cornu, Dura. Virg. 2. Georg.
Panis lapidosus. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 7.
Ictus lapidosus grandinis. Claud. de bel. Get.
Montes lapidosi. Ouid. 1. Metam.
Lapidosum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10.
Lapidosis obruta pomis terra. Colum. lib. 10. cap. 2.
Riuus lapidosus. Ouid. 3. Fast.
Lapidosa terra, Lapidosa loca. Var. 1. de Re rust. cap. 9.

Lapidarius, Adiectiuum {λιθοξόϊκὸς} Quod ad lapides pertinet. vt, Lapidariæ latumiæ. Plau. Capt. 12, Inde ibis porrò in latumias lapidarias.

Lapidarius, Substantiuũ. {λιθοτόμος.} Vlpian. in l. Si vt certo. §. Sed interdũ. D. Cõmodati, Nam & Mela scripsit, si feruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum cõmodati, qui negligentius machinam colligarit. Vide Funerarius, Substantiuum, in FVNVS.

Lapillus, lapilli, Diminutiuum {λίθος.} Plin. lib. 10. cap. 23, Nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes.

Attritus lapillus, Vide ATTERO.
Niuei lapilli. Horat. 1. Serm. Saty. 2.

¶ Lapilli, Lapides pretiosi, vt sunt gemmæ, margaritæ. Horat. 1. Ser. sat. 2, Nec magis huic intra niueos viridésque lapillos.

Peregrini lapilli. Ouid. de Nuce.

Lapicida, lapicidæ: vel lapidicida, m. g. pen. prod. {λιθοτόμος, λιθοξόος} Qui lapides cædit.

Lapicidina, lapicidinæ, pen. prod. {λιθοτομία} Locus vbi lapides excidũntur, latumiæ à Græcis dictæ. Vnde & carcerem Latumias vocamus: siue quòd damnati ad lapides cædendos mittebantur: siue quòd Simuessani Campaniæ populi, latumias habebant instar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad vrbem extruendam, hísque pro carcere vtebantur. Plaut. Capt. 12, In lapicidinas facite deductus siet. Cic. 2. de Diuinat. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte

sponte in lapicidinas Chiorum excitisse. Vlpianus in l. Si fundi. §. j. D. De vsufructu, Si lapicidinas habeat, & lapides cædere velit.

Lapido, lapidas, pen. corr. {λιθοβολῶ, κατακλίνω, κάλλω} lapidare, Lapidibus cædere. Quintil. lib. 8. cap. 2, Lapidare quid sit, manifestum est. Florus lib. 1. cap. 22, Exercitus Posthumium Imperatorem, inficiantem quas promiserat prædas, facta in castris seditione lapidauit.

Lapidata templa. Tranquil. in Caligula.

¶ Lapidare, ad inanimata transfertur, & significat percutere, pulsaréque, etiam sine lapidibus. Macrob. Notantes eius impotentia ac dicacitate lapidatam.

¶ Lapidauit, pro Lapidibus pluit. Liu. Decad. 5. lib. 3, Reate imbri lapidauit.

Propter crebrius de cælo lapidatum, Id est quia crebrius lapidatum erat, siue lapidauerat. Liu. lib. 9. bel. Pun.

¶ Lapidatum est, pro Lapidauit, Id est lapidibus pluit. Liuius lib. 4. Decad 5.

Lapidatio, Verbale {λιθοβόλησις.} Cic. pro P. Sylla Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primùm conflato voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod vidimus omnes lapidatione, atque concursu. Id est, Lapidum iactu, inquit Budæus.

Lapidator, pen. prod. {λιθοβόλος} Aliud verbale. Cic. pro Domo sua, Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Lapidesco, lapidescis {λιθόομαι} Lapidescere, pro In lapideam duritiem concerti. Apud Plin. legitur lib. 2. cap. 103. Idem lib. 32. de baccis cogallij, Aiunt tactu protinus lapidescere.

Lapidescere in duritiem. Plin. lib. 16. cap. 6.

Lapio, lapis, lapiui, lapitum, lapire, Durum efficere, & quasi in lapidem conuertere. Pacuuius, Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Hæc Nonius. Obsoletum verbum. Festus, Lapit, dolore afficit.

LAPITHAE, pen. corr. {Λαπίθαι} Populi fuerunt, quorum rex fuit Pirithous. Hi Pindum & Othryn Thessaliæ montes habitarunt. Virg. 3. Georgicorum,
Fræna Pelethronij Lapithæ gyrósque dedere. A Græcis scribitur Λαπίθαι: ideo Lapithæ, non Lapitæ dici debent. Seruius in sextum Æneid. Lapithæ, populi Thessaliæ fuerunt, quibus imperabat Ixion amicissimus Ioui, Phlegiæ filius. Virg. 6. Æneid. Quid memorem Lapithas?

Sæui Lapithæ. Horat. 2. Carm. ode 12.

Lapithæus, Adiectiuum {Λαπίθειος.} vt Gens Lapithæa. Ouidius 12. Metamorph.

Lapitheius, Aliud adiectiuum {Λαπιθάδης.} vt Prælia Lapitheia. Ouid. 14. Metamorph.

Lappa, lappæ {ξύλινον} Herbæ genus: cuius tria sunt genera. nam quædã dicitur canaria, quæ est exigua, canibus adhærens. Altera maior aliquanto est, & philanthropos appellatur, quòd vestibus hominum adhærens, eos amare videatur. Eadem vocatur Aparine. Tertia appellatur personata, & maxima est: nascitúrque iuxta ruinos & fluminа. Græci eam ἄγριον vocant. Folia habet ampliora cucurbitis: & propter foliorum amplitudinem ea vtebantur veteres ad personatus faciendos. Hæc Perottus. Plin. lib. 21. cap. 17, Notabile & in lappa, quæ adhæresceit, quoniam in ipsa flos nascitur, non cuidens, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ in se pariunt. Idem lib. 18. cap. 17, Lappam inter frugum morbos numerat.

Lappa boaria, Vide BOS.
Tenax lappa. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.
Lappæque tribulique. Virg. 3. Georg.

Lappaceus, Adiectiuum. Plin. lib. 22. cap. 17, Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus. De helxine.

Lappago, penult. producta, Herba similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Plin. lib. 26. cap. 10.

Lapsana, lapsanæ, pen. prod. {λάψανα} Olus syluestre, trium foliorum. de quo Plin. lib. 20. cap. 9. Vide Varronem 3. de Re rust. cap. 16. Et Columel. lib. 9. cap. 4.

Lapsio, Lapsus, Vide LABOR.

L A Q

Laquear, laquearis, pen. prod. {φάτνωμα, ὀρόφωμα} Diminutiuum à lacus. Sipontinus, Lacus etiam trabs est in ædificiis plana: à quo fit diminutiuum lacunar, à quo lacunarium, & per antisthechon laquear & laquearium. Virg. 1. Æneidos,
dependent lychni laquearibus aureis. Hactenus Sipontinus ex Seruio. Plin. lib. 33. cap. 3, Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem euersam primo inaurata sunt in Capitolio.

Summi laquearia tecti. Virg. 8. Æneid.

Laqueatus, penult. prod. Adiectiuum. {ὀροφωτὸς} Laquearibus ornatus. Cic. 2. de Legib. Equidem qui nunc potissimum huc venerim, factari non queo, magnificásque villas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. ¶ In alio significato, Vide LAQVEVS.

Laqueatum auro templum: hoc est Laquearibus aureis vel auratis ornatum, qualis structura in tectis regij palatij Parisiis visitur. Liu. 5. Decade, lib. 1.

Laqueus, laquei, m. g. {βρόχος, ἁρπεδόνη, παγίς} Vinculum. Vnde laqueo vitam finire, Suspendio vitam finire. Cic. 6. Verrin. Homini iam perdito & collum in laqueum inferenti subueniſti.

Teretes laquei. Seneca Hippol. 1.
Tenaces laquei. Senec.
Validi laquei. Propert. lib. 2. eleg. 25.
Captare feras laqueis. Virg. 1. Georg.
Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam.
Compellere aliquem ad laqueum. Vide COMPELLO.
Implicare collum laqueis. Ouid. epist. 2.
Inexplicabilibus miseriarum laqueis implicari. Firmic. lib. 4. cap. 14. in fine.
Iniicere laqueum alicui, Vide INICIO.
Interimere aliquem laqueo. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Ligare guttura laqueo. Ouid. 6. Metam.
Nodatus collum laqueo. Ouid. 1. de Remed. Amor.
Premere collum laqueo. Horat. 1. epist. 17.

¶ Laquens, pro quacunque re qua homo capi & irretiri potest.

Laquei iudicij. Cic. pro Milone, Atque illam belluam iudicij laqueos declinantem iam irreritam teneret. Idem pro Cluentio, Putant enim minus multos laqueos legum & conditionum ac iudiciorum propositos esse oportere.

Multis periculorum laqueis implicari. Firmic. lib. 5. cap. 1.
Induere se in laqueos, Vide INDVO.
Inuoluere se laqueis insidiosæ interrogationis. Plin. iunior lib. 1. epist. 5. ad Voconium.

Laqueo verbi capi. Cicero pro Cecinna, Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo actum sit tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quærendum esse dicis: neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: in meis causis, præsidíque versaris.

Inexplicabiles laquei. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Cic. de Fato.
Cadere in laqueos, pro Decipi, vsus est Ouid. 3. de Arte.

Laqueatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀναβολικὸς} Laqueis irretitus. Columel. lib. 6. cap. 19, Cæterum corpus laqueatum & distentum temonibus obligatur, sicque immotum medentis arbitrio est exponitum. In alio significato, vide LAQVEAR.

L A R

LAR, Vide LARES.

Lar, quod nomen sæpenumero legimus, adeò vt in prænomen abierit, videtur ducem significare vel regem. Nam Ausonius Viridomarum Gallorum ducem, quem interfecit Marcellus, cuíque opima spolia detraxit, Aremoricum Iartem, id est Gallicum ducem appellat, ab Aremoricis populis Galliæ, quos multi Aremoricos quàm Armoricos vocare malunt:

Tertia, inquit, opima dedit spoliatus Aremoricus lar. Ex Turnebo.

LARA, siue Larunda {λάρη} Nympha fuit Tyberina, cui Iupiter linguam abscidit, quòd furtiuos amores ipsius cum Iuturna Innoni indicasset, & ad inferos ducturus esset Mercurium, vt inter nymphas Stygias constitueretur. Mercurius verò dum mandata exequeretur, nymphæ pulchritudine in itinere captus, cum ea concubuit. Quæ prægnans facta, peperit geminos, quos à matris nomine Lares appellauit. Hos ergo geniales deos dixere: siue quòd vt gignamur, curant: siue quòd vnà nobiscum gignantur: seu quòd genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse genium scribit, hoc est duos Lares. Vnde apud Flonum malus genius Bruto sese obtulit. Lares dici Græcis Λειμῶνας scribit Cicero de Vniuersit.

LARES {Λειμῶνες ἐγχώριοι, ἥρωες ἐπιτύμβιοι, παγκοίνιοι} & genios, eosdem esse, iunt quæ credant, existimantes vniuique duos deos esse, alterum bonum, alterum malum. Vide LARA.

Lares colebantur domi, foráque illis sacer erat. Vnde vulgus focum, *sacrare* appellat, quasi laris focum.

Lares putati sunt dij domestici, qui ad vrbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ouid. 6. Fastorum.

Lucifero subeunte lares delubra tuierunt. Dij agrorum ab aliquibus vocati sunt. Tibullus lib. 1. eleg. 1,
Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri.

Custodes, fertis munera vestra Lares. Plin. lib. 14. cap 4, Non magis plus temerata conferre mercatori, quàm sedulum ruris larem.

Ponere larem in montibus. Ouid. 5. Fast.

Lares querquetulani apud Varronem 4. de Ling. Latin. dicuntur, quòd ibi querquetulum fuisset. Quod ibi, inquit, lucus dicitur fagutalis, & larum querquetulanum sacellum, & lucus Mephitis, &c.

Succincti lares. Pers. Saty. 5. Succinctos autem vocat, vt quorundam est opinio, quòd pellibus caninis induti essent. Sũt qui dici volunt quasi præfectos militaribus: qui quo expeditiores essent, se cingebant. Sed postetius hoc satis frigidé.

Lares, priuatorum domibus etiam præesse credebantur. Plaut. Aul. 3. 2. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, &c.

Lares viales apud Plautum, vt suspicor, dij sunt qui viæ præsunt, vt sint *Semitales*, quos inuocare solent qui peregrè proficiscuntur, & ad viam se accingunt, quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Turnebus.

¶ Lar, pro ipsis ædibus, seu domo priuata. Mart. lib. 1,
Flacce Antenorei spes & alumne laris. Horat. 1. Serm. saty. 2,
Qui patrium Numæ donae, fundúmque larémque. Cic. 5. Verr. Pauci essent relicti, qui L. Metelli authoritate in agros, atque ad suum larem familiarem rediret.

Paruo sub lare. Horat. 3. Carm. ode 29.
Paterni laris inops. Horat. 2. epist. 2.
Pressus lar. Persius Saty. 5.
Fodere larem sub terris. Virg. 4. Georg.

¶ Lar item pro parte interiore domus. Ouid. 1. Fastorum,
Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua fronteſ:
E quibus hæc populum spectat, at illa larem. Posset hîc etiam pro foco accipi, sicut alibi apud poetas.

¶ Lar, pro Igne. Columel. lib. 11. cap. 1, de villico. Consuescátque rusticos circa larem domini, foecúmque familiarem semper epulari.

Lararium, lararij, neut. gen. {ἱερεῖον διὸς ἑρκείου} Sacratum domesticum, in quo lares & dij domestici colebãtur. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis facitasse, ad effigies deorum in quibus habebat Abrahamum & Christum. In secundo larario habuit simulacrum Virgilij & Ciceronis.

LARANDA, Ciuitas Lycaoniæ. Vnde Ptolem. lib. 5. cap. 6, Larandam in Lycaonia parte Antiochiana collocat.

Lardum {ὄξυγρος, παχυχυλος} lardi, neut. generis. Dictum quasi latè aridum.
Caro suilla est quoquomodo salsa, siue id pingue quod est in sue.
Plin.dixit, Lardum pingue hoc unctum, quasi & macrum dici possit.
Mart.lib.5, Et pallens fabæ cum rubente lardo.
Frusta semesa lardi. Horat.2.Serm.saty.6.
Graue lardum. Stat.4.Sylu.
Natalitium cognatis ponere lardum. Iuuen. Saty.11.
Pinguia larda. Ouid.6.Fast.

LARENTIA, Nobilissima meretrix, Vide FLORA.

Largior, largiris, pen.prod. largitus sum {δωρέομαι, πολύνειν, χαρίζομαι, ἀνελεύθερον} largiri, Abundè donare. Plin.lib.16.cap.12, Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.
Beneficium ex facili largiri. Senec. de Benef. lib.3.cap.8.
Ciuitatem. Cic.pro Corn.Bal. Homo tum grauitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largiendo ciuitate?
Cœnam. Plaut. Amph. 4.
Exequias & solennia largiri alicui. Stat.12.Theb.
Honores largiri alicui. Horat.2.epist.
Lætitiam. Plaut. Capt.13.
Libertatem populo. Cic.3. de Leg. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, vt & auctoritate valeant, & vtantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis.
Mores. Plaut. Asin.16.
Munera largiri alicui. Propert.lib.1.eleg 3.
Occasionem impudentiæ. Plin.lib.2.cap.23.
Amori plusculum quàm concedat veritas. Cic. Luceio, lib.5, Amori nostro plusculum etiam, quàm concedet veritas, largiare.
Munificè prædam largiri, Vide post MVNVS.
Largitur se vltro. Plaut. Mil.18.
Vitam. Plaut. Asin.12.
¶Si tempus non largitur, Id est non concedit, non permittit. Colum.lib.5.cap.9.
¶Largibere, pro largieris. Plaut. Bacch.18,
Tum libertatem Chrysalo largibere.
¶Largitor de re puer. Terent. Adelph.5.8.
Largiri ex alieno. Cic. ad Appium, lib.3, Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.
¶Largitus, pen.prod. Passiuum. Plinius lib.17.cap.11, Aut si conditio largita non sit.

Largitor, pen.prod. Verbale {δόσις, δοτὴρ, seu ὁ δωρεὰν δίδων} Profusor, prodigus. Cic.1.Off. Existuntque in Repub. plerunque largitores & factiosi, vt opes quàm maximas consequantur. Liu.6.ad Vrbe.
Pronus largitor honorum. Claud.7.Paneg.
Opum largitor. Stat.3.Sylu.
Opum magnarum largitor. Claud.7.Paneg.

Largitio, largitionis {δόσις, παροχὴ, διανομὴ, δωρεὰν χορηγία} Est expensa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuum. Cic.lib.2.Offic. Præclarè in epistola quadam Alexãdrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum cõsectetur. Et paulo pòst, Iam in prouerbij consuetudinem venit, largitionem fundum non habere.
Augere aliquem largitione. Tacit.lib.13.
Corrumpere largitionibus, Vide CORRVMPO.
Cæcare mentes largitione, Vide CAECO.
Largitio, pro liberalitate. Cæs.1.bel.Ciuil. Quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos Cẽturionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Largitas, pen.corr. largitatis {ἀνεψιαὶ} Abundantia. Terent. Adelph.5.9, Quæ istæc subita est largitas? Idem Heaut.3.1,
Vehemens in veranque partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic.2.de Nat.deorũ, Maxima largitate fundit ea.

Largus, Adiectiuum {ἀνεψιαὶ, βδέπανος, λιτμαφὲς, ἁβρὸς} A largior deducit Sipontinus. Plin.lib.11.capite 14, Vt largo alimento valida exeat soboles.
Largus, Qui largitur. Cic.lib.2.Offic. Omnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiot. Magnanimum, largum, beneficum, liberalem.
Largus opera nocturna. Plaut. Asin.12.
Largus lachrymarum. Plaut. Asin.10.
Largus opũ. Virg.11. Æneid. Largus opũ, lingua melior, sed frigida bello Dextra. Vbi Seruius, Largus opum, Abundãs opibus, diues.
Rapinæ largus. Silius lib.8.
Largior est lingua. Plaut. Asin.7.
Animo largus. Tacit.lib.18.
Donare largus. Horat.4.Carm.ode 12. Id est largus in donando.
Mercandi largus. Silius.lib.15.
¶Æstus largus. Lucret.lib.2.
Æther largior. Virg.6.Æneid.
Fletus largos effundere. Virg.2.Æneid.
Flumen largum. Virg.1.Æneid.
Fœtu largo pubescit vinea. Virg.2.Georg.
Fons largus. Lucret.lib.5.
Herbæ largæ. Horat.4.Carm.ode 2.
Ignis largior. Horat.1.Serm.saty.8.
Imber largus. Ouid.4.Metam.
Lux larga. Cic.2.de Nat.deor.
Larga luce repletus. Lucret.lib.2.
Mero largo celebrare diem. Ouid.3.Fast.
Messis larga. Ouid.4.Fast.
Munera larga. Horat.4.Carm.ode 1.
Largæ opes, Abundantes & multæ. Matt.lib.5.26.
Pabula larga. Lucret.lib 5.
Vina larga. Horat.3.Carm.ode 18.
Largiore vino est vsus. Liu.10.bel.Maced.
Vndæ largæ fluminis. Lucret.lib.1.
¶Flagitare largiora. Horat.2.Carm.ode 18.

Largè, Aduerbium {ἀνελεύθερον} Liberaliter, abundanter. Horat.1.Carm. ode 9, Ligna super foco largè reponens.
Largè, effuseque donare. Cic.pro Roscio Amer.
Largè blandus. Plaut. Asin.7.
Vino largius epulas celebrare. Liu.5.bell.Pun.
Mensæ constructæ largè. Catull. Argon.59.
Largè sunt illi facultates. Plin.epist.46.
Mittere munera satis largè: hæc ad vsum domesticum. Cicero 6. Verr. Et Plin.lib.7.cap.46, Annuis victibus largè sufficiens.
Largius, Comparatiuum. Terent. Eunuch.5.9, Principio & habet quod det, & dat nemo largius.
Largè, liberalitérque æstimare. Cic.5.Verr.

Largiter, penult.corr. Aduerbium {ἀνελευθέρως, ἀφειδῶς} Idem quod Largè. Brutus Attico, in Epistolis ad Brutum, 17, Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum de iudicio largiter.
Largiter vini. Plaut. Truc.19,
Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies noctésque
Poter. Largiter argenti, Plaut. Rud.24. Largiter mercedis, Plautus Rud.30.
Auferre largiter. Horat.1.Serm.saty.4.
Largiter peccasti. Plaut. Mostel.7.

Largiloquus, largiloqui, pen.corr. Adiectiuum {πολυλόγος} Qui abundanter loquitur. Plaut. Ciste.3,
-quæ vbi saburratæ sumus,
Largiloquæ extemplo sumus, plus loquimur quàm sat est.

Largiscus {ἀνελεύθερος} penult. corr. Aliud adiectiuum. vt Stipe largifica ditare aliquem. Lucret.lib.2.

Largisfluus, Similiter Adiectiuum {ἁρπεδόπους, seu ἀνυπόδητος} Cicero 3. de Orat. Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit. Ex quodam poeta. Lucret.lib.5,
Largisfluum fontem scatere, atque erumpere lumen.

Laridum, huius laridi, penult. corrup. Idem quod Lardum {ὄνειον πάχος.} Macrob.lib.7.Saturn.cap.12, Laridum vocamus, vt opinor, quasi largè aridum. Plautus Capt.14,
Quanta pernis pestis veniet? quanta labes larido?

LARIGNVM, Oppidum, Vide Vitruuium lib.2.cap.9.

LARINA, pen.prod. vt scribit Seruius, Nomen est nobilissimæ fœminæ in Italia. Virg.lib.11. Æneid.
At circum lectæ comites, Larinâque virgo, Tullique, &c.

LARINE, pen.prod. Fons est in Attica regione, vt author est Plin.lib.4. cap.7.

LARISE, penult.prod. Vrbs est Æoliæ, Herodoto.

LARISSA {λάρισσα} Nomen multarum ciuitatum. Vna est in plaga Thessalica, à qua Achilles Larissæus dictus est, apud Virg 2. Æneid. Alia pensilis in Creta: alia in Peloponneso arx Argiuorum: alia in agro Attico. At Trallibus etiam Asiæ est Larissa (vt Strabo scribit) à qua Larissæus Iupiter est dictus. Larissa quoque in Italia, quam (vt Diodorus lib.1. scribit) Pelasgi cõdidêre. Cæsar 3. bell. Ciuil. Vniuersi simul Larissam versus se recipere cœperunt.
Opimæ campus Lariſſæ. Horat.1.Carm.ode.7.

Lariſſæus {λαρισσαῖος} Achilles. Virg.2. Æneid.
Mœnia Lariſſæa. Catull. Argon.59.
Vertex Lariſſæus. Stat.4.Theb.

LARIVS {λάρισσ, seu λαρίων} Lacus Italiæ est, cuius aquas, authore Plinio, Addua fluuius præterfluens dulces facit. Vide eundem libro 9. cap.18. Dictus Larius à Larorum multitudine.
Larium, nunc Lacum Comensem vocant, vulgò *Le lac de Come*. Strabo quippe lib.4, scribit Comum esse Lario proximũ. Blondus in Italia illustrata, Comum, inquit, ciuitas vetusta, lacui Lario, cui dat Comensem appellationem, contigua.

Larius, Adiectiuum {λάρεος} Catull. ad Libellum, epigramm.33,
Veronam veniat, Noui relinquens
Comi mœnia, Lariúmque littus.

Larix, laricis, pen.corr. {πίτυλλις, seu λάρξ} Arbor cognata abieti & pino, teste Plinio lib.16.cap.10. Lucan.lib.9, Et larices, fumóque grauẽ serpentibus vrunt Abrotonum. Laricem Alpini vocant *Melzc*, Veneti *Larege*.

LARODII, Populi sunt in Asia Scythica, Herodoto.

LARYNNA, Oppidum Bœotiæ ad Cephisum fluuium, vt scribit Plin. Strabo, & Ponponius Mela lib.2.

Larua, laruæ {κορμολύκειον, γόργυρον} Pluraliter, hæ laruæ, laruarum, Noxiæ inferorum vmbræ. Alare, hoc est malo genio, dici putantur. Plautus Aulul.24,
Laruæ hunc, atque intemperiæ, insaniæque agitant senem.
Larua etiam personam significat, quæ barbaris *masca* dicitur. Plautus Amph.14, Larua vmbratilis, tu me minis territas? Horat.1.serm. satyr.5,
Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Laruatus, pen.prod. {μανιώδης} Adiectiuum, Furiosus, & mente motus, inquit Festus: quasi à laruis exterritus, quales sunt quos vulgò *Dæmoniacos* appellant. Plaut. Menæch.19,
Num laruatus erat, aut ceritus? Laruatus, Personatus.

Laruor, laruaris. Firmicus libro 3.cap.14, In nono ab horoscopo loco Mercurius cum Venere patriliter constituti, fascinãtes mulieres dabunt vxores, quæ etiam ipsos artus laruari ac fascinari faciant.

Larus, lari, masculin. gen. vel, Laros, lari {λάρος.} Auis. Vide GAVIA.
¶Est & piscis. Laro vesci non licebat Iudæis, vt videre est Leuitic. cap.11. & Deuteron. cap.14. Diuus Augustinus fulicam interpretatur: Theodorus Gaza apud Aristotelem, gauiam, cuius duo facit genera, albam & cinereum. Vtautem Aquila Ioui, Gallus gallinaceus Marti, Pauo Iunoni, ita Larus Mercurio dicatus est, qui à loquacitate nomen inuenisse putatur. λάρος enim quasi λάλος, id est loquax & garrulus dicitur. propterea que in eius dei tutelam adscribitur, qui loquendi artifex perhibetur. Putatur & Cepphus vocari. Vide

Cepphus.

CEPPHVS. & Erasmi Chiliadas.

LAS

Lasanum, huius lasani, pen.corr. {λάσανον} Vasculum ad euacuandũ ventrem. Horat.1.Serm.satyr.6. Te pueri lasanum portantes, cœnophorúmque. Sic Acron.

Lasciuus, pen.prod. Adiectiuum {ἀδέσποτος, ἀβέβαιος} Est tum in vita, tum in sermone molliculus, & plus teneri, quàm robusti ac virilis habens, inquit Valla in Raudensem. Quintil. lib.6.cap.4. Siculi quidem vt sunt lasciui & dicaces, aiebãt in delphino sedisse. Varro lib.1. de Re rust. Inter septa primùm est naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices viuæ sepis, ac viatoris prætereuntis lasciui non metuet facem ardentem. Quo in loco petulantem & noxium significat.
Lasciuus in vino. Plin.lib.10.cap.42.
Hœdo lasciuior. Ouid.13.Metamorph.
Ætas. Horat.2.epist.2.
Capella. Virg.2.eclog.
Corpora. Ouid.3.Metamorph.
Forum. Propert.lib.4.eleg.9.
Amor. Tibull.lib.1.eleg.10.
Carmina. Ouid.5.Trist.eleg.1.
Discursus. Claud.2.in Eutrop.
Grex. Horat.3.Carm.ode 13.
Hymenæus. Silius lib.5.
Lasciuus vxoris iocus cum marito. Plin.lib.8.cap.40.
Licentia. Horat.1.Carm.ode 19.
Nox. Ouid.2.Amor.eleg.10.
Pagina. Martial.lib.1.34. Id est impudica.
Puella. Virg.3.eclog.
Pueri. Horat.1.Serm.saty.3.

Lasciuia, huius lasciuiæ {ἀσωτεία, ὕβρις, ἀβέβαιος} Mollities, petulantia, incontinentia animi, nec virtutem nec probitatem reuerentis, procacitatéque se oblectantis. Plaut. Asin.7, O catenarum colone. L. I. O virgarum lasciuia. Id est, petulantia, in quo virgæ lasciuiunt, quum tergum tuum verberant: non aliter quàm vituli atque hœdi lasciuire præ nimia mollitia & intemperantia solent.
Lasciuiam Plinius lib.26.cap.3, iocum petulantia & procacitate improbum vocat. Vlpianus in l. Cornelia, ad legem Corn. de Sicariis, Quum quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset, compotatum est factum Taurini Ignatij Proconsulis Beticæ. Budæus.
Læta lasciuia. Lucret.lib.5.
Maledicendi lasciuia. Quintil.lib.9.cap.2, Nam quanto minus aut ipsi in quos dicimus, aut iudices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuiam, si nolle nos credant? Id est, dicacitatis voluptatem.
Orationis lasciuia. Quintil.lib.2.cap.6.
Veneris lasciuia. Ouid.1.Amor.eleg.4.
Recens lasciuia. Quintil.lib. 2.cap.4, Lasciuiæ recentis flosculis capti.

Lasciuitas, pen.corr. lasciuitatis, Idem quod Lasciuia. Firmic.lib.1.cap.1, Nec Asiana lasciuitas, sobria Ionis moderatione corrigitur. Paulo antè dixerat, Luxuriosi semper Asiani, & voluptatibus occupati.

Lasciuio, lasciuis, pen.prod. {ἀσωτεύομαι, ὑβρίζω} lasciuire. Senec. ad Lucilium, Nunquam vacat lasciuire distinctis: nihilque tam certum est, quàm otij vitia negotio discuti.

Lasciuire, est petulanter agere, vt equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerũt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare exultaréque solent. Propterea Liuius lib.2. ab Vrbe, Appius, inquit, Claudius & natura immitis, & efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miseriis ait, fed licentia tantum concitum turbarum: & lasciuire magis plebem, quàm sæuire. id est plebem nimio otio magis petulantem se præbere, quàm veram seditionem meditari, nulla satis digna nobilitatis iniuria concitatam. De plebe enim tãquam de equis, qui ab aurigante reguntur, loquutus est.
Fuga lasciuit agnus. Ouid.7.Metam.
Lasciuire alicui. Stat.1.Sylu.5.
Lasciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli vberrate luxuriant. Budæus.

Laser, laseris, n.g. {σπὸς σιλφίου} Succus laserpitij. Plin.lib.19.cap.3, Ab his proximum dicetur authoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificum in vsu medicamentisque, & ad pondus argentei denarij pensum.

Laserpitium, laserpitij {σίλφιον} Virgultum herbidum. Plinius libro 19.cap.3, In Asia laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem: & si coleretur, in deserta fugientem: radice multa, crassáque, caule feruláceo, haud simili crassitudine, &c. Plautus Pseud.13, Eo laserpitij libram pondo diluunt. Colum.lib.6.cap.17.

Laserpitium, ait Dioscorides lib.3. in Syria, Media, & Libya nascitur: caule feruláceo, quem Maspetum vocant: foliis apio similibus: lato semine. Laser è radice atque caule scarificatis colligitur. Præfertur autem rufum, transfluens, myrrhæ æmulum, non portaceum, odore valens, suaui gustu, quod dilutum facilè albescit. Cyrenaicum siquis degustauerit, humorem toto corpore ciet: blandissimo odore, adeò vt ne os quidem gustanti nisi paululum spiret. Medicum & Syriacum minus viribus valent, & magis virosum reddunt odorem. Caulem aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspelon vocauere. Efficacissimum laser, mox folia, postremò caulis. Hæc & plura Dioscorides, cuius interpres Mathiolus, Mauritani, inquit, Laserpitium Anuiden nominant. Laser verò, quæ laserpitij est lacryma, Assam appellant: quam in fœtidam, & odoratam diuidunt. Id quod & ipse Dioscorides fecisse videtur, quòd Cyrenaicum laser suauissimo odore commendauerit: Medicum verò, ac Syriacum, quoniam virosum emittant odorem, omnino damnauerit. Quamobrem non planè improbanda videtur eorum opinio, qui concretum illum succum quem officinæ & vulgus *Belzoinum* vocant, legitimum laser volunt esse, cui Dioscorides blandissimum tribuit odorem: Assam verò fœtidam Mauritanis vocatam, id tantùm, quod ex Media Syriáque defertur, quod Sagapeni instar fœtidum deprehenditur. In quorum equidem sententiam non potui non ipse quoque deduci. Deinde multa affert in hanc rem testimonia, quæ nimis longum foret hic arrexere. Videndus etiam est Theophrastus lib.6.cap.3. de plantarum historia. Laser Cyrenaicum, dicitur etiam succus Cyrenaicus: Laser Medicum, succus Medicus: laser Syriacum, succus Syriacus.

Laserpiciferæ {σιλφιοφόρος} Cyrenæ. Catul. ad Lesbiam, 7.

Laserpitiatus, pen.prod. Adiect. {σιλφιωτός.} vt Laserpitiatum acetum: Id est, laserpitij succo dilutum. Plin.lib.18.cap.30.

Lasiris {λάσιρις} Inter ornamenta muliebria numerauit à Polluce libro 7.cap.22.

Lassus, Adiectiuum {κεκοπιακὼς, κεκμηκὼς} Dicitur labore, tam animo quàm corpore fatigatus. Ideóque ad ea demum spectat, quæ laboris molestiam sentiunt. Nomen est, non participium. Propertius lib. 2. eleg.34,
At nondum est talos mittere lassa manus.
Lassus opere faciundo. Plaut. Asin.16.
Studio venandi lassus. Ouid.3.Metam.
Lassus de via. Plaut. Pseud.9.
Via lassus. Ouid.5.Trist.eleg.5.
Amore lassus. Ouid.3.Amor.eleg.6.
Lassus animus & cura confectus. Terent. And.2.1.
Aures lassæ. Horat.1.Serm.saty.10.
Humus lassa. Ouid.1.de Ponto, eleg.5.
Luminæ lassa. Ouid.7.Metam.
Pietas lassa malis. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.
Lassæ res. Plaut. Stich.9.
Rebus lassis perere solatia. Ouid.5.Trist.eleg.2.
Sanguis lassus. Stat.2.Theb.
Stomachus lassus. Horat.2.Serm.saty.8.
Lassa terra. Plin.lib.17.cap.5.
Vitus lassus. Stat.1.Sylu.3.

Lassulus, pen.corr. Adiectiuum diminutiuum {ὑπεκκαὼ κοπιῶδες.} Catul. de Byrecynthia, 58,
Itaque vt domum Cybeles tetigerunt, lassulæ
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassitudo, pen.prod. {κόπος} lassitudinis, Molestia quam ex labore suscipimus. Cic. ad Cornificium, lib.12, Sed nulla lassitudo impedire officium & sidem debet. Cæsar 2. bell. Gall. Cursu ac lassitudine exanimatus.
Reficiet lassitudines nitrum. Plin.lib.31.cap.10.

Lassescо, lassescis {κοπόομαι, ἐκκοπόομαι, κοπιῶμαι} lassescere, Lassum fieri. Plin.lib.30.cap.16. Non lassescere in vllo labore, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant.

Lasso, lassas {κοπιῶν, κοπιᾶν} lassare, Fatigare. Plin.epist.9.lib.3, Multisque causis non lassaretur modò, verùm etiam confunderetur. Apud Martialem lib.8, Lassare dominum supplicibus libellis.
Arrus lassauimus calamo. Ouid.epist.20.
Brachia lassare aquis. Ouid.3.de Ponto, eleg.7.
Labor infolitus iam me lassauit. Ouid.10.Metam.
Tela lassaret manus. Ouid.epist.1.

Lassor, lassaris, Passiuum {κοπιόομαι, κοπιῶμαι.} Ouid.2.Metamorph.
-in molli ne quicquam lassor arena.

Lassatus, pen.prod. Participium {κοπιῶδες.} Iuuenal. Satyr.6,
Et lassata viris, nondum satiata, recessit.
Sequendo lassata. Ouid.9.Metam.
Membra lassata. Ouid.6.Metamorph.

LASTHENIA, Mulieris nomen, quam Platone præceptore vsam scribit Plutarchus: ornatúque virili auditorium ingressam scribit etiam Laertius.

LASVS, primus de Musica scripsit, & dithyramborum cerramẽ primus protulit: vixítque temporibus Darij Persarum regis.

Late Aduerbium à Latus adiectiuo. Vide LATVS.

Lateo, lates, latui {λανθάνω, ἀπολανθάνω} latère, In occulto esse.
Latuit ad hanc ætatem. Cic.1.Tusculan. Vetus scriptum exemplar habet iacuit.
Latere abdité. Cic. 4. Verr.
Abditus latet agro. Horat.1.epist.1.
Clàm latère. Ouid.2.de Remed.amor.
Turrim latère. Ouid.14.Metamorph.
Latet mihi causa. Lucan. Tu mihi causa lates. Virg.5.Æneid.
Latent eum doli. Virg.1.Æneid. Id est, non ignorat fraudem.
Latet plerosque, hoc est plerisque occultum & clàm est, atque incertum & ignotum. Plin.lib.2.cap.20.
Æquor latet sub classibus. Virg.4.Æneid.
Amor latet. Ouid.epist.17.
Ars latet. Ouid.10.Metamorph.
Error latet aliquis. Virg.2.Æneid.
Nocte latent fures. Catul. in Carmine nupt.57.
Res latuit patrem. Ouid.4.Fast.
Virtus latet obruta paupertate. Claud.2.Paneg.
Latet apud Matt.lib.5, Nunquid apud Parthos, Armenióſq; latet?
Latet in loco aliquo, aut re aliqua. Virg.3.eclog. Cic.3. Verr.
Latère in occulto. Cic.1.Acad. Sic omnia latère censebant in occulto, neque esse quicquam quod cerni aut intelligi possit.
Latent sub arcis. Plaut. Casin.15. Liu.4.belli Maced. Sub vmbra Romanæ amicitiæ latebant.
Latet inter dentes. Plaut. Trinum.13.
Latere tecto. Terent. Heaut.4.2, Triumpho, si licet me latere tecto, absceders.

Latens, Participium {λαθραῖος, κρυφαῖος.} vt,
In aluo matris latentes. Horat.4.Carm.ode 6.
In latenti retinere ius ciuile. Vide In latenti, in præpositione IN.
Manifestare latentem. Ouid.13.Metamorph.

Dolus latens. Stat. 10. Theb.
Ira. Lucan. lib. 5.
Gemitus. Lucan. lib. 1.
Verba. Ouid. 9 Metamorph.

Latenter, Aduerb. {λανθανόντως, κρύφδην, κλέπτα} Clàm, occultè. Cicero in Topic. Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus, obscura causa, quæ latenter efficitur.

Latito, latitas, pen. corr. {ἐμφωλεύω} latitare, Frequentatiuum. Cic. pro Cluentio, Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Vlpianus in l. Fuleinius. D. Quibus ex causis in possessione eat. Latitare, est cum tractu aliquo latère: quemadmodum factitare, est frequenter facere.
Aper latitans fruticeto. Horat. 3. Carm. ode 12.
Furta latitantia. Claud. 1. de Raptu Proserp.
¶Latitare dicuntur qui ad iudicium vocati frustrantur, & iudificantur. Cic. pro Quintio, Ego experiti non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. Budæus.
¶Latitare, Actiuè apud Plaut. in Trinum. 6,
-nam ij mores maiorum laudant, Eosdem latitant.

Latitatio, Verbale {ἐμφάλωσις.} Quint. lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.

Latebra, latebræ, pen. corr. & Latebræ, latebrarum {κεκρυμμένοι τόποι} Loca in quibus quid delitescere & occultari potest. Plin. lib. 7. cap. 45. Et lib. 8. cap. 27. Idem hyberna latebra visu obscurato, &c. Cic. pro L. Manil. Ita regnat vt se nec Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit.
Cæcæ. Virg. 3. Æneid.
Dulces. Horat. 3. epist. 17.
Curuæ. Virg. 3. Georg.
Tutæ. Silius lib. 17.
Latebræ ferarum. Liu. lib. 46. Plin. lib. 10. cap. 19, OEnanthie quidem etiam statos latebræ dies habet.
Latebra tabellæ. Cic. App. lib. 3, Nullámne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam quæ te impugnare auderet?
Adhibere latebram obscuritatis. Cic. 2. de Diuin.
Coniicere se in mirificam latebram. Cic. 2. de Diuin.
Dare latebram populo, in qua, &c. Cic. 3 de Leg.
Ex latebris erumpere. Cic. pro Sestio, Quum illa coniuratio ex latebris, atque ex cenebris erupisset.
Latebram habere. Cic. 2. de Fin. Ludi, cœnatio, villa Luculli (nam si tuam dicerem, latebram haberes) ad corpus, &c.
Peragrare latebras suspicionum, Vide PERAGRO.
¶Latebram quærere periurio. Cic. 3. Offic. Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem quæ iusfideli data sit, viderint, ne quæratur latebra periurio. Id est, ex cusatio qua lateat & non videatur petiurium.
Latebræ & recessus in animis hominum. Cic. pro Marcel.

Latebrosus, penult. prod. Adiect. {φωλάδης.} vt Locus latebrosus, in quo frequentes latebræ sunt. Plaut. Bacch. 1.
Colles latebrosi. Silius lib. 5.
Flumina latebrosa. Virg. 8. Æneid.
Frondes latebrosæ. Claud. 3. Paneg.
Latebrosus locus ad equites tegendos. Liu. 1. bel. Pun.
Nox latebrosa. Lucan. lib. 6.
Pumex latebrosus. Virg. 5. Æneid.
Saxa latebrosa. Ouid. epist. 4.
Via latebrosa. Cic. pro Sestio.

Latebrosè, pen. prod. Adiect. {λαθραίως} Occultè, clàm. Plaut. Trinum. 6,
-pater adsum, Impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo Conspectu occultabo.

Latebricola, latebricolæ, pen. corr. Qui latebras incolit. Plaut. Trinum. 5, Latebricolarum hominum corruptor.

Latibulum, latibuli, pen. corr. {φωλεὸς} Idem quod latebra. Sed latebras propriè hominum, latibula ferarum esse inquit Valla. quæ differentia læpissime confunditur.
Omnia latibula adire. Catul. de Berecynthia, 58.
Latibulum etiam de hominibus dicitur. Cic. Attic. lib. 12. Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Idem 1. Offic. Omniáquæ quę sint ad viuendum necessaria, anquirat & parer, vt pastum, vt latibula, vt alia generis eiusdem.

Latibulo, latibulas, pen. corr. {φωλάζω} latibulare, Latère. Varro, Vide ne seruus domini latibulet.

Latibulor, latibularis {φωλάζω} latibulari, Deponens, Idem. Accius Putatoribus, Progredere, & nequis latibuletur, prospice. Nonius Erotopæenion, Nocte vt opertus amictu latibuletur. Antiquum.

Later, m. g. {πλίνθος} laterem, latere, & lateres, pen. corr. in plurali integrum, genitiuus & datiuus singulares raro leguntur, Terra seu argilla ad solem siccata, vel cocta, & in lapidē durata. Vitruuius lib. 1. cap. 5, sub finem, Siue silex, siue cæmentum, aut coctus later, siue crudus, his erit vtendum. Cic. 2. de Diuinat. Num hoc in látere, aut in cæmento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere?
Propriè later est ad solem siccatus. Quòd si coctus est, Testa dicitur, aut Later coctus. Vide Vitruuium lib. 2. cap 3. & 8.
Lateres cocti les, Vide COQVO.
Lateres in fornacem coquere, Vide COQVO.
Lateres ducere. Vitruu. lib. 2. cap. 3, Itaque primùm de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi, quòd ex his generibus quum sunt ducti, primùm fiant graues: deinde quum ab imbribus, in parietibus asperguntur, dilabuntur & dissoluuntur, palearque quæ in his ponuntur, non cohærescunt propter asperitatem. Faciendi autem sunt ex terra albida cretosa, siue de rubrica, aut etiam masculo sabulone. Ducendi autem sunt per vernum tempus, & autumnale, vt vno tenore siccescant. Qui enim per solstitium parantur, ideo vitiosi sunt, quòd summum corium sol acriter quum percoquit, efficit vt videantur aridi, interius autem sint non sicci: & quum postea siccescendo se contrahunt, perrumpunt ea quæ erant arida: ita rimosi facti, efficiuntur imbecilli. Maximè autem vtiliores erunt, si ante biennium fuerint ducti. nanque non antè possunt penitus siccescere. Ex his liquet, laterem duci & fieri, eodem significatu dici: cùmque propriè esse, qui ad solem fuerit exsiccatus. Qui enim coquitur in fornacibus, aut Testa dicitur, aut Coctus later. Idem libro 2. cap. 8, Saxo quadrato, aut ex testa, aut siliceibus ordinariis struat bipedales parietes. Ibidem, non ita procul à fine, De ipsa autem testa, si fit optima, seu vitiosa ad structuram, statim nemo potest iudicare, quòd in temperatioribus & æstate in tecto quum est collocata, tunc si firma est, probatur. Nam quæ non fuerit ex creta bona, aut parum erit cocta, ibi se ostendet esse vitiosam gelicidiis & pruina tacta.
Laterem leuare, Prouerbium, pro Operam ludere. Terentius Phorm. 1. 4.

Laterinus, Adiectiuum {πλίνθινος} Ex latere factum. Plinius, Lapide duro, ac silice æquo construunt, veluti laterities parietes.

Laterculus, laterculi, pen. corr. masc. g. {πλινθίδιον} Diminutiuum, Parua ues later. Plinius, Crudis latereulis ad formam camini. Currius lib. 5, scribit laterculo coctili structos fuisse muros Babylonios. Colum. lib. 8. cap. 14. Sub porticibus deinde quadratæ harēæ cæmentis vel etiam laterculis extruuntur.

Laterata, laterariq, fœm. gen. {πλινθοειδὲς} Officina in qua fiunt lateres. Plinius lib. 7. cap 56, Lateratias ac domos constituerunt primi Eurysaces & Hyperbius fratres Athenis: antea speeus erant pro domibus.

Lateruncularia tabula, in qua latereunculis ludit ur. Seneca epist. 118, circa finem, Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. Laterunculariam dicit laterunculariam, qui & alibi latrunculos latereuncules vocat, nisi nos fallant exemplaria.

Lateralis, Vide LATVS substantiuum.

LATERANVS, pen. prod. {κατηφὴς} Proprium nomen patricij Romani qui latère frequens in otio solebat. Hic Consul designatus insu Neronis interfectus est. Ædes eius amplissimæ datæ fuerunt à Constantino Imperatore Pontifici maximo. Inuen. Satyr. 10,
-egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors. Inde Lateranense palatium, & Lateranēsis basilica, sancti Ioannis ædes vocata est, quæ in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus extructa fuit.

Laterculus, Vide LATER.

LATERIVM fuit Qu. Ciceronis villa in ipsius patria Arpino: quam quum vellet vendere, Arpinatum erat fremitus excitatus. Cicero Attico, libro 4. & 7, Arpinatum fremitus est incredibilis de Laterio.

Laterna, laternæ {φανὸς} A lateo, lates, quod primam corripit, laterna verò producit: notæ significationis. Martial. lib. 14,
Dux laterna viæ: claustra feror aurea flammis:
Et tuta est gremio parua lucerna meo. Ibidē, de laterna ex vesica.
Cornea si non sum, nunquid sum fuscior? Cic. ad Attic. lib. 4, Clodij vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.
Laterna Punica. Plaut. Aulul. 6,
Ita is pellucet, quasi laterna Punica.

Laternarius, laternarij {φανοφόρος} Qui alteri laternam præfert. Cicero in Pisonem, An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Latesco, Vide LATVS adiectiuum.

Latex, laticis, pen. corr. masc. gen. {ὑγρὸν} Omnis humor dicitur: ab eo quòd intra aliquid lateat. Vnde & de aqua, vino, & cæteris dicitur. Virg. 1. Æneid. Regales inter mensas, laticémque Lyæum. Ouidius Palladios latices dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. lib. 1, Absynthij laticem. Cic. 2. de Diuinatione,
Nos circum latices gelidos fumantibus aris, &c. Ex Homero.
Cupido laticum, Sitis. Lucret. lib. 4.
Liquoris vitigeni latex. Lucret. lib. 5.
Cæruleilatices. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Perennes latices. Lucret. lib. 5.
Sacri. Ouid. 5. Metamorph.
Calidi latices. Virg. 6. Æneid.
¶Congerere laticem in vas. Lucret. lib. 3.
Absynthi amarum perpotare laticem. Lucret. lib. 4.
Gelido latice resouere aliquem. Senec. Agamemn. 8.

Lathyris {καθυρὶς} herba quæ cataputia maior appellatur. Plin. lib. 27. cap. 11, Lathyris folia habet multa lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tunicilis continetur, vt capparis.

Latialis, Vide LATIVM. Dicitur & Latiaris.

Latibulum, Vide LATEO.

Laticlauium, Vide LATVS adiectiuum.

Latifolium, Latifundium, Vide LATVS adiectiuum.

Latine, Latinus, Vide LATIVM.

LATINI {λατῖνοι} populi Italiæ in Latio: de quibus Salust. Primò Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines: hos posteà aduentu Æneæ Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Seruius autem ait Æneam victis Latinis, vt eorum fauorem sibi conciliaret, nomen Latinum nō solùm illis non sustulisse, sed etiam Troianis imposuisse.

LATINVS, pen. prod. {λατῖνος} teste Bocatio, Laurentum rex, Fauni & Maricæ nymphæ Laurentis filius. Virg. lib. 7. Æneidos,
-rex arua Latinus & vrbes, &c. Hic, vt idem testatur, Æneam profugum suscepit hospitio: & vti respōso acceperat, ei Lauiniam filiam, iam Turno Dauni filio promissam, dedit vxorem: quamobrem bellum ingens inter Æneam & Turnum exortum est, in quo Latinum cecidisse ex Virgilio & Seruio manifestū est. ¶Fuere & alij plures Latini, vt author est Higinus. ¶Latinus Syluius, vt ait Liuius, Æneę Syluij fuit filius, & mortuo patre Albanis imperauit, & ab eo coloniæ deductæ eorum qui Prisci Latini nuncupati sunt.

Latio, Vide FERO.

Latito, Vide LATEO, lates.

Latitudo, Vide LATVS adiectiuum.

LATIVM {λάτιον} vt ait Plinius lib. 3. cap. 5, ea pars Italiæ est, vbi sunt Tyberina ostia & Clostra Romana. Dictum Latium à latendo, quòd illic latuerit Saturnus, Iouem filium fugiens. Ouid. 1. Fastorum,
Dicta quoque est Latium terra latente deo. Virgil. lib. 8. Æneidos,
-Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Varro autem Latium dici putat, quòd latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. Est autem duplex Latium, vt dicit Seruius, Vnum à Tyberi vsque ad Fūdos: alind inde vsque ad Vulturnum. Latium verò antiquum, vt ait Plinius lib 3. cap. 5, à Tiberi Circeios feruatum est M passuum 1. longitudine. tam tenues primordio imperij fuere radices. Colonis sæpe mutatis tenuere aliis alij temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra Circeios Volsci, Osci, Ausones, vnde nomen modo Latij processit ad Lirin amnem. Cic. pro Archia, Studiáque hæc & in Latio vehementius tum colebantur.
Facetiæ oblitę Latio. Cic. ad Papyrium, lib. 9, Mirificè capior facetiis maximè nostratibus, præsertim quum eas videam primum oblitas Latio rum, quum in vrbem nostram est infusa peregrinitas: nunc verò etiam Brachatis & Transalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis vestigium appareat.
Ferox Latium. Horat. 1. Carm. ode 35.
Felix Latium. Horat. in Carm. seculari.

Latius, Adiect. {λάτιος.} Colum. lib. 1. in Præf. An Latiæ musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium recepere, sed eorum & proximis & procul à fecundis sacras concessere sedes?
Agri Latij. Ouid. 3. Fast.
Arces Latiæ. Ouid. 15 Metamorph.
Gens Latia. Ouid. 4 Fast.
Lingua Latia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Latialis, & hoc latiale, pen. prod. {λατῖνος} Quod est ex Latio, vt Latialis Iupiter, apud Cic. pro Milone.
Caput Latiale. Lucan. lib. 1.

Latialis sermo, Romanus & Latinus, quo Latini primùm vsi sunt. Plin. lib. 3. cap. 1, Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. Id est, Latino.
Latialis doctrina. Macrobius lib. 1. cap. 1.

Latinus, pen. prod. Aliud adiect. {λατῖνος.} Virg. 1. Æneidos,
-genus vnde Latinum.
Carmen Latinum. Horat. 1. Carm. ode 32.
Latinæ cōsuetudini tradere. Colum. in Præfat. lib. 12. Id est, In Latium sermonem vertere.
Latinæ feriæ. Varr. 4. de Lingua Lat. Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnē petere ius fuit cum Romanis. A quibus Latinis, Latinæ dictæ. Hactenus Varro. Cic. pro Planc. Quibus è municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur.
Latinæ feriæ. Dionysius Halicarnasseus lib 4, Tarquinius superbus designare templum statuit Romanis & Latinis commune, atque Hernicis & Volscis, eis quidem qui in societatē scripti erant: vt cōuenientes quocūque anno in designatū locū nundinarēt vnāquanque accipere. Quæ verò participes erant huius solennitatis & sacrificij vrbes fuere, tribus demptis, quinquaginta. Has autē solennitates & sacrificia Romani vsque ad hęc nostra tempora perficiūt, Latinas eas vocātes. Feruntque in eas hæ, quæ participes sunt sacrorum, vrbes: aliæ agnas, aliæ caseos, aliæ lactis mensuram quandā, aliæque his simile aliquod molæ genus. Vno autem tauro cōuniter ab omnibus immolato, statutam partem vrbs quæque accipit. Sacrificant enim pro omnibus, principatūmque sacrorum Romani habent. Idem sub finem lib. 6, Decreuit Senatus etiā agendas esse diis gratias de reconciliatione plebis, sacrificiáque perficienda, vnam diem adiiciens Latinis feriis vocatis, quæ duarum erant: primam quidem sacram facitēte Tarquinio, quo tempore Etruscos vicit: secundam verò addente Populo quum Reges eiiciens liberam ciuitatem fecit. quibus duabus tertia quoque adiuncta est, teditus rebellium gratia. Patrocinium autem & curam sacrificiorum quæ in his fiunt, atque certaminum, accepere Tribunorum ministri, nunc habentes potestatem ædilitiam, ornati ipsi à Senatu purpura & solio eburneo, aliísque insignibus quæ Reges habuerant. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16, Quum Latiar, hoc est Latinarum solenne, concipitur, nefas est prælium iumere. quate nec Latinarum tempore, quo publicè quondam indūciæ inter Romanum populum Latinósque firmatæ sunt, inchoari bellum decebat. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. epist. 8, De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi: cæteroqui confectum erat. Latiar erat exiturus. Ad octauum Idus Apriles sponsalia Crassipedi præbui. Vide Cælium Rhodiginum lib. 28. cap. 24. Plinius lib. 27. cap. 7, Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victórque absinthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Arnobius aduersus gentes lib. 2, vbi de ceremoniarum mutatione agit, In Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quàm niuei tauros candoris immolare: nónne istum morem, religionémque mutastis, atque vt rufulos liceret dari Senatus constiturum sanctione? Plutarchus in Camillo, ad finem, Quum multæ in Senatu variæque contentiones essent, quòd in varias sententias ciuium mentes trahebantur, tandem in hanc sententiam itum est, vt alter ex Consulibus populariscrearetur. Dictator (Camillum intelligit) quum ad populum hoc nuntiaret, statim populus cum Senatu reconciliatus est, & Camillum plausu ac clamore domum vsque remittunt. Postridie autem congregati decreta tulere, vt Concordiæ (quemadmodum Camillus vouerat in foro & in concione) ingens pro rebus bene gestis templum moliretur. Liuius Decad. 1. lib. 6. ad finem, In celebritatibus quas Latinas vocabant, addita vna die, per quatriduum soleunitates instituerunt, & deinde statim Romanos coronas ferre ac rei diuinæ intendere voluerunt. Camitiis à Camillo habitis, Marcus Æmilius ex patritiis, Lucius Sextus primus ex popularibus, Consules designati. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 7, Romanos Consules comitiis creatos, fortitis prouinciis, aut extra sortem datis, Latinas ferias indicere consueuisse planè perspicuum est: Iouisque Latiali in monte Albano sacrum facere, quod Latiar dixere, vbi carnem Latinis populis dare mos erat, quæ visceratio dicta. Est enim mons Albanus inter Albam & vrbem Romam tractu ferè pari disiunctus, vbi templum à Tarquinio Superbo Ioui Latiali constructum ferunt. Paulo pòst: Has Latinas Tarquinius à principio in vnam diem indixit. post Reges verò exactos, altera populi iussu adiici cœpta fuit. Demum restituta plebe, quæ ad sacrum montem secesserat, in tres aut quatuor dies indictas à Cōsule vel Præfecto Latinarum fuisse: interiecto deinde tempore, in decem dilatas feruatáque inuenimus. De Præfecto Latinarum meminerūt Fenestella, & Pomponius in l. 2. D. De origine iuris. Liuius Decad. 3. lib. 5, Romæ Consules Prætorésque vsque ante diem quintum Galend. Maias Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in fuas quisque prouincias proficiscuntur.
Latinæ ferię diebātur, quū ex populis Latinis viri simul & mulieres in montem Albanū hostias adducebant &, quattriduano sacrificio facto, accepta carne in suam quisque ciuitatem digressi reuertebant. ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. visceratione mox & Cæsar populo dedit, vt apud Suetonium legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorūmque magistratuum cōuentu, Consules procurabāt, quum interea cum populo agere non liceret: vt ob eam causſam Latinæ aliquādo à Cōsulibus instaurarētur, quum tribunis pl. obsistere vellēt, populares leges, & reipub. perniciosas, ferre cupientibus. itaque ad Quintum Fratrē lib. 2, Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ instauratur: nec tamen decēre supplicationes. sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis. Instaurabāt Latinas etiam Pontifices, vt Liuius libro 32. tradidit. id autem fiebat, quasi iam, faciendis iis, aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. Primus eas in vnum diem Tarquinius Superbus instituit: fe cundus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Auctumum: quartus, plebe & patribus à Dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, cōceptiue ne an stativæ feriæ fuerint Latinæ. si Varroneni, & Macrobium sequamur, antiquitatis vtrunque pertissimū, conceptiuæ: etāt. non stativæ, concipiebatūrque in dies vel certos, vel incertos. Liuius tamen stativas indicat fuisse, quum ait lib. 25, Romæ Consules, Prætoréque vsque ante diem v. Cal. Mai. Latinæ tenuerūt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque prouincias proficiscuntur. Non enim semile veri est, Consules, quum victor Annibal vastaret Italiā, cōfultō in v. Cal. Maias, qui dies à primo inti magistratus die, hoc est ab Idibus Martij, x l i i. dierum spatio distat, Latinas distulisse: vt ipsi sibi diutinæ in vrbe mansionis necessitatem imponerent: quum ire in Prouincias neque Consulibus, neque Prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. aut igitur eas è statiuis in ordinem conceptiuarum postea transisse credendum est: aut latentem causſam alij perferuntur. Ex P. Manutij commentariis in epist. ad Attic. & ad Qu. Fratrem.
Ides Latinæ. Horat. 1. epist. 3.
Gens Latina. Virg. 8. Æneid.
Latini Iuniani in libertorum numerū inducti fuerant, simillitudine eorum qui focij Latini & Latini colonarij dicebantur, qui in Latinas colonias deducti fuerant. Lex fociis nominis Latini dabat, qui stirpem ex sese domi relinquerent, vt ciues Romani fierent. Hæc apud Liuium lex extat, à qua profectam esse primùm rationem eam qua ius Quiritium consequerentur Latini liberti existimo, vt prole. De his sæpe fit mentio apud Iurisconsultos, & Vlpianum præsertim in institutis. Turneb.
Latina lingua locupletior Græca. Cic. 1. de Fin. Ira sentio, & sæpe differui, Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam.
Vertere in Latinum, hoc est in Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap 5. Sub. fermonem.
Verbis Latinis miserere Græca. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Parum Latina vocabula. Mart. lib. 2.
Voce Latina loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Vrbs Latina. Virg. 9. Æneid.

Latinè, pen. prod. Aduerb. {λατινιστὶ} More Latinorum. Cic. 6. Verr. Latinè me scitote, non accusatorie loqui. Idem 7. Philipp. Qui planè & Latinè loquuntur. Hoc est, propriè, apertè & vt res habet, sine figuris vllāue obscuritate aut circuitu.
Latinè scire, Cic. pro Cecin. Quid enim facilius est, quàm probari iis, qui Latinè sciant, in vno seruulo familiæ nomen non valere?

Latinitas, pen. corr. pro Latino fermone. Cic. ad Attic. lib. 7, Sceutūlque fum non dico Cæcilium, Mane vt ex portu in Peræum (malus enim author Latinitatis est) sed Terentium, &c.

Latinitas, Ius Latij, ius ciuium Romanorum. Cic. Att. lib. 14, Scis quàm diligam Siculos. Multa illis Cæsar, neque me inuito, etsi Latinitas erat nō ferenda, &c. Id est, ius ciuium Romanorum. Nam Latini, ciues Romani: itaque & suffragia ferebant, & magistratus gerebant. Si igitur Siculis Cæsar ius Latij concessisset, res fuisset non ferenda, verūntamen ferri potuisset. Vt autem Antonius legem figat, quasi à Cæsare latam, qui nullam hac de re mentionem fecit, hoc verò neutiquam ferri potest.

Latinienſis, & hoc Latinienſe, Idem quod Latinus. Cicero de Aruſp. reſpon. Quod in agro Latinienſi auditus est strepitus cum fremitu.

LATMIVS mons, Vide LAMIVS.

LATMVS {λάτμος} Plinio, Ioniæ mons nobilis, ob Endymionis fabu-

lam, quem aiunt à Luna adamatum in eodem obdormiuisse. Dicit tamen Cic.lib.1.Tuscul.quæst.eum in Latmo obdormiuisse,& in somnis à Luna deosculatum.

Latomiæ,vel latumiæ,latumiarum {λατομίαι} Lapicidinæ, & metalla saxaria.Liu.lib.6.de bello Pun. Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensæ latomiæ, forúmque piscarium. Cicero 7.Verr. Vide LATVMIAE

Ad latomias damnari solebant ij,qui in opus metalli damnabantur.Apud Plautum in Capt.12, Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur:Inde,inquit,ibis porrò in latomias lapidarias.

Latomus, latomi, pen.corr.masc.gen. {λατόμος} Lapicida, qui lapides cædit.

LATONA,pen.prod. {λητὼ} Cei filia,à Ioue dilecta pariter & oppressa,Apollinem & Dianam peperit.Vnde Apollo Latoides,& Diana Latonia dicitur.Virg.9.Æneidos,

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Simliter Delos, vt ait Seruius,dicta est Latonia,quòd in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

Genus duplex Latonæ.Virg.12.Æneid.
Filius Latonæ,Phœbus.Tibul.lib.3.eleg.4.
Puer Latonæ,Phœbus.Horat.4.Carm.ode 6.
Candida Latona.Claud.5.Paneg.
Dilecta Ioui Latona.Horat.1.Carm.ode 21.

Latonius, Adiectiuum {λητῷος} vt Proles Latonia.Ouid.8.Metam.

Stirps Latonia.Ouid.3.Trist.eleg.2.
Velox Latonia.Stat.10.Theb.
Luna Latonia.Tibul.lib.3.eleg.4.
Delos Latonia.Virg 3.Georg.

Latonigenæ dij {λητογενεῖς} Apollo & Diana.Seneca Agamem.5.

Duo Latonigenæ.Ouid.6.Metamorph.

Latous,pen.prod. {λητῶος} Apollo.Horat.1.Carm.ode 31,

Frui paratis,& valido mihi Latoe dones.

Lator,latoris,Verbale à fero, fers, Vide FERO.

Latria,latriæ {λατρεία} Latinè cultus,obsequium,seruitus religionis.

Latrina, latrinæ, penult.prod. {ἀφεδρῶνες, ἀφεδρών} Locus priuatarum sordium, & nonnunquam locus ad exonerandum ventrem accommodatus.A latendo.Apuleius de Asino,lib.9, Omnia prorsus vt in quandam cœnosam latrinam,in eius animum confluxerant vitia. Varro lib.2.de Analogia, Deinde quum breuitatis causa nomina cõtraherent,quo essent aptiora,pro lauatrina, latrinam nominauerant. Vide Lauatrina,in LAVO.

¶Latrina,in quam lotura proiicitur.Plaut.Curcul 12,

Non pluris facio,quàm ancillam meam quæ latrinam lauat.

¶Latrinum,neutri generis apud Laberiũ, teste Nonio, Sequere in latrinum,vt aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucil.lib.6,

Hoc tu aptè,credit quenque latrina periſſe.

Latro,latras {ὑλάω,ὑλακτέω} latrâre, Proprium est canis, quum impetum facit & voce terrer. Virgil.eclog.3,

-multum latrante Lycisca. Plaut.Amph.15, Nec gannio, nec latro. Cic.pro Rosc.Amer.Quod si luce quoque canes latrent,quum deos saluratum aliqui venerint,&c.

¶Latrare,ad homines trãslatum,pro Vociferari, & intentiore voce clamare. Cic.2.de Orat.Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? Idem de Clar.Orat.Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur.

Rumperis, & latras magnorum maxime regum.Horat.1.Sermonum, saty.3. Rumperis,ex impatientia. Latras,more canum amarè obiurgas.

Latrare aliquid,Id est poscere. Lucret.lib.2.4, -nonne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare, &c. Festus lib.10, Latrare Ennius pro poscere posuit. Hactenus ille. Versus autem Ennij citatur à Varrone lib.vlt.de ling.Latina,non ita procul à fine:Multa,inquit,ab animalium vocibus translata in homines: partim, quæ sunt aperta: partim,obscura. Perspicua,vt Ennij: Animus cum pectore latrat. quo loco multi codices perperam habent lactat.

¶Latrare,cum accusatiuo.Horat.2. Serm.saty.1,

-si quis Opprobriis dignum latrauerit integer ipse.

Latror,latraris,Passiuum {ὑλακτοῦμαι.} Plin.lib.25.cap.10, Hanc habentes,negant latrari à canibus.

Latratur,Impersonale.Ouid.2.Tristium,

Scit cui latretur,quum solus obambulat ipse.

Latrans,Participium {ὑλακτῶν.} vt Colla latrantia canis. Properr.lib.5. elegia 18.

Bella vndique latrantia.Claud.2.in Eutrop.
Stomachum latrantem lenire.Horat.2.Serm.saty.2.

Latratus,pen.prod. {ὑλαγμένος} Aliud participium.vt

Caput latratum Capharei. Stat.1.Achil. Id est, fluctuum tumultu affectum.

Cibus latratus.Martial.lib.1.epig.133,ad Cosmum,de Cynico philosopho,

Cui dat latratos obuia turba cibos. Id est, latratu mendicatos more canis.

Latrator,pen.prod. {ὑλακτὴρ} Verbale.Virg.8.Æneidos,

Omnigenúmque deũm monstra,& latrator Anubis, &c. Seruius, Latrator quia canino capite pingitur. hunc volunt esse Mercurium: ideo quia nihil est cane sagacius.

Latratus,huius latratus,pen.prod. {ὑλαγμός.} Plin.lib.8.cap.40,Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu adactum vt cogeretur fateri scelus?

Latratus grauis,Varro 2.de Re rust.cap.9.
Aper actus latratibus.Ouid.2.Fast.
Claris latratibus actus ceruus.Ouid.13.Metam.
Dare latratus Seneca Medea,10.
Vagis latratibus implet dumeta venator.Silius lib.3.
Intonare latratu ingenti, Vide INTONO.

Remugit nemus latratu.Seneca Thyeste,8.

Sæuit canum latratus in auras.Virg.5.Æneid.

Turbare apros latratu.Virg.3.Georg.

Latro,latronis,com.gen. {λῃστής,ἀποδύτης} Græca dictio est,qua significantur viarum obsessores,qui publicè vel per vim furantur,quòd à latere adoriantur. vel à latendo: quòd latenter insidientur, authore Festo.Cic.2.Philip.Erat ei viuendum latronum ritu,vt tantum haberet,quantum rapere potuisset.

Infesti latrones.Horat.2.Serm.saty.1.
Insidiosus latro,Vide INSIDIOR.
Latronem, pro Venatore vsurpant nonnunquam poetæ. Virgil.12. Æneidos, -fixúmque latronis
Impauidus frangit telum.
Latrones,apud antiquos dicebãtur etiam conducti milites. Nam καπηλεύειν inseruire,nam seruiebant mercede.Moris autem erat, vt hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen.Dicti quasi laterones,inquit Varro:quia circa latera esse solẽt, quos nunc satellites vocant. Plaut.Milite,3,

Nam rex Seleucus me opere orauit maximo
Vt sibi latrones cogerem & conseriberem.

Latrunculus,latrunculi,pen.corr.Diminut. {λῃστίδιον.} Cic.de Prouinc. Conſ.Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

Latrunculus,siue latrũculus,Qui & latro,est etiam quo ludimus fedecim ſcrupis gemina acie vtrinque directis,in quibus duo reges sunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, fedecim pedites,quatuor satellites,totidem centuriones. Martialis,

Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca,Latrunculis ludimus.

Idem,Ludebat laterunculis,quum centurio agmen,&c.

Prælia latronum ludere.Ouid.3.de Arte.

Latrocinor,pen.corr.latrocinaris {λῃστεύω} latrocinâri, Latronum more prædari. Cic.1.de Nat.deor.Tot millia latrocinantur motte posita:alij omnia quæ possunt fana compillant. Idem 1.de Leg. Ius esset latrocinari,ius adulterare,&c.

Latrocinari ex occulto.Plin.lib.9.cap.42.

¶Latrocinari,Mercede militare.Plaut.Curcul.Latrocinatus annos decem,mercedem accipio.

Latrocinatio, Verbale.Plin.lib.19.cap.4, Multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.

Latrocinium, latrocinij, Idem,quod & vsitatius est.Cicero pro Rosc.Amer.Quòd putares hîc latrocinium,non iudicium futurum. Idem 3.Verr.Tu quæ ex famis religiosis per sceleus & per latrocinium abstulisti,&c. Cæsar 8.bell.Gal.Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum,&c. Horat.1.Serm.saty.3,

-quum dicas esse pares res
Furta latrociniis.
Imago latrocinij.Ouid.2.de Arte
Latrocinium castrense,Vide CASTRVM.
Agitare latrocinia.Tacit.lib.12.
Coniicere in latrocinium,Vide CONIICIO.
Nefarium latrocinium,Vide NEFARIVS.

¶Latrocinium, Ipsa militia. Plaut.Qui apud regem in latrocinio fuisti,stipendium acceptiasti.

Latrunculator, pen.prod.m.g. {ζωστὴς} Qui rerum capitalium iudex, siue quæstor appellatur,& vulgò iudex maleficiorum.Vlpianus lib.5. Digest.de Iudiciis.I. Solemus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

Latumiæ {λατομίαι} latumiarum, vel Latomiæ,aut etiam (vt alij volunt) Lautumiæ,Lapidicinæ. Festus,Latumias ex Græco & maximè à Syracusanis qui latumias & appellant & habent, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam vrbem. Vide LATOMIAE. Cicero 3.Verr.Qui iuratus apud vos dixit multos ciues Romanos in latumiis istius imperio crudelissimè per vim morte esse multatos. Idem 7.Verrina,Quæcunque nauis ex Asia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerat, statim certis iudicibus & custodibus tenebatur:vectores omnes in latumias coniiciebantur. Sic habent vulgati codices. Meus verò Plinius membranaceus manu scriptus sanequàm vetus lib.11.cap.37, sic habet, Ipse conuulneratus & captus semel per cauernam lautumiarum euasit, angustos vulpium aditus secutus. Et ita scribendum, euidentissimè apparet ex Seneca lib.9. Declamationum,declamatione 4,de Sabino quodam:Ille etiam,inquit,quum reus rogaret vt in lautumias transferretur, Ne nunc,inquit,quẽquam vestrum decipiat nomen,Lautumiæ illæ minimè lauta res est. Iocabatur in miseriis & periculis suis. In quibus non debuisse quis nescit? potuisse quis credit? Hæc Seneca.

Latus {πεπερασμένος} Participium à fero,fers. Vide FERO. vt Latus lectica.Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.

Latus,latior,latissimus {εὐρύς,πλατύς,λαῖος} Spatiosus, amplus,laxus. Cuius contrarium est Angustus.Terent. Heaut.5.1, Hue est introì latus lectus.

Aditus latus, Vide ADEO.
Agri.Virg.8.Æneidos.
Area.Ouid.epist.1.
Campi.Virg.2.Georg.
Æquor.Horat.1.epist.2.
Amnis.Virg.1.Georg.
Armi.Virg.11.Æneid.
Flumina.Virg.3.Georg.
Humum latum habebat.Ouid.5.Fast.
Orbis latus.Horat.1.Carm.ode 12.
Lato ore ingens fenestra.Virgil.2.Æneid.
Pectus latum.Ouid.1.Fast.
Lata radice arbor.Plin.lib.12.cap.7.
Regna latissima.Ouid.epist.2.
Latus vnguis.Plin.lib.11.cap.45.

¶Latus pectore.Martial.lib.12.

Latus,

¶Latus, cũ genitiuo.Columel.lib.3.cap.13,Auarius quidam dupõdio & dodrante atum sulcum, latum pedum quinque faciunt. Vide Longus pedum quatuor,in LONGVS.

Latus,cum accusatiuo. Plin.lib.6.cap.26,de Babylone: Sexaginta millia passuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis.

Buccina tortilis in latum.Ouid.1.Metam.

¶Erigi & latum fieri.Cic.4.Acad. Est animorum ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum confideratio contemplatióque naturæ. Erigimur,latiores fieri videmur,humana despicimus.

Latè, Aduerbium {πλατέως} Id est multis in locis.Plin.epist 163.lib.8,ad Fabatum, Quibus videor à meo, tuoque latere pronum ad honores iter,& audita latius nomina,& non subitas imagines relicturus.

Lucus latè sacer.Virg.8.Æneid.
Latè victrices cateruæ.Horat.4.Carm.ode 4.
Aperire latius.Tacit.in vita Agricolæ.
Audiri latius.Tacit.lib.19.
Latè loca milite complent.Virg.2.Æneidos.
Latè longéque diffusa laus Pompeij.Cic.pro Corn.Balbo.
Discedere latè.Virg.4.Georg.
Latius opinione disseminatum est hoc malum.Cic.in Catil.
Latè diuisum atque dispersum bellum.Cic.pro Lege Manil.
Effusum latè mare.Horat.1.epist.11.
Fusus latius locus.Quintil.lib.6.cap.5.

Latius loqui, cui opponitur Compressius. Cic.2.de Fin.Rhetoricam palmę,Dialecticã pugno similem esse dicebat,quòd latius loqueretur Rhetores,Dialectici autem compressius.

Latè patet,& ad multos pertinet hæc ars.Cic.1.de Orat. Et 1.Offic.Hoc latissimè pateat,ad plurimosque pertineat.

Longè latéque remotus à vulgo.Horat.1.Serm.saty.6.
Latè atque inflatè omnia perscribere ad aliquẽ.Cæsar 2.bel.Ciuil.
Sparsa latè vestigia currus.Ouid.2 Metam.
Latè vagatus ignis.Liu.4.bel.Pun.
Vagabitur nomen tuum longè atque latè.Cic.pro M.Marcello.

¶Latius,pro Diuturnius.Plin.lib 3.epist.10,Cuius famæ latius cõsuletur,si dispersata & digesta fuerit.

Latitudo, pen.prod. latitudinis, fœm. generis. {εὖρος,πλάτος.} Cic.1.de Nat.deor. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum,altitudinum.

Crescere in latitudinem,Vide CRESCO.
Latitudo possessionum.Cic.3.de Lege Agrar. Qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorũ ferre non possunt.
Latitudo verborum.Cic.2.de Orat. Oris prauitatem & verborum latitudinem imitatur.

Latesco,latescis {πλατύνομαι} latéscere,Latum fieri & in latum extendi. Colum.lib.2.cap.10, Quia non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic.in Arato, Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Latifolius, latifolia, latifolium {πλατύφυλλος} Quod lata habet folia. Plin.libro 15,Distinctio myrti fatiuæ atque syluestris, & in vtraque latifoliæ. Idem lib.15.cap.7, Optima laurus ad id latifolia.

Latifundium, latifundij {ἐπαυρεσμός} Quod habet latum fundum & magnum:vel fundus latus & amplus.Plin.lib.17.cap.22, Latifundia, nõ fegitima naturæ festinatio. Id est,non potest vna certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quòd aliæ serius id,aliæ maturius desyderant. Idem, lib.8.cap.6, Latifundia perdidêre Italiam.

Ampla latifundia.Valer.Maxim.lib.8.cap.6.de C. Licinio, Ampla ab eo relicta latifundia festinanter consumpsit.

Latusclauus,laticlaui,pen.prod. {πλατύσημος} Vestis Senatoria: dicta à textura. Quæ etiam vestis pro Senatoria dignitate accipitur. Plin. lib.2.epist 9, Ego Sexto latumclauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui. Vide CLAVVS.

Latiore clauo Tullus Hostilius primus è regibus Romanis vsus est: quem è purpura fuisse contextum docet Plin.lib.9.cap.39, Nam longa præxeta & latiore clauo,&c.

Hac veste vtebantur etiã facerdotes. Silius,Sacrificam lato vestem distinguere clauo.

Laticlauij {πλατύσημοι} Senatores appellati sunt, à lato clauo quo vtebantur.Suet.in Augusto,Ac ne expers castrorum esset, binos plerunque laticlauios præposuit singulis alis.

Laticlauia tunica.Valerius lib.5.cap.1.

Latus,lateris,pen.corr.neut.gen. {πλευρά,λαγών,πλευρών} Quod est infra axillam.Virg.2. Æneides,

-lateríque Argiuum accommodat ensem.
Artifices lateris.Ouid.3.de Arte.
Conatus laterum.Quintil.lib.1.cap.1.
Dolor laterum.Horat.1.Serm.saty.9.
Inclinatio laterum fortis ac virilis.Quintil.lib.1.cap.11.
Inflexio laterum.Cic.3.de Orat.
Ardua latera.Virg.3.Æneid.
Forte latus.Horat.1.epist.7.
Inualidum latus.Ouid.3.Amor.eleg.10.
Longum latus.Senec.Hippol.10.
Longo nullus lateri modus.Virg.3.Georg.

Latus loreum.Plaut.Milit. Latera autem vestra lorea faciam. Sunt autem lorea latera, latera virgis cæsa & lacerata,quòd corium sic vapulantium in lora scindi videatur. Nam lora corium in corrigias scissum significat. Perinde igitur est ac si diceret,è vestro corio scindam lora virgis.Turnebus.

Niueum.Virg eclog.6. Ouid.2.Metam.
Patiens laboris latus.Quintil.in Proœm.lib.1.
Rigidum.Stat.6.Theb.
Ensis accinctus lateri,Vide ACCINGO.
Accommodare ensem lateri.Virg.2.Æneid.
Adhærere lateri, Vide ADHAEREO.
Adfingere aliquem lateri filij.Quintil.lib.1.cap.2.

Astare in latus obliquum,hoc est Verso latere versus aliquem. Ouid.3.Metamorph.

Cinxit latus ense.Ouid.2.Fast.
Latus conferere lateri.Ouid.epist.2.
Extentum cursu missa latus enit hasta.Ouid.12.Metam.
Exoluere à latere pugionem.Tacit.lib.19.
Exonerare latus ense.Senec.Agamemn.6.
Hæret lateri lethalis arundo.Virg.4. Æneid.
Munire latus nauis.Ouid.11.Metam.
Latus ense peregit. Ouid.epist.4. Id est, transfixit,transegit, Egit ensem per latus. Vide PERAGO.
Resoluit latus ense.Id est diſcingit ensem.Ouid.ad Pisonem.
Ima soluuntur latera.Virg.3.Georg.
Submittere latus.Ouid.3.Metam.
Latus mundi,Regio.Horat.1.Carm.ode 22.

¶Latus,pro viribus & spiritu.Cic.de Senect.Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Cic.in Orat. Valentiorum hæc laterum sunt. hoc est, eorum qui vehementer clamare possunt,qui dicuntur habere latera firma:sicuti contrà infirmi dicuntur esse lateribus, ij qui vocis contentionem ferre nõ possunt.

¶Homines à latere,Id est chari & amici principum.& qui eorũ lateribus semper adsunt.Curtius lib.5, Quum ad peruicaciem eius etiam à latere ipsius pecunia solicitaret hostis. Liuius 4.bel.Pun.

¶Campi latus. Ouid.10.Metam.
Latera insulæ,pro extremis vtrinque partibus.Cic.2.de Leg.
Æqua latera.Quintil.lib.1.cap.10.

Lateralis,& hoc laterale, pen.prod. Plin.lib.21.cap.21, Idem si lateralis dolor sit,aut inter scapulas,aut in thoracc.

Latusculum,pen corr. Diminut. {πλαθιζάδιον.} Catul.ad Thallũ,epig.22. Ne laneum latusculum,manúsque mollicellas,
Inusta turpiter tibi flagella conferbillent.

Speculorum latusculo,Id est parua latera.Lucret.lib.4.

Laterani {βαρυφώνοι} dicuntur latestiles,qui principis alicuius latus tuentur,qui etiam laterones & latrones dicuntur.Vide LATRO.

Laterarius, Adiectiuum : vt Laterarium lignum. Vitruuius lib.10.cap. 20, Ipsi autem laterariis circà fixis contineantur, tegantúrque tabulis maximè palmeis.

LAV

Lauacrum,**Lauatio**,**Lauatrina**.Vide LAVO.

Laudicœnus {ἐπαμφιδέξιος.} Plin.Iunior lib.2.ad Maximum, epist.14, Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media basilica,vbi tam palàm sportulæ,quàm in triclinio dantur.Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbanè ἀστικοὶ vocantur, ἀπὸ τοῦ ἄστεως καὶ πανήγυρις. itidem Latinum nomen impositum est laudicœni:& tamen crescit in dies fœditas vtraque lingua notata.

Laudo,laudas {αἰνέω,ἐπαινέω,εὐφημέω,κηθυμύθω} laudare,Verbis extollere.Cic.pro Flacco, Sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius institutа laudare facilius possint quàm æmulari.

Probare & laudare.Cic.Ruffo,lib.5,Quam quidem omnes non solùm probant,sed etiam laudant.

Laudare alterum ad aliquem, Vide AD præpositionem.

Laudare cum exceptione, Id est Non integrè. Cic.ad Quint.fratrem, lib.1, Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar(quantum erit in me)cum exceptione laudari. omnes enim qui istinc veniunt,ita de tua virtute,integritate, humanitate comme morant,vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam.

Laudare laudibus.Plaut.Capt.7.
Ore alicuius laudari.Ouid.ad Liuiam.
Carmine laudari alicuius.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Laudatur vtilitate,non arte.Cic.1.de Finib.

¶Laudare,Nominare.Plaut.Capt.7,

Id scias,Iouem supremum testem laudo Ægio,
Me infidelem non futurũ Philocrati. Quo tamen in loco,non testẽ laudo,sed testẽ do, vulgò legitur:sed mendosè, vt ex Nonio apparet.

Laudare (inquit Macrobius lib.6.Saturn.cap.7.)significat priſca lingua nominare,appellaréque. Sic in actionibus ciuilibus author laudari dicitur, id est nominari.Budæus.

Laudare tamen,quod verbum est ipsum iuris, siquis diligenter adnerrat,non modò nominare, vt Gellius & Macrobius, & Nonius dixerunt:sed etiam nominatim citare significat & appellare:hoc est,Iudicio dictato interpellare.Cic.3.de Orat.de Carneade loquens, Huius ego,etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen authores certissimos laudare possum, & socerum meum Scæuolam, qui eum Romę audiuit adolescens,& Quint.Metellum familiarẽ meum. Idem de Claris Orat. Et pro Flacco,His tu igitur epistolis, Deciane,recitatis,his mulierculis productis, illo absente authore laudato,tantum te crimen prolaturum putasti, &c. Gellius lib.3.cap.16, Varro vndecimo mense nasci hominem posse dicit: eiusque sententiæ tam de octauo,quàm de vndecimo mẽse,Aristotelem laudat author. Pomponius in I.Tenetur. De actionibus empti & venditi,Si tibi iter vendidero, ita demum authorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus,cui acquirere seruitutẽ volueris. Laudare authorem Modestinus & Pomponius,quo modo & Cicero, pro Nominatim citare posuerunt,& ad sui defensionem accersere,appellaréque. Budæus.

Laudo,pro Recuso,improbo, nolo, ex eo,ni fallor, quòd simulatæ verborum laudatione plerunque id afficimus,quod toto pectore improbamus atque damnamus. Sic accepit Virgilius quum in Georgicis scribit,

-laudato ingentia rura, Exiguum colito. Nam latifundia improbat, modicúmque agri modum præfert. Turnebus.

Laudando concipit ignem.Ouid.10. Metam.

Laudandus,Gerundiuum {ἐπαινετέος} vt loci non laudandi.Ouid.1.Trist. eleg.8.

Voluntas laudanda est.Ouid.3.de Ponto.eleg.4.

Laudatus,pen.prod. {ἐπαινετὸς} Participium,siue Nomen ex participio.

Abundè laudatus.Ouid.1.Trist.eleg.6.
Falsò laudata fœmina.Ouid.3.Amor.eleg.11.
Forma laudata.Ouid.epist.15.
Laudatior.Plin.lib.17.cap.23.
Laudatissima forma.Ouid.epist.18.
Virgo laudatissima dote formæ.Ouid.9.Metam.

Laudator, pen.prod.Verb. {ἐπαινέτης.} Cic.pro Fonteio,Eo nos iàm laudatore & teste vtemur.
Laudator voluntarius.Cic 6.Verr.
Nolo esse laudator, ne videar adulator. Author ad Herenn.lib.4.
Adhibere laudatorem,Vide ADHIBEO.
Dare laudatores alicui.Quintil.lib.3.cap.7.

Laudatrix , pen.prod. Verbale fœm. {ἐπαινετὶς.} Cic 3. Tusc. Vitiorum laudatrix fama popularis.
Laudatrix venus est insidiosa mihi.Ouid.epist.16.

Laudatio, Verbale {ἔπαινος} Est ipsa laudantis oratio. Cicer.pro Fonteio, Vos autem absens orat atque obsecrat,vt sua religio,laudatio,authoritas,aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur.
Præclara laudatio.Cic.4.Verr.
Funebres laudationes.Quintil.lib.3.cap.7.
Decernere laudationem,Vide DECERNO.
¶Laus & Laudatio differunt.Sen.epist.103,Præterea aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem,sed laudationem:cuius officium orarione constat.

Laudabilis , & hoc laudabile , pen.corr. {ἐπαινετὸς,ἐπαινητός} Quod meritò laudari debet.Plaut.Persa,17, Ædepol dedisti virgo operam laudabilem,probam,& sapiẽtem,& sobriam. Laudabilis vita,apud Ciceronem de Amic. Et 1.de Finibus,Rectæ & laudabiles res.
Carmen laudabile.Horat.de Arte.
Opus laudabile.Lucret.lib.5.

Laudabiliter , pen.corr.Aduerbium {ἐπαινετῶς.} Cic.5.Tusc.l. Quid? ad rectè, honestè,laudabiliter, postremò ad bene viuendum, satisne est præsidij in virtute?

Laudatiuus,pen.prod.Adiectiuum {ἐπαινετικὸς} Quod laudat.Vnde Laudatiuũ genus dicitur Demõstratiuum. Quintil.lib.2.cap.16,Laudatiuam totam,quæ est pars rhetorices tertia.

Laus,laudis , fœm.gen. {ἔπαινος,ου, ὁ,κώμιον} Præconium, commendatio,gloria.Virg.5.Æneidos,
-primam meruì qui laude coronam.
Laus , dicta est παρὰ τὸ λάειν :quòd propriè laus,sit populi de aliquo recta loquentis.
Laus caseo Romę,ex ,quinciis Nemausensi,&c.Plin.lib.11.cap.42.
In laude olei nominatur id quoque. Plin.lib.13.cap.1.
Beatus omni laudum cumulo.Stat.4.Sylu.3.
Conspicuus laude,Vide CONSPICIO.
Dignus vir laude.Horat 4.Carm.ode 8.
Inclytus laude.Senec Agamemn.6.
Potentes laude homines.Lucret.lib.6.
Æmulus laudis alicuius.Ouid.6.Metam.
Animus auarus laudis.Horat.2.epist.1.Vide AVARVS.
Cupido immensa laudum.Virg 6.Æneid.
Hæres laudis alicuius.Ouid.epist 9.
Imago falsa laudis.Quintil.lib.5.cap.8.
Obtrectatio laudis,Vide OBTRECTO.
Perpetuitas laudis,Vide PERPETVVS.
¶Antiquæ laudis res.Virg.2.Georgicorum.
Solidæ laudis cupido.Val.Max.lib.4.cap.4.De Attilio Calatino.
Armatæ laudes,Id est laudes propter arma & res bellicas.Claud.2.Paneg.
Attonsa,Vide ATTONDEO.
Bellica laus,Res militaris. Cic.in Bruto , Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. Rem militarẽ vocat bellicam laudem, vt eloquentiam dicendi laudem vocare solet.
Bellicæ laudes.Senec.Troade,8.
Blandæ laudes.Virg.3.Georg.
Continua laus,Vide CONTINEO.
Imperatoria laus,Vide IMPERO.
Inclyta laus.Senec.Hercul.OEtheo,7.
Marmoratæ laudes,Vide MARMOR.
Modica laus.Quintil.lib.1.cap.5.
Nascens laus,Vide NASCOR.
Numerosa laus.Ouid.ad Pisonem.
¶Abstrahere ad bellicas laudes,Vide ABSTRAHO.
Abest ab hac laude,Vide ABSVM.
Bellicis laudibus abundare.Cic.1.Offic.
Adipisci laudem.Cic.Magnam ex ea re laudem adipisci poteris.
Afferre laudem.Quintil lib.1.cap.5.Vide AFFERO.
Afferte laudem alicui.Virg.12.Æneid.
Laude afficere. Cic.2. Offic.Ex qua ætate qui exercentur, laude affici soleut.
Agere laudes,Vide AGO.
Amare laudes alicuius. Plin.in totius operis præfatione, Quanto tu ore patris laudes tonas?quãto fratris amas?quantus in poetica es? Id est, quanta eloquentia laudes fratris tui Domitiani celebras , idque libentissimè & amantissimè:id enim est hîc amare laudes fratris.
Amittere laudem,Vide AMITTO.
Appetere laudem,Vide APPETO.
Asciscere sibi laudem,Vide ASCISCO.
Assequi laudem.Cic Sed etiã liberalitatis laudẽ assequi singularẽ.
Asserere sibi laudes alicuius.Ouid.1.Metam.
Assumere laudem, & laudi,Vide ASSVMO.
Longa laude canendus.Stat.8.Theb.
Capere laudem,Vide CAPIO.
Celebrare laudes,Vide CELEBRO.
Celebratus laude illustri.Cic.pro Mur.
Certare laudibus alicuius.Virg.2.Georg.
Colligere omnium laudes,Vide COLLIGO.
Comparare laudem.Cic.Fam.2.
Communicare laudem cum altero,Vide COMMVNICO.
Concedere laudem alicui.Cic.1.de Orat. Vt eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est,&c.
Conciliare laudem.Quintil.lib.2.cap.7.
Condere laudes,Vide CONDO.
Coniungere laudem ad aliquid.Quintil.lib.4.cap.1.
Consequi magnam laudem,Vide CONSEQVOR.
Contribuere alicui laudem,Vide CONTRIBVO.
Crescere laude postera.Horat.3.Carm.ode 30.
Crescere laude.Quintil.lib.1.cap.2.
Cumulare aliquem laudibus.Tacit.lib.18.
Cumulatus orator omni laude. Cic.2.de Orat.Vide CVMVLO.
Debetur illi laus.Horat.1.Serm.saty.6.
Delibare de laudibus. Planc.Cic.fam.10.
Deterere laudes alicuius.Horat.1.Carm.ode 6.
Detrectare laudes.Ouid.5.Metam.
Dicere laudes alicuius. Virg.eclog.6.
Dicere laudem alicuius rei.Quintil.lib.1.cap.10.
In laudem dicuntur.Gel.lib.4.cap.9.
Latè,longéque diffusa laus Pompeij,Vide LATVS adiectiuum.
Dare laudem virtutis necessitati.Quintil.lib.1.cap.8.
Dare aliquid alteri laudi. Cic.pro Plancio, Tu id in me reprehendis , quod Q. Metello laudi datum est , hodiéque est & semper erit maximæ gloriæ.
Duci laude ad peiora.Quintil.lib.5.cap.12.
Edunt obliuia laudem.Silius lib.12.
Efferre laudibus summis vsque ad cælum.Cic.Dolabellæ,lib.9.
Egentes animi laudis.Virg.5.Æneid.
Laudibus ad cælum extollere.Cic.ad Catonem,lib.15.
Facta mihi ferent laudem.Virg.11.Æneid.
Insigni laude ferre aliquem.Virg.1.Æneid.
Florere laudibus.Lucret.lib.5.
Fraudare aliquem debita laude.Quintil.lib.2.cap.14.
Habere laudes.Cic.de Opt.gen.Orat. Quod omnes laudes habet, id est optimum.
Haurire laudem.Cic.Famil.6.
Illustrare laudibus.Lucius Cic.Famil.5.
Habere laudes de aliquo.Cic.Attico,lib.13. Bruti nostri quotidianis, assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt,commotum istum aliquando scripsisti ad me.
Laudem non habet breuitas in eloquentia. Cic.de Clar.Orat.
Imminuere laudem alicuius,Vide IMMINVO.
Impertire laudem,Vide IMPERTIO.
Incumbere ad laudem, Vide INCVMBO.
Laudem inuenire, Vide INVENIO.
Libare laudem.Author.ad Heren.lib.4.
Minuere laudem.Cic.1.Offic.
Mereri laudem,Vide MEREO.
Párere sibi laudem.Cic.2.Offic.
Mutuari laudem aliunde,Vide MVTVVM.
Natus laudi,Vide NASCOR.
Obsoleuit laus.Tacit.lib.4.
Obterere laudes maiorum,Vide OBTERO.
Occupauit laus omnia. Cic.pro Mur. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est,quòd omnia laus occupauit.
Onerare laudibus,Vide ONERO.
Ornare laudibus veris aliquem.Cic.ad Q.frat.lib.2.
Pendere ex laude, Vide PENDEO.
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum.Ouid.4.de Ponto, elegia 2.
Amore laudum perculsus.Virg.9.Æneid.
Spes magna laudis percussit cor meum. Lucret.lib.1.
Perferre laudem ex vrbe,Vide PERFERO.
Ponere in laude.Cic.5.Verr.
Præesse laudi alicuius.Cicero , Nascenti nostræ laudi præfuisti.
Egregiam laudem referre.Virg.4.Æneid.
Præripere laudem.Cic.de Aruspic.respon.
Procedere laudibus Cic.in Brut.
Quærere laudem.Cic.pro Flacco.
Seruire laudi.Cic.Verr.3.
Scribere laudes.Quintil.lib.3.cap.4.
Scribere laudem alicuius.Quintil.lib.2.cap.15.
Suffragari laudi.Cassius Cic.Famil.12.
Magnæ laudi esse.Horat.2.Serm.saty.3.
Est tua laus,Laudandus es propterea.Cic.Thermo,lib.2,Quisi dignum se maioribus suis præbuerit, vt spero & opto : tua laus ex aliqua parte fuerit.
Sumere laudem à crimine. Ouid.6.Metam.
Tactus cupidine laudis.Ouid.4.Trist.eleg.5.
In astra tollere plena manu laudes alicuius,Vide MANVS.
Tollere aliquem laudibus.Horat.1.Carm.ode 21.
Transfundere laudem,INTRANSFVNDO.
Tribuere laudem alicui. Cic. Bruto,15 , Quanquam ego illi tum verborum laudem tribui,eámque modicam.
Venari laudem.Author.ad Heren.lib.4.
Venerari aliquem laudibus,ac gratiis.Tacit.lib.12.
Laudem vertit in crimina.Ouid.epist.8.
¶Laudis nomine Cicero frequenter eloquentiam intelligit , quoniam nihil ea laudabilius putabat.vt lib.2.de Officiis, & lib.1.de Oratore videre licet. Idem in Bruto,14,Post hanc ætatem aliquot annis Themistocles fuit , quem constat cum prudentia,tum etiã eloquentia præstitisse.Pòst Pericles,qui quum floreret omni genere virtutis, hac tamẽ fuit laude clarissimus. Sic laudem dicendi, & laudem oratoriam dicit.vt in eodem Bruto,41.

Lauer,

Lauer, láueris, neut.gen.& aliquãdo fœm. {σίον} Herba quã metathesi literarũ vulgò *herba* dicimus , & *herula*. Plin.lib.26.cap.8.Lauer quoque nascẽs in riuis,cõdita & cocta,torminibus medetur.Vide SION.

LAVERNA, dea fuit , quam Romani coluere, à qua Lauerniones dicti sunt fures,quòd sub tutela deæ Lauernæ essent , in cuius obscuro loco solirì erant inter se furta diuidere. Hinc Lauernalis porta Romæ dicta est ab æde Lauernæ proxima.
Pulchra Lauerna.Horat.1.epist.17.Acron,Lauerna,via salaria lucũ habet. Est autem dea furum : & simulacrum eius fures colunt , aut qui consilia sua volunt tacita. Dicta à lauando. Nam fures lauatores dicuntur. Cum silentio preces eius exercentur.

LAVINIA {λαβίνια} Latini & Amatæ filia,vxor fuit Æneæ,propter quã Turnus iratus,tam in Latinũ quàm in Æneam bella suscepit, à Mezentio impetratis auxiliis. Seruius.

LAVINIVM {λαβῖνον, λαυίνιον} vrbs quæ & Laurentum, à Lauinio Latini fratre , vt sentit Seruius. Deinde Laurentum à lauro inuenta à Latino, dum adepto imperio post frattis mortem ciuitatem augerer. Lauinium verò à Lauinia Æneæ vxore. Alij Lauinium à lauro Lauinio. Strabo ditimit Lauinium à Laurento. Dionysius Halicar.facit tres populos in Latio,Lauinienses, Laurentes,& Lauinium.
Sedes sacræ Lauinij.Ouid.15.Metam.

Lauinius,Adiectiuum {λαυίνιος.} vt
Arua Lauinia. Virgil.4.Æneid.
Virgo Lauinia.Ouid.14.Metam.

Lauo,lauas, laui,lautum & lotum, & antiquè lauatum {λούω,λάβω, νίζω, νιπτω,πλύνω} lauare, Abluere, & aqua quæque sordida purgare.Terent. Eunuch 3.5, Abeunt lauatum,perstrepunt. Ouid.lib.3.Fast.Sacra lauaturas mane petebat aquas. Terent.Heaut.4.1,
-atque illa,si iam lauerit, mihi nuntia.
Omnes in fonte lauabo.Virg,eclog.3.
Reliquias vino,& bibulam lauêre fauillam.Virg 6.Æneid.
Membra lauabis aqua. Ouid.epist.2.
Lachrymis vulnera fœua lauat.Ouid 3.de Arte.
Manus laua,& cœna.Cic.2.de Orat.
Lauatur oluus aqua calida in aheno. Vlpian.in l. Sed addes.§.Illud nobis.D.Locati.
Studio gestire lauandi.Virg.1.Georg.
¶Lauare peccatum suum. Terent.Phorm.5.8, Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.
¶Lauare, pro lauari : vt in balneis , in quibus & lauamus & lauamur.Terent.Eunuch.Act.3.scen.5,
-paucæ,quæ circum illam essent,manent
Nouitię puellę.cõtinuò hęc adornãt,vt lauet. Aliquot pòst versibus, Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito,dum lauamus.
Vbi nos lauerimus, si voles,lauato. Plaut. in Trucul. Act.2.scen.3, Pitees ego credo,qui vsque dum viuunt lauant,minus diu
Lauare,quàm hæc lauat Phronesium. Ibidem Act.1.scen.2, Vise illam,atque oppetire ibi:iam exibit,nam lauabat.

Lauo,lauis,laui,lotum vel lautum {νίπτω} láue re, Idem. Cato cap.65,Si inquinata erit,lauito.
Sanguis ater lauit corpora.Virg.3.Georg.
Crines lauis amne Xantho.Horat.4.Carm.ode 6.
Mala dulci vino lauere.Horat.3.Carm.ode 12.
Ora manúsque tua lauimus Veronia lympha.Horat.1.Ser.sat.5.
Proluuie larga lauere humida saxa.Lucret.lib.5.

Lauatio, lauationis {πλύσις.} Cic.ad Varronem, lib.9.Faciam vt lauatio parata sit. Id est balneum. Plin.lib.8.cap.45,Lauatione calidæ aquæ traduntur pinguescere.

Lauacrum,lauacri,pen.prod.{λουτρὸν} Balneum in quo quis lauari cõmodè potest.Gellius lib.1.cap.2,Propulsabamus caloris incõmoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium posticum refrigerantibus lauacris.
Auidus splendere lauacris.Claud.2.in Eutrop.

Lauatrina,Vide LATRINA. Est lauatrina,quod nunc balneũ dicitur. Nonius.Vide Balneæ,balnearum,in BALNEVM.

Lautus,siue etiam lotus {λελουμένος} Participiũ, siue Nomen ex participio. Id est lauatus. Terent.Phorm.2.2, Tène asymbolum venire vnctum,atque lautum è balneis? Cic.pro Deiotaro,Quid igitur causæ excogitari potest,cur te lautum voluerit , cœnatũ noluerit occidere?
In vnda lotus.Stat.1.Sylu.5.
Manus lautæ.Horat 2.Serm.saty.35.
¶Lautus {λαμπρὸς,πολυτελὴς} Elegãs,id est Mundus & splendidus,inquit Donatus. Cic.3.Verr.Quũ ille atque illius antici homines lauti,& vrbani,sermones huiusceimodi dissipassent.Plaut.Pseud.4,
-facite vt offendam parata omnia,
Vorsa,præstega,strata,lautáque,coctáque omnia vti sint.
Militariter lautus.Tacit.lib.18.
Lauta puella.Plaut.Milite,
Lautam vis,an quæ nondum sit lauta? Id est,vis admodum puellam & adolescentulam reneriorémque , quæ nondum balneis vtatur , an grãdiusculam & matronam nuptámque & virum sæpe expertã, quæ iam publicè lauet? Turnebus.
Lautiores serui,Elegantiores.Cic.in Parad.
Lautũ negotium.Vide NEGOTIVM.
Lauta opera.Plin.lib.13.cap.4.
¶Lautus,pro delicato.Cic ad Trebat.lib.7.epist.14,Valde iam lautus es qui grauere ad me literas dare,homini præsertim propè domestico. Sunt qui fastuosum interpretentur.
¶Lautus,Diues,Nitidus,in veste & victu delicato. Terent.Heaut. 4.5,Omnes te in lauta & bene aucta parte putant.
Lauta ciuitas , Opulenta & nobilis. Cic.Acilio, lib.13, In Halesina ciuitate tam lauta tamque nobili coniunctissimos habeo.
Lautum patrimonium.Cic.pro Flacco.
Lautus cibus.Terent.Adelph.3.3.
Lautissima cœna.Plin.lib.9.epist.17.
Lautorum cœnæ.Mart.lib.13.
Lautissimum conuiuium.Plin.lib.14.
Culina lauta.Horat.2.Serm.saty.4.
Epulæ lautiores.Stat.1.Sylu.6.

Lautè,Aduerbiũ {λαμπρῶς} Eleganter. vt Lautè vestitus.Plaut.Casin.18.
Lautè diuersari.Cic.3.Verr.
Lautè loqui. Plaut. Milit.14 , Loquitur lautè , & minimè sordidè. Terent.Eunuch.3.1, Facetè,lepidè,lautè,nihil suprà.
Lautè munus suum administrare. Terent.Adelph.5.1.

Lautitia,lautitiæ {πολυτέλεια} Epularum magnificentia , à lauatione dicta:quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nũc sunt,non erant,& rarò aliquis lauabat.Hæc Festus. Lautitia igitur mũditia est quæ in vestitu & cibo fit. Plin.lib.9.cap.35 , Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis,superbo simul ac procaci fastu,vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatúmque obtrectans. Cic.Pæto, lib.9, Fama ad te de mea noua lautitia veniet.

Lautia,lautiorum {λαῦτα} Munera dicebantur,quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum mittebant , vt ait Plutarchus in Problem.vnde Liuius Decad.4. lib.5, Ædes liberæ Attalo ac lautia decreta. Festus,Dautia dicebãt veteres,quæ lautia dicimus : dabanturque legatis hospitij gratia. Liu.8.bel.Pun.Locus inde lautiáq; legatis præberi iussa.
¶Lautia etiam fœmininé.Liuius, Ad hoc ædes,libera loca,lautiæ, legatis decreta. Budæus. Meus Liuius sic habet Decad.3.lib.10, de Masanissæ legatis, Ad hoc ædes,libera loca,lautia legatis decreta.

Lotura,loturæ,penult.prod.{λοῦσις} Lauatio.Plin.lib 33.cap.7,Differentiam artis esse,quòd alij minium faciunt prima lotura : apud alios id esse dilutius,sequentis autem loturæ optimum.

Laurea,Vide LAVRVS.

LAVRENTIA {λαυρεντία} vxor Faustuli,Romuli & Remi nutrix.Vide Liuium 1.ab Vrbe.Ouid.3.Fast.

Laurentalia {λαυρέντια} festa dicebantur , quæ in huius Aceæ Laurentiæ honorem fiebant.Ouid.3.Fast.

LAVRENTVM {λαύρεντον} Nomen ciuitatis, quòd ibi sepultus sit Tatius rex,qui à Laurentibus occisus fuit.Vel à sylua laurea,qua excisa ædificatus est vicus. Vel,vt ait Priscianus,à lauro ibi inuenta,dum Picus eam conderet.Vide Virgilium 7.Æneid. Hinc

Laurens,Laurentis,Adiectiuum,& hic & hęc Laurentis,qui ex Laurento ciuitate est.Virg.7.Æncidos,
-Laurentis regia Pici.
Populi Laurentes.Virg 6.Æneid.
Puellæ Laurentes.Stat.1.Sylu.2.
Arua Laurentia.Virg.9.Æneid.
Tybris Laurens.Virg.5.Æneid.

Laureola,Vide LAVRVS.

Laureotis,huius laureotis,pen. prod.Cinerula quæ dum argentum in fornace vritur , in ipsa fornacis area colligitur ex fauillis argenteis sursum ascendentibus, ac deinde in aream decidentibus. Plin.lib.34. cap.13. Fit & in argenti fornacibus spodos,quam vocant laureotin.

Lauretum,Laureus,Vide LAVRVS.

Laurices.Plin.lib.8.cap.55, Léporũ generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ, famémque Balearibus insulis,populatis messibus afferentes.Fœtus ventre exectos , vel viberibus ablatos,non repurgatis interaneis , gratissimo in cibatu habentur laurices vocant.

Lauricomus.Laurifer.Lauriger,Laurinus, Vide LAVRVS.

LAVROLAVINIVM, vrbs Latij proxima Laurento.

Laurus, lauri, fœm.gen.secundæ, & Laurus, huius laurus,quartæ declinationis, sonantior autem est in secunda. Est genus arboris, quæ Græcè δάφνη dicitur. Plin.lib.15.cap.30,Laurus triumphis propriè dicatur,vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificúmque:quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato:Delphicam & Cypriam.Pompeius Lenæus adiecit quã mustaceam appellauit,quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidóque & albicante. Delphicã æquali colore,viridiore,maximis baccis,atque è viridi iubentibus. Hac victores Delphis coronari , & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio breui,nigro, per margines imbricato , crispam. Et cætera quæ in eodem capite tradit Plinius. Lauri fruticẽ nõ icit fulmẽ,vt ait idẽ Plin.lib.2.cap.55.
Amantes carmina laurus.Stat.4.Sylu.6.
Laurus Apollinea,quia dicata est Apollini.Ouid.6.Fast.
Delphica lauro comam cingere.Horat.3.Carm.ode 30.
Fatidica laurus.Claud.3.Paneg. Vel quòd Apollini fatidico deo est dicata.Vel quòd ex eius crematæ stirpitu futura colligebant:vt Porphyrius philosophus , & Iliados primo scribit Eustathius. Fragosius enim cõbusta felicitatem portẽdere credebatur. Tibul.lib.2.eleg.6, At laurus bona signa dedit , gaudete coloni. Contrà si tacita conflagrasset, triste erat augurium. Properrius lib 2.eleg.29.Et tacet extincto laurus adusta foco. Vel quia,vt promittit Antiphon , & Philochorus , quibus Artemon atque Serapion Ascalonites astipulatur, & ex nostris Fulgentius Placiades , si quis lauri frondes sub puluillo capiti subiectas habuerit,is vera somnia noctu est visurus.
Fragilis laurus.Virg.8.eclog.
Martia.Claud.in Præfat.Paneg.2.
Nitidissima,Vide NITEO.
Pacifera,Vide Pacifer in PAX.
Parnasside lauro vinctus caput.Ouid.11.Metam.
Peneia. Quia Daphne Penei fluminis filia , in laurum mutata est. Vide Ouidium 1.Metam. Valer.1.Arg. Vide PENEVS.
Phœbea lauro cingentur tempora. Ouid.4. Trist.eleg.2.
Venturi præscia laurus. Claud.2.de raptu Pros. De cuius epitheti ratione vide Parrhasium in Claudianũ. Cæsium quoque lib.5.cap.7.
Laurus Apollini sacra est, vel ob amorẽ Daphnes, vt lib.1.Metam. Ouid.vel ex eo quòd ignis habet in se semina: Apollóq; idẽ cum Sole & ignis est. ideóq; nocturna laruarũ terriculamenta fugat:& futura præsentit. Nã nihil æquè tanto cũ crepitu flagrat,vt ait Lucretius, & eo prior Theocritus. vnde natũ prouerbium contra cõuitatores, Clamosius obstrepit quàm laurea dũ crematur.quod alij sic efferunt, Clamosior ardente lauro. Porrò Daphne Græcè dicitur ab intentiua

particula οὐ, & φανῶ, quod est clamare: quòd ingẽti cum strepitu crematur, vnde futura colligebant. Quid si venturi præsciam, propter Daphnen, poëta dixit? Philarchus enim refert Amyclæ filiam Daphnen, quum Apollinem vim afferre volẽtem aufugeret, in plantam fuisse conuersam, atque ab eodem deo diuinandi accepisse potestatem. Huic diuinos honores Spartani decreuerũt, & fanum, vnde certissima reddebantur oracula. quapropter eandem mutato priore nomine, Pasiphaën vocauerunt. Author Plutarchus in Agide.

Laurum mordere. Iuuenal. satyr. 7, -nec̃tit quicunque canoris
Eloquium vocale modis, laurúmq; momordit. Imitatio est, inquit Britãnicus, Horatiana: Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues. Persiana quoque: Nec demorsos sapit vngues. Sæpe enim poëtæ in faciendo carmine talia solent facere. Laurũ autem ideò dicit corrodi, quòd & lauro coronantur, & in cella plurimam habent, vtpote Apollini consecratam, in cuius tutela sunt ipsi poëtæ. Hæc Britannicus. Alij sic exponunt, Quicũque momordit laurum, id est gustauit dulcedinem gloriæ poëtæ laureati: hoc est, quicũque conatur dignus esse vt laureetur. Cælius lib. 5. cap. 7, ex Hesiodicæ Theogoniæ interpretis sentẽtia docet, laurum efficacis esse auxilij in numinum afflatu: propterea apud Sophoclem & Lycophronem Daphnephagos dici vaticinatores. Et Aphthonius, diuinationis symbolum esse laurum testatur. Dionysius item in Panegyricorum ratione, laurum μαντικὸν φυτὸν appellat, Id est vaticam arborem. Hinc illud Tibulli de Sibylla lib. 2. eleg. 6,

Vera cano, sic vsque sacras innoxia lauros
Vescar, & æternùm sit mihi virginitas. Putátque hue spectare illud Iuuenal. -laurúmque momordit. Certè Tibulli interpres sic habet: Vescar lauros sacras, Id est fungar scientia vaticinandi.

Triumphales. Ouid. 2. Amor. eleg. 12.

Crimen innectere lauro. Ouid. 6. Metam.

Laureã, laureæ, Folium lauri. Plin. lib. 15. cap. 30. Vnius arborum Latina lingua nomen imposuit viris. Vnius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus.

Cana laurea. Ouid. 3. Fast.

Gratissima Phœbo laurea. Virg. eclog. 7.

¶Laurea, pro lauro aliquando ponitur. Horat. 2. Carm. ode 15, Tum spissa ramis laurea feruidis.

¶Laurea, Corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Cic. de Prouin. Consul. Si in Capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret.

Linguæ & triumphorum laurea. Plin. lib. 7. cap. 30. ad Cic. Salue primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarúmque literarum parens: atque omnium triumphorum lauream adepte maioren, quantò plus est, ingenij Romani terminos in tãtũ promouisse, quàm imperij.

Apollinari laurea donandus. Horat. 4. Carm. ode 2.

Mittere lauream ad aliquem. Tacit. lib. 19.

¶Lauream, & laurum, & mutata diphthongo loream, pro eodem accipit Cato, lib. de Re rust.

Laureus, Adiectiuum {δάφνινος} Quod ex materia lauri est: vt Laurea corona. Liu. 3 bel. Pun.

Laureus ramus. Plin. lib. 15. cap. 30.

Serta laurea. Ouid. 2. Trist.

Lauretum, laureti, pen. prod. {δαφνών} Locus lauris consitus. Plin. lib. 15. cap. 30. Durat & in Vibe impositum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit.

Laureola, pen. corr. Diminutiuum. Cic. ad Atticum, lib. 5, Bibulus cœpit laureolam in mustaceo quærere. Hoc est, ex friuolis negotiis captare famam haud præclaram, neque magnificam. Est autem mustaceum siue mustaceus, libi genus, cui aliquid additur de virga lauri decussum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, vt indicat Cato libro de Agricultura. Vnde Plinius lib. 15. cap. 30, mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum vsum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo querebant laureolam. Cic. ad Attic. lib. 5, Bibulus, inquit, credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amauo cœpit laureolam in musta eo quærere. Cicero in Prouincia res præclaras gesserat: Bibulus frigebat. Idẽ ad M. Cælium Ruffum, lib. 2. 9. 4, qualemcunque triũphũ laureolam appellat. Velles enim, ais, tantum modo vt haberem negotij quod esset ad laureolam satis. Erasmus.

Laureatus, pen. producta. Adiectiuum, Lauro coronatus. Festus, Laureati milites sequebantur currum triumphantis, vt quasi purgati à cæde humana intrarent vrbem. Itaque eandẽ laurum, omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat: vel quòd medicamento siccissima sit, vel quòd omni tempore viret, vt similiter Resp. floreat.

Laureati fasces, Fasces laurea vel lauro circũuoluti. Cic. 1. de Diu.

Laureati lictores, qui laureatos fasces & laureas coronas gerunt. Cic. ad Att. lib. 7.

Laureatus vomer, per translationem. Plin. lib. 18. cap. 3, Ipsorum nũc manibus imperatorum colebantur agri, vt fas est credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore.

Laureati postes, Lauro coronati. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Laureatæ tabellæ. Liu. Decad. 5. lib. 5.

Literæ laureatæ. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Prosequi gesta laureatis. Tacit. in vita Agricolæ. Sub. literis.

Laurifer, penult. corr. Adiectiuum {δαφνηφόρος} Laurum ferens. Plin. lib. 15. cap. 30, Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso.

Curtius lauriferi. Lucan. lib. 5.

Phœbus laurifer. Ouid. 3. de Arte.

Lauriger, penult. correp. Adiectiuum {δαφνηφόρος.} Idem. Martial. lib. 3, -laurigeros ageres quum læta triumphos. Idem lib. 7, Martia laurigera cuspida tela virent.

Lauricomus, pen. corr. Adiectiuum: vt Montes lauricomi. Lucret. lib. 6.

Laurinus, pen. corr. Adiectiuum {δάφνινος} Quod est ex lauro. Plin. lib. 23 cap. 4, Oleum laurinum vtilius quo recentius.

Laurinis foliis. Plin. libro 19. capite 8. Id est foliis lauri similibus.

De lepidio.

Laus, laudis, Vide LAVDO.

LAVSVS, Mezentij filius, feratum debellator egregius. Virg. 7. Æneid.

Lausus equùm domitor, debellatorque ferarum.

Lautia, Lautitia, Lautus, Vide LAVO.

Lautumarius, Sceleratus, & qui sæpe in carcere fuerit. Quas enim Græci latomias, Latini lautumias, vt Varro, Plautus, alij appellarunt. Ita carcer quidã Romæ vocabatur, quòd in eo lapidicinæ aliquando fuissent. Cic. in orat. in Pisonem, Cum altero Catilinæ lautumario. Lautumarium Catilinæ vocat vnũ è sceleratis illis Catilinæ assẽlatoribus & gregalibus, qui sæpe coloni carceris fuissent. Sic Turnebus legit, quum in exesis latomario edatur.

Lax, Fraus est, inquit Festus: vnde Lacire. Vtrunque obsoletum.

Laxamentum, Laxe. Laxatus. Vide LAXVS.

Laxus {χαῦνος} Adiectiuum, à laxo deducitur, & significat latum, & spatij maioris. Virg. 3. Georgicorum,

Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Cernici subnecte. Columella libro 1. cap. 3, Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè.

Paludes laxæ. Lucan. lib. 2.

Laxus, Mollis, remissus, languidus, dissolutus. Vir. 1. Æneidos, Et premere & laxas scirret dare iussus habenas. Vnde Laxi rudentes: hoc est languidi, semiconsumpti.

Amictus laxus. Ouid. 3. de Arte.

Arcus laxus. Virg. 11. Æneid. Ouid. 2. de Rem. amor.

Calceus laxus malè hæret in pede. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Laxa domus, pro ampla & spatiosa. Plin in Paneg.

Funes laxi, Non contenti. Virg. 8. Æneid.

Ianua laxa. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Sinu laxo ferre aliquid. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Tunica laxa. Ouid. epist. 15.

Laxissimæ habenæ amicitiæ. Cic. de Amicit. Alienis nimis implicari, molestum esse: commodissimum esse quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, quum velis, vel remittas.

Opes laxæ. Martial. lib. 2.

Laxum tempus, Laxa dies. Plin. epist. 74. Cic. ad Att. lib. 6, Ego sic diem statuo satis laxam, quam antè si soluerint, &c. Id est tempus satis lõgum. Proculus in l. Quum stipulatus. D. De verborum obligationibus, Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dedetim. Id est, quum diem prorulerim.

Laxè, Aduerbium {χαύνως.} Cic. pro Domo sua, Habitare laxè & magnificè voluit, duasque & magnas & nobiles domos coniunxerit.

Angustè & Laxè, contraria. Varro 2. de Re rust. cap. 10.

Laxè distare. Plin. lib. 13. cap. 4.

Laxissimè pererrare. Id est vagari seu ferri. Plin. lib. 2. cap. 16.

Laxùm, Aduerbium, pro Late. Martialis,

-& adhuc superet centies tibi laxùm.

Laxo, laxas {χαυνόω, ἀραιόω} laxare, Laxũ facere, dilatare. Cic. ad Att. lib. 4, Vt forum laxaremus, & vsque ad atrium Libertatis explicaremus.

Arua laxant finus. Virg. 2. Georg.

¶Laxare, Aperire, liberare. Virg. 2. Æneid Laxat claustra Sinon.

Laxari à vinculis. Cic. de Senect. Qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent.

Astringere & Laxare, contraria. Cic. Attico, lib. 6, De isto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum summa connunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, vt ego ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim.

Laxare aliquid ex rigore iuris. Vlpian. in l. Quũ hic status. in principio. D. De donat. inter vir. & vxor. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ, quanuis Haloander legat relaxare.

Laxare animum à laboribus, Conquiescere. Liu. 2. bel. Maced.

Laxat annona. Liu. 6. bell. Pun. Vbi videtur laxat accipi, p laxata est.

Quies laxauerat artus. Virg. 5. Æneid.

Catenas laxare. Lucan. lib. 10.

Corpora laxantur rugis. Hoc est, fiunt rugosa. Ouid. 3. de Arte.

Laxare curas somno. Virg. 9. Æneid.

Curas laxare in otia. Claud. de magnete, 4.

Ferrum laxatur ad vsus innumeros. Stat. 1. Achil.

Frenos laxat populis furentibus. Lucan. lib. 7.

Humus die laxatur. Ouid. epist. 2.

Iras laxare. Stat. 6. Thebaid.

Membra laxare quiete. Virg. 5. Æneid.

Munera Bacchi laxarunt duram mentem. Silius lib. 11.

Laxate sese ab angustiis in latitudinem. Plin. lib. 21. cap. 5.

Laxare sese molestiis. Lucilius ad Ciceronem, lib. 5.

Tempus laxare, Id est extendere, producere. Seneca Medea, 6.

Vincula laxare. Stat. 1. Theb.

Laxatus, pen. prod. {χαυνωθείς, ἀραιωτός} Participium, siue Nomen ex participio. Plin. lib. 19. cap. 1, Maceratas indicio est membrana laxatior.

Laxatus curis. Cic. 1. Tusc. Quódque nunc facimus, quum laxati curis sumus, vt spectare aliquid velimus, &c.

Dolore laxata fœmina. Stat. 5. Thebaid.

Aer densatus, & laxatus. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Classis laxata. Lucan. lib. 3.

Laxatæ custodiæ, Id est remissæ. Liu. 1. bell. Pun.

Pugnæ laxatæ. Liu. 1. bell. Pun.

Ordines laxati. Tacit. lib. 19, Laxati ordines abrumpuntur.

Laxata nocte lucida nitent claustra. Silius lib. 13.

Laxitas, pe. cor. laxitatis {χαυνότης} Dilatatio, relaxatio. Cic. 1. Offic. Sic in domo clari hominis, in quã & hospites multi recipiẽdi sunt, & admit renda hominũ cuiusque modi multitudo, adhibẽda est cura laxitatis.

Laxitas domus, Amplitudo & vacuitas quædã. Cic. pro Domo sua.

Laxitas viarum. Colum. lib. 4. cap. 18.

Laxamentũ, laxamenti {χάλασμα.} Plin. in Paneg. An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant, quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerent?

Laxamentum vẽtris comitatur timorem. Macrob. lib. 7. Saturn. 11.

Laxamentum

Laxamẽtũ & veniã nõ habẽt leges, si modũ exceſſeris. Liu. 2. ab Vrbe. Dare legi laxamentum. Cic. pro Cluentio, Non modò causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos plebis laxamenti datum.

L E

Lea, leæ {λέαινα} quæ & leæna dicitur, est fœmina leonis. Lucret. lib. 5, Irritata leæ iaciebant corpora saltu.

Sæua lea. Ouid. 4 Metam.

¶Lea, brassicæ genus, quam Græci λάπαν appellant, hoc est læuem, à foliorum læuitate. Plin. lib. 10. cap. 9, Alteram leam, latis foliis è caule exeuntibus.

LEAE, insula est iuxta Cyrenaicam Aphricæ regionem. Apud Plinium legitur Lea.

Leæna, leænæ {λέαινα.} Virgil. 2. ecloga, Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. cap. 16, Is ergo tradit, leænã primo fœtu pãrere quinque catulos, ac per annos singulos, vno minus ab vno sterilescere.

Getulæ leænæ. Horat. 3. Carm. ode 20.

LEAENA, scortum Athenienſe, cuius memorabilis mentio apud Plinij lib. 34. cap. 8.

LEANDER {λέανδρος} vel Leandrus, viri proprium, Herũs puellæ amasius, ex Abydo vrbe, de his Musæus. Ouid. 3. Trist. eleg. 10,

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret augustæ mors tua crimẽ aquæ. Vide Ouidij ep. 17. & 18.

Leandrius {λεάνδριος} Adiectiuum denominatiuum: vt Hellespontus Leandrius, in quo Leander periit. Silius lib. 8.

LEARCHVS {λέαρχος} Athamantis & Inus filius, quem pater furore arreptus occidit. Ouid. 6. Fast.

Inõus Learchus. Valer. 1. Argon.

Learcheus, pen. prod. Adiectiuum {λεαρχεῖος.} Ouid. 6. Fastorum,

Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras.

LEBADIA {λεβάδεια} Vrbs Bœotiæ est, vbi Orchomenus & Cephysus amnes, arundinis tibialis fertilitate nobiles.

LEBEDVS, pen. corr. {λέβεδος} Ciuitas, quæ à Colophone centũ & viginti stadiis distat. Hic scenicorum histrionũ colligiũ fuit, qui ludos & certamina Libero patri quot annis celebrabant. Horat. 1. epist. 11, An lebedum laudas odio maris, atque viarum?

Scis Lebedus quàm sit Gabiis desertior, atque Fidenis vicis.

Lebes, lebetis, penult. prod. masc. g. {λέβης} Vas æneum, in quo quid igni applicanus vt ebulliat, vt docet Porphyrius super nonum Iliados Homeri. Ouidius epist. 3,

Viginti fuluos operoso ex ære lebetes.

Curui lebetes. Ouid. 12. Metamorph.

Dodonæi lebetes, Vide DODONE.

Gemini ex ære lebetes. Virg. 5. Æneid.

LEBYNTHOS {λέβινθος} Insula vna ex Cycladibus. Ouidius 8. Met. Dextra Lebynthos erat, fœcundáque melle Calydna.

Lecanomanticus, pen. corr. {λεκανομαντικὸς} Qui diuinat per pelues. Strabo lib. 6. Geographiæ.

LECHAEVM, alterius maris portum appellari tradit Liuius in bello Macedonico. Græci λέχη portus ipsos vocant. Strat. 2. Sylu. 2,

Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

Lecte, Vide LEGO, legis.

Lectica, Lecticarius, Vide LECTVS, lecti.

Lectio, Lectito, & Lectus, Participium, Vide LEGO, legis.

Lectus, lecti, masc. gen. {κλίνη, κλισμός, κλινίδιον} Locus super quo quiescimus. Dictus, vt ait Varro, quòd lectis herbis & frondibus stramenta facerent. Vel vt Festus putat, ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Vel à Græcis qui λέκτρον lectum dicunt. Plinius lib. 24. cap. 22, Iam verò alios lectum expectare non posse.

Iura socialia lecti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.

Succuba nostri lecti. Ouid. epist. 6.

Archiaci lecti, Vide ARCHIAS.

Communes, Vide COMMVNIS.

Dapsilis, Vide DAPS.

Eburni. Horat. 2. Serm. satyra 6.

Funebris lectus, in quo sunus seu cadauer efferebatur. Vide Clinicus, in CLINICE,

Furtiui fœdera lecti. Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Genialis. Horat. 1. epist. 1.

Iugalis. Virg. 4. Æneid.

Liber, Vide LIBER, liberi.

Obscœnus. Ouid. 10. Metamorph.

Quassus ab impositio corpore. Ouid. epist. 11.

Temerati fœdera lecti. Ouid. epist. 5.

Vacuis. Ouid. 10. Metamorph.

Viduo discedere lecto. Ouid. epist. 1.

¶Comminxit lectum potus. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

Alienum lectum concutere. Iuuen. satyr. 9.

Cubare in lecto, Vide CVBO.

Decidere de lecto, Vide DECIDO.

Imponere corpus lecto. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Incumbere lecto. Ouid. 11. Metamorph.

Est in lecto. Cic. ad Pætum, lib. 9, Dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares.

Temerare lectum alicuius. Ouid. 1. de Arte.

Lecto teneri, Decumbere, iacẽre, & morbo vexari. Cic. 7. Verrina, Pater grandis natu iandiu lecto tenebatur.

¶Lectus, pro loco super quo sedebant antiqui ad mensam, vnde triclinium dictum. Cic. 4. Verrina, Iam non quæro vnde cccc amphoras mellis habueris, vnde tantam Melitensem vestem, vnde quinquaginta triclinioru lectos, vnde tot candelabra, &c.

Imi lecti decisor, hoc est eius qui in loco infimo discumbit. Horat. lib. 1. ep. 19. -& imi Derisor lecti. Simile est huic, Imi subsellij vir.

Lectus cubicularis, à Cicerone dicitur in lib. 2. de Diuin. ad differentiam triclinaris lecti. Vide CVBILE.

Desiderato acquiescimus lecto. Catul. ad Sirmionem, epigr. 29.

Lectum, neutri gen. Idem quod lectus. Vlpian. in l. librorum, in fine. D.

De leg. 3, Legatum lectum continet & fulcra.

Lectulus, lectuli, penult. corr. m. g. {κλινίδιον.} Cic. pro L. Murena, Strauit pelliculis hœc diuis lectulos Punicanos, & expoſuit vasa Samia. Idem Attico, lib. 1 4, A ducenda autem vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

Castus lectulus. Catul. Argon. 59.

Membra lectulo iacebant. Catul. ad Licinium, 47.

Lectisternium, lectisterni {κλινοστρώμιον} propriè Iouis epulum dicebatur. In Capitolio enim stratis tribus lectis conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Minervæ. Iupiter, id est Iouis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans, Iuno & Minerua in sellis considebant. Sed appositis epulis non ipsi dij, sed ipsrum epulones celebrabant. De inuentione lectisterniorum lege Liuium libro 5. ab Vrbe. Item lib. 7. Vide & Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. De nuptiis.

Lectisterniator, pen. prod. lectisterniatoris {κλινοστρώτης} Qui lectũ sternit. Plaut. Pseudolo, 4. Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito.

Lectica, lecticæ, pen. prod. {φορεῖον, ἁρμάδιον} Cathedra & sedes qua ferebanetur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus stratus erat. Græcè hexaphorum: quòd à sex feruis portaretur. Cicero ad Qu. fratrem lib. 1, Eo die cœnaui apud Crassipedem, cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Plin. lib. 17. cap. 14, In mollibus arborum lecticis. Hic paruum lectum significat.

Gestamen lecticæ. Tacit. lib. 2.

Lucubratoria lectica, Vide LVCVBRO.

Gestare aliquem lectica. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Inditur lectica. Tacit. lib. 12, Ibi monente Præfecto festis vocibus exceptus inditur lecticæ.

Lecticula, pen. corr. Diminutiuũ {φορεῖον.} Sueton. in Augusto, cap. 78, A cœna se in lecticulam lucubratoriã recipiebat. Cic. Mario, lib. 7, Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concurſare possis.

Lecticarius, lecticarij, masc. gen. {φορεῖος} Qui lecticam deferebat. Sulpitius ad Cic. lib. 4, Coactus fum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, messque lecticariis in vrbem eum referre.

Lecticariola, pen. corr. Martialis lib. 12,

Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipsa

Lecticariola est: estis Alauda pares. Hoc est, Tu rem habes cum ancillis, ipsa cum lecticariis.

Lecythus, lecythi, pen. corr. masc. & fœm. g. {λήκυθος} Ampulla olearia. Vide Cornarium in Galenum, pag. 413.

¶Lecythus aliud significat apud Ciceronem ad Atticum, lib. 1. epistola 11. Totum, inquit, hunc locum, quem in Aristocratia ego variè meis orationibus foleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas κηκύθους) valde grauiter pertexuit. Pingere, id est admodum exornare, quum incendiis vrbem, ciuitatem cæde, mea vigilantia, meáque virtute dico esse liberatam. Nam vt pictores ἐκ τῶν λεκυθίων quæ sunt ampullæ pigmentorum, sumunt quæ ad colorandum apta nouere: sic orationem suam Cicero quum volebat eloquentię veluti coloribus illustrare, ad illa loca, de flamma, de ferro, quasi ad suas λεκύθους confugiebat. Hunc Ciceronis locũ videtur nõ satis intellexisse author lexi ci Græci. Plinius iunior lib. 1. epist. 2. ad Arrianum, Tentaui enim imitari Demosthenem semper tuum, nuper meum, duntaxat figuris orationis. Paulo pòst, Non tamen omnino Marci nostri κηκύθους fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus submonebamur. Marcum Ciceronem intelligit. Λεκύθους verò interpretantur locos cõmunes, quibus oratio quasi pictutata redditur additis topographiis, hologiis, chreſteriſmis, aliisque figuris, quæ florentem efficiunt dictionem, & quasi colorẽ addunt rebus. Egreſſiones & excursus vocat Cic. lib. 4. cap. 3. Alij etiam digreſſiones.

LEDA {λήδη} vxor Tyndari regis Laconiæ, cum qua Iupiter in forma Cygni dicitur cõgressus. Illa autẽ ex eo congressu oua duo enixa est, vt fabulantur poetæ. Ex vno nati sunt Pollux & Helena immortales: ex altero Castor & Clytemneſtra mortales. Horat. de Arte,

Nec bellum gemino Troianum orditur ab ouo. Hinc

Ledæus {λήδειος} Adiectiuum.

Dij Ledæi, Castor & Pollux Ouid. 1. Fast.

Fratres Ledæi. Ouid. ad Liuiam.

Ledarium {λήδειον} atque etiam Ledus, λῆδος, & Ledium, λήδιον, Tunica æstiua, vt multis placet, communis virorum & mulierum Polluci lib. 7. cap. 13.

L E G

Legalis, Vide LEX.

Legarium, Vide LEGO, legis.

Legatarius, Legator, Legatus, Vide LEGO, legas.

LEGERDA, Vrbs est Armeniæ maioris in Antena regione, non longè ab Euphrate fluuio. Ptolemæus lib. 5.

Legibilis, Vide LEGO.

Legifer, Vide LEX.

Legio, legionis, fœm. gen. {λεγεών, τάξις, τέλος} A legendo, id est eligendo dicitur, quòd legitur milites in delectu, vt ait Varro lib. 4. de Lingua Lat. Diuiditúrque legio in decem cohortes: Cohors in quinquaginta manipulos: Manipulus in vigintiquinque milites. Sic vno quoque manipulo. Cic. 1. Tusculanar. Quum legiones scribat Cato sæpe à lacres in eum locum profectas. Liu. 7. bel. Macedon. Vide Vegetium de Re militari, lib. 2. cap. 2. & sequentibus.

Legio. In quauis legione erant, æras prima triariorũ, altera, principum, tertia, hastatorum, vltima, velitum: quæ velitibus exceptis, duidebantur singulæ in decem centurias: singulis autem centuriis primarij centuriones præerant: exque in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundũ pilum, tertium pilum, & deinceps vsque ad decimũ pilum: in principibus, primus princeps, secũdus princeps, vsque ad decimũ: in hastatis, primus hastarius, secũdus hastarius, item vsque ad decimũ: duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita vsque ad decimũ: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicero in epistola ad M. Brutum, Nasennius, inquit, octauum principem, id est octauam centuriam principum, duxit, Metello imperatore. Ex P. Manut. commentario ad Qu. Fratrem,

Acies legionum. Tacit. lib. 3.
Contubernium legionum. Tacit. lib. 1.
Attenuatæ prælijs legiones, Vide ATTENVO.
Completa legio per manipulos. Silius lib. 8.
Conferta maniplis legio. Silius lib. 7.
Semiplenæ legiones. Patercul. lib. 2.
Transmotæ legiones. Tacit. lib. 13.
Validæ legiones. Lucret. lib. 5.
¶Curare legiones. Tacit. lib. 5.
Decernere legiones in Siciliam, Vide DECERNO.
Decimare legiones, Vide Decimo in DECEM.
Dissociant legionem à legione. Tacit. lib. 1.
Dare alicui legiones. Liu. 1. bell. Pun.
Dare legiones in diſcrimen. Tacit. lib. 2.
Longa legio cohortes explicuit. Virgil. 2. Georgic.
Magnis legionibus imperitare. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6.
Inſtruere legiones. Vide INSTRVO.
Locare legionem. Tacit. lib. 20.
Legio parebat Tribuno. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6,
Quòd mihi pareret legio Romana Tribuno.
Præeſſe legionibus. Liu. de bel. Punico.
Pugnare legione. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Supplere legiones. Liu. 9. bell. Pun.
Legio Romana non eundem ſemper numerũ militũ habuit. Hinc aliæ dictæ ſunt ordinariæ, aliæ extraordinariæ. Ordinariæ, quæ completum numerum habebant, qui erat ſex millium peditum, & ſeptingentorũ triginta equitum. Has quadratas legiones Vegetius, Liuius expeditas vocat. Extraordinariæ, quæ & imperfectæ dicebantur, aliæ quidem habebant quinque millia peditum, & equites nunc quadringentos, nunc trecentos, atque etiam ducentos: aliæ verò quatuor dũtaxat peditum millia complectebantur, & equites plus minus trecentos: aliæ rurſus tria duntaxat millia peditum, & equites trecentos: pleræque mille duntaxat pedites ac quingentos, cum equitibus trecentis numerabant. Vegetius lib. 2. cap. 6, His decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedites ſex millia centum, equites ſeptingẽtos viginti ſex. Liuius Decad. 3. lib. 4, Carthaginienſes Illiturgi oppugnare adorti, quia præſidium ibi Romanum erat, videbãturque inopia eum locum maximè oppugnaturi, Cn. Scipio, vt ſociis præſidióque ferret opem, cum legione expedita profectus, inter bina caſtra cum magna cæde hoſtium vrbem eſt ingreſſus. Eiuſdẽ Decad. lib. 6, Claudio Neroni ex iis duabus legionibus quas ad Capuam habuerant, ſex millia peditum, & trecentos equites quos ipſe legiſſet, & ſociũm Latini nominis peditum numerum parem, & octingentos equites decernunt. Idem Decad. 5. lib. 4, Hunc exercitum ad collegã primo quoque tempore mittere in Macedoniam iuſſus, neque in ea prouincia plus quàm duas legiones eſſe: eas repleri, vt ſena millia peditum, trecentos haberent equites. Eiuſdem Decad lib. 2, Legiones quatuor nouas ſcribi placuit, binas ſingulis Conſulibus. Id præcipuè prouinciæ Macedoniæ datum, quòd quum alterius Conſulis legionibus quina millia & ducenti equites ex vetere inſtituto darentur in ſingulas legiones: in Macedoniam ſena millia peditum ſcribi iuſſa, equites trecenti æqualiter in ſingulas legiones. Decad. 1. lib. 8, Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus peditũ, equitibus in ſingulas legiones trecentis. Decad. 3. lib. 3, Decreuerunt Patres, vt Qu. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites ſcriberet, cámque legionem primo quoque tempore in Sardiniam traiiciendam curaret. Decad. 4. lib. 9, Senatuſconſultum factum, vt Prætores quatuor millia peditum Romanorum ſcriberẽt, quadringẽtos equites, &c. Decad. 1. lib. 6, Quatuor legionibus quaternũm millium ſcriptis, exercitu indicto ad portam Eſquilinam in poſteram diem. Et lib. 7, Vndique non vrbana tantùm, ſed etiam agreſti iuuentute decem legiones ſcriptæ dicuntur, quaternũm milliũ & ducenorum peditum, equitúmque trecentorum. Decad. 3. lib. 8, Propter quod facinus tota legio, millia hominũ quatuor, in foro Romæ ſecuri percuſſi ſunt. Cæſar belli Ciuilis, lib. 3, non procul à fine, In his erant legionibus hominum tria millia ducenti. Et lib. 4, non procul à fine, Excepta legione ſexta, quam ſecum adduxerat Alexandria veteranam, multis laboribus periculiſque functã, multíſque militibus partim difficultate itinerum ac nauigationum, partim crebritate bellorum adeò diminutã, vt minus mille hominũ in ea eſſet.

Legiuncula, legiuncular, pen. corr. {λεγιόνιον} Diminut. Parua legio. Liu. 5. bell. Macedonici, Videritis vix duarum planè plenarum legiunculam inſtar in caſtris regis.

Legionarius, A dict. {λεγιωνάριος} Quod eſt legionis, vel quod ad legionem pertinet. Aſinius Pollio Ciceroni, lib. 10, Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi. Plin. epiſt. 299, Centurio legionarius.
Legionarij: Cæſ. 1. bel. Ciuil. Et 2. bell. Gall. Item lib. 6.
Legionarij milites. Cæſ. 5. bell. Gall. & lib. 1.
Legionariæ cohortes. Liu. 4. bell. Mac. ed. & lib. 10.

LEGIO, ſecunda Auguſta {λεγεὼν δευτέρα σεβαστή} Britanniæ vrbs, vt ſcribit Ptolemæus lib. 2. Vulgò *Leskeſtr.*

Legirupa, Legiſlator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lego, legas {διαφορβίω} legare, In legationem mittere, ſiue legatum mittere. Cic. ad Atticũ, lib. 4, Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impediter, quòd niſi vellem, mihi eſſet integrum, &c.
Legare ad. Cic. 5. Verrina, Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium,
Legare in. Saluſt. in Iugurtha, Legantur tamen in Africa maiores natu, nobiles amplis honoribus vſi.
Famulum legare aliquó. Catull. de Coma Berenicis, epigr. 61.
Legare alicui. Plaur. Amphit. 4.
¶Legare, Legatum ſibi facere. Cic. Aulo Cecinnæ, lib. 6, Caſſium ſibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Idem ad Attic. lib. 15, Dolabellã me ſibi legauit ad IIII. Non. April. Id eſt legatum accepit.
¶Legare negotium alicui, Committere. Plaur. Caſin. 3.
Legare fortunæ, pro Aſſignare. Liu. 8. bell. Pun.
¶Legare {διαθέσθαι, καταλιπεῖν} aliquid alicui, Teſtamento aliquid alicui relinquere. Cic. ad Octauium, Qui tanquã in dotali matrimonio Rempub. teſtamento legatam ſibi obtinerer. Sic pro Cecinna, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Cęſennię legat.
Legare ab aliquo, Vide AB.
Argentum autem omne legauit. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Legatus, legati, pen. prod. maſc. gen. {πρεσβευτὴς, πρεσβευτοῦ, πρέσβυς} Qui refert mãdata alterius. Virgil. 11. Æneidos, Legati reſponſa ferũt. Cic. pro L. Flacco, Primum magnam partem eiuſdem prouinciæ, quæ pro huius periculis, legatos, laudatoréſque miſit.
Legatus in decem. Cic. Attico, lib. 13, Spurium Mumium putarã in decẽ legatis fuiſſe. Ibidem, Non dubito quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non ſolitos maiores noſtros legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarij. Paulo poſt, Illum fratri in primis eius legatis fuiſſe. Id eſt, in iis quos primum edixit. Proficiſcentibus enim ad bellum legati dabantur: poſtea, quum quid proſperè geſtum eſſet, decẽ inſuper legati decernebantur. Fuit igitur Sp. Mumius in primis fratris legatis, in decem non fuit.
Mittere legatos cum authoritate, Vide MITTO.
Miſſi legati de magnis rebus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 5.
Mittere legatum de aliqua re. Hoc eſt mittere aliquem, qui de aliqua re cum alio, noſtro nomine tractet. Cic. 1. de Oratore, Quum Athenienſes ad Senatum legatos de ſuis rebus maximis mitterent. Liu. 2. ab Vrbe, Legatos de pace mittunt.
Venire legatum. Cic. de Claris Oratoribus, Dictatore Sylla legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat.
Decernere legatum, Eligere, Conſtituere. Cic. ad Lentulum, libro 1, Craſſus tres legatos decernit.
Obiit legatus Ægyptum & Syriam. Cic. in Somn. Scip.
Legati, nuntij pacis & belli, curatores, interpretes bellici conſilii, authores, miniſtri muneris prouincialis. Ex Cicerone in Vatinium. Vide 3. Verr.
¶Legatus {ὑπατικὸς πρεσβευτής, ἀνθύπατος σεβαστὸς} Cæſar lib. 2. belli Ciuilis, Neque ſe ignorare quod ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum, pro vicario, id eſt *locum tenente* intelligendum: quem præterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore, aut Conſule, cedere eum oportet. Budæus.
Rectores prouinciarum ſine ſucceſſore decedentes, legatos, qui præeſſent, relinquebant. Sic Pompeius Hiſpaniam prouinciam per legatos Afranium & Petreium adminiſtrauit. Vide in Famil. epiſt. 25. & epiſt. vlt. & ad Atticum, lib 5. epiſt. 11.

Legatio, Verbale {πρεσβεία, πρεσβεῖον, πρεσβεῖα, πρεσβεύω} Cic. 9. Philipp. Etenim cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet, eius monimentum extare voluerunt: vt in bellis periculoſis obirent homines legationis munus audacius.
Irritus legationis rediit. Tacit. lib. 20.
Orba legatio. Cic. 9. Philip. Vide ORBVS.
Pacificatoria legatio. Vide PAX.
¶Accipere legationem, Suſcipere onus legationis obeundæ. Cicero pro Flacco, Qui hanc ipſam legationem quam habet, non accepit à ſuis ciuibus, ſed vſque Tymolo petiuit.
Agere legationem, Vide AGO.
Decernere legationem contra aliquem, Vide DECERNO.
Legationem dare. Cic. 1. de Lege agrar. Hæreditatũ obeundarum cauſa, quibus vos legationes dediſtis.
Fungi legationibus. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Gerere legationem, Fungi legatione, & legatum eſſe. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Habere legationem. Cic. pro Flacco.
Legationem mittere ad aliquem, pro Mittere legatos. Quintil. libro 10. cap. 1.
Obire legationem, Vide OBEO.
Perficere legationem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epiſt. 4, Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Pupiam non poteſt: neque menſe Februario toto, niſi perfectis aut reiectis legationibus. Id eſt, perfectè auditis, aut negotiis legationum tractatis.
¶Eſſe in legatione. Quintil. lib. 7. cap. 2, Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Hoc eſt, Legatus creatus erat, necdum tamen legationem abſoluerat.
Renuntiare legationem. Cic. Philip. 9.
¶Libera legatio. Budæus, Legationes liberæ olim ornamenti tantùm cauſa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magiſtratus à principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, tituláque tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negotia futura erant in prouinciis: vt qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum perſonis acceptis commendabiliores controuerſias habe rent, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. Tabul. id veritum erat, his verbis, Rei ſuæ ergò nequis legatus eſto. Quæ verba Cic. enarrans lib. 3. de Legibus, ita inquit, Omitto quemadmodum iſti ſe gerant atque geſſerint, qui legatione hęreditates aut ſyngraphas ſuas perſequũtur: im hominibus eſt hoc fortaſſe vitium. Sed quæro, quid re ipſa ſit turpius, quàm ſine procuratione Senator, legatus ſine mandatis, ſine vllo Reipub. munere? Idem contra Rullum, Legatos noſtros homines authoritate tenui, qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt: tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt: grauè eſt enim nomen imperij, atque id etiam in leui perſona pertimeſcitur: propterea quòd veſtro, non ſuo nomine quum hinc egreſſi ſunt, abutuntur. Idem ad Atticum, lib. 15, Habent (vt opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi poteſt. Bella eſt autem huius iuris quinquennij licentia. Quibus verbis coniicio interdum quinquennales dari ſolere legationes. Nomen autem liberæ legationis inde ortum videtur, quòd introire in vrbem, & rurſus exire liberam legationem habentibus liceret, quod eodem in loco oſtenditur, quem attigi iam. lib. 15. ad Attic. Budæus.

Votiua

Votiua legatio, Quæ voti prætextu ſuſcipitur. Cic. ad Att. lib. 15, Scribas ad me velim, ſimulque cogites quid agendum nobis ſit ſuper legatione votiua, &c. Vide Votiua legatio, in VOVEO.

Legatiuum, legatiui, pen. prod. {πρεσβεῖον} Id quod datur legato impenſæ nomine. Arcadius in l. Munerũ. D. de Mun. & honor. Legati quoque qui ad ſacrarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum ſolent accipere. Vlpian. l. 2. D. De legationibus, His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuũ ex forma reſtituitur. Sic legit Budæus. Alij legunt legantium. Halοander & Pandectæ Florentinæ habent legatiuum.

Legatum, legati, penult. prod. {λεγάτον.} Modeſtinus in l. Legatum D. De legatis ſecundo, Legatum, eſt donatio quædam teſtamento relicta. Et legati appellatione, fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio continentur.
Legatũ, eſt quod legis modo, id eſt, imperatiuè, teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicõmiſſa vocantur. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem. Per vindicationẽ his verbis legamus, Do, lego, Capito, ſumito, ſiue habeto. Per damnationem his verbis, Hæres meus damnas eſto dare, dato, facito: Hæredem meum dare iubeo. Sinẽdi modo, ita. Hæres meus damnas eſto ſinere Luciũ Titium ſumere illam rem, ſibíque habere. Per præceptionem ſic, Lucius Titius illam rem præcipito. Hæc Vlpianus titulo vigeſimoquarto eius libri qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani.
Petere legatum ex teſtamento. Quintil. lib. 4. cap. 14.

Legatarius {κληρονόμος} Cui ex teſtamento aliquid legatum eſt. Iuſtinianus Inſtit. De legatis. §. Sed ſi rem, Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum.
Teſtator & Legatarius opponuntur. Pomponius in l. Si ex toto. D. de leg. & fideicommiſſis primo.
Legataria Prouincia, Quæ alicui delegata eſt. Cic ad Attic. lib. 15, O rem miſeram. primum vllam ab iſtis: dein, ſi aliquam, hanc legatariam Prouinciam: atque haud ſcio, an melius ſit, quàm ad Eurotam ſedere.

Legator, pen. prod. legatoris {κληρονόμος} Qui aliquid legat. Suetonius in Tiberio, cap. 31, Iterum eo cenſente vt Trebianis legatam in opus nouũ theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris eſſet.

Lego, legis, legi, lectum {ἀναγινώσκω} Légere, Proprię colligere. Virgil. 3. ecloga,
Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga.
Mãla legere. Virgil. 2. eclog.
Mala lecta ex arbore. Virgil. 3. eclog.
Poma legit ab arboribus. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Nauita legit humida vela. Virg. 1. Georg.
Legere venas dixit Celſus, & idem Colligere venas: Colligendæ, inquit, venæ, vinciendæque, & ſub nodis præcidendæ ſunt.
Halitum alicuius ore legere, Id eſt ore excipere. Virg. 4. Æneid.
Legere ſermonem alterius. Per tranſlationem dictum, pro Attentius audire & accipere. Plaut. Pſeud. 6.
Legere ſpolia. Liu. 5. ab Vrbe.
Legere veſtigia. Ouid 3 Metamorphoſeos,
Subſequitur, preſſíque legit veſtigia greſſu.
¶Legere, Oculis ſcripta percurrere: quoniam literæ oculis legi, Id eſt colligi videantur. Cic. Matio, lib. 7, Dummodo is tibi quiduis potius, quàm orationes meas legerit.
Oculis inuitis legere verba alicuius. Ouid epiſt 17.
Legere per ſe. Cic in Topicis, Eos libros per te ipſe legeres.
Commodè legere. Plin epiſt. 114.
Intenè legere. Plin. epiſt. 190.
Malè, vel maligné legere. Plin. epiſt. 211. & 215.
Iudicio candido legere aliquid. Ouid. 2. Triſt.
Remiſſius legere. Plin. epiſt. 45.
Legi apud Clitomachum quum Carneades, &c. Cicero quarto Academ.
Antonij edictum legi à Bruto. Cic. Attic. lib. 16. 334. Subaudi, datũ, vel miſſum.
A poſteritate legi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Scripta legere ſecum. Ouid, 2. Amor. eleg. 2.
Verba legenda. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10.
¶Legere oram Italiæ. Liuius 5. belli Macedonici, Ipſe compoſitis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens Arimínum peruenit. Virgilius 3. Æneidos, Littoráque Epiri legimus. Idem 3. Æneidos,
-& crebris legimus freta concita terris. Vbi Seruius, Legimus, præterimus. Tractus fermo à nautis, quòd funem legẽdo, id eſt colligendo, aſpera loca prætereunt.
¶Legere, Eligere. Plinius de Viris illuſtribus, Nam quum temerè ſeruos manumitterent: dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, quum multa indigna paterentur, clàm Roma auxilium petierunt.
Tempus legere. Ouid. 1. de Arte.
Tempus idoneum legere. Ouid. 9. Metamorph.
Legere in demortui locum. Liu. 3. bell. Pun.
Legere in Senatum. Cic pro Cluent.
Legere Senatum. Liu. 10. bell Maced.
Legere milites. Cic. ad Attic. lib 8.
¶Legere, Furari. Virg. 10. Æneidos, Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas? Seruius.

Lectus {κλινὴς} Participium, ſiue Nomen ex participio: Hoc eſt, Selectus, ex aliorum numero ſeparatus.
Lectiſſimus adoleſcens. Cic. 5. Verr. Item 1. Verr.
Vir lectiſſimus. Cic. pro Flacco.
Lectiſſimi viri atque ornatiſſimi. Cic. 3 Verr.
Iuuenes lecti. Virgil. 5. Æneid.
Iuuenum lectiſſimus. Strat. 5. Sylu. 1.
Lectiſſima fœmina. Cic. ad Atticum, lib. 10.
Virgines lectæ. Horat. in Carmine ſeculari.
Corpora lecta ſima. Virgil. 9. Æneid.
Sententiæ & verba lectiſſima. Cic. in Orat.
Oſſa è vulneribus lecta. Quintil lib. 6 cap. 24 Et ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, & lecta è vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas.

Lectio, Verbale {ἀνάγνωσις.} vt Lectio literarum. Cic. ad Atticum, lib. 1, Quotus enim quiſque eſt qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit?
Tædium lectionis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Virilis lectio, & cum tuauitate quadam grauis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Accelerate lectionem. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Continuare lectionem. Idem lib. 1. cap. 1.
Formare lectione. Idem lib. 1. cap 11.
¶Lectio, Electio. Liuius, Et eam lectionem nemo ratam habuerat.
¶Lectio lapidum, Collectio. Colum. lib. 2. cap. 2.

Legibilis, & hoc legibile, pen. corr. Adiectiuũ, Quod legi poteſt. Vlpianus in l. j. §. j. D. De his quæ in teſtament. delent. Sufficit autem ſi legibilia ſunt verbis, Nero inſultò deleta.

Lectus, lectus, lectui {κλῖνος} pro Delectu. Tacit. lib. 20, Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caratarium, Tribocorũm, lectu auctas, veterano pedite, atque equite ſi mauuit.

Lector, Verbale {ἀναγνώστης} Qui libros vel epiſtolas legit. Cicero 2. de Oratore, Quum enim Brutus duos lectores exciſſet, & alteri de colonia Narbonenſi Craſſi oratorem legendam dediſſet, &c.
Martialis lib. 5, -tu cauſa es lector amice mihi.
Placidus lector. Ouid. 3. de Ponto, eleg 4.

Lectito, lectitas, pen. corr. {ἀναγινώσκω} lectitare, Frequentatiuum. Cic. 1. de Orat. Aut ſiquis pari fuerit ingenio, pluráque quàm hic & audierit, & lectitarit, & ſcripſerit, paulum huic aliquid poterit addere.
Idem de Clar. Orat.
Lectitare, pro Identidem colligere. Valer. lib. 8. cap. 8, Conchulas & calculos in litore lectitaſſe.

Legulus, leguli, penult. correp. Qui vuas aut oleas colligit, teſte Varrone, lib. 5. de Ling. Lat. Cato cap. 144, Legulos quot opus erit, præbeto.

Legumen, penult. prod. leguminis, n g. {ὄσπριον.} Varro lib. 1. de Re ruſtic. cap. 23, de cibe, Hoc enim quoque legumen & cætera quæ vellunturè terra, neque ſubſecantur, ſuccum tollunt: quæ quòd ita legũtur, legumina dicta. Virgil. lib. 1 Georgicorum,
Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen. Cic. 2. de Nat. deor.

Legarium, legarij {χόρτος} Idem. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31, Serendum vitiam, lenirem, cicereculam, cruſtilam, cæteráque quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant: vtraque dicta à legendo. quòd ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur.

Leguleius, Vide LEX.

Legulus, Legumen, Vide LEGO, legis.

LEITVS, vnus ex quinque Bœotorum ducibus, qui ad Troiàm profecti ſunt, teſte Homero lib 2. Iliad.

LELAPS, huius Lelapis, pen. corr. nomen canis Acrœonis apud Ouidium 3. Metamorphoſeos, -& tiux cum Lelape Theron.

LELEGES, ſiue Lelegæ, pen. corr. {λέλεγες} Populi errabundi, qui quondam Theſſaliam & diuerſa alia loca tenuerunt. Alij tradunt Cares & Leleges eſſe conterminos. Scribit Plin. lib. 5 cap. 29, Miletum Ioniæ caput, Lelegeidem fuiſſe nominatam. Euſtathius docet Leleges dictos, quaſi λελεγμένους, id eſt collectos: eo quòd prius errarẽt, & gẽs collectitia eſſet. Alij Leleges à Lelege duce appellatos aſſerunt. Virgil. 8. Æneidos,
Hic Lelegas, Carásque; ſagitrifer ó ſque Gelonos Finxerat. Vbi Seruius, Lelegas, Theſſalos.
Armiferi Leleges. Ouid. 9 Metamorph.
Lelegeides Nymphæ. Ouid. 9. Metamorph.

LELANNONIVS, ſinus Britannicus apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 3. Lemannonius tamen legitur in antiquo exemplari.

Lema {λῆμα} Græcis dicitur lacryma, ſed congelata. Plinius lib. 23. cap. 1, Aut ſi cruore ſuffundantur oculi, vel ſi lemæ in oculis erunt. Hermolaus. Vide Cælium.

LEMANVS, pen. prod. Lacus eſt Galliæ, quem influit Rhodanus. Hunc hodie Geneuenſem & Lauſannenſem vocant. Lucan. lib. 1,
Deſeruere cauo tentoria fixa Lemano.

Lembus, lembi, maſc. gen. {λέμβος} Nauicula breuis, & velociſſima. Liu. 8 bell. Pun. Inde quinqueremibus ſeptem & lembis viginti amplius quos, vt adiungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erythas Ætolorum. Idem, Nullam ipſe nauem, præterquam duos lembos, qui non plus quàm ſedecim remis agerentur, haberet.
Remigiis ſubigere lembum. Virgil. 1. Georg.

Lembunculus, lembunculi, pen. corr. maſc. g. Diminutiuum {λεμβίδιον} Tacit. lib 14, Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. Hoc eſt occurſu nauicularum.

Lemma, lemmatis, pen. corr. neutri gen. {λῆμμα} Sumptio, Argumentum. Martial. lib. 2, .
Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo:
Vt ſi malueris, lemmata ſola legas. Idem alibi,
Viuida componis epigrammata, mortua ponis Lemmata. Cic. 2. de Diuinatione, Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: ſed nos Latinè loqui malumus, &c. Hodie adhuc aſſumptiones ſiue aſſumpta vocamus.

Lemniſcus, Syracuſanũm verbum eſt, quo ſtricta anguſtáque tænia ſignificatur. Auſonius,
Et quæ iandudum tibi palma poetica floret
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma cadet.

Lemniſci, lemniſcorũ {λημνίσκοι} Faſciolæ coloriæ, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quòd antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Hæc Feſtus. Plautus Pſeudolo, 22,

Vnguenta,atque odores,lemniſcos,corollas dari dapſiles. Plin.libro 21.cap.3.Craſſus diues,primus argento auróque folia imitatus,ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoque & lemniſci , quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas,quibus iungi,niſi aurei non debebant.

Lemniſcarus,pen.prod. {λημνισκωτὸς} Adiectiuum:vt Palma lemniſcata. Cic.pro S. Roſcio Amer. Audio præterea non hanc ſuſpicioné nunc primùm in Capitonem conferri,multas eſſe infames palmas, hanc tamen primam eſſe lemniſcatam,quæ Romæ deferatur.

LEMNOS {λῆμνος} Inſula,quæ & Hypſipyla dicitur,ab Hypſipyla Thoantis filia, quæ in ea regnauit. Hæc eſt in Ægæo mari , ab Oriente Troiam, ab Occaſu Athon ſpectans , à Borea Thraciam : ab Auſtro, ſed longo tractu,Cretæ oppoſita eſt. In ea colebatur Vulcanus deus ignis. Vnde & Lemnius ardor dicitur à poetis. A Lemno , teterrima quæque facinora apud Græcos lemnia dicuntur. Et Lemnia terra,exſiccandi vim habens,in eaque caprinus ſanguis miſcetur, & idcirco rubrica appellatur. ¶Lemnos hodie dicitur *Stalimene* , & *Stalimus* , aliis *Limno*. Oliuarius in Melam dicit vocari *Sidrio*.

Æquorea Lemnos.Valer.2.Argon.
Calens Lemnus.Claud.de Gigantomachia.
Vulcania Lemnos.Valer.4.Argon.

Lemnius , Adiectiuum {λήμνιος} Quod eſt ex Lemno : vt Turba Lemnia.Ouid.in Ibin.

Saxa Lemnia.Ouid.5.Triſt.eleg.7.

Lemniacus,penult.corr. {λημνιακὸς} Aliud adiectiuum: vt Stirps Lemniaca.Ouid.2.Metam. Intelligit Erichthonium.

Antra Lemniaca.Stat.3.Sylu.
Catenæ Lemniacæ.Stat.3.Thebaid.

Lemonia tribus. Vide TRIBVS.

Lemonium,ſiue Limonium, Bæta ſyluestris,& Tintinabulum terræ Latinis,vulgò *Pyrola*. Plinius lib. 25.cap.9 , Lemonium ſuecum lacteum mittit conteſcentem gummi modo humidis locis. Quidam voluerunt eundem eſſe ex deſcriptione Dioſcoridis cum veratro nigro.

LEMVRES,Lemurum,pen corr.m.gen. {μορμόνες} Laruæ nocturnæ & terrificationes imaginum & beſtiarum,inquit Nonius. Varro de vita P.Rom.lib.1 , Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra ianuam eiicere.

Nigri Lemures.Perſ.ſaty.5.
Nocturni Lemures.Horat.2.epiſt.2.

Lemuria,Lemuriorum {μορμόνια} Feſtum Lemuribus ſacrum.

Lemuria feſta,quaſi Remuria dicta ſunt. Romulus enim Remuria defuncto fratri Remo inſtituit,quæ poſtea Lemuriæ vnius literæ mutatione dicebantur: vt ait Ouidius 5.Faſt.

L E N

Lena,Vide LENO.

LENÆVS {λωναῖος} ſcribitur cum diphthongo, quo nomine dictus eſt Bacchus,ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, quod lacum ſignificat : hoc eſt , vas in quo vuæ exprimuntur.Virg.lib.2.Georgicorum,

Huc pater ô Lenæe,tuis hic omnia plena Muneribus.

Dona Lenæa,hoc eſt Bacchica : Vinum.Stat.4.Sylu.
Honorem Lenæum libat.Virg.4.Æneid. Id eſt vinum.
Latices Lenæi.Virg.3.Georg.

Lenis, & hoc lene {ἤπιος, μαλθακὸς} Quidam à lento dictum exiſtimant : nam lentum propriè ſignificat tenerum & facilè flexuoſum. Lene autem dicitur quod tactu nullam aſperitatem habet.

Lene & Aſperum,contraria.Cic.2.de Finib.
Aura lenis.Ouid.2.de Rem.amor.
Leniſſimus Auſter,& mitis.Cic.ad Attic.lib.7.
Lenes cibi & Acres,apud Celſum opponuntur,lib.2.cap.21.
Flabra lenia.Virg.3.Georg.
Merum lene.Horat.3.Carm.ode 29.
Lenis ſonus,Placidus.Cic.2.de Orat.
Spiritus lenis.Tibul.lib.1.eleg.8.
Tormentum lene.Horat.3.Carm.ode 21.
Venenum lene,Quòd dulcem quodámodo & vix ſenſibilem mortem inducat.Cic.ad Att.lib.2, Iſta lenibus vti videbantur venenis, vt poſſe videremur ſine dolore interire.
Ventus lenis.Virg.6.Æneid.
Volatus lenis.Ouid.12. Metam.

Lene vinum, Delicatum, non vehemens,aut aſperum , neque linguam aut cerebrum feriens.Terent.Heaut.3.1. Celſ.lib.2.cap.18.

¶Lenis,transfertur ad animum,& pro miti modeſtóque accipitur. Plautus Epid.11, Habe animum lenem, & tranquillum face.Terent. Heaut.3.1,Si te tam leni,& victo eſſe animo oſtenderis.

Carmina lenia.Lucret.lib.5.
Conſilium lene.Horat.3.Carm.ode 4.
Dominus non lenis.Horat.2.Serm.ſatyr.7.
Leniſſimus homo & natura,& conſuetudine,& diſciplina. Cicero 3.Verrina.
Ita lenior.Ouid.2.Triſt.

Leniter,pen.corr. {ἠπίως} Aduerbium,Moderatè,ſuauiter.

Leniter arridere.Cic.1.de Finib.
Leniter diſputare.Cic.4 Acad.
Leniter agere: hoc eſt Modeſtè.Liu.7.bel.Pun.
Ire leniter.Ouid.1.Amor.eleg 9.
Placidè lenitérque procedere.Cæſ.1.bel.Ciuil.
Suſpenſis leniter alis.Liu.1.ab Vrbe,
Leniter pungit eos animi dolor,Cic.3.Tuſcul.
Leniter aut minaciter tentare.Plaut.Sticho,2.
Leniter illuſtrans nox.Plinius lib.2.cap.18.
Manipulatim leniter componitur amomum. Plinius libro 12. capite 13.

Lenè,Aduerbium {ἀβρῶς} Idem.Martialis,

Tepida natabis lene Congedi vada.

Aitra aſpirans lenius.Catull.ad Mallium.epigr 65.

Lenitas, pen.corr.lenitatis {πρᾳότης} Suauitas. Plin.lib.26.cap.8 , Differentia intelligitur lenitate guſtus.

¶Lenitas, Manſuetudo,Facilitas,modeſtia. Cic.in Partit. Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animaduertendi.

Inepta lenitas patris, Vide INEPTVS.
Dare ſe ad lenitatem.Cic.Fam.13.
Deducere de lenitate.Cic.in Catil.
Reuocare ad lenitatem.Cic.1.de Orat.

Lenitudo,penult.product.lenitudinis,ſeu gen {πραότης} Clementia, ſuauitas. Cic.5.Tuſcul.Lenitudo orationis,mollitudo corporis. Idé 6.Verr. Nimia in iſtum non lenitudine , ſed etiam liberalitate oppugnarer.

Lenimen,penult.prod.leniminis , neutr.gen. {κήλημα.} Ouid.11.Metamorphoſeos, -addidit illis
Hoc quoque lenimen,quo ſolo flexit amantem.

Lenimentum {κήλημα} Idem,Quod aliquid lenit & dulcorat. Plin.lib.25. cap.5,Nuper inuenere diſſectis raphanis inſerere elleborū,rurſúſque comprimere raphanos,vt tranſeat vis,argue eo lenimento dare.

Lenio,lenis,leniui & lenij,lenitum,pen.prod. {κατᾰπῐ́θημῐ, πραΰνω} lenire, Polire,læuigare. Colum.lib.5. cap.11, Quum deinde truncum recideris,acuto ferramento plagam lenito. Sic legit Calepinus. exemplaria autem quotquot vidimus,leuato legunt,vt & paulo póſt.

¶Lenire,Placare, mitigare , flectere. Saluſt. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda,quàm exagitanda videbatur.

¶Lenire,Imminuere,leuare,adiuuare.Terent.Heaut.1.1,
-pro ſe quiſque ſedulò
Faciebat,quò illam mihi lenirent miſeriam.

Leniturꝙ ægritudo.Cic.3. Tuſcul.
Lenire animos concordia.Cic.1.de Finib.
Animum dictis.Virg.6.Æneid.
Clamorem.Horat.1.Carm.ode 27.
Curas ſomno.Virg.4.Æneid.
Deſiderium,Conſolari.Cic.Trebonio.lib.15,Tu tum profectionem, amore proſequar,reditum ſpe expectem: abſentem memoria colam, omne deſiderium literis mittendis,accipiendíſque leniam.
Dolentem lenire ſolando.Virg.4.Æneid.
Dolorem leniuit morte.Silius lib.17.
Dolores lenire requie.Ouid.13.Metam.
Moras lenire.Ouid.epiſt.18.
Noctem lenire.Propert.lib.4.eleg 9.
Numina leniri poſſunt.Ouid.3.Triſt.eleg.5.
Pauorem hoſpitij leniuit.Silius lib.8.
Remedia aſpera molli manu & leui lenire.Quintil.lib.2.cap 13.
Panis leniet ſtomachum.Horat.2.Serm.ſaty.2.
Superos lenire rogando.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Tempeſtates.Plin.lib.18.cap.29.
Tempus lenit odium.Ouid.in Ibin.
Tigres & leones lenire.Horat.de Arte.
Timorem lenire.Virg.1.Æneid.

¶Lenibo etiam facit in futuro.Propert.lib.3.eleg.21,
Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

Leno, lenonis {μαστροπὸς, προαγωγὸς} Communis generis, quanuis habeat fœmininum lena , vt ait Priſcianus. quo nomine ſignificatur is qui ſcortorum productor eſt, etiam inuitarum perſonarum,qui legibus vindicatur. Dictus vel ab illiciendo,quòd adoleſcentulos alliciat : vel à leniendo , quòd leniendo animos adoleſcentum corrumpat. Terent.Adelph.2.1,

Leno ego ſum,fateor,pernicies communis adoleſcentium,
Periurus,peſtis,&c.
Auarus leno.Ouid.1.Amor.eleg.10.
Leno inſidioſus.Horat.2.epiſt.1.

Lena, lenæ {μαστροπὸς.} Lenas appellat Vlpianus De ritu nupt.I.Palàm, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt,Lenam accipimus & eam quę alterius nomine hoc vitæ genus exercent: ſiqua cauponam exercens in ea quæſtuaria corpora habet (vt multæ aſſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponarij proſtituras mulieres habere) dicendum, hanc quoque lenæ appellatione contineri.Vide LENO.

Lenullus,lenulli, penult.prod. Diminutiuum {μαστρόπιον} Parnus leno. Plaut.Pœnulo,Ita vt occæpi dicere lenulle,de illa pugna,&c.

Lenunculus,lenunculi,penult.corr. {μαστροπάριον} Aliud diminutiuum. Plautus Pœnulo,19,Sic deriſorem ære militari tetigero lenunculum.

¶Lenunculus.Nauigium piſcatorium.Saluſt.lib.1.Hiſt.Indicit ſortè per noctem lenunculo piſcandũ. Cæſar 2.bel. Ciuil.Horum fuga nauium onerariarum magiſtros incitabat. Pauci lenunculi ad oſtium imperiúmque conueniebant.

Lenonius, Adiectiuum {μαστρόπιος} Quod ad lenonem pertinet. Plaut. Rud.3i, -ne vt leno poſtules.
Te hic fide lenonia vti: non potes,ſeruanda eſt fides. Idem. Aſin.5, Portitorum ſimillumæ ſunt ianuæ lenoniæ.

Lenocinij, lenocinij {μαστροπία.} Vlpian.in I.Palàm.ff.De ritu nupt.Lenocinium facere non minus eſt , quàm corporis quæſtum exercere. Cicer.5. Verr. Pudorem & pudicitiam qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam , domeſticum lenocinium videre? Vlpian. De ijs qui notant.infam. L. Athletas, Lenocinium facit qui quæſtuaria mancipia habuerit:ſed & qui in libris hunc quæſtum exercet.

¶Lenocinium,Exquiſitior elegantia. Sueton. in Auguſto , Omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriоſus. Cic.2.de Nat. deor. Perſpicuum eſt enim quò compoſitiones vnguentorum , quò ciborum conditiones,quò corporum lenocinia proceſſerint.

¶Lenocinium, Delinimẽtum,allectamentum,illecebra,blanda aſſimulatio.Cic.pro Seſt.Et ſe vitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderũt. Quintil.lib.4.cap.2,Caret enim cæteris lenociniis expoſitio:& niſi commendetur hac venuſtate,iacear neceſſe eſt.

Lenocinor,pen.corr. lenocinaris {μαστροπεύω, προαγωγεύω} lenocinari,

Lenocinium

Lenocinium facere.

¶Lenocinari,per tranſlationem,pro Blandiri. ſiue Allicere,quemadmodum lenones facere ſolent. Cic.1. Verr. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur,minus aliquanto contendet quàm poteſt. Budæus.

¶Lenocinari, Gratiam conciliare. Plin.lib.2.epiſt.9,Poteſt tamen fieri,vt quàquam in his difficultatibus,libro iſti nouitas lenocinetur. Id eſt gratiam concilier.Quintil.lib.5.cap.2. Budæus.

Lenobates,pen.corr.Vuæ calcator.

Lens,lendis,fœm.gen. {κόνις} Alædo deductum verbum , Eſt capitis animalculum , quod deinde in pediculum conuertitur. Plin. lib. 28. cap.11 , Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib.29. cap.6.

Lens,lentis,fœm.gen. {φακὸς} Genus leguminis : à lenis nomen factũ, quòd qui ea veſcuntur,leues ac moderati fiunt.Plin.lib.15.cap.12,Inuenio apud veteres authores æquanimitatem ſieri veſcentibus lente. Virg.1.Georgicorum,

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

¶Lentim , pro lentem,frequens apud Catonem , vt cap.35,Lentim in rudeto & rubricoſo loco,qui herboſus non ſiet,ſerito.

¶Lens,maſculinũ apud antiquos,teſte Nonio, illud Titinnij antiqui authoris citante,Lenti calido,helluellæ,rumici.

Lenticula,lenticulæ , pen. corr. Diminutiuum {φάκιον.} Vtitur Plinius lib.25.cap.11,Folia ſunt lenticulæ ſimilia. Idem lib.18.cap.12.

¶Lenticula , pro legumine ſimilis quidem lenti eſt , ſed diuerſa. Quòd ſi Theodoro Gazæ credimus,phacen Græci vocant. Nam lentem,non phacen,ſed phacon dicunt.Hermolaus.

¶Lenticula quoque à Plinio & cæteris vocatur lens cocta. de qua prouerbium illud fertur, τὸ ἐν τῷ φακῇ μέτρον , hoc eſt vnguentum in lenticula, cuius meminit in Epiſtolis ad Atticum Cicero in mẽtione Lẽtuli,& M Varro,& Gellius, Athenęus quoque in Cœnis.Ex Hermolao. Tradit Ruellius lib.2.cap.40, hoc prouerbiũ in eos iactari ſolitum , qui nullo rerum diſcrimine quas agunt aut dicunt , pari nixu cuncta moliuntur:quos,vt apud Senecam & Gellium, infrunitos appellamus,Græcè cacozelos & apirocalos.

¶Lenticulæ , Maculæ in corpore ſunt quæ lentigines dici ſolent. Celſus lib.6.cap.5, Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

¶Lenticula, Vaſis genus eſt : à figura lentis dictum , vt ait Plinius, cuius etiam meminit Celſus. videturque id eſſe quod diſcos appellatur Dioſcoridi. Vnde & Lenticularis forma L. Apuleio in Floridis. Hæc Hermolaus.Quidam hoc nomen à liniendo deducunt, aiuntq; eſſe vas olearium,ex quo reges & ſacerdotes liniebantur.

¶Lenticula.Plinius lib.37.cap.12 , Nunc communiter ad omnium gemmarum obſeruationem pertinentia dicemus , opiniones ſecuti authorum. Cauæ aut extuberantes,viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maximè probatur , deinde quæ vocatur lenticula, poſtea clypeidos & rotunda,angulóſis minima gratia.

Lentè, Lenteſco, Vide LENTVS.

Lentigo,pen.prod.lentiginis, f.g. {φακὸς} Macula ſubrufa , & interdum in facie ad lentis ſimilitudinem.Plin.lib.20.cap.20,de artriplice, Nec niſi mutata ſæpe aqua coquendum , ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20.cap.6, Lepras , lichenas, lentigines exulcerat.

Lentiſcus,lentiſci,f.g. {σχῖνος} Arbor , quæ maſtichen gummi modo ſudat,& eſt trifera.Columella lib.5.cap.10, In imum ſcrobem lentiſci taleam inuerſo cacumine demittito. Martial.lib 6, Foditque tonſis ora laxa lentiſcis. Cic.de Diuinat.Ex antiquo poeta,

Iam verò ſemper viridis,ſempérque grauata
Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu:
Ter fruges fundens,tria tempora monſtrat arandi.

Lentiſcum dictam putauerim , quòd liquore quodam lenteſcat: nam & reſinam vbique ſudat. Lentiſci fructum Hippocrates ſchinida,& arborem ſchinon nominauit. Ruellius libro 1.cap.20.

Lentiſcum mandit. Adagium eſt , vt ait Hermolaus,aduerſus eos qui nimio ſe comendi ſtudio ſuperfluunt , quaſi dentibus exterendis & fricandis tantum incubent præ deſidia.Nam ex lentiſco dentiſcalpium,vel poeta Martialis commendat hoc diſticho libro 14,

Lentiſcum melius:ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit,dentes pinna leuare poteſt. Quo in loco lentiſcum generis eſt neutri,quia pro arboris ligno ſumitur.

Lentiſcinus,pen. corr. Adiectiuum {σχῖνος} Ex lentiſco factum. Plin. lib.23.cap.2,Tunc addito lentiſcino oleo.

Lentiſciferus, pen. corr. Adiectiuum {σχινοφόρος} Ferens lentiſcos : vt Linternum lentiſciferum.Ouid.15.Metam.

Lentitia,Lentitudo,Lento,lentas,Lentor,lentoris,Lentulus, Adiectiuum.Vide LENTVS.

LENTVLVS, cognomen fuit Corneliorum , inde illis inditum quòd lentem optimè ſererent. Id quod Plin.tradit lib.18.cap.3: Cognomina etiam,inquit, prima inde : Pilumni,qui pilum piſtrinis inuenerat. Piſones,à piſendo. Iam Fabiorum,Lentulorum , Ciceronum,vt quiſque aliquod optimè genus ſereret. Hinc denominatiuum

Lentulitas,pen.corr. {λεντλότης.} Cicero ad Appium,lib.3,Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus , quàm ornamenta virtutis exiſtimas?Vide Appietas , in APPIVS.

Lentus , Adiectiuum {γλίσχρος, ἡμμαλὸς} Tener & flexibilis. Plaut. Aſinar.11.

Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Virg.5.ecloga,
Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.
Brachia lenta.Horat.Epod.15.
Haſtile lentum.Ouid.epiſt.4.
Radix lenta.Ouid.11.Metam.
Rami lenti.Virg.4.Georg.

¶Lenta vincula eſcaria,Id eſt tenacia.Plaut.Menæch.3.

¶Lentum , pro facili Lucilius , quod ſanè quàm rarum eſt,poſuit, credo quòd quæ lenta ſunt , vt vimina , ea etiam ad opus facilitatem habent.

Lentus in frangendo calamus.Plin.lib.12.cap.22.

¶Lentus,Facilis. Lucilius Satyrarum lib. 11 , Lucius Cotta ſenex Craſſi pater huius Paceni Magnus trico fuit nũmarius,ſoluere nulli Lentus.Nonius.

¶Lentus {βραδὺς} Tardus.Cic.de Rep.lib.5, Marcellus vt tacereo pugnax maximus,& conſyderatus & lentus. Valerius Max. lib.1.cap. 2, Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira , tarditatémque ſupplicij grauitate cõpenſat. Quintil.lib 9.cap.4,Particulæ graues, acres,lentæ,celeres,remiſſæ.

Lentus cœpti terra cunctaris Ibera.Silius lib.3:
In ira lentus.Ouid.epiſt.16.
Cupido lentus.Horat.4.Carm.ode 13.
Ignibus lentis macerari.Horat.1.Carm.ode 13.
Ira lenta.Ouid.epiſt.3.
Lenta mora.Martial.lib.1.
Paſſibus lentis peragere iter.Ouid.5.Triſt.eleg.11.
Lentior pugna.Liu.10.bel.Pun.
Spes lenta.Ouid.epiſt.2.

¶Lentus,Securus & otioſus.Virg.1.ecloga,

Nos patriam fugimus,tu Tityre lentus in vmbra Formoſam,&c.

Lentus ſpatiare ſub vmbra.Ouid.1.de Arte.

¶Lentus,Frigidus.Virg.1.Georg. -noctis lentus nõ deficit humor.
Tellus lenta gelu.Propert.lib.4.eleg.3.

¶Lentus color.Plin. lib. 12. cap. 25, Color in quacunque natione præferturrufus,& pinguiter lentus.

Lentus ignis è palmis:Hoc eſt,diu durans.Plin.lib.13.cap.4.
Lentus tepor,Remiſſus.Plin.lib.12.cap.19.
Carbonibus lentis vrere aliquem.Ouid.3.Triſt.eleg.11.
Amor lentus me torret.Horat.3.Carm.ode 19.
Lenta viuacitas,Tenax & longa.Plin.lib.8.cap.27.
Virgis ſalicis lentior. Ouid.13.Metam.

Lentulus,pen.corr.Adiectiuum diminutiuum. Cic. ad Attic.lib.10, An exiſtimas illum in iſto genere lentulũ aut reſtrictũ ? nemo eſt minus.

Lentè, Aduerb. {βραδέως} Tardè & cunctanter. Plin.lib.1. epiſt. 13, Actum quoque lentè,cunctantérque veniunt.

Aſellus lentè gradiens.Ouid.11.Metam.

Lentè ferre,Patienter ferre.Cicer.2. de Orat.Neque facile eſt perficere,vt iracſcatur ei,cui tu velis iudex,ſi tu ipſe id lentè ferre videare.Id eſt,leniter & ſine ira.

Lentè ferre iniurias,Leniter & placidè.Cic.in Hortenſio,Qui quẽ publicas iniurias lentè tuliſſet,ſuam non tulit.

Lentè agere: Hoc eſt remiſſè,& ſegniter.Liu.1.ab Vrbe.

Lentè ac faſtidioſè probare aliquẽ. Cic.ad Attic.lib.2,Quem tibi ego non eſſem auſus mittere,niſi eũ lentè ac faſtidioſè probauiſſem.

Lentiſſimè mandere.Colum.lib.2.cap.15.

Lentius diſputare.Cic.in Paradox.Sed hæc videri poſſunt obſcuriora,quum lentius diſputantur.

Lentè naſci,hoc eſt Tardè.Plin.lib.12.cap.14.

Lentitia, lentitiæ {κυμῶδες} Flexibilitas & mollitia. Plin.lib.18.cap. 37, Aliæ virgas ſequacis ad vincturas lentitiæ.

Lentitia pituitæ.Plin.lib.20.cap.7. Vulgus *viſcoſitatem* vocat.

Lentitudo, penult.prod. lentitudinis {βραδυτὴς} Tarditas. Cic. ad Qu. frat.lib.1, Nam illud non ſolùm eſt grauitatis , ſed nonnunquam etiã lentitudinis.Idem 4.Tuſc. Eámque quam lenitatem nos dicimus,vitioſo lentitudinis nomine appellant.

Lentitudo exitus,vel mortis.Tacit.lib.6. Idem lib.15.

Lentor,lentoris, maſc. gen. {μαλακότης} Humor tenax & glutinoſus, inquit Budæus.Plin.lib.9.cap.51.de piſcium generatione, Quæ durioris teſtæ ſunt , vt murices,purpuræ,ſaliuario ſentore. Columel.lib.5. cap.6, Vt aliquem tamen ſuecum & lentorem habeat , initiciemus areis. Plin.lib.13.cap.5, Fert & folliculos emittentes quædam animalia ſeu culices,lentorémque reſinoſum.

Lento,lentas {κάμπτω} lentãre.Virg.3.Æneidos,

Antè & Trinacria,lentandus remus in vnda. Seruius,Lentandus:aut lentè tibi nauigandum eſt.Nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus.vnde Lentum vimen dicimus,id eſt flexibile.

Arcus lentare.Stat.1.Achil.hoc eſt flectere.

Lenteo.lentes,lentui,lentére,Eſſe lentum,molle ac tenerum. Lucilius, Lentet opus,dixit.

Lenteſco, lenteſcis {μαλακαίνομαι} lentéſcere, Lentum, ſeu tenerum ac molle fieri,vel glutinoſum & tenax.Virgil.2.Georg.Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Seruius,Lẽteſcit,cohæret. Col. lib.11.cap.2,Quæ ſi natura minus lenta eſt,ante dies quindecim præcidẽda,& purgata in ſtercore obtũdẽda eſt vt lẽteſcat. Idẽ lib.12.cap.11.

Lenteſcere dente.Plin.lib.12.cap.16.
Curæ lenteſcunt tempore.Ouid.2.de Arte.

Lenulus,Lenunculus,Vide LENO.

Leo,les,leui {ἀλείφω} lere. Nunc in vſu non eſt. Compoſita autem eius vſurpantur:Vt Deleo,Releo.

Leui,præteritum.Horat.1.Carm.ode 20, Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui. Vbi Porphyrio,leuiſſe ſe gypſo vtique vult intelligi.Huic contrarium eſt Terentianum illud , Releui dolia atque omnes ſerias:quod ſignificat,aperui & quaſi regypſaui.

LEO Byzantius auditor Platonis,ſophiſta nobilis, Philippo contra Byzantion venienti occurrens,Dic age,inquit, Philippe , quæ te cauſa trahit oppugnatum noſtra mœnia? At ille, Amor,inquit, tuæ patriæ, qua vti potiar, veni. Leo excipiens reſpondit, Atqui inſtrumento muſico,non bellico amantibus opus eſt. Hæc ex Philoſtrato. Suidas verò de eodem ait , quòd Philippus quum Leonem in expugnatione Byzantij præter cęteros aduerſantem haberet,epiſtolas ad Byzantios ſcripſit calumniæ plenas , vt ſi voluiſſet tantum dare pecuniæ Leoni quantum petebat, iandudum vrbe fuiſſet potitus. ciues hoc accepto domum eius circunſtetere : ille ſibi metuens laqueo vitam ſiniuit. Hæc Suidas.

Leo,leonis.maſc.gen. {λέων, λὶς} Notum animal.Vide Plinium lib.8. cap.16.Huius fœmina dicitur leæna.

Genus acre leonum. Ouid. 4. Fast.
Triſte leonum ſeminium. Lucret. lib. 3.
Vis violenta leonum. Lucret. lib. 3.
Aſper leo. Horat. 3. Carm. ode 2.
Auidus, Ouid. epiſt. 9.
Cæſius, Catull. de Acme, 42.
Flauus, Horat. Epod. 16.
Frendens. Silius lib. 10.
Fuluus leo, Virg. 2. Æneid.
Hirſutus. Ouid, epiſt. 9.
Horridus. Senec. Herc. Oeth. 12.
Innoxius, Vide INNOXIVS.
Inſanus. Horat. 1. Carm. ode 16.
Iracundus. Ouid. 15. Metam.
Iubatus. Senec. Thyeſte, 8. Vide IVBA.
Magnanimus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5.
Magnus. Virg. eclog. 4.
Rapidus. Horat. de Arte.
Rigidus leo. Martial. lib. 10. epig. 65. in Carmenionem.
Sæuus. Lucret. lib. 3.
Sanguineus. Valer. 3. Argonaut.
Toruus. Claud. 2. in Eutrop.
Trux. Valer. 8. Argonant.
Validus. Lucret. lib. 5.
Violentus. Ouidius 2. Metam.
¶Leo marinus, ex cancrorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.
¶Leo, Signum cæleſte. Plin. lib. 17. cap. 24.
Stella veſani leonis. Horat. 3. Carm. ode 29.
Æſtiuus leo. Claud. 1. in Ruff.

Leoninus, pen. prod. Adiect. {λεόντειος} Quod ad leonem pertinet: vt
Adeps leoninus. Plin. lib. 24. cap. 17. Et Leonina ſpecies, Varro 2. de Re ruſt. cap. 9.

LEOCHARES, pen. corr. Sculptor eximius, qui authore Plin. lib. 36. cap. 5, vnus fuit eorum qui cælauere Mauſoleum.

LEONIDES, pen. corr. Nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduerſus Xerxem penè incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat, Pergite animo forti, hodie apud inferos fortè cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, quum illas anguſtias cuſtodiret. ¶Fuit & alius Leonides, Alexandri pædagogus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Leontice, leontices, pen. corr. f. g. Herba. Plin. lib. 25. cap. 11, Cacalia, ſiue leontice vocatur: ſemen margaritis minutis ſimile, dependens inter folia grandia, in montibus ferè. Hæc (inquit Ruell. lib. 2. cap. 141) officinis dicitur *catni agreſte*.

Leontios, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 11, Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ, leontios, pardalios.

Leontopetalon, pen. corr. {λεοντοπέταλον} Herbæ genus, pedi leonis folia ſimilia habentis, quam eandem eſſe cum cõſiligine Plinij nonnulli putant ex deſcriptione Dioſcoridis. Plin. lib. 27. cap. 11, Leontopetalon, alij rhapeion vocant, folio braſſicæ, caule ſemipedali, alæ multæ, ſemen in cacumine in ſiliquis ciceris modo, radix rapo ſimilis, grandis, nigra.

Leontophonon, pen. corr. {λεοντοφόνον} Exiguus vermis eſſe dicitur, nec alibi naſcens quàm vbi leo gignitur: quo guſtato ſtatim expirat leo. Plin. lib. 8. cap. 38.

Leontopodion. {λεοντοπόδιον.} Plinius libro 26. cap. 8, Herba hæc amatoria eſt, quam ferè eandem eſſe cum camo refert Barbarus in Dioſcoridem. Vide Ruell. lib. 3. cap. 130.

Leopardus, leopardi {λεοπάρδαλις} Animal ex leone & panthera natum, vel ex pardo & lœna: nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus, & iubis caret. Vide Plinium libro 8. cap. 16.

LEOSTHENES, pen. corr. Nomen viri, qui quum ſponſus eſſet, & Lamiacum bellum concitaſſet, interfectus eſt. Ob cuius amorem ſponſa, Demotionis Areopagitarum principis filia, ſe interfecit, ſicut Hieronymus contra Iouinianum teſtatur. Suidas ait bello contra Macedones lapide percuſſum in caput improuiſè, in prælio cecidiſſe.

LEPADVSA, ſiue Lopaduſa, pen. prod. Inſula Siciliæ, à patellis oſtreorum genere dicta, quaſi patellaria.

Lepidium, lepidij, n. g. {λεπιδίον, ἰβηρὶς,} Herba. Colum. lib. 12. cap. 8, Sunt qui ſatiui vel etiam ſylueſtris lepidij herbam quum collegerũt, in vmbra ſiccent. Plin. lib. 19. cap. 8, Peregrinum fuit & lepidium, Seritur à Fauonio. Dein quum fruticauit, iuxta terram præciditur. Tũc runcatur, ſtercoratúrque. Hæc herba hodie in Italia non reperitur, vt ait Matthiolus.

Lepidotes, lepidotis, pen. prod. f. g. Gemma quæ ſquamas piſcium imitatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lepidus, pen. corr. Adiectiuũ {χαρίεις} In quo lepõris eſt plurimum, inquit Donatus. & tam de hominibus, quàm de oratione & aliis dicitur rebus. Plaut. Milit. 10,
At quidem illuc ætatis qui ſit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res. Terent. Eunuch. 3. 3, O capitulum lepidiſſimum.
Nimium lepidus, Vide poſt NIMIS.
Cantio lepida & ſuauis. Plaut. Sticho, 15.
Cardo lepidus. Plaut. Curcul. 2.
Cauſa lepida. Plaut. Trinum. 11.
Coniux lepidiſſima. Catull. de Gallo, epigr. 73.
Dictum lepidum. Horat. de Arte.
Dies lepidus. Plaut. Aul. 2. 8.
Facinus lepidum. Plaut. Pœn. 14.
Fama lepida. Plaut. Trinum. 6.
Forma lepida & liberalis. Plaut. Epid. 2.
Libellus lepidus. Catull. ad Cornelium epigr. 1.
Literæ lepidæ. Plaut. Pſeudolo, 3.
Locus lepidus. Plaut. Bacchid. 1.
Mores lepidi. Plaut. Moſtel. 4.
Nuntium lepidum. Plaut. Sticho 5.

Lepidi & delicati pueri. Cic. 2. in Catil.
Tabellis lepidis, lepida conſcriptis manu. Plaut. Pſeud 3.
Verſus lepidi. Catul. ad Flauium, epigr. 6.
Vnguentum lepidum. Plaut. Caſin. 6.
Lepida memoratu. Plaut. Bacch. 1.
Lepida & concinna, cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum: ampla & pulchra diu placere poſſunt. Author ad Heren. lib. 4.
Lepidus, Politus, inquit Donatus, vt *terſa* lamina.
Lepidum, pro Lepidè. Plaut. Pœn. 14, Lepidum eloquere.

Lepidè, penult. corr. Aduerbium {χαριέντως} Cum gratia. Cicero ad Atticum, lib. 2, Nunc ſit lepidè illa *Tiryon* radiorum.
Lepidè hercle adiuuas: Hoc eſt, eleganter & ad tempus. Plaut. Perſa, 14.
Lepidè efficiam mea hera officium. Plaut. Truc. 16.
Ego hoc effectum lepidè tibi tradam, tace. Plaut. Curc. 3.
Lepidè intelligere. Plaut. Truc. 14.
Lepidè ſtratus lectus. Plaut. Pœn. 9.
Lepidè hercle animum tentaui tuum. Plaut. Aulul. 3.
Lepidè memoras. Plaut. Bacchid. 1.
Lepidè volo molliculas eſcas. Plaut. Caſin. 11.
Vin' tu lepidè facere? IVV. loquere. Plaut. Milit.
Lepidè referre gratiam. Plaut. Trucul. 4.

Lepidulè, pen. corr. Aduerbium diminutiuum. Plaut. Pſeud. 7, Fam circunducãm lepidulè.

Lepis, huius lepidis, pen. corr. fœm. gen. Squama æris. Scribon. Largus.

Lepiſtæ, Vaſa quædam antiquis vſitata. Varr. de Vit. pop. Rom. lib. 1, Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles ſunt aut æneæ. Ex Nonio.

LEPONTII, Germaniæ populi, Alpium Rheticarum (montem ſancti Gotthardi vocant) incolæ, apud quos oritur Rhenus fluuius, vt teſtatur Cæſar bel. Gall. lib. 4. Plin. lib. 3. cap. 20, Lepontios ac Salaſſos Tauriſcæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præuſtis intra ſinus Alpium niue membris. Hactenus ille. Leponti quidem Rhetos habent ab Ortu, Inſubres ad Meridiem, Salaſſios Sedunóſque ad Occaſum, Heluetios ad Septentrionem. De his longè plura Glareanus in Cæſarem.

Lepor, lepŏris, pen. prod. maſc. gen. {χάριτος, χαριεντισμὸς} Quod & Lepos, lepõris dicitur, quemadmodum honos. Eſt venuſtas, & voluptas cuiuſdam amœnitas, quæ potiſſimum verbis fit. Plautus Caſina, 6, Nec pote quiequam commemorari quod plus ſalis.
Pluſque lepõris habeat hodie. Plinius lib. 17. cap. 1, Craſſus faceto lepõre lolers.
Lepos quidam, facetiæque, & eruditio libero digna. Cicero 1. de Oratore.
Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non ſcurrilis lepos. Cicero de Claris Orat.
Sermonis lepor. Cic. pro Flac.
Lepor dicendi admirabilis: Hoc eſt ornatus, concinnitas, elegantia. Cic. 4. Academ. Cuius primò non admodum probata ratio (quanquam floruit acumine ingenij, tum admirabili quodam lepore dicendi) proximè, &c.
Non infaceto lepore, Vide INFACETVS.
Diſertus leporum ac facetiarum. Catull. in Aſinium, epigr. 12.
Magnus in iocando lepos erat in homine. Cic. 1. de Orat.
¶Lepore ac venuſtate affluens. Cic. 7. Ver.
Leporem quendam & ſalem eſt conſecutus. Cic. 2. de Orat.
Nitidus & leuis lepor. Lucret. lib. 5.
Vario diſtincta lepore omnia. Lucret. lib. 5.
Æternum dare leporem dictis. Lucret. lib. 1.
Verborum lepores illigantur in eo genere, Vide ILLIGO.
Perfuſa lepore omnia corrident. Lucret. lib. 4.
Medio de fonte leporum ſurgit amari aliquid. Lucret. lib. 4.

Leporarium, Leporinus, Vide LEPVS.

Lepra, lepræ {λέπρα} Morbus qui alio nomine dicitur elephantia, ſiue elephantiaſis. Et duplex eſt: Vna quæ incurabilis eſt, quam malam ſcabiem Horatius in Arte poet. nominat. Alia quæ poteſt curari. Plin. lib. 24, Lactyma vitium veluti gemma, lepras & lichenas & pſoras nitro antè præparatas ſanat.

LEPRIVM, Plinio, oppidum in Achaia prope Alpheum amnem. Dictum à lepra qua curabãtur ibi, quodam ſe flumine mergentes. Hinc Lepriaræ, populi. ¶Eſt & aliud Leprium in Arcadia, vt teſtis eſt Cic. lib. 6. ad Attic. Vetus tamen exemplar hîc legit Lepreum.

LEPTENACRA, pen. corr. Promontorium gracile. Solinus, A promontorio Indiæ, quod alij Leptenacram, alij Drepanum vocitauerunt. Vide ſuprà in DREPANVM.

LEPTIS {λέπτις} Africæ minoris, quæ Zeugitana ptouincia dicitur, duarũ vrbium nomen eſt. Eſt enim Leptis duplex: Minor, quæ Sarrana cognominatur à Sarranis Phœniciæ. Silius lib. 3, Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranáque Leptis. Saluſtius, Duæ ſunt Syrtes, inter quas Leptis vnde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem ſita iuxta Oeam oppidum, Magnæ cognomen habet: illam Neapolim dici exiſtimant. Hæc Vadianus Melæ enarrator.

Lepus, leporis, pen. corr. m. g. {λαγὼς, λαγὼς, πτὼξ} Animal vulgo notum: Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 12, Lucius Ælius putabat ab eo dictũ leporem à celeritudine, quòd leuipes eſſet. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd eum Æoles Bœotij λέπορον appellabant. Plautus Capt. 4, I modo, venare leporem, nunc ĩtym tenes. Vide Gellium lib. 1. cap. 18.
Auriti lepores. Virg. 1. Georg.
Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Horat. 2. Serm. ſaty. 4.
Exagitatus lepus. Ouid. 3. de Arte.
Pauidum captare leporem. Horat. epod. 2.
Proni lepores. Ouid. 1. de Remed. amor.
Sollicitus lepus, Timidus. Ouid. 5. Fast.

Venari

Venari leporem canibus. Virg. 3. Georg.
Lepus à poſteriore parte, hoc eſt à lumbis & clunibus pulpamentum de ſe præbet, eáque corporis parte lautiſſimus eſt. Horat. 2. Serm. ſaty. 4, Fœcundi leporis ſapiẽs ſectabitur armos. Terent. Eun. 3. 1, Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Quod in te habes, hoc quæris in altero. Et eſt *πρῶτος ἀλληγορία*. Vide Donat. in Eunuch.
¶Lepus, Piſcis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Lepuſculus, pen. corr. Diminut. {λαγώιδιον.} Cic. 6. Verr. Si minus einſmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Sic. 1. de Nat. deor. Var. 3. de Re ruſt. cap. 3. Et Colum. in Præfat. lib. 9.

Leporinus, pen. prod. Adiectiuum {λαγῶος} Quod ex lepore eſt: vt Leporinus ciuis. Plin. lib. 28. cap. 11.
Leporinum lac. Varro 2. de Re ruſt. cap. 11.
Lana leporina. Vlpian. in l. Si cui lana. §. lana legata ff. de legat. 3.

Leporarium, leporarij {λαγωτροφεῖον.} Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 3, Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia quæ paſcuntur. Ibidem cap. 12. Vide Gellium lib. 2. cap. 20.

LERNE, vel Lerna {λέρνη} Argiui & Mycenæi agri locus eſt, ſuper quẽ fuit Argos oppidum. Vnde

Lernæus, Adiect. {λερναῖος.} vt Palus Lernæa, vbi fuit hydra quinquaginta capitum, ab Hercule interfecta. Sunt qui ſcribant, Lernam regiunculam eſſe Arcadiæ, à Lerno rege cognominatam.
Peſtis Lernæa. Lucret. lib. 5.
Venena Lernæa. Ouid. epiſt. 9.

Lerniferus, pen. corr. Adiectiuum {λερνηφόρος.} vt Venenum Lerniferum. Ouid. epiſt. 9.

LEROS, Inſula eſt in Icario mari, Straboni lib. 4.

LERTOSA, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hiſpaniæ vrbs: Straboni Dertoſa: Hodie *Tortoſa* dicitur.
Lepos quidam, facetiæque, & eruditio libero digna. Cicero 1. de Oratore 10.

LESBOS {λέσβος} Inſula in Ægæo, Æolicarum vrbium metropolis, & vniuerſæ Troadis imperium obtinuit. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylene, & ab ea nunc inſula vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore ſita. Fuit & Ereſſos & Antiſſa cum portu, & Methimna.

Leſbius, penult. corr. Adiect. {λέσβιος} & Leſbous, pen. prod. Horat. 1. Carm. ode 1, Leſboum refugit tendere barbiton.
Plectrum Leſbium. Horat. 1. Carm. ode 26.
Vina Leſbia. Horat. Epod. 9.

Leſbis, huius Leſbidis, pen. corr. {λεσβὶς} Patronymicum, f. g. à loco.
Ouid. epiſt. 3. -forma præſtante puellæ
Leſbides, cuerſa, &c. Idem epiſt 21,
Leſbides æquoreæ nupturæ, nuptáque proles:
Leſbides Æolia nomina dicta lyra.

Leſſus, huius leſſus {ὀλοφυρμὸς} Lugubris eiulatio, eſtque vox fictitia per onomatopœiam. Plaut. Truc. 2. 6, Theris quoque etiam lamentando leſſum fecit filio. Cic. 2. de Legib. Mulier genas ne carpito, néue leſſum funeris ergò habeto. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi. Leſſum autem habere, ea dicitur forma, qua ferias habere, habere comitia: vt quum hera tori familiæ lamentationem imperat.

LESTORVM, ſiue Piratarum regio, in India, authore Ptolemæo lib. 7. cap. 2. Hodie regnũ Pego dicitur. Huius incolæ ſylueſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare. Ferũt in ea eſſe cornuos albos, & pſittacos.

LESTRYGONES, pen. corr. {λαιστρυγόνες} Populi in extremo Italiæ, quos Vlyſſes apud Alcinoum narrat humana carne veſci, vt Cyclopas. Et Homerus ſcribit Leſtrygones, ſocios Vlyſſis verubus tranſfixos, atque igni aſſos comeditſe. Plin. lib. 3. cap. 5, Caieta portus, oppidum Formiæ, Formiæ dictum, vt exiſtimarũt, antiqua Leſtrygonum ſedes. Verùm ita appellati fuere, quia latrones erant in eo ſinu, *ἀπὸ τῆς λαιστρείας*, quod eſt latrocinĩ. Horum rex Amiphates fuiſſe ſcribitur. Græci per æ diphthongon ſcribunt in prima.
Incultos adiit Leſtrygonas. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam.

Leſtrygonius, Adiectiuum {λαιστρυγόνιος.} vt Amphora Leſtrygonia. Horatius 3. Carm. ode 16.
Rupes Leſtrygoniæ. Silius lib. 7.

Lethalis, Lethaliter, Vide LETHVM.

Lethargus, lethargi, m. g {λήθαργος} Eſt marcor & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, inquit Celſus lib. 3. cap. 20. cum alienatione mentis. Sipontinus, Lethargus morbus eſt quem Latini torporẽ appellant. Dicitur autem lethargus, vt quidam putant, *ἀπὸ τῆς λήθης*, hoc eſt ab obliuione. nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum: à pituita humidiore frigidióreque poſteriores ventriculos cerebri occupãte, in quibus eſt memoria. Plin. lib. 20. cap. 12, Præterea inſaniã facere, & lethargos & iocineris vitia.
Vndæ nigræ lethargi. Lucretius lib. 3, Adde quòd in nigras lethargi immergitur vndas. Id eſt obliuiones ſimiles iis quas facere dicitur aqua lethæa.
Grauis lethargus. Lucret. lib. 3.
Grandi lethargo oppreſſus. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.
Preſſus graui lethargo. Quinril. lib. 4. cap. 2.

Lethargia, Idem {λήθαργια.} Plin. lib. 24. cap. 9, Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phreneſi.

Lethargicus, pen. corr. {ληθαργικὸς} Qui lethargia laborat. Plin. lib. 20. cap. 4, Hydropicis quoque ex aceto aut ſinapi ſumpti, & lethargicis. Idem lib. 26. cap. 11, Lethargicos excitari labor eſt.

Lethargicus, Adiectiuum {ληθαργικός.} vt Morbus lethargicus. Plin. lib. 24, Grauedinem enim, morbúmque lethargicum patitur.

Lethatus, Vide LETHVM.

LETHE {λήθη} fluuius quem apud inferos eſſe poetæ tradiderunt, cuius latices ſiquis guſtauerit, omnium præteritarum rerum obliuiſcitur. Idcirco *ἀπὸ τῆς λήθης*, id eſt ab obliuione nomen habet. Datus eſt hinc fabulæ locus, quia morientibus omnium rerum obliuio ſurrepit. Conſtat autẽ hunc amnem in Aphrica circa extremum Syrtiũ

cornu, Bernicen vrbem alluere: ſed eum apud omnes fama eſt ad ea loca inferna inundatione prorumpere. Lucanus lib. 9.
Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis (vt fama eſt) trahens obliuia venis.
Secura Lethe. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Lethæus, Adiectiuum. Lucan. lib. 3,
Non me Lerheæ coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui.
Amnis Lethæus. Virg. 6. Æneid.
Aquæ Lethææ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7.
Fluminis Lethæi vnda. Virg. 6. Æneid.
Ianitor Lethæus. Stat 3. Sylu. 2.
Papauera Lethæa. Virg 4. Georg.
Ripæ Lethææ obliuia. Lucan. lib. 3.
Somnus Lethæus. Virg. 1. Georg.

Lethifer. Vide LETHVM.

Lethum, lethi {θάνατος} Mors. Secundum priſcianum à leo fit, quo veteres vſi ſunt pro deleo, quoniam mors omnia delet. Quæ opinio ſi vera eſt, aſpirationem non recipit letum. Apuleius à luo deducit, ideóque per æ ſcribi præcepit. Varro & Feſtus à *λάθος*, id eſt ab obliuione fieri putant, vnde & per th, abſque diphthongo ſcribunt. Alij per antiphraſim dictum volunt, quaſi minimè lætum. Liuius 2. ab vrbe, Adductis deinde legionibus ex agro Romano inuidia rei oppreſſum periſſe traduntalij alio letho.
Dolor ac morbus lethi fabricator vterque. Lucret. lib. 3.
Genus miſerabile lethi. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2.
Limen lethi. Lucret. lib. 6.
Sopor conſanguineus lethi. Virg. 6. Æneid.
Vis horrida lethi. Lucret. lib. 3.
Voluntas animoſa lethi Stat. 9. Theb.
Felices lethi. Silius lib. 4.
Ignobile lethum. Silius lib. 3.
Memorabile lethum. Silius lib. 11.
Nobile lethum. Horat. 1. Carm. ode 12.
¶Abſumere animam letho. Virg. 3. Æneid.
Adimere aliquem letho. Horat. 1. Carm. ode 22.
Inſtanti raptum auche letho. Silius lib. 17.
Deuitari non poteſt lethum. Lucret. lib. 3.
Dare aliquem letho. Virg. 5. Æneid.
Eripere ſe letho. Virg. 2. Æneid.
Ferre lethum. Virg. 11. Æneid.
Letho interire, vel perire. Cic. 1. de Diuinat.
Lumina labuntur letho. Virg. 11. Æneid.
Offerre caput letho. Lucret. lib. 3.
Oſtentant omnia lethum. Catull. Argon. 59.
Párere ſibi lethum manu. Virg. 6. Æneid.
Perire præcipiti letho. Senec. Hippolit. 2.
Celeri præuertit triſtia letho. Lucan. lib. 8.
Sternere letho aliquem. Virg. 8. Æneid.
Volui letho. Virg. 9. Æneid.

Lethalis, & hoc lethale, pen. prod. Mortiferum. Plin. lib. 11. cap. vltimo, Homini non vtique ſeptimo (ſubaudi die) lethalis inedia. Dutaſſe & vltra vndecimum (ſcilicet diem) pleroſque certum eſt.
Enſis lethalis. Ouid. 13. Metam.
Hyems lethalis, Frigus lethale. Ouid. 2. Metam.
Iaculum lethale. Ouid. 5. Metam.
Serpens lethalis. Stat. 6. Theb.
Vulnus lethale. Virg. 11. Æneid.
Minari lethale Stat. 4. Sylu. 4.

Lethaliter, pen. corr. Aduerbium. Plin. lib. 11. cap. 37, Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lethifer, pen. corr. Adiectiuum, Quod infert mortem. Colum. lib. 7. cap. 12, Et (vt plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur, lethifer morbus huic generi. De canibus.
Æſtus lethifer. Ouidius 7. Metam.
Annus. Virg. 3. Æneid.
Arcus. Virg. 10. Æneid.
Cædes. Claudian. 5. Paneg.
Anguis. Stat. 5. Theb.
Certamen belli. Catul. Argon. 59.
Dextra. Ouid. 12. Metam.
Ictus. Ouid. 8. Metam.
Locus lethifer. Ouid. 5. Metam.
Sanguine lethifero totus miſcebitur orbis. Ouid. 1. Faſt.

Lethatus, pen. prod Adiect. vt Lethata corpora, Morte mulctata & interempta. Ouidius 3. Metam. de ſociis Cadmi interemptis à ſerpente,
Vt nemus intrauit, lethatáque corpora vidit,
Victoremque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem,

Leuamen, ſiue Leuamentum, Leuatio, Vide Leuo in LEVIS.

Leucacantha {λευκάκανθα} Herba in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata, dentium dolorem ſedat. Plin. lib. 22. cap. 16.

Leucachates, leucachatis, pen. prod. m. g. Gemma quæ alba eſt. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCADIA, pen. corr. {λευκαδία} Inſula eſt contra Ambracium ſinum, vt eſt author Pomponius Mela lib. 2. quondam Neritis appellata, opere accolarum abciſſa à continenti, ac reddita ventorum ſtatu, congeriem arenæ accumulantium. Plinius libro 4. cap. 1.

Leucadius, Adiectiuum {λευκάδιος.} vt Aqua Leucadia. Ouid. epiſt. 21.
Deus Leucadius. Ouid. 5. Faſt. Et 3. Triſt. eleg. 1.
Vnda Leucadia. Ouid. epiſt. 21.
Vertex Leucadius. Lucan. lib. 5.

LEVCAETHIOPES, penultima correpta, vt ait Plinius libro 5. capite 7. populi ſunt qui primi omnium cum Libyægyptiis in interiori ambitu Africæ ad Meridiem verſus, ſupérque Getulos interuenientibus deſertis habitant. A quibuſdam Leucoæthiopes, & Libyæægyptij

scribitur: quod Hermolao non placet.

LEVCAGVS, pen. corr. vir interfectus, excussus curru, apud Virgilium lib. 10. Æneidos,
Excussus curru, moribundus volvitur arvis. Alij scribunt Lucagus.

Leucanthemis, pen. corr. leucanthemidis, fœm. gen. Herba. Plinius lib. 22. cap. 21, Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alij leucanthemum, alij eranthemon: quoniam vere floreat: alij chamæmilon, quoniam odorem mali habeat: nonnulli melanchemon vocant. Genera eius tria flore tantum distant, palmum non excedentia, paruſque floribus vt rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis.

Leucargillion. Plin. lib. 17. cap. 7. 1, Leucargillion vocant candidam argillam, qua in Megarico agro vruntur.

LEVCAS, huius Leucadis, pen. corr. f. g. {λευκὰς} Leucadiæ regionis in Acarnania oppidum, vt scribit Pomponius lib. 2. ¶Est quoque iuxta littus Leucadium, & Leucates promontorium prope Ambraciã. ¶Est etiã Leucas insula, quę superioribus annis (vt Strabo author est) littus extitit: quæ insula effecta est. Et lib. eiusdem Strabonis 10, legimus, Corinthij Cherronesi terra angusta effosa, Leucadẽ in insulæ formã redegerunt, & in eum locum transportata Nerito, qui quondã fuerat Isthmus, nunc verò fretum & euripus est, ponte iugabilis, mutato nomine dixere Leucadẽ: sumpto (vt reor) à Leucate vocabulo. Vide Plinium lib. 4. cap. 1. Hæc insula hodie vocatur *Sancta Maura*.
Aspera Leucas. Lucan. lib. 1.

LEVCASPIS cum Æneа in Italiam nauigans, Troia diruta, procella oborta obrutus, teste Virgilio lib. 6. Æneid.

LEVCATES, pen. prod. {λευκάτης} Mons, seu promõtorium in Epiro, mare intrãs. Virg. 3. Æneid. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictus Leucates (vt ait Strabo lib. 10) à petra eiusdem nominis, coloris albi, in pelagus proiecta: in qua est Apollinis fanum.
Nubifer Leucates. Claud. de bello Getico.

LEVCE, authore Plin. lib. 5. cap. 29, oppidum est in finibus Ioniæ, quod etiã insula fuit. ¶Est præterea eodem lib. 4. cap. 13. & Mela authoribus, insula Pontii in mari Mediterraneo Borysthenis ostio obiecta, parua admodum: & quòd ibi Achilles sepultus est, Achillæa dicta: eadem & Macharon appellata.

Leuce {λεύκη} Vitiliginis species, Vide ALPHOS.

LEVCIPPVS, Philosophus qui omnia pleno & inani constare dixit, vt est apud Cicer. lib. 4. Tusc. Quæst.

LEVCOAETHIOPES, Æthiopum natio. Vide LEVCAETHIOPES.

Leucochrysos, pen. prod. {λευκόχρυσος} Gemma, quæ fit chrysolitho interalbicante. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucogæa, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCOGAEI {λευκόγαιοι} Plinio lib. 35. cap. 15, colles sunt in Italia in Neapolitano Campanóque agro, inter Puteolos & Neapolim, in quibus inuenitur alumen simul & sulphur.

Leucoion {λευκόιον.} Plinius de calcantho lib. 34. cap. 12, Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. Sed nequis hallucinetur, sciendum est leucoij nomine omnia violarum genera comprehendi, sed coloris alio addito nomine: vnde Leucoia candida dixit Columel. lib. 11. Dicuntur & leucoia lutea, purpurea, &c.

Leucoma, pen. prod. leucomatis, n. g. {λεύκωμα} Album dicitur: hoc est, tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pyctatiũ aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. Accipitur & Leucoma pro albo oui, & pro oculorum albugine.

LEVCON {λεύκων} rex Ponti à fratre Oxilocho interfectus, quòd cum eius vxore adulterij & incestus cõsuetudinem haberet. Ouid. in Ibin.
Leucon agricola, qui fuerit, Vide Alia Leucon in ALIVS.

Leuconium. leuconij: siue Leuconicum, leuconici {λευκόνιον} Tomentum dicitur. Mart. lib. 11. 22, Culcitra leuconico quàm viduata suo. Idem lib. 14. 158,
Accipe leuconicis vellera rasa fagis. Legitur & Lingonicis.

Leuconoe, leuconoes, Nomen Græcum est à mentis candore: quanquam candidam mentem Græci interdum pro mala etiam dicunt, nisi apud Hesychium κέλαινα pro κάλλιστα legas, quod legendũ reor. Turn.

LVECOPETRA, pen. corr. {λευκόπετρα} Promontorium Siciliæ. Cic. 1. Philip. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent.

Leucophæus, leucophæi {λευκόφαιος} Color natiuus ex albo & nigro nomen trahens. λευκὸν, album: φαιὸν, mediũ inter albũ & nigrum, id est fuscũ & penè nigrũ. Plin. lib. 32. cap. 10, Iecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Idẽ lib. 24. cap. 12, Purpurea aut leucophæa, & quæ facillimè diluitur. Vitruu. lib. 8. cap. 3. Censet Bayfius eum esse colorem quem cineritium vocamus.

Leucopæatus, siue Leucophæatus, pen. prod. {λευκοφαιτὸς} Leucophæo colore indutus: cuiusmodi sunt Franciscani, aut quos vulgus Italorum *Berettinos* vocat. Mart. lib. 1,
Amator ille tristium lacernarum,
Et beticatus atque leucopæatus.

Leucophorum, leucophori {λευκοφόριον} Glutinum auri. Plin. lib. 35. 6. Et lib. 23. cap. 3.

Leucophthalmos, Gemma, Plin. lib. 37. cap. 10. Leucophthamos rutila aliàs, oculi speciem candidam, nigrámque continet.

LEVCOSIA {λευκωσία} Insula contra Pestanum sinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens, vt Strabo lib. 6. refert: paruum ad continentem habens cursum.

Leucostictos, Lapis ab albis punctis nomen habens. Plinius libro 36. cap. 7. Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidius interuenientibus punctis, leucostictos vocatur.

LEVCOSYRORVM cubitus, Ptolemæo lib. 5. cap. 6, Cappadociæ locus. Hodie Lirus.

LEVCOTHEA, pen. corr. {λευκοθέα} Aurora: quasi alba dea. Cic. 1. Tusc. Quid Ino Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Sic 3. de Nat. deor.

LEVCOTHOE, pen. corr. {λευκοθόη} Ouidio lib. Met. 4, fuit Orcami Babylonij ex Eurimone filia, quam à Phœbo gravidam factam, parer crudeliter defodit viuam. Sed Phœbus mutauit eam in arborem thus ferentem.

LEVCTRA, per c ante t, plurali numero, singulari Leuctrum, & genere fœm. Leuctra {λεῦκτρα.} Solinus etiam Leuctras videtur vsurpasse. Oppidum est Bœotiæ. De eo Cicero 1. Tusculan. Et 1. Offic.

Leuctricus, pen. corr. Adiect. {λευκτρικὸς.} Cic. 1. Tusc. Priúsque Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. Leuctricam pugnam appellat, in qua Thebani apud Leuctra vicum Bœotiæ, res Lacedæmoniorum gloriámque attriuerunt. Vide Cæl. lib. 5. cap. 8.

Leui, præteritum à Leo, les. Vide suo loco.

Leuiculus, Vide LEVIS.

Leuidensa, Vnde Leuidensę munus. Cic. ad Dolabellã lib. 9, Orationcula pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi, quam velim sic legas, vt causam tenuẽ & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri & amico, munusculum mittere volui leuidensę, crasso filo, cuiusmodi ipsius soleret esse munera. Seruius ostendit, Leuidensam vestis esse genus vile, raro, tenuíque textu. Quondam inter hospitum xenia, vestes in primis erãt. Vide & apud Iuuenalem Saty. 9, quę vtique quispiam vestes donari, villo crasso, coloréque malo,
Et malè percussas textoris pectine Galli. Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam, atque expolitam, leuidensę munus appellat. Elegãter accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium vulgare, non admodum ex animo, neque diligenter præstitum amico cuipiam vulgari. Erasm. Leuidensa dici videtur, quasi leuiter & negligenter densata textáque.

Leuigo, Vide Læuigo in LÆVIS.

Leuipes, pen. corr. leuipedis, omnis generis {ὀκυπόδων} Celer & pedibus leuis. Varr. 3. de Re rust. cap. 12, Lucius Ælius putabat ab eo dictũ leporem à celeritudine, quòd leuipes esset.

Leuir, leuiri, pen. corr. m. g. {δαήρ.} Festus, Leuir, est vxoris meæ frater. Nonius, Leuir dicitur frater mariti, quasi leuis vir. Modestinus Iurisc. de Gradibus affinitatis. l. Non facile, Viri fratres, leuir est: apud Græcos δαὴρ appellatus, vt est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dixit, Δάερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ἀμφαφάασκε, id est, Leuir mei canis, omnis mali cauſtarricis horridæ.

Leuis {κῦφος, ἐλαφρὸς} & hoc leue, prima breui, Quod sine pondere est. Virg. 10. Æneid. Corytíque leues humeris, & letifer arcus. Sic Leue pondus, Plin. lib. 12. cap. 9. Leue autem dicitur propriè, quod facilius sursum attollitur quàm deorsum tendat.
Leuis armaturæ milites, Vide ARMA. Cic. 10. Philip. Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. Hoc est pedites & expediti milites.
Leuis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorũ leuiorũ textura. Cic. 2. de Diuin. Sed hæc fuerit nobis tanquã leuis armaturæ prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamúrque si possimus cornua comouere disputationis tuę.
Animæ leues. Lucret lib. 3.
Arma leuia. Ouid. ad Pison.
Currus. Ouid. 1. de Arte.
Equus. Valer. 6. Argon.
Leue piper, Quod pondere tale apparet. Plin. lib. 12. cap. 7.
Pondus leue. Ouid. 2. Metam.
Rota. Virg. 1. Æneid.
Stipula. Virg. 1. Georg.
Foliis leuior. Ouid. epist. 5.
¶Leuis homo, Inconstans, & qui facilè opinionem mutat. Plaut. Trinum. 17.
Leuis homo, Vilis & abiectus. Plaut. Menæch. 11. Quid ais homo leuior quàm pluma? Cic. de Amic. Leuiũ hominum atque fallacium, &c. Idem 4. Verr. Iudex nequam & leuis. Et pro Cluentio, Leues ac nummarij iudices.
Vulgus leue. Ouid. 12. Metam.
Leuis author, nec satis fidus. Liuius 5. ab Vrbe.
Leuia hæc sunt, quæ & tu pœgrauia esse in animũ induxti tuum. Teren. Hecy. 3. 1. Id est inutilia & vana.
¶Leui brachio aliquid agere, Id est indiligenter. Cic. Attic lib. 4.
Leue mentis acumen discurrit, Vide ACVMEN.
Causæ leues. Terent. Hecy. 3. 4, Olim quidem te causæ impellebãt leues. Id est, facilè cõmouebaris. Cic. 3. de Finib. Qui leuiori de causa,
Colla leuia. Propert. lib. 2. eleg. 3.
Cura leuior. Virg. 3. Georg.
Dolor lesis, Paruus. Cic. 1. de Fin. Quòd mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis soleat esse, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur.
Fortuna leuior malorum. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Fortunam facere leuem. Stat. 1. Thebaid.
Graria leuis. Plaut Pœnul. 12.
Iactura leuis. Claud. 2. in Eutrop.
Impensa leuis. Ouid. 2. de Arte.
Insania leuis. Horat. 2. epist. 1,
Iuuentus leuis. Horat. 2. Carm. ode 11,
Labor leuis. Terẽt. Heaut. 2. 4, Nam dum abs te absum, omnes alii labores fuere, quos cepi, leues.
Labor leuior, minórque. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.
Munus leue. Ouid. 1. Metam.
Nomine leuiori appellare, Minus odioso. Cic. pro Rosc. Amer. Sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percussores vocãt, &c. Nomen enim percussoris leuius est quàm sicarij.
Pœna leuior. Ouid. 1. Amor eleg. 1.
Pretium leuius. Ouid. 3. de Arte.
Reprehensio leuis. Cic. 4. Acad.
Res leues. Virg. 4. Georg.
Ruina non leuis. Horat. 2. Carm. ode 19.
Scriptura leuis. Terent. in Prolog. Phormionis,

Qui

Qui ita dictitant, quas antea fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Sententia leui pueri. Terent. Hecy. 3. 1.
Seruitutem leuem reddere. Plaut. Capt. 5. 5,
Nunc seruitus si euenit, ei vos morigerari mos bonus est,
Eámque heriti imperio, ingeniis vostris leuem reddere.
Spes leues. Horat. 1. epist. 5.
Somnus leuis. Virg. 5. Æneid.
Tactus leuis. Plin. lib. 11. cap. 53.
Verba leuiora foliis. Ouid. 2. Amor eleg. 16.
Versus leues. Horat. de Arte.
Vina leuia: Id est tenuia. Plin. ait leuissimum vinum eclerrimè inueterari.
Vmbra leuis. Tibul. lib. 2. eleg 6.
• Vomere leui admodum sauciare summam partem terræ: Hoc est leuiter terram arare. Colum. lib. 2. cap. 2.
Vsus leuis amicitiæ, Id est qui non multum prodest. Ouid. 2. de Remed. amor.
Vulnus leue. Ouid. 3. Metam.
¶Habere aliquid in leui. Tacit. libro 19, Quocunque casu accidit, dum atrociora meruebantur, in leui habitum.
¶Leuis, Non arduus, Vide Leue fastigium, in FASTIGIVM.
¶Leuis, cum infinitivo. Silius lib. 16,
Omnes ire leues, atque omnes vincere digni. Hoc est agiles ad cursum.

Leuiculus, leuiculi, pen. corr. {ὑπόκωφος} Adiectiuum diminutiuum. Cic. 5. Tusc. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est: insusurrantisque alteri, Hic ille Demosthenes.

Leuitas, pen. corr. leuitatis {κουφότης, ἀκαρότης} De re quæ sine pondere est, dicitur. Plin. lib. 12. cap. 12, Syncerũ quidẽ leuitate deprehenditur.
Volucri leuitate ferri. Lucret. lib. 4.
¶Leuitas, Inconstantia, vilitas. Cic. 4. Acad. Vt omittã leuitatem temere assentientium, &c. Plin. lib. 11. cap. 23, Nec puduit has vestes vsurpare etiam viros, leuitatẽm propter æstiuam.
Vana leuitas incertæ mentis. Silius lib. 16.
Constans in leuitate fortunæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.
Conuincere leuitatis, Vide CONVINCO.
Culpanda leuitas. Ouid. 2. de Arte.

Leuiter, pen. corr. Aduerbium {κούφως, ἐλάφρα} Sine pondere.
Leuiter agnoscere. Cic. 2. de Fin. Sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc discere incipit.
Leuiter aspersus laudibus. Cic. Cecinna lib. 6, Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus.
Leuiter attingere studia, pro Paruo tempore literis operam dare, & quasi à limine salutare ipsa studia. Sueton. de Claris Grammaticis, Functúsque militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat,
Leuiter in transitu attingere aliquid. Quintil lib. 7. cap. 4.
Leuissimè dicere. Cicer. 3. in Cati. Tamen vt leuissimè dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset.
• Diffidere leuiter. Cic. Attico, lib. 1, Eius autẽ Collega & in me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor bonarum: quin nunc leuiter inter se diffidunt. Hoc est, aliquantum diffident. Tale est & illud ad Atticum, libro 2. epist. 1, Mihi quòd defendissem, leuiter succensuit.
Doiere leuiter. Ouid. 10. Metam.
Leuiter eminere. Cic. 2. de Nat. deorum, Genæ deinde, ab inferiore parte tutantur subiectæ, leuiérque eminentes. Id est paululum.
Leuiter eruditus homo, id est mediocriter. Cic. 2. de Orat.
Leuissimè ferre, hoc est facilè & patienter. Cic. de Prouin. Consul. Hoc velim probare omnibus, P.C. sed leuissimè feram, si fortè his aut minus probaro, qui meum inimicum repugnante vestra authoritate texerunt, &c.
Leuiter fundata fides. Liu. 2. ab Vrbe.
Leuiter inflexum, hoc est Parum incuruum vel paululum. Cicer. 1. de Diuinat. Bacillum incuruum, & leuiter à summo inflexum.
Leuissimè læsus. Plinius epist. 116. libri 6, Villa Camiliani, quam in Campania possides, est quidem vetustate vexata: ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissimè læsa sunt.
Timidè, nec leuiter aliquid ligurire. Cic. 5. Verr.
Leuiter ornatus. Cic. in Orat. Alij in eadem leiunitate concinniores, id est faceti, florentes etiam & leuiter ornati.
Leuiter saucius. Cic. de Inuent.
Succensere alicui leuiter. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 1, Mihi quòd defendissem, leuiter succensuit. id est, aliquantum.
Leuiter aliquid tangere. Cic. pro Rosc. Amerino, Tametsi neque omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. Hoc est obiter, & quod dicitur, in transcursu.
• Leuiter bene velle alicui. Plaut. Pœn. 9,
Et quanquam bene volumus leuiter leuonibus.
¶Leuius, pro Minus, Aduerbium quantitatis: vt illud,
Nam leuius lædit quicquid præuidimus ante. Sic apud Horat. 2. Serm. saty. 7, -quanto constantior idem
In vitijs, tanto leuius miser.
Dolere leuius. Ouid. in Ibin.

Leuifidus, pen. corr. Adiectiuum {κουφόπιστος} Qui leui fide est. Plautus Perſa, 6, Omnes sunt lenæ leuifidæ. Plautina dictio est.

Leuisomnus, Adiect. {κουφόϋπνος} Quod leui somno est: Elegans canum epitheton, qui leui somno premuntur. Lucret. lib. 5, Et leuisomna canum fido cum pectore cordat.

Leuo, leuas {ἀείρω ἀείρω} leuãre, In altum tollere, veluti leue quiddam.
Membra leuare cubito. Ouid. epist. 20.
Palmas leuauit ad cælum. Stat. 11. Thebaid.
Manum leuare. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Leuare se de. Ouid. 2. Metamorphoseos,

-de cæspite virgo Se leuat.
Leuare in sublime. Plin. lib. 2. cap. 16.
¶Leuare, Auferre. Virg. 2. Æneid. -atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus. Cic. 1. Tusc. Emittríque nos è custodia, & leuari vinculis arbitremur.
Leuare {κουφίζειν} aliquem onere, & Leuare alicui onus, Exonerare. Virg. eclog. 9, -ego hoc te facile leuabo. Cic. ad Appium, lib. 3, Leua me igitur hoc onere.
Leuari à pœna. Plin. lib. 28. cap. 4.
Auxilio leuare aliquem. Virg. 2. Æneid.
Leuare ægritudine. Cicero ad Atticum, libro 9, Longior verò epistola non me solùm, sed meos omnes ægritudine leuauit. Sic Leuare cruciatu, Idem 4. de Finib.
Amicitias leuare remissione vsus. Cicer. de Amic. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ: & (vt Catonem dicere audiui) diffundæ magis quàm diffcindendæ. Id est, sensim leuius colendæ, inquit Budæus.
Angorem leuare. Cicero ad Atticum, libro 1, Tu autem qui sæpissimè curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo.
Animum leuare exercitatione, Recreare. Cic. de Senect. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem se exercendo leuantur.
Leuare atrocitatem alicuius rei. Cic. pro Quintio, Si res ista grauissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis minimè leuaretur. Hoc est minueretur, leuior efficeretur.
Leuare suam authoritatem inconstantia: Id est minuere. Cicero 4. Academ.
Annonam leuare, & Populum leuare, frumento suppeditato in caritate annonæ: Hoc est populo annonæ penuria laboranti subuenire. Liu. 6. bel. Pun. Cic. pro Corn. Balbo, Hoc tempore ipso populum Rom. quem in caritate annonæ, vt sæpe antè fecerant, frumento suppeditato leuauerunt.
Calamitatem innocentium leuare. Cic. pro Rosc. Amerino, Deinde à vobis Iudices, vt audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem leuetis, &c.
Leuare cladem authore. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Si placet hoc, meruíque, quid ò tua fulmina cessant
Summæ dcũm? licetat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo, cladémq; authore leuare. Verba sunt Terræ ad Iouẽ.
Corpus leuare tempore festo, est recreare. Horat. 2. epist. 1.
Cruciatum leuare. Cic. 7. Verr. Vt leuandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur.
Leuare aliquem cura. Cicero ad Atticum, lib. 5.
Curas & ætium leuare vino. Ouid. 12. Metam.
Cura leuanda verbis. Ouid. 5. fast.
Dentes leuare penna. Martial. lib. 14. Hoc est purgare.
Dolorem leuare alicuius. Cic. ad Brutum, Fungerer officio, quo tu functus es in mero luctu, téque per literas consolaret, nisi scirem his remediis, quibus meum dolorem tum leuasses, te non egere.
Facmus leuare alicuius. Liu. 4. ab Vrbe. Hoc est excusare, & minus graue facere.
Famem leuare fronde & cęspitibus. Ouid. epist. 14.
Fœnore leuari. Liu. 6. ab Vrbe.
Ictum serpentis leuare. Plin. lib. 7. cap. 2.
Iniuriam leuare. Cæs. 1. bel. Ciuil.
Inopiam leuare. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Inuidia leuari. Cicero ad Atticum, lib. 15, Balbum leuari inuidia per nos velim.
Laborem alicui leuare. Virgil. 1. Æneidos, -nostrúmque leues quæcunque laborem. Vbi Seruius, Leues, leuem facias.
Laborum, vel labore leuare aliquem Plaut. Rud. 6,
Vt me omnium iam laborum leuas? Cic. 2. de Oratore, Adiungam etiam de memoria, vt labore Crassum leuem.
Membra leuare quiete, Reficere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Merum alicui, vel Aliquem meru leuare. Cic. 2. Tuscul. His leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis & gloria. Liu. 2. ab Vrbe, Volſcis leuatis metu, &c.
Morbum alicui leuare, pro Ægritudinem animi auferre. Plaut. Milit. 18. -leuandum morbum
Mulieri video. M. vidén' vt tremit, atque eximuit postquã te aspexit?
Nemus leuandum fronde. Virg. 2. Georg.
Obsidione leuari. Virg. 10. Æneid.
Opinione sinistra aliquem leuare. Cic. de Amic. Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere leuandi sunt. Id est deducendi ab ea opinione quæ eis grauis est. Budæus.
Ora arida leuare aquã. Ouid. 1. de Remed. amor.
Partu leuare aliquam dicitur Lucina. Ouid. 9. Met.
Paupertatem alicui leuare, pro Subuenire. Plaut. Epid. 1.
Plagam leuare, vel insectas partes de arbore: Hoc est auferre tenuissimas partes quæ post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Columel. lib. 5. cap. 11, Tum arborem sici detruncа, plagámque leua, Ibidem, cap. 9. Sed fortè in his locis legendum leuare, vt idem sit quod læuigare, hoc est plagam læuem facere, nequid exter, asperúmve eminet.
• Promissa multa fidem leuant. Horat. 2. epist. 2. Hoc est imminuunt.
Multa promittentibus non habetur fides.
Liberare, siue Leuare se ære alieno. Cic. Attic. lib. 6.
Sese infamia leuare. Cic. 5. Verrina, Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduerti ſſet, se ſe grauissima leuaret infamia.
Sitim leuare de fonte. Ouid. 15. Metam.
Sumptum leuare. Terent. Heaut. 4. 4.
Leuari superstitione. Cicero 1. de Fin. Omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione, liberamur morris metu.
Suspicionem leuare, & à se remouere. Cic. 5. Verr. Tum iste homo innocens, qui illam suspicionẽ leuare, atque ab se remouere cuperet,

recuperatores dicit se de cohorte sua datorum.
Leuare tributum alicuius agri. Redditus illius capere. Vlpian. in l. Forma. §. Si vero. D. de censibus.
Viam sermone leuare. Virg. 8. Æneid. Hoc est, Minus molestum, & magis iucundum itet facere.
Vitium leuare. Ouid. epist. 16.
Leuari vitiis atque erroribus. Cic. 4. de Fin. Qui virtuti student, leuantur vitiis, leuantur erroribus. Hoc est, liberantur.

Leuatus, penult. product. Participium { ἀφ' ὑψηλ. } Liuius 1. bel. Pun. Et mox aqua leuata vento quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis deiecit.
Leuara in nubes nebula. Liu. 7. bel. Maced.

Leuatio, Verbale { κάθαρσις } Consolatio, siue quod alleuiationem vocat. Cic. ad Atticum, lib. 12, Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij debiti. Sic Leuatio ægritudinis, Cic. 1. Tusc. l.
Leuatio vitiorum. Cic. 4. de Fin. Leuatio igitur vitiorum magna fit his qui habent ad virtutem progressionis aliquantum.

Leuamen, pen. prod. leuaminis { κωφτικὸν } Quod leuat & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, siue Consolatio. Cic. ad Attic. lib. 12, Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te vno. Martial. lib. 6, Hic tibi curarum socius, blandúmque leuamen.
Omnis curæ cassúsque leuamen. Virg. 3. Æneid.
Mite leuamen. Ouid. epist. 3.

Leuamentum, Idem { κάθαρμα. } Cic. 5. de Fin. Nos autẽ non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam leuamentum miseriarum. Plin. lib. 8. epist. Studia, vnicum doloris leuamentum.
Malorum leuamenta. Tacit. lib. 4.
Vxorium leuamentum. Tacit. lib. 3.
Modicum in præsens leuamentum fuere. Tacit. lib. 3.
Præstare leuamentum. Plin. lib. 30. cap. 3.
Leuamento esse, Leuare, & subleuare, aut exonerare. Cic. ad Attic. libro 12, Quod scies rectè in illam rem fore leuamento, bene facis, quum id esse (mihi crede) perinde vt existimare tu non potes.

Leuor, Lenus, Vide LAEVUS.

Leuphana { λοιμώδης } Germaniæ vrbs apud. Ptolomæum. Vulgò *Hoyer*.

LEVTYCHIDES, pen. corr. { λευτυχίδης. } Vir Lacedæmonius, inimicus Demarathi, post cuius fugam constitutus fuit Spartanorum rex, vt scribit Herodot. lib. 6.

Lex, legis, f. g. { νόμος, συνθήκη. } Cic. 1. de Legibus Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibétque cõtraria. Eadem ratio quum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit vt rectè facere iubeat, vetet delinquere: eámque rem illi Græco putant nomine suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro à legendo. Nam vt illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen vtrunque legis est. Quod si ita rectè dicitur (vt mihi plerúque videri solet) à lege diligendum est iuris exordium. Ea est enim naturæ vis, ea mens ratióque prudentis, ea iuris atque iniuriæ regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & appellare eam legem, quæ scripto sancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus, appellare.
Lex. In vrbe Roma nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis ferebatur. sed, quia nec vnus magistratus, nec vna comitia erat, vtrum ab vno, an ab omnibus magistratibus, & vtrum vnis, an omnibus comitiis ferrentur, aperiendum videtur. Ferebantur leges à magistratibus maioribus quatuor, vno minore: à maioribus, prætore, & cõsule, qui ordinarij magistratus erãt: item à dictatore, & interrege, qui maiores quidem, ordinarij tamen magistratus nõ erãt: neque populi comitiis creabãtur. censor autẽ, etsi erat inter maiores magistratus, ius tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat. minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pleb. erat nã ædiles curules, quæstores, ædiles pl. 3. viri capitales, 3. viri monetæ cudendæ, tribuni militum tã Rufuli, quàm Comitiati, etsi magistratus erãt, leges tamen nõ ferebãt. legislatores autẽ vel tributis comitiis, vel cẽturiatis, vel etiã, vt in imperio mandãdo, & in adoptionibus, curiatis legem ferebãt. si tributis, aut cum S. C. aut sine: si cẽturiatis, è S. C. semper. plus omnino dignitatis, atque authoritatis in centuriatis, sed potestatis nõ minus erat in tributis. æquè enim populus vniuersus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebãtur, atque iis, quę centuriatis. ídque sancitum esse lege à Q. Hortensio dictatore lata, Lælius Felix memoriæ prodidit: quum antè iure eo, quod statuisset plebs, patricij non tenerentur. non enim adhuc ante patricios tribuni pl. neque ad eos referre vlla de re poterãt. ita ne leges quidẽ propriè, sed plebiscita dicebãtur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erãt. Hortensius, quę rogata plebs sanxisset, ea per. inere ad omnes Quirites voluit: siue, vt iura plebis augeret, quum plebeius ipse esset: siue vtili reip. cõsilio, cp in libera ciuitate dissimilẽ cõditionem discordię semina putaret. Legem iaturus magistratus, scribebat eã domi, & cum peritis cõsultabat, ne quid cõtra populi rem, aut voluntatẽ sanciret, ne forte pugnária capita simul ferret, néve quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmúmq; iuberet esse, (& si, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter sacratas, abrogabat) ne curationem, potestatẽ, cõmodúmve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mãdaret: quod leges duæ, Licinia, & Æbutia, fieri vetuerunt: cõtra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo traditum est, vt sibi Ciceronis ædes liceret possidere. etiã illud in scribenda lege cauebatur, ne plutibus de rebus, quæ nõ eiusdẽ generis viderentur, vna rogatione ferretur: quod fieri quã lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque à Clodio factũ accusat Cicero pro domo sua, tum, faciendum non esse, indicat idẽ in suarum legum lib. 3. his verbis: Qui agent, nõ plus quàm de singulis rebus cõsulunto. nã, cõsulunto, est, populũ roganto. cõsultur enim populus, quũ lex rogatur: itaque in oratione pro Milone, Nihil, inquit, de eius morte populus cõsultus, nulla quæstio decreta à senatu est. & pro domo sua: Si populus de ista re cõsultus esset. & Festus: Rogatio est quum populus consulitur. Addebatur illa exceptio, vt, si

quid ius non esset rogari, ne esset rogatũ. quod in oratione pro domo notauimus. item: si quid cõtra alias leges eius legis ergò latũ esset, vt ei, qui eã legẽ rogasset impunè esset. quod fuisse tralatitium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero lib. 3. epist. ad Atticũ. Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima à bonis viris in ferẽda lege omnia cauebãtur. ité, vbi rationẽ vitæ libido, spreta bonorum cõsuetudine, nihil præter suã potentiã, & validitatem in lege spectarũt. ideo sæpe leges Clodij, aut Vatinij, alienas à more maiorum, acerbè reprehensas à Tullio videmus. Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, ante quàm eam promulgaret, referebat ad senatum, vt, quo plus ponderis maiorémque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret. populáris verò, ac seditiosus magistratus sæpe, prætermissa senatus authoritate, aut etiã cõtra senatus authoritatẽ, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur. est enim promulgare, vt ait Festus, quasi prouulgare. id autẽ & fiebat, vt inspiceret qui veller, inspectam cõsideraret. non solùm, vt interecedi posset ante quàm ferretur, verùm etiã, vt aliquãto ante statueret cuiuis licueret, vtrum, quũ ferretur, antiquãda, an accipienda lex esset. adde etiã illud, vt quiuis monere legislatorem posset vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autẽ promulgationis, vt ex Dionysio, & aliis patet, quacunque de re ferretur lex, erat trinũdinum, id est per trinas nundinas. quũ enim nũd inarum causſa ex agris in vrbẽ ciues cõuenirent, per trinundinum leges patere, vt à rustica plebe ter legi cognosci; possent, voluerunt. quòd quũ M. Antonius nõ seruasset, inuehitur in eũ Cicero Philippica 5. his verbis: Vbi lex Cæcilia, & Didia vbi trinundinũ? & idem pro domo sua: Hora fortasse sexta dici quæstus sum in iudicio, quũ C. Antonium collegã meum defenderẽ, quædã de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causſam pertinere, hæc homines improbi ad quosdã vicos fortes lógè aliter, atque à me dicta erãt, detulerunt. hora nona, illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruanda sunt, vt decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliã & Didiam latæ essent, populum nõ teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auſpiciis, quod in legibus sit, te tribunũ pl. non fuisse. Neque verò trinundinũ ira interpretor, vt, ipso tertiarum nundinarum die latas esse leges existimem: quum & Macrobius lib. 1, Comitia nũdinis haberi nõ potuisse, neque concionẽ aduocare, id est cum populo agere, licuisse, veterũ testimonio probet: & Festus, nundinas nõ solùm inter ferias, sed etiã inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat, inter ferias, ne cum populo agi liceret, inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriatum diem esse voluerunt antiqui, quò rustici mercãdi vendendíque causſa in vrbem cõuenirent, eúmq; nefastũ, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nũdinatores. Aliud autẽ erat, cum populo agere, aliud, lege agere: cum populo agere, populum, est, ad cõsilium, huc cõcilia vocare, vt ait Festus: lege agere, ius experiri, in iudicio contendere. libro etiam 4. epist. ad Att. per duos nundinatum dies neque comitia esse habita, neque cõcionem vllã, his verbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinæ, concio biduo nulla. trinũdinum igitur in eã sententiã dictum accipio, vt inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederẽt, quo & sæpius, & à pluribus, vrbẽ mercãdi vendendíque causſa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, vbi legem laturus erat, siue in forum, siue in cãpum Martium, populum conuocabat. ibi quũ legem præco, subiiciẽre scriba, recitasset, tum, (fortè etiã in toto trinundino, quotiescũque populus cõisset, vel suadebãt legẽ, vel dissuadebant: sed, maximè, ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, consentaneum est) primùm quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, vt rogationem acciperet: sed post eum alij, non priuati modò, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nã alioqui concionandi potestas priuatis non erat) verùm etiam quãdoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebãt, vel dissuadebãt. suaforem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, ita verisimile est, vt exemplis, quæ multa supperunt, mihi esse vtendum in re minimè dubia nõ existimem. quod autem minus verisimile est, vt aliquis eius rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit, id nisi testimoniis probẽ, credibile non erit. atque hoc tum fiebat, quum magistratus non è suа, sed è senatus sententia rogationẽ ferebat. neque enim prohibebatur dissuadere ad populũ, quod non probauerat in senatu. Pisonis cõsulis exemplum habemus in epistola, Vereor. ad Attic. lib. 1. Piso, inquit, consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. quod Attico, vt nouũ & iniquũ scripsit Cicero, quũ suadere suas rogationes reliqui solerent. vnde illud Attici ad Ciceronem lib. 2. de legibus: Suade igitur, si placet, istã ipsam legem, vt ego, Vti rogas, possim edicere. loquitur enim Atticus cum Cicerone, vt cum magistratu legem rogante. & quemadmodum in eo libro personã Cicero sustinet magistratus legem rogãtis, quod proxima superiora verba declarant, Si quæ forte leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat: sic Atticus ciuem agit de ipsa lege suffragium ferẽtem. quod indicat illud: Vt ego, vti rogas, possim edicere, refert enim modum illum tabellarũ, quibus scisebatur lex: quæ his duabus erãt literis signatæ, V. R. id est, vti rogas: quũ ea, quibus lex reiiciebatur, vna litera, A, essent inscriptæ: quæ valebat, antiquo, hoc est, nihil nouari volo, antiqua probo. Priuatus legẽ Ciceriam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suasit, Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus, Voconiã de hæreditatibus M. Cato ille censorius, Cornelıam de reditu Ciceronis Cn. Pompeius. Nec verò, qui priuati ité leges dissuaserint, inuenire non facile est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensium libro de amicitia, C. Lælij, & minoris Africani. Manilıam legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mãlando, dissuasit Hortensius: Papiriã, de tribunis pl. reficiẽdis, Lælius, & Africanus, atque hãc ipsam cõsuetudinem, vt priuati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Liuius libro 45, his verbis: Ita tradium erat, ne quis prius intercederet legi, quàm priuatis suadẽdi dissuadẽdíque potestas facta esset: quo melius aut

aut cõmoda legis aperirentur, aut vitia. quo persæpe euenit, vt aut ij, qui ad intercedendũ venerãt, desisterẽt: aut intercederẽt, qui nõ professi essent se intercessuros. & eodem libro infra: Quũ in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferre vellet, & priuatis lege dicẽdi locus esset, neque ad suadendũ, vt in re minimè dubia, quisquã procederet: Ser. Galba repentè processit. ité Cicero in oratione pro C. Cornelio, cuius extant reliquię quædam, cum Asconij commentariis edi tæ. Est, inquit, ius vetandi, dum priuati dicunt, dum sitella defertur, dum æquãtur sortes, dum sortitio fit. quibus in locis quũ & Liuius & Cicero de solis priuatis meminerint, nõ tamen eam potestatem solis priuatis fuisse debemus existimare. partem enim pro toto posuerũt: quia priuati & sæpius, & plures, quàm magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuum porrò vel suadentiũ vel dissuadentium legẽ exẽpla habemus hæc. M. Porcius Cato, ille sapiẽs, prætor Luciniam de cooptatione facerdotum ad populum trãsferẽda dissuasit. legem Manilıã prætor Cicero luculenta, quæ extat, oratione suasit: Agrariam Rulli iis, quæ extant, orationibus consul idem dissuasit. Verùm hæc, quæ paulo longius, vt illustriora fierent, produximus, paucis admodum verbis libro de Legibus 2, Cicero cõprehendit. Populum, inquit, docẽto, doceri à magistratibus priuatisque patiuntor. in quo significatur, vt ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant, & dicere alios quoque tũ magistratus, tum priuatos patiantur. Infra verò, eodẽ libro, quũ dixit, De promulgatione, de singulis rebus, de priuatis, de magistratibus audiẽdis, priuatos posuit ante magistratus, quũ supra primũ magistratus, deinde priuatos nominasset, quòd si ad veritatẽ ordo referatur, prius nominari priuatos, deinde magistratus oportuit. prior enim priuatis locus in suadẽda dissuadendáve lege ideo datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebãt, antè audissent, ab iis dissentire non auderent. idque Dio historiæ suæ libro 39, scriptum reliquit. quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flacco legis authores Cicero appellat: quũ authores intelligat vel accipiẽdę legis, vel antiquãdæ. Hæc de suadentibus dissuadentibúsque lege: nunc de loco, vnde suaderẽt aut dissuaderẽt. Nemo ad populũ, nisi de loco superiore, cõcionabatur, siue is priuatus esset, siue magistratũ admini straret. id autem ob eam causſam, quo longius à tantibus in cõcione tum exaudiri vox, tum intelligi verba possent. cõcionabãtur igitur, si in foro, de Rostris, quæ ad Comitiũ fuisse, prope iuncta curiæ. Pedianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco. cõcionari autẽ magistratibus pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: priuatis, quod iam diximus, nisi concionẽ, id est cõcionãdi potestatẽ, à magistratu aliquo acciperent, nõ licebat. & quia sæpius in foro, vbi Rostra fuisse diximus, quàm in campo, leges ferebantur: ideo sæpius pro Rostris, quàm in cãpo cõciones habebantur. multo enim plures tributis comitiis, quæ, legũ quidẽ causſa, in foro, interdum & in Capitolio habebãtur, quàm centuriatis, quæ in cãpo, latas esse constat, quũ tribuni pl. qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillimè ad leges rogãdas adducerentur, quippe qui leges nõ ferrẽt ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus cẽturiatis. Quum tuaserant, dissuaserántve legẽ primo loco magistratus, qui legem ferebat, secũdo priuati, tertio reliqui magistratus, tum præsentibus sacerdotibus, vt scribit Dionysius, & diuina exponẽtibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferebatur: in quam siue tribuum, si tributis comitiis lex ferretur, siue centuriarum, si cẽturiatis, nomina cõiiciebãtur: deinde, fortiẽ equatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua sors subsultaret, atque exiliret, sed pariter omnes æquatæ iacerẽt, sortitio fiebat: quæque prima vel tribus, vel cẽturia, quę secũda, quę tertia de sitella exisset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferẽdo locum atque ordinẽ tenebat. hæc dum agerẽtur, si quis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat. nũquam autem ante suasionem dissuasionémque legis intercessionem fuisse, declarant illa proximè recitata, quæ Liuius lib. 45, Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem fecimus: (neque enim legi tãtum, verum & senatus cõsultis, & prętorum decretis, aut iudiciis intercessum esse, animaduertimus) omnibus de causſis, quę, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendũ nobis est. Hæ quinque traduntur: prima, intercessio, quũ tribuni pl. quorum propriè intercedẽdi ius erat, edita voce illa, Veto, de qua meminit Liuius, intercedebant: cuius generis exempla suppetunt, altera, quũ is, qui promulgaret, vel amicorũ precibus adductus, vel senatus authoritate cõmotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius & L. Cęcilius, vterque tribunus pl. diuersis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorum suffragiis, hic in ea, quam de minuenda ambitus pœna promulgauit. Tertia ratio fuit, quũ, neque intercedẽre tribuno, neque eo, qui promulgauerat, consiliũ mutãre, comitiales dies, id est eos, quibus agi cum populo licebat, cõsul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, nõ solùm iis, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli consules poterãt, sed etiã iis, quę imperatiuæ, quas nõ modò cõsulibus, verùm etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare. quo genere vsum esse Marcellinũ cõsulem, vt C. Catonis tribuni pl. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, lib. 2. ad Quinctum fratrem. Quartam causſam, quæ & ipsa comitiis, quacunque de re haberẽtur, impedimento esset, obnuntiationem iuueni: quam omnes planè magistratus, vt ego arbitror, habebant. nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: Nos nuntiationẽ solùm habemus, consules, & reliqui magistratus spectionẽ: duas dictiones, Nuntiationem, & Spectionẽ, alterã alterius sedem occupasse, facilè crediderim: vt augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modò augures essent, vt erat Antonius, idem consul, & augur, simul cum spectione etiam nuntiationẽ, hoc est obnuntiationem. Idque eum ad ipsam Ciceronis sententiã magis quadrare, qui diligenter animũ intẽderit, intelliget: tum Festus Pompeius ita esse, depraua tis ille quidẽ verbis, satis tamẽ apertè significat in dictione spectio. legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionẽ solùm habemus, consules & reliqui magistratus etiam nuntiationem. vt augures intelligant, quũ, Nos, dicit erat enim

ipse augur: quũ verò, Consules, subiicit, in eo notat Antonij consulis inscitiã, qui se id auguratus iure posse diceret, quod, quia cõsulatum gerebat, multo facilius poterat. præterea, vt de magistratibus obnuntiantibus, ita de auguribus de cælo seruantibus haud parũ sæpe legimus. quod quidem spectionẽ significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nuntiationẽ solùm habemus, Quòd si quis dixerit, ideo verum esse, nuntiationem solùm habuisse augures, quia spectionẽ, nisi iussi à magistratibus, non haberent: facile refelletur. nam si augurum spectio non est, quia pendet à magistratuum voluntate: ne nuntiatio quidẽ erit, quia pendet à spectione. quî enim esse potest nũtiatio, nisi spectio antecedat? præterea, si spectionem augur non habet, nisi iubẽte magistratu: ne nuntiationẽ quidem habet, nisi eodem volente. neutram igitur habebit: quãdoquidem nõ ipsius, sed magistratus in vtraque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nuntiationẽ solùm habemus: siue nuntiationẽ pro renuntiatione, siue pro obnuntiatione accipiris? Quinta impediendi ratio fuit, quũ de cælo vel fulgebat, vel tonabat. erat enim in auguriũ disciplina, vt, Ioue fulgente, tonãte, comitia dimitterẽtur: quo genere impedimẽti Pópeius Magnus in secũdo cõsulatu, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissoluit. Redeo ad institutũ. Sortitione tributum aut centuriarũ facta, dicebat is, qui legẽ ferebat: Si vobis videtur, discedite Quirites. de quo Pediani verba subscribam. Quum, inquit, id solum superesset, vt populus sententiã ferat, iubet vnumquenque is, qui fert legẽ, discedere. quod verbũ non hoc significat, quod in cõmuni consuetudine est, de eo loco, vbi lex fertur, sed in suã quisque tribum discedat, in qua est suffragiũ laturus. populus enim confusus, vt semper aliàs, ita & in concione. Liuius autem libro 2, vbi de lege Lectoria loquitur, Consul, inquit, Appius negare ius esse tribuno in quenquam, nisi in plebeium. nõ enim populi, sed plebis eum magistratum esse, nec illum ipsum summouere pro impetio posse more maiorũ: quia ita dicatur: Si vobis videtur, discedite Quirites. vbi, Discedite, dictum apparet, ad suffragia ferenda. libro verò 3, vbi de Terentia lege agit, idem significat, quum ait: quemadmodum se tribuni gessissent in prohibẽdo delectu, sic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impediendа gerebãt. initiũ erat tixæ, quũ discedere populi iussissent tribuni: quod patres se summoueri haud sinebãt. Quum igitur, de cõcione iussi discedere, in suã quisque tribum, aut centuriã abiisset, priuatos homines innenio, qui de lege laborarent, nõ modò populum, vt legem acciperet, ante latã suffragia rogasse, verum etiam, ne quid fallaciæ cõmitteretur, ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuẽdibus aliis præfuisse, ídque, dribere, proprio vocabulo dicebatur. qũ munеris quia ferè obiri curarique ab iis soleret, qui neque ætate graues, neque gestis honoribus insignes admodũ essent, id sibi & à senib⁹, & à dignitate præstãtibus præcipuè cõtigisse, glorioſè cõmemorat Cicero in Pisonem. Hoc, inquit, cerrè video, quod indicãt tabellę publicę, vos rogatores, vos dribitores, vos custodes fuisse tabellarũ: & quod in honorib⁹ vestrorum propinquorũ nõ facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogãte, vos vestra spõte fecistis. eodémque verbo cadẽ de re vsus est in oratione Post reditũ in senatu. Nec dubito, quin legendũ sit, Diribeantur, nõ Dirippiantur, in ea in Pisonem, in eo loco, An expectas, dum de te 75. tabellæ diripiantur? Plinius quoque libro 36, cap. 15. hoc verbum vsurpauit. Hic est, inquit, tile domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitiis præfuisse, qui nõgenti sint appellati, idem Plinius libro 33. cap. 2, scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quæ, omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in sortem conictis, prima de sitella, de qua iam diximus, sorte exierat: eáque prærogatiua dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu, qui comitia, habebat. At in prima tribu, aut centuria quis primus? videlicet is, quem magistratus legem ferens deligebat: deligebat autem, quem & dignitate præstare, & rogationi suæ præter cæteros fauere iudicabat. vtrumque cognoscitur in oratione pro Plãcio: in qua ita scriptum est. Nã quod primus sciuit legem de publicanis, tum, quũ vir amplissimus cõsul id illi ordini per populũ dedit, quod per senatum, si licuisset dedisset: si in eo crimen est, quia suffragiũ tulit, quis nõ tulit publicanus? si, quia primus sciuit: vtrum id sortis esse vis, an eius, qui illã legem ferebat? si sortis, nullũ crimen est in casu: si consulis, splendor etiam Plancij, nunc ab summo viro principem ordinis iudicatum. quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum à Cæsare cõsule lectum esse, quia primus ordinis equestris iudicaretur. quod ipsum cõfirmãt il'a pro domo sua: Cõsulari homini P. Clodius, cuerta reput. ciuitatẽ adimere potuit, cõcilio aduocato, conductis operis non solùm egentium, sed etiam seruorum, Sedulio principe? dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente. quod apertius proximè ostendit, quũ ait: Sin autẽ is primus sciuit: erat enim quodãmodo legis ornamentũ, quum is eã sciisceret primus, cuius in ciuitate nõ legis esset authoritas. quod etsi satis clare indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitauimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idẽ fit illustrius. subiungit enim post ea, quæ proximè ad exẽplum artuli, nõ magno interuallo: Tu huius, vt acta tui prælari tribunatus hominis dignitate honestes, authoritatẽ amplecteris quasi Clodius Sedulij, tanquã clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legẽ honestandã faci pisset, abi forte etiã in æs simul cum ipsa lege inci disset. Quũ igitur ab eo, quẽ magistratus ipse primum del. gisset, deinceps; ab aliis eiusdẽ tribus, aut cẽturiæ perlata suffragia erãt, tũ suffragiis in vtraque sententiã dinumeratis, &, quomodo veteres loquebãtur, diremptis, numeróque eorũ punctis notato, cuius tribus, aut centuriæ volun tas cognoscebatur, eáque à præcone renũciabatur, &, eadẽ in reliquis tribubus aut centuriis ratione seruata, ex maiore tribuum centuriarúmve numero vel antiquabatur, vel scisebatur lex. ac de antiquata quidem lege nihil est dicendum. scitã autem, atque acceptã, omniũ ciuium iureiurãdo cõfirmari solitã legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturnini per vim latam iuraret, in exilium abire maluit, sibíque potius de patria, quã de sententia, decedendum putauit. quem anno post 43. imitatus non est M. Cato, is, quem Vti-

censem historici nominant: qui quū leges P. Clodij nullo neque iure, neq; morte rogatas putaret, in eas tamē iurauit, cōsilio vsus optimo, vt Cicero ait in oratione pro Sextio. nā ab eo, quod omnino ne fiat, fieri nō potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post iusiurandum, in æs lex incidebatur: quod indicat Liuius libro 3. his verbis: Prius quàm in vrbem cōsules egrederentur, leges decem uiralles, quibus tabulis duodecim est nomē, in æs incisas in publico proposuerūt. quod ipsum lib. 10. Dionysius cōfirmat, & Cicero in oratione 3. in Catilinam, Memoria tenetis, inquit, Cotta & Torquato cōss. cōplures in Capitolio turres de cælo esse percussas: quū & simulacra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. quod ipsum versibus deinde persecutus est in secūdo de cōsulatu suo, vt libro 1. & 2. de diuinatione patet. eandem consuetudinē confirmāt illa, quę in 11. Philippica scripta sunt: Forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis in locis collocabūtur, quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidi iubebitis? quod etiā non multo ante dixerat: Quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuā fore leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? exemplis nō egemus. sed vnum Suetonij, quod in C. Cęsaris vita legimus, quod apertā rem multo etiā illustrius ostendit, apponemus: Marcus, inquit, Claudius Marcellus cōsul, edicto præfatus, de summa se rep. acturū, retulit ad senatū, vt ei succederetur ante tēpus: quoniā, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset. accideret autē, vt is, legē de iure magistratuum ferens, eo capite, quo à peritione honorū absentes summouebant, ne Cæsarem quidē exciperet per obliuionē: ac mox, lege iam in æs incisa, & in ærariū condita, corrigeret errorem. Ne illud quidē prætermittam, nō in tabulis modo æneis, sed etiā in columnis incisas esse leges. de tabulis dubiū non est: quas etiam aliquot in hunc vsque diē seruatas ipsi vidimus. de columnis autē Cicero pro Balbo sic: Cū Latinis omnib⁹ fœdus ictū Sp. Cassio, Posthumo Geminio cōss, quis ignorat: quod quidē nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum & perscriptū fuisse, qua ipsa de re Liuius lib. 11. sic: Tantum sua laude obstitit famę cōsulis Marcius, vt, nisi fœdus cū Latinis, columna ænea insculptū, monimēto esset, ab Sp. Cassio vno, quia collega abfuerat, ictum, Posthumū bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, vt apud Macrobiū legimus, antiquissimā legem in columna ænea scripsit incisam fuisse, cui mētio, intercalaris alcribetur. nec deest Dionis in historia testimoniū, qui lib. 41. columnas, quibus incisæ leges legerētur, de cęlo tactas memoriæ prodidit. Scripra iam lege, promulgata, perlata, in æs incisa, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege vltimū, ac summū est, peruenimus) vnū restat, vt, vbi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, nō eandem legum omniū fuisse rationē, sed aliquot, maximęque tabulis æneis incisas, in publico proponi solitas, vt oculis ciuiū paterēt: quod exempla demōstrant. quæ verò æneas in tabulas essent incisæ, eas ad ærariū delatas, quò scilicet & S. C. ibi cū publicis pecuniis, omniumque publicarū rationū libris conditæ asseruabantur. erat autē ærariū in Saturni Opisque templo: templū autē in vico Iugario, ad Capitolij radices: vnde septies millies H-S. à Cæsare dictatore depositū, post illius interitum M. Antonius cōsul abstulit. & si tantū Opis in Philippica 1. & 2. vbi hac de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quòd duabus cellis simulacra Opis & Saturni separatim dedicata colerētur, & ad Opis cellā propius, quàm ad Saturni, eam pecuniā Cæsar locasset. primis tamen reip. temporibus legem Iuliam in templo Dianę quod in Auētino mōte fuit, repositā esse, legimus in historia Dionysij. Quę ad rationē perferendæ legis attinerent, quę ferè pōderis alicuius esse viderentur, omnia, vt arbitramur, persecuti sumus. perlatæ verò legis quæ vis esset, primùm vtrum maxima: deinde, si maxima, vtrū perpetua, breui dissceremus. Erat in lege summa vis, nō solū, quia, quod erat lege sancitū, eo Quirites omnes tenebātur: quod tribus legibus, vna cōsulari Valeria Horatia, duabus dictatoriis, Publilia, & Hortēsia, cautum est, (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane ciues obstringebantur, quo de genere fuisse legē de repetundis, animaduerti: lata enim est post illas tres, consularem vnā, dictatorias duas, à nobis proxime nominatas: &, quodcūque postremū populus iussit, id ius ratúmq; esse XII tab. lege sancitum est) verū etiā, quia, non, vt prætoris edictum, itē lex annuo spatio terminabatur, sed vigebat vsq; dū alia lege abrogaretur. abrogari verò omnes licuit, præter sacratas: quę violatæ sæpe, abrogatæ nunquā sunt. abrogāti verò non eadem, quę violanti legem, pœna sancitur, cęteræ leges & abrogari omnes potuerūt, & abrogatę multę sunt. tametsi nulla lata lex est, quę ipsa se cōtra abrogationē quasi sanctionis sepimēto non munierit, graui pœna, multāve ei, qui abrogasset, irrogata, at multi multas abrogauerūt, neque tamen vllā propterea subiere pœnam. dixi iam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremū populus iussisset, quàm in eo, quod antea iusserat: id lege XII. tab. sancitum esse. iussum autē populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabātur leges. itaq;, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. sensit aūtin hoc genere populus nō semper è rep. nā quemadmodū sæpe malas leges bonus populus, sic interdū bonas malus abrogauit. à senatu verò nūquam lex vlla, nisi reip. caussa, sublata est, vt, cū Apuleiæ, Mario consule referente, S. C. damnatæ sunt, quòd ab hoste reipub. L. Appuleio Saturnino rogatæ essent: aut, cū Liuiæ consilio Philippi consulis sublatæ, quia contra auspicia, quæ seruari lex Ælia iubebat, à M. Liuio Druso latę iudicarentur. erant enim quatuor omnino genera, (vt ipsa ferè Ciceronis verba vsurpem, quę sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per senatum more maiorū statueretur aliquid de legibus: vnū huiusmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M. Iunio cōss. quę leges rem militarem impedirēt, vt abrogarētur, atque hoc genere nō abrogabat legē senatus, (nam abrogare propriè populus dicebatur) sed, vt abrogaretur, statuebat. Alterū genꝰ erat: quæ lex lata esse diceretur, ea nō videri populū teneri, vt L. Martio Sex. Iulio cōss. de legibus Liuiis: quæ vt vno S. C. tollerentur, Philippus consul, Liuij inimicus, obtinuit à senatu. ideo autē, huiusmodi legibus nō videri populū teneri, senatus decernebat, quia, cōtra auspicia lata esse, augures monuissent. tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas: de quibus lib. 2. de Legibus hęc à Cicerone scripta legimus. Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid, leges, non iure rogatas, tollere? Tertiū, de legū rogationibus. quo de genere persæpe S. C. fiunt, vt de lege Calpurnia, de ambitu, quæ derogaretur. Quartū genus, quòd ea Ciceronis oratio mutila admodū est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quòd sciam, inuenitur. me tamen in eā partem coniectura ducit, vt existimē, quū aliquem senatus hostem iudicaret, simul, vt eius quoque leges, quæ quidē aduersus remp. essent, tollerētur, eodem S. C. aut alio, proximè facto iudicasse. quarū enim maximè legum caussa perniciosius patrię ciuis damnatus sit, & à rep. remotus, eas ipsas leges in rep. nō hęsisse, sed abiectas in loco esse, etiā si ab historia non prodatur, veri tamen simillimū est. quale fuit, quod de legibus Saturnini, proximè, & de legibus M. Antonij traditum est. postremū illud est, quū, verbo quidē, neque à senatu, neque à populo, tacito autem omnium consensu per desuetudinem leges abrogabantur. id quod & Iulianus Iurisconsultus notauit. Agamus nunc de loco ferendæ legis, is erat interdum Prata Flaminia, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiā lucus Petelinus, quandoque Capitolium, sed plerunque forum, aut campus Martius. de Pratis Flaminis, luco Petelino, Capitolio, Liuius testis est, de foro, declarāt illa pro C. Rabirio Postumo: Si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra, erant enim Rostra in foro. dixit autē, Conuolare ad Rostra, quū hoc subintelligeret, vt inde legem dissuaderetis. & aperte in oratione 1. in Antonium, & in 5. & pro domo: & vbi nonnde cāpo, inde constat, quòd, quū leges cēturiatis comitiis sæpe latæ sint, centuriata porrò comitia in campo esse habita, omnes historiæ narrent: manifestè sequitur, vt leges centuriatis comitiis latæ, in campo latæ sint. Hic oritur alia consideratio, locone sacro an profano ferte tur lex. sacro potius, quàm profano, crediderim: primùm, quòd in Rostris, qui locus erat auguratus, templúmque dicebatur, sæpe à magistratu ferretur: itaque pro Sextio, Princeps, inquit, rogationis Q. Fabricius templum aliquāto ante lucē occupauit. occuparat enim vt legē ferret. quod illa verba pro Milone declarant: Potuitne Fabricio, viro optimo, quū de reditu meo legem ferret, pulso? Occuparat autē Rostra, nō templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infra, in eadē pro Sextio subiungens, Tribunos pl. ferro è Rostris à Clodio pulsos, Fabricium intelligens. sed clarissimè in Vatinium his verbis: Cum L. Vectium iudicem in Rostris, in illo, inquā, augurato templo ac loco collocatis, & Liuius lib. 8, Naues, inquit, Antiatium partim in naualia Romæ sunt ductæ, partim incensæ: Rostrisque earū suggestum in foro extructum adornari placuit: Rostráque id templum appellatum. Altera est ratio, quòd leges à P. Clodio tribuno pl. in templo Castoris latas inuenio. quod indicat illud in Pisonem: eodem in templo, Eodem & loci vestigio & temporis, arbitrian nō mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti. Nam illud, eodem in templo, ego sic interpretor. quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulit: quam tu prouinciam ad arbitriū eium pro meo funere, quod idem funus patrię fuit, ipse pactus eras. itaque prouinciam lege traditam, quasi præmium à Clodio debitū, abstulisti. Et apertius in oratione pro domo sua: Quū arma, inquit, in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi, vti nequid per vim agi posset, machinabare. In libris autem de Inuentione, Flaminium, inquit, cū, qui consul remp. malè gessit bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit. accersitur maiestatis. & apud Liuiū, ante quàm Rostra in foro extructa essent, de tribunis pl. legum rogandarū caussa in templum coeuntibus, non semel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de lege populus circa templum. locum enim tantæ multitudini vllo in templo fuisse, credibile non est. cum verò lex à magistratu ferretur, eodem in templo alios quoque magistratus affuisse, eos nimirum, qui cum magistratu legem ferente consentirent, legimus in oratione in Vatinum: Quæ quidē leges, inquit, anno post, sedētibus in templo duobus nō cōsulibus, sed prodītoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vna cū auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico cōflagrauerunt. Ostēdi latā in templo legem, quum in foro ferebatur, hoc est tributis comitiis. quid quum in campo centuriatis: tum in templis deorum nō existimo, quæ in cāpo nulla fuisse legimus: quo tamē in loco à magistratu ferretur, cum locū antè auguratum fuisse crediderim. nam si tribu tis comitiis semper in templo, cur centuriatis, quæ maiorum rerum caussa habebātur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma coniectura. addamus exemplum, vt dubia res testimonio probetur. Liuius lib. 3, Tribuni, inquit, vt impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod, & augures iussos adesse ad lacum Regillum fama exierat, locúmque inaugurari, vbi auspicato cū populo agi posset: vt, quidquid Romæ vi tribunitia rogatū esset, id comitiis ibi abrogaretur. Inter leges autē, quę in foro, & eas, quæ in cāpo ferrentur, dixi iā hoc interfuisse, quòd in foro tributis comitiis ferrentur, in cāpo centuriatis, nūc adiungo, primū illud, centuriatis comitiis eas esse latas, quę è S. C. ferebantur: deinde illud, quæ in centuriatis comitiis ferrentur, eas, si à S. C. nō ferrentur, patribus quidē authoribus semper esse latas. id quod nō à primis reip. temporibus, sed tārum post Publilij Philonis dictaturam obseruatum est. hunc enim dictatorē legem tulisse, vt legum, quæ comitiis cēturiatis ferrētur, ante latum suffragium partes auctores fierent, scribit Liuius lib. 8. quo significatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, à S. C. aut patribus authoribus esse latas. quòd si factum nunquam antea non erat, consuetudine seruata, quæ in Numa Rege creando est inducta, vt scilicet, ante quàm populus suffragium iniret, patres in incertum comitiorum euentū authores fierent, Publilius in plebem propensus, quia plebeię gentis erat, quod senatui liberū erat, id necessariū fecit: quódq; more factū erat, id vt lege fieret, sua lege sanxit. Neque verò, quod ait Liuius, Patres authores fierēt, exponō, patres S. C. probarēt, fiebat enim de re & relata, & disputata S. C. quid

porrò referri & disputari opus erat id, quod omnino probari à senatu Publilia lex iuberet? nā de quo fit S. C. id eiusmodi est, vt improbari & abiici potuerit. est autem & probatū, & acceptum, quia maior pars senatus ita senserit. at in hoc non, vtrum vis licere, neque plurium senatorum voluntatem spectari, Publilius voluit, sed, quasi ab vniuerso senatu iam probatum esset, ita, vellent nollent, patres authores esse. ergo sic existimare debemus: & eas leges, quæ centuriatis comitiis ferrētur, post legem Publiliam aut è S. C. aut certè patribus authoribus esse latas: & eas, quæ ante legem Publiliam centuriatis comitiis latæ erant, alias è S. C. alias sine S. C. Patribus tamen authoribus, alias neque è S. C. neque patribus authoribus esse latas. Nihilne igitur interfuit, dicet aliquis, inter leges, quæ patribus authoribus, & eas, quæ è S. C. ferrentur? nihil planè, ante legem Publiliam. nam, sine è S. C. siue patribus authoribus ferrentur, è senatus voluntate ferebantur. post legem autem Publiliā multum inter huiusmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quātum inter secundam & diuersam voluntatem interest. nam secūda senatus voluntate ferebantur eæ leges, quæ S. C. probatæ iam erant: aduersa verò nonnunquam eæ, quarum patres authores fiebant. probabant enim inuiti, lege coacti. itaque honorificentius habebatur id, quod è S. C. centuriatis comitiis latum esset, quàm id quod iisdem comitiis patribus authoribus. sed extremis reip. temporibus nullā legem cēturiatis comitiis sine S. C. patribus au thoribus latam inuenio, permultas autem S. C. iisdem comitiis: siue, quòd abrogata sit Publia lex: siue, quòd postea quàm Q. Hortensius Dictator multis annis post Publiliū legē tulerit, vt eo iure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur; nihil attinuit patres authores de eo fieri, quo, vel si authores ipsi non fierent, tamen omnes ciues æquè tenerentur. itaque magistratus aut à S. C. centuriatis comitiis, aut, si senatus dissentiret, tributis leges tulerunt: (quanquam & leges multæ tributis comitiis ex S. C. latæ sunt) cum lege Hortensia eandem vim haberent leges tributis comitiis latæ, quam habuerunt antea leges eæ, quæ centuriatis comitiis patribus authoribus, latæ erant. Hic fortasse quæreretur, ante Publiliam legem omnésne leges, quas senatus, siue centuriatis, siue tributis comitiis ferri cuperet, ferrentur è S. C. an verò aliæ è S. C. aliæ verò sine S. C. tantum patribus auctoribus? vtrunque factum est. nam neque omnes è S. C. neque omnes patribus authoribus latæ sunt. de latis è S. C. testimoniū res non desiderat: exemplorum enim plena sunt omnia. patribus autem authoribus minus quidem multæ, sed aliquot tamen latæ sunt, vt Petilia de ambitu, à tribuno pleb. tributis comitiis lata; de qua Liuius libro 7. Quæretur etiā, vtrum centuriatis comitiis leges à maiore tantùm magistratu, an etiam à minore ferrentur. faciamus quod oratores solent: qui quū tribus rem probare non possunt, argumentantur à simili, & hoc genere sæpe fidē faciunt. item nos, quū, centuriatis comitiis à minore magistratu leges latæ sint, necne, affirmare nō possimus, quia neutrū ab antiquis proditū est, similitudinē sequemur, &, quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferendis legibus obseruatum esse dicemus. nam si creandis magistratibus centuriata comitia nunquam, nisi à maiore magistratu habita sunt: it idem, ferendis legibus nunquā, nisi à maiore, esse habita consentaneum est. illud autē est: esse igitur & hoc dicemus. neque enim aut non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. Ex P. Manut. libro de legibus Romanis.

Legum ferendarum morem describit Cicero in Oratione pro Flacco, O morem (inquit) præclarum, disciplinámque quam à maioribus accepimus, siquidem teneremus: sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi & sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet, summota concione, distributis partibus, tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus: auditis authoribus, re multos dies promulgata & cognita, iuberi vetarique voluerunt.

Author legis atque adiutor, Vide ADIVVO.
Auxilium legum. Tacitus libro 1.
Constitutor legis. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Latores legum. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Necessitudo legis. Tacit. 4.
Nexus legis. Tacit. lib. 3.
Peritus iuris, legúmque. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Sanctor legum. Tacit. lib. 3.
Tutela legum. Ouid. 2. Trist.
Vigor legis. Vlpianus in l. 1. D. De constitutionibus principū, Quod principi placuit, legis habet vigorem.
Lege populi aliquid poscere. Plaut. Trinum. 17.
Lex maiestatis, Cornel. Tacit. lib. 2.
Leges Curiatæ, Vide CVRIATVS. Sic Leges Centuriatæ, Vide CENTVRIA.
Lex Iulia iubet persequi ab iis qui, &c. Cic. pro Rab. Posth.
Lex Iulia, qua ciuitas est sociis & Latinis data. Cicero pro Cornelio Balbo.
Lex Licinia, nequis ipse sibi curationem ferret. Cicero pro Domo sua.
Lex Licinia quæ est de sodalitiis. Cic. pro Plancio.
Lex Maria pontes fecit angustos. Cic. 3. de Legibus.
Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis consecrari. Cicero pro Domo sua.
Lege Pompeia cautum est. Plin. epist. 300.
¶ Amissæ pereunt leges. Lucan. lib. 3.
Arctæ leges additæ, Vide ARCEO.
Aspera lex. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Barbarica lex, Vide BARBARVS.
Coloniæ leges, Vide COLONVS.
Consulares leges. Cic. contra Rullum.
Decemuirales leges, Vide DECEMVIR.
Derogatiua lex, Vide DEROGO, & ABROGO.
Durissimæ leges. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Exitiabiles leges. Partercul. lib. 2.

Iudiciaria lex, Vide IVDICO.
Malignæ leges. Ouid. 10. Metamorph.
Molliores lex. Cic. 3. Verr. Vide MOLLIS.
Mortales leges, Vide MORIOR.
Perniciosæ leges. Patercul. lib. 2. Cic. 2. Philipp.
Publica lex hominum. Pers. satyr. 5.
Rubræ leges. Iuuenal. satyr. 14,
-causas age, perlege rubras Maiorum leges. Id est, miniatas.
Nam capita legum notari solent minio. Vnde & Rubricæ dictæ.
Sacratæ leges, Vide Sacratus in SACER.
Sanctæ leges. Horat. 2. Serm. satyr. 1.
Secundissimæ leges. Liu. 8. ab Vrbe.
Seuera lex. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
Socia lex, quæ omnes ex æquo alligat. Ouidius epist. 4,
In socias leges vltima gentis eo.
Theatralis lex. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Tribunitiæ leges. Cic. contra Rullum.
Vanæ leges sine moribus. Horat. 3. Carm. ode 24.
Vetus lex. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Viduatæ iudice leges. Claud. 8. Paneg.
¶ Liber à legibus, Vide LIBER.
E lege. Quintil lib. 5. cap. 10, Quòd accusatores eorum qui erant & ipsi ambitus damnati, è lege sint post hanc victoriam restituti.
Legibus & præmia proposita sunt virtutib⁹, & supplicia vitiis: Hoc est per leges. Cic. 1. de Orat.
¶ Abdicare legem, Vide ABDICO.
Abrogare lege, legi, & legem, Vide ABROGO.
Abuti legibus ad quæstum, Vide ABVTOR.
Accipere legem, & leges, Vide ACCIPIO.
Accipere aliquid contra leges, Vide ACCIPIO.
Adæquare aliquem legibus. Tacit. lib. 12.
Administrare leges, Vide ADMINISTRO.
Agere lege. Terentius Phorm. 58, -vna iniuria est
Tecum. D. lege agito ergo. Lege agere dixit, pro Bonorum possessionem secundum tabulas petere, vel Ex testamento agere. Cic. 4. Verrina, Quis vnquam isto Prætore Chelidone inuita lege agere potuit? Id est iure legibus constituto certare. Ex Budæo.
Agere lege, pro Vindex virgis cædere, & deinde securi ferire, exequendo scilicet sententiam, quam iudex tulit. Liuius de Campanis loquens, Decad. 3. lib. 6, Fuluius acceptas literas, neque resolutas, quòd in gremio reposuisset, præconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet. Id est vt ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. Valerius libro 3. cap. 8. Ex Budæo.
Agere lege, Actionem & querelam inofficiosi intendere. Cic. 1. de Oratore, Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII Tabul. permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. Bud.
Spretarum legum reus agitur. Ouid. 15. Metamorph.
Magnis agitant sub legibus æuum. Virgil. 4. Georg.
Asscribere in legem, vel in legibus, Vide ASCRIBO.
Assuescere legibus, Vide ASSVESCO.
Astringi legibus. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 1, Quoad per se negligeret eas leges quibus esset astrictus.
Cedere legibus, Vide CEDO.
Coactus legibus, Vide COGO.
Coæquare leges, Vide COAEQVO.
Coangustare legem, Vide COANGVSTO.
Committere contra legem, Vide COMMITTO.
Comparent leges, Vide COMPAREO.
Componere & sancire leges. Cic. 2. de Legibus.
Comprobare legem, Vide COMPROBO.
Conculcare legem. Cic. Deinde sanctissimas leges, Æliam & Fusiā dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & inter arma Syllana vixerunt, solus conculcaris, &c.
Condemnare lege aliquem. Cic. 2. Philipp. Hominem verò omniū nequissimū, qui non dubitaret & vel in foro alea ludere, lege ea quæ est de alea condemnatum.
Condere legem. Cic. 2. de Leg.
Conscribere legem, Vide CONSCRIBO.
Conserere leges, Vide CONSERO.
Constituere legem. Cic. 2. de Lege agraria, In posterū verò lex hæc imperatoribus vestris constituitur.
Conuellere legem. Cic. Quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere.
Delere legem. Cic. pro Sest.
Denuntiare lege. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Dare leges. Virgil. 1. Æneidos, Iura dabat, legésque viris.
Discedere à lege. Cic. pro Cluent.
Mos & lex maculosum edomuit nefas. Horat. 4. Carm. ode 5.
Egredi leges. Tacit. lib. 3.
In leges ire. Stat. 1. Sylu. 1.
Intra legem epulari, Vide INTRA.
Euertere & perfringere leges. Cic. 1. in Catil.
Legem ferre, Authorem legis esse. Cicero Post reditum in Senatu, Legem Tribun. pleb. tulit ne auspiciis obtemperaretur.
Fixit leges pretio, atque refixit. Virgil. 6. Æneidos. Cic. ad Atticum, lib. 14, Antonius accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitiis latam.
Florent sub Cæsare leges. Ouid. 2. Fast.
Fundare vrbes legibus. Quintil. in Procem. lib. 1.
Illædere legem, pro Dissoluere, Vide ILLAEDO.
Imponere legem alicui. Virgil. 1. Georg. Vide IMPONO.
Imponere leges populo, Vide IMPONO.
Imponere leges populo per vim & contra auspicia. Cicero 6. Philippica.
Incidere leges, Vide INCIDO, penult. prod.
Incidere leges ligno. Horat. de Arte.

Leges incidebantur antiquitus in æs, vel etiam in marmore, quo perpetuæ essent, & in Capitolio vel loco aliquo publico figebantur, vt omnibus apertæ essent. Cic.3.Philipp.Fastas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit.
Incidere leges.Propert lib.4.eleg.9.
Infirmare legem.Cic.in Philip.
Intercedere legi.Cic.Post redirum.
Interpretari legem & æquitate explicare, Vide INTERPRETOR.
Inurere leges, Vide INVRO.
Irritam legem facere.Cic.Philip.5.
Irrogare leges, Vide IRROGO.
Iubere legem.Cic.pro Corn.Balbo, Legem Populum Rom. iussisse de ciuitate tribuenda.
Iurare in leges alterius, Vide IVRO.
Labefactare leges ac iura, Vide LABES.
Manet lex, Vide MANEO.
Mitigare leges, & eas intendere, contraria. Plinius iunior libro 4. epist.9.
Obseruare legem.Cic.2.Offic.
Obtrectare legi, Vide OBTRECTO.
Perfringere leges, Vide PERFRINGO.
Permissum est lege, Vide PERMITTO.
Perrumpere leges.Cic.3.Offic.
Medias perrumpere milite leges.Lucan.lib.1.
Ponere leges Horat.1.Serm.satyr.3.
Promulgare legem.Cic.in Fam.epist.
Leges suas ciuitatibus reddere.Cic.in Verrem.
Refigere leges, Vide paulo antè Fixit leges. Refigere, id est improbare.
Repudiare legem.Cic.de Amicit.
Validas æui rescindere leges.Lucret.lib.5.
Restituere leges.Vide paulo pòst,Statuere leges.
Rogare leges.Lucret.lib 6.
Ruptis legibus arma ferunt vrbes.Virg.1.Georg.
Sancire leges.Cic.de Amicitia, Hæc prima lex in amicitia sanciatur, vt neque rogemus res turpes,&c.
Sciscere legem.Cic.pro Planco.
Scribere leges. Cicero pro Domo sua,Hanc legẽ Clodius scripsit.
Aurum lex sequitur.Propert.lib.13.eleg.13.
Leges bello siluere coactæ.Lucan.lib.1.
Legibus soluere, Id est quod nunc dispensare vocamus. Liu.10.ab Vrbe condita. Cicero 11.Philipp. Ille homo summo ingenio,summa potentia,qui ex ædilitate Consulatum perit, soluatur legibus, quam leges eum non tenent. Verba sunt ironica, significantia hominem perditissimum & exlegem. Budæus.
Solutis lege.Lucret.lib.3.
Ænigmata legum soluere.Iuuenal.satyr.8.
Statuere leges. Cic.Philip.12, Leges statuimus per vim & contra auspicia latas: hisque nec populum, nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis?
Subrogatur lex, Vide SVBROGO.
Teneri legibus.Lucret.lib.2.
Implicatum legibus teneri, Vide IMPLICO.
Timendæ leges in pace.Lucan.lib.2.
Iniquas leges tolerare.Claud.7.Paneg.
Tollere legem.Cic.Sustulit duas leges,&c.
¶Lege vẽdere, vt Lege agere: Id est legitimè. Plautus, Non potes tu lege vendere. Id est,quia mancipio non accepta est,ideo lege vendi non potest.
Vetita legibus alea.Horat.3.Carm.ode 24.
Vti legibus.Lucret.lib.5.
¶Legem & conditionem instituere. Cic.pro Murena, Iniquam legem Iudices,& miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit,&c. Plautus Asina,13,
Agedum, istum ostende,quem conscripsisti,syngraphum
Inter me & amicam,& lænam,leges pellege.
Vincula legum.Quintil.lib.5.cap.10.
Certa lex temporum.Quintil.lib.1.cap.12.
Compositæ leges.Virg.12.Æneidos,
-istum iam fœdus,& omnes Compositæ leges.
Metricæ leges, Vide METRVM.
Alligari lege.Quintil.lib.4.cap.5.Vide ALLIGO.
Conscribere leges.Quintil.lib.2.cap.5.
Dicere legem sibipsi.Ouid.13.Metamorph.
Firmatas pacis dissoluere leges.Claud.1.de Raptu Proserp.
Facere legem.Quintil.lib.2.cap.5.
Imponere sibi leges, Vide IMPONO.
Indicere sibi legem innocentiæ, Vide INDICO.
Seruare certam legem temporum.Quintil.lib.1.cap.12.
Vitra legem tendere opus.Horat.2. Serm.satyr.1.
Farali lege tenemur.Ouid.10.Metamorph.
Tradere se sub leges pacis.Virgil.4.Æneid.
Natura se vertet in nouas leges.Seneca Thebaid.1.
Lege hac, Hoc iure, hac conditione: vel hoc pacto. Terentius Andr.1.2,
Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam, vsque ad necem,
Ea lege atque omine,vt si te inde exemerim,ego pro te molam. Idẽ Eunuch.1.2, Verùm heus tu,lege hac tibi meam astringo fidem.
¶Lex,Norma,regula,typus,forma.Cicero 3.de Oratore,Hanc igitur,Crassus inquit,ad legem cum exercitatione,tum stylo,qui & alia & hoc maximè ornat ac limat, formanda vobis oratio est. Idem in Oratore, Quo etiam difficilius est oratione vti quàm versibus, quòd in illis certa quædam & definita lex est,quam sequi oportet.
Legislator,penult.prod.legislatoris {νομοθέτης,νομοθέτου} Qui etiam Legumlator dicitur,& separatim Lator legum vel legis. Denominatiuum,Qui legem fert. Liuius 4. belli Macedon. Noster legumlatoros non in paucorum manu Rempub. esse voluit Cic.4.in Catilinã,Latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reip.dependisse.
Legifer.pen.corr.Adiectiuum {νομοφόρος} Idem. Virgil.4.Æneidos,Legiferæ Cereri.
Legifer {νομοθέτης} Legislator.Ouid.3.Amor.elegia 9,Optauit Minos similes sibi legifer annos.
Legirupa,legirupæ,pen.corr.masc.gen. {παράνομος} Qui legem rumpit & violat.Plaut.Pseud 15.
Legirupio,legirupionis {νομοκλόπης} Idem. Plaut.Rudente,18.
Leguleius,leguleij, siue Leguleus,legulei {νομικὸς} Qui legum studia sectatur. Cicero 1.de Oratore, Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil,nisi leguleius quidam cautus & acutus præco actionum,cantor formularum,auceps syllabarum.
Legitimus,pen.corr.Adiect. {νόμιμος,ἔννομος,γνήσιος} Æquum, iustum, conueniens & secundum legem.
Ætas legitima ad petendum Consulatum.Liu.5.bel.Pun.
Amor legitimus,Coniugalis.Ouid.epist.13.
Coniux legitima.Ouid.10.Metamorph.
Dies legitimus comitiis habendis.Cic.4.Verr.
Legitimi dies dicebantur, quas nunc *dilationes ordinarias* dicimus: Qui legitimi erant accusatori ad accusandum, & defensori ad respõdendum. Budæus.
Faces legitimæ.Lucan.libro 2.
Finis legitimus.Ouid.1.de Arte.
Fœdere legitimo iunctus Amor.Ouid 2.Trist.
Legitimas horas accipit Cicero pro diebus legis, Vide HORA.
Impedimentum legitimum.Cic.pro Lege agrar.
Ius legitimum Cic.1.Offic. Ex quo fit,vt neque disceptatione vinci se,nec vllo publico ac legitimo iure patiantur.
Nuptiæ legitimæ.Cic.1.de Inuent.
Poema legitimum, Iuxta carminis leges factum. Horat.2.epist.2.
Potestas legitima.Cicero 1. Tusculan. Nec tamen illa vincula carceris ruperit,leges enim vetant, sed ranquam à magistratu,aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit.
Iusta & legitima potestas.Cic.3 de Nat.deor.
Quæstiones legitimæ.Quintil.lib.3.cap.8.
Viri legitimi,Id est coniuges non adulteri.Ouid.epist.5.
Vox legitima.Ouid.3.de Arte,
Quid quum legitima fraudatur littera voce?
Blæsáque si iusso lingua coacta sono?
Vxor legitima.Martial.lib.5.
Legitimè,penult.corr. Aduerbium. Cicero 1.Offic. Iustè & legitimè imperanti.
Nubere legitimè.Iuuenal.satyr.10.
Legalis,& hoc legale,penult.prod. {νομικὸς} Quod ad legem pertinet. Quintil.lib.3.cap.10, Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maximè consilia.
Homines legales.Firmicus lib.5.cap.7, Docti,sapientes, legales,& qui optimo legum ac iudiciorum discursu omnia pertractent.
Legale genus quæstionum.Quintil.lib.3.cap.5.
Legales quæstiones.Quintil.lib.3.cap.8.
Lexipyretus λεξιπύρετον fœminino genere pronuntiatur rectius,quàm Lexipyreta. Vtitur ea voce Plinius semel opere toto. vtuntur & Græci,medicinas ita nominantes, quæ febres finiunt, διὰ τὸ λύειν τοὺς πυρετούς. Hæc Barbarus in Plinium. Plinius lib.20.cap.18 Ego tamen damnauerim collyriis addi: multóque magis quas vocant Lexipyretas,quásque pepticas, & cæliacas. Vbi Cornarius legendum censet lexopyretos,adiectiuum communis generis. λύω, ceisso, finio. πυρετὸς,febris.
Lexis,huius lexeos {λέξις} dictio.Cic.3.de Oratore,
Quàm lepidè lexes compositæ vt tesserulæ omnes
Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex poeta. Idem in Oratore.
Lexicum,lexici {λεξικὸν} n.generis,Vocabularium,Dictionarium.
LEXVBII {λιξοῦβοι} Ptolemæo libro 2.cap.8.Lexouij aliis, Gallíæ vrbs. Vulgò *Lisieux*.

L I

Libadium, herbæ genus, quæ nostris vulgò *Centaurion minus* appellatur.Plin.lib.25.cap.6.
Libamen,Libamentum,Libartus,Libatio,Vide LIBO, libas.
LIBANIVS {Μελάνιος} sophista Antiochenus floruit temporibus Iuliani Apostatæ. Is est qui argumenta in omnes orationes Demosthenis edidit.
Libanochnes, Gemma, quæ thuris similitudinem ostendit, sed fucum mellis. Plinius libro 37.cap.10. Quo loco legitur à quibusdam Libanochros.
Libanotis.pen.prod. {λιβανωτὶς} quia per α scribitur, huius libanotidis,pen.corr.f.gen. Herba odorem thuris reddens, quæ à nostris *rosmarinum* dicitur. Plin.lib 19.cap.12.
LIBANOTVS,pen.corr. Vétus flans inter Liba,id est Africum & Notũ. Plin.lib.2.cap.47.
LIBANVS,penult.corr.{λίβανος}Mons inter Arabes & Phœnices,excelsas arbores habens. Ex eo Orontes fluuius oritur.
Libanus etiam arbor est quæ thus producit, ram masculini quàm fœmin. generis. Vnde pro thure accipitur,quod & Libanum dicitur. Libanicus,thureus.
LIBARNVM {λίβαρνον} Ptolemæo lib.3.cap.1.Libarna Plinio, vrbs Liguriæ. Hodie Lauanium,Lauaniæ comitatus.
Libella,Vide LIBRA.
Libellus,Vide LIBER,libri.
Libens.Libenter,Libentia,Vide LIBET.
LIBENTINA, penult.prod. Dea Venus, seu Proserpina. Vide Cic.2.de Nat.deor.

LIBER, prima prod. {Βάκχος, Διόνυσος} dicitur Bacchus. multos autem fuisse Liberos siue Bacchos Diodorus scribit.Celebrior verò qui ex Semele & Ioue genitus fertur,quem tertium fuisse auunant,& Thebis Bœotiis natum: qui Liber appellatus est à liberando. nam libertatis deus est, siue quòd Bœotiæ vrbes liberas fecerit: ipse enim pro Bœotiæ libertate pugnauit. vel quia vinum curas soluat, & mentem abillis liberet,& audaciorem in omnes conatus faciat: vt notum est ex Horatij carmine,1.epist.15,
Ad mare quum veni, generosum & lene requiro,
Quod curas abigat,&c. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Seneca libro de Tranquillitate vitæ. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens quò lubet prolabitur. Augustinus docet Liberũ vocari,quòd mares in coeundo,per eius beneficium, emissis seminibus,liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Vide Ciceronem 2.de Nat.deor.
Liber pater.Horat.2.epist.1.
Iocosi munera Liberi.Horat.4.Carm.ode.15.
Modici transilire munera Liberi.Horat.1.Carm.ode 18.
Ornatus viridi tempora pampino Liber.Horat.4.Carm.ode 8.
¶Interdum Liber ponitur pro ipso vino: sed tantùm apud poetas, teste Quintiliano lib.8.cap.6. Terent.Eunuch.4.5,
Sine Cerere & Libero friget Venus.
¶Liber dicitur Sol, quia liberè per aerem vagatur. Virgilius 1. Georgicorum,
-Vos ô clarissima mundi
Lumina,labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.
Liberalia, liberaliorum, pluralis numeri, neutri gener. {Διονύσια} Dies Libero sacer, quo togæ pueris dabantur XVI. Calend.Aprii. Ouid. 3.Fastor. Cic.ad Cornificium, lib.12, Liberalibus literas accepi tuas.
Liber. prima producta, libera, liberum, penult.corr. {ἐλεύθερος} Qui nullius habito respectu,quod fentit,dicit & facit.
Libera vti lingua.Plaut.Cistel.3.
Libero corde fabulari.Plautus Epidico,3.
Homo liber. Quintil.lib.6.cap.3.
Liber,Qui nulli subiectus est: cuius relatiuum est Seruus. Plaut. Menæch. 22, Mea quidem hercle causa liber esto, atque abito quò voles.
Statu liber,Vide Status in STO.
Liber,Qui curis omnibus ac negotiis solutus est. Martialis lib.1. ad Cherilum, Liber homo es nimium, dicis mihi Cherile semper. Hoc est,nimiũ liberè loqueris. In te qui dicit Cherile, liber homo est. Hoc est,vacuus negotiis,& quid agat non habens.
Liber ad scribendum.Cic.1.de Nat.deor.
Truculentior,atque plus æquo liber.Horat.2.Serm.satyr.3.
¶Liberæ ædes, Quibus quis vti potest tanquam suis. Plautus Milite,10.
Liberum arbitrium, Animi voluntas ac sententia libera.Liuius 7. bel.Maced. Idem 4.ab Vrbe.
Bilis libera inæstuat præcordiis.Horat.Epod.11.
Cælum liberum, Quod omnibus æquè commune est. Cicero 1. Tusculanarum, Multo difficilior occurrit cogitatio, multóque obscurior, qualis animus in corpore sit, tanquam alienæ domi, quàm qualis quum exierit, & in liberum cælum quasi in domum suam venerit.
Cælo liberiore frui.Ouid.15.Metamorph.
Campus liber.Liu.1.bel.Maced. Ouid.4.Fast.
Consuetudò peccandi libera. Cic.5.Vertina, Ira serpit illud insitũ in natura malum consuetudine peccandi libera,finem vt audaciæ sta tuere ipse sibi non possit.
Libero cursu ferunt equitem in hostem equi concitati. Liuius 4. belli Macedon.
Dies liber.Seneca Thyeste,1.
Egressus liber.Tacit.lib.4.
Equus liber habenis.Virgil.3.Georg.
Exitus patet liber.Lucret.lib.4.
Fama libera.Propert.lib.4 eleg.12.
Fides nulla parte libera.Ouid epist.19.
Indignatio libertima.Horat.Epod.4.
Iocus liberior.Ouid.4.Fast.
Iter liberum.Horat.in Carm.seculari.
Iurisdictio libera.Tranquillus in Caligula. Budæus.
Lectulus liber.Cic.ad Attic.lib.14.
Legatio libera, Vide LEGO,legas.
Lingua libera.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Literæ liberæ,Quæ liberius atque audacius loquuntur. Cicero ad Atticum,libro 1, Ita neque Achaicis hominibus, neque Eporoticis paulò liberiores literas committere audeo.
Locus liber.Plaut.Casina,13.
Loca ab arbitris libera,Vide Abditus in ABDO.
Mandata libera, Quæ plenam rei constituendæ potestatem habẽt. Liu.7.bel.Maced. Budæus.
Otia libera.Ouid.2.de Arte.
Tempus liberum,quod & vacuum dicimus.Cicero 1.de Finibus, Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit,quominus,&c.
Libera toga, togam significat virilem, qua sumpta adolescentes excedebant è magisterio pædagogorum & tutoris authoritate,& sue libertati permittebantur. Propertius,
Matris & ante deos libera sumpta toga est. Eam etiam vestem liberalibus induere solebant pueri in Liberi honorem, vel liberæ vitæ significationem, atque eo die probibant cultu tironum sumpta toga pura,id est virili,de quo Ouid.in Fastis.
Verba libera edere.Tibul.lib.1.eleg.9.
Via libera facta luxuriæ.Propert.lib.3.eleg.13.
Vina libera.Horat.de Arte.
Vitæ liberioris iter.Ouid.3.Fast.
Vox libera.Liu.lib.5.Decad 4.
¶Agri liberi atque immunes.Cic.4.Verr.
Libera prædia meliore iure sunt,quàm seruа. Cic.3.de Lege agrar.
¶Liber à delictis,Nulli delicto obnoxius. Cic.1.pro Lege agraria, Omnes qui se incolumes volent, sequentur authoritatem Consulis soluti à cupiditatibus,liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.
Liber ab irrisione,Qui properea irrideri non potest. Cicero 4.Academic. Liber à tali irrisione Socrates,liber Aristo Chius, qui nihil istorum putat fieri posse.
Liber à legibus,Qui non subditur legibus.Plaut.Trin.14.
Liber à metu insidiarum campus.Liu.9.bel.Macedon.
Libera à prædonibus prouincia. Cicero pro Lege Manil. Quam prouinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos?
¶Aliquando subauditur præpositio: vt,Liber omni cura animus: Id est,à cura.Cic.1.de Finib.
Liber omni metu.Liu.7 ab Vrbe.
Liber pauore. Plinius libro 10.capite 33. Alij legunt in pauore.
Liber religione animus.Liu.2.ab Vrbe.
Liber terrore animus.Cic.5.de Finib.
¶Liber est harum rerum,cum genitiuo, pro liberali. Plautus Amphitryone,3.
Laborum liber rusticus.Horat.de Arte.
¶Liberum est mihi: Hoc est,licet,possum, & in arbitrio meo constitutum est.Plin.epist.8.
Permittere liberum aliquid, Vide PERMITTO.
Relinquere liberum alicui.Quintil.lib.1.cap.4.
¶Liber, Quod eminet & extat. Varro Eumenid. Iterum tragici prodeant cum cothurno libero,cum antiqua fronte. Nonius.
¶Liber,Magnus,seu validus.Ouidius epist.8,
Perfruor infelix liberiore malo. Vnde Campus liberior dicitur, Id est maior ad dicendum ratio.
Liberè,penult.correp. Aduerbium {ἐλευθέρως,ἐλευθερίως} Solutè,sine alicuius obstaculo. Plautus Bacch.23, -an non vides
Vt solæ liberè grassentur?
Educari liberè, hoc est Ingenuè, & quemadmodum liberos pueros decet. Terent.And.4.4.
Dare consilium liberè. Cicero de Amicitia, Consilium verum dare gaudeamus liberè.
Defendere liberè. Cic.1.de Finibus,A Cyrenaicis melius liberiúsque defenditur.
Nimis liberè fugere imperia alicuius.Catul.de Berecyn.58.
Dicere liberè. Cic.2.de Finibus, Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur & sæpius.
Lædere liberè.Cic.7. Verrina, In quo homine tantum animi fuit, non solùm vt istum liberè læderet,&c.
Loqui liberè Plaut.Trucul.5.
Viuere liberè,Id est suo modo viuere,neque subiici alterius voluntati.Terent.And.1.1.
Tutò & liberè.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Liberius.Virgil.1.Georgicorum, -ipsáque tellus
Omnia liberius,nullo poscente, ferebat.
Libertas,libertatis {ἐλευθερία,ἐλευθερότης} opponitur Seruituti. Cic.in Parad.
Quid enim est libertas? potestas viuendi vt velis.
Libertas(vt ait Florentinus Iurisconsul.de statu hominum.l. Libertas)est naturalis facultas eius quod cuique facere libet: nisi siquid vi aut iure prohibetur.
Libertas trifariam cõtingebat.Cic.in Topic. 6,Si neque censu,neque testamento,neque vindicta liber factus est, non est liber. Quem locum sic exponit Boëthius:Faciendi liberi tres sunt partes.Vna quidem, vt censu liber fiat: censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Siquis ergo consentiente,vel iubente domino, nomen detulisset in censum,cuius Romanus fiebat, & seruitutis vinculo soluebatur. Atque hoc erat censu effici liberum, per domini consensum nomen in censum deferre,& fieri ciuem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendæ libertatis,quæ vindicta vocabatur. Vindicta verò est virgula quædam, quam Prætor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia: atque ideo virgula illa vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi est,si quis suprema voluntate in testamenti serie seruum suum liberum scripserit. Hæc Boëthius.
Castigata libertas.Stat.19.Thebaid.
Maturior libertas, Vide MATVRVS.
Otiosa libertas, Vide OTIVM.
Portior metallis libertas.Horat.1.epist.10.
Precaria libertas.Liu.lib.9.Decad.4.
¶Abdicare se libertate, Vide ABDICO.
Non modò Consulatu, sed etiam libertate se abdicare. Cicero 3. Philippica.
Accipere libertatem.Brutus Ciceroni.
Libertatem adimere & amittere.Cicero pro Domo sua, Quod idẽ in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses.
Asserere libertatem Reipub.Quintil.lib.6.cap.5.
Capessere libertatem, Vide CAPESSO.
Coalescit libertas.Tacit.lib.20.
Concedere libertatem, Vide CONCEDO.
Confirmare aliquem libertati, Vide CONFIRMO.
Deturbare libertatem.Seneca de Benef.lib.2.cap.12.
Dare libertatem alicui: Hoc est liberum facere. Cicero pro Plancio,Tabella quæ dat eam libertatem,vt quod velint faciant.
Donari libertate. Cicero pro Cornelio Balb.18, Seruos denique, quorum vis & condicio infima est, bene de Republ. meritos perfæpe libertate,id est ciuitate publicè donari videbamus. Quo in loco videtur Cicero libertatem interpretari ciuitatem. Sed hoc ait,quia ciuium Romanorum serui tum ciues fiebant quum libertate à Præ-

tore publicè donabantur.
Habere libertatem. Cicero pro Sestio, Sed eos voluntatem semper eandem,libertatem non eandem semper habuisse.
Inculcare atque tradere libertatem,Vide INCVLCO.
Largiri libertatem.Cic.3.de Legibus.Libertatem istam largior populo,vt & authoritate valeant,& vtantur bonis.
Moriens libertas.Tacit.lib.2.
Obruere libertatem bello.Stat.4.Sylu.6.
Cœptatam libertatem omittere.Tacit.lib.20.
Perdere libertatem.Cic.pro Rabir.Posthumo.
Præcidere libertatem.Cic.Verr.5.
Recipere libertatem.Cicero ad Brutum.19, Quæ ne traditam quidem,atque inculcatam recipere possit libertatem.
Retinere libertatem. Cicero ad Atticum, libro 15, Sed quod egerit de libertate retinenda (qua nihil est dulcius) tibi assentior.
Tenere libertatem suam. Cic.1.de Oratore, Virtus tamẽ suum ius atque omnium rerum libertatem impunitam tenere debeat.
Interclusam tenere libertatem alicuius,Vide INTERCLVDO.
Tueri libertatem.Lucan.lib 2.
Vindicare in libertatem. Cic.2.de Oratore. Idem 1.de Nat.deor. Soluti,& in libertatem vindicati.
¶Libertas & licentia , in malum , pro Effræni quadã animi libidine. Cicero 4. Academ. Vt vereat ne maiorem largiar ei qui contradicturus est libertatem ac licentiam. Idem pro Flacco , Hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. De Græcia.
Libertas furtiua.Ouid.2.Amor.eleg.2.
Libertas loquendi.Cic.ad Papyrium,lib.9,Amo verecundiam vel potius libertatem loquendi.
Maxima libertas data est nobis.Ouid.epist.16.
Multa cum libertate notare aliquem.Horat.1.Serm.satyr.4.
Affectatores libertatis.Quintil.lib.6.cap.2.
Testamentorum libertas.Quintil.lib.3.cap.6.

Liberalis,penult.prod.Adiectiuum {ἐλεύθερος,ἐλεύθεριος} Beneficus,munificus: cui contrarium est Parcus,
Largus,beneficus,liberalis. Cic.pro Deiotaro.
Regium,liberale,munificum.Cic.2.de Orat.
Largum & liberale viaticum.Cic.pro Flacco.
¶Liberalis & auidus,contraria.Cic.pro Qu.Roscio, Liberalis auidum fraudasse dicitur.
Epulæ liberales.Tacit.lib.15.
¶Liberale iudicium , & causa liberalis, quum quis aliquem vindicat in libertatem. Quintilianus lib.6.cap.4.de risu,Quod fecit Longus Sulpitius,qui quum ipse fœdissimus esset , eum contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plautus Pœn.16,
-si frugi esse vis,
Eas liberali iam asseres causa,manu.Vide ASSERO.
Liberale coniugium, Id est honestum, ingenuum. Terent.Andr.3.
Liberalis vxor.Terent.Phorm.13,Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam,liberalem nactus es. Vbi Donatus,Ingenuam, liberalem: Hoc naralium,illud morum est.
¶Liberalis facies. Terent.Eunuch.2.2.Id est,libero homine digna, qualis decet ingenuum.
Liberalis forma,Elegans. Plaut.Milit.13, Lepida & liberali forma est. Terent.And.1.1,
-& quia erat forma præter cæteras Honesta ac liberali.
Liberale ingenium.Terent.Adelph.4.5.
Liberales ioci,Libero quodam animo pronuntiati.Plin. in Paneg.
¶Liberales artes dicuntur,quæ ingenio coluntur, & propterea dignæ sunt liberis hominibus. Plinius lib.14, Pessum iere vitæ pretia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium ceciderc,ac seruitute sola profici cœptum. Cicero 1. de Oratore ingenuas appellat.
Liberalis doctrina.Cic.5.de Finib.
Liberalis eruditio & doctrina.Cic.2.Tusc.
Minus liberale responsum: Hoc est Illiberale. Cic.ad Atticum,libro 3, Quod si non modò tu, sed quisquem fuisset , qui me Pompeij minus liberali responso perterritum à turpissimo consilio reuocaret, quod,&c.
Studia liberalia.Tacit.lib.3.
Non solum necessarij,sed etiam liberales sumptus.Cic.2.Offic.

Liberalitas,pen.corr. {ἐλευθεριότης,ἐλευθερία.} Cicero 1.Offic. Iustitiæ est coniuncta beneficentia: quam eandem vel benignitatem , vel liberalitatem appellari licet.
Libidinosa liberalitas. Valer.Maxim.lib.8.cap.2. de C. Visellio,C. Visellius Varro graui morbo correptus , trecẽta millia nummũm, ab Octacilia Laterensi , cuiꝰ qua commercium libidinis habuerat , expensa ferri sibi passus est,eo consilio, vt si decessisset,ab hæredibus eã summam peteret,quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.
Sinistra liberalitas.Catul.in Iulium Cæs.epigramm.27.
Liberalitatem diuidere in multos. Seneca de Benefic. libro 2.capite 28.
¶Liberalitas,pro Bonitate.Terent.Adelph.1.1,
-pudore & liberalitate liberos.
Retinere satius esse credo, quàm metu. Donatus, Pudore,ad filios retulit: Liberalitate,ad parentes. Argumentum à coniugatis : Liberalitate regendi sunt , propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.
Liberalitas in sorores. Cic.de Amicitia , Quid dicam de moribus facillimis , de pietate in matrem, liberalitate in sorores , bonitate in suos,iustitia in omnes?
Liberalitas ingenij. Cicero 1.de Finibus, Opes vel fortunæ,vel ingenij liberalitati magis conueniunt.
Liberalitas eleganter fonti comparatur. Plin.iunior lib.2.epist.4,

ad Caluinam,Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates,dignitas sumptuosa : reditus propter conditionem agellorum , nescio minor,an incertior: sed quod cessat ex reditu , frugalitate suppletur,ex qua velut ex fonte liberalitas nostra decurrit. Quæ tamen ita temperanda est , ne nimia profusione inaresc at. sed temperanda in aliis: in te facilè ratio constabit , etiam si modum excesserit. Cessat , hoc est, deest.

Liberaliter, penult.corr. Aduerbium {ἐλευθερίως,χαριστικῶς} Largè, abundanter,frugaliter: cui contrarium est Parcè.
Largè & liberaliter. Cicer.5.Verrina, Qua in re Senatus optimè ac benignissimè cum aratoribus egisset,largè liberaliterque æstimasset, in ea,&c.
Liberaliter aliquem tractare.Cicero 4.Verrina, Hi porrò qui successerunt,vehementer istius cupidi,liberaliter ex istis cibariis tractati,non minus acres contra me fuerunt.
Ingenuus & liberaliter educatus. Cicero 3.de Finibus,Est hominis ingenui & liberaliter educati,velle bene audire à parentibus,&c.
Eruditus liberaliter,Optimis artibus institutus. Cic.2. Tusculan. Eos si possumus excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiã differendi elegantia , ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus,apud Cæsarem 3.belli Ciuilis.
Genitus liberaliter. Plinius lib.23 cap.1, Saluberrimum liberaliter genitis,Campaniæ quodcunque tenuissimum.
Polliceri liberaliter. Cicero ad Atticum,lib.5,Thermóque tametsi ante aduentum meum liberalissimè erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem,&c.
Seruire liberaliter. Terent.Andr.1.1. Liu.1.ab Vrbe,Notitiámque eam breui apud regem liberaliter,dexteréque obeundo officia,in familiaris amicitiæ adduxerat iura.
Viuere liberaliter. Cic.in Paradoxis, Cui tanta possessio est , vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit.
¶Liberaliter,pro Indulgenter.Sallust. Exercitum quem in Asia duxerat,luxuriosè,nimísque liberaliter habuerat. Budæus.

Liberi, penult.corr. {παῖδες τέκνα} Filij dicuntur numero ferè plurali, quanuis & in singulari aliquando reperiatur : dicitúrque in plurali etiam de vno filio filiáue. Caius de Verb.signific.l. Non est, Non est sine liberis cui vel vnus filius, vnáve filia est. Hæc enim enuntiatio, Habet liberos,semper pro pluratiuo numero profertur.sic & pugillares & codicilli. Scæuola,l.Scæuola.D. De verborum & rerum signif. Paulus de Grad. affin.l. Iurisconsultus, Liberi vsque ad trinepotem: vltra hos, posteriores vocantur. Papinianus de verborum significl. Cognoscere. Callistratus Ibidem,l.Liberorum, Liberorum appellatione,nepotes & pronepotes,cæterísque qui ex his descẽdunt , continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tab. cõprehendit. Cic.3. Verrina,Habitus sis in liberũm loco: sicut mos maiorum ferebat.
Liberi dicti sunt à libertate regendi,vt ait Donatus.
Certi liberi,Vide CERTVS.
Dulces liberi.Horat.Epod.2.
Similes patri liberi.Seneca Medea,1.
¶Auctus liberis.Tacit.lib.3.
Commendare liberos,Vide COMMENDO.
Liberos dare.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.
Imperare liberis,Vide IMPERO.
Párere liberos.Seneca Thebaid.1.
Procreare liberos.Quintil lib.3.cap.8.
Suscipere liberos.Cic.in Topicis.
¶Liberi, de vno tantùm filio dictum. Terentius Hecyra,2.1, Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent. Vbi Donatus,Multum sonanter , & accusatorio strepitu nec masculinum nec fœmininum posuit: nec vnam, sed liberos. Sic Cicero,Eu cui tuos liberos committas. Quum de vno ageret. Et,Habemus enim liberos omnes.De puella.Hactenus Donatus. Cic.pro Cluentio,Fratris autem liberos vita priuauit. De vno tantùm filio loquitur. Vide Gelliũ libro 2.cap.13.

Libertus,& liberta {ἀπελεύθερος} Substantiuum,cuius correlatiuum est Patronus,Is est,qui quum esset seruus,factus est liber.Vlpianus eum esse libertum definit,quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plautus Asina.12, -magis decorum est,
Libertum potius,quàm patronum onus in via portare. Modestinus,
Libertis,libertabúsque meis,libertũ libertæ testatoris non continetur.
Affigere libertum,Vide ASSIGNO.
Liberta.Horat.1.Serm.satyr.1,
-at hunc liberta securi
Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.
Libertus primus,secundus.Martialis,
Libertum docti Lucensis quære secundum. Et in quadam inscriptione reperio,Fecit sibi & Petiæ collibertæ ptimæ vxori. Ex quibus verbis facilè coniicere est in patronorum libertis ordinem quendam fuisse,& quosdam primos , quosdam secundos vocatos fuisse , quòd alteri apud patronum priorem locum obtinerent , alteri proximum. Ergo primi & secundi dicebantur,vt aliis omnibus potiores : ac fortasse inde factum est vt apud Iurisconsultos tam sæpe nomen primi & secundi legamus. Turnebus.

Libertinus,penult. prod.Adiectiuum {ἀπελεύθερικός} dicitur qui ex iusta seruitute manumissus est: & habet correlatiuum Ingenuus. Cicero ad Atticum lib.1,An libertinis atque etiam seruis seruiamus?
Patre libertino natus.Horat.1.Serm.satyr.6.
Libertinus,Qui ex liberto creatus est. Suetonius in Claudio, cap. 24,Ignarus temporibus Apij , & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur , sed ingenuos ex his procreatos.
Libertinæ conditionis homo. Modestinus in l.Homo liber.D.de statu hominum.
Libertina.Horat.Epod.14, -me libertina,neque vno
Contenta Phryne macerat. Plaut.Mil.10.

Libertinitas , pen.corr.in 1.Iuxta. Codic. De liberali causa , Siue de libertinitate,siue de ingenuitate quæstio moueatur.Masurius Sabinus in l.2.D.Si libertus ingen.esse dicat.Qui ex libertinitate ingenuitati se asserunt.

Libero,liberas,penult.corr.{ἐλευθερόω,ἀπολύω,ἐξίημι,ἀφίημι} liberare, Manumittere,Dare libertatem alicui.
Liberare,Absoluere.Cic.Nihil antiquius fuit, quàm vt te à sceleratorum hominum calumniis liberarem.
Liberatus sum Daue hodie tua opera : Hoc est , periculo ereptus. Terent.And.2.2.
Liberare à creditoribus.Seneca de Benefic.lib.2.cap.7.
Liberare se ære alieno , Creditam sibi pecuniam creditori numerare,Debita persoluere. Cic.ad Atticum libro 5,Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ,multæ valde leuatæ sunt.
Liberare cura. Cic.7.Verr. Remitto tibi hoc totum atque ista te cura libero.
Liberare custodiis corporis.Cic.in Somnio Scip.
Liberata dominatu regio Respub.Cic.4.Tusc.
Liberare animos errore.Cic.1.de Finibus,Eum quem ego arbitror vnum vidisse verum, maximísque erroribus animos hominum liberatisse.
Fullo actione locati de domino liberatus est. Iabolenus in l.Fullo actione.D.De furtis.
Liberare infamia.Cic.2.Verr. Vt odio,inuidia,infamia,turpitudine totum ordinem liberetis.
Liberare inuidia magna & inueterata.Cic.2.Offic.
Liberare aliquem metu, Metum alicui adimere. Terent. And.2.2. Cic.4.Acad.Liberat & me timore.
Liberatis obsidione,abominandóque exilio , toris castris.Hoc est, liberis factis.Plin.22.cap.4.
Liberare opere magno.Cic.4.Acad. Sic ille & deum opere magno liberat,& me timore.
Periculo liberare,Vide PERICVLVM.
Liberare promissa,pro Abrogare , vel eorũ tollere obligationem, ac facere ne ligent.Cic.1.Offic.
Suspicione aliquem liberare. Cic.ad Lẽtulum,lib.1.epist.2,Quem ego ipsum quum audio,prorsus eũ libero omni suspicione cupiditatis.De Pompeio loquitur. Id est, iudico liberũ,aut vacuum esse debere ab omni suspicione.Enallage est facti pro iudicio.
Liberare tædio.Plin.lib.26.cap.13.
Vagina liberat ensem.Ouid.6.Metam.
Voto liberari,Vide VOTVM.
¶Culpæ aliquem liberare.Liu.lib.1.Decad.5.
¶Liberare fidem suam , Præstare promissum. Cic.pro Flac. Ipse tamen Fusius satisfacit absentibus, & fidem suam liberat.
¶Liberare(inquit Sipontinus)etiam aliquando vsurpamus pro eo quod est Addicere. Vnde in licitationibus rem quæ vænalis proposita est,plus offerenti addicere seu liberare dicimur : & non modò qui vendit,sed etiam qui emit,rem ipsam sic venditam, liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum , Paulus Iurisc.in l.Liberationis.D. De verborum & rerum significatione,affirmat eandẽ vim habere, quàm solutionis. Et contrà,solutionis verbum ad omnem liberationẽ pertinet,vt vult idem Paulus in l.Solutionis.D.De solutionibus.

Liberator, pen.prod. {λύτωρ} Verbale, Qui aliquem liberat.Brutus Cic. lib.16,Non dicam pro liberatoribus orbis terrarũ. Cic.ad Attic.lib. 14,Quid cẽses,quum Romã puer venerit , vbi nostri liberatores tuti esse non possunt?

Liberatio,Aliud verbale. Cic.ad Quint.fratrem , lib.1.1, Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare Censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotij,& liberationem molestiæ.
Malorum liberatio.Quintil.lib.5.cap.10.

Liber, libri,priore corr.{βιβλίον} Substantiuum , Pars corticis interior, quæ ligno adhæret.Colum.lib.5.cap.10,Ita librum arboris inolescere finito. Virg.10.ecloga,
Nec si quum moriens alta liber aret in vlmo. Idem 2.Georgicorum, -huc aliena ex arbore germen
Includunt,vdóque docent inolescere libro.
¶Liber{βιβλίον,τεῦχος,κάρτα,σωμάτιον} In quo scribimus:quia ante vsum chartæ,de libris & corticibus arborum volumina compaginabantur. Cicero ad Atticum lib.9, Demetrij librum de concordia tibi remisi.
Liber,ipsum opus integrum. Cic.Attico lib.4,De libris oratoriis factum est à me diligenter,diu multúmque in manibus fuerunt , describas licet. Plinius epist.20,Postea recisa, ac purgata , in vnum librum,grandem quidem,vnum tamen coartasse. Cic.Attic.lib.15,Librum tibi celeriter,mittam de gloria. Librũ posuit pro volumine,& toto opere. De gloria enim duos libros vno volumine scripsit Cic.
Liber,pro certa parte operis.vt Virgilij Æneis in duodecim libros distincta est.
Liber etiam dicitur oratio.Cic.ad Attic.lib.2.epist.1,libros appellat,quas paulo antè orationes vocarat. Iisdem,inquit,ex libris perspicies,& quæ gesserim,& quæ dixerim. Quin & Verrinas actiones, & orationes in Catilinam ipse libros vocat. Asconius quoque in Verrinæ tertiæ argumento, In cæteris, inquit, orationibus defensor futurus,accusationis officium his libris,qui Verrinatũ nomine nuncupantur,compensare decreuit. Paulo pòst, Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens,&c. Ibidem tertiam Verrinam quatuor locis librum vocat.Id quod facit & in quartæ Verrinæ argumẽto. Cic.in Oratore,de septem Verrinis loquens, Quod igitur in accusationis septem libris,non reperitur genus?
Liber grandi volumine.Gell.lib.14.cap.6.
Liber & volumen.Quintil.lib.9.cap.4.circa finem.
Copia bona librorum.Horat.1.epist.19.
Carminum libri.Horat.Epod.17.
Liber de contemnenda morte,secundus de tolerando dolore.Cic. 2.de Diuinat.
Bonus liber,Vide BONVS.
Chronici libri, Vide CHRONICA.
Insignes libri.Plin.lib.2.epist.10.ad Octauium.
Laborati libri,Vide LABOR.
Lintei libri,Vide LINTEVM.
Longi libri,Vide LONGVS.
Musæus liber, Vide MVSTVM.
Nobiles libri vndique coempti.Horat.1.Carm.ode 29.
Libri tres subtiles & diligentes.Plin.epist.100.lib.5.
Venosus liber.Perf.Saty.1.Vide Venosus in VENA.
¶Verax aperit præcordia liber.Horat.1.Serm.saty.4.
Colligere librum,Vide COLLIGO.
Comparare libros in aliquid.Quintil.in Procem.lib.1.
Componere librum,Vide COMPONO.
Conficere librum,Vide CONFICIO.
Coniicere in librum,Vide CONIICIO.
Corrigere librum. Cecinna Ciceroni,libro 6.epist. Famil.epist.7, Ego filio dixeram librum tibi legeret , & auferret: aut ea conditione daret , si reciperes te correcturum , hoc est, si totum alium faceres. Ibidem in fine,Quod ad librum attinet,quem tibi filius dabit,peto à te,ne exeat:aut ita corrigas,ne mihi noceat.
Arcana credere libris. Horat.2.Serm.saty.1,
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris.
Edere libros de re aliqua.Quintil.lib.6.cap.3.
Librum edidit,non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat,&c. Hoc est,librum conscripsit,in quo cõtendit non esse,&c. Sueton.in Iulio Cæsare.
Emittere librum de re aliqua. Quintil.in Procem.lib.6.
Excipere librum. Quintil. in Procemio libri 1, Nanque alterum sermonem per biduum habito, pueri , quibus id præstabatur , exceperant.
Nos autem in libris habemus,non modò,&c.Cic.ad Atticum.
Inchoare libros & conficere,Vide INCHOO.
Incidere in libros alicuius,Vide INCIDO.
Inscribere quicquam in libro,Vide INSCRIBO.
Inscribere libros nomine alicuius.Quintil.lib.3.cap.5, Sunt tamen in scripti nomine Hermagoræ libri.
Insenescere libris. Horat.2.epist.2,
Et studiis annos septem dedit, insenuitque
Libris,& curis.
Si libri legati sint:perscripti libri nondum malleati,vel ornati.continebuntur. Proinde & nondum conglutinati,vel emendati contine buntur.Vlpian.in l.librorum appellatione.D.de leg 3.
Peruolutare libros.Cic.ad Attic.lib.5.
Fasciculum librorum portare.Horat.1.epist.13.
Scribere in libro.Cic.1.de Orat. Scripsi etiam illud quodam in libello,qui me imprudente & inuito excidit.
Voluere libros.Claud.de Nupt.Honorij.
Voluendi sunt libri Catonis.Cic.de Claris Orat.
Vulgare librum.Quintil.in Procem.lib.1.
¶Liber, pro *Inuentario* , vt vulgò dicitur , vel *Registro*. Cic.5.Verrina , Misit in Siciliam literas ad Carpinatium , quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris , Romæ in literarum missarum apud magistrum Tullium familiarem tuum inueni. Budæus.

Libellus,libelli, masc.gen.Dimin.{βιβλίον,γραμματάριον,πινακίς.} Cic. Planco in Epist.ad Attic.lib.16,Atticus libellum composuit: eũ mihi dedit,vt darem Cæsari : erã autem cœnaturus apud eũ illo die.quum libellum Cæsari dedi,probauit causam:scripsit Attico æqua eum postulare.
Argutus libellus, Vide ARGVO.
Aureolus, Vide AVRVM.
Doctus.Martial.lib.10 19.
Famosus libellus, Vide Famosus in FAMA.
Macer, Vide MACER.
Lepidus nouus libellus.Catull.ad Cornelium,epigram.1.
Non nimis rusticulus Mart.lib.10. 19.
Sacri libelli.Iuuenal.Saty.13.
Parum seuerus.Martial.lib.10.19.
Tristes libelli.Propert.lib.1.eleg 9.
Curare libellos recognoscendos, emendandósque. Plin.iunior ad Nepot.lib.4.epist.26.
¶Dedicare libellos, Vide DEDICO.
Libellos deiicere is solebat , qui creditoribus se obligare pararus erat,vel soluere parabat, vel denique eum cuius bona proscribebantur defendere volebat.Cic.pro Quintio,Libellos Sex.Alphenus procurator P.Quintij familiaris & propinquus Sex. Næuij deiicit. Seneca,Et suspensis amici bonis libellum deiicio,creditoribus eius me obligaturus.
Dare libellos de re aliqua.Quintil.lib.1.cap.7.
Emittere libellos, Publicare,edere. Plin.iunior lib.1.epist.2.ad Arrianum,Libelli quos emisimus dicuntur in manibus esse.
Innotescere libellis alicuius.Ouid.3.Amor.eleg 11.
Proferre libellos.Tacit.lib.2.
¶Libellus,dicitur quam vulgus *supplicationem* appellat. Sueton.in Augusto,capite 53,Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desyderia excipiens , vt quendam ioco corripuerit , quod sic sibi libellũ porrigere dubitaret , quasi elephanto stipem. Libellum Trãquillus vocauit schedulam supplicem,quã postulata populares Principibus exponere solent.Hæc Budæus.
Libellos signare,vel subnotare.Suet.in August. Plinius epist.10. Budæus.
Libellis supplicibus vacare.Mart. Idem supplicibus vacat libellis.
A libellis,dicti magistri, qui principi in hoc negotio subseruiunt, nẽpe vt supplices libellos mitsitrẽt. Suet.in Domit.cap.14,Epaphro ditũ à libellis capitali pœna condemnauit. Lampridius in Alexan-

dro,Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita vt ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent.

Libellos agere.Triphonius in l.Rescriptum.D.De distractione pignorum,Rescriptum est ab imperatore libellos agente Papiniano.Id est,libellis apud imperatorem præfecto.Budæus.

¶Libellus,pro Commētario,quam *Memoriã* vulgò vocant.Quintil. lib.12.cap.8, Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator qui confugit ad patronum , aut alij ex genere aduocatorum.Budæus. Cic.1.Philip.

Libellus memorialis , Scriptum, memoriæ causa paratum.Suet.in Iulio Cæsare,cap.56,Epistolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas & formã memorialis libelli conuertisse.

¶Libellus, Quam *citationem* vocant.Plaut.Curc.4,Vbi tu es qui me libello Venerio citastis? cecc me:fisto:ades contrà.

¶Libelli,pro Literis,vel etiam punctis & articulis quos vocamus. Brutus ad Ciceronem,lib.11, Nec de Planco quidem spem adhuc abiecit,vt ex libellis eius animaduerti. Cic.4.Verr.Recita mihi quæso,hunc primum libellum,deinde illum alterum libellum Canuleij.

¶Libellos proponere in locis celebertimis,hoc est programmata seu inscriptiones,quibus significentur res aliquæ esse vænales. Cic. pro Quintio, Cuius bona vænierunt , cuius non modò illæ amplissimæ fortunæ , sed etiam victus vestitúsque necessarius sub præconũ dedecore subiectus est:de quo libelli in celebertimis locis propo- nuntur , huic ne perire quidem certè tacitè obseruéque conceditur. Ibidem , Qui locus igitur abtentis defendendi procuratori primus datus est? Quum proscribebas. Ergo affuit , non passus est : libellos deiecit Sextus Alphenus. Ibidem, antè dixerat : Iussit bona proscribi,&c. Paulo pòst,Libellos Sextus Alphenus procurator P. Quintij deiicit.

¶Libellus , Epistola est assertoria , quam vulgò *Certificationem* vocamus , vt quas tributorum & vectigalium immunes ad publicanos destinare solent , ne pro vectura res suas aduehentes importantésve inhibeant. Paulus in l. Si publicanus.De publicanis,Significet , inquit, id libello manu sua subscripto,eúmque ad publicanum mittat. Budæus.

¶Libellus, Genus mẽsuræ.Cato cap.15,Parietes villæ si locet in pedes centum , id est,pedes denos quoquouersum , habeat libellum in pedes quinos,& perticam vnam pedum III. CIX.

Libellaticus,pen.correcta. Qui metu suppliciorum eò pertrahebantur, vt idolis etiam sacra facerent. Sacrificati dicebantur,iidémq; Thurificati. Qui non incendissent quidem thura idolis,sed tamen per libellos tantùm nomina dedissent,Libellatici vocabantur. Cyprianus lib.4.epist.2,ad Antonianum, Nec tu existimes,frater charissime,sicut quibusdam videtur , libellaticos cum sacrificatis æquari oportere. Vide ibidem plura.Ex Erasmo in Cyprianum.

Libellio , libellionis , masc.ul.gen. {γραμματικὸς} à veteribus dicebatur, quem *Tabellionem* vocamus. Varro, Tum ad me ferunt quòd libellionem esse scibeant.

Libellio , Minutorum librorum venditor , qui & Librariolus dici potest. Tales autem non in taberna aut pila,sed in capsa totam suorum libellorum suppellectilem facilè vrbem circitantes gerunt. Stat.4.Sylu.9,De capsa miseri libellionis,&c.

Librarius , librarij , masc.ul. gen. {βιβλιογράφος} Qui libros transcribit. Cic.pro Lege agrar.Aliquando tandem me designato lex in publicũ proponitur:cõcurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, describpram legem ad me afferunt. Librarios possumus appellare eos,quos nunc impressores vocamus:qui suis typis librũ vnum,in varia transfundunt exemplaria:quíque vno die tantum excudunt, quantũ mille librarij possent scribere.

Scriptor librarius.Horat.de Arte.

Mendosus librarius, Vide MENDA.

Scrinia librariorum.Catul.ad Caluum,epigr 14.

Librarius & scriptor.Liu.8.bell.Maced.In L.Scipione malim equidem librarij mendum , quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti.

Librariolus,pen.correcta.Dimin.{βιβλιογραφύλιον} pro seruulo à manu. Cic.Att.lib.4,Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos,quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. Et1.de Legib. Cuius loquacitas habet aliquid arguriarum , nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia,sed ex librariolis Latinis.

Librarius , Adiect. {γραφικὸς} Quod ad libros pertinet.Plin.lib.35.cap.6, Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gummi , tectorium glutino admisto.

Librarium, librarij,neutro genere,pro Commētario.Cicero in Oratione pro Milone, Exhibe quæso Sex. Clodi , exhibe librarium illud legum vestrarum,quod te aiunt eripuisse è domo.

Libraria{βιβλιοθήκη} Locus in quo reponuntur libri,Græcè bibliotheca. Gellius lib.5.cap.4,Apud Sigillaria fortè in librariã ego & Iulius Paulus poeta,vir memoria nostra doctissimus confederamus.

Libraria taberna. Cic.2.Philip. Quidnam homines putarent , si tum occisus esset,quum tu illum in foro spectante Populo Romano, gladio strictò insequutus es:negotiúmque transegisses,nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset?

Librarius,à Libra, Vide LIBRA.

Libet,libuit vel libitum est{ἁρέσκει} Impersonale verbum,Idem quod Placet. A labendo , vt Varro inquit , quòd quæ placent , in mentem prolabantur.

Non libet mihi deplorare vitam,quod multi fecerunt. Cic.de Senect. Et ad Att.lib.2,De Repub.non libet plura scribere.

Insanire libet tibi.Virg.3.eclog.

Libêret. Cic.1.de Nat.deor. Vt mihi quidem admirari liberet , in homine esse Romano,&c.

Libêre,Velle,placere. Cic.ad Attic.lib.14,Cui facilè persuasi,mihi id quod rogaret,ne licere quidem,non modò non libêre.

Libet , personaliter positum. Cic.2 de Fin.Aut quod esset natura appetendum,aut quod prodesset, aut quod iuuaret,aut quod libêret. Sueton.in Iulio Cæsare,cap.20,Cætera,item quæ cuique libuissent.

Libitum est. Terent.Adelph.5.1, Prodeambulare huc libitum est. Cic.2.de Oratore,De quo genere libitum est mihi paulo plura quàm ostenderem dicere.

Ad libitum,Vide AD præpositionem.

Libens,libentis {ἑκὼν} Volens,facilis.Cic.ad Silium,lib.13, Consecutus es vt libentissimis Græcis nutu quod velis consequare.

Libente illo. Cic.pro Lege agrar. Quam ego dignitatem etsi libente illo,tamen absente illo per vos consecutus sum.

Libente me.Cic.ad Attic.lib.10, Si vera sunt, ignoscesi falsa, me libente eripies mihi hunc errorem.

Libenti animo,& Libẽtibus animis aliquid facere:Hoc est, libenter , & æquo animo. Cic.pro Cluentio, Eamque animis vestris aut libẽtibus aut æquis remittatis. Liuius 9.belli Punici,Vt modicas iniurias non æquo modò animo pati, sed propè libenti videri possent.

Libentissimis omnibus:Hoc est,æquissimis,& non repugnantibus. Cic. ad Atticum, lib.4, Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus.

Libens, pro Libenter, authore Donato. Terent.And.2.1, Fugin' hinc?n.ego verò ac lubens.

Morior libens.Ouid.14.Metam.

Libentia, libentiæ {ἡδυπάθεια} Voluptas, gratia. Gell.lib.15.cap.2, Cui libentiæ gratiæque omnes cõiuniorum incognitæ sint. Id est, complacentiæ, voluptates, quasi libidines quædam decentes.

Libenter, Aduerbium {ἀσμένως,ἡδέως} Æquo animo. Cic.2.de Legibus, Illo loco libentissimè soleo vti.

Libenter aliquid legere.Cic.ad Attic.lib.2.epist.1, Quanquam illa tua(legi enim libẽter)horridula mihi atque incompta visa sunt. Libenter,quasi diligenter:vt contrà,nõ libenter legunt,qui negligẽter.

¶Libenter viuere & cœnare.Terent,Eunuch.5.9, Et libenter viuis , etenim bene libenter victitas. Vbi Donatus , Libenter viuis , id est bonorum ciborum edax es. Cato capite 156,Si voles in couiuio multum bibere, cœnaréque libenter,ante cœnam esto crudam quantum voles ex aceto. De Brassica loquitur.

Libentius.Horatius 2.epistol.1,

Dicit enim citius,meminítque libentius illud

Quod quis deridet,quàm quod probat,& veneratur.

Libido,pen.prod.libidinis,fœm.gen.{ἐπιθυμία,ὀρεξις} est(authore Donato) quælibet voluntas temere suscepta. Cic.4.Tusc Voluntas est quæ quid cum ratione desyderat:quæ autem ratione aduersa incitata est vehemẽtius,ea libido est,vel cupiditas effrænata,quæ tam in omnibus stultis inuenitur. Plaut.Epid.2, Nequam homo es Epidice , cui libido est malè loqui. Terent.Heaut.2.1, Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cic.de Prouinc. Consul. Lateãt libidines eius illæ tenebricosæ,quas frõte & supercilio,non pudore & temperantia contegebat.

¶Libido,pro animia Veneris appetentia.vt

Fœdus ac maculosus auaritia & libidine.Tacit.lib.17.

Minister libidinum, Vide MINISTRO.

¶Damnosa libido.Horat.2.epist.1.

Dira.Lucret.lib.4. Pers.Saty.3.

Fœminea.Ouid.1.de Arte.

Furiosa.Ouid.1.de Arte.

Importunissimæ libidines, Vide IMPORTVNVS.

Inextinctæ libidinis homo. Ouid.1.Fast.

Intoleranda libido, Vide INTOLERABILIS.

Masculæ libidinis fœmina.Horat.Epod.5.

Potens libido.Senec.Octau.7.

Sæua libido habendi.Ouid.ad Pisonem.

Terra.Horat.1.Serm.saty.2.

Verita.Ouid.9.Metam.

Vitiosa.Horat.1.epist.1.

¶Libidine,non ratione rem aliquam agere. Cic.pro Quintio.

Amittere libidinem, Vide AMITTO.

Commeant libidines, Vide COMMEO.

Constringi libidinibus, Vide CONSTRINGO.

Contegere libidines, Vide CONTEGO.

Dedere se libidinibus, Vide DEDO.

Innata libido extimulat hunc.Ouid.6.Metam.

Facere delicias & libidines in vno.Catul.de Acme,epig.42.

Libido pleroſque inuasit, Vide INVADO.

Libidini obsistere, Vide OBSISTO.

Libido occlusa contumeliis, Vide OCCLVDO.

Ebrietas geminata libidine regnat.Ouid.12.Metam.

Assiduis libidinibus rumpere membra.Propert.lib.2.eleg.17.

¶Libido, Voluntas hominis incerti ac leuis. Terent,Phorm.4.5, At matura,dum libido eadem hæc manet. Donatus.

Ad nostrũ arbitrium , libidiuémq; aduersariorũ minas eludamus. Cic.2.Verr. Sic 2.de Fin.Nam & ipsa declinatio ad libidinẽ fingitur.

¶Libido in bonã partem accepta.Salustius in Catil.Magistq; in decoris armis,& militaribus equis, quàm in scortis & conuiuiis libidinem habebant. Idẽ ad Cæsarẽ,De repub.ordinãda,ad finẽ orationis, Quòd si tibi bona libido fuerit partiæ,& parentibus gratificandi,&c.

Libidinosus,pen.prod.Adiectiuum{ἐπιθυμητικὸς,ἐπιθυμητικός} Qui in libidinem propensus est. Cic.de Senect.Libidinosa etenim & intemperans adolescentia,effœtum corpus tradit Senectuti.

Caper libidinosus.Horat.Epod.10.

Libidinosa voluptas.Cic.1.de Fin.

Libidinosæ dapes , Curiosæ & exquisitæ. Colum.in præfat.lib.10.

Eloquentia libidinosa.Quintil.lib.5.cap.12.

Libidinosæ sententiæ. Cic.pro Domo sua. Id est,quæ pro libidine cuiusque feruntur.

¶Libidinosus , Pronus ad venerem , siue appetentissimus veneris. Plin.lib.11.cap.39,Libidinosiores hominum quoque hirtos colligens.

Libidiabsè, pen.prod.Aduerb. {ἀκολάστως} Appetenter. Sallust. Pòst vbi paulatim licentia creuit,iuxta bonos & malos libidinosè interficere.

Libidinosè aliquid facere. Cic.1. Verrina, Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit.

Libidinosè & crudeliter.Liu.3.ab Vrbe.

Libidinor,pen.corr.libidinaris{ἐπιθυμητικῶς} Sueton.in Nerone, cap. 28, ad finem,Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur,libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmant.

LIBETHRVS,pen.prod.{λιβήθριον} apud Lycophrontem poetam,videtur esse mons Macedoniæ habens ad radicem Pimpleam fontem. Vnde Musæ dicuntur Libethrides. Strabo scribit Libethrum esse locum Thraciæ,ex quo nonnulli qui in Bœotiæ partem migrassent,vbi Parnassus,eodem nomine Libethrum dicarunt.

Libidinosus,Libido, Vide LIBET.

LIBITINA, Libitinæ,pen.prod.Dea est, quã alij Proserpinam, alij Venerem dicunt:in cuius templo vendebantur & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinent,vt docet Plutarchus in Problematis. A libendo Libitina dicta,vt ait Varro.

¶Libitina,Ipsa exequiarum expensa. Liu.10.bell.Maced. In vrbe tanta fuit pestilentia, vt tunc vix libitina sufficeret. Ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Vel,Operæ libitinariorum , vt vult Budæus.

¶Libitina,Ipsa sepeliendi ars,seu vendendi ea quæ ad sepulturam pertinent. Valerius Max.lib.5 capite 2 , Qui tunc libitinam exercebant,&c. Horat.2.Serm.saty.6, Autumnísque grauis libitinæ quæstus acerbæ.

¶Libitina,pro Morte,seu pro lecto in quo mortui ferebãtur:quoniam in æde Libitinæ parabantur necessaria ad funebrem apparatum. Horat.3.Carm.ode 3,

-multáque pars mei

Vitabit libitinam.

Libitinarius,libitinarij{ταριχευτὴς} Qui libitinæ præest,& actionem libitinariam exercet,quæstui inseruiens:& qui necessaria funeribus venditat:seu qui conducit funera , aut qui curam sepeliendorum cadauerum habet. Vlpianus in l.Quicunque.D.de Institoria actione, Si libitinarius (quem Græci ἀπογραφέα vocant) seruum polinctorem habuerit,ísque mortuum spoliauerit,dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet , libitinarium esse curatorem funeris Seneca de Benef.6.

Libo,libas {ἀβελτερεύεσθαι} libare , Est leuiter degustare, & quasi primis labris attingere. Dictum, vt quidam putant, à labiis , quasi labiare. Virg.4.Georg. Purpureósque metunt flores,& flumina libant.

Amnem libauit quadrupes.Virg.5.eclog.

Cibum libare digitis.Ouid.1.de Arte.

Cibi libati ore alicuius.Ouid.1.Amor.eleg 4.

Dapes libare.Virg.5.Æneid.

Laticum libauit honorem.Virg.1.Æneid.

Merum libatum.Propert.lib.3.eleg.17.

Libata gustu potio traditur Britannico. Tacit. Id est, gustu explorata.

¶Libare,per metaphoram, Leniter tangere significat. Virgilius 1. Æneidos, Oculalibauit natæ,dehinc talia fatur.

Virginitas libata.Ouid.epist.2.

¶Libare,Sacrificare.Virgil.lib.7.Æneidos , Nunc pateras libate Ioui. Tibullus libro 1.eleg.1,Pomum libatum. Liu 9 bell.Macedonici,Vbi libare diis dapes, vbi bene precari mos esset, &c. Gellius lib.2.capite 7,Solenni die Ioui epulum libaretur. Sic Cicero 2. de Legibus.

Duo rite mero libens carchesia Baccho.Virg 5.Æneid.

Pateris altaria libant.Virg.12.Æneid.

Thura libare diis.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.

Libatæ vires,Id est attenuatæ.Liuius lib.1.bell.Pun.

Vuam libare deo.Tibul.lib.1.eleg.10.

Lachrymas libare alicui defuncto.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.

¶Libare,Excerpere legendo authores, & quod sibi vtile est trãsumere. Cicero 5. Tusc.l.Sed à te impetrarim libenter , vt nisi molestum sit,quoniam nullavincula te impediunt vllius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus , quodcunque te maximè specie veritatis mouet. Idem 1.de Orat. Plin.lib.7.cap.37, Variarum artiũ scientia innumerabiles entuere , quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus.Id est,præcipuos referentibus.

Excerpere & libare. Cic.2.de Inuent. Omnibus vnum in locum coactis scriptoribus , quod quisque commodissimè præcipere videbatur, excerpsimus , & ex variis ingeniis excellentissima quæque libauimus.

Libatus,pen.prod.Participium {σπονδεῖος} Quasi acceptus , siue excerptus.Cic.2 de Diuinat.Naturale quod animus arriperet, aut excipere,extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos haustos , aut acceptos,aut libatos haberemus.

Libatæ vires , Id est attenuatæ. Liu.lib.1. bell. Pun. Integro bello nunquam antea libatis viribus Italiam aggrediendam censent.

Libamen,pen.prod.libaminis{σπονδὴ} Libamentum,libamenti:& Libatio,libationis, pro eodem sumuntur : significantque quicquid in sacris libatur. A Libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouid.3.Fastorum , Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Cicero 2. de Legib. Quod tempus sacrificiorum libamenta seruentur,fœtúsque pecorum.

Ignibus imponit sacris libamina prima.Virg.6.Æneid.

Pingui cumulat libamine flammam.Valer.lib.1.Argon.

Libamenta ferre ad aras.Stat.3.Sylu.1.

Libamina famæ.Ouid.epist.4.

Libatio, Verbale {λοιβὴ} Sacrificatio , vel ea degustatio quæ sacrificiis fieri solebat. Cic.de Aruisp.responsis, Te appello Lentule , tui sacerdotij sunt renſæ,curricula,præcentio,ludi, libationes , epulæque ludorum publicorum.

Libum,libi,neut.gen.{μᾶζα} Genus dulciarij cibi ex farre,& melle, & oleo:sic dictum,quòd libandi causa fiat.Virg.7.Æneidos,

-& adorea liba per herbam

Subiiciunt epulis. Vel à verbo Græco λείβω. Vel à Libero patre. Ouid.3.Fastorum,

Liba deo fiunt,fuceis quia dulcibus idem

Gaudet,& à Baccho mella reperta ferunt. Cato cap.75. Libum sic facito:Caseum benè distere in mortario. vbi bene triueris, farinæ siligineæ libram:aur si voles tenerius esse , selibram simila:misce ísdem eodem indito,permisceróq; cum caseo bene, ouum vnum additò,& vnà permisceto bene. Inde panem facito, folia subdito,in foco caldo sub testa ea coquito leniter.

Annua liba.Ouid.1 Fastor.

Calenti libo infusa mella.Ouid.3.Fast.

Grandia liba facere.Ouid.4.Fast.

Rusticæ liba.Ouid 3.Fast.

Tosta liba.Ouid.6.Fast.

Plena domus libis venalibus.Iuuenal.Saty.3.

Libus,libi.masc.generis.Nigrid.de diis: Deinde surgat,faciat libos quatuor,& intra libos duos à dextra,& duos deuexos: Nonius.

Libarius, Qui liba vendit.Seneca epist. Iam libarij varias exclamationes,&c.

LIBORNA {λιβόρνα} olim Elbora , Ptolemæo lib.2.cap.6,Hispaniæ vrbs: Talabrica hodie. Vulgò *Tilueura*.

Libra,libræ {λίτρα,σταθμός,ζυγὸς} Quæ & As, & Mina seu Mna , & Pondo dicitur,duodecim constat vnciis.

Vna libra farris.Horat.1.Serm.Saty.5.

Implere libram, Vide IMPLEO.

¶Libra, Instrumentum quo res ponderantur, lancem vnam vtrinque habens. Alio nomine bilancem vocant. Cic.5.Tusc. Quo loco quam vim habeat libra illa Critolai,quæ quum in alteram lancem animi bona imponebat:in alteram corporis externa, tantùm propendere illam boni lancem puter,vt terrani & maria deprimat. Plinius epist.186,Iam illa,quanta probitas in ore,quanta in sermone cunctatio,quàm pati libra grauitas,comitásque.

Anceps libra.Pers.Satyr.4.

¶Libra non solùm pondus,sed etiam mensura,quæ & ipsa duodecim vnciis mensuralibus constat Galenus lib.1.de compositione medicamentorum per genera,Appellatur enim à Romanis librale pondus solidorum corporum,nonne simili libralis liquidorum mensuræquæ permulta in tota vrbe est,ex cornea materia cõstans. Idem lib.6,eiusdem operis,Idcirco medicos in libris de medicamentis accurarius oportebat scribere , qualẽsnam vncias vel libras medicinarum liquidarum præciperent inisci,mensuralẽsne,an ponderales. Ex quibus locis clarissimè intelligitur libram duplicem Romanis fuisse,mensuralem & ponderalem. Quòd si ponderalem indicamus,discriminis faciendi causa additiẽdum est pondo: si mensuralem , mensura. Quale est illud ipsius Galeni lib.1, eiusdem operis , vbi scribit constare album emplastrum ex argenti spumæ & cerussæ singulorum libra pòndo.olie verò duabus libris mensura. De hac libra mensurali videtur intelligendus locus ille Suetonij in Cæsare Dictatore,cap. 38 , Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos quos pollicitus olim erat , viritim diuisit. Apparet etiam ex Galeni verbis suprà citatis , oleũ cornibus libralibus vendi consueuisse,hoc est libram vnam mensuralem capiẽtibus. Verùm eiusmodi cornua nõ solùm fuisse libræ vnius,sed aliqua duarum etiam librarum,ex Horatio intelligimus,lib.2.Sermonum,sat.2, -cornu ipse bilibri Caulibus instillat.Hoc est duarum librarum mẽsuraliũ capaci. Sic Plautus,Bilibrem aqualem,duarum librarum capacẽ,dixisse videtur in Milite 11. Portò librã mensuralem in duodecim vncias mensurales diuidi , abundè testatur Galenus eiusdem operis lib.3, his verbis, Est autem apud ipsos (de Romanis loquitur) mensura,qua oleum metiuntur, interfecta lineis diuidentibus totam in duodecim partes. Atque mensura integra , vocatur ab ipsis libra: duodecima verò pars eius vncia. Quantum autem pendeat libra mensuralis , potest vtcunque colligi ex ipso Galeno , qui libro 6, de compositione medicamentorum per genera,sic ait,Ego sanè olei libram Romæ nunc param , quam per interfecta cornua metiuntur, appendi aliquando, cupiens scire quantum ponderis haberet.Inueni verò duodecim vncias mensurales,decem ponderalibus æquales. Ex quibus verbis apparet , libram & vnciam mensuralem non è ponderalibus,vt vna alteri respondeat, constitutas,quemadmodum hodie à Pharmacopolis magno errore constituuntur.

¶Libra,Signum cæleste. Plin.lib.18.cap.25, Alterúmque æquinoctium Libræ.

Libra Phœbeos tenet æqua currus.Senec.Herc.furent.10.

Pendula cælestes libra mouebat aquas.Ouid.4.Fast.1

Libra die somníque pares vbi fecerit horas. Virgilius 1. Georgicorum.

¶Libra, instrumentum fabrile. Columella libro 8 capite 1, Sinautem locus vbi vinarium constituere censemus,pari libra cum æquore maris est,in pedes nouem defodiatur piscina.

¶Libra , pro libramento. Plin.lib.16.cap.36, Contra flatus quoque peruicax libra Bononiensibus calamis.

Libella,libellæ, Diminutiuum {ζυγάριον} Nummulus argenteus, qui & As dicitur.Cicero 4 Verrina, Et quis Volcatio,si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Libellam pro Asse posuit:ex eo dictum quòd libra æris valebat , id est asse. Quum autem minimam pecuniolam significare volebant , assem & libellam dicebant. Idem pro Rosc. Comœdo , de pœna plus petentium loquens , Si peteret sestertios IↃↃↃ dari: hic, nisi planum facit sestert. IↃↃↃ ad libellam sibi deberi , causam perdit. Id est , si minimo quidem nummo minus debitum fuit ex formula plus petitionis,causa cadit. Plaut. Capt.16,At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur quòd nummulus erat argẽteus. Hæc ex Budæo. Cicerò ad Atticum,lib.7.epist.2, Fecit palam te ex libella , me ex teruncia. Sub hæredem. hoc est , te omnium bonorum hæredem. Nam lilræ nomine significatur omnis hæreditas. Teruncia quarta pars est li-

bræ:ergo & quarta pars bonorum. Scriptum itaque erat in testamẽto,vt Atticus,hæres ex libra,quartam deinde partem Ciceroni attribueret.Vide Adag.Eras.pag.1015.

Libella erat moneta argentea,atque decima pars denarij:vt alia libella decima pars sestertij. Author Georgius Agricola ex Volusio Metiano.

¶Libella,Fabrile est instrumentum.Plin.lib.36.cap.22, Structuram ad normam & libellam,& ad perpendiculum respondere oportet.

Libella claudicat.Lucret.lib.4. Libella autem cõstat regulis duabus æqualibus,ita iunctis inter se alteris duobus capitibus, & diuaricatis duobus alteris , vt rectum angulum efficiant. Additur tertia regula, & ab vtroque suo extremo cum cæteris duabus per medias circiter partes compingitur.pendet prætereà è filo ab angulo , quem efficiunt duæ maiores regulæ,plumbea paruula massa turbinata. Hæc Lambinus apud Lucretium.

Libralis,& hoc librale,penult.prod. {λιτρᾶιος} Quod est vnius libræ .Vegetius scribit manu sola omnes milites meditaros libralia saxa : qui vsus paratior credebatur , quia non desyderabat fundam. Plin.lib.19. cap.2 , Excedunt sæpe magnitudinem mali coronei , etiam librali pondere.

Librales,offæ,Vel vnius libræ pondere & mensura,vel quæ lingula librantur & demittuntur in os bouis.Columella libro 6.capite 2.

Pira libralia. Plinius lib.15.cap.11, ad finem, Necnon & quædam è piris libralia appellata,amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

Librarius , Adiectiuum {λιτρᾶιος} Quod ad libram pertinet: vt Libraria frusta,quæ singula sunt ponderis libræ vnius. Colum.lib.vltimo cap. 53,Caro in libraria frusta conciditur.

Librile,librilis,pen.prod.neut.gen.{σταθμοῦχος} Scapʰ libræ,inquit Festus.

Libripens, pen.correp.libripendis, masc.gen.à pendendo, secundũ Prisciauum , Dicitur militum stipendiorum , hoc est stipis ponderandæ pensator. Qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nũc libra interponitur. Hæc Plin.lib.33.cap.3. Boëtius in Topica Ciceronis lib.3.

Libro,libras {σταθμίζω,ζυγοσταθμῶμαι,πελανυτίζω} librâre,Ponderare,trutinare, æstimare , & examinare. Apuleius,Omnia prius , quàm aliquid statuas,libranda sunt.

Metum librare.Stat.9. Thebaid.

¶Librare , Graue facere. Plin.lib.11.cap.10, Apes,si cooriatur procella,apprehẽsi põdusculo lapilli se librant. Virg.4.Georg.de apibus.

Cursum librare in aere,de auibus dicitur.Ouid.2.Amor.eleg.6.

¶Librare,Æqualiter diuidere.Colum.lib.10, Et paribus Titan orbem librauerat horis.

Libratum ponderibus.Cic.5.Tusc. Vnde terra,& quibus librata ponderibus,quibus cauernis maria sustineat,&c.

Librare tela , Magna vi conicere & iaculari.Virg.lib.9.Æneidos, -hoc acrior idem

Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librare malleum.Ouid.2.Metam.

Librat sese ex alto,inquit Plinius de aquila.

Corpus librauit in alas.Ouid.8.Metam.

Librator, Comparatiuum. Liuius libro decimo belli Punici,Grauior ac pondere ipsa librator supernè ex onerariis ictus erat.

Librator, pen.prod.libratoris, masc.gen. {ζυγοσταθμίτης} Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam.Vulgò nunc *libellator* dicitur. Plin.epist. 58, Supereſt vt tu libratorem vel architectum, si tibi videbitur, mittas,qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari. Idem epist.282.

Libratores,Qui lapides in bello emittebant.Tacit.lib.13, Libratoribus, funditoribusque attributus locus , vnde eminus glandes torquerentne qua pars subsidium laborantibus ferret. Contrà Turnebus libratores apud Tacitum esse ait , non qui in hostem missilia vibrant,mittúntve manu,sed qui ex tormentis excutiunt. Taciti verba sunt,Remotisque paulatim legionibus,funditores,libratoréque excutere tela,& proturbare hostem iubet: missæ è tormentis hastæ.

Libramen, penult.prod.libraminis , penult. corr. Ipsa vis ciaculandi & vibrandi. Liuius libro 2 Decad.5, Huic spiculo ad libramen parmæ tres,vt sagittis solent,circundabantur.

Libramentum , libramenti {σταθμὸς} Æquamentum. Col.lib.1. cap.5, Nam eiusmodi positio medium temperatúmque libramentum ventorum hyemalium & æstiuorũ tenet. Plin.epist.95,An nescio quod libramentum abditum & cæcum,quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem,&c.

Libramenta tormentorum , Habenæ & lora seu funes quibus librabantur seu vibrabantur tormenta.Tacit.lib.19.

Libramenta plumbi,Massæ plumbeæ in arietes coniectæ,& vibratæ.Liuius lib.8.Decad.4.

Librilla,aliàs libella,instrumenta bellica,authore Festo,saxa scilicet ad brachij crassitudinem in modum flagellorum loris reuincta,quòd librari manu,id est ponderari videantur.

Libralis , Libraria , Librariolus , Librarius , Vide LIBER & LIBRA.

Librile, Librilla, Libripens, Libro. libras, Vide LIBRA.

LIBS, Libis {λὶψ} Ventus.Plin.lib.18.capite 34,Ex aduerso Aquilonis ab Occasu Brumali Africus flabit , quem Græci Liba vocant. Sic lib.2. cap.47. Vulgò nunc vocatur *Le beiv.*

Libum, libi, Vide LIBO, libas.

LIBVRNIA, siue Lyburnia {λιβυρνία, λιβυρνὶς} Regio inter Illyriã & Dalmatiam,seu(vt quidã aiunt)pars Dalmatiæ, in qua sunt Salonæ vrbs insignis,cuius populi Liburni vocitati sunt,de quibus Lucanus lib.4, Pugnacésque mari Graia cum classe Liburnos.

Liburnus {λιβυρνίς} Qui est ex Liburnia. Ité qui priuatim quoscunque in iudicium vocabant iussu magistratuum(quod vilissimorum hominum officium erat)dicebantur Liburni , quòd ferè è Liburnia essent. Iuuen.Saty.4. Martial.lib.1.ad Licianum,de Hispaniæ locis,Procul horridus Liburnus,& querulus cliens.

Regna Liburnorum.Virg.1.Æneid.

Liburnus, Adiectiuum {λιβυρνικός,} vt terra Liburna.Lucanus libro 8.

Liburnum, liburni:& liburna, liburnæ:& liburnica, liburnicæ {λιβυρνὶς} Genus nauis bellicæ velocissimæ,à Liburnis populis in Illyrico , qui olim nauibus velocibus vsi,Ionium mare , insulasque prædabantur. Qua ex causa Romani naues lenitate celeritatéq; præstantes,appellauere liburnicas,vt refert Appianus. Horatius in Epodis, ode 1,

Ibis liburnis inter alta nauium

Amice propugnacula. Lucan.lib.3, Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ. Plin.lib.6.epist.16.ad Tacitum, Iubet liburnicã aparari:mihi,si venire vnà vellem,facit copiam.

Liburnus, Adiectiuum {λιβυρνικὸς.} vt Rostra Liburna. Propert.libro 3. eleg.11. Alij legunt,nostra Liburna.id est, Romanas Liburnicas.

LIBVRNVS, Portus Tuscorum , Ptolemæo lib.3.cap.1. Hodie *Liuorno.*

LIBYA, Libyæ:& Libye, Libyes {λιβύη} Africa:quòd inde Libs vẽtus flare soleat:seu quòd pluuia indigeat propter nimiam siccitatem, διὰ τὸ λείβειν. Vel à Libya Epaphi filia, Iouis filij. ¶Est etiã hoc nomine fluuius in Mauritania.

Agri soli Libyæ.Virgil.3.Georg. Soli, deserti.

Sitientes Libyes calidæ arenæ.Lucan.lib.1.

Æstiferæ Libyes squalentia arua.Lucan.lib.1.

Deserta Libyæ.Virg.1.Æneid.

Litus arenosum Libyæ.Virg.4.Æneid.

Vastitas Libyæ.Cic.1.de Nat.deor.

Libys, homo:& Libyssa mulier {λίβυς} ex Libya orti.Vnde

Arena Libyssa.Catul.ad Lesbiam,epig.7.

Libyssianus, pen.prod.Adiectiuum.& Libystis, Libystidis pen.correpta, fœm.gen. {λιβυστῖνος, λιβυστὶς} Patronymicum à loco.Virgilius libro 8. Æneidos,

-& pelle Libystidis vrsæ. Martianus,Grani ac Libyssino calore exustus.

Montes Libyssini.Catul.de Rufa,epigram.55.

Libyx autem,Libycis facit:à quo genitiuo fit

Libycus,Adiectiuum.pen.corr. {λιβυκὸς.} vnde Libycum mare. Libycus campus,dictus quòd in eo primùm fruges ex Libya allatæ sunt.Vnde & Ceres ab Argis Libyssa vocata est,vt ait Festus.

Gentes Libycæ.Virg.4.Æneid.

Terræ Libycæ.Virg.4.Æneid.

Vrbs Libyca.Virg.4.Æneid.

LIBYGIS, Libycidis, Vrbs Iudææ ab Oriẽtali parte Iordanis,quam Herodes extruxit.

LIBYSSA {λίβυσσα} Bithyniæ vrbs, Ptolemæo lib.5.cap.1.Vulgò *Palmea.* Bithyniæ φρούριον vocat Stephanus,nota est Annibalis interitu.

LIBYSTINVS, pen.prod.dictus est Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant,eo quòd immissa Libycis,hoc est hostibus Carthaginiensibus peste,penè cuncti subita morte interierint.

LICA, Licæ {λίκη} Nomẽ viri qui Herculem securus est,authore Festo. Vulgò scribi solet Lychas. Hunc fabulantur Poetæ versum fuisse in scopulum,dum ab Hercule furente præcipitatur in mare. Vide Ouidium 9.Metam.

LICAMBES, Licambis {λικάμβης} Ciuis fuit Lacedæmonius, quem Archilochus ita iambico metro infectatus est, ob denegatam filiã Neobolem,vt se suspenderit,contumeliarum impatiens, Sed rectius Lycambes scribitur per y psilon.

Lycambeus, penult.producta, Adiectiuum {λυκαμβικὸς.} Ouidius in Ibin, Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Licenter, Licentia, Licentiosus, Vide LICET.

Liceo, lices, licui {πλειστηριάζω} cuius supinum est ab impersonale licitum est , passiuam habet significationem , & significat Pretio augeri quum fit auctio.Plaut.Menæch.2.4,

Væmibunt serui,suppellex,fundi,ædes,omnia

Væmibunt,quiqui licebunt præsenti pecunia. Martial.lib.6, Paruo quum pretio diu liceret. Cic.ad Att.lib.12, De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis,id ego quoque audieram,& vt opinor,heri ad te scripseram.

Liceor, liceris, pen.prod.licitus sum {αἰτιάομαι} licéri.Valla,Liceor,videtur carere præterito, tamen quasi præteritum habeat , formarã se frequentatiuum (sed eiusdem tamen significationis) Licitor. Vnde sunt participia licitans,& licitaturus. Vtriusque igitur verbi significatio est,Pretium deferre in auctione facienda,hoc est in venditione quæ publicè fit.Hactenus Valla. Plaut.Stich.4,locos ridiculos vendo,agitè licemini.Cic.5.Verr.Herbitẽses quũ viderẽt, si ad Æschrionem pretium redisset , se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliarum iri : liciti sunt vsque eo quoad efficere posse arbitrabantur. Perf.Sat.5 , Et centum Græcos curto centusse licetur. Absolutè aliquando poniturːaliquando accusatiuo iungitur,adiecto pretio vel in ablatiuo,vel in genitiuo. Vlpianus,Si res eius væneierit, & existat qui plus liceatur,&c.

Liceri contra aliquem.Cic.3.Offic.Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur emptor opponet.

Licitor, pen.corr.licitaris {πλειστηριάζομαι} licitári, Frequentatiuum à liceor.Curtius lib.4, Et quum habeatis arma,licitamini hostiũ capita.

¶Licitari, Congredi,pugnare.Ennius,Pars ludicrè saxa iactant,inter se licitantur. Cæcilius Hymnide , Quæ narrare inepti & scitras feruẽtis, quin machæra licitati aduersum eũ cœpisti scienS.Nonius.

¶Licitari dicuntur(inquit Festus)in pugnando,siue mercãdo contendentes.

Licitans, pen.corr.Participi. {αἰτιάδης} Qui licitatur. Caius in l.Locatio.D.de Publicanis,Locatio vectigalium, quæ calore licitantis vltra modũ solitæ conductionis instatur , ita demũ admittenda est,si fideiussores idoneos & cautionẽ is,qui licitatione vicit,offerre parat⁹ sit.

Licitatio, verbale {αἴτησις} Auctio. Cic.ad Att.lib.11, Genus enim conditionis eiusmodi fuit,in quo nõ soleret esse cõtrouersia: quum ea pars quæ videtur esse minor.licitatione expleri posset.

Licitationem facere.Cic.4.Verr.Exquisitis palàm pretiis & licitationibus factis , describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides.

Licitatione vincere.Vide VINCO.

Licitator,

Licitator, pen.prod. {ἀντωνητὴς} Verbale masc. Qui pretium auget. Cic. 3.Offic.Non licitatorem venditor,nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Licitatorem apponere.Cic.ad Marium,lib.7.2, Nunc quum tuum pretium noui licitatorem potius apponam,&c. Alia exemplaria habent in licitatorem potius ponam.

Licet, licebat, licuit {ἔξεστι, ἐνδέχεται} licére, Impersonale, Fas esse,& licitum.Cicero 5.Tusculan. Id enim licere dicimus quod cuique conceditur.

Peccare nemini licet.Cic.5.Tusc.l.

Licet tibi esse bonum virum. Quintil.lib.4.cap.4, Procuratorem tibi esse non licuit. Quidam legunt procuratori,in datiuo. Cic.pro Corn.Balbo,Si ciui Romano licet esse Gaditanum.

Licebit tibi esse bono viro. Cic.1. Tusc.l. Licuit enim esse otioso Themistocli , licuit Epaminundæ. Horat.1.Serm.saty.1, Eia quid statis?nouũt,atqui licet esse beatis. Brutus ad Cic.16.3,Sed quis supplicat,vt optimè meritis de Rep.liceat esse saluis?

¶Licet, Responsio permittentis vel concedentis.Plaut.Rud.2.6,Rogato vt relinquat alias res,& huc veniat.R.licet.

¶Licet mihi discere de te,pro Possum.Terẽt.Eunuch.2.2. Cic.7. Verr.Sed non idem mihi licet quod iis qui nobili genere nati sunt.

Licet me id scire quid sit? Plaut.Pseudolo.3.

¶Liceat.Terent.Heaut.5.2,Modò liceat viuere, est spes.

Liceat dicere.Plautus Rud. 4, Mea quidem hercle causa saluos sis liceat.

Si per te licet,Id est si permiseris:vel,si potero, à te non impeditus. Plaut.Asin.1. Terent.in prolog.Heaut.

-date potestatem mihi

Statariam agere,vt liceat per silentium. Id est,quod ego possim vobis tacentibus. Idem Hecy.Per me exquirere licet.Vulgus barbarorum dicit,*Ego sum contentus quod tu,*&c. Cic.2.Philip.Petis vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere.

Licet,absolutè,pro Poteris facere.Cato de Re rust.Et si voles insuper vinum Coum mistum bibere,licebit bibas. Cic.lib.1.Offic.Licet ora ipsa cernere iratorum. Idem 4.acad. Hic pugnes licet,non repugnabo.

Impunè licere.Tibul.lib.1.eleg.9.

Licet {ἴσως} Aduerbium concedentis, quemadmodum Esto. Virgilius 6.Æneidos, -licet ingens ianitor antro

Æternum latrans exangues terreat vmbras.

Licet {κἂν,καίτοι} pro Quanuis , aduersatiua particula est, ferè sequente tamen. Cic.de Arusp.resp. Quam volumus licet, p.c.ipsi nos amemus,tamen nec numero Hispanos,nec robore Gallos,&c. Virg. 6.Æneidos, Fixerit æripedem ceruam licet.

Licitus, penult.corr.Adiectiuum, vt Negotiatio licita.Vlpian. in l.2.D. De iure patro.

Licitum est {ἀδεῶτως} Idem quod licet.Terent.Hecy.5.3, Ego dum licitum est,vsa sum benigno,& lepido & comi. Virg.10.Æneidos, Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris

Haud licitum est: nec vestra capit discordia finem. Cic.Terentiæ, lib.14.4,Expectassem Brundusij,si esset licitum per nautas.

Licitæ acies, Vide ACIES.

Licitò, pen.corr. Aduerb.Solinus cap.16, Ædes numinis præterquam nudus vestigia nullus licitò ingreditur.

Licitum, pen.prod. {ξυνάμενος.} Cic.ad Attic.lib.2, Quòd nihilo magis ei licitum esset plebeio Remp. perdere , quàm similibus eius me eos.latritiis esset licitum.

Licentia, licentiæ {ἐξουσία, ἄδεια} In verbis semper in malam partem accipitur , scilicet pro temeritate loquendi quæ velis. In factis in malam accipitur,nonnunquam in bonam. Est autem licentia,Impunita facultas loquendi,vel agendi quæcunque placent. Hæc ex Valla lib. 4. Terent.Adelph.3.4.

-verum nimia illæc licentia

Profectò euader in aliquod magnum malum. Idem Heaut.3.1,Nam deteriores omnes sumus licentia.

Licentia & libertas viuendi.Cic.5.Verr.Nisi facilè cupiditates nostras teneremus, nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatémque viuendi.

Pœna abfuit,& licentia consecuta est.Cic.5.Verr.

Licentia ad maledicendum.Cic.pro Fonteio.

Licentia temporum.Plin.epist.47.

Constricta licentia nullo modo.Claud.de Nup.Honorij.

Effræna Claud.de bello Get.

Effusa. Tacit.lib.4.hoc est immodica.

Festa.Quintil.lib.6.cap.3.Quin illæ ipsæ,quæ dicta sunt,ac vocantur,quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, &c.

Fœcunda licentia vatum.Ouid.3.Amor.eleg.11.

Immensa licentia ponti.Ouid.1.Metam.

Indomita.Horat.3.Carm.ode 24.

Lasciua.Horat.1.Carm.ode 19.

Nocturna licentia.Ouid.5.Fast.

Assequi licentiam.Cic.Offic.10.

Concedere licentiam.Cic.pro Murena.

¶Licentiam dare pecunias eripiendi.Cic.5.Verr.

Dare infinitam licentiam iudici.Senec.de Benef.lib.3.cap.7.

Ferri licentia.Lucanus lib.1, Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri?

Vaganti fræna licentiæ inscecit.Horat.4.Carm.ode 15.

Latgiri licentiam.Cic.2.Acad.

Notare licentiam verbi.Quintil.lib.4.cap.1.

Obtinere licentiam.Cic.ad Attic.10.

Patere licentiam.Cic.de Amicit.

Permittere licentiam, Vide PERMITTO.

Licentiam luxuriæ pollicetur.Cic.2.de Fin.

Possidere licentiam.Cic.4.Verr.

Præcidere licentiam.Cic.5.Verr.

Prodere licentiam mentiendi.Quintil lib.4.cap.2.

Refrænare licentiam.Horat.3.Carm.ode 24.

Transcendet hæc licentia in prouincias.Tacit.lib.17.

¶Licentia,simpliciter pro potestate,siue permissione. Tacit.lib.13, Statuerent vt vellent,data & absoluendi licentia: Paulo pòst, Mox licentia habendi obliuionem attulit.

¶Licentia,in bonam partem.Cic.3.Offic.Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat. Ibidem , Nec quenquam eo errore duci oportet , vt siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinémque ciuilem fecerint , locutúsue sint , idem sibi arbitretur licere: magnis enim illi,& diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Budæus.

Licentior,& hoc licentius {ἐξουσιαστικώτερος.} Cic.3.de Orat. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Idem in Orat.Quid verò licentius,quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora?

Licentior accusatio.Valerius lib.9.de Damasippo.

Licentior epistola,In qua liberè scribimus quicquid volumus.Plinius in epist.

Licentior vita,pro dissoluta.Valer.lib.9.cap.1.

Licentiosus,pen.prod.Adiect. {ἐξουσιαστικὸς.} Tacitus , Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus. Quintil.lib.1.cap.6,Nam ebor dicere , non minus est licentiosum, quàm si sulphuri & gutturi subiicerent o mediam in genitiuo.

Licenter , Aduerb. {ἀδεῶς} Per licentiam. Cic.in Orat. Solutum quidam fit,nec vagum tamen,vt ingredi liberè,non vt licenter videatur errare. Sic Liu.6.bel.Pun.Idẽ tam licenter atque otiosè facere Hacco indignum visum est.

Audacter & licenter ede.Catul.in Camerium,epigr.51.

Dicere licentius.Quintil.lib.1.cap.2.

Errare licentius.Ouid.4.de Ponto eleg.10.

Lichen, huius lichenis, pen.prod.m g.vel Lichene, lichenes, pen.prod. f.g. {λειχὴν} Morbi genus, quod Latini mentagram vocant , quòd à mento incipiat.Plin.lib.26.cap.1, Grauissimum ex his lichenas appellauere Græco nomine : Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, iocularí primùm lasciuia(vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, octulis tantùm immunibus , descendentem vetò & in colla pectũque ac manus , fœdo cutis furfure. Martial.lib.11, Non vleus acre,pustulæve lucentes,

Nec triste mentum,sordidíve lichenes. Nostra ætate , inquit Cornanius,ab anno Christi quingẽtesimo supra millesimum, per omnem Europam sæuissimè grassari sunt Lichenes. Neque enim alterius generis censendus est, qui vulgò hodie Gallicus & Neapolitanus morbus,& ab aliis Hispana scabies nominatur: quanquam hæc ipsa affectio multarum specierum existat,& non recens aut noua huius seculi , iuxta quorundam traditionem. Videntur autem λειχῆνες appellari, non quòd linctura saliuæ humanæ curentur,vt quidam opinati sunt, sed quòd lambendo proserpant , velut etiam lichen herba in petris solet.λείχω,idem valet quod lingo,lambo.

Lichenas oris præstantissimè vincit glutinum factum è genitalibus vitulorum.

Lichenes equorum.Dioscorid.lib.2.cap.28,ex versione Ruellij,Lichenes sunt in equorum genibus,& super vngulas indurati calli, qui triti , & in aceto poti , comitialibus mederi traduntur. Meminit & Plin.lib.28.cap.11.

¶Lichen,Herba.Plin.lib.26.cap.4,Lichen verò herba his omnibus præfertur,inde nomine inuento.Nascitur in saxosis, folio vno ad radicem lato,caule vno paruo,longis foliis dependentibus.

Licium,& Licia,liciorum {μίτος, ἄμιτος} Fila sunt quibus in telis textrices implicant stamina: significat etiam stamen ipsum. vnde trilicem dicimus vestem,quæ tribus liciis constat. Plin.lib.8.cap.48, Plurimis verò liciis texere,quæ polymita appellant,Alexãdria instituit. Virg. 8.eccloga,

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore

Licia circundo. In quem locum sic ait Seruius,Vt Licia stamen implicant,ita adolescentis mentem implicare cõendit.Hęc ille. Certè licia vim habere in magicis putabãtur. Plin.lib.28 cap.4,Inguinibus medentur aliqui , licium telæ detractum alligantes nouenis septemníve nodis , ad singulos nominantes viduam aliquam , atque ita inguina adalligantes licio.

Dira sororum licia.Stat.1.Achill.

Cantata licia. Ouid.2.Fast. Id est incantata ad implicandas vinciendásque hostiles linguas.

Licitatio, Licitator, Licitor, Vide LICEO.

Licitò, Aduerbium, Licitum est, Liciturum, Licitus, Vide LICET.

Lictor, lictoris {ῥαβδοῦχος, ῥαβδιφόρος, πέλεκυς} Qui carnificis officio fungebatur,minister Consulis , Proconsulis , Præsidis , & Prætoris. Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos, magistratibúsque præibant: ac quoties iussi erant , fasciculos soluentes , primò virgis cædebant reum, mox securi feriebant.Plaut.Asin.11,

Vbi sæpe ad languorem tua duricia dederis octo

Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Liu. Missíque lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, secunísque feriunt. Cic.ad Attic.lib.7,Subitò consilium cepi,vt antè quàm liceret,exirem : ne qui conspectus fieret,aut sermo lictoribus,præsertim lauteatis. Idem ad Qu.fratrem.lib.1.1, Sit lictor non suæ,sed tuæ lenitatis apparitor,maioráque præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia,quàm potestatis.

Consularis lictor.Horat.2.Carm.ode 16.

Laureati lictores, Vide LAVRVS.

Paludati lictores, Vide PALVDAMENTVM.

Lictor vnde dicatur, docet Gellius lib.12.cap.3,his verbis,Valgius (inquit) Rufus in secundo librorum, quos inscripsit De rebus per-

pistolam quæritis, lictorem dici à ligando appellatum esse: quòd quum magistratus Populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius & manus ligari vincirique à viatore solita sint: ísque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Vtiúrque ad eam rem testimonio M. Tullij, verbáque eius refert ex Oratione, quæ dicta est pro C. Rabirio, I lictor, inquit, colliga manus. Hæc ita Valgius, & nos sanè cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorem vel à lino, vel à licio dictum scripsit. Licio enim transuerso, quod linium appellatur, qui magistratibus, inquit, præministrabant, cincti erant. Plutarchus in Problem. Rom. 67, Cur lictores dicti sunt? An quòd petulantes colligabant? Hi enim lora in sinu gestantes Romulum sequebantur. An c interpositū est, quum antè fine c litores dicerentur, quasi publici quidam ministri? Nam quod λῆτον nostris etiam temporibus publicum est, multis Græcorum legibus scriptum esse, neminem latére puto.

Lictor etiam interr. sacrorum ministros censebatur. Pompeius Festus lib. 6, Flaminius lictor est, qui flamini diali sacrorum causa præsto est. Ouid. lib. 2. Fast.

Lictorius, Adiectiuum {λικτωρικὸς} Quod ad lictorem pertinet. Plin. lib. 7. cap. 30, Fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriens Occidénsque submiserat.

Virga lictoria. Florus lib. 1. cap. 26.

Lien, lienis, masc. g. vel Lienis, huius lienis, pen. prod. {σπλὴν} Vnum ex visceribus internis. Plaut. Cure. 5,

Lien diruptus est. 2. ambulato id lieni optimum est. Idem Merc. 4,

Perij, seditionem facit lien, occupat præcordia. Celsus libro 3, Si lecurat aut lienis est affectus. Idem lib. 2, Quos lienis malè habet.

Lienis bubulus, apud Celsum lib. 4. cap. 9.

Lienis magnitudine intemperantiam risus fieri affirmant physici. Persius Satyr. 1.

Intumescit quandoque lien, vt cingere hominem videatur. Cato cap. 157.

Lienis torquet. Cels. lib 5. cap. 18.

Lienosus, pen. prod. Adiectiuum {σπληνικὸς} Qui liene laborat, quoties excrementi plus in lienem diuertit, quàm calor eius viscera possit conficere. Aristot. lib. 3, De partibus animalium. Plin. lib. 7. cap. 2, de Pyrrho refert, cuius dextri pedis pollex lienosis medebatur.

Lienosum cor. Id est lienis naturam habens, vt turgeat sicut lien. Plaut. Casin. 9. Fortasse legendum ludiosum: id est, subsultans more ludionum, ac in corpore emicans, vt illi in theatro.

Lienicus, pen. corr. {σπληνιώδης} Idem quod lienosus. Plin. lib. 29. cap. 3, Sic & lienicis.

Lienteria, lienteriæ {λειντηρία} Intestinorum leuitas, inquit Festus. Celsus lib. 2. cap. 1, Fit etiam læuitas intestinorum quæ λειντηρία vocatur. Vnde Lientéici Plinio, aluini, qui hoc morbo vexantur. Dicitur autem propriè Lienteria, alui fluxus qui à melancholicis excrementis à liene per intestina descendentibus venit.

Ligamen, Vide LIGO, ligas.

LIGARIVS, Quidam Romanus: pro quo habuit Orationem apud Cæsarem Cicero.

Ligarianus, penultima prod. Adiectiuum {λιγαριανὸς} Cicero Attico, lib. 13, Ligarianam, vt video, præclarè authoritas tua commendauit. Subintelligit Orationem quam pro Ligario habuit.

Ligatura, Ligatus, Vide LIGO, ligas.

Ligellum, Vide LIGO, ligas.

LIGER, Ligeri, penult. corr. Viri proprium. Virg. lib. 10. Æneidos,

Dicta volant Ligeri, sed non & Troius heros

Dicta parat contrà.

LIGER, Ligeris, pen. corr. {λίγηρ} Galliæ fluuius, qui & Ligeris in nominatiuo dicitur. Vnde & Ligerim in accusatiuo lectum est. Hic delatus in Oceanum influit, maximi cursus & pari cum Garumna interuallo à Pyrene distat, & duobus stadiorū milibus vtriusque nauigatio est. Cæsar lib. 7, Liger ex niuibus creuerat. Idem, Paulo pòst magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgò *Loire*.

Lignum, ligni {ξύλον, ἄγαλμα, λίστρον} A legendo, inquit Varro: quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. Plinius libro 12. cap. 11, Constat arboribus fructus radice, frutice, cortice, succo, ligno, &c.

Ligna, & sarmenta. Cic. 3 Verr. Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt.

Aridum compone lignum. Horat. 3. Carm. ode 17.

Arida ligna explicare in flammas. Lucret. lib. 2.

Attrica inter se ligna, Vide ATTERO.

Dedicatum lignum. Cic. 2. de Legib.

Durum. Virg. 9. Æneid.

Dolatum. Iuuen. Saty. 12.

Fissum. Virg. 9. Æneid.

Fissile. Virg. 1. Georg.

Inutile. Horat. 1. Serm. saty. 8.

Lunatum, Vide LVNA.

Neruis alienis mobile lignum, Vide MOBILIS.

Odoratum. Virg. 2. Georg.

Osseum, Vide OS.

Ignem ex vitidibus lignis atque humidis facere. Cic. 3. Verr.

Accendere lignum, Vide ACCENDO.

Conficere ligna ad fornacem, Vide CONFICIO.

Reponere ligna super foco. Horat. 1. Carm. ode 9.

Ligneus, Adiectiuum {ξύλινος} Quod ex ligno est. Plaut. Pœn. 20,

-tantisper quidem Vt sis apud me lignea in custodia. Idem Rud. 7, Ligneus equus. Cic. 6. Verr. Signum ligneum. Liu. 3. bell. Pun. Lignea turris.

Deus ligneus. Tibul. lib. 1. eleg. 10.

Materiam ligneam flamma vri posse necesse est. Cic. 2. de Inuent. de necessitudine.

Ponticulus ligneus. Cic. 5. Tusc.

Simulacra lignea. Ouid. 10. Metam.

Soleas ligneas in pedes inducere. Cic. 2. de Inuent,

Ligneolus, penult. corr. Adiectiuum diminut. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum. Fortasse legendum lineolum.

Lignarius, Adiect. Quod ad liguum pertinet: vt Faber lignarius. Lignarius, Qui lignarium it. Liuius 5. bel. Maced. Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lignosus, penult. prod. Adiectiuum {ξυλώδης} Id est instar ligni durum, inquit Sipontinus. Plin. lib. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignosáque.

Lignor, lignaris {ξυλίζομαι} lignari, Deponens, Ad ferenda ligna ire. Plaut. Capt. 11, Ire istinc, efferre lora. c. num lignatum mittimur? Liu. 5. belli Punici, Et deinde assiduè dies noctésque infestus aderat, vt non vagus tantùm procul à castris lignarum pabulatúmque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris.

Lignatio, Verbale {ξυλισμὸς} Lignorum desectio, vel deportatio. Cæsar 5. belli Gall. Vt nonnulli milites qui lignationis munitionísque causa in syluas discessissent, &c.

Lignatio, Aliter. Colum lib. 1. cap. 5, Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulúmque vicinum. Id est locus vnde ligna accipi possint.

Lignator, pen. prod. {ξυλεὺς} Aliud verbale, Miles qui lignatur. Liu. 10. ab Vrbe. Cæsar 5. belli Gallici, Subitóque oppressis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, ligas, ligare {δέω, σύνδέω, ἀναδέω, συμπλέκω} Vincire, constringere. Quidam à lino deducunt, quasi lino ago: quòd omnia line ligentur. Plin. lib. 11. cap. 46, Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminens, concauo in vertebra ligatus. Cic. 4. in Catil. Filium eius impuberem ligatum à Prætore missum, &c.

In catenas aliqua ligare. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Guttura ligauit laqueo. Ouid. 6. Metam.

Vulnera ligare. Ouid. 7. Metam.

¶Legibus ligare aliquem. Stat. 4. Sylu. 3.

Pacta ligare. Propert. lib. 4. eleg. 4.

Ligatus, pen. prod. Participium {δεδεκώς} vt Comas ligatas auro substringere. Lucan. lib. 3.

Crines ligatos impedit vitta. Tibull. lib. 1. eleg. 6.

Ligamen, pen. prod. ligaminis {δέσμα, συμπλοκή} Quo quid ligatur. Colum. lib. 11. cap. 2, Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari.

Nocturna ligamina mitræ. Propert. lib. 2. eleg. 30.

Ligellum, ligelli {κιβώτιον} Breue domicilium, & tuguriolum. Plaut. Aul. 9, De suo ligello fumus si quà exit foras. Nonius. Turnebus in alia longè est sententia, atque sibi in mentem veniisse vocabulum hoc diminutionis formam quandam adumbrare. Postulat autem proportio vt quemadmodum à rigno tigillum & tigellum deducitur, vnde & tigelli nomen, sic à ligno ligillum & ligellum deriuetur. Paruum igitur lignum intelligit, quod in foco vratur fumúmque reddat.

Ligo, ligonis, masc. gen. {δικαμμαξικόπτρα} Rusticum instrumentum, sic dictum, quòd radicibus quæ sub terra sunt, ligetur. Lucanus lib. 1, Vomeréque antiquos curionum passa ligones. Plin. lib. 18. cap. 6, Adduxit graues ligones, vomeres ponderosos.

Incurui ligones. Stat. 3. Thebaid.

Duris ligonibus exhauriebat humum. Horat. Epod. 5.

Iactati pulsarunt arua ligones. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.

Longis purgare ligonibus arua. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9.

Ligula, Vide LINGVA.

LIGVRIA {λιγυστική} Italiæ regio, maiore ex parte montosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tusciam attingens. Cuius caput est Genua. A qua Ligustica ora, & Mare Ligusticum. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethontis filio, conuersione y in v. Nunc vulgò dicitur *Terra de Genua*. Testis Oliuarius in Melam.

Ligur, Liguris, pen. corr. {λίγυς} nomen gentile. Probus declinat hic & hæc Ligur, & hic & hæc & hoc Ligus, pro incola Liguriæ.

Assuetus malo Ligur. Virg. 2. Georg.

Fœmina Ligus. Tacitus lib. 18, Auxit inuidiam præclaro exemplo fœmina Ligus, quæ filio abdito, &c.

Tonsus Ligur. Lucan. lib. 1.

Vanus Ligus. Virg. 11. Æneid.

Ligusticus, Adiect. pen. corr. {λιγυστικὸς} Nomen possessiuum. Iuuen. Saty. 3, Nam si procubuit qui saxa Ligústica portat.

Ligusticum, siue vt Bocatius, Liguſtinum mare, est maris Tusci pars, à Liguria prouincia cui adiacet, denominatum. Hoc (vt refert Solinus) corallium procreat, quòd fulminibus resistit.

Ligurio, liguris, pen. prod. liguriui vel ligurij, liguritum {λιχνεύω} ligurire, Multa auidè consumere, & suauiora edulia carpere. Liguriūt muſcæ, inquit Varro de Lingua Latina. Terent. Eunuch. 5. 4, Quæ cum amatore suo quum cœnāt, liguriunt. Vbi Donatus. Liguriunt, κατὰ τὸ λιχνεῖν, quod secundum Græcos suaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter & more senum, multo fastidio suauiora quæque degustat. Nonius: Ligarire, degustare. vnde abligurire, multa auidè consumere.

Ius tepidum ligurire. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Furta ligurire. Id est cibum furto ablatum. Horat. 2. Serm. saty. 4.

Ligurire, ait Budæus, est paulatim in ore commanducare aliquid gustu suaue. vnde Cic. Ligurire lucra, est sensim lucrifacere, & in eo oblectari: cui opponitur deuorare, quod fit præuidè ab homine hiante auaritiæ. Et liguritor procuratiōnum vel curationum, *qui en est friand, & en fait son profit sagement*. Cic. ad Brutum lib. 11. 21, Quum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbaui rem, torámque in aduentum vestrum integrā reseruaui. Id est, quum legis agrariæ mentionem sensim tentarent, & cum magna suauitate in animo verfarent. Hæc Budæus.

Ligurire rem aliquam, &c. Id est appetere. Cic. ad Brutum, lib. 11.

Liguritio, Verbale {λιχνεία} Auiditas, immoderata appetentia. Cic. 4. Tusculan. Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio,

ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

LIGVS, Ligusticus, Vide LIGVRIA.

Ligusticum, ligustici, pen. corr. {λιγυστικὸν} Herbæ hortensis genus. Plin. lib. 19. cap. 8. Ligusticum syluestre est. In Liguriæ fuæ montibus seritur. Vbique suauius sarcium, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat: cæteri ferè conizoides, cuniliginem. Dictum autē ligusticum à Liguria: alij Libysticum à Libya vocatum putant. Pharmacopoiæ vocant *leusticum*.

Ligustrum, ligustri, n. g. {λύγος} Eadem arbor est (inquit Plin. lib. 24. cap. 10.) quæ in oriente cypros. Suos in Europa vsus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia vbique vereri vlceri, cum salis mica, & otis vlcerationibus prosunt. Virgilius 2. eclog,

Alba ligustra cadunt. Sed hîc ligustra vocat, ligustri flores, quos constat esse candidissimos. Martial. lib. 1. ad Procillum,

Toto candidior puella cygno,

Argento, niue, lilio, ligustro. Vulgus nostrum *troenam* vocat.

Niueum ligustrum. Ouid. 13 Metam.

¶Ligustrum, Genus herbæ, per sæpes & macerias serpens. Colum. libro 10,

-& nigro permista ligustro Balsama. Quo in loco si fortè ligustrum arbusculam intelligit Columella, respexit ad eius semen seu baccas, quas passim videmus nigerrimas.

LIGVES, Populi sunt Asiæ qui cum Xerxe, teste Herodoto lib. hist. 4. contra Græcos militarunt.

LIGVSTVS, teste Fabio pictore, Phaëthontis fuit filius, à quo Liguria cognominata est, Vide LIGVRIA.

Lilium, lilij {κρίνον} herbæ hortensis genus, de qua apud Plinium libro 21. cap. 5.

Alba lilia. Virg. 4. Georg.

Breue lilium. Horat. 1. Carm. ode 36.

Candida lilia. Virg. 6. Æneid.

Canentia lilia. Ouid. 12. Metam.

Grandia lilia. Virg. eclog. 10.

Infringere lilia. Ouid. 10. Meram.

Liliaceus, Adiectiuum {κρινώδης.} Vnde oleum liliaceum, Palladio libro 6. capite 14.

Lirinus, lirina, lirinum, pen. corr. {λειρινὸς} Quod est lilij. Vt Lirinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 5.

Lilietum, lilieti, penult. prod. {κρινῶν} Locus in quo liliorum copia est. Palladius, Lilieta, canneta ponenda sunt. Idem lib. 3. cap. 21, Noua lilieta formabunt.

LILYBAEVM {λιλύβαιον} Siciliæ promontorium est, quod Africam respicit. sunt enim Siciliæ tria promontoria, vt docet Pomponius lib. 2.

Lilybeius, Adiectiuum {λιλυβήϊος.} Virg. 3. Æneidos,

Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Lilybætanus, pen. prod. Aliud adiectiuum. Cic. Verr. 6, A Lisone verò Lilybætano primo homine, apud quem diuersatus es, Apollinis signum certè esse non oportuit.

Lima, limæ {ῥίνη} Instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud expolitur terendo. Quintil. lib. 10. cap. 3, Opus poliat lima.

¶Lima, Per translationem. vt

Vltima lima defuit meis scriptis. Ouid 1. Trist. eleg 6.

Intendere limam alicuius. Plin. iunior lib. 1. epist. 2, ad Arrianum, Imò quo magis intēdam limam tuam, confiteor & ipsum me, & contubernaleis ab editione non abhorrere. hoc est, vt acuam & excitem tuum iudicium ac emendationem in hunc librum quem ad te misi.

Mordet librum lima censoria. Martial. lib. 5. epigram. ad Seuerum, de libello quem volebat ab eo & Secundo castigari,

Quem censoria cum meo Seuero

Docti lima momorderit Secundi. Id est, quem censura Seueri & Secundi limauerit atque emendauerit.

Persequi scriptum aliquod lima, pro Limare, emendare, castigare. Plin. iunior lib. 1. epist. 8, ad Saturninum, Memini quidem te iam quædam notasse, sed generaliter. ideo nunc rogo, vt non tantùm vniuersitati attendas, verumetiam particulas qua soles lima persequaris.

Vti lima mordacius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

Liber rasus limo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Limo, limas {λεαίνω} limare. Plin. lib. 18 cap. 1, Atque quum in arbores exacuant, limánteque cornua elephanti.

Scalpere atque limare gemmas. Plin. lib. 36. cap. 7.

¶Limare, per translationem, pro Expolire, & redundantiam circuncidere, vt ait Budæus. Cic. 1. de Orat. Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina.

Ornare ac limare. Cic. 3. de Orat.

Politius limare aliquod opus. Cic. 1. Acad. Id est ornatius facere.

Ratio limat aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Tenui cura limari. Ouid 4. de Ponto, eleg. 6.

Limatur veritas ipsa in disputatione. Cic. 2. Offic. Alia est illa quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas: alia quum ad opinionem communem omnis accōmodatur oratio. Id est, cum crasso modo disputamus, non subtilitate philosophica. Budæus.

¶Limare caput cum altero, Id est coniungere, inquit Nonius. Plaut. Pœn. 4.

¶Limare commoda alicuius, Attenuare, Imminuere. Horat. 1. epist. 14, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Budæus. Id est, atterit, & inuido oculo fascinat. Porphyr.

Limatus, pen. prod. {λεπτυσμένος} Participium, siue nomen ex participio. Cic. 2. de Nat. deor. Nec verò hoc in te vno conuenit moribus domesticis, ac nostrorum hominum vrbanitate limato, sed &c. Id est polito, inquit Budæus.

Limatus & emunctus. Quintil. lib. 12. cap. 10.

Tersus ac limatus. Quintil. lib. 12. cap 10.

Limatus oratione. Cic. 1. de Orat. Qu. Scæuola æqualis & Collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio, prudentiáque acutissimus, & oratione maximè ornatus atque subtilis. Limatus est, è cuius oratione nihil ferè remouere possis, quin totam imaginem demoliare. Subtilis, qui acuta quædam, & sensu remota tractat, minuta quidem & parua. Nam subtilitati grauitas opposita est.

Limatum dicendi genus, quod subtile & attenuatum vocant. Cic. in Bruto, Ex hac Rutiliana narratione suspicari licet, quum dræ summæ fuerint in Oratore laudes, vna subtiliter disputandi ad docendum, altera grauiter agendi ad animos audientium permouendos: multóque plus proficiat is qui inflammet iudicem, quàm ille qui doceat: elegantiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Paulo pòst, Videmus alios Oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam labor accederet ad forense: alios, quòd melius putent dicere se posse, quàm scribere. quod peringeniosis hominibus, neque satis docilis, plerumque contigit, vt ipsi Galbæ: quem fortasse vis nō ingen. i solùm, sed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiébátque vt & incitata, & grauis, & vehemens esset oratio: dein quum otiosus stylum perhenderat, motúsque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. quod iis qui limatius dicendi consectantur genus, accidere non soler, propterea quòd prudentia nunquam deficit Oratorem, qua ille vtens, eodem modo possit & dicere, & scribere. ardor animi non semper adesse: sique quum consedit, omnis illa vis & quasi flamma Oratoris extinguitur. Idem in Oratore, Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt. Nam & grandiloqui (vt ita dicam) fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, varij, copiosi, graues, ad permouendos & conuertendos animos instructi & parati. Et contrà, tenues, acuti omnia docentes, & dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam & pressa orationelimati. Idem lib. 3. de Oratore, Ecce præsentes duo propè æquales Sulpitius & Cotta, quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere præstans? Limatus alter & subtilis, rem explicans propriis aptísque verbis, hæret in causa semper: & quid Indici probandum sit, quum acutissimè vidit, omissis cæteris argumentis, in eo mentem orationémque defigit. Sulpitius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis, & dignitate motus, verborum quoque ea granitate & copia est, vt vnus ad dicendum instructissimus à natura esse videatur. Sensus est: Cotta limatus est, hoc est sic attenuatus in exactam simplicitatem, vt nihil ferè nisi causæ necessarium dicat: subtilis, tenuis, humilis, rem explicans propriis aptísque verbis: hærens in causa, non excursionibus vagus & effusus, eligens quod esset in causa præcipuum, & in eo mentem defigens & orationem. Vt summatim dicam: Nihil dicebat extra causam, & quod erat in causa, tenuiter & ieiunè peragebat.

Limatus homo in vario vsu togæ. Martial. lib. 7. epigram. ad Vrbicum de Aucto loquens,

Iure madens, varióque togæ limatus in vsu. Id est, optimè callens omnia quæ togato viro cōueniunt. Calderinus aliter interpretatur.

Limandum expoliendúmque se alicui permittere. Plin. iunior lib. 1. epist. 10, ad Arrium, Quo magis te hortor, quum proximè in Vrbem veneris, venias autem ob hoc maturius, illi te expoliendum limandúmque permittas. De Euphrate philosopho loquitur.

Limatior, Id est politior & emendatior. Acron. Horatius 1. Serm. satyra 10, -fuerit Lucilius (inquam)

Comis & vrbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis.

Ingenium limatius. Plin. iunior lib. 1. epist. 20, ad Cornel. Tacit.

Limatulus, penult. corr. Adiectiuum, diminutiuum à limārus. Cic. Volumnio, lib. 5, Opus est huc limatulo & politulo tuo iudicio. Id est terso & subtili.

Limatura, limaturæ, penultima producta {ῥίμμα} Puluiſculus limando deractus.

Limarus {λεπτὸς} Nomen ex participio. Cicero de Claris Orat. Nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius.

Limax, limacis, penult prod. masc. gen. {λιτυπὸς} Qui exquirit vt aliquid auferat. Plaut. Bacchid. Limaces viri quòd atterant & consumant. Nonius.

Limax, limacis, pen. prod. masc. & f. g. {λεχλαξ} Testudo, & cochlea terrestris. Colum lib. 10, Implicitus conchæ limax, hirſutáque campe. Festus, Limaces cochleæ à limo appellatæ. Plin. lib. 29. cap. 6, Limacis inter duas orbitas inuentæ officulum, &c.

Limbus {περίστρωτον} pars vestis extrema, quæ insita dicitur. Horat. 1. Serm. saty. 2, Quarum subtùta talos tegit insita veste. Virgilius 2. Æneidos,

-limbo effulgens, & Gorgone sæua. Idem 4. Æneidos,

Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus, est fascia quæ ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum.

Aureus limbus obibat chlamydem. Ouid. 5 Metam.

Vltima pars relæ tenui circundata limbo. Ouid. 6 Metam.

Limbum x 11 signorum appellat Varro Zodiacum, teste Budæo.

Limbolarius, limbolarij, Qui limbum vestibus prætexit. Plaut. Aulul 19,

-textores, limbolarij, arcularij Ducuntur, darur æs.

Limen, liminis, pen. corr. n. g. {οὐδὸς} Dicitur quod ex transuerso in ianua est. à limo, id est obliquo, quòd ingredientibus exeuntibúsque transuersum sit, vt est apud Donatum & Festum. Terent. Heeyra 3. 3, Iam vt limen exirem, ad genua accidit.

Limen, etiam superiorem partem ostij significat. Iuuenalis Satyra 6, -pendentia liquit

Vela domus, & adhuc virides in limine ramos. Caro vtrunque complectitur, quum inquit cap. 14, Tigna omnia, quæ opus sunt, limina, postes, &c.

Limen superum & inferum dixit Næuius, Exime limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum quòque, vbi ego omneis defregi digitos.

Limen superum inferúmque discedentes salutabant. Plautus,

Limen ſuperum, inferſúmque ſalue, ſimul autem vale.
¶Aſtrictum limen, Clauſum. Ouid.3.Amor.eleg.1.
Auratum limen. Senec. Herc. Oeth.5.
Crudelia limina. Virg.3.Æneid.
Dulcia limina. Virg.2. Georg.
Incuſtodita & aperta limina, Vide INCVSTODITVS.
Læta limina. Virg.1.Æneid.
Marmoreum limen. Horat.1.epiſt.19.
Perfractum limen. Senec. Troad.7.
Proſperum limen. Stat.4.Sylu.3.
Religioſa deorum limina. Virg.2.Æneid.
Remulſum tellure limen. Ouid.12.Metam.
Crudeles rigido cum limine poſtes. Ouid.1.Amor.eleg.6.
Superba ciuium potentiorum limina. Horat.Epod.2.
Tritum limen. Catul.ad Mallium, epigr.63.
¶Adire limina alicuius. Virg.6.Æneid.
Circunuolitare potentiorum limina, Vide CIRCVNVOLITO.
Ferrea limina compeſcere. Lucan.lib.1.
Exturbatus limine templi. Silius lib.11.
Inſiſtere limen. Virg.6.Æneid. Vide INSISTO.
Interiora domus irrumpit limina. Virg.4.Æneid.
Dura limina perrumpit bipenni. Virg.2.Æneid.
Pulſare limina. Ouid.2.Amor.eleg.19.
Scandere limina turris. Stat.12.Thebaid.
Sedere in limine. Virg.4.Æneid.
Tranſire limen cautius. Ouid.1.Amor.eleg.12.
¶Limen, pro ingreſſu aliquando ponitur. Virg.2.Æneidos,
Limen erat, cæcæque fores, & peruius vſus. Plin.lib.3.in Præf.
Limen cubiculi. Cic. pro Cluentio.
Oſtium liménque careeris. Cic.5.Tuſcul.
Obſeſſa tenere limina portarum. Virg.3.Æneid.
¶Limen, Interior pars domus. Virg.2.Georgicorum,
-penetrant aulas & limina regum. Vbi Seruius, Profitentur ſatellitium. Limina autem ait interiorem familiaritatem.
¶Limen, Locus in quo ſtatur. Virg.5.Æneidos,
-ſignóque repentè
Corripiunt ſpatia audito: liménque relinquunt.
¶Ad limina ſeruus, pro attenſi, apud Apuleium lib.2. de Aſino. Et apud Virgilium lib.9. Æneidos, -fidúſque ad limina cuſtos.
Id eſt ædituus, ait Seruius. Vide AD. Budæus.
¶Limen, pro amicitia, teſte Seruio, enarrante illud de Turno, libro 7. Æneidos, -de limine pelli. Iuuen. Sary.3,
Limine ſubmoueor, perierunt tempora longi
Seruitij. Id eſt repellor ab amicitia.
¶Limina imperij, Galli *liſieras & frontieras* imperij dicunt.
Lethi limina. Lucret. lib.6.
Senectutis limen ingreſſus. Firmic. lib.3.cap.1.
A limine diſciplinas ſalutare, Vide A, vel AB.

Limen, limenis, pen. corr. {λιμὴν} Latinè portum ſignificat. A quo
Limenarcha, limenarchæ, maſc. gen. {λιμεναρχὴς} Qui locis maritimis præeſt, vnde proiectus eſt ad exteras nationes. Dictio meré Græca: λιμὴν enim, Latinè portus dicitur. Paulus, D. De ſeruis fugitiuis, l. Limenarchæ. Hos Ariſtoteles lib.6. Politicôn, circa finem, limenophylacas vocat, quaſi portuum cuſtodes. Budæus.

Limes, limitis, pen. corr. maſc. gen. {ὅρος, ὁριστὸς} Tranſuerſa via dicitur. Virg.9. Æneidos, -& lato te limite ducam. Colum. lib.1, Semitas, nouóſque limites in agro fieri nõ patiatur. A limo deducit Sipontinus. Feſtus, Limites in agris nunc termini, nunc viæ tranſuerſæ ſunt.
Accliuus limes. Ouid.2.Metam. Vide ACCLIVIS.
Arctior limes. Stat.1.Thebaid.
Attritus limes aquarum. Ouid. epiſt.17.
Curuus. Senec. Thyeſt.9.
Directus. Stat.2.Sylu.2.
Longo limite ſulcus. Virg.2.Æneid.
Obliquus. Senec. OEdipo, 4.
Scopuloſus. Stat.1.Thebaid.
Sectus in obliquum. Ouid.2.Metam.
Spatioſus. Ouid.15.Metam.
Tenuis limes longa ſubnubilus vmbra. Ouid.2.de Remed.amor.
¶Recto graſſari limite. Ouid.2. Triſt.
Curuo limite deſcendere. Ouid.14.Metam.
Incidere rectum limitem. Quintil.lib.2.cap.13.
Partiri limite campum. Virg.1.Georg.
Limes agro poſitus. Virgil. Æneid.12.
Reſcindere limites. Stat.4.Sylu.3.

LIMITES, ait Siculus Flaccus in libro de conditionibus agrorum, ab liminibus vocabula accepiſſe. inquit enim ſic: Quo modo limina introitus exitúſque locis præſtant, limites agris. ſimiliter introitus exitúſque: qui in agris diuiſis & aſſignatis ſemper peruij eſſe debebunt, tam itineribus, quàm & menſuris agendis. Pergit idem Flaccus his verbis: Quum omnes limites à menſura denûm actuũ decimani dicti ſint, ſiqui Orientem Occidentémque intuentur, qui Meridianum & Septentrionem tenent, vnum vocabulum illis erat, decumanum nuncupabant matutini & veſpertini & meridiani & ſeptentrionis cardinem: alij verò ob regionum poſitionem & naturam appellauerunt maritimos & montanos: poſtea verò, quum agri diuiderentur & aſſignarentur, decimani quidem vocabulum permanſit, vt ij, qui Orientem Occidentémque intuentur, decimani dicerentur: ij verò, qui meridianum & ſeptentrionem, quoniam cardinem mundi tenerẽt, cardines ſunt appellati. Et omnes limites dirimunt agros, centuriáſque deſignant: qui, vt ſuprà diximus, in agris diuiſis & aſſignatis ſemper peruij eſſe debebunt, & itineribus, & menſuris agendis. Limitum autem nomina hæc inuenimus in libello extremo eiuſdem Flacci. Orientales, ait, dicuntur Decumani. Septentrionales, cardines: item, Maximi, C.M. Actuarij, Interciſui, Quintarij, Cultellati, Nonarij,

Maritimi, Temporales. qui ſolis ortum ſequuti ſunt, Gallici, Regales, Subronciui, Linearij, Sextanei, Teſſellati, Diagonales, Montani, Auſtrinales, qui per auticam & poſticam diuiduntur: Hyporeauſſales, qui angulis ſubiacent: Præfecturales, Egregij, Vndecimani, Duodecimani, Colonici, Paſſiui, Solitarij, Perpetui. Aggenus autem in libro de limitibus agrorum diſtinguit limitem à rigore his verbis: Limes eſt quodcunque in agro ad obſeruationem finium opera manuum factum eſt. rigor verò ſuæ rectitudinis naturalis nomẽ accepit. Rurſus Hygenus in libello & ipſe de limitibus conſtituendis, ſic: Antiqui menſuras agrorum normalibus longitudinibus incluſerunt. primùm duos limites conſtituerunt: vnum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellauerunt duodecimanum, ideo quòd terram in duas diuidat partes, & ab eo omnis ager diuidatur: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem cardinem nominauerunt, à mundi cardine. Duodecimanum poſtea decimanum appellauerunt: quare à decem potius quàm à duobus, ſicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti: nunc dicimus viginti. Similiter duo decumanus, decumanus eſt factus. Reliquos limites fecerunt anguſtiores: &, qui ſpectabant in Orientem, prorſus, qui ad Meridianum, tranſuerſos appellauerunt. Limites autem appellati à limo, id eſt antiquo verbo, tranſuerſi. nam & limum cinctum, ideo quòd purpuram tranſuerſam habeat. item limina oſtiorum. poſtea prorſos & tranſuerſos limites appellauerunt, à liminibus, quòd per eos agrorum limina ſeruantur. poſtea apud quoſdam nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare ſpectant, maritimos, qui ad montem, montanos appellauerunt. Omnis ergo huius recturæ longitudo rationalis, limes appellatur. nec intereſt quicquam, decumanum dicamus, an limitem. decumanum autem primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine cæteros præcedunt. ſunt alij limites actuarij, alij linearij. Actuarius eſt limes, qui primus actus eſt ab eo quintus quiſque: quem ſi numeres cum primo erit ſextus: quoniam quinque centurias ſex limites cludunt. reliqui medij limites linearij appellantur, in Italia ſubrunciui. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum XII. per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. ita enim cautum eſt lege Sempronia, & Cornelia, & Iulia. quidam ex his latiores ſunt XII pedibus, vt ſi qui ſunt per viam publicam militari acti. habent enim latitudines viæ publicæ. linearij limites menſuræ tantùm diſterminandæ cauſſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi interueniunt, latitudinem ſecundum legem Mamiliam accipiunt. in Italia itineri publico ſeruiunt ſub appellatione ſubrunciuorum. habent latitudinem pedum octonũm. Hos conditores coloniarum fructus aſportandi cauſſa publicauerunt. nam & poſſeſſiones pro æſtimio vbertatis, anguſtiores ſunt aſſignatæ: ideóque limites omnes non ſolùm menſuræ, ſed & publici itineris cauſſa latitudines acceperunt.

K Quintarius.



Secundum antiquam conſtitutionem limites diriguntur: quare non omnis agrorum menſura in Orientem potius quàm in Occidentem ſpecter. in Orientem, ſicut ædes ſacræ. nam antiqui architecti in Occidentem templa ſpectare rectè ſcripſerunt. poſtea placuit omnes religionem eò conuertere, ex qua parte cæli terra illuminatur. ſic & limites in Orientem conſtituuntur. Hæc Frontinus in libro de limitibus agrorum.
¶Limites in vrbe ſunt vt ſemitæ, viæ tranſuerſæ, Liuio, vt lib.1.bel. Maced. Intra portam, extráque latæ ſunt viæ: vt & oppidani dirigere aciem à foro ad portam poſſent: & extra limes mille fermè paſſus in Academiæ gymnaſium ferens, pedici equitíque hoſtium liberum ſpatium præberet. Budæus.
¶Limes laxus benignitatis, per tranſlationem. Senec. de Benef. lib.1.cap.14. Quare ſiquis exiſtimat nos quum iſta præcepimus, benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire, &c.

Limito, limitas, penult. corr. limitáre: & Limitor, limitaris {ὁριζω} limitáti, Id eſt partiri, diuidere, ſiue diſtinguere. Plin.lib.17.cap.22, Vineas limitari decumano oportet, XVIII pedum latitudinis ad cõtrarios vehiculorum tranſitus, &c.
Limitatus ager, In centurias dimenſus, inquit Feſtus. Vlpian. in l. 1.D. De fluminib. ne quid, &c, Si inſula in publico flumine nata fuerit, in eáque aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim inſula aut occupantis eſt, ſi limitati agri fuerint: aut eius, cuius ripam contingit.
Limitare de. Cic. ad Appium Pulchrum, lib.3, Etſi de rua prolixa beneficáque natura limitabit aliquid poſterior annus propter quandam triſtitiam temporum: Vbi limitabit legendum videtur Budæo: & ita in veruſtioribus codicibus legitur.
Limitatio, Verbale {ὁρισμὸς} Colum.lib.3.cap.12, Non intempeſtiuè commemorabimus Iulij Græcini conſcripta, velut formulam ad quam

quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.
Limitaneus, Adiectiuum {ὅριος.} vt, Limitanei milites, Qui in limitibus regni conſtituuntur in præſidio, ob incurſus inimicorum vicinorum. Iuriſconſult. in l vltima, de Fundis limitrophis, Agros limitaneos vninerſos cum paludibus, omníque iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio atque arare conſueuerunt, &c. Fundi limitanei, Id eſt limiti deputati.
Limeum, Herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in venatu tinguũt me dicamento, quod *Venenum ceruarium* vocant. Hæc Plinius libro 27. cap.11.
LIMIA, Fluuius Hiſpaniæ, apud Melam lib.3. Linia hodie dicitur, teſte Oliuario.
Liminium, liminij. Cicer. in Topicis, Quum ipſius poſtliminij vis quæritur, & verbum ipſum notatur. in quo Seruius noſter (vt opinor) nihil putat eſſe notandum niſi poſt, & liminium illud productionem eſſe verbi vult, &c.
LIMIOSALEVM {λιμοσάλευον} Ptolemæo lib.2.cap.11, Vrbs Germaniç, vulgò *Guiſna*.
Limito, limitas, Vide LIMES.
LIMNI, Inſula iuxta Orientalem plagam Hyberniæ, quæ deſerta eſt, authore Ptolemæo lib.2.cap.2. Silimnus dicta Plinio.
Limo, limas, Vide LIMA.
Limonia, limoniæ, Alterum genus anemones. Plin.lib.21.cap.11.
Limoniates, Gemma eadem videtur quæ ſmaragdus. Plinius lib.37. cap.10.
Limonium, Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtiſque foliorum ac radice nigra, ſed dulci. Recipit eum incibis Oriens. Ex Plinio libro 22.cap.22, Vide LEMONIVM.
LIMONVM {λίμονον} Pictonum oppidum in Gallia, teſte Ptolemæo libro 2.cap.7. Vulgò *Limon*.
Limoſus, Vide LIMVS ſubſtantiuum.
Limpidus, penult. corr. Adiectiuum {διαφανὴς} Clarus, purus, lucens. Columella lib.12.cap.28, Poſtea quum de doliis aut de ſeriis diffundere voles, vere florente roſa defæcatum quàm limpidiſſimum in vaſa bene picata & pura transferto.
Lacus limpidi. Catul. ad Sirmionem Peninſulam, epigram.29.
Vocem limpidam ac canoram facit ſandaracha. Plinius libro 34. cap.vltimo.
Limpitudo, pen. prod. limpitudinis {τὸ διαφανὲς.} Plin.lib.32.cap.11, Stát veluti ſuillo crure longo in arena defixæ, hiantéſque qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio.
LIMVICI, Ptolemæo lib.2.cap.7, Gallię populi, alio nomine Lemouices. Vulgò *Limoſin*.
Limus, limi, Veſtis genus. Virgil.12. Æneidos, Velati limo, & verbena tempora cincti. Vbi Seruius poſt longam de limo interpretationem, ſic dicit, Caper tamen & Iginus hoc loco dicunt lectionem eſſe corruptam: nam Virgilium ita reliquiſſe confirmant, Velati Limo. Limus autem, eſt veſtis qua ab vmbilico vſque ad pedes teguntur pudenda poparum. Hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam: vnde & nomen accepit. nam limum, obliquum dicimus.
Limus, maſc. gen. {ἄμυς, ιυλὸς} Lutum eſt, ſeu cœnũ illud molliusquod ex aquarum putredine relinqui ſolet. Plinius libro 11.cap.37, Labra herbas eruentibus, limúmque lata ve ſuum generi.
Grauis veteri cratere limus adhæſit. Horat.2.Serm.ſatyr.4.
Informis limus. Virgil.6.Æneid.
Niger limus. Virgil.4.Georg.
Dureſcit limus igni. Virg.8.eclog.
Obducere plagam limo, Vide OBDVCO.
Læui rimoſa cubilia limo vnge. Virg.4.Georg.
Limoſus, penult. product. Adiectiuum {ἰλυώδες, πηλοτώδης} Limo plenus, & cœnoſus. Plin.lib.16.cap.36, Vbi limoſiore callo induruit.
Limoſa aqua. Columel.lib.5.cap.9.
Flumina limoſa. Ouid.1.Metamorph.
Humus limoſa. Ouid 1.de Remed.Amor.
Iuncus limoſus. Virgil.1.eclog.
Lacus limoſus. Virgil.2.Æneid.
Limoſa radix. Plin.lib.27.cap.5.
Vlua limoſa. Lucan.lib.2.
Limus, Adiectiuum {πηλόεις} Quod & limis dicitur. Feſtus, Limis, obliquus, id eſt tranſuerſus: vnde & limina. Terent. Eunuch.3.5,
-ego limis aſpecto
Sic per fabellum clanculum. Vbi Donatus, Limis, ſi nominatiuus ſingularis eſt, tranſuerſus ſignificat, ſi ſeptimus pluralis, deeſt oculis. Nam limis, eſt tranſuerſus: vnde limen dicitur quoque, quòd ingredientibus exeuntibúſque tranſuerſum ſit. Quum igitur diſſimulant homines ſe videre quod vident, & non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur: limes dicuntur aſpicere.
Limis oculis aſpicere vel intueri: Hoc eſt, toruè & obliquè, quod ferocitatis & iræ indicium eſſe ſolet. Plaut.Milit.18,
Aſpice limis oculis, ne ille nos ſe videre ſentiat.
Ocellis limis ſubridere. Ouid.3.Amor.eleg.1.
Limulus, penult. corr. {ὑπολιμνίος} Adiectiuum diminutiuum. Plautus Bacchid.23.
Vidén' limulis vt obſecro intuentur?
Linamentum, Linarius, Vide LINVM.
LINDOS, Vrbs eſt Rhodi inſulæ. In Rhodo, inquit Põponius, tres quondam erant vrbes, Lindos, Camiros, Ialyſos.
LINDVM {λίνδον} Ptolemæo lib.2.cap.3. Vrbs eſt Britanniæ inſulæ: alio nomine Lincolina & Lindecolinum. Vulgò *Lincolon*.
Línea, lineæ {γραμμὴ} à Lino linis, Eſt filum illud quo fabri materiarij vtuntur ad ſignandam materiam: quòd ex lino fiat. Et quoniam ab hac, ſi rubrica vel alio colore intincta fuerit, figura deſignatur longa ſine latitudine atque altitudine: ea quoque figura, linea vocatur.
Perpendiculo & linea vti. Cic. Qu. fratri, lib.3, Aliquando perpen-

diculo & linea diſcet vti.
Circumcurrens linea. Quintil.lib.1.cap.10.
Extremæ lineæ. Quintil.lib.1.cap.10.
Longinqua linea, Vide LONGVS.
¶Deſignare aliquid velut primis lineis. Quintil.lib.4.cap.2, Non vt conſumantur affectus, ſed tamẽ vt velut primis lineis deſignẽtur.
Ducere lineam, Vide DVCO.
Ducere primas lineas. Quintil.lib.2.cap.6.
Ferri ſuo deorſum pondere ad lineam, hunc naturalem eſſe omniũ corporum motum dicit Epicurus apud Ciceronem lib.1. de Finib.
A linea incipere, Vide A.
Rectis lineis in cæleſtem locum ſubuolent ignea. Cic.1.Tuſc.
Tranſire lineas. Cic. in Parad. Siquidem eſt peccare tãquam tranſire lineas.
¶Linea, Gradus agnationis. Paulus in l. Stemmata. D. De grad. & affin. & nom. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur.
¶Linea, filum omne dicitur ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella, Ligato pede longa linea gallina cuſtodiatur.
¶Linea, qua capiuntur pi ces, & cui hamus deligatur. Plinius lib. 9.cap.43, At vulpes marinæ, ſimili in periculo glutiunt amplius vſque ad infirma linea, quæ facilè prærodant. Martialis lib.5, Tremuláque caprum linea trahit piſcem.
Lineam mittere, apud Plautum in Moſtel.15,
Non ego ita extemplo meum oſtendam ſenſum: mittam lineam: Diſſimulabo me horum quicquam ſcire. Nonnulli à captatoribus piſcium dictum volũt, in quos linea mittitur. Alij per metaphoram à pictoribus deducunt, qui vbi pingere aliquid volunt, lineam prius vmbræ cuidam ſimilem mittunt: per quam ipſi picturam dirigant, ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ futuræ forma.
Linea, in venatione ſignificat formidinem ab aliis dictam, vario plumarum nexu diſcolorem, qua terrentur apri, vulpes, lupi, vrſi, ſed potiſſimũ cerui. In ea alternus textus plumarum, ſed vulturis & cygni præcipuè laudatur: ſed & interdum ſandice fucabatur. Nemeſianus, Linea quinetiam magnos circundare ſaltus Quæ poſſit, volucréſque meru cõcludere prædas, Digerat ennexas non vna ex aſtre pinnas. Eam etiam lib.4. de venatione, Oppianus {μηχανὴν μέγιστον}, id eſt lineam formidoloſam appellat, & {πολύχρων}, id eſt formidinem multicolorem. Turnebus.
Vltima linea rerum mors eſt Horat.1.epiſt.17.
Linea margaritarum. Scæuola in l. Medico. § vlti. D. De auro, argento, mundo, &c. Idem in l. Lineam. D. Ad legem Falcid. Lineam margaritarum triginta quinque legauit.
Vti in linea pertuſis margaritis. Vlpianus in l. Si ſeruus ſer. §. Si quum. D. ad l. Aquil. Si quum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſum, ea inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea vteretur, &c.
Linea propriè appellatur longitudo latitudinis prorſus expers, cuius quidem extremitates ſunt duo puncta. Eſt igitur linea recta, ab vno puncto ad alium breuiſſima extenſio, in extremitates ſua eam recipiens. Euclid.1.Elemen.
Lineo, lineas {ὑπογράφω} lineáre, Lineas ducere, Lineis rem aliquam figurare & deformare. Plautus Milit.12, Bene lineatam ſi ſemel carinam collocaſſit. Cato cap.14. Et quæ opus ſunt domui, præſtabit: & ad opus dabit, ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam ſolam duntaxat.
Linearis, & hoc lineare, pen prod. {γραμμικὸς} Quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura vocata eſt, quæ lineas circum vmbram hominis deductas habet: cuius author Philocles putatur, teſte Plinio libro 35.cap.3.
Probationes lineares. Quintil.lib.1.cap.10.
Linearis ratio. Quintil.lib.1.cap.10.
Lineamentum, lineamenti {ὑπογραφὴ} Ipſa extremitas, & quaſi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoſcitur, à lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur.
Iuſtinus libro 11. Lineamentorum æqualitas matri & filio perſimilis.
Lineamenta & formæ deorum. Cic.1.de Nat.deor.
Lineamenta, in geometria: hoc eſt, linearum productiones. Cicero 1.de Oratore, In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c.
Lineamenta animi. Cic.3.de Finibus, Animi lineamenta ſunt pulchriora quàm corporis.
Numerus extrema lineamenta orationi attulit. Cic. in Oratore, Id eſt, manum extremam, & expolitionem. Ita orationem abſoluit, vt in ea expolienda nihil amplius deſideraretur.
Lineatio, lineationis, Verbale. Firmicus lib.1.cap.vltimo, Vnde enim ſeſe ſinguli propria corporis lineatione cognoſcunt, &c. Id eſt, lineamentis.
Lineatus, pen. prod. Solin. cap 40.
Lineus, Vide LINVM.
Lingo, lingis, linxi, linctum {λείχω} lingere, Aliquid lingua molliter tangere. Plaut. Caſin. Mel mihi videor lingere.
Lingere rurſus dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttatim deſluere in ſtomachum ſinimus. Plin.lib.37.cap.10, Sed lingentium calculos frangit, pellitúque. Idem lib.31.cap.9, Datúſque lingendus, & oculis iumentorum inſpuitur.
Linctus, huius linctus {λάγμα.} Plin.lib.31.cap.9, Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere.
LINGONES, penult. corr. {λιγγονες, λίδικες} Inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullenſibus, qui dicebantur Leuci, nomen retinent. Ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Lugdunenſi, ac Francorum regno ſita. *Langres*. Cæſar 1.bel.Gal.
Pugnaces Lingones. Lucan.lib.1.
Lingonus, lingoni, pen. corr. {λίγγων} Idem. Martialis lib.8, Lingonus à recta, Flaminiáque recens.

Lingonicus,pen.corr. {Λιγγωνικός.} Claud.3.Paneg.

Lingua,linguæ {γλῶσσα Notæ significationis. Dicta à lingendo vel ligando, quòd lingat cibum. nam cibos vi sua conglobat ac deprimit, in ventrémque transmittit. Seu quòd ipsa, dentium septis quasi muro vallata ac ligata sit.

Raræ perplexa foramina linguæ. Lucret.lib.4.
Radix vltima linguæ. Ouid.6.Metamorph.
Solutio linguæ. Cic.lib.1.de Oratore. Vide Solutè & fuaniter dicere,in DICO,dicis.
Templa linguæ. Lucretius lib.4, Humida lingua circum sudantia templa. Hoc est, partes linguæ sudantes.
Humor linguæ deficit. Ouid.9.Metamorph.
Aspera lingua premit fauces. Virgil.3.Georgic.
Aspera lingua nimia siccitate, Vide ASPER.
Bifulca lingua. Ouid 9.Metamorph.
Fissa lingua in duas partes. Ouid.4.Metamorph.
Frigida lingua. Virgil.4.Georgic.
Multifidas linguas vibrans draco. Valerius lib.1.Argonaut.
Nigra lingua subest. Virgil.3.Georgic.
Suppressa lingua palato. Ouid.3.Trist.eleg.3.
Tribus linguis præsignis draco. Ouid.7.Metamorph.
Linguis micat ore trifulcis. Virgil.3.Georgic.
Vibrantes linguæ. Virgil.2.Æneid.
¶Comprehensam forcipe linguam abstulit. Ouid.6.Metamorph.
Coruscare linguis dicuntur serpentes. Ouid.4.Metamorph.
Excidere vel auellere linguam. Cic.3.de Oratore, Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel euulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.
Resecta lingua ense. Ouid. in Ibin.
Thesaurus in lingua stultis situs. Plaut. Pœn.9.
Lingua loqui, Vide LOQVOR.
Commercia linguæ, Id est colloquia. Ouid.3.Trist.eleg.11.
Facundia linguæ. Ouid.3.Trist.eleg 5.
Tela linguæ. Ouid.4.de Ponto,eleg.6.
¶Lingua astricta mercede, Vide ASTRINGO.
Blæsa lingua. Ouid.3.de Arte.
Lingua celeri & exercitata sunt oratores quidam. Cic.1.de Orat.
Dives lingua. Horat.2.epist.2.
Elegans. Catul in amicam Formiani. epigr.40.
Examinis. Ouid.11.Metamorph.
Facunda. Horat.4.Carm ode 1.
Falsæ periuria linguæ. Ouid.7.epist.
Gratia ficta linguæ. Ouid.12.epist.
Garrula lingua. Tibul.lib.4.eleg.12.
Inexplanata lingua, Vide INEXPLANATVS.
Magicæ potentia linguæ. Ouid.7.Metamorph.
Modesta lingua. Ouid.epist.18.
Nocens lingua. Propert.lib.2.eleg.29.
Lingua nulla est, qua negem quicquid roges. Plaut. Capt.16.
Patriæ verbera linguæ. Horat.3.Carm.ode 12. Vide PATRVVS.
Pia lingua. Ouid.epist.21.
Pictæ tectoria linguæ. Persius satyra 5.
Procax lingua. Silius lib.8.
Professoria lingua. Tacit.lib.13.
Prompta lingua ad rigidos sonos Ouid.4.Fast.
Sacrilega lingua. Ouid.1.de Remed Amor.
Secretior lingua. Quintil.lib.1.cap.1.
Subdola lingua Ouid 1.de Arte.
Lingua trepidans. Catul.de Berecynthia,58.
Vanæ mendacia linguæ. Ouid.3.Amor.eleg.10.
Venalis lingua. Lucan.lib.1.
¶Acuere linguam causis. Horat.1.epist.3.
Vsum linguæ auferre alicui. Ouid.14.Metamorph.
Constat lingua. Seneca epist.84, Tentantur pedes, lingua non constat. De ebrio loquitur.
Continere linguam, Vide CONTINEO.
Deerat lingua palato, Id est non poterat loqui. Ouid.21.epist.
Delirat lingua. Lucret.lib.3.
Templa linguæ. Lucret.lib.4,
Humida linguai circum sudantia templa. Hoc est, partes linguæ sudantes.
Vsum linguæ deperdere. Ouid.5.Metamorph.
Linguam diuertere ad mores alicuius, pro Reprehendere. Plautus Pœnulo,16.
Eripere linguam alicui. Ouid.2.Fast.
Fauere linguis, Vide FAVEO.
Feruet lingua mero. Ouid.2. Fast.
Stolidæ conuitia fundere linguæ. Ouid.13.Metamorph.
Fac habeant linguam ædes tuæ. A. quid ita? s. quom venlam inuocent. Plaut. Casin.12.
Crimen habere linguæ. Ouid.1.Fast.
Inutilis hæsit lingua. Ouid.4.epist.
Lingua hæsitare. Cic.1.de Orat. Vide ABSONVS.
Infringitur lingua. Lucret.lib.3.
Properante lingua legere. Ouid.3.de Ponto,eleg.5.
Titubante lingua loqui. Ouid.3.Trist.eleg.1.
Linguam alicui occludere, Vide OCCLVDO.
Lingua gladiorum aciem præstringens. Plaut. Trucul.10.
Retundere linguam alicuius. Liu.Decad.4.lib.3, Si Ætolorum linguas retundere vellent.
Rapta silet altera lingua. Ouid.6.Metamorph.
Riget lingua. Ouid.1.de Arte.
Linguam esse in quæstu. Quintil.in Procem.lib.1.
Tardescit lingua. Lucret.lib.3.
Non tenere linguam nimio mero. Ouid.2.Trist.
Tenere linguam in ore clauso. Catull,in Cametium,epigr.51.
Titubat lingua. Ouidius 1.de Arte.
Torpet lingua. Catul.ad Lesbiam.epigr.48.
Torpuerat gelido lingua retenta metu. Ouid.epist.11.
Vibrare linguam. Ouid.ad Pisonem,

Densáque vibrata iaculari fulmina lingua.

Libera vti lingua. Vide LIBER adiectiuum.
¶Lingua, pro Obloquutione. Cic.ad Varronem,lib.9.2, Tibi autem idem consilij do, quod mihimetipsi, vt vitemus oculos hominum, si linguas minus facilè possimus.
¶Lingua, pro Differentia sermonum. Vnde linguas scire, apud Plaut.Pœn.2. Plin.lib.12.cap.1, Est Gortynæ in insula Creta iuxta fontem platanus vna, insignis vtriusque linguæ monumentis. Cicero 5. Tuscul. In his linguis quas non intelligimus quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.
Linguam Græcam Latina copiosiorem esse dicit Cicero 2. Tuscul.
Gentes variæ linguis. Virgil.8.Æneid.
Agmina dissona lingua. Silius lib.16.
Sermo lingua concinnus vtraque. Horat.1.Serm.saty.18.
Egestas linguæ. Lucret.lib.1.
Doctus sermonis vtriusque linguæ. Horat.3.Carm.ode 8.
Duas linguas edidicere. Ouid.2.de Arte. Intelligit Romanam & Græcam.
Lingua Latina, Vide LATIVM.
Facere potentiorem linguam Latinam. Quintil lib.1.cap.5.
Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putant, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam sentit Cicero 1.de finib.
Tueri linguam. Quintil.lib.1.cap.1.
¶Lingua, herba quæ nascitur circa fontes. Plin.lib.24.cap.19.

Linguarium, linguarij, n.gen. Linguæ velut theca & repositorium. Seneca, Ecce, inquit, vt doleat tibi, vt postea cõsiderarius ioquaris, quod dicere solemus, linguarium dabo. Linguarium, Id est linguarum theca & repositorium, in quo se dicit linguam conditurum, ne temerè promittat. Natum est hoc verbum è ioculari vulgi sermone, quo & nos plerunque iocantes vtimur.

Lingula, siue ligula, penult.corr. Diminutiuum {γλωσσάριον, ὑπογλωττίδιον.} Festus, Lingula per diminutionem linguæ dicta: aliàs à similitudine linguæ exeræ, vt in calceis: aliàs insertæ: id est intra dentes coercitæ, vt in tibiis.
Lingula & ligula obseruo à doctis indifferenter scribi.
Ligula calceorum. Martialis lib.2, Non extrema sædet lunata ligula planta. Vbi propter primæ syllabæ productionem, alij legunt lingula. Iuuenal.satyr.5,
-& ligulas dimittre solicitus, ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.
¶Lingula edolata. Columella lib.8.cap.11, Stabulum autem carere debet vligine: cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli: eorúmque partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transuersis foratis perticis inducantur.
¶Ligula, Instrumentum cauum & oblongum, in speciem linguæ factum: quale est illud quo vtuntur aromatarij ad extrahenda è vasis vnguenta. Plinius lib.21.cap.14, Cera punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fusua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto parita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id est candidissima quæque, transfundúntque in vas, quod exiguum frigidæ habeat. Ex quibus verbis palàm est, Ligulam esse vas ad hauriendum idoneum: proinde non (vt malè putauit Sipontinus) planum. Nomen habere putatur à similitudine linguæ ad palatum retractæ, atque ita cauæ, quæ sanè cochlearis est forma. Columel. lib.6.cap.2, Martialis lib.14, de ligula argentea,

Quanuis me ligulam dicant equitésque patrésque,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Lingula, in torculario Catonis de Re rustica, significat nouissimam partem quæ inter duas arbores inseritur. Eam pedes duos & semissem longam esse vult Cato, & ita inter arbores conuenire debere, vt digitum pollicem laxamenti habeat, quò facilius prelum moueatur, quàm si arctius iungeretur. Ex Turnebo.
¶Ligulam vocat Columella, instrumentum ad purgandam è vase spumam: lib.9 cap.16, Deinde (inquit) vbi liquatum mel in subiectum alueum defluxerit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat: isque sæpius ligula purgandus est.
¶Ligula, Mensuræ genus, quæ & cochlear dicitur. Est autè quarta pars cyathi. Quatuor enim ligulæ complent cyathum. Vide Georgium Agricolam lib.1. Plin.lib.20.cap.5, Item opisthotonicis & iocinorum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium ligularum mensura. Idem libro 20.capite 5. Columella libro 12.cap.21.
¶Lingulam vocitauere etiam veteres gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum. Festis Gellius lib.10.cap.25.
¶Lingula, siue lingua, pro promontorio oblongo. Plinius libro 37, Inde in alcum lingua mille passuum excurrens. Cæsar 3. belli Gall. Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, vt posita in extremis lingulis, promontorisque, neque pedibus aditum haberent, &c. Budæus.

Linguax, linguacis, penultima prod. omnis gen. {γλωσσαχής, γλῶσσα.} Verbosus, multum loquens, dicax. Gellius libro 1.cap.15, Hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, & blateriones, & linguaces dixerunt.

Linguaca, lingulacæ, pen.prod. {γλωσσάδης} Mulier blateratrix & multiloqua. Plaut. Casina,11,

Vsin' lingulacas? s. quid opus est, quando vxor domi est?
Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.

¶Lingulaca, Genus piscis, vel mulier auguratrix, inquit Festus. Hermolaus, Quem Plautus atque Varro lingulacam nominant: aut solea est, aut ei non absimilis.
¶Lingulaca, quæ & lingua, Herba circa fontes nascens. Plinius libro 25.cap.11.

Lingulatus,

Lingulatus, penult. producta, Adiectiuum {γλωσσοειδής.} vt Lingulatus tubulus, cui opponitur Elinguis. Dicuntur autem lingulati tubuli ex parte altera, vt alius in alium inire conueniréque possint, veluti linguæ schema præferentes. Ex Virruuio, lib.8.cap.vlt.

Linio, linis, liniui, linitum, penu ltima producta {ἐπαλείφω} linire, Vngere, vel fricare, aut aliquid leuiter digito aut aliquo instrumento alicui rei superinducere, & molliter ac tenuiter imprimere, non autem crassé. Columel.lib.6.cap.30, Tepenti adipe vel vino liniuntur. Ibidem, cap.17, Quicquid vitiosi est inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire.
Ora linit luto. Ouid.3.Fast.
Liniuntur cæde sagittæ. Propert.lib.3.eleg.12.

Linio, linias, Vide LINEA.

Lino, linis, lini. liui vel leui, litum {ἐπαλείφω, ὑπογρίω} linere, Est crassè aliquid aliquo instrumento superinducere. Liu.1.bel.Punici. Id ficut in pilo quadratum stuppa circunligabant, linebántque pice. Martial. lib.1, Nec quæ Callaico liuuntur auro.
Auro sublimia tecta liuuntur. Ouid.de medicamine faciei.
Ora linere venenis, Id est fucare faciem. Ouidius 1.de Remed. amoris.
Linere spiramenta, Obturare. Virgil.lib.4.Georgic.
Linisti. Quintil.in Declam. Cæci. Et nequid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti.
Liui. Columella libro 12.cap 50, Multi quum semel noua dolia, vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt.
Leui. Columella, Si rectè leueris, in dolium quinquagenarum pedum quatuor satis erit.
¶Linere, Insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic.ad Qu.fratrem, lib.2, Lucretij poemata (vt scribis) lita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Id est insignita, & quasi fucata. Ex vetusto exemplari legitur non ita.
Carmina linenda cedro. Horat. de Arte.

Litus, lita, litum {ἐπαλειφθείς} Maculatus, inspersus. Virgilius 4. Georgicorum,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litura, lituræ, penult. prod. {ἐπαλοιφή} Superinductio & complanatio, deletio. fit quum superinducto atramento, alióve liquore scripturam vel picturam destruimus. Cicero 3. Verrina, Deinde in codicis extrema certa nomen infimum in flagitiosa litura fecit. Ouidius epistol.3,

Quæcunque aspicies, lacrymæ fecere, lituras. Martialis lib.4,
Non possunt nostros multæ Fausti næ lituræ
Emendare iocos, vna litura potest.
Cæcæ lituræ. Ouid.epist.11.
Multa litura coercuit carmen. Horat.de Arte.
Contemplari lituras codicis, Vide CONTEMPLOR.
Facta litura admonitu tuo. Ouid.2.de Ponto,eleg.4.
Suffusas lituras habet littera. Ouid.3.Trist.eleg.1.
¶Litura, pro Linitione, vel linimento. Columella lib.4.cap.24, Solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura.

Litus, huius litus, Verbale. Plinius lib.33.cap.6, Vsus eius ad collyria, & litu ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas.

Linostrophon, pen.corr. Herba quæ aliàs marrubium dicitur. Plin. libro 20.cap.22, Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Græci prasion vocant, alij linostrophon. Vulgò nomen retinet.

Linozostis, Herba quæ aliàs Mercurialis dicitur, teste Plinio libro 25.cap.5.

Linquo, linquis, liqui, lictum, secundum Priscianum {λείπω} linquere, Idem quod Relinquere, & deserere. Virgilius eclog.1,
-& dulcia linquimus arua. Cicero pro Plancio, Minturnenses coloni quidem, &c. quòd C.Marium, linquentem terrram eam quam seruauerat, lacrymis, votísque omnibus prosequuti sunt, æterna in laude versantur.
Hospitium linquere. Virgil.3.Æneid.
Laborem longum linquere. Virgil.3.Æneid.
Mensas linquere. Catul.in Carm.nup.
Animas linquebant. Virgil.3.Æneid.
Lumina vitalia linquere. Cicero 1.de Diuin. Ex quodam poeta.
Promissa linquere. Catul. Argon.
Linquentem animum reuocare. Curtius, Quem vt inuicere corpori suo manus sensit (credo vltimi dedecoris indignitate commotus) linquentem reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone hausit. Budæus. Vide ANIMVS.
Linqui animo. Sueton. Extremo tempore repentè animo linqui solebat. Budæus.

Linquendus {λειπτέος.} Ouid.13.Metamorphoseos,
-vtque reliquit, Sic linquendus erat.

Lintearius, Linteatus, Linteo. Linteolum, Vide LINTEVM.

Linter, lintris, masc.gen. & frequentius fœm. {σκάφη} Nauicula è caua arbore facta. Cæs.7.belli Gall. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Liu.1.belli Pun. Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temerè ad vicinalem vsum parararum. Cic.de Clar.Orat.
Exiguus linter. Tibul,lib.2.eleg.5.
Cauat arbore lintres. Virg.1.Georg.
Conuehere lintribus aliquid in. Cic.pro Milone, Repétè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit.
In liquida nat tibi linter aqua. Tibul.lib.1.eleg.5.
Transuecti amnem lintribus. Claud 1.Panegyr.
Seruabit plenis in lintribus vuas. Tibul.lib.1.eleg.5.

Lintrarius, Qui lintri præest, Apud Vlp.i.j §.De exercitoribus. D.Nautæ, caupones, stabularij, vt recepta restituant.

LINTERNVM {λέμβαρον} Campaniæ vicus, vbi Scipio Africanus inuidiæ cedens obiit, ac sepultus est.

Lentrisciferum Linternum. Ouid.15.Metamorph.
Palustre Linternum. Silius lib.8.

Linternus, Adiectiuum {λέμβαρος.} vt Palus Linterna. Silius lib.7.

LINTERNVS {λέμβαρος} Bocatio, Campaniæ fluuius est, haud longè à Vulturno fluuio & oppido.

Linteum, lintei, neutri gen. {ὀθόνιον, σινδών} à Lino fit, Pannus lineus, & sudarium quo in balneis vtimur, & aliis negotiis ad extergendum. Martialis lib.14, Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Cicero pro Rab.Posthumo, Auditæ visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ.
Conuersa domum dare lintea, Renauigare domum. Horatius Epod.16.
Tepefacere linteum. Celf.lib.3.cap.6.
¶Lintea, Quæ sunt idonea ad spectantium vmbracula. Vnde legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse.
¶Lintea, Vela quibus vtuntur nautæ. Virgil.3.Æneid.
-certum est dare lintea retro.
Caua lintea. Valer.4.Argon. Vide CAVVS.
Orba lintea ventis. Ouid.13.Metamorph.

Lintearius, Adiectiuum, vt, Negotiatio lintearia. Vlpianus in l. Procuratoris. §.Si plures. ff. De trib.act. Duas negotiationes exercebat, puta sagariam & lintearíam.

Linteolum, penult.corr. Diminutiuum {ὀθόνιον.} Plinius lib.20.cap.17, Distillationem narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Plaut. Epid.5, Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium. Columella lib 6.cap.16, Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Linteus, Adiectiuum {λίνεος.} vt Lintea vestis, Lino compacta & contexta. Cic.7.Verrina, Illi ad deprecandum periculum proferebant alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, vestémque lineam.
Lintea candidæ tunicæ. Liu.9.ab Vrbe.
Lintei libri, Qui lino fiebant, siue qui in linteis vicę chartæ erant scripti: cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu.4.ab Vrbe, Licinius Macer author est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Moneræ inuentos. Plinius libro 13.cap.11, In plumbeis linteíque voluminibus scripti ratum constat.

Linteatus, pen.prod. {ὀθονιατὸς} Linteo indutus. Liu.10.ab Vrbe, Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.
Linteatos vocare possumus sacerdotes linteis indutos. Seneca de Vita beata, Quum linteatus senex laurum, & medio lucernam die proferens, conclamat iratum esse aliquem deorum, concurritis.

Linteo, linteonis {ὀθονιατὸς} Qui texit linteamina pro cõsiciendis vestibus, vt docet Seruius lib.7.Æneid. Plaut.Aulul.19,

Aut manulearij, aut myrobechatij,
Propolæ, linteones, calceolarij.

Linum, lini {λίνον} Nòn πλατέα antiquo verbo, quod est Teneo: quia lino omnia tenentur. Plin.lib.10.cap.33, Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens.
Seges lini vtit campum. Virgil.1.Georgic.
Lini semen. Plin.lib.34.cap.12.
Carpere linum, Vide CARPO.
Trahere duo lina acu. Celf.lib.7.cap.21.
¶Linum, pro Filo. Celsus libro 7.cap.14, A quibusdam tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducentes: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersæ partes altringuntur. Sic sæpe alibi. Aliquando tamen filum pro lino dicit.
Linum crudum. Celf.lib.7.cap.4.
Linum factum, Linum infectum. Vlpianus in l. Si cui lana legetur. D. De legat.3.
¶Linum, pro fune nautico. Ouid.3.Fastorum,

Dumque parant torto subducere carbasa lino,

¶Linum, pro verriculo. Virgil.1.Georgicorum,
-pelagóque alius trahit humida lina.
¶Lina plurāliter, pro cassibus quibus feræ capiuntur. Ouidius 3. Metamorphoseos,
Lina madent, comites, ferúmque cruore ferarum. Ibidem,
Siftite opus præsens, nodosáque tollite lina.

Lineus, Adiectiuum {λίνεος, λινᾶς} Quod ex lino factum est. Plin.lib.12. cap.6, Sed vnde lineas vestes faciunt, &c.
Vincula linea. Virgil.5 Æneid.

Liniger, penult.corr. Adiectiuum {λινοφόρος.} Ouid.1.Metamorphoseos, Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Isidis sacerdotes intelligit, vestibus lineis indui solitos. Idem 2. Amor.elegia 2, Isis linigera.
Grex liniger. Iuuenal.satyr.6,

Linamentum, linamenti {μαντὸς} Filum quod ex lino voluendo trahitur, inquit Perottus. Plin. Delphini adipe linamenta accensa excitant vulnæ strangulatu oppressas. Budæus, Linamentum Celsus sem per accipit pro penicillo quod vulneri imponitur ex linteolo vel spõgia vel lana. Hactenus Budæus. Columel.lib.6.cap.11.
Linamentum demittendum. Celf.lib.8.cap.9.
Superdare linamenta. Celf.lib.7.cap.21.

LINVS {λίνος} Thebanus poeta antiquissimus, Apollinis filius, inquit Seruius apud Virgilium eclogа 6, Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor. Hermodotus verò Platonicus lib.1. Disciplinarum, dicit hũc Mercurij ex Musa Vrania filium, & Thebis genicum. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus.

LIPARA, Liparæ, pen.corr. {λιπάρα} Vna ex Æoliis insulis, Æoliæ autem dictæ sunt, quòd Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat, vt scribit Plinius. Sunt porrò VII, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos. Plinius, Solinus, Strabo.

Lipare, Lipares, pen.corr. Idem {λιπαρη.} Claud,5.Panegyr. Ignistuíque gemit Lipare fumosa cauernis.

Liparensis, Adiectiuum. Cic. Verrina 5, Emit agri Liparensis miseri atque ieiuni decumas. Sic ibidem frequenter.

Lipara,liparæ,penult.corr. {λιπαρὸς.} Liparæ,inquit Hermolaus, medicamenta pinguia sunt,& vt Celsus ait,lenia. Plinius libro 33. cap. 6,Addunt & in medicamenta quæ vocant liparas,ad excrescentia vlcerum,&c. Celsus lib.5.cap.19,Lenia quoque quædá emplastra sunt, quas λιπαρὰς ferè Græci nominant.

Liparis,Genus lacertorum,teste Plinio,lib.32.cap.11.
Liparis etiam,siue Lipare, Gemmæ nomen est, quæ suffita omnes bestias euocat, teste Plinio lib.37.cap.10.

LIPARIS {λίπαρις} Plinio lib.5.cap.27, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τῶ λιπαροῦ. quoniam scribit Vitruuius lib.8.cap.3, natantes in hoc flumine, aut se lauantes, non aliter vngi ab ipsa aqua, quàm si oleo aut adipe lauarentur.

Lippus,lippa,lippum {λιμὸς} Qui oculos habet lacrymantes, quum purredo ab his defluit.Plaut.Milite, 15,
-vbi matrem esse aiebat sorori?
Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. Plinius epist.141, Quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguissimas vidi. Horat.1.Serm.satyra 3,
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?
Omnibus & lippis notum & tonsoribus. Horat.1. Serm.satyra 7. Vide Adagia Erasmi.
Lippa lacuna.Martial.lib.8,In luscum furem,
Aspicis hunc vno contentum lumine,cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet.
Lippa sicus,dicta vel quòd succus foliorum eius lacteus lippis prodest, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emittant. Martial lib.7.

Lippitudo,penult.prod.lippitudinis {λιμὸς,γλιμὸς} Ipse morbus.Plinius lib.16.cap.37, Flos eius contra lippitudinem illinitur. Cicero ad Atticum,lib.7,Sed dictaui propter lippitudinem.
Subite lippitudines.Celsus lib.2.cap.1.
Perodiosa lippitudo,Vide PERODIOSVS.

Lippio,lippis, lippini,lippitum, penult.prod. {λιμὸω,γλιμὸω} lippire, Lippum fieri,hoc est Marcorem in oculis contrahere. Plinius lib.28, Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic.ad Atticum,lib.7, Quum leuiter lippirem,has literas dedi.
Lippiunt fauces,dixit Plautus Curcul.7.

Lippitur,penult.product.Impersonale {λιμῶττει.} Plin.lib.38.cap.8, Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & eroci vncia.

Liquamen,Liquefacio, Liquefio, Liqueo, Liquesco, Vide LIQVO,liquas.

LIQVENTIA {λικυωτία} Fluuius Venetiæ post Taruisinum agrum.

Liquet,impersonale,**Liquidus,Liquo,**liquas, **Liquor,**liquoris, Vide post LIQVOR,liquetis.

Liquor, priore producta,**liqueris,**penultima correpta,Deponens {τήκομαι} liqui,Dissolui. Virgil.1.Georgicorum,
Vere nouo gelidus Canis quum montibus humor
Liquitur. Id est paulatim desluit,inquit Seruius.
Liquuntur amnes. Virgil.2. Georg.
Ætas liquitur.Lucrer.lib.2.
Liquentes campi,pro Mari,apud Virgil.lib.6.Æneid.
Mella liquentia.Virgil.1.Æneid.
Vina liquentia.Virgil.5.Æneid.

Liquidus,Adiectiuum, pen corr. {ὑγρὸς,ὑγρὸν} Molle & fluxum propriè dicitur. Plautus Milite,
Liquidius,cultiúsque quàm ventus est Fauonius. Hæc Nonius.
Lucretius libro quarto, Crassáque conueniunt liquidis, & liquida crassis.
Aluus liquida,Vide ALVVS.
Liquidus ventet.Martial.lib.13. Hoc est,fluidus & laxus.
¶Liquidus,Purus.Virgil.4.Georgicorum,
Dulcia mella premes,nec tantum dulcia quantum
Et liquida,& durum Bacchi domitura saporem. Id est, defæcata, & sine sordibus, inquit Seruius: non quæ fluunt: nam mala sunt. Cic. pro Cecinna.Quicquid inde hauries, purum liquidúmque te haurire sentias. Virgilius 6.ecloga,Et liquidi simul ignis,hoc est ætherei. Idem 2.Georgicorum, Non liquidi gregibus fontes sine pestilentia. Seruius.
Aer liquidus.Virgil.1.Georg.
Æstas liquida.Virgil.4.Georg.
Æther liquidus.Virgil.7.Æneid.
Liquare aluum.Cels.lib.4.cap.4.
Amnis liquidissimus.Ouid.6.Metamorph.
Aquæ liquidæ.Ouid.1. Amor.eleg.8.
Auræ liquidæ Lucret.lib.5.
Carmen liquidum citharæ.Lucret.lib.4.
Cælum liquidum.Ouid.1.Metamorph.
Colores liquidi.Horat.4.Carm.ode 8.
Fides liquida,Id est pura,integra,syncera,doli expers. Valer.Max. lib.6.cap.5,de populo Romano, Idem, quum P. Claudius Camerinos ductu atque auspiciis suis capros,sub hasta vendidisset: etsi ærarium pecunia,fines agris auctos animaduertebat, tamẽ quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur, maxima cura cõquisitos redemit, hísque habitandi gratia locum in Auentino assignauit, & prædia restituit. Parum liquida:quia quum se eius fidei dedidissent, illos tamen vendiderat.
Fontes liquidi.Virgil.2.eclog.
Humor liquidus aquarum.Lucret.lib.1.
Iter liquidum,Iter per aquam. Propert.lib.3.eleg.21.
Lumen liquidum.Lucret.lib.5.
Nubes liquidæ.Virg.5.Æneid.
Odor liquidus. Virgil.4.Georg.
Plumbum liquidum Horat.1.Carm.ode 35.
Querela liquida cygnorum.Lucret.lib.4.
Somni liquidi potentia.Valer.4. Argon.
Sorores liquidæ. Ouidius 1. Metamorph. Sic vocat Nymphas amnium.
Liquidissima tempestas cæli.Lucret.lib.4.
Voces liquidæ auium.Lucret.lib.5. Virgil.1.Georg.
¶Liquidus animus & tranquillus.Plautus Epid.13.
Mente liquida videre aliquid.Catul.de Berecynthia,58.
Liquida voluptas & libera.Cic.1.de Finibus.
Liquidum auspicium, Optimum. Plautus Pseudolo, II. Vide AVSPICIVM.

Liquidum,Substantiuè {ὑγρὸν} pro aqua.Horatius 1.Serm.satyr.1,
Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna Vel cyatho
Adliquidum explorata veritas,Vide AD.

Liquidò,penult.corr.Aduerb. {ἐκφανεῖ} Purè & manifestè, inquit Donatus.Terentius Andr.4.4,
Quia si fortè opus sit ad herum iurandum mihi
Non apposuisse, vt liquidò possim. Alij malunt interpretari, veré. Cic.ad Catonem,lib.15,Gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares.
Liquidò discere aliquid ab aliquo.Liu 9.belli Macedon.
Liquidò dicere,hoc est aperté.Cic.5.Verrina,Nemo esset quin hoc se audisse liquidò diceret.
¶Liquidò,pro Veré.Cic.Verr.6,Confirmare hoc liquidò,Iudices, possum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vllo tempore fuisse. Plinius lib.37.cap.2, Nos liquidò affirmare possumus,in cauribus Alpium nasci, atque adeò inuiis, vt plerunque sine pendentes eam extrahant. De crystallo verba fa cit. Ouidius lib.3.de Ponto,epistola 3.ad Maximum,
Scis tamen,& liquidò iuratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitasse toros. Idem libro 4.epistola 6. ad Brutum,
Te quoque idem liquidò possum iurare precari,
O mihi non dubia cognite Brute nota. Seneca lib.7.de Beneficiis. cap.9, de perlucidis mulierum vestibus, Video fericas vestes (si vestes vocandæ sunt,in quibus nihil est quo defendi aut corpus aut denique pudor possit) quibus sumptis, mulier parum liquidò nudari se non esse iurabit. id est,parum veré. Vlpianus in l. aliàs autem.D. De iureiurando. Siue enim dominus petat, cogetur reus docere liquidò se iurasse, posita scilicet exceptione: siue ex stipulatione de rato agat, necesse habebit ipse de periurio suo docere. Hîc, liquidò iurare, & peierare,opponuntur. Est igitur liquidò iurare, idem quod verè iurare.

Liquidè,pen.corr.**liquidius, liquidissimè,** Idem {σαφῶς.} Cic. ad Plancum,lib.10,Liquidius de toto sensu tuo iudicaui: Hoc est, apertius, & certius,ac facilius.

Liquor, priore correpta, liquoris, masculini generis {ὑγρασία} Ipse humor liquidus. Plinius libro 10. cap.52, Piscium oua ex liquore mollia.
Aquæ effusæ liquor declarat ei admistum esse calorem. Cicero 1. de Nat.deor.
Blandus liquor amaracini floris.Lucret lib.2.
Dulcis,flauúsque liquor mellis.Lucret.lib.1.
Fluidus liquor.Virgil.3.Georgic.
Gelidos haurire liquores.Ouid.6.Metamorph.
Leuem fundunt oculi liquorem.Seneca OEdipo, 12.
Niueus liquor,Vide NIX.
Liquor oleaceus,Vide OLEA.
Perlucidi amnium liquores.Cic.2.de Nat.deor.
Perspicuus liquor.Ouid.4.Metamorph.
Vitigeni liquoris latex.Lucret.lib.5.

Liqueo, liques,licui {τήκομαι} liquêre, siue Liquesco, liquescis, liquescere, Liquidum & fluidum fieri, Mollescere. Ouidius 1. de Ponto, elegia 9,
Sic mea perpetuis liquescant pectora curis. Virgilius 8. Æneidos, Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit. Vbi Seruius, Liquescit, propriè dixit: nam ferrum non soluitur,sed mollescit.
Cera liquescit igni.Virgil.8.eclog.
Silex fornace liquescit.Stat.3.Syl.1.
Mens liquescit.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.
Liquescere voluptate, & fluere mollitia: Hoc est mollem esse, & voluptati deditum. Cicero 2.Tusculan. Opinio est quædam effœminata ac lenis,nec in dolore magis,quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus.
¶Liquescere, Elegãter pro colari & dilabi, quòd quæ liquida sunt sic diffluere solent.Vitruuius lib.8.de aquis loquens,Rubro saxo, inquit, & copiosæ & bonæ, si non per interuænia dilabantur & liquescant. Id est modò per interuænia non diffluant,transcolentúrque ac disperdantur.

Liquescens, Participium {τηκόμενος.} Liuius 1. belli Pun. Per nudam infra glaciem, fluentémque labens liquescentis niuis ingrediebatur.

Liquo,liquas,liquaui {μιλδόω,γλίκω} liquãre, Liquidum facere, quum scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lucan.lib.7,
-ereptáque rela liquauit. Plinius libro 15.cap.6, Vt fraces & amurca liquentur. Cicero 2.Tusculanarum,
Ex quo liquatæ solis ardore exciduntGuttæ. Ex Æschylo.
Mella liquata expressis fauis.Ouid.4.Fast.
Liquare aluum. Celsus libro 4.cap.4, Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. Quo ex loco intelligendum est liquidam aluum appellari,quæ fluida est & libera,neque astricta: ducta autem aluus,quę liberius fluit quàm natura patiatur,& multum soluta est.
Vina liquare. Horatius, Vina,inquit,liques. Vbi Turnebus, Id ex antecedente consequens significat, Id est vinum bibas, & tibi indulgeas:ex antiquorũ consuetudine,qui vinũ vt defæcarent,& liquidius redderent, minúsque nocens fractis velut viribus, antequam biberent colo transmittebant. Tertullianus, Conquirito altilium enormem faginam,defæcato senectutem vini.Hæc ille.

Liquamen, penultima producta, liquaminis {πήγμα} Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in vsum coquinarium seruata ad condiendos cibos.De aliis etiam dici potest, quæ non comeduntur, vt est apud Columel.lib.7.cap.4, Succus excocti lupini, veterísque vini fæx,& amurca pari mensura miscentur, eóque liquamine tonsa ouis imbuitur.

Liquefio,pen.prod.liquefis,penultima indifferente {ἐκτήκομαι, χέομαι} liquefieri,Idem quod liquescere.

Liquefacio,liquefacis , penultima correpta {ἐκτήκω, χέω} liquefacere. Virgil.1.Georg.Flammarúmque globos, liquefactáque voluere saxa. Id est igne soluta.Seruius. Cic.in Catil.Et statuæ veterũ hominum deiectæ,& legum æra liquefacta.

Liquefaciens, Participium {ἐκτήκων.} Catull.in Gellium,epigr. 85, Omentum in flamma pingue liquefaciens.

Liquefactus, Aliud participium {τετηγμένος.} vt Aqua liquefacta.Cic.2. de Nat.deorum.
Coagula liquefacta lacte.Ouid.4.Fast.
Glacies liquefacta Noto.Claud.de crystallo,24.
Medullæ tabe liquefactæ.Ouid.9.Metam.
Membra liquefacta. Id est consumpta. Silius lib.1.
Saxa liquefacta.Virgil.1.Georg.
Viscera liquefacta Virg.4.Georg.
Vnda liquefacta.Hoc est,liquida: vel quæ prius turbata, pòst facta est limpidior & purior.Ouid.3.Metam.

Liquet,Impersonale {ἀνατρέλαιον ἐστι, ἀπαμφισβήτητον ἐστὶ} Constat,manifestum & certum est.Quoniam quæ resoluuntur, certa,constantia & manifesta fiunt.Terent.Eunuch.2.3,
Illum liquet mihi deierare his mensibus,&c. Cicero 4.Acad.Si habes quod liqueat, neque respondes,superbis.
Liquet inter nos, Compertum habemus & certum. Cicero 1. de Nat.deorum,Sed(quod inter nos liqueat)ne tu quidem intelligis.
¶Non liquere de causa dicebant veteres, quando probationes & argumenta non satis erant idonea ad diiudicandam causam.Cicero pro Aulo Cluent. Deinde homines sapientes ex vetere illa disciplina iudiciorum, qui neque absoluere hominem nocentíssimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primò condemnare vellent: non liquere dixerunt. Budæus. Paulus in l.Pomponius. D. De re iudic. Pomponius libro 38. ad Edictum scribit,Si vni,&c. Vlpianus de Arbitris,in l. Idem Pomponius,Proinde si fortè vrgeatur à Prætore ad sententiam: æquíssimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.

Lira,liræ,priore producta.Columella lib.11.cap.3,Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vligi nem vitent. Idem lib. 2. cap. 4, Liras autem rustici vocant eásdem porcas,quum sic aratum est,vt inter duos latius distantes sulcos me dius cumulus siccam sedem frumentis præbeat.

Liro,liras,lirare,Liram facere.Varro libro 1.de Re rust. cap.29, Tertiò, quum arant iacto semine,boues lirare dicuntur, id est quum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas,quo pluuialis aqua delabatur. Colum.lib.11.cap.2, Lireantur autem iugera duo opera vna: at si facilis est terra,proscinditur iugerum duabus operis,iteratur vna: lirantur vna iugera quatuor,quum in subacta iam terra latiores porcæ sulcantur.

Liratim,penultima producta, Aduerbium, Per liras. Columella lib. 11. cap.3, Habet enim velut allium plures cohærentes spicas: eæque quum sint diuisæ,liratim seri debent, vt in puluinis positæ,minus infestentur hyemis aquis.

LIRIMIRIS {λειριμίρις} Ptolemæo libro 2.cap.11,Germaniæ vrbs,vulgò *Mulheim.*

Lirinus,Vide LILIVM.

LIRIS {λείρις} Fluuius Campaniæ, Minturnas præterfluens, qui & Glanicus. Vulgò *Garilianus. Et Garillano.* De hoc Ptolemæus libro 3.cap.1.
In Litem præcipitat Fibrenus.Cic.2.de Legib.

Lis,litis,fœm.gen.{ἔρις,δίκη} A limite dicta est, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.
Iurgium & Lis hanc habent distantiam: quòd iurgium leuior res est.Marcus Tul.de Republ.lib.4,Admiror nec rerum solùm, sed verborum etiam elegantiam.Si iurgant,inquit,beneuolorum concertatio,non lis:inimicorum,iurgium dicitur. Et in sequenti, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos,non litigare.Nonius.
Iudex de lite iocosa.Ouid.in Ibin.
Cupidus litium & rixæ.Horat.3.Carm.ode 14.
Creare & ferre lites,Vide CREO.
Dirimere litem.Ouid.1.Metam.
Exorta lis.Stat.2.Achil.
Litis nomen, vt vult Vlpianus in l Litis.D. de verb.& rer.signific. actionem significat,siue in rem,siue in personam sit.
Litis contestatio est hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio, inquiunt Iurisconsulti. Cicero Attico,lib.16, Possumus enim, vt sponsores appellentur,procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur.quo facto,non sum nescius spon sores liberari. Lis contestata dici potest iudicio iam constituto, hoc est diiudicatis ac disceptatis præscriptionibus litis auspicatum morantibus. Idem pro Rosc.Amer.Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto. Et rursus,Iste cum eo litem contestatam habebat. Vide CONTESTARI litem.
Instrumentum litis à Quintiliano dicitur, quod nos *productionem* vocamus. Quintilianus libro 12.cap.8, Ideóque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt quæ promittebantur, aut minus,&c.
Æstimatio litis,Cic.pro Cluent.
Forum orbum litibus.Horat.4.Carm,ode 2.
Medullæ litium.Quintilian.lib.2.cap.1, In mediis litium medullis versantur.
Hæreditariæ lites.Quintil.lib.3.cap.10.
Nostra omnis lis est,Vide NOSTER.
Lis nummaria.Auson.in Monosyllabis,

Quis subit in pœnam capitali iudicio?vas.

Quis quum lis fuerit nummaria,quis dabitur?præs.

Pecuniaria lis. Quintil.libro 6.cap.1, Quum Domitiæ vxoris suæ pecuniariam litem aduersus aliquem ageret.
¶Accipere litem,Vide ACCIPIO.
Æstimare litem,Cic.pro Cluent.Vide AESTIMO.
Agere litem aduersus aliquem.Quintil.lib.6.cap.1.
Amittere litem,Vide AMITTO.
Auferre litem,Vide AVFERO.
Lite cecidisse dicitur(inquit Festus) qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.Cic.& Plautus Litem perdere dixerunt.
Coire in lites,Vide COEO.
Componere lites inter aliquos.Virg.3.eclog.
Concire lites,Vide CONCIO.
Conferre lites,Rixari.Horat.1.Serm.saty.5.
Constituere summã totius litis in re aliqua, Vide CONSTITVO.
Contestari litem,Vide CONTESTOR.
Contrahere lites,Vide CONTRAHO.
Diiudicata lis.Horat.3.Carm.ode 5.
Discernere litem aruis.Virg.12.Æneidos,

Saxum antiquum,ingens,campo qui fortè iacebat

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Litem dare secundum tabulas alicuius. Cicero pro Rosc. Cõmœdo.
Litem suam facere dicitur iudex, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si cuidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram æstimationem litis præstare cogatur.Vlpianus in l.Si filius familiàs.D.de iudiciis.
Ire in litem.Ouid.6.Fast.
Facere litem.Quintil.lib.3.cap.11.
Litem suam facere, Litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Cicero libro 2. de Oratore, Quid? fiquæ vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum est? Proinde si fortè vrgeatur à Prætore ad sententiam: æquíssimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.

Lira,liræ,priore producta.Columella lib.11.cap.3,Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vligi nem vitent. Idem lib. 2. cap. 4, Liras autem rustici vocant eásdem porcas,quum sic aratum est,vt inter duos latius distantes sulcos me dius cumulus siccam sedem frumentis præbeat.

Liro,liras,lirare,Liram facere.Varro libro 1.de Re rust. cap.29, Tertiò, quum arant iacto semine,boues lirare dicuntur, id est quum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas,quo pluuialis aqua delabatur. Colum.lib.11.cap.2, Lireantur autem iugera duo opera vna: at si facilis est terra,proscinditur iugerum duabus operis,iteratur vna: lirantur vna iugera quatuor,quum in subacta iam terra latiores porcæ sulcantur.

Liratim,penultima producta, Aduerbium, Per liras. Columella lib. 11. cap.3, Habet enim velut allium plures cohærentes spicas: eæque quum sint diuisæ,liratim seri debent, vt in puluinis positæ,minus infestentur hyemis aquis.

LIRIMIRIS {λειριμίρις} Ptolemæo libro 2.cap.11,Germaniæ vrbs,vulgò *Mulheim.*

Lirinus,Vide LILIVM.

LIRIS {λείρις} Fluuius Campaniæ, Minturnas præterfluens, qui & Glanicus. Vulgò *Garilianus. Et Garillano.* De hoc Ptolemæus libro 3.cap.1.
In Litem præcipitat Fibrenus.Cic.2.de Legib.

Lis,litis,fœm.gen.{ἔρις,δίκη} A limite dicta est, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.
Iurgium & Lis hanc habent distantiam: quòd iurgium leuior res est.Marcus Tul.de Republ.lib.4,Admiror nec rerum solùm, sed verborum etiam elegantiam.Si iurgant,inquit,beneuolorum concertatio,non lis:inimicorum,iurgium dicitur. Et in sequenti, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos,non litigare.Nonius.
Iudex de lite iocosa.Ouid.in Ibin.
Cupidus litium & rixæ.Horat.3.Carm.ode 14.
Creare & ferre lites,Vide CREO.
Dirimere litem.Ouid.1.Metam.
Exorta lis.Stat.2.Achil.
Litis nomen, vt vult Vlpianus in l Litis.D. de verb.& rer.signific. actionem significat,siue in rem,siue in personam sit.
Litis contestatio est hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio, inquiunt Iurisconsulti. Cicero Attico,lib.16, Possumus enim, vt sponsores appellentur,procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur.quo facto,non sum nescius spon sores liberari. Lis contestata dici potest iudicio iam constituto, hoc est diiudicatis ac disceptatis præscriptionibus litis auspicatum morantibus. Idem pro Rosc.Amer.Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto. Et rursus,Iste cum eo litem contestatam habebat. Vide CONTESTARI litem.
Instrumentum litis à Quintiliano dicitur, quod nos *productionem* vocamus. Quintilianus libro 12.cap.8, Ideóque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt quæ promittebantur, aut minus,&c.
Æstimatio litis,Cic.pro Cluent.
Forum orbum litibus.Horat.4.Carm,ode 2.
Medullæ litium.Quintilian.lib.2.cap.1, In mediis litium medullis versantur.
Hæreditariæ lites.Quintil.lib.3.cap.10.
Nostra omnis lis est,Vide NOSTER.
Lis nummaria.Auson.in Monosyllabis,

Quis subit in pœnam capitali iudicio?vas.

Quis quum lis fuerit nummaria,quis dabitur?præs.

Pecuniaria lis. Quintil.libro 6.cap.1, Quum Domitiæ vxoris suæ pecuniariam litem aduersus aliquem ageret.
¶Accipere litem,Vide ACCIPIO.
Æstimare litem,Cic.pro Cluent.Vide AESTIMO.
Agere litem aduersus aliquem.Quintil.lib.6.cap.1.
Amittere litem,Vide AMITTO.
Auferre litem,Vide AVFERO.
Lite cecidisse dicitur(inquit Festus) qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.Cic.& Plautus Litem perdere dixerunt.
Coire in lites,Vide COEO.
Componere lites inter aliquos.Virg.3.eclog.
Concire lites,Vide CONCIO.
Conferre lites,Rixari.Horat.1.Serm.saty.5.
Constituere summã totius litis in re aliqua, Vide CONSTITVO.
Contestari litem,Vide CONTESTOR.
Contrahere lites,Vide CONTRAHO.
Diiudicata lis.Horat.3.Carm.ode 5.
Discernere litem aruis.Virg.12.Æneidos,

Saxum antiquum,ingens,campo qui fortè iacebat

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Litem dare secundum tabulas alicuius. Cicero pro Rosc. Cõmœdo.
Litem suam facere dicitur iudex, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si cuidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram æstimationem litis præstare cogatur.Vlpianus in l.Si filius familiàs.D.de iudiciis.
Ire in litem.Ouid.6.Fast.
Facere litem.Quintil.lib.3.cap.11.
Litem suam facere, Litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Cicero libro 2. de Oratore, Quid? fiquæ vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum est? Proinde si fortè vrgeatur à Prætore ad sententiam: æquíssimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.
Litem perdere.Cicero 1.de Orat. Neque intelligebat, si ita esset actum, litem aduersarium perditurum. PlautusCasina, Act.3,scen.3,
-contriui diem,
Dum ásto aduocatus cuidam cognato meo:
Quem hercle ego litem perdidisse gaudeo Horat.1. Sermon. sat. 7,
Ventum erat ad Vestæ,quarta iam parte diei
Præterita,& casu tunc respondere vadato
Debebat:quod ni feci sset,perdere litem.
Perorare litem.Cic.3.Offic.
Litem lite resoluere,Horat.2.Serm.saty.3,
Nihil agit exemplum quod litem lite resoluit.
Magnæ secantur iudice lites.Horat.1.epist.17.
Adhuc sub iudice lis est.Horat.1.de Arte.
Suscipere litem.Quintil.lib.4.cap.2.
Arbitrium litis tractare in aliquem.Ouid.12.Metam.
Litem in rem suam vertere dicitur iudex, Rem inter duos controuersam adiudicare sibi. quod est, quum iudex ita cum litigatoribus agit,vt ei iure suo cedant. Liu.lib.3.ab Vrbe cond. circa finem, Orare ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in suam rem vertendo.Budæus.
Litem, pro Discrepantia & confusione quarumcunque rerum, etiam inanimatarum,posuit Ouid.1.Metamorphoseos,
-quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis,humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc deus,& litem melior natura diremit. De Chao.

Litigo, litigas, penultima correpta {ἐρίζω,ἀμφισβητῶ, διαφέρομαι} litigãre, Quasi litem agere, disceptare, contendere. Plaut. Rud. 2.4, Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. 3.Philipp. Hic cum C.fratre putat se litigare.

Litigium,litigij {ἔρισμα.} Plaut.Casin.13,Nam ego quid contrahere cupio ltigij inter eos. Plin.lib.37.cap.10,Siderites ferro similis,& litigio illata discordias facit.

Litigiosus,penultima producta, Adiectiuum {ἐριστικὸς} Qui frequens

in litibus versatur, vel qui quauis de causa litem facit. Cicero 1. de Orat. Vereris ne tua domus talis & viri & ciuis si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur? Idem pro Murena, Quid huic tam loquaciter litigioso respondere ille, vnde petebatur, non habebat.

Litigiosa disputatio. Cic. 5. de Finib.

Domus litigiosus. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Fora litigiosa, Plena litibus. Ouid. 4. Fast.

Ager litigiosus, De quo litigatur. Ouid. 2. Fast.

Litigiosa iuris ignoratio, potius quàm scientia. Cicero primo de Legibus.

Litigator, penultima producta, litigatoris, Verbale {λιτιγατωρ} Qui litigat: cuius fœmininum est Litigatrix. Cicero pro Domo sua, Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimabat.

Rusticus, illiteratúsque litigator. Quintil. lib. 2. cap. 21.

LISSVS {λισσὸς} Ptolemæo, Dalmatiæ vrbs: hodie *Alexium*.

LISVS, Fluius est Thraciæ. Ad hunc quum veniſſet Xerxes, rex Persarum, cum exercitu, non sufficiens ad potum defecit. vnde ait Iuuenalis Satyr. 10, -eporáque flumina Medo

Prandente

Litatio, Vide LITO.

Litera, literæ, penultima correpta {γράμμα} in singulari & plurali, significat elementum, vt a, b. Cicero pro P. Sylla, Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Idem 3. de Oratore, Vt totam literam tollas, & e pleniſſimum dicas.

Literæ in terminis inuentæ quid significent, ostenditur in libro variorum authorum de limitibus, in quo sunt hæc. A, si in termino inueneris, finem in proximum significat, aut aquam viuam designat. B, si in termino inueneris, bifurcium ostendit, aut triuium significat. C, si in termino inueneris, à centuria nunquam recedas. D, si in termino inueneris, decimanum ostendit. E, si in termino inueneris, vallem ante se significat, aut riuum, aut fluuium: & super se subrectiore loco per planitiem limes excurrit. F, si in termino inueneris, finalem causſam exponit, & in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inueneris, sui termini authorem, limitem tortuosum ostendit. H, si in termino inueneris, grandes longitias limitum ostendit, & rariora signa in fine inuenies. I, si in termino inueneris, viam significat, aut collis rigorem ostendit, hoc est iugum. K, si in termino inueneris, cardinem ostendit, quem terminum subtiliſſimum & speciosum inuenies, hoc est formoſum. L, si in termino inueneris, suæ normæ factúram designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & conuallia eius fundi finem vindicant. M, si in termino inueneris, fines quadras designat, & in proximo signa finalia inuenies. N, si in termino inueneris, proximam aquam significat, & quadras fines habentes aquæ, à Septentrione arcam marmoriam inuenies. O, si in termino inueneris, à Septentrionali parte syluam demonstrat, & per ipſam syluam riuus currit, & trans riuum signa demonstrat. P, si in termino inueneris, pedaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quòd literas finales continet. has per singulos titulos inuenies, aliósque finales titulos sine noſtris signis in agris poſuimus, qui rationem ostenduut limitum, & causſam dirigunt finalem. Q, si in termino inueneris, à limite riuum. R, si in termino inueneris, per collicellum terminos inuenies. S, si in termino inueneris, supra poſſeſſionem multas aquas viuas indicat, quæ alueum transeunt. T, si in termino inueneris, trifinium ostendit. V, si in termino inueneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitem orientalem. X, si in termino inueneris, quadrifinium exponit, & pro decumano finem habebis. Y, si in termino inueneris sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino inueneris, à ſiniſtra parte fontem significat.

Caduceæ literæ, Vide CADVCVS.

Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ. Vide Appellare literas, in APPELLO, appellas.

Immutatis literis, Vide IMMVTO.

Literæ maximæ. Cic. 4. Ver.

Literæ minutæ, & Maximæ, contraria, Vide diminut. LITERVLA.

Præformatæ literæ. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Litera salutaris, Vide Salutaris in SALVS.

¶Affigere literas alicui. Quintil. lib. 1.

Appellare literas, Exprimere literas, Obſcurare literas negligentius, Dilatare literas, Vide Appellare literas, in APPELLO, apellas.

Computare & annumerare literas. Quintil. lib. 11. cap. de Pronũtiatione: Vt eſt autem neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare & velut annumerare literas, moleſtum & odioſum.

Dicere literam. Quintil. lib. 1. c. 4, Vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet, irridet.

Imprimere literam humi, Vide IMPRIMO.

Inſpirare alicui literæ, Vide INSPIRO.

Intexere literas veſtibus, Vide INTEXO.

Ordinare literas ſyllabarum. Vide Ordino in ORDO.

¶Litera, dicitur quaſi legitera, eo quòd legenti præbeat iter. Vel quòd in legendo iteretur, vt ait Seruius. Vel à lituris, quòd ſcripta de ĩeri poſſit: quia in ceratis tabulis plerunque antiqui ſcribere ſolebant, & inde delebant. Vel à lino, linis, quòd in ſcribendo illinitur, id eſt leniter inducitur atramentum. Iulius tamen Scaliger lib. 1, de cauſis linguæ Latinæ cap. 4, lõgè aliter ſentit. eius verba ſubiecimus: De litera acturi, veram eiuſce nominis rationem ex figura emergere comperiemus, quũ literas certis lineis contineri videbimus. Exemptis nanque ex priſca nominis origine aliquot elementis, quum primùm dictæ eſſent lineaturæ, literæ poſtea factæ ſunt, ſicut apud Græcos γράμματα παρὰ τὰ γράμμαι. Neque enim à lituris literæ, quia delerentur: prius enim factæ quàm deletæ ſunt. Nec geminata conſonante ſcribendum eſt: ſub ſuæ nanque originis forma producit primam natura. Si igitur à lineis dicta eſt, & linea minima corporis dimẽſio eſt: erit profectò litera, minima pars dictionis. Vide ibi reliqua.

Literam longam facere, pro Laqueo vitam finire, quòd laqueus ſimilitudinem literę habeat. Vel potius quia ſuſpenſi corpus rectum, & pedes porrecti, ſpeciem habent L literæ. Plautus Aulul. 4.

Trium literarum homo, Id eſt Fur. Plaut. Aulul. 9,

-tu trium literarum homo

Viruperas me? A. etiam fur trifurcifer.

Ad literam, Idem quod Ad verbum, & quod barbari *literaliter* dicunt. Quintil. lib. 9. cap. 1. Vide AD.

¶Litera, Scriptura. Cicero 3. Verr. Quum ad H-S XXD quinquies redegiſſe conſtaret, vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. Id eſt ſchedulam nullam ſcripſit qua teſtaretur & agnoſceret ſe accepiſſe pecunias, vina & ſimilia.

Literis mandare, pro Scribere. Plin. libro 9. cap. 8. Cicero 4. Acad. Itaque vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus. Vide MANDO.

Commendare literis, Vide COMMENDO.

Conſignare literis, Vide CONSIGNO.

Dare in literas. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 19.

Tradere aliquid literis. Quintil. in Procem. lib. 1.

¶Literæ, literarum, pluraliter tantùm, pro Epiſtolis accipitur. Cicero Attico, libro decimotertio, Hodie tuas literas expectabamus matutinas.

Literæ de Britannia. Cic. Q. fratri, lib. 2.

¶Litera in ſingulari, pro Epiſtola, apud poetas quandoque legitur. Ouid. 3. epiſt. 1.

Quam legis, ab rapta Briſeide littera venit.

Littera arcana. Ouid. 9. Metam.

Deducta mero littera. Ouid. 16. epiſt.

Infelix littera, Quæ infauſtum aliquid nuntiat. Ouidius primo Amor. eleg. 12.

Lecta littera. Ouid. 20. epiſt.

Nuntia litteia. Ouid. 6. epiſt.

Scripta littera. Ouid. epiſt. 5.

Triſtis littera. Ouid. 1. de Arte.

Victrices literæ. Vide Victrix, in VINCO.

¶Litera, pro ſcribentis manu. Cicero Attico, lib. 7, Nam Alexidis animum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. manum non amabam: quòd indicabat te non valere.

¶Litera, pro paucis verbis, vel epiſtolio. Cicero ad Atticum, lib. 13, Neque inde venit, vnde mallem, neque diu obfuit, neque vllam literã ad me. Idem Caninio, libro 2, Ille quum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad meliteram nunquam miſit.

Nullam literam ſcripſi, pro Nihil ſcripſi. Cic. pro Archia. Et 2. de Oratore, De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominum moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur.

¶Literæ aculeatæ, ſtomachoſæ, odioſæ, minaces, acerbæ. Cic. ad Attic. 14. Famil. 3. 9. 11. 12. & 16.

Accuratæ literæ, Vide ACCVRO.

Literæ antiquæ. Ad Attic. lib. 7.

Ardentes literæ, Vide ARDEO.

Atroces literæ, Vide ATROX.

Literarum breuitas vel loquacitas. Cic. Fam. 11. 9. & 6.

Compoſitiſſimæ literæ, Vide COMPONO.

Contumelioſæ in aliquem literæ, Vide CONTVMELIA.

Crebræ literæ, Vide CREBER.

Literarum diligentia. Cic. ad Attic. 7.

Literæ diſertæ. Cic. Fam. 3.

Literarum exemplum. Cic. Fam. 6.

Literæ humanæ, vel ſparſæ humanitatis, ſuaues, facetę, refertæ officiis, amabiles. Cic. in Familiarib.

Literæ inanes. Cic. Fam. 6.

Inconſtantes literæ, Vide INCONSTANS.

Literæ languidæ, vel ſomnium adferẽtes. Cic. ad Attic. 9. Et alibi, Iam Balbi ad me literæ languidiores, &c.

Laureatæ literæ. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Lepidæ literæ, Vide LEPIDVS.

Liberiores literæ, Vide LIBER.

Literæ plenæ rerum. Fam. 10.

Literæ pomeridianæ. Cic. ad Attic. 12.

Properæ literę. Tacit. lib. 1, Vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur.

Literarum prudentia. Cic. ad Attic. 6.

Literæ recentes, vel proximæ, pro recentibus. Cicero ad Atticum, libro 5.

Literarum ſermo. Fam. 7. & 11.

Literæ veteres. Cicero, Et ſi tuæ literæ, ſed iam nimis veteres. Et ad Attic. 5.

Literæ vnæ. Cic. ad Attic. 5.

Mutum à literis tempus, Vide MVTVS.

¶Accire properis literis, Vide ACCIO.

Accipere literas, Vide ACCIPIO.

Accommodare literas ad rem aliquam, Vide ACCOMMODO.

Affluunt literæ, Vide AFFLVO.

Afferre literas, Vide AFFERO.

Aperire literas, Vide APERIO.

Appellare literis quempiam, Vide APPELLO.

Aſſequi literas, Vide ASSEQVOR.

Cantant literæ, Vide CANTO.

Caſtigare literis, Vide CASTIGO.

Cognoſcere ex literis, Vide COGNOSCO.

Colloqui per literas, Vide COLLOQVOR.

Commeant literæ, Vide COMMEO.

Committere literas, Vide COMMITTO.

Literis committere, vel commendare. Cic. ad Attic. 4.

Componere literas, Vide COMPONO.

Literas -

Literas conficere. Cic. Plures literas conficere non potui.

Literas conquieſcere. Cic. ad Attic.

Literas dare, pro Reddere. Cic. Fam. 10. & 7.

Deferre literas alicui, & ad aliquem, Vide DEFERO.

Dare & mittere abſolutè, pro Dare & mittere literas. Cicero ad Attic. 1. & Fam. 7.

Literas elicere. Cic. ad Attic. 7.

Literas exarare. Cic. ad Attic. 12. & 13.

Auidè expectare literas amici, Vide AVIDVS.

Literas in alicuius manus incidere. Cic. ad Attic. 2.

Intercipere literas, Vide INTERCIPIO.

Literas intermittere. Cic. Ne patiamur intermitti literas.

Literarum interuallum. Cic. Fam. 7.

Literas loqui. Cic. Fam. 3.

Mittere literas, Vide MITTO.

Mittere obuiam literas, Vide MITTO.

Monere literis, Vide MONEO.

Obſignare literas, Vide OBSIGNO.

Literas obſtrepere. Cic. Fam. 5.

Perferre literas, Vide PERFERO.

Literas recitare. Cic. Fam. 10.

Literas reddere. Cic. Fam. 2. 3. 7. 9.

Literas referre. Cic. Et à te literas mihi referat.

Reguſtare literas alicuius, Vide REGVSTO.

Literas requirere, vel deſiderare. Cic. Fam. 9.

Literas reſignare. Cic. Nam quod reſignatæ ſunt literæ.

Reſoluere literas. Id eſt reſignare. Liu. Decad. 3. lib. 6.

Literas ſcribere. Cic. Fam. 3.

Literas venire alicui ab aliquo. Cic. Fam. 11.

Literas volare. Cic. ad Attic. 2. & 6.

¶Literæ publicæ, quæ barbari *Regiſtra* vocant. Cic. 3. Verr. Quamobrem vnam ex decem (nauibus) non prædonũ repentino aduentu, ſed legati latrocinio: non vi tempeſtatis, ſed hac horribili tempeſtate ſociorum amiſſam, in literas publicas retulerunt.

Corrumpere literas, Vide CORRVMPO.

¶Literæ, pro Edicto & mandato magiſtratus. Cicero 7. Verr. Cedo mihi eiuſdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. Budæus.

Flammauere inſuper allatæ à Veſpaſiano literæ. Tacit. lib. 20.

Literæ, Authoritates ſcriptæ. Cicero 3. Verr. Quo in negotio induſtriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo literarum, & teſtium declarauit.

Condere literas in ærario, Vide CONDO.

Perſcrutari literas, Vide PERSCRVTOR.

Manifeſtas literas quæro, Vide MANIFESTVS.

¶Literæ, Inſtrumenta, documenta, monumenta. Cicero pro Quintio, In Galliam ad te ipſum venit, in agrum communem: eò denique vbi non modò res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Literas vocat, ſocietatis rationes, & ſcripturam ſeu perſcriptiones & tabulas. Idem 7. Verrina, Itaque ego id ſolum ex literis oſtendam Syracuſanorum. Budæus.

Literas neſcire. Id eſt, neſcire ſcribere. Paulus in l. 3. D. de accuſationibus, Item ſubſcribere debebit is, qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe: vel alius pro eo, ſi literas neſciat. Suetonius in Nerone, cap. 10, Et quum de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur: Quàm vellem, inquit, neſcire literas. Sic & Seneca in principio libri ſecundi de Clementia.

¶Literæ, pro Scientiis & diſciplinis, quæ literarum monumentis continentur. Cic. Luccio, lib. 5, Quod enim eſſe poterat mihi profugium ſpoliato & forenſibus, & domeſticis ornamentis, atque ſolatiis? literæ credo, quibus vtor aſſiduè. Plautus Trucul. 16,

Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere.

Literæ & ſtudia. Cic. ad Attic. lib. 4, Quæque vita maximè eſt ad naturam, ad eam me refero & literas & ſtudia noſtra.

Nullis literis vir. Vide NVLLVS.

Infelices literæ. Quintil. in Procem. lib. 6, Tunc igitur optimum fuit infauſtum opus, & quicquid eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus conſumpturis viſcera mea flammis iniicere.

Literæ interiores. Cic. Volumnio, lib. 7, Opus eſt hîc limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis.

Pinguiores ruſticorum literæ. Colum. lib. 9. cap. 14, de ſolſtitiis & æquinoctiis: Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus, vt aiunt, ruſticorum literis neceſſaria eſt. Simile eſt illi, Pingui Minerua.

Literæ reconditæ. Cic. ad Trebonium, lib. 15, Multæ erant, & reconditæ literæ, vis non erat.

Vulgares, & Interiores, ſiue reconditæ literæ: contraria. Cicero de Claris Orat. Erant in eo plurimæ literæ: nec eæ vulgares, ſed interiores quædam, & reconditæ.

¶Abdere ſe literis, Vide ABDO.

Alienus à literis, Vide Alienus in ALIVS.

Aſſidere literis, Vide ASSIDEO.

Literas attingere, Id eſt Tractare, & verſari in ſtudiis literarum. Cic. ad Titonem, lib. 16, Ego omni delectatione, literiſque omnibus careo, quas antè quàm te videro, attingere non poſſum.

Attingere leuiter literas, Vide ATTINGO.

Conticeſcunt literæ. Cic. in Bruto, Ego à te peto vt ſcribas aliquid: iampridem enim conticuerunt tuæ literæ.

Deditus literis à pueritia, Vide DEDO.

Doctus literis. Cic. in Brut.

Eruditus literis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Loquuntur literæ. Valer. Max. lib. 3. cap. 4. in fine, Alterius patrem cultellos venditaſſe, omnium penè doctorum literæ loquuntur.

Eſſe literas in aliquo Cic. Fam. 15.

Imbutus leuiter literis. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Initiatus literis, Vide INITIVM.

Inſtituere aliquem literis. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Inuoluere ſe literis, Vide INVOLVO.

Neſcire literas. Cic. in Bruto.

Perdiſcere literas, Vide PERDISCO.

Politus literis, Cic. in Piſon.

Tinctus literis, Vide TINGO.

Verſari in ſtudio literarum. Cic. de Aruſp. reſp.

Vorare literas. Cic. ad Attic. 4.

¶Literæ, Scripta. Cicero ad Atticum, De Craſſo qui mihi eam laudem eo minus deberet, quòd meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus.

Mea manu literæ, Vide MEVS.

¶Literæ, pro Grammatica. Cicero in Bruto, de Seruio Sulpitio: Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam quaſi lucem ad ea quæ confuſè ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Rectè, inquam, intelligis. ſed adiunxit etiam & literarum ſcientiã, & loquendi elegantiam. Idem libro 3. de Oratore, Eleus Hippias quum Olympiam veniſſet maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus eſt cuncta penè audiente Græcia, nihil eſſe vlla in arte rerum omnium quod ipſe neſciret: nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometriam, muſicam, literarum cognitionem, & poëtarum, atque illa quæ de naturis rerum, quæ de nomum moribus, quæ de Reb. ſ publicis dicerentur: ſed annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoecos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Ibidem, Num Geometriã Euclide aut Archimede. num muſicam Damone aut Ariſtoxeno, num ipſas literas Ariſtophane aut Callimacho tractante, tam diſcerptas fuiſſe, vt nemo genus vniuerſum complecteretur? Certè ſolet Cicero Grammaticam per literas ſignificare, nec id immeritò: nomen quippe habet à literis. grammata, literæ ſunt.

Literula, literulæ, penultima correpta, Diminutiuum {γραμμάτιον, γράμματδιον.} Cicero 6. Verr. Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum. Idem ad Titonem, lib. 16. 16, Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis.

Literulæ, Epiſtolium. Cic. ad Attic. lib. 12, Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui. Eidem, libro 14, Etſi noui nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas.

Literulæ, pro ſtudiis. Cic. ad Titonem, libro 16, Literulæ meæ ſiue noſtræ rui deſyderio oblanguerunt. Eidem, libro 7, Chryſippum verò, quem ego propter literularum neſcio quid libenter vidi, in honore habui.

Græcis literulis imbutus. Horat 2, epiſt. 2.

Literatus, penultima producta, Adiectiuum {γραμματικὸς} Literis ornatus, eruditus, doctus. Cic. 3. Verr. Circumpedes autem homines formoſos, & literatos, ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Plaut. Caſina, 9,

-ſi hic literatus, me ſinat,

Quod bonum, atque fortunatum mihi ſit. Idem Rudente, 12,

Nam hæc literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit. Cicero 3. de Natura deor.

Viri literati, ac ſtudiis, doctriniſque dediti. Cic. pro Cor. Balb.

Literatus & diſertus fuit. Cic. de Clar. Orat.

Literatus, Cui aliquid ſuperſcriptum & inſculptum eſt. Plautus Rudente, 24,

In eo enſiculo literarum quid eſt? ei. mei nomen patris.

Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes, item aurea

Literata: ibi matris nomen in ſecuricula eſt. Idem Pœn. 14,

Haud ſecus tu videas literaras ibi epulas,

Pice ſignatas, nomina inſunt cubitum longis literis.

Literatum otium. Cicero 5. Tuſcul. Quid eſt dulcius otio literato? Id eſt in quo literis damus operam.

Literatè, penultima producta, Aduerbium {φιλολόγως} Doctè, eruditè, eleganter. Cicero de Aruſpicum reſponſis, Quid igitur reſponderem? quæro ex eò ipſo qui ferre me non poteſt, me ciuem eſſe Romanum? literatè reſpondiſſem. an tacuiſſem? deſertum negotiũ. Idẽ in Piſonẽ, Quàs rationes ſi cognoris, intelliges nemini plus quàm mihi literas profuiſſe. ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè, vt ſcriba, &c. Idem de Claris Orat. Iiſdémque temporibus L. Furius Pilus perbene Latinè loqui putabatur, literatiúſque quàm cæteri.

Literarius, Adiectiuum {γραμματικὸς} Quod ad literas pertinet. vnde Ludus literarius. Plin. lib. 9. cap. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. Id eſt, in ſcholam. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Literoſus, Aliud adiectiuũ, Idem quod Literatus. Caſſ. Hemina Annal. lib. 4, Homo merè literoſus. Nonius.

Literator, penultima producta, literatoris {γραμματιστὴς} Qui literas nouit vel docet.

Literator. Suetonius de Claris grammat. cap. 4, Nam apud maiores, ait Orbilius, quum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem non literatum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum literis, ſed imburum.

Literator Sylla. Carull. ad Caluum, epigr. 14.

Literatura, literaturæ, penultima producta {γραμματεία} Ars quæ de literis tractat. Cicero in Partit. Nihil ſanè præter memoriam, quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis. Quintil. lib. 2. cap. 14, Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt grammatice literatura eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria quemadmodum oratoria. Martianus libro 3, Mihíque attributum literatum formas propriis ductibus lineare: híceque mihi Romulus literaturæ nomen adſcripſit. Verba ſunt grammatici.

Literatura, Literarum cognitio & ſcientia. Cicero 2. Philip. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare loquens.

Lithargyrium, ſiue lithargyros, penultima correpta {λιθάργυρος} Argenti ſcoria, in duritiem lapideam compacta: cuius vſus eſt in medicinis, appellãturque pharmacopolæ *lithargyron argenti* corruptè,

ad differentiam scoriæ vel spumæ aureæ, quam *lithargyron auri* nominant. Plin. lib. 26. cap. 9.

Lithocolla, lithocollæ, Glutinum quo lapides coniunguntur. fit enim ex lapide pario, aut marmore cum taurino glutino. Dioscorides lib 5.

Lithospermum {λιθόσπερμον} Herba de qua Plin. libro 27. cap. 11. Vulgus nostrum hanc herbam *miltum Solis* appellat.

Lithostrotos, masculini generis, & hoc lithostrotum, penultima producta {λιθόστρωτος} dictio composita ex λίθος lapis, & στρωτὸς stratus, est locus lapidibus stratus. Lithostrota ex parvulis crustis constabant, quibus solum pauimenti incrustabatur. Varro 3. de Re rust. cap. 1. Quum enim villam haberes opere tectorio & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam: parum putasses esse, ni tuis quoque literis exoratæ parietes essent. Ibidē, cap. 2., Nuncubi hīc vides citrum, aut aurum? num minium aut armenium? num quod emblema, aut lithostrotum? Plin. lib. 36. cap. 25.

Liticen, Vide LITVVS.

Litigator. Litigiosus, Litigo, Litigium, Vide LIS, litis.

Lito, litas {δύναμαι, ἱστημι καὶ} litāre: & Litor, litaris, litari, Deponēs, Sacrificio facto deos placare, votúmq; impetrare. Plin. de Viris illustribus, 4. Et dum Numā Pōpilium sacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cicero 2. de Diuin. Quum tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrimē. Ibid. Quid quú pluribus diis immolatur, quí tandē euenit vt litetur aliis, aliis nō literis?

Inter Litare & Sacrificare hoc interest, vt ait Nonius. Sacrificare, est Veniam petere: Litare est Propitiare & votum impetrare. Virg. 4. Æneid. Tu modò posce deos veniam, sacrísque litatis, Indulge hospitio. Seruius, Diis litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed deo sacris litamus, id est placamus. Ergo nouè dixit.

Litasse veteres quum dicebant, quo verbo grata acceptáque diis immortalibus sacra fuisse intelligebant, à soluendo, si Varroni creditmus, ita loquebantur: proinde quasi sit litare lutare, id est luere & soluere. tum enim denique solutum diis esse videtur, quū acceptum fecere. Varronis verba sunt, Habes qui & cuius rei causa fecerim Hecatomben, in quo ego, vt puto, quoniam luere est soluere, lutaui. Itaque vt maximus & maximus dicitur: ita lutaui & litaui dici Varro videtur existimasse. Turnebus.

Pastor litabat exta ouis. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Litare victimas, apud Tranquillum, Id est Victimis cæsis litare: vt ait Budæus.

Litare, pro Satisfacere. Plin. in Paneg. de statuis, Ergo istæ quidem æreæ & paucæ manent, manebúntque: illæ autem aureæ & innumerabiles, strage & ruina publico gaudio litauerunt. Budæus.

Litara sacra. Virg. 4. Æneid.

Litatò {αἰσίως} eo modo dictum quo Auspicatò. Liu. 5. ab Vrbe, Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem diductam in cornua.

Litandum {κριὸν ἱερεῖον.} Virg. 2. Æneid. Sanguine quærendi reditus, animáque litandum Argolica.

Litatio, Verbale {καλλίφρονες.} Liuius 7. bel. Pun. Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ: dúque non impetrata pax deúm.

Litura, Litus, Vide LINO, linis.

Litus, litoris, penul. correpta, neut. gen. {αἰγιαλὸς, πλάξ, ἀκτὴ, θίν, χόνη μαῖα} Terra quæ ab aqua tangitur. Dictum quòd alluitur, vel quòd aqua ad id allidat, vel quòd id aqua elidat: propriéque de mari dicitur. Sueton. in Nerone, cap. 27, Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ. In carmine solet duplici te scribi.

Litus (inquit Celsus Iurisconsultus) I. Litus. D. de Verborum & rerum significatione, Est quousque maximus fluctus à mari peruenit, sídque M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum cōstituisse.

Litus, de fluminibus etiam dicitur. Virg. in Diris,

Littora quæ dulcis auras diffundatis agris. Quum de Mincio loquerentur. Idem 7. Æneidos,

Qui saltus Tyberine tuos, sacrúmque Numici Littus arant. Idem 8. Æneid.

Littus, Terra mari vicina: inquit Seruius. Virg. 4. Æneidos, -cui littus arandum. Plinius lib. 9. cap. 57, Cauernásque faciat sibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis amnibus siccato litore.

Litus & Ripa, pro eodem accipi videntur apud Columellam, lib. 1. cap. 5, Villa semper mare rectè conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota à litore.

Littus albicans, pro mari posítum. Catul. de Berecynth. epig. 58, At vbi humida albicantis littoris adiit.

¶Aprica litora, Vide APRICVS.

Arenosum littus Libyæ. Virg. 4 Æneid.

Bibulum littus. Ouid. epist. 16.

Breue litus & incertum. Tacit. lib. 14. Et libro 5, Breuia litorum nudantur.

Curuum. Virg 3 Æneid. Vide CVRVVS.

Diversum. Ouid. 2. Metam.

Deserta littora. Virg. 3 Æneid.

Dira littora. Virg. 7 Æneid.

Flauum littus. Ouid. 15. Metam. Flauum vocat propter arenam.

Fluctifragum littus. Lucret. lib. 1.

Fruticosa littora calcare. Ouid. epist. 2.

Inclusa littora. Virg. 5. Æneidos, -studiísque fauentum

Consonat omne nemus: vocémque inclusa volutant Littora.

Littoris incurui bibulam lauit æquor arenam. Lucret. lib. 2.

Inhospitale littus, Vide INHOSPITVS.

Inhospita littora. Lucan. lib. 1.

Iniquum littus Horat. 2. Carm. ode 10.

Innocuum littus. Virg. 7. Æneid.

Iuncosa littora. Ouid. 7. Metam.

Lætissima littora myrretis. Virg. 2. Georg.

Lata littora. Ouid. epist. 2.

Nuda littora. Senec. Agamem. 6.

Percussa fluctu littora. Virg. 5. eclog.

Porrecta littora. Ouid. epist. 10.

Procurua littora. Virg. 5 Æneid.

Raucum littus. Stat. lib 5. Theb.

Scelerata littora. Ouid. 13. Metam.

Siccum littus. Virg. 3. Æneid.

Sinuosa littora blando anfractu. Valer. lib. 2. Argon.

Spumosa littora. Catul. Argon. 59,

Aut vt vecta ratis spumosa ad littora Diæ.

Vdum littus. Horat. 1. Carm. ode 32.

¶Applicare puppim littori. Senec. Herc. fur. 9.

Arare littora, Vide ARO.

Contingere littus. Lucan. lib. 8.

Angusto littore diductas vrbes interluit pontus. Virg. 3. Æneid.

Fluctus feriunt littora. Virg. 2. eclog.

Nudare littora, Vide NVDVS.

Petere littora cursu. Virg. 1. Æneidos,

Radere littus. Virg. 7. Æneidos,

Proxima Circææ raduntur littora terræ.

Clauum torquere ad littora. Virg. 5. Æneid.

Tunditur littus vnda. Catul. ad Furium, epig. 11.

Discretum esse regionibus litoribúsque. Quintil. lib. 5. cap. 10, Piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam litoribúsque discreta sunt.

Litoreus, Adiectiuum {αἰγιαλίτης} Quod est litoris, & ad litus pertinet.

Arena litorea. Ouid 15. Metam.

Arx littorea. Stat. 2. Achill.

Littoreæ aues. Virg 12. Æneidos,

Littoreas agitabat aues. Seruius, palustres.

Cancer littoreus. Ouid. 10. Metam.

Littorea domus, Quę in littore, aut iuxta littus constructa est. Martialis lib. 10,

Anxuris æquorei placidos Frontine recessus,
Et propius Baias littoreámque domum.
Ilex littorea. Virg. 3. Æneidos,

Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus. Idem versus legitur & 8. Æneidos.

Myrrus littorea. Ouid. 1. Amor. eleg 1.

Litoralis, & hoc litorale, pen prod. {αἰγιαλίτης} Idem: vt

Dij littorales. Catull de Phaselło, epig. 4.

Neque vlla vota littoralibus deis Sibi esse facta.

Litoralis piscis, In litore viuens. Plin. lib. 9. cap. 17, Nec litoralibus gratia.

Litorosus, pen. prod. Adiectiuum {αἰγιαλώδης.} Plin. lib. 37. cap. 10, Calais sapphirum imitatur, candidior, & litorosō mari similis. Hoc est eum aquæ marinæ colorem referens qui est circa litus.

Lituus, litui, masculini generis {λίτουος.} Gellius lib. 5. cap. 8, Lituus est virga breuis, in parte qua robustior est, incurua, qua augures vruntur. Sic Macrob. lib. 6. Saturnal. cap. 8. Cic. 1. de Diuinat. Quid lituus iste vester (quod clarissimum est insigne auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit cum quum vrbem cōdidit. Qui quidem Romuli lituus (id est incuruum, & leuiter à summo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur, similitudine, nomen inuenit) quum situs esset in curia Saliorum quæ est in Palatio, eá que deflagrasset, inuentus est integer. Liu. 1. ab Vrbe, Augur ad lævam eius capite velato sedem capit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens: quem lituum appellauerunt.

Lituus, Genus esse buccinæ incuruæ, scribit Festus, vnde vox gracilior exiret. Virg. 6. Æneidos,

Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Ab hui⁹ similitudine dictus est lituus baculus auguralis, teste Cicerone in superiori exemplo, & Gellio lib. 5. cap. 8.

Stridor lituūm, clangórque tubarum. Lucan. lib. 1.

Acuti litui. Stat. 6. Thebaidos,

Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Terribiles litui. Claud. 8. Panneg.

Iam lituus pugnæ signa daturus erat. Ouid. 3. Fast.

Lituo pugnas obibat. Virg. 6 Æneid. Vide LITVVS.

Pati lituos. Virg. 3. Georgicorum,

Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, &c.

Sonus tubæ permistus lituo. Horat. 1. Carm. ode 1.

Strepunt litui. Horat. 2. Carm. ode 1.

Liticen, liticinis, eadem forma qua tibicen, à lituo, quòd eo canat, dictū esse, & ab antiquis vsurpatum probat Nonius, quem vide.

Liueo, Liuesco. Liuidus, Vide LIVOR.

LIVIVS {λιβίας} historicus Patauinus. De hoc Hieronymus ad Pauli-num, Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Hunc Caius princeps tanquā verbosum insectabatur. Pollio verò tanquam Patauinitatem redolentem. Quintiliano magnopere laudatur: eúmque Herodoto comparat, in concionibus præsertim, suadétque pueris ediscendum vt Ciceronis imitatorem. ¶Fuit & alius Liuius Andronicus, Liuij Salinatoris libertus, cuius filios erudiit, ab eodémque ob ingenium libertate donatus. Author Eusebius. Primus Romæ fabulam dedit, C. Clodio Cæci filio & M. Tuditano COSS. anno ante natiuitatem Ennij. De eodem scripsit Cicero de Claris Orat. Horat. 2. epist. 1,

Non equidem insector, delendáque carmina Liui
Esse reor: memini quæ plagosum mihi paruo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchráque, & exactis minimum distantia, miror.

Liuor, liuoris, masc. ul. gen. {πελιδνότης, σμῶδιξ} Vestigium & nota quæ fit ex aliqua percussione aut contusione, siue vlcere. Plin. lib. 20. cap. 22,

Illinitur

Illinitur & liuoribus fugillatísque cum melle.

Liuor suberuentus. Celsus lib. 5. cap. 18, Quòd si facie contusa liuor suberuentus est.

Tumidi liuores. Iuuen. saty. 16.

Pressos in artus venit liuor. Ouid. 10. Metam.

Tumore aut liuore decoloratum corpus mortui si sit, significat eum veneno necatum. Author ad Heren. lib. 2.

¶Liuor, Colorem nigriorem significat. Varro, Paulatim liuor in candorem vertitur, & omnis macies è corpore abscedit.

Niger liuor. Ouidius in fragmento,

Sed niger in vaccæ pectore liuor erat.

Abit de corpore liuor. Ouid. 2. Tristium,

Et quibus è succis abeat de corpore liuor.

Liuorem contrahere, Nigrescere. Colum. lib. 12. cap. 47, Hæc candidior est oliua, quàm ea quæ contusione liuorem contrahit.

¶Liuor, pro Inuidia. Lucanus lib. 1,

Liuor edax tibi cuncta negat, gentésque subactas.

Inuidiæ liuor, Vide IMMACVLO.

Malignitas, & liuor. Tacit. in vita Agricolæ, Pessimi malignitate, & liuore pronum deterioribus principem extimulabant.

Acerbus liuor. Claud. 3. de Raptu Proserp.

Edax liuor. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Inuidus liuor. Firmicus lib. 8. cap. 1, Nam & istum tractatum Petosiris inuido voluit liuore celare.

Maleuolentia & liuore impediuntur ne quid faciant. Brutus Ciceroni, lib. 11. Vide IMPEDIO.

Lædere viuos Liuor, & inuiso carpere dente solet. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 4.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Liuidus, pen. corr. Adiectiuum {πελιδνός, πέλιος.} Qui ex percussu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percussus est. Plinius, Tapsiæ succus fugillatis ac liuidis prodest.

Factáque lasciuis liuida colla notis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Ora liuida facta digitis. Ouid. epist. 19.

¶Liuidus, Niger. Virg. 6. Æneidos, -illæ remis vada liuida verrūt.

Seruius. Plin. lib. 16. cap. 15, Cortice liuido.

Brachia liuida armis. Horat. 1. Carm. ode 8.

Racemi liuidi. Horat. 2. Carm. ode 5.

Vorago paludis liuidissima. Catul. ad Coloniam, epig. 17.

¶Liuidus, Inuidus: quòd qui inuidia laborāt, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt. Martial. lib. 1, Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Inuidus, malenolus, liuidus. Cic. 4. Tusc. Ergo inuidi & maleuoli, liuidi, & timidi, & misericordes, quia procliues ad eas perturbationes, non quia semper ferunt ur.

Liuidus & mordax. Horat. 1. Serm. saty. 4.

Dens liuidus. Horat. Epod. 5.

Obliuione liuidæ. Horat. 4. Carm. ode 9.

Turba liuida. Ouid. 1. Fast.

Liuidulus, penult. corr. Adiectiuum diminutiuum {ὑποπελιδνός.} Iuuen. Satyr. 11,

Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc: quibus inuideas, si liuidulus sis.

Liueo, liues {πελιδνόομαι, πελιδνόω} liuēre, Atrum esse. Plin. lib. 20. cap. 43, Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes ac noctibus infestantes.

Labellis impressis liuere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Liuent rubigine dentes. Ouid. 2. Metam.

Brachia liuentia. Ouid. 6. Metam.

Crura liuentia compedibus. Ouid. 2. Amor. eleg 2.

Genæ liuentes. Stat. 5. Syl. 5.

Planctu liuentes atra lacertos. Lucan. lib. 2.

Nebula liuens. Silius lib. 6.

Pectora liuentia tundunt. Ouid. 8. Metam.

Pruna nigro liuentia succo. Ouid. 13. Metam.

Racemi liuentes. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Terga liuentia equorum. Silius lib. 7.

¶Liuere, Inuidere. Pompeius, Malignus homo fortunis aliorum semper liuens. Martial. lib. 10. 55, Liuet Carinus, rumpitur, &c.

Fata liuentia. Stat. 5. Syl. 1. Magis vsitatum est Inuida fata.

Liuesco, liuescis {πελιδνόομαι} liuéscere, Liuidū fieri & inuidere. Claud. lib. 3. de rap. Proserp.

Haud equidem inuideo, nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse deos.

Digiti liuescunt in pedibus. Lucret. lib. 3.

Lix, licis, fœm. gen. {κόνις} Cinis. Varro apud Plin. lib. 36. cap. 27, Lix cinis est foci. Vel

Lix, Aqua cineri immista.

Lixiuium, lixiuij, siue Lixiuia, lixiuiæ {κονία} Aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. Colum. lib. 12. cap. 16, Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo quod cremauerunt, cinere lixiuium faciant. Legitur lixiuam fœminino genere. sequitur enim, Deinde in lixiuiæ sextarios, &c. Idem lib. 12. cap. 16, In olla noua fictili ampla præparatam lixiuiam cineris sarmenti caleferi conuenit, &c.

Lixiua, lixiuæ, penult. prod. Scrib. Largus Lixiua calda ex cinere sarmentorum facta.

Lixiuus, Adiectiuum. Scribon. Largus, Hoc teritur ex cinere lixiua. Sic ibidem frequenter.

Lixiuum vinum {οἶνος σποδίτης} dicitur à Colum. lib. 12. cap. 41. quod Plinius Prorropum vocat. Vide PROTROPVM.

Lixiuus, Adiectiuum, vt Lixiuius cinis. Plin. lib. 14. cap. 20.

Lixa, lixæ {σκηνοφόρος.} pluraliter, Lixæ lixarum, mas. gen. sunt (vt scribit Pompeius) qui exercitum sequuntur, quæstus gratia. dicti quòd extra ordinem sint militiæ, eíque liceat quod libuerit. Alij eos à Lixa appellatos credunt, quòd & Herculem secutus sit. Quidam à liguriendo quæstum. At Marcellus, Lixam (inquit) aquā veteres esse dixerunt, vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra, vel tentoria solent ferre. Perottus lixas affirmat appellatos à cinere. Liu. 9. bell. Maced. Iraque non lixa sequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. Idem 3. bel. Pun. Impedimenta subsequi iussit, calones, lixásque, & inualidos milites vallum ferre.

Vulgus lixarum. Silius lib. 5,
-omnísque ruebat
Mistus eques, nec discretis leuia arma maniplis
Insersque globo pedites: & inutile Marti
Lixarum vulgus, &c.

Lixus, lixa, lixum {ἰφθὸς} Quod est coctum cinere ollæ suppositō.

Lixo, lixas {ἰφθόω} lixare, Lixum facere.

Lixabundus {σκευοφορέω.} Qui exiguæ mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet. Plautus, Qui famam tuam lixabundus & nomen fœdas.

LIXVS {λιξὸς} colonia à Claudio Cæsare facta in Mauritania, vel fabulosissimè ab antiquis narrata. Ibi regia Antei, certaménque cum Hercule, & Hesperidum orti. Affunditur autem huic æstuario è mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Verba sunt Plinij lib. 5 cap. 1. ¶Est & Lixus, amuis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius, & Pomponius Mela in fine sui operis.

L O

Loba, lobæ {ὁ κατακλάσθη λόβος} quid sit interpretatur Plinius lib. 18. cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, asrundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis: lobas vocant, omnium frugum fertilissimum.

Lobus, lobi, masc. g. infima pars aurium, quam Latini vocant infimam auriculam, ἀπὸ τοῦ κρεμάσθαι, id est à capiendo, hanc enim prehendimus, quum aliquem admonemus, σπαρὰ τὸν λοβόν. Est autem Labe, ansa, vel preheníio. Siquidem est in aure ima memorię locus, quem tangentes attestamur. Author Plin lib. 11. cap. 45. In ius quippe rapturi aduersarium, testes faciebant. Porrò sic faciebant, vt contingentes imam auriculam, dicerent, Esto memor. Nec licebat hoc, ni futurus testis annuíssetideo ita interrogabatur, Licet attestari? Vide in ATTESTOR. ¶Dicitur etiā Lobus pars auris inferior: nam summa fiue extrema omnia, Lobi possunt dici. Hinc iecoris λοβὸς, pro partibus inferioribus, aut superioribus, quæ & Fibræ vocantur. Ciceris item aut fabæ vas, Lobum dicimus. nam cortex omnis intra quem latet semen, Lobus dicitur. Milij panniculas Plinius appellat Lobas. Ex Budæo & Cælio. Galenus cap. 7. lib. 4. De compos. pharmac. secundum locos, λοβὸς vocat, quos ἔνυλον, id est vngues Dioscorides appellat. Sunt autem candidæ foliorum partes, quibus derractis rosæ dicuntur exungues.

Locarium, Locarius, Locatio, Locator, Vide Loco, locas, in LOCVS.

Locellus, Vide Loculus, in LOCVS.

Locito, Loco, locas, Vide LOCVS.

LOCORITVM {λοκόριτον} authore Ptolemæo, vrbs Germaniæ, hodie Trutonia. Vulgò *Forchem*.

LOCRIS, Locridos, pen. corr. {λοκρὶς} Regio est proxima Phocidi: dicuntur & Locri, eius regionis populi. ¶Locri item, vrbs insulis in Brutiis, à Locris Aiacis Oilei sociis, Euanthe duce, condita, qui paulo pōst conditam Crotonem & Syracusas, in Italiam profecti sunt è sinu Crissæo, qui in Corinthiaco est. Virgil. lib. 3. Æneidos,

Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. Notandum verò, Epienemidios fuisse dictos, antè quàm Italiam petierint, mox Epizephyrios, vt notant Vadianus & Seruius. ¶Alij sunt Locri in Græcia cognominati Ozolæ, à malo odore. Alij Opontij Bœotiis finitimi, qui & Epienemidij dicti sunt.

Loculatus. Loculamentum, Loculus, Locuples, Vide LOCVS.

Locus, loci, masc. g. {τόπος, χῶρος, χωρίον} Pluraliter hi loci, vel hæc loca, locorum, in diuersa significatione, Quicquid aliquid continet: siue, vt ait Varro de Ling. Lat. vbi quicquam consistit. Plautus Cistel. 10, -vbi ea sit nescio: Nisi, vt opinor, loca hæc circiter excidit mihi. Virgil. 8. Æneid. Hic locus vrbis erit. Cic. in Partit. In locis autem & illa naturalia, maritimi an remoti à mari, plani an montuosi, lævues an asperi, salubres an pestilentes, opaci an aprici: & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti, obscuri an rerum gestarum vestigiis nobilitati, consecrati an profani.

Loca & locos, Gellius pro eodem ponit lib. 6. cap. 6, Nam quoniam non ipsæ tantùm aues quæ prosperius prævolant, sed etiam loci quos capiunt, quòd idonei felicésque sunt, præpetes appellantur: iccirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pertenerat.

Locos porrò præpetes, & Augures appellant. Virg. 1. Æneidos, Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernis Mœnia.

¶Ad id locorum, Vide AD præpositionem.

Alienus loci, Qui peregrinus est in loco aliquo. Ouid. 1. Fastorum, Di quoque cultores in idem venere Lycæi,
Et quicunque loci non alienus erat.

Cultus locorum. Stat. 2. Syl.

Cultus, habitúsque locorum. Virg. 1. Georg.

Facies locorum. Tacit. lib. 14, Non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur.

Forma locorum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Fraus loci. Virg. 9 Æneidos,

-ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit.

Ignarus loci. Virg. 2. Æneid.

Ingenium loci. Stat. 2. Syl. 2.

Opaca locorum. Virg. 2. Æneid.

Positus locorum, Id est situs locorum. Stat. 5. Syl. 3.

Regio certa loci. Lucret. lib. 2.

Species,cultúſque locorum.Stat.2.Sylu.2.
Vbicunque locorum vinitis.Horat.1 epiſt.3.
¶Abdita loca,Vide Abditum in ABDO.
Æſtiuus locus,Vide AESTAS.
Affluens ſtudiis locus,Vide AFFLVO.
Loca amicta niue.Catul.de Berecynth.epig.58.
Locus amœnus,ab arbitris remotus.Cic.7.Verr.
Anceps & lubricus locus.Plin.iunior lib.1.epiſt.8.ad Saturninum.
Appoſitus,Vide APPONO.
Apricus,Vide APRICVS.
Aptus locus equis.Horat.1.epiſt.7.
Arbuſtiuus locus,Vide ARBVSTVM.
Aſpera loca.Ouid.1.Metam.Vide ASPER.
Bacchata loca,Vide BACCHOR.
Bellicoſiſſimus locus,Vide BELLVM.
Bellus locus,Vide BELLVS.
Calculoſa loca,Vide CALCVLVS.
Capitalis locus,Vide Capitalis in CAPVT.
Circunſiecta loca vrbi,Vide CIRCVNSICIO.
Cliuoſus locus,Vide CLIVVS.
Commodior locus.Ouid.3.de Ponto,eleg.9.
Concluſus locus.Horat.1.Serm.ſaty.4.
Cultra loca.Lucret.lib.1.
Decliuis & præceps locus,Vide DECLIVIS.
Deformes loci viſu ac memoria. Tacit.lib.1, Incedunt mœſtos locos,viſúque ac memoria deformes.
Deſerta paſtorum loca.Lucret.lib.5.
Dira furiarum loca.Senec.Herc.fur.15.
Loca editiora.Cæſar 1.bel.Ciuil.
Effera loca Ponti.Valer.4.Argon.
Finitimi loci.Ouid.epiſt.7.
Fœta loca furentibus Auſtris.Virg.1.Æneid.
Inanis locus,Vide INANIS.
Infamis locus.Ouid.epiſt.17. Idem in Ibin.
Integer locus,Vide paulo póſt,Vitiatus locus.
Intumeſcens locus,Vide INTVMEO.
Lætantia loca aquarum.Lucret.lib.2.
Læti loci.Virgil.6.Æneidos,
Deuenere locos lætos,& amœna vireta
Fortunatorum nemorum.
Lapidoſa loca,Vide LAPIS.
Latebroſus locus,Vide LATEO.
Lepidus locus,Vide LEPIDVS.
Lethifer locus.Ouid.5.Metamorphoſeos,
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum
Lethifer ille locus.
Liber locus,Vide LIBER,liberi.
Medius mundi locus,Vide MEDIVS.
Mœſti loci.Tacit.lib.1.
Montoſus locus,Vide MONS.
Munitiſſimus habendi Senatus loćus,Vide MVNIO.
Natalis locus.Ouid.2.Amor.eleg.16.
Nebuloſus locus,Vide NEBVLA.
Nefaſti loci.Stat.1.Thebaid.
Nemoroſus locus.Ouid.epiſt.15.
Notus locus prodigio.Ouid.6.Metam.
Obnubila loca,Vide OBNVBILVS.
Obſita virgultis loca,Et Obſita tenebris loca,Vide OBSERO.
Occultiſſimus locus.Plin.lib.34.cap.6.Vide OCCVLTVS.
Ocularíſſimus locus.Plin.lib.34.Vide OCVLVS.
Opacus locus,Vide OPACVS.
Locus opacus & frigidus in ſylua.Cic.3.de Orat.
Loca opaca & ſyluis redimíta.Catull.de Berecynth.epigr.58.
Crebro ſalicto oppletus locus,Vide CREBER.
Opulenta loca.Seneca.Herc.fur.5.
Paluſtris locus,Vide Paluſtris in PALVS.
Perbonus locus,Vide PERBONVS.
Peruia loca equo.Ouid.8.Metam.
Plena metus loca.Ouid.4.Metam.
Plena timoris loca.Ouid.10.Metam.
Præcipites loci.Lucret.lib.4.
Priuati, ac publici loci.Tacit.lib.11.
Purus locus,Vide PVRVS.
Redimita ſyluis loca.Catull.de Berecynthia,epig.58.
Sacer locus.Perſ.Saty.1.
Saluber locus.Claud.7.Paneg.
Secreta loca petere.Horat.de Arte.
Silentia loca.Virg.6.Æneid. Intelligit regna inferorum.
Non ſteriles loci.Senec.Herc.OEth.2.
Surda loca,In quibus nullus auditur ſtrepitus,aut nulla vox.Senec. Hercul fur.7. Sic Cæca vocantur loca,quæ tenebricoſa ſunt.
Viridis locus Eurotæ,Id eſt prata Eurotæ.Stat.1.Sylu.5.
Vitiatus locus. Celſus lib.5.cap.26, Si nihilo magis malum conſtitit:vti id quod eſt inter integrum ac vitiatum locum,debet.
¶Abducere in aliquem locum,Vide ABDVCO.
Addúcere in locum,Vide ADDVCO.
Ambire locum.Ouid.5.Metam.
Capere locum.Virg.5.Æneid.Vide CAPIO.
Locus opportune captus ad eam rem.Cic.pro Sext.Roſ.
Celebrare locum conuentu,Vide CELEBRO.
Cedere loco,Vide CEDO.
Sententia mutata loco cedit.Virg.9.Æneid.
Circunſcribere locum alicui,Vide CIRCVNSCRIBO.
Committere ſe in locum præcipitem,Vide COMMITTO.
Compellere in vnum locum,Vide COMPELLO.
Camporum loca curſu complent.Lucret.lib.2.

Confluere in vnum locum,Vide CONFLVO.
Congregare vnum in locum,Vide CONGREGO.
Conquieſcere in loco,Vide CONQVIESCO.
Conuenire in locum,Vide CONVENIO.
Conueſtire locum dicitur hedera,Vide CONVESTIO.
Decedere loco.Tacit.lib.3.
Deferre in aliquem locum,Vide DEFERO.
Demouere aliquid locis.Tacit.lib.11, Cenſendo nomen,& effigies priuatis,ac publicis locis demouendas.
Deſtinare locum vulneri.Senec.Thebaid.1.
Diſplicet iſte locus.Horat.1.epiſt.20.
Ignotis errare locis.Ouid.4.Metam.
Nouos locos explorare.Virg.1.Æneid.
Nefaſtis locis impoſuere delubra.Stat.1.Theb.
Inaugurare locum,Vide INAVGVRO.
Incolere locum aliquem,Vide INCOLO.
Incumbere loco.Ouid.2.Metamorphoſeos,
Repperit oſſa tamen peregrina condita ripa,
Incubuíque loco,nomínque in marmore lectum
Perfudit lachrymis.
Incurrere in loca,Vide INCVRRO.
Inſidere locum inſidiis,Vide INSIDEO.
Inſtruere locum,Vide INSTRVO.
Intendere locum ſertis,Vide INTENDO.
Legunt loca forte.Virg.5.Æneid.
Migrare in locum,Vide MIGRO.
Moliri locum.Virg.7.Æneid.Vide MOLIOR.
Mutare locum,Vide MVTO.
Mutare locum in melius.Lucan.lib.6.
Mutare ſe loco.Horat.2.Serm.ſaty.7.
Nanciſci locum.Cic.ad Attic. Naćtus mihi videbar locum reſecandæ libidinis,&c.
Noui locum vbi ſit,Vide NOSCO.
Obſidere locum, & Locus obſeſſus corporibus,Vide OBSIDEO.
Optare locum, pro Eligere,Vide OPTO.
Ordinare locum vitibus,Vide Ordino in ORDO.
Parare locum,Vide PARO.
Penetrare locos.Lucret.lib.4.
Pererrare omnem locum.Virg.5.Æneid.
Poſſidere locum.Lucret.lib.1.
Celeberrima per loca vadit.Horat.1.epiſt.18.
Vexare locum aliquem.Horat.1.Serm.ſaty.8,
-furéſque, feráque ſuetæ
Hunc vexare locum.
¶Ex loco inferiore agere. Cic.3.de Orat. Nam ſiue de cæli natura loquitur,ſiue de terræ,ſiue de diuina vi,ſiue de humana,ſiue ex inferiore loco, ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore. De inferiore loco, eſt ad Iudices : de ſuperiore, pro Roſtris : ex æquo, eſt in Senatu. Idem 6. Verr. Budæus.
Priore loco cauſam dicere, Eſt antè defendere quàm quis ſit accuſatus.Cicero pro Quintio,Aut cauſam capitis,ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret.Budæus.
Poſteriore loco cauſam dicere , Id eſt defenſorem eſſe , & pro reo dicere.Cic.Quoniam maiores ita conſtituerunt, vt qui pro capite diceret,is poſteriore loco cauſam diceret.
¶Nullo loco deeſſe,pro Nunquam.Cic.ad Tironem,lib.16, Adhuc dum mihi nullo loco deeſſe vis,nunquam te confirmare potuiſti,Vide NVLLVS.
¶Secundo loco,pro Præterea.Cic.ad Lentulum,lib.1, Facilè ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum remporum.
¶In eum locum res rediit, Id eſt in eum ſtatum. Plaut.Bacchid.13. Terent.Adelph.3.2,
Peiore res loco non poteſt eſſe,quàm in quo nunc ſita eſt.
Loco meliore, Id eſt ſtatu & fortuna. Cic.ad Brutum,3,Noſtræ res meliore loco videbantur. Sic Virg.2.Æneid. Quo res ſumma loco Panthu?Budæus.Vide Melior in BONVS.
Eodem loco ſtare.Liu.1.bel.Pun.
Res in eum locum venerat,vel deducta eſt,vt niſi, &c. Cic.ad Brutum. Et ad Tironem,lib.16,In eum locú res deducta eſt, vt niſi quis deus,vel caſus aliquis ſubuenerit,ſalui eſſe nequeamus.
Deduxit rem in eum locum.Cic.Attico,lib.2.
Incidi in eum locum,Vide INCIDO.
Quo loco ſit res,pro Quomodo ſe habeat.Cicero ad Atticum,lib. 3. Hæc res quemadmodum ecciderit, & tota res quo loco ſit , velim ad me ſcribas.
Vt meliore ſimus loco,ne optãdú quidé eſt.Cic.de Aruſp.reſponſ.
Eò loci res erat,& cauſa noſtra,vt,&c.Cic.pro Seſtio.
Perbono loco res eſt.Cic.ad Atticum, lib.6, Quoad mecũ rex fuit, perbono loco res fuit.
Difficili loco eſt res. Cic. ad Cornificium , lib.12, Res neque nunc difficili loco mihi videtur eſſe.
¶In loco digno res poſita:Id eſt digné.Cic.7.Verr.Rectè collocata, & iudicio populi digno in loco poſita eſſe videatur.
¶Locus,pro æſtimatione,& amore,gratiáque.Cic.2.Philip. Quem locum apud ipſum Cæſarem poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti?Budæus.
Obſcuro poſitus loco,Id eſt non celebri & claro.Senec.Thyeſt.4.
Summus locus.Iuuenal.Saty.10,
Quid Craſſos,quid Pompeios euertit,& illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus,&c.
Facere locum muneribus.Ouid.2.Amor.eleg.13.
Peruenire in locum alicuius. Cicero de Petitione Conſul. Prodeſt quorum in locum ac numerum peruenire velis,ab his ipſis illo loco ac numero dignum putari.
Tenere principem locum,& authoritatem:Hoc eſt, Eſſe in magno pretio & authoritate.Cic.pro Domo ſua. Et pro Plácio,Qui in mea ſalute principem ſemper locum authoritatémque tenuiſtis.
Dare & cedere locum.Cic.2.de Nat.deor.Aer videtur quaſi locum dare & cedere.
Dare locum alicui oratori, pro Admittere,& recipere. Cicero 1.de Oratore, Hæc turba & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis oratoribus.
Tenere locum oratorum. Cic.de Claris Orat. Qui hoc munere in ciuitate functi ſunt, vt tenerent oratorum locum.
Mouere aliquem loco, Vide MOVEO.
Eſſe eodem loco apud patronum quo alius.Cicero Sertio,lib.13.
Eodem loco habere.Cæſar, Qui ſi iuuiſſent,eodem ſe eos loco quo Heluetios habiturum.
Numerare loco.Cic.de Finib.
Ipſi in hoſtium numero,locóque ducemini.Cic.7.Verr.
Ponere aliquid loco , vel in loco maledicti , & contumeliæ. Cic.in Piſonem, Túne etiam immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum auſus es, meum diſceſſum illum , teſtem ſceleris & crudelitatis tuæ , in maledicti & contumeliæ loco ponere?
Habere aliquem loco vetuſtiſſimorum familiarium. Pollio Ciceroni,libro 10.
Eo loco habet honeſtatem,vt ſine ea,&c.Cic.2.de Finib.
Petere loco premij.Cic.de Inuent.Petebat id ſibi loco premij,
Criminis loco putant,quòd viuam.Cicero Mario,libro 7,Qui voluptatem nullo loco numerat? Hoc eſt,nihili facit.Cicero 2.de Finib. Vide NVMERO.
¶Fratris loco diligere:Hoc eſt,tanquam fratrem. Terent. And.1.5, Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi. Idem Heauton.1.1,Licere ſperas facere me vino patre,
Amicam vt habeas propè iam in vxoris loco? Valla, Loco patris,loco fratris,loco filij te habeo, non ita accipitur, quòd vbi illi antea erant,ibi tu nunc apud me ſis:ſed quòd in ea charitate qua illi aut fuerunt,aut ſunt,aut eſſent , aut eſſe debent , vt Chryſis Pamphilo apud Terentium loquitur, Si te in germani fratris dilexi loco. Cic.1.Verr. Prætorem Quæſtori ſuo , parentis loco eſſe oportere. Hactenus Valla lib.3.
Aſcendere in locum.Cic.pro Cluentio.
In loco fratris amare,Vide IN præpoſitionem.
Te mihi fratris loco eſſe duco.Metellus Ciceroni lib.5.
Loco voluptatis mihi eſt,loco turpitudinis, loco honoris,Id eſt vo luptuoſum,turpe,honorificum.Hæc Valla lib.3.
In beneficij loco alteri deferre aliquid. Cic.4.Verr. Reuera multo magis eſt petendum ab hominibus,ſi ſalui eſſe volumus , vt eant nobiſcum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum.
In locum damus, vbi aliud erat, aliud ſucceſſit:& requirit hæc ſententia tale aliquod verbum,quale eſt apud Quintilianum,Nam quomodo pugnam ineuntibus, tot ſimul metus laborum , dolorum , poſtremò mortis ipſius exciderint , niſi in eorum locum pietas & fortitudo & honeſti præſens imago ſucceſſerit? Hæc Valla lib.3. Brutus Ciceroni,Succedere in patris locum.
Cooptari in locum alterius,Vide COOPTO.
Mulier quæ in concubinæ locum decreterur.Cic.1.de Orat.
In locum alterius inaugurari,Vide INAVGVRO.
In locum alterius Conſulatum petere,Vide IN præpoſitionem.
Mittere aliquem in locum alterius,Vide MITTO.
Numerare in loco. Cic.In iniuriæ loco id numerant ſi quando ab inimicis admoneantur.
Reſtitui in locum.Cic.Reſtitui in eum locum cupit vnde decidit.
Subſtituere in locum.Quintil.
Succedere in locum lachrymarum. Quintil.lib.6.cap.1, In locum lachrymarum eius ipſe ſucceſſit.
¶Reponere in loco aliquo. Cic.2.de Orat. Si placuerit vos meam defenſionem in aliquo artis loco reponetis.
Aſſignare potiſſimum locum.Quintil.lib.4.cap.3.
Attribuere locum,Vide ATTRIBVO.
Fungi primo loco.Quintil.lib.3.cap.6, Porrò harum plerunque leuiſſima quæque primo loco fungitur.
Obtinere locum primum ac potentiſſimum,Quintil.lib.6.cap.5.
In poetis,non Homero ſoli locus eſt (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro , ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.Cic.in Orat.
Tribuere locum alicui. Quintil.lib.3.cap.3, Huic quoque igitur neceſſario tribuendus eſt quintus locus.
¶Si in iſtoc ſiem loco:Id eſt,Si meum eſſet negotium, ſi mea res ageretur.Plaut. Bacchid. 20,
Verùm vt ego opinor,ſi ego in iſtoc ſiem loco,
Dem potius aurum,quàm illum corrumpi ſinam.
¶Locus , Diſtributio temporum quæ cuique in ſpectaculum venturo tribuuntur ab ædilibus. Vnde motus loco dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit inter præcedentes & ſequentes , inquit Budæus. Et Cicero loco motus eſt,quum vrbe pulſus eſt. Terent. in Prol. Adelph.Per tumultum noſter grex motus eſt loco.Hæc ex Budæo.
Conſtitutus à iudicibus locus,Vide CONSTITVO.
¶Loco aliquid quærere : Hoc eſt , ad tempus, & quando res expoſtulat.Cic.in Partit.Loco tu quidem quæris,ſed planius quodvis explicabitur,quú ad orationis ipſius,quæſtionúmque rationem venero.
Non loco reddere,Id eſt non opportuné. Cicero ad Brutum,lib.11, Quemadmodum coràm qui ad nos intempeſtiuè adeunt,moleſti ſæpe ſunt:ſic epiſtolæ offendunt non loco redditæ.
Loco dicere.Cic.3.de Legib.Huic iuſſa tria ſunt,vt adſit:nam grauitatem res habet,quum frequens ordo eſt.vt loco dicat:Id eſt rogatus.vt modo:ne ſit infinitus.Vide DICO.
Certo loco dicere,Vide CERTVS.
In loco,Opportuné.Terentius Heaut.3.2, -in loco
Ego verò laudo.Budæus, interdum, vel nonnunquam , aut oppor-

tunè interpretatur,Vide IN.
Dulce eſt deſipere in loco.Horat.4.Carm.ode 12.
¶Locum dare aliquid faciendi,Id eſt, tempus vel ſpatium. Terentius Andria,1.4,
-dij dare facultatem obſecro
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Plautus Capt.5 -vt ſine hiſce arbitris
Atque vobis, nobis detis loquendi locum.
¶Veritas locum vbi conſiſtat,reperire non poterit. Cic.pro Quint.
Locus in.Cic.pro Planc.Si in mea familiaritate locus eſſet nemini niſi litigioſo aut nocenti. Idem pro Murena , Maledicto quidem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt:quòd omnia laus occupauit.
Locus inter. Cic.4.in Catil. Erit profectò inter horum laudes aliquid loci noſtræ gloriæ.
Locus ignoſcendi apud hominem conſtantem.Cic.pro Mur.
¶Bonitati locus non eſt, vel honeſtæ morti : Hoc eſt, Nullo eſt in pretio bonitas. Cicero 3.de Fin. Quod ni ita ſe haberet,nec iuſtitiæ vllus eſſet,nec bonitati locus. Idem pro Quint. Mors honeſta ſæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit.
Dare locum rationi,Cædere rationi & ratione vti.Cic.pro Qu.
Nihil loci ſegnitiæ.Terent.And.1.3.
Locus preci non eſt relictus : Hoc eſt, precibus amplius flecti non poteſt.Terent.And.3.4.
Locus diſſerendi.Cic.1.de Fin.
Non erit locus faciendæ medicinæ.Cic.pro Quintio.
Locus gaudendi. Cicero ad Atticum,lib 9, Bonis viris quòd ais probari quæ adhuc fecerimus , ſcirſque ab iis non profectis, valde gaudeo:ſi eſt nunc vllus gaudendi locus.
Locus negligentiæ in aliquo. Liuius 4.bell.Punici,Si aut pacem in Italia , aut bellum cum eo hoſte haberemus , in quo negligentiæ aut errori locus eſſet.
Reſpirandi non eſt locus.Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.
Nulli improbo locus eſt ad Rempublicam violandam. Cicero ad Lentulum,libro 1.
Paret fugæ locus,Vide PATEO.
Nullum habeo inſtituendi aut docendi locum. Cic.in Orat. Id eſt nullam temporis partem.
¶Locus obiurgandi,Occaſio. Terent.And.1.1, Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
Locum defendendi dare.Cic.pro Quint.Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus eſt ? Id eſt occaſio, vt ait Budæus.
Nonnihil loci dare alicui ſecus exiſtimandi.Cic.Appio,lib.3.
In tam ſuſpicioſa ac maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Cic.pro Flacco. Id eſt , non præbuit aliis vllam anſam ſiue occaſionem obtrectandi.
Dare locum dubitationi.Cic. pro Corn.Balbo.
Locum prætermittere.Cic.ad Cornificium,lib.12, Ego nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modò laudandi tui , ſed ne ornandi quidem.
Habere locum. Quintil.lib.3.cap.5, Erunt quædam remotæ ab affectibus,qui vt non vbique habẽt locum, ita quocunque irrumpunt, plurimum valent.
Aperire locum ſuſpicioni, Vide APERIO.
¶Locus, Genus aliquando dicitur. Saluſtius , Natus haud obſcuro loco.
Ortus loco equeſtri, Vide ORIOR.
Ignobili loco natus, Vide IGNOBILIS.
De ſummo loco adoleſcens, Vide DE præpoſitionem.
Infimo loco natus, Vide INFERVS.
Loco ſummo natus.Liu.1.ab Vrbe.
¶Locus,pro eo quod *paſſum ſcripturæ* barbari dicunt. Terentius in Prologo Adelphorum ,
-qui lenoni eripuit
Meretricem in prima fabula:eum Plautus locum
Reliquit integrum.eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos. Cic.2.de Legib. Et hunc locum ſatis in iis libris quos legiſtis,expreſſit Scipio.
¶Locus , pro materia quadam , & tractatu diſputationéque.Cic.in Verrem,Noui locum,video vbi ſe iactaturus ſit Hortenſius.Turn.
¶Loci , locorum , Sedes argumentorum ſunt , quæ intra ſe continent argumenta , & ex quibus ipſa argumenta petenda ſunt. Cic.in Orat. Idemque locos (ſic enim appellat , quaſi argumentorum notas) tradidit. Ibidem , Itaque hunc locum longè , & latè patentem philoſophi ſolent in officiis tractare. Idem in Topicis, Locus eſt argumenti ſedes.
Penetralia loci.Quintil.lib.6.cap.2.
Frequens locus.Quintil.lib.7.cap.3.
Latius fuſus eſt locus hic.Quintil.lib.6.cap.5.
Grauior locus.Quintil.in Procem.lib.4,Quum ad aliquem grauiorem veniſſent locum.
Huberes loci.Quintil.lib.5.cap.13.
Lætus, atque plauſibilis locus.Quintil.lib.4.cap.3.
Repetiti loci ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate.Quintilianus lib.1.cap.4.
Specioſi loci.Quintil.lib.7.cap.2.
Verboſiſſimi loci.Quintil.lib.2.cap.4.
¶Concludere locum in aliquid.Quintil.lib.6.cap.2, Non tamen pro tui ac ne debui quidem,locum iſtum in vnam ſpeciem concludere.
Conſtituere locum.Quintil.lib.4.cap.2.
Dimouere animum loco.Quintil.lib.7.cap.4.
Ediſcere locos electos.Quintil.lib.2.cap.7.
Excutere locos argumentorum.Quintil.lib.4.cap.10.
Exercere locum.Quint.lib.4.cap.2.
Inſtare loco.Quintil.lib.7.cap.3.

¶Loci communes.Cic.de Oratore,Loci communes qui de vniuersa re tractari solent,vt,&c. Idem in Orac. Tamen in communibus locis maximè excellet: qui communes appellati, eò quòd videntur multarum iidem esse causarum, sed propriè singularum esse debebunt.De Auxes.

Coniicere in communes locos.Cic.in Parad.Vide CONIICIO.

Tradere locos communes.Quintil.lib.5.cap.1.

¶Loci,pluraliter tantum,Veterus mulieris, quem matricem etiam vocant.Varro in Origin.Sic loci mulierbres in quibus nascendi initia consistunt. Plin.lib.11.cap.37, Fœminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus vtriculus,vnde dictus vterus:quod alio nomine locos appellant:hoc in reliquis animalibus vuluam.

Loci,de equa etiam dicitur.Colum.lib.6.cap.27, Quòd si admissarius iners in Venerem est,odore perfricatur deterrisi spongia fœminæ locis,& admota equi naribus.

Loca,de pauonibus.Colum.lib.8.cap.11,Sæpiúsque digitis loca fœminarum tentanda sunt:nam in prompru gerunt oua.

Loculus,loculi,pen.corr.Diminutiuum {ποτήριον} Paruus locus. Varro lib.3.de Re ruſt.cap.17,Hortésius familiaris noſter quum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas ac loculos,ita sæpe cum eo ad villam iui. Ex veruſto codice legitur ædificatas ad Baulos. Plaut.Milite, 11,Sed in cella paululum erat loculi lubrici.

Loculoſus,pen.prod.Adiectiuum,Multis loculis plenus.Plin.lib.15.cap. 22,Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac craſſo,loculoſo & ſimplici.

¶Loculus {βαλάντιον,χρηματοφυλάκιον} Sacculus in quo pecunia ſeruatur.Frequentius in pluraliregitur.vt Loculi eburnei. Martial.lib.14, Hos niſi de ſtaua loculos implere moneta

Non decet: argentum vilia ligna ferant.

Apud Valerium pro Marſupio ponitur, libro 7. teſte Budæo. Sic Varro 3. de Re ruſt. cap.5, Quendam deprehenſum teſſerulas conijcientem in loculum.Iuuenalis Saty. 13,

-gemmáque princeps

Sardonyeus,loculis quæ cuſtoditur eburnis.

Condi loculis.Ouid.2.Amor.eleg.15.

Nummum demittere in loculos.Horat.2.epiſt.1.

Gramina loculis depromit eburnis.Ouid.6.Faſt.

Loculus & facculus.Martial.lib.5.

Stimulorum loculi.Plautus Caſin.11,

At candidatus cedit hic maſtigia,

Stimulorum loculi. Id eſt, vt in loculis ſeruatur pecunia, ita hic meretur vt in ipſo ſtimuli recondantur,quo vexetur magis.

¶Loculus, Feretrum in quo mortui includuntur. Plin.lib.7.cap.2, Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe traduut,conditúmque loculo in templo.

Locellus,Diminutiuum {βαλανιδιον.} Martialis lib.14,

Siquid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli,

Munus erit:nihil eſt,ipſe locellus erit.

Loculatus,penult.prod.Adiectiuum,Quod habet diuerſos locos. Varro 3. de Re ruſtica,cap.17, Nam vt Pauſias, & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuerſi colores ſint,certas: ſic hi loculatas habent piſcinas,vbi diſpares diſcluſos habeant piſces. Verus exemplar habet,vbi diſcolores ſint ceræ.

Loculamentum,loculamenti, Locus diſtinctus,ſiue capſula,in qua aues & ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent : & à loculis deduci videtur. Colum.lib.8.cap.8,Vel ſi non ita competit,paxillis adactis tabulæ ſuppoununtur,quæ vel loculamenta,quibus nidificent aues,vel fictilia columbaria recipiant. Idem lib.9.cap.12.

Loculamentum,pro Conceptaculo,ſiue theca. Vitruuius libro 10. Idem, Inque eam tympani theca (ſiue id loculamentum eſt) ſiat foramen.Budæus.

Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compoſiti in bibliotheca.Seneca de Tranquill.vitæ, Apud deſidioſiſſimos vidébis quicquid orationum hiſtoriarúmque eſt, & tecto tenus extructa loculamenta.

Locuples,penult.corr.locupletis,penult.prod. {πολυπράγμων,πολυκτήμων, ὄντως} Omnis generis ſecundum Priſcianum:ablatiuo locuplete vel locupleti.Dicitur à lata humo, hoc eſt locorum plenus: qui pleraque loca,id eſt qui multas poſſeſſiones habet. Feſtus, Locupletes, locorum multorum domini. Quintil.libro 5.cap.10, Præterea ſinimus aut vi, ſicut ſuperiora: aut ὑπομολογῆσ,vt aſſiduum ab aſſe dando, & locupletem à locorum, pecunioſum à pecorum copia. De finitione, ſeu fine. Cicero de Senect.Semper enim boni aſſiduſque domini referta cella vinaria,olearia,& penaria:villáque tota locuples eſt,abundat porco,hœdo,agno,gallina,lacte,caſeo,melle. Horat.2.Serm.ſatyra 6,Locuplete in domo.

Locuples & Tenuis aut egens.contraria. Cic.4.Verrina. Sic pro Plancio, Egentes in locupletes, perditi in bonos, ſerui in dominos armabantur.

Pauperes & Locupleres,contraria.Horatius 1.epiſt.1,

-id quod

Æquè pauperibus prodeſt,locupletibus æqué.

Parum locuples.Horat.2.Carm.ode 18.

Tu me feciſti locupletem.Horat.1.epiſt.7.

Annus locuples frugibus.Horat.2.epiſt.1.

Locuples ac referta prouincia.Cic.5.Verr.

Homo domi ſuæ cum primis locuples.Cic.4.Verr.

Locuples copiis ciuitas.Cic.5.Verr.

Copioſa planè & locuples mulier.Cic.1.Verr.

Locuples copiis rei familiaris, & pecunioſus. Cicero pro Roſc. Comœdo.

Domus locuples.Horat.1.Serm.ſaty.6, -quum ponit vterque

In locuplete domo veſtigia.

Locuples oratio, Diues verborum & abundans. Cic.3.de Oratore, Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus : cuius membra & pedes, vt ait idem, ſunt in omni locupleti oratione diffuſa.

Oratione locuples Lyſias,rebus ipſis ieiunior.Cic.5.de Fin.

Locuples,& ſpecioſa vult eſſe eloquentia. Quintil.lib.5.cap.14.

Locupletior Latina lingua quàm Græca.Cic.1.de Finib.

Locuples,Largè inſtructus & copioſus,metaphoricès. Cicero 1.de Nat.deor. Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum eſt quàm deorum:quòd pluribus generibus fruitur voluptatum.

¶Locuples,Firmus certúſque ad rem quamlibet.Vnde locuples teſtem authorem dicimus,locupletem teſtem,locupletem tabellarium. Poſſumus etiam locupletem teſtem interpretari bonum & magnæ authoritatis,quem ipſe Cicero grauiſſimũ etiam vocat. Teſtes ex cenſu & facultatibus ſpectantur, quòd homines tenues & egentes facile pretio ad falſum dicendum adducantur. Vnde teſtes idonei,locupleres teſtes dicebantur. Cicero in Topicis, Opulentos homines,& ætatis ſpatio probatos,dignos quibus credatur putamus. non recte fortaſſe:ſed vulgi opinio vix mutari poteſt.

Locuples author. Cicero 2.de Diuinat. Iam Pythagoras & Plato locupleriſſimi authores, quo in ſomnis certiora videamus, præparatos,&c.

Locuples teſtis.Cic 3.Offic.Accedit eodem teſtis locuples Poſſidonius:qui etiam ſcribit in quadam epiſtola,&c.

Locuples tabellarius,pro Fideli, certo, & idoneo, cui rectè literas committere poſſis. Cic.ad Qu.fratrem,lib.3, Sed quæro locupletem tabellarium accipiat.

Locuples ad augendum facultatem dicendi. Quintil.lib.10.cap.1. De Varrone.

Locupletior.Horat.1.Serm.ſaty.1.

Locupleto,locupletas,penultima producta {πλουτίζω} locupletãre,Locis & poſſeſſionibus quempiam ditare. Quanuis etiam ad omnia,ſicut Dito, capi poſſit, vt quum quis opibus, rebúſque etiam incorporeis ditatur. Colum.lib.3,Vt antè perpenſum,& explorarum habeamus, vt locupletet patremfamiliæ vineatum cultus. Cicero 5.Verrina, Ob haſce res quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Idem 1.Offic. Hi arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri,ſi locupleient eos quacunque ratione.

Locupletatus mancipiis,argento,veſte.Cic.7.Verr.

Locupletare fortunis.Cic.2.de Lege agr.

Locupletare eloquentiam. Cic. de Claris Orat. Qui non linguam modò acuiſſes exercitatione dicendi,ſed & ipſam eloquentiam locupletauiſſes grauiorum artium inſtrumento.

Locupletata voluptas perfectione vitæ:Id eſt aucta.Cic.2.de Fin.

Loco,locas {τίθημι,κατατίθημι,μισθόω,κατακλίνω} locãre, Quaſi in loco ponere, Conſtituere Virgil.1.Æneidos,

-hîc alta theatri

Fundamenta locant. Cic.ad Senatum,lib.15, Caſtráque ad Cybiſtra locaui.

Ordine locare aliquid.Virg.5.Æneid.

Ante aciem aliquem locare.Tacit.in lib.de Germanis,Quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant.

Locatus à parte muri.Plin.lib.7.cap.38.

Aduerſione locare, vel Per aduerſionem, Vide Aduerſio in ADVERSVS.

¶Locare agrum fodiendum : Id eſt dare agrum fodiendum pacta mercede Plaut.Amphitr.14,Perinde eſt præbere, acſi agrum ſterilem fodiendum loces. Sic Locare ſternendum locum, Cic. ad Atticum, libro 14.

Agros locare,Dare alicui colendos,mercede conſtituta.Plin.lib.7. epiſt.30,ad Genitorem,Inſtat & neceſſitas agrorum locãdorum perquàm moleſta,adeò rarum eſt inuenire idoneos conductores. Cic. Verr.5, Xenonis Meneni nobiliſſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus.

Arcem locare,& vrbem condere.Lucret.lib.5.

Argentum locare: Id eſt inſumere in mercatura exercenda. Plaut. Moſtel.4,Nec quicquam argenti locaui tam diu vſquam æquè bene.

Argentum fœnori locare,pro Fœnori dare.Plaut.Moſtel.8, Sceleſtiorem ego annum locando argento fœnori.

Nunquam vllum vidi.

Beneficium apud gratos locare.Liu.7.ab Vrbe.

Malè locata beneficia,Vide MALVS.

Loces me caſtrandum,Des me caſtrandum.Plaut.Aululatia, 7, Si hercle ego te non elinguandam dedero, vſque ab radicibus:

Impero,authóritque ſum vt me cuiuis caſtrandum loces. Idem Capt. 13, Qui locant cædendos agnos,& duplam aguinam danunt.

Pro cornibus equites locare.Quintil lib.2.cap.13.

Faciendum locare.Sulpitius ad Cic.lib.4, Vt idem Athenienſes in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendum locarent. Sic Liu.4.bel.Maced.Ædiles eam biennio antè ex multatitio argento faciendam locarant.Hoc eſt, commiſerant & curauerant.

Filiam locare.Hoc eſt nuptum tradere.Terent.Phorm.4.3,

-quæſo,quid ſi filiam

Suam vnicam locaret? Idem Phorm.5.1,

Vt potui virginem nuptum locaui huic adoleſcenti.

Locare in luculentam familiam.Plaut.Ciſtel.7,

-vbi tu iam locêre in luculentam familiam,

Vnde tibi talenta magna viginti pater Det dotis.

Fundamenta in ſtabili loco locare.Plin.lib 36.cap.14.

Fundamenta theatri locant.Virg.1.Æneid.

Locare fundum in quinquennium. Paul.in l. Si à Colono. D. De verborum obligat.

Funus locare.Cic.7.Verr.

In area locare.Horat.1.Serm.ſaty 8.

Locarii in dominatu. Cic.4.de Fin. Quum autem aſſumpta ratio eſt,tanto in dominatu locatur,vt omnia,&c.

In matrimonium locare.Plautus Trinum.11,

Tum tu igitur demum adoleſcenti aurum dabis,

Vbi erit locata virgo in matrimonium.

In numero veterum locare.Quintil.lib.10.cap.1,Quem in numero veterum

veterum locare non tineas.Id eſt annumerare inter veteres.

In parte regni locare aliquem.Virg.4.Æneidos,

-eiectum,littore egentem

Excepi,& regni demens in parte locaui.

Locatus in præſidio à Pop.Rom.Cic.1.de Fin.

In certa regione locata anima.Lucret.lib.3.

In ſede locare aliquem. Virgilius 2.Æneidos,

-ſic ore effata,recepit

Ad ſacra ſeſe,& longæuum in ſede locauit.

Inſidias alicui locare.Plaut.Rud.12,

Metuo hercle ne illa mulier mihi inſidias locet,

Vt comprehendat cum ſacra vina Veneria. Hoc eſt,ſtruat & ponat.

Non inutiliter interim ex quæſtionibus in exordio locabuntur. Quintil.lib.4.cap.1.

Legionem locare.Tacit.lib.20,Capuæ legio tertia hyemandi cauſa locatur.

Noctes locare. Ouid.1. Amor. elegia 10,

Sola viro mulier ſpoliis exultat ademptis,

Sola locat noctes:ſola locanda venit.

Operam ſuam locare alicui, Aliquid faciendum ſuſcipere.Gellius, lib.3.cap.3 , Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur,operam piſtori locaſſet.De Plauto.

Locaſti optimè operam. Plaut.Amph.4,

Perge nox,vt occæpiſti:gere patri morem meo:

Optimè optumo optumam operam das,daram pulchrè locas.

Operam ad artes nugatorias locare.Plaut.Trinum.13,

-nam ego operam meam

Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.

Locaſti te ad.Plaut.Rud.13, Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduca locem?

Opus aliquod locare alicui.Plaut.Aſin.9.

Locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. Cic.3.Verr.

Locare ornamenta,Id eſt tradere.Plaut.Curc.9.

Sedes & templa locarunt in cælo.Lucret.lib.5.

Locare vigiles nocturnos,. Plaut.Amphit.4,

Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat.s.bene facit. Id eſt,conſtituit.

Locetis ita virtutem.Cic.de Amicit. Vos autem hortor,vt ita virtutem locetis,ſine qua amicitia eſſe non poteſt : vt ea excepta , nihil amicitia præſtabilius putetis.

Vitam in tranquillo locare.Lucret.lib.5.

Verbem Patrui,ſedéſque locauit Teucrorum,Virg.1. Æneid.

¶Locare,pro Cõducere.Varro in præfat.lib.2.De re ruſtica, Igitur quòd nunc intra murum ferè patres familiæ correſerunt , felicitis falce & aratro,& manus mouere maluerũt in theatro ac circo,quàm in ſegetibus ac vinetis , frumentum locamus qui nobis aduehat ex Africa & Sardinia.

Locito,locitas,pen.corr.{ἐπιμισθόω} locitãre , Frequentatiuum formatum à ſupino, a in i mutata. Terent.Adelph.5.8,

-agelli hic ſub vrbe eſt paululum,quod locitas foras.

Locarium,locarij,Vide LOCARIVS.

Locarius, locarij . Martial.libro 5, de Hermete gladiatore nobiliſſimo, Hermes diuitiæ locariorum. Locarij(ait Dominus)dicũtur illi,qui locant foros ad ſpectandum : vt dicat Hermetem eſſe diuitias locariorum , quòd multi conſluerent ad eum ſpectandum,conductis locis à locatoribus.Vel locarios dicit eos, qui ad ludos inſtruendos inſtrumenta locare ſolent. Vel locariorum diuitiæ,quia diligebatur ab iis qui ludis delectabantur. Hactenus ille , Varro tamen de lingua Latina,lib.4, Locarium,inquit,quod datur in ſtabulo & taberna,vbi conſiſtant. Ex quo Varronis loco Cælius lib.4.cap.23, locum Martialis putat liquidò explicariin quo fluctuar Domitij ſententia.

Locator,pen.prod.{ὁ ἐπιμισθῶν} Verbale. Budæus , Quanquam locator ſit plerunque qui pretium accipit,& conductor qui dat: vt ſit locator dominus,conductor inquilinus:tamen nonnunquam vicenerſa euenit,vt locator pretiũ det,conductor accipiat. Plin.lib.7.cap.52,Romæ quoque Corſidium materterræ ſuæ maritum funere locato reuixiſſe,& locatorem funeris ab eo elatum.

Locatio {ἐπιμίσθωσις} Aliud verbale , quod idem ſignificat ac Conductio,tam eius qui pretium dat,quàm eius qui id accipit. Cic.3.Verr. Hic iſtius ſcelerata locatione , nefarióque latrocinio, bonis patriis, fortunísque omnibus ſpoliatus venit in iudicium. Idem ad Atticum, lib.4,Diſturbata porticus Catuli,quæ ex s.c. COSS.locatione reficiebatur,& ad tectum penè peruenerat.

Inducere locationem. Cic.ad Atticum,lib.1, Aſiani qui de Cenſoribus conduxerunt , queſti ſunt in Senatu , ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe : vt induceretur locatio , poſtulauerunt. Hoc eſt minueretur locationis pretium.

Ludificari locationem,Vide LVDVS.

Locuſta,locuſtæ {ἀκρὶς} animal ex inſectorũ genere.Vide PLINIVM lib.11.cap.29.

Locutio,Locutor,Locutuleius,Vide LOQVOR.

Lodix,lodicis , pen.prod.fœm.gen. {ἱπποβάμμα} Operimentum lecti. Iuuen.Saty.6. Et Saty.7,

Magnæ mentis opus,nec de lodice paranda

Attonitæ,currus,& equos,faciéſque deorum Aſpicere.

Lodicula,lodiculæ,pen.corr. {ἱπποβαμμάτιον} Diminutiuum.Suet.in Auguſto, cap.83 , Ita vt in extremis ſpartiis ſubſultim decurreret , ſeſtertio,vel lodicula inuolutus.

Lœdoria,lœdoriæ {λοιδορία} Conuicium,maledictum,opprobrium, ſales conuicioſi. Macrob.lib.7. Satur.cap.3, Præter categoriam quæ eſt αὐξησ,& præter διαβολὴν quæ delatio eſt , ſunt alia duo apud Græcos nomina,Lœdoria,& Scomma:quibus nec vocabula Latinè reperio,niſi forrè dicas Lœdoriam exprobrationem eſſe ad directam cõtumeliam.Scomma enim penè dixerim morſum figuratum,quia ſæpe fraude vel vrbanitate tegitur , vt aliud ſonet,aliud intelligas. Eſt autem Lœdoria huiuſmodi: Oblitúſne es quum falſamenta vendebas?Vide plura ibidem.

Logeum , pen.prod. {λογεῖον} Pulpitum ſignificat. Teſtis Vitruuius, lib.5.cap.8.

Logos {λόγος} apud Græcos modò ſermonem,verbum,orationem ſignificat:modò rationem,modum,ſuppurationem. Nonnunquam & pro libro vſurpatur:A verbo λέγω,quod eſt dico,ſiue colligo.

Logos,pro dicto ridiculo & contemnendo ſumitur. Cic pro Gallio,Ego re certo ſcio omnes logos,qui ludi dicti ſunt,animaduertiſſe.Hæc Nonius. Terent.Phor.3.2,Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchrè dices.n.logi.

Logarium , Ratiuncula. Vlpianus in l. Qui penum.§.vlt. D. De penu leg. Sed & chartas ad ratiunculam,vel ad λογάρια pertinentes.

Logodædalus logodædali , pen.correpta{ λογοδαίδαλος.} Sermonis artifex.Cic.in Orat. Hæc tractaſſe Thraſymachum Chalcedonium primum,& Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzãtium, multóſque alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logicè,logices:ſiue Logica,logicæ,pen.corr.{ λογικὴ} Latinè rationalis. nam Græci λογικὸν , rationale dicunt. Cic.1.de Finibus,Iam in altera philoſophiæ parte quæ eſt quærendi ac differendi,quæ λογικὴ dicitur, iſte veſter,vt mihi quidem videtur,planè inermis ac nudus eſt. Ibidem, Totáque eſt logice,quam rationem differendi voco.

Logica,logicorum,neut.gen.{ λογικά.} Cic.4. Tuſcul.Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici , quæ logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.

Logiſtoricum, pen.corr.{ λογιστόριον} Liber,ſermonum & dictorum inſignium narrationem continens. Gellius lib.4.cap.19, Marcus Varro in logiſtorico ſcripſit. A logo & hiſtoria dictum videri poteſt.

Loligo,pen.prod.loligínis,fœm.gen.{ἑλέδιος} Genus piſcis,dictum eſt quaſi volligo,vt ait Varro de Ling. Lat. Plinius lib.32. cap.15. Sunt lacertorum genera,loligo volitans,locuſtæ,lucernæ,&c. Idé lib.32. cap.2,Trebius Niger loligines euolare ex aqua tradit,tanta multitudine,vt nauigia demergant. Hic piſcis caput inter pedes & ventrem habet , quem vulgò *calamarium* vocant à thecæ calamariæ ſimilitudine. Habet enim officula duo quaſi cultrum & calamum , & eruorem nigrum atramenti modo,quum extenè albus ſit.

¶Loligo , pro Liuore hominis atri , id eſt maleuoli. Horatius 1. Serm.ſaty.4, -hic nigræ ſuccus loliginis,hæc eſt

Ærugo mera. Porphyrio.

¶Lolligo in carmine gemino ll ſcribi debere teſtantur nonnulli, quum longa ſit prima,& à volo volas deriuetur , habente primã correptam,vt eſt in præſcripto loco Horatij.

Loliguncula,loliguncúlæ,penult.corr.{ τευθίδιον }Diminutiuum. Plaut. Caſina,11, Emito ſepiolas lepidas,loliguncúlas ordeias.

Lolium, lolij {ζιζάνιον} Herbæ genus ſegetibus inimicum , quod Gallis *ywraie* ab inebriando dicitur. Græcè appellatur ζιζανία. Plin.lib.18. cap.17,Nam lolium & tribulos,& carduos, Iappáſq; nõ minus quàm rubos , inter frugum morbos potius quàm inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Virg.1. Georg.Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Lolio victitare dicuntur,qui viſu ſunt imbecillo: nocet enim oculis lolium , propter vapores acreis,quos in cerebrum attollit. Plaut. Milit.6,

Mirum eſt lolio victitare te,tam vili tritico.Ouid.1. Faſtorum,

Et careant loliis oculis vitiantibus agri.

Loliarius, Adiectiuum{αἰρετικὸς} Ad lolium pertinens.Colum.lib.8.cap.5, Cribro vitiario,vel etiam loliario , qui iam fuerit in vſu,pulli ſuperponantur.

Lomentum, lomenti { λέπυρα } Farina fabacea qua ad eruganda corpora vſa eſt antiquitas.Martial.lib.5.88,

Lomento rugas vreri quod cõdere tentas. Lomentum,Græci λέπυρα vocant, quod tritum propriè ſignificat,vt ait Hermolaus. Plin.lib. 33,Subtiliſſimum genus lomenti , quod quidam tritum vocant , quinis aſſibus æſtimatum.

Lonchitis,pen.prod.{λογχίτης} Eadé herba eſt quæ xiphion aut phaſganion , quanquam auſpidi ſimilis ſemine : habet enim folia porri. Plin.lib.25.cap.11, Appellamus etiam plantaginis ſpeciem oblongam à lanceæ ſimilitudine vulgo lonchitim,vel lanceolaram.

LONDINIVM {λονδίνιον} Ptolemæo,aliis Londinum, Britanniæ inſulæ metropolis.Vulgò Loudon,*Londres*.

Longæuus, Vide LONGVS.

Longanon , pen. prod. {ἀκροδυσμάριον} vel vt alij ſcribunt Longauo, Rectum inteſtinũ dicitur, quod iuxta anum eſt,& excrementa emittit,ſic dictum,quia in longum protenditur,& non eſt ita orbibus implicitum ſicut inteſtinum tenue. Apitius, Longanones porcinos ex rure Tarentino farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

Longus, Adiectiuum { μακρὸς } Porrectus.Virgilius 9.Æneidos, Stant longis innixi haſtis & ſcuta tenentes.

Longior ſum quàm tu.Plaut.Trinum.13, -qua facie eſt homo?

s. Seſquipede quidem eſt,quàm tu longior.

Longum ſeſquipede,latum pede.Plin.lib.35.cap.14.

Longus pedes ſeptem. Plinius lib.6.cap.vlt. In hoc cæli circumplexu æquinoctij die media, vmbilicus , quem gnomonem vocant, ſeptem pedes longus , vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit.

Longus pedum quatuor. Columella lib.2.cap.11, In morem horti areas lata pedum denũm , longas pedum quinquagenũm facito. Paulò poſt , Atque ita menſe vltimo Aprilis ſerito tantum, quantum vt ſinguli cyathi ſeminis locum occupent decem pedum longum,& quinque latum.

Non ita longus, Vide NON.

¶Abſentia longa & continua.Tacit.lib.3.

Ætas longa.Horat.1.Serm.ſaty.4.

Æuum longum.Horat.de Arte.

Agmen longum paſcitur per valles. Virg.1.Æneid.

Aluus longa.Virg.3.Georg.

Ambages longæ.Virg.1.Æneid.

Longus amor,Id eſt diuturnus.Virg.3.Æneid.
Anni longi.Ouid.1.Amor.eleg.3.
Bellum longum.Virg.2.Æneid.
Certamen longum.Horat.1.epiſt.10.
Circuitus longus.Virg.3.Æneid.
Crines longi.Virg.7.Æneid.
Curſus longus.Virg.3.Æneid.
Dies longa.Plaut.Epid.11.Id eſt longum tempus.
Dies longi.Celſus lib.1.cap.2,Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile eſt.
Experimenta longa & magna. Plin.epiſt.110, Quod mihi cognitum eſt,non fama,qua alioqui optima & meritiſſima fruitur,ſed longis magniſque experimentis.
Fabula non longa.Horat.2.Serm.ſaty.1.
Facies longa.Horat.2.Serm.ſaty.4.
Feriæ longæ.Horat.4.Carm.ode 5.
Fletus longos ciebat.Virg.3.Æneid.
Fluctus longi.Virg.3.Georg.
Haſtæ longæ.Virg.9.Æneid.
Interuallum longum.Virg.5.Æneid.
Iter longum.Horat.1.Serm.ſaty.5.
Latus longum.Virg.3.Georg.
Libri longi,Prolixi & fuſi.Plaut.Perſa,10,
Librorum enim ecce illum plenum ſorracum habeo.
Si hoc accuraſſis lepidè,cui rei operam damus,
Dabuntur dotis inde ſexcenti tibi
Longi,atque Attici omnes.
Militia longa.Horat.2.Carm.ode 7.
Mora longa.Ouid.1.Metam.
Mora non longior plena hora.Ouid.10.Metam.
Nauis longa. Liu.7.bel. Pun. Additæ ei ad præſidium prouinciæ quinquaginta longæ naues .
Negotia longa.Horat.3.Carm.ode 5.
Nox longa,diéſque longa.Horat.1.epiſt.1.
Obliuia longa.Virg.6.Æneid.
Opulentia longa.Tacit.lib.14 , Rex Icenorum Praſutagus , longa opulentia clarus.
Opus longum.Horat.de Arte.
Ordo longus. Virg.1.Æneid.
Pes longus.Horat.1.Serm.ſaty.2.
Piper longum.Plin.lib.12.cap.7.
Potentia longa.Ouid.2.Metamorphoſeos,
-nulla potentia longa eſt.
Seceſſus longus.Virg.1.Æneid.
Senectus longa.Horat.2.Carm.ode 16.
Series longiſſima rerum.Virg.1.Æneid.
Sermo longus.Virg.1.Æneid. Plaut.Trinum.11,
-at enim nimis longo ſermone vtimur.
Seruitium longum.Horat.2.Serm.ſaty.5.
Spatium longius æquo.Lucret.lib.4.
Spatium longius anno.Ouid.epiſt.17.
Longum,diutinámque ſupplicium.Plaut.Milite,9,
-at ita di me dexẽque omnes ament,
Niſi mihi ſupplicium virgarum de te datur
Longum,diutinúmque,à mane vſque ad veſperum.
Tempus longum.Virg.2.Georg.
Tractus longi flammarum.Virg.1.Georg.
Verſus longi. Cic.2.de Legibus , Ne plus quatuor heroicis verſibus,quos longos appellat Ennius.
Via longa Mart.lib.1, Et comites longæ quæris habere viæ.
Vmbræ longæ.Plin.lib.12.cap.1.
¶Longus,pro Pernicioſo.Virg.1.Æneidos,
Infelix Dido , longúmque bibebat amorem.
¶Nimium longi ſumus in rebus apertiſſimis. Cic.2.de Finibus.
Longior eſſe nolo. Cic.1.de Nat.deor.Poſſum de ichneumonum vtilitate,de crocodilorum,de felium dicere:ſed nolo eſſe longior.
¶Longum eſt. Terent.Phorm.3.2, Experire,non eſt longũ. Id eſt non multi temporis. Idem And.5.6, Meminiatque adeò lõgum eſt, nos illum expectare dum exeat. Id eſt diutius expectandum nobis eſſet. Cic.4.Acad.Longum eſt explicare.
Longum eſt & non neceſſarium commemorare quæ apud , &c. Cic.6.Verrina.
Longum eſt dicere quàm improbè fecerit. Cic.3.Verr.
Longum eſt refellere & ſuperuacaneum. Plin.lib.7.cap.43.
Longum eſt ſi.Terent.Heaut.2.3, -longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem quam ob rem id faciam.
Ne longum faciam,Id eſt, Vt breuiter dicam. Horatius, 1.Serm. ſatyr.3.
Longum & obſcurum. Cic.4.Verr.Atque adeò hoc ne longius aut obſcurius eſſe poſſit,procedite in medium,explicate,&c.
¶Nihil mihi longius quàm. Cic.pro Rab.Poſthum.Nec mihi lõgius quicquam eſt iudices,quàm videre hominũ vultus.De Alexandrinis loquens. Id eſt nihil moleſtius, aut nihil deſyderatius. Idem ad Matium, lib.11,Quem quum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret, tum ille nihil ſibi longius fuiſſe quàm vt me videret.
Longius abeſſe,& de tempore dicitur.Cæſar.3.bel.Gal.Neque longius abeſſe , quin proxima nocte Sabinus clàm ex caſtris exercitum educat.
¶In longum ducere. Virg.9.eclog. Cauſando noſtros in longum ducis amores.Hoc eſt,differs.Seruius.
In longum durare.Vide Duro,duras,in DVRVS.
Sufficere in longum.Tacit.lib. 20, Ita paucis diebus per licentiam abſumpta ſunt,quæ aduerſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent.
In longum eſſe.Tacit.lib.11,Nec multo pòſt Curtius Rufus eũdem honorem adipiſcitur:qui in agro Mattiatico recluſerat ſpecus quærendis venis argenti:vnde tenuis fructus,nec in longum fuit.
In longum trahere,Vide IN.
Longùm,Aduerbium,Longo tempore.Virg.10. Æneidos,
-non me,quicunque es,inulto,
Victor,nec longum lætabere.
Vale longum.Virg.3.ecloga,
Et longum formoſe vale,vale,inquit,Iola.
Sis memor ô,longúmque.vale.Claud.2.de Raptu Proſ.
Longè, Aduerbium { μακρὰν, πόῤῥω, πόῤῥω } pro longitudine tam temporis quàm loci.
Longè latéque diffuſum aut diſperſum.Cicero 2.de Finibus,Quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti, tam longè , latéque diffuſi , niſi quòd &c. Idem pro lege Manil.Ita tantum bellum,tam diuturnum, tam longè latéque diſperſum,&c.
Longè à mari rus eſt. Terent.Eunucho, 3.3, Rus Sunij & quòd habeam & quàm longè à mari. Cic. pro Lege Manil. Longè à domo bellare. Idem 7.Verr.Qui locus eſt nõ longè à Syracuſis. Sic.1.de Legibus, Non longè ab ædibus. Liu.1.ab Vrbe, Principibus longè ab domo excitis.
Longè abieram. Terent.Eunuch. 4.2.
Ne longè abeam,per tranſlationem. Cic.libro 2.de Finibus.Vide ABEO.
Abeſt longé.Ouid.8.Metam.
Longè hinc abeſt.Plaut.Rud.7, -ilico nos hic imus
Haud longulè ex hoc loco : verùm longè hinc abeſt , vnde vectæ Sumus.
Longè gentium abeſt, Idem quod maximè longé. Cic. Att.lib.6, Non quo me aliquid iuuare poſſes', quippe res enim eſt in manibus, tu autem abes longè gentium.
Longè à me abeſt.Plaut.Curcul.3. Cic.ad Titium,lib.13,Sentiátq; meam ſibi amicitiam,etiam quum longiſſimè abſim,prodeſſe in primis apud te.Sub.à te.
Abeſſe longè,procul,&c.Vide ABSVM.
Arcere aliquem longé.Virg.1.Æneidos,
-iactatos æquore toto
Troas,reliquias Danaũm,atque immitis Achilli
Arcebat longè Latio.
Arcet longè ſummotos.Virg.6. Æneid.
Diſcedere longé Ouid.epiſt.21.
Diſtare longé.Lucret.lib.2.
Longè à pædagogo efferre pedem.Plaut.Bacch.8,
Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam,
Digitum longè à pædagogo pedem vt efferres ex ædibus.
Longè fugere.Plaut.Moſtel.6,
-ſi ego ita aduenientem patrem faciam tuum,
Non modò ne introeat,verùm etiam vt fugiat longè ab ædibus?
Longè ſtimulum habes : Hoc eſt longè vel in longum protenſum. Plaut.Trucul.17,
-næ iſta ſtimulum longè habet,quæ vſque illinc
Cor pungit meum.
Longè vſque illic habito.Plaut.Rud.23,
Vbi tu hìc habitas?o.porrò illic longè vſque in campis vltimis.
Longè alicui obuiam procedere.Cic.4.Verr.
Longè proſpicere futuros caſus. Cic.de Amicitia, Eo loco Fanni & Scæuola locati ſumus,vt nos longè proſpicere oporteat futuros caſus Reipublicæ.
Reſonantia longè littora.Virg.1.Georg.
Longè eſſe. Plin.in Paneg.Expectatum eſt,prouiſumque,nequis æger,nequis occupatus,nequis denique longè fuiſſet,&c.
Longè hinc eſt in ſaltum veſtrum. Cic.pro Quintio.
Longè eſt mihi.Mart.lib.1.
¶Longè , pro Multo aliquando accipitur : túnc que comparatiuo iungitur.aliquando pro Valde,& tunc ſuperlatiuo:nonnunquam nominibus , verbis, & aduerbiis : vt vides in ſubiectis exemplis. Vide Vallam lib.1.
Comparatiuo.Virg.9.Æneidos, At pedibus longè melior Lycus.
Longè longéque beatior cunctis illa eſt.Ouid.4.Metam.
Superlatiuo. Cic.1.de Orat. Principi longè omnium in dicendo grauiſſimo & eloquentiſſimo Platoni.
Longè doctiſſimus.Orat.1.Serm.ſaty.5.
Longè pulcherrimus panis.Horat.1.Serm.ſaty.5,
Longè,longéque plurimum. Cic.2.de Finibus, Alteri plurimum ſe,& longè,longéque plurimum tribuere honeſtati,ſed tamen &c.
Poſitiuis Excellens & Præſtabilis iunctum aliquando reperitur. Apul.de deo Socratis, Chalcas autem longè præſtabilis hariolus. Idem in Florid.Longè ante cæteros excellens.
Longè cæteris artibus antecedit illud ſtudium , Hoc eſt præſtat & excellentius eſt. Cic.1.Acad. Præſertim quum & ipſe in eo excellas, & id ſtudium, totáque ea res longè cæteris & ſtudiis & artibus antecedat.
¶Longè aliter. Cic.pro Domo ſua,Longè aliter atque à me dicta erant,detulerunt.
Longè aliter euẽnit.Liu. 2.bel.Pun. Idem 2.ab Vrbe,Res aliter longè euenit.
Longè antè videre futura. Cic.3.Tuſc.Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum leuit eorum aduentum , quæ venientia longè antè videris.
Longè ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignis.Liu.1.ab Vrbe.
Longè ſecus.Cic.de Amicit.Quod ſi ita eſſet,vt quiſque valetudinis minimũ in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus: quod longè ſecus eſt.
Longè alius. Saluſt.Longè mihi alia mens eſt , Patres Conſcripti.
Longè diſpar.Cic.pro Fonteio,O fortunã longè diſparem M.Fontei,ſi deligere,&c.
Longè diſſimilis ſuccus.Horat.2.Serm.ſaty.8.
Longè princeps,Id eſt excellẽtior cæteris. Cic.Bruto,lib.13,L.Caſtronius Pætus longè princeps municipij Lucenſis,eſt honeſtus,grauis,

uis,plenus officij. Liuius 1.ab Vrbe , Ius longè princeps Latini nõminis erat.
Longè primus , quemadmodum Facilè primus , hoc eſt excellentior. Cic.4.Verr.Longè primus ciuitatis eſt Epicrates. Liu.bel.Pun. lib.3,Qui tum authoritate atque opibus longè primus erat.
Longè plurimum.Cic.de Claris Orat.Coruncanum,quòd ex Pontificum commentariis longè plurimum ingenio valuiſſe videatur.
Longè plurimos captiuos ante currum duxit. Liu.1.ab Vrbe.
Longè antecellere cæteris. Cic.6.Verr.
Longè anteire.Plaut.Bacchid.12,
Quicunque vbi vbi ſunt,qui fuêre,quíque futuri ſunt poſthac
Stulti,ſtolidi,fatui fungi,bardi,buccones,blenni,
Ego longè anteeo ſtultitia & moribus indoctis.
Longè anteponere. Cic.5.Tuſc.Cuius ego iudicium, pace tua dixerim,longè antepono tuo.
Longè diſſentire. Cic.de Amicit.Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,longè diſſentimus. Id eſt nullo pacto cum eis ſentimus.
Longè errat. Terent.Adelph.1.1,
E terra t longè,mea quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod ſit,quàm illud quod amicitia adiungitur.
Longè præcedere.Quintil.lib.10.cap.1.
Præſtare longé.Lucret.lib.5.
Longè multúmque præſtat aut ſuperat. Cic.5.de Finibus, Quum longè multúmque præſtet mens atque ratio.
Longè remotus ab ambitione.Plin.epiſt.110, Sicut eſt ab omni ambitione longè remotus.
Longè,latéque remotus à vulgo.Horat.1.Serm.ſaty.6.
¶Longius,Comparatiuum { ἀποπέρω, ἀποπέρω } De loco & tempore dicitur.Plaut.Ciſtel.7, Auctà eſt,inquit, peregrè hinc habitatum longius.Idem Trinum.10.
Longius abeſſe.Hoc eſt,diutius. Terent.Heaut.5.2.
Longius abeſſe,& de tempore dicitur. Cæſar 3.belli Gall.Neque longius abeſſe , quin proxima nocte Sabinus clàm ex caſtris exercitum educat.
Longius abire.Terent.Eunuch.4.3.
Longius currere.Cic.2.de Fin.
Curare longius. Tacitus lib.19, Exploratores, vt mos eſt, longius curabant.
Longius diſcedere à naturæ conſtantia. Cic.4.Tuſc.
Ire longius.Lucret.lib.4.
Procedunt longius iræ.Virg.5.Æneid.
Recedunt longius à ſtabulis.Virg.4.Georg.
Prouehi longius.Quintil.in Procœm.lib.4.
Longius in amicitia prouectus. Cic.de Amicit. Quòd ſiqui longius in amicitia prouecti eſſent, tamen ſemper labefactari , ſi in honoris contentionem incidiſſent.
¶Longiſſimè,Superlatiuus,De loco & tempore etiam dicitur.Liu. 1.ab Vrbe, Signum , contra quod longiſſimè conſpectum oculi ferebant,animo fruiuit,&c.
Longiſſimè ab Occaſu patet. Plinius,Pars noſtra terrarum,de qua memoro,ambiẽte,vt dictum eſt,Oceano velut innatans, longiſſimè ab Ortu & Occaſu patet.
Longiſſimè abeſt à vero.Cic.4.Acad.
Longiſſimè memini.Plaut.Menæch.24 , Quid longiſſimè meminiſti,dic mihi,in patria tua?
Longiſſimè diſiuncta comprehendere. Cic.in Piſonem.
Longiſſimè,pro Longum eſt.Plaut.Stichõ,9,
-quàm dudum in portum huc venis?
P.Longiſſimè.
Longiſſimè abhorret mea ratio voluntáſque ab hoc facto. Cic.4. Verrina.
Longulè,pen.corr.Aduerbium diminutiuũ à Longé. Plaut.Rudente,7,
-illico nos hic imus
Haud longulè ex hoc loco. Idem Menæch.2,
Nam rus vt ibat,& multum fortè pluerat,
Ingreſſum fluuium rapidum ab vrbe haud longulè,
Rapidè raptorem pueri ſubduxit fides.
Longulus,pen.correpta,Adiectiuum { ὑπομακρότερος } Cic.ad Atticum,lib.16, Longulum ſanè iter,& via inepta.
Longiuſculus , pen. corr. { ὑπομακρότερος } Adiectiuum diminutiuum à comparatiuo longius. Cic.pro Archia,Quòd epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis.
Longipes,pen.corr.longipedis,pen.corr.omn.gen.{ μακρόπους.} Plinius lib.30.cap.4, Bupreſtis animal eſt rarum in Italia, ſimillimum ſcarabeo longipedi.Id eſt longos pedes habenti.
Longæuus,Adiectiuum { μακραίων, ὑπεραίων,μακρόβιος } Quod eſt longi æui. Virg.6.Æneidos,
Quem tibi longæuo ſeruum Lauinia coniunx
Educet ſyluis.
Caput longæuum.Propert.lib.4.eleg.1.
Capilli longæui.Martial.lib.14.27,
Si mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe Mattiacas,quò tibi calua?pilas.
Nutrix longæua.Ouid.epiſt.1.
Parens longæuus.Virg.3.Æneid.
Senecta longæua.Propert.lib.2.eleg.14.
Senes longæui.Virg.5.Æneid.
Vetuſtas longæua.Martial.lib.1.
Longæuitas , longæuitatis. Macrob.libro 7.Saturn.capite 5,Nam nõ minus edacitatis habent,quàm de longæuitate eorum opinio fabulatur. De coruis & cornicibus loquitur.
Longitudo,pen.prod. { μῆκος,μακρότης } longitudinis, Denominatiuum, Notam habet ſignificationem.Plin.lib.11.cap.25,Intelligi autem gracilitate & longitudine.
Longitudo itineris. Cic.9.Philippica,Non longitudo itineris,non aſperitas viarum,non morbus ingraueſcens retardauit.
¶Longitudo,De tempore etiam dicitur.Terent.Heaut.5.2, Vbi te vidi animo eſſe omiſſo,& ſuauia in præſentia
Quæ eſſent,prima habere,neque conſulere in longitudinem,
Cepi rationem,vt neque egeres,neque vt hæc poſſes perdere.
Longitudo noctis. Cic.7.Verr.Ira diei breuitas,conuiuiis:noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.
Longitudo orationis,cui Breuitas opponitur.Cic.in Partit.
Immodica longitudo.Quintil.lib.4.cap.1.
Longinquus,Adiectiuum { ἀπόπερος } Remotum,diſtans. Cic.de Senect. Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum : non quòd æquo animo ferrem , ſed me ipſe conſolabar,exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore.
Ætuum longinquum.Lucret.lib.2.
Arua longinqua.Horat.1.epiſt.8.
Bellum longinquum.Catul.Argon.59.
Longinquis bellis obruti.Plin.lib.7.cap.54.
Fornax longinqua,pro longa. Plin.lib.9.cap.38,Ac modico vapore torreri,& ideo longinquæ fornacis cuniculo.
Itinera longinqua acturi Sarmatæ,&c.Plin.lib.8.cap.42.
¶Linea longinqua,pro longa. Plin.lib.9.cap.17, Longinqua linea per os ad branchias religata.
Longinquos reſpicit montes:Id eſt remotos. Plin.epiſt.17.lib.2.
Morbus longinquus , Diuturnus. Liu.1.ab Vrbe, Donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus.
Orbis longinquus.Ouid.3. Triſt.eleg.1,
Longinquo referam laſſus ab orbe pedem.
Spes non longinqua.Stat.2.Sylu.1.
Sermo longinquus : cui Breuis opponitur. Plaut.Milit.14.
Veruſtas longinqua.Virg.3.Æneid.
Vita longinqua.Plaut.Milit.10.
Ex longinquo venire.Plin.lib.10.cap.42,Minor nobilitas,quia non ex longinquo venit:ſed expreſſior loquacitas certo generi picarũ eſt.
E longinquo multa annũtiare. Plin.lib.7.cap.52, Reperimus inter exempla, Hermotini Clazomenij animam relicto corpore errare ſolitam, vagámque è longinquo multa annuntiare, quæ niſi à præſenti noſci non poſſent.
Longinquum amanti iſtuc : Hoc eſt diutũrnum nimis & faſtidioſum.Plaut.Merc.22.
Longinquum loqui:Hoc eſt diutius. Plaut.Merc.22.
In longinquo abſens. Paulus in l.Quum ſeruus.in principio.D.De leg.1. *En lointain pays.*
¶Longinqui,Qui longè habitant. Cic.Marcel.lib.15,17, Non dubito quin præſentes cẽſeant: nos quidem longinqui,& à te ipſo miſſi in vltimas gentes.
Longinquè, Aduerbium pro Longé. Accius Andromache,
Hæc malos annos multóſq; longinquè à domo bellum gerentes,&c.
Longinquitas, pen.corr.longinquitatis, Ipſa diſtantia locorum. Cic. ad Cælium, lib.2, Propter longinquitatem & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur.
Longinquitas nauigandi.Plin.lib.31.cap.6.
Nimia longinquitate locorum commoueri.Cic.pro Leg.Manil.
¶Longinquitas ætatis.Terent.Hecy.4.2. Id eſt diuturnitas.
Longinquitas tẽporis. Cæſar 1.bel.Ciuil. Cic.2.de Finibus, Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui ſibi is conueniet,ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate? Idem 5.Tuſc.
Longiter,pro Longè, Aduerbium antiquum. Lucil.lib.3,
Non (vt opinor) id à lecto iam longiter acti. Ex Nonio. Vſus eſt & Lucretius lib.5.
Longiſco,longiſcis{ μακρύνομαι } longiſcere, Longum fieri,vel frangere. Ennius lib.17, -neque corpora firma
Longiſcunt quicquam. Idem,
Cum ſola eſt eadem faciunt longiſcere longé. Nonius.
Longurio,longurionis { ὑπομένης } Id eſt longus. Varro Triphalo,Ego nihil narro, adeò hic ita curat qui ante me eſt neſcio qui longurio. Antiquum.
Longurius , longurij { κάνθηξ } Pertica longior , quæ ſepibus hortorum vel etiam bellicis traiici ſolebat ad eas confirmandas. Varro de Re ruſt.lib.2.cap.7, Itaque in ſtabulis ab humore prohibere oportet humum, clauſa habere oſtia ac feneſtras , & inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. Cæſar 7.bell.Gall.A caſtris longurios,muſculos, falces,reliquáque, quæ eruptionis cauſa parauerat,profert.Ibidẽ,lib.4,Hæc directa materia iniecta contexebãtur, ac longuriis , cratibúſq; conſternebãtur.
Lopas , lopadis, pen.corr.fœm.gen. { λοπὰς } Genus conchæ marinæ. Plaut.Rud.8, -habemus echinos,lopadas,
Oſtreas,balanos captamus,conchas,marinam vrticam.
Loquor,loqueris,pen.corr. { λαλέω,αὐδάω, μυθέομαι,φθέγγομαι } loqui, Deponens. Varr.lib.5.de Lingua Latina,Loqui ab loco dictum : quòd qui primo dicitur fari, & vocabula, & reliqua verba dicit ante quàm ſuo quiſque loco ea dicere poteſt. Et paulo pòſt,Igitur is loquitur, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit.
Loqui,aliquando Dicere ſignificat.Cic.Papyrio Pæto,lib.9,Quum loquimur TERENTIO,nihil flagitij dicimus. Plautus Menæch.8,
-quas mulieres
Quos tu paraſitos loquere?
Accuratius loqui.Quintil.lib.3.cap.2.
Loqui ad voluntatem,Dicere quod libet. Cic.in Parad.Loquitur ad voluntatem:quicquid denuntiatum ſit,facit : adſentatur, aſſidet, muneratur. Idem de Amicitia, Quanuis multis nominibus eſt hoc vitium norandum leuium hominum atque fallacium,ad voluntatem loquentium omnia,nihil ad veritatem.
Loqui ad voluptatem:Hoc eſt,Voluptatem ſuo ſermone audientibus afferre. Cic.pro Quintio,Faterur ſe non bellè dicere,non ad voluptatẽ loqui poſſe. Legitur in emẽdationibus codicibus, voluntatẽ.
Loqui apertè. Terent.And.1.2,Ita apertè ipſam rem modò loquitus,nihil circuitione vſus es:

Loqui aliquid. Cic.3.de Finibus, Sæpiúsque ista loquemur inter nos,agemúsque communiter.
Loqui apud aliquem turpiter. Cic.2.de Fin.Méne ergo & Triariũ dignum existimas,apud quos turpiter loquare?
Asperrimè loqui de aliquo. Cic.ad Attic.lib.2.epist.22,Sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrimè loqui.
Sit mihi fas audita loqui.Virg 6.Æneid.
Mitte loqui cætera.Horat.Epod.13.
Citrà reprehensionem loqui.Quintil.lib.1.cap.5.
Commodè loqui,Vide COMMODVS.
Commodum loqui Plaut.Trinum.17.Vide ORDIOR.
Comprehensè loqui,Vide COMPREHENDO.
Confidenter loqui.Plaut.Amphit.8, -quæ non deliquit,decet
Audacem esse,& confidenter pro se,& proteruè loqui.
Confusè loqui,Vide CONFVNDO.
Conuenienter loqui,Vide CONVENIO.
Loqui cum aliquo de re aliqua. Cic.Lentulo,lib.12,Ita fum cũ illo loquutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.
Loqui cum aliquo vehementer. Cælius ad Cic.lib.8,Cum Curione vehementer loquutus est.
Loqui cum grauitate. Cic.ad Atticum, lib.9, Illud me præclarè admones, quum illum videro,ne nimis indulgenter,& vt cum grauitate potius loquar.
Loqui de.Cicero ad Atticum,lib.10, De ea re nos inter nos locutos. Idem de Amicitia, Nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur,quàm eius qui,&c.
De magnis rebus loqui. Lucret.lib.4.
Loqui deliramenta.Plaut.Amph.8.
Dulce loqui.Horat.1.epist.7.
Minus efficaciter loqui.Quintil.lib.5.cap.13.
Emendatè loqui.Quintil.lib.1.cap.5.
Loqui ex nauibus. Cæsar 3.bel.Ciuil. Loquuntur ambo ex nauibus cum M.Acilio & Statio Murco legatis.
Facta,infecta loqui.Stat.3.Theb.
Falsa loqui.Ouid.7.Metam.
Loqui familiariter cum aliquo.Plaut.Aulul.6.
Ficta loqui.Ouid.1.Metam.
Loqui porrectiore fronte,Hoc est,audacter.Plaut.Casin.6.
Furtim loqui aliquid.Ouid.epist.16.
Haud ignota loquor.Virg.2.Æneid.
Impensius loqui.Senec.de Benefic.lib.2.cap.24.
Impunè loqui.Vide in dictione Abditum in ABDO.
Loqui in eandem sententiam:Hoc est,eiusdem esse sententiæ.Cæsar 1.bel.Ciuilis, In eandem sententiam loquitur Scipio,Pompeio esse in animo Reip.non deesse,si Senatus sequatur. Cic.3.Verr.Hæc quũ omnes sentirent,& quum in eam rationem pro suo quisque sensu,ac dolore loqueretur,omnes,&c.
Inconstanter loqui,Vide INCONSTANS.
Inductum & quasi deuium loqui,Vide INDVCO.
Loqui inter se.Cic.adAttic.lib.5,Ex quo ego veni ad ea quę fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti.VIDE INTER.
Lapides lóqueris.Plaut.Aulul.6. Et apud Martial.lib.5, Theatra loqueris, & gradus,& edicta.
Latinè loqui. Cic.6.Verrina, Latinè me scitote,non accusatoriè loqui.
Latinè, & Grammaticè loqui,differunt. Quintil.lib.1.cap.6,Mihi non inuenustè dici videtur, aliud esse Latinè, aliud Grammaticè loqui.
Lautè loqui.Plaut.Milit.14,Quia enim loquitur lautè, & minimè sordidè.
Loqui lepidè.Plaut.Milit.10,Quis homo sit magis meus,quàm tu es?PE.loquere lepidè & commodè.
Liberè loqui,Vide LIBER.
Loqui lingua.Plaut.Truc.5, -malè corde
Consultare,bene loqui lingua.
Longinquum loqui,Vide LONGVS.
Magnificè loqui,Vide MAGNVS.
Magnificè magna loqui.Tibul.lib.2.eleg.7.
Magnum loqui,nitíque cothurno.Horat.de Arte.
Malè loqui absenti:Id est detrahere absenti.Terentius Phorm.2.3, Pergín' hero absenti malè loqui,impurissime?Vide MALVS.
Malè loqui mandata.Horat.de Arte.
Loqui maturè & grauiter.Plin.epist.87,Commendabat actionem, quòd tãquam homo Romanus, & bonus ciuis in negotio suo maturè & grauiter loquebatur.
Simulata mente loqui.Virg 4.Æneid.
Mirabiliter de te loquuntur & sentiunt. Cic.Figul.lib.4.13.
Mollius de peccatis suis loqui. Quintil.lib.4.cap.2,Serui nostri de peccatis suis mollius loquuntur.
Monstra ac portenta loqui.Lucret.lib.4.
Non est quod multa loquamur.Horat.2.epist.1.
Loqui nec rectè,est maledicere. Plaut.Chrysalus mihi vsquequaque loquitur, nec rectè pater. Sic nec rectè dicere vsurpatur in Asinaria.Turnebus.
Loquere mihi nomen tuum:Hoc est dic,effer. Plaut.Menæch.2.4.
Optatà loqui,Vide OPTO.
Ore rotundo loqui.Horat.de Arte.
Omnes simul vno ore loquuntur.Ouid.12.Metam.
Loqui ore duarum & viginti gentium. Plin.de Viris illust.Mithridates rex Ponti,oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur.
Ore muto nititur loqui.Ouid.2.Fast.
Otiosè loqui,Vide OTIVM.
Pancula loqui. Terent.Heaut.4.6,

Quod imperabit facito:loquitor paucula.
Planè & diserè loqui Plaut.Amphit.7,
Satín' hoc planè,satín' diserte here nunc videor tibi
Loquutus esse?
Præclia loqui.Horat.4.Carm.ode 15.
Loqui pro aliquo.Cælius ad Cic.lib.8, Pro Cæsare loqui cœpíse.
Pro re pauca loquar.Virg.4.Æneid.
Loqui rem aliquam,pro De aliqua re.6.Senec.epist.91. Virg.eclog. -quid loquar aut Scyllam Nisi,&c.
Secretò loqui cum aliquo.Horat.1.Serm.saty.9.
Secum loqui.Plaut.Mostel.7,Quid tute tecum loquere? Cic.pro Quintio,Ne hæc quidem tecum loquutus es.
Securius inter cœnam loqui de aliquo.Quintil.lib.6.cap.3.
Submisse loqui.Quintil.lib.6.cap.5.
Superba loqui.Propert.lib.1.eleg.10.
Verba fortia loqui.Ouid.ad Liuiam.
Verba loquor socianda chordis.Horat.4.Carm.ode 9.
Vitiosè loqui.Quintil.lib.1.cap.6.
Voce supplice loqui.Ouid. 4.de Ponto,eleg.6.
¶Orsa loqui vates.Virg.6.Æneid.
¶Loqui & dicere.Cic.in Bruto,Scipio collega meus mihi sanè bene & loqui videtur & dicere. Hic docet,loqui & dicere non idẽ esse. Nam disputandi ratio & loquendi,Dialecticorum est:Oratorum autem,dicendi & ornãdi. Cic.in Orat.de Rhetorica & Dialectica verba faciens:Vt hoc videlicet differant inter se,quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi cõtractior. Sensus est:Ratio dicendi,quæ Rhetorica est,latè copiosèque differit:ratio verò loquendi seu disputandi, breuiter contractèque rem agit. hæc autem est Dialectica. Paulo antè dixerat, Aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse,quod dicere:attamen vtrunque in disserendo. Disputandi & loquendi ratio Dialecticorum sit, Oratorum autem dicendi & ornandi. Sensus est:Loqui est,quomodocunque verba facere: Dicere verò,polirè & ornatè. Sed tamen vtrunque, siue quis oratione vtatur,siue disputatione,siue loquatur,siue dicat,in disserendo versatur. Est enim disserere, verbum commune,tam ad Rhetores quàm ad Dialecticos pertinens.Nam Dialectica,ratio disserendi Latinè vocatur:& qui dicendo valent, diserti appellantur.
¶Loquier,pro Loqui.Cic.ad Atticum,lib.12,Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publilio loquier, ad me cum illo venturam, & se vnà si ego paterer. Vetustus codex habet loqueretur.
¶Loquuntur hoc palám. Cic.5.Verr.Hoc quum palàm decumani tota prouincia loquerentur,&c.
Loquuntur vulgò,suppositum,&c.Hoc est vulgò circũfertur. Cic. 7.Verr. Quum vulgò loquerentur,suppositum in eius locum quem pro illo probare velles,&c.
Loquuntur annales,loquuntur historiæ: Hoc est,referũt,commemorant. Cic.pro Domo sua, Vt annales populi Rom.& monimenta vetustatis loquuntur. Idem 4. Acad. Ego autẽ quum Græcas literas M.Catonem in senectute didicisse accepérim: P.autem Africani historiæ loquuntur in legatione illa nobili,&c.
Loquitur res ipsa: Hoc est, apertissima est, & fermone non eget. Cic.ad Attic.lib.3, Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.
Conclusio ipsa loquitur nihil percipi posse. Cic.4.Acad.
Loquitur fama.Martial.lib.1.
Digiti cum voce locuti.Tibul.3.eleg.4.
Hæc quidem mera scelera loquuntur. Cic.ad Attic.lib.9.
Loquendi,loquendo,loquendum {τοῦ φθέγγεσθαι.} vt
Complexus,seriésque loquendi. Quintil.lib.1.cap.5.
Finem dedit ore loquendi.Virg.6.Æneid.
Forma loquendi.Quintil.lib.1.cap.6.
Lex,& obseruatio loquendi.Quintil.lib.1.cap.6.
Ratio loquendi.Quintil.lib.4.cap.2.
Studium immane loquendi Ouid.5.Metam.
Vices loquendi.Ouid.2.de Ponto,eleg.10.
Vires loquendi habere.Ouid.2.Fast.
Valet loquendo.Ouid.13.Metam.
Consumere tempora loquendo.Ouid 5.Trist.eleg.14.
Loquendus, Participium {μυθιστέος.} Martial.lib.5, Quem chartis famæque damus populíque loquendum.
Loquens,Participium {ὁ φθεγγόμενος.} Cic.3.de Legibus, Veréque dici poterit,magistratum,legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. Plaut.Rudent.24,Eò tacent, quòd tacita bona est mulier semper quàm loquens.
Omnia magna loquens.Horat.1.Serm.saty.3.
Perpauca loquens.Horat.1.Serm.saty.4,
Di bene fecerunt,inopis me,quódque pusilli
Finxerunt animi,raró & perpauca loquentis.
Verba violenta loquens.Ouid.3.Metam.
Voce furtiua loquens.Catul.ad Ianuam,epigr.62.
Inducere aliquem loquentem, Vide INDVCO.
Chordæ loquentes.Lucret.lib.4.
Supercilio penè loquente signa dare.Ouid.epist.16.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Loquentia,loquentiæ {λαλία} in compositione duntaxat vsurpatur, vt
Breuiloquentia, multiloquentia, blandiloquentia, & siqua alia sunt huiusmodi. Quanuis Valerius Probus Grammaticus illustris illud Salustianum sic legendum, & sic ab eo relictum affirmate solitus sit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. quòd loquentia nouatori verborum Salustio maximè congrueret, eloquentia cum iasipientia minimè conueniret.Hæc Sipont.ex Gell.lib.1.cap.15.
Locutus,siue loquutus,pen.prod. Participium {φθεγξάμενος.} vt Dicenda,tacenda locutus. Horat.1.epist.
Mirificè sperabat se esse locutum.Catull.de Ario,epig.79.
Furtim lingua titubante locutus.Ouid.3.Trist.eleg.1,
Sic ore locuta est.Virg.1.Æneid.

Blando

Blando ore locutus.Valer.8.Argon.
Demissa voce locuta est.Virg.3.Æneid.
Tristi voce locutus.Ouid.7.Metam.
Locutio, siue Loquutio, Verbale {φράσις} Sermo, siue verbum. Cic.1. Offic.Ex mœstitia,ex hilaritate,ex risu,ex locutione. Idẽ de Claris Orat.Solum quidem,inquit ille, & quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam. Quintil.lib.1.cap.10, Quid enim tam necessarium,quàm certa locutio?
Locutio procax.Catul.in Epithalam.Iuliæ,56.
Recta locutio.Quintil.lib.1.cap.6.
Locutor,siue loquutor, pen.prod. {λάλος} Qui nimium loquitur. Gel. lib.1.cap.15,Qui sunt leues & futiles & importuni loquutores.
Locuteleius,locuteleij {ἀδυσώφλωσσος} Linguax, lingua prodigus & infrænis.Gel.lib.1.cap.15, Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba prouectos, locuteleios, & blateroues,& linguaces dixerunt.
Loquitor, pen.corr.loquitaris {λαλίω} loquitari, Frequentatiuum deponens. Plaut.Bacchid.18,
Eho tu loquitatúsne es gnato meo malè
Per sermonem,quia mihi id aurum reddidit?
Loquax {λάλος, σοιμμαλέγος} loquacior, loquacissimus, Verbosus, garrulus. Cic.in Parad. Adolescentibus paulo loquacioribus est seruiendum.
Loquax & Mutus,contraria.Cic.2.de Oratore, Istam autem totam dimittamus,quæ in excogitãdis argumentis muta nimium est,in iudicandis nimium loquax. De Dialectica.
Nutu,manibúsque loquax.Claud.8.Paneg.
Auis loquax.Ouid.3.Trist.eleg.12.
Loquax epistola,Verbosior & longior.Cic.ad Attic.lib.4.
Fama loquax.Ouid.9.Metam.
Lymphæ loquaces.Horat.3.Carm.ode 13.
Nutus loquaces.Tibul.lib.1.eleg.2.
Oculi loquaces.Tibul.lib.2.eleg 7.
Ranæ loquaces.Virg.3.Georg.
Loquax senectus.Cic.de Senect.
Vultus loquax.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Loquaculus,& Loquacula, pen.corr. {λαλίσκος.} Lucret.libro 4,At flagrans,odiosa,loquacula.
Loquacitas, pen.corr. {ἀδολεσχία, ἀεικαλία} Stulta & inanis copia loquendi. Cic.ad Attic.lib.7, Loquacitati igoscees, quæ & me leuat ad re quidem scribẽtem, & elicit tuas literas. Idẽ 1.de Orat.Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse,qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu,neque ex scholis cantilenam requirunt.
Conterrere loquacitatem vultu, Vide CONTERREO.
Inhibere loquacitatem immodicam. Plin.lib.28.cap.8.
Loquaciter,pen.corr. Aduerbium {φολυλόγως.} Cic.pro Murena, Quid huic tam loquaciter litigioso respondere ille,vnde petebatur, non habebat.
Scribetur tibi forma loquaciter.Horat.1.epist.17.
Loquela, pen.prod. {λόγος, λαλία.} Cic.4.de Finibus, Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ,vt ait Accius,malitiæ natæ sunt. Quædã exemplaria legunt fallaci loquentiæ.
Blanda atque infracta nutricis loquela.Lucret.lib.5.
Commodare loquelam,Vide COMMODO.
Suaues ex ore loquelas fundere.Lucret.lib.1.
Verbosa gaudet Venus loquela.Catul.in Camerium,epig.51.
Lora, vel Lura, vter est. Autonius, Sociíque eius opes aliquas in lora esse existimantes. Quo verbo quidam offensi,in scorto subiiciũt: sed hanc dictionem retinendam esse Turnebus probat.
Lora,loræ,priore correpta {διὰ τοῦ ρ ἀττικῶς εἴρεται} quid significet, declarat Varro de Re rust.lib.1.cap.54,Quum desiit sub prelo fluere, quidam circuncidunt extrema.& rursus premunt: & rursus, quum expressum, circũcisum appellant:ac seorsum,quod expressum est, seruant:quod resipit ferrum,expressi acinorũ folliculi in dolia coniiciuntur, cóq; aqua additur: ea vocatur lora,quòd lota acina,ac pro vino operariis datur hyeme. Colum.lib.12.cap 40. Plin.lib 14.cap.10, Non possunt iure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Caro & nos loram,maceratis aqua vinaceis. Sed tamen inter vina operaria numerantur.Tria eorum genera:decima parte aquæ addita quæ musti expressa sit, & illa nocte & die madefactis vinaceis, rursúsque prelo subiectis.Alterũ quomodo Græci factitauêre,tertia parte eius quod expressum sit addita aquæ, expresséque decocto ad tertias partes. Tertium est fæcibus vini expressum: quod fæcatum Cato appellat. Nulli ex his plus quàm anno vsus.
Lorea à Catone vocatur, lib.de Re rust.cap.25, Indidem si voles, Iauito paululum,& lorea erit familiæ,quod bibat.
Loramentum,Lorarius.Loreus, Vide LORVM.
Lorica,loricæ,pen.prod. {θώραξ} A loro, dicitur munimentum corporis, quale in imperatorum antiquissimis statuis videmus. In vniuersum dicitur cuiuscunque rei tutela,& protectio, & munimẽtum, vt ait Budæus. Liu.5.ab Vrbe,Multósque imperitos nandi,aut inualidos graues loricis,aliíque tegminibus hausere gurgites. Cic.pro Mur. Descendi in campũ cum firmissimo præsidio fortissimorũ virorũ, & cum illa lata insignique lorica, non quæ me regeret. etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum solere perere. Ouid.3.Metamorphoseos,
Loricæque modo squamis defensus,& atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
Æneæ loricæ & galeæ.Cic.6.Verr.
Conferta hamis lorica.Virg.3.Æneid.
Rigens ex ære lorica.Virg.8.Æneid.
Auro triplex lorica.Virg.5.Æneid.
Cum lorica ambulare.Cic.pro Flacco.
Cælare loricas opere Corinthio,Vide OPVS.
-Auro squallentem,albóque orichalco
Circundat humeris loricam. Virg.12.Æneid.

¶Lorica,Pars est murorum & structurarum. Vitruu.lib.2.cap.8,de lateritiis parietibus,Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut ventis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem,sed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum stillas. Loricam appellat coronarum proiecturam quæ fit in parietibus eiuscemodi. Curtius libro 9, Angusta muri corona erat.non pinnæ, sicut alibi, fastigium eius distinxerant: sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Itaque Rex hærebat magis, quàm stabat in margine, clypeo vndique incidentia tela propulsans. De Alexandro loquitur. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquam pluuiam verinque dispellit extra perpendiculum veluti suggrundulis prominentibus. Capitstraæ huiusce modi structuræ à structoribus nostris appellantur. In paumentis etiam ruderatis lorica appellatur eorum è marmore tuso cum calce & arena.Vitruuius lib.7.cap.1, Itaque si necessitas coegerit, vt minimè vicioſa fiant,sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transuersa sternatur: clauisque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varro lib.1.de Re rust.cap.57, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Budæus. Cæsar 5.bell. Gal. Turres contabulantur:pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur.
Loricula,loriculæ,pen.corr.Diminutiuum.
Lorica, siue Loricula in re militari significat munimentum quod obsessores vrbium construunt: nam vtra iactum teli fossam faciunt: eámque vallo,sudibus,& turriculis instruunt: vt erumpentibus è ciuitate possint obsistere. Author est Vegetius lib.4. Cæsar 8.bel.Gal. Hæc imperat vallo XII pedum muniri, coronisque pro hac ratione eius altitudinis inædificari,fossam duplicem,pedum quinũm denũm lateribus directis deprimi, turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum pontibus traiectis,constratisque coniungi,quorum frontes viminea loricula munirentur, vt hostis à duplici propugnatorum ordine depelleretur.
Lorico loricas,pen.prod. {θωρακίζω} loricare,Loricam induere. Plin, lib.8.cap.24,de ichneumone, Mergit se limo fæpius, ficcátque sole, Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit.
Loricata statua {θωρακωτὸν ἄγαλμα.} Liuius 3.bel.Pun. Statua eius indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite,&c.
Loricati milites.Liuius 5.bel.Maced.Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo vtentes.
Loripes, pen.corr.loripedis, pen.corr.com.gen. {ἱμαντόπους} Qui pedem in modum lori tortum habet. Iuuenalis Satyr.2, Loripedem rectus derideat,Æthiopem albus. Plaut.Pœnul.7,Nequicquam hos patronos mihi elegi,loripedes,tardissimos.
Prætextatum rapuit Nero loripedem.Iuuen.Satyr.10.
Lorum,lori,priore producta {ἱμάς,βλῆς,ἰμὰς} Græca dictio,λῶρον,Latinè corrigia dicitur.
Lorum,Retinaculum iumentorum,& habenæ.
Abrupta lora.Ouid.2.Metamorphoseos,
Colla iugo erumpunt,abruptáque lora relinquunt.
Fluitantia lora.Ouid.2.de Arte,Laxæ & solutæ habenæ,
Rubra lora.Catull.ad Varum,epigram.19.
Vndantia lora.Virgil.5.Æneidos,
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis. Hoc est,valde effusa & laxa.
Concute lora per admissas iubas.Ouid.2.Amor.eleg.16.
Corripe lora manu.Ouid.2.Metam.
Dant lora proni.Virg.3.Georgicorum,
-illi instant verbere torto,
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis.
Tenens lora.Virg.1.Æneidos,
Fertur equis,curruque hærer resupinus inani
Lora tenens tamen.
¶Lorum, Quodcunque ligamentum dici potest. Gell.lib.5.cap.14, Postea,inquit,videbamus Androdum & Leonẽ loro tenui reuinctum. Cic.de Aruſp.resp. Puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit,aut thensam,aut lorum omisit.
Solutis ire loris.Ouid.1.de Arte,
Dum licet,& loris passim potes ire solutis,
Elige cui dicas,tu mihi sola places.
¶Lora,Corrigiæ qua noxij cædebantur.Donatus,Lora apud veteres laura dicebantur, à laura triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, ducíque per pompam.Ideo autem vt conditionis reminiscantur,loris cæduntur.Plaut.Epidico,13.
Periphanem emere lora vidit:aderat ibi vnà Apoecides. Terent. Adelph.2.1,Nam si molestus pergis esse, iam intrò astripiere, atque ibi
Vsque ad necem operiêre loris. s.loris liber?
Cædere loris. Cic.8.Philip.& 13. Vide CAEDO.
Variari loris. Vide VARIVS.
Vri loris.Horat.1.epist.17,
Nec furtum feci,nec fugi,si mihi dicat
Seruus,habes pretium,loris non vteris,aio.
Sensit lora restrictis lacertis.Horat.3.Carm.ode 5.
¶Lora, Dicuntur corrigiæ quibus lecti & sellæ instruuntur, super quas tomenta vel culcitræ imponuntur. Martial.libro 2,
Recénsque sella linteíque loríque.
Lorarius,lorarij,Dicebatur qui in scenicis fabulis parebat iis qui ludis erant præfecti, & vel vinciebat, vel cædebat quos iussus erat vincire vel cædere. Tortores quoque,lorarios vocatos legimus. Gell.lib.10. cap.3,Itaque ij sequebãtur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarij.
Loramentum,loramenti {ἱμὰς} Ligamentum.Iustinus libro 11, Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo rex vsus,gladio loramenta cædit. De nodo Gordij loquitur.

Loratus,pen.prod.Adiectiuum.Virgil.in Moreto,
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos.Id est,loris vincta.

Loreus,Adiectiuum {ἱμάντινος.} Plin.lib.18.cap.31, Antiqui funibus vti ſolitos loreis ea detrahebant,& vectibus.Cato cap.33,Loreus funis.
Loremlatus.Vide in LATVS.

Lotium, lotij, priore breui {λῶτον} à nomine Lotio, lotionis dicitur, Vrina:à diluendis corporibus ſic dicta. Sueton.in Veſpaſiano,cap 23, Reprehendenti filio Tito, quòd & vrinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares,ſciſcitans num odore offenderetur. Atrilo negante,Atqui,inquit,è lotio eſt.
Lotium vtique primam habere breuem docet Valla lib.1.capite 2. idque contra primitiui naturam.Videtur tamen Catullus produxiſſe in hoc ſcazonte ad Egnatium, Hoc te amplius bibiſſe prædicet loti.
Loti pro Lotij. Sic enim multi legendum putant,non lotus.
Lotium difficilius tranſibit.Cato cap.122.
Lotium fuiſſum.Cato cap.7.

Lotiolentè, Aduerbium dictum veluti lutulentè,à lotio.Titinnius,Lotiolentè flocci fiet,& circulator.Nonius. Antiquum.

Lotometra {λωτομήτρη} Genus panis.Plin.lib.22.cap.21, Eſt & lotometra quæ fit ex loto ſata: ex cuius ſemine ſimili milio fiunt panes in Ægypto à paſtoribus,maximè aqua vel lacte ſubacto.

LOTOPHAGI, pen.corr. Populi in Africa apud Syrtes, loto arbore vtentes. Vide LOTOS. Nunc vocantur *Los Chelbens*. Oliuarius in Melam.

Lotura,& Lotus, Adiectiuum,Vide LAVO.

Lotos vel Lotus, fœm,gen. {λωτὸς} Arboris nomen, de qua Plin.lib. 13.cap.17,Eadem Africa quà vergit ad nos,inſignem arborem lotum gignit,quam vocant celtin:& ipſam Italiæ familiarem,ſed terra mutatam. Præcipua eſt circa Syrtes atque Naſamonas.Magnitudo quæ piro:quanquam Nepos Cornelius breuem tradat.Incipit folio creberiores, alioquin ilicis viderentur. Differentiæ plures,eæque maximè fructibus fiunt.Magnitudo huic fabæ,color croci,ſed ante maturitatem alius atque alius,ſicut in vuis.Naſcitur denſus in ramis myrti modo,non vt in Italia ceraſi.Tam dulcis ibi cibus,vt nomen etiam gẽti,terræque dederit,nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt ventris non ſentire morbos,qui eum mandant. Melior ſine interiore nucleo,qui in altero genere oſſeus videtur.Vinum quoque exprimitur huic ſimile muſto, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos: baccáſque contuſas cum alica ad cibos doliis condi. Quin & exercitus paſtos eo accipimus, vltro citróque commeantes per Africam. Ligno colos niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos breuéſque alios vſus excogitant.
¶Lotos etiam fructum loti arboris ſignificat. Ouid.4.de Ponto, eleg.10.
Nec deguſtanti lotos amara fuit.
¶Lotos,Herba. Plin.lib.13.cap.17, Eſt autẽ eodem nomine & herba,& in Ægypto caulis in paluſtrium genere. Recedentibus enim aquis Nil riguis, prouenit ſimilis fabæ caule, foliiſque denſa congerie ſtipatis,breuioribus tãtum,graciliorib́uſque:cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris,omnique alio modo. Intus grana ceu milium.Incolę capita iu aceruis putrefaciunt,mox ſeparant lauando,& ſiccata tundunt, eóque pane vtuntur. Mirum eſt quod præter hæc traditur,Sole occidẽte papauera ea comprimi,& integi foliis.Ad ortum autem aperiri donec matureſcant, ſtóſque qui eſt candidus, decidat.

LOTOS,& Lotis Lotidis, & Lotus {λῶτος} proprium nomen nymphæ Neptuni filiæ, quæ Priapum fugiens, in arborem ſui nominis verſa eſt. Ouid.lib.10.Metamorphoſeos,
Amnicolæque ſimul ſalices,& aquatica Lotos. Ab hac

LOTOPHAGI {λωτοφάγοι} populi Africæ Minoris. Plin.lib.5,Lotophagorum oram citra Boſion in intimo ſinu Syrtis maioris ſtatuit: Ptolemæus inter duas Syrtes Ortum verſus,ad Cyniphẽ fluuium. Herodotus lib.4,ad minorem Syrtim ferè,& Gindanes illos,quorum vxores adeò ſe Venere iactant, locar. Horum nullu. Melæ conuenit, trans Boſion oram eorum ſtatuẽti. Strabo certè libro vltimo,ad minorem Syrtim & inſulam eius inſignem,cui nomen eſt Meninx, Lotophagos habitaſſe, argumentum eſſe ait monimenta quædam, & Vlyſſis aram,& loton arborem ſuauiſſimi fructus, à qua his nomen datum eſt,in ea copioſam. Quã Plinius quoque ab Eratoſthene Lotophagiten dictãeſſe ait. Illius ſentẽtiæ ſuffragatur Silius illo verſiculo libri tertij, Neritia Meninge fatus,&c. Vbi de Coaſpe Afro Neritiam inſulam cognominat ob Vlyſſis in ea memoriam,qui Ithacam patriã habuit,in qua mons Neritos nemoroſus & altus Homero ponitur libro Odyſſeæ nono. Hoſpitales Lotophagos & appulſis mites fuiſſe conſtat, atque inde tanta eorum laus.Nam vt Strabo ex Eratoſthene rerulit, in his litoribus communis Barbarorum mos hoſpites pellendi.De his Silius lib.3,
Spectati caſtris,quos ſucco nobilis arbor,
Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca. Nimis hoſpitam dixit, quòd veſcentes,eius dulcedine adeò capiantur, vt terram non niſi inuiti deſerant. Hinc illa Odyſſeæ libr.9. Homeri de ſociis Vlyſſis fabula.

LOTVS, Nympha fuit, quam quum amatam Priapus perſequeretur: illa fugiẽs,& deorum auxilium implorans,illorum miſeratione conuerſa eſt in arborem ſui nominis. Vide LOTOS.

LOXA {λόξα} Ptolemæo lib.2.cap.3.fluuius Britanniæ.Vulgò *Eyrth*.

L V

LVA, Dea quædam apud veteres fuit, à luendo expiandóque nomen ſortita,quæ præerat luſtrationibus & luſtris.Liu.lib.8, Armorum vis magna tum inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe Conſul dixit.Annotauit Turnebus.

Lubet,lubuit {ἀρέσκει} per u ſcripſere veteres:quod tamen nunc per i ſcribimus.Vide LIBET. Plaurus Perſa,10,
-at meo ſi liceat modo,
Sapienter potius faciam,quàm ſtulté.s.lubet
Lubere per me tibi? p.licere intelligo:

Verùm lubere haud liceat,ſi lubeat mihi. Idem Amph.3,
In Amphitryonis vortit ſeſe imaginem,
Omnéſque eum eſſe cenſent ſeruũ,qui vident:
Ita verſipellem ſe facit,quando lubet. Ibidem,7,
-tnus ſum proinde,vt commodum ſiet,
Lubet quicquid facias. Idem Aſin.3,
Deam ſibi innocet quam lubebit propitiam,
Deum nullum. Idem Curcul.3,
Ecquid lubet? LE. lubet. PA. etiam mihi quoque
Stimulo ſodere lubet te. PH.tace,noli. Cic.de Senect.Idipſum tamẽ vt lubebit:quoniam,&c. Et de Claris Oratoribus,
Magis lubet,Vide MAGIS.

Lubens,lubentis,om.gen {ἑκών.} Plaut.Ciſtel.2,
-ædepol factum id eſt
Lubenti animo,ſicríque.
Lubente me facies.Plaut.Sticho,8,
-num quidem hoc tibi tam graue eſt?
Promitte.E.certum eſt.o.ſic fac inquam.E.certa res.
G. Lubente hercle me facies. Id eſt quod barbari dicunt, *Ego ſum contentus ve facias*. Idem Truc.8,
Cœnabo vbi tu iuſſeris.P.hoc me lubente facies. Idem Amph.8,
Mulier iſtam rem inquiſitam cerium eſt non amittere.
AL. Ædepol me lubente facies. Idem Menæch.7,
Cape atque ſeruaime lubente feceris.
Lubentes ſunt malo mulierbri. Plaut.Ciſtellaria,10,
Sed nónne ecaſtor ego ſum multo inſcitior,
Hos quæ rogem,aut quæ fatigem, qui ſemper malo
Mulierbri ſunt lubentes? Id eſt delectat eos malum inferre,ſiue nore mulieri alicui.

Lubens,pro Lubenter {ἑκόντως.}Plaut.Amphit.16,
Faciam,id ſi queo, ſignis palàm, tu reſponde prius. A lubens. Idem Caſina,22,
Hic Pardaliſca eſto,qui hinc exeat:eum vt
Ludibrio habeas.P.lubens fecero,& ſolens. Terent.Heaut.4.5,
Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re,ac lubens. Idem Amph.5.5,
Seruum haud illiberalem prabes te,& tibi
Lubens bene faxim. Ibidem,5.6,
Et tibi ob eam rem,ſiquid vſus venerit,
Lubens bene faxim.

Lubenter, Aduerbium {ἑκόντως,ἑκουσίως} Id eſt lubenti animo.Plaut.Rud. 22,Nam qui dormiunt lubenter,ſine lucro & cum malo quieſcunt.
Magis lubenter,Vide MAGIS.
Nimium lubenter,Vide poſt NIMIS.
Lubentius.Plaut.Capt.4,
Omnes profectó liberi lubentius
Sumus,quàm ſeruimus.

Lubentia,Vide LIBET.

Lubido,pen.prod.lubidinis,fœm.gen. {λαγνεία} Vide LIBIDO. Plaut. Trinum.13, lubido eſt
Obſeruare quid agat:ei rei operam dabo. Idem Perſa,6,
-audacter tibi Si lubido eſt perdere.

Lubidinitas, pro lubidine, teſte Nonio. Laberius Colace,Lubidinitate labitur.

Lubricus,pen.corr.A diect. {ὀλισθηρός,ὀλίσθιος,ὀλισθαίνω.} Valla,Lubricus locus eſt, in quo nequeas inſiſtere, nec ingredi, quales ſunt herbæ perfuſæ ſanguine,vt apud Virgilium de Niſo,& Homerum de Aiace Oileiade aliter humectatæ: marmora læuigata, lapidéſque vel humore conſperſi,terra glaciata,aqua gelata,pauimenta,cæteráque huiuſmodi,lubrica dicuntur.Hactenus Valla libro 4. Cicero 4.Acad. Tum paucis additis venit ad Soritas,lubricum ſanè, & periculoſum locum.
Semita lubrica canenti cliuo. Silius lib.3.
Terra lubrica.Tibull.lib.2.cieg.3.
Via lubrica tota.Propert.lib.4.eleg.4.
Lubricus anguis, Labilis, & qui facilè effluit ſi comprehendatur manibus.Virgil.5 Æneidos,
-Adytis quum lubricus anguis ab imis.
Amnis lubricus.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Conchilia lubrica.Horat.2.Serm.ſatyr.4.
Oculi dicti ſunt lubrici eo modo quo à quibuſdã pes lubricus pro eo quod eſt in lubrico: Ita oculi quaſi in lubrico poſiti ſunt, vt vix queant conſiſtere. Quale eſt quum dicimus, Spargo humum floribus,pro eo quod eſt,Spargo humi flores:& Sterno lectum pallio,pro eo quod eſt,Sterno pallium lecto. Hæc Valla lib.4. Cic.2.de Nat. deor.Sed lubricos oculos fecit & mobiles.
Lubrica terga.Virgil.2.Æneidos,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga. Seruius,Lubricum dicitur & quod labitur dum tenetur, vt piſcis, ſerpens: & locus in quo labimur.vt,
Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.
Ora lubrica tabo.Stat.9.Thebaid.
Lubricam adoleſcentiam, inquit Valla, per tranſlationem vocamus:in qua qui ſunt,velut in glacie facilè labuntur. Cic.pro Cælio, Et interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit quibus illa inſiſtere,aut ingredi ſine caſu aliquo,aut prolapſione vix poſſet.
Vultus nimium lubricus aſpici.Horat.1.Carm.ode 19.
¶Lubricus,Fallax,mobilis,Virgil.11.Æneidos,
Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes. Seruius.
Obſeruatio lubrica.Quintil.lib.1.cap.5.
Spes lubrica.Stat.1.Achill.
Vmbra lubrica.Ouid.5.Faſtorum,
Lubrica prenſantes effugit vmbra manus.
¶Lubricus aſſenſus, Inconſtans,non tutus, fragilis. Cic.4.Acad. Ego enim etſi maximam actionem puto repugnare viſis,obſiſtere opinionibus,aſſenſus lubricos ſuſtinere,&c.
¶Lubricus locus,per tranſlationem, pro Difficili & incerto.Cic.1. Offic.

Offic. Qui locus eſt ſanè lubricus, quoniam vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſyderet gloriam.

Lubricum,lubrici,pen.corr.Subſtantiuum {ὀλισθρὸς.} vt Lubricum itinerum. Tacit.libro 18, Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate.
Paludum lubricum.Tacit.lib.1, Illi ſanguine ſuo, & lubrico paludum lapſantes,&c.
Anguſta & lubrica viarum.Tacit.lib.19,Per anguſta,& lubrica viarum flexerant.
Adoleſcẽtiæ lubricum.Tacit.lib.14, Quin ſiqua in parte lubricum adoleſcentiæ noſtræ declinat,reuocas. Vide ADOLEO.
Ætatis lubricum.Plinius epiſtol.3.lib.3.ad Hiſpullam.
Lubricum linguæ. Modeſtinus in l.Famoſi. D.Ad legem Iul.maieſt.Nam & perſona ſpectanda eſt,an potuerit facere, & an antè quid fecerit,& an cogitauerit,& an ſanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ adpœnam facilè trahendum eſt.

Lubricè,pen.corr.Aduerbiũ {ὀλισθηρῶς} Dubiè,periculoſè. Cic.2.Philippica,Et lubricè verſatus in bello eſt. Ex vetuſto codicelegitur, Reliquorum factorum eius P. L. difficilis ſanè eſt reprehenſio & lubrica,verſatus eſt in bello.

Lubrico,lubricas,pen.corr. {ὀλισθηρὸν ποιῶ} lubricãre, Lubricum reddere.Iuuen.Satyr.11,
Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem. Sic legit Turnebus,hoc ſenſu, Qui ſputo & ſaliua trochum, quem iactarus eſt, lubricum & volubilem magis reddit. Conſtat enim genus illud ludi Græcanicum fuiſſe, vt & nomen trochi oſtendit, & quòd apud authores reperimus Græco trocho ludere. Lacedæmonij autem omnium Græcorum maximè exercitationes colebant: vnde & Lacedæmonium orbem,vt mihi videtur,appellauit.

Lubricatus. Arnob.lib.1.aduerſus gentes, Lubricatus lapis, & ex oliui vnguine ordinatus.

LVCA {λοῦκα} Ciuitas Tuſciæ, à qua Lucenſes dicuntur, qui in ea habitant,vel qui in ea orti ſunt.Dicta à Lucumone Hetruſcorum rege. De hac Strabo lib.5,Luca vrbs eſt ad mõtes Lunæ incumbentes, vbi plerique vicatim habitant: regio tamen virorum probitate floret, & robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares cepit ordines.

Luca,lucæ.Bos luca,dicitur elephas {ἐλέφας.}Plin.lib.8.cap.6,Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello,& boues lucas appellauit, in Lucanis viſos. Næuius,Atque prius pariet locuſta lucam bouem. Ideo dicti boues,quòd noſtri maximam quadrupedem, quam haberent,vocarent bouem.

LVCANI,pen.prod. {λευκανοί} Populi inter Calabros & Apulos ſiti, & à Samnitibus orti,duce Lucio, vt ſcribit Plin.lib.3.cap.5. Eorũ regio Lucania, quæ nunc Principatus dicitur. In ea eſt Peſtum oppidum, & Elea vrbs, Lucania & Perilia metropolis.
Violenta Lucania.Horat 2.Serm.ſatyr.1.

Lucanus, pen.prod. Adiectiuum {λευκανὸς.} vt Aper Lucanus. Horat.2. Serm.ſatyr.8.
Iuga Lucana.Silius lib.8.
Mare Lucanum.Stat.3.Sylu.2.
Paſcua Lucana.Horat.Epod.1.

Lucanica,lucanicæ,pen.corr.{λουκάνικος} Genus farciminis porcinis carnibus infarcti, à Lucanis populis primùm inuenta. Mart.lib.13.35, Filia Picenæ venio lucanica porcæ,
Pultribus hinc niueis grata corona datur.

LVCANVS {λουκάνος} Cordubenſis patria, poeta egregius, Senecæ philoſophi grauiſſimi nepos. Vide SENECA.

Lucar, vt ait Feſtus, appellatur æs quod ex lucis captatur. Alij lucar erogationem dicunt, quæ in lucis fiebat.Et Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lucaria, lucariorum {λουκάρεια κοὐκάρια} Feſta quæ in luco Romani colebant, qui permagnus erat inter viam Salariam & Tyberim,pro eo quòd victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſeſe occultauerint. Feſtus.

Lucellum.Vide LVCRVM.

Lucens.Vide LVX.

LVCENTIA, Citerioris Hiſpaniæ vrbs, & Romanorum quondam colonia, vt ſcribit Pomponius Mela libro 2. Nunc vulgò *Lugent*, teſte Oliuario.

LVCENTVM {λεύκαντον} Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum à ſuperiore diuerſum,quod Ptolemæus lib.2.cap.6.ſtatuit ſupra Carthaginem Occaſum verſus. Vulgò *Suſana*.

Luceo,Vide LVX.

LVCERES,pen.corr.tertia pars fuere populi Rom.temporibus Romuli regis. Seruius, Conſtat primò tres partes fuiſſe populi Rom.vnam Tatientium, à Tito Tatio duce Sabinorum iam amico poſt fœdera: alteram Ramnetum à Romulo: tertiam Lucerum, quorum, ſecundum Liuium, & nomen & cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra Titum Tatium à Lucumonibus, id eſt Tuſcis auxilia poſtulaſſe. Ergo à Lucumone Luceres dicti ſunt. Vide Seruium in illud Virgilij 5.Æneidos,
Tres equitum numero turmæ,terníque vagantur Ductores,&c.

Luceres, prima modò producta, modò correpta. Propert.lib.4.eleg.1, Hinc Titiens, Ramnéſque viri, Luceréſq; coloni. Ouid.3.Faſtorum, Quinetiam partes totidem Tatienſibus ille,
Quoſque vocant Ramnes,Lucerib́uſque dedit.

LVCERIA {λουκερία} eſt Dauniorum colonia in Apulia, teſte Plinio lib.3.cap.11. Strabo quoque idem docet lib.6. dicítque fuiſſe Luceriæ nobile fanum Minervæ.
Arx Luceriæ.Lucan.lib.2.
Nobilis Luceria.Horat.3.Carm.ode 15,
Te lanæ prope nobilem
Tonſæ Luceriam,non citharæ decent.

LVCERIVS,Ardeæ rex,qui auxilio fuit Romulo contra Tatium.

Lucerna,Luceſco, Vide LVX.

LVCETIVS dictus eſt Iupiter à luce quam præſtare hominibus putabatur.ſic Iuno Lucetia,quòd lucis cauſa ſit.

Luci, Aduerbium, Lucidus, Lucifer, Lucifuga, Vide LVX.

LVCILIVS {λευκίλιος} Nomen poetæ,à luce deductum.à Luce enim Lucius, à Lucius Lucilius. Hic Satyrarum primus inter Latinos promeruit laudem, & apud Neapolim anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto defunctus publico funere elatus fuit. De Lucilio meminit Horatius 1.Serm.ſatyr.4.& 10,vbi de ſcriptoribus veterum comœdiarum loquitur.
Sapiens Lucilius.Horat 2.Serm.ſatyr.1.

LVCINA,pen.prod.dicta eſt Iuno, quæ partui præeſt,quòd partum ferat in lucem. Sunt qui à luco deducunt, qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Exquiliis. Plin.lib.16.cap.44. Ouid.2.Faſtorum,
Gratia Lucinæ,dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principiũ tu dea lucis habes. Macrob.lib.7. Satur.cap. vlt.Lucina, quæ Luna,eſt à parientibus inuocatur,quia proprium eius munus eſt diffẽdere rimas corporis,& meatibus viam dare:quod accelerando partui eſt ſalutare.
Lucina,Ilithyia, Genialis, Idem.Horat.in Carm.ſecul.
Caſta faue Lucina. Virg.4.eclog.
Pignora Lucina bina fauente dedi Ouid.epiſt.6.
Experta labores Lucinæ.Virg.4.Georg.
Pati Lucinam,Párere. Virg.3.Georg.
Parce precor grauidis facilis Lucina puellis. Ouid.2.Faſtorum.

Lucinia,luciniæ,Vide LVSCINIA.

LVCIVS {λούκιος} Prænomen apud Romanos fuit. Multi autem fuerunt, vt Lucius Piſo, Lucius Cæſar,& alij. A luce hoc nomen ducitur,& à Lucius Lucilius. Lucius (ait Pöpeius Feſtus) prænomen eſt cius,qui oriente luce natus eſt. Varro de Lingua Latina lib.5, Lucij, qui prima luce naſcuntur.

LOSTIVS,tempore bellorum ciuilium patrem ſuum proſcriptũ, quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet. Author Plutarchus in Romulo.

LVCOMONES,Quidam homines ob inſaniam dicti, quòd loca ad quæ veniſſent,infeſta facerent. Feſtus.

LVCOMEDI,pen.prod.à duce ſuo Lucomo dicti: qui poſtea Luceren-ſes dicti ſunt. Feſtus. Alij.s Lucumedi à Lucumone vocantur. Vide LVCVMO.

LVCRENSES,Vide LVCERES.

LVCRETIA {λουκρητία} Nobilis Romana, Sp. Lucretij filia,quam Sex. Tarquinius Tarquinij Superbi Romanorum regis filius ſtuprauit. Quod ipſa quum patri & viro Collatino indicaſſet,gladio ſe occidit, fecitque vt populus ſcelus vleiſceretur, & reges exigeret. Claud.de Lucretia,epigram.22,
Et grauis incumbens caſto Lucretia ferro,&c. Hãc hiſtoriã ſcribit Liu.lib.1.circa finem: & Ouid lib.2.Faſtorum. Seneca Octauia, 6,
Te quoque bellum triſte ſecutum eſt
Mactata rua miſeranda manu
Nata Lucretij ſtuprum ſæui
Paſſa tyranni.

LVCRETILIS,pen.corr. {λουκρήτιλος} Mons eſt in Sabinis, de quo Horat.1.Carm.ode 17,
Velox amœnum ſæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus.

LVCRETIVS {λουκρήτιος} poeta Terentio, Varrone,& M.Tullio paulo antiquior. Scripſit de Rerum natura libros ſex. Perit ætate integra, quum paucos annos ſupra quadraginta impleuiſſet. Euſebius tradit cum tanto furore percitum fuiſſe aſſumpto amatorio poculo, vt propria manu ſe interfecerit. Ouid.1.Amor.eleg.15,
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit vna dies.

LVCRINVM, pen.prod. Dauniorum eſt oppidum in Apulia, vt ſcribit Strabo.lib.6.& Pomponius lib.2.

LVCRINVS & Auernus {λουκρῖνος καὶ ἄορνος} lacus,vterque in Baiano ſinu eſt. At Lucrinus Populi Romani cura piſcoſus factus vectigalibus operam penſantibus. Vide Seruium apud Virgilium 2.Georgicorum,
An memorem portus,Lucrinóque addita clauſtra,&c.

Lucrinus, pen.prod. Adiectiuum {λουκρῖνος.} vt Aqua Lucrina. Propert. lib.1.eleg.11.
Lacus Lucrinus.Horat.2.Carm.ode 15.

Lucrum,lucri {κέρδος} Quæſtus. Terent.Heaut.4.4,
Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet.
Lucrum & quæſtus.Cic.5.Tuſcul. Alij emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur.
¶Cupido lucri.Ouid.3.de Arte.
Scabies & contagia lucri.Horat.1.epiſt.12.
Studium lucri.Horat.4.Carm.ode 12.
¶Bonum lucrum,Vide BONVS.
Dulce.Ouid.1.Faſtorum.
Perenne lucrum,Vide PERENNIS.
Pudenda lucra.Ouid.3.de Arte.
Sordidum lucrum.Quintil.lib.1.cap.12.
¶Abrumpere lucrũ.Vlpian.in l.j, Quarum rerum actio datur,Neque enim oneratum ſe hoc nomine poteſt queri libertus, ſi lucrum abruptum ex re patroni non fecerit. Lucrum abruptum dicit, quaſi præceps,& præter ſpem abactum, ait Budæus. Legitur & abreptum & obruptum.
Afficere lucro,Vide AFFICIO.
Apponere lucro.Horat.1.Carm.ode 9,
Quid ſit futurum cras,fuge quærere:&
Quem ſors die rum cunque dabit,lucro Appone.
In lucro deputare.Terentius Phorm.2.1,
Quicquid præter ſpem euenit,omne id deputabo in lucro.
Dare lucrum vel addere.Cic.5.Verr.Imperat Agyrinenſibus vt de-

cumas ipſi publicè accipiant, Apronio lucrum dent. Et paulo pòſt, Quare putabas emptori lucrum addi oportere?
Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Cic.5.Verr. Quomodo igitur hoc aſſequar, Iudices, vt ſciam lucri quantum factum ſit?
Ligurire lucra. Vide LIGVRIO.
Ponere in lucro aliquid. Cic.pro Flacco, Quieſcant igitur.& me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idem Fabio Gallo, lib.7, Id ego in lucris pono.
Reuocare ad lucrum. Cic.3.Philip. Reliquas res ad lucrum, prædámque reuocauerit.
In lucro eſſe. Ouid.1.Triſt.eleg.3.
Lucro eſt. Plaut.Milit.10. Cic.13. Philip. Quibus vtri noſtrum eciderint, lucro futurum eſt.
Lucri eſt, Prodeſt. Terent.Phorm.1.2,
-vbi quid mihi lucri eſt te fallere?
¶Lucrum, Maſculino genere, teſte Nonio, apud Plautum Perſa,
Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias.

Lucroſus, pen.prod. Adiectiuum { κερδαλέος } Plenum lucro. Plin.lib.18. cap.31. Id peræquè lucroſiſſimum. Idem lib.37.cap.12, Neque eſt vlla fraus vitæ lucroſior.
Bona lucroſa. Caius in l.Eius D.De teſtam.
Dolus lucroſus. Vlpian.in l.3.D.De tribut.action.
Eloquentia lucroſa, & ſanguinans. Tacitus de Orat.
Pœna eſt lucroſa poetæ. Ouid.2.Triſt.
Voluptas lucroſa. Ouid.1.Amor.eleg.10.

Lucellum, lucelli, Diminutiuum { κερδίφιον. } Cic.5.Verr. Age, quid tum? ſi Apronio deliciis Prætoris lucelli aliquid iuſſu ſunt dare, putate Apronio datum: ſi Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda vobis videbitur.
Dulce lucellum. Horat.1.epiſt.19.

Lucratiuus, pen.prod. Adiectiuum. Iulianus in l.Omnes.D.De action. & oblig. Omnes debitores, qui ſpeciem ex cauſa lucratiua debent, liberantur, quum ea ſpecies ex cauſa lucratiua ad creditorem peruenniſſet.
Acquiſitio lucratiua. Vlpian.in l.Apud Celſum.§.Auctoris.D.De. doli mali except.

Lucrificabilis, & hoc lucrificabile, pen.corr. { κερδεαλος. } Plaut.Perſa, 19, Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis. Id eſt lucrum afferens. Antiquum.

Lucrifuga, lucrifugæ, pen.corr. { αυγόκερδος } Qui lucrum fugit. Plaut. Pſeudolo, 20, -Venus mihi hæc
Bona dat, quum hos huc adiicit lucrifugas, damni ſui cupidos.

Lucror, lucraris, lucrari, Deponens { κερδήσω χρημάτιζομαι } Lucrum facere. Cic.7.Verr. Pretio certo miſſos facere nautas: miſſorũ omne ſtipendium lucrari.
Moram fati lucrari. Stat.9.Thebaid.

Lucratus nomen ab Africa domita { χρηματοπάνδημος. } Horatius 4.Carm. ode 8. de Scipione intelligit qui Africanus dictus fuit.
Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Horatius de Arte.

Lucrifacio, lucrifacis, pen.corr. lucrifeci, lucrifactum { κερδάνω } lucrifacere. Idem Martialis libro.8,
Emit lacernas millibus decem Baſſus,
Tyrias coloris optimi lucrifecit.
¶Lucrifacere nomen. Varro 3.de Re ruſt.cap.4, Atque adeò non diſſimulabo quod volo de ornithone primùm, quòd lucrifecerunt hoc nomen turdi.
Lucrifacere iniuriam. Plin.lib.7.cap.39. Id eſt iniuriam impunè committere, & pœnam non luere. Budæus.

Lucrifactus, Participium { κερδανθείς. } Cic.5.Verr. Iam verò ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

Lucrifio { κερδάνομαι } Cic.5 Verr. Quid ſi oſtendo in hac vna emptione lucrifieri tritici modios centum?

LVCTATIVS Catulus { λυκτατίνος κρήτικος } Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas, apud Ægates inter Siciliam & Africam depreſſit, finémque bello impoſuit: pacem petentibus hac conditione conceſſit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris inſulis intra Italiam Africámque decederent, Hiſpania circa Iberum fluuium abſtinerent.

Luctor luctaris { παλαίω, διαπαλαίω } luctari, A luo, luis deriuatum: ſignificat Conari, niti: quia in huiuſmodi conatu membra ſoluuntur, inquit Sipontinus. Propriè luctari dicuntur qui ſe inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere nituntur. Liuius 7.ab Vrbe, An æquũ eſſe dedititios ſuos illa fertilitate atque amœnitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atque arido circa vrbem ſolo luctari, aut in vrbe inſidentem labem creſcentis in dies fœnoris pati?
Luctantur inter ſeſe. Plin.lib.17.cap.12.
Luctari cum aliquo. Cic.1.de Orat. Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tecum Craſſe amplius.
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. Virg.6.Æneid.
Luctari complexu. Plin.lib.9 cap.30.
E quo luctari. Silius lib.4.
Molimine magno luctari. Ouid.6.Metam.
Remis ad opem luctare ferendam. Ouid.4.Triſt.eleg.5.
Morti luctari. Silius lib.10. Morti, Cum morte.
Circa omnia momenta luctari. Quintil.lib.5.cap.13, Eſt & illud vitium nimium ſolliciti, & circa omnia momenta luctantis.

Luctandum in turba. Horat.2.Serm.ſaty.6.
¶Luctor, luctas, apud antiquos. Ennius lib.9, Viri à validis viribus luctant. Terent.Heecy.3, Dicíſque ſe illi annulum ſeſe dum luctat, detraxiſſe.

Luctans, Participium { παλαίων. } vt Iuuenci luctantes. Virgilius 2. Georgicorum.
Anima luctans. Virg.4.Æneidos,

-Irim demiſit Olympo:
Quæ luctantem animam, nexoſque reſolueret artus. Hoc eſt egredi conantem.
Lumina luctantia compoſuit ſomnus. Silius lib.7.
Oſcula luctantia carpit. Ouid.4.Metam.
Luctantes venti. Virgil.1.Æneidos,
-hic vaſto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras
Imperio premit. Vbi Seruius, Luctantes, elaborantes egredi.
Viri luctantes. Propert.lib 3.eleg 14.

Luctitor, pen.corr. Frequentatiuum. Vnde Priſcianus inquit apud vetuſtiſſimos, Luctitor pro Luctito inueniri.

Luctator, penult. producta. luctatoris, Verbale { παλαιστής. } Plautus Pſeudolo, 22,
-magnum hoc vitium vino eſt: pedes captat primùm,
Luctator doloſus eſt. Ouid.in Ibin,
Vt iacet Aonia luctator ab hoſpite fuſus.

Luctatio, Aliud verbale { πάλαισμα. } Cic.de Fato, Vigila Chryſippe, ne tuam cauſam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio eſt, deſeras. Hic per tranſlationẽ dictum. Liu.1.bel.Pun. Tetra ibi luctatio erat, vt à lubrica glacie non recipiente veſtigium, &c.
Sine aduerſario nulla luctatio eſt. Cic.de Fato.

Luctatus, huius luctatus, pen.prod. { διαπάλαισμα } Idem. Plin.lib.32. cap.2, Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis. Sic lib.8. cap.12, Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus.

Luctamen, pen.prod. luctaminis, neut.gen. { διαπάλη } Idem. Virgilius 8. Æneidos,
Mitis vt in morem ſtagni placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abeſſet.
Miſerum luctamen. Valer.2. Argonaut.

Lucta, ſiue Luctatio { πάλη } Vnus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium proſternere in terram nititur.

Luctus, Luctuoſus, Vide LVGEO.

Lucubro, lucubras, pen.corr. { νυκτοτερεύω, λυχνεύω } lucubrare, Aliquid nocte ad lucernam componere. Liu.lib.1.ab Vrbe, Sed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniũt. De Lucretia. Cic.in Parad. Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.
Lucubrata nox, Quam lucubrando tranſeginus. Martial.lib.4,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.
Lucubrandum eſt. Celſ.lib.1.cap.2.

Lucubratio, lucubrationis { νυκτοτερεύσια. } Colum.lib.11 cap.2, Itẽ ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lucubrationem. Cic.1.de Nat.deor. Nam iſta quæ vos dicitis, ſunt tota commentitia, vix digna lucubratione aniculatum.
Lucubrationum fuligo bibenda Quintil.lib.11.cap.3.
In lucubratione aliquid facere. Colum.lib.11.cap.2. non ita procul à fine, Nam multa ſunt quæ in lucubratione rectè aguntur.
Ad lucubrationem conficere aliquid. Colum.lib.11.cap.2, Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici poſſit.
Per lucubrationem ferramenta acuere. Colum.lib.11.cap.2.

Lucubratoriam lecticulam { νυκτοτερευτικὸν φορείδιον } Tranquillus appellat in Auguſto cap.78, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Luculentus, Vide LVX.

LVCVLLVS { λούκιλλος } Cognomen fuit Liciniorũ. Hoc cognomen geſſit P.Licinius Lucullus qui Lucullorum facilè fuit clariſſimus. Hic Quæſtor in Aſiam profectus eſt, & ibi permultos annos admirabili cum laude Prouinciæ præfuit, deinde factus Prætor eò rediens eam iuſtiſſimè rexit. Aduerſus Mithridatem miſſus, Collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit. Cyzicon obſidione ſoluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, cumque regno ſuo Ponto expulit, quem rurſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubeniẽtem, magna felicitate ſuperauit. Hic (vt refert Athenæus) quum Romam poſt expeditionem Ponticam rediiſſet, ad vitam ſumptuoſam & elegantem ſe coniecit. tantas enim opes ſibi parauerat, vt ædibus & Prætoriis extruendis, hortis & cœnationibus amœniſſimis, incredibiliſque ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni vtriuſque linguæ libris referta, atque omnibus, obuia & patenti, opes bello quæſitas conterere non potuerit, quum interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium penè venerit. Meminit huius Dio lib.35. Velleius lib.2. Flor.libro 3.cap.5. Eutrop.lib.6. Plutarch.in vita Appia, in Mithridaticis.

Luculleus, Adiectiuum { λουκύλλειος. } Plinius lib.36.cap.6, Poſt hunc Lepidum fermè quadriennio L. Lucullus Conſul fuit, qui nomen (vt apparet ex re) Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo, primúſque Romam inuexit.

LVCVMO, pen.corr. { λουκμών } Proprium viri nomen, à quo Lucumones appellati. Varro, Dimicante Romulum contra T. Tatium à Lucumonibus, id eſt Tuſcis auxilia periſſe.
¶Lucumo, pro ſtulto & furioſo. Auſon.ad Theonem, Anticyrámque bibas Samij lucumonis acumen. Nam inſani ſe purgabant elleboro. Hæc vox à Pompeio etiam obſeruata eſt. ait enim, Lucumones quidam homines ob inſaniam dicti, quòd loca, ad quæ veniſſent, infeſta facerent.

Lucuns, Edulij genus quoddam veteribus vſitatum. Varro apud Nonium, Ac nulla ambroſia ac nectar, non alia ſardæ, Panis pemma, lucuns, cibus qui puriſſimus multo eſt.

Lucunculus, Diminutiuum à Lucuns, edulij quoque ſue potius panificij ſciti genus. Apuleius, Hic panes cruſtula, lucunculos, hamos, lacertudos, plura ſcitamenta mellita. Afranius, Piſtori cur non, cur non ſcriblitario Vt mittat fratris filio lucunculos? Ex Turnebo.

Lucus, luci, maſc.gen. { ἄλσος, τέμενος } Nemus arboribus denſum. Dictus lucus per antiphraſim, eo quòd non luceat. quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus, & ſine luce erat.

erat. Valla, Lucus nequaquam cæduus eſt: quin potius manu conſitus religioſúſque, atque vel alicui deo, vel alicuius hominis cineribus conſecratus. Ideóque aut circa delubra numinum, aut circa ſepulchra virorum poſitus eſt. Hactenus Valla lib.4. Cicero pro Milone, Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam imploro atque obteſtor. Et 1.de Diuinat. Lucus veſtæ. Virg.1.Æneid. Lucus in vrbe fuit media lætiſſimus vmbra. Vbi Seruius, Vbicunque Virgilius Lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio. Idem 6.Æneidos,
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.
Dicuntur enim heroum animæ lucos tenere. Lucus autem dicitur quòd non luceat: non quòd ſint ibi lumina cauſa religionis, vt quidam volunt. Meminit Quintil.lib.1.cap.6.
Senium venerabile lucorum. Stat.1.Sylu.3.
Alti luci. Virg.8.eclog.
Caligans nigra formidine lucus. Virgil.4.Georg.
Deſeriis ceſſant ſacraria lucis. Propert.lib.3.eleg.13.
Inacceſſi luci. Virg.7.Æneid.
Iners lucus. Quietus. Stat.10. Thebaid.
Ingens lucus. Virg.7.Æneid.
Pios errare per lucos. Horat.3.Carm.ode 4.
Prænubilus lucus denſa arbore. Ouid.3.Amor.eleg.12.
Sacri luci. Virg.5.Æneid,
Sacrari. Virg.7.Æneid.
Sancti. Ouid.15.Metam.
Silentes. Virgil.1.Georg.
Sonantes. Virg.10 eclog.
Steriles. Stat.2. Thebaid.
Viridis lucus. Virg.7.Æneid.& Stat.5.Thebaid.

LVCVS Auguſti { λοῦκος αὐγούστου } Ptolemæo lib.2.cap.6, alio nomine Oluca. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs: Lugo vulgò. Oluconſe epiſcopium, Aras Sextianas Plinius: Auguſti turrim Mela nominat. ¶Lucus Feroniæ, Tuſcorum colonia, authore Ptolem.lib.3.cap.1. Bientina hodie. ¶Lucus item Feroniæ, promontorium eſt Hetruriæ eidem Ptolemæo. Vulgò Petra ſancta.
Vmbroſi luci. Horat.1.Carm.ode 4.

Lucuus, Adiectiuum antiquum, authore Nonio. Varro περὶ πλέθ, lib.2, Ac nulla Ambroſia, ac nectar, non allia, ſardæ
Panis pemma, lucuus cibus qui puriſſimus multò eſt. Vide Noniũ.

Ludia, Ludibrium, Ludibundus, Ludicrus, Ludifico, Ludius, Ludo, Vide LVDVS.

Ludus, ludi, maſculini gen. { παιδιὰ. παῖγμα } Dicitur in facto, Iocus in verbo: vt ait Valla. vt Ludus pilæ, vel teſſerarum, vel talorum. Cic. 3.de Orat.
Campeſtris ludus, Vide CAMPVS.
Conſimilis ludus, Vide CONSIMILIS.
Tempeſtiuum pueris concedere ludum. Horat.2.epiſt.2.
Dare alicui operam ludo. Plautus Rud.11,
Otium vbi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo. Id eſt tecum ludam, & delicias faciam.
Dare ludum amori, Indulgere amori. Horat.3.Carmin.12.
Ducere noctem ludo. Virg.3.Georg.
Gaudens ludis. Horat.1.epiſt.7.
Ludus genuit trepidum certamen, & iram. Horat.1.epiſt.20.
Incidere ludum. Horat.1.epiſt.14,
Nec luſiſſe puder, ſed non incidere ludum. Hoc eſt, abrumpere, deſinere ludere.
Inani ludo prohibere animos. Virg.4.Georg. Vide INANIS.
¶Ludus, in ſingulari, de priuatis & de exercitatione gymnaſtica dicitur, quum multorum conuentus ab vno eruditur præceptore. Aſconius, Omnem ſcholam ludum dixêre Romani.
¶Ludus { διδασκαλεῖον } pro loco ſumitur in quo quis exercetur docetúrve. Sic dicimus Ludum palæſtræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum muſicum, ludum literarium.
Ludus gladiatorius. Schola in qua gladiatoriæ arti dabatur opera. Sueton.in Cæſare, Formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus conſyderauit. Quintil.in Gladiatore, Quia redemptorem illis diuiterm promiſeram patrem, in ludum vendiderãt tanquam decepti. Hoc eſt gladiatorum. Ludos tamen gladiatorios (inquit Valla) frequentius, quàm ludum dicimus, quando vnum pluráve paria gladiatorum ad ſpectaculum pugnatura produeuntur.
Ludus grammatices. Cic.2.de Orat. Hoc in ludo non præcipitur: faciles enim cauſæ ad pueros deferuntur. Et ſtatim pòſt, Hæc eſt in ludo cauſarum ferè formula. De Grammatices ludo.
Ludus literarum. Plin.lib.9.cap.8, de delphinis, Puerum, ex Baiano Puteolos itantẽ in ludũ literarum. Et paulo pòſt, Receptúmque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Liu.6.ab Vrbe, Ingreſſus vrbem, vbi parentes ianuas & tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit: intentóſque opifices ſuo quenque operi, & ludos literarũ ſtrepere diſcentium vocibus, &c.
Publicus ludus vrbis, Horat.4.Carm.ode 2.
Antiquus ludus. Horatius 1.epiſt.1,
Spectatum ſatis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.
Longo ludo ſariatus. Horat.1.Carm.ode 2.
Ludus literarius, Schola in qua pueri literis dant operam. Quintil. libro 1.cap.4, Literarij penè iſta ſunt ludi, & triuialis ſcientiæ. Vide LITERA.
Ludus diſcendi, non luſionis. Cic.ad Quint.frat lib.3, Hæc ſcripſi ad IX. Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur, in Tuſculanum proficiſcens, ducénſque mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi, non luſionis.
Ludus & pueritiæ diſciplina. Cic. pro Leg.Manil. Qui è ludo, atque puerítiæ diſciplina, bello maximo atque acerrimis hoſtibus ad partis exercitum, atque in militiæ diſciplinam profectus eſt.
Ludum aperire, pro Ludimagiſtrum agere. Cicero ad Patrum, lib.9, Dionyſius tyrannus quum Syracuſis pulſus eſſet, Corinthi dicitur

ludum aperuiſſe.
Ludus eſt, illa perdiſcere. Cic.1.de Fin. Et 2.de Oratore, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, luſus eſt homini non hebeti.
¶Ludus, pro ioco accipitur quandoque. Horat.1.Serm.ſatyra 1,
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Iocans ludus. Lucret.lib.4.
Seria vertere ludo. Horat.de Arte poetica.
Adhibere ludos, Vide ADHIBEO.
Ludos reddere alicui. Terent.Andria, 3.1,
Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet!
Facere ludos. Lucret.lib.4,
Scilicet arte valent ſimulacra, & docta vagantur,
Nocturno facere vt poſſint in tempore ludos? Terent.in Phorm. 5.8, -oh tũne is eras 20. vt ludos facit.
Ludos aliquem facere, pro Irridere. Plaut.Capt.11,
Vt ſceleſtus, Ægio, nunc is te ludos facit. Idem Bacchid.22.
Noui iam ludum. Plaut.Amphitr.15. Vide NOSCO.
Operam ludos facere, Perdere operam. Plaut.Rud.21,
Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiuiſſet domi:
Iam nunc & operam ludos facit, & rẽtia.
Dare ludum amori, Id eſt indulgere amori. Horatius 3.Carmin. ode 12.
¶Ludus & iocus, pro re abiecta ac parui pretij, quæ meritò contemni ac ludibrio haberi poſſit. Catullus epigr.de Acme,
Iocum me putat eſſe mœcha turpis. Terentius Eunuch. Act.2. ſcen.3,
Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocúmque
Dices fuiſſe illum alterum, prævt huius rabies quæ dabit. Cic.pro Flacco, quum fidem authoritatémque eriperet teſtimoniis Græcorum, vſus collatione Romanorum hominum, Num, inquit, illos idem putatis? quibus iuſiurandum, iocus eſt: teſtimonium, ludus: exiſtimatio veſtra, tenebræ. Liuius Decad.3.lib.8, in oratione Fabij Max.aduerſus P.Scipionem, res ipſius geſtas in Hiſpauia contorentis atque eleuantis, Næ tibi P.Corneli, quum ex alto Africam conſpexeris, ludus & iocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur.
¶Ludo, Ablatiuus, Per ludum. Virgil.5.Æneidos,
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat. Seruius.
¶Ludus, Cantilena. Virgil.7.ecloga,
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. Seruius.
Caſti ludi, Claud.3.de raptu Proſerpinæ.
¶Ludi, in plurali, Spectacula publica ſignificãt. Cic.in Verrem, Inter binos ludos.
Apollinares ludi. Cic.10. Philipp.
Cereales ludi, Vide CERES.
Celebres ludi. Ouid.1.de Arte.
Viles ludi. Horat.2.Serm.ſaty.10.
Apparare ludos magnificentiſſimos. Cic.ad Qu.frat rem, lib.3. Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic, inquam, vt nemo ſumptuoſiores, ſtultè bis térque non poſtulatus, vel quia munus magnificum non dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magiſter, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem putare.
Celebrare dies feſtos ludorum. Cic.pro Archia.
Committere ludos, Idem quod Celebrare. Cicero ad Quintum fratrem, lib.3.
Condecorare ludos, Vide CONDECORO.
Edere ludos. Tacit lib.1.
Facere ludos, pro Edere. Plin.lib.7.cap.48.
Facere ludos Apollini. Cic.de Claris Oratorib.
Inſtituere ludos. Quintil.lib.3.cap.8.
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos. Ouid.1.Metam.

Luſus, huius luſus, { παῖγμα } Ad voluptatem, pertinet, inquit Valla, ſine vlla arte: & puerorum propriè dicitur. Quintil.lib.1.cap.4. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt & hoc ſignum alacritatis.
Anni luſibus apti. Ouid.epiſt.21.
Virgineis exercent luſibus vndas Naiades æquoreæ. Ouid.14. Metamorph.
Luſus etiam pro ioco accipitur, opponiturque Serio. Plin.Iunior Ariſtoni, lib.5 epiſt.3, Quos, quantóſque authores ſequar, facilè impetrari poſſe confido, vt errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modò, verùm luſus etiam exprimere laudabile eſt.
Luſus & iocus, Martial.lib.2.4.
Carentes grauitate luſus. Ouid.1.de Ponto, eleg.10.
Inepti luſus. Ouid.2.Triſt. Sic vocat ſua poemata.
Dare venuſtiſſimos luſus. Quintil.lib.5.cap.13.
Luſus aleæ. Sueton.in Caligula, cap.41.

Luſio, luſionis, fœminini gen. Idem { παῖξις } Cic.5 de Finib. Infantes luſionibus vel laborioſis delectantur. Idem de Senectute, Sibi igitur habeãt alij arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, ſibi natationes, & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquãt & teſſeras. De voluptate ſenili (inquit Valla) locutus eſt, non de ſpe lucri: cuius ſpei cauſa pleriq; ludunt.
Luſio pilæ. Cic.1.de Orat. Qui pila ludunt, non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ.

Ludius, ludij, maſculini generis { ὑποκριτὴς } Hiſtrio. Cic.de Aruſp.reſpon. Quum ille ſeruorum & ludiorum multitudini, &c. Ouid.1.de Arte, Ludius æquatam ter pede pulſat humum. Legitur & Lydius.
Ludij, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus, adoleſcẽtes erãt tuniculas induti inſignes, galeati, & enſiferi peltatique, qui omnibus circenſibus & theatralibus pompis in verſum incedebant, ipſius velut pompæ duces Saliis ſimiles, ludij ex eo vocati, quòd à Lydis id genus ludicri inuentum videretur. Siqui igitur eorum eſſent grandiuſculi & iam veſtitipes, vellebantur glabríque reddebantur. Plautus, Glabriorem reddes quàm volſus ludius eſt. Vide & Nonium.

Ludio, ludionis, maſc.gen. Idem { ὑπορχητὴς. } Liu.7. ab Vrbe, Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes. Idem 9.bel.Maced.

Et conuiualia ludionum obłectamenta addita epulis.

Ludia, ludiæ { ὀπτηρτὴς } Mulier artes ludicras exercens, aut vxor vel amica ludij. Hinc Iuuenal. Saty. 6, Hippiam, quę relicto marito gladiatorem in Ægyptum sequuta est, vocat Ludiam,

Qua tamen exarsit forma? qua capta iuuenta est
Hippia? quid vidit propter quod ludia dici
Suſtinuit. Martial. lib. 5, Hermes cura, labórque ludiarum. Martianus Capella Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam.

Ludimagiſter { γραμματιστὴς } Qui præeſt ludo literario. Cic. 1. de Natura deorum, Sed quum agellus eum non ſatis aleret, vt opinor, ludimagiſter fuit. Apud eundem in Diuinatione legitur, Magiſter ludi neſcio quis. Magiſtri ludi (inquit Aſconius) dicuntur qui primas literas docent. Valer. Max. lib. 7. cap. vlt. Magiſter ludi factus ex tyranno. De Dionyſio loquitur.

Ludibundus, ludibundi, Adiectiuum { παίζων } Dicitur ludens. Cic. 5. Verr. Quia multos per ſe & per alios multa ludibundos, libidinoſe apud Verrem effeciſſe vidit. Idem 3. de Oratore, Tum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit.

Ludo, ludis, luſi, luſum { παίζω } Lúdere. Plin. epiſt. III, Vt parcè cuſtoditéque ludebat.

Exultim ludit velut equa trima. Horat. 3. Carm. ode 11.

Ludere, cum accuſatiuo. Sueton. in Auguſto, cap. 71, Aliquando vt vincat, ludit aſſiduè aleam.

Ludere ludum. Terent. Eunucho, 3. 5,
-& quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.

Inſolentem ludum ludere. Horat. 3. Carm. ode 29.

Ludere operam, Perdere operam, Fruſtra laborare. Plaut. Pſeudolo, 5, In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ludere operam in re aliqua. Terent. Phorm. 2. 2,
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Vbi Donatus,

Ludítur opera: exercetur. an illuditur, id eſt fruſtratur?

Ludere otium. Martial. lib. 3. 25.

Ludere par impar. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.

Ludunt mea verba, pro Inaniter iactantur, incaſſum volant, & tanquam ludibria ſunt. Propert. lib. 2. eleg. 34.

Ludere, cum ablatiuo. Terent. Adelphis, 4. 7,
Ita vita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris. Cic. de Fato. Et 2. Philipp.

Ludere pila. Cic. 5. Tuſc.

Ludere ludo. Plaut. Moſtel. 16,
Scis ſolere illanc ætatem tali ludo ludere.

Artes quibus alea luditur. Ouid. 2. Triſt.

Luditur alea pernox. Iuuenal. Saty. 8.

Ludere in numerum, Saltare ad modum rhythmi & cantilenæ, vt ait Seruius. Virgil. 6. ecloga,
Tum verò in numerum Faunóſque feráſque videres
Ludere.

In chori ſpeciem ludere. Ouid. 3. Metam.

Ludendo ſæpe paratur amor. Ouid. 3. de Arte.

Agni ſatiati ludunt. Lucret. lib. 2.

Pecus omne ludit campo. Horat. 3. Carm. ode 18.

Ludit piſcis in aqua. Terent. Adelph. 3. 3, Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. Id eſt, moueri, vt interpretatur Seruius. Sic Virg. 8. Æneidos,
-geminos huic hubera circum
Ludere pendentes pueros.

¶Ludere, locari, & irridere, ſiue ſcurriliter & leuiter loqui, vel deludere alterum, ſiue eludere, vt ait Valla. Terent. And. 4. 5, Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. Cic. 3. de Nat. deor. Quum verò deos nihil agere, nihil curare confirmat, membriſque humanis eſſe prædi-tos, ſed eorum membrorum vſum nullum habere, ludere videtur.

Arbitrio ludat amica ſuo. Ouid. 1. de Remed. amor.

Ludere ſanguine hominis in conuiuio. Liu. 9. bel. Maced.

¶Ludere, Decipere. Virg. 1. Æneidos,
-vana ſpe luſit amantem.

Cic. 1. Tuſc. In vtroque eandem habuit fortuna poteſtatem, ſed luſa in altero eſt.

Aciem oculorum ludere, Vide ACIES.

Pater luditur arte. Ouid. 3. de Arte,
Cuíve pater vafri luditur arte Getæ.

Ludere dolis aliquem, Dolo circumuenire. Terent. Eunucho, 2. 3,
An potius hæc pari æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis?

Imaginibus falſis ludere aliquem. Virg. 1. Æneid.

¶Ludere, Canere, Pulſare. Gellius, Is optimè ludere à magiſtro eius didicerat.

¶Ludere, Verſibus ſcribere: ſed non niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt epigrámata: & huiuſmodi opuſcula, luſus dicúntur. Virg. 1. eclog.
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Idem 4. Georg. Carmina qui luſi paſtorum. Horat. 1. Carm. ode 32,
Poſcimus ſiquid vacui ſub vmbra Luſimus tecum.

Læta & iuuenilia luſi. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1.

Muſa tua luſit. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Modis bucolicis luſerat. Ouid. 2. Triſt. De Virgilio.

Verſu ludere. Virg. 6. ecloga.

Verſus ludens. Ouid. ad Piſonem,
-ſi carmina forte
Nectere ludenti iuuit fluitantia verſu.

Luſum, luſu, Supina. vt Luſum ire. Horat. 1. Serm. ſatyra 5,
Luſum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliúſque.

Ludens, Participium { παίζων } vt
Pueri ludentes. Horat, 1. epiſt. 1.

Luſus, Participium { παιχθεὶς } Deceptus. Cic. 2. de Fin. Sed & illum quem nominaui, & cæteros Sophiſtas, vt è Platone intelligi poteſt, luſos videmus à Socrate.

Luſus equis nũc eſt, leuib⁹ nũc luditur armis. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12.

Luſito, luſitas, pen. corr. { παίζω } luſitáre, Frequentat. Plaut. Capt. 19,
Nam vbi illò adueni, quaſi patritiis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut corhurnices dantur quibuſcum luſitent.

Luſor, luſoris { παίκτης } Qui ludit, aut decipit. Plaut. Amphit. 8,
Quid enim cenſes, te vt deludam contrà luſorem meum,
Qui nunc primum te aduenìſſe dicas, modo qui hinc abieris?

¶Luſor amorum. Ouid. 4. Triſtium, eleg. 9,
Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum. Id eſt ſcriptor.

Luſorius, Adiect. { παικτικὸς } Quod ad ludum ſpectat: vt Tabula luſoria, qua teſſeris luditur. Plin. lib. 17. cap. 56, Luſoriam pilam Pythus inuenit. Idem lib. 37. cap. 2, Tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium è gemmis duabus.

Luſoria fulmina, pro Innoxiis, apud Senec. 2. Natur. quæſt.

Imperium luſorium. Paul. in l. vltim. D. Ne quid in loco publico fiat, Qui aduerſus edictum Prætoris ædificauerit, tollere ædificium debet: alioquì inane & luſorium Prætoris imperium fuerit.

Luſorium nomẽ, pro Ficto & ementito. Senec. lib. 5. de Benef. cap. 8.

Luſoria quæſtio, Vel quæ ludo fit, vel de ludo tractat. Plinius libro 7. cap 53.

Luſorium ſpectaculum, Inane & ridiculum. Senec. epiſt. 81.

Ludifico, ludificas, pen. corr. { καταπαίζω } ludificáre, Actiuum: & Ludificor, ludificaris, Deponens, Deridere, ſeu per iocum & ludum fallere. Terent. Eunuch. 4. 4, Tu me hîc etiam nebulo ludificabere? Plautus Amphitr. 7, -iam
Sequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Ludificor, Paſſiuum. Lucret. lib. 4, Vt puerorum ætas improuida ludificetur. Plaut. Capt. 8, Nunc redeo inde, quum me tibi video ludificarier. Cic pro Roſc Amer. Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non videatur.

Impunè aliquem ludificari. Tacit. lib. 3, Irritum, feſſúmque Romanum impunè ludificabatur.

Ludificari locationem Liu. 9. bell. Maced. Cenſores edicto ſummotis ab haſta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paululum minutis pretiis locauerunt.

Ludificari mala alicuius, Id eſt quaſi per ludibrium vexare. Plin. iunior epiſt. 28. lib. 7, ad Cornelium Tacitum.

Ludificans, pen. corr. Participium { καταπαίζων. } Silius lib. 7,
-ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes
Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, pen. prod. Particip. { καταπαιξὰς. } Sil. lib. 7,
-leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo.

Ludificatus eſt patrem aurum: hoc eſt, Per fallaciam autum abſtulit. Plaut. Bacchid. 9, -neu quid ei ſucceníeat,
Mea cauſa de auro quod eum ludificatus eſt.

Ludificatus, Paſſiuum { καταπαιχθέις } Saluſt. in Iugurtha, Ludificati incerto prælio.

Ludificatio, Verbale { καταπαιξὶς. } Cic. pro Seſtio, Sed tamen actum nihil niſi de me, quum omni mora, ludificatione, calumnia, Senatus authoritas impediretur. Liu. 2. bel. Pun. Ne nihil actum cenſeret, extincta propè æſtate per ludificationem hoſtis.

Ludificabilis, & hoc ludificabile, pen. corr. { καταπαικτικὸς. } Ludificabiles ludi. Plaut. Caſin. 18,
Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,
Neque vſquam ludos tam feſtiuos fieri, quàm
Hîc intus fiunt, ludi ludificabiles Seni noſtro.

Ludibrium, ludibrij { χλεύη } Res vana & deridenda. Virg. 6. Æneidos,
-foliis tantum ne nomina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Cic. in Parad. Ille hæc ludibria fortunæ ne ſua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona.

Fœdiſſima ludibria. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Obnoxius ludibriis, Vide OBNOXIVS.

Proculcare, ac ludibrio ſibi habere aliquid. Lucret. lib. 5.

Haberi ludibrio, Deriderì. Terent. Heeyra, 4. 1.

Ludibrio eſſe alicui, Falli vel irrideri ab aliquo. Cic. ad Brutum, epiſt 2, Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperiũ Pop. Rom. Sic 7. Verr. Ludibrio eſſe vobis gloriam.

Vertere in ludibria. Tacit. lib. 12.

Ludibrio læſum iri. Metellus ad Ciceronem, lib. 5.

Ludibrioſus, penultima prod. Adiectiuum. Firmic. lib. 1. cap. 3, Platonem cum illis animi virtutibus vendidit fatum, & illam diuini animi diſciplinam tyrannicis crudelitatibus, ac ludibrioſis Dionyſij poteſtatibus tradidit.

Ludicrum, ludicri, penult. corr. Subſtantiuum { παίγνιον } Non modò ludos hiſtrionicos & ſcenicos ſignificat, ſed quodcunque opus luſorium & ioculare. Liu. 1. ab Vrbe, Et quum is creſcente in dies grege iuuenum ſeria ac iocos celebraret: iam tum in Palatino monte Lupercal, hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palanteum, deinde Palatinum montem appellatum. Ibidem, Ludicrum fuit equi pugiléſque ex Hetruria maximè acciti.

Celebrare ludicrum. Liu. 7. bell. Pun.

Ludicrus, vel Ludicer, ludicra, ludicrum, pen. corr. { παιγνιώδης } Iocularius, luſorius, leuis. Virg 12. Æneidos,
-nec enim leuia, aut ludicra petuntur Præmia.

Ars ludicra. Colum. in Præf. lib. 1, Sine ludicris artibus. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Artem facere ludicram. Plaut. Aulul. 23, Continuò meum cor cœpit, artem facere ludicram. Id eſt ſubſilire.

Certamen ludicrum. Seneca Agamemn. 13.

Res ludicra. Horat. 2. epiſt. 1.

Ludicra ſubtilitas. Gell. lib. 6. cap. 13.

Ludicræ tibiæ, Quibus luditur. Plin. lib. 16. cap. 36.

In prouerbij ludicrum vertere. Plin. lib. 3. cap. 11.

LVENTINVM { λευντινον } Britanniæ inſulæ vrbs, Ptolemæo teſte lib. 2. cap. 3. Vulgò *Promeſland*.

Lues,

Lues, luis, fœm. gen. { λοιμὸς. } Valla, Lues & peſtis hoc differunt quo genus & ſpecies. Nam quum in vrbe, aut in agro peſtis, aliúdve genus morbi ſæuit, ſiue ſolos homines, ſiue ſola pecora, ſiue vtroſque corripiens, lues dicitur. Interdum etiam ſi arbores & ſata. Peſtis verò aut citò occidit, aut citò abit ab eo quem inuaſit, quæ eadem dicitur peſtilentia. Nonnunquam tamen pro lue ponitur: atque ad animi vitium ſæpe transfertur. Hactenus Valla lib. 4. Cic. de Aruſp. reſp. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

Lues à lauando dicta, vt nonnullis placet. Feſtus, Lues eſt diluens vſque ad nihil. Tractum à Græco λύειν.

Morbi lues. Claud. de bello Gildon.

Demiſſa cœlo lues. Stat. 11. Thebaid.

Dira lues. Ouid. 7. Metam.

Grauem populis luem ſparſura peſtis. Senec. Thyeſte, 1.

Miſeranda lues venit arboribus ſatíſque. Virg. 3. Æneid.

Peſſimam luẽ abolere ferro. Senec. Medea, 4. Luẽ vocat Medeam.

Violenta lues. Valer. 5. Argon.

¶Lues, pro ſoluta aqua, vt quum niues in tabem, aquamque liquatæ ſunt. Petron. Arbiter,
-vincta fluctus ſtupuere pruina. Et paulò antè lues, iam concidenda iacebat. Ait enim aquas quæ ante labebantur ſoluatæ, repentè in pluuiam concreuiſſe & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus eſſet. Meminit Turnebus.

LVGDVNVM, Lugduni, penult. prod. { λούγδουνον } Ciuitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus, quum Galliam comitam regeret, tradítur condidiſſe. In ea fluuij Araris & Rhodanus. Hæc vna cum tota regione, Senecæ temporibus, fatali igne exuſta eſt. Vide Strab. lib. 4.

Lugdunum, dictum quòd in monte olim ſitum erat, tanquam Lucij mons, quum ipſam vrbem à L. Munatio Planco conditam fuiſſe multi cenſeant. Antiquis enim Gallis Dunum collem ſignificabat, & hodie etiam quibuſdam in Galliæ locis aggerem denotat. Turnebus.

Lugeo, luges, luxi, luctum { πενθέω, κοπτόμαι, διάγω μετὰ πένθους μέγα } lugẽre, In luctu eſſe. A Luo derivari dicit Sipontinus: quòd luctus, vitam hominis ſoluat. Cic. 3. Tuſc. Quid qui non putant lugendum viris?

Luxére matres Iliæ. Horat. Epod. 17.

Frartrem lugebat ademptum. Ouid. 11. Metam.

Lugere Rempub. Caſum & fortunam Reip. condolere. Cicero ad Curium, libro 7.

Lugere vitam hominum. Cic. 1. Tuſcul.

Luxi. Ouid. 11. Metamorphoſeos,
-poſitis te frondibus arbos
Tonſa comas luxit. De Orpheo.

Luxti, pro Luxiſti. Catul. de coma Berenicis, epigr. 61,
At tu non ortum luxti deſerta cubile, &c.

Vita lugenda. Ouid. 4. Triſt. eleg. 3.

Lugétur, Imperſonale { κοπτόμαι. } Catul. in Egnat. 37,
-ſeu pij ad rogum filij
Lugetur, orba quum ſtet vnicum mater.

Lugens, Participium { κοπτόμενος. } vt Solator lugentium. Stat. 5. Sylu. 5.

Luctus, huius luctus { κοπετὸς, γόος, πένθος, ὀδυρμὸς, ὀλοφυρμός. } Valla, Luctus eſt dolor qui exterius proditur vultu ipſo, atque aſpectu. Sæpe ipſe habitus vultus, atque veſtis, luctus eſt. Vnde ſecundo bello Punico, poſt cladem illam Cannenſem cenſuerunt p. c. ne fœminæ vltra trigintà dies in luctu eſſent: non videlicet ne in dolore (non enim imperare dolori poſſumus) ſed in illo lugubri habitu. Hactenus Valla lib. 4. Cic. 4. Tuſcul. Luctus, ægritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo.

Squalor & luctus. Cic. pro Plancio, Quam quidem nunc multitudinem videtis Iudices, in ſqualore & luctu ſupplicem vobis.

Feſſa luctúque viáque. Ouid. 14. Metam. de Canente Nympha.

¶Ater luctus. Seneca Herc. Fur. 9.

Coaceruati luctus. Ouid. 8. Metamorphoſeos,

Per coaceruatos pereat domus impia luctus.

Crudelis vbique luctus. Virgil. 2. Æneid.

Grauis. Seneca Octau. 2.

Ingens. Virgil. 6. Æneid.

Miſer. Valer. 3. Argon.

Impudens, Vide IMPVDENS.

Leuior. Ouid. 1. Metamorph.

Triſtis. Cic. pro Plancio.

¶Abſtergere luctum. Cic. 3. Tuſc. Vide ABSTERGO.

Abſumi luctu inerti, Vide ABSVMO.

Accenſa luctu phalanx. Virg. 12. Æneid.

Afficere luctu. Cic. in Piſon. Vt eos quos luctu afficeret, lugere non ſineret?

Attenuare luctum alicuius. Ouid. ad Liuiam.

Auertam luctus, & triſtia damna vetabo. Stat. 3. Sylu. 1.

Cepit ciuitatem luctus, Vide CAPIO.

Luctu confici. Cicero, Quare quum me afflictum & confectum luctu audies, &c.

Dare animum in luctus. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
-ſéque ipſe, diémque
Dárque animum in luctus, &c.

Excidit omnis luctus. Ouid 8. Metamorph.

Extendere luctus in æuum æternum. Ouid. 1. Metam.

Externare aliquem aſſiduis luctibus. Catul. Argon. 59, Vide EXTERNO.

Luctum haurire. Cic. pro Seſt.

Incidere in maximos luctus. Cic. 1. Offic.

Inſerere cogitationem aliquam luctibus. Quintil. in Procem. lib. 6, Vt aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit.

Luctum leuare. Cic. Fam. 4.

In luctu manere. Cic. Equidem in hoc luctu maneo.

Minuere luctus. Ouid. 15. Metam.

Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu. Virg. 1. Æneid.

Mordent luctus lachrymæque. Seneca Troade, 11.

Lentius luctus, lachrymæque mordent,
Turba quas fletu ſimili frequentat.

Luctum operire, Mœrorem & triſtitiam diſſimulare, & celare. Plin. epiſt. 16. lib. 3, Quo maius eſt, ſine præmio æternitatis abdere lachrymas, operire luctum, amiſſóque filio matrem adhuc agere.

Luctum percipere. Cic. Fam 14.

Permouere luctu. Quintil. lib. 2. cap. 10, Affici verò, & ira vel luctu permouere, cuius eſt ludibrij, &c.

Præcipitare luctus. Lucanus lib. 5,
-non mœſti pectora Magni
Suſtinet amplexu dulci, non colla tenere,
Extremíſque perit tam longi fructus amoris:

Præcipitántque ſuos luctus, neuérque recedens
Suſtinuit dixiſſe vale. Hoc eſt ante tempus accelerate ſuos luctus.

Miſer, luctu præditus. Cic. pro Roſc. Amer.

Renouátque luctus & metus miſeræ mihi. Senec. Octau. 4. Ibidem, 5, Renouare luctus parce cum fletu pios.

Amari luctus renouantur admonitu. Ouid. 14. Metam.

Saria meo tua pectora luctu. Ouid. 6. Metam.

Acerbo luctu ſuccenſus. Valer. 3. Argon.

Eſſe in maximis luctibus. Cic. 3. Offic.

Æterno tabeſcere luctu. Lucret. lib. 3.

Muliebrem tollite luctum. Horat. Epod. 16.

Vaneſcit luctus. Catul. Argon. 59,
Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum,
Sed quali ſolam Theſeus me mente reliquit,
Tali mente deæ funeſtet ſeque, ſuóſque.

Vocare in luctum, Hoc eſt dolorem & mœrorem excitare. Cicero ad Attic. lib. 13, Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.

¶Luctus, lucti, apud antiquos declinabatur. Accius,
Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto coniugis?

Luctíficus, penult. corr. Adiect. { πενθικὸς, γοερός. } Cic. 2. Tuſc. Luctífica clades noſtro infixa eſt corpori. Ex Æſchylo.

Clangores luctífici. Stat. 10. Thebaid.

Iubar luctíficum. Valer. lib. 3. Argon.

Luctíficus Titan. Lucanus lib. 7,
Segnior Oceano, quàm lex æterna vocabat,
Luctíficus Titan, nunquam magis æthera contra
Egit equos.

Verba luctífica. Seneca Thebaid. 1.

Luctífer, pen. corr. Adiectiuum { πενθοφόρος } Qui luctum fert vel nuntiat. Seneca Hercul. furen. 9,
Hîc vultur, illic luctífer bubo gemit.

Fax luctífera. Seneca Medea, 10, -ter latratus
Audax Hecate dedit & ſacros
Ediditignes face luctífera.

Luctíſonus, pen. corr. Adiectiuum { γοερὸς. } Ouid. 1. Metamorphoſeos, De Io mutata in vaccam,
Quos potuit, ſolos tendens ad ſydera vultus:
Et gemitu, & lachrymis, & luctíſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, ſinémque orare malorum.

Luctuoſus, pen. prod. Adiect. { γοώδης, θρηνώδης } Luctu plenum. Cic. ad Attic. 3, Non deſeram, neque optimi atque vnici fratris miſeras ac luctuoſas preces, nec, &c. Sic 2. de Diuin. Luctuoſa res.

Heſperia luctuoſa. Horat. 3. Carminum, ode 6,
Di multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ. Id eſt, Italiæ.

¶Luctuoſum, Quod luctum affert. Cic. pro Lege agraria, Quam me herclè ego præconi huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto. Idem 7. Verr. Illorum liberi quum erunt ſecuri percuſſi ac necati, corpora feris obiicientur: hoc ſi luctuoſum eſt parenti, redimat pretio ſepeliendi poteſtatem.

Luctuoſa victoria. Saluſt. Vtrorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam iam hoſtibus relinquatis.

Lugubris, & hoc lugubre, pen. corr. { γοερὸς, πενθερὸς, πενθικὸς } Quod ad luctum pertinet.

Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. Cic. 3. Tuſc.

Cantus lugubres. Horat. 1. Carm. ode 24.

Lugubris eiulatio. Cic. 2. de Legib. Lælius leſſum quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat.

Lugubris hedera. Plin. lib. 16. cap. 35.

Lugubris lamentatio, fletúſque. Cic. 1. Tuſc.

Lugubris ornatus. Cic. 3. Verr. Memini, vidi ſimul cum Pop. Rom. forum comitiúmque adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu: ad ſenſum, cogitationémque, acerbo, & lugubri. Terent. Heaut. 2. 3, Mediocriter veſtitam veſte lugúbri.

Pectora lugubria. Ouid. 10. epiſt.

O rem lugubrem, itaque intercludor dolore. Cic. Attic. lib. 8.

Lugubres ſordes. Cic. ad Quirites, poſt reditum.

Vagitus lugubris. Lucret. lib. 5.

Verbum lugubre, Quod luctum præ ſe fert. Cic. 5. Verr. Propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ ſignificat.

Voce lugubri liquidam tollunt querelam. Lucret. lib. 4. de cygnis.

¶Lugubria, Quæ ad luctum pertinent, ſubſtantiuè interdum accipitur, vt apud Ouid. 11. Metamorphoſeos,
Surge age, da lachrymas, lugubriáque indue, nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.

Amicta coniux lugubribus. Seneca Herc. fur. 9.

¶Lugubria, pro habitu mœrentium. Seneca de Conſolatione ad Martiam, Noſti quaſdam, quæ amiſſis filiis impoſita lugubria nunquam exuerunt.

Lugubre, penult. corr. { πενθικῶς } Aduerbium, quod & Lugubriter dicitur. Plaut. Ciſtellaria, 2,
-nam ſi hæc non nubat, lugubre
Fame familia pereat.

LVGIDVNVM, penult.prod. {λεγδουνον} Ptolemæo lib.2.cap.11, Germaniæ vrbs.Hodie Glogauia.Vulgò *Glogauu.*

Luma,lumæ Genus spinæ,vt ait Perottus ex Hermolao, quæ in pratis nascitur,& locis vliginosis.Sic dicta,quòd agricolæ eam è terra luũt, id est soluunt.

Lumera,Loca lumis plena.

Lumariæ falces, Quibus lumeta purgantur, hoc est lumæ secantur, vt ait Varro de Ling.Latina. Luma enim genus spinæ.

Lumbricus, lumbrici, pen.prod.masc.gen. {ἀσκαρὶς} Vermis è terra nascens:à lubricitate,vt opinor, dictus.Plaut.Aulularia,

Foras lumbrice,qui sub terra erepsisti modò:

Qui modò nusquam comparebas,nunc quum cõpares,peris.Colum. lib.7.cap.9.Terram rimentur,effodiant'que lumbricos.De Suibus loquitur. Plin.lib.27.cap.13, Sunt & gentium differentiæ non mediocres:sicut accepimus de tineis, lumbricisque ineſſe Ægypti,Arabiæ, Syriæ Ciliciæ populis.

Lumbrici teretes maximè exercent pueros.Celsus lib.4.cap.17.

Lumbrici multiplices. Celsus lib.4.cap.17.

Lumbrici,etiam vermes dicuntur,qui in vẽtre hominis, aut etiam aliorum animalium nascuntur.Colum.lib.6.cap.25,Solent autem nocere lumbrici , qui ferè nascuntur eruditatibus. Idem lib.6.cap.30, Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis.

Lumbricorum alij sunt teretes, alij lati.Vide Celsum lib.4.cap.17.

Lumbus,lumbi, m.g. {λόμβος,λόμβου} Pars corporis quinque inferiores spinæ vertebras complectens,qua libido designatur. sunt enim circa renes.Plin lib.20.cap.2, Lumborum verò dolori, semine sole siccato, dein,&c. Plaut.Epid.15.2, Plaudite, valete : lumbos extollite , atque exurgite. Vulgus nostrum generalioni vocabulo renes vocat , quòd circa sedem renum sint.

Excussi lumbi.Propert.lib.2.eleg.17.

Incurui lumbi.Ouid.8.Metam.

Lumborum tenus condi.Cic.in Arato.

-& Cepheus conditur antè

Lumborum tenus à prima depulsus ad vndas.

Dolare lumbos alicuius fuste.Horat.1.Serm.saty.5.

Infringere lumbos.Horat.Epod.11, -& heu

Limina dura,quibus lumbos,& infregi latus.

Duros qui nequeunt mouere lumbos. Catullus ad Aurelium , epigr.16.

Lumbus,etiam de brutis dicitur.Horat.1.Serm.saty.6,

-nunc mihi curto

Ire licet mulo,vel si lubet,vsque Tarentum:

Mantica cui lumbos onere vlceret,atque eques armos.

Lumbus ficedulæ,Martialis lib.13.5,

Cærea quæ parulo lucet ficedula lumbo,

Quum tibi fortè datur,si sapis,adde piper.

Lumbus léporis, apud Plinium,Galli *rablum* vocant.

Lumbulus,penult.corr. Diminutiuum {λομβάριον.} Plinius lib.28.cap.11, Sicca lippitudo , lumbulis suum tostis , atque contritis, & impositis, tollitur.

Lumbifragium,lumbifragij {λομβάγιον.} Plautus Amphitr.4, Nam si me irritassis,hodie lumbifragium hinc auferes. Hoc est,ictus circa lumbos:fictum verbum Plauto.Hoc est, Frangam tibi lumbos.

Lumbago,pen.prod. lumbaginis,f.g. {λομβὰγο λόβιτμα} Vitium & debilitas lumborum,vt inquit Festus.

Lumen,luminis,penult.corr. {φάος,φῶς,φέγγος,φάεος} Notæ significationis:dictum quasi lucimen.

Lumen à luce Seruius distinguit 2. Æneidos , quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo:in luce solus splendor.

¶Arrecta lumina.Virg 2.Æneidos,

Vix positum castris simulacrum,arsere coruscæ

Luminibus flammæ arrectis:salsúsque per artus

Sudor iit.

Breue lumen candelæ,Iuuenal.Saty.3.

Flagrantia lumina flammis.Lucret.lib.4.

Fulsum lumen.Virg.7.Æneid.

Fumea lumina tædis.Virg.6.Æneid.

Hyberni luminis ignes.Virg.1.Georg.

Multifida lumina.Stat.3.Thebaidos,

Multifida attollens antiqua lumina cedro

Nocte subit campos.

Nocturna lumina.Virg 7.Æneidos,

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Extinctum recens nocturnum lumen.Lucret.lib.6.

Piceum fert humida lumen Tæda.Virgil.9.Æneid.

Vigilantia lumina,Id est semper ardentia.Ouid.17.epist.

¶Accendere lumen,Vide ACCENDO.

Admouere lumen.Plin.lib.10.cap.75.

Collucere luminibus,Vide COLLVCEO.

Exilit lumen si lapidem percuriat lapis.Lucret.lib.6.

Ignes fundunt lumina.Virg.2.Georgicorum,

Pascuntúrque ignes nocturni,& lumina fundunt.

Lustrare vestigia lumine.Virg.2.Æneid.

Stertuit lumen,Id est crepitauit : quod futuri successus dat præsagia.Ouid.18.epist.

¶Lumen, pro luce ac die.Cic.pro Rab.Posth.Si te secundo lumine hîc offendero,moriẽre.Id est cras,siue secũdo die. Virg.6.Æneidos,

-vix lumine quarto

Prospexi Italiam.Id est die quarto.

Clarissima mundi lumina Liber & Ceres. Virg.1.Georg.Id est Sol & Luna.

Sparsa micant stellarum lumina cælo.Silius lib.15.

Cassus lumine aër.Lucret.lib.4.

¶Diurnum lumen,Lux diei.Lucret.lib.4.

Iucundum cæli lumen.Virg.5.Æneid.

Læuum lumen,Vide LAEVA.

Lurida lumina præbebat terris Sol.Ouid.15.Metam.

Manifestum lumen, pro claro, aut nimbo , cuius maius est lumen, vt inquit Seruius.Virg.4.Æneidos,

-ipse deum manifesto in lumine vidi

Intrantem muros,vocémque his auribus hausi.

Orientia lumina Solis.Virg.8.Æneid.

Primo cum lumine Solis.Virg.7.Æneid.

Purpureum lumen iuuentæ.Virg.1.Æneidos,

-nanque ipsa decoram

Cæsariem nato genitrix,luménque iuuentæ

Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. Id est pulchrũ nitorẽ.

Rubrum lumen.Claud.lib 2.de raptu Proserp.

Serenum lumen Solis.Lucret.lib.2.

Solare lumen Ouid.5.Tristium,elegia 10,

Dúmque (quod ô breue sit) lumen solare tenebo,

Seruiet officio spiritus iste tuo.

Splendida lumina Solis.Lucret.lib.2.

Stellantia lumina.Valer.2.Argon.

Tremulum lumen.Virg.7.Æneidos,

-splendet tremulo sub lumine Pontus.

Vaga lumina noctis,Sydera.Stat.3.Thebaid.

Sera rubens accendit lumina Vesper.Virg.1.Georg.

¶Dare lumina terris,dicitur Sol.Ouid.2.Metam.

Inferte mortale lumen in clarissimum Solem.Quintil.lib.5.cap.12, In rebus apertis argumentari tam sit stultum , quàm in clarissimum Solem mortale lumen inferre.

Solis lumina peruulgãt cælum.Lucret.lib.4.Id est vulgò seu passim percurrunt.

Mundo præbebat lumina Titan.Ouid.1.Metam.

Luna obscura premit lumen.Virg.4.Æneid.

Priuatus lumine aer.Lucret.lib.4.

Terra spoliatur lumine.Lucret.lib 4.

Purpureo lumine campos vestit æther.Virg.6.Æneid.

Spirabile lumen cæli,Id est vitale.Virg.3.Æneid.

¶Vitæ lumina attingere.Virg.6.Æneid.

Cassus lumine,Mortuus.Virg.2.Æneidos.

-nunc cassum lumine lugent.

In oras luminis exoriri.Lucret.lib.1.ad Venerem,

Nec sine te quicquam dias in luminis oras

Exoritur,neque fit lætum,neque amabile quicquam.

Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ.Lucret.lib.5.

Inuisa reliquam lumina,Id est moriar.Virg.12.Æneid.

¶Lumen,pro oculo aliquando ponitur , quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus.Quintil.in Procem.lib.6,Prior alterum ex duobus eruit lumen. Sed hîc metaphoricè loquutus est. Alterum enim è duobus filiis mortuum intelligit. Idem lib.9.cap.3,Siquis ducere os exquisitis modis , & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat,rideatur. Plin.lib.11.cap.37,Ab isdem qui altero lumine orbi nascerentur,coclites vocantur.

Oculorum lumina Lucret.lib.4.

Acies luminum.Seneca Herc.fur.9.

Orbis inanis luminis.Ouid.14 Metamorphoseos,

-me luridus occupat horror

Spectantem vultus,etiamnum cæde madentes,

Crudelésque manus,& inanem luminis orbem. De Polyphemo.

Orbus luminis.Id est cæcus.Ouid.in Ibin. Idem 14.Metam.

Caui recessus luminum , & inanes sinus.Seneca OEdip.12, de OEdipo qui oculos ipse sibi eruerat.

Frons læta parum,& deiecto lumina vultu.Virg.6.Æneid.

¶Adoperta lumina somno.Ouid.1.Metam.

Apertum oculorum lumen.Lucret.lib.4.

Ardentia lumina.Virgil.2.Æneidos,

Ad cælum tendens ardentia lumina frustra.

Lumina cærula Germani.Iuuenal.Saty.13.

Caua lumina.Ouid.8 Metam.de Fame,

Hirtus erat crinis,caua lumina,pallor in ore.

Crudelia lumina.Ouid.14.Metamorphoseos,

Corpore vt exanimi crudelia lumina pascas.

Distenta lumina.Lucan.lib.6,

Iam riget atra cutis,distentáque lumina rumpit.

Diurnum lumen,Lumen diei.Ouid.4.Fast.

Effossum lumen.Virg.3.Æneid.

Expertia somno oculorum lumina.Lucret.lib.6.

Ferrea lumina.Stat.2.Theb.de Cerbero,

Ni deus horrentem lethæo vimine mulcens

Ferrea tergemino domuisset lumina somno.

Flammea lumina.Ouid.epist.12.

Glauca lumina.Claud.5.Paneg.

Humida lumina.Ouid.9 Metam. Id est lachrymantia.

Lachrymantia lumina.Ouid.13 Metam.

Languida lumina.Carul. Argon.59.

Morientia lumina.Ouid 9.Metam.

Patentia lumina.Lucret.lib.6.

Spectantia lumina.Ouid.6.Metam.

¶Acuere lumina,Vide ACVO.

Adimere lumen alicui.Virg.3.Æneidos,

Monstrum horrendum,informe,ingens,cui lumen ademptum. De Polyphemo.Vide ADIMO.

Oculi ardentes glauco lumine.Virg.4.Georg.

Vix attollens lumina.Virg.5.Æneid.

Obliquo lumine cernere aliquem.Ouid.2.Metam.

Circunfert lumina campo.Silius lib.17.

In æternam clauduntur lumina noctem.Virg.10.Æneid.

Claudere alicui lumina,Vide CLAVDO.

Luctantia lumina composuit somnus.Silius lib.7.

Natantia lumina condit somnus.Virg.4.Georg.

Condere

Condere lumina alicuius digitis.Ouid.10. epist.

Ergo ego nec lachrymas matris moritura videbo:

Nec mea qui digitis lumina condat,erit?

Digitos in lumina condere.Ouid.13.Metamorphoseos,

-digitos in perfida lumina condit,

Expilátque genis oculos.

Orbem luminis corrumpere.Lucret lib.3,

Vt lacerato oculo circùm si pupula mansit

Incolumis,stat cernendi viuata potestas:

Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem.

Declinare lumina somno.Virg.4.Æneid.

Defigere lumina aliquò.Virg.1.Æneidos,

-sic vertice cæli Constitit,& Lybiæ defixit lumina regnis.

Mœsto defixus lumina vultu.Virg.6.Æneid.

Demittere lumina.Ouid.15.epist.

Detorquet lumen ab illa.Ouid.6.Metam.

Domare lumina somno.Stat.2.Theb.

Eruere lumen. Quintil.in Procem.lib.6,Mihi filius minor quintum egressus annum , vt in malis agerem , prior alterum ex duobus eruit lumen.

Noxia lumina facere.Ouid.2.Tristium,

Cur aliquid vidi?cur noxia lumina feci?

Fallere lumina.Ouid. 4 Metamorphoseos,

Retiáque & laqueos,quæ lumina fallere possent,

Elimat. Id est quæ videri non possent.

Flectere lumina,Ouid.5.Metamorphoseos,

Tunc quoque conanti sua flectere lumina,ceruix Diriguit.

Iactare luminâ in aliquem.Ouid.3.epist.

Labuntur frigida lecto lumina.Virg.11.Æneid.

Occidit lumen,Hoc est videndi facultas , seu virtus visiua , vt loquuntur.Lucret.lib.3,

At si tantula pars oculi media illa peresa'st:

Incolumis quanuis alioqui splendidus orbis:

Occidit extemplo lumen, tenebræque sequuntur.

Tacitis luminibus pererrare aliquem.Virg.4.Æneid.

Fulmen perstringit lumina obliqua flamma , Id est oculos offuscat coruscatione.Lucan.lib.1.

Recipere lumen.Celsus lib.6.cap.6.

Resignat lumina morte,Vide RESIGNO.

Tecto simulatur lumine somnus.Oui.20.epist.Id est clausis oculis.

Inexplero lumine spectare aliquid.Ouid.3.Metam.

Toruo lumine spectare aliquem.Ouid.9 Metam.

Flammea subduxi medicato lumina somnò Ouid.12.epist.

Fessa lumina furtim subit sopor.Ouid.18.epist.

Suffecta lumina letho.Valer.1.Argon.

Suffundit lumina rore,Id est fletOuid.10.Metam.

Somno tegere lumina.Virg.4.Georg.

Immota tenere lumina.Virg 4.Æneid.

Tergere lumina manu.Catul.de Coma Berenicis,epig.61.

Rorantia lumina terfit.Stat.2.Sylu.2.

Flammantia lumina torquens.Virg.3.Georg.de serpente.

Lassáque versantes supremo lumina motu.Ouid.7.Metam.

Placido lumine videre aliquem.Horat.4.Carm.ode 3.

¶Lumen,pro expositione. Cic.ad Trebat.lib.7.20,Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest?qui quanquam plurimi sunt,doctorem tamen luménque desyderant.Hoc est , interpretationẽ. Ex vetusto codice legitur vnúmque. Alij legunt vtúmque, id est exercitationem.

Clara lumina præpandere meati alicuius.Lucret.libro 1. Lumen, scientiam.

Adhibere lumen,Vide ADHIBEO.

Clarum lumen extollere è tenebris.Lucret.lib.3. Scientiam.

¶Lumen,pro fenestra.Cicero de Optim.gener.Orator.Sed earum omnium rerum vt ædificiorum,memoria fundamentum est , lumen actio. Vulgò tamen parum attendunt lumen eo loco fenestras significare,quibus in ædes lumen admittitur: quú tamen in hac significatione non raro à scriptoribus vsurpetur , vt à Catone cap.14. apud quem etiam luminaria foriculas fenestrarum significant & specularia. Vide locum.

¶Luminibus obstruere , verbum antiquum iuris. Cic. pro Domo sua,A Q.Scio contendit,vt Q Postthumius sibi domũ venderet. Quũ ille id negaret,primò se luminibus eius esse obstructurũ minabatur. Lumina fenestrarum intelligit:quibus obstruere solent vicini,id est murum,parietem, tectum , vel tale quid contrà struere, & ita lumen impedire. Iurisconsulti officere luminibus dicunt.

Obstruere alicuius luminibus,per metaphoram vsus est Cicero de Clar.Orat. Nam vt horum conciis sententiis , interdum etiam non satis apertis cum breuitate,tum nimio acumine officit Theopompus elatione,atque altitudine orationis suæ (quod idé Lysiæ Demosthenes)sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.De Philisto & Thucydide.Qui locus Ciceronis cor ruptè impressus est. Quemadmodum enim, inquit , claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit historicus grandiloquentia styli tanquam altitudine ædificij , & Demosthenes orator Lysiæ : sic fusciorem illum splendoré orationis Catonianæ recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi præumbrantes obscurauerunt.Budæus.

Minuere lumina.Paulus,D.de seruitut. vrban. præd.l.3, Luminum seruitute constituta,id acquisitum videtur , vt vicinus lumina vicini excipiat.Quum autem seruitus imponitur, Ne luminibus officiatur: hoc maximè adeptum videbitur,ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare,atque ita minuere lumina nostrorum ædificiorum.

Officere luminibus.Caius,D.de seruitut.vrban. præd.l.1, Vrbanorum prædiorum iura talia sunt:altius tollendi , & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi. Idem ibidem,l. Hæc autem:Si ædes tuæ ædibus meis seruiant,ne altius tollantur, ne luminibus mearum

ædium officiatur: & ego per statutum tempus fenestras meas præsixas habuero , vel obstruxero : ita demum ius meum amitto,si tu per hoc tempus ædes tuas altius sublatas habueris.

Obscurare lumina ædium.Marcellus,D.de seruitut. vrban.præd.l. Scaurus,Qui binas ædes habebat,si alteras legauit : non dubium est, quin hæres possit altius tollendo obscurare lumina legatarum ædiũ.

Recludere lumẽ.Marcellus,D.de seruitut. vrban. præd.l. Scaurus, Sine accessu nullum est fructus legatum : habitari autẽ potest etiam ædibus obscuratis. Cæterùm vsufructu loci legato , etiam accessus dandus est : quia & hausta aquæ relicto,iter quoque ad hauriendum præstaretur.Sed ita officere luminibus,& obscurare legatas ædes cõceditur:vt non penitus lumen recludatur , sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in vsus diurni moderationem.

Nocere lumini.Vlpian.D.de seruitut.vrban.præd.l. Inter seruitutes,In luminibus obseruatur,ne lumina cuiusquam obscuriora fiant. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentum,prohiberi potest,si seruitus debeatur. Opus quoque nouum ei nuntiari potest , si modò sic faciat,vt lumini noceat.

Impedire lumen.Vlpian.D.de seruitut. vrban.præd.l. Si arborem, Si arborem ponat,vt lumini officiat:æquè dicendum erit,contra impositam seruiturem eum facere. nam & arbor efficit , quominus cælum videri possit.Si tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat,folem autem auferat:&c.

Deuoluitur lumen in ædes.Vlpian.D.de seruitut. vrban. præd.l. Si arborem,Interdum dici potest, eum quoque qui tollit ædificium vel deprimit , luminibus officere , si fortè κρὸς ἀντιπαράκλασιν , vel pressura quadam lumen in eas ædes deuoluatur.

Immittere lumen, Paulus,D.de seruitut.vrban.præd.l.Eos qui,Eos qui ius immittendi luminis nõ habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure fenestras immisisse respondi.

¶Lumina præferre menti alicuius dicitur deus Id significat quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. Cicero Antè quàm iret in exilium, Vos vos obtestor dij immortales,qui meæ menti lumina præstulistis, quum cõsensum extinxi coniurationis, arcémque vrbis ab incendio & flamma liberaui.

¶Lumina ciuitatis,pro insignibus viris,& claris quos dicimus.Cic. 3 in Catil. Tum verò clarissimis viris interfectis , lumina ciuitatis extincta sunt. Idem pro Deiotaro,Omnium gentium,atque omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere.

Claret lumen,Vide CLAREO.

Lumen conuentus:cui opponitur , Tenebræ & solitudo. Quintil. libro 1,cap.2.Lumen illud conuentus honestissimi tenebris ac solitudini præstulissem.

Lumen animi.Colu.in Præf.lib.1,Quæ prænoscere sine lumine animi,& sine exquisitissimis disciplinis non quenquã posse crediderim.

Eloquentiæ lumen. Cic.in Brut. Catonis Origines quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? Lumen , hoc est ornamentum,schema. Vt enim ingenij lumen est eloquentiæ, sic eloquentiæ lumina sunt schemata. Idem in eodem Bruto,Erant autẽ & verborũ & sententiarũ illa lumina,quę vocant Græci σχήματα,quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur ornatus oratio. Idem in Topicis, At quum de ornamentis verborum,sententiarúmque præcipitur,quę vocantur σχήματα,non fit idem.Vide SCHEMA.

Præcipuum eloquentiæ lumen. Quintil.lib.3.cap.1.

Lumen probitatis prospicere in aliquo,hoc est, Maximam probitatem.Cic.de Amicit. Quòd in eo quasi lumen aliquod probitatis & virtutis prospicere videamur.

Lumen virtutis , Clara & magna virtus.Cicero ad Cassium,lib.12, Nunc autem opto,vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.

Ingenij lumen,Vide INGENIVM.

¶Lumina in pictura , Vmbræ & alia. Plin. lib.35.cap.5,Tandem se ars ipsa distinxit,& inuenit lumen atque vmbras, differẽtia colorum alterna vice sese excitante : deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumen:quem quia inter hoc & vmbram esset,appellauerũt tonon.Budæus.

¶Lumina orationis sunt sententiæ , præcipuè quæ in clausulis ponuntur , translatum vocabulum à pictura. Græci vocant schemata. Cic.de Claris Orat. Itaque quum ad hanc verborum Latinorum elegantiam adiungit illa oratoria ornamenta dicendi:tum videtur tãquam tabulas pene pictas collocare in bono lumine.Ex Budæo.Vide Quintil.lib.9.cap.1.

Lumino,luminas,pen.corr. {φωτίζω} luminâre. Idem quod Illuminare. Martianus Capel.lib.1, Quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus igoium luminabant.Vide INTERSTINGVO.

Luminosus,pen.prod. Adiect. {φωτεινός} Significat clarum,inquit Nonius.Cic.in Orat.Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ. Translatio est à pictura,in qua lumen dicitur, quod vmbræ opponitur.

Luminare,luminaris,pen.prod.neut.gen. {φωστὴρ} Lumen.

Luminaria,metaphoricé.Cic.2.Philip. In te autem M. Antoni id decreuit Senatus,& quidem incolumis,nondum tot luminaribus extinctis,quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum. Id est,Tot egregiis viris extinctis,inquit Budæus.

Luna,lunæ {σελήνη,σελήνης} Dicta à lucendo , quòd noctu lucet. Cic. in Somn.Scip.Erant autem eæ stellæ , quas nunquam ex hoc loco vidimus,& eæ magnitudines omniũ, quas esse nunquã suspicati sumus: ex quibus erat ea minima , quæ vltima cælo,citima terris luce lucebat aliena.De Luna. Idẽ 2.de Nat.deor.Luna à lucendo nominata.

Luna modò curuata in cornua,modò æqua portione diuisa,modò sinuata in orbem, maculosa , eadémque subitò prænitens , immensa orbe pleno,ac repentè nuda.Plin.lib.2.cap.19.

Lunæ phases seu permutationes sunt septem.Primam in ea phasin statuunt,quum exoritur, emergítve à sole. Et corniculatio dicitur, aut corniculans luna.ea figura à Græcis Menoides nominatur , aut Monoides,vt legitur apud Firmicũ in Præfatione libri quarti. Postea

est Dichotomos,hoc est dimidio orbe cæsa vel diuidua. Deinde Amphicyrtos,quod est,vtrinque gibbosa : vtpote maior dimidia, minor plena. Inde Panselene,siue plena : è Solis regione quum normaliter teterit. Rursúsque Amphicyrtos,ac denuò Dichotomos. Demum luminis vniuersitate priuatur,quum filere intelligitur:& à Græcis Synodica nuncupatur,velut cum Sole commeans , vt tradit Theon. Hęc ex Firmico in Præfatione lib.quarti, Martiano Capella lib.8, Cælio Rhodigino lib.20.cap.7.

Luna infra terram. Colum.lib.11.cap.3,de Allio loquens , Scruabimus vt luna infra terram sit.

Luna supra terram,& sub terra. Plin.lib.18.cap.32. Seminaria quum luna supra terram sit,fieri:calcari musta, quum luna sub terra.

Cælum sine luna. Plin.lib.14.cap.21, Ipsa quoque defruta ac sapas, quum sit cælum sine luna. Hoc est, in syderis eius coitu , neque alio die coqui iubent.

Coitus lunæ. Plin.lib.16.cap.39. Vide Silens luna. Idem lib.2. cap. 13, Defectus ducentis viginti duobus mensibus redire in suos orbes. certum est , solisque defectum non nisi nouissima primáve fieri luna, quod vocant coitum.

Concursus lunæ & solis,pro Coitu. Celsus lib.1.cap. 4.

Defectus lunæ. Plin.lib.2.cap.13.

Globus lunai. Lucret.lib.5. Virg.6 Æneid.

Labores lunæ. Virg.2. Georgicorum,

Defectus solis varios,lunæque labores.

Meatus solis lunæque. Lucret.lib.1.

Numen lunæ. Plin.lib.18.cap.32.

Lunæ orbis. Plin.lib.2.cap.9. Vide ORBIS.

Status lunæ. Plin.lib.18.cap.29.

Vultus purpureus lunæ. Ouid.1.Amor.eleg.8.

¶Alra luna. Virg.9.Æneid.

Aquilonia luna. Plin.lib.2.cap.97. Vide AQVILO.

Aurea luna. Ouid.10.Metam.

Bicornis luna,regina siderum. Horat.in Carm.secul.

Candida luna. Virg.7.Æneid.

Caua luna. Plin.lib.8.cap.54.

Celeres lunæ. Horat.4.Carm.ode 7.

Decrescens luna. Plin.lib.17.cap.9.ad finem.

Dimidia luna, Vide Intermenstrua luna.

Dimidiata luna. Plin.lib.18.cap.32.

Diuidua luna. Plin.lib.2.cap.18,In quadrato solis diuidua est,in triquetro seminani ambitur orbe,impletur autem in aduerso.

Errans luna. Quintil.lib.1.cap.10.

Extrema luna. Varr.de Re rust.lib.1.cap.37, Dies lunares quoque obseruandi, qui quodam modo bipartiti. Quod à noua luna crescit ad plenam,& inde rursus ad nouam lunam decrescit, quod veniat ad intermenstruum,è quo die dicitur luna esse extrema,& prima.

Globosa luna,an plana,an acuta. Quintil.lib.7.cap.3.

Hibernæ ventosa cacumina lunæ. Stat.3. Thebaid. Quia signa tempestatis in lunæ cornibus sunt constituta. Lactantius.

Intermenstrua luna. Plin.lib.18.cap.32, Stercus nisi decrescente luna ne tangito. Maximè intermenstrua dimidiáque stercorato.

Intermestris luna. Plin lib.18.cap.39,Nisi intermestri luna atque dimidiata,ne tangas materiem.

Menstrua luna. Virg.1.Georg.

Minor luna. Horat.2.Serm.saty.8. Id est imminuta.

Nascentes lunæ. Horat.2.Serm.saty.4.

Noctiuaga luna. Stat.3.Sylu.5.

Nouæ pergunt interire lunæ. Horat.2.Carm.ode 18.

Nouissima luna. Vide Coitus lunæ. Plin.lib.2.cap.97. Vide NOVVS.

Pernox luna. Plin.lib.2.cap.9.

Plena luna,& Noua luna. Cæs.4.bel.Gall. Eadē nocte accidit vt esset luna plena. Plin.lib.18.cap 32,Oua luna noua supponito. Scrobes luna plena noctu facito. Vide NOVVS.

Pauperata luminibus luna. Firmic.lib.1.cap.2.

Radiantis imago lunæ. Virg.8.Æneid.

Redeuntis cornua lunæ,Id est renascentis. Ouid.10.Metam.

Roscida luna. Virg 3.Georg.

Rubens luna. Horat.Serm.lib.1.satyr.8.

Sanguinea luna. Ouid.2.Amor.eleg.1,

Carmina sanguineæ deducunt cornua lunæ.

Secunda luna. Plin.lib.28.cap.16.

Sera luna. Plin.lib.2.cap.9.

Sicca luna. Plin.lib.17.cap.9.ad finem.

Sitiēs luna. Plin.lib.17.ca.9. Ibid.cap.14, Luna sitiēte,hoc est sicca.

Surgens luna. Tacit.lib.19,Donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies.

Tacitæ per amica silentia lunæ. Virg.2.Æneid.

Turbida luna. Claud.de bello Gildon.

Luna vicesima,pro vicesimo die post nouam lunam. Plin.lib.2.cap. 97,Æstus idē triduo in mense consistit septima, octaua,nonáq; luna.

¶Luna agit sub terra. Plin.lib.18.cap.32.

Canere lunam errantem. Quintil.lib.1.cap.10, Iopas ille Virgilij, nónne canit errantem lunam,solisque labores?

Luna reuertentes quum primùm colligit ignes. Virg.1.Georg.

Crescens luna. Varro de Re rust.lib.1.cap.37, Quædam facienda in agris potius crescente luna,quàm senescēte. Paulo pòst, Lunam & crescentem,& cōtrà senescentem. Plin.lib.18.cap.32,Omnia quæ cæduntur,carpūtur,tondentur,innocentius decrescente luna,quàm crescente fiunt.

Cornua lunæ se complent lumine. Virg.3. Æneid. Id est hic tertius est mensis.

Crescit luna. Plin.lib.9.cap.14.

Cælo deducere lunam. Virg.8.eclog.

Deducere lunam è curru. Tribull.lib.1.eleg.8.

Deripere lunam cælo. Horat.Epod.5.

Decrescens luna. Varro lib.1.de Re rust.cap.37.

Cornua euanescunt lunæ. Ouid.2.Metam.

Cælo fulgebat luna sereno. Horat.Epod.15.

Deficiens luna. Plin.lib.2.cap.9.

Deficit luna Plin.lib.2.cap.13.

Plena per inferras fudit se luna fenestras. Virg.3.Æneid.

Imminente luna,Id est sub vesperum Horat.1.Carm.ode 4.

Luna implet orbem cornibus quater iunctis. Ouid.2.Metam.

Luna quarer latuit,toto quater orbe recreuit. Ouid.epist.2.

Lucet luce aliena luna, Vide LVX.

Operatur noctes luna, Vide OPEROR.

Minuitur luna Plin.lib.2.cap.14.

Vaga luna deorum protulit os. Horat.1.Serm.saty.8.

Obscura luna premit lumen. Virg.4.Æneid.

Rubet luna. Horat 2.Carm.ode 11.

Laboranti lunæ succurrere. Iuuenal.Satyr.6.

Nox tenebat lunam in nimbo. Virg.3.Æneid.

Senescens luna, Vide Crescens luna. Vide etiā Plinium lib.2.cap.9.

Silens luna. Plinius lib.16.cap.39. Lunam vocat silentem , quando non lucet.

Lunula , atque anellus aureolus {σφόνδυλον} quod vulgus nostrum *Virgam auream* vocat, quæ digito imponitur. Plaut. Epid. 13, Lunulam atque anellum aureolum in digito?

Lunaris,& hoc lunare,pen.prod.{σεληναῖος} Quod ad lunam pertinet. Cic.in Somnio Scip. Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior , acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris & infimus.

Lunaris annus, Qui mense vno suum efficit cursum.

Currus lunares. Ouid.15.Metam.

Equi lunares. Ouid 5.Fast.

Globus lunaris. Claud.lib.2.de Raptu Proserp.

Iubar lunare. Claud.1.in Ruff.

Lampas lunaris. Stat.10.Thebaid.

Orbitas lunaris, Vide ORBIS.

Lunare sydus. Seneca. de Prouidentia.

Lunaris ratio. Plin.lib.18.cap.39.

Lunatici dicuntur, in quos luna agit, &, vt Apuleius ait, qui cursum lunæ patiuntur: quales sunt potissimum qui comitiali morbo laborāt, aut insania , aliove morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauātur & agitantur. Vnde Paulus mancipium furiosum, aut lunaticum redhibendū censuit, in l. Bouem. §. Aliquādo. D. De Ædil. edicto. Isidorus , Caducus à cadendo dictus, id est lunaticus , eo quòd certo lunæ tempore patiatur. Artemidorus quoque eum lunæ acceptum ferri ait.

Luno, lunas {κεκμυνλιάζω} lunāre , In modum lunæ , quando in cornua curuatur, flectere. Ouid.1. Amor.eleg.1, Lunauíque genu sinuosum fortiter arcum. Id est intendit.

Lunatus, pen.prod. {κεκμηλὼς} Participium , siue Nomen ex participio,

Curuatus: vt Ferramentum lunatum. Colum.lib.12.cap.54.

Æquora lunata placido recessu. Stat.2.Sylu.2.

Cauda lunata delphinorum. Senec.OEdip.5.

Classis lunata. Lucan.lib.3. Vide CLASIS.

Lunatis obliquatur cornibus mare Caspium. Plin.lib.6.cap.13.

Flexus lunati. Silius lib.4.

Frons lunata vituli. Claud.1.de rapt.Proserp.

Lunata iuba. Mart.lib.8.49, Aurea lunatæ quum stetit vnda iubæ.

De horrente leonis iuba loquitur.

Iuuenci nondum lunati fronte. Stat.6.Theb.

Lignum osseum lunatúmque. Plin.lib.13.cap.4.

Peltæ lunatæ. Virg.1.Æneid.

LVNA {λοῦνα} Ligurum oppidū, portu nobile. Ennius, Lunai portum est operæ cognoscere ciues. Nunc vulgò *Sarzana*. Olinarius in Melam.

LVN AE montis promontorium {σκόλοπες ὄρος ἄκρον.} Ptolem. lib.2. cap.5. Lusitanię locus. Vulgò *Ponte de luna*, rectius *Punte de luna*, Id est, *pons lucis*.

LVNARIVM promontorium {λουνάριον ἄκρον} Ptol. libro 2.cap.6. Alio nomine, *Mons Ionis, Scalæ Annibalis*: nunc *Montini*.

Lunensis {λουνένσις} Cæsus sic dictus ab oppido Hetruriæ nomine Luna. Plin.lib.11.cap.42, Lunensem magnitudine cōspicuum è misto Herruriæ atque Liguriæ confinio mittunt. Martialis lib.13,

Cæsus Herruscæ signatus imagine Lunæ,

Præstabit pueris prandia mille tuis.

Luo, luis, lui {λύω, σίνομαι, πάσχω} luere, Persoluere. Liu. Vt tandem debito supplicio scelus lueret. Id est, solueret, seu purgaret. A laudo quidam ductum volunt, alij à Græco λύω, λύσω, λύειν. Cic. ad Attic. lib.12, Quomodo hoc ergo lues? si mihi librum miseris. Id est, Expurgabis hoc peccatum.

Luere æs alienum, pro Soluere. Curtius lib.10. Vide AES.

Delicta alicuius luere. Horat.3.Carm. ode 6.

Facta luere. Stat.1.Theb.

Luere libidinem alicuius sanguine innocentium, Hoc est Abluere & expurgare. Cic.3.Verr. Verrēsne tibi tanti fuit, vt eius libidinem, hominum innocentium sanguine lui velles?

Luere maculas sanguine, hoc est Abstergere & eluere. Cic.7. Verr. Errabas Verres,& vehementer errabas, quum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocētium sanguine luere arbitrabare. Alij legunt eluere.

Luere peccata , Delictorum supplicium ferre. Liu.8.bel Mac. Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Virgil.10.Æneid.

Periculum luere. Liu.lib.10.ab Vrbe.

Luere pœnas, quod & Dare pœnas dicitur , pro Ferre supplicium. Cic. Attico, lib.3, Itaque mei peccati luo pœnas : quanquam tuæ me literæ sustentant.

Pœnam luere. Tacit. lib.5, Præcipuus olim circunueniendi Titij Sabini,& tunc luendæ pœnæ primus fuit.

Oblatum stuprum voluntaria morte luit Lucretia. Cic.5.de Fin.

Luere supplicia, Sustinere, pati. Iustinus lib.1, Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt.

Luere capite, Capite puniri. Liu.9.ab Vrbe, Obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur.

¶Luitur. Lucan.lib.2,

-hac cæde luatur

Quicquid Romani meruerunt péndere mores.

¶Luere , Pretium redemptionis redemptori offerre , inquit Budæus. Vlpian.in l. Qui status. D. De re militari, Qui status controuersiam patiuntur, licet reuera liberi sunt, non debent per id tempus militiæ date , &c. sed nec qui ab hostibus redempti sunt prius , quàm se luant.

Luto, lutas, lutāre , Idem quod luere. Varro ἰκετηρμβῆ. Habes quî , & cuius rei causa fecerim hecatombem, in quo ego (vt puto) quoniam est luere soluere, lutaui. Nonius. Antiquum.

Luitio, luitionis, Verbale {λύσις.} Vlpian. de Captiuis & postliminio reuersis. l. Si patre, si patre redempto & ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse hæredem existere.

Luela, luelæ, Idem. Lucret. lib.3,

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis

Est insignibus insignis, scelerisque luela

Carcer, &c. Id est, carcer sceleris expiatio & pœna. Lambinus.

Luiturus, pen.prod. Participium {τίσων.} vt

Luitura pœnas puppis. Claud.4 Paneg.

Luendus, Participium {λυτέος.} Ouid.2.Tristium,

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Lupa, Lupanar, Lupatum, Vide LVPVS.

LVPERCAL {λυπερκάλιον λύκαιον} Locus sub monte Palatino Romæ. Seruius. Sub monte Palatino est quędā spelunca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur: vnde & Lupercal dictum nonnulli putant. Alij quòd illic lupa Remum & Romulū nutrierit. Alij (quod est verisimilius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ : cui etiam mons Lycæus in Arcadia est consecratus. Et dictus est Lycæus, quòd lupos non sinat in oues sæuire. Ideo & Euander deo gentis suæ sacrauit locū, & nominauit Lupercal, q̄ præsidio ipsius numinis lupi à pecudibus arcerentur. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij 8. Æneidos,

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum

Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,

Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Ouid 2.Fast. Vel dicitur à luendo, quòd ibi per caprū luebatur, hoc est sacrificabatur: vt sit dictio ex tribus orationis partibus composita, quasi luere per caprum. Ex Seruio. Vide Quintilianum lib.1.cap.5.

LVPERCALIA {λυπερκάλεια} Celebritas erat Romæ in honorem Panos: & Luperci, qui hæc sacra faciebant. Seruius, Quum in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam , consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celebrarent. Hæc Seruius explicans illud Virgilij 8. Æneidos,

Hic exultantes Salios, nudósque Lupercos. Vide Liuium Decad.1. lib.1, non ita procul ab initio. Et Valer. Max. lib.2. cap.1.tit. De ordine equestri. De Lupercalibus Plutarchus scribit in Romulo & Cæsare. Fiebant autem mense Februario ad expiandos manes. Græci λουσίαν vocant. Cic.2.Philip. Et ad Q. fratrem, lib.2, Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis.

Luperci , dicti sunt quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, siue (vt Varro putat) quòd Lupercalibus in Lupercali sacra facerent nudi in honorē Panos. Cic.2.Philip. insectatur M. Antonium, quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem, & verberabant prægnantium manus mulierum (vt faciliorii essent partus) zona ex corio capri. Ouidius 5. Fastorum, Semicaper coleris succinctis Faune Lupercis. Plin.lib.34.cap.5, Lupercorum habitu.

LVPERVRDVM {λύπουρδον} Ptolemæo lib.2. cap.11. Germaniæ vrbs, Hodie Mysna, vulgò *Meissen*.

LVPIA {λουπία} Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3. Coniectura est eum esse quem hodie Neccharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus , per Vvitembergensem ducatum lapsus, moxque in Occasum versus Rhenū seorsum illabitur. Strabo lōgè secus quàm Pomponius Lupiam in Visurgim deferri ait, vt Lupiæ nominis, non Neccharus, fed is amnis quē hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant scriptores) libro Augustæ historiæ 2, Lupiam vocat amnem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum.

LVPIAE, Lupiarum, Vrbs Calabriæ , apud Melam lib. 2.cap.4. Hodie vulgò dicitur *Lecco*, vt scribit Oliuarius in Melam.

Lupinum, lupini {θέρμος} & frequentius masculino genere, Lupinus, pen.prod. Genus leguminis , omnium amarissimum. Plin.lib.18. cap. 14, Lupino est vsus proximus , quum sit & homini & quadrupedum generi vngulas habenti communis. Remedium eius ne metentes fugiat exiliendo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius quæ feruntur, natura assensu terræ mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horáque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter præterea floret. Terram amat, terráque operiri non vult. Et vnum hoc seritur non arata , vbi fuerit maximè fabulosa & sicca , atque etiam arenosa. Coli vtique non vult. Tellurem adeò amat , vt quanuis fruteto so solo coniectum inter folia vepréque, ad terram tamen radice peruenīat. Pinguescere hoc satu arua, vineáq; diximus. Itaque non adeò eger fimo , vt optimi vicem repræsenter. Horat.1.epist.7, Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Adagia Erasmi.

Pallentes lupini. Ouid.de medicamine faciei.

Tristis lupini fragiles calami. Virg.1.Georg.

¶Lupinus, Adiectiuum à lupus. Vide suo loco.

Lupus, lupi, Notum animal, Græcè λύκος dicitur,

Barba lupi. Horat.1.Serm.saty.8.

Genus acre luporum. Virg.3.Georg.

Incursus luporum. Virg.3.Georg.

¶Acres lupi. Horat.Epod.12.

Asper lupus. Ouid.11.Metam.

Auidus. Ouid.1.Trist.eleg.1.

Auius. Virg.11.Æneid.

Canus. Ouid.7.Metam.

Ceruarius lupus, Vide CERVVS.

Cruentus. Stat.5.Thebaid.

Frementes lupi circum stabula. Ouid.5.Metam.

Fuluus lupus. Ouid.11.Metam.

Infestus pecori lupus. Horat.Epod.15.2. Ouid.2.Fast.

Insatiabiles lupi. Ouid.in Ibin.

Montani. Ouid,epist.11.

Proceri lupi. Horat.2. Serm.saty.2.

Rapaces. Horat.Epod.16.

Superbi. Valer.3.Argon.

Vehemens lupus. Horat.2.epist.2.

Vlulantes lupi. Virg.1.Georg.

Triste lupus stabulis. Virg.3.eclog.

Acuunt agni lupos balatibus, Vide ACVO.

Pleno lupus insidiatus ouili. Virg 9.Æneid.

Dente lupus, cornu taurus petit. Horat.2.Serm.saty.1.

Lupus est homo homini , non homo, quum qualis sit , non nouit. Plaut.Asin.9. Hoc prouerbio monemur nequid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Ex Erasmo.

Ouem lupo commisisti. Terent. Eunuch 5.1. Cōcinnè vtemur hoc prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur , cuius gratia custodē magis oporteat adhiberi. Cic.3.Philip. Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vsque ad Calendas Maias, ad vrbem exercitum habiturū. O præclarū custodē ouium (vt aiunt) lupū. Custósne vrbis , an direptor & vexator esset Antonius ? Ex Erasmo.

Lupo agnum eripere. Plaut. Pœnul.11. Vtemur hoc prouerbio vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur , sperare futurum , vt lupus agnum semel arreptum amittat. Ex Erasmo.

Lupus in fabula, vel sermone. Terēt. Adelph.4.1. Dicitur hoc adagium, quū fortè fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Cic. Attico, lib.13, De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis vt retinendus esset. Plaut. Sticho, 9, Atque eccum tibi lupum in sermone esuriens adest. Ex Erasmo.

Lupum auribus tenere. Terent. Phorm.3.2,

Mihine domi est? timò, quod aiunt, auribus teneo lupum.

Nam neque quo amittam à me, inuenio: neque vti retineam, scio.

Dicitur in eos qui eiusmodi negotio inuoluuntur , quod neque reliquere sit integrum, neque tolerari possit. Suetonius in Tiberio, cap.25, Cunctandi causa erat metus, vndique imminentium discrimi num: vt sæpe lupum se auribus tenere diceret. Ex Erasmo.

Lupi te videre priores. Virg.9.eclog. In raucū dicitur, & cui vox repentè sit adempta. Festiuius dicetur in eos, qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroces. Seruius admonet phyśicos authores dixisse, inesse eam vim lupis, vt si quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Plin, lib.8.cap.22, Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius : vocémque homini quem priores contemplentur, adimere ad præsens. Ex Erasmo.

¶Lupus {λάβραξ} Piscis. Plin. lib.32.cap.2, Minus in prouidendo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. nam vt hæserit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore, mollitiáque carnis. Martial.lib.13,

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui,

Æquoreo dulces cum sale pastus aquas. Horat.2.Serm.satyr.2,

-laudas insane trilibrem

Mullum, in singula quem minuas pulmenta, necesse est.

Dicit te species video. quò pertinet ergo

Proceros odisse lupos? quia scilicet illis

Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.

Rapax lupus. Colum.lib.8.cap.vltim.

¶Lupi. Fræni asperrimi , à lupinis dentibus dicti , quia inæquales sunt: siue quia duritiam habent lupinorum dentium similem , & propterea morsus eorum asperrimus. Dicuntur & Lupata. Vide suo loco. His frænis vtebantur Galli. Ouid.4.Trist.eleg.5,

Tempore paret equus leuris animosus habenis,

Et placido duros accipit ore lupos.

¶Lupus, Instrumentum aduncum , quo vasa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur: harpax Græco vocabulo, & harpago nominatur. Liuius 8.bel.Pun. In alios lupi supernè ferrei iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.

¶Lupus salictarius {βρύον} Ruellius. Herba cuius meminit Plin. lib.21.cap.15, Officinis vulgò *Lupulus* vocatur, Gallis *hupelon* vel *hubelon*. Caulibus aculeatis lōgissimis q; reptat in vepribus & saliētis foliis vitis albæ. Hoc frugibus admisto Germani suam condiunt ceruisiā.

¶Lupus, Aranei genus. Plin.lib.11.cap.24, Luporum nomine minimi non texunt.

Lupa, lupæ {λύκαινα.} Plin. de Viris illustribus, Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. ad vagitum lupa accurrit, eósque huberibus suis aluit. Plin.lib.8.cap.17, Quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, quum essent expositi, traduntur, sicut de cōditoribus nostris à lupa , magnitudini fatorum accepta ferri æquius , quàm ferarum naturæ arbitror.

Inhumana lupa. Propert.lib.4.eleg.4.

Rapidæ tradis ouile lupæ. Ouid.3.de Arte.

Raua lupa. Horat.3.Carm.ode 27.

¶Lupa , pro meretrice. Plaut. Epid.9 , Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ.

Lupanar,pen.prod.lupanaris,pen.prod.neut.gen. {τὸ πορνεῖον, χαμαιευνεῖον} Locus in quo diuerſantur meretrices. Quintil.lib.7.cap. 4, An depre hẽſus in lupanari cũ aliena vxore adulter ſit,quæritur. Iuuen.Saty.6, Intrauit calidum veteri centone lupanar.
Oblitum lupanar.Catul.de Acme,epig.39.

Lupanarium,lupanarij,Idem { καπηλεῖον } Vlpianus De petitione hæreditatis,Licet à lupanario præceptæ ſint. nam & in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur. Idem in l.Quid tamen.D.De receptis.

Lupor,luparis { πορδὴ } lupári,Scortari, meretricari. Aceius,Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.Antiquum.

Lupatus,Adiectiuum. vt Fræna lupata. Horat.1.Carminum, Gallica nec luparis temperet ora frænis. Fræna autem lupata,fræna ſunt lupos habentia, & duriora, aſperioráque : vt currus fal cati dicuntur,qui falces habent : ſecures dolabratæ,quæ habent dolabram, &c.Turnebus.

Lupatum,lupati,pen.prod. { χαλινὸς } Idem quod Lupus, pro fræno aſperrimo.Virg.3.Georgicorum, -preſſíque negabant
Verbera dura pati,& duris parere lupatis. Dicta lupata, vt ait Seruius,à lupinis dentibus , qui inæquales ſunt. Vnde & eorum morſus vehementer obeſt.
Fræna lupata.Horat.1.Carm.ode 8.
Dura lupata.Ouid.1.Amor.eleg.2,
Aſper equus duris contunditur ora lupatis.

Lupatus,m.gen.dixit Solinus cap.57,Equum ouaturus inſiluit : ſique adeò ſpreuit lupatos, vt de induſtria cernuatus ruina & ſe & equitem pariter affligeret.

Lupinus,pen.prod.Adiectiuum { λύκειος } Quod pertinet ad lupũ. Plin. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Cic. in Catil.Quem inauratum in Capitolio partium atque lactentem huberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.
Galea lupina.Propert.lib.4.eleg,11.

Lura,luræ,Oſculei,ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.Feſtus.

Lurco,lurconis { μαγίρος } Guloſus, & bonorum ſuorum conſumptor:à lura,inquit Feſtus.Plaut.Perſa,12,
Perenniferue,lurco,edax,furax,fugax. Lucilius,
Edite lurcones, comedones , viuite ventres. Suet.de Claris Grammat.cap.15,Laſtaurum & lurconem,& nebulonem,popinonémque appellans,& vita,ſcriptíſque monſtroſum.

Lurco,lurcas,lurcare:& Lurcor,lurcaris,Deponens { καθαρπαγίω } Cum auiditate cibum conſumere. Pomponius Syris , Lardum lurcabat lubens. Lucilius Saty.2,
Nam quid Mutio,ſubiectóque huic opus ſigno,
Vt lurcaretur lardum,& carnaria furtim.

Luridus,pen.corr.Adiectiuum {πελιδνὸς} Quod eſt ſupra modum pallidum,quaſi loridum & loro percuſſum , liuidúmque factũ. Turnebus autem luridum colorem exiſtimat eſſe appellatũ à ſimilitudine coloris luræ , id eſt vtris coriacei , atque adeò à ſimilitudine corij. Plaut.Capt.11,
Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Horat.3.Carminum,ode 4,
Mœretque pattus fulmine luridum Miſſos ad Orcum.
Aconita lurida.Ouid.1.Metam. Vide ACONITVM.
Luridus color.Plin lib.18. cap.10, Quod niſi feſtinatò peragatur, lurido colore muceſcere.
Dentes luridi.Horat.4.Carm.ode 13.
Luridæ fœtæ.Varro 2.de Re ruſt. cap.10, Quum in Liburniam veniſſes,re vidiſſe matreſſamiliàs eorum , afferre ligna,& ſimul pueros quos alerent, aliàs ſingulos , aliàs binos , quæ oſtenderent fœtas noſtras quæ in conopœis iacent dies aliquot , eſſe luridas , mucidas & contemnendas.
Horror luridus.Ouid.14 Metam.
Lumina lurida.Ouid.15.Metamorphoſeos,
-ſolis quoque triſtis imago
Lurida ſolicitis præbebat lumina terris.
Mors lurida Silius lib.13.
Pallor luridus.Ouid.4 Metam.
Pelle lurida amicta oſſa.Horat.Epod.17.
Luridus ſol,Pallidus & nubilus.Plin.epiſt.106.lib.6,Mox dies verè, ſol etiam effulſit,luridus tamen qualis eſſe,quum deficit,ſolet.
Sulfura lurida.Ouid.14.Metam.

Luror,luroris,maſ.gen. { πολιόμις } Pallor.Lucret.lib.4,
Lurida præterea fiunt quęcunque tuentur
Arquati:quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum.

Luſcinia,luſciniæ { ἀηδὼν } Auis,dicta quòd lugens canat. Plin. lib. 10 cap.29, Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus , denſante ſe frondium germine , non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum,tanta vox tam paruo in corpuſculo,tam pertinax ſpiritus.Deinde in vna,perfecta muſicæ ſcientia modularus editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum,nunc variatur inflexo,nunc diſtinguitur conciſo, copulatur interro,promittitur reuocato,infuſcatur ex-inopinato:interdũ & ſecũ ipſe murmurat,plenus,grauis,acutus,creber,extentus , vbi viſum eſt vibrans,ſummus,medius,imus.Græci Philomelã vocãt. Mart.lib,14, Fiet philomela nefas inceſti Tereos:& quæ
Muta puella fuit,garrula fertur auis. Horat.2.Ser,ſaty.3,
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.

Luſciniola,pen.corr.Diminut. { ἀηδόνιον. } Plaut.Bacch.1,Pol ego quoque metuo,luſciniolæ ne defuat cantio.

Luſcioſus , qui & luſcitioſus , pen. prod. { μύωψ , νυκτάλωψ. } Luſcioſi ſunt,vt quidam exiſtimant, quos Græci nyctilopas appellant , qui & mane & veſperi exiliter admodum vident,nec ferè niſi interdiu. Feſtus,Luſcitioſi ſunt qui parum vident propter vitium oculorum,quíque plus veſperi vidẽt,quàm meridie. Nonius,Luſcioſi ad lucernã non vident:& myopes minus videntes vocantur à Græcis. Plin.lib.

29,Fimum quoque gallinaceorum duntaxat rubrum luſcioſis illinendum monſtrant. Plaut.milite,6,
-PAL.verbero,ædepol tu quidem Cæcus,non luſcioſus.

Luſcitio,luſcitionis,Vitium viſus, quod Græci νυκτάλωπίαν dicunt. Vlpianus in l.Idem filius.§.Itẽ.D.De Ædil.edicto,Idem,vbi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino : quod genus Græci νυκτάλωπας vocãt. Luſcitionem quidam putant:vbi homo lumine adhibito nihil videt.Quidam nuſcitionem, quidam eluſcationẽ hîc legunt.Hinc Luſcioſus,qui & luſciioſus & nuſcitioſus,vt ait Budæus.

Luſcus,luſci { ὑπογλαύκωμος } Qui altero caprus eſt oculo. Perſius Satyr.1.ad finem,
-qui poſſi dicere luſce. Cic.2.de Orat. Cœnabo , inquit, apud te huic luſco familiari meo C. Sextio : vni enim locum video. Martialis lib.8.53,
Hunc tu conuiuam cautus vitare memento:
Tunc furit,atque oculo luſcus vtroque videt.
Dux luſcus.Iuuen.Saty.10,
Quum Getula ducem portaret bellua luſcum, Intelligit Annibalem.

Luſca,luſcæ { ὑπογλαύκωμος. } Martial.lib.1,
Oculo Philænis ſemper altero plorat:
Quo fiat iſtud quæris modo?luſca eſt.

Luſio,Vide LVDO.

LVSITANIA {λουσιτανία} Pars vlterioris Hiſpaniæ, quam nunc Portugalliam appellant.Scribit Plin.lib.3.cap.1,Luſumi liberi patriſque Lyſam cum eo debacchantem nomen dediſſe Luſitaniæ. Hæc Oceano Occidentali alluitur , in qua eſt ciuitas Emerita , & Portugalliæ regnum.Luſitanum litus poller gemma ceraunio, quod Indicis præfegnunt,aduerſus vim fulguũ creditur opitulari. Strabo lib.3,Tagi regio ad Aquilonem ſpectãs Luſitania eſt,inter Hiſpanos gens ampliſſima,& annis plurimis Romanorum armis oppugnata,ſit paulo pòſt, Luſitanos inſidioſos,ſcelutatores,veloces, agiles,verſatiles eſſe, fama eſt.Scutum duũm pedum ad latitudinem geſtant , curuum , ad anteriora proſpectans,loris dependens, cui neque fibula , neque anſa vlla eſt.Gladiolus aut pugio lateri adhæret : plurimi lineos thoraces habent.Vide plura ibidem.

Luſito,Luſor,Vide LVDO.

LVSIVS,Bocatio,ſiue,vt quidam,Lyſius,Arcadiæ fluuius,quem penes eſt ſepulchrum Æſculapij, Aſippi, & Arſinoæ filij , qui primus alui purgationem,atque dentis auulſionem adinuenille dicitur.

LVSPIAE {λουσπίαι} Ptolemæo lib.3.cap.1,Calabriæ vrbs , Lupia Plinio.Vulgò *Leccio Lecio.*

Luſtrum,luſtri { φωλεός,παιδεύσεις,χτιά } Ferarum habitaculum in ſyluis.A luto:quòd ſit lutoſa lacuna. Virgil.2. Georg. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum.
Deſerta ferarum luſtra.Virg.3.Æneid.
Deuia luſtra.Ouid.3.Metam.
Inuia luſtra.Virg.4.Æneid.
Terrica luſtra.Stat.9.Theb.
¶Luſtrum,Popinæ & lupanaria , ac meretricum diuerticula. Seruius,Lupanaria luſtra dicimus, vbi habitant lupæ , id eſt meretrices: dictæ ab obſcœnitate,& odoris ſimilitudine. Plautus Aſin.16, Te cuculum vxor ex luſtris rapit. Cic.2.Philip. Quũ omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes,vino luſtriſq; confectus. Idem pro Cælio,In qua luſtra,libidines,&c.
Mala luſtra.Horat.1.Serm.ſaty.6.
Iacere in luſtra, Vide IACEO.
Perire luſtris.Lucret.lib.4,
Deſidioſè agere ætatem,luſtriſque perire.
¶Luſtrum,quinquennale ſpatium ſignificat,authore Feſto:in quot annos prædia locari olim ſolebant,vt nunc in ter ternos, id eſt nouenos. Luſtrum enim à luendo dictum eſt,id eſt ſoluendo , vt Varroni placuit:ideo quòd quinto quoque anno vectigalia,tributáque exigebantur.Plinius Iunior lib.9.epiſt.37,Nam priore luſtro, quanquã poſt magnas remiſſiones,reliqua creuerunt. Luſtrum à Latinis vocatur, quòd Olympias apud Græcos dicitur,id eſt quinquennium: ita tamẽ vt quadriẽnio exacto,quinto quoque anno incaute, luſtrum peractũ eſſe intelligatur.Plinius aunnculus lib.2.cap.47 , Omnium quidem(ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redite eaſdem vices quadriẽnio exacto Eudoxus putat,non ventorum modo , verùm & reliquarũ tẽpeſtatum magna ex parte.Et eſt principiũ luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculę ortu. Vlpianus in l.Siquis nec cauſam.D.de Rebus creditis,Nam etſi colonus poſt luſtrum cõpletum fructus percepcrit:condici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum appellat,vt ſecundam Olympiadem : de iudicro quinquennali loquens Romæ inſtituto. Hæc Budęus. Cic.ad Atticum, lib.6,Populi autem nullo gemitu publicanis,quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant,etiã ſuperioris luſtri reddiderunt.
Venier luſtris labentibus ætas.Virg.1.Æneid.
Luſtro condendo,non victimarij, ſed Cenſores ipſi hoſtiam immolabant.Athenæus:Sed & apud Romanos, Cenſores,qui maximus magiſtratus eſt,prætexta induti,& coronati,ſecuri hoſtias proſternebãt. Cic.lib.2.de Oratore, Aſſello Africanus obiicienti luſtrum illud infelix.Noli,inquit,miraricis enim qui te ex gratiis exemit,luſtrum condidit,& taurum immolauit. Sortiri autẽ ſolebant Cenſores,vter luſtrum conderet. Liuius Decad.3.lib.9,Luſtrum condiũt ſerius,quia per prouincias dimiſerunt Cenſores , vt ciuium Romanorum in exercitibus quantus vbique eſſet referrerur numerus. Cenſa cum iis CCXV millia hominũ.cõdidit luſtrũ C.Claudius Nero. Idẽ Decad. 4.lib.5,Cenſores erãt priore anno creati Sex. Ælius Pætus, & C.Cornelius Cethegus.Cornelius luſtrũ cõdidit. Et lib.8,M.Claudius Marcellus Cenſor,ſorte ſuperato T.Quintio,luſtrũ cõdidit. Rurſus Decad.5.lib.2,Eo anno luſtrũ conditum eſt.Cenſores erant. Q. Fuluius Flaccus, L.Poſthumius Albinus.Poſthumus condidit.
Luſtrum & Olympias à multis eodem ſignificatu vſurpantur. Ouidius lib.4.de Pont.epiſt.6.ad Brutum,
In Scythia nobis quinquennis olympias acta eſt.

Iam tempus luſtri tranſit in alterius. Martialis lib.1.ad Phœbum, Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro,
Impleat innumeras Burrus olympiadas. Auſonius de ſuo Faſtorũ libro ad Proculum,
Fors erit, vt luſtrum quum ſe cumulauerit iſtis,
Confectam Proculus ſignet olympiadem. Seruius exponens illud Virgil.lib.1.Æneidos,Veniet luſtris labentibus ætas,&c.Luſtris,inquit,Id eſt quinquenniis. Et bẽne olympiadibus computat tempora: quia nondum erant vel Roma,vel Conſules. Luſtrum autem dictũ, quòd poſt quinquennium vnaquæque ciuitas luſtrabatur. Hæc ille.
¶Luſtrum,Purgatio vrbis quæ in ſacrificiis fiebat. Liuius libro 2., Omnes centuriæ & equites in campum Martium cõuocati, ſue,oue, tauro,cæſis immolarunt , quod luſtrum eſt dictum : ſicque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri.
Luſtro,luſtras { ἁγνεύω,καθαρσίοις } luſtrare, Expiare ſignificat. Virgil.5. eclega, -& quum ſolennia vota
Reddemus nymphis,& quum luſtrabimus agros. Idem 3.Æneidos, Luſtramúrque Ioui,votíſque incendimus aras. Seruius,Aut luſtramur,id eſt purgamur,vt Ioui ſacra faciamus. Aut certè luſtramur Ioui,id eſt expiamur.
Viros luſtrare.Virgil.6.Æneidos ,
Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui,& ramo felicis oliuæ:
Luſtrauíque viros,dixítque nouiſſima verba.
Luſtrare vrbem Plin.lib.10.cap.13.

Luſtror,Paſſiuum { ἐξαγνίζομαι. } Ouid.3.Metamorpboſeos,
-ego luſtror ab illis,
Et purgante neſas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus,iubeor ſupponere centum.
Magico luſtrabere ritu.Ouid.10.Metamorph.
¶Luſtrare { περιτίθημι,περικρύπτω,περιαθροίζω } Circuire, ambire,aut etiã peragrare. Virgil.8. Æneidos, -totum luſtrabat lumine corpus.
Cic.5.de Finib. Ægyptum luſtrauit. Sic 4. Tuſcul.
Æquora luſtrare.Virgil.3.Æneid.
Arua luſtrare,Pererrare.Virgil.4.Georg.
Oculis luſtrare campos.Lucan.lib.7.
Limina aliena luſtrare.Ouid.in Ibin.
Muros equo luſtrat.Virgil 9.Æneid.
Sol flammis opera omnia luſtrat.Virgil.4.Æneid.
Luſtrare lãpade. Virgil.4.Æneidos,Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras. Vbi Seruius, Aut illuſtrabat : aut reuera luſtrabat, id eſt purgabat. nam nox quodammodo polluit mundum.
Luſtrare veſtigia.Virgil.2.eclog.
¶Luſtrare exercitum,Recognoſcere,& recenſere exercitum. Cæſar 8.belli Gall. Cic.1.de Diuinatione, Qui exercitu luſtrato quum Aretium verſus caſtra mouiſſet, & contra Annibalem legiones duceret,&c.
¶Luſtrare animo,pro Conſiderare,reputare,perſpicere. Ciceto 1. Offic. Idem 2.de Finibus,Sed luſtremus animo non has maximas artes,quibus qui carebant,inertes à maioribus nominabantur.
Pericula incerta luſtrare.Virgil.9.Æneid.

Luſtror,luſtraris,luſtrari , Deponens , In luſtris,& Iupanaribus verſari. Plautus Pſeudolo,20,
-nam qui liberos eſſe ilicò
Se arbitrantur,ex conſpectu heri ſui ſi ſeſe abdiderunt,
Luxuriantur,luſtrantur,comedunt. Idem Caſina,6,
-vnde is nihili? vbi fuiſti? vbi
Luſtratus?vbi bibiſti?

Luſtratus,pen.prod.Participium { ἀγνεδιδὸς } Expiatus.
Corpus luſtratum diuino odore.Ouid.14.Metamorph.
Luſtratum atque purgatum Capitolium.Liu.3.ab Vrbe.
Luſtratus purificatione religionis.Martialis libro 8,Meminerit nõ niſi religionis purificatione luſtratus accedere ad templa debere.

Luſtralis,& hoc luſtrale,pen.prod. { περιθύριος } Quod ad luſtrum , hoc eſt ſacrificium pertinet. Liu.libro 1, Caſtra caſtris iungere iubet : ſacrificium luſtrale in diem poſterum parat.
Aqua luſtralis.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.
Cenſus luſtralis, Vide Luſtrum condere,in LVSTRVM.
Luſtralia exta, veteres dixerunt præpinguia : eo quòd luſtralis , id eſt quinquennalis bos dicitur eſſe perfectæ ætatis.
Vota luſtralia.Valer.3.Argon.
Solenne luſtrale exercitus.Tacit.lib.10.

Luſtrificus,pen.corr.Adiectiuum,Idem { περικαθαρτέος.} vt Cantus luſtrificus.Valer.3.Argon.

Luſtricus,pen.corr.Adiectiuum { ἀγνευτικὸς.} vnde Luſtrici dies infantium appellantur,puellarum octauus, puerorum nonus: quia iis infantes luſtrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Feſtus. Macrobius libro 1.Saturn. Luſtricus dies olim appellabatur , quo pueri luſtrabantur , & nomen accipiebant. Tranquillus in Nerone, cap.6, Eiuſdem fururæ infelicitatis ſignum euidens die luſtrico extitit.Qui eos luſtrant , vocantur luſtratores. Et ſi fœminæ ſunt, luſtratrices. Qui verò luſtrantur,luſtrari nominantur.

Luſtrátio,Verbale { περιπορεία } Circuitio , peragratio. Cic.2. Philipp. In eodem verò Tribunatu quum Cæſar in Hiſpaniam proficiſcens, huic concuſcandam Italiam iradidiſſet, quæ fuit eius peragratio itinerum,luſtratio municipiorum? Sic 5. Tuſculanarum, Quid beſtiæ? nónne frigus , non famem,non montiuagos atque ſylueſtres curſus, luſtrationéſque patiuntur?
Luſtratio { ἀγνεύμος} Sacrificium expiationis. Colum.lib.2.cap 22, Hoc loco certum habeo quoſdam, quum ſolennia feſtorum percenſuerim,deſideraturos luſtrationũ cæterorúmque ſacrificiorum , quæ pro frugibus fiunt,morem priſcis vſurpatum.

Luſtramen,pen.prod.Idem { περιστόλια. }.Valer.6.Argonaut.
Semineceſque duces inter ſua tela,ſuóſque
Inter equos,ſæuam miſero luſtramine verſant Congeriem.

Luſtramentum,luſtramenti,Purgatio facta per veneficium , aut ſacrificium,aũt incantationem. Martianus in l.Eiuſdem.D.Ad l.Iuliam de ſicar. Pigmentarij, inquit,ſicui temerè cicutam, ſalamandram , aconitum,pityocampas,bupreſtim,mandragoram,cantharidas,aut quid luſtramenti cauſa dederint: pœna teneantur huius legis.

Luſus,Vide LVDO.

Lutamentum,Lutarius,Vide LVTVM.

Luteſco,Vide LVTVM.

LVTETIA { λουτετία } Galliæ vrbs maxima & nobiliſſima,magnitudine & frequentia certat cum maximis Europæ vrbibus. Græci λουκοτοκίαν nominant ab albedine parietum, vt quidam contendunt. Lutetia Pariſiorum dicta eſt à Cæſare , libro 6. belli Gallici , Vt omnia poſponere videretur,concilium in Lutetiam Pariſiorum transfert.

Luteus,prima producta { κροκώδης } Adiectiuum: vt Luteus color, qui eſt dilutior rutilus , qualis eſt color auri. vnde luteus dictus videtur quaſi dilutus. Quidam à luto, priore longa, adiectiuum eſſe exiſtimant. Plinius libro 21.cap.8, Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Quidam à luce deducunt.Vide LVTVM priore longa.
Luteus frutex,Purpurea viola.Columel.lib.9.cap.13.
Membrana lutea. Tibul.lib.3.elegia 1,Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum.
Palla lutea.Tibul.lib.1.eleg.7.
Pallor luteus.Horat.Epod.10.
Papauer luteum.Catull.in Epithal.Iuliæ, 56.
Pellis lutea.Perſius ſatyra 3,
-ſurgit tacitè tibi lutea pellis:
At tu deterius palles.
Sulfura lutea.Ouid.15.Metamorph.
Vela lutea,ruſáque,& ferruginea,Lucret.lib.4.
Luteæ violæ , apud Plinium lib.21.cap.6, Violis honos ptoximus. Earum plurima genera:purpureæ,luteæ,albæ. Et paulo pòſt,Sed ſatius maxima authoritas luteis.
Vulcanus luteus,pro igni,ſiue flamma.Iuuenal.ſatyr.10,
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus,
A carbone, & forcipibus,gladióſque parante
Incude,& luteo Vulcano ad rhetora miſit.
¶Lutea, Herba. Plin. lib.33 cap.5,Vt planè intelligatur nihil aliud chryſocolla quàm vena putris. Natiua duritia maximè diſtat,luteam vocant. Et tamẽ illa quoque herba,quam luteam appellant,tingitur. Natura eſt quæ lino,lanæ ve ad ſuccum bibendum.
¶Luteum oui,pro vitello. Plinius libro 10.cap.53, In ouo certa eſt gutta,ea ſalit, palpitátque. Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur : Cibus eius in luteo eſt. De pullis. Sic lib.23.cap.7.

Luteus,prima correpta,à luto, Vide LVTVM priore correpta.

Luteolus,pen.corr.Diminut.adiect.Columel.libro 9.cap.4,At intra hortẽſi lira conſita nitent candida lilia, nec his ſordidiora, leucoia, tum puniceæ roſæ,luteolæque,& farrancæ violæ.
Caltha luteola.Virgil.2.eclog.

Luto.lutas,Vide LVTVM priore correpta.

Lutra,lutræ { ἔνυδρις } Animal amphibium , hoc eſt tum in aqua,tum etiam in terra degens, caſtori ſimile, niſi cauda differret : dictũ quòd ſe frequenter in aquis luter,id eſt diluat. Plinius lib.8.cap.30, Cauda piſcium iis: cætera ſpecies lutræ. Vtrunque aquaticũ : vtrique mollior pluma pilus. Idem lib.32.cap.11.

Lutum,luti,priore correpta { πηλὸς } Terra humore ſoluta, inquit Feſtus,à λύσιν. Iuuenal,ſatyra 6,
Compoſitíque luto nullos habuêre parentes.
Amica luto fus.Horat.1.epiſt.2.
Lutum paleatum ,Vide Paleatus,in PALEA.
Lutum palæſtritarum,Vide HAPHE.
Recenti luto ſpargere iumenta.Iuuenal.ſatyr.7.
Vdum & molle lutum.Perſius ſatyr.3.
¶Imbre lutóque aſperſus.Horat.2.epiſt.11.
Pocula compoſuit de facili luto.Tibul.lib.1.eleg.1.
Concinnare lutum, Vide CONCINNO.
Demerſus in luto.Cic.4.Verr.
Fictus ex argilla & luto homulus.Cic.in Piſonem.
Volutatus in luto totius corporis veſtigiis Verres.Cic.6.Verr.
In medio luto eſſe. Plaut.Pſeudolo,15.Id eſt,implicari cuipiam negotio,aut in periculo eſſe.
In eodem luto hæſitare,Id eſt,ſic implicari cuipiam negotio , vt ſe quiſquam nequeat extricare.Terent.Phorm.5.2,
-quid nunc portò,
Quid fiet? in eodem luto hæſitas: vorſuram ſoluis
Geta : præſens quod fuerat malum,in diem abiit,plagæ creſcunt.
A viatoribus tranſlatum, qui ſimulatque in lutum inciderint , quum alterum pedem conantur educere , altero altius immerguntur. Rurſum vt hunc extrahant,alter quem eduxerant, denuò eſt inſigendus.
Ex Eraſmo. Vide HAEREO.
¶Lutum per tranſlationem vocat lenonem Plaut. in Perſa, 12,
Poſſum te facere vt argentum accipias,lutum:
Lutum & ſordes.Cic.in Piſonem.

Luteus, maſculini generis apud antiquos,referente Nonio. Claud.Annalium lib.4,Pluuia,imbri lutus erat matres.

Luteus,prima corr.Adiectiuum { πήλινος } Ex luto factum.vt Luteus paries,Vaſa lutea.Cic.6.Verrina,Tum illos cœpiſſe Prætori dicere, putaſſe ſe id quod audiſſent , aliquius pretij ſcyphos eſſe Pamphili , luteum negotiũ eſſe,non dignum quod in ſuo argento Verres haberet.
Caput luteum Rheni.Horat.1.Serm.ſatyr.10.
Luteus homo,Contemptus,nulliúſque pretij. Platus Pœn.14,
Neque periurior,neque peior alter vſquam eſt gentium,
Quàm herus meus eſt,neque tam luteus,neque tam cœno collitus.
Lutea meretrix.Plaut.Trucul.18,
Negotium luteum.Cic.6.Verr.
Opus luteum.Ouid.1.Faſtorum,
-ignotáque prodit hirundo,

Et luteum celsa sub trabe fingit opus.
Luteus panis. Plaut.Menæch.20, Quin me interrogas, purpureum panem,an puniceum soleam ego esse,an luteum?
Lutosus,pen.prod.Adiectiuum {πλαστῶς} Luto plenum. Plin.lib.18.cap. 19, Lutosam terram ne tangito. Columella lib.2.cap.4,Sed quandocunque arabitur,obseruabimus,ne lutosus ager tractetur.
Lutosa rapa, Quorum radix luto est infecta. Columella libro 12. cap.54.
Lutensis,& hoc lutense,Luto nutritum. Plin.lib.9.cap.37.Purpuræ,nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura,pabulo vt solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga vilissimum.
Luto,lutas {πλάσσω} lutare,Luto inficere,siue oblinere. Cato de Re rust. cap.92,Eo granarium totum oblinito crasso luto: postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris.
Lutare,Maculare.Martialis lib.14,
Ne luteat immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.
Lutesco,lutescis {πλαδάμαι} lutescere, Lutum fieri, & in lutum verti. Furius Antias apud Gellium lib.18.cap.11,Sanguine diluitur tellus,ea ua terra lutescit. Columella lib.8.cap.17, Quæ limo,cœnóque lutescunt(vt antè iam dixi) conchyliis magis & iacentibus apta sunt animalibus.
Lutamentum,lutamenti {πλάσμα} Opus luto oblitum, vt aitBudæus. Cato de Re rust.cap.128, Ita neque aspergo nocebit,neque mures caua facient,neque herba nascetur,neque lutamenta scindent se.
Lutulentus,Adiectiuum {πλαδῶδης} Plenum luto. Plautus Bacchid.6, Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. Columel. lib.de Arboribus, cap.12, Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet.
Lutulentus sus. Cic.in Saluſt. Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari. Sic idem in Pisonem. At ne tum quidem emersisti lutulente Cæso ex miserrimis naturæ tuę sordibus.
Et in Oratione pro Rosc.Comœdo,Lutulenta persona.
Amnis lutulentus.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Palma lutulenta.Horat.2.Serm.satyr.4.
Fluit lutulentus.Horat.1.Serm.satyra 4,de Lucilio,
Quum flueret lutulentus,erat,quod tollere velles,
Garrulus,atque piger scribendi ferre laborem.
Lutarius,Adiectiuum {πλαστῶς} Quod in luto degit. Plinius lib.32.cap. 4,Sunt ergo testudinum genera terrestres,marinæ, lutariæ,& quæ in dulci aqua viuunt.
Lutarius mullus,Piscis Plinio,lib 9.cap.17.
Lutum,luti,priore longa,herbam esse crediderim quam Plinius libro 33.cap.5, herbam lutream vocat,& qua chrysocollam tingi ait. Sunt qui luthum cum aspiratione nomen esse putent coloris apud Græcos.Virgil.4.ecloga,
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice iam croceo mutabit vellera luto. Tibul.lib.1.elegia 8,
Parce,precor,tenero.non illi fontica causa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor.
Ab hoc luto adiectiuum est Luteus,quod colorem luti refert, & Luteolus Diminutiuum,de quibus suprà.
Lux,lucis,fœm.gen. & φῶς, φάος} Propriè significat claritatẽ siue splendorem.
Egens lucis aer.Ouid.1.Metamorph.
Egenus lucis Tartarus.Lucret.lib.3.
Diei lux.Lucretius lib.4,
Omnia corridentconcepta luce diei.
¶Coruſca lux.Silius lib.13.
Diurna lux.Lucretius libro 6,
Est apud Hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus,at calidus nocturno tempore fertur.
Larga lux,Vide LARGVS.
Maligna lux,Vide MALVS.
Præclara lux.Lucret.lib.2.
Publica lux mundi Phœbus.Ouid.2.Metamorph.
Pura lux.Virgil.2.Æneid.
Rosea lux.Stat.3.Sylu.1.
Siderea lux.Ouid.3.Metamorph.
Vaga lux.Valer.3.Argonaut.
Stagna vaga sic luce micant vbi Cynthia cælo Prospicit.
¶Admittere lucem in thalamos totis fenestris.Ouid.3.de Arte.
Albescit primùm lux.Virgil.4.Æneid.
Conuestit omnia perfundens sua luce Sol.Lucret.lib.2.
Multa cum luce cucurrit stella.Virgil.2.Æneid.
Claram dispergere lumine lucem.Claud.1.de raptu Proserp.
Dant clara incendia lucem erranti.Virgil.2.Æneid.
Tristem lucem funde per auras.Seneca Medea,10.
Tenebræ & lux alterno tempore giguuntur.Lucret.lib.5.
Haurire lucem.Virgil.2.Georg.
Oborta lux,Vide OBORIOR.
Purpurea luce refulsit humus.Ouid.6.Fast.
Subducta lux repentè.Silius lib.8.
Subducta luce cælum fretúmque miscet.Seneca Agamemn.6.
¶Luce clarius.Cic.4.Verrina, Erit vobis luce clarius,Iudices,quũ eos ipsos produxero qui dederunt.
¶Luces,in plurali.Cic.in Arato,
Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. Pro stellis.
¶Lux,pro coruscatione.Silius lib.17,Lux atrox micat.
¶Lux,pro die.Gellius libro 2.cap.29, Alia luce orta auis in pastum profecta est. Martialis libro 8, Quum facias versus nulla non luce ducentos.
¶Lux,Masculino genere apud antiquos reperiri probat Nonius ex Plauto in Aulularia,
Luce claro dirripiamus aurum matronis palàm.
Luce vicesima, pro Vicesimo die. Plinius lib.2.cap 9. Cicero pro

Milone, Centesima lux est hæc ab interitu P.Clodij, & opinor vltra,&c.
Multis antè lucibus,Id est multis diebus anté.Ouid.2.de Ponto.
¶Acerba lux.Senec.Herc.OEtheo,11.
Breuis lux.Catul.ad Lesbiam.epigramm.5,
Nobis quum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.
Exacta lux,exactus dies.Stat.2.Sylu.2.
Festæ luces.Horat.4.Carm.ode 6.
Hesterna lux.Ouid.2.Amor.eleg.11.
Hodierna lux.Ouid.epist.9.
Honorata lux.Claud.3 Panեg.
Ignaua lux.Iuuenal satyr.14,de Mosc,
Sed pater in causa,cui septima quæque fuit lux
Ignaua,& partem vitæ non attigit vllam. Sabbathum intelligit.
Lux longior toto anno.Virgil.7.eclog.
Natalis lux.Ouid.in Ibin.
Oriens lux.Catul.Argon.59.
Patens lux.Ouid.2. de Arte.
Peracta lux.Ouid.epist.20.
Professæ luces & sacræ. Horat.4.Carm.ode 15.
Prona lux in astra, Id est dies vergens ad noctem , in qua lucent astra.Senec.Agamemn.6.
Renata lux.Seneca Herc.furen.2.
Sacra lux.Stat.1.Achil.
Serena lux.Virgil.5.Æneid.
Ab ortu lucis ad vmbram.Horat.2.epist.2.
Viridans lux fluuij,Vide Viridans in VIRIDIS.
¶Nox lucem tenebris abstulit.Lucan.lib.8.
Nox condit alma lucem.Seneca Med.11.
Pars optima lucis data est mensæ.Ouid.7.Metamorph.
Dormire in lucem.Horat.1.epist.
Perditur lux,Id est amittitur dies sine commodo. Horat.2. Serm. satyra 6.
Inimica lux propinquat.Virgil.9 Æneid.
Aurora reducet lucem.Ouid.3.Metamorph.
Luce lucebit.Plautina loquutio in Curcul.4.
¶Luce & palàm. Cic.in Pisonem, Itenim illa iam omitto , quum seruorum delectus haberetur in foro,arma in templo Castoris luce & palàm comportarẽtur. Idem 3.Offic. Siquis sapiens rogatus sit ab cõ quicum hæredem faciat, quum ei testamento testertium milies relinquatur,vt antè quàm hęreditatem adeat,luce palàm in foro saltet.
Luce incursare in hostem.Liu.8.ab Vrbe.
Luce clara.Plaut.Aulul.30.
Multa luce reuecti hostes.Tacit.lib.21.
Luce sinit pasci,Id est interdiu.Ouid.1. Metamorphoseos,
Luce sinit pasci : quum Sol tellure sub alta est,
Claudit,& indigno circundat vincula collo.
¶Lux,ἀπὸ τῆς λύσεως dicta est : λύκην enim veteres Græci appellabant primam lucem,quæ præcedit solis exortum,quod & summum mane dicitur.
Luce prima.Terent.Adelph.5.3,
Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Donatus legit Cum primo lucu,dicens,Cum primo lucu veteres dicebant , lucum pro luce, pro Sole ponentes. Ergo Cum primo lucu , quum primùm Sol cœperit lucescere. Liuius 1.ab Vrbe, Vt omnes ciues Romani, equites , peditésque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent.
Prima luce,Sabinus antè quàm hostilia cœptarẽt,&c. Tacit.lib.21.
A prima luce. Cæsar 1.bell.Ciuilis, Idem postero die à prima luce facilunt.
Leniter illustrans lux,Vide LENIS.
In lucem bibere,cœnare,Vide IN præpositionem.
Ad lucem pugnare,Vide AD præpositionem.
Ante lucem,Vide ANTE præpositionem.
Obscurum cœptæ lucis.Tacit.lib.20, Illi raptim vecti obscuro adhuc cœptæ lucis,domum Proconsulis irrumpunt.
Cœpta luce,missæ in latera regiones.Tacit.lib.1. Idem lib.15,Cœpta luce Milichus in hortos Seruilianos pergit.
Dubiæ lucis crepusculà.Ouid.11 Metamorph.
Seram pepulere crepuscula lucem.Ouid.15.Metamorph.
¶Æstiua lux.Virgil.4.Georg.
-vbi pulsam hyemem sol aureus egit
Sub terras,cælúmque æstiua luce reclusit.
Brumalis lux,Tempus hybernum.Ouid.1.Trist.elegia 10,
Iactor in indomito brumali luce profundo.
Indiscreta lux,Vide INDISCRETVS.
¶Lux,pro Vita.Cic.2. Tusc. Etsi enim mihi conscius sum , nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ , tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam,& dolor cogitanti , fore aliquando finem huius lucis,& amissionem omnium vitæ commodorum.
Lucis rudimentum.Plin.lib.7. in Præfat. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas,vincula excipiunt.
Cupiditas lucis. Quintil.lib.3.cap.8, Non cupiditatem lucis allegabimus?
Animus contemptor lucis.Virgil.9.Æneid.
¶Abrumpere inuisam lucem,Vide ABRVMPO.
Inuisæ lucis moras abrumpere ense.Seneca Troade,10.
Accipere lucem.Cic.pro Cluent.
Aspicere lucem,Vide ASPICIO.
Carere luce,Video CAREO.
Corpora luce carentum,Id est mortuorum.Virgil.4.Georg.
Dilecta magis luce.Virgil.4.Æneid.
Lucis vsuram dare alicui,Sinere eum viuere. Cic.7. Verrina,Cur, inquam,ciuibus Romanis , quos piratæ ceperant , securi statim percussiis,ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedistis?

In

In lucem editi gnati.Senec.OEdip.12.
Communi luce frui.Claud.2.de Raptu Pros.
Optata luce frui.Virgil.4.Æneid.
Orbare se luce.Cic.3.Tusculan. Tu te Thyesta damnabis, orbabisque luce, propter vim sceleris alieni?
Piget lucis, Tædet vitæ.Virgil.5.Æneid.
Relinquere lucem.Virgil.4.Æneid.
¶Lux mea,Blandimẽtum.Cic. Terent.lib.14.2, Hem mea lux,meũ desiderium.
¶Lux,pro oculis.Stat.11.Thebaid.
-& effossæ squalent vestigia lucis.
Adempta lux,Vide ADIMO.
Ademptæ lucis damnum,Id est cæcitas.Ouid.14 Metamorph.
¶Lux,pro Auxilio,vel ope.Cic.pro Lege Manilia,Proh,dij immortales, tantáne vnius hominis incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucem adferre Reip.potuit?
¶Lux,pro Publico:quoniam omnes in luce degunt.Cic.de Senect. Nec verò ille in luce modò,atque in oculis ciuium magnus,sed intus temdomíque præstantior?
Vocare in lucem.Cic.pro Deiotaro.
Forẽsis lux.Cic.de Clar.Orat.Isocrates,cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit,atque officina dicendi, magnus Orator,& perfectus magister,quanquam forensi luce caruit, intráque parietes aluit eam gloriam quam nemo quidem meo iudicio est postea consequutus. Hoc est foro,quod lux & theatrum ingenij esse solet.
¶Lux doctrinarum altera Cicero.Plin.lib.17.cap.5.
¶Lux pro nitore: vt Viridi cum luce smaragdi.Lucret.lib. 4.
Ahena luce coruscus.Virgil.2.Æneidos,
-primóque in limine Pyrrhus
Exultat telis,& luce coruscus ahena.
Luces, numero plurali,Idem quod dies. Varr.Hebdomad.sub imagine Demetrij , Hic Demetrius est cœtus quot luces habet annus absolutus. Nonius.
¶Lucus, masculino genere dixerunt veteres,teste Donato,pro lux, siue luce. Vnde apud Plautum & Terentium sæpius legitur luci in ablatiuo.
Cum lucu simul abij hinc mane.Plaut.Merc.5.
Cum primo lucu. Plautus Cistel.5. Sic apud Terentium Adelph. 5.3,Cum primo lucu.vt legit Donatus. Vide paulo antè , Luce prima.
Luci,Aduerbium {μεθ' ἡμέραν} Id est die,siue mane. Plautus Casin.19, Sed properare istum atque istam actũcum emittere
Tandem vt veniamus luci. Cic.12. Philipp. Quis enim audeat luci,quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?
Luculentus,Adiectiuum , Plenum luce,splendens, perspicuum,ornatũ, elegans,pulchrum. A luce enim dicitur,testibus Festo & Nonio. Significat aliquando magnum,teste Valla.
Ambulacrum luculentum. Plaut.Mostel.10,
Vidén' vestibulum ante ædes,& ambulacrum cuiusmodi?
TE. Luculentum ædepol. Cic.ad Trebatium,lib.7,Camino luculento vtendum.
Author luculentus.Cic.ad Atticum,lib.10, Non credo,vt est luculentus author: potuisse certè tenere illam prouinciam scio.
Conditio luculenta,Oprima,vel optima. Plautus Milit.13,
Quin tu rem tuam cura potius,quàm Seleuci,quæ tibi
Conditio noua & luculenta fertur per me interpretem.
Dies luculentus.Plaut.Epid 8.
Diuitiæ luculentæ.Plaut.Rud 30.
Facinus luculentum,Insigne.Plaut.Menæh.4,
Vín' tu facinus luculentum inspicere?
Familia luculenta. Plaut.Cistel.7,
Ego te reduco & reuoco ad diuitias,vbi
Tu iam locẽre in luculentam familiam.
Fœmina luculenta atque festiua.Plaut.Milit.13.
Forma luculenta.Terent.Heaut 3.2.
Hæreditas luculenta atque magna.Plaut.Truc.7.
Homo luculentus.Plaut.Capt.6.
Materia luculenta.Plin.epist.112, Recitabat κατασκεύασμα eruditam sanè,luculentámque materiam.
Nauigia luculenta.Cic.ad Attic.lib.16.epist.3.
Oratio luculenta,Aperta vel etiam optima.Saluſt.
Patrimonium luculentum.Cic.Philipp.12.
Patronus luculentus.Cic.in Bruto.
Plaga luculenta.Cic.7.Philipp.Luculentam tamen ipse plagam accepit,vt declarat cicatrix. Id est magnam.
Reclamatio præclara & luculenta.Cic.Philipp.4.
Res luculenta.Cic.ad Attic.lib.4.epist.cuius initium , Occupationum meatum: De re filiæ quod scribis,erit mihi curæ: etenim est luculenta res.
Scriptor luculentus,Probatus,optimus.Cic.Attic.lib.7.
Verba luculentiora. Cic.ad Attic.lib.12. epist.cuius initium, Legi Bruti epistolam.
Luculentè,Aduerbium {διαφανῶς} Clarè,splendidé.
Dicere luculentè.Cicero t.de Diuinat.Quum ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculentè.
Scribere luculentè,Aperté.Cic.de Claris Oratoribus,Et luculentè scripserunt,etiam si minus quàm tu,politè.
Vendere luculentè.Plaut.Merc.7.
Luculenter,Aduerbium,Idem.Cic.3.Offic. Hoc quidem sanè luculenter,vt ab homine perito definiendi. Idem 2.de Finibus,Quum Græcè,vt videor,luculenter sciam.
Luculentitas,pen.corr. {τὸ διαφανὲς} antiquè dictum. Cæcilius Hymnide , Vide luculentitatem eius & magnificentiam. Laberius Tucca, Dominus noster tua luculentitate captus. Nonius.
Luceo,luces {λάμπω,στίλβω,ἀμπρύνω} lucère: & sæpius Lucet,impersonaliter, Splendere,Lucẽ emittere. Cic.pro Rosc.Amer.Occisus est à cœna rediens : nondum lucebat, quum Ameriæ scitum est. Sic 7.

Verrina,Lucebat iam ferè.
Lucere facem alicui,pro Ante faciem lucem ferre : Id est, alicui præferre lumen.Plaut.Casin.3. Idem Curcul.2,Tu te tibi puer es,lautus,luces cereum.
Lucere luce aliena dicitur luna, quòd à sole lumẽ suum mutuetur.
Cic.in Somnio Scip.
Focus lucet igne. Tibul.lib.1.eleg.1.
Oculi lucent.Ouid.1.Metamorph.
Lucent officia alicuius. Cic.Attico,lib.3, Meáque officia & studia, quæ parum antea luxerunt,sic exequar.vt,&c.
Lucescit {ἀρχὴν γίνεται} lucéscere, Lucem fieri. Liu.4.ab Vrbe,Et iam lucescebat,omniáque sub oculis erant. Terent.Heaut.3.1,
Lucescit: hoc iam cesso pultare ostium Vicini?
Lucens,Participium {λάμπων} Splendens,conspicuus. Virgil.6. Æneidos,Lucentémque globum lunæ.
Faces lucentes.Ouid.3. Fast.
Lympha lucens.Ouid.4.Metamorph.
Marmora lucentia.Stat.1.Sylu.3.
Tunicæ lucentes auro.Stat.9.Theb.
Lucidus,pen corr. Adiectiuum {φωτεινὸς} Clarum, perspicuum. vt Lucida nox.Plin.lib.2.cap.79.
Candens lucidus aer.Lucret.lib.4.
Domus lucidior.Ouid.1.Fast.
Gemma lucida.Ouid.epist.21.
Ordo lucidus.Horat. de Arte.
Saxa lucida.Stat.3.Syl.3.
Sedes lucidæ,Sedes deorum.Horat.3.Carm.ode 3.
Sidera lucida.Horat.1.Carm.ode 3.
Oculi fulgentes lucidum Horat.2.Carm.ode 12.
Lucifer, pen.corr.Luciferi,masc.gen. {φωσφόρος} Stella Veneris , quum antegreditur Solem : quum verò subsequitur , appellatur Hesperus, teste Cic.lib.2. de Nat.deor. Ibidem Lucifera Diana dicitur.
Sidus Luciferi Virgil.2.Georg.
Nitens Lucifer.Tibul.lib.1.eleg.7.
Obscurus Lucifer illa nocte fuit.Ouid.11.Metamorph.
Renouatus Lucifer.Silius lib.7.
¶Vndecimus Lucifer stellarum coegerat agmen.Ouid.11.Metam.
Ducit diem Lucifer.Virgil.2.Æneid.
Clarus Lucifer albo exit equo.Ouid.15.Metamorph.
Vigil Luc.fer exit aquis Eois.Ouid.6.Fast.
Tertius autoram pulsabat Lucifer.Stat.12.Theb.
Reregens diem , noctísque fugans tempora Lucifer. Ouidius 8. Metamorph.
Luciferi.Ouid.3.Fastorum,
Tres vbi luciferos veniens præmiserit Eos.
Luciferus,pen corr.Adiectiuum {φωσφορικὸς.} vt
Diana lucifera.Valer.7.Argon.
Equi luciferi.Ouid.epist 11,
Denáque luciferos luna mouebat equos.
Pueri luciferi.Ouid.3.Fastorum,
Restat vt inueniam,quare toga libera detur
Luciferis pueris candide Bacche tuis.
Lucifugus,pen.corr.Adiectiuum , Qui fugit lucem. Cic.1.de Finibus, Ecce autem alij minuti & angusti,aut omnia semper desperantes,aut maleuoli,inuidi,difficiles,lucifugi,maledici,monstrosi.
Blattæ lucifugæ.Virg.4.Georg.
Lucerna,lucernæ {λύχνος} Notum instrumentum. Cic.4.Acad.Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vnquam quum oculũ torsisset, duas ex lucerna formulas esse visas.
Cubicularis lucerna,Vide CVBILE.
Matutinæ lucernæ,Iuuenal.satyr.12.
Seræ lucernæ.Martial.lib.10.epigr.19.
Lucerna simplex, hoc est vnam tantùm partem exporrectam habens,& vno ellychnio contenta,quæ cubicularia dicitur: de qua Martialis lib.14.aut dimyxos,ad duo ellychnia ferenda: aut trimyxos,ad tria: aut polymyxos,ad plura. Idem lib.14,
Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Tóteque geram myxos,vna lucerna vocor.
Vigiles lucernæ. Horat.3.Carm.ode 8.
Viuæ lucernæ.Horat.3.Carm.ode 21.
Lucerna eadem scripsi. Cic.ad Atticum, lib.8, Ego XIIII.Calend. quum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem , qua inflammaram tuam,Formiis ad Pompeium,si de pace ageretur. præfectus: si de bello,quid ero? Id est,eodem tempore. Idem lib.7,Facerem diutius,nisi me lucerna desereret.
Lucernas fraudare.Horar. Non quo fraudatis immundus nacta lucernis. Quo loco Turnebus,Non vt opinor, inquit,oleum intelligit è lucerna sumptum. Nec enim in ea satis est olei ad vnctionem : deinde quis é lucerna quàm ampulla sumere mallet? Ego genius quoddam olei lucernarium fuisse appellatum lego, quòd vile & rancidum esset,& ad lumina relegatum : quo tamen inopes & sordidi vngere se solebant,quum Horatius optimo oleo primæque notæ vteretur. Nã qui oleo se vngit,eo quo solent lucernæ accendi, is lucernas defraudat alimento suo,suóque fomento. De oleo lucernario Aëtius memínit,vt ibidem Turnebus refert.
Luxo,luxas {ἐξαρθρόω} luxare, à Luo, luis: significat Soluere,suo loco mouere.Plin.lib.17.cap.24, Aut circunfossor iniurioso ictu verberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices.
Luxata {ἐξαρθρήματα,στρέμματα} dicuntur, inquit Festus , locis suis mota & soluta.Plin.lib.17.cap.28,Contrà luxata membra iungẽda hac rundinum fissuræ. Cato cap.157, Et luxatum siquod est, bis die calda foueto.
Luxus,huius luxus,masc.ul. gen. {ἀσωτία} Superfluitas,& nimia profusio: Sumptuosior cibi,vestitus,& aliarum rerum cura. Cic.5. Verr. Nisi fortè existimatis , eum in vino ac luxu non fisisse, qui,&c. Terent.Adelph.4.7,Domus sumptuosa,adolescens luxu perditus,

Diſſuaſor honeſti,luxus.Claud.3.de raptu Proſerp.
Populator opum,luxus.Claud.1 in Ruffin.
Famoſus luxus Tarenti.Claud.8.Paneg.
Pud. ndus luxus.Tacit.lib.3.
Regali luxu ſplendida domus.Virg.1.Æneid.
Regifico luxu paratæ epulæ.Virgil.6 Æneid.
Pocula ducere multo luxu.Propert.lib.2.eleg.10.
Effuſus in luxum.Tacit.lib.20.
Explicare ſuos luxus.Lucan.lib.10,
Fouere hyemem luxu.Virgil.4 Æneid.
Solutus luxu.Quintil.lib.3.cap.8.
¶Luxũ, inquit Nonius,id eſt vulſum, & loco motũ,quod nunc luxari ignari Latinè dicimus. Inde Luxuria,quia à recta viuendi via ſit excluſa, & eiecta.

Luxuria,luxuriæ,Idem {ἀσωτία.} Cic.lib.1. Offic.Intelligimus quàm ſit turpe deſſuere luxuria, delicarè ac molliter viuere. Idem pro L.Murena,Odit Pop.Rom.priuatam luxuriam , publicam magnificentiam diligit.
Luxuria (inquit Feſtus) morum eſt ſolutio.
Inſtrumenta luxuriæ.Ouid.5.Faſt.Intelligit aurum & argentum.
Conuitia luxuriæ. Quintil.lib. 4 cap.2. Vt ſi defendendus eſt M. Cælius,nónne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxurię,petulantiæ,impudicitiæ,quàm veneficij?
Peſtis blanda,luxuria.Seneca Octau.7.
Miſera luxuria.Propert.lib.1.eleg.2.
Solers luxuria.Perſ.ſatyra 5.
¶Cepit præfectos luxuria, Vide CAPIO.
Circunſcribere luxuriam vtilitate, Vide CIRCVNSCRIBO.
Via facta eſt luxuriæ.Propert.lib.3.eleg.13.
Indulgere luxuriæ, Vide INDVLGEO.
Luxuria foliorum.Virg.1.Georgicorum.
At ſi luxuria foliorum exhuberat vmbra.
Luxuria humoris.Plinius lib.9.cap.2, Cauſa euidens, humoris luxuria.

Luxuries,luxurici,fœm gen. Idem {ἀσωτία.} Cic.1.Verrina,Quas res luxuries in flagitiis , crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapinis , &c. Ibidem,4,Quum perferre non poſſent luxuriem, crudelitatem, auaritiam, ſuperbiam. Et pro Roſc. Amer.In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia.neceſſe eſt.
Perferre luxuriem alicuius, Vide PERFERO.
Prædulce malum luxuries.Claud.2.Paneg.
Luxuries ſegetum,quam Plin.lib.18.cap.17, inter vitia frugum ponit,id eſt redundantia germinis : nempe quando ſeminis abundantia ipſas ſegeres ſuffocat.Cic 2.de Orat. Quod ſi hic noſter Sulpitius faceret,multo eius oratio eſſet preſſior, in qua nunc interdũ, vt in herbis ruſticis ſolent dicere, in ſumma hubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. Id eſt, ſcribendi frequentia , & aſſidua meditatione reprimenda illa naturalis hubertas , quæ interdum redundat. Virgil.1.Georgicorum,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Luxuriоſus,pen.prod.{ἄσωτος} In re familiari ſolutus,inquit Feſtus. Cicero 2.de Finibus , Si ea quæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum,liberarent eos deorum & mortis & doloris metu &c.
Luxurioſus in. Cic.pro Lege agraria, Vt in ſuis rebus,ita in Rep. luxurioſus nepos,qui prius ſyluas vendat, quàm vineas.
Amor luxurioſus.Ouid.2.de Remed.Amor.
Cultus luxurioſus,Delicatus & mollis. Quintil.libro 8.in Procem. Muliebris & luxurioſus cultus non corpus exornat , ſed detegit mentem.
Frumenta luxurioſa,Quę confertim & copioſè nimis proueniunt: ita vt immitti in ea ſoleant oues ad depaſcendum. Cicero in Orat. de ruſticis loquens,Siquidem eſt eorum gemmare vites, ſtire agros, lætas eſſe ſegetes,luxurioſa frumenta,&c.
Lętitia luxurioſa,Nimia,& profuſior quàm par eſt. Liu.2.ab Vrbe, Eo nuntio erecti Patres,erecta plebs,ſed Patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia.
Pabula luxurioſa, Quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plinius lib.17.cap.4,Nec luxurioſa pabula,pinguis ſoli ſemper indicium habent.
Seges luxurioſa.Ouid 1.Faſt.
Vitis luxurioſa.Columella lib.5.cap. 6, Plerique vitem validam & luxurioſam falſò crediderunt feraciorem fieri.
Luxurioſior.Plin.lib.17.cap.3, Alterum genus luxurioſius.

Luxurioſè,pen. prod. Aduerbium {ἀσώτως.} vt Luxurioſè viuere : hoc eſt,Molliter & delicaré.Cicer. pro Cælio,Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſè viuere.

Luxurio,luxurias,luxuriare,vel Luxurior,luxuriaris {ἀσωτεύω} luxuriari,Deponens: vtrunque ſignificat Superabundare, profundere , & laſciuire. Liu.1.ab Vrbe,Poſitis externorũ periculorum curis ne luxuriarent otio animi,quos metus hoſtium,diſciplináque militaris continuerat.Plaut.Pſeudolo,20,
Luxuriantur,luſtrantur,comedunt.
Deliciis luxuriare.Ouid.epiſt.15.
Luxuriat liber vmbilicis.Martialis lib.3.
Luxuriari variis colorum picturis.Plin.lib.16.cap.25.
Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis.Ouid.2.de Arte.
Animi luxuriant iuuenilibus annis.Ouid.5.Faſt.
Mens luxuriat.Ouid.1.de Arte.
Membra luxuriant.Ouid.7.Metamorph.
Pecus luxuriat in prątis.Ouid.1.Faſt.
Luxuriantur arbores,quum abundantius ramos emittũt, ſiue producunt.Colum.de Arb.cap.11 , Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato.
Ager aſſidua luxuriabat aqua.Ouid. 4.Faſt.
Humus luxuriat.Ouid.epiſt.1.

Luxurians,Participium {ἀσωτεύων.} vt

Compeſcere luxuriantia.Horat.2.epiſt.2.

Luxuriatus,pen.prod Aliud participium. Ouid.5.Triſt.eleg.1.
Non tamen,vt luſit,rurſus mea littera ludet:
Sit ſemel illa meo luxuriata ioco.
Fames luxuriata multo ſanguine.Stat.2.Thebaid.

L Y

LYAEVS {λυάϵυς}dicitur Bacchus,vt Grammaticis placet παρὸ τὸ λύϵιν, Id eſt ſoluere,quòd curas ſoluat,atque diſcutiat.
Pater Lyæus.Virgil.4.Æneid.
Annoſus Lyæus,Vinum vetus.Tibul.lib.3.eleg.2.
Pubeſcentem Lyæum, Id eſt vuas matureſcentes , dixit Statius 2. Syluarum.
Corniger Lyæus.Ouid.3.Amor.eleg.14.
Vda Lyæo tempora Horat.1.Carm.ode 7.
Dulci Lyæo curam ſoluere.Horat.Epod.9.
Largi flumina Lyæi.Stat.1.Sylu.6.
Iocoſo Lyæo conſilium arcanum retegere. Horat.3. Carm.ode 21.
Succus Lyæi.Sil.lib 7,
Pocula nec norant ſuccis mulcere Lyæi:
Fonte ſitim,& pura ſoliti defendere lympha.

Lyæus,Adiectiuum {λυϵῖος} pro Lyteus , figuratè: vt Latex Lyæus ,Id eſt vinum. Virgil.1.Æneid.

LYCAEVS.Vide LYCEVS.

LYCAMBES {λυκάμβης} vir Thebanus, quem Archilochus poeta iambis ad ſuſpendi ũadegit: de quo vide in dictione ARCHILOCHVS.
Infidus Lycambes. Horat.Epod.6. Idem de Lycãbe,lib.1.epiſt.20.

Lycambeus,pen.prod.Adiect. {λυκάμβϵιος.} Ouid.in Ibin,
-in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

LYCAON,pen.prod.huius Lycaonis,pen.corr. {λυκάων} Titani ac Terræ filius,Arcadiæ rex,qui (vt in fabulis fertur) à Ioue in lupum conuerſus fuit, quòd Iouem hoſpitem necare moliretur. Seruius enarrans locum Virgilij 1.Georgicorum.
Nauita tum ſtellis numeros,&c. Vide Ouid.1.Metamorph.
Notus feritate Lycaon.Ouid.1.Metamorph.
Aræ fontes Lycaonis.Stat.11.Thebaid.

Lycaonius,pen.corr.Adiect. {λυκαόνιος.} vt
Axis Lycaonius,Septentrionalis.Ouid.3.Triſt.eleg.2.
Aſtra Lycaonia.Claud.8.Paneg.
Caliſto Lycaonia Catull.de coma Berenicis,epigr.61.
Menſæ Lycaoniæ fœda conuiuia.Ouid.1.Metamorph.

Lycaonus,pen.corr.Adiect. {λυκάονος} Idem quod Lycaonius. Ouid.2. Faſtorum,
Cui dea,Virgineos periura Lycaona cœtus Deſere.

LYCAONES {λυκάονες} populi ſunt Aſiæ, Phrygibus & Gallogrætis, quos Galatas nominari antè ſcripſimus,vicini.Author Pompon.Mela lib.1. ¶Sunt & Lycaones,vt ait Solinus,lupi ceruice iubati , & tot modis varij,vt nullum eis abeſſe colorẽ dicant. Plin.lib.8.cap.34, in Indis Lycaones eſſe ſcribit. Ponponius libro 3, de Æthiopia ſcribens,Sunt & ſæuiſſimę feræ omni colore varij lycaones,& quales accepimus ſphingas.

Lycaonia {λυκαονία} Ipſa Aſiæ regio,à qua Lycaones,quæ mediũ quodammodo locum & atqem occupat. Sunt qui ſcribant Lycaoniã eſſe partem Arcadiæ cognominatam.

LYCASTE,Priami filia fuit pulchritudine inſignis adeò,vt captus ex ea Polydamas Antenoris & Theano ſororis Hecubæ filius , illã ex concubina ſuſceptam ſumeret in vxorẽ.Bocatius. ¶Fuit & alia Lycaſte, quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur.

LYCASTOS,Vrbs Cretæ,ſic à luporum multitudine dicta , quæ ibi eſſe creditur. Huius meminit Ponponius Mela libro 2. Strabo item libro 10.

LYCES, idem qui & Lycus.Valer.4.Argonaut. Quas Tanais,flauúſque Lyces,Hypanſque,Nomáſque Addat opes.Vide LYCVS.

Lyceum,lycei,pen.prod.vel lycæum : nam λύϵιον per ει ſcribitur: Fuit Athenis ſchola Ariſtotelis. Vnde Peripateticorum nomen effulſit. Cic.1.Academ.Qui erant cum Ariſtotele,Peripatetici dicti ſunt:quia diſputabant inambulantes in Lycio.
Lyceum,fuit etiam gymnaſium Ciceronis in Tuſculano, à nomine ſcholæ Ariſtotelicæ, de quo libro 1.de Diuinat.ſic refert, Nuper quum eſſem cum Qu.fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam quũ ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus (id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt , Perlegi, ille inquit, tuum paulo antè tertium De natura deorum.

LYCEVS,pen.prod. {λύκϵιος} Mons Arcadiæ,qui Pani deo ſacer eſt , & vbi templum bicornis Fauni. A quo Lycea , Iudicra illi ſacrata, Lupercalia dicta. Ouid.lib.2.Faſtorum, Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Dictus Lyceus ἀπὸ τοῦ λύϵιν, Id eſt à lupis,quibus propter frequentiam pecudum abundabat.
Amnes Lycei.Virgil 3.Georg.
Saltus Lycei.Virgil.1.Georg.
Collis Lyceus.Ouid.1.Metamorph.
Culti arbuſta Lycei.Ouid.2.Metamorph.
Gelidum Lyceum.Virgil.10.eclog.
Viridis Lyceus.Virgil.4.Georg.
Vmbroſus Lyceus.Stat.lib.1.Thebaid.

Lyceus,pen.prod.Adiect. {λύκϵιος.} vt
Nemus Lyceum.Ouid.8.Metamorph.

LYCHAS {λύχας} nomen famuli Herculis,cui Deianira veſtem imbutam cruore Neſſi,ad maritum perferendam dedit. Ille verò quum veſtis ardore & veneno conſumeretur, furore actus Lycham in mare Euboicum ex OEtha monte deiecit , qui illic in ſcopulum muratus fuiſſe dicitur. Fabulam vide apud Ouid.libro 9. Metamorph.quam his verſibus claudit,
Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet alrę
Gurgite,& humanæ ſeruat veſtigia formæ

Quem

Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare verentur,
Appellántque Lychan.

Lychnis,lychnidis,penult.corr. {λυχνὶς} Herbæ genus, Dioſcorid.

Lychnites,lychnitis, penult.prod. maſc.g. {λυχνίτης} Lapidis genus, de quo Plin. lib.36.cap. 5, Omnes autem tantum candido marmore vſi ſunt è Paro inſula , quem lapidem cœpere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cædere:tur,vt author eſt Varro, multis poſtea candidioribus repertis.

Lychnitis, pen prod.huius lychnitidis,pen.corr.f.g. {λυχνίτης} Herbæ ſpecies:de qua Plin.lib.25.cap.10.

Lychnus,lychni,maſ.g. {λύχνος} Latinè lucerna dicitur. Varro,Lucerna à luce dicta eſt:aut ab eo quod vocãt Græci λύχνον. Cic.Quint. fratri,lib.3,Hanc ſcripſi ante lucem,ad lychnum ligneolum,qui mihi erat periucundus,quòd eum te aiebant, quum eſſes Sami , curaſſe faciendum. Legitur & lychnuchum. Idem pro Cælio , Lux denique longè alia eſt Solis & lychnorum.
Pendentes lychni.Lucret.lib.5.
Incenſi lychni dependent aureis laquearibus.Virg.1.Æneid.
Lychnius non autem lychnus dicendum oſtendit Seruius : quum primam corripi dicat:quod fieri non poſſet,niſi poſt n ſequeretur i,& triſyllabum fieret. Virg.1.Æneidos,
Dependent lychnij laquearibus aureis.

Lychnuchus,lychnuchi,pen.prod. {λυχνοῦχος} dicitur quicquid lucernã ſuſtinet. Plinius lib.34.cap.3, Placuere & lychnuchi penſiles in delubris aut arborum modo mala ferentium lucentes. Suetonius in Cæſare cap.37,Aſcẽdítque Capitolium ad lumina,quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.

LYCIA {λυκία} minoris Aſiæ regio inter Pamphyliam & Cariam ſita, cognominata eſt à Lyco rege Pandionis filio,atque,vt ferũt,infeſtata olim Chimeræ ignibus. Pompon.lib.1,Lycia propè tota Tauro mõte premitur , eius iugis bona parte clauſa. Lycios autem primum Termilas dictos Herodotus lib.7,ſcribit. quem vide in ſeptimo. De Lycíorum laudibus legito Strabonem lib.14. Lycia hodie Briquia dicitur. Ptolemæus lib.5.cap 3.
Vrbes Lyciæ.Ouid.4.Metam.
Dumeta Lyciæ.Horat.3.Carm.ode 5.
Fertilis agris Lycia.Ouid 6.Metam.
Hyberna Lycia.Virg.4 Æneid.

Lycius,Adiectiuum {λύκϵιος.} vt Cateruæ Lyciæ.Horat.1.Carm.ode 8.
Deus Lycius, Apollo.Propertius lib.3.eleg.1,
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulchro
Prouiſum eſt,Lycio vota probante deo.
Montes Lycij.Stat.1.Sylu.2.
Pharetra Lycia.Virg.7.Æneid.

LYCIDAS,pen.corr.Centauri nomen & paſtoris apud Virgilium.
Lycida, Vocatiuus.Virgilius 7.eclogą,
Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas.

Lycidas,Nomen etiam pueri apud Horatium,1.Carm.ode.4,
Nec tenerum Lycidam mirabere,quo calet iuuentus
Nunc omnis.

LYCIMNIVS, Frater Aſtiochiæ , aunculus Tlepolemi, à quo & ipſe interemptus eſt.Homerus.

LYCINIA,amica Horatij, de qua ipſe lib.2.Carm.ode 12,
Me dulcis dominæ Muſa Lyciniæ,&c.

LYCISCA, nomen canis , Diminutiuum à λύκος quod lupum ſignificat, appellata ſic quòd vel ex lupo nata ſit , vel ſimilis ſit lupo. Virgilius 3.ecloga,
-multum latrante Lyciſca. Ouid.3.Metamorphoſeos,
Et Thous,& Cyprio velox cum fratre Lyciſca.

LYCISCVS,pueri nomen apud Horatium,Epod.11,
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia,amor Lyciſci me tenet.

Lycium {λύκιον} medicamentum ex radice rhamni ſylueſtris factum. Plin.lib.24.cap.14, Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant lycium. Et paulo pòſt,Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt,quam & pyxacanthon chironiam vocant.

LYCOMEDES, pen. prod. {λυκομήδης} Creontis fuit filius , teſte Homero Iliad.9.

LYCON,ex Troade,Stratonis diſcipulus,è Theophraſti ſchola: huius in dicendo ſuauitatem nomen maximè demonſtrat , quòd addita littera 6,Glycon fit cognominatus.habitu fuit mollis & delicatus.Quatuor huius nominis memorantur , Primus Pythagoricus , Secundus hic, Tertius verſificator , Quartus epigrammaton poëta. Diogenes Laertius.

LYCOPHRON, pen.corr.huius Lycophronis,penult.corr. {λυκόφρων} Chalcidenſis ex Eubœa , filius Soclis , adoptatus verò à Luco Rhegino,grammaticus,& Tragœdiarum ſcriptor. Eſtque vnus ex ſeptem qui Pleias vocati ſunt. Stat.5.Sylu.3,Carmina Battiadæ,latebráſque Lycophronis atri. Atrum vocat quaſi obſcurum , vel quia in omnibus ſcriptis obſcurior fuit : vel certè ad Alexandram alludit , de qua dixit Suidas. Ouidius eum ſagittis interfectum eſſe innuit, quum inquit in Ibin,
Vtque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

Lycophthalmos , Gemma quatuor eſt colorum , ex rutilo & ſanguineo:in medio nigrum candido cingitur,vt luporum oculi , illi per omnia ſimilis.Plin.lib.37.cap.11.

LYCOPOLIS, pen.corr. {λυκόπολις} vrbs Ægypti , ſic à lupis cognominata Diod,Sicul.lib.2.

Lycopſis, herba {λυκῶψις.} Vide Plin.lib.27.cap.11.

LYCORIAS nomen Nymphæ apud Virgilium 4.Georg.

LYCORIS, pen. prod. {λυκώρις} meretrix fuit alio nomine Cytheris dicta,à Cornelio Gallo poeta adamata.De qua Virgilius ſæpe in Gallo. Vide item multa in dictione CORNELIVS.

LYCORMAS {λυκόρμας} fluuius eſt qui è Boienſibus inter Ophientes gentem Ætolicam oritur , vocatus poſtea Euenus , ab Eueno qui ſe

in eum præcipitauit.De quo Strabo lib.7. Ouid.2.Metamorphoſeos, Arſurúſque iterum Xanthus,flauúſque Lycormas.

Lycos,Genus aranei,Plinio lib.30 cap.6.

LYCTONIA,Vrbs Cretæ inſulæ,vt notat Tortellius.

LYCTVS, Vrbs Cretæ,à Lyćto filio Lycáonis appellata. Quidam Lyctum vocant , eo quòd in loco alto poſita ſit. Quod enim ſurſum & ſublime eſt,lyctum vocant.Hæc Stephanus.

Lyctius Adiectiuum {λύκτιος} vt Lyctius Idomeneus. Id eſt Cretenſis.Virgil.

LYCVRGVS {λυκοῦργος,λυκόεργος} Lacedæmonum rex, qui fuit philoſophus, & Lacedæmoniis leges ſanctiſſimas condidit: adtrictis ciuibus iuramento,quòd tam diu eas inviolatas obſeruarent, donec ipſe redíret:è patria nunquam rediturus emigrauit. De quo Valerius , Iuſtinus, Ariſtoteles,& Plutarchus multa.
Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum author muſices diſciplinam probauit.Quintil.lib.1.cap.10, ¶Lycurgus item rex Nemeæ regionis Hypſiphilen regis Thoantis filiam nato ſuo nutricem adhibuit.Author Statius 5.Thebaid. ¶Lycurgus præterea rex Thraciæ fuit,qui vt habet fabula,dum cõtemnens Liberum,eius amputat vites,cruia ſua incidit. Re vera autem abſtemius fuit : quos conſtat acrioris eſſe naturæ : quod etiam de Demoſthene dictum eſt. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij 3.Æneidos,
Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.
Latiſſima regna Lycurgi.Ouid.epiſt.2.
Thracis exitium Lycurgi.Horat.2.Carm.ode 19.
Bipennifer Lycurgus.Ouid.4.Metam.de Baccho.
Veſanus Lycurgus.Propert.lib.3.eleg.17.

Lycurgeus,Adiectiuum {λυκούργϵος.} Cic.ad Attic.libro 1, Noſmetipſi, qui Lycurgei à principio fuiſſemus , quotidie demitigamur. Vbi interpres,Lycurgei,Id eſt optimates , legum aſſectæ & propugnatores, qualis Lycurgus apud Lacoñas legum conditor. Budæus ſeuerißimum interpretatur. Turnebus contrà à Lycurgo oratore , qui accuſator vehemens fuit & acerbus,adiectionem iſtam deriuatam ſcribit , ac acrem & aſperum interpretatur , qualis Cicero in Clodium fuiſſe videtur.

LYCVS, nomen proprium viri , quo nomine multi vocati ſunt. Vnus Troianus,de quo Virgil.1.Æneid. Fata Lyci. Alter Thebanus ignobilis exul,quia abſente Hercule reuerſus , Creontem regem occidit, & regnũ tenuit. Item alius Thebanus rex,maritus Antiopæ. Alius Pandionis filius, qui à ſe Lyciam nominauit. Alius Lycaon , in lupum à Ioue conuerſus eſt. Fuit & alius Lycus,Priami filius. Item vnus ex centauris. Fuit item Lycus medicus Neapolitanus, cuius meminit Plin.lib.20.cap.20.
Lycus , puer quidam fuit ab Alcæo dilectus. Horatius 1.Carmin. ode 32.
Lycus {λύκος} Armeniæ fluuius.Strab.lib.11.

LYDA {λύδη} Antomachi poëtæ vxor fuit , quam egregiè animo charam habuit , quæ quum mortua eſſet,elegiam qua mœrorem ſolaretur ſibi fecit nomine Lyden, vbi enumeratis heroicis calamitatibus & infortuniis,malis alienis ægritudinem ſibi minuit.Huius meminit Plutarchus in libro De conſolatione, Propertius,
Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtæ,&c.

LYDDA {λύδδα} Palæſtinæ Iudææ vrbs, Ptolemæo lib.5.cap.16. Alio nomine Dioſpolis.Hodie Rama.

LYDIA {λυδία} Aſiæ regio Æolis & Ioniis vicina,nota eſt Cręſi fortuna & rebus geſtis , tum etiam Pactoli fluuij fama aurum trahentis. Vide Strabonem,& Ponponium lib.1. in ſumma Aſiæ deſcriptione.
Ingens Lydia.Virg.4.Georg.
Lydia tota fremit.Ouid.6.Metam.

Lydus {λυδὸς} Qui eſt ex Lydia.Lydi (authore Herodoto lib.2.) primi aurum argentũmque percuſſerunt,primíque caupones inſtitoréſque fuerunt.
Lydorũmque manum,collectos armat agreſtes.Virg.9.Æneid.

Lydus, Adiectiuum {λυδὸς.} Ouid.2.Faſtorum,
Ridet amatorem Lyda puella ſuum. Intelligit Iolen.

Lydius, Aliud adiect. {λύδιος.} vt Aurifer amnis Lydius.Tibul.lib.3.eleg. 3 Intelligit Pactolum.

LYDIA, amica Horatij,cuius in Odis ſæpe meminit.

Lydius {λύδιος.} Theophraſtus lib. De natura lapidum , ait lapidem quendam eſſe , qui Lydius ſeu Heraclius dicatur , qui attritu aurum atque argentum cuiuſmodi ſit arguat. Hunc quidam magnetem putant, velut Herculanum , qui ferrum ad ſeſe trahit : vnde nomen etiam additum ſiderite. Sed ex Theophraſti verbis ſatis liquet baſanon ſignificati , quem Latini vocant indicem , in quem Bactus ille paſtor apud Ouid.2 Metamor. transfiguratus eſt, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi ſtudio , nec Heraclium vocatum ab Hercule, ſed ab Heraclea Lydiæ ciuitate. Plin.lib.33 cap.8,Auri argentíque mentionem comitatur lapis , quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri niſi in flumine Tmolo , vt author eſt Theophraſtus : nunc verò paſſim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici , qua ternas vncias longitudinis , binaſque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum è vena vt lima rapuerint experimentum , protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti,vel æris , ſcrupulari differentia , mirabili ratione non fallente. Vicem autem prouerbij habet in eos qui vehementer acri,exactóque iudicio ſunt.Eraſmus.

LYDVS, Herculis filius ex Iole.Alter filius Arbys,& frater Tyrrheni: à quo Lydia regio eſt appellata. Nam quum propter terræ ſteriliratem fratres ſimul ferre non poſſet: Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem , quæ ad mare inferum verſa eſt,& à ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus verò remanens,Mæoniam de ſuo nomine vocauit.

LYGDAMVS, nomen eſt viri proprium.Perottus.

LYGDAMVM, Plinio lib.5.cap.30,oppidi nomen eſt.

LYMIRA, Lyciæ flumen eſt,& eodem nomine ciuitas , inquit Ponponius lib.1.in deſcriptione Lyciæ.

Lympha {νάμφη} Aqua dicitur Latinis, Græcis verò νύμφη: mutauerunt autem Latini ν in λ. Colum.lib.10,Doctáque Parthenope Sebethide rosida lympha.
Fluuialis lympha.Virg.4.Æneid.
Fugax lympha trepidat obliquo riuo.Horat.2.Carm.ode 3.
Gelida lympha.Ouid De medicamine facici.
Leuis lympha.Horat.Epod.16.
Liquidæ lymphæ.Ouid.3.Metam.
Loquaces lymphæ saxis desiliunt.Horat.3.Carm.ode 13.
Lucentis lymphæ stagnum.Ouid.4.Metam.
Manantes lymphæ.Horat.Epod.2.
Pureales lymphæ.Lucret.lib.6.
Sobria lympha mista mero.Tibull.lib.2.eleg.1.
¶Vulnera lymphis abluere.Virg.4.Æneid.
Dare lymphas manibus.Virg.1.Æneid.
Copia lymphæ finit sitim.Horat.2.epist.2.
Hausit de gurgite lymphas.Virg.9.Æneid.
Ora manúque tua lauimus Feronia lympha. Horat.1.Serm.saty.5.
Restinguere pocula lympha.Horat.2.Carm.ode 11.
Vulnera siccare lymphis.Virg.10.Æneid.

Lymphor,lymphoris,Antiquum,Idem quod lympha. Lucilius, Impermistum lymphorem. Nonius.

Lymphaticus,pen.corr. {νυμφόληπτος} Furiosus,insaniens,qui virium ex aquæ conspectu contraxit, vel ex imagine visa in aqua. Plin.lib.25, scribit helleborum mederi melancholicis, insanientibus, & lymphaticis, elephantiæ, & tetano. Festus, Vulgò memoriæ proditum est, quicunque speciem quandam è fonte, id est effigiem nymphæ viderint,furendi non fecisse finem,quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellant.
Lymphatici etiam dicuntur hydropici. Serenus de hydrope loquens, Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Sed & Lymphatici etiam Isidoro sunt,qui à rabioso cane morsi aquam metuunt: adscribam eius verba,Vnde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum vocant.

Lymphati nummi.Plaut.Pœnulo, Ao. Sunt mihi intus nescio quot númi aurei lymphatici. M. Deferto ad me, faxo actútum consliterit lymphaticum.
Lymphatica somnia.Plin.lib.26.cap.8.
Lymphaticus pauor.Liu.10.ab Vrbe.

Lympho,lymphas,lymphâre,Perturbare,& in furorem impellere.Valer. 3.Argon.Rupta quies:deus ancipitem lymphauerat vrbem.

Lymphans,Participium.Stat.10.Thebaidos,
Ecce recens,superis animum lymphantibus,horror
Thiodamanta subit.

Lymphor,lympharis {μαίνομαι} lymphari, Insanire, desipere. Plin.lib. 34.cap.17,Hæc herba epota, lymphari homines obseruantibus miraculis. Curtius,Quippe lymphari,trepidare cœperût,omnia pectora occulto metu percurrente.

Lymphatus, pen.prod. Adiect. {νυμφόληπτος} Idem quod lymphaticus, Insanus,quasi Nympharum spiritu correptus. Liu.7.ab Vrbe,Et tunc quidem velut lymphati & attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt. Cic.1.de Diuin. Et Plinius lib. 30.cap.10, Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu respiscere.
Furor lymphatus.Senec Medea,6.
Metu lymphato trepidare.Lucan lib.7.
Mente lymphata furebant.Catul.Argon.59.
Ore lymphato furens Senec.Troad.1.
Pectora lymphata.Ouid.11.Metam.
Vrbs lymphata incertis horroribus.Stat 10.Thebaid.

Lymphationes nocturnæ {νυμφολήπτου νυκτερινάς.} Plinius lib. 34.cap.15, Nanque circunscribi circulo,térve circunlato mucrone, & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamenta: & præfixisse in limine,è sepulchro eulsos clauos,aduersus nocturnas lymphationes.

Lymphatus,huius lymphatus,Verbale.Plin.lib.37.cap.10, Aliam eodem nomine argentei coloris,contra lymphatum habendam.

Lympidus,Vide LIMPIDVS.

LYNCESTVS {λύγκηστος} aqua,quæ vocatur acidula,vini modo temulentos facit.Plin.lib.2.cap 103. Hinc

Lyncestius, Adiectiuum {λυγκήστιος.} Ouid.15.Metam.quum de Clitorio amne dixisset,
Clitorio quicunque sitim de fronte leuarit,
Vina fugit,gaudétque meris abstemius vndis. Subiungit deinde,
Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter tiuitur quàm si mera vina bibisset.

Lynceus,Adiectiuum,Vide LYNX.

LYNCEVS {λυγκεύς} disyllabum,huius Lyncei vel Lynceos, pen.corr. Nomen proprium eius,qui fuit vnus ex Argonautis, acutissima oculorum acie præditus:qui dicebatur videre vltra parietem,&(vt historici tradunt) conspexit nouissimam Lunam, primámque eodem die in signo Arietis,quod paucis mortalíũ contigit vidisse. Vnde Valer. 1.Argon. -solus transibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitúmque exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerúmque nauium ex Lilybitana Siciliæ specula manifestissimè notare. Solinus hunc Strabonẽ vocat. Plin.quoque lib.7.cap.21,Tradidit Cicero fuisse, qui perueideret centum triginta quinque millia passuum. Huic & nomen M. Varro reddidit,Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, à Lilybæo Siciliæ promontorio, exeunte classe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. Certè ratio temporum non patitur eundem esse Lynceum Argonautam, & hunc Varronis Plinisque Strabonem. nam Argonautæ ante bellum Troianum fuere. at hic Strabo tempore belli Punici fuit in viuis. Quamobrem mirari subit Valerium Maxim.lib.1.cap. De miraculis, ita scribentem: De Lynceo. deinde subdit, Nec illius quidem paruæ admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum vsum esse,vt à Lilybæo portu, Carthaginiensium egredientes classes interueteur. Sed fortè Lynceum dicit Valerius adiectiuè, quasi Lynceis oculis præditum. Iudicet lector. Pindarus & Apollonius in Argon.referût illum per abietem fratrem suum à Castore occidi vidisse, cuius necem describit Ouid.5.Fastorum,
Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,&c.
Prouerbium vide apud Erasmum, Lynceo perspicacior. Horatius 1.epistola 1,
Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Nunc tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Lynceus & Idas, Apharei filij fuerunt, vnde Aphareidas illos vocat Apollonius 1.Argon. & Ouid.8.Metam.Et duo Thestiadæ,& proles Aphareia Lynceus. Pausanias in Messeniacis, Inter Apharei, inquit,filios,natu grandior Idas erat, & cæstori animo prædirus: Lynceus iunior. Quem (sicui credibile videtur) tanta oculorum acie valuisse Pindarus scripsit, vt quercus etiá truncos perspexerit. Lynceus an filium habuerit, nescimus. Idas autem ex Marpessa filiam Cleopatram susceperit,quam Meleager vxorem duxit. Paulo pôst, Ex Apharei filiis, commissa cum Dioscuris consobrinis propter boues pugna,alterũ vt Pollux interemit, Idas autem fulmine ictus interiit, Apharei familia masculis hæredibus planè est orbata. Hæc Pausanias. De hoc Lynceo sic canit Orpheus Latinus in Argonauticis,
-accessit & Idas,
Quisque procul longè trans æthera,trans mare Lynceus,
Et subter Plutum,terraque barathra profundæ
Solus in humanis visu penetrauit acuto. Censentur itaque Idas & Lynceus inter Argonautas. Porrò quòd trans æthera viderit Lynceus,putant ad Astrologiæ cognitionem,rerúmque cælestium obseruationem referendum. Plin.lib.2.cap.17, Nouissimam lunam primámque eadem die vel nocte, nullo alio in signo quàm Ariete conspici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fama cernendi Lynceo. Plutum verò, terraque barathra visu penetrasse propterea dicitur, quòd primus fodinas reperit, & metalla è terræ visceribus eruit, vt vult Lycophronis interpres.cui succinit Palæphatus his verbis: Lynceum dicunt, quòd ea etiam quæ sub terra erant,prospiciebat. quod quidem falsum prorsus est. Nam veritas ita sese habet: Lynceus æs, argentum, cæteráque metalla primus inquirere cœpit. In qua quidem metallorum inquisitione, lucernas secum intra terræ penetralia circunferens,ibidem eas forte relinquebat,ac sursum ipse æs ferrúmque reportabat. Quod factum videntes homines, dicere consueuerant, quòd Lynceus subterranea etiam prospiciebat, ob sdque argentum inde sursum afferebat. Hæc ille. Huius Lyncei mater fuit Arena,vt voluit Pherecides:vel Polydora,vt Pysander:vel Laocoossa,vt Theocritus. Author Apollonij Græcus scholiastes. Hyginus quoque fabula 14, Lynceus (inquit) & Idas Apharei & Arenæ Bibali filiæ filij, Messenij ex Peloponneso. Ex his Lynceus sub terra quæque latentia vidisse dicitur,neque vlla caligine inhibebatur,ideo quòd aurisodinas norat,in quas descendebat, & aurum subitò ostendebat. Ita rumor fuit, eum sub terra solitum videre. Nec ab re fuerit hîc attexere Valerij Flacci de Lynceo carmina ex lib. 1.Argonaut. Occupat & longè sua transtra nouissimus Idas.
At frater magnos Lynceus seruatus in vsus,
Quem tulit Arene,possit qui rumpere terras,
Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
Fluctibus è mediis terras dabit ille magistro,
Et dabit astra rati. quúmque æthera Iuppiter vmbra
Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus. Magnos seruatus in vsus: quia demortuo succedens gubernatori, nauim moderabitur. Rumpere terras: irrumpere, visu penetrare. Terras dabit ille magistro: Dicet,indicabit,ostender ipsi etiam nauis magistro & gubernatori, quæ terræ vitandæ,quæ adeundæ. erit ipsius magistri magister. Perdiderit: offuscauerit, occultauerit. Idæ & Lyncei mortem his verbis exequitur Hyginus fabula 80, Idas & Lynceus Apharei filij ex Messeniis habuerunt sponsas Phœben & Hilairam Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines quum essent, & esset Phœbe sacerdos Mineruæ, Ilaira Dianæ, Castor & Pollux amore incensi, eas rapuerunt. Illis amissis sponsis, arma tulerunt, si possent eas recuperare. Castor Lynceum in prælio interfecit: Idas amisso fratre, omisit bellum & sponsam, cœpítque fratrem sepelire. Quum autem eius ossa collocaret in pila, intereunit Castor, & prohibere cœpit monumentum fieri, quòd diceret se eum quasi fœminam superasse. Idas indignatus, gladio quo accinctus erat, Castori inguina traiecit. Alij dicunt,quemadmodum ædificabat pilam, super Castorem impulisse, & sic interfectum. Quod quum nuntiatum esset Polluci, accurrit,& Idam vno prælio superauit, corpúsque fratris recuperatum sepulturæ dedit. Hactenus Hyginus, De hoc raptu meminit Ouidius in Arte libro 1,
Vim passa est Phœbe,vis est illata sorori,
Et gratus raptis raptor vterque fuit.

Lynceus, penult.prod. Adiectiuum. {λύγκειος} Vide exemplum Ouidij in LYNCEVS disyllabum.

Lyncurium, lyncurij {λυγκούριον} Gemma quæ è lyncis vrina cocta est. Plin.lib 8.cap.38, Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur arefcitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes,lyncurium vocatas,atque ob id succino à plerisque ita generari prodito. Nouere hoc sciúntque lynces: & inuidentes,vrinam terra operiunt.Ouid.15 Metam.

LYNCVS {λύγκος} inquit Seruius, rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemon,vt hominibus frumenta monstraret,susceptum hospitio,vt in se gloria tanta migraret,interimere cogitauit. ob quã rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varij coloris,vt ipse variæ mentis extiterat.

LYNDVS, Homero teste,ciuitas in Rhodo insula, in qua authore Lactantio, Herculis facta fiebant, quorum à cæteris longè diuersus est ritus. Siquidem non ὄργια, vt Græci appellant, sed maledictis & execratione celebratur: eáque pro violatis habent, siquando inter solennes

solennes ritus,vel imprudenti alicui excidérit bonum verbum.

Lynter,Vide LINTER.

Lynx, lyncis, masc.vel fœm.gen. {λυγξ} Animal est ex ceruariorum genere,vario colore,& maculoso tergore, & acutissimo visu præditum.Virg.1.Æneidos,
-maculosæ tegmine lyncis. Plin.lib. 28.cap.8, Peregrinæ sunt & lynces quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt.
Variæ lynces Bacchi. Virg.3.Georg.Varias dicit quas alibi maculosas dixerat.Sunt autem in tutela Bacchi.
Timidos agitare lyncas.Horat.2.Carm.ode 13.Alij timidas.
Imbelles lynces sectari.Stat.2.Achil.
Fugaces Lyncas cohibere arcu.Horat.4.Carm.ode 6.

Lynceus,pen.corr.Adiectiuum {λύγκειος} Quod pertinet ad lyncem.
Lynceis oculis contemplari, Est intentissimè conspicere. Horat. 1.Serm.saty.2.
Lynceus, Qui acutissimè videt, quisque est maximè perspicax. Cic.ad Varronem,lib.9.2, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat,nusquam incurrat?

Lyra,lyræ,f.g. {λύρα} instrumentum musicum,κατὰ τὸ λύρειν,canere.
Astrologiæ scriptores volunt Lyram esse à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Appollini datam: Apollinem autem inuenta cithara Orpheo lyram concessisse:mortuo autẽ Orpheo,à musis in cælo fuisse collocatã.Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi,qui floruit temporibus Periandri tyranni Corinthiaci,& primus fuit omnium citharistarum. Plinio autẽ Nat.hist. li.7.c.56,Citharam Amphion:vt alij Orpheus:vt alij Linus inuenit. Septem chordis additis Terpander: Octauam Simonides addidit: Nonam Timotheus.Lyra cecinit Thamyras primus: cũ cantu Amphion, vt alij Linus.Citharœdica carmina composuit Terpander. Hieron.scribit effici in modum literæ cum chordis viginti quatuor,& per digitos variis vocibus,tinnulisque ictibus in diuersis modis concitari. Constat autem multiplices fuisse distinctásque lyrarum species quas hîc subiiciendas curauimus.



Lyram formam esse testudinis docet Plin.lib.9:cap.10.
Canor lyræ Ouid.epist.15.
Assumpta lyra canórus.Ouid 3.de Arte.
Fidicen lyræ.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.
Solers lyræ musa Horat.de Arte:
¶Aurata lyra.Ouid.8.Metam.
Canoræ lyræ.Claud.3.de Rapt.Pros.
Cithuræ lyræ parens:Mercurius.Horat.1.Carm.ode 10.
Distincta lyra gemmis.Ouid.11.Metam.
Eburna lyra.Horat 2.Carm.ode 11.
Garrula lyra.Tibul.lib.3.eleg.4.
Imbellis.Horat.1.Carm.ode.6.
Inuicta:Ouid.3.Amor.eleg 8.
¶Laudes alicuius canere lyra.Ouid.3.de Arte.
Increpare lyram digitis.Ouid.epist.3.
¶Lyra,Signum cæleste. Varro 2.de Re rust.cap.5, Hoc secundum astri ortum facio, quod Græci vocant lyram, fidem nostri. Ouid.2. Fastor. Colum.lib.10,
Sidereóque polo cedet Lyra mersa profundo.
Lyræ, lyræ, Vox effutitia est, quam pro nugis & friuolis veteres posuerunt.Plautus,
Gertæ germanæ,atque ædepol,lyræ lyræ. Scio magnos huius ætatis viros aliud sentire, sed nihil afferunt, quod me de sententia demoueat,verba sunt Turnebi.

Lyricus,pen.corr.Adiect. {λυρικὸς} Quod ad lyrã pertinet. Hinc poetæ lyrici dicti, quòd ad lyram suã carmina cantabant statuebatúrque eis chorus quinquaginta virorum,ac tauro donabantur.
Modi lyrici.Ouid.epist.21.
Vates lyrici.Horat.1.Carm.ode 1.
Lyrica pro carminibus lyricis, dixit Plin.iun. lib.3.epist.1. Scribite enim & vtraque lingua lyrica doctissima.

Lyricen,pen.corr.Lyricinis,pen.cor.m.g. {λυρῳδὸς} Qui lyra canit.

Lyristes, lyristis, Idem {λυρῳδὸς} Sidonius, Algeo potior lyristes ipso.
Plinius Iunior ad Genitorem, lib.9, Quàm multi quum lector aut lyristes aut tomœdus indoctus est,calceos posuit?

LYRCEVS, pen.prod. {λύρκειος} fons est ex quo Inachus fluuius oritur ad Cynuriam montem Arcadiæ. Author Strabo lib. 8. Stat.4. Theb.
Aret Lerna nocens,aret Lyrceus,& ingens Inachus.

Lyrcæus,penult.prod.Adiectiuum {λύρκειος.} Ouid.1.Metam.in fabula Tũs mutatæ in vaccam,
-iam pascua Lernæ,
Consitáque arboribus Lyrcea reliquerat arua.

Lyrceius,Aliud adiectiuum {λυρκήϊος.} Valer.Flac.lib.4.Argon.
-Lyrceia tellus.

LYRIS {λύρις} fluuius Campaniæ est, interfluens vrbem Minturnensium.Horat.1.Carm.ode 31.
-non aurum,aut ebur Indicum:
Non rura,quæ lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis. Virgilius,
-& vmbrosæ Lyris per regna Maricæ. Acron.

LYRNESSVS {λυρνήσσος} vrbs Troica,vna ex vndecim quæ in Troade sunt.Lyrnessus,ciuitas est Phrygiæ, vnde fuit Briseis. Seruius in illud Virgilij lib.10. Æneidos,
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis,Lyrnessius Agmon.

Lyrnessis {λυρνησσὶς} Patronymicum,fœm.g.Ouid.progentili posuit,4. Trist.elegia 1,
Fertur & abducta Lyrnessidæ tristis Achilles. Id est Briseidæ quæ ex Lyrnesso erat.
Mœnia Lyrnessia.Ouid.12.Metam.

LYSANDER {λύσανδρος} dux Lacedæmoniorum inuictissimus, cuius ductu Atheniẽses cum duce Cononę illam nauali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ semidirutæ, impositúmque iugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lysander à Cononę ipso terrestri pugna,& interfectus,vbi Pausanias eius collega in excercitu suspectus in exilium profectus est. Emicuit enim Lysander tempore Pausaniæ & Agesilai Lacedæmoniorum. Lysander & rebus gestis & animi magnitudine Syllę ex nostris comparatur: Plutar.in Paral.

LYSANIAS,Orator Græcus. Alter, vir in Arcadia, qui Lycaonem regno expulit.

LYSIADES,penul.corr.Atheniensis, Phædri philosophi filius. De quo Cicero Philip.5.

LYSIAS {λυσίας} Syracusanus genere,Cephali filius, vnus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater se transtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit, redit annos natus quadraginta septem, interque principes oratores habitus. De quo sic Cicero in Bruto.

LYSICRATES,pen.corr.Vir quidam, qui capillos iam canos nigro tingebat,quo iuuenis etiam dum videretur.

Lysidicus {λυσιδικὸς.} apud Cic.in Philipp. qui iura omnia dissoluit. Hodie dici posset contentiarum diremptor.

LYSIMACHIA,pen.corr. authore Strabone lib.10. Vrbs Ætoliæ humi prostrata,& ipsa ad lacum adiacens, quæ prius quidem Hydra, hoc verò tempore Lysimachia nominatur. Verum Iustino, vrbs est Hellesponti quæ terræ motu corruit XXII. anno postquam à Lysimacho rege vno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed postmodum reædificata,causa fuit multarum cladum.

LYSIMACHVS, pen. corr. {λυσίμαχος} Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit, vbi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit:amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò,vt Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum,atque in vinculis habitum,de virtute dissertantem sæpius audiuerit, poculúmque ei; ac remedium miseriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille viribus fretus, rem posteris prodendam fecit, manum quippe amiculo conuolutam in os leonis infetens,adrepta lingua feram exanimauit:quo facto vehementius post ea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum lib.15.Lysimachus natione Acarnan.Alexandri pędagogus secũdas post Leonidem obtinuit,nullo vrbanitatis genere prædirus; nisi quòd se Phœnicem: Alexandrum,Achillem:Philippum verò,Peleum nuncupabat.Author Plutarchus in Alexandro Magno.

LYSIPE, Vna fuit ex filiabus Proëti Argiuorum regis, quæ in vaccas commutatæ fuerunt.

LYSSIPPVS {λύσιππος} Sicyonius nobilis sculptor, à quo tantum Alexander se fingi passus est. Cic.in epist.libro 5, Neque Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi,& à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cùm ipsis, tùm etiam sibi gloriæ esse putabat. Propert.lib.3.eleg 9,
Gloria Lysippo est animosa effingere signa.

De Lysippo & Alexandro. Horat.2.epist.1. Multa habet Plin.libro 34.cap.7. vbi & sexcenta x opera ab illo facta tradit. Meminit equi cuiusdam Statius 1.Syl.1, quem à Lysippo Alexandro Magno donatum esse inquit.

Lysippus item, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athenęus.

LYSIS, huius lysis, & lysios {λύσις} Id est solutio. Cic.3. Tusc.ul. Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. Alij habent λύπλω.

Lysis in architectura, hiatus est ianuarum, id est solutio continui parietis. Vitru.lib.6.cap.10.

Lysistratus, penult.corr. Sicyonius, Lysippi statuarij frater, primus statuas è gypso finxit, creuitque res in tantum, vt nulla signa statuæ ve sine argilla fierent. Plin.lib.35.cap.12.

LYSO, Quidam Ciceronis hospes, vt ipse scribit epist.lib.16.6.

Lysius, Arcadiæ fluuius ad cuius radices est Æsculapij cumulus. Vide LYSIVS.

LYTAE {λύται} de quibus mentio fit in ædicto Iustiniani quo iuris authoritas confirmatur, Solutores interpretandi sunt, videlicet qui iam tantos progressus habent in iure, vt de eo respondere prope possint, & quæstiones soluere. Atque ij erant qui responsis prudentum operam dabant & quæstionibus. Lyti, id est soluti quibusdam dicuntur, sed malè. Turnebus.

Lytta {λύσσα} Vermiculus est in lingua canum, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidiũ sentiunt. Plinius libro 29. capite 5.

Lyus {λύε} Fluuius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

M

M Consonans, liquida transit per derivationes in n, sequentibus d, vel t, vel c, vel q, vt, Tantum, tantundem. Idem, identidem, eorum, eorundem. nun, nuncubi, nunquis, nunquam. circũquaque, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter am, præpositio, sequentibus, f, vel c, vel q, mutat m, in n. vt, anfractus, &c. Vide in dictione ANFRACTVS. Nonnunquam in b transit, cum è scamno scabellum dicimus.

M, litera mugiens. Quintil.lib.12.cap.10, Quid, quòd pleraque nos illa quasi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græcè verbum cadit?

Meminit & huius literæ lib.9.cap.4.

M putat Priscianus mille significare, quia eius nominis prima sit litera: quam rectè, ipse viderit. Veteres certè pro quingentis hac vtebantur figura Iↀ , vnde (contra Prisciani sententiam, qui de origine D, nescio quid ridiculè comminiscitur) facta est D, negligentia simul & ignorantia describentium, dum antiquas notas elementa esse putant. Pro quingentis, inquam, scribebant Iↀ , pro mille CIↀ : vnde fluxit M, errorem creante similitudine, quod M quandoque ita scribitur ↀ , vt minimum discrepare videatur à CIↀ . In antiquis autẽ libris & alias figuras pro mille vsurpatas licet animaduertere, vt ↀ CIↀ , quas peperit minus accurata librariorũ festinatio, id agentium, vt CIↀ vno calami ductu perficerẽt. Etiam ↀ & ↀↀ pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab CIↀ , corruptæ scilicet à corrupta. C præterea quũ præponitur his figuris D & M, detrahit centum. & omnino de insequenti nota præcedens minor nota tantum demit, quantum ipsa significat: vt I V, valet quatuor: V L, quadraginta quinque: X C, nonaginta, & huiusmodi. Vide infrà in Numerus.

M A, accentu circunflexo {μᾶ} Mulier fuit vna ex his quæ Rheam sequebantur, cui Iupiter Bachum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone, cuius esset infans, ἄρσεν, hoc est Martis, respondit. Vnde factum est vt Bachus apud Caras Masaris fuerit appellatus. Ipsa quoque Rhea Ma appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant, vnde Lydiæ vrbs Mastaura fuit appellata. Vide Stephan. in dictione MASTAVRA.

MACAE {μάκαι} Populi sunt Arabiæ fœlicis, Carmanis oppositi, eo in tractu nardum & myrrham ferentis, vt est author Pomponius Mela, libro 3.

MACAREAE {μακάρεια} Vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatam vocari tradit. Gentile est Macareates, μακαρεάτης, eodem Stephano teste.

MACAREVS, pen.corr. {μακαρεύς} filius Æoli, qui Canacen sororem suam vitiauit. Ouid.lib.2. Tristium,

Nobilis est Canace fratris amore sui.

MACARIA, Herculis filia, se pro incolumitate publica deuouit inferijs ad expiandum scelus, vt scribunt Cœlius & Erasm. in Prouerbi. Meminit Plato in Hippia, & Plutarch. in Pelopida.

Μακάρων νῆσοι, Id est beatorum Insulæ, Asiatico littori oppositæ, & ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dici sic putauere, siue quòd fortunati admodum cœli solique sint, siue quòd eas suo, fuorũmque regno Macar occupauerat. Verba sunt Pomponij Melæ libro 2.

MACCVS, macci, Et plural. Macci, maccorum. Macci dicuntur stolidi, & fatui, ídque de nomine mulieris cuiusdam stupidæ & bardæ. A Pulcius, Si cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones videbuntur. Nonium etiam in Macco citatum inuenimus, qui titulus fabulæ est. Ex Turneb.

MACEDNON {μακεδνόν} Pindi montis Thessaliæ regiuncula, Herodoto libro 1.

MACEDO, pen.corr. {μακεδών} macedonis, penult.corr. filius Osiridis filij Iouis, à qua Macedoniam quidam dictam volunt.

Macedo, Philosophus, de quo Gell.lib.13. Is pro foribus omnium templorum scribi debere censebat versum hunc,

Ego odi homines ignaua opera, & philosopha sententia. Vide Gellium lib.13.cap.8.

Macedo, Qui est ex Macedonia. Vide MACEDONIA.

MACEDONIA {μακεδονία} regio à Macedone Osiridis Iouis filio dicta est. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occasu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmatiæ partem. Vide Plin.lib.4.cap.10.

Macedonia dicta est, vt ait Stephanus de Vrbibus, ab Macedonia filia Iouis & Thyiæ filiæ Deucalionis.

Macedo, penult.corr. {μακεδών} Qui macedoniam habitat. Lucanus libro 6,

Quum tibi sacrato Macedo seruetur in antro.

Vir Macedo. Horat.3 Carm.ode 16.

Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? Cicero 5. Tusculan.

Fines Macedũm. Lucan.lib.10. hoc est Macedonum.

Macedonius, Adiectiuum {μακεδόνιος.} Ouid.12.Metamorphoseos,

Qui clypeo, gladióque, Macedoníque fuit sarissa

Conspicuus. Vbi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breues secundam produxit.

Macedonicus, pen.corr. {μακεδονικὸς} Adiectiuum possessiuum à Macedonia. vnde, Mare Macedonicum, quod est Ægæi pars, & incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Excenditur vsque Megaram, quò Isthmos interpositus, misceri Ægæum Ionio non permittit, cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macella {μακέλλα} Genus teli est, quod vno tantum cædit mucrone, sicut dicella dicitur, quod bifariam. Cælius Rhodig. ex Theone lib 11.cap.16.

Macellum, macelli {μάκελλον} Locus quò vænalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. Plau. Aulul.13,

Venio ad macellum: rogito pisces, indicant

Carõs. Cic.1.de Diuinat. Si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore.

Macellum, Varro in libris Rerum humanarum, Numerius Equitius Cupes, & Aomanius Macellus singulari iatrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes vbi habitabant diruꝫ: eſque ea pecunia scalæ deũm penatium ædificatæ sunt. Vbi habitabant, locus erat vbi vœnirent ea quæ vescendi causa in vrbem erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est. Hæc ex Donati commentariis in Eunuchum. Idem Varro lib.4.de Ling.Lat.

Pernicies & tempestas, barathrúmque macelli. Horat.1.epist.16.

Macellarius {μακελλάριος} Qui in macello non solùm carnes, sed omnia obsoniorum genera, quinetiam panem & frumentum vendit. Suetonius in Cæsare, Ea quæ ad epulum pertinebant, quanuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Macellarij, item, Qui obsonia vendebant lautiora. Varro, Et num pluris tu è villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario. Seius. In omnibus codicibus legitur macellarios, sed malè, vt annotauit Turnebus.

Macellarius, Adiectiuum. vt, Macellaria taberna. Valer.lib.3.cap.4, Miro gradu Varro ex macellaria patris taberna ad Consulatum conscendit.

Macellotæ, macellotæ, fœm.gen. ab Ionibus hortorum ostium dicitur, teste Varrone, lib.4.de Ling.Lat.

Macer, macra, macrum {ἰσχνὸς} Exilem extenuatúmque significat, quem medici gracilem vocant, cuiusmodi sunt bilioſi fere omnes. Virgil.3.ecloga,

Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in arua. Sipontinus à Græco deduci putat. Græci enim μακρὸν longum dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora videntur.

Macer, à Marcere. Varro de Ling.Latin.lib.5. Mœrere à marcere, quòd mœrore corpus marcescere videatur: hinc etiam dicti Macri, Agello macro pauper. Horat.1.Serm.saty 6.

Boues macræ. Propert.lib.4.eleg.1.

Pinguissima, vel macerrima humus. Colum.lib.2.cap.9.

Libellus macer. Martial.lib.2.

Exile & macrum solum. Cic.de Lege Agrar.

Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti. Horatius 1. epistol.7.

Macrior; Comparatiuum. Varr.de Ling.Lat.lib.7.

Vitis macrior. Colum.lib.4.cap.24.

Macerrimus, Superlatiuum. De hoc Varr.de Ling.Lat.lib.7.

Macellus {ἰσχνὸν} Adiectiuum, diminut. pro Macilento. Liu.lib.6, Si nosti, non magnus homo est, nasutus, macellus. Nonius.

Macilentus, Adiectiuum, Idem {λεπτόσαρκος.} Festus, Macilenti, macie attenuati. Plaut.Capt.11,

Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi,

Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macritudo, pen.prod.f.g. Idem {ἰσχνότης.} Plaut.Capt.4,

Ossa, atque pellis sum misera macritudine.

Macror, macroris, siue macor, absque r post c {ἰσχνότης} Ipsa macies. Pacuuius Peribœa, Corpúsque meum tali mœrore, errore, macrore senet:

Macies,

Macies, maciei, fœm.gen. Idem {ἰσχνότης, ἰσχνόσις.} Columel.lib.6.cap.14, Est etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies.

Adducit cutem macies. Ouid.3. Metamorph.

Concidimus macie. Ouid.epist.20.

Suprema macie confecta viri forma. Virgil.3.Æneid.

Horrida vultum Deformat macies. Virgil.4.Georg.

Minari maciem, & infirmitatem. Quintil.lib.2.cap.4.

De sua solicitudine maciéque narrare. Cic.Attic.lib.3.

Turpis macies decentes occupat malas. Horat.3.Carm.ode 27.

Æuo & macie senescere. Lucret.lib.1.

Tenuare aliquem macie. Virgil.3.Georg.

Macco, maces, macui {κατατιλμῶμαι} macêre, Macrum esse. Plaut. Aulul. 20, Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

Macesco, macescis, macui {ἰσχναίνομαι, σωματόομαι, ἐκτήκομαι} macescere: Macrum fieri. Plaut.Capt.4,

-ego qui tuo mœrore maceror,

Macesco, consenesco, & tabesco miser. Varro 3. de Re rust.cap.16, Tum enim propter laborem asperantur & macescunt.

Macio, macias {ἰσχναίνω} maciãre, Macrum facere. A quo Emacio.

Macreo, macres, macrui, siue

Macresco, macrescis {ἰσχναίνομαι} macrêscere, Macrum fieri. Varro 2. de Re rust.cap.5, Algor enim eas, & fames macrescere cogit.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Horat.1.epist.2.

Macero, maceras, pen.corr. {ἐκτήκω, λεπτύνω} macerâre, Attenuare, conterere. & ad corpus tunc refertur. Liuius 6.bell.Pun. Alterum annum circumuallatos incluſósque vos fame macerant.

Macerare se, ad animum translatum, est Nimia cura, studio, vel solicitudine seipsum conficere & attenuare. Terent. Andr.4.2, Tu modò anime mi noli te macerare.

Inuidia macerat nos. Lucret.lib.3.

¶Macerare, Mollificare, vt fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum & molle fiat. Terent. Adelph.3.3.

-fallamenta hæc Stephanio

Fac macerentur probè. Colum.lib.2.cap.9, Hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciuntur.

Macerare brassicam in aquam. Cato cap.156.

¶Macerare, Proluere, perluere, madefacere. Plinius de Poppea, libro 11.cap.41, de lacte asinino, Balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat. Virruuius item iubet calcem coctam diu macerari ante quàm fabri ea vtantur. Budæus.

Maceror, maceraris, macerari, Passiuum. Horat.lib.1. Carm.ode 13,

-quam lentis

Penitus macerer ignibus. Id est, tabescam, liquescam, consumar, Lambinus.

Maceror interdum, quòd sim tibi causa doloris. Ouid.epist.19.

Malè maceror, Vide MALVS.

Maceratus, pen.prod. Participium, Mollis & tener factus. Plautus Pœnul.8, Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Maceratio, Verbale. Vitruuius lib.7.cap.2.

Maceresco, macerescis, macerescere, Maceratum fieri, Antiquum. Cato de Re rust.cap.102, Frumẽto curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paulum addito, finito macerescãt bene.

Macro, macras, macrãre, Vnde Bmacrare. Vide loco suo.

Maceria, maceriæ, vel Maceries, macerei, fœm.gen. {τοῖχος} Paries, siue murus vel congeries lapidumin vnũ compactorum sine cæmento aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi solent. Terentius Adelph.5.7,

Atque hanc in orto maceriam iube dirui

Quantum potest. Cic.Tironi, lib.16.18, Helico nequissimus HS M dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

Maceries, macerici {ἐκτηξις} pro macritudine, siue maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc sentis facere illi satis, vis quanta illius mors sit, maceries tibi. Nonius.

Macero, maceras, Macesco, Vide MACER.

MACESTVS {μάκιστος} Fluuius est Mysiæ, in Rhyndacum influens. Plinius lib.5.cap.31.

Machæra, machæræ. Græcè μάχαιρα, Latinè sica, gladius, culter. Plautus Curcul.8,

Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Iuuenal.satyra 7,

-ames nomen, victúmque machæræ. Liuius 7.ab Vrbe, Læuo humero machæra propè traiecto cesserat parumper ex acie. Ex vetusto codice legendum matari.

MACHAERIONES, apud Spartanos dicti sunt Anticratis posteri, quòd is machæra, id est gladio Epaminundam in bello strenuè confecisset. Meminit Cælius lib.13.cap.7.

Machæropios {μαχαιροποιὸς} Faber gladiorum. Quo nomine dictus est Demosthenis pater: ab officina gladiorum quam Athenis egregiam, multíſque artificij seruis instructam habebat.

Machærophorus, machærophori, pen.corr. {μαχαιροφόρος} Sicarius gladium ferens. Cic.ad Qu.frattem, lib.2.epist.8, Machærophoris centum sequentibus miros risus nos edere.

MACHAERVS, untis {μαχαιρὺς Stephano} Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. Plin.lib.5.cap.16.

Machæronion {μαχαιρώνιον} Dioscoridi lib.4, herba est quæ Xyphion quoque dicitur, & gladiolus seu pugio: quoniam gladij speciẽ foliis præbeat, radice (Theophrasto tradente) dulci, vbi excoquatur: proinde trita farinæ admiscebatur. Vide Cælium libro 13.cap.7.ad finem.

MACHAON, pen.corr. huius Machaonis, pen.corr. {μαχάων} fuit, teste Homero lib. Iliad.2, filius Æsculapij. Is ob præstantiam medicinæ artis cum aliis heroibus Græcorum ad Troiam è Creta conuocatus fuit. A quo

Machaonius {μαχάονιος.} Ouid.lib.1.de Ponto, eleg.4, Machaoniæ artes, Idem 2.de Remed.amoris,

Ille Machaonia vix ope sanus erit.

Succo Machaonio sæua coierunt vulnera. Stat.1.Syl.4.

MACHARA, Cyprus antea dicta. Perottus.

MACHIMOS {μάχιμος} Ciuitas est extra hunc orbem, teste Æliano, cuius incolæ pugnaces sunt, armatíque nascuntur, ac bellum assiduè gerunt, collimitaneos plurimum euertendo: quippe gentium multarũ esse compotem vnam modò ciuitatem. In ea censeri hominum myriadas ducẽtis haud pauciores, quos non absumpserint bella, morbis planè conficiuntur. Sed perrarum id est. Intereunt verò in præliis saxis percussi, aut lignis: nam ferri ictum non admiserint. Auro argentóque abundant eatenus, vt sit ibi aurum vilius quàm apud nos ferrum. Hæc & plura Cælius ex Æliano lib.17.cap.35.

Machina, machinæ, pen.corr. {μηχανὴ, κάτοικα} Conatus, machinatio, excogitatio, inuentum.

Mundi machina. Lucret.lib.5.

Machina dicitur, vt ait Vlpianus, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenij ducitur.

Machinæ etiã olim dicebantur, quibus serui in ergastulo aut alibi continerentur, & coercerentur: etiam liberi interdum. Plin. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quòd semper rogatus, quanquam in machinis. Turnebus.

Machina, Instrumentum quo moles aliqua facilè quocunque voluerit, impelli potest. Plinius lib.19.cap.2, Quanto sit in vsu omnibus terris nauium, armamentis, machinis ædificationum.

Machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur.

Belli machina. Virgil.2.Æneid.

Ingens. Horat.2.epist.2.

Arietaria, In ARIES.

Murales, Vide MVRVS.

¶Admouere machinam, In ADMOVEO.

Apponere, In APPONO.

Fabricata. Virgil.2.Æneid.

Audere machinas. Tacit.lib.20.

¶Machinæ, per translationem, Consilia quibus decipere hostem conamur. Plaut.Bacchid.4, Aliquam machinabor, machinam.

Dolus & machina. Cic.3.de Nat.deorum,

-nec quid inde auferam,

Nec quem dolum, ad eum, machinámve commoliar,

Scio quicquam. Et paulo pòst,

Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid præstigiæque,

Num sine ratione esse potuerunt? Ex poeta.

Adhibere machinas. Cicero ad Brutum, Ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendũ adolescentem.

Machina, Eschafaud, & Machinari, Eschafauder dici potest, hoc est tabulatum facere. Bud. Vlpian.l.5.D.Commodat. Si ferum tibi tectorem commodauero, & de machina ceciderit: periculum meum esse Viuianus ait. Sed ego hoc ita verum puto, si tibi commodaui vt in machina operaretur. Cæterùm si vt de plano opus faceret, tu eum imposuisti machinæ: aut si machinæ culpa factum est, minus diligenter non ab ipso ligatæ, vel funium pertica rúmque vetustate: dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipsum præstare debere. nam & Mela scripsit, si ferus is lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit.

¶Machina, Aristoteli lib. De poetica arte dicitur, quoties in tragœdia adhibendus est deus, ad ea quæ sunt extra fabulam expedienda: quæ vel antea facta sunt, neque hominem scire fas est, vel postea futura sunt, & prædictionem ac nuntiationem desiderant. Cum Aristotele consentit Horatius de Arte poetica, qui vetat deum ex machina adhibere, nisi nodus difficilis, & deo dignus incideric, Id est nisi talis difficultas extiterit, vt sine machina exitus fabulæ non possit explicari. Extant multa apud probatos authores huius moris exempla ac testimonia. Annotauit Lambinus.

Machinalis, & hoc machinale, pen.prod. {μηχανικὸς} Quod ad machinas spectat. vt Machinalis scientia. Plinius lib.7.cap.37.

Machinor, pen.corr. machinaris {μηχανάομαι, βάσκω, τεχνάομαι, τέκτονεύομαι} machinari, Imaginari, cogitare, inuenire per dolum. Cic.2.Verrina, Quum interea aliud quiddam iandiu machinetur. Plaut.Casina, 6, Illa nuber, mihi, machinare quod lubet quouis modo.

Machinari dicitur à μηχανάομαι, quod est Inuenio. Vnde μηχάνημα, Inuentum & molimen dicitur.

Machinari pestem aliquam in omnes. Cic.in Catil.

¶Machinari, etiam in bonam partem accipitur, pro Inuenire ratione. Cic.2.de Nat.deor. Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa machinata natura est. De bestiis.

Nam tibi præterea quod machiner, inueniámque, nihil est. Hoc est, Nam quod tibi præterea excogitem, aut fabricer, quod tibi placeat, nihil est. Lucret.lib.3.

Machinamentum {μηχάνημα, τέχναμα} pro Machina. Liu.4. bell.Pun. Turres contabulatas, machinamentáque alia quatiendis muris porrabant.

Oppugnationum machinamenta & astus. Tacitus libro 12, Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamenta & astus oppugnationum.

Suspensum & nutans machinamentum. Tacit.lib.20.

Promouere scalas & machinamenta. Tacit.libro 15, Adiabeni quũ promouere scalas & machinamenta inciperent, facilè detrusit.

Machinator, pen.prod. Verbale {μηχανοποιὸς.} vt Machinator bellicorum instrumentorum: hoc est, qui bellicas machinas inuenit vel cõficit. Liu.4.bell.Pun.

Machinator belli. Liu.1.ab Vrbe.

Improbissimus machinator omnium scelerum, hoc est inuentor & author. Cic.in Catil.

Doli machinator. Tacit.lib.1.

Architectus & machinator omnium. Cic.pro Rosc.Amer.

Machinatio, Aliud verbale { μηχάνησις, παλάμη, ἐπιτέχνησις. } Cic.2.de Oratore, Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiã, tum lætitiam est contorquendus. Id est, inuentione & astutia.

Machinatio, pro Machina. Cæsar 2. bell. Gall. Primus intridere ex muro, atque increpitare vocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liu. 4. bel. Macedon. Nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta vrbs oppugnanda est.

Machinarius, machinarij. Paulus in l. Si putator. D. Ad legem Aquiliã, Si putator quum ex arbore ramum deijceret, vel machinarius, hominem prætereuntem occidit, &c.

Machinarius, Adiectiuum. vt, Asinus machinarius. Aphricanus in l. Quum quæreretur. §. vltimo. D. De legat. & fideicommiss. Est autem Asinus machinarius, molendarius, qui molit, Id est qui molam machina quadam incluſam voluit & torquet, quam & machinam frumentariam vocat Iurisconsultus. Sic machinalia pondera vocat Ausonius, pistrinalia pondera,

Qui machinali, inquit, saxa voluũt pondere. Sic amica de machinis empta à Q. Cicerone fortasse dicitur, Id est de pistrino vel molettrina. Ex Turnebo.

Mensor machinarius. Vlpian. in l. Vel cuius. D. Si mensor. fal. mo. &c. Etsi mensor machinarius fefellerit.

Machinosus, pen. prod. Adiect. { μηχανώδης. } vnde, Nauigium machinosum, apud Suetonium in Nerone, cap. 34. Paulo antè nauem solutilem appellarat.

MACHLYAE { μάχλυαι Herodoto } Populi Africæ supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, vtriusque naturæ vicibus inter se coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, lævam muliebrem. Vide Plin. lib. 6. cap. 2.

Machlis, Fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat, sed arbori se accli nans somnum capit: quæ à venatoribus antè succisa, quum semel ecciderit, erigere se non potest, eáque sola ratione capitur: aliàs miræ velocitatis. Labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plinium libro 8. cap. 15.

MACIDOS, Vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat degenere vocabulo. Vide Vadianum in Melam libro tertio in descriptione Thraciæ.

Macidatus, Liquoris infusione madens. Apuleius lib. 8, Ille spongiis macidatis rumores comprimere.

Macies, Macilentus, Macio, macias, Vide MACER.

Macir Plinio, aliis Macer { μακὶρ Dioscoridi } Cortex est subrufus & magnæ radicis, qui ex India aduchitur, detractus ex arbore sui nominis.

MACISTVS { μάκιστος Stephano } Oppidum est Triphyliæ, hoc est Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plinius libro 4. cap. 6, Macistum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

MACOMACA villa { μακωμάκωμα κώμη } apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3, vrbs Syrismagnæ: vulgò *Mesorota*.

MACRA { μάκρα. } Fluuius Liguriam separans ab Hetruria, vt scibit Plin. lib. 3. cap. 5. ¶Est & insulæ nomen in Carcinite sinu, vt scribit idẽ Plinius lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macreo, Macresco, Macro, macras, Vide MACER.

MACRIS, Insula, Vide ABANTIS.

MACROBII Meroeni { μακρόβιοι } supra Ægyptum populi: dicti quòd ipsorum vitæ spatium nostram ætatem dimidio exuperet. Meroenos autem intra Cancri tropicum, & æquatorem esse Ptolemæus author est. Vide Pomponium lib. 3. in descriptione Æthiopiæ.

MACROBIVS { μακρόβιος } nomen viri proprium. Latinè Longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος vita dicitur.

Macrochera, penultima producta { μακρόχειρα } Tunica manicata. Lampridius, Macrocheras ex purpura ad vsum suum reuocauit.

MACROCHIR { μακρόχειρ } Cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis, ideò illi impositum, quòd alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum vertunt.

Macrocollum { μακρόκολλον. } Plinius libro 13. cap. 12, Ad hoc transmittens literas lituræ, metum afferebat aduersis, & aliàs indecoro visu pertransiucida. Igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis macrocollis. Vbi Hermolaus, Macrocolla sunt eo nomine maiores & longiores chartæ, quas modò regias (vt arbitror) vocamus. Nam & Catullus regiam chartam vocat. Hactenus Hermolaus qui macrocollum videtur deriuare à κόλλη, quod membrum significat, quasi longa mẽbrana: iraque simplicil, scribi deberet. Alij à κόλλα deducunt. Cicero ad Atticum, lib. 13, Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facilè patior teneri. Idem libro 16, Sed tamen συγγραμμα misi ad te retractatius: & quidem archetypum ipsum erebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lege in arcano conuiuis tuis. Id est, in chartam nouam transcriptum, inquit Budæus.

MACRON Tichos { μακρὸν τεῖχος } Oppidum est Thraciæ, non procul ab Isthmo Cherronesi, ita dictum à longo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludens Thracia. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

MACRONES, Populi sunt in Ponto, quos ab Eubœa colonos illuc adductos memorant, vnde & nomen, quoniam Eubœa quandoque Macris sit nuncupata, quod Dionysius Chalcidensis significat. Alij verò dici Macrones putant, quia apud eos plures inueniantur macrocephali, id est capitis iusto longioris, vt apud Persas grypos inuenias plerosque, id est adunci nasi. Plin. lib. 6. cap. 10.

Macror, Vide MACER.

Mactea, mactræ, Cibi genus. Sueton. in Caligula, cap. 38, Et multis venenatas macteas misit. Hoc nomine, vt ait Athenæus, omne scitamentum, & omnis cupedia, iucundúmque & pretiosum edulium censetur, quum tamen initio esset quædam maza. Vide MATTYA.

Macteolus, Diminutiuum. Amobius, Frustilla hæc parvula pro suauibus macteolis sumunt.

Mactícus, penult. corr. Qui habet magnas malas, & os patens, quasi malacticus Festus.

Mactо, mactas { φονεύω, θύω, σφάζω } mactare, Interficere. Virgil. 4. Æneidos,

-mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant verbum sacrorum, ἀπὸ τῆς θυομένου μάκτρου, dictũ, vt adolere. Cic. in Pisonem, Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto vobis ducibus mactatus essem.

Caprum mactare Ouid. 2. Fast.

Honores mactauit meritos. Virgil. 3. Æneid.

Iuuencos mactare. Virgil. 5. Æneid.

Victima mactata. Seneca Octau. 4.

Mactare aliquem vltioni & gloriæ. Tacit. lib. 1.

Mactare Orco, In Orcum demittere & præcipitare. Liuius 9. ab Vrbe.

Mactare supplicio, vel morte. Cicero in Catilin. Nónne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari iam perabis?

Mactare supplicio aliquo ius ciuitatis, per translationem pro Violare. Cicero 6. Verrina, Quo minus sibi arrogent, minúsque vos despiciant, quum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.

¶Macto, dictum est quasi magis aucto, id est Augeo. Nam prius quàm victimam immolarent, thus ac vinum super eam fundebant. Vnde mactum esse taurum dicebant, thure vel vino cumulatam hostiam, & magis auctam. Hæc ex Seruio.

¶Mactare, pro Augere vsurparunt veteres. Cic. de Republica, Ferunt laudibus, mactant honoribus. Nonius.

¶Mactare, per translationem, pro Malo afficere, seu malè tractare ponitur: vt docet Nonius.

Mactare infortunio. Plautus Curcul. 11,

Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio:

Sed eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.

Mactare malo & damno. Plaut. Aulul. 15. Cic. pro M. Cælio, Post te continuò fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius: quo etiam maiore malo es mactandus.

Mactari cupis magna te mala. Plaut. Mostel. 2.

¶Mactare, Præcipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare. Nonius.

¶Mactare, Honorare. Plautus, Tamen honestè mactatum reducã domum. Accius Didascalicã lib. 1, Sapientiæque inuictæ gratia atque honoris pater, honestè rem mactauit aurea. Nonius.

Mactatus, pen. prod. Participium { πεφονευμένος } vt, Hostia mactata. Horat. 1. Carm. ode 19.

Caper Bacchi mactatus ad aras. Ouid. 15. Metamorph.

Mactandus. Aliud participium { θυτέος. } vt, Mactanda virgo est Thessali busto ducis. Senec. Troad. 4.

Mactatus, huius mactatus, masc. gen. pen. prod. { θύσις } Verbale, Immolatio, mactatio. Lucret. lib. 2,

-nubendi tempore in ipso

Hostia concideret mactatu mœsta parentis. De Iphianassa. 1.

Mactator, penult. prod. Aliud verbale { φονεύς. } Seneca Troad. 10, Pergo mactator senum.

Mactabilis, & hoc mactabile, Quod mactare potest. Lucretius libro sexto,

At quum membra hominis percepit feruida febris:

Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar. Alij legunt manabilis, sed corruptè.

Mactus, Adiectiuum, Id est magis auctus, vt ait Festus. Genitiuo & ablatiuo iungitur, & vtplurimum in vocatiuo vtimur. Vt Mactæ virtutis, & virtute, Id est magis auctæ, cumulatéque. Dictio est quæ laudet simul & adhortetur puerum, quem probitate crescere videat. Cato cap. 134, Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces te precor, vti sies volens propitius mihi, liberísque meis, domo familiáque meæ mactus hoc ferto.

Boues Lucæ malè mactæ ferro. Lucret. libro 5. Lambinus hîc, malè mactus, Id est non auctus, læsus: vel mactæ ferro sic dictum, vt mactare infortunio, cruce, cruciatu, apud Plautum. Hæc ille.

Mactæ animi vir, Hoc est sagaci & magno animo prædite. Martialis lib. 12. 7,

Mactæ animi, quem rarus habet, morúmque tuorum.

Mactæ virtute, siue Mactæ virtute esto. Cicero, Mactæ vir virtute esto. Virgil. 9. Æneidos, Mactæ nouæ virtute puer, sic itur ad astra. Sermo est, inquit Seruius, tractus à sacris. Quoties enim aut thus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: Mactus est taurus vino, vel thure: hoc est cumulata hostia & magis aucta.

Mactæ bonis animi. Stat. 1. Sylu.

Mactæ hac grauitatis gloria. Plin. in Paneg.

Mactæ vterque ingenti in Remp. merito, cui hoc tantum boni contulistis.

Mactæ amare, Id est maximé. Plautus Milit. 4. Aduerbialiter positum est.

Mactí ingenio este cæli interpretes. Plin. lib. 2. cap. 12.

Mactæ toris. Stat. 1. Sylu. 2, Applausus est, & congratulatio. Felix, inquit, & beate tantis nuptiis.

¶Mactæ, absolutum. Cic. Attic. lib. 11, Seruulos autem dicere aiebant, eum & agripetas eiectos à Buthrotiis. Mactæ. Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium.

Mactra { κάρδοπος } est, vt Gellius ait, arca panaria. Mactram lingua vernacula *hucham* appellat, in qua & panis & conspersio reconditur. A verbo Græco μάττω dicta, quod subigere, conspergere, pinsere, commolíque significat. Bud. Gellij locus est lib. 13. cap. 23.

Macula

Macula, maculæ, pen. corr. { κηλὶς, στίπλος, ῥύπος } Labes, siue sordes. Et à macie deducit Sipontinus: quoniam, inquit, macies animal decolorat, ac fœdum facit. Plin. Fullones eas maculas è vestibus tollunt.

Lucentes maculæ. Stat. 1. Sylu. 5.

Pullis maculis infuscare vellera. Virgil. 3. Georg.

¶Macula, Nota seu signum. vnde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Plautus Capt. 11, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. lib. 13. cap. 15, Maculæ've discolores.

Nigræ maculæ sub aduerso pectore. Ouid. in fragmento.

Squalentes auro. Virgil. 4. Georg.

Insignis bos maculis. Virgil. 3. Georg.

Albis maculis bicolor equus. Virgil. 5. Æneid.

Fugare maculas ore. Ouid. de medicamine faciei.

Increscunt maculæ ac verrucæ, Vide INCRESCO.

¶Macula, Infamia. Cic. Cuius vt adolescentiæ maculas, ignominiáſque præteream. Terent. Adelph. 5. 8,

-vitium commune omnium est,

Quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet Effugere.

Labes & macula. Cic. pro Corn. Balbo, Est huius seculi labes quædã & macula, virtuti inuidere.

Affricare macula. Cic. pro Rosc. Comœ. Legationis ipsius ceremoniam polluerit, maculáque affecerit.

Aspergere maculis, In ASPERGO.

Concipere, In CONCIPIO.

Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Cic. pro Lege Manilia.

Eluere maculam. Cic. pro Sextio, Illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere.

Imprimere maculam laudibus. Senec. Herc. OEtheo, 11.

Macula quæ penitus iam insedit, atque inueterauit in Populi Romani nomine, Vide INSIDEO, & INVETERO.

Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit. Cic. in Salust.

Luere maculas sanguine, In LVO.

Suscepram delere. Cic. pro Lege Manil.

¶Paucæ maculæ in carmine. Horat. de Arte.

¶Macula, Foramen retis, seu plaga. Cicero 7. Verrina, Reticulúmque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenũ foræ.

Rete grandi macula. Varro 3. de Re rust. cap. 11, Idque septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, néve ex ea euolare anas.

Distincta maculis retia. Ouid. epist. 5.

Maculosus, penult. prod. Adiect. { σπιλωτός, κατάστικτος } Sordidum & immundum significat. Plautus, Sordida ac maculosa facie. Cic. 2. Philipp. Auctionis verò miserabilis aspectus, vestis Pompeij non multa, eáque maculosa.

¶Maculosus, Varius, ac notis siue maculis conspersus. Virgilius 1, Æneidos, Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Plinius lib. 35. cap. 6, Glebis suus colos, extrà maculosus.

Maculosa cutis. Plin. lib. 26. cap. 1.

Fulgor maculosus squamam incendebat auro. Virgil. 5. Æneid.

Litera maculosa suffusas habet lituras. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.

Maculosa myrrha. Martial. lib. 10.

Notis grandibus maculosus. Virgil. 3. Georg.

Vellere maculoso velat corpus. Ouid. 3 Metamorph.

¶Maculosus homo, per translationem, pro Immundo & impuro. Cicero Attic. libro primo, Non enim vnquam turpior in ludo talario confessus fuit, maculosi Senatores, nudi equites, Tribuni, &c.

Auaritia, & libidine fœdus, & maculosus. Tacit. lib. 17.

Dedecore maculosus. Tacit. lib. 19.

Nefas maculosum. Horat. 4. Carm. ode 5.

Maculo, maculas, penult. corr. { στιγμάω } maculâre, Deturpare, fœdare. Plaut. Capt. 11, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plinius iunior lib. 6. epist. 31, Nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & suam, & mariti dignitatem, Centurionis amore maculauerat.

Terram tabo maculant. Virgil. 3. Æneid.

Ferrum maculauit sanguine. Ouid. 7. Metamorph.

Nomen alicuius crimine. Virgil. 10. Æneid.

Scelere, dedecore, &c. maculare. Cicero de Arusp. respon. Quominus castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet.

Maculare partus suos parricidio. Liu. 1. ab Vrbe.

Sanguine maculans sola terræ. Catul. de Berec. epigr. 58.

Metus pœnarum maculat præmia vitæ. Lucret. lib. 5.

Maculatio, maculationis, Verbale. Firmicus libro 1. cap. 3, Ignauus ille vir, & omni infamia maculationéque pollutus. Item libro tertio, capite 15, Matrem ignobilem, vel aliqua infamiæ faciet maculatione pollutam.

Madarosis { μαδάρωσις } Latinè glabritas, medicis affectio est, vbi ex palpebris destituunt pili, quod ex succi præuitate procedit. De hac Celsus, Galenus, & alij, vt refert Cæl. lib. 19. cap. 1.

MADAVRA { μαδαύρα } Ciuitas in confinio Getuliæ sita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurensis est vocatus.

Madeo, mades, madui { κάθυγρος εἰμὶ } madêre, Madidum esse, & humore aliquo conspersum. Plin. lib. 8. cap. 25, Tergoris ad scuta galeáſque penetrabilis, præterquam si humore madeat. Plautus Mostel. 4, Madent iam in corde parietes.

Ensis cruore maduit. Ouid. 13. Metamorph.

Genæ madent imbre tristi. Catul. ad Mallium, epigr. 63.

Humus madebit cælesti rore sparsa. Ouid. 1. Fast.

Natabant pauimenta vino. madebant parietes. Cic. 2. Philip.

Pocula madeant generoso Baccho. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

Madet vindemia nimbis continuis. Martial. lib. 1.

Madent membra vino. Plaut. Truc. 18.

¶Madere vino, Ebrium esse. Martial. lib. 11.

Mero. Idem. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

Mens madet. Lucret. lib. 3.

Madere metu: Hoc est, præ timore sudore aspersum esse. Plautus Mostell. 6.

Sermonibus Socratis madet. Horat. 3. Carm. ode 21. Madet, Id est refertus & plenus, & quasi ebrius est præceptis Socraticis. Hoc enim magis placet quàm quod Acron ait, madet, id est fluit.

Fercula madent diuitiis. Propert. lib. 4. eleg. 4.

¶Madere, pro Coqui. Virgilius,

Et quanuis igni exiguo properata maderent. Plautus Persa, Collyræ facilè madeant, & coliphia. Idem Menæhm. Iam ego hæc madebunt faxo, nihil morabitur. Rursum, Madida quæ mihi apposita, Id est cocta. Id ex eo credo, quòd plerunque quæ cocta sunt, tenerescere & madescere solent. Annotauit Turnebus.

Madens, Participium { κάθυγρος ὤν } Humore aliquo conspersus. Cicero Post. red. in Senatu, Primum processit: qua authoritate vir? vini, somni, stupri pleḍus, madenti coma, composito capillo. Id est vnguento illita & vncta.

Ense madens, Id est cruore madens hausto ab ense. Statius 3. Thebaidos.

Oculis madens, Flens. Stat. 5. Sylu. 3.

Os fletu madens. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.

Madens sanguine vestis, apud Quintil. lib. 6. cap. 2. de prætexta Cæsaris interfecti.

Madesco, madescis { καθυγραίνομαι, διαίνομαι } madêscere, Incipere, humescere vel humectari. Columella libro 11. cap. 3, Hæc enim res efficit, vt in coctura celerius madescat, & viridem colorem sine nitro conseruet. De brassica transferenda loquitur.

Madescere, etiam extrinsecus dicitur. Claudianus 3. de raptu Proserpinæ,

-largis tunc imbribus ora madescunt.

Tellus madescit nubibus. Ouid. 1. Metamorph.

Madefacio, madefacis, penult. corr. madefeci, penult. prod. madefactum { καθυγραίνω, διαίνω } madefacere, Inficere, & humore aspergere. Cic. 1. de Diuinatione, Vaticinatum, madefactum iri minus x x x diebus, Græciam sanguine.

Virides madefecerat herbas. Virgil. 5. Æneid.

Madefacere terram. Colum. lib. 2. cap. 4.

Madefio, penult. prod. madefis, penult. indif. { διαίνομαι } madefieri, pen. corr. Extrinsecus aqua, alióve liquore aspergi. Sueton. in Cæsare, Quum decidisset in mare, per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent.

Cæde madefieri. Ouid. 15. Metamorph.

Sepulchra madefient cæde. Catull. Argon. 59.

Tyrio madefactus tempora nardo. Tibull. lib. 3. eleg. 7.

Plumæ madefactæ sanguine. Ouid. 6. Metamorph.

Terra madefacta cruore. Ouid. 8. Metamorph.

Madidus, penult. corr. Adiectiuũ { ὑγρὸς, καθυγρος, δίυγρος } Aliquo liquore respersus. Cui opponitur Siccus. Plinius lib. 13. cap. 2, 4, Hyeme verò quòd inaruit, madidum.

Alis madidis cuolat Notus. Ouid. 1. Metamorph.

Barba. Ouid. 1. Metamorph.

Capilli madidi myrrha. Ouid. 5. Metamorph.

Genæ. Ouid. 1. de Arte.

Palus. Ouid. 1. de Arte.

Vestis. Virgil. 5. Æneid.

¶Madidus, pro ebrio ponitur aliquando, quemadmodũ prius Madere vino positum est. Plaut. Amphit. 12, Faciam vt sit madidus sobrius. Id est, Efficiam vt videatur ebrius, quum nihil biberit.

Madida vestis cocco. Martial. lib. 5,

Non nisi vel cocco madida, vel murice cincta.

¶Madidus, pro imburo. Martial. lib. 1. ad Decianum,

Siquis Cecropiæ madidus Latiæque Muneruæ Attribus.

Madido, madidas, pen. corr. { ὑγραίνω } madidâre, Madidum esse. Claud. 2. de raptu Proserpinæ,

-ille nouo madidantes nectare pennas

Concutit, & glebas fœcundo rore maritat. Id est, imburas, madidas.

Mador, madoris, masculini generis { ὑγρασία } Infusio ipsa, Humiditas. Salust. libro quarto Hist. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Ex Nonio.

Madon, Vitis alba aliàs dicitur, teste Plinio, lib. 23 cap. 1. Huius sarmenta lõgis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia habet pampinosa, ad similitudinem hederæ. Author idem Plin. vbi suprà.

Madulsa, madulsæ, masc. gen. { μαίδυνος } Librius, quia madidus satis vino sit. Plaut. Pseudolo, 22. Apud Festum Maduſa, siue l, legitur, his verbis, Maduſa, Ebrius, à Græco μαίδυνος deductum: vel quia madidus sit vino.

MAEANDER { μαίανδρος } eum diphthongo, qui & Mæandrus, fluuius Phrygiæ siue Mæoniæ, ita sinuosis flexibus, vt sæpe credatur ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit, Lydiámque disterminat à Caria. Vnde Ouidius libro 8. Metamorph. eum Phrygium appellat. Plinius libro 5. cap. 29, Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, &c. Apamenam primùm peruagatur regionem, mox Eumeneticã, ac dein Bargyllericos campos: postremò Cariam placidus, omnésque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari.

Vagus Mæander incerta vada ludit. Senec. Herc. fur 9.

¶Mæandri. Erasmus, Quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis, Mæandros dicimus: metaphora sumpta à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomen habere videtur, quasi oberret, quærens hominum consortia. Cic. in Pisonem, Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionésque quæsisti?

Mæandri more: hoc est Flexuosè & tortuosè. Colum. lib. 8. cap. 17. Virgil. 5. Æneidos,

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura, Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Vbi Seruius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & in se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Festus neutro genere dicit, Mæādrum, inquit, genus picturæ, dictum est à similitudine flexus amnis qui appellatur Mæandrus.

Mæandratus, mæandrata, mæandratum, Adiectiuum antiquum. Varro, Mihi facies mæandrata, & vermiculata, atque etiam adeò ingens (alij cingens) orbem terræ. Ex Nonio.

MAEATAE, vt Dion scribit, in Seuero, Britāniæ populi sunt, qui montes incolunt asperos, & aquis indigos, & campestria deserta ac palustria, sine ciuitatibus, domibus, agrorum cultu, fructibus tantùm & pabulo victitantes. Piscitium ne gustant quidem: agunt in tentoriis nudi, sine calceis. Curribus in bello vtuntur, equis paruis, sed præuelocibus. Famem, frigus, miseriam omnem ferunt constantissimè. In paludes coniecti perseuerant dies multos, capite nudo prominente ex aquis. Cibum parant, quo fabę mensura vescentes famem non sentiunt, neque item sitim. Leporē, gallinam, anserē in mensam admissi, maximum nefas: alere tamē ista non abnuebāt, sed animi tantùm gratia.

MAEDI {μαῖδοι} Populi sunt supra Macedoniam siti, Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 11. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

MAEDIA, Vide MEDIA.

MAENADES, penult. corr. {μαινάδες} mulieres illæ dicebantur quæ Bacchi sacra capillis sparsis cursitantes hinc inde, celebrabant. sic παρὰ τὸ μαίνεσθαι, Id est insanire, & furere dictæ: quare à nobis furiosæ seu insanæ dici possunt. De quibus Iuuenalis Satyra 6.

Ausoniæ Mænades. Ouid. 6. Fast.

MAENALA, penult. corr. {μαίναλον} intellectu singulare, voce autem plurale, inquit Prisciānus. At Diomedes docet in singulari esse genere masculin. in plurali neutri. Mons Arcadiæ altissimus, vt author est Plinius lib. 4. & amœnissimus ad Argos, vt scribit Liu. lib. 3. belli Macedonici: & refertus pinis. Virgil. 8. ecloga,

Mænalus, argutúmque nemus, pinósque loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores.

Frondens Mænalus. Stat. 9. Thebaid.

Pinifer. Virgil. 10. eclog.

¶Mænala. Virgilius 1. Georgicorum, -tua si tibi Mænala curæ,

Adsis ô Tegeææ fauens. Stephanus quoque montem genere neutro Mænalum vocat: τὸ μαίναλον, singular. num. idque contra Priscianum.

Horrenda latebris ferarum Mænala. Ouid. 1. Metamorph. ¶Est & nomen Arcadiæ à Mænalo Lycaonis filio. Stephanus.

Mænalius, Adiectiuum {μαιναλιεύς} Quod est ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus est Mænalius, διὸ τὸ μαίνεσθαι, quod est Furere, insanire. Siue à Mænalo Lycaonis filio. Et Aper Mænalius, quem Hercules Eurysteo detulit. Et Versus Mænalius, id est Arcadicus. Virgil. 8. ecl. log. Menala sine diphthongo scribit Seruius, quum inquit, Menala mons Arcadiæ. dictus διὸ τὸ μάλωνι, hoc est ab ouibus, quibus plenus est.

Deus Mænalius, Faunus. Ouid. 4. Fast.

Feræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Nemus. Stat. 9. Thebaid.

Sinus. Ouid. 5. Metamorph.

Sylvæ Ouid 2. de Arte.

Mænalis, Mænalidos, penult. corr. {μαιναλὶς} Patronymicum fœmin. Ouid. 3. Trist. elegia 11, Cúmque truci Borea, Mænalis vrsa videt. Positum est pro adiectiuo, id est vrsa Mænalia, & intelligit Arctos.

MAENARIA, Insula est in mari Ligustico, ita dicta à Mænis piscibus, quorū ibi magna capitur copia. Meminit insulæ hui⁹ Plin. lib. 3. cap. 6.

Mænis {μαινὶς} Piscis est notissimus: Theodoro dicitur alec. Hunc Hecate antiqui immolabant, quòd sit quibusdam maniæ, id est furoris causa, vt iis qui dicuntur σκιλλαζᾶν. Antiphanes certè mænidas vocat Hecates cibum. Vide Rhodig. lib. 20. cap. 6.

MAENIVS {μαίνιος} cos. Rom. anno ab Vrbe condita CCCCXXX, deuictis nauali prælio priscis Latinis ac Antiatibus, eorū rostra nauium ærata in foro posuit, appellarique forum Rostra cœpit. Author Liu. lib. 8. ab Vrbe. Vide Plin. lib. 34. cap. 5.

MAENIVS, Decoctor item quidam fuit & luxuriosus, qui amplissimo consumpto patrimonio, & domo vendita, columnam tantùm exceperat, vnde spectaret gladiatores, quę propterea Mœniana dicta est. Huius meminit Horatius lib. 1. epist. Porrò huius Mœnij nobilitata est multorum scriptorū literis luxuria: ab eóque Mœniana dicta esse putantur. Quidam scribunt per e, Vide Menianus.

MAENOLES, pen. corr. {μαινόλης} dictus est Dionysius, quod Latinè totum furentem significat, cui Bacchæ orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes sacro furore initiantur.

Mænomenon mel {μαινόμενον μέλι} Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex rhododēdri flore concrahitur: ita dictum ab insania quā gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.

MAEONIA {μαιονία} Lydia est, regio minoris Asiæ. Vnde Mæones, populi. Hæc vocatur regio exusta. Nam (vt scribit Strabo) cinerulenta est in superficie, & tota arboribus caret præter vitem. Dionysius scribit hanc regionem esse sub altissima Tmoli montis rupe sitā, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc

Mæonius, Adiectiuum {μαόνιος} vt Bacchus Mæonius. Virg. 4. Georg.

Puellæ. Ouid. epist. 9.

Ripæ. Ouid. 2. Metamorph.

Senex Mæonius, Homerus. Stat. 2. Sylu.

Homerus Mæonius. Horat. 4. Carm. ode 9.

Mæonius, absolutè, dictus est Homerus. Martialis, Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Carmen Mæonium, Homericum. Horat. 1. Carm. ode 6.

Carmine Mæonio consurgere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. Id est Homerico.

Chartis Mæoniis condere aliquid. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12.

¶Mæonius Autumedon, titulus erat Satyræ cuiusdā Varronis, quo nomine significabantur iuuentutis institutores rectorēsque, eam Homeri & poetarum scriptis erudientes. Sic Turneb.

Mæonidæ, Mæonidarum, Lydij. Virgil. 11. Æneid.

Mæonides, pen. corr. {μαιονίδης} per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium carmen, & Chartæ Mæoniæ pro Homericis accipiuntur. Martialis lib 5, Et sua riserunt secula Mæoniden.

Mæonis, fœm. gen. {μαίονις.} Ouid. 6. Metamorph. Mæonis eiusdem designat imagine tauri Europā. Arachnen intelligit puellam Lydiæ. Idem 5. Metamorph. Felicésque vocat pariter Badiúque, locóque Mæonidas. Id est Musas.

MAEOTAE, penult. prod. {μαιῶται} Scythiæ populi, à quibus Mæotidi paludi nomen est inditum. Plin. lib. 4. cap. 12, A Buge super Mæotin Sauromatæ, & Essedones. At per oram ad Tanaim vsque Mæotæ, à quibus lacus nomen accepit.

MAEOTIS, pen. prod. Mæotidis vel Mæotidos, pen. corr. {μαιῶτις} Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, frigore congelascens, vt ait Seruius. Cic. 5. Tusc. Hodie vulgò vocatur *Le goulfe de la Tanaqui de Tanais*. Oliuarius in Melam dicit vocari *El mar negro*, Id est mare nigrum.

Solida Mæotis. Stat. 12. Thebaid. Id est gelu concreta.

Mæotis, Mæotidis, Patronymicum fœm. {μαιῶνις.} Ouid. epist. 23, Qui modò petliferas fudit Mæotidas armis. Intelligit Amazones. Patronymicum est pro adiectiuo.

Ara Mæotis, Hoc est Mæotica. Inuen. Satyr. 15. Aram intelligit Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.

Hyems Mæotis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. Vbi primam licenter corripuit poeta.

Mæoticus, pen. cor. Adiect. {μαιωτικὸς.} Virgil. 3. Georgicorum,

At non qua Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda.

Mæotica tellus, Scythica: cuius palus est Mæotis, inquit Seruius. Virgil. 6. Æneid.

MAERA {μαίρα} Canis quidam dictus est Orionis, vt poetæ narrant: propriè tamen eo nomine capra significatur κλωπεύειν αἶγα, Id est ex albo nigricans. Author Cælius lib. 17. cap. 28.

Mærco, Mæror, Mæstitia, Vide MOEREO.

MAESON, Mæsonis, Fuit comicus hypocrites, patria Megarēsis, qui personam excogitauit primus, quam de eius nomine Mæsona itero vocant: quod Byzantius Aristophanes prodit in commentatione de personis, ab eo inuentam scribens ferui personam, nec non coqui. Scommata quoque, quibus id genus homines præcipuè sceptici mordacēque vtuntur, Mæsonica vocantur. Ac ne quid omittam, Mæsona item dixere vereres, vtbanum & elegantem coquum. Peregrinum verò & inurbanum tertiga, Id est cicadam. Ex Cælio lib. 6. cap. 17.

Magalia, magaliorum {κᾶμμι} Vici dicuntur: quamuis magalia secundum Seruium dici debere videatur, cuius prima producatur. Virgil. 1. Æneid. Miratur molem Æneas, magalia quondam. Idem libro 4. Æneid.

Magas, magadis, pen. corr. siue Magadium, Instrumentum musicum tabula quadrata constans, leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ in quam plectrum illiditur: id est vbi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum verò dicitur vbi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus.

Magdalis, magdalidis, penult. corrupt. fœm. gen. Scribonius Largus, Dum desinit feruere, emplastrum manibus subigetur: & redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur.

MAGDOLVS {μαγδωλὸς} Ægypti oppidum apud Stephanum: cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

MAGIA {μαγία} Illyrici oppidum est Stephano, cuius incolæ Magiatæ dicuntur & Magiani. ¶Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

Magia, Magicus, Vide MAGVS.

Maginor, maginaris, Quasi tardè conor, & vngor, inquit Festus.

Magirisc ium, magirisci, n. gen. Plin. lib. 33. cap. 12, Fecit idem & coquos magirisci a appellatos, paruulis potoriis, sed è quibus ne exemplaria quidem licuerit exprimere. Tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Palàm est diminutiuum esse. μάγειρος enim coquus dicitur, μαγειρεῖον, coquina.

Magis, magidis, fœm. gen. penult. corr. {μάγις.} Budæus, Pollux lib. 7, Magis, inquit, & mactra vas in quo farinæ subiguntur. Et libro 10, Quæ autem tripodibus imponuntur, & trapezæ, id est mensæ, & magides appellantur. Sic hodie vocitari potest orbiculatum instrumentum, quo panifices & duleiarij pistores, quos *pastillarios* dicimus, subigendis farinis opificij sui vtuntur, *Rondellum* appellant. De magide, Paulus in l. Seruus. D. de condict. indebiti.

Magis, Genus lancis eiusdem formæ. Plin. lib. 33. cap. 11, Venestella tradit tympana se inuene appellata stateras, & lances quas antiqui magidas appellauerant. *Platellum* nostri vocant. Budæus.

¶Magida, magidæ, declinat Varro, aitque Magidā à magnitudine dici. Vide lib. 4. de Ling. Latin.

Magis {μᾶλλον} Siponimus, Magis aduerbium est, & significat plus: deducitúrque à magnus, quod grandem significat. Plaut. Curcul. 8, Si magis me instabunt, ad Prætorem sufferam.

Accipiunt magis ad contumeliam omnia. Terent. Adelph. 4. 3.

Magis credo. Cic. de Amic. Autenim nemo (quod quidē magis credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit.

Magis diceres. Cic. de Amic. Tu magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, quum est de Rep. disputatū, affuisses, qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Pli. ii.

Magis dicas, si scias quod ego scio. Hoc est, Maiora dices. Plautus Pseud. 14.

Dabimus etiam magis. Plaut. Persa, 23.

Magis est, deficere stipulationem. Marcel. in l. Qui decē. §. Stichū. D. de solut. Martianus in l. Statuæ. ff. de vsufr. Statuæ & imaginis vsusfructum posse relinqui magis est.

Magis

Magis est, vt edicto locus sit. Vlpian. in l. 3. §. vlt. D. Quib. ex caus. in possess. eat. Paul. in l. Si tibi domum. D. locat.

Etsi magis est quod gratuler tibi, quàm quod te rogem, tamen etiam rogo, vt si quæ, &c. Cic. ad Atticum, lib. 16.

Magis loqui. Plaut. Casina, 4.

Magis lubet. Plaut. Persa, 16. Magis metuo. Plaut. Milite, 22.

Magis noris. Ter. Heaut. 5. 1, Magis, si magis noris, pures ita rē esse.

Annos natus magis quadraginta. Cic. pro Rosc. Amer.

Optandum magis quàm sperandum, Vide OPTO.

Magis profecta à natura. Cic. de Amic. Sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa.

Magis scibo, antiquè, pro magis sciam. Plaut. Trucul. 10.

Magis vellem, pro Mallem. Terent. Eunuch. 5. 7.

Magis vereor. Terent. Heaut. 1. 2.

Magis vidi. Plaut. Merc. 15.

¶Magis maiores. Plaut. Pœnul. 2,

Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit:

Verùm qui dederit, magis maiores egerit.

¶Magis, cum positiuo, impleт vicem cōparatiui cum casu. Ouid. 2. Metam. non procul à fine,

Cornua parua quidem, sed quæ contendere posses

Facta manu, puráque magis pellucida gemma.

Magis anxius. Ouid. 1. Metam.

Magis apta tibi dona, Horat. 1. epist. 7.

Charus magis vitā. Virg. 5. Æneid.

Magis deformis. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Nihil magis elegans. Terent. Eunucho, 5. 4.

Magis indubitatus, Certior. Stat. 2. Achill.

Magis molestus. Terent. Eunuch. 3. 1.

Magis seuerus. Terent. Eunuch. 2. 1. (lib. 8.

Magis similis. Plaut. Amph. 7. Magis varium. Var. de Ling. Lat.

Magis verum, pro Verius. Terent. And. 4. 2, Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est.

Magis vespere, significat nouissimū vesper. Varr. lib. 8. de Ling. Lat.

Magis virilis. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Magis aperte. Terent. Adelph. 4. 5.

Nihil magis dulce. Plaut. Persa, 22.

Magis dulcius. Plaut. Sticho, 14.

Magis humanum. Terent. Hecyra, 4. 1. Donatus, nota pro Humanius, Terentiano more.

Magis impensè cupere. Terent. Adelph. 1. 9.

Magis inconditè facere. Varr. de Lingua Latina, lib. 4.

Magis lubenter. Plaut. Mostell. 4. 1.

Magis mirum. Plaut. Amphit. 7.

Magis ex vsu, pro Vtilior, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 5. 9,

Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex vsu tuo Nemo est.

Magis ex sese. Terent. And. 5. 4, -quia habet aliud magis ex sese, & maius.

Magis quàm. Cic. de Amic. Vereor ne inuidi magis, quā amici sit.

Magis id adeò. Terent. And. 1. 1. Cic. 2. de Orat. Magis adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contingit.

¶Mage, pro Magis, apud Plautum Trucul. 18, Quem ecastor mage amo, quàm dudum. Apud Terētium etiam legitur, authore Donato.

Mage pollens aer Lucret. lib. 4.

¶Magis ac magis, repetitum: hoc est Frequentius. Plaut. Mostel. 9, Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo, &c. Suet. in Vitell. cap. 11, Magis deinde ac magis.

Magis & mags, Idem. Cic. ad Attic. lib. 14, Itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito.

Magis atque magis clarescunt sonitus. Virg. 2. Æneid.

Magis, magisque. Cic. Fil. ad Tironem, lib. 16. 21, Enitar vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.

Magis magis. Catull. Argon. Pòst vēro crescēte, magis magis inere brescūt. Potest & legi, Post vēro crescēte magis, magis increbrescūt.

¶Magis ædilis fieri non potuisset. Cic. pro Plancio, Quæris quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius? Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstare, quòd ei minus inuideretur.

¶Magis sit. Cic. in Parad. Nihil huc addi potest, quo magis virtus sit.

Nisi fortè magis erit parricida, siquis Consularem patrem, quàm siquis humilem necauerit. Cic. pro Milone.

Nihil magis. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Quumque Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis. Nihilo magis, Vide NIHILVM.

Multo magis. Cic. Tironi, lib. 16. 19, Expecto tuas literas de ipsis rebus, reipsum multo magis.

Hoc magis quod, &c. Cic. pro Flac.

Eo magis vel quàm, &c. Cic. 5. Verr. Atque, eo magis, si, &c.

Magis in frā. Luct. lib. 3, Nec magis hac infrà quicquā est in corpore nostro. Id est Nihil magis abstrusum. Quidā legūt intra. Labinus. Maximè, pen. corr. Superlatiuum {μάλιστα} pro Summè, vel Admodum: vt

Maximè adolescens. Plaut. Milite, 10.

Maximè cognata. Terent. Phorm. 2. 1.

Maximè cupiens illius est. Plaut. Amphit. 3.

Maximè dignus. Terent. Eunuch. 5. 2.

Maximè in culpa esse. Cic. 7. Verr.

Maximè libet. Cic. Lentulo, lib. 1. 8.

Maximè liberalissimus. Cic. Attico, lib. 12, Siue hanc aberrationē à dolore delegerim quæ maximè liberalissima, doctóque homine dignissima, laudari me etiam oportere.

Maximè naturalis. Cic. de Amic. Itaque pulcherrima illa, & maximè naturali carent amicitia.

Maximè necessarius. Cic. 1. Acad.

Maximè pessima corpora. Colum. lib. 9. cap. 3.

Maximè potentes. Terent. Adelph. 3. 4.

Maximè vtile. Terent. And. 5.

¶Maximè indigere. Cic. 1. Offic. Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.

¶Maximè memini. Plaut. Menæch. 2. 4, Vtilij quot eratis? MEN. Vt nunc maximè memini, duo.

Maximè omnium studuit. Cic. in Bruto, Qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Id est, magis quàm alij omnes.

Maximè equidem vellem vt, &c. Cic. 8. Philipp.

¶Maximè, Præcipuè. Cic. pro Domo sua, Intuemini paulispèr animis iuuentutem, & eos maximè, &c.

Maximè quòd, pro Potissimum. Cic. ad Attic. lib. 9, Ego tuis consiliis vsus sum, maximèque quòd & grauitatem in congressu nostro tenui quam debui, & ad vrbem, &c.

Maximè scilicet. Cic. in Orat. Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ vereris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis.

Et maximè. Cic. ad Attic. lib. 7, Scribe aliquid, & maximè si, &c.

Et id maximè fieri temporibus hybernis. Cic. 2. de Nat. deor.

Vel maximè. Cic. in Partit. Quæ quidem vel maximè suspicionem mouent.

¶Maximè, Responsio cōcedentis, vel annuentis, pro Sanè, vel certè. Terent. And. 4. 6, Duc me ad eam: quando huc veni, vt videam. M. maximè. Idem Eunucho, 2. 2, Fac illi adducantur. P. maximè.

Magister, magistri {διδάσκαλος, μεσάγωγὸς} Propriè dicitur artium præceptor, authore Festo. Terent. And. 1. 1, -nam antea

Quî scire posses, aut ingenium noscere,

Dū æras, metus, magister prohibebāt? Paulus de Verb. signif. l. Quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent: hi magistri appellantur. quinetiam & ipsi magistratus per derivationem à magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari à monendo vel monstrando.

¶Declamandi magister. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8. Artis. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Eloquentiæ magistrum se polliceri. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Magister vici, In VICVS.

¶Barbati. Iuuen. Satyr. 14.

Graiis Elice seruanda magistris. Hoc est nautis, seu nauium magistris & rectoribus. Valer. 1. Argon.

Aridus. Quintil. lib. 2. cap. 4.

¶Capere magistrum, In CAPTO.

Exuere magistrum. Tacit. lib. 14.

Indocto magistro regimen linquere. Senec. Medea, 8.

Timido pudet seruire magistro. Stat. 2. Achill.

Magister fracta aure. Martialis,

At iuuenes alios fracta colit aure magister,

Et rapit innumeras sordidus vnctor opes. Ego hoc è Græco sumptū arbitror Græcorūmq; exercitationibus, apud quos qui Gymnasiorū plagis cōtusi multarūq; fuerāt, propterea quòd à cōcertatoribus ferè tépora & aures feriri soleret, auribus fractis dicebantur. Igitur magister fracta aure, est, magister exercitationū, & Gymnasiorū exercitor, qui luctā pugilatúmve docet, quíque pila vel fole lusere. Pollux, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγωνιζομένων πολλῶν τὰ ὦτα κατακλᾶσθαι, καὶ ὑπυιάσθαι. Hesychius, σπονδυλάκτης, τὰ ὦτα τυλοῦντος.

Magistri (inquit Festus) non solùm doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, virorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes ij magis cæteris possunt.

Magister curiæ. Plaut. Aulularia,

Nā noster nostræ qui est magister curiæ. Magister curiæ, inquit hîc Turnebus, videtur esse is, quē Græci πρυτανεύοντα appellāt. Vt enim curia pars est tribus Romanis: sic & Græcis πρυτάνεις. Græca ad consuetudinem Romanā traducta sunt: & vt pagorū erāt magistri, sic & curiarū.

Ferre se magistrum alicuius rei. Tacit. lib. 20.

Magister ludi, qui & Ludimagister vno verbo dicitur. Cic. 1. Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris.

Magister morum, Id est Censor. Cic. ad Appium, lib. 3, Eo brevior est hæc epistola, & vt aduersus magistrum morum modestior.

Magistrum nauis accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata est. Hæc Vlpianus de Exercitoria actione, l. 1. Liu. 9. bel. Punic. Vt ex omnibus nauibus gubernatorēsq; & magistri nauium, & bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda.

Magister equitum. Varr. 4. de Lingua Latina, Magister equitū dicebatur, quòd summa potestas huius in equites & accensos, vt est summa populi Dictator: à quo is quoque Magister populi est appellatus. Pomponius in l. 2. §. Populo deinde aucto. D. de Origine iuris, Et his Dictatoribus Magistri equitum iungebantur, sic quo modo Regibus Tribuni Celerum: quod officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio: magistratus tamen habebantur legitimi.

Magister peditū. Ammianus Marcellinus apud Cęliū lib 12. cap. 17.

Magister populi, Dictator. Cic. 3. de Finib. Rectius Magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorū vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit.

Magister sacrorum dicebatur is, qui velut princeps, & facti ipsius pontifex, aliíque sacerdotibus maior erat. Liuius, Ne quis magister sacrorum, aut sacerdos esset. Apud Capitolinum quoque scribitur in Antonini vita, de Saliorū sacerdotio, fuit in eo sacerdotio & præsul, & vates, & magister. Et in inscriptione antiqua legitur, Salius Albanus, idem magister Saliorum. Annotauit Turnebus.

Magister scripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorū prouētus scribēdi munus habet. Cic. 5. Verr. Missit in Siciliā literas ad Carpinatium, quum esset Magister scripturæ & sex publicanorum.

¶Magister, Idē qui pædagogus Græcē. Terent. Phorm. 1. 2,

Abeuntes ambo hinc tum senes me filiis

Relinquunt quasi magistrum.

Doctissimū m& incomparabilem magistrum domi habeat. Quintilianus lib. 1. cap. 2.

Sæuus. Horat. 1. epist. 19.

Magister ad rem aliquam. Terent. And. 1. 2.

¶Magister pecoris, Pastor. Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 10, Cōtrà,

pernoctare ad suum quenque gregem, esse omnes sub vno magistro pecoris: eum esse maiorem natu, potius quàm alios, & peritiorem, quàm reliquos. Cic.7.Verr.Nominat iste seruum, quem magistrũ pecoris esse diceret.

Fingit equum tenera docilem ceruice magister.Horat.1.epist.2.

¶Magistri dicuntur, qui bona sub hasta vendũt.Nam quum in auctione bona venirent, vt inter hæredes aut creditores diuideretur, de sententia cohæredum aut creditorum eligebatur qui præsset auctioni, qui scilicet quanti quæque res venire deberet, ipse statueret arbitratu suo, socijs nõ repugnantibus.is Magister dicebatur. Hinc lib.6.cap.4, Quintil.dictũ recitat Ciceronis in Pletorij marrẽ: ludum habuisse, dum vixit: magistros, postquam mortua sit. Ita infamem significauit & ab impudicitia, dum viueret: & mortuam, ab ære alieno. Et ludum per translationem dixit, Magistros per ambiguitatẽ: quòd ad Pletorij matrẽ, dum vixit, infames fœminæ conuenire solitæ: post mortem, eius bona vænibãt. Vide Cælium, lib.21.cap.17. Cic.in Epist.ad Atticum, lib.1, Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P.Scipio, & is, quem putabant Magistrum fore, si bona venirent, L.Pontius.

¶Magister, olim dicebatur venditor patrimonij eius, qui soluendo non esset, quia illis bonis vendundis ab omnibus creditoribus auctoritate Prætoris præponebatur. Hinc Magistri carmẽ. Cic.lib.de Oratore, Vel si causam ageres militis, patrem eius, vt soles, dicendo à mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esset filiũ, flensque eum centumuiris commendasset: lapides me hercule omnes fleres ac lamentari coegisses: vt totum illud, vti lingua nuncupassit, non in 12.tabul.quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in Magistri carmine scriptũ videretur. Legitur ferè in omnibus editis magico carmine, sed mendum est. Agit enim lege in hæreditatem testamento patris exheres filius, non tamen nominatim exhæredatus, sed alio hærede scripto, quum ipse militiæ mortuus existimatus esset. Eã igitur causam si Crassus egisset, inquit Cicero, carmen illud 12.tabul. Vti lingua nuncupassit, ita ius esto: quo nexa, mancipia, testamenta cõfirmantur: iniquũ iniustúmque increpasset, neque tam legum carmẽ, quàm magistrorum bona debitorum proscribentium, & à liberis debitorum ad alienos transferentium clamasset, præsertim quum eo testamento, veluti auctione, ad extraneum bona transitura essent. Carmen autem magistri interpretor tabellam quam magister proponebat, & qua proscribebat se alicuius bona venditurum. Eius enim olim, qui multis debebat latitabárque, neque defendebatur, Prætorem creditores adibant, apud quem querebantur, bonorúmque possessionem petebant: quam & Prætor dabat, atque in diem certam ea possidebant: quæ quum venerat, Prætoré rursus adibant, perebántque sibi vt liceret vnum è suo numero deligere, qui bonorũ venditioni præesset, qui Magister dicebatur. Is in compitis celebribus, & frequentibus vrbis locis tab. proponebat se debitoris bona venditurum his verbis: Titius debitor noster incidit in causam venditionis bonorũ, nos creditores eius bona vendemus: qui volet emptor accedat. Hanc proscriptionem. Cicero hîc appellat Magistri carmen.

Magistra magistræ. Cic.1.de Finib. Magistra ac duce natura. Idem pro Rosc.Amer. Vita hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est.

Magistra ei ludo.Terent.Hecyra,2.1.
Æras.Ouid.epist.5.
Magistræ artes.Ouid.epist.21.
Certissima loquendi magistra, consuetudo. Quintil.lib.1.cap.6.
Roma magistra luxuriæ.Propert.lib.13.eleg.12.

Magisterium, magisterij {διδασκαλια} Magistri dignitas seu officiũ.Plaut. Bacchid.2, Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.Hoc est, regimine & authoritate.

¶Magisterium, Doctrina.Plaut.Mostell.2.22, Virtute id factũ tua, & magisterio tuo.Id est, doctrina, & (vt loquuntur) institutione.

¶Magisteriũ, Præfectura & magistratus. Sueton.in August.cap.2, Auus municipalibus magisteris contentus, abundante patrimonio tranquillissimè senuit. Hoc est, præfecturis & magistratibus.

Magisteriũ, Aliter. Cic.de Senect. Me verò & magisteria delectãt à maioribus instituta, & is sermo qui more maiorũ à summo adhibetur magistro in poculo. Colum.lib.11.cap.1, Potissimũ autẽ est in eo magisterio scire & æstimare, quale officium sit cuique iniungendum.

Vana magisteria.Tibull.lib.1.eleg.4.

Magistro, magistras {διδασκω} magistrare, Moderari, gubernare, authore Festo.

Magistratus, huius magistratus, pen.prod. {ἀρχων} Significat, vt ait Festus, eum qui in potestate aliqua est constitutus, vt est Consul, Proconsul, Prætor, Proprætor, & alij qui ciuitates & prouincias regunt. Cic.1. Offic. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Idem lib.3.de Legibus, Videris magistratus hanc esse vim, vt præsit, præscribátq;, recta & vtilia, & coniuncta cũ legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: verèque dici potest, magistratũ legem esse loquentem, legem autẽ mutum magistratum.

De magistratibus qui sint maiores, & qui minores, & quamobrem ita vocentur, vide Gell.lib.13.cap.14.

Magistratus vitio creatus. Liuius Decad.1.lib.5, Nihil profectò aliud esse, quàm magistratus vitio creatos.

Nuda à magistratibus Respub. In NVDVS.
Maior magistratus, In MAGNVS.
Mutus, In MVTVS.
Patricius, In PATER.

¶Magistratus {ἀρχη} Ipsa potestas, seu officium. Cic.de Amic. Vbi eos inuenimus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant, &c.

¶Abdicare magistratum, In ABDICO.
Abdicare se magistratu, Vide ABDICO.
Abire magistratu.Liu.3.ab Vrbe.

Abolere magistratum, pro Abrogare.Liu.3.ab Vrbe.
Abrogare, In ABROGO.
Accelerare, In ACCELERO.
Accipere loco prædæ.Cic.in Salustium.
Adipisci.Cic.Offic.1.
Assequi.Cic.in Pison.
Capere, In CAPIO.
Magistratum continuare.Liu.7.bell.Pun.
Creare.Lucet.lib.5.
Dare. Cic.2.de Lege agrar. Iã hoc inauditũ & planè nouo more, vt Curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis ante sit datus.
Declarare.Cic.pro Muren.
Deponere.Cæs.de bell.Gal.lib.7.
Designare.Cic.Fam.10.
Eiutare.Tacit.lib.12.
Esse in magistratu.Liu.lib.5.
Gerere.Cic.pro Plancio, Tum magistratum non gerebat is qui ceperat, si Patres authores non erant facti.
Habere. Cic.7.Verr. Venit ad me Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat.
Infringere.Cic.1.de Orat.
Ingredi.Sall.in Iugurth.

Magistratum imminuere dicebant veteres, quod nunc Derogare iuribus, & prærogatiuis officij dicunt. Cic.3.Verr. Cur imminuisti ius legationis? Quo in loco Asconius, Qui potestatem, inquit, suam in administrando non defenderit: imminuti magistratus, veluti maiestatis læsæ, reus est.

Inire, Vide INEO.
Legere.Virg.1.Æneid.
Mandare. Cic.pro Murena, Cato negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, voluptatibus corumpi oportere. Ibidẽ, Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate.
Obrepere ad, In OBREPO.
Occipere.Tacit.lib.2.
Peragere.Lentul.Cic.Fam.12.
Petere.Quintil.lib.2.cap.4.
Renuntiare.Cic.in Pison.
Venire in.Lentulus ad Ciceronem, libr.12.14, Nam quòd hunc properẽt in magistratũ venire, aut exercitũ mittere, causam non habẽt.

De Magistratibus, quod scitu est non vtile modò, sed necessariũ, sic disserit Paulus Manutius in libro de legibus Romanis. L.Villius tribunus plebis rogationem tulit, quot annos nati quique magistratum peterent, caperẽntque: vnde & ipsi, & posteris cognomen inditum, vt annales Villij dicerentur. hoc à Liuio traditum. sed quoniã, quis planè cuique magistratui petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum nõ inuenio: quid ipse legendo obseruauerim, breuiter subiiciam. Omitto quæsturam, tribunarum pl. adilitatem pl. quia curules tantùm magistratus in lege Villia nominatos existimo. nam si quæsturæ (de tribus non curulibus magistratibus, exempli gratia, vnum ponam) certum annum Villius tua lege statuisset, vnde postea tam incerta ratio. gesserunt enim quæsturam duo Gracchi, Tiberius, & Caius anno ætatis XXVII, M.Cicero anno XXXI, C.Cæsar, is qui perpetuam dictaturam inuasit, XXXIII. M. Cato Vticensis XXIX. Quòd si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionem, modò peteretur post annum XXVI, qui esset ad petendum legitimus, ideo mirum videri non debere, si Cicero, Cæsar, & Cato non eodem omnes annopetierint: quandoquidem fatis duxerint leges obseruare; quæ petendæ quæsturæ annum definiebant XXVI, gerendæ XXVII: hoc si quis obiecerit, ad cõsecuturam, id est ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? similéne veri est, C.Cæsarem (omitto Ciceronem: cui tamẽ, quum homo nouus esset, laborandum maximè fuit de dignitate, nec, quæ prima daretur, occasio negligenda) sed C.Cæsarem, quo nemo magis honores appetiuit, ne mo potestatis & imperij fuit auidior, cúmne verisimile est petitionẽ quæsturæ ab anno XXVI, si is legitimus esset, in annum XXXII distulisse: verùm habeo, quo nitar, aliud paulo firmius argumentum. video enim Põpeium Magnum, quum annum ageret XXXV, consulatũ gessisse, solutum videlicet legibus, meritorum ingentium in remp. eximiæque virtutis ergo. at eo anno magistratum per leges capi nullum potuisse, Cicero demonstrat in ea oratione, qua rogationem Manilã suasit. Quomodo igitur, dicet aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annum XXXV ceperunt? Nam obseruum est, leges loqui de curulibus tãtum honoribus, ædilitate, prætura, cõsulatu: quæsturæ autem, ædilitatis pl. tribunatus pl. rationẽ habuisse nullam. Sed recitentur verba Ciceronis. Quid, inquit, tam singulare, quàm vt, ex S.C. legibus solutus, consul ante fieret, quàm vllum alij magistratũ per leges capere licuisset? Dicit, Vllum aliũ magistratum. quod, si de quæstura leges locutæ sunt, falsum est: quũ, vt ostẽdi, quæsturã multi gesserint ante annum XXXV: quo anno gestũ esse primum à Pompeio cõsulatum, quẽ Cicero significat, tũ ex Appiano cõstat, tum ex Velleij historia, in qua scriptũ est, periisse Pompeium Cæsare & Seruilio cons. anno ætatis suæ LVIII. à quo anno si retrorsum numeres, cadet primus eius cõsulatus in annũ eius ætatis XXXV. vt tamẽ ita supputes, non simul cũ anno ætatis Põpeij finiisse cõsulatum, sed quũ ille iam annum esset ingressus XXXVI. ita eum fastis Capitolinis, & cum Appiano Velleij congruet historia. nam, quod ait Plutarchus, anno LIX interisse Pompeium, id quoque potest esse verum, hoc modo, vt primũ eius ætatis annũ capiamus C.Attilio Q. Seruilio cons. quo anno Põpeium esse natũ, Velleius affirmat. tametsi, quum ait ipse Põpeium periisse anno LVIII, nõ incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequenti: quòd scilicet nõ ita multo ante exitũ cõsulatus Attilij & Seruilij, natus esset Põpeius, & exiguum illud spatiũ in annorũ numero videretur omittẽdum. Cõstat igitur, legem Villiã nihil de iis honoribus sanxisse, qui caperẽtur ante eũ annum, quo Põpeius primũ consul fuit, siue eum velis esse XXXV, siue malis XXXVI. nam ædilitatis curulis

rulis annus erat XXXVII. cuius rei argumentum est, quòd eam petiit Scipio Æmilianus XXXVI, &, solutus legibus, consul factus est. annum porrò fuisse eius ætatis XXXVI, Velleius demõstrat his verbis. Decessit M. Aquillio, C. Sempronio cons. anno fermè LVI. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est, anno XXXVI. ita dubitare desinet. vt omittam, quòd quum ædilitas præturam, biennio antecedat, & prætura item biennio consulatum: consulatus autem geratur anno XLIII, quod paulo pòst ostẽdemus, necesse est, vt gerendæ ædilitati legitimus annus sit XXXVII. Nisi agamus, quãdo satis de ædilitate dictum est, de anno præturæ: at hoc, si de ædilitate conceditur, in dubium vocari non potest, geritur enim ædilitas anno XXXVII. sequitur post biennium prætura: quod indicant & multorum exempla, & illa maximè verba Ciceronis in epistola ad Furnium: Si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. ergo geritur prætura anno XL. Nec de consulatu difficilis probatio est. percurrantur fastiineminem inuenies, nisi prætura biennio, saltẽ ante gesta, cõsulem fuisse. est igitur annus consulatus quadragesimus terstius. accedit Ciceronis testimonium in oratione quinta in Antoniũ: in qua sunt hæc, Quid Macedo Alexander? quum ab ineũte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ ætas nostris legibus x. annis minor, quàm consularis. Hãc opinor, legem Dio significauit, quum ait libro XXXIX: Cõsules in senatu sententiam dixerunt, vt ei prætura daretur, licet nõdum per leges liceret. quò spectauit & Plutarchus, qui dixit: Decreuit senatus, vt Catoni prætura extra ordinẽ daretur. & Valerius lib.III, quum inquit, Cato Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia in vrbẽ deportauerat. cuius ministerij gratia senatus relationem interponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. fed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alij triburetur, id sibi decerni. Quanquam est quiddam, hac in re cur magnopere dubitem. nam, quum eo sit anno decretũ, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt: certe per ætatem potuit Cato pe tere præturam. tribunus enim plebis ante annos quinque Silano & Murena cons. fuerat, prætura verò quadriennio tantùm à tribunatu distat. eóque magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo cons. petere præturam, quod anno sequenti, Pompeio & Crasso cons. petiit, non vt designaretur, sed, vt creatus magistratum statim iniret: quòd anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideóque consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores crearunt. quòd igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo cons. producta in annum sequentem comitia sunt, proterea Cato non petiit eo anno, petiit autem sequenti, consulibus, vt dixi, Pompeio & Crasso, creatis. quare, etiam si Plutarchus dixerit, Licet nondum per leges liceret: videndum tamen est, an senatus potius decreuerit, vt omnino Cato prætor crearetur, neque à populi suffragijs penderet, quorum dubius esset euentus. quam sententiam illa quoque videntur confirmare Valerij verba: Campestrem experizi temeritatẽ quàm curiæ beneficio vti, satius esse duxit. Verũ paulo altius repetamus, quo pateat illustrius hæc tota cognitio: prima fuit, vt opinor, lex de magistratibus hæc, vt de senatu, id est de patriciis familiis, omnes magistratus crearentur: idque à Romulo institutum reliquideinde reges obseruauũt. fanxit enim Romulus, quod ait Dionysius lib.II. vt patricij sacra curarent, magistratus gererent, ius dicerent, plebeij, qui rudes inopéque essent, agros colerent, quæstuariisque artibus operam darent: temperamentum illud tamen, quo ciuitatum cõcordia, id est salus ipsa, custoditur, maximè quæsiuit. nã, ne nimis in ordinem patricium videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit, &, vt is suis suffragijs magistratus crearet, leges scisceret, bella decerneret, curiatis comitijs tulit. Regibus pulsis, consul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quibus plebis potestas aucta, senatus & magistratuum imminuta: primùm, vt magistratum nemo caperet, nisi qui à populo impẽrium acciperet: si quis aliter fecisset, capitali pœna puniretur: qui eum occidisset, ei impunè esset: deinde, vt aduersus magistratum prouocatio ad populum esset, néve quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare, aut necare vellet. quam legem centuriatis comitiis esse latam, Valerius tradidit lib.III. De plebeiis magistratibus in Sacro monte primùm lata lex est, quæ inde Sacratæ nomen accepit, vt plebi, quæ patriciorum iniuriis inuda quodãmodo pateret, sui magistratus essent, isque sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, néve cui patrum capere cum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt. Plebeij autem magistratus curiatis primùm facti comitiis. Postea, tributis vt fierent, lege tribunitia, quam Publilius & Lætorius tulerunt, cautum est. Sed magistratum omnino nullum ei gerere licebat, cuius pater in hostium potestate esset. quod ex Liuio colligitur. is enim lib. XXVII, Seruilium, inquit, negabant, iure aut tribunum pl. fuisse, aut ædilem esse: quòd patrem eius, quem III virum agrarium scribam à Boiis circa Mutinam esse, opinio per X. annos fuerat, viuere, atque in hostium potestate esse, satis constabat. & lib. XXX. de eodem: Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui curuli sella sedisset, viuo, quum id ignoraret, tribunus pl. atque ædilis pl. fuisset, contra quàm legibus sancitum erat. Verùm, quia satis constat, plebeios magistratus fuisse, tribunatum pl. ædilitatem pl. patricios autem, ædilitatem curulem, præturam, consulatum: primùm illud sciendum, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis caussa sunt instituti: patricios item, qui patriciorum: deinde, totam hãc gerendorum magistratuum rationẽ paulatim esse permixtam, atque commutatam. nam plebi, cui tantũ plebeij magistratus patuerãt, post etiam ad patricios omnes aditus fuit. nec tamen mutatum est nomen: sed patricij semper magistratus dicti, qui primis temporibus patriciorum caussa facti, postea communicati cum plebe sunt. plebeios tamen magistratus patricij homines non gessere, quia, credo, contra dignitatẽ ducerent, quũ maiora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is, qui comitiis præesset, sui rationem in petendo magistratu haberet: idque lege vetitum, significat Liuius lib.X. Etiam, ne quis magistratum absens peteret, legem tulit Pompeius Magnus in tertio cõsulatu: in quã qui neminem excepisset, mox, soceri sui C.Cæsaris recordatus, lege iam in æs incisa, & in ærarium condita, correxit errorem, vno Cæsare excepto. quod à Tranquillo proditum legimus.

Magma, magmatis, pen.corr. neut.gen. {μάγμα} Pastill' & massa facta ex vnguentorum fæcibus. Plin. lib.13.cap.2, Siccis odoribus constat quæ diapasmata vocantur. Nã fæcem vnguenti magma appellant.

Magma croci, Quod quasi recrementũ est eius. Celsus lib.5.cap.18.

Magmentum, vt ait Festus, veteres dixerunt quasi magis augmentatum. Alij Magmentũ dicunt, quasi maius augmentum, & auxilium; quoniam augebant numerum hi qui accedebant alienigenæ vt adiumento essent.

Magmentum, à magis: quod ad religionem magis pertinet. Varr. de Ling Lat.lib.4.

Magmentarius, magmentaria, magmentarium. vt, Magmentaria fana. Arnob.lib.aduers.I. gent. Itaque propter hoc magmentaria fana constituta sunt certis locis, quo id imponeretur. Sic restituit Turneb', quũ alij mentarea legant, nullo sanè sensu. Sunt autem magmentaria fana, vasa sacra, quibus magmenta & exta sacra impositа æræ inferebantur. Vetus lexicon, Magmentarium, ἐφ' ᾧ τὰ σπλάγχνα ἀναπέμπεται τῷ βωμῷ τοῦ θεοῦ. Itaque libentissimè magmẽtaria vasa legerem.

MAGNA Græcia {μεγάλη ἑλλάς} dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tarento vsque ad Cumas est, vel (vt Plinius libro 3.cap.10.ait) à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum vsque protenditur. Sic dicta, quòd multæ magnæque ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ, vt ait Festus. Vide Iustinum lib.20. Virgil.3.Æneid. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. A quibusdam tota Italia dicta est maior Græcia. Ouid.4.Fast. Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magnanimitas, Magnanimus, Vide MAGNVS.

Magnarius {μεγαλέμπορος} Apud Apuleium pro magno negotiatore ponitur, à negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnes, magnetis, pen.prod.masc.gen. {μαγνῆτις} Genus lapidis ad se ferrum attrahentis. Plin.lib.36.cap.16, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque vt propius venit, assistit, tenetursque & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, vt author est Nicander, in Ida repertus. Nanque & passim inuenitur, vt in Hispania quoque. Inuenisse autem fertur clauis crepidarum, & baculi cuspide hærentibus, quum armẽta pasceret. Hæc Plin. Lucret.lib.7,

Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia sit patrijs in finibus ortus.

Allicit & trahit ferrum magnes lapis.Cic.1.de Diuinat.

Magneticus, pen. corr. Adiectiuum {μαγνητικός.} Claud.de Magnete, -Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNES, Atheniensis Comicus antiquæ comœdiæ, tempore Epicharmi, docuit fabulas nouẽ, vicit duabus. ¶Magnes ité alter Smyrnæus, puer, præ cæteris mortalibus formosus: poetica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiusmodi peroſi, capra occasione comam eius inciderunt: vellem, ornatúmque omnem lacerauerunt. Quare perturbatus Gyges, in Magnesios bellum mouit: quibus tandem superatis reuertens, Sardibus' panægyricũ celebrauit magnificentissimũ Suidas.

MAGNESIA {μαγνησία} Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa. Abest ab Epheso (sicuti Plin.lib.5.scribit) sedecim millia passuum. A qua

Magnetes, pen.prod. {μάγνητες} qui & Magnesii populi vocati sunt. Lucanus lib.6, Et Magneres equis Minyæ gens cognita remis. ¶Est & Magnesia vrbs in Asia, apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit, authore Stephano.

Magnesias, pen.prod. Magnesiados, fœm.gen. {μάγνητις} Quæ ex Magnesia est. Ouid.epist.12, Cur vnquam Colchi Magnesiada vidimus Argõ

MAGNESSA {μάγνησσα} Hippolyte, Acasti regis Magnesiæ cõiunx fuit, cuius meminit Horat.3 Carm.ode 7.

Magnetes, magnetum {μάγνητες} apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicũtur, siue principes & capita vrbis. Vnde & summũ magistratum vocant magnetarchem, teste Liuio lib.5.bel.Maced.

Magnus, Adiectiuum {μέγας, μεγαλοπρεπής, μεγαλόφρων, μεγαλόψυχος, μεγαλύνων} Grandem significat. cuius cõparatiuum est maior, Superlatiuũ maximus.

Achilles magnus, In ACHILLES.
Aceruus.Virg.1.Georg.
Adiutor.Horat.1.Serm.satyr.9.
Ædibus ex Horat.2.Serm.satyr.7.
Æquor.Virg.4 Georg.
Agmen.Virg.1 Georg.
Amator mulierum.Plaut.Menæh:7.

Magnus amicus. Curius ad Ciceronem, Sed amice magne noli hãc epistolam Attico ostendere. Veteribus, inquit Turnebus, magni erãt amici homines potentes, qui ab inferioribus, vt clientibus patroni, obseruantia omni & officio necessitudinis & obsequij colebantur.

Iuuenalis, -calcas
Conjugis vrinam magnos visurus amicos. Id est, dum salutatum is homines potentes.

Amore dilectus.Virg.1.Æneid.

Magnæ animæ, Hoc est excellentiũ & præstantium virorum animi & manes. Sueton. Si, vt sapientibus placet, non cum corpore extinguntur magnæ animæ.

Maiorem ad res gerendas animum facit cura. Cic.1.de Finibus.
Bellum.Virg.2.Æneid.
Maior pede calceus.Horat.1.epist.10.
Caput.Plaut.Pseud.20.
Caterna.Virg.1.Æneid.
Causa doloris.Propert.lib.1.eleg.15.
Certamen.Virg.7.eclog.

Clamor.Virg.3.Georg.
Cœna.Horat.2.Serm.satyr.6.
Cogitatio.Tacit.lib.15.
Concursu accedere magno.Virg.1.Æneid.
Corpus crassa farragine.Virg.3.Georg.
Cura.Virg.4.Georg.
Dedecus.Horat.1.Serm.saty.4.
Magnus dies.Cornel.Tacit.Transigite cum expeditionibus.Impo nite quinquaginta annis magnum diem. Magnum diem,felicissimæ & lætissimæ victoriæ diem,quo bellum erit totum confectum,nullis superstitibus eius reliquiis,appellat.Turnebus.
Dij magni.Virg.3.Æneid.
Documentum.Horat.1.Serm.saty.4.
Dos.Horat.3.Carm.ode 24.
Duces.Horat.2.Carm.ode 1.
Eques.Horat.Epod.4.
Exitium.Virg.2.Æneid.
Fas.Horat.Epod.5.
Fastidia.Horat.2.Serm.satyr.4.
Fortuna.Horat.3.Carm.ode 27.
Gratia maior debetur illi.Horat.1.Serm.satyr.6.
Grex,Vide GREX.
Honos.Ouid.13.Metam.
Ignis.Plaut.Capr.13.
Ingenium.Cic.4.Acad.
Interualla.Lucret.lib.2.
Ira.Virg.5.Æneid.
Labor.Horat.1.Serm.saty.9.
Lætitia.Catull.ad Mulum,epigr.78.
Laus.Horat.2.Serm.satyr13.
Licentia.Horat.de Arte.
Lingua,Magniloqua,superba.Horat.4.Carm.ode 6.
Lites.Horat.1.epist.17.
Lues.Virg.4.Georg.
Mens maior humana.Silius lib.7.
In maiorem modum eum tibi commendo. Cic.ad Quintum.frat. libro 2.15.
Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat opulentissimus eius terræ rex,&c.Liu.8.bel.Pun.
Motus.Virg.4.Georg.
Murmur.Virg.1.Æneid.
Naufragia.Lucret.lib.2.
Numerus frumenti.Cic.4.Verr.
Numina magna loci.Virg.3.Æneid.
Onus maius nostris viribus.Ouid.4.Trist.eleg.9.
Opes.Horat.3.Carm.ode 16.
Opprobrium.Horat.3.Carm.ode 24.
Magnum opus in manibus habeo.Cic.1.Acad.
Ore magno sonare.Virg.3.Georg.
Magna parens.Horat.Ossaque post tergum magnæ iactata parentis. Et non multo pòst,
Magna parens terra est. Ad quem locum Turnebus,Quum magnus pater,inquit,Latinis sit auus, maior pater, proauus, maximus, abauus,magnã paternem reor dici Tellurem antiquam & primam humani generis procreatricem. Eodem fortasse modo & Patria,magna parẽs vocari posset,quam Cicero in libris de Republica appellat antiquiorem parentem.Sic enim scribit, Sed quoniam plurima beneficia continet patria,& est antiquior parens,quam si quis,vt aiunt,curauerit,maior ei profectò quàm parenti debetur gratia.Hæc ille.
Magna pars Arabiæ.Plin.lib.12.cap.14.
Pectus.Virg.4.Æneidos,
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur,& magno præsentit pectore curas.
Pondus.Plin.lib.12.cap.19.
Pondus auri.Virg.3.Æneid.
Populus.Plaut.Trucul.3.
Populo in magno coorta seditio.Virg.1.Æneid.
Haud magni preții.Plaut.Sticho.4.
Prudentia maior rerum.Virg.1.Georg.
Pueri magni,Nobiles & magnorum virorum filij. Horat.1.Serm. satyr.6.
Regio magna miranda. Hæc duo epitheta ἀσυνδέτως posuit Lucretius lib.1,Quæ quum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio.
Res magnæ.Horat.1.Serm.satyr.5.
Risus,iocusque.Horat.1.Serm.satyr.8.
Ritus.Plin.lib.11.cap.37.
Rumor.Plin.iunior lib.9.epist.3.
Magnum signum.Terent.And.2.2.
Spiritus & incessus maior corpore.Horat.2.Serm.satyr.3.
Stridor.Virg.1.Georg.
Terrorem magnum inferre alicui.Horat.3.Carm.ode 4.
Turba maxima.Virg.6.Æneid.
Ventus.Plaut.Milite,9.
Vir maximus & spectatus. Cic.de Amicitia, Hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro.
Vires maiores.Plin.lib.11.cap.30.
Vis magna.Virg.1.Georg.
Vis maior,Est impulsus & instinctus dei, & maior quædam quàm hominum vis & potestas. Cic.1.Tusculan.Aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere,abundantem fonantibus verbis, vberibúsque sententiis. ¶ Est & vis maior,horridior quædã & vehementior interdum tempestas: quo sensu apud Iurisconsultos exempla passim offendes. Turnebus.
Vitium.Horat.2.Serm.satyr.2.
Magna voce confiteri.Cic.pro Cecinna.

¶Magnus animo,maior imperio sui.Plin.lib.35.cap.10.
Stabili & firmo & magno animo vir.Cic.3.de Finib.
Bello maior.Virg.1.Æneidos,
Rex erat Æneas nobis,quo iustior alter
Nec pietate fuit,nec bello maior & armis.
Maximus ille armis,maximus ille toga.Ouid.ad Liu.
Vir maximus factis.Ouid.14.Metam.
Magis maior,In MAGIS.
Multo maximus,In MVLTVS.
Principum maximus.Horat.4.Carm.ode 14.
Magnorum maxime regum.Horat.1.Serm.satyr.3.
Inter omnes maximus.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.
¶Maior,ad annos relatum,pro longiori ævo. Terent.Eunuch.3.3. Verùm ea si viuit,annos nata est sedecim:
Non maior. Mart.libro 9, -maior erat mensibus illa tribus.
Magno natu.Liu.3.ab Vrbe,Consurgit P.Scapius de plebe magno natu.
Maior natu. Cic.1. Tusculan.Anno ante natum Ennium,qui fuit maior natu quàm Plautus & Næuius.
Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse. Cic.1.Offic.
Maiores natu consulemus.Liu.1.ab Vrbe.
Maximus natu ex iis.Liu.1.bell.Pun.
Natu maxima Pyrgo.Virg.5.Æneid.
¶Maior inuidiâ. Horat.Carm.lib.2.ode vltima,
Non vsitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates,neque in terris morabor
Longius, inuidiáque maior
Vrbes relinquam. Maior inuidiâ,Id est per inuidiam,aut certè maior quàm sit inuidia,quia inuidiam gloria superauero.
¶Magnum est quicquid quæritat.Plaut.Merc.17.
Magnum facere,Id est magnum aliquid præstare. Horat.1.Serm. saty.10.
Narras magnum,vix credibile.Horat.1.Serm.satyr.9.
Peccare magna.Tacit.lib.11.
Magnum est efficere vt quis intelligat quid sit illud verum & simplex bonũ. Cic.1.Acad.Hoc est,magni laboris,vel magnæ vtilitatis.
Magnũ est in amicitia,superiore parẽ esse inferiori. Cic.de Amic.
¶Maius.Plaut.Trucul.19,
Quanquam parum est.M.ad omne maius istuc positum parum est.
Quod maius est. Cic.de Amic.Quòd si tanta vis probitatis est,vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel(quod maius est)in hoste etiam diligamus.
Concipere maiora animo.Ouid.15.Metam.
Viribus maiora audere.Virg.10.Æneid.
¶Maxima parte,& magna ex parte,pro Ferè. Cic.1.Tusculan.Aut omnino,aut magna ex parte essem aliquando liberatus,&c.
Magnam partem occupatus. Cic.4.Tusculan.Chrysippus & Stoici quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt.
¶Magno,absolutè positum,pro Magno pretio. Plin.iunior in Paneg.Magno æstimabatur. Idem lib.2.epist.6,Magno constat. Cic.5. Verr.Qui,vt ais,magno vendidisti.
Mercari aliquid magno.Virg.2.Æneid.
Maximo pretio.Plin.lib.12.cap.12.
Magni item absolutè,pro eodem. Cic.Cassio,lib.15.15,Magni erunt mihi literæ tuæ.Id est,habebo eas in pretio.
¶Magnum,pro Valde.Plaut.Mostell.7,Atque ille exclamat de repente maximum.
¶Maior morbus,Qui & comitialis dicitur.Celsus lib.3.cap.23.
¶Maiores{προγονοι} intelligi possunt quicúque aui, abaui, proaui, attaui,tritaui,& ante hos in infinitũ. Cic.in Salust.Ego meis maioribus virtute mea præluxi:vt,si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ.Horat.1.Serm,satyr.5, -ab his maioribus orti
Ad pugnam venére. Videtur Horatius intelligere eos maiores nostros vocari,non quicunque ætate nos antecesserunt, sed tãtùm qui in honore aliquo & dignitate fuerunt. Nam & hoc loco manifesta ironia est:& infrà paulo, Satyra 6, apertius indicat quũ inquit quosdam etiam nullis maioribus ortos esse, Id est obscuro genere natos, & nouos homines.
¶Optimus maximus,nõ solùm de Deo dicitur,sed de fundo,agro, domo,& aliis.Celsus in l. Quũ venderes.D.de Contrahẽda emptione,Quum venderes fundum,non dixisti, Ita vt optimus maximúsq; est:verum est(quod Quinto Mutio placebat)non liberum,sed qualis esset fundum præstari oportere.
¶Maximus Pontifex dicebatur, quòd maximus rerum quæ ad sacra,& religiones pertinent,iudex sit, vindéxque contumaciæ priuatorum, magistratuúmque. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus qui nouissimus.Festus.Vide PONTIFEX.
Maximæ dignationis Flamen dialis est inter quindecim Flamines: & quum cæteri discrimina maiestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis,quòd Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, Id est pomis. Festus.
Maiores Flamines appellabantur patritij generis: Minores,plebei. Festus.
Maximus curio, Cuius authoritate curiæ,omnésque curiones reguntur.Festus.Vide Curio,in CVRA.
Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus conscrasset. Festus.
Maiorẽ Consulem L.Cæsar putabat dici, vel eũ penes quẽ fasces sunt,vel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem,vrbanum:Minores,cæteros. Maximum Prætorẽ dici putant alij eum qui maximi imperij sit:alij qui ætatis maximæ pro collegio:quia augurũ decretum est, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatem,sed ad vim imperij pertinere. Festus.

Magnum

Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant. Cicero 2.de Natura deorum,
Maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis,sed ab animo placidiore.Festus.
Magnum socerum appellat vir vxoris suæ auum. Magnam socrum vir vxoris suæ auiam appellat.Festus.
Maior socer, Vxoris meæ proauus. Maior socrus, Vxoris meæ proauia.Festus.
Maior patruus,Aui & auiæ patruus. Maior amita,Aui & auiæ amita.Festus.
Maior auunculus,Aui & auiæ auunculus.Festus.
Maior magistratus Consul dicitur.Festus.
Maiusculus,penul.corr. Diminutiuum, Tam ad corpus, quàm ad ætatem refertur.Plin.lib.26.ca.6.Folia sunt maiuscula,quàm hederæ, De tussilagine seu bechio herba. Terent. Eunucho,3.5. Thais, ego quàm sum,maiuscula est.id est,paulò maior.
Magnanimus,penul.corr.Adiectiuum {μεγαλόψυχος, ἀδρόψυχος, μεγαλόπνους}
Qui magno animo est.Cic. 4. Tuscul. Constantem enim volumus quendam sedatum, grauem, humana omnia prementem, illum esse quem magnanimum & fortem virum dicimus. Talis autem nec mœrens,nec cupiens,nec gestiens esse quisquàm potest.
Achilles magnanimus,In ACHILLES.
Duces.Virg.4.Georg.
Equi.Virg.3.Æneid.
Gentes.Virg.10.Æneid.
Heroes.Virg.4.Georg.
Leo.Ouid.3.Trist.eleg.5.
Magnanimitas,penul.corr. {ὀδρύτης,μεγαλοψυχία} Sublimitas,& præstantia animi.Cic.1.Offic.Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quorum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis,&c.
Magnanimitas,quod est subinde in literis apostolicis μακροθυμία, quod alij vertunt longanimitatem. Cyprianus in tractatu de elecmosyna, Hæc hæreant firmiter sensibus nostris, hæc intelligantur plena fide, hæc corde toto diligantur, hæc indefinentium operum magnanimitate redimantur. De præmiis cœlestibus homini christiano promissis.Idem in tractatu de zelo & liuore, Charitas magna nima est,charitas benigna, charitas non zelat: docens scilicet & ostendens eum posse charitatem tenere,quisquis magnanimus & benignus,& à zelo & liuore alienus est. Hæc ex Erasmo in Cyprianũ.
Magnificus,penul.corr.Adiectiuum {μεγαλοπρεπὴς,μεγαλεῖος,μεγαλωστὶ} Qui in magnis pro dignitate sumptum facit, quique circa publicam magnificentiam impensas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis sacrificatis,in ædificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumptuosus est. Terent.Heaut.2.1. Mea est potens, procax,magnifica,sumptuosa,nobilis.Liu.1.ab Vrbe, Inde exercitu victore reducto,ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor,&c.
Aedes magnifica:Ouid.6.Fast.
Magnificus apparatus,Hoc est, sumptuosus & lautus, vel potius immodicus.Cic.1.Offic.
Magnifica & præclara eius defensio ostenditur.Cic.7.Verr.
Magnifica domus Plin.lib.17.cap.1.
Splendor.Lucret.lib.4.
Succus in vsu,medicamentisque.Plin.lib.19.cap.3.
Triumphi.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Magnifica verba.Terent.Eunuch.4.6.
Vsque adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba. Id est,iactantiæ & ostentationis plena.
Vrbes.Ouid.2.de Ponto, eleg.10.
Magnificum abundè est voluisse.Plin.in Præf.11.
Dicere aliquid magnificum.Tibul.lib.1.eleg.5.
Magnificus,Nonnunquam in malam partem sumitur.Vnde illud Cornelij Nepotis de Attico in eius vita: Quod splendidus fuerit, non magnificus.
¶Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima. Recenim vera magnificens dici non potest, vnde magnificentissima videtur deduci.Festus.
Magnificentior & magnificentissimus. Cic. 2. de Fin. Ad altiora quædam & magnificentiora mihi crede Torquate nati sumus.
Magnificentissimum Senatusconsultum,hoc est, amplissimum & nobilissimum.Cic.1.de Diuin.
Magnificentissima ædilitas.Cic.6.Verr.
Magnificentia,magnificentiæ {μεγαλοφροσύνη,μεγαλόνοια,μεγαλουργία} Est (inquit Cic.2.de Inuentione,)rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio atque administratio.Terent.Phorm.5 8.
Ihinc in malam rem cum istac magnificentia
Fugitiue. Cic.pro L.Murena, Noli iudorum huius elegantiam, & scenæ magnificentiam valde contemnere.
Adhibere magnificentiam,In ADHIBEO.
Abstruere aliquid magnificentiæ,In ABSTRVO.
Magnificentia verborum,hoc est, apparatus. Cicer. de Amic.Ne metiamur eam,vt quidam docti,verborum magnificentia.
Magnificè penul. corr. Aduerbium {μεγαλοπρεπῶς, μεγαλείως, μεγαλως} Lautè honorificè.Terent.Heaut.3.2,
Et ne ego res(si vsus veniat)magnificè,Chreme
Tractare possim.
Magnificè aliquem accipere,Honorificè.Plaut.Pseud.4.
Magnificè compellare aliquem.Plaut.Pseu.11.11.
Magnificè dicere, Laudabiliter,cum excellentia quadam.Terent.Adelph.2.3.
Magnificè se efferre,Multum,mirum in modum,Te.Heaut.4.3.
Magnificè incedere.Liu.2.ab Vrbe.
Magnificè ire aduorsum.Plaut.Casina.17.

Magnificè loqui. Brutus ad Ciceronem, 16.3. Iuuat magnificè loqui, & certè decet apud ignorantes,
Magnificè magna loqui.Tibull.lib.2.eleg.7.
Magnificè animoseque viuere.Cic.1.Offic. Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè,animoseque viuere, atque etiam simpliciter, fideliter,& vitæ hominum amicè.
Magnificè vtilis.Plin.lib.23 cap.7.
¶Magnificius,Cato pro magnificentius dixit: & non frustra nam positiuus eius magnificè est.Festus.
Magnifico, magnificas, penultima correpta {μεγαλυνῶ, μεγαλύνω} magnificare,Extollere,Exaltare.Plin.lib.17 cap.9. M.Var. principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Quod etiam pabulo boum fũmque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseuerat.Plautus Menæch.9.
Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.
Magnificatio.Macrob.lib.5.Saturnal cap.13.ad finem,Hinc dimerfatum inter heroas suos personarum varia magnificatio.
Magniloquus.penul.corr. {μεγαλορρήμων,σοφιστικός}
Qui magna loquitur.Mart.lib.2.
Candidè ποτνὰ φίλων hæc sunt tua Candide πάντα
Quæ tu magniloquus nocte diéque sonas.
Homerus magniloquus.Stat.5.Sylu.3.
Hatus magniloqui.Stat.3.Thebaid.
Ore magniloquo tumidus.Ouid.8.Metam.
Magniloquentia,magniloquentiæ {μεγαλορρημοσύνη} Cicero in Oratore, Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior,
Homeri magniloquentia.Cic.Cæsari,lib.13.16.
Magnipendo, magnipendis {οὐδενὸς ποιοῦμαι τινὸς} magnipendere, In magna æstimatione habere.Plaut.Pseud.4 Sed, scio,tu haud olcum magnipendis,vino te deuincis.Terent.Adel.5.4,
Ego quoque à meis me amari,& magnipendi postulo.
Magnitas,penult. corr. {μεγαλότης} pro Magnitudine apud antiquos, Accius Vacces,Nanque sat frugi, neque dici potest pro magnitate. Nonius.
Maximitas,penultima corr.maximitatis, f.g. {μεγεθύνω} Magnitudo. Lucre.libro 2,
Ne quædam eogas immani maximitate
Esse supra,quod iam docui non posse probari. Vox est rara.
Magnitudo, penultima producta, Amplitudo {μεγαλοπρέπεια,μεγαλειότης} sublimitas.
Magnitudo solis.Cic.4.Acad.
Ampla magnitudo,In AMPLVS.
Inaudita Vide INAVDITVS.
Inhabilis magnitudinis nauis, Vide INHABILIS.
Iusta, Vide IVSTVS.
¶ Capere magnitudinem,In CAPIO.
Cogere in,Vide COGO.
Complere magnitudinem alicuius rei.Plin.lib.16.cap.7.
Excedere in nimiam magnitudinem.Celsus lib.2.cap.21.
Implere magnitudinem suam anno, Vide IMPLEO.
Magnitudo æris alieni.Cic pro Rosc.Amer.
Magnitudo periculi,pro Grauitate.Cicer. pro Quintio, Primum, magnitudo periculi summo timore hominem afficit.
Magnitudo Pompeij.Plin.lib.18 cap.6.
Magnitudo animi, pro Excellentia & præstantia.Cic.4.de Finibus, Quæque ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi,de omni honestate loquuntur.
Adhibere magnitudinem animi,In ADHIBEO.
Conspicuus magnitudine,In CONSPICIO.
Magnopere,penul.corr.Aduerbium {Μάν,μεγάλως} Valde, Vehementer. Terent.Heaut.4.1,
Meministine me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem,tolle tolli?
Magnopere errare.Lucret.lib.3,
-sed in omnibus rebus
Magnopere,à vera lapsi ratione videntur.
Magno opere, separatim etiam aliquando legas. Terentius Eunucho,3.26, -Thais maximo
Te orabat opere,vt eras redires.
Magnopere censeo tibi Romam properandum. Hoc est, operæ pretium esse.Cic.ad Cassium,lib.15.14. Ego cæterarum rerum causã tibi Romam magnoperè properandum censeo.
Nemo magnopere eminebat.Liu.1.ab Vrbe,
Magnopere prouidendum.Cicero pro Fonteio,Et 4.Verrin.Quæ de re, Iudices, vobis magnopere prouidendum est.
Magnopere facere.Cice.7.Verr. Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes furere, istius auaritia nauibus exinanitis?
Non magnopere laboro, Quod vulgus barbarorum dicit, *Non multum curo.* Cicero pro Rosc. Comœdo, Et quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro.
Non magnopere miror.Cic.4.Academ.
Non magnopere quæreie.Cic.6. Verr.Genus ipsum prius agnoscite, Iudices, deinde fortasse non magnopere quæretis, quo nomine appellandum putetis.
Nihil dicendum magnopere videtur, Cicero pro Roscio Amerino, Tametsi ita res se habet, vt mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur.
Non magnopere visus phœnix in toto orbe.Plin.lib.10.cap.2.
Maximopere,penultima corr. {σφόδρα} Superlatiui gradus aduerbium,Idem quod Vehementissimè. Cicero Appio Pulchro, libro 3. 2.A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuáque singulari humanitate etiam atque etiam quæso & peto, vt quibuicunque, &c.
MAGNVS portus {πόρτος μέγας} apud Ptolemæum libro 2. capite 3.

Britanniæ locus. Vulgò *Portsmouth*, vel portus Hamonis, vbi ciuitas *Southampton*.

MAGO {μάγος} Magones plures fuerunt, sed maximè clarus fuit ille qui cum CX X. nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, vt Liuius & Trogus referunt.

MAGO, Authoris nomen, cuius meminit Plinius libro 17. capite 10. & libro 18. capite 3. Mago alter fuit, Annibalis frater, qui causa victoriæ apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clausus, ab Annibale liberatus est. Liuius libro 30. scribit Magonem Annibalis fratrem in agro Insubrium vulneratum, cum in Aphricam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corsicam obiisse. Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romámque per Lælium mittitur. Mago item quidam fuit Afer, qui de re rustica scripsit, de quo Columella libro 1. cap. 1. fic ait. Verumtamen Carthaginensem Magonem rusticationis parentem veneremur. Nam huius octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatusconsulto in Latinum sermonem conuersa sunt. Huius Magonis meminit & Seruius, quem Virgilium in Georgicis scribit imitatum. Meminit & huius Varro 1. de re rustic. capite 1. Mago denique oppidum est in minoribus Balearibus, vt scribit Pomponius in fine lib. 2.

MAGOG, Nomen viri, filij Iapher, proptium: à quo (vt ait Iosephus lib. 1. Magogæ dicti sunt, qui à Græcis Scythæ.

Magudaris, siue magydaris, penul. còrr. {μαγδάρις} Priscianus lib. 7. capite de accusatiuo, Magudaris, inquit, significat frugis, id est, cauli genus, qui nascitur ex ea parte cuius radix silphij auellitur. vel, vt alij volunt, siliginem. Hactenus Priscianus. Hanc, caulem laserpitij quidam existimant. Plautus Rud. 16. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Colu. lib. 8. cap. 17. Vide LASER.

Magus, magi, m.g. {μάγος} Dictio Persica, qua apud eos sapiens significatur. eos enim Persæ magos vocãt, quos Græci philosophos, Latini sapientes, Galli druydas, Ægyptij prophetas, siue sacerdotes. Cicero 2. de Leg. Patrum delubra esse in vrbibus censeo: nec sequor magos Persarum, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur.

Artes magorum. Ouid. 7. Metam.
Portenta magorum. Cic. 1. de Nat. deorum,
Sapientum & doctorum genus magorum habebatur in Persis. Cic. 1. de Diuin.

Magia, pe. pro. {μαγεία} quia per ei diphthongum scribitur duplex est. Altera infamis, ac immundorum spirituum commerciis inauspicata. Altera non ferè aliud est, quàm naturalis philosophiæ apex. Priorem illam Græci Goetiam vocant, incantationibus & carminibus nefarie curiosi tatis arte compositis concinnatam, cuius studiosos vulgò damnabiles & maleficos appellant. De qua concinnantur libri, quos improbatæ lectionis appellat Iureconsultus Vlpianus, pro tinúsque esse corrumpendos statuit. Quæ verò propriè magia nuncupatur. perfecta creditur & summa scientiæ potestas: quando Persarum lingua est magus non ferè alius, quàm diuinorum interpres & cultor. Goetiani omnium placita legum exterminant, execrantúrque. Magiam festo plausu sapientissimus quisque excipit, veneratur & colit, vt quæ altior sit sanctiórque philosophia. Vide multo plura apud Cælium lib. 9. cap. 23.

Magicè, magices, penul. corr. {μαγικὴ} Ars ipsa incantandi, quam quidam magiam vocant. Plin. lib. 32. cap. 1. Si non expers sedes eius tota Thracemagices fuisse.

Magicus, penul. corr. Adiectiuum {μαγικὸς} Quod ad magum vel etiam magicen pertinet, vt, Magica ars. Plinius libro 11. cap. 37.

Artes magicæ. Virg. 4. Æneid.
De magica arte, Vide Plinium lib. 30. cap. 1. & 2.
Auxilia. Tibul. lib. 1. eleg 8.
Carmen. Cic. 1. de Orat.
Linguæ magicæ potentia. Ouid. 7. Metam.
Os. Ouid. 14 Metam.
Portenta. Plin. lib. 25. cap. 3.
Ritu lustrari. Ouid. 10. Metam.
Sacra. Virg 8. eclog.
Soni. Ouid. 2. de Arte,
Terrores. Horat. 2. epist. 2.

Magydaris, Vide MAGVDARIS.

MAIA {μαῖα} Atlantis filia, ex qua Iupiter Mercurium suscepit. Significat & obstetricem, vt autor est Suidas in Socratis vita. Est & dea, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant.

Maia item Græcis, patris matrisque mátrem significat, qua voce, vt patria passim vtuntur Patauini, pro amita. Est etiam ὁμοτράπεζος ἀφιερωθεὶς τῶν πατρικῶν, id est, honesta aduersus ætatem grandiorem alloquutio. Apud Aristotelem quoque libro 4. de animal. hist. Canorum maximi dicuntur meæ, hoc est, maiæ: vt Theodoro etiam placeet.

Almæ filius Maiæ, Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 2.
Genitus Maia, Mercurius. Virg. 1. Æneid.
Natus Maia, Mercurius. Horat. 2. serm. saty. 6.

¶ Maia, pro stella vna ex Pleiadibus. Virg. 1. Georgicon.

Maiales, penultima prod. {τὸ μαῖον} Porci castrati dicti sunt antiquis. Varro 2. de Re rust. cap. 4. Castrantur verres commodissimè annicula, vtique ne minores quàm semestres, quo facto nomen mutant atque è verribus dicuntur maiales.

Maiestas, maiestatis, fœm. gen. {μεγαλότης} A magnitudine dicta est, autore Festo. Est autem decus, amplitudo & dignitas vel populi vel Senatus, vel magistratus, vel principis, aut imperatoris, aut priuati cuiusdam magni viri: aut alterius etiam inanimatæ rei. Horat 2 epist. 1. ad Augustum, -sed neque paruum
Carmen maiestas recipit tua.

Maiestatem lepidè fingunt poetæ, Honoris & Reuerentiæ filiam esse. Vnde Ouidius lib. 5. Fast.

Maiestas, populi dicebatur: Autoritas autem, Senatus. Populus enim seiscere solebat & iubere: Senatus censere, & autor esse. Cicero 3 Philipp. Tantus autem est consensus municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad autoritatem huius ordinis, maiestatémque Populi Rom. defendendam conspirasse videantur. Legitur & Maiestas Senatus: vt apud Plinium iuniorem lib. 8. epist. 6. ad Montanum. Erat enim contra maiestatem Senatus, si, &c.

Actio maiestatis. Quintilianus libro 5. capite 10,
Imperij. Horat. 4. Carm. ode 15,
Acris. Claudian 5. Panegy. -& inhorruit acri
Maiestate nemus.
Rectoris. Silius lib 15.
Regia. Claudian. de nuptiis Honorij.
Sancta. Ouid 3. de Arte.
Verenda. Ouid 4. Metam.

¶ Accérsere maiestatis, In ACCERSO.

Conseruare maiestatem, idem significat quod Retinere maiestatem. Cicero pro Rabirio perduellionis reo, Fit Senatusconsl. vt C. Marius, L. Valerius Consules, adhiberent Trib. pleb. & Prætores, quos eis videretur: operámque darent, vt imperium Populi Romani maiestátsque conseruaretur. Idem pro Cornelio Balbo, de Gaditanorum fœdere loquens, Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: Maiestatem Populi Rom. comiter conseruent, &c. Hoc est, obsequium, obseruantiámque liberis non indignam nec indecoram imperio Romano, populóque benignè exhibeant: & vt comiter obsequiosum se ille populus Populo Romano præbeat: eutérque vt imperium semper penes Romanos sit. Ex Budæo.

Constituere maiestatem, Significat: ipsam aut labentem confirmare dignitatis venerationem, atque amplitudinis existimationem, vt in illo loco concionis Saluſtianæ, in bell. Iugurth. in C. Memmij oratione. Maiores vestri parandi iuris, & maiestatis constituendæ gratia, per secessionem armati bis Auentinum montem occupauere. Budæus.

Damnatus maiestatis, In DAMNO.

Imminuere maiestatem, vel minuere. Cicero 2. de Orato. Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus Populi Romani tradidit. Ibidem, Mihiipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleráque enim de iis quæ ab isto obiiciebantur, quum confiterer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabam. Quod Cicero minuere maiestatem vocat, ætas sequens lædere appellauit. Ex Budæo.

Lædere maiestatem. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 16. Notauit & quendam, quòd comes regis in prouincia fuisset: referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo Ptolemæum Alexandriam creditá seruandi causa secuto, crimen maiestatis apud iudices morum. Ex quibus verbis apparet, maiestatem Populi Romani lædam maiores ob id existimasse, quòd ciuis Roman. assecla se regi & comitem præbere non dubitasset contra morem maiorum, vt creditam pecuniam reciperet. Budæus. Paul. Manutius de legib. Romanis, crimen hoc esse maximum nemo nescit: interdum tamen capitale non fuit. Nam Claudiæ Vestalis, Appij Cæci filiæ, C. Fund. & T. Sempr. Ædiles pleb. quòd populo R. calamitatem esse imprecata, mulctam dixerunt æris gratis XXV. millia. quæ capitalis pœna non fuit, iudicium autem illud maiestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat. Et maiestas quidem multis modis lædebatur, his ferè: vbi quid in populum suum, suámve Remp. aut in magistratus, personámve principis commissum est. In populum, vt liquis exercitum hostibus tradidit: si exercitum sollicitauit, delectúmve iniussu populi aut Senatus habuit: si quis exercitum extra suam prouinciam iniussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu, prouinciæ finibus excessit: si quis Remp. sua culpa ma'è gessit, si stationem deseruit: si contra libertatem consilia iniit: si seditionem, aut bellum excitauit; si publicum hostem domi priuatus habuit: si ius ciuitatis, aut magistratus imminuit: si præter dignitatem populi Rom. Regio in comitatu fuit: si contra Bonum publicum loquutus est: quod maiestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit vt exemplo docuimus: præterea si quis ad hostem tranfiit, aliúdve quid cum iis aduersus Remp. pactus est. Hæc in populum læsæ maiestatis crimina. In magistratum autem, vel in principis personam, si quis vim omnino vllam attulit: si Tribunopl. inter cedenti non paruit, aut ab eo concionem auocauit, cúmve priuati loco habuit, vt puta, si occurrenti ih via non cessit: si consilium plebis disturbauit. Et huius generis alia, quæ facilè possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus amplitudo ciuitatis constat. Hoc de crimine leges nominantur hæ, primum illa XII. tab. de qua Polyb. libro 5. vt, qui hostem concitasset vel ciuem hosti tradidisset, capite pœnas daret deindè, tribunitiæ, Appuleia, Varia: consulares, Cornelia, Iulia, Antonia: Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturnina tribunus pl. quem postea cum C. Seruilio Glaucia prætore C. Marius VI. consul. s. c. interfecit. Variam tulit Q. Varius Sucronensis tribunus plebis qui Philippo & Cæsare Cossio, in locum M. Liuij Drusi interfecti tribunus pleb. creatus est. Huius legis hæc sententia fuit, vt quæreretur de iis quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset concitatum. Quo crimine cũ essent multi condemnáti, & ad plures præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter Senatus qui decreuerit ne dum tumultus Italicus esset, iudicij vllũ lege Variæ fieret. Secuta est Cornelia, L. Syllæ dictatoris: inde Iulia, C. Cæs. in primo, vt opinor, lata consulatu, aut post victũ in Pharsalia Pomp. nam consul iterum, bello Pompeij, aut Alexandrino impeditus, abfuit. Hæc lex damnatis aqua & igni interdicebat. Postremo Antonia, M. Antonij consulis, qui III. vir postea fuit, quæ damnatis de maiestate pronouationem ad populum dabat quod antea in vno perduellione, omnium de maiestate criminum grauissimo, licebat. In causa maiestatis & proditionis, impunitatem indici datam Pædianus ait: in causis repetundarum negat. nulla verò prosus in causa Senatorib. licuisse iudiciũ profiteri ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur.

Læsæ

Læsæ maiestatis reus, In LAEDO.

Retinere maiestatem, Id est quod nunc vulgus *Seruare authoritatem* vocat. Cic in Orat. Ius omne retinendæ maiestatis Rabirij causa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Budæus.

Soluere maiestatem. Liu. lib. 2. belli Punici, Horum opportunus adũctus Consules imperij potentes fecit, quum ambitio alterius suã primùm apud eos praua indulgentia maiestatem soluisset. Budæus.

Venerari maiestatem naturæ deorum. Quintil. lib. 3. cap. 7, Verùm in deis, generaliter primùm maiestatem ipsius eorum naturæ venerabimur.

Maiestas diuinæ solertiæ. Cic. 4. Acad. Negatis hæc tã politæ, támque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia, cuius quidem vos maiestatẽ deducitis vsque ad apium, formicarúmq; perfectionẽ.

Maiestas nominis, Hoc est magnitudo & dignitas. Martial. lib. 8. 1.

Prætoris maiestas contempta. Paulus in l. Si familia. D. de iurisdict. omnium iudic.

Maiestas alicuius loci, Hoc est prestãtia & excellẽtia. Liu. ab Vrbe.

Maiestas in oratione, Hoc est grauitas. Cic. de Amic.

Afferre orationi maiestatem aliquam. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Maiores, In MAGNVS.

Maius {μαῖος, μαιαγενέτης} mensis à maioribus dictus est, quia (inquit Macrobius Saturnal lib. 1. cap. 12.) maioribus conseratus erat, quorum consilio Respub. gerebatur. Ouid. 5. Fastorum,

Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio. Sunt qui Maium à Maiestate dea denominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Caleudis Maiis huic deæ rem diuinã facit. Alij à Maia Mercurij matre, propterea hoc mense mercatores omnes Maiæ partier & Mercurio sacrificare soliti erant.

Tertius à maioribus Maius. Varr. de Ling. Latin. libro 5. De mensibus loquitur.

Mensis Maius. Cic. 2. Philip.

Maiusculus, Vide MAGNVS.

Mala, malæ, fœm. gen. {μᾶλον παρειὰ, σιαγὼν} Faciei pars est, dicta, quòd rotunda, mali speciem præ se ferat. Plinius lib. 11. cap. 37, Infra oculos malæ, homini tantùm, quas prisci genas vocabant, XII. Tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes: ibi maximè ostenditur rubor. Cic. malam à maxillis per contractionem siue decurtationem dici ait, in Oratore, quũ inquit, Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vetter Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? &c. Hoc est vt litera illa vastior x, quæ vim duarum consonantium habet, & sonum quendam agrestem, fugeretur.

Pars vtraque malarum. Lucret. lib. 1.
Audaces. Virg. 7. Æneid.
Dissitæ. Persius Saty. 3.
Horribilis mala leonis. Horat. 2. Carm. ode 19.
Crepitant duro sub vulnere. Virg. 5. Æneid.

Flauescere malæ dicuntur, quum primùm barbæ lanugo crescere occipit. Ouid. 6. Metam.

Absumere mensas ambesas malis. Virg. 3. Æneid.

Mandare malis. Citatur versiculus antiqui poetæ à Cicerone, ex Atreo fabula, lib. 3. de Oratore,

Impius hortatur me frater, vt meos malis
Mandem natos. Sic enim rectius legetur. nã mandare malis, est malis committere & comesse: vt apud Lucretium,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Est igitur vetus loquendi formula, quam & mensura versus postular, vt Turnebus & Lambinus eruditissimi viri annotarunt. Cæterùm vulgò legitur, mandarem, &c.

Signarat teneras dubia lanugine malas. Ouid. 13. Metam.

Iuuentas molli vestit lanugine malas. Lucret. lib. 5.

Malabathrum, Vide MALOBATHRVM.

MALACA, Bæticæ Hispaniæ oppidum, vt scribit Pomponius lib. 2. Nomen retinet, teste Oliuario.

Malache, malaches, pen. corr. fœm. gen. {μαλαχὴ} Maluæ species. Plin. lib. 20. cap. 21.

Malachra, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici gummi gens exudans, quod Bdellium vocant. Plin. lib 12. cap. 9.

Malacion, μαλάκιον, Genus quoddam ornamẽti muliebris, Polluci lib. 7. cap. 13. Idem quoque lib. 5. cap. 16, inter colli ornamenta numerat. Huius meminit Næuius poeta apud Nonium Marcellum.

Malacus, pen. corr. Adiect. {μαλακὸς} Mollis. Plaut. Bacch. 5, Hîc nostra agetur ætas in malacum modum. Id est molliter. Idem Trucul. II, Mœchum malacum amas. Sic Milite, 10,

Em e mi vir lanam, vnde tibi pallium
Malacum, & calidum, conficiantur tunicæ mihi hybernæ bonæ,
Ne algeam hac hyeme.

In malaco sanum. Quintil. lib. 8. cap. 2. His verbis non aliud significari putant, quàm in carnis mollitie & raritate summam intelligi mentis sanitatem, id est prudentiam & perspicaciam. Vide Cælium lib. 6. cap. 1.

Malacia, malaciæ {μαλακία} Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt & languent, neque vlla aura commouentur. Cæsar 3. bel. Gal. Ac conuersis in eam partem nauibus, quò ventus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, vt se loco mouere non possent.

Malacia, Est in grauidis ille languor & mollities dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Plin. lib. 23. cap. 6, Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam gustatu moueat infantem. Sic lib. 28. cap. 7, Malacia stomachi.

MALACIA, Ciuitas quam Philoctetes, quú ob Paridis necem in morbum fœmineum incidisset, eóque nomine erubescereet, deserta patria condidit, & ex re Malaciam dixit. Vide Cælium lib. 6. cap. 1.

Malaciſſo, malaciſſas {μαλακίζω} malaciſſare, Mollire, subigere. Plaut. Bacchid. 1, -ah, nimium ferus es. P. mihi sum. B. malaciſſandus es.

Malasso, malassas, Mollio, subigo, maturo. Cõmalasse, quod est mitigo, maturefacio. Varr. In dolore adiaphoron esse, quòd philosophia commalassaret eam partem quæ concuti cupiditatibus soleret.

Malacostracon {μαλακόστρακον} Græci vocant quod mollem habet testam: vnde Malacostracos pisces vocamus, qui testam habent, sed tamen molliorem, vt in cancrorum genere est videre. Pisces enim omnes aut squamis teguntur, vt mugil, & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci, vt polypus & sepia: aut testis dutioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales sunt ostreæ, purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Malagma, malagmatis, pen. corr. n. g. {μάλαγμα} Fomentum, ad rem; duram emolliendam superpositum. Malagmata enim contusa, & super cutem imposita, abunde mollificant. à μαλάσσω, mollio. his molliuntur apostemata, & matura fiunt. Colum. lib. 7, Cuminum conteritur, eíque adiicitur exiguum picis liquidæ & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Plin. lib. 22. cap. 24, Non fecit cerata, malagmata, emplastra, &c.

Expeditum malagma. Celsus lib. 5. cap. 14.

Malasso, Vide MALACVS.

Malce, malces. Cælius lib. 25. cap. 5, In frigoris autem ratione sciendũ, in lingua conceptum frigus, sed & in pedibus quãdoque & manibus, nunc pari malce. quanquam eo nomine intelligere Demetrius maluerit, ex frigoris vi solutionem inorram. Malcion certè dici nouimus debile ac frigidum: vnde in historia legimus hauſtum ab Mithridate pharmacum imbecille, ac malcion, quod ferius vim ostendit. Sunt qui malcen, pro narce accipiant, id est torpedine. Omnino est malce, mollities ex rigore, ac motus difficultas.

MALCHVS {μάλχος} Historicus, scripsit historiam à Constantino vsque ad Athanasium. Suidas.

Male. Aduerbium, Vide MALVS, Adiectiuum.

MALEA, penultima interdum breui, interdũ producta {μάλεια καὶ μᾶλεια} Promontorium est Laconiæ prouinciæ, quod, teste Seruio, per quinquaginta milliaria in mare protenditur, vbi vnda adeò sæua est, vt persequi naugantes appareat. Virg. 5. Æneidos, Ioniósque mari, Maleæq; sequacibus vndis. Id est persecutricibus. Lucan. lib. 6, Et ratibus longè flexus donare Maleæ. Nomen à Maleo Argiuorum rege inditum est: & loci periculo locus adagio datus, Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere: quo in omni præsente periculo significando vtimur. Plutarchus certè in vita Arati Maleam ventis æstibúsque atrocẽ esse testis est. Malea nũc vocatur *Le Cap sainct Ange*. Oliuarius in Melam dicit Maleam nunc vocari *Malueſiam*, & Malcum promontorium, *Cabo de Maluesia*,

Curua Malea. Ouid 2. Amor eleg. 16.
Raucæ circumtonat ira Maleæ. Stat. 7. Thebaid.
Sæua. Propert. lib. 3. eleg. 19.
Spumantis Maleæ formidatum caput. Stat. 2. Thebaid.
Nuaræ etiam hodie vocant *Capo Melio*.

Maledico, Maledictum, Malefacio, Vide MALVS Adiectiuum.

MALEVENTVM, Cãpaniæ vrbs, quã nunc, teste Perotto, boni hominis causa Beneuentum dicimus. Vide Plinium lib. 3. cap. 10.

Maleuolentia, Vide MALVS Adiectiuum.

MALEVS, vt refert Plin. lib. 2. cap. 73, in Indiæ gente Oretum mons est, iuxta quem vmbræ æstate in Austrum, hyeme in Septentrionem iacent.

MALIACA, pen. corr. {μαλίακα} Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgò *Malgrado*.

Malicorium, malicorij {σίδιον} Putamen mali granati, inquit Hermolaus. Plin. lib. 24. cap. 11, Cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. Vulgus coria maximè perficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici. De malo Punico.

MALIEA, Vrbs Thessaliæ: à qua populi Malices, & mare vicinum Maliacum. Vide Strabonem lib. 13.

Maligne, Malignus, Vide MALVS Adiectiuum.

MALIMNVS, Siciliæ mons Theocrito: dictus quòd malis, hoc est pomis sit refertus.

Malitia, Vide MALVS Adiectiuum.

Mallcus, mallei, m.g. {σφύρα, σφῦρον} Fabrile instrumentum: dictum quòd res duras molliat, quasi molliens. Plaurus Menæch. 9.

-quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam,

Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 22, Corbes, siscinæ, tribula, mallei, & rastelli.

Malleolus, pen. corr Diminutiuum {μαλλεόλος} teste Columel. lib. 3. cap. 6, dicitur nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello. sic dictus ab ipsius mallei similitudine: quòd in ea parte quæ decidítur ex vetere sarmento, prominens vtrinque malleoli species præbet, & plantationi aptus est. Vel quòd (vt Plin. ait lib. 17. cap. 21.) soleat capitulatus vtrinque è duro surculus feri. Cic. de Senect. Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ita afficiunt, vt queuuis cum admiratione delectent? Idem pro Milone, Domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.

¶ Malleolus, Genus sagittæ, vt opinor, capitatæ, vnde ei nomen, in cuius capite includebatur ignis, qui turres ligneas vrbem oppugnantes incenderet. Vegetius lib. 4. cap. 18, Quòd si oppidani exire non audeãt, maiores ballistas, malleolos, vel phalaricas cum incendio destinant: vt perruptis coriis, vel centonibus, intrinsecus flamma condarur. Malleoli velut sagittæ sunt, & vbi adhæserint, quia ardentes sunt, vniuersa cõ flagrãt. Fortassis non ineptè vocaueris, *Matteras à feu*.

Malleolaris, & hoc malleolare, pen. prod. {μολυβδωτικὸν} A malleolus fit. Columella de Arboribus, cap. 3, Virgam malleolarem nó amplius quàm sex gemmarum esse conuenit.

Malleator, pen. prod. huius malleatoris {σφυρωτὴς} Martialis lib. 12,

Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste verberat saxum.

Malleatus,pen.prod.Adiectiuum {σφυρατὸς} Quod malleo factum est. Vlpianus in l.Librorum appellatione.D.de Leg.tertio, Sed perscripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum.lib.12.cap. 19, Isque qui præerit huic decoquendo, cola iuncea vel spartea, ex crudo,id est non malleato spatio præparata habeat.

MALLOPHOROS {μαλλοφόρος} Ceteris est cognomentum in Megaride, quod ab iis videtur impositum, qui mortalium primi oues conuertere cœperint.Siquidem lanam dicunt Græci μαλλὸν, ex quo & Idam μαλλοφόρον vocarunt,velut πολυφόβητον, Id est ouibus abundãtem. Author Cæl.lib.25.cap.1.

MALLOS {μᾶλλος} Vrbs Ciliciæ. Stephanus. Lucan. lib.3, Mallos, & extremæ resonant naualibus Ægæ.Hodie vulgò *Malo*.

Malluuium,malluuij,neut.gen.{χειρόνιπτρον} Vas in quo lauãtur manus.Vide Bayfium.

Malluuias fœminino genere dixit Cælius Antiqu.lect.lib.28.cap.1.

MALVS {μέλινος} Mons est in ea parte Indiæ,quæ est intra Gangem, à quo vicini populi Malli appellantur.Author Plin.lib.6.cap.17.

Malo,mauis,maulr {προαιρέομαι} Pluraliter, malumus,pen. corr.maunltis,malunt.Præterito imperfecto,malebam, &c. Præterito perfecto,malui, &c. Præterito plus quàm perfecto,malueram,&c. Futuro,malem,males,malet,&c. Quintil.lib.1, Qui Græcam figuram sequi malet. Cic.5.Verr. Quid ergo?in singulos H S.quinquagenis millibus damnari mauultis?

Imperatiuo caret.

Optatiuo, mallem, &c. Præterito perfecto, & plus quàm perfecto,maluissem. Futuro,malim.

Coniunctiuo,malim. Præterito imperfecto,mallem. Præterito perfecto, maluerim. Præterito plus quàm perfecto, maluissem. Futuro,maluero.

Infinitiuo,malle. Præterito perfecto,& plus quàm perfecto,maluisse. Cæteris caret.

Malo, significat magis volo. Cic. in Orat. Malle pro magis velle.

Mauellem,mauolo, mauelim dixit Plaut.in Amphit.6, Experiri istuc mauellem me,quàm mihi memorarier.Idem Asin.5,Amari mauolo mignatæ me absente. Et Aulul 25,

Mortuum ego me mauelim letho malo.

Malobathrum,malobathri,pen.corr. {μαλάβαθρον.} Arbor.Plin.lib. 13 cap.26,Dat & malobathron Syria arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta, fertiliore eiusdem Ægypto,laudatius tamen ex Iudia venit.Horat.2.Carm.ode 7.

-coronatus nitentes

Malobathro Syrio capillos.Ex malobathrinis enim foliis antiqui vnguentum siue oleum componebant ad tingendos siue etiam odore aspergendos mulierum capillos,atque hoc ideo foliatum appellabãt.

Maloion {μαλόιον} A quibusdam appellata est herba, quam Dioscorides Lychnidem coronariam appellat.

Maltha.malthæ,fœm.gen.Plin.lib.36.cap.24, Maltha è calce fit recenti:gleba vino restinguitur:mox tunditur cum adipe suillo & ficu,duplici linamento.quæ res omnium tenacissima,& duritiam lapidis antecedens.Quod malthatur,oleo perfricatur anté. Idé lib.2.cap.104, In Comagenes vrbe Samosata stagnum est,emittés limum(maltham vocant)flagrantem. Quum quid attigit solidi,adhæret. Præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendẽre muros oppugnante Lucullo: flagrabãtque miles armis suis. Aquis etiam accenditur. Terra tãtùm restingui docuere experimenta. Ex quibus verbis apparet duplicem esse malthamnaturalem,& factitiam.

¶Maltha etiam veteribus dicebatur mollis,teste Nonio. Lucilius, Insanum, quem malcham & fœminam dici iubet. Sanè malthacia Græcis, mollities dicitur Latinis:& malthacus, mollis,etfœminatus. Inde Horatianus Malchinus, mollis homo est & effœminatus,

Malchinus tunicis demissis ambulat, &c. Vide Lambinum in 2. Satyr.6.lib.Serm.Horat.

¶Maltha,Est Iulio Polluci cera, qua tabella Iudicũ illinebatur,&, interprete Festo,pix erat cum cera mixta. Similis est quam in Verrẽ Cicero ceram legitimam vocat,qua tabellæ iudiciales incerabantur: Hesychio cera mollis est.Monuit Turneb.

Maltho,malthas,malthaui,malthatum,malthãre, Maltha ferruminare. Vide primum Plinij exemplum,paulo antè citatum.

MALVA,Aphricæ fluuius, Cæsariensem Mauritaniam à Tingitana diriment,teste Ptolem.lib.4 cap.1.Plin.lib.5.cap.2.Maluanam appellat.

Malua,maluæ {μαλάχη} Herba quæ antiquis in deliciis aceteriorum erat,quam quidam à mosliendo dictam putant,quasi moluam, quòd ventrem molliat.Vide Plinium lib.20.cap.21. Martialis,

Viere lactucis,& mollibus vtere maluis Cic. Gallo,lib.7.27, A beta & à malua deceptus sum.

Læues maluæ,Horat.1.Carm.ode 31.

Salubres maluæ graui corpori.Horat.Epod.2.

Virides maluæ.Ouid.4.Fast.

Maluaceus,Adiectiuum {μαλακώδης} Quod ad maluam pertinet, siue ad maluæ similitudinem factum. Plin. lib. 21.cap.4, Alia funditur è caule maluaceo.

Maluaceus, Substantiuum.Scribit enim in capite De diminutiuis Priscianus,quædam esse diminutiua,quæ genere discrepant à sua origine,vt beta,malua,hic betaceus, maluaceus: Hoc est paruula beta, paruula malua,vt interpretatur Turnebus. De hoc vide plura in dictione Betaceus,suo loco.

Maluaticum vinum,& Maluasium,quod modò dicitur, ex Creta, sunt qui à veteribus dici passum opinentur. Author Cælius libro 13. cap.11.Vide MONOBASITES.

Malum terræ, herba: cuius sunt genera quatuor, quæ recensentur à Plinio lib.25.cap.8.

Malus,mali,fœm.gen. {μῆλα} priore producta,Arbor. Tractum nomen à Græcis,qui malum μῆλον dicunt.

Malum,mali,n.g.Mali fructus.Virg.3.ecloga,

Malo me Galathea petit lasciua puella.

Malum,quod Æoles dicunt μᾶλον.Varro de Lingua Latina lib.4.

Felicis mali aurea imago.Ouid.epist.19.

Aurea mala.Virg.3.eclog.

Cana mala tenera lanugine.Virg.2.eclog.

Roscida.Virg.8.eclog.

Pelusiana,In PELVSIVM.

Redolentia mala in patulis canistris,Ouid,3.Metam.

Citreum.Martialis lib.13.

Punicum.Colum.lib.5.cap.10.

Granatum.Plin.lib.26.cap.8.

Orbiculatum.Plin.lib.15.cap.14.

Persicum,Plin.libro 15.cap.14. Sunt plura alia genera apud ipsum Plinium,& Columellam lib.5.cap.10.& Varronem de Re rust. libro 1. cap.59.

Malinus,pen.corr.Adiectiuum {μηλινὸς} Quod est ex malo arbore factum.Colum.lib. 7.cap.8,Est etiam non ingrati saporis muria perduratus,atque ita maligni ligni vel culmi fumo coloratus. De caseo.

Malus,mali,m. gen.priore producta {ἱστὸς} Arbor nauis. Lucret.lib.2, Antennas,proram,malos,tonsásque natantes. Cic.de Senect. Vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandant,alij per foros currant.

Velifer malus.Valer.1.Argon.

Saucius celeri Africo Horat.1.Carm.ode 14.

Rigido pendentia lintea malo Ouid.epist.5.

Erigere malum.Virg.5.Æneidos,

Ingentique manu malum de naue Seresti Erigit.

Malus,Adiectiuum,priore correpta {κακὸς πρᾶγμα κλυνῶν ἕλκος λοιγὸς ἄλητος} Quod est Bono contrarium.

Homo minimè malus.Cic 3.Offic.Philosophi quidam minimè malos illi quidem,sed non satis acuti.

Fortuna malorum leuior.Ouid.4.Trist.eleg.1.

Pœnas exercere malorum,Castigare malos.Virg.6.Æneid.

¶Mala ætas.Plaut.Aulul.4,

Atque vt te dignam,mala malam ætatem exigas.

Ager.Virgil.2.Georg.

Ambitio Horat.2.Serm.saty.3.

Carmina mala condere.Horat.2.Serm.saty.1.

Consuetudo.Horat.1.Serm.saty.3.

Contagia.Virg.1.eclog.

Dapes Horat.Epod.3.

De dolo malo iudicium,In DOLVS.

Error.Virg.8.eclog.

Facinus.Plaut.Pseud.11.

Fama.Terent.Phorm.1.3,

Quòd habes,ita vt voluisti,vxorem sine mala fama:palàm Beatus.

Forma mala mulier,illiberali,indecenti.Plaut.Merc.7,

-rectè ego emero matri tuæ

Ancillam vitaginem aliquam,non malam forma mala.

Gaudia.Virgil.6.Æneidos,

Tum consanguineus lethi sopor,& mala mentis Gaudia.

Homo.Plaut.Menæch.1.4,

-ô hominem malum!

Vt dissimulat!

Lingua.Virgil.7.eclog.

Manus.Plaut.Amphit.7.

Meix mala.Plaut.Persa,6.

Opera.Plaut.Asin.12,

Hinc inerunt viginti minæ bonæ,mala opera partæ.

Pondus.Plaut.Amphit.4,

Haud malum huic est pondus pugno.s.perij,pugnos ponderat.

Pudor.Horat.1.epist.17,

Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.

Puella.Propert.lib.4.eleg.4.

Re mala magna mactari,In MACTO.

Scabies.Horat.de Arte, Turnebus hîc,malam scabiem interpretatur feram,quam Græci φαῦλον ἄγριον vocant,credebántque veteres Romani contagione ad alios transire. Cels. De scabie,Itaque eam,quæ talis est,ἄγριον,id est feram Græci appellant.

Tempora Martialis lib 12,

Temporibúsque malis ausus es esse bonus.

Verba.Plaut.Trinum.4,

Quid venis?M.malis te vt verbis multis multum obiurgem.

Versus.Cic.in Pisonem.

Mala aui,id malis auspiciis.Horat.Carm.lib.1.od.15.

-Mala ducis aui domum,Quam multo,&c. De paride & Helena. Prouerbiale est.

¶Malum,substantiuè positum.Cic. ad Atticum, lib.13, Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem: tibi enim placebit, quam non fuit malum scribi.

¶Malum,Damnum,incommodum, detrimentum, labor: vt Malum præsentarium.Plaut.Pœnul.11,

-siquid boni promittunt,pro spisso euenit:

Id quod mali promittunt,præsentarium est. Virg.2.Georg.

Assuetúmque malo Ligurem.

Damnum aut malum dare.Terent.And.1.1,

Quid facias illi qui dederit damnum aut malum?

¶Malum, pro Iniuria & contumelia, verberibúsque. Cic.5. Verr. Tu nisi malo coactus rectè facere nescis? Ibidem,Nam vi,malo,plagis adductus est,vt frumenti daret, non quantum haberet,sed quantum cogeretur.Budæus.

Intolerabilibus malis comes est angor.Lucret.lib.6.

Fessus malis.Ouid.9.Metam.

Causa & cibus mali.Ouid.1.de Remed.amoris,

Fac monitis fugias otia prima meis.

Hæc,vt ames,faciunt.hæc,quæ fecerretuentur:

Hæc sunt iucundi causa,cibúsque mali. Id est otia faciunt, & nutriunt malum.

Causa,

Causa,crimen,capútque malorum.Virg.12.Æneid.

Copia magna mali.Lucret.lib.6.

Euitatio,liberatio,imminutio,conuersio malorum.Quintilian.lib. 5.cap.10.

Domitor malorum somnus.Senec.Herc.fur.12.

Irritamenta malorum opes.Ouid.1.Metam.

Labes mali.Virg.2 Æneid.

Moles.Lucret.lib.3,

Tanta mali tanquam moles in rectore constat.

Præsaga mens.Virg.10.Æneid.

Requies nulla.Lucret.lib.6.

Solamen.Virg.3.Æneid.

Terminus.Lucret.lib.3.

Timor.Quintil.lib.3.cap.8.

¶Deforme malum.Ouid 3.de Arte.

Dura.Horat.2.Carm.ode 13.

Extiliale ambitus.Silius lib.8.

Fatale.Ouid.5.Trist.eleg.1.

Fœnebre.Tacit.lib.5,Sane vetus Vrbi fœnebre malum.

Funestum.Ouid.3.Trist.eleg.6.

Furiale.Senec.Thyest.19.

Gliscens.Sil.lib.7.

Grande.Horat.2.Serm.saty.1.

Grauius.Horat.1.Serm.saty.2.

Immedicabile malum cancer.Ouid.2.Metam.

Insitum in natura,Vide INSERO,insui.

Insperatum,nec opinatum,Cic.3.Tusc.

Iocularium,Vide IOCVS.

Intestinum,Vide INTESTINVS.

Iucundum.Ouid.1.de Remed.amor.Sic vocat amorem.

Mediocre,In MEDIOCRIS.

Mortale.Ouid.7.Metam.

Malum nascens & inueteratum. Cic.5.Philip. Omne malum nascens facilè opprimitur,inueteratum sit plerunque robustius.

Natium,In NASCOR.

Perpetuum.Ouid.2.Amor.eleg.5.

Prædulce malum luxuries.Claud.2.Paneg.

Publica.Tacit.lib.14.

¶Abstrahere à malis,à bonis,In ABSTRAHO.

Accedit aliud malum,In ACCEDO.

Accidit malum. Cicero de Amic. Nihil mali accidisse Scipioni puto.

Accipere mala ex scholis. Quintil.lib.1. cap.2, Non accipiunt ex scholis mala ista,sed in scholas afferunt.

Adiecere multum malo,In ADDICIO.

Afferre in scholas.Quintil.lib.1.cap.2.

Affligi.Quintilian.in Procœm.lib.6,Ego vel hoc vno malo sic eram afflictus,vt me iam nulla fortuna posset efficere felicem.

Apportare,In APPORTO.

Auocare,à contuendis.Vide AVOCO.

Cauere. Cicero 1.de Orat. Quàm sit bellum cauere malum, scire possumus.

Densorum turba malorum circunstat me.Ouid.3.Trist.eleg 7.

Cœnare malum, Vide COENO.

Comparare,In COMPARO.

Conficere,In CONFICIO.

Coniicere se in, Vide CONIICIO.

Conuertere malum aliquod ad salutem,In CONVERTO.

Crescere.Cic.in Philip.

Emergere é.Terent.in Andr.

Eripere aliquem.Virg.6.Æneid.

Erumpere.Cic.de Aruspi.respon.

Esse in.Cels.lib.3.cap.15,Nam quartana neminem iugulat: sed si ex ea facta quotidiana est,in malis æger est.

Euadere malum in perpetuum.Celsus lib.4.cap.vlt.

Euellere radicitus.Lucret.lib 3,

Sic hominum genus est,quanuis doctrina politos

Constituat pariter quosdam,tamen illa relinquit

Naturæ cuiusque animæ vestigia prima:

Nec radicitus euelli posse putandum est.

Excitare.Cic.ad Attic.7.

Maximum exortum est malum.Senec.Octau.7.

Veterum malorum supplicia expendunt.Virg.6.Æneid.

Facere.Cic.ad Attic.lib.5,Commemorat quid olim mali C. Iulius fecerit,&c.

Grauescentibus in dies publicis malis.Tacit.lib.14.

Habere malum,pro Pati. Cic.ad Attic. lib.7,Virum bonum oportere esse dicant ne malum habeat. Idem 1. Tusc. Infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita.

Iacere in. Cic.ad Attic.2.

Impendent te mala,Vide IMPENDEO.

Impertire aliquem malis,Vide IMPERTIO.

Incaluit vis illa mali.Ouid.9.Metam.

Incidere in malum,Vide INCIDO,pen.corr.

Inferre mala,Vide INFERO.

Ingerere in aliquem,Vide INGERO.

Ingrauescit in dies,Vide INGRAVO.

Insultare malis,rebúsque ægrescere lætis.Stat 2.Thebaid.

Inuasit hoc malum in Rempub.Vide INVADO.

Inuehere,Vide INVEHO.

Inuigilare.Ouid.4.Fast.

Interuenit cogitationibus auitum malum,Vide INTERVENIO.

Dignum malo ab vniuersis iudicari.Cic.5.Verr.

Lenire.Celsus lib.6.cap.6.de Euelpidis collyrio.

Leuare malum arte Apollinea.Ouid.3.Trist.eleg.3,

Mactare malo & damno,In MACTO.

Manabat illud malum vrbanum,In MANO.

Mendicare,Vide MENDICVS.

Metuere Reipublicæ malum ab aliquo,Vide METVO.

Miscere,Vide MISCEO.

Nanciscí,Vide NANCISCOR.

Nascitur,Vide NASCOR.

Obliuiscí malorum.Horat.Epod.1.

Ingentibus obstare Senec.Thebaid.1.

Onerare aliquem.Virg.4.Æneid.

Malis onerari. Cic.Pato, libro 9.10, Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non molestè tuli. Malis oneratur, qui male mulctatur & vapular,oneratúrque plagis: scurram autem velitem dicit,scurram tironem,non veteranum,grauis armaturæ: vt enim si veles cum armato milite congrederetur, male acciperetur, sic vt velitem scurram se verberatum esse iocatur à Papyrio dicacissimo & acerrimo scurra.Turneb.

Finem malorum orare.Ouid.1.Metam.

Parere malum alicui.Tibull.lib.4.eleg.12,

Hoc peperit misero garrula lingua malum.

Premi.Quintil.lib.7.cap.3.

Relegare mala omnia ad crimen fortunæ.Quintil.in Procœm.lib.6.

Resistere malo.Ouid.1.Metam.

Sanant vina malum.Propert.lib.3.eleg.17.

Satiari,Stat.2.Sylu 1.

Sedare,vel potius tollere malum. Cic.2.Philip. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedaui,vel potius sustuli.

Quum serperet in vrbe infinitum malum.Cic.1.Philip.

Aliquid mali subest.Celsus lib.1.cap.26.

Subire malum. Cicero ad Attic. libro 7,Quid horum malorum quorum aliquod certe subeundum est,minimum putes.

Sustinere.Cic.Nihil est mali quod non sustineam & expectem.

Tentari.Celsus lib.5.cap.28,

Transire multa malorum,Superare multa mala.Lucret.lib.5.

Vertere malo.Tacit.libro 5,Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniæ malo vertisse.

Vitare.Lucret.lib.5.

Vrgeri.Cic.Nihil fingi potest mali,quo non vrgear.

¶Malùm, Interiectio irascentis.Terent.Eunuch.4.7,Vbi alij?s.qui, (malùm)alij?solus Samnio seruat domum.Vbi Donatus, Malùm per παρένθεσιν suauiter infertur. Plaut. Epid. Quæ (malùm) hæc imprudẽtia est?Et non interponitur malùm,nisi oculis cõuersis ad eũ,qui id quod reprehẽdimus,dixerit. Terent.Phorm.4.5,Quid tua(malùm) id refert?Donatus,Malùm interiectio est. Idem alio loco,Malum, Aduerbium interpositæ indignationis. Terent.Phorm.5.8,

-condonamus te.P.audio.

Quid vos(malùm)ergo me sic ludificamini,

Inepti vestra puerili sententia? Plinius lib.7.cap.55,Quæ (malùm) ista dementia est,iterari vitam morte?Vbi Hermolaus,Hic loquendi mos per interrogationem & honestus & vsitatus Plinio, Ciceronísq;. Cic.4.ad Atticum, lib.5.108, Qui (malùm) isti Pendentissæ? Idem 4.Verr.Quæ(malùm)ista fuit amentia? Idem 1.Philippica. Et pro Rosc.Comœdo.

Malè,Aduerb. {κακῶς} variis verbis iungitur.

Malè animo est.Terent.Adel.4.5,

Miletum vsque obsecro?M.ita.AE.animo malè est.

Quid ipsæ,quid aiunt?Vbi Donatus, Animo malè fieri dicitur, quum ictu alicuius mœroris perculsus animus, non sustinet corpus,sequiúrque ruina membrorum. Plaut.Curcul.7, -animo male est. PH. Vín' aquam.si frustulenta est,da obsecro,hercle obsorbeam,

Nimis malè,Vide NIMIS.

Malè concordes.Lucan.lib.1.

Malè fidus.Ouid.1.Trist.eleg.5.

Malè fida carmina.Ouid,in Ibin.

Statio malè fida carinis.Virg.2.Æneid.

Malè gratus.Ouid.2.Amor eleg.18.

Malè moratus,Malis moribus præditus.Plaut.Sticho,3,

Facilè inuenies & peiorem,& peius moratam pater,

Quàm illa fuit.

Malè oculatus.Suet. de Claris Rhetorib.Sextus Claudius è Sicilia Latinæ simul,Græcæque eloquentiæ professor malè oculatus & dicax paroculorum.

Malè pinguis arena.Virg.1.Georg.

Malè sanus,Cicero ad Attic.libro 9,Ego autem illum malè sanum semper putaui,nunc etiam impurum & sceleratum puto.

Malè sani poetæ.Horat.1.epist.20.

Malè sana cicatrix.Ouid.2.de Remed.amor.

Malè salsus.Horat.1.Serm.saty.9.

Malè sarta gratia.Horat.1.epist.3.

Malè sedulus.Ouid.3.de Arte,

Coniugis ad timidas aliquis malè sedulus aures

Auditos memori detulit ore sonos

Malè sobrius.Ouid.6.Fast.

Male suadus,penult.prod. {πανοῦργος} Adiectiuum, Qui malè suadet. Plaut.Mostel.4,

Perij hercle,ni ego illam pessimis exemplis enicasso:

Illa hanc corrumpit mulierem male-suada vulgi lena.

Amor male-suadus sceptri.Stat.11.Thebaid.

Fames male-suada.Virg.6.Æneid.

¶Male accipere aliquem verbis, pro Iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando verbis. Cic.4, Verrina, Epicrates homines multis verbis malè à se acceptos dimisit. Idem 3. Verrina, Malè accipit verbis Rabonium. Lentulus Ciceroni,lib.12.14, Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confisus vrbe,Laodiceam,quæ est in Syria,ad mare se contulit. Hirtius in Comment. Itaque aduersarij malè accepti,tum demum præsidia contulerunt.

Malè acceptus inopia omnium rerum. Brutus Ciceroni, libro 11.13,
Recurri ad meas copiolas: ſic enim verè eas appellare poſſum: ſunt enim extenuatiſsimæ, & inopia omnium rerum peſsimè acceptæ.
Malè animatus erga principem. Sueton. in Vitel. cap. 7, Adeuenientem malè animatus erga principem exercitus, pronúſque ad res nouas, libens ac ſupinis manibus excepit.
Malè audire, Infamari, inquit Valla lib. 3. cap. 87, crimina noſtra audientes. Cuius contrarium eſt Malè dico. Terent. Phorm. 2. 3,
Si herum infimulabis auaritiæ, malè audies. Cic. Attico, lib. 6, Nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat.
Malè cadere, Id eſt malè ſuccedere, ſiue accidere alicui quod non ſperabat. Cæſar in Comment. Vbi tantos ſuos labores & apparatus malè recidiſſe viderunt.
Malè cogitare de aliquo. Id eſt maleuolo in aliquem animo eſſe. Ad alterum enim refertur, inquit Valla lib. 3. cap. 87. ſignificátq; pernicíem, non errorem. Cic. de Senect. At Senatui quæ ſunt gerenda præſcribo, & quomodo Carthagini malè iam diu cogitanti bellum inferatur.
Malè conciliatus. Terent. Eunuch. 4. 4, Fugitiue prodi, malè conciliare. Vbi Donatus: Malè, magno ſignificat: vt Plautus Amphit. 4, Hæc nox ſcita eſt, exercendo ſcorto conducto malé. Ergo malè cóciliate, magno empte ſignificat. nam omnis contentio conciliatio nominatur. Plautus Pſeud. 4. 1,
Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati.
Malè conditum ius. Horat. 2. Serm. ſaty. 8.
Malè conſulere in aliquem. Terent. Heaut. 3. 1,
-peſsimè iſtuc in te atque in illum conſulis,
Si te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis.
Malè credere. Plaut. Pœn. 1. 4,
-malè credam & credam tamen,
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. M. Fidei non melius creditur. Id eſt, tutum non fuerit tibi credere. Idem Curcul. 1. 5,
Argentariis malè credi qui aiunt, nugas prædicant,
Nam & bene & malè credi dico: id adeò hodie expertus ſum,
Nam malè creditur qui nunquam reddunt, ſed prorſus perit.
Malè defendere aliquem. Virg. 1. Georg.
Malè deſcribere. Terent. in prologo Eunuchi,
Qui bene verrendo, & eas deſcribendo malè, ex
Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.
Malè dicere. Terent. And. 4. 5,
-verbum ſi mihi
Vnum, prærerquàm quod te rogo, ſaxis caue.
M. Malè dicis. D. vnde eſt? dic claré. Donatus, Malè dicis, cũ contemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo malè dicis, lentius eſſe dictum, quum ſubiungit, Dic claré. Rurſum Donatus, Malè dicis, Noue Malè dicis, pro comminatione poſuit, quum pro conuitio ſoleat poni. niſi fortè quia contumeliæ genus eſt cõminatio. Hactenus Donatus. Vtplurimum coniunctim ſcribitur.
Malè docere. Terent. Heaut. 4. 1,
Malè docet te mea facilitas multa. Id eſt cauſa eſt tibi vt malè agas: Arripis inde anſam malè faciendi.
Malè facere. Cic. ad Brutum, libro 11. 21, Dij iſti Segulio malè faciant homini nequiſſimo omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Idem ad Attic. lib. 9, Quòd ſi iſte Italiam relinquet, faciet omnino malé.
Malè fauere alicui. Ouid. epiſt. 2.
Malè feriati. Horat. 4. Carm. ode 6.
Malè formidare, pro Multum, & valde timere. Plaut. Amphit. 4,
-formido malé,
Ne ego hîc nomen commutem meum. Idem Ciſt. 10,
Quæ in tergum meum ne veniat, formido malé.
Malè geſta res. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.
¶Malè, pro Parum. Horat. 1. Carm. ode 9,
Pignúſque dereptum lacertis
Aut digito malè pertinaci. Id eſt parum pertinaciter retinenti. Lambinus.
Malè habet me hæc res, Id eſt illud me moleſtat, angit, vexat, ſolicitat. Plaut. Aſin. 15,
Scio equidem quamobrem me pater triſte m credas nunc tibi:
Quia iſtæc eſt tecum: atque ego quidem hercle vt verum tibi dicam pater,
Ea res me malè habet. Terent. And. 2. 6, Præter ſpem euenit ſentio: hoc malè habet virum. Idem Eunucho, 4. 2,
-malè verò me habens,
Vbi ad ipſum veni diuerticulum. co nſtiti.
Malè locata beneficia Cic. 2. Offic. Ex Ennio.
Malè loqui alicui. Plaut. Capt. 11. Terent. Phorm. 2. 3, Pergín' hero abſenti malè loqui impuriſſime? Donatus, Malè loqui, pro Malè dicere.
Malè maceror. Plaut. Ciſtel. 1. Id eſt, Vehementer, valde.
Malè mereri de aliquo, pro Nocere alicui, & illi incommodare. Plautus Aſin. 4, Bene merenti mala es, malè merenti bona es? Cic. 1. de Finibus, Malè credo mererer de meis ciuibus.
Malè mereri de ſe. Cicero 5. de Fin. Quare quotteſcunque dicetur, malè de ſe quis mereri, ſibíque eſſe inimicus, atque hoſtis, vitam denique fugere, &c.
Malè metuo eum, Id eſt, Valde illum timeo. Plaut, Curcul. 15,
Peſsume metui ne mihi hodie apud Prætorem ſolueret. Terent. Hecyra, 3. 2,
Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.
Malè multari, Malè tractari, affici, & puniri. Cicero 6. Verrina, Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, malè multati clauis ac ſuſtibus repelluntur.
Malè nati verſus. Horat. 2. epiſt. 1.
Malè nupta, Malè collocata. Plaut. Caſina, 4,

-ita ſolent omnes quæ ſunt malè
Nuptæ, domi & foris, quod ægrè ſit, ſatis ſemper eſt.
Malè odi, Id eſt valde. Cic. ad Attic. lib. 14, Non dubito quin me malè oderit.
Malè olere. Cic. 4. Tuſc. Vt malè olere omne cœnum.
Malè precari alicui, Maledicere alicui. Plaut. Merc. 5,
Malè mihi precatur, & facit conuitium.
Malè promeritus Plaut. Trinum. 17,
Miſerum eſt, malè promerita vt merita ſi mihi vlciſci non licet.
Malè quæſitæ opes. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Malè ſeruare fidem. Plaut. Trinum. 14,
Malè fidem ſeruando, illis quoque abrogant etiam fidem qui nihil Meriti.
Malè ſuadere. Plaut. Curcul. 10.
Malè ſit Antonio: ſquidem Buthrotiis moleſtus eſt. Cic. ad Attic. lib. 15. Hoc eſt, malè illi vertat fortuna. eſt enim imprecantis.
Ar vobis malè ſit malæ tenebræ. Catul. de paſſere, epigr. 3.
Malè eſſe alicui. Catull. ad Cornificium, epigram. 36,
Malè eſt Cornifici tuo Catullo,
Malè eſt, me hercule, & laborioſè.
Malè timeo, Id eſt valde. Terent. Heaut. 4. 1. -so. vt præter ſpem euenit, quàm timui malé.
Malè timere alicui, Valde timere nequid mali alicui accidat. Terent. Heaut. 3. 2, -quid ego neſciam?
Hominem priſtino dignum. s. quem? c. iſtum ſeruulum
Dico adoleſcentis. s. Syre tibi timui malé.
Malè vertat, Malè optantis vel imprecantis quid alicui, locutio eſt. Terent. Adelphis, 2. 1, Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vertat malé. Vbi Donatus, Adiicit cõtumeliam, quaſi & hoc multum ſit inimicum. ſæpe autem malè cedit quod bonum putatur: & hoc eſt malè vertiſſe. vt ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ percunti, de quo Virg. 4. Æneidos, -enſémque recluſit
Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus. Hactenus Donatus.
Malè veſtitus. Cic. in Piſonem, Ipſe cum hominibus quindecim malè veſtitis ad portam, &c.
Malè viuere, Id eſt pauperrimè, & in egeſtate, vel anxiè & ſolicitè. Plaut. Trinum. 13, Ego abeo, malè viue, & vale.
Maledico, maledicis, pen. prod. maledixi, maledictum {κακηγορέω, κακολογέω, κακοστομέω, βλασφημέω} maledicere, Maledictis afficere, conuicere maledicta in aliquem. Terent. Eunuch. 4. 7,
Caue ſis, neſcis cui maledicas nunc viro. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Liberius maledicere. Horat. 2. Serm. ſaty. 8.
Verbo maledicere alicui. Plaut. Aſin. 13, Nec vlli verbo maledicat.
Maledicus, pen. corr. {κακόλογος, βλάσφημος, κακάβρις, κακορρήμων} maledicentior, maledicentiſſimus, Obtrectator, mordax. Plaut. Merc. 4, At ego pol maledicentiorẽ, quàm te, noui neminem. Cic. 1. de Finibus, Lucifugi, maledici, monſtroſi.
Maledicentiſſima ciuitas. Cic. pro Flacco, In tam ſuſpiciosa & maledica ciuitate, locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Ibidem, Qui in huberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit.
Maledicus conuitiator. Cic. pro Murena,
Maledicus in omnes. Quintil. lib. 4 cap. 1.
Maledicentia {κακηγορία} Obtrectatio, conuitium. Gel. lib. 3. cap. 3, Ob aſſiduam maledicentiam & probra in principes ciuitatis de Græcorum poetarum more dicta.
Maledictum {κακολόγημα} Conuitium, Probrum, Contumelia. Cic. ad Quint. fratrem lib. 2. 7, Quum omnia maledicta, verſus denique etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur.
Refutatio maledictorum. Quint. lib. 4. cap. 3.
Vocis inſanæ maledicta. Propert. lib. 3. eleg. 8.
Commune. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 16, Pudorem rei tollet multitudo peccantium, & deſinet eſſe probri loco commune maledictum.
Supernacua. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Vana. Quintil. lib. 7. cap. 3.
¶Abſtinere maledicto, & maledictis, In ABSTINEO.
Addere culpæ. Ouid. 5. Metam.
Arripere ex triuio, In ARRIPIO.
Vocibus, maledictíſque celebrare aliquid. Cic. pro Cælio, Quod obiectum eſt de pudicitia, quódque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus, maledictíſque celebratum eſt, id nunquam tam acerbè feret Cælius, &c.
Cerrare, In CERTO.
Conferre omnia in aliquem. Cicero ad Attic. lib. 11.
Congerere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Conicere in vitam alicuius. Cic. pro Plancio.
Dicere in aliquem. Cic. ad Q. Frat.
Effugere. Cic. pro Flacco,
Extinguere. Cic. pro Domo.
Figere omnes maledictis. Cic. 1. de Nat. deorum, Zeno quidem non eos ſolùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæteróſque figebat maledictis, ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiæ, Latino vocabulo vrens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat.
Inſectari aliquem, Vide INSECTOR.
Inurere notis maledictorum. Cic. Philip. 13.
In maledicto obiicere aliquid alteri. Cic. in Vatinium, Quum tu mihi Cornelij defenſionem in maledictis obiiciendam putaris?
In maledicti vel criminis loco aliquid alicui obiicere. Cicero pro Cluentio.
Nihil in hiſce rebus loci eſt maledicto, quòd omnia laus occupauit. Cic. pro Murena.
Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid. Cicero in Piſonem.

Vexare

Vexare aliquem probris & maledictis. Cic. pro Flacco.
Maledicè, pen. corr. Aduerb. {κακολόγως} Contumelioſè. Cic. 1. Offic. Quod maximè tum ſolet euenire, quum ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa aut periculum, aut ſeuerè, maledicè, contumelioſéque dicitur.
Maledictio, Verbale {κακολογία.} Cic. pro Cælio, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.
Malefacio {κακῶν, κακουργέω} Vide Male facio, paulo anté. Quidam enim ſeparatim ſcribunt. Terent. Adel. 2. 1, Neque tu verbis vnquam ſolues quod mihi re malefeceris.
Malefactum. Lucret. lib. 3, Quod genus eſt animo malefactum quũ perhibetur. Genus loquendi vſitatum veteribus, quũ ſignificare volebant λειποψυχίαν, ſeu animi defectionẽ. Plaut. Milite, Poſtquam abs te abiit, animo malefactum eſt huic repentè miſeræ. Et alicui malefactum dicebant, cui aliquid incommodi euenìſſet, vt idem ibidem, Neſcio quid malefactum huic noſtræ familiæ eſt. Contrà Benefactum, & melius factum. Cic. Tuſc. 1, Prætereà Pompeio noſtro familiari, quum grauiter ægrotaret Neapoli, melius eſt factum. Monuit Lambinus.
Malefactum, malefacti {κακούργημα} Cic. 2. Offic. Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Ex Ennio.
Maleficus, pen. corr. Adiect. {κακόεργος, κακότεχνος, κυκοπονὸς, κακοφόρμιον} Qui damnum infert, qui nocet alteri. Cic. 7. Verr. In externorum hominum & maleficorum, ſceleratorúmque cuſtodias, in prædonum, hoſtiúmque tu tantum numerum ciuium Romanorum includere auſus es? Plin. lib. 11. cap. 52, Oculi quibuſcunque ſunt longi, maleficos eſſe indicant.
Maleficum frondibus animal capra. Plin. lib. 12. cap. 17.
Maleficа vis. Plin. lib. 31. cap. 2.
Vita. Tacit. lib. 4.
Malefica vlcera {ἕλκη κακοηθῆ} Medicis dicũtur, quæ aſpectu mitia videntur, vi autem difficultatis continent plurimum. Paulus Ægineta malefica intelligit, in cicatricẽ vix coeuntia. Celſus vlcera interpretatur mala. Sunt qui Chironia, vt quæ Chironis medicæ artis experientiſſimi opem requirant: vel Telephia, quando hoc mali genere conflictatus inſigniter Telephus ſit. Meminit Cæl. lib. 11. cap. 7.
Maleficium, maleficij {κακούργημα, κακοεργία} Damnum, iniuria, facinus. Budæus, Maleficium dicitur, quicquid improbè admiſſum eſt. Vlpian. in l. 1. D. Si famillia furtum feciſſe dicatur, Vtiliſſimum id edictum Prætor propoſuit quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorũ. Cic. pro Roſcio Amer. Vt ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire ad quem maleficium pertineret.
Maleficium & ſcelus. Cic. 2. Offic. Vtne illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere.
¶Abeſt ab illo maleficium, Vide ABSVM.
Admittere, In ADMITTO.
Committere maleficium, & Admittere maleficium. Cicero pro Roſc. Amer.
Maleficia conquirere. Varro de Ling. Lat. lib. 4.
Contaminare ſe maleficio. Cic. pro Roſc. Amer.
Conuictus maleficij, Vide CONVINCO.
Facere maleficium. Author ad Heren. lib. 1.
Perſequi. Sall. in Catil.
Prohibere à. Cæſ. Finitimis imperauit vt ab iniuria & maleficio ſe ſuóſque prohiberent.
Suſcipere. Author ad Heren. lib. 2.
Temperare ab iniuria & maleficio. Cæſar belli Gall. lib. 1, Neque homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, exiſtimabat temperaturos ab iniuria & maleficio. De Heluetiis.
Exercitus tranſit ſine maleficio, Id eſt innoxius, nihil damni adferens. Cæſar 1. belli Ciuil.
Maleficentia, Idem {κακουργία.} Plinius lib. 9. cap. 9. Cæſ. belli Gall. lib. 1, de Heluetiis, Sibi eſſe in animo iter facere per prouinciam ſine vlla maleficentia.
Maleficioſè, pen. prod. Aduerb. {κακοεργῶς} Cic. pro Cecin Quum hoc nouæ litis genus tam maleficioſè intenderet, &c. Alia exemplaria habent malitioſè.
Malettractatio, malettractationis, penul. prod. vnico vocabulo ab Arnobio dicitur, quam Rhetores actionem malæ tractationis duobus ſcilicet verbis proferunt. Sic enim ſcribit lib. aduerſ. gent. Et tolerari forſitan hæc malettractatio poſſet. Item alio loco, Immunes tamen à deorum malettractatione nec ſic eſtis. Annotauit Turnebus.
Maleuolus, pen. corr. Adiectiuum {κακόνους, δύσνους} Inuidus: malum cuiquam exoptans. Cicero ad Brutum, 15, Atque illo die cognoui paulo plures in Senatu maleuolos eſſe quàm gratos.
Maleuolens, pen. corr. maleuolentis {κακοντῶν} Idem quod maleuolus. Plaut. Viuo maleuolente genio natus.
Maleuolentia {κακόνοια, δύσνοια} Eſt voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo: vt ait Cic. 4. Tuſc. Idem ad Quint. fratrem, lib. 1. 1, Quanquam illorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.
Occurrere maleuolentiæ hominum, In OCCVRRO.
Maleuolentia ſuffutus. Cic. Fam. 1.
Malignus, Adiect. {κακοήθης, κακόηθης} Qui difficultatem ſui oſtendit, inquit Donatus. hoc eſt qui aſper, difficilis, inuidus, auarus eſt. Terent. Hecyra, 1. 2,
Maligna multò, & magis procax facta illicò eſt. Plin. Homo malignus & inuidus.
Fama maligna alicui, Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. Hoc eſt fama anguſta & tenuis.
Ignis malignus, Vide IGNIS.
Mente maligna facere aliquid. Catullus ad Mallium, epigrammate 63.
Incertum ac fragile nimirum eſt hoc naturæ munus, quicquid datur nobis: malignum verò & breue. Plin. lib. 7. cap. 50.
Oculi. Virg. 5. Æneidos,

At matres primo ancipites, oculíſque malignis
Ambiguæ, ſpectare rates.
Vulgus. Horat. 2. Carm. ode 16.
Malignus, Parcus. Quintil. lib. 2. cap. 2, In laudandis diſcipulorum dictionibus nec maligni, nec effuſus. Budæus.
Malignus ager, Agricolis illiberalis, & minus ferax, inquit Nonius. Vnde etiam Maligni montes. Virg. 2. Georgicorum,
Difficiles primùm terræ, colléſque maligni.
Aditus maligni, apud Virgilium 11. Æneidos,
-tenuis quo ſemina ducit,
Anguſtæque ferunt fauces, aditúſque maligni. Id eſt anguſti & ardui.
Maligna lux, Subobſcura. Virg. 6. Æneidos,
Quale ſub incertam lunam ſub luce maligna.
Malignitas pen. corr. malignitatis {κακοήθεια, κακοθυμία, κακότης} Malus genius, peruerſa & deprauata voluntas. Plautus Capt. 8. 5,
Nam hercle huic dieí, ſi liceat, oculos effodiam lubens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Plin. lib. 25. cap. 8, Notata eſt auré hæc animalis huius malignitas in alia herba maior.
Malignitas, Parcitas. Liuius, Malignitas conferendi ex priuato.
Malignè, Aduerbium {κακοηθῶς} Peruerſè, & quod malitioſè Cicero dicit. Liu. 3. ab Vrbe, Malignè Senatus in vnum diem ſupplicationes c o s s. nomine decreuit.
Bene facta malignè detrectare. Ouid. 13. Metam.
Malignè diuiſus ager. Liu. 8. ab Vrbe, Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino, Falernóque malignè plebi diuiſus.
Laudare aliquem malignè. Horat. 2. epiſt. 1.
Malignè virens Plin. lib. 34. cap. 11. Hoc eſt deprauatè, non optimè.
Malitia, malitiæ {κακία, κακόηθεια.} Eraſmus, Malitia peruerſitatem ſonat, quum quis data opera malè agit. Cic. 4. Tuſc. Huius igitur virtutis contraria eſt vitioſitas: ſic enim malo quàm malitiam appellare eam quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt, vitioſitas omnium. Idem 3. Offic. Nec verò in præditis ſolùm ius ciuile ductum à natura, malitiam, fraudémque vindicat: ſed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Idem 1. de legibus, Atque etiam ſi emolumentis non ſua ſponte natura virtus expetitur, vna erit virtus quæ malitia rectiſſimè dicetur. Et paulo pòſt, Vt enim quiſque maximè ad ſuum cõmodum refert quæcunque agit, ita minimè eſt vir bonus: vt qui virtutẽ præmio metiuntur, nullam virtutem, niſi malitiam putent.
Leuis. Senec. epiſt. 47, Hoc habent inter cætera boni mores, placent ſibi & permanent: leuis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud.
Mala. Plaut. Aulul. 7,
Certè ædepol equidem te ciuem ſine omni malitia mala etiam
Semper ſum ratus, & nunc arbitror.
Audere aliquid malitia. Quintil. lib. 3. cap. 8, Sic Catilina apud Saluſtium loquitur, vt rem ſceleratiſſimam non malitia, ſed indignatione videatur audere.
Certare, Vide CERTO.
Malitia cæli, Inclementia. Plin. Quod modò cæli, modò terræ malitia facit. Varro, Id ſæpe accidit malitia ſoli.
Malitioſus, pen. prod. Adiectiuum {κακόηθης} Verſutus, callidus, aſtutus, fallax. Cic. 3 Offic. Hoc autem celandi genus quale ſit, & cuius hominis, quis non videt? certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri.
Malitioſa iuris interpretatio. Cic. 1. Offic.
Malitioſè, pen. prod. Aduerbium {κακοήθως} Callidè & doloſè. Cicero 2. Verrina, Malitioſè neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere.
Facere malitioſè in eligendo. Cic. in Orat.
Doloſè aut malitioſè. Cic. 3. Offic. Aut quum dicitur, inter bonos bene agier: quicquam agi doloſè aut malitioſè poteſt?
Malitioſè atque conſultò aliquid facere. Cic. 4. Verr. Sed ego Metello non iraſcor: neque ei ſuam purgationem cupio, qua ille apud omnes vtitur, vt nihil malitioſè neque conſultò feciſſe videatur.
Malitioſius gerere rem mandatam. Cic. pro Roſc. Amer.
Malitioſè verſari in re aliqua. Vlpian. in l. Si rem alienam. in principio. D. de pignorat. action.
Peior, & hoc peius {κακίων} Comparatiuum à Malus. Cic. 8 Philip. Turpis autem fuga mortis, omni eſt morte peior.
Peiore res loco non poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt. Terent. Adelph. 3. 2.
In peius ruere. Virg. 1. Georg.
Peioro, as, are, Peius deteriúſve reddere. Paulus lib. 2. Sententiarum, cap. 19, Homo liber qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & peiorare eum, & meliorem facere poteſt.
Peius, Aduerb. {κάκιον} pro Magis, & multò magis ac vehementius. Cic. 10. Philip. Quũ hæc veteranus Capho, quo neminem veterani peius oderunt.
Spe peius. Horat. 1. epiſt. 6.
Peſſimus, pen corr. {κάκιστος} Superlatiuum à malus. Plinius lib. 11. cap. 37, Eſt autem ieeur nihil aliud quàm purgamẽtum peſſimi ſanguinis.
Omnium peſſimus poeta. Catul. ad Marcum Tull. Cic.
Monimenta peſſima ſcelerum. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Sors peſſima rerum. Ouid. 14 Meram.
Peſſimum, peſſimi, pen. corr. n. g. Subſtantiuum, Maximum malum. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 13, Nunc contrà, villam vrbanam quammaximam ac politiſſimam habeant, dant operam: ac cum Metelli, ac Luculli villis peſſimo publico ædificatis certant. Liu. Decad. 1. lib. 2, Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tãtum gloriæ Superbo exacto meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum Regum alicui regnum extorſiſſet.
Peſſimè, Aduerb. {κάκιστα.} Cic. 5. Verr. Intelliget ſecum actum eſſe peſſimè.

Sentire peſſimè de Republica. Cic. 14. Philip.

Peſſumum. Plaut. Rud. 10,
Nunc eam cum naui ſcilicet abiiſſe peſſumum in altum.

MAMAVS {μάμμαος} Fluuius eſt Peloponneſi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Author Strab. libro 8.

MAMBLIA, Oppidum Æthiopiæ, ab ea parte qua Africam ſpectat. Author Plin. cap. 20. lib. 4.

MAMERCVS, Prænomen Æmyliorum. Mamercorum meminit Cic. de Claris Orator. Et 2. Offic.

MAMERCVS, Præſul fuit Viennenſis, qui, teſte Ptolemæo Lucenſi, anno 454. ſupplicationes primus inſtituit, quas *rogationes* noſtri vocabant, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infeſtabatur. Vo laterranus.

MAMERS {Ἄρης} lingua Oſcorum, dictus eſt Mars ꝑ detractione ſyllabæ.

MAMERTINI, pen. prod. {μαμερτῖνοι} populi Campani. Hi quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoque Mamertini potius quàm Meſſanenſes ſunt vocati. Et quum ager eorum vini feracíſſimus ſit: Mamertinum vinum, nõ Meſſanenſe appellatum eſt. Martialis lib. 13. 117,
Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta,
Si detur, quoduis nomen habere poteſt. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis ſubuerſa fuit, quòd Meſſenij quinquaginta virgines Lacedæmones violare tentaſſent, & non conſentientibus eas occidiſſent.
De Mamertinis & Mamertina ciuitate, Cic. 4. Verr. Item Plin. lib. 14. cap. 6.

MAMERTES {μαμέρτης} Corinthius filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam vbi Siſapo factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit, vt eſt author Ouidius in Ibin,
Trunca geras fœuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Mamertis membra fuiſſe ferunt. Legitur & Myceerni.

Mamiaces {μαμιάκης} Genus monilis, quod collo ſuſpenditur, Dotibus maximè proprium. De hoc Pollux lib. 5. cap. 16.

Mamillana, Fici genus eſt, à mamillarum ſimilitudine ita dictum: cuius meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Mamma, mammæ {μαζός, πτόδιον, μαστός} notæ ſignificationis. Terent. Adelph. 5. 9,
-& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. Cic. 3. de Finib. Alia autẽ nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni, plumæ verſicolores columbis, viris mammæ atque barba.
Exerta mamma. Virg. 1. Æneidos,
Penthefilea furens, mediſſque in millibus ardet:
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.
Preſſis manabunt flumina mammis. Virg. 3. Georg.
Putres. Horat. Epod. 8.
Mammas habent capræ. Plin. lib. 11. cap. 40, Quibus ſolida vngula, nec ſupra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec aliubi, quàm in feminibus. Eodem loci biſulca & cornigera: boues quaternas, oues capræque binas.
Balenæ virulíque mammis nutriunt fœtus. Plin. libro 11. cap. 40. ad finem.
Vrſæ mammas quaternas gerunt. Plin. lib. 11. cap. 40.
Emacreſcunt. Celſus lib. 2. cap. 9.
Deſcendit mamma: cui opponitur Sterileſcit ac reſilit. Plin. lib. 11. cap. 40, Primis genitis in quoque partu ſues primas præbent: eæ ſunt faucibus proximæ: & ſuam quiſque nouit in fœtu quo genitus eſt ordine, eáque altur, nec alia: detracto illa alumno ſuo ſterileſcit ilico, ac reſilit. vno verò ex omni turba relicto, ſola munifex, quæ genito fuerat attributa, deſcendit. Reſilit, id eſt, Intrò retrahitur.
Mammæ porci. Martial. lib. 2.
¶Mamma, pro Matre vel nutrice. Plaut. Moſtell. 5,
-Ecquid tibi videor mammam
Adire? Cato, Qui cibum ac potionem buas & papas docẽt: & patrem tatam, & matrem mammam.
Mamma, Græca dictio, id eſt auia, patris ſeu matris mater.
Mamma, in furculis arborum, Parua illa extuberantia corticis, è qua proſiliunt & enaſcuntur rami. Plinius libro 17. cap. 16. de illo inſerendi genere loquens, quam *emplaſtrationem* vocant.

Mamilla, mamillæ, Diminut. {πτόδιον, θῆλυ.} Iuuen. Saty. 6, Illa loqui recta facie, ſtrictíſque mamillis.
Mamillæ penſiles in capris. Varr. lib. 2. de Re ruſt. cap. 3, Duo enim genera earum, ſub roſtra duas vt mamillas penſiles habeant. Alia exemplaria habent mammulas.

Mammula, mammulæ, pen. corr. Diminut. Celſus lib. 7. cap. 26, Fœmina breuius vrinæ ſimiliter & rectius iter habet: quod mammulæ ſimile, inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſæpe auxilio eget.

Mammoſus, penult. prod. Adiectiuum {πτῳδὴς} Quod habet magnas mammas. Martial. libro 14. 149, Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ.
Mammoſa, à mamma. Varr. de Ling. Lat. lib. 7.
Mammoſa pyra, apud Plinium lib. 15. cap. 15, Pomponiana cognomine mammoſa, liceriana, ſeueriana, &c.
Mammoſus panus. Plin. lib. 18 cap. 7, Sunt & panico genera: Mammoſo è pano, paruis racemato paniculis & cacumine gemino.
Mammoſum thus. Plin. lib. 12. cap. 14, Præcipua autem gratia eſt mammoſo, quum hærente lachryma priore, confecuta alia miſcuit ſe. Id eſt fœminino, ad differentiam thuris maſculi.

Mammatus, ta, tum {μαστοειδὴς} Quod mammarum ſimilitudinem refert: vnde regulæ mammatæ dictæ ſunt, quæ balneis adhibentur & aquæductibus.

Mammeatus, penul. prod. {πτυθιωτὸς} Adiectiuum, Idem. Plautus Pœnulo, Cuius amicam mammeatam vidimus. Nonius.

Mamillare, mamillaris, pen. prod. n. g. Velum ſiue faſcia, qua mulieres mammas tegunt: de quo epigramma apud Martialem lib. 14. 71,
Taurino poteras pectus conſtringere tergo:
Nam pellis mammas non capit iſta tuas.

MAMMACYTHVS, Vir quidã fuit ſola illuſtris fatuitate, ſicut & quidã Melicides. Vnde apud Ariſtophanem ἀεχόνη μ᾽ μαμμακύθ᾽ι, id eſt hiantes mammacuthi. Hinc factum opinor, inquit Cæl. lib. 17. cap. 4, vt homines id genus quandoque Mammaluchos dicamus.

Mammeæ, Lampridio tradente, diæræ dictæ ſunt, quas Alexander Romanus imperator in palatio ſtruxit, quáſque, inquit, imperitum vulgus hodie ad mammam vocat. ¶Fuit in Baiano item cum ſtagno palatium Mammea nomine. Meminit Cæl. lib. 12. cap. 18.

Mammona {πτόδινα} pen. producta pronuntiandum: quia video paſſim per *n* ſcribi, Chaldæorum lingua diuitiæ & opes nuncupantur.
Mammona neque Græca vox eſt, nec Hebraica, ſed Syriaca, vt oſtendit diuus Hieronymus, idem apud eos ſignificans quod apud Græcos πλοῦτος, quem poetæ deum faciunt. Eſt enim vox ſingularis numeri, & generis maſculini. Diuus Auguſtinus indicat linguam Pœnorum affinitatem habere cum Hebræorum lingua: id quod alicubi fatetur & Hieronymus. porrò Pœnorum lingua Mammon vocari lucrum. Erasmus in Matthæum.

MAMVRIVS {μαμούριος} Faber quidam fuit apud Oſcos natus, tempore Numæ. hic ancilia, plurá que deorum ſigna ex ære compoſuit. Vide Ouidium 3. Faſtorum. Propert. libro 4. eleg. 2,
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ. Quo in loco ſecunda ſyllaba producitur, quæ apud Ouidium corripitur.

MAMVRRA {μαμούρρα} Formis natus, Eques Romanus, vt tradit Cornelius Nepos, præfectus fabrũm C. Cæſaris in Gallia fuit, quem primum Romæ parietes totius domus ſuæ in Cælio monte cruſta marmoris operuiſſe etiam Plinius tradidit lib 36. cap 6.
Vrbs Mamurrarum. Horat. 1. Serm. ſaty 5. Id eſt Formiæ.

MANAETHVS {μανάηθος} Ægyptius fuit ex Diolpoli vrbe ortus, qui de phyſiologia & de aſtrologia iudiciaria carmen reliquit. ¶Fuit & alter hoc nomine Mendeſius, ſacerdos apud Ægyptios. Vtriuſque meminit Suidas.

Manalis lapis, Vide MANO, manas.

Manceps, mancipis, pen. cort. m. gen. {ἀγοράσιος} Eſt (inquit Feſtus) quiſquis à populo aliquid emit, conducítve, quia manu ſublata ſigni ficat authorem ſe emptionis eſſe. Conductor aliàs Latinè dicitur, aut redemptor. Paulus. in l. Qui. Mancipes, ſunt publicanorũ principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa ſi decumas redimunt, Decumani appellantur: ſi portum, aut paſcua publica, Portitores, aut Pecuarij: quorum ratio ſcriptura dicitur. Aſconius.
Mancipes, Publicani, qui à Cenſ. quinto quoque anno publica, id eſt populi vectigalia redimebant: ij ſi vectigales agros, vt Decumani, redimebant, eos poſtea colonis & aratoribus elocabant. Papin. l. 53. D. locat. Qui fideiuſſor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, quę maneeps ei colono locauit, reipub. non tenetur. Cicero Verr. 5, publicanorum principes ſimiliter Mancipes appellat. Hotomanus.
¶Manceps, pro emptore & ſectore. Cic. pro Roſc. Amer. Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus. Bud. Cic. Attic. lib. 12. epiſt. 1, Nomen illud, quod à Cæſare, treis habet conditiones: aut emptionem ab haſta, aut delegationem à mancipe annua die, aut Vectẽi cõditionem, ſemiſſe. Senſus eſt: Metho proſcripti bona ſibi à Cæſare dono data venditurus erat auctione publica, vt Ciceroni ſolueret quod debebat. Ex tribus conditionibus primam poſuit, quum dixit, emptionem ab haſta. Poſſum, inquit Cicero, emere ab haſta, id eſt emere in auctione (nam haſta ponebatur, vbi auctio fiebat) & accipere ex iis bonis quantum ſatis ſit pro ea ſumma, quæ manet à Methone debetur. Secunda conditio eſt, ſi alius ea bona quæ in auctione vendentur, emat: eámque pecuniam quam Methonꝰ pro emptione debebit, mihi ad annum ſe eſſe numeraturum promittat, Methone ipſo concedente. Hæc eſt quam vocat delegationem à mancipe: propterea quòd ea ratione Metho non ipſe Ciceroni pecuniam ſoluiſſet, ſed ſolutionis faciendæ curam delegaſſet mancipi, id eſt ei qui illa bona in auctione emiſſet. Mancipes enim dicuntur, qui aliquid in auctione emunt. Delegationem igitur à mancipe, tranſlata ſolutione à Methone ad mancipem. Terra conditio Methoniani nominis explicandi: Faciat Metho, quod Vectenus debitor meus facit. Pendat mihi ſemiſſem vſuram pro ea pecunia quam debet.
Manceps, pro negotiatore & coemptore & propola. Plin. libro 33. cap. 4, Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Bud.
Manceps, metaphoricãs vſus eſt Plin. lib. 2. ad Maximum, epiſt. 14, Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media Baſilica. Mancipes (inquit) id eſt ij qui cauſidicos in cauſis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt. Budæus.
Manceps, pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quen quam. Antea autem dixerat, Egón' ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus ſui nihil eſt? Budæus.

Mancipo, mancipas, pen. corr. {χειρόω, αἰδραποδίζομαι, ἐξανδραποδίζω} mancipare, quaſi manu capere. Plaut. Curcul. 10.
Mancipare, pro Vendere quandoque accipitur. Cic. 2. Philip. Tum iſte venditum atque mancipatum Tribunatum, conſiliis veſtris oppoſuit. Manciparum emphaticãs dixit, plus quàm venditum. Plinius lib. 7. epiſt. 18, Nam pro quingentis millibus nummũm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiſeram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundémque vectigali impoſito recepi. Plinius mancipare, non pro vendere poſuit, ſed pro alienare. Budæus.
Vſus quæda m mancipat. Horat. 2. epiſt. 2.

Mancipatus, pen. prod. {ἀνδραποδισθεὶς} Partic. Deuinctus, aſtrictus. Cic. de Senect. Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt, ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos.

Mancipatus, huius mancipatus, penultima producta {αἰδραποδιστοῦ} manci-

cipatũ. Plin. lib. 9. cap. 35, de vnione, Et hoc tamen æternæ propè poſſeſſionis eſt, ſequitur hæredem, in mancipatũ venit vt prædiũ aliquod. Id eſt ſolenniratęs eæ adhibentur, quæ ſolent in iis rebus quæ ſunt mancipi. Budæus.

Mancipatio, mancipationis {αἰδραποδισμός.} Eſt (inquit Boethius in Topic. Cic. lib. 3.) imaginaria quædam venditio. quod ipſum ius, propriũ eſt Romanorũ ciuium. Ea res ita agitur, Adhibitis non minus quàm quinque teſtibus ciuibus Romanis puberibus: & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libra æneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meũ eſſe aio, ſíque mihi emptus eſt hoc ære, æneáq; libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accipit quaſi pretij loco. Budæus.

Mancipium, mancipij: vel Mancupium, mancupij {αἰδράποδον, δοῦλος ἐκκτητός} Homo in bello captus, & ſeruitati ſubiectus. Varro lib. 5. de Ling. Latina, Mancipium dicitur, quòd manu capiatur. Plin. lib. 28. cap. 2,
Mancipia fugitiua retinere.
Lex mancipiorum. Varr. de Ling. Latin. lib. 5.
Locuples mancipiis. Horat. 1. epiſt. 6.
Negotiatores mancipiorum. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Amicum mancipium domino, & frugi. Horat. 2. Serm. ſatyr. 7.
Conciliatum, Vide CONCILIO.
Fieri mancipium alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5,
Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
¶Mancipium, Dominij comparatio, poſſidendíque ius, atque etiã dominiũ & mancipatio. Cic. 1. de Orat. Quum enim Marius Cratidianus ædes Auratæ vẽdidiſſet, neque ſeruire quandam earum ædiũ partem in mancipij lege dixiſſet, defendebamus quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere. Budæus.
¶Mancipia veteres appellabant, quæ poſteriores mobilia, prædia verò, quæ iidem immobilia. Modeſtinus l. 3. D. de diuerſ. temp. præſcr.
Longæ poſſeſſionis præſcriptionem tam in prædiis quàm in mancipiis locum habere manifeſtum eſt. Cic. lib. 3. Offic. Nec verò in prædiis ſolum ius ciuile ducũm à natura, malitiam fraudémque vindicat, ſed & in mancipiorum venditione, venditorum fraus omnis excluditur. Idẽ in Ruſl. Qui agri, quæ loca, ædificia. Quid eſt præterea? multa in mancipiis, in pecore, aureo, ebore, veſte, ſupellectili, cæteris rebus.
Mancipio vendere, eſt eas res quæ mancipi ſunt, ita vendere libra & ære adhibitis, vt euictionis periculum præſtetur. Verùm hoc amplius animaduerti moris fuiſſe, vt Auctor, id eſt venditor nexu ſe dicis cauſa obligaret, ad rem mancipi, hoc eſt emptori perpetuò præſtandam. Cic. pro Muren. Quod ſi in iis rebus repetendis quæ mãcipi ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profectò etiam rectius, &c. Hinc Mancipio & nexu coniungi videmus. Varr. de Ling. Lat. lib. 6, Manilius ſcribit omne quod per libra & æs geritur, in quo ſint mãcipi, nexum eſſe. Mutius Scæuola, quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius eſſe ipſum verbum oſtendit, de quo quæritur. nam idem quod obligatur per libram, neque ſuum ſit, inde nexum dictũ. Hæc ille: quæ ſic intelligo, vt ex Mutij ſententia ea Nexa dicantur, non tãtùm quæ abalienata ſunt, ſed etiam quæ oppignorata. Cic. 7. Fam. Attici proprium te eſſe, ſcribis, mancipio & nexu: meum autem vſu & fructu. Et de Aruſ. reſp. Mulæ ſunt domus iure mancipij, & iure nexi. In Topic. Abalienatio eſt eius rei quæ mãcipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio. quo ex loco coniuncto cum altero lib. 3. de Leg. animaduertere eſt eũ qui mancipabat nexu obligarũ rem mancipi tradidiſſe. Idem in Paradox. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. id eſt, in iure ceſſione & vſucapione. Cæterùm qui mãcipio vendebat, euictionis periculum in ſe recepiſſe, ex Plauto patet, qui ſic in Perſa,
Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur:
Mancipio, neque promittet, neque quiſquam dabit. Et paulo pòſt,
Nihil mihi opus eſt litibus.
Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus Mercimonio? Hæc Horomanus.
Mancupio accipere. Plaut. Trinum. 8,
-minas quadraginta acceperi à Callicle,
Et ille ædeis abs te mancupio accepit 12. admodum.
Mancipio dare, pro Tradere in ius proprietatis. Seneca epiſt. 73, Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet etiam exemplum Lucretij lib. 3,
Vitáque mancipio nulli datur omnibus vſu. Id eſt nulli ita datur vt propriam ac perpetuam habeat.
Sui mãcipij eſſe, Nullius dominio ſubiectum eſſe. Brutus ad Ciceronem, An vt eſſet ſui iuris ac mancipij Reſpublicæ niſi forrè non de ſeruitute, &c.

Mancipi, ſiue mancipi, pen. corr. indeclinabile, & in ſingulari, & in plurali: Alij figuratè dici volunt in dandi caſu.
Mancupi emptio. Plin. lib. 33. cap. 34, Quin & militium ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores, libripendes dicũtur: qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancipij ſunt, etiam nunc libra interponitur.
Omnes res aut mancipi ſunt, aut nec mancipi. Mancipi res ſunt, prædia in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus, quàm vrbana, qualis domus. Item iura prędiorum ruſticorum, velut via, iter, actus, & aqueductus. Item ſerui, & quadrupedes, quæ dorſo colíve domãtur, velut boues, muli, equi, aſini. Cæterę res nec mancipi ſunt. Elephanti & cameli quãuis collo dorſóve domentur, nec mancipi ſunt: quoniam beſtiarum numero ſunt. Hæc Vlpianus tit. 19. eius libri qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani.
Mancupi ædes poſcere. Plaut. Moſtell. 15,
Vel hominem iube ædes mancupi poſcere.

MANCINVS {μάγκανος} Conſul fuit Romanus, qui quòd ignominioſam cum hoſtibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hoſtibus fuit deditus.

Mancus, Adiectiuum {ἀπάπηρος} Propriè ſignificat eum qui ſine manu eſt, quaſi manu carẽs. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Quintus Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis. Ouid. 3. Faſtorum,
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior, irata Pallade mancus erit.
¶Officiis mancus. Horat. 2. epiſt. 2. Hoc eſt, ad talia officia perficienda inutilis.
¶Mancus, ad res inanimatas transfertur, pro Debili.
Manca cognitio. Cic. 1. Offic. Erenim cognitio, contemplatióque naturæ, manca quodammodo, atque inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur.
Fortuna manca. Horat. 2. Serm. ſatyr. 7.
Manca ac debilis Prætura. Cic. pro Milone, Occurrebat mancam ac debilem Prætoram ſuam futuram Conſule Milone.
Manca virtus ſine acceſſione. Cic. 3. de Finibus, Qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione virtutem.

MANDANE, pen. prod. {μανδάνη} Aſtyagis filia, quæ ei viſa eſt per quietem tantum vrinæ facere, vt omnem ipſius vrbem oppleret, atque vniuerſam Aſiam inundaret. Hæc Cambyſi nupſit, ex quo genuit Cyrum. Herodotus lib. 1.

MANDANES, Gymnoſophiſta fuit inſignis apud Indos, quẽ quum Alexander ad Iouis filij epulum vocari iuſſiſſet, conſtantiſſimè ferũt reſpondiſſe, nec illum Iouis filium eſſe, nec eius minas pertimeſcere, & multa alia quæ vide apud Strab. lib. 15.

Mandatum, Vide MANDO, mandas.

MANDELA, pen. prod. {μανδήλα} Pagus eſt in Sabinis, vt authores ſunt Acron & Porphyrion. Horat. 1. epiſt. 19, -gelidus Digentia riuus
Quem Mandela bibit rugoſus frigore pagus.

Mandibula, IN MANDO, mandis.

Mando, mandas {ἐντύλλομαι, ἐπιτέλλω, παραγγέλλω, ἐπιτάττομαι} mandare, A manu danda declinatum conſtat: quòd in dandis accipiendíſque mandatis manus ſibi inuicem dare mos erat. Eſt autem mandare, alicui perſonæ gerendum aliquid exequendúmque committere, vt ait Valla lib. 5. Plaut. Perſa, 15, Iam hic credo aderit, accerſi illum mandaui. Terentius Adelph. 3. 3,
Huic mandes, ſiquid rectè curatum velis.
Ex fama mãdare. Tacit. lib. 4, Res ſuas Cæſar ſpectatiſſimo cuique quibuſdam ignotis, ex fama mandabat.
Mandare in vltimas terras, Mittere. Cic. pro Sylla, Enm familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, & mandare in vltimas terras?
Extremas preces P. Quirino propinquo ſuo ad principem mãdat. Tacit. lib. 2.
¶Mandari infra mortuos. Cic. pro Quintio, Is nõ modò ex numero viuorũ exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, infra etiã mortuos mãdatur.
¶Æternitati mandare. Plin iunior in Paneg. Ante orationes principum tantum eiuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant.
Animis mandare ea quæ adulta fructus vberrimos ferant. Cic. 2. Tuſcul. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos, eáque mandat his, & (vt ita dicam) ſerit, quæ adulta fructus vberrimos ferant.
Animis & mentibus mandare, quemadmodum & Mandare poſteritati dicitur: hoc eſt, Memoriæ committere. Cic. in Catil. Percipite quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitus animis veſtris mentibúſque mandate.
Semina mandare arenæ. Ouid. epiſt. 5.
Fidei alicuius pecuniam aliquam mandare. Plaut. Trinum. 4.
Committere & mandare alicui bona ſua. Terent. And. 1. 5,
Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Carmina ſoliis. Virg. 6. Æneid.
Se fugæ mandare, Fugere. Cæſ. 5. bell. Gall. Vt hoſtes impetum legionum atque equitum ſuſtinere non poſſent, ripáſque dimitterent, ac ſe fugæ mandarent.
Mandare vitam ſuam fugæ & ſolitudini. Cic. in Catil. Quæ quum ita ſint Catilina, dubitas, ſi emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam iſtam multis ſuppliciis iuſtis debitíque ereptã, fugæ ſolitudiníque mandare?
Humo alicui, pro Inhumare. Virg. 9. Æneid. Sic apud Ciceronem lib. 3. Tuſcul. ex Homero,
Quo magis eſt æquum cumulis mandare peremptos.
Immortalitati, Æternum vt ſit curare. Cic. pro Domo ſua, Semel, quum id feci, quod omnes non negent, immortalitati, ſi fieri poteſt, mandandum, tu ſupplicio punien-ſum putaſti.
Literis Latinis Græco ſermone tractata. Cic. 1. de Finib. Non eram neſcius Brute, quum quæ ſummis ingeniis, exquiſitáque doctrina philoſophi Græco ſermone tractauiſſent, ea Latinis literis mandaremus, fore vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret.
Literis ſuas cogitationes. Cic. 1. Tuſcul. Mandare quemquam literis cogitationes ſuas, qui nec eas diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec, &c.
Literis & memoriæ. Cic. 12. Philip. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæque mandauerit?
Mandare malis. Lucret. lib. 2. Vide in MALA.
Memoriæ eſt, hoc eſt Proditũ, & memoriæ relictum. Gellius lib. 3. cap. 17, Memoriæ mandatam eſt, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. Id eſt ſcriptum eſt.
Memoriæ mandare aliquid, In memoria figere, & reminiſci. Cic. de Amic. Eius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.
Monumentis mandare, Poſteritati relinquere, & antiquitati committere. Cic. 4. Acad. Vt literis conſignamus quæ monumentis mãdare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat. Ibidem, lib. 1, Nunc poſtea quàm ſum ingreſſus res eas, quas tecum ſimul didici,

mandare monumentis, philosophiámque veterem illam à Socrate ortam, Latinis literis illustrare, &c.

Monumentis annalium mandare. Cic. pro Sextio, Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.

Scripta mandare, Scriptum posteritati relinquere. Cic. 2. Offic. Deindeipsis scriptis nou ea quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, vt sæpe fecimus.

Hordea mandanimus sulcis. Virg. 5. eclog.

Terræ semina, pro Seminare. Colum. lib. 1. cap. 7.

Versibus, Versibus conscribere. Cic. pro Archia, Neque est quisquá tam auersus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur.

Vinculis, In vincula conijcere. Cic. in Catil. Homo mitissimus atque leniſſimus, nõ dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare.

¶Causam alicui, Id est committere. Ouid. 13. Metam.

Curam, Cõmittere, vel relinquere. Caius in l. ex maleficio. §. ideo autem. D. de action. & obligationib. Nec vlli curam negotiorum suorum mandant.

Honores mandare alicui, pro Tribuere. Cic. 6. Verr. Desinat queri, Pop. Rom. hominibus nouis, atque industriis libenter honores mandare, sempérque mandasse.

Laqueum alicui. Iuuen. Satyr. 10.

Lethum alicui. Snec. Here. OEth. 10.

Mandare magistratum, Decernere. Cic. 3 de Legibus, Suffragia in magistratu mandando, aut reo iudicando, aut lege, aut rogatione sciscenda, clàm, an palàm ferre melius esset.

Mandare officium aliquod alteri. Plin. epist. 110. lib. 6, Aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, postquam par Cornuto datum video.

Opus miserum mandat sociis. Stat. 9. Thebaid.

Salutem mandare alicui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.

¶Mãdare, pro commẽdare. Sisenn. Histor. lib. 3, Post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant. Vnde & procurationem mandare, commendare, &c. Nonius.

Mandans, Particip. {ἐντελλόμενος.} Ouid. epist 15,

Vtere mandantis simplicitate viri.

Mandatus, pen. prod. Aliud partic. {ἐντεταλμένος.} Cic. pro Rosc. Amer. In priuatis rebus siquis rem mandatam non modò malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verùm etiam negligentius, cũ maiores summum admisisse dedecus existimabant: itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe quàm furti, &c.

Arma mandata nepotibus. Sil. lib. 1.

Castra mandata prosequi. Stat. 3. Syl. 2.

Mandata & commissa imperia. Cic. pro Lege Manil. Ego sic existimo, Maxime, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magnis imperatoribus, non solùm propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos.

Mandatum, pen. prod. Substant. {ἐντολή, ἐντολὴ ἐφοπτική} vt in Mandatus participio. Sall. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regẽ mittit, cum mandatis eiusmodi.

¶Mandata accipere ad alquem. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Mandata addere. Plin. lib. 8. cap. 40.

Admitti ad, Vide ADMITTO.

Agere, In AGO.

Bibere, In BIBO.

Conficere, In CONFICIO.

Curare, In CVRO.

Mandata digerere, persequi. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 15, Facies scilicet vt mea mandata digeras, persequare, conficias.

Dare. Ouid. epist. 13.

Dare alicui ad aliquem. Cic. Appio, lib. 3. 1, Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim.

Dare alicui de magnis rebus. Cic. 6 Philip.

Mandata deferre. Cic. Lucius Cæsar mandata Cæsaris ad Pompeium detulit.

Mandata alicuius deposcere, *Luy demander s'il veut rien commander.* vt abesũtes solent. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. 2, In Cumano quum essem, venit ad me noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata, cætera vniuersè mandaui, illud propriè, ne patereturs, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias.

Excipere. Tacit. in vita Agricolæ.

Exequi alicuius. Ouid. 14. Metam.

Exhaurire mandata, pro Exequi & absoluere. Cic. ad Attic. lib. 5, Reliquum est, vt antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias.

Mandata explicare. Cic. ad Attic.

Facere. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Fallere alicuius, Id est nõ exequi mandata, verùm simulare se executum esse. Ouid. 9 Metam.

Ferre per auras. Virg. 4. Æneid.

Fungi mandatis. Tacit. lib. 13.

Gerere. Stat. 5. Sylu. 2.

Habere ab aliquo. Cic. 2. Philip. A nobis Populóque Rom. mãdatum id certè non habebas.

Instruere aliquem mandatis, Vide INSTRVO.

Suprema loqui. Seneca Medea, 7.

Malè loqui mandata. Horat. de Arte.

Mandata & legatos mittere. Cic. 4. Verr. In quem ipsi cum grauissimo testimonio, quòd nunquam antea Romam mandata legatóque misissent.

Negligere alicuius. Ouid. epist. 15.

Peragere. Ouid. 7. Metam.

Perferre ad aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.

Referre mandata mea regi. Virg. 7. Æneid.

Causam mandati mei suscipe legatus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.

Tenere constanti mente. Catull. Argon. 59.

Tenere memori mente. Lucret. lib. 2.

Cum mandatis venire. Cic. 4. Verr. Veniunt cũ mandatis, veniunt cum testimoniis publicis.

Mandatus, huius mandatus, quarta declinatione apud Iurisconsultos legitur, præsertim titulo Mandati. Paulus, Mandatu meo in diem fidei iussoris. Caius, Si mandatu meo Titio crediderit. Iulianus, Mandatu creditorum. Sic sæpius.

Mandator, pen. prod. Verbale {ἐντολεύς.} Budæus, Mandatores sunt impulsores delatorum, intérque delatores numerantur. Tranq. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores, mandatorésque erant. Turnebus, Mandatores, qui accusatores subornabant & instruebant, & in exilium homines hac ratione calumnia oppressos pellebant.

Mandator cædis. Paulus in l. Et si certus. D. ad Senatusc. Syllalianum, Et si certus sit percussor, tamen habenda est quæstio, vt cædis mandator inueniatur. Budæus.

Delationis mandator. Callistratus in l. Ex quibusdã. §. Diuus Pius. D. de Iure fisci, Diuus Pius Cæcilio Maximo rescripsit: constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, vt in vincula deduceretur: eò pertinere, non vt delator pœna subduceretur, si mandatorem haberet: sed vt mandator quoque perinde, atque si ipse detulisset, puniretur.

Mandator Iurisconsultis dicitur, qui alicui author est vt suam pecuniam alteri credat: qui & fideiussor dicitur. tametsi hoc plerunque differant, quòd illud ferè in eo ponitur, qui suasu suo nihil tale cogitantem induxit vt crederet: hoc verò in eo qui ad creditionem accessit, & obligationem quasi trabali clauo confirmauit, vti intelligitur ex tit. de Fideiuss. & mandat. lib. 46 Pandect. Hotomanus.

Mando, mandis, mandi, manſum {μασσάομαι, ἁλέω} mándere, Dentibus cibum conficere. A manu & dando existimant deductum: quòd manu cibus ori admoueatur. Martial. lib. 13. de perdice,

Ponitur Ausoniis auis hæc rarissima mensis,

Hanc in lautorum mandere sæpe soles. Cic. 1. de Nat. deorum,

Alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.

Lentissimè mandere, In LENTVS.

Artus suos. Seneca Thyeste, 8.

Ferrum admorsu. Silius lib. 16. Ferrum, lupatos. de equo loquitur.

Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Virg. 4. Æneid.

Vulnera sæuo dente. Ouid. 15. Metam.

¶Mandi, Passiuum. Cic. 2. de Natura deor. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, & molitur cibus.

Morsu leonis. Lucret. lib. 4.

Cibum mandendo exprimimus. Lucret. lib. 4.

¶Mandier, pro mandi. Matius poeta apud Varronem lib. 6. de Lingua Latina,

Corpora Graiorum mœrebat mandier igni.

Mansito, Frequentatiuum. Plaut. in Amphitr.

-mutatos Atticos in Arcadia homines,

Et sæuas belluas mansitasse, &c.

Mansito, à verbo Maneo, Vide MANEO.

Mando, mandonis, masc. gen. {φάτνη} Edax. Lucilius, Atque omnes mãdonum gulæ. Varro Bimargo, Magna vt tremiscat Roma, & magnæ mandonum gulæ. Nonius.

Manduco, manducas, pen. prod. {μασσάομαι} manducâre, Idẽ quod mandere, & ore vel dentibus conficere. Suet. in August. Cæs. cap. 76, Qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccellas manducaui prius, quàm vngi inciperem.

Manducor, manducaris, Deponens apud antiquos. Lucil. lib. 14. (vt citat Nonius) Quum illud quid faciat quod manducamur in ore.

Manduco, manduconis, siue manducus {κιθαριστής} Edax. Pomponius Pictoribus, Magnus Camillus manducus canterius. Plaut. Rud. 13, Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locemẽ? Alij legunt manduca. Festus manduce legit. Vide paulo póst. Vide & Nonium.

Manducum, manduci, neutri generis, Obsonium apud veteres dicebatur. Varr. de Ling. Lat. lib. 6, Vnde manducari, à quo in Atellanis obsonium vocant manducum.

Manſus, Particip. {μασσαομαι.} Quintil. lib. 10. cap. 1, Cibos manſos ac propè liquefactos demittimus. Cic. 2. de Orat. Atque omnia minima manſa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserant.

Mandibula, pen. corr. In qua siti sunt dentes: quæ & Maxilla dicitur. Sipontinus. Macrob. libro 7. Saturn. cap. 4, Deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somnium Scip. libro 1. capite 6, Post septem verò menses dentes incipiunt mandibulis emergere.

Manduces {μασθὼν} inquit Festus, Effigies in pompa antiquorum, inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat, magnis malis, ac latè dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens. de qua Plaut. ait in Rudente, 13,

Quid si aliquò ad ludos me pro manduce locem? Exemplaria manduca legunt in prima declinatione.

MANDONIVS {μασθὼν} Dux Hispanus. Hic & Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania iuuit. Deinde Scipione ægrotante, seditionem agitauere, in Romanósque insurgere cœperũt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officij memor tantum castigatos verbis dimisit. Liuius lib. 29.

Mandra, mandræ {μάνδρα} Spelunca, cubile, & receptaculum pecorum ac pecudum. Iuuenalis Satyra 3,

-& stantis conuitia mandræ Eripiunt somnum Druſo.

Alij legunt, somnos vrſo. Probus scribit mandram esse vici ostium, vel flexum vel arrectum: aut breue & vile ædificium, quod angustet latitudinem vici: vel ingens vehiculum quo trabes portantur. μάνδρα Græcè dicitur. Matt. lib. 5. 13,

Vixque datur longas mulorum vincere mandras.

Quæque trahi multo marmora fune vides. Ouid. ad Pisonem,

-hic ad maiora mouetur,

Vt citus, & fracta prorumpat in agmina mandra. Vide ARCHIMANDRITA.

Mandragora, pen. corr. {μανδραγόρας} Herba. Plin. lib. 25. capite 13,

Mandra-

Mandragoram alij circeium vocant. Duo eius genera: candidus, qui & mas: niger, quæ fœmina existimatur, angustioribus foliis quàm lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternísve rufulis, intus albis, carnosis tenerísque, pene cubitalibus. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine, & iis semen ceu pirorum. Colum. lib. 10, non procul ab initio,

Quanuis semihominis vesano gramine fœta

Mandragoræ pariat flores, mœstámque cicutam.

Mandragoram bibisse, Prouerbio doctè ac eleganter ij videntur posse dici, qui velut aspide icti somniculosa, nimis desides sunt, atque ita quodammodo à sensu dissiti abiunctíque vt excitari non queant. Vsus est Demosthenes 4. Philippic. & Lucian. in Timone. Ratio verò prouerbij est, quoniam is fructus est somni conciliator, vt tradit Plinius.

MANDRO, Fuit nauicularius quispiam, qui aspirante fortuna, tandem factus est Imperator: vnde etiam factus adagio locus in eos qui præter meritum ad opes euecti, pristinæ conditionis non meminerint.

Manduco, manducas, & Manducus, Vide MANDO, mandis.

Mandya, mandyæ {μανδὺη} Vestis est phœnicæ similis, cuius meminit in Iphigenia Rhinton. Dion in Tiberio, Facta in conuentu quodam pluuia, inquit, φαιὰν μανδύαν ὑπενδὺς, ac in reliquum, vestem aliam capere ausus est nemo. Eiusdem meminit in Domitiano quoque: Quum, inquit, per naumachiam implueret vehementius, mandyas subinde mutabat, alium verò neminem permisit. Mandyam sunt qui etiam loricium nuncupent, id est καμίσιον, quod penulæ genus foret, qua se vt lorica munirent: Latini mantellum dicunt. Vide plura apud Cælium lib. 16. cap. 10.

Mane, Aduerbium {ἑωθεν, πρωΐθεν, ἠῶθεν} Diei pars prima. Manum, clarum veteres dicebant, teste Nonio. Seruius, Manum antiqui bonum dicebant: vnde & mane dicitur. quid enim melius? Terentius Heaut. 1. 1,

Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi

Domum reuertor, quin te in fundo conspicer. Cic. Curioni, libro 7. 31, Qui vsque ad Calendas Ianuarias esset, quæ erant futuræ mane postridie.

Mane, inquit Varro, dicei principium, quòd tum manat dies ab oriente: nisi potius quòd bonum antiqui dicebant manum: ad cuiusmodi religionem Græci quoque, quum lumẽ adfertur, solent dicere, φῶς ἀγαθόν. Vide lib. de Ling. Latina, 5.

Mane, magis & minus esse non potest, ante & post potest. Vide Varr. lib. 8. de Ling. Latin.

Mane vigilare. Horat. 2. epist. 1.

Mane piger stertis. Pers. Satyr. 5.

Mane & mani dixerunt veteres, quemadmodum Here & heri, propter cognationem literarum E & I, authore Donato. Seruius maniablatiuum esse dicit à mane, adducens Plauti exemplum, A mani vsque ad vesperam.

Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem. Cic. Attico, lib. 13.

Bene mane hæc scripsi. Cic. ad Attic. lib. 4.

Mane totum dormire. Martial. lib. 1. 46.

Mane diei. Hirtius de bello Afric. lib. 5, Præsertim quum milites à mane diei ieiuni stetissent defatigati.

Clarum mane. Persius Satyr. 3, -iam clarum mane fenestras

Intrat, & angustas extendit lumine rimas.

A mane, Vide A.

Obscurum. Colum. lib. 7. cap. 12.

Vel post nonam, vel postero mane. Colum. lib. 9. cap. 15.

Multo, Vide MVLTVS.

Nimis, Vide NIMIS.

Planè mane, Id est bene mane. Plin. iunior lib. 1. epist. 5. ad Voconium, Rogo, mane videas Plinium domi, sed planè mane: neque enim diutius perferre solicitudinem possum: & quoquo modo efficias, ne mihi irascatur.

MANEO, manes, manſi, manſum {ἐθέλω μεμνάζω, καθίζομαι, διατρίβω} manére, Loco insistere, inquit Nonius, siue, vt ait Sipontinus, Continere se, & firmum stare. Virg. lib. 10. Æneidos,

-manet imperterritus ille,

Hostem magnanimum opperiens. Terent. Eunuch. 3. 5,

In interiore parte vt maneam solus cum sola. adnuo. Vbi Donatus, Maneam, Remaneam, perseuerémque in loco.

Paulisper manere, In PAVLISPER.

Diem vnum. Propert. lib. 2. eleg. 10.

Domi. Catull. ad Ipsithtillam, epig. 30.

Ad exercitum, Hoc est iuxta exercitum. Liu. 2. ab Vrbe, Ita se Minucius abdicat Consulatu, iussúsque ad exercitum manet.

Ad vrbem. Liu. 10. bell. Pun. In eadẽ prouincia & Cn. Seruilio prorogatum imperium, si Consulem manere ad vrbem Senatui placuisset. Ex vetusto codice legitur remorari.

Maneas apud me cum tuis. Cicero ad Atticum, lib. 4. Terentius Eunucho, 3, 3, -at apud nos hic mane Dum redeat ipsa.

Mane, mane, Habet singularem vim in se reuocantis. Terentius Phorm. 1. 4,

Ah, quid agis? quò abis Antipho? mane, Mane inquam.

¶Mane, Gaudentis aliquãdo, non autem opperiri iubentis, inquit Donatus. Terent. Adelph. 2. 3,

Sed quidnam foris crepuit? s. mane, ipse exit foras. Idem Heaut. 3. 3,

Mane, mane, quid est quod tam à nobis grauiter crepuêre fores? Plaut. Curcul. 4. 3,

Placidè egredere, & sonitum prohibe foriũ, & crepitum cardinum: Ne, quod hîc agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.

Mane, suffundam aquulam.

¶Manere vt, pro Expectare. Plaut. Stich. 3. 1,

Qui manet vt moneatur semper seruus homo officium suum,

Nec voluntate id facere meminit, seruus is habitu haud probus est.

¶Manere aliquem, Expectare. Plaut. Menæh. 2. 2,

Hic me mane. Terent. Phorm. 3. 1,

Mansurus patruum parer est, dum huc adueniat.

¶Manet te bonum. Plaut Mostel. 2. Virg. 12. Æneidos,

Qui te cunque manent isto certamine casus. Id est instant, imminent, & futuri sunt. Cic. 2. Philip. Cuius quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet. Ibidẽ, Neque verò eram tam indoctus, ignarísque rerum, vt frangerer animo, propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus.

Maneat nostros ea cura nepotes. Virg 3. Æneid.

Gloria te manet. Virg. 1. Georg.

Nox vna manet omnes. Horat. 1. Carm. ode 28.

Manet periculum. Liu. 4. bel. Pun. Periculúmque ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis.

Pœna te. Tibull. lib. 1. eleg. 8.

¶Manet, cũ dandi casu: vt Manet tibi, Id est tibi paratum est, te expectat. Cic. Philip. Cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni manet. Et Catull. Sceleſta, téne? quæ tibi manet vita?

Manet tibi. Virg. 9. Æneidos,

Hæc eadem, matrique tuæ, generíque manebunt.

¶Non manebat ætas virginis meã negligentiam. Terent. Phorm. 4. 1. Id est virgo nubilis nõ poterat me expectare diutius immoratem: quòd retardarem nuptias eius.

Constantius & firmius in perspicuis manere, Vide CONSTO.

Manente tamen in speciem amicitia. Tacit. lib. 20.

Manere perpetuo in amicitia. Cic. 4. Verr. Pleræque autem & maximè illustres in amicitia perpetuo manerent.

¶Immota manet arbor. Virg. 2. Georg.

Amor manſit, nec solutum est coniugale fœdus. Ouid. 11. Metam.

Manet beneficij in eo. Cic. ad Acilium, lib. 13, Eidem Dolabellæ, me audiente Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur, beneficium suum in eo manere.

Causæ manent. Cic. d Attic. lib. 12, Sed erant causæ cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, &, vt nunc est, manſuræ videntur. Hoc est duraturæ.

Manſit Syluis postea omnibus cognomen, qui Albæ regnauerunt. Liu. 1. ab Vrbe.

In conditione. Cic. ad Atticum, lib. 7, Plerique negant Cæsarem in conditione manſurum.

Conditio manet. Cic. Curioni, lib. 2. 6, Eáque mihi conditio maneat, qua profectus sum.

Contentio manet mihi cum illo. Cic. ad Attic. lib. 14, Mihi cum illo nulla contentio iam maneret.

Dolor. Cic. 2. de Fin. Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest.

Fama. Plin. iunior lib. 9. epist. 3.

Fortuna manet stabili fundamento. Lucret. lib. 5.

In cursu suo manet fortuna. Ouid. epist. 21.

Intra fortunam suam manere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Manſit vnicus gnatus domi: Hoc est, remansit. Terent. Heaut. 3. 2.

Semper honos, nomenq; tuum, laudéque manebũt. Virg. 5. eclog.

Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria, Cic. de Senect.

Manent ij qui bonis tuis perfruantur. Plin. iunior in Paneg.

Induciæ. Cæsar 3. bel. Ciuil. Interea manerent induciæ, dum ab illo reduci possent, néve alter alteri noceret.

Lex manet: cui opponitur Abrogata. Cic. de Prouin. Consul. Quare aut vobis statuendum est legem Heliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam.

Memoria rerum Rom. manet. Cic. 2. Offic. Tib. enim Graechus P. F. tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.

Mos. Cic. Rufo, lib. 5, Deinde si rationum referendarum ius vetus, & mos antiquus maneret.

In numero. Quintil. lib. 1. cap. 4, Kappa apud Græcos, nunc tantùm in numero manet.

In officio manere, quod & Stare in officio dicitur: hoc est, Munus suum diligenter exequi. Cic. Attico, lib. 1, Auiam tuam scito desyderio tui mortuam esse: & simul quòd verita sit ne Latinæ in officio nõ manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent.

In fide & in officio. Liu. 8. bel. Pun.

Parietes vrbis stant & manent. Cic. 2. Offic. Itaque parietes vrbis modò stant & manent, iisque ipsi iam extrema scelera metuentes.

Pax manſit. Liu. 1. ab Vrbe, Nec diu pax Albana manſit.

¶Promissis manere, Idem quod Stare promissis. Virg. 2. Æneidos,

Tu modò promissis maneas, seruatáque serues

Troia fidem.

Sententia manet, Perstat. Cic. ad Attic. lib. 8, Simul & elicere cupio sententiam tuã, si manet, vt firmior sim: si mutata est, vt tibi assentiar.

In sententia vel proposito manere, quod & Stare dicitur. Cic. ad Gallum, lib. 7, Sed velim maneat Damasippus in sententia.

In sententia philosophorum manere, Sequi eorum sententiam. Cic. 1. de Diuin. Quum omnes Socratici Zenóque & ij, qui ab eo essent profecti, manerẽt in antiquorum philosophorum sententia, &c.

Societas manet inter nos. Cic. Cornificio, lib. 12. 27, Quæ societas inter nos semper mi Cornifici manebit.

In stationc. Lucret. lib. 4.

Suo statu manẽre, vel eodem statu, pro In suo vel eodem statu. Cic. ad Attic. lib. 5, Memento curare per te & per omnes nostros, in primis per Hortensium, vt annus noster maneat suo statu, nequid noui decernatur. Liu. 1. bel. Maced. Sperare quicquam eodem statu mansurum.

Suspicio manet. Cic. pro Quintio, Non patiar istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle.

Verba maneant in animo. Senec. Medea, 7.

Vita manet. Virg. 5. Æneidos,

Nate mihi vita quondam dum vita manebar, Chare magis.

In vita manere: cui Excedere è vita opponitur. Cic. 3. de Finibus, In

quo enim plura sunt quæ secundum naturam sunt, huius officium est in vita manere.
Voluntas manet. Cic.pro Quin.Si te nihil impediret, si voluntas eadem maneret,si valeres denique,&c.
¶Maneat ergo, quod turpe sit,id nũquam esse vtile:hoc est Sit ita, esto,fac sit.Cicero 3.Offic.
¶Manedum,Cohibendi particula.Plaut.Asin.16,
Nihil ecastor est quod facere manelim. P A. manedum. Plin.iunior lib.8.epist.6.ad Montanum.
¶Maneri,Impersonale. Cic.Attic.lib.10,Sed ad primum reuertor: quid pures faciendum,occulténe aliquò propius veniendum,an mare transeundum:nam hic maneri diutius non potest.
Mansum, Supium à Maneo. Terent.Heaut.1.2,Quid tu tecum? C H. Dicam, vtut erat, mansum tamen oportuit. Id est, manendum erat, non discedendum.
Mansurus, pea.prod.Particip. {Διαμένων.} vt Amor mansurus.Ouid.2. de Arte.
Carmen mansurum,Immortale.Stat.4.Sylu.2.
Mecus per secula.Sil.lib.17.
Fama in secula.Lucan.lib.8.
Monimenta per æuum Ouid.5.Metam.
Opus post mea fata.Ouid.3.Amor.eleg.14.
Vrbs.Virg.3.Æneid.
Manendus,manenda , manendum ,Gerundium. vt Ætas manenda, Id est perduranda.Lucret.lib.3,
Temporis æterni quoniam,non vnius horæ
Ambigitur status , in quo sit mortalibus omnis
Ætas post mortẽ,quæ restat cunque,manẽda. Sensus est, In quo statu temporis æterni , omnem ætatem,quæcũque post mortem restat, necessariò permanebunt & perdurabunt homines. Lambinus.
Mansio, Verbale {μονὴ , διαμονὴ} Actus ipse manendi & quiescendi in aliquo loco. Terent.Phorm.5.9,
Hæccine erant itiones crebræ,& mansiones diutinæ Lemni?
Mansio & Decessio,contraria.Cic.ad Sulpitium,lib.4.4,Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.
Mansio in vita:cui contrarium est Excessus è vita. Cic.3.de Finib. Quum ab his mediis omnia proficiscantur officia,non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum è vita,& in vita mansionem.
Mansio, Hospitium. Suet.in Tit.Vesp.cap.10,Deinde ad primam statim mansionẽ febrim nactus,quum inde lectica transferretur,&c.
¶Mansio(inquit Sipõtinus)iter est vnius diei. Plin.lib.12.cap.14, Gebanitarum caput Thomna est: abest à Gaza nostri litoris Iudææ oppido M. D. X X X V I I millia passuum : quod diuiditur in mansiones camelorum sexaginta duas.
Mansito,mansitas,pen.corr. {διαμένω} mansitare,Frequentatiuum. Tacitus lib.13,Quippe mansitasse vna conuincebatur.
Mansito,à verbo Mando,mandis,Vide M A N D O,mandis.
Manes, manium, manibus, pluraliter tantum. Acron, Dij manes,dij boni,à manum,quod est bonum. Antiqui animum à corpore separabant , manem deum nuncupabant. Apuleius de dæmonio Socratis, Manes animæ dicuntur melioris meriti , quæ in corpore nostro Genij dicuntur:corpori renuntiantes,Lemures: quum domos incursionibus infestarent,Laruæ appellabantur. Contrà,si bonæ fuerint, Lares familiares. Seruius per antiphrasin ait Manes esse deos inferos, quia non sint boni. Idem dicit alibi esse animas corporibus exutas, quæ nondum in alia corpora migrauerint. Festus , Manes dij ab augu ribus vocabantur,quòd per omnia manare credebant , eósq; deos superos, atque inferos dicebant. Cic.2.de Legib.Deorum manium iura sancta sunto.
Manes. Virg.6.Æneidos, Quisque suos patimur manes. Seruius, Manes,supplicia quæ sunt apud manes.
Manes animæ.Horat.1.Serm.Satyr.8.
Di manes.Horatius Epod.5.
Diui.Lucret.lib.6.
Imi.Virg.4.Æneid.
Nocentes.Lucan.lib.3.
Profundi.Virg.1.Georg.
Semidei.Lucan.lib.9.
Sacrati.Sil.lib.15.
Sepulti.Virg.4.Æneid.
Stygij.Ouid.13.Metam.
Elicere manes ex fossis.Horat.1.Serm.satyr.8.
¶Nocturnos ciere.Virg.4.Æneid.
Manes ritè conditi. Plin.iunior lib.7.ad Suram,epist.à fine 7.Hoc est exequiæ perfectæ,& corpori funerato iusta persoluta.
Charos vna confundite manes.Stat.3.Theb.
Lædere manes alicuius.Tibull.lib.1.eleg.1.
M A N E S {μάνης} Hæresiarcha, genere Persa, vita & moribus barbarus, tam acer ingenio, vt ex nominis argumento insanire videretur , sub Aureliano principe Romam è Perside venit. Ab hoc Manichæorum hæresis & nomen & ortum habet. Hunc denique Manetem ad vltimum rex Persarum viuum cute direpta necauit , quòd filium eius quem reiectis aliis medicis curare pollicebatur,interfecerit. Ex Suida & Eusebio.
M A N E N S, Manentis , Alter item hæresiarcha , à quo dogma illud nefarium,quo Euchetæ hæretici vtebantur, in Syria fuit propagatum. Vide Cælium lib.2.cap.16.
M A N E S, Fluuius est , siue potius torrens,Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens:interdũ tam exiguus, vt transeuntis vix tingat pedes:interdum tam latus,vt in bina diffundatur iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strabon.lib.9.
M A N E S I V M,Phrygiæ oppidum , à diuite quodam , cui Manes nomen fuit,ita appellatum. Stephanus.
M A N E T H V S, Vide paulo antè M A N A E T H V S.
M A N E T H V S A, Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomponium Melam,lib.2.

Mango,mangonis,com.gen. {μαγγανεύω.} Dicti sunt mangones,quasi manu agones,quòd homines agant in manum,id est potestatem.erãt enim magistri formæ puerorum , & mentiendi coloris artem probè callentes. Solebant enim pueros puellásque,quo facilius vendi possent,artificio quodam componere,atque colorem fuco ementiri , vt vendibiliores essent. Quintil.lib.2 cap.15. Martialis,Millia pro puero cẽtum me mango poposcit. Suetonius in Domitiano , cap.7,Castrari mares vetuit : spadonum , qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est.
¶Mangones , Aliarum etiam rerum dicuntur, qui merces poliunt atque interpollant,vt pluris vendant. Plin.lib.37.cap.13,Decussi fragmenti paulum,quod in lamina ferrea teratur,efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum.
Mangonizo,mangonizas,pen.prod. {μαγγανεύω} mangonizare,Ornare, & quasi componere rem aliquam ad alliciendos emptores. Plin.lib. 32.cap.10,Ita pueros mangonizauit Salpe obstetrix.
Mangonizata {μαγγανευθεῖσα} etiam oratio dici potest , forma item & domus , & reliqua : vt lenocinijs & fuco potius quàm veritate allectent.Hæc Hermolaus. Mangonizantur etiã panni siue linei siue lanei. Equos præterea mangonizatos vænire videmus. Plin.lib.9.cap. 54,Vt qui primus pensiles inuenit balineas , ita mangonizatas villas subinde vendendo.
Mangonicus,pen.corr.Adiect. {μαγγανικὸς} Quod ad mangonẽ pertinet. Plin.lib.21.cap.26. Suet.in Vespasiano,cap.4, Necessariúsq; ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa defecudit.
Mangonium , mangonij {μαγγανεῖα} Artificium quod ad res facilius vendendas adhibetur. Plin.lib.10.cap.50,Dedere & Parthi cocis suos mores.nec tamẽ in hoc mangonio quicquam totum placet, hîc clune,alibi pectore tantum gallinarum laudatis.
M A N I A,Maniæ,Vrbs Parthorũ ab Oriente hyberno. Plin.lib.6.cap.25.
Maniæ,maniarum {μορμολυκεῖα.} Festus, Maniæ, turpes, deformésque personæ. Manias Ælius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras,quia turpes fiant,quas alij manolas appellant. Manias autem,quas nutrices minitẽtur pueris,esse laruas, id est Manes, quos deos desique putabant , quósque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt qui Maniam laruarum deam , animámque putent.
Mania,Insania etiam dicitur:Græcum enim est vocabulum.Cic.3. Tusc.Græci autem maniam vnde appellent,non facilè dixerim.eam tamen ipsam distinguimus nos melius quàm illi.hãc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius,à furore distiungimus.
M A N I Æ, Deæ. Cælius lib.17.cap.4, In Arcadia portò pergenti ex ciuitate quam μεγάλην vocant,Messeniam versus, dearum occurrit rempulum , quas & regionem templo circumiectam , manias nuncupant. Eas eruditi Eumenidas interpretantur. Hæc ille.
Manica , pen.corr. {χειρίσμος,χειρὶς} A manu deriuatur. Vestis pars qua manus teguntur.Virg.9.Æneidos,
Et tunicæ manicas,& habent redimicula mitræ.
Manica,à manu. Varr.de Ling.Latin.lib.5.
¶Manicæ {χειρόπεδαι} Manuum vincula. Virg.2.Æneidos,
-manicas atque arcta leuari
Vincla iuber Priamus. Cic.11.Philip.Solet enim accipere ipse manicas,nec diutius obsidionis metum sustinere.
Truces.Valer.2.Argon.
Occupare aliquem manicis.Virg.4.Georg.
In manicis & compedibus tenere aliquem.Horat.1.epist.17.
¶Manicæ , Thecæ sunt ferreæ , quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur.Iuuen.Satyr.6,
Baltheus,& manicæ,cristæ,crurisque sinistri Dimidium tegmen.
¶Manicæ,Quibus aduersum vim frigoris manus muniuntur,quas Græci chirothecas vocant. Plin.lun ad Macrum,lib.3.epist.5,Cuius manus hyeme manicis muniebantur: vt ne cæli quidem asperitas vllum studij tempus eriperet.
Manicatus,pen.prod.Adiect. {χειριδωτὸς} Quod habet manicas.vt Manicata tunica. Colum.lib.11.cap.1,Quæ vtraque prohibẽtur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis. Cic.in Catil.4, Quos pexo capillo nitidos aut imberbes , aut bene barbatos videris , manicatis & talaribus tunicis,velis amictos, non togis. Probrosè nominat Cicero manicatas tunicas,quasi hominum effœminatorum,quomodo etiam Virg.9.Æneidos,
Et tunicę manicas,& habẽt redimicula mitrę.Vide Gell.lib.7.cap.12.
Manicon {μανικὸν} Sthrycmi herbæ species est,quã si quis drachmæ pondere sumpserit,variæ species ac lętitia plenæ animo obuersantur: quod pondus duplicatum mentis excessum triduo affert,triplicatum mortem. Alio nomine Doryenion appellatur , eo quòd cuspides in prælijs eo tingerentur. Vide Plin.lib.21.cap.31. Ea putatur esse,quæ hodie in officinis *Solatrum mortale* appellatur.
Manicula,Transuersa est regula in stiua aratri : sic dicta,quòd manu bubulci teneatur : qui quasi est temo inter boues. Varr.de Ling Latin. lib.4. Turnebus autem hũc locum sic legit,Et in ea transuersa regula,manibula,quòd manu bubulci teneatur:qui quasi temo est inter boues,bura à bubus,alij à curuo curuum appellant. Aliter interpungitur in Varronis codicibus, sed hæc lectio mihi fit verisimilior.
M A N I C H Æ I, Hæretici fuere, à Persa quodam appellatione ducta, vt suprà scripsimus,qui duas introducebant naturas, & substãtias duas, bonam vnã,alteram mali causam. De his pluribus Cælius lib.1 cap.14. & lib.18.cap.18.
Manifestus,Adiect. {δῆλος, ἐκφανὴς , κεκριμένος, σαφὴς, φανερὸς, καταφανὴς} Clarus & apertus:quasi ad manus foris stans. Cic.4.Verr.Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis.
Amator manifestus.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Cædes.Liu.1.ab Vrbe.
Causa Propert.lib.3.eleg.13.
Culpa Ouid.2.Amor.eleg.2.
Deus.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.
Fides.Virg.2.Æneid.
Furtum.Cic.4.Verr.

Ira numinis Ouid.6.Metamorph.
Libido.Ouid 9.Metamorph.
Manifestas literas quæris.Cic.5.Verr.
Pietas.Ouid.2.de Arte.
Signa dare.Ouid. 5.Meramorph.
Vestigia rotæ.Ouid.2.Metamorph.
Manifestum facere.Plin.iuniot epist.318.
¶Manifestum habere. Salluſt.in Catil Cicero per Sangam consilio cognito,legatis præcipit, vt studium coniurationis vehementer simulent,cæteros adeant,bene pollicẽtur: dẽtque operã, vti eos quammaximè manifestos habeant.
Negare manifesta.Ouid.epist.4.
Manifesta res est.Plaut.Mostel 8.
Testatæ & manifestę res.Cic.2.Verr.Eiusmodi res,ita notas,ita testatas,ita magnas,ita manifestas proferam, vt,&c.
¶Manifestus mendacij,aut sceleris, Cuius scelus aut mendacium omnibus palàm est. Plaut.Truc.4. Salluſt.in Iugurth. At Iugurtha manifestus tanti sceleris non prius omisit contra verũ niti, quàm ani maduertit super gratiam atque pecuniam suam inuidiam facti esse.
Vanitatis,flagitij, ambitionis manifestus , & similes loquutiones, quibus quidem frequenter vtitur Tacitus.vt lib.4, Ne tamen offensionis,aut metus manifestus foret.
Manifestus delicti.Corn.Tacit.lib.2.
Manifestè, Aduerbium {σάφα,σαφῶς,φανερῶς,ἐναργῶς,κρατύδηλα,ὄντως,καθαρῶς} Palàm,perspicuè,clarè,non obscurè. Cic.3.in Catil.Vt,quod erat difficillimũ,quódque ego semper optabã à diis immortalibus , tota res nõ solã à me,sed etiã à Senatu,& à vobis manifestè deprehẽderetur.
Apparere manifestius.Virgil.8.Æneid.
Manifestò, Aduerbium {ἐμφανῶς} Idem. Cic.pro Cluentio, Quum manifestò venenum deprehendisset,&c.
Manifestò verberari,Id est palàm. Plaut.Asin.11.
Manifestò compertum atque deprehensum facinus.Cic.pro Cluẽtio,Exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum atque deprehensum.
Manifestarius,Adiectiuũ {διαπεπυσμένος,γνῶστος,ὑποπίπτων} Idem quod manifestus. Quod vulgò *notorium* dicitur.
Manifestaria res est.Plaut.Mil.1.
Manifestarius fur.Plaut.Aulul.18,
Capio fustem,obtrunco gallum furem manifestarium.
Manifestarium aliquem tenere.Plaut Trinum.13,
-teneo hunc manifestarium,me sibi
Epistolas dedisse dicit,ludam hominem probé.
M A N I L I V S Octauius,à quo Manilij fuxẽre. Is Tusculanorum dux & Tarquinij gener, ad quem ille postẽ fugam se recepit, ciúsque auxilio Romanis intulit bella. Liuius lib.1.
Manliorũ familia,à Manilia filia Telegoni , quam Thusculi procreauit,est appellata,quando id oppidum ipse condidisset. Festus.
Manliæ gentis decreto nemo ex ea Marcus appellatur , quòd M. Manlius qui Capitolium à Gallis defenderat,quum regnum affectasset,damnatus,necatúsque est Festus.
M A N I O L A E, Insulæ ex aduerso Indiæ,extra Gangem,in quibus traduntnauigia quæ clauos ferreos habent,detineri,nec vltetius progredi sinunt,nequãdo lapis Herculeus,qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat.Eas tenent Anthropophagi,Manioli dicti:vt scribit Ptolem.lib.7.
Manipulus,pen.corr. {χειρόπλουτος,δρεπανηφόρος} A manu fit: & propriè significat fasciculũ quẽ manu quis apprehendit metendo. Plin.lib.18.cap. 28. Colum.lib.11.cap.2,Bonus operarius prati iugeri desecat,nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat , qui sint singuli quaternarum librarum. Vide eundem lib.2.cap.19. Et Varr. de Re rust.cap. 49.& 50.lib.1.
Filicum manipli,pro Manipuli.Virgil.3.Georg.
¶Manipulus {λόχος} Exigua militũ manus,quæ vnum sequitur signũ. Erat enim pars centuriæ: ita dicta,quòd Romulo adhuc paupere,Romanus exercitus manipulos fœni hastis alligatos, pro signis gerebat. Et in legione quidem erant x x x manipuli. Vnde Manipularis,Qui fert vexillum. Ouid.3.Fastorum,
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Vnde manipularis nomina miles habet. Vegetius libro 2. scribit Manipulum vocari contubernium decem tantũmodo militũ sub vno papilione degentium : ab eo dictum , quòd coniunctis manibus dimicarent. Terent.Eunuch.4.7.
Cedò alios,vbi centurio est Sanga,& manipulus furũ? Id est militũ.
Manipulos militum minimas manus, quæ vnum sequuntur signũ. Varr.de Ling.Lat.4. Et lib.5,Quum iungit plures manus,manipulus,vnde manipularis miles, &c.
Armatos manipulos ad signa conuocat. Lucan.lib.1.
Prostrati manipli.Sil.lib.17.
Dispectíque duces,desolatíque manipli.Virgil.11.Æneid.
Manipularis,& hoc manipulare,pen.prod. {κοχλιῶν} Quod ad manipulum pertinet,quódque de manipulo est.Plautus Mostell.4,
Conueniunt manipulares,eccos prædam participes petunt. Cic.ad Attic.lib.9, Et me vna hæc res torquet , quòd non omnibus in rebus labentem,vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis sequutus sim.
Manipulares iudices.Cic.1.Philipp.
Manipularius,Adiect.vt Habitus manipularius, apud Sueton. in Calig. cap 9,Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit,quia manipulario habitu inter milites educabatur.
Manipulatim, pen.prod.Aduerbium {κοχλιδὸν} Per manipulos. Plautus Pseudolo,4, -manipulatim mihi
Munigeruli facite ante ædes iam hîc adsint. Liu.2.ab Vrbe,lib.8,Et quod antea phalanges similes Macedonicis,hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.
Manipulatim,Collecta manu. Sisen.Hist.lib.3, Requiescẽdi spatiũ nacti,cõdensiores manipularim resistere hostibus instituissent. Non.
M A N I S,Fuit rex Phrygię vetustissimus,bonitate ac potẽtia perinsignis, cuius de nomine Phryges etiã nunc illustria admirãdáque omnia Manica nuncupãt. A quibusdã Masdes vocatur. Author Cæl.lib 23.cap.6.
M A N I V S {μανὸς} Prænomen dictum est ab eo quòd mane quis initio natus sit,vt Lucius qui luce. Festus. Alij ominis causa,quasi bonos, dictos volunt,quòd manum antiqui bonum vocabant.
M A N I V S Marcius Ædilis plebis primum frumentũ populo in modios assibus donauit,vt scribit Plin.lib.18 cap.3.
M A N L I A N A,pen.prod. {μανλιανὰ} Vrbs Lusitaniæ Prolemæo. Vulgò *Mons maior*. Manliana item, Tuscorum vrbs, Ptolemæo authore. Hodie Mallianum.
M A N L I V S {μάνλιος} Mathematicus , apici auratam pilam addidit,cuius vertice vmbra colligeretur in semetipsam , alia atque alia incrementa iaculantem apice,ratione,vt feruut, à capite hominis intellecta.Plin.lib.36.cap.10.
Manlius item Capitolinus,ob defensum Capitoliũ dictus. De quo Plin.lib.7.cap.28.
T. Mãlius Torquatus,cognomẽto Imperiosus,quòd sæuissimi exempli author insignem crudelitatis titulum occupaturus fuerit. Atque inde imperia Manliana dicta. Vide Gelium lib.9 cap.13.
Manna,mannæ {μάννα,χνόσμος.} Ros melleus matutinus,tuæ quod mel roscidum Galenus appellat , siue etiam quod mel aerium Virgilius. Cælius,Illud hac parte obiter leuius attigero,Syriacum rorem à Celso in medicina capi pro eo quòd nomine peregrino vocatur etiã manna. Dioscorides in Libano probari manna tradit candore præcipuo. Sciendum tamẽ in thure quoque agnosci manna à Plinio, lib.29.cap. 6.quonia m sic elisas intelligit micas. Hactenus Cælius lib.13.cap.56. Galenus lib.3.de Alimentis,colligi ait in Libano monte Liburniæ.
Mannulus,mannuli,pen.corr.masc.gen. Equus pusillus. Martial.lib. 12,Nusquam est mulio,mãuli tacebunt. Plin.iunior lib.4 epist.12, Habebat puer mãulos multos, & iunctos & solutos : habebat canes maiores minoréque. Dicti sunt autem mannuli , siue, vt est apud Horatium 3. Carm.ode 27, Manni, quòd mansuetudine manum sequantur,vt ibi inquit Acron.
Mannus,Vide M A N N V L V S.
Detonsi manni.Properr.lib.4.eleg.8.
Impositus mannis Horat.1.epist.7.
Currit agens mannos ad villam.Lucret.lib.3.
¶Mannus,dicitur etiam colli ornamẽtum: vnde mãophori Græcis nuncupantur maniacia habentes,Id est aurea pectrachelia. Hæc Cælius lib.23.cap.5. Dicitur quibusdam Manos , siue Monos. Vide Pollucem lib.5.cap.16.
M A N N V S {μάννος} Filius fuit Teutonis dei, à quo Alemanni diu gloriantur.
Mano,manas {βρύω,ὑποβρύω,ὑποῤῥέω} manare, Propriè dicitur quum aliquid ex intẽgro,sed non satis solido per minutissimas partes stillat. Tractum à Græcis,qui μανὸν rarum & sine densitate appellant. Festus manare à mane deducit,& de sole propriè dici vult , quum orientes radij splendorem iactare incipiunt. Frequentius tamen ad aquam & ad humores refertur.
Manare,per translationẽ,De fluere,Descendere significat. Res autem quæ manat , quandoque in nominatiuo ponitur , quandoque in accusatiuo,quandoque in ablatiuo.
Sudor ad imos manabat talos.Horat.1.Serm.satyr.9.
Aqua manat de flumine.Ouid.2.de Remed.amor.
Manat dies ab Oriente.Varr.de Ling.Lat.lib.4.
Guttæ sanguinææ manant de vulnere.Ouid.2.Metamorph.
Manat è fontibus.Cic.1.Tusculan.Quare si aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria,multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus,è quibus etiam illa manabant.
Ingenium meum manat paupere vena.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.
Mella caua manant ex ilice.Horat.Epod.16.
Manare aliquem mella poetica, Horat.1.epist.ad C.Cilnium Mœcenat.3, -fidis enim manare poetica mella
Te solum. Id est Confidis te versus edere quouis melle dulciores.
Genus est loquendi rariusculum.
Lacrymæ manauere genis.Silius lib.7.
Sanguis manat palato.Ouid.3.Metamorph.
Manat sudor corpore.Virgil.3.Æneidos,
Dum gelidus toto manabat corpore sudor.
Vnda fontibus.Tibull.lib.3.eleg.5.
Manat cruore culter.Liu.1.ab Vrbe.
Manat sudore.Cic lib.1.de Diuin.
Manat picem hæc arbor. Plin.lib.14.cap.20, Arborum succo manantiũ picẽ resinámque,aliæ ortæ in Oriente,aliæ in Europa ferũtur.
¶Manare,Dispergi,disseminari,sperpere.percrebrescere. Cic.2.Tusculan.Latius enim manabit hæc ratio,& aliquanto maiorem locum, quàm de vno dolore occupabit.
Manat consilium Liu.7.ab Vrbe.
Manat fama vel rumor.Cic.14.Philipp.Quum,vt scitis,hoc triduo vel quatriduo tristis à Murina fama manaret.
Manat malum. Cic.ad Caslium,lib.12.1, Manabat enim illud malũ vrbanum,& ita corroborabatur quotidie.
Manãs,Particip. {ῥέων.}vt Aqua manãs de niue.Ouid.1.de Pont.eleg.1. Lymphæ manantes.Horat.Epod,2.
Manantia vlcera, Plinius identidem pro iis qui serpunt accipit.vt lib.23 cap.3. Budæus.
Manantia capitis vlcera, Græcè ἕλκωσις, ex Pauli Æginetæ lib.2.descripta one, fiunt in ipsa capitis cute , tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa fluit sanies. Notum mali genus, & pueris in primis familiare.
Manalis,Adiect.vt Manalis fons,Ex quo aqua perpetuò manat.
Manalẽ lapidem putabãt esse ostiũ Orci, per quod animæ inferorũ ad superos manarent qui dicũtur Manes.Manalẽ lapidẽ etiã vocabãt petrã quandã quæ erat extra portã Capenã iuxta ædẽ Martis : quam quũ propter nimiã siccitatẽ in vrbem perrahereẽt,sequebatur statim pluuia,cúmque,quòd aquas manaret,manalẽ lapidem dixere. Fest.
Manabilis,& hoc manabile,Adiect. vt Frigus manabile.Lucret.lib.1,
Nam neque conlidi sine inani posse videtur Quicquam &c.

Nec capere humorem,nec item manabile frigus. Manabile, inquit Lambinus,Id est quod facilè in partes intimas penetrat.

Manobarbulus,Teli genus simile plumbeę pilæ,quo vrentes milites ipsi Manobarbuli dicti sunt. Hi postea à Maximiano Cæsare , quòd se fortiter in Illyrico gessissent,Iouiniani & Herculani dicti sunt. Sipontinus putat esse vocabulum peregrinum.

Manon {μανὸν} Spongiæ genus minus spissum & mollius: {ἀπὸ τῶν μανέντων, hoc est à raritate appellatum. Plin.lib.9.cap.45, Spongiarũ tria genera accepimus: spissum,prædurum,& asperum. Tragos id vocãt: minus spissum & mollius,manon: tenue densúmque, ex quo penicilli,Achilleum.

Mansisterna,Aquæ vena,Id est vrceus. Plaut.Bacch.
Effer mansisternam cum aqua foras.

Mansio,Vide MANEO.

Mansito.Vide MANDO,mandis,& MANEO.

Manstutor,Vide MANVS.

Mansuetus,penult.prod.Adiect. {φῶρες,ἥμερος,βδάκεικὸς,πάθεως} Mitis, quasi manu assuetus : quòd omnia quæ sunt natura fera, manuũ præmulsione miteſcãt. Festus,Mansuetus, neque misericordia mœstus, neque crudelitate sæuus,sed modestia temperatus. Terent.And.1.1, Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij,
Mansuetúque animi officia.
Mansuetus & Ferus,cõtraria. Cic.1.de Inuent. Deinde propter rationem atque orationem studiosius audiętes, ex feris & immanibus, mites reddidit & mansuetos.
Amor mansuetus.Propert.lib.1.eleg.9,
Mansuetæ bestiæ,Placidæ & cicures dicuntur.
Beneficus,salutaris,& mansuetus ciuis.Cic.pro Milone.
Ira mansuetior.Ouid.3.Trist.eleg.6.
Littora.Propert.lib.1.eleg.16.
Manus.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.
Pectus.Ouid.in Ibin.
In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Cic.2.de Orat.
Facere mansuetum,vel reddere.Plaut.Asin.10.

Mansuetè,pen.prod.Aduerbium {φῶρες.} Cic. pro Marcello. At verò quòi aliquid clemẽter,mansuetè,iustè,moderatè,sapienter factũ,&c.

Mansuetudo,pen.prod. {φῶρες,βδάκεικεν μίμερότης.} Cic.7.Verrina,Illam clementiam,mansuetudinémque nostri imperij,in tantam crudelitatem inhumanitatémque esse conuersam?
Lenitatis & mansuetudinis genus orationis , cui opponitur Vehemens & atrox.Cic.2.de Orat.

Mansuefacio,mansuefacis,pen.corr.mãsuefeci{φωύνω,ἥμερόω,πθεσοβία} mansuefacere,Mansuetum reddere. Plin.lib.11.cap.37, Quæ causa etiam mansuefacta,vbi ad vicinum sanguinem peruenit saliua,inuitat ad rabiem.
Mansuefacere plebem.Liu.3.ab Vrbe.
Mansuefacti & exculti. Cic.1.Tusculan. A quibus mansuefacti & exculti,à necessariis artificiis ad elegantiora desuximus.
Domitus,& mansuefactus.De inanimatis.Plin.lib.34.cap.9.
¶Mansuefactum. Cæsar, Multáque erant intra eum locum mansuefacta, quibus interim iumenta pascerentur. Id est vt ipse dicit,inter munitiones sata. Budæus.

Mansuefio,penult.prod.mansuefis,pen.indiff. {φωύνομαι} mansuefieri. Cæsar 6.belli Gall. Sed assuescere ad homines & mansuefieri,ne paruuli quidem excepti possunt.

Mansues,etis,Antiqui dicebant pro mansueto. Plaut.Asinar. Reddam ego te ex fera fame mãsuetem. Accius Meleagro,Nunc me matrem mansues misericordia capsit.

Mansuetarius,mansuetarij {φωύνπιὸς} Qui feras mansuefacit. Vnde etiam Ferarum mansuetarius dicitur.Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos,quos edoctos per mansuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Firmicus lib.8.cap.17,Septentrione oriente nati,erunt mansuetarij ferarum.

Mansuesco,mansuescis,mansueui,pen.prod. {πθεσοβίομαι} mansuescere,Mansuetum fieri,miteſcere. Colum.lib.6.cap.2,de bobus domandis, Nam per hæc blandimenta triduo ferè mansuescunt.
Corda nescia mansuescere precibus.Virgil.4.Georg.
Feræ mansuetúęre clauso carcere.Lucan.lib.4.
Fructus mansuescunt terra.Lucret.lib.5.
Mansuescere,pro Mansuefacere posuit Varro lib.2.de Re rust.cap.1,Sic ex animalibus,quum propter eandem vtilitatẽ quæ possent syluestria deprehenderent,ac concluderent,& mansuescerent. Fortasse legendum mansuefacerent.

Mansuem {πθεσοβὸν} pro Mansueto posuerunt veteres. Fest.ex Varr.

Mansus,Vide MANDO, mandis.

MANTALVS {μάντιλος} Phrygiæ oppidum,ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus.Stephanus.

Mantelia, de quibus Arnobius aduersus gentes lib.2, quædam sunt mulierum ornamẽta,quæ, quoniam in desuetudinem abierunt, ideò ignorantur.

Mantelum,manteli,pen.prod. {χειρόμακτρον} & Manteliũ, mantelij, apud Varr.& Mantile,mantilis , composita dictio ex manus & tela,à manibus tergendis. Est enim lineolum quo manus tergere solemus. Varr.de Ling.Latin.lib.5, Mantelium quasi manuterium, vbi manus terguntur. Ouid.4.Fastorum,
Dixerat.à dextra villis mantile solutis,&c.
¶Mantelum,vel Mantele,huius mantelis,pen.prod.Genus penulę. Plin.lib.7.cap.2,Cutibúsque hominum cum capillo , pro mantelibus vruntur. Hermolaus,Antiqua lectio pro mãtelibus, aut pro mantelis: ita enim penulæ genus appellatur Plauto, quam Græci mandyan quoque vocant,quo se vt lorica muniunt. Etiamsi mantelia & mantilia pro mappis,quasi à manibus tergendis sumuntur.
Mantelum mendaciis.Plaut.Capt.10,Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantelum est meis.Id est,regmen.

Mantes,mantis {μάντις} Vates Latinè dicitur. Cic.1.de Diuin. Nam & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdã sacerdotes,quos Mantes vocant,adhibuerunt.

Manteum,mantei,pen.prod. {μαντεῖον} Locus oraculis dicatus.Plin.lib.5.cap.29,Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

Mantice,mantices,pen.corr. {μαντικὴ} Ars ipsa diuinãdi. Cic.1.de Nat.deor.Sequitur μαντικὴ vestra,quæ Latinè diuinatio dicitur,qua,&c.

Mantica, manticæ, pen.corr. {βαλάντιον} Nummorũ receptaculum, quòd manu geratur.
Mantica {πήρα}Perula viatoria,authore Porphyrio.Horat.2.Serm. satyra 6,
Ire licet mulo,vel,si libet,vsque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlcerer,atque eques armos.
Non videmus manticæ quod in tergo est. Prouerbium. Caruli ad Varum,19.Id est,Non videmus nostra ipsorum vitia,quum aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbium natum ex apologo quopiã Æsopico,qui fertur huiusmodi,Finxit Æsopus singulos mortales binas habere manticas,hoc est peras: alterã ante pectus, alteram à scapulis tergóque propendẽtem. Sed in priorem,inquit,aliena vitia immittimus: in posteriorem nostra. Persius satyra 4,
Vt nemo in sese tentat descendere,nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Erasmus.

Manticula,pen.corr.Diminutiuum {πηρίδιον.} Festus,Manticularum vsus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro seculo fuit.

Manticularia,dicuntur ea quæ in frequenti vsu habẽtur , & quasi manu tractantur. frequens enim ad manus tergendas vsus fuit mantelorũ, vnde hæc trahitur similitudo. Festus.

Manticularius,manticularij {κλαπτοπήρας} Dicitur fur,qui inferens se confertæ multitudini,marsupia aut fecat , aut artificio doloso aperit & euacuat,ablata pecunia.

Manticulor,pen.corr.manticularis {κλοπεύω} manticulari, Est (authore Festo)furandi gratia manticulas attrectare. Inde pro Dolosè aliquid agere,vsi sunt quidam eo verbo. Pacuuius, Ad manticulandum astu aggreditur. Plautus Capt.13, Nam hercle nisi manticulatus probè hæc fuisti.

Mantichora {μαντιχόρας} Bestia in India, quæ triplicem dẽtium ordinem,& hominis faciem vnà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectãs. Plin.lib.8.cap.21. De mantichora sic scribit Ælianus,Apud Indos,inquit,nascitur immẽso robore animal,cui Indorum lingua Mantichora nomen est, magnitudine maximi leonis, colore rubrum,canis modo villosum, facie eadem propè quæ hominis,dentium triplici vtrinque ordine acutissimorum,caninis maiorũ, auribus hominis similibus , nisi quòd hæ & grandiores & villosiores sunt: oculis cæsiis,& iis non dissimilibus hominis:pedibus,& vnguibus iisdem, qui leonis. Summa cauda illi scorpionis modo terreni, aculeo plusquam cubitali armata: reliquũ caudæ vtrinque aculeis cũ spidarum est: quos tanquã tela,siquis insequatur,eminus eiaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur : quocirca cõplures homines interficit: nec singulos dũtaxat homines inuadit, sed plures collecta, solam interimit. Ideò Indicè Mantichora appellatur , quòd bestia sit hominum conficientissima, ex rebus quas gerit nomẽ trahens. Vide plura apud Ælianum loco iam citato.

Mantile,mantilis,pen.prod.n.gen. {χειρόμακτρον,μανδήλιον} Idem quod mantelum. Virgil.4.Georgic. -tonsísque ferunt mantilia villis. Seruius dicit maiores mappas,villos habuisse. Plin.lib.7.cap.2,Cutibúsque cũ capillo pro mãtilibus ante pectora vti. Quo in loco quidã legunt corruptè monilibus. Ex vetusto codice legitur mantelibus.

MANTINEA {μαντίνεια} Arcadiæ vrbs,quam Epaminondas superatis secunda pugna Lacedęmoniis illustrem reddidit, in qua & ipse diem obiit. Hæc Strabo lib 8.

Mantinea item, vrbs quæ postea Antigonia dicta fuit , in adulationem Antigoni eius qui Philippo Persę patri curator regni fuit.Sed postea Adriani Imperatoris iussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantis {μάντις} Locustæ genus,quæ in stipulis nascitur,virẽs colore, corpore prælongo, pedibus item prioribus prælongis, quos & agitat assiduè. Aristarchus in cõmẽtario Lycurgi,locustã hãc scribit,siquod inspexerit animal,protinus illi quidpiã producere mali: vnde,inquit, μάντις dicitur, ὑπὸ τοῦ μαντεύεσθαι καὶ κακὸν ἐκφαίνειν, hoc est mantis vocatur, quæ noxij molestíque aspectus est. Vel dicitur mantis , quia locustis aduentantibus,prælagium fit ingruentis penuriæ.
Mantis te vidit,Prouerbium in eos quibus fascinator oculus malũ obiecit quidpiam. Vide paulo antè Mantis.

Mantissa {ἐπίμετρον} Additamẽtũ dicitur lingua Tusca, quod põderi adiicitur,& quod sine vllo vsu est.Lucil.Mantissa obsonii vincit.Fest.

MANTIVS {μάντιος} Melampi filius,ex Iphianassa filia Proeti. Ex qua, teste Homero lib.Odyss.5, Polyphideum & Clitum suscepit.

Manto,mantas,mantare {μίμνω} Veteres pro Manere vsurparunt,teste Nonio. Plaut.Pseud.5, At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo. Idem Pœn.4, -nos herus
Apud ædem Veneris mantat.

MANTO,huius Mantûs {μαντὼ} Fuit Tiresiæ vatis Thebani filia,quę post Thebanorũ clades seruitutẽ prima seruiuit sub Creonte : postea sub Theseo: quæ post patris interitũ ad diuersa loca diffugiens, primùm in Asiam venit,vbi Clarij Apollinis templũ cõdidit. Sed quũ interim ex Tyberino Tusco rege Ocnus ei natus esset, qui & Bianor deinde cognominatus fuit: & ad oppidũ ipsum Tusci quoque & Veneti confluerent: circundedit Ocnus oppidũ muris, & in aliã formã redegit. Quin à matre Mantuam appellauit,dicente Virgil.lib.10. Æneidos,
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus,& Tusci filius amnis,
Qui muros,matrísque dedit tibi Mantua nomen.

MANTVA {μάντυα} Vrbs clarissima. Vide MANTO. Poetarũ clarissimo illustrissimóque principe Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius felix ingenium tam omnes efferre debent , quàm imitari nulli possunt.Mantua Musarum domus. Sil.lib.8.
Diues auis Mantua.Virgil.10.Æneid. Mantua diues auis dicitur, quòd olim potens fuerit ea vrbs , quũ Virgilij ætate plurimum amissset de antiqua dignitate,& pristina magnitudine, essẽtque inferior multis Hetruriæ vrbibus. Turnebus.

Mantuanus

Mantuanus,pen.prod.Adiect. {μαντυανικός.} vnde Mantuanus Homerus, & Mantuanus Virgilius dictus est.
Fama Mantuana.Stat.4.Sylu.7.

Manualis, Manuarius, Manubiæ , Manubrium , Manuleatus,Manumissio,Manupretium, Vide MANVS.

Manum {αὔριον} dicitur clarum. Vnde etiam mane,post tenebrãs noctis diei pars prima. Nonius.
¶Manum antiqui bonum dicebant.Varr.lib.5.de Ling.Latin.

Manus,huius manus,f.gen. {χεὶρ,παλάμη,πύγελος,μάγνη} Notæ significationis. Dicta manus,à manando,quòd ex brachiis manat,vel quòd ex ea digiti manant.
Vulgi manus.Horat.1.Serm.satyr.4.
Ægra.Ouid.epist.20.
Amica.Ouid.epist.10.
Argura,Vide Argutus,in ARGVO.
Armiferæ.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Artifices.Ouid.3.Amor.eleg 2.
Auaræ.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Audaces ad omne facinus Seneca Herc.furen.4.
Auidæ.Horat.4.Carm.ode 7.
Candida.Stat.3.Sylu.4.
Carnifices.Sil.lib.1, -non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnificéque manus,&c.
Nunquam cassa.Stat.9.Theb.
Cauæ.Virgil.12.Æneid.
Certa.Quintil.lib.4.cap.5.
Compressa in pugnum.Quintil.lib.2.cap.20.
Docta,Vide infrà,Docta manu distinguere crinem.
Expedita.Cæsar 5.de bel.Ciuil.
Explicita.Quintil.lib.2.cap.20.
Fatalis.Virg.12.Æneid.
Ferox.Seneca Herc.OEth.4.
Fida manus,& fideles socij.Ouid.1.Trist.eleg.4.
Firma.Cic.Fam.15.
Fœminææ.Ouid.epist.8.
Formosa.Ouid.epist.17.
Ad vnum modum formatæ.Quintil.lib.2.cap.13.
Formidatæ.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Fulmineæ.Statius 6.Thebaid.
Furibunda.Senec.Troad.2.
Grata sume manu.Horat.lib.1.epist.11.
Gypsatæ. Cic.in epist.ad Trebatium. Hic, vt reliquorum sententiam omittam,Turnebus per gypsatas manus mulierem barbaram significari putat : nam barbaræ mulieres manus sibi pingere solebant, vt Valerius Flaccus scribit: &,vt opinor, etiam ad candorem gypsare. Gypso enim ad se candefaciendas vsas mulieres esse ex epigrammate Rufini constat,vbi scribit, Ἀντὶ δὲ μοι πόσθου ἄδδιον χρῶτ᾽ὑφῆνε χείσματι.
Horrida ferro.Senec.Herc.OEth.13.
Ignauæ.Lucan.lib.9.
Illigatæ post tergum,Vide ILLIGO.
Immunis manus,Id est non particeps sceleris.Horat.3.Carm.23.
Impia.Horat.Epod.3.
Incerta. Quintil.lib.4.cap.5. Vt certa manus vno telo posset esse contenta,incertæ plura spargenda sunt.
Incontinentes.Horat.1.Carm.ode 17.
Indoctæ,rusticæve.Quintil.lib.1.cap.11.
Inermes.Virgil.1.Æneid.
Iners.Ouid.2.de Arte.
Ingens.Virgil.5.Æneid.
Importuna.Cic.in Catil.
Insinuatis,Vide INSINVO.
Inualidæ.Lucan.lib.5.
Languida facta manus in gremio iacet.Ouid.epist.9.
Lanifica.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Lepida,Vide LEPIDVS.
Leuis,Vide paulo pòst Mollis,&c.
Magna.Virgil.5.Æneid.
Maxima.Cic.Pop.Rom.exercitus eodem duce nõ maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit.
Media.Quintil.lib.11.cap.2.non procul ab initio,Quum semper cogitatio vltra id quod est,longius quærit , quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quod illa quasi media quędam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Media manus, *Main tierce*,Bud.
Medica.Virgil.12.Æneid.
Ministræ.Lucret.lib.4.
Mollis.Ouid.1.Amor eleg.4.
Mollis & leuis.Quintil.lib.2.cap.4.
Nexæ ex ordine.Ouid.8.Metamorph.
Manus niuea.Catull.de Berecynthia,epigr.58.
Noua.Cæs.1.de bell.Gal.
Nuda.Iuuenal.satyr.15.
Manus oculatæ.Plautus Asin.5,
Quum à pistore panem petimus,vinum ex cœnopolio:
Si æs habent,dant mercem:eadem nos disciplina vtimur,
Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident. Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere,quibus videant exhibitaque non habere,quibus audiant pollicitationes. Erasmus.
Parca Horat.3.Carm.ode 16.
Pestifera.Ouid.4.Metamorph.
Piceata,Vide Piceatus,in PIX.
Pigra.Ouid.epist.20.
Plena manu,hoc est Ampliter,copiosè, prolixè, miniméque malignè. Cic.Attic.lib.2.epist. vlt. At hercle alter tuus familiaris Horten sius,quàm plena manu, quàm ingenuè,quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit? Translatum ab iis qui non minutim & parcè,sed plena manu largiuntur.
Manus plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces. Plin.lib.20.
Potentes.Horat.in Carmine seculari. (cap.22.
Præstricta vinclis.Senec.Troad 6.
Marmora deformata prima manu.Quintil.lib.5.cap.11.
Primæ & secundæ manus. Quintil.lib.5.cap.13, Nascuntur ex iis, quæ contradictioni oppositmus,aliæ contradictiones: eantque interim longius,vt gladiatorum manus quæ secundæ vocantur. Fiunt & tertiæ,si prima ad euocandum aduersarij ictum prolata erit: & quartæ,si geminata captatio est, vt bis etiã cauere , bis repetere oportuerit. Hermolaus dicit secũdas & tertias manus vocari posse,quando festis recentes succedunt: sed tamen potius ictus significari videntur,vt ipse alibi nono. Nanque vt in armorũ certamine & aduersos ictus & rectas & simplices manus,tum videre, tũ etiã cauere & propulsare facilè est: auersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. Bud.
Procax.Senec.in Agamemn.3.
Prophana.Ouid.2.Metamorphoseos,
-subit hanc arcana prophana Detexisse manu.
Proteruæ.Ouid.12.Metamorph.
Putæ manus.Horat.Epod.17.
Retortæ.Horat.2.epist.1.
Rigida.Ouid.14.Metamorph.
Rotatæ.Stat.6.Thebaidos,
Præcipitátque retro iuuenem,atque in terga supinat,
Dentibus horrendum strídens: geminátque rotatas
Multiplicátque manus.
Rusticæ.Vide paulo antè,Indoctæ,&c.
Sacrilega.Horat.2.Carm.ode 13.
Sceleſtæ.Senec.in Agamemn.11.
Sinistra.Catullus in Asinium,epigr.12.
Strictæ in fata alicuius.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Sublatæ ad cælum.Horat.2.Serm.satyra 5.
Summissæ.Ouid.epist.16.
Supinæ manus.Vide paulo pòst Arripere.
Supplex.Ouid.11.Metamorph.
Suspensa manu aliquid facere,Vide SVSPENDO.
Tacita.Valer.6.Argon.
Teneræ.Propert.lib.3.eleg.3.
Torpens.Lucan.lib.2.
Tremens manus.Ouid.epist.14.
Tremulæ.Ouid.10.Metamorph.
Truculenta.Seneca Herc.fur.4.
Valida.Ouid.3.Amor.eleg.2.
Varæ.Ouid.8.Metamorph.
Velatæ.Plautus Amphit.4.
Vesana.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Victrix manus mille laborum.Ouid.epist.9.
Virgineæ.Ouid.1.Amor.eleg.3.
Vncæ.Stat.1.Thebaid.
¶Abrumpere manibus.Ouid.2.Metamorph.
Æquis manibus abscedere.Tacit.lib.1.
Abscissa lacerto.Lucan.lib.3.
Abstinere manus ab alienis, vel Abstinere manus in iudicio. Vide ABSTINEO.
Abstineo me manum,Vide ABSTINEO figuratè dictum.
Abstinere manum alieno,In ABSTINEO.
Accedere ad manum.Cic.ad Attic.
Accipere in manum.Iustin.lib.1.de Cyro infante,Quem vt in manum mulier accepit,veluti ad notam allusit.
Addere in vincula,Vide ADDO.
Adducere rem ad mucrones & manus. Tacit.in vita Agricolæ.
Adhibere manum.Quintil.lib.7.cap.1.
Medicas adhibere ad vulnera.Virgil.3.Georg.
Adhibere genibus.Ouid.9.Metamorph.
Infirmas adiuuat ira.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Admouere manum alicui.Catull.ad Aurelium,epigr.16.
Afferre manus,Interficere.Seneca de Benef.lib.2.cap.5.
Inassueta agere aliquid.Ouid.1.de Arte.
Appetere,Vide APPETO.
Apponere ad os, Vide APPONO. Significat autem aliquid dici, quod is,qui dicat,ab aliis exaudiri nolit. Ex Lambino.
Apprehendere manu,Vide APPREHENDO.
Armare.Virgil.9.Æneid.
Procacem armare.Seneca Agamen.3.
Manibus supinis attripere beneficium. Senec.de Benef.lib.1.cap.15.
Inter manus attripere aliquem, Est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut.Mostel.
Asserere manu & manum,In ASSERO.
A lenone manu asserere,Vide A vel AB præpositiones.
Inter manus auferre è conuiuio. Cic.7.Verr.Itaque erant exitus eiusmodi,vt alius inter manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur,alius tanquam occisus relinqueretur.
Manu alicuius cadere.Ouid.5.Metamorph.
Capere manu,& in manum,In CAPIO.
Tremente manu tela capio.Ouid.epist.14.
Manu capere , Id est bello quærere. Salust.Pop.Rom. quæcunque vrbes & agros manu ceperat,regi donat. Budæus.
Pugnam manu capesset.Tacit.lib.12.
Captans tactum manus. Ouid.epist.20, Captantem tactus eiiciéque. Id est Remoueo manum cupientem me tangere.
Carpere pomum.Virgil.6.Æneid.
Vncis manibus carpendæ frondes,Virgil.2.Georg.
Cedo manum,Vide CEDO.
Cogere manum.Cæsar 2.bel.Gall.
Cohibere,In COHIBEO.

Collidere. Quintil. lib. 2. cap. 12, Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontẽ cædere, mirè ad pullatũ circulũ facit.
Commaculare sanguine. Virgil. 8. eclog.
Componere manus manibus, In COMPONO.
Facili manu componere aliquid. Ouid. 1. de Arte.
Comprimere, In COMPRIMO.
Conferre, In CONFERO.
Conferre manum, Cerrare cum aliquo. Virgil 9. Æneid.
Conferre manu certamina pugnæ. Lucret. lib. 4.
Confirmare. Cic. pro Lege Manil.
Confligere manu, In CONFLIGO.
Oppida manu congesta. Virgil. 2. Georg.
Conferere manum cum hostibus, Vide CONSERO.
Conferere manus cominus. Liu. 7. bel. Pun. Instabilis hostis ad cominus conferendas manus.
Ex iure manu consertum, Vide EX præpositionem.
Constrictas in se conseruere manus. Ouid. epist. 12.
Continere manus, In CONTINEO.
Continere manum alicuius. Ouid. 1. Fast.
Vix continet manus ab ore mifero. Ouid. epist. 11.
Cruentis manibus contingere aliquid. Virgil. 2. Æneid.
Conuenire in. Cic. in Topic.
Decertare manu, In DECERTO.
Dedere manus, figura prouerbiali, significat Victum se fateri. Lucret. lib. 2, -sed magis acri
Iudicio perpende: & si tibi vera videntur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contrà.
Defendere se manu, In DEFENDO.
Deficiunt ad cœpta manus. Ouid. 8. Metamorph.
Manibus his denumerauí. Plaut. Epid. 8,
-leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolui,
Manibus his denumerauí.
Deponere è vel de manibus. Cic. in Academ.
Destinere. Cæs. 2. de bel. Gal.
Dimittere è vel de. Cic. Demosthenem totum cognouisti, nec eum dimittis è manibus.
Docta manu distinguere crinem. Seneca Troad. 10.
Diuellere montes manibus. Lucret. lib. 1.
Dare. Quintil. lib. 2. cap. 3, Vt velocissimus quisque si fortè iter cum paruolo faciat, det manum, & gradum suum minuat.
Placidam dare. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Victas dare. Ouid. epist. 4.
In manum dare, Vide IN præpositionem.
Datos in manum milites, cerni effigiem, &c. Tacit. lib. 4.
Sæua manu dare fata miseris. Seneca Troad. 10.
Concussa manu dare signum alicui. Ouid. 11. Metamorph.
Manu docere, Aperté. Cic. 1. de Nat. deor. Lege, Manu ducere. Expressit enim verbum Græcum χειραγωγῆσαι, quod est Latinè Manu ducere. Sic etiam Lucretius, Sed magis ipsa manu ducunt. Id enim est χειραγωγοῦσι. Restituit Turnebus.
Ducere aliquem manu. Virgil. 3. Æneid.
Eruere syluas. Virgil. 4. Georg.
Euadere alicuius. Virgil. 9. Æneid.
Scelestas hostium euita Senec. Agamemn. 11.
Teneras exercent puellæ. Propert. lib. 3. eleg. 3.
Manibus prælium facere, Idem quod Conserere manus. Salustius in Iugurtha.
Facere manum. Cic. Verr. 6.
Ferre. Virgil. 3. Æneidos,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
Ferre in prælia. Virgil. 5. Æneid.
Manum ferre contra, In FERO.
Manu fingere, Est arte, curáque formare. Metaphora sumpta ab iis qui è cera, siue argilla fingunt imagines. Seneca in epist. Tibul. lib. 1. eleg. 2. Erasmus.
Manibus demissis fugere. Plautus Epid. 10, -imò si audias
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
Glomerare bello. Virgil. 2. Æneid.
Habere manum. Brut. Cic. Famil. 11.
Pollutas habere manus. Ouid. epist. 8.
Habere ad manum. Quintil. lib. 12. cap. 5, Hæc arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus. Vide AD præpositionem.
Manum habet in Ætolis, mentem verò in Clopidis. Scomma est, quod in sortis extremæ hominem, sempérque in petendo paratum, ac nihil nisi rapinas meditantem optimè iaci queat. Ioci autem gratia ex verbi Græci notione consurgit: κλοπὴ enim petere est, & Ætolorum gens quædam, quod facit ambiguum. Rursus κλοπὴ furtum indicat. Vrbanitas verò inde elicitur, quia Clopidę in Leontide recensebantur tribu. Dum ergo signari loca videntur, mores impostoris ac nefarij hominis scitius occultiúsve reteguntur. Vsus est Aristophanes in Comœdia, cui titulus Equites.
Manum habere sub pallio. Quintil. lib. 12. cap. 10, Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt, tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra palliũ continentes. Hactenus Fabius. Sumptum est à gestu Rhetorum. nam qui languent, manum occultãt sub pallio: qui commoti sunt, proferunt: & agitatione manus, brachiúque pronuntiabantur ea quæ cõtentionis plusculũ haberent. Erasmus.
Iactare. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Peruulgata & in manibus iactata. Cicer. pro Murena, Post ea verò peruulgata, atque in manibus iactata & excussa, inanissimæ prudentiæ reperta sunt.
Illidere, Vide ILLIDO.
Immiscere manus manibus. Virgil. 5. Æneid.
Imponere, Vide IMPONO.
Imponere manum studiis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.
Imponere summam manum alicui operi, Vide IMPONO.
Vltima manus imposita est cœpto. Ouid. 8. Metamorph.
Summam in eloquẽtia manum imponere. Quintil. in Prœm. lib. 1.
Vnctis manibus tremor incidit. Horat. 1. epist. 17.
Incidere in manus. Cic. de Clar. Orator. Nunquam enim in manus incideremt.
Incidere in manus hostis, Vide INCIDO, pen. corr.
Inferre manus alicui, Vide INFERO.
Manum iniicere, Vide INIICIO.
Iniice non timidas in tua iura manus. Ouid. epist. 8.
Iniicere manus alicui. Ouid. 1. de Arte.
Inserere cælo manus. Patercul. lib. 2, Lætitiã eius diei, concursúmque ciuitatis, & vota penè inferentium cælo manus, spemque concepræ perpetuæ securitatis, &c.
Inserere manum tunicis. Ouid. 2. Amor. eleg. 15. Id est imponere, immittere.
Intenderat Sciano manus. Tacit. lib. 4.
Intentare manus in aliquem, Vide INTENDO.
Intentare manus alicui. Tacit. lib. 3.
Interfici manu. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Inuoluere manum caudis serpentum. Ouid. epist. 9.
Iungere manus. Stat. 5. Sylu. 3.
Manus lana, ænigmaticè in enm dicitur, qui aut furto, aut homicidio, aut alio quouis turpi facinore suas ipse manus polluit. Indeiocus ille Sextij apud Cicer. lib. 2. de Orat. Manus lana, & cœna. Depecu latorem significabat & furem, qui fordidis & turpibus furtis esset ditatus. Furum enim manus inquinatas esse dicebant, vt de fure balneario Catullus epigr. 31. in Vibennios,
O furum optime balneariorum,
Vibenni pater, & cinædę sili,
Nam dextra pater inquinatiore,
Culo filius est voraciore,
Cur non exilium malásque in oras
Itis, quandoquidem patris rapinæ
Notæ sunt populo? &c. Græci quoque eum dicunt manibus puris non esse, qui cædem perpetrauit. Herodot. lib. 1. de Adrasto qui fratrem suum imprudens occiderat, ob idque ad Cræsum regẽ expiandus venerat, Aduenit, inquit, Sardis quidã calamitate præditus, manibúsque nõ puris, &c.
Miscere manus. Tacit. lib. 2.
Mittere manus ad rem aliquam, Id est sumere in vsum aliquem. Vlpian. in l. At siquis. §. Sed etsi. D. de relig. & sumpt. func. Sed etsi res legatæ sint à testatore, de cuius funere agitur, nec sit vnde funeretur: ad eas quoque manum mittere oportet.
Manu salutem mittunt milites. Plaut. Pseud. 15.
Sanguinea manu mouere bella. Ouid. epist. 13.
Forti manu obire. Seneca Herc. Oet. 10.
Malum manu obiectum, Vide MALVS.
De manibus rem omittere. Liuius, Hæc agentibus quum interuenissent nuntius Rhodiorũ classis, omissa de manibus res est. Id est vrbs iam capi cœpta. Budæus.
Onerare ambas manus acutis iaculis. Virgil. 10. Æneid.
Parere sibi lethum manu. Virgil. 6. Æneid.
Manu parta. Varr. de ling. Lat. lib. 5.
Perire manibus hominum. Virgil. 3. Æneid.
Perire manu aliena. Quintil. lib. 5. cap 9.
Immunda manu perungere tota ora. Ouid. 3. de Arte.
Insana manu plangere pectora. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Porrigere manus. Catul. in Epithalamo Iuliæ,
Torquatus volo paruulus
Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem.
Extentas porrigere. Ouid. 3. Fast. (158.
Manus multas poscit hoc opus, hoc est Multi est laboris. Plin. ep.
Prærigent manus. Tacit. lib. 13.
Premere aliquid manu. Lucret. lib. 4.
Pulsare aliquem vtraque. Virgil. 5. Æneid.
Auaris rapi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Regere manum alicuius manu superimposita. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Manus remittere in aleæ ludo, Est collusori iactum cõdonare, quẽ sua quisque manu damnosum iecit. Sueton. in Augusto, cap. 71. Remittere manus in alea, inquit Beroaldus, est condonare collusoribus iactum, quem sua quisque manu damnosum sibi fecit, debuítque ob id nummos soluere. Sabellicus sic: Manus, pecuniarum grumos in aleam coniectos: Remisi, condonaui.
Vix retinere manum. Ouid. 6. Metamorph. Subauditur ab ictu.
Rem ad manus reuocauit. Cic. 7. Verr. Et pro Cluẽtio, Quũ Trib. pleb. populo concitato rem penè ad manus reuocauisset. Hoc est ad contentionem & pugnam.
Satiare manus sanguine. Lucan. lib. 5.
Structa manibus mœnia. Virgil. 5. Æneid.
Manum ferulæ subducere, Est literas discere, & præceptorum opera vti. Nã antiquitus literatores, discipulorũ manus ferula cædebant. Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario versari, neque iam pueri docendi, sed vtcunque docti sunt. Iuuenal. satyra 1,
Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ. Ex Erasmo.
Subuoluere saxa manibus. Virgil. 1. Æneid.
Succedere sub manus, Est aliquid bene, & ad optatum contingere. Plaut. Milite, 11,
Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Idem Persa, 13,
Siquam res accures sobriè, aut frugaliter, solet illa rectè sub manus succedere.
Manus alicuius esse. Cic. 4. Verr. Comites illi tui delecti, man⁹ erãt tuæ: præfecti, scribæ, medici, accẽsi, aruspices, præcones, manus erãt tuæ. Id est tibi fauebant, te iuuabãt. Per eos quod volebas, trãsigebas.

¶Ad

¶Ad manum esse, Vide AD.
In manu, & In manibus esse. Cic. 4. Tusc. Liu. 7. ab Vrbe.
In manibus esse, vel habere, Vide IN.
In manibus terræ. Subaudi sunt. Virg. 2. Georg. Hoc est in facili & in promptu est terrarum descriptio, Seruius.
In manibus vestris quantus sit Cæsar habetis. Lucan. lib. 7. Hoc est, in vestra potestate.
Esse in manibus laudatio, oratio, aut liber dicitur, qui editus est & legitur. Cic. de Senect. Est in manibus laudatio, quam quum legimus, quem philosophum non contemnimus?
In manu mea est, Vide IN.
Inter manus aliquid esse dicitur, per translationem: pro In potestate esse. Virgilius,
Ante oculos, intérque manus sunt omnia vestra.
Plus illi est in manu, Id est ditior est. Habere enim in manibus dicuntur qui aliquid possident & diuites sunt. Plaut. Asin. 3.
In manus sumere. Cicero 3. de Orat. Postulamus non à te quidem qui nobis summa omnia tribuis, sed à cæteris qui hæc in manu sument, vt maius quiddam de L. Crasso, quàm quantum à nobis exprimetur, suspicentur, Id est legent. Quintil. lib. 10. cap. 1, Illud verò vtilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumpsimus.
Immunis aram si tetigit manus. Horat. 3. Carm. ode 23.
Tendere manus, Petentis auxilium, vel miserieordiam implorantis signum. Cæsar in Comment. Hedui manus tendere, deditionem significare. Virg. 6. Æneidos,
Tendebántque manus ripæ vlterioris amore.
Supinas manus ad cælum tendere. Virg. 3. Æneid.
Tendit ad vestra genua supplices manus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Languenti manu tenere aliquid. Ouid. 12. Metam.
Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg.
Tollere manus, Modus loquendi signum lætitiæ significans. Cic. Cæsari, libro 7. 5, Sustulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas.
Manu longa, & manu breui tradere. Iabolenus in l. Pecuniam. D. de Solutionibus, Pecuniã quam mihi debes, aut aliam rem, si in meo conspectu ponere te iubeam, efficitur vt & tu statim libereris, & mea esse incipiat. Nam tunc quòd à nullo corporaliter eius rei possessio detineretur, adquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Vlpian. in Tit. de Iure dotium, l. Licet soleat, Quoties autem extraneus accepto fert debitori doris constituendæ causa: si quidem nuptiæ insequutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi fortè sic accepto tulit, vt velit mulieri totum donatum. tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere, & marito datum. Quæ si defectas. plus habebunt veneris: veluti qui promissis agit, ac spem tantùm ostendit, longa manu dat, quod animo conteneri possis, non statim etiam tollere. Contrà, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto, nec audent porrigere. Erasmus.
Venire ad manum. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Venire in manus. Salustius in Iugurtha, Existima Iugurtham ob fuos tutandos in manus venire.
Versantur inter manus libri, aut scripta. Cælius ad Ciceronem, lib. 8, Genere tamen, quod & ad nos pertineat, & didascalian quandam vt versetur inter manus, habeat.
Versare libros nocturna manu, & diurna. Horat. in Arte,
-vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
Manum non verterim, Prouerbialis hyperbole, pro eo quod est, Nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius, quàm manum vertere. Extat præter alios apud Apuleium in Apologia magiæ: Quid de me inquit, Mezentius sentiat, manum non verterim. Item Cic. libro 5. de Fin. Ne manum quidem versuros fuisse. Erasmus.
Manus verant prius quàm penes sese habeant, quicquam credere. Plaut. Trucul. 19,
Mea voluptas, siquid peccaui prius, supplicium ad hanc minam fero
Auri, si mihi rides. v. manus verant, prius quàm penes sese habeant, quicquam
Credere. Id est, nihil credam te daturum, nisi prius numeraueris.
Vibrant tela manus. Lucan. lib. 7.
Vincire manus post terga. Virg. 11. Æneid.
Manu vindicare. Salust.
¶Ad manum. Vide AD præpositionem.
A manu seruus, & à manibus, Vide A vel AB.
Ad manum seruus, Vide AD.
De manu in manum. Cic. ad Cæsarem, lib. 7, 5, Totum hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum tuam iftam, & victoria & fide præstantem.
¶De manibus aliquid amittere, pro E manibus. Cic. 5. Verrin. Te quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere, ac persequi lite atque iudicio.
Manum de tabula. Cic. ad Gallum, lib. 7. 26, Heus tu, manum de tabula: magister adest citius quàm putaramus. Videtur hæc prouerbiali figura Cic. admonuisse, vt desisteret à scribendis dicteriis. Alsum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum, qui quũ Protogenis opus immensi laboris, ac curæ supramodum anxiæ miraretur, ait omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere. memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plin lib. 35. cap. 10, Proinde siquando admonebimus, vt recedat aliquis ab opere, negotióve quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Ex Erasmo. Turnebus verò sic explicat, his verbis, Ænigmatis præ se ferre speciem illud Ciceronis, Sed heus tu, manum de tabula, &c. nec tamen ita istud de-industria obscurat, vt non appareat eum de Cæsare loqui. Gallus Catonis laudationem Vticensis scribebat, quod sine Cæsaris offensione fieri non poterat, cuius hostis fuerat. Monet igitur Gallum, vt desinat scribere laudationem Catonis, quũ reuertatur in vrbem Cæsar. Est autem translatio, vel à tabula literaria, in qua pueri literas discebant: in qua absente magistro ludere manu ducendis, non literis, sed lineamentis, vt pueris visitatum est, solebant: deinde subitò præceptore redeunte, alter alterum monebant vt manum de tabula tolleret. Vel à pueris pictorum, qui absente magistro pulcherrimis interdum illudunt tabulis, & illiunt temerè pigmenta. Nisi fortè si vt de pictore loquatur in hanc sententiam, Tu Catonem laudibus pingere & exornare, expoliréque pigmentis orationis niteris: ted vide ne argumentum picturæ non probetur magistro officinæ, Id est Cæsari dictatori. Nam pictores non ferunt æquo animo in suis tabulis alia, quàm quæ probant argumenta depingi. Atque hoc sanè sensu incommodior non fuerit translatio, neque insciitior quàm superior, ac mediusfidius ambæ mihi veriores videntur prima illa, quam attulimus ex Erasmo.
Per manus, quod Cicero De manu in manum dicit. Cæsar in Comment. Per manus tradita disciplina vel historia dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantùm traditur, & à maioribus ad posteros sine literis transmittitur. Liu. 5. ab Vrbe cond. Etiam si nobis cum Vrbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent.
Præ manu, pro Ad manum. Vlpian. in l. petenti. D. de pignorat. action. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, species auri dedit, vt pignori apud alium creditorem poneret.
Præ manu pecuniam aliquam dare, Quod vulgò dicunt *Ante emnia* vel *Ante manum dare*. Terent. Adelphis, 5, 9,
-siquidem porrò Mitio
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, vnde vratur, redder tibi citò.
Præ manibus, pro In manibus, vel inter manus. Plaur. Bacchid.
Reddidi patri omne aurum quod mihi fuit præ manibus.
Sub manu, Idem est quod Ferè esse ad latus, expeditum, promptum in vsum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23, Adiunxi hæc, in loco eligendo flumen oppositum vt haberem, in quo mora transitus esset. Vocentij sub manu vt essent, per quorum loca fideliter mihi pareret iter. Id est in promptu & in proximo, inquit Budæus. Senec. epist. 72, Consilia rebus aptantur. res nostræ feruntur, imò voluuntur. Ergo consilium sub die nasci debet: & hoc quoque tardum est nimis: sub manu (quod aiunt) nascatur. Significatur summa temporis celeritas.
¶Manibus, pedibúsque, Extremum conatum significantes dicimus. Terent. Andria, 4. 1,
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctésque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Manus iniecto. Vlpian. in l. Sed si D. De in ius vocando, At si venditor, qui manus iniectionem excepit, ipse prostituit, &c.
¶Manupretium. Cic. 3. Verr. Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machina fua. nam illò non saxum, non mareries adducta est tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium, machinæ. Manupretium appellare videtur mercedem, non quæ datur pro materia: sed quæ artis nomine debetur architecto. Caius de Verb. significatione, l. Mulieris, Quoniam in manupretio plus est quàm in re. Detorqueri poterit in eos, qui institutione formanc ad virtutem, aut corrumpunt discipulos. Hæc Erasmus. Quædam exemplaria legunt manus pretium, vt sint duæ dictiones. Manus, Id est, artis.
A manu, manupretiũ. Et paulo anté, Quod manu factum erat, & datum pro eo, manupretium, à manibus & pretio. Verba sunt. Varr. lib. 5. de Ling. Latina. Manipretium nonnulli scribunt. Plin. lib. 34. cap. 7, Solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos. Idem lib. 35 cap. 10, Manipretium eius tabulæ.
Manus pretium validius. Plin. lib. 33. cap. 11, Nec copia tantùm argenti fuerat vitæ, sed validius penè manus pretium.
Pro manus pretio aliquid dare. Alphenus in l. Qui insulam. §. Qui ædem. D. Locati, Qui ædem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quo ad opus lapidis erit, pro lapide & manus pretio dominus redemptori in pedes singulos septem dabit.
Manus, in ludo dicitur, id quod sibi tollit qui proiecit Venerem. Vide suprà, Manus remittere in, &c.
¶Manus, Instrumentum & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus captæ tenentur. vt,
Ferrea manus. Lucanus lib. 3,
Ferrea dum puppis rapidos manus inserit vncos. Intelligit harpagonem.
¶Manus, Multitudo, vel exercitus. Virg. 6. Æneidos,
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.
Agrestes manus. Virg. 11. Æneid.
Ardens iuuenum. Virg. 6. Æneid.
Militaris manus. Vlpian in l. qui restituere. D. de rei vendicat.
Multa poëtarum. Horat 1. Serm. saty. 4.
Parata prælio. Tacit. lib. 2.
Paruula, Vide PARVVS.
Valida. Tacit. lib. 2.
Orare pacem manu, Id est legatione missa. Virgil. 10. Æneid.
¶Manu mittere {ἀπελεύθερον} seruum siue diuisim, siue coniunctim legas, Dare ei libertatem. Nam quandiu quis in seruitute est, manui hoc est potestati subditus est, & manumissus liberatur potestate. Vlpian. l. 4. D. De iustit. & iure. Plaut. Aulul. 31, Igitur orabo vt manu me mittat.
Manumissio, Verbale {ἀπελεύθερος.} Cic. pro Cælio, Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio. Manumissio, inquit Vlpian. l. 4. D. de iustit. & iur. à iure gentium originẽ sumpsit: vtpote quum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, quum seruitus esset incognita. Sed posteaquam iure gentium seruitus inua-

fit,sequutum est beneficium manumissionis.

¶Manufactus, vnica dictione, aut duabus, opponitur Naturali. Celsus,Naturales, vel manufactæ narationes. Cic. 3,de Finib. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, támque compactum & coagmẽtatum inueniri potest?

Opus manufactum.Paulus in l.Suprá.§. vlt.D.de aqua pluu.arcend. Idem in l. Ateius.eod.tit.Manufactum aliquid.

Manufacta piscina.Varro 3.de Re rust.cap.11. Sic Cic.2.Offic.Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles opp.ortas fluctibus,portus manufactos.

¶Manus,Proboscis elephanti: Hanc,manum Latini vocant, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Curtius lib. 4. Plin.lib.8.cap.10,Mandunt ore, spirant & bibunt, odorantúrque haud impropriè appellata manu.De elephantis.

¶Manus,pro Scriptura.Quintil.lib.1.cap.De orthographia,Caussa, Cassus,Cic.& Virgil.scripserunt: sic manus eorum docent. Cic.ad Atticum,lib.4.85,Occupationum mearum vel hoc signum erit, quòd epistola,librarij manu est.

Mea manu literæ,Vide MEVS.

Manus, pro scripto chirographo, vel autographo. Cic.ad Attic. lib.11,Quibus tibi videbitur,velim des literas nomine meo: nosti familiares,signum requirent,aut manum: dices iis me propter custodias ea vitasse.Budæus.

Manstutor, manstutoris, Qui manu tuetur & tenet, quíque possidet. Plaut.Trucul.

Video eccum qui manstutorem meum adoptauit bonis.

Manuatus est,pro Furatus est,vsurpat Laberius in Mimis. Et in Fullone,Furem,Manuarium appellat. Sed hęc obsoleta.Vide Gellium lib. 16.cap.7.

Mantiola, mantiolæ,diminutiuum {μαντιλιον} Parua manus. Nœuius, Mantiolis tene illis.

Manualis,& hoc manuale,pen.prod. {χειρίνε.} Plin.lib.24.cap.15, Ob id incipientibus hydropicis efficax,manualibus scapis eius in tribus he minis aquæ decoctis vsque ad tertias.

Pecten manualis.Plin.lib.18.cap.30.

Manualis fasciculus lini. Plin.libro 19.cap.1. Hoc est qui manum implet.

Manualia saxa,quæ manu commodè tolli & proiici possunt. Tacit.libro 4.

Manuarius, Adiectiuum. Gellius lib.18.cap.13, Hoc ære collecto, quasi manuario cœnula curabatur omnibus,&c. Est autem manuarii æs, quod in manibus & vsu habetur, vt monetarium: sed quum,vt suprà scripsimus,in aleæ lusu manus dicantur, ipsæ ludendi vices, haud equidem dubitem quin manuarium æs dicatur, quod quis in alea luceratur. Ac vocabulo inde translato Gellium esse vsum hæc fides sit, quòd ab alea caput exorditur,vt videre poteris.Ex Turneb.

Molæ manuariæ,& iumentariæ. Iabolenus in l. Dolia. D. de fund. instruct.

Manuleatus,pen.prod.Adiectiuum {χειροδυτὴς.} vt Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentem. Plautus Pseud. 11. Sueton.in Calig. capite 52.

Manuleatus, metaphoricè pro delicato.Seneca epist.33, Apud me verò Epicurus est & fortis:quanquam manuleatus sit.

Manulearius {χειροδυτοποιὸς} Qui vestimenta manicata conficiebat. Plaut.Aulul.19,

Flammearij,violarij,carinarij,

Aut manulearij,aut myrobrecharij.

Manubrium,manubrij {κώπιον,ἄβη} Capulum cuiuscunque rei significat. Plin.lib.16.cap.43, Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea.

Manubrium,dictum quòd manu teneatur. Varr.de Ling.Lat.lib.5. Trulla excauata cum manubrio aureo.Cic.6.Verr.

Ossea manubria cultellorum.Iuuenal.Saty.11.

Manubriolum,penult.corr. Diminutiuum {κωπίδιον.} Celsus lib.7.cap. 7,de vngue oculorum, Lini duo capita apprehendere:& per ea erecto vngue,si qua parte oculo inhæret,manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

Manubiæ, manubiarum {λάφυρα, σκῦλα} pluraliter tantùm legitur, Prædа ex hostibus capta. Asconius scribit, manubias prædas imperatorum pro portione de hostibus capta. Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem,manubias veteres dicebant, de quibus quod vellent facerent. Cic.5.Verr.Qua ex prædа aut manubiis,hæc abs te donatio constituta est? Nonius Marcellus,Manubias(inquit) à prædа hoc distare veteres existimauerunt, vt sit prædа,corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ verò, pecuniæ ex prædа venditа redactæ. Cic.1.de Lege agrariа,Quod ad quenque peruenit,peruenerit ex prædа,ex manubiis, ex auro coronario. Idem sentit Gellius lib.13.cap.23. Festus,Manubiæ Iouis tres esse dicuntur,quarum vnæ sunt minimæ, quæ moneant, placidaéque sint. Alteræ quæ maiores sunt,ac veniant cum fragore,discutiántque aut diuellant quæ à Ioue sint, & consilio deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant: & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ proptiam differentiam habeant, quòd aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ statum mutent deorum consilio superiorum.

Manubiæ, à manu.Varr.lib.7.de Ling.Latin.

Manubiæ pro spoliis. Cic.5.Verr. Nónne perspicuum est Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? Id est signis & supellectili quæ deprædatus est. Budæus.

Manubias facere,Prædari.Cic.3.Verr. Dubitamus quid iste in hostium prædа molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit?

Manubias, Cicero pro domo sua, decretam sibi à Senatu ad ædificandam domum pecuniam vocat, ducta ab Imperatoribus metaphora,qui de prædatitia pecunia, id est manubiis, monumẽta, vt tẽplum, porticum in vrbe ædificabant. Domum verò suam monumentum Senatus appellat Meminit Turneb.

Manubialis,& hoc manubiale,pen.prod. {σκυλοθηκαϊκὸς} Quod ad manubias pertinet: vt Manubialis pecunia, Quæ ex venditione manubiarum contracta est. Sueton.in Aug.cap.30.

Manubinarius, Adiect.{ληϊστρικός} Manubiarum particeps. Plaut. Trucul.18, amicus mihi esto manubinarius. Id est,qui manubias & exuuias affert & spolia. Turneb.

Mapalia, mapaliorum, neut.gen. {μαπάλια} Punica lingua agrestes casæ dicuntur. Festus,Mapalia,casæ Pœnicæ appellantur:in quibus, quia nihil est secreti, solet solutè viuentibus obiici id vocabulum, Cato lib.4. Originum, Mapalia vocantur vbi habitant: ea quasi cohortes rotundæ sunt. Plin.lib.5.cap.3, Numidæ verò Nomades, à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus palustreis circumferentes. Martialis lib.8.49,

Pallidus attonitos ad plena mapalia pastor.

¶Mapalia,per metaphoram.Senec.Ego p.c.interrogare vobis permiserам, vos mera mapalia feci stis. Id est, vos dissoluti fuistis, & à disciplina recessistis,incondité & perturbatè omnia egistis. Hæc Turneb.

Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, Afrorum casæ. sed magalia, ma producit: mapalia verò corripit. Virgilius 3. Georgicorum, -& rariis habitata mapalia tectis.

Dispersa mapalia.Silius lib.17.

Vacua.Lucan.lib.2.

MAPETA {μάπητα} Sarmatiæ in Asia vrbs,Ptolemæo.Vulgò *Copa*.

Mappa, mappæ {μαντέλιν} Qua recumbentes inter scyphos & epulas vtebantur,& pro se quisque afferebat. Martialis lib.12.29,

Attulerat mappam nemo.dum furta timentur. Idem lib.10.87,

Et vani triplices,breuésque mappæ.

Candidæ.Stat.1.Sylu.6.

Luridæ.Stat.4.Sylu.9.

Sordida.Horat.1.epist.5.

Mappæ triclinariæ.Varr.de Ling.Latin.lib.8.

Variata.Martial.lib.1.152.

Compescere risum mappa Horat.2.Serm.saty.8. In cõuiuio enim mappa ori apponitur,compescendi risus gratia.

Mappam(inquit Quintilianus lib.1.cap.9.)vsitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Vbi interpres,Cur mappam vsitatum Circo nomen Fabius dicit? an quòd in ludis Circensibus mappa à Prætore victori aurigæ veteri instituto mitti solebat? Martial.lib.12.29,

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam.

Prætori mappam surripit Hermogenes. Iuuen.Satyr.12, Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Mappa, inquit Budæus, Circensium committendorum signum erat. Sueton.in Nerone, cap.22. Turnebus,Mappa erat ea,qua Prætor signum quadrigis mittebat, vt è carceribus exirent. Septim.Florens,Cognosce dementiam de vanitate: misit dicunt, & nuntiant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & mappam putant,&c.

MARAS,apud Beroen Syriæ ciuitatem ditissimus, humanus & officiosus in omnes tum ciues, tum hospites, vt scribit Erasmus. Vide Suidam.

Marasmus {μαρασμὸς} Idem quod tabes, hoc est totius corporis, vel partis alicuius siccitas, quæ accidere solet humore natiuo vi caloris absumpto. Hinc febris marasmodes, à medicis appellatur hecticæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata,vt humorem totius corporis absumat. Vide Galenum de Differ. feb. lib. 1.cap.10.

Marassus, Vipera dicta, à Marsorum populis sumpto nomine, quia id genus maximè consectarentur Marsi,circunferrentque. Vide Cælium lib.6.cap.16.

MARATHESIVM {μαραθήσιον} Ephesiorum oppidum in Caria:cuius incolæ dicuntur Marathesij. Stephan.

MARATHONIA,Oppidum Thraciæ,non procul ab Abderis:cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ.Stephanus.

MARATHON,pen.corr.{μαραθὼν} Campus Atticæ,seu ciuitas distans ab Athenis circiter decem millia. Et morte Icari regis interfecti insignis: & Miltiadis gloria, qui centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. Author Strabo lib.9. Ouid.7.Metam.

Marathonius, Adiectiuum {μαραθώνιος.} Vide Taurus Marathonius dictus est qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Cic.4. Tusc. & Plutarchus in Theseo.

Virgo Marathonia,Erigone. Stat.5.Sylu.3. Id est Attica, à Marathonio campo Atticæ.

MARATHOS {μαραθὸς} Vrbs est Phœniciæ apud Melam, lib.1.cap.12. Hæc hodie vocatur *Margath*,vt scribit Oliuarius in Melam.

Marathrum,pen.corr. {μάραθρον} Herba quam Latini fœniculum vocant. Plin.lib.20.cap.10.

Marathrites,pen.prod. {μαραθρίτης} vinum,eo modo dictum,quo Aromatites, nempe quod marathrum infusum habet: valétque ad visus imbecillitatem adiuuandam. Columella lib.22.cap.35.

Marathus,marathi. pen corr. {μάραθος} Herba cuius meminit Ouidius de medicamine faciei,his verbis,Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis.

MARATHVSA {μαραθοῦσα} Insula quædam à copia fœniculi sic dicta, quæ & Clazomenia dicitur. ¶Est oppidum Plinio lib.4 cap.12.

MARCELLA, Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderétne se nupsisse,Ita valde,respondit,vt amplius nolim.

MARCELLVS {μάρκελλος} nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius gesta & à Plutarcho,& ab aliis scripta sunt. Hic Gallorum ducem,singulari certamine fudit, spolia legit, Annibalem primus vinci docuit, Syracusas per tres annos expugnauit, quinquies Consul. Insidiis Annibalis deceptus,magnificè sepultus fuit. Horat.1.Carm. ode 12,Crescit occulto velut arbor æuo Fama Marcelli.

Ferox

Ferox Marcellus.Claud.1.in Eutrop.

Loquax.Lucan.lib.1.

Marcellea,Festa quędam instituta Syracusis in honorem Marcelli,quòd is Siciliam optimè rexisset. Horum meminit Cic.4.Verr. & Cæl. lib.18.cap.12.

Marcellus,vt Plutarchus tradit,est Bellicosus, Id est ἀρεῖος, hoc est Martius. Puto autem Marcellum dictum esse, quasi Martellum, Id est paruum Martem. Eo plebeia gens Claudia cognomine vsa est. Annotauit Sigonius.

Marceo,marces,marcui{σήπομαι}marcêre,Putrere.Martialis lib.5.129, Marcentes tibi porrigentur vuæ.

Marcere vino, &c. Torpore, inertia & ignauia teneri, inquit Budæus.vnde etiam luxuria marcere dicimur. Liu.3.bel.Pun.

Epulis marcere.Claud.de bello Get.

Marcet animus.Celsus lib.2.cap.2.

Corpus marcet annis.Lucret.lib.3.

Sylua marcet comis.Stat.5.Sylu.

Venæ marcent.Lucan.lib.4.

Vir marcet ab annis.Ouid.1.Amor.eleg.13.

¶Marcere, Absolutè,pro ætate cõfectum esse. Lucret.lib.3,Omnia per fructus vitai præmia marces.

Marcens,Participium{σαπάμενος.}Plin.lib.9.cap.45,Aliàs marcenti similis,& iactari se passa fluctu algæ vice.

Arma marcentia.Silius lib.15.Id est hominis marcentis.

Colla Stat.2.Thebaid.

Guttura.Ouid.7.Metam.

Pocula.Stat.4.Sylu.6.

Potorem marcentem recreare.Horat.2.Serm.satyr.4.

Visu marcente.Senec.Agamemn.8.Id est,languente.

Marcesco, marcescis, marcui {καταπάσσομαι,καταπίπτομαι} marcéscere,Putrescere. Plin.lib.10.cap.48, Corpus occisæ statim marcescit.

Marcescere desidia & otio,Languescere.Liu.8.bel.Pun.

Vino nimio.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.

Otia marcescunt per inertes somnos.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.

Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sueton.in Calig.Id est languescente,inquit Budæus.

Marcidus,pen.corr.Adiect. {σαπρὸς,σαπτὸς,ὑγρὸς} Putridus, siue languescens. Plin.lib.11.cap.37,Festis equis aures marcidæ.

Marcidus somno,& hesterna cœna redundans.Plin.iun.in Paneg.

Otia marcida luxu.Claud.6.Paneg.

Vina marcida.Stat.1.Sylu.6.

Marcor,marcoris,m.g. {σαπρότης,σηπεδὼν} Putredo,vel languor,& consumptio,quæ & tabes dicitur. Celsus de Lethargo, lib.3.cap.20, In hoc marcor,& inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

¶Marcor, Ignauia, torpor. Paterculus lib.2, Exercitus omnium fortissimus, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumuentus.

Turpis marcor.Stat.10.Thebaid.

Marcipor, penult.corr.marcipôris, pen.corr.m.g. {μαρσίππιος} Marci puer, hoc est famulus, inquit Festus. Sic Publipor,Lucipor, & huiusmodi. Plin.lib.33.cap.1,Singuli Marcipores, Luciporésve dominorum gentiles,omnem victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius, priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores &Lucipores,quasi Marci pueri vel Lucij vocabantur, quasi ministri & assectæ, vt Græci σπῦδας vocant seruos: quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Quintil,lib.1.cap.4,In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino, vnde Marcipores,Publipores.Bud.

¶Marcipor,Satyra quædam Varronis inscripta fuit,in qua,vt suspicatur Turnebus,de seruitute disserebat,& herili imperio. Vide plura apud eundem.

MARCIVS Sabinus, à quo Marcia gens Romæ traxit originem, Numam ad regnum suscipiendum hortatus, cum eo Romam migrauit. In Senatum lectus à Numa,primus Pont.Max.creatus est. Plutarchus in Numa. Liuius Dionysius.

MARCOMANI,pen.corr. {μαρκόμανοι} Germaniæ populi.Stat.3.Sylu.3, Quæ modò Marcomanos post horrida bella,vagósque Sauromatas. Vide Strabonem lib.7,qui eos vocat Marcommanos.

Marculus,pen.corr. {βαιὸς} nomen instrumenti, quo fabri ærarij vti solent. Plin.lib.7.cap.56,Tegulas inuenit Cynira Agriopæ filius, & metalla æris:vtrunque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem,incudem. Martial.lib.12.

MARCVS, Prænomen. Marcum verò dictum volunt, quasi Mascum, quòd primus qui fuit eo prænomine, planè masculus esset. Alij à marra,quasi Marricum, deducũt, quòd à rebus rusticis Romani sæpe nomina capiebant. Alij Marcum putant eum esse dictum, qui Martio mense natus esset.nec eos mouet,quòd Marcus non Martius scribatur:quando Frontinus contrà Martiam aquam à Marco deducit.

Marci municipem vides? Ænigmaticè dixit Seneca in Apolocynthosi, Existimo autem significari Claudium Cæsarem non verum germanúmque Romanum esse,sed inquilinum,quales erant municipes Ciceronis, quos tamen contendebat veros esse Romanos, quum municipibus diceret duas esse patrias,vnam loci,alteram iuris.Claudius verò non Romæ,sed Lugduni natus fuerat.Hæc Turneb.

MARDI, Asiæ populi. Plin.lib.6.cap.5, ad Heracleum Colchidis, Achæos,Mardos,& Cercetas nominat:quanquam & apud Persas Mardi sunt,alij tamen ab his.

MARDONIVS, Persa, quem quum Xerxes apud Salaminam victus cum exercitu reliquisset,vt reliquias belli foueret,ab Arimnesto spartiata saxo obrutus est. Author Plutarchus in Aristide.

Mare,maris,neut.gen. {θάλασσα,πέλαγος} Notum vocabulum.

Accessus maris,In ACCEDO.

Æquor maris.Virg.2.Æneid.

Æstus,In AESTVS.

Aspera maris.Tacit.lib.4.

Iniusti cærula forma maris.Ouid.2.Amor.eleg.11.

Proxima maris.Tacit.lib.3.

Rabies cælíque marísque.Hoc est Intempestas.Virg.5.Æneid.

Via tuta maris.Ouid.11.Metam.

Restagnantis maris vnda.Ouid.11.Metam.

¶Acclinata terris maria.Stat.5.Sylu.4.

Aduenientes mare,In ADVENIO.

Altum.Catul.de Berecynthia,epigr.58.

Ardua.Valer.8.Argon.

Aspera.Virg.6.Æneid.

Auarum.Horat.3.Carm.ode 29.

Cæruleum.Senec.in Hippol.Act.5,sce.1.

Commune omnibus,Vide COMMVNIS.

Effusum laté.Horat.1.epist.11.

Ferum.Catul.de Berecynth.epig.58.

Fluctuosum Plaut.Rudente.

Humida.Virg.5.Æneid.

Ignorum.Martial.lib.7.epigr.18.

Immensum mare. Cic.1.Tusc.ul. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

Importuosum.Tacit.lib.12.

Inclinata.Stat.4.Thebaid.

Indomitum.Tibul.lib.2.eleg.3.

Infectum venenis,Vide INFICIO.

Mare inferum : Id est Tyrrhenum, vel Tuscum:Mare superum,id est Adriaticum,vel Ionium. Cic.ad Attic.lib.9.

Infusa terræ.Vide INFVNDO.

Ingens.Ouid.3.Metam.

Iratum.Horat.Epod.2.

Lacessitum.In LACESSO.

Magnum.Lucret.lib.2.

Mediterraneum,Vide MEDIVS.

Mare medium.Virgil.4.eclog.

Pacatum.Liuius bell.Punic.lib.4.

Procellosum.Senec.Medea,6.

Profundum & immẽsum.Cic.pro Plancio,Illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum & immensum,sic efferuescunt,&c.

Purpureum.Virg.4.Georg.

Purpureum mare videtur Fauonio nascente.Cic.4.Acad.

Refluum Oceani.Ouid.7.Metam.

Refugum.Stat.12.Thebaid.

Sæuum.Senec.Octau.6.

Solicitum,Id est impulsum & ventis agitatum.Virg.4.Georg.

Tranquillum.Stat.4.Sylu.3.

Tumidum.Virg.8.Æneid.

Tumultuosum.Horat.3.Carm.ode 1.

Turbatum.Liu.bell.Punic.lib.4.

Turgidum.Horat.1.Carm.ode 3.

Vastum.Senec.OEdip.14.

Veliuolum.Virg.1.Æneid.

Ventosum.Horat.3.Carm.ode 4.

¶Adornare mare,In ADORNO.

Aduehere per mare,Vide ADVEHO.

Mare agitari & turbari vi ventorum. Cic.pro Cluentio, Vt mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari: sic,&c.

Agitatur mare ventis.Ouid.epist.2.

Ambulare maria,Vide AMBVLO.

Ardet vẽtis mare.Florus lib.4.cap.2.Id est vehemẽtissimè agitatur.

Collucet mare à Sole,In COLLVCEO

Confundere mare cælo.Iuuenal.Saty.6.

Conglobatur,In CONGLOBO.

Contrahitur.Ouid.2.Metam.

Turbo conuoluit.Senec.Agamemn.6.

Tuto mari decurrere.Ouid.9.Metam.

Placata maria dant venti.Virg.3.Æneid.

Placidum per mare facere iter.Ouid.epist.18.

Incerto mari ferri.Horat.Epod.9.

Infestum habere,Vide INFESTVS.

Atrum hyemat.Horat.2.Serm.saty.2.

Planum iacet.Iuuenal.Saty.12.

Venti incubuere mari.Virg.1.Æneid.

Ingredi mare pedibus,Vide INGREDIOR.

Inuehi per mare,Vide INVEHO.

Mergit se in mari,In MERGO.

Mare cælo miscere,Est omnia turbare,nihílque non facere.Iuuen. Satyra 6.

Mollit mare,In MOLLIS.

Mouere omnes terras,omnia maria,In MOVEO.

Nauigare mare,Vide NAVIS.

Peragrare pedibus maria,In PERAGRO.

Per mare pergere,Vide PERGO.

Nauigabile præbere.In NAVIS.

Læua maris præteruectus.Tacit.lib.18.

Coortum fœuibat.Lucret.lib.5.

Scindere nauigiis.Ouid.2.de Arte.

Secare.Horat.1.Carminum,ode 1,

Myrtoum pauidus nauta secet mare.

Turbatum sistere.Ouid.7.Metam.

Placidum ventis stat mare.Virg.2.eclog.

Strident.Virg.4.Georg.

Tremulum fit mare tenui quum stringitur aura.Ouid.epist.11.

Subsidit.Ouid.1.Trist.eleg.2.

Sulcare.Virg.10.Æneid.

Vastissimum transire.Cic.in Pisonem.

Transilire.Pers.Saty.5.

Alta tumeſcunt. Virg. 2. Georg.
Inſanum tumuit. Senec. Medea, 10.
Placatum volitant per mare nauitæ. Horat. 4. Carm. ode 5.
Venti voluunt mare. Virg. 3. Æneid.
Mare magnum, Per excellentiam Mediterraneum mare à Latinis appellatum. Cicero ex antiquo poeta,
Iamque mari magno claſſis cita texitur. Plin. lib. 9, Intrant è magno mari pontum verno tempore gregatim. Iſidorus, Mare magnum eſt, quod ab Occaſu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem rendit, quod inde magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione eius minora ſunt. Hæc ille. Græci quoque ἀλικῶτερον ex magnitudine vocant.
Mare acerrimum meretrix. Plaut. Aſinaria, 4,
Nam mare, haud eſt mare, vos mare acerrumum.
Mare, terra, cælum, di veſtram fidem, tarſú' ego oculis planè videor? Plaut. Trinum. 4, Exclamatio eſt perturbati & perterriti animi.
Mari terráque quærere: Id eſt vbique. Plaut. Pœnul. 2. Sic Cic. lib. 5. Epiſt. 9, ad finem, Terra mariſque conquirere.
¶Mare, pro fluuio. Virgilius,
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis.
It mare proruptum. Idem à Nicandro factum eſt, qui in Theriacis ſcribit,
Τὸν ϰατὰ θρῃϊδὰν νομίες ποταμοῖο φέρεσθαι,
Ὃν πόντον ϰαλέουσιν. Turneb.
¶Mare, Vas capaciſſimum ab Solomone in templo dicatum, in ſanctis literis appellatur, teſte Rhodigino lib. 30. cap. 20.

Marinus, pen. prod. { ἅλιος, παλάγιος, ὑπὸ θαλάσσιος, ὕφαλος, ἁλίπορος, ἁλιγενὴς } Quod marc incolit, vel quod ex mari eſt, inquit Valla. vt Piſcis marinus.
Marina aqua. Plin. lib. 14. cap. 16.
Conchæ. Ouid. 15. Meram.
Di marini. Ouid. 13. Metam.
Fremitus. Virg. 2. Georg.
Latex. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Monſtra. Virg. 7. Æneid.
Nauis marina. Vlpian. in l. 1. §. nauem. D. de exercit. action.
Volucres. Ouid. epiſt 10.

Maritimus, penult. corr. { παραθαλάσσιος, παράλιος } Quod mare accolit, vel quod ad mare eſt, vel quod ad mare fit, vt ait Valla. vt Ora maritima, Gens maritima, Bellum maritimum. Cic. ad Atticum, lib. 2, Quod extremum eſt, te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempſiſti.
Maritimus, & Remotus à mari, contraria. Cic. in Partit.
Maritimæ Alpes. Plin. lib. 8. cap. 39. Et apud Cæſarem 3. bell. Ciuil. Maritima oppida.
Homines maritimi. Cic. 7. Verr. Tamen homines maritimos non planè reformidat.
Maritimis moribus mecum experitur, &c. Plaut. Ciſt. 5. Id eſt, Periculum de me facit eiuſmodi, cuiuſmodi quum mare iactatur variis fluctibus.
Maritimum prætium. Gell. lib. 5. cap. 6.
Vita. Plaut. Bacchid. 5.
¶Maritimus, Quod maris eſt. Plaut. Rud. Fluctus maritimos. Cic. 5. Tuſcul. Quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet, &c. Idem 2. de Natur. deorum, Æſtus maritimi multum accedentes & recedentes.

MARE rubrum { ἐρύθρα θάλασσα ὑποβρὰ } (inquit Pomponius) dicitur, ſine qua eius coloris eſt: ſiue quia ibi Erythras regnauit, ἐρύθρας θάλασσαν appellant, procelloſum, aſperum, mare profundum, & magnorum animalium magis, quàm cætera capax. Vide Pomponij enarratorem Vadianum. Hebræi vocant mare Suph, hoc eſt, procelloſum, vel cariоſum ſeu fruticoſum. Contendúntque pro rubro ſic fuiſſe Latinè vertendum.

MAREA { μάρεια } Lacus eſt Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili foſſis auctus: portum habens altero, qui ad mare eſt, multò vtiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis, vt teſtatur Strab. lib. 17. ¶Stephano item Marea oppidum eſt Mareotidi lacui adiacens.

MAREOTIS. pen. prod. Mareotidis { μαρεώτης } Lacus in Ægypto Straboni. Plin. lib. 14. cap. 3, etiam aſſerit Mareotida partem Libyæ Ægypro conterminam appellari, & Mareotas populos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum naſcitur: vnde Mareotides vites dictæ ſunt. Virg. 2. Georgicorum,
Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Mareoticus, penult. corr. Adiectiuum { μαρεωτικός }, vt Vites Mareoticæ. Columel. lib. 3. cap. 2.
Mareoticum, abſolutè. pro vino quod ad Mareotidem Ægypti paludem naſcitur. Horat. 1. Carm. ode 37, Mentémque lymphatam Mareotico. Athen. lib. 1. Δυσπινα. ſcribit vinum Mareoticum, eſſe Alexandrinum, à Marea fonte, qui in Alexandria eſt, & ab vrbe ei fonti vicina eiuſdem nominis, appellatum: cámque vrbem fuiſſe olim maximam, nunc eſſe vicum: paucis verbis póſt, à Marone quodam, vno ex his qui cum Baccho militarunt, eſſe dictam.

Marga, margæ { μάργα } Genus terræ in modum cretæ albæ, qua vtuntur ad agros ſtercorandos. Plin. lib. 17. cap. 6.

Margarides { μαργαρίδες } Palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues, & candidæ & rotundæ ſunt, acinis quàm balanis ſimiliores. Plin. lib. 13. cap. 4.

Margarita, margaritæ, penult. prod. { μαργαρίτης } Vnio aliàs dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35, Principium ergo, culménque omnium rerum pretij margaritæ tenent. Ibidem, 8, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Plura ibidem.
Margaritæ, videntur nonnullis differre à gemmis ob ea verba Ciceronis in 6 Verr. Neque vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe. Dicunt enim gemmas diuerſi coloris eſſe, margaritas tantùm albas: vel gemmas integras, margaritas pertuſas, vt vult Seruius. Verùm gemmæ, ſunt veluti genus omnium pretioſorum lapidum: margaritæ autem ſpecies ſunt, quas ſcilicet vniones, & vulgò *perlas* dicimus. Porrò margaritas inter ornamenta muliebria ponit Iuriſconſult. in Largumento. §. ornamentorum. D. de aur. & arg. leg. Ex Tiraquello.
Ornatus margaritarum inſignis. Cic. in Orat.

Margaritum, margariti, pen. prod. neut. gen. { μαργαρίτης } Idem. Tacitus de vita Iulij Agricolæ, Ferè Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, ſed fuſca & liuentia.

Margaritarius, margaritarij, Negotiator margaritarum. Apud Firmicum lib. 4. cap. 6, Erunt, inquit, aut tinctores, aut margaritarij.

Margaritifer, pen. corr. Adiectiuum { μαργαριτοφόρος } Ferens margaritas. Plin. lib. 32. cap. 11, Concharum genera inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

MARGIANA, pen. prod { μαργιανὴ } regio Aſiæ Maioris, inclytæ apricitatis, vt ait Solinus, ambitu ſtadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines, in qua Antiochus Antiochiã extruxit, vt lib. 10, & 11. ſcribit Strabo.

Margo, marginis, pen. corr. com. gen. { πρόπεδα, πόρπα } Folij extremitas, inquit Sipontinus. Margo, Cuiuſlibet rei etiam extremitas dicitur, vt ripa agri non culti. Ouid. 1. Metamorph. Longo margine dixit. Iuuenal. Satyra 1,
-plena iam margine libri.
Extremo in margine raſa litera. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.
Margo conchæ. Plin. lib. 9. cap. 33.
Margines teſtudinis. Plin. lib. 9. cap. 10.
Lapidei margines fluminis. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5.
Gramineus margo fontis. Ouid. 3. Metam.
Ripæ margo. Ouid. 3. Metam.
Terrarum. Ouid. 1. Metam.
¶Margines imperij Plin. lib. 12. cap. 20.
Contineri marginibus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Margino, marginas, marginare. Liu. lib. 1. Decad. Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe, glarea extra vrbem ſubſternendas marginandáſque primi omnium locauerunt.

Marginatus, pen prod. Adiect. { γόμφοι. } vt Marginata tabula, Quæ marginem habet latiſſimum. Plin. lib. 35. cap. 12.

Margopolis, Titulus erat Satyræ Varronis, inſaniã ex profeſſo ciuitatis in comitiis & magiſtratibus furẽtis, & honorum ſtudio & ambitione luxúque & ingluuie perditæ & infamæ, acerrimè notans. Ex ea citantur nonnulla in quibuſdam authoribus. Annotauit Turneb.

MARGVS { μάργος } Aſiæ fluuius, quem Ptolemæus lib. 6 cap. 10. duobus montibus Seraphiis deſcendere tradit, & per Maſſagetes, qui Margianis vicini ſunt, ac Dorbicas in Oxum amnem deferri.

MARIA { μαρία } Fœminino eſt à nomine Marius, & accentum in antepenultima habet: nam penultimam habet correptam. Claudianus de Nuptiis Honorij,
Præparat & pulchros Maria, ſed luce minores
Eligit ornatus. Pro deipara virgine vult Valla Mariam nominatiuo caſu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in vltima. Sanè apud Lucam cap. 1. vbi legimus, Et nomen virginis Mariæ: Græci codices habent Mariam, voce & accentu Hebræo, vt annotauit Eraſmus. Inuenitur nihilo ſecius & Mariæ in genitiuo, ſed tunc Latina dictio à nominatiuo Maria. Hebræi MIRIAM dicunt duabus vtique ſyllabis, vt Exodi cap. 15. de Aaronis ſorore prophetiſſa. Nos i conſonantem vertimus in vocalem.

MARIABA { μαριάβα } Metropolis Sabæorum eſt. Strabo lib. 16, Hos ſequuntur Sabæi, quorum metropolis eſt Mariaba.

MARIANDINI, pen. prod. ſiue Mariandyni { μαριανδυνοί } Bithyniæ populi iuxta Pontum. Valerius 4. Argon.
Et Mariandynûm patrias penetrauit ad vrbes.

MARIANDYNVM, regio ſita eſt in Aſia, Bithyniæ contermina: vbi Hercules Cerberum canem tricipitem deuicit, quem ferunt virus euomuiſſe, eámque regionem infeciſſe.

MARIANVS, pen. prod. Ptolemæo lib. 2. cap. 4, Hiſpaniæ Bæticæ mons, vulgò *Sierra Morena*: ſaltus Caſtulonenſis.

Marianus, Adiectiuum à Mario, Vide MARIVS.

MARICA, penult. prod. { μαρίκη } dea eſt litoris Minturnenſium. Horat. 3. Carm. ode 17,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ.
Littoribus tenuiſſe Lyrim. Virg. 7. Æneidos,
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica Accipimus. Ea Circe erat, interprete Lactantio, cuius verba ſunt, Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, Leda Nemeſis, & Circe Marica.

MARIDVNVM { μαρίδουνον } Britanniæ inſulæ vrbs, vt ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. Vulgò *Caermarden*.

Marila, marilæ, Languidus ignis dicitur: item puluis, ac carbonum tenuiſſima. Vnde illud, Faber fumo oppletus & marila. Cælius lib. 26. cap. 16.

Marinus, Adiectiuum, Vide MARE.

MARIONIS { μαριωνὶς } Germaniæ ciuitas Ptolemæo libro 2. cap. 11. Vulgò *Lunenburg*. ¶Marionis, altera Germaniæ ciuitas, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 11. Vulgò *Sherre*.

MARIS, Fluuius Agathyrſorum in Iſtrum fluens. Herod. lib. 4.
¶Maris, maridis, m. g. Menſura eſt lex capiens cotylas, ſiue heminas ſex. Vide Cæl. lib. 26 cap. 16.

Mariſca, mariſcæ { σῦκον ἄκυλον } Ficus inſipida dicitur. Plin. libro 15. cap. 18, Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. Claud. 5. Paneg.
-flauæque tenens quercetra mariſcæ Lyris.
Mariſcas, quidam dicunt eſſe ficus, quæ præ pinguedine aperiuntur, ſemenque oſtentant. Columel. lib. 10, Purpureáque chelidoniæ, vilésque mariſcæ. Martialis lib. 11,
Non boletus hiare, non mariſcæ
Ridere, aut violæ patere poſſunt.
Fatuæ mariſcæ. Martial. lib. 7. epigr. 24.

¶Mariſca

¶Mariſca { σῦκον } Genus morbi, ad ſimilitudinem ſici. Iuuenal. ſatyra 2, Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.

Mariſcum, marſci, n. g. vel marſeus, m. gen. Genus iunci. Plin. lib. 21. cap. 18.

Maritimus, Vide MARE.

Maritus, mariti, pen. prod. maſc. g. { ἀνὴρ, ἄκοιτις, γαμέτης, πόσις } Vxoris vir. Plaut. Caſin. 2. 5, Quid agis tu marite, mi vir? &c.
Maritus, de gallinaceo. Colum. lib. 8. cap. 5, Rarior eſt in his auibus maritis bonitas.
Maritum eſſe. & Nubere, correlatiua. Cic. 1. de Inuent. Multò maximè requiretis, & tu vt maritus ſis quamoptimæ mulieris, & hæc vt quamoptimo viro nupta ſit.
Ignara puella mariti, Virgo. Horat. 2. epiſt. 1.
Sororis maritus. Cic. pro Rab. pœduel. reo.
Iura violata mariti. Ouid. 2. de Arte.
Durus. Ouid. epiſt. 4.
Iuuenis. Horat. 3. Carm. ode 11.
Nouus. Plaut. Caſina, 18,
-nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo rus proſequi.
Proteruus. Horat. Carmin. lib. 3 ode 11.
Captare maritos. Catul. in Epital. Iuliæ, 56.
Colere maritum. Martial. lib. 7. epigr. 22.
Somno maritorum inſidiari. Cic 1. in Catil.
Maritum eſſe, vel fieri, Plaut. Caſina, 6. Plinius lib. 7. epiſt. 24. ad Geminium, Intra quartum & viceſimum annum maritus: & ſi deus ad nuiſſet, pater.
¶Olentis vxores mariti, Id eſt capræ. Horat. 1. Carm. ode 17.
¶Maritæ, mulieres nuptæ. Ouid. in epiſt. Medeæ,

Forſitan & ſtultæ dum te iactare maritæ
Quæris. Id eſt vxori. Horat. Epod. 8,
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.
Caſtæ maritæ Ouid. 2. Faſtorum,
Tu rapis: hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas.
¶Maritæ etiamnum arbores dicuntur, ad quas vites aut alia id genus applicantur, quáſque ſuis clauiculis complectuntur. Plin. lib. 14. cap. 1. Columel. lib. 11. cap. 2, Vel ſiquæ in agris aut vepribus ſingulares maritæ à putatoribus relictæ ſunt.
Maritum oliuetum. Colum. lib. 3. cap. 11.
Vitis vlmo coniuncta marito. Catul. in Cármine nuptiali.
¶Maritæ domus. Liu. 7. bell. Pun. Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctéſque. Id eſt per domos maritorum adulterium committebat cum maritis vxoribus.
Faces maritæ. Ouid. epiſt. 11.
Fides. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Fœdus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 15. Hoc eſt maritale.
Marita pecunia. Plautus Epid. Pulchra ædepol dos pecunia eſt. P. quæ quidem ædepol eſt non marita. Quaſi dicat, Fateor pecuniam eſſe pulchram dotem: ſed eam pecuniam quæ non ſit vxori coniuncta: Id eſt dum modo extra matrimonium habeatur.

Marito, maritas, pen. prod. { συμπείθω } maritãre, Locare in matrimonium. Suet. in Auguſto Veſp. cap. 14, Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitque eriam, & inſtruxit. Idem, Maritandũ principem cunctos ſuadere. Tacit. lib. 12, Capto ruſus initio quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem.
¶Maritare, de arboribus etiam dicitur, & vitibus. Columel. lib. 4. cap. 22, Qui poſſint vel ſua maritare ſtatumina: vel ſi qua ſunt vidua, in propinquo propaginibus veſtire. Idem lib. 5. cap. 6, Si teneram vlmum maritaueris, nouam ſufferet: ſi vetuſtam vitem applicueris, cõiugem necabit.
Populos maritare. Horat. Epod. 2,
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos, &c. Populos, arbores intelligit.
¶Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 9, Tum enim dicuntur catulire, Id eſt oſtendere ſe velle maritari.
¶Maritari, Prægnantẽ fieri. Solinus cap. 36, In proximis Vlyſſiponis equæ laſciuiunt mira fœcunditate. Nam ſpirante Fauonio vento concipiunt, & ſtientes viros aurarum ſpiritu maritantur.

Maritalis, & hoc maritale, pen. prod. { γαμικὸς. } Colum. lib. 12. in Proœmio, Maritale coniugium,
Capiſtrum maritale. Iuuenal. ſatyra 6,
Stulta marítali iam porrigit ora capiſtro.
Veſtis. Ouid. 2. de Arte.

MARIA, gens Plebeia Romæ fuit, ex qua C. Marius municeps Arpinas, humili atque obſcuro loco natus, nulla maiorũ cõmendatione, amplíſſimos honores eſt conſequutus. Contigit illi vt duabus in Ædilitate acceptis repulſis, ſepties tamẽ Conſul ſummo populi ſtudio crearetur: vir quẽ neque propter dignitatem laudare ſatis quiſquã commodè, neque propter crudelitatem abundè vituperare poteſt. Nemo vnquã tanto metu & periculo Remp. liberauit, nemo maiori calamitate eandẽ affecit. Qui enim gladios Cimbrorũ & Teutonũ in remp. diſtrictos à iugulis ciuium reiecerat, qui faces iam accenſas ad vrbis excidiũ extinxerat: qui vrbẽ & Italiã ex ore atque faucibus hoſtium eripuerat, primus in Remp. gladiũ diſtrinxit. primus ſceleratas faces patriæ intulit. Iuſtas ergo & debitas pœnas Reip. perſoluit. Armis Sullanis vrbe eiectus, in Minturnenſium paludibus latuit, terra mariſque iactatus, in oris Africæ deſertiſſimis iacuit. Filius non ita multis pòſt annis in cuniculis Prænęſte trucidatus, memoria ſimul & nominis & generis interiit.
Marij multi fuerunt, de quibus Virgil. 2. Georgicorum,
-Volſcóſque verutos
Extulit: hęc Decios, Marios, Magnóſq; Camillos. Vide Volaterranũ.

MARIANA Colonia, Corſicæ inſulæ ciuitas, ita dicta à C. Mario ſepties Conſule, qui eó coloniam deduxit. Author Plin. lib. 3. cap. 6.

MARIANAE foſſæ, Narbonẽſis prouincię oppidũ eſt, quod hodie *aquas mortuas* vocant: ita dictũ à victa foſſa à C. Mario ad mare vſque ducta. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 3. cap. 4. & Strab. lib. 4.

Marianus, pen. prod. Adiect. { μαριανὸς. } Cic. 3. de Lege agrar. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? Propert. lib 3. eleg 3, Marianum ſignum.
Mariani muli, Vide MVLVS.

MARIVM, teſte Stephano, vrbs fuit Cypri, quæ mutato nomine poſtea Arſinoë eſt vocata. Catullus maſculinè protulit his verbis,
Quæ ſanctum Idalium Marióſque apertos. In Arſinoë autem Veneris erat templum & lucus. Sed & Plin. lib. 5. cap. 31, Marium cum Idalio cõiungit. Quòd autẽ Arſinoẽm à Mario ſeparat, à Stephano non diſcrepat. Nam, vt Strabo narrat, duplex eſt Arſinoë in Cypro.

MARMARICA, pen. corr. { μαρμαρικὴ } regio Ægypto & Libyæ vicina, authore Ptolemæo lib. 4. cap. 5. Hodie *Barcha*.
Populi Marmarici. Silius lib. 3.

MARMARIDAE, pen. corr. { μαρμαρίδαι } teſte Plinio, populi ſunt Africæ, Ægypto contermini, qui & vſque ad maiores Syrtes protenduntur. Solino populi ſunt ſupra Garamantes contra noxium virus incredibili corporis firmitate muniti: Pſylli dicti, quia nimio calore ſolis nudi incedunt. Vide PSYLLI.
Phalanx Marmaridum. Silius lib. 5.
Marmaridæ Pſylli. Lucan. lib. 9.
Matmaridæ médicum vulgus. Silius lib. 3.

Marmaritis, pen. prod. { μαρμαρῖτις } marmaritidis, fœm. gen. Herba, de qua Plin. lib. 24. cap 17, Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ naſcentem, Perſico latere. Quæ de cauſa & marmaritin vocari Magos vtique ea vti, quum velint deos euocare.

Marmax, marmacis { μάρμαξ } Vnus fuit ex procis Hippodamiæ, omniúmque primus ab OEnomao necatus, cuius equas tradunt vocatas Partheniam & Eripham, quas quum item iugulaſſet OEnomaus, iuſſit ſepeliri: à Parthenia verò impoſitum fluuio nomen. Refert Cælius lib. 21. cap. 22.

MARMESSVS, Maris eſt, Romanorũ lingua, ait Lycophronis interpres. Barbarus autẽ hic, inquit, haud cõ-cenſus aliis, etiam Romanè ſcribit. Nam Romani & bellaces Marmeſſos dicunt, ſicuti memorant Diodorus vel Dion. Hæc ille.

Marmor, marmoris, pen. corr. n. gen. { μάρμαρος } Genus lapidis, cuius diuerſæ ſunt ſpecies. Vide Plinij. Marmoris nomen hinc ductũ eſt, quòd politum nitet. μαρμαίρω, id eſt reſplendeo, ſplendeo: hinc μάρμαρος, id eſt marmor.
Nitor marmorum, Vide NITEO.
Templum de marmore. Virg. 4. Æneid.
Candens marmor. Lucret. lib. 2.
Deformata prima manu. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Inciſa notis. Horat. 4. Carm. ode 8.
Læue. Virgil. 7. eclog.
Mygdonium. Ouid. epiſt. 21.
Numidicum, In NVMIDIA.
Parium marmor mallem rude. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Solido de marmore templa. Virgil. 6. Æneid.
Non in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita. Cic. 2. de Diuin.
¶Expolire marmor. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Incidere in marmor, Vide INCIDO, pen. prod.
¶Infidum remis impellere, Id eſt æquor. Virgil. 1. Georg.
In lento luctantur marmore tonſæ. Id eſt, remi in mari tranquillo. Virgil. 7. Æneid.
Nobilitatus marmore Praxiteles. In NOBILIS.
Simulacrum è marmore. Cic. pro Domo.
Secare marmora. Horat. 2. Carm. ode 18.

Marmoreus, Adiect. { μαρμάρεος. } Quod ex marmore eſt. Plin. lib. 37. cap. 2, Varro author eſt, Titium quendam Prætura functum, marmorei ingenij faciem habuiſſe propter id vitium.
Æquor marmoreum. Virg. 6. Æneid.
Cándor. Lucret. lib. 2.
Ceruix. Virgil. 4. Georg.
Cõllum. Ouid. 4. Faſt.
Columnæ. Cic. pro Domo.
Domus. Tibul. lib. 3. eleg. 2.
Gelu. Ouid. 4. Faſt.
Opus. Ouid. 4. Metamorph.
Palmæ. Ouid. 3. Metamorph.
Pauimenta. Cic. 2. de Legib.
Pedes. Ouid. 2. Amor. eleg 11.
Pollex Ouid. 13. Metamorph.
Signum. Cic. 6 Verr.
Sola. Cic. in Parad.
Tecta. Cic. in Parad.
Tumulus. Ouid. 14. Metamorph.

Marmoratus, pen. prod. Adiect. { μαρμαρωτός. } Quod ſuperficiem tantùm ex marmore habet. Varrò 1. de Re ruſt. cap. 57, Parietes & ſolum opere tectorio marmotato loricãdi. Stat. 4. Sylu. 3, -paritérque ſe leuarat
Ingenti plaga marmorata dorſo.
¶Marmoratũ, pen. prod. ſubſtãtiuè dixit Var. lib. 3. de Re ruſt. cap. 7, pro eo quod eſt ex marmore, ſuto, & calce factum, Intrinſecus quãlæuiſſimo marmorato, toti parietes ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus, circum feneſtras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbária poſſit. Et Plinius lib. 36. cap. 23, Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat.
¶Marmoratæ laudes, dicuntur quando in aliquius honorem decernuntur ſtatuæ marmoreæ, vel quid aliud ſimile. Cic. pro Archia, Itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus: & marmoratis laudibus certè non ſolùm ipſi qui laudantur, ſed etiam Pop. Romani nomen ornatur.

Marmoratio, marmorationis, fœm. g. { μαρμάρωσις } Ex marmore conſtructio. Apul. lib. 3. Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorẽ? pauimenti marmoratio, nec proſcenæ contabulatio, &c.

Marmorosus,pen.prod. {μαρμαρώδης} Aliud adiectiuum, Quod marmoream formam vel duritiem habet. Plin.lib.35.cap.6,Fit & Romæ cremato sile marmoroso & rectincto aceto.

Marmorarius,Qui marmora vel fecat vel polit. Seneca epist.89,Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quàm statuarios,marmorarios,aut cæteros luxuriæ ministros. Firmicus lib.8.cap.19.

MARNAS, Iupiter dictus, & hoc nomine Gazæ cultus fuit: quæ vox Cretensibus indicat virginem. Hieronymus, Gazæ Marnas luget inclusus. Meminit idem author in enarrationibus in Esaiam.

MARO {μάρων} vt quidam volunt, opifex figulus: siue vt plures,magi cuiusdam viatoris mercenarius: pater P.Virgilij,cui etiamnum Maronis manet cognomen.
Altisoni Maronis carmina.Iuuenal.satyr.11.
Totius Maro.Stat.5.Sylu.3.
¶Maro,item optimus vinitor fuit, comes expeditionum Osiridis, quę ætate prouectũ, vt Diodorus scribit,in Thracia reliquit, Maroneæque conditor vrbis fuit. De hoc forsan intelligi possit illud Propertij,
Flumina sopito quæque Marone cadunt.

Maroneus,pen.prod. {μαρώνειος} Adiectiuum à Marone.Stat.4.Sylu.4, -vbi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas,
Pulso,Maroneſque sedens in margine templi
Summo animum,& magni tumulis accanto magistri

MARONEA {μαρώνεια} Ciconum vrbs vino laudata: cuius meminit Homerus. Hinc Maroneus adiectiuum: vt Maroneus Bacchus,Id est vinum ex Maronea vrbe. Tibul.ad Messalam lib.4.

MARPESVS,pen.prod. {μάρπησσα} mons in Paro insula, à quo Marpesiam cautem, id est lapidem Parium,dixit Virgil.6.Æneid. Seruius.

MARPHADATES,fuit Cappadociæ regulus, ad quem quum filius Catonis Vticensis diuertisset, vxorem eius quam Psychen appellabat, corrupit: vnde exiit iocus,Porcius & Marphadates φίλοι δύο, ψυχὴ μία, Id est amici duo,anima vna. Ité,generosus & illustris Cato βασιλικὸν ψυχῆς ἕξιν: erat enim rex Marphadates. Refert Plutarch. in vita Catonis,& post eum Cæl.lib.24.cap.9.

MARPISSA {μάρπησσα} fuit, teste Homero lib.9.Iliad. filia Eueni, & speciosa inter paucas nympha: quæ quum raperetur ab Apolline, eius vir Idas arcu,sagittisque sumptis,Apollinem inuadere non dubitauit, Quam,postquam rapta est,parentes Halcyonem cognominauerunt: quòd materéam domi deflebat fortita luctuosum ac flebile Halcyonis fatum.

Marra, Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columella libro 10.
Tu penitus martis eradere viscera martis Ne dubita. Iuuenal.satyra 3,Ne marræ & sarcula desint. Plin.lib.18.cap.16.

MARRHES {μάρρης} fuit Ægypti rex, qui cornicem impendio mitem ac prorsum habuit cicurem,educationis solertiore curaeò prouectã insuefactámque,vt pterophori cursorisque vice fungeretur. Quòenim concupisset altor, ceu rationis planè compos,epistolas deferebat,commonita noscens callidè,quà transuolandum,quóve dirigendus impetus,ac vbi fidendum foret,interquiescendúmve. Quamobrem obsequio miti adeò,ac nullius stipendij indigo & vtcunque parato,quum obiisset,digna à rege habita est, quæ sepulcro statuáque honoraretur,propagandæ in æuum longius factã tam inopinabilis,ta reuerêque auditi. Hæc Cælius Rhodig.lib.25.cap.28.ex Græcorum monumentis.

MARRVBII,Populi fuerunt Italiæ, circa Fucinũ lacum habitantes, sic dicti vel à rege Marrubio,vel q circa mare habitent. Virg.7. Æneid.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

Marrubium,marrubij {μάρρουβιον.}Plin.lib.20.cap.22,Marrubium plerique inter primas herbas commendauêre, quòd Græci prasion vocant, alij linostrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quàm vt indicandum sit. Hutus folia semẽque contrita prosunt contra serpentes,pectorum & lateris dolores,tussim veterem.

MARRVCINI,pen.prod. {μαρρουκῖνοι} Populi quorum meminit Strabo lib.5. Plin.lib.15.cap.19. Græcis simplici r scribitur.
Domus Marrucina.Silius lib.17.
Gens Marrucina.Silius lib.15.

MARS {ἄρης,ἀνδρεῖος} deus belli: dictus quòd maribus in bello præsit, siue quòd à Sabinis acceptus est,apud quos Mamers vocatur: à poetis Mauors,quòd magna vertat,per epenthesim dicitur.
Arma horrentia Martis.Virgil.1.Æneid.
Opus graue Martis.Virgil.8.Æneid.
Belliger.Senec.Hippol.6.
Dubius mediis Mars errat in armis.Virgil.2.Georg.
Duri Martis arma.Virgil.10.eclog.
Indomitus.Virgil.2.Æneid.
Noster Mars.Virgilius,
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Mars illorum esse videtur,quibus fauet,qui victoriam obtinent,vt è contrario non videtur esse illorum quibus aduersatur, quique vincuntur. Sensus igitur est huius carminis,Si Mars nobis fauerit,victoriámq; dederit. Hæc ideò adscripsi, quòd non satis accommodatè explicata à Seruio viderem. Monuit Turneb.
Toruus.Horat.1.Carm.ode 28.
¶Mars,pro ipso bello.Quintil.lib.8.cap.6,Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo.
Amantes Martis Iberi.Silius lib.16.
Rigidi certamina Martis.Ouid.8.Metamorph.
Anceps Mars.Liu.lib.1.Decad.
Aperti copia Martis Nulla fuit.Ouid.13.Metamorph.
Cæco Marte resistunt.Virgil.2.Æneid.
Cruentus.Horat.2.Carm.ode 14.
Ferox.Ouid.13.Metamorph. -quantúmque ego Marte feroci
Inque acie valeo,tantum valet iste loquendo.
Impius.Virgil.1.Georg.
Incertus.Tacit.lib.20,Pugnatum longo agmine,& incerto Marte, donec prælium nox dirimeret.
Sanguineus.Ouid.1.de Remed.amor.
¶Accendere Martem cantu.Virgil.6.Æneid.
Acuere Martem,Vide ACVO.
Marte suo cadere.Ouid.3.Metamorph.
Inuadunt Martem clypeis,atque ære sonoro. Virgil.12.Æneid.
Infano Marte petere vrbem.Claud.de bello Get.
Collato Marte,& eminus pugnare,Vide EMINVS.
Nouum Martem tentare.Silius lib.15.
¶Mars communis. Hoc dicto incertum ac varium belli euentum notabant veteres. Cic.11. Philipp.Sed vt concedam incertos exitus esse belli,Martem communem: tamẽ pro libertate,vitæ periculo decernendum.
Nostro Marte rem aliquam peragere dicimur, quoties nostropte ingenio,propriisque viribus,aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cic.3.Offic.Hanc igitur partem relictam explebimus,nullis adminiculis,sed vt dicitur,nostro Marte. Ex Erasmo.
Adminiculis alterius,& suo Marte aliquid explere,contraria. Cic. 3.Offic. Hanc igitur partem relictam explebimus,nullius adminiculis,sed (vt dicitur) Marte nostro.
Forensis Mars,Eloquentia.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.
¶Stella Martis quatuor & viginti mensibus,sex diebus minus, lustrat orbem.Cic.2.de Nat.deor.
Rapax.Propert.lib.4.eleg.1. De stella Martis.
¶Mars Syluanus, cultus olim & celebratus fuit à rusticis. Cato, Marti syluano in sylua interdius.

Martius, Adiectiuum {ἀρτιστατίνος} Ad Martem pertinens: vt Martia auis,Marti dicata.Ouid.3.Fast.
Bella Martia.Ouid.3.Fast.
Calendæ Martiæ.Cic.Attic. lib.8.
Martius campus.Liu.Ager Tarquiniorum,qui inter vrbem & Tyberim erat consecratus Marti,Martius deinde campus fuit.
Canor Martius rauci æris.Virg.4.Georg.
Castra.Tibul.lib.1.eleg.2.
Certamen.Horat.4.Carm.ode 14.
Horror Martius.Claud.2.de raptu Proserp.
Legio. Cic.4.Philip. Quid legio Martia,quæ mihi videtur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, à quo Pop. Romanum genus ratum accepimus,&c.
Miles Martius.Ouid.14.Metamorph.
Vulnera Martia.Virgil.7.Æneid.

Martius mensis {μήνης σκιῤῥοφοριών} dictus est primus mensis anni: quoniam Romulus primum anni mensem genitori suo dicauit. Ouid.3. Fastorum,
A te principium Romano dicimus anno. Plin.lib.11.cap.3, Dissentantur in Martium mensem callosæ.

Marticola,marticolæ,pen.prod. {ἀρτικόλαι} Qui Martem colit.Ouid.5. Trist.elegia 4,
Nec patria est habitata tibi,fed ad ſtúſque niuosum
Strymona venisti,Marticolámque Geten.

Martigenus,pen.corr. Adiect. {μαρτιγενὴς.} Plautus Amphit.15,
Martigenã ille aggressus bellũ magnus Europæ quæstor, anguineo
Repente hostes peperit seminio.

Martigena,martigenæ,penult.corr. {μαρτιγενὴς} Qui est ex Marte natus. Ouid.3.Amor.elegia 4,
In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadésque Remus.
Quirinus Martigena.Ouid.1.Fast.

Martianus,penult.prod.Adiect. {μαρτιανὸς.} vt Fœdus Martianum. Cic. pro Cornel.Balbo, Qui & veterem illam speciem fœderis Martiani, semper omni sanctiorem Marte duxerunt.

Martialis,& hoc Martiale,pen.prod. {ἀρτιάλις, μαρτιάλιος} Qui natus est sub Marte stella: Vel qui Marti seruit. Cic. pro A. Cluentio, Martiales quidam Larini appellabãtur ministri publici Martis,atque ei deo veteribus institutis religionibúsque Larinatium consecrati.
Flamen Martialis.Cic.de Aruſp.resp.
Lupi Martiales.Horat.1.Carm.ode 17.

MARSI,Populi in Scythia,vt ait Herodotus lib.4.

MARSI {μάρσοι} Populi in Italia vltra Picenũ Samnites versus, à Marso Circe filio,à quo originem duxerant,dicti. Cic.pro Domo,Qui in Marsis natus est,&c. Plin.lib.7.capite 2. Et in prooemio libri 25.

MARSVS,Circes filius,à quo Marsi,quibus vi quadam genitali datum est, vt serpentium virulentorum domitores sint:& incantationibus, herbarúmque suceis faciant medelarum miracula. Refert Gellius lib.16.cap.11.

Marsus,Adiect. {μαρσικὸς.} vt Nænia Marsa.Horat.Epod.17.
Cantus Marsi.Ouid.de medicamine faciei.
Marsum duellum.Horat.3.Carm.ode 14,
Et eadum Marci memorem duelli. Dictum est autem Marsicum bellum (inquit Strabo lib.5.) ab iis qui defectionis illius authores fuerunt,maximéque à Propedio Marsorum duce. Quanquam initium belli à Picentibus natum esse tradit Liuius,quibuscum vnà defecerãt à populo Romano Marsi,Peligni,Marrucini,Samnites,Lucani, cuius defectionis causa ex eo nata est, quòd quum se communione ciuitatis ac libertatis cum populo Romano coniungi postulassent, à Senatu, populóque Romano id non obtinuerant. Annotauit Lãbinus.
Niues Marsæ.Stat.1.Sylu.5.
Voces Marsæ.Horat.Epod.5.

Marsicus,penultima correpta,Adiectiuum {μαρσικὸς.} vt Bellum Marsicum. Cicero 2.de Lege agraria.Multæ in hac Repub. seditiones do mesticæ,quas prætermitto,bella cum sociis,Fregellanum,Marsicum: quibus omnibus,&c.
Marsica vina,& Marsica cepa. Columella libro 12.capite 10. Et lib.2.capite 9,Marsicæ fabæ. Nam Massica sunt è Massicis montibus.

MARSIA,siue Marsyas {μαρσύας} fluuius Apameam præterfluens: cuius meminit Claudian.2.in Eutropium,his verbis,
Icarium pelagus,Mychaleáque littora iuncti
Marsia Meandérque petunt: sed Marsia velox
Dum suus est,flexúque carens,id flumine mistus
Mollitur Meandre tuo,contraria passus
Quàm Rhodano stimulatus Arar,quos inter aprica
Planities,Ceteriſque fauet,densíſque ligatur
Viribus,& glaucos fructus attollit oliuæ.

MARSPITER,penult.corr. {ἄρησ πατὴρ} Martis pater: sicut Die spiter, diei pater: teste Gellio lib.5.cap.12.

Marsupium, marsupij {μαρσύπιον} Sacculus nummarius: hoc est in quo nummi reconduntur.Plaut.Epid.5, -acutum cultrum habeo, Qui seni exenteremmarsupium. Varro de Re rust.lib.3.cap.17,Magis ad oculos pertinent,quàm ad vesicam: & potius marsupium domini exinaniunt,quàm replent.
Numarum marsupium,Vide NVMVS.
Inspicere marsupium,Vide INSPICIO.

MARSYAS, Peleus historicus, nutritus vnà cum Alexandro magno. Scripsit res Macedonicas libris decem à primo rege vsque ad Alexãdrum. De rebus Articis libros duodecim. ¶Marsyas Philippeus ité historicus. ¶Marsyas,Tabenꝰ,qui scripsit de Trãquillitate libros 12. Fabulosa libris septem,& quædam alia de patria sua. Author Suidas.

MARSYAS,Marsyæ, Phryx tibicen, qui tibiis à Minerua primùm inuentis,deinde abiectis, cum Apolline certauit, à quo victus & excoriatus est.Ouid.lib.6.Fastorum,
Prouocat & Phœbum,Phœbo superante pependit:
Cæsa recesserunt à cute membra sua. ¶Est & Marsyas, Phrygiæ fluuius,ab huius nomine dictus, quòd nympharum lacrymis Marsyam deflentium creuisset,vt est apud Ouidium.

Martes,huius martis,fœm.gen. Animal notum è genere mustellino, cuius pellis magno habetur in pretio.Martial.lib.10.epigr.37.ad Maternum,
Venator capta Marte superbus adest.

MARTIA,martiæ,fœm.gen. Aqua vrbis Romæ. Plin.lib.31.cap.3,Clarissima aquarum omnium toto orbe, frigoris salubritatísque palma, præconio vrbis,Martia est, inter reliqua deûm munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia, fons autem ipse Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum,transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa, in Tiburtina se aperit IX. M pass.fornicibus structis perducta. Primus eam in vrbem ducere auspicatus est Ancus Martius,vnus è regibus. Postea Qu. Martius Rex in prætura. Rursúsque restituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo II. M.passuum Pænestina via. Iuxtà est Herculaneus riuus,quem refugiens Virginis nomẽ obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quú quantum Virgo tactu, tantum præstet Martia haustu.

MARTIA, Catonis filia minor. Quæ quum quærereturab ea, cur post amissum maritum denuo non nuberet:Respondit,non se inuenire virum qui se magis vellet, quàm sua. Quo dicto,ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere,quàm pudicitiam.

Martialis,Martianus,Marticola,Martigena, Martius, Adiectiuum,Vide MARS.

VALERIVS Martialis {οὐαλέριος μαρτιάλιος} in Hispania Bilbili nobili Celtiberiæ oppido natus est,patre Fronteone,marte Flacilla. Venit ad vrbem Romam studiorum gratia,tenuíque supellectile contentus,in literis duntaxat versatus est. Huius meminit & Plinius Iunior ad Cornelium Priscum libro 3.epist.21.adscribens versus aliquot ipsius Martialis.

Martiobarbuli, Lasciuia militari appellati sunt milites, qui plumbatas gerebant,quæ & ipsę etiam nomine Martiobarbuli vocatæ per ludum & iocum videntur esse,quòd quum pisces in deliciis essent,in quibus numerantur barbi & barbuli, plumbatæ, quasi non conuiuij, sed Martis barbi essent & cibi,iocularitet Martiobarbuli dici potuerint. Vegetius,Plumbatarũ quoque exercitatio, quas Martiobarbulos vocant,est tradenda iunioribus,&c.

MARTION,Smyrnęus medicus,teste Plinio lib.28.cap.3,Qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit: item rubetas,aliáſque ranas.

MARTIVS {μάρτιος} nomen eius viri, qui Ancus cognominatus est, quartus Romanorum rex, æquitate & religione suo similis. Latinos bello domuit,Auentinũ in & Martiũ montes vrbi addidit,noua mœnia oppido circundedit,syluas ad vſum nauium publicauit, salinarũ vectigal instituit,carcerem primus ædificauit, Ostiam Coloniam matritimis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit.

Martulus, à Plinio pro malleo vsurpatur. Caper Grammaticus,Martulus,inquit,à Marte, non marculus. In omnibus tamẽ codicibus legitur marculus in Plinio.

Martyr,martyris,pen.corr.com.g. {μάρτυς} Latinè testis dicitur.Quo factum est,vt qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt,Martyres vocentur.

MARVLVS, Tribun. plebis cum Flauio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit: eósque qui primi Cæsarẽ regem salutauerant,in vincula duci iussit. Quamobrẽ Cæsar Marullũ magistratu priuauit.Author Plutarchus in Cæsare. ¶Marullus ité poeta mimographus sub Antonino principe apud Spartianũ. ¶Pomponius ité Marullus grãmaticus Romæ profitebatur,fermonis Latini exactor molestissimus: quum ex oratione Tiberium reprehendisset,affirmante Actio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset,fururum certé: Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus,verbis non potes. Sueton.de Clar.Rhet.

Maron {μάρων} Dioscoridi} herba est surculosa,flore origani,sed odoratiore,foliisque multò candidioribus,quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plinius quoque lib.12.cap.24.in Ægypto marum nasci tradit,sed peius quàm Lydium,maioribus foliis,ac variis.

Mas,maris,m.gen. {ἄρρην,ἀνήρ,ἄνορ} Cui contrarium est Fœmina.
Cic.1.de Nat.deor.Bestiæ aliæ mares,aliæ fœminæ sunt.
Admittere marem,In ADMITTO.
Intromittere mares in fœminas, Vide INTROMITTO.
Mutari in marem,In MVTO.
Párere marem.Ouid.9.Metamorph.
Permittere maribus fœminas,Vide PERMITTO.
Vitellus mas.Horat.2.Serm.satyr.4.
Animi mares.Horat.de Arte.

Masculus,masculi,pen.corr.m.gen. {ἀῤῥενικὸν} Diminut.inquit Festus. Plaut.Cistel.10,Bona fœmina,& malus masculus hic te volunt.

Masculus,Adiect. {ἀῤῥενικὸς,ἀῤῥένιος} pro Forti & vehemẽti aliquando accipitur, vt vult Nonius: Varro, Si non plus testiculorum offenderis quàm in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculũ ad rem.
Masc ula bilis.Persius satyra 5, -calido sub pectore masc ula bilis
Intumuit,quam non extinxerit vrna cicuti.
Proles masc ula.Horat.3.Carm.ode 6.
Masc ula Sappho.Horat.1.epist.20,
Temperat Archilochi musam pede masc ula Sappho. Masculam intelligit,quanuis quidam obscœnius interpretentur, quæ tam audaci &virili animo fuerit,vt de Leucade petra præcipitem dare se ausa sit: quod à Papinio in syluis ita canitur, -saltúſque ingressa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho. Turneb.
Masculum thus. Plin.lib.12.cap.14,de thure, Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, quum aliàs non ferè mas vocetur,vbi non sit fœmina Masculum aliqui putant à specie testiũ dictum. Ouid.de medicamine faciei. Virgil 8.eclog.

Masculinus,pen.prod.Adiect. {ἀῤῥενικὸς} Quod masculum est: vt Rapũ masculinum & fœminimum.Plin.lib.18.cap.13.
Masculina & fœminina vocabula dici melius est secundum Græcorum quoque consuetudinem, inquit Festus.

Masculinè,pen.prod.Aduerbium. Charisius lib.1, Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinarum, aut quum commerciũ significamus. Masculinè autem,tabulara nauium,& semper pluraliter,quanuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit: & Lucilius negotiorum forum masculinè exulerit lib.3,Forus olim ornatus lucernis. Paulo pòst,Cælum quum sit neutrum,eriam masculinè veteres dixerunt. Iterum,Vulgus inuenitur & masculinè elatum.

Masculesco,masculescis {ἀῤῥενίζω} masculescere,Masculum fieri.Plinius lib.18.cap.13.de rapis & napis loquens, Densiore enim satu masculescere,item in terra difficili.

Masculetum,pen.prod. {μασκύλη} Locus in quo plantæ vinearum masculæ confitæ sunt.plantæ autem masculæ sunt quæ non subiguntur, vt palmites alios emittant, sed altius crescunt, & in altum attolli dimittuntur. Plin.lib.17.cap.22,de vinearum putatione, Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentũ emitti,quod alij dracones,alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta appellant.

MASARIS {μάσαρις} Bacchi cognomen apud Caras, de cuius origine sic fabulantur,In comitatu Rheæ,cui Iupiter Bacchũ alendum cõmiserat,mulierẽ fuisse,cui nomen erat Mà: quam quũ Iuno rogasset cuius is esset puer, ἄῤῥενος, hoc est Martis,illa respondit. Qua voce à vulgo excepta,Bacchus deinceps Masaris dictus est,quasi τὸν μαῖ ἄῤῥενος.

MASDES,Vide MANIS.

MASDORANI, Asiæ populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolæm.lib.6.cap.5.

MASDORANVS, Mons Asiæ, qui Parthiam ad orientem ab Asia dirimit. Ptolæm.lib.6.cap.5.

MASINISSA {μασσανάσσης} Numidarum rex in Africa primùm Populi Rom.hostis capitalis fuit: deinde amicissimus effectus,vsque ad finẽ vitæ perseuerauit. De quo multa Liu.7.bell.Pun. Suidas habet Masanissa. Ouid.6.Fastorum, -superat Masanissa Syphacem.
Masinissa annos nonaginta natus,quum iter ingressus erat,in equũ omnino non ascendebat quum equo,ex equo non descendebat: nullo imbre,nullo frigore adducebatur vt capite operto esset: summa erat in eo corporis siccitas: itaque exequebatur omnia regis officia & munera.Cic.de Senect.

Maspetũ,pen.corr. {μάσπετον} Folium laserpitij. Plin.lib.19.cap.3,In ea laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem: & si coleretur,in deserta fugientem: radice multa, crassáque, caule ferulaceo, haud simili crassitudine. Huius folia maspetum vocabant, apio maxime similia. Vide LASER.

Massa,massæ {μᾶζα.φύραμα,πτελάνη} Farina omnis ad pinsendum macerata,& aqua subacta,quam *pastam* vocant.
Massa etiam significat quicquid densum spissúmve est,ad similitudinem farinæ subactæ.vt Massa auri,Massa ferri,hoc est pila & veluti moles. Colum.lib.12.cap.5,Quidam ferri massas exurunt:ita vt ignis speciem habeant.Virgil.4.Georgicorum,
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis,&c.
Massam picis vrbe reportat.Virgil.1.Georg.de agricola.
Ardentis massæ fuligo.Iuuenal.satyr.10.
Lactis massa coacti.Ouid.8.Metamorph.
Dura massa & pondus iners.Ouid.3.de Arte.
Nubila,Vide NVBES.

Massula,pen.corr.Diminutiuum {μᾶζίδιον.} Colum.lib.12.cap.38, Posthæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera feriæ in mustum demittuntur,ne altera offa super alteram perueniat.

Masso,massas,massare,In massam redigere,Conglobare,condensare.Lucret.lib.1,
Quòd si fortè vlla credunt ratione potesse
Igneis in cœtus stringi,massaréque corpus,&c.

MASSA {μάσσα} Libyæ fluuius, Ptolemæo: hodie *Massatat*.

MASSAESYLIA {μασσαισυλία} siue, vt apud Stephanum & Strabonem legitur, μασσυλία vnico σ, Africæ regio, à Mauris Mulucha fluuio (quem Strabo Molochat appellat) diremptа. Vide Strabon.lib.17.& Plin.lib.5.cap.2. Huius regionis populi Massæsyli vocati fuerũt,quos Plinius testatur sua ætate extinctos fuisse.

MASSAGETAE, pen. corr. {μασσαγέται} nobiles populi Scythiæ Asiaticę Orientem versus, trans Araxem: quorum studium est in sagittandi peritiam incumbere: infestissimi sunt hospitibus, neque cum vicinis populis vllam seruare diutius amicitiam possunt, neque fidem. frumenti ac vini vsum prorsus ignorant: bibunt enim lac cum equorum admisto sanguine, vt Dionysius scribit: item Herodotus libro tertio, & Strabo lib. 11.

Massageres, numero singulari dicitur. Claudian. 1. in Ruffinum,

Est qui cornipedes in poculo vulnerat audax
Massagetes. Massagetæ Solem pro deo venerantur, quibus optimũ genus mortis videtur, si senio confecti in frusta scindantur, & cum ouillis carnibus edantur promiscuè: eos qui morbo moriuntur, vt impios abiiciunt, & dignos qui à feris deuorentur, vt ait Strabo libro secundo.

Massaris, Vua est, quæ ex vite syluestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm & odoramentis idonea. Vide Plin. lib. 12. cap. vlt. & in Procem. lib. 23.

MASSIA {μασσία Stephano} Oppidum Hispaniæ vlterioris, non procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plin. lib. 35. cap. 14.

MASSICA, Regio Bæticæ Tartesiis apposita. Hanc Vitruuius Maxiam appellat.

MASSICVS, penult. corr. {μασσικὸς} Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Docet Seruius Massicus in plurali facere Massica. Virgilius 7. Æneidos,

-vertunt felicia Baccho Massica. Sil. lib. 7,
Massicus vuiferis addebat nomina glæbis.
Radices Massici. Cic. 2. de Lege agrar.
Vuifer Massicus. Stat. 4. Sylu. 3.

Massicus, Adiectiuum {μασσικὸς.} vt Munera Massica Bacchi. Virgil. 3. Georgicorum.

Humor Massicus Bacchi. Virgil. 2. Georg.
Vina Massica. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.

Massicum, massici, penult. corr. {μασσικὸν} Substantiuum, dicitur ipsum vinum ex Massico proueniens. Horat. 1. Carm. ode 1,

Est qui nec veteris pocula Massici, &c.

Vinum Massicum autem laudat Plinius lib. 14. cap. 6, Nascitur in iis Campaniæ montibus, qui Massici nominantur. Commemorat & Athenæus lib. 1. cum cæteris vinis Italicis, aitque esse austerũ quidem illud, sed stomacho vtile. ætate matureſcebat, austeritatémque minuebat.

Obliuiosum Massicum. Horat. 2. Carm. ode 7. quòd faciat obliuisci curarum.

MASSILIA {μασσαλία} secunda syllaba correpta, Galliæ Narbonensis vrbs aliquando fama rerum gestarum, abundantia opum viriúmque & doctrinarum gloria florentissima, quæ à Cicerone lib. 2. Offic. multis veris laudatur: tum etiam in Oratione pro Flacco, Neque verò te Massilia prætereo, quæ L. Flaccum militem Quæstorémque cogno ſti: cuius ego disciplinam atque grauitatẽ nõ solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam, quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguísque diuisa, quũ in vltimis terris cincta Gallorũ gentibus, barbariæ fluctibus alluatur: sic optimarũ cõsilio gubernatur, vt omnes eius institutis laudare faciliùs possint, quàm æmulari. De huius origine Iustinus lib. 43. multa. A Phocensibus Asiaticis conditam esse constat, qui rectius à Phocæa illa sua Phocæenses dicerentur, teste Hermolao. Ammianus lib. 15, A Phocide (inquit) Asiaticus populus, Harpali ticlementiã vitans Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petit: cuius pars in Lucania Veliã, alia condidit in Viennensi Massiliem. Quæ verba ex libro decimo noctium Atticarum Gellij mutuatus est. De vrbis huius veteribus institutis multa lib. 2. Valerius. Inclytam fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ vita Tacitus testatur. Lege Strabonem libro 4. Massilia vulgò hodie *Marselle*. Lucan. lib. 3.

Mores Massilienses Plaut. Casin. tanquam optimos & probatissimos dixit. Hæc vini optimi ferax fuit: vnde Martial. libro 13, Fumea Massiliæ ponere vina potes. A Massilia fiunt

Massilienſis {μασσαλιώτης} Massilitanus, Massilioticus, Adiectiua. vnde

Massilienses viri, Massiliitana vina, & Massiliotica ostium.

MASSVRIVS, Legum interpres, Eques Romanus, tempore Tiberij Iurisconsultus non incelebris.

MASSYLA, penult. prod. {μασσύλαι} (inquit Seruius) mediterranea est pars Mauritaniæ, vnde haud longè sunt horti Hesperidum, & mons Altas. Virgil. 4. Æneidos,

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos, &c.

Massyli {μασσύλαι} eius regionis populi, de quibus Virgil. 4. Æneidos,

Massylíque ruunt equites, &c. Hæc gens neque ephippiis vtitur, nec frænis, sed sola virga contenta est, qua agitet equos & moderetur.

Massylus, penult. prod. Adiectiuum {μασσύλος.} vt Arua Massyla. Silius libro 17.

Oppida Massyla. Claud. 4. Paneg.
Robora. Stat. 3. Sylu. 3.

Massylius, secunda producta, Adiectiuum {μασσύλιος.} Idem. Lucan. libro 4,

Et gens quæ nudo resides Massylia dorso
Ora leui flectit frænorum nescia virga.

Massylæus, Aliud adiectiuum {μασσύλειος.} Martial. lib. 9, Et Massylæũ virga gubernat equum.

MASTAVRA {μάσταυρα} Lydiæ ciuitas: ita dicta, quòd in ea Rheæ, Bacchi nutrici (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus soleat immolari. Huius incolæ dicti sunt Mastaurenses, & Mastauritæ Stephano, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Mastax, mastacis {μάστακος} Locustarum genus, quæ rodunt fata, quas quidam bruchos appellant, & attacos, vti est apud Nicandrum. Alij tamen sunt qui vniuersim locustas dici mastacas velint, idque in Ambracia in primis. Author Cæl. lib. 3. cap. 25.

Mastiche, mastiches, pen. corr. fœm. gen. {μαστίχη} vel vt alij Mastice, sine h, aspiratione: Lacryma est quam lentiscus arbor gunimi modo sudat. Plin. lib. 12. cap. 17, Sed mastiche quoque gemina est: quoniam & in Asia Græciáque reperitur herba radice folia emittens. Et paulo pòst, Laudatissima autem Chia, candida, cuius pretium in libras x x, nigræ verò x II. Chia è lentisco traditur gigni gummi modo.

Mastigia. Vide MASTIX.

Mastix, mastigis, pen. prod. mascul. gen. {μάστιξ} Flagellum, scutica. A verbo Græco μαστίγω, siue μάσσω flagello. Vnde Homeromastix dictus est Zoilus ille qui contra Iliadem & Odysseam Homeri scripsit.

Mastigophorus, mastigophori, pen. corr. {μαστιγοφόρος} Qui agonotheta in sacris certaminibus comitabatur. Mastigophori, Id est flagelliferi, erant lictores agonothetarum, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Ex Budæo.

Mastigia, mastigiæ, secunda producta, m. gener. {μαστιγίας} Verbero, siue qui verberibus dignus est. Plaut. Amphit. 14,

Ita ego te certò cruce & cruciatu mactabo. exi foras

Mastigia. Cœlius libro 25. capite 24, Qui mancipia cædunt, stigmatiæ dicuntur, & stigones: sicuti qui cæduntur, mastigiæ. Flagella ipsa nuncupantur nunc mastiges, nunc hystrichides, aut rhyteres. Hæc ille.

Mastigeus, mastigei {μαστιγεὺς} Idem. Apud Plautum in Trinummo, 13, legitur, Aggredíundus est hic homo mastichæus: legendum mastigeus, quũ mastigis in genitiuo faciat mastix: & mastiche, mastiches aliud significet.

Mastos. herba Plin. lib. 26. cap. 15. non procul à fine, Quæ verò mastos vocatur, inquit, indita, pilos mammarum è partu nascentium aufert, & cineas in facie, aháque curis vitia emendat.

Mastructa, mastructæ, pen. prod. {μαστρεῦσα} Vestis scortea, pessimè & grauissimè olens, qua Sardi vtuntur. Cic. pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, cum Sardorũ mastructa mutauit. Sed & barbari Septentrionales qui pelliti erant, illa vtebantur. Prudentius,

-mastrucis proceres vestire togatos. Ex Turneb. Mastructas appellare possumus lupurias hybernas, quibus apud nos nobilitas induitur.

Mastrucatus, pen. prod. Adiect. {μαστρευτικὸς} Qui mastruca vtitur. Plautus, Mastrucatus & plenus puluere. Cic. de Prouinc. Consul. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

Masturbator, masturbatoris. Qui thalassionẽ indicit manibus libidinosis, sicque sine fœmina maritus. Vtitur Martialis.

Mastus, masti, m. g. {μαστὸς} Latinè māma dicitur: & propriè animaliũ est. Hinc Tubuli mammati seu mammæ in balneis & fontibus intel liguntur: quas Vitruuius lib. 7, mastos Græca voce nominauit. Athenæus, inquit, ex huiusmodi locis & fontibus masti vsque ad porrũ Piræeum ducti sunt salientes. Eas Varro libro de Re rustica, papillas conuertit.

Mataris, Genus teli. Liuius Decad. 1. lib. 7, Consul læuo humero matari propè traiecto cesserat parumper ex acie.

MATAVRVS {ματάουρος} Siciliæ oppidum, Locrorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini. Steph.

Mataxa, mataxæ, videtur esse vestis seu funiculi species. Isidorus Etymolog. libro 19. cap. 4. cui titulus est, De funibus: Catapirates, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius, Hanc catapiratem puer eodem deferet vncum, Plumbi pauxillum rudus, linique mataxam. Descriptio est bolidis, Id est instrumenti quo maris altitudo tentatur. Idem libro eodem cap. 29. cui titulus, De instrumentis vestium: Mataxa, quasi metaxa, à circuitu scilicet filorũ. nam meta circuitus dicitur, vel quòd transferatur. Sed hic ea videtur significari, quam Aquitam madaissam, Itali *matassim* vocant, quam scilicet fœminæ vertendo rhombo machinula perficiunt. Vitruuius pro funiculo vsurpauit lib. 7. cap. 3, Sin autem, ait, arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur, & mataxæ & tomicæ ad iustam longitudinem vna crassitudine alligationibus temperẽtur, dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent. Quem locum Cælius Rhodiginus lib. 16. cap. 11. sub finem videtur nõ intellexisse. cuius hæc sunt verba: Sericum Græci metaxam vocant. Vitruuius tamen lib. 7, De paludibus, inquit, Tenues colligantur metaxæ. Atqui non hoc dicit Vitruuius, sed tenues arundines paluſtres tum adhibendas esse, quum Græcæ non suppeditabunt: mataxas verò, tomicásque temperandas, ac ad asseres religandas. *μίτους* Græcis dicitur sericum. sed nihil ad Vitruuium.

Matella, Matellio. Vide MATVLA.

Mateola, mateolæ, pen. corr. Genus est sarculi. Cato de Re rustica, cap. 46, Quum taleam demittes, pede taleam opprimito: si parum descendet, malleolo, aut mateola adigito. Turnebus materiola legendum putat, aut saltem pro fuste mateolam interpretandum.

Mater, matris, fœm. gen. {μητὴρ} nomen notum. Cic. pro A. Cluentio, Sassia mater huius Habiti (mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate est) mater inquam appellabitur: neque vnquam illa ita de suo scelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.

Ad matrem, Vide AD.
Felicissima matrum. Ouid. 6. Metamorph.
Turba matrum. Virgil. 7. Æneid.
Mater crudelis. Virgil. 8. ecloga,
-crudelis tu quoque mater.
Orbæ, Vide ORBVS.
Orbata. Lucret. lib. 2.
Carentes matre priuigni. Horat. 3. Carm. ode 24.
Natus humana, Vide NASCOR.

¶Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Virgil. lib. 4. Georgicorum, Mater Cirene mater.

Fœta mater. Stat. 9. Thebaid. vaccam intelligit.
Excretos prohibent à matribus hœdos. Virgil. 3. Georg.
Mater mellis apis. Varr. 2. de Re rust. cap. 5, Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres.

Mater

¶Mater, Diuinitatis nomen plerũque est, vt Lua mater, mater Matuta. ¶Est & dignitatis: vt, Castæ ducebant sacra per vrbem, Pilentis matres in mollibus. Significari enim puto senatorias, nobiles, patricias mulieres quæ sacerdotes erant. Et apud Lucretium,

Nanque ibi concessum caueai subrer & omnem
Scenai speciem patrum matrũmque deorũmque
Inficiunt. Hic patres & matres cõiunxit, & à cauea cuneísque populi separauit, orchestram significans, vnde spectabant senatores & senatorum vxores. Ex Turneb.

Mater, nutricem aliquando significat, Nonio interprete. Plautus Menæch. 2. Virgil. lib. 8. Æneid.

¶Mater, ad arbores transfatum. Plin. lib. 12. cap. 5, Superiores eiusdẽ rami in excelsum emicãt, syluosa multitudine, vasto matris corpore.

Luxuries, auaritiæ mater. Cic. 2. de Orat.
Sapientia, omnium bonarum rerum mater. Cic. 2 de Leg.

Matercula, pen. corr. {μητρίδιον} Diminutiuum. Cic. pro Flacco, Nunc denique matercule suæ festiuus filius aniculæ minimè suspiciosæ purgat se per epistolam.

Maternus, Adiect. {μητρικὸς, μητρῶος} Quod est matris. vt Maternus patruus, fratris, sanguis. Cic. pro Cluentio, Nomen amantius indulgentiúsq; maternum. Ouid. 3. Metam.

Auus maternus. Virg. 4. Æncidos, Materno veniens ab auo
Cyllenia proles. Intelligit Atlantem auum Mercurij. Maia enim Mercurij mater, filia fuit Atlantis.
Vbera materna, Stat. 1. Thebaid.
Maternus animus. Terent. Heaut. 4. 1.
Mens. Ouid. 8. Metam.
Res maternæ atque paternæ absumptæ. Horat. 1. epist. 16.

Materfamiliãs {οἰκοδεσπότης} genitiuo matrisfamiliãs, casus genitiui est familiãs ad imitationem Græcorũ, qui fœminino rum in a purum desinentium genitiuos in as mittunt. Dicimus tamen & materfamiliæ, & materfamiliarum. Est autem materfamiliãs (vt docet Gellius lib. 18. cap. 6) ea sola quæ in mariti manu mancipióque est, aut in eius, in cuius maritus manu mancipióque esset: quoniam non in matrimonium tantùm, sed in familiam quoque mariti, & in sui hęredis locum veniſſet. Festus, Materfamiliæ nõ antè dicebatur, quàm vir eius paterfamiliæ dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari. Vlpianus de Verborũ signiſ. l. Pronuntiatũ, Matremfamiliãs accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit. matrem enim familiãs à cæteris fœminis mores discernunt atque separant. proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina. nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matresfamiliarũ, sed boni mores. Alia exemplaria legunt matresfamiliãs. Idem de Liberis exhibendis. l. Deinde, Quum audis matremfamiliãs, accipe notæ authoritatis fœminam.

Petulanter facimus, si matremfamiliãs, secus quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cic. pro Cælio.

Species & forma vxoris est materfamiliãs. Cic. in Topic.
Materfamiliãs, pro Vxore. Liu. 4. bel. Macedon. Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matremfamiliãs tuã purpureum amicium habere non fines?
Iusta materfamiliãs, & Pellex, cõtraria. Liu. 9. bel. Mac. Vide IVSTVS.
Materfamiliãs quoque dicitur, quæ est sui iuris & emancipata. Vlpianus in l. Post mortem. D. De adopt. & eman.

Mater matuta {κουκοῦβα} Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ob bonitatem ita appellabant.

Matermatrima, pen. corr. dicitur, quæ quum mater fit, habet adhuc matrem viuentem. Festus.

Matrona, matronæ, pen. prod. {οἰκοδέσποινα, γυνὴ} dicitur (inquit Gellius lib. 18. cap. 6.) quæ in matrimonium cum viro conuênit, quoad in eo matrimonio manet, etiamsi sibi liberi nondum nati sint. D. étáque est à matris nomine, non adepto iam, sed cum spe & omine mox adipiscendo. Vnde ipsum quoque matrimoniũ dicitur. Cic. 2. de Finib. Tanquam meretricem in matronarum cœtum. Ouid. 6. Fastorum, si torus in pretio est, dicor matrona tonantis. Verba sunt Iunonis, quæ vxor est Iouis.

Matrona pudicior. Ouid. in Ibin.
Partus matronarum. Cic. 3. de Natur. deor.
Sanctitas matronarum. Cic. pro Cælio.
Matronæ nomen amittere. Vlp. in l. Si. vxor. D. ad L. Iuliã de adult.
Constuprare matronas, Vide CONSTVPRO.
Matrona meretrici dispar. Horat. 1. epist. 19.
Opulentæ optimates matronæ. Cic. Treb. lib. 7. 6.
Pollens matrona. Ouid. 5. Metam.

Matronalis, & hoc matronale, pen. prod. Adiect. {γυναικεῖος} Quod matronæ est. Plin. epist. 111, Nondum annos quatuordecim impleuerat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat. Sic apud. Liu. 4. bel. Maced. Matronale decus. Et apud Colum. lib. 12. in Procemio, Matronalis labor.

Matronales genæ. Ouid. 2. Fast. De Lucretia.

Matralia {ματρωάλια} festa erant matronarum, à quibus excludebantur famulæ. Vide Ouidium lib. 6. Fastorum,

Ite bonæ matres, vestrum matralia festum,
Flauáque Thebanæ reddite liba deæ. Celebrãtur III. Non. Iunij.

Matrimoniũ, matrimonij {ὑπογαμία, συζυγία} Matris & fœminæ cõiugatio. Cic. 5. Verr. Vectius tuus affinis, cuius sororẽ habes in matrimonio.

Cupitor matrimonij. Tacit. lib. 12, Neque tamen repertus est, nisi vnus talis matrimonij cupitor.
Dignitas. Cic. pro Cluentio,
Ius matrimonij castum & legitimum. Cic. pro Cluent.
Iustum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Stabile & certum. Cic. 2. Philipp.
Violata. Quintil. lib. 5. cap. 11.
¶Abire ex matrimonio, Vide ABEO.
Accipere aliquem in matrimonium. Tacit. lib. 12.
Amare in matrimonium, Vide AMO.

Collocare aliquem in matrimonium. Cic. 1. de Diuin.
Coniungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 6, Tunc Cenus, quanquam Philotæ fororem matrimonio secum coniunxerat, tamen acrius quàm quisquam, in Philotam inuectus est.
Dare in matrimonium. Cæs. 1. de bel. Gal.
Ducere in matrimonium aliquam. Cic. pro Cluent.
Exturbare aliquam matrimonio alicuius. Tacit. lib. 11, In C. Silium iuuentutis Romanæ pulcherrimum ita exarserat, vt Iuliam Syllanam nobilem fœminam matrimonio eius exturbaret. De Messalinæ adulterio cum C. Silio loquitur.
Habere aliquam in matrimonio. Cic. 5. Verr.
Iungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 5.
Locare aliquam in stabili & certo matrimonio. Cic. 2. Philip.
Recipere aliquam in matrimonium. Iustinus libro 1, de Datio, Cyri regis filiam in matrimonio recepit. Id est accepit.
Tenere aliquam matrimonio. Tacit. lib. 15.
Tradere filiã in matrimoniũ mediocri viro. Iustin. li 1. De Astyage.

Matertera, materteræ, pen. corr. {μητρομήτωρ} Matris soror, quasi mater altera, inquit Festus. Plaut. Curc. 1. 4,

Pater ipsum meus gestauit. P. L. at pol mea matertera. Cic. 2. de Orat.

Matrimonialis, & hoc matrimoniale. Firmicus lib. 7. cap. 17, Aut sine tabulis matrimonialibus coibunt.

Matruelis, huius matruelis, pen. prod. {ἀνεψιὸς} Ex matris fratre natus.

In l. prima, Ad Legem Pompeiam de Parricidiis.

Matresco, matrescis {μητριάζω} matrẽscere. Matri similem fieri. Pacuuius Duloreſte, Vtinam nunc matresceam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam. Nonius.

Mattimus, matrimi, pen. corr. Cuius mater adhuc viuit, vt ait Festus. Cic. de Arusp. resp. An si ludus constitit, aut tibicen repentè cõticuit, aut puer ille pattimus & matrimus si terram non tenuit, &c. Liu. 7. bel. Maced. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti.

Matrix, matricis, pen. prod. f. g. Fœmina quæ fœtus gratia tenetur. Colum. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosíq, magnis capitibus. Varr. 2. de Re rust. cap. 5, Habeo tauros totidem quot Atricus, ad matrices septuagintaduas, vnum anniculum, alterũ bimum.

Matrix arbor. Suet. in August. cap. 94. Matricem arborẽ dicit, ex qua stolones sucreuerunt. Matricem autem arboris appellat Theophrastus. quod in medio ligni vel caudicis, tertium è caule continetur, quæ à nonnullis cor, ab aliis medulla dicitur.

Matricem {μήτρα} medici accipiunt pro vriculo qui in fœminis iunctus est vesicæ, & ad progenerandum aptus est. Plin. lib. 27. cap. 10, Matricem autem & stomachum decocta in vino, sanat.

Matricida matricidæ, pen. prod. {μητροκτόνος} Qui matrem occidit. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2, Quem scribis certissimum matricidam.

Matricidium {μητροφονία} Actus ipse. Cic. 1. de Inuent. Orestes sic accuſetur matricidij, &c.

Matera, materæ, Iaculum lingua Gallorum, vt scribit Strabo, καὶ μηκεδόνιον καὶ ὄδυξ Hoc verbo vsus est Cæsar in commentariis, lib. 1. vt legit Turnebus. Cæterùm videri potest nomen Gallicũ, quo sagittã capitatam hodie appellamus matellatam, *Vn matras*, per diminutionem inde ortum. Alij legunt Mazaras. Vide suo loco.

MATERAE, Materarum, Deæ. Cæl. lib. 21. cap. 6, Hinc lectũ est, inquit, esse in Sicilia vrbem, cui nomen Ægion, antiquissimã quidẽ & dearũ religione celebertimam, quæ Materæ nuncupentur, quarum simulacris tum Metiones, tum Vlysses hastas affixerint, inscriptis etiam num dicantium nominibus.

Materia, materiæ {ὕλη, ὑποβάθρα} vel Materies, materiei, f. g. Est qua aliquid fit, vt Materia libri, membrana & atramentum. Quintil. lib. 7. cap. 1, Opera extruentibus satis non est saxa & materiam, & cætera ædificanti congerere vtilia, nisi dispondendis eis collocandísque artificium manus exhibeatur.

Rudis materia, Id est primum chaos. Lucan. lib. 2.
Decoquunt anni materiam, Vide DECOQVO.
Materies non suppetit. Plaut. Epid. 2.

Materia libri, siue etiam materies: (nam vtrunque rectè dixeris) hypothesis ipsa, & argumentũ quod vocant. Horat. de Arte, Sumite materiã vestris, qui scribitis, æquã Viribus. Cic. 3. de Orat. Quãdoquidé in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta materies, omnia, &c.

Nitor materiæ. Quintil lib. 3. cap 8.

¶Abundantior, atque vltrà quàm oportebat fusa materia. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Compositæ materiæ ad ostentationem. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Deliberatiæ. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Felix materia in carmina. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.
Vberior materia. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Ingens ad dicendum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Iocosa Ouid. 1. de Remed. amor.
Luculenta, Vide LVCVLENTVS.
Mortales. Tacit. lib. 12.
Multiplex, variáque. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Performata, Vide PERFORMO.
Plurima ad fingendum, credendúmque. Tacit. lib. 17.

¶Aperiens se latius. Quintil. in Procem. lib. 1.

Creſcit mihi materies scribendi, Vide CRESCO.
Destinata ad scribendum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Detrahere materiem sceleri. Tacit. lib. 12.
Dicere materias fictas. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Dictare materias quas imitetur puer. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Dare materiam exordio. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Præformatam materiam dare secundum cuiusque vires. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Dare alicui respondendi materiam. Quintil. lib. 6 cap. 3.
Duplicat materiam. Quintil. lib. 2. cap. 4. De comparationis exercitatione.
Fingere materias veritati quàm simillimas. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Expatientur,& gaudeant materia. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Habere materiam. Cic. in Sallust.
Nancisci. Cic. Fam. 3.
Materies opus est, Vide OPVS.
Præbuit iuueni materiem adipiscendi fauoris. Tacitus.
Vita materiem præber malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Præbere materiam suo damno. Ouid 2. Metam.
Materia campûs; tuis laudibus prosternitur, Vide PROSTERNO.
Amori materiam quærere. Ouid. 1. de Arte.
Relinquere materiem Drusi fratris gloriæ. Tacit. lib. 2.
Scribere de integro materiam retractatam. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Sere materiam. Cic. pro domo
Suggerere. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Opus superat. Ouid. 2. Metam.
Trahere materiam à re aliqua. Quintil. lib 4. cap. 1.
Superans materia. Celsus lib. 3 cap. 4, Minui ergo tãtùm materiã superantem oportet, quæ naturaliter digeritur, vbi nihil noui accedit.

¶Materia benefaciendi. Plinius iun. in Paneg. Delibasse quædam, seu potius demonstrasse contentus, largam, ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit.

Mali materia. Horat. 3. Carm. ode 24.
Ea vetustissima militaribus odiis materies. Tacit. lib. 1.

¶Materiæ etiam appellatione, ligna omnia cõprehenduntur: quòd Græci ὑλὴν & syluam & materiem vocent. Liuius, Multam materiam ceciderat miles. Cato de Re rust. cap. 17, Robur, materies item porridica, vbi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiua est. Cætera materies quę semen habet, quum maturum semen habet, tum tempestiua est. Cic. pro Milone, Repentę lyntribus in eam insulã materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit.

Incorrupta contra omnia vitia materia, Vide INCORRVPTVS.
Surda materia, Vide SVRDVS.

Materiem pro ligno quod est inter corticem accipit Colum. lib. 5. cap. 11, dicens, Cuneum ferreum vel osseum inter corticem & materiem considerate demittito, ne lædas, aut rumpas corticem.

¶Materia interdũ differt à ligno. Vlpian. in l. arboribus. in princip. D. de vsufruct. Arboribus euersis, vel vi ventorum deiectis, vsque ad vsum suum & villæ posse vsufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno vsurum, si habet vnde vtatur ligno. Idem in l. ligni. D. de legat. 3, Ligni appellatio nomen generale est: sed sic separatur, vt sit aliud materia, aliud lignũ. Materia est, quæ ad ædificandũ fulciendúmve necessaria est. Lignum, quicquid cõburendi causa paratũ est.

¶Materia, Palmes qui de nouello nascitur, & in tenero alligatus dependet. Colum. lib. 5. cap. 6.

¶Materies, de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27, Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies, quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet.

Materiarius, materiarij {ὑλήρχης} Faber lignarius, vel qui materiam præstat. Plaut. Milite, 12,
Adsunt fabri, architectíque, eam quidem ad rem haud imperiti.
A. Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est,
Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

Materiarius, Adiect. {ὑλικὸς.} vt Materiarius faber, Lignarius, vel potius tignatius: & Materiaria fabrica, Lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56.
Materiaria incrustatio, est quod vulgò *lambrissium* vocant. Bud.

Materiari {ὑλίζω} ea forma dictum quã Lignari: idémque significãt, teste Sipontino. Cæsar 7. bel. Gallici, Erat eo tempore & materiari & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Materiatus, pen. prod. Adiect. {ὑλωτὸς.} Cic. 3. Offic. Malè materiatæ ædes, Id est compositæ ex mala materie, vt ex lignis nõ cæsis tẽpestiuè.

Materiatio, & materiatura, pen. prod. {ὑλώσεως} apud Vitruuium legitur lib. 4. cap. 2, In ædificiis omnibus insuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata. Paulo pòst, E quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis & marmoreis ædiũ sacrarũ ædificationib. &c.

Materis, huius materis, f. g. Teli genus post lanceam longius. Sisenna historiarum lib. 3, Gallia materibus, Sueui lanceis configunt. Idem lib. 4, Alij materibus aut lanceis medium perturbant agmen. Nonius in capite, De genere armorum.

Maternus, Matertera, Vide MATER.

Mathesis, huius mathesis, pen. prod. f. g. vel Mathema, pen. prod. mathematis, pen. corr. {μάθησις, μαθήσεως, τὸ μάθημα, μαθήματος} Latinè disciplina dicitur. Ad disciplinã spectant geometria, musica, arithmerica, astrologia. Et hæ mathematicæ scientiæ, disciplinæ dicũtur, eòq; discantur planè, & per demonstrationem quandã percipiantur. Aliàs Mathematici vocantur genethliaci, astrologíque, & qui Chaldæi vocantur. Cic. 1. de Orat. Quis ignorat, ij, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recõdita in arte, & multiplici, subtilíq; versentur? Gell. lib. 1. cap. 9, de ordine disciplinæ Pythagoricæ, Tum verba facere, & quærere, quæque audissent, scribere, & quę ipsi opinarentur, exponere potestas erat: ij dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ, scilicet ab iis actibus quas iam discere atque meditari incœperant: quoniam geometriam, & gnomonicam, musicam, cæteráscque itẽ disciplinas altiores, μαθήματα veteres Græci appellabant. vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit.

Nota mathematicis genesis tua. Iuuen. saty. 14.

Mathios, Herba, quam quũ serpentes comederunt, senium deponunt ætatis. Hæc Lactant in lib. 4. Thebaid.

MATHO, Apher quidam, qui supplicium formidans, quòd multa seditiosè fecisset, primo Punico bello finito, fic in Carthaginenses inuectus est, vt qui aliter consulturus surgeret, non expectato orationis principio, coniectis lapidibus eum interficerent: quo pacto multi non solùm duces, verumetiam priuati homines sunt cæsi. Meminit huius historiæ Cælius lib. 29. cap. 2.

MATINVS, pen. prod. {ματῖνος} Mons est Calabriæ, authore Porphyrio. Lucan. lib. 9, -& calidi lucent Buxeta Matini.

Matinus, Adiect. {ματῖνος.} vt Apis Matina. Horat. 4. Carm. ode 2.

Cacumina Matina. Horat. Epod. 16.

Matiolichus {ματιόλιχος} vt Cælio videtur, qui parum comedit, aut qui in minimis asturum se præstat. Quanquam & Matiolichus dici valet, qui ex mensuris lucrum venatur. Nam est mẽsuræ genus mation, & λίτρα lambo. Hinc que forsan Eusebio cuidam apud Marcellinum Matiocobæ factum cognomentum. Vide lect. Antiq lib. 26. cap. 21.

Matralia, Vide MATER.

MATREAS {ματρέας} Alexandrinus quidam, qui Romanis Græcísque admirationi fuit, quòd diceret, feram à se nutriri, quæ ipsa semet voraret, vt vel nunc anxiè seruentur multi, τὸ ματρέα ἑαυτὸν σθίειν, id est, quæna sit Matreæ fera. Matreæ meminit Plinius lib. 16. hist. Naturalis, huius an alterius haud statuo nunc, Marcus (inquit) Varro author est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matreã trifera. Huius mulcæ sunt ambiguitates, quibus ludebat, vt refert Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 13.

Matricaria, Vide AMARACVS & PARTHENIVM.

Matrisco, Vide MATER.

Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, Vide MATER.

Matrona, Matronalis, Vide MATER.

MATRONA, pen. corr. {μάτρονα} fluuius Galliæ, ortus in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis separans. cuius multa describuntur apud Cæsarem. Vulgo *Marne*. Ausonius in Mosella.

MATRONVM {ματρῶνον} apud Smyrnam celebrat Strabo lib. 14. Interpres eo nomine matronarum accipit locum. Cælius Matris deũm templum dici mauult. Scribit Plutarchus, Lycurgum rhetorem vbi iam è vita demigrandum aduertit, in matronum ac bulleuterium ferri se iussisse, vt eorum quæ in republica gessissent, pœnas daret, siquid forer delictum. ¶Matronum etiã pro loco Athenis accepit Libanius, vbi cõcionaretur Demosthenes. Vide Cæl. lib. 9. cap. 7. & lib. 18. cap. 17.

Matta, mattæ {ψίαθος, φορμὸς} Storia vel teges in quibus stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut aliud aliquid simile infertum est: fiuntque interdum è canabe, aut scirpo. Ouid. 6. Fastorum,
At dominus, discedite, ait. plaustróque morantes
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

Mattea, Vide MATTYA.

Mattiaca pila, Saponis erat quoddam vile genus, quo ad ruffandos crines mulieres vtebantur. Martial. lib. 14. in apophoretis,
Si mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe mattiacas (quo, tibi calua?) pilas. Dictæ sunt autem Mattiacæ pilæ, à Mattiaco Germaniæ oppido, de quo Plin. lib. 31. cap. 2.

Matticè {ματτίκη} cognominantur homines malarum magna tumore, at oribus latè patentibus. Festus.

Mattya, Mattyæ {ματτύη} primæ declinationis, vt ait Georgius Merula, dicitur quodcunque pretiosum edulium. At Calderinus dicit Mattea cum e secunda vocali, neutrum plurale, condimentum esse carnium vnctum. vnde Matteolicus, id est Gulosus. Cælius verò lib. 9. cap. 12. Mazam, inquit, putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: vnde mox paulo nata & Mattya est. dictáque eo nomine pretiosa omnia edulia, vt scribit Athenæus. Hinc illud Martialis lib. 13, sunt qui ita legant,
Inter aues turdus, siquis me iudice certet,
Inter quadrupedes mattya prima lepus. Turnebus legit mactya. Verba autem Athenæi quæ à Cælio allegata sunt, lib. 14. leguntur, vbi & inuẽtum à Thessalis hoc esse inquit. Cæterùm lib. 4. inter ὀψώνια seu προσφάγια numerat, & significatione idem esse inquit. Sunt aut ἐπαύλια quæ post cœnam apponi solent: Latini bellaria vocant, & secundas mensas. nonnunquã etiam peregrina voce, tragemata. Suet. in Caligula, cap. 38, videtur macteas appellasse, nisi forte mendosus sit locus. Vide Erasmum in adagio ματτυάζειν.

Matula, matulæ, pen. cort. {ἀμίς} Vas aquarium, siue ad aquam tenendam. Plaut. Mostell. 6,
Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis.
Matulã pro meticuloso vanóq; accipere videtur Plaut. in Persa, 15,
nunquam ego re tam esse matulam credidi: Quid metuis?

Matella, matellæ, f. g. {ἀμίδιον} Diminutiuum à matula. Est aquarium vas, inquit Nonius. Varro Endymionibus, Diuitum aphocaschias ad communem reuocat matellam.

Matella, Vas in quod vrinã reddimus. Martial. lib. 10, in Calliodorũ, Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es.

Matellio, matellionis, m. g. {σπάδων} Diminutiuum à matula, inquit Festus: & Varro de Lingua Lat. lib. 4, Matellio, à matula dictus, & dictus posteaquam longius à figura matulæ discessit. Idem de vitis Patrum, Postularet truellum, matellionem, peluim. Cic. in Parad. Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c.

Maturus, pen. prod. Adiect. {ὡρῖος, ὡρεμαῖος, πάπων, πάπειρος, πυρηδὸς} Propriè de frugibus dicitur, quod neque crudum, neque mite, neque caducum, neque nimium coctum, sed in tẽpore tẽperatum prouenit: vt Poma matura. Cic. de Senect. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, décidunt, &c.
Ætas matura. Vlpian. in l. Cum filiofamiliãs, in fine, D. de legat. 3.
Arbuta fiunt matura. Lucret. lib. 5.
Albescit messis maturis aristis. Ouid. 5. Fast.
Fœtus maturos edere. Ouid. de Nuce.
Fruges. Virg eclog. 3.
Vuæ maturæ vinitor. Virgil. 10. eclog.

¶Maturus æui, per translationem, pro Sene quandoque accipitur.
Virg. 5. Æneidos, -æui maturus Acestes.
Animi maturus. Virg. 9. Æneidos,
Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.
Animo maturus & æuo. Ouid. 8. Metam.
Annis maturus. Tacit. lib. 1.
Militiæ maturus. Liuius lib. 2. Decad. 5, Cuius magna pars matura militiæ esset.
Hic sponsæ maturus, illa marito. Stat. 3 Sylu. 1.
Ad arma maturus. Sil. lib. 16.
Maturus cibo. Plin. lib. 12. cap. 17.

¶Consilium

¶Consilium maturum. Claud. de bell. Get.
Dies. Lucret. lib. 4. Id est tempus maturum. & idoneum.
Facultas maturior dicendi. Cicero 1. de Orat. Non despero fore aliquem aliquãdo qui & studio acriore, quàm nos sumus, atque fuimus, & otio ac facultate discendi maiore ac maturiore, & labore atque industria superiore, &c.
Viro matura filia. Virg. 7. Æneid.
Funeri maturo propior, Id est morti vicinior. Horat. 3. Carm. od. 15.
Gloria. Liu. 2. ab Vrbe.
Homo maturus & mitis. Cic. de Clar. Orat. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset & mitior.
Iudicium. Cic. pro Cecinna, Siquis quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non facit, maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnator.
Libertas. Liu. 1. ab Vrbe.
Muria matura. Columel. lib. 12. cap. 6, Quũ salem per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde aliũ salem tandiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur: quod quũ animaduerteris, scies habere muriã maturitatem suã. Paulo pòst, Est & aliud muriæ maturæ experimentum. Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.
Onus maturum auferre vtero. Ouid. 2. Fast.
Probitas maturior æuo. Stat. 2. Sylu. 1.
Partus. Horat. in Carmine secul.
Puer alicui rei faciendæ. Quintil. lib. 2. cap. 1, Nos porrò quærimus, quando iis, quæ Rhetorice præcipit, percipiendis puer maturu esse videatur.
Reditus. Horat. 4. Carm. ode 5.
Tempus. Cic. ad Attic. lib. 15, Non recuso id quidẽ, sed & cõponendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius.
Tempus maturum vino. Celsus lib. 4. cap. 11. Hoc est vt ægroto detur vinum bibendum.
Tempore maturo adepta coniugium. Catul. in Carm. nupt.
Veuter. Ouid. 11. Metam.
Matura viro virgo. Gellius lib. 12. cap. 7.
Virginitas matura toris. Stat. 1. Achill.
Maturior. Horat. 3. Carm. ode 17,
Ah te meæ si partem animæ rapit Maturior vis.

¶Maturum, significat aliquando festinum & repentinum. Cic. 7. Verr. Vt etiam illa vox & illa imploratio, ciuis Romanus sum: quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter Barbaros & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & supplicium maturius ferret.
Maturum malum. Plaut. Pseud. 5, Celsus lib. 1. cap. 1, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.
Maturum papauer ad excipiendum lacrymam. Cels. lib. 5. cap. 25.

¶Maturum facere, pro Citò expedire. Gel. lib. 3. cap. 7.

Matutissimus, pen. corr. Superlatiuum {ὡριαίτατος.} Colum. lib. 4. cap. 29, Fœcundos & quàm matutissimos surculos viti detraxerit.

Maturrimus, pen. corr. Aliud superlatiuum. Tacit. lib. 12, Roburætatis quàm maturrimum precari.

Maturitas, pen. corr. f. g. {ὡριότης, ὡρία} Tempus maturum. Cic. 2. de Nat. deor. Sol mundũ omnẽ fua luce cõpleat, ab eóq; luna illuminata graduitates & partus afferat, maturitatésque giguendi. Maturitas frugum, Idem 1. Tuscul.
Ingenium celeriter maturitatem assecutum. Cic. 2. de Orat. Non potest in eo esse succus diuturnus, quòd nimis celeriter est maturitatem assecutum.
Festinata maturitas occidit celerius. Quint. in Proœm. lib. 6.
Firma lactis maturitas. Columel. lib. 7. cap. 9.
Inchoata maturitas, Vide INCHOO.
Maturitas animaduertendi. Cic. Dolabel. lib. 9. 14, Vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium consensu daret.
Maturitas ætatis. Cic. ad Leptã, lib. 6. 18, Etsi abest maturitas ætatis: iã tamen personæ aures eius huiusmodi vocibus nõ est inutile.
Prima dicẽdi maturitas. Cic. de Claris Orat. Quod ideirco posui, vt dicendi Latinè prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notari.
Maturitas orationis. Cic. de Claris Orat. Quúmque ipsa oratio iam nostra caneseeret, haberétque suam quandam maturitatem, &c.
Maturitas sceleris. Cic. 1. in Catil. Nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audaciæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit.
Maturitas senectutis. Cic. de Senect. Vt enim infirmitas est puerorũ, & ferocitas iuuenũ, & grauitas iã cõstantis ætatis: sic senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.
Maturitas virtutis. Cic. pro Cælio, Quæ studia in his iam ætatibus nostris cõtractiora esse debent: in adolescẽtia, tanquã in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quæ fruges in dustriæ sint futuræ.
Nondũ est maturitas illud faciẽdi, Id est, Nondũ est tẽpus maturũ. Cic. ad Attic. lib. 1, Inducendi Senatus consulti maturitas nondum est.
Assequi maturitatem, Vide ASSEQVOR.
Capere maturitatem, Vide CAPIO.

Maturè, pen. prod. Aduerb. {ὡρίως, κατὰ καιρὸν, ἐπισπερχῶς} Tempestiuè, siue Ad tempus. Terent. Eun. 2. 1,
Facita vt iussi: deducantur isti. P. faciam. P H. at diligenter.
P. Fiet. P H. at maturé. P. fiet. Ibidem, 5. 4,
Quomodo adolescẽtulus meretricũ ingenia & mores posset nosceres Maturè, vt quum cognorit, perpetuò oderit. Vbi Donatus, Maturè, Citò, & ante tempus.
Maturè duo significat, & citò, & tardè. Plaut. in Curcul. 8,
Qui homo maturè quæsiuit pecuniam,
Nisi eam maturè parsit, maturè desurit. Est enim sensus, Qui homo vix & ægrè quæsiit pecuniã. Hæc Charisius lib. 2. Valla Plauti interpres exponit, seriusculè. vt sit sensus: maturè quæsiuit, Id est tardiusculè: maturè parsit, Id est custodierit maturãdo ac retinendo: maturè surit, Id est citò vel tandem fame laborat.
Maturè facere aucupium oculis. Plaut. Milit. 13, Videñ' tu illã oculis maturè facere, atque aucupium auribus? Id est vt festinat audire.
Quæ si fuit sine mora, maturéq; decreta facilius, &c. Cic. 5. Philip.
Maturè mittere. Cic. ad Senatũ, lib. 15, Hoc autem tempore res sese sic habet, vt nisi exercitum tantum quantum ad maximum bellum mittere soleris, maturè in has prouincias miseritis, &c.
Redeat maturè, repetátque relicta. Horat. 1. epist. 7.
Venit ipse maturé. Cic. 3. Offic.
Maturè extollere aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil.

¶Maturius, Comparatiuum. Cic. 4. Acad. Quò quidẽ & maturius venimus, quòd erat constitutum, &c.

Maturissimè, pen. corr. {ὡριαίτατα} Superlatiuum: cui Tardissimè opponitur. Dicitur etiam Maturrimè, per contractionem, quemadmodum Celerrimè. Cic. pro Cecinna, Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè & maturissimè iudicanda est: at ea in qua exaltationis periculum est, tardissimè iudicatur. Cæsar 1. bel. Gall. Quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat.

Maturo, maturas, pen. prod. {σπεύδω, σπεύδω} maturare, Accelerare, ita vt adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque serius fiat. Terent. Heaut. 3. 1,
Quod sensisti illos me incipere fallere,
Id vt maturent facere. Sallustius, Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet.
Maturare aliquid sole. Plin. lib. 15. c. 7, Alij foliorũ mollissima decoquunt in oleo, & exprimũt: alij deiecta ea in oleũ prius, sole maturãt.
Maturare oliuas muria. Pallad. in Nouẽbri, cap. 22, Electas oliuas muria maturabis, *Tu ferax meurir en saulmure*. Quidã legunt macerabis, sed inepte. Sic enim loquitur Colum. lib. 12. cap. 47, Quũ muria dura Paulea alba maturuerit, omne ius defundatur. muria dura, duo sunt ablatiui.
Maturare oua. Plin. lib. 9. cap. 57.
Maturare pomum. Plin. lib. 16. cap. 25, Floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio verò pomum maturat.
Dicimus (vt ex præcedentibus, & sequẽtibus exemplis est manifestum) Maturare, absolutè: & Maturare rem aliquam. Cic. ad Brut. 10, Quod vt faceres, ídque maturares, magnopere desyderabat. Resp.
Annus in apricis maturat collibus vuas. Tibull. lib. 1. eleg. 4.

¶Maturat arbor. Plin. lib. 16. cap. 25, Serotino quædam germinatu florent, maturántque celeriter, sicuti morus.
Maturare & properare. Virgil. 1. Georg.
Maturare cœpta, Maturè absoluere. Liu. 4. bel. Pun.
Fugam maturare. Virgil. 1. Æneid. Id est festinarè discedere atque properare, vt dicere solebant, Maturat ab vrbe proficisci. Veteres tamen Grammatici aliter, quod Turnebo non probatur.
Maturare alicui mortem. Cic. pro Cluent. Huic mortem maturabat inimicus, quòd illi vnum in malis perfugium erat calamitatis.
Maturare mortem. Celsus lib. 7. cap. 26, In vesica verò non tutò vel hi conquiruntur vel attrahuntur: quoniam vbi illam consulnerarũt, ex distentione neruorum mortem maturant.
Maturare proficisci, & Maturare facere funus. Liu. 2. ab Vrbe.
Maturatum est ab eo. Liu. 2. ab Vrbe.

¶Maturare, Perficere. Quintil. in epist. ad Triphonem, Nam ipse eos nõdum opinabar satis maturauisse: Quidam legunt Maturuisse: ídque rectius, nempe à verbo Maturesco.

Maturatus, pen. prod. Particip. {σπουδασμένος, σπουδαῖος} Maturũ factũ. Cic. de Senect. Primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit.
Maturatum negotium, Acceleratum, aut perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, Perfecta.

¶Maturato, ablatiuus iunctus cum hac dictione opus: vt, Maturato est opus hoc est celeritate & maturitate. Liu. 4. bel. Pun. Idem 1. ab Vrbe, Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatóque opus esse, rem atrocem incidisse.

Maturatè, pen. prod. Aduerb. {σπουδῇ} Festinanter. Liu. 2. bel. Maced. Iussis cæteris, quantum maximè possent maturatè sequi.
Maturatè properare. Plaut. Pseud. 20.

Maturatio, Verbale {σπουδή.} Author ad Heren. lib. 3, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.

Matureſco, matureſcis, maturui {πεπαίζω, πεπαρχέω} maturéscere, Maturũ fieri, A matureo deriuatur. Plin. lib. 11. cap. 11, Quũ intella cœperũt matureſcere, abigunt fucos. Colum. lib. 4. Cæl. 6. bel. Gall. Ipse, quú matureſcere frumẽta inciperẽt, ad bellũ Ambiorigis profectus.
Lucus maturuit pleno anno. Ouid. 11. Metam.
Annis nubilibus maturuit puella. Ouid. 14. Metam.
Partus matureſcunt septem nonnunquam, aut, vt plerunque, nouem lunæ cursibus. Cic. 2. de Nat. deor.
Libros nondum opinabar satis maturuisse. Quintil. in Epistola ad Tryphonem, Hoc est, satis castigatos & recognitos vt emitterentur, sicut virgo matura viro emittitur.
Vites matureſcunt. Plin. lib. 16. cap. 25.
In semen matureſcere. Plin. lib. 18. cap. 16.

Matureſcens, Participium {πεπαίζων.} Plin. lib. 21. cap. 3, Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis subnaſcentibus.

Maturor, maturaris {σπουδάζομαι} Passiuum, eiusdem significationis cum matureſco. Plin. lib. 15. cap. 18, Contrà nouissima sub hyeme maturatur chelidonia.

Matuta, matutæ, penult. prod. {ἀθωσθέα} Aurora à nostris dicitur, quæ à Græcis ἠὼς dicitur. Cicero 1. Tusculan. Quid Ino Cadmi filia? nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Dicta est quòd matutino tempori præsit. Seruius, Ino in Maturam versa est, quæ Græcè dicitur Leucothea. Vide INO.

Matutinus, pen. prod. Adiect. {πρωϊνὸς, ἑωθινός.} vt, Tempus matutinum,

pro Mane. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. Itaque quum bene completa domus est tempore matutino, quum, &c.
Alites matutini. Propert. lib. 1. eleg. 15. Id est Galli.
Cliens matutinus. Martial. lib. 12. epigr. 69.
Dies matutini. Plin. lib. 8. cap. 32. ad finem.
Matutina frigora. Hor. 2. Serm. saty. 6.
Matutinæ horæ, Apud Plinium.
Matutini pastus. Plin. lib. 12. cap. 17.
Pruina. Propert. lib. 2. eleg. 10.
Radiis iuga subdita matutinis. Ouid. 1. Metam.
Tempora. Ouid. 3. Metam.
Matutinæ vmbræ. Plin. lib. 16. cap. 13.
Matutinis omnibus, pro quolibet mane. Plin. lib. 10. cap. 43.
Matutinus, Epitheton Iani, quòd ab eo dici & anni principium ducatur. Horat. 1. Serm. saty. 6. Vide & Macrob. lib. 1. Saturnal.
¶Matutino, pro Mane: & subauditur tempore. Plin. libro 7. cap. 53.
Nullis euidentibus causis obiere, dum calciantur matutino duo Cæsares. Quintil. lib. 12. cap. 8, Pridie ad se venire litigatorem, aut eodem matutino iubent.
¶Matutinus homo. Virgil. 8. Æneid. Nec minus Æneas se matutinus agebat. Vbi Seruius, Rem temporis, ad personam traslulit.

Mauelim, Mauellem. Mauolo, Vide MALO, mauis.

MAVMET, siue Magmed, (vtroque enim modo dicitur) is qui maguam Orientis partem religione peruersa implicuit, vti proditum est: morbo comitiali fuit obnoxius. Id quũ animaduertisset vxor, & eo nomine plurimũ indignaretur, ac rogaret subinde quid esset: Desine (inquit) mirari, morbus abest: sed quũ aduentantis numinis vim pati nequeam, mente collabor, ac stupent membra, Communis est hæc proph etarum affectio, quorum me esse vnum, scias velim. Hac fraude delinita mulier, quem odisse cœperat euentus atrocitate, cõmenti versutia, vt diuinum suspicere virum coacta est, quæ illuc denique prorupit fraus, vt illum moriens ex asse hæredem instituerer. Quæ res potentiæ, quam mox adeptus est amplissimam, exordia præbuisse narratur. Cælius.

MAVORS {ἄρης} (inquit Seruius) per epenthesim Mars dicitur: vt Nauita, pro Nauta: Induperator, pro Imperator. Ouid. 3. Fastorum,
Sic ego: sic posita dixit mihi casside Mauors.
Dictus est porrò Mauors, quòd magna verteret. Author Cic. 2. de Nat. deor.
Mauors armipotens. Lucret. lib. 1.
Fortissimus. Ouid. 2. de Arte.
Furibundus. Senec. Thyeste, 7.
Inclytus. Virg. 12. Æneid.
Rigidus. Stat. 5. Sylu. 2.
Sæuus. Sil. lib. 7.
Sanguineus. Virg. 12. Æneid.

Mauortius, Adiectiuum {ἀρειος.} vt Cuspis Mauortia. Stat. 9. Thebaid.
Ætas. Claud. de bel. Get.
Facta. Sil. lib. 1.
Mœnia. Virg. 1. Æneid.
Terra. Virg. 3 Æneid.

MAVRITANIA {μαυρουσία, μαυρησία} Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antheus gigas regnasse dicitur, ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictáque est Mauritania, à μαῦρος, quod est nigrũ: quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.
Rex Mauritaniæ. Cic. pro Sylla.

Mauri {μαῦροι, μαυρήσιοι} Populi qui Mauritaniam regionem incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, vt Strabo lib. vlt. scribit, Sallust. certe in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquósque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem rebus contra Iugurtham gestis innotuerunt. Vide Strabonem libro vltimo.
Incocti corpora Mauri. Sil. lib. 17.
Leues. Claud. 6. Paneg.
Occidui. Lucan. lib. 3.
Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis. Sil. lib. 7.

Maurus, Adiectiuum {μαῦρος} pro Mauritanus, siue Mauritanicus. vt
Mauri iaculi. Hor. 1. Carm. ode 22.
Vnda Maura. Horat. 2. Carm. ode 6, -vbi Maura semper Æstuat vnda. Id est Mauritanica.

Mauricè, Aduerbium à Mauro. Gell. lib. 2. cap. 25.

Mauruſius, Adiect. {μαυρούσιος} Idem: vt Arundo Mauruſia. Silius lib. 10,
At multa thorax perfossus cuspide: & hærens
Loricæ interdum Mauruſia pendet arundo. Id est Mauricum telum ab hoste Mauro immissum.
Præda Mauruſia. Silius lib. 16.
Tellus Mauruſia. Claud. 3. Paneg.

Mauruſiacus, Adiectiuũ, Idem quod Mauruſius. Martial. lib. 12. epig. 67,
Gemmantes prima fulgent testudine lecti
Et Mauruſiaci pondera rara citri.

MAVSOLVS, pen. prod. {μαυσώλος} dictio trisyllaba fuit, inquit Gellius, vt Marcus Cicero ait, rex terræ Cariæ: vt quidam Græcarum historiarum scriptores dicunt, prouinciæ Græcæ Præfectus, quem σατράπην Græci vocant. Is Mausolus vbi fato perfunctus est, & inter lamẽta & manus vxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans, ossa, cinerémque eius mista odoribus, contusáque in pulueris faciem, aquæ indidit, ebibítque: multáq; alia violenti amoris indicia feciſſe dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis, cõseruandæ mariti memoriæ causa sepulchrum illud memoratissimum, dignatúmque memorari inter septem omniũ terrarũ spectacula. Hactenus Gel. lib. 10. cap. 18. De Mausoleo lege Plin. lib. 36. cap. 5. & Herodotum lib. 7.

Mauſoleum, pen. prod. {μαυσώλειον} tetrasyllabum, non Mauſolum.

Propert. lib. 3 ele. 2, Nec Mauſolei dies fortuna sepulchri. Hoc sepulchrum attollitur in altitudinem vigintiquinque cubitis, cingitur columnis triginta & sex. Ab hoc sepulchro, omnia pretiosa sepulchra ex nomine eius mauſolea dicuntur. Vnde Suet. in Augusto, cap. 100, sepulchrũ Cæsarũ appellauit Mauſoleum, quod extruxit Augustus. Idem in Caligula, Duobus forulis subuectos mauſoleo intulit.

MAVSOLI, Dicti sunt Cares, Asiæ populi, à Mauſolo rege, Artemisiæ viro. Steph.

MAVSOS {μαυσὼς} Agri Corinthij vicus est Stephano.

MAXIES {μαξιες} Africæ populi, à Troianis (vt ipsi gloriantur) orti, qui dexteram partem capitis comatam gestant, siniſtram radunt, & corpus minio tingunt. Author Herodot. lib. 4.

Maxilla, maxillæ {παρειαὶ} Diminutiuum à mala, vt putauit Priscianus. Verùm Mala à maxilla fit per detractionẽ literæ mediæ, authore Ciceron in Orat. Quomodo (inquit) vester Axilla, Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quã literã etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo cõsuetudo elegans Latini sermonis euellit. Vide AXILLA.
Maxilla, In qua fixi sunt dentes: quanuis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Pers. saty. 4,
Tu, quum maxillis balanatum gaudia pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Ordo maxillarum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Thesaurus maxillarum, Vide THESAVRVS.

Maxillaris, & hoc maxillare, penult. prod. {παρειαῖος, γναθικὸς} Quod ad maxillam pertinet. vt Dens maxillaris, qui & Molaris dicitur Plin. lib. 32, Maxillarésque ira fanari dentes præcipuè putant.

Maximè, pen. cor. Aduerb. superlatiui gradus à Magis, Vide MAGIS.

MAXIMINVS, de cuius vita & gestis historici permulti, tantæ voracitatis, & bibendi adeò auidus fuisse memoratur, vt sæpe illum opera diurna vini amphoram capitolinã perficeasse scribat Cordus, & carnis voraſſe libras quadraginta vel sexaginta quoque. Meminit Cæl. lib. 27. cap. eodem.

Maximopere. Maximus, Vide MAGNVS.

MAXYES, Vide MAXIES.

Maza {μάζα} quæ & massa dicitur, solet ex farina, oleo & aqua cõfici, aut etiam ex lacte, secundum Suidam. Vide dictionaria Græca.

MAZACA, pen. corr. {μάζακα} ciuitas est Cappadociæ, testo Plin. lib. 2. cap. 208, sub monte Argeo, quæ nunc Cæsarea. Inde Mazaceæ populi, eidẽ, lib. 6. cap. 7. Eusebius in Chronicis, Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in prouinciæ formã redacta, nominauit Cæsareã. Hinc

Mazacenius, & Mazaces, Mazacis {μαζακικὸς.} Suet. in Nerone, Turba Mazacum.

MAZAEVM {μαζαῖον} Bithyniæ oppidum, testo Stephano, in dictione ἀμαξιτον.

MAZAEI {μαζαῖοι} Pannoniæ populi sunt, apud Strabonem lib. 7.

MAZARES {μαζάρης} Ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienenses in Cyri ditionem redegit. Vide Herod. lib. 1.

Mazara, pen. corr. Genus teli quo antiqui in bello vtebantur. Cæsar 1. bell. Gall. Et nonnulli inter carros rotásque, mazaras ac tragulas subiiciebant, noſtrósque vulnerabãt. Liuius 7. ab Vrbe cond. Vbi quidã legunt machæra, alij matari, alij materas. Quid autem sit Materis, vide suo loco.

MAZAX {μάζαξ} Africæ populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Beroaldus in illud Lucani lib. 4,
-æquaturúsque sagittas
Medorum, tremulum quum torsit missile Mazax, Dicebantur & Mazaces equites, qui in comitatu nobilium erant ferè ex Africa. In vita Neronis, Phalerata Mazacum turba atque cursorum. Quin & Nemesianus equos Mazacas laudat, qui ex interiore Africa erant,
Quémque coloratus Mazax deserta per arua Pauit, &c.

MAZERAS, Fluuius in ora maris Hyrcani. Vide Plin. lib. 6. cap. 16.

Mazonomum, pen. corr. {μαζόνομον} Græca dictio, qua lanx grandior significatur, vt ait Acron, quo cibi feruntur in conuiuia. Horat. 2. Serm. saty. vltima,
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis. Varr. 3. de Re rust. cap. 4, Vt in eodẽ tecto ornithonis inclusum tricliniũ haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M E

Me, Accusatiuus & ablatiuus {ἐμὲ} ab Ego, mei.
Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui: vt Ennius, quum ait lib 2, Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis, &c.

Meapte, Ablatiuus cum syllabica adiectione: Mea propria, siue Mea ipsius. Terent. Heaut. 4. 3,
Ita me di ament, vt ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quàm illius.

Meabilis, Meatus, Vide MEO, meas.

MEARVS, Fluuius est Hispaniæ in ora Asturum, vt est apud Pomponium Melam lib. 3.

Mecaphroditon {μηχαφρόδιτον} Species est papaueris, spumeum habens semen: vnde etiam à Dioscoride μήκων ἀφρὸδις, hoc est spumeum papauer appellatur.

Mecastor, Iurandi aduerbium. Festus, Mecastor & Mehercules, iusiurãdum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules. vt subaudiatur iuuet. Terent. Hecyra, 1. 2, -ô salue Parmeno.
SV. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutantes addebãt iusiurandum, vt hoc sedulò facere viderentur. ME, aut adiectio est, & abundat: aut positũ est pro μὰ syllaba, vt Græci μὰ τὸν ἀπόλλωνα dicunt.
Mecastor, Iusiurandum erat fœminarum proprium, sicut viri per Herculem deierabant. Ædepol autem, quod est per Pollucem iurare, viro & fœminæ cõmune est. Rationem vide apud Gell. lib. 21. cap. 6.

Mechanicus, mechanici, pen. corr. {μηχανικὸς} Faber, opifex eorum operum, quę ingenio simul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionẽ significat. Sueton. in Vesp. Augusto, cap. 18, Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanicus,

Mechanicus, Adiectiuum {μηχανικὸς.} vt Ars mechanica, Id est fabrilis. Firmicus lib. 6. cap. 31, Hæc genitura diuinum facit artis mechanicæ repertorem. Paulo pòst, Hic est Syracusanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus sæpe prostrauit.

MECOENAS {μαικηνάτης} Equestris ordinis Hetruriæ regibus ortus, Horatio & Propertio authoribus. Propertius lib. 3. ad Mecœnatem, Mecœnas Eques Hetrusco de sanguine regum
Intra fortunam qui cupis esse tuam. Horat. lib. 1. Carm. ode 1, Mecœnas atauis edite regibus. Aretini suum faciunt. Amicum insuper Cæsaris Augusti vel præcipuum, & poetarum ea tempestate amantissimum omnes fatentur. Delicatum præterea, non solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare eum Augustus Malacinum vocabat, exagitabátque frequenter vt Cacozelum, teste Tranquillo in Augusto, cap. 86.
Teneri Mecœnates. Iuuenal. Saty. 12.

MECONE {μηκώνη} Ciuitas in Sicyone, in qua honores distribuerunt dij, quod significat Hesiodus, quum ait, καὶ γὰρ τὸν ἐκρίναντο θεοὶ δυνατοὶ τ' ἄνθρωποι μηκώνη. Sed & Callimachus Meconem appellat μηκάδεσσιν ἴδρυσι, id est beatorum sedem. Meminit huius Cæl. lib. 12. cap. 12. Vide & Strab. lib. 8.

Meconis, pen. prod. huius meconidis pen. corr. fœm. g. Lactucæ atræ genus, à similitudine quadam ad meconium, Id est papaueris succum. μήκων enim papauer Græcis dicitur. Plin. lib. 19. cap. 8. Est etiamnum alia distinctio atræ, quæ meconis vocatur, à copia lactis soporiferi, quanquã omnes somnum parere credũtur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Idem libro 20. cap. 7, sub finem, Et amara lactẽsque, quam meconidem vocauimus.

MECONITES {μηκωνίτης} Gemma est papaueris similitudinem exprimens, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Mecum {μετ' ἐμοῦ.} Id est cum me. Cic. in Orat. Ex eo est mecum, & recum, non cum me, & cum te, vt esset simile illis vobiscum atque nobiscum. Plaut. Ciſtellar. 8, -nihil mecum tibi:
Mortuus tibi sum: hanc vt habeo, certum est non amittere.
Indignabar mecum. Virg. 2. Æneid.
Mecum simul. Cic. ad Attic. lib. 3, Atque vtinam iam ante vidisses, neque totum animum tuum mœrori mecum simul dedisses.
Mecum vnà. Terent. Heaut. 5, 1, -hem
Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum vnà simul.
Mecum facit, Id est mecum sentit. Insulsè dicitur, *Pacit pro me.* Cic. pro A. Cecinna, Nam verba ipsa sponsionis facerẽt mecum, si vellem diligenter attendere. Horat. 2. epist. 1, Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.
Mecum sentit, Idem. Terent. And. 2. 1, -quid est?
B. Sponsam hic tuam amat, nunc iste haud mecum sentit.
Mecum, Intra me, vel apud me. Terent. Hecyra, 1. 2,
-haud propterea te rogo
Vt hoc proferam: sed vt tacita mecum gaudeam.

MECYBERNA, Macedoniæ oppidum: & Mecyberneus sinus eidem oppido adiacens. Vide Plin. lib. 4. cap. 10.

Meddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius, Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

MEDEA, pen. prod. {μήδεια} Filia Æetæ regis Colchorum, ex Idyia coniuge, vt vult Cic. 3. de Nat. deor. Quæ Iasonem ex Thessalia cum Argonautis profectum amauit. Cui quum iurasset ille eam se nunquam relicturum, adiumento fuit, vt vellus aureum acquireret, & draconem occideret. Quum igitur cum Iasone clàm abiret, & pater eam persequeretur, vt illum retardaret, fratrem suum paruulum nomine Ægialeum vel Absyrtum, quem secum habebat, occĩdit, & eius corpus membratim discerpsit. (Vide Cic. pro lege Manil.) Quúmque iã multis annis cum Iasone vixisset in Græcia, & aliquot filios ex illo suscepisset, Iason eam repudiauit, & Glaucam, siue Creusam, vt alij vocant, Creontis regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iasonis occidit: & regiam incendens, Glaucam & Creontem exussit: Iason verò seipsum interfecit. Postea Medea facta est vxor Ægei regis Athenensis. Deinde in Asiam refugit, vbi ex rege Medum filium suscepit, à quo Media prouincia appellata est. Vide Iustinum libro 42. Fuit autem Medea venefica, & incantatrix insignis. Vocatur etiam Æetias à nomine patris, & Colchis à regione patria. Vide Ouid. lib. 7. Metam. & eundem epist. 12.
Barbaræ Medeæ venena. Horat. Epod. 5.

Medeis, pen. prod. Medeidis, pen. corr. Patronymicum f. g. pro possessiuo. Ouid. 2. de Arte amandi,
Non facient vt vincat amor, Medeides herbæ, &c. Medeides herbæ, hoc est venificæ, quibus vtebatur Medea.

Medela, Vide MEDEOR.

MEDEON {μήδειον} Duorum vicorum nomen est apud Strabonem lib. 9. quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

Mederga {ποδὸς ἐμοὶ} pro Erga me: interpositum est d, propter hiatum vocalium. Plaut. Epid. 9,
-quasi quid filius meus
Deliquisset Mederga.

Medeor, mederis, pen. prod. {ἀκέομαι, ἰάομαι, θεραπεύω, σφραγίδουμαι} mederi, Deponens, A medius deducit Sipontinus, quòd mediis quibusdam, hoc est temperatis rebus hoc fieri oporteat. Est autem mederi, Remedium afferre. Plin. lib. 12. cap. 3, Malus Assyria, quam alij vocant medicam, venenis medetur.
Mederi, cum accusatiuo. Terent. Phorm. Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possis.
Mederi contra serpentium ictus. Plin. lib. 9. cap. 31.
Mederi vitiis & erroribus. Plin. iunior in Panegyr.
Mederi vulneribus, per translationem. Cic. pro Quintio, Ita sit vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam: tum id facere cogar, quum &c.

Mederi alicui. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10, Cui quum cupierem mederi, & vt arbitror, possem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt.
Mederi rei alicui. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10, Sunt permulta quibus erit medendum.
Mederi & conseruare. Cic. 6. Verr. Medemini religioni sociorum Iudices, conseruate vestram authoritatem.
Amori. Ouid. 9. Metam.
Inopiæ. Cæsar 5. belli Gall. Ad hunc modum distributis legionibus, facillimè inopiæ frumentariæ sese mederi posse existimant.
Labori alicuius. Ouid. 7. Metam.
Reip. pro Opem ferre. Cic. pro Sextio, Vt afflictæ & perditæ Reip. quantum posset, mederetur. Ibidem, Ij medentur Reip. qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis.
Timori alicuius. Ouid. 9. Metam.
¶Medendi, medendo, medendum. Virg. 12. Æneidos,
-exuperat magis, ægrescitque medendo. Vbi Seruius, Medendo, dum ei mederur: nam gerundi modus est à passiua significatione.
Ars medendi. Ouid. 2. de Arte.
Vtilis medendi radix. Ouid. epist. 5.

Medens, Particip. {ἰώμενος.} vt Artes medentum. Ouid. 15. Metam.
Verba medentia Stat. 2. Syl. 1.

Medendæ valetudini, liniendíssque morbis, nullam diuinam humanámque opem non adhibuit. Sueton. in Tito cap. 8.

Medela, medelæ, pen. prod. {φαρμακεύς.} Iulius Firmicus lib. 4. cap. 2, Tales decernit ægritudines, quibus curandi gratia, medela cauterium adustionibus conferatur. Gellius lib. 17. cap. 16, Ipsum autem regem assiduo talium medelarum vsu à clandestinis epularum insidiis cauisse. De Mithridate loquitur, & eius antidoto. Idem lib. 20. cap. 1, Non enim profectò ignoras legum opportunitates, & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatum præsentium rationibus, próque vitiorum, quibus medendum est, feruoribus, mutari atque flecti. Quintil. Declamatione 13, Nobis habere medelam non licebat, vobis licebat habere venena?
Medelæ animorum & corporum. Gell. lib. 4. cap. 13, Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibúsque, & propterea quoque vitiis aut medelis animorum & corporum.
Facere medelam. Gell. lib. 12. cap. 5, Quum Taurus & medicos acerssisset, collocutúsque de facienda medela esset, &c.

Medi cdi, Vide MEDIVSFIDIVS.

MEDIA, Mediæ, prima syllaba producta {μῆδία} regio in Asia: à Medo, Medeæ & Ægei Athenien sium regis filio sic nominata, vt Solinus refert, à qua Medi populi dicti sunt. Hos tamen Iosephus Antiquitatum lib. 1. cap. 11, scribit à Madeo Iapheth filio dictos fuisse. Hæc regio, vt Ptolemæus ait, à Septentrione Hircano mari terminatur, ab Occasu maiori Armenia & Assyria, à Meridie Perside, ab Oriente Hyrcania ac Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidant, quarum alteram Maiorem vocauere, alteram Anthropathiam.

Medus, Adiect. {μῆδος.} Qui est ex Media.
Horribilis Medus. Horat. 1. Carm. ode 29.
Braccati Medi. Persius saty. 3.
Decori pharetra. Horat. 2. Carm. ode 16.
¶Medi, pro Parthis dicti. Horat. libro Carminum,
Neu sinas Medos equitare inultos
Te duce Cæsar. Et alio loco,
Roma ferox dare iura Medis. Illud Atticorum imitatione. Flaccus. Sicut enim Attici Persas solent appellare Medos, quòd à Medis ad Persas imperium translatum sit: sic quum Orientis & Persarum opes in Parthorum tandem concesserint ditionem, Parthos appellauit Medos. Turneb.

Medica, medicæ, pen. corr. {μηδικὴ} Herba equorum pabulo quam optima. Seruius scribit medicam à Medis in Græciam translatam, quo tempore eam inuaserunt. Colum. lib. 2. cap. 11, Pabulorum genera complura, &c. Et paulo pòst, Sed ex iis quæ placent, eximia est herba medica: quòd quum seritur, decem annis durat: quòd per annum, deinde rectè quater, interdum etiam sexies demetitur: quòd agrum stercorat: quòd omne emaciatum armentum ex ea pinguescit: quòd ægrotanti pecori remedium est: quòd iugerum eius toto anno tribus equis abundè sufficit. De eadem Cato de Re rust. cap. 42. Et Varro 1. de Re rust. cap. 42. Virgil. 1. Georgicorum,
-tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.
Arbor medica. Plin. lib. 12. cap. 3, Malus Assyria, quam alij vocant medicam, venenis medetur. Virg. 2. Georgicorum,
Media fert tristes succos, tardúmque saporem, &c. Dicta est medica à Media regione, vt dictum est, non à medendo. Dicimus enim Medus, Medius & Medicus, authore Strephano.

Medianus, Mediastinus, Mediastuticus, Vide MEDIVS.

Medica herba, Vide MEDIA.

Medicõ, medicas, pen. corr. {φαρμακεύω} medicâre, Mederi. Virg. lib. 4. Georg. Semina vidi equidem multos medicare serentes. Plin. lib. 16. cap. 27, Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur.
Capillos medicare. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Medicor, pen. corr. medicaris {ἰατρεύω} medicâri, Deponens, vsitatius quàm Medico.
Datiuo aliquando iungitur. Terent. Andr. 5. 4,
-quum ego possim in hac re medicari mihi? Virg. 2. Georgic.
-senibus medicantur anhelis.
Accusatiuo. Plaut. Mostel. 6. Virgil. 7. Æneidos,
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit. Vbi Seruius, Medicor illam rem, & illi rei.
Auferre dolorem medicando. Tibul. lib. 3. eleg. 6.

Medicatus, pen. prod. Adiectiuum {φαρμακωθεὶς} Quod medicamentis admistis confectum est. vt, Medicatæ ficus. Plin. lib. 23. cap. 7.

Medicatæ fruges. Virg. 6. Æneid.
Lana medicata. Horat. 3. Carm. ode 5. Id est tincta, infecta. Animaduertendum autem est nomen medicata, positum hîc significatione patiendi à verbo medico, medicas, &c.
Papauera medicata. Silius lib. 10.
Medicata pocula. Martial. lib. 9.
Res medicatissima. Plin. lib. 28. cap. 7.
Medicatus sapor, vel odor. Plin. lib. 25. cap. 8.
Somnus medicatus. Ouid. epist. 12.
Medicata fustitione vina. Colum. lib. 1. cap. 6.
Tela medicata veneno. Silius lib. 7.

Medicatio, Verbale { φαρμακεία. } Colum. lib. 2. cap. 10, Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè seruari.

Medicus, medici, pen. corr. { ἰατρὸς, ἰητὴρ, ἀλέτης, ἰατροτέχνης } Notæ significationis. Cicero pro Cluentio, Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quærit ur: in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimúsque patronus adhibetur.
Medicus, à medicina dictus. Varr. de Ling. Latin. lib. 4, Artificibus maxima causa ab arte, Id est ab arte medicina vt sit medicus, à sutrina, sutor: non à medendo ac suendo, quæ omnino vltima.
Cura solers medicorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.
Celer atque fidelis medicus. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Fidi medici. Horat. 1 epist. 8.
Medicus securus. Celsus lib. 2. cap. 6.
¶Medicum adhibere, Cic. de Fato.
Conuocare. Catul. de Acme, epigram. 39.
Ministrare iussa medicorum. Ouid. epist. 19.

Medicus, Adiectiuum { ἰατρικὸς } Quod est medici. Virg. 3. Georgicorum, Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat.
Ope medica iuuare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Ars. Tibull. lib. 2. eleg. 3.
Vsus. Plin. lib. 22. cap. 8.

Medicina, medicinæ, pen. prod. { ἰατρικὴ, ἰατρεία, φάρμακον, φαρμακεία, ἴλεως. } Cic. 5. de Finib. Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia.
Adulario medicinæ. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Requies & medicina curæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Somnus publica medicina curæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.
Furoris. Virg. 10. eclog.
Mali. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Imbecillis, Vide IMBECILLIS.
Medicina deducta ab experimentis. Celsus in Proœm. lib. 1.
¶Medicinam adhibere Reip. Cic. pro Sext. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos Iudices, vt aliquando effetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis Reip. non ea est medicina, quum fanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ. carnificina est ista & crudelitas.
Admittere. Vide ADMITTO.
Afferre. Cic. 2. in Catil. Deinde singulis medicinam consilij, atque orationis meæ, siquam potero, afferam.
Facere. Cic. Terent. lib. 14. 7, Ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis edicinam fecisse videatur.
Medicinam facere morbo. Plaut. Ciſtel. 2.
Factitare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Fungi munere medicinæ. Ouid. 2. de Remed. amor.
Parare. Ouid. 1. de Remed. amor.
Vulnera poscunt medicinam. Sil. lil. 11.
Vates medicinæ. Plin. lib. 1. cap. 37, Descriptus ab Herophilo medicinæ vate.
Rationalis medicina, quæ rationibus nititur, non solùm vsu & experimentis. Celsus in Proœmio lib. 1. Huic opponitur Empirice.
Temeraria. Celsus lib. 3. cap. 9, Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus à principiis excepit, interemit. Id est, contra artem, sine consilio & prudentia tentata. Temeritas & ratio, contraria.
Excolere. Celsus in Proœmio lib. 7.
Trunca medicina & debilis sue naturæ rerum cognitione. Celsus in præfatione libri primi.
Reperire medicinam incommodis. Cic. 1. Verr. Aut si ne hoc quidem prodesse poterit, profectò nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur.
Sera medicina struitur dolori. Stat. 5. Syl. 1.
Temporibus medicina valet. Ouid. 1. de Remed. amor.
¶Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phœnicis, Sterilem esse illius opera medicinam autumans.

Medicinæ, medicinarum { ἰατρεῖα } Medicorum tabernæ, vicus thurarius, taberna aromataria, vbi pharmacopolæ obuersantur, & pharmaca venduntur. hoc nomen in album Latinitatis acceptum est, & eo vtitur Macrobius. ἰατρεῖον Græcè medicinam, hoc est medicorum officinam significat. Plaut. Amphit. 1,
In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras.

Medicinalis, & hoc medicinale, penult. prod. { ἰατρικὸς } Quod ad medicinam pertinet, vt, Herba medicinalis. Plin. lib 32. cap. 10. Celsus in Proœmio lib. 1. non procul à fine, Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit.
Medicinalis digitus dictus est minimo proximus, vt ait Macrobius lib. 7. Satur. cap. 13. quoniam arteria quædam à corde nata pergit vsque ad quartum digitum manus siniſtræ. Ob quam causam nouus nuptus huic digito tanquam cordis vicario, suæ sponsæ imponit annulum.

Medicabilis, & hoc medicabile, pen. corr. { ἰατὸς, ἰάσιμος } Cui medicina adhiberi potest. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis. Idem epistola 5,
-nulla medicabilis arte
Læsa pudicitia est.
Cura medicabilis nulla arte. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.
Medicabilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Colum. lib. 7. cap. 10, Quippe ligni succus medicabilis, eporus intestini tumorem compescit.

Medibilis, & hoc medibile { ἄιατος } Idem quod medicabile, vt ait Festus.

Medicamen, penult. prod. medicaminis { ἄκεσμα } Idem quod Medicina. Plin. maior lib. 7. cap. 16, Iniunctis medicamine oculis.
Fortia medicamina. Ouid. 2. de Arte.
Triste medicamen. Ouid. 6. Metamorphoseos,
-extempto trifti medicamine tædæ
Defluxere comæ.
Vinolenta medicamina. Cic. in Pisonem, Et quum isto ore fœtido tetertimam nobis popinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis: quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? Hoc est, vino imbutis.
¶Medicamen, pro succo purpuræ. Plin. maior lib. 9. cap 38, Centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, &c. Medicamentum, pro eodem, Ibidem, cap. 40.

Medicamentum, medicamenti { φάρμακον, φάρμακος } Quo homines & cætera animalia curantur. Cic. 2. de Natur. deor Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ. Idem 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem,
Medicamentum præsentaneum. Plin. lib. 28. cap. 13.
Medicamentum, Venenum etiam significat, vt Græcè φάρμακον. author Nonius.
Opitulantur medicamenta. Celsus lib. 5. in Proœm.
Vinci medicamentis. Celsus lib. 5. cap. 28.
Medicamenta doloris. Cic. 2. de Finib.

Medicamentarius, Substantiuum { φαρμακοπώλης } Qui medetur vel medicamenta conficit. Plin. lib. 19. cap. 6, Sectiui duo genera: herbaceum folio incisuris eius euidentibus, quo vruntur medicamentarij.

Medicamentarius, Adiect. { φαρμακώδης } Quod ad medicamentum pertinet. Plin. lib. 7. cap. 56, Herbariam & medicamentariam. Scilicet artem.

Medicamentosus, pen. prod. { φαρμακώδης } Aliud adiect. Quod remedium adfert, & medicamenti vice est. Cato cap. 15, Et primùm scito de omnibus brassicis, nulla est illiusmodi medicamentosior.

Medidies, medidiei, non dicitur, sed meridies { μεσημβρία. } Cicero in Orat. Ipsum meridiem, cur non medidiem? credo quòd erat insuauius.

Medietas, Vide MEDIVS.

Medimnus, & medimnum, medimni { μέδιμνος } Genus mensuræ, quam *minam* dicimus. Lingua enim vernacula primùm *mimnum*, per syncopen, postea *minam* pro medimno posuit. Lucilius Satyra lib: 10 15,
Præterquam in pretio primus semisse, secundus
Numo, tertius iam plures quàm totus medimnus. Budæus author est medimnum senos modios capere. Cic. 5. Verr. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili fatione: ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verùm vt omnes dij adiuuent, cum decimo: quod siquando accidit, tum sit vt tantum decumæ sit, quantum seueris: hoc est, vt quot iugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximè, Medioximus, Vide MEDIVS.

MEDIOLANIVM, siue Mediolanum { μεδιολάνιον } Ptolemæo, Britanniæ vrbs: vulgò *Manchester*. ¶Item Mediolanium eidem, Germaniæ vrbs. Hodie Monasterium, vulgò *Munster*. ¶Mediolanium aliud, Santonum vrbs authore eodem. Vulgò *Saintes*, vt scribit Strabo lib. 4. ad Oceanum vergẽs, inter Aquitanias maxima ex parte arenosa & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis.

MEDIOLANVM, pen. prod. { μεδιόλανον, μεδιολάνιον } Vrbs est Cisalpinæ Galliæ: de qua Strabo lib. 5, Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuere, ea quidem pridem vicus erat: omnes enim vicatim habitabant. hac verò tempestate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas est, quodam modo Alpibus finitima. Vide Plin. lib. 3. cap. 17.
Mediolanum Insubres Galli ædificarunt, ex nomine relicti ab eis Mediolani, quod Ptolemæus inter Cenomanos ponit. Hactenus Volaterranus. Liuius autem Decad. 1. lib. 5. sic, Galli, inquit, per Taurinos saltúsque Iuliæ Alpis transcenderunt: fusíque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere vrbem, Mediolanum appellarunt. Hactenus Liuius. Ausonius in vrbium catalogo,
Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultúsque domus: facunda virorum Ingenia: &c.

Mediolanensis, & hoc Mediolanense { μεδιολάνιος. } Qui ex Mediolano est, siue Mediolanum habitat. Cic. in Pison.

MEDIOLVM { μεδίολον. } Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ vrbs. Vulgò *Medina celi*.

MEDIOMATRICES { μεδιομάτρικες } Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. Plin & Strab. Mediomatricos vocant. Vulgò *Metz, en Lorraine*.

Medion { μεδίον } Herba est Mediæ peculiaris (vnde & nomen accepit) in locis vmbrosis petrosíque nascens. Romani Trifolium odoratum vocant. Vide Dioscor lib. 4. cap. 20.

Medioxumi dij, Vide Mediocris in MEDIVS.

Medipontus, mediponti, Instrumentum funarium, apud Catonem de Re rust. cap. 3, Funes loreos priuos, vectes senos, fibulas duodenas, medipontos priuos loreos, trochleas græcanicas binas. Idem cap. 12. Medipontus autem dictus est, quòd Medi, Id est Xerxis pontem, quam γέφυραν Herodotus appellat, imitabantur. Funicum enim ponte Xerxes

Xerxes Hellespontum coniunxerat: cuius tamen vsus esset in torcularibus non facilè dixerim, nisi si ad traducendum fortè haberetur, aut potius crassissimi funes essent ad vehementissimè premendum. Ex Turnebo.

Meditor, pen. corr. meditaris { μελετάω, μελετῶμαι } meditari, Quasi medio animo versari, propriè enim est Cogitare, & vt ait Seruius, Mente pertractare. Terentius Phorm. 2. 1, Quamobrem omnes, quum secundæ res sunt maximè, tum maximè Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam æruumam ferant. Cic. 2. Offic. Vt fusis quum causam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut siquid aliud attentius cogitet, non reprehendatur.
Meditari malè nugis. Plaut. Pseud. 2. 0.
Amorem meditari. Virg. 4. Æneid.
Arma. Propert. lib. 3. eleg. 4.
Exilium. Cic. ad Attic. lib. 14, Ille exilium meditari.
Fugam. Colum. lib. 19. cap. 8. De ceruis.
Insidias aut dolum alicui. Virg. 5. eclog.
Pœnam in fratrem. Cic. 4. Tusc.
Meditari ad. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2, Aut ne ad id meditere, imparatum te offendam.
Meditari aduersus aliquem causam suam. Cic. ad Attic. lib. 5.
Meditari de. Cic. ad Lentul. lib. 1. 8, Hæc ego ad te ob eam causam maximè scribo, vt iam de tua quoque ratione meditere.
De tenero meditatur vngui. Horat. 3. Carm ode 6. Id est quod Græci dicunt, ἐκ τῶν ἁπαλῶν ἐνίγον. Latini, ab ineunte ætate.
Meditari quomodo. Cic. ad Attic. lib. 9, Ex eius nuntio Matiſque literis meditabar quomodo cum illo loquar.
Meditari regnare. Cic. 2. Philip. Non multos annos regnare est meditatus.
¶Meditari se, Est attento animo se exercere. Virg. 6. ecloga,
Agrestem tenui meditabor arundine musam. Id est, carmen rusticum scribam, inquit Seruius.
Causam suam meditari. Terent. Adelph Act. 2. scen. 1, Nunc vide vtrum vis, argentũ accipere, an causam meditari tuam. Id est, exercere, tutari, defendere ius tuum in hac causa liberali quam in te volo intendere.
¶Dicitur meditor à Græco. Seruius, Quod Græci μελετᾶν dicunt, per antistichum meditor dixerunt Latini. L. enim & D. interdum sibi inuicem cedunt: vnde & fella pro seda dicitur à sedendo.

Meditans, pen. corr. Particip. { μελετῶν. } vt Ictum obliquum meditans. Horat. 3. Carm. ode 22.
Longam, & continuam absentiam paulatim meditans. Tacit. lib. 3.

Meditatus, pen. prod. Partic. { μελετήσας. } Terent. And. 2. 4, Venit meditatus alicunde ex solo loco. Plin. in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditati, Id est præparata oratione.
Paratus & meditatus. Cic. pro Quintio, In Siciliam paratus ad prædam, meditatúsque venire cupiebat.

¶Meditatus { μελετητέος } in passiua significatione reperitur. Terent. Phorm. 2. 1.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda. Cic. 1. Offic. Leuiora enim sunt ea quæ repẽtino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.
Verba meditata componere. Ouid. 9. Metam.

Meditatè Aduerb. { μελετηρῶς. } Plautus Bacch. 11,
Næ tu illorum mores perquàm meditatè tenes. Quasi dicat, Probè calles illorum mores, tu illos ad vnguem nosti, ex longa meditatione & vsu siue experientia.

Meditatio Verbale { μελέτη, μελέτημα. } Cic. 2. Tusc. ul. Tanrum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.
Commentatio & meditatio. Cic. 2. de Orat. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis.
Meditatio atque exercitatio. Cic. 2. de Diuinat. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt: vt Demosthenem scribit Phalereus, quum, &c.
Dicendi meditatio. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Stulta est meditatio futuri mali. Cic. 3. Tusc.
Versari in meditatione. Cic. pro Cluent. Anni sunt octo quum ista causa in ista meditatione versatur.

Meditamentum { φάρμακον } Idem. Tacit. lib. 15, Nomina summæ curæ, & meditamenta. Idem lib. 20, Et cæteris belli meditamentis militem fimabant.

Meditatiuum, pen. prod { μελετητικὸς } Dictio ficta à Grammaticis, qui Meditatiuum verbum appellant, quòd sensum quendam meditandi videatur habere. Vide Priscianum & Vallam.

Mediterraneus, Meditullium. Vide MEDIVS.

MEDITRINA, pen. prod. Medicamentorum dea, Festo.

Meditrinalia, orum, Sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primùm gustaret mustũ, dicere ominis gratia, Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deę nomen cœptum: eiúsque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling Lat. lib. 5, Meditrinalia, dies dictus à medendo: quòd, vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor.

MEDIVS, Fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, ac velut hexarchus, & sophistes coryphæus in optimum quenque. Hic alios hortabatur, calumnias in quenuis audacter conflarent. Nam etiãsi, inquit, vulnus persanarit, in quem morsum infixeris, nihilominus cicatricosus cõui setur locus. Cæterùm, ne lingua nostra sit gladius acutus, dũ sale mulcto hũc illũmque defricamus, meminerimus. Author Cæl. lib. 15. ca. 25.

Medius, Adiectiuum { μέσος, μεσαῖος, μεσαίτατος, μεσαίτερος } Quod mensuratum æqualiter distat ab extremis. A Græco deduci putat Sipontinus, quod est μέσον.
Medium dicitur etiam quicquid inter duo extrema est, etiam si nõ æqualiter distet. Virgilius, Iam medium tenuere rates. Terent. in Prologo Phormionis,
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Medium inter. Cic. 2. Philipp. Quum inter bellum & pacem medium nihil sit, necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse.
Medius æstus. Virg. 1. Georg. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. Id est per diem quando æstus est. Seruius.
Media mulieris æras. Plaut. Aulul. Post mediam ætatem qui mediã ducit vxorem domum, &c. Id est, mediæ ætatis vxorem.
Medius amicus, Qui duorum hostium amicus, eorum contentionibus & odiis se non miscet. Liu. lib. 5. bel Maced.
Medius annus. Plin. in Paneg. Dies, Colum. lib. 7. cap. 3. Nox, Cæsar 5. bell. Gal. Sic apud Liuium lib. 7. bel. Pun. Medium diei.
Per medias rapit ira cædes. Horat. 3. Carm. ode 2.
Dies medius, Meridies. Virg. 3. Georg.
In medio dormire dies. Horat. 1. epist. 2.
Medius digitus. Plin. lib. 11. cap. 43.
In foro medio, vel Per medium forum. Cic. pro Domo, Quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. Dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem Cn. Domitium in foro medio.
Frigoribus mediis. Virg. 10. eclog.
Medium ingenium erat in Anco. Liu. 1. ab Vrbe, Confert Ancum cum Numa & Romulo, intelligíque eum fuisse medium inter Romuli ferociam & Numæ mansuetudinem.
Medius mundi locus. Cic. 1. Tusc. Vt illæ superiores in medium locum mundi grauitate ferantur, & pondere.
In medio mundo terra sita est. Cic. 1. Tusc.
In media nimborum nocte. Virg. 1. Georg.
Plus media parte. Ouid. 3 Metam.
In media potione exclamauit mulier. Cic. pro Cluent.
Sermonem medium abrumpere. Virg. 4. Æneid.
Sonus medius. Plin. lib. 10. cap. 29, Modulatus editur sonus. Et paulo pòst, Summus, medius, imus.
Medium tempus. Plin. iunior lib 3. epist. 5.
Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæsare, cap. 76.
In voce media resistit. Virg. 4. Æneid.
¶Pacis & belli medius. Horat. 2. Carm. ode 19.
Mediam locauit. Virg. 1. Æneid. Hoc est, in medio.
Medium arripere: hoc est Per medium corpus. Terent. Adel. 3. 2, Sublimé medium arriperem, & capite primùm in terram statuerem.
Mediam mulierem complectitur. Terent, Andr. 1. 1.
¶Medium responsum, Dubium. Liu. 9 bell. Maced.
Medius & ambiguus sermo. Plin. iun. epist. 190.
¶Media vocabula dicuntur, quæ & in bonã & in malam partem accipi possunt. Qualia sunt tempestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, venenum, contagium. Et apud veteres honor: quo significabatur iniaria. Vide Gell. lib. 12. cap. 9.
Mediæ artes. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Medium tenere. Plin. Iun. epist. 74.
Cursum medium tenere. Cic. in Vatinium, E quibus partim tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant.
¶Medius, cum genitiuo. Silius lib. 14,
Transigitur valida medius dum se alseuat alui
Cuspide. Id est, transfoditur per mediam aluum. Idem lib. 1,
Concidit exacti medius per viscera teli.
¶Medius, Importunus, incongruus, Qui interrumpit & impedit. Virgil. 1. Æneidos,
Ne quà scire dolos, mediúsve occurrere possit.
¶Interiectus ac medius, vel Interiectus medius. Cic. 4. Acad. Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. Idem de Oper. gen. Orator. Alios eis interiectos & tanquam medios puter. Et 10. Philipp. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat.
¶Medius, Manifestus. Virgil. 2. Æneidos,
-sensit medios delapsus in hostes. Seruius, manifestos. vt Idem Virgil. 2. Æneidos, -quanquam in media iam morte tenerur.
¶Afferre in medium. Cic. 1. Offic. Et communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum. Id est in communem vsum.
In medium consulere, pro In commune. Virg. 11. Æneid.
E medio discedere, pro Secedere & occultari. Suet. in Cæsare, in principio. Budæus.
E medio excedere, pro Mori. Terent Phorm.
Pellere è medio. Cic. 3. Offic. Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio.
Ponere in medio, Idem quod Afferre in medium. Cic. 1. de Natur. deor. Ponam in medio sententias Philosophorum.
Proferre aliquid in medium. Idem. Cic. 2. Verr. Idem Senatui, lib. 15, Sed tamen ante illud tempus, eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Idem 2. de Orat. Vt quicquid de re sua cogitarit, in medium proferat. Et pro Cluentio, Quæstus forensis in medium proferebatur.
Quærere in medium. Virg. 1. Georg. Id est in commune. Seruius.
Recede de medio, per alium transigam. Cic. pro Sext. Rosc.
Relinquere in medio. Cic. pro Cælio, Mulierem nullam nullam nominabo: tantum in medio relinquam, siqua, &c. Id est controuersum relinquam, nihil statuam vel constituam. Budæus.
In medio esse, vel situm aut positum esse, quibus contrarium est obscurum. Cic. 4. Verr. Tabulæ sunt in medio. Ibidem 1. de Orat. Dicendi autem omnis ratio in medio posita.
In medio sit. Suet. Sed quod discrepat, in medio sit: Id est sit pro incomperto. Bud.
Sumere de medio. Cic. pro Domo, Non sunt quæsita ex occulto

aliquo genere literarum, sed sumpta de medio, ex rebus palàm per magistratus actis.

De medio tollere, pro Occidere. Cic pro Rosc. Amer. Perfacile hunc hominẽ incautũ & rusticum & Romæ ignotum de medio tolli posse.

Venire in medium, & Procedere in medium. Cic. 4. Verr. Et 2. de Inuent. Item 1. de Finib. Prima veniat in medium Epicuri ratio.

Vocare in medium. Cic. pro Cluent. Homines totius ignari negotij, qui Oppianicum nũquam vidissent, virum optimum & hominem prudentissimum pecuniæ oppressum arbitrarentur, incẽsi suspicione, rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere.

¶Medio campi, medio montium, medio diei, & similes locutiones. Tacit. lib. 1. Idem lib. 13, Medio temporis contradicere liceret.

¶Medius, pro Mediocri. Liu. lib. 6. ab Vrbe, Apparebátque nec veri iudicij mediam gratiam, nec falsi offensionem fore.

¶Medius, secundum Priscianum, in libello De duodecim carminibus, à modo dicitur, hoc est à mensura: vnde & modius: & differẽtiæ causa, medius mutauit o in e. Vel dicitur à Græco μέσος, vt dictum est.

Mediè, aduerbio, frequenter vtitur Firmicus lib. 2. cap. 28.

Mediale, huius medialis, pen. prod. neut. g. Solinus cap. 65. Lignũ omne atque mediale, eadem fermè & facie & nitore, quæ est in lapide gagate. Hoc est, omnes hebeni partes, tam exteræ quàm mediæ seu medullaceæ, similes sunt gagati lapidi. Idem cap. 33.

Medietas, pen. corr. mediẽtatis {μεσότης, μέσον.} Cic. de Vniuersitate, Vt in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere mediẽtates: quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur, erit enim planius. Paulus in l. Antiqui. D. Si pars hæreditatis pet. Prudentissimi iuris authores mediẽtatem quandam secuti sunt, vt quod fieri non rarò admodum posset, intuerentur. Lactantius quoque De opific. Dei, cap. 10, Sub ipsa mediẽtate narium, lacuna quædam leuis, quasi vallis. Vox est frequẽs Macrobio, vt in Som. Scip. lib. 1. cap. 6, Haber enim mediẽtatem: & est mediẽtas. Paulo pòst, Quum verò mediẽtas ipsa geminatur, &c. Ibidẽ, Quaternarius verò duas me diẽtates primus omnium nactus est. Sic alibi frequenter.

Mediocris, & hoc mediocre, penult. corr. {μέσος, μετρίως} Quasi medium tenens.

Actor mediocris causarum. Horat. 2. de Arte.

Ars. Cic. 1. de Orat. Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrem artium, sed penè maximarum.

Cura non mediocris. Horat. 2. Serm. saty. 4.

Infortunium. Plaut. Curcul. 11.

Ingenium. Cic. 2. de Orat. Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ.

Initium. Sueton. de Claris grammat.

Iracundia mediocri iratus. Plaut. Curcul. 11.

Malum. Cic. 3. Tusc. Omne malum etiam mediocre, magnum est.

Orator. Cic. de Claris Orat. L. Cotta in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processit. Ibidem, Iannius in mediocribus oratoribus habitus est.

Pœnæ. Plaut. Bacch. 8. Sponsalia. Plin. lib. 9. cap. 35.

Sparium. Plin. lib. 7. cap. 38. Statura. Plaut. Rud. 9.

Status. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Quòd si in mediocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, præter aliorum consuetudinem, postularetur.

Non mediocre telum ad res gerendas fama. Cic. de Amic. Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium.

Vitia. Horat. 1. Serm. saty. 4.

Mediocritas, pen. corr. {μετριότης} Medium dicitur, vt ait Nonius. Cic. 4. Academ. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant esse quẽdam modum. Colum. lib. 4, Mediocritas in electione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni malique posita est.

Mediocritas ingenij. Cic. 2. Philipp. Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid despicere possit Antonius.

Aurea mediocritas. Horat. lib. 2. Carm. ode 10, Auream quisquis mediocritatẽ Diligit, &c. Hoc est beatã, optimã, & pulcherrimam.

Minus superba mediocritas præceptoris ad suscipiendas elementorum molestias. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Mediocriter, pen. corr. Aduerb. {μετρίως} Medio quodam modo: hoc est Prudenter & moderatè. Cic. 1. de Finib. Quid Theophrastus, mediocritérne delectat, quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos?

Nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Cic. 2. Tusc.

Etiam mediocriter à me tibi commẽdatus. Cic. ad Sulpit. lib. 13. 29.

Non mediocriter ferre. Cic. 5. Verr. Quod me hercule, Iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem pro Quintio, Tamen esset non mediocriter conquerendum.

Mediocriter doctus. Cic. 2. Tusc.

Haud mediocriter. Plaut. Merc 5.

Mediocriter facere. Terent. And. 1. 1.

Mediocriter vestita veste lugubri. Terent. Heaut. 2. 3.

Medioximus, vel Medioxumus, pen. corr. Adiect. {σταθμιαῖος} Mediocris, siue medius. Vnde Medioxumi dij vocantur potestatis mediæ. Seruius in lib. 8. Æneid. dicit Herculem communem deum vtriusque naturæ, medium & inter mortalitatem & inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terrestria, aliqua tantum cælestia, aliqua media, quos deos medioxumos Apuleius vocat. Plaut. Ciste. 5, At ita me di deæque, superi, inferi, & medioxumi, &c.

Medioxuma vxor. Plaut. Ciste. 7.

Medioximè, aduerb. Medio modo. Varr. Modio, Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis, ἄγαν μέτριον. viduam vos facere addit mortalem modum medioximè, vt quondam patres nostri loquebantur. Ex Nonio.

Mediussidius {μὲν τὸν Δία ἰδεῖν} (inquit Festus) compositum videtur, & significare Iouis filium, id est Herculem: quod Iouem Græcè ζῆν δία, & nos Iouẽ: ac fidium, id est pro filio: quòd sæpe antea pro l litera, d vtebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per diui fidem: quidam per diurni temporis, id est dici fidem. Hæc Festus. Alij sic, Mediussidius, hoc est, per deum Fidium. nam Fidius deus est, qui fidei præest. Plaut. Asin. 3. Per dium Fidium quæris iurare mihi. Cicero pro Rosc. Amerino, Quæ ita aperta & manifesta sunt, vt mediussidius, Iudices, inuitus ea dicam.

¶Medi edi, pro Mediussidius. Titinnius, An quia pol ædepol fabulare, medi edi. Verba sunt adolescentis qui in fœminam degenerarat, proindéque hoc iusiurandum non audebant eloqui, quum religio esset mulieribus illud proferre. Et quum vulgus hæc verba imminuere & deprauarer, pro medius, medi dicens, facit quoque eum dicere pro medi edi. Annotauit Turnebus.

Medianus, pen. prod. Adiect. {μεσῖνος} Quod in medio est. Vnde Medianas columnas Vitruuius dixit, vt ab angularibus quæ crassiores sunt, distingueret. Vide Vitruuium lib. 3. cap. 1. & cap. 2. & vlt.

Medianum cœnaculi. Vlp. in l. Si verò. §. interdum. D. de iis qui deiecer. vel effud.

Mediastinus, mediastini, pen. prod. {μεσῳδὸς} Qui in medio lauantium stat in balneis, inquit Priscianus. Nonius mediastinos pro balneatoribus, itémque pro ministris & curatoribus ædium accipit, qui in medio stent, vt omnibus ministrent. Sed vilissima quæque mancipia, in agro maximè, mediastinos eos accipere debemus, qui abiectissima quæque inter seruos officia obeunt: cuiusmodi sunt hodie in principum domibus, cognomine lignarij, baculari: quorũ vna illa functio est, vt omnibus pareant, nec vllius imperium detrectẽt, in medio sem per & propatulo ad nutus omnes excubent. Cic. 2. in Catil. Itaque ego illum exercitum, &c. magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus, &c. Alia exemplaria habent mediaculis, alia mendiculis. Col. lib. 1. cap. 9, Mediastinus qualisqunque status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Ex Hermolao. Vlpian. in l. 1. §. Cæterum. D. Nautæ, caupones, stabularij. Qui mediastini opera fungitur, non cõtinetur, vt purpurarij, atriarij, & focarij. & his similes. Cælius lib. 25. cap. 20, legit mediastina opera, vt sit adiectiuum.

¶Mediastinum appellant medici, membranas in ventre hominis medio, quæ sunt veluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos veluti ventriculos.

Mediastuticus, pen. corr. {μεσταστώτικος.} Liu. Decad. 3. lib. 6, Mediastuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Scipius Lesius erat. Sic eadem Decade lib. 4.

Mediterraneus, Adiectiuum {μεσογαῖος, μεσόγειος} Quod est à mari remotum, quasi in media terra. Quintil. lib. 5. cap. 10, Montanus an planus, maritimus an mediterraneus. Cic. 1. de Natur. deor. Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant.

Mediterranei agri. Sueton. in Tiberio, cap. 12, Mediterraneis agris abditus, vitánsque prætern auigantium officia.

Mediterraneum, mediterranei, Substant. n. g. cui opponitur Ora, seu Littus. Plin. lib. 3 cap. 1, Celeberrima inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo Segeda. hoc est, in medio regionis, procúlque ab ora littorali. Rursus eod. cap. paulò post.

Mediterreus, Adiect. Festus, Mediterreã melius quàm mediterraneam Sisenna dici putat.

Meditullium, meditullij {μεσαῖος} Non medium terræ dicitur, inquit Festus: sed procul à mari, quasi meditellium, ab eo quod est tellus. Cic. in Topicis, dicit tullium in hoc verbo extensionem esse vocabuli, nihil significantem.

Medon {μέδων} Notus fuit Oilei, ex matre Rhena, teste Homero lib. 2. Iliados.

Medon, Vnus procorum Penelopes. Ouid. 1. epist.

Medon, Vnus ex nautis qui à Baccho in delphines mutati fuerũt. Ouid. 3. Metamorph.

Medoacus Portus {μεδόντος λιμένος} Plin. lib. 3. cap. 5. Inde Meduacus, Venetorum fluuius, qui nunc vulgò *Brenta* dicitur. Nam ostia Padi Plin. lib. 3. cap. 16, describens, ait, Proximũ portũ facit Brondulũ, sicut Edronem Meduaci duo & Fossa Clodia. Strab. lib. 5. scribit Meduacũ vocari & portum & fluuium. Ibid. supra Venetos Carnorũ & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plinium in initio primi voluminis.

Medvana, Fluuij nomen in Gallia, quam Belgicã vocant. Lucan. vt refert Turnebus, -nec vltra

Instabiles Turones circunsita castra coërcent,

In ripis Meduana tuis marcere peruſus, &c. Nomen hodie quoque retinet.

Medulla, medullæ {μυελὸς, ἐντερικὸν} Dicta quòd in ossibus media sit. Plin. lib. 11. cap. 37, Et medulla ex eodem videtur esse inuenta rubens, & senectã albescens. Plautus Stich. 6,

At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. (Cic. 5. Tusc.

In visceribus medullisque condidit omne bonum Metrodorus.

Albæ medullæ. Ouid. 14. Metam.

Liquefactæ medullæ cæca tabe. Ouid. 9. Metam.

Mellis medulla {μέλιτος μυελὸς} De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium de Claris Orat. M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intimè reconditisse. Vnde & illa passim obuia, in medullis, & medullitus amare, non dissidente à simulacro prouerbiali. Erasmus.

Mollibus ardet ignis in medullis. Catul. de Acme, epigr. 42.

Est mollis flamma medullas. Virg. 4. Æneid.

Fouet igne medullas amor. Ouid. 4. epist.

Hærere medullis alicuius. Cic. Cassio, lib. 15. 16.

In Pop. Romani medullis ac visceribus hærere. Cic. 1. Phil.

Includere aliquid medullis. Cic. Attic. lib. 15.

Inclusa sunt mihi in medullis, Vide INCLVDO.

Insidet in medullis feruor. Cic. 4. Tusc.

Labitur totas furor in medullas. Senec. Hippol. 3.

Auidis medullis subdita flamma. Virg. 3. Georg.

Litium medullæ. Quintil. lib. 2. cap. 1, Et in mediis litium medullis versantur.

Medullitus, pen. corr. Aduerb. {ἐκ μυελῶν} Ex intimo affectu, vel intimè.

Plaut.

Plaut. Mostel. 4, Vt videas eam medullitus me amare. Idem Truc. 8.

Medullula, pen. corr. Dimin. {μυελλάριον.} Catull. ad Thallum, epigr. 22, Vel anseris medullula, vel inula mollicella.

Medvllia {μεδύλλιον} Stephano, Latij oppidum fuit, Albanorum opus, cuius meminit. Plin. lib. 3 cap. 5.

Medvllina, pen. prod. Virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata: vt stupri authorem agnosceret, digito eius annulum detraxit. Vbi ex pignore patrem esse comperit, eundem ad aram gladio cõfõdit. Author Plutarch. in Paralellis.

Medvs, Medi, Proprium fluuij nomen in Media, quod ex Strabone cognoscere licet lib. 15. vbi commemorat quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, quum Persidẽ peragraret, ferróq; vastaret. De hoc intelligendus locus est Horat. 2. Carm. ode 9, vbi ait, Mediúmque flumen gentibus additum, &c. non de Araxe, aut Tigri, aut Euphrate, vt alij arbitrantur. Neque verò est quòd quisquam miretur Horatium ita locutum esse, Medum flumen, si Medus proprium fluuij nomen est. Nam sic reperies pluribus locis locutum, vt lib. 4. ode 5. & 2. ode 6. & in epist. ad Pison. Lambinus.

Medus, Vide MEDIA.

Medvsa, pen. prod. {μέδουσα} Fuit filia Phorci ex Cetho coniuge, quæ vnà cum duabus sororibus Euryale, & Stenone, Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur. Eius capilli in angues à Minerua immutati sunt: & qui illam aspiciebant, in lapides vertebantur. Quam Perseus peremit: ex cuius cruore natus est Pegasus. De hac Suidas, & alij Græci. Vide in dictione GORGONES & PEGASVS. Meminit & Ouid. lib. 4. Metam.

Torua Medusa. Ouid. 2. de Arte.

Medusæus, Adiect. {μεδουσαῖος} vt

Os Medusæum. Ouid. 5. Fast. Id est Pegasus.

Equus Medusæus. Ouid. 5. Fast. Id est Pegasus.

¶Medusa, à quibusdã appellatur herba ea, quam Romani Veneriã, siue Lanceolam, Dioscorides κυνόγλωσσον appellauit. Habet hæc herba florem inuerso pileolo similem, qui theatralis laruæ, & histrionicæ personæ formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quædam quasi lingua caudido colore. Ob quam causam & Medusam appellarunt, à Gorgonis absciss capitis similitudine. Vide M. Verr. in Dioscorid.

Mega {μέγα} id est magnum, promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus. Vulgò *One*, siue *Oue*.

Megabocchvs, Iuuenis quidam fuit socius filij Crassi, & ætate pari, qui sibi bello Parthico manus attulit: eum Plutarchus μεγάλοκοκκον appellat in Crassi vita. Meminit Cicero in epist. ad Atticum, quãuis alij de Pompeio dictum putent. Vide Pompeius, in POMPEII.

Megabyzi, siue Megalobyzi {μεγαλόβυζοι} dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat: vnde & pro imbellibus ac mollibus poni cõsueuerũt, quales sunt spadones. Quintil. lib. 5. ca. 12. Megabyzi dicũtur Appiano lib. 5. bell. Ciuil. & Plinio ita imbellibus ac Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchrũ. Nec enim hic vt proprium nomen accipiendum videtur, sed vt appellatio omnium sacerdotum Dianæ communis. Annotauit Turnebus. Duces quoque regis Persici Megabyzi appellantur, inquit Cælius lib. 7. cap. 6.

Megaera {μέγαιρα} Vna est è tribus Furiis. De qua Virg. 12. Æneidos, Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,

Quas & Tartaream nox intempesta Megæram

Vno eodémque tulit partu. Et alibi, -furiali à sede Megæra.

Improba. Claud. 1. in Ruffin.

Torua. Claud. 3. de raptu Proserp.

Megalartvs, Ceres dicta & culta est. Cælius lib. 9. cap. 16, Apud Bœotiæ Scolum præstantes fieri panes consuetos accepimus, vnde & Cereris Megalarti & Megalomazi statua erecta colebatur. Consimiliter verò apud Messapios in Iapigia, vbi etiam fuisse rex Artæs dicitur, sed & festa nomine Megalartia, de panis magnitudine appellatione ducta. Hæc ille.

Megalensis, Vide MEGALESIA.

Megalesia, Megalesiorũ, neut. gen. plur. num. {μεγαλήσια} & Ludi Megalenses. Liu. M. Iunius Brutus ædem Magnæ matris deũm in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellauit. Cic. de Aruſp. resp. Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio nostri maiores ante templum, in ipso Matris magnæ conspectu Megalesibus fieri celebrariq; voluerunt? Quintil. lib. 1. cap. 5. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici vitiosa non possunt, vt Tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia.

Megalivm {μεγαλεῖον} Vnguentum à magnificentia sic appellatum, eo quòd excusserit, Telinum ante se cantatissimum: alij à Megaleo inuentore Siculo, siue Athenensi dictum malunt. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 6. & Hermolaum in Plinium.

Megalopolis {μεγάλη πόλις} Arcadiæ vrbs, post Leuctricum bellum cõdita: quæ dimidia sui parte Orestia vocabatur, ab Orestis aduentu. Ex hoc oppido originem traxerunt Cercidas, præstantissimus legista tor, Miliambõ poeta, Æneſias Peripateticus Theophrasti discipulus, Aceſodorus, qui de vrbibus scripsit, & Polybius historicus. ¶Megalopolis item Asiæ oppidũ fuit, postèà Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios situm, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariam corruptè legamus pro Caria. ¶Tertia eiusdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano.

Megalopolitae {μεγαλοπολῖται} Megalopolis incolæ. Steph.

Meganira, Celei vxor fuit, ac Triptolemi mater, vt Græca prodidit historia, cuius sacellum erat non longe à puteo Bœotiæ, qui alio nomine Anthion dicebatur. Meminit Cælius lib. 24. cap. 17.

Megara, pen. corr. {μέγαρα} Vrbs iuxta Isthmum Corinthiacum, media inter Peloponnesum, Atticam, & Bœotiam. dicta à Megareo Apollinis filio. Huius meminit Cic. libro 4. Epistolarum. Patria fuit Euclidis geometræ. Nunc dicitur *Alcatoè*, vt scribit Oliuarius in Melam.

¶Fuit & Megara, Creontis regis filia, & vxor Herculis, quam furens interemit, vt scribit Sen. in Hercule furente. Quo etiam nomine dictus est mons in Sicilia, vbi apes multæ: licet & Megara, Megarorum legatur.

Megarus, pen. corr. Adiect. {μέγαρος.} vt Sinus Megari. Virg. 3 Æneid.

Megaricus, pen. corr. {μεγαρικὸς} Possessiuum. Cic. 4. Acad. Qui quum Zenonis esset, vides quantum ab eo dissenserit: & quàm non mulrum à Platone Megarici, quorum fuit nobis disciplina. Et paulo pòst, plura.

Sinus Megaricus, siue Saronicus, *Le golfe de l'Egine.*

Megareus, Adiect. quadrisyllabum {μεγαρεῦς.} vt Heros Megareius, Apud Ouid. 10. Metam.

Megarensis, Adiectiuum, Ex Megara. Gell. lib. 6. cap. 10, Decreto suo Athenienses cauerant, vt qui Megaris ciuis esset, si intuliſſe Athenas pedem prehensus esset, vt ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominũ Megarensium, &c.

Megaris, Megaridis {μέγαρις} regio est in Achaia, à qua Bulbi Megarici, quos celebrat Cato. Colum. lib. 10, Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. Vide Plin. lib. 4. cap. 7.

Megaris, Vrbs Siciliæ, apud Melam libro 2. cap. 7. Nunc dicitur *Agosta*, teste Olinario.

Meges, Vnus fuit ex Græcorum principibus qui ad Troiam profecti sunt.

Megistanes, pen. prod. {μεγιστᾶνες} dicuntur proceres, primatésq;, Nã μέγιστοι Latine dicitur magnus. Cor. Tacit. Simul consilio terrorem adducere, & megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit sedibus. Suet. in Calig. cap 5.

Mehercule, pen. corr. {μὰ τὸν Ἡρακλέα} Aduerbium iurandi, Per Herculem. Cic. Attic. lib. 10, Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: semper secum aliquid afferunt literæ tuæ.

Mehercules, Idem, {μὰ τὸν Ἡρακλῆ} Festus, Mecastor & Mehercules iusiurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, vt subaudiatur iuuet. Cic. 6. Verr. Verè mehercules hoc Iudices dicam. Idem in Orat. Impetrarum est, inquit, à consuetudine, vt peccare fuauitatis causa liceret, & pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas libentius dixerim: & mehercule, quàm mehercules.

Mei, vel mis {ἐμοῦ} genitiuus ab EGO. Vide suo loco.

Meio, meis, minxi, mictum {ἐρέω, ἀμείχω} méiere, Vrinam emittere. Diomedes præteriti meij esse dicit, sed in vsu minxi. Persius Satyr. 7,

-facer est, pueri, locus, extra Meiite. Martial. lib. 3,

Minxísti currente semel Pauline carina:

Meiere vis iterum, iam Palinurus eris.

Mictum, Supinum. Horat. 1. Serm. satyra 8,

-atque in me veniat mictum atque cacatum.

Iulius, & fragilis Pedatia.

Mula meiens. Catul. de Æmylio, epigr. 92.

Micturio, micturis, penult. corr. micturire, Desideratiuum verbum à Meio. Iuuenal. Satyra 6,

Noctibus hîc ponunt lectica: micturiunt hîc. Pro primitiuo Meio videtur hîc positum.

Mel, mellis, neut. gen. {μέλι} Notæ significationis. Vide Plin. lib. 11. cap. 14. Cic. 3. de Finib. Mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur.

Mel, à Græco μέλι fit. Plaut. Trucul. 4,

-in melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes:

Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.

Dulcior melle. Ouid. 5. Trist. eleg. 5.

Aerij mellis cælestia dona. Virg. 4. Georg.

Attica mella, de flauis fauis. Ouid. de Medicamine faciei.

Constructa mella. Virg. 4. Georg.

Dulcia. Virg. 4. Georg.

Flaua. Ouid. 1. Metam.

Flagrantia mella thymo redolent. Virg. 4. Georg.

Humida. Virg. 4. Æneid.

Liquata expressis fauis. Ouid 4. Fast.

Liquentia stipant apes. Virg. 1. Æneid.

Liuentia veneno. Valer. 1. Argon.

Pressa puris condit amphoris. Horat. Epod. 2.

Purissima. Virg. 4. Georg.

Redolentia flore thymi. Ouid. 15. Metam.

Reperta à Baccho. Ouid. 3. Fast.

Roscida. Virg. 4. eclog.

Spumantia cogere pressis fauis. Virg. 4. Georg.

Melli esse, pro Iucundum esse. Vide SVM.

Tenacia figunt. Virg. 4. Georg.

¶Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg.

¶Poetica. Horat. 1. epist. 20. Id est, Ita tibi places, vt te solum confidas versus effundere suauissimos posse.

Musæum dulce mel. Lucret. lib. 4.

¶Mel, pro eloquentia, seu dicendi suauitate. Ouid. ad Pisonem,

Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.

¶Mel meum, Blandientis vox: quèadmodum est Meum suauium. Plaut. Curcul. 4.

Melliculum, melliculi, pen. cor. {μελίτιον} Diminut. blandientis. Plaut. Casina, 21, Meum corculum, melliculum, verculum.

Mellillus, mellilla, mellillum {μελιτίδιον} Diminutiuum alterũ, similiter blandientis. Plaut. Casina, 3,

Mea vita, mea mellilla, mea festiuitas.

Mellarius, Adiectiuum, Quod ad mel pertinet. Plinius libro 21. cap. 14, Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hæc etiam apiaria dicuntur.

Mellarius, substant. {μελιτουργὸς} Qui mellis opus exercet. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16, Ad extrema, qua mellarij fauum eximere possint,

opercula imponunt alueis.

Mellarium, subst. {μελιτῶν} Vbi apes nutriuntur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 26, Melitrônas ita facere oportet, quos alij melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria.

Meliturgus, meliturgi {μελιτϑεργὸς} Idem quod Mellarius, qui mellaria exercet. Varro de Re rust. lib 3. cap. 2, Merula, vt cætera fecit historicas, quæ sequi meliturgi soleant, demonstrabit.

Mellatio, mellationis {μελιτοτρύησις} Mellis vindemia, quum mel eximitur. Plin. lib. 11. cap. 16, Hæc ergo mellatio sine vindemiæ & Vergiliarú occasu. Idem lib. 11. cap. 15, Æstiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

Melleus, Adiect. {μελίκερεως} Quod ex melle est, vel mellis quantitatem refert ipso gustu. vt Melleus sapor, Apud Plinium lib. 15. cap. 14. Et libro 11. cap. 16, Fœx ſtatim mellei coloris. Et libro 21. cap. 14, Melleus odor.

Melleus, aliquando pro Dulci accipitur. vt Vox mellea.

Mellitus, pen prod. Adiect. {μελιτωτὸς} Quod est melle conditum. Plin. lib. 36. cap. 19, Mellitites succum remittit dulcem, mellitúmque tussus. Varro 3 de Re rust. cap. 16, Et faui melliti intus ponendi à faucibus longé. Sueton. in Claud. Nerone, cap. 27, Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mellita quadragies HS constiterunt. Porrò mellita vocabãtur, cibaria dulciora, melle condita, quum luxuria nõdum saccharum materiam ganeæ fecisset. Antiquitus enim saccharum ad medicinæ duntaxat vsum adhibebatur: cuius hac tempestate tam frequens vsus est, ad gulæ condimenta.

Bellaria mellita, Vide BELLARIA.

Placentæ mellitæ. Horat. 1. epistol. 10.

Mellitus puer, pro Suaui & iucundo. Cic. ad Attic. lib. 1, Ita sum ab hominibus destitutus, vt tãtum requietis habeam, quantũ cum vxore & filiola & mellito Cicerone consumitur. Catul. ad Iuuencium, epigr. 45,

Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellifluus, Adiectiuum {μελίῤῥυτος} Ex quo fluit mel, vel fluere videtur: hoc est Dulce, iucundum. vt Melliflua oratio.

Mellifer, pen. corr. Adiectiuum {μελιφόρος.} Ouid. 15. Metam. Melliferæ apes.

Mellifico, mellificas, pen. corr. {μελιττοποιέω} mellificâre, Mel facere. Plin. lib. 11. cap. 18, Aliarum quæ in arboribus mellificant.

Mellificus, pen. corr. Adiectiuum {μελιτοποιὸς} Quod mel facit. Colum. libro 9. cap. 13. ad finem, Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus ceras expleant.

Saltus mellifici. Colum. lib. 9. cap. 8.

Mellificium, mellificij {μελιτϑρέμμα} Mellis artificium. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16, Sed vt hoc aptiſſimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Colum. lib. 9. cap. 12, Apes magis mellificiis, quàm fœtibus student.

Melligenus, pen corr. Adiect. {μελιγενὴς} Quod est eiusdem generis cum melle. Plin. lib. 16. cap. 7, Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Hoc est, eiusdem succi, cuius est mel ipsum.

Mellina, mellinæ, fœm generis, Potio est confecta adiecto melle. Plaut. Epidico.

Nisi si in vidulo, aut in mellina attulisti. Id est, nisi si in scortea eum habes mantica, aut in cœnophoro vel lagena mellinæ. Ex Turnebo.

MELAENA {μελαίνα} Insula est quæ alio nomine Corcyra appellatur. Strab. 12. Theb. Icarij, Celeiq́ue domus, viridéſque Melænæ.

Melamphyllum, melamphylli {μελάμφυλλον} Species acanthi herbæ, à foliorum nigredine sic dicta, quasi melanophyllum. Plin. lib. 22. cap. 22.

Melampodium, melampodij {μελαμπόδιον} Genus nigri hellebori, à Melampode vate dictum. Plin. lib. 25. cap. 5.

MELAMPVS, Melampodis, pen. corr. {μελάμπους} fuit, teste Homero lib. Odyſſeæ 15, filius Amythaonis ex patria Argo. Stat. lib. 3. Thebaidos, -Amythaone cretus,

Iam senior, sed mente virens Phœbóque Melampus

Associat. ¶Dicitur etiam fuisse medicus illustris, & filias Prœti sanauisse helleboro. Virg. 3. Georgicorum,

Quæsitæque nocent artes: cessere magistri

Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.

Melampus, nomen canis apud Ouid. 3. Metam. Dicti sic, παρὰ τὸ μέλανας ἔχειν τοὺς πόδας, quòd nigros habeat pedes. Ouid. 3. Metamorphoseos, -primúsque Melampus

Ichnobatésque sagax latratu signa dederunt.

Melampygus, Lapis in Thermopylarum monte legitur apud Herodotum historia 7. vbi desinit Anopæa via, quà grassantes Persę pylas occuparunt, Epialte duce.

Melampygus, a, um, In PASSALVS.

Melancholia, melancholiæ {μελαγχολία} Latinè dicitur atra bilis, quæ sæpe in furorem agit homines. Cic 3. Tusc. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. quasi verò atra bili solùm mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur.

Melancholicus, pen. corr. Adiectiuum {μελαγχολικὸς} Qui atra bile plurimum abundat. Cic. 1. Tusc. Aristoteles quidem ait omnes ingenioſos melancholicos esse.

MELANCHLAENI {μελάγχλαινοι} Scythię populi, à nigris vestibus quas ferunt ita nominati Stephano.

Melancoryphus, melancoryphi, pen. corr. {μελάγκόρυφος} Auis quæ & ficedula dicitur: sed ficedula nomen habet potiſſimum Autumno ab edendis ficis, aliis temporibus melancoryphus, quòd κορυφὴν μέλαιναν, hoc est verticem nigrum habeat, Latinè atricapillam dicere possumus: mutat enim formam & colorem. Plin. lib. 37. cap. 8.

Melandryum {μελάνδρυον} Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 7. Martial. lib. 3. 35,

Téque iuuant gerres, & pelle melandrya cana. Melandryum verò apud Theophrastum est exalburnatum robur, de nigritie conciliato nomine. ¶Sed & falsamenti genus melandryum est, teste Cælio lib. 7. cap. 27.

MELANES, vel Nigri montes {μέλανες ὄρη} iuxta deserta Arabiæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ: Sut desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

MELANEVS, pen. corr. trisyllabum, Nomen canis apud Ouid. 3. Metamorphoseos,

Harpalos & Melaneus, hirsutáque corpore Lachne.

Melania, melaniæ, pen. corr. fœminini generis, Idem quod nigritia seu nigredo. Plin. lib. 24. cap. 8, Et lentigine & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendãt. Meminit etiam Hermolaus.

Melanteria, melanteriç. Scribonius Largus, Melanteria, quæ creta fu toria dicitur, qua ligulæ calceolorum denigrantur. *De la pierre noire.*

MELANTHIA, teste Aristarcho in 10. Odyſſ. Homeri, filia fuit Deucalionis ex Pyrrha.

Melanthium, melanthij {μελάνθιον} Herba quæ vulgò *Nigella* appellatur à seminis nigredine: vnde etiam Græcis melaſpermon appellatum est. Plin. lib. 20. cap. 17, Gith ex Græcis alij melanthion, alij melaſpermon vocant: optimum quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum.

MELANTHIVS, Nomen viri: qui quum Gorgiæ inimicus esset, dixit, Hic nobis de concordia præcepit, qui ttes in vna domo concordare non potuit.

Melanthius item, Nomẽ est viri Troiani, quem Eurypilus in bello Troiano interemit, vt scribit Homerus. ¶Alius eiusdem nominis pastor est apud Theocritum. ¶Alius item pictor fuit, cura pingendi præcipuus. Author Quintil. lib. 12. cap. 10.

MELANTHVS, Vnus eorũ quos in Delphines mutauit Bacchus. Ouid. 3. Metamorph.

Melanurus, melanuri, pen. prod. {μελανοῦρος} Piscis sic dictus, quòd nigricantem caudam habeat, & inter saxatiles numeratur. Ennius, Melanurum, turdum, merulam, timbrámque marinam. Vbi primam produxit, penultimam corripuit: quum tamẽ Græce scribatur μ κατὰ γρ. Proinde rectius Lippius in 3. Oppianici, Haud facilè paruus melanurus fallitur arte. Plin. libro 32. cap. 2. Vide Cælium lib. 25. cap. vltimo.

Melapium, melapij {μηλοπέπων.} Melapia sunt mala, quæ & malorũ & pyrorum aliquam speciem præ se ferunt: vnde etiam nomen habẽt ex pomis & pyris compositũ. Vulgò *Pommeporic*. Atque hoc est quod Plinius lib. 15. cap. 14. ait, Cætera è cauſis traxere nomen: germanitatis cohærentia & gemella, nunquam singula in fœtu: coloris tenera: cognationis melapia. Neque enim accipiendum est melappia (sic enim ferè in omnibus exemplaribus legitur) cognationis nomen à gente vel familia Appiorum acceſſiſſe, ſed à cognatione quam ea ipſa mala cum pyris habent. ἅπιος enim pyrum est Græcis, μῆλον malum siue pomum. Quòd autem Plinius ipſe non aliter quàm melapia scripſerit, & vt dico acceperit, ex eo manifestum est, quòd paulo antè Appianorum malorum mentionem fecit, quæ ex Appio è Claudia gente sunt cognomita, & melapiorum nomen non ex gẽte, sed ex cauſa cognationis tractum esse ait.

MELAS {μέλας} Multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum esse in Mygdonia ostendere videtur Ouid. 2. Metam. Mygdoniúsque Melas. Alium in Sicilia describit Ouid. lib. 4. Fastorum,

Sacratúmque Melam pascua læta boum.

Melas, melanos, masc gen. Vitiliginis species. Vide ALPHOS.

MELEAGER, vel Meleagrus, pen. corr. {μελέαγρος} Tydei frater fuit, Oenei filius, qui quum aprum Calydoniũ interfeciſſet, ciúſque pellem & caput Atalantæ amicæ suæ donauiſſet, Thestiadæ eius auunculi vtrunque illi ademerunt. Qua re cognita ille eos interfecit. Althæa Meleagri mater ob fratrum suorum cædem filio irata, cum execrata est, eíque interitũ exoptauit. Quum Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij impetum hoſtium ſuſtinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placatæ rogatu opem ferre patriæ voluit. Flexus tandem & victus Cleopatræ vxoris precibus, hoſtes à mœnibus Calydonis propulsauit. Althæa autem odio renouato, facem ei à Parcis donatã, inflãmauit. Vide Homer. lib. 1. Iliad. & Ouid. lib. 8. Metam.

MELEAGRAEA, Calydon vrbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit. Sipontinus.

Meleagrides, pen. corr. {μελεάγριδες} Gallinæ Africæ. Plin. libro 10. cap. 26, Simili modo pugnant meleagrides in Bœotia Africæ: hoc est gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis, quæ nouiſſimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ propter ingratum virus. Verùm Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Colum. lib. 8. cap. 2.

MELESIGENES, pen. corr. Nomen proprium fuit Homeri poetæ, qui propter cæcitatem Homerus est appellatus, vt suprà scripsimus.

Melia {μελία} A Græcis dicitur arbor, quam Latini fraxinum vocãt. Vide Ruell. lib. 1. cap. 82. ¶Est & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum lib. 1. Genealog.

Melia terra {μηλία γῆ} Terræ genus est Eretriæ cinereæ non dissimile, quòdque digitis confricatum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina eadem ferè cum alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam vſui est, ad diuturnioré colorum firmitatem. Plinius Melinum vocat, nomine deducto à Melo, insula vna Sporadum, vnde aduehi solet.

MELIBOEA {μελίβοια} Vrbs est litoralis Magneſiæ, propinqua Theſſaliæ, vt testis est Herodotus lib. 6. ¶Fuit etiam patria Philoctetæ, dicente Lucano lib. 6, -pretióque nefandæ

Lampados, Herculeis fortis Melibœa pharetris.

Fulgens Melibœa purpura. Lucret. lib. 2.

Melibœus, Adiectiuum, Vnde Purpura Melibœa, hoc est Melibœensis, ait Seruius.

Meliceris, pen. prod. meliceridis, fœm. gen. vel Meliceria, meliceriæ {μελικηρὶς} à cera & melle nomen accepit. Tuberculum mellis craſſitudine in cubitis & genibus: interdum quoque aliis partibus, & in ore ipſo, & in capite: quod ita nominatur, quia humor in eo melli ſimilis

milis includitur, nec preſſum remittitur, vt id quod gangilion siue ganglion appellant in eadem parte, sed molle cedẽsq;. Plin. lib. 20. cap. 21, Radice meliceras & lepras curãt. Idẽ lib. 21. cap. 20, Et cõtra meliceridas efficax. Sunt qui scribũt melliceris. Vide Celsum lib. 5.

MELICERTA {μελικέρτης} Filius Athamantis & Inus, cum quo mater quum videret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare ſe præcipitem dedit: & postquam in numina sunt commutati, Græcè Leucothea & Palæmon sunt appellati: Latinè Portunus, & mater Matuta. Author Seruius apud Virgilium 1. Georgicorum, Vtráque seruati soluent in littore nautæ

Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Fabulam describit Ouid. 6. Fastorum.

Melichros, penult. corr. Lapis modò niger, modò flauus, à mellis colore vocatus. Plin. lib. 37. cap. 11.

Melichryſis, pen. prod. Gemma quæ ex India mittitur, quasi per aurũ syncero melle transluces. Plin. lib. 37. cap. 9.

Melicus, Vide MELOS.

Melicum, ab imperito vulgo dicitur gallinarum genus, quod medicum dici debet, teste Columella libro 8. cap. 2, his verbis, Præcipuè Tanagricum genus, & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicũ & medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata melicum appellatur: nobis noſtrum vernaculum maximè placet.

MELIGENE, pen. corr. Ptolemæo lib. 2. cap. 17, Melitusa Polybio dicitur, quam nos Meliten insulam vocamus, ad mare Adriaticum, ante Dalmatiam sita.

MELIGVNIS {μελιγωνὶς} Insula est Siciliæ adiacens, vna ex Æoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plin. lib. 3. cap. 9.

Melilotos, pen. prod. fœm. gen. {μελίλωτος} Herba quã Columella Serulam Campanam appellat, quòd in Serta vrbe Campaniæ frequentiſſima sit. Plin. lib. 21. cap. 11, Melilotos vbique nascitur. Laudatiſſima tamen in Attica.

Melimeli, melimelis, pen. corr. neut. gen. {μελιμῆλα} Sapor mali Cydonij ita conditi vt melli quiddam simile referre videatur. Colum. lib. 12. cap. 45.

Melimelum, melimeli, pen. prod. {μελίμηλον} Dicitur pomum musteum, siue dulce, quaſi mel pomum. nam μέλι Græcis dicitur mel, & μῆλον malum, quòd mellis saporem habeat. Plinius musteum à celeritate nascendi denominatum dicit, lib. 15. cap. 14.

Mustea à celeritate mirescendi: quæ nunc melimela dicuntur à sapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Martial. lib. 7. 24,

Infanti melimela dato, fatuáſque mariscas. Plin. lib. 23. cap. 6.

Melimela rubere. Horat. 2. Serm. Satyra 8,

Post hæc me docuit melimela rubere minorem

Ad Lunam delecta.

Melinum, melini, Apiaſtrum vocat Varro de Re rustica, lib. 3. cap. 16, his verbis, Et ortum habuiſſe, ac reliquum thymo, & cythiso obseuiſſe & apiaſtro, quod alij meliphyllon, alij meliſſophyllon: quidam melinum appellant.

¶Melinum, pen. corr. {μήλινον ἔλαιον} Oleũ ex flore malorum. Plin. lib. 23. cap. 6, Fit & oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideò vtiliſſima quæ ex Sicilia veniunt.

¶Melinum, pen. corr. Vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 1, Postea eodem loco prælatum est melinum, Cyprinum in Cypro.

¶Melinum, pen. prod. Coloris cãdidiſſimi species. Plin. lib. 35. cap. 6, Melinum candidum & ipſum est, optimum in Melo insula. in Samo quoque nascitur. sed eo non vtuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Plaut. Moſtel. 4. Quidam volunt esse colorem medium inter album & fuscum, qui dicitur giluus.

Melina, melinæ {ἐδώδιμος χάνος} Genus vestis apud Plautum in Epidico, 2, -vbi ergo eſtẽniſi ſi in vidulo,

Aut ſi in melina attuliſti. ¶Est item genus tibiæ acutiſſimi soni, vt Festus ait.

MELINOPHAGI {μελινοφάγοι} Thraciæ populi, ita dicti, quòd panico vescantur. Stephanus.

Melior, Meliuſculus, Melioreſco, Melioro, Vide BONVS.

Meliphyllon {μελίφυλλον} Nomen herbæ. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16, Reliquum thymo & cythiso obseuiſſe, & apiaſtro, quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Virgilius 4. Georg. Trita meliphylla, & cerynthe ignobile gramen. Alij legunt Meliſphylla. Vide MELISSOPHYLLVM.

Melis, huius melis, fœm. gen. Vel, vt alij malũt, Meles, huius melis {μέλης} Animal quod & Taxo, siue Taxus dicitur, quòd ſic mellis auidiſſimũ, & alueari bus ſemper infeſtũ, in cauernis viuẽs, aſperũ, mordáque, magnitudine vulpis, colore felis: ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. Varro 3. de Re rust. cap. 12, Alterum ne felis, aut melis, aliáve quæ bestia intrare poſſit.

Lucifuga meles. Subit enim cauernas. Gratius in lib. De venatione -collaribus ergo

Sunt qui lucifugæ cristas inducere melis

Iusserе. De collaribus canum loquitur. Mel auidè appetit, vnde nomen inuenisse putatur.

MELISSA, Vide MELISSVS.

Meliſſophyllum, melisſophylli {μελισσόφυλλον} Plin. lib. 20. cap. 11, Apiaſtrum Hygínus quidem meliſſophyllon appellat: sed in confeſſa damnatione est venenatũ in Sardinia. Virgilius per syncopam dixit, 4. Georgicorũ, Trita meliphylla. Alij apud Virg leguntur meliſſphylla.

MELISSVS {μέλισσος} Fuit rex Cretensis antiquiſſimus, qui, vt scribit Lactantius Inſtitutionum lib. 1, primus diis sacrificauit, habuítque filias Amaltheam & Meliſſam, quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle aluerũt, vnde Meliſſa apes dicta fuit: & Amaltheæ capræ eiusdem nomen accepit. Colum. lib. 9. cap. 2, Nec sanè ruſtico dignum est ſciſcitari, ſuſtne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quam Iupiter in apem cõuertit. Vnde & apes Græcis μέλιτται dicuntur. ¶Fuit item Meliſſus grammaticus muneri datus Mecœnati, ac manumiſſus ab eo. Author Trãquillus. ¶Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit. Rempublicam administrauit, classíque in bello præfuit, vt refert Apollodorus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16, Et tua cũ ſocco Muſa Meliſſe leuis. ¶Fuit & alter Meliſſus, Helius nomine, summi quidem loci inter Grammaticos ſui temporis Romæ, ſed maiore in literis iactantia, quàm opera. Meminit Gellius lib. 18. cap. 6.

MELITE, Melites: siue Melita, Melitæ, pen. corr. {μελίτη} Insula inter Italiam Epirúmque posita, & (vt scribit Strabo) ante Pachynum sita. Cic. 6. Verr. Melita insula satis lato ab Sicilia mari, periculoſóq; diſiunctа: in qua eodem nomine oppidum. Nunc vulgò dicitur *Malta*. Vnde Melitæi canes, paruuli olim in delicijs fœminarum. De hac Ouid. 3. Fastorum, Fertilis est Melite. ¶Est & vrbs hoc nomine Carthaginiẽſium colonia. Diodorus refert in Melita insula pretioſam tenuitate ac mollitie telam fieri. Cicero 4. Verr. Veſtem Melitenſem nominauit.

Melitæus & Melitensis, Adiect. {μελιτᾶος.} vt Canes Melitæi & Melitenſes, Plin. lib. 30. cap. 5. Melitenſem roſam cõmendat Cic. 7. Verr. Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. vlt.

Melites, Gemma est mali coloris, vt inquit Plin. lib. 37. cap. 11.

Melitites, penult. prod. Plin. lib. 36. cap. 19, Melitites lapis succum remittit dulcem, mellitúmque tusus.

Melitites, melititis, pen. prod. masc. gen. {μελιτίτης} Potio ex musto & melle facta, authore Plinio lib. 22. cap. 24.

Melitton, melittonis, pen. prod. masc. gen. {μελιττὼν} Vbi apes nutriũtur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16, μελιττῶνας ita facere oportet: quos alij μελιτϑροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria.

Meliturgus, Vide MEL.

Melium {μήλιον} Herba est in aquis nascens, & locis viginoſis, semẽ habens lini ſemini nõ diſſimile, aliquantò tamen maius & firmius, & præ læuore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſcorid. lib. 3.

Melius, Cõparatiuum à Bene, & Meliuſcule, Vide Bene in BONVS.

MELIZANDRVS Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, vt est author Ælianus de varia historia.

MELLA {μέλλα} Fluuius Galliæ est, iuxta quem Amella herba frequẽs nascitur. Seruius. Blondus in Italia illuſtrata, Brixiam, inquit, præterlabitur fluuius Mella. quod etiam testatur Catull. in epigr. ad Iauuam his verbis,

Flauus quam molli percurrit flumine Mella,

Brixia Veronæ mater amata meæ.

Flumina curua Mellæ. Virg. 4. Georg.

¶Mella, mellæ, fœm. gen. Aqua è melle ſic fieri ſolita, vel potius è ceris quibus adhuc nonnihil mellis adhæreſcebat. Quum ſecundarium mel de fauis erat exceptum, ceræ ſtatim minutè reſoluebantur ac rumpebantur, & aqua fontana vel cæleſti macerabantur. Expreſſa deinde aqua colabatur, & in vas plumbeum defuſa decoquebatur, omniſq; ſpurcitia cum ſpumis eximebatur. quæ decocta, quum tam craſſa eſſet quàm defrutum, refrigerabatur: & bene picatis lagenis condebatur. Hac mella quidam pro aqua mulſa vrebantur: nonnulli etiam pro defruto in condituras obuiarum. Author Columella lib. 12. cap. 11. Erat igitur mella velut ablutio cerarũ aliquid mellis adhuc habentium: aqua verò mulſa ex optimo melle fiebat, vt idem author ſcribit capite proximo.

MELLARIA, Vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, patria Pomponij Melæ, vt ipſe teſtatur lib. 2. cap. 6. ſub finem. Oliuarius dicit Mellariam hodie non extare.

Mellarium, Mellarius, & Mellatio, Vide MEL.

Melliceris, Vide MELICER 1 s nam vnico I ſcribi debet.

Melliculum, Mellifer, Mellifico, Mellificus, Mellificium, Vide MEL.

Melligo, pen. prod. melligonis, fœm. gen. {μέλιγμα} Succus è lacrymis arborum, ſiue florum, quem apes deuorant, quémque poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operandóque componunt. Plinius lib. 11. cap. 6.

Melligo etiam, pro quocunque ſucco floreſcentis fructus adhuc, atque immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27, In prima lanugine demetitur vua, riúſque melligo. Reliquum corpus ſole coquitur.

Mellillus, Mellitus, Vide MEL.

MELLONIA, vel Melona, Mellis dea à Romanis putabatur.

MELO, Fluuius, qui & Nilus & Gehon appellatus est. Auſonius in ænigmate.

MELOBOSIS, pen. corr. Nympha est: ſic dicta ab ouibus paſcendis, teſte Heſiodo in Theogonia.

MELOCABVS {μηλόκαβος} Germaniæ vrbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. Vulgò *Cholmeck*.

Melocarpus {μηλόκαρπος} Herba est quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcor. lib. 3. cap. 4.

Melodes, Melodia, Vide MELOS.

MELOESSA, Inſula ex Syrenis vna: non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta Vide Plin. lib. 3. cap. 10.

Melomeli {μηλόμελα} à Colum. lib. 12. cap. 45, vocatur, quum mala maturiſſima, integra, siue macula in lagena in melle ſubmerguntur. Sed rectius legitur melimeli. Vide ſuo loco.

Melones, dicuntur à Palladio genus peponis, quod aliis melopepo appellatur, quaſi pepocydonius, vel cotoneus, quòd mali cydonij figurã habeat. dicitur enim κατὰ τὸ μῆλον: hoc est à pomo vel malo, quod abſolutè Græcis malum cotoneum ſignificat.

Melopepones {μηλοπέπονες} Fructus ſunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, ſed humi rotundantur, & odorem iucundiſſimum habent, vbi maturuere: Palladius Melones vocat. Vide Ruell. lib. 1.

Melos, neut gen. {μέλος} indeclinabile, Cantus ſuauitas, vel dulcis modulatio. Perſ. in Prolog. 3, Cantare credas Pegaſeium melos. Sic Calepinus, Græci autem, quorum hæc est dictio, τὸ μέλος, τοῦ μέλους μέλους, τῷ μέλει. Lactãtius Firmianus declinationem Latinam formauit, Hoc melos, huius meli, &c. apud quem ablatiuus melo, in carmi-

ne de Christi resurrectione, legitur, Fitque repercusso dulcior aula melo. Melos, inquit Budæus, ad flexum vocis pertinet. cõstat enim canore ac sonis: rythmus verò modulatione: pertinet enim ad corporis gestum & collocationem verborum, vt docet Quintil. lib. 1. Instit. de musica loquens.

Longum melos. Horat. 3. Carm. ode 4.

Mele {μέλη} Nominatiuus plur. Græcus, à μέλος, Idem quod carmina & modulationes. Lucret. libro 2, -æquè
Ac musæa mele per chordas, organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.
Cygnea mele. Lucret. lib. 2.

Melodia, melodiæ {μελῳδία} Dulcis cantus, siue melleus.

Melodes, pen. prod. {μελῳδὸς} Qui dulcia carmina cantat. Sidonius, Proculus melodes insonare pulsibus.

Melicus, pen. corr. {μελικὸς} Adiectiuum, à μέλος, Idem quod musicus. Vnde poetæ lyrici, melici dicti sunt. Ausonius, Tu melicos lyricósque modos. Cic. de Optim. genere Orat. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici, &c.

Melici sonores. Lucret. lib. 5.

MELOS, insula inter Cycladas Pomponio numeratur, lib. 2. Nunc vulgò *Mil*, aliis *Milo*.

Melota, melotæ, pen. prod. fœm. gen. Pellis ouilla: sed non tam pellem ouis significat, quàm exuuium, hoc est pellem corpori detractã vnà cum lana. Erasmus in epist. ad Hebræos, capite 11. De Melota vide Gesnerum, pag. 279.

Melothrum {μήλοθρον} Herba est, quæ alio nomine *ἄμπελος λεύκη*, hoc est vitis alba appellatur. De hac Dioscorid. lib. 4.

MELPOMENE, pen. corr. {μελπομένη} vna Musarum. Vide in dictione MVSAE. Horat. 1. Carm. ode 24, -præcipe lugubres
Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cũ cithara dedit. *μέλπω* idem significat quod Cãto, celebro.

MEMBLIARVS {μεμβλιάριος} Insula est maris Ægei, vna Sporadum, nõ procul à Thera & Anaphe. Plin. lib. 4. cap. 12.

Membrum, membri {κῶλον, μέλος, ἄλλο, γένος.} Sipontinus, Artus à membris ita distinguuntur, quòd artus dicimus ossa cum neruis & venis: membra autem propriè vocamus carnem artus tegentẽ. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est pellis ipsa appellabatur. Silius libro 2, -& venis malè iuncta trementibus ossa:
Extant consumptis visu deformia membris. Quædam exemplaria legunt neruis.

¶Membrum, etiam pro singulis corporis partibus ponitur. Cic. 3. de Finibus, Iam membrorum, id est partium corporis alia videntur propter eorũ vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. Alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendã ornatum, vt cauda pauoni.

Iners membris, Vide INERS.
Artus magni membrorum. Virg. 5. Æneid.
Flexus membrorum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Grauitas. Lucret. lib. 3.
¶Abalienata, Vide ABALIENO.
Accommoda bellis. Stat. 4 Sylu. 4.
Ægra. Ouid. epist. 20.
Aulsa. Virg. 9. Æneid.
Cæsa. Ouid. 6. Metam.
Candida. Ouid. 2. Metam.
Curua. Ouid. 3. Metam.
Debilia. Silius lib. 10.
Direpta manibus. Ouid. 3. Metam.
Discerpta gruis. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Dissecta laceri corporis. Senec. Hippol. 12.
Exanguia. Silius lib. 7.
Exilia. Ouid. 5. Metam.
Fessa diurnis ministeriis. Ouid. 4. Metam.
Hispida. Iuuen. Satyr. 2.
Immania. Ouid. 12. Metam.
Implicita. Lucan. lib. 3.
Liquefacta. Silius lib. 1.
Muliebribus membris puer. Lucret. lib. 4. Id est puer tener.
Procera. Silius lib. 16.
Rigentia fugiente vita. Lucan. lib. 2.
Saucia. Ouid. 2. Metam.
Membra senecta. Lucret. lib. 3. Vide Senectus, in SENEX.
Squalida. Lucret. lib. 5.
Tenera. Lucret. lib. 4.
Truncata. Claud. de bello Get.
Turpia membra vdo fimo. Virg. 5. Æneid.
Valida ac iuuenilia membra. Iuuenalis Satyr. 11.
Velocia. Silius lib. 17.
Vieta. Horat. Epod. 12.
Viuida. Silius lib. 7.
¶Lassata membra abluere. Ouid. 6. Metam.
Abscindere. Lucret. lib. 3.
Languida membra cadunt. Ouid. epist. 20.
Captus membris, In CAPIO.
Defessa componere membra. Virg. 4. Georg.
Correpunt membra pauore. Lucret. lib. 5.
Viua membra dilaniat. Ouid. 6. Metam.
Dissoluuntur membra, fluuntque. Lucret. lib. 4. de somno.
Diuidi à membris suis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Hunc ego si cupiam, nunquam dimittere possum,
Antè vel à membris diuidar ipse meis.
Curata membra dare sopori. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Placidam membris dat cura quietem. Virg. 4. Æneid.
Durare membra in duro opere. Lucret. lib. 5.
Erigere cubili. Silius lib. 7.
Pauor membra excutit. Senec. Thyeste, 1.
Expressus membris infans. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Irrigare alicui quietem per membra. Virg. 1. Æneid.
Langue sunt membra. Lucret. lib. 4.
Laxare membra quiete. Virg. 5 Æneid.
Leuare baculo. Ouid. 8. Metam.
Luxuriant membra. Ouid. 7. Metam.
Membra madent vino, In MADEO.
Mollia mouere. Lucret. lib. 4.
Incuruata membra posuere solo. Ouid. 6. Metam.
Horror membra quatit. Virg. 3. Æneid.
Genitalia recidere. Ouid. 2. Amor. eleg. 3.
Soluuntur frigore. Virg. 12. Æneid.
Soluta languore. Ouid. 11. Metam.
Valens membris. Virg. 5. Æneid.
Lues tabida venit membris. Virg. 3. Æneid.
Vigor habilis venit membris. Virg. 4. Georg.
¶Dicuntur & membra in statuis: vt
Fundere membra statuæ. Quintil. lib. 2. cap. 1, Is ne statuam quidem inchoari credet, quum eius mẽbra fundentur. Idem lib. 7. cap. 1, Neque enim, quanquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur.

¶Membrum, in oratione, Est (inquit Valla) sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Author ad Herenn. lib. 4, Membrũ orationis appellatur res breuiter absoluta, sine totius sententiæ demõstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cic. in Orat. Nescio cur, quum Græci *κόμματα* & *κῶλα* nominent, nos non rectè Incisa & Membra dicamus. Idem 1. Verr. Quid quum accusationis tuę membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ cõstituere? Vide Incisum in INCIDO, penult. prod.

Membrum dormitorium dixit Plin. iunior lib. 2. epist. 17, Adhærer dormitorium membrum trãsitu interiacente. Id est pars domus, quieti corporum dicata. Videtur autem esse Dormitorium membrum, quod idem Plinius lib. 5. epist. 6, Dormitoriũ cubiculum vocat, quod etiã Sidonius imitatus est. Quin & partem domus Columella membrũ nominat lib. 1. cap. 6. cui titulus est De positione villæ. Modus, inquit, membrorũmque numerus aptetur vniuerso consepto: & diuidatur in tres partes, vrbanam, rusticã, & fructuariam. Et Vlpianus de manumissis testamẽto. l. Si ita fuerit. Quæri, inquit, potest, si fabris duobus vel pictoribus, si mẽbrum depinxissent, vel fabricassent nauem, quid adscriptum sit.

Membrosus, pen. prod. vnde Comparatiuum Membrosior, id est mentulatior.

Membratim, pen. prod. Aduerb. {κατὰ κῶλα καὶ μέλη} Per singula mẽbra. Plin. libro 9. cap. 15, Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur.

Membratim tractare aliquid. Plin. libro 11. cap. 37. Cic. in Partit. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio.

Generatim & Membratim, contraria. Plin. lib. 25. cap. 11.
Sensum vitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3.
Incisé & membratim dicere. Cic. in Orat. Quo autem pacto deceat incisé membrasímve dici, iam videbimus.

Membratim & cæsim. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicunque acriter erit & instanter, pugnacitérque dicendum, membratim cæsimque dicemus Id est per incisa & membra, siue per cola & commata.

Membrana, pen. prod. {ὑμὴν} Pellis quæ artus tegit, vt superius dictum est. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit. Plin. lib. 9. cap. 29.
Squamea membrana chelydri. Ouid. 7. Metam.
Membranas mittunt vituli de corpore summo. Lucret. lib. 4.
Membrana ligni. Plin. lib. 16. cap. 14, de tilia, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana.
Violare membranam. Celsus lib. 8. cap. 3.

¶Membrana, Charta pergamena, è pellibus animantium cũcinnata. Plin. lib. 13. cap. 11, Mox æmulatione circa bibliotheccas regũ Ptolemæi & Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idé Varro membranas Pergami tradidit repertas. Horat. de Arte,
Membranis intus positis delere licebit
Quod non ædideris.
Bicolor membrana. Persius Satyr. 3.
Consecare in tenues membranas, In CONSECO.
Directa plumbo membrana. Catul. ad Varum, epigr. 19.
Lutea membrana niueum inuoluat libellum. Tibull. lib. 3. eleg. 1.

¶Membrana, pro Superficie, figura, & simulacro aliquo rerum: vt
Membrana fumi, coloris, &c Lucret. lib. 4,
At contrà, tenuis summi membrana coloris
Quum iacitur, nihil est quod eam differpere possit, &c.

Membranula, pen. corr. Diminutiuum {ὑμένιον,} Cic. ad Atticum, lib. 4, Iisque imperes, vt sumant membranulam ex qua indices fiant.

Membranaceus, Adiect. {ὑμενώδης} Quod similitudinem membranæ habet. Plin. lib. 16. cap. 31, Quibusdam cortex membranaceus, vt viti. Idem libro 10. cap. 61, Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ vni.

Membraneus, Aliud adiect. {ὑμένιος} Quod ex membranis est. Vlpianus de Legat. 3. l. Librorum appellatione. Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Membrari {μελεῦσθαι} Per membra formari: quo verbo vtitur Censorinus.

Membratura, membraturæ, pen. prod. {μελοποία} Membrorum compositio.

Meme, Accusatiuus geminatus, maioris vehementiæ gratiâ, ab Ego primitiuo. Virg. 9. Æneidos,
Meme adsum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli.
Vbi Seruius, Meme, subaudi, interficite: & est interrupta elocutio dolore turbati.

Memecylos {μεμέκυλος} Species est arbuti. Plin. lib. 15. cap. 24, de vnedono

doue loquẽs, Duobus tamen hoc nominibus appellãt Græci Comaron, & Memecylon, ex quo apparet totidem esse genera apud nos. Vide Dioscoridem lib. 1.

Memet, Pronomen compositum, pro Meipsum. Plautus Capt. 7, Nec me secus vnquam ei facturum quicquam, quàm memet mihi. Idem Cistel. 1, Sed nunc ego memet moror.

Memini, pen. cor. {μέμνημαι, ἀπαρέμμνημαι} Verbum defectiuum in præterito tantùm coniugatur, & temporibus à præterito formatis, præter hæc etiam habetin imperatiuo, memẽto, mementote, pen. prod.

Memini, à Meno antiquo verbo fit, quo veteres vsi sunt pro Recordor, & in mentem reuoco. Quanuis sit præteritũ hoc verbum in præsenti ferè semper accipitur, teste Valla in Raudens. Plaut. Perf. 5;
-potin' ne moneas? memini, & scio,
Et calleo, & commemini. Terent. And. 5. 5,
Facturum quæ voles scio esse omnia. P. memini. Cic. pro Quintio, Memini, vetus est, de scurra multò facilius diuitem, quàm, &c.
Bene memini. Horat. 1. Serm. saty 9.
Maximè memini, In MAGIS.
Libentius meminit illud. Horat. 2. epist. 1.
Longissimè, Vide LONGVS.
Memoriter meminit, Vide MEMOR.
Animus meminisse horret. Virg. 2. Æneid.
Doloris pars est meminisse. Ouid 9 Metam.
¶Meminero, penul. cor. Plaut. Asin. 3,
Ibi siquid opus fuerit, L. meminero.
Memineris vnde sit oriundus. Plaut. Aulul. 2. 6.
Meministi quantum. Cic de Amic. Meministi enim profectò vt opinor Attice, &c. quanta esset hominum vel admiratio vel querela.
Memini comprimere. Plaut. Epid. 11 13. Terent. And. 2. 5,
Ego illam vidi virginem, forma bona memini edocta. Vbi Donatus, Memini videre, aut Memor fum me vidisse. Aut, memini me videre: hoc est, Intelligo, scio: aut, Memini quòd viderim. Memini videre, pro vidisse. Cic. 6 Verr. Hoc me memini dicere. Idem 1. de Legib. Iuri studere ce memini. Virg. eclog. 9,
Cantando puerum memini me condere soles. Valla in Raudensem, Hic (inquit) versus magis licentiam poëticam ostendit, qua egò non vterer duntaxat in prosa. Dicerem enim sic, Memini me puerum condidisse, seu condere solitum esse dies cantando. Hactenus Vallas: cuius sententiæ refragantur exempla ex Cicerone producta.
Memini permisisse. Cic. Attic. lib. 1. Idem pro Rosc. Amer. Meminisse me ita distribuisse initio causam:
Memineris meminisse. Plaut. Capt. 5.
Meminisse & commemorare. Cic. pro leg. Manil.
Memineris de. Cic. pro Sylla, Ne qui posset tantum aut de Reip: aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet.
Memini diei. Terent. Eunuch. 4. 7,
Faciam vt huius loci, dieíque mesque semper memineris.
Meminit officium suum. Plaut. Casina 5. Plin. lib. 8 cap. 40. de canibus, Itinera quanuis longa meminere. Terent. Phorm. 2. 3, Si memi nisti quod olim dictum est, subiice. Cic. 4. Acad.
Numeros memini, si verba tenerem. Virg. 9. eclog.
Meminerunt omnia amantes. Ouid. epist. 21.
Memini Cinnam, vidi Syllam, modo Cæsarem. Cic. 5. Philip.
Memini disputata ab eo. Cic. de Amic.

¶Memini, pro eo quod est Mentionem facio: recusat accusatiuum, postulátque genitiuum, vel ablatiuum cum præpositione de, vt Quintil. lib 11. cap. 2, Neque omnino huius rei meminit vsquam poëta ipse. & iterum, De quibus multi meminerunt. Hæc Valla li. 3.

Meminisse, Infinitiuus pro nomine, quod Græci dicunt *τὸ μεμνῆσθαι*, id est, memoria, seu vis ac potestas animi, qua res prẽteritas meminimus. Lucr. 1. lib. 4,
Præterea meminisse iacet, languétque sopore. id est, memoria. Sic loquitur Ennius,
Aut occasus vbi, tempúsve audere repressit. id est, audaciam, *τὸ θαρσεῖν*. monuit Lambinus.

Memor, memoris, pen. cor. {μνῆμων} omnis generis, secundum Priscianum, à Memini fit. Virg. 9. Æneidos,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo. Terent. And. 1. 5,
Vnum hoc scio, hanc meritam esse vt memor esses sui. Virg. 4. Æn.
Admissi memor. Ouid. 11. Metam.
Venturæ hyemis memores apes. Virg. 4. Georg.
Facere aliquem memorem sui. Virg. 6. Æneid.
Viue memors, quàm sis æui breuis. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Memor & gratus. Cic. 4. Verr.
¶Memor, Cuius nos memores sumus. Virg. 1. Æn.
-fœuæ memorem Iunonis ob iram. Horat. 1. Carm. ode 13,
-siue puêr furens
Impressit memorem dente labris notam. Hoc est, tam vehementem, vt non facilè excidat memoria.
Aure memori vocem condidit. Ouid. epist. 19.
Cura memor. Ouid. 4. de Ponto eleg. 2.
Ira memori te vindicat. Ouid. epist. 20.
Mens memor. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Memorem mones. Prouerbiũ. Plaut. Stich. Capti consilij memorem mones. Conuenit in eos, qui consilium dare consultissimo, vel docent doctiorem. Lucret. lib. 3, Admonuit memorem, dixit.

Memoria, Memoriæ, {μνήμη, μνημοσύνη, μνημοσυνὴ, μνεία, μνῆσις} Est (inquit autor ad Herennium) firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio. Cic. 2. de Inuent. Memoria est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Terent. And. 5. 4,
Nunquid jmeministi? CR. id quæro. P. egóne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obstare, quum ego possim in hac re medicari mihi?

Memoria, teste Varrone, à manando dicta, quasi manimonia. Itaque, inquit, Salij qui cantant Mamurium Veturium significant veterem memoriam. Hæc ille lib. 5. de ling. Lat.

Memoria & recordatio. Cic. de Claris Orat. Quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimísq; curis iucũda sanè fuit.
Ad memoriam, Vide AD Præpositionem.
Insigne ad memoriam, Vide INSIGNIS.
In memoriam sempiternam, Vide IN præpositionem.
Annalium memoria. Tacit. lib. 4.
Memoria patrum. Cic. pro Fonteio, Quod persæpe & nostra, & patrum memoria sapientissimi iudices, de clarissimis nostræ ciuitatis viris dubitandum non putauerunt.
Memoria rerum. Asinius Pollio ad Cic. lib. 10, Et quidem quum agererur, fleuit memoria rerum gestarum commotus.
Nihil post hominũ memoriã gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi. Cic. ad Plane. lib. 10.
Ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatum. Cic. 1. de Orat.
Quis non iure miretur ex omni memoria ætatum temporum, &c.
Omnis memoriæ facilè princeps. Cicero post reditum in Senatu, Cn. Pompeius omnium gẽtium, seculorum ómnium, omnis memoriæ facilè princeps.
Omni memoria, vel in omni memoria: pro In omni tẽpore. Cic. de Arusp. resp. Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violauit, nemo vnquam adiit.
Inauditum in omni memoria. Vide INAVDIO.
Multi etiam superiore memoria ciues Romani, &c. Cicero pro Corn. el. Balbo.
Vsque ad hanc memoriam. hoc est, Vsque ad hoc tempus. Liu. 2. ab Vrbe.
Vt mea memoria est. Cicc. ad Attic. Id est, quantum possum meminisci.
Mea memoria; Memoria tua: Hoc est, Quantum meminisse possumus. Cicero pro Sextio, Nec verò huic tantæ multitudini, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit, decrò. Idem pro Rabirio perduel. reo. Causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua: Ablatiuus est.
Alta memoria, Vide ALTVS.
Bona, In BONVS.
Egregia. Tacit. lib. 4.
Exoleta. Liu. Decad. lib. 7 4.
Immortalis, Vide IMMORTALIS.
Incredibilis memoria. Plin. iunior lib. 2. epist. 3.
Intermortua memoria, Vide INTERMORIOR.
Læta. Tacit. lib. 3.
Ab recenti memoria perfidiæ, aliquanto minore cum misericordia auditi sunt Carthaginẽsium legati. Liu. 3. Decad. lib. 10: Id est, ob recentis perfidiæ memoriam.
Sancta. Tacit. lib. 20, Quippe Sorani sancta memoria.
Sempiterna: Cic. de Amic.
Tenacissima. Quint. lib. 11. cap. 2.
E vetere. Tacit. lib. 3.
Abiicere memoriam doloris, In ABIICIO.
Abit, Vide ABEO.
Accipere, Vide ACCIPIO.
Adæquare memoriam, Vide ADAEQVO.
Adhibere memoriam, In ADHIBEO.
Adimere, In ADIMO.
Afferre, In AFFERO.
Memoriæ affigere. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Agitare. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Amittere, In AMITTO.
Amplecti, In AMPLECTOR.
Augere, In AVGEO.
Celebrare memoriam nominis alicuius, In CELEBRO.
Circunferri auorum memoria, Vide CIRCVNFERO.
Colere memoriam, In COLO.
Colligere memoriam. Cic. in Brut.
Commendo memoriæ. Vide COMMENDO.
Complecti. Cic. 2. de Diuin.
Comprehendere, Vide COMPREHENDO.
Confunditur memoria. Columel. lib. 7. cap. 9, In maiore numero diuersis notis opus est, ne confundatur memoria custodis.
Consecrare nominis memoriam, Vide CONSECRO.
Conseruare memoriam. Cic. Fam. 4.
Consignata literis, In CONSIGNO.
Memoria continere. Quint. lib. 9. cap. 4.
Animo percipere, & memoria custodire. Cic. 1. de Orat.
Custoditi hominum memoria, In CVSTODIO.
Memoriæ alicuius dare operam. Cælius ad Ciceronem lib. 8, Non quin mihi suauissimum fit & occupato, & ad literas scribendas (vt tu nosti) pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam.
Defici memoria. Colu. lib. 7. cap. 9, Qui si memoria deficitur, quo minus agnoscat cuiusque progenies, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis imponat.
Delere memoriam. Cic. Fam. 2.
Deponere memoriam, vel ex memoria. Cic. pro Cœl.
Dilabi, vel elabi memoria. Cic. Philip 13.
Discedere memoriam. Cic. in Somn. Scipion.
Euanuit memoria. Cic. 2. de Orat. Omnis eorum memoria fensim obscurata est, & euanuit.
Euellere è memoria. Cic. Fam. 5.
Excitare memoriam, & ad memoriam. Cic. pro Sest. & in Topic.
Expellere. Cæsar 1. de bel. Ciuili.
Extinguere. Cic. pro Milone.
Memoria falli. Plin. lib. 10. cap. 42, Constat picas emori difficultate verbi victas, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli.
Firmare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Vetus memoria firmauit. Tacit. lib. 5.
Fugiet memoriam iudicis. Quintil. lib. 4. cap. 5.

In memoria habere, Meminisse. Terent. And.1.1, Vbi Donatus, In memoria habeo. Plus est quàm si dixisset scio: nã quæ scimus, possumus obliuisci: quæ verò memoriæ mãdamus, nunquam amittimus.
Implorare memoriam alicuius, Vide IMPLORO.
Incurrere in memoriam cõmunium miseriarum, Vide INCVRRO.
Inducere aliquem in memoriam rei alicuius, Vide INDVCO.
Inferre memoriam sempiternam in domum suam, Vide INFERO.
Infixa mentibus memoria Consulatus amici, Vide INFIGO.
Inhæret oculis memoria imaginis, Vide INHAEREO.
Insidere memoriæ, Vide INSIDO.
Insidet in memoria. Cic.2.de Orat. Nihil quisquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea pœnitus insederit.
Intercidit memoria, Vide INTERCIDO.
Labat memoria, Vide LABO, labas.
Memoriæ mandare. Cic. de Amic. Eius disputationis sententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem pro Quintio, Quæso vt eum diem memoriæ mandetis.
Manet, Vide MANEO.
Memoria memini facilé. Plaut. Cap. 7.
Moritur, In MORIOR.
Obtuere memoriam, Vide OBVO.
Obscurare. Cic.2.de Orat.
Occidit, Vide OCCIDO.
Perdere, In PERDO.
Memoriæ prodere sermonẽ alicuius. Cic.lib.3.de Orat. Sed quòniam hæc iam neque in integro esse possunt, & summi labores magna compensati gloria mitigantur, pergamus ad ea solatia, quæ non modò sedaris molestia iucunda, sed etiam hærentibus salutaria nobis esse possunt, sermonémque L. Crassi reliquum ac pènè postremum memoriæ prodamus.
Memoria proditum. Cic.1.de Orat. Quia memoria sic esset proditum, quem pater, &c.
Prodere memoriam alicuius rei posteris. Cælius Cic.lib.8.3.
Memoriæ proditum est. Cic.de Amic. Tum etiam cum iis, & inter se coniunctissimos fuisse M. Curtium, & T. Goruncanum memoriæ proditum est.
Memoriam alicuius sibi proponere atque imaginem. Cicero de Amic. Nemo vnquam aut animo aut spe maiora concipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet.
Prosequi memoriam. Cic. Philip. 10.
Repetere memoriæ euentus aliorum, siue vetera. Cic.1.de Orat.
Recordari. Cic.pro Arch. Poet.
Redintegrare. Cic.1.de Inuent.
In memoriam redire & regredi, Vide IN præpositionem.
In memoriam rediit Quintius, quo die, &c. Cic.pro Quintio.
In memoriam redite quæso quæ libido istius fuerit. Cic.3. Vert.
In memoriam redigere & Reuocare animos ad memoriam, siue Reducere in memoriam. Terent. Phorm.2.3, Cic.pro Flacco, Reuocatem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam.
Referre memoriam alicuius. Cic.pro Sylla.
Reficienda memoria breui repetitione rerum. Quint.in Procem. lib.4.5.
Refricare memoriam, vel memoria. Cic. Philip.3.
Acrem sui memoriam relinquunt. Tacit.lib.15.
Memoriam generis intermortuam renouare. Cic.pro L. Murena, Et vt Scaurus memoriam propè intermortuam generis sui virtute renouare.
Repetere memoria. Quintil.lib.1.cap.6.6.
Replicare memoriam. Cic.pro Sylla.
Repræsentare memoriam. Cic.pro Sestio.
Antecedentem memoriam sequuntur. Quintil.lib.1.cap.1.
Meliore memoria esse, Vide Melior in BONVS.
In memoria esse alicui. Cic.pro Sylla, P. Syllæ nomen in memoria Cassio non fuit.
Memoria est. Plaut. Trucul.5.10. Id est, memini.
Seruare memoriam. Cic. Fam.4.
Subeat tibi memoria nostri. Senec. Medea 7.
Memoria tenere, siue retinere, Apud Ciceronem pro Rosc. Amer. 19. Et 3.in Catil. Idem Philip.13, Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, próque nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas.
Tenere, siue retinere memoriam alicuius. Cic.3. Et 2.de Oratore, Deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt eum etiam nunc viuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem si possem.
Tollere memoriam. Cic.3.Offic.
Traditum est memoriæ. Cic.in parad. Istum doctum & sapientem virum fuisse, memoriæ traditum est.
Memoria tradidit. Colum.lib.8.cap.13.
Turbari memoria. Quint.lib.4.cap.1.
Vacillare memoria. Cic.ad Attic.12.
Venerari memoriam alicuius. Tacit.in vita Agricolæ.
Memoriam alicuius vsurpare cum charitate. Cic.de Amic. Quis enim est qui C. Fabricij, M. Curij cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam non vsurper, quos nunquam viderit?

Memoriæ, memoriarum, in plurali. Gel. Noct. Attic. lib.10.cap.12, Nam & plerique nobilium Græcorum, & Phauorinus philosophus memoriarum veterum exequentissimus, affirmat issime scripserunt, &c.
Memoria, pro Vetustate antiquum. Pacuu. Chryse,
Péque nostram egregiam vnanimitatem, quàm memoria deiugat. Nonius.

Memoriola, p.cor. Dimin. {μνημίδιον} Cic.ad Att. li.12.232, Sed quod scribis igniculum matutinum ψροντιστηριον, est memoriola vacillare.
Memorialis, & hoc memoriale, pen. prod. Adiectiuum.
Memorialis liber, Enchiridion ad iuuandam memoriam. Suet. in Cæsare ca.56, Epistolæ quoque extant ad Senatum, quas videtur primùm ad paginas & formam memorialis libri conuertisse.

Memoriter, pen. corr. Aduerb. {Κατὰ σύμπαν, κατὰ μνήμην, μνημονευτικῶς} Quod Barbari dicunt Mente tenus. Cic.4.Acad. Si re, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, accuratè, copiosé.
Memoriter cognoscere: hoc est, Optimè, & mẽte memori tenere. Terent. Eunuch.5.3.
Memoriter colligere. Cic.1.de Fin. Quos tu paulò antè cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegisti.
Memoriter memorat. Plaut. Amphit.4.
Memoriter meminit. Plaut. Cap.5.
Memoriter narrare. Cic.de Ami. Q. Mutius Augur, multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Terent. Phor. 2.3. primus esses memoriter.
Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens.
Memoriter respõdere. Cic.in Vatin. Tum memoriter respondeto ad ea quæ de tepsio rogato,
Memoriter exponere aliquid. Cic.4.de Fin. Næ tu inquam, Cato ita expositi tam multa memoriter, tam obscura dilucidé.
Memoriter me vocat Plaut. Asin.11.

Memorabilis, & hoc memorabile, pen. cor. {μνημόσυνος} Quod est dignũ memoria. Ter. And.4.1, Hoccine credibile est, aut memorabile, &c. Idem Heaut.2.3, Heus tu, non sit sine periclo factum magnũ & memorabile. Cic.de Amic. Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem.
Memorabile ingenium. Plin.lib.5.cap.10.
Memorabili causa, sed euentu misero. Plin.lib.7.cap.43.
Lethum memorabile. Silius.lib.11.
Munus. Tibull.lib.2.eleg.1.
Nomen. Virg 2. Æneid.
Ortus. Martial.lib.7.epigr.21.
Gloriosa & memorabilis virtus. Cic.3.de Finib. Si sapiens aliquis miser esse possit, nec ego istam gloriosam memorabilémque virtutem non magno æstimandam putem.

Memoro, memoras, pen. cor. {μνημονεύω, Κατὰ μνημονεῦσιν, ἐπιφέρω, λέγω} memorare, In memoriam reducere. Plaut. Pœnul.16,
Patris atque matris memini P. memorandum mihi,
Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.
¶Memorare. Commemorare, narrare. Cic.de Legibus, Nam quid Accium memorem?
De re aliqua memorare. Tacit.lib.11.
Ordine memorare, Vide ORDO.
Bella. Propert.lib.2.eleg.1.
Memorant, pro Aiunt, ferunt. Liu.lib.1. Herculémque in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant.
Memorare memoriter, Vide Memoriter in MEMINI.
Verbum est verum quod memoratur: Hoc est, quod dicitur, vel circunfertur. Plaut. Tiucul.18. Cic.6 Veit. Enna autem, vbi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito.
¶Memorare, Dicere, efferre, pronuntiare. Plaut. Trin.13.
Agedum nomen tuum primum memora mihi. Virg.1. Æneid. Musa mihi causas memora.
Lepidè memoras, Vide LEPIDVS.

Memoror. pen. corr. memoraris {Κατὰ μνημονεῦσιν} Passiuum. Plaut. Amph. 6, Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Cic.2.de Legib. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur.

Memorandus {Κατὰ μνημονευτικὸν τύπον} Ouid.13. Metamorphoseos,
Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi
Esse reor: vidistis enim.
Post nullos memorandus, id est, omnium primus memorandus. Ouid.1. Trist.eleg.4.
Longum memorandus. Stat.1.Sylu.3.
Iuuenis. Virg.10 Æneid.
Iuuenta. Virg.4. Georg.
Hoc memorandum contigit vrbi. Lucan.lib.3.
Nomen memorandum condere. Silius lib.4.

Memorator, penult. prod. Vt bale {Κατὰ μνημονευτικὸν τύπον} Propert.lib.3.eleg.1, Necnon ille tui casus memorator Homerus.

Memoratus, huius memoratus, Aliud verbale, pen. prod. {Κατὰ μνημόνευσιν} Idem quod Memoria. Gell.lib.11. cap.4, Eos versus non minus frequẽti assiduóque memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta.

MEMMIVS, {μέμμιος} Ciuis Romanus qui de ambitu postulatus fuit à Q. Curtio, teste Cic.ad Q.fr.lib 3. A quo Memmiorum familia.
Memmiorum familia nomen habere putatur à Mnesteo Troiano Æneæ comite. Virg. Æneid.5,
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,
Mox Italus Mnestheus genus à quo nomine Memmi. Mox Italus, subaudi, futurus. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Nobiles autem fuisse familias à Troianis. Iuuen. ostendit. Satyr.1.
-iubet à præcone vocari
Ipsos Troiugenas: A quo nomine, scilicet Mnesthei, ducunt Mémij genus. Seruius.
Memmius, Ad quem scribit Lucretius, Caius prænomine dicitur, L. Memmij filius, qui à deuicta Achaia cognomẽ accepit, & vrbem Coriuthum diruit, signis ac tabulis spoliauit. Hæc ex Petro Crinito. Lucretius etiam Memmiadam vocat.

MEMNON, Memnonis, pen. corr. {μέμνων} Filius Titoni & Auroræ qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit. Ad cuius sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Æthiopia volant aues, quas vocant Memnonias. Lege Strab.lib. 15. vbi agitur de sepultura eius. Ouid.13. Metam.
Niger Memnon. Virg.1. Æneid. Memnõ dux Æthiopum fuit, non Æthiops, & à Susis Persarum, & Choaspo flumine oriundus: illas gentes sub imperio habens, vt ait Suidas.

Memnonius, Adiect. {μεμνόνιος} vt, Color Memnonius, Niger. Ouid.3. de Ponto eleg.3.

Domus Memnoniæ. Propert.lib.1.eleg.6.
Regna. Lucan.lib.3. Intelligit Parthos & Babylonios.

Memnonides {μεμνονίδες} aues ex cineribus Memnonis. Ouid.lib.13. Metamorph.

Memor, Memoria, Memoriter, Memoro, Vide MEMINI.

MEMPHIS {μέμφις} Ægypti vrbs, quam Ogdous rex Ægypti condidit, ambitus stadiorum centum & quinquaginta, vrbem omnium Ægypti præclarissimam opportuniori totius eius oræ loco, vbi Nilus in plures scissus partes efficit formam Δ, quo fit vt tanquã in Nili claustro posita aditum præbeat, prohibeatque ad superiora loca nauigantibus: & ad cohibendam aquarum inundationem versus Notum aggeres ingentes oppositi: & à partibus cæteris vndique effossus est lacus ingẽs ac profundus, qui vrbem efficit munitissimam. Vnde & posteri reges ferè omnes relictis Thebis, eam sibi regiam delegerũt, vt scribit Diodorus Siculus lib.2. Hodie Alcayrum vulgò vocant. De hac etiam Martialis lib.1,
Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. ¶Memphis, Ptolemæo libro 4. cap.5, in finibus Arabiæ ciuitas, quæ Nophet & Migdol Hebræis: hodie Messer.
Carens Sychonia niue Memphis. Horat.3. Carm. ode 26.

Memphi, populi Memphim habitantes, Vide TAPHNIS.

Memphitis, pen. prod. Memphitidis {μεμφῖτις} Patronymicum fœm. gen. Iuuenal. Satyr.15, -ánne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Memphites, pen. prod. {μεμφίτης} Patronymicum masc. ponitur loco Bos Memphites. Tibull.lib.1.eleg.7, (adiectiui.
Barbara Memphiten plangere docta bouem.

Memphiticus, pen. corr. Adiectiuum {μεμφιτικός.} Martialis, Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ouid.1.de Arte, Neu fuge Niligene Memphitica sacra iuuencæ.
Ensis Memphiticus. Lucan.lib.10.

MEMPRICVS, Rex Britanniæ, qui fratrem Malym exuit vita, vt eo mortuo regnaret. Author Volaterranus.

MENA, apud Romanos fuit dea, quæ menstruis fluoribus præesse putabatur. Quo etiam nomine dictus est piscis quidam breuis, qui hyeme candidus, æstate nigrior fit. Cic.2.de Finib. Qui voluptatem cõtemnunt, eis licet dicere, se acipenserem menæ non anteponere. Vide Plin.lib.32.cap.7.

MENAECHMI {μέναιχμον} Apud Plautum comœdia, in qua Menæchmus introducitur. Legitur & Menæchmi sine e.

MENAECHMVS, Philosophus Platonicus, Proconnesius, scripsit libros tres in libros Platonis de Republica. ¶Menæchmus item Sicyonius historicus, scripsit historiam Alexandri Magni. Meminit vtriusque Suidas.

MENALIPPE {μεναλίππη} fuit Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazones gessit. Iuuen. Satyr.8, Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes.

MENALIPPIDES {μεναλιππίδης} pen. corr. Poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorũ plures libros, & poemata epica, & epigrammata, & elegos. Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poeta, scripsit Lyrica & Dithyrãbica. Vixit, mortuúsq; est apud Perdicam regem Macedoniæ. Suidas.

MENALIPPVS {μεναλίππης} Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corrosit Tydeus ex rabie, qui apud Statium 8. Thebaid. ita vociferatur, -caput ô caput, ô mihi siquis
Adportet Menalippe tuum. ¶Fuit & alter Menalippus Tydei frater, qué Tydeus in venatu ferrur peremisse, óbq; id fratricidiũ exulasse.

MENANDER {μέναν δρος} Atheniensis comicus nouæ comœdiæ, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus: scripsit fabulas LXXX, & epistolam vnam ad Ptolemæum regem, aliáque nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Vide Quintilianum lib.10.cap.1.
Facundus Menander. Stat.2.Sylu.1.
Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri. Ouid.2. Trist.
Menander item Laodiceus, sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. Suidas.
Menander alius Simoni Mago successit, non solùm eius referens impietatem, sed longè superans, maioribus portentis efferebatur, sese seruatorem dictitans ex Olympo ad hominum salutem demissum, docéntque nullo pacto angelos ab hominibus vinci, aut cogi posse, quàm actis magicæ disciplina & baptismo ab eo traditis, ex quibus immortalitas humano generi proueniat. Omnia ex libris Irenæi. Meminit item huius Iustinus & Eusebius lib.3. Ab hoc Menandriani hæretici qui asserebant mundũ non à Deo, sed ab angelis factum.
Menandrus & Menander, vtroque modo dicitur. Propert.lib.3. eleg.21, Libroúmque tuos docte Menandre sales.

Menandreus, pen. prod. Adiectiuum {μενάνδρειος.} Propert.lib.2.eleg.6, Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta.

MENAPII {μέναπιοι} Populi Galliæ inter Belgas, Treueris, Condrusis, Atduennæ syluæ, Rhenóque finitimi.

MENARIA, Insula est Plinio libro 3.cap.5. contra Magonem: sic dicta à piscium multitudine, qui Menæ dicuntur.

MENAS, Sex. Pompeij libertus ditissimus fuit, qui quum nemini apud Romanos gestare aureum annulum, præter Senatores & Equites, esset permissum, ab Augusto id ius impetrauit, vt scribit Dion. Meminit & Cælius lib.6 cap.12.

Menda, mendæ: & Mendum, mendi {πάθημα} Error, siue erratum. Ponitur etiam pro vitio corporis. Cic. Attico, lib.2, Castricianum mẽdum nos corrigemus. Idem ad Atticum, lib.13, Tantum librariorum menda tolluntur.
¶Menda, pro vitio corporis, vt
Facies menda caret. Ouid.3.de Arte.
Continere mendum, Vide CONTINEO.
Eximere mendas de corpore. Ouid.2.de Arte.
Nocte latent mendæ. Ouid.1.de Arte.
In toto nusquam corpore menda fuit. Ouid.1. Amor.eleg.5.

Mendosus, pen. prod. Adiectiuum {πλημμελὴς} Plenum mendis & erratis: vt Exemplar mendosum, apud Plinium in epistolis.
Mendosior historia. Cic.de Claris Orat.
Mendosum est deesse aliquam partem, & superare, &c. Cic.2.de Orat. Id est vitiosum, inquit Budæus.
Mendosus librarius. Cic.4. Verr.
Mendosus & mendax. Horat.1.epist.17.
Facies mendosa. Ouid.12. Metam.
Natura mendosa, Vitiosa. Horat.1. Serm. satyr.6. Budæus.
Mores mendosi. Ouid 2. Amor. eleg.4.

Mendosè, penult. prod. Aduerbium. Incorrectè, inemendatè. Cic.ad Q. fratrem, lib.3.21, De Latinis verò quò me vertam nescio, ita mendosè & scribuntur & vãeunt.
Mendosè colligis, inquit Persius satyr.5. Id est vitiosé.
Reddere mendosè causas. Lucrer. lib.4.
¶Mendosè, Perperam, malé. Lucret. lib.4,
Omnia mendosè fieri, atque obstipa necessum' st.

Mendacium, mendacij {ψεῦδος, ψευδήμα τὸ, ψευδολογία} Orationis vanitas.
Linguæ blandæ mendacia. Ouid. epist.21.
Callidum mendacium, Vide CALLIDVS.
Non est in facetum, Vide INFACETVS.
Magna. Stat.4.Sylu.6.
Magnum & impudens. Cic.pro Cluentio.
Prodigiosa. Ouid.3.Amor.eleg.5.
¶Accommodare mendacium, In ACCOMMODO.
Componere, In COMPONO.
Confiare, In CONFLO.
Dicere mendacium alicui. Cic.de Petit. Consul.
Mendacium dicere & Mentiri, quemadmodum distêt, P. Nigidius (inquit Nonius) studiis bonarum artium præclarissimus, manifestissimè separauit, Quia mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur. qui mendacium dicit, ipse fallitur, quantum in se est. Vir bonus præstare debet vt non mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. alterum iudicat in homine, alterum non.
Eluditur mendacium mendacio. Quintil.lib.6.cap.3.
Facere mendacium. Quintil.lib.5.cap.4.
Improbi hominis est, mendacio fallere. Cic.pro Murena.
Perducere aliquem ad mendacium, In PERDVCO.

Mendaciunculum, mendaciũculi, pen. corr. Diminutiuum {ψευδύμιον} Cic.2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendũ. Quidam hîc legunt mendaciolis.
Aspergere mendaciunculis, Vide ASPERGO.

Mendax, mendacis, pen. prod. om. gen. {ψεύστης, ψευδὴς} Propriè qui per errorem frequenter dicit mendacium. Cic.pro Rosc. Comœdo, At quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri solet, peierare consueuit. Plautus Menæch.8,
-ædepol haud mendacia Tua verba.
Fui mendax mihi, Id est falsò mihi persuasi. Ouid.epist.2,
Sæpe fui mendax pro te mihi, sæpe putaui
Alba procellosos vela referre Notos.
Splendidè mendax in aliquem. Horat.3. Carm.ode 11.
Mendax huius rei est: Id est de hac re mentitur. Plaut. Asin.18.
Darnum mendax. Ouid.1.de Arte.
Fama. Propert.lib.4.eleg.2.
Forma. Ouid.3. Metam.
Fundus, Qui plus promittit, quàm præstat. Horat.3. Carm.ode 1.
Nuntius. Claud. de bello Get.
Os. Ouid.9. Metam.
Somnus. Tibull.lib.3.eleg.4.
Speculum. Ouid.3. Trist.eleg.7.
Vir. Virg 8. Æneid.
¶Mendacior, Cõparatiuum. Horat 2.epist.1, Inuenior Parthis mẽdacior. Ex eo sunt Parthi mendaces, quòd fugientes & tergo verso simulent se pugnare nolle, quum tamen fugiendo maximè pugnent. Alij, Parthos omnium hominum esse mendacissimos. Ei rei argumẽto esse, quòd apud eos mendacij acerrimis pœnis vindicatur, vt narrat Herodotus lib.1. Et quidem ita Mure tus hunc locum explicat: sed priorem sequitur Lambinus.

Mendaciloquus, pen. corr. Adiectiuum {ψευδιλόγος} Qui mendacium loquitur. Plaut. Trinum.4, -nihil est profectò stultius,
Neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

Mendaciter, Aduerbium. Arnobius lib.5. aduersus gentes.

MENDE, vel Mendis, Ciuitas est in Thracia, vt est apud Apollodorum, vnde Mẽdeum vinum. ¶Sunt & in Sicilia prope Palicos Mendæ. Vide Rhodig. lib.18. cap.37.

Mendesium {μενδήσιον} Vnguentũ dictum à Mendesio Ægypti vrbe, vel à loco vbi Mendes, quod Ægyptiis caprum significat, colebatur, Hermolao teste. Est autem Mendes hircus, itémque Pan deus, Ægyptia voce ac lingua vocatus, quem hirci effigie Mendesij venerabantur, vt etiam ipsi inde appellationem inuenerint. Vide Herodotum in Euterpe.

Mendicula, pen. corr. Vestis genus. Plaut. Epid.5, Quid erat indutus? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendicus, pen. prod. Adiectiuum {πτωχός, ἐπαίτης, πρωτοπτώχος} Inops, & pauper. Festus, Mendicum dici Verrius putat à mente eius quam fefellerit fortuna: vel quòd præcetur quenque vt vitæ suæ medeatur cibo. vel quòd manu indicet. Varro 4. de Lingua Latina, Mendicus à minus: cui quum opus est, minus nullo est. Plaut. Bacchid 9, Mendicum malim mendicando viuere. Cic.5. de Finib. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quanuis sit sapiens.
Iulius Bassus apud Senecam lib.6. Controuers. vocat pueros mendicos eius cui mendicabant, meritorios, quia ille ex stipibus collectis comessabatur.
¶Mendicum, dici putant velum quod in prora ponitur. Festus.
Mendicum instrumentum & exiguum, per translationem: hoc est,

Infirmum & imbecillum. Cic.3. de Oratore, Instrumentum autem hoc forense,litigiosum,acre,tractatũ ex vulgi opinionibus,exiguum sanè atque mendicum est.

Mendicissimus , pen.corr. {παιχόωτατος} Forma superlatiui prolatum à Cicerone pro Murena,Solos sapientes esse , si distortissimi sint , formosos:si mendicissimi, diuites.

Mendiculus , pen.corr. Diminutiuum {παιχόμων.} Cic.in Catil.Collectum ex senibus desperatis,ex agrestũ luxuria,ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus,&c.

Mendico,mendicas,pen.prod. {παιχάω, ἐπαιτέω, ἐφοδιάζω} mendicare, Vitæ alimenta ostiatim postulare.Iuuen.Satyr.6,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.
Mendicare sibi malum,per metaphoram dixit Plaut.Amphit.1.4.
Mendicarier, pro Mendicare , apud Plautum in Vidularia,Malim moriri meos quàm mendicarier. Nonius.

Mendicans,pen.prod.Participium {πτωχεύων.} Plautus Capt.6, vbi minimè honestum est mendicantem viuere.

Mendicatus,pen.prod. {πτωχευθείς} Aliud participium: vt
Cibo mendicato pasci.Ouid.5.Trist.eleg.9.

Mendicitas,pen.corr.mendicitatis {πτωχεία} Cic.pro Sex. Rosc.In hac enim causa quum viderent illos amplissimam materiam possidere, hunc in summa mendicitate esse. Idem pro Flacco,Potuit dare Sextilius:nam si atres quidem consortes sunt mendicitatis.
Offerre mendicitatem, Vide OFFERO.
Consors mendicitatis, In CONSORS.

Mendicatio, Verbale. Seneca epistol.102,Quid sibi vult tam fœda vitæ mendicatio? Firmicus lib.1.cap.3.

Mendicimonium, mendicimonij {ἐφοδιάζειν} pro eodem accepit Laberius,teste Nonio.

Mendicabulum,mendicabuli,pen.corr. {ἐπαίτησις} antiquum pro Mendicatione. Plaut.Aulul.2.4,Nam istos reges cæteros memorare nolo hominum mendicabula. Nonius.

Mendosus,Mendum, Vide MENDA.

MENECEVS,pen.prod.vel (vt aliis placet) Menæceus, trisyllabum {μαγαιεύς} Creontis Thebanorum regis filius.Stat.7.Thebaidos,
-video quæ noster signa Meneceus
Quæ noster gerat arma Creon.

MENECHEVS,oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Author Cic.1.Tusc.quæst.

MENECINA,Vrbs in OEnotria,à qua
Menecinei,& Menecenij populi. Stephanus de vrbibus.

MENECRATES, pen.corr. {μενεκράτης} Syracusanus medicus , nullam dicitur accepisse mercedem medendo.Curabat in primis sacrũ morbum,tantùm hac mercede contentus, vt liberati se ipsius esse seruos fatererntur:se verò Iouẽ appellabat. Alter Menecrates comicus poeta fuit, vt scribit Suidas. De superiore scribit Ælianus de Varia historia.

MENEDEMVS,pen.prod. {μενέδημος} nobilis inter Socraticos philosophos, Phædri discipulus , pauperis architecti filius oriundus ex Eretria ciuitate,à quo philosophi Eretriaci dicti sunt, teste Cicerone 4. Acad.

MENEDEMVS, alter Rhodius , Aristotelis auditor ac discipulus præcipui nominis,de quo vide Gell.lib.13.cap.5.

Menelæetus,Auis ex aquilarum genere, animima magnitudine,viribus præcipua,colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequénsq; versatur in montibus.Vide Plin.lib.10.cap.3.

MENELAVS, pen.prod. {μενέλαος} filius Atrei , frater Agamemnonis, rex Spartæ ciuitatis, & maritus Helenæ,quam rapuit ei Paris.
Menelaum ipsum,dulcem illum quidem tradit Homerus,sed pauca dicentem. Cic.de Claris Orat.

MENELEVS,pen.corr.trisyllabum, Vnus ex Centauris. ¶Est & vnus è canibus Actæonis apud Ouid.3.Metamorphoseos,
Harpalos,& Meneleus,hirsutáque corpore Lachne. Alij legunt Menaleus per primam vocalem in secunda syllaba.

MENENIA gens, Romæ fuit, ex qua Agrippa Menenius C.F. Lanatus COS.cum P.Postumio ANN.CCL. Cassiodorus. De Sabinis triumphauit. Legatus ad plebem in sacrum montem ANN.CCLX. Mortuus est Cassio,Cominio iterũ COSS. ANN.CCLX. Eius funus publica impensa elatum. Dionysius lib.5.& 6. Liu.lib.2.

MENEPHRON,pen.corr. {μενέφρων} viri proprium qui cum matre cõcubuit,authore Ouid.lib.7.Metam.

MENES,teste Herodoto,primus omnium hominum in Ægypto regnauit,sub quo tota Ægyptus præter Thebaicam plagam palustris fuit.

MENESTHIVS {μενεσθεύς} Fuit Arithoi & Philomeduæ filius,ex Arna ciuitate , quẽ Paris in bello Troiano occidit, teste Homero in initio lib.6.Iliad.

MENESTHO, Nympha: à memorando dicta.Vnde Menestheus,auriga Diomedis,de quo Stat.6.Thebaid. ¶Alius fuit Athenarũ dux, Thesei & Phædræ filius,ac frater Demophoontis.

Meniana,orum,neut.gen.nõ à mœnibus dicta , sed à Menio quodam qui primus id genus ædificij inuenit extensis tignis vltra columnas, quo superiora ampliarentur. vulgò nunc quoque meniana , siue podioli dicuntur. Suet.in Caligula, cap.18,Pauci ex proximis menianis spectabant. Hermolaus, Meniana Græcè orthas vocant , si Honorio & Theodosio principibus credendum in mentione de priuatis ædificiis. De origine menianorum,& de columna Menia,ad quam serui & fures allegabãtur,Cic.pro Sextio , Pædianus,Festus. Vide Columna menia,in COLVMNA.

MENINX {μῆνιγξ} Insula est,teste Plinio lib.5.cap.7,circa Africã clarissima , longitudine XXXV.mill. pass.latitudine XXV, ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Vulgò *Gelues*.

MENIPPVS Phœnix, philosophus Cynicus , nihil memoria dignũ edidit:portò ipse, libríque eius ridendi.Cumque habendi cupidissimus esset, bonis amissis laqueo vitam finiuit. Author Diogenes Laërtius. ¶Menippus poeta comicus fuit,authore Suida. ¶Menippus itẽ alius Stratonicẽsis,in tota Asia disertissimus,præceptor Ciceronis, vt ipse in Bruto testatur, Pòst à me,inquit, Asia tota peragrata est,cum summis quidem oratoribus,quibuscum exercebar ipsis lubentibus:quorum princeps erat Menippus Stratonicensis , meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarum , nec ineptiarum Atticorum est, hic Orator in illis numerari rectè potest. Hactenus Cicero. ¶Aliũ præterea eius nominis Macrobius adducit Menippum,quem philosophum & seruum fuisse tradit, scripsisséque libros, quos in Satyris M.Varro imitatur , quas Menippeas nominauit:alij verò Cynicas. Vide ipsum Macrob.lib.1.Saturn.cap.11.

Menis, Vide MENA piscis.

MENIVS {μένις} Lycaonis filius, qui quum , patre in lupum verso , & domo cõflagrante,Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.Ouid.in Ibin.

MENLARIA, Ptolemæo libro 2.cap.6, Hispaniæ vrbs, Vulgò *Murcia*.

MENOBA {μενόβα} Vrbs est Hispaniæ apud Melam, lib.2.cap.6. Oliuarius dicit eam nunc vocari vulgò *Velez malaga*.

MENODOTVS {μενόδοτος} Medicus insignis ætate Serapionis , cuius meminit Galen.in Therapeut.

MENOECEVS, Iuuenis Thebanus,filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum,atque adeò vitam ipsam sponte profudit.Vide Statium 10.Thebaid.

MENOETES {μενοίτης} Nomen vnius ex sociis Æneæ,qui gubernator fuit nauis cui nomen erat Centauro.Virg.5.Æneidos,
Rectorem nauis compellat voce Menœtem.

MENOETIVS {μενοίτιος} filius Actoris pater Patrocli, Vnde & Patroclũ Menœtiadem vocant Poetæ. Ouid.epist.3, Ipse Menœtiades tunc quum tradebar,in aurem,&c. Propert.lib.2.eleg.1.

MENOLES,pen.corr.dictus est Dionysius, quod Latinè totum furẽtem significat,cui Bacchæ Orgia celebrabant,& crudas carnes comedentes, sacro furore initiabantur , Euan Euan conclamantes. Quæ vox adspirata, secundum exquisitam Hebræorum linguam , fœminei sexus serpentem significat. Scribitur & cum æ diphthongo Mænoles.

MENOPHILVS,pen.corr.{μενοφίλος} Eunuchus fuit,cui Mithridates à Pompeio victus filiã seruandam dedit in arce quadam : qttam quum Manlius Priscus obsedisset,defensorésque deditionem parare Menophilus sentiret, gladium in viscera sua compegit , veritus ne captiua puella raperetur & violaretur. Author Ammianus Marcell.libro 16. ¶Est & alius Menophilus apud Martialem,lib.7.

MENOSCA {μένοσκα} Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania:cuius meminit Plin.lib.4.cap.20 & Ptolem.lib.2.cap.6.

MENOSGADA {μενοσγάδα} Germaniæ vrbs apud Ptolemæum. Hodie Egra,Æger.

Mens, mentis,fœm.gen. {νοῦς, φρήν} Quasi eminens.est enim altior animi pars,qua etiam diuina percipimus.Lactantius lib.7.cap.12,Primùm non idem est mens & anima:aliud est enim quo viuimus,aliud quo cogitamus.nam dormientium mens,non anima sopitur:& in furiosis mens extinguitur,anima manet. Cic.2.Offic.Hominis autem mens discendo alitur,& cogitando semper aliquid aut inquirit , aut agit,videndíque & audiendi delectatione ducitur.
Mens animi.Plaut.Cistel.5,
Nullam mentem animi habeo.
¶Mens , Voluntas , sententia , & quam vulgus *intentionem* vocat. Virgil.1.Æneidos, -in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum , mentémque benignam. Terentius And.1.1,Mala mens,malus animus.
Vna mens omnibus.Virg.4.Georg.
Hac mente: Id est,eo animo. Cic.1.de Orat. Ego autem defenderem hac eum mente fuisse,&c.
Mens pro Memoria.Cic.in Brut.de Curione: Tũ Brutus admirãs, Tãtámne fuisse obliuionem,inquit,in scripto præsertim,vt ne legẽs quidem vnquam senserit quantum flagitij cõmisisset? Paulo post, Iam qui hac parte animi,quæ custos est cæterarum ingenij partium, tam debilis esset, vt ne in scripto quidẽ meminisset, quid paulo antè posuisset, huic minimè mirum est ex tempore dicenti solitã effluere meurem.Id est memoriam.
¶Mens,pro Consilio.Virg.1.Æneidos,
Qua facere id possis,nostram nunc accipe mentem. Seruius.
Mens & cogitatio.Cic.7.Ver.O dij immortales,quid interest inter mentes hominum & cogitationes.
Mens & sententia.Cic.pro Mur.Vt vestræ mentes atque sententiæ cum Pop Romani voluntate suffragiísque consentiant.
Mens & voluntas.Cic.de Arusp.resp.Vt dolerent boni omnes , nõ illa tanta ornamenta ad meliorẽ mentem voluntatémq; esse cõuersa.
In querelis mens,Vide IN.
Anxius mentem.Stat.12.Thebaid.
Agitatio mentis.Quintil.lib.1.cap.1.
Agitatus mentis.Varr.de Ling.Latin.lib.5.
Alienatio.Plin.lib.21.cap.21.
Mentis compos,Idem quod sanæ mentis, vel suæ mentis. Cic.in Pison.Præsidium tu Pop.Romani,custodiam prouinciæ , iniussu populi Senatúsque dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses.
Discordia.Ouid.10.Metamorphoseos, -non toto pectore sensit
Lætitiam virgo,præsagáque pectora mœrent.
Sed tamen & gaudet:tanta est discordia mentis.
Exul mentis.Ouid.9.Metamorphoseos,
Attonitúsque malis,exul mentísque,domúsque.
Facies mentis.Ouid.5.Metamorphoseos,
Vertitur exemplo facies & mentis,& oris.
Nam modò quæ poterat Diti quoque mœsta videri,
Læta deæ frons est.
Ferox mentis.Ouid.8.Metam.
Gaudia mala mentis.Virg.6.Æneid.
Mentis inops.Ouid.2.Metamorphoseos,
-minitantem cuspide vidit
Mentis inops.
Integer mentis,Vide INTEGER.

Parentes

Parentes mentitum. Quintil.lib.2.cap.9, Discipulos id vnum interim moneo;vt præceptores suos non minus,quàm ipsa studia amentẽ: & parentes esse non quidem corporum,sed mentium credant.
Non potens mentis.Seneca Thyeste,7.
Præsagia.Ouid.6.Metam.
Quæstio.Quintil.lib.3.cap.6.
Ruina.Ouidius epist.12,
Tunc ego te vidi,tunc cœpi scire quis esses;
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Sacraria.Stat.3.Thebaidos,
Arcem hanc æternam,mentísque sacraria nostræ
Testor. Verba sunt Iouis.
Templa.Lucret.lib.5, -via quà munita fidei
Proxima fert humanum in pectus,templáque mentis. Hoc est in secreta mẽtis & interioris animi , qui res à sensibus cognitas iudicat & discernit.
Tumultus.Horat.2.Carm.ode 16.
Vitium.Ouid.4.Metam.
¶Abderitica mens,Id est stupida,Vide ABDERITA, Abderitæ.
Adultera.Ouid.3.Amor.eleg.4.
Vt iam seruaris bene corpus,adultera mens est.
Ægra.Tibul.lib.3.eleg.4.
Altæ mentis capax animal.Ouid.1.Metam. Hoc est diuinæ mentis particeps homo.
Antiqua,Ouid.2.Metam. Pristinus animus.
Arida mens est.Valerius 7.Argonauticõn,
Nulla quies animo,nullus sopor arida mens est.
Armata mens dolis.Silius lib.1.
Arrectæ mentes,stupefactáque corda.Virg.5.Æneid.
Auersa deæ mens.Id est non fauens nobis.Virg.2.Æneid.
Augusta.Ouid.15.Metam.
Auida bellis Lucan.lib.6.
Bona.Persius saty.2.
Bonæ mentis iuuenes.Quintil.lib.2.cap.12.
Cæca futuri mens hominum.Stat.5.Thebaid.
Captiua.Ouid.1.Amorum,elegia 2,
Ipse ego præda recens,factum modo vulnus habebo;
Et noua captiua vincula mente feram.
Circunflua luxu.Claud.5.Paneg.
Commota.Horat.2.Serm.saty.3.
Commotus mente.Plin.lib.23.cap.1.
Confusa.Virg.2.Æneidos,
Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem.
Conscelerata,Vide CONSCELERO.
Conscia,In CONSCIVS.
Conscia sibi mens facti.Lucret.lib.3.
Conscia sibi mens recti.Virg.1.Æneid.
Crudelior ipso mens pelago.Ouid.11.Metam.
Cupida.Ouid.epist.6.
Dira.Virg.2.Æneid.
Diuinæ mentis pars.Virg.4.Georg.
Emotæ mentis homo.Lactant.lib.1.cap.4,Quis enim mentis emotæ,non modò futura præcinẽre,sed etiam cohærentia loqui possit? Id est,Quis furiosus,&c.
Erecta mens circa studia.Quintil.lib.1.cap.3.
Facilis ad peiora.Quintil.lib.1.cap.2.
Firmata.Ouid.1.de Remed.amor.
Fluxa sẽnio.Tacit.lib 5.
Fortis.Ouid.3.Amor.eleg.2.
Fragilis.Stat.10.Thebaid.
Ventosa aeruorum frigida mens est.Lucret.lib.3.
Furiata mente iuuenis.Virg.2.Æneid.
Furtiua.Ouid.epist.16.
Generosa.Ouid.3.Trist.eleg.5.
Honesta.Senec.Thebaid.1.
Humanæ.Ouid.1.Metam.
Ignara culpæ.Stat.4.Sylu.2.
Ignea.Silius lib.3.Id est cælestis,& ardens omni virtute.
Illiberalis.Quintil.lib.1.cap.3.
Impenetrabilis iræ mens.Silius lib.7.
Impia.Senec.Octau.5.
Impigræ experientia mentis.Lucret.lib.5.
Imposita mens cunctis.Stat.1.Thebaid.
Incertæ discordiæ mentis.Ouid 9.Metam.
Incertæ mentis leuitas,& mobile pectus.Silius lib.16.
Infirma.Ouid.epist.18.
Infixa in imagines,Vide INFIGO.
Infana.Tibull.lib.2.eleg.7.
Integra.Horat.1.Carm.ode 31.
Intenta malis.Ouid.4.Trist.eleg.1.
Interrita mens lethi.Ouid.10.Metam.
Inuicta.Silius lib.4. Læua.Virg.1.eclog.
Lapsæ spes & mentes.Silius lib.10.
Liberæ.Quintil.lib.5.cap.11.
Lymphata.Horat.1.Carm.ode 37.
Maculatæ crimine.Silius lib.11.
Magna.Virg.6.Æneidos, -magnam cui mentem animúmque
Delius inspirat vates. De Sibylla.
Melior,Vide melior in BONVS.
O miseras hominum mentes.Lucret.lib.2.
Nutrita mens & indoles sub faustis penetralibus. Horat.4.Carm. ode 4.
Pernicioßissima mens,multíque malo futura. Quintil.lib.5,cap.9.
Perturbata animi mens in mœrore.Lucret.lib.6.
Pia.Ouid.8.Metam.
Placida & alta.Quintil.in Procem.lib.6.
Præmollitæ.Quintil.lib.6.cap.5,Quo genere defensionis etiam ostendisset nondum præmollitas iudicum mentes.
Præsagá mali.Virg.10.Æneid.
Præscia.Sil.lib.16. Pristina.Ouid.3.Metam.
Profunda.Claud.de bello Getico, -qui mente profundâ
Hauserat vrbis opes. Mentem vocat cupiditatem.
Profusa,Liberalis.Stat.3.Sylu.1,
Tũne,inquit,largitor opum,qui mente profusâ
Tecta Dicarchæi pariter,situenémque replesti
Parthenopen? &c.
Mente prædonis res hæreditarias apprehendere. Vlp.in l. Sed etsi. §.De eo. D.De petit hæreditatis.
Prona mens in ferrum.Lucan.lib.1.In ferrum,in cædes.
Prouida.Ouid.7.Metam.
Relenata ab hac cura.Ouid.1.Trist.eleg.10.
Rudis.Quintil.lib.1.cap.11.
Sacra.Ouid.6.Fastorum,
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Sagax.Lucret.lib.1.
Sanæ mentis compos.Ouid.8.Metam.
Segnis ad artem.Claud.1.in Eutrop.
Seuera,Claud.2.Paneg. Sobria.Claud.1.in Eutrop.
Solida,Constans,Horat.3.Carm.ode 3.
Stolidæ præcordia mentis.Ouid.11.Metam.
Surda,Vide SVRDVS.
Syncera.Claud.7.Paneg.
-æthereis mixtus terrena Prometheus,
Syncerum patrij mentem furatus Olympo,&c.
Temperata.Horat.2.Carm.ode 3.
Teneræ.Quintil.lib.2.cap.4.
Tristis.Ouid.epist.12. Turbata.Virg.11.Æneid.
Vacuæ.Virgil.3.Georgicorum,
Cæteræ quæ vacuas tenuissent carmina mentes
Omnia iam vulgata.
¶Accendere mentes in prælia.Sil.lib.4.
Benignam mentem accipere in aliquem.Virg.1.Æneid.
Addere mentibus,In ADDO.
Addere ardorem mentibus.Virg.9.Æneid.
Surdæ menti adhibent solatia.Ouid.9.Metam.
Adiicere mentem dictis,Auscultare diligenter.Ouid.14.Metam.
Deorum mente ac ratione mundum administrari.Cicero 1.de Natura deorum.
Faciles aduertite mentes.Ouid.1.de Arte.
Aduerte huc mentem,In ADVERTO.
Agitare aliquid mente.Ouid.1.Fastor.
Agitat mihi mens.Virgil.9.Æneidos,
Aut pugnam, aut aliquid iandudum inuadere magnum
Mens agitat mihi,&c.
Agitatur furiis mens vecors.Ouid.in Ibin.
Succensas mentes agit libido.Senec.Hippol.4.
Miseræ turbine mentis agor.Ouid.2.Amor.eleg.9.
In mente agere.Varr.de Ling.Latin.lib.5.
Alienari mente,In ALIENO.
Alere mollius teneras mentes more nutricum.Quintil.lib.2.cap.2.
Amouere mentem.Varr.lib.5.de Ling.Latin.
Aperire mentem.Ouid.1.Fastorum,de auibus,
Sed nihil ista iuuant,quia linguæ crimen habetis,
Díque putant mentes vos aperire suas. Idem 1.de Arte.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas.
Appellere mentem ad philosophiam,Vide APPELLO.
Capris ardebant mentibus.Ouid.4.Metam. Captis,amore.
Æquis mentibus audire.Virg.9.Æneid.
Augurat mens.Virgil.7.Æneidos,
-siquid veri mens augurat.
Morbo mentis aliquo calere.Horat.2.Serm.saty.3.
Mente captus , dicitur (authore Festo) quum mens ex hominum poreſtate abiit.
Capere mente,In CAPIO.
Bona mente carere.Ouid.2.Amor.eleg.8.
Celeri circunspice mente.Ouid.1.de Remed.amor.
Coire mente.Quintil.lib.5.cap.11, Nihil obstat,quo minus iustum matrimonium sit mente coeuntium.
Colligere mentem. Ouid.14.Metamorphoseos,
Vt primùm valido mentem collegit ab æstu,
Quid caperet fassura fuit.
Commoueri mente,Vide COMMOVEO.
Belligeram somno componere mentem.Sil.lib.3.
Comprehendere aliquid mente,Cic.3.de Nat.deor.
Concidere mente,Vide CONCIDO,pen.corr.
Concipere aliquid mente.Tacit.lib.2.
Concussa metu mente virago.Virg.12.Æneid.
Conquassatur mens,animæque potestas.Lucret.lib.3.
Consentire mente vna,In CONSENTIO.
Consistere mente,In CONSISTO.
Consistit mens,Quiescit.Virg.1.Æneidos,
Æneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.
Caligine mentis cæca consitus.Catull.Argon.
Conspicere mente aliquem,In CONSPICIO.
Dubias constringere mentes,Coercere.Lucan.lib.3.
Conuertere mentem alió.Lucret.lib.4.
Conuertere mentes hominum oratione,In CONVERTO.
Molem mentis corruere.Lucret.lib.3.Hoc est,in ruinam perditionémque dare.

Crescit & senescit mens. Lucret. 2.
Dare mentem. Cic. pro Milone, Hîc dij immortales mentem dederunt illi perdito ac furioso, vt huic faceret insidias. Suprà dixerat, mêtem iniecit: Ea, inquit, vis igitur ipsa, quæ sæpe incredibiles huic vrbi felicitates atque opes attulit, quæ illam perniciem extinxit ac sustulit, huic primùm mentem iniecit, vt vi irritare, ferróque lacessere fortissimum virum auderet. Significat autem mentem dare, vel inicere, excitare desiderium in pectore alicuius, subitóque ad aliquid gerendum impellere. Virgil. lib. 3. Georg. de furore equarum agens, Et mêtem Venus ipsa dedit. Liu. Decad. 1. lib. 6, vbi Manlium plebis animos contra Patres inflammantem inducit: Dij prohibeant hæc: sed nunquam propter me de cælo descendent, vobis dent mentem oportet vt prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatóque, vt vos à barbaris hostibus, à superbis defenderem ciuibus.
Dedit æ mentes cum oculis, Vide DEDO.
Deducere mentes. Perf. Saty. 5.
A mente & consilio deduci, In DEDVCO.
Tota mente deficere. Ouid. 9. Metam.
Duram deflectere mentem. Lucan. lib. 3.
Demittere mentem, Desperare. Virg. 12. Æneidos,
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem:
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus, &c. Seruius.
Error mentis demptus. Horat. 2. epist. 2.
Mentem, mentúmque in gremiis mimarum deponere. Cic. 13. Philipp. Tu verò qui te ab eodem Cæsare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus prouexisset? ecquo genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpsisses: vt faciebas, quum in gremiis mimarum mentem, mentúmque deponeres.
Memori mente deprehendere aliquid. Lucret. lib. 3.
Desistere à. Cic. Famil. 5.
Paratam mentem verba destituunt. Lucan. lib. 5.
A mente discedere. Varr. lib 5. de Ling. Latin.
Diuidere. Catullus in carmine Nuptiali,
Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures.
Dominatur in æquas mentes Venus. Lucan. lib. 5.
Dubiæ menti spem dedit. Virg. 4. Æneid.
Durat mentem. Tacit. lib. 3.
Itacunda mens in ira efferuescit. Lucret. lib. 3.
Effluit illi mens. Vide paulo antè MEN S, pro Memoria.
Exacuere mentem ad varia conamina. Sil. lib. 7.
Ignis actior mentem excoquit. Senec. Herc. fur. 1.
Excutere mentem alicui, Vide EXCVTIO.
Explorant mentes deorum. Sil. lib. 5.
Spes anxia mentem extrahit. Stat. 1. Thebaid.
Exuere mentem. Virg. 4. Æneidos, -& istam
Oro (siquis adhuc precibus locus) exue mentem.
Facere aliquid bona mente. Quintil. lib. 5. cap. 10, Vt si dicam, bona mente factum, idéóque palam.
Composita mente ferre aliquid. Ouid. 3. de Arte,
Hic fera composita vulnera mente feret.
Iniqua mente ferre aliquid. Ouid. 8. Metam.
Placida mente ferre aliquid. Ouid. 13. Metam.
Duram flectere mentem. Ouid 9. Metam.
Flectere consilium mentis crudelis. Catul. Argon. 58.
Fodere mentes stimulo inuidiæ. Sil. lib. 7.
Formandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. Quintil. lib. 1. cap. 1. de Chrysippo.
Teneræ mentes asperioribus formandæ studiis. Horat 3. Carmin. ode 24.
Mens fugit admonitu, frigúsque perambulat artus. Ouid epist. 9.
Certa mente aliquid gerere, Id est Obstirmata mête. Ouid. epist. 17,
Quid mecum certa prælia mente geris?
Sollicitam gerere mentem formidine. Lucret. lib. 3.
Tumores magnos mente gerere, Superbire. Lucan. lib. 10.
Habitat meates deus. Stat. 12. Thebaidos,
Nulla autem effigies, multi commissa metallo
Forma Dei, mentes habitare, & pectora gaudet.
Hærere mentibus. Horat. 2. epist. 1,
Neuius in manibus non est, & mentibus hæret
Penè recens.
Dij illum in eam mentem impulerunt, Dij illi mentem dederunt, Dij illi mentem iniecerûnt vt conaretur, &c. Cic. pro Milone.
Incidit mihi in mentem hæc res, Vide INCIDO pen. corr.
Incitatus mente, Vide INCITO.
Induit in mentes animósque hominum apologos Æsopus, Vide INDVO.
Inficere mentem. Quintil. lib. 1. cap. 11, Et mentem præcipuè in ætate prima teneram adhuc, & rudem inficiunt.
Mens intelligentiáque nostra infixa in eas imagines, &c. Cic. 1. de Natura deor.
Infixa mentibus memoria alicuius, Vide INFIGO.
Inhærescunt penitus in mentibus, Vide INHAEREO.
Innectere mentem alicuius. Senec. Hippol 4. implicare.
Insertare mentem cælo, Cælestia inuestigare animo. Stat. 3. Theb.
Insidere in mente, Vide INSIDEO.
Insistere mente & animo in rem aliquam, Vide INSISTO.
Furor instigat mentes. Senec. Thyest. 1.
Intrare in mentem iudicis dicitur quippiam, Vide INTRO.
Introspice in mentem tuam ipse, Vide INTROSPICIO.
Labat mens. Celsus lib. 4. cap. 19.
Labi mente, In LABOR, laberis.
Munera Bacchi duram laxarunt mentem. Silius lib. 11.
Simulata mente loqui. Virg. 4. Æneid.
Madet mens. Lucret. lib. 3. Hoc est, tanquam ebria vacillat.
Mandare animis & mentibus, Vide MANDO, mandas.

Mens mihi non manet certa fede. Horat. 1. Carm. ode 13.
Immota manet mens. Virg. 4. Æneid.
Mulcere mentes. Ouid. 10. Metam.
Mutare, In MVTO.
Mutat insania mentem. Virg. 4. Æneid.
Rigida mente negare aliquid. Ouid. epist. 3.
Oblimare mentem. Claud. 3 de rapeu Proserpinæ,
-dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes. Vide OBLIMO.
Mentem obtundere, In OBTVNDO.
Pacificare mentem. Senec. Agamemn. 3.
Peragrare omnia mente, animóque. Lucret. lib. 1.
Perculsa mentem formidine mater. Virg. 4. Georg.
Mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes. Tacit. lib. 1.
Perculsa mente dederunt lachrymas. Virg. 9. Æneid.
Pietas mentem percutit. Stat. 11. Thebaid.
Obstinata mente perfert. Catull. ad Seipsum, epigr. 8.
Firma permanet mens. Ouid. epist. 15.
Permotus mente, In PERMOVEO.
Tota mente petere. Virg. 4. Æneidos,
-habes tota quod mente petisti.
Præcipitat mentem furor, iràque. Virg. 2. Æneid.
Alta mente prædita homo, In ALTVS.
Tacita mente malè precari alicui. Ouid. 1. de Arte.
Pressus mentem formidine. Virg. 3. Æneid.
Læta mente receptum munus. Ouid. 2. Amor. eleg. 15.
Superas recludere mentes, Consilia aperire deorum. Sil. lib. 1.
Redit mens. Ouid. 9 Metamorphoseos,
Mens temen vt rediit, patiter rediere furores.
Anxiis mentibus spem reducit Lyæus. Horat. 3. Carm. ode 21.
Relaxare mentem. Senec. Hippol. 4.
Inoblita mente repetere aliquid. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.
Reponere mentem alicui, Reddere animum. Valer. 7. Argon.
Manet alta mente repostum. Virg. 1. Æneid.
Reuincire mentem amore. Catul in Epithal. Iuliæ, 56.
Sanatur mens. Lucretius lib 3,
Et quoniam mentem sanari, corpus vt ægrum
Cernimus, & flecti medicina posse videmus:
Id quoque præfagit mortalem viuere mentem.
Satiare teneras mentes veluti quodam iucundioris disciplinæ cibo, lactéque. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quin ipsis doctoribus hoc curæ esse velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & latiari velut quodam iucundioris disciplinæ cibo, lactéque patiantur.
Scrutari mentes desim in fibris. Ouid. 15. Metam.
Senescit mens. Lucret. lib. 4.
Seuocare mentem ab oculis. Cic. 3. de Nat. deor.
Stetit in dubio mens. Lucan. lib. 7.
Subiit mentem ea res. Virg. 10. Æneidos,
Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
Labefacta mens succubuit. Senec. Troad. 10.
Suscipere. Cic. in Catil.
Suæ mentis esse. Cic. in Pisonem, Hic si mentis esset suæ, nisi prænas patriæ, dissque immortalibus eas, quæ grauissimæ sunt, furore atque insania penderet: ausus esset, &c.
Io mente, & In mentem est mihi, Vide IN præpositionem.
Est mens mihi, Id est placet mihi, Volo. Ouid. epist. 2.
Non eadem est mens. Horat. de Arte. Id est non idem nunc placet.
Tenet mens. Varr. de Ling. Lat. lib. 5, Sic reminisci cum ea quæ tenuit mens, ac memoria, &c.
Teneraseit mens in tenero corpore. Lucret. lib 3.
Tepescunt mentes. Lucan. lib. 4.
Terrent etiam nunc nubila mentem Ouid. 1. Metam.
Trepidat metu. Horat. 2. Carm. ode 19.
Turbatus vulnere mentis. Virg. 12. Æneid.
Hæc veniunt in mentem, Harum rerum memini. Cic. 2. de Natur. deorum, Hæc mihi ferè in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. Idem ad Attic. lib. 12, Nunquam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuisset. Eidem, lib. 7, Quum autem Dolabellæ venit in mentem, paulum respiro.
Venit in mentem illius rei. Cic. Mario, lib. 7. 3, Solet in mentem venire illius temporis. Idem pro Quintio, Non minus sæpe ei venit in mentē potestatis, quàm æquitatis tuæ. Et de 2. Orat. Vt quotiescunque gradum facimus, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.
Venit in mentem de hac re. Cic. de Petitione Consularus, Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis commotionibus, &c.
Venit in mentem vt portorium vini instituerem. Cic. pro Fonteio, Fonteio non in Gallia primùm venisse in mentem, vt portorium vini institueret.
Venit in mentem facere, dicere, &c. Cic. 1. de Oratore, Quid tibi in mentem venit ita respondere? Idem de Diuin. Quid in mentem venit Calistheni dicere deos, &c. Sic de Claris Orator. Mihi Brute in te intuenti crebro in mentem venit vereri ecquodnam, &c. Et Figulo, libro 4, Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare.
Videre aliquid mente Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.
Liquida mente videre. Catul de Berecynth. epigr. 58.
Mens animi vigilat. Lucret. lib. 4. Hæc duo fæpe cõiunctè ponuntur à scriptoribus. Aristoteles autem huiusmodi διανοήσεις, id est comparationem seu proportionem proponit tum in lib. 1. De morib. ad Nicomach. tum Topicorũ primo, ὡς ἐν σώματι ὄψις, ὅπερ νοῦς ἐν ψυχῇ, Id est, vt in corpore aspectus, sic mens in animo. Lambin.
Virens mente. Stat. 3. Thebaid.
Mens mea facientis. Pomponius in l. Si iur. D. de Legat. & fideicomm. 3, Videndum est, an mens mea hæc fuerit facientis postea testamentum.
Mentio, mentionis, fœm. gen. {μνήμη} A supino mentum, quod à Meno verbo

verbo antiquo deducitur, teste Vallâ libro 3. quod Recordor, & in mentem reuoco significabat.
Agitare mentionem, Vide Agito in AGO.
Facere mẽtionem, Commemorare. Cic. de Senect. Lysandrum Lacedæmonium (cuius mòdò mentionem feci) dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis.
Facere mentionem necessariam alicuius rei. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Facere mentionem de pecunia, &c. Cic. pro Quintio, Quum statuisses de pecunia mentionem facere. Idem 3. de Legib. Demetrius ille de quo feci suprà mentionem. Et ad Qu. fratrem, lib. 2, De te à Sipylo mentio est honorifica facta.
Habere mentionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Iacere mẽtionem, Paterculus libro 2, Tum inter Lepidum, Cæsarem & Antonium commercia epistolarum, & conditionũ iacta mentio. Cæsarem intelligit Octauium.
Incidere in mentionem. Cic. 1. Verr. Casu in eorum mentionem incidi. Idem de Amicitia, Scæuola quum in eam mẽtionem incidisset.
Incidit de Philippo, Vide INCIDO pen. corr.
Inferre, Vide INFERO.
Iniecta mentio de aliquo. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Intermittere. Cicero Attico, lib. 5, Nec tui mentiõnem intermitti sinit.
Mouere rei cuiuspiam, Vide MOVEO.
Opprimere aliquam, Vide OPPRIMO.
In mentione terræ dicetur: Hoc est, dum meritionem terræ faciemus. Plin. lib. 2. cap. 8.
Mentior, mentiris, pen prod. {ψεύδομαι, ψεύσομαι, ψεύδεσθαι, ψεύσασθαι, ἐψευσάμην} mentiri, Deponens, neutrum verbum. Terent. Heaut. 3. 2,
Non est mentiri meum. Id est non consueui mentiri, siue solitus sum.
Mentiebatur ad milites. Gell. lib. 15. cap. 22.
Palàm mentiri, In PALAM.
Mentior nisi, Vide NISI.
Aduersus aliquem mentiri. Plaut. Aulul 23.
In aliquem. Cic. in Saluſt. Dabo operam vt & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minimè mentitus esse videar.
Alicui. Plaut. Amphitr. 5. 6.
Mentiri de. Cic. 2. de Orat. De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar.
De annis ætatis suæ multum mentiri. Quintil. lib. 6. cap. 3.
¶Mentiri se esse aliquem, Fingere & simulare. Plin. de Viris Illust.
Martialis lib. 1,
Mentitúrque virum prodigiosa Venus.
Amorem. Ouid. epist. 20.
Causam fugæ. Ouid. 11. Metam.
Colorem fuco. Quintil. lib. 2. cap 15.
Lana mentitur varios colores Virg. 4. eclog.
Color ille chrysocolam mentitur. Plin. lib. 35. cap. 6.
Dolorem capitis mentita puella. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Fidem. Claud. 5. Paneg.
Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,
Tam subitò coruus, qui modò cygnus eras. Martial. lib. 5. 89.
Verum robur inani fagina. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sextum mulierbri motu. Colum. in Præfat. lib. 1.
Vitam vanitas mentitur fibi. Plin. lib. 7. cap. 55.
Mentiri, pro Falsò scribere. Plin. lib. 12. cap. 15, Necnon fuere qui è thure arbore vtrunque nasci mentirentur.
Mentibor, pen. prod. {ψεύσομαι.} Plautus Milite, 5,
Et assentandum est quicquid hic mentibitur.
Mentitus, pen. prod. Partic. {ἐψευσμένος.} Cic. 4. Acad. Ne tu qui idem mẽ facturum paulò antè dixeris, videare mentitus.
Os mentitum. Ouid. 6. fast.
Mentita & falsa plenáque erroris. Cic. 2. de Natur. deor. Quæque his vacant, mentita, & falsa, plenáque erroris. Legitur & ementita.
Fama mentita. Ouid. 10. Metam.
Figuris mentitis celare se. Ouid. 5. Metam.
Mentiturus, penultima producta {ψεύσομενος} Aliud participium, Ouid. in Ibin,
Non mentituro quilibet ore legat.
Vox mentitura. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.
Mentitio, mentitionis, Verbale. Author ad Heren. lib. 3, nõ ita procul ab initio, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentitiones, & cæteras res, &c.
Mensa, mensæ {τράπεζα, δίφρος} Super quam edere solemus: dicta, inquit Varro, quasi mesa, quòd inter duos poneretur. Virgil. 1. Æneid. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula. Charisius lib. 1, Mensam sine n litera dictam Varro ait, quòd media poneretur. Sed authores cum n litera protulerunt, Virgilius sæpe. Sed & mensam cum n posse dici, idem Varro ait, quòd & mensa δίφρος τετρα, edulia & esculẽta ponerẽtur. Hæc Charisius. Varronis hac de re verba lib. 4. de Lingua Latina sunt hæc: Mensam escariam cibilla appellabant. ea erat quadrata, vt etiam nunc in castris est, à cibo cibilla dicta. postea rotunda facta est. & quòd à nobis media, & à Græcis μέσαι, mensa dici potest: nisi etiam quòd ponebant pleraque in cibo mensa.
Acerna. Ouid. 12. Metam.
Argenteæ in delubris. Cic. 3. de Nat. deor.
Augustata mensa. Macrob. In templo Iunonis populoniæ augustata mensa est. Augustam vocat, quæ augusta facta est, Id est consecrata.
Citrea & acerna. Martial. lib. 14. 94. & 95. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutatio ábstulisti.
Conscripta vino. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Curionales, Vide CVRIA.
Delphicæ è marmore. Cic. 6. Verr.
Gemmiferæ. Claud. 5. Paneg.
Pantherinæ, Vide Pantherinus in PANTHER.
Pollutæ cruore. Sil. lib. 7.
Supina. Propert. lib. 4. eleg. 9.
Tripes. Horat. 1 Serm. saty. 3.
¶Astare mensæ domini, In ASTO.
Consistere ad. Cic. 5 Tusc. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere.
Discumbere mensis. Stat. 4. Sylu. 2.
Esse in honore mensarum. Plin. lib. 10. cap. 49.
Exstruere conquisitissimis cibis. Cic. 5 Tusc. Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subranci da, seruí sordidati ministrant, nonnulli etiam senes.
Instruere. Virg. 3. Æneid.
Onerare epulis. Virg. 4. Georg.
Opulentare pretiosis dapibus, Vide OPVLENTO.
Reponere vina mensis. Virg. 7. Æneid.
Mensarum plura genera, vide apud Varr. lib. 4 de Ling. Latin.
¶Mensa, Prandium, vel Cœna quandoque dicitur. Iuuen. Saty. 1.
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis vnà comedunt patrimonia mensæ.
Reuerentia mensæ. Iuuen. saty 2.
Omnium mensarum assecla. Cic. in Sallust.
Mensa sine arte. Martial. lib. 10.
Angusta mensa. Senec. Thyeste, 5, Tutúsque mensa capitur angusta cibus. Id est tenui, non sumptuosa.
Apposita. Ouid. epist. 16.
Apta ioco. Ouid. 1. de Arte.
Breuis. Horat. de Arte.
Cara, Quæ magno constat. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Diuites. Horat. 2. Serm. satyra 4.
Nitentes. Horat. 2. Serm. satyra 2.
Opimæ mensæ inconsuetus miles. Sil. lib. 11.
Pingues. Catul. in Carmine nupt. 57.
Plena. Virgil. 11. Æneid.
Primæ mensæ, Id est primi cibi. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1, Primis mensis post epulas iam remotis, & discursim variantibus poculis minutioribus, &c.
Regales. Virgil. 1 Æneid.
Secundæ mensæ, Id est secundi cibi, vel epulæ. Virg. 2. Georg. Cic. Attic. libro 14, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa.
Mensæ Syracusanæ, Prouerbium, Vide SYRACVSAE.
Tenuis. Horat. 2. Carm. ode 16.
¶Apponere mensam, In APPONO.
Auferre, Vide AVFERO.
Communicare aliquem mensa, Vide COMMVNICO.
Perpetuis considere mensis. Virg. 7. Æneid.
Relicta mensa discedit conuiua. Ouid. 1. de Arte.
Lucis pars optima mensæ est data. Ouid. 7. Metam.
Verecunda laxamus seria mensa. Perf. saty. 5.
Pingues linquere mensas. Catul. in Carm. nuptiali, 57.
De mensa mittere: Id est de iis quæ mensæ apposita erant. Cicero Attico, lib. 5, Discubuimus omnes præter illam, cui tamen Quintus de mensa misit, illa rejecit. De Pomponia Attici sorore, Quinĉti Ciceronis fratris vxore.
Percurrere mensas, Vide PERCVRRO.
Mensam remouere. Virg. 1. Æneidos,
Exempta fames epulis, mensæque remotæ. Turnebus hîc intelligit mensas, fercula & magidas, & lances. Nam saturis conuiuis semouentur.
Repellit mensas ingenti clamore. Ouid. 6. Metam. de Tereo.
Mensam tolli iubet. Cic. in Pison.
¶Mensa, etiam discus & quadra dicitur. Virg. 7. Æneidos,
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Id est panitias mensas, inquit Seruius, epularum sustentaculum.
¶Mensa, Tabula qua argentarij vtuntur. Cic. in Pisonem, Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palàm propositis esse numeratum? Idem pro Flacco, Si Prætor dedit, vt scripturn est, à Quæstore numerauit, Quæstor à mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex æraruo.
¶Mensa, Particula quædã in ballistæ fabrica, de qua sic Vitruuius, Regulæ, quæ in mensa, longitudo foraminum octo. Quid autem sit mensa, declarat Turnebus his verbis, Mensa interior est, & media inter duas hinc & inde scutulas, constátque regulis diapegmatis, & tabula, inter regulas & diapegmata collocata: éstque in summo & imo capitulo, vt & peritrena. Ctesibius vel Hero, κελεύσας δὲ τὸ μῆκος τὸ συμπεφυκὸς ὕφεν τῶν κανόνων, καὶ τῶν διαπηγμάτων, καὶ τὴν σανίδα γομφώσας.
Hactenus ille.
Mensula, pen corr. Diminut. {τραπέζιον.} Plaut. Mostel. 4, Cedò aquam manibus puer, appone hic mensulam.
Mensarius {τραπεζίτης, τραπεζικὸς} qui & Collybista. Habebant autem, inquit Budæus, numularij siue mensarij aut mensularij & argentarij causam publicam, & rationem accepti expensíque faciebant: & tam pecuniariam permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant: quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Aliàs Latinè Argentarius dicitur: à Græcis Trapezita. Cic. pro Flacco, Cum ciuitate mihi res est acerrima & conficientissima literarum, in qua nummus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos à populo creantur. Liuius 7. ab vrbe, Noui Consules solutione m æris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos Mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.
Mensarius, Adiectiuum: vt Triumuiri mensarij. Vide TRIVMVIR.
Mensio, mensionis, Vide METIOR.
Mensis, huius mensis {μὴν, μηνὸς} à Metior deducitur, quasi res numero dierum mensa. Cic. 2. de Nat. deor. Qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. De cursibus Lunæ. Macrobius à Græco μὴν,

id est à Luna trahit.nam lunæ curriculo mensis conficitur. Terent. Adelph.3.4, Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est. Plaut.Persa,16,Nunquam hercle hunc mensem vertentem credo seruibit tibi.

Mensis,à Lunæ motu dictus,dum ab Sole profecta ,rursus redit ad eum Luna,quòd Græcè olim dicta μήνη: vnde illorum μῆνες,&c. Varr. de Ling. Latin.lib.5.

Primis à mensibus.Virg.1.Georg.

Aprilis mensis marinæ Veneris Horat.4.Carm.ode 11.

Augustus mensis, Vide AVGVSTVS.

Bissêni menses.Stat.3.Sylu.1.

Breuis.Horat.2.epist.1.

De mense Decembri, Vide DE præpositionem.

Gelidi menses, Tempora hyemis.Claud.3.de raptu Pros.

Incerti menses sunt veris & autumni. Nam & hyemis certum est frigus,& æstatis certus est calor : veris verò & autumni nunc frigus, nunc calor est. Seruius in illud Virgil.1.Georgicorum,

Præsertim incertis si mensibus annus abundans Exit.

Intercalaris, Vide INTERCALO.

Pauci,In PAVCVS.

Opportunus, & Rectus.Plin.lib.10.cap.63.

Sextilis mensis,Augustus.Horat.1.epist.11.

Tardi.Virgil.1.Georg.

Totus ex ordine.Virg.3.Georg.

Vertens, Vide vertens annus in ANNVS.

Voluendi,Volubiles.Virg.1.Æneid. Seruius.

¶Mensis abit. Terent.Adelph.4.5,Hæc dum dubitas,menses abierunt decem. Vbi Donatus. Quasi dicat, te cessante, decem menses cessêre.Et abire dicitur quod paulatim nos deserit.

Abesse tres menses, Vide ABSVM.

Agitur mensis, Vide AGO.

Consumere mensem.Cic.ad Attic 2.

Exactis mensibus grauidæ errant.Virg.3.Georg.

Occupare primos menses,In OCCVPO.

Incipiunt magni procedere menses.Virg.4.eclog.

Inire mensem.Cic.ad Attic.1.

Ponere mensem.Cic.ad Attic.6.

Pronos veluit menses Luna.Horat.4.Carm.ode 6.

¶Menses,in plurali, pro Menstruis mulierum. Plin.lib.21.cap.21, Prodest &orthopnoicis & anhelationi , mulierúmque mensibus retardatis.

Mensis etiam in singulari idem significat. Plin.lib.17.cap.28, Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mensis nudis pedibus recincta.

Commorantes menses trahit lens.Plin.lib.22.cap.25.

Menses fœminarum trahere dicitur masticheæ condrilli. Plin.libro 22.cap.22.

Menses mulierum abundant,vel subsidunt.Plin.lib.22.cap.8.

Abundantia mensium.Plin.lib.23.cap.7.

Monstrifici.Plin.lib.28.cap.7.

Euocare menses.Plin.lib.26.cap.vlt.

Menstruus,Adiect. {μηνιαῖος, ἐπιμήνιος, ἔμμηνος } Quod est vnius mensis. Cic.de Nat.deor. Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet.

Menstrua aduersaria. Cic.pro Rosc.Comœ. Quid est quod negligenter scribamus aduersaria ? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua,illæ sunt æternæ.

Cibaria.Cic.5.Verr.

Cursus menstruus Dianæ.Catul.in Carmine secul.

Cursus menstrui,Menstrua mulierbria.Plin.lib.11.cap.39.

Feriæ menstruæ.Varr.de Ling.Latin.lib.5.

Luna.Virg.1.Georg.

Opus.Cic.2.de Legib.

Thura menstrua reddere Lari, Id est singulis mensibus. Tibul.lib. 1.elegia 3.

Vtra.Cic.4.de Finib.

Vsura.Cic.ad Atticum,lib.6.

¶Menstruum,pro Alimẽto in singulos menses legato: vt Annuum, quod in singulos annos. Vlpianus in l. Qui bonis.D. De cessione bonorum,Si quid misericordiæ causa ei fuerit relictum,puta mẽstruum vel annuum,alimentorum nomine.

Menstruum,menstrui,n.g.numero singulari.Plin.lib.28.cap.7,Quocunque autem alio menstruo,si nudatæ segetem ambiant, erucas ac vermiculos scarabeósque ac noxia alia decidere.

¶Menstruum,menstrui,Cibus & velut annona vnius mensis. Liu. Decad.5.lib.4,Prætore dimisso, Consul menstruum iussо milite secum ferre,profectus,&c.

¶Menstrua,menstruorum, Substant.plur.num.n.g. {ἔμμηνα} Mulierum profluuium est,quod illis vnoquoque mense accidere solet. Vide Plinium lib.7.cap.15. Colum.lib.11.cap 3, Eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius:nisi si mulier quæ in menstruis est,contigerit eum,& ob hoc exaruerit.

Menstrua bene respondentia.Celsus lib.6.cap.6.

Menstrualis,& hoc menstruale, pen.prod. { ἐμμηνικός, καταμηνιώδης } Quod singulis mensibus fit. Plaut.Capt.8, Qui folebam menstruales epulas ante adipisciier.

Menstruale animal mulier, Quæ mẽstrua patitur.Plin.lib.7.cap.15.

Mensor,Menstura,Mensus, Vide METIOR.

Mensula, Vide MENSA.

Menta,mentæ,Herba quæ à Græcis ἡδύοσμος dicitur : Hoc est, suaueolens. Menta autem appellata,quòd suo odore mentem feriat. Cic. Pæto,lib.9.22, Volo mentam pusillam ita appellare,vt rutulam. Plin. lib.20.cap.14, Mentæ ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatem in cibis. ¶Est & menta aquatica,quæ à Dioscoride cyssimbrium dicitur. Vide MINTHA.

Olentes mentæ.Ouid.10.Metam.

Mentagra,mentagræ,pen.corr. {ἕλκος} Morbus dictus à mento.Plin. lib 26.cap.1, Grauissimum ex his lichenas appellauere, Græco nomine:Latinè,quoniam à mento ferè oriebatur , ioculari primùm lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo,mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus , oculis tantùm immunibus , descendentem verò & in colla pectúsque ac manus fœdo cutis furfure.

Mentastrum,mentastri { ἡδύοσμος ἄγριος } Menta syluestris. Plin.lib. 20.cap.14, Mentastrum syluestris menta est , differens specie foliorum quasi figura ocimi,pulegij colore. Propter quod quidam syluestre pulegium vocant.

Mentastrum syluestre.Colum.lib.11.cap.3.

MENTERCOSA { μέντρικα } Hispaniæ vrbs Ptolemæo : vulgò *Petraza de la sierra*.

Mentigo, pen.prod. mentiginis,f.g. { λέπρα } Genus morbi , quod pecudes inuadere solet.Colum.lib.7.cap.5.

Mentio,mentionis,fœmin.gen.& Mentior,mentiris,& Mentitus, Vide MENS.

MENTISA { μέντισα }. Hispaniæ vrbs Ptolemæo. alio nomine Mentesa:vulgò *Iaen*.

MENTOAS,Fluuius olim dicebatur,quem nunc (Eustathio in Dionysium teste) Istrum siue Danubium apellamus.

MENTOR, huius Mentoris, pen.corr. { μέντωρ } fuit in vasis cælandis mirus axtifex,de quo Plin.lib.12. Et lib.33.cap.12. Iuuen.Satyra 8, -raræ siue Mentore mensæ.

Mentoreus,pen.corr.Adiectiuum {μεντόρειος.} Propert. lib.1.eleg.13, Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

MENTORES,pen.corr. { μέντορες} Stephano, Populi fuerunt in Illyrico, quorum meminit Plin.lib.3.cap.21.

Mentula,mentulæ,pen.corr.f.g.Membrum virile.

Mentum, menti { γένυον, ἀνθρωπεῖον } Ab eminendo dicitur , quòd à gula emineat.Plaut.lib.11.cap.37,Mentum nulli præter hominem,nec malæ. Cic.1.Tuscul.an. Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus.

Canicies inculta mento iacet.Virg.6.Æneid.

Incana menta.Virg.3.Georg.

Pediculosum mentum,Vide Pediculosus, in PES.

Intorquere mentum,Vide INTORQVEO.

A mento palearia pendent.Virg.3.Georg.

Nutanti mento percutere pectus. Ouid.11.Metam. Gestus est eorum qui sedentes,vel cubito caput innixi dormiunt.

MENVS,Germaniæ fluuius est,in quo sylurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere. Bocatius.

MENVTHIAS { μενυθία } Insula Australis Ptolemæo lib.5.cap.9,ad Æthiopiam : hodie *Madagascar* , siue *insulam S. Georgij* nominant , licet accolæ sint Mahumedistæ.

MENYTHIS { μενυθίς } Vicus Ægypti non procul à Canopo : cuius incolæ Menuthiæ vocantur. Steph.

Meo,meas { διαβαίνω, παραβαίνω, μεταβαίνω } meâre,Vltro citróque ire.item Exire,manare,hoc est Fluere. Plin.lib.10.cap.38,Aues non in eadem natura meare videntur.

Anima means in membra diuersa.Lucan.lib.3.

Mobilitas meandi per magnum inane.Lucret.lib.2.

Meatus,huius meatus,pen.prod. { πορεία. } Plin.lib.10.cap.38,Aues solæ vario meatu feruntur & in terra & in aëre. Hoc est,varia incendendi aut volandi ratione.

Bifido meatu diuisus Rhenus.Claud.de bel.Get.

¶Meatus etiam dicuntur πόροι in corpore. Plin.libro 20.cap.21, Succus maluæ decoctæ , poros , hoc est meatus suaues facit. Nostra exemplaria habent,Succus decoctæ,pori meatus suaues facit.

¶Meatus siderum , hoc est Cursus & motus astrorum. Plin.libro 2.cap 8.

Cæli meatus.Virg.6.Æneid.

Solis cursus,Lunæque meatus.Lucret.lib.5.

Solis,Lunæque meatus.Lucret.lib.1.

Meaculum,meaculi,penult.corr. Idem.Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem,Meacula venarum.

Meabilis,& hoc meabile,pen.corr. { διαβατός.} Plin.lib.2.cap.5, Vitalem hunc,& per cuncta rerum meabilem,totóque confertum. Id est, qui facile per omnia meat & fluit.

Meabilis transitus.Plin lib.6 cap.1.

MEONIA,Meonis,Meonides, Vide in MAEONIA.

MEOTIS, Vide MAEOTIS.

Mephitis,huius mephitis,pen-prod.fœm.g. { μεσόπις } Propriè est terræ putor qui de aquis nascitur sulphuratis : & est in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Alij Mephitin deum volunt Leucotheæ connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Mephitin lunonem volunt,quam aëtem esse constat. Nouimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci:sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto : vt sit Mephitis dea odoris grauissimi, id est graueolentis. Virgil.7.Æneidos,

-nemorum quæ maxima sacro

Fonte sonat : fœuámque exhalat opaca mephitin. Seruius. Vide AMSANCTVS. Pers.Satyra 3, -atque albo ventre lauatur,

Guttare sulphureas lentè exhalante mephites. Id est odorem terrimum,seu halitus graues & olentes.

Mephiticus, a, um { μεφιτικός } Apud Sidonium Apollinarem pro fœtulento.

MERA { μέρα } Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat.lib.8. ¶Mera item Pœeri & Antiæ filia fuit,quæ quum venationi dedita Dianam per nemora sequeretur , à Ioue visa & dilecta est , qui sumpta Dianæ figura , cum ea concubuit. Tandem in canem mutata est. Ouid.7. Metamorph.

Meraclum,per contractionem à meraculum.Plaut.Casina,

Nisi hæc meraclo se vspiam percussit flore Libyco,

Meracus,pen.prod.Adiect. { ἄκρατος } Solum & purum. Vnde Vinum meracum

meracum dicimus,quod merum est,nulla aqua admista. Hinc etiam Meracius bibere dicuntur , qui minus aquæ vino miscent. Celsus lib.2. Horat.2.epist.2,Expulit helleboro bilem, morbúmq; meraco. Cic.3.de Nat.deor.Vt si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumpturum statímque periturum : magna sit in culpa.

Anticyras forbere meracas.Pers.Saty.4.

Meraculus,pen.corr.Diminutiuum.Plin.lib. 20.cap.19, Opium ex vino meraculo,si protinus detur,scorpionum ictibus resistit.

Mercatio,Mercator,Mercatura,Mercatus, Vide MERCOR.

Mercedula,Mercenarius,In MERCES.

Merces,mercedis,pen.prod.f.g. { μισθός,ὠνέομαι } Præmium quod datur pro labore seu stipendio. A merendo, & ære dicta , vt Varro lib.4. de Lingua Lat.author est. Iuuen.Saty.7.

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.

Dulcis labor mercede.Ouid.6.Fast.

Pactiones mercedum.Cic.in Parad.

Alta merces,Id est magna.Silius lib.17, -discriminis alta

In medio merces,quicquid tegit vndique cælum.

Dilata merces officiis.Claud.8.Paneg.

Duplices.Quintil.lib.12.cap.3.

Geminata.Ouid.2.Metam.

Pacta.Horat.3.Carm.ode 3.

Virtus sibimet pulcherrima merces.Silius lib.13.

¶Accersere mercede,In ACCERSO.

Accipere mercedem.Cic.pro Rosc.Amer.

Bibere mercede.Horat.1.Carm.ode 27.

Caret mercede virtus.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.

Conducere mercede,In CONDVCO.

Diurna mercede conductum pauit.Horat.2.Serm.saty.7.

Constituere mercedem.Cic.Verr.7.

Dare.Cicero in Verr.Dubito an Apronio ipsi data sit merces.

Exigere duplices ab aliquo.Qu intil.lib.2.cap.3.

Militare mercede,In MILES.

Operis mercedem negare.Ouid.11.Metam.

Numerare in locum mercedis.Cic.Fam.1.

Pacisci mercede cum,&c.Vide PACISCOR.

Promittere.Cic.Fam.16.

Paruas sequi.Horat.1.Serm.saty.6.

Soluere vel persoluere.Cic.pro Domo sua.

Tribuere.Cic.Fam.3.

¶Merces,pro Pensione & reditu annuo.Cic.2.de Finib. Vides igitur si amicitiam fua charitate metiare,nihil esse præstantius:sin emo lumento,summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari.Budæus.

¶Merces,pro Pretio & damno. Cic.3. Tusc ul. Nam istuc nihil dolere,non sine magna mercede contingit immanitatis in animo,stupo ris in corpore. Et ad Lentulũ,lib.1.9,Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum nõ ita magna mercede , quàm ego maximo dolore cognoram.Budæus.

Mercedula,mercedulæ,pen.corr.Diminutiuum {μισθάριον.} Cic. lib.13. ad Attic.Credebam esse facile: totum est aliud,postea quàm sum à te disiunctior.sed fuit faciendum , vt & constituerem mercedulas prædiorum,& ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem. Hoc est, *Que i'affermasse ou baillasse à ferme mes terres*. Sic exponit Bud. Paulus verò Manutius sic: Mercedulas,Vectigal quod ex prædiorum locatione capiebat. Constituerẽ:certiores atque vberiores redderẽ.

Mercenarius,Adiect. { μίσθιος,μίσθιον,μισθωτός,μισθωτικός,βῶς} Qui mercedis gratia operam suam alicui præstat.Marcellus in l.Respiciendum. D.de Pœnis, Domestica furta vocârur,quæ serui dominis, vel liberti patronis,vel mercenarij, apud quos degunt, furripiunt. Cic.1. Offic. Est autem infima conditio & fortuna seruorum : quibus non malè præcipiunt,qui ita iubent vti vt mercenariis,operam exigendam;iusta præbenda.

Mercenarius & Gratuitus,contraria.Cicero pro Fonteio,Cupidos moderatis,mercenarios gratuitis , impios religiosis , &c. anteferre? Idem 1.de legib. Quid liberalitas? gratuitáne est,an mercenaria?

Mercenarius,Adiectiuum:vt Vincla mercenaria.Horat.1.epist.7, -ille Philippo

Excusare laborem , & mercenaria vincla. Id est occupationes mercenarias,& præconias.erat enim præco:& mercede conductus,interdum merces venales prædicabat. Ex Lambino.

Mercenarij testes.Cic.Pulchro,lib.3.11.

Mercenarij Prætoris decretum.Cic.7.Verr.

Mercenarium procemium.Cicero 3.Verr. Itaque quum à te caput illud tam multis verbis mercenario procemio esset ornatum , ecquis est iuuentus postea Prætor,qui illud idem edicerer?

Mercimonium, In MERX.

Mercor,mercaris,mercatus sum { ἐμπορεύομαι , ἀνταμείβομαι ἀνέομαι } mercari,Deponens,à Mereo, significat modò Emere, modò Emendi aut vendendi causa mercaturam exercere. Terent.Heaut.1.1, Inde adeò quòd agrum in proximo hîc mercatus es.

Mercari ad certam summam. Cic. ad Gallum,lib.7.12.4, Essent mi Galle,omnia facilia, si & ea mercatus esses quæ ego desiderabam , & ad eam summam quam volueram.

Mercari à,vel de.Cic.1.Offic.Sordidi etiam putantur,qui mercantur à mercatoribus,quod statim vendant. Idem pro L.Flacco, Fundum Cymeum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio.

Mercari alicui.Terent.Eunuch.3.5, Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi.

Amicam quiuis mercatur muneribus.Propert.lib.2.eleg.17.

Delicias mercatus sum.Stat.5.Sylu.5.

Equos mercari.Horat.1.Serm.saty.2.

Mercari magistratum pretio.Cic.4. Verr.Ab isto,& præco qui voluit,istum ordinem pretio mercatus est.

Libra & ære aliquid.Horat.2.epist.2.

Magno aliquid.Virg.2.Æneid.

Præsenti pecunia.Plaut.Capt.6.

Pretio aliquid.Horat.3.Carm.ode 19.

Mercatur minore pretio.Gel.lib.1.cap.19.

Mercari sestertiis sexcentis.Colum.lib.3.cap.3.

Mercari Græca fide.Plaut.Asin.5,

Diem,aquam,solem,lunam,nocte:hæc argento non emo:

Cætera quæ volumus vti,Græca mercamur fide. Plautus Græcam fidem dixit,vbi non verbis,neque stipulationibus,sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei , nisi præsentem pecuniam numerassent.

Largus mercandi.Sil.lib.15.

Mercans,mercantis {ἐμπορεύμενος} Qui mercatur.Columel.lib.7.cap.6, Quæ videntur esse robustiora,in supplementum gregis reseruantur; cætera mercantibus traduntur.

Mercatus,penul.prod. {ἐμπορεῖον} Participium passiuum pro Emptus. Plin.libro 37.cap.2,HSCLM.trullam vnam non ante multos annos mercatam à matrefamilias nec diuite.

Cultus mercatus.Propert.lib.1.eleg.2.

Mercatus,huius mercatus,pen.prod. {ἐμπόριμα.} Plaut.Asin.8, Asinos vendidit Pellæo mercatori mercatu.

¶Mercatus {ἐμπόριον} Locus in quo res venduntur. Plaut.Persa,7, Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Terent.Adelph.2.2, Nisi eò ad mercatum veniam,damnum maximum est. Vbi Donatus,Mercatus,locum,tempúsque signat.

Frequens mercatus.Liu.1.ab Vrbe.

Instituere mercatum. Cic. 3. Philipp. Earúmque rerum omnium domesticum mercatum instituerit , Populo Romano leges imposuerit : armis & præsidiis Popul. Roman. & magistratus foro excluserit.

Concelebrare, Vide CONCELEBRO.

Indicere. Cic.4.Verr. Tanto mercatu Prætoris indicto,concurritur vndique ad istum Syracusas : flagrabat domus tota Prætoria studio hominum & cupiditate.

Mercatus,mercati, Nonius,Mercatis,pro mercantibus. Sallust.Histor. lib.5, Cæteri negotia sequebantur familiaria legatorum , aut tribunorum,& pars sua commeatibus mercatis.

Mercatio, Verbale {ἐμπόρευσις} Gell.lib.3.cap.3, Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercator,pen.prod.mercatoris {ἔμπορος} Aliud verbale. Horat.epist.1, Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. in Orat. Neque me diuitiæ mouent,quibus omnes Africanos & Lælios multi vænaliti,mercatorésque superarunt.

Sacci mercator olentis.Iuuen.sat.14.

Diues.Horat.1.Carm.ode 31.

Incinctus tunica.Ouid.5.Fast.

Vagus.Horat.de Arte.

Mercatura,mercaturæ,pen.prod. {ἐμπορία.} Cic.1.Offic.Mercatura autem si tenuis est,sordida putáda est:sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multísque sine vanitate impertiens,non est admodum vituperanda. Idem 3. Officior. Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus , inanem redire turpissimum est.

Mercaturam à Mangonio veteres separauere. Plaut. Mercaturam an venales habuit? Seneca lib. de Benef. Mercator vtilibus prodest, medicus ægris,mango venalibus. Turneb.

Abire Tarentum ad mercaturam,Videó ABEO.

Auertere se in mercaturam.In AVERTO.

Mercaturam facere. Cic.7.Verr.Alios qui à prædonibus erant capti,quum mercaturas facerent,vt aliquam ob causam nauigarent.

Mercaturæ,in plurali.Horat.2.Serm.sat.3,

Auersus mercaturis. Subaudi emat.

Mercalis,& hoc Mercale,pen.prod.Quasi vendibilis.Colum.lib.7.cap. 6,Ex his singula capita, quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur,cætera mercalibus traduntur.Ita legit & interpretatur Calepinus.Nostra autẽ exemplaria legunt mercantibus.

Mercurialis,huius mercurialis,pen.prod.f.g. {ἡμερόκραμβη} Herba.Plin. lib.25.cap.5, Linozostis siue parthenion Mercurij est inuentum,ideo apud Græcos hermupoan multi vocant eam , apud nos omnes mercurialem,&c.

MERCVRIVS {ἑρμῆς,ἑρμείας, σώπυρος} quasi medius inter homines currẽs,quòd sermo currat inter homines medius.Ideo Hermes Græcè, quòd sermo , vel interpretatio (quæ vtique ad sermonem pertinet) ἑρμηνεία dicitur. Vnde & mercibus præest , quia ineer vendentes & ementes sermo sit medius. Modò Ligius, modò Argiphontes , modò Ilomius,modò Cyllenius. Quatuor fuisse Mercurios tradunt: vnum Iouis & Maiæ filium:alterum Cælii tertiũ Liberi & Proserpinæ:quartum Iouis & Cyllenes,quem fama est ob Argi cædem profugum, literas Ægyptiis ostendisse. Verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo & alas in capite & pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aera sermonem. Ideo nuntium volit dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est deus facundiæ: nam hominibus loqui præstare dicebatur. Dictus est deus mercatorum,palæstræ,furum,nuntiúsque & interpres deorum. Lyram inuenit. Hic dictus est Hermes Trimegistus,hoc est ter maximus. ¶Est præterea vnus è septem planetis , cuius corpus cunctorum siderum minimum,ferè semper sub radiis solaribus: à quibus nó recedit longius quàm ducentos triginta gradus.Ideo ab Astronomis σήκωμα dicitur,quod est radiãs. Vnde solanus & perustus fingitur, quia nimis est vicinus Soli præter cæteras stellas. Quinque autem Mercurij , Ciceroni 3.de Nat.deor.numerantur.

Mercurius,Deus est omnium gymnasiorum cõmunis,tam eorum quæ animi sunt,quàm eorum quæ corporis. Hinc est,quòd ab antiquis signum eius gymnasiis apponebatur, vt ex multis Ciceronis, & aliis plerisque locis videre satis licet.

Mercuri facunde nepos Atlantis.Horat.1.Carm.ode 10.

Celer Mercurius. Horat. 2. Carm. ode 7.

Mercuriales {ἱερισσοὶ} Videntur esse sodales quidam in honorem Mercurij, vel collegium aliquod. Cic. ad Qu. frat. l. 2, M. Furium Hacum, Equitem Romanum, hominem nequam Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.

Mercuriales viri, pro Eruditis. Horatius 2. Carm. ode 17.

Merda {ἀπὸ τοῦ σκῶρ τὸ μέσον} A μέσῳ dicitur, quod est pars, & edo, comedo. Est enim cibi excrementum: hoc est pars eorum quæ comedimus. Horatius lib. 1. Serm. saty. 8,

Mentior, at si quid merdis caput inquiner albis
Coruorum, atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius, &c.

Mere, Aduerbium. Vide MERVS.

Merenda, merendæ, Dicitur (authore Nonio) cibus qui post meridiem datur. Plaut. Mostel. 9, Eia mastigia, nunquid ad merendam istic ero? Festus, Merendam antiqui dicebant pro prandio: quòd scilicet medio die caperetur.

Mereo, meres, merui & meritus sum {μισθοφορέω, μισθοδοτοῦμαι} & Mereor, mereris, mereri, Deponens, significat (vt ait Donatus) aliquid mercedis pro labore parare vel sumere, seu dignum esse. Merere, inquit Valla, mercede operari, laborare, atque alteri inseruire. Plautus Trinum. 17, Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Terent. And. 1. 5, Vnum hoc scio, hanc meritam esse vt memor esses sui.

Quid mererais igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? Cic. 2. de Finib. Id est, Quod præmium tantum est, quo præmio id fateri velis? Budæus.

Neque hodie vt te perdã, meream deûm diuitias mihi: Id est, Nolim mihi deorum diuitias dari, & te perdere, siue à te disiungi. Plaut. Menæch 5.

Æra merêre. Horat. de Arte,
Amorem. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Coronam primam laude merui. Virg. 5. Æneid.
Decus meruere non minimum. Horat. de Arte.
Nouissima exempla meritus, hoc est vltimum supplicium. Tacit. libro 15.
Mereri exitium. Ouid. 2. Metam.
Meruit famam apud Græcos Alcibiades. Plin. lib. 14. cap. 22.
Fauorem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Laudem. Cæsar 1. bel. Gall. Non minorem laudem exercitus, quàm ipse imperator, meritus esse videbatur.
Laudem pietate. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.
Meritus lauream linguæ Cicero. Plin. lib. 7. cap. 30.
Magna merens. Stat. 5. Sylu. 1.
Necem meruisse. Ouid. epist. 11.
Notam exhæredationis non meruerunt. Vlpian. in l. 1. in princip. D. de coniung. cum emanc. liber. eius.
Odium. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Offensam. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Officio meruit à quolibet hoc sibi donari. Florentinus in l. Peculium & ex eo consistit. D. de pecul.
Pœnas meritas dare. Ouid. 4. Fast.
Præmia. Cæsar 7. bell. Gall. Eáque, quæ meruissent præmia, ab se deuicta Gallia expectarent.
Stipendia. Suet. Prima stipendia meruit.
Emeriti stipendia. Cic. de Senect. Emeriti stipendia, qui militia perfuncti sunt. Bud.
Supplicium meruisse. Ouid. 5. Metam.
Veniam meruere. Lucan. lib. 4.
Meruit illa virum dote. Plaut. Mostel. 4.

¶Mereri, de turpi lucro dictum, pro Quæstum sordidum facere. Varro Eumenidibus, Primùm iste qui merer sestertios vicenos.

¶Mereri {διαφορεῖν} de aliquo, Conferre aliquid in aliquem. Plaut. Aul. 7, Nam de te, neque re, neque verbis merui vt faceres quod facis. Id est, nunquam in te quicquam commisi, vnde tu hæc faceres mihi. Terent. Heaut. 1. 1,

Quæso quid de te tantum meruisti? Id est, quid in te admisisti? Cic. 6. Verr. Talis ille vir fuit, ita de Pop. Rom. meritus est, vt non vni familiæ, sed vniuersæ ciuitati cõmendatus esse debeat. De. P. Africano.

Bene mereri {ἀγαθοποιεῖν} de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Virg. 4. Æneid. Si bene quid de te merui. Cic. ad Lẽtulum, lib. 1. 9, Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.

Malè mereri de aliquo, Offendere aliquem, Incommodare alicui. Cic. 1. de Finib. Malè credo mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem.

Mereri erga aliquem. Plaut. Amphit. 17.

¶Mereri, Præstare beneficium. Terent. Hecy. 3. 5,

Quæ nunquam quisquam erga me commerita est pater
Quod nollem: & sæpe quod vellem meritam scio. Vbi Donatus, Mereri bona dicimus, Commereri mala: Id est delinquere, peccare. Ergo hîc meritam, pro præstitisse dixit. Idem alio loco, Et mereri & promereri, est præstare beneficium. Virg. 6. Æneidos,

Quisque suî memores alios fecere merendo.

¶Mereri, In militia est exercere: propriè tamen spe stipẽdij ac præmij, quod dicitur Stipendia facere, inquit Valla lib. 4. Cic. 7. Verrina, Clamabat ille miser, se ciuem esse Romanum, municipem Cossanum, meruisse cum Lucio Precio splendidissimo Equite Romano, qui Panormi negotiaretur. Idem pro Rab. Perduel. reo, Quo tu imperatore Labiene meruisti.

Merere, cum ablatiuo. Cic. pro Roscio Comœd. Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris: disciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus sestertiis CCCIↃↃↃ. Lucan. lib. 10. Ære merent paruo.

Meruit sub. Liu. 3. Decad. lib. 1, Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit.

Merere equo, & Merere equo publico. Plin. lib. 33. cap. 1. Liu. 7. bel. Pun. Cic. Philip. 1.

Merere pedibus. Liu. 4. bel. Pun.

Allcui merêre. Stat. lib. 4. Thebaid. Lucanus lib. 6. 29,

Scæua viro nomen, castrorum in plebe merebat.

Meritus, pen. corr. {ἄξιος} Particip. siue Nomen ex participio. Terent. Phor. 5. 9,

Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed eam quæ sit ignoscenda. Id est non eo inficias, me in hac re deliquisse & aliquid tale commisisse, vnde culpari mereat. Plin. lib. 7. cap. 30, Primus in toga triumphum, linguæque lauream merite.

Meritos aris imponit honores, Id est congruos & conuenientes. Virg. 3. Æneid.

Honores meritos indicit. Virg 3. Æneid.
Grates meritas agere. Ouid. in Ibin.
Merita militiæ. Martianus in l. Deferre. §. 1. D. De iure fisci, Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibẽtur, propter honorem vtique & merita militiæ.

¶Meritus, Passiuum. Plin. lib. 7. cap. 28, Quę Cannis corona merita? Morte iacent merita. Ouid. 3. Fast.

Meritissimus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. lib. 5. epist. 15, Quod mihi cognitum est non fama, qua alioqui optima & meritissima fruitur, sed longis, magnisque experimentis.

Meritum, meriti, pen. corr. {ἀγαθοποίημα, ἀπόδοσις} Præstitum beneficiũ, Officium. Plancus Ciceroni, Quid enim tibi pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præstare amplius possim? Idem ad Atticum, libro 2, Merita in patriam ad annos fexcentos maiora viderentur.

Memor meriti. Ouid. 5. Trist. eleg. 10.
Tanti meriti non immemor. Virg. 9. Æneid.
Prædicator meritorum alicuius. Plancus Ciceroni, lib. 10. 7.
Præmia grandia meritorum. Horat. 2. epist. 2.
Immane meritum. Lucan. lib. 9.
Vilia. Ouid. 13. Metam.

¶Assequi alicuius meritum, Vide ASSEQVOR.

Meritum constare. Cic. Fam. 1.
Merita dare. Cic. de Amic.
Exprobrare meritum alicui. Ouid. epist. 12.
Pro tuis in me meritis faciam, &c. Cic. pro Mil.
Merita extare. Cic. pro Planc.
Meritum habere. Planc. Fam. 10.
Illustratur magnis in Rempublicam meritis virtus alicuius. Cic. Planco, lib. 10. 12.
Implere aliquem meritis. Ouid. 2. Amor. eleg. 3.
Oblitus meritorum. Ouid. 8. Metam.
Merita ad nihilum venire. Cic. Fam. 6.

¶Meritum, in malam partem. Iustinus lib. 1. de Astyage qui Harpagi filium interfecerat, epulandúmque patri tradiderat: Astyages, inquit, meriti in Harpago oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum Itarim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis vlciscitur.

¶Meritum, pro Mercede. Terent. Phorm. 2. 1,

Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nihil suaue meritum est. Id est, nihil mihi mercedis suaue est, vt ego illam cum illo nuptam feram. Suaue meritum enim, suauem mercedem significat. Budæus.

Meritum meum est, Hoc est meritus sum. Terent. Heaut. 1. 1.

Merito meo. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9, Seis meã fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire non meo quidem merito. Terent. Eunuch. 3. 2, -ecquid nos amas
De fidicina istac? &c. THA plutimum merito tuo.
Pro merito, Ita vt meritus est quis. Terent. Phor. 2. 2.
Ex merito. Ouid. epist. 5,
Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

Meritissimum, penult. corr. Substant. {μέγιστον ἀπόκτημα} Hoc est maximum meritum. Plaut. Asin 12,

-iube aduenire quæso,
Meritissimo eius quæ volet faciemus.

Meritò, pen. corr. Aduerb. {ἀξίως, εἰκότως, σφόδρα ἀξίως} Dignè dicitur. Terent. And. 3. 2, Si nolit quin eum meritò possim cogere. Cic. 5. Verr. Quanquam merito sum iratus Metello, tamen hæc quæ vera sunt, dicam.

Meritissimò, Aduerb. Cæcil. Afoto, Meritissimò hic me deiecit ex hac decuria. Cic. 1. de Orat. Primùm Scæuolæ te dedisti, quem omnes amare pro eius eximia suauitate debemus.

Merito, meritas, pen. corr. {μισθοῦσθαι} meritare. Plin. lib. 7. cap. 39, Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio H-S. quinquaginta annua meritasse prodatur, &c.

Meritorius, A diectium {μισθωτικός} vt Meritorius puer, Quiquæstum facit corpore suo. Cic. 2. Philipp. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matresfamiliàs versabantur.

Meritorium cœnaculum, Quod quæstus gratia locatur. Suet. in Vitellio, cap. 7.

Meritoria salutatio. Sen. de breuit. vitæ.
Meritoria vehicula. Sueton. in Calig. cap. 39.

Taberna meritoria, Diuersorium atque hospitium mercenarium, vbi cuique licet introire danti mercedem.

¶Meritorium, pro lupanari in quo prostant meretrices. Firmicus lib. 6. cap. 31, Si autem iis Veneris accesseris stella, illustribus viris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur, Paulo pòst, Erísque in publicis meritoriis prostituta.

¶Meritorium, absolutè, quandoque pro Taberna meritoria. Iuuen. saty. 3. -nam quæ meritoria somnũ Admittunt? Vlp. in l. Si cuius rei. §. Item si domus D. De vsufruct. & quemad. Item si domus vsusfructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula diuidere domũ. Et paulo pòst, Quòd autẽ dicitur meritoria non facturum, accipe quæ vulgò diuersoria, vel fullonica appellãtur.

Meretrix, penult. corr. meretricis, pen. prod. {ἑταίρα, πόρνη, μαχλάς} A merendo: nam mercede suam exercet militiam, inquit Valla. Terent. in Prologo Eunuchi, -meretrices malas,
Parasitum edacem. Plaut. Truc. 11,
-meretricem ego item esse reor
Mare vt est, quod des deuorat: nunquam abundat.
Peregrinæ olim meretrices dicebantur, Vide PEREGRINVS.
Amor turpis meretricis. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Artes facrilegæ meretricum. Ouid. 1. de Arte.
Aliciariæ meretrices, In ALICA.
Arguta. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Blanda. Ouid. 1. Amor eleg. 15.
Commoda, In COMMODVS.
Lutea, In LVTVM.
Mercabilis certo ære. Ouid. 1. Amor. eleg 10.
Meretrix periura. Horat. 1. Carm. ode 35.
Mulier, non solùm meretrix, sed etiam procax. Cic. pro Cælio.

¶Auellere se à meretrice, In AVELLO.

Amica meretrice insanire. Horat. 1. Serm. saty 4.

Meretricula, pen. corr. Diminut. {ἑταιρίδιον.} Cic. 5. Verr. A meretricula commendati.

Meretricius, Adiect. {ἑταιρικὸς} Quod est meretricis, vel quod ad meretricem pertinet. Terent. And. 5. 4, Ac meretricios amores nuptiis conglutinas? Idem Eunuch. 5. 5, Domus meretricia. Cic. 5. Verr. Meretricia disciplina. Et pro Cælio, Meretriciæ opes.

Amores meretricij. Cic. pro Cælio.
Corpora. Ouid. 2. Trist.
Turba. Ouid. 5. Fast.

Meretricium, meretricij {ἑταιρεῖαι} Ipsa meretricandi ars. Tranquil. in Calig. Additúmque ad caput legis vt tenerentur publico & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.

Meretricè, Aduerb. {ἑταιρικῶς} In modum meretricis. Plaut. Milit. 11, Quàm dignè ornata incedit, haud meretricè?

Meretricor, pen. prod. meretricaris {ἑταιρῶ} meretricari. Colum. lib. 11. cap. 1, Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.

Merga, mergæ, Furcula qua acerui frugum fiunt. Dictæ mergæ à mergis volueribus: quia vt illi se in aquam mergunt dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, vt eleuare possint manipulos. Hæc Festus. Plautus Pœnul. 16,

Palas vendundas sibi ait, & mergas datas,
Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Idem Rud. 18,
-si attigeris ostium,
Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probé. Mergis pugnis dixit, quasi eis vti velit profurculis ad dentes colligendos. Proinde dixit, Tibi messis in ore fiet, fabandi dentium.

Merges, mergitis, pen. corr. fg. Spicarum manipulus, inquit Seruius: à mergendo dictus. Virg. 2. Georgicorum,

Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúque oneret sulcos, atque horrea vincat. Plin. lib. 18. cap. 30, Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Quo loco Calepinus accipit pro ferramentis quibusdam, quibus in rariore segete messores spicas solent distringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella, vt idem ait.

Mergo, mergis, mersi, mersum {βαπτίζω, βυθίσω, πνίγω} mérgere, Sub aquam ponere. Plinius epist. 173, Idem lacus in flumen egeritur: quod vbi se paulisper oculis dedit, specu mergitur.

Mergere ponto. Plin. lib. 9. cap. 36, Pelago altius mersæ quàm vt penetrent radij.

Brachia mersit in aquas. Ouid. 3. Metam.
Mergere se in flumen. Varro 3. de Re rustic. cap. 10. Matt. lib. 4. 22,
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus.
Æquore mergere aliquem. Virg. 6. Æneid.
Vnda aliquem. Ouid. 10. Metam.
In vndis aliquem. Ouid. 7. Metam.
Mergere aliquem in aquam, Cic. 2. de Nat. deor.
Sub æquore aliquem. Virg. 6. Æneid.

Mergit se in mari. Cic. 2. de Nat. deorum, Eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ in mari mergerẽt: quæ quũ emersissent, &c. De platalea.

Adde quod in nigras lethargi mergitur vndas. Lucret. libro 3. De anima.

Mergitur vnda delphinus. Cic. in Arato.
Mergere cymbas, pro Submergere. Plin. lib. 9. cap. 44.
Vnda mergit ratem in ima. Ouid. 11. Metam.
Pars maxima classis mergitur. Lucan. lib. 3.
Lumina somno mergimus. Valer. 8. Argon.
Ferrum mersit visceribus. Claud. 1. in Eutrop.

¶Mergere vltimis suppliciis, per translationem, pro Obruere. Plin. lib. 7. cap. 40.

Mersus secundis rebus. Liu. 9. ab Vrbe, Et loquimur de Alexandro nondum mersо secundis rebus. Id est obruto. Iuuen. Saty. 10,
-mergit longa atque insignis honorum Pagina.
Malis mergere aliquem. Virg. 6. Æneid.
Funere mergere aliquem. Virg. 6. Æneidos,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

Mergi. Vlpianus in l. Quid ergo. de Contraria & vtili actione tutelæ. Neque enim in hoc administrantur tutelæ vt mergantur pupilli. Id est ære alieno obruantur. Budæus.

Mersus conscientia flagitiorum scelerúmque. Vide Conscientia in CONSCIO.

Mersus furno vel foro, per translationem dixit Plaut. Epid. 3, Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos quàm foro.

Mersus, Nomen ex participio {βαπτιστὴς.} vt
Campus mersus cruore. Sil. lib. 1.
Carina mersa. Lucan. lib. 3.
Dolor in corde. Stat. 5. Sylu. 1.

Ferrum in robora. Lucan. lib. 3.
Res caligine. Virg. 6. Æneidos,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res alta terra, & caligine mersas.

Mersurus, pen. prod. Particip. {βαπτίσων.} Ouid. in Ibin,

Sic te mersuras adiuuet ignis aquas.

Merso, mersas {βαπτίζειν} mersare, Frequentatiuum, Sæpe mergere. Colum. lib. 7. cap. 4, Quarto die, si est vicinia maris, ad litus deducta mersatur ouis. Virg. 1. Georgicorum,

Balantúmque gregem fluuio mersare salubri.
Contrà nunc rerum copia mersat. Lucret. lib. 5.
Aries mersatur in gurgite. Virg. 3. Georg.
Fluctibus fortunæ mersor. Catull. ad Mallium, epigr. 63.

Mersito, mersitas, pen. corr. mersitare, Frequentatiuum à frequentatiuo merso. Solinus cap. 57. ad finem, Quò quis actior fuerit. fpeíque maioris, eò profundius nares mersitat in bibendo. De pullo equino.

Merto mertas {μετανοῶ} mertare, Idem quod Mersare. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hæc Nonius. Festus, Mertat pro mersat dicebant.

¶Mertaret item, merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod sicut decuit ista res mecum, aut meus mertaret dolor, iandiu inflammari & ardere naues vidissent suas. Nonius.

Mergulus, merguli {ὀρνίθιον} Dicitur funiculus ille qui in lychno flammam nutrit. Græco vocabulo Ellychnium vocamus.

Mergus, mergi {ἄβυσσα} Auis, dicta quòd se in aquam cibum captans assiduè immergat, vt ait Var. de Ling. Lat. lib. 4. quẽ alij mergonẽ appellãt. Virg. lib. 1. Georg. Quũ medio celeres reuolant ex æquore mergi. Huius auis natura est, vt sæpe mergés auratũ signa colligat: & præuidens tempestatem futuram, propere medio reuolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. Horat. 2. Serm. satyr. 2,

Siquis nunc mergos suaues edixerit assos,
Parebit praui docilis Romana iuuentus.
Aprici mergi. Virg. 5. Æneid.

Mergus prius vitabit aquas. De re incredibili dixit Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7,

Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes grammia, mergus aquas:
Quàm male le præstet veteri Græcinus amico.

¶Mergus, in vite quid sit, declarat Colum. lib. 4. cap. 15, his verbis. Mergi genus est vbi supra terram iuxta suum admiculum vitis curuatur, atque ex alto ferobe submersa perducitur ad vacantem palum. tum ex arcu vehementer citat materiem, quæ protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur. Idem lib. 5 cap. 5. Vulgus nostrum, inquit Budæus, marquotas fatellásque vocat.

Meribulus, Vide MERVS.

Meridies, meridiei {μεσημβρία, μέσον} Medius dies, quasi medidies. nam vt ait Varro lib. 5. de ling. Latina, à antiqui, non r, hoc loco dicebant. Terent. Adel 5. 3, -præter hæc
Meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Cic. in Orat. Ipsum meridiem cur non medidiem? credo quòd erat insuauius.

Meridies olim fuit Romanis incognitus. Plin. lib. 7. cap. vlt. de horarum obseruatione, Seruus etiam hoc Romæ contigit. Duodecim tabulis ortus tantùm & occasus nominatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies, Accenso Consulũ id pronuntiante, quum Curio inter Rostra & Græcostasin prospexisset talem solem.

Appetit meridies, In APPETO.
Inclinat meridies. Horat. 3. Carm. ode 28.
Ad meridiem, Vide AD præpositionem.
In meridiem spectat, Vide IN præpositionem.

Meridianus, pen. prod. Adiect. {μεσημβρινὸς, μεσημβρίας} Quod ad meridiẽ spectat. vt Meridianus orbis. Plin. lib. 13. cap. 4. Et lib. 12. cap. 19, Meridianus sol.

Meridianus, pro Gladiatore. Suet. in Claud. cap. 34, Bestiariis meridianísque adeò delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandiũ populo præsideret. Meridianos, vocat gladiatores qui hora meridiana digladiabantur.

Meridiano, pro Meridie: hoc est hora meridiana. Plin. lib. 9. cap. 8. Et lib. 2. cap. 26, Præter ora populi meridiano transeuntis.

Meridio, meridias: vel Meridior, meridiaris {μεσημβρῶ} meridiári, Deponens, Cibum meridianũ capere. Plaut. Ientãdo, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. Catull. ad Ipsithillam, epigr. 30,

Amabo mea dulcis Ipsithilla,
Meæ deliciæ, mei lepores,
Iube ad te veniam meridiatum.

Meridiare {μεσημβριάζειν} Somnum meridianum capere. Sueton. in Calig. cap. 38, Gloriatúsque est, expergefactæ somno Cesoniæ, quãtum egisset, dum ea meridiaret. Corn. Cels. lib. 1. cap. 2, Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile est: sin minus, post eum: per hyemem potius totis noctibus conquiescere.

Meridiatio, meridiationis {μεσημβρίσεις} Quies meridiana. Cic. 2. de Diuin. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus vti antea non solebam.

MERIONES, pen. corr. {μηριόνης} Idomenei patruelis, quem Homerus inter Græcorum fortissimos numerat, lib. 7. Iliad. auriga ipsius Idomenei. Horat. 1. Carm. ode 6.

-aut puluere Troico
Nigrum Merionem. Ibid. ode 15.

Meris {μέρις} Pelæ, id est iaculi, genus est, quo antiquitus vsos esse Heluetios & Aruernos in bellis tradit Strabo lib. Geograph. 4.

Meris {μερὶς} Herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Dioscorides lib. 4.

Merismos {μερισμὸς} A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes disseramus, ordine disereto; quæ sententiarum figura

diuisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio(quæ vtrunque complectitur)est,authore Fabio,vtilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet διάνοια, Id est dissolutio,quum dispersa distributione dissipantur:quali Cicero vsus in Epist. ad Luceiū 2. Fam.lib. 5,Transferam animum ad ea,quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur.

Merito,meritas,Meritorius,Meritum,Vide MEREO.

MERITVS,Substantiuum,Mons est Thraciæ,apud Plin.lib.4.cap.11.

MERMEROS,Vnus ex Centauris.Ouid.Metam.12,

Quisque pedum,nuper certamine vicerat omnes
Mermeros,accepto tum vulnere tardior ibat. Μέρμερος autem Latinè Curiosus interpretatur,à verbo μερμηρίζω,quod est cogito & consulo.

MERMESSVS {μερμωσός} Vrbs Troadis, Sibyllæ Erythreæ patria,vt Stephano placet, qui etiam ab vrbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamen magis credendum existimo, qui lib.14,Erythræam sibyllam dictam putat ab Erythris Ioniæ vrbe non procul à Clazomenis sita.

MERO {μέρον} dictus est Nero,quòd impendio vinosior esset. Suet. in Tiberio,cap.42, In castris tyro,etiam tum, propter nimiam vini auiditatem,pro Tiberio Biberius,pro Claudio Caldius,proNerone Mero vocabatur.

Merobibus,Vide MERVM.

MEROE,Meroes,pen.corr. {μερόη} dictio trisyllaba,insulæ Nili metropolis:à qua & tota insula Meroe dicitur. Hanc Cambyses condidit,à nomine sororis Meroe.Quū enim Ægyptū omnem occupasset, Meroen secum vsque ad Ægyptios ducens, processit : quæ quū ibi mortem obiisset , vrbi nomen indidit. Forma insulæ scuto persimilis,de qua Lucan.lib.10, -gurgite rupto
Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorū tribus millibus,latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum,argentum, æs,ferrum,ebenum : præterea fert & lapidum multiplex genus. Distátque à Syene quinque millibus stadiorum, vltra quam est ad Torridam zonam. Exuperat omnes alias Nili insulas,quas circiter septingentas esse scribit Diodorus lib.1.& 17. Vide Strabonē lib.17.vbi de Æthiopibus à Romanis victis mentio est.

MEROPE,p.n.corr. {μερόπη} Pieias, vxor Sisyphi. de qua infrà in dictione PLEIADES. ¶Est item insulæ nomen Plinio lib.5.cap.31.& (vt quidam putant)à Merope terrigena,Triopæ filio dicta.

MEROPES,Populi exira orbem hunc, quorum ciuitates & multæ sunt & insignes ; legibus omnino & viuendi institutis haud quàm nobis similes,amplitudine corporis ad nos dupla,vitæ quoque spatiis mensu compari Meminit Ælianus de Var.histor.

Merops meropis,pen.corr.m.g. {μέροψ} Auis quæ apes comedit.Virg. 4.Georgicorum, -meropes,aliæque volucres. Plin.lib.10.cap.33.

MEROS,mons Indiæ,sub cuius radicibus est Nisa ciuitas constituta.

Mersо,mersas,In MERGO.

Merto,mertas,In MERGO.

Merula,merulæ,pen. corr.f.g. {κίτταβος} Auis cuius etymon sic tradit Festus lib.11,Merum antiqui dicebant solum. vnde & auis Merula nomen accepit,quòd soliuaga est,& solitaria pascitur. At Varro sic lib.4. de Ling. Latina,Merula,quòd mera,id est sola volitat. Quo nomine rider Varronem Quintil.lib.1.cap.10. vbi de etymologia disserit. Cic. 5.de Finib. Deinde suo quæque appetitu mouetur : serpere anguiculos,nare anaticulas,cuolare merulas,cornibus vti videmus boues,&c. Plin.lib.10.cap.29, Merula ex nigra rufescit,canit æstate, hyeme balburit,circa solstitium mutat:rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur,duntaxat maribus.

Intentus merulis auceps. Horat.de Arte.

¶Merula,Piscis saxatilis. Plin.lib.32.cap.11.

Merus,mera,merum {ἄκρατος} Idem quod Solum,inquit Nonius. Festus,Merum antiqui dicebant solum: vnde & auis merula nomen accepit,quòd soliuaga est,& solitaria pascitur. Vt nunc Merum purū appellamus. Hactenus Festus. Cic.2.de Orat.Ecce tibi exortus est Isocrates,magister istorum omniūcuius è ludo,tāquam ex equo Troiano, meri principes exierunt. Alia exemplaria habent innumeri. Plinius lib.33.cap.1,Alia per sese mero auro decorant.

Meri bellatores. Plaut.Milit.24.

Clamor. Plaut.Mostel.8.

Lac. Lucret.lib.1.

Libertas. Horat.1.epist.19.

Monstra mera nuntiarat. Cic.ad Attic.lib.4.

Mora. Plaut.Cap.7.

Nugæ, Vide NVGAE.

Rus. Plaut.Trucul.6.

Scelera mera loquuntur. Id est,nihil aliud quàm scelera. Cicero ad Attic.lib.9.

Spes. Terent. Phorm.1.2.

Vinum. Plaut. Amphit.4 , Eam ego,vt matre fuerat natum,vini eduxi meri. Sub.cirneam.

Vina mera bibere. Ouid.15.Metam.

Vires. Ouid.2.de Arte.

¶Merum {ἄκρατον} aliquando sine substantiuo ponitur, pro Mero vino. Plin.lib.23.cap.1, Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum,aconita,viscum,meconium,argentum viuum.

Multi meri Damalis,Id est ebriosa. Horat.1.Carm.ode 36.

Latex meri. Ouid.13.Metam.

Odium. Ouid.15.Metam.

Plena pocula. Ouid.9.Metam.

Vis. Ouid.14. Metam.

Bimi patera meri. Horat.1.Carm.ode 19.

Diffusum pateris merum. Horat.4.Carm.ode 5.

Dulce. Horat.3.Carm.ode 13.

Lene. Horat.3.Carm.ode 29.

Pingue. Horat.2.Serm.saty.4.

Rubens. Sil.lib.7.

Superbum. Horat.2.Carm.ode 14.

¶Certare mero, Id est contendere poculis. Horat.4.Carm.ode 1.

Nocturno certare mero,purere diurno. Horat.1.epist.20.

Curare genium mero. Horat.3.Carm.ode 17.

Cura diuturnior. Ouid.1.de Arte.

Implere craterа. Virg.3.Æneid.

Ingurgitare in se merum, Vide INGVRGITO.

Ponere merum in gemma. Ouid.8.Metam.

Successi mero ad bellum Lapithæ. Senec.Herc.fur.9.

Meribulus , Qui vinum sine aqua bibit : cuiusmodi homines à Græcis ἀκρατοπόται appellantur : quo veluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati sunt. August. Quū temeti audiior esset , quadā die ab irata ancilla per conuitiū appellata est meribula: quæ res tātum ei pudorē iniecit,vt postmodum fobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutium est à Merobibus.

Merobibus,pe.cor. Adiect. {ἀκρατοπότης} Qui merū bibit. Plaut. Curcul.2, Anus hic recubare solet custos ianitrix:
Nomen est lenæ multibiba,atque merobiba.

Merè,Aduerbium {ἀκράτως} Putè. Plaut.Truc.3. -interim ille
Hamum vorat,si semel amoris poculum accepit meré.

MERVSIVM,Merusij {μερούσιον} Siciliæ locus 70.stadiis à Syracusis distans:cuius incolæ Merusij dicti sunt. Author Stephanius.

Merx,mercis,f.g. {ἐμπόρημα} Quod emitur,vēditúrve. Plaut.Cistel.10, Mala merx hera hæc & callida. Cic.lib.3. de Rep. Phœnices primi mercaturis & mercibus suis, auaritiam & magnificentiam , & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam.

Delicata. Plin. Nepos lib.4.epist.14,Tu fortassе orationē,vt soles, & flagitas & expectas : at ego quasi ex aliqua peregrina delicatáque merce lusus meos tibi prodo.

Emendæ. Horat.de Arte.

Esculentæ,Id est,ea quæ hominum esui accommodata vēduntur.

Colum.lib.12.de cucurbitis, At si esculentæ metei præparabis , rectò cacumine de collo cucurbitæ sumptum serendum erit : quòd prolixior & tenuior fructus eius nascatur. Hoc est,si serere voles cucurbitas ad esum vendendas.

Fallaces & fucosæ. Cic.pro Rab.Posth.

Fœmineæ,Quæ ad fœminas pertinent. Ouid.13.Metam.

Improba,Vide IMPROBVS.

Inuendibilis,& Proba merx, Vide INVENDIBILIS.

Mala,In MALVS.

Sordidæ mercis negotiator. Quintil.lib.1.cap.12.

Vendibilis. Plin.lib.32.cap.2,Nunc tanta penuria est vēdibili mercе,vt perquàm rarò cernatur in suo orbe.

Augere merces,In AVGEO.

Conuehere ex Hispania,In CONVEHO.

Esse in merce. Plin.lib.12 cap.25. Hoc est,vænire.

Expedire suas merces. Ostendere & explicare. Ouid.1.de Arte.

Vænales extrudere. Horat.2.epist.2.

Gestat mercem sine fucis. Horat.1.Serm.saty.2.

Mutare. Virg.4.eclog.

Ostendere. Horat.1.Serm.saty.2.

Partiri. Cic.in Vatin.

Vendere. Ouid.5.Fast.

Mercimonium,mercimonij,Idem. Plaut.Amphit.3.1,

Vt vos in vostris vultis mercimoniis
Emundis vendundísque me lætum lucris
Afficere. Idem Curcul.12. Antiquum nomen est.

Mesa {μέσα} teste Vitruuio,sunt partes mediæ ædium,quas idem Latinè medianas appellari asserit.

MESA {μέσα} Fluuius notus per Leodiū fluens , & per Brabantiam & Geldriā:Ptolem.lib.2.cap.9.Mosa dicitur,& cōiungit se cum Rheno.

Mesancula,mesanculæ,Genus teli vsitati apud antiquos,cuius meminit Gellius lib.10.cap.26.

MESAPIA {μεσαπία} Apulia,à Mesapo rege sic appellata. Strabo lib.9.

Mesaræum,mesaræi,n.g.membrana est ex venis , arteriis , ac neruis contexta , per cuius vasa ex ventriculo in hepar alimenti distributio contingit. Idem etiam Mesenterion appellatur , à situ videlicet inter ventrē intestináque ac ipsum hepar medio , velut in Anatomicis lib. 6.Galenus tradit. Vasa autē tum venarū tum arteriarū Mesaraica ab eadem mēbrana dicuntur. Hippocrates μεσόκολον appellauit,partis vocabulo pro toto vsus. Est enim Mesocolon propriè ea pars Mesenterij,ex qua intestina crassa dependent. Neque tamen altera pars Mesenterij vnde tenuia intestina pendēt,nomē aliquod priuatim habet, vt videlicet μεσονήστιον vel simili vocabulo appelletur. Totum verò Mesenterium in vnū quoddam spinæ verticulum,post septum transuersum sub ventrem situm,procedit: indéque ex ligamento neruoso dependet, velut Galenus in 4.Comment.in 6.Epidem.Hippoc.declarat.

Mesulæ {μεσῦλαι} Ædium itinera dicuntur, quòd inter duas aulas, id est duo atria sunt interposita. nostri andronas vocant. Vitruuius lib 6.cap.10. *Voyes communes entre deux salles.*

MESE,Meses,Ventus inter Boream & Cæcias. Plin.lib.2.cap.47.

MESEMBRIA {μεσημβρία} Megarensium colonia,quam anteà Menebriam vocabāt,velut Menapolim,id est Menæ ciuitatē. Eius enim ædificator Menas appellabatur. Bria verò sermone Thracio ciuitas vocatur. Hæc Strabo lib.7. Nunc vulgò vocatur *Messembre*. Testis Oliuarius in Melam.

Mesembriaci portus. Ouid.1.Trist.eleg.9.Id est Thracij. μεσημβρία enim vrbs est Thraciæ.

Mesenterium, Vide MESARAEVM.

MESIA,Prouincia quæ Pannoniæ iungitur,ad Pontum vsque cum Danubio decurrens. Sueton.de Tiber. Armeniā à Parthis occupari,Mesiam à Dacis Sarmatisq;,Gallias à Germanis vastari neglexit. Sūt qui hoc nomē cū œ scribant Mœsia. ¶Mesia itē Pōponio lib.3.palus est.

Mesochorus,mesochori , pen.corr. {μεσόχορος} Fistulator , citharista in medio saltationum. Sidonius,
-nullus ibi lyristes,
Choraules,mesochorus,tympanistria,psaltria canit.

Mesocolon

Mesocolon, Vide MESARAEVM.

Mesolabum {μεσόλαβον} Instrumentum est ab Eratosthene excogitatum ad mediarum linearum inuentionem,quibus solent mathematici figuras augere , vt duplicare : eas lineas μεσογράφους vocat in Marcello Plutarchus sic scribens, κατογράφους πως δεῖ μεσολάβων χρησμῶν μεθοδεύσεις. Huius Mesolabi ratio ab Eutocio explicatur. Meminit Vitruuius. Vide Turnebum.

Mesoleucos {μεσόλευκος} Est,inquit Plin.lib.37.cap.10,gemma,quam mediam candida distinguit linea.

Mesoleucos, Herba. Plin.lib.27.cap.11,Leuce Mercuriali similis,nomen ex causa accepit , per medium folium candida linea transcurrente: quare Mesoleucon quidam vocant.

MESOMEDES,pen.prod. {μεσομήδης} Poeta Adriano principi charissimus. Scripsit in laudem Antinoi liberti sui. Author Suidas.

Mesomelas,pen.corr. {μεσόμελας} Gemma. Plin.lib.37. cap.10,Mesomelas nigra vena quemlibet colorem secante per medium.

Meson,authore Festo,persona Comica appellatur,aut coci,aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Mesone comœdo , ait Aristophanes grammaticus.

MESON,Astrologus ex his vnus qui Athenienſibus adscriptus fuit, nauigaturis in expeditionem Siciliæ,onus detrectare cupiens , tempestatem futurā prædixit. Quúmque propterea minimè proficeret, simulauit insaniā, atque hoc modo missionem impetrauit: feliciúsque hoc illi contigit, quàm Vlyssi, cuius ficta insania à Palamede detecta & accusata fuit. Author Ælianus de Varia histor.

Mesoperficæ {μεσοπερισκαί} Genus calceamentorum muliebrium, apud Pollucem lib.7.cap.22.

MESOPOTAMIA {μεσοποταμία} Asiæ regio, inter Tigrim & Euphratem. Vnde nomen fortita, vt est notum cum ex aliis, tum ex Philostrato lib.1.de vita Apollonij.& Tacit.lib.5. Habet ab Oriēte Tigrim, ab Occidente Euphratem,à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum. Nunc dicitur *Mulapia*,teste Oliuar.in Melam.

Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates,in quā quotannos quasi nouos agros inuehit. Cic.2.de Nat.deor.

Mesosphærum,mesosphæri. Plin.lib.12.cap.12,de nardi generibus loquens,Quod minore folio est,Mesosphærum appellatur.

Mespilus, mespili,pen.corr.fœm.gen. {μέσπιλον} Arbor. Plin.lib.17. cap.24,Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est.

Mespilum,mespili {μέσπιλον} Fructus Plin.lib 15.cap.20,Malorum,pyrorúmque generi adnumerantur iure mespila atque sorba.

MESSALA,penult.prod. {μεσσάλας} dictus est Valerius Coruinus , quia Messanam in Sicilia vicit,& vrbis captæ in se trāslato nomine,Messana primò, paulatímque vulgo permutante literas,Messala dictus est. Author.Senec.lib.De breuitate vitæ.cap.13. Vnde & Messalarū familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

Distortus Messala. Horat.de Arte.

MESSALINA,pen.prod. {μεσσαλίνη} nomen filiæ Barbati Messalæ,consobrini Claudij imperatoris. Quæ quum adulescentula esset , ipsi Claudio seni nupta fuit , summæ libidinis mulier , ita vt innumeris adulteriis se submiserit, & mutata veste , lupanaria frequenter adierit. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est, quum C.Silio nupsisset.

De Messalina,Iuuenal.satyr.6.& 10.

MESSANA, pen.prod. {μεσσήνη} Ciuitas est Siciliæ,propinqua Peloro mōti,vt scribit Plin.lib.3. Clarissima autem est ex Punicis & Atticis bellis,antè Zancle vocata. Nunc vulgò *Mestine* dicitur. Sil.libro 14. Incumbens Messana frēto , mutabúque reuulsa. Postea quum Mamertini,natio Campana, eò colonos misissent , ipsi quoque Mamertini potius quàm Messanenses sunt vocati.

Ferox Messana. Ouid.6.Metamorph.

MESSAPEAE {μεσσαπίαι} Laconici agri locus, in quo Iupiter colebatur,vt ex Theopompi sententia refert Stephanus.

MESSAPIA, Vide CALABRIA.

MESSAPION {μεσσάπιον} Eubœæ insulæ mons , ita dictus à Messapo quodam,qui inde in Italiam coloniam deduxit. Stephanus.

MESSAPVS {μέσσαπος} Vnus ex fortissimis Italiæ ducibus , qui Turno aduersus Æneam suppetias tulit. Virgil.7.Æneidos,

At Messapus equūm domitor Neptunia proles. Quem Virgilij locum exponens Seruius,ideò Neptuni filium creditum ait,quòd mari in Italiam fuerit aduectus.

MESSEIS {μεσσηίς} Thessaliæ fons est, non procul à Pharsalo oppido, cuius meminerunt Plin.lib.4. cap.8.& Strab.lib.9.

MESSENIA {μεσσηνία} regio Achaiæ duodeuiginti montium , vt ait Plin.libro 4.cap.5. In illa regione oppidum est Messene. Nunc dicta *Misitra*,vt scribit Oliuarius in Melam. Et Messeniacus sinus, *Le goul fe de Coron*. ¶Est & Messenæ oppidū in Sicilia, quod Messanam Plinius vocat lib.3.

Mœnia Messenia. Ouidius 12.Metam. De Messenia Siciliæ, Ibidem lib.14,

Littore in Italico Messenia mœnia contrà
Scylla mihi visa est.

Messias. Hebraicè,Græcè χριστὸς,Latinè Vnctus dicitur.

Messio, Vide METO.

Messis,huius messis,fœm.gen. {θέρος} Tempus metendi. Plin.lib.6. cap.17,Alia illius cæli facies,alij siderum ortus: binę messes in anno, binæ æstates. Vart.de Re rust.lib.1.cap.50, Messis proprio nomine dicitur in iis quæ metuntur , maximè in frumento : & ab eo esse vocabulo declinata.

Nemo tam sine oculis,tam sine mente viuit,vt quid sit sementis ac messis,quid arborum putatio ac vitium,quo tempore anni, aut quomodo ea fiant,omnino nesciat. Cic.1.de Orat.

Semente prohibita,aut messe amissa,fructus annuus interit. Cic. 5.Verrina.

Messis {θέρος} Seges iam matura. Virgil.4.Georgicorum.
-atque interfice messes.

Amara. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Frugiferæ. Ouid.5.Meramorph.

Grauidis onerati messibus agri. Ouid.8.Metamorph.

Larga. Ouid.4.Fast.

Nudatæ. Ouid 3.Fast.

Opima. Plin.lib.5.epist.6.ad Apollinarem.

Saræ. Virgil.8.eclog.

Peregrina messe plenæ carinæ. Lucan.lib.6.

Triticea. Virgil.1.Georg.

¶Siccas coquit insana Canicula. Pers.satyr.3.

Seges eludit messem herbis fallacibus. Propert.lib.2.

Spicea inhorruit campis. Virgil.1.Georg.

Percoquere messem. Plin.lib.5.epist.6. ad Apollinarem , Pingues terrenísque colles planissimis campis fertilitate non cedūt:opimámque messem serius tantùm,sed non minus,percoquunt,

Immensæ ruperunt horrea. Virg.1.Georg.

Seruntur messes. Virgil.1.Georg.

Surgunt. Virg.1.Georg.

Messes area quum teret crepantes. Mart.lib.9.

Vestiti messibus agri. Ouid.4.Fast.

Messibus, Ablatiuus, Tempore messis. Plin.libro 22.cap.13,Semen colligi messibus oportet. De vrtica.

Per messes. Idem. Plinius libro 24.cap.14,Flos mori per messes colligitur.

¶Messim,accusatiuus,pro messem,apud Plautum in Most.4.

¶Messis, per transtationem. Cic.in Parad. Qui proscriptiones locupletum,qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordetur.

Metere messem malorum, In METO.

Messor,Messorius, Vide METO.

MESVIVM {μεσούιον} Ptolemæo lib.2.cap.11, Germaniæ vrbs : vulgò *Meydeburg*.

Mesuranem,& Mesuranium, Vide Tetartemorion, in TETARA.

Met,syllaba,ornatus causa ponitur,& aduerbium est: vt Egomet. Iungitur casibus omnibus prononimum primæ personæ tam singularis quàm pluralis numeri, absque genitiuo plurali , vt Egomet, memet, nosmet. Secundæ verò personæ obliquis tantùm casibus , vt Tumet,tibimet : nominatiuo non addunt,ne verbum putetur Tumet à tumeo.

Merisse. Triphoninus in l.V sufructuarium. D.De vsufruct. Si metipsæ incidetint,dilapsæ ve fuerint.

Tanquammet. Plaut.Curcul.14, Phedrome obsecro serua me. P H. tanquammet genium meum.

Meta,metæ {κῶνος} Congeries seu strues in acutum tendens, ceu turbo inuersus , conos à Græcis appellata : quia esset posita in dimenso spatio : vel quia eam metiantur quadrigæ circum currentes. Moris enim erat sepries metam lustrare. Propertius lib.2.eleg.26,

Aut prius infecto depoſcit præmia cursu,
Septima quàm metā triuerat antè rota. Quum enim iam carceribus emissæ ad metā venissent quadrigæ, erat opus vt circum ipsam flecterentur. Virgil.5.Æneidos,

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam Constituit.

Stringere metas rota. Ouid.Amor.eleg 2.

Tendere ad metam. Ouid.15.Metamorph.

Terenda meta admissa rota. Ouid.1.de Arte.

¶Meta {τέρμων} per trāslationem pro agrorum termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos fuit.

Meta fœni. Plin.lib.28.cap.28. Colum.lib.2.cap.19,Certè quicquid ad eum modum quo debet,siccatum erit, in metas cōstrui cōueniet, eáque ipsas in angustissimos vertices exacui : sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuiis : quæ etiam si non sint, non alienum tamen est prædictas metas facere, vt siquis humor herbis insit , exudet atque excoquatur in aceruis.

¶Meta,pro quocunque termino ac fine. Virgil.1.Æneidos,

His ego nec metas rerum,nec tempora pono. Sic apud Ciceronem 2.de Diuin. Meta noctis.

Meta mortis. Virgil.12. Æneidos, Hic tibi mortis erant metæ.

Nouissima meta spatij. Senec.Troad.6.

Mediam cæli metam contigerat nox. Virgil.5.Æneid.

Optatam cursu contingere. Horat.de Arte.

Sol ex æquo meta distabat vtraque. Ouid.3.Metamorph.

Finem tormentis,metámque laboribus orat. Sil.lib.13.

Hæsit ad metas fama eius. Cic.pro Cælio, Fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia noua mulieris,& infelici vicinitate,& infolentia voluptatum.

Properare ad metam. Ouid ad Liuiam.

Vitæ metam tangere. Ouid.1.Trist.eleg.8.

Pylias æui transcendere metas, Superare annos Nestoris, Id est trecentos. Stat.5.Sylu.3.

Voluptas finita ad metas venit. Ouid.2.de Remed.amor.

¶Meta , quandóque accipitur pro inferiore parte molæ , sicut catillus pro superiore. Vide Catillus in CATINVS.

¶Meta lactis, dicitur caseus ad formam metæ factus. Martialis libro 5.114,

-fert ille cæris cana cum suis mella,
Metámque lactis Sassinate de sylua. Idem alio loco , Metas lactentes, quasi adhuc lac fugentes,& nondum in totum coactas.

Metula, pen.corr. {κωνίδιον} Diminut. legitur apud Plinium Iuniorem in epistolis.

Metor,metaris {τερετίζω,ἐρέζω,κατεμαγεύω} metári, Deponens, Metas in agris terminandi gratia disponere,mensurare locum. Liu.1.ab Vrbe,Hęc tibi victor Romulus rex regia arma fero:templúmque iis regionibus quas modò animo metatus sum, dedico. Plin.lib.7.cap.37, Dinocrates, metatus Alexandro condente in Ægypto Alexandriam. De geometriæ excellentia.

Metari cælum. Ouid.1.Fast.

Metari pedibus.Gell.lib.1.cap.1.
Metari, Disponere & parare.Virgil.lib.2.Georgicorum,
-si pinguis agros metabere campi,
Densa fere. Metabere,id est eliges.Seruius.Vnde castra metari dicimus,pro Castra disponere. Liu.Castra prope Tyberim metatus est.

Meto,metas,etiam inuenitur {θερίζω.} Virgil in Culice, Metabat se circum loca.
Metata,etiam passiuè dicitur.Horat. 2.Carm.ode 15,
Nulla decempedis metata priuatis
Opacam porticus excipiebat Arcton.
Agellus metatus.Horat.2.Serm.satyr.2.

Metatio,Verbale {καταμέτρησις.} Dispositio. Columella libro 9. cap.15, Hæc in quincuncem vincarum metatio expeditissima ratione conficitur.

Metator, pen.prod.metatoris,m.gen. {καταμετρητὴς} Qui arbores in seminario vel arbusto disponit,& ordine quodam digerit: qui etiam à Cicerone dicitur decempedator. Lucan.lib.1,
Audax Hesperios veniam metator in agros. Plin.lib.18.cap.33,Oliueti metator.
Metatores in castris dicuntur, qui præcedentes locum eligunt castris ipsis,authore Vegetio lib.2.cap.7. Cic.14.Philipp.Peritus metator & callidus,decempeda sua Saxa diuiserat?
Castrorum metator & vrbis.Cic.11.Philip.

Metabasis {μετάβασις} Latinè Transitio: figura qua monemus quid dictum sit, & proponimus quod superest: vt Cic.pro Deiotaro , Habetis crimina iosidiarum: nihil enim dixit amplius. Et paulo pòst (sequitur,Reliqua pars accusationis duplex fuit.

Metabole {μεταβολὴ} Quam quidam traiectionem interpretantur: figura est, quæ fit contrariis ita transpositis, vt à priori posterius oppositum proficiscatur: vt apud Terẽtium in Andria, Quoniam id fieri quod vis non potest,id velis quod possit.

METABVS,Metaponti conditor fuit, quam vrbem etiam Barbari Metabum appellabant. Steph.μεταπόντιον, inquit,πόλις Ἰταλίας ἡ φορτικὸν σίκαλον μεταβίβα τὸ σπόριον τὴν ἄρουραν. τὸ δὲ μεταπόντιον οἱ Καππάδοκες μέτα βον ἐκάλουν. Virgilius Camillæ patrem Metabum dicit fuisse, eúmque Priverno pulsum profugisse.

METAGONIVM {μεταγώνιον} Promontorium Aphricam à Numidia diuidens : ita dictum,quòd angulare sit. Ab hoc promõtorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Authores Plin.lib.5.cap.3. & Mela lib.1.

Metalepsis,huius metalepsis,fœm.gen. {μετάληψις} Figura est quam modò transtiatiuam, modò transsumptiuam, modò transpositiuam dicimus,ἀπὸ trans,λαμβάνω acceptio. Fit autem quum aliqua dictio aliud à propria sua significatione, ex his quæ præcesserunt,denotat. vt apud Virgilium 1.ecloga, Post aliquot,mea regna videns , mirabor aristas. Id est segetes.

Metallum, metalli {μέταλλον} dici potest perscrutatum : à μεταλλάω, quod Perscrutor significat : quòd metallum intra terræ venas scrutari soleamus. Plin.lib.33.cap.6,Et vbicunque vna inuenta vena est, nõ procul inuenitur alia: hoc quidẽ & in omni ferè materia : vnde metalla Græci videntur dixisse ἀπὸ τοῦ ἄλλου. Id est post alia.
Ignis excoquit vitium metalli.Ouid.4.Fast.
Potior metallis liberras.Horat.1.epist.10.
Ærismetalla.Virgil.2.Georg.
Aurata.Lucret.lib.6.
Aurifera.Lucan lib.3.
Fuluum.Senec.Agamemn.9.
Fului metalli vasta congeries.Claud.2.in Ruffin.
Generosi vena.Ouid.ad Pisonem.
Incoctum.Claud.1.de raptu Proserp.
Inexhausta,Vide INEXHAVSTVS.
Inexhaustis Chalybum metallis generosa Ilua.Virgil.10.Æncid.
Niuea.Sil.lib.8. Intelligit marmor.
Metallum miniarium dixit Plin.lib 33.cap.7.pro fodina.
Argentaria metalla,& auraria.Plin.lib.34.cap.18.
Ferraria.Plin.lib.34.cap.14.
Plumbarium.Plin.lib.33.cap.7.

Metallicus,pen.corr.Adiect. {μεταλλικὸς} Quod ad metallum pertinet: vt Metallica natura. Plin.lib.27.cap.4,Fuere qui traderent in Iudæa super Ierosolymam eius naturam metallicam.

Metallicus, Substantiuum {μεταλλεὺς} Qui in metallis operatur. Plin. lib.34.cap.16,Lauant eas arenas metallici : & quod subfidit,co quunt in fornacibus.

Metallifer,pen.corr.Adiect. {μεταλλοφόρος.} Stat.4.sylu.4,Anne metalliferæ repetit mea mœnia Lunæ?
Terræ metalliferæ.Silius lib.15.

Metamorphosis,pen.prod.huius metamorphoseos, fœm.gen. {μεταμόρφωσις} Latinè transformatio , vel transfiguratio dicitur. Quo nomine Ouidius opus suarum transformationum appellari voluit.

Metaphora,metaphoræ,pen.corr. {μεταφορὰ} est tropus , quo ex simili rem significatur. Translatio à Cicerone dicitur.vt,
-ferrúmque armare veneno. Metaphora duplex est. Nam & venenum armare, & ferrum armare,translatio est. Quintil.libro 8.cap. 6,In totum autem metaphora est breuior similitudo : eóque distat, quòd illa comparatur rei quam volumus exprimere.hæc, pro re ipsa dicitur.

Metaphysica,pen.corr.metaphysicorum {τὰ μετὰ τὰ φυσικά} tantum pluraliter,Supernaturalia dicuntur. Quum tamen verè, & ex ipsius operis quod conscripsit Aristoteles titulo, τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ scribatur. Titulus tamen factus ab interpretibus videtur , quum ab Aristotele ipso appelletur theologia & philosophia prima.

Metaplasmus,metaplasmi {μεταπλασμὸς} ad verbũ dici potest Trãsformatio. Est autem translatio quædam recti , solitíque sermonis in alteram speciem, vel metri, vel ornatus,vel necessitatis gratia. Donatus.

METAPINVM,teste Plinio lib.3.cap.4.vnum est ex ostiis Rhodani.

METAPONTIS, idis {μεταπόντις} Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Guidum sita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Steph in dictione Syme.

METAPONTVM {μεταπόντιον} Italiæ oppidum in sinu Tarentino à Pyliis,qui Nestore duce è Troia nauigauerunt , conditum : adeò terræ prouentu & agricolatione felix, vt ea gratia auream ẽstatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit.Pomponius libro 2. Ptolemæo Metapontium dicitur : vulgò *Pedicor*. Plin.lib.14. cap.1, Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis sterit.

Metapontinus,pen.prod. Adiect. {μεταποντῖνος.} Liu.3. Decad.lib.5,Itaque Metapontini exemplo metu quo tenebantur liberati,ad Annibalem defecere.

Metathesis,huius metathesis,pen.corr.fœm.gen. {μετάθεσις} Latinè transpositio dicitur,quum vna litera necessitatis causa ex vno dictionis loco in alienum transponitur, vt Tymbre pro Tymbræ, & Euandre pro Euander.

Metatio,Metator,Vide Metor,in META.

METAVRVS {μεταῦρος} & Metaurum, Vmbriæ fluuius in Flaminiam decurrens: quæ regio ,Gallia dicebatur , vbi Claudius Nero consul cum Saliinatore Asdrubalem interfecit. Nunc Plumba fluuius , teste Oliuario in Mel.m. Plin.lib.3 cap.14. Oliuarius in Melam lib.2. cap.4. aliud facit Metaurum,quod dicit vocari Teriana.
Flumen Metaurum.Horat.4.Carm.ode 4.
Vagus præruptа valle Metaurus.Claud.4.Paneg.
Velox.Lucan.lib.2.

Metaxa,metaxæ {μίτα} dicitur Latinè sericum. qua voce vsi sunt Arcadius & Honorius lib.11.Cod.titulo 7. de murilegulis. Martianus quoque,D.De publican.& vectigal.l.vlt.Metaxa,inquit,veltis serica vel subserica. Aëtius & Actuarius medici,bombicum vermium vellus,antequam cortinum vel colorem experiatur , id est (vt vulgò dicunt) sericum erudũ,cataxam vocant, luxata dictione, pro mataxa siue metaxa. Vtcunque cataxam agnouit Ruellius de stirpibus libro 2.cap.150.in fine. adeò pertinax in illis authoribus menda irrepserat.

Metaxarius, metaxæ siue serici negotiator.Iustinianus lib.8.Cod.titulo 14.De pignoribus & hypothecis.

METELIS {μέτελις} Oppidum Ægypti, non procul ab Alexandria , recentiore nomine Bechis appellatum : à quo vicinus Nomus Metelites dictus est. Stephan.

Metelli dicuntur in re militari, quasi mercenarij. Accius Annaliũ 27, Calones,famulíque,metellíque,caculæque. Hæc Sext.Pomp.lib.11.

METELLI {μέτελλοι} plebeij fuere, vt ait Liuius lib.19. verùm clari victoriis & magistratibus, Cæciliíque omnes appellati. Quorum primus Cæc.Metellus cæcus & Pontifex maximus: quam orbitatẽ contraxit dum sacra ex incendio ædis Vestæ rapuit. Prius enim primo bello Punico,aduersus Pœnos speciosissimum egit triumphum, XIII ducibus hostiũ, & CXX elephantis in eo ductis. Cæc.Metellus,à domita Macedonia Macedonicus vocatus, Prætor Pseudophilippum & Achæos, quos bis prælio fudit,triumphandos Mumio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideo Consul ægrè factus. De hoc Liu.lib.59. Memorantur alij plures Metelli, vt Balearicus, Vtricus, quem Plinius Diadematum vocat. Metellus præterea Numidicus dictus,quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Cuius meminit Cicero,& item Gellius libro 1.cap.6.& lib.6.cap.11. Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarchus in Pompon. Metellus Dalmaticus à deuictis Dalmatis. Author Pædianus Act.3. in Verrem.
Pugnax Metellus.Lucan.lib.3.
Fortes.Claud.5.Paneg.

Metellinus {μετέλλινος} pen.prod.Adiectiuum.Quod est Metelli.Cic.ad Attic.lib.1.epist.8,In illam orationem Metellinam addidi quædam.Id est,contra Qu Metellum Nepotem scriptam. Eius orationis meminit Gellius lib.18.cap.7.his verbis, Sicut M. Tullius in oratione quæ inscripta est contra concionem Qu. Metelli. Quintil.lib.9. cap.3.de Dissolutione, Vt Cicero dicit contra concionem Metelli.

Metempsychosis {μετεμψύχωσις} Latinè reddi potest,Animæ transmigratio,hoc est transitus animarum ex vno corpore in aliud , quod fuit Pythagoræ dogma.

Meteoros,pen.prod. {μετέωρος} Suspensus, sublimis, subleuatus ad aliquam rem. Inde Meteora,Meteororum,Aristotelis opus,in quo de rebus sublimibus tractatur.

Methodus,methodi,pen.corr.fœm.gen. {μέθοδος} Breue dicendi cõpendium vertit Quintilianus , quasi breuem viam qua quamcelerrimè ad peritiam euadimus. Cicero viam , artem, & rationem vocat. Ex Budæo.

Methodice,pen.corr. Est pars grammatices , rationem loquendi tradens. Quintil.lib.1.cap.15.

METHONE,penult.prod. {μεθώνη} vrbs Peloponnesi,Ptolemæo libro 3. cap.16. Hodie Modona,vulgò *Modon*. via peregrinantium Ierosolymam à Venetiis.

METHVRIADES {μεθουριάδης Stephano} siue (vt apud Plinium legitur) Methurides,Insulæ quatuor sunt in sinu Megarico,non procul à Trœzene. Vide Plin.lib 4.cap.12.

METHYDRIVM {μεθύδριον Stephano} Arcadiæ oppidũ est,de quo Strabo lib.8. & Plin.lib.4 cap.6.

METHYMNA {μήθυμνα} ciuitas est in Lesbo insula,optimum habens vinum.Ouid.1.de Arte,Gargara quot segetes,quot habet Methymna racemos.

Methymnæus,Adiectiuum {μηθυμναῖος.} Virgilius libro secundo Georgicorum,
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Methymnæa Lesbos.Ouid.11.Metamorph.
Meri Methymnæi grata saliua.Propert.lib.4.eleg.9.
Vua.Horat.2.Serm.satyr.8.
Vates.Stat 2. Sylu.2.

Methymnias,Methymniadis,f.gen. {μηθυμνιάς.} Ouid.epist.21, Nec me Pyrrhiades,Methymniadésve puellæ,&c.

METIA

METIA,tribus.Vide TRIBVS.

Meticulosus,Vide METVO.

METIOCHVS {μετίοχος} fuit,teste Herodoto lib.6, Miltiadis Atheniensis ducis filius, qui quum à Phœnicibus caperetur , & Dario Persarum regi,contra quem pater bellum gerebat,præsentaretur, in nullo prorsus læsus fuit,sed eum donauit Darius pulcherrimo palatio, multis possessionibus & diuitiis , atque vxorem Persicam dedit , ex qua liberos suscepit. Vide Herodotum lib.6.

Metior , metiris, pen.prod.mensus sum, metiri {μέτρω} Mensurare.
A Græco deducitur , μέτρω. Plin.lib.16.cap.44, Decem arbores metiens singulas. Cic.4. Acad.Nec magis affirmabunt signum illud (si erunt sex mensi pedum) esse , quàm solem , quem metiri non possunt, plusquam duodeuiginti partibus maiorem esse quam terram.
Parcè & restrictè metiri, Vide PARCVS.
Interualli æqualibus aliquid metiri.Cic.3.de Orat.
Agrum aliquem metiri. Cic.Pæto,lib.9.17.
Frumentum metiri. Cic 5.Verr.
Parcè & paulatim metiri frumentum.Cæsar 7.bel.Gall.
Mundi magnitudinem metiri.Cic.1.Offic.
Metiri stipendium. Curtius lib.3, Ex pecunia deinde Babyloniæ, Macedonibus equitibus sexcenni denarij tributi : peregrinus eques quingentos accepit:ducenis pedestrium stipendium mensum est.
In hasta metiri se. Stat.1.Achil.9.de Achille,
-Lapitharum prælia ludit
Improbus,& patria iam se metitur in hasta.
Annum metiri sol dicitur. Ouid.4.Metam.
Æternitas nulla temporis circunscriptione metitur. Cicero 1.de Nat.deorum.
Oculo metiri aliquid. Horat.1. Serm.sat.2,
Metiri possis oculo latus.
Prospectu metiot æquora.Ouid,epist.10.
Terras metitur oculis. Lucan.lib.6.
Animo metiri aliquid. Ouid.1 Metam.de Phaethonte,
-multum cæli post terga relictum,
Ante oculos plus est:animo metitur vtrunque.
Pectus alicuius metiri cuspide. Silius lib.4.
Pedibus metiri aliquid.Cic.Qu.frat.lib.3.17,Sese autem mensum pedibus aiebat passuum CCCC ∞,mihi plus visum est.
¶Metiri gradibus,pro Abire. Plautus Pseud.17 , Quin hinc metimur gradibus militariis?
Iter cursu metiens. Catull.in Carmine secul.32.
¶Metiri, Transmeare. Lucilius lib.30, Vir mare metitur,magnum fluctibus tradidit. Virg.4.Georg.
Et iunctо pigedum cursu metitur equorum.Nonius.
Aquas metiri carinam. Ouid.9.Metam.
¶Auribus sonantia omnia metiri. Cic.in Orat.
¶Metiri, Æstimare. Cic.de Senect. Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar.
Metiri summum bonum honestate, aut suis commodis. Cic.2.de Finib.Hanc se tuus Epicurus omnino ignorare dicit quam aut qualem esse velint,qui honestate summum Bonum metiantur. Idem 2.Offic.Nam qui summum bonum sic instituit , vt nihil habeat cum virtute coniunctum,sdque suis commodis , non honestate metiturs &c. Id est summum bonum in suis tantum commodis & voluptatibus constituit,non autem in honestate. Idem 1.de Nat. deorum, Omnia,quæ ad beatam vitam pertineant,ventre metiri.
Charitatem patriæ non nostro sensu, sed salute ipsius patriæ metiri.Cic.1.Tuscul.
Metiri omnia dignitate , non ambitione. Cic.ad Brutum,lib.10. 25,Cuius hæc est summa,vt omnia te metiri dignitate malim,quàm ambitione.
Fidelitatem sua conscientia metiri. Plancus Ciceroni,lib.10.4.
Angustè tantos metiris honores.Stat.11. Thebaid.
Modum diuitiarum,ex eo quãtum cuique satis est, homines metiuntur. Cic.in Parad.
Metiens aliorum in se odium suo in alios odio. Liu.3.ab Vrbe.
Officio metiri omnia. Cic.lib.8.160.
Vitiis hominum,non rerum euentu metienda sunt peccata. Cic. in Parad.
Scientiam clarorum virorum rerum gestarum magnitudine metiri. Cic.1.de Orat.
Suo modulo ac pede metiri se. Horat.1.epist.7.
Studia nostra naturæ regula metiamur. Cic.1.Offic.
Facultate sua , non rei natura vim eloquentiæ metiri. Cicero de Opt gen.Orat.
Virtutem verborum magnificentia non metiamur , sed vitæ sermonisque nostri consuetudine interpretemur. Cic.de Amic.
Voluptates obscœnas forma , ætate , & figura metiri. Cicero 5. Tuscul.
Mensus, Particip.Cato cap.146, Modio oleario mensum dato vnguinis pondo x.
Spatia mensa quia conficiunt cursus lunæ,menses vocantur.Cic. 2.de Nat.deorum.

Mensor,mensoris {μετρητὴς} Verbale. Colum.lib.6.cap.1, Quod ego non agricolæ,sed mensoris officium esse dicebam. Plin.lib.6.ca: 17,Alexandri magni vestigiis insistamus: Diognetus & Beton itinerum eius mensores,scripsere,&c.
Mensores (inquit Vegetius lib.2.cap.7.) qui in castris ad pœdismum dimetiuntur loca in quibus milites tentoria figant: vel hospitia in ciuitatibus præstant,*fourriers du camp, qui ordonnent les quartiers.* Legitur & metatores.
Maris & terræ mensor. Horat.1 Carm.ode 28.

Mensio {μέτρησις} Aliud verbale. Idem quòd dimensio , seu mensura. Cic.in Orat.Aures enim,vel animus,aurium nuntio naturalem quãdam in se continet vocum omnium mensionem. Quintil.lib.2,cap. 16,Secundum mensionem eius.

Mensura,mensuræ , pen prod. {μέτρον} Notæ significationis. Plin.lib. 7.cap.56,Mensuras & pondera Phidon Argiuus , aut Palamedes , vt maluit Gellius,inuenit.
Colligere solis,ac terræ mensuras. Quintil.lib.2 cap.17.
Roboris mensura implebat ter quinque vlnas. Ouid.8.Metam.
Breuior mensura capillis. Ouid.9.Metam.
Agitare mensuram animo, Vide AGO.
Currit mensura. Plin.lib.6.cap.33, Vt per Meroën & Syenen mensura currat XVIII.LXXV.M.pass.
Mensura venit ad digitos. Plin.lib 2.cap.23. Hoc est computetur.
Mensura venit in computationem. Plin.lib.6.cap.33.
Inire mensuras agrorum, Vide INEO.
Par mensura. Iuuenalis sat.10,
Vt rebus lætis par sit mensura malorum.
Parua mensura relictæ partis. Iuuenal.sat.14.
Mensuram alicuius rei agere. Plin.lib.2.cap.1,Quasi verò mensuram vllius rei possit agere,qui sui nesciat.
Mensura beneficij. Plin.epist.268.
Nominis mensura. Ouid.1.de Ponto,eleg.2.
Maxime,qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.
Mẽsura sic definitur,& exponitur ab iis, qui De limitibus scripserunt:quorũ hæc sunt verba,Mẽsura est,quicquid põdere, capacitate, longitudine,altitudine,latitudine, animóq; finitur. Maiores itaque orbẽ in partes,partes in prouincias, prouincias in regiones,regiones in loca,loca in territoria,territoria in agros,agros in centurias, centurias in iugera,iugera in climata:deinde climata in actus , perticas passus,gradus,cubitos,pedes,palmos, vncias, & digitos diuiserunt. tanta enim fuit eorum solertia. Digitus est pars minima agrestium mensurarum : inde vncia habet digitos tres,palmus autem quatuor digitos habet, pes XVI. passus ped.V. pertica passus duos , id est pedes X. Pertica autem à portando dicta , quasi portica. omnes autem præcedentes mensuræ in corpore sunt, vt palmus, pes, passus, & reliqua : sola pertica portatur. est enim X. pedum , ad imitar calami in Ezechiele templum mensurantis. Actus minimus est latitudine pedum quatuor, lõgitudine CXX. climata quoque vndique versus pedes habent I X. ita,



Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX.ita,



Hunc Bætici arapennem dicunt,ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit:ab eo quòd est iunctum, iugerum nomen accepit. iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum X I.latitudine CXX. ita,

CCXI.



CCXI.

Actum prouinciæ Bæticæ rustici agnam vocant:porcam idẽ Bætici XXX.pedum latitudine,& IXXX.longitudine definiunt ita,

IXXX



IXXX

Sed Porca est quod in arando extat:quod defossum est,lyra. Galli canderum appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, quasi centearum:in agrestibus autem,pedum CI.quadratorũ iustum candetum vocant. Porrò stadialis ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV,cuius mensura octies computata milliarium facit; qui cõflat quinque millibus pedum. Centuria autem ager est ducentorum iugerũ, qui apud antiquos à centũ iugeribus vocabatur:Sed postea duplicata,nomen pristinum retinuit.in numero enim cẽturiæ multiplicatæ sunt,sed nomen mutare non potuerunt. Frontinus autem

sic in libro de limitibus. Mensura est cõplurium, & inter se æqualiũ interuallorum longitudo finita. mensura est, vt pes per vncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum passus, per passus stadium, per stadium miliarium. minima harum mensurarũ pars est digitus. si quid enim intra digitum metiamur, partibus respondemus, vt dimidiam aut tertiam partẽ digiti. in pede porrecto semipedes duo, in pede constrato semipedes quatuor: in pede quadrato semipedes octo. pes habet palmos quatuor, vncias duodecim, digitos sexdecim. palmus habet digitos quatuor, vncias tres. sextãs, quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos tres, vncias nouem, digitos duodecim.

METIS {μῆτις} teste Hesiodo in Theogonia, nympha quædam vna fuit ex filiabus Oceani & Tethyos, sic dicta à consulendo.

METISCVS, Turni autiga. De quo Virgilius lib.12. Æneid.
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus, etymon eius deriuantes à Græco verbo μεθύσκομαι, quod est inebrior.

METIVS Carus, delator insignis fuit, de quo Plin.3.epist.ad Voconium: & lib.6.ad Hispanum.
¶Metius Geminus, dux Tusculanorum superatus à Romanis bello Latino. ¶Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulũ, ob raptas Sabinas acriter pugnauit. ¶Metius Sufferius, dux Albanorum, quòd contra fœdus societatis in bello Fidenatium animum ancipitem & infidum gesserat, iussus est in concione à Tullo Hostilio quadrigis discerpi. Liuius lib.1.

Meto, metas, Vide Metor, metaris, in META.

Meto, metis, messui, messum, metere {θερίζω, ἀμάω} Secare significat, vt ait Seruius: & tam de vua & aliis rebus, quàm de frugibus dicitur. Plaut. Pœnul.16,
Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Cæs.4.bel.Gall. Tũ dispersos depositis armis, in metendo occupatos subitò adorti. Sic Cic.3.Tusc.ul. Tum vita omnibus metenda vt fruges. Ex quodam poeta. Plin.lib.12.cap.13, Metitur cardamomum eodem modo & in Arabia.
Arua metere. Propert.lib.4.eleg.11.
Farra metere. Ouid.2.Fast.
Purpureósque metunt flores. Virgil.4.Georg.
Lilia summa metere virgam. Ouid.2.Fast.
Pabula falce metit. Ouid.epist.6.
Agmina metuntur. Silius lib.17,
Prostratis opibus regni, Phœnissa metuntur Agmina.
Oreus metit grandia cum paruis. Horat.2.epist.2.
Vt sementem feceris, ita metes. Cic.2. de Orat.
Fructum metere vt possis, ferere beneficium, est liberale officiũ. Cic. Anteq. iret in exil.
Metere messem malorum. Plaut. Trinum.3.
neque quicquam hîc vile nunc est,
Nisi mores malitiorum licet iam messem metere maximam. Idem Epid.14,
Sed vt est acerbum, probene factis quum mali messem metas.
Mihi istic nec seritur nec metitur. Plaut. Epid.5, sanè quàm eleganter vsurpauit: Id est, Ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio, suóque periculo facit: qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud eundem in Mercatore.3, Tibi aras, tibi occas, tibi sere.8, tibi eidem metis. Erasmus.
Messus {θερισθείς} Participium: vt Herbæ messæ falcibus. Virg.4. Æneid.
Messio, messionis, f.g. {θέρισις} Ipsa metendi actio.
Messor, Messoris {θεριστὴς, ἀμαητὴρ} Qui metit. Cic.3 de Orat. Nõ mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.
Durus messor. Ouid.14.Metam.
Fessi messores. Virgil.2.eclog 2.
Inducere messorem aruis. Virgil.1.Georg.
Messor scelerum. Plaut. Cap.12, -rogas?
Sator, sartórque scelerum, & messor maximè.

Messorius, Adiectiuum {θεριστικὸς} Quod ad messorem pertinet. Cic. pro Sestio.
Falces messoriæ. Vlp. in l. Instrumento. D. De instructo vel instrumento.

METOECVS {μέτοικος} qui de vna ciuitate in aliam migrauit habitandi animo. Latinè aduena dici potest, vel inquilinus. Pompon. in l. pupillus. D. de verb. signific. parœcum appellat.

Metonymia, metonymiæ {μετωνυμία} Latinè transnominatio, vel denominatio: vt Bacchus pro vino. Similiter quum dicimus Pigrũ Frigus. Festus, Metonymia est tropus, quum ab eo quod continet, significatur id quod continetur: aut superior inferiore, aut inferior superiore. Quod continet, id quod continetur: vt Ennius quum ait, Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ab eo quod continetur, id quod continet: vt quum dicitur Epota amphora vini. A superiore inferior: vt Ennius, Cum magno strepitu Volcanus ventus vegetat rem. Ab inferiore superior: vt Peruasitti animo vinum deus, qui multo est maximus. Cic. in Orat. Hãc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferuntur. Vide SVMMVTO.

Metoposcopus, metoposcopi, pen.corr. Qui frontem consyderat, id est diuinat ex facie hominis: quíque priuatim ex inspectione frontis, quid cuique euenturum sit, prædicit. μέτωπον frons, σκόπος inspector. Plin.lib.35.cap.10.

Metor, metaris, Vide META.

Metopion {μετώπιον} Arbor est in Africa Æthiopiæ subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lacryma in subiecta arenas destillat. Plin. lib.12.cap.28, Dioscoridi verò metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum destillat. ¶Est & metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, teste Plin.lib.15.cap.7.

METRA, Erisichthonis cuiusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non assequẽbantur, nisi equos, boues, amplissimáque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum vsus. Porrò Thessali per iocum dicebant Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur: vnde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis.

Metreta, metretæ, pen prod. {μετρητὴς} Genus vasis quod conficitur ex duobus battis. Budæus, Metreta est congiorum decem, vt author est Dioscorides. Decem autem congij sexaginta sextarios valent, id est amphoram & quadrantem. Colum.lib.12.cap.22.

Metrocomia {μητροκωμία} eodem modo dici videtur quo metropolis, in titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib.11. C. Item in l. vltima. De exact. tribut. lib. 10. Budæus.

METRODORVS, penultima prod. {μητρόδωρος} Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidissimúsque amicus, Strabone, Diogenéque testibus. ¶ Metrodorus item Atheniensis, Carneadis auditor, vt Cicero de Oratore testatur: pictor & philosophus fuit. Cicero de Oratore lib. 1, Erat (inquit) etiam Metrodorus, qui cum illis vnà illum ipsum Carneadem diligentius audierat. Paulo pòst, Vrgebat auditor Panætij illius tui Maesarcus, & Peripatetici Critolaus & Diodorus. Hæc Cicero. ¶Metrodorus præterea Sceptius, qui è philosophica vita in ciuilem muratus est, magna ex parte in suis scriptis oratorię loquitur: & nouo quodam dicendi genere vsus est, quo multos deterruit. Propter nominis famam, quinquam pauper erat, clarum tamen coningium apud Carthaginienses adsecutus est: atque vti Carthaginiensis viuebat. Quúmque amicitiam Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum vxore discessit, & honore maximo affectus est. Hęc Strab. lib.13. Huius etiam meminit Cicero, memoriámque commendat 1. Tusc.ul. Quæst. Non quæro (inquit) quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is qui à Pyrrho legatus ad Senatum est missus Cyneas, quanta nuper Carneades, quanta qui modò fuit Sceptius Metrodorus, quanta noster Hortensius.

METROPOLIS, pen. corr. {μητρόπολις} quasi mater ciuitas dicitur. Budæus, Metropolis dicitur vrbs, ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ Athenis, & ab vrbe Roma. sic enim se habet metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam.

Metropolitanus, pen. prod. Qui ex metropoli oriundus est.

Metropolites, pen. prod, metropolitanæ ciuitatis Pontifex.

Metrum, metri {μέτρον} Mensura Latinè dicitur. Græcis μέτρ. Metra, dicuntur versus à Latinis, quoniam mensurantur versus. Columel. lib.3.cap.10, Exceptis quæ rectissimus metris Virgilij.
Seruire metro coguntur. Quintil. lib.1.cap.8.

Metricus, pen. corr. {μετρικὸς} Adiect. Plin. lib.11.cap.37, Arteriarum pulsus, in modulos certos, legéque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

Metuo, metuis, metui, metuere {φοβέω} A quodam motu animi dicitur, vt inquit Varro. Et propriè seruorum est. Significat autem Timere & formidare, ac vereri. Cic. de Senect.
Magis metuo, Vide MAGIS.
Malè metuo, Vide MALVS.
Metuit loqui. Ouid.1.Metam.
Metuit tangi. Horat.3.Carm.ode 11.
Metuo crimen, Id est ne detur crimini. Cic.7.Verr.
Metuo illum. Plautus Amphit.3,
Contagione meæ matris metuo malum. Terent. Eunuch.3.1,
Metuebant omnes iam me.
Metuo illum ne. Terent. Eunuch.3.5,
-nunc metuo fratrem Ne intus sit
Metuo illum de. Plautus Merc.9,
De lanificio neminem metuo, vna ætate quæ sit.
¶Metuo tibi, Nequid mali scilicet tibi accidat. Plaut. Amphit.17.
Metuo meo amori moram, Ne remoretur matrimonium meum. Plaut. Pœnul.7,
Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram.
Metuo illum mihi ne. Plautus Asin.3.
Metuo à vel ab. Cic. ad Atticum, lib.9.175, Sed quum eadem metuam ab hac parte, &c. Idem ad Sest. lib.5 6. Plaut. Capt.5.11,
Quid à nobis metuis? Tetent. And.2.1,
Hei metui à Chryside. Liu.3.bel.Pun. Ab Annibale metuens.
Metuo abs te de verbis tuis. Plaut. Menæch.7.
Ab hoste metui. Ouid.13.Metam.
Metuo Reip. malum ab eo. Cic. ad Attic. lib.1.8.
Metuo de vita. Cic. Attic. lib.10 195,
Haud metuo. Terent. Eunuch.4 6.
Metuo ne. Plaut. Pseud.14. -nimis metuebam malè
Ne abisses. Idem Asin.12,
Ne vxor resciscat, metuit.
Metuo ne non. Plaut. Casin. Metuo ne nõ sit surda. Ter. Heaut.5.3,
Quid? metuis ne non, quum velis, conuincas illum esse tuum? Cic pro T. Annio Milone, Cur igitur hos manumisit? metuebat scilicet ne indicaretur? ne dolorem perferre non posset?
Metuo nequando. Terent. Eunuch.3.1.
Metuebam propter vos, ne. Plaut. Rud.24,
Metuo propter vos, ne vxor mea me extrudat ædibus.
Metuo quid agam, vel quid sit. Terent. Heaut.4.3.
Metuo quin. Plaut. Amphit.17.
Metuo quor. Plaut. Trucul.17.
Metuo vt. Terent. Hecyr.2.2,
Metuo vt ne. Plaut. Bacchid.16,
Metuóq; vt hodie ne possim emolitier. Cic. Metuo vt ne pereat.
Metuens, metuentis. Participium. Terent. And.3.4,
Idque adeò metuens vos celaui quod nunc dicam.
Cladem metuens. Ouid.5.Metam.

Fortunam

Fortunam. Ouid.3.de Ponto, eleg.6.
Penna solui metuens, Id est cuius nulla vnquam dissolutio futura est. Horat.2.Carm.ode 2. Tralatio ducta est ex eo, quòd qui metuunt quippiam, idipsum fugiunt, & vitant quammaximè possunt. Huius significationis ignari quidam negationem, haud, addidere, vt esset, haud metuente, sed ridiculè, quum hæc loquendi forma in classicis passim reperiatur. Vide Lambinum.
Superos metuens. Stat.3.Sylu.3.
Inopi metuens formica senectæ. Virg.1.Georg.

Metuens {φοβούμενος} Nomen ex participio: vt Metuens legum, Metuens iudiciorum. Cic. Post red. in Senat. Consules modesti, legúmque metuentes impediebantur lege, non ea quæ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat. Idem pro Domo sua ad Pontif. Homines legum iudiciorúmque metuentes.
Flagelli metuens. Iuuen. Saty.5.
Inualidum, metuénsque pericli. Virgil.5.Æneid.
¶Metuentior, Comparatiuum. Ouid.6.Fast. -de Numa,
Regis opus placidi, quo non metuentius vllum, &c. Idem epist.18,
Quid tamen euenit cur fis metuentior vndæ?
Hospes metuentior. Sil.lib.8.

Metuendus {φοβερὸς} Cic. de Arusp. resp. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur, terræ motus horribilis cum quibusdam multis metuendísque rebus.
Antrum metuendum. Propert.lib.4.eleg.10.
Eques metuendus hasta. Horat.3.Carm.ode 2.
Pericula metuenda. Horat.2.epist.1.
Vis metuenda. Virg.4.Georg.

Metutus, pen.prod. Participium passiuũ veteribus vsurpatũ, posterioribus obsoletum {φοβηθείς.} Lucretius lib.5,
Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum. Hoc est formidatum, quod homines antè metuerunt.

Metus, huius metus, m.g. {φόβος, δέος, δεῖμα} Est de instanti vel futuro periculo, mentis trepidatio, inquit Vlp. Cic.4.Tusc. Metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. Et tam actiuè quàm passiuè sumitur: nam metus hostium rectè dicitur, & quum timent hostes, & quum timentur. Rursum Cic.4.Tusc. Ægritudini finitimus est metus: de quo pauca dicenda sunt. est enim metus vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant, alij autem metum præmolestiam appellabant, quòd est quasi dux consequentis molestiæ. Quintil. lib.6. cap.3. Metum duplicè intelligi volo, quem patimur, & quem facimus.
Mortalitatis metus. Quintil. in Procem. lib.6.
Metus existimationis viuorum. Cic.3.Verr. Hæc est istius præclara tutelaæ: eui tuos liberos committas, en memoria mortui sodalis, en metus viuorum existimationis.
Metus fulminis. Quintil. in Procem. lib.6.
Metus de. Cic. ad Attic. lib.3, Me & meorum malorum memoria & metus de fratre in scribendo impedit.
Metus ex corpore. Celsus lib.4.cap.24.
Metus in hac re. Celsus lib.2.cap.10.
Frigido metu exanguis. Senec. Hippol.10.
Liber à metu, In LIBER, liberi.
Liber omni metu, Vide LIBER, liberi.
Trepidi exanguéque metu. Stat.3. Thebaid.
Vacuus metu. Ouid.10.Metam.
Dubij inter spem & metum. Virg.1.Æneid.
¶Acer metus. Virg.1.Æneid.
Acrior metus omni cura. Valer.1.Argon.
Adiunctus, In ADIVNGO.
Ambiguus. Tacit.lib.2.
Audax metus, & pallens fiducia. Stat.6. Thebaid.
Cæcus, In CAECVS.
Depositus. Ouid.5.Metam.
Falsi. Ouid.1.Trist.eleg.4.
Fœminei. Senec.in Medea,1.
Gelidus. Ouid.epist.11.
Graues. Senec.in Agamemn.4.
Humiles. Valer.3.Argon.
Inanis metus. Tacit.lib.13.
Ingens. Virg.6.Æneid.
Insignis pœnarum. Lucret.lib.3.
Lymphatus. Lucan.lib.7.
Pauidi. Ouid.1.Fast.
Solicitus. Ouid.3.de Ponto, eleg.2.
Vani. Ouid.epist.15. Vigiles. Sil.lib.7.
¶Abolere metus. Stat.1 Achil.
Abstergere animi metum. Cic. Pæto, lib.9.16.
Aberant pœna, metúsque. Ouid.1.Metam.
Accipere metum, In ACCIPIO.
Acuere metum alicui. Virg.12.Æneid.
Adducere in metum, & Adduci metu, In ADDVCO.
Adducere in metum aliquem. Tacit.lib.15.
Adhibere. Quintil.lib.4 cap.1.
Adimere, In ADIMO.
Adiungere, In ADIVNGO.
Afferre metum alicui, & spem ostendere. Cic.4.Verr.
Afficere metu, In AFFICIO.
Amittere metum, In AMITTO.
Amouere. Quintil.lib.4.cap.1.
Amoto metu. Terent. And.1.2.
Ardere metu, Vide ARDEO.
Auferre. Virg.12.Æneid.
Capere, In CAPIO.
Captus metu subito. Stat.12. Thebaid.
Repens metus commouit me. Senec. Troad.6.
Vehementi metu commota mens. Lucret.lib.3.

Compellere in metum, In COMPELLO.
Compressa metu murmura. Stat.1. Thebaid.
Concipere, In CONCIPIO.
Concitare, In CONCITO.
Concussus mentem metu. Virg.12. Æneid.
Coniicere in metum, Vide CONIICIO.
Defendere à metu. Cic. pro Lege Manil. Hæc vobis prouincia Quirites, si & belli vtilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda.
Deiicere. Cic. in Verrem.
Demere. Ouid.2.Metam.
Depellere. Cic. Qui primus post meum discessum metum bonis, timorem huic ordini, seruitutem depulit ciuitati.
Dirigere metu. Ouid.7.Metam.
Dissoluunt animi magno se angore, metúque. Lucret.lib.3.
Exanimari. Cic. Non poteram in illius mei, patriæque custodis tanta suspicione, non metu exanimari.
Excessere metum mea iam bona. Ouid.6.Metam.
Excutere metum alicui. Ouid.epist.14.
Excipere. Celsus lib.7.cap.26, Siquidem vt distentione neruorum periclitatur aliquis, dum vesica eius agitatur, sic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tãtum sanguinis profluat vt occidat.
Somnum excussit metus. Ouid.epist.10.
Excutere metum corde. Ouid.3.Metam.
Exoluere metum. Lucan.lib.5.
Facere metum alicui, pro Inferre. Ouid.5. Trist.eleg.11,
Graues facere metus. Senec. Agamemn.4.
Frangi metu vel debilitari. Cic.1.de Orat.
Habere aliquid in metu, Id est metuere. Cic. ad Attic.6.
Habere metum. Cœlius Ciceroni, lib.8 10, Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, quòd scirem, &c.
Vanos res habet ista metus. Ouid.epist.15.
Incidit animis metus tacitus, Vide INCIDO, pen. corr.
Incutere metum. Cœlius Ciceroni, lib.8.4.
Inferre, Vide INFERO.
Ingruit, Vide INGRVO.
Iniicere alicui, Vide INIICIO.
Insinuauit metus pectora. Lucret.lib.6.
Intendunt metum. Tacit.lib.1.
Intrat metus. Tacit.lib.1, Pauidos, & conscientia vecordes intrat metus.
Lenire. Sil.lib.3.
Leuare alicui. Vide LEVIS.
Liberare aliquem metu. Quint.lib.1.cap.10.
Lætitiæ misti metus. Ouid.epist.15.
Obiicere metum. Cic. Tusc.2.
Offerre metum, In OFFERO.
Ostendere, In OSTENDO.
Pallens metu. Ouid.9.Metam.
Parcere metu, In PARCO.
Pati metum. Quintil.lib.6.cap.2.
Pellere metum, In PELLO.
Pelle fœmineos metus. Senec. Medea,1.
Permotus metu, In PERMOVEO.
Ponere aliquid in metu, pro Metuere. Cic. ad Attic. lib.14, Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? Idem lib.12. Hoc metuere, alterum in metu non ponere.
Metus & spes diuinationem & auguria repererunt, Vide Amantes sibi somnia fingunt.
Gelido lingua retenta metu. Ouid.epist.11.
Sedare metum. Senec. Thyest.8.
Mens semota metu. Lucret.lib.2.
Solari metum alicuius. Virg.12. Æneid.
Soluere metus. Virg.1.Æneid.
In metu esse, pro Metuere. Terent. Phorm.1.2. Cic ad Attic.lib.3, Mihi etiam vnũ de malis in metu est fratris miseri negotium. Idem 2.de Finib. Tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu ne afficiantur aliquando.
Sublatus metus. Celsus lib.4.cap.5.
Tentari metu. Lucret.lib.3.
Trepidare metu. Silius lib.15.
Trepidare metu falso. Ouid.1.Trist.eleg.4.
Ingenti trepidare metu. Virg.6.Æneid.
Turbari metu monstri. Ouid.15.Metam.
Inanis metus vrget mortales. Lucret.lib.3.
¶Metus, nouè & elegãter positum. Sallust. Hist.lib.1, Ad bellum excitabat metus Pompeij victoris: Id est, quòd de Pompeio metuerentur. Nonius.
¶Metus, pro Religione: quoniam vt docet Seruius, ex timore nata est. Virg.7.Æneidos, -multósque metu seruata per annos.

Meticulus, meticuli, pen. corr. Diminutiuum.

Meticulosus, pen. prod. {δεισιδαίμων} Adiect. à meticulus diminutiuo, Timidus. Plaut. Amphit.4, Nullus est hoc meticulosus æque.

Meum {μέον} Herba est caule foliísque anísi non absimilis, quæ in Italia nonnisi à medicis seritur, & iis admodũ paucis. Duo genera eius describit Plin.lib.20.cap.23. Quidam Meu legunt, per duas syllabas.

MEVANIA {μεσανία} ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio alumno. A qua Meuanates populi. Plin.lib.35.cap.14, In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuaniæ est. Lucanus lib.1,
-tauriferis vbi se Meuania campis
Explicat. Vbi Commentator, Meuania est pars Tusciæ, cuius nomînis & insula Hybernis proxima Meuania dicitur. ¶Meuania, oppidũ est in Vmbria ad viam Flaminiam, iuxta quod labitur Clitumnus fluuius, cuius aqua pota candidos boues facit. Vide CLITVMNVS.

MEVIVS {μαῦϊος} pessimus poeta, Virgilio & Horatio inimicus. Virg. 3.ecloga,

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Horat.Epod.10, Olens Meuius.

Meus, Adiect. Pronomen possessiuum {ἐμός.} Plaut.Trinum.6, Nam quod tuum est, meum est: omne meum, est autem tuum. Terentius Heaut.3.1,

Meus gnatus?c.sic est.M.venit?c.certé.M.Clinia

Meus venit? c.dixi.

Meum, vel mea est negare. Plaut.Pseud 7. Cic.ad Attic.lib.5, Et si intelligis quàm meum sit scire, & curare quid in Rep.fiat.

Mea, mea tu, & huiusmodi. Terent. Adelph.3.1,

-modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eunuch. 4.3, Hau obsecro mea Pythias, quid istuenam monstri fuit? Mea tu, inquit Donatus, blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium.

Cum mei vnius salute, ciuitatis salus coniuncta, pro Mea vnius. Cic.in Vatinium, Quid ergo homo imperitissime solidæ laudis ac verè dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque nominis tui sempiternam, quàm omnes hoc ciues meos iudicare, ciuitatis salutem cum vnius mei salute esse cõiunctam? Sic Budæus. Vetus tamen exemplar legit mea salute.

Meum non est mentiri, Quod vulgò dicitur, *Non est mea natura.* Terent.Heaut.4.2.

Meum est, pro Meum est inuentum, Excogitaui illud. Terentius Eunucho,3.1,

Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi.

T. Audieras?c.sæpe: & fertur in primis. T. meum est.

Mea est descriptio, Id est Ego ipse descripsi, non alius. Cicero de Senect. Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.

Meus sum, Id est meæ potestatis, mei iuris. Perf. Saty.5.

¶Meus, tuus, aliquando substantiua sunt. Virg.4. Æneidos,

-dulcésque meorum Reliquias. Idem lib.3,

-cape dona extrema tuorum. Terent. Phormione,

Ego meorum solus sum meus.

Mea quidem sententia, pro, Vt ego sentio, Vt opinor. Terentius Adelph.1.1.

Meus carnifex. Terét. And.4.1. Donatus, Id est in me carnifex, qui me torserit. vt alibi, Deo irato meo. hoc est, in me irato Deo.

Meo pretio emptus, A me facto, à me statuto, inquit Donatus. Terent. in Prolog. Hecyræ.

De meo, Vide DE præpositionem.

De meo nihil addo. Cic. de Arusp. resp. Aruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo.

Mea manu literæ. Cic.ad Attic.lib.5, Antequam aliquo loco consedero, neque longas ad me, neque semper mea manu literas expectabis.

¶Meopte ingenio id reperi. Plaut. Mostel.3.

Meapte malitia, Meapte causa. Plaut. Trucul.9. Teren. Heaut.4.3,

-ita me di ament, vt ego nunc non tam meapte causa

Lætor, quàm illius.

MEZENTIVS, Pater Lausi, deorũ cõtẽptor, apud Virg.lib.7. Æneidos, Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

Contemptor diuûm Mezentius, &c. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M I

Mi {μοὶ} Dandi casus, à genitiuo Mis. Virg.6. Æneidos,

-& mi genus ab Ioue summo. Id est mihi. Catull. ad Lesb. 48, Ille mi par esse deo videtur.

Mi vocatiuus, pro Meus. Terent. Adelph.2.4, O mi Æschine, ô mi germane. Idem Phor.2.1, Mi patrue salue. D. salue. Vbi Donatus, Mi, vim blandimenti habet: nam significat meus.

Mi homo. Terent. Phorm.5.9. Idem Eunuch.1.2, Ne crucia te obsecro anime mi Phædria. Donatus, Fœminarum oratio, etsi nõ blanditur, blanda est.

MIACORVS, pen.prod. {μιάκορος} Chalcidis oppidum apud Theopõpum lib.25. referente Stephano: A quo fit gentile Miacorius.

Mica, micæ {ψίχα, ψίμμυθα} Puluisculus ille qui in arena, quasi argentum fulget. A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquam rem, inde emicant, micæ appellantur. Colum. lib.6. cap.30, Thuris mica. Plin. lib.12. cap.14, Micas concussu elisas mannam vocamus. Catullus, de Quintia & Lesbia, epigr.81, Nulla in tam magno est corpore mica salis. Hoc est, nihil in tam magno corpore est ridiculum. Sic exponit Quintil. lib.6. cap.4.

Auri micæ. Lucret. lib.1.

Mica salis. Martial. lib.7. epigr.24.

Lucida mica salis. Ouid.1. Fast.

Saliens. Horat.3. Carm. ode 23. Salientem micam, salis granum intellige: quòd saliat, quum in ignem missum sit. Pophyr.

Mico, micas, micui {σίνομαι} micare, Est subinde & per interualla, vt micæ faciunt, resplendere. Virg.1. Æneidos,

-crebris micat ignibus æther.

Micare digitis. Lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis certantium, vterque numerum diuinet. Per translationem dictum, quòd talis quædam variatio, dum digitis sortimur, apparet. Huius Cicero mentionem facit lib.2. de Diuinat. Quid enim sors est idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. M. Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ex Erasmo.

Qui certissima esset fide, eum antiqui dignum dicebant, quicum in tenebris micaretur. Cic.3. Offic. Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? à quibus natum est id quod iam tritum est vetustate prouerbium: quum enim fidem alicuius bonitatémque laudant, dignum fesse dicunt, quicum in tenebris mices. Idem 2. de Finib. Cur iustitia laudatur? aut vnde est hoc contritum vetustate prouerbium, quicum in tenebris? Porrò, quicum mices in tenebris, ei liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui sit vsque adeò certa fide, vt nec si tuto possit, velit quempiam mendacio fallere. Ex Erasmo.

Micat animus. Liuius.

Ardor flammæ micat. Lucret. lib.5.

Ardor micat ex oculis. Lucret. lib.3.

Cur timore micat. Ouid.3. Fast.

Enses triste micant. Stat.4. Thebaid.

Auribus micat equus. Virg.3. Georg.

Gemma micat. Virg 10. Æneid.

Micant gladij. Liu.6. ab Vrbe.

Ignis micat oculis. Virg.12. Æneid.

Linguis micat ore trifulcis. Virg.3. Georg.

Nubila micuerunt celeri flamma. Ouid.1. Trist. eleg.2.

Oculi micant igne. Ouid.8. Metam.

Sinus micuere metu Ouid. epist.1.

Sidera micuerunt. Ouid.7. Metam.

Sidus Iulium micat. Horat.1. Carm. ode 12.

¶Micant venæ. Cic.2. de Natur. deor. Iam verò venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu.

Micans, Participium: vt Aurum micans. Ouid.2. Metam.

Æra micantia. Virg.2. Æneid.

Cor micans. Ouid.6. Fast.

Crura. Ouid.9. Metam.

Labellum. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Membra. Claud. de nup. Honorij.

Sidera. Catull. in Epithal. Iuliæ, 52.

MICCA, Filia fuit Aristodemi Elicnsium tyranni, quæ moribunda Megisthonem rogauit, ne se post mortem turpiter nudatam iacére pateretur. Meminit Plutarchus lib. de Claris mulier. cap.15.

MICHALE, pen.corr. {μιχάλη} Fœmina venefica inter Centauras. Senec. Here. OEth.4, Hoc docta Michale Thessalas monuit nurus:

Vnam inter omnes luna quam sequitur magam Astris relictis.

MICIPSA, Numidarum rex, Massinissæ regis filius, qui Iugurtham Manastabalis fratris filium, vnà cum Adherbale & Hyempsale filiis regni participem reliquit. De quo Sallustius de bello Iugurthino.

Microcosmus {μικροκόσμος} Latinè Paruus mundus dicitur.

Micrologia {μικρολογία} A Græcis appellatur anxia cura circa minutula, & sedulitas quouis modo rem augendi. Is quoque qui rem vilem magni facit, & tenuissimum lucellum vndecunque aucupatur, Micrologus appellatur.

Micropsychos, penultima producta, Pusillanimus dicitur, & timidus {μικρόψυχος.} Plin. lib.22. cap.24, Inuenio apud authores hunc potum bibendum alsiosis: item animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropsychos.

Microsphycti {μικροσφύκτοι} Græcis ac medicis dicuntur, quibus pusilli sunt venarum pulsus, longitudine alritudine ac latitudine minima, vti ab Galeno proditum est, surrecta arteria. Vide & Cæl. libro 3. cap.15.

Mictyris, Paupercula pulmẽtaria. Lucilius lib.20, Pulmentaria vtentibus, aut aliquod genus herbæ, & ius mænarum bene habet se mictyris, hoc est meri. Nonius. Iunius medicus Mictilis emendat.

Micturio, micturis, Vide MEIO.

MIDAS {μίδας} Gordiæ bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctorum penè regum opes pecuniæ abundantia anteceſſit. De quo Herodotus & Iustinus lib.11. multa scripserunt.

Auriculas asini Midas habet, Prouerbiũ quod refertur à Diogeniano, natum à fabula notissima Midæ regis Phrygiæ: cui Phœbus, quòd stolidè Pana canẽtem sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas quum diu mitra occuluisset, tandem à tonsore animaduersum est, ac prolatũ in vulgus, vt refert Ouid.11. Metam. Porrò adagiũ rectè dicetur in stolidos, & crassis auribus, pinguíque iudicio homines. Alij narrãt, quũ aliquando præteriret asinos huius dei, atque eos affecisset iniuria, iratum Bacchũ Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar promittentes, atque hinc fabulæ iocum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam vt pote tyrannum, Corycios ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo rescíri etiam ea, quæ clàm ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, vt Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quòd nullum aliud animal aerius audiat quàm asinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omnium longissimas. Perf. Satyra 1,

Auriculas asini, quis non habet? Ferunt nonnulli primùm à poeta scriptum fuisse:

Auriculas asini Mida rex habet. Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, quis non habet. Erasmus.

Mida etiam dicitur. Claudian.3. Panegyr.

Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro.'

Midas {μίδης} Vermiculus in fabis nascens, vt ait Theophrastus lib.4. de plantarum causis.

MIDIA, siue Midea, pen.prod. {μίδεια Stephano,} Oppidum fuit in agro Argiuo, ita dictum à Midia Aloëi filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit oppidi huius Homerus lib.2. Iliados.

MIEZA, Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabant, à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Plin. lib.31. cap.2, Nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in Corintho quum decidére, &c.

Migdilybs, Hoc est mixtus Libys. Plaut. Pœnulo,

Qui huc aduenisti nos captatum migdilybs. Significat hominem mixti generis & bilinguem, Id est δίγλωσσον & μιγάδα, quales erant Chartaginienses. Virgilius,

Quippe domum timet ambiguam, Tyriósque bilingues. Nã Chartaginienses & lingua Tyriorũ & Afrorum vtebantur. Duplici autem lingua

lingua qui vtuntur, infideles & veteratores improbíque habentur. Itaque Hanonem vt bilinguem dicit esse bifulca lingua, quasi proserpentem bestiam. Omnes codices habent magdalia: verùm sic restituit Turnebus, idque optima ratione.

Migro, migras {μετοικίζω, μετοικίζω} migrare, Est domicilium mutare, & alió se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione: vt ait Valla lib.3.

Migrare domo. Cic.4. Verr.

Migrare ex vrbe. Terent. Hecyra, 4.2.

Migrare hinc. Plaut. Epid.8.

Migrare nidum. Gell. lib.2. cap.29. Id est transportare, alió migrare.

Migrare de, vel ex vita, Mori. Cic.in Somn. Scipionis, Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, & his rectis Pub. Cor. Scipionem. Idem 1.de Finibus, Non dubitat, (si ità melius sit) migrare de vita.

Migrare in cælum. Plaut. Amph.18.

Migrare in locum. Lucret. lib.2.

Migrare è phano foras. Plaut. Curcul.5.

Migratum est Romam. Liu.1.ab Vrbe.

¶Migrare communi iure. Cic.1.de Diuin. Dicitur quidem istúc, inquit, à Gotta, & verò sæpius, credo ne communi iure migrare videatur.

Migrat officium. Plaut. Trinum.10.

Migrant dicta. Plaut. Pseud.7.

Voluptas migrauit ab aure. Horat.2. epist.1.

Omnia migrant. Lucret. lib.5.

Anima migrat in varias figuras. Ouid.11. Metam.

¶Migrare in mucronem. Plin. lib.11. cap.37.

Fluuius migrat aduerso meatu. Claud.7. Paneg.

¶Migrassit, pro Migrauerit. Cic.3.de Legib. Quod quis eorum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto. Hoc est, si quis quid eorum violarit, transilierit, contráque fecerit. Simile est illud lib.1.de Diuinat. Credo, ne communia iura migrare videatur. Alij legunt, communi iure. Rursus lib.3.de Finib. Quoniamque ea natura esset hominis, vt cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id cõseruaret, eum iustum: qui migrarer, iniustum fore.

Migratu difficile, apud Liu. lib.10, pro Ad exportandum difficile.

Migratio, Verbale {μετοίκησις.} Cic.1. Tusc. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationémque vitæ. Liu.5.ab Vrbe, Nunc hæc migratio nobis misera. Cic.ad Tironem, lib.16, Cui verbo (fideliter scilicet) domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

Milii {κεγχρὶς, κέγχρος} Datiuus est primæ personæ ab Ego pronomine.

Mihi, Ad meam vtilitatem, aut damnum. Terét. Heaut.3.1, hic mihi quãto nunc plus sapit, quàm egomet mihi? Idem Adelph. Si quid peccat Demea, mihi peccat.

Mihi, quantum ad iudicium meum pertinet, interprete Donato. Terent. Adelphis, 5.6,

Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,

Cui dominus curæ est.

Mihi, A me. Terent. Eunuch.3.5, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus.

Mihi, Circa me. Terent. And.1.1, Quid si amasset? quid mihi hic faciet patri? Donatus.

¶Mihi & tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, vt neque ad me, neque ad te, neque aliquem referantur, sed tantum festiuitatis gratia. Cicero in Pisonem, Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem, Ecce tibi Pompeius. Et 1. Philip. Quas tu mihi intercessiones inquis, quas religiones nominas? Idem 4. Verr. Tu mihi ita defendas. Sic aliis locis multis. Terét. Phorm.5.9, Qui mihi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes.

Mihi crede, affirmantis particula, idem quod Certè significans. Cic.in Pisonem, Inania sunt ista. mihi crede, delectamenta penè puerorum. Ibidem, Fertur ille vir (mihi crede) gloria: flagrat, ardet cupiditate iusti & magni triumphi.

Mihimetipsi {ἐμαυτῷ.} Cic.pro Quintio, Breuitas postulatur quæ mihimetipsi amicissima est.

Mihipte, pro Mihiipsi posuit Cato, Festo teste.

Milax {μίλαξ} A Galeno appellatur frutex hederæ similis, quem similacem vocat Dioscorides, Vterque duas eius facit species, asperam & læuem. Vide infrà in dictione SMILAX.

MILCIADES, pen.corr. {μιλτιάδης} dux clarus Athenien sium: qui vndecim millibus suorum profligauit sexcenta millia Persarum in campis Marathoniis. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerem coniectus obiit.

Miles, militis, pen.corr.com.gen. {στρατιώτης} Qui militiam exercet. A militia, id est duritia, quam pro Rep. sustiner, dictus. Aut à multitudine. Aut à malo quod arcet. Author Vlpian. D. de militari testam. l. Militibus. Festus, Militem Ælius à mollitia per antiphrasin dictum putat: eo quòd nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Cic. pro Lege Manil. Qui extrema puericia miles fuit summi imperatoris. Idé pro Corn. Balbo, C. Marius P. Africani discipulus ac miles. Et pro Cluent. Miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vímque pertimuit.

In militem, in capita, in naues, & similia, Vide IN præpositionem.

Incursio militum in agros hostium, Vide INCVRRO.

Incursus militum, Vide INCVRRO.

Institutio militum, Vide INSTRVO.

Leuis armaturæ milites, In LEVIS.

¶Acrior. Horat.5. Carm. ode 5.

Ærarij, In AES, æris.

Argentati, In ARGENTVM.

Armatus Virg.2. Æneid.

Aurati, In AVRVM.

Causarij, In CAVSA.

Dirus. Senec. Here. OEth.17.

Ferox. Horat.1. Carm. ode 6.

Impius. Virg.1. eclog.

Haud incruentus, Vide INCRVENTVS.

Infandus. Lucan. lib.7.

Infestus. Seneca Herc. fur.8.

Innumerus. Ouid. epist.15.

Inordinati & incompositi, Vide INORDINATVS.

Inualidi, Vide INVALEO.

Iustus, In IVSTVS.

Legionarij, In LEGIO.

Maniplaris. Ouid.3. Fastorum,

Pertica suspensos portabat longa maniplos;

Vnde maniplaris nomina miles habet.

Mercenarij. Liu.4. bel. Pun.

Pharetratus. Sil. lib.7.

Præstantior. Ouid.11. Metam.

Rabido milite perfractæ portæ. Sil. lib.13.

Statarius, Vide Statarius in STO.

Vagus. Sil. lib.4.

¶Auocare milites à signis, à bello, In AVOCO.

Cõgere, In COGO. Colligere, In COLLIGO.

Decurrunt milites. Senec. Miles in media pace decurrit sine vllo hoste, vallum iacit, & superuacuo labore lassatur vt sufficere necessario possit. Vide DECVRRO.

Deducere ex aliquo loco, In DEDVCO.

Ære diruitus, In AES, æris.

Excitatur classico miles trucí. Horat. Epod.2.

Fieri militem. Cic.7. Philipp. Qui vicinos suos non cohortatus est solùm vt milites fierent, sed etiam facultatibus suis subleuauit.

Ihcitare milites in aliquem, Vide INCITO.

Legere milites, In LEGO, legis.

Obsedit milite campos. Virg.3. Æneid.

Ordinare, In ORDINO.

¶Milites, pro Apparitoribus iudicũ & magistratuum. Vlpianus in l.in eadem. D. Ex quibus causis maiores. In eadem causa sunt, & qui à militibus statoribúsque, vel à municipalibus ministeriis asseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. Idem in l. Qui restituere. D. de Rei vendicatione, Qui restituere iussus, iudici non paret, contendens non posse restituere: si quidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.

¶Miles in fœminino genere. Ouid. epist.11, Et rudis ad partus, & noua miles eram.

Militia, militiæ {στρατεία} quandoque bellum, & quandoque rem militarem significat. Cic.3. Offic. Sed insimulãt eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. De Vlysse.

Acer militiæ. Tacit. lib.18.

Decora militiæ. Liu.2. ab Vrbe.

Facta splendida militiæ. Ouid. epist.13.

Gnatus militiæ. Tacit. lib.12.

Impiger militiæ. Tacit. lib.3.

Labor militiæ. Ouid.1. Fast.

Maturus militiæ. Liu. lib.2. Decad.

Piger militiæ, & malus. Horat.2. epist.1.

Rudimenta militiæ. Stat.5. Sylu.2.

¶Grauis militia. Horat.1. Carm. ode 18.

Imaginaria. Suet. in Claudio Cæs. cap.25, Equestres militias ita ordinauit, vt post cohortem, alam: post alam, tribunatũ legionis daret: stipendiáque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur super numerum: quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Budæus.

Impigra militia, Vide IMPIGER.

Intenta. Tacit. lib.12.

Longa militia fessum latus. Horat.2. Carm. ode 7.

Piá. Ouid.7. Metam.

¶Colere militiam. Ouid.2. Fast.

Detrectare. Ouid.13. Metam.

Dare nomen militiæ, Est ad delectum se exhibere. Cic.7. Philipp. Milites cum gladiis sequũtur, Consuli præsidio sunt, specie Consulis, re & veritate nobis: omnes sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant.

Togatæ militiæ exercere numera. Ouid.ad Pisonem.

Sæuam militiam ferre. Horat.1. epist.19.

Proficíci in militiæ disciplinam. Cic.pro Lege Manil. Ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est.

Præmia militiæ puluerulenta sequi. Ouid.1. Amor. eleg.15.

Soluebatur militia. Tacit lib.1.

Sustinere militiam belli, Vide Militia belli, in BELLVM.

Tolerare militiam, & graue Martis opus. Virg.8. Æneid.

Signa militiæ tueri. Ouid.1. Amor. eleg.11.

Militia vacare. Quintil. lib.9. cap.2, Alio bello petierat vt militia vacaret.

¶Militiæ, genitiuus aduerbij vice positus, vt Domi. Cic.3. de Orat. Idémque & in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militiæ consiliũ suum fidemque præstabant. Idémque 5. Tusc. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.

¶Militia, Exercitium. Plaut. Persa, 6, At confidentia illa militia militatur magis, quàm pondere.

¶Militia vrbana, est eorum qui in foro versantur. Cic. pro Murena, Seruius hic nobiscum hanc vrbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi sequutus est: ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, præsto multis fuit.

Veneris militiam pati. Properr. lib.4. eleg.1.

Milito, militas, pen.corr. {στρατεύω} militare, Militiam exercere, Stipendia in bello merere. Cic.1 Offic. Qui in eadem legione militabat.

Militare sub. Plin. in Præf. Militare didicisset sub Annibale.

Militaui non sine gloria. Horat.3. Carm. ode 26.

Militare mercede. Curtius.
Catulus militat in syluis. Horat. 1. epist. 2.

Militatur { στρατεύεται } legitur apud Plautum in Persa, 6, Illa militia militatur magis.
Bellum militatur. Horat. Epod. 1.

Militaris, & hoc militare, pen. prod. Adiect. { στρατικὸς, στρατιωτικὸς }
Quod ad milites aut militiam pertinet: vt
Militaris homo. Plaut. Epid. 2.
Ætas. Tacit. lib. 2. Id est robusta, ac apta ad militiam.
Daunia. Horat. 1. Carm. ode 22.
Militaris herba, Vide LACTORIS.
Militaris industria. Plin. lib. 18. cap. 6.
Manus. Senec. Agamemn. 6.
Nauare operam. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Rem militarem discere. Cic. 1. de Orat.
Sepimentum. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 14.
Signa. Cic. in Catil. Quum arma, quum secures, quum fastes, quum tubas, quum signa militaria, quum aquilam illam.
Timor. Plaut. Pseud. 14.
Via. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 5.
Militaris equitet. Horat. 1. Carm. ode 8,
Cur neque militaris Inter æquales equitet. Id est militarem in morem, vel vt hominem militarem decet, vel quum sit militaris, vel qui militaris esset, si equitaret. Est autem vsitatũ Horatio, cum verbo nomen aliquod epitherum coniungere, quod verbi significationem augeat, aut certè adiuuet, vt ode 28. lib. 1. & Satyr. 6. lib. 2. & aliis locis infinitis. Lambinus.

Militarius, Adiectiuum { στρατικὸς } Plaut. Pseud. 17, Quin hinc metimur gradibus militariis? Pro militaribus, antiqué.

Militariter, pen. corr. Aduerbium { στρατικῶς } More militum, vel More militari. Liu. 4. ab Vrbe, Cæterùm militariter grauis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.
Laurus militariter. Tacit. lib. 18, Militariter laurus, læta omnia, & affluentia excepit. Significat Vespasianum non fuisse exquisitè, seu vrbana elegantia excultum.

MILETIA, Vna fuit ex filiabus Scedasi, qui fortuna pauper Leuctra habitabat, (vicus is est prope Thespias in Bœotia) quæ vnà cum sorore à iuuenibus Spartanis constupratæ, ambæ mox interemptæ, in puteum quendam sunt deiectæ. Meminit huius historiæ Plutarchus & Pausanias, qui tamen hanc Molpiam nominat. Vide plura in Scedasus.

MILETOPOLIS { μιλητόπολις } Vrbs in minore Asia, inter Cyzicum & Bithyniam, ad Rhindacum amnem, cuius meminit Strab. lib. 12.

MILETVS { μίλητος } Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ, vel (vt Ouidius habet) Deiones, qui quum Minoa Cretensium regem iam senem regno priuare veller, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellauit, eiúsque incolas Mileſios. Ouid. lib. 9. Metam. Alij tamẽ aliam afferunt nominis rationem, vt est videre in dictione sequenti. Inde Miletis, miletidis, Patronymicum, id est Byblis, Mileti filia.

MILETVS, penult. prod. { μίλητος } Vrbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ (authore Herodoto) à Neleo ædificata. Hanc generosa vellera nobilitarunt. Vnde prouerbium manſit, Mileſia ſtragula. Martial. lib. 8, Nec Milesus erat vellere digna tuo. Hæc autem Anactoria nominata, super octoginta vrbium per cuncta maria genitrix, vbi oraculum fuit antiquitus Brancidarum appellatum, postea Apollinis Didymei. Vide Pomponium Melam lib. 1. Nunc vulgò *Melasa* vocatur, vt testatur Oliuarius in Melam. ¶Alia fuit eiusdem nominis vrbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados. De Mileto & Mileſiis etiam Cic. meminit, 3. Verr.

Mileſij { μιλήσιοι } populi dicti sunt, qui quum prius potentes essent, & opulenti, deliciis dediti, & opes & potentiam amiserunt. Cic. pro Cluentio, Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, &c.
Mileſia vellera, Lanæ pretioſiſſimæ dicuntur. Virg. 3. Georg.

Miliaria, Auis ita dicta, quòd milio vescatur & pinguescat. Huius meminit Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 5. ¶Miliaria etiam herba est, quæ milium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.

Militaris, Militia, Milito, militas, Vide MILES.

Milium, milij { κέγχρος } Genus frugis. Plin. lib. 18. cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis, Lobas vocant, omnium frugum fertiliſſimum. Virgil. 1. Georgicorum,
-tunc te quoque medica putres
Accipiunt ſulci: & milio venit annua cura.
Fiscella milij. Ouid. 4. Fastor.
Liba de milio. Ouid. 4. Fast.
Milium (inquit Festus) quidam putant cepiſſe nomen à maxima numerorum ſumma, quæ est mile.

Miliarius, Adiect. { κεγχρεώδης } Quod ad milium pertinet, vel quod est milij. Miliaria auis, quæ milio vescitur & pinguescit. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 5.
Miliaria herba dicitur, quæ milium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.

Miliarium, Substantiuum. Vlpianus in l. Quum aurum. §. Si cui. D. de aur. & arg. legat. Certè si cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel ſattaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari potest, an argento eſcalio contineatur. & hæc magis coquinarij inſtrumenti sunt.

Miliarium, Vas est longum & anguſtum ad ſimilitudinem milij. Palladius, Vas, inquit, æneum miliario ſimile, id est altum & anguſtum. Eo ad balnea vtebantur. Subdebatur etiam trapeto miliarium, tanquam fulcimentum, & in eo columella ferrea recta ſtabat, qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodarique oportebat, vt quòd ad latitudinem attinet, inter orbem & miliarium non amplius digitum interesset: quòd ſi plus interesset, miliarium cõſtringebatur, & in arctum adducebatur eius laxitas. Cato de Re rust. Inter orbem & miliarium, vnum digitum interesse oportet.

Mille { χίλιοι, χίλια } Substantiuum, nou. ut. g. declinatur hoc mille. Pluraliter hæc millia, horum millium. Genitiuo iungitur. Cic. 6. Philipp. Quis vnquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummũm ferret expensum?
Mille paſſum, antiquo more, pro Mille paſſuum. Lucilius,
Hunc milli paſſum qui vicerit atque duobus. Plautus,
Nunc etiam mille paſſum commoratus cantharum. Hoc est, tantum temporis mane, quantum satis est peragrando mille paſſuum ſpatio. Turneb.
Octo millia nummorum. Horat. 2. epist. 2.
Centum millia frumẽti. Horat. 1. Serm. saty. 1. subauditur modiũm.
Curatum millia. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Multis cum millibus ibat. Virg. 5. Æneid.
Millia remediorum ex eo animali demõſtrãtur. Plin. lib. 28. cap. 10.
Milli in ablatiuo lectum est apud antiquos, testeGellio lib. 1. cap. 16.
Lucil. lib. 9, Tum milli nummũm poteſt vno quærere centum. Hoc est quod Græci vocant χιλιάδας.
¶Mille etiam adiectiuum est, & tunc tantùm declinatur pluraliter, mille, horum mille, &c. Virgil. 2. eclog.
Mille meæ Siculis errãt in montibus agnæ. Colum. lib. 3. cap. 3, Percipere debet in annos ſingulos mille ſeptingentos quadraginta ſeſtertios.
Tercentum mille cadi. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Mille vſus. Plin. lib. 12. cap. 1.
Mille, pro numero infinito. Virg. 4. Æneidos,
Mille trahens varios aduerſo ſole colores. De Iride.

Milleſimus, pen. corr. { χιλιοστὸς } Adiectiuum. Cic. de Fato, Quanquam id milleſimo antè anno Apollinis oraculo edictum esset.

Milliarius, Adiect. { χιλιάριος } Mille librarum: vnde Apri milliarij, dicebantur mille librarum, qui apponebãtur in cœnis Remanorum. Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 2. Et milliariæ oleæ, ab olei pondere, apud Plin. lib. 17. cap. 12.
Milliarius aper. Senec. lib. 19. epist. 2.
Milliariæ decuriæ. Varr. de Ling. Latin. lib. 8.
Milliarius grex, Hoc est mille capitum. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 10. 8, In gregibus ouium, sed magnis, quos milliarios faciunt quidam, facilius de ſumma hominũ detrahere possunt, quàm de minoribus, vt sunt Attici.
Porticus milliariæ. Suet. in Nerone, cap. 31. Hoc est (vt opinor) mille passuum.

Milliarium, milliarij: & hoc Milliare, milliaris, pen. prod. { μίλιον } Mille paſſuum ſpatium. Cic. Attic. lib. 6, Accepi tuas literas ad quintum mil liare Laodiceæ, quas legi libẽtiſſimè. Paulus in l. Plane. D. de excuſationibus tutorum, Plane vltra centeſimum milliarium ab Vrbe, filiorum Collegarum ſuorum tutelam ſuſcipere non coguntur.
¶Milliarium, Columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat, in quam omnes Italiæ viæ terminabantur: quod etiam milliarium aureum dictum est. Plin. lib. 3. cap. 5, Roma diuiditur in regiones 14. compita earum 265. paſſ. eiuſdem ſpatij mensura currente à milliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ sunt hodie numero 37. Tacit. lib. 17, Otho innixus liberto per Tyberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureũ ſub ædem Saturni pergit. Tranquill. quoque in Othone cap. 6, Præmonitis conſciis, vt ſe in foro ſub æde Saturni ad Milliarium aureum opperirẽtur. Plutarch. in vita Galbę, In forum ibat ad eam partem, in qua ſteterat aurea columella, ad quam omnes Italiæ viæ terminãtur.
Milliarij, Dicti sunt quidam hæretici Auguſtino, quos Græci χιλιάσας vocant, propter illud ex ſacra pagina, Vna dies, vt mille anni, & mille anni vt vna dies. Meminit Rhodigin. lib. 1. cap. 14.

Millies, Aduerb. { χιλάκις. } Terent. And. 5. 4, Ex ipſa millies audiui. Cic. pro C. Rabirio perdu. reo, Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex conſisteret.
Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23.
Millies reuocatum est. Cic. pro Sextio. Et 1. Offic. Millies oppetere mortem, quàm illa pati maluiſſet.

Millefolia, millefoliæ { ἀχιλλόφυλλον } Herbæ genus. Plin. lib. 25. cap. 5, Aliqui & hanc panaeen heracleon, alij ſideritim, & apud nos millefoliam vocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus quàm fœniculi foliis veſtitam ab imo.

Millefolium { μυριόφυλλον } Herba, caulis teneri, ſimilis fœniculo, plumis foliis, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 16.

Millepeda, millepedæ, pen. corr. { ὀνίσκος } ab aliis centipeda aut multipeda dicta, animal est è vermibus tertæ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens ſe, oniſcon Græci vocant, alij tilon. Hæc Plin. lib. 29. cap. 6. Galli vocant *Cloporte*.

Milliarium, Millies, Vide MILLE.

Millum, vel Millus, milli, Collare canum. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 9, Et ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum, id est cingulum circum collum ex corio ſtrmo cum clauulis (alij legunt clauis) capitatis, cui intra capita inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Aliqua exemplaria habẽt Mælium. Festus, Millus, collare canum venaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum, Nobis, inquit, Reſque publicæ præſidio eritis, quaſi millus cani.

MILO { μίλων } proprium nomen viri Romani, à quo Milonianus, Adiect. vt Oratio Miloniana. Vide Dionem in Romanorum historia. ¶Fuit alius hoc nomine athleta Crotonienſis, qui taurũ in Olympico certamine ictu nudæ dextræ cecidiſſe dicitur, & ſine fatigatione per ſtadij ſpatium ſupra humeros portaſſe, totúmque eo die comediſſe. Plin. lib. 7. cap. 20, Crotoniata Milonem athletam, quũ conſtituiſſet, nemo veſtigio educebat. mãlum tenẽti nemo digitum corrigebat. Is, inquit Valerius, tandem ſuis viribus nimium fidens, quum in ſylua vidiſſet ingentem arborẽ caudice diſciſſam, immiſſis manibus penitus diſciadere

dere cupiens, reclusiſque fissuris deficiente conatu ſe feris lacerandũ præbuit. T. Annius Milo è Lanuuio municipio, familia Papia adoptatus à T. Annio auo materno, cliens Ciceronis in cauſa cędis Clodianæ. Author Pædianus. Hic quum ob eam cauſam exularet Maſſiliæ, vidiſſéque Ciceronis orationem pro ſe ſcriptam, longè meliorem ea quæ habita fuerat, dixiſſe fertur, Si ſic oraſſet Cicero, nõ ego Maſſiliæ lumbricos legerem. Author Dion in Romanorum historia.
Est & Milo, siue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines aduerſis plantis naſcũtur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes. Plin lib. 7. cap. 2.

MILONIA { μιλωνία } Oppidum Samnitium, apud Dionyſium libro 16. Antiqu.

MILTIADES, Vide MILCIADES.

MILVVS, Nomen proprium parasiti apud Horatium 2. Serm. 7. 8, Miluius & ſcurræ, &c.

Miluus, milui: vel Miluius miluij { ἰκτῖνος } Auis rapaciſſima. A molli volatu, vt quibuſdam placet: vel fictitio nomine à voce quam edit. Terent. Phorm. 2. 2, Non rete accipitri tendirur, neque miluio. Plin. lib. 10. cap. 10, Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Norandum in his, rapaciſſimam & fameli cam ſemper alitem, nihil eſculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.
Rapidiſſima volueris miluius. Ouid. 2. Metamorph.
¶Miluius, de homine rapaci dicitur, per translationem. Plautus Rud. 2. 4, Vidi petere miluium, etiam quum nihil auferret tamen.
¶Miluus, piſcis. Plin. lib. 9. cap. 27, Item miluus ſubit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta, tranquilliis noctibus relucet. Attollit è mari ſeſquipedalia ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Miluinus, pen. prod. Adiectiuum { ἰκτινὸς } Quod ad miluum pertinet. Plin. lib. 37. cap. 10, Miluinis nigricans veluti plumis.
Miluina menſa. Plaut. Menæh. 5,
Madida quæ mihi appoſita menſam miluinam ſuggerant.
¶Miluinus pullus, per translationem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2, Quid verò ad Caium Fabium neſcio quem (nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circunge ſtat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum ſuo pullo miluino tributa exigere?
¶Miluinus pes, Herbæ nomen, Colum. lib. 2. cap. 7.

MILYAS, Herodoto, locus in Aſia, cuius populi tam tunc appellabantur Solymi. His poſtquam imperauit Sarpedon, Termilæ ſunt appellati, tantiſper dum Lycus Pandionis filius à fratre Ægeo Athenis pulſus, ad Sarpedonem in Termilas abiiſſet, factúmque eſſet, vt temporis progreſſu ad Lyci nomen Lycij vocarentur.

MIMALON { μιμάλων } adoleſcens fuit qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictũ fuiſſe putent. Propert. lib. 1. eleg. 1,
Mimalon nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit laſidos. Ouid. 3. de Arte, Mimalon humeris Atalantæ crura ferebat, &c. Quædam exemplaria legunt Melanion, inter quæ & Aldinum.

MIMALLIS, Plinio libro 4. cap. 12, à Callimacho inſula dicitur: quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria.

MIMALLONES, pen. corr. siue Mimallonides { μιμαλλόνες } Bacchæ mulieres: à Mima Ioniæ monte: vel μιμέομαι, quod Imitor ſignificat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Ouid. lib. 1. de Arte,
Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis, &c.

Mimalloneus, pen. corr. Adiectiuum { μιμαλλόνειος. } Perſius ſatyr. 1, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoque Baſſarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ ſunt.

Mimarcis. Erat inteſtinum ſanguine concinnatum, quod veteribus pro cupediis habebatur. Author Pollux.

MIMAS { μίμας } mons est in Minori Aſia, vt oſtendit Homerus in hymnis: in quo quum Bacchus mirum in modum à mulieribus celebraretur, dictæ ſunt bacchantes Mimallonides. Ouidius 2. Metamorphoſeos,
-& Cynthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope tacitura, Mimáſque.

MIMNERMVS { μίμνερμος } Ligyrtiadæ filius, elegiarum ſcriptor. Natus fuit Olympiade 37. Ideóque ſeptẽ ſapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore vixiſſe illum dicunt. Vocatus fuit & Ligyaſtades, propter concinnitatẽ & dulcedinem. Scripſit libros multos. Suidas. Propert. lib. 1. elegia 9,
Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.
Carmina manſuetus lenia quærit amor.

Mimeſis, huius mimeſis, pen. prod. fœm. gen. { μίμησις } Latinè imitatio morum alienorum dicitur. Est autem figura. Terent. Phorm. 1. 2,
-qui mihi Sic oret, Nunc omitte quæſo hunc, &c. Vbi Donatus, Mimeſis dicitur vbi non verba modò, verumetiam geſtum vocémque fingimus alienam.

MIMNEDVS, pen. prod. { μιμνηδὸς } Oppidum Lydiæ apud Hecatæum in deſcriptione Aſiæ. Stephanus.

Mimus, mimi { ὁ μιμητὴς, μῖμος } Effictor Latinè dicitur, qui vel intra, vel extra ſcenã geſticulationes exerceat, imitatúrque dicta, factáque, moréſve hominum, & naturas cum laſciuia: à μιμέομαι, vt Diomedes ait, quod ſignificat Imitor. Cic. 7. Verr. Mulieres autem nuptæ nobiles, præter vnam mimi Iſidori filiam, &c.
Mimus ethologus, qui mores & affectus perſonarum exprimit. Vide ETHOLOGVS.
Mimi etiam, dicuntur poemata ſine reuerentia laſciuiam imitantia. Nam quum & alia poemata idem faciant, ſolus tamen Laberius poeta quaſi quodam priuilegio poſſedit. Hanc fabularum ſeu comœdiarum ſpeciem Latini vocant Planipedem. Ouid. 2. Trist. Scribere ſi fas est imitantes turpia mimos. Cic. 11. Philipp. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Idem pro Cælio, Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ.
Agere mimum. Iuuenal. satyr. 13. Id est fabulam.
Iocantes obſcœna mimi. Ouid. 2. Triſt.
Mimo ſubſeruire, Est quod vulgò dicimus, *Facere contrariam vocem in ſymphonia*, hoc est Figmentum adiuuare, vel Adiuuare fabulantem. Budæus.
Mimus, Aliter. Sueton. in Othone, cap. 3, de O. hone & Poppea & Nerone, Quare diducto matrimonio ſepoſitus est per cauſam legationis in Luſitaniam. Et ſatis viſum, ne pœna acrior mimũ omnem diuulgaret, qui tamen ſic quoque enotuit. Id est ridiculum factum, & quaſi fabulam riſu dignam. Tranſlatio est ab eo quòd mimis, id est fabulis ſignificabatur quod interdum ignorabatur à multis, vt fit hodie. Budæus.

Mima, mimæ { ὑποκριτὴς. } Cic. 2. Philipp. Inter quos aperta lectica mima portabatur.

Mimula, mimulæ, pen. corr. Diminutiuum { ὑποκριτίδιον } Geſticulatricẽ ſignificat. Cicero 2. Philipp. Veniſti Brunduſium in ſinum quidem & complexum tuæ mimulæ. Idem pro Plancio, Rapram esſe mimulam.

Mimographus, mimographi, pen. corr. { μιμογράφος } Laſciui poematis ſcriptor: vt fuit Philiſtio, vt Publius, vt Labetius.

Mimologus, logi, pen. corr. Firmic. Si Leporẽ cælestem Venus reſpexerit, pantomimos facit, aut mimologos.

Mimicus, pen. corr. Adiectiuum { μιμικὸς } Quod ad mimum pertinet. Cic. in Piſonem, Quum ego Cælimontana porta introiſſe dixiſſem, reſponſione me mimica Exquiliana introiſſe homo promptiſſimus laceſſiuit. Idem 2. de Oratore, Viſum est oratori vtrunque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus. Et 2. Philip. Inter quos aperta lectica mima portabatur, quã ex oppidis municipales homines honeſti obuiam neceſſario prodeũtes, non verò illo & mimico nomine, ſed Voluminiam ſalutabant.
Mimica & inepta. Plin. iunior lib. 7. ad Montanum, epiſt. 5. à fine.

Min, in monoſyllabis vſus est Auſonius. hoc verſu,
Et quod germano mixtum male lætiferum Min? Turnebus interpretatur de minio lethali pharmaco & homines necante, quod in argentariis metallis reperitur.

Mina, minæ { μνᾶ } apud Græcos idem est quod libra, & pondo apud Romanos: hæc centum drachmas continebat, hoc est centum denarios Romanos, ſeu quadringentos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit: & drachma tres ſolidos turoneos & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatur à doctis qui de hac re ſcripſerunt, hoc est quaterni nummi. Hæc ex Budæo. Plin. libro 21. cap. 34, Mna quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Plautus Afinar. 8, Argenti viginti minas, ſi adeſſet, acceppiſſet. Idem Trin. 8, Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepiſti à Callicle.
¶Mina, Menſuræ genus, qua agri metiuntur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 10, Actus quadratus, qui & latus est pedes c x x, & longus totidem: is modius ac mina Latinè appellatur. Ex vetuſto exemplari legitur, Is modius ac mina, &c.
¶Mina ouis, à M. Varrone lib. 2. cap. 2. de Re rust. vocatur quæ ventre non est lanato, sed glabro. Quæ verò sit origo nominis quæritur: & à minus deduci puto, vt sit quæ minus habet lanæ. Argumento est, quod apud Feſtum Ælius minam esse dicit vocitaram mammam lacte deficientem, velut minorem factam. Quod igitur hîc in mamma, illic dicitur in lana, eadem vocis vtrobique potestate. Hæc Turnebus.

Minaciæ, minaciarum { ἀπειλαὶ } à Plauto dicuntur, quàs minas dicimus, in Rud. 19.
Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.

Minaciter, penultima corr. Aduerbium { ἀπειλητικῶς. } Vide Minax in MINAE.

Minæ, minarum, pluraliter tantum { ἀπειλαὶ, ἀφορὰ, ὀπτὴ, μυκτὴ } Commi nationes, & metus incuſſiones per verba aut ſigna. Cic. ad Atticum, lib. 2, Minæ Clodij contentionéſque, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt.
Verba plena minarum. Horat. de Arte.
Pelagi cæſique minæ. Virgil. 6. Æneid.
Feroces. Senec. Herc. fur. 11.
Hybernæ minæ, Minæ hyemis. Tibull. libro 2. eleg. 3.
Inanes. Horat. Epod. 6.
Infractæ. Silius. lib. 7.
Nullæ in fronte. Ouidius 2. Metamorph. de tauro quodam,
Rapaces fati. Senec. Hippol. 4.
Triſtes. Seneca Hippol. 4.
Tumidæ. Horat. 4. Carm. ode 3.
¶Accudere tres minas, In ACCVDO.
Compeſcere. Silus lib. 4.
Compeſce diras irarum. Senec. Herc. OEth. 11.
Effundere. Lucan. lib. 5.
Inanes exhaurire. Stat. 10. Thebaid.
Flectere minas alicuius. Valer. Argonaut.
Quas gerit ore minas! Stat. 1. Thebaid.
Verba horrebant fæuis minis. Ouid. 2. de Remed.
Minas iactare, pericula inteadere. Cic. pro Quintio.
Impellere minas belli. Lucan. lib. 5.
Clamore ac minis aliquem inſequi. Cic. pro Cluent.
Intendere minas alicui. Tacit. lib. 3.
Rigidas intonare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Langueſcunt minæ. Stat. 12. Thebaid.
Minas miſcere, Id est minari. Lucretius libro quinto, Sæuibat, lacuitérque minas miſcebat inanes: Id est, mare fruſtrà minabatur fluctibus.
Negligere, In NEGLIGO.
Obſiſtere minis tarum. Lucret. lib. 1.
Di prohibere minas. Virgil. 3. Æneid.
Tollere. Virgil. 3. Georg.

Vanæ tumuere. Lucan. lib. 2.

¶Minæ, dicuntur etiam eminentiæ murorum, quàs pinnas dicunt, teste Seruio: & à Minor, minaris deriuatur, quod extare & eminere significat. Virgil. 4. Æneidos,

-pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes. Alij hîc minas significare putant partes illas murorum, in quibus sunt propugnatores, hostibúsque minantur, quæ ad emissionem telorum feneſtratæ sunt. ἀπὸ ξύλου ferè à Græcis vocantur. Ruffinus in Iosepho, Et desuper eam minæ quidem binis, propugnacula verò ternis cubiris ambiebant.

Minor, minaris, minatus sum { ἀπειλέω } minári, Propriè est minas iacutere. Cic. 2. Ver. Minari denique diuisoribus rario non erat.

Bellum minuitur hæc armenta. Virg. 3. Æneid.
Cauda vnca minatur scorpius. Ouid. 15. Metamorph.
Cladem minantur dei. Lucan. lib. 3.
Crucem minatur illi. Cic. 1. Tuscul. Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur.
Multa ac metuenda minari. Ouid. 15. Metamorph.
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Ouid. epist. 10.
Pœnas magnas. Tibul. lib. 3. eleg. 6.
Prælia. Ouid. 2. Metamorph.
Vulnera fœua. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Minatur exurere. Plaut. Asinar. 12.

Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.
Minatur abiturum se. Terent. Heaut. 3. 1.

¶Minari, interdum significat Eminere, extare, efferri. Vnde à minando, id est eminendo deductum. Virgil. 1. Æneidos,

Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cælum scopuli. Ibidem 2, de orno accilia, -instant
Eruere agricolæ certatim, illa vsque minatur. Vbi Seruius, Minatur, aut eminet: vt Minæque murorum. aut mouetur.

¶Minari, Promittere. Horat. 2. Serm. satyra 3,

Atqui vultus erat multa & præclara minantis. Et lib. 1. epist. ad Celsum. Si quæret quid agam: dic, multa & præclara minantem
Viuere, &c. Id est promittentem, præ me ferentē, iactantem. Lambinus.

Minans, Participium { ἀπειλῶν. } Ouid. 2. Fastorum,

Edidit impauidos ore minante sonos.
Gladij triste minantes. Lucan. lib. 1.
Verba. Ouid. 5. Metamorph.

Minatio, Verbale. Cic. 2. de Orat.

Minanter, Aduerbium. Ouid. 3. de Arte,

Multáque submisse, mulca minanter agant.

Minito, minitas, pen. corr. { ἀπειλοῦμαι } minitâre, Frequentatiuum, & Minitor, Deponens, Minis terrere. Plaut. Amph. 15, Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? Neuius Danae, Etiam minitas? mitte ea, quæ tua sunt magis quàm mea.

Minitari malum. Terent. Phorm. 5. 6. Cic. 6. Philipp. Mortem fratri est minitatus. Idem in Catilin. Vobis atque huic vrbi ferro flammáque minitantur. Idem in Parad. Mortémve mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium, vt ab improbis demigrandum?

Minitans, pen. corr. Participium { ἀπειλούμενος. } Cic. 7. Verrina, Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse & asseruatum, &c.

Minitanti Philippo per literas, se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, &c. Cic. 5. Tusculan.

Bellum minitantes. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Vulnera minitans curuata cuspide scorpius. Ouid. 1. Metamorph.
Murmur minitans. Lucret. lib. 1.
Ora. Ouid. 12. Metamorph.

Minitabundus { ἀπειλητικὸς } Id est minitans: tanquam furiosus, vel furens. Liuius 9. belli Macedon. Etenim tum quoque minitabundus petebat.

Minitabiliter, pen. corr. Aduerbium { ἀπειλητικῶς } pro Minaciter, antiqué. Accius Æneadis, Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabilitérque increpare dictis sæuis incipit. Nonius.

Minax, minacis, pen. prod. omnis gen. { ἀπειλητὴς } Qui frequenter minatur. Cic. ad Attic. lib. 9, Sermones minaces. Et Minacia somnia, libro 2. de Diuinat. Item ad Tironem, lib. 16. 10, Minaces literæ, & acerbæ.

Aer minax nubibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Animi. Ouid. 6. Metamorph.
Arcus. Horat. 3. Carm. ode 26.
Boues cornu. Ouid. 11. Metamorph.
Camœnæ. Horat. 4. Carm. ode 9.
Fluuios tentare. Virgil. 3. Georg.
Ira. Valer. 1. Argonaut.
Murmur cornuum. Horat. 2. Carm. ode 1.
Oculi in morte. Lucan. lib. 2.
Reges. Horat. 2. Carm. ode 12, -túque pedestribus
Dices historiis, &c.
-ductáque per vias
Regum colla minacium. Sic ex manuscriptis restituit Lambinus, quum vulgò legatur *minantium*.
Scopulus. Virgil. 8. Æneid.
Serpens vibrante lingua. Lucret. lib. 3.
Vincla. Ouid. 1. Metamorph.
Vnda Ponti. Horat. 1. Carm. ode 12.
Voce minaci terrere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 10.

¶Minax, Id est eminens. Lactantius. Stat. 12. Thebaidos,

-vterque minax globus.

¶Minax, per translationem, Durus, rigidus. vt Saxum minax. Lucret. libro 1,

Conueniebat enim fruges quoque sæpe, minaci
Robore eum saxi franguntur, &c.

Minaciter, penultima corr. Aduerbium { ἀπειλητικῶς } Iurgioſè & cum minis. Liu. 2. ab Vrbe, Minaciter fremunt.

Prohibentibus minaciter Decemuiris. Liu 3 ab Vrbe.
Minaciter terrere. Cic. 1. de Orat.
Minaciter expostulare. Plin. lib. 35. cap. 11.
Torrente rapido minaciter subterfluente. Plinius libro octauo cap. 50.

¶Minacius. Cic. 5. Philipp. Num putatis p. c. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisse?

Minæi, populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes alij thuris arborem vident. Vnde ab ipsis thus ipsum, Minæum dictum est, teste Plinio lib. 12. cap. 14. & lib 6. cap. 28.

Minarrio, minaris, minarríre. Minarriunt palumbes, quum vocem emittunt. Ælius Spartianus in Antonino Geta, Familiare illi fuit has quæstiones grammaticis proponere, vt dicerent singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porculi grunniũt, palumbes minarriunt, vrsi sæuiunt, leones rugiunt, leopardi dictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt, eáſque de veteribus approbare.

Minas, vnus gigantum, cuius meminit Horatius 3. Carm. ode 4, Sed quid Typhœus & validus Minas, &c.

Minax, Vide Minor, minaris, in MINAE, minarum.

Mincius { μίγμασι } fluuius Italiæ, qui ex Benaco Venetiæ lacu ortus, vrbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum. Virgilius ecloga 7,

Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, &c.
A quo Minciades Virg. dictus, Iuuenali,
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
Ingens Mincius. Virgilius 3. Georg.
Tardus meatu. Claud. 4. Panegyr.

Mineo, mines, minere { ὑπαίθριον. } Idem quod Immineo, cuius est simplex, sed antiquum. Vsus tamen est eo Lucret. lib 6. vbi inquit, Ad eglúmque magis quantò sunt edita quæque Inclinata minẽt in candẽ prodita partem. Sic legit Lambinus: quum alij codices partim minant, partim micant, partim manent habeant.

Minerva { σκιλλᾶς, γλῶσσα, ὑδατόφρυγα, σπαλὰς, ὑγροτόνον } disciplinarum dea. Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Aut à minuendo, vt inquit Cicero libro secundo de Natura deorum. Festus, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius verò quòd fingatur pingátque minitans armis, eandem dictam putat. Hactenus Festus. Hæc Oggij temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur (vt scribit Augustinus) virginali fertur apparuisse ætate. De hac enim in dictione PALLAS. Hanc siltam Iouis ac virginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt esse naturam, & extremum locum vniuersi obtinere contendunt. Tritoniam verò appellatam, quoniam ter in annuo spatio, vere, æstate, hyeme commutatur. γλαυκῶπιν, id est glaucula vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vocabulum ipsum denotat, sed quoniam aer visum animalibus præbeat. Et quum lanificium, & texturam, & alia multa artificiosa competisset, celebris dea appellata est. Et quia omnia eius inuenta ex vi ingenij atque sapientiæ procedere videbantur, locus fabulæ datus est, vt cerebro Iouis genita dicatur. Quinque autẽ Minervæ Ciceroni 3. de Nat. deor. fuerunt. Prima, quam Apollinis matrẽ suprà diximus. Secũda, orta Nilo, quam Ægyptij Saitæ colunt. Tertia, quam à Ioue generatam suprà diximus. Quarta à Ioue nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt. Quinta, Pallantis quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Hactenus Cicero.

Minervæ, ædificiorum, vt Oppianus scribit, inuentrix fuit: & proinde ex ædificiis vrbium. Ipsa etiam πολιοῦχος & πολιὰς & ἐφεστιὰς cognomento, vt vrbium tutela colebatur, quarum & præses est. Virgilius,

-Pallas quas condidit arces

Ipsa colat. Arcium autem meminit Maro, quòd in ea vrbium parte ei solebant templa fieri, vt Futnutus & Vitruuius libro primo inquiunt.

Armifera Minerua. Ouid. 6. Fast.
Bellatrix. Ouid. 8. Metamorph.
Casta. Horat. 3. Carm. ode 3.
Cecropiæ Mineruæ artes. Martial. lib. 1. 124. ad Decianum.
Flaua. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Operum haud ignara. Virgil. 5. Æneid. Id est docta artis lanificæ.

Loquitur de serua quadam.

Impauida. Ouid. ad Liuiam.
Inuentrix oleæ. Virg. 1. Georg.
Innupta. Virgil. 2. Æneid.
Latiæ Mineruæ artes. Martial. lib. 1. 124. ad Decianum.
Operosæ Mineruæ studium, pro lanificio. Horat. 3. Carm. ode 12.
Pugnax. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.
Tertiæ Mineruæ totos dies dare. Martialis libro 10. epigrammat. 19.

¶Minerua, Absolutè, Lanificium. Virgil. 8. Æneidos,

Cui tolerare colo vitam tenuique Mineruæ. Seruius pretium explicat, quod à Varrone Minerual appellatur. Turnebus cõtrà Lanificium significari putat, quod tenue est, nec valde quæstuosum: vt & alio apud Maronem loco de lanificio intelligitur,

-non illa colo calathisque Mineruæ
Fœmineas assuet manus.

¶Minerua, pro filo. Arnob. lib. aduers. gent. Pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine, &c.

¶Pingui, seu crassa Minerua aliquid agere. Cic. de Amic. Agamus ergo pingui Minerua, vt aiũt. Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius, simpliciúsque, quasíque indoctius fit: non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Horatius 2. Serm. satyra 2, Philosophum describens non exactis illis Stoicorũ rationibus atque argutiis instructum,

instructum, sed velut citra artem, Philosophiam moribus exprimentem: neque tam diserum, quàm simplicem ac syncerum, Rusticus, inquit, anormis, sapiens, crassáque Minerua. Ex Erasmo.

Sus Mineruam: subaudiendum docet, aut monet: dici solitum adagium quoties indoctus quispiam aut insulsus eum docuerat docere, à quo sit ipse magis docendus. Cic. 1. Acad. Nam etsi non sus Mineruam, vt aiunt, tamen ineptè, quisquis Mineruam docet. Ex Erasmo.

Inuita Minerua, Latinis celebratissimũ prouerbium, pro eo quòd est Refragante ingenio, repugnante natura, non fauente cælo. Cic. Cornificio, lib. 12. 25, Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, nõ inuita Minerua. Horat. de Arte, Tu nihil inuita dices faciéſve Minerua. Erasmus.

Minerual, seu Mineruale, pen. prod. { διδακτηρίου } à Minerua deductum nomen: & erat quasi præmium quod dabatur præceptori: cuiusmodi cœna erat, & alia, quæ erant tanquam magisterij merces à scholasticis dari solita ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant. Varr. 3. de Re rust. cap. 2, Quin simul ac promiseris minerual incipiã, inquit, id est cœnam.

MINERVAE, Promontorium Campaniæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò *Capo Minerua*, & *Cabo de Minerua*. Aliis Athenæũ dicitur, Latinè Mineruium. Liu. libro 45, In oppido Mineruio duas portas & muri aliquãtum de cælo tactum. Sic exponit Turnebus. Quidam de templo quodam Romæ quod Mineruium dicebatur, vt Dianiũ, intelligunt. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Cerolienſis quarticeps circa Mineruium.

MINEVS { μινδὸς } vir quidam fuit Thebanus, cuius filiæ in vespertiliones mutatæ fuerunt, vt fabulatur Ouidius 4. Metamorph. eo quòd Bacchi sacra spernerent, nec illum pro deo haberent.

Mineias, & Mineis { μινυεὰς, ἡ μινυὶς } Patronymica fœminina. Ouid. 4. Metamorphoseos,

At non Alcithoe Mineias orgia censet
Accipienda dei. Et paulo pòſt,
-folæ Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua.

Mingo, Vide MEIO.

Miniacus, Miniarius, Miniatulus, Vide MINIVM.

Minicia, Via quædam dicta fuit Romæ, de qua vide Lambinum in epist. Horat. libro 1. in illo loco,

Brundusium Numici melius via ducat, &c.

MINIVS, mons Thessaliæ, qui postea Orchomenus dictus est.

Minimus, & Minime, & Minimopere, Vide Minor comparatiũ in PARVVS.

Minio, minias, Vide MINIVM.

MINIO, Minionis, Fluuij nomen, cuius meminit Virgil. 10. Æneidos,

Qui Cærere domo, qui sunt Minionis in aruis.

Ministro, ministras { διακονέω, λειτουργέω, ὑπηρετέω, ὑποῦργέω, ἐφ' ἑδίοις, ποιπτόλιω } ministrare, Seruire, porrigere, præparare, præbere. Plaut. Curcul. Tu tabelias confignato, hic ministrabit.

Futor arma ministrat. Virgil. 1. Æneid.
Fragra ministrant cibos. Senec. Hippol. 4.
Diuitias alicui. Ouid. 3. Amor. eleg 5.
Iussa medicorum. Ouid. epist. 19.
Poculum. Cic. 1. Tusculan. Non ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror.
Timidè gelidéque ministrare res omnes. Horat. de Arte.
Amor ministrat mille vias fallendi. Tibull. lib. 4. eleg. 6.
Velis ministrare. Virgil. Æneid. 10,

Æneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clauúmque regit, velísque ministrat.
Ministrare victum. Varro 3. de Re rust. cap. 17.
Vinum verba ministrat. Horat. 1. epist. 15.
Vires alicui. Virgil. 11. Æneid.

Ministrator, pen. prod. ministratoris { ὑπηρέτης } Qui ministrat. Cic. 2. de Oratore, Vt quum teipsum Sulpiti obiurgabam, quòd ministratoré pereres, non aduersatium. Sueton. in Vitell. cap. 17, Alterum femur subdebile, impulſu olim quadrigæ, quum auriganti Caio ministratorem exhiberet.

Ministratrix, penult. prod. ministratricis, pen. prod. { ὑπηρέτις } Idem quod Ministra. Cic. 1. de Oratore, Sed vt omnes comites, atque ministratrices esse diceres. Ita Nonius. Alia autem exemplaria legunt passim ministras.

Ministratorius, Adiectiuum { ὑπηρετικὸς } Quod ad ministrationem pertinet. vt Ministratorij vrceoli, apud Martialem lib. 14.

Ministratur. Cic. Tiron. lib. 16. epist. 14, Acastum retine, quò commodius tibi ministretur.

Minister, ministri: & Ministra, ministræ { διάκονος, λειτουργὸς, πιστὸς } Qui, vel quæ seruit & ministrat. Cic. 1. de Oratore, Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus. Idem pro Cluentio, Ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibúsque Larinatium consecrati.

Cathedralitius minister, Vide CATHEDRA.
Segnis. Silius lib. 7.
Succincti. Lucan. lib. 1.
Hortatur celeres clamore ministros. Claud. 1. in Ruff.
Taciti sedent ad iussa ministri. Valer. 1. Argonaut.

¶Minister libidinis. Cic. de Amicit. Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriã.

Minister in maleficio. Cic. pro Cluent. Illi qui Fabritij libertũ, quia minister in maleficio fuerat: patronũ, quia consciius, condemnassent.
Sceleribus ministri. Tacit. lib. 5.

¶Ministræ voluptatum, artes. Cic. 1. Offic.

Baculus. Ouid. in Ibin.
Manus cædis scelerúmque ministræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Populus. Lucan. lib. 10.
Ministræ & satellites voluptatum, virtutes. Cic. 2. de Finib.

Minister, ministra, ministrum, Adiectiuum. Ouid. epist. 20,

Lumina propositi facta ministra tui.

Ministerium, minsterij { διακονία, λειτουργέα, ὑποῦργία } Ministri opera. Plin. epist. 24. 4, Confirmat necessarios esse milites: ex his interim, sicut inueneram in ministerio eius, relinquendos existimati.

Ministerium pro omni operatione poni consueuit; vt de rege Latino. Virgil. 7. Æneidos, -auersúſque refugit
Fœda ministeria.

Acria. Tacit. lib. 3.
Diurnis ministeriis fessa membra. Ouid. 4. Metamorph.
Duris ministeriis fessa corpora. Ouid. 11. Metamorph.
Imponere ministerium, Vide IMPONO.
Subire triste. Virg. 6. Æneid.
Tradere. Celsus lib. 8. cap. 4.

Ministerium annonæ. Vlpian. in l. 1. § Est autem. D. De exercitoria actione, Solent tamen præfecti, propter ministerium annonæ, item in prouinciis præsides, &c.

Ministeriũ, pro ipsis ministris. Paulus, Vrbica ministeria dicimus, etiam quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

Minito, & Minitabundus, Vide MINOR, minaris.

Minium, minij { μίλτος } Terra rubra, qua colore rubro aliquid tingimus. Plin. lib. 33. cap. 7, abũdè de minio tractat, in quo & hæc, Syncero minio, cocci nitor esse debet. Et paulo pòſt, Minium in voluminum quoque scriptura vsurpatur, clariorélque literas vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulchris facit.

Rubens. Tibul. lib. 2. eleg 1.
Rubens minio. Virgil. 10. eclog.

Miniaria, miniariæ { μιλτουργεῖα }. Locus in quo foditur minium. Plin. lib. 33. cap. 7, Sisaponenſibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur: auri modo probatur.

Miniaceus, Adiectiũ, Quod ex minio est. Vitruu. lib. 7. cap. 4, Cuneis filaceis, seu minaceis interpositis. Et cap. 5, Silaceorum miniaceorúmque cuneorum inter se varias distributiones. Rursus cap. 9, At si quis subtilior fuerit, & voluerit expolitionẽ miniaceam suum colorem retinere, quum paries, &c.

Miniarius, Aliud adiectiuum { μιλτώδης. } vt Miniarium metallum. Plin. lib. 33 cap. 7.

Miniatus, pen. prod. & Miniatulus, pen. corr. { μιλτωτὸς } Diminutiuum adiectiuum: vt Miniatula cera, quam rubram dicimus. Inde Miniatula cera aliquid notare, est Loca corrigenda annotare. Cic. Dolabellæ in epist. ad Atticum lib. 15, His literis scriptis me ad σωτῆρα dedi, quæ quidem vereor ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. Vetustus codex habet ne miniata cerula. Idem ad Attic. lib. 16, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Minio, minias { μιλτόω } miniâre, Minio tingere. Plin. lib. 10. cap. 42, Psittacem vocat viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam.

MINIVS { μίνιος } Fluuius Hispaniæ, à colore pigmenti, quo plurimum exundat. Nunc vulgò dicitur *Migno*. Oliuarius in Melam.

Mino, minas, minâre, Ducere. Festus, Agasones equos agentes, Id est bene minantes.

MINOA, pen. prod. Vrbs in Armogo insula Cycladum. Est & altera in Sicilia. Item Megarensium emporium fuit, duodeuiginti stadiis distans ab vrbe, quod & Nysæa appellatur. Lege Strabon. libro 9. Vide MINOS.

MINOIS, idis { μινωὶς } Insula est vna Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Minor, minaris, Vide MINAE, minarum.

Minor, Comparatiuus à Paruus, Vide PARVVS.

MINOS, huius Minois, pen. prod. { μῖνως } filius fuit Iouis ex Europa, vt poetæ ferè omnes asserunt. Alij verò nonnulli affirmant non Iouis, sed Xanthi regis Cretẽsium ex Europa filium fuisse, cui in regno successit. Herodor. lib. 1. dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse, sed illo fugato regnũ obtinuisse. Idem primus Cretensibus leges dedit, vt scribit Aristoteles Polit. lib. 1. Hic quum haberet vxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quòd bouem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro vxor cõcubuerat, persequutus in Siciliam peruenit: vbi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (vt Aristoteles refert) iuxta Camerinã vrbem, & apud inferos iudex animarum factus est. Virgil. 6. Æneidos, Quæsitor Minos vrnam mouet. De Minois interitu aliter Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13, Minos cognita Dædali in Siciliã fuga, statuit eum bello persequi. Præparatis nauibus è Creta profectus in Acraganticam appulit: quæ nunc ab eo Minoa vocatur. Expositis copiis, per nuntium à Cocalo tradi sibi Dædalum ad pœnam popoſcit, Cocalus Minoe ad colloquium accito, quod postularet se factũ pollicitus, domi receptum, quum in balneis lauaretur, adeò in longum tempus in thermis detinuit, vt nimio æstu suffocaretur. Eius deinde corpus Cretensibus reddidit, prælata obitus causa, quòd in lauacro elapsus aqua calida periſſet. Hactenus ille.

Gnosius Minos. Senec. Here. fur. 9.
Legifer. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Inexorabiles iudices apud inferos Minos & Rhadamanthus. Cic. 1. Tusculan.

¶Minôa, Accusatiuus. Catullus Argonaut. 19, Magnanimum ad Minoa venit.

Minoius, pen. corr. { μινώϊος } Adiectiuum possessiuum quadrisyllabum. vt Regna Minoia. Virgil. 6. Æneid.

Minous, pen. prod. { μινῶος } Aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin,

Si tua contigerit Minoas puppis arenas.
Taurus Minous, Minotaurus. Stat. 1. Achill.

Minois, pen. prod. huius Minoidis, penult. corr. { μινωὶς } Patronymicum fœmin. Ouid. 8. Metamorphoseos,

Protinus Ægides rapta Minoide Diam
Vela dedit.

MINOVM { μίνωον } Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoe rege ita appellatum. Recensetur à Plinio lib. 4. cap. 12.

MINOTAVRVS {μινώταυρος} dictio est composita ex Minoe & tauro, quasi Minois taurus. Nam, vt scribit Homerus lib.8. Odysseæ, quum Minos bello contra Athenienses & Megarenses, qui Androgeum filium interemerant, detineretur, Pasiphae eius vxor à Venere, quæ in Solis sobolem irata erat, ad infaustum amorem formosi tauri compellirur, cum quo arte Dædali concubuit, ac grauida facta Minotaurum genuit. Fabulam narrant Catullus in Argonaut. Ouid.epist.10. Diodorus Siculus lib.5.cap.13. & Seruius in Virgil.6 Æneidos,

Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphaë. Veritas autem sic habet. Nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Dædali concubuit, & quia geminos peperit, vnum de Minoe, & alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur.

MINTHA {μίνθη} Mons, vt scribit Strabo lib.8, dictus à Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam mentham mutauit, quam plerique hedysmon vocant. Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quod à se Mentulam nominauit. Oppiani verò interpres lib. ἀλιευτικῶν 3, Mintham tradit filiam Cocyti fuisse, quæ vbi inaudisset amari à Plutone Proserpinam, indignata eo nomine, constanter illi se præponere ausa est, dictitans, si inferos peterer, inimiciter infesturam. Quo puellæ tumore commotior Ceres Persephones mater, in herbam sui nominis illam mutauit. Ex qua fabella Oppianus Mintham vocat πωποτάτα νυμφίδια. Sic autem Plinius lib.19.cap.8, Menthæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit, quum alioqui Mintha vocaretur, vnde veteres nostri nomen declinauerunt. Ouid. lib.10.Metamorph.ad finem,

-an tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas
Persephone licuit? Vide MENTA.

Minthos {μίνθος} Præter vulgatam significationem, qua apud Græcos stercus humanum significat, etiam floris nomẽ est in sterquilinijs enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. Vide Cæl.Rhod. lib.10.cap.22.

MINTVRNAE, Oppidum Liri fluuio, & Sinuessæ oppido propinquum, in Campaniæ finibus. Horat.lib.1.epist.ad Torquatum, -paluſtres Inter Minturnas, Sinuessanúmque Petrinum. Vide Melam libro 2. cap.4. Nunc est castellum, vulgò *Traiectum* vocant. Testis Oliuarius in Melam.

Minuo, minuis, minui, minutum, pen.prod. {μείω, ἐλαττόω, ἐλαττόνω, κατακλάω, βιτυλίζω} minúcre, Minus aliquid reddere, vel extenuare. Ex Græco μειοῦν dictum videri potest, inquit Festus. Plin.lib.11.cap.54, Minuuntur corpora siccis & aridis.

Minuitur aliquantulum ex febre. Celſ.lib.3.cap.3.
Authoritatem minuere. Cic.4.Acad. Vide quæso etiam atque etiam, ne illarum quo que rerum pulcherrimarum à teipso minuatur authoritas.
Æs alienum minuere, Persoluere debitum. Plin.lib.9. epist.214.ad Paulinum.
Consilium. Terent. Hecyr.4.3.
Controuersiam. Cic.4.Acad. Sed vt minuam controuersiam, videte quæso &c.
Curas. Horat.1.epist.19.
Curæ minuuntur carmine. Horat.4.Carm.ode 11.
Dolorem, laborem, &c. Terent.in Prolog.Heaut.
Fidem. Tacit.lib.5.
Frigora Zephyri minuunt. Ouid.3.Triſt.eleg.12.
Fructum. Terent.Phorm.5.9.
Furorem. Horat.1.Carm.ode 37.
Imperium matris. Plaut. Aſin.10.
Ingenium longi minuere labores. Ouid.3.de Ponto, eleg 4.
Iram. Terent.Phorm.2.3.
Labores alicuius. Ouid.7.Meramorph.
Luctus. Ouid.15.Metamorph.
Magiſtratum, Vide MAGISTRATVS.
Maiestatem, In MAIESTAS.
Maiestatem per vim, Id est vim publicam committere. Cic.1.Philipp. Budæus.
Malum minuunt gaudia. Ouid.4.de Ponto, eleg.4.
Spem. Cæsar 5.bell.Gall.
Studium minuens labores. Ouid.4.Metamorph.
Sumptum. Cic.2.de Legib. Hos lecto dato diuos habento, sumptũ in ollos luctúmque minuunto.
Suspicionem. Cic.ad Attic.lib.10, Ego vt minuerem suspicionem profectionis aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum ad quarrum Iduum, vt ibi essem, dum quæ ad nauigandum opus essent, pararentur.
Timorem. Cæsar 1.belli Ciuil.
Vires minuuntur amoris. Ouid.5.Metamorph.
Minuere, absolutè, pro Decrescere. Cæsar 3.bell.Gall. Quòd rursus minuente æstu, naues in vadis afflictarentur.
¶Minuere, pro Desinere. Lucret.lib.2,
Nil adeò magnum, nec tam mirabile quicquam
Principiò, quòd non minuant mirarier omnes
Paullatim, &c.

Minutus. pen.prod. Participium {μειωθείς.} vt Minuta spes, pro Imminuta. Tacit.in vita Agricolæ.

Minutus, pen.prod. {κοπτός, ψιφώδης} Nomen, Breuis, paruus: vt Minutum argentum. Plaut. Persa 7. Varro epistola Latina, Si veniſſes Capuã, quòd & pueros minutos vides libenter, & maiores animadertereres vis. Cic.7. Verrina. Reticulúmque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Ex Nonio.
Animus minutus. Cic.3.de Orat. Abutimur sæpe etiam verbo, non tam eleganter, quàm in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter: vt quum grandem orationẽ pro magna, minutum animum pro paruo dicimus.
Corpora minuta. Lucret.lib.3.

Dei. Plaut. Cistell. 5,
Dij me omnes magni, minutique & patellarij Faxint.
Fruges minutæ, Paruæ, quales sunt frumentum, & id genus, vt à fabis & pisis distinguantur. Vel minutæ, quæ minus in vsum veniunt. Cic.5.Verr. L.Octauio, & C.Cottæ Consulibus Senatus permisit, vt vini, olei decumas, & frugum minutarum, &c.
Ossa minuta Lucret.lib.1.
In partes minutas distrahi Lucret.lib.1.
¶Minutus, quum diminutiuis additur, eleganter ipsam rem attenuar, & minorem facit. Terent.Andr.2.2, Olera & piscieulos minutos ferre obolo in cœnam seni. Cic.in Paradox. Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod propoluit efficit.
Literæ, vel literulæ. Plaut. Bacchid.2.0.
Quæstiunculæ. Sueton.de Claris gramm.
¶Minutum, Obscurum & scrupulosum interpretatur Nonius, vt à Græcis dicitur κατημερίτ. Cic.1.de Finib. Ecce autem alij minuti & angusti, & omnia semper desperantes, aut malcuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi: alij autem. &c.
¶Minutior, Comparatiuum. Lucret.lib.4,
-nam multis partibus hic est
Mobilior, multisque minutior, & magè pollens. De lucido aere loquitur.
Minutior cura. Quintil lib.8.cap.vlt.

Minutulus, pen.corr. {ὑπολεπτός} Diminutiuum à Minutus. Plaut. Pœnulo 2, Pueri minutuli.

Minutio, Verbale {μείωσις.} Gellius lib.16.cap.5, Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. Quintil lib.4.cap.3.

Minutè, pen.prod. Aduerbium {κατὰ λεπτόν.} Columella lib.2.cap.4. Sic Macrob.lib.5.Satur.cap.15.
Grandia minutè dicere. Cic.in Orat.
¶Minutius, Aduerbium comparatiũ. Cic.lib 4.Acad. Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutius. De finibus lib.4, Res enim sortasse veras non ita tractantur, vt debent, sed aliquanto minutius.

Minutim, pen.prod. Aduerb. {κατὰ λεπτόν} pro Minutè. Colum.lib.4.cap.14, Infequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga comminuat.
Minutim, & Repentè, contraria. Senec.epist.30.

Minutatim, pen.prod. {κατὰ μικρόν} Aliud aduerbium, In minutissimas partes. Cato cap.123, De iunipero maceriam crassam concidito minutatim.
Minutatim interrogare, pro Particulatim. Cic.4.Acad. Sed nulla omnino in re minutatim interroganti, dies pauper, clarus obscurus fit, &c.
Minutatim & gradatim aliquid addere, aut demere. Cic.4.Acad. Quod genus minimè in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.
¶Minutatim, pro Paulatim. Varr.1.de Re rust.cap.20, Tum ita subigendum, vt minutatim assuefaciant, & vt tyronem cum veterano adiungant: imitando enim facilius domantur. De bobus.
Ætas minutatim frangit vires. Lucret.lib.2,
Inde minutatim vires, & robur adultum
Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Virgil.3.Georg.

Minutia, minutiæ {κατάκοπον} Minutissima pars cuiusque rei. Lactantius de ira Dei. Seneca epistol.91, Vtriusque attritu grana frangunture, & sæpius regeruntur, donec in minutiam frequenter trita redigantur.

Minutal, pen.prod. minutalis, pen.prod. Genus cõdimenti ex rebus minutatim concisis, authore Apicio. Fiebat inter cætera matino pisce, liquamine, oleo, vino, porris & coriandro. Iuuenal.satyr.14,
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri. Martialis libro 11, Hinc exit varium cocco minutal. *Vt hachis.*

Minurizo, minurizas {μινυρίζω} minurizâre, Parua voce succinere: μινυρίζω enim Camillo significat, & modulatè concinno. Sidonius libro 2.epist.2, Diluculo autem Philomelam inter frutices sibillantem, Prognen inter aceres minurizantem. Alia exemplaria habent minurientem, vtique à verbo Minurio, quo vsus est Spartianus in Antonino Geta, Agni, inquit balant, porcelli gruniunt, palumbes minuriũt, leones rugiunt, &c.

Minuritio, minuritionis {μινύρισμα} Verbale à verbo Minurio. Festus, Minuritiones appellantur minorum auium cantus. Hæc ille. Cic. lib.1.de Oratore, Antè quàm pæanem aut minuritionem citarimus. Sic enim reponit Turnebus, existimans Ciceronem verba Græca cõuertere voluisse, παιανίζειν & μινυρίζειν: vt pæan sit cantio (nam pro pede non censet hic accipi) quæ clara exultanti contentáque voce citatur, id est canitur: minuritio, cantio quæ tenui, leniore, remissioréque.

Minus, Minusculum, Minime, Minimopere, Vide Minor in PARVVS.

MINVTIVS, Cognomento Augurinus, Tribun.plebis, qui Sp. Melium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic quòd farris pretium trinis nundinis, ad eam vilitatem redegisset, vt asse modius væniret, tantum à plebe habitum est honoris, vt collata in capita stipe vnciaria, ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Author Plin.lib.34.cap.5. & lib.18.cap.3.

MINVTIA {μινυτία} Vestalis fuit, quæ propter corporis elegantem cultum in suspicionem venit libidinis, vnde & viua defossa est. Liu. libro 8.

MINYAS {μινυᾶς} Chrysæ fuit filius, ex Chrysogenia nati & Neptuno. Hic diuitiis creditur cunctos anteisse mortales, ac primus hominum thesaurum recondendis pecuniis struxisse, à quo nuncupatos ferunt Minyas, quibus interpretatur. Meminit Pausanias.

MINYAE {μινύαι} fuerunt Thessaliæ populi, qui, teste Orpheo in Argonautica, Iasonem ad Colchos proficiscentem sequuti sunt. Vnde ait Ouid.lib.7.Metamorphoseos,

Iámque

Iamque fretum Minyæ Pegaseia puppe secabant. Lucanus item Thessaliam describens, lib.6, -Minyæ gens cognita remis.

MINYEIVS, Fluuius est è Thessalia veniens, qui, teste Homero libro 11. Iliad. oppido Arenæ vicinus, ostia maris facit.

Mirabilis, Miraculum, Mire, Mirificus, & alia, Vide MIROR.

Mirmillones, pen.prod. Erant pugiles se ad duellum prouocantes. Nam digladiantium alter retiarius, alter mirmillo appellabatur. Festus, Retiario (inquit) pugnanti aduersus mirmillonem cãtatur, Non te pero, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturæ, Gallicum est: ipsique Mirmillones antè Galli appellabantur, vt quorum galeis pisces effigies inerat. Quod genus pugnæ institutum est à Pittaco, vno ex septẽ sapientibus, qui aduersus Phrinonem dimicaturus, propter controuersias finium, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos, rere occultè allato, impediuit Phrinonem Athenienſium ducem, ipsóque perempto agrum suis seruauit. Vide Diogenem Laertium in vita Pittaci. Cicero & gladiatorem L.Antonium, & mirmillonẽ sæpe vocat, 6.Philip. Etiámne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mãdata legatorum verba audientur? Ibidẽ, 5. Quæ loca explicans Turnebus sic inquit, Mirmillo in amphitheatralibus spectaculis Gallica erat armatura: vox autem de Græco deflexa, vt quæ in aliud solum transplantata sunt, ingenio loci & cæli mutantur, leuiter quoque murata est. Nam quòd ea armatura fortissimorum erat hominum, quales opinione hominum fuerant antiqui Myrmidones Achillis milites, & habebantur Romanorum sententia Galli, Myrmillonésque de Græca illa fortissima natione appellabantur, idcirco gladiatoribus hoc nomẽ hæserat. Nam d in l mutari Vlysses perspicuè ostendit, qui est Græcè οὐτιδανός, ne plura commemorem. Hæc ille. Vide Sequitor in SEQVOR.

Miro, mironis. Mirones, inquit Cæl.lib.3.cap.31, personas oribus distortas & deformes legimus nuncupari: nam & miracula à mirris dicuntur, id est monstris.

MIROBRIGA {μεγαβρίγα} Ptolemæo, Hispaniæ vlterioris vrbs in conuentu Cordubensi. Plin.lib.3.cap.1, Mirobricam vocat per secundã consonantem in vltima syllaba.

Miror, miraris, miratus sum {θαυμάζω, ἄγαμαι} mirari, Est de re aliqua tanquam noua obstupefieri. Virgil.1.Æneidos,

Artificúmque manus inter se, operúmque laborem Miratur.
Mirari atque efferre nimium aliquid. Cic.6.Verr. Nimium fortasse hæc illi mirentur atque efferant.
Mirari aliquem. Cic.1.Acad. Qui quum ab eo plurimum dissentiret, vnum tamen præter cæteros mirabatur.
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum. Virg.1.Æneid.
Se ipse miratur. Catul.ad Varum, epigram.19.
Magnopere mirari, In MAGNVS.
Stultè aliquid. Horat.1.epist.1.
¶Mirari, Cum voluptate intueri, delectari, accẽdi, inquit Nonius. Virg.3.Georgicorum,

Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ.

¶Mirari, Imitari. Virgil.8.Æneidos,

-primis & te miretur ab annis. Vbi Seruius, Miretur, imitetur. Lucan.lib.9,
-miratorique Catonis. Optima enim ingenia necesse est vt ea quæ mirantur, imitentur.

¶Mirari, Nescire: quia (inquit Donatus) admiratio ab ignorantia descendit. Terent.And.4.5, Miror vnde sit.
¶Mirantur terram oculi. Plaut.Merc.7.
¶Mirari, ad inanimata transfatum. Virgilius 2.Georgicorum,
-& ingens
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos:
Miraturque nouas frondes, & non sua poma.

¶Miror, cum genitiuo laudis, vel vituperij. Virg.11.Æneidos,

-quibus cælo te laudibus æquem?

Iustitiæne prius mirer, bellíne laborum? Græca metabasis est, quam Græci κατ' ἐνάλλαγ vocant. Supplendum est, vt sit causa laborum, causa iustitiæ.

¶Miror non iussisse me arripi. Terent.Heaut.5.2.
¶Mirari se, Est sibi placere, & de se magnificè sentire. Martialis libro 13.
¶Miror, Absolutum. Terentius Heaut.2.3, Laudabis. 5.vide sis. 6 11.tutemet mirabere.
Miraretur quis, quum cerneret aperto mari ab altera parte, &c. Liu.4.bel.Maced.
Miror si potuit. Cic.de Amic. Quanquam miror in illa superbia & importunitate, si quenquam habere potuit. Id est, nescio an potuerit. Terent.And.1.2.Mirabar, hoc si sic abiret.
Miror quòd audierim. Cic.de Senect. Dicebant mirari solitum C. Fabritium, quòd quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset è Thessalo Cynea Athenis quendam esse qui se sapiẽtem profiteretur.
Miror quid ex Pœræo abierit. Terent.Eunuch.2.2.
Miror quapropter hæc curet. Plaut.Amph.3.
Miror quomodo. Terent.Heaut.5.3.
Satis mirari hominis negligentiam non queo. Cic.Attic.lib.10. Et 1. de Nat.deorum, Mirari satis non possum vnde, &c.

Miro, miras {θαυμάζων} Eiusdem significationis. Varro Eumenidibus, Hospes quid miras? Nonius.

Mirans, Participium {θαυμάζων.} Ouid.5.Metam. Marmoreóque manet vultus mirantis in ore.

Miratus, penult.prod. Aliud participium {πεθαυμακώς.} Horat.4.Carm. ode 9, -& aurum vestibus illitum Mirata, regaleśque cultus.

Miratio, Verbale {θαυμασμός.} Cic.2.de Diuinat. Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio si in rebus vsitatis est, non miramur.

Miratus, huius miratus, pen.prod. Verbale. Senec.epist.94, Alia deinceps digna miratu. Potest esse supinum.

Mirator, pen.prod. Aliud verbale {θαυμαστής.} Mart.lib.10.87, Mirator veterum senex auorum.

Mirator cunni Cuppennius albi. Horat.1.Serm.Satyr.2.
Formæ mirator honestæ. Propert.lib.2.eleg.14.
Decoris. Ouid.10.Metam.
Rerum. Ouid.4.Metam.

Miratrix, pen.prod. Verbale fœmininũ {θαυμαστής} vt Turba miratrix. Iuuen. Satyr.4.
Fama miratrix senioris æui. Senec.Hipp.6.
Miratrix sui vetustas. Lucan.lib.4.

Mirandus, Adiect. {θαυμαστός, θαυμάσιος} Dignum admiratione. Terent. And.5.4, Mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Decore magno miranda fœmina. Ouid.epist.24.
Accidit mirandum. Senec.Medea, 12.
Loqui miranda. Silius lib.3.
Mirandum verò est, homines quibus odio sunt nostræ secures, libenter arripere facultatem lædendi. Cic.pro Flacco.
Mirandum in modum gaudeo. Cic Marcel.lib.15.9, Marcellum tuum Consulem factum, tèque ea lætitia affectum esse quam maximè optasti, mirandum in modum gaudeo. Idem pro Plancio, Mirandum in modum lætati sunt. Idem ad Attic.lib.1, Sed mirandum in modum est animo abalienato. Et 6.Verr. Quoniam mirandum in modum Græci rebus ictis, quas nos contemnimus, delectantur.

Mirabundus, Adiectiuum {θαυμαστῶν} Qui miratur. Liu.5.bel.Pun. Exemplo improuida res pauorem incutit Pœnis: mirabundíque vnde tot hostes tam subitò exorti, &c.

Mirus, Adiectiuum, Miratione dignus {θαυμαστός, θαυμάσιος.} Plaut.Pseud. 7, Si absfuleris, mirum & magnum feceris facinus. Plin.lib.12.cap. 9, Mira arborum natura.
Facies mira. Lucret.lib.5.
Mirus apud populum fauor. Tacit.lib.1.
Honore miro colere aliquẽ. Virg.4.Æneid. Sic idem 7.Æneidos, Adiungi generum miro properabat amore.
More miro perdere aliquem. Ouid.13.Metam.
Nouitas mira. Ouid.15.Metam.
Præcepta. Horat.2.Serm.Satyr.3.
¶Mirus in omni reliqua diligentia. Plin.lib.2.cap.108.
¶Mira, apud veteres pro monstris atque horrendis. Plaut.Amph. 17, Mira memoras, nimis formidolosum prædicas facinus.
¶Facere quid miri. Horat.1.Serm.satyr.5.
Efficere multa & mira Lucret.lib.5.
¶Mira sunt nisi. Plaut.Amph.4.
¶Mirum: Responsio aduerbij cuiusdam formam habens. Terent. Eunuch.3.1, -verum credere omnem exercitum,
Consilia. 6.mirum.
¶Magis mirum, In MAGIS.
Minime mirum est. Cic.6.Verr.
Mirum cur. Terent.in Prologo Heaut.
Nec mirum. Cic.de Amicitia, Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum, nihil enim altum, nihil magnificum. Idem 4.Acad. Ne illam quidem prætermisisti Lucullo reprehensionem Antiochi: nec mirum.
Mirum est quód. Plin.lib.12.cap.4.
Non mirum fecit vxor mea, si hoc ægrè tulit. Terent.Hecy.4.4.
Mirum de illo. Plaut.Amph.8.
Mirum ni. Terent.And.3.4, Age igitur, vbi nunc est ipsus? D. mirum ni domi est.
Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Plin.lib.3.cap.5.
Mirum quin. Plaut.Aulularia, 5,
Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter
Philippum regem, aut Darium triuenefica. Idem Trinum.13,
Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem qui sunt mortui.
Mirum si. Terent.And.4.1,
Quid istuc tam mirum est si de te exemplum capit?
Mira verò militi quæ placeant. Terentius Eunucho, 2.2. Vbi Donatus, Mira pro mirum, & est ἐφωνεία. Quid mirum est, inquit, facere loqui eum qui militi placeat?
Mirum quãtum. Liu.lib.1, Mirum quãtum illi vito hæc nuntianti fides fuerit. Pro Mirum est quantum.
Mirum in modum deludi. Id est in maiorem modum, quasi infra rationem. Plaut.Amph.1.7. Plin.lib.17.cap.24,
Tangi odore mirum in modum.
Miris modis. Plaut.Amph.15,
Totam miris modis nostram video turbatam familiam.
Miris modis visenda animalia. Virgil.4.Georg.
Nimium miris modis, Vide NIMIS.

Mire, Aduerbium {θαυμαστῶς} pro Miro modo, siue Mirabiliter. Terent. Heaut.5.1, Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filium. Cic. ad Attic. Puero municipia mirè fauent.
Mens mirè mobilis. Lucret.lib.4,
Tenuis enim meus est, & mirè mobilis ipsa.
¶Mirius, pro Magis mirum apud antiquos. Varro, Nunquid hoc mirius? Nonius.

Mirificus, pen.corr. Adiectiuum {θαυμαστικός} Quod est mirabile. Cic. de Senect. Quum diu multúmque vixeris, mirificos affert fructus. Idem ad Lentulum, lib.1, Mirificũ me tibi comitem præbuissem. Et ad Marcellũ, lib.15, Mirificus generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus. Sic ad Brutum, lib.3, Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis.
Homo mirificus. Cic.Attic.lib.4.epist 10, Nos hîc voramus literas cum homine mirifico Dionysio. hunc Dionysium lib.7.epist.7. vocat virum optimum & doctissimum.
Structura carminis mirifica. Ouid.4.de Ponto, eleg.13.

Mirificissimus pen.corr. {θαυμαστικώτατος.} Terentius Phorm.5.6, Atqui mirificissimus.

Mirificè, penult.corr. Aduerbium {θαυμαστικῶς} pro Mirum in modum. Cic.1.de Orat. Ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirificè

deditus. Idem 1.Acad. Quas mirificè Plato erat amplexatus. Ibidem, Delectabatur autem mirificè lectione librorum.
Amare aliquem mirificè, Vide AMO.
Loqui mirificé. Catul. de Ario, epigr. 79.

Mirifico, mirificas, pen. corr. { θαυμαστόω } mitificare, Mirabilem facere. Plaut. Amphit. Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mitificant, probaui.

Mirabilis, & hoc mirabile, pen. corr. { θαυμάσιος, ὑπερφυὴς } Admiratione dignus. Cic. 1. Off. Quare ex multis mirabilibus exẽplis haud facilè quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Idem de Amicitia, Quibusdam quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam.
Mirabilis illi. Horat. 1. epist. Ad Numicium.
Mirabile donum. Virg. 1. Æneid.
Factum. Ouid. 4. Metam.
Mirabiles fama effigies. Plin. lib. 7. cap. 3.
Opus visu. Horat. 2. epist. 2.
Opus mirabile magni mundi. Tibul. lib. 4. ad Messalam
Mirabilem in modum. Cic. ad Atticum, lib. 5, Mirabilem in modũ Ephesi præsto fuit.
Mirabilis raritate arbor. Plin. Iam in Æthiopiæ fine quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm suauitate mirabiles.
Dictu mirabile. Virg. 1. Æneid.

Mirabilior, & hoc mirabilius, Cõparatiuum. Cic. in Lucullo, siue lib. 4. Academic. Idq; eo fuit mirabilius, quòd ab eo laus imperatoria, &c.

Mirabiliter, pen. corr. Aduerbium { θαυμασίως, ἀγαθῶς. } Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 17, Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Bruto, lib. 12, Mirabiliter mi Brute lætor, mea cõsilia, meásque sententias à te probari.

Mirabilitas, penult. corr. mirabilitatis, Id est admiratio. Cic. 2. Offic. Ergo & hæc animi despicentia mirabilitatem magnam facit. Ex Nonio. Alia exemplaria passim legunt admirabilitatem.

Miraculum, miraculi, penult. corr. { θαῦμα, ἀπόπτον } Quicquid admirationem afferre potest. Festus, Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur. Plin. lib. 10. cap. 52, Generatio auiũ simplex esse videtur, cũ & ipsa sua habeat miracula.
Ingeniosa miracula facit natura, Vide INGENIVM.
Monstri alicuius miracula. Ouid. 7. Metam.
A miraculis cessare, id est, Miraculis vacare seu carere. Plin. lib. 2. cap. 103.
Miracula, pro Monstris, vel horrendis ponebant veteres. Virg. 4. Georg. Omnia commutat sese in miracula rerum. Liu. 2. ab Vrbe, Adiiciũt miracula huic pugnæ, silentio proximæ noctis ex sylua Arsia ingentem editam vocem.
Miraculo esse. Liu. 5. bel. Pun.

Miracula, miraculæ. Plaut in Ciſtellaria,
Diobolares, sceniculæ, miraculæ. Miraculæ, inquit Varro, à miris, id est monstris. à quo Accius ait,
Personas distortus, oribus deformes, mitones.

Mis { μοῦ } Genitiuus antiquus à pronomine Ego. Ennius, Ingens cura mis est concordibus æquiparare.

Misanthropos, pen. prod. { μισάνθρωπος } Latinè osor hominum dicitur. Cic. 4. Tusc. Vt in hominum vniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui ωισάνθρωπος appellatur, vt inhospitalitas est.

MISCELLVS, Vir fuit cui redditam ferunt sortem ex adytis: Conditurum eum ciuitatẽ vbi in serenitate ipsum excepisset pluuia. Id nunquam futurum coniectatum ab eo est, ob rei absurditatem. Quum tamẽ in Italiam appulisset, ac maxima euentus fluctuaret incertitudine, assedit illi pellex vberius flens, mœstáque. Quod conspicatus Miscellus, finem habere oraculum suspicatus, ciuitatem condere adortus est. Ex Cæl. lib. 12. cap. 4.

Miſceo, misces, miscui, mistum { μίγνυμι, περάω, χυνέω, φύρω, παλύνω, κερανύω } miscere, Cõfundere, & sine ratione perturbatéq; facere. Virg. 1. Æneid. Interea magno misceri murmure pontum. Plaut. Pseud. 3, Dulce amarúmque vnà nunc misceris mihi.
Miscere vinum aqua, & Miscere aquam vino. Plin. libro 7. cap. 56, Vinũ aqua misceri Staphilus docuit. Colum. lib. 6. cap. 4, Multi largo sale miscent pabula.
Miscere ad. Colum. lib. 7. cap. 5, Facit autem commodè primùm ea compositio, quam paulo antè demonstrauimus, si ad fæcem & amurcam, succúmque decocti lupini misceas portione æqua detritum album helleborum.
Miscere in aciem, In ACIES.
¶Miscere, Dare bibere. Cic. 2. de Finib. Dico ergo in eadẽ voluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Arripit Iliadem qui nunc quoque pocula miscet:
Inuitáque Ioui nectar Iunone ministrat.
¶Miscere aliquem suo negotio. Terent. Heaut. 4. 5.
Omnia miscere. Cic. ad Octau. Quibus ille septus omnia miscere, nulli parceret, sibi viueret. Idem pro Rosc. Amerino, Qui tanquã si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniáque miscebant.
Miscere, absolutè, pro Miscere omnia. Cic. ad Quintum fratrem lib. 3. 2 4, Pompeius abest: Appius miscet.
Turbare & miscere. Cic. 3. de Legibus, Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit.
Cælum misceatur magno murmure. Virg. 4. Æneid.
Miscere certamina. Liu. 2. ab Vrbe.
Canicies misceratur comas. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Consilia cum Vestino non miscuerant. Tacit. lib. 15.
Corpus cum matre. Cic. 1. de Diuin.
Domus misceatur misero tumultu. Virg. 2. Æneid.
Veris misceri falsa. Seneca Herc. fur. 12.
Græca verbis Latinis. Horat. 1. Serm. satyr. 10.

Incendia. Virg. 2. Æneid.
Miscere malum. Cic. 3. de Orat. Maior mihi moles, maius miscendum est malum.
Miscere & cõcitare mala. Cic. 4. in Catil. Ego magnum in Rep. furoré, & noua quædã misceri, & concitari mala iampridem videbam.
Mauors dubias miscet vtrinque manus. Propert. lib. 2. eleg. 28.
Maria omnia cælo miscuit. Virg. 5. Æneid.
Mœnia diuersõ miscentur luctu. Virg. 2. Æneid.
Commercio miscere nationes diuersas. Plin. in Paneg.
Oscula blandis verbis. Ouid. 1. de Arte.
Otia cum duris venatibus. Ouid. 4. Metam.
Pacem duello miscuit. Horat. 3. Carm. ode 5.
Pectora miscentur vario motu. Virg. 12. Æneid.
Populi miscentur. Virg. 4. Æneid.
Prælia miscere. Virg. 2. Georg.
Iniquis imperiis Rempublicam miscere. Cic. 2. de Lege agr.
Sacra profanis. Horat. 1. epist. 17.
Sortes Fortunæ monitu manu pueri misceri atque duci. Cic. 2. de Diuinat.
Stultitiam miscere consiliis. Horat. 4. Carm. ode 12.
Non si terra mari miscebitur, & mare cælo. Lucret. lib. 3.
Tristia miscentur lætis. Ouid. 6. Fast.
Miscere tumultum in concionem. Liu. 8. ab Vrbe.
Vada miscentur æstu arenæ. Virg. 3. Æneid.
Miscetur funere vagor. Lucret. lib. 2.
Vtile dulci miscuit. Horat. de Arte.
Vtilia honestis. Tacitus in vita Agricolæ.
¶Misceri, pro Coire, inquit Cælius lib. 4. cap. 7. Vnde apud Virgilium, Mixta deo mulier.
¶Miscuerunt, trisyllabum apud Virg. 2. Georg. Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.

Miscendus { μικτέος } amori pudor. Ouid. epist. 4.

Mistus, vel vt aliis placet, Mixtus { μεμιγμένος } Participium: Hoc est temperatus. Liu. 3. ab Vrbe, Ea colluuio mistorum omnis generis animantium, &c.
Mistus pluribus. Plin. lib. 7. epist. 27.
Mistum ex. Cic. pro Leg. Manilia, Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Ciuile Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, seruile, nauale, &c. Idem 3 Offic. Nec verò finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilimis rebus misceri & temperari potest.
Amor voluptate & molestia mistus. Cic. de Vniuers.
Grauitas modestiæ in oratione mista. Cic. 2. Offic.
Genus mistum. Virg. 6. Æneid.
Varium, mistum, & turbulentum genus hominum. Cic. 1. in Catil.
Lachrymæ mistæ risu. Stat. 2. Slyu. 1.
Ploratus vagitibus. Lucret. lib. 2.
Curricant mistæ pueris puellæ. Horat. 4. Carm. ode 11.
Mistus candore rubor. Cic. 1. de Nat. deor. Nec ille fusus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.
Tumultu misto exorta lætitia. Virg. 3. Æneid.
Ventus grandine. Ouid. 4. Fast.
Verbera cum verbis. Ouid. epist. 10.

Mistissimus, pen. corr., Superlatiuum. Patercul. lib. 2, De L. Pisone hoc omnibus sentiendum ac prædicandum est, esse mores eius vigore ac lenitate mistissimos: & vix quenquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat, aut facilius sufficiat negotio.

Mistura, pen. prod { κέρασις, μῖξις } Moderatura, vt ait Nonius. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1, Sed quòd ea & propter talem misturam immoderatam ex aquis cunctis, quòd temperatura moderatur in Romuli vita triplices ciuitates. Colum. lib. 7. cap 3.
Mistura rerum. Lucret. lib. 2.
Generum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Mistura iocorum. Mart. lib. 8. 1.

Miscellaneus, Adiectiuum { σύμμικτος } A mistura indistincta rerum dici, significare videtur Gellius lib. vlt. cap. 11, quum ait, Quia variam & miscellaneam, & quasi confusaneam doctrinam conquisiuerunt, eo titulos quoque ad eam sententiã exquisitissimos indiderunt. Quidam legunt miscellam. Apuleius in Metamorphosi, Nec mora cum magna irruptione patefactis ædibus, magistratibus corũmque ministris, turbæ miscellaneæ cuncta completa. Hinc quidam opera sua, Miscellanea inscripserunt, in quibus variis de rebus tractatur. Iuuen. Satyra 11, -sic veniunt ad miscellanea ludi.

Miscellus, Aliud adiectiuum { ὑπόκεινος } Quod mistum est.
Miscellos ludos Lugduni edidisse Caligulam scribit Sueton. in Caligula, cap. 20.
Miscellum, genus columbarum vocat Varro, quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex vtroque temperatum, lib. 3. cap. 7.
Miscellæ vites, Quæ in omni agro conueniunt, quòd cæteris vbique vtiliter misceantur. Cato de Re rust. cap. 6. Varro 1. de Re rust. cap. 54, Nam & præcox, & miscella, quam vocant nigram, multo antè coquitur.
Miscellas vuas appellat Cato cap. 23, quibus præliganeum vinum fit, quod operarij bibant.

MISCELLVS { μίσκελος } Crotonis vrbis in magna Græcia conditor: de quo vide infrà in dictione SYRACVSAE.

MISCERA { μίσκερος } Oppidum Siciliæ apud Stephanum.

Miſellus, Vide MISER.

MISENVM, pen. prod. { μισηνὸν } Promontorium est prope Cumas, nomen habens à Miseno tubicine Æneæ: cuius meminit Horat. 2. Ser. satyr. 4, Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

MISENVS, pen. prod. { μισηνὸς } Æneæ fuit tubicen, qui dicitur filius fuisse Æoli, vnde & Æolides dicitur, quia constat sonum omnem ex vento creari. Seruius in illud Virgilij 1. Æneidos,
Misenum Æolidem, quo non præstantior alter

Ære

Æra ciere viros, Martémque accendere cantu.

Miſer, misera, miserum, pen. corr. { ἄθλιος, δύστηνος, δειλαίος, ταλαίπωρος, ταλαύσιος, ταλαίφρων, ταλαίπορος } Calamitosus, ærumnosus, infelix. Ter. Eun. 3. 2, Apparet seruum hunc esse domini pauperis,
Miserique. Cic. pro Plancio, Quo quidem etiam magis sum non di cã miser (natura quidẽ abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus.
Ærumnosus, infelix, miser. Cic. in Parad.
Laboriosos, non miseros, qui magnos dolores perferuiũt, solemus dicere. Cic. 11. Philip.
Miser animi. Plaut. Milit. 14.
Miser animo. Plaut. True. 11.
Miser ex animo, Idem. Plaut. Stricho, 2. 1.
Miser ambitionis. Plin. in Paneg.
Miser amplius æquo. Lucret. lib. 3.
¶Miser, Ægrotus. nam ægri nudo, genus est infelicitatis. Plaut. Miseram esse prædicat bucam, sibi fortasse medicos non esse putat.
¶Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio in illud 3. Verr. Ille miser quum esset, &c. Cic. pro Milone, Miseros interdum ciues optimè de Rep. meritos.
¶Ferre opem miseris. Ouid. in Ibin.
Fortuna finxit me miserum. Virg. 2. Æneid.
Fieri miserum. Lucret. lib. 3.
Miseris & laborantibus nihil negare. Cic. pro Plancio.
Succurrere miseris. Virg. 1. Æneid.
¶Miseram me. Terent. Adelph. 3. 1, Miseram me, neminem habeo. Vbi Donatus, Miseram me, proprium est mulierum quum loquũtur, aut aliis blandiuntur. Sunt enim interiectiones aliàs dolentis, aliàs exclamantis, aut indignantis.
Miser & Misera, similiter vsurpantur. Terent. Heeyra, Perij miser. Idem And. Misera timeo incertum hoc quorsum accidat. Sic idem sæpe alibi. In quibus locis MISER & MISERA cõmodè per aduerbiũ MISERE declarãtur: quasi Miserè perij. Nisi velis eadem forma dicta esse, vt Miserum, vel miseram me.
¶Ambitio misera. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Anni. Propert. lib. 3. eleg 7.
Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Æneid.
Miserum carmẽ ftridenti stipula disperdere. Virg. 3. eclog. vbi Seruius, Miserum, triste, flebile, quale canunt stipulæ.
Corpus. Ouid. 9. Metam.
Cupido. Horat. 1. epist. 1.
Diuitiæ. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Fames. Horat. 1. Carm. ode 22.
Formido. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Fortuna miserrima nostra est. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Miseræ multúmque iactatæ fortunæ ac perfugium portum futurum hunc locum spero. Cic. pro Cluentio.
Fuga. Ouid. 2. de Arte.
Furor. Ouid. 3. Metam.
Homines. Lucret. lib. 3.
Lateris miseri dolor. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Luxuria. Propert. lib. 1. eleg. 2.
O miseras hominum mentes! Lucret. lib. 2.
Misertima miseria. Plaut. Amph. 7.
Modis miseris distractus. Lucret. lib. 3.
Mors. Virg. 10. Æneid.
Mortales. Virg. 3. Georg.
Opes. Ouid. 1. Amor eleg. 10.
Pax. Tacit. lib. 3.
Pectus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Plebs. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
Ad preces miseras decurrere. Horat. 3. Carm. ode 29.
Querelæ. Ouid. 2. Metam.
Res. Ouid. 5. Trist. eleg 8.
Misera & calamitosa res. Cic. pro Rosc. Amer.
Miserum spectaculum atque acerbum. Cic. 7. Verr. O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse vibis gloriam!
Vita. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.
In vita turpi & misera commorari. Cic. Quinto fratri, lib. 1. 3.
Vrbes. Horat. 4. Carm. ode 15.
Miserrimum miseriarum. Cic. ad Attic. lib. 3, Quòd de fratre vbi eum visuri essemus, nesciebamus, quem quidem ego, nec quomodo visurus, nec vbi dimissurus sim scio: id est maximum & miserrimum mearum omnium miseriarum.
¶Miserum. Virg. 6. Æneidos, -tum péndere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) sœprena quotannis
Corpora natorum. Vbi Seruius, Miserum, dolentis interiectio, ac si diceret nefas.

Miſellus, Adiectiuum diminut. { ὑποπλάτως, ταλαίπωρος } Cic. ad Attic. lib. 3, Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiã & ignominiã nominis mei, tuere quoad poteris. Idem ad Terent. lib. 14. 4, Sed certè quoquomodo res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ ferniendum est.
Misellum pallium. Plaut. Rud. 13.
Spes misella. Lucret. lib. 4.

Miserè, pen. corr. Aduerbium { ἐλεεινῶς } Infeliciter. Cicero, Neque commoueri eius desyderio possum, qui tã miserè periit. Idẽ 3. de Finib. Quæ nihil valerent ad beatè miserévе viuendum. Idem Quinto fratri, lib. 1. 3, Tua me inuidia, ac non ego te miserè perdidi.
Miserè, Valde, nimis? Ter. Heaut. 1. 2, Eã miserè amat. Idẽ Eun. 1. 1, Hæc verba vna me herele falsa lachrumula,
Quam oculos terendo miserè, vix vi expresserit, Restinguet.
Miserè discedere quærens, Ire modo ocyus. Horat. lib. 1. Serm. Satyr 9. Miserè hîc idem valet quod vehementer, vsque ad miseriam.
Inuidere miserè. Terent. Eunuch. 3. 1.

Miſeriter, penult. corr. { ταλαιπώρως } pro Miserè apud antiquos. Laberius, Mens incorrupta miseriter corrumpitur. Catul. de Bere-

cynthia 58, Ibi maria vasta visens lachrymantibus oculis,
Patriam allocuta est ita voce mœsta miseriter.

Miſeria, miseriæ { ἀθυμίαι, πολυπαθείαι. } Cicero 2. Tusc. Gentes, nostras flebunt miserias. Ex quodam poeta.
Miserrima miseria, In MISER.
¶Aberrare à miseria, In ABERRO.
Capere miseriam, In CAPIO.
Commonere miseriarum, In COMMONEO.
Coopertus miseriis, In COOPERIO.
Eripere à. Cic. Fam. 9.
Miserias ferre & perferre, In PERFERO.
Miseriis & calamitatibus alicuius opem ferre. Cic. 2. de Diuin.
Incidere in. Cic. 2. Philip. Quorum si vtrunuis pertuasissem, in has miserias nunquam incidissemus.
Leuare miseriis. Cic. Fam. 15.
Nasci in sempiternam, In NASCOR.
In miseriis esse. Cicero 3. de Finibus, Ita qui processit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quàm ille qui nihil processit.
Ærumnæ & miseriæ premunt aliquem. Cic. in Parad.
Versari in. Cic. Fam. 7.
Vindicare à. Cic. in Brut.

Miſeritudo, pen. prod. { ἀθυμία } Antiquum verbum. Accius, Qui infelix miseritudine factus est aliena. Vide Nonium.

Miſereor, misereris; pen. prod. misertus sum vel miseritus sum { ἐλεέω, οἰκτείρω, οἰκτίζομαι, ταλαιζωπαθέω, χολάομαι } misereri, Verbum deponens: & aliquando Misereo, misereris, pen. corr. Est ob alicuius miseriam, dolorem animo concipere. Et genitiuo tantũ iungitur. Virgil. 2. eclog. Nil nostri miserere. Cic. pro Corn. Bal. Misereminei eius qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri facto: non de aliquo crimine, sed de periculo suo, de publico iure disceptat. Brutus ad Cic. 16, Ac vestri miserebor. Festus, Misereatur is qui misertum subleuat.
Eſuriei alicuius misereri. Cælius Cic. lib. 8. 1.
Laborum. Virg. 2. Æneid.
Miserere inopum sociorum. Iuuen. satyr. 8.
Supplicum. Cic. 1. de Inuent.

Miſereo, antiqui vsurpabant pro Miseror. Ennius in Hecuba, Miserete manus, date ferrum, vt me anima priuem. Nonius.
Miſereo, misères, pro Miseror, eris, apud antiquos vsitatum fuisse testantur Festus & Priscianus. Lucret. lib. 3,
Ipse sui miseret: neque enim se vindicat hilum. Id est miseretur.

Miſeret, pen. corr. Impersonale, Passiuum habet affectum: idẽ est enim Miseret me illius, & Misereor illius: quippe vtrunque significat Ex illius me miseria angorem suscipere. Terent. Eunuch. 4. 7, Misereat tui me qui hunc tantum hominẽ facias inimicum tibi. Cic. pro Ligario, Caue te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat.
Miseret me. Terent Eunucho, 5. 5, -quid ell?
Miseret me: itaque, vt ne viderem, misera huc erũgi foras. Festus,
Miseret me, eadem forma dicitur qua Piget, pœnitet, tædet.
Miseret me vicem tuam. Terent. Heaut. 4. 5.
Miseret homines pœnæ. Liu. 2. ab Vrbe.
Te nil miseret tui dulcis amiculi. Catul. ad Alphenum, epigr. 28.
Misertum, vel misèritum est. Plaut. Trinum. 8, Nam nunc cũm vidi misertum, & me cius misertũ est. Terent. Phorm. 3. 2, Miseritũ est.

Miſereſco, misereſcis { ἐμπαθαίνω, κατοικτείρω } misereſcere, Moueri misericordia. Virg. 2. Æneid. His lachrymis vitam damus, & misereſcimus vltrò.
Miſereſco, cum genitiuo. Virg. 8. Æneidos,
-Arcadij quæso misereſcite regis.

Miſereſcit, Impersonale { κατοικτείρεται. } Terent. Heaut. 5. 4, Atque inopis nunc te misereſcat mei.

Miſericors, pen. corr. misericordis, om. gen. { ἐλεήμων, δύσκλογχος, οἰκτείρμων } Qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit. Cic. 4. de Finibus, Nec misericordem iudicem esse oportere?
Supplex, manſuetus, & misericors. Author ad Heren. lib. 2.
Mitis & misericors animus auditoris. Cic. 1. de Inuent.
Honestum & misericors mendacium. Cic. pro Ligario, Quòd si probare Cæsari possemus in Africa Ligarium omnino non fuisse, si honesto & misericordi mendacio, saluti ciuis calamitosi consultum esse vellemus, &c.
Misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum testis. Cic. pro Cecinna.
Misericordior, Comparatiuum antiquum. Plaut. Rudente, 7, Misericordior nulla est me fœminarum.

Miſericordia, misericordiæ { ἔλεος, ἐλεημοσύνη, κατοικτισμός, οἶκτος } Est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, inquit Cic. 4. Tuscul. Cic. pro Ligario, Nulla de virtutibus tuis plurimis nec grauior, nec admirabilior misericordia est. Idem 3. Tuscul. Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiã, posset in inuidentiam.
Clementia & misericordia singulari vir. Cic. Post red. in Sen.
Perfugium misericordiæ. Cic. pro Ligario.
¶Addu cere ad, Vide ADDVCO.
Adhibere fortunis alicuius. Cic. pro Rab. Perduel. reo.
Adimere, In ADIMO.
Allicere ad. Cic. pro Lege Manil.
Capere, In CAPIO.
Captare. Cic. 2. Philip.
Commendare iudici. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Commouere. Cic. pro Deiotaro.
Commoueri misericordia, Vide COMMOVEO.
Concitare populi. Cic. 1. de Orat.
Confugere in alicuius, Vide CONFVGIO.
Ductus misericordia. Vlpian. in l. Si hominem. D. depositi.
Exercere. Vlpian. in l. Si hominem. D. depositi. Intempestiuè misericordiam exercuit.

Habere. Cic. pro Muren.
Impartiri alicui. Cic. Bruto, 12.
Implorare & expoſcere alicuius. Cic. pro Milone.
Inducere ad, Vide INDVCO.
Mouere, In MOVEO.
Motus miſericordiæ. Vlpian. in l. At ſi quis. §. Sed interdum. D. de relig. & ſump. fun. Poteſt tamen diſtingui & miſericordiæ motus: vt ſi in hoc fuit miſericors vel pius, qui funerauit, vt eum ſepeliret, ne inſepultus iacêret, &c.
Prætentanda eſt iudicis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Requirere & efflagitare aliquorum. Cic. pro Mil.
Ad lenitatem miſericordiámque mentes reuocare. Cic. 1. de Orat.
Miſericordiam aliquem tenere. Cic. pro Caio Rabir.
Tribuere. Cic. pro Planc.
Viuere aliena. Cic. pro Roſc. Amer. Prædia mea tu poſſides: ego aliena miſericordia viuo.
Vocare ad. Cic. Nũc quum omnes me cauſæ ad miſericordiam, atque ad humanitatem vocent, &c.

Miſeror, pen. corr. miſeraris, miſeratus ſum {οἰκτίρω, κλαυτίζω} miſerari, Verbis, aut lachrymis, aut opere dolorem, quem ex alicuius miſeria, aut etiam ex noſtra concepimus, oſtendere, lamentari, & deflere. Et conſtruitur cum accuſatiuo. Feſtus, Miſeratur is qui conqueritur aliena incommoda. Seruius, Miſeror, & Miſereor vnum ſignificant. Cicero pro Murena, Vt nõ queam ſatis neque communem omnium noſtrum cõditionem, neque huius euentum fortunámque miſerari. Contuſóſque animos, & res miſerabere fractas. Virg 4. Georg.
Sortem alicuius. Virg. 12. Æneid.
Grauiter miſerans. Virg. 10. Æneid.
Miſerata animi, pro animo. Virg. 10. Æneid.
¶Miſero, pro Miſeror dicebant veteres: vt Accius in Athamante, Atque ita de illis merui, vt iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſeratio, miſerationis {οἰκτμός} Significatio miſericordiæ, qua ex alicuius infelicitate mouemur. Cic. in Orat. Nec verò miſeratione ſolùm mens iudicum permouẽda eſt. Idem Luceio, lib. 5. 12, Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminundas nõ cum quadam miſeratione delectat?
Non ſine lachrymis, non ſine dolore miſeratio. Cic. 2. de Orat.
Commouere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Diſcutere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Eximere. Liu. lib. 5. Decad. 5.
Odia incitari, & Miſerationem naſci, contraria. Cic. in Partit.
Occupari. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Venit miſeratio aliquando ex eadem cauſa. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Miſerandus, Adiectiuum {οἰκτρὸς} Idem quod Miſerabilis. Cicero 2. Tuſculanarum,
Accede accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice
Euiſceratum corpus lacerati patris. Ex Sophocle.
Miſerandus & Irridendus, cõtraria. Cic. 1. de Orat. Hunc in minimis tenuiſſimíſque rebus ita labi, vt aliis miſerandus, aliis irridendus eſſe videatur?
Funus. Lucan lib. 1.
Lues. Virg. 3. Æneid.
Miſerandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt. Cic. de Prouin. Conſul.
Oratio tua omnibus miſeranda viſa eſt. Cic. 2. de Orat.
Sors Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
Tempeſtas. Virg. 3. Georg. Seruius, Miſeranda, peſſima, ferés rem dignam miſeratione.

Miſerabilis, & hoc miſerabile, pen. corr. {ἐλεεινὸς, κλαυτικὸς} Miſeratione dignus, per quem alij miſericordia commouentur. Cic. 2. de Finib. Qui nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius.
Aſpectus auctionis miſerabilis. Cic. 2. Philip.
Bellum miſerabile. Ouid. epiſt. 13.
Carmen. Virg. 4. Georgicorum,
-ramóque ſedens miſerabile carmen Integrat.
Caſus. Cic. 2. de Finib.
Corpus. Virg. 5. eclog.
Dimicatio. Liu. 1. ab Vrbe, Euentus belli minus miſerabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum eſt, & tectis modò diruptis, alterius vrbis duo populi in vnum cõfuſi ſunt. Ibidem, Voces etiam miſerabiles exaudiebantur, mulierum præcipué.
Elegi. Horat. 1. Carm. ode 33.
Excidium. Stat. 6. Theb.
Factum. Ouid. 9. Metam.
Fatum. Ouid. 6. Metam.
Genus miſerabile pœnæ. Ouid. 8. Metam.
Ignorantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Infans. Ouid. epiſt. 7.
Lethum. Catul. ad Mallium, epigr. 63.
Puer. Ouid. 3. Metam.
Reſpectus. Cic. 1. de Diuin. Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore.
Sonus. Cic. 2. de Orat.
Supplicium. Stat. 1. Theb.
Voces. Liu. 1. ab Vrbe.
Vulgus. Virg. 2. Æneid.
Vulnus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6.
¶Miſerabilis alteri. Ouid. in Ibin.
¶Viſu miſerabile. Virg. 1. Æneid.
¶Miſerabile, pro Miſerabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. 12. Æneidos, -miſerabile cæſis
Hoſtibus inſultans. Seruius.

Miſerabiliter, pen. corr. Aduerbium {ἐλεεινῶς.} Cic. 1. Tuſcul. Etſi enim flemus quum legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur. Idẽ ad Atticum, lib. 10, Marci Cælij quidem epiſtolam ſcriptam

miſerabiliter quum hoc idem obſecraret vt expectaſem, &c. Liuius 3. ab Vrbe, Proſequuntur coniuges liberíque, cuíuam ſe relinquerent in ea vrbe, in qua nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes.
Laudari miſerabiliter. Cic. Attic. lib. 14, At ille etiam in foro combuſtus, laudatúſque miſerabiliter. De Caio Cæſare.

Miſeranter, Aliud aduerbium {ἐλεεινῶς.} Gell. lib. 10. cap. 3, Et quid eſt quod aut ampliter, inſignitérque, aut lachrymoſè, aut miſeranter, aut multa copioſáque inuidia grauíque penetrabili querimonia dixerit?

MISETVS, Miſeti, pen. prod. {μισηνὸς} Oppidum Macedoniæ apud Stephanum, cuius gentile eſt Miſetius.

MISNA, Carthaginienſium nauale dicitur, vt teſtis eſt Cælius libro 18. cap. 38.

MISPILA {μίσπιλα} Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. exped. Cyri minoris. Gentile eſt Miſpilates.

Miſsile, Miſsio, Miſsus, In MITTO.

Miſtura, Miſtus, Vide MISCEO.

Miſumenos {μισούμενος} Comœdia erat Menandri hoc nomine, interpretatúrque inuiſus, & quem odêre vulgo. Hac dictione vſus eſt & Martialis in lemmate quod ſentacula inſcribitur, lib. 14,
Non erit in turba quiſquam μισούμενος iſta: Hoc eſt, tam formoſi & amabiles ſunt pueri iſti comœdi, támque vix ex animo eorum deſiderium deponi poteſt, quòd vehementer penitúſque medullis inhæreat, vt ſi μισούμενος, id eſt perſona eius qui inuiſus ſit, agẽda ſit, vt vſu venire ſolet in comœdiis, non ſit in turba quiſquam, qui eam agere poſſit. Hæc Turnebus, quæ ideò addenda cenſui, quia nec paſſim occurrunt, nec aliorum ſatisfacit interpretatio.

Miſy, Plin. lib 19. cap. 3, Simile eſt, inquit, & quod in Cyrenaica prouincia vocant miſy, præcipuum ſuauitate odoris ac ſaporis, ſed carnoſius. Athenæus autem miſon vocat, & odorem carnium habere, non tubere carnoſius eſſe, ſicut Plinius, ſcribit. Vera lectio melior ſit, docti iudicent. ¶Eſt item Miſy corpus metallicum, quod in fodinis ærariis ſupra Chalcitim & Sory inuenitur, colore ſubflauo in morem ſulphuris ignem iam experti. Vulgus *Vitriolum* appellat.

Mitella. In MITRA.

Mitesco, miteſcis, In MITIS.

MITHRA, cum h {μίθρα} à Perſis dicitur Sol. Strabo lib. 15, Perſæ cælum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant. Stat. lib. 1. Thebaid. Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. Vbi Lutatius ait, Sol apud Adiamenios Titan, apud Aſſyrios Oſyris, apud Perſas vbi in antro colitur, Mithra vocatur. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apuleius libro vlt. Ipſúmque Mithram illum ſuum ſacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit.

Mithriaca, pen. corr. n. g. plur. num. {μιθριακὰ.} Sacra Solis, ſiue Oſyridis ſacrificia: de quibus Lampridius in Commodo ſic ſcribit, Sacra mithriaca homicidio vero polluit, quum illi aliquid ad ſpeciẽ timoris vel dici, vel fingi ſoleat.

Mithrax {μίθραξ} Gemma eſt, variis coloribus contra Solem refulgens, de qua Plin. libro 37. cap. 10, Mithrax à Perſis accepta eſt, & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem variè refulgens.

MITHRIDATES, penult. prod. {μιθριδάτης} Rex Ponti fuit, vi magna & animi & corporis, vt ſex iuges equos regerer, duarum & XX gentium ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis, ſociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit, Græciam inſuláſque omnes, excepta Rhodo, occupauit: ſed poſtea à Sylla apud Dardanum fuſus, & à Pompeio victus, tãdem à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum ſumpſit. Quúmque id tardius biberet (quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immiſſum percuſſorem Gallum, citò eum authoritate vultus territum reuocauit, & in cædem ſuam manú trepidantis adiuuit. ¶Alius etiã Mithridates, qui regi Mithridati Bruti epiſtolas collegit. Martial. lib. 5. 117,
Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæua nocere ſibi.

Mithridaticum antidotum {μιθριδατικὸν.} Plinius lib. 25. cap. 2, Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis: quoniam veneno viuerent. De Mithridate.

Mitigo, mitigas, In MITIS.

Mitis, & hoc mite {ἥμερος, ἠπιόδοξος, ἄγριος, ἀμαθόφρων} Lenis, clemens, manſuetus: cui Durus aut Acer opponitur. Cic. de Senect. Facit perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta & mitis oratio. Idem in Hortenſio, Quid Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inueniri poteſt?
Mitis & manſuetus, Ferus & immanis, contraria. Cicero 1. de Inuen.
Precanti mitis. Stat. 1. Theb.
Natura mitis & annis. Ouid. epiſt. 14.
Animũ mitior. Horat. 3. Carm. ode 10, -nec rigida mollior æſculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus. Id eſt animo mitiore, quàm angues Mauritaniæ. Mitis animum, helleniſmus eſt.
Vultu mitior. Stat. 6. Theb.
Mitior in aliquem. Liu. 7. ab Vrbe.
¶Alimenta. Ouid. 2. Metam.
Animus ſemper. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Aura. Ouid. 2. Faſt.
Caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Conſilium. Ouid 1. Triſt. eleg. 4.
Dij mites hoſtibus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.
Moderata & mitis doctrina: cui opponitur Aſpera & Dura. Cic. pro Mur.
Dolorem mitiorem facit patientia. Cic. 2. Tuſc.
Exilium mitius. Ouid. 2. Triſt.
Mitiſſimus & leniſſimus homo. Cic. 4. in Catil.
Incendia. Ouid. 1. Faſt.

Ingenium

Ingenium. Ouid. 13. Metam.
Ira. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.
Lachrymæ. Ouid. 6. Metam.
Mores mitiſſimi, Tractabiles. Colum. lib. 8. cap. 2. 9, Mores laudantur qui ſunt ex placido & ex concitato mitiſſimi. De equo.
Obitus. Tacit. lib. 3.
Compta & mitis oratio. Cic. de Senect.
Mitiorem in partem interpretari. Cic. pro Murena, Quod atrociter in Senatu dixiſti, aut non dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere.
Patrocinium. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.
Pietas. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4.
Pœna mitior. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Solator. Stat. 5. Syl. 5.
Solum. Horat. 1. Carm. ode 18.
Spes mitior. Tacit. lib. 15, Deinde oblata mitiore ſpe, &c.
Succi. Ouid. 14. Metam.
Temperies. Claud. 1. de raptu Proſerp.
Ventus mitior. Ouid. 13. Metam.
Verba mitiſſima. Ouid. 2. Metam.
Mite & placatum. Cic. Attico, lib. 5.
Nihil mitius. Cic. 4. Academ. Homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen cœpit.
Triſtia mutare mitibus. Horat. 1. Carm. ode 16.
¶Mite ſtagnum, Tranquillum. Virg. 8. Æneid. Nonius.
¶Mitis, Maturus. Virg. 1. eclog.
-ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles. Nonius.
Vindemia. Virg. 2. Georg.
Vuæ. Virg. 1. Georg.

Mitè, mitius, mitiſſimè, Aduerbium {ἡμέρως, ἐπιεικῶς, πραέως.} Cæſar 7. bel. Gal. Quæ tamen ſi Cæſar intelligebat, tamen quàm mitiſſimè poteſt, legatos appellat.
Ferre aliquid mitius. Ouid. 15. Metam.
Perire mitius. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.

Miteſco, miteſcis {πραΰνομαι, πραΰνω} miteſcere, Manſueſcere. Plin. libro 22. cap. 25, Genua quoque degrauat: ſed madefactum pluribus diebus miteſcit. De equo. Liu. 8. bel. Macedon. Nolite exiſtimare beluas tãtum recens captas feritatẽ illam ſylueſtrem primò ſeruare, deinde quum diu manibus humanis alantur, miteſcere in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Horat. 1. epiſt. 1,
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
¶Miteſcere, Tranquillari, inquit Sipont. ſeu mauis Tranquillum fieri. Apuleius, Conflaceſcunt fluctus, mare miteſcit.
Prata miteſcunt. Ouid. 7. epiſt.
Miteſcente hyeme. Liu. 3. bel. Pun.
Hecti & miteſcere. Ouid. 14. Metam.
Miteſcunt diſcordiæ. Liu. 5. ab Vrbe.
Ira miteſcit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.
Secula miteſcent poſitis bellis. Virg. 1. Æneid.
¶Miteſcere, Matureſcere. Plin. lib. 15. cap. 13, Reliquorum prunorum velocitas citò miteſcentium tranſuolat. Colum. lib. 3. cap. 1.

Mitigo, mitigas, pen. corr. {ἡμερόω, πραΰνω, μειλίσσομαι} mitigãre, Placare, quaſi mitem facere. vt Mitigata feritas, apud Plinium lib. 16. cap. 1. Cic. 7. Verr. Neque in parentum luctu atque lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit.
Irafci & Mitigari, contraria. Cic. in Orat.
Ex agreſti vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus. Cicero 2. de Legibus.
Reconciliare & mitigare ſibi aliquem. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Vſus flecter, dies leniet, ætas mitigabit. Cic. pro Mur.
Longinquitas temporis mitigat. Cic. Torquato, lib. 6. 4.
¶Animum mitigare. Cic. pro Fonteio.
Dolorem. Cic. 2. de Fin.
Dolores vetuſtate mitigantur. Cic. Attic. lib. 3.
Febrem quiete & abſtinentia mitigauit. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Iras. Ouid. 4. Triſt. eleg 5.
Labores magna compenſati gloria mitigantur. Cic. 2. de Orat.
Populum excitatum in bonos mitigare. Cic. 1. de Orat.
Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic. Quinto fratri, lib. 1. 1.
Triſtitiam mitigat & relaxat riſus. Cic. 2. de Orat.
¶Agrum ſylueſtrem mitigare flammis & ferro. Horat. 2. epiſt. 2.
Cibum mitigare, Id eſt coquere. Cicero 2. de Nat. deor. Arborum autem conſectione, omníque materia & culta & ſyluéſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur. &c. Id eſt coquendum.
¶Mitigare, Maturare. Cic. lib. 4. de Rep. Quúmque Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, à fiſtula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Nonius.

Mitigatio, Verbale {κατάπαυσις.} Cic. 3. de Orat. Omníſque ad omnem animi motum & impulſio, &, ſi ira res feret, mitigatio.

Mitigatorius, pen. corr. Adiectiuum {κατευνητικὸς} Quod habet vim mitigandi. Plin. lib. 28. cap. 6, Contra renum & lumborum veſicæque cruciatus in balnearum ſoliis pronos vrinam reddere, mitigatorium habetur.

Mitifico, mitificas, pen. corr. {ἥμερόω} mitificare, Mitem facere. Plinius libro 8, cap. 7, Capri celerrimè mitificantur hordei fucco. De elephantis.
Cibum mitificare, Concoquere. Cic. 2. de Diuin. Depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo & mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. De gallis.

Mitra, mitræ {μίτρα} Dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus, quo primùm Mæonij, deinde verò Ægyptij, Syrij, Phrygij, & Lydij vſi ſunt. erat enim pileus incuruus: quanuis &

pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur, ex qua pendebant faſciolæ quæ phylla dicebantur: quoniam foliorum inſtar penderent. Virg. 9. Æneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Ab Italis in Troianos dictum, per metaphoram. Plin. libro 35. cap. 9, Capita mulierum mitris verſicoloribus operuit. Catul. Argon. 55, Non flauo retinens fubrilem vertice mitram.
Mitram autem geſtaſſe vitis turpe & molle confebatur. Lucian. ἐγκώμιον περὶ τοῦ μέλλοντος βιοτεύειν τὸ μίτρᾳ κεκοσμῆσθαι τὴν κεφαλήν. Et Iuno Ioui Bacchi mollitiem obiiciens apud eundem ait, μίτρᾳ κεκοσμῆσθαι τὴν κεφαλήν Quin & στεμμάτων per probrum illic vocatur.
Anademata, mitræ. Lucret. lib. 4.
Mitra Mæonia. Virg. 4. Æneid.
Teres. Claud. 2. in Eutrop.
Picta. Iuuen. Sat. 3.
A mitra, à crocota, à mulieribus ſoleis, purpureſque faſceolis, à ſtrophio, à pſaltrio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis P. Clodius. Cic. de Aruſp. reſp.

Mitella, Diminut. {μιτρίδιον.} Virg. in Copa, Copa ſyriſca caput Graia redimita mitella. Cic. pro Rab. Poſth. Delitiarũ cauſa & voluptatis, non modò ciues Romanos, ſed & nobiles adoleſcentes & quoſdam etiam Senatores ſummo loco natos, non in hortis & ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella ſæpe videmus. Alia exemplaria habent mitrella.
¶Mitella, *Vne eſcharpe*. Celſus lib. 8. cap. 10. De brachij fracti curatione. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maximè brachij naturalis habitus ſit: ídque involutum mitella commodiſſimè excipitur, quæ latitudine ipſi brachio, peranguſtis capitibus collo iniicitur, atque ita commodè brachium ex ceruice ſuſpenſum eſt.

Mitrula, mitrulæ, pen. corr. Diminutiuum. Solinus cap. 40, Serpens eſt penè ad ſemipedem longitudinis, alba quaſi mitrula lineatus caput. De baſiliſco.

Mitto, mittis, miſi, miſſum {πέμπω, ἀποστέλλω, ἐπιστέλλω, ἐάω, ἀνίημι, ἐάσω, προτείνω, βάλλω} mittere. Notæ ſignificationis. Terent. Eununch. 3, Miſit porrò orare vt venirem ſeriò.
Mitto tibi. Cicero Attico, lib. 1. 11, Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam.
Mitto ad te. Cicero de Senect. Hunc verò librum de ſenectute ad te miſimus.
Mittere circa regem. Liu. 5. bel. Maced. Legatos cenſuit circa reges mittendos, qui non ſolùm tentarent animos eorum, &c.
Mittere foras ad cœnam filium. Cic. 3. Verr. Vt etiam filium ſuum, electiſſimum adoleſcentem foras ad propinquum ſuum quendam mitteret ad cœnam.
Mittere aliquem de Cic. ad Atticum, lib. 8, Ei ſtatim reſcripſi, hominémque certum miſi de comitibus meis.
Mittere è via, vel ex itinere. Cic. ad Atticum, lib. 9, Quæ deſcripta attulit, illa è via miſi ad te. Idem 5. Verr. Miſſa eſt (vt ipſa ſignificat) ex itinere, quum Verres iam de prouincia deceſſiſſet.
Maturè mittere, In MATVRVS.
Paucis diebus mittere. In PAVCVS.
¶Mittere, pro Scribere. Cicero Tironi, libro 16. 9, Curio miſſi, vt medico honos haberetur: & tibi daret quod opus eſſet: me cui iuſſiſſet curaturum.
¶Mittere, cum priore ſupino. Terent. And. 3. 1,
-miſſa eſt ancilla illicò
Obſtetricem accerſitum ad eam, & puerum vt adferret ſimul.
¶Miſi qui pro vectura ſolueret. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1.
¶Auxilium mittere. Ouid. 11. Metam.
Mittere carpentum ſupra aliquem. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.
In conſilium mittere. Eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam vbi orator dixerit, DIXI, authore Aſconio. Cic. pro Cluentio, Cui eum quum in conſilium iretur, Cluentius & Cannutius abeſſe patiebantur? & quum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quærebat? Hactenus Cicero. Si hoc eſt (inquit) verum quòd Cluentius & Cannutius iudicium corruperint, quomodo id explicari poteſt, quòd quum iudices ipſi in conſilium mitterent, id eſt quum iudicium iam expectare ſe dicerent, dicendi finem facientes, non requirebant Stalenum vnum iudicum, quem conſtat redemptorẽ totius corruptionis fuiſſe? ſed facilè patiebantur illum abeſſe, non autem Oppianicus qui erat Cluentij aduerſarius? Plin. in Paneg. ad Traianum, Alij ſe ſuperſtites Reip. optabant, faciebántque: tibi ſalus tua inuiſa eſt, ſi non ſit cum Reip. ſalute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, niſi expedit optan tibus: omnibúſque annis de te in conſilium deos mittis, exigíſque vt ſententiam ſuam mutent, ſi ralis eſſe deſieris, qualis electus es. Sed ingenti conſcientia Cæſar paſcitceris cum diis, vt te, ſi mereberis, ſeruent, quum ſcias mereariſſe neminem magis quàm deos ſcire. Quo in loco præpoſterè legitur, Ne mereris. Eſt autem hæc Plinij ſententia, Nuncupationem votorum, quæ quotannis pro ſalute & incolumitate principis fieri ſolet, tu his verbis Cæſar concipi iubes, ſi bene Remp. éxque omnium vtilitate rexeris. Digna (inquit) vota quę ſemper ſuſcipiantur, ſempérque ſoluantur. Quotannis diis ipſis, inquit, tanquam iudicibus, calculum de te permittis, an dignus ſis incolumitate. Budæus.
Corpus mittere ſepulchro. Stat. 6. Theb.
Mittere in acta, pro Redigere. Senec. lib. de Benefic. 2.
In expeditionem milites. Cæſ. 5. bel. Gall. Poſtridie eius diei mane tripertito milites equitéſque in expeditionem miſit, vt eos qui fugerant, perſequerentur.
In fabulas & ſermones aliquem. Quintil. Declamat. 15.
In fœdera ſe. Virg. 12. Æneid.
Ad fortunam mitti. Senec. de Benef. lib. 2, cap. 31.
Haſtam miſit in ora. Ouid. 11. Metam.
Sub iugum alicuius exercitum. Cæſar 1. bel. Gal. Hic pagus vnus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſu-

lem interfecerat,& eius exercitum sub iugum miserat.
Legatos ad Senatum.Cic.1.de Diuin.
Legatos cum authoritate. Cic. ad Atticum, lib.1.14, Legati cum authoritate mitterentur,qui adirent Galliæ ciuitates,&c.
Legatos misit,se venturum.Cic,ad Catonem,lib.15.4,Tum Præses magnitudine & animi & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum.
Orbem iorum sub leges.Virg.4.Æneid.
Literas.Salust.in Iugurtha, Literas ad Iugurtham mittunt, quàm ocyssimè ad prouinciam accedat.
Crebrò alicui literas.Cic.Attic.lib.6.
Mittere aliquem in locum alterius.Liu.5 bel.Pun.
Lucem quam à sole accipit,mittit in terras luna,Cicero 2.de Nat. deorum.
Mandata alicui.Propert.lib.4.eleg.3.
Manus mittere ad res legatas à testatore,Vide MANVS.
Ad mortem.Cic.1.Tusc.Magna me(inquit)spes tenet Iudices,bene mihi euenire quòd mittar ad mortem.
In negotium.Cic.pro Rab.Posthumo, Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit,mittere in negotium, dare partes, augere,fide sustentare.
Ad nomen. Quintil.in Milite Mariano, Ad nomen mittere filios parentes festinarunt,quanuis asperrimo bello, vt sub te ponere rudimenta militiæ contingeret.
Nuntios ad regem.Cæsar 4.bell.Gall.
Obsides.Cæsar 4.bell.Gall.
Obuiam.Cic.ad Attic.lib.3,Itaque obuiam illi misimus Athenas, vt inde Thessalonicam venirer.
Obuiam literas. Cic. ad Attic.lib.6, Tu tamen mitte mihi quæso obuiam literas,nunquid pures Reip.nomine tardandum esse nobis.
In ora populi.Quintil.Declamat.18.
Oratores peritum pacem.Liu.1.ab Vrbe.
Oratorem ad aliquem de re aliqua.Cic.de Claris Orator.
In possessionem.Cic.pro Quintio,Hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te Prætor iussisset ex edicto possidere,si in possessionē misisses, debueris aut potueris P. Quintium de possessione deturbare.
Præcipitem de muro.Hirtius 6.bel.Hispanien sis.
Mittere se præcipitem ex alto.Vlpian. in l. Cum autem,§. Capitalem.D.de Ædil.edict.
Iacere & mittere ridiculum. Cic. in Orat. Vtetur vtroque sed altero in narrando aliquid venustè, altero in iaciendo mittendóque ridiculo.
Salutem alicui.Ouid.5.Trist.eleg 14.
Mittere sanguinem,Id est quod vulgò dicitur *Extrahere sanguinem*, vel Græco vocabulo φλεβοτομεῖν. Cic. Attic. lib.6, Sic Appius, quum ἐξ ὑφαιρέσεως prouinciam curarit,sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit. Corn.Celsus lib.2.cap.10,Sanguinem incisa vena mitti nouum non est: sed nullum morbum esse in quo non mittatur, nonum est. Item mitti iunioribus & fœminis vterum non gerentibus, vetus est. Ibidem, Sed vt aliquando primo die sanguinem mittere necesse est.&c.
Mittere sanguinem,per translationem.Cic,Attico lib.1.11, Nam & illud non nobis obest,videri nostrum testimonium non valuisse,missus est sanguis inuidiæ sine dolore. hoc est, profuit nobis ad extinguendam inuidiam,videri nostrum testimonium non valuisse. Suprà enim dixerat,Apud bonos iidem sumus quos reliquisti. Id est, Antea nos regnare dictitabamur in iudiciis.Quòd autem in iudicio Clodiano Ciceronis testimonium à maiori iudicum parte creditum non erat:ideo dicit inuidiam eius potentiæ esse imminutam sine famæ dispendio.quia notum erat,corruptum illud fuisse iudicium,&nummarios iudices Clodium absoluisse. Budæus.
A saxo mittere se.Ouid.11.Meram. Id est præcipitare.
Mittere signum,pro Dare.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Mittere signum sanguinis, pro Emittere sanguinem. Lucret.lib.1.
In sermones aliquem.Vide paulo antè,In fabulas.
In seruitutem vrbes.Liu.4.bel Maced.
Subsidium & subsidio.Cæsar 2.bell.Gall.
In suffragium Centurias,Decernendum proponere,& suffragia de aliqua re inire.Liu.1.bell.Maced.
In plures suspiciones.Quintil.lib.4.cap.2.
Talos mittere,pro Iacere,siue iactare.Proper.lib.2.eleg.34,
At nondum est talos mittere lassa manus Horat.2.Serm.sat.7,
-postquam illi iusta chiragra
Contudit articulos,qui pro se tolleret,atque
Mitteret in pyrgum talos,mercede diurna
Conductum pauit.
Tempestatem.Plaut.Rud.3.2,
Prò dij immortales tempestatem cuiusmodi
Neptunus nobis nocte hac misit proxima.
Vocem mittere,pro Loqui. Lucret.lib.3,
Denique si vocem rerum natura repentè Mittat.&c.
Vocem mittere,pro Emittere. Liu.lib.5. Decad.4, Qui vocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent.
Mittere vocem contra aliquem. Cic. pro Cluent. Hodierno die primùm veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit.
Vocem pro Republica.Cic.pro Sextio.
Vocem mittere de.Cic.pro Flacco,Vox de quæstura nulla missa est.
Voces furiales.Cic.de Arusp.resp. Tum quum furiales in concionibus voces mittis,quum domos ciuium euertis,&c.
¶Mittere,pro Emittere,vel producere.Plin.lib.17.cap.24, Et cerasus,& tilia,& vitis corticem mittunt,sed non viralem.
Mittere folia.Plin.lib.12.cap.13.
Mittere fructum.Plin.lib.12.cap.6,Fructum è cortice mittit,admirabilem succi dulcedine. Alij legunt Fructum cortice emittit.
Mittere radicem. Colum.lib.5. cap.10, Omnis autem vnam radicem mittit,& simplici stylo prorepit. Idem lib.3.cap.18, Et radices à capite,qua recisum est,æquè mittit.
¶Mittere, Denare. Virg.9.eclog. Hos illi, quod nec bene verrat, mittimus hœdos.
¶Mittere,pro Transmittere.Cicero in Libello ioculari,vt Quintilianus vocat libro 8.cap.vlt. Fundum Varro vocat quem possim mittere funda.
¶Mittere;Desinere,& finire.vt, Mitte lachrymas, Ne fleueris amplius. Terent.Adelph.3.2,Hera lachrymas mitte.
Mitte ambages.Plaut.Ciftel.10. Liu.4.bell. Maced.Quin mittimus ambages,inquit P.Sulpitius,&c.
Certamen.Virg.5.Æneid.
Curam de pectore.Virg.6.Æneidos,
Iram.Terent. Hecy.5.2,
Nam si compererit crimina tua se falsò vxor credidisse,
Missam iram faciet.
Odium mittere & finire. Liu.10.bel.Maced. Omnibus stantibus qui aderant,dextras,fidémque dedere,mittere verè,ac finire odium.
Mitte leues spes,& certamina diuitiarum.Horat.1 epist 5.
Timorem. Terentius Adelph.5.3,Repressi,redij, mitto maledicta omnia.
Mitte molè loqui.Terent.Andr.5.2,
Rem potius ipsam dic:ne mitte malè loqui.
Cætera mitte loqui.Horat.Epod.13.2.
Pro nobis mitte precari, Id est Noli precari pro nobis. Ouid.3. Metam.
Mitto scrutari:hoc est Desino. Plaut.Aulularia,2.4,
-nunc læuam offendes.s r.quin equidem ambas profero.
EV. Iam scrutari mitto,redde huc.
Mitto de.Cic.4.Verr. Non inquam iam quæro vnde hæc habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit,id quæro,mitto de melle.
Mitto vitam duram,Id est Taceo. Terent.Adelph.5.4,
-nam ego vitam duram,quam vixi vsque adhuc,
Propè iam excurso spatio, mitto. Idem Heaut 5.1,Mitto iam oculari atque amplexari,id nihil puto. Et Andr.4.5 , Mitte id quod scio:dic quod rogo. Item Phorm.2.1. Cic.Verr.5,Mitto vincula, mitto carcerem,mitto verbera.
Mitto quòd inuidiam , quòd pericula , quòd omnes meas tempestates subieris,&c. Cic,ad Catonem,lib.15.4.
¶Mitte hunc ire.Plaut.Milit.2.2. Terent.Adelph.5.2,
Quid agis?quò abis?n.mitte me.
Mitte hanc noxiam.Terent.Eunuch.5.2.
Mitti in caput,pro Dimitti.Seneca Nat. quæst.lib.4.
Missus,Participium {ὑποταγμένος.} vt Missus ad Mithridaticum bellum. Cic.4.Acad.
Subsidio.Stat.3.Thebaid.
Sub magna pericula.Virg 9.Æneid.
Clamor ad sydera.Stat.12.Thebaid.
Corpora neci.Ouid.7.Metam.
Dux in bellum. Horat.de Arte,
Legati de magnis rebus. Horat.1.Serm.saty.4.
Leo è cauea. Author ad Herennium,lib.4.
Sagitta missa,Emissa.Ouid.8.Metam.
Sanguis è corpore. Lucret.lib.2.
Nescit vox missa reuerti.Horat.de Arte:
Missæ oraculo voces.Liu.4.bel.Maced.
¶Missum facere,Est deponere, ac etiam à nostro consortio, familiaritate,potestate,arbitrio dimittere. Cæsar Oppio in Epistolis ad Attic.lib.9,Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi scilicet,& meo instituto vsus sum,& eum statim missum feci. Cicero 7.Verr. Deinde alij quæstus instituuntur: ex vno genere nauali videre quàm multi:accipere à ciuitatibus pecunias,ne nautas darent: pretio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari. Ibidem, Vt illud missum faciam. Idem 4. Verr. Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit vt vindicemus,missos faciamus, semper ita viuamus,vt,&c. Et 1.Offic.Marci quidem Catonis senis est epistola ad M.filium,in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à Consule,quum in Macedonia Perseo bello miles esset. Varro de Re rust. lib.3. cap.7,Columbas redire solere ad locum licet animadauertere,quod multi in theatro è sinu missas faciunt.
Me missum face, Noli vti opera mea, inquit Donatus. Teren. And.5.1, Illam hinc ciuem esse aiunt,puer est natus. nos missos face.
Missa facio.Terent.Adel.5.9, Missa facio,effundite, emite, facite quod vobis lubet.Id est.Sino quod lubet agere. Cic. pro Roscio Amerino, Verùm vt hæc missa faciam quæ iam facta sunt, ex iis quæ nunc maximè fiunt,nónne quiuis potest intelligere , omnium architectum,& machinatorem vnum esse Chrysogonum?
Hæc missa facio : illud quæro,is homo,&c.Cic.pro Rosc.Amer.
Missum facere amorem. Plaut.Merc 3,
Dico esse iturum me mercatum,si velit:
Amorem missum facere me,dum illi obsequar.
Missam facere vxorem , id est Repudiare. Suet. in Calig. cap. 25, Subitò ex prouincia euocauit,ac perductam à marito coniunxit sibi, breuique missam fecit.
Missum faeere vadimonium. Cic.pro Quintio, Qui postea quoque vadimonium missum fecerit , hunc per insidias vi de agro communi deiecerit. Vide VADIMONIVM.
Misso conuiuio. Liu.6. bell. Punici,Inde misso conuiuio , dextris inter se datis,vltimóque complexu, collachrymantes suũ patriæque casum.
Misso officio.Cic. Attic.lib.10, Quòd si iam misso officio periculi ratio habenda est,ab illis est periculum,si peccaro.
Missos facere honores, nec Rempub. attingere. Cic. pro Sextio, Missos faciant honores,nec Rempub.attingant.
Missus, huius missus {βολὴ} pro Missione. Liu.9.ab Vrbe, Et pilum haud paulo quàm hasta vehementius ictu missúque telum. Cæsar 2. bel.

bel. Ciuil. Hunc conspicatæ naues, quæ missu Bruti ad portum excubabant.
Bis mille missus sagittæ. Lucret. lib.4,
Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ.
¶Missus, Immissionem ferarum,siue ludorum , aut gladiatorum in arenam aliquando significat. Suet.in Domitiano Cæsare,cap.4, In his Circensium die,quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Idem in Claudio Cæsare,cap.21, Circenses frequenter etiam in Vaticano commissi,nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Budæus.
¶Missus, pro Immissione ferculorum. Lampridius scribit Helio gabalum celebrasse tale conuiuium,vt apud amicos singulos singuli missus appararentur,& aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. Budæus.
Missio,missionis,Verbale {πάμψις.} Cic.Attic.lib.1.3,De literarum missione sine causa abs te accusor.
Legatorum missio.Cic.7. Philip. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui,nunquam probaui: quorum reditus quid sit allaturus,ignoro.
Missio,pro Dimissione.Suet.in Cæsare,cap.7,Missionem continuò efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta,quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria , quæ propter valetudines à laboribus militiæ soluitur. vnde Causarij milites dicuntur à Liuio. Est ignominiosa,quum quis propter delictum sacramento soluitur. Est & præter has gratiosa missio,quæ per ambitionem & gratiam nimirum impetrabatur. De hac sic Liuius, Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset. Cic.7.Verr. Illos respondere , & docere vaumquenque missione remigum,fame reliquorum,Cleomenis timore & fuga,&c. Ibidem At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Liu.6.bel. Pu.Quibus Senatus missionem,reditúmque in patriam negasset ante belli finem.
Causaria missio,Vide CAVSA.
¶Inter missionẽ dare,& exauctorare.Missio nimirum iis datur,qui penitus dimittuntur.Exauctorantur,qui soluuntur stipendio,nec tamen dimittuntur:sed habentur sub vexillo,non sub aquila,aut signis legionis:neque iam legionarij sunt,retinentur tamen, donec emerita soluantur,aut agri assignentur.Cornel. Tacit.lib.1. Missionem,ait, dari vicena stipendia meritis , exauctorari qui sena dena fecissent. Annotauit Turneb.
Missito,missitas,pen.corr. {πραστέζουσι} Missitare,Frequentariuum.Liu. 9.ab Vrbe,Ad Æquos inde veteres hostes,cærerum permultos annos sub specie infidæ pacis quietos,versa arma Romana , quòd incolumi Hernico nomine missitauerant simul cum iis Samniti auxilia. Plin. lib.33.cap.1,Quum & codicillos missitatos epistolarũ gratia indicet.
Missiculo,missiculas,pen.corr.missiculare,pro Missitare : vt, Pensiculo, pro Pensito.Plaut.Epid.3,
-empta est ancilla,quòd turè ad me literas Missiculabas.
Missilis,& hoc missile,pen.corr. {ἀφετήσεως} Quod facilè mittitur.
Telum mihi vni missile,Quod à me solo mitti potest.Stat.8. Thebaidos,
-& librans vni sibi missile telum
Direxit iactus,&c.
Missile,Telum omne quod manu in longum mittitur. Vnde & lapides,missilia dicuntur.Virg.9.Æneidos,
-sed pellere vallo Missilibus certant.
Crinitum missile multa flamma.Stat.5.Theb.
Missiles aculei sunt histrici.Plin.lib.8.cap 35.
Missiles lapides.Liu.1.ab Vrbe.
Pondus missile disci.Propert.lib.3.eleg.14.
Res missiles.Quæ sparguntur. Dicuntur & substantiuè Missilia,vt paulo pòst. Suet.in Augusto,cap.98,Isdem etiam epulum in cõspectu suo præbuit,permissa,imò exacta iocandi licentia,diripiendíque pomorum & obsoniorũ,rerúmque missilium. De ephebis loquitur.
Missilia saxa,& Missilia tela.Liu.2.ab Vrbe.
Missilia tormenta.Plin.lib.8.cap.23.
¶Missilia,Dicebantur munera quæ à principibus populo spargebantur,vtputa bellaria,linea,odores,vnguẽta: quod quum aliis temporibus,tum maximè Saturnalibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig.cap.18, Sparsit & missilia variarum rerum , & panaria cum obsonio viritim diuisit. Missilia variarum rerum dixit, pro Varias res missiles. Idem in Nerone,cap.11.
Missilia iactare in vulgus.Caius in l. Qua ratione,sub finem. D.de acquir.rer.domin.
Mitulus {μίτυλος} Piscis,vt reor,ostreacei generis.Horat.lib.2. Serm. satyr.4,
-si dura morabitur aluus
Mitulus,& viles pellent obstantia conchæ. Martial.lib.5,
Sumitur inciso mitulus ore mihi. Quidam mitulos arbitrantur eosdem esse,atque musculos : quos Græci μῦας appellant,quos videtur satis refellere Athenæus lib.3, his verbis , Mitulorum tenuiores sunt quidem regij,& aluum mouent,& leues sunt,tum præterea valde alunt: fluuiales autẽ sunt dulciores:at musculi mediocriter alunt, mediocritérque aluum & vrinam mouent. Sic enim vertit Lambinus,apud quem de mitulis vide plura.
MITYLENE,Mitylenes,pen.prod. {μιτυλήνη} & Mitylenæ,Mitylenarum,Vrbs in Lesbo iuxta Methymnam , à cuius nomine nunc tota insula Mitylene appellatur, in qua fuere olim duæ nobilissimæ ciuitates , hæc videlicet & Methymna. Hanc eandem insulam pridem Lesbum dictam volunt ab vrbis nomine,quæ in ea potentissima fuit. Martial.lib.10,Quum tibi non Ephesos,nec sit Rhodos,aut Mitylene. Dicta Mitylene , vt Diodor. lib.6. scribit,à Mitylene, Machari filia. Hæc nunc Mitallinum dicitur. De Mitylenis meminit Cicero pro Rab.Posth.& Epist.Famil.lib.4.epist 7. Horat.1.Carm.ode 7,
Laudabunt alij claram Rhodon,aut Mitylenen.
Pulchra.Horat.1.epist.11.

Mixobarbari {μιξοβάρβαροι} Dicebantur qui ex altero parẽte Græco,altero barbaro prognati erant:quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi,quos Ægeo peperit.
Mixtarius,seu Mistarius {κύλικος} Vas quo vinum aqua miscemus. Lucret.Vrceus,aut gemina longus mistarius ansa.
Mixtus, Vide Mistus in MISCEO.

M N

Mna, mnæ {μνᾶ} Vide Mina. Plaut.Rud.30, Præterea centum mnæ Philippicæ. Plin.lib.21.cap.34,Mna quã nostri minam vocant,pendet drachmas Atticas centum.
MNAS, Pirata fuit, qui temporibus Pompeij oram Italiæ prædatoria classe infestabat,vt est author Plutarch.in Antonio.
MNASITHEVS,Pictor fuit non ignobilis,patria Sicyonius,cuius meminit Plin.lib.35.cap.11.
MNASON,Elatensium tyrannus fuit, qui pro duodecim diis dedit Asclepiodoro pictori in singulos mnas trecenas: idemq; Theomnesto, in singulos heroas mnas centenas.Author.Plin.lib.35.cap.16.
Mnemonica,pen.corr.mnemonicorum {μνημονικὸς} Præcepta de memoria. Author ad Herenn.lib.3, Quemadmodum igitur qui literas sciunt , possunt id quod dictum est scribere, & recitare quod scripserunt:ita qui mnemonica didicerunt , possunt quæ audierunt in locis collocare,& ex his memoriter pronuntiare.
MNEMOSYNE,pen.corr. {μνημοσύνη} mater nouem Musarum,& interpretatur memoria. Huius meminit Cicero 3.de Nat.deorum, Iam Musæ primæ quatuor natæ Ioue altero , Thelxiope , Aœde, Arche, Melete.Secundæ Ioue tertio,& Mnemosyne procreatæ nouem.
Mnemosynon, pen. corr. {μνημόσυνον} Monumentum siue pignus quod amico in memoriã alicuius rei reliquitur. Catul.in Asinium, epigr.12.Verum est *μνεμόσυνον*,mei sodalis.*Remembrance,Souuenir.*
MNESARCHVS, Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Acad.quæst lib.4.
MNESIMACHVS {μνασίμαχος} Poeta comicus:cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.
MNESITHEVS {μνησίθεος} Medicus Athenensis,cuius meminit Galenus de Arte curatiua ad Glauconem.Mnesitheos quoque à quibusdam vocatur herba , quæ notiore nomine Bupthalmus appellatur. Vide Dioscorid.lib 3.
MNESTER,Agrippinæ , quæ Neronis iussu interfecta est,libertus. Is Agrippina à fatellitibus interempta,ferro se transfixit, incertum charitate in patronam,aut metu exitij. Author Cornel.Tacit.lib.14.
MNESTHEVS {μνηθεύς} nomen fuit proprium viri Troiani.De quo Virg.4.Æneid.Mnesthea,Sergestúmque vocat,&c. Is ab Assaraco rege originem traxit,vt idem Virgil.author est ibidem.
Et genus Assaraci Mnestheus. Nonnunquam verò causa metri additur e post M,Menestheus.Virg.10.Æneidos,
Nec Clytio genitore minor,nec fratre Menestheo. Nec aliter potest stare versus,vt annotauit Seruius.
Mneuis {μνεῦις} Suidæ,Bos Soli sacer,quem Heliopolitæ pro deo colebant,in septo eum nutrientes.Author Strab.lib.17.

M O

MOAB {μωάβ} Arabiæ ciuitas,quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus est filius Lot,à quo Moabitæ.
Mobilis,Mobilitas.Mobiliter,In MOVEO.
Moderatè,Moderatio,Moderator,Moderatrix,Moderatus,Modero,Modestè,Modestia,Modestus,In MODVS.
Modialis,In MODIVS.
Modicè,Modicum,Modificor,In MODVS.
Modiperator,pen.prod.modiperatoris.Vide MODVS.
Modius,modij {μόδιος} Mensuræ genus.Colum.lib.7.cap.3,de bubus aratoriis loquens,Bubus pro temporibus annu pabula dispensantur, Ianuario mense singulis fœni & aquæ macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit:vel lupini macerati modios , vel cicericulæ maceratæ semodios,&c. Potest etiam , si prouentus vtilitatem facit,semodius fabæ fresæ præberi. His exemplis conijcere possumus , modium Romanum non disparem fuisse ei mensuræ quam *bicotium* nostrates vocant, quum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius , pro varietate pabuli. Budæus. Cic.de Amic. Verúmque illud est quod dicitur,Multos modios salis simul edendos esse,vt amicitiæ munus expletum sit. Cicero 2.Offic.Ne M.quidem Seio vitio datum est,quòd in caritate aisse modium populo dedit.Cæsar 2.belli Gallici,Tritici modios c x x.millia polliceri cogit.
Mille modij fabæ.Horat.1.epist.17.
¶Modius agri, Actus quadratus qui latus est pedes centum , & longus totidem : mina etiam Latinè dicitur teste Varrone , 1. de Re rust.cap.10.
¶Modium,neutro genere etiam dicitur.Plin.lib.18,cap.16, Id præstant in iugera modia vicena.
Modiatio,modiationis , pro eodem,in l. Quum non frumentum.C.De vsuris,Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges,vt certa modiatio tritici præstaretur : ac nisi is modius tua die fuisset oblatus,mensurarum,&c.
Modiolus,modioli,pen.corr. {φωτίδιον} Diminutiuum.
Modiolus, Paruũ vas quadratum ad hauriẽdum ex puteo,aut lacu, aut flumine aquam.Vitruuius lib.10.cap.9,Ita quum rota à calcantibus versabitur,modioli pleni ad summum elati , & rursus ad imum reuertentes , infundent in castellum ipsi per se , quod extulerunt. *Vn auget.*
¶Modiolus etiam,Vas est mensarium potui paratum, vt phiala,vt trulla.Scæuola in l.Seiæ.D.De auro & arg.leg.Seiæ dulcissimæ poculum aureum,quod elegerit fidei hæredum committo vt dent. Quæro quum in hæreditate non sint nisi trullæ,scyphi,modioli,phialæ,an Scia de his speciebus eligere possit? Respondi , quum omnia potui parata pocula dicantur,posse eam ex his eligere.Hæc Budæus.Plaut. Ciftel.6.
-vix exculpsi vt diceret,
Quia ei promisi modiolum vini dare.

¶Modiolus in ballista. Vitruuius in fabrica eiusdem, Constituantur(inquit)modioli foraminum ij. Ad quem locũ sic Turnebus,Modioli sunt, qui à Græcis appellãtur κονιάσιδες, suntque formæ rotundæ & turbinatæ,induntúrque foraminisidque perspici potest ex sequẽti Vitruuij capite,in quo ita scribitur,Tum verò modioli ærei in ea capitula includuntur, & in eos cuneoli ferrei, quos ὑπαγωγίδας Græci vocant,collocantur. Quo tamen loco ὑπαγωγίδας legendum putat idem Turnebus.

¶Modiolus in tota { πλάγιαγραμμικῶν } Cui affixi sunt radij.Plin. lib.9.cap.4.

¶Modiolus quale sit instrumentum chirurgicum,vide Celsum lib. 8.cap.3. Dicitur & serra teres. Modiolus,inquit Celsus,ferramentũ concauum teres est,imis oris serratum,per quod mediũ clauus ipse quoque interiori orbe cinctus demittitur.Vide cætera.

Modialis,& hoc modiale,pen. prod { ψιλῶς } Quod modium continet.Plautus Capt.15,Aulas,calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

¶Modius,qui Græcè χοινιξ, inscribebatur quædam Varronis satyra,in qua disputabat de modico victu cultúque, & parsimonia, & hominum tanquam demenso.Turneb.

Modò { ἀφτίως } Aduerbium, o finali breui, Tempus significat præsens,vel mox præteritum, vel nondum præteritum, vel statim futurum,vt Modò id ago,Modò veni, Modò id dicebam, Modò faciam. De præsenti sequuntur exempla. Terent. Adelph.3.1, Modò dolores mea tu,occipiunt primulũ. Vbi Donatus,Euidenter hic MODO tẽporis præsentis aduerbiũ est. Idem Hecy.3.5,Aduenis modo? PAM. admodum.Vbi Donatus, Difficilè inuenitur præsentis temporis MODO. Atque vt ostendat esse momentum etiam præsentis temporis, dixit AD MODVM,quod est minus.

Florent modò nata.Horat.de Arte.

Modò ait, modò negat. Terent. Eunuch.4.4. Cic.2. de Diuin. Quod si eorum vi cælum modò hoc modo, modò illo modo temperatur.

Modò ad nostris Imperatoribus subacti,modò bello.domiti,modò triumphis ac monimentis notati,modò ab Senatu agris vrbibúsque multati sunt.Cic.pro Fonteio.

Modò egens,repentè diues.Cic.2.Philip.

Modò vnum, tum autem plures deos dicere. Cic.1. de Nat. deor. Tacit in iis quæ à Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quæri nõ oportere, eundémque & solem & animum deum dicere,& modò vnum,tum autem plures deos.

¶Modò,pro Nunc. Quintil.in procem.lib 1, Nunc autẽ quæ velut propria philosophiæ asseruntur,passim tractamus omnes.Quis enim modò de iusto, æquo,ac bono, non & vir pessimus loquitur? Hic apertissimè Fabius NVNC & MODO pro eodem vsurpauit.

¶Modò, de tempore præterito.Terent.Eunuch.4.4,Quando? DO. hodie.PH.quàm dudum? DO.modó. Donatus,Nota MODO apertè pro præterito tempore dictum esse,id est iam dudum. nam qui vitiauerat virginem non modò, sed longè antè vestem mutauit cum eunucho Phædriæ. Cic.5.de Finib. Modò enim fuit Carneades,Id est nuper,inquit Budæus.

Modò vno tempore tot viri clarissimi interierunt. Sulpitius Ciceroni,lib.4.5.

¶Modò,minus significat quàm Nuper.Cic.6.Verr. Quid dico nuperimè verò modò,ac planè paulo antè vidimus.Bud.

¶Modo vt,vel Si modo, aut Modo videam, pro Dummodo. Terent.Phorm.2,

-quid istuc est? scies: Modò vt tacere possis. Cic.1.de Finib. Probabo(inquit)modò ista sis æquitate qua ostendis.

¶Modò,pro Tantummodo,vt ait Donatus:siue Solùm,& dũtaxat. Terent.Eunuchio,2.3,

-Charea aliquid inueni
Modò quod ames. Cicero 2. de Orat. Quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modò considerarint, studio adhibito & vsu pertractata esse possunt.

Modò,pro Quidem,vel tamen.Quintil.lib.6.cap.3,Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eorum quæ legi vel didici,quod modò probabile fuit,omittẽdo. Cic.1.de Diuin. Nemo aliter philosophus sensit,in quo modò esset authoritas.

Paulum modo ostendere.Cic.Lentulo,lib.1.5,Si Pompeius paulùm modò ostenderit sibi placere.

Modo ne.Cic.de Amicit.In quibus eorum aut caput agatur aut fama,declinandum est de via, modò ne summa turpitudo sequatur. Id est dummodo non sequatur summa Reipub.turpitudo.

¶Modóne, Interrogatiuum, quemadmodum nónne, & nunquid. Teren.And.5.3,Me miserum.s. modóne id demum sensisti Pamphile?

¶Modo non,Rei non planè peractæ Aduerbiũ.Id est, tantum non. Perinde valet quasi dicas Propemodum,ferè,fermè,penè. Terentius Phor.1.2, Senem per epistolam pellexit, modò non montes auri polliceus.Donatus.

Modo vt,pro Dummodo.Cic.Tironi,lib.16.11,Magna auxilia Afranio & Petreio ductibus habet à tergo: videtur,si in fanier, posse opprimi,modò vt vrbe salua. Et 6.Ver.9,Concede vt impunè emerit,modò vt bona ratione emerit.

Non modò,sed etiam.Cicero Ligario,lib.6.13, Deinde,quòd ea de Repub.semper voluisti atque sensisti,vt non modò cum secunda spectare debeas,sed etiam si omnia aduersa essent,&c.

¶Modò,pro Saltem.Terent.Adelph.3.4,Vtinam hoc sit modo defunctum.

¶Modò,pro Interdum Horat.2.Serm.saty.7,

-sæpe notatus Cum tribus annellis,modò læua Priscus inani
Vixit inæqualis.

Modulor,Modulatio,Modulator,Modulatus, Modulatè, Vide Modulus in MODVS.

Modus,modi { μέτρον,τρόπος,χρῆσις,μετρεῖσθαι } Propriè rationem significat:Id est mensuram, siue formam. Ratio verò iubet nequid nimis, sed omnia cum moderamine fiant.Plaut.Pœnul.4. Colum.lib. 2,Est autem modus in siccando fœno, vt neque peraridum, neque rursus viride colligatur.

Modus est suus cuique. Cic.in Orat.In omnibus rebus videndum est quatenus.etsi enim suus cuique modus est,tamen magis offendit nimium,quàm parum.

Ratio & modus.Cic. 1.Offic.Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Ratio & modus, Aliter. Cic.2. de Orat. Pictoris cuiusdam summi ratione & modo formarum varietate locos distinguentis.

Modus benignitatis.Terent.And.5.1,
Vide quàm iniquus sis præ studio,dum efficias id quod cupis:
Neque modum benignitatis,non quid me ores cogitas.

Modus viuendi. Cic. de Senect. Nam habet natura,sicut aliarum omnium rerum,sic viuendi modum. Terent. And. Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum,Id est moderationem & regimen,inquit Donatus.

Bellandi modus.Silius lib.16.

¶Blandi.Ouid epist.22.

Asper,& rarus.Quintil.lib.4.cap.1.

Frequens,& fauorabilis.Quintil.lib.4.cap.4.

Morigeri.Lucret.lib.4,
Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis,
Morigerísque modis,& mundo corpore culta,
Vt facilè insuescat secum vir degere vitam.

Modus par omnium.Celsi.lib.3.cap.27, Vtile est iam seuum misce re cum hyoscyami & vticæ contritis seminibus, sic, vt omnium par modus sit,ídque imponere.

Modus vini maior.Celsi.lib.8.cap.4.

Sumere iustum sibi.Celsus lib.4.cap.2.

Miris modis visenda animalia.Virg.4.Georg.

Omni modo differre.Plin.lib.16.cap.14.

Omni modo laborare.Plin. lib. 16. cap.32, Omni modo laborauit Mithridates rex,& cæteri incolæ,sacrorum certè causa laurũ, myrtúmque habere,& non contigit.

¶Abiit modus,In ABEO.

Adhibere alicui rei. Cic. 1. Offic.His rebus quæ tractantur in vita,modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus.

Adiicere.In ADIICIO.

Æstimare aliquid simili ratione modóque.Horat.2.epist.

Capere modum,In CAPIO.

Fine modóque carere.Lucret.lib.1.

Constituere rebus infinitis.Cic.1.de Finib.

Custodire modum,In CVSTODIO.

Definire alicui rei.Cic.pro Marcello.

Modo & ordine dicere & facere aliquid.Cic.1.Offic.

Dare modum professioni.Quintil. lib.2.cap.1.

Numeróque modóque editere vitæ.Horat.2.epist.2.

Sationis modum exequi.Cic.5.Verr.

Tempus modúmque exigere secum.Virg.4.Æneid.

Facere modum.Cic.4.Verr.Nos modum aliquem & finem orationi nostræ crimioibúsque faciamus. Idem Titio,lib.5,Nulla fuit vnquam liberis amissis tam imbecillo mulier animo,quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Et 2.de Legib.Ipsíque authorem fuisse,vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum.

More & modo aliquid facere.Cic.pro Mur.

More modóque.Horat.4.Carm.ode 2.

Modo & ratione omnia facere.Cic.pro Quintio.

Figere modum nequitiæ.Horat.3.Carm.ode 15.

Finiuit modum nouis sepulchris.Cic.2.de Legib.

Habere modum.Cic.2.de Finib.Ergo & auarus erit,sed finitè:& adulter,verùm habebit modum: & luxuriosus,eodem modo. Et 4. Verr.Quid verò,modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est.

Res non habet modum.Hor.2.Serm.sat.3, -ô here quæ res
Nec modum habet,neque consilium,ratione,modóque
Tractari non vult.

Habet ratio modum. Cic.Marcello,lib.4.7,Sed habet ista ratio,vt mihi quidem videtur,quendam modum.

Modum dolori,pugnæ,tempori imponere,Vide IMPONO.

Metiri modum.Cic.in Paradoxis.

Mille modis labens.Ouid.5.Metam.

Miseris modis distracta laborant.Lucret.lib.3.

Multis modis misceri.Lucret.lib.2.

Parare. Cic.3.de Nat.deor. Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur?

Secundis patitur in rebus modum,Id est modestiam seruat. Seneca Thyeste,3.5.

Ponere modum exitiis.Virg.7.Æneid.

Præscribere.Quintil.lib.4.cap.1.

Quærere.Cic.pro Lege Manilia,Itaque non mihi tam copia quàm modus in dicendo quærendus est.

Seruare modum,finémque tenere.Lucan.lib.2.

Arma non seruant modum.Senec.Herc.furen.6.

Sistere.Ouid.15.Metam.

Statuere.Horat.1.Serm.saty.2.

Statuere inimicitiarum. Cic. pro Sylla, Ac si considerare cœperis, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi:intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse, quàm me humanitatis.

Statuere grauibus ærumnis.Senec.Herc.fur.4.

Statuere imperij diuturnitati.Cic.pro Lege Manil.

Statuere alienæ industriæ.Cic.1.de Finib.

Temperant modum frigoris & caloris accessus & recessus solis. Cic.2.de Nat.deor.

Tenere

Tenere vel retinere. Cicero 1.Offic. Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse eius fruendæ modum. Ibidẽ,Ludendi est etiã quidam modus retinendus,vt ne nimis omnia profundamus. Idem in Parad.Si quidem rerum modum fingere non possumus,animorum modum tenere possumus.

Terminare modum ærãs vtilitare. Cicero 1.Tusc. Idem in Parad.Non æstimatione census, verùm victus atque cultus terminatur pecuniæ modus.

¶Modus in,Cic.pro Lege Manil. Itaque mihi nõ tam copia,quàm modus in dicendo quærendus est.

Hoc modo.Cicero 1.de Inuent. Credibile est,quod sine vllo teste, auditoris opinione firmatur,hoc modo,Nemo est,&c.

Ad hunc modum. Cic.2. Tusc. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus.

Modo meo.Terent.And.1.1,Sine nunc meo me viuere interea modo.Id est mea voluntate,meo arbitrio,inquit Donatus.

¶Bono modo. Cic.ad Attic. libro 14, De die tantum videto, & id ipsum bono modo. Idem 4.Acad. Hæc tibi Luculle, si es assensus Antiocho familiari tuo,tam sunt defendẽda,quàm mœnia: mihi autem bono modo tantum quantum videbitur.

Bono modo fiat.Plaut.Merc.2.4.

Bono modo inuenire pecuniam.Plin.lib.7.cap.43.

Bono modo vindicare.Cato cap.5,Siquis quid deliquerit,pro nõxa bono modo vindicet.

Humanus.Cicero 4.Verr.Hunc denique ipsum pertulissent,si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset.

Accipi indignis.Vide ACCIPIO.

Miris,Vide MIROR.

Multiplex.Plin.in Procem.lib.33.

Multis modis aliquem expectare,pro Vehementer. Terent.Hecy. 2.3. Donatus.

Nouo modo.Cic.4.Verr.Et hæc præterea addidit homo Venerius, nouo modo,nullo exemplo,&c.

Nullo.Cic 4.Verr. Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt,&c.

Nullus.Cic.pro Sexto Rosc. Nullum modum esse hominis occidendi,quo ille non aliquot occiderit.

Omnibus modis aliquem cruciare.Terent.Eunuch.2.3,

-quæ nos, nostrámque adolescentiam
Habent despicatam,& quæ nos semper omnibus cruciant modis.

Omni modo cum aliquo agere aliquid.Cic.Attic.lib.6.

¶Extra modum.Cicero 1.Offic. Cauendum autem est, præsertim si ipse ædifices,ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.

Extra numerum modúmque facere aliquid.Horat.1.epist.19.

¶In modum pilæ,in modum semipedis: item etiam, Modo gallinarum,& Modo sagittæ. Plin.lib.9.cap. 46. Columel.de Arboribus, cap 32. Plin.lib.11.cap.16. Idem lib.9.cap.29.

In modum pecorum.Liu.lib.8.Decad.4.

Conuoluere se in modum vuæ,Vide CONVOLVO.

In modum amici,Vide IN præpositionem.

In germanum modum amicus.Plaut Casin.1.

In modum hostilem.Liuius 1.ab Vrbe.

Hostilem in modum cruciari & necari.Cic.7.Verr.

In maiorem,Vide MAGNVS.

Mirabilem in,Vide MIROR.

Mirum in,Vide MIROR.

Miserandum in,Vide MISER.

In modum perpetuum,Vide IN præpositionem.

In modum peregrinum,Vide IN præpositionem.

Plurimum in modum.Firmicus lib.2.cap. 32, Hic enim dies,id est tertius,plurimum in modum in genituris operatur.

Seruilem in modum cruciari.Cic.2.Verr.

Intra modum,Vide INTRA.

Intra loquendi modum dicere,Vide INTRA.

Præter.Cic.1.de Diuinat.Veienti bello quum lacus Albanus præter modum creuisset.

Ira supra.Virg.4.Georg.

Latrocinij magis,quàm belli modo.Liu.lib.8.Decad.4.

Indaginis.Tacit.in vita Agricolæ.

Pacis Tacit.lib.20.

Pecorum modo,pro Ritu siue more pecorum.Tacitus lib.12.

Rationis,atque abundantiæ. Tacitus in vita Agricolæ, Ludos, & inania honoris,modo rationis,atque abundantiæ duxit.

Ruinæ modo.Tacit.lib.20.

Seruorum modo,Id est In modum seruorum.Liu.lib.9.bel.Maced.

Seruorum modo præter spem repentè manumissorum, licẽtiam linguæ & vocis experiri.

¶Modus,Finis,seu euentus.Iuuen.sat.6,
Imponítque modum sapiens,& rebus agendis. Virg.4.Æneidos,
Tentaturum aditus,& quæ mollissima fandi
Tempora,quis rebus dexter modus. Id est, quis sit optimus rebus euentus,vel quis finis,inquit Seruius.

Mero & ludo modus.Valer.Flacc.1.Argonauticõn,
Iámque mero,ludóque modus:positísque quietis
Conticuere thoris. Modus, Id est finis impositus est potationi & ludo,cubitúmque abierunt.

Quis scelerum modus est?Lucan.lib.1.

Nullo modo,pro Nullo fine.Iuuenal.sat.7,

Nullo quippe modo millesima pagina surgit.

Nullus modo longo lateri.Virgil.3.Georg.

Non est modus exemplorum.Plin.lib.9.cap.8.

Nullus modus adest lacrymis.Ouid.1.Trist.eleg.8.

Facere sibi modum veneris.Ouid.4.Metam.

Ponere modum orationi.Tacit.lib.4.

¶Modus, in musicis, pro Mensura quam in suo cantu obseruare solent.Cic.1.de Orat.Solet idem Roscius dicere se quò plus sibi artis accederet,eò tardiores tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum.

Docilis modorum.Horat.4. Carm.ode 6.

Discordes.Stat.5.Sylu.5.

Dulces.Horat.3.Carm.ode 9.

Flebiles.Horat.2.Carm.ode 9.

Impudici.Quintil.libro 1.cap.10,Musice effœminata & impudicis modis fracta.

Lyrici.Ouid.epist.21.

Musici. Quintil.libro 1.cap.10,Duces maximos,& fidibus & tibiis cecinisse traditum, & exercitus Lacedæmoniorum musicis accensos modis.

Pressi & flebiles.Cic.1.Tusc.

Rudis.Ouid.1.de Arte.

Modus scenatilis,pro Versu scenico,vt Iambico,quo in comœdiis & scena poeræ solent vti. Varro Modio,
Sed ô Petrulle ne meum taxis liberum.
Si te pepigat hæc modo scenatili. Nã versus iambicos, quibus hoc compositum,innuit iucundo circuitu orationis. Ex Turnebo.

Numeris modísque licentia maior.Horat.de Arte.

Verbis,rebus,& modis lugubre carmen.Cic.3.Tusc.

¶Diuersis certare modis.Stat.1.Sylu.2.

Varij concordant.Ouid.10 Metam.

Dicere aliqua quocunque modo, Id est carminibus celebrare. Virgil.5.eclog.

Fingere & disponere modos.Ouid.3.Amor.eleg.6.

Intendi modis. Quintil.libro 1.cap.10,Sed ne hæc quidem præsumenda pars est, vt vno interim contenti simus exemplo C. Gracchi præcipui suorum temporum oratoris, cui cõcinuisse constantes post eum musicus fistula, quam tonarion vocant, modos quibus deberet intendi,ministrabat.

Laxare & mutare modos.Cic.1.de Orat.Quòd si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum,tamẽ aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus?

Ministrare.Quintil.lib.1.cap.10.

Varietates & modos vocum surdus noscere non potest. Cicero 2 de Diuinat.

Summissiorem quendam modum postulant.Quintil.lib.3.cap.8.

Saltare ad tibicinis. Liu. 7. ab Vrbe, Ludiones ex Hetruria accĩti ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tuscõ dabant.

Paruis modis tenuare magna.Horat.3.Carm.ode 3.

¶Modus agri, Certa diuisitio seu mensura agri, qua quot iugerum esset,intelligi potest.Plaut.Aululari.3.

Agri reliquit ei non magnũ modum. Cic.Att.lib.13. Etsi nihil scripsit,nisi de modo agri. Idem pro Flacco,Voluisti magnum agri modum censeri. Horat.2.Serm.sat.6,

Hoc erat in votis,modus agri non ita magnus. Liu.ab Vrb. cond.

Ne cui maior quàm quinquaginta iugerum agri modus esset.

Modus,etiam mensura aliarum rerum. Gell.lib.1. cap.1, Facilè intellexit modum spatiúmque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quàm aliorum proceritas, quanto Olympicum stadium longius esset quàm cætera.

Magnus legionum modus. Paterculus lib.2,Is tum occupata Sicilia, seruitia fugitiuósque in numerum exercitus sui recipiens, magnum legionum modum effecerat.

Modulus,penult.corr. Diminutiuum { μέτρον } pro Mensura. Horat.2. Serm.saty.3, -ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis. Idem 1.epist.7,
Metiri se quenque suo modulo ac pede verum est.

Ponderibus modulísque suis ratio vtitur.Horat.1.Serm.saty 3.

Modulos Vitruuius lib.3.cap.2,vocat particulas quasdam ad quas opus totum dimetiuntur architecti,nunc *partium pedem* dicunt. Paulus in l.Non solum.§. Sciendum.D. De operis noui nũtiar. Sed vt probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui nuntiat:qui vt sumantur,conferantúrque, Prætor decernere solet.Budæus.

Moduli aquarij à principibus impetrabantur,quibus priuatis licebat aquam publicã in priuata loca ducere è castellis aquæductuum. Sunt erogatorij moduli, quibus aqua erogatur & distribuitur, vt est apud Frontinũ. Vlpian.in l.Damni infecti stipulátio pertinet.D.De damno infecto, Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi causa opus faceret,etiam satisdare debere, quia & in alieno solo faceret.Budæus.

¶Modulus, ponitur etiam pro ipsa modulatione in cantu, qui etiam modulamen dicitur.Plinius libro 11. cap.37, Arteriarum pulsus in modulos certos,legésque metricas, per ætates stabilis,aut citatus aut tardus. Sed hoc est per translationẽ. Idem lib.7.cap.56,Lydios modulos Amphion: Dorios, Thamyras Thrax: Phrygios Marsyas Phryx inuenit.

Æquialere modulis.Author Philomelæ,1.

Modulus,siue modus potest etiam dici cantionis genus. Vnde illud in titulis comœdiarum Terentij,Modos fecit Flaccus Claudij filius tibiis páribus dextris & sinistris.

Modulor,penultima correpta,modulàris sum { μετρίως,ὑπαυλέω,ἐφαρμόζω,ῥυθμίζω } modulari, Metiri.Gellius lib.1.cap.11,Scitè,subtilitérque ratiocinatum Pythagoram Philosophum dicit in reperienda modulandáque statu longitudinísque eius præstan.ia.De Hercule.

Modulari carmen,pro Componere,vel decantare.Virg.1.Æneid.

Carmina pastoris Siculi modulabor auena.Virg.10.eclog.

Carmen modulari arundine.Ouid.11.Metam.

Vocem. Cic.3.de Orat.Nisi quòd hominum aures vocem natura modulantur ipsa.

L

Orationem.Cic.in Orat.Ipſa natura quaſi modulatetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec vna plus, nec à poſtrema ſyllaba citra tertiam, quo magis naturâ ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria.

Sonum vocis pulſu pedum modulari, apud Liuium, pro Attemperare, lib.7.belli Punici.

Verba modulanda fidibus.Horat.2.epiſt.29.

Modulans, pen.corr.Particip. {ἐπαυλῶν.} Virg.5.ecloga,

Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui.

Modulatus, pen. prod. Participium {ἐπαυληθείς.} vt Modulatus ſonus, Vide SONVS. Et Modulata cantica.Quintil.libro 9.cap.2, Nomen ductum à canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis.

Nerui.Ouid.ad Piſonem.

Modulatus, huius modulatus, penul. prod. {κρατύλησεν.} Seneca Herc. furen.4,

Cuiuſque muros natus Amphion Ioue
Struxit canoro ſaxa modulatu trahens.

Modulatio, Verbale {ῥυθμός, ῥυθμοποιία.} Quintil. libro 9. cap. 4, Vt ſint tamen pedes alij aliis crebriores, non verba faciét, quę neque augeri, nec minui, nec ſicut modulatione produci aut corripi poſſint: ſed tranſmutatio & collatio.

Modulatio ſigniferi.Plin.lib.2.cap.8.

Modulamen, pen.prod.modulaminis, n.gen. Idem.{ἐπαύλημμα.} Author Philomelæ,

Nam quanuis aliæ volucres modulamina tentent.

Modulator, pen.prod. {ῥυθμοποιὸς} Aliud verbale. Colum.in Præf.1. lib. Placitæ diſciplinæ confectentur magiſtrum vocis, & cantus modulatorem.

Cantor atque optimus modulator.Horat.1.Serm.ſaty.3.

Modulatè, pen. prod. Aduerbium {ῥυθμικῶς} Concinnè, & cum menſura. Cicero 2. de Natura deorum, Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerentur, num dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia?

Modificor, pen corr.modificaris {διαμετρῶ} modificâri, Metiri. Gell. lib.1.cap.1, Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentium modificatus eſt. Cic.3.de Oratore, Verba illa modificata eſſe debebunt. Idem in Partitionibus, Tractatione autem, quum aut propria ſumuntur vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut priſca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodam modo.

Modificatio, Verbale.Seneca epiſt.89, Syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, verſuum lex ac modificatio.

Modicus, pen.corr.Adiect. {ὀλίγος, τυτθὸς} Parum & puſillum. Plin.lib. 10.cap.55, Sed inuentum, vt oua in calido foco impoſita paleis igne modico fouerentur.

Aceruus modicus.Horat.2.epiſt.2.

Anus.Plaut.Curcul.3.

Cantaris modicis potare.Horat.1,Carm.ode 20.

Claſſis.Liu.de bel.Maced.

Collis.Plin.iun.lib.8.epiſt.8.

Corporatura. Colum. lib.6.cap. 2, Humilis & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe.

Funus eius.Tacit.lib.5.

Mentio.Tacit.lib.19.

Patella cœnare. Horat.1.epiſt. 5. Hoc eſt, cœna pauperum & plebeiorum.Magnifici enim ciues & diuites grandes habebant patinas, vt ex Perſio apparet, vbi inquit,

Sed patinæ grandes, tucetáque craſſa. Turnebus.

Sacellum.Tacit.libro 19, Modicum ſacellum Ioui conſeruatori, arámque poſuit, hoc eſt exiguum.

Sepulcrum. Tacit.lib.18, Othoni ſepulcrum extructum eſt modicum, & manſurum.

Ab vſu modico tibi iunctus.Ouid.2.de Ponto, eleg.5.

¶Originis modicus. Tacit.lib.5, Fine anni Poppæus Sabinus conceſſit vita, modicus originis.

Pecuniæ modicus.Tacit.lib.3.

Virium.Paterculus lib.1, Ipſe modicus virium, immanis magnitudinis hoſtem interemit.

Voti.Perſ.Saty.5.

¶Modicus, Paucus. Plautus, In angiportu turba eſt, domum modici introierunt.

Pecunia.Cic. in Parad. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & rectè (eſt enim ad vulgi opinionem mediocris) ad tuam nulla, ad meam modica, de me filebo, de te loquar.

Modicum propriè dicimus, non cui aliquid ſit imminutum, ſed quod non excedat modum, modeſtúmque eſt, & temperatum. Plaut. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis. Cicero 3.de Legibus, Quæ cum populo, quæque in patribus aguntur, modica ſunto. Id eſt modeſta atque ſedata.

Centuria.Varro de Re ruſtica, lib.1.cap. 18, Modica centuria, & ea ducentorum iugerum.

Modicus cultu & in cultu.Plin.in Paneg.

Cultu modicus, ſermone facilis. Tacit.in vita Agricolæ.

Eques.Tacit.lib.1.

Exercitationibus modicis vtendum.Cic.de Senect.

Facultatibus modicus.Plin.iun.lib.7.epig.32.

Gradu modico.Plaut.Penulo,7.

Iudicium.Quintil.lib.8.cap.3.

Minis modicis.Plaut.Pſeud.20.

Prælium.Liu.de bell.Maced.

Quies.Liu.de bell.Maced.

Res.Plaut.Perſa,10.

Sed tamen modici fuimus in ὑποθέσει. Cic. ad Atticum, libro 4. Hoc eſt breues.

Modicum, Subſtantiuum {ὀλίγον.} vt Modico contentus agebas. Iuuenal.ſatyr.9.

Modiceſſus, A diectiuum diminutiuum. Sueton.in Nerone, cap.48, Decubuit ſuper lectum modicella culcitra vetere pallio ſtrato inſtructum.

Modicum, pen.corr.Aduerbium {σμικρὸν} Parum. Plautus, Ædepol id modicum curat.

Modicè, pen.corr. Aliud aduerbium {μικρὸν} Parum, breuiter. Plautus Milite, Modicè ſapis. Plin.lib.6.cap.22, Ædificia modicè ab humo extantia.

Modicè tangere.Cicero ad Atticum, lib.2, Minæ Clodij contentionéſque, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt.

Modicè traducere.Varr.lib.8.de Ling.Latin.

Modicè vtile.Cicero Attico, Sed vt modicè cæteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt.

¶Modicè non ſemper à pauco, ſed à modo quandoque deducitur, vt modeſtiam deſignet, quæ inter parum & nimium verſatur, non pauciratem.Varro de Re ruſt.Quum aer eſt modicè temperatus.

Modicè agere. Cic. Tironi, lib.16.9, Nos agemus omnia modicé.

Modicè dicere.Cicero pro P.Sylla, Quanquam à me tamidè modicéque dicetur.

Modicè facere. Cicero Sulpitio, libro 4.4, Sed tamen quoniam effugi eius offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc Rempub. non putare, ſi perpetuò facerem: modicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Id eſt, cum modo æquo & pari, Gellio libro 12.cap.13. interprete.

Modicè ferre dolorem, pro Modeſtè, vel moderatè & patienter. Cicero 2.Tuſculan. Noſtrum enim & noſtra cauſa ſuſceptū dolorem modicè ferre debemus.

Modicè ſpernere libertatem.Liuius.

Modicè vti libertate.Liu.de bel.Maced.

Modero, moderas, pen.corr. {μετρῶ} moderâre, Modum ponere.Salluſt. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Conſul gladium adduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit?

Moderor, Paſſiuè. Paul.in l. Pompon.lib.in fin.D.de neg.geſt. Pro qualitate perſonarum & actio formatur, & cõdemnatio moderatur. Vlpian.in l.ſi ſerua.D.de iure dot. Ita res moderetur, vt, &c.

Moderandus, Paſſiuè. Vlpian.in l.ſacrilegij.D.ad leg Iul.pecul. Sed moderanda pœna eſt. Paul.in l.quanuis.D.de in ius voc. Labeo ait, moderandam iuriſdictionem.ſi pœniteat libertum.

Moderor, pen.corr.moderaris, moderatus ſum {οἰκίζω, κυβερνάω, σκηπτοῦχος, χαλιναγωγῶ, σωφρονίζω} moderari. Deponens, Idem.

Moderari ex ſua libidine. Terent. Heaut. 2. 1.

Moderari alicui rei, Cicero pro Cælio, Quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ. Idem in Partit. Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod reſpuunt, immutandum eſt.

Alicui moderari. Tacit.lib.1, Sed quibus Silius moderabatur.

Iræ. Liuius Decad.1. libro 4, Vt poſtmodum gaudeant ſe iræ moderatos.

Aliquid moderari. Cic.2.de Fin. Et multi Epicurei fuerunt, & hodie ſunt, & in amicitiis fideles, & in omni vita conſtantes & graues, nec voluptate, ſed officio conſilia moderantes.

Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. Cic.4.Acad.

Gubernare & moderari prudentia omnia. Cicero Curioni, libro 2.6.

Animo & orationi moderari quum ſis iratus, non mediocris ingenij eſt. Cic. Qu.frat.lib.1.1.

Cantus numeróſque arbitrio multitudinis. Cic.5.Tuſc.

Verſat cælum Deus, terram tuetur, maria moderatur. Cicero 3.de Nat.deor.

Curſui. Tacit.lib.2, Naues ſoluit: moderabatúrque curſui.

Moderari fidem auditam arboribus. Horat.lib.1.Carm,ode 24.

Fortunæ. Liu.lib.7.Decad.4.

Ortus naſcentium luna moderatur. Cic.2.de Diuin.

Religionem. Cic.1.de Nat.deor.

Res ruſticas venti & tempeſtates moderantur. Cic.5.Verr.

Moderari ſe immodeſtis moribus. Plaut. Curcul. 4.

Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium, atque curſum, ex Reipublicæ tempeſtate moderari, nõ eſt inconſtantis. Cicero pro Corn. Balbo.

Tempus dicendi grauitate & prudentia moderari. Cicero 2. de Oratore.

Verba moderatur, & ſe ipſe ſuſtentat teſtis. Cic.pro Flacco.

¶Linguæ moderandum mihi eſt. Plaut. Curcul. 9. Id eſt tacendum eſt mihi. Cic.5.Verr. Sentio Iudices moderãdum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendámque veſtram ſocietatem.

Actio vocis conformatione moderanda eſt. Cic.1.de Orat.

Moderans, pen.corr. Participium {σωφρονῶν.} Iuuen.ſat.10,

-fœuus & illum
Exitus eripuit, quam mirabantur Athenæ
Torrentem & pleni moderantem fræna theatri. De Cicerone.

Moderanter, Aduerbium {σωφρόνως.} Lucret.lib.2,

Quis regere immenſi ſummam, quis habere profundi
Indumanu validus potis eſt moderanter habenas?

Moderantius. Ouid.2.de Arte.

Optare moderantius aliquid. Ouid.1.de Ponto, eleg.9.

Currere moderantius. Ouid.1.Metam.

Moderatus, pen prod. {μέτριος, σύμμετρος} Participium, vel Nomẽ ex participio. Cic.de Senect. Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani ſenes, tolerabilem agunt ſenectutem.

Moderatus vir. Cic.3.de Finib.

Moderatus & temperans in omnibus vitæ partibus. Cicero pro Fonteio.

Amor. Ouid.4.Metam.

Ira. Ouid.2.de Ponto, eleg 9.

Tempora. Claud.4.Paneg.

Ventis moderatis iactantur æquora. Ouid.4.Triſt.eleg.4.

Nihil

Nihil habere moderati, Nihil habere modeſtiæ. Saluſt.in Catil. Igitur ex diuitiis iuuenturem luxuria, atque auaritia cum ſuperbia inualere: rapere, conſumere, ſua parui pẽdere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiſcua, nihil penſi neque moderati habere.

Moderatior. Ouid.1. Triſt eleg 8.

Moderatè, pen.prod. Adueib. {μετρίως} Cum moderatione.

Ferre moderatè. Cic. de Amicit. Quod animaduerti te dolorem, quem acceperis, cum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre moderatè, nec potuiſſe non commoueri.

Sed te, quæcunque eſt, moderatè iniuria turbet. Ouid.3.de Arte.

Dictum moderatè. Cic. pro Fonteio, Ab his quicquam ſanctè aut moderatè dictum putabitis?

Facere moderatius. Cic.1.de Finibus, Qui autem, ſi maximè hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, &c.

Vti dono moderatius. Ouid.3 Amor.eleg.3.

Moderatiſſimè, pen corr. {μετριότατα.} Cic.3.de Legibus, Quæ res quum ſapientiſſimè, moderatiſſimé que conſtituta eſſet à maioribus noſtris, nihil habui ſanè non multum quod putarem nouandum, &c.

Moderatim, pen.prod. Aduerb. Lucret.lib.1,

-naturáque rebus
Paulatim tribuit moderatim creſcere cogens. Id eſt, modicè, & moderatè, & ſenſim, atque ita, vt quid quotidie accedat cernere nemo poſſit.

Moderatio, huius moderationis {μετριότης, σωφροσύνη} Modeſtia, ſiue ſenitas, quæ temperat, aurigatúrque modos in factis & dictis, & cæteris talibus quæ agẽdi officio vtuntur. Cic.de Senectute, Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. Suet.in Tib.Cæſare, cap.32, Parem moderationem minoribus quoque perſonis & rebus exhibuit.

Adhibere moderationem in re aliqua, Vide ADHIBEO.

Moderabilis, & hoc moderabile, penult.corr.Ouid,1.Amor.eleg.6,

Nox & amor, vinúmque, nihil moderabile ſuadent.

Moderator, pen.prod.moderatoris, Verbale {διθυντὴρ, σωφρονιστὴς, ὑποφάσκω} Rector, gubernator. Cicero 2.de Natura deor. Poſtea quàm vidiſſent motus eius finitos & æquabiles, omniáque ratis ordinibus moderata, immutabiliſque conſtantia, intelligere ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac cæleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis tantíque muneris. Et ad Curionem, libro 2.5, Dux nobis & author opus eſt, & eorum ventorum quos propoſui, moderator quidam & gubernator.

Moderator iuuentæ, Præceptor & pædagogus. Martial.lib.2.89.

Atatri. Ouid.1.de Ponto, eleg 9.

Orbis. Ouid.2.de Ponto, eleg.5.

Moderatrix, pen. prod. moderatricis {διθύντρια} Gubernatrix, rectrix. Cicero pro Flac. Quum ſpeculator atque obſidet Roſtra, vindex temeritatis & moderatrix officij Curia. Idem 3 de Natura deor. Eius autem vniuerſæ fictricem & moderatricem diuinam eſſe prouidentiam.

Iudex & moderatrix Reſp. Cic.5.Philip.

Moderatrix rerum ſapientia. Cic 1.de Inuent.

Arcanæ moderatrix Cynthia noctis. Stat.10.Thebaid.

Moderamen, pen.prod. moderaminis {κυβέρνησις} Idem quod Moderatio. Ouid. 3. Metam. Obſtupui: capiátque aliquis moderamina dixi.

Intelligit moderamen nauis, id eſt gubernaculum.

Ius & moderamen equorum. Ouid.2.Metam.

Certum. Ouid.2.Metam.

Sceptra & rerum moderamen capere. Ouid.6.Metam.

Sumere moderamina mundi. Claud.de laudib.Serenæ.

Modiperator, modiperatoris, Modum imperans. Varr.Rer. human.lib. 20, In conuiuiis qui ſunt inſtituti putandi modiperatores magiſtri. Nonius, Modiperatores dicuntur, qui in conuiuiis modificandi authoritatem habent, quaſi modum imperantes. συμποσιάρχης. Vide quæ ſcripſimus in Talus pro Ludo.

Modeſtus, Adiectiuum {ἐγκόσμιος, μέτριος, σώφρων, κόσμιος} Temperatus. Terent.Adel.5.8, Proba & modeſta. Vbi Donatus, Proba ſibi, & modeſta apud alios.

Modeſtus vultu, Hoc eſt, Ipſo vultu modeſtiam quandam præ ſe ferens. Terent.And.1.1.

Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. Cic.pro Plancio.

Adoleſcentia modeſtiſſima. Cic.pro Murena.

Modeſtus & prudens homo. Cic. Bruto, lib.13.11.

Modeſtum iter, apud Plinium in epiſtolis.

Mores. Cic.pro Plancio,

Oculi. Ouid.2.amor.eleg.4.

Optima & modeſtiſſima plebs. Cic.2.de Lege agraria.

Modeſtus, probus, & integer rex. Cic. Attic.lib.10.

Nec pudeat coram verba modeſta loqui. Ouid.3.Amor.eleg.13.

Modeſtè, Aduerb. {σωφρόνως} Cum modo, inquit Donatus: moderatè, adhibito modo. Terent. Hecyra, 4.1,

-quid tum poſtea, Si modeſtè ac rarò hoc fecit? Cic.1. de Finibus, Et ipſius fortunæ modeſtè ferre doceat iniurias.

Modeſtè munificus. Horat.1.Serm.ſaty.2.

Parere modeſtè. Cic.3 de Legib.

Modeſtè & abſtinenter ſe gerere in aliqua dignitate. Cicero in Saluſt.

Lingua non modeſtè vti. Ouid.3.Faſt.

Modeſtiſſimè, pen.corr. {σωφρονίστατα.} Varro Modio, Non eos optimè vixiſſe qui diutiſſimè vixerint, ſed qui modeſtiſſimè. Id eſt, modicè, inquit Nonius.

Modeſtia, modeſtiæ {σωφροσύνη ὐντροπία, τὸ κόσμιον} vt diffinit Author ad Herenn, lib. 3, Eſt in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. 1.Offic. Sic fit vt modeſtia, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum.

Sententiarum, & compoſitionis, & vocis, & vultus modeſtia. Quintil.lib.4.cap.1.

Modeſtia eſt ſciẽtia earum rerum quæ agentur aut dicentur, loco ſuo collocandarum. Cic.1.Offic.

Pudoris & modeſtiæ magiſtra ſeueritas Cenſoria. Cic.in Piſon.

Humanitas & modeſtia alicuius. Cic.Att.lib.7.

Lecti modeſtia vacui. Stat.1.Sylu.2.

Diuina. Claud.8.Paneg.

Præcox. Stat.2.Sylu.1.

Virginalis. Cic.1.de Diuin.

Per modeſtiam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat authoritatem. Cic.2.de Inuent.

Mitigare aliquem modeſtia. Quintil.lib.5.cap.7.

MOECENAS, Vir quidam fuit Auguſti temporibus potẽs, qui omnium primus in Vrbe calentium aquarum natatoria ſtruxiſſe fertur. De hoc hiſtorici & poëtæ plura. Interea illud eſt adnotãdum, Mœcenatis nomen per œ ſcribi in Græcis exemplaribus, etſi æ malint alij, quod marmora comprobant peruetuſta. Vide Cæl.lib.12.cap.16.

Mœchus, mœchi {μοιχὸς} Adulter, cuius fœminiñ eſt Mœcha; Adultera. Terẽt. Eunucho 5.5, Nunc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet. Martial.lib.10.13, Ad noctúrna iaces faſtoſæ limina mœchæ.

Notior mœchus. Iuuenal.Saty.9.

Puſillus & ſemitarius. Catul.ad Contubernales.

Buſtuaria, Vide BVSTVM.

Putida. Catul.de Acme, epigr.39.

Turpis. Catul.de Acme, epigr.39.

Mœchus mulierum. Plaut.Milit.10.

Zelotypa. Iuuen.Saty.6.

Mœchiſſo, mœchiſſas {μοιχεύω} mœchiſſare, Adulterare. Plaut.Caſin. 26, In adulterio dum mœchiſſat Caſinam, credo perdidit.

Mœchor, mœcharis {μοιχάω} mœchári, Idem. Catul.de Mentula, epig.89.

Mœchocinædus, mœchocinædi, Dictio compoſita, contumelioſo & infando nomine eos ſignificans, qui & adulteri ſunt, & iidem molles. Lucilius,

Imberbi, androgyni, barbati mœchocinædi.

MOEMAGVS, Ptolemæo Galliæ vrbs: vulgò *Nemours*.

Mœnia, mœnium, mœnibus, n.g. {τείχη} Pluraliter tantùm declinatur, à muniendo dicitum. Veteres enim œ & u indifferẽter ponẽbant. Feſtus, Mœnia, Muri, & alia munieda vrbis gratia facta. Virg. 2.Æneid. Diuidimus muros, & mœnia pãdimus vrbis. Valla, Murus, eſt vrbis lapideus ambitus, qui Græcè dicitur τὸ τεῖχος. Paries verò domorum, Græcè ὁ τοῖχος. Murus eſt etiam non vrbis, ſed vrbis tamen ſimilium, vt munitionum, caſtrorúmque. Mœnia, pro muris accipi ſolent, & pro ædificiis ipſius vrbis. Hactenus Valla lib.4. Cæſa. bell. Ciuil. Quum penè ædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia viderentur, &c.

Mœnia. Varro de Ling.Latin.lib.4, Quod opere munibãt mœnia: quo munitius eſſent.

Muri & mœnia. Cic. 3. de Nat. deor. Eſt mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, proque vrbis muris quos vos Pontifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiúſque vrbem religione quàm ipſis mœnibus cingitis.

Auguſta, Vide AVGVSTVS.

Ardua. Ouid.3.Metam.

Conſternata. Silius lib.13.

Direpta. Lucan.lib.6.

Turrita. Ouid.3.Amor.eleg.7.

Accedere mœnibus, In ACCEDO.

Miles aſſiliit mœnibus. Ouid.11.Metam.

Mediis in mœnibus aſtans. Virg.2.Æneid.

Cingere vrbem. Cic. pro Sextio, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuẽto & diuino iure & humano mœnibus cinxerunt.

Circundatus. Cic.3.de Legib. Seſéque non vnis circundatum mœnibus populares alicuius definiti loci, ſed ciuem totius mundi quaſi vnius vrbis agnouerit.

Compellere intra, In COMPELLO.

Complere mœnia. Virg.9.Æneid.

Condere. Ouid.3.Metam.

Conſtituere. Ouid.9.Metam.

Obliquo ſinu mœnia in orbem curuantur. Silius lib.13.

Deiicire paſſim mœnia, in planum dare. Senec. Theb.2.5.

Deſtruere. Virg.4.Æneid.

Trepidantia fumant. Silius lib.1.

Cuncta malis habitantur mœnia Graiis. Virg.3.Æneid.

Turritis mœnibus incingere vrbes. Ouid.3.Amor.eleg.7.

Irrumpere. Silius lib.13.

Luctu miſcentur. Virg.2.Æneid.

Ponere. Ouid.5.Metam.

Moréſque viris & mœnia ponet. Virgil.1.Æneid.

Referare alicui. Ouid.8.Metam.

Signare ſulco. Silius lib.13. Surgunt. Virg.1.Æneid.

Tegere, Defendere. Virg.12.Æneid.

Vexantúr Catul. Argonaut. epig.59.

Mundi mœnia. Lucret.lib.1, Lunámque efficerẽt, & magni mœnia mundi: id eſt, cælum. Proinde enim quaſi hic mundus ciuitas quædam ſit, mœnibus vndique ſepta, & circundata, aut locus munitione circunualſatus & clauſus, cælum mundi mœnia vocare conſueuit.

Ingentia mœnia cæli. Ouid.2.Metam.

¶Mœne, ſingulariter protulit Ennius, teſte Feſto, Apud Emporium in campo hoſtium per mœne.

Mœnitus, pen. prod. Adiect. {τειχεσμένος} Mœnibus cinctum. Plaut. Bacchid.20, Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitú manu, Armis, equis, exercitu, atque exutus bellatoribus. Antiquum.

Mœniana, Vide MENIANA.

MOENIS {μοῖνις} Germaniæ fluuius in Rhenum influens, vt author eſt Pompon.lib.3. Huius fluuij meminit & Tacitus.

Mœreo, mœres, mœſtus ſum, & olim mœrui {λυπεῖμαι, συσκιάζομαι, σκυ-

θρηνάζουσαι} mœrêre. Varro de Ling. Latin. lib. 5. per æ ab Marceo deducit: quòd, inquit, corpus marcescere facit mœror. Est autem mœrere, Tristari, & dolore affici, lugere. Cicero de Amicitia, Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quàm amici sit.
Lugere & mœrere. Cic. pro Domo.
Dolore alterius mœrere. Seruius Cic. lib. 4. 5.
Alienis bonis. Cic. pro Corn. Balbo.
Incommodo suo. Cic. 1. Tusc.
¶Mœreo, cum accusatiuo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2, A te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè video: nec miror, sed mœreo casum eiusmodi, vt tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur.
Mortem. Tacit. lib. 18.
Mœrere, Deplorare. Cicero 1. Tuscul. At illa sicut acerbissimam rem mœret. Et iterum, Quum grauiter filij mortem mœreret.
Mœro, mœras {λυπέω} mœrare, Antiquum verbum, Mœrentem facere. Pacuuius, Qui multis mœrauit modis.
Mœrens, mœrentis, Particip. {λυπέμενος, πενθηρός.} vt Mœrens fletus. Cic. 1. Tusc. Stat. 6. Thebaid. Pectora nũc mœrens, nunc ora indigna cruento Vngue secat.
Mœrens fratrem. Horat. 1. epist. 14.
Horridus, incultus, mœrens. Cic. post Red. in Senatu.
Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat.
Pectora mœrentia mulcet. Virg. 1. Æneid.
Vultus. Ouid. epist. 11.
Mœror, mœroris {λύπη, ἀθυμία.} Cic. de Amic. Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicarum est. Idem 4. Tusc. Mœror, ægritudo flebilis.
Cuncta mœrore horrida. Senec. Herc. fur. 9.
Grauis. Horat. in Arte.
Perpetuus. Iuuen. Saty. 10.
¶Adiuuare mœrorem orationis lachrymis, In ADIVVO.
Mœrore affligi. Cic. in Catil.
Dies nulla mœrore caret. Senec. Troad. 2.
Consenescere mœrore & lachrymis, In CONSENESCO.
Mœrore confici. Cic. Fam. 14.
Mœrori se dare. Cic. ad Attic. 2.
Demere mœrorem è pectore. Lucret. lib. 3.
Mœrorem deponere. Cic. Philip. 14.
Iacet in mœrore meus frater. Cic. ad Attic. lib. 10.
Vita in mœrore iacebat. Lucret. lib. 5.
Mœrore lacerari. Cic. ad Attic. 2.
Minuere. Cic. Attic. lib. 12, Mœrorem minui, dolorem nec potui.
Eidem, lib. 12, Nihil de mœrore minuendo scriptum ab vllo est.
Offerre, In OFFERO.
Pressus. Senec. Octau. 4.
Mœrorem ad aliquem venire, Id est mœrore affici. Cicero pro Quintio.
Versari in. Cic. Fam. 2.
Mœrore vrgeri. Cicero, Quanto mœrore vrgebar profectò vides.
Mœstus, Adiectiuum {πεπληγὼς, κεχθόμενος} Triste, miserandum. Virgil. 2 Æneidos,
-& mœstas promere voces.
Alter ab alterius funere mœstus erat. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Amor mœstus. Virg. 10. Æneid.
Mœstæ aræ. Virg. 5. Æneidos,
-mœstáque sacrauimus aras. Vbi Seruius, Mœstas aras ad hominem pertinet, id est diis Manibus consecratas.
Clamores. Ouid. 8. Metam.
Resonet mœsto clamore chaos. Senec. Herc. fur. 13.
Deficiens animo mœsto cum corde iacebat. Lucret. lib. 6.
Ebur mœstum illachrymat templis. Virg. 1. Georg.
Fama. Tacit. lib. 18.
Fauilla. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Fletus. Senec. Octau. 6.
Fœmina. Ouid. 3. Fast.
Frons. Claud. 4. Paneg.
Genæ. Ouid. 6. Metam.
Hostia. Lucret. lib. 1.
Mœstáque refusicitat iras. Sil. lib. 12.
Lamentario. Senec. Hippol. 7.
Loci mœsti, visúque ac memoria deformes. Tacit. lib. 1.
Luctu mœsto immugit regia. Virg. 11. Æneid.
Lucus. Valer. 1. Argon.
Quæstibus mœstis latè loca implet. Virg. 4. Georg.
Luget mœstos tristis reditus. Senec. Hippol. 11.
Senex mœstus & sordidatus. Cic. 2. de Orat.
Timor. Virgil. 1. Æneid. Seruius, Quòd mœstos & solicitos faciat: vt Mors pallida, & tristis senectus.
Vestis. Propert. lib. 3. eleg. 6.
Voces mœstas expromere. Virg. 2. Æneid.
Vultus. Virg. 6. Æneid.
Vultus mœstus & conturbatus. Author ad Herenn. lib. 3.
¶Mœstior, Comparatiuum. Lucan. lib. 8.
¶Mœstissimus, pen. corr. Virg. 2. Æneidos,
In somnis ecce ante alios mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.
Ira tacita mœstissimus. Valer. 5. Argon.
Vultu mœstissima. Lucan. lib. 1. Prosopopeia est Romæ.
Mœstitia {ἄλη, σκυθρωπασμὸς} Idem quod mœror. Quintil. Dolore, atque animi mœstitia langues. Cicero 1. de Finib. Sapientia enim est vna quæ mœstitiam pellat ex animis.
Flectere os in mœstitiam. Tacit. lib. 3. Hoc est, mœstitiam vultus præ se ferre.
Incessit mœstitia animos, Vide INCESSO.
Inferre. Cicero 1. Tusc. Hæc cum pressis & flebilibus modis qui totis theatris mœstitiam inferant.

Pellere ex animo, Vide PELLO.
Resistere mœstitiæ. Cic. in Orat.
Tanta in mœstitia fui, quanta, &c. Cic. 2. Philipp.
Mœstitudo, pen. corr. mœstitudinis, Idem {ἀνίασις.} Accius, Ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo, prædicarent hominem esse. Plautus, Cui tanta mœstitudo obtigit. Nonius.
Mœstè, Aduerbium {ἀνιαρῶς} Cum mœstitia. Author ad Herennium, lib. 3, de pronuntiatione, Deinde modo acriter, tum clementer, mœstè, hilarè in omnes partes commutabimus.
Mœstiter, pen. corr. {ἀχθομένως} Aduerbium antiquũ, pro Mœstè. Plaut. Rud. 7. 5, Obsecro tam mœstiter vestitas?
Mœri, mœrorum {πλατάγη} pro Muris. Virg. 10. Æncidos,
Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorum, pro Murorum antiquè. Nam veteres pleraque eorum, quæ nos per u dicimus, per œ diphthongum pronuntiabant. Hinc est mœrorum, pro murorum.
MOERIS {μοῖρις} Venefícus describitur Virgilio in Buc. 8. eclog.
MOERIS {μοιρὶς} Insula est in mari Lycio, de qua Plin. libro 5. cap. 31.
¶Fuit præterea hoc nomine Ægyptiorum rex, cuius opus est lacus inter Arsinoitem & Memphitem, circuitu CCCLXX M. pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plin. lib. 5. cap. 9.
MOESIA, Europæ prouincia, quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum vsque cum Danubio decurrens. Suetonius de Tiberio, Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatísque, Gallias à Germanis vastari neglexit. Seruius Mœsiam ciuitatem Phrygiæ esse inquit, Mysiam autem prouinciam. Stephanus tamen Mysiam & regionem & vrbem esse tradit. Virg. 1. Georgicorum,
-nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat: & ipsa suas miratur Gargara messes.
Mœsileum, n. g. & phr. mœsilea. Frontin. Similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautiones modus restituendus: habèt enim & mœsilea iuris sui, horrorum modos circumiacentes, aut præscriptum agri finem. Quæ ferè verba apud Vrbicum reperiuntur. Turnebus mœsilea, interpretatur sepulchra, quæ ab aliis mausolea sunt appellata: atque mausolea, non mœsilea scribendum putat. Quum enim Frontinus (inquit) de religiosis locis loquatur, facile est cõiectu mausolea significari, hoc nomine non tantùm principum sepulchris vindicato, sed etiam aliorum tumulis communicato.
MOGA primùm dicebatur, quæ postea Cappadocia: nunc autem Cæsarea à Cæsare, vt refert Iosephus.
MOGVNTIA {μαγοντίακον} Oppidum Galliæ Transalpinæ, in ripa Rheni.
Mola, molæ {μύλη} Dicta est, quòd veluti mole quadam frumentum, legumina, aliáſque res terat: vel quòd duarum molarum motu cò conjecta moluntur. Vnde Molæ frumentariæ, Molæ fabariæ, Molæ oleariæ dictæ sunt. Plin. libro 15. cap. 6, Quod verò post molam primum est, flos.
Molæ à molendo: harum enim motu cò coniecta moluntur. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.
Mola inferior, quæ immobilis semper iacet, Meta, ὄνος. *Le giste.*
Mola superior, quæ circunuoluitur, & molendo in continuo cursu est, μύλος καὶ μύλη. Catillus, *Le courant.* Paul. D. de fundo instruct. l. Cum de lanionis. Scæuola consultus de mola molendinaria respondit, Si rusticis eius fundi operariis moleretur, eã quoque deberi. Est autem meta inferior pars molæ, catillus superior. Hæc Paulus.
Molæ inuentæ sunt quædam asinariæ, quædam trusatiles, id est homínum opera versatiles. Gell. lib. 3. cap. 3. De mola asinaria loquitur Cato cap. 10.
Molas versatiles Volsiniis inuentas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis, inquit Plin. lib. 36. cap. 18.
Molæ iumentariæ & manuariæ. Iabol. de fundo instruct. l. dolia. Molas manuarias quidem supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse Offilius ait.
Pumiceæ. Ouid. 6. Fast.
Scabra. Ouid. 3. de Arte.
Suspensa mola oliuam frangere. Columel. lib. 12. cap. 52.
Versare molam. Iuuen. Saty. 8.
Molæ operam dare. Cicero ad Atticum, libro 2, Ac modestè tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse.
¶Mola, Caro informis in vteris mulierum sine viri semine genita. Plin. lib. 7. cap. 15, Solum autẽ animal menstruale mulier est. In vnius vtero, quas appellarunt molas, ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. mouetur, sistíque menses.
¶Mola, à molito farre, dicitur far tostum & sale sparsum, quòd eo molito hostiæ aspergantur, inquit Festus. Virg. 8. eclog. Sparge molam. Plaut. Amphit. 8,
-prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit. Molam salsam, qua ante sacrificia hostia consspergebatur, intepretantur ferè omnes fruges molitas: Græci tamen fruges integras, nec fresas, nec molitas aspergebant hostiæ. Argumento est quod ἀναὶ à Græcis, & ἀλοφόρια vocantur, quæ erant hordei integræ fruges cum sale mixtæ. Horat. expressit quũ scripsit, Farre pio, & saliente mica, quod est, salis grano saliente, & farre, sed molito tamen. Et Virgilius, Dant fruges manibus salsas. Græci autem, vt Theophrastus scripserat, hordeo non molito in sacris in priscæ memoriam vitæ vtebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis vesci solebãt. Est igitur mola salsa, tanquã molitura salsa, vt molæ qua frumenta franguntur nomen, molito farri tribuatur. Hæc Turneb.
Mola deos testari. Virg. 4. Æneid.
Sancta. Tibul. lib. 1. eleg. 5.
Inducere molas cultro. Lucan. lib. 1.
Inspergere. Cic. 2. de Diuin. Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet limul ac molam & vinum inspserseris, deus id eripier, vis aliqua conficiet, aut exeder, &c.

Molaris,

Molaris, huius molaris, pen. prod. masc. gen. {γόμφιος, μυλίτης μύλη} Dens maxillaris est, à Molo, molis, quòd cibum à cæteris dentibus infractum ipsi molunt. Iuuen. Satyr. 13, -interque molares
Difficili crescente cibo.
Presso stridere molari. Iuuenal. Satyr. 6.
¶Molaris, Lapis è mola cõcisus & effractus. Stat. lib. 5. Thebaidos,
-vastæque sudes, fractíque molares.
Librati. Stat. 5. Thebaid.
Molaris, & hoc molare, pen. prod. {μυλιτικὸς} Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. lib. 36. cap. 23.
Molarius, Adiectiuum {μυλικὸς} Quod ad molam pertinet: vt Asinus molarius, quo vtimur ad molam. Cato de Re rust. cap. 11, Asinũ molarium vnum.
Molo, molis, molui, molitum, pen. corr. {μύλλω, ἀλέω, ἀλήθω} mólere, Mola terere. Terent. Phorm. 2. 1, Molendum vsque in pistrino, vapulandum. Plinius lib. 7. cap. 56, Ceres frumenta inuenit, quùm antea glande vescerentur. Eadẽ molere & conficere, in Attica. Plin. lib. 33. cap. 4, Quod effossum est, tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinã.
Molitura, pen. prod. {ἀλήσιμος.} Plin. lib. 15. cap. 23, Molitura etiam præstant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.
Molitor, pen. corr. Verbale {μυλωτὴς} Qui molit.
Molitor, pen. prod. Vide MOLIOR.
Molitrix, pen. corr. fœm. gen. {μυλητρὶς} Quæ molit.
Molendinarius, Adiect. {μυλωτρικὸς} Quod ad molendinum pertinet: vt Mola molendinaria. Paulus D. de fund. instruct. l. Cum de lanionis, Afinam molendinariam & molam negat Neratius instrumento fundi contineri. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent molendàriam. & ibidem paulo pòst, meta molendaria.
Molettina, molettinæ, pen. prod. {μύλος, μύλων} À molendo, pistrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur. Cato in Thermum, Nerũ, carcere; molettina. Hæc Nonius. Budæus, Aquariarũ autem molarũ loca, quibus nunc vtimur, molettinas, vt arbitror, appellare possumus, vt ex Nonio colligó.
Molile, molilis, pen. prod. Instrumentum quod molæ, aut collis boum, vel humeris seruorũ adalligatur ad trudẽdas molas. Cato cap. 11, Iuga plostraria duo, iugum asinarium vnũ, molile vnum. Turnebus, Scapus, vel manubrium quo mouetur mola, molile vocatur, vt à libralibile.
MOLAE, Deæ quædam antiquitus dictæ sunt, filiæ Martis, de nomine molarum appellatę, quòd Mars vt molis fruges, sic bellis homines frangat & comminuat. De his meminit Gellius, quas in Romanis comprecationibus nominari solitas esse Mõlas Martis scribit. & post eum Turnebus, quem vide.
Moles, molis, fœm: gen: {ὄγκος, βάσις} Res magna & magni ponderis: à mouendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine ferè poni solet. Virg. 3. Georgicorum,
-confertóque agmine cerui
Torpent mole noua. Id est magnitudine, inquit Seruius. Colum. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis.
Moles mali. Lucret. lib. 3.
Alta moles Auentini. Silius lib. 12.
Immanis. Virg. 8. Æneid.
Ingens. Virg. 5. Æneid.
Prærupta. Ouid. epist. 2.
Molem & montes, pro Molem montium dixit Virgil. lib. 1. Æneid.
Figura est ὑ διὰ δύο. Seruius.
Stat saxea moles Templum ingens cineri. Stat. 6. Theb.
Strũctæ. Tacit. lib. 2.
Aeriam educere. Stat. 5. Sylu. 3.
Opprimere molibus infanis aras aliquorum. Cic. pro Milone.
Extruere opere magnifico. Cic. 14. Philipp.
¶Moles in mari dicitur, quoties excluditur aqua. Cic. ad Attic. lib. 4, Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis mõlibus. Cæs. 1. bel. Ciuil. Quia faucés erant angustissimæ portus, molem atque aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat. Hîc moles, inquit Budæus, est immensa structura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus: qualis est Genuæ.
Opponere fluctibus moles. Cic. 2. Offic.
Iácere moles ab vtroque portus cornu, Vide IACIO.
Iácere in mare moles. Horat. 3. Carm. ode 1.
Positæ. Iuuen. Satyr. 12, Tandem intrat positas incluſa per æquora moles. Per positas intelligit portũ Hostiẽsem, quem Claudius Cæsar Hostiæ extruxit, vt est apud Suetonium in Claudio Cæsare, cap. 20.
Vnda præcelsis crescit molibus. Stat. 5. Sylu. 6.
Immensam attollere. Virg. 2. Æneid.
¶Prima fuit rerum confusa sine ordine moles. Ouid. 2. de Arte.
Operosa mundi. Ouid. 1. Metam.
Rudis indigestáque. Ouid. 1. Metam.
¶Moles, Motus. Virg. 5. Æneidos,
Inde Gyan, ipsámque ingenti mole chimæram Consequitur.
Densa mole feruntur ad muros. Virg. 12. Æneid.
Tarda mole se ferre homines magni & crassi dicuntur, qui ob corporis molem tardè ingrediuntur. Stat. 5. Thebaid.
Valta mole se mouens. Virg. 3. Æneid. de Polyphemo.
Moles natiua. Ouid. 5. Fast.
Crassa mole leo. Claud. in Eutrop.
Membris & mole valens. Virg. 5. Æneid.
¶Moles, Difficultas: quoniam quæ magna sunt, difficilia esse consueuerunt. Virg. 5. Æneidos,
Tantæ molis erat Romanam condere gentem!
Curarum moles. Tacit. lib. 12.
Iniuriæ molem sustinere. Cic. 1. in Catil.
Mali molem à ceruicibus suis depellere. Cic. 3. in Catil.
Molestus, Adiect. {ἐργαλέος, δύσκηρις, ὀχληρός, ὀχληφόρος, ὄνηστος} Qui alicui grauis est, nec finit eũ quiescere, & à Moles dicitur. Terent. Eun. 3. 2, Verùm vbi molestum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. Cic. de Senect. Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. Idem de Amicit. Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium. Idem ad Atticum, lib. 15, Molesti interpellatores.
Magis molestus, In MAGIS.
Laboriosus & molestus. Cic. 3. de Legib.
Odiosum & molestum est cupidis, carere: satiatis verò & expletis iucundius est carere. Cic. de Senect.
Quouis sermone molestus. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Nisi fortè molesti interuenimus, veniſſe delectat. Cic. 2. de Orat.
Intempestiua & molesta nunquàm est amicitia. Cic. de Amic.
Cura. Ouid. 3. de Arte.
Operosus & molestus labor. Cic. 2. de Nat. deor.
Lites cum rege molestæ. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Onus molestum, munus. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Otium tibi molestum est. Catul. ad Lesbiam, epigr. 48.
Negotiosa & molesta prouincia. Cic. pro Mur.
Tunica molesta. Vide TVNICA.
Grauis & molesta vita otiosorum aliquibus minus est. Cic. 1. Offic.
Voces compesce molestas. Propert. lib. 1. eleg 5.
¶Molestus etiam interdum difficilis dicitur, vt Separatio molesta, Vlpian. in 1. Si seruus. §. Item. D. Ad leg. Aquil Item si quis frumento arenam vel aliud misceuerit, vt molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.
Molestia, molestiæ {δυσχέρεια, ὀχλὴ} Solicitudo, grauitas. Cic. 4. Tusc. Molestia, ægritudo permanens. Plaut. Pœn. 2, Ne & hîc viris sint & domi molestiæ.
Sine molestia. Cic. ad Sulpitium, libro 13. 14, Eũ, quod sine molestia tua fiat, siqua in re opus ei fuerit, iuueris. Ter. Eun. 5. 4, -virginem Quam amabat eam confeci sine molestia.
Aberratio à molestiis. Cic. Fam. 15.
Vacuus molestiis, vel à molestiis. Cic. ad Attic. 4.
Iudicialis, Vide IVDICO.
A molestia abducere. Cic. Fam. 4.
Abstergere molestias. Cic. de Senect. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes abstersérit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundam senectutem.
Abesse à, Vide ABSVM.
Addere. Terent. Eunuch. 1. 1.
Afferre. Cic. Fam. 7.
Afficere molestia, In AFFICIO.
Amouere, In AMOVEO.
Molestiam anticipare. Cic. ad Attic. 8.
Aspergere molestiam alicui. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 12, Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc asperſit molestiæ, quòd, &c.
Capere. Cic. pro Sylla, Ex huius incommodis magnam animo molestiam capio.
Circunfusæ vndique molestiæ, Vide CIRCVNFVNDO.
Molestiis conflictari. Cic. Fam. 6.
Delere molestiam alicui. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 2, 4, Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola.
Molestiam demere. Terent. in Adelph.
Depellere. Cic. Cælio, lib. 2. 15, Nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias.
Deponere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 7, Omnes molestias & solicitudines, quibus te miserrimam habui, deposui & eieci.
Diluere, vel extenuare. Cic. Tuscul. quæst. 3.
Dimouere. Cic. Verr. 1.
Esse in. Cic. Figulo, lib. 4. 13.
Exhibere alicui. Cic. Attic. lib. 2. 16, Iam exhibere mihi molestiam desiterunt.
Molestia expedire. Cic. ad Attic. 2.
Molestia fungi. Cic. Fam. 5.
Habeo etiam illam molestiam, quòd, &c. Cic. Tironi, lib. 16. 11.
Habent ea molestiam. Cic. ad Atticum, lib. 8, Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam.
Implicari molestiis hæreditariis. Vlpian. l. Apud Celsum. §. Si quis ex vncia. D. De dol. mal. & met. except.
Molestiam laxare. Luceius Cic. Fam. 5.
Molestiam leuare. Cic. Fam. 3.
Molestia liberare. Cic. Fam. 4.
Molestias mitigare. Cic. Mitigare molestiam posset.
Molestia priuare. Cic. Priuares me ista molestia.
Molestiam renouare. Cic. 3. de Orat.
Molestiam sedare. Cic. Pergamus ad ea solatia, quæ non solùm sedatis molestiis, &c.
Suscipere molestiam. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10, Festinare te nolò, ne nauseæ molestiam suscipias æger.
Trahere molestiam ex pernicie Reip. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.
Molestia vindicare. Cic. ad Quint. frat.
Vocare à molestia. Cic. ad Attic. 12.
Molestiam vorare. Cic. Philip. 6.
Molestè, Aduerb. {ὀχληρῶς} Cum molestia, grauiter, ægrè. Cic. de Amic. Obiurgari molestè ferunt.
Molestè ferre. Cic. 4. Acad. Non molestè, inquit, fero nos hæc contulisse.
Pati, & non molestè ferre. Cic. 3. Verr.
Molestè rogare, In ROGO.
Molesto, molestas {ἐνοχλέω} molestáre, Notæ significationis Modestinus, in l. 20. D. de liberat. legat. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari volo. Scribon. Largus, Raro valdè molestat.
Moletrina, Molile, Vide MOLA.
Molior, moliris, pen. prod. molitus sum {μηχανάομαι} molíri, à mouẽdo, vel à molibus, significat Mouere. Liu. 9. ab Vrbe, Num montes moliri sua sede paramus?
¶Moliri {ἐπιχειρέω} Est vel ingenio, vel corpore ad aliquid agen-

dum moueri. Cic.de Senect.Sed videtis vt senectus non modò languida,atque iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens. Idem 7.Verrina, Euolarat iam è conspectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc cæteræ naues suo in loco moliebantur. Id est,magno labore se explicabant vt consequerentur.

¶Moliri {ἐργάζεσθαι, κατασκευάζειν, συνίστασθαι} Operari, vel facere. Cic.1.Tuscul.Quarum altera,quam nos incolimus,sub axe posita ad stellas septem, vnde Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Colum.lib.2,Et ideo minoribus aratris moliuntur.

Facere & moliri aliquid.Cic 4.Acad.

Agere per se & moliri.Cic.Trebiano,lib 6.10.

Id ſperamus,idque molimur.Cic.Lentulo,lib.1.5.

Obſcuré.Cic.2.Tuſcul.

Struere & moliri aliquid calamitatis alicuius.Cic pro Cluen.

Amorem,odiũ in iudicum animis oratione moliri. Cic.2.de Orat.

Arcem.Virg.1.Æneidos, -pars ducere muros, Molirí ve arcem. Quaſi molibus factis arcem attollebant,vt ait Seruius. Id est ingentibus ædificiis.

Sublime moliri atrium,Extruere.Horat.3.Carm.ode 1.

Bellum moliri,Belligerare.Colum'in Præfat.

Bipennem in vites. Virg.4.Georg. Id est succidere vites. Seruius.

Claſſem moliri,Parare claſſem,inquit Seruius.Virg.3.Æneid.

Corpora ex ſomno.Liu.6.bell.Maced.

Corruptelam iudicij.Cic.in Parad.

Molitur crimina,& accuſatorem.Tacit.lib.12.

Diſcordiam optimatium.Cic.de Aruſp.resp.

Dolos molitur opertos.Valer.5.Argon.

Dextera vindex molitur facinus. Silius lib.11.

Fores moliri.Tacit.lib.1. Id est conari reserare vel effringere.

Fugam.Virg.2.Æneid. Id est parare,Seruius.

Fulmina.Virg.1.Georg. Seruius,Agitare & iacere.

Genus pœnæ miſerabile molitur.Ouid.8.Metam.

Seniles gradus.Senec.Hippol.4.

Greſſus.Claud 3.de raptu Proſerp.

Habenas manu.Virg 12.Æneid. Id est regere.Seruius.

Humum infra.Tacit.lib.11.

Ignem.Virg.10.Æneid.

Moliri in aliquem locum,Contendere aliquó.Tacit.lib.18.

Ineptè moliri aliquid.Id est incipere.Acron.Horat.in Arte.

Inſidias auibus.Vig.1.Georg.Id est aucupia facere.Seruius.

Inſidias filio moliri,Inſidiari.Cic.pro Cluent.

Iter moliri,Iter peragere.Virg.6.Æneid. Seruius.

Laborem. Virgil.4.Æneid. Hoc est præparare,aut exercere.Seru.

Locum.Virg.7.Æneid.

Magna.Cic Attico,lib.16.

Mœnia vrbis.Ouid.11.Metam.

Moram.Virg.1.Æneid.

Morbos molitur rex deũm.Virg.12.Æneid.

Muros vrbis.Virg.3 Æneid.

Naues moliri ab terra.Liuius lib.8.Decad.3.

Nefas aliquod.Stat.8.Thebaid.

Noua Claud.7.Paneg.

Nuptiáſque Domitij,& Octauiæ Cæſaris filiæ moliri.Tacit.lib.12.

Obices.Liu.6 ab Vrbe.

Opera moliri,Operari.Colum.lib.4 cap.18. Cic.1.de Natura deor. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur. Hoc est,tentat & conatur facere.

Oppida.Horat.in Arte.

Periculum alicui.Cic.pro Sextio.

Peſtem patriæ nefariè.Cic.2.in Catil.

Noua res molitur ad aures Accidere.Lucret.lib.2.

Terram.Liu.10.belli Maced.

Triumphos.Ouid.14.Metam.

Viam.Virg.10.Æneid. Vbi Seruius,Viã molita,hoc est cum difficultate quæſuit:per quod & ſoliditas clypei, & minus firmus haſtæ iactus oſtenditur.

Et veritas molite vias.Silius lib.4.

¶Moliri, Paſſiuum.Lucilius lib.7,Mutilamur, molimur, ſubducimur.Id est retinemur & moramur,inquit Nonius.

Molitus,pen.prod.Particip.{ξυνιστάς.}Cic.2.de Finib.Molitus tanta. Et lib.1,Molita quippiam impietas.

Molitio, Verbale {σύστασις,κατασκευή} Conatus ipſe & machinatio.Cic. de Vniuerſ. Quæramus igitur eaũſam quæ impulerit eum qui hæc machinatus ſit,vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret. Idem 1.de Natur. deor.Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ,qui miniſtri tanti muneris fuerunt?

Tanta rerum molitio.Cic.1.de Natura deor.

Agrorum.Colum.in Præf.

Molimen, pen.prod. moliminis, neut.gen. {κατασκεύασις} Id est quod molimur,& conatus.Liuius 2.ab Vrbe,Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur.

Magnum molimen Ouid.12.Metam.

Rerum molimina.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.

Magno molimine circunſpectare.Horat.2.epiſt.2.

Molimentum, Idem {κατασκεύασμα.} Liuius 7.bel.Maced.Et eo minoris molimenti ea clauſtra esse,quòd in fluminis modum,longum, & anguſtum,& vadoſum oſtium portus ſit.

Molitor.pen.prod.molitoris, Verb. {κατασκευαστὴς,ἐργάτης} Qui aliquid ſtruit,conatur,& machinatur. Suet.in Domitiano,cap.10,Quaſi molitores nouarum rerum.

Primæque ratis moliror Iaſon.Ouid.8.Metam.

Molitor, Author & conditor,aut effector.Cic.de Vniuerſ.Hãc igitur habuit rationem effector mundi,molitórque Deus,vt vnum opus totum atque perfectũ ex omnibus totis atque perfectis abſolueret.

Molitor,pen.corr.Vide Molo.molis, in MOLA.

Molitrix, pen.prod.molitricis,Verbale fœm.{ἐργάτις.} Suet.in Claudio Nerone,cap.35,Antoniam filiam Claudij recuſantem poſt Poppeæ

mortem nuptias ſuas,quaſi molitricem nouarum rerum interemit.

Molitrix,pen.corr.Vide Molo,molis,in MOLA.

Molleſco,In MOLLIS.

Mollis,& hoc molle {μαλακὸς,μαλθακὸς,ἁπαλὸς,βλαχὺς,βλακικὸς,χαλκηρὸς,χαῦνος, πίπων, ἀβροβίωτος} Tener, non durus. A mouendo dicitur, quaſi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moueri poſſit. Quintil.de Signis loquens,lib.12.cap.10,Illius opera duriora,molliora huius. Plaut.Capt.13,Et mollem caſeum.

Id quod molle ſit,& gelidum, feruéníve videri neceſſe est.Lucret.

Molle,tenerum,fragile,flexibile.Cic.pro Milone. (lib.4.

Aditus molles,Faciles.Virg.4.Æneid.

Æſtas mollior.Virg.1.Georg.

Ætas mollior luxu.Claud.de bel.Get.

Amaracus.Virg.1.Æneid.

Amplexus.Virg.8.Æneid.

Animus mollis,in bonam partem,pro Facili & tractabili. Cic Attico,lib.1.12,Quanta ſit in Q.fratre meo comitas,quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam,& ad deponendam offenſionem,nihil attinet me ad te,qui ea noſti,ſcribere.

Anni molles,Pueritia.Ouid.epiſt.1.

Ariſta.Virg.4 eclog.

Mollis articulus.Quintil. Quàm molli autem articulo tractauit Catonem? Id est molli brachio,molli manu,non acri manus ictu, aut eius tenaci comprehenſione. A pugilibus vel luctatoribus acceſſita est traductio. Mollem porrò articulũ, vocat mollẽ manum:nã in ea ſunt articuli.vt Catull.Abſtertſi omnibus articulis. id est omnibus digitis. Aut potius brachiũ lacertúmque:artus enim etiam habet,quos articulos per diminutionem vocat. Turneb.

Aſcenſus mollior.Liu.7.belli Pun.

Nec venit inceptis mollior aura meis.Ouid.epiſt.3.

Molli brachio,& leui brachio aliquid facere. Quum tacitè innuimus nos aliquid leui attingere articulo,vt Quintil.ait,& non diligentem operam præſtare,molli vel leui brachio id facere dicimus. Cic. Attic.lib.4,Conſules qui illud leui brachio egiſſent,rem ad Senatum detulerunt.Vide BRACHIVM.

Brachio molli obiurgare aliquem.Id est nõ acriter, ſed perfunctoriè. Cic.Attic.lib.2,Quòd me quodãmodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas:nolim ita exiſtimes.

Caſtaneæ molles,Maturæ.Virg.1.eclog.

Cera.Cic.3.de Orat.Sed ea nos quum iactia ſuſtulimus è medio, ſicut molliſſimam ceră, ad noſtrum arbitrũ formamus & fingimus.

Cerebrum.Ouid.12.Metam.

Ceruix.Lucret.lib.6.

Clinus,Nõ arduus,nec erectus.Virg 9.eclog. Nonius. Celſus lib. 7. Et Molle faſtigium,apud eundem.

Cogitationes molliſſimæ. Cic.1.Tuſc.Nam nunc quidem cogitationibus molliſſimis effœminamur,&c. Alia exemplaria habent moleſtiſſimis.

Colla mollia,Domita.Virg.3.Georg.

Columba.Horat.1.Carm.ode 37.

Coma.Senec.Agamem.7.25.

Cor ad preces.Ouid.5.Triſt eleg.9.

Cultus. Cic.2.Tuſc.Quòd Spartiatæ etiam in fœminas tranſtulerunt, quæ cæteris in vrbibus molliſſimo cultu parietum vmbris occulũtur.

Digiti.Claud 3.de raptu Proſerp.

Diſciplina.Cic.1.de Finib.

Fauillæ.Ouid.3.Faſt.

Flamma.Virg.4.Æneid.

Flumen.Claud.de laudib.Serenæ.

Folia.Virg.5.eclog.

Fraga.Ouid.13.Metam.

Fretum.Ouid 14 Metam.

Fronde molli premere crines.Virg.4.Æneid.

Molle & remiſſum dicendi genus. Cic.2.de Orat.Alia quædam dicendi molliora ac remiſſiora genera vigerunt. Medium dicendi genus intelligit: quod quidem ſecutus eſt Demetrius Phalereus,vt ibidem docet Cicero. In quo genere(ait Cicero in Oratore)multi floruerunt apud Græcos:ſed Phalereus Demetrius præſtitit cæteris,cuius oratio ſedatè placidéque loquitur. Primus enim (vt idem ait in Bruto) inflexit orationem, & eam mollem tenerámque reddidit. Tale eſt illud eiuſdem in Bruto de Q.Catulo: Quem librum de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli & Xenophonteio genere ſermonis miſit ad A.Furium poetam familiarem ſuum.

Gramen.Lucret.lib.2.

Herba.Virg 7.eclog.

Hora.Propert.lib.2.eleg.29.

Hyacinthus.Virg 6.eclog.

Hyems mollis,Non dura & aſpera.Stat.3.Sylu.5.

Imperia Horat.4.Carm.ode 1.

Inertia.Horat.Epod.14.

Ingenium nobis molle Thaleia dedit.Ouid.epiſt.21.

Internodia mollia poplitum.Ouid.6.Metam.

Iter.Ouid 2.Amor.eleg.16.

Iuſſa haud mollia,Non leuia aut contemnenda.Virg.3.Georg.

Lana.Virg.2.Georg.

Lanugo.Lucret.lib.5.

Latus.Ouid.epiſt.18.

Lex.Cic.3.Verr.Vtram igitur putas legem molliorem?

Litora mollia naufragiis.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.

Lyra.Stat.10. Thebaid.

Manus.Ouid.1.Amor.eleg.4.

Molli manu rigida iaculari geſſa.Senec.Hippol.2.6.

Non faciunt molles ad fera bella manus.Ouid.epiſt.14.

Miniſtri.Ouid.4.Faſt.

Molles citharæ modi.Horat.2.Carm.ode 12.

Mollibus eſt oculis.Ouid.1.de Remed.amor.

Odor

Odor molliſſimus. Plin.lib.12.cap.19,Probatur caſia recens maximè,& quæ ſit odoris molliſſimi. Hoc est delicatiſſimi,nõ vehemẽtis.

Oratio mollis & liberalis.Cic.ad Ligarium,lib.6,Ex oratione Cæſaris quę ſanè mollis,& liberalis fuit.Vide Vmbratilis oratio,in ORO.

Mollis & tenera oratio. Cic in Brut.Demetrius Phaleteus primus inflexit orationem,& eam mollem tenerámque reddidit.

Mollis & pellucens oratio,Vide Pellucens in PELLVCEO.

Mollis,tenera, & ita flexibilis oratio, vt ſequatur quocunque torqueas.Cic in Orat.

Os.Ouid.4.Faſt.Purpureus molli fiat in ore pudor. Id est pudeat.

Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.Ouid.1.Metam.

Pabula.Ouid 7.Metam.

Pectus.Ouid.4.Faſt.

Pecus.Virg.3.Georg.

Penſa mollia deuoluunt fuſis.Virg.4.Georg.

Pes mollis equi,Vngula fragilis.Horat.1.Serm.ſatyr.2.

Piſces molles. Plin.lib.9.cap.28.De piſcibus ſanguine carentibus.

Pluma.Virg 10.Æneid.

Prata.Virg.3 Georg.

Prece molli vincuntur dura pectora.Tibull.lib.3.eleg.4.

Pueri.Horat.Epod.11.

Querelæ.Horat.2.Carm.ode 9.

Quies.Lucret lib.4.

Seneſtus mollis ac iucunda.Cic de Senect.Non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed etiam effecerit mollem ac iucundam ſenectutem.

Sententiæ. Cic.in Catil.Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt: contentionémque naſcentẽ non credendo corroborauerũt.

Seruitium. Tacit.lib.20.

Somnos molles carpere.Virg 3.Georg.

Somno molli dedita membra.Lucret.lib.3.

Stabula.Virg.3 Georg. Hoc est, clementioria & aëris tẽperati: vel propter plagam auſtralem:vel propter ſuppoſitas herbas animalibus. Seruius.

Stimulis haud mollibus incitat iras.Virg.11.Æneid.

Aſſuetus ſtudiis mollibus ipſe fui.Ouid.1.Triſt.eleg.4.

Tactus molliſſimus corporis.Colum.lib.6.cap.1.

Molle Tarentum.Horat.lib.Serm. Vbi, ſi Macrobio credimus,erraſſe videri poteſt,qui etymologiam reſpiciens,idem eſſe Terentum, & Tarentum, crediderit. Nam quæ dicuntur oues Tarentinæ, eas Terentinas dici debere credit,quòd Terentum Sabinorum lingua ſit molle. Sed Flaccus potius ad populi fortaſſe mores, quàm vocis notationem reſpexit. Turneb.

Tempora.Ouid 4.Triſt.eleg.7.

Tempora molliſſima fandi,Opportuna.Virg.4.Æneid.

Tiliæ.Ouid.10.Metam.

Velamina.Veſtes.Ouid.5.Metam.

Venter.Horat.Epod.8.

Verba.Ouid.6.Faſt.

Lenire mollibus verbis Horat.Epod.5.

Verſus molles,Amatorij.Ouid.2.Triſt.

Via.Liu.4.bel.Maced.

Non est ad aſtra mollis è terris via.Senec.Here.fur.6.

Vinum molle,carens aſperitate & defæcatum.Virg.1.Georg.

Vir.Ouid.epiſt.9.

Vita.Ouid.5.Triſt.eleg.4.

Torus de mollibus vluis.Ouid.8.Metam.

Vmbræ molli ſuccedere.Virg 3.Georg.

Vndæ.Lucret.lib.2.

Vultus Ouid.10.Metam.

¶Lachrymis mollis.Propert.lib.3.eleg.15.

Ira molliſſimus.Claud.1.in Eutropium, -facilliſque moueri Supplicibus,mediáque tamen molliſſimus ira.

Mollis in obſequiũ,facilíſq; rogãtibus esſes. Ouid.2.Amor.eleg.3.

Auricula infima in Repub.& inimicitiis mollior aliquis. Cic.ad Quint.fratrem,lib.2.12.

Homo mollis,Effœminatus,non feuerus, minimè fortis,puſilli & abiecti animi.Plin.lib.25.cap.5,Vetant dari ſenibus & pueris:itẽ mollibus ac fœminei corporis animíve, exilibus ac teneris.

Mollis,& parum vir.Quintil.lib.5.cap.9.

Solutus & mollis in geſtu homo.Cic.de Clar.Orat.

Mollis, languidus, eneruatus philoſophus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens.Cic.1.de Orat.

Effœminatũ aut molle,aut nequid durũ aut ruſticũ ſit. Cic.1.Offic.

Molle atque facetum.Horat.1.Serm.Satyr.10.

Dictu haud mollia.Silius lib.1.

Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt? Ouid.2.Amor.eleg.2.

Molliculus,pen.corr.Adiect.diminut. Plaut.Pœn.4, Meus molliculus caſeus.

Verſus molliculi.Catul.ad Aurelium,epigr.16.

Mollicellus,Diminut.à Molliculus.Catul.ad Thallum,epigram.22, Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo,

Vel anſeris medullula,vel inula mollicella.

Mollitia,molliciæ,ſicut Mollities,mollitiei {ἁπαλότης,μαλθακία,ἀβρότης, βλακεία.} Plin. lib.13.cap.9,Differens breuitate ac mollitie. Colum. lib.7.cap.2,Ex his rurſus quicquid conceptum eſt,maternam mollitiem,paternum & auitum retulit colorem.

Ceruicum mollitia.Cic.in Orat.

Agilitas mollitiéſque naturæ.Cic.Attico,lib.1.12.

Imbecillitas & mollities victus alicuius.Cic.Attic.lib.12.

Mollities maris,Placiditas,tranquillitas. Plin.de Vitis illuſt.

Mollities,ſiue Mollitia animi.Terent Eunuch.2.1,

Eiiciũda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo. Saluſt.Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Cic.5. de Finib.In primo enim ortu ineſt ſeueritas & mollitia quædam, vt nec res videre optimas,nec agere poſſint. Ibidem,lib.1,Qui officia deſerunt mollitia animi,id est laborum & dolorum fuga.

Lenitas & mollitia animi.Cic.pro Sylla.

Animi mollitia leniraterem imitatur.Cic.in Partit.

Labuntur ad mollitiem mores,In LABO R,laberis.

Vincere quamlibet mulierculam mollitia.Horat.Epod.11.

Mollitiæ, arum. Paterculus l.b.1, Sardanapalum regem mollitiis fluentem, & nimium felicem, Pharnaces Medus imperio vitáquo priuauit. Idem lib.2,Vir otio ac mollitiis penè vltra fœminam fluẽs. De Mecœnate loquitur.

Mollitudo,pen.prod.mollitudinis {χαυότης} Idem quod mollities.Cic. 3.de Orat. In ipſo tactu eſſe modum & mollitudinis & leuitatis. Ibidem,lib.3,Nã & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris,&c. Idẽ 5.Tuſc.Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Vocis mollitudo, quum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus. Author ad Herennium,lib.3.

Raritas & mollitudo. Cic.2.de Nat.deor.In pulmonibus autem ineſt raritas quædam & aſſimilis ſpongiis mollitudo,ad hauriendum ſpiritum apriſſima.

Molliter,pen.corr.Aduerb. {μαλακῶς.} Cic.2.de Nat.deor Et cubilia ſibi nidóſque conſtruunt,eóſque quàm poſſunt molliſſimè ſubſtruunt,vt quamfacillimè ova ſeruentur.

Molliter impreſſo conor adire toro.Propert.lib.1.eleg.3.

Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor.Lucan.lib.1.

Vt mea defunctæ molliter oſſa cubent.Ouid.1.Amor.eleg 8.

Molliter ſe curare,Id est delicatè,inquit Donatus.Ter.Adelph.5.1.

Excipere molliter cadentem.Ouid.11.Metam.

Parcè & molliter facere aliquid.Cic.Lentulo,lib.1.9.

Auſterum laborem molliter ſtudio fallere.Horat.1.Ser.ſatyr.2.

Ferre molliter,Placidè,æquo animo. Cic de Senect.Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Idem 2.de Finib.Aberat omnis dolor:quę ſi adeſſet,nec molliter ferret,&c.

Bellum molliter gerere.Saluſt.de Rep.ord.

Incedit molliter.Ouid.2.Amor.eleg.4.

Oſſa quieſcant.Virg.10.eclog.

Recubare molliter & delicatè.Cic.3 de Orat.

Molliter admota ſollicitare manu.Ouid 3.Amor.eleg 6.

Partus molliter ſoluere dicitur mulier.Ouid.3.Faſt.

Delicatè & molliter viuere.Cic.1.Offic.

In patria molliter viuere.Ouid.3.Triſt.eleg.1.

¶Molliter,ſine verbo expreſſo poſitum.Plaut.Pſeudolo,2,3,

-quid tu(malùm)ergo in os mihi

Ebrius irructas? p.molliter,ſuſtine nunc me,

Caue ne cadam.

Mollius {μαλακώτερον} Aduerbium comparatiui gradus, vt Recubare mollius.Stat.4 Sylu 6.

Accipere mollius.Tacit lib 2.

Interpretari aliquid mollius.Tacit.lib.18.

Mollio,mollis,molliui,mollitum,pen prod.{μαλακίζω,μαλθάσσω,μαλάττω,μαλακίω.} mollire, Molle facere.Cic.2.de Nat.deor.Dentibus autem in ore cõſtructis manditur, atque ab his extenuatur & mollitur cibus. Sed hìc fortè rectius legas, Mólitur, pen.corr.à Molo,molis: hoc est Conteritur,& velut molis comminuitur.

Lanam mollire.Ouid.3.Faſt.

Ferrum mollit ignis Horat.1.Serm.ſatyr.4.

Mollire,per tranſlationem.Ouid.3 de Arte,Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.

Acceſſus molliet iſta tuos.Ouid.1.de Arte.

Animos mollire, Temperare, Mites facere.Cic.2.Tuſcul.Molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur.

Animos mollire, pro Effœminare. Cic.5.Tuſcul. Sed nos vmbris, deliciis,otio,languore,deſidia animum infecimus,opinionibus, malóque more delinitum molliuimus.

Animos mollit & temperat iras.Virg.1.Æneid.

Mollierant animos lectus & vmbra meos.Ouid.1.Amor.eleg.9.

Carnem mollire.Lucret.lib.6.

Diſſenſiones mollire,Vide Diſſenſio,In DISSENTIO.

Fructus feros colendo.Virg.2.Georg.

Hominem mollire,Placare. Terent.Phor.2.2. Cic.de Senect.Et Annibalem iuueniliter exultantem,patientia ſua molliebat.

Impetum mollire,Reprimere.Liu.3.ab Vrbe.

Inuidiam.Tacit.lib 4.

Iras.Liu.1.ab Vrbe.

Mare mollire,Placare,Molle reddere.Accius Telepho,Remiſſque nixi,properiter nauem in fugam tradunt ſubter ſaxa ad læuam, quà mons mollibat mare. Ex Nonio.

Opus graue mollire indocili numero,Id est rudi cantilena.Ouid.4. Triſt.eleg.1.

Pectora alicuius.Horat.Epod.3.

Pœnam.Ouid.3.Triſt.eleg.5.

Dura verba vſu mollienda.Cic.1.de Nat.deor.

Dureſcere & Molliri,cõtraria. Cic.2.de Nat.deor.Itaque & Aquilonibus reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor, & idem vicinum mollitur repefactus,& tabeſcit calore.

Langueſcere & moliri. Cic.12.Philipp.Ipſa illa Martia.cælestis & diuina legio,hoc nũtio langueſcet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet.

Amore molliri.Silius lib.13.

Mollitus,pen.prod.Particípium {μαλακωθείς.} vt Membra mollita. Ouid.4.Meram.

Agros mollitos oblimatóſque ad ſerendum relinquit recedẽs Nilus.Cic.2.de Nat.deor.

Feritas mollita Ouid.4.Faſt.

Mollimentum,mollimenti,Lenimentũ. Seneca De tranquil.vitæ,Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm quũ ſciret quibus ærumnis naſceremur, calamitatũ mollimentũ conſuetudine inuẽnit.

Molleſco,molleſcis {μαλακίζω,μαλακύνομαι} molleſcere, Molle aut placatum fieri. Claud.lib.1.de raptu Proſerpinæ,

Ferrea laſciuis molleſcãt corda ſagittis. Ouid.4.Metamorphoſeos,
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in vndis.
Molleſcunt colla iuuencis. Catul. Argon. epigr. 59.
Tum genus humanum primùm molleſcere cœpit. Lucret. lib. 5.
Pectora molleſcunt, aſperitáſque fugit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.

Mollipes, pen. corr. mollipedis {μαλακόπους} Qui mollem habet pedem. Cic. 1. de Diuinatione,
Mollipedéſque boues ſpectantes lumina cæli. Ex quodam poeta.

Molleſtra, molleſtræ. Pelles ouinas antiqui molleſtras appellabant, quibus galeas ſubtergebant, inquit Feſtus. Sic Latini vocabulum Græcum deprauarunt, & è μαλακὴ Molleſtram interpolarunt. Turneb.

Mollicina, mollicinæ, Veſtis, inquit Nonius, à mollitie dicta. Neuius Epidico, Mollicinam, crocotam, chitrodotam, ricam. Nonius.

Mollugo, molluginis, Species eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quòd ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſpera alioqui, & graui odore. Plin. libro 20. cap. 10, Quidam eandem credunt cum ea quam Diſcoridis vocat Hippophæſton.

Molluſca, molluſcæ {μαλακόστρακα λεπυρώτη} Nucis genus, à mollitie putaminis dictæ. Plin. lib. 15. cap. 22, Molluſcæ putamen rũpentes. Non eſt molluſca pomum id quod vulgò perſicum nominatur, vt putauit Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 18, authore Perotto.

Molluſcum, molluſci {πλινθρώδες ἕδος} Arboris ſpecies. Plin. libro 16. cap. 16, Pulcherrimum verò eſt bruſcum, multóque excellentius etiamnum molluſcum. Tuber vtrunque arboris eius. Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum, ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè præferretur cedro.

Molo, molis, Vide MOLA.

MOLO {μόλων} Orator Alabandenſis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate: cuius meminit Plutarch. in vita Cic. & Strab. lib. 14.

MOLOCHATH, Africæ fluuius, Mauritaniam Cæſarienſem à Maſſæſylorum regione dirimens. Plinio & Salluſtio Mallucha dicitur.

Moloche, quæ & Malache {μαλόχη, ἡ μαλάχη.} Herba eſt notiſſima, quã Latini Maluam appellant.

Moloche agria {μαλόχη ἀγρία} Herba eſt inter ſylueſtris maluæ genera enumerata à Galeno. Plinius Hibiſcum interpretatur, lib. 20. cap. 4. paſtinacæ ſimilem facit.

Molochinus, molochini, pen. corr. {μαλαχινὸς} Color qui in purpuram inclinat, quòd maluæ flori ſimilis ſit, quaſi malachinus. Græci enim μαλάχην, maluam dicunt. Cæcil. Pauſimacho, Carbaſina, molochina, ampelina. Ex Nonio.

Molochinarius, molochinarij {μαλαχινοποιὸς} Molochini coloris infector, inquit Nonius. Plaut. Aulul. 19, -aſtant molochinarij. Petunt fullones.

Molochites {μολοχίτης} Gemma eſt non tranſlucens, ſpiſſa viriditate maluæ colorẽ referẽs, vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Molorchus, molorchi. Domitius dicit inſtrumentum eſſe nauticum ad latentia ſaxa indaganda. Stat. 3. Sylu. 2, Sint quibus exploret rupes grauis arte Molorchus.

MOLORCHVS {μόλορχος} paſtor iuxta Nemeam ſyluam habitans, qui venientem Herculem ad occidendum Nemeum leonem, hoſpitio excepit, vt ſcribit Seruius.
Luci Molorchi. Virg. 3. Georg.
Cleonæus Molorchus. Stat. 4. Theb.
Parci domus Molorchi. Stat. 4. Sylu. 6.
Pauperis arua Molorchi. Stat. 3. Sylu. 1.

Molorthus, molorthi {κάθετος} Perpendiculum. Dictio compoſita, qua ſignificatur rectum plumbum. μόλυβδος, plumbum: ὀρθὸς, rectus.

MOLOSSIA {μολοσσία} Regio, pars Epiri: à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio nominata. Hinc

Moloſſus, Adiect. {μολοσσικὸς} Scribit Theopompus fuiſſe XLIII Epirotarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones & Moloſſi. Ouid. 1. Metam. Nec contentus eo eſt, miſſi de gente Moloſſa.
In Moloſſia naſcebantur boni canes. Virg. 3. Georgicorum,
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vnà
Veloces Spartæ catulos, acrémque moloſſum
Paſce ſero pingui. Horat. Epod. 6,
Nam qualis aut moloſſus, aut fuluus lacon,
Amica vis paſtoribus.
Canes moloſſi. Horat. 2. Serm. ſatyr. 6.
Armillati colla moloſſa canes. Propert. lib. 4. eleg. 8.
¶Moloſſus, Pes dictus eſt ab eius patriæ ſaltatione. Vel quòd eo metri genere odas in templo Iouis, ad laudem canere conſueuerunt, in memoriam Moloſſi Pyrrhi & Andromaches: à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel, vt alij volunt, quòd Moloſſi, id eſt Theſſali ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione vtebantur. Conſtat autem tribus longis, vt æneas.

Molothros, Genus vitis albæ, quam nonnulli ampeloleucen appellant, inquit Perottus.

MOLVS {μόλος} Homero, vir fuit Cretenſis, & Merionis aurigæ Idomenei pater.

Molucrum, inter cætera illud mulierum vitium ſignificat, quo earũ intumeſcit vterus, vt fœtu grauidarum. Alij ſcriptores molam vocant: ſed Afranius apud Feſtum molucrũ appellat. Turneb. ¶Eſt itẽ lignum quadratum, authore Feſto, quo veteres immolabant. ¶Item illud quo molæ vertuntur, quod Græci μύλωνον dicunt.

Moly {μῶλυ} Herba. Plin. lib. 25. cap. 4, Laudatiſſima herbarũ eſt Homero, quam vocari à diis putat moly, & inuentionẽ eius Mercurio aſſignat, contráque ſumma veneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt ſpecie illa Homerica, radice rotunda nigráque, magnitudine ce pæ, folio ſcillæ. effodi autẽ difficulter. Græci authores florem eius luteum pinxere, quum Homerus candidum ſcripſerit. Ibidem plura.

Molybdæna, molybdænæ {μολυβδαινα} Eſt (inquit Plin. lib. 34. cap. 18) quam alibi Galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis.
Molybdæna, Herba. Plin. lib. 25. cap. 13, Naſcitur vulgò molybdæna, id eſt plumbago, etiã in aruo, folio lapathi, caſſa radice, hiſpida. Hæc commanducata, ſi oculis ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitij, ex oculo tollitur.

Molybditis, huius molybditis, pen. prod. fœm. gen. {μολυβδῖτις} Plumbi ſpuma. Plin. lib. 33. cap. 6, Fit in iiſdem metallis & quæ vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: terria, quam molybditin. Et paulo poſt, Molybditis plumbi ipſius futura quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

MOLYCRIA {μολυκρία} Oppidum eſt Æoliæ, non procul ab Antirrhio promõtorio, quod Rhium Molycricum appellauit Thucydides lib. 2.

MOLYNDEA, pen. prod. {μολυνδέα: Stephano} Liciæ oppidum.

Molyris, molyridis {μολυρὶς} Ariſtoteli locuſtæ genus, quæ frumenta depopulatur.

MOLYS {μῶλυς} Libyæ oppidum, à quo ſiunt gentilia Molytes & Molyates. Stephanus.

Molyſa {μολύσα} Ab Hippocrate appellatur allij caput cum ipſa coma. Vide Ruell. lib. 2. cap. 85.

Momar, Siculi ſtultum vocant, authore Feſto.

Momen, mominis, neut. gen. Id eſt momentum. Lucret. lib. 3, Momine vti paruo poſſunt impulſa moueri.
Momen mutarum. Lucret. lib. 2, Tantum quòd momen mutatũ dicere poſſis. Quidam docti putant legendum, Tantum quo ad momẽ, &c. Alij, tantum quod minimum momentum dicere poſſis. Lambinus primam lectionem retinet, aitque momen hîc valere exiguum morum, quem Græci ἦτορ appellant.

Momentum, momenti {στιγμὴ χρόνου} Qualecunque ſpatium temporis, & qualecunque pondus, ſeu magnum ſit, ſeu paruum: à Moueo deductum. Cic. Trebatio, lib. 6. 10, Omnia momenta obſeruabimus, neque vllum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum.
Magnum momentum, In MAGNVS.
Inclinationes rerum & momenta temporum. Cic. 5. de Finib.
Certis momentis decedentia tempora. Horat. 1. epiſt. 6.
¶Momento, Ablatiuus vice aduerbij. Liuius, Momento fuſi. Id eſt, celerrimè.
Fulgor faciei rapitur momento. Senec. Hippol. 6.
¶Momẽtum temporis, vel horæ. Liuius de bel. Maced. Verſa momento temporis fortuna pugnæ eſt. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1, -horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
¶Momentum, Quodcũque minimum poteſt appellari. Plin. lib. 30. cap. 7, Proſunt & combuſtæ, vt cinis earum bibatur in vino, addito reſinæ momento.
¶Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicũt, Res parui momenti, magni momenti. Id eſt quæ magnum pondus & vim habet, ſiue efficaciam. Liuius ab Vrbe condita, Regę ſuperato, nullum momentum in ſolis perſe Gallorum copijs fore.
Iudiciorum momentum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Officiorum omnium momenta diligentiſſimè perpendebat Cato. Cic. pro Mur.
Momenta maximarum rerum. Cic. 5. Philip. Lucan. lib. 7,
Prima velim caput hoc funeſti lancea belli,
Si ſine momento rerum partíſque ruina
Caſurum eſt, feriat. Id eſt, ſi ſine rerum & exercitus diſcrimine moriturus ſum.
Infinitum autem (vt nox dicemus) in his quoque rebus momentum eſt. Quintil. lib. 1, cap. 11.
Leue. Cæſ. lib. 7. cap. 7.
Maxima momẽta ad bene viuendũ. Cic. 5. de Fin. Ea nobis ipſa chara eſſe propter ſe, & in his eſſe ad bene viuendum momenta maxima.
Minimum. Cic. 5. Philip. Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum ſiunt. Idem 1. de Diuinatione, Paruis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.
Minimi momenti eſſe ad. Cic. 4. de Finib. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio propenſionem, ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.
Momenti nihil eſt omnino in eo. Cic. 1. Acad.
Minimo momento. Cic. 5 de Finib. Ego quam ille præponẽdam & magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribuo quàm Stoici.
Nullius momenti putatur eius teſtimonium. Cic. in Vatiniũ, Cuius teſtimonium propter turpitudinem vitæ, ſordéſque domeſticas nullius momenti putaretur.
Nullius in medicina momenti. Plin. lib. 20. cap. 9. De braſſica.
Momenta paria contrariarum rationum. Cic. 4. Acad. Ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta.
Pari momento ſors. Cic. pro Mur. Quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. habuit hic, &c.
Paulo momento huc illuc impellitur. Terent. And. 1. 5.
Perleui. Cic. 2. de Lege Agrar. An ignoratis cætera illa magnifica Pop. Rom. vectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere?
Permagni momenti eſt in Rep. ratio atque inclinatio temporum. Cic. 7. Verr.
Summa momenta fauoris trahuntur annona. Lucan. lib. 3.
¶Afferre momentum ad. Quintil. lib. 6. cap. 2, Magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Cic. 2. de Finib. Iam illud quidem perſpicuum eſt, maximam animi aut voluptatem aut moleſtiam plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam afferre momenti, quàm eorum vtrumuis, ſi æquè diu ſit in corpore.
Conſertus ordo rerum eſt tribus momentis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Momento atque iudicio diſponere inuenta. Cic. 1. de Orat. Inuẽta non ſolùm ordine, ſed etiam momento quodam atque iudicio diſpenſare atque diſponere.
Facere momentum. Liu. 1. ab Vrbe, Tanaquil regio ſemine orta, vt nullum momentum in dando adimendóque regno faceret: his, &c.
Habere momentum ad. Cic. 4. de Finib. Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. Paulo antè, Vt ei qui iucundè vixerit annos decem, ſi æquè vita iucunda menſtrua addatur, quia momentum aliquam habeat ad iucundum acceſſionem, bonum ſit.

Habet

Habet momentum gratia. Cic. pro Mur. Petunt aliquid publicani, eaue quicquam habeat momenti gratia.
Habet momentum apud me tua religio. Cic. pro Font. Vt ſua religio, laudatio, authoritas aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur.
Momentum in re aliqua poſitum. Quintilian. lib. 4. cap. 1.
Rem aliquam põderare momento ſuo. Cic. pro Font. Sinautem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquanque rem exiſti mandam, momentóque ſuo ponderandam, ſapientia iudicis tenet.
¶Momentum, pro Particula. Quintil. lib. 3. cap. vlt. Hæc autem breuior, & vel ideo lucidior multo via, nec diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo conſumet. Plin. libr. 18. cap. 34, Sol autem quotidie ex alio cæli momen to quàm pridie oritur. Hoc eſt ex alia parte, alio loco, & velut pũcto.

Momentoſus, Alicuius momenti. Quintil. Declamat. 13, Nunc verò differendum mihi eſt, quàm momentoſa ſit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leniter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinæ iactura.

MOMVS, Momi, Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos eſt, ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari: & ſiquid eſt omiſſum, aut perperã factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος, Latinè reprehenſionem ſonat. Huius Lucianus compluribus locis meminit. Illud potiſſimum in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectore feneſtras, aut oſtiola quædam addidiſſet, quo perſpici poſſet quid in corde lateret, quod ille ſpecuo ſum alioqui, multiſque receſſibus ſinuoſum finxiſſet. Cuius fabulæ mentionem facit & Plato. Hic igitur Momus varias adagiorum for mas ſuppeditat, vt nec à Momo quidẽ poſſit reprehendi. Vide Eraſ.

Mona {μόνη} Inſula eſt inter Britanniam & Hyberniam ſita. vt docet Plin. lib. 4. cap. 16. Cornel. Tacit. lib. 14, Igitur Monam incolis validã, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauéſque fabricatur pla no alueo aduerſus breue littus & incertum.

MONABAE {μοναβαί} Hauriæ oppidum, à quo ſit gentile Monabates. Stephanus.

MONACRIS, Mons Arcadiæ, vt notat Tortelius.

MONAESIS, Parthorum rex, apud Horatium 3. Catm. ode 6,
Iam bis Monæſes & Pachori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros. Vbi Acron, Monæſis & Pachorus reges Perſarum fuere, aduerſus quos Romani contra numinum voluntatem pugnauerunt infeliciter. Bis autem Parthos victoriam retuliſſe ob hoc dixit, quia ante Craſſum, & poſt Didium Saxũ cum exercitibus ſuis occiderũt.

MONAEDA {μονάιδα} Ptolemæo lib. 2. cap. 2, inſula iuxta Orientalem plagam Hyberniæ: vulgò *Man*.

Monas, monadis, pen. corr. fgen. Vnitas.

Monachus, monachi, pen. corr. Solitarius.

Monarcha, monarchæ. Vnicus omnium princeps.

Monarchia, monarchiæ, Vnius principatus.

Monaulos {μόναυλος} Tibia ſimplex dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56, Monaulum (id eſt vnicam & ſimplicem tibiam) Mercurius inuẽnit. Martial. lib. 14, Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

Monedula, monedulæ, pen. corr. {κολοιὸς} Auis ſic dicta, quòd monetam furetur. Plin. lib. 17. cap. 14, Tradunt & monedulam condentem femina in theſauros cauernarum, eiuſdem rei præbere cauſas. Cicero pro Flacco, Non plus aurum tibi quàm monedulæ committebãt.
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. Ouid. 7. Metamorph.

Moneo, mones, monui, monitum, pen. corr. {παρεγγελῶ, ὑπομιμνήσκω} monere, Scientem, ſeu memorem facere.
Monere, à memoria deducit Varro: quòd is qui monet, perinde ſit ac memoria. Vide lib. 5. de Ling. Latin.
Monet res. Cic. ad Atticum, lib. 10, Et res ipſa monebat, & tu oſtenderas, & ego videbam, &c.
Ratio ipſa. Cicero 1. de Fin. Quum ſolitudo & vita ſine amicis, inſidiarum & metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias cõparare, quibus partis confirmetur animus, &c.
Monere apertè & acriter. Cic. de Amic. Ea adhibeatur ad monendum, non modò apertè, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit, & authoritati adhibitæ pareatur.
Monere & obiurgare. Cicero de Amic. Et monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.
Pluribus. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Sermone crebro. Claud. 7. Paneg.
Literis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7, Quæ tibi eo ſcribo, quòd de retinenda Sextij gratia literis ſæpe monuiſti.
Seris monuere pericliſ. Sil. lib. 6.
Monere, prædicere, & antè denuntiare. Cic. 2. Verr.
Monere & denuntiare. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.
Monere atque hortari aliquem. Cic. Planco, lib. 10. 1.
Rectè aliquem. Cic. 2. de Orat.
Monere aliquem de. Cic. lib. 2. de Diuinat. A qua, præterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus?
Fideliter multa. Ouid. epiſt. 21.
At quanto meliora monet? Horat. 1. Serm. ſatyr. 2.
Moneo te hanc rem. Terent. And. 5 4. Cic. 2. de Diuinatione, Quæ noſtra cauſa monerent nos.
Falſa moneri. Ouid. 10. Metam.
Monuit mihi illud. Plaut. Trucul. 15.
Moneo ne. Terent. in Prolog Eunuchi, Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere.
Moneo quid facto vſus ſiet. Terent. Adelph. 3. 3.
Moneo vt. Terent. Andr. 5. 4, Mitte orare, vna harum quæuis cauſa me vt faciam, monet.
Monere aliquem vt veniat ad cœnam, Id eſt vocare ad cœnam. Terent. Heaut. 1. 1.
Immortalia ne ſperes monet annus, & almum Quæ rapit hora diem. Horat. 4. Carm. ode 7.

Monendo {πρὸ παρεγγέλσεως} Horat. in Arte,
Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando, paritérque monendo.
¶Moneris, pro Moneris, antiquè. Pacuuius Armorum iudicio,
Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryſide,
Dij monerint meliora.
Moneor id ab eo. Cicer. de Amic. Nec ea que ab ea monemur, audimus.

Monitus, penult. corr. Participium {παρεγγελθείς.} Cicero 2. de Diuin.
Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, caueret ne iret: nõ fuiſſe moriturum, ſi omni paruiſſet.
Monitus, multúmque monendus. Horat. 1. epiſt. 3.
Sed tamen vt monitus caueas. Horat. 2. Serm. ſatyr. 1.
Moniti meliora ſequamur. Virg. 3. Æneid.
Exemplo monitus. Ouid. 3. Metam.
Moniturus, pen. prod. {παρεγγελῶν} Aliud participium. Propert. lib. 1. eleg. 14,
Quis ego nunc pereo ſimiles moniturus, amantes.

Monitum, moniti, penultima correpta {παρεγγέλμα} Quod quis nos monuit. Cicero 4. de Finibus, Itaque quæ ſunt eorum conſolationes, quæ cohortationes, quæ etiam monita, & conſilia ſcripta ad ſummos viros?
Aduertere animos monitis. Ouid. 15. Metam.
Cæleſtibus diffidunt monitis. Ouid. 1. Metam.
Hæc quoque pars monitis erudienda tuis. Ouid. 3. de Arte.
Diũm monitis exterrita acies. Virg. 8. Æneid.
Conſiliis monitiſque alicuius niti. Cic. Licinio, lib. 5. 8.
Parẽre monitis. Ouid. 3. Faſt.
Præceptis & monitis omnium patuerunt aures meæ. Cicero 14. Philipp.

Monitus, huius monitus, penultima correpta {παρεγγέλσις} Id eſt monitio. Cicero 2. de Diuinatione, Eorúmque iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eáque conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.
Vatum monitus. Ouid. epiſt. 16.
Diuinus. Ouid. epiſt. 15.
Fidelis. Ouid. 13. Metam.
Læuus monitus, Iniquus & non rectus. Iuuenal. ſatyr. 14.
Occulti deorum. Ouid. 3. Faſt.
Terrifici. Valer. 1. Argonaut.
Terribilis. Virgil. 4. Æneid.
Needum etiam reſponſa deũm, monitúſque vetuſti Exciderant. Stat. 5. Thebaid.
Finierat monitus. Ouid. 1. Faſt.

Monitor, penultima correpta, monitoris, Verbale {παρεγγελτὴς} Qui monet: hoc eſt Suaſor, qui monet & impellit aliquem ad quidpiam agendum. Terent. Phorm. 2. 1,
O facinus audax, ô Geta monitor!
Monitor & author. Cic. in Catil. Fortaſſe minus erunt, hoc monitore & authore huiuſce ſententiæ, mihi populares imperus pertimeſcendi.
Monitor non exauditus. Horat. 1. epiſt.
Externus. Stat. 5. Sylu. 2.
Non fatuus. Cic. 2. de Oratore, Riſerit aliquis fortaſſe hoc præceptum: eſt enim non tam acutum, quàm neceſſarium, magiſque monitoris non fatui, quàm eruditi magiſtri.
Aſper iuuenis monitoribus. Horat. in Arte.
Actionum monitor. Cic. in Salluſtium, Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet dicendum, P. C. non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores.
¶Monitores Quintil. lib. 6. cap. 5. vocat, quos Græci pragmaticos appellãt, qui iura ac fori cõſuetudines oratoribus ſubmiſſa voce ſuppeditabant. Cic. 1. Verr. Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet.
Monitores, dicuntur qui in ſcena monent hiſtriones, inquit Feſtus. hoc eſt qui recitantibus comœdias ponè verba ſuggerunt.
¶Monitor, Vocator ad cœnam. Terent. Heaut. 1. 1,
Nihil opus fuit monitore: iandudum domi
Præſto apud me eſſe aiunt.
Appellare ciues per monitorem, id eſt nomenclatorem, inquit Budæus. Cic. pro Murena.

Monitorius, Adiectiuum. vt Fulmen monitorium, apud Senec. 2. Nar. quæſt. quod homines præmonet de rebus futuris.

Monitio, monitionis {παρεγγελσις, ὑπόμνησις} Fit ante commiſſum: Obiurgatio, poſt turpe factum. Cic. de Amic. Primùm vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat.
Accipere monitionem patienter, Vide ACCIPIO.

Monetis, pen. prod. fœm. gen. Nauis quæ vno remorũ ordine ducitur. Liu. Decad. 4. lib. 8, Néve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto: néve monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit.

Moneta, monetæ, pen. prod. {νόμισμα} Dicta quòd nos ſigni impreſſione, vel authoris, vel pretij moneat. Martial. lib. 1, Et centum numeros nouæ monetæ.
Adulterina moneta. Vlp. in l. Sacrilegij. D. ad leg. Iul. peculat. Qui quum in moneta publica operarentur, extrinſecus ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatam furantur: hi non videntur adulterinam monetam exercuiſſe, ſed furtum publicæ pecuniæ feciſſe.
Moneta, Locus vbi moneta cuditur. Cic. Attic. libr. 8. epiſt. 7 ad finem, Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſiue à Moneta, nemo enim ſoluit: ſiue ab Oppiis tuis contubernalibus. A Moneta vult pecuniã à Philotimo ſumi, tradito (quod etiam nunc ſoler) auro argentóve infecto.
Moneta Iuno, à monendo dicta. Cic. 1. de Diuin. Atque etiam ſcriptum à multis eſt, quum terræ motus factus eſſet, vt ſue plena procu-

ratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitisse: quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. Ibidem,lib.2, Quod idem dici de Moneta potest: à qua præterquam de sue plena, quid vnquam monieri sumus?

Moneta,metaphoricè nonnunquam accipitur: vt Proferre aliquid ex nostra moneta,Id est excogitare nostro ingenio.Senec.3.de Benef.

Monetarius,monetarij {κερματιστὴς} Qui monetam cudit. Firmicus lib. 8.cap.17,Quicunque hoc oriente sydere nati fuerint,metallorum inuenrores erunt, qui latentes auri & argenti venas solertibus inquisitionibus persequantur: hi quoque monetarij efficientur. Iustinianus in l. Ne quis.C.de dignitat.lib.12.

Monetalis,& hoc monetale,pen.prod. {κερματικὸς} Quod ad monetam pertinet. Apuleius de Asino, Plotina pretiosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta.

Monetales Triumuiri dicti sunt, vt scribit Pomponius Iureconsæris,argenti,atque auri flatores.De origine iuris,l.2.§.Deinde. Cic. ad Attic.lib.10.epist.12.in fine, de Vulteio loquens, Monetali autem adscripsi,quòd ille ad me,Proconsuli.Id est,In summa epistola scripsi Vulteio monetali,quòd monetam nimis amarec.Proconsuli, non (vt debuit) Imperatori. Budæus.

Monile,monilis,pen.prod. {ὅρμος,ὁρμίσκος,ἀστράγαλον,στρεπτὸν} Ornamentum,quod solet de collo virginũ pendêre. Dictum quòd virtutis admoneat. nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat,etiam ingenuis iuuenibus. Ouid.10.Metamorph. Dat digitis gemmas,dat longa monilia collo. Virg.1.Æneidos, -colloque monile

Baccarum,& duplicem gemmis auróque coronam. Sub.ferre iubet. Cic.6.Verr.Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt quum vidisset monile,vt opinor,ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa falutem viri proderet.

Monile (inquit Festus lib 11) dictum est ornamenti muliebris genus,cuiusmodi habuisse Eriphylam fabulæ ferunt.

Aurata monilia ornabant collum.Ouid.5.Metam.

Gemmata monilia.Claud.de bello Get.

Lunata monilia.Stat.19.Thebaid.

Monile,Non solùm hominum,verumetiam equorum, teste Festo. Virgil.7.Æneid.de equis Latini, Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gell.lib.5.cap.5, Equitatúmque fræuis, ephippiis, monilibus,phaleristque præfulgentem.

Monimentum,monimenti {μνῆμα,μνημεῖον,μνημόσυνον} vel vt alij volunt,monumentum per u, Quicquid nos moneat, siue monere potest aliquius rei præteritæ, vt tituli,sepulchra,statuæ,fama.porticus,carmina,historia,documenta,doctrina,libri,cęteráque eiusmodi.Cic. ad Cæs.Sed ego quæ monumenci ratio sit,nomine ipso admoneor:ad memoriã magis spectare debet posteritatis,quàm ad præsentis temporis gratiam. Florentinus sic scribit in l.Monumentum.D.de Religiosis & sumptibus funerum, Monimentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita: in qua si coipus vel reliquiæ inferantur,fiet sepulchrum. Si verò nihil eorum: erit monumentum memoriæ causa factum,quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro,Monimenta à monendo quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam, quò præterecntes admoneant & se fuisse,& illos esse mortales.

Monumenta pro scriptis. Plinius lib.8.cap.44,In plurium Græcorum est monumentis,quum,&c.

Monumentũ & pignus amoris. Virgil.5.Æneid. Terent.Eunuch. 4.6,Abi tu,cistellam Pythia domo effer cum monimentis.

Monimenta annalũ.Cic.2.de Finib. Nos ex annalium monimentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis.

Antiquitatis.Cic.pro Domo.

Multa sunt tuæ clementiæ monumenta,sed maximè eorum incolumitates quibus salutem dedisti. Cicer.pro Deiotaro,Id est vestigia vel signa.

Monimentum istius crudelitatis.Cic.6.Verr.

Monumenta tuæ formæ ac nominis in suis ciuitatibus esse cupiebant.Cic.4.Verr.

Carmina formæ alicuius monumenta Propert.lib.3.eleg.2.

Indicia & monumenta furtorum.Cic.4.Verr.

Gloriæ monimenta, honoris ornamenta, laudis insignia in animis condere & collocare.Cic.3.in Catil.

Ingeniorum.Quintil.lib 3.cap.7.

Monumenta vetiusque linguæ.Plin.lib.12.cap.1.

Monumentum eius pugnæ. Liu.1.ab Vrbe.

Rerum gestarum. Cic.pro Fonteio, Primum generis antiquitas, quum Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum inciſam ac notatam videmus.

Rerum gestarum monimenta & vetustatis exempla oratori nota esse debent.Cic.1.de.Orat.

Scriptorum.Colum.in Præf lib.10.

Stirpis.Ouid.1. Metam. Templa Vestæ, Numæ regis monimenta erant. Id est quæ in sui memoriam extructa reliquit.

¶Abolere monimenta alicuius.Virg.4.Æneid.

Celebrare monumentis annalium aliquid.Cic.pro Rab.Posth.

Commendare res nostras monumentis.Cic.Luccio,lib.5.12.

Commonefacere aliquem bubulis monumentis. Plaur.Stich.3.6. Hoc est boris.

Testimonia monimentáque virtutis comparare.Cic. Anteq.irer in exilium.

Ex annalium monimentis & regum commentariis conquirere aliquid. Cic.pro Rab.Pisthumo.

Consecrare amplissimis monimẽtis memoriam nominis alicuius. Cic.Quint.frat.lib.1.1.

Monumenris & præceptis sapientissimorum virorum consequi aliquid.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.

Annalium monimentis testes aliquos excitare. Cic.2.de Finib.

Sempiterna odij publici monimenta in hostes excitare. Cicero Bruto,15.

Exigere monimentum,Perficere aliquid in sui memoriam.Horat. 3.Carm.ode 30.

Extare monumentum.Cic.Philip.9.

Mandare monumenris annalium,Vide MANDO.

Mandare orationem monumentis & literis.Cic.de Clar.Orat.

Quanta potes præbe nostræ monimenta saluti. Ouid.4.de Ponto, eleg.13.

Prodere monimenta.Cic.1.de Diuin.

Proticere.Tacit.lib.20.

Relinquere monimenta alicui.Virg.6.Æneid.

Vestigia sceleris,quàm monimenta maiorum sapientiæ sequi male.Cic.2.de Lege agrar.

Ornamenta sua & monimenta ad aliquem vsum seruant familiæ. Cic.de Clar.Orat.

Statuere æternum monumentum & æterna insignia posteris. Cic. 2.de Inuent.

Animi cuiusdam monumenta tenere. Cic.pro Milone. Id est memoriam.

Grauissimis, certissimísque monimentis testari aliquid. Cicero Rufo,lib.3.20.

Publicis monumentis authoritatem alicuius iudicij testari. Cic. pro Sylla.

Tradita monimentis disciplinisque Græciæ artes & studia. Cicer. Qu.fratri,lib.1.1.

Veterum voluens monimenta virorum.Virgil.3.Æneid.

¶Sepulchrorum monumenta & elogia.Cic.1.Tusculan.

¶Monumentum,pro sepulchro ponitur aliquando. Quintil.lib.7. cap.4, Ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumulcuario suspiceri non esse monumentum.

Elogia monumentorum.Cic.2.de Finib.

Auita.Ouid.13.Metam.

Marmoreum.Seruius.Cic.lib.4.12.

Aditus monumentorum fuorum carminibus exornare. Cic.pro Archia.

Extruere monumenta.Senec.Octau.4.

Insculptum monumento, Vide INSCVLPO.

Sequuntur hæredes monumentum.Horat.1.Serm.satyr.8,

Mille pedes in fronte,trecentos cippus in agrum

Hic dabat,hæredes monumentum ne sequerentur. Id est ne sibi vindicarent, néve corpora aut reliquiæ exinde inferrentur. Turnebus aliter,cuius hęc sunt verba ad hunc locum:Lepidè iocatur Horatius, vt interpretor, ex illa nota inscriptione sepulchrorum, Hoc monumentum hæredes non sequitur, quum in exquilini busti cippo scripeum fuisse dicit, monumentum hæredes ne sequeretur. Nam alio sensu deflexum, quàm intelligi soleret, accipit: sepulchrum scilicet illud esse pauperum & exhæredatorum, & bonis euersorum. Hoc, inquit, monumentum non est hæredum, sed hominum tenuium & nullum hæredium habentium, nullámque agri perticam vel decempedam possidentium. Hactenus ille.

¶Templum & monumentum. Cic.ad Qu.fratr.lib.1.1, Quum ad templa monumentúmq; nostri ciuitates pecunias decreuissent, &c.

In deorum immortalium monumenta atque in vibis ornamenta prædas & manubias conferre. Cic.2.de Lege agrar.

MONNA {μόννα} insula Angliæ, seu Britanniæ, quæ (teste Cornelio Tacito) incolis est valida, & receptaculũ perfugarum. ¶Est & eius nominis insula in Rheno fluuio,Frisiæ proxima.

Monoceros,pen.corr.monocerotis,pen prod.m.g. {μονόκερως} Animal quod aliàs vnicornis appellatur, de quo Plin.lib.8.cap.21, Asperrimá autem feram monocerotem,reliquo corpore equo similẽ,capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente. Hanc feram viuam negant capi.

Monochordum {μονόχορδον} Instrumenti musici genus est,ita dictũ, non quòd vnam chordam, sed quòd omnes chordas vnius vocis habeat,nisi pamiculi nexu distinguantur.

Monoclonos {μονόκλωνος} Species est Artemisiæ, à ramuli vnitate ita appellata,quemadmodum πολύκλωνος,à ramulorum multitudine.

Monochromatos,pen.corr. {μονοχρώματος} Latinè vnius coloris dicitur. Vnde & Monochromata Plinio dicuntur, singulis coloribus depicta, lib.35.cap.8, Quod si recipi necesse est, simul apparet multo vetustiora principia esse,eósque qui monochromatis pinxerint,quorum ætas non traditur. Idem libro 33.cap 7, Cinnabari veteres quæ etiam nunc vocant monochromata,pingebant.

Monochromateus, Adiectiuum {μονοχρωματικὸς.} Plinius libro 35. cap. 5,Qui monochromatea genera picturæ vocauerint,qui deinde,&c.

Monocolus,monocoli {μονόκωλος} Vnimembris, à μόνος, quod est vnus,& κῶλον,membrum. Solin.cap.53, Legimus monocolos ibi quoque nasci singulis cruribus, & singulari pernicitate. Hodie tamen omnes libri monoculos scribunt, sed falsò. Reperitur & hæc dictio corrupta aliquoties apud Plinium, vbi loco huius monosceli editur, vt annotauit Turnebus.

Monoculus, monoculi,pen.corr. Dictio partim Græca, partim Latina. Firmicus libro 8.cap.19, Tertia pars Arietis si in horoscopo fuerit inuenta,erunt surdi,monoculi, ac stolido fatuitatis stupore confecti. Rursus cap.22, Inter cæcati oculos quicunque horoscopum habuerit,monoculus erit,aut omni lumine priuatus. Et cap.27,Infra Sagittarij caudam nati, monoculi erunt & strabones. Vnoculus Gellio dicitur.

Monodia,cum accentu in antepen. {μονῳδία} Lugubris cantus,qui fit à præficain defunctorum funeribus,quasi vnius cantus. Nam cæteris flentibus sola præfica canit. Huiusmodi cantus etiam Nænia dicitur.

MONODOS,pen.corr.{μονῳδὸς} Prusiæ filius,qui dentium loco os vnum continuum habuit. ὀδοὺς enim dens: vnde monodos, quasi vnicus dens.quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem habuisse Plinius refert. Idem dicit Festus.

MONOECI portus {μονοίκου λιμὴν} Massiliensium vrbs Ptolemæo,vulgò *Monachio.*

MONOECVS, cum œ diphthongo {μονοικὸς} portus & statio quædam Liguriæ ab Albinga oppido distans stad. quadringentis & octoginta.

A Monœci portu vsque in Tusciam vniuersum litus continuum omnino sine portu est, exceptis quibusdam paruis stationibus ad iactandas anchoras: nec est multarum aut magnarum capax nauium. Virgil.6.Æneidos,

Aggeribus socer Alpinis,atque arce Monœci

Descendens,gener aduersis instructus Eois.

Monogamus {μονόγαμος} Vnius vxoris vir. Vnde & Monogamia. Hieronym. Quàm sancta sit monogamia hinc ostenditur, quòd digamus in clerum eligi non potest.

Monogrammus {μονόγραμμος} quasi delineatus tantùm, non additis reliquis quæ iustam picturam absoluunt. Dicitur de macilento & extenuato deformíque: vt apud Ciceronem dij monogrammi ab Epicuro dicuntur,lib.1.de Nat.deor.

MONOMER I,Populi sunt apud vltimas Orientis terras, singulis cruribus sattuatim currentes viuacissimæ pernicitatis. Author Gell.lib.9. cap.4. Plinius Monoscelos vocat.

Monometer,monometri,pen corr.Versus monometer, qui vnam habet mensuram,hoc est pedes duos.

Monophagi {μονοφάγοι} Dicebantur,teste Athenæo,qui seorsum cibum sumebant, more diuerso à Romanis, qui simul cum amicis accumbebant: vnde & cœnam appellabant,διὰ τὸ κατανύειν. ¶Dicuntur præterea monophagi,qui eodem perpetuo victu vtuntur: quæ viuendi ratio etiam Monophagia appellatur.

Monopodium,monopodij {μονοπόδιον} Mensa vnico pede fulta.Plinius lib.34.cap.3.Nam trichinia ærata, abacóque & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primùm inuexisse triumpho suo,quem duxit vrbis anno 567.L.Piso author est. Liu.9.bell.Maced.

Monopolium, monopolij {μονοπώλιον} dicitur quum penes vnum vendendi est potestas. Plin.lib.8.cap.37,Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit. Hermolaus,Melius vt monopolio casu septimo legatur. Id est ex erinaceorum monopolio magnũ lucrum fraus hominũ inuenit:de quo in Iustiniani Codice,tit.De monopoliis.vbi de monopoliis echinorum agitur: quem locum recentiores leguleij ridiculè sunt interpretati. De monopolio autem cum Suetonius, tum Aristoteles in Politicis. Plautus,Habes,inquit, murrhinã & calamũ, potes monopolium instituere. Origo verbi,quòd penes vnum aliquẽ vendendi potestas est.quod genus hodie in multis rebus seruatur: vt in corallis Aphricæ ad Hipponem: alumine in Sicilia & Hetruria: vuis passis in Achaia: bitumine in Iudæa: quod quia Græcè asphalton vocant,omne monopolion vulgò asphaltum dicitur. Hactenus Barbarus. Monopolium dicitur, quasi singularis venditio: quum vnus solus aliquod genus mercaturæ emit, vt solus pro suo arbitrio vẽdat.

Monops {μόνωψ} Feræ genus Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod quum ab insequentibus vrgetur,acre & igneum stercus excernit,quod si in venatorum quempiam inciderit, mortem repentè affert. Author Ælianus lib.7.cap.8.

Monosceli {μονόσκελοι} Homines indici,singulis cruribus.Hi & Sciopodes vocantur,quòd in maiori æstu humi iacentes σκιᾷ σκέπτ, hoc est vmbra pedis se protegant. Vide Plin.lib.7.cap.2.

Monoptoton,pen.prod.{μονόπτωτος} Vnius casus dicitur:habet enim vnam vocem per omnes casus,vt Tot.

Monoxylon,pen.corr. {μονόξυλον} Nauigium dicitur ex ligno integro factum. Plin.lib.6.cap.23, Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt,vocatur Cottona.

MONS Iouis in Hispania,nunc *Monins* dicitur, Eius partem occidenti aduersam,eminentia cautium,quæ inter exigua spatia vt gradus subinde consurgunt,Scalas Annibalis appellant. Pompon.Mela libro 2, cap.6. Oliuarius dicit Scalas Annibalis nunc vulgò vocari *Les costes de Garref.*

Mons,montis,m.gen. {ὄρος,ἀκρώρεια} Terræ tumor altissimus,ab eminendo,quasi eminens dictus. Mons quicquid eminet dici potest.

Acumen montis.Ouid.12.Metam.

Altitudo montium.Cic.de Prouinc.Consul,

Articuli montium,Vide Articulus in ARTVS.

Cacumen sublime montis.Ouid.1.Metam.

Capita aspera montis.Virgil.6.Æneid.

Montium syluarúmque clamor.Horat.3.Carm.ode 29.

Iuga montium,Vide IVGVM.

Obiectus montis. Tacit.lib.4, Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis.

Profunda montium.Tacit.in vita Agricolæ.

Saxosi montis scopuli.Sil.lib.7.

Vestitus densissimi montium.Cic.2.de Nat.deor.

¶Abrupti montis latus.Senec.Herc.OEth.9.

Aerius mons.Virgil.8.eclog.

Albanus.Cic.1.de Diuinat.

Alti.Virgil.3.Æneid.

Anhelus,Qui anhelantes facit.Claud.3.de raptu Proserpinæ, -ascendit fastigia montis anheli.

Ardui.Horat.1.Carm.ode 29.

Assurgentes,In ASSVRGO.

Auij.Horat.1.Carm.ode 23.

Cani.Virgil.1.Georg.

Caui.Ouid.11.Metam.

Continui.Horat.1.epist.17.

Deuexi.Valer.3.Argon.

Deusto monte Cælio.Tacit.lib.4.

Feri.Virgil.5.eclog.

Fracti.Ouid.1.Fast.

Gelidi.Claud.3.Paneg.

Impendentium montium altitudines.Cic.2.de Natur.deos.

Inaccessi.Claud.de bel.Get.

Iatonsi.Virg.5.eclog.

Lapidosi.Ouid.1.Metam.

Magni.Virg.2.Georg.

Nemorosi.Ouid.3.de Arte.

Nubiferi.Silius lib.4.

Perpetui,Vide PERPETVVS.

Rupti.Lucan.lib.3.

Saxosi.Virg.2.Georg.

Summi.Virg.3.Æneid.

Supremi.Virg.4.Georg.

Tumidi.Ouid.2.Amor.eleg.16.

Vestiti atque syluestres.Cic.2.de Nat.deor.

Vmbriferi.Silius lib.13.

¶Abdidit se in montes lupus.Virgil.11.Æneid.

Abeunque in nubila montes, Nimbis obscurantur. Silius libro tertio.

Cædere montes,Vide CAEDO.

Amnis monte decurrens.Horat 4.Carm.ode 2.

In montibus errare.Virg 6.eclog.

Impendebat mons altissimus,Vide IMPENDEO.

Montes vlulatibus implent.Ouid.4.Fast.

Mons lapsu inclinat ad æquora.Stat.1.Thebaidos, -quà molle sedens in valle Citheron

Porrigitur.lapsóque inclinat ad æquora montem.

Abscisso Nereus interluit æquore montes. Claud.1.de raptu Proserpinæ.

Torus circum mouetur mons.Virgil.3.Æneid.

Nudare montem syluis.Silius lib.8.

Occurrit mons.Quintil.lib.2.cap.13,Mutabitur natura loci,si mõs occurret.

Parturient montes,nascetur ridiculus mus. Horat.in Arte.

Perfodere montem,Vide PERFODIO.

Arduus mons duobus verticibus petit astra.Ouid.1.Metam.

Montem non sublimem & asperum, sed nemorosum & herbidum maximè probauerunt. Colum.lib.2.cap.2,in ipso penè initio.

Ex vrbe se in montes remouere.Horat.2.Serm.satyr 6.

Remugit mons,Reddit echo.Virgil.12.Æneidos, -totúsque remugit

Mons circùm,& vocem latè nemora alta remittunt.

Prominentia montium resistunt.Tacit.lib.2.

Riget ardua montis ætherij facies.Sil.lib.3.

Mater ad insani scandebat culmina montis.Stat.11.Thebaid.

Congestos montes struere ad sidera.Ouid.1.Metam.

Superant montes,& flumina tranant.Virgil.3.Georg.

¶Præruptus aquæ mons. Id est in altum eleuatus. Virgil.1.Æneid.

Montes frumenti.Plaut.Pseudolo,4.

Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi.

Montes mali.Plaut.Merc.12.

Monteis tu quidem mali in me ardenteis iandudum iacis.

Monteis aureos pollicebi.Prouerbialis hyperbole,de iis qui immẽsa promittunt, spẽque amplissimas ostentant. A Persarum arrogantia ducta,qui propter auri venas monteis aureos iactabant. Terent. Phorm.1.2, -is senem per epistolam

Pellexit,modò non monteis auri pollicens. Persius satyr.3, Magnos promittere montes: vt hyperbole magnitudinis sit non in aureis,sed simpliciter in ipsis montibus. Ex Erasmo.

Monticulus,monticuli,pen.corr.Diminutiuum {ὀλίγος}

Montanus,pen.prod, Adiectiuum {ὀρεινὸς,ὀρεσσι,ὀρείτης,ὀρέστερ} Quod ex monte est: vt Montanus sal.Colum.lib.6.cap.17.

Antra.Ouid.11.Metamorph.

Montanus,Qui in montibus habitat, apud Cæsarem lib.1.bel.Ciu, Et Plinium lib.6.cap.29.

Armenta montana.Ouid.1.de Arte.

Feræ.Ouid.2.Fast.

Rapidus montano flumine Torrens.Virg.2.Æneid.

Ligures montani,duri atque agrestes,docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore quæsitum. Cicer.2.de Lege agraria.

Montana nunc sunt omnia, Id est plena montibus & montuosa, Plin.lib 5.cap.27.

Montana,montanorum, Substantiuum. Liuius lib.1.belli Punici, Peruentum inde ad alium frequentem,vt inter montana,populum.

Montosus,pen.prod. {ὀρεινὸς} Similiter adiectiuum, Vbi sunt multi montes. Plinius,Nascitur in montosis & asperis,aliquando & herbosis. Cic de Amic. Quum locis etiam ipsis montosis delectemur & syluestribus. Legitur & montuosus.

Montosa regio.Cic.pro Plancio.

Montosus locus.Cic.in Parrit.

Montiuagus,pen.corr.Adiectiuum {ὀρεσσιβάτης} Qui per montes vagatur. Cic.5.Tusc.Quid bestiæ,nónne frigus,non famem, nõ multiuagos atque syluestres cursus,atque lustrationes patiuntur?

Montiuagi cursus.Sil.lib.3.

Dea montiuaga,Diana.Stat.1,Achilleid.

Feræ.Lucret.lib.1.

Montiuagum genus feratum.Lucret.lib.2.

Monticola,pen.corr. {ὀρέστερος} Qui montes incolit. Ouid.1.Metam. Et Nymphæ,Satyrique,& monticolæ Syluani.

Monstro,monstras {δείκνυμι,δεικνύω,ἀφιστὰ δεικνύω} monstrare,Ostendere,Declarare,Indicare. Cic.1.de Diuinar. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. Ex quodam poeta. Idem 1. de Legibus, Aut quod Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit,hodie monstrant eandem.

Indice monstrare digito.Horat.2.Serm.satyr.8.

Prætereuntium digito monstrari.Horat.4.Carm.ode.3.

Viam.Virg.1.Æneid.

Comiter viam erranti,Vide COMIS.

O si vrnam argenti fors qua mihi monstret. Horatius 2.Serm.satyra 6.

¶Monstrare,pro Docere.Cic.ad Tironem,lib.16.22,Tu istic siquid librarij mea manu non intelligent,mõstrabis. Sic Plin.lib.19.cap.10, Monstrate remedium.

Iulas ego primus amaras mõstraui incoquere. Horatius 2.Serm. satyra 8.

Delinimenta vitæ alicui.Tacit.lib.15.

Ordinem. Vlpian.in l.Quia.§. Planè. D.Si quis omiſſ causſ.testam. An ordinem illum debeamus facere,quem Iulianus monstrat.

Remedium monstrauit Imperator. Vlpian.l. Quod autem.§.si marius.D.de donat.inter vir.& vxorem.

Cæcus iter monstrare dicitur quum quis rudis docto consulerè conatur. Horat.1.epist.18.

Et vitæ monstrata via est.Horat.in Arte.

¶Monstrare,pro Probare. Vlpian.in l.1.§. Qui aduer.D. De postulãdo, Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur : & pro æſtimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur.

Monstrans,Participium {δεικνύων.} Stat.3.Sylu.3,

-venturóſque tuus durabit in annos
Me monstrante dolor.

Monstratio,monstrationis,Verbale {δεῖξις.} Terent.Adelph.4.6, Defeſſus ſum ambulando : vt Syre te cum tua Monstratione magnus perdat Iuppiter.

Monstratus,huius monstratus,pen.prod.pro Demonstratione. Senec.in Conſolat. ad Martiam , Vtque ignotarum vrbium monstratus nouo hoſpicij gratus eſt.

Monstrator, pen. prod. {κατάδεικτικὸς} Aliud verbale : vt

Vncíque puer monstrator aratri,Id eſt Triptolemus, ſeu potius Oſiris,vt inquit Seruius. Virgilius 1.Georgicorum. Tacit.de moribus Germanorum,Qui nuper hoſpes fuerat,idem monstrator hoſpitij & comes.

Monstrabilis,& hoc monstrabile, penultima corr. {δεικτός.} Plinius epiſtol.21.libro 6,Neſcio an noris hominem , quanquam noſſe debes. eſt enim probitate morum,ingenijelegantia,operum varietate monſtrabilis.

Monstrum,monstri {κτηφώλευτον,σπίλος,στίγος,φάσμα.} à monstrando dictum eſt,quòd aliquid ſignificando monſtret. Eſt autem aliquid præter naturam editum aut procreatum. Cic.2.de Nat.deor. Prædictiones verò & præſensiones rerum futurarum,quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt,portendi,prædici,ex quo illa oſtenta,monſtra,portenta,prodigia dicuntur?

Biformé monſtrum.Ouid.8.Metam.de Minotauro.

Deteſtabile.Iuuen.ſatyr.15.

Fatale.Horat.1.Carm.ode 27.

Horrendum & dictu mirabile.Virgil.3.Æneid.

Immane.Silius lib.13.

Infame.Stat.11.Thebaid.

Infelix,Equus Troianus.Virgil.2.Æneid.

Noua.Horat.1.Carm.ode 2.

Sæuum.Catull.Argon.epigr.50.

Vlterius.Iuuenal.ſatyr.9.

Immania monſtra perferimus.Virgil.3.Æneid.

¶Conſecrare monſtris,In CONSECRO.

Nouitate monſtri mouentur.Ouid.12.Metam.

Gygantes terra geniti monſtra dicuntur.Horat.3.Carm.ode 4.

¶Monſtrum,pro Prodigio.Virg.2.Æneidos,

Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris.

Monſtrum ac prodigium. Cic.5.Verr. Non mihi iam furtum,ſed monſtrum ac prodigium videbatur.

¶Monſtrum,Eſt omne contra naturam,inquit Donatus:quod præter naturam aut deficit,aut excedit. Terent.Eunuch.4.4, -taces? Monſtrum hominis, non dicturus? Cic.2.in Catil.Abiit, exceſſit,euaſit,erupit: nulla iam pernicies à monſtro illo atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur.

Immaniſſimum & fœdiſſimum.Cic.in Piſon.

Monſtrum alitur , vbi quid occulti vitij latêre ſignificamus , haud ſcio an inde ſumpta metãphora, quòd monſtra ob pudorem clanculum alunrur & occultantur. Pamphilus in Andria Terent.1.5, Repudiatus (inquit) repetor.

-quamobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor,
Aliquid monſtri alunt. Eraſmus.

Dicere monſtra.Cic.4.Tuſc.

Monſtra narrare,ſiue nuntiare. Cic.ad Atticum,lib.4,Venerat horis duabus antè Cherippus, mera monſtra nuntiarat. Vbi interpres, mera monſtra, interpretatur infirmitatem Quinti lethalem. Idem lib.9,Monſtra narrant,quæ falſa eſſe poſſunt.

Monſtra quis tanta explicet? Id eſt quis tantum ænigma ſoluet? Senec.Thebaid.1.

¶Monſtrum, pro Monſtratione aliquando accipitur. Virgilius 3. Æneidos,Monſtra deûm refero.

Monſtroſus , penultima producta , Adiectiuum {τερατώδης, τερατώδης} Quod præter naturam eſt. Lucan.libro 1, Monſtroſíque hominum partus.

Fabula monſtroſa,turpíſque relatu.Claud.in Eutrop.

Monſtroſus,per tranſlationem. Cic.1.de Finibus, Inuidi,difficiles, lucifugi,maledici,monſtroſi. Sueton.de Claris grammat. Laſtaurũ & lurconem , & nebulonem , popinonémque appellans, & vita,ſcripríſque monſtroſum.

Monſtroſiſſimus,pen.corr.Superlatiuum. Cic.2.de Diuinat. Quid minus mirum, quàm illam monſtroſiſſimã beſtiam,vrnam euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe?

Monſtroſè , penultima producta , Aduerbium {τερατώδως} Præter naturam. Cicero 2. de Diuinatione , Nihil tam præpoſterè, tam incondítè,tam monſtroſè cogitari poteſt,quod non poſſimus cogitare.

Monſtrifer, penult.corr.Adiectiuum {τερατοτόκος} Monſtrum referens. Plin.lib.6.cap.30, Animalium hominúmque effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni mirinè mirum.

Annus monſtrifer.Claud.in Eutrop.

Monſtriferos agit vnda ſinus.Lucan.lib.5.

Tumultus.Lucan.lib.2.

Monſtrificus,penult.corr. Adiectiuum,Idem {τερατουργός.} Plinius lib. 21.cap.5,Inuenta eſt & in his ratio inſerendi , monſtrificis hominum ingeniis.

Artes monſtrificæ.Valer.6.Argonaut.

Gemmæ.Plin.lib.37.cap.11.

Effigies.Plin.lib.2.cap.3.

Monſtrificabilis,& hoc monſtrificabile. Lucilius lib.26, Nunc ignobilitas his mirũm,ac monſtrificabile. Nonius.

Monſtrificè, penultima correpta , Aduerbium {τερατουργῶς.} Plinius libro 28.cap.11, Equarum virus à coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit , equinorum capitum viſus repræſentare monſtrificé.

MONTANVS {μοντάνος} Poeta, cuius meminit Ouidius 4.de Ponto, eleg.16.

Montanus,Monticula,Montoſus,In MONS.

Monumentum,Vide MONIMENTVM.

MONYCHA,monychæ {μώνυχα} Nomen eſt matris D.Auguſtini, cuius vitæ ſanctimoniam & ipſe Auguſtinus, & Maphæus Vegius Laudenſis vates literis mandauere.

MONYCHVS, penult.corr. {μώνυχος} Vnus fuit Centaurorum, de quo Iuuenal.ſatyra 1,

-quantas iaculetur Monychus ornos. Componitur ex μόνος καὶ ὄνυξ: hoc eſt,ſolus & vnguis, quòd pedem inſtar equi habuerit. Sunt enim μώνυχες equi, quia ſolidas vngulas habent. Lucan.libro 6, Aſpera te Pholoes frangentem Monychesaxa.

Grauis Monychus.Valer.1.Argonaut.

MONYMA,pen.corr. Mithridatis vxor, quæ in deſperatione rerũ profligatarum,detractum è capite diadema collo circunligaſſe traditur, ſeſeque ſuſpendiſſe. Et quũ corporis pondere laqueus ille diruptus eſſet, dixiſſe , Execrandum diadema , neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti. Móxque quum ſuper illud humi abiectum inſputaſſet,Eunucho regio iugulandam ſeſe obtuliſſe.

MONYMVS {μώνυμος} Fuit Corinthij cuiuſdam trapezitæ ſeruus,qui quum philoſophiæ amore teneretur , cupereteque maximè operam dare Diogeni : neque tamen hoc ipſum à domino poſſet impetrare, ſimulata inſania monetam cœpit ſpargere, eóque modo dimiſſus,ad philoſophiam ſe conuertit , Diogenémque ſequutus eſt. Author Laertius.

MOPSION {μόψιον} Agri pelaſgici oppidum in Theſſalia , apud Strabonem lib.9.

MOPSOPIA {μοψοπία} Attica regio,à Mopſopo rege ſic dicta,vt author eſt Strabo.

Mopſopius,Adiectiuum {μοψόπιος.} vt

Iuuenis Mopſopius,Athenienſis. Ouid.5.Metam. de Triptolemo.

MOPSOS {μόψος} Liberum Ciliciæ oppidum,ad Pyramum fluuium ſitum,teſte Plin.lib.5.cap.27. Strab.lib.14.μόψου ἱερὸν appellat.

MOPSVS {μόψος} Nomen proprium viri vatis,qui (vt P.Mela refert)in finibus Pamphiliæ Phaſelim vrbẽ condidit. ¶Fuit & alter Mopſus Lapitha,id eſt Theſſalus, vt Strabo ſcribit lib.9. qui fuit Ampicis & Cloridis filiæ Orchomeni filius. ¶Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi,Apollinis filius.

Sacer Mopſus.Valer.1.Argonaut.

Mora,moræ {πρόθεσις,μέλος τι,γράδιον,παρολκή} à Moror, moraris , vt quidam volunt.Expectatio,Temporis dilatio, Prolatio , Tarditas, Procraſtinatio.

Diſpendia moræ.Virgil 3.Æneid.

Anxioſa mora,Tempus longum.Ouid.5.Faſt.

Breuis Senec.Troad.8.

Damnoſa.Ouid.11.Metam.

Immenſæ.Ouid epiſt.1.

Inanis.Quintil.lib.4 cap.3.

Iniuſta.Quintil.in Procœm.lib.6.

Lenta.Ouid.epiſt.3.

Noſtri mora longa laboris.Ouid.12.Metam.

Mera,Vide MERVS.

Mora nulla.Cic ad Atticum,lib.5. In his λευκώματα illud cõfirmas, moram mihi nullam fore.

Nec mora vlla eſt,quin eam vxorem ducam. Terent.And.5 6.

Segnis.Virgil.3.Georg.

Tarda Ouid.2.Amor eleg.14.

¶Abrumpere moras,In ABRVMPO.

Acquirere moram ad aliquid agendum , & ſpatium alicui ad ſeſe colligendum dare.Cic.pro Cecinna.

Acquirere moram ad condemnandum,In ACQVIRO.

Adiungere,vel iniungere.Cic.Fam.15. Et Cæſ.4.de bell.Ciuil.

Afferre moram,Remorari.Horat.2.Serm.ſatyr.14.

Afferre ſupplicij. Cicero 7.Verrina, Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuiſſe,vt dilationem aliquam crucis, vt crudeliſſimi teterrimíque ſupplicij aliquam paruam moram ſaltem poſſet afferre. Idem ad Atticum, libro 11, Pharnaces autem , quoquo modo aget,moram afferet. Et 5.Philipp. Iſta legatio moram & tarditatem afferetbello.

Agitare,Vide AGITO.

Aſſequi. Cicero 7. Verrina, Apud te Prætorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis,mentione, atque vſurpatione ciuitatis aſſequi potuit?

Caſtigare.Virg 4.Æneid.

Corripere.Ouid.9.Metam.

Creare.Plaut.Pſeud.5,

Potin' vt abeas? tibi moram dictis creas.

Diſtincta

Diſtincta & interpuncta interualla , moræ , reſpirationéſque alios d electant:ſtumen aliis verborum,volubilitáſque cordi eſt,qui ponũt in orationis celeritate eloquentiam. Cic.in Orat.

Dimoue vocis moras,Id eſt Dic breuiter.Senec.Hipp.4.

Dare.Terent.Hecy.1.2.

Paruula mora dabitur.Iuuen.Saty.10.

Ducere.Quintil.lib.4,cap.2.

In longam ducere verba moram.Propert.lib.1.eleg.10.

Effugere.Quintil.lib.4.cap.2.

Emendare.Paul.in l.Si ſeruum.§.ſequitur.D.de verb.obligat.

Ne fabricare moras.Sil.lib.16.

Facere.Cic.ad Attic.lib.16,De Publico autem quòd perſcribi oportet,moram non puto eſſe faciendam. Idem pro Sylla,Vænire omnes ſuas poſſeſſiones & patrimonio ſe ornatiſſimo ſpoliari maluit , quàm vllam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum.

Moram facere libidini.Liu.7.bel.Pun.

Facere moram in ſoluendo. Paul.in l. Si ſeruum.§.ſequitur.D. De verb.obligat.

Ferre moras.Ouid.6.Meram.

Non tulit illa moram.Ouid.10.Metam.

Fit mora.Horat.3.Carm.ode 14.

Frangere moras portarum, Id eſt frangere portas quæ nos morantur.Stat.10.Thebaid.

Habere aliquid moræ. Cic. ad Attic.lib.13, Non puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamſi eſt futurum, vt non habeat aliquid moræ.

Habeo aliquid moræ dum promiſſa militibus perſoluo.Caſſius ad Cic.lib.12.12.

Habere aliquid in mora.Paterculus lib.2,Sua & celeritate & fortuna C.Cæſar vſus , nihil in mora habuit , quo minus & quum vellet ipſe, exercitúſque claſſibus peruenireț, &c. Hoc eſt, nulla re tardatus eſt,aut impeditus.

Inferre moram,Vide INFERO.

Inferre moram & impedimentum alicui. Cic.1.de Inuent.

Iniicere moram & religionem iudicandi iudicibus Cic.pro Cecin.

Innectere.Stat.5.Thebaid.

Interponere moras quibus infirmetur aliquis.Cic.8.Philip.

Interpoſita fluminis mora,Vide INTERPONO.

Interponere moram.Cic.2.Acad. Quod quum audiſſemus,nullam moram interponendam putauimus quin videremus, &c. Idem 10. Philipp. Ne minimam quidem moram interpoſuiſti , quin quamprimùm maximo gaudio & gratulatione frueremur. Et 6.Philip.Itaque bellum nefarium illatum Reip.quum viderem,nullam moram interponendam inſequendi M.Antonium putaui.

Breuem moram largiri alicui.Senec.Troad.8.

Metuere amori ſuo moram,In METVO.

Moliri,Vide MOLIOR.

Moue abs te moram, Vide MOVEO.

Corda moras nectunt.Valer.3.Argon.

Obſtat mora.Virg.1.Æneid.

Limæ labor & mora poetas offendit.Horat.in Arte.

Pellere.Ouid.10.Metam.

Pone moras,& ſtudium lucri,Id eſt depone. Horat.4. Carm.ode 2.

Præbere.Senec.Herc.fur.7.

Quærere.Ouid.2.Metam.

Ad iudicij moram, aliquam excuſationem quærere. Cic.pro Rab. Poſthum.

Conſulta moras extrema recuſant.Silius lib.7.

Rumpe moras omnes.Virg.9.Æneid.

Mora fui illi rei.Terent.Adelph.4.5.

Moræ eſſe.Plaut.Amph.11.

In mora eſſe.Terent.And.3.1,Sed ſequere me intrò: ne in mora illi ſis.Id eſt Morêris & detineas, vel inferas moram & impedimentum. Aſinius Pollio Ciceroni, lib.10.31,Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios , etſi nunc frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt:tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti,&c.

Mora eſt.Plaut.Capt.14,Nam ſi alia memorem , quæ ad ventris victum conducunt,mora eſt.Id eſt Diu immorarer.

Iamiam nulla mora eſt,ſequor,& quà ducitis,adſum.Virg.2.Æn.

Non eſt mora libera nobis.Ouid.2.Metam.

Res magna pretiúmque moræ erit.Virg.9.Æneid.

Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis?Cic.pro Mil.

Ne ſit mora.Terent.Adelph.2.1,

Ne mora ſit,ſi innuero,quin pugnus continuò in mala hæreat.

In me eſt mora.Terent.And.2.5,Neque iſtic,neque alibi tibi vſquã erit in me mora.Id eſt,Paratus ſum quod vis facere.

In me mora non erit vlla.Virg.3.eclog.

Per te eſt mora.Terent.And.3.4.

Quæ tantæ tenuere moræ?Virg.2.Æneid.

Tenuit mora nulla vocatos.Ouid.1.Metam.

Néve moram timeas,tépus quod quærimus inſtat.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.

Tollere moram iudicandi.Quintil.lib.4.cap.4.

Trahere moras.Virg.10.Æneid.

Trahere moram,& tempora differre.Ouid.9.Metam.

¶Haud mora conſiliis,nec iuſſa recuſat Aceſtes.Virg.5.Æneid.

Nuſquam mora.Virg.4.Georg.

Nec mora,nec requies.Virg.3.Georg.

Sine mora, Citiſſimè , celerrimé. Plancus ad Cic.lib.10.18, Vt venienti Bruto,exercituſque eius ſine mora tranſitus eſſet paratus.

¶Mora,aliud ſignificat apud Celſum lib.8.cap.10,de crurum femorúmque fractorum curatione, In crure æquè ad rem pertinet , alterum ſaltem os integrum manere. Commune verò ei, femorſque eſt, quòd vbi deligatum eſt , in canalem coniiciendum eſt. Is canalis & inferiori parte foramina habet,per quæ ſiquis humor exceſſerit , deſcendat: & à planta moram,quæ ſimul & ſuſtineat eam,& delabi non patiatur : & à lateribus caua , per quæ loris datis mora quidem crus femúrque vt collocatum eſt derineat.

Inter moras,Vide INTER præpoſitionem.

¶Mora,pro Luce æſtiua, quæ quia longa eſt, Mora noctis dicitur, quòd noctem retardet,& tardius venire faciat.Virg.1.Æneidos, Quid tantum Oceano properant ſe tingere ſoles

Hyberni:vel quæ tardis mora noctibus obſtet. Tardis; pro Tardè venientibus,inquit Seruius.

Moramentum,moramenti {ἀνάσχεσις} Idem quod mora. Apul. in Flor. Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt equitare, aduectorem ſibimet equum deligunt.

Mora Vaticana {κωνώπεια} A Romanis vocatũ fuiſſe rubi fructum, author eſt Dioſcorides lib.4.cap.35.

Moralis,Moratus,Vide MOS.

Morbonia , vel vt alij , Morbouia. Sueton. Quidam ex officio admiſſionis ſimul expellens abire morboniam iuſſerat. Quo quidem in loco morbonia , vel morbouia , vt nomen oppidi , quod tamen nuſquam eſt, fingi videtur : aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen , ſub ſenſu morbi & exitij. Hoc enim perinde eſt , ac ſi quis in malam crucem amandet , aut ad coruos abire iubeat. Certè compendium Dionis pro morbonia ἐς κόρακας habet.Ex Turneb.

Morbus,morbi {νόσος,νόσημα} Habitus cuiuſcũque corporis contra naturam,qui vſum eius faciat deteriorem.Cic.4.Tuſc.Morbum appellant totius corporis corruptionem : ægrotationem , morbum cum imbecillitate:vitium,quum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo prauitas membrorum,diſtortio,deformitas. Itaque illa duo,morbus & ægrotatio,ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Animi morbus Salluſt.in Cic. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M.Tulli , ſi te ſcirem iudicio magis , quàm morbo animi petulantia iſta vti.

Morbus & imbecillitas corporis. Cicero Attic.lib.11, Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat.

Æger morbo grani. Cic.1.in Catil. Vt ſæpe homines ægri morbo graui,quum æſtu,febríque iactantur,&c.

Infirmus ex graui & diuturno.Cic.8.Philip.

Inſignia morbi.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Admonitio,Vide ADMONEO.

¶Acer,Vide ACER adiectiuum.

Acutus,In ACVO.

Adueniens & creſcens morbus. Cic.2. de Diuin. Medici ex quibuſdam rebus & aduenientes & creſcentes morbos intelligunt, nonnullas etiam valetudinis ſignificationes , vt hoc ipſum, pleni enectíve ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicunt.

Ancipites,In ANCEPS.

Amplior,In AMPLIVS.

Cæcus,In CAECVS.

Caducus,In CADO.

Comitialis,In COMITIA.

Declinans,In DECLINO.

Exanguis.Ouid.15.Metam.

Grauis.Cic.1.Offic. Quapropter in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt,qui leuiter ægrotantes, leniter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur.

Immanes.Lucret.lib.2.

Impatibilis,Vide IMPATIBILIS.

Iners morbus.Ouid.7.Metam.

Ingraueſcens,Vide INGRAVO.

Leuiores.Quintil.lib.2.cap.3.

Longinquus, In LONGVS.

Maior morbus,idem qui Comitialis, Celſo lib 3.cap.23.teſte Bud.

Miſſus morbus ad corpora à numine.Iuuen.Saty.13.

Moroſus.Ouid.2.de Arte.

Pallentes.Virg.6.Æneid.

Pedicularis,Vide Pedicularis in PES.

Perniciales,In PERNICIES.

Regius.Horat.2.de Arte. Ictericiam aliter vocant.

Solſtitialis morbus,Vide Solſtitium,in SOL.

Morbus ſonticus in 12.tabul.interpretatur, qui nocet. Sed Plinius eo nomine morbum comitialem intellexit, quum ita ſcripſit de lapide gagate : Deprehendit ſonticum morbum. Nam Dioſcorides ſcribit, ἐλαιῶδες ὑπολιπαῖνον. Turneb.

Teter morbus.Catul de Leſbia,epig.71.

Tremens.Seneca Herc.fur.9.

Triſtis.Tibul.lib.4 eleg.11.

Veniens.Perſ.Saty.3.

¶Abſumi morbo,Vide ABSVMO.

Acceſſit ſpatium morbis, Vide ACCEPO.

Adeſſe morbum.Cic.2.de Finib.

Aduenit morbus,In ADVENIO.

Afferre,In AFFERO.

Affici graui.Cic.pro Cluentio.

Affectus morbo.Lucret.lib.1.

Affligi morbo,Vide AFFLIGO.

Aggraueſcere morbum.Terent.Meruo ne Philumenæ morbus aggraueſcat.

Anni tempora morbos apportant.Lucret.lib.5.

Aſſurgere ex morbo,Vide ASSVRGO.

Aſſurgere è morbo.Tacit.lib.18.

Auxiliari morbis,Vide AVXILIOR.

Cadere in morbum,Vide CADO.

Mentis morbo aliquo calere.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Oſſa morbo collapſa.Virg.3.Georg.

Concipere morbum,In CONCIPIO.

Confirmata valetudo à morbo, Cic.ad Attic. lib 10, Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo & à nouis tentationibus,gaudeo.

Conflictari morbo, In CONFLICTO.

Coniicere in morbum, Vide CONIICIO.

Graues morbo nequeunt consurgere.Ouid.7.Metam.

Contaminatus grex morbo turpiú virorum.Horat.1.Carm.ode 37.

Contrahere morbum, Vide CONTRAHO.

Conualescere ex morbo.Cic.Planco,lib.13.30,Ille in morbum continuò incidit, ex quo non conualuit. Idem pro Sylla, Ex magnis & diuturnis,& iam desperatis Reipub. morbis ista repentè vis erupit, vt ea confecta & ciecta conualescere aliquādo & sanari ciuitas posset.

Morbi corripiunt corpora.Virg.3.Georg.

Crescere morbum.Cic.2.de Diuin.

Crudescit morbus, Vide CRVDVS.

Crudescere cœpit morbus in processu.Virg.3.Georg.

Curare morbos. Quintil.lib.2.cap.3.

Defungi morbo. Liu. Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere.

Delabi in. Cic.ad Attic,lib.7, Pyliam in idem genus morbi delapsam curam tibi afferre maiorem sentio.

Depellere. Cic.Gallo,lib.7.27,Ego hæc cogito commorari, quoad me reficiam;nam & vires & corpus amisi:sed si morbum depulero,facilè,vt spero,illa reuocabo.

Euadere ex morbo dicitur ægrotus.Cic.2.de Diuin.

Tristes euincere. Tibull.lib.4.eleg.11.

Animæ non euolitant morbis.Lucret.lib.3.Hoc est,Non effugiunt morbos,non sunt à morbis immunes.

Exasperarur morbus.Celsus lib.2.cap.14,Ne morbus qui remanet, iterum quauis leui de causa exasperetur.

Exterminare, Vide EXTERMINO.

Facere.Celsus in Proœm.lib.1, Interest enim fatigatio morbum,an sitis,an frigus,an calor,an vigilia,an fames fecerit.

Finiri morbo, Vide Finio, in FINIS.

Iactari.Horat.2.Serm.saty.3.

Impediri. Cic. Lentulo,lib.1.10, Quòd morbo impeditus, in Ciliciam non transieris,

Implicitus, Vide IMPLICO.

Impugnatur, Vide IMPVGNO.

Incestit in castra, Vide INCESSO.

Incidere in.Cic.pro Cluent. Ibi in morbum incidit, ac satis vehementer,diúque ægrotauit.

Inclinatur, Vide INCLINO.

Incurrere in, Vide INCVRRO.

Incutere.Lucret.lib.6.

Ingruunt morbi gentibus vniuersis, Vide INGRVO.

Iniici in, Vide INIICIO.

Intabescere morbo. Cic.3.de Nat.deor.Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percussit,nec Æsculapius misero diuturnóque morbo intabescentem interemit.

Inuasit, Vide INVADO.

Iurare morbum, Vide IVRO.

Laborare.Cic.1.de Fin.

Languebant pleraque morbo.Lucret.lib.6.

Leuare morbum alicui, Vide LEVIS.

Leuari morbo. Cic. Cornificio,lib.12.29, Grauius ægrotant ij,qui quum leuari morbo videntur,in eum de-integro incidérunt.

Mederi morbis.Quintil.lib.1.cap.10.

Morituras inerti. Ouid.7.Metam.

Nasci morbum.Cic.Tusc.4.

Nec tibi vis morbi nocuit.Ouid.1.Amor.eleg.14.

Venienti occurrite.Pers.Saty.3.

Oppressa est morbo mulier.Cic.pro Cluentio.

Morbus aliquem opprimit. Cic.ad Attic.lib.15, Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuisò morbus oppresserit?

Perire morbis.Horat.2.Serm.saty.3.

Ingrauescentem præuidere,Vide INGRAVO.

Recreari è.Cic.Post reditum,Bona valetudo iucundior est eis,qui è graui morbo recreati sunt,quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt. Idem in Pisonem, Qui quum vno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset,quum semel incidisset, dubitabat nemo,&c.

Releuare. Cic.in Catil. Sic hic morbus qui est in Rep. releuatus istius pœna,vehementius viuis reliquis ingrauescet.

Releuari,pro Releuari à morbo. Cic.1.in Catilinam,Si aquam gelidam biberint,prius releuari videntur,&c.

Remouere.Cic.Attic.lib.11, Tu, quoniā quartana cares, & nouum morbum remouisti,&c.

Senescere.Cic.Famil.7.

Exangui squalebant corpora.Ouid.15.Metam.

In morbo esse.Cic.4.Tusc.Qui in morbo sunt, sani non sunt. Ibidem,Corpus quod in morbo est.

Tentari.Cic.4.Tusc. Animi valentes morbo tentari nō possunt, corpora possunt.

Acuto tentantur renes.Horat.2.Serm.saty.3.

Vrgeri.Cic.de Fato,Vt in eo qui mortifero morbo vrgeatur.

Reliquiæ morborum lentæ.Celsus.lib.2.cap.15.

Vnde sint morbi.Celsus in Præfat.lib.9.

Morbus in summo incremento.Celsus.lib.3.cap.8.

Longi.Celsus.lib.3.cap.1.

Recentes.Celsus.lib.2.cap.14.

Regius morbus. Celsus.lib.3.cap.24, Æquè notus est morbus, quem interdum arquarum,interdum regium nominant. Paulo post, Color autem eum morbum deregit,maximè oculorum: in quibus quod album esse debet,fit luteum.Solétque accidere & sitis, & dolor capitis,

&c. Deinde ad finem capitis, Per omne verò tempus vtendum est exercitatione,frictione:si hyems est,balneo:si æstas, frigidis natationibus:lecto etiam & conclaui cultiore,clauso loco vti,ludis, lasciuia, per quæ mens exhilararetur.Ob quæ regius morbus dictus videtur.

Vetus.Celsus.lib.3.cap.26.

Leuarur.Celsus lib.2. cap.8.

Mutare.Celsus.lib.3.cap.9,Nonnunquam etiam lentæ febres sine vlla remissione corpus tenent:ac neque cibo,neque vllo remedio locus est.In hoc casu medici cura esse debet,vt morbum mutet.

Opportunus morbo.Celsus lib.1.cap.5.

Occupat.Celsus lib.5 cap.27.

Subsistentes.Celsus in Præfat.lib.4.

Sustinere.Celsus lib.2.cap.8.

Teneri.Celsus l.b.2.cap.17.

Tollere.Celsus in Præfat.lib.9.

Traduntur morbi.Plin.iunior lib.1.epist.12.ad Calestrium, Tertio & tricesimo anno pedum dolore correptus est. Partius hic illi: nam plerunque morbi quoque per successiones quasdā,vt alia,traduntur.

Transire ad.Celsus lib.3.cap.19.

Vacare morbo.Celsus lib.3.cap.22.

Vacare à.Celsus lib.2.cap.1.

Morbus vincit medicamenta.Celsus lib.7.cap.33.

¶Morbus & Vitium apud Iurisconsultos differunt. Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius facit deteriorem,vt phthisis,febris,cæcitas: Vitium verò,partium corporis inter se dissidentia, ex quo simus deformes, vt balbum esse,& atypum, & reliqua id genus. Sed qui morbosus est, is etiam est vitiosus, non contrà. Potest enim quis vitiosus esse,& non morbosus. Hæc Gellius ex Cæcilio Sabino,lib.4.cap.2.

Morbidus,pen.corr. Adiectiuum {νοσηρὸς} Morbo affectum significat, vel morbis obnoxium. Varro 3.de Re rust.cap.16, Aut quum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus.

Morbida vis, Quæ morbum affert Lucret.lib.6, -vnde repentè

Mortiferam possit cladem conflare coorta

Morbida vis,hominum generi,pecudúmque cateruis,

Expediam. Idem paulo pōst, -fit morbidus aër.

Morbosus,pen.prod.Adiectiuum {νοσώδης} Morbo consectus,aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiam dicitur. Cato cap.2, Ferramenta vetera, seruum senem, seruum morbosum, & siquid aliud superfit,vendat.

Iracundi, soli morbosi.Cic.4.Tusc.Bene igitur nostri, quum omnia essent in morbis vitia,quòd nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominauerunt.

Mordeo, mordes, momordi, morsum {δάκνω, δήκνω, καταδάκνω, τὸ δάξω} mordere, Dentibus lædere & corripere.

Momordi.Ouid.9.Metamorphoseos,

-tum denique tellus

Pressa genu nostro est,& arenas ore momordi.

Morsi aliquando fecit in præterito. Plautus in Trigeminis, Ni fugissem,inquit,medium credo præmorsillet. Ex Gellio lib.7.cap.9.

¶Memordi, Præteritū ab antiquis frequēter vsurpatum. Ennius, Meum non est, at si me canis memorderit. Lab.Callis, De integro pattimonio mea centum millia numūm memordi. Ex Nonio.

Latrant & mordent canes.Cic.pro Rosc.Amer.

Mordere humum.Plaut.Merc.18.

Fœnum.Brutus Cic.lib.11.23.

Mordere herba dicitur sapore acri, Plin.lib.12.cap.19. Sic lib.22. cap.14,Mordens folium.

Amnis mordet rura aqua.Id est radit.Horat.1.Carm.ode 31.

Mordere se.Cic.ad Attic.6, An tu si mecum esses, qui scribis morderi te interdum,&c.Id est grauiter ferre.

Mordetur terra.Varr,de Ling.Latin.lib.4.

¶Mordere,per translationem,Detrahere alicui. Terent.Eunucho, 3.1, -inuidere omnes mihi,

Mordere clanculum:ego non floccipendere.

Iniquo dente mordere,Calumniari.Ouid.4.Trist.eleg.9.

Dente inuido mordeor.Horat.4.Carm.ode 3.

Morderi dictis.Ouid.1.Trist.eleg.1.

Opprobriis falsis.Horat.1.epist.17.

Non mordenda tibi turba fidelis erat.Ouid.4.de Pont.eleg.14.

¶Mordere, Pungere. Cic.Attic.libro 12, Quod rogas vt in bonam partem accipiam,siqua sunt in tuis literis quæ me mordeant. Idem lib.13, Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. Idem Appio,lib.3,Neque non tamen me mordet aliquid,in quo vnum non vereor,quæ mihi tuenda sunt. Idem 3. Tusc. Tamen siquis error aliunde extitit,si paupertas momordit,si ignominia pupugit.

¶Mordere,translatè,pro Lædere,offendere.Horat.1.epistol. 8, haud quia grando

Contuderit vites,oleamque momorderit æstus. Lambinus.

Frigora mordent parum cauros.Horat.2.Serm.saty.6.

Morderi conscientia.Cic 4.Tusc.

Morsus,Participium {δηχθείς.} Plin.lib.29.cap.3, Datur morsis à rabioso,ne rabidi fiant.

Morsus, huius morsus, masc.gen. {δηγμὸν, δάξιν, κάσεως} Dentium læsio vel apprehensio.Cic.de Senect.E quibus quum emerserit,fundit frugem spicæ ordine structam,& contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum. Idem ad Attic.lib.12,Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodā dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Viperinus.Cic.2.de Fin.

Morsus figuratus.Macrob.lib.7.Saturn.cap.3, Scomma penè dixerim morsum figuratum,quia sæpe fraude vel vrbanitate tegitur,vt aliud sonet,aliud intelligas.

Funesto morsu saucius.Ouid.11.Metam.

Apprehendere morsu,In APPREHENDO.

Fero consumite viscera morsu.Ouid.4.Metam.

Corripere morsum,Vide CORRIPIO.

Lacerare

Lacerare morsu viscera,Vide LACER.

A pecoris morsu frondes defendite nostras.Ouid.9.Metam.

Nec tu mensarum morsus horrescе futuros.Virg.3.Æneid.

Inferre morsus alicui.Ouid.11.Metam.

Leo parat morsus.Seneca Herc.fur.11.

Premere morsu,Lucret.lib.3.

Vastis morsibus prædam leo premens.Senec.Troade,9.

Citra morsum, Vide CITRA.

¶Bibere morsu, Vide BIBO.

¶Vnci morsus, De anchora dicitur,terræ vel fundo infixa. Lucan. libro 3.

¶Morsus,coniunctiò & nexus dicitur, vbi lorica cum fibulis connectitur.Silius lib.7,

Strage super lapsus socium,quà fibula morsus

Loricæ crebro laxata resoluerat ictu.

Coire ad morsum, Vide COEO.

¶Morsus,pro Liuore morsiunculārum.Lucretius lib.4,

Blandáque refrænat morsus admista voluptas.

Ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ.Cic.7.Verr.

¶Morsus,Dolor & ægritudo. Cic.3.Tusculo.Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferetur, spe proposita boni. Ibidem, Ægritudo erit fublata illa mœrens, morsus tamen & contractiunculæ animi relinquentur.

Sopitus necis morsus. Silius lib.13. Hoc est, mortis dolor amotus propter vinum.

¶Morsus,pro Inuidia & detractione:vt,

Insequi morsibus aliquem.Ouid.13.Metam.

Acres incitare morsus.Catul.ad passerem Lesbiæ,epig.2.

Incitat & morsus error vterque pares.Ouid.epist.18.

Venenare morsu.Horat.1.epist.14.

Morsiuncula,morsiunculæ,penult.corr.Diminutiuum {δηγμάτιον} Parvus morsus.Plaut.Pseud.3,

Compressiones arctæ amantium compares,

Teneris labellis,molles morsiunculæ.

Mordax,mordacis,pen.prod.omn.gen. {δάκτικος, δηκτικὸς,κατεσθιόμενος} Qui mordendo lædit.Plaut.Trucul.8,

Num tibi iam amabo ianua est mordax mea,quò introire

Meruas mea voluptas?

Ferro mordaci ista pinus.Horat. 4.Carm.ode 6.

Mordax folium,Pungens,& tactum feriens vel gustum. Plin.libro 16.cap.24.

Mordax vis.Plin.lib.9.cap.45.

Mordax homo,Detractor.Cic.2.de Orat. Quum quæreres id quid esset,fenem tibi quendam oppidanum dixisse,Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

Liuidus & mordax.Horat.1.Serm.saty 4,

Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam. Ouid.2.Trist.

Sollicitudines mordaces.Horat.1.Carm.ode 18.

Mordacissimus,pen.corr.Superlatiuum.Plin.lib.17.cap.18.

Mordacitas, penultima corr. mordacitatis {τὸ δηκτικόν.} Plin.libro 21. cap.15,Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. De vrtica & similibus.

Mordicibus {δήγμασι} pro morsibus. Plaut.Aulul.7, Asini me mordicibus scindant,boues incursent cornibus.

Mordicus, pen.corr. Aduerb. {δακτῶς} Mordendo. Plaut.Curcul.13,Manum mordicus arripuit Varro 2.de Re rust.cap.7, Ille impetum fecit in eum,& mordicus interfecit. De equo.

Diuellere mordicus agnam.Horat.1.Serm.saty.8.

Auferre mordicus auriculam alicuius.Cic.Qu.frat.lib.3.20.

Mordicus, Strictim, & quasi morsu ac dente. Suet.in Cæs.cap.64,

Paludamentum mordicus trahens,ne spolio potiretur hostis.

Mordicus tenere, per translationem, pro Summa pertinacia tueri. Cic.4.Acad. Nam ab omnibus eiusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Idem 4.de Fin. Quum id fugiunt,re eadem defendunt qua Peripatetici, verba tenent mordicus.

Morsicatim,pen.corr. {δηκτικῶς}Mordendo,antiqué. Varro, Sicut pulli sic incedunt,& in bellis morsicatim ludunt. Nonius.

MORCVS,fluuius est ex Alpibus defluens, vnus eorum qui à Pado excipiuntur,de quo Plin.lib.3.cap.16.

Moretum,moreti,pen.prod.neut.gen. {μυττωτὸν} Genus libi ex farina,lacte,vino,caseo,& herbis confectum: quale describitur à Virgilio in eo opusculo cui titulus est Moretum. Ouid.4.Fastorum,

Non pudet herbosum,dixi,posuisse moretum,&c.

Moribundus, Vide Morior, in MORS.

Morigeror, Vide MOS.

MORINI, pen. corr. {μορινοὶ} Populus Galliæ Belgicæ ad Oceanum, vt scribit Pomponius lib.3.Virgil.8.Æneidos,

Extremúsque hominum Morini,Rhœnusque bicornis.

Morio,morionis {μωρὸν} Stultus. Moriones sunt fatui quos in deliciis principum esse videmus. Martial.lib.12.epigr.90, Paruum basiat vsque morionē. Idem lib.8,Morio dictus erat,viginti millibus emi.

Morion, Gemma est, de qua sic Plin. Morion Indica, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur pramnion: in qua miscetur & carbunculi colos Alexandrinum: vbi Sardæ,Cyprium. Nascitur & in Tyro,& in Galatia.Xenocrates & sub Alpibus nasci tradit.Hęc ille lib.37.cap.10.

MORESENI, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes, quorum meminit Plin.lib.4.cap.11.

Morior, Vide MORS.

Mormyra,Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ouid.in Halieut.referente Plinio lib 32.cap.vlt.

Morochthus {μόρχθος}Lapis est in Ægypto nascens,quem nonnulli à lacteo colore Galaxian, & Leucographia appellant.Vtuntur eo linteariorum officinæ ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur.Author Dioscorides lib.5.

Moror, moraris, moratus sum {ἐπέχω, χρονίζω, καθυστερῶ, παρεμένω}

morari,Detinere,retardare. Terent.Heaut.1.1,Egomet continuas moror. Cic.5.Philip. Et belli celeritatem morabitur. Idem ad Cælium, lib.2,Sed eum infector moratur.

Diutius morari.Cic.3.de Orat.

Longius in loco aliquo.Propert.lib.3.eleg.20.

Longo tempore.Virg.3.Georg.

Morari emori.Catul.ad Seipsum,epig.49.

Moror ferre.Virg.8.eclog.

Consurgunt nautæ,& magno clamore morātur,Id est retro agunt. Virg 5.Æneid.

Per læue morari.Horat.2.Serm saty.7.

Iter alicuius.Ouid.epist.18.

Longa ambage aliquem.Ouid.7.Metam.

Longis ambagibus aliquem.Horat.1.epist.7.

Insequeris tamen hunc,& lite moraris iniqua.Horat.epist.1,

Carmina morantur oculos alicuius auréque.Horat.1.epist.13.

Ne multis morer.Cic.6.Verr.

Non moror,hoc est,Non obsto,non repugno. Terent.Eunuch.3.2, Quod quum secus erit, quid te Apulia moretur? Cic.ad Atticum, libro 4.86.

Orcum, Vide ORCVS.

Moratur aliquem pietas curáque alicuius,quo minus quid efficiat. Horat.1.epist.14.

Moratur me quin.Plaut.Aulul 22.

Non morari in dicendo, &c. Cicero pro Cluentio, Tū autem, nisi molestum est,paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ,in qua ego diutius non morabor,quoniam,&c.

Morari aliquem in promissis.Lucret.lib.5.

Ac ne pluribus moremur in re confessa, in regione Italiæ octaua, &c.Plin.lib.7 cap.49.

In paruis.Ouid.2.de Arte.

Promissis plura morari aliquem.Lucretius lib.6, Nec te promissis plura morabor.

Non circa vilem,patulúmque moraberis orbem.Horat.in Arte.

Morari apud aliquem. Pomponius in l. Quintus.§. Ad authoritatem.D.De annuis legatis & fideicommiss.

Morari cum aliquo. Scæuola in l. Annua. D. De annuis legat. & fideicommiss.

Morari solutionem, Differre.Paulus in l. Si seruum stip.§. Sed si. D.De verborum obligat.

¶Morari,Expectare.Lentulus Senatui,lib.12.15,Diutius morari aut expectare præsidium,non necesse habui.

¶Morari,significatione absoluta,vt Grammatici loquuntur,quum aliàs actionem significet. Catullus,Sed moraris,abit dies. Horat.2. Carm.ode 3,an pauper,& infima De gente sub dio moreris.

¶Morari,Habitare.Brutus ad Cic.lib.11.23, Ego,tibi vt antea scripsi,dum mihi à te literæ veniant,in Italia morabor.

Qua spe inimica in gente moratur.Virg.4.Æneid.

In vrbe.Ouid.2.de Ponto,eleg.8.

In vna sede.Ouid.2.Metam.

¶Morari, Curare, æstimare.Liu.2.ab Vrbe, Ne quis militis, donec in castris esset,bona possideret, aut venderet liberos, nepotésve eius moraretur. Ibidem,lib.4, C.Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio cōsequutus,vt tam charus esset militibus. Cic.in Verrem,Nihil moror eos saluos esse,& ire quò lubet. Vide NIHIL.

Nihil ne ego quidem moror quo minus Decemuiratu abeam.Liu. 3.ab Vrbe.

Nil moror officium quod me grauat.Horat.2.epist.1.

¶Moratur,Impersonale,Mora fit. Cælius ad Cic.lib.8. Fam.epist.9, Deinde alius existet, qui reliquas impediat: sic multum ac diu luditur,atque ita diu,vt plus biennium in his tricis moretur.

¶Morandi,morando,morandum,Gerundium.Virg.10.Æneidos, Æneæ subiit mucronem,ipsumque morando

Sustinuit. Vbi Seruius, Morando, Moram iniiciendo eius impetum fusit.

Causas innecte morandi.Virg.4.Æneid.

Morans,morantis,Participium {ἐπέχων.} Virg.4.Georgicorum,

-nanque morantes

Martius ille æris rauci canor increpat. Seruius, Morantes, Tardè incedentes.

Tempore longo morans.Virg.3.Georg.

Reditum alicuius.Horat.3.Carm.ode 5.

Lapsus fluminum morans Orpheus.Horat.1.Carm.ode 12.

¶Morans,Absolutè,vt Dies morans,id est longus,tardus. Horat.2. Carm.ode 7,

Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi,&c.

Moratus,pen.prod. {ἀφεδιαπράξας} Aliud participium.Liu. 4.bell.Pun. Et ad duo millia aut moratorum,aut palantium per agros interfecta, &c. Cic.ad Attic.lib.5, Moratus triduum Laodiceæ, & triduum Apameæ,& totidem dies Synadę.

Non multis ille moratus.Ouid.1.Fast.

Haud multa moratus dat dextram iuuenti.Virg.3.Æneid.

Lachrymis & mente morata.Virg 4.Æneid.De Didone.

Ira morata.Ouid.1.Amor.eleg.8.

Oscula sunt labris nostra morata tuis.Propert.lib.2.eleg.16.

Planta morata expenso gradu.Propert.lib.2.eleg.4.

Vulcum diu tellure moratum erexit.Ouid.14.Metam.

Morandus {ἐφετὸς} Aliud participium futuri temporis:vt

Fraude aliqua morandus est parer.Ouid.2.Trist.eleg.9.

Spectator morandus illecebris,& grata nouitate.Horat.de Arte.

Morator,pen.prod.Verbale {ἐφετὴς.} Liu.2. ab Vrbe,Quarúmque Tribunorum aduersus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum eoss.habent.

¶Morator,Ministerij nomen erat in ludis Circensibus,quo qui fuit gebantur,vt coniicere est, quadrigarios & bigarios morabantur, ne ante tempus, aut nō suo ordine curerent:& vt inter missus internalle

la essent. Hoc expriscis titulis eruit Turnebus, in quorum vno sic legitur, Qu. Rapidio Q. F. Lem. Mulioni moratori ludi Circ. nsis.

Moratorius, Adiectiuum {ιαματικός.} Paulus Iureconſ. Quo minus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. Hoc eſt, Cautio quæ datur vt quis differat & expectet.

Moros {μωρός} Latinè fatuus & inſipiens dicitur, teſte Budæo. Plaut. Trinum. 10, Is mores hominum moros & morioſos efficit. De amore loquitur. A quo

Morari, prima longa {μαίνεσθ} Inſanire ſignificat. Cuius exemplum in ſcommate illo Neroniano apud Tranquillum in Nerone, cap. 33. Certe omnibus rerum verborúmque contumeliis mortuum inſectatus eſt, modò ſtultitiæ, modò ſæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines deſiiſſe, producta prima ſyllaba, iocabatur, multáque decreta vt inſipientis atque deliri pro irritis habuit. Morari pro ſtupidè, & fatuè, & delirè agere dixit: quod Græci μωραίνειν dicunt. Budæus.

Morologus, Morofus, Vide MOS.

Morofophus, pen. corr. {μωροσοφος} Nomen hominis inter ſtultum & ſapientem ambigui. Bud. *Vide ſupra fol.*

MORPHEVS, diſſyllabum, huius Morphei vel Morpheos, penult. corr. {μορφεύς} Filius aut miniſter Somni dei: ſic dictus, quòd dormientibus inducat varias formas & viſiones. Ouid. 11. Metamor. hoſcos, Excitat artificem ſimulatoréque figuræ Morphea.

Morphnus {μορφνός} Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipue agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. vbi ſex aquilarum genera enumerat, Melænaeton, Pyrgagon, Morphnon, Pernopteram, Gneſium & Halyæeton, &c.

MORS, mortis {θάνατος, τελευτὴ, μοῖρα, τέλεσμος, κῆρ.} Cic. 1. Tuſc. Sunt enim qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem.

Mors, Diſſolutio. Cic. 2. de Fin. Quæro autem quid ſit, quod quum diſſolutione, id eſt morte ſenſus omnis extinguatur, &c.

Extremum omnium rerum mors. Cic. Torano, lib. 6. 21.

Finis vitæ miſeræ mors eſſe videtur. Cic. 1. Tuſc.

Mors non eſt interitus omnia tollens atque deleus, ſed quædam quaſi migratio commutatióque vitæ: quæ in claris viris & fœminis dux in cælum ſoleret eſſe. Cic. 1. Tuſc.

Mors vltima linea rerum eſt. Horat. 1. epiſt. 17.

Mors eſt migratio in eas oras quas qui è vita exceſſerúnt, ſtcolunt. Cic. 1. Tuſcul.

¶Mortes, pluraliter apud Plinium iuniorem lib. 9. epiſt. 16, Conſeuerunt me infirmitates meorum, mortes etiam & quidem iuuenum. Sic Martial. lib. 3, Mortes blandæ. Cic. 2. de Finib. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. Quintil. Declamat. 2, Contra verbera & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.

In morte, Vide IN præpoſitionem.

Obnoxia morti. Ouid. 14. Metam.

Arbiter mortis, Pluto. Seneca Herc. fur. 7.

Cupidus mortis. Horat. 2. Serm. ſaty. 2.

Iuſta exequialia. Stat. 11. Thebaid.

Fax. Ouid. epiſt. 20.

Gradus. Horat. 1. Carm. ode 3. Mortis gradus, inquit hîc Turnebus, eius eſt ingreſſio acceſſus & aduentus, qui interdù formidabilior eſt & truculentior, interdum clemẽtior: ſed qui nauigationi ſe commiſit, & mare turgidum tentauit, nullum mortis quantumuis immanem imperum videtur reformidare. Hæc ille.

Ianua. Silius lib. 11.

Imago. Virg. 7. Æneid.

Imago mortis, ſomnus. Cic. 1. Tuſc.

Laquei. Horat. 3. Carm. ode 24.

Metæ. Virg. 12. Æneid. de Æolo quodam.

Mora. Ouid. epiſt. 10.

Nigror. Lucret. lib. 3.

Fallaces notæ mortis & vitæ. Celſus lib. 2. cap. 6.

Solamen. Ouid. 12. Metam.

¶Acerba. Ouid. 14. Metam.

Accerſita. Plin. iunior lib. 1. epiſt. 12. ad Calceſtrium, id eſt, vltro ſibi illata.

Adaperta, In ADAPERIO.

Admota, In ADMOVEO.

Ægra. Virg. 3. Georg.

Amara. Propert. lib. 1. eleg. 18.

Blanda. Martial. lib. 3. epigramm. 22, Sirenas hilarem nauigantium pœnam, Blandáſque mortes, gaudiúmque crudele.

Bona mors, pro laudabili & cita. Plin. iunior epiſt. vlt. lib. 2.

Mors quæſtu certior. Colum. lib. 1. cap. 3.

Cita. Horat. 1. Serm. ſaty. 1.

Claræ mortes pro patria oppetitæ, Vide CLARVS.

Communis omni ætati. Cic. de Senect.

Complorata. Cic. pro Domo, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.

Conſentanea, In CONSENTANEVS.

Cruenta. Ouid. epiſt. 2.

Definita omnibus. Cic. pro Sextio.

Deliberata. Horat. 1. Carm. ode 37.

Dira mors ante oculos vagatur. Seneca Octau. 6.

Diſcreta. Ouid. 11. Metam.

Vadimus haud dubiam in. Virg. 2. Æneid.

Dura. Virg. 10. Æneid.

Extrema iam in morte. Virg. 2. Æneid.

Famoſa. Horat. de Arte.

Fera. Ouid. in Ibin.

Fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimum reddita. Cic. 14. Philipp.

Gelida. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.

Grauis, immatura, miſera. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores. Ouid. 3. Metam.

Honeſta mors ſæpe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. Cic. pro Quintio.

Horrida. Senec. Herc. OEth. 16.

Ignobili atque inhoneſta morte occumbere, Vide IGNOBILIS.

Immatura. Cic. 4. in Catil.

Immitis. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Importuna mors omne ſacrum profanat. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Indigna morte perempruus. Virg. 6 Æneid.

Indiuidua mors eſt noxia corpori. Senec. Troad. 5.

Indomita. Horat. 2. Carm. ode 14.

Inhoneſta. Liu. Decad. 3. lib. 9.

Inſtans. Silius lib 8.

Inuidioſior. Ouid. 7. Metam.

Non inuiſa eſt mors mihi. Senec. Octau. 17.

Iuſta. Horat. 4. Carm. ode 2.

Lurida. Silius lib. 13.

Merita morte perire. Virgil. 4. Æneid. Hoc ſic declarat Turnebus: Mors eſt quædam naturalis, quum fatalem annorum ſummam confecimus, vt quum morimur in ſenectute profunda: mors eſt etiam merita, vt quam bellorum caſus, & morbi intemperantia & crudilate quæſiti, aut ſcelera & crimina afferunt. Meruit enim mori qui in aciem prodiit. Hinc illud Æneæ,

-Et ſi fata fuiſſent, Vt caderem, meruiſſe manu. Is quoque mortem laceſſit, qui luxuriosè intemperanterque viuendo valetudinem labefactat. At nec fato, nec merita morte Dido occidebat, ſed morte immerita, vt ſubito furore correpta. Hæc ille.

Miſeram ſolæri. Virg. 10. Æneid.

Nec opina morte perdere aliquem. Ouid. 1. Metam.

Obita. Lucret. lib. 1.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turres. Horat. 1. Carm. ode 4.

Placida morte quieuit. Virg. 9. Æneid.

Pulchram properat per vulnera. Virg. 9. Æneid.

Pulcherrima. Plin. epiſt. 16. lib. 3.

Rapax. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Nec nimio rigida proſtrati morte iacebant. Lucret. lib. 6.

Sicca, Id eſt mors ſine vulnere aut cæde. Iuuen. Saty. 10.

Squalida. Senec. Medea, 10.

Subita. Virg. 11. Æneid.

Triſtis. Virg. 11. Æneid.

Turpis. Lucret. lib. 6.

¶Abſtulit clarum cita mors Achillem. Horat. 2. Carm. ode 16.

Abſumi morte. In ABSVMO.

Abſumptus morte, In ABSVMO.

Accelerare mortem. Lucret. lib. 6.

Accerſere. Lucan. lib. 8, -prohibent accerſere mortem. Id eſt aduocare, ſibi inferre.

Turpis mors forti viro non poteſt accidere, neque immatura Conſulari, nec miſera ſapienti. Cic. 4. in Catil.

Loca mortis adire. Ouid. 14. Metam.

Afferre mortem alicui. Seruius Cic. lib 4. 12, Et cui inimici propter dignitatem pepercerint. inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret.

Afficere morte. Cic. pro Cluentio, Homines inimicos ſuos morte affici volunt. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12, Vir clariſſimus ab homine terrimo acerbiſſima morte eſt affectus.

Anteponenda ſeruituti turpitudiníque mors. Cic. 1. Offic.

Appetere. Cic. 4. in Catil. Mortem à diis immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam: ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe: itaque eam ſapientes nunquam inuiti, fortes etiam ſæpe libenter appetiuerunt. Ex vetuſto codice rectius legitur oppetiuerunt.

Iuſta morte cecidere Centauri. Horat. 4. Carm. ode 2.

Capere plures mortes, Mori pluribus mortibus. Quintil. in Milite Mariano.

Honore mortis carentes. Virg. 6. Æneid.

Mors artis circunuolat alis. Horat. 2. Serm. ſaty. 1.

Vitam cum morte commutare. Seruius Cic. lib. 4. 5.

Conficere extremum diem morte. Cic. 3. de Fin.

Conſciſcere ſibi mortem, Vide CONSCISCO.

Conſecuta mors matrem, In CONSEQVOR.

Immiti conſumptus morte. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Contemnere. Seneca Herc. fur. 8.

Conceptam mortem præcordiis continere. Cic. 1. Tuſc.

Damnatus morti, De cuius vita deſperatur. Lucret. lib. 6.

Debemur morti nos, noſtráque. Horat. de Arte.

Decreta mors eſt. Seneca Hippol. 2.

Dédere aliquem morti, In DEDO.

Demittere aliquem. Virg. 5. Æneid.

Depellere. Ouid. epiſt. 14.

Deprecari. Ouid. 2. Faſt.

Deuincere. Seneca Herc. OEth. 12.

Deuota morti pectora. Horat. 4. Carm. ode 14.

Anima direpta morte. Lucret. lib. 1.

Dare morti aliquem. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.

Omnes per mortes animam ſontem dare. Virgil. 10. Æneid. Id eſt per omnia mortis genera, hoc eſt per omnia ſupplicia. Seruius.

Duci ad mortem. Cic. 1. Tuſc.

Eripere aliquem. Virg. 12. Æneid.

Exigere. Seneca Theb. 1.

Pœnam exigere morte. Seneca Agamemn. 13.

Mors eximit infelicitates. Lucret. lib. 3.

Vulnera non explent mortem. Lucan. lib. 6. Hoc eſt, tot vulneribus vnus perire non poteſt.

Nulla morte nec igni exuti luctus. Silius lib. 6.

Manu facta mors, Ouid. in Ibin.

Deſer-

Deſertáſque tulit ſine funere mortes. Stat. 9. Thebaid.

Finire dolores mortẽ. Ouid. 1. Metam.

Fugienda nunquam eſt mors. Matius Ciceroni, lib. 11. 28.

Functus morte. Ouid. 11. Metam.

Tormenta malæ conſcientiæ in morte graueſcunt. Lucr. lib. 3.

Habere mortem in procinctu. Quintil. in Milite Mariano.

Horrere. Virg. 10. Æneid.

Illachrymare morti alicuius, Vide ILLACHRYMO.

Mors imitata quietem. Stat. 5. Sylu. 3.

Imminet & impendet mors. Cic. 1. Tuſculan. Non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus quotidie imminet: & propter vitæ breuitatem nunquam longè poteſt abeſſe. Idem 1. de Finibus, Accedit etiam mors, quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet.

Imperare mortem, & Eripere mortem alicui, contraria. Seneca Thebaid. 1.

Mortem ſenioribus imputat annis. Ouid. 15. Metam.

Inferre, Vide INFERO.

Inſtructus ad mortem condemnandam, Vide INSTRVO.

Præſentémque viris intentant omnia mortem. Virg. 1. Æneid.

Interire morte. Ouid. in Ibin.

Mors res interimit. Lucretius lib 2.

Inuenire mortem manu. Virg. 2. Æneid.

Viam mortis inueniam. Seneca Herc. fur. 13.

Irrumpere mortes. Ouid. 11. Metam.

Iuncta leniuit morte dolorem. Silius lib. 17.

Luctari morti, Hoc eſt morti reluctari, ſeu repugnare: vel pugnare cum morte. Silius lib. 10.

Luere quippiam morte, In LVO.

Mactare morte, Vide MACTO.

Maturare alicui mortem, Vide MATVRVS.

Minari. Cic. 4. in Catil. Mors, quam illi mihi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata.

Mitti ad. Cic. 1. Tuſculan. Magna me, inquit, ſpectenet, Iudices, bene mihi euenire quòd mittar ad mortem. De Socrate.

Multari morte. Cic. pro Cluentio.

Multare triſti morte, In MVLTO.

Mortem obire, Mori. Feſtus, Mortem obiiſſe, ea con ſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiã duxit exercitum, pro ad: ſimilitérque vadimonium obiiſſe, id eſt ad vadimonium iſſe: & obuiam, ad viam. Hactenus Feſtus. Cicero 5. Philipp. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & tricesimo anno mortem obiit? Et pro Seſtio, Morte obita. Vide OBEO.

Multi mortem obeunt. Lucret. lib. 4.

Morti obiicere. Cic. in Vatinium, Qui Conſulem morti obieceris, incluſum obſederis, extrahere ex ſuis tectis conatus ſis.

Occumbere morti, mortem, & morte. Cic. 1. Tuſcul.

Occupauit eum mors, In OCCVPO.

Offerre alicui. Cicero pro P. Seſtio, Eadem ſibi manu vitam exhauiſſe, qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet.

Oppetere. Cic. 5. Verr. Dyrrhachinum primum ciuitatis eadem ratione mortem oppetiſſe.

Honeſta mors nunquam fugienda, ſæpe etiam oppetenda. Matius Ciceroni, lib. 11. 28.

Opponere aliquem. Virg. 2. Æneid.

Orare. Virg. 4. Æneid.

Peragere. Plin. iunior epiſt. 14. lib. 3.

Perdere mortes. Stat. 9. Thebaid.

Pulchram petunt per vulnera. Virg. 4. Georg.

Morte boum tellus placanda duarum. Ouid. 4. Faſt.

Poſcere mortem ſub armis. Silius lib. 10.

Præcipere mortem, Vide PRAECIPIO.

Præſtat mors omnia mortuo, quæ viuo, Id eſt relinquit. Lucr. lib. 3.

Precari. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 2.

Premere aliquem mortibus. Lucan. lib. 7.

Morte & ſuſpendio remedium iniuriæ ſuæ quærere. Cic. 5. Verr.

Reducere aliquem à morte. Virg. 4. Æneid.

Morte aliquid relinquere. Virg. 4. Æneid.

Reſignat lumina. Virg. 4. Æneid. de Mercurio.

Satisfacere morti. Quintil. in Patiete palmato, Et an morti ſatisfeciſſet, intellexit. Hoc eſt an omnino patrem occidiſſet.

Sternere aliquem morti. Virg. 12. Æneid.

Sternere aliquem ſubita. Virg. 11. Æneid.

Subeſt mors quibuſdam morbis. Celſ. lib. 2. cap. 6.

Media iam morte tenetur. Virg. 2. Æneid.

Tranſire in. Quintil. Declamat. 2.

Mors immatura vagatur. Lucret. lib. 5.

¶Mors memoriæ. Plin. lib. 14. cap. 22, Hinc rerum omnium obliuio mórſque memoriæ.

Morior, moriris, pen. prod. vel moreris, pen. corr. mortuus ſum, mori, & moriri, pen. prod. {θνήσκω, τεθνήκω, κατθνήσκω, κρατέω χρόνῳ, κάτειμι} Notum verbum. Cic. de Senect. Moriendum certè eſt, & id incertum an eo ipſo die.

Mori nemo ſapiens miſerum dixit, ne beato quidem. Cicer. Torquato. lib. 6. 3.

Mori ex vulneribus. Pollio ad Cic. lib. 10, Panſæ exercitum conciſum eſſe, Panſam ex vulneribus mortuum.

Ab enſe mori. Lucanus lib. 2.

Moriebatur in ſtudio dimetiendi cæli. Cic. de Senect. Mori videbamus in ſtudio dimetiendi penè cæli, atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipionis.

Mori per ſingula membra. Florus lib. 3. cap. 21.

Iuſſus mori. Virg. 3. Æneid.

Immeritus mori, Dignus qui ſemper viuat. Horat. 3. Carm. ode 2.

Dulce & decorum eſt pro patria mori. Horat. 3. Carm. ode. 2.

Ante diem morior. Ouid. 3. de Arte.

Per vim. Horat. 3. Carm. ode. 4.

Non omnis moriar: multáque pars mei

Vitabit Libitinam. Horat. 3. Carm. ode 3.

Acrius mori. Propert. lib. 2. eleg. 3.

Æquiſſimo animo moritur ſapientiſſimus quiſque, ſtultiſſimus iniquiſſimo. Cic. de Senect.

Inſano amore mori. Ouid. 1. de Arte.

Curis morior. Tibul. lib. 2. eleg. 7.

Deſiderio alicuius. Cic. Attico, lib. 11.

Frigore. Horat. 1. epiſt. 18.

Letho moriére vtrorum. Stat. 9. Thebaid.

Quin morere, vt merita es. Virg. 4. Æneid.

¶Fama móritur. Cic. Poſt reditum in Senatu, Quo veſtrorũ in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur?

Meriti morietur gloria veſtri. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.

Memoria ſuauiſſimi hominis ne moriatur. Cic. in Piſonem.

Sermo moritur. Cic. pro Cælio, Atque vt iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidiæque moreretur.

Virgæ morientur. Plaut. Capt. 11,

Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo.

Vnguentum ſuis horis moritur. Plin. lib. 13. cap. 3.

¶Moriar, Iurandi verbum, quemadmodum Dispeream. Cic. ad Attic. lib. 8, Moriar, ſi magis gauderem ſi id mihi acciduiſſet.

Moriendo ponere ſenſus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3.

Moriens, Participium {θνησκόμενος.} vt

Lumina morientia. Ouid. 9. Metam.

Cycno moriente dulcior vocem mouit. Seneca Hipp. 3.

Digiti morientes. Ouid. 5. Metam.

Herba. Virg. 7. eclog.

Lingua. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Mortuus, Aliud participium {τεθνεὼς, πεπτεὼς, νεκρὸς, εἰκάθων.} Plautus Aulul. 2. 1.

Spirantis mortui effigies. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3.

Hoſpes mortuus. Ouid. 5. Faſt.

Lauerti ſenis athletæ mortui. Cic. de Senect.

Plauſus. Cic. Attic. lib. 2, Cæſar quum veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. Huic ita plauſum eſt, vt, &c.

Exanguis & mortuus concidiſti. Cic. in Piſonem.

Concidit mortuus veneno poto Themiſtocles. Cic. de Clar. Orat.

Inferre mortuum in domum alicuius. Cic. pro Milone.

Infra mortuos aliquem mandare, non ſolùm ex numero viuorum exturbare. Cic. pro Quintio.

Mortuo verba facere, Eſt fruſtra vel ſuadere, vel orare, perìde quaſi mortuo quis loquatur. Terent. Phorm. 5. 9, Verba fiũt mortuo. Natum adagium à ridicula conſuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium, vnde & Conclamati dicebantur: præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Eraſmo.

A mortuo tributum exigere, vel colligere, Vid A vel AB præpoſitiones.

Excitare aliquem à mortuis. Cic. 1. de Orat.

Moriturus, pen. prod. {θνησείων} Aliud particip. vt

Crudeli funere moriturus. Virg. 4. Æneid.

Denſos fertur moriturus in hoſtes. Virg. 2. Æneid.

Moribundus, Adiectiuum {θνησιμόων} Moriens. Cic. pro Sextio.

Pulua moribundum extendit arena. Virg. 5. Æneid.

Cui me moribundam deſeris hoſpes? Virg. 4. Æneid.

Hoſtia moribunda cecidit. Virg. 3. Georg.

Ora. Propert. lib. 3. eleg. 7.

Pectus. Ouid. 12. Metam.

Vox. Stat. 8. Thebaid.

Mortalis, & hoc mortale, pen. prod. {θνητὸς, ἐφήμερος} Quod morti ſubiectum eſt. Cicer. 3. de Natur. deorum, Mortale igitur omne animal & diſſolubile & diuiduum ſit neceſſe eſt.

Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2.

Animæ. Horat. 2. Serm. ſatyr. 6.

Arma mortalia demorari. Virg. 10. Æneid.

Pro conditione vitæ mortalis immortalitatem conſequi. Cicer. 14. Philipp.

Corda. Virg. 1. Georg.

Corpora. Cic. de Senect.

Deus quidam. Quintil. lib. 1. cap. 10. De Oratore.

Facta mortalia, Facta hominum. Horat. de Arte.

Mortalia demere fila. Ouid. epiſt. 22.

Forma. Virgil. 9. Æneid.

Fortuna nonnunquam tanquam ipſa mortalis cum immortali natura pugnare videtur. Cic. 1. Offic.

Fulgor ſyderum. Plin. lib. 2. cap. 8.

Genus. Ouid. 1. Metam.

Inimicitiæ mortales, amicitiæ immortales. Cic. pro Rabir. Poſthumo.

Leges. Liu. 4. bel. Maced. Sic quas tempora aliqua deſiderarunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe video. Mortales leges intelligit Liuius non firmas, ſed temporarias. Senec. autem epiſtola 64, Legem mortalem vocat mortalium, vel mortalitatis.

Lumen. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Mucro. Virgilius 12. Æneid. Hoc eſt mortali manu factus. Seruius.

Mundum mortalem fecit Plato. Cic. 1. de Nat. deor.

Opera. Liu. 1. ab Vrbe, Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiã vltimum operum mortalium fuit.

Sermo. Lucret. lib. 5.

Vita. Lucret. lib. 3.

Turmæ. Horat. 3. Carm. ode 4.

Vulnus. Virgilius 12. Æneid. Hoc eſt ab homine mortali illatum. Seruius.

Vultus.Virg.1.Æneid.

¶Mortale & Æternum,cõtraria.Cic.4.Acad. Et quicquid eſt,mortale ſit an æternum?

Mortale & caducum:quibus opponitur Diuinum & æternum.Cic. 1.de Legibus.

Nil mortale loquar.Horat.3.Carm ode 25.

Nec mortale ſonans.Virgil.6 Æneid.

¶Mortalior,Comparatiuus. Plin.lib.34.cap.14, Eadémque prouidentia nihil in rebus mortalibus faciente, quàm quod inſeſtiſſimum mortalitati.

Mortalis,pen.prod. {θνητὸς} Subſtantiuum, pro homine. Cic.7.Verr. Nam iſtum paucis horis primæ actionis omnium mortalium ſententiis condemnaui.

Ægri mortales.Virg.1.Georg.

Miſerrimi mortalis caſum ſubite. Cic.Antequam iret in exil.

Turpe deum mortali cedere.Ouid 9 Metam.

Tranquilla pace mortales iuuare dicitur Venus.Lucret.lib.1.

Tribuere plus alicui, quàm mortali concedere par eſt. Lucretius libro 4.

¶Mortalis,Mortẽ afferens,mortifer. Cyprian.lib.1.epiſt.7.ad Epiectum,Nec audiant eos qui ſe fallaci & mortali circunuentione decipiunt. Idem in tractatu De bono patientiæ,Adulterium,fraus,homicidium,mortale crimen eſt.

Mortalitas,penult.corr. mortalitatis {τὸ θνητὸν} cui contrarium eſt Immortalitas. Cic.1.de Nat.deor.Aut non omne quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. Quintilian.lib.6.in Prooemio, Feſtinantémque metu meæ mortalitatis,proſtrauit.

Euentus mortalitatis imputari medico non debet. Vlpian.in l.Illicitas.§.Sicuti.D.De offic.præſid.

Turbatus ordo mortalitatis. Scæuola in l. Nam etſi.D.De inoffic. teſtam.

Aſſerere ſe à mortalitate,Vide ASSERO.

Omne quod ortum eſt,mortalitas conſequitur. Cicero 1.de Natura deorum.

Differre aliquid in mortalitatem. Vlpian.in l.Mulier.§.1. D.ad Senatuſconſ.Trebel. *Hîc* Mortalitas accipitur pro morte.

Intercipi mortalitate,Vide INTERCIPIO.

Supra mortalitatem tibi ſunt omnia tributa.Cic.Octauio,8.

Mortalitas mollitiæ.Plin.lib.36.cap.22.

¶Mortalitas,pro hominibus mortalibus.Plin.lib.2.cap.76,Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam.

¶Mortalitas,pro morte.Vlpian.in l.vlt.D. ad leg.Iul.maieſt. Is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit. Extinguitur enim crimen mortalitate.

Mortualis,& hoc mortuale,pen.prod. {νεκρικὸς} Quod ad mortuos pertinet. Plaut.Aſinar.13,Hæ non ſunt nugæ,non enim mortualia. Antiquum.

Mortuarium, Idem. Domitius apud Gellium, Vos philoſophi, inquit, mera eſtis (vt M. Cato ait) mortuaria gloſſaria. Vide Noct. Attic. lib.18.cap.7. Hoc autem verbo Domitius acriter philoſophos pungit,vt loquaces,& inanium verborum fundiatores,præficíſque ſimiles,quæ in mortuos næniam argutam & nugacem canebant. Gloſſaria mortuaria igitur intelligo per diminutionem linguas ad contemptum,vt ita dicam,præficales. Turnebus.

Mortifer,pen.corr.ſiue Mortiferus, mortifera,mortiferum,penul.corr. Adiectiuum {θανάσιμος,θανατηφόρος,φονικὸς} Quod mortem affere. Cicero 1. Tuſculan. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita eſt, vt non ad mortem trudi,verùm in cælum videretur aſcendere. De Socrate.

Bellum mortiferum.Virg.6.Æneid.

Mortiferus dolor,apud Celſum ſæpe legitur. Et lib.5.cap.26.

Mortiferum ferrum.Silius lib.10.

Grauis & mortifer morbus.Cic.1.de Diuin.

Plaga.Cic.in Vatinium.

Inſanabilis & mortifera plaga.Cic.pro Sextio.

Potio.Quintil.lib.7.cap.4.

Præcepta mortifera pro ſalutaribus conſcripſerunt imperiti. Cic. 2.de Legibus.

Vis mortifera.Lucret.de rer.natur.lib.6.

Vtrica contactu.Plin.lib.10.cap.59.

Vulnus.Liu.2.ab Vrbe.

Mortiferè,pen.corr. {θανασίμως} Aduerbium, Lethaliter. Vlpian. in l. Huic ſcripturæ.D.ad leg.Aquil.Si ſeruus vulneratus mortiferè, poſtea ruina vel naufragio periit. Rurſus ibidem, Sed ſi vulneratũ mortiferè liberum,&c. *Bleſſé à mort.*

Morticinus,penult.prod.Adiectiuum {θνησιμαῖος} Exangue,corruptum. vnde Morticinam carnem dicimus animalium,quæ non ſunt mactata,ſed per ſe mortua. Plinius,Sola hæc auis in eo genere morticinã carnem non attingit. Varro 2. de Re ruſt.cap.9, Morticinæ ouis nõ patiuntur veſci carne.

Morticini,Pedum claui. Plin.lib.22.cap.23,Clauis pedum,qui vulgò morticini appellantur, nitro miſto,antè ſubachũ.Subaudi, circunlinitur laſer.

Morſicatim,Morſiuncula,Morſus,Vide MORDEO.

MORTAM,Vnam eſſe ex Parcis dicunt,quas veteres Latini tres eſſe putauerunt, eáſque natiuitati & morti præſidere. Earum nomina fuerunt Nona,Decima,& Morta:quo commento illud videntur voluiſſe ſignificare, tempeſtiuum partus tempus eſſe menſem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos naſci,aut viuos ſtatim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mortarium,mortarij {θύϊνα,θύεια} Vas in quo res reſoluendæ piſtillo teruntur. Plaut.Aulul.5,

Cultrum,ſecurim,piſtillum,mortarium,

Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Plin.lib.12.cap.27,Tit & alio modo, quum in mortariis immatura vua teritur. Idem libro 36. cap.23.

Mortarium,Lacus & conceptaculum in quo calx, ſiue intrita ſubigitur ſeruatúrve. Budæus, Mortarium, locus vbi arenatum rurſus ſubigitur. Vitruu.de tectorio loquens, lib.7.cap.3. Græcorum verò tectores non his rationibus ſolùm vtendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato, calce & arena ibi cõfuſa,decuria hominum inducta ligneis vectibus pinſant materiem, & ita ad certamen ſubacta tunc vtuntur. Plin.lib.36.cap.23, In Græcia tectoris etiam arenatum quod inducturi ſunt, prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt.

Mortarium.Donatus in illud Terentij,

Tute hoc intriſti, tibi eſt omne exedendum. Quod ait à ruſticis de alliato mortario dici ſolere, morrarium cibum ipſum, id eſt moretũ vocat,à quo moretarium,pilam vbi interitur,& extrita litera mortarium dictum eſt.

Mortariola, Vide infrà OLISCI.

Morticinus,Mortifer, Vide MORS.

Mortuum mare {νεκρὰ λίμνη} Straboni dicitur, quia nihil viuum gignit. Lacus eſt in Pentapoli Syriæ,qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue ſubmergitur. Vnde & Aſphaltides vocatur, ſiue ab eo quod Græci bitumen ἄσφαλτον appellant:ſiue διὰ τὴν ἀσφάλειαν, hoc eſt à ſecuritate,eo quòd corpora viua & innatent,tutáque ſint à ſubmerſione.

Morus,mori,fœminini generis {μορέα} Arbor nouiſſima Vrbanarum germinans, nec niſi exacto frigore : ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed quum cœpit,intantum vniuerſa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam cum ſtrepitu. Hæc Plin. lib.16.cap.25. Sunt tamen qui à Græco deriuatum putent mori vocabulum, quòd fructus nigros proferat. *μοροὺς* enim,Græci nigrum vocant.

Arbor mori.Plin.lib.16.cap.44.

Morum,mori,n.gen. {μόρον} Fructus mori arboris.

Sanguineis frontem moris,& tempora pingit.Virgil.6.eclog.

Nigra.Horat.2.Serm.ſatyra 4.

Mora quoque in rubis ſunt,ſed multum ab his differentia.Colum. lib.5.cap.10.

Excuſſa rubetis.Ouid.4.Faſt.

Hærentia in duris rubetis.Ouid.1.Metam.

MORYLLII {μωρύλλιοι} Macedoniæ populi in occaſum vergentes,iuxta Allantenſes,& Lyncęſtas.Plin.lib.4.cap.10.

MORYCHVS {μόρυχος} Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem vindemiæ tempore muſto & recentibus ficis illinere conſueuerunt. Vide Eraſmum in prouerbio Morycho ſtultior.

Mos,moris, maſculini generis {ἦθος,τρόπος} Eſt vitæ inſtitutum conſuetudine firmatum. Varro ait morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cic.pro Cluent. Non mos, conſuetudóque ſeruata.

Mores,de equis. Colum.lib.6.cap.29, Mores autem laudantur qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi.

Mos obliuiſci hominibus, neque nouiſſe quoius nihili ſit facienda gratia.Plaut.Capt.18.

Mos & conſuetudo ciuilis.Cic.1.Offic.

Nec mos bellantes vnà ſtabulare.Virg.3.Georg.

Mos eſt. Cic.de Clar. Orat. Mos eſt hominum,vt nolint eundem pluribus in rebus excellere.

Mos erat antiquis.Ouid.15 Metam.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram. Virgilius 1. Æneidos.

Vt mos eſt,vt fieri ſolet.Cic.7.Verr.

Is genti mos dirus erat.Sil.lib.16.

¶Moris eſt. Cic.3.Verr. Tum ille vt aliquid reſponderet, negauit moris eſſe Græcorum vt in conuiuio,&c.

Græcia principium moris fuit.Ouid.2.Faſt.

Habebat hoc moris,Id eſt hunc morem ſeu conſuetudinem. Plin. iunior lib.1.epiſt.12.ad Caleſtrium.

Mos veſtis. Iuſtinus lib.1.de Semiramide loquens, Quem morem veſtis,exinde gens vniuerſa renet.

¶More. Plaut.Trinum.14,Scuta iácere, fugeréque hoſteis , more habent licentiam.

More inſtitutóque omnium defendere.Cic.pro Cecinna.

More agere,inſtitutíſque ciuilibus.Cic.1.Offic.

Accuſatorio more,& iure facere aliquid.Cic.pro Flacco.

More fit.Plaut.Trinum 14.

More rorat fundæ.Ouid.4.Metam.

More ſcribo,Vt ſoleo. Cicero ad Oppium, libr.11.29, Tu mi Oppi conſeruabis amorem tuum (etſi more magis hoc quidem ſcribo, quàm quo te admonendum putem) meáque omnia tuebere.

Meretricio more viuere.Cic.pro Cælio.

More,pro De more.Virg.7.Æneidos,

Hoc Priami geſtamen erat quum iura vocatis

More daret populis.

Beſtiarum more vagari.Cic.1.de Inuent.

Ferarum.Horat.1.Serm.ſatyra 3.

Degere vitam more feræ.Virg.4.Æneid.

Gigantum more bellare cum diis,eſt naturæ repugnare. Cicero de Senectute.

More hominum euenit.Terent.Andr.5 6.

More ingenij humani.Saluſt.in Iugurtha.

Mæandri more, Vide MÆANDER.

More maiorum. Cicero ad Atticum,libro octauo,Ipſi Conſules, quibus more maiorum conceſſum eſt , vel omnes adire prouincias,&c.

More noualium proſcindatur terra: Id eſt quemadmodum noualia.Colum.lib.3.cap.13.

More omnium,Vt ſolent omnes. Cicer.ad Cornificium, libro 12, Quod mihi exiſtimationem tuam,dignitatémque commendas,facis tu quidem omnium more.

More patrum.Virg.3.Georg.

More

More Romano,pro Vere,& ex animo.Cic.in epiſt. Ego te,inquit, Balbo,quum ad vos proficiſcetur,more Romano commẽdabo. Iterum, Sed more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem,meliorem virum,pudentiorem eſſe neminem. Eſt & more Romano , vt homines Romani ſentiunt. Cic. Id vtrum Romano more loquutus ſit , bene nummatum te futurum : an quomodo Stoici dicũt,omnes eſſe diuites, qui cælo & terra ſeui poſſunt, poſtea videro. Turnebus.

¶More meo.Cic.1.de Oratore,Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam,dicere.

Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent. Virg 4.Georgicorum. De apibus.

Nouo more aliquid facere. Cic.4.Verr. Hoc iniecto metu iudicibus,nouo more, nouo exemplo , ecquam rem putaris eſſe in Sicilia, niſi ad nutum iſtius iudicatam?

More iſto.Plaut.Bacchid.11.

¶Ad morem. Quintil.lib.4.cap.1, Materias ſibiipſi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur.

De more.Virgil.1.Æneidos,

Nanque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.

Et circùm Iliades crimen de more ſoluтæ.Virg.3.Æneid.

Cæſis primùm de more iuuencis.Virg.3.Æneid.

Armenta aſſueto belli de more ſequuntur.Sil.lib.7.

Comptos de more capillos turpare ſanguine.Virg.10.Æneid.

Ex more. Horat.2.Serm.ſatyra 3, Ex more imponens cognata vocabula rebus.

Priſcóque deos ex more precatus.Ouid.15.Metam.

Ex moribus diſciplináque aliquorum barbarum quandam delere. Cic.pro Corn Balbo.

In morem.Virgil.1.Georgicorum,

-pérque duas in morem fluminis Arctos. Id eſt in ſimilitudinẽ, vt ait Valla lib.4.

In morem ſtagni.Virg.8.Æneid.

Sinuoſo flexu in morem fluminis elabi.Virg.1.Georg.

In morem operis componere carmina.Horat.2.Serm.ſatyr.1.

In more. Cic.2.de Lege agraria,Eſt hoc in more poſitum , inſtitutóque maiorum,vt ij qui, &c. Idem 2.Offic. Quódque in partiis eſt moribus,multorum cauſas & non grauatè,& gratuitò defendere. Idem 2.de Legibus, De quo quum conſulerent Athenienſes Apollinẽ Pythium,quas potiſſimum religiones tenerent:oraculum edirum eſt, quæ eſſent in more maiorum. Ibidem,Tamen hæc erant ferè in more maiorum. Vide IN.

In moribus eſt mihi.Cic.ad Atticum, lib.6.III. Qui locus tamen corruptus eſt: legendum enim eſt in amoribus : hoc eſt, in deliciis. Bayfius.

Per hunc morem.Horat 2.epiſt.1.

Tempeſtas ſine more furit.Virg.5.Æneid.

¶Moribus,pro More & conſuetudine.Cic.pro Cecinna,Et de fundo Cecinna moribus deduceretur.

Qui ſapit,innumeris moribus aptus erit.Ouid.1.de Arte.

Caſtus moribus,In CASTVS.

Conſimilis moribus,In CONSIMILIS.

Incompoſitus.Quintil.lib.4 cap.5.

Perfectus.Quintil.in Prooem.lib.1.

Natura vel more perfecta virtus.Cic.1.Acad.

Argumenta morum.Quintil.lib.3.cap.9.

Morum dulcedo ac ſuauitas.Patercul.lib.2.

Doctus imitator.Horat.de Arte.

Veritas.Quintil.lib.6.cap.2.

¶Æqui mores modicis erroribus.Iuuenal.ſatyra 14.

Antiqui mores,Vide ANTIQVVS.

Moris antiqui homo,In laude ponitur,pro eo qui antiquam innocentiam obſeruat.Liu.9.bell.Maced.

Antiquus mos ſactorum.Lucret.lib.2.

Auidi mores,In AVIDVS.

Auſterus.Cic.pro Cælio.

Barbarus.Horat.1.Carm.ode 27.

Bonus.Plaut.Capt.5.

Ciuiles mores. Vide paulo pòſt,Proſternere mores,&c.

Commodi mores. Cic.de Amic. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus,imperio,poteſtate,proſperis rebus immutari.

Curui mores,Non recti.Perſ.ſatyra 3.

Damnati.Iuuenal.ſatyr.13.

Deductus.Horat.4.Carm.ode 4.

Feri mores hominum.Senec.Octau.7.

Humiles.Stat.3.Sylu.3.

Immodeſti,Vide IMMODESTVS.

Improbus.Plaut.Trinum.14.

Indocti,Vide INDOCTVS.

Infandus.Stat.4.Thebaid.

Iuſtus vitio genti, Vide INSERO.

Inſuetus,Vide INSVESCO.

Intermortui mores,Vide INTEMORIOR.

Intorti mores,Valde torti,prauiPerſ.ſatyr.5.

Non inutilis.Quintil.lib.1.cap.2.

Lepidi,Vide LEPIDVS.

Maligtus.Claud.1.Paneg.

Maritimi,Vide MARE.

Mendoſi,Vide MENDA.

Mitiſſimi,Vide MITIS.

Nocentiſſimi.Quintil.lib.2.cap.15.

Noui,Vide NOVVS.

Pacifici.Claud.3.Paneg.

Pallentes mores,Qui pallidos efficiunt. Vitia eorum,qui verentes reprehendi,pallent. Perſius ſatyra 5.

Patrius.Ouid.6.Metam.

Patrius mos Academiæ.Cic.1.de Orat.

Peregrini. Iuuenal.ſatyra 6, Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Intulit.

Peruerſus.Cic.pro Roſcio Comœdo.

Peſſimi,Vide paulo pòſt,Prætendere vultum,&c.

Pudici.Plin.lib.28.cap.8.

Rabidi.Ouid.3.de Arte.

Rectus.Horat.2.epiſt.2.

Rigidi.Ouid.2.de Remed.amor.

Seueri.Plin.lib.18.cap 8.

Solennis ſacrorum.Lucret.lib.1.

Teneri.Iuuenal.ſatyra 7.in fine,

-vt mores teneros ceu pollice ducat. Id eſt, vt præceptor formet mores puerorum , quomodo ſolet figulus è luto quales vult formas pollice ducere.

Varius.Virgil.1.Georg.

¶Accipere morem. Cic.3.Offic. Præclarum à maioribus morem accepimus rogandi iudicis, ſi eum teneremus , quæ ſalua fide facere poſſit. Vide ACCIPIO.

Adumbrare morem alicuius,Imitari. Curt.lib.10, Nec Perſis Macedonum morem adumbrare,nec Macedonibus Perſas imitari indecorum eſt.

Affingere mores, Vide AFFINGO.

Agere morem, Vide AGO.

Recto more agere aliquid.Horat.2.epiſt.2.

Auſtero more & modo agere.Cic.pro Cælio.

Aſtringere mores.Quintil lib.2.cap.2.

Bibere more Græco, Vide BIBO.

Bibere mores.Claud.de Nupt.Honorij.

Captare mores, Vide Capto in CAPIO.

Cedere moribus alicuius.Horat.1.epiſt.19.

Rebus mores ceſſere ſecundis, Id eſt cum fortuna immutati fuerunt mores Lucan.lib.1.

Colere mores populi, Vide COLO.

Condere mores alicuius gentis. Inſtituere.Curt.lib.8.

Conformare mores.Cic.4.de Finibus, Quarum quum vna ſit,quæ mores conformari putantur,differo,&c.

Congruere cum alterius moribus,In CONGRVO.

Congruere in morem alicuius,Vide CONGRVO.

Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores. Ouid.3.de Arte.

Comprobare mores factis,In COMPROBO.

Conſequi morem,In CONSEQVOR.

Conueniunt mores,In CONVENIO.

Corrumpere mores alicuius,In CORRVMPO.

Cuſtodire morem,In CVSTODIO.

Decedere de ſuo more,In DECEDO.

Deduci ad morem alicuius,In DEDVCO.

Mendoſos defendere mores.Ouid.2.Amor.eleg.4.

Detegũt ſe mores. Quintil.lib.1.cap.3.

Nocentiſſimis moribus perniciosa dare inſtrumenta. Quintilian. lib.2.cap.15.

Effingere. Cic.2.de Diuin. Quis non videt & formas, & mores,& pleroſque ſtatus ac motus effingere à parentibus liberos?

Excolere.Quintil.in Prooem.lib.4.

Exornare morem communis ſermonis decore quodam ſcenico. Quintil.lib.2.cap.10.

Scilicet expectas ſolitum tibi moris honorem? Ouidius 3.Triſt. elegia 13.

Exprimere orationemores alicuius iuſtos,integros,religioſos,&c. Cic.2.de Orat.

Exuperas morum nobilitate genus.Ouid.4.Triſt.eleg.4.

Nam morem fecerat vſus. Ouid.2.Metam.

Peruerſo more facere.Cic.pro Roſc.Com.

Facta moribus vis, cui opponitur Contra morem facta. Cic.pro Cecinna.

In faciem,morẽſque meos noua crimina fingis.Ouid.epiſt.12.

Suis quiſque fingitur moribus.Cic.in Parad.

¶Morem gerere, Obedire. Terentius Eunuch.1.2, Mos gerundus eſt Thaidi.

Morem gerere animo.Plaut.Amphit.3.

Sed gerat ille ſuo morem furioſus amori. Ouidius 2.Amor.elegia 2.

Mores quos antè gerebant, Nunc quoque habent.Ouidius 7.Metamorph.

Imitari mores & diſciplinam alicuius. Cic-pro Deiotaro.

Immutare mores, Vide IMMVTO.

Pacis morem imponere populis,Id eſt leges pacis, Virgil.6.Æneidos. Seruius.

Inceſſit mos,Vide Inceſſo,in INCEDO.

Inducere,Vide INDVCO.

Nouos inducere mores.Stat.12.Thebaid.

Inducere aliquid in mores populi. Cic.2.de Oratore,Qui hoc primus in noſtros mores induxit.

Induere mores pudicos & ſeueros,Vide INDVO.

Inficere prauis moribus, Vide INFICIO.

Hominum mores inſpicere.Horat.1.epiſt.2.

Inſtituere.Quintil.lib.1.cap.2.

Ad vitium mores inſtruet inde ſuos.Ouid.2.Triſt.

Labuntur ad mollitiem mores, Vide LABOR,laberis.

Manet mos, Vide MANEO.

Manet mos antiquus.Cic.Rufo,lib.5.20.

Mutare mores, Vide MVTO.

Obcalluere mores, Vide OBCALLEO.

Oblinere ſe moribus externis.Cic.in Bruto.

Obſerere mores, Vide OBSERO,obſeui.

Occalluere mores. Columel.lib.8. cap.16, Sed quoniam sic mores occalluere,nō vt hæc vſitata, verùm vt maximè laudabilia & honeſta iudicarentur: nos quoque,&c.

More & exemplo opitulari.Cic.pro Cecinna.

Ornare moribus aliquid.Horat.2.epiſt.1.

Oſtendere mores alicuius. Vide OSTENDO.

Feros mores immanémque alicuius naturam oſtendere. Cic.pro Roſc.Amer.

Pati mores. Plin.lib.36.cap.16, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide,&c.

Se miro perdere more, Ferre vocatur opem.Ouid.13.Metam.

Perdere mores alicuius.Quintil.lib.1.cap.2.

Perducere aliquid in morem. Cic.2.de Inuent. Aut quod in morē vetuſtas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par,iudicatum.

Perlucent mores, & quodammodo agnoſcuntur ex oratione dictis.Quintil.lib.6.cap.12.

Permittere morem.Virgil.1.Æneid.

Hæc melior ſpecie,moribus illa placet.Ouid.2.Amor.eleg.4.

Prætendere vultum & triſtitiam peſſimis moribus. Quintilian.in Proœm.lib.1.

Proſternere mores ciuiles,Euertere,perdere. Plinius lib.36.cap.15.

Pallentes radere.Perſ.ſatyr.5.

Recipere aliquid in.Quintil.lib.5.cap.10,Quæ legibus cauta ſunt: quæ perſuaſione,etiam ſi non omnium hominum,eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur,in mores recepta ſunt.

Referre morem aliquem.Virg.5.Æneid.

Morem antiquū referre,pro Reducere. Suet.in Iulio Cæſ.cap.20.

Exemplóque ſuo mores reget.Ouid.15.Metamorph.

Virtutem & mores alicuius repræſentare.Horat.1.epiſt.20.

Senſus moréſque repugnant.Horat.1.Serm.ſatyr.3.

Retinere morem.Cic.2.de Finib.

Reuocare. Cic.2.de Finib.

Seruare.Quintil.lib.1.cap.2.

Soluere morem traditum à prioribus,Vide SOLVO.

Regibus hic mos eſt,&c.Horat.1.Serm.ſatyr.9.

Tenere morem.Cic.5.Tuſcul.Quem morem quum Carneades acutiſſimè copioſiſſimèque tenuiſſet,&c. Iuſtinus lib.1.de Semiramide loquens,Quem morem veſtis,exinde gens vniuerſa tenet.

Sacrorum morem tenere.Virg.3.Æneid.

Traditum ab antiquis morem ſeruare.Horat.1.Serm.ſatyr.4.

Ad noſtrum vſum morémque transferri.Cic.3.de Orat.

Iam dolor in morem venit meus.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.

More alieno viuere,Vide VIVO.

Moribus antiquis viuendum.Plaut.Trin.6.

¶Mores cæli.Plin.lib.14.cap.1,Succeſſue tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores,ſoliſque ingenia.

Varium cæli prædiſcere morem.Virg.1.Georg.

Moratus, pen.prod.Adiectiuum {ἐνδιάθετος} Qui ſiue bonis ſiue malis moribus præditus eſt. Cic.2. Tuſculan.Quotus enim quiſque Philoſophorum inuenitur,qui ſit ita moratus, ita animo ac vita conſtitutus, vt ratio poſtulat? Idem in Partit. Quemadmodum quiſque generatus,quemadmodum educatus,quemadmodum inſtitutus,moratúſque fuerit. Terent.Hecyr.4.4,

-ſed quid mulieris

Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Fabula rectè morata, In qua ſingularum perſonarum mores optimè exprimuntur. Acron. Horat.de Arte.

Morata ianua.Plaut.Aſina.8.

¶Moratus,in malam partem.Plaut.Trucul.4,

-noui ego hominum mores:

Ita nunc adoleſcentes morati ſunt.

Moratus bene.Cic.2.Offic.Bene morati reges. Plaut.Perſa,16,

Si incolæ bene ſunt morati,pulchrè munitum arbitror.

Moratum optimè genus hominum.Cic.2.de Lege agraria.

Morata ciuitas. Cicer.de Clar.Orat. Quæque erant propria cum præſtantis in Republica viri, tum bene moratæ, & bene conſtitutæ ciuitatis. Hoc eſt moribus & legibus quaſi firmatæ.

Morata oratio. Quintil.lib.4.cap.2,Id eſt quæ mores exprimit,inquit Budæus.

Bene moratam diſciplinam obtinere.Colum.lib.1.cap.8.

Moralis, & hoc morale, pen.prod. {ἠθικός} Quod pertinet ad mores. Cic.de Fato,Quia pertinet ad mores quos ἦθη Græci vocant,nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam nominare Moralem: explicandáque vis eſt, ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. Sic Quintil. lib.6.cap.3.

Moralitas,pen.corr.moralitatis. Macrob.lib.5.Saturn. cap.1, Sunt præterea ſtyli dicendi duo,diſpari moralitate diuerſi.

Morigeror,pen.corr.morigeraris,morigeratus ſum {χαρίζομαι} morigerari,Obſequi,& quaſi ad alterius volūtatem mores transformare. Cic.in Oratore,Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

Morigero,morigeras,penult.corr. {χαρίζει} morigerâre,antiquè dixit Plautus Capt.5,Ei vos morigerare mos bonus eſt.

Morigerus,penultima corr. Adiectiuum {πιθανός} Obediens. Terent. And.1.5,

Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi,

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Malè morigerus,Vide MALVS.

Morigeri modi.Lucret.lib.4,

Nam facit ipſa ſuis interdum fœmina factis,

Morigeriſque modis,&c:

Morioſus,pen.prod.Adiectiuum {δύσκολος,χαλεπὸς,δυσάρεστος} Qui moribus eſt difficilibus & faſtidioſis. Cic.in Orat. Vſque eò difficiles ac morioſi ſimus, vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Idem de Senectute,Ac ſunt morioſi & anxij & iracūdi & difficiles ſenes:ſi quæ-rimus,etiam nuari. Idem ad Trebatium,lib.7.15,Quàm ſint morioſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt.

Difficilis & morioſus.Horat.2.Serm.ſatyr.5.

Mirabiliter morioſum eſſe.Cic.Attic.lib.2.

Morioſa natu,vel naſci arbor.Plin.lib.16.cap.33.

Canicies.Horat.1.Carm.ode 9.

Siris.Martial.lib.14.

Morioſa vitis.Plin.lib 14 cap.2.

Morioſè,pen.prod.Aduerb. {δυσχερῶς.} Plin lib.18.cap.13,Terram non morioſè eligit,penè vbi nihil aliud ſeri poſſit.

Morioſè,aut ingenio,liberóque faſtidio ineptias hominum reſpuere.Cic.de Clar.Orat.

Morioſitas,pen.corr.morioſitatis {τὸ δυσάρεστον.} Cic.de Senect. At morioſitas tamen,& ea vitia quæ dixi,habent aliquid excuſationis.

Morologus,morologi,pen.corr. {μωρολόγος} Qui in ſermone morioſus eſt,id eſt moleſtus. Vnde & ſermones huiuſmodi,dicuntur morologi. Plaut.Pſeud.22,Neque ibi eſſe alium alio odio,ibi nec moleſtum,nec ſermonibus morologis vti.

Moſillus,moſilli {ἁβρότης} Paruus mos, quo diminutiuo vſus eſt Cato.

MOSA {μῶσα} Huius eſt Galliæ Belgicæ,ex Vogeſo monte profluens, de quo Plin.lib 4.cap.14.& 15. Tacit.lib.2.& 20. Et Cæſ.de bell.Gal.

Moſchatula, Pyra quædam dicuntur, teſte Sipontino, quæ odorem moſchi referunt. Eſt autem Moſchus animaliculū ſimilitudine muris,binos in ſuperiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiore,eóſque ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta vmbilicū apoſtema ſanguinoſcum naſcitur, quod vbi cum pelle excīſum ſiccatúmque, præſtantiſſimum ſpirat odorem, & inter primas hominū delicias habetur,cibiſque & medicinis, & vnguentis paſſim adhibetur. Hinc itaque pyri quoddam genus Moſchatulum dicitur, quòd ad hunc odorem proximè accedat.

MOSCHVS {μόσχος} populus eſt Aſiaticus prope Phaſim fluuium.ea regio eſt tripartita: vnam Colchi,alteram Hiberes, & tertiam Hermenij inhabitant. Lucan.lib.3. Hi nunc Moſcouitæ dicuntur.

¶Moſchus fluuius,nunc vulgò *Mortana*.

¶Moſchus,grammaticus & poeta Syracuſanus, Ariſtarchi familiaris: hic ſecundus à Theocrito ſcripſit carmen Bucolicon. Suidas.

¶Moſchus,alius quidam apud Horatium 1.epiſt.5,

Mitte leues ſpes,& certamina diuitiarum,

Et Moſchi cauſam.

MOSSES,Moſis & Moſi,ſicut & Achilles,Achillis & Achilli {μωσῆς,μωσέως} nomē inclyti Iudæorū ducis. Iuuenal.ſatyra 14, Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes. Et interpoſito y pſilo,Moyſes dicitur, quod habetur in frequentiori vſu. Sedulius, Quid quod & Helian & clarum videre Moyſem? Scriptum legimus in ſacris Bibliis,Exodi cap.2, ex euentu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe: id eſt ex aqua ſaluatus,eo quòd de flumine ſit ſaluatus.

MOSSYNOECI {μοσσύνοικοι} populi Aſiæ verſus Septentrionem, qui(vt Pomponius libr.1.refert) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant,propatulo veſcūtur,promiſcuè concumbunt,& palàm reges ſuffragio deligunt,vinculiſque & arctiſſima cuſtodia tenent. Valer.5.Argonaut.

Vos quoque non notæ mirati vela carinæ

Moſſynœci: vos ſtabulis Macrones ab altris.

MOSYLON {μόσυλον} promontorium Æthiopiæ,emporium habens eiuſdem nominis. Stephanus.

Motio,Moto,Motor,Motus,Vide MOVEO.

Motacilla,motacillæ,Vide Cinædus,auiculæ nomen,in CINAEDI.

MOTHO,mothus {μωθὼ} Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum ſignificat. Stephanus.

MOTYE,motyes {μοτύη} Siciliæ oppidum,ita dictum à Motye quadam muliere,quæ Herculi eos indicauit qui boues eius abegerant. Hæc Stephanus ex ſententia Hecatæ.

Mouco.moues, moui, motum {κινέω, δονέω,κλονέω, μοχλέω, μακίνω,σαλεύω,μετακινέω} mouere, Notam habet ſignificationem. Terentius Andr.4.4,

Moue ocyus te,vt quid agam porrò intelligas.

Motus in inferiorem locum de ſuperiore.Cic.pro Cecin.

¶Moueri de opinione.Cic.4.Acad. Verum illud certum,comprehenſum, perceptum, ratum,firmum, fixum fuiſſe vis,déque eo nulla ratione neque pelli,neque moueri potes.

Mouere de ſententia.Liu.9.bell.Macedon.

Mouerit è votis pars quotacunque deos. Tibull.libro tertio,elegia 7.

Mouere in contrarium.Plin.lib.11.cap.48.

¶Mouere, pro Diſcedere. Cicero ad Atticum, libro 9, Hæc autem ſcribebam pridie Nonas XIIII.die, poſtquam ille Canuſio mouerat.

Mouere ab Vrbe: ſubaudi caſtra.Liu.4.bel.Pun.

Si nondum profectæ ſunt,nihil eſt quod ſe moueant. Cicer. ad Atticum,lib.7.

Mouere ſe veſtigio.Liu.1.bell.Pun.

Mouere caſtra.Cæſar.1.bell.Gall.

¶Mouere,pro Mutare.Liuius 4.bell.Macedonici, Adeò nihil motum ex antiquo probabile eſt: veteribus,niſi quæ vſus euidenter arguit,ſtari malunt.

Mouere ſe ad motum fortunæ,Mutare animum cum fortuna.Cæſar lib.2.bel.Ciuil.

Mouere ancilia. Sueton.in Vitell. Sed & motis,nec dum conditis ancilibus. Solebant qui bello gerendo præficiebātur,vt inquit Seruius, ingredi Martis ſacrarium,anciliáque primùm mouere: deinde ſimulachri haſtā,dicentes,Mars vigila. Promebantur autem indicto bello ancilia, vt mouerentur: ac profectionem ſuſcipere, antequam condita eſſent, ominoſum & religioſum habebatur. Cornel.Tacit. Fuere qui proficiſcenti Othoni moras religionémque nondum conditorum ancilium afferrent. Hæc ex Turnebo.

¶Mouere

¶Mouere,pro Remouere.Cic.3.de Finib. Quid,non ſic aliud ex alio nectitur,vt non,ſi vllam literam moueris,labent omnia?

Aciem loco mouere, Vide ACIES.

Loco mouere verba.Horat.2.epiſt.2.

Catulos leænæ.Horat.3.Carm.ode 20.

Mouere loco aliquem. Cicero ad Qu. fratrem, libro 2.7,Exarſit dolor, vrgere illi,vt loco nos mouerent.

Mouere ſe loco, vel ex loco. Cæſ.3.bel. Gall. Sic Liu.4.bel.Macedon.

A gremio alicuius ſe.Catul.de Paſſere,epigr.3.

Moue abs te moram,hoc eſt feſtina.Plaut.Capt.13.

Vaſta mole mouere ſe.Virg.3.Æneid.de Polyphemo.

Tali remigio,nauis ſe tarda mouebat.Virg.5.Æneid.

Mouere ex opinione. Cic.3.de Nat.deor.Nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vnquam oratio aut docti aut indocti mouebit.

Mouere aliquem poſſeſſione.Cic.3.Verr. Ergo quia poſſeſſor eſt, non moues poſſeſſione. Idem pro Lege agraria,Sed mouerī poſſeſſionibus amiciſſimis,ſedibus ac diis penatibus negant oportere.

Mouere Senatu,vel de Senatu.Cic.pro Cluentio,Vt alter de Senatu mouere velit,alter retineat, & ordine amplißimo dignum exiſtimet. Sic Moueri ſtatu,Liu.10.bel.Pun.

¶Mouere animum.Virg.3.Georgicorum,

Non vmbræ altorum nemorum,non mollia poſſunt

Prata mouere animum. Seruius,In ſuum deſyderium illicere.

Lachrymis adamanta mouebis.Ouid.1.de Arte.

Admirationes,plauſus,clamores,non approbationes ſolùm mouere debet Orator. Cic.in Orat.

Aluum vel ventrem mouere, pro Ciere. Cato cap.115. Sic Mouere vrinam, Plinius libro 20.cap.2. Et Mouere vomitionem,Ibidem.

Quid iuuat ambages præceptáque parua mouere? Ouidius 3. de Arte.

Arma.Virg.12.Æneid.Tum demum mouet arma leo.

Magica arma.Ouid.5.Metam.

Bellum mouere, & ad bellum. Cicero 1. Offic. Adeò ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. Liu.5.bel.Maced. Suis quenque ſtimulis mouerent ad Romanum bellum.

Brachia mouere dicitur equus, quando ſubſilit. Ouid.2. Metam. Edidit hinnitus,& brachia mouit in herbis.

Mouere calculos in vtraque parte,id eſt difficultates,aut rationes. Plin.iun.lib.2.epiſt.19.

Cantus.Virgil.10.Æneid.

Ianua faciles mouet cardines, Facilè aperitur. Horat.1.Carm. ode 25.

Carmen ore.Ouid.14.Metam.

Citharam cum voce.Ouid.5.Metam.

Curſus pituitæ.Celſ.lib.7.cap.7.

Dentes nonnunquam mouentur,modò propter radicum imbecillitatem,modò propter gingiuarum areſcentium vitium.Celſus libro 7.cap.12.

Dolorem.Celſus libro 7.cap.4.

Dicta Iouis mouēre deos.Ouid.9 Metam.

Expectationem alicui de. Cic. ad Attic.libro 2,Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli?

Faſtidium alicui.Iuuen.Saty.10.

Faſtidia ſtomacho.Horat.2.Serm.ſaty.4.

Febrem.Celſus libro 8.cap.16,Interdum febrem vomitúmque bilis mouet.

Mouere Ioui fertum.Cato cap.134.

Mouere fidem,Mutare.Liuius lib.5.belli Maced.

Mouere cerebrum,Turbare.Senec.epiſt.36.

Controuerſiam mouere. Scæuola in l. victima, in principio.D.De pignor.actione.

Fides mouere,Ludere fidibus.Ouid.ad Piſonem.

Et fila ſonantia mouit.Ouid.10.Metam.

Fletum.Cic.1.de Orat. Quod is C.Sulpitij Galli propinqui ſui Q. pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum populo moueret.

Hæredes mouere, pro Excludere. Cic.3.Offic. Quid ergo?hic non noceat,qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat,in eorum locum ipſe ſuccedat?

Indignationem.Liu.4.ab Vrbe.

Inflammationes graues.Celſus lib.8.cap.4.

Ingenium alicuius.Ouid 3.Amor.eleg.11.

Labra mouet metuens audiri.Horat.1.epiſt.17.

Lachrymas.Quintil.lib.6.cap.2.

Linguam fero ſtridore.Ouid.9.Metam.

Loco mouentur oſſa.Celſus lib.8.cap.2.

Mentionem de re aliqua.Liu.8.bell.Pun.

Miſericordiam.Cic.2.de Oratore,Qui quum in epilogo miſericordiam ſe mouiſſe putaret,poſtquam aſſedit,rogauit hunc,videretúrne miſericordiam mouiſſe.

Multa mouens animo.Virg 3.Æneid.

Omne nefas animo mouentes.Horat.3.Carm.ode 4.

Nummum mouere,Vide NVMMVS.

Nuptias mouere,Perturbare,inquit Donatus.Terent.Andr.3.2.

Oculos mouet & delectat pulchritudo corporis.Cic.1.Offic.

Verbis odia aſpera mouī.Virg.2.Æneid.

Mouetur opus.Ouid.4.Faſt.

Maius opus moueo.Virg.7.Æneid.

Ad citharam vocalia mouerat ora.Ouid.5.Metam.

Palmam mouet ordine nemo.Virg.5.Æneid.

Quáque pedem mouī.Ouid.5.Metam.

Pedem mouerat & protulerat à limine.Iuuen.Saty.10.

Solennes voce mouere preces.Ouid.6.Faſt.

Riſum mouere,Excitare.Cic.4.de Finib.

Riſum & iocum mouere alicui.Horat.1.epiſt.20.

Riſum mouere ſalibus.Claud.8.Paneg.

Riſum mouere per varios ſales.Claud.2.in Eutrop.

Saxa ſono teſtudinis.Horat.de Arte.

Mouere alicuius ſententiam.Cic.ad Attic.lib.7.

Signa.Virg.3.Georg.

Verba lyræ motura ſonum.Horat.2.epiſt.2.

Spiritum.Celſus lib.8.cap.9.

Sternutamentum.Celſus lib.8.cap.9.

Stomachum mouere,Vomitum excitare. Plin.lib.13. cap.23, Apium vomitus facit,ſtomachum & aluum mouet.

Mouere ſtomachum alicui,pro Irritare.Cicero ad Attic.libro 6,In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet. Idem pro Murena,Si mihi homini vehemēter occupato ſtomachum moueritis,triduo,&c.

Studia alicuius mouere, Obturbare, vel interturbare. Cicero 1.de Finibus,Veritus ne mouere hominum ſtudia videretur, retinere non poſſem.

Sudorem.Celſus lib.2.cap.17.

Quæ voueo,ſuperos moruta putabo.Ouid.in Ibin.

Suſpicionem.Cicero ad Cælium,lib. 2.15,Quòd autem in maritimis facillimè ſum,moueo nonnullis ſuſpicionem velle ne nauigare.

Rigidam tellurem ſpirante Borea.Virg.2.Georg.

Omnes terras,omnia maria.Cic.ad Attic.lib.8.

Vnde mouet tonitrus.Ouid.2.Metam.

Tragœdias.Quintil.lib.6.cap.1.

Tuſſim. Celſus lib.8.cap 9,Fumus, puluis, & quicquid vel tuſſim, vel ſternutamentum mouet.

Tenui ventos mouiſſe ſtabello.Ouid.1.de Arte.

Vomitum mouet bilis.Celſus lib.8.cap.16.

Vrinam.Celſus lib.3.cap.21,Optima eſt,quæ vrinam mouet.

¶Moueo iſtæc,aut curo. Terent. Andr. 5.4,Ego iſtæc moueo, aut curo. Irriſio eſt.

Mouet me.Papinianus De Cond. furtiua. l. Parui refert, Nec me mouet præſens homo fuerit,nécne.

Multa me mouent in diſceſſu.Cic.Attico,lib.16.

Mouerī ſuper re aliqua.Virg.10.Æneid.

Peracutè,Vide PERACVTVS.

Serua Briſeis mouit Achillem Horat.2.Carm.ode 4.

Nullæ hic inſidiæ tales,abſiſte moueri.Virg.6.Æneid.

Sponte moueri, & Agitari pulſu externo, contraria. Cicero 2. de Natur.deorum.

Pluma aut folio facilius moueri.Cic.ad Attic.lib.8,Nec me Conſules mouent,qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur.

Nulla contentione mente ipſa ac voluntate mouentur membra hominum.Cic.3.de Nat.deor.

¶Animis mouemur & ſenſibus.Cic.2.de Nat.deor.

Animo moueri de ſalute aliquorum.Cic.pro Deiotaro.

Donis.Virgil.1.Æneid.

Fletibus.Virg.4.Æneid.

Nil moueor lachrymis.Propert lib.3.eleg.24.

Mente ac ſenſibus.Cic.4.Academ.

Moueri ſermonibus. Aſinius Pollio ad Ciceronem, libro 10.31,Ne moueare eius ſermonibus.

Neque enim ſpecie famáve mouetur.Virgil.4.Æneid.

Vultum moueri.Virgil.6.Æneid.

In omnem affectum moueri aliquem.Quintil.lib.6.cap.3.

In neutram partem moueri in re aliqua. Cic.4. Acad.Hinc ſummum bonum eſt,in his rebus in neutram partem moueri.

Organicè & mechanicè moueri,apud Vitruuium, Vide Organicè in ORGANVM.

¶Mouentur res magnæ:Hoc eſt,commouentur,excitantur.Cic.ad Qu.fratrem, lib.2.7,Magnæ mihi res moueri videbantur.Nam Pompeius intelligit,nobiſcúmque communicat,inſidias vitæ ſuæ fieri.

Mouere ac moliri aliquid.Liu.3.bell.Pun.

¶Moueri,Ire,ferri.Lucret.lib.1,

-Nam corpora ſunt,& inane

Hæc in quo ſita ſunt, & quâ diuerſa mouentur. Id eſt, huc & illuc feruntur.

¶Mouere,pro Moueri: vt Terra mouere dicitur. Gellius libro 4. cap.6. Suetonius in Claud. Cæſare,cap. 22, Obſeruauiſſeque ſeduló, vt quoriesterra in vrbe mouiſſet, ferias aduocata concione Prætor indiceret.

Mouendus puluis {κινητέος κονιορτός.} Virg.2.Georg. Sollicitanda tamen tellus,puluiſque mouendus.

Mouens,Participium {κινῶν} Qui mouet.

Mouentes res,pro mobilibus. Liu.Quod ex ea tantùm præda,quæ rerum mouentium ſit, decima deſignetur. Triphon.l.pen.D. de vi & vi armat.Si me de fundo vi deiecteris, in quo res mouēres fuerint. Gellius lib.11.cap.vlt.In Sabini libro, cui titulus eſt De furtis,id quoque ſcriptum eſt,Non hominum tantùm,neque rerum mouentium, quæ auferri occultè & ſubripi poſſunt, ſed fundi quoque & ædium fieri furtum.

Motus,Aliud particip. {κινητός.} Virg.1.Æneidos,

-ſed motos præſtat componere fluctus.

Motus eram dictis.Ouid.4.Triſt eleg.9.

Tumultu motus Æneas.Virg.6.Æneid.

Moti terriculis.Liu.4.bel.Maced.

Moræ ſonuere colubræ.Ouid.4.Metam.

Motus, huius motus, Verbale {κίνησις,σύνταξις, κίνημα, νόημα ες ς, κατάβασις} Ipſe mouendi actus. Virgilius 5. Æneidos, Ille pedum melior motu.

¶Acutus.Stat.6.Thebaid.

Aſſidui Ouid.epiſt.18.

Concutatiſſimus corporis.Quintil.lib.2.cap.11.

Decens.Quintil.lib.1.cap.10.
Deformis motus aut ſtarus.Cic.lib.5.de Finib.bon.& mal.
Flexi fractíſque.Cic.lib.5.de Finib.bon.& mal.
Inconditus,Vide INCONDITVS.
Ionici motus,Saltationes Ionum laſciuæ, & geſticulatione parum decoræ.Horat.3.Carm.ode 6.
Mota mens,quod vulgò dicimus *ſenſum turbatum*. Seneca epiſt.94.
Socius motus.Ouid.1.Amor.eleg 10.
Tremulus.Lucret.lib.3.
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.Ouid.8.Metam.
¶Nullos audet dare corpore motus.Ouid.5.Metam.
Incompoſitos motus dare.Virgil.1.Georg.
Futere motu capitis.Quintil.lib.2.cap.12.
Habuere motum ſaxa.Seneca Herc.OEth.4.
Vano motu iactans brachia.Seneca Herc.fur.12.
Feroci motu quatiens caput.Seneca Medea,11.
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.Ouid.8.Metam.
Effero motu recurſat huc & huc.Seneca Medea,6.
Tremiſcere motu.Ouid.7.Meram.
Laſſáque verſantes ſupremo lumina motu.Ouid.7.Metam.
¶Reciprocos motus agit ſpiritus.Seneca Herc.fur.11.
¶Motus cæli & ſyderum. Cic.de Vniuerſ. Motum dedit cælo eum qui figuratus ſit aptiſſimus.
Orbicus,Vide ORBIS.
Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu.Ouid.15.Metam.
Incerto diſcurrunt ſydera motu.Lucret.lib.1.
Dare motus.Lucret lib.1.
Retrò contrarióque motu orbes atque cælum verſantur. Cic. in Somn.Scip.
¶Celeri motu ſimulacra feruntur.Lucret.lib.4.
Cietur & agitatur motu ſuo quod eſt calidum & igneum.Cic.2.de Nat.deor.
Omnia quum rerum primordia ſint in motu.Lucret.lib.2.
Auctifici motus. Lucret. lib.2. Id eſt, auctum ſiue augmentum facientes.
Diuino motu concitus.Ouid.6.Metam.
Exitiales.Lucret.lib.2.
Genitales.Lucret.lib.2.
Sollicitus.Lucret.lib.1.
Virales.Lucret.lib.2.
Varius.Lucret.lib.5.
¶Interiore motu cietur id quod animal eſt.Cic.in Somn.Scip.
Motibus mutationibúſque ſuis ciens omnia natura. Cicero 3. de Nat.deor.
Conſociare motus.Lucret.lib.2.
Declinare.Lucret.lib.2.
Siquid proprio dat corpore motus.Lucret.lib.2.
Dominans motus lethi in corpore.Lucret.lib.2.
Edere motus.Lucret.lib.3.
Nouos rerum progignere motus.Lucret.lib.2.
¶Motus animi,Perturbatio. Cic.1.Offic.Vt perturbationes fugiamus, id eſt motus animi nimios rationi non obtemperantes. Idem de Amicitia, Quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibitis,admirabilis quædã exardeſcit beneuolétiæ magnitudo.
Agitatione & motu vacuus eſſe nunquam poteſt animus. Cic.1.de Diuinat.
Senſus,motus & appetitus animi.Cic.1.de Diuinat.
Celeres quidam motus animi & ingenij eſſe debẽt. Cicero 1.de Oratore.
Senſiferi.Lucret.lib.3.
Temporarius animi.Quintil.lib.5.cap.10.
Lætitiæ motus in ſe accipere.Lucret.lib.3.
Miſericordiæ motus, Vide MISERICORDIA.
Afferre motus in animis,Vide AFFERO.
Dulcem motum afferunt ſenſibus res quædam.Cic.2.de Finib.
Adhibere motus iudici,Vide ADHIBEO.
Cogitationis motus celeriter agitatus.Cic.in Orat.
Confiteri motum animi ſui lacrymis.Quintil.lib.6.cap.1.
Dat motus actum quendam & factum.Quintil.lib.2.cap.13.
Langueſcunt motus mentis.Lucret.lib.3.
Vario miſcentur pectora motu.Virgil.12.Æneid.
Petendus motus à comœdis.Quintil.lib.1.cap.11.
In motu voluptatem eſſe.Cic.2.de Finib.
Modici tangunt præcordia motus.Ouid.1.de Remed.amor.
Animi motus aliò traducere.Lucret.lib.4.
¶Motus, Commotio. Cic. pro Flacco , Nego eſſe iſta teſtimonia, quæ tu ipſe pſephiſmata appellas : ſed & fremitum egentum, & motum quendam temerarium Græculæ cõcionis. Ibidem,Videtis quo in motu temporum , quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur.
Motus & conatus. Cic.2.in Catil. Aut opprimet hominem, aut omnes eius motus conatúſque prohibebit.
Populi motus factus eſt.Cic.2.de Orat.
Anceps motus vulgi.Claud.1.in Ruffin.
Rebellis.Claud.4.Paneg.
Magnificentiſſimus ille totius Italiæ motus municipiorúmque concurſus.Cic.pro Domo.
Truces.Lucan.lib.8.
¶Afferre motum Reipub. Cic.2.in Catil. Nullum Reipub.motum afferre poterat.
Diſcordéſque ſerit.Stat.10.Thebaid.
In motu eſſe, pro Perturbari vel excitatũ eſſe. Cic.ad Quint.frat. lib.3.18,Magna res in motu eſt,propterea quòd aut hominum aut legum interitus oſtenditur.
Excipere futuros.Virgil.4.Æneid.
¶Ingens motus aquarum.Virgil.4.Georg.

Cæci motus orientis Auſtri.Horat.3.Carm.ode 27.
Magni.Lucret.lib.1.
Inſolitis tremuerunt motibus Alpes.Virgil.1.Æneid.
¶Motus,pro Cauſa. Plinius epiſtol. 4. libr. 3, Audiſti conſilij mei motus.
Motio,motionis,Verbale {κίνησις.} Cic.2.de Nat.deor.In corporum etiã motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius.
Motio animi.Cic.1.Acad.Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebãt niſi in animi motionibus atque rationibus.
Motio manet. Celſ.lib.3.cap.6,Nam ſi poſt alteram febrem motio manet,poſt alteram integrum corpus eſt,integro corpore,cibo tempus aptius eſt.
Motio ab ordine. Vlpian.in l.3.§.Pœna autem. D.de crim.Stelliõnatus,In his autem,qui ſunt in aliquo honore poſiti: ad tempus relegatio,vel ab ordine motio remittenda eſt.
Motiuncula,pen.corr.Diminutiuum.Seneca de Tranquill.vitæ,Qui ex diuturno grauíque morbo expliciti,motiunculis leuibúſque offenſis perſtringuntur. Idem epiſt.54. Leuis motiuncula decipit.
Motor, Aliud verbale {κινητὴς.}Martial.lib.11,in Charidemum,
Cunarum fueras motor Charideme mearum,
Et pueri cuſtos,aſſiduúſque comes.
Motorius, Adiectiuum.vnde Motoria fabula,Vide Statarius in STO.
Moto,motas {κίνημι} motãre,Frequentatiuum. Virgil.5.eclog.Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras.
Quercus motant cacumina.Virg.6.eclog.
Latus motare.Ouid.13.Metam.
Motuantur {κινῶνται} pro motantur, dixit Plautus in Trucul.4,Næ vt in æſtu motuantur iræ.
Mobilis,& hoc mobile,penult.corr. {κινητὸς,δύναντος} Qui facilè mouetur. Plinius libro 11. cap. 37 , Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.
Mobilis pedes.Plaut.Mil.10,
Clarè oculis video,pernix ſum manibus,ſum pedes mobilis.
Volat ambiguis mobilis alis.Seneca Hippol.11.
Mobilia & fluitantia.Horat.2.Serm.ſat.3.
Æquor mobile.Ouid.epiſt.2.
Ætas iuuenum.Virgil.3.Georg.
Mobili animo eſſe:hoc eſt Leui & inconſtanti. Q.Metellus ad Ciceronem , libro 5. 1, Etiam mobili in me meóſque eſſe animo non ſperabam.
Mobiliſſimo ardore tenetur mundus.Cic.2.de Nat.deor.
Aura.Ouid.3.de Arte.
Curſus.Seneca Hippol.4.
Folia.Horat.1.Carm.ode 23.
Mobilis ad omnem auram ſpei gens,atque infida.Liu.9.bel.Pun.
Mobilis homo,cui opponitur Conſtans. Cic.pro Roſc. Com. Mobilemimò conſtantiſſimum.
Hora.Seneca Hippol.11.
Humor cæli.Virgil.1.Georg.
Mobilia ingenia.Liu.2.ab Vrbe.
Ira mobilis turbati vulgi.Sil.lib.8.
Mobile lignum alienis viribus.Horat.2.Serm.ſat.7. Id eſt, quod mouetur alienis viribus,alioqui immobile.
Mens mirè mobilis.Lucret.lib.4.
Tenuis enim mens eſt,& mirè mobilis ipſa.
Egregiè mobilis natura animi.Lucret.lib.3.
Lubrici & mobiles oculi.Cic.2.de Nat.deor.
Quirites mobiles.Horat.1.Carm.ode 1. Mobiles autem Quirites appellat Horatius,propter comitiorum inconſtantiam & varietatem, populíque Rom.in ſuffragiis ferendis leuitatem , quam pluribus locis declarat Cicero : vt in orat. pro Murena. Vulgò legebatur nobilium,ſed iam explodítur à doctis.
Res mobiles.Hermogenes de verb.& rerum ſignific. Pecuniæ nomine nõ ſolùm numerata pecunia,ſed omnes res tam ſoli,quàm mobiles,& tam corpora,quàm rura continentur.
Venti.Ouid.epiſt.5.
Vulgus.Claud.7.Paneg.
Caduca ſemper & mobilia non virtutis atque ingenij , ſed fortunæ,& temporum munera.Cic.pro Domo.
¶Mobilior,& mobilius,Comparatiuum.Lucret.lib.4,
-nam multis partibus hic eſt Mobilior,&c. De lucido aere.
Mobilius ſignum.Lucret.lib.5.
Mobiliter,pen.corr.Aduerbium { κινητῶς.} Cicero 2.de Nat. deor. Animaduerſumque ſæpe eſt , quum cor animantis alicuius euulſum , ita mobiliter palpitarer,vt imitaretur igneam celeritatem. Idem 2.de Diuinat.An natura fieri,vt mobiliter animus agitatus,quod vigilans viderit,dormiens videre videatur?
Mobiliter & celeriter. Cæſar 3.bell.Gallici,Quum intelligeret omnes ferè Gallos nouis rebus ſtudere,& ad bellum mobiliter celeritérque agitari.
Mobilitas,pen.corr.Denominatiuũ { τὸ κινητὸν,δύναντος.} Plin.lib.6. cap. 30, Animalium,hominúmque effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum,artifici ad formanda corpora effigiéſque cælandas mobilitate ignea. Idem lib.20,cap.21 , Radice decocta furfures capitis & dentium mobilitates.
Pedum mobilitas Ouid.ad Piſonem.
Crebra.Ouid.epiſt.21.
Præcellere mobilitate.Lucret.lib.2 .
Fama viget mobilitate.Virg.4.Æneid.
Celerrima mobilitate ſunt ſydera.Cic.2.de Nat.deor.
Linguæ mobilitas,verborum celeritas.Cic.1.de Nat.deor.
¶Mobilitas,pro Inconſtantia & leuitate. Cic.7.Philipp. Quid eſt inconſtantia,mobilitate,leuitate,cum ſingulis hominibus, tum verò vniuerſo Senatui turpius?
Mobilito,mobilitas,penultima correpta { κινητέα } mobilitãre. Lucretius libro 3,

Inde

Inde calor motus,& veniti cæca poteſtas
Accipit inde aer,inde omnia mobilitantur. Hoc eſt,deinde idem mouentur.
Mox { ὠκέως } Aduerb. ſignificat Statim.Terent.Eunuch.2.1, Nam aut iam reuertére:aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.
Diſcedo parúper à ſomniis,atque mox reuertar.Cic.1.de Diuinat.
Mox deinde recurrit.Tibull.lib.1.eleg.5.15.
¶Mox,Paulo pòſt, vel Poſtea.Cic.1.de Orat.Verùm illa mox:nunc de ipſa exercitatione quid ſentias,quærimus.
Quum ſegetes occat,tibi mox frumenta daturus.Horat.1. epiſt.2.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.Virg.3.Georg.
¶Mox,pro Deinde.Sueron. in Octauio Aug. cap.47,Nec mox occaſio aut cauſa traiiciendi fuit. Plin.lib.12.cap.12.
¶Quàm mox.Teren.Phorm.1.3,Dum expecto quàm mox veniat, qui animat hanc mihi conſuetudinem.
Mox quám.Vlpian.tit.1.eius libri qui inſcriptus eſt Tituli ex corpore Vlpiani,Qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt,mox quàm vnus ex hæredibus adierit hæreditatem,liber fit:id eſt,mox poſtquam.

M V

Mu , ſyllábam veteres ad depulſionem faſcini & inuidiæ , malíque, imó ad ſilentium omnandum impetrandúmque vſurpaſſe videntur, ſi modò vetuſtis libris fides habenda eſt , in quibus , quod ex Plinio ſcribam,ſic exaratum eſt,Quanquam illos religione mutuatur.Libri editi habent mutatur,quod & placet.Vide Turneb.
Mucor,mucoris,pen. prod.maſc.g. { μυχὸς } Lanugo quæ diutino ſitu contrahitur,quemadmodum in pane,carne , aliíſque huiuſmodi fieri videmus. Colum:lib.12.cap.4,Ne ſitu penora mucorem contrahant.
Mucor in vino.Vlpian.in l.Siquis vina.§.1. D.De periculo & commod.rei vend.
Mucidus,penult.correpta, Adiectiuum { μυχίας,μυχώδης } Quod mucorem contraxit. Colum.de Arboribus, cap.6,At quæ mali generis & infructuoſa vinea eſt, ſummáſque partes & mucidas & exeſas habet,&c.
Fruſta mucida farinæ ſolidæ.Iuuen.Saty.5.
Mucidæ mulieres fœtæ.Varr.2.de Re ruſt.cap.10, Quæ oſtenderẽt fœtas noſtras,quæ in conopeis iacent dies aliquot,luridas,mucidas, & contemnendas.
Mucidum vinum.Martial.lib.8.
Muceo,muces,mucui { μυχτάω } mucẽre , Mucidum eſſe. Cato de Re ruſt.cap.148, Vini ſingulæ vrnæ dabuntur , quod neque aceat, neque muceat.
Muceſco,muceſcis { μυχτάω } mucéſcere, Idem. Plin.libro 14.cap.20, Proprium autem eſt inter reliquos liquores vino muceſcere , aut in acetum verti.
Mucoſus,Vide MVCVS.
Mucro,mucronis { ἀκμὴ, κεντρὸν ξίφους } Cuſpis & acumen enſis ac telorum. Apul.Circulatorem aſpexi equeſtrem , ſpatham præacutam infeſto mucrone deuoraſſe. Martial.lib.4.18,
Tabuit in calido vulnere mucro teuer.
Mucro,impropriè aliquando ponitur pro enſe.
Faſtigia tenuia mucronum.Lucret.lib.5.
Aptato mucrone incubuit ferro.Ouid.4.Metam.
Aſper mucro.Lucan.lib.7,
Nec gladiis habuere fidem,niſi cautibus aſpẽr
Exarſit mucro. Hoc eſt, non ſatis confiſi ſunt ſuorum gladiorum acie,niſi & mucrones adhibitis cotibus exacuerent.
Coruſcus.Stat.9.Thebaid.
Cruentus,In CRVOR.
Cultratus,In CVLTER.
Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.Virg.11.Æneid.
Flexi.Lucret.lib.3.
Heberi mucrone retuſum aurum.Lucret.lib.5.
Longo mucrone enſis.Senec.Hippol.4.1.
¶Coruſcare mucronem,In CORVSCO.
Stricto mucrone conſtitit.Ouid.4.Triſt.eleg 4.
Ferire aliquem mucrone.Virg.12.Æneid.
Figere mucrones in aliquo.Cic.14.Philip.
Migrare in mucronem,Vide MIGRO.
Renicere mucrones aliquorum à iugulis noſtris.Cic.3.in Catil.
Reſoluere iugulum mucrone.Ouid.1.Metam.
Retundere mucronem alicuius.Cic.pro Cluentio,
Coruſco mucrone ſtricta ferri acies.Virg.2.Æneid.
Subire mucronem.Virg.10.Æneid.
Trauſiit & parmam mucro.Virg.10.Æneid.
¶Mucro,etiam pro quarũuis rerum ſummo acumine. Vnde apud Plin. Herbarum mucrones dicuntur , & Herbæ in mucronem deſtinentes,hoc eſt mucronata folia habentes.
Strictíſque feges mucronibus horret Ferrea.Virg.12.Æneid.
Mucro dentium.Plin.lib.8.cap.3.
Mucro vnguium.Plin.lib.8.cap.15.
Mucro faucium alicuius loci.Plin.lib.6.cap.13.
¶Mucro defenſionis,per tranſlationem.Cicero pro Cecin.Peracutum hoc tibi videtur:hic eſt mucro defenſionis tuæ.
Mucronem Tribunitium exacuere. Cic.3.de Legibus, Quis vnquam tam audax , tam inimicus nobis fuiſſet , vt cogitaret vnquam de ſtatu noſtro labefactando , niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos?
Mucronatus,pen.prod.Adiectiuum { ὀξύμυκτος } Quod mucronem habet,aut mucronis ſimilitudinem.Plin.lib.32.cap.2,Trebius Niger author eſt,xiphiam,id eſt gladium,noſtro mucronato eſſe.
Mucronata folia.Plin.libro 25. cap.13,Foliis anguſtis, mucronatis, ſuccoſis.
Mucula , Perſarum lingua appellatur gemma , cordis colorem habens:vnde & Telicardios appellatur Plin.lib.37.cap.10.
Mucus, muci { κόμυξα , μύξα } Narium humiditas , & craſſior pituita. Catullus ad Furium,epig.20,

A te ſudor abeſt,abeſt ſaliua,
Mucúſque,& mala pituita naſi.
Mucoſus,pen.prod.Adiect. { κορυζώδης , μυξώδης } Muco plenus. Colum. lib.6.cap.7,Sequitur torminum vitium , quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa ventris proluuies. Hoc eſt,plurimum muci habens. *Plein de flegmes gluenx.*
Mugil,mugilis,pen.corr.vel Mugilis,huius mugilis,maſculini generis { κεφαλὸς } Genus piſcis capitoſi,vnde etiam Græcis cephalos appellatus.Plin.lib.9.cap.17,Mugilum natura ſi deterum,in metu capite abſcõdito , totos ſe occultari credentium. Græci à capite κέφαλον vocant: qui omnium piſcium ſquammis intectorum velociſſimus eſt,adeò vt tranſuerſa nauigia interim ſuperiacet;vt teſtatur idem Plinius libro 9.cap.15. Catul.ad Aurelium,epig.15.
Percurrent raphanſque mugilesque.
Mugilis.Iuuen.Saty.10,
-necat hic ferro,ſecat ille cruentis
Verberibus,quoſdã mœchos & mugilis intrat. Ad cuius loci explanationem faciunt verba Cælij libro 27.cap.4, ſic dicentis, Ceſtreus eſt piſcis , quem Latini mugilem vocant. ita nuncupatus , quia teli modo publica Athenienſium pœna intret adulteros. Eſt enim miſſilis genus ceſtron,quod noſtri viticulum vocant.Hactenus ille.
Mugilus.Horat.2.Serm.ſaty.4,
-ſi dura morabitur aluus,
Mugilus,& viles pellent obſtantia conchæ. Sed hîc alij legunt Mitilus.
Muginor,penultima producta,muginàris { μυγγάω } muginari,Murmurare. Lucilius , Muginamur, molimur,ſubducimur. Cicero Attico,libro 16, De Ocella,dum tu muginaris , nec mihi quicquam reſcribis:cepi conſilium domeſticum.hoc eſt,dum nihil explicans differs. Feſtus,Muginari,eſt nugari,& quaſi tardè conari. Plin.in præfat.Dum iſta(vt ait M. Varro) muginamur, pluribus hotis viuimus.
Quo in loco alij legunt muſinamur,alij muſſitamus.
Mugio, mugis , mugiui , mugitum , penultima producta { μυκάομαι, ἠχέω, βρυχάω } mugire , Factitium verbum à voce boum. Liu.1.ab Vrbe,Inde cum actæ boues quædam ad deſyderium(vt fit)relictarum mugiſſent,&c. Author ad Herennii,lib. 4, Imitationis hoc modo, Vt maiores ruderé,vagire, & mugire , & murmurare , & ſibilare appellauerunt.
Mugiui.Propert.lib.2.eleg.29,
Io verſa caput primos mugiuerat annos.
Solum mugit ſub pedibus.Virg.6.Æneid.
Terram mugire videbis Virg.4.Æneid.
Mugit tibicina.Varr.lib.6.de Ling.Latin.
Malus mugit Africis procellis.Horat.3.Carm.ode 29.
Tuba mugit.Lucret.lib.4.
Mugiens,Participium { ἠχέων. } vt
Greges mugientium.Horat.Epod.2.
Fremitu mugienti loca cuncta reſonant. Catul. de Berecynthia, epig.58.
Littera mugiens M.Quintil.lib.12.cap.10.
Mugitus,huius mugitus, penult. prod. { μύκημα,μυκηθμὸς } Vox boum. Dicitur & de aliis animalibus,vt de monocerote, apud Plin. libro 8. cap.21,Mugitu graui.
Boum mugitus.Virg.2.Georg.
Armentorum.Ouid.5.Metam.
Luctiſonus.Ouid.1.Metam.
¶Terrificos ciet taurus.Virg.12.Æneid.
Dare.Ouid.15.Metam.
Ediditore.Ouid.1.Metam.
Raucos edere.Ouid.14.Metam.
Victima diros edidit.Ouid.7.Metam.
Erupit triſti fluuio.Silius lib.6.
Feroci nemora exterret taurus.Silius lib.16.
Auras impulit mugitibus.Ouid.3.Metam.de iuuenca quadam.
Prœrides implerunt falſis mugitibus agros.Virg.6.eclog.
Fumificíſque locum mugitibus impleuere.Ouid.7.Metam.de tauris qui vellus aureum cuſtodiebant , quorum terribilis ſpiritus ignis erat,vt alibi inquit idem Ouidius.
Vaſto magitu taurus replet delubra.Senec.Herc.OEth.7.
Crebris ſonant amnes.Virg.3.Georg.
Mugitũ nemorum Plin lib.18.cap.35.
Fremitus & mugitus terræ.Cicero 1.de Diuinat.Quum terræ ſæpe fremitus,ſæpe mugitus,ſæpe motus, multa noſtræ Reipublicæ,multa cæteris ciuitatibus grauia & vera prædixerint.
Mugitus,& ſibilus,& murmur,nomina ſunt fictitia. Quintil.lib.8. cap.6.de onomatopœia.
MVGIVS, cognomen Romani cuiuſdam,à frequenti murmuratione: à quo Mugiona porta, cui ipſe aliquando præfuit, nominata eſt , vt ait Feſtus.
MVGONIA,porta Romæ:à mugitu, quòd per eam vænale pecus intraret.Hæc & Trigonia eſt;hoc eſt, trium angulorum. Hæc Sipontinus: apud quem legendum videtur Mugiona.
Mula, Vide MYLVS.
Mulceo,mulces,mulſi,mulſum , & mulctum , ſecundum Priſcianum { κηλέω,θέλγω,κατεύχω } mulcẽre,Lenire , mollire,mitigare,dulcé facere,vngere,delectare,polire, . Feſtus,Mulcere,mollire eſt,ſiue lenire.
Pacuu.Quid me obtutu terres,mulces laudibus? Plin.lib.8,cap.32,
Mulcentur ſiſula paſtorali & cantu. De ceruis.
Æthera mulcebant cantu.Virg.7.Æneid.
Ceruix mulcetur dextra.Cic.in Arato.
Feras.Ouid.14.Metam.
Voluptas animum.Ouid.1.de Remed.amor.
Flamina,Cic.in Arato.
Auræ florem.Catul.in Carm.Nuptiali.
Flactus,Virg.1.Æneid.
Carmina mea mulcebunt mentes veſtras.Ouid.10.Metam.

Pastor arundineo carmine mulcet oues. Ouid. 4. Trist. eleg. 1,
Dictis mœrentia pectora mulcet. Virg. 1. Æneid.
Pocula mulcere succis Lyæi. Silius lib. 7.
Procellas. Cic. in Arato, Vt res nulla feras possit mulcere procellas.
Carmine puellas. Horat. 3. Carm. ode 11.
Vulnera mulcet ope. Ouid. 5. Fast.

Mulcens, Participium { κηλῶν. } vt Animam solamine mulcens. Valer. 4. Argon.
Aera mulcentes motu. Lucret. lib. 4.
Somnus mulcens pectora. Ouid. epist. 17.

Mulcendus { κηλητὸς ἐσόμενος } Aliud participium: vt
Auribus mulcendis apta referre. Ouid. 2. Trist.
Ad aures mulcendas natus canor. Ouid. 5 Metam.
Colla mulcenda præbere manibus. Ouidius 10. Metam. de ceruo quodam.

Mulcedo, penul. prod. mulcedinis {κήλησις.} Gellius libro 19. cap. 9, Quæ nullas voluptates, nullámque mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.

MVLCIBER, pen. corr. Mulciberis, & per syncopem mulcibris. est enim tertij ordinis: sed aliquando etiam secundi {ὑφαιστος} à mulcendo dictus est Vulcanus, id est molliendo ferro, vt volunt Festus & Donatus, quòd ignis omnia mulceat, id est molliat, vincat, ac domet. Sic Macrob. lib 6. Saturnal. cap. 5. Cic. lib. 2. Tusculanarum quæstionum, Iouisque numen Mulcibri adsciunt manus. Ex quodam poeta. Ouidius 2 de Arte, Mulciberis capti Mársque Venúsque dolis. Donatus, Mulciber à mutilando dici putat, quòd ob clauditatem sit mutilatus ac debilis. Martianus Capella lib. 6. cap. 1, Dispendiáque lini perfia grata cassum denorante Mulcibero.
Mulciber, pro Igne. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Iámque picem, & ceras, alimentáque cætera flammæ
Mulciber vrebat, pérque altum ad carbasa malum Ibat.

Mulco, mulcas, mulcáre, Verberare, lædere, cruciare, Antiquum verbum est, quod tamen apud Cornelium Tacitum reperias. Turnebus.

Mulcta, Vide MVLTA.

Mulctra, Mulctrale, In MVLGEO.

Mulgeo, mulges, mulsi vel mulxi, mulsum vel mulctum { ἀμέλγω, βύδλω. } Priscianus, Mulgeo quoque mulsi facit: quanuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoque mulsi facit.
Mulgere, Lac è mammis exprimere. Virg. 3. Georgicorum,
Quod surgente die mulsere, horísque diurnis,
Nocte premunt. Varro 2. de Re rust. cap. 11, A mulgendo, atque ortu optimum est id, quod neque emunctum longè absit à mulso, neque à partu continuò est sumptum. De lacte.
Oues mulgere. Virg. 3. eclog.
Mulgere hircos, De re palàm absurda, prouerbialiter dicitur. Virg. 3. eclog.
Mulsi, in præterito. Lucret. lib. 4,
Et commiscendo quum semen fortè virile
Fœmineum mulsit subita vi, corripuítque.

Mulctra, mulctræ { ἀμολγὸς } Ipsum lac mulctum, seu emunctio, & extractio lactis. Virg. 3. ecloga,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. Colum. lib. 8. cap. 17.
Vt mulctra, recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit.
Docet quibus cibis alendi sint pisces.
Mulctra, Vas in quo mulgentur vaccæ, vel capræ. Colum. libro 7. cap. 8, Sed mulctra quum est replera lacte, non sine repore aliquo debet esse.

Mulctrale, mulctralis, pen. prod. n. g. { πίλλα } Idem quod mulctra pro vase. Virg. 3. Georgicorum,
-implebunt mulctralia vaccæ.

Mulctrum, mulctri, n. g. { ἄμολγις } Idem. Horat. Epod. 16, Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulctus, huius mulctus, m. g. { ἄμολγις } Verb. Colum. libro 2. cap. 11, Sed horum sunt discrimina quædam, & à pastionibus, & à pecudum natura, & à mulctu. De lactis discriminibus.

Mulgo, mulgas, mulgáre, Palàm facere. Plautus Cistel. Pro puella seruuius nequam qui dominum mulgat atque villicum. Ab hoc Promulgo compositum.

Mulier, mulieris, pen. corr. {γυνὴ, ἄνηρ} Notum vocabulum, propriè verò dicitur quæ virgo non est. Vlpian. in l. Alioquin. D. De contrahen. empt. Quòd si egò me virginem emere putarem, quum esset mulier, emptio valebit. in sexu enim non est erratum. Cicero obiurgantibus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, eras mulier erit, inquit. Huius meminit & Quintil. lib. 6. cap. 4.
Penuria mulierum, Vide PENVRIA.
Animal menstruale mulier, Vide MENSIS.
Amara, In AMARVS.
Copiosa, In COPIA.
Dolosa. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Formosa. Horat. de Arte, 1.
Non humilis. Horat. 1. Carm. ode 37.
Immoderata. Vide IM, MODERATVS.
Copiosa planè & locuples, Vide Locuples in LOCVS.
Multiuola, Vide suo loco.
¶Abuti muliere, In ABVTOR.
Impudicas mulieres complexi, Vide IMPVDICVS.
Mediam mulierem complectitur, In MEDIVS.
Conuenit mulier viro in manum, In CONVENIO.
Gaudens vnico marito. Horat. 3. Carm. ode 14.
Perire mulierem, In PEREO.
Sentiant omnes mulieres in natura fœminarum deum castitatem pati. Cic. 2. de Legib.
¶Mulier, etiam dicitur ea quæ virtum non cognouit, inquit Vlpianus in l. Quæritur. D. De Ædilitio edicto.
Mulierem eunuchum vocat Terentius, à membrorum mollitie, in Eunucho, 2. 3.

Mulieres omnes dici, quæcunque sexus fœminini sunt. Vlpian. in l. Argumento. §. Muliebri. D. de aur. & arg. legat.
Mulier à mollitie dicitur, vt ait Varro, immutata & detracta litera, quasi mollier.
Mulier ancilla. Salust in Iugurtha, Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in rugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat. Cur mulieris dixit, quum satis esse videretur ancillæ? Nam si ancilla, & mulier est: non autem contrà. Mulieris igitur addidit: quia videretur alioqui ancillam eius significare. Hic enim sensus esset, Occultans se in rugurijs ancillæ, sub. fuæ.
Mulier, pro vxore. Modestinus in l. penult. D. De supell. lega. Nunquam ex eo quòd supellectilem legauit maritus testamento, habitationem in qua supellex fuit, legasse videtur, quare contra defuncti voluntatem, habitationem sibi mulierem vendicare procul dubio est.
¶Mulier, pro Ea vel illa dicitur, sicut Homo, pro Eo vel illo. Horat. 2. Serm. saty. 7,
-illa tamen se,
Non habitu, mutátve loco, peccátve superne:
Quum te formider mulier. Id est, quum ea te formidet.

Mulercula, pen. corr. Diminut. { γυναικάρια, γύναιον. } Cic. 5. Tuscul. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ.
Mulercula, pro Muliere imbecilli & inopi. Cic. de Amicitia, Et eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarũ præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm ij qui putantur beati. Vulgò pauperculam mulierẽ sic vocamus, quasi destitutam auxilio, & fragilem. Idem 6. Verr. Quæ fortãn vobis parua esse videantur: sed magnũ & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas vti consueuerunt. Id est, matronis pauperibus. Budæus.
Mulierecula impura. Cic. 4. Verr. Magis vir inter mulieres, nequã: quàm impura inter viros mulierecula, proferri non potest.
Deteriore forma. Lucret. lib. 4.

Muliebris, & hoc muliebre, penult. corr. { γυναικεῖος } Quod ad mulieres pertinet. vt Muliebre vestimentum. Plaut. Menæch. 4. Muliebris malitia, Plaut. Epid. 1.
Muliebris animus, Timidus & inconstans. Cic. 1. Offic. ex Ennio, Vos etenim iuuenes, animum geritis muliebrem.
Muliebris audacia. Liu. 1. ab Vrbe.
Muliebre bellum gerere. Cicero pro Cælio, Alueúsne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot iunctos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?
Muliebris & delicatus ancillarum puerorúmque comitatus. Cic. pro Milone.
Muliebris fides, pro Leui. Plaut. Mil. 8.
Formæ muliebris pulchritudo excellens. Cic. 2. de Inuen.
Fraus. Tacit. lib. 2.
Loci muliebres, Vbi nascendi initia consistunt. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.
Origo. Lucret. lib. 4, Siue virúm soboles, siue est muliebris origo.
Id est siue masculus est, siue fœmella.
Seclum. Lucret. libro 4, Et muliebre oritur patrio de semine seclum. Hoc est multitudo & continua series, siue sequela successiua.
Sententia muliebris & eneruata. Cicero 2. Tuscul. Delinc ad hanc enerũatam, muliebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.
Seruitus. Liu. 4. Decad. 4.
Stola. Cicero 2. Philip.
Tutela. Liu. 1. ab Vrbe, Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina & regnum auitum, paternúmq; puero stetit.
Venustas. Cic. 1. Offic.

Muliebria, muliebrium, tantùm pluraliter, menstrua. { γυναικεῖα. }
Muliebria, pro Libidine. Quintil. Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. Vlpianus in l. j. §. Remouet. D. De postulando, Remouet autem à postulando pro aliis & eum, qui corpore suo muliebria passus est.

Muliebritas, penultima correpta, fœm. gen. { γυναικεῖος } Mollities.

Muliebriter, penultima correpta, Aduerbium { γυναικείως } Effœminatè seu more mulierum. Iustinus, Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. Cicero 2. Tuscul. Si turpissimè se illa pars animi geret, quã dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lachrymísque dedet.
Nequid adiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus in dolore, maximè prouidendum est. Cic. 2. Tuscul.
Muliebriter expauere ensem. Horat. 1. Carm. ode 37.

Mulierosus, mulierosi, pen. prod. { γυναικώδης } Qui nimium appetit mulieres. Cic. de Fato, Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse.

Mulierosus, Adiectiuum { γυναικὸς } Quod est mulieris. Plaut. Pœnul. 19, Sane genus hoc mulierosum est tunicis demissitiis.

Mulierositas, penultima correpta, mulierositatis { φιλογυνείη } Cupiditas fœminæ voluptatis. Cicero 4. Tuscul. Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam quæ Græce φιλογυνία dicitur.

Mulierarius, mulierarij { γυναικεῖος } Qui nimium amat mulieres. Iulius Capitolinus, Mulierarius fuit inter primos amatores. Cicero pro Cælio, Cur Licinium tũbantem, hæsitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus ista de manibus emiserit. Id est congregatio effœminatorum hominũ. Dixerat enim antea mulieris amici. Hæc autem est lectio castigatiorum exemplarium, quum alia legant mulieris manus.

Muliero, mulieras, pen. corr. { θυλάω } mulierâre, Effœminare. Varro γνῶθι σεαυτὸν, Et rex, & misellus ille pauper amat, habétq; ignem intus acrem: hic ephebum mulierauit: hic ad me decæ adolescentem cubiculum pudoris primus polluit. Alij legunt, hic Admecadæ cubile primus polluit. Nonius. Obsoletum.

Mulio,

Mulio, Vide MVLVS.

Mulleus, mullei. Festus, Mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patritij vsi sint. M. Cato Originum lib. 7, Qui magistratum Curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. Vopiscus in vita Cæsarum, Calceos, inquit, mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus sustulit, mulieribus reliquit. Dicti autem sunt à mulando, id est fuendo, vt scribit Festus: vnde & mullum piscem dictum putant.

Mullus, mulli { τρίγλα } Piscis genus. *Rouget barbu.* sic putat Belonius. Plinius lib. 9. cap. 17, Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica, binásque libras ponderis rarò admodum exuperant, nec in viuariis piscinísque crescunt. Septentrionalis tantum hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Cæterò eorum genera plura. Nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne, barba gemina insigniuntur inferiori labro. Et paulo post, Nomen his Fenestella à colore mulleorum calceamentorum datum putat. Horat. 2. Serm. satyra 2,
-laudas insigne trilibrem
Mullum. Martialis, Nolo mihi ponas rhombum, mullúmque bilibrem.
Lutarius mullus, Vide LVTVM.
Mulli barbati. Cic. Attico, lib. 2, Nõstri principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.
Iners. Columel. lib. 8. cap. vltim.

Mullulus, pen. corr. Diminutiuum { τριγλάριον. } Cic. in Parad. Et videant aliquem summis populi beneficiis vsum, barbatulos mullulos excerpantem de piscina, & pertractantem.

Mulomedicus, penultim. corr. Firmicus lib. 8. cap. 13, In Scorpij parte duodecima oritur Centaurus. Hoc oriente qui natus fuerit, auterit auriga, aut equorum nutritor & cultor, aut mulomedicus, vel equitarius. Mulomedicum interpretor, mulorum aliorúmque veterinorum medicum, qui & Veterinarius dicitur.

Mulsum, mulsi { οἰνόμελι } A muleo dicitur, quasi melle delinitum: Est potio ex vino, melléque confecta. Vide Plin. lib. 22. cap. 24. Cic. 2. Tusc. Huic calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat. Martialis epigramma tale est de mulso, lib. 13. 108,
Attica nectareum turbatis mella falernum,
Misceri decet hoc à Ganymede merum.
Veteres Romani mulsum in deliciis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plautus,
Sed spectatores vos nunc ne miremini
Quod non triumpho, peruolgatum est, nihil moror:
Veruntamen accipientur mulso milites. Liuius, Et ad portam Capenam mulsum prosequutis funus dedisse. Significat Liuius Culleonem in Africani funere renouata memoria triumphi eius pileatum dedisse mulsum, aut triumphi imitatum liberalitatem & imaginem hoc fecisse. Annotauit Turneb.
Lene. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Mulsum si calidum bibatur, vocem permulcet: si frigidum, exasperat. Cic. 2. de Orat. Quum vocem in dicẽdo obtudisset, suadebat Granius, vt mulsum frigidum biberet simulac domum rediisset.
Misceremulsum. Cic. 2. de Finib. Dico ergo in eadem voluptate qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat.

Mulsus, mulsa, mulsum, Adiectiuum { μελιτώδης } vt Mulsa aqua. Plin. lib. 22. cap. 24, de mulsa aqua loquens, quæ melle concinnatur. Colum. lib. 9. cap. 12, Rorem marinum aqua mulsa decoctum. Quid sit aqua mulsa, & quomodo fiat, vide Colum. lib. 12. cap. 11. & 12.
Lac. Plin. lib. 10. cap. 22.
Loqui mulsa. Plautus Pœnulo, 4. Hoc est dulcia, suauia.
Mulsa dicta. Plautus Rud. 10.
Mulsa mea, Amantis & blandientis affectus Plaut. Casin. 8.

Mulseus, Adiectiuum { μελιτώδες. } Colum. lib. 8. cap. 7, Mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt.
Mulseus sapor. Colum. lib. 13. cap. 45.

Multa, multæ { ζημία, ἐπιτίμιον, τίμημα } Solutionis pœna: quòd olim, vt Varro ait, singula ob peccatum exigebantur, vt ouis, aut bos: postea multa simul exigi cœperunt, & vinum atque oleum addi. Varro lib. 9. Rerum humanarum, dicit hoc vocabulum, non Latinum, at Sabinum esse. Festis Gell. lib. 11. cap. 1.
Multa, siue mulcta, differt à pœna. Vlpian. D. De verborum significat. l. 135, Inter multam & pœnam multum interest: quum pœna generale nomen sit, & omnium delictorum coërcitio: multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ qua lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimo multa ibi dicitur, vbi specialiter pœna non est imposita. Item multam is dicere potest, cui adiudicatio data est. Magistratus solos & Præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. Alciatus hunc locum exponens, Mulcta, inquit, Oscum verbum est, quo pœna significatur, licet Grammatici quidam à mulcendo per antiphrasim dictam putent, vnde mulctare verbum, condemnare est & punire, sic Plautus, mulctare matrimonio. Terent. & Virgil. mulctare morte: Tranquillus, mulctare gentilitiis hæreditatibus: Corn. Tacitus, mulctare verberibus, dixerunt. Ex vsu tamen, angustiore significatione vox hæc pro pecuniaria tantùm pœna, recepta est: sicque variæ differentiæ introductæ sunt, quòd pœna quælibet coërcitio est, mulcta solius pecuniæ: quòd pœna certa est, legéque expressa, mulcta ab ius dicentis arbitrio pendet: quòd pœna à quocunque iudice infligi potest cui criminis executio demandata sit, mulcta ab ordinariis tantummodo, hísque qui pro tribunali sedent.
Multam, ait Festus lib. 11, Oscè dici putant pœnam. M. Varro ait pœnam esse, sed pecuniariam. Maximam multam dixerunt trium millium & viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus & duabus ouibus quenquam multari, æstimabatúrque bos centussibus, ouis decussibus. De hac suprema seu maxima multa, déque minima quæ vnius erat ouis, vide Gell. lib. 11. cap. 1.
Irrogatio multæ. Cic. pro Rab. Perduel. reo.
Certare multam, & Certatio multæ, Vide Multam dicere, in DICO, & Certatio, in CERTO, certas.
Committere multam, est quum quis aliquid committit propter quod multa est afficiendus. Cic. pro Cluentio, Nihilominus potest, vt illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam. Budæus.
Grauem multam depellere alicui. Cic. Rufo. lib. 5. 20.
Dicere, Vide DICO.
Exposcere. Catul. Argon[illegible] epigr. 59.
Imponere, Vide IMPONO.
Indicere, Vide INDICO.
Irrogare multam, non est iudicis multantis, sed actoris, aut postulantis, & accusantis. Liu. 7. bell. Maced. Centum millium multa irrogata erat: bis de ea re certatum est: tertio quum de petitione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre voluit. Irrogare multam hodie forensi vocabulo dicitur, *Concludere ad multam & Conclusiones multatitias assumere*: quod & Pernaliter intendere dici potest, Latinè loquentibus. Budæus. Cic. pro Milone.
Multare multa & pœna. Cic. pro Corn. Balbo, Potuit certius interponere iudicium voluntatis suæ, quàm quum etiam accusatorem huius multa & pœna multauit?
Petere multam, nempe vt irrogetur. Cic. pro Cluent. Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut à Iunio, quòd non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedisset. Ibidem, Necesse est nullo modo illam multã quæ à Iunio petita fit, cum Cluentij causa posse coniungi. Budæus.
Remittere. Liu. Decad. 4. lib. 7.
Sufferre multam legis. Cic. pro Cecin.
Multa ei esto vt. Plaut. Asin. 13,
Hæc multa ei esto, vino viginti dies
Vt careat. Id est, interdicatur ei vino.

Multatitius, Adiectiuum { πραγματικὸς } Quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur. Liuius 10. ab Vrbe, Ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. Et lib. 7. belli Pun. Ædiles plebis Qu. Catius, & L. Portius Licinius, ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedére.

Multo, multas { ζημιόω, φροντιμίζω, ἐπιτιμάω } multâre, Punire, Condemnare. Constituitur cum genitiuo, aliquando cum ablatiuo.
Malè multare aliquos. Cic. de Clar. Orat.
Exilio aliquem multare. Tacit. libro 5, Exilio, aut morte multarentur.
Stultitia fama multatur. Cecin. Cic. lib. 6. 7, Quum mendum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur.
Infortunio. Plaut. Merc. 3.
Morte. Virg. 11. Æneid.
Crudelissimè per vim morte aliquos. Cic. 3. in Catil.
Seipsum morte potius, quàm sempiterno dolore. Cic. Post red. in Senatu.
Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur. Cic. 1. de Orat.
Pecunia. Curtius lib. 2.
Verberibus aliquem. Tacit. lib. 1.
Multari virgis. Liu. 6. bell. Pun.
¶Multare, Priuare. Multari patria. Virgil. Quod si perdiderim, patria multabor. Cic. 5. Tuscul. At multantur bonis omnibus exules. Idem 1. de Diuinat. Postea quàm à Cæsare Tetrarchiæ regno, pecuniáque multatus est.
Diminutione prouinciæ imperatorem contumeliosum multari. Cic. de Prouinc. Consul.
Stipendio. Cic. pro Corn. Balbo, Quòd si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendióque multatis, virtute adipisci licet ciuitatem, &c.
¶Multare, Lacerare, mutilare, verberare, inquit Donatus. Terent. Adelph. 1. 2, Ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem.
¶Multare, Augere, & voti compotem facere. Næuius Colace, Et asseri laudes ago, quum votis mę multatis meis: quòd præter spem quem vellem, audiebam. Nonius.
¶Multare, Malè tractare. Colum. lib. 1. cap. 2, Nam illud vetus est Catonis, agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum.
¶Multare matrimonio, Diuortium facere. Plaut. Amphitr. 8, Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? Id est quin te repudiem? quin tecum diuortium faciam? quin te priuem hoc matrimonio per diuortium. Verba sunt Amphitryonis ad Alcmenam.

Multor, multaris { τιμάομαι } multâri, Deponens, Idem. Suet. in Augusto, cap. 21, Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes, grauiore vnquam multatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege vænundaret, vt in vicina regione seruirent,
Malè multari, Vide MALVS.
Sacerdotio multari. Sueton. in Cæsare, cap. 1, Cæsar Corneliam Cinnæ quater Consulis filiam duxit vxorem, ex qua illi mox Iulia nata est: neque vt repudiaret illam, compelli à Dictatore Sylla vllo modo potuit. Quare & sacerdotio, & vxoris dote, & gentilitiis hæreditatibus multatus, diuersarum partium habebatur. id est, multæ nomine priuatus, exutus, spoliatúsque.

Multatus, pen. prod. Participium { ζημιωθείς } vt
Multatum exilio maleficium. Cic. pro Cecin.
Multata consilia à fortuna. Cic. pro Rab. Posthumo, Illud tamen deprecor, vt quum ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse multata; nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, ad-

dendum acerbitatis putet.

Multatio, Verbale { πήμασι. } Cic. pro Rab. perduel. reo, Misera est ignominia iudiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserum exilium.

Multus, multa, multum { πολλὸς, πολὺς, ἱκανὸς, συχνὸς, αὐτάρκεις, πάμπολλος, πάμφορος } Notæ significationis. Cic. pro P. Sextio, Et in cæteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis viris inuitis iudiciis tales casus incidisse.

Minus multi, Vide Minor in PARVVS.

Minimè multi, Vide Minor in PARVVS.

Nimium multi, In NIMIS.

Vna de multis. Horat. 3. Carm. ode 11.

Vnus è multis. Horat. 1. epist. 6.

Vnus è multis orator non fuit Callidius, potius inter multos propè singularis fuit. Cic. de Clar. Orat.

Videri multus in aliqua re. Cic. 2. de Nat. deor.

Multus aliàs in admiratione Circes, gloriam herbarum Ægypto tribuit. Plin. lib. 25. cap. 2. Id est multum admiratur.

Multus in coloribus. Plin. lib. 35. cap. 11.

Multus in eo fuit, siue in ea re. Cic. 4. Acad.

Inconcinnus aut multus in aliquo genere, ineptus dicitur. Cic. 2. de Oratore.

In opere multus, Continuus, vel assiduus. Sallust. in Iugurtha.

Multus & insolens in re nota & peruulgata ne sim. Cicero 2. de Oratore.

¶Multa, Id est multa verba. Horat. 1. Serm. saty. 5, Multa Cicerrus ad hæc. Id est multa respondebat.

Non est quod multa loquamur. Horat. 2. epist. 1.

Satis multa. Cic. 2. de Finib.

Nimium multa. Cic. Planco, lib. 4. 14.

Nimis multa in genera diuidere. Cic. 2. de Orat.

¶Multa, pro Multum, nomen pro aduerbio: vt

Reluctans multa. Virg. 4. Georg.

Haud multa moratus Dat dextram iuueni. Virg. 3. Æneid.

¶Amictus multus. Virg. 1. Æneid.

Arte multa vix reuulsus è scopulo. Virg. 5. Æneid.

Aura. Horat. 4. Carm. ode 2.

Baccho multo hilarans conuiuia. Virg. 5. eclog.

Cædes. Virg. 1. Æneid.

Cædes multa bidentium. Horat. 3. Carm. ode 23.

Capitum multorum bellua. Horat. 1. epist. 1.

Pauca tibi è multis expediam dictis. Virg. 3. Æneid.

Dies. Horat. de Arte.

Ad multum diem. Cic. ad Attic. lib. 13, Hodie manè Dolabella, multus sermo ad multum diem.

Multo denique die per exploratores Cæsar cognouit & montem à suis teneri, &c. Cæsar 1. bell. Gall.

Dolore multo corrupta voluptas. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Grandine multa crepitant nimbi culminibus. Virg. 5. Æneid.

Hominum multorum mores vidit. Horat. de Arte.

Herbæ multæ prodigus locus. Horat. 1. epist. 7.

Tanti tamque multi ignes. Cic. 2. de Nat. deor.

Tropheis multorum imperatorum, non turribus munita antea erat Macedonia. Cic. de Prouinc. Consul.

Incommoda. Horat. de Arte.

Lachrymis non sine multis noctes agit. Horat. 3. Carm. ode 7.

Laus. Horat. de Arte.

Cum multa libertate notare aliquem. Horat. 1. Serm. saty. 4.

Litura. Horat. de Arte.

Lumine multo manifestus. Virg. 3. Æneid.

Empedocles multa alia peccans, in deorum opinione turpissimè labitur. Cic. de Natura deorum lib. 1. Idem pro Murena, Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior magister. Non absimile est illud in Topicis non procul ab initio, Quum tu mihi messique multa saepe cauisses.

Multa luce reuecti hostes. Tacit lib. 21.

Mala multa precatus. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Multo mane. Cic. Attic. lib. 5, Binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Furius Funisulanus multo mane mihi dedit.

Merces. Horat. 1. Carm. ode 28.

Millia multa dare lecto. Virg. 5. Æneid.

Cum multis millibus ibat. Virg. 5. Æneid.

Multis modis reprehendere aliquid. Cic. 2. de Finib. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat.

Multis modis, pro Vehementer, inquit Donatus. Terent. Hecy. 2. 3, Nisi pol filium multis modis iam expecto.

Nomen tunm multum est in his locis. Cic. Cælio, lib. 2. 9.

Nominis multi homo. Horat. 3. Carm. ode 9.

Multa nocte. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10, Sed tamen postridie quàm tu es profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pompeium.

Multa iam nocte. Tacit. lib. 18.

Nocte multa referunt se. Virg. 4. Georg.

Multa nocte venire. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10.

De nocte multa profectum esse ad Cæsarem. Cic. Attic. lib. 7.

Odore multo fumat ara. Horat. 3. Carm. ode 18.

Pars multa mei. Horat. 3. Carm. ode 30.

Multis partibus maior. Cic. 4. Acad. Quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse, quàm terram, Id est multo maiorem.

Prælia multa conserimus. Virg. 2. Æneid.

Præmia multa ferre. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Prece multa prosequi aliquem. Horat. 4. Carm. ode 5.

Promissa multa. Horat. 2. epist. 2.

Multæ, copiosæ, variaque rationes. Cic. 1. de Orat.

Res multæ officient tibi. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Rerum multarum dines. Horat. 2. epist. 2.

Multæ & magnæ res. Cic. 1. de Inuent.

Risus. Horat. 3. Carm. ode 13.

Sale multo defricuit vrbem Lucilius. Horat. 1. Serm. Saty. 10.

Salutem multam dicere. Plaut. Pœnul. 4.

Sermonem multum habere de aliquo. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 20, Narrat mihi apud Cæsarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse.

Sudoris multi. Cic. 1. de Oratore, Ac styles ille tuus, quem tu verè dixisti perfectorem diceadi esse ac magistrum, multi sudoris est, &c. Id est, multum in eo laborandum & sudandum.

¶Multa, pro Sæpe. Cic. ex Ennio,

Quanquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lachrymans. Loquitur enim virgo Vestalis, quæ sæpe se dicit tetendisse manus ad cælum.

Multa aduersa reuertens. Cic. 1. Tuscul. Itaque dubitans, circunspectans, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam in rate in mari immenso nostra vehitur oratio. Rationem quandam loquendi priscam & poeticam olet, vt superior. Demonstratur autem æstus hac loquutione eorum, qui eò sæpius vnde degressi sunt, redeunt sua per vestigia, quòd eos coepti itineris aut viæ poeniteat. Quare multa aduersa reuertitur oratio, quæ retrò redit sæpe, & aduersum se fertur, pedémque in contrarium refert, contráque id quod affirmauit, securáque est, pronuntiat: æque aduersum tendit, & mutat sententiam in diuersum. Verba sunt Turnebi, sic explicantis hunc locum.

Multo tanto, eadem forma dicitur qua Altero tanto. Græci dicunt πολλαπλασίως. Plautus Rud. 13, Ego multo tanto miserior quàm tu Labrax.

Tellure multa dines. Horat. Epod. 15.

Crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt venæ. Cicero 2. de Natura deor.

Verba multa fecimus. Plaut. Pœnulo, 2. 0. Id est satis diu.

Virtus. Virgil. 4. Æneid.

Vi multa reuulsum gubernaculum. Virg. 6. Æneid.

Vtilitates. Cic. de Amicitia, Quanquam vtilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt, non tunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ.

¶Multissimus, pen. corr. Cic. Attic. lib. 11, Ex multissimis & miserrimis curis est vna enata, si, vt scribis, ista hæreditas fidem, & famam meam tueri potest. Correctiora exemplaria legunt, Ex multis meis. Sunt & qui multissimis legendum putent.

¶Multus, pro multiplici. Plin. lib. 19. cap. 3, Radice multa, crassáque.

¶Multi existimare operam suam. Cic. 2. de Orat.

¶Multum noctis. Tacit. lib. 18, Antonius per Haminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis setum auxilium venit.

Multum, Aduerb. { πολὺ, πολλὸν. } Plaut. Milit. 8,

Vbi sum afflictata multum.

Multum admodum. Cicero 5. de Finibus, Quod maximè efficit Theophrasti de beata vita liber, in quo multum admodum fortunæ datur.

Non ita multum. Cic. ad Gallum, lib. 7. 23, Opinor Cassium vti non ita multum rotrore.

¶Multum celer medicus. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Homo multum demissus. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Dissimiles multum. Horat. 1. epist. 10.

Parentes multum miseri. Ouid. 4. Metam.

Securus multum. Tibul. lib. 4 eleg. 10.

¶Abest ab iis multum, In ABSVM.

Amare multum. Plaut. Persa, 9.

Nautis multum amata. Horat. Epod. 17.

Multum & diu cogitare. Cic. de Senect. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vtróque adfero res multum & diu cogitatas.

Non multum differens ab Indico. Plin. lib. 12. cap. 12.

Dolitura multum Neæra. Horat. Epod. 15.

Multum excellunt virtutes propriæ animi. Cic. 5. de Finib.

Fleuit multum. Plin. iun. lib. 9. epist. 21.

Fundit multum lachrymas. Virg. 3. Æneid.

Multum inceptus labor. Plin. iun. lib. 1. epist. 9.

Non tam multum in istis rebus intelligo. Cic. 6. Verr.

Obiurgabo multum. Plaut. Trinum. 4.

Multum præstat. Cic. 5. de Finibus, Lógè multúmque præstet mens, atque ratio.

Multum prouidere in posterum. Cic. 2. de Lege agrar.

Multum sæpe quæsita ac difficilis res. Cic. 3. de Legib.

Non multum est, vnum si præsto togatum. Martial. lib. 1.

Salue multum. Plautus Trinum. 17.

In teneris multum est consuescere. Virg. 2. Georg.

Longè omnes multúmque superare. Cic. 7. Verr.

Tacuit multum. Plin. iun. lib. 9. epist. 21.

Multum me in silentio tenui. Plin. iun. epist. 6.

Multum vale. Plaut. Sticho, 8.

Viuere multum. Cic. Volumnio, libro 7. 34, Vtámque tecum multum, & cum omnibus nostris amatoribus. Id est, frequenter. Idem ad Cæsarem, Domi meæ cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo, multum à puero fuit.

Multum vti aliquo, pro Familiariter. Cic. de Amic. Et eo magis quòd P. Sulpitio vtebare multum.

Multò, Aduerbium { πολλῷ, πολυτίμητον } cum dictionibus Alius, aliter, secus, antè, post, præsto, malo, antecedo, excello, & similibus superlatiuam vim habentibus, elegantem dicendi vim habet.

Multo aliter. Terent. in Prolog. Andr. Verùm aliter euenire multò intelligit.

Multo antè. Terent. Eunuch. 4. 5, Sed Thais multo antè venit? Cic. in Verrem, Cùi quemadmodum resistam, multo mihi antè est prouidendum.

Multo antè mala prouidere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1, Cognorati iam absens, te hæc mala multo antè prouidentem, defensorem pacis, & in Consulatu tuo, & post Consulatum fuisse.

Illud ad

Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos Cotta noster & Sulpiti. Cic. 2. de Orat.

Multo pòst. Cic. ad Atticum, lib. 12, Non multo postquam tu à me discessisti.

Non multo post discessum meum. Cic. Post red. in Senatu.

Multo secus. Cicero, Multo secus euenit.

Multo tanto. Varr. de Ling. Latina, Quod interuallum multo tanto propius nobis, quòd hinc, &c.

Multo anteponere. Cic. 4. de Finibus, Qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adiungunt ei tamen aliquid, &c.

Multo præstat. Salust. Multo præstat beneficij, quàm maleficij memorem esse.

¶Multo, comparatiuo etiam iungitur. Cic. de Amicitia, Quod quidem est multo profectò magis in veris patribus, certísque faciendum.

Molestius multo. Cic. de Amicitia, Obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Citius multo. Lucret. lib. 2.

Ferocius multo. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.

Maius multo. Virg. 3. eclog.

Multo minus mouebant minæ. Cic. Attic. lib. 8.

Multo minoris vendidit, non modò quàm tu, sed etiam quàm qui ante te vendiderunt. Cic. 5. Verr.

Multo prius. Lucret. lib. 3.

Enteseis multo pulchrior. Horat. 2. Carm. ode 8.

Splendidius multo est. Horat. 1. epist. 18.

Multo suauius. Horat. 2. Serm. saty. 8.

¶Multo, elegantissimè superlatiuo iungitur. Terent. Heaut. 4. 8, - multo omnium nunc me

Fortunatissimum factum puto esse gnate, quum te intelligo

Resipuisse. Cic. pro L. Manil. Conspectus vester multo iucundissimus. Idem 1. Verr. Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atque eloquentiæ multò molestissima.

Lux multo gratissima. Horat. 1. Serm. saty. 5.

Multo grauissimus sopor. Lucret. lib. 4.

Multo maxima pars. Cicero pro Lege Manilia, Magna ac multo maxima parte non modò vtilitatis, sed dignitatis, atque imperij caruit.

Multo pars maxima. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Multo maximè. Cic. in Verrem.

Adiuuat & exornat orationem expolitio, sed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Author ad Heren. lib. 4.

Multitudo, pen. prod. multitudinis { πλῆθος, πλῆθυς } Notæ significationis. Cic. 2. de Orat. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.

Testimonium multitudinis non grauissimum est. Cic. 2. de Fin.

Numerus hominum & multitudo. Cic. de Prouinc. Consul.

Circunfusa. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Consternata & pauida, Vide CONSTERNO.

Imperita, Vide IMPERITVS.

Imperitæ multitudinis ex errore qui pendet, hic in magnis viris non est habendus. Cic. 1. Offic.

Vaga. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Amputare multitudinem, Vide AMPVTO.

Fugiens consulto multitudinem philosophia, & paucis iudicibus contenta. Cic. 2. Tuscul.

Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere. Cic. pro Cecin.

Causarum multitudo pertimescenda est: est enim infinita. Cic. 2. de Oratore.

Magna frequentia à multitudine domum reduci. Cic. 2. Verr.

¶Multitudo, pro frequentia, aut copia. Cicero de Orat. lib. 3, Sed vt Pontifices veteres propter sacrorum multitudinem, tres viros epulones esse voluerunt, &c. Nonius.

¶Multitudo, pro numero multitudinis, seu plurali. Charisius lib. 1, Lignum singulariter semper dici debet: in multitudine Cato Originum primo, ligni ait. Sic Varro pluribus in locis lib. de Ling. Latina.

Multesima pars { πολλοστημόριον } pro Quantitate infinita. Nonius. vel Ex multis vna. Lucret. lib. 6, Quàm sit paruula pars, & quàm multesima constet. Id est quota. Multesima pars inquit hoc loco Lambinus, est ea, cui multæ debent esse pares, aut similes ad constituendum totum. Multesimus ea forma dicitur, qua millesimus.

Multangulus, pen. corr. Adiectiuum { πολύγωνος } Quod multos habet angulos. Lucret. lib. 4,

Esse minora igitur quædam, maioráque debent,
Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

Multibarbus { πολυπώγων } Qui habet multam barbam. Apul. in Floridis, Multibarbus, spinis obsitus & pilis.

Multibibus, penult. corr. { πολυπότης } Qui multum bibit. Plaut. Curcul. 2, Nomen est lenæ multibiba atque merobiba. Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 21. scribit Herculem fuisse bibacem & multibibum.

Multicauatus, pen. prod. { πολύκοιτος } Adiect. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Fauus est quem fingunt multicauatum è cera, quum singula caua singula latera habeant.

Multicauus, penult. corr. Adiectiuum { πάγκοιτος } Quod multum habet concaui. Ouid. 8. Metamorphoseos,

Pumice multicauo, nec læuibus attia tophis Structa subit.

Multicaulis, & hoc multicaule { πολύκαυλος } Multos caules habens. Plin. lib. 21. cap. 16, Est & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia, ramosáque sunt, vt carduus.

Multicolor, pen. corr. huius multicoloris, pen. prod. omn. g. { πολύχρους. } Plin. lib 37. cap. 10, Hexecontalithos in parua magnitudine, multicolor, hoc sibi nomen adoptauit.

Multifacio, multifacis, pen. corr. { περὶ πολλοῦ ποιῶ } multifacere, dicitur sicut Magnificere, & Paruifacere. Cato, Neque fidē neque iusrandum, neque pudicitiam multifacit. Festus.

Multifarius, Adiect. { πολύμοιρος } Id est varium: quasi quod multis modis possit diuidi: vel quod multarum est specierum. Gel. lib. 5. cap. 6, Militares coronæ multifariæ sunt.

Multifariè, Aduerbium { πολικίλως } Id est variè, multis modis. Plin. lib. 18. cap. 7, Panis multifariè & è milio fit, è panico rarius.

Multifariam, Aliud aduerbium { πολυχρόως, πολυειδῶς } Idem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 19, Nihil amplius quàm continere se statuit, & legionariorum firmare præsidiis, qui multifariam, diuersèque tendebant. Festus, Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat, id est dici. Cic. 2. de Oratore, Quod esset multifariam defossum.

Multifer, penultima correpta, Adiectiuum { πολυφόρος. } Plinius libro 16. capite 8, Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt robora.

Multifidus, pen. corr. { πολυχιδὴς } Ex multus & findo compositum, quod in multas partes finditur, & multas diuisuras habet. Plin. lib. 11. cap. 37, Ouium nulla, nec ceruarum, nec quibus multifidi pedes, &c. De cornibus.

Multifidus dens. Martial. lib. 14. De pecline.

Discrimen. Claud. de Nupt. Honorij.

Faces. Ouid. 7. Metam.

Ister. Lucan. lib. 3.

Linguæ. Valer. 1. Argon. De draconc.

Quercus. Stat. 10. Thebaid.

Timauus. Martial. lib. 8. quòd in multa, nempe in nouem ostia fissus prorumpat in mare.

Multiforatilis, penult. corr. Apuleius lib. 1. Floridor. Nec tam multiforatili tibia, &c.

Multiforis, & hoc multifore, pen. corr. { πολύπυλος } Quod est multorum foraminum. Plin. lib. 8. cap. 55, Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra.

Multiforus, pen. corr. Idem { πολυστόμος. } Ouid. 12. Metamorphoseos,

Longáque multifori delectat tibia buxi.

Tibia multifora. Senec. Agamemn. 5.

Multiformis, & hoc multiforme { πολυειδὴς } Varium, quasi multiplicis formæ, aut variæ. Colum. lib. 3. cap. 1, Earum species diuersæ, & multiformes sunt. Cic. 1. Acad. Ex iis autem ortæ, variæ sunt, & quasi multiformes.

Partus. Plin. lib. 8. cap. 16.

Species. Colum. lib. 3. cap. 1.

Multiformiter, pen. corr. Aduerbium { πολυειδῶς } Variis modis. Gellius lib. 9. cap. 5, Plato ante hos omnes ita variè & multiformiter disseruit de voluptate. Plin. lib. 36. cap. 27.

Multigenus, penult. corr. Adiectiuum { πολυγενὴς } Multorum generum. Plin. lib. 11. cap. 1, Multa hæc & multigena terrestrium volucrúmque vita. Scripta manu exemplaria habent multigenera, non improbanda lectione.

Multigenæ figuræ. Lucretius lib. 2,

Percipe, multigenis quàm sint variata figuris, &c.

Multigeneris, & hoc multigenere, penultima correpta, Idem { πολυγενὴς } Plautus Capt. 4, Multis, & multigeneribus opus est tibi militibus.

Multiiugis, & hoc multiiuge: siue Multiiugus, penult. corr. Adiectiuum { πολυσπλάσιος } Multiplex & varium, Multum & numerosum. Iugus autem per se nihil significat, sed protractionem solùm demonstrat. Cicero Attico, lib. 14, Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiiuges accepi vno tempore à Vestorij libetto.

Multimodus, pen. corr. Adiectiuum, Idem quod Multiplex { πολύτροπος. } Liu. 1. bel. Pun. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt: & non sufficiebant.

Multimodis, pro Multipliciter, quasi multis modis, vt sit velut ablatiuus vice aduerbij. vt

Prauus multimodis. Lucretius lib. 4,

Multimodis igitur prauas, turpésque videmus

Esse in deliciis. De mulieribus.

Agitari multimodis. Lucret. lib. 3.

Ducere multimodis cantus & flectere voces. Lucret. lib. 5.

Multimodus, Substantiuum. Hoc est, Varietas. Lucretius lib. 4,

Fit quoque vt interdum similes existere auorum

Possint, & referant prauorum sæpe figuras,

Propterea quia multimodis primordia multis

Mista suo celant in corpore sæpe parentes,

Quæ patribus patres tradunt à stirpe profecta. Multis multimodis, Id est multiplici varietate.

Multinumus, pen. prod. Adiectiuum { πολυχρήσιμος. } vt Multinumi asini. Varro 3. de Re rust. cap. 17, Aqua domestica, meos multinumos alo asinos. Hoc est, quorum opera multos paro numos.

Multipartitus, penult. prod. Adiectiuum { πολυμερὴς. } Plin. lib. 6. cap. 19, Nunque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Multipes, Adiectiuum, Multos pedes habens. Plin. lib. 11. cap. 45, Sic & multipedibus, &c. Firmic. lib. 2. cap. 12, Cæcer signum est in cælo fœmininum, mobile, multipes.

Multipes, pen. corr. { πολύπους } multipedis: vel Multipeda, multipedæ, penult. corr. Animal multorum pedum. Plin. lib. 22. cap. 25, Ad multipedum morsus cum melle. Idem lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens se. *Vne Cloporte, ou Pourcelet.*

Multiplex, pen. corr. { πολλαπλάσιος } multiplicis, penult. corr. omnis gen. Varius, inuolutus, multas plicationes habens. Huic contrarium est Simplex. Sueton. de Claris Gram. Multiplici variáque doctrina confebatur.

Multiplex animus, cui Vnus idémque animus opponitur. Cic. de Amic. Quî fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vnus animus e-

rit, idémque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?
Auri multiplicis thoraca tulit. Silius lib.16.
Curas multiplices voluebat animo. Catul. Argon. epig. 59.
Magna & multiplex disciplina. Cic.1. de Orat.
Domus. Ouid. 8. Metam. de Labyrintho.
Fœtus. Cic. 2. de Nat. deor.
Ingenium multiplex & tortuosum. Cic. de Amicit.
Lapsu multiplici & erratico serpere. Cic. de Senect. Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coerceat ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. De vite.
Mutatio. Plin. lib. 9. cap. 17.
Nexus. Plin. lib. 10. cap. 4.
Multiplex, copiosus, & varius Plato fuit. Cic. 1. Acad.
Anceps & multiplex verborum potestas in ambiguis. Author ad Herenn. lib. 4.
Ratio disputandi. Cic. 5. Tuscul.
Varia res & multiplex ad suspiciones & simultates Prætoræ iurisdictio. Cic. pro Flac.
Sermones multiplices varisque. Cic. in Orat.
Sermone multiplici populos replebat. Virg. 4. Æneid.
Spatium multiplex transcurrere. Lucret. lib. 2.
Terror. Liu. 1. ab Vrbe.
Vir multiplex in virtutibus. Paterculus lib. 2., Sentium Saturninum virum multiplicem in virtutibus, nauum, agilem, prouidum, &c.
Multiplex est maior minoris, quum minor metitur maiorem. Eucl. 5. elemen.

Multipliciter, pen. corr. Aduerbium { ὑποσαχῶς, πολλαπλασίως. } Titulus est apud Plinium, De eodem multiplicius: lib. 7. cap. 14. Firmicus lib. 5. cap. 6, Talia peragât, vnde sibi dedecus & infamia multipliciter consequatur.

Multiplico, multiplicas, pen. corr. { πολλαπλασιάζω } multiplicâre, Multiplex reddere aut facere. Plin. lib. 34. cap. 8.
Æs alienum. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Flumina collectis multiplicantur aquis. Ouid. 1. de Remed.
Gloriam. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus.
Grauitas authoris honorem multiplicat. Ouid. 4. de Ponto.
Legarum. Vlp. in l. Plané. §. 1. D. de leg. 1.
Suas vires. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.
Summam. Paul. in l. Si mandatu. §. si fideiussor. D. mandat.
Voces acceptas. Plin. lib. 36. cap. 15.

Multiplicatus, pen. prod. Participium { πολλαπλασιασθείς. } vt Auxiliis multiplicatis, aucto exercitu. Plancus Cic. lib. 10. 8.
Multiplicata domus, Cui accessio adiuncta est. Cic. 1. Offic. Hic summi & clarissimi viri filius in domum multiplicatam, non repulsam solùm retulit, sed ignominiam & calamitatem.
Mala multiplicata. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Multiplicatio, Verbale { πολλαπλασιασμός. } Colum. lib. 3. cap. 2, Nam si fordidus aut vilis feraciſſimam quanque serere conducit, vt multiplicatione frugum reditus augeatur, &c.
Ex multiplicatione efficere summam aliquam. Col. lib. 5. cap. 2.

Multiplicabilis, & hoc multiplicabile, pen. corr. { πολλαπλασιαστός } Quod potest multiplicari. Cic 2. Tuscul.
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam obtutu asseruantem arborem. Ex quodam poeta.

Multipotens, pen. corr. multipotentis, omn. gen. { πολυδύναμος } Qui multum potest. Plaut. Bacch. 15, -nisi habet pectus multipotens,

Multisonus, pen. corr. Adiect. { πολυηχής. } Martialis lib. 1. 49,
Sic vbi multisona feruet facer Atthide lucus.
Catenæ. Stat. 8. Theb.
Sistrum. Stat. 3. Sylu. 2.

Multisonorus, pen. prod. Adiect. { πολυηχής. } Claud. de mulabus Gall. 10,
Esseda concordes multisonora trahunt.

Multiuagus, pen. corr. Adiectiuum { πολυπλανής. } Plin. lib. 10. cap. 37, Ferunt non mutare sedem columbas, multiuaga alioqui aue. Id est, quæ multum vagatur.
Multiuagus lunæ flexus. Plin. lib. 2. cap. 10.
Domus multiuagæ Scytharum. Senec. Herc. fur. 7. quia plaustris circumuehuntur.
Gradus. Stat. 6. Theb.

Multiuolus. pen. corr. Adiectiuum { πολυθέλων } Qui multa vult, vel cupit. Catul. ad Mallium, epigr. 63, Quantum præcipuè multuola est mulier.

Multopere, pen. corr. { μεγάλως } ea forma dixit Plautus, qua Magnopere dicimus. in Merc. 3, Multopere in mundo rustico se exercitum.

Multoties, Aduerbium. Florus in Epitome lib. 58. de Scipione Africano, Multoties contra hostium eruptiones feliciter pugnauit.

Multitia, multitiorum, Pluraliter tantùm, n. g. Indumenta dicebantur minutissimis filis contexta. Vnde à multis filis & propterea subtilibus, nomen inditum. Vel à Mulcendo, quoniam carnem demulceant. Budæus, Multitia, vestes sunt sericæ tenuissimæ æstiuæ. *Tuffetæ.* Iuuenal. satyra 2,
-quæro an deceant multitia testem. Idem Saty. 2.

Plus { πλέον, πλεῖον, πλεῖον } neut. gen. in singulari numero, in plurali verò, hi & hæ plures, & hæc plura. Comparatiuus gradus est à Multus. Cic. de Amicit. Plures enim discent quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodum his resistatur.
Tantum, & plus etiam debere. Cic. Attic. lib. 7, Id si præstaret, quantum mihi artis alieni esse ibi edidit, tantum, & plus etiam ipse mihi deberet.
¶Nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de bel. Maced. Paulò plus trecenta vehicula amissa.
¶Genitiuo, iuxta regulam communem: vt Plus plaustrorum. Plaut. in Aulul. 19.

Plus literarum. Varr. de Ling. Latin. lib. 5. ſtarim in initio.
Plus dimidiati mensis ferre cibaria. Cic. 2. Tusc.
Plus sapientiæ. Plaut. Milit. 5.
Plus virium habet alius alio. Cic. 1. de Leg.
¶Accusatiuo. Terent. Adelph 2. 1, Plus quingentos colaphos infregit mihi. Cato de Re rustica, Ne plus quatuor digitos transuersos emineant.
Plus annum obtinere prouinciam. Cic. Attic. lib. 6.
¶Ablatiuo. Terent. Hecy. 3. 4, Dies triginta, aut plus eo in naui fui.
Cic pro Publio Quintio, At tecum anno plus vixit.
Plus æquo. Cic. de Amic. Neque verendum est nequid excidat, aut nequid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.
Dimidio plus scripsit Clodia. Cic. Attic. lib. 9.
Nihilo plus, In NIHILVM.
Nimio plus, In NIMIS.
Nimio plus aliquem diligere. Antonius Cic. in Epist. ad Atticum, lib. 10, Sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quanuis sit falsa, magni esse.
Paulo plus audire de arte. Author ad Herenn. lib. 4, Quisquis audierit de arte paulò plus in elocutione præsertim, omnia videre poterit, &c.
Media plus parte, elegans locutio: hoc est Vltra mediocritatem. Ouid. 3. Metamorph.
Plus vna vt vera sit opinio, fieri certè non potest. Cic. 1. de Natura deor. Res nulla est de qua tantopere non solùm indocti, sed etiam docti dissentiant: quorum opiniones quum tam variæ sint, támque inter se dissidentes, alterum profectò fieri potest, vt earum nulla, alterum certè non possit, vt plus vna vera sit.
Plus vna me nocte ciuitas retinere non potuit. Cic. 1. Philip.
¶Plus, verbis iunctum. Terent. Heaut. 2. 1, Is mihi vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora? Cic. de Amic. Et hercle ita fecit, vel plus etiam quàm dixit.
Proficit plus sæpe ad misericordiam commouendam virtus & magnificentia, in qua grauitas & authoritas est, quam humilitas & obsecratio. Cic. 1. de Inuent.
Plus fuisti. Tercut. Hecyra, 2. 1,
Vt cum matre vnà plus esset? Vbi Donatus, *ἰδιωτικῶς* dixit, id est diu, ac maiorem partem.
Plus intromissus. Plaut. Truc. 16.
Plus noceas tibi, dum ferias illos. Plaut. Pseud. 4.
Plus scio. Terent. Adelph. 5. 9,
Plus scis quid facto opus est.
Plus sum quàm. Plaut. Rud. 30.
Plus vides. Terent. And. 4. 4.
Plus vomit. Varr. de Ling. Lat. lib. 4. Arattrum, quod arauit terram. Eius ferrum vomer, quòd vomit eo plus terram.
¶Plus minúsve. Terent. Phorm. 3. 3, Ne quid plus minúsve faxit, quod nos pòst pigeat Geta.
Plúsve minúsve. Martial. lib. 8. 71. Id est circiter.
Plus minus, sine coniunctione frequentius legitur, pro Plus minúsve, hoc est Circiter: vt Dies plus minus triginta: pro eo quod est Paulo plus, aut Paulo minus, hoc est Circiter. Plin. lib. 16. cap. 6, Continentur hispido calyce, per genera plus minus complectente.
Plus minus, cum verbo. Plaut. Merc. 1. 4,
Plus minus opus quàm erat, multò dixeram
Controuersiam, vt sponsio fieret.
Plus plusque. Cic. Attico, lib. 6, Nec ipsum odimus, & Brutum amamus, & Pompeius mirificè à me contendit, quem me hercule plus plusque in dies diligo.
Plus quàm, Vnica dictio est, vel duæ. Terent. Phorm. 5. 3, Hei video vxorem: penè plus quàm sat erat. Cic. de Amic. Quam obrem angor iste qui pro amico sæpe capiẽdus est, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.
Plus satis, pro Satis, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 1. 2,
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
¶Pluris, genitiuus, verbis æstimandi & pretij frequenter iungitur. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10, Nos agimus nihil cupidè, cóque est nostra pluris authoritas.
Pluris æstimare. Cic. 3. Offic. Idem 3. de Finib. Nec verò satis acutè dicunt, si bona valetudo pluris æstimanda sit longa quàm brevis, sapientiæ quoque vsus longissimus quisque sit plurimi.
Pluris dimidio addicitur. Cic. 5. Verr.
Pluris ædificamus, pro Carius. Colum. lib. 1. cap. 4.
Pluris est eloquentia, quàm iuris ciuilis scientia. Cic. in Topic.
Multo pluris est nũc ager, quàm tunc fuit. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Pluris est consyderate agere, quàm cogitare prudẽter. Cic. 1. Offic.
Pluris feci teipsum ex quo tempore tu me diligere cœpisti. Cic. Appio, lib. 3. 4.
Pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis nemo Carthaginiensium. Cic pro Sextio.
Habetur pluris hic, quàm alius. Cic. 6. Philip.
Pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honestum. Cicero 3. Officiorum.
Putare se pluris quàm mundum, arrogantis est. Cicero 3. de Natura deorum.
¶Plures pro multi, passim apud authores legitur. Plin. lib. 9. cap. 12, Aquatilium tegmenta plura sunt.
Multi & plures. Cic. pro Lege Manil. Non possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.
Plures & Pauci, contraria. Author ad Herenn. lib. 4, Qui quum plures erant, paucis nobis exæquari non poterant.
Eunt plures multis partibus in illius sententiam. Cicero Lentulo libro 1. 2.

Plura

Plura dicam de peccatis tuis. Terent. in Prolog. Heaut.
Colores plures in columba videri sentio, nec esse plus vno. Cicero 4. Acad.
Summus dolor plures dies manere non potest. Cic. 2. de Finib.
Pluribus verbis aliquid petere. Cic. 3. Verr. Aliquãdo VERBIS subintelligitur, vt apud Ouid. 5. Trist. eleg. 14.
Plures nimio simultates exercuerunt eum. Liuius 9. bell. Maced. de Carone.
¶Plura, pro Amplius. Lucret. lib. 5,
Quod superest, ne te in promissis plura moremur, &c.
¶Pluria, Neutrũ plurale à singulari Plus. Lucret. Pluria eo dispergit, & à se corpora mittit. Sic autem legendum, non vt in vulgatis Plura modo. Pluria autem dixisse veteres testantur A. Gellius lib. 5. cap. 21. & Charisius lib. 1. & idem Lucret. lib. 4, Vnáque res hæc est, cuius quàm pluria habemus, Tam magis ardescit, &c. Ex Lãbino.
¶Pluriũ, pro Multorum. Tacit. lib. 12, Genua Mithridatis inuadit, ipsúmque prosternit: simulque concursu plurium vinciuntur cathenæ ac compedes.

Plurifarius, Adiect. { πολλάπλους. } Suet. in Claud. Cæs. cap. 21, Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hîc legunt plurifariam aduerbialiter.

Plurifariam, Aduerb. { πολλαπλῶς } Pluribus modis. Suet. in Tib. Cæs. cap. 43, Cubicula plurifariam disposita.

Pluralis, & hoc plurale, pen. prod. { πληθωντικός } Quod plura comprehendit, vel plures. vt Pluralis numerus.
Datiuus pluralis. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 4.
A singulari casu ad pluralem transire. Pompon. in l. Seruius ait. D. de verb. signif.

Pluralitas, tatis, fœm. gen. Charisius libro 1, Nomina autem nominatiuo u litera terminata, in singularitate per omnes casus eandem u literam seruant nouissimam, in pluralitate tantùm declinantur, vt genua genuum genibus. Rursus lib. eod. Alia singularitate carent, vt exta, arma: alia pluralitate, vt garum, oleum, ferum.

Pluraliter, pen. corr. { πληθωντικῶς } Aduerbium. Charisius lib. 1, Hoc tergum, tergi, tergo. Pluraliter hæc terga, tergorum producte. Tergus, huius tergoris facit: pluraliter tergora, & genitiuo tergorum correpte. Sic alibi frequenter.

Pluratiuus, pen. prod. Adiectiuum { πληθωντικός. } vt Pluratiuus numerus, apud Macrobiũ lib. 1. Saturnal. cap. 5. Sic Caius in l. Non est sine literis. D. de verb. signif. Hæc enuntiatio, Habet liberos, semper pluratiuo numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli.

Pluſculus, pen. corr. { πλέων τις } Adiectiuum, diminutiuum à Plus. Terent. Phorm. 4. 3, Vxori emunda ancillula est, tum autem pluſcula Supellectile opus est.

Pluſculum, Substantiuum, neut. gen. { πλεῖόν τι. } Columel. lib. 12. cap. 47, Deinde exiguum aceti piperati, & pluſculum mellis aut mulsi adiiciunt.
Negotij pluſculum in quibusdam causis est. Cic. 2. de Orat.

Pluſculum, Aduerbium { μεῖζόν τι. } Plaut. Amph. 4, -nisi inuitauit sese in cœna pluſculum. Hoc est, nisi bibit paulo plus quàm par fuerit.
Pluſculum habent in se rationis, pluſque operæ. Lucret. lib. 4.
Pluſculum etiam quàm concedit veritas, amori nostro largiare. Cic. Luceio, lib. 5. 12.

Plurimus, pen. corr. Adiectiuum { πλεῖστος } Superlatiuum à multus. Terent. Eunucho, 2. 2,
-plurima salute Parmenonem Summum suum impertit Gnato.
¶Plusima, plurima, vt Fœdesum, fœderũ, & alia pleraque ab antiquis dicta ait Varro de Ling. Latin. libro 6. quem vide, ne quid antiquitatis ignores.
Labor plurimus. Horat. 4. Carm. ode 2.
Plurima stragula. Cic. 4. Verr.
Atticæ plurimam salutem. Cic. ad Attic. lib. 14.
¶Plurimus, Longus. Virg. 1. Æneidos,
Iamque ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet. Seruius. Idem, Quum se nux plurima: id est amygdala: longa nanque est.
¶Plurimi, genitiuus verbis æstimandi iungitur. Cic. 3. de Finib. Sic bonum hoc de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum: sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine.
Quod plurimi est vt quisque possidet, ita ditissimus habendus est. Cic. in Parad.
¶Plurimũ ætatis. Cic. 4. Verrina, Quòd in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor, vehementérque illum ordiem obseruo, satis commodè mihi videor, &c. Idem 1. de Finib. Itaque ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem: sed quia iucunditatis vel plurimum afferat.
Plurimum & Minimum, contraria. Cic. 1. de Inuent. Exordium, sententiarum & grauitatis plurimum debet habere, &c. splendoris, & festiuitatis, & concinnitudinis minimum.

Plurimum, Aduerbium { πλεῖστον } Hoc est, permultum. Cic. de Amic. Plurimum in amicitia amicorum bene suadẽtium valeat authoritas. Idem ad Brutum, lib. 11. 16, Hoc ego vtor vno omnium plurimum.
Longè, longéque plurimum, Vide LONGVS.
Diligere plurimum aliquem. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.
Posse plurimum dignitate apud aliquem. Cic. pro Rosc. Amer.
Præstabat plurimum aliis in muliebri corpore pingendo Zeuſis. Cic. 2. de Inuent.
¶Plurimum, Sæpius. Terent. Phorm. 1. 4, Domum ire pergam: ibi plurimũ est. Id est frequenter. Plin. lib. 9. cap. 36. Idem de vrsis, lib. 8. cap. 36, Pariunt plurimum quinos. Proinde hoc vulgus Vtplurimum dicit, Græcorum more. Quomodo & locutus est Plin. lib. 15. cap. 3, ad finem, Nec tam numerosa differentia: tribus vtplurimum bonitatibus distat.

MVLCHA, pen. prod. { μολοχώ } fluuius Mauritaniæ. De quo Strabo lib. 17, Post Mauritaniam (inquit) est Maſesyliorum regio, à Molochath flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens, &c. Vbi indicat trans flumen in ortum Maſesylios esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ verò Occiduum, diuerso respectu: quemadmodum aliquãdo Rhenus Romani imperij ab Ortu & Septentrione terminus fuit, rursum verò Germanorum ab Occasu & Meridie limes: vt quod mihi in Ortum prospicienti dextrum est, id tibi in Occasum verso sinistrum sit.

Mulus, muli { ἡμίονος, ἡμίων. } Plin. lib. 8. cap. 44, Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, animal viribus in labore eximiũ. Et paulò pòst, Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabãt: contráque mulos, quos asini & equæ generarent.
Citellarius. Cic. in Topic.
Curto mulo ire. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Festinat calidus mulis, gerulíſque redemptor. Horat. 3. epist. 2.
Ornare aliquem mulis. Cic. 2. de Lege agr.
Peruehi Romam mulo. Cic. Pæto, lib. 9. 18.
Vtilitates mulorum & asinorum ad vsum hominum paratæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Mulus centuriatus. Vopisc. in vita Aurelij, Mulom centuriarum comiter curet. Ex quo loco apparet centuriis mulos attributos fuisse, qui publici tamen erant, non priuati, vt equus erat sagmarius. Centuriatum itaque vocat, vt centuriatus miles dicitur, qui centuriæ attributus assignatúsque est. Ex Turneb.
¶Mulus, piscis, Vide MVLLVS.
¶Muli Mariani, Sunt furculæ, quibus religatas farcinas viatores gerunt: quarum vsum quia Marius attulit, muli Mariani postea appellati. Front. lib. 4. Stratag.

Mula, mulæ { ἡμίονος. } Plin. lib. 8. cap. 44, Gignitur autem mula ex equo & asina, sed effrænis, & tarditatis indomitæ.
Carrucaria, Vide CARRVS.
Fœta. Iuuen. Satyr. 13.
Missa pastum. Horat. 1. Serm. satyr. 5.
Mundæ nitet vngula mulæ. Iuuen. Satyr. 7.
Calceare mulas, Vide Calceo in CALX, pro posteriore parte pedis.

Mularis, & hoc mulare, pen. prod. { ἡμιόνειος. } Colum. lib. 6. cap. 27, Est enim generosa materies, quæ circo, sacrísque certaminibus, equos præbet: est mularis, quæ pretio fœtus sui comparatur generoso.

Mulio, mulionis { ἡμιονηλάτης } Qui mulos clitellarios siue quadrigarios ducit. Martial. lib. 9, Nec pigri tora cassa mulionis. Sic lib. 13.
¶Mulio, culicum genus. Plin. lib. 11. cap. 18, Impugnant eas naturæ eiusdem degeneres vespæ atque crabrones, & è culicum genere, qui vocantur muliones.

Mulionius, Adiectiuum { ἡμιονηλατικός } Quod ad mulionem pertinet. Cic. pro Sex. Mulioniam penulam arripuit, cũ qua primùm Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contexit.

MVMASTIS { μαμαστής } Cariæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mumastitæ.

MVMMIVS, Prænomine Lucius, nobilis Romanus, qui Corinthum bello captam diruit, Italiámque vasis Corinthiis, æneíſque signis impleuit. Author Plin. lib 34. cap. 3. & 7.

MVNDA, vrbs est Hispaniæ, vbi Cæsar pugnauit contra filios Pompeij. Author Plin. lib. 3. cap. 1. Vide & lib. 36. cap. 18.

Mundus, Adiectiuum { καθαρός, κεκοσμημένος } Purum, tersum, politum significat. Terent. Eunucho, 5. 4,
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam.
Mundus & elegans. Cic. 2. de Finib. Nemo nostrũm istius generis asotos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis vitantes eruditatem, &c.
Mundus & elegans vir. Cic. 2. de Finib.
Cœnæ. Horat. 3. Carm. ode 29, Hoc est, neque sordidæ, neque nimis opiparæ & sumptuosæ, vt satyr. 1. lib 2, Mundus erit, qui non offendet sordibus, atque In neutram partem cultus miser, &c.
Corpore mundo cultæ fœmina. Lucret. lib. 4.
Supellex. Horat. 1. epist. 5.
Mundior. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Mundior iusto cultus. Liu. 8. ab Vrbe.

Mundus, mundi, Substantiuum { κόσμος } Dicitur ornatus muliebris, quo scilicet mulier mundior fit. In cuius nominis appellatione continetur speculum, armillæ, annuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Accius, Cum virginali mundo clàm pater. Liu. 2 bel. Maced. Non aurum modò iis, sed postremò quoque vestem, mundúmque omnem muliebrem ademit.
Mundus muliebris dictus à munditia. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.
In mundo esse, Vide IN.
¶Mundum, neutro genere dixit Lucilius, Legauit quidam vxori mundum omne, penúmque. Nonius De indifferetis generibus, in litera M.
¶Mundus etiam dicitur cælum, & quicquid cæli ambitu continetur. Nam sicut Græci κόσμον, quod apud nos ornatum significat: ita nos à perfecta absolutáque elegantia vocamus mundum, quod nihil eo sit mundius & pulchrius & ornatius. Hæc ex Plinio lib. 2. cap. 1. & 4. Cic. 3. de Finib. Mundũ autem censent regi numine deorum, cúmque esse quasi communem vrbem & ciuitatem hominum & deorum, & vnumquenque nostrum huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus.
¶Mundus, interdum terra est, qui quidem est mundus inferior, vt quum veteres mũdum patere dicebant: quin & tum tertæ partem inferiorem patere censebant, vt mundus potius subterraneus intelligeretur, qui alio tempore clausus esset, vt maria clausa esse dicuntur & aperta. Mundus autem etiam cælum est, qui mundus est superior, & à Cicerone in Timæo appellatur mundus lucens. Hæc Turneb.
Mundus, est quasi communis deorum atque hominum domus aut vrbs vtrorunque. Cic. 2. de Nat. deor.
In rerum natura totóque mundo quæ constant, quæque moueãtur.

Cic.de Amic.
Principio ipſe mundus deorũ hominúmque cauſa factus eſt: quæcunque in eo ſunt, & parata ad fructum hominum & inuenta ſunt. Cic.2.de Nat.deor.
Arx ſiderea mundi.Ouid.3.Amor.eleg.9.
Cardo.Ouid.2.de Ponto,eleg.10. Id eſt polus alter.
Declinatio mundi,Vide Declinatio,in DECLINO.
Extremum & vltimum mundi,cælum eſt.Cic.2.de Diuin.
Fabricator.Ouid.1.Metam.
Lumina clariſſima mundi,Liber & alma Ceres. Hoc eſt,Sol & Luna.Virg.1.Georg.
Machina mundi Lucret.lib 5.
Mœnia flammantia.Lucret.lib.1.
Moles operoſa.Ouid.1.Metam.
Nouitas.Lucret.lib.5.
Oculus mundi,Sol.Ouid 4.Metam.
Orbis mundi.Virg.6.eclog.
Regio vltima magni.Ouid.4.Triſt.eleg.4.
Ruina Lucan.lib.5.
Species ſerena.Lucret.lib.4.
Vetuſtas arcana.Stat.4.Theb.
Vigiles mundi,Sol & Luna.Lucret.lib.5.
¶Æternus.Senec.Herc.OEth.16.
Annoſus.Senec.OEdip.5.
Arduus,Vide ARDVVS.
Capax.Ouid.2.Triſt.
Citatus.Senec.Herc.OEth.15.
Compoſitus. Quintil.lib.1.cap.17,Claros nomine ſapientiæ viros nemo dubitauerit ſtudioſos muſicæ fuiſſe, quum Pythagoras, atque eum ſecuti,acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerint, mundum ipſum ea ratione eſſe compoſitum, quam poſtea ſit lyra imitata.
Concitatus.Senec.Agamemn.9.
Diues.Ouid.2.Meram.
Diuulſus.Lucan.lib.1.
Genitalis.Sil.lib.13.
Immenſi mundi publica lux,Sol.Ouid.2.Metam.
Varietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominamus.Cic.de Vniuerſit.
Magni primordia.Ouid.15.Metam.
Patulus.Lucret.lib.6.
Picti ſidera.Senec.Thyeſte,9.
Pulcherrimus.Claud.7.Paneg.
Stelliger.Senec.Herc.fur.13.
Subactus mundus,Deuictus.Lucan.lib.1.
Triformis mundi regna.Ouid.15.Metam.
Triplex.Ouid.12.Metam.
Vaſtus.Ouid.13.Metam.
¶Adminiſtrare & regere mundum,In ADMINISTRO.
Attollit ſe mundus,In ATTOLLO.
Inceſtare mundum.Claud.2.de raptu Proſerp.
Magnitudinem mundi metiri.Cic.1.Offic.
Naſci mundum,& deficere.Quintil.lib.5.cap.10.
Sol negat officium mundo.Ouid.2.Metam.
Lumina mundo præbet Titan.Ouid.1.Metam.
Proſternere mundum.Lucan.lib.7.
Phœbus diem reddit mundo.Senec.Agamem.1.12.
Rubeſcit mundus.Ouid.2.Meram.
¶Mundi,mundorum,num.plurali dixit Lucret.lib.5,
In variis mundis,varia ratione creatis,&c.

Mundanus, pen.prod.Adiectiuum {κοσμικὸς} Quod mundi eſt. Vnde interrogatus philoſophus Socrates,cuias eſſet,mundanum ſe eſſe reſpondit,vt ait Cicero 5.Tuſcul.

Mundulus, pen.corr. Adiectiuum diminutiuum à Mundus adiectiuo, Qui nimia munditia vtitur, vt placeat mulierculis.Plaut.Truc.13,
Nunc ego iſtos mundulos vbanos amaſios
Hoc ictu exposam.

Munditer, penult. corr. Aduerbium {καθαρίως.} Plaut. Pœnul.4,Nam quum ſedulò munditer eos habemus, vix ægrè amatorculos inuenimus.

Munditia,munditiæ: vel Mundities, munditiei {καθαριότης} Lautitia, vel ornatus quo quis ſe mundum ac politum tenet. Cic.1.Offic.Adhibenda præterea munditia eſt, non odioſa neque exquiſita nimis: tantum quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam.
Elegantia & munditia.Cic.in Orat.
Lautitia,munditia,elegantia.Cic.Planco,lib.9.20.
Mundities mundior.Catul.ad Furium,epigr.20.
Minimè viriles.Claud 2.in Eutrop.
Capimur munditiis.Ouid 3.de Arte.
Munditias facere.Cato cap.2.& cap.39.Vide FACIO.

Mundo, mundas {καθαρίζω} mundare, Mundum & nitidum facere. Plin.lib.15.cap.6,Ob id crebrius vaſa mundanda.

Mundator, pen.prod.mundatoris,Verbale. Firmicus lib.8.cap.19,ad finem, Viceſimaoctaua pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, latrinarum facier cloacarúmque mundatorem. Et cap.29,Decimatertia pars Aquarij ſi in horoſcopo fuerit inuenta, hortorum cultores faciet,vel cloacarum mundatores.

Munerarius,Munerator,Munero,muneras,Vide MVNVS.

Mungo,mungis, munxi, munctum {μύσσω} mungere, Quaſi mucum agere.

Mungor,Deponens,aliquando legitur apud antiquos. Cato de Liberis educandis,Neque emungentur libertatem.

Munia,Municeps, Vide MVNVS.

Munifex,Munificentia,In MVNVS.

Munio,munis,muniui,munitum,pen.prod. {ἀσφαλίζω,ὀχυρόω, τειχίζω, κατασκευάζω} munire,Fulcire,fortificare,reficere,reparare,præparare,defendere. Sipontinus,Munio,propriè Inſtruo,orno,& quaſi muneribus compleo. Plautus Mil.5,Magnum illic honorem incipis, ſi magna munis mœnia.
Munire à frigore.Colum. Quantúmque res patietur, à frigore & tempeſtatibus muniemus.
Ad aliqua tempora ſe.Cic.Pæto,lib.9.18.
Ad illud ſe munire videntur, ne immiſcuiſſe ſe credantur: non ad illud, vt ſumptum conſequantur. Vlpian.in l.At ſi quis.§.ſed interdum D.de relig & ſumpt.funer.
Contra pudorem ſe.Tacit.in vita Agricolæ.
Mirificis molibus munire aditus inſulæ.Cic.Attic.lib.4.
Aditum. Cic.pro Cluent. Vt ad hoc nefarium facinus accederet, aditum ſibi aliis ſceleribus antè muniuit.
Caſtra.Cæſar 1.bel.Gal.Primam & ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtris munire iuſſit.
Præſidiis,cuſtodiis,vigiliſque coloniam.Cic.1 in Catil.
Coloniis munire gentem aliquam.Cic.pro Flacco.
Ignem ita munire ne euagetur. Vlpian.in l.Si ſeruus ſeruum.§. Si fornacarius.D.ad legem Aquiliam.
Irer.Liu.5.bel.Pun.
Oppidum & aream.Cic.de Prouinc.Conſul.
Vi multa oppidum.Virg.1.Æneid.
Intercludere omnes ſeditionũ vias, munire præſidia Reipublicæ. Cic.pro Rab.perduel.reo.
Munire rupem. Liuius, Inde ad rupem muniendam,&c. Alij legunt,minuendam,ſed malè. Interpretor autem hic munire, per rupem viam aperire, viámque in ea munire, & tanquam ſtruere:id eſt, eam cædere,& in ea opere laboréque militari complanare & æquare iter, aut deorſum deprimere, & decliue reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem iaciunt,foſſas aperiunt,vias muniunt militiæ,munitores vocantur. Eſſe autem ita legendum ex eo etiam apparet, quod non longè hinc ſcribitur, Et quies muniendo feſſis hominibus triduò data. Turneb.
Præclarè & tueri & munire ſe beneuolentia multorum. Cic.2.de Finib.
Miſericordia & liberalitate ſe.Cic.Attic.lib 9.
Gnatis ſenectam.Lucret.lib.4.
Firmiſſimis præſidiis claſſibúſque frumẽtaria ſubſidia Reipublicæ. Cic.pro L.Manilia.
Viam munire, Repurgare,reficere,ac ſubſtruere,interdum lapidibus, quales ſunt viæ Romanæ à pleriſque portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Cic.pro Milone, Perinde quaſi Appius ille Cæcus viam munierit,non qua populus uteretur,ſed vbi impune ſui poſteri latrocinarentur? Dicimus etiam vt viam,ita Ripam munire, Alueũ munire, Aditum munire, quum illa reficimus aut reparamus. Hactenus Valla.
Munire viam,per tranſlationem, de corporalibus ad incorporalia. Quintil.lib.3.cap.1,Propterea quòd plurimi authores, quanuis eodem tenderent, vias tamen diuerſas munierunt, & in ſuam quiſque induxit ſequentes. Cic.1.Tuſcul.Abiit ad deos Hercules:nunquam abiiſſet, niſi quum inter homines eſſet,eam ſibi viam munîiſſet.
Munire viam ad.Cic.Attico,lib.1,Sed tamen quoniã iſta ſunt tam infirma,munitur quædã nobis ad retinendas opes noſtras tuta,vt ſpero,via. Idẽ 3.Verr.Alia ſibi ratione viam munire ad ſtuprum cœpit.
Viam accuſandi alicui munire,adipiſcẽdi obſtruere. Cic.pro Mur.
Fidelitate nouarum neceſſitudinum contra veterum inimicorum perfidiam muniendum me putaui.Cic.Planco,lib.4.14.

Munior, Paſſiuum, non facilè reperias, excepta tertia indicatiui perſona,munitur,& infinitiuum muniri. Cic.de Senect.Munitur contra autum morſum vallo ariſtarum. Vide MORSVS.
India munitur vallo eburno.Lucret lib.2.
Muniri & ornari bonorum omnium præſidio.Cic.pro Flacc.

Munitus,penult.prod. {ὀχυρός,τειχιστός} Participium, ſiue Nomen ex participio. Cic ad Quint frat.lib.2.7,Dixitque apertè, ſe munitiorem ad cuſtodiendam vitam ſuam fore,quàm Africanus fuiſſet.
Nihil tam munitum,quod non expugnari poſſit.Cic.2.Ver.
Contra hoſtes ſeptus & munitus.Cic 1.de Finib.
Latera conæ dibus munitus.Tacit.lib.1.
A propinquis munitus,Vide A vel AB præpoſitiones.
Amicis non paucis.Ouid.2.de Ponto,eleg 3.
Partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum eſſe oportet. Cic. de Petit.Conſul.
Beneuolentia hominum firmiſſima muniti ſumus.Cic.Attic.lib.2.
Stipatus ſicariis,ſeptus armatis,munitus iudicibus Ædilis.Cicero pro Sextio.
Timore nullo munitus.Propert.lib.3.eleg.12.
Ingenio alicuius munitiores amici.Cic.pro Mur.
Munitiſſima arx.Liu.6.bel.Pun.
Caſtella.Cic.Cælio,lib.2 9.
Delicta munita authoritate alicuius.Saluſt.in Iugurth.
Clauſa ſatis & munita aliquibus domus. Cic.pro Lege Man.
Publico omni præcipuo & diuino & humano iure munita domus. Cic.de Aruſp.reſpon.
Domus tot Senatuſconſultis munita atque ſepta. Cic.de Aruſp. æſponſis.
Equus.Propert.lib.4.eleg 3.
Irer.Silius lib.15.
Libertas leuitate legum munita.Cic.pro Rab.perduel.reo.
Munitiſſimus habendi Senatus locus.Cic.in Catil.
Locus vrbis munitiſſimus.Varr.de Ling.Latin.lib.4.
Oppidum munitiſſimum oppugnare.Cic.Cælio,lib.2.9.
Palpebræ tanquam vallo pilorum munitæ ſunt. Cic.2.de Natur. deorum.
Sapientia munitum pectus gerere.Cic.1.de Diuin.Ex Accio.
Munitiſſimus portus.Cic.2.Verr.
Munitus virtute.Cic.de Amic.Vt enim quiſque ſibi plurimum cõfidit, fidit, & vt quiſque maximè virtute & ſapientia ſic munitus eſt, vt nullo egeat,&c.
Via ad Conſulatum munita.Cic.pro Mur.

Munitio, Verbale {ὀχύρωμα,τείχισμα.} Cæſar 1.bel.Gal.Operis munitione,& militum concurſu,& telis repulſi.
Loci munitio.Quintil.lib.3.cap.7.
Operibus munitionibúſque ſepire vrbem aliquam.Cic.13.Phil.
Ex viarum munitione quæſtum facere.Cic.pro Fonteio.
Munitione ac mole lapidum diſiunctus à mari fons.Cic.6.Verr.
Munitor,pen.prod.Aliud verbale{ὀχυρωτής.} Liuius 7.bel.Pun.Caſtra inde ponentem, pugnando vndique in munitores, operibus prohibet.

Munito, munitas, pen.prod. {κατασκευάζω} munitâre,Frequent. Cic. pro Roſc.Amer.Nunc verò quam viam muniret, quod iter affecter, videtis. Turnebus hîc,Munitare,pro munire cupere,ſine frequentationis ſignificatione.

Munimen,pen.prod.muniminis {ὀχύρωσις} Munitio eſt,propriè caſtrorum cæterarúmque rerum, quæ contra aduentum hoſtium muniuntur,ſiue vallo,ſiue foſſa,ſiue alio quouis modo. Dicitur & de aliis rebus.Virg.2.Georgicorum, -hoc effuſos munimen ad imbres.
Munimen nullo quaſſabile ferro.Lucan.lib.6.

Munimentum,munimenti,Idem {ὀχύρωμα,ἔρυμα.} Liu.1.ab Vrbe, Quiritium quoque foſſa, haud paruum munimentum à planioribus aditu locis,Anci regis opus eſt.
Munimentis inſiſtere. Cornel.Tacit.lib.1,Sed quo pluribus munimentis inſiſteret. Sic enim prorſus legẽdum eſt,quum iſta ſe ratione magis muniiſſe dicat. Ferè tamen in omnibus exemplis, monimentis ſcribitur.Reſtituit Turneb.
Tenere ſe munimentis, & maiores copias opperire iubetur. Tacitus lib.13.
Togæ munimenta.Iuuen.Satyr.9.

Munis,Vide MVNVS.

Munus, muneris,pen.corr. {χάρις, δωτίνη,δῶρον} Donum.Dictum munus,vt ait Varro libro 5.de Ling.Latin.ab eo quòd qui mutuo animo ſunt,id dant officij gratia. Feſtus,Munus,donum quod officij gratia datur. Paulus in l.Munus.D.de Verborũ & rerum ſignific. Munus, inquit,tribus modis dicitur: Vno,donum:& inde munera dici, dari, mittíve. Altero,onus: quod quum remittitur,vacationem militiæ, muneríſque præſtat: inde immunitatem appellari. Tertio, officium: vnde munera militaria,& quoſdam milites, munifices vocari. igitur & municipes dici,quòd munera ciuilia capiant.
Munus & donum, Vide DONVM.
Omnia plena tuis muneribus.Virg.2.Georg.
Beneficia parentum, deorum immortalium munera.Cic.Poſt red. in Senatu.
Liberi iocoſi munera,Vinum.Horat.4.Carm.ode 15.
¶Acceptiſſima.Ouid.epiſt.16.
Cæca fortunæ.Senec.Hipp.9.
Exiguum.Ouid.2.de Arte.
Extremum.Virg.8.eclog.
¶Fera mœnera militiæ. Lucret.lib.1. Mœnera autẽ antiquo more dictum eſt pro munera, œ pro u, vt à Pœnis Punicum, & Mœrorum,pro murorum.
Funeſtum.Ouid.2.Metam.
Hamata,Vide HAMVS.
Inania.Ouid.2.Metam.
Inenarrabile,Vide INENARRABILIS.
Intemerata.Virg.3,Æneid.
Leue.Ouid.1.Metam.
Memorabile.Ouid.14.Metam.
Miſerabile.Stat.8.Theb.
Naturale munus decoris.Ouid.14.Metam.
Nocitura.Ouid.11.Metam.
Pexa,Vide PECTO.
Popularia.Cic.2.Offic.
Publica.Ouid.6.Metam.
Regale.Senec.Herc.fur.6.
Secreta.Iuuen.Satyr 9.
Triſte.Ouid.9.Metam.
Viſcata,Vide VISCVS,viſci.
Votiua.Ouid.epiſt.21.
¶Accipere aliquid in muneribus,Vide ACCIPIO.
Afferre munus. Cic.2.de Diuin. Quod munus Reipublicæ afferre maius meliúſve poſſumus,quàm ſi,&c.
Augere verbis,Vide AVGEO.
Paruo beare aliquem.Horat.1.epiſt.19.
Illa dei munus bene cedere ſenſit.Ouid.8.Metam.
Certare muneribus.Virg.2.eclog.
Munus collocare.Cic.7.Verr.
Confingare.Cic.Fam.12.
Contendere cum aliquo muneribus,In CONTENDO.
Corrumpere aliquem.Horat.1.Serm.ſatyr.9.
Magnis cumulare aliquem.Virg.5.Æneid.
Supremis decorare aliquem.Virg.11.Æneid.
Tui muneris eſt.Ouid.1.Triſt.eleg.5.
Exequiarum eripere.Cic.pro Cluent.
Deſpicere alicuius.Ouid.13.Metam.
Dignum dare alicui.Virg.5.Æneid.
Extremum dare.Virg.4.Æneid.
Mirificum populo dare.Cic.Quinto fratri,lib.3.24.
Dare aliquid muneri.Quintil.lib.1.cap.10.
Perſonale munus,Vide Vigilantia & ſolicitudo animi in VIGIL.
Præſtanti donat iuuenem.Virg.5.Æneid.
Promiſſo donare aliquem.Virg.5.Æneid.
Pingui donatus.Horat.2.epiſt.1.
Diuino munere Reip.donatum videri.Cic.de Aruſp.reſp.

Sui muneris rem aliquam facere. Tacit.lib.15.de coniuratione in Neronem verba faciens, Plerique Veſtini quoque Conſulis acie ingenium virauiſſe Piſonem crediderunt, ne à libertate moueretur,vel delecto imperatore alio, ſui muneris Rempublicam faceret.
Ferre templis.Virg.4. Æneid.
Lenire muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam. Cic.2.Philip.
Mittere alicui. Cic.in Orat.Mittit homini munera ſatis largè hæc ad vſum domeſticum,vini & olei quod vſum erat: etiã tritici quod ſatis eſſet.
Mittere aliquid muneri alicui.Catul.in Aſinium,epigr.12.
Fœdum obtrudere alicui.Claud.1.in Eutrop.
Offerre aliquid muneri.Quintil.lib 4.cap.2.
Ornare verbis,Vide ORNO.
Parta meæ Veneri ſunt.Virg.3.eclog.
Penſare munere.Ouid.3.Triſt.eleg.11.
Munera(credo mihi) placãt hominéſq;,deóſque. Ouid.2.de Arte.
Poſcere aliquem.Ouid.3.de Arte.
Seruabere noſtro.Ouid.7.Metam.
Soluere alicui.Ouid.11 Metam.
Sordent tibi noſtra.Virg.2.eclog.
Spernere.Virg.7.Æneid.
Terere.Senec.de Benef.lib 2.cap.4.
Terræ munere veſcimur.Horat.2.Carm.ode 14.

Munus {ἔργον} (inquit Feſtus) ſignificat etiam officium, quum dicitur quis munere fungi. Cicero 1. Offic.Eiuſque virtutis hoc munus proprium.
Munus propriè eſt quod neceſſario ſubimus,lege,more, imperióve eius,qui iubẽdi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt,quæ nulla neceſſitate,ure,officio,ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt ſed in ſumma, in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur, at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur. Martianus in lege Munus propriè.D.de Verborum & rerum ſignific.
Erat in oppidis Græciæ munus quoddam recipiendorum hoſpitio Senatorum,legatorum, magiſtratuum,quod προξενία dicebatur: quique eos recipiebant, qui hoſpitio publico cum ciuitate erant cõiuncti,προξένοι dicebantur. Hoc munus ſignificat Cicero quum ſcribit, Oſtendit munus ſuum illud nõ eſſe: ſe,cum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen prætores & conſules, non legatorum aſſeclas recipere ſolere.Annotauit Turnebus.
Tuum eſt munus,tuæ partes. Cic.ad Brutum,lib.11.5,Oſtẽdit munus illud non eſſe ſuum.
Hoc proprium tuum munus eſt vt ita erudiatur, vt & patri,& Scipioni noſtro,& tibi eam propinquo reſpondeat.Cic.3.de Fin.
Principum munus eſt,reſiſtere leuitati multitudinis. Cic.pro Mil.
Animi munus eſt,ratione vti.Cic.3.Tuſcul.
Munera belli.Liu.4.bel.Pun.
Officij.Cic.de Senect.An ne eas quidem vires ſenectuti relinquemus, vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat? Ibidem, Senectutis nullus certus eſt terminus, rectéque in eaviuitur,quoad munus officij exequi poſſis,& tamen mortem contemnere.
Officij ac ſtudij erga aliquem.Cic.Ligario,lib.6.14.
Solitudinis.Cic.3.Offic.Nulla tamen eius ingenij monumẽta mandata literis,nullum opus otij,nullum ſolitudinis munus extat.
Vitæ.Cic.1.de Finib.Quis alienũ putet eius eſſe dignitatis, quam mihi quiſque tribuit, quid omni in munere vitæ optimum & veriſſimum ſit exquirere?
Officium & munus.Cic.2.de Orat.Tamen ab oratoris proprio officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror.
Tanti ac tam præclari muneris ſocietas.Cic.Metello,lib.5.2.
Munus & onus.Cic.1.de Orat.Magnum quiddam eſt, onus ac munus ſuſcipere,atque profiteri ſe,&c.
¶Muuus Ædilitium magnificentiſſimum. Cic.ad Brutum, lib.11. cap.16,Quanquam Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt magnificentiſſimo munere Ædilitio,tamen,&c.
Annuum.Cic.Attic.lib.6.
Aſſignatum,Vide ASSIGNO.
Candidatorium,Vide CANDEO.
Grande.Horat.2.Carm.ode 1.
Perſonale munus.Vide Vigilantia & ſolicitudo animi,in VIGIL.
Plena honorum.Horat.4.Carm.ode 14.
¶Lautè munus ſuum adminiſtrare,Vide LAVTVS.
Colere & efficere.Cic.1.de Leg.Cuius muneris colendi efficiendíque cauſa,nati & in lucem editi ſumus.
Conficere. Cic.in Partit Eo expoſito, munus promiſſi omne confecero.
Curare munus ſuum,Vide CVRO.
Deferre alicui.Cælius ad Cic.lib.8.8.
Defugere.Cic.ad Attic.8.
Immunitatem munerum alicui dare.Cic.4.Acad.
Exequi.Cic.de Senect.Exequi omnia regis officia & munera. De Maſiniſſa.
Suſceptum Reip.explere.Cic.de Prouinc.Conſul.
Explere amicitiæ.Cic.de Amicit.
Fungi candidatorio. Cic.ad Atticum, lib.1.1,In omni munere candidatorio fungendo. Idem 1. de Legib. Senectutis non inertis grato atque honeſto fungerer munere.
Fungi amici.Horat.1.epiſt 9.
Fungi corporis.Cic.de Amic.
Habere aliquod.Cic.2.de Leg.Tanquam id habuerit operis ac muneris,vt hanc nobis efficeret ſedem,ad diſputandum,&c.
Inire alicuius.Virg.5.Æneid.
Iniungere, Vide INIVNGO.
Inſerere negotiis.Quintil.lib.3.cap.7.

Insistere, Vide INSISTO.
Obire, Vide OBEO.
Orbari pristinis. Cicero 2. de Diuin. Quod quum accidisset nostræ Reipub. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia reuocare cœpimus, vt & animus molestiis hac potissimum re leuaretur.
Susceptum perficere. Virg. 6. Æneid.
Perfungi. Cic. de Senect. Dum sumus in his inclusi cõpagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur.
Præbere alicuius. Cic. pro Sylla.
Præponere alicui muneri aliquem. Cic. 2. de Orat.
Præstare. Cic. 1. de Orat.
Fera munera belli regit Mars. Lucret. lib. 1.
Succedere muneri. Cic. 6. Verr.
Suscipere. Quintil. in Procem. lib. 4.
Magnũ de iure respõdẽdi sustinebat Rutilius. Cic. de Claris Orat.
Ministrum tanti esse. Cic. 1. de Nat. deor.
Tenere suum. Cic. 5. Tusc.
Traducere. Cic. ad Attic. 5.
Tueri. Planc. Cic. Fam. 10.
¶Munus, Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarẽt. Cic. 2. Offic. Itaque & P. Crassus cum cognomine diues, rum etiam copiis, functus est Ædilitio maximo munere. Et paulo pòst, Magnificentissima verò nostri Pompeij munera secundo Consulatu. Suet. in Cæs. capite 39, Edidit spectacula varij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota. Id est, per regiones Vrbis, quæ numero quatuordecim erant: vt quælibet Vrbis regio suos ac veluti peculiares ludos haberet. Hinc illud Cic. lib. 6. epist. 19, De curatione aliqua munerum regionum cũ Oppio locutus sum.

Munusculum, pen. corr. Diminut. {γεραίτιον.} Cic. epist. lib. 1. 5, Tulliola deliciolæ nostræ tuum munusculum flagitat. Virg. 4. eclog. At tibi prima puer nullo munuscula cultu, &c.
Non ingrata. Catul. Argon. epigr. 59.
Non inuisa. Horat. 1. epist. 7.
¶Condonare munusculum, Vide CONDONO.
Promittere. Catul. Argon. epigr. 59.
Deferre alicui. Cælius Cic. lib. 8. 8, Nemini hoc deferre munusculum maluit, quàm suo accusatori.

Munerarius, munerarij {ἀγωνοθέτης} Muneris gladiatorij exhibitor. Suet. in Domit. cap. 10, Patrem familiãs quòd Thracem Mumiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam, caninbus obiecit Quibus verbis munerarius Domicianus dicitur, vt ludorum exhibitor, à quo Thrax coactus fuerat depugnare: hoc enim significat imparem ei fuisse: quæ figura sermonis exitialis hominibus intempestiuè faceto fuit. Plin. libro 33. cap. 3, sine adi ctione dixit, vt Suetonius, sed pro ferarum spectaculo, Cæsar (inquit) jus postea Dictator fuit, primus in Ædilitate munere patris funebri, omni apparatua renæ argenteo vsus est. Hæc Budæus. Quintil. lib 8. cap. 3, Munerarium Augustus primus dixit.

Muneralis, & hoc munerale, penult. prod. {ἀεὶ θέσιμον} Quod ad munus pertinet. Vnde Muneralis lex, qua Cincius (vt ait Festus) cauit, ne cui liceret ob causam orandam munus aut donum accipere. Plaut. Neque muneralem legem, neque lenoniã, rogata fuerit nécne, flocci æstimo.

Munero, muneras, pen. corr. {δωρέομαι} munerâre: & Muneror, muneraris, munerari, Deponens, Donare, vel dono dare. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7, Ianus quum Saturnum classe prouectũ excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regnicum societate munerauit. Cic. 2. de Inuent. Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur.

Muneror, muneraris, Passiuum. Gell. lib. 18. cap. 12, Verba patiendi pro agentibus in omnibus fermè veterum scriptis reperiuntur: ex quibus sunt pauca ista quæ nunc meminimus: Muneror te, pro munero, &c.
Munerari aliquem re aliqua. Horat. 4. Carm. ode 2,
Vt gaudet insitiua decerpens pyra:
Certantem & vuam purpuræ:
Qua muneretur te Priape, &c. Id est, donet te. Sic Terent. Heaut.
Munerarier ancillas primùm, &c.

Munerator, muneratoris, Verbale, Muneris gladiatorij exhibitor. Florus lib. 3. cap. 26.

Munis {πῶυις} Officiosus, antiqué. Plaut. Merc. 3, Dico eius pro meritis gratum me & munem fore.

Munia, muniorum, neut gen. {ἔργα, πόνοι} Obsequia lege debita, & officia quæ publicè præstantur. Cic. pro Murena, Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.
Capessere munia, Vide CAPESSO.
Exuere. Tacit. lib. 4, Non enim exuere imposita munia.
Induere ducis. Tacit. lib. 1.
Obire regis. Liu. 1. ab Vrbe.
Pacis. Liu. 1. ab Vrbe.
Vitæ munia seruare recto more. Horat. 2. epist. 2.

Municeps, pen. corr. municipis, pen. corr. omn. gen. {σωιτιατικός.} Propriè municipes dicebãtur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiebant. Festus, Municeps est, vt ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio à seruitute se liberauit à municipe. Item municipes erant qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantùm muneris partem. Hactenus Festus. Cic. 2. de Leg. Ego, me hercule, & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis.
Municipes dicti sunt, quòd munera ciuilia capiant. Paulus in lege Munus. D. de Verborum & rerum significatione.
Municipes, qui vnà munus fungi debent, dicti. Author Varr. de Ling. Latin. lib. 5.

Municipes abusiuè nunc dicimus, suos cuiuscunque ciuitatis ciues: vt ait Vlpianus in dicta lege 1. D. Ad municipales. quo nomine tã oratores quam poetæ vtuntur. Iuuenal. Satyr. 4,
Iam princeps equitum, magna qui voce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros. Cic. Bruto, libro 13. 12, Non dubito quin scias non solùm cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri.

Municipium, municipij {κωμόπολις} Id genus hominum dicitur, inquit Festus, qui quum Romam venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vnà cum Romanis ciuibus, præter quàm de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerit, vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominum qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, sicut municipia essent sua cuiusque ciuitatis & coloniæ: vt Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrẽses. Hactenus Festus. Cæsar 8. bel Gall. Vt municipia & colonias appellarer. Cic. 3 Philip. Videre quàm despiciamur omnes qui sumus è municipiis, id est omnes planè: quotus enim quisque non est? Idẽ 4. de Fin. Vides quantam rem agat, vt Cireeis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existimet.
Municipia, Vrbes erant iure ciuitatis Romanæ donatæ, in quas si coloni deducerẽtur, in coloniæ conditionem transibant, & quum antè sui iuris essent, legem à deductore coloniæ accipiebant. Hinc veretur Cicero ne Rullus municipia Campaniæ colonis occupet. Vide COLONIA.
Municipia quidẽ putant à munitionibus dictaralij à munificentia, quòd munificæ essent ciuitates. primáque origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.
Attributi finitimis municipiis, Vide ATTRIBVO.

Municipalis, & hoc municipale, pen. prod {πωιτιακτικός} Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Leg. Vtinam, inquit, M. Cic ista animo atque virtute in summa Repu. nobiscum versari, quàm in municipali maluisses.
Arena municipalis. Iuuenal. Satyr. 3.
Municipales homines, Imperiti. Cic. Attic. lib. 8, Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Hæc Budæus.
Municipalis honestissimi generis. Cic. pro Sylla, Est ipse à materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis.
Municipalis dolor, hoc est municipũ. Cic. ad Atticum, lib. 7, Rursus autem ex dolore municipali, sermonibúsque eorum quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum.
Municipalia sacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fuissent antiquitus. Festus.
Municipale ius dicitur, priuatum ius vniuscuiusque ciuitatis.
Municipalia magisteria, vocantur administrationes & officia sui municipij.
¶Municipalis, id est ignobilis & obscurus. Cornel. Tacit. lib. 4, Séque ac maiores & posteros municipali adultero fœdabat Iuuenalis, Municipalis eques. de Ciceron. Vt enim municipales homines pro veris ciuibus non habebant, etsi donata ciuitate omnia municipia erant: sic & equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere solebant, quòd eorũ non esset tãtus splendor, nec tantæ diuitiæ, quantæ vrbanorum equitum. Turneb.

Municiparim, Aduerbium, Per municipia. Suet. in Iulio, cap. 14, Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos cultodiendósque publicatis bonis censuit.

Munificus, munifica, munificum. pen. corr. {δωρεαὶ ποιούμενος.} Munifici apud antiquos, non à largitione quæ nulla erat, sed consentientes appellabantur ad ea quæ amici vellent. Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quasi sit munera largè præbens. Plaut. Amph. 8, Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis.
Munifica syluarum genera. Plin. lib 3. cap. 5.
Munificus laudis. Claud. 7. Paneg.
Munificus amicus. Liuius 3. bel. Maced. Mitis ac munificus amicus fuit.
Dea munifica, Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Numa. Ouid 3. Fast.
Opes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1.
Patria. Liu. 4. ab Vrbe.
¶Munificus, munificentior, munificentissimus dicimus. Cic. pro Rosc. Comœdo, Semper liberalissimus munificẽtissimúsq; fuit. Cato olim dixit, munificior, munificissimus, teste Festo.

Munificè, pen. corr. Aduerbium {δωρεαὶ ποιούμενος} Largè, abundanter. Cic. 3. de Nat. deor. Haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus, quoniã pestifera sint multis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quàm tam munificè & tam largè dari.
Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanæ. Cic. 5. de Finib.
Munificè adiuuare. Liu. 2. bel. Pun.
Munificè augere. Liu. 2. ab Vrbe.
Munificè, religiosèque facere. Plin. lib. 9. epist. 216.
Munificè prædam largiri. Liu. 1. ab Vrbe.

Munifico, munificas, pen. corr. {πλουτίζω} munificare, Ditare, beatum facere. Lucret. lib. 2, de Cybele deorum matre,
Munificat tacita mortales muta salute.

Munifex, pen. corr. munificis, pen. corr. om. gen. Munifices, authore Festo, qui non vacabant, sed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebantur, qui vacabant muneris officio. Et munifices à Vegetio lib. 2. cap. 7. dicuntur milites qui munera (alij munia legunt) faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per

per metaphoram dictum, lib. 11. cap. 40, Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit. Munificum mammam Plinius pro lactante dixit, qua fœlicet fœtus lactatur. Budæus.

Munificium, munificij, neut. gen. Paulus I. Si publicanus. D. de publican. & vectig. De rebus quas in vsus aduehendas sibi mandant præsides, diuus Hadrianus præfidibus rescripsit, vt quoties quis in vsus aut eorum qui prouinciis exercitibúsve præsunt, aut procuratorũ suorum, aut vsus sui causa mittet quendam emporum: significet libello manu sua subscripto, eúmque ad publicanum mittat: vt si quid amplius quàm mandatum est transferat, id munificium sit. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ. Libello, certification, ou passeporte.

Munificentia, munificentiæ {πολυδωρία.} Plin. lib. 27. cap. 1, Nec dubiè superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio.
Seueritas & munificentia. Tacit. lib. 1.

MVNYCHIA {μουνυχία} portus Atticæ. Strephanus. Et, vt Strabo libro 9, ait, tumulus cuiuus, in Chersonesi faciem conuersus. Vide PIRÆEVM.

Munychius, Adiectiuum {μουνύχιος.} Ouid. 2. Metamorphoseos,
Munychióque volans agros, gratámque Mineruæ
Despiciebat humum. Id est, Atticos.
Arces Munichiæ. Stat. 5. Sylu. 3. Id est Athenæ ipsæ.
Rura Munychia. Stat. 12. Theb.

Munychia, munychiorum, festa erant Palladis, à Munychio Athenarum portu: vel à Munychio rege quodam eorum authore.

MVNYCHIATES {μουνυχιάτης} Ptolemæo lib. 5 cap. 17, Petreæ Arabiæ vrbs: hodie Medina Talnabi, vbi Mahumedis sepulchrum.

Muræna, murænæ {μύραινα} Pisces est non dissimilis anguillæ. Plin. lib. 9. cap. 23, Muræna quocunque tempore parit, quum cæteri pisces ferè omnes pariant. Oua eius citissimè crescunt in sicco litore. Elapsas vulgus coiru serpentium impleri putat. Aristoteles myrinum vocat marem qui generat. Discrimẽ esse, quòd muræna varia & infirma sit, myrinus vnicolor & robustus: identésque extra os habeat, &c. Tertulliano non conuenit cum aliis scriptoribus in muræna: nam alij dentatam & truculenti morsus esse dicunt. Septimius edentulam, vt eius Muræna videatur esse nostra lampetra. Eius verba sunt, Noua scilicet fœuitia delectato, terrenæ bestiæ exedentulæ, & exunguis, & excornis. Macrobius Saturn. lib. 3. cap. 15. Mart. lib. 13,
Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. Amph. 4, Mirum ni hic me quasi muræniam exoßare cogitat. Est autẽ muræna duplex: marina & fluuiatilis. marina rostrum habet quale anseris: fluuiatilis autem omnino nostræ lampetræ est similis, & à quibusdam galeos dicitur.
Abstinere ostreis & muræniis, Vide ABSTINEO.

Murænulam, colli aurum nuncupat vulgus, Hieronymo tradente, quòd scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena, contexitur, ex piscis vtique imagine vocabulo cõformato. Cælius lib. 4. cap. 2.

Muralis. Muratus, Vide MVRVS.

MVRCEA {μυρκαία λεγομένη} dea, quam ita appellarunt, quòd præter modum faceret hominem murcidum: id est nimis desidiosum. Cui contraria erat dea Strenua, quæ faciebat homines strenuos.

Murcidus, pen. corr. Adiect. {νωθρὸς} Ignauus, stultus, inquit Festus. Plaut. Epid. 7, Væ tibi murcide homo.

Murci. Dicti sunt homines timidi & ignaui, qui vt militiæ periculum effugerent, pollices sibi amputabant. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 21, Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detrectandæ causa pollicem sibi præcideret: quod genus iocaliter Murcos dicunt.

Murciolum, murcioli, Columella semen lentisci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini specie visatur is folliculus. nisi quis pro lãguido accipiat: quando & numen socordiæ Murceam deã vocabant. Hæc Hermol. in 33. cap. lib. 9. Plinij.

Murex, muricis, pen. corr. {ἀπηβολὲ, μύαξ, ὄστρεον} Piscis marinus ex concharum genere à purpura diuerso. Plin. lib. 9. cap. 25, Mutianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha vtroque latere sese colligente, &c. Colum. lib. 8. cap. 16, Eadem quoque maximè idonea est conchyliis, muricibus & ostreis.
Murice Baiano melior Lucrina Peloris. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Intortus. Valer. 3. Argon.
Murex, per excellentiam, conchylium aliquando dicitur. Plinius libro 9. capite 35, Conchylia & purpuras omnis ora attexit. Siponti-nus.
Ex muricis colore fit color purpureus. Virg. 4. eccloga,
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice.
Afro murice tinctæ lanæ. Horat. 2. Carm. ode 16.
Getulo tinctæ vestes. Horat. 2. epist. 2.
Phocaico bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam.
Sidonio tincta lana. Tibul. lib. 3. eleg. 3.
Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ. Horat. E pod. 12.
¶Murex, pro Purpura interdum accipitur, quam Sidon vrbs Syriæ gignit. Virg. 4. Æneidos,
-Tyrióque ardebat murice læna.
Aurato præfulgens murice ductor. Silius lib. 4.
¶Murex, Acumen, seu Asperitas saxi, inquit Nonius. Virg. 5. Æneidos, -Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuêre. Ab asperitate murorum inquit Perottus. Vide ACVO.
¶Murices, Sunt tribuli, vel vt Græcè τρίβολοι, machinulæ ferreæ, dolosæ, trigona aut tetragona forma, quæ in quancunque partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infestos protendunt. Curtius libro 4, Bion quidam transfuga nuntiat regi murices ferreos in terram defodisse Darium, quà hostem equites emissurum esse credebat. Tribulorũ meminit Vegetius lib. 3. cap. 24. Lingua vernacula *caleiatrappe* vocantur. Budæus.

Muricatus, pen. prod. Adiectiuum {μυκωτὸς} Quod est muricis modo factum. Plin. lib. 20. cap. 23, Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus.
Muricati gressus, Fulgentio Mytholog. lib. 1. cap. 1, id est formidolosi & pauendi: Intuemur, inquit, arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine mẽti nondũ exterſa, hostes in vestigiis pauebamus: terriorem enim pro sui memoria miles hostis hæredem reliquerat. Budæus.

Muricatim, pen. prod. Aduerb {μυκηδὸν} Conuolutim, inquit Budæus: In modum muricis. Colum lib 9. cap. 33, Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso.

Murilegulus, pen. corr. {μυοκόπος} à muricibus legendis siue colligendis nomen habet. Cælius lib 8. cap. 11, Murilegulos iureconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Codicis lib. 11. Iustinianus, titulo de Monetariis & murilegulis.

Murgentina vina, à loco dicta. Varr. 1. de Re rustic. cap. 25. Et Cato cap. 6.
Murgentina vitis. Colum. lib. 3. cap. 2.

Murger (inquit Festus) dici solet à castrensium ominibus, quasi mucosus, is qui talis malè ludit. Obsoletum.

Murginare, Tardare est, inquit Perottus.

Murgiso, murgisonis, masc gen. Iners, desidiosus. A mora & desidendo dictus, inquit Festus.

MVRGIS, Plinio lib. 3. cap. 1, Bæticæ sinus, à quo Murgitana regio.

Muria, muriæ {ἅλμη} Genus salsamenti, quod ex pisciũ liquamine fiebat, præsertim rhynnorum. Perf. Satyr. 6, Tingat olus siccum muria vafer in calice empta. Horat. 2. Serm. satyr. 8, Vt melius muria, quàm testa marina remittat.
¶Muria {ἁλμυρὶς} Aqua salsa, siue salsugo, quam *salamuriam* vulgò dicimus. Colum. lib. 12 cap. 25, Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo quò non est facilis aquæ mariuæ inuectio, sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maximè est idonea cælestis aqua: si minus, ex fonte liquidissimo profluens.
Stilla muriæ. Cic. 3. de Finibus, Vt obseruatur & offunditur luce solis lumen lucernæ, & vt interit magnitudine maris Ægei stilla muriæ, & vt in diuitiis Crœsi teruntij accessio, &c.
Muria cruda & matura, Vide paulo pòst Muria dura.
Muria dura. Celsus lib. 4. cap. 9, Edenda sunt salsamenta, vel oleæ ex muria dura. Ibidem cap. 15, Themison muria dura quàm asperrima sic vtendum, memoriæ prodidit. Columella libro 12. capite 6, Muriam duram sic facito: Dolium patentissimi oris locato in ea parte villæ, quæ plurimum solis accipit. id dolium aqua cælesti repleto, ea est enim huic rei aptissima: vel si non fuerit pluuialis, certè fontana dulcissimi saporis. In eam tum indito sportam iunceam, vel sparteam, quæ replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. Quum salem per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde alium salem tandiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur. Quod quum animaduerteris, scies habere muriam matutitatem suam. Et si aliam in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, & opertam in sole habebis. omnem enim mucorem vis solis aufert, & odorem bonum præbet. Est aliud muriæ maturæ experimentum. Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. Hactenus Columella. ex cuius verbis palàm est, eandem esse muriam duram & maturam. Sed quur dura vocatur, quæ tamen liquida est? Dura certè ob id dicitur, quòd aqua in ipsum salem vim suã liquefaciendi, non secus ac si arida esset, exercere nequit: quod liquida vtique aqua & non indurata faceret, salémque colliquaret. Plinius lib. 31. capite 6, duram non appellat, sed certam mensuram salis exprimit in aquam mergendi, quo dura reddatur. Verùm, inquit, & hoc cura prouidit, inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plusquam sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis mergatur, vinci aquam, salémque non liquari. Cæterò sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis, salsissimi maris vim & naturam implet. Moderatissimum autem putant, supradictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari. Hæc Plinius. Hunc autem muriæ maturæ parandæ modum etiam Galenus libro 4. simplicium pharmacorum prodit, sed eam tamen cui onum innatat, ὥσπερτὸν ἄλιμον, hoc est temperatam & maturam ad salgama condienda appellat: eam verò quæ iniectum salem amplius colliquescere non permittit, vehementer salsam, hoc est, ὑπερβαλλόντως ἅλμυρὰν vocat: quum Columella hoc vtrunque experimentum maturæ muriæ esse dicat, nisi quòd dulcem caseum oui loco deuittendum tradit.

Muries, muriei {ἅλμωξις.} Quidam existimant idem esse muriem & muriam, significaréque salsamentorum aquam. A mari nomen deductum. Cato cap. 88, Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel salsamenta condias.

Muriaticus, penultima correpta, Adiectiuum {ἁλμυρίζων} Quod in muria diu fuit. Plaut. Pœn. 4,
-soror cogita
Amabo, item nos perhiberi, quasi salsa muriatica
Esse autumantur, sine omni lepõre, & sine suauitate.
Muriatica, Salsamenta omnia. Plautus,
Scit muriatica vt macerent.

Murilegulus, Vide MVREX.

Murina, murinæ: vel Myrina, myrinæ, pen. corr. {μυρίνη} Vinum myro, id est odore conditum. Plin libro 14. cap. 13, Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ

Persa inscribitur,quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideò quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsennus his versibus decernit, Mittebam vinum pulchrum, murinam. Et in Acharistione,Panem & polentā,vinum murinam. Scæuolam quoque & Lælium, & Atreium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit,11,

Quod si opus sit,vt dulce promat indidem,ecquid habet? CH. rogas? Murinam,passum,defrutum,mellinam,mel quoiusmodi. Quibus apparet non inter vina modò murinam, sed inter dulcia quoque nominatum. Hactenus Plinius.

Murinus,Adiect. {μυϊνός.} vt Murinus odor.Plaut.Pœn.18.

Murinus,à mure,Vide MVS.

Murmur, murmuris, pen.corr. neut.gen. {γογγυσμὸς,ἠχοιρισμὸς} Lenis aquæ strepitus,licet & pro alio quocunque strepitu poni consueuerit.Nomen est ficticiū,teste.Quintil.lib.8.cap.6. Plin.lib.2.cap.80.

Maris murmur.Cic.3.de Orat.
Ponti murmura.Lucret.lib.3.
Vocis paruæ.Ouid.12.Metam.
Altum.Seneca OEdip.12.
Cæca.Virg.10.Æneidos, -ceu flamina prima
Quum deprensa freminit syluis,& cæca volutans Murmura.
Clauso raucus.Pers.Satyr.5.
Fera.Propert.lib.4.eleg.4.
Fractum.Stat.10.Thebaidos, -ecce iccentis
Inachius vares iugulum fodit,expulit ingens
Vina cruor,fractúmque perit in sanguine murmur.
Fragosa.Claud.3.Paneg.
Futile.Valer.8.Argon.
Graue.Seneca Agamemn.6.
Ieiunum Hircanæ tigridis.Stat.12.Theb.
Incertum.Quintil.lib.2.cap.11.
Ingens erat in ædibus.Ouid.7.Metam.
Minitans.Cic.in Arato,
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Modicum.Iuuen.Satyr.10.
Mœstum.Valer.1.Argon.
Querulum.Senec.Herc.OEth.3.
Rabidum.Valer.4.Argon.
Raucum murmur ciet cædens vnda.Virg.1.Georg.
Secreta vulgi.Iuuenal.Satyr.10.
Stridenti murmure raucus clangor.Silius lib.16.
Suppressum.Valer.5.Argon.
Triste murmur tubæ.Silius lib.18.
Vastum.Virg.1.Æneid.
Ventosum.Virg 9 ecloga, -& omnes
(Aspice)ventosi ceciderunt murmuris auræ.

¶Comprimere murmura.Ouid.1.Metamorphoseos,
-qui postquam voce manúque
Murmura compressit,tenuere silentia cuncti.
Tenui murmure dicere aliquid.Ouid.epist.12.
Exiguo dicta verba.Ouid.epist.17.
Dare.Lucret.lib.6.
Parua dedit.Ouid.2.Metam.
Raucum edere.Ouid.14.Metam.
Arcana figit auribus.Stat.1.Achill.
Incluso fremunt alta corda.Senec.Agamemn.7.
Increbrescit nemorum.Virg.1.Georg.
Magno indignantur venti.Lucret lib.6.
Horrendo labitur amnis.Ouid.in Ibin.
Iucundo labentes riui.Ouid.1.de Remed.amor.
Laxauit in vocem.Claud.2.in Eutrop.
Minitans murmur cæli.Lucret.lib.1.
Magno miscetur cælum.Virg.4.Æneid.
Depresso sub murmure mugit tuba.Lucret.lib.4.
Pauido orantes.Claud.7.Paneg.
Percurrunt cælum.Lucret.lib.5.
Minaci murmure cornuū perstringis aures.Horat.2.Carm.ode 1.
Pro verbis murmura reddunt.Ouid.10.Metam.De duobus mutatis in leones.
Rodere murmura.Pers.Satyr.3.
Strepit omnis murmure campus.Virg.6.Æneid.
Tacito venerantur murmure nomen.Ouid.6.Metam.

Murmuro,murmuras, pen.corr. {μορμυρίζω, μορμύρω, γογγύζω, ὑποφοτία} murmurâre,Murmur facere. Plaut.Casi.Mihi inanitate iandudum intestina murmurant. Cic.5.Tusc.Murmurans mare. Plin.libro 18. cap 35,Murmurans iguis.

Murmuratur,dictum à similitudine sonitus. Qui murmurat, ita leniter loquitur,quod magis id sono facere,quàm vt intelligatur,videatur. Hinc etiam poetæ murmurantia littora.Varr.lib.5.de Ling. Latina.

Vnda murmurat.Virg.10.Æneid.
Flebile murmurat lingua exanimis.Ouid.11.Metam.

¶Murmurare,Contradicere. Plaut.Aulul.4,Vt sceleste sola secum murmurat.

Murmuratio, Verbale {μορμυρισμός.} vt Murmuratio aquilarum. Plin. lib.10.cap.3.

Murmuratio querula.Plin.lib.10.cap.3.

Murmuratio, prostrepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis. Seneca libro 3.de Ira,cap.24. Item epist.108,Optimum est pati quod emendare non possis:& Deum quo authore cuncta prouenium, sine murmuratione sequi.

Murmurillum, murmurilli {ψιθυρίσμα} Diminutiuum. Plaut. Rud.31, Palàm age,nolo murmurillum,neque susurrum fieri mihi.

Murmurillo,murmurillas {ψιθυρίζω} murmurillâre,Murmurare.Plaut. Rud.31,Quid murmurillas tecum,ac te discrucias?Hic versus in quibusdam exemplaribus deest.

Murmuror, murmuraris {μορμύρομαι} murmurari, Deponens apud antiquos. Varro,Ita vt soliti eramus, Romæ in balneis plodere cœpimus,& murmurari.

MVROBLA {μυρόβλα} Ptolemæo lib.2.cap.15,Pannoniæ superioris vibs: vulgò *Moreck*.

MVRRANVS, pen.prod. Piscis Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges,Murrani sunt dicti. Author Seruius. Scimus enim, inquit,solere plerunque fieri, vt primi regis,reliqui nomen eius possideant,vt apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas Arsacidæ, apud Ægyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropidæ. Hæc Seruius, enarians carmen illud Virg.12.Æneidos, Murranum hic,atauos,& auorum antiqua sonantem

Nomina,per regésque actum genus omne Latinos. Alij,quòd murra vnguentisque oblimerentur: vel quòd oppidis muro clausis & cinctis præessent,vt murrani,qui si murani dicantur.

Murrha, murrhæ {μύρρα} Lapidis egregij species, ex quo vasa potoria fiebant. Below. *La coquille de Nacre de perle.* Mart.lib.14,

Si calidum potas,ardenti murrha falerno
Conuenit,& melior fit sapor inde mero. Alij myrrha scribunt. Humorem esse putant, quiin Oriente, maximè in Parthico regno sub terra condensatur,vt ait Plin.lib 37.cap.2.

¶Murrha, pro Smyrnio herba. Plin lib.19.cap.vlt. Libanotis odorem thuris,murrha myrrhæ reddit.

Murrhinus,pen.corr.siue myrrhinus, Adiectiuum {μυρρίνεος} Quod ex murrha factum est. Fiebant enim vasa ex ea. Plin.lib.37 cap.2. Oriēs murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus,maximè Parthici regni, præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari: amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rarò, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, vtróque verius quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoréque, & tertium ex vtroque igneſcentem velut per transitū coloris purpura rubescente,aut lacte candescente. Martialis lib.13,

Surrentina bibis?nec murrhina picta,nec aurum
Sume:dabunt calices hæc tibi vina tuos. Cardanus De subtilitate, dicit Murrhina,seu Myrrhina,esse quæ nūc vocāt *Vases de Porcelaine*.

Murrheus, Aliud adiect. {μυρρεῖος} Idem quod murrhinus. Iabolenus in lege Vasa.D.de Supellectili legata, scribit, murrhea vasa quæ ad vsum edendi & bibendi causa reperta sunt, esse in supellectili. Fortasse scribendum murrhina. Vlpianus de Auro & argento legato.l. Cum aurum.§.Peruenimus. Murrhina autem vasa in gemmis non esse Cassius scribit.

Onyx murrheus.Propert.lib 3 eleg.10.

MVRTIA, Attobio dicitur segnium dea. Huius etiam meminit Tertullianus in libro de Spectaculis, quam esse marmoris deam dicit, vbi fortasse marcoris scribendum est. Murtiam enim deam, inquit, marmoris volunt, cui in illa parte ædem vouere. Scribitur & Murcea.Vide suo loco.

MVRTIVS {μύρτιος} Auentinus mons,quòd è lapidibus & veluti muro constaret. A quo Murtia dea Venus. Plinius lib.15.cap.29,Ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Huic erat facellum sub Auentino monte,qui antè Murcus vocabatur.

Murtea, inter genera olearum recensentur à Colum.lib.5.cap.8.

Murus, muri {τεῖχος, τύρσις, τεῖχος} à munendo dicitur:& propriè est vrbis lapideus ambitus. Cic.3.de Nat.deor.Muris vrbis quos vos sanctos Pōtifices esse dicitis. Idem pro Leg.Manil.Parua sine muro nihil timebat. De insula Delo.

Minæ murorum ingentes.Virg.4.Æneid.
Aerij fastigia.Valer.2.Argon.
Aheneus.Horat.3.Carm.ode 3.
Crinalis murus Cybeles.Claudian.2.in Eutrop.
Coctiles muri,Lateritij.Ouid.4.Metamorph.
Discissi.Stat.1.Sylu.1.
Humiles.Ouid.2.Amor.eleg.12.
Lapideus,Vide LAPIS.
Sublimes.Claud.6.Paneg.

¶Ædificare muros.Ouid 11.Metam.
Latior murus vrbem amplectitur.Horat.de Arte.
Subitos sattollere.Lucan.lib.6.
Oppida cingere muris.Virg.4.eclog.
Igni circundare.Virg 9.Æneid.
Arces circundabit muro.Virg.6.Æneid.
Triplici circundata mœnia.Virg.6.Æneid.
Contabularunt murum turribus,Vide CONTABVLO.
Correpere intra murum,In CORREPO.
Defendere longo bello.Virg 9.Æneid.
Diuidimus muros,& mœnia pandimus vrbis.Virg 2.Æneid.
Dare murum sceleri.Claud.7.Paneg.
Ducere muros.Virg.1.Æneidos, -pars ducere muros,

Molirique arcem,& manibus subuoluere saxa.
In planum effundere muros, Diruere muros, & solo æquare. Lucan.libro 1,
Tu quoscunque voles in planum effundere muros,
Hic aries actus disperget saxa lacertis.
Patrios excedere.Lucan.lib.1.
Fodere.Ouid.11.Metamorphoseos,
-aliis murum fodientibus extra,

Atque aliis murum trepidare tenentibus intus,
Hostis habet.Virg.2.Æneid.
Impellere manu.Stat.1.Achill.
Lapsis muris ingentia iacent saxa.Lucan.lib.1.
Percussit murum aries.Cic.1.Offic.
Fragiles procumbunt.Claud.de bello Get.
Conuulsis prosternes oppida.Silius lib.3.

Quatere.

Quatere.Virg.2.Æneid.
Labentes renouare.Seneca Thyeste.7.
Tutos seruabant aggere muros.Virg.9.Æneid.
Ignem subdere muris.Silius lib.17.
Succedere murum.Tacit.lib.2,Quibus plana euenerant, facilè irrupēre, quòs impugnandus agger, vtsi murum succederent, grauibus superne ictibus conflictarentur.

Traiicere murum iaculo. Cic.4.de Finib.Si Annibal ad portas venisset,murúmque iaculo traiecisset,negaret esse in malis,capi, vænire,&c.

Transcendere muros scalis.Silius lib.13.

¶Murus,per translationem.Cic.7.Verr.Ad omnes enim meos imperus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Idē 4.in Catil. Totius mei Consulatus memoriam postulo, quæ dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor.

Propugnaculum & murus. Cic.in Pisonem,Lex Helia & Fusia euersa est,propugnacula,murísque tranquillitatis & otij.

¶Murus,Agger etiam dicitur siue fossa. Varro 1.de Re rust.cap.14, Aggeres qui faciunt sine fossa,eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino.

Muralis, & hoc murale, penultima prod. {τειχικὸς} Quod ad murum pertinet.

Corona muralis, Corona ex muris, siue ad murorum effigiem facta.Lucret.lib.2.

Corona murali donari solebat ab imperatore is qui primus murum subiisset, & in hostium oppidum per vim ascendisset. Plin.lib. 16.cap.4.Cedunt iis murales,vallaréque,& aureæ,quanquam pretio antecedentes.

Herba muralis,Quæ in muris crescit.Plin.lib.24.cap.19.
Honos muralis,Hoc est corona muralis.Claud.de laud.Serenæ.
Ictus muralis,E muro impactus.Silius lib.6.
Machinæ murales,Quibus muri diruuntur.Plin.lib.7.cap.56.
Pila muralia,Quæ de muris deiiciuntur.Cæs.7.bel.Gal.
Tormentum.Virg.12.Æneid.

Muratus,pen.prod.Adiect. {τειχώδης} Quod muros habet.

Mus, muris,masc.gen. {μῦς,σμώδης} Exiguum animal est, in domibus frequēs:à corrosionis sono,quem facit,dictus. De muribus vide Plinium lib.8 cap.57. Cic.Attic.lib.14, Sed quòd quæris quid arcesserim Chrysippum,tabernæ mihi duæ corruerūt,reliquæ rimas agunt. itaque non solùm inquilini,sed mures migrauerunt.

Breuis mus.Ouid.2.Fast.
Exiguus.Virg.1.Georg.
Opici.Iuuenal.Satyr.3.
Pusillus.Plaut.Truc.18.
Ridiculus.Horat.de Arte.
Rusticus.Horat.2.Serm.satyr.6.
Vrbanus.Horat.2.Serm.satyr.6.

¶Plostello adiungere mures,est puerorum.Horat.2.Serm.satyr.3.
Ædificata muribus & mustelis domus.Cic.2.de Nat.deor.
Deposi à muris.Cic.1.de Diuin.
Rodunt mures.Cic.2.de Diuinat.

¶Mures etiam antiqui intellexerunt non tantùm domesticas illas bestiolas,penori infestas,omniáque rodentes:sed syluestres ferásque bestias minoris formæ,pelle commēdabiles:quo in genere sunt martes & hermelini,quibus nobiles hyberno tempore pellicas gerunt pe nulas. Eo quoque nomine censeri videntur mustelæ, quæ si verilo quium sequaris,sunt mures longi. Senec.lib.4.epist.Non hodiéque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt? Iustin. de Scythis, Lanæque vsus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrantur,pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Monuit Turnebus.

¶Mus araneus {μυγαλὴ} à mure & mustela appellant: quia muris magnitudine sit,mustelina specie,ore oblongo, cauda gracili, versu dentiū quadruplici,vt inquit Aëtius. De mure araneo vide Hermolaum in Corollar.272. Abundat insula Britannia. Plin.lib.29.cap.4. *Vne musette, ou musaraigne.* Vide ARANEA.

¶Murium marinorum meminit Plin.lib.9.cap.19.

Musculus, pen.corr. Diminutiuum {μύσκος.} Cic.2.de Diuin.Nam & musculorum tecusula bruma dicuntur augeri.

Musculus præcisus. Celsus lib.5.cap.26,Nam percussus, mortiferus est:præcisus,sanitatem recipit.

Aquatiles,Vide AQVA.

¶Musculus {μῦς,μυὸς} Pars organica corporis,constans carne,fibris neruosis,vena,arteria,& membrana succingente: estque motus organum.Plaut.Amphit.16,

Quid dicas noui: cicatricem in dextro musculo, ex illoc vulnere
Quod mihi impegit Pterela. Plin.lib.20.cap.21,Item conclusis,luxatis,tumentibus,& musculis,neruis,articulis imposuit.

Conuulsus musculus,Vide CONVELLO.

Musculosus, pen.prod. Adiectiuum {μυώδης.} Celsus libro 5.cap.20,At si neruosus aut musculosus is locus est, commodius est cærato miscere.

¶Musculos etiā dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti bellatores,fossatum ciuitatis, adportatis lapidibus,lignis & terra,non solùm complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis,subdiscoréque, & maiores firmioréque pluteis. Cæsar 7.bel. Gal.A castris longurios musculos,falces,reliquáque quę eruptionis causa parauerat,profert.

Musculus à testudine differt paruitate, minoréque musculi, maiores testudines vocatæ sunt. Vitruius collocat in musculo duo longa tigna in solo crassitudinis bipedalis, in eis columellas defigit vtrinque, quas capreolis fastigatis coniungit, nostra lingua nomen capreoli retinet. Capreolis imponuntur perpetua tigna tecti longitudine, quibus inuehuntur trabes transuersæ à fastigio ad extremum musculi tectum. His insiguntur regulæ, quas lingua nostra latas appellare consueuimus. Ita firmissimum ad omnem iniuriam & pondus tectum comparabatur. Hæc ideo hîc adscripsi, quia in legendis authoribus nihil molestius ferè reperitur,quàm architecturæ descriptiones.

¶Musculus,Genus piscis parui,qui paruo moderamine caudæ tēperat balænam,ne in scopulum impingat. De hoc Claudianus lib.2. in Eutropium. Plin.lib.9.cap.62,Amicitiæ exempla sunt, balæna & musculus:quando pregraui superciliorum pondere obrutis eius oculis,infestantia magnitudinem vada prænatās demonstrat,oculorúmque vice fungitur. Idem lib 32.cap.11.

Murinus,pen.prod.Adiectiuum {μυϊνὸς} Quod ex mure est.Plin.lib.30. cap.8, Murino fimo contra calculos illinere ventrem prodest. Sic lib.28.cap.11,Murina capita.

Murinus color,qui vulgaris est in asinis.Colum.lib.6.cap.37.

Murinum hordeum, herba phœnicea à Græcis appellata.Plin.lib. 22.cap.25.

Pelles murinæ. Vide paulo antè,Mures etiam.

Muscerda, muscerdæ {μυόζωρον} Murium stercus. Plinius lib 29.cap.6, Præterea(vt Varro noster tradit)murinum simum, quod itē muscerdas appellat.

Muscipula,pen.corr. {μυοδήρα} Laquei genus ad capiendos mures.Varr. 1.de Re rust.cap.8,Necnō si parit humus mures, huius minor fit vindemia,nisi totas vineas oppleueris muscipulis.

Musa, musæ {μοῦσα} Cantum significat. Virg.8.eclog.Pastorum musam Damonis & Alphesibœi.

Agrestem tenui meditabor arundine musam.Virg.6.eclog.
Callida.Lucret.lib 6.
Crassiore.Quintil.lib.1.cap.10,Libet propter quosdam imperitiores Crassiore(vt vocant) musa, dubitationem huius vtilitatis eximere.
Genialis.Ouid.3.Amor.eleg.14.
Iocosa.Ouid.3.Trist.eleg.2.
Pedestris.Horat.2.Serm.satyr 6.
Porens lyræ.Horat.1.Carm.ode 6.
Procax.Horat.2.Carm.ode 1.
Proterua.Ouid.1.de Remed.amor.
Solers lyræ.Horat.de Arte.
Syluestrem tenui musam meditaris auena.Virg.1.eclog.

MVSAS, Poetæ finxerunt deas esse,Iouis & Memoriæ filias, quæ poetis & musicæ præessent. Musæ primæ (ait Cic.lib.3.de Nat.deor.) quatuor,natæ Ioue altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundæ, Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouem. Tertiæ, Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare,iisdem nominibus,eodem numero quo proximæ superiores. Facit igitur Cicero triplicem Musarum genealogiam. Alemæon poeta scribit eas Cæli & Terræ filias esse, vt testatur Diodorus libro 5.capite 1.

Musas dūtaxat tres enumerat M.Varro,Vnam,quæ ex aquæ nasciturmotu. Alteram,quam aeris ictū sonus efficit. Tertiam,quæ mera tantùm voce consistit. Author Seruius in illud Virg.7.eclog.Nymphæ,nostet amor, Libethrides,&c. Censorinus itidem De die natali,cap.26,Organum(inquit)tres habuit intensiones, graue, mediam, acutam. Inde Musæ quoque tres olim sunt æstimatæ,Hypate,Mese, Nete. ὑπάτη,id est chorda tenoris infimi: μέση media: νήτη chorda soni acuti. Diuus Augustinus libro 2.de doctrina Christiana: Non audiēdi sunt,inquit,errores gentilium superstitionum,qui nouem Musas, Iouis & Memoriæ filias esse fuxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrū apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quā (neque enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret: vt quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum emeret. Ita contigisse vt opera sua illi artifices æquè pulchra explicarent: & placuisse ciuitati omnes nouem,atque omnes emptas esse,vt in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo Iupiter nouem Musas genuit: sed tres fabri ternas fecerunt. Hactenus Augustinus. Porrò ciuitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon est: vt testatur Ausonius in Grypho ternarij hoc carmine,

Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.
Sed Sicyon totidem ternas ex ære sacrauit. Sunt tamen qui legant, Sacrauit toties ternas ex ære Cithæron. Pausanias quoque tres artifices, Cephisodotum, Strongyliona, & Olympiosthenem nominat: quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias verò idem Pausanias tres Musas connumerat, quas ait ab Aloei filiis Oto & Ephialte sic nominatas: primam μελέτην, hoc est meditationem: secundam μνήμην, hoc est memoriam: tertiam ἀοιδὴν, hoc est cantilenam. Plutarchus in libro Symposiacōn tradit antiquitus tres Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paulo suprà retulimus, verùm quòd potius disciplinas in tria genera vereres diuiserunt, philosophiam, rhetoricen, & mathematicen. Hinc quoque,iuxta Hesiodi opinionem,harum quælibet in tres diuisa. Philosophia quidem in dialecticen,ethicen siue moralē,& physicen. Rhetorice verò in demonstrationem,deliberationem,& iudicialem. Mathematica autem in musicam,arithmeticam, & geometriam. Sed & Arati interpres scribit, Orpheum ideo lyram nouem chordarum cōstituisse, quoniam idem esset Musarum numerus.

Musas Iouis & Mnemosynes, hoc est Memoriæ filias poetæ finxerunt, quòd iis qui ad disciplinas & scientias peruenire cupiunt, duo hæc in primis necessaria sunt, intellectus scilicet & memoriæ facultas. Hoc Græci μνημονικὸν,illud νοητικὸν vocant. Proclus in Commentariis. Iouem autem putabant contribuere, τὸ νοητικόν: at Mnemosynen, τὸ μνημονικόν.

Musas Plato in Cratylo dictas affirmat κατὰ τὸ μάσθαι, quod est inquirere, quasi indagatrices: cui Pharnutus in libro de Nat.deor.subscribit. Ita enim ait, κελεύσας δὲ μάσθαι κατὰ τὸ μώσασθαι ὅ ἐστι ζητῆσαι. Musæ, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, idem & Palæphatus. Vnde & aliquando Musas eas antiqui vocauere. Eusebius tamen in Euangelica præparatione, Musas tradit sic appellatas, quia μοῦσα apud Græcos honesta bonáque doctrina instituo significat. quãobrem eas Orpheus & Proclus hominibus religionem monstrasse in hymnis suis cecinerunt. Idem Orpheus in hymnis Musas per concisionem quasi melusas, à μέλω dici putat: vt nihil sint nisi melos harmoniacum. Alij verò propter disciplinarum inter se conuenientiam, quasi ὁμοιόσας, quòd vno nexu disciplinæ omnes teneantur, atque ita fiat encyclopædia. Vel quòd inuicem, sicut virtutes, necessariæ sibi esse videantur, vt ait Cassiodorus. Vnde sit vt ab antiquis nonnullis doctrinæ ac scientiæ copula ac nodus quidam existimentur.

Musas simul versari, & in chorum numerúmque ludos agere dixerunt antiqui, propter scietiarum copulam & nexum, quo inter se disciplinæ quodam quasi nodo copulantur & coniunguntur. Eadem de causa sorores existimatas putant.

Musæ in montibus dicuntur versari, vt ait Cornutus, quòd secessu & solitariis maximè locis studiosi viri delectantur. Sunt & qui ideo in Heliconis & montium verticibus versari autument, quòd ipsa sapientia atque intellectus, ex quibus disciplinæ ac scientiæ nobis cõparantur, quæ per Musas intelliguntur, in hominis capite vt in puriori & eminentiori loco dicuntur esse.

Musas palma coronari multi prodidere, propter quandam nominis similitudinem. Phœnicum enim populorum inuẽtum esse literæ dicuntur, & ab iis ad Græcos delatæ. Phœnix etiam Græcis palmam significat. Vel, vt consentaneum magis Cornuto videtur, ideo palma Musæ coronantur, quoniam eius arbor is fructus dulcis est, multiuiuus, tardè crescens, multiplex & copiosus. Attribuitur & laurus Musis: vel quòd ea arbor ad inspirationem & afflatum, & (vt Græci dicũt) enthusiasmõ conferat: quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quòd eius arboris gustu poeticam se facultatem adipisci antiqui crediderẽt, vt Lycophron innuit, qui poetam daphnophagon vocat, & de se canit Hesiodus: atque ideo etiam à Iuuenale dictum, Satyra 7,

-laurúmque momordit. Vel potius quòd ea arbor semper sit virẽs: atque simili modo bonorum poetarum versus virescere perpetuo dicuntur per ora docta virorum. Quin & eadem causa in Musarum & Apollinis certaminibus poetas victores, quasi immortalitate quadã dignos, lauro coronari non solùm apud antiquos, sed nunc quoque moris esse videmus.

Musas esse Apollinis comites, idque in dextra parte, indicat illud Ausonij in Gripho, Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi. Qua de re Marsilius Ficinus in epistolis hæc memoriæ prodidit, Orpheus(ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obuium statim quasi iam expiatus Apollinem habuit. Quúmque nouem Musas tréque Gratias ad dextram comitãtes cominus aspexisset, ad sinistram autem quanuis eminus sequentes picas & furias, admirabundus exclamauit altius, O quàm diuersi, inquit, ducem hũc sequuntur exercitus. Sed noli ô vates mirari, Phœbus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, vt Musarum à me Gratiarúmque munera impetrent. Ergo quicunque sacra puris manibus nobis faciunt, Musas à nobis Gratiásque gratis accipiunt. Quicunque verò sacra manibus pollutis attrectare audẽt, picas & furias inuiti reportãt. Hæc ille. Macrobius libro 1.Saturn.cap.17, Tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratias gestare, at cum verò eum sagittis sinistra: quòd ad noxam sit pigrior, & salutem dextera manus promptior largiatur. Quam eandem causam accipe, cur in parte dextra Musæ sint collocatæ. Hinc & à Græcis Apollo Musãgetes dicitur, quasi Musarum dux.

Musis comites fuisse Osiridis, testatur Diodorus lib.1.cap.2, Dicitur Osiris, inquit, fuisse cupidior risus, delectarique solitus musicis & choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse virgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in aliis eruditas: quas deinceps Græci appellarunt Musas. Has Apollinem docuisse dicunt (vt ait ibidem) qua ex re musicus est appellatus. Sunt tamen qui putant Musas à Pareis edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musis ab Ioue patre literarum inuentionem attributam asserit. Eas quoque multi tradunt fuisse Bacchi comites.

Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico, & Latina in Aratum commentaria, quæ Basso à quibusdam adscribuntur, Euphemen vocant, quæ Crotonem filium habuit, qui Musarum precibus, quòd inter eas esset versatus, & ab eis musicam edoctus, ab Ioue inter sidera collocatus, Sagittarij nomen habet. Huius quidem Euphemes statuam Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucum. Porrò Eupheme interpretatur Latinè Laus.

Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio De sacrificiis. Vnde apud Ouidium Metamorphoseos 5, vna earum sic ait,

-claudit sua tecta Pyreneus,
Vimque parat, quam nos sumptis effugimus alis.

Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diodoro Siculo lib.5.cap.1.

Musæ, à plerisque virgines esse dicuntur, vt author est Diodorus lib.1.cap.2.quoniam disciplinæ, vti virgines, abditæ atque incorruptæ esse videntur, natiuo scilicet decore contentæ.

Musæ & Hercules eodem in templo vnà colebantur, vt est apud Ouidium in Fastis, & Suetoniũ in Augusto, cap.29. vbi scribit à Martio Philippo ædem Herculis & Musarum extructam. cuius rei causam Plutarchus in quæstionibus vestigans, ex Iubæ authoritate ait, Euandrum edoctum ab Hercule literas, gratis id statuisse. Hinc vocari cœpit Hercules Musarum. Eumenius in Oratione de instaurandis scholis historiam sic recitat, Ædem, inquit, Herculis Musarum in circo Flaminio Fuluius ille nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modò sequutus, quòd ipse literis & summa poetæ amicitia duceretur, sed in Græcia quum esset imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, hoc est comitem ducémque Musarum. Idémque primus nouem signa, id est omnium Camœnarum, quæ ex Ambracia si oppido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecrauit, vt res quæ à mutuis operibus & præmiis iuuari ornarique deberent, Musarum videlicet quies defensione Herculis, & virtus Herculis voce Musarum Hadenus ille.

Musis rem diuinam primi fecisse dicuntur in Helicone Otus & Ephialtes Aloei filij, & in Aſcra habitasse, vt versus poetæ Hegesini ex eius poemate Actthide ostendunt, qui apud Callippum legunt ur, & Pausaniam.

Musis etiam rem sacram facere Pastores tradit Theocritus, & eius expositor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis cura est Cantilenarum, quarum sunt Musæ præsides. Quinimò in hymno quodam Nemeæo Pindarus eas vult filias esse Musarũ, quum ita canit, αἵ δὲ σοφαὶ μακρῶν θυγατέρες ἀοιδᾶν. Vbi expositores hæc idẽtidem inculcant, Musarum filiæ Cantilenæ.

Musarum volueres vocat Apes Varro de Re rust. lib.3. cap.16. Sic enim ait de apibus verba faciens, Quæ cum causa Musarum esse dicuntur volucres, quòd & siquãdo diſplicatæ sunt, cymbalis & plausibus & numero reducuntur in locum vnum. Et vt Musis Helicona atque Olympum attribuerunt homines, sic his floridos & incultos natura attribuit montes. Hactenus Varro. Proinde etiam non defuerunt, qui Aristæum scripserunt pastorem fuisse Musarum, propterea quòd primus apes & mellis vsum adinuẽnit. Comatas quoque pastorem fuisse legimus in Commentariis Theocriti, qui ex pecoribus singulis quum rem sacram Musis faceret, eius dominũ indignatum fuisse, illúmque ideo in ligneam arcam conclusisse, ac eius salutem Musis commisisse, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam verò insequenti mox tempore adaperiens dominus, Comatan viuum reperit, fuque ea mellis fauos, quibus Musæ vitam Comatæ conseruarant.

Musarum nomina & cognomina, vide singula suis locis. Dicũtur enim Nymphæ, Camœnæ, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides, Olympiades, Ardalides, Mæonides, Mnemosynides, Pareides, Ligiæ, Ilissides & Ilissiades siue Hilissiades, Hyantiæ, Citheriades.

Delubra musarum colere. Cic. pro Archia.
Dona. Horat. 2. epist. 1.
Sacerdos. Horat. 3. Carm. ode 1.
Sacerdos Musarum, Phœbisque. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Sacra colere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2.
Amicus Musis. Horat. 1. Carm. ode 26.
Dulces. Virg. 2. Georg.
Dedit us nulli Musæ. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

¶Musæ, pro Humanitate, doctrina quacunque, & literis accipiuntur. Cic. 5. Tuscul. Quis est enim omnium, qui modò cum musis, id est cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum?

Agrestes musæ. Cic. in Orator. Omnis enim vbertas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est, nec satis tamẽ instructa ad forenses causas, quas (vt illi ipsi dicere solebãt) agrestioribus musis reliquerunt. Sic enim Philosophi forenses causas appellabãt, quoniã in eis (vt frequenter agrestes homines solent) oratores vociferantur, clamant, litigant, & sæpe de rebus tantùm pecuniariis certant. In Partitionibus Cicero duo genera hominum facit: alterum agreste, quod vtilitate ac lucro: alterum verò vrbanum, quod honestate magis monetur. Quin & philosophicas disputationes appellat Musas manſuetiores, & pro quacũque doctrina Musam ponit. Vnde apud Græcos vir omni scientia destitutus, ἄμουσος appellatur, hoc est (vt Cicero pro Archia videtur interpretari) auersus à Musis. Hinc illud prouerbium, Indoctos à Musis atque à Gratiis abesse. Sic Athenæus parum eruditas fabulas ἀμουσολογίας vocat. Contrà μουσολόγους Græci vocant, hominem maximè eruditũ & politum: quasi quis Latinè dixerit, omnibus Musis instructum. Quoniam igitur apud vulgũ imperiti homines (quod ait Aristoteles & Quintilianus) plerunque videntur ingeniosiores in dicendo, quàm eruditi, ideò Musas agrestes vocant.

Impares Musæ, quia nouem. Horat. lib. 3. Carm. ode 19.

Manſuetiores. Cic. Lentulo, libro 1.9, Ab oratoribus disiungo me ferè, refertóque ad manſuetiores musas. Id est philosophicas disputationes. Manſuetiores musas est qui versus interpretetur: alius dialogos, & huiusmodi scripta, in quibus non requiritur orationum grauitas.

Musæ nostræ. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12, Tu musis nostris para, vt operas reddas, nostra ad diem dictam sient.

Auersus à musis, Infelsus & ineptus ad literas. Cic. pro Archia, Neque quisquam est tam auersus à musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur.

Cum omnibus musis rationem habere cogito. Cic. ad Attic. lib. 2. epistola, cuius initium Cupio equidem. Id est, prorsus me literis dedere.

Delectare se cum musis. Cic. ad Attic. lib. 2.

Musica, musicæ: vel Musice, musices, pen. corr. { μουσικὴ } Scientia, quæ modum canendi demonstrat. Plin. lib. 7. cap. 56, Musicam Amphion inuẽnit. Cic. 3. de Finib.

Musica simplex, Vide PLASMA.

Tractare musicam. Cic. 3. de Orat.

Effœminata, & impudicis modis fracta. Quintilianus libro 1. capite 10.

Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literarum significarunt: in qua ingenuos homines docebant otium conterere, animúmque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi à curis vexati est requies.

Artem tractare musicam, Periphrasticè dictum, pro Comœdias scribere. Terent. in Prol. Phorm. Donatus.

Musicus,

Musicus, penult. corr. Adiectiuum { μουσικὸς } Quod ad musicam pertinet. Plin. lib. 2. cap. 22, Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quautum absit à terra luna. Idem libro 37. cap. 1, Hic videtur instituisse, vt omnes musicæ artis, hac quoque ostentatione censerentur.

Notæ musicæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Musicum studium, pro Studio componendi comœdias. Terent. in Prol Heaut.

Musicus, Substantiuum { μουσικὸς, μουσικὴ } Qui docet musicam. Cicero 3. de Finibus.

In fidibus, musicorum aures vel minima sentiunt. Cic. 1. Offic.

Haberi musicum. Cic. 2. Tusc.

Floruerunt in Græcia musici. Cic. 1. Tusc.

Musica, musicorum { μουσικὴ } Cicero 1. de Orat. Quis musicis, quis huic studio literarum quod profitẽtur ij qui grammatici vocãtur, penitus se dedidit, quin, &c. Ibidem, Vt in musicis numeri & voces, & modi, &c. Et 5. Tusc. Musicorum verò perstudiosum accepimus. De Dionysio Syracusano.

Conterere se in musicis, Vide CONTERO.

Musicè, penult. corr. Adiectium { μουσικῶς } Integrè, vt nihil desit. Nam Musicam veteres encyclopædiam dixere, in qua omnes artes sunt comprehensæ. Musicè etiam, delicatè significat & genialiter: nam musicos adipate & genialiter viuere manifestum est. Plautus Mostellaria, 9,

Musicè hercle agitis ætatem. itaque vti vos decet,
Vino & victu, pilcatúque probo electili Vitam colitis.

Musæus, Adiectiuum { μούσειος } vt Lepor musæus. Lucret. lib. 4. Idem paulo pòst,

Et quasi musæo dulci contingere melle.

Musæa mele, Id est cantilenæ musicæ. Lucret. lib. 2.

Musæum, musæi { μουσεῖον } Domicilium Musis dicatum: accipitúrque pro diuersorio eruditorum. Plin. lib. 1. epist. 9, ad Minutium Fundanum, O mare, ô litus, verũm secretúmque musæon: quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis? Varro de Re rust. lib. 3. cap. 5, Vbi confluit alter amnis ad summum flumen, vbi est musæum.

MVSA Antonius, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horat. lib. 1. Epist. ad Vallam. Plin. lib. 19. cap. 8, Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici.

MVSEVM, pen. prod. { μούσειον. } Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Stephanus.

MVSAEVS { μουσαῖος } Eumolpi filius, Athenienſis, primus, teste Diogene, deorum genealogiam versibus tradidisse fertur, sphærámque inuenisse: scripsit amores Herús & Leandri hexametris, qui extant. Decessit Falerijs, vt indicat epigramma,

Eumolpi exanimem Musæum terra Falerũm
Continet hoc tumulo, pignora chara patris. Musæos tres Suidas commemorat: vnum Eleusinum, Antipheni filium, versificatorem, discipulum Orphei, qui scripsit ὑποθήκας, id est vitæ præcepta. ad Eumolpum filium, versuum ferè IIII millibus. Virg. 6. Æneid. Alterum Thebanum, Thamyræ filium refert, ante Troianum bellum, qui poeta melicus fuit: scripsítque hymnos & cantica. Tertium Ephesium item versificatorem, qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum, scripsítque res Pergamenses: præterea de Perside libros decem.

Musca, muscæ { μῦα } Notum animal. Cic. de Clar. Orat. Qui nisi se suo more iactauisset. hodie te istic muscæ comedissent.

Liguriunt muscæ. Varr. 3. de Re rust. cap. 16.

Lambunt, Vide LAMBO.

Abigere muscas. Cic. 2. de Orat.

Asperantur, Vide ASPERO.

¶Musca, pro homine molesto & importuno. Cic. lib. 2. de Oratore, Quid enim est Vargula asse cutus, quum eum candidatus A. Sempronius cum Marco suo fratre complexus esset, Puer abige muscas? Risum quæsiuit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingenij fructus.

¶Musca nulla fœminæ, Id est nulla fœmina. Plautus in Truculẽto, Act. 2. scen. 2, -quas tu mulieres

Mihi narras, vbi musca nulla fœminæ est in ædibus?

Muscarius, pen. corr. Adiectiuum { μυγικὸς } Quod ad muscas pertinet. Plin. lib. 29. cap. 6, Aranei muscarij telæ, & præcipuè spelunca ipsa imposita per frontem, &c. Id est qui venatur muscas.

Muscarium, muscarij { σίβυη } Flabellum quo muscæ abiguntur. Martialis de muscario pauonino, lib. 14. 72,

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Muscarium ab huius similitudine etiam appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferulæ, fœniculi, aneti, oluſatri, & similium. Plin. lib. 12. cap. 26, Semine è muscariis depẽdente, vt ferulæ. In papauere & similibus, scapus: in iuglandibus, auellanis, panicula appellatur.

Muscinus. Adiect. Ea formatione fit qua formicinus, inquit Perottus.

Muscerda, Muscipula. Musculus. Vide MVS.

Muscus, musci { μυῖον, βρύον } Viridis herba siue lanugo in corticibus arborum, & circa latera fontium, & locis humidis nascens. Virgilius 6. eclog,

-musco circundat amaræ Corticis.

Molli tellus erat humida musco. Ouid. 8. Metam.

Virens. Ouid. 3. Fast.

Viridis. Lucret. lib. 5.

Circumlita saxa. Horat. 1. epist. 10.

Turpi squalebant fastigia. Ouid. 1. Metam.

Virentia stagna. Virg. 4. Georg.

Muscus in vite. Colum. lib. 4. cap. 24, Iam verò muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, sitúque & veterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.

Muscosus, pen. prod. Adiectiuum { βρυώδης } Quod musco opertum est: vt Muscosi fontes. Virg. 7. eclog. Et Muscosa prata, apud Varronem 1. de Re rust. cap. 9. Cic. ad Quint. frat. lib. 3, Nihil muscosius.

Solum muscosum. Propert. lib. 3. eleg. 3.

Muscor, muscaris { βρυάομαι } muscãri, Est musco tegi. vnde compositum Emuscor. Colum. lib. 11. cap. 2, Oleæ putantur & emuscãtur. Hoc est musco liberantur.

Musea, muscorum { μυσεῖα νεόφυτα } dicuntur quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia fiunt ad imaginem speculs arte reddendam. Plin. lib. 36. cap. 21. In quem locum sic ait Hermolaus, Quæ hîc Musea appellantur, Ælius Spartianus Musiua appellat. hæc hodie vulgò *Museaca* dicuntur. Museum opus (ait Volaterranus lib. 27. De domo & eius partibus) Plinius commemorat libro 36. cap. 21. Spartianus in Pescennino nigro Musiua. sic enim ait, Hunc in Commodianis hortis in porticu curua, pictum de Musiuo inter Commodi amicissimos videmus sacra Isidis ferentem. Eius nunc rei hodie ars amissa: quum tot in templis collabentes ac celebres imagines absidesque ignauia seculi pereant. Hactenus Volaterranus. Vide Hermol. Barbar. in Corol. cap. 960. & Alciatum in tres libros posteriores Codicis. & Lodoicum Viuem in lib. 16. cap. 8. beati Augustini de Ciuitate dei. Sipontinus, Vermiculare veteres dixerunt, minuta opera facere: & vermiculata opera, paruis testulis elaborata: qualia sunt quæ nunc à Museis Museaca vocant. Musea enim dicuntur, quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia, fiunt ad imaginem speeus arte reddendam. Plin. lib. 35. cap. 1, Vermiculatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis. Lucilius apud Ciceronem lib. 3. de Orat. Quàm lepidè lexeis compositæ, vt tesserulæ omnes. Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Nobis placet hoc genus operis, quod Græci κατὰ τρυφὴν λεπίδωτον, quod est Interserto, emblema vocãt, trifariam distinguit vt quod in parietibus fit, vermiculatum siue museacum dicatur: quod in lignis, segmentatum: quod in pauimentis, tessellatum. Constat tamen hæc apud authores sæpe confundi. Idem alibi, Huiusmodi, inquit, pauimenta lapideis siue figulinis cruſtis constant, vitro rectis, atque encausto pictis: inuentum Agrippæ in thermis, quas Romæ ædificauit. Vulgò id opus nunc *Musiuum* vocant. Museacum autem dici debet, à Museis.

Musica, Vide MVSA.

Musimon, pen. corr. musimonis, masc. gen. { μυσιμὼν } Asinus, mulus, aut equus breuis. Lucilius lib. 6, Pretium emit, qui vendit equum musimonem. Cato Deterio, Asinum, aut musimonem, aut arietem. Hæc Nonius. De musimone sic Plin. lib. 8. cap. 49, Est & in Hispania, sed maximè Corsica, non maximè absimile pecori, genus musimonum, caprino villo, quàm pecoris velleri propius. quorum è genere, & ouibus natos prisci vmbros vocauerunt. infirmissimum pecori caput: quamobrem auersum à sole pasci cogendum.

Musinor, Vide MVGINOR.

Musiuum, Vide MVSEA, museorum.

Musmon, musmonis { μύσμων. } Musmones, inquit Strabo, arietes sunt in Sardinia, qui pro vellere villum caprinum generant, quorum sese pellibus loricãt. Hæc ille. Plinius videtur eos appellare Musimones. Vide supra in MVSIMON.

MVSONIVS, Philosophus fuit non incelebris, cuius hoc luculenté verèque dictum refert Gellius: ἔνιοι φασὶν ἕκαστον χαλκὸν μετὰ πόνου, ὑπὸ πόνου εἴργασται, τὸ δὲ χαλκοῦν μόνον ἄνευ πόνου εἴργασται, τὸ δὲ ἀργύρεον μετὰ πόνου. Vide Noct. Attic. lib. 16. cap. 1.

Musito, Musso, mussas, Vide Mutio in MVTVS.

Mustace, mustaces, pen. prod. Genus lauri. Plin. lib. 15. cap. 30, Duo lauri genera tradit Cato: Delphicam, & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit quã mustacem appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. Hãc esse folio maximo, flaccidóque & albicante.

Mustaceum { γλύκινον } Genus libi: vide Laureola in LAVRVS. Cic. ad Attic. lib. 5, In eodem Amomo cœpit laureolam in mustaceo quærere. Iuuen. Saty. 6. Sunt & apud Athenæũ mustacea ex mulso, & mustacea sesamata.

Mustaceus, masc. gen. Idem { γλύκινος. } Cato de Re rust. cap. 128, Mustaceos sic facito: Farinæ siligineæ modium vnum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. 1 1. caſei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito. Et vbi definxeris, lauri folia subtus addito, quum coques.

Mustela, mustelæ, penult. prod. { γαλῆ } Animal mures persequens & serpentes. Plin. libro 29. cap. 4, Mustelarum duo genera: alterum syluestre, distant magnitudine. Græci vocant ictidas. Harum fel contra aspides dicitur efficax, cæterò venenum. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat & catulos suos (vt author est Cic.) quotidie transfert, mutátque sedem, serpentes prosequitur. Varro 3. de Re rust. capite 10.

¶Mustela, Piscis genus, murænæ ferè similis. Plin. lib. 9. cap. 17.

¶Mustelæ, ait Sipontinus, in lacu Brigantino Rhetiæ, muræniis ferè similes, & cæteros omnes pisces nostra ætate excedentes pretio: quas à lambendis petris, nunc lampetras nominant. Sipontino subscribit Massarius in lib. 9. Plinij, vbi multa de mustela. Ausonius in Mosella,

Quæque per Illyricum, per stagna binominis Istri
Spumarum indiciis caperis mustela natantum, &c.
Auida mustela. Colum. lib. 8. cap. vltim.

Mustelinus, pen. prod. Adiectiuum { γαλουδὴς } Quod est mustelæ, vel simile mustelæ. Terent. Eunucho, 4. 4,

Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,
Colore mustelino. Plin. libro 30. cap. 14, Aut ex vtriculo mustelino per genitale effluentes aquas.

MVSTELA, Mustelæ, Viri nomen proprium, qui Ciceronis valde studiosus fuit, vt ipse testatur scribens Attico, lib. 12. Idem 2. Philipp. dicit hunc gladiatorum principem fuisse.

Mustricola. mustricolæ, Est machinula (authore Festo) ex regulis, in qua calceus nouus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi. Forma est sutoris.

Mustum, musti { γλεῦκος } Vinum nouum. Ouid. 4. Fastorum,

Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plin. libro 23. cap. 1, Musta

differentias habent naturales has, quòd sunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque, aliáque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum. Cic. de Clar. Orat. Sic ego istis censuerim, & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam.

Austera musta. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Candida. Tibul. lib. 1. eleg. 5.

Circuncidaneum mustum, Vide Circuncidaneus in CIRCVNCIDO.

Dulce. Virg. 1. Georg.

Feruida. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.

Noua bibere. Ouid. 2. de Arte.

Pressa veloci pede. Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Plinius lib. 14. cap. 20.

Purpureum. Propert. lib. 2. eleg. 17.

¶Mustum, inquit Nonius, non solùm vinum, verumetiam nouellum quicquid est, rectè dicitur. Næuius Gymnastico,

Vtrum est melius virginem an viduam vxorem ducere? virginem si musta est.

Mustus, Adiect. {νεαρὸς} Recens. Plautus Mustam iuuencam dixit.

Mustarius, Adiect. {γλυκυπικὸς} Quod ad mustum pertinet. vt Mustarius vrceus, In quo mustum reponitur. Cato cap. 11.

Musteus, Adiect. {γλυκυπικὸς} Quod mustum, hoc est dulcedinem in se habet: vt Poma musteа. Cato de Re rust. cap. 7, Item alia conditiua mala musteа. Plin. Est tanta musteis pomis suauitas, vt finis mandendi non nisi periculosa fiat.

¶Musteus, Recens. Plin. lib. 12. cap. 7. Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse.

Liber musteus. Plin. iunior lib. 8. epist. 4. à fine, ad Arrianum.

Caseus musteus. Plinius lib. 11. cap. 42.

Mustulentus, Adiectiuum {γλυκώδης} Idem quod musteus. Plautus Cistel. 10,

Ita mustulentus æstus nares attigit.

Mutabilis, Vide MVTO.

Mutatoria, ab Esaia cap. 3, inter ornamenta muliebria posita sunt, de quibus vide ibi Hieronymum. & fortè hæc sunt quæ Homer. libro 8. Odyss. ἱματα ἐξαμοιβὰ vocat, Id est vestimẽta mutatoria, permutata, alternata. Quidam apud Esaiam verterunt Ricas, de quibus infra.

Mutilus, pen. corr. Adiect. {κολοβὸς, κυλλὸς} Sipontinus à mutis deductum putat, significatéque truncatum & comminutum. Horat. 1. Serm. satyra 5, -ô tua cornu

Ni foret exacto frons (inquit) quid faceres, quum

Sic mutilus minitaris?

Cornibus mutilus. Cæsar 6. bell. Gal.

Mutili boues, dicti sunt sine cornibus, authore Donato. Colum. lib. 7. cap. 3, Nam est melior mutilus aries.

Mutila & hiantia. Cic. in Orat. Sed quum mutila quædam, & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant Thucydidis.

Mutila & decurtata. Cic. in Orat. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata. De animo.

Mutilo, mutilas, pen. corr. {κολοβόω, πηρόω} mutilare, Est (vt ait Donatus) aliquid detrahere, sine quo res esse non possit. Terent. Hecy. 1. 1, Quin spolies, mutiles, laceres, quenquam nacta sis.

Mutilatus, pen. prod. Adiect. {κόλος, πηρὸς, ἀπότμητος.} vt Mutilatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5. Ouid. in Ibin.

Truncaque geras fœuo mutilatis partibus ense,

Qualia Mycenti membra fuisse ferunt.

Rami mutilati. Ouid. de Nuce.

Colubræ mutilatæ cauea. Ouid. 6. Metam.

Exercitus. Cic. 3. Philipp. In Galliam mutilatum ducit exercitum. Id est diminutum.

Aures. Liu. 9. bell. Pun. Et propè exanguem, naso, auribúsque mutilatis relinquit.

Muticus, Vide MVTVS.

Mutulus, mutuli, pen. corr. Quadrangulus ex aliqua parte comminutus. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 8, Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ.

MVTINA, penult. corr. {μύτινα} vrbs Italiæ in Flaminia, Romanorum quondam colonia, vt est author Pomponius Mela lib. 2. Et Liu. Decad. 4. lib. 9. non procul à fine. Vulgò *Modena* dicitur.

Firmissima & splendidissima Pop. Rom. colonia Mutina. Cicero 5. Philipp.

Labores Mutinæ. Lucan. lib. 1.

Obsessæ mœnia Mutinæ. Ouid. 15. Metam.

Mutinensis {μυτινάτης} & hoc Mutinense. vt Color Mutinensis, id est pullus: à Mutinensibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varro, Nam & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica.

Arma Mutinentia. Ouid. 4. Fast.

MVTINITINVS, Deus erat, cuius sacellum, vt Festus ait, Romæ fuit, cui velatæ togis pretextatis solebant sacrificare. Ego nomẽ eum gentilium deum habuisse à tacendo, & non tinniendo, puto: nam in eo ni valet ne. Quare constatum nomen ex hac particula, & duobus imperatiuis videtur, quasi diceres, Muti, ne tinni. Ex Turneb.

Mutinus, pen. prod. membrum virile. Author carminis obscœni,

Turelam pomarij diligens Priape facito:

Rubricato furibus minare mutino. Est & vnum è nominibus Priapi. Lactantius libro 1. cap. 20, Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit: Et Mutinus, in cuius sinu pudendo nubentes sedent, vt illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. Arnobio libro 4. aduersus Gentes vocatur Mutunus per quintam vocalem. sic enim ait: Etiámne Pertunda, quæ in cubiculis præsto est, virginalem ferobem effodientibus maritis? Etiámne Mutunus, cuius immanibus pudendis, horrentísque fascino, vestras inequitare matronas, & auspicabile ducitis, & optatis? Auguſtinus de ciuitate

Dei libro 4. cap. 11, Mutinus, qui est apud Græcos Priapus. Idem libro 6. cap. 9, Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur. Sunt qui Mutinum dictum putent, quòd præstet vt in primo cõcubitu vir moueatur, virgo verò ne reluctetur. Porrò fascinũ dici virile mẽbrum, testatur Horat. Epod. 8. hoc carmine,

Minúsve languet fascinum? vbi Porphytio, Fascinum, inquit, pro virili parte posuit, quoniam fascinandis rebus hæc membri deformitas apponi solet. Alij potius ab auertendo fascino dictum esse putant, quòd in sacris Liberi siue Bacchi rite propiciato Priapo, & imposita illi corona à matrona honestissima, fascinum seu fascinatio à frugibus auerteretur, vt Augustinus de Ciuitate Dei libro 7. cap. 21. ex Varrone narrat. Ad fascinum ergo amoliendum iubebatur noua nupta super id sedere: nam & Pompeius Festus versus fescenninos, qui in nuptiis dicebantur, etiam inde videri posse dictos scribit, quòd fascinum existimarentur arcere. Sicut ergo in agris, ita & in nuptiis Priapus, seminum deus, ne fœcunditas fascinatione impediretur, colebatur.

Mutio, mutis, Vide MVTVS.

MVTIVS {μούτιος} nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porsenna rege Romam obsidente, solus in castra profectus est, vt Porsennam occideret. Sed quum regem non cognosceret, & regis scribam pro rege necasset, comprehensus, & coniuratos prodere iussus, manum suam diu in igne tenuit, vt ostenderet se nulla pœna vinci posse. Rex autem admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit vt sibi caueret, quia trecenti Romani coniurassent sic se facturos. Quapropter rex pacem fecit cum Romanis. Mutio autem postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomen est inditum. testis Liu. Decad. 1. lib. 2. ¶Fuerunt præterea alij Mutij quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Muto, muras {ἀλλάττω, μεταβάλλω, ἐκφέρω, πρόπτω, μεταπείθω, μεταποιμβάνω} mutare, Transferre. Varro, Fac vt te cum omni familia mutes.

¶Mutare, Variare. Plinius lib. 12. cap. 7, Piper tostum solibus, colore rugísque mutatur.

Mutare se habitu & loco, pro eo quod est, Mutare habitum & locum. Horat. 2. Serm. saty. 7.

Mutare & vertere ad omnem rationem aliquid. Cic. 3. de Orat.

¶Animum mutare, & Mutare sententiam. Terent. Phorm. 5. 2,

-haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum. Cicero ad Gallum, lib. 7, Sinautem sententiam mutasti, ego habebo. Idem 4. Acad. Neque te cominus (si tibi ita videatur) sententiam mutes, deterrendum puto.

Mutari in marem. Plin. lib. 7. cap. 4.

Mutare in peius. Quintil. lib. 1. cap. 1.

In horas. Horat. de Arte.

Mutare se in formam alterius. Plaut. Amphit. 2.

Verbo mutantur amantes. Propert. lib. 2. eleg. 5.

Amictus frustrà mutantur. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Beneficium. Cæsar 2. bell. Ciuil.

Brachia mutamus vario amplexu. Propert. lib. 2. eleg. 16.

Cœnacula mutare, lectos, balnea, &c. Horat. 1. epist. 1.

Colores. Horat. 1. epist. 17.

Colorem ad similitudinem loci. Plin. lib. 9. cap. 29.

Consilium. Cic. ad Atticum, libro 3, Quod ad te scripserim, me in Epiro futurum, posteaquam extenuari spem nostram & euanescere vidi, mutaui consilium.

Decretum. Cic. 3. Verr. Aliàs reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretúmque mutabat: aliàs, &c.

Mutare aliquid de. Terent. Andr. 5. 4,

-ô lepidum patrem:

De vxore vt possedi, nihil mutat Chremes. Id est, quantum ad vxorem attinet.

Di mutati. Horat. 1. Carm. ode 5.

Dicta. Plaut. Bacchid. 23.

Factum. Terent. And. 1. 1,

Quod habui summum pretium, persolui tibi.

s o. In memoria habeo. s 1. haud muto factum. Vbi Donatus, Haud muto factum, Vetustè: non me pœnitet. Idem Donatus in comment. in Phormionem, Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat.

Fidem. Plautus Milite, 13,

-sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem,

Vitæ modo.

Fidem cum aliquo. Terent. Phorm. 3. 2.

Fortunæ mutantur. Plaut. Trucul. 5. 9.

Gestum. Lucret. lib. 4.

Effigies languida mutauerat habitum noti oris. Lucan. lib. 9.

Mutauit id. Terent. And. 1. 5.

Ius. Liu. 8. ab Vrbe.

Lares. Horat. in Carmine seculari.

Locum. Cic. 2. de Legibus, Sed vísne, quoniam & satis iam ambulatum est, & tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus, &c.

Potestas tralata mutauit locum. Lucan. lib. 2.

Mentem. Cic. 1. in Catilin. Muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere cædis atque incendiorum.

Quæ mentem insania mutat? Virg. 4. Æneid.

Mentes & voluntatem. Cic. de Prouinc. Consul.

Mutare mores. Terent. Adelph. 5. 9.

Naturam pecunia nescit. Horat. 1. epist. 12.

Nuptias. Plaut. Sticho, 2.

Pactionem. Cic. pro Domo sua.

Sedem. Cic. pro Cecinna, Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant.

Sedem

Sedem ex sede, vt volucres. Plin. lib. 2. cap. 37.

Sententiam. Cic. Attico, lib. 9.

Solum mutare, quod & Vertere solũ dicitur. Cic. in Parad. Omnes scelerati atque impij, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiamsi solum non mutarunt.

Sortem alicuius in contraria. Ouid. 3. Metam.

Testamentum. Cic. pro Cluentio.

Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, inquit Seruius. Virg. 4. eclog.

Vestem mutare. Cic. Post red. in Senatu, Quum vos vestem mutandam censuissetis, cunctíque mutassetis, atque idem omnes boni iam antè fecissent, ille vnguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes Prætores Ædilésque tum abiecerant, irrisit squallorem vestrum & luctum grauissimæ ciuitatis. Ibidem, Vos me florentem semper ornatis: laborantem, mutatione vestis, & propè luctu vestro, quoad licuit, defenditis. Nostra memoria Senatores, ne in suis quidem periculis, mutare vestem solebant: in meo periculo Senatus veste mutata fuit. Periculum appellat Cicero reatum: vt in oratione pro Plancio, Quid de me dicam? qui in huius periculo reus esse videor. quid de his tot viris? quos videtis veste mutata. Plutarchus omnem propè Equestrem ordinem, & iuuenes ad viginti millia fordidatos cum Cicerone fuisse ait, cumque eo supplices populo passim per vrbem Romam fuisse. Solebant quippe olim amici & necessarij fordes cum reo delato accipere ad misericordiam captandam, plebémque deprecabundi prehensare aut circumire, vt quum dies iudicij adueniret, facilius absoluerentur.

Tempestas & humor cæli mutauere vias. Virg. 1. Georg.

Terra mutat vices. Horat. 4. Carm. ode 7.

Vitam priorem. Lucret. lib. 5.

Vulgus mutatur cum principe. Claud. 7. Paneg.

Vultum. Cic. 2. Tusc. Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutauit vnquam?

¶Mutare aliquid cum aliquo, Aliud pro alio accipere. Terentius Eunuch. 3. 5, Vt vestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.

Mutare ære aliquid cum altero. Salust. in Iugurtha, Sratuit tamen Metellus pecoris & mancipiorum prædas certarim agere, eáque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus.

Mutare ære, pro Vendere. Colum. lib. 10, Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt.

¶Mutare bellum pro pace. Sallustius in orat. Catilinæ ad suos milites.

Mutare incerta pro certis. Salust. in Iugurth. vbi Metellus regi Bocchoita suadet, Et quanquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare.

¶Miseram pacem vel bello bene mutari. Tacit. lib. 3.

Mutare alia re aliam. Horat. 2. Serm. satyra 7,

-an hic peccat sub nocte quis puer vuam

Furtiua mutat strigili?

Mutare gaudium mœrore. Plin. lib. 5. epist. 16. ad Marcellinum.

Mutare iucunda seueris. Plin. lib. 5. epist. 17. ad Spurinam.

Mitibus tristia. Horat. 1. Carm. ode 16.

Exilio mutant vrbem. Ouid. 6. Fast.

Mutare prætextam paludamento. Plin. in Paneg.

Quadrata mutat rotundis. Horat. 1. epist. 1.

Nihil mutauit fortuna sui ipsa. Plin. in Paneg.

Mutare victricem patriam victa, apud Liuium. Idem, Victoriæ possessionem incerta spe mutasse. Cic. pro Sextio, Commutare dixit: Denique, inquit, videbatur ea conditione tam fortis fuisse, vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret.

¶Mutare, pro Emere aut vendere antiquis fuit in vsu. Horat. Satyra 4. libro 1,

Hic mutat merces surgente à sole ad eum, quo

Vespertina tepet regio. Simile est illud Virgilij in Pollione,

-nec nautica pinus

Mutabit merces, &c.

¶Mutare, Corrigere, emendare. Terent. Adelph. 4. 7, -cæterùm Placet tibi factum Mitio? M 1. non, si queam

Mutare: nunc quum non queo, æquo animo fero.

¶Mutare, neutrum absolutum, pro variare. Liuius lib. 5. ab Vrbe, Annona ex anteuecta copia nihil mutauit. Id est, Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonæ pretium non creuit.

Mutare ad, Apud Sallustium in oratione Marci Tribuni plebis, Neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, otium pro seruitio appelletis.

Mutor, mutaris, Passiuum. Horat. lib. 2. Carm. ode vlt.

Iamiam residunt cruribus asperæ

Pelles: & album mutor in alitem Supernè, &c. Id est, mutor à partibus superioribus in cycnum. Quidam corruptè legũt superna. Vide Lambinum in hunc locum.

¶Mutari ciuitate, pro Alterius ciuitatis ciuem fieri. Cic. pro Corn. Balbo, Vt & ciuitate illum mutatum esse fateretur, & ius ciuitatis honore dignissimum iudicaret? Budæus.

Mutans {ἀλλάττων} Participium præsens: aliquando accipitur pro eo qui mutatur. Quintil. lib. 1. cap. 10, Diu enim mutantibus (scilicet verbis) repugnandum.

Mutandus, Participium {μεταβλητέος.} vt Ratio mutanda est. Catul. de Acme, epig. 39.

Sedes mutandæ. Virg. 3. Æneid.

Mutatus, pen. prod. Participium {μεταλλαχθείς.} vt Mutato nomine. Plin. lib. 3. cap. 11.

Mutatus ab illo, id est Dissimilis. Virg. 2. Æneid.

In deterius. Tacit. lib. 4.

In peiorem partem sunt versa & mutata omnia. Cicero pro Roscio Amerino.

Vultum nihil mutatus. Stat. 2. Thebaid.

Faciem mutatus & ora. Virg. 1. Æneid.

Amor. Ouid epist. 5.

Aura. Horat. 1. epist. 19.

Fortuna. Virg. 5. Æneid.

Frontis mutatæ. Horat. 2. Serm. saty 8.

Res. Horat. 1. epist. 10.

Sententia mutata loco cedit. Virg. 9. Æneid.

Verba mutata, Vide Translata verba, in VERBVM.

Vinum mutatum. Horatius,

Ac nisi mutatum parcit defundere vinum. Turnebus in hũc locum, Vinum, inquit, à Græcis ἐκπετάσαν vocatum & περιπάτον circuloquutus est. Ita autem intelligitur vinum vapescens & degenerãs, exolescẽnsque, & in acetum aut vappam transiens. Hæc ille.

Muraturus, pen. prod. {ἀλοιφήσων} Aliud participium.

Habenas non muraturus. Stat. 3. Sylu. 5.

Mutatio, Verbale {ἀλλοίωσις, μεταβολὴ, παραλλαγὴ, τροπή.} vt Mutatio sedis. Plin. lib. 13. cap. 4.

Mutationem annonæ significans. Plin. lib. 2. cap. 103.

Consilij mutatio optimus est portus pœnitenti. Cic. 12. Phil.

Loci, non ingenij. Cic. pro Quintio.

Crebra corporis. Cic. pro Cluent.

Morum facienda. Cic. 1. Offic.

Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Cic. 1. Offic.

Motus & mutatio. Cic. 4. Acad. Ita esse eum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus mutationémque moliri.

Motibus & mutationibus suis ciens omnia & agitans natura. Cic. 3. de Natura deor.

Mutatio, pro Commutatione. Terent. Hecy. 4. 4,

A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia:

Mutatio fit nea nos perturbat Laches.

Habere mutationem. Cic. Fam. 1.

Moliri mutationem. Cic. in Academ.

Mutabilis, & hoc mutabile, pen. corr. {μεταβλητὸς, μεταβλητικὸς, παρλλακτικὸς} Quod facilè mutatur. Virg. 4. Æneidos,

-varium & mutabile semper Fœmina.

Vultu mutabilis. Horat. 2. epist. 2.

Mutabiles vulgi animi. Liu. 2. ab Vrbe.

Mutabilis causa. Liuius 1. bel. Maced. Natura enim, quæ perpetua est, non mutabilibus in diem causis hostes sunt.

Fatum non mutabile. Stat. 9. Thebaid.

Mens. Tibul. lib. 3. elegia 4,

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi.

Pectus consiliis. Ouid. 2. Metam.

Vaga & mutabili ratione labuntur sydera quædam. Cic. de Vniuers.

Vulgus. Valer. 1. Argon.

Mutabilitas, penult. corr. {τὸ μεταβλητικὸν} Mobilitas. Cic. 4. Tusc. Hæc inconstantia, mutabilitásque mentis, quem non ipsa grauitate deterreat?

Mutabiliter, Aduerbium, Mutando. Varr. Cras credo hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere. & nõ habere.

Mutito, mutitas, penult. corr. mutitare, Sæpe facere, aut sæpe exercitare. Gell. lib. 2. cap. 24, Principes ciuitatis qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, Id est mutua inter sese cõuiuia agitarent. Videtur Gellius à Mutuus deducere. Turnebus mutuitarent legendum putat, vt mutuitare sit, mutuò conuiuia agitare. Quidam mutitare retinent, quòd epulas inter se mutarent, & vicissim conuiuia conuiuiis.

Muto, mutonis, m g. Membrum virile. Horat. Serm. lib. 1. satyra 2,

Huic si mutonis verbis mala tanta videntis

Diceret hæc animus, &c. Acron, Muto dicitur membrum virile, vt Lucilius,

Læso tum lachrymas mutoni absterget amica.

Mutoniatus, pen. prod. Id est mentulatus. Mart. lib. 3. epig. 31, in Phœbum,

Dormis cum pueris mutoniatis. Idem lib. 11. epigram. 64, in Philomusum,

Spectas nos Philomuse quum lauamur,

Et quare mihi tam mutoniati

Sint læues pueri subinde quæris.

Mutulus, Vide MVTILVS.

MVTVNVS, deus ethnicis fuisse videtur, qui mutiret, efficerétque ne quid emanaret, sed clàm esset, & tacitum & occultum. Lucilius,

Sed quid Mutino, subiectóque huic opus signo?

Vt lurcharetur lardum & carnaria furtim

Patrum conficeret. ¶Arnobio Mutunus Priapus est. Vide in MVTINVS.

Mutuo, Aduerbium, & Mutuo, mutuas, Vide MVTVVM.

Mutus, Adiect. {ἄλαλος, ἀναυδὸς, ἄφωνος, ἀνίκεος, βωβὸς} quidam à mugiendo deduci putant, etenim quum mutus loqui non possit, siue id linguæ defectu, siue aurium accidat, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius, quàm sermo videtur. Vel dicitur mutus, quasi minutus, quòd eo sensu minutus sit. Vel dicitur à mussando, quòd hic non amplius, quàm mus dicat. Terent. Heaut. 4. 4, Tu nescis quod scis Dromo, si sapies. n. mutum dices. Plin. lib. 10. cap. 29, Merula canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta.

Mutus, inquit Nonius, onomatopœa est incertæ vocis, quasi mugitus. Nam mutus sonus est propriè, qui intellectum non habet. Næuius Lycur. Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes.

Muti vel eloquentis origo. Cic. 5. Tusc.

Mutum esse satius est, quàm quod nemo intelligat dicere. Cic. Cornificio, lib. 12. 27.

Mutus ilico. Terent. Eunucho 3. 1, -papæ

Iugularas hominem, quid ille? 2. Mutus ilico. Vbi Donatus, Tam hoc stultum est, quàm si diceret, statim nihil.

Mutus accusator. Cic. pro Rosc. Amer. Neque accusatore muto, neque teste quisquam vtitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit.

Accusatio huius temporis muta. Cic. pro Flacco.

Ænum.Silius lib.3.
Agna.Horat.2.Serm.saty.3.
Armenta.Stat.5.Thebaid.
Mutæ artes à Virgilio, minimè celebres dicuntur, vel comparatione muſicæ, lib.12. Æneidos,
Scire poteſtates herbarum, vſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Mutæ artes, picturæ dicuntur, quæ quum non loquantur, tamen res ipſas exprimunt. Cic.3.de Orat. Etſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? De picturæ arte.
Aſpectus.Quintil.lib.6.cap.1.
Beſtiæ.Cic.1.de Finib.
Mutæ beſtiæ, & nihil intelligentes.Cic.2.de Nat.deor.
Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax.Cic.2.de Orat.
Eloquentia muta quædam inducere.Cic.in Orat.
Forum mutum, cliniquem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis.Cic.Poſt red.in Senatu.
Gratia. Ouid.2.de Ponto, eleg.7,
Culpa grauis precibus donatur ſæpe ſuorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit. Hoc eſt, nullus amicorum pro me orauit Imperatorem vt ignoſceret.
Hiſtoria.Cic.2.de Finib.
Imago etiam mura à tanto ſcelere reuocare debuit. Cic.3.in Catil.
Leges mutæ tacent.Ouid.ad Liuiam.
Magiſtratus mutus, lex: cui opponitur Magiſtratus, lex loquens. Cic.3.de Legib. Vt magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: veréque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum.
Os.Ouid.6.Metam.
Pecudes.Cic.Qu.fratri, lib.1.1.
Pecus mutum & rurpe.Horat 1.Serm.ſaty.3.
Pecus mutum metu.Virg 9.Æneid.
Querelas mutas abrumpit.Claud.3.de raptu Proſerp.
Res.Quintil.lib.6.cap.1.Mutæ tamen res mouent.
Res inanimatæ atque mutæ.Cic.1.de Nat.deor.
Muta & informis res, cui opponitur Eloquens & formata. Author ad Herenn.lib.4.
Scientia.Quintil.lib.5.cap.10.
Silentia noctis.Ouid.7.Metam.
Speluncæ.Stat.1.Achil.
Suſpiria.Stat.11.Thebaid.
Mutum à literis tempus. Cic.ad Attic.lib.8, Nullum fuiſſe tempus poſt has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum eſſe à literis.
Muti lapides in agrorum diuiſionibus dicebãtur, ſine inſcriptione appoſiti, ideo quia nulla ſignificatione apparerẽt, quoto loco numerarentur. Ex Hygeno.

Mutio, muris, mutiui, mutitum, pen.prod. {μύζω} mutire, Tanquam mutus ſignum facere ſeu ſtrepitum, ſiue ſubmiſſa & imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Terent.And.3.1, -itaque hercle nihil iam mutire audeo. Idem Hecyra,5.4, Adeò mutito. Id eſt vel tenui dicto, inquit Donatus.

Muricus, pen.corr.Adiectiuum {μυκρὸς.} vt Murica ſpica. Varro 1.de Re ruſt.cap.48, Spica murica dicitur, quæ non habet ariſtam: eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Quibus verbis innuit Varro ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Cælius lib.3.cap 20.

Muſſo, muſſas {μύζω} muſſare, Frequentatiuum à Murio, mutis, Occultè & depreſſa voce loqui quod celatum quis venit. Plin.epiſt.121, Poſtea quum viceſimo valetudinis die balineo præpararet, muſſantéſque medicos repentè vidiſſem, cauſam requiſij.
Muſſare dictum, quòd muti non amplius quàm μῦ dicunt. à quo idem dicit: Quod minimum eſt, neque vt aiunt, μῦ facere audet. Hæc Varr.de Ling.Latina lib.6.
Tacita formidine muſſant.Claud.2.in Eutrop.
Proceres muſſant turbata conſilia.Stat.3.Thebaid.
Muſſare, Murmurare, inquit Feſtus. Ennius, In occulto muſſabãt. Seruius, Muſſare, queri. Virgil.11.Æneid. Flent mœſti, muſſantque patres.
Muſſant oras & limina circum.Virg.4.Georg.
Muſſare, vulgò pro Tacere ponitur, authore Feſto.Ennius, Non decet muſſare bonos. Terent.Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa.
Muſſabat tacito medicina timore.Lucret.lib.6.
¶Muſſare, Dubitare.Virg.12.Æneidos,
-muſſantque iuuencæ
Quis pecori imperitet. Seruius.
Muſſat dicere.Virgil.11.Æneidos,
-cunctí ſe ſcire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: ſed dicere muſſant. Vbi Seruius, Muſſant, modò verentur ſignificat. Aliàs, dubitant: vt
-muſſat rex ipſe Latinus
Quos generos vocet. Interdum ſuſurrant: vt de apibus dicit. Et proprie muſſare, eſt obmurmurare, & muto eſſe vicinum.

Muſſito, muſſitas, penult.corr. {μυζάομαι} muſſitare, Frequentatiuum à muſſo. Liu.1.ab Vrbe, lib.7, Muſſitantéſque inter ſe rogitabant num quem plebeij eos. pœniteret. Plaut.Mil.10, Illi inter ſe certant donis, ego mecum muſſito. Terent.Adelphis,2.1,
Verum cogito id quod res eſt, quando eum quæſtum occœperis,
Accipiunda & muſſitanda iniuria aduleſcentium eſt. Vbi Donatus, Muſſitanda, Patienda, conſyderanda cum ſilentio, & vt in amatore putanda, atque per hoc perferenda. Muſſitare enim proprié eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum vel à muto, vel ab M, quæ litera eſt nitanium preſſæ vocis, ac penè nullius, adeò vt ſola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur, atque ſubſidat. Hinc Virgilius 12.

Æneidos, -muſſat rex ipſe Latinus. Budæus à Græco μύζειν potius deriuari putat.

Mutuum, mutui {δάνεον, δάνεισμαι} Dicitur ab eo quod de meo tuum fit. Paulus in l.2.D.Si cert.petat. Mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus (alioqui aut commodatum erit, aut depoſitum) ſed idem genus. nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. Paulo poſt, Appellata eſt autem mutui datio ab eo quod de meo tuum fit. Vide etiam Caium in l.1. D.de action & obligat.
Mutuum eſt, ſi datur, quod reddatur: quod Siculi μαῖτον. Varr.lib.5. de Lingua Latina.
Mutuum in amicitia, eſt quum par voluntas accipitur & redditur. Cic.filius Metello, lib.5.2.
Mutuum argentum. Plaut.Pſeud.3, Miſer ſum, argentum nuſquam inuenio mutuum.
Mutuum argentum dare. Plaut Pſeud.3.
Frumentum mutuum aliquibus dare. Cic.2.de Lege agraria.
Mutuo appendere, Id eſt dare mutuo. Plin.lib.9.cap.55.
Mutuum rogare. Plaut.Pſeud.5.
Mutuas pecunias ſumere: Apud Plautum Aſin.5. Cic.3.Verr.
Mutua quinque feſtertia petere. Martial.lib.10.14.
¶Mutuus, Pariter atque æqualiter reſpondens, Par. vt Mutuus amor, quum ab eo amaris quem amas. Terent. Merettix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit. Quintil.lib.12.cap.7, ad finem, Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, ſed mutua beneuolentia vretur. Id eſt reſpondente.
Animus mutuus. Horat.4 Carm.ode 1.
Animis mutuis amant, amantur. Catul.de Acme, epigr.42.
Ardor. Lucret.lib.4.
In amici mutua beneuolentia conquieſcere. Cic.de Amic.
Beneficia mutua & grata dum ſunt, inter quos ea ſunt, firma deuinciuntur ſocietate. Cic.1.Offic.
Mutua carne inter ſe veſcuntur. Plin.libro 10.cap.23. Id eſt, olores veſcuntur carnibus olorum.
Certamina. Ouid.2.Amor.eleg.10.
Conſilia. Plaut Epid.2.
Conuiuia mutua inter ſe curant. Virg.1.Georg.
Cupido. Lucret.lib.5.
Dicta mutua referre. Ouid.1.Metam.
Face mutua torret me. Horat 3.Carm.ode 9.
Mutua inter ſe fiducia. Plin.iun.lib.10.epiſt.21.
Gaudia Ouid 3.Amor.eleg.5.
Ignis. Tibul.lib.4.eleg 5.
Innocentia. Plin.lib.12.cap.14, Sylua diuiſa certis portionibus, mutua innocentia tuta eſt. De pluribus dixit, non de duobus tantum.
Odio mutuo flagrant inter ſe mugil & lupus. Plin.lib.9.cap.62.
Officiis mutuis commune commodum gubernatur. Cicero pro Roſcio Amer.
Operas mutuas tradere. Terent.Phorm.2.1.
Prælijs inter ſe pugnare. Hirtius de bel.Aſiat.lib.5.
Terror. Liu.4.ab Vrbe, Nec Volſcorum meliores res eſſe credere quàm Pop.Romani fortunam, noctémque omnia terroris mutui impleſſe. Terrorem mutuum vocat, quo tam Volſci quàm Romani terrebantur. Ex vetuſto exemplari legitur erroris.
Teſtimonium dare. Cic. pro Flacco, Da mihi teſtimonium mutuum. *Pour la parolle.*
Par & mutua voluntas. Cic. Attic.lib.16, Ad paternas, magnas & veteres & iuſtas neceſſitudines, magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me, meáque erga te par atque mutua.
Voluntatem alicui tribuere. Cic.filius Metello, lib.5.2.
Vulnera. Ouid.3.Metam.
Mutuis vulneribus ſe concidere. Plin.de Viris illuſtr.
¶Mutuum facere cum aliquo. Plaut. Trinum.8, Bene vult tibi.1.ædepol mutuum mecum facit. Id eſt, tantum bene illi volo, quantum ille mihi.
¶Mutuum, pro Mutuò. Lucilius lib.27,
Et ſi maximè quod ſpero, mutuum hoc mecum facis. Nonius.
¶Mutuò, pro Mutuó. Lucret.lib.4, -hic idem
Nunc ſit læuus, & è læuo ſit mutuò dexter.
Texturæ mutuò cecidерunt. Lucret.lib.6.
Inter ſe mortales mutuò viuunt. Lucret.lib.2.
Pedes per mutua nexi. Virg.7.Æneid.

Mutuò, Aduerbium {πεπαίδευκεν.} aliquando ſignificat Inuicem, aliquãdo Ediuerſo. Plaut.Milit.2.1, Meretricem ingenuam deperibat mutuò Athenienſis inuenis. Plancus ad Cic.lib.10.4, Fac valeas, méque mutuò diligas. Hoc eſt, Fac mihi in amore reſpondeas.
Facere mutuò aliquid. Plancus Ciceroni, lib.10.9, Te, vt diligas me, ſi mutuò me facturum putas, rogo.

Mutuè. Aliud aduerbium {κατάδηλον.} Cic. filius Cn. Pompeio, lib.5.7, Nulla in re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientiæ quibus ſiquando non mutuè reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillimè patior.

Mutuitans, penult. corr. mutuitantis {κεχεκμῶτος} Rogitans mutuum. Plaut.Mercat.3,
Conclamitare tota vrbe, & prædicare,
Omnes parcerent mutuanti credere.

Mutuo, mutuas {δανείζω} mutuâre, Dare mutuò, vel mutuũm.
Mutuare, pro Mutuo ſumere aliquando accipitur. Cæcilius,
Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſa mea.
¶Mutuo, mutuas, pro Accipere mutuó. Valer.lib.6.cap.2, Et prius à libertate, quàm ab innocentia præſidium mutuauit.

Mutuor, mutuaris {δανείζομαι, μαστεύομαι, νέκεσιν} mutuári, Deponens, Mutuo accipere. Martial.lib.8.17, Sed conſumis, & viſque mutuaris. African.in l.Tutor.§.Quum haberes.D.ad Senatuſc.Velleian.
Mutuari in ſumptum. Cic.ad Attic.lib.8, Tironem noſtrum ab altera relictum audio: ſed eum video in ſumptum ab alijs mutuarı.

Mutuari

Mutuari auxilia ad rem aliquam. Cæſar 8.bell.Gall.
¶Mutuari, ſæpe per metaphoram accipitur, pro Aliunde ſumere. Cic 2.de Nat.deor. Mutuentur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latinè, quàm dicitur aer. Eſt autem, inquit Budæus, mutuari, quæ ab aliis inuenta ſunt, in ſcripta ſua vertere, ita vt ſua videri velit, qui hoc faciunt nec modò mutuum eſt, ſed etiam furtum. Cicero 1.de Orat. Nam ego quæ ſunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis.
Mutuari conſilium. Liu. Ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium.
Mutuari laudem aliunde. Cic.2.de Offic. Æ. quidem Craſſus quum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam laudem ex illa accuſatione nobili & gloriosa.
A viris virtus nomen eſt mutuata. Cic.2.Tuſc.
Subtilitatem ab Academia mutuatur orator. Cic.de Fato,

Mutuatio, Verb. {κεχρεωμένε.} Cic.1 Tuſcul. Ego verò illi maximam gratiam habeo, quòd me ea pœna multauerit, quam ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſoluere. Idem pro Flacco, Quũ Roma clàm eſſet profectus, multóſque minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam venit.

Mutuatitius, a, um {δανειστὸς} Quod mutuò datur, vt Pecunia mutuatitia. Gell.lib.20.cap.1, Maximéque in pecuniæ mutuatitiæ vſu, atque commercio.

MVSIRVM, Indiæ emporium, cuius meminit Plin.lib.6.cap.23.

M Y

My facere, eſt hæſitare, aut ſubuereri, & vix loqui audere. Cælius libro 24.cap.30, Varronem citans.

Mya {μύα} Genus conchæ ſiue margaritæ in freto circa Boſphorum Thracium, vnionesrufos ac paruos gignens. Plinius libro 9.cap.35. ¶Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, cuius meminit Plinius lib.5. cap.31.

Myacanthon {μυάκανθον} Herba eſt, quæ alio nomine Corruda, hoc eſt ſylueſtris aſparagus, dicitur: de qua Plin.lib.8.cap.9. Myacantha verò quibuſdam herba eſt, quæ à Dioſcoride μυσσῶν ἄγελα, à Latinis Ruſcus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carnéque falſa arceat. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcoridem.

Myaces {μύακες} Piſces ſunt ex concharum genere, qui muricum modo coaceruantur, viuúntque locis in algoſis, & vbi dulcis aqua copioſa mari commiſcetur: gratiſſimi autumno: nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, colo: émque rubrum. Reliqua vide apud Plin.lib.32.cap.9.

Mya, myæ, f.g. prima producta {μῦα} Latinè dicitur muſca. ¶Eſt & ludus quidã puerilis, quum aliquis cæteros clauſis oculis, protenſiſque manibus captat.

Myagros, pen.corr. Herba ferulacea eſt, foliis ſimilis rubiæ, tripedaneaineem oleoſum, quod & fit ex eo. Medetur oris vlceribus petunctis hoc ſucco. Author Plin.lib.27.cap.12. Noſtri vocant *Camelinam*, aut *Camamimam*: ex cuius ſemine oleum vulgò conficiunt. Ruell.lib. 3.cap.126. Dicitur & Melampyron, quaſi nigrum triticum.

MYAGRVS, pen.corr. {μύαγρος} deus muſcarum. Aliter vocatur Myodes & Achor, vt ſcribit Plutarchus. Plin. libro 10.cap.28, Inuocant & Ægyptij ibes ſuas contra ſerpentium aduentum: & Elei Myagrũ deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente: quæ protinus intereunt qua litatum eſt illi die.

MYCALE, pen.corr. Nomen veneficæ mulieris apud Ouidium, lib.12. Metamorphoſeos,
Mater erat Mycale, quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ. ¶Eſt præterea, vt notat Herodotus, promontorium in continenti ſitum.

MYCALESSVS {μυκαλησσὸς} Mons in Mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiuſdem nominis. Vtriuſque meminit Plin. lib.4. cap.7. Stephanus Mycaleſſum nomen accepiſſe exiſtimat à mugitu bouis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

MYCENAE, Mycenarum: & Mycena, Mycenæ: ſiue Mycene, Mycenes, pen.prod. {μυκῆναι} Vrbs Peloponneſi, quam Perſeus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon: à Mycena nympha ſic appellata. Cælius ramen lib.9.cap.12, Mycenas inquit nuncupati credunt, quòd ibi à Perſeo ſint conditæ Mercurij præcepto, vnde excidit gladij manubrium, id eſt myces.
Agamemnonia Mycene. Silius lib.1.
Agamemnoniæ. Virg.6.Æneid. quia Agamemnon rex fuit Mycenarum.
Claræ. Virgil.1.Æneid.
Dites. Horat.1.Carm.ode 7.
Fortes. Virgil.3.Georg.
Magnæ. Virg.2.Æneid.
Pelopeiades. Ouid.3.Faſt. quoniam illic Pelops habitauit, à cuius etiam filio Thyeſte, Thyeſteas vocat Lucan.lib.1.
Sæuæ. Virg.7.Æneid.

Mycenenſes, Mycenenſium {μυκηνῆσιοι} Habitatores Mycenarum. Cic. 2.de Finib. Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquíque Græci, &c.

Mycenæus, Adiectiuum {μυκηναῖος.} vt Dux Mycenæus, Agamemnon. Ouid.2.Triſt.

MYCERINVS, pen.prod. Cheopis Ægyptiorum regis fuit filius, qui poſtquam patri ſucceſſit in regnum, ita paterna facta peroſus eſt, vt populo ad extremum calamitatis afflicto, res agendi fecerit poteſtatem, quinetiam præ regibus omnibus iuſtitiam exercuiſſe fertur. Herodotus.

MYCITHVS, Vide ANAXILAVS.

MYCON, Nomen pictoris egregij. Fuerunt autem duo Mycones, vnus Athenienſis, Syracuſanus alter.

MYCONE, Mycones, & Myconos, Myconi, pen.corr. {μύκωνος} Inſula vna ex Cycladibus. Statius 1.Achil. Cyclades hinc ſpretæ Myconos humiliſque Seriphos. Scribit Seruius, hanc inſulam terræ motu diu

laborãſſe, quo ceſſante, è Mycone Gyaróque vicinis inſulis popules veniſſe, qui eam tenerent & incolerent. Cælius lib.13.cap. 29, ſcribit nomen ei fuiſſe inditum à Mycono Æneæ ac Rhyus filio.
Celſa. Virg.3.Æneid.
Humilis. Ouid.7.Metam.

Myconius, Adiectiuum {μυκόνιος} nomen poſſeſſiuum à Mycono.
Myconios gigni ſine capillo tradit Plinius libro 11. cap.37. vnde caluos omnes, Myconios dicimus, authore Stephano: meminit & Strabo.

MYDIA, inſula quæ etiam Delos dicitur, vna ex Cycladibus.

MYDON, teſte Homero libro 5.Iliad. Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Neſtoris filio in bello Troiano interemptus eſt.

Mydriaſis {μυδρίωσις} Vocatur morbus oculorum, quũ pupilla quidem ipſa colorem non mutat, ſed videtur vltra naturalem ſitum multò latior, interim vt viſum omnem adimat, interim vt partem. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Myduſa {μύδωσα} à quibuſdam recenſetur inter nomenclaturas Anchuſæ herbæ: ſed à doctioribus inter Dioſcoridis notha reiicitur.

Mygale, es, penultima producta, fœminini generis, Vide Mus araneus, in MVS

MYGDONIA, Mygdoniæ {μυγδονία} regio litoralis Macedoniæ, à Mygdone rege ſic dicta Iuxta hanc eſt inſula Mygdon.

Mygdonius, Adiect. {μυγδόνιος.} vt
Marmor Mygdonium. Ouid.epiſt.21.
Campi. Horat.3.Carm.ode 16.
Opes. Horat.2.Carm.ode 12.

MYGDONVS, pen. corr. {μύγδονος} fuit frater Otrei, ac, teſte Porphyrio in tertium Iliados, ambo fratres Hecubæ regis Priami vxoris, & Ciſſei filij, ambo reges in Thracia.

Mygdonides, penultima correpta, Patronymicum, maſculini generis, {μυγδονίδης} quod pro gentili ponunt poetæ. Virgilius 2.Æneidos,
-iuuení que Chorœbus Mygdonides

Mygdonis, pen.corr. huius Mygdonidis {μυγδονὶς} Patronymicum fœminini generis Ouidius 6.Metamorphoſeos,
Mygdonidéſque nurus.

Mylacris {μυλακρὶς} Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas naſcens, veſcéntq; farina. Pollux author eſt Mylacridem apud Ariſtophanem accipi pro gallina.

MYLASA {μύλασα} Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (ſi Stephano credimus) à Mylaſo Æoli abnepote. Meminit huius oppidi Plinius lib.5.cap.29.

Myle, myles {μύλη} Herba eſt radicem habens paruo bulbo ſimilem, contrahentis facultatis, quæ cum farina loliacea dehiſcentem ſanat vuluam. Author Galen.lib.7.Simplic.

MYLE, Oppidum, de quo Senec.libro 4.Natur.quæſt. Circa Meſſanam & Mylas ſimo quiddam ſimile mare profert, feruétque & æſtuat, non ſine calore fœdo. Vnde illic ſtabulari Solis boues fabula eſt. Eadem penè ad verbum ſcribit Plin.lib.2.cap.98.

Mylœcos, Vermiculi genus ex blattis, circa molas ferè naſcens, vt ait Plin.lib.29.cap.6.

Mymphur, Lignum mediocris longitudinis, rotundum, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis. Sipont.

Myobarbum, (quo vocabulo vſus eſt Auſonius in lemmate epigrammatis triceſimi) quid ſit multi inquirunt. Turnebus putat verbum compoſitum à mure & barbo, quæ vox ſignificat myſtrũ, id eſt menſuram liquidorum ſeſcunciam pendentem, vt ſit tanquam muris cyathus. Ineſt autem & latet in mure myſterij ſignificatio, & barbo, quo in myſteriis Cereris legiferæ vrebantur. Hoc igitur lemma ſignificat myſtica Liberi patris nomina, & myſticam poteſtatem.

Myoctonos, penultima correpta {μυοκτόνος} Radix aconiti. Plin. lib. 27.cap.3.

Myoparo, penult.corr. myoparonis, maſculini generis {μυοπάρων} Genus nauigij: ex duobus diſſimilibus formatum, inquit Feſtus. nam mydion & paron per ſe ſunt. Nonius, Myoparo, eſt nauicula piratarum. Sunt proinde qui ſic dictum putent, quòd ſceleri accommoda ſit nauis. Nam μῦος ſceleus eſt, πάρος, vel σκάφη, nauigium. Siſenna Hiſtoriarum libro 4, Nauiſque triginta biremis, totidem myoparones. Cic 6.Verr. Eum iſto Prætore Cilicum myoparoni, prædonibúſque patuiſſe. De portu Syracuſano. Ibidem, Proh dij immortales piraticus myoparo, &c. Ibidem, Illi ſtatim myoparonem egregium de fua claſſe, ornatum, atque armatum dederunt.

Myopes, pen. prod {μύωπες} dicuntur, inquit Budæus, qui iam inde ab initio ortus ſui niſi admota oculis cõtueri nequeunt. Cuiuſmodi multos videmus qui res intuendas oculis propè contingunt, & limis etiam, ſemeluſſíque oculis aſpiciunt. Vide LVSCIOSVS. Nominatiuus ſingularis Myops, huius myopis. Vlpianus in l. Item Oſilius. D.de ædil.edict.

Myophonon {μυόφονον} Herba eſt muribus exitialis: vnde & nomen accepit, eadem fortaſſis cum ea, quam alibi Myoctonon & Aconitum appellari diximus. Meminit Myophoni Plin.lib.11.cap.9.

Myoſota {μυὸς ὦτα} Herba eſt, quam & Alſinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant Latini. Folia enim quum primùm erumpunt, murinæ auri habet non diſſimilia. Alſines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallicis Muronis nomine notiſſima eſt, eáque ſolent auicularum eſcam faſtidientium appetitum recreare. Refertur & alterum Myoſoton à Dioſcoride, quod & Myoſitis, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & cõcauos: folia autem anguſta, nigreſcentia, & in acutum definentia, floſculos verò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Poſteriorem hanc ſpeciem deſcribit Plin.lib.27.cap.12. priorem verò lib.26.cap.4.

MYPSEI, ſeu Nipſei, teſte Herodoto libro 4, Populi ſunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, vltrò ſeſe dediderunt.

MYRA, Vrbs Lyciæ. Plin.lib.5 cap.27.

Myrias, myriadis, penultima correpta, fœminini generis. Numerus

continens decem millia.

Myrica, myricæ: vel Myrice myrices, penultima producta {μυρίκη} Genus humilis virguiti, in Italia ferè nascentis, quod quidam putarunt esse tamaricem, quæ vulgò tamariscus dicitur & Dioscoridi, sed eius tantùm folia habet. Virgil. 4. eclog. Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. Plin. lib. 13. cap. 21, Myricen & Italia quam alij tamaricen vocãt. Achaia autem bryan sylueſtrem: insigne in ea, quòd fatiua tantùm ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Ægypto eo piosa hæc est, cuius infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Gignit enim arbor em ostryn, quã & ostryam vocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice & ramis, folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribúsque, ac rugosis incisuris, quæ per tora diffeurunt. Semine hordeo simili, & colore, materia est dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miseras. Myricam sylueſtrem Gallia *bryariam* vocat, *de la bruyere*. Ruellius lib. 1. cap. 99.

Fragiles myricæ. Ouid. 3. de Arte.

Tenues. Ouid. 10. Metam.

MYRICA, Myricæ {μυρίκη} Insula est maris rubri, apud Stephanum.

MYRICE, Nympha, à qua genus suum duxit Imilce vxor Hannibalis, vt scribit Silius lib. 3.

MYRINA, regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Author Diodorus lib. 4. ¶Fuit præterea, teste Homero, vibs in Æolia.

Myrinus {μύρινος} Mas murænæ est. Plinius libro 9. cap. 23, Aristoteles myrinum vocat marem qui generat. Vetus exemplar legit Myrus.

¶Myrinus {μύρινος} Apollinis cognomentum, à Myrina Æolidis vrbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myriophyllon {μυριόφυλλον} Herba quæ milleſolium aliàs dicitur. Plin. lib. 24. cap. 16.

MYRLEA, Plinio lib. 5. cap. 32, oppidum Bithyniæ, quod Apamea dicitur: à Myrlo Colophoniorũ duce, vel à Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Prusij regis filius, de matris nomine Apames, Apameam vocari voluit.

Myrmecias, Gemma nigra, quæ habet eminentias similes verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRMECIDES, penultima correpta {μυρμηκίδης} Nomen viri proprium, de quo Cicero 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuisse videatur. Plin. lib. 7. cap. 21, Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earũ à cæteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula pinnis absconderet.

Myrmecion, morbi genus. Cels. libro 5. cap. vlt. Thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, suprà latius, subdurum, & in summo perasperum. &c. Et paulo pòst, Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio, durioráque, quæ radices altius exigunt, maioréque dolorem mouent: infrà lata, super autem tenuia, minus sanguinis mittunt: magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum.

¶Myrmecion, Phalangij genus. Plin. lib. 29. cap. 4, Myrmecion formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus.

Myrmecites, pen. prod. masculini generis {μυρμηκίτης} Gemma innatam repentis formicæ effigiem habens. Plinius libro 37. cap. 11. Sane myrmex, myrmecis, f. g. formica Latinè dicitur.

Myrmecoleo {μυρμηκολέων} Exiguum animalculum, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Est autem dictio ex formicæ & leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud sit quàm formica. Vnde in libro Iob legitur, Myrmecoleo perit, eo quòd non habeat prædam.

MYRMIDONES, pen. corr. {μυρμιδόνες} Populi sunt iidem qui Hellenes. Seruius, Myrmidones sunt Achillis socij: dicti propter hanc causam. Æacus quum in arbore sici formicas, id est μύρμηκας vidisset, optauit tot sibi socios euenire: & statim formicæ in homines verſæ sunt. sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas à rege Myrmidone dictos. Virgil. 2. Æneidos,

-quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi
Temperet à lachrymis?

Sedes superbæ Myrmidonum. Virgil. 2. Æneid.

MYRMILON {μυρμίλων} hiſtrionis nomen est apud Iuuenalem Saty. 6,

-aut Myrmilonem exprimat infans.

MYRMILLONES, Vide MIRMILLONES.

MYRMISSVS {μύρμισσος} Vrbs est Asiæ in ora Hellesponti, non procul à Lampsaco. Gentile est Myrmissius {μυρμίσσιος} Stephano.

Myrobalanum, myrobalani, pen. corr. {μυροβάλανος} Quasi vnguentaria glans. Cels. libro 4. cap. 9, Fit ex vnguento & palmulis quod μυροβάλανον vocant. Plin. lib. 12. cap. 21, Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ, quæ Iudæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Martialis libro 14.

Myrobrechi. penul. corr. siue Myrobrecharij {μυρίβρεχοι} Quasi vnguento stillantes. μύρον Græci vnguentum vocant. βρέχω, proluo, aspergo, madefacio, & irrigo. Plaut. Aul. 19, Myrobrechatios pro vnguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. ait enim, Aut manuleatij, aut myrobrecharij.

MYRON, aut Myro {μύρων} vtrunque enim legitur, teste Plinio libro 34. cap. 2, statuarius Eleutheri filius, & Hegesistadis discipulus Syracusanus, cuius vacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1, Vt similis veræ vacca Myronis opus. Alter fuit Atheniensis, vt scribit Pausanias.

In arte fingendi præstans fuit Myro. Cic. 3. de Oratore. fecit inter alia imaginem Herculis, vt vult idem Cic. 6. Verr. Martial. lib. 8. 50, Quis labor in phiala docti Myosne Myronis?

Myron {μύρων} Inter ornamenta muliebria posuit Pollux libro 7. cap. 22.

Myropola, myropolæ, pen. prod. masculini generis {μυροπώλης} Vnguentorum venditor. Plaut. Trinum. 8. Lanij, coqui, olitores, myropolæ, aucupes.

Myropolium, myropolij {μυροπώλιον} Locus vbi vnguenta venduntur. Plaut Amph. 13. 3,

Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium.

Myrotheciũm, myrothecij {μυροθήκιον} Vnguentorum repositorium. Cicero scribit ad Atticum, libro 2, se myrotheciũm Horatij totum consumpsisse in commentario Consulatus sui scribendo. Hoc est pigmenta oratoria.

Myrrha, myrhæ {σμύρνα} Arbuscula est in Arabia præcipuè nascens. Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto. cuius gutta quæ ponte stillat, viridis est & amara, quæ eodem nomine vocatur myrrha Arabica siue ſtacte, id est gutta siue stilla myrrhæ. Eius virtus est vt corpora imputribilia reddat. Vide Plin. lib. 12. cap. 15. & 16. Propert. lib. 3 eleg. 19,

Crimen & illa fuit patria fuscenda senecta
Arboris in frondes condita myrrha nouæ.

Fulua. Ouid. 15. Metam.

Maculoſa, Vide MACVLA.

Odoratia, In OPOR.

Orontea. Propert. lib. 1. eleg. 2. Vide ORONTES.

Pingues Ouid. de Medicamine faciei.

Sabæa myrrha marcidus comam. Senec. Herc. OEt. h. 2.

Madentes myrrha crines. Virgil. 12. Æneid.

Myrrhatus, pen prod. Adiectiuum. Sil. Ital. lib. 13,

Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virũm, & longum myrrhata reponit in ænum. Myrrhata, Id est myrrha condita, quæ putrefactionem arcet.

Myrrhinus, pen. corr. Adiect. {μυρρίνος} vt Myrrhinum vinum, Quod myrrha conditum est.

Myrtheus, pen. corr. Aliud adiectiuum {σμυρνίτης} Quod ex myrrha est. Propert. lib. 4. eleg. 1, Myrtheáque in partis pocula caua focis.

Crinem myrtheum cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. Hoc est myrrhei coloris, siue inter flauum & nigrum: vel myrrhino vnguento deliburum. Lambinus.

MYRRHA {σμύρνα} filia Cinyræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio, cum illo ignorante quòd filia sua esset, concubuit. Postquam verò pater filiam esse reſciuit, eam gladio volnit ac cidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis, genuit quoque filium nomine Adonidem. Vide Ouid. lib. 10. Metam.

Myrrhapia, siue vt apud Plinium legitur, Myrapia {μυράπια} Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. Plin. lib. 15 cap. 15.

MYRRHINE, Myrrhines {μυρρίνη} Fluuius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dictus. Author Plin. lib. 5 cap. 30.

Myrrhis, myrrhidis {μυῤῥίς} Oleris genus cicutæ simillimum, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule, saporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam*.

Myrrhites {μυῤῥίτης} Gemma quæ myrrhæ colorem habet, odorémque vnguenti. Plin lib. vlt. cap. 10.

MYRSILVS {μύρσιλος} Myrsi filius vltimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quũ vxorem haberet formosissimam, non contentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, seſéque illi & Lydorum regnum tradidit. Author Herodotus lib. 1.

Mirsinites {μυρσινίτης} teste Plinio lib. 26. cap. 8, species est tithymali, & foliis myrti acutis, cõpungentibus, sed molloribus. ¶Item Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricãtem habet, & myrti odorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRSINVS, Myrsini {μύρσινος} Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrtotium appellatum, cuius meminit & Homer. in Catal. nauium.

MYRSVS {μύρσος} Proprium nomen fuit patris Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herod. lib. 1. Plin. lib. 35. cap. 8.

Myrtacantha {μυρτάκανθα} à quibusdam appellatur Ruscus, Frutex, quem Dioscorides μυρσίνην ἄγριον, hoc est sylueſtrem myrtum appellat. Est autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores veluti nothas è Dioscoridis familia summouerunt.

MYRTILIS, Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cuius meminit Plin. lib. 8. cap. 22.

MYRTILVS, pen. corr. {μύρτιλος} auriga OEnomai regis Elidis & Pisæ à Pelope in mare proiectus, vnde Pelagus Myrtõum dictum est.

Myrtopetalum {μυρτοπέταλον} Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorum. Author Plin. libro 27. cap. 12.

MYRTVM mare, à Myrtilo dictum, iacet inter Cretam & Atticam, habétque latitudinem maximam: in quo sunt insulæ, Cythera, Calauria, & quæ Æginam cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus pleræque: quod verò cõtiguum est, iam Ægeum existit. Author Strabo. Alij Myrtoum à Myrtoo (sic enim vocant OEnomai aurigam) nomi natum tradunt, quem Pelops ab Hippodamia falsò apud se accusatũ, quasi ei stuprum inferre conatus esset, quũ illa, absente Pelope Myrtoi complexum & concubitum vltrò appetisset, in mare proximum è curru præcipitem deiecit. Verùm Pausanias in Arcadicis hæc non probat.

probat. Vult enim mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone esse apellatum.

Mare Myrtoum. Horat. 1. Carm. ode 1.

Aquæ Myrtoæ. Ouid. epist. 15.

MYRTVS, Asia est Lydia, vel quod idem est, Mœonia. Sic autẽ regio à Sardis Tmolum & Cayſtrum vocatur, vuida & vliginosa, & myrtetis aptissima. Illic & Asiũ pratũ erat, & Asia Palus. Meminit Turneb.

Myrtus, mytti {μυρσίνη, μύρτος} Arbor baccas saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit. Vide Plin. lib. 15. cap. 29.

Folium myrti. Ouid 3. de Arte.

Amantes littora. Virg. 4. Georg.

Fragilis. Horat. 3. Carm. ode 23.

Gratissima Veneri. Est enim arbor Veneri dicata, teste Plin. libro 12. cap. 1.

Horrida densis hastilibus. Virg. 3. Æneidos,

-& densis hastilibus horrida myrtus Turnebus: Hoc, inquit, mihi è consuetudine Græcorum doctissimus poeta finxisse videtur, qui tumulis & bustis, cum alia virgulta, tum myrtum imponere solebant, quod eruditissimus vir Victorinus annotauit.

Intonſa. Stat. 4. Sylu. 7.

Littorea myrtus. Ouid. 1. Amor eleg 1.

Paphiæ, Id est quas amat Venus. Ouid. 3. de Arte.

Pulla Horat. 1. Carm. ode 25.

Cingere tempora myrto. Virg. 1. Georg.

Defendere à frigore myrtos, Vide DEFENDO.

Viridi nitidum caput impedire. Horat. 1. Carm. ode 4.

Myrtidanus, pen. prod. Adiect. {μυρτίνης} Quod ex myrto factum est. vt Myrtidanum vinum Plin. lib. 15 cap. 29.

Myrtaceus, Adiect. Celſ. lib. 7. cap. 17, Quidam medium tumorem excidunt, ad similitudinem myrtacei folij.

Myrtatus, pen. prod. {μυρτώδης} Aliud adiectiuum, Idem. vt Myrtatum obsoniũ. Plin. lib. 15. cap. 29. Et lib. 12. cap. 17, Ladana myrtata deprehenduntur, crepitántque in igne.

Murtatum, à myrto, quòd eo largè fartum intestinum crassum. Varr. lib. 4. de Ling. Latina.

Myrteus, Item adiectiuum, Idem {μυρτώδης.} Plin. lib. 23. cap. 4, Similis & myrtei olei ratio, astringit, indurat, &c.

Serta. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Virga. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Myrtea gausapina, dicitur à Petronio, de colore fructus myrtei maturi. Verba eius sunt, Vltimo cinædus superuenit, myrtea subornatus gausapina. Myrteus etiam color in equis à Pálladio numeratur.

Myrtinus, pen. corr. {μυρτινὸς} Similiter adiectiuum, Idem. Plin. Oleo myrtino illi dum statim resoluitur.

Myrteum, myrteti, pen. prod. {μυρτεῶν} Locus myrtis consitus. Plaut. Aulul. Nescio qui seruus è myrteto prosiluit. Martial. lib. 5, Myrtetis otiosis ordinata villa.

Littora myrtetis lætissima. Virg. 2. Georg.

Myrtites, pen. prod. {μυρίτης} vinum eo modo dicitur quo Aromatites. Columel. libro 12. cap. 38, Vinum myrriten ad tormina sic facito. Plin. lib. 30. cap. 7.

Myrtuosus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 12. cap. 13, Frutice myrtuoso, palmi altitudine.

MYS, Myos {μῦς} nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Martial. lib. 8. 50, Quis labor in phiala, docti Myos, ãne Myronis?

Mys, huius myos, m. g. In mari testudo, mus aquatilis, qui & mus marinus, & lutatia testudo dicitur. Item pisces genus ex ostrea est. Plin. lib. 37. cap. 11.

MYSIA {μυσία} Regio Hellesponti, à Mysis dicta, qui è Thracia illuc migrauerũt, quæ subdita fuit Telepho. ¶Est & alia Mysia post Macedoniam, quæ affinis Hadriatici, vsque ad Ponticum extenditur mare. Ptolemæus duplicem Mysiam facit, Maiorem & Minorem, & vtranque extra Bithyniã in Asia posuit, nõ procul ab Ida. Mysia inferior, nunc *Seruia* dicitur: Mysia superior, *Bosna*. Mysos alij Thraces, alij Lydos fuisse dixerunt. Et quoniam Lydi fagum acetosam (quæ multa nascitur in Olympo) Mysam vocauere, ab eo Mysos dictos putarunt, quibus sermo fuit ex Lydo Phrygióque permistus. De Mysia meminit Cic. in Orat. Et pro Hacco. Claud. 7. Paneg. Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris. Seruius in 1. Georg. Mysia prouincia est: Mœsia verò, ciuitas haud longè à Troia: quam magis debemus accipere propter Gargara montes Phrygios.

Mysorum postremus. Strabo Geographiæ lib. 12, refert Mysorum populũ vsque adeò contẽptum fuisse, vt prouerbio locum fecerit. Id vsurpat M. Tullius in orat. pro L. Hacco, Quid, inquit, porrò in Græco sermone tam tritũ atque celebratũ est, quàm siquis despicatui ducitur, vt Mysorũ vltimus esse dicatur? Idem ad Q. fratrẽ, lib. 1. 1, Nisi me fortè Paconij nescio cuius hominis, ne Græci quidem, at Mysi, aut Phrygis potius querelis moueri putas. Nimirum gentis eius contemptum declarans. Summum itaque despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus. Erasmus.

Agmina Mysorum. Horat. Epod. 17.

MYSOMACEDONES {μυσομακεδόνες} Populi sunt Asiæ, in tractu maioris Mysiæ, à Macedonibus oriundi: vnde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib 5. cap. 29.

Mysterium, mysterij {μυστήριον} Arcanũ Latinè dicitur, vel sub quo arcani aliquid latet: quódque non perficitur, nisi occulta aliqua sacrorum ratione. res arcana occultáque: quæque nefas est vulgo efferre. Erant enim mysteria, sacra arcana, quæ Latini secluſa vocant. Hæc autem duorum generum erant apud Eleusinen terræ Atticæ: magna, quæ Cereri sacra erant: & parua, quæ Proserpinæ: in quibus quæ agebantur, facerdotes summo silentio occultabant. Cicero ad Attic. lib. 4, Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè committamus.

Mysteria pristina castis concepta sacris. Varr. lib. 6. de Ling. Latin.

Aperire mysteria. Cic. 4. Tusc.

Enuntiare dicendi. Cicero 1. de Orat.

Referre. Cic. 3. de Orat.

Quæ tradantur mysteriis reminiſci. Cic. 1. Tusc.

Tacitum tanquam mysterium tenere aliquid. Cic. 3. de Orat.

¶Mysteria etiam erant quædã festa, vt vide tur apud Ciceronem, ad Atticum, lib. 5, Velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. Et lib. 6, Faciésque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem.

Mysta, mystæ {μύστης} Sacra discens, mysteriorum peritus, discipulus, initiatus sacris alicuius numinis. Seneca Herc. furent. 19,

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

Mystagogus, pen. prod. {μυσταγωγός} Princeps sacrorum. Cicero 6. Verr. Itaque Iudices, hi qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnumquidque ostendere quos illi mystagogos vocant, conuersam iam habent demonstrationem suam.

Mysticus, pen. corr. Adiectiuum {μυστικὸς} Arcanus: vt Mystica sacra. Martial. lib. 8. 75.

Furta. Ouid. 2. de Arte.

Vitis. Tibul lib. 3. eleg. 6.

MYSTILLVS {μύστιλλος} coquus est apud Martialem,

Si tibi Mystillus coquus Æmyliane vocatur,
Dicetur quare non Tarratalla mihi?

Mystus, Piscis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. Belonius putat esse *Vn barbeau*, à mistacibus.

Mythos, Latinè fabula.

Mythologia {μυθολογία} Sermo seu ratiocinatio fabularum.

MYTHRIDATES, Vide MITHRIDATES.

Mytilus, pen. corr. Pisces est ex genere concharum, in arenosis potissimum locis prouenientes, cuius exusti cinis caustícam vim habet, non secus ac muricis. Vide Plin. lib. 32. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Martial. lib. 5,

Sumitur inciso myrtilus ore mihi.

MYVS, myuntis {μῦς} Vna ex duodecim Ioniæ vrbibus, triginta à Mæandri ostio distans stadiis, quam postea ob hominum paucitatem Milesij incoluerunt. Author Strab. lib. 14.

Myxa, myxæ, Pituita è naribus fluens, qui & mucus dicitur, μύξα.

Myxon, myxonis, pen. prod. {μύξων} Mucosus, hoc est, nares muco sordidas habens.

¶Myxon, Genus pisces. Plin. lib. 22. cap. 7, Auribus vtilissimum bati pisces fel recens, sed & inueteratum vino. Item banchi, quem quidam myxona vocant.

¶Myxos {μύξος} Prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium, quasi ex naribus mucus. Martial. lib. 14. 41,

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Torque geram myxos, vna lucerna vocor.

N

CONSONANS litera, quæ si primam dictionis syllabam incipiat, aliquãdo sumit ante se literam G, vt, Narus, Gnarus: Nauus, Gnauus. Et si habuerit post se C, vt plurimum c mutatur in G, vt Quadringenti, pro Quadricenti: Quingenti, pro Quincenti: vbi verò N non fuerit, seruatur C, vt Ducenti.

N literã postponebant veteres frequentissimè vocalibus natura lõgis, vt plerisque veterum inscriptionibus apparet, vbi legitur Formonsus, Formonse, Atlans, Gigans, Pallans, Thensaurus. Quod hac de causa factum existimat Pterius: quòd mos veteribus fuerit istiusmodi vocalibus natura longis τὴν μακρὰν - signum supperaddere: qua nota quantæ illæ essent, admonerentur, eámq; postmodum imperitioribus seculis compendiariæ scripturæ apicem esse crediderunt. Cæptáque primo pro N proferri, mox & adscribi, atque ita ex Formosus, Formonsus, ex Thesaurus, Thensaurus, ita ex Arlas, Atlans, & similia in vsum prodiere.

N A

NABATHAEA {ναβαθαία} regio est quæ ab Arabia incipiens, quam intra se continet, vsque ad mare rubrum ex latere dextro, atque ex superiori parte in Indicum protenditur. Inde Nabathæus, pen. prod. Adiectiuum {ναβαθαῖος.} Ouid. 1. Metam. Eurus ad Auroram Nabathæáque regna recessit. Eadem olim mittebat elephantes, vt est author Iuuenalis.
Flatus Nabathæi. Lucan. lib. 4.

Nabis, huius nabis, f.g. {κακοηθοπάρανομε} Animal. Plin. lib. 8. cap. 18. Horum aliqua similitudo in duo transfertur animalia: Nabin Æthio pes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, vnde appellata camelopardalis, Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primum visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quàm feritate conspicua: quare etiam ouis feræ nomen inuenit.

NABIVS Tarraconensis Hispaniæ fluuius, Ptol. lib. 2. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nablium, nabli {ψαλτήριον} Instrumentum musicum, quod aliàs psalterium dicitur. Ouid. 3. de Arte,
Discе etiam duplici genialia nablia palma
Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

NABRIASSA {νάβρισσα} Ptolemæo lib. 2. cap. 4. alijs Nebrissa: hodie Veneria cognominata: Hispaniæ ciuitas est.

NABVCHODONOSOR, Babylonis rex fuit, qui (inquit Origenes) gẽtibus innumeris propinauit mœroris potum, superbè ac crudeliter, quod Domini fiebat virtute, sibi arrogantius ascribens.

Naccæ, appellantur vulgò fullones, vt ait Curiatius, quòd nauci sint, id est nullius precij. Idẽ sentit & Cincius. Quidã aiunt, quòd omnia ferè opera ex lana, naccæ dicantur à Græcis. Festus. Vide Commentarios in Horatium, pag. 392.

Nactus, Vide NANCISCOR.

Næ, Græca dictio {ναί} Aduerbium affirmandi, Valde vel nimis aliquando significat, vt ait Donatus. Terent. in And. Prol. Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant. Idem And. 2. 1, Sponsam hic tuam amat. 2. næ iste haud mecum sentit. Vbi Donatus. Næ, Valde, vt & Cicero 2. in Catil. Næ illi vehementer errant. Sensus hic est, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi, hoc est, Valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. Et paulo pòst, Næ, Valde: aut, vt quidã volunt, O quãm. Lucilius in 10, Næ in arce bonem discerpsi magnifice, inquit.
Næ, Certè, vtique, profectò. Cic. Curio, lib. 7. 31, Incredibile quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interfim. næ tu videris multo antè prouidisse quid impẽderet. Horat 2. Serm. sat. 3, Clarus erit, fortis, iustus, sapiẽs, næ etiã rex. Cic. 2. Philip. Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ cõsuluisses. Idẽ 6. Verr. Næ ista præclara nobilitas desinat queri Populi Rom. hominibus nouis, &c.

NÆNIA, næniæ: vel Næniæ, næniarum {ὑπολύδιον μέλος} Est (inquit Festus) carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt næniam ideo dici, quòd voci similior querimonia fleuntium sit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi intestini vocabulo. Græci enim τέλον extremum dicunt: siue quòd chordarum vltima τέλη dicitur, extremam cantionis vocem næniam appellarunt. Nonius, Næniа ineptum & inconditum carmen, quòd adducta pretio mulier, quæ præfica dicereтur, ijs quibus propinqui non essent, mortuis exhibere-ce esset, perquàm laudari, deinde næniam cantari solitam ad tibias & fides. Hactenus Nonius. Cic. 2. de Legib. Honorarorum virorum laudes in concione memorentur, cáſque etiam ad cantus ad tibicinem profequantur. Cui nomen næniæ, quo vocabulo etiam Græciæ cantus lugubres nominant. Quintil. lib. 8. cap. 2.
Næniam quoque deam veteres coluere, cui sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum, vt ait Festus.
Soricina næniа. Plaut. in Truculento,
Si tibi machæra est, nobis ve. iiina est domi,
Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,
Confossiorem soricina næniа. Quo loco Turneb. Soricina næniа nõ aliud quidquã videtur esse, quàm cantiuncula quædã celebris de cõfosso sorice, qui dum rodit, suo indicio plerúque cõfoditur. Proinde canebatur, Sorex suo indicio cõfossus periit, aut aliud quiddã simile.
Puerorum næniа, Horat. 1. epist. 1.
¶Næniam pro Incantatione accipi dicit Porphyrio apud Horat. Epod. 17, Capútque Marsa dissilire næniа.

Nænu, pro Non, antiquis fuisse in vsu probat Nonius. Lucil. lib. 30,
Sed tamẽ hoc dicas, quid est nænu molestũ est. Varr. Si hodie nænu venis, cras quidẽ si veneris, &c. Sic à plerisque Nænu legitur sine m.
Alij Nenum scribunt. Vide suo loco.

NAEVIA, Mulieris nomen, à Næuo sic appellatæ.

Næuia sylua dicta iuxta vrbem, quòd Næuij cuiusdã fuerit. Festus.

NAEVIVS {ναίβιος} Poeta comicus vetustissimus, cuius meminit Horatius 2. epist. 1,
Næuius in manibus non est, & mentibus hæret
Penè recens, adeò sanctum est vetus omne poema.
Næuius, epigramma sibi posuit plenum superbiæ Campanæ,
Immortales, mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poetam:
Itaque postquam Orci tradtus est thesauro,
Obliti sunt Romæ Latina lingua loquier. Author Gellius lib. 1. cap. 24. Varro autem in lib. de Poetis, dicit eum stipendia fecisse primo bello Punico, idque bellum carmine scripsisse primo.
¶Næuius Turpio, Verris in omni calumnia præcursor & emissarius, vt refert Cic. 7. Verr.

Næuianus, pen. prod. Adiect. {ναιβιανὸς.} Cic. de Clar. Orat. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest.
Næuianus laudator. Cic. lib. 1. ad Attic. Nouiti calumn ex Næuianis illum laudatorem meum. In plerisque tamen libris scriptum est, ex Nanneianis, sed mendum subolet, rectúmque videtur, ex Næuianis.
Respexit enim Cicero ad versum Næuij, cuius ita meminit in epistolis, Lætus sum laudarier me, inquit Hector, opinor apud Næuium, abs te pater laudato viro. M. inquit Crassus laudator ille meus, quem irridens calumn appellat, & laudatum virum, simúlque Næuiano laudatori, negotium transegit & confecit. Turneb.

Nævus, ævi, Corporis insigne, seu genuina macula. Cic. 1. de Nat. deor.
At est corpori macula næuus: illi tamen hoc lumen videbatur.
Nullus in egregio corpore næuus erit. Ouid. 5. Trist. eleg. 14.
Næuo aliquem cognoscere. Cic. in Brut.

NAGNIA, Vlumbrorum vrbs in Italia, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Prius Nequinum, hodie Narnia, vulgò *Narni*.

NAGNATA, Hyberniæ vrbs insignis, apud Ptolomæum libro 2. cap. 2. Magnata legimus in codice manu scripto.

NAIADES, pen. corr. {ναΐαδες, ναϊάδες} Nymphæ sunt fontiũ, vel fluminũ. Æquoreæ. Ouid. 14. Metam.
Chori Naiadum. Ouid. 1. Fast.
Dominæ vndarum. Stat. 1. Sylu. 5,
-alios poscunt mea carmina cœtus:
Naiadas vndarum dominas. Nonnulli legunt Naidas: quod à nominatiuo Nais descendit: illud verò à nominatiuo Naias.
Hesperiæ. Ouid. 2. Metam. Sorores. Silius lib. 6.
Puellæ. Virgil. 10. eclog. Vdæ. Claud. 3. de raptu Proser.

Naicus, a, um. Propert. lib. 2, Suppositæ excipiens Naica dona manu.

NAIM, Ciuitas Galileæ, duobus millibus distans à monte Thabor.

NAIS, huius Naidis, pen. corr. {ναὶς} nomen nymphæ aquaticæ, à ναῶ.
Cærula Nais. Stat. 3. Sylu. 4.
Candida. Virg. 2. eclog. Lubrica. Stat. 1. Sylu. 3.
¶Nais, item nomen fluuij, qui ex Tauro nascẽs in Pontũ mergitur.

NALCVA {ναλκύα} vrbs Britanniæ Ptolemæo. Nũc vulgò dicitur *Oxisfordia*.

Nam {γάρ, ὄντως} Coniunctio causalis, primum tantum locum sortitur. Plaut. Curcul. 8, De coelitum prosapia te esse arbitror:
Nam hi sunt vnoculi. Terent. And. 2. 6,
Quidnam hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi?
Nam si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.
¶Nam, non ram causam aliquando reddit, quàm ingressum seu initium rei significat. Terent. And. 1. 1,
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas. &c. Nam, hîc non causam: sed rei initium notat: Pamphili nempe vitã incipit deferibere. Cic. in Brut. to, Fabius Pictor fuit & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. Quintúsque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem ferè laudibus. Nã Q. Metellus, is cuius quatuor filij Consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, &c.
Nã, incipiẽdi vim habet. Verba sũt Donati in illud Prologi Adelph.
Eam nos acturi sumus nouam. pernoscite
Furtúmne factum existimetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiuuare, &c. Idem Donatus in illud Heeyræ, Act. scen. 2,
Reliquit eum matre hic vxorem. nam senex
Rus abiidit se. Nam, inquit, inceptiua particula.
¶Nam, pro Autem, vel simili differentia ponitur. Cicero in Sallust.
Nam, quòd ista inusitata rabie perculanter in vxorem & filiã meã, &c.
Nam quid, siue Nam quis, pro Sed quid, vel sed quis, id est quid autem, vel quis autem? Terent. Eunuch. 5. 2,
-quam tu rem actura obsecro es?
T. Nam quid ita est? Virg. 4. Georg. Cic. ad Marium, lib. 7. 1, Nã quid ego te athletas putem desyderare, qui gladiatores contemperis?
¶Nam quid, pro Quidnam. Terent. Eunuch. Act. 5. scen. 2,
-PY. quam tu rem actura obsecro es?
TH. Nam quid ita? PY. Rogitas? Idem Phorm. Act. 5. scen. 1,
C. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?
Nam quæ, ait Donatus, anastrophe: vt, Nam quis te iuuenum consuetissime. Sed figura hęc apta commotis est aliqua re noua. Anastrophe idem valet, quod inuersio: quũ verbum quod præcedere deberet, sequitur. Rursus Phorm. Act. 1. scen. 4,
A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniã miser?
Nam quod dixit, pro Quodnam.

Nam

Nam profectò. Sallust. in Catil. Nam profectò aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, Consulem designatum genus pœnę nouum decernere.
Nam quia. Quintil. lib. 10. cap. 2, Nam quia quædam sunt inimitabilia, quibus, &c.
¶Nam, pro Etenim. Cicer. in Orat. Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. Sic sæpissime Cicero. Budæus.

NAMNITAE {ναμνῖται.} Ptolemæo lib. 2. cap. 8, alio nomine Nanetes dicti: quorum ciuitas Condiuincum, vulgò *Nantes*. Turnebus apud Ptolemæum ναντῶν legendum esse scribit. Lucanus,
-tunc rura Nanetis
Qui tenet, & ripas Saryri, qua littore curuo, &c. Vbi tamẽ vulgò corruptè Nemetis scriptum est.

Nanciscor, nancisceris, penult. corr. nactus sum {τυγχάνω, καταλαμβάνω, πεπτωκώς} nanciscì, æquirere: cum homine autem iunctum frequentissimè capitur pro Inuenire. Fit autem à Nancio, nancis, secundum Priscianum. Nanciscì, inquit Donatus, proprie dicitur, qui paratus ad tenendũ antè quàm possit reperire quod teneat, statim quod occurrerit, prehendit. Plaurus Rudente, 20,
-vt nactus es, abi Bono animo.
Aduersarium nanciscì, Venerem, vestitum. Plaut. Capt. 2,
Prom fiquis pugnam expetat, lites contrahat,
Valentiorem nactus aduersarium
Si erit, ego faciam vt pugnam inspecter non bonam. Idem Bacchid. 4. Terent. Eunuch. 3. 5.
Belluas immanes nanciscimur venando. Cic. 2. de Nat. deor.
Boni aliquid fortuiti nanciscì. Cic. 2. de Nat. deor.
Causam moriendi se nactum esse Caro gaudebat. Cic. 1. Tuscul.
Facultatem. Martel. in l. Qui decem. §. Idem respõsum est. D. De solutionib.
Fidem nacta. Ouid. 1. Fast.
Firmitatem. Cic. Bruto, lib. 11. 12.
Nacti sunt hami. Plaut. Rud. 23.
Hospitium. Plaut. Menæh. 9.
Impudentiam. Plaut. Bacch. 2.
Malum. Terent. And. 5. 6,
-more hominum euenit, vt quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quàm ego, quod tibi euenit boni.
Occasionem. Cæsar 3. bel. Ciuil. Nacti occasionem meridiani temporis.
Otium. Cic. Appio Pulchro, lib. 4. 7, Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otij nactus ero.
Aliquem otiosum. Cic. 1. de Finibus, Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certè audiam quid sit, quod, &c.
Pisces. Terent. Adelph. 3. 3,
-pisces ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
Potestatem. Sallustius, Homines adolescentes summam potestatem nacti.
Potestatem per scelus. Cic. 3. de Nat. deor.
Prædam in agro. Ouid. 3. Metam.
Nanciscetur enim pretium, nominque poetæ. Horat. de Arte.
Sortem. Cicer. 3. Verr. Sortem nactus est vrbanæ prouinciæ, magis ex sua & Chelidonis, quàm ex Populi Romani voluntate.
Spem. Cic. 3. Verr. Quo quidem tempore Iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est.
Spem maiorem aliquid impetrandi. Cic. Cluuio, lib. 13. 8.
Tempora apta. Ouid. 9. Metam.

NANNIVM, Meretricula quædã fuit, proscenium, vt scribit Athenæus, cognominata, quòd vestium & auri cultu plurimo speciosa videbatur, quum exuta foret vel turpissima. Hæc item, si Suidæ credimus, facetè dicta est capra, quòd Thalli cuiusdam cauponam facientis bona deglutisset, tanquam germina hœdis obsici solita in pastum, quæ Thallos Græci vocant. Plaut. Amphitryon. 3. Alij legunt Naninm simplici n.

Nanque {δὴ} Coniunctio causalis, quæ secundo loco ponitur: vt Ille nanque ita. &c.
Nanque, primo loco positum, pro Siquidem, Certé. Terent. Nanque est hæc anus à fratre egressa modò. Virg. 1. ecloga, Nanque erit ille mihi semper deus. Cic. 1. de Oratore, Tum ille, Nanque quod tu non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire, aut posse postulet?
Nanque, pro Verùm, aut Sed. Cicero 1. de Oratore, Nanque illud quare Scæuola negasti te fuisse laturum, &c.

Nanus, Adiectiuum {νάνος} teste Gellio, lib. 19. cap. 13, Græcum vocabulum est, quo antiqui vocauerunt breui corpore hominem, paululum supra terram extantem, quem Latinè pumilionem dicimus. Iuuenal. satyra 8,
-nanum cuiusdam Atlanta vocamus.
Nanum, inquit Festus, Græci vas aquarium dicunt, humile & concauum, quod vulgò vocant *situlum barbatum*. Vnde nani pumiliones appellantur.

NAPATA, Napatorum {νάπατα} Æthiopiæ vrbs est: olim Candaces reginæ regia, cuius meminit Strab. lib. 17.

NAPEAE {νανῖαι} Nymphæ sunt fontium, vt scribit Seruius. Nymphæ, inquit, montium, Oreades dicuntur: syluarum, Dryades: quæ cum syluis nascuntur, Hamadryades: fontium, Napeæ, vel Naiades: maris verò, Nereides.
Faciles Napeæ. Virg. 4. Georg.

Naphtha, naphthæ {νάφθα} Genus veneni ex bitumine. Plinius lib. 2. cap. 105, Similis est natura naphthæ: ita appellatur circa Babyloniã, & in Austagenis Parthiæ profluens, bituminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium, transiúntque protinus in eam vndecúque visam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Hæc Plinij verba plurimum afferunt lucis Horatio sic scribenti,
Hoc delibutis vlta donis pellicem
Serpente fugit alite. Etsi iocatur allio non naphtha imbutã fuisse coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum viuum. Gratius,
Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna fedent venis oleóque madentia viuo. Turneb.

NAPITAE {ναπῖται} Populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, quã & Napatæ nominantur. Strephanus.

Napus, napi {βουνιὰς} Genus rapi obtusioris & breuioris. Colum. lib. 2. cap. 10, Napus deuexam terram amat & siccam. Vide Plinium lib. 20. cap. 4.

Napellus, napelli, nomen habet à napi similitudine. Est enim radix paruo napo similis. Arabes nunc vulgò vocant *Bisch*.

Napina, napinæ, pen. prod. Locus in quo seminantur napi. Colum. lib. 11. cap. 2, Nanque & napinæ, itémque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

NAR {ναῦος} Fluuius, qui per vrbem Narniam effluens, Tyberi immiscetur. Vide Plinij lib. 3. cap. 5. ¶Est & alius hoc nomine qui à Dantio videtur deriuari. Virg. 7. Æneid. Sulphurea Nar albus aqua. Strabo hunc Naranẽ vocat. Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 14. vel indeclinabiliter posuit, vel neutro genere. Lacus, inquit, Velinus à M. Curio emissus intercisо monte in Nar defluit.

NARANE, Fluuius Dalmatiæ, ab Epidauro non distans amplius centum millibus passuum.

NARBASIS, Vrbs æstuaria in Hispania.

NARBO {ναρβών} Martius, Galliæ vrbs, decumanorum colonia, XII Mpass. à mari distans. Plinius lib. 3. cap. 4. Ab hac vrbe nomen est inditum prouinciæ Narbonensi. Ausonius in vrbium catalogo, Nec tu Martie Narbo silebere, &c. Vulgò *Narbona* dicitur. Cic. pro Font. Est in eadem prouincia Narbo Martius, &c.

NARBONENSIS {ναρβωνησία} prouincia, vt ait Plin. lib. 3. cap. 4, appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Braechata antè dicta, à vestium habitu: quum reliqua, à nutriendi capilli studio Comata diceretur, quanquam sunt qui tori id nomen Gallis tribuant. Amœne Varo ab Italia & Alpibus discernitur: à reliqua verò Gallia, mõtibus Cebenna & Iura: agrorum cultu, virorum morũmque dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda. Hactenus Plinius. De hac vide Melam lib. 2. cap. 5. & Strabonem lib. 4.

NARCABVS {νάρκαβις} Filius fuit Dionysij & Physcoæ, qui bello clarus Palladis Narcææ templum excitauit. Nam sæpe à templorum conditoribus, diis veterum adoptabantur cognomina. Author Cælius lib. 13. cap. 34.

NARCISSVS, Claudij libertus fuit potẽtia formidolosus, qui quũ quãdoque missus esset à Claudio, vt milites tumoltuantes sedaret, fugitíumque velut concionaturus conscendisset, hominis indignitate molestè ferentes militum plures, id inuulgatum sucelamarunt, ἰὼ συμπράκται, id est, Sarurnalicius dies, quoniam dominorum habitu tunc prodeant serui. Author Dion. ¶Fuit & Narcissus, nomen fluuij.

Narcissus, narcissi {νάρκισσος} Flos apud Italos frequentissimus, nostris autem minus cognitus. Plin. lib. 21. cap. 5. Et cap. 19, Narcissi duo genera in vsu medici recipiunt: Vnum purpureo flore, & alterum baccaeum, hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, aluóque soluentem, neruis inimicum, caput grauantem. Et à ναρκᾶν, narcissum dictum, non à fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei saporis est. Virgil. 8. ecloga,
-narcisso floreat alnus.
Lachryma narcissi. Virg. 4. Georg.
Purpureus. Virg. 5. eclog.
Sera comans narcissus. Virg. 4. Georg.

Narcissinus, penult. corr. Adiectiuum {ναρκισσινός.} vt Narcissinum oleũ. Plin. lib. 21. cap. 19, Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias.

Narcissites, pen. prod. {ναρκισσίτης} Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis hederæ distincta. Huius meminit Plinius lib. 37. cap. 11.

NARCISSVS {ναρκισσος} fertur filius fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes nymphæ, qui quum pulchritudine præstaret, à multis nymphis amatus est. Et quum nimio desyderio potiundæ nymphæ contabuisset, mutatus est in florem sui nominis. Ouid. 3. Metamorph. Et Stat. 7. Thebaid.

Narcotica {ναρκωτικὰ} Medici neoterici appellant medicamenta, quibus stupor conciliatur, ac torpor, aduersus sensum doloris ac cruciatum. ἀπὸ τῆς ναρκώσεως, quod stuporem significat.

Nardus, nardi, fœm. gen. & Nardum, n. gen. {νάρδος} Frutex est (inquit Plinius lib. 12. cap. 12) graui & crassa radice, sed breui, ac nigra, fragilíque, quanuis pingui, fœtum redolente vt cyperi, aspero sapore, folio paruo denſóque. cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dore nardi spicas ac folia celebrant. Hebraicè vocatur Nerd. Vulgus nostrum vocat *spicam nardi*. Est enim & alia nardus celtica, quam eandem esse cum nostra lauandula putat Barbarus. Plin. lib. 21. cap. 6, Baccar quoque radicis tantum odoratæ est, à quibusdam nardum rusticum appellatum.
Lenis nardi aristæ. Ouid. 15. Metam.
¶Nardus, & Nardum, pro vnguento nardino. Tibul. lib. 2. eleg. 2,
Illius puro distillent tempora nardo Puro, Id est non adulterato.
Sic lib. 1. eleg. 7. dixerat,
Illius & nitido stillent vnguenta capillo,
Et capite & collo mollia serta gerat. Veteres enim epulabantur vnguentati. Horat. lib. 2. Carm. ode 11,
Quur non sub alta vel Platano, vel hac
Pinu iacentes sic temerè, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus vncti? Quemadmodum rosa dixit pro rosa ceo, sic nardo pro nardino. Rursus Tibul. lib. 3. elegia vlt.
Iandudum Syrio madefactus tempora nardo,

Debuerâ sertis implicuisse comas. Vulgati codices habent Tyrio, sed non rectè, vt opinor: id quod docet carmen Horatianum antè citatum. Idem Horatius Epod. ode 5. eodem significatu dixit,

Nardo perunctum. Et ode 13,

Achemenia Perfundi nardo iuuat. Et lib. 4. Carm. ode 12,

Nardi paruus onyx. Nardi Syriaci semel & iterum meminit Celsus lib 6 cap. 7. De aurium morbis, & curationibus.

Nardinus, pen. corr. Adiectiuum {ναρδινὸς} Quod nardum redoleт, vel quod potius nardi saporem habet. Plinius lib. 15. cap. 15, Pyra ab odore myrapia, laurea, nardina.

Vnguentum nardinum, Ex nardo vel spica nardi factum. Plinius lib. 13. cap. 1.

Narica, naricæ, authore Festo, Genus est piscis minuti. Plautus, Muriaticam video in vasis stanneis, naticam bonam & canatam, & taguma, quinas fartas conchas piscinarias. Naricem (inquit Festus) piscem leges apud antiquos per t, non per r: & videtur à natâdo dictus.

Naris, huius naris, fœm. g. {ῥὶς.} Nares propriè nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, inquit Donatus, quæ nos odoratu docemur præsto & prope esse: quod adhuc oculi non vident. Plin lib. 11. cap. 2, Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur. Festus, Nares appellari putant, quòd per ea nasi foramina odoris cuiusque gnari simus. Melius dici à Græco per inuersionem literarum, vt Latinis consuetum est ῥὶς nares, vt μοῦρα forma, & τέρειν tener, & multa huiusmodi. Lactant. De opif. Dei, cap. 11, Nares ideirco sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non desinit.

Rectè sursum sunt nares, quòd odor omnis ad supera fertur. Cic. 2. de Nat. deor.

Acutæ. Horat. 1. Serm. satyra 3.

Adiunctis naribus spiritu os augetur. Cic. 2. de Nat. deor.

Aduncæ spiramina. Lucan. lib. 2.

Balba de nare loquutus. Persius satyr. 1.

Caua. Ouid. 1. de Arte.

Compressæ. Lucret. lib. 6.

Emunctæ naris durus componere versus Horat. 1. Serm. satyr. 4. de Lucilio. Porphyrio refert ad versus, appellans versus emunctæ naris elegantes & decentes. Acron refert ad Lucilium, interpretatúrque sapientem: quia econtrario, inquit, mungotum stultum appellamus. Emunctæ igitur & purgatæ naris dicetur is qui nasum emunctum & non mucosum habet. Potrò qui nares purgatas habet, acrius olfacit, & clarius loquitur. vnde facilius poterit alienorum vitiorum fœtorem ac grauedinem iudagare, & liberius arguere. Adde quòd mucosos non nisi emuncti solent irridere.

Geminæ. Virg. 4. Georg.

Obesæ naris iuuenis, Qui nihil olfacit: hoc est stupidus. Horatius Epod. 12.

Obsessæ igni. Silius lib. 7.

Patulis captauit auras Bucula. Virg. 1. Georg.

Pilosæ. Iuuenal. satyr. 14.

Præsagæ. Firmicus lib. 8. cap. 9, Nutrient etiam canes, qui ferarum cubilia, & latentes latebras præsagis naribus persequantur.

Remissæ à fronte. Ouid. 14. Metam.

Resimæ patulæque, Vide PATVLVS.

Sagaci nare sentire aliquid. Lucan. lib. 7.

Truncæ inhonesto vulnere. Virg. 6. Æneid.

Tumidæ. Valer. 1. Argon.

¶Admouere aliquid ad. Cic 3. Tuscul. Expones quæ spectet, florida & varia, fasciculum ad nares admouebis, incendes odores, & sertis redimiri iubebis & rosa.

Corrugare. Horat. 1. epist. 5.

Ducere naribus sucum. Cic. 1. de Diuinatione,

Mollipedésque boues spectantes lumina cæli,

Naribus humiferum duxere ex aere sucum.

Indulgere naribus, Irridere, subtannare: quod & Naso suspendere adunco dicitur. Pers. satyr. 1.

Infundere in, Vide INFVNDO.

Infundere per, Vide INFVNDO.

Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6.

Patent nares propter necessarias vilitates. Cic. 2. de Nat. deor.

Auras reducere naribus. Lucret. lib. 4.

Tauri spirantes ignem. Virg. 2. Georg.

Vti. Horat. 1 epist. 20. Prouerbialis est loquutio, significans inflexis naribus irridere. Narium enim inflexio irridentium gestus est. μυκτηρίζειν Græci dicunt.

Narium tædia & grauedinem emendat succus hederæ. Plin. lib. 24. cap. 4.

NARITIA, Vide NARYCIVM.

NARNA, vel Narnia {ναρνία} authore Strab. lib. 5, Vmbriæ ciuitas, per quam Nar labitur, à quo & nomen accepit. Silius lib. 8,

Hispellum, & duro monti per saxa recumbens Narnia.

Narniensis tribus, Vide TRIBVS.

NARONA {ναρών} Fluuius Dalmatiæ, Ptolemæo libr. 2. cap. 17. Melæ Nar dicitur. hodie *Narenta*.

NARONA, pen prod. Liburniæ oppidum, oppositũ Naroni fluuio, vnde & nomen accepit, à Salona LXXII M. pass. distans. Author Plinius lib. 4. cap. 22.

Narro, narras {διηγέομαι, ἀναγκάζομαι, ὑφηγέομαι, ἱστορέω, ποιοσοφέω} narrâre, Dicere, recitare. Donatus, Narrare aliena, & quæ nobis non sunt necessaria. dicimus. Terentius Eunuch. 5. 5, Tu isti narrato omnem rem ordine vt factum fuit. Idem Andr. 3. 1, Bonum ingenium narras adolescentis.

Quid narras! Admirantis vox, non interrogantis, inquit Donatus. Terentius Adelph. 4. 2, Quid (malùm) bone vir mihi narras! equidem perij.

Opinor narras? Terent. Andr 2. 2,

-nũ videntur connenire hæc nuptiis? D. Non opinor Dauc. D. opinor narras? non rectè accipis, Certa res est.

Quas mulieres narras? Plaut. Trucul. 6.

Narrare de. Cic. ad Atticum, lib. 3, Alteram qua Crassi libertum ais tibi de mea solicitudine maciéque narrasse. Idem Appio, lib. 3. 1, Iucunda mihi eius oratio fuit, quũ de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Et 2. de Oratore, Est autem hæc huius generis virtus, vt ita facta demonstret, vt mores eius de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimantur.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Malè de aliquo. Cic. Attic lib. 16, Malè narras de Nepotis filio. Bene narras. & Malè narras, elegantèr dicimus: illud, quum iucundam rem audimus: hoc, quum molestam.

Casum aliquem Ouid 18. Metam.

Fabellam surdo ad fllo. Horat. 2. epist. 1.

Iucundè aliquid de aliquo, Vide IVCVNDVS.

Memoriter, In MEMOR.

Ordine, In ORDO.

Peræquè, In PERAEQVVS.

Pericula sua Propert. lib. 2. eleg. 29.

Singula. Ouid. epist. 6.

Stomachum. Plin. iunior lib. 17. epist 9.

Suspicioſe aliquid. Quintil lib 4 cap. 2.

Vulgò aliquid Horat. 1. epist. 13.

Narrauit vt. Terent. Hecyr. 1. 2, Narrátque vt virgo à se integra etiam tum fuerit.

Narra mihi, reges Armenij patricios salutare non solent? Cic. ad Attic. lib 2.

Narro tibi, planè relegatus mihi videor posteaquam in Phormiano sum. Cic. ad Atticum lib. 2, Narro tibi, hæc loca venusta sunt. Id est dico.

Narrauit antiquitas, Vide ANTIQVVS.

Narrat epistola. Plaut. Pœud. 15.

Rumor. Martial. lib 3.

¶Narrant, pro Dicunt. Plin. lib. 11. cap. 37, Solui enim periculũ & metus narrant.

¶Lux, breuitas, fides, consiliũ, & occulta calliditas narrandi. Quintil. lib 2. cap 5.

Tempora narrando fallere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.

Narratus, pen. prod. {διηγητὸς} Participium. vt

Fabula narrata est Ouid 3. de Ponto, eleg. 2.

Narrata vulgo. Plin. lib 11 cap 42.

Magicis narratus artibus Plin. lib. 11. cap. 37.

Narratus, huius narratus, penul prod. narratui {διήγημα.} Ouid. 6. Metamorphoseos, -venient narratibus hora

Tempestiua meis.

Narraturus, pen prod Participium {διηγησόμενος.} Stat. 3. Sylu. 3, Verbáque dilectæ fert narraturus Hetruscæ.

Narratio, Verbale {διήγησις.} Est rerum gestarum, aut perinde vt gestarum expositio. Cicer. ad Atticum, libro 6. Is multis nominibus in Triophonana Chatonis narratione Græcos in eo reprehendit, quòd, &c.

Aperta atque dilucida. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Narratio, Est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. Cic. in Partit.

Aperta, breuis, & verisimilis. Cic. 2. de Orat.

Aruda, & ieiuna. Quintil. lib. 2 cap 4.

Constricta, an latius fusa narratio: continua, an diuisa: recta, an ordine permutato, causæ docebunt. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Credibilis. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Credibiles, non historico, sed propè quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes. Cic. in Orat.

Obscura totam obcæcat orationem. Cic. 2. de Orat.

Gracilitas pressè narrationis. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Sinuosa. Quintil lib 2. cap. 4.

¶Amputandæ, Vide AMPVTO.

Dicere narrationem. Quintil lib. 2. cap. 2●.

Exponere. Cic. in Orat.

Narratiuncula, penult. corr. Diminutiuum {διηγηματίον.} Quintil lib. 1. cap 9, Narratiunculas à poetis celebratas, notitiæ causa, non eloquẽtiæ tranctandas puto.

Narrator, pen. prod. Verbale {διηγητὴς.} Cic. 2. de Orat. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Faceti narratores & imitatores. Cic. 2. de Orat.

Narrabilis, & hoc narrabile, pen cor. Adiect. {διηγητός.} Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2, Lingua file, non est vltra narrabile quicquam.

NARSES {ναρσὴς} Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius: bibliopola prius: deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione pietatéque præditus. De quo vide apud Volaterranum.

NARTES, populi in Vmbria regione Italiæ, qui aliàs Interamnates dicuntur, teste Plinio lib. 3. cap. 14.

Narthex, huius narthecis, pen. prod. masc. gen. {νάρθηξ} Græcis, ferula Latinis. Vide narthecia, alia ferulæ species, priore minor, quasi humilis ferula. Plin. lib. 13. cap. 22, Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera: narthecia Græci vocant, assurgentem in altitudinem, narthecium verò semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. Cæterò natura eadem quæ anetho, & fructui similis.

Narthecophori {ναρθηκοφόροι} dicebantur olim qui Bacchis sacris initiati ferulam ferebant. Vnde Plato lib. de Anima prouerbium fecit in eos qui sanctitatem prætendunt, vitiis omnibus inquinati, quum ait, Narthecophori quidem multi, Bacchi verò pauci. Id est, Religionem sanctitatémque prætendunt quidem plures, sed quotusquisque scopum pertingit, aut induit perfectionem? passim quidem vocantur omnes, electorum tamen mira paucitas. Vide Cæl. lib. 7. cap. 13, qui hoc pluribus explicat.

Narthecium, narthecij {ναρθήκιον} Pro repositorio medicamentorum ponitur

ponitur, etiam si ex alia materia fuerint facta: quòd id genus ligni accommodatum sit ad seruanda medicamenta. Cic. 2. de Finib. sam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquã de narthecio promãt, &c. Erasmus pyxidem intelligit, vnde pharmacopolæ depromunt medicamenta. De narthecio, id est ex parato, & ad manum. Cornarius in lib. 6. Galeni de Compos. phar. dissentit his verbis: Sorani ναρθήκια citat Aëtius lib 8. cap. 44. Arbitror autem recepeum fuisse mortem Græcis medicis, vt libros suos medicamentarios ναρθήκια & ναρθήκια inscriberent: atque sic etiam illud Ciceronis 2. de Finibus sic accipio, Iam doctoris medicamenta, &c. De narthecio, hoc est de libro medicamentario narthecio inscripto. quanquam non ignorem aliquos pyxidem medicamentariam per Narthecium accipere, haud scio qua ratione ductos. Nobis certè consentit etiam Martialis poeta in Apophor. qui eiusmodi Narthecia capsulis eboreis inclusa fuisse dicit. Artis eburmedicæ, &c. Nec ignoro aliis alitèr hunc locũ accipi. Hæc ille.

NARTHECVSA {ναρθήκουσα} Insula est in mari Carpathio, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 31.

NARYCIVM, Oppidum Locrorum vetustissimum, vnde Aiax fuit: & Narycij populi, de quibus Virg. 3. Æneid. Hîc & Narycij posuerunt mœnia Locri. Abundant autem pice optima, vt testatur Virgil. 2. Georgicorum,

Et iuuat vndantem buxo spectare Cyptorum.

Narycicáque picis locus.

NASAMONES, pen. prod. Populi sunt in Libya, iuxta Syrtes, spoliis naufragorum viuentes, vt scribit Herodotus libro 4. Lucan. lib. 9,

Hoc tam segne solum, raras tamen exerit herbas,

Quas Nasamon gens dira legit, &c. Plin. libro 5. cap. 5, In ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellauere ab argumento loci, medios inter arenas sitos.

Æquoreus Nasamon. Silius lib. 3.

Pauper. Lucan. lib 9.

Semihomines. Sil. lib. 11..

Nasamonius, Adiect. {νασαμώνιος.} Silius lib. 7, -Nasamonius Idmon.

Nemus Nasamonium. Senec. Herc. OEth 13.

Nasamoniacus, pen. corr. {νασαμωνιακὸς} aliud Adiectiuum.

Agri Nasamoniaci ditissimus. Ouid. 5. Metam.

Rex Nasamoniacus. Stat. 4. Sylu. 6.

Triumphi. Silius lib. 16.

Nasamonites, penult. prod. Gemma sanguinea, nigris venis aspersa. Plin. lib 37. cap. 10.

Nasatus, Vide NASVS.

Nascor, nasceris, pen. corr. natus sum {γίνομαι} nasci, Notam habet significationem.

Nasci equinis pedibus. Plin. lib. 4. cap. 13.

Nasci in pedes. Plin. lib. 10. cap. 53.

Nasci, & in lucem edi. Cic. 1. de Legib.

Natus ex. Terent. Heaut. 5. 4, Ita mihi atque huic sis superstes, vt ex me atque hoc natus es.

Natus ex ea familia. Terent. Adelph. 3. 1.

Patre claro. Horat. 1. Serm. satyr. 6.

Patre certo. Cic. pro Rosc. Amer.

Illa matre. Liu. 1. ab Vrbe.

Iusta vxore. Cic. 1. Tuscul.

Obscurè. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3, Commendat scomma & conditio dicentis, si in eadem causa sit: vt si alium de pauperrate pauper irrideat, si obscurè natum natus obscurè.

Summo genere. Plaut. Cistel. 2. Cic. 7. Verrr. Natus genere nobili. Et ad Brutum, lib. 11. 22, Natus summo loco.

Dea. Virg. 1. Æneid.

Humana matre. Plaut. Amphit. 3.

Natus malè volente genio. Plaut. Bacch. 14.

Natus de. Plaut. Capt. 6, Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polypluſio.

De pellice. Ouid. 2. Metam.

Nata res ex tempore. Cic. 1. de Inuent.

Inter agros & armenta. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Natus Athenis. Plaut. Rudente, 18.

Natus ibidem. Plaut. Pœn. 14.

Natus in Apulis. Plaut. Milit. 10.

Natus & Oriundus differunt. Liu. 4. bell. Pun. Hippocrates & Epicides, nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis, exule auo.

Natus animo leni. Terent. Hecyr. 2. 2.

Natus cum virtutibus. Plaut Rud 9.

In dedecore natus Verres. Cic. 5. Verr.

Sine crimine natus, Id est non ex adulterio, incestu, amore meretricio. 3. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.

Per scelera. Senec. Agamem. 13.

Natus ad. Cic. pro Sextio, Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Idem 5. de Finib. Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos. Sic ibidem lib. 2, Hi non viderunt vt ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, vt ait Aristoteles, ad intelligendum & agendum esse natum. Terentius Heauton. 3. 1,

Atego profectò ingenio egregiè ad miseriam Natus sum

Ad arma. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Ad bella. Cic. pro Lege Manil.

Ad facinus prædámque. Cic. 11. Philipp.

Ad dicendi singularem quandam facultatem. Cicero pro Cornel. Balbo.

Ad furta nata manus. Ouid. 13. Metam.

Ad hoc vnum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni aliquis. Cic in Orat.

Ad honestatem natum genus hominum. Cic in Partit.

Ad iugum natæ boum ceruices. Cic 2. de Nat. deor.

Ad iustitiam nos esse natos intelligere, nil præstabilius. Cicer. 1. de Legibus.

Nati, susceepti, & instituti ad laudem & decus sumus. Cicero 5. de Finibus.

Natus atque aptus ad alterius libidines flagitiosas. Cic 4. Verr.

Ad societatem & communitatem generis humani nati sumus. Cic. 4. de Finibus.

Ad omnia summa natus Pompeius. Cic. de Clar. Orat.

Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæsar. Cic. 12. Philipp.

In miseriam nasci. Cic 1. Tuscu. Quoniã autem etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam.

In otia. Ouid. 15. Metam.

In spem. Liu. 6. bel. Pun.

Scyphi nati in vsum lætitiæ. Horat 1. Carm. ode 27.

Foro & multitudini nata eloquentia. Cic. de Clar. Orat.

Imperio huic. Cic. pro Cælio.

Nata gens instaurandis, reparandísque bellis. Liu. 4. bel. Pun.

Literis nati Græci. Cic. 3. de Orat.

Laudi natus. Cicer. pro Sextio, Cum his qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno & conuiuiis & delectationi natos arbitrentur. Idem in Pisonem, Natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. Terent. Adelph 4. 2,

-nequeo satis decernere:

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.

Natus moriénsque fefellit. Horat. 1. epist. ad Scæuam,

Nec vixit malè, qui natus, moriénsque fefellit. Græcè loquutus est, inquit Lambinus, Latino sermone: sic enim illi loquerentur, ὃς ἔλαθε γενέσθαί τε καὶ θανεῖν. qui natus & mortuus latuit: Id est quem neque natum, neque mortuum esse quisquam mortalium sciuit. Sic loquitur Cicero epist. ad Pætum lib. 9. cuius principiũ, Duabus tuis, &c. Quos ego non modò reges appellaros, sed omnino natos nesciebam. Respexit autem illud Epicuri λάθε βιώσας, quod improbat & refellit Plutarchus. Huius autem loci sententia est: fortunatum esse iudico, qui ignotus, inhonoratus, inglorius cursum vitæ confecit. Hæc ille. Commune posset esse dictum, nec ineptè vsurpari in eos qui nihil, quod laude dignum sit, in vita vnquam gesserunt.

Suis cõmodis natus. Cic. pro Cluent. Pro eo quòd se nõ solùm suis commodis, sed etiam suorum municipum, cæteroríimque necessariorum natum esse arbitrabatur.

Patriæ, non sibi natus Cato. Cic. pro Murena.

Ita nati sumus, vt & blandiri & suppliciter insinuare iis, à quibus esset perendum, & aduersarios minaciter terrere possimus. Cicero 1. de Orat.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Horat. 1. epist. 2.

Annos quinque. Plaut. Milit. 10. Cic. de Senect. Mortuus est (quũ ego quinque & sexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius.

Annos ad quinquaginta natus. Cic. pro Cluenr.

Annos natus vndeoctoginta. Horat. 2. Serm. satyr 3.

¶Nata herba ad spem fœnisecíæ. Varro 1. de Re rust. cap. 47.

Copiosissimè nasci, Vide COPIA.

Lentè, In LENTVS.

Bene natus ager. Varro 3. de Re rust.

Alni nascuntur crassis paludibus. Virg. 2. Georg.

Poma per annos continuos. Ouid. de Nuce.

¶Nascuntur dissidia, facinora. oratio, &c. Donatus, Natum dicitur de rebus repentinis. Cic. de Amic. Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci. Plaut. Milit. 6, Nescis tu fortasse apud nos facinus quod natum est nouum.

Nasci & proficisci. Cic. pro Quintio, Ex quo vno hæc omnia nata & profecta esse concedit.

Nasci & Occidere, contraria. Cic. in Orat.

Exoriri & nasci, Extingui atque opprimi, contraria. Cic. 2. de Lege agrar. Hîc verò in oculis Senatus Populíque Romani nihil posse existere, quod non antè extingui atque opprimi posset, quàm planè exortum ac natum esset.

Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. Cic 2. de Finib.

Nascitur argumentum. Cic. ad Tironem, lib. 16. 22, Scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum. Hoc est, Vt inde sumam argumentum ad te scribendi.

Discordiæ multæ nascebantur de plebiscitis. Pompon. in l. 2. §. Deinde quum esset. D. De orig. iur.

Natus error. Cic. 1. de Finib. Sed vt perspiciatis vnde omnis iste natus sit error, voluptatem accusantium, doloremque laudantiũ, totam rem aperiam.

Exordium nascitur. Cicero 1. Tusculan. Ergo ita nascetur exordium.

Historia maxima nascitur de nihilo. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Lapis nascitur in confinio. Marcel. in l pro regione. D. De acquir. rerum domin.

Malum nascitur. Cic. 7. Verr. Binos habebam: iubeo promi vtrosque, nequid plus mali nasceretur. Id est, Nequid oriretur amplius mali.

Ex cupiditatibus odia nascuntur. Cic. 1. de Finib.

Opinio nascens. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21, Enitar vt in dies magis magísque hæc nascens de me duplicetur opinio.

Maior rerum mihi nascitur ordo. Virg 7. Æneid.

Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic. 2. Offic.

Nata res ex tempore. Cic. 1. de Inuent.

Sententia. Cic. 2. de Finib. Ergo nata est sententia veterum Academicorum, & Peripateticorum, vt finem bonorum dicerent, secũdum naturam viuere.

Voluptas Lucan. lib. 2.

Ventus nascitur. Cic. 4. Acad. Mare illud quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur.

Auster. Virg 3. Georg.

¶Natus ex se. Cic.5.de Finib. Horum posteri meliores illi quidem mea sententia, quàm reliquarum philosophi disciplinarum: sed ita degenerant, vt ipsi ex se nati esse videantur.

Procreatus sum paruus à parentibus, à vobis natus sum Consularis. Cic. Post reditum ad Quirites.

¶Nasci, pro Accidere. Cic. ad Attic. Nihil vnquàm simile natum puto: cui si in qua re cõsulere possum, cupio à te admoneri. Idem, Tum tibi placuit vt mitterem ad filium: inde natum est vt ad Publium.

Nascendo. Ouid. 4. Fastorum,

Agnáque nascendo sæpe necabat ouem.

Nascens, Participium {πρόφυσις.} vt

Athenis non nascentibus, sed iam adultis fuit Thucydides. Cic. de Claris Orat.

Fraga nascentia humi. Virg. 3. eclog.

Lauis nascens. Cic. ad Lentulum, lib 1. 7, Iam olim nascenti propè nostræ laudi, dignitati, virtutique præfuisti.

Luna. Horat. 3. Carm. ode 23.

Poma. Ouid 14. Metam.

Puer. Virg. 4. eclog.

Sol. Seneca Hippol. 3.

Tempora, Ouid 1. Fast.

Vuæ. Ouid. de Nuce.

Natus, nati {γεγονὸς γεγονότος} Substantiuum, pro filio. Virgil. 1. Æneidos, Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis. Natorum appellatio, inquit Modestinus, ad nepotes extenditur. Quintil. lib. 4. cap. 2, Vxorem duxi, natum sustuli, filium educaui. Vbi fortè legas, Filium sustuli, natum educaui. Vt sit sensus, postquam natus est.

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Virg. 3. Æneid.

Charitas quæ est inter natos & parentes, ditimi nisi detestabili scelere non potest. Cic. de Amic.

Patui nati. Horat. 3. Carm. ode 5.

Natus aliquando assumit g, & dicimus gnatus.

¶Nati, de pullis equarum. Colum. lib. 6. cap. 27, Id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

Nata, natæ {γεγονὸς} Filia.

Maxima natarum Priami. Virg. 1. Æneid.

Dulcis. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Auellere natam complexu matris. Catul. in Carm. nupt.

Natu {ἡλικίᾳ.} vt Maior natu: non nisi in ablatiuo reperitur, & cum adiectiuis Magnus, Paruus, & Grandis iunctum. Terent. Adelph 5. 4. Id mea minimè refert, qui sum natu maximus. Cic. de Senectute, Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Vide Maior, ad annos relatum, in MAGNVS.

Minor natu, Vide Minor in PARVVS.

Minimus natu, Vide Minor in PARVVS.

Maxima natu. Virg. 5. Æneid.

Grauior natu animus. Terent. Heaut. 4. 1.

Natio, nationis {ἔθνος, φύλον} Est, authore Festo, genus hominũ qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. Plin. lib. 12. cap. 25, Colos in quacunque natione præfertur ruffus.

Seruituti natæ Iudæorum & Syrorum nationes. Cic. de Prouinc. Consul.

Natione Macedo. Plin. lib. 35 cap. 10.

Acerrimæ nationes. Cic. de Prouinc.

Bellicosa, In BELLVM.

Cumulata, In CVMVLO.

Erudita illa Græcorum. Cic. 2. de Orat.

Exteræ nationes & gentes. Cic. pro Font.

Inanes & barbaræ. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1.

Cognomine nationis magis suæ, quàm generis vti. Cicero pro Cluentio.

Cosiungere nationes, In CONIVNGO.

Conquassare, In CONQVASSO.

In pecoribus quoque, inquit Festus, bonus prouentus, bona natio dicitur.

Hominis natio. Cic. ad Trebon. lib. 15. 20, Natio me hominis impulit, vt ei rectè putarem, nisi fortè candidatorum licentia hic quoque vsus, hoc subitò cognomen arripuit.

Natione melior emitur pluris. Varro de Ling. Latin. lib. 8.

Nationes mellis. Plin. lib. 22. cap. 24, Mellis causas atque differentias nationésque & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus.

Nationes resinæ. Plin. lib. 24. cap. 6, Resinam è supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus.

¶Natio, pro Ordine & societate, & genere hominum. Cic. in Pisonem, Sed quid ego enumero qui tibi obuiam non venerint? qui dico venisse penè neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum. Idẽ pro L. Murena, Quid si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honestè in vrbem introire, tota natio candidatorũ? Idẽ pro P. Sextio, Nimirum hoc illud est quod de me potissimum tu in accusatione quæsisti, quæ esset nostra natio optimatium.

In natione hominum genus consyderatur. Cic. 1. de Inuent.

Gentiles nationes. Tacit. lib. 11.

NATIO {γένος} Nomen deæ. Cic. 3. de Nat. deor. Quòd si tales dij sunt vt rebus humanis intersint, Natiõ quoque dea putanda est, cui, quum fana circuimus, in agro Ardeati rem diuinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est.

Natalis, pen. prod. m. g. vel Natale, n. g. & hoc Natalitiũ {γενέθλιον} sumitur pro die quo quis natus est. Cic. Attic. lib. 7, Sed de Formiano Tarracinam pridie Calend. Ianuarias, inde Pontinum fumam: inde Albanum Pompeij. ita ad vrbem III Nonas natali meo. Virg. 3. eclogã, meus est natalis Iola.

Celebrare natalem suum, Vide CELEBRO & CONCELEBRO.

Vrbis natalis, Id est Dies qua condita fuit vrbs. Plin. lib. 14. cap. 4, Ea cæli temperies fuisit, quam costuram vocant, solis opere natali vrbis DCXXIIII. Id est ab vrbe condita.

Natalis alicuius numinis, Id est templi dicatio. Sic Cic. 1. epist. lib. 4. ad Atticum, natalem Salutis vocat, quo die S. Iuti fuerat dicatum templum. Proinde quum à Martiale scribitur, Maiæ Mercurium creastis idus, non significatur nat. m eo die Mercurium, sed eo die ei dicatum templum. Id ex Liuio lib. 2. & Festo satis apparet, quum, inquit, Maiis idibus mercatorum dies festus erat, quòd eo die Mercurij ædes esset dedicata. Ex Turneb.

Natalis, & hoc natale, pen. prod. {γενέθλιος.} vt Natalis dies. Cic. 2. de Diuin. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè esse credendum. Idem 2. de Finibus, Quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis. Et ad Atticum, lib. 9. 173, Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilij.

Astrum. Horat. 2. epist. 2.

Dies natalis vrbis. Cic. pro Flacco, O nonę illæ Decembres, quę me Consule fuistis, quam ego diem vere natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possim!

Domus natales. Valer. 3. Argon.

Natalis Iuno. Tibul. lib 4. eleg. 9,

Natalis Iuno sanctos capet hueis aceruos,

Quos tibi dat tenera docta puella manu. Iuno natalis est, quæ & Iuno Lucina: quia nascentibus præest.

Hora. Horat. 2. Carm. ode 17.

Humus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.

Locus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.

Lux. Ouid. in Ibin.

Rura. Ouid. 4 Fast.

¶Natalis. De rebus inanimatis etiam dicitur, pro Nascẽs. Plin. lib. 37. cap. 4, Similis est huic quidem Arabicus, minor tantum, similiter & nascens, cæteris pallor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis.

Sterilitas natalis & ingenita. Colum. lib. 3. cap 7.

Natales, natalium, pluraliter tantùm {ἀγχιστεῖα} Significant (inquit Valla) conditionem sanguinis ac familiæ: vt Generosi natales, Natales obscuri. Corn. Tacit. lib. 18. Plin. iunior lib 8. epist. 18, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, &c.

Natalibus restituere, hodie nobilitate vocamus: & Nobilitationẽ, natalium restitutionem. Verbum est in Iure frequens. Dicitur autem natalibus restitui non modò libertus, vt patronatus obseruantia liberetur, sed etiam plebeius quum ad nobilitatem asciscitur, quanuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Proptereà autem natalibus restitui dicuntur qui ad nobilitatem vocantur, quasi abstersa natalium plebeiorum sordida cõditione, & in pristinam communémque ab initio generi humano ingenuitatem repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum, Postulantibus quibusdam vt de aquoscendis liberis, restituendisque natalibus, secundum epistolam Domitiani scriptam Minutio Rufo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Budæus.

¶Natales gratè numeras? Horat. lib. 2. epist. vlt. Significat autẽ hîc vel generis authores & incunabula: vel annos & ætatem duntaxat, & tunc subintelligetur dies. Lambinus.

¶Natalis, Semen è quo aliquid nascitur. Plin. lib. 17. cap. 10, E cupresso femina pilulæ colligũtur, quibus docui mensibus siccantur sole: ruptáque emittunt semen, formicis mirè experitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.

¶Natales, pro Ignobilitate & sordibus generis posuit Plin. in epist. ad Mesium, lib. 3, Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Valla lib. 4.

¶Natales, pro Celebritate dici sumpsit Iuuenalis satyr 6, Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. Id est non aliter à victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrentur.

¶Natales diuersarum gentium: hoc est, Origo & generis nobilitas, vel ignobilitas. Plin. lib. 7. cap. 12.

Natalitius, Adiectiuum {γενεθλιακὸς.} vt Dies natalitius, In quo quis natus est.

Natalitia prædicta, Id est diuinationes astrologorum, inquit Bud. Cic. 2. de Diuin. Et paulo pòst, Notent sidera natalitia.

Natalitium, n. g. Substantiuum, Donum erat, quod olim militari solebat ab amicis & notis die natali. Perfius,

Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Et Censorinus suum de die Natali librum, quem ad Cerelium ipsius natali mittit, natalitium vocat: Quodcunque, inquit, hoc libri est meis opibus comparatum, natalitij titulo tibi missi. Annotauit Turneb.

Dare natalitia, quod vulgus *Solaure festum* dicit. Cicer. 2. Philip. Ad quos refert, dij immortales? ad cos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. Vbi interpres, natalitia, sunt conuiuia luxuriosa ad celebrandum natalem diem peculiariter ductа.

Natiuus, pen. prod. Adiectiuũ {γενικὸς, γενετικὸς.} Plin. lib. 31. cap. 7, Sunt & montes natiui salis: vt in Indis Oromenus. Gell. Propterea obliteratis & abolitis natiuæ pieturis, &c.

Natiuus color, dicitur naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur. modò in albedinem tendens, modò in nigredinem, non tamen perfectè, vt albus vel niger. Plin. lib. 26. cap. 4, Radicem eius ante solis ortum erutam, nuoluunt lana coloris quem natiuum vocant.

Animi natiui. Lucret. lib 3. Id est originem habentes.

Coma natiua. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Corpus. Lucret. lib. 2.

Corpus natiuum ac mortale. Lucret. lib. 5.

Decus retinere. Ouid. de Nuce.

Natiui dei, Qui nascuntur & occidunt. Cic. 1. de Nat. deor. Anaximandri autem opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis orientes occidentésque.

Domos

Domos natiuas dabant antra. Seneca Hippol. 4.

Lapilli. Propert. lib. 1. eleg. 2.

Malum. Cic. pro Domo sua, Nónne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum sanare posset? Hoc est ingenitum.

Moles. Ouid. epist 5.

Primordia natiua, Quæ originem & principium alicunde habuere. Lucret. lib. 1,

Hûc accedit item quod iam primordia rerum

Mollia constituunt, quæ nos natiua videmus Esse, &c.

Domesticus natiusque sensus. Cic. de Arusp. resp.

Testæ natiuæ belluarum. Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium & innatantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inhærentium?

Verba. Cic. in Partit. Quintil. lib. 8. cap. 3, Verborum alia sunt (vt dicit Cicero) natiua, id est quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt. Varr. de origine Ling. Latinæ, verba natiua vocat prima & primigenia.

Natiuitas, penult. corr. {γενεσὶς} Ipse ortus. Vlpian. ad Municipal. l. 1. in principio, Municipem aut natiuitas facit, aut manumissio, aut adoptio.

Natura, pen. prod. {φύσις, φυὴ, γένεσις} dicta est, quòd nasci aliquid faciat. Plinius vbique naturam parentem rerum, opificémque appellat: ac pro ipso Deo sumpsisse videtur.

Naturam alij esse censent, vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. Alij autem vim participem rationis ætque ordinis, tanquam via progredientem, declarantémque quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur. Sunt autem qui omnia naturæ nomine appellant. Cic. 2. de Nat. deor.

Naturæ deus. Plaut. Bacchid. Naturæ deus sum, Bromij alter maxumi. Actius in Mæneehmis, Nunc ipsi naturæ deo mihi respondeadolescens. Hoc enarrãs Turnebus, Obseruasse mihi videor, inquit, ab antiquis scriptoribus naturæ deum appellari, non eum qui vniuersæ naturæ ac summæ rerum administrationem curámque gerit, quisque cælo, mari, terræ præest: sed qui naturam hominis cuiusque, aut hominum, regit, fouet, tuetur, curat, sanat: estque quidam hominis genius. Sic in Bacchid. Silenus genialis deus, naturæ deus dicitur. Expressius Horatius,

Scit genius natale comes qui temperat astrum,

Naturæ deus humanæ, mortalis in vnum

Quódque caput, &c. Hæc ille.

Artificiosa planè artifex ipsius mundi natura, consultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium. Cic. 2. de Nat. deor.

Naturæ numini diuino parent omnes. Cic. 1. de Nat. deor.

Creatrix rerum. Lucret. lib. 2.

Natura gubernans. Lucret.

Mater omnium rerum. Cic. in Parad.

Parens communis. Cic. 5. Tuscul.

Parens omnium. Cic. 1. Tuscul.

Infensa generi humano. Vide INFENSVS.

Ius naturæ nouacum. Ouid. 4. Metam.

¶Natura, pro locis genitalibus aliquando accipitur. Cic. 2. de Diuinat. Párere quædam matrona cupiens, dubitans essétne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. retulit. negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse.

Fœcunda. Lucret. lib. 2.

¶Natura nihil aliud est, quàm quod intelligitur in suo genere aliquid esse.

Rerum natura. Cic. de Amic. Quod si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ cõiunctionem, nec domus vlla, nec vrbs stare poterit. Idem 4. Acad. Quod rerum natura non patitur.

E natura rerum euellere. Cic. de Prouinc. Consul. Si ex rerum natura non possem euellere. Hoc est delere, tollere. Budæus.

In rerum naturam cadere, Apud Quintil. lib. 2. cap. 18. Id est interdum accidere. Budæus.

Constare natura sua. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Circumlinire simplicem vocis naturam pleniore quodam sono. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Mundi. Cic. de Amicit. Siquis in cælum ascendisset, naturámque mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore.

Præclara mundi. Lucret. lib. 5.

Cohærens & concinnata, Vide COHAEREO.

Corporea. Lucret. lib. 1.

Edax Ætnæ. Ouid. 15. Metam.

Immortali prædituS. Lucret. lib. 1.

Quinta natura è qua sit mens. Cic. 1, Tuscul. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, è qua sit mens.

Tenuis aeris. Lucret. lib. 2.

Tenui constat imago. Lucret. lib. 4.

¶Natura, Inclinatio, indoles. Cicero de Amicitia, Natura solitarium nihil amat, sempérque ad aliquid, tanquam adminiculum annititur.

¶Natura, Mos, industria. Virg. 4. Georgicorum,

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit, expediam.

Quæ tua est natura. Cic. ad Allienum, lib. 13. 79, Cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum eum tua amicitia hospitióque iudicabis.

Natura & mores alicuius. Cic. de Amic. Si aliquem nacti sumus cuius cum moribus & natura congruamus.

¶Ad naturam, Vide AD præpositionem.

Admirabilis ad dicendum. Cic. de Clar. Orat.

Adiuncta naturæ, In ADIVNGO.

Aduersante & repugnante nil decet. Cic. 1. Offic.

Agilis & velox humani ingenij. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Bona. Terent. Eunucho, 2. 3,

Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum:

Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. De puellis.

Collegium naturæ, In COLLEGIVM.

Communis omnium. Cic. 5. de Fin.

Difficilis. Ouid. epist. 21.

Docilis. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Dura rerum. Horat. 1. Serm. saty. 10.

Dux rectè viuendi optima. Cic. de Amic.

Eximia illustrísque. Cic. pro Archia.

Fixa & mutari nescia. Iuuen. Saty. 13.

Generata hominis. Cic. 5. de Fin.

Humana. Horat. de Arte.

Ignaua. Ouid. 3. de Arte.

Immanis atque importuna, Vide IMPORTVNVS, & IMMANIS.

Incorrupta. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Animi quædam ingenita. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Inuida. Lucret lib. 1.

Larga. Iuuen. Saty. 10.

Liberalior. Quintil. lib. 2. cap. 8.

Mendosa est natura mea. Horat. 1. Serm. saty. 6.

Mobiles naturæ & anni. Horat. de Arte.

Mobilis & varia malorum. Iuuenal. Saty. 13.

Mortalis. Paterculus libro 2, Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druso Claudio, adolescenti tot tantarúmque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria percipit.

Voluntates hominum occultæ, multiplicésque naturæ. Cicero Bruto, 1. 3.

Norma legis est natura. Cic. 2. de Legib.

Potens. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Prouida solérsque. Cic. 2. de Nat. deor.

Vaga. Horat. 2. Serm. saty. 7, -tolle periclum,

Iam vaga profilíet fræuis natura remotis.

¶Accommodatus ad naturam, In ACCOMMODO.

Addere naturam, In ADDO.

Naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Cic. 1. de Orat.

Aptare ad, Vide APTO.

Assumere in causam naturas iudicum. Quintil lib. 4. cap. 1.

Naturæ cedere, siue concedere, Idem quod mori. Salust. de Rep. ordinanda. Et in Iugurth.

Commutare, Vide COMMVTO.

Comparata ita est hominum natura, Vide COMPARO.

Contra naturam vniuersam nihil est contendendum. Cic. 1. Offic.

Controuersa gens natura, Vide CONTROVERSVS.

Aduta cura naturam magis euaslscit. Quintil. lib 2. cap. 8.

Fabricata est hoc incredibiliter natura. Cic. 3. de Orat.

Facere sibi naturam alicuius rei. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Vt fert natura aliquid facere. Terent. And. 4. 5,

Vt fert natura facias, an de-industria? Vbi Donatus, Figura ὑπερβάτον est. nam quid est ex animo, nisi vt fert natura? Et paulo pòst, Vt fert natura, hoc est naturalis & ingenita actio.

Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. Cic. 2. de Orat.

Naturæ suæ rationem habere. Cic. ad Lentulum libro 1. 9, Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ. Id est morum meorum.

Natura insitum. Cic. pro P. Sylla, Hoc natura est insitum, vt quem timueris, quicum de vita, fortunísque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis.

Natura latrat, Id est poscit. Verbum est Ennianum, quod interprete Festo, poscere significat. Lucret. Nihil aliud sibi naturam latrare, &c. Turneb.

Naturæ & legibus satisfacere, Mori. Cic. pro Cluentio, Vos auditis de eo, in quem iudices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse iam non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit.

Sequi naturam ducem. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Ducem tanquam deum sequimur optimam naturam, eíque parea mus. Cic. de Senect.

Ad laudem atque virtutem naturam sæpius sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Cic. pro Archia.

Ad naturam viuere. Seneca.

¶Natura, Vis. Vnde arborum atque herbarum naturas dicimus. Plinius libro 12. cap. 14, Hæc concreta densatur, vbi loci natura poscit.

Tetra natura absynthij. Lucret. lib. 2.

Animæ natura propria atque vis, vt ipsa à seipsa moueatur. Cic. de Somnio Scip.

Cæli & loci alicuius. Cic. 7. Verr.

Simplex canendi. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Perscrutari penitus naturam criminis, In PERSCRVTOR.

Vis & natura institiæ. Cic. 1. de Fin.

Loci. Cicero de Lege Agrar. Carthaginienses fraudulenti & mendaces non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.

Prouinciæ natura. Cic ad Lentulum, libro 1. 7, Eam esse naturam & regionem prouinciæ tuæ, vt illius reditum vel adiuuando confirmares, vel negligendo impedires. Alij pro regione legunt religionem, alij rationem: hæcque postrema est vulgatissima lectio.

Scirpium naturas persequutus est The ophrastus. Cic. 5. de Fin.

Natura solo subest. Virg. in Georgicis,

Quippe solo natura subest, &c. Vide SOLVM.

Tractare virtutum, vitiorúmque naturam. Quintil. lib. 2. cap. 4.
¶Natura, Ablatiuus, Id est naturaliter. Apud Quintil. lib. 1.
Fieri natura: cui opponitur Fieri quodam instituto. Cic. in Orat.
Insolens & superba natura victoria. Cic. pro Marcello.
Sublimis & acer. Horat. 2. epist. 1.
Præter naturam aliquid facere. Terent. Adelph. 5. 5. Vbi Donatus, Præter naturam plus dicit, quàm si diceret Præter consuetudinem.

Naturalis, & hoc naturale. penult. prod. {φυσικὸς, συγγενικὸς} Quod secundum naturam est. Vnde Naturales filij, dicuntur legitimi, qui sola natura coniugali lege sunt orti, non ex concubina. His opponuntur adoptiui. Vlpian. in l. Senatoris. D. De Senator. Senatoris filium accipere debemus non tantum eum qui naturalis est, verùm adoptiuum quoque. Sueton. in Tiber. cap. 52, Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit.
Desyderia naturalia, pro Cupiditate coeundi. Columel. lib. 6. cap. 24. de vaccis, Atque in id ferè tempus naturalia congruunt desyderia.
Diuinatio naturalis: cui opponitur Artificiosa præsensio. Cic. 1. de Diuinat.
Fauor. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Legem naturalem diuinam esse censet Zeno, eámque vim obtinere recta imperantem, prohibentémque contraria. Cicero 1. de Natura deorum.
Malum. Ouid. 9. Metam.
Morus. Cic. 1. de Finib.
Munus decoris. Ouid. 14. Metam.
Naturalis & non fucatus nitor. Cic. de Clar. Orat.
Naturalis atque insita in animis nostris notio. Cic. 1. de Fin.
Pabulum. Cic. 4. Acad.
Pater. Cic. 3. Philip.
Pauor cerui. Ouid. 10. Metam.
Principium naturale omnium causarum vnum est. Cicero de Claris Orator.
Quæstiones naturales & obscurae Cic. in Partit.
Societas. Cic. 1. Offic. Vindemia. Plin. lib. 12. cap. 14.
Maximè naturalis, IN MAGIS.
Naturale est. Plin. lib. 11. cap 37.
¶Naturalia, Plurali tantum numero, dicuntur pudenda. Colum. lib. 6. cap. 28, Si equa marem non patitur, detrita scyla, naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem.
Naturale numero singulari eodem sensu protulit Celsus lib. 7. cap. 26, Inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget. Ibidem aliquanto pòst, dicit naturalia numero plurali, Mulier per naturalia eius.

Naturaliter, penult. corr. Aduerb. {φυσικῶς} A natura. Cic. de Senect. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. In vetusto exemplari tantum legitur, Quod est, eo, &c. Colum. lib. 3. cap 16.
Euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est. Varr. de Ling. Latin. lib. 6.
Naturaliter infœcunda vitis. Quintil. lib. 2. capite 12.
Naturaliter etiam seruus obligatur. Paulus in l. Naturaliter. D. de condict. indebit.
Naturaliter videtur possidere is, qui vsumfructum habet. Vlpian. in l. Naturaliter. D. De acquir. possess.

NASICA, penult. prod. {νασικὰ} Scipio dictus est à nasi magnitudine. Ouid. 4. Fast. Nasica excepit templi non exitit author.

Nasiterna, nasiternæ, Vas aquarium ansarum & patens, inquit Nonius. Varr. de Re rust. lib 1. cap 22, Vt ex ære, ahena, vrceos, & nasiternam faceret. Inde nomē inuenit, quòd tres nasos habeat: alij à nassa deducere malunt. Turneb.
Nasiterna amphora. Cato cap. 11.

NASIVM {νάσιον} Ptolemæo authore lib. 2 cap. 9, Galliæ Belgicæ vrbs. Vulgò *Nansé, Nansi.*

Nassa, nassæ {κύρτη} inquit Festus, Est piscatorij vasis genus, quo quum intrauit pisces, exire non potest. Plautus, Nunquam hercle ex ista nassa hodie ego ecam petam. Cic. ad Atticum, lib. 15, Ex hac nassa exire constituì, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Per translationem dicta.
Leuis nassa. Silius lib. 5.

NASTES, fuit frater Amphimachi, vnus ex his qui in auxilium Troianorum venerunt, teste Homero lib. Iliad. 2.

Nasturtium, nasturtij {κάρδαμον} Herba hortensis à naribus torquendis dicta, à Græcis cardamon appellata. Plinius lib. 20. cap. 13, Econtrario nasturtium venerem inhibet, animum exacuit. Cicero 2. de Finibus, Sit voluptas non minor in nasturtio illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quàm in Syracusanis mensis.
Adhibent ad panem nihil præter nasturtium Persæ. Cic. 5. Tusc.
Nasturtium. Plinius lib. 19. cap. 8. Nasturtium nomen accepit à narium tormento. Et inde vigoris significatio prouerbio id vocabulum vsurpauit, veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Varro in Vopisco, Nasturtium nónne vides ideo dici, quòd nasum torqueat?

Nastus, nasti {νάστος} Genus fuit panis, quod item factum vocant, ex melle, & vuis passis, & aromatis aliis confecti. Sunt tamen qui eo nomine recentem intelligant, & calentem panem ex oleo. Meminit Aristophanes Pluto. Dictum volunt, quia denser sit, constipatiórque, nihil prorsus leuitatis habens, aut inanitatis, ὅτι οὐ κεκονιῶσθαι ἐρυθρᾶσιν. A nasto verò dicti nastophagi, qui eius estrandi pro'ubio tenentur. Sed & nastocopi, panis eius confectores. Vide Cæl. lib 9. cap. 16.

Nastus, nasti {μυκτὴρ} Dicitur ea pars faciei, quæ à supercilioriim confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo, vtranque aciem simul & murus oculis interiectus esse videatur.
Ad nasum, Vide AD præpositionem.
Pestis nasorum. Catul. in Rufum, epigr. 64.
Pituita mala nasi. Catul. ad Furium, epigr. 20.
Aduncus, Vide ADVNCVS.
Crispans. Pers. Satyr. 3.
Integer. Iuuen. Satyr. 15.
Madidi infantia. Iuuen. Saty. 10. Hoc est pituita nasi, quæ senibus assiduè stillat, vt infantibus.
Turpiculo puella. Catul. de Acme, epigr. 39.
Naso clamare. Plaut. in Milite, Act. 3. scen. 2, Eho an dormit Scelerdrus intus? L V. Non naso quidem. Nam eo magnum clamat: Id est, vehementer stertit.
Vigilanti stertere naso. Iuuen. Satyra 1,
-doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Stertere, Id est stertendo simulare dormientem. naso vigilanti, Id est ipse vigilans, & faciens nasum stertere. ad calicem, iuxta pocula, quibus se potum simulabat dormire, vt mœcho vxorem osculanti & contrectanti conniuens obsequeretur. Vide PARARENCHO.
¶Nasus, pro reprehensione & irrisione quandoque vsurpatur. Martialis lib. 13. epigr. 2,
Nasutus sis vsque licet, sis denique nasus,
Quantum noluerit se te rogatus Atlas:
Et possis ipsum tu deridere Larinum. Hinc apud Plinium in totius operis præfatione dicitur Lucilius condidisse stylo nasum, quia apud Latinos fuit author satyræ. id est, quia satyræ mordacis & pungentis reprehensionem & irrisionem condidit, & stylum acrem in homines distrinxit. Stylus enim interdum mordax & pungens iocus est, & irrisio ac reprehensio.
Nasus, pro sermonis acrimonia & dicacitate aliquando accipitur. Plin. lib. 11 cap. 37, Et alior homini tantum, quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus.
Naso suspendere, Vafrè ac subdolè irridere. Horat. 1. Serm. saty. 6. Persius sary. 1. de Horatio, Callidus excusso populum suspendere naso. Ex Erasmo.
Nasum habere. Martial. lib. 1. 125, in Cæcilium, Non cuicunque datum est habere nasum. Id est acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem.
Ad nasum venire, Vide AD.
Prauo viuere nato. Horat. de Arte, Id est marcido & turpi.
¶Nasus in prouerbium abiit, pro iudicio. Horat. lib. 2. Serm. saty. 2,
-non quia nullus
Illis nasus erat. Erasmus in prouerbio Odorari.

Nasutus. Dicuntur natati, vt Lampridius aduertit, viriliores ac bellè mutoniati: vnde paroemia, De nasutorum peculio. Sed hos item malunt eruditi vasatos nuncupari, propter illud ex carmine obsceno, Grandia Dulychij vasa tulisse viri. Ab naso autem ita insectis potest natatus, vt ab oculo, oculatus, inquit Celsus libro 27. cap. 26. quem vide.

Nasutus, pen. prod. Adiect. {μυκτηρώδης} Horat. 1. Serm. saty. 2, -verum
Depygis, nasuta, breui latere, ac pede longo est.
Nasutus, Qui doctè nouit alios irridere. Martial. lib. 13. 2, Nasutus sis vsque licet, sis denique nasus.
Nasutius, comparatiuum formauit Martial. lib. 2. 54, Nil nasutius hac, maligniusque est.

Nasutulus, pen. corr. {μυκτηρώδης} Adiectiuum diminut. Apul. Nasutula mulier atque dicacula.

Natales, IN NASCOR.

Natatilis, IN NATO.

Nates, natis: pluraliter hæ nates {σφῦρα, γλουτοὶ, μαζοὶ} Conglobata vesus os sacrum caro, fedendi officio aptissima. A natando dicta, vt vult Perottus: quòd ibi sit firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole, ossibus cogatur. Horat. 1. Serm. saty. 8, Diffissa nate filius. Martial. lib. 14. 18.
Atidæ nates. Horat. Epod. 8.

Natinatio, inquit Festus, dicebatur negotiatio. Et natinatores ex eo seditiosi.

Natio, Natiuitas, Natiuus, IN NASCOR.

NATISO {νατίσων} Venetiæ fluuius Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò *Lisontio.*

Nato, natas, Vide NO, nas.

Natrix, natricis, pen corr. m. & fœm. gen. {ὕδρος, ὑδρίς} Genus serpentis. A nando, quòd in aqua quoque venenum spargit. Priscianus lib. 5, Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque inuenitur. Cic. 4. Acad. Cur deus omnia nostri causa quum faceret (sic enim vulgus) tantam vim nátricum, viperárúmque fecerit? Lucan. lib. 9, Et natrix violator aquæ. Colum. lib. 1. cap. 5.
Natrix herba. Plin. lib. 27. cap. 12, Natrix vocatur herba, cuius radix eusla virus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira persuasione fatuos vocant.

Natura, Naturalis, Natus, Vide NASCOR.

NAVAETHVS, Italiæ fluuius, a nauium exustione sic nuncupatus, quod scribit Apollodorus: quia Laomedontis filiæ, ac Priami sorores, Æthylla, Astioche, Mydesicaste, cum captiuis aliis illuc appulsæ, naues incenderunt, ex quo & ipsæ Naupresides nuncupatæ. Vide Rhodig. lib. 24. cap. 5.

Nauale, Nauarchus, IN NAVIS.

NAVALIA, Ptolemæo, lib. 2. cap. 11. vrbs Germaniæ: vulgò *Schmol.*

Nauci, n. g. indeclinabile {παρὰ τὸ μηδέν.} Festus ait, Nauci significare nucis puramen, aut oleæ nucleum, aut eam membranulam quæ visitur in medio nucis iuglandis interfita. denique rei cuiusuis putamen, quod Græci παρὰ τὸ μηδὲν, nauci vocari existimat.
Nauci, pro Nihili ponitur. Plaut. Mostel. 15, Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. Cic. 1. de Diuin. Non habeo denique nauci Marsum augurem. Id est non facio flocci, prorsúsque contemno.

Naucifacio, naucifacis, pen corr. {παρὰ τὸ δὲν πάσχω} naucifacere, Nihili facere. Plautus Bacch. 22, Perij, hoc seruom meum non naucifacere esse ausum?

Naucler

Naucleriacus, Nauclerus, Vide NAVIS.

NAVCRATIS {ναύκρατις} Stephano ciuitas in Ægypto, à Milesiis condita, qui tum mari potiebantur, teste Strabone lib. 17. Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

Naufragium, Vide NAVIS.

Nauia, nauiæ, Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti solent, inquit Festus.

Nauicelor, Nauigo, Vide NAVIS.

Nauis, huius nauis {ναῦς, νηὸς, πλοῖον, σκάφος} A Græco *vaῦς.* Plautus Menæch. 9,
Perij misera, quam tu mihi nunc nauem narras? MEN. ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Magister nauis, cui totius nauis cura mandata est. Vlp. in l. 1. D. de exercitor. act.
Rector. Virg. 5. Æneid.
Moderamen. Ouid. 15 Metam.
Inhabilis magnitudinis, Vide INHABILIS.
Acta per æquoreas hospita nauis aquas. Ouid. 1. Fast.
Actuariæ naues, Quæ remis agebantur. Liu. Decad. 4. libro 8, Tradito & naues armamentáque earum: néve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Cæsar Commentariorum quinto, Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adiuuat. Neque tamen numerandæ sunt inter longas, quæ & ipsæ remis agebantur. Subdit enim paulo pòst, Eò quum venisset, circuitis omnibus hybernis, singulari militum studio, in summa rerum inopia circiter sexcentas eius generis cuius suprà demonstrauimus, naues, & longas duodeuiginti inuenit instructas. Eas in eodem libro Cæsar vectoria grauiáque nauigia vocat, etiamsi remis agerentur. Qua in re, inquit, admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis grauibúsque nauigiis non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.
Æratæ naues, quæ & Rostratæ. Hirtius de bello Alexandrino: Natibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has adiunctas nauibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, &c. Rostratæ igitur dictæ à rostris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Cæsar libro 2. bell. Ciuil. Interim L. Nasidius ab C. Pompeio cum classe nauium fedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Massiliensibúsque subsidio missus. Virg. 8. Æneidos,
In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat. Liuius Decad. 4. lib. 6, Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. Quibus verbis constat rostratas fuisse etiam quæ tectæ non erant.
¶Apertæ naues, Vide Constratæ naues in CONSTERNO.
Capaces fluminum naues, ad mare non sufficientes. Vlp. in l. 1. D. de exercitor. actione.
Cærulea, Vide CAERVLEVS.
Celtæ. Virg. 2. Æneid. Citæ. Ouid epist. 15.
Claudæ. Liu. lib. 7. bel. Maced. Contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilatásque naues apertis nauibus remulco trahentes.
Cursoria, Vide CVRRO.
Curuæ. Ouid 2. Metam.
Debilirata, Vide ANCHORALE.
Fluuiatiles, Quibus nauigamus in fluuiis. Liu. Decad. 1.
Frumentariæ, Onerariæ ad frumentum vehendum aptæ. Cæsar lib. 3. bell. Ciuil.
Inanis, Vide INANIS.
Ingentes. Lucret. lib. 1.
Inhabiles ad onera. Vlp. in l. 1. D. de exercit:
Instabiles. Ouid. 2. Metam.
Longæ naues ab onerariis differebant. Siquidem onerariæ velis duntaxat incitabantur. Longæ verò etiam remis agebantur. Lentulus in epistolis Ciceronis, libro 12. 15, A classe discesserunt, nauíque longa profugerunt, onerariis relictis. Cæsar libro 4. belli Ciuilis, Quod vbi Cæsar animaduertit, naues longas quarum & species Barbaris erat inusitatior, & motus ad vsum expeditior, paululum remoueri ab onerariis nauibus, & remis incitari, & ad latus apertum hostium constitui: atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli, ac summoueri iussit. quæ res magno vsui nostris fuit. Nam & nauium figura, & remorum motu, & inusitato genere tormentorum permoti Barbari constiterunt, ac paululum modò pedem retulerunt. Longarum aliæ vocabantur biremes, quæ duobus remorum ordinibus agebantur: aliæ triremes, quæ tribus: aliæ quadriremes, quæ quatuor: quinqueremes, quæ quinque, & ita deinceps. Erant & Liburnicæ, quas Liu. 3. Decad. lib. 4, leues biremes vocat: nos vulgò *Galeras.*
Lusoriæ naues, de quibus Vegetius lib. 3. dicebantur, quas in Danubio aduersus Barbaros Romani in excubiis habebant, quæ huc & illuc discursare solebant. Nam ludere nauis dicitur, quæ huc & illuc velut lasciuia quadam currit. Seneca, Vbi naues luserunt, hauriuntur. Lusoriæ autem vocatæ sunt, quòd ludicræ triremibus & æratis comparatæ viderentur, & tanquam ad lusum haberentur. Senec. Cui triremes & æratas non mitterem, lusorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam. Meminit Turneb.
Naues marinæ, Quibus in mari nauigamus, ad discrimen fluuiatilium. Scæuola in l. His qui naues marinas fabricauerint. D. de Vacat. & excusat. munerum.
Minuta. Catul. ad Thallum, epig. 22.
Obtura aquis. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Oneraria, In ONVS.
Papyraceæ, In PAPYRVS.
Perfossæ, In PERFODIO.
Piratica. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Piscatoriæ, Quæ piscium capiendorum causa paratæ sunt. Liuius Decad. 3. lib. 3.
Prædatoriæ. Liu. 3. Decad. lib. 9. Hæ etiam Piraticæ naues dicuntur. Liu. Decad. 4. lib. 4.
Prætoria nauis, quam Græci ναῦαρχίδα vocant, nostri vulgò *Capitaneam.* Liu. 3. Decad. lib. 1, Fretum intranti rex Hiero classem ornatam obuiam duxit, transgressúsque ex regia in prætoriam nauem, &c Lucan. lib. 3.
Rostratæ naues, Vide paulo antè Æratæ naues.
Salua naue in portum peruenire. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Speculatoriæ. Liu. Decad. 4. lib 6.
Naues tectæ, & Naues apertæ, contraria. Liu 2. bel. Maced.
Turritæ naues, Quibus ad libram turres imponebantur, idque non solùm ad proram, sed etiam ad puppim, vt testatur Appianus de bellis Ciuil. Plin. lib. 32. cap. 1, Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è muris. Cæsar lib. 3. de bel. Ciuil. Liu. 4. Decad. lib. 7, Abscedentes è turri Prætoriæ nauis.
Valida. Virg. 1. Æneid.
Vinaria. Vlpianus in l. Vulgaris. D. De furtis, Quid deinde si de naue vinaria, vt sunt multæ in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo qui vinum hausit? an totius oneris fur fit? & magis est vt & hic non totius dicamus.
Vitiles. Plin. lib. 7. cap. 56.
Vulnerata. Liu. lib. 7. bel. Maced.
¶Naues abreptæ remis in terram. Liu. lib. 6. bel. Pun,
Adiguntur naues. Tacit. lib. 2, Sed Cæsar, dum adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Chattos facere iubet.
Adornare nauem, Vide ADORNO.
Aduehere naue, & nauem, Vide ADVEHO.
Aduehi naui ab Epidauro Piræum. Seruius Cic. lib. 4. 12.
Aduertere nauem. Vide ADVERTO.
Ædificare, Vide AEDIFICO.
Ædificare nauem maximam triremis instar. Cic. 7. Verr.
Agere. Horat. 2. epist. 1.
Ambulant naues, Vide AMBVLO.
Appellere nauim ad villam alicuius. Cic. Attic. lib. 13.
Applicare naues terræ, & ad terram, Vide APPLICO.
Aptæ instructæque remigio. Liuius Decad. 3. libro 1. Hinc illud Virgilij 8. Æneidos,
Sic memorat: geminásque legit de classe biremes,
Remigióque aptat, socios simul instruit armis.
Armare naues, Vide ARMO.
Ascendere ad nauem. Cic. in Academ.
Summa nauium tabulis augent. Tacit. lib. 19.
Coactæ, Vide COGO.
Comparare nauem. Cæs. 2. de bel. Ciuil.
Conducta, Vide CONDVCO.
Conficit optimè cursum nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cic. 1. de Inuent.
Constracta, Vide CONFRINGO.
Confugere in, Vide CONFVGIO.
Conscendere nauem. Cic. 4. Academic.
Conscendere nauem, vel in nauem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Constituere. Cæs. 4. de bell. Gall.
Constratæ naues, quæ & tectæ dicebantur, de quibus Plin. lib. 7. cap. 56, Tectas longas inuenere Thasij. antea ex prora tantùm & puppi pugnabatur. Cæsar bell. Ciuil. lib. 3, Atque omnes naues incendit XXXV, in quibus erant viginti constratæ. Hirtius in bello Alexandrino, Magnóque impetu quatuor ad eam constratæ naues, & complures apertè contenderunt. Quod perinde est ac si dixisset, alias tectas fuisse, alias apertas. Cic. 7. Verr. Poterónе in eos esse vehemens, qui naues inanes non modò habuerunt, sed etiam apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? Porrò constratæ naues dicebantur, eo quòd haberent catastromata. Quid autem sit catastroma, vide suo loco.
Constratæ tempestatibus, Vide CONSTERNO.
Construere nauem, In CONSTRVO.
Contrudere in naues, In CONTRVDO.
Deducere. Cæsar 2. bel. Ciuil. Deferri naui, In DEFERO.
Deprimere. Cic. pro Lege Manil.
Descendere ad. Cic. 4. Acad. ad calcem, Nos ad nauiculas nostras descendimus. Hoc est Ad litus & locum in quo stabant nauiculæ. Non enim idem est quod Conscendere naues.
Desilire è. Cæs. 4. de bell. Gall.
Detrahere ad terram. Cæs. de bell. Alexan.
Detrudunt scopulo. Virg. 1. Æneid.
Timidæ dirigę nauis iter. Ouid. 1. Fast.
Diuidere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Educere è portu. Cæs. 1. de bel. Ciuil.
Egredi è. Cic. ad Attic.
Euertere nauem in portu. Cic. 1. de Orat.
Palearum nauem euertere. Cic. 4. de Finibus, Vt gubernator æquè peccat, si palearum nauem euertit, & si auri: item æquè peccat, qui parentem, & qui seruum iniuria verberat. Paulo pòst, Et si in ipsa gubernatione negligentia est nauis euersa.
Fabricari. Tacit. lib. 14.
Magna vel parua naue ferri. Horat. 2. epist. 2.
Fertur nauis velis ventóque. Lucret. lib. 4.
Frangere. Teren. in Andr.
Gubernare nauem, & saluam in portu collocare. Cic. in Pis.
Hærentes littore. Horat. 1. Serm. saty 3.
Austri iactantes nauim. Horat. 2. Serm. saty. 1.
Impegit nauem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Incitare sese in nauem. Cæs. 2. de bel. Ciuil.

Inflammari nauem, incendíque iussit, Vide INCENDO.
Inhiberi retro, Vide INHIBEO.
Instituere nauem, vel naues, Vide INSTITVO.
Instructæ Virg. 2. Æneid.
Instructa & ornata. Cic. 7. Verr.
Interire. Cæs. 1. de bel. Ciuil.
Aqua inuoluens nauémque virósque. Virg. 6. Æneid.
Loqui ex nauibus, In LOQVOR.
Moliri naues ab terra. Liu. lib. 8. Decad. 3.
Tarda nauis remigio mouebat se. Virg. 5. Æneid.
Nauigat nauis in stagno. Vlpiã. l. 1. D. de exercit. action. Sic Scæuola in l. 3. D. de vacat. & excusat. munerum.
Patiens nauium Tyberis, In PATIOR.
Peragere nauem in portum, Vide PERAGO.
Nauibus atque quadrigis petere aliquid. Horat. 1. epist. 11.
Properatæ. Tacit. lib. 2.
Reficere naues. Tacit. lib. 2.
Iactatam nauim religarat vdo littore. Horat. 1. Carm. ode 32.
Soluere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Subducere. Virgilius 1. Æneid. Vrbem quam statuo, vestra est: subducite naues. Hoc est, sursum è mari in terram trahite, vt fractas instauretis.
Supplere remigio. Liu. lib. 6. bel. Pun.
Festas tenent vincula. Virg. 1. Æneid.
Trãsportare nauibus copias omnes Dyrrhachium. Cic. Attic. lib. 8.
Turbata duce amisso nauis. Liu. lib 6. bell. Pun.
In nauibus vehere aliquem. Cic. 3. de Nat. deor.
Venire nauibus. Liuius 6. bell. Pun. Quum Tarraconem nauibus veníssem.
Vna nauis est bonorum, per translationem. Cic. Cornific. lib. 12. 25, Vna nauis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non aberit.

Nauicula, pen. corr. Diminut. {σκαφίδιον.} Cic. 4. Acad. Ita sermone confecto Catulus remansit, nos ad nauiculas nostras descendimus.
Parua nauicula, In PARVVS.
Traiicere nauicula in Africam. Cic. Post red ad Quirites.

Nauicella {πλοιάριον} Diminutiuum ab altero diminutiuo Nauicula. Vtitur Martian. in l. Item pictoris. D. De fundo instructo.

Naualis, & hoc nauale, penult. prod. {νέος} Quod ad naues pertinet. vt Prælium nauale, Quod nauibus fit. Plin. lib. 16. cap. 1, Prælium nauale aduersus arbores inirent.
Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Cic. ad Atticum lib. 10.
Bellum. Cic. pro Lege Manil.
Certamen. Virg. 5. Æneid.
Corona naualis, qua donari solebat qui primus in hostium nauem armatus trãsiliisset. Virg. 8. Æneid. Ea quasi nauium rostris insignita est, & ex auro fieri solet, sicut & muralis & castrensis, teste Gellio lib. 5. cap. 6.
Crimen. Cic. 7. Verr.
Disciplina. Cic. pro Lege Manil.
Gloria. Cic. 7. Verr.
Materia naualis ad classem ædificandam. Liu. 6. bel. Pun.
Prælia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Pugnæ nauales & pedestres. Cic. de Senect.
Res. Liu. Decad. 4. lib. 10.
Socij nauales, Qui remiges quoque dicuntur. Liu. lib. 1. bel. Pun. Contrà eludere Pœnus, & arte, non vi rem gerere: nauiúmque, quàm virorum, aut armorum malle certamen facere. Nam vt sociis naualibus affatim instructam classem, ira inopem milite habebat. Vides vt alios ponat pro sociis naualibus, alios pro milite & propugnatoribus. Et lib. 6, Quum Tarraconem nauibus venísset, expositísque ibi copiis, & nauibus subductis, socios quoque nauales multitudinis augendæ causa armasset: profectus, &c. Rursus libro eodem, Postero die militibus, naualibúsque sociis conuocatis, primùm diis immortalibus laudes gratiásque egit.
Naualis triumphus. Plin. lib. 34. cap. 3.
Naualis tuba. Martial. lib. 1, Et freta nauali sollicitare tuba.
Vncus. Valer. 6. Argon.

Nauale, naualis, pen. prod. n. g. {ναύσταθμος, ὑπόπλοιον, νεώριον, νηυσταθμεῖον} Locus in quo stant, vel fieri solent naues. Virg. 4. Æneid. Dirípiéntque rates alij naualibus? Cic. 2. Offic. Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.
De opere naualium dicere. Cic. 1. de Orat.
Aptum nauale carinæ. Ouid. epist. 17.
Cana. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Longa. Ouid. 2. Amor. eleg 9.
Siccum. Ouid. 3. Metam.
Diripere rates naualibus. Virg. 4. Æneid.
Puppis exit naualibus. Ouid. 4. Fast.

Nauarchus, nauarchi {ναύαρχος} Nauis princeps, qui in naui nautis imperat, vulgus *pilotam & patronum* vocat. Cic. 2. Verr. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterísque rebus nauarcho suo quæque ciuitas semper dare solebat. Ibidem, O dij immortales! quid si harum ipsarum ciuitatum militibus nauibus, nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare, &c. Ibidem, An quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit?

Nauarchis, nauarchidis, pen. corr. f. g. {ναυαρχίς} Nauis prætoria, in qua est Prætor. Nostri vulgò *Capitanam* vocant.

Nauclerus, nauceleri, penult. prod. {ναύκληρος} Qui nauem regit, Latinè nauicularius dicitur. Plaut. Milite, 15,
Nauclerus dixit, qui illas aduexit, mihi.

Nauclerius, Adiectiuum. {ναυκληρικὸς} Quod ad nauclerum pertinet. Plaut. Asinaria, 3,
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem. Nauclerio, Id est nautico, maritimo.

Naucleriacus. pen. corr. Idem. {ναυκληριακὸς.} Plaut. Milite, Act. 4. scen. 4, Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

Naufragus, naufragi, pen. corr. {ναυαγὸς, ναυηγὸς} Qui naui fracta bona amisit. Cic. 3. Offic. Quid si vna tabula fit, duo naufragi, huíque sapientes, sibíne vtrique rapiat, an alter cedat alteri?
Expulsus aliquis & naufragus. Cic. in Pison.
Interiit naufragus. Ouid. 11. Metam.
Agere naufragum. Quintil. lib. 6. cap. 2, Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem.
¶Naufragus, per translationem, pro eo qui bona dissipauit. Cic. in Catil. Quod si se ciecerit, secúmque suos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguentur, &c.
Naufragus patrimonio. Cic. pro Sylla, Sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus ortij, bonorum hostis.
Dare tabulam naufrago. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 9.

Naufragus. pen. corr. Adiectiuum {ναυηγὸς} Interdum actiuè, interdum passiuè sumitur. vt
Corpora naufraga. Virg. 3. Georg.
Mare. Horat. 1. Carm. ode 16. Hoc est naufragia faciens. Acron & Porphyrio.
Monstra. Ouid. 4. Fast.
Puppis. Ouid. epist. 2.
Tempestas. Valer. 1. Argon.
Vnda. Tibul. lib 2. eleg 4.

Naufragium, naufragij {ναυαγίον, ναυήγιον} Nauis fractio. Cic. 1. Tuscul. Execratur luculentis sanè verbibus apud Ennium Thyestes: primum vt naufragio pereat Atreus.
Commune naufragium. Claud. 7. Paneg.
Magna. Lucret. lib. 2.
Dira. Senec. Octau. 4.
¶Colligere, Vide COLLIGO.
Expelli naufragio. Cic. in Pison.
Facere naufragium. Cic. 1. de Inuent. Hinc nimirum non iniuria, quum ad gubernacula Reipub. temerarij atque audaces homines accesserunt, maxima & miserrima naufragia fiebant. Id est maxima bonorum tactura fiebat. Idem ad Tironem lib. 16. 9, Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt.
Factum. Ouid. 2. de Ponto eleg. 6.
Pati naufragium. Senec. Here. Oet. theo, 2.
Spargere naufragium. Silius lib. 10.
Clarissimorum ducum, regúmque naufragium. Cic. 1. de Diuinat.
Naufragia & bonorum direptiones. Cic. ad Nigidium Figulum, 4. 13. Vestor in eorum naufragijs & bonorum direptionibus.
Naufragia rei familiaris. Cic. ad Lentulum, lib 1. 9. Neque hercule in iis ipsis rebus, quæ quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen, &c.
Ex naufragio tabula. Cic. ad Atticum, lib. 4, Perspice æquitatem animi mei, & ludum & contemptionem Seleucianæ prouinciæ, & me hercule cum Cæsare suauissimam coniunctionem: hæc enim vna ex hoc naufragio tabula me deiectat. Id est hoc vnicum subsidium calamitatis, hæ amicitiarum reliquiæ. Budæus.
Naufragium fortunarum. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Naufragium pudoris & existimationis. Firmicus libro 6. cap. 12, Cum pudoris existimationísque naufragio, impudicæ impuritatis labibus polluuntur.

Nauifragus, pen. corr. Adiectiuum {ναυηγὸς.} vt
Fretum nauifragum. Ouid. 14. Metam.
Saxa. Stat. 5. Thebaid.
Scylaceum. Virg. 3. Æneid.

Nauicular, pen. corr. nauicularis {ναυτικὸς, ναυφορικὸς} nauiculári, Nauicula vehi. Martialis lib. 3,
Piger Lucrino nauicularet in stagno.

Nauicularius, nauiculárij {ναυκλήριος, ναύκληρος} Idem qui Græcè nauclerus. Cic. Tiron. lib. 16. 9, Mare magnum & difficile tibi restat: si poteris cum Messinio: cauè is soleat nauigare. Si minus, cum honesto aliquo homine, cuius authoritate nauicularius moueatur. Idem 7. Verr. Malo inquam te illi generi hominum, quàm mercatoribus & nauicularijs inimicum atque infestum putari. Ibidem, Vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij.

Nauicular, pen. prod Idem {ναυκληρικὸς.} Cic. pro Lege Manilia, Maiores vestri sæpe mercatoribus ac nauicularioribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt.

Nauicularia, nauicularię {ναυκληρία} Ars ipsa regendæ nauis.
Nauiculariam facere. Cic. 7. Verr. Quid eos loqui qui videbant, quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? inanem te nauem esse in Italiam ducturum? nauiculariam te, quum Romam veníssez, esse facturum?

Nauigium, nauigij {πλοῖον, ἰδιόπλοιον, βάρις} Nauis ductio, quod & nauagium dicitur.
Nauigium, omne genus nauis quo in mari vtimur. Plin. lib. 32. cap. 1, Hæc tãtilla est satis contra tot impetus, vt veteri ire nauigia. Idem lib. 13. cap. 11, Noctis, dieíque velificio nauigij cursu.
Actuaria nauigia, Vide AGO.
Luculenta. Cic. Attic lib. 16.
Piscatorium. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Probum. Cic. 4. Acad. Sed si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate, &c.
Speculatoria, Id est exploratoria. Cæsar 4. bel. Gall.
Fragmina nauigij. Ouid. 11. Metam.
Lignum vtile nauigiis, pinus. Virg. 2. Georg.
¶Committere paruo nauigio puetos. Cic. Attic. lib. 19.
Concedere mari nauigia, Vide CONCEDO.
Concredere mari, Vide CONCREDO.

Dissolu-

Dissolutum & dissipatum. Cic. Attic. lib. 15.
Infrænare nauigia anchoris, Vide INFRAENO.
Instruere armamentis, Vide INSTRVO.
Nauigium interiit. Hirtius in bello Alexandrino.
Mare scindere nauigiis. Ouid. 2. de Arte.
Nauigium trahit aquam, Vide TRAHO.
¶Nauigium, pro Nauigatione videtur accẽpisse Scæuola in l. qui Romæ. §. Callimachus, D. De verborũ obligationib. his verbis, Idque creditum esse in omnes nauigij dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus à Berytho comparatis.

Nauigiolum, penultima correpta, Diminutiuum {πλοιάριον.} Lentulus Senatui, libro 12. 15, Nos vix ipsi singulis cum nauigiolis recipieremus.

Nauiger, penult. corr. Adiectiuum {ναυφόρος.} Plinius libro 9. cap. 30, de Ioliginibus, Nauigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: cõcham esse acutij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata.
Mare nauigerum. Lucret. lib. 1,
Quæ mare nauigerum, quæ terras, &c.

Nauigo, nauigas, penult. corr. {πλέω, ναυτίλλομαι, ἐμβαίνω} nauigare, Nauiter facere. Cic. Attic. lib. 5. 1, Negotium magnum est nauigare, atque id mense Quintili.
Nauigare in. Plin. lib. 13. cap. 25, Qui nauigauere in Indos Alexandri milites.
Nauigare in portu, Est à periculo abesse: propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum & æstus arbitrio nauigant. Terent. Andr. 3. 1, Huius periculo sit, ego in portu nauigo. Hoc est, turus sum.
Bellè nauigare. Cic. ad Attic.
Cauté. Cic. Fam. 16.
Commodè magis, quàm strenuè. Cic. Att. lib. 16.
E portu. Quintil lib. 4. cap. 2.
Exploratè. Cic. Fam. 16.
Ex sententia. Cic. Fam. 16.
Feliciter. Cic. Romam venit, satísque feliciter nauigauit.
Incommodissimè, Vide INCOMMODVM.
Rectè. Cic. Fam. 16.
Sine timore. Cic. Fam. 16.
Temerè. Cic. Ne temerè nauiges.
Nauigat nauis, Vide suprà in NAVIS.
Classibus maximis. Cic. Att. lib. 10.
Nauigare mare. Virg. 1. Æneid.
Myoparonibus. Cic. 7. Verr.
Probo nauigio, bono gubernatore. Cic. 4. Acad.
Pinus nauigat in vndis. Ouid. 2. de Arte.
Nauigare ratibus. Plin. lib. 7. cap. 56.
Remis. Cic. Attic. lib. 16.
Nauigare terram. Cic. 2. de Finib. Vt si Xerxes cum tãtis classibus, tantísque equestribus & pedestribus copiis, Hellespóto iuncto, Athóve perfosso maria ambulauisset, terram nauigasset.
Plenissimis velis. Cic. pro Domo.
¶Nauigatur, Impersonale. Cic. pro Lege Manil. Quum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur.
Nauigatur Occidens. Plin. lib. 2. cap. 67.
Nauigatus fluuius. Plin. lib 6. cap. 20.
Nauiganda nauis. Vlp. in l. j. D. Nautæ, caupon, &c. Nautam accipere debemus eum, qui nauem exercet. quanuis nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandæ causa in naui sunt: sed de exercitore solummodo Prætor sentit.

Nauigatio, nauigationis, Verbale {ναυτιλία.} Cic. 5. de Fin. Vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio: sic viuendi ars est prudentia. Idem ad Marcellum, lib. 15. 11, Ego, si me nauigatio nõ morabitur, quę incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo.
Prima nauigatio, olim dicebatur, quum post æquitiam hyemis, qua mare clausum erat, vere nauigantibus primùm aperiebatur. Cicero lib. 2. epist. ad Qu. frat. Idem aiebant nuntiare te prima nauigatione esse transmissurum. Esse & prima nauigatio potest, quum dicimus nos quamprimùm nauigaturos, & primam quanque nauigandi occasionem arrepturos. Prima etiam nauigatio dicitur, quum eam secundæ comparamus, quæ & temeraria magis pleruque, & improuida est: vnde & prouerbio Græco celebratur δύστερος πλοῦς. Sunt tamen qui primam nauigationem, velificationem, secũdam remigationem, vt Suidas est author, dicant. Ex Turneb.
Secunda nauigatio. Tacit lib. 2.
Longa ex nauigatione aliquando in portum venire. Cicero de Senectute.
Committere se nauigationi Cic. Fam. 16.
Conquiescit mercatorum nauigatio, In CONQVIESCO.
Dimittere nauigationem Cic. ad Qu. frat.
Impedire. Cæs. 5. de bel. Gal.

Nauigabilis, & hoc nauigabile, penultima correpta {πλωτὸς, πλόσιμος} Quod nauigari potest: vt Nauigabile flumen. Columella lib. 1. cap. 2, Nec procul à mari, aut nauigabili flumine. Seneca de Benef. libro 3. cap. 8, Beneficium est donare regiones per quas multa flumina & nauigabilia decurrunt.
Nauigabile mare. Liu. 5. bel. Maced.

Naumacha, orum, Hastilia quædam prælonga, teste Polluce & Homero, quibus è naui depugnatur. Meminit & Cælius libro decimoquarto, cap. 12.

Naumachia, naumachiæ, pen. corr. {ναυμαχία} Nauale bellum, seu naualis pugna Martial. lib. 1. 35 ad Marcum,
Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:
Vis, puto, cum libro Marce natare tuo.
Naumachiam committere. Sueton. in Claudium. Cæsare, cap. 21.
¶Naumachia, Locus in quo fit pugna naualis. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 72, Semel triremi vsque ad proximos naumachiæ hortos subuectus est.

Naumachiarius, naumachiarij {ναυμαχητὴς} Qui prælium nauale committit. Suet. in Claud. Cæs. cap. 21, Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam epibatæ dicuntur Græca voce.

Naumachiarius, Adiect. {ναυμαχικός.} vt Naumachiarius pons. Plin. lib. 16. cap. 39.

Naulum, nauli {ναῦλον} Pretium quod soluitur pro vectura in nauí. Iuuenalis satyra 8,
-furor est, post omnia perdere naulum. Paul. in l. Quum seruus. §. j. D. De leg. 1. Et idem in operis seruorum, vel vecturis, iumentorum, vel naulis nauium dicendum.

Nauta, nautæ, comm. gen. vel Nauita, nauitæ, pen. corr. {ναύτης, ναβάτης, ναυτίλος} Qui se in naui agenda exercet, & quicunque in naui est, nauis ducendæ gratia. Terent. Phorm. 4. 1, Saluas audiui ex nauta qui illas vexerat. Cic. ad Attic. lib. 10, Nauitam ipse audire videor iam euocantem.
Nauta significare dicitur, quum tempestatem aut serenitatem pręuidet. Cic. 4. Acad. Verùm quoniam non solùm nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat nauigandi nobis Luculle tempus esse, &c.
Nautæ & gubernatores. Cæsar 3. bel. Gal.
Audaces. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Callidi nautæ horrida vincunt æquora. Horat. 3. Carm. ode 24.
Fluctiuagi. Stat. 3. Sylu. 1.
Miseri. Virg. 3. Georg.
Oppressi in æquore. Stat. 11. Thebaid.
Pauidus. Horat. 1. Carm. ode 1. Aptum epichetum.
Perfidus. Catul. Argon. epigr. 59.
Solliciti. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Timidus. Horat. 1. Carm. ode 14.
Vagi. Stat. 3. Sylu. 1.
Festinare solent quæstus sui causa. Cic. Tironi lib. 16. 9.
Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ. Cic. in Arato.

Nauticus, nautici, penult. corr. {ναυτικὸς} Qui nauem gubernat. Plin. libro 9. cap. 31, Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. Liu. 8. bel. Pun. Metũque vitare etiam ex terra nautici præbuit.

Nauticus, pen. corr. Adiect. {ναυτικὸς} Quod est nautarum. Virgilius 3. Æneid. Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Nauticus cantus. Cic. 2. de Nat. deor. Idémque iuuenibus visis, auditóque nautico cantu.
Nauticæ exuuiæ. Cic. pro Lege Manil.
Panis. Plin. lib. 22. cap. 25, Nauticus panis tusus, atquè iterum coctus siftit aluum. *Biscoctum* vocant.
Pinus. Virg. 4. eclog.
Pubes. Silius lib. 6.
Res. Cic. 2. de Nat. deor.
Vela. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Verbum. Cic. ad Attic. lib. 13.

Naula, naulæ, f. gen. {ναῦλα} Genus musici instrumenti, quod idẽ esse cum psalterio quidam tradunt.

Naulium, Diminut. {ναύλιον.} Ouid. 3. de Arte,
Disce etiam duplici genialia naulia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. Vide Cælium lib. nono, cap. 4.

NAVLOCHVM {ναύλοχος} Loctorum oppidum est, teste Plinio lib. 4. cap. 3. ¶Est item Naulochon, siue Naulochus, Thraciæ oppidũ, non procul ab Hæmo monte, cuius meminit idem Plinius libro 4. cap. 11. ¶Stephanus præterea Naulochum vrbem in Ionia collocat, alio nomine *Smyrnam* appellatam.

Nauo, nauas {κατασπάομαι, σπουδάζω} nauãre, Studiosè aliquid adimplere, dare, conferre, cum effectu demonstrare, id est adiumento esse. Tractum verbum à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent.
Nauare & efficere aliquid. Cic. Torquato, lib. 6. 1.
Bellum nauare. Tacit. lib. 21.
Beneuolentiam nauare, Id est nauo animo adhibere & præstare, inquit Budæus. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 10, Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur: vt quum tibi hic satisfecerimus, istic quoque nostram beneuolentiam nauare possimus.
Flagitium. Tacit lib. 20.
Operam. Cic. lib. 2. de Orat. Iam mihi videor nauasse operam, quòd huc venerim.
Operam militarem. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Operam alicui. Cic. de Aruspic. respons. Quum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret, & P. Tullioni Syro nauaret operam. Idem ad Brutum, Tibi omnes fortes viri nauare operam & studium volunt.
Nauare & efficere opus aliquod. Cic. Att. lib 9, Vtinam in hac aliquod miseria Reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.
-Potius mihi dextera ferro Nauet opus. Valer. 3. Argon.
Reip. nauare, & de moribus & legibus quærere. Cic. Varr. lib. 9. 21.
Studium suum alicui. Cic. Att. lib. 15.
Studia suffragandi. Cic. de Pet. Consul.

NAVPACTVS {ναύπακτος} hodie Lepanthum, per Turcas Veneris ereptum oppidum fuit Achaiæ apud Locros, Ptolemæo lib. 3. cap. 15.

Naupacteus Achelous. Ouid. 2. Fast.

Naupegus, naupegi, penult. prod. mascul. gen. {ναυπηγὸς} Nauium fabricator. Vitur hac dictione Autrel. Arcadius in l. vltima. D. De iur. immunit. Item Firmic. lib. 4. cap. 7, Alios nauceros, naupegos, vel nauium gubernatores.

NAVPLIAS, vulgò *Naples de Romanie*, Castellum est munitissimũ, quod Veneti nostra ætate Solimano Turcarũ regi tradere sunt coacti: idque ob detectam à proditoribus, quibus paulo pòst laqueo gula fracta est, ad eundem legationem.

Nauplius,nauplij,Piſcis, de quo Plinius lib 9. cap.30, Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe,proca roſtrata: in hac condi nauplium animal ſepiæ ſimile,ludendi ſocietate ſola.

NAVPLIVS {ναύπλιος} pater Palamedis, qui quum intellexiſſet Diomedem & Vlyſſem naufragio liberatos (in quos tamen hoc malum per inſidias machinabatur) ſeipſum præcipitem dedit. Seneca,

Igne fallaci moriturus Argis
Nauplios præceps cadit in profundum. Propert.lib.4 eleg.1, Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes. Vide Seruium in illud 11. Æneidos,
-vltórque Caphareus.

Naupliades,pen.corr. Patronymicum {ναυπλιάδης} Sic Palamedes vocatur Nauplij filius.Ouid.13.Metamorphoſeos,
-timidi commenta retexit
Naupliades animi.

NAVPONTVS {ναύπορτος} amnis, qui & Pamportus à Strabone vocatur. Amnis,inquit,Pamportus,ex Illyrio nauigabilis defertur in Saum. Et alibi, Iuxta Naupontum amnis eſt Carcora,excipiens commerciorum onera,hic in Saumm,ille in Drauum delabitur.

NAVPORTVS,Iſtriæ fluuius eſt,inter Æmoniam & Alpes naſcens, nomen habens ab Argonaue, quam Argonautæ humeris ſouſque delatam per hunc fluuium ſubuexerunt. Author, Plinius .libro 3. capite 18.

Nauſcit,inquit Feſtus quum granum fabæ ſe naſcendi gratia aperit, quòd fit non diſſimile nauis formæ.

Nauſea,nauſeæ {ναυτία,ναυτίασις} Stomachi ad vomitum ex graui odore concitatio. A naui deductum nomen, ex cuius ſentina mouetur vomitus: vel ex cuius frequenti & inordinato motu,ſubuertitur ſtomachus, & ad vomitum concitatur. Cicero ad Tironem, libro 16.10,Feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger,& periculoſè hyeme nauiges. Idem ad Atticum, lib.5.53,Nauigauimus ſine timore & ſine nauſea.

Abiit iam planè nauſea,In ABEO.
Fluentem coercere.Horat.Epod 9.
Diſcutere nauſeam.Colum.lib.6.cap.4.
Facere nauſeam,pro Vomere. Cic.2.Philip.Apparet eſſe commotum: ſudat, pallet: quidlibet,modò ne nauſeam faciat,quod in Numitia portieu fecit. Sic legit Budæus. Vetera exemplaria legunt nauſeet.
Inhibere.Plin.lib.30.cap.14.

Nauſeola, penultima correpta, Diminutiuum {ναυτιόλη.} Cicero ad Atticum, libro 14, Nauſeolam tibi tum cauſam otij dediſſe facilè patiebar.

Nauſeoſus,pen.prod. {ναυτιόδης} Quod nauſeam inducit. Plin.lib.26. cap.8,Radice craſſa,madida,nauſeoſa.

Nauſeo,nauſeas {ναυτιάω} nauſeare, Ad vomitum impelli, & appetitū vomendi habere,quod dicitur. Cic.ad Fabium Gallum, lib.7.27,Tu tamen quum audiſſes ab Anitio (vidit enim me nauſeantem) nō modò mittendi cauſam iuſtam habuiſti, ſed etiam viſendi. Horatius 1. epiſt.1,
-conducto nauigio æquè Nauſeat,ac locuples.

¶Nauſeare,Contemnere & reſpuere: quòd qui nauſeant,cibos faſtidiunt. Cic.1 de Nat.deor. Quam bellum erat Vellei confiteri potius neſcire quod neſcieris,quàm iſta efficientem nauſeare, atque ipſum ſibi diſpliceret?

Nauſeans,Participium {ναυτιῶν.} vt
Ruſtantem & nauſeantem aliquem in alicuius plagas conijcere. Cic.Cornificio,lib.12.25.

Nauſeator, Verbale. Senec.epiſt.54.Illud ſcito Vlyſſem non fuiſſe tam iracundo mari natum vt vbique naufragia pateretur: nauſeator erat.

NAVSICAE,Nauſicaes,vel Nauſicaa,Nauſicaæ,penult.corr. {ναυσικάα} fuit Alcinoi Phæacum regis filia,cuius meminit Martial.lib.12.31,
Si mihi Nauſicae patrios concederet hortos,
Alcinoo poſſem dicere,Malo meos.

NAVSIMENES, pen.corr.Vir Athenienſis, cuius vxor quum liberos in inceſtu deprehendiſſet, indignitate facinoris perterrita vocem amiſit.

NAVSITHOVS, pen.corr. {ναυσίθοος} fuit Neptuni filius ex Peribœa, Eurymedontis filia, ac Homero teſte lib.7.Odyſſeæ,Alcinoi Phæacū regis pater.

Nauſtibulum,nauſtibuli,Alueus ad nauis ſimilitudinem factus.

Nautea, Vide NAVIS.

Nautea, nauteæ,penult.corr. {ναύτεια.} Nonius,Nautea eſt aqua de coriis, vel (quod eſt verius) aqua de ſentina: dicta à nauis. Plautus Aſin.16,Nauteam bibere malim ſi neceſſum eſt, quàm illam oſculari. Feſtus,Nautea,herba granis nigris,qua vtuntur coriarij.

Nauticus, Vide NAVIS.

NAVTII,Romæ dicti ſunt,à Naute Æneæ comite. Dionyſius,Virg & Seruius in 2.Æneid. Quum Diomedes raptum Palladium ſibi non eſſe aptum intelligeret,illud Æneæ tranſeunti obtulit.ſed quum ſe ille capite velato ſacrificans conuertiſſet, Nautes quidam ſimulacrum accepit. quare Mineruæ ſacra non Iulia gens habuit, ſed Nautia. Idem ſcribit Varro in libro de familiis Troianis. Ex Sigonio.

Nautilus,penul.corr. {ναυτίλος} Piſcis,de quo ſic Plinius lib.9.cap.29, Inter præcipua autē miracula eſt qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim fubrigens,vt emiſſa omni per ſiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina facilè nauiget. Plura vide apud eundem.

NAVIVS Accius,Inſignis augur fuit, qui ſub Tarquinio Romanorum rege floruit, quem Liuius lib.1.ab Vrbe condita, fabulatur nonacula cotem diſcidiſſe.

Nauus, Adiectiuum {σφυρόεις} Celer ac ſtrenuus, inquit Feſtus: à nauium velocitate videtur dictus. Ennius libro ſexto,Nauus repertus homo,Graio patre,Graius homo rerum. Sic Cicero pro Lege Manilia.

Nauus & Ignauus,contraria.Colum.lib.11.cap.1,

Nauus & induſtrius.Cic.5.Verr.
Nauus,pudens. & probus filius.Cic.5.Verr.
Timor.Siſ'ius lib.7.

Nauitas,pen.corr.nauitatis {σφρανίστης.} Cic.ad Furnii, lib 10.25,Iſtámque operam tuam, nauitatem,animum in Remp. celeritati Prætutæ anteponendam cenſeo.

Nauiter,pen.corr.Aduerb. {σφαιρικῶς} Strenuè & diligenter. Terent. Eunuch.1.1,Verùm ſi incipies,neque perficies nauiter. Liuius libro 10.belli Punici, Tempus eſſe aut pacem componi,aut bellum nauiter geri.

Agere nauiter.Horat.1.epiſt.1.
Nauiter,Prorſus {κεφαλὴν.} vt Nauiter plenum. Lucret.lib.1,
Aeternis igitur nimirum corpus inani
Diſtinctu' ſt: quoniam nec plenum nauiter extat:
Nec porrò vacuum. Senſus eſt, Hoc vniuerſum neque eſt prorſus plenum,& corpus merum,nec viciſſim prorſus inane, ſed corpore & inani diſtinctum. Lambinus.

Naxium {νάξιον} quid ſit,declarat Plinius lib.36.cap.7,his verbis,Signis è marmore poliendis,gemmiſque etiam ſcalpendis atque limādis naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in inſula Cypro genitæ.

NAXOS {νάξος} inſula in Ægeo,vna ex Cycladibus, cæteras ſuperans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòſt appellata fuit. Verùm quum Cares ex Lamia profecti,duce Naxo eam occuparunt,à duce Naxon appellarunt. Hanc Dionyſiadem à vinearum fertilitate dici ſcribit Plinius lib.4.cap.12. Vel quia (vt alij volunt) ſolæ Naxiæ mulieres octauo menſe pariant,quoto & Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea vino fluat.Diſtat à Delo ſ.ptem millibus. Eſt item Plinio lib.3.cap.8.nomen oppidi.

Bacchata iugis Naxos.Virg.3.Æneid.
Bacchica.Stat.2 Achill.
Genialis littora Naxi.Stat.1.Sylu.2.

Naxius, Adiectiuum {νάξιος} Vnde Naxius ardor apud Columellam, quo ſignificatur Bacchi coronæ ſidus. Nam (vt ferunt poetæ) in inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, donatáque corona, inter ſidera relata fuit. Vide Hyginum in Aſtronomico poetico,lib.2.

Turba Naxia.Propert.lib.3.eleg.17.

N E

Ne {μὴ} Aduerbium prohibendi, Idem ſignificat quod Non: Secundis perſonis ſubiunctiuorum aliquando iungitur. Terentius Eunucho, 4.7,
-hic nebulo magnus eſt,
Ne metuas. Idem And.1.5,Te obteſtor,ne abs te hanc ſegreges. Et Secundis perſonis imperatiuorum. Terentius Andr.2.3, Nunquā faciam. n.ne nega. Idem Heaut.5.5,Age quæſo, ne tam obſtima te. Donatus,Ne imperatiuo magis,quam coniunctiuo adiungitur.

Ne fugite hoſpitium,néve ignorate Latinos.Virg.7.Æneid.
Optatuo aliquando.Cic.Gallo,lib.7.24, Sed ne viuam,ſi tibi concedo.Terent.Phorm 1.3.
Ne abeo,pro Non abeo. Plaut.Moſtel.8, Quò nunc te agis? TR. ne quoqu'am abeo. Idem alio loco,Ne vult.
Ne forſan, pro Ne forté Portius Latro in declamatione in Catilinam.
Ira,ne. Terent. Heaut.4.5, Ita tu iſthæc tua miſereto,ne me admiſceas.Terentius And.4.2,
-dies hic mihi vt ſit ſatis vereor
Ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.
Ego id agam mihi quí ne detur,Hoc eſt vt ego nō habeā. Terent. And.2.1. Ibidem,2.2,Id panes,ne ducas tu illam: tu autem,vt ducas. Ne pro non accipiendum,teſte Donato.

¶Ne,cauſalis. Terent.And.1.5,Verbum vnum caue de nuptiis,ne ad morbum hoc etiam.
Ne quis illud admiretur,quonam modo,&c.Cic.3 de Orat.
Vide ne Terent.Eunuch.5.5, Vide Parmeno quid agas,ne neque iſi profis,& tu pereas.
Vt ne,pro Vt non.Terent.And 2 1,
-nunc te per amicitiam & per amorem obſecro,
Principio vt ne ducas. Græci dicunt ἵνα μή, teſte Donato.
Vt ne quid meorum tibi eſſet ignotum,animaduerti te operamda re.Cic.Bruto,lib.13 12.
Vt ne addam,quòd ſine ſumptu ingenuam,liberalē nactus es. Terent.Phorm 13.
Videndum eſt ne non omnia illata vel inducta, &c. Pomponius in l.In prædiis.D.Ex quibus cauſ.pig vel hyp.&c.
Ne non faciam. Caius in l.Poſthumiorum.D. De iniuſto,rup.irrito fac.teſt. Vel exhæredare nominatim debeo, ne non iure faciam teſtamentum.
Ne,non etiam ne,&c. Vlpian in l. Quories § 1 D.De peculio,Hoc ſolum conſequuturum dominum eſſe conſtat, ne inſti oria teneatur, non etiam ne de peculio.

¶Ne,pro Neque Priſcian lib.16, Inuenitur etiam Ne pro Neque, quæ copulatiua eſt coniunctio. Sub vna enim abnegatione copulat res,quomodo & Nec. Lucanus in 1,
Nec ſe Roma ferens. Cic.in 4.inuectiuarum,Ne dici quidem opus eſt,quanta diminutione ciuium. Terentius in Eunucho,Non eam, ne nunc quidem quum accerſor vltrò? pro Neque nunc. Hæc Priſcianus.
Ne hoc quidem tacebit Parmeno.Terent.Eunuch.1.2.
Ne tantillum quidem commotus eſt, Cicero ea forma dixit, qua Terentius Adelph.2.1,Huius non faciam,vt ait Donatus. Idem Cic. Attic.lib.5,Interea e Cappadocia,ne pilum quidem.
Ne, vt Priſcianus ſcribit libro 16. coniunctio eſt interdum neque dubitans, neque interrogans: ſed confirmans, aut certè enuntians. Allegat locum ex Horatij 1.Serm.ſatyra 10,
-ô ſeri ſtudiorum qui ne putetis

Difficile,

Difficile,& mirum,Rhodio quod Pitholeonti
Contigit,&c. Alterum exemplum ex ſatyra 3.lib.2,Clarus erit,fortis,iuſtus,ſapiens ne etiam,& rex.
Ne quidem. Cic.Attico,lib.6, Igitur meo decreto ſoluta res Scaptio,ſtat inquam decretum, ſi tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem de Amicitia,Nunquam illum ne minima quidem re offendi.
Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus.Cic.pro Roſc.Amer.
Ne id quidem. Terentius Eunuch.2.3, Quid virgo, cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. P. vbi habitat? CH.ne id quidem.
Interdum nihil interſeritur inter Ne & quidem. Cic.ad Attic.lib. 2.epiſt.16.ad finem, Si aliud nihil erit, quum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam,quod extremum eſt: pro, Ne illud quidem.
Ne ita,vt. Cic.de Amic. Ne exiſtiment ita ſe alligatos, vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non diſceedant.

¶Ne plura,ſupple dicam,vel dictū ſit,prout ſenſus poſcit. Cicero Caio Memmio lib.13.1, In quo etiam ſi peccat,magis ineptiis, quàm improbitate peccat. Sed ne plura.
Ne multa,Id eſt vt breui expediam,ad ſummam,vt breuiter colligam. Cic.pro Cluentio, Ne multa: perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem peruenieſſe. Idem 5.Verr. Ne multa Iudices,his contumeliis ſcitote Quintum Lollium coactum ad Aprō nij leges conditionéſque veniſſe.
Ne multis.Cic.pro Cluentio,Ne multis, Diogenes emitur.
Ne longum ſit. Cic.pro Cluentio, Et ne longum ſit omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus.
Ne longum faciam,inquit Horatius 1.Serm.ſatyr.3.
Ne diutius teneam. Cicer.3.Verr. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. Idem ad Atticum, Ne diutius teneam, nullius conſilij exitum inuenimus.

¶Ne viuam, Ne valeam,Ne ſim ſaluus, Modi ſunt dicendi, quum quid aſſeuerare, & veluti quibuſdā precibus deuouere, aut ſacramēto aliquo obteſtari contendimus. Cic.Attic.lib.16,Ne ſim ſaluus,ſi aliter ſcribo ac ſentio. Eidem,lib.4,Quid poteris,inquies,pro iis di cere? ne viuam,ſi ſcio. Idem Caio Fabio Gallo,Sed ne viuam ſi tibi concedo,vt eius rei tu cupidior ſis, quàm ego ſum. Quaſi diceret, Emoriar vel diſpeream.

¶Ne,pro Non,à veteribus poſitū non ratò legimus: vt apud Plautum,Niſi tu ne vis. Et apud Terentium,Quid ne es alacris? pro,Cur non es alacris? Monuit Turneb.

¶Ne, dubitatiua aut interrogatiua particula. Terent. Andr.4.6, Eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Virg.11.Æneidos,
Iuſtitiæne prius miter,belline iuborum?
Ne an.Cic.1.Offic. Honeſtúmne factu ſit,an turpe dubitant.
Eſtne,aut nō.Plaut.Epid.11, -éſtne ea, An non? Terent.Heaut.2. 4.Adeóne Cliniam,an non?
Viſe,rediereſne iam,an nondum,domum. Terent.Phorm.2.4.
Nec quid agam,certum eſt, Pamphilúmne adiutem,an aſcultem ſeni. Terent.Andr.1.3.
Ne, néene. Plautus Capt.12, Emitteréſne, néene eum ſeruum manu?

¶Néve, geminatum. Cic.2.de Legib. Eam nequis nobis minuat, néve viuus,néve mortuus.
Néve hoc,néve illud.Cic.Lent.lib.1.9,Peto à te,vt id à me,néveim hoc reo,néve in aliis requiras.

¶Ne dicam.Cic.1.de Nat.deor.Vt moleſtè ferrem tantum ingeniū (bona venia me audis) in tam leues,ne dicam in tam ineptas ſententias incidiſſe.
Hæc clauſula Ne dicā,ſi ſequatur ſubſtantiuū,adiectiuum ponitur in accuſatiuo: ſin interiicitur inter ſubſtantiuum & adiectiuum, relinquit vtrunque in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam ſtultum, non,ſtultus: quia HOMO, ſubſtantiuū præcedit. Crudelis,ne dicam impius & ſceleratus Caſtor.non ſceleratum Caſtorem: quia ſubſtantiuū CASTOR,ſequitur.In aliis caſibus nulla eſt ambiguitas: quia ſemper oportet conuenire adiectiuum & ſubſtantiuum. vt,Non faceres hæc magiſtro conſcio, ne dicam præſente: non, præſentem. Ex Valla lib.3.cap.20.
Ne dicam grauius.Cic.Attic.lib.9, Ego decem annorum peccata recordans,in quibus inerat ille etiam annus,qui nos hoc non defendente,ne dicam grauius,afflixerat.

¶Ne,adiunctiuū. Mart.lib.1,Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint,niſi peruiant,iuuare.
Ne,particula,vt apud Græcos, ita plerunque in Latina quoque lingua priuatiua eſt: vt Nerio, quaſi neirio,hoc eſt ſine ira,& cum placiditate: vt eo nomine mitem trāquillúmque fieri Martem precemur. Eſt enim Nerio vnum ex eius nominibus. Vide Gelliū lib.13.cap.21.

¶Ne,Rationalis,pro Ergo. Virg.1.Æneidos,
-méne incepto deſiſtere victam?

¶Ne nihil. Cic.Pæto,lib.9.16, Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. Id eſt etiam vt aliquid tribuamus.

¶Ne,Aduerbium percontantis, vt ait Donatus. Terent.Andr.4.3, Nihſtne eſſe proprium cuiquam? di veſtram fidem!
Iámne vides belluæ iámne ſentis quæ ſit hominum querela frontis tuæ.Cic.in Piſonem.
Continuóne cauſa fuiſſet, cur à Prætore poſtulares, vt bona poſſideres? Cic.pro Quintio.
Egóne? P. tu ergo.Terent.Andr.5.2.

¶Ne ſuperfluit aliquando in oratione. Horat.1. Serm.ſatyr.1, Nemón' vt auarus ſe probet?

¶Ne ſit ſanè,videri certè poteſt. Cicero 4.Academ. Idem de Nat. deorum, Ne ſit igitur ſol,ne ſtellæ,ne luna: quoniam nil eſſe poteſt, niſi quod attigimus. Id eſt,dicimus igitur non eſſe: hoc eſt ſequitur ex dictis tuis.

¶Quíne,& Quo ne,pro Vt non. Vide QVI,& QVO.

NEA,Inſula. Plin.lib.2.cap.87, de inſulis enatis, Inter Lemnum & Helleſpontum Nea.

NEAERA {νέαιρα} nomē eſt fœminæ quæ peperit Soli duas filias. Phaetuſam & Lampetiam, quæ armenta Solis,tranſeunte Vlyſſe iuxta Siciliam,oſtendebat. Virg.3.eclog, -ipſe Neæram Dum fouet,&c.

NEAETHVS {νέαιθος} fluuius eſt in Calabria, de quo ſic Strabo lib.6, Eſt & Ærarus fluuius, & portus: & fluuius alter Neæthus nomine, quorum cognomina caſu prouenisſe dicuntur. Nam in Achiuorum errore,quoſdam ab Iliaca claſſe applicuiſſe, ad ſocorum explorationem egreſſos. Troianas verò mulieres nauigationis comites, tam longi pertæſas pelagi curſus, naues incendiſſe, &c. Dictus eſt igitur Neæthus νέου τοῦ πλοὸς καὶ αἴθειν, quòd combuſtæ ſint illic naues. Ouid. 15.Metamorphoſeos,
Præterit & Sybarim,Salentinúmque Neæthum.

NEALCES,Pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiam Ægyptiorum & Perſarum. Item aſellum bibentem in litore, & crocodilum ei inſidiantem.

NEANDRVS {νεάνδρος} Troadis oppidum, poſtea Perperenne nominatum,teſte Plin.lib.5.cap.30. Steph.Neandriam appellat.

NEAPOLIS,pen.corr. {νεάπολις} Inſignis vrbs Italiæ in Lucania,aliquādo Parthenope dicta,Maronis tumulo clara. ¶Eſt & Neapolis,Africæ oppidū,vt ſcribit Pomponius Mela,lib.1.Nunc *Mahometa* dicitur, teſte Oliuario in Melā. ¶Eſt item eius nominis Cariæ vrbs ad Iaſū ſinum, eodem authore. Neapolis, quæ & Lepris magna Ptolemæo, lib.4.cap.3,vrbs Syrtis paruæ,vulgò *Tripoli* in Barbaria regia ciuitas. Neapolis colonia Ptolemæo lib.4.cap.3,vrbs Africæ.

De Neapoli Syracuſanorum. Cic.6.Verr. Quarta autem eſt vrbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt,Neapolis nominatur:quam ad ſummam theatrum eſt maximum: præterea duo templa ſunt egregia,Cereris vnum,alterum Liberæ,&c.
Celeberrimum oppidum Neapolis.Cic.pro Rab.Poſth.
Fœcunda.Ouid.ad Piſonem.
Otioſa.Horat.Epod.5.
Secreta.Stat.4.Sylu.8.

Neapolitanus,pen.prod. Adiectiuum {νεαπολίτης} Qui ex Neapoli eſt. Cic.Acilio,lib.13.31.

NEARCHVS,Iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis, cuius formam commendat Horat.3.Carm.ode 20.

NEBIS, apud Prolemæum lib.2.cap.6, Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius: Benis Straboni dictus.

Nebrides,penultima corr. {νεβρίδες} Damarum ſeu ceruorum pelles. quibus vti veteres in Bacchi ſacris ſolebāt. *νέβρος* enim dama ſeu cerius eſt.
Aſperſæ nebrides vario auro.Stat.2.Achill.

Nebrites,ſingularis numeri, Gemma Libero patri ſacra, à nebridum pellium ſimilitudine.Plin.lib.37.cap.10.

NEBROPHONVS,pen.corr. Nomen canis venatici apud Ouidiū,lib.3. Metamorphoſeos,
Nebrophonúſque valens,& trux cum Lælape Theron. Interpretari licet hinnulorum interfectorem, παρὰ τὸ *νέβρος*, quod eſt hinnulus,& *φόνιος*,occido.

Nebula,nebulæ,penul.corr. {νέφος,ἀτμίς} Vapor è terra atque aquis ſurgens,qui ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altum ſublatus conuertitur in nubem. Plin.lib.2.cap.60,Nebulas nec æſtate,nec maximo frigore exiſtere. Apuleius in ſua libelli Ariſtotelici de mundo verſione, Nebula, inquit, conſtat aut ex ortu nubeculæ, aut ex eius reliquiis. Eſt autem exhalatio vaporata, humore viduata, aëre craſſior, nube ſubtilior, cui ſerenitas abolitionem infert. Nec aliud eſt ſerenitas, quàm aër purgatus caligine,& perſpicuè ſyncerus.
Amictus nebulæ.Virg.1.Æneid.
Aereæ.Catull.ad Alphenum,epigr.28.
Aera.Virg.2.Æneid.
Grauis.Senec.Thyeſte,8.
Humentes.Stat.9.Thebaid.
Liuens.Silius lib.6.
Triſtes.Stat.5.Thebaid.
Volucres.Ouid.1.Metam.

¶Quaſi per nebulam audire,Hoc eſt,leuiter,non attentē. Plautus Capt.19.
Diluit nebulas Titan.Silius lib.5.
Dimouere nebulam.Claud.1.in Eutrop.
Campus in cælum erigit nebulas.Senec.Thebaid.2.
Reſoluuntur nebulæ ventis ac ſole.Ouid.14.Metam.
Obſtantes ſcindere.Ouid.2.Metam.
Velarus nebula.Ouid.12.Meram.
Pinguem vomuere lucernæ.Perſ.ſatyr.5.

¶Nebula erroris.Iuuenal.ſatyr.10.
Nebula linea,pro tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatē, nec telæ denſitatem, ſed nebulæ tenuitatem æmulatur pellucidam. Petronius Arbiter,
Palam proſtare nudam in nebula linea. Ex Turneb.
Nebula,pro nugis.Perſ.ſatyr.5,

Grande loquuturi nebulas Helicone legunto. Vulgus interpretum nebulas muſas intelligunt,quod ſatis eſt frigidum. Turneb.Inania & nugacia poetarum figmenta fumis & nebulis ſimilia accipit, quæ omnia eis in Helicone,quod muſarum domicilium eſt, naſci videtur, quòd Heliconem & muſas Heliconis incolas, ſæpe in ſuis poematis appellare,præſertim in principio ſoleant. Nebulæ enim his in rebus poni ſolent,vnde & nebulones dicti. Hæc ille.

¶Nebula,pro Re nihili.Plaut.Pœnulo,
Cuius ego vel nebulæ cyatho ſeptem noctes non emam. Turneb.

Nebulo,pen.corr.nebulonis,vt ait Donatus {ὁ πανοῦργος} Fur,quòd nebulas obiiciat: vel mollis, vt nebula eſt: vel inanis & vanus, vt nebula eſt. Terent.Eunuch.2.2, Nebulonem hunc cerrum eſt ludere. Lucilius,Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multo. Cic.ad Attic. lib.1.7,Et nebulonem illum,ſi quo pacto potes,ex iſtis locis amoue.

Ex magno aliquo nebulone aliquid audire. Cic. Attic. lib. 6.
A nebulone facilè eludi. Cic. pro Rosc. Amer.

Nebulosus, pen. prod. Adiectiuum { ὁμωνύμως, ἀμφιλόγως } Nebulis tectus, plenus nubibus.
Aer. Plin. lib. 21. cap. 7.
Æstus. Colum. lib. 11. cap. 2.
Ager. Cato cap. 6.
Cælum. Cic. 1. Tuscul.
Cubilia. Stat. 10. Thebaid.
Litus. Ouid. ad Liuiam.
Locus nebulosus, Hoc est tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conspersus. Colum. lib. 2. cap. 10.
Meuania nebulosa. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Palus. Sil. lib. 8.
Saxa. Lucan. lib. 6.
Nebulosior, Comparatiuum. Cato cap. 6, Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi amineum maius, &c.

Nec, Disiunctiua coniunctio { οὐδέ, μήτε } Cic. de Amic. Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. Festus, NEC coniunctionem Grammatici ferè dicunt esse disiunctiuam, vt Nec legit, nec scribit: quum si diligentius inspiciatur, vt fecit Asinius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis, pro non & vtin XII est, After custos nec sit.
¶Nec, pro Non, vt dictum est. Cic. 3. de Leg. Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.
Nec opinanti, Non opinanti. Terent. Heaut. 1. 2, Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi. Et Andr. 1. 2, Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio, Sperantes iam amoto metu. Cicero ad Sulpit. lib. 13. 19, Et nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. Idem 1. Tusc. Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes affequuta est senectus? Sic ad Catonem lib. 15. 4, Præsentibus insidiis, nec opinatem liberauit, neque solùm ei salutem fui, sed etiam curaui vt cum authoritate reguaret. Et paulo pòst, Plerosque nec opinantes oppressimus. Idem pro Sylla, Nec opinante Fausto, quum is neque ferret, neque vellet, familia est comparata.
Et nec opinanti mors ad caput adstitit ante. Lucret. lib. 3.
Nec opinata res Volscos perculit. Liu. 2. ab Vrbe.
Nec opinato, aduersi vice positum, pro Inopinato. Cic. 3. de Finib. Quod quum accidisset vt alter alterum nec opinato videremus, furexit statim.
Nec, secundo loco positum. Terent. Eunuch. 5. 4,
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam.
Nec nihil. Terent. Adelph. 1. 2, Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit, tamen.
Nec, neque. Liuius 7. bel. Pun. Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quòd nec pro ætate (maior iam enim LX annis erat) neque pro veteris prudentia ducis tam improuidè iffet.
Nec dispendi facit hilum quod valet, neque dispendij facit quidquam. Varr. lib. 8. de Ling. Lat.
Nec enim illa prima vera est, vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Id est non enim. Cic. de Amic.
Nec iniuria. Liuius 6. bel. Pun. Tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis, nec iniuria forsitan.
Nec ira multo pòst. Cic. pro Quintio, Quo mortuo nec ita multo pòst in Galliam profecisceatur.
Nec mirum. Cic. de Amic. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatẽ omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt.
Nec mora, nec requies. Lucret. lib. 4.
Nec mora, nec requies inter datur vlla lucẽdi. Hoc imitatus, atque adeò mutuatus est Virg. Georg 3. & Æneid. 6. Lambin.
Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem. Cic. de Amic.
Nec verò multitudo pedes nouit, nec vllos numeros nunc tenet. Cic. in Orat. Ibidem, Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos.
Nec verò, secundo loco positum, pro Sed nec Cic. de Amic. Negabat vllam vocem mimicitiorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset ita amare oportere, vt aliquando esset osurus: nec verò se adduci posse, vt hoc quemadmodum putaretur à Bianto esse dictum, crederet.
Nec verò, sed etiam. Cic. de Amic. Nec verò in hoc quod est animal, sed in iis etiam quæ sunt inanima, consuetudo valet.
¶Nec, pro Etiam. Quintil. in Ægro redempto, Perfolui gratia non potest, nec malo patri.
Nec caput, nec pedes habet, Modus loquendi vulgaris, quum res intricata & impedita est ita, vt quò te vertas nescias. Cic. Curio, lib. 7. 32, Propter tuas res ita contractas, vt quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires.
Nec eo minus, pro Nihilo secius. Sueton. in Othone, cap. 4.
Nec quicquam aliud, pro Tantum. Sueton. in Nerone, cap. 43.
Necnon &. Sueton. in Tito Vesp. cap. 5, Tanto militum gaudio ac fauore, vt in gratulatione imperatorem eum consalutauerint, & subinde decedentem prouincia detinuerint, suppliciter, necnon & minacirer exclagitantes, aut remaneret, aut secũ omnes pariter abduceret.
Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. Suetonius de Claragram.
Non nec quicquam, Vide NON Aduerbium.
Nec quidem. Plin. lib. 8. cap. 36, de vrsis, Procedunt vere, nec mares præpingues: cuius rei causa non prompta est: quippe nec somno quidem saginatis præter XIIII dies.
Nec omni plebe aduersante. Liu. 2. ab Vrbe.
Nec tamen. Cic. 4. Verr. Excogitat inquam quemadmodum mendose illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset.
Nécne. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16, Parthi transierint, nécne, præterite video dubitare neminem.
Nec suspicari, pro Ne suspicari quidem. Cic. 1. Acad. Quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus sine voluptatibus sensum mouentibus nec suspicari.

Necdum, pro Non adhuc. Cic. ad Att. lib. 6, Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ.
Necdum illis labra admoui. Virg. 3 eclog,
Necdum etiam causæ irarum, saruique dolores
Exciderant animo. Virg. 1. Æneid.
Nec, à Neque factum est per apocopen extremarum vocalium, t quia in fine sylłabæ q scribi non poterat, transiit in c. nam q & c a fines literæ sunt.

NECEPSO, Nomen authoris, de quo Firmicus lib. 8. sic inquit, Hunc locum diuinus ille Necepso, vt remedia valeudinum inueniret, diligẽtissimè quidem (vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifestis tractatibus explicauit.

Necesse, siue necessum { ἀναγκαῖον, ἀναγκαίως } Nomen est, inquit Donatus: nam necessus, necessis, & necessitas, & necessium lectium est. Dicitur necesse, quod vi aliqua cogente fieri opus est. A cesso verbo, quia non sit in eo cessandum. Terent. Eunuch. 5. 6, Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo. Cic. de Amic. Quæ necesse est vt eum aliqua cura res sibi contrarias asperneturs.
Mori necesse est Scipioni. Cic. de Fato.
Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cicero 2. de Inuent.
Ferre legem Consuli opus esse, sibi necesse non esse. Cic. Lentulo, libro 1. 9.
Necesse est vendiderit. Cic. 5. Verr. Hoc arator assequi per triennij certo fructu suo non potuit, vendideritinstrumentum necesse est.
Necesse habere, pro Opus habere. Cic. de Opt. gen. Orat. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere. Idẽ Partit. Nõ habebimus necesse semper concludere. Sic ad Atticum libro 10, Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus.
Habere necesse aliquid dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Necessum, Idem. Plautus Asin. 16,
nauteam
Bibere malim, si necessum est, quàm illam osculari er.

Necessitas, pen. corr. necessitatis { ἀνάγκη, ἀναγκαιότης } Vis ipsa quæ nos cogit vt aliquid faciamus. Cic. 1. Acad. Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter potest atque ab ea constitutum sit, intra quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Horatius anteambulatricẽ fortunę dicit esse necessitatem, fortunę dominatrix & potentiam constituens, quod quicquid ei collibuerit, nulla vis tanta sit, vt impedire possit. Clauos autem trabales pereleganti fictione & conceptione tribuit necessitati, quibus omnia figat, firmétque & retineat. Hæc Tunneb.
Efficiendi necessitas. Cic. in Topic.
Vitæ. Cic. 1. Offic.
Excusatio necessitatis in dicendo atque in scribendo non probatur Cic. in Orat.
¶Dira Horat. 3. Carm ode 24.
Fatalis necessitas, vt quicquid accidat, id externa veritate, causarúmque continuatione fluxisse dicatur. Cicero 1. de Natura deorum.
Immutabilis. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Sæua. Horat. 1. Carm. ode 35.
¶Adducere in necessitatem, In ADDVCO.
Adhibere, In ADHIBEO.
Afferre. Cic. 10. Philipp. Sed mihi P. C. necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me.
Astrictus necessitate. Cic. de Nat. deor.
Fatali aliqua quasi necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. Cic. Post red. ad Quirites.
Necessitate coactus feci. Cic. pro Cluentio.
Constringi necessitate, In CONSTRINGO.
Debetur necessitati vita. Cic. pro Sextio.
Denuntiare vltimam necessitatem. Tacit. lib. 15. Hoc est mortem indicere.
Deprehendi subita. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Damus laudem virtutis necessitati. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Dare operam necessitati. Cic. 1. Offic. Ipsique necessitati dant operã, vt quàm occultissimè pareant.
Datur necessitati venia. Cic. 2. Off.
Tempus & necessitas flagitat. Cic. 5. Philip.
Ea quæ habent aliquam necessitatem: pro Quæ necessaria sunt. Cic. de Diuin.
Mors necessitatem habet fati Cic. 12. Philip.
Necessitatem sibi imponere. Cicero ad Atticum, lib. 4, Ego meherculemihi necessitatem volui imponere huius nouæ coniunctionis. Idem pro Sylla, Mihi de memetipso tam multa dicẽdi necessitas quędam impolita est ab illo.
Iniungere, Vide INIVNGO.
Obuenire. Cic. 2. Offic.
Parere necessitati. Cic. de Orat. In numeris necessitati parere cogimur.
Tempori cedere, Id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. Marcello, lib. 4. 9.
Premit necessitas. Cic. pro Rosc. Amer. Quæ necessitas cum tanta premebat. &c.
Necessitatem proponere sibi. Cicer. 1. Offic. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parãdas tuendásque, quibus actio vitæ continetur.

Repugnare

Repugnare necessitatibus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Seruire. Cic. in Orat. O virum simplicem, qui nos nihil celat, sapiẽtem, qui seruiendum necessitati putet!
Vti. Tacit. lib. 16.
¶Necessitates, pro Negotiis instantibus & necessariis. Plin. iunior epist. 4. lib. 3, Collegæ optimi, mesq; amantissimi, de communis officij necessitatibus prælocuti, excusare me, & eximere tentarunt. Cic. pro Cluent. Et sibi nihil non modò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset.
¶Necessitas, Affinitas. C. Cęsar quum Plautiam suasit rogationem, Equidem mihi videor, inquit, pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Significat hic coniunctionem sanguinis vel amoris, hoc est affinitatem, vel strictam amicitiam. Ex Gellio lib. 13. cap. 3.
Necessitatem familiaritatémque violare. Cic. pro Sylla.

Necessitudo, pen. prod. necessitudinis { ἀνάγκη } Idem quod necessitas, & vis ipsa. Cic. 2. de Inuent. Puto igitur hanc esse necessitudinẽ, cui nulla vi resisti potest. Sallust. in Iugur. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare.
Afferre necessitudinem pugnæ. Tacit. lib. 12.
Necessitudinibus circumuentus. Sallust. in Catil. Petere Consulatum, C. Antonium, quem sibi Collegam fore speraret, hominem familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum, &c. Hoc est extremè pauperem.
Necessitudinem conseruare. Cic. ad Quint. fratr.
Dicere ad necessitudinem. Sallust in Iugurtha.
Facere necessitudinem alicui, pro Cogere. Tacit. lib. 3.
Necessitudinibus publicis implicitus, inquit Plinius epist. 2.
Imponere necessitudinem. Sallust. in Catil.
¶Necessitudo, significat etiam familiaritatem & coniunctionem quandam, aut etiam affinitatem. Cic. 1. Verr. Sic enim à maioribus nostris accepimus, Prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiorem, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionẽ sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, &c.
Hospitium, necessitudo & familiaritas. Cic. Sulpit. lib. 13. 20, Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sanctè colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite.
Contubernij necessitudo. Cic. pro Plancio.
Liberorum. Cic. Bruto lib. 13. 11.
Fraterna. Cic. pro Quintio.
Magnæ, veteres, iustæ necessitudines. Cic. ad Attic. lib. 16, Ad paternas enim magnas, & veteres & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.
Religiosa. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Simplex & absoluta. Cic. 2. de Inuent.
¶Summa necessitudine & summa cõiunctione adductus, eos commendabat. Cic. Seruio, lib. 13. 28.
Adiungere ad necessitudinem suam bonos viros. Cicero Bruto, libro 13. 12.
In amicitiæ coniunctionisque necessitudine, superiores se æquare cum inferioribus debent. Cic. de Amic.
Accessionem afferre ad veteres necessitudines, In ACCEDO.
Attingere aliquem summa necessitudine, Vide ATTINGO.
Coniungere necessitudinem cum aliquo. Cic. 6. Verr.
Necessitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut voluntas, distrahuntur. Author ad Herennium, lib. 4.
Constituta necessitudo officij. Cic. pro Cluentio, Cum altero verò magnus vsus & summa vtriusque officij constituta necessitudo est.
Summam necessitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt. Cic. pro Deiot.
Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re. Cic. in Orat.
Habere necessitudinem in. Cicero pro Plancio. Dubitatis quin eas Tribus in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quum ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc obseruatas, non largitione?
Implicitus alicui & priuatis & publicis necessitudinibus. Plin. iunior lib. 7. epist. 16. ad Fabarum.
Intercedit alicui necessitudo cum altero. Vide INTERCEDO.
Iungere aliquos mutuis inter semetipsos necessitudinibus. Suet. in August. cap. 48.
Iungi cuipiam aliqua necessitudine. Suet. in August. cap. 62. Rursus cap. 17. in fin.
Nomina necessitudinum mutare. Cic. pro Cluentio, Atque etiam nomina necessitudinum, non solùm naturæ nomen & iura mutauit: vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.
Familiaritatis necessitudinisque obliuisci. Cic. pro Mur.
Parare necessitudines, In PARO.
Recipere aliquẽ in. Cic. Seruio, lib. 13. 18, Vt Lysonem in fidem necessitudinémque tuam recipias.
Repudiare officium. Cic. 1. Verr. Vt aut causa mihi suscipiẽda fuerit, aut officium necessitudinis repudiãdum.
Necessitudo est mihi cum. Cic. ad Brutum, libro 11. 22, Cum Appio Claudio C. F. summa mihi necessitudo est.
Amicitiæ necessitudines mihi erant cum illo. Cic. pro Sext.
¶Necessitudo, Cognatus, vel affinis, aut cõsanguineus. Suet. in Augusto, cap. 16, Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicósq; omnes. Idem in Tyberio cap 50, Odium aduersus necessitudines in Druso primùm fratre detexit. deinde meminit & vxoris & matris.

Necessarius, Adiectiuum { ἀναγκαῖος } Quod est necessum. Cic. 3. Verr. Quominus miremini Siculos re necessaria coactos, auxilium à patronis, à Consulibus, ab Senatu, ab legibus, à iudiciis petiuisse.
Necessarius illi rei. Cic. Curioni, lib. 2 5, Non dubitaui id à te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximéque necessarium.
Maximè necessarius, Vide MAGIS.
Necessarius & fatalis casus. Cic. 10 Philip. An quum illum necessarium & fatalẽ penè casum non tulerimus, hũc feremus voluntarium?
Conclusio necessaria. Cic. in Topic.
Ex consecutione necessaria simplex conclusio efficitur. Cic. 1. de Inuent.
Fatales ac necessariæ leges. Cic. de Vniuer.
Necessaria & Voluntaria oratio contraria. Cicero pro Q. Rosc. Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria.
Necessarium ad. Cic. ad Terẽtiam, lib. 14. 20, Item cætera quæ sunt ad victum necessaria. Item 2. de Nat. deorum, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colẽdos agros necessariam. Et de Fato, Neque eam causam esse ad assentiendum necessariam concedet.
Ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitiæ. Cic. 1. Offic.
Facere necessaria. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Necessarium dictu. Plin. lib. 11. cap. 24.
¶Necessarij { οἱ προσήκοντες τοῖς γένεσι } sunt, vt Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter cæteros. Hæc Festus. Cic. Bruto, lib. 13. 13, Nã & priuignus est M. Cæsij mei maximè & familiaris & necessarij.
Amicus & necessarius. Cic. pro Cluẽtio, Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, fordidissimum, turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur, & amicum necessariúmque communem.
Familiaris ac necessarius meus. Cic. pro Sylla.
Necessarius & propinquus. Cic. pro Mur.
A necessariis tuis necessario meo noli pati iniuriam fieri. Brutus Cic. 6.

Necessariè, Aduerbium { ἀναγκαίως } Cic. 2. de Inuent. Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt.

Necessariò. Similiter aduerbium { ἐξ ἀνάγκης } Cic. 4 Tuscul. Nullisque vnius disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessariò pareamus. Idem ad Quint. fratrem, lib. 3. 17, Id facit Appius nonnunquam necessariò, vt quum tabellarios constituerit mittere, &c. Et Messinio, lib. 5. 21, Vnum mediusfidius tecum diem libentius posuerim, quàm hoc omne tempus cum plerisque eorum quibuscum viuo necessariò. Terent. And. 4. 1.

Necmancipi, pen. corr. Vide Mancipi, indeclinabile, in MANCIPS.

Neco, necas, necaui, necarum, & necui, nectum { κτείνω, φονεύω } necare, Interimere, interficere. Diomedes, Neco, necui, veteres nè necani legimus: vt nectus, & necatus. Et hoc differre volunt: necui, quasi suffocaui: necaui, quasi ferro occidi. Vnde necem, cædẽ appellamus. Idem sentit & Priscianus. Verùm hæc Diomedis & Prisciani differẽtia sæpe infringitur. Valla, Ego sentio generalem significationẽ necatus, specialem verò nectus. Nec vnquam nectus dicitur sine certo genere mortis: vt, enectus siti Tantalus. Cæsar 3. bell. Gall. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vẽdidit. Liu. Decad. 1. lib. 1, de Tarpeia virgine proditrice, Obrutam armis necauere.
Necari ac trucidari. Cic. pro Lege Manil.
In amne necari. Ouid. 2. Fast.
In eum qui parentem necauisset, nullum supplicium cõstituit Solon. Cic. pro Rosc. Amer.
Afflatu aliquem. Ouid. 3 Metam. de serpente quodam.
Ferro. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Morsu aliquem. Ouid. 2. de Remed. amor.
Odore tetro aliquem. Lucret. lib. 6.
Vinculis, verberibus, atque omni supplicio cruciatũ aliquem necare. Cic. pro Lege Manilia.
Necantur herbarum radices. Colum. lib. 2.
Legumina. Plin. lib. 22. cap. 25.
Indolem rectam necas. Senec. Hippol. 4.
Necatus sum, Præteritũ passiuum vsurpat Varro libro 9. de Ling. Latin. Sic & Necabor, Futurum.

Necans, Participium { κτείνων. } Ouid. 2. Amor. eleg. 14, Vidissem nullos matre necante dies.

Necatus, pen. prod. Aliud participium { φονευθείς. } vt
In tormentis necatus Zeno Eleates. Cic. 3. de Nat. deor.
Necatus fame. Quintil. lib. 3 cap. 6, Hinc est, adulteri loris cæsus, vel fame necatus. Cic. ad Attic. lib. 9, Parentem patriam fame necandam putent.
Necatus veneno. Author ad Herennium, Si accusator dixerit ab reo hominem veneno necarum.
Apes cum stirpe necatæ Ouid. 1. Fast.

Necaturus, pen. prod. { φονεύσων } Ouid. 1. Trist. eleg. 2, Ore necaturas accipiemus aquas.

Nectus, semper sine ferro dicitur. Liu. lib. 1, Fame, frigore, illuuie, squalore enecta.

Necopinatus, pen. prod. Adiectiuum, Vide Nec pro Non, in NEC.

NECOS, Filius fuit Psammitichi & Ægypti rex, cui filius Psammis in regno successit, teste Herodoto lib. 7.

Necrocorinthii { νεκροκορίνθιοι } Hoc est, Corinthiorum defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tam ænea, quàm fictilia, quæ cuerfa Corintho è mortuorum sepulchris eruebantur. Vide Strab. lib. 8.

Necromantia, necromantiæ, penult. prod. { νεκρομαντεία } Diuinatio quæ fit per mortuos, vt apud Lucanum quum mortuus suscitatus, euentum belli Pharsalici Sexto Pompeio prædixit. Δαιμὼν enim mortuus dicitur: necron cadauer. μαντεία, diuinatio. Cic. 1. Tusc. Inde Homeri tota νεκυΐα: inde ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat: inde in vicinia nostra Auerni lacus, Vnde animæ excitantur, obscura vmbra, &c. Alij legunt, quæ meus amicus, &c. vt necromantia dicatur numero plurali. Meminit Camerarius in Tusc. fed & Victorius Variarum lectionum lib. 5. cap. 15. Plin lib. 35 cap. 12, de Nicia pictore Athenensi: Opera eius, Nemea aduecta ex Asia Romam à Syllano, quam in curia diximus positam: item Liber pater in æde Concordiæ: Hyacinthus, quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportauit Alexandria capta, & ob id Tiberius Cæsar in templo eius

dicauit hanc tabulam. Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Dianæ sepulchrum, Athenis necromantia Homeri. (Alij legunt necyomantia, sed eodem sensu.) Hanc vendere noluit Attalo regi talentis sexaginta, potiúsque patriæ suæ donauit, abundans opibus. Eam Plinius tabulam intelligit, in qua Nicias ex Homeri descriptione pinxerat Vlyssem ad inferos descendentem, vmbrásque mortuorum alloquentem. Vide NECYIA.

NECROPOLIS {νεκρόπολις} Ægypti oppidum est, triginta non amplius stadiis ab Alexandria distans: ita dictum, quòd ibi Cleopatra, admota vberibus aspide, esse interemerit.

Nectar, nectaris, pen. corr. {νέκταρ} inquit Festus significat deorum potionem. Cic. 1. Tusc. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Vide Macrobium in primo de Som. Scip. cap. 2.

Nectar, sunt qui interpretentur vinum in Lydiæ Olympo concinnatum fauis permistis & floribus odoratis. Succinit Aleman quoque. Sappho etiam ambrosiæ craterem dicit. Sed nec Homerus esse deorum potionem nectar, nouisse creditur. Hæc Cælius lib. 7. cap. 13. Significat autem nectar immortalitatem, à n quod priuationem significat, & κτείνω occido.

Odoratum. Ouid. 4. Metam.
Baccheum. Stat. 2. Sylu. 2.
Nectar, pro Melle, per translationem. Virg. 1. Æneidos,
-stipant & dulci nectare cellas. Martial. lib. 1. de ape electro inclusa,
Et laret, & lucet Phæthontide condita gutta,
Vt videatur apis nectare clausa suo.
Hyblæum. Stat. 3. Sylu. 2.
Liquidum. Virg. 4. Georg.
¶Nectar, pro suauitate. Horat. lib. 1. Carm. ode 13,
Non si me satis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbarè
Lædentem oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit. Perpetuum, subaudi amatorem. Barbarè, more barbarorum & rusticorum. Imbuit, perfudit, replenit. Quinta parte, &c. Eleganter, ait Porphir. quia in quinque partes fructus amoris esse partitus dicitur, visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu: vnde & Terentianum illud,
Tamen extrema linea amare haud nihil est. Hæc ille.
Sui nectaris, gratiæ, dulcedinis, voluptatis.

Nectareus, pen. corr. Adiectiuum {νεκτάρεος.} Mart. lib. 13, Attica nectareum turbatis mella falernum.

Aquæ nectareæ. Ouid. 7. Metam.
Flores. Claud. de Nupt. Honorij.

Nectarea, Herba de qua Plin. lib. 14. cap. 16.

Nectarites, pen. prod. {νεκταρίτης} Potio ex herba nectarea facta. Plin. lib. 14. cap. 16.

Necto, nectis, nexui & nexi, nexum {πέγω, πλέκω} néctere, Ligare, iungere. Virg. 5. Æneidos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis. Propert. lib. 3. eleg. 8,
At tibi qui nostro nexisti retia lecto.
Nectere aliquid ex duabus rebus, pro Res duas in vnum concinnare. Senec. epist. 67.
Brachia nectere. Ouid. 6. Fast.
Catenas alicui. Horat. 1. Carm. ode 29.
Comam myrto. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Coronam alicui. Horat. 1. Carm. ode 26.
Aranea nectit opus sub trabe. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Vincula. Virg. 6. eclog.
¶Africus in glaciem frigore nectit aquas. Propert. lib. 4 eleg. 3.
Nectere aliud ex alio. Cic. 3. de Finibus, Quid, non sic aliud ex alio nectitur, vt non, si vllam literam moueris, labent omnia? Idem 1. de Legib. Sed videtisne quanta series rerum sententiarúmque sit, atque vt ex alio alia nectuntur?
Carmina dissona. Stat. 2. Sylu. 2.
Causas inanes. Virg. 9. Æneid.
Nectere dolum alicui: Idem quod Circunuenire dolis. Liuius 7. bel. Pun.
Gaudia mutua inter se. Lucret. lib. 5.
Iurgia cum aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Laqueum alicui. Horat. 1. epist. 20.
Moras alicui. Valer. 3. Argon.
Nefas & fœdera nectle. Valer. 3. Argon.
Nectere tribus nodis. Virg. in Pharmaceutria,
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modo, & Veneris die vincula necto. Ex antiqua veneficiorum & cantionum consuetudine id scriptum est. Nam in his numerabant nodos, vincula, & necessitates. Synæsius, ἴσχυϊ τοι καὶ ἐπωιδαὶ οἶδα, καὶ κατάδεσμος, καὶ κατακλώθες, ἅς ὑπ' εἰκοῖ αἰ πρῶτ' ἐδὲ πρὸς βροχὸν πλοῦ γελάσεται. Ex Turneb.
¶Necti. Liuius 8. ab Vrbe, Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt.

Nectendæ coronæ. Horat. 4. Carm. ode 11.

Nexio, onis, Idem quod Nexus. Arnob. lib. 5. aduersus gentes.

Nexus, Participium {πεπλεγμένος.} Cic. 3. Tusc. Omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt. De virtutibus.
Aliæ ex aliis aptæ & necessitate nexæ causæ. Cic. 5. Tusc.
Causa causæ nexa rem ex se gignit. Cic. 1. de Diuinat.
Manus nexæ ex ordine. Ouid. 8 Metam.
Nexa res pignori. Martianus in l. Res quæ. D. de iure fisci, Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt.
Pedes per mutua nexi. Virg. 7. Æneid.

Nexus, huius nexus {πλοκή} Ipsa ligatio. Plin. lib. 8. cap. 11, Bellantésque cum iis perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, vt & ipsos circunflexu facili ambiant, nexúque nodi præstringant.
Nexu vincti, solutíque se vndique in publicum proripiunt. Liuius 2. ab Vrbe.
Arcto luctantia nexu Pectora. Ouid. 6. Metam.
Densi. Stat. 5. Thebaid.
Duros nexus soluere. Claud. 2. de raptu Proserp.
Multiplex, Vide MULTUS.
Recuruo serpunt hederæ. Ouid. 3. Meram.
Vipereus. Stat. 6. Thebaid.
Volubiles. Ouid. 3. Metam. de serpente quodam.
¶Nexus, Nodus. Plaut. Milit. 16, Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio, præcinctus.
¶Nexus, siue nexum, Est genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam vt pignus afficitur: vt ait Budæus. Varro de Ling. Latin. libro 6, Nexum, Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur in quo sint mancipia. Mutius, Quæ per æs & libram fiunt, vt obligentur, præterquam mancipio detur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quærit. Nam idem quod obligatur per librã, neque suum fit, inde nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia quam debebat, dum solueret, nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Hoc C. Pupillo vocare Sylla Dictatore, sublatum ne fieret, & omnes qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Festus libro 12. In nexu sunt hæc, testamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. Cic. pro A. Cæcin. Demde quòd Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa atque hæreditates. Idem in Parad. Non ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia quę sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. Et Curio, lib. 7. 31, Nisi habere socium studiorum meorum Atticum nostrum, cuius quum proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum. Vide Liu. 2. ab Vrbe, & Cæl. lib. 12. cap. 20. & cap. 21.
Legis nexus. Tacit. lib. 3.
Liber à nexu pignoris. Papinian. in lege Si Paterfamil. D. Familiæ erciscundæ.
Liberare venditorem à nexu venditi. Vlpian. in l. Si non sortem. §. Adeo. D. De condict. indeb.
Nexi (vt iam dictum est ex Varrone) sunt liberi homines, qui operas suas in seruitute pro pecunia quam debebat, domino præstabant.
Nexus ob æs alienum. Liu. 2. ab Vrbe.
Nexorum & mancipiorum iura. Cic. 1. de Orat.
Nexum inire, Lege nexus addici, inquit Budæus. Vinciri, illigari, & retineri atque astringi. Liu. 7. ab Vrbe.
Nexu obligare. Cic. pro L. Mur. Quod si in his rebus reperendis, quæ mancipi sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio Consulis designati, is potissimum Consul, qui Consulem declaratus, auctor beneficij Pop. Romani, de fenore periculi esse debebit.

Nexo, nexas, nexauit: & Nexo, nexis, nexui, nexum {πλέκω} néxere secundum Priscianum, frequentatiuum à Necto, nectis. Virg. 5. Æneid. Nexantem nodis, lóque in sua membra plicantem.

Nexor, nexaris, Deponens, antiquum. Lucret. lib. 2, Pars etiam breuibus spatiis nexantur ab ictu. Id est copulantur, cohærescunt per plagam, & ictum. Quidam habent vexantur, sed mendosè.

Nexilis, & hoc nexile, pen. corr. {πλεκτός} Quod nectitur: sicut textile, quod texitur. Lucret. libro 5, Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmen.
Coronis nexilibus redimita turba. Senec. Agamemn. 5.
Hederæ nexiles. Ouid. 6. Metam.
Sinus. Ouid. lib 1. Amorum, eleg. 14,
Quàm se præbuerant ferro patienter & igni
Vt fieret torto nexilis orbe sinus.
Cincinnum dicit, qui est annularis capillus.
Thorax nexilis. Stat. 4. Thebaid.

Necubi, pen. corr. {μή που} Aduerbium loci, Ne alicubi, id est, Ne in aliquo loco, & semper duo verba postulat: vt Iusti necubi mihi præsto sis, id est Ne in vllo loco. Liuius 5. bell. Pun. Necubi hosti æquo se committere loco. Varr. 1. de Re rust. cap. 45, Si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat.
Necubi, pro Nusquã. Liu. 2. bel. Punici, Hispanos & Afros, & omne quod veterani erat robur exercitus, admissis ipsorum impedimentis necubi consistere coactis, &c.

Necunde, Aduerbium loci {μή που} Id est, Ne ex aliquo loco. Liu. 8. bel. Pun. Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

Necyia, necyiæ {νεκυία} trisyllabum, pen. prod. diphthongo. Cic. Tusc. 1, Inde Homeri tota νεκυία. id est illa mortuorum fabula quæ in Odyss. λ. ita enim vocatur pars illa Odysseæ, qua fingitur Vlysses ad inferos descendisse, vmbrásq; alloquutus fuisse. Vide NECROMANTIA.

Necyomantia {νεκυομαντεία} pen. prod. Vaticinium ex mortuis. Vaticinatio quæ fit euocatis Manibus ex inferis. νέκυες, mortuus: μαντεία, diuinatio, vaticinium.

Necydalus, necydali, pen. corr. {νεκύδαλος} Insecti genus, è quo progeneratur bombyx. Plin. lib. 11. cap. 22.

NEDA, Fluuius erat in Messeniorum, qui populi sunt Græciæ, ora, de quo in Apollinis quodam oracolo,
Ἔσ τε πρόσ γε πίνειν ὕδωρ ἐλθεῖν Νηϊάδ' ἐσ ἔδεθρα,
Οὐκέτι μιαίνειν ἐθέλουσι. Huius visuntur fontes in Lycæo monte. Ex Cælio lib. 18. cap. 9. ¶Hoit & Neda nympha, vna ex his quæ Ioué educarunt, à qua & in Lycæo fons appellationem ducat, cuius quæ fuerit olim vis, vide apud Cælium lib. 14. cap. 17.

Nedum {μὴ ὅτι, μὴ ὅπως, οὐκ ἀλλ' ἤ} Coniunctio, significat Non solum. Duobus tantum modis vsurpatur. Vno quum vtranque sententiam eodem claudimus verbo: vt, Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam. Cic. Curio, libro 7. 29, Erat enim multo domicilium huius vrbis (quum quidem hæc vrbs) aptius humanitati, & suauitati tuæ, quàm tota Peloponnesus, nedum Patræ. Liuius 4. bel. Pun. Militi quoque, nedum regi vix decoro habitu. Altero modo accipitur nedum, quum suum vtrique sententiæ verbum accommodamus: vt, Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem.

Terent.

Terentius Heaut. 3. 1, Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumptus queat, nedum tu possis. Ex Valla lib. 2. Tacit. lib. 13, Pueri fobtios quoque conuictus, nedú temulentos ignorantis. Horat. de Arte, -mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
¶Nedum, Sed etiam. Cic. ad Attic. lib. 10, Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea. Sic legit Budæus. Vetus autem exemplar legit nouum morbum: & non modò morbum, quam Lambinus sequitur.

Nefandus, Adiectiuum {ἄῤῥητος, ἀῤῥητοποιὸς, ἀθέμιτος, ἀθέσπιστος} Quod non est fandum.
Amor nefandus. Valer. 8. Argon.
Arma. Cic. ad Brutum, 10, Contráque eius arma nefanda, præsidia, quæ oblata sunt, Cæsaris consilio, & authoritate firmaui.
Bellum. Virg. 12. Æneid.
Concubitus. Ouid. 6. Metam.
Crimina. Senec. Hippol. 6.
Domus Ouid. 6. Metam.
Enses. Virg. 2. Æneid.
Facta. Ouid. 2. Fast.
Gens. Virg. 3. Æneid.
Institutum. Cic. pro Domo.
Manus. Ouid. 3. Metam.
Odia. Virg. 5. Æneid.
Nefando scelere imbuta tellus. Catull. Argon. epigr. 59.
Vir. Virg. 4. Æneid.

Nefans, nefantis, omnis generis, Idem. {ἀθέμιτος} Lucilius, lib. 7, Tantalus qui pœnas ob facta nefanda luit. Varro, Ego, inquit, eam suppetias, quæ tunc mihi nec tes, nec ratio est, dissoluat, atque omnia nefantia. Antiquum & obsoletum est.

Nefarius, Adiectiuum {ἄῤῥητος, ἀποφράς} Sceleratus. Nonius, Nefarij proprietatẽ lib. 1. de vita Populi Rom. Varro patefecit, A farre quod adoreum est, quo scelerati vti non debant, non triticum, sed far. hoc quoque idem significat, quòd qui indigni sunt qui viuant, nefarij vocantur. Asconius Pædianus in 3. Verr. Nefandum est, non fandum. Nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. ergo Nefarij, sacrilegi. Cic. 2. Offic. Ita habendum est religioni, nocentẽ aliquando & nefarium, impiúmque defendere.
Atreus nefarius. Horat. de Arte.
Iacinus. Cæsar. 7. bel. Gal.
Latrocinium. Cic. 3. Verr.
Promulgatio. Cic. ad Lentulum lib. 1. 5.
Scripta. Catul. ad Fundum, epigr. 41.
¶Nefarium, substantiuè apud Liuium lib. 9. ab Vrbe, Nisi eo nefario Rempub. obstrinxeris, quod ominari horret animus, &c.

Nefariè, Aduerbium {ἀθεσπίτως.} Cic. 2. Verrina. Quum multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Rom. atque in socios, multa in deos, hominésque nefariè fecerit.

Nefas, indeclinabile, neut. gen. {ἀθεμιτουργία} Impium facinus, & execrabile scelus.
Capitale nefas. Ouid. ad Pisonem.
Dirum. Virg. 4. Æneid.
Execrandum regiæ cædis. Senec. Troad. 1.
Grande, & morte piandum. Iuuen. Satyr. 13.
Immane audere. Virg. 6. Æneid.
Lacrymabile. Stat. 9. Thebaid.
Maculosum. Horat. 4. Carm. ode 5, Mos, & lex maculosum edomuit nefas. Id est, turpe adulterium. vel fortè maculosum, quia qui ex adulterio concipiuntur, non solent referre maritos.
¶Admittere vastum. Senec. Herc. OEth. 7.
Aggredi aliquod. Ouid. 7. Metam.
Auertere. Silius lib. 3.
Committere aliquod. Ouid. 7. Metam.
Concipere mente. Ouid. 10. Metam.
Contrahere, Vide CONTRAHO.
Dissimulare. Virg. 4. Æneid.
Edere aliquod. Stat. 8. Thebaid.
Tantúmne nefas patrio excidit ore? Virg. 2. Æneid.
Facere. Ouid. 8. Metam.
Ingens geminare. Senec. Octau. 6.
Passa corpore. Ouid. 10. Metam.
Prohibere. Virg. 5. Æneid.
Purgare. Silius lib. 11.
Soluere. Ouid. 2. Fast.
Suadere alicui. Ouid. 1. Metam.
Sustinere. Ouid. 3. Amor. eleg 8.
Nefas sit. Cic. de Amic. Æquè autem nefas sit tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. Idem ad Trebonium, libro 15. 21, Mihi nefas sit obliuisci.
Nefas dictu. Cic. de Senect. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videtis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.
Dictu nefas prodigium. Virg. 3. Æneid.
Nefas habetur. Plin. lib. 3. cap. 5.
Nefas, pro Homine nefario. Virg. 2. Æneidos,
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentes
Laudabor pœnas. Helenam intelligit.
¶Nefas, pro Impossibile. Horat. 1. Carm. ode 24,
Durum, sed leuius fit patientia
Quicquid corrigere est nefas. Quo modo etiam à Cicerone vsurpatur in Timæo, Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile: & quam iam inueneris, indicare in vulgus, nefas. Sic enim reddidit, quod Plato dixit ἀδύνατον.

Nefastus, Adiectiuum: vt Nefasti dies, Quibus non licet ius fari. Ouid. 1. Fast. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. Tria hæc verba solennia intelligit Ouidius, Do, Dico, Addico, quæ omnem iuris actionem & sententiam indicant. Vide Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 6. Varro de Ling. Latin. lib. 5, Dies nefasti vocãtur, per quos dies nefas est fari Prætorem. Nefasti dies, N litera notabantur, inquit Festus. Vide FASTI.
Nefastus, pro Nefarius. Nefastum habetur prolibare diis, Plinius lib. 14. cap. 19.
Nefastus & dirum. Cic. 2. de Legib. Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infectáque sunto.
Quid intactum nefasti liquimus? Horat. 1. Carm. ode 35. Hoc est nefarij. Acron.
Acheron nefastus, Vide ACHERON.
Frutices. Plin. lib. 20. cap. 11.
Locis nefastis imposuere delubra. Stat. 1. Thebaid.
Spiritum nefastum ferro exigere. Senec. OEdip. 14.
Terra. Liu. 6. ab Vrbe. Id est infausta & ominosa, inquit Budæus.

Nefrendes, dubij gen. Arietes dixerunt antiqui, inquit Festus, quòd dentibus frendere non possint. Alij dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius, Quem ego nefrẽdem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui nefrendes testiculos dici putent. Hactenus Festus. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Porci, amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint, id est frangere.

Negabundus, Vide NEGO.

Neglectus, Vide NEGLIGO.

Negligo, negligis, pen. corr. neglexi, neglectum {ἀμελέω, ἀπαιδία, ἀπονοσία, μετρίπονος, περιόπτης, ἀποσοβέω} negligere, Contemnere, non curare, quasi ne legere quidem, nec videre dignari, inquit Sipontinus. Cic. 4. in Catil. Quæ quum ita sint Patres Conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia quam neglexi, pro triumpho, cæterísque laudis insignibus, &c.
Prætermitti ab aliquibus & negligi. Cic. pro Cluent.
Aspernari & negligere. Cic. pro Rosc. Amer. Quorum ego neque beneuolentiam erga me ignorare, nec authoritatem aspernari, nec voluntatem negligere debeam.
Imperium alicuius. Cæsar 5. bel. Gall. Nihil hunc se absente pro sano factum esse arbitratus, qui præsentis imperium neglexisset.
Iniurias. Cæsar 1. bel. Gall.
Mandatum alicuius. Cic. pro Rosc. Amer.
Minas alicuius negligere, & Horrere, contraria. Cic. pro Quint.
Non negligere aliquod negotium, Est diligenter illud curare. Terent. Phor. 1. 2, Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
Ornamenta, Vide ORNO.
Periculum fortunarum & capitis pro amico, Postponere, Non timere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4, Periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit.

Negligens, pen. corr. omn. gen. {ἀμελὴς, μεθήμων, ὀλιγωρὸς} Qui nihil curat. Cic. 4. Verr. Quoniam pater tam negligens & dissolutus est. Ibidem, 6, Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possumus?
Negligens de alieno: Id est, de aliena pecunia rectè collocanda parum solicitus. Plin. iunior, lib. 4. epist. 13, ad Tacitum, Nam qui fortasse de alieno negligentes, certè de suo diligentes erunt.
Improuidi & negligentes duces Cic. Attic. lib. 7.
Negligens in amicis eligendis. Cic. de Amic. Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes esse.
Negligens sui. Senec. lib. 1. de Ira.
Socors & negligens ipsius natura tarduit. Cicero de Claris Oratoribus.
Negligentem facere. Terent. And. 2. 3, Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentẽ feceris. Id est efficies vt ille non curet posthac.
Negligens de alieno. Plin. epist. 78.
Negligens in me. Cic. ad Memmium, lib. 13. 1, Non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabit.
Amicorum, inimicorúmque. Tacit. lib. 19.
Negligentior. Catull. in Asinium, epigr. 12, Tollis lintea negligentiorum.

Negligentia, negligentiæ {ἀμέλεια, μεθημοσύνη, ὀλιγωρία} Incuria & indiligentia quod dicitur. Terent. in And. 1. 1,
Ex Andro commigrauit huc viciniæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta.
Negligentia fortunæ. Senec. de Vita beata. Id est contemptus rerum fortuitarum.
Negligentia, pigritia, inertia, &c. quos tutari debent, desertos esse patiuntur. Cic. 1. Offic.
Negligentia aliquid faciendi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Agrestis & inhumana, Vide INHVMANVS.
Crassa. Vlpian. in l. Nec supina. D. de iur. & fact. ignor. Vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit.
Diligens. Cic. in Orat. Illa ipsa contracta & minuta non negligenter tractanda sunt, sed quædam etiam negligentia est diligens.
Dissoluta negligentia prope dolum est. id est, proximè accedit ad dolum. Vlpian. in l. Si fideiussor. in princip. D. Mandati.
Non ingrata. Cic. in Orat. Habet ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis, magis quàm de verbis laborantis.
Summa. Paulus in l. Regula. D. de iuris & fact. ignorant.
¶Adducere in, Vide ADDVCO.
Contemptum negligentia aliquid. Cic. de Aruspicum resp.
Corrumpit animum negligentia, diligẽtia comparat diuitias. Author ad Heren. lib. 4.
Negligentia tua nõ feci, Id est quòd te negligẽ. Terent. Phorm. 5. 9.
Agrestem & inhumanam fugere. Cic. 1. Offic.
Impediri negligentia, Vide IMPEDIO.
Plecti negligentia tum maximè in amicis & diligendis & colendis. Cic. de Amic.

Neglectus { ἀμελησθείς, ἀμεληθείς } Participium: vt
Abiectus & neglectus vir. Cic. 3. de Finib.
Capillos neglectos coercebat vitta. Ouid. 2. Metam.
Coma. Ouid. 3. de Arte.
Facies neglecta peribit. Ouid. 3. de Arte.
Fides. Ouid. epist. 20.
Forma Ouid. 1. de Arte.
Tellus. Stat. 5. Sylu.
Virtus. Horat. in Carm. seculari.
Relinquere aliquid neglectum. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Neglectus, huius neglectus { ἀμέλησις. } Terent. Heaut. 2. 3, Neutiquam hæc res neglectui est mihi.

Negligenter, Aduerbium { ἀμελητῶς, ἀμελῶς, ἀπραγμόνως. } Terent. Heaut. 2. 3, -capillus passus, prolixus circum caput Reiectus negligenter et pax.
Negligenter & Dligenter, contraria. Cic. pro Rosc. Comœ. Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas?
Temere ac fortuitu, inconsyderatè negligentérque ne quid agamus. Cic. 1. Offic.
Tractanda non negligenter minuta sunt. Cic. in Orat.
Negligenter, Per contemptum. Sueton. de Claris gram. Librum etiam cui est titulus Puerilogos, edidit, continentem querelas de iniuriis, quas professores negligẽter ab ambitione parentũ acciperent.
Asseruare negligentius aliquid. Cic. pro Cœcin.

Nego, negas, negare { ἀπόφημι, ἀποφάσκω, ἀρνέομαι, ἐξίστημι } Nihil aliud est quàm dicere aliquid non esse, & inficias ire. Terent. And. 1. 1,
-ego illud seduló
Negare factum ille instar factum.
Noga nega nunc Equiti Romano homini honesto, iudici tuo credi oportere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Hoc ex vehementi animi affectu dictum est.
Fateri & Negare, contraria. Cic. de Clar. Orat.
Impune. Ouid. 13. Metam.
Obstinatè, Vide OBSTINO.
Manifesta. Ouid. epist. 4.
Negat tantum, sed quoque. Liu. 3. ab Vrbe, Decemuir alienato ad libidinem animo, negat hesterno tantùm conuitio Icilij, violentiáq; Verginij, cuius testem populum Romanũ habeat, sed certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota cœtus in vrbe factos esse ad mouendam seditionem.
¶Negare, Facto etiam dicitur, pro Renuere. Terent. And. 2. 3, Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. Virgil. 10. Æneidos, Egregij forma: sed queis fortuna negarat
In patriam reditus.
Oranti negauit ista. Stat. 12. Thebaid.
Præcisè alicui. Cic. Attico, lib. 8.
Ingrata fronte aliquid. Propert. lib. 1. eleg. 10.
Accessum, In ACCEDO.
Accessus terra paterna negat. Ouid. epist. 10.
Alimenta miseris. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.
Cursum alicui. Virg. 7. Æneid.
Natura negauit mihi formam. Ouid. epist. 21.
Manus negat officium. Ouid. epist. 20.
Opem negauit patriæ. Ouid. epist. 3.
Præmia alicui. Ouid. 7. Metam.
Stimulis negare, Non obedire calcaribus. Lucan. lib. 8. de Pompeio fugiente,
Cornipedem exhaustum cursu, stimulísque negantem
Magnus agens, &c. Hoc est, qui ictus calcaribus non tamen promoueretur.
Veniam. Ouid. 10. Metam.
¶Negare, pro Recusare, cum accusatiuo. Ouid. 2. Fastorum,
Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.
¶Negare, pro eo quod barbari dicunt, *Dicere quod non.* Cic. de Amic. Negabat vllam vocem inimicitiorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset, &c. Ibidem, Negant quenquã virum bonum esse, nisi sapientem. Idem 6. Verr. Negent isti onerariam nauem maximam, &c. Sic 4. Acad. Et 5. Verr. Nego quenquã esse vestrum qui sæpe audierit, socios, &c. Idem pro Cluentio, Et iam querimur sæpe hominibus nouis nõ satis magnos in hac ciuitate esse fructus? nego vsquam vnquam fuisse maiores. Budæus.
Negat & Ait, contraria. Terent. Eunucho, 2. 2,
Negat quis, nego: ait, aio.
Negaris esse domi. Martial. lib. 2. 5.
Negatur esse in Tarentino agro picus Martius. Plin. lib. 10. cap. 29.

Negatur, Impersonale { ἀπόφατον. } Ouid. 2. de Arte, Si tibi pertutum, placitúmque negabitur ire.

Negans, negantis { ἀποφατικὸς, ἐξαρνούμενος. } Particip. siue Nomen ex participio. Cic. in Top. Sunt etiam valde cõtraria alia quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt Si hoc est, illud non est.

Negantia, negantiæ { ἀπόφασις } pro Negatione. Cic. in Topic. Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic, Non & hoc est, & illud.

Negandus, Participium { ἀποφατέος } vt
Auxilium non negandum. Ouid. 15. Metam.

Negatus, pen. prod. { ἀποφατὸς. } Aliud participium: vt,
Via negata. Horat. 3. Carm. ode 2.
Cupimus negata. Ouid. 3. Amor. eleg. 4, Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata.

Negatio, Verbale { ἀπόφασις, ἄρνησις. } Cic. Quum is qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negarit, eandem vim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Idẽ de Fato, Quid est quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem?
Negatio, inficiatióque facti. Cic. in Partit.

Negabundus, Adiectiuum { ἐξαρνῶν } Festus, Negabundum pro negante dixere veteres.

Negito, negitas, penult. corr. { ἀποφάσκω } negitare, Frequentatiuum. Plaut. Merc. 3. Abnuere, negitare adeò me natum suum.
Ne fieri negites, quæ dicam, posse: retróque, &c. Lucret. lib. 4.

Negatiuus, penultima prod. Adiectiuum { ἀρνητικὸς, ἀποφατικὸς } Quod negat.

Negatorius, Adiectiuum, vt Actio negatoria. Vide Confessorius, in CONFITEOR.

Negotium, negotij { πρᾶγμα, πρᾶγμα, πραγματεία } Labor, occupatio. Terent. in Prolog. Hecyræ, Vt in otio esset potius quàm in negotio. Author ad Herennium, libro 1, Etsi negotiis familiaribus impediti. Cic. Cornificio, lib. 12. 18, Etsi periniquo patiebar animo te à me digredi, tamen eo tempore me consolabar, quòd & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere.
Plusculum negotij in aliquibus causis est. Cic. 2. de Orat.
Negotij plenus Plaut. Pseu. 5.
Sed quid negotij, quamobrem succenses mihi? Id est quare, vel quamobrem succenses mihi? Plaut. Capt. 12.
Negotium. Terent. in Prolog. Andriæ,
Id sibi negotij credidit solùm dari,
Populo vt placerent, quas fecisset fabulas. Donatus, Negotium modò pro molestia, & cura, non labore.
Rei familiaris negotio, seruorum diligentia cognoscitur. Cic. pro Rosc. Amer.
Atrox. Sallust. in Catil. Itaque (quod plerunque in atroci negotio solet) Senatus decreuit, vt darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet.
¶Aurarium, Vide AVRVM.
Carbonarium, In CARBO.
Dapaticum, Vide DAPS.
Decisa. Horat. 1. epist. 7.
Forensia. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Humana. Iuuen. Satyr. 14.
Lautum, Id est egregiũ. Cic. Attic. lib. 6. epist. 1, Est enim lautum negotium. hoc est egregia mea prouincialis administratio.
Magna negotia magnis adiutoribus egent. Paterculus libro 2. sub finem.
Maturarum, Vide MATVRVS.
Sæuum. Horat. 3. Carm. ode 29.
Salsum. Cic. Attic. lib. 16, De Ἡγησιπολείῳ Varronis negotia salsa. Id est, facetè scripsisti de Ἡγησιπολείῳ Varronis.
Negotia vmbratica, Id est in quibus vigor animi & corporis elanguescit, & quodammodo effeminatur. Gell. lib. 3. cap. 1.
Non sine negotio aliquid facere. Plin. lib. 21. cap. 10.
Nullo negotio, pro Facile. Cic. pro Roscio Amer. Tu hoc propter multitudinem sicariorũ, nullo negotio facere potuisti. Idem ad Atticum, Turabat ad summã, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem.
¶Abstinere à, Vide ABSTINEO.
Accersere ad aliquod, In ACCERSO.
Administrare, In ADMINISTRO.
Agitur negotium. Quintil. lib. 3 cap. 5.
Agere negotium suum. Cic. 1. Offic.
Agere negotium publicum. Plinius iunior, libro 1. epist. 10. ad Arrium.
Negotium attingere. Cic. Fam. 13.
Attribuere, In ATTRIBVO.
Commeriri, In COMMETIOR.
Conficere, In CONFICIO.
Conficere aut deponere. Cic. Attic. lib. 7.
Paucis verbis negotium conficere. Cic. 2. de Diuinat.
Conficere de negotio. Cic. Fam. 1.
Conflare alicui negotium, Id est molestiam, Vide CONFLO.
Negotium contrahere. Cic. ad Attic. 15.
Aliena negotia curo excussus propriis. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Decedere de negotio, Vide DECEDO.
Dedo tibi istuc negotij, Vide DEDO.
Negotium deferre. Cic. ad Attic. 1.
Negotiis detineri, vel distineri. Cic. ad Heren. lib. 4.
Dare negotium, Hoc est committere. Cicero 6. Verr. Et negotium datur Quæstoribus & Ædilibus vt nocte vigilias agerent ad ædes sacras.
Dare alicui de re aliqua. Cic. pro Domo.
Dare & imperare quoddam negotium alicui. Cic. 6. Verr.
Negotium efficere. Cæs. Cic Fam 12.
Ex negotiis emergere. Cic. ad Attic. 5.
Exhibere alicui negotium, Id est molestiam. Cic. 1. de Nat. deor.
Negotium expedire. Cic. Fam. 13.
Negotium explicare. Cic. Fam. 13.
Facessere negotium, Exhibere molestiam. Cic. Appio Pulchro, libro 3. 10, Quum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent, &c.
Facere negotium, Idem. Quintil. lib. 5 cap. 12.
Facere negotium, pro Accusare. Vlpian. in l. Qui iudicio De accusat. Quíve ob accusandum negotiúmve faciendum pecuniam accepisse iudicatus erit. Sic legit Budæus. Quædam tamen exemplaria facessere negotium habent.
Negotia fugere. Cic. Fam. 13.
Gerere. Cicero pro Quintio, Eques Romanus locuples, sui negotij bene gerens, Id est cui res prosperè succedunt.
Gliscentibus negotiis. Tacit. lib. 11.
Magna, ampla, & expedita negotia habere. Cic. Lentulo, lib. 13.
Permagna negotia habebat. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Habere negotium in re aliqua. Cicero Sextio, lib. 5. 6, Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, vt adessem: plurimúmque in eo negotii habui.

Habe

Habe tuum negotium: nec quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, existima. Cic. Attic. lib. 12. Habe tuum negotium, id est, Existima tuum esse negotium: Hæc res tibi curæ sit, item vt si tua res esset. Et lib. 13, Habuit suum negotiũ Gallus, vt scribit. Id est, hac de re ita laborauit, vt si res ipsius ageretur: Duxit suum negotium, *Il en a fait son propre faict.*
Negotiis impediri. Cic. ad Attic. 2.
Impendet negotium, Vide IMPENDEO.
Negotiis contrahendis implicari, Vide IMPLICO.
Molestijs operosísque implicari. Cic. 1. de Nat. deor.
Imponere alicui. Cælius Cic. lib. 8. 8.
Influentia, Vide INFLVO.
Infensescere negotiis. Tacit. lib. 4.
Insistere negotium aliquod, Vide INSISTO.
Instituere, Vide INSTITVO.
Intendere se alienis. Tacit. lib. 11.
Interesse & præsse certis quibusdam. Cic. Lent. lib. 1. 6.
Inuertere, Vide INVERTO.
Legare alicui, Vide LEGO, legas.
Negotium mandare. Cic. Fam. 13.
Mittere in, Vide MITTO.
Non negligere aliquod, Vide NEGLIGO.
Negotium obiicere. Plaut. Curc. 7.
Obire, Vide OBEO.
Negotiis obrui. Cic. ad Q. Frat. lib. 1.
Offerre se alienis, Sine mandato ea subire. Iulianus in l. Si is qui. D. de except. rei iud.
Nullo negotio occisus. Cic. pro Rosc. Amer. Quum pater huius cæ Sext. Roscius, homo tam splendidus & gratiosus, nullo negotio sit occisus.
Tãto negotio, tantis opibus oppidum Pindenissum oppugnabam. Cic. Cælio, lib. 2. 9.
Negotio perficere. Cic. Fam. 10.
Negotio præponere. Cic. Fam. 13.
Negotia procurare. Cic. Fam. 12. & 13.
Negotium recusare. Cic. Fam. 15.
Nullo negotio recuperari aliquid posse. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 21.
Remouere se à. Cic. pro Cluen.
Subire. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Est mihi negotium, quod barbari dicunt, *Habeo ad faciendum.* Plaut. Amph. 4. Terent. Adel. 4. 5, Mirabar quid hic negotij esset tibi.
Est mihi negotium eum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8, Vt existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium.
Ita negotium est. Plaut. Mil. 9. Id est, Ita oportet, Res ipsa exigit.
Nullum negotium est quin occidam. Plaut. Capt. 10. Hoc est, dubium non est quin, &c.
Negotij nihil est, pro Nihil est quod agam. Plaut. Aul. 12. 7.
Negotij nihil est, pro Est facile. Cic. 2. de Finib. Quam scilicet compremere nihil est negotij.
Magnum negotium est nauigare, atque id mense Quintili. Cicero Attic. lib. 5.
Suscipere, administrare, & conficere negotium. Cicero Bruto, libro 13. 11.
Executionem eius negotij libens suscepit. Tacit. lib. 3.
Negotium sustinere. Cecin Fam 6.
Negotia tractare. Cic. Totum hoc negotium ita agas, ita tractes.
Inuisa negotia me trahunt Romam. Horat. 1. epist. 14.
Transigere susceptum. Cic. pro Quintio.
Negotium tueri. Cic. ad Attic. 8.
Negotia tumere. Cic. ad Attic. 14.
Negotia videre, pro Curare. Cicero, Sed valebis, meáque negotia videbis.
¶Negotium, pro περισπάσει Quintil. libro 3. cap. 5. circa finem, Negotium est congregatio personarum, locorum, tẽporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, fermonum, scriptorum & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotiũ περίστασιν. Peristasis, Latinè circunstantia dici potest.

Negotiolum, pen. corr. Diminutiuum { πραγμάτιον. } Cicero ad Qu. frat. lib. 3. 20, Erit nescio quid negotioli.

Negotiosus, pen. prod. Adiect. { πολυπράγμων. } Quod est negotiis plenum Sallust. Prudentissimus quisque quasi maximè negotiosus erat.
Negotiosa cogitatio & actio. Celf. lib. 4. cap. 24.
Sacri, & Negotiosi dies, opponuntur. Tacit. lib. 13.
Negotiosa & molesta prouincia. Cic. pro Murena, Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem non tam gratiosam & illustrem quàm negotiosam & molestam.
Res negotiosa, Difficilis Plaut. Stich. 6.
Negotiosum tergum, Cui facessitur negotium Plaut. Mil. 8.

Negotialis, & hoc negotiale, penult. prod. { πραγματικὸς } Ad negotium pertinens. Cic. 1. de Inuent. Hæc constitutio quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, iuridicialem, & negotialẽ.
Locus negotialis. Quintilian. libro 3. cap. 6. Idem libro 2. cap. 21, Esque locum in ethice negotialem assignant, id est πραγματικόν.

Negotior, negotiaris { ἐμπολέω, ἐμπερνάω, πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι } negotiari, Negotia exercere, & mercaturæ operam dare. Cic. 2. Offic. Qui se Syracusas otiandi (vt ipse dicere solebat) non negotiandi causa contulisset.
Negotiari animas. Plin. lib. 29. cap. 1, Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari.
Id est, lucrum facere in occidendis animabus. De medicis.
Negotiari aliquo genere mercaturæ. Colum. in Præf. lib. 12.

Negotiator, pen. prod. negotiatoris { ἐμπολήτης, πραγματευτὴς } Qui in aliorum negotiis se exercet. Vnde Labeo in l. Legatis seruis. D. de legat. 3, Negotiatores serui videntur, qui præpositi sunt negotij exercendi causa: veluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpositi sunt.
Negotiator, Mercator. Cicero 5. Verr. Qui plus existimet apud lectissimos Senatores pecuniam, quàm apud tres negotiatores metum valere.
Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. Cicero Qu. frat. lib. 1. 1.
Mercis sordidæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Mancipiorum. Quintil. lib. 5 cap. 12.

Negotiatio, pen. corr. { ἐμπολὴ, ἐμπορία, πραγματεία } negotiationis, Verbale, Mercaturam significat. Cic. ad Cecin. lib. 6. 8, Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare.

Neides { νηΐδες } Genus quoddam ferarum, quarum magna vis in Samo fuccreuerat, quũ incolis esset initio vidua, quarúmque intoleranda audiebatur. velut barritus. Ex Cæl. lib. 21. cap. vlt.

NELEVS { νηλεὺς } fuit rex in Pylo, teste Homero in 11. Odysseæ: habuit vxorem Chlorim, ex qua genuit Nestorem, qui à poetis Neleides dicitur.
Pascua herbosa Nelei. Ouid. 2. Metam.

Neleus, pen. prod. Adiect. { νήλεος. } vt Pylos Nilea. Ouid. 6. Metam.
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheia Troezen.

Neleius, pen. corr. Aliud adiect. { νηλεῖος } vt, Arua Neleia. Ouid. epist. 15, Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua Mittimus.

Nelides, nelidæ { νηλείδης } Patronymicum à Neleo Pyli rege & patre Nestoris formatum. Ouid. 12. Metam. Bis sex Nelidæ fuimus conspecta iuuentus.

NEMAVSVS { νέμαυσος } Galliæ Narbonensis ciuitas, Aricomiscorum metropolis, & omnium in eo tractu clarissima olim, quatuor enim & viginti vicos eiusdem nationis subditos habuit, virorum fortitudine excellentissimos, vt author est Strabo lib. 4. Vulgò *Nimes.*

NEMEA, pen. corr. { νεμέα } Sylua inter Cleonas & Pliuntem, in qua Argiui ob Herculis memoriam (qui leonem ibi occiderat) Nemeæa sacra celebrare consueuerunt. Plin. lib. 19. cap. 8. de Appio, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Hinc omnis regio Nemea dicitur. Virg. 8. Æneidos,
-& vastum Nemeæ sub rupe leonem. Dicitur & Nemee, huius Nemees. Martial. lib. 1. 27,
Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas Menalium non timuisset aprum. Sunt qui penultimam interdum etiam produci putent, citantes anapesticum dimetrum Senecæ in Hercule Oetheo, Iuga Spartes, Nemeæque fouent.
Nemeorum populorum meminit Liuius 7. belli Pun. & 4. bell. Maced.
Ager formidatus Nemees. Stat. 3. Sylu. 1.
Frondentis Nemees alumnus. Stat. 1. Sylu. 3. Intelligit Leonem sidus cæleste.
Lucus Nemees. Stat. 5. Sylu. 3.

Nemeæus, Adiectiuum { νεμεαῖος, νεμεαϊκὸς. } vt
Arma Nemeæa. Stat. 5. Sylu. 2.
Hiatus Nemeæus leonis. Lucret. lib. 5.
Pestis. Ouid. epist. 9.
Vellus. Ouid. 9. Metam.

Nemeæa { νεμεάδα } Sacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponnesi sylua, in qua fieri consueuerunt in honorẽ Herculis, qui in ea sylua leonem ferrur occidisse: seu potius in honorem Archemori pueri in ea sylua à serpente occisi. Nemeæorũ victores apio coronabantur.

NEMERTES, Nympha marina, dicta quasi incorruptibilis.

NEMESIS, pen. corr. { νέμεσις } Nomen cuiusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, vt ex Catullo & Ausonio licet intelligi. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, vt est apud Statium libro 13. & Catull. epig. 47. ad Liciniũ. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificauit. Romani quoque huic deæ templa dicauere stulti, qui substantiam aliquam Fortunam putarunt, regnorum atque opum dispensatricem, quæ solius Dei nutu huc atque illuc transferuntur. Ea quoque Rhamnusia dicitur, quòd in Ramnunte Asiæ oppido templum & simulacrum Phidiacum habuerit. Ouid. lib. 3. Metamorphoseos, Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis.
Nemesin sanè putabant vltricem superborum. Macrob. 1. Saturn. cap. 22. Nemesis contra superbiam colitur. Sunt qui à distributione bonorum malorúmque dictam esse volunt, à verbo νεῖν, id est distribuo. Vide diligenter quæ de Nemesi copiosissimè collegit Cælius lib. 11. cap. 19.
Nemesis, amica Tibulli, de qua ipse lib. 2. eleg. 3,
Vt mea luxuria Nemesis fluat, vtque per vrbem
Incedat donis conspicienda meis. Martialis lib. 8,
Fama est arguti Nemesis formosa Catulli.

NEMETES, Germaniæ populi Galliæ tractũ incolentes, circa Rhenũ fluuium, vbi hodie est Spira vrbs, inter Argentinam & Moguntiam sita. Meminit horum Cæs. in Comment. bell. ball. & Plinius libro 4. cap. 17.

NEMETOBRIGA { νεμητόβριγα } Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ Tarraconensis vrbs: vulgò *Valdenebro.*

NEMINIA, Fons est in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem significans. Author Plin. lib. 2. cap. 103.

Nemo, neminis, com. g. { οὐδείς, μηδείς. } Festus, Nemo compositum videtur ex ne & homo, quod firmatur magis, quia in persona semper ponitur, nec pluraliter formari solet: quia intelligitur pro nullo. Terent. Eunuch. 3. 5,
-ô festus dies hominis, amice
Salue: nemo est, quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te.
Nemo intus est, Vide INTVS.
Nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. Cicero de Senect.
Nemo, Nullius pretij homo. Cicero Attic. lib. 7, Sed me mouerat

nemo magis,quàm is quem tu neminem putas.
Nemo homo,pro Nemo omnino. Terent. Eunuch.3.5, Nunquis hîc est? nemo est.nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Cic. ad Marcellum,lib.15.10, Frater tuus quanti me faciat, sempérque fecerit,esse hominem qui ignorat,arbitror neminem.
Nemo hominum,pro Nemo omnium, Terent. Eunuch.4.6,Ego formidolosus?nemo est hominum qui viuat,minus.
Nemo omnium.Cic.in Tusc.ul. Nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio.
Omnium hominum neminem facio pluris.Cic.ad Attic.lib.8.
Nemo è nostris.Cic.1.de Tin. Quod & scripta multa sunt, sic vt plura nemini è nostris.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.Virg.5.Æneid.
Nemo est quin. Cic.pro Font. Nemo est ex tanto numero , quin hunc optimè de prouincia, de imperio,de sociis,& ciuibus meritum esse arbitretur.
Nemo fugam in se conuertitur.Plaut.Amphitryone,
Sed fugam in se nemo tamen cõuertitur. Poeticè dictum,pro fugam in se nemo cõuersam inclinatámque habet.vt,Nuda genu,& lachrymis oculos suffusa nitentes.Turneb.
Nemo hoc nescit:nemo tuorum amicorum , nemo abs te interrogatus,nunc se primùm hoc dicet audire.Cic.5.Verr.
Non nemo,pro Aliqui,vel Nonulli. Cic.pro L.Murena,Nõ nemo etiam in illo sacrario Reip.in ipsa inquam curia non nemo hostis est.
Nemo quisquam.Terent.Hecyra,1.1.
-nemo illorum quisquam,scito,ad te venit,&c.
Vnus nemo. Author ad Heren. lib.4, Siquis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discendum, non malè vtatur hoc adiumento, quòd vnus omnes artis partes consequi nemo potuerit.
Nemo vnus. Cæsar in Cõment.Ad neminẽ vnum summa imperij. Liu.ab Vrbe cond. Quia nemo vnus satis dignus regno visus est.
Nemo vnus vir.Liu.ab Vrbe cond.libro 9,Haud dubiè illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo vnus erat vir,quo magis innixa res Romana staret.
Nemo,pro Vllus.Cicero Dolabellæ,lib.9.14,Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini , vt summa seueritas animaduersionibus non modò non inuidiosa,sed etiam popularis esset.
Nemo diuûm.Virg.9.Æneid. Seruius,Nemo pro nullus posuit:& est Acyrologia.Nam diuûm nemo non possumus dicere: quum propriè nemo sit,nec homo.
Nemo non.Cic.de Amic. Apertè enim adulantem nemo non videt,nisi qui admodum est excors.
¶Neminis,pro Nullius.Plaut.Captiu.12,
Neminis me miserer,nam mei miseret neminem.Nonius.
Neminis etiam genitiuo vsus est Cato,inquit Festus , quum dixit, Sunt multi corde,quos miseret neminis.
Nemo non lingua,non manu promptior habetur , pro Nemo aut lingua aut manu.Liuius.
Non nemo,Omnes.Plin.lib.14.cap.4,Pastinatis de integro vineis, cura Sthenelі dum agricolam imitatur, ad vix credibile miracum perduxit , intra octauum annum c c c c nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cuecurritque nõ nemo ad spectandas vuarum in iis vineis strues.
Nemo,de fœminis dictum.Terent.And.3.2, Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hîc. Plaut.Mercat.9.

Nemoralis,Nemorensis,Nemorosus, Vide NEMVS.

Nempe {μαντιμάνως} Aduerbium confirmantis. Quod aliquando cum interrogatione ponitur,aliquando sine interrogatione.
Cum interrogatione.vt Plaut. Nempe ergo in somnis? Cicero 5. Tusc.ul. Nempe negas ad beatè viuendum satis esse vi.tutem? AT. prorsus nego.
Sine interrogatione.Terent.And.2.3,
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem,
Ducas volo hodie vxorem.Cic.in Partit.19,Nempe ea sequũtur quæ ad faciendam fidem pertinent.
Nempe de tuo.Plaut.Trinum.6.
Bene volo ego illi facere,si tu non abnuis.P.nempe de tuo.1.De meo.
Nempe in foro.Plaut.Asin.3.
Audíu'tu?apud Archibulum ego ero argentarium.
D.Nempe in foro.D.ibisíquid opus fuerit.
Nempe ad.Terent.Phorm.2.1, -eo
Recta via equidem illuc.G.nempe ad Pamphilam.
Nempe,Responsio.Terent.And.5.4, -causa optima est,
Nisi quid pater aliud ait.P.nempe.S.scilicet.
Nempe vt modo.Terent.And.3.5.
At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile.
P. Nempe vt modo. D. imò melius spero.
Nempe,vim respondendi elegantem habet post nostram ipsorum interrogationem. Cic.10. Philip. Legiones abduxis à Bruto. quas? nempe illas quas ille ab Antonij scelere auertit.
Scimus nempe,hæremus nihilominus.Cic.Att.lib.9,Sed tu omnia qui consilia differebas in id tempus , quum sciremus quæ Brundusij acta essent:scimus nempe:hæremus nihilominus.
Scio iam quid velis , nempe me hinc abire vis. Plaut. Merc.16. Cic.4 Philip.A quo defenderis?nempe ab hoste.
Nempe enim Plin.iun.libro 3.epist.16, Arria milites orabat , vt simul imponeretur. Nempe enim , inquit,daturi estis Consulari viro seruulos aliquos,&c.

Nemus,nemoris,pen. corr.n.g. {νέμος,ὄλσος , τέμενος} Propriè dicitur quod voluptatis causa comparatum est , & plenum amœnitatis.ἀπὸ τῶν νέμων,pasco,quòd in eo greges atque armenta depasci soleant. Cic. Attic.lib.15, L.Cæsar,vt veniã ad se rogat,in nemus. Quintil.lib.10. cap.3, Non audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora,sylúásque. Festus,Nemora significant syluas amœnas.
Prærupti nemoris dorsum.Horat.2.Serm.saty.6.
Recessus nemorum.Lucret.l.b.5.
Saltus.Virg.6.eclog.
Strages.Silius lib.3.
Fortunatorum amœna vireta.Virg.6.Æneid.
Studiosus nemorum,Ouid.7.Metam.
Virgo nemorum custos,Diana.Horat.3.Carm.ode 22.
¶Aira.Virg.3.Georg.
Arcanum.Valer.1.Arg.
Ardua.Valer.1.Argon.
Argutum.Virg.8.eclog. Id est,garrulum,strídulum.Seruius.
Atrum nemus,Vide ATER.
Atrum horrenti vmbra.Virg.1.Æneid.
Auia.Lucret.lib.2.
Densum arboribus.Ouid 6.Fast.
Excelsum.Senec.Troad.3.3.
Ferrugineum.Stat.2.Theb.3.
Fœdum.Stat.4 Sylu.3.
Frondiferum.Lucret.lib.2.
Gelidum.Horat.1.Carm.ode 1.
Nigrum.Virg.3.Georg.
Obscurum.Senec.Thebaid.1.
Odoratum lauri.Virg.6.Æneid.
Opacum,Vide OPACVS.
Seclusum in valle reducta.Virg.6.Æneid.
Sublime.Lucan.lib.3.
Vacuum.Horat.3.Carm.ode 25.
Vetustum.Iuuen.Saty.15.
Vmbriferum.Virg.6.Æneid.
Vmbrosum.Ouid.7.Metam.
¶Accubat nemus sacra vmbra.Virg.Georg.lib.3,
-aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubat vmbra. Accubare nemus sacra dixit vmbra, quũ vmbra potius sacra accubet in nemore , ac sub arboribus iaceat,vt & antè loquutus est,
Speluncæque tegant,& saxea procubet vmbra. Turneb.
¶Nemus quod nulla cecideratætas.Ouid.1.Metam.
Nemora & syluæ multos commouent.Cic.1.de Diuin.
Congesto nemore accuans aggerem.Senec.Here.fur.13.
Succisum curuare.Lucan.lib.4
Ignaua cuertit.Virg.2.Georg.
Grauescit fœtu.Virg.2.Georg.
Insonuit vento.Ouid.2.Fast.
Totum inuoluit flammis.Virg.2.Georg.
Peragrare.Cic.de Arusp.resp.
Flamma peredit.Stat.6.Thebaid.
Plangunt ingenti vento.Virg.1.Georg.
Vernat nemus.Senec.Here.OEth.4.
Violare securi.Ouid.8.Metam.
Omne nemus vitebit.Virg.7.eclog.
Nemus,Romam appellabant in Aricino agro locum Dianæ sacrũ. Author Strabo. Promde quod lib.6.epist.ad Attic.scribitur , Putat enim suos nummos vos comedisse,Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore : reponendum est , in nemore ædificando, vel in Nemorensi ædificando,præsertim quum constet illic Cæsarem sumptuosissimè villam ædificasse:qua de re ita scribit Tranquillus,Villam in Nemorensi à fundamento inchoatam , magnóque sumptu absolutam,quia non tota ad animum ei respondebat,totam diruisse , quanquam tenuem adhuc & obarratum.Monuit Turnebus.

Nemorosus,pen.prod.Adiect. {ὑλώδης,πολύδενδρος,ἢ ἕλειος.} vt Nemorosus collis.Plin epist 8.lib.8,Modicus collis adsurgit,antiqua cupressu nemorosus & opacus.Id est,plenus vel abundans cupresso.
Iuga.Iuuen.Satyr.3.
Locus.Ouid.epist.15.
Montes.Ouid.3.de Arte.
Syluæ.Ouid.10.Metam.
Zacynthos.Virg.3.Æneid.

Nemoralis,& hoc nemorale,pen.prod. {ὑλαῖος} Quod ad nemus pertinet.Martial.lib.13.19,
Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Hoc est, quæ circum ipsa est nemora,vel quæ nemoribus circunsepta est.
Antrum nemorale,Id est nemoribus tectum.Ouid.3.Metam.
Sedes.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Stagnum nemorale,Inter nemora positum.Ouid.14.Metam.
Templum Dianæ Ouid.1 de Arte.
Vmbræ.Ouid 3.Amor.eleg.1.

Nemorensis, & hoc nemorense, Idem {ὑλαῖος.} vt Nemorense mel. Colum.libro 9.cap.4, Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense,quod ex spartο atque arbuto prouenit.
Nemorensis rex, Qui Dianæ Aricinæ sacrificiis præerat. Suet. in Caligula,cap 35.

Nemoriuagus, pen.corr. Adiectiuum {ὑλαιόπλανητος} vt Aper nemoriuagus.Catul.de Berecynthia,epigr.58.

Nemũ,vt ait Festus,verbum antiquum,significat Nisi,etiam,vel nẽpe.

Nenum,pro Non,antiquum.Lucilius lib.30,
Sed tamen hoc dicas quid est, nenum molestum est. Varr. epist. ad Fusium,Si hodie nenum venis,eras quidem si veneris,dies est natalis fortis Fortunæ. Sipontinus Noenon legit.
Nenu potest.Lucret.lib.3,
At contra Lapidum coniectum.spiclorúmque Nenu potest.
Nenu queunt rapidi contrà constare leones.Lucret.lib.4.

Neo,nes,neui,netum {νέω,νήθω} nere, Filum torquere,quod proprium mulierum est. Iustinus libro 1,Inuenit eum inter seortorum greges purpuram colo nentem. Plin. lib.33.cap.3, Supérque omnia netur ac texitur lanæ modo,& sine lana.
Lanas nere.Ouid.epist.24.
Deæ nerunt fortia fila.Ouid.1.de Ponto eleg.9.
Assiduo durum pollice nebat opus.Ouid.de Medicamine faciei.
Stamina

Stamina neuit.Ouid.2.Fast.
Parcæ nentes fatalia stamina.Tibul.lib.1.eleg.7.
Donum quod nostræ neuere manus.Silius lib.7.

Neo,neis,tertiæ coniugationis,Idem.Tibullus lib.3.eleg.3.ad finem,
Aut si fata negant redirum,tristésque sorores
Stamina quæ ducunt,quæque futura neunt.

Netus,Participium.vt Lana neta, Vlpian. in l.Sicui lana.D.de legat.3.

NEOBOLE,pen.prod.{νεοβόλος} Lycambis filia,quæ quòd Archilocho poetæ promissa negaretur,Iambis insectari cœpit Lycambem Archilochus. Vide ARCHILOCHVS.
Neobole,pen.etiam prod.Hebri adolescẽtis Liparei amore capta, ad quam scribit Horatius 3. Carm.ode 12, Studium aufert Neobole Liparei nitor Hebri.Dicitur à νέος nouus,& βόλος gleba.

NEOCAESARIA,æ {νεοκαισάρεια} Vrbs Cappadociæ,quã Lycus amnis præterfluit.Author Plin.lib.6.cap.3.

NEOCLES,pen.corr.Philosophus Athenensis,frater Epicuri, scripsit de secta sua.Diogenes Laertius. Neoclem Cic.lib.1.de Natur.deor. facit Epicuri patrem.

Neocorus, neocori, pen. corr. {νεωκόρος} Latinè Ædituus. Firmicus libro 3.cap.7,Erunt etiam ipsi prophetæ, neocori,aut præpositi templis ac religionibus. Idem lib.4 cap.7,Luna facit neocoros,aut prophetas,vel sacerdotum principes.

NEODVNVM,pen.prod. {νεόδυτον,νεοδυνία} Ptolemæo libro 2.cap.8, Galliæ Lugdunensis ciuitas,vulgò *Leondul*. Scribitur & Nœodunum.

Neomenia,neomeniæ,Nouilunium.

Neophytus,pen.corr. Nouellus , quasi νέον φυτὸν , id est nouum germen. In sacris literis dicitur qui nuper ad fidẽ accessit,quasi nuper insitus.

Neoptolemus,pen.corr. {νεοπτόλεμος} Nouus miles. Virgil.2.Æneid. Peli.désque neoptolemus,primúsque Machaon.Vbi Seruius,Neoptolemus,qui ad bellum ductus est puer.

NEOPTOLEMVS {νεοπτόλεμος} filius fuit Pyrrhi , ex Deidamia , alio nomine Pyrrhus,à qualitate capillorum dictus,vt est author Seruius.
Furens cęde.Virg.2.Æneid. De hoc Cic.de Amicit.Neoptolemus Troiam capere potuisset,si Lycomedem , apud quem erat educatus, multis cum lachrymis iter suum impedientem audire voluisset.

NEORIS,Iberiæ oppidum insigne, iuxta Harmastim fluuium. Author Plin.lib.6 cap.10.

Neotericus. Recentior: νεώτερον recentiorem dicunt Græci.

NEOTICHITAE {νεοτειχῖται} Ælidis populi sunt , quorum vrbs νέον τεῖχος,hoc est noua mœnia,commemoratur à Stephano.

Nepa,nepæ:vel Nepes nepis, more Græco {σκορπίος} scorpium significat.Cicero 5.de Finib.Serpere anguiculos,nare anaticulas, euolare merulas,cornibus vti videamus boues,nepas aculeis , suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. Festus , Nepa Aforum lingua,sidus quod Cancer appellatur , vel vt quidam volunt, Scorpius. Plau.Casin.10.7,
Recessim cedam ad patrietem,imitabor nepam,
Captandus est horum clanculum sermo mihi. Colum.libro 11.cap.2, Idibus Martij Nepa incipit occidere:significat tempestates. Cic.3. de Nat.deor. Et in Arato,
Quare quum magnis fese Nepa lucibus effert.

Nepenthes,n.g. {νηπενθὲς} Herba est. Plin. lib.25.cap.2, de Homero loquens,Herbas certè Ægyptias à regis vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat,ac nobile illud nepenthes, obliuionem tristitiæ , venimámque afferens , & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum.Hactenus ille. Vnde pharmacum illud quod Helena Telemacho confecit,Odyssææ 4. Homerus appellat νηπενθὲς,quasi ἄλυπον. Quidam eandem cum bugłossa suspicantur,propterea quòd vino iniecta hilaritatem inducit,teste Galeno. Cui subscribit Plin.lib.25.cap. 8. Nomen habet à νὴ priuatoria particula,& πεν θὲς luctus. Idem Plin. lib 21.cap.21.de helenio herba , Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino,cúmque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero , quòd tristitia omnis aboleatur. Vide diligenter Macrobium lib.7.Saturn.cap.1.Budæum in posterioribus annotationibus Cælium lib.19.cap.3.& lib.26.cap.25.

Nepeta,pen.corr.siue Népita {κεφαλαντῆν} Herbá quæ *pulegium agreste* vulgò dicitur.Colum. libro 5.cap.7,At si molesta pituita est , cunilæ bibulæ, vel nepetæ syluestris furculi lana inuoluti naribus inseruntur. Plin.lib.20.cap.14,Item pulegio est nepetæque societas. Nonnulli existimauerunt eam esse herbam quam Dioscorides vocat galliopsim,quum tamen non sit. Quin potius est ex Dioscoride tertia calaminthes species.

NEPETA {νέπητα} Tuscorum vrbs Ptolemæo lib. 3.cap.1. hodie Nepa.

Nephalia,nephaliorum {νηφάλια} Festa erant in quibus non vinum, sed aqua mulsa libabatur,& sobriosorum festiuitates erant.
¶Nephalia,ligna vocabãtur,quæ vitiginea nõ forent,nec siculna, aut myrtea.Illa enim œnispa dicuntur, aut œnosponda, vt quæ vrerentur,vbi non vinum,sed aqua prolibaretur. Tradit Philocorus thymi lignum propriè nephalium vocari,quo vsi primùm in sacris igne factis vetereres feruntur.Vide Cæl.lib.7.cap.16.

NEPHELE,huius Nepheles,pen.corr.{νεφέλη} Vxor Athamãtis,& matris Phryxi & Helles.vnde Ouid.Helles Nepheleidos dixit.νεφέλη interpretatur nubes,nebula,aer densus.νεφέλιον nubecula.

Nephelæus,Adiect. {νεφελαῖος} vt Pecus Nephelæum, Aries qui Phryxum & Hellen per mare vexit.Valer.1 Argon.

Nephritis,pen.corr.nephritidis,f.g.Renum morbus dicitur,sæpe lapide magnitudinis vísendæ , vel in renum altero , vel in vreteris inorto impactóque , à quo prouenit colico haud absimilis dolor. Sic Cæl.lib.4.cap.20.

Nepita,Vide supra NEPETA.

Nepos,nepotis,pen. prod. m.gen. {υἱωνὸς,ἔκγονος} Qui ex filio filiáve natus est:quòd natus sit pòst patri , quàm filius , vt ait Festus. Cic. 7. Verr.Tu inter huiusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum collocauisti.
Ex filia nepos.Cic.de Clar.Orat.
Ex filio nepos.Scæuol.in l.Titia.D.de inoffic.test.
Nepos & Auus,correlatiua.Cic.pro Deiot.Qui nepos auum in disrimen capitis adduxerit.
Paruus.Virg.2.Æneid.
Sororis nepos,hoc est Nepos ex sorore.Tacitus lib.3.
Nepos,inquit Nonius,dici & fœmina potest,Ennio authore , quæ nunc neptis dicitur,Iliada nepos quas ærumnas retulisti.
¶Nepotes,posteri etiam vocantur.Virgil.6.Æneid. Fortè recensebat numerum,charósque nepotes. Id est,posteros ac descendentes.
¶Nepotes {ἔκγονοι} appellantur consumptores , à scorpione siue nepa,quæ (vt ait Plinius lib.11.cap.25.) deuorat omnes fœtus suos, vno solùm saluo, Siue dicuntur luxuriosæ vitæ homines , quòd non aliter iis res suæ familiaris cura sit , quàm iis quibus pater & auus viuũt. Paulus in Epitome Festi. Horat.2.Serm. satyr.3,Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Cic.pro Quintio.Quis tam perditus ac profusus nepos,non adeſa iam, sed abundanti pecunia fic dissolutus fuisset,vt fuit Sext.Nœuius?
Nepos in patrimonio suo.Cic.1.pro Lege agr. Videte nunc proximo capite,vt impurus heluo turbet Remp.vt à maioribus nostris relictas dispersat & dissipet:vt sit non minus in Pop.Rom.patrimonio nepos,quàm in suo. Ibidem,Vt in rebus suis, ita in Rep. luxuriosus nepos,qui,&c.
¶Nepos aliquãdo cognomen cõtumeliæ fuit à prodigalitate,vt de Q.Metello collega P. Lentuli cos. scribit Valerius. vnde lusit Cicero ad Attic.Sumptu iam Nepos euasit Scaptius.Patrem tamen Metelli, eum qui cum T.Didio cos. fuit , Q. Metellum Nepotem vocant etiam Capitolini scriptores. Nepotem autem eum dictum , quasi Q. Metelli Macedonici nepotem , significat in Cornelianam Pædianus. Ex Sigonio.
¶Nepotes,in vite.Colum.libro 4.cap.6,Idem tamen sarmentum, quod in materiam summittimus , ab imo vsque in tres pedes , & semissem pampinabimus,& omnes eius intra id spatium nepotes enatos decerpemus. Ibidem,cap.24,Iam verò ipsos palmites,quos vindemiæ præparamus , clauiculis ac neporibus liberandos magnopere censeo.Virgilius 2.Georgic.
¶Nepos.Colum.lib.6.cap.37,Eiusmodi admissarius onager nepotibus magis,quàm filiis vtilior. De genere mularum.

Neptis,huius neptis {γαμβρὸς.} Cic.de Claris Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus : & filias eius Mutias ambas quarum sermo mihi fuit notus:& neptes Licinias. Plin.lib.7.cap.45.
Arbitrium neptis habebat aius.Ouid.epist 8.

Nepotulus,nepotuli,penul. corr. Diminutiuum {ἐκγονίδιον.} Plaut.
Milit.22,
-si
Te saluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nepotinus,pen.prod. Adiectiuum {κωμικὸν.} Sueton. in Caligula , cap. 37,Nepotinis sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit. Hoc est, luxuriosis & immodicis impensarum profusionibus. Sunt qui non legant nepotinis,sed nepotatus,casu genitiuo.

Nepotor,pen.prod.nepotaris {κωμῳδῶ} nepotari, Luxuriosè & prodigè viuere.Senec.de Benefic.lib.1.cap.15,Veto liberalitatem nepotari. Id est beneficium non dandum est ei qui nequiter profusurus sit. Tertull.in Apologetico , Aristippus in purpura sub magna grauitatis superficie nepotarur.

Nepotalis,& hoc nepotale,pen.prod.vt Luxus nepotalis , Id est immodica profusio victus & prodigentia. Nepos enim,prodigus dicitur. Apuleius lib.2. Asini aurei,paulo post principium.

Nepotatus,huius nepotatus,pen.prod. {κωμῳδικὸς} Verbale, de quo Afranius,Scurilitate ac nepotatu nobilis. Plin.lib.14.cap.4.ad finẽ, Rarò quippe adhuc fuere,nec nisi in nepotatu , singulis testis millia nummûm.

NEPTVNVS,pen.prod. {ποσειδῶν,παρὰ τοπροσεδῶν} Saturni & Opis filius, maris deus:dictus est à nando, mutatis literis primis, vt ait Cicero 2. de Nat.deor.Vel vt Varroni placet,lib.4.de Ling.Latina,quòd vt cælum nubes,ita mare terras obnubat,à nuptu,id est opertione.
Corpus acerbum Neptuni.Lucret.lib.2.Id est mare acerbum.
Credere se Neptuno, Vide CREDO.
Neptunus Ægæus.Virg.lib.3.Æncidos,
Nereidum matri , & Neptuno Ægæo. Ægæus autem appellatur, inquit Turnebus,quòd magna veneratione Ægis,quod oppidum est Eubœæ,coleretur. Eius rei locuples testis est Homerus,qui scribit Iliad.v.de Neptuno,
-τὸ δὲ τέτρατον τριχθὰ δέδασται πάντα δὲ μοῖραν ἔλαχε πτόλεμόν τε δυσθεμάχεσσιν ἀνδράσι δῆσαι ἠδὲ θοῇσιν ἵπποισι ἐνοσίχθων εὐρυσθενὴς ἐφιδρύσατο δῖος.
Vterque Neptunus.Catull.de Sirmione,
-Quæcunque in liquentibus stagnis
Marique salso fert vterque Neptunus. Quæritum qui sit vterque Neptunus:ac probabilis eorum esse videtur sententia , qui mare superum & inferum,quibus Italia cingitur,interpretantur. Verius tamen fortasse videri potest,quum significet Neptunus eam vim , quæ humori præest , vt vtrunque Neptunum intelligamus & eum qui dulcibus, & eum qui salsis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis & peninsulis omnibus maris,& fluminũ,& lacuum anteponetur. Huic expositioni fauent Catulli verba,qui & liquẽtium stagnorum,& maris mentionem facit.Ex Turneb.

Neptunius, pen. corr. {ποσειδώνιος} Adiectiuum possessiuum : vt Neptunia regna.
Aruæa.Virg.8.Æneid.Hoc est mare.
Dux.Horat.Epod.9.Hoc est marinus imperator. Sextũ Pompeiũ intelligit Pompeij magni filium.
Heros.Ouid.9.Metam.Intelligit Theseum.
Lacunæ.Author ad Heren.lib.4 , Qui peduellionibus venditat patriam,non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.
Mœnia Propert.lib.3.eleg.9.
Pergama.Ouid.epist.3.à Neptuno & Apolline ædificata.

Pistrix. Cic. in Arato.
Prata Neptunia secare. Cic. in Arato,
Non aliæ naues vt in alto pondere proras
Ante solent rostro Neptunia prata secantes, &c.
Proles Neptunia, Messapus. Virg. 9. Æneid.
Troia. Virg. 2. Æneid. Cuius muri à Neptuno & Apolline constructi sunt.

Neptunine, huius Neptunines, pen. prod. {πατρωνυμικὸν} Patronymicum fœm. Catull. Argon. epigr. 59,
Téne Tethys genuit pulcherrima Neptunine? Turnebus aliter, & sic legit,
Téne Tethys tenuit pulcherrima Neptunine? Neptuniúmque putat hîc vocari eũ, qui ex elemento Neptuni, & neptibus vxorem petat, & Neptunum genere contingat. Itaque vocandi sensu de Peleo interpretandum, aut Neptunina legẽdum. Et hæc germana lectio est.

Neptunalia, Neptunaliorum {πατρωνύμικα} Neptuni sacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Nequa. Aduerbium {μήτις} Ne per aliquem locum. Aut Nequa, nomen, id est ne aliqua. Virgilius 6. Æneid. Cic. 1. Verr. Tamen nequa deductio fierer, magna ex parte tua potestas erat.

Nequalia, Sunt detrimenta, ait Festus.

Nequam {σύνδυασμός, μοχθηρός} Nomen indeclinabile, quod apud veteres significat hominem nullius pretij, quòd ne tãi quidem sit, quàm quod habetur minimi: vt ait Festus. Varro Nequã ex ne & quicquã media syllaba extrita componi ostendit in libro de Lingua Latina. 9. Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullíque rei sit aptus. Vide Gellium lib. 7. cap. 11, Caper docet nequam signare non malum, sed inutile. Plaut. Mostel. 3, Atque vbi illò immigrat nequã homo, indiligẽs, cum pigra familia, &c. Et Cas. 5, Potius quàm illi seruo nequã amigero, nihili atque improbo. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Charisius lib. 1, Commune trium generum in a vnum venit Nequa: idem & singulari & plurali numero monoptoton est, propter quod multum errant qui dicunt adiecta m litera, Nequam hominis propositum habet. Hæc Charisius.
Frugi & Nequam, contraria. Cic. 2. de Orat. Iisdem verbis & laudare frugi seruum possumus, & si est nequam, iocari.
Nequam & cessator Dauus. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Nequam atque improbus homo. Cic. pro Cælio.
Homo ingeniosissimè nequam. Patereulus lib. 2, C. Curio eloquẽs, audax, homo ingeniosissimè nequam, & facundus malo publico. Aliquanto pòst, M. Cælius, vir eloquio animóque Curioni simillimus, sed in vtroque perfectior, nec minus ingeniosè nequam.
Nequam, pro Inconsideratus. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2, Peloponnesias ciuitates omneis martitimas esse, hominis nõ nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. Nequã, id est meon fideorati, indiligentis, qui temerè scriberet quicquid in buccam.
Nequior, nequissimus. Cic. ad Attic. lib. 9. Nunquam vidi hominẽ nequiorem. Idem 2. Philip. Non cum vno gladiatore nequissimo de Repub. grauiter querens. Horat. 3. Carm. ode 6,
Ætas parentum peior auis, tulit Nos nequiores.
Perditus, multóque nequior homo. Cic. Cassio, lib. 12. 2.
Nequius aut turpius nihil est effœminato vito. Cic. 3. Tusc. l.
Homo omnium nequissimus. Cic. Bruto, lib. 11. 21.
Aurum nequam. Festus. Nequam aurum est auris, quod vis vehementius ambiat. hoc versu Lucilij significare ait Afinius Capito, nequam esse aurum, quòd aures lædat, vel pondere inaurium, quũ mollissima pars inciditur. Vel ex auro intelligi pecuniæ cupiditatem, cuius respectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adducũtur.
Liber nequam. Ouid. 2. Trist.
Nequam vitis, Inutilis. Columella lib. 3. cap. 10. ad finem.
¶Nequam, pro Nequiter. Plaurus Pœnul. 3,
-locum sibi velle liberum præberier,
Vbi nequam faciat clam.

Nequiter, pen. corr. nequius, nequissimè, Aduerbium {μοχθηρῶς.} Cic. 3. Tusc. l. A me quidem paulo antè appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Plin. lib. 12. cap. 25, Nequissimè autem gummi, quoniam ipsum quoque iuhæreſcit. Cic. 2. de Fin. Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, praue, nequiter, turpiter cœnabat.

Nequitia, nequitiæ {μοχθηρία, πονηρία} Lasciuia & libidinosa illecebra. Cic. Attic. lib. 1. 11, Nam planè ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum Senatus authoritas concidisset, fore vt aperè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret tui dolo. 15.
Poeta suæ nequitiæ Ouid. 2. Amor. eleg. 1.
Nequitia, inquit Donatus, propriè libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nullíque rei apta sit.
Natiuæ mala nequitiæ. Iuuen. Satyr. 14.
Officina nequitiæ, & diuersorum flagitiorum omnium domus eius. Cic. pro Rosc. Amer.
Semina nequitiæ languidiora. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.
Nequitia, vt ait Gellius lib. 7. cap. 11, est luxus vitæ prodigus atque effusus. Ouid. 1. Fast. Nequitia est quæ te non sinit esse senem. Terentius Heaut. 3. 1,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.
Modus nequitiæ. Senec. Agamem. 3.
Frugalitati contrarium vitium Nequitia dicitur. Cic. 3. Tusc. l. Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra: nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lusisse putemur, si nihil sit, ab eo quòd nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.
¶Nequitia, pro Intemperantia quadam, & libidine rerum Venerearum. Horat. 3. Carm. ode 15,
Tandem nequitiæ fige modum tuæ. Et Satyr. 3. lib. 2,
-par nobile fratrum

Nequitia, & nugis prauorum & amore gemellum.
Luxuria & nequitia. Cic. 7. Verr. Cleomenes autem qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret.
Nequitia & inertia. Cic. 1. in Catil. Sed tam meipsum inertiæ nequitiæque condemno. Idem, Non est vehementius feueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimescenda. Hic nequitia dissolutam incuriam significat.
Malitia & nequitia. Author ad Herenn. lib. 3.
Perdita. Vide PERDITVS.
Perdita nequitia & summa egestate vir. Cic. pro Cluent.
Singulari nequitia præditus homo. Cic. 5. de Fin.
Inuolura argumentis. Vide INVOLVO.
Abducere aliquem ad. Vide ABDVCO.
Adducere ad. Vide ADDVCO.
Aceti enim nequitiæ inest virtus, magnos ad vsus. Plin. lib. 14. cap. 20. Hoc est, acrimoniæ, & substantiæ quæ ex vino ita degenerauit.
Nequitia est scelere. Locus est Ciceronis in 5. Philip. Ænigmaris autem inuolutum & implicarum continere sensum videtur, hánceque complecti sententiam. Rectè facere scelere, nequitia est. vt quũ quis per scelus partas opes, nequiter profusè que disperdit, rectè facere videtur. Sic exponit Turnebus, sed ita vt addubitet, quòd nõ satis incolumem eius loci integritatẽ esse credat. Et Muretus quoque parum quandam in libris vetustis ibi parẽte lacunam affirmat.
¶Nequitia, pro Malitia & fraude. Vlpian. in l. Quum autẽ §. Capitalem. D. de Ædil. edict. Capitalẽ fraudem admissile accipimus dolo malo. & per nequitiam.

Nequities, nequitiei, Idem {πονηρία.} Horat. 2. Serm. saty. 2,
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremum expellet certè viuacior hæres. Id est, mollities, luxuries.

Nequando, Aduerbium {μήποτε} Ne vllo tempore. Cicero de Amic. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Idem ad Atticum, lib. 10, Tu tamen eas epistolas, quibus aperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nequaquam, pen. prod. {οὐδαμῶς} Aduerb. negandi. Cic. 6. Verr. Iste ait, se velle illud etiã atque etiã consyderare, nequaquã se esse sciatũ.
Nequaquam tantum inter eos interesset. Cic. 1. de Inuent.
Nequaquam satis in re vna consumere curã. Horat. 2. Serm. sat. 4.
-occidi: Neque virgo est vsquam, neque ego qui illam è cõspectu amiſi meo.
Nullæ enim lites, neque controuersiæ sunt, quæ, &c. Cic. 1. de Orat.
Neque, iæpius repetitum. Cic. 1. Offic. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque foris ebus, neque domesticis in rebus neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.
Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandam volunt. Cic. de Amic.
Neque, &. Terent. Eunuch. 1. 1, -si sapis,
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, rectè ferax.
Neque, sequente ETIAM. Liu. 6. bel. Pun. M. Sextilius Fregellanus respondit, &c. ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse.
Neque sine. Terent. And. 1. 2, At nunc facies: neque, vt opinor, sine tuo magno malo.
Neque haud. Teren. And. 1. 2,
Ne temere è facias: neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.
Neque id quidem. Cic. de Amic. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum: concedãtque vt hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. In veteri codice legitur, ne id quidem.
Neque dum, pro Necdum, id est Et nondum. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24, Sed eius rei maturitas neque dũ venit, & tamẽ iã appropinquat.
Neque verò me Lacedæmonij aut Athenienses magis mouerint, quàm Pop Romanus. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Neque quicquam quàm, pro Tantum. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 10, Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neque quicquam adhuc quàm frementes perduxit.
Neque secius eo, pro Nihilo minus. Suet. in Domitiano, cap. 12, Sed quum obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret, neque secius eo in explicandis oneribus omnibus hæreret.
Neque nihil. Cic. pro Rosc. Comœdo, Ad arbitriũ hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tamẽ quantũ postulauimus cõsequamur.
Neque non. Varro de Re rust. Neque non etiam quædam assumenda in villam.
Neque si non. Varr. de Ling. Latin. lib 6, Neque si non norim radices arboris, non possem dicere pirum esse ex ramo, &c.
Neque opinato se ostendere. Cic. 2. Philipp. Ergo vt te catamitum neque opinato quum offenderis, præter spem mulier aspiceret.
Neque ne, pro simplici negatione. Liu. 5. Decad. lib. 4, Neque enim ne his enumerationem aperuerat suam.

Nequeo, nequis, nequiui, nequitum, pen. corr. {ἀδυνατῶ, οὐδύναμαι} nequire, Non ire interpretatur Festus. Significat autem nõ posse. Cicero de Amic. Cuius autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeant, huius salus desperãda est. Liuius, Signum omni vi molliente significato nequire conuelli.
Dormire nequeo. Horat. 2. Serm. saty. 1.
Nequeo quin. Plaut. Milite, 20, -heu mihi, nequeo quin fleam,
Quum abs te abeam.
Nequiui. Virgil. 6. Æneid.
Nequij. Horat 2. Serm. saty. 5, -putásne,
perduci poterit, tam frugi, támque pudica,
Quam nequiere proci recto depellere cursu?
¶Nequibo. Futurum antiquum. Lucret. lib. 1, -concedere porrò
Quò poterunt vndæ, quum pisces ire nequibunt.

Nequitum

Nequitum, pen. corr. {οὐκ ἰσχύσαι} & Nequitur, pen. prod. pro Nõ posse dixerunt vetereres. Pacuuius, Sed quum contendi nequitum, vt clàm intendenda est plaga. Plaut. in Satyrione, Retrahi nequitur quoquò progressa est semel. Et Cato Originũ lib. 1, Id nequitũ exaugurari.

Nequicquam, Aduerbiũ {ἄλλως, μάτην} id est Frustra. Terẽt. Heaut. 2. 3, Age modo, hodie sero ac nequicquam voles. Liuius 1. ab Vrbe, Vtrinque iniuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Cic. 3. Offic. Ex quo Ennius, nequicquam sapere sapiẽtem qui ipse sibi prodesse non quiret.
Talia nequicquam questus. Ouid. 13. Metam.
Heu tantis nequicquam erepte periclis. Virg. 3. Æneid.
¶Nequicquam, pro Non quicquam, vt veteres Ne vis, pro Non vis dicebant. Cic. 1. Tuscul. Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud est quàm emori discere.
¶Nequicquam, Non. Virgil. 1. Georgicorum,

Nequicquam pinguis palea ret area culmos. Horat. 1. epist. 3. 7,
-an malè sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur. Porphyr. Nequicquam, pro Non: vt Virg. 2. Æneidos,
-telúmque imbelle sine ictu
Conicit, rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam vmbone pependit. Seruius, Nequicquam, Non. Persius satyr. 2. 6,
Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Nequino, nequinas, nequinâre, Modò lasciuire, modò negare significat. Sipontinus.

NEQVINVM, Vmbriæ oppidũ, teste Plin. lib. 3. cap. 14. quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgò *Narni*.

Nequinunt, pro Nequeunt, id est Non possunt: vt, Solinunt, Ferinũt, pro solent & ferunt, dicebant antiqui. Liu. in Odyssea, Partim erant, neque nunc nequinunt Græciam redire. Festus.

Nequis, nequa, nequod vel nequid {μήτις} Ex NE & QVIS compositũ, Ne aliquis. Terent. Heauton. 2. 3,
Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores, anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.
Nequid nimis {μηδὲν ἄγαν} Sententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum seruare. Terent. in Andria,
-nam id arbitror Apprimè, in vita esse vtile, vt nequid nimis.

Nequiter, Nequitia, Vide NEQVAM.

NERESSVS {πατρωνύμικὸν} Oppidum est in Cea insula, cuius meminit Æschines Epist. 1. ad Polycratem.

NEREVS {πατὴρ} fuit, vt testis est Hesiodus in Theogonia, marinus deus Oceani & Tethyos filius, ac Chorim sororem vxorem accepit, ex qua nymphas plures genuit. hunc omnium antiquissimum dixit Orpheus in Argonautica.
Profundus. Stat. 5. Thebaid
Spumeus Nereus sæuit tridenti. Virg. 2. Æneid.
Violentus. Ouid. 12. Metam.
Orbem totum circunsonat. Ouid. 1. Metam.

NEREIDES, pen. corr. {πατρώνυμικὸν} Patronymicũ f. g. à Nereo, fuerũt maris nymphæ, humanam effigiem habentes, quarum nomina sunt Nysæe, & Cymothoe. Nominatiuus singularis est Nereis, penult. indif. Ouid. 11. Met. Sed memor admissi Nereida colligit orbam. Idem 13. Met. Paulo pòst in cantilena Polyphemi,
Nerei te vereor: tua fulmine sæuior ira est. Nerei vocatiuus est.
Deæ Nereides. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Æquoreæ. Catul. Argon. epigr. 59.
Almæ. Cic. in Arato, Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.
Lasciuæ. Claud. 2. in Eutrop. in præfat.
Ouantes. Claud. de Nupt. Honorij.
ViridES. Ouid. epist. 5.

Nerine, huius Nerines, pen. prod {νηρίνη} Patronymicũ fœm. Virg. 7. eccloga, Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ.

NERIO, Nerienis {νηρίνη} Martis vxor. Gellius lib. 13 cap. 21, Nerio, siue Nerienes, Sabinum verbum est: eóque significatur virtus, & fortitudo. Paulo pòst, Nerio igitur Martis vis, & potentia, & maiestas quædã esse demõstratur. Plautus autẽ in Truculento, cõiugem esse Nerienẽ Martis dicit. Hæc etiã à Cn. Gellio in tertio Annali dicitur Neria, nõ Nerio neque Nerienes. Nerio, quasi Neirio dici putat Seruius Claudius, hoc est sine ira, & cum placiditate: vt eo nomine miteṁ tranquillúmque fieri Martem precemur.

Neritæ, ex concharum genere. Plin. lib. 9. cap. 33, Nauigant ex his neritæ, præbentésque cõcauam sui partem, & aurã opponentes, per summa æquorum velificant. Vetus exemplar habet veneriæ.

NERITOS {νήριτος} Insula est prope Zacynthum, Dulichium & Ithacam. Hãc à Laerte fuisse captam ait Strabo ex Homero. ¶Est & Neritos mons in Ithaca, vt eodem loco docet Strabo. Plin. lib. 4. cap. 12.

Neritius, pen. corr. {νηρίτιος} Adiectiuum, quo nomine Vlyssem intelligit Ouid. 1. Trist. eleg. 4,
Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Domus Neritiæ. Ouid. 13. Metamorph.
Rates Neritiæ. Ouid. 1. de Remed.

Nerium, nerij {νήριον} Frutex est foliis amygdalæ, sed maioribus & pinguioribus: folia eius, quadrupedibus sunt venenũ. Rhododaphne alias dicitur, Plin. lib. 24. cap. 11. Romanis autẽ rhododendron inquit Dioscorides à flore roseo, & quòd in arboris magnitudinem crescat. rhododaphne verò, quòd folium lauri: florem autem rosæ similem gerat. Officinis vulgò hodie *oleander* dicitur.

NERIVM {νήριον} Ptolem. lib. 2. cap. 6, Promontoriũ Tarraconensis Hispaniæ: Attabrorum promontorium alio nomine. Nunc vocatur *Finis terræ*, in Compostella.

NERO {νέρων.} Gell. lib. 13. cap. 21, Nerio, siue Nerienes, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autẽ id nomen à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νέρρα dicunt: vnde nos quoque Latinè neruos appellamus. Vide Suet. in Tiberio, cap. 1. Hoc nomine fuit imperator Romanorum, qui omnium quos retra tulit, crudelissimus fuit. Hinc proprium nomen in appellationum commutatum est, vt Neriones nunc crudeles, & Neroniores crudeliores dicamus. Horat. 4. Carm. ode 4,
Quid debeas ô Roma Neronibus Testis Metaurum flumen.
Maior Neronum. Horat. 4. Carm. ode 14.

NERO CALVVS, Maledẽtis populi appellatus est Domitianus, quòd sæuitia Neronem vel exæquaret, vel superaret, ac Nero alter esset. Et quia caluus erat, vt à superiore distingueretur. Nero caluus est vocitatus. Iuuenalis, -& caluo feruiret Roma Neroni. Ausonius, Et Titus Imperij felix breuitate, secutus
Frater, quem caluum dixit sua Roma Neronem.

Neroneus pen. prod. Adiect. {νηρήϊος.} Stat. 1. Sylu. 5, -Neronea nec
qui modò lotus in vnda, &c.

Neronianus, pen. prod. Aliud adiectiuum {νηρωνιανός.} Martialis lib. 7. 33,
-quid Nerone peius,
Quid thermis melius Neronianis?

NERVA fuit cognomen Liciniorum, Cocceiorum, & Sylliorum, ductum à neruis, hoc est à robore, vt quidam scribunt. Cic. in Brut. C. Licinius Nerua non indifertus fuit.
Nerua IIII. Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano, cui successit, dissimillimus, animóq; verè paterno erga populũ affectus. Hic quũ liberos sibi nullos genuisset, Ælium Traianũ sibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio successit. Vide Suet. & reliquos historicos.

NERVII {ὑφάλιοι} Galliæ Belgicæ populi maximè feri, vt ait Cæsar. Tornacenses nunc vocãtur, Atrebatibus & Veromanduis finitimi. Hos irrigant Sabis & Scalde flumina. Cum his pugnauit Cæsar maximo totius exercitus discrimine, vt ipse testatur fuisse belli Gall. lib. 2.

NERVLANI, Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

NERVLVM, Oppidum in Lucanis, quod vi captum fuisse repentino aduentu Æmylij, testatur Liu. lib. 9. bell. Pun. Inde Nerulonenses dicti sũt. Suet. in Aug. Manibus colybo decoloratis Nerulonensis mẽsarij.

Nerus nerui {νεῦρον, νεῦρος, νεῦρις} Notæ significationis. hi à corde originem habent, vt docet Aristoteles. Alij à cerebro oriri dicunt, & rectius quidem ex ipsa anatomes inspectione. Græcis autem dicuntur τὰ νεῦρα, vnde nostra dictio Latina deducta est, vt testatur Gellius lib. 13. cap. 21. Plaurus Pœnulo, 18,
-condamus alter alterum Ergo in neruum brachialem.
Adinti aliquo conamine nerui, Vide ADIVVO.
Validi. Lucret. lib. 5.
Astringi ossa suis neruis debent. Quintil. in Procem. lib. 1.
Neruis artus continentur. Cic. 2. de Nat. deor.
Neruis & ossibus dij non continentur. Cic. 2. de Nat. deor.
Duci neruis alienis. Horat. lib. Sermonum,
Duceris vt neruis alienis mobile lignum. Verbum Græcum νευροστασεύειν elegantissima circunlocione expressit. Sensus autẽ est, vt fidiculis neuroſpasta mouentur, sic tua libidine, vt neruia aut fidicula traheris. Turneb.
Extentare neruos. Lucret. lib. 3.
Rupti vulnere. Ouid. 12. Metamorph.
Validi. Celsus in Præfat. lib. 1, Validi nerui, an infirmi.
¶Neruus, pro Robore & viribus aliquando ponitur: in neruis enim robur peculiariter existit. Vnde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Horat. 2. Serm. satyr. 1,
Sine neruis altera quicquid Composui pars esse putat.
Quantum in cuiusque animo roboris est & neruorum, tanta est consolatio. Cic. Torquato, lib. 6 1.
Nerui Reip. Id est, vires & fortitudo Reip. nempe milites, classes, & vectigalia. Cic. pro Lege Manil. Si vectigalia, neruos esse Reip. semper duximus: eum certè ordinem qui exerceat illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè esse dicemus.
Nerui belli, pecunia & equitatus. Cic. 5. Philip. Primùm neruos belli pecuniam infinitam, qua nũc eget: deinde equitatum quãtum velit.
Vectigaliũ nerui. Cic. 5. Ver. Quæ quũ de Pop. Rom. victu, de vectigaliũ neruis, de sanguine detraxisset ærario, Tertiæ mimæ cõdonauit.
¶Nerui atque aculei oratorij ac forenses. Cic in Orat. Nerui propriè sũt in corpore, atque in eis totius corporis robur est. vnde eneruati dicitur, imbelles & infirmi. Neruos intẽdere, significat summa ope niti. Sed per translationem vocat Cicero neruos orationis, ipsa argumẽta & probationes, quibus aduersarios orator prosternere conatur. Aculei verò propriè spicula quædam parua sunt, vt vespārum, crabronum: sed transfatè ponuntur pro oratione quæ animum quodammodo pungat & mordeat. Conantur enim oratores, audientium animos commouere. quemadmodũ de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinquere in animis eorum, à quibus esset auditus: id quod restatur Cic. in Brut. & lib. 3. de Orat.
Mentis & corporis nerui. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Neruis & sapientia tua opus est. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Est tuorum neruorum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 2 4, Cuius in hoc vno consyderantiam & ego sustinebo vt potero: & tu vt possis est tuorum neruorum.
¶Adhibere neruos, In ADHIBEO.
Afferre neruos, In AFFERO.
Contendere omnes neruos in re aliqua, vel Contendere omnibus neruis: pro Summa vi, summóque studio niti. Nam robur iuxta philosophos, in neruis situm. Cic. ad Qu. fratrẽ, Sic contende omnibus neruis & facultatibus. Idem 2. Verr. Magnũ fortasse onus, & mihi periculosum, verumtamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriáque meæ contenderem.
Frangere neruos & mentis & corporis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Legionum nostrarum neruos his consiliis incidemus. Hoc est, Vires & robur frangemus. Cic. 12. Philip.

Incidere neruos Populi Romani. Cic. 2. pro Lege agrar.
Incidere neruos virtutis. Cic. 1. Acad.
Intendere neruos in re aliqua, pro Totis viribus conari, & omnem solicitudinem adhibere, & operam. Terent. Eunuch. 2. 3.
¶ Neruum etiam appellamus (inquit Festus) vinculum ferreum, quo pedes vel etiam cervices impediuntur. Plautus, Perfidiosè captus, co ædepol nervo cervices probat. Idem Capt. 12,
Nam noctu nervo vinctus custodibitur. Sic Asin. 11,
-crucéque compedésque,
Neruos, catenas, carceres. M. Cato apud Gell. lib. 12. cap. vlt. Fures priuatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque purpura.
Corripere in neruum aliquem, Vide CORRIPIO.
¶ Neruus, pro amento, vel chorda arcus: vt
Stridens neruus. Virg. 5. Æneid.
Adducto neruo concita moles. Ouid. 8. Met. Intelligit balistam.
Equino neruo intentus arcus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.
Reciproca tendens neruo equino concita tela. Actius apud Varronem, lib. 6.
Pullans. Virg. 4. Georg.
Sagittas aptare neruo. Virg. 10. Æneid.
In neruum ire Terent. Phorm. 4. 4. -cæterum
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruum potius ibit. Vbi Donatus, In neruum ibit, Decipiet. à prouerbio tracto à sagittariis: quum vis conatúsque tendentis arcum, non in volatum teli, sed in ruptionẽ nervi expetatur. Aliis dictum placet, In neruum ibit, pro In vincula ibit. Antiquitus enim qui soluendo non essent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Neruus autem genus est vinculi, de quo paulo anté. Gell. lib. 20. cap. 1, Cõfessis igitur æris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Post deinde, nisi dissoluerant, ad Prætorẽ vocabãtur, & ab eo, quibus erãt iudicati, addicebantur. Neruo quoque aut cõpedibus vinciebãtur. Deinde subdit Gellius verba legis 12. tabul. In neruum potius ibit, Id est patietur se addici, & addictum vinciri. Erumpet fortitudo istæc in neruum, Vide ERVMPO.
¶ Nervi, Chordæ citharæ dicuntur. Cic. 1. Tusc. Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocúmque cantibus.
Concordia neruorum. Quintil. lib. 5. cap. 10. De fidibus.
Lyra intenta neruis. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Modulati. Ouid. ad Pison.
¶ Continere neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Percutere. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Probare. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Sonant ita in fidibus nervi, vt à digitis sunt pulsi. Cic. 2. de Orat.
Trahere neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12.
¶ Neruus, pro membro virili. Horat. Epod. 8, Illiterati num minus nervi rigent? Vbi Porphyrio: Neruos pro mẽbro virili dixit. Author Carminis obsceni,
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse
Siue illi laterum, seu fuit artis opus?
Neruia, neruiæ {γραῦς} in fœminino genere lectum est apud doctos sæpe, inquit Nonius. Varro, Scientia docear quemadmodum in psalterio est, tendamus neruias. Neruias pro fidiculis, id est chordis citharæ accepit Varro. Vide & Gell. lib. 9. cap. 7.
Nervium, nervij, neutro genere. Varro, Et id dicunt suam Briseidem producere, quæ eius nervia tractare solebat. Nonius.
Neruulus, pen. corr. Diminut. {νευρίδιον.} Cic. ad Attic lib. 16, Quod certè facies, si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatémque qua nemo tibi par est, adhibueris.
Neruosus, pen. prod. Adiect. {νευρώδης} Quod multos habet neruos. Plin. lib. 11. cap. 37, Ideò nulla est ei caro, sed neruosa exilitas.
Neruosus orator, per translationem, hoc est Magnã vim & efficaciam sermonis habens. Cic. de Clar. Orat. Quis Aristotele neruosior?
Neruositas, pen. corr. neruositatis {τὸ νευρῶδες.} Plin. lib. 19. cap. 1, Neruositas filo æqualior penè quàm araneis, tinnitúsque cum dente libeat experiri. De lino.
Neruosè, pen prod. Aduerb. {νευρωδῶς} Magna vi.
Vigilanter & neruosè. Planeus ad Ciceronem, lib. 10. 23, Vt vigilanter neruoséque nos, qui stamus in acie, subornes.
Neruosè dicere, vel asserere, Audacter, & magna sermonis vi. Cic. 3. Off. Itaque neruosius qui ista dixerunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit.
Nervalis, & hoc nervale, pen. corr. vt Nervalis herba. Scribonius Largus, Herbam quam Græci πενθέλιγον, nos Nervalem appellamus.
Neuricus, pen. cor. {νευραγικὸς} Qui neruis laborat. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Aquæ neuricos aut podagricos efficiunt: sulphurosi fontes neruorum labores resiciunt. Budæus. Sed hoc à Græca dictione νεῦρον deducitur, quæ idem significat quod Neruus.
NESA, Regio montana iuxta Ætnam.
NESAE, es, siue Nesæa, æ {νῆσαι} Nympha marina, Nerei & Doridis filia, παρὰ τὸ νέω, hoc est à natando dicta. Author Hesiodus in Theog.
Nescio, nescis, nescisti, nescitũ, pen. prod. {οὐκ οἶδα, οὐ γινώσκω} nescire, Ignorare. Terent. Eunuch. 4. 7, Caue fis, nescis cui maledicas nunc viro.
Nemo in eo quod nesciat dissertus esse potest. Cic. 1. de Orat.
Nescio alias, pro eo quod barbarè dicitur, *Nescio de aliis.* Terent. Heautont. 2. 4.
Casu nescio quo in ea tẽpora nostra ætas incidit, vt quum maximè florere nos oporteret, tum viuere etiã puderet. Cic. Luceio, lib. 5. 15.
Nescias eius sit potestas posthac, an nunquam tibi. Ter. Heaut. 2. 3.
Nescio de illo. Plaut. Mere. 7
Nescit nisi. Plaut. Most. 8, Fœnus illic fœnus, hic nescit quidem nisi fœnus fabularier.
Nescimus qui siet. Plaut. Pœn. 9.
Nescio quid, Aliquid quod ignoro. Terent. Heaut. 2. 2, Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali.
Nescio quid certe est. Virgil. 8. eclog.
Nescio quis. Cic. de Amic. Qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus.
Nescio quomodo. Cic. de Amic. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia.
Nescio quomodo ad aures istius peruenit. Cic. 6. Ver.
Nescio quo pacto. Cic. de Amic. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustriũ plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.
Nescio quod. Terent. Hecyra, 3. 1, -nescio quod magnum malum
Profectò Parmeno me celas.
Dum liceat fateri nescire quod nesciam. Cic. 1. de Orat.
Nescias quod scis. Plaut. Milite, 9.
Posthac etiam illud quod scies nescieueris. Id est Tacebis, nec palàm facies Terent. Eunuch. 4. 4. -tu pol si sapis,
Quod scis nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.
Donatus admonet esse prouerbium. Sumptum à dialectícorũ ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent: Facio, & non facio: Sum amicus, & nõ sum amicus: Audio & non audio. Hoc prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat quasi nesciat.
Nescio vnde eam. Terent. Eunuch. 2. 3.
Nescio te ego: hoc est, Putas te mihi non esse notissimum? Plaut. Menæch. 16.
Nescis nec in pace, nec in bello viuere. Cic.
Nesciũt irasci. Cic 3. de Orat. Stoicos autem, quos minimè improbo, dimitto: tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt. Hoc est, Non possunt, aut nolunt.
Lucrymare vultus nescit Seneca Here. furen. 13.
Ludere nescit Horat. de Arte.
Stare loco nescit Virg. 3 Georg.
Latinè nescire. Cic. de Claris Orat. Non tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire.
Nescitur, pen. prod. {ἀγνόημα.} Cic. ad Attic. lib. 7, Inde vtrum consistere vspiam velit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur.
Nescius, pen. corr. Adiectiuum {ἀσυνήμων} Qui nescit.
Viri nescia Ouid. 1. Metam.
-viri quasi nescia quærit. Hoc est, Tanquam virum non cognouerit. Columel. lib. 10, Nescia plebs generis.
Fati nescia Dido. Virg. 1 Æneid.
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.
Haud nescius rerum Virg. 12. Æneid.
Veri. Ouid. 1. Metam.
Corda nescia manusuescere. Virg. 4 Georg.
Lumina nescia succumbere somno. Ouid. epist. 12.
Tolerandi. Tacit lib. 3.
Vinci. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.
Non erã nescius Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitáque doctrina, &c. Cic. 1. de Fin.
Non fum nescius Craſſe ista inter Græcos dici solere, &c. Cic. 1. de Orat.
Et non sum nescius, Vide NON Aduerbium.
¶ Nescius {ἀγνώμων} Incognitus, qui ignoratur. Plaut. Rud. 7. Gellius lib. 19 cap. 1, Quum sonus aliquis formidabilis aut è cælo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuntius, vel quid aliud eiusmodi factum est, &c.
Tributa nescia. Tacit. lib. 1, Aliis gentibus ignorantia imperij Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa.
NESIS, Populi in Scythia Europæ, optimis quondam equis abundantes. Vt Ie Plin. lib. 6. cap. 20.
NESION {νῆσος} Insula in Campano litore inter Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis. Lucan. Tali spiramine Nesis. Huius nominis obliquos producit Papinius, Sylua quæ fixam pelago Nesida coronat. Item Accius eclog. 1.
Nesotrophium, nesotrophij, pen. prod. {νηοτροφεῖον} Locus vbi anates clauæ pascuntur. Colum. lib. 8. cap. 15, Nesotrophij cura similis, sed maior impensa est: nã clauæ pascuntur anates, querquedulæ, &c. *anseres*, Græcis, anates Latinè dicuntur.
NESSVS {νέσσος} Centaurus fuit, Ixionis ex Nube filius, sagittis ab Hercule confixus, quòd eius vxorem Deianiram rapuisset. Fabulam refert Ouidius 9. Metam.
Biformis. Ouid. 9. Metamorph. Ferox. Ouid. 9. Metam.
Nesseus, pen. prod. Adiectiuum {νέσσειος} vt
Tabe Nessea illita palla. Seneca Here. OEth. 6.
Venenum Nesseum. Ouid. epist. 9. Hoc est, venenosus sanguis.
NESTOCLES, Statuarius fuit, Phidiæ æmulus, cuius tempore floruit, Olympiade nimirum 83, vt scribit Plin. lib. 34. cap. 8.
NESTOR, huius Nestoris, pen. corr. {νέστωρ} teste Homero lib. Odyss. 11, Nelei filius ex Chlori vxore: qui, vt idẽ Homerus in 2. Iliados scribit, cum quinquaginta nauibus ex Pylo contra Troianos venit: quanquã trecentesimum annum ageret. Ouid. 12. Metamor. -vixi
Annos bis cẽtum, nunc tertia viuitur ætas. Item Iuuenal. Satyr. 10,
Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.
Pylius Nestor. Horat. 1. Carm. ode 15.
Vincere Nestora eloquio. Ouid. 13. Metam.
Nestorides, pen. corr. Patronymicũ {νεστορίδης} & Nestoreus, possessiuũ.
Senecta Nestorea. Stat. 1. Sylu. 3.
Gratia Nestorei mellis. Ouid. ad Pison.
NESTVS {νῆστος} Huius est Thraciæ, à Strymone secus Abderam vrbem fluens. Vt Diomedis fabulis infamis est, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. Meminit huius Plinius multis in locis.
Neu {μήτε} à Néve deductũ est, per apocopen. Id est, non. Plaut. Stich. 2. 15, Neu lachryma soror.
Neu, pro Néve, & Non. Terent. Andr. 1, 5, Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras. Cæsar 2 bel. Gallici, Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm vt suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo.
Neu, neu, conduplicatũ, elegantem vim habet. Cæsar 1. bell. Ciuil. Neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat.
NEVCERIA, Vrbs Vmbriæ.
Neve, Vide NE.
Neugmate, inquit Festus, in carmine Gn. Marci vatis significat Negare, quum ait,
Grauis Meientiũ duorum neugmate. Fortasse negumate. Hæc Fest.
Nevolo, nevis, nevult, {μὴ θέλω} veteres dixerunt, pro Non volo, vel Nolo. Plaut. Trinum. Filiam meam tibi despondisse esse audio, nisi tu nevis. Titinnius Setina, Ipsi quidẽ hercle ducẽ nevult. Nonius.
Neuras, adis {νευρὰς} Ionũ lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur, neruorum dissolutiones iuuans, vnde & nomen accepit. Hæc etiam in vino pota, ranarum, quas rubetas nominant, veneno medetur, vnde & Phryniõ vocatur. Plin. lib. 25. cap. 10, Sunt & ranis venena, rubetis maximè. Auxiliatur eis Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alij poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quòd τῆς παρωνυχίας, hoc est abscessibus circa vngues medeatur.
NEVRI {νεῦροι} Populi Scythiæ Europeæ, ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.
Neuris {νῆσος} Herba, quam alij solanum, alij vesicariam appellant. Dioscorid. lib 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundem.
NEVRIS {νῆσος} Insula est Propontidis Cizico adiacens, aliis nominibus Elaphonnesus & Proconnesus dicta. Plin. lib. 5. cap. vlt.
Neuricus, In NERVVS.
Neurobata, neurobatæ, pen. cor. m. g. {νευροβάτης.} Neurobatæ, qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos & funes nerueos. τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 17. Matheseos, Cum testimonio verò Martis & Lunæ erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent.
Neuroides {νευροειδὴς} Species est sylueſtris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur, multò minoribus foliis quàm beta sativa, vndecim interdum caules habens. Author Plin. lib. 20. cap. 8.
Neurospaston {νευροσπαστὸν} Herba est quam Græci κυνόσβατον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet vestigio hominis simile, vuam autem nigram, in cuius acino neruum habet: vnde & nomen accepit. Author Plin. lib. 24. cap. 14. Sunt item Neurospasta, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si viuerent. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 16.
Neuter, neutra, neutrum, pen. corr. trisyllabũ, teste Prisciano, genitiuo neutri, neutræ, neutri & neutrius {οὐδέτερος} Nec hic, nec ille, Terent. And. 5. 1, Verò vultu, quũ ibi me adesse neuter tũ præsenserat. Cic. de Amicit. Quòd Tarquinium dixisse fertur, tum quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quóque infidos, quũ iam neutris gratiam referre posset.
Neuter anguis, Id est nec mas nec fœmina. Cic. 2. de Diuin.
Neutram in partem. Cic. 2. Offic. Tamen sine hominum opibus & studiis neutram in parte effici possunt. Idem 4. Acad. Huic summum bonum est in his rebus neutram in partem moueri.
Neuter alterum diligit, dicimus: non autem Neuter neutrum, Id est, neque ille hunc diligit, neque hic illum.
Neutrum ab altero separo. Quintil. lib. 1.
Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Cic. 2. de Diuin.
Neuter alteri officit. Quintil. lib. 1.
Neuter vtri inuidet. Plaut. Stich. 1. 4.
Neutrò, Aduerbium {οὐδετέρως} Nec ad vnam partem, nec ad alteram. Liu. 5. ab Vrbe, Præliáque parua sieri: & teri tempus, neutrò inclinata spe. Id est in neutram partem. Idem 4. bel. Maced.
Neutrobi, pen. prod. Idem {οὐδετέροθι.} Plaut. Aul. 7,
Neutrobi habeam stabile stabulum.
Neutralis, & hoc neutrale, pen. prod {οὐδετερικὸς.} Quod est neutrius partis. Vnde Neutralia verba dicta sunt, quæ neque agũt aliquid, neque patiuntur, vt, Sto, Iaceo, &c.
Nomina neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Positio neutralis. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Neutraliter, pen. corr. Aduerbium. Charisius lib. 1, Quanuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit, Paulo pòst, Ocymum cõsuetudo neutraliter dicit. Rursus, Vulgus inuenitur & masculinè elatũ, vt apud Virgilium in 2, -hinc spargere voces
In vulgum ambiguas. Sed idem & neutraliter in primo,
Sæuísque animis ignobile vulgus.
Neutiquam, pen. prod. inquit Donatus {μηδαμῶς} Vna pars orationis est, pro Nequaquam. Nullo modo, vt ait Festus. Terent. And. 2. 1, Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
Nex, necis {φόνος} Mors, siue cædes, quæ ferro fit, aut alia vi. Cic. pro Milone. Insidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nex? Sisenna lib. 4. Histor. Quoniã neque mea nex, neque intercessio posse videtur illorũ dementé reprimere audaciam. Author ad Heren. lib. 4, Tiberiũ Gracchum Remp. administrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. Cæsar 6. bell. Gall. Viri in vxores, sicuti in liberos, vitæ, necísque habent potestatem. Apud Plinium inuenies Neces in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo pluralibus.
Necem à Græco dici certũ est, inquit Festus. νεκρὸν enim mortuum dicunt Græci.
Dignus nece. Ouid. epist. 6.
Artifices necis, qui nouum aliquod mortis genus comminiscuntur. Ouid. 1. de Arte.
Amor necis. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.
Author. Ouid. 8. Metamorph.
Multorum ciuium neces. Cic. 1. in Catil.
Iniusta. Cic. pro Milone.

¶ Afferre necem. Vide paulo antè in NEX
Cecidit nece vir. Ouid. epist. 14.
Conficiuit fibiipsi necem fumus. Cic. 2. de Nat. deor.
Dédere aliquem neci. Virgil. 4. Georg.
Demittere aliquem neci. Virg. 2. Æneid.
Infandæ neci dare aliquem. Ouid. in Ibin,
Datus neci, authore Festo, propriè dicitur, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno, aut fame.
Effugere necem. Ouid. 7. Metam.
Eripere necem alicui, Conseruare aliquem quominus pereat. Stat. 3. Thebaid.
Inferre necem, Vide INFERO.
Maturare alicui. Horat. 3. Carm. ode 7.
Meruisse. Ouid. epist. 11.
Miscere. Valer. 3. Argon.
Corpora missa neci. Ouid. 7. Metam.
Moliri alicui. Tacit. lib. 13.
Occumbere neci. Ouid. 15. Metam.
Parare alicui. Ouid. 1. de Arte.
Indignam pati. Ouid. 10. Metam.
Patrare. Tacit lib. 2.
Causam præbere. Ouid. epist. 2.
Gelida nece tot tus. Lucret. lib. 4.
Vlcisci alicuius. Ouid. 7. Metam.
Graui vrgendus. Seneca Here. OEth. 14. 16.
¶ In necem alterius, pro In damnum & fortunarum euersionem. Vlpianus de Crimine stellionatus, Siquis impostturam fecerit, vel collusionem in necem alterius. Budæus. Idem Vlpian. in l. Summa. D. de peculio.

Nexo, nexas, & Nexus, Vide NECTO.

N I

Ni {εἰ μὴ} à Nisi per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo interdum iungitur, interdum etiam Indicatiuo. Terentius And. 3. 4, Mirum ni domi est. Cic. 3. de Finib. Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus, &c.
Ni pro Non dicebant veteres, vt ait Donat. Plaur. -ni stulta sis.
Ni, pro Ne. Virgil. 3. Æneidos,
Contra iussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim
Inter vtranque viam lethi discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. Vbi Seruius, Antiqui NI pro NE ponebant, qua particula plenus est Plautus, Ni mala, ni stulta sis. Sensus ergo talis est, Ne cursus teneant, hoc est agantur & impleantur inter vtranque viam modico mortis interstitio, id est Scyllæ & Charybdis. Lucret. lib. 2,
Nive alium quenuis quæ sunt imbuta colorem
Propterea gerere hunc credas.
Ni, particula in respõsionibus vtebantur antiqui, & in iudicio recuperatorio. Cic. pro Murena, Sponsionẽ facere possent ni aduersum edictum Prætoris vis facta esset. Idem 5. Verr. Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni focium tibi in decumis esse dictitaret. Et sic sæpe ibidẽ. Idem 7. Verr. Cogere eũ cœpit, quum ageret nemo, nemo postularet sestert. duobus millib. sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quæstũ faceret. Budæus.
NIAETHOS {νιαῆθος} Huius est apud Theocritum, quem enarratores ipsius dicunt esse in Sicilia.
NICAEARCHVS, Pictor fuit suæ ætate eximius. Hic inter alia Venerem, inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem infaniæ pœnitentia. Author Plin. lib. 35. cap. 11.
NICANDRVS, siue Nicander {νικανδρος} Colophonius, grammaticus & poeta, & medicus tempore Attali iuuenis illius qui Gallogræcos vicit. Author Suidas. De hoc Cic. 1. de Oratore.
NICASIO, Nicasionis. Cic. lib. ad Attic. 3, Nicasionum archetypa. Quo loco Turnebus: Nicasionum archetypa, inquit, per sirpum significant fœneratorum calendarium, vel quòd Nicasio fœnerator fuerit, vel quòd in Nicasione fabula à Cæcilio nescio quid tale scriberetur: vel certè quòd proprium nomen, quod Græcum est origine, quadam lasciuia ad interpretationem Romanam, ad quam alludit, reuocaretur: quasi Nicasio, à nicando, id est necando dicatur, vt eneco & enico dicitur: fœneratorum autem crudelitas homines trucidare, enecaréque videtur: vel quadam etiam alia ioci luxuria, quasi hominum sint victores. Hæc ille.
Nicerotianum, pen. prod. {νικηροτικὸν} Delicatius odoramentum & vnguentũ: dictũ ab artifice probo Nicerote. Martial. lib. 6. 55, Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. 38, Nymbis ebria Nicerotianis.
NICEA, & Nicia, pen. prod. {νίκαια} vtroque modo dicitur secundum Priscianum, est nomen duarum vrbium, quarum vna est Galliæ, à Massilienfibus condita, teste Plinio lib. 3 cap. 5. Alia Asiæ, & Bithyniæ metropolis, de qua Plin. lib. 5. cap. vlt. Niceam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine vxoris Antipatri filiæ Niceam appellauit. Vrbis ambitus stadiorum LX fuit in figura quadrata, in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quare ex vno lapide, qui circa medium gymnasium positus erat, omnes quatuor portæ cernebantur. Author Strabo lib. 12. Hic iubente Constantino famosa illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporum, & pertidum Arthij dogma recisum. Alij Nicæa scribunt.
Æstuosæ Niceæ ager. Catull. ad Seipsum, epigram. 43.
NICEPHORIVM {νικηφόριον} Oppidum est Mesopotamiæ, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditum. Author Plin. lib 6. cap. 26.
Niceteria, niceteriorum {νικητήρια} Præmium victorum: accipitur etiam pro sacrificio vel epulo victoriæ gratia facto, quod etiam epinicia plurali numero dicitur. Iuuen. Sat. 3, Et ceromatico fert niceteria collo. Budæus.
NICETES, pen. prod. Smyrnæus, sophista Adriano principi gratiosus, ab eóque musæo Ægyptio ascriptus fuit. Quum causas tractaret, foro

etiam aptissimus videbatur. Adeò ingenium ad vtranque dicendi rationem accommodauit, vt iudiciale sophisticæ quadam facultate exornauerit, sophisticum verò & vmbratile forensibus aculeis roborauerit: genus dicendi antiquum & politum retinuit. Lasciuus nihilo minus & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

NICIAS Atheniensis, genere clarus. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquantulum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes deletæ sunt. Missus igitur imperator vnà cum Demosthene alterio duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infeliciter pugnãtes, ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerémque conjecti, sibi manus attulere. Ex Plutarcho. Nicias Marco Crasso ex nostris compatur. Plutarchus in Parallelis: quòd & diuitiis abundauerit, & eundem ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. ¶Nicias alius Athenièsis pictor, qui, teste Plinio lib. 35. cap. 11, diligentissimè mulieres pinxit: lumen & vmbras custodiuit: atque vt eminerét è tabulis picturæ, maximè curauit. Hic etiã in arte tanta contentione animi incubuisse dicitur, vt cibum sumere sæpe oblitus sit. Ælianus de Varia historia.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium veniens, ei promisit Pyrrhum veneno necaturum. At ille auersatus facinus, Pyrrho rescripsit, vt à Nicia sibi caueret. Hæc Curtius.

Nicias, Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticũ meminit: item in epistola ad Dolabellam. Tranquillus.

NICO, fuit vnus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui cõiurarunt in Annibalem: tandémque comprehensus cum Philomene, ad Annibalem deductus est. De quo Liu. Decad. 3. lib. 5.

NICO, nicis, nicere, Verbum antiquum, à quo deductum est nictare, & significat signum facere, vt manum mouere, aut ea minari. Plaut. Truculento,

Emoriere ocyus si manus nicetis.

Quid si manus nicerim? Vbi icerim sæpe legendum credidit Turnebus: sed quum aliquam esse nictandi originem augurareter, nec aliam quisquam comminisci posset, retinendum putauit nicerim. Alibi nusquam, quòd sciam, reperitur.

NICOCREON {Κυπρίων} Cypriorum tyrannus, de quo in dictione ANAXARCHVS.

NICOLAVS, pen. prod. {Νικόλαος} Nomẽ proprium, quasi victor populi. Nicolaus Damascenus {Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς} Peripateticæ sectæ philosophus fuit, Herodi Iudæorũ tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui vniuersalem historiã libris 80. complexus est. ¶Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrãtissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constãtino Cæsare vixit. ¶Fuit item Nicolaus quidam sophista, ex eadem Myra ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam scripsit, & meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

Nicolái vocantur Palmarum balani grandiores. Plin. lib. 13. cap. 4. vbi nominis rationem assignat.

Nicolaitæ, pen. prod. {Νικολαΐται} Hæretici fuere, ab Nicolao nomen ducentes, qui fuit cum Stephano diaconus. Eorum dogma fuit, Vxorum communio. Improbantur Apocalypsis cap. 2.

NICOMACHVS, pen. corr. Nicomachos sex tradit Suidas: Primum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragœdias vndecim. Secundum, Athenien sem item tragicum, qui vicit Euripidem & Theogenem. Nicomachũ item medicum, Machaonis filium, Æsculapij nepotẽ, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia vnum. Reliquos duos, patrem & filiũ Aristotelis ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physicam partis.

NICOMEDES, penul. prod. {Νικομήδης} Nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocauit, à quo Nicomedia.

NICOMEDIA {Νικομήδεια} Ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, q eã cõdidit, appellata. Turcis hodie *Nichor*: Nautis vulgò *Comido*, & *Comidi*.

NICOPHANES, pen. corr. {Νικοφάνης} Pictor elegans & concinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatẽ rerum: impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei, & grauitas artis. Plin. lib. 35. cap. 10.

NICOPOLIS, pen. corr. {Νικόπολις} Ciuitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, quia Cleopatram & M. Antonium apud Actium bello superauit.

NICOSTRATA, Mater Euandri Arcadis, futurorum vaticinatrix, quæ à carminibus, quibus Phœbi oracula significare solebat, Carmentis Latinè dicta fuit: vel, vt alii nonnulli voluerunt, à Carpento quo vtebatur.

Nicostrategi, alij Nycostralegi. Hoc verbo vtitur Arcadius in I. Munerum. 9. 1. ad finem. D. de munerib. Legati quoque qui ad sacra rerum principis mittuntur, quia viaticum, quod legatium dicitur, interdum solent accipere. sed & nicostrategi, & pistrinotum curatores personale munus ineunt. Cæterùm quid sint nicostrategi, apud nullum reperi. Turnebus suspicatur hîc mendum esse, quòd nullum tale apud Græcos verbũ fit, quũ tamen Græcã mentiatur originem: & eius loco, vicorum stratorũ & pistrinorum, &c. reponendum credit.

NICOSTRATVS, Macedo, orator inter decem secundos, tempore M. Antonij & Dionis Chrysostomi, & Aristidis oratoris æqualis: scripsit nonnulla, vt author est Suidas. ¶Fuit itẽ alter Nicostratus, poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosophistis. ¶Nicostratus citharœdus, & Laodicus, quum inter se concertarent: dixit Nicostratus Laodicum esse in magna arte paruum, se autem in parua magnum: fatúsque non domum diuitiis, sed artem studio & diligentia augere. Ælianus de Varia historia.

Nicto, nictas {ὀφθαλμοκλείω, παραδαμυῶ} nictãre, Frequentatiuum prisci verbi Niueo, nues, Est quum oculis signum damus claudendo vel vtrunque vel alterum. Plaut. Asin. 13,

Neque illa vlli homini nueet, nictet, annuat. Plin. lib. 11. cap. 37. Plerisque verò naturale est, vt nictare non cessent: quos pauidiores accepimus.

Nictor, nictaris, Deponens {βλεφαρίζω.} Plin. lib. 11. cap. 37, Grauiores alitum inferiore gena conniuent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte.

Nictari (inquit Festus) & oculorũ & aliorum membrorũ nisu sæpe aliquid conari, dictũ est ab antiquis, vt Lucret. lib. 4. Hic, vbi nictati nequeũt, insisterétq; alis. Nouius in Macchoco, Pone actũ scribit, cum in neruo nictabere. Vnde quidam nictationem, quidã nictum, vt Cæcilius in Pugilem, Tamen inter laudandum hunc tumidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere & miratier.

¶Nictare, Transferè pro micare, seu vibrare. Lucret. lib. 6, Diffupat ardoris quali per vim expressa repentè
Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.

Nictatio, Verbale {βλεφαρισμὸς.} Plin. lib. 11. cap. 37, Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes in his quæ animal generant.

Nicto, nictis, nicti {ὀφθαλμοκλείω} nictere. Festus, Nictit canis in odorandis vestigijs ferarum leuiter ganniens. vt Ennius lib. 10, Veluti siquãdo vinculis venatica veneno capta solet, si fortè ex nare fagaci sensit, voce sua nictit, vlulat, quæ ibi accita est.

Nidor, nidoris {κνῖσα} Propriè dicitur odor cuiuscunque rei adustæ. A nitore ignis. Virg. 12. Æneidos,
-illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit. Martial. lib. 1. 26,
Pascueris & nigræ solo nidore culinæ.
Lumen extinctum offendit nare, nidore. Lucret. lib. 6.
Gancarum nidor & fumus. Cic. in Pison.
Carus nidor Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Cancri nidor. Plin. lib. 12. cap 9.
Graues nidore chelydri. Virgil. 3. Georg.
Nidor etiam de ferè core dicitur. Apuleius lib. 4, Alios putore nidoris fœtidi à meis scapulis abegissem.
Nidor, Rufus. Horat. 2. Serm. saty. 7,
-nasum nidore lupinor. Sic Porphyrio interpretatur: Nidorem pro risu posuit: à quo verbum fit Renideo. Aeron verò, Nasum, inquit, nidore lupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum, seu risu. vide & Renidet.

Nidor differt ab odore. Plin. lib. 13 cap. 1, Cedri tantũ & citri fuorũ fructicũ in sacris fumo conoluta nidoré vertus quàm odoré nouerant.

Nidco, nides, cuius compositum in vsu est, Renideo.

Nidus, nidi {νοσσιὰ} Auium domicilium. A nidore, vt putatur, quòd mali odoris sint auium cubilia. Plin. lib. 10. cap. 29, In Tidenate agro iuxta vrbem ciconiæ nec pullos, nec nidum faciunt.

Aditus nidi, In ADEO.
Nidi apium. Virg. 4. Georg.
Domus & nidi Virg. 5. Æneid.
Adulteratus Plin lib. 10. c. 9. Vide Subnicere pullos, in SVBLICIO.
Dulces. Virg. 1. Georg. Vernt. Stat. 3. Sylu. 5.
¶Abducere in diuersum à nido, Vide ABDVCO.
Constituere sibi nidum. Ouid. 15 Metamorph.
Cubilia sibi nidóque cõstruunt, cóque quàm possunt mollissimè substernunt gallinæ auésque reliquæ, vt quam facillimè oua ferantur. Cic. 2. de Nat. deor.
Demptus cacumine. Ouid. 13. Metam.
Detrahere aues nido. Virg. 4. Georg.
Egredi nidis. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Fingũt & construunt nidos procreationis atque vtilitatis suæ causa volucres. Cic. 2. de Orat.
Migrare nidum. Gell. lib. 2. cap. 29.
Struere. Tacit. lib. 5, Suis in terris struere nidum.
Texere. Quintil. lib. 2. cap. 16.
¶Nidus, pro fœtu ferorũ, seu porculis adhuc lactentibus. Colum. lib. 7. cap. 9. non procul à fine, Et in cubili suam quisque matrem nidus expectat. Vide totam periodum.
¶Nidus, aliquando accipitur pro fœtu auium. Virg. lib. 4. Georg.
-ipsæque volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. Nonius.
Loquaces nidi. Virg. 12. Æneid.
Querulı. Seneca Herc. furen. 2. 5.
¶Nidus, pro poculo ad nidorũ similitudinem facto. Varro Quinquatribus, Quam lympham melius è lacuna fontium allatam, nidos potili permiceat. Nonius.
¶Nidus, pro Domo cuiusque propria. Horat. epist. ad Fuscũ Aristi. lib. 3, Tu nidum seruas: ego laudo ruris amœni Riuos, &c.
Sic Hesiodus, πατὴ τὸ κρεῖσσον. Ductum ab auibus. Lamb.
¶Nidi dicuntur in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Martial. lib. 1. epigr. penultimo,
De primo dabit. alteróve nido
Rasum pumice, purpuráque cultum.

Nidulus, niduli, pen. cor. {νοσσίδιον} Paruus nidus. Gell. lib. 2. cap. 29. Cic. 1. de Orat. In alpertimis faxulis, tanquam nidulum, affixam.

Nidifico, nidificas, pen. cor. {νοσσεύω} nidificare, Nidum facere. Virgilius,
Sic vos, nõ vobis nidificatis aues. Col. lib. 8 cap. 15. Plin. li. 10. cap. 32.
Nidificare ex. Plin. lib. 9. cap. 26, Eadem piscium sola nidificat ex alga, atque in nido parit.
Nidificare luto. Plin. lib. 10. cap. 52.

Nidificus, pen. cor. Adiectiũ {νοσσιὰν ποιῶν.} Seneca Medea, 9. 9, Quodeũque tellus Vete nidifico creat.

Nidulor, pen. cor. nidularis {νοσσιάζω} nidulari, Idẽ quod Nidifico. Plin. lib. 11. cap. 28, Paruósque in iis cõtra rigorẽ hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Gel. lib 2. cap. 29, Habitat, nidulatúrque in segetibus.
¶Nidulari, Ouis incubare. Var. Hebdomadũ 1, Prima dies, deinde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.

Nidamentum, nidamenti, Locus vbi nidulantur aues. Plaut. Rud. 2. 0, In neruo mille hodie nidamenta congeret.

Nigella, nigellæ {μελάνθιον} Frutex est pusillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum, foliis paruis, senecionis herbæ similibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaueris, in quo semen nigrum, acre, odoratum includitur. In officinis etiam hodie nomen seruat: à Gallis *Poyureta* appellatur.

Niger, nigra, nigrum {μέλας, αἰγινὸς. λιπαρὸς, καπνῶδης, ἀφεγγὴς, ἴσχνος} Ater & obscurus color, qui & fuscus quibusdam dicitur. Plaut. Capt. 11, Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.
Æquoris nigri fremitus. Horat. 2. Carm. ode 27.
Aer niger. Virg. 1. Georg.
Agmen. Virg. 4. Æneid. de formicis.
Auernum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Cælum pice nigrius. Ouid. epist. 17.
Capilli. Horat. 1. epist. 7.
Colles nigri, Vmbrosi propter arbores. Horat. 4. Carm. ode 12.
Color. Ouid. 2. Metam.
Crinis. Horat. 1. Carm. ode 32.
Imber nigerrimus densis Austris. Virg. 5. Æneid.
Lacus. Virg. 6. Æneid.
Limus. Virg. 4. Georg.
Liuor. Ouid. in Fragm.
Monedula nigra pedes. Ouid. 7. Metam.
Mors. Stat. 9. Thebaid.
Nemus. Virg. 3 Georg.
Noctis nigræ vmbra. Lucret. lib. 4.
Nubes. Virg. 5. Æneid.
Oculi. Horat. 1. Carm. ode 32.
Ouis. Virg. 4. Georg.
Pecus. Virg 3. Æneidos,

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Nigram hyemi pecudem immolari Maro facit, vt & Horatius ei agnam, quum esset tempestas situ Romano dea:
Libidinosus immolabitur caper,
Atque agna tempestatibus. Turneb.
Puluis. Virg 9. Æneid.
Sanguis. Ouid. 12. Metam.
Somnia. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Splendor. Plin. lib. 12. cap. 4.
Superstitio. Stat 6. Thebaid.
Sylvæ nigræ, Obscuræ, vmbrosæ. Horat. 1. Carm. ode 21.
Terra nigra & pinguis. Virg. 2. Georg.
Turbo. Virg. 1. Georg.
Venenum. Virg. 4. Æneid.
Violæ. Virg. 10. eclog.
Vmbræ. Lucret. lib. 4.
Vua nigerrima. Catul. ad Coloniam, epigr. 17.
Alba & nigra. Cic. 2. de Diuin. Aut num nescio qui ille diuinus, si oculis captus sit, vt Tiresias fuit, possit quæ alba sint, quæ nigra dicere: aut, &c.
¶Niger, per translationem quãdoque ponitur pro mortuo. Iuuen. Satyr. 1,
Institutúsque rudes melior Locusta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos.
¶Niger, Noxius. Virg. 2. Georgicorum,
-& nigris exesa chelydris Creta. Seruius.
¶Niger, Malus. Iuuenal. Satyra 3, -nigrum in candida vertunt. Solebant enim prisci quod bonum & laudabile erat, creta, vel alba linea notare. Quod autem noxium & malum, nigro colore.
¶Niger, Id est improbis moribus, & ingenio infido. Horat. 1. Serm. satyr. 4, -commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, &c. Puto (inquit hîc Lambinus) Horatiũ respicere ad symbolum Pythagoricum illud, quod monet, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, Id est ne gustemus de his quibus nigra est cauda: quo vetabat Pythagoras, vt interpretatur Plutarchus, verfari cum hominibus, qui nigri essent morum improbitate. Hæc ille.
Domus nigra questu, Funesta. Stat. 5 Sylu. 1.
Nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio. Cic. pro Cecin. Et argentarius Sext. Clodius cui nomen est Phormio: nec minus niger, nec minus cõfidens, quàm ille Terentianus est Phormio.
¶Nigerrimus. Plin. lib. 15. cap. 25, Ceraforum Aproniana maximè rubent: nigerrima sunt vt Actia.

Nigellus, Adiectiuum diminutiuum, Parum nigrum. Ausonius ad Theonem, epist. 21. Cadmi nigellas filias.

Nigredo, pen. prod. nigredinis, Ipse color fuscus.

Nigritudo, pen. prod. nigritudinis, Idẽ. Plin. lib. 10. ca. 36, Nulla Veris initio apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. De passeribus.

Nigrities, pen. corr. nigritiei, Idem. Corn. Cels. lib. 8. cap. 2, Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore & ex febre.

Nigritia, nigritiæ {μελανία} Idem. Plin. lib. 9. cap. 38, Nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem.

Nigror, nigroris {ὀφθὸ} Idem. Cic. 1. de Diuinat.
Interea propè iam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctísque & nimbũm occæcat nigror.
Ex Pacuuio. Gell. lib. 2. cap. 26, Rubidus autem est rufus atrore & nigrore multo mistus. De coloribus.
Nigror mortis. Lucret. lib. 3.

Nigreo, nigres, siue Nigresco, nigrescis, nigrui {μελανόομαι} nigrescere, Nigrũ fieri. Claudian. 3 de Raptu Proserp. Nũc sibi mutatas liceat nigrescere vestes. Colum. lib. 12. cap. 48, Oliuas, quũ nigruerint, nec adhuc tamẽ permaturæ fuerint, sereno cælo distringere manu cõuenit.
Tenebris nigrescunt omnia. Virgil. 11. Æneid.
Æquora nigrescunt ventis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Cælum nigrescit ab Austris. Ouid. 5. Fast.
Venæ nigrescunt sanguine. Ouid. 3 de Arte.

Nigro, nigras {μελανόομαι} nigrare, Nigrum facere.
Nigrare, Nigrum esse. Lucret. lib. 2,
-ne forte hæc ex albis albis rearis
Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis:.
Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata.

Nigrans, Participium {μελανύδρου.} vt
Nigrãs color. Colum. lib. 6. cap. 1, Parãdi sunt boues nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus & robustis.
Antra. Stat. 10. Thebaid.
Caligine nigranti piceus vertex. Silius lib. 4.
Campi puluere. Silius lib. 3.
Comæ arboris. Seneca Hercul. furen. 9.
Iuuenci nigrantes terga. Virgil. 5. Æneid.
Nimbus. Virg 4. Æneid.
Pecudes. Virg. 5. Æneid.

Nigrefacio, nigrefacis, nigrefeci, nigrefactum {μελανοποιῶ} nigrefacere, Nigrum facere.

Nigrefio, nigrefis {μελανοποιοῦμαι} nigrefieri, Nigrum fieri.

Nigrico, nigricas, pen. corr. {μελανίζω} nigricare, Aliquantum nigrum esse. Plin. lib. 10. cap. 3, Viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit.

NIGIDIVS, Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris tempore. Hic, teste Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quæ ad nostra sæcula non peruenerunt.

Nigina, Herba, de qua Plinius lib 27. cap. 12, Herba quæ vocatur nigina, tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorẽ reducit.

NIGIR {νῖγερ} Ptolemæo lib. 4. cap. 5, Libyæ inferioris fluuius eiusdem cum Nilo naturæ. Hodie *Fluuius de Senega*.

NIGRIS {νῖγρις} Æthiopum fluuius, eiusdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eiusdémque gignit animantes, & iisdem tempestatibus augescit. Author. Plin lib. 5. cap. 8.

Nihil {οὐδὲν, μηδὲν.} componitur ex non & hilum, per apocopen. Author Georgius Valla lib. 33. Putauerim tamen Nihilum ex ni, id est ne, & hilum componi: vt sit nihilum, quasi ni hilum quidem, vel ne hilum quidem. Præterea ex nihilum, per apocopen fit Nihil: per syncopen, nilum. Lucret. lib. 1, Nil igitur fieri de nilo posse fatendum est. Paulo pòst, Haud igitur possunt ad nilum quæque reuerti. Pers. Satyr. 3, De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
¶Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Cic. Attic. lib. 11.
Nihil ad illum. Id est. Non est cum illo comparandus. Terent. Eunucho, 2. 3. Cic. 2. de Orat. Quem cognouimus vtrum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium.
Nihil ad te. Terent. And. 4. 1, Concrepuit à Glycerio ostium. P. nihil ad te. D. quæro.
Nihil ad te attinet Terent. And. 1. 2.
Nihil ad hanc rem est. Terent. Phorm 5. 6.
Nihil ad rem, an. Cic. in Orat. Dichoteus: nihil enim ad rem extrema illa longa sit, an breuis.
¶Nihil aliud quàm, pro Duntaxat. Sueton. in Domitiano, cap. 21, Ad horam somni nihil aliud quàm secreto solus deambulabat. Liu.
¶Nihil admodum literarum sciebat. Cicero de Claris Orat. Latinè non pessimè loquebatur, vsu credo aliquo domestico: nam literarum admodum nihil sciebat. De Curione.
Nihil admodum territus. Liu. 7. bel. Pun.
¶Nihil magnopere, Liu. Decad. 1. libro 3, Consules creati Sp. Herminius, T. Virginius Cælimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis causam inclinati, orium domi ac foris habuere: hoc est, nõ magnopere inclinati. Idem Decad. 4 lib. 7. ad fin. Nihil magnopere ea Cretenses mouerunt.
¶Nihil agere dicũtur qui sumunt operam inanem. Cic. de Senect. Nihil ergo agebat Quint. Maximus, nihil L. Paulus pater tuus, Scipio socer, optimi viri filij mei & cæteri senes? Fabritij, Curij, Coruncani, quum Rempublic. consilio & authoritate defendebant, nihil agebant? Plin. lib. 1. epist. 9. in fine. Satius est enim, vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, otiosum esse, quàm nihil agere.
Nihil aliud nisi. Cicero de Amic. Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita.
Nihil aliud habet quod agitet in mente. Cic. 1. de Nat. deor.
Nihil mihi credas diuini & humani. Genus erat apud antiquos affirmationis religiosæ, & cuiusdam propè iusiurandi, quod significat, Nihil mihi vllius rei credas. Plaut. Asinaria,
Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas
Artemona, si huius rei esse mendacem inuenero. Ex Turneb.
Nihil enim est aliud quamobrem mihi percipi nihil posse videatur. Cic. 5. de Finib.
Nihil aliud facere nisi. Cic. pro Rosc. Amer. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt: aõnne satis fuit iis gratias agi?
Nihil præterquam vigilatum est. Liu. 3. ab Vrbe. Hoc est, Nihil aliud actum, nisi vigilatum est.
Nihil amplius quàm, pro Tantum. Suet. in Sergio Galba, cap. 19.
¶Nihil, pro Non. Terent. Heaut. 5. 5,
-pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio,
Faciet. CH. nihil etiam audio ipsum.
Nihil cessauerunt illico. Terent. Hecyr. 4. 1,
Sed vt olim te ostendisti, eandem esse, nihil cessauisti vsque adhuc
Vt filiam ab eo abduceres.
Nihil mihi cum illo fuit, pro Nullum commercium. Terent. And.
Nihil tibi amplius cum illa fuit Charine?
¶Nihil desydero. Plaut. Stich. 9. 10, Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil desydero.
Nihil distat. Plin. lib. 12. cap. 13.
Nihil dixit tum vt sequerere sese? c. nihil, nisi abiens mihi innuit.
Nihil dixit vt. Terent. Eunuch. 4. 5,

¶Nihil eſt.Plaut.Truc.17, -at ego ab hac puerum reposcam,
Ne mox inficias eat. nihil eſt. Id eſt nullius eſt negotij, Facile eſt.
Nihil eſt niſi.Cic.ad Thermum,lib.13.
Nihil eſt æquè quod faciam lubens.Terent.Phorm.3.3.
Nihil eſt,pro Nulla eſt ſpes. Terent.Heaut.4.2,
Nam quod ſperem de argento,aut poſſe poſtulem me fallere,
Nihil eſt. Donatus.
At nihil eſt,ignorum ad illum mittere,operâ luſeris.Plaut.Capt.6.
Nihil eſt quod moremur diutius, pro Non eſt opus. Ter.Heaut.
Cic. Terentiæ.lib.14.4.De familia liberata nihil eſt quod te moueat.
Nihil eſt quod illi non proſequantur ſuis argutiis.Cic.de Amic.
Nihil eſt hoc.Plaut.Milit.3.
¶Nihil, Reſponſio. Terent.Phorm.3.3,Nunquid eſt quod opera
mea vobis opus ſit? G.nihil.verùm abi domum.
¶Nihil facilius,Terent.And.2.6,
Potín' es mihi verum dicere? D.nihil facilius.
Nihil dictu facilius.Terent.Phorm.2.1,
Non ratio,verùm argentum deerat.D.ſumeret
Alicunde.G. alicunde? nihil eſt dictu facilius. Vbi Donat. Hoc quaſi ſubridens & auerſo ab illo vultu pronuntiauit Geta. quod genus actionis,ſecuritatem oſtendit hominis manifeſta dicentis.
Nihil feſtinare.Cic.ad Attic.lib.5 99.
Nihil intelligo quid agas.Terent.And.4.4.
Nihil enim intereſt dactylus ſit extremus,an creticus.Cic.in Orat.
Nihil intermiſſa rerum cura.Tacit.lib.4.
Nihil magis manifeſtò teneo.Plaut.Mercat.15. Cic.ad Lent.lib.1.9,
Cúmque Pompeius ita contendiſſet, vt nihil vnquam magis, vt
cum Craſſo redirem in gratiam. Subaudi,Vieri aut contendi poſſet,
vel poſſit.aut,vt nihil vnquam magis à me contenderit.
Nihil metuo,niſi ne medius diſrumpar miſer.Plaut.Cure.5.7.
Nihil minus. Cic.3 Offic.Cadit ergo in virum bonũ mentiri emolumenti ſui cauſa,criminari,præripere,fallere?nihil profectò minus.
Nihil minus ſum.Plaut.Stich.8,
Perij hercle verò planè,atque obnixè,nihil
Vno Geraſimo minus eſt,quàm dudum fuit.
Nihil minus.Terent.Eunuch.3.3,
-at apud nos hic mane,dum redeat ipſa.
C. Nihil minus. Id eſt non faciam.
Nihil moror,Nihilfacio.Plautus Moſtel.9. Sic Caſin.16,Cœnam
mihi vt ebria ſit,lepidè,nitidéque volo,nihil moror barbarico ritu.
Nihil nimis bibi.Terent.Heaut.3.2.
Nimis nihil homo,Vide NIMIS.
Tu quantus quantus,nihil niſi ſapientia es. Terent.Adelph.3.3.
Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius.
Cic.de Clariſ.Orat.
Nihil non arrogat armis.Horat.de Arte.
Nihil ocyus.Plaut.Stich.11,
Eum ſolent prouiſere,qui hercle illa cauſa nihil ocyus venit.
Nihil omnino. Cic.de Amic. Atque haud ſcio ánne opus ſit quidem,nihil vnquam omnino deeſſe amicis.
Nihil omnino declinare recta regione.Lucret.lib.2.
Nihil opus eſt reſciſcat. Plaut.Merc.24. Cic.5. de Finib.Nihil opus eſt exemplis hoc facere longius.
Nihil pareũt ſeni.Terent.in Prol.Heaut. Idem Adelph.4.2,Nihil
peperci:non puduiſſe verberare hominem ſenem?
Nihil penſi eſſe alicui.Liu.lib.2.Decad.5.
Nihil poterit ferre.Plaut.Milit.16.
Nihil mihi potius fuit, quàm vt Maſiniſſam conuenirem. Cic.in Somnio Scip.
Nihil in ſumma pacis proficiebatur.Tacit.lib.13.
Nihil mihi propius quàm vt peritem. Plaut.Milit. Id eſt, Parum abfuit quin morerer.
Nihil prorſus. Terent.And.2.6,Nihilne?hem.D.nihil prorſus.
Nihil quàm, pro Nihil aliud quám. Sueton.in Claudio Cæſare,
cap.36,Nihil tota via,quàm eſſétne ſibi ſaluum imperium,requirens.
Nihil quicquam.Plaut.Mercat.22. Terent.Heaut.5.1,Quid Syrus
meus?ne is quidem quicquam? M.nihil.
Nihil quicquam egregium in vita, ſine ardore quodam amoris.
Cic.1.de Orat.
Nihil refert mea. Terent.Eunuch.2.3.
Nihil ſcio,pro Neſcio. Plaut.Capt.13,Gaudeo, etſi nihil ſciã quod gaudeam.
Nihil ſcit,niſi verum loqui.Plaut.Perſ.16.
Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus. Horat.1.Serm.Satyr.9. Sententia eſt multorum veterum ſcriptis celebrata.
Nihil ſuprá. Cicero ad Attic.lib.13,Eos confeci & abſolui, neſcio
quàm bene, ſed ita accuratè, vt nihil poſſet ſuprá. Subaudi, eſſe,
vel addi.
Nihil triſtis.Terent.And.2.6.
Nihil tale metuamus.Cic.1.de Finib.
Nihil tanti eſt. Horat.de Art.poetic. Vice prouerbij ſumi poſſet
hæc loquẽdi formula,claſſicis authoribus perfamiliaris, quum nihil
nos tanti æſtimare oſtenderemus,vt eius obtinendi ſtudio in damnũ
aliquod incurrere optatum nobis eſſet.
Nihil vſus circuitione.Terent.And.1.2.
Nihil valet.Cic.pro Cecin.Ea ſi nihil valet,aut ſi ad hanc rem non
pertinet,quid,&c.
Nihil quidem hercle verbum ac viliſſimum.Plaut.Stich.4.
Nihil vltra.Cic.Attic.lib.15,Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè
ſententiis,verbis,vt nihil poſſit vltra cogitari.
Nihil mihi vobiſcum eſt.Ouid.2.Faſt.
¶Nihil falſi.Nihil gratiæ,&c. Terent.And.4.5,Me miſeram,nihil
pol falſi dixi mi ſenex. Idem Heaut.5.2.
Nihil incommodi.Terent.Hecyr.3.3.
Nihil moræ. Terent.And.1.1,Sin eueniat (quod volo)in Pamphilo
vt nihil ſit moræ.

Nihil piſcium.Plaut.Rudente,23.
Nihil quæſti.Plaut.Aulul.5.
Nihil rerum.Terent.Heaut.2.3,
-nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt
Quod malim,quàm me hoc fallò ſuſpicarier.
Nihil réliqui.Cæſar 1.bel.Gall.Et demonſtrant ſibi præter agri ſolum nihil eſſe réliqui. Sic Attico,lib.14,Nihil ſynceri.
Nihildum,Id eſt nihil adhuc.Cic.Caſſio,lib.12.7,Et quanquam nihildum audieramus nec vbi eſſes.
Nihildum certi à te exquiro.Cic.Attico,lib.7.
Nihildum Brundiſio erat allatum.Cic.Attic.lib 9.
Nil intra eſt oleam,nil extra eſt in nuce duri.Horat.2.epiſt.1. Proverbium eſt, conuenítque in eos, qui aut, quæ perſpicuè vera ſunt, negant:aut,quæ perſpicuè falſa, aiunt. Quid enim certius,quid apertius eſt, quàm & intra oleam, os eſſe,& extra nucem, putamen, ac duritiem?
Nihilum,nihili,penult.corr.{μηδὲν πέον} Ex non & hilum compoſitum. Feſtus,Hilum putant eſſe quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum.Vide NIHIL. Terent.Phorm.3.3,
Vnde ego nunc tam ſubitò huic argentum inueniam miſer,
Cui minus nihilo eſt?
Nihilum diſtat.Horat.2.Serm.ſatyr.3,
Stultitiáne erret,nihilum diſtabit,an ira.
In nihilum interire.Cic.1.Acad.
Ex nihilo oriri,& in nihilum occidere.Cic.2.de Diuinat.
Ad nihilum recidunt omnia.Cic.in Orat.
Redigi ad nihilum.Lucret.lib.1.
Reuerti ad nihilum.Lucret.lib.1.
Ad nihilum venire.Cic.ad Brutum,lib.11.12.
Ad ſummum venire,& Ad nihilum,contraria.Cic.2.Tuſcul.
¶Nihilum, pro Nihilum. Lucret.lib.1, Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.
¶Ex nihilo quicquam fieri,nulli phyſico placet.Cic.de Fato.
¶Nihili {παρ' οὐδὲν} Quod nec hili eſt,inquit Feſtus. Cic.3.Tuſc.
Sed tentemus,& luſiſſe putemur ſi nil ſit,ab eo quod nequicquam eſt in tali homine,ex quo idem nihili dicitur. Varr.de Ling.Latin.lib.9,
Itaque vt eum,quem putamus eſſe non hili,dicimus nihili,&c.
Nihili, inquit Varro,habet caſus tum quum commutatur,de quo dicitur. De homine: dicimus enim hic homo nihili eſt, & huius hominis nihili, & hũc hominẽ nihili,&c.Hæc ille lib.8.de Ling.Latin.
Nihilifacio,nihilifacis,pen.corr.nihilifeci{παρ' οὐδὲν πάσχειν} nihilifacere, Nihili æſtimare,non curare. Plaut.Milit.5,Sed me excepit:nihilifacio quid faciat cæteris.
Nihilipendo,nihilipendis,nihilipendi,nihilipenſum {μηδὲν πάσχειν} nihilipẽdere, Idem. Terent. Eunuch.1.2,Aut ego iſtuc abs te factum nihilipénderem? Idem Adelph.3.4.
Nihilo,aliter {τῷ ἄλλως} pro Non aliter:vel non alius.Terent.Phorm.3.2,Is me fefellit,ego iſti nihilo ſum aliter,ac fui.
De nihilo.Propert.lib.2.eleg.3,Non ſum de nihilo blandus amator ego.Vide DE.
Non hoc de nihilo eſt,Vide NON.
Tu autus es pro nihilo, præ tua præda, tot res ſanctiſſimas ducere. Cic.in Verr.
Pro nihilo habenda eſt adoptio nullo decreto probata, & contra omne ius facta.Cic.pro Domo.
Contemnere & pro nihilo putare aliquem.Cic.1.Verr.
Dij immortales quàm mihi iſta pro nihilo videntur. Cicero ad Atticum.
Nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus dempta æternitate. Cic.2. de Finib.
Nihilo deterius,pro Nihilo ſecius. Aſconius,Petebat nihilo deterius conſulatum.Annotauit Turnebus.
Nihilo diligentior ad claſſem ornandam, milites reuocádos alendóſque eſſe cœpit.Cic.7.Verr.
Nihilo magis Plaut.Aſin.8,
Si ſit domi,dicam tibi:non eſt. M. quid? eius
Atticiſis? L.nihilo magis intus eſt. Donatus,Nihilo magis,Quaſi in nihilo poſſit eſſe magis aut minus. Et nihilo magis, aſſeuerationis eſt. Terent.Hecy.1.2,
Nocte illa prima virginem non attigit,
Quæ conſecuta eſt nox,eam nihilo magis. Cic.3.de Finib.
Nihilo magis efficere aliquid.Cic.2.de Diuin.Sed ea ſumitis, quibus conceſſis nihilo magis efficiatis quod vultis.
Nihilo melior quám.Cic.Planco lib.4.14,Sed ego tam miſero tempore nihil noui conſilij cepiſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas,quàm Rempublicam offendiſſem.
Nihilo minus, id ſignificat quod vernacula lingua dicimus, *Cenonobſtant.* Terentius Heaut.5.3, Non poſtulo: iam loquere: nihilo minus ego faciam tamen. Cic.1.de Inuent.Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ ſtudendum eſt.
Nihilo minus vt ego abſim,hæc confici poſſunt. Cic.ad Plancum, lib.10.2. Id eſt etiam me abſente,& ſine opera mea.
Nihilo minus tamen & luto munire, & vinculo melius. Plin. lib, 17.cap.16.
Nihilo plus. Terentius Eunucho,1.1,
-incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere,nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias.
Nihilo ſecius. Idem quod Nihilo minus. Terentius And.3.2,Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hîc.D.intellextín'. Sed nihilo ſecius mox deferẽt puerũ huc ante oſtium. Cæſar 3.bel.Ciuil.Præteruectóſque Dyrrhachium magna vi venti nihilo ſecius ſequebatur.
Nihilo ſegnius. Cæſar 2.bel.Ciuil.Maſſilienſes nihilo ſegnius ad defenſionem vrbis reliqua apparare cœperunt.
Nil {ἀδὲν} à Nihil ſyncopatum eſt. Aliquando nomen eſt. Virgilius 3. Georg. Te ſine nil altum mens inchoat.

Nil faciet ſceleris pia dextera.Horat.2.Serm.ſatyr.1.
Nil,nihil,nihilum.Perſ.ſatyr.3, -gigni
De nihilo nihil,in nihilum nil poſſe reuerti.
Nil,Aduerbium.Virgil.5.Æneid. Deponunt animos, nil magnæ laudis egentes. Id eſt non.
Nil opus eſt verbis.Lucret.lib.5.
Nilion,Gemma.Plin.libro 37.cap.6,India & has generat,& nilion,fulgore hebeti,aut bgeui,& quum intueare,fallaci.
NILIS {νεῖλος} Lacus eſt inferioris Mauritaniæ,non procul ab Oceano, quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur. Vide Plinium libro 5. capite 9.
Nilum,Vide NIHIL.
NILVS {νεῖλος} Ægypti fluuius,à Nileo rege ſic dictus,vel à nouo inferendo luto, quòd ſua inundatione totam feracem reddat Ægyptum. Vnde Seruius Nilum dici exiſtimat, quaſi νέαν ἴλὺν, hoc eſt nouum trahentem limum, quo oblimet, hoc eſt limo obturet Ægyptum & oppleat. Vnus eſt ex maioribus totius orbis fluuiis. à quibuſdam Geon dicitur quaſi terra, qui antea Melo vocabatur. Habet ſeptem oſtia. Virgil.6.Æneid.Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili. Nomina oſtiorum hęc ſunt,Canopicum,Bolbiticum,Sebenniticum, Phœneticum, Mendeſicum, Tanicum, & Peluſiacum. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano, ſtaguante ibi lacu, quem vocant Nilidem. Deinde condit ſe itinere aliquot dierum,turſúmque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi. Iterúmque arenis receptus per deſerta viginti dierum ſpatio fertur ad proximos Æthiopas, & denuo proſilit fonte, qui Niger dicitur. Inde Africam ab Æthiopia diſterminans, medios ſecans Æthiopas: ſic pleraſque inſulas facit, quarum clariſſima eſt Meroe, cuius metropolis etiam Meroe vocatur. Poſtquam ſe aquis omnibus auxit, Nilus appellatur. Denique multis oſtiis fertur in mare Ægyptium: Ægyptíque inferiorem partem dextra læuáque diuiſus amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco, propter quod aliqui Ægyptum inter inſulas poſuere, ita ſe diuidente Nilo, vt trigoratum terræ figuram faciat. Idcirco multi Ægyptum a Græcæ literæ ſimilitudine Delta vocauerunt. Augetur Nilus certis diebus mirum in modum,& per totam ſpatiatus Ægyptum,fœcundiſſimus innatat,vnde vnicam ſpem Ægyptiis Nilo poſitam eſſe ait Seneca. nam ſterilis aut fertilis annus eſt, prout ille magnus influxit, aut parcior. Inde eſt vt nemo aratorum in Ægypto cælum ſuſpiciat: quod ex Seneca depromptum eleganter Claudianus reddidit, epigr. 6.de Nilo,
Felix qui Pharias proſcindit vomere terras,&c. Vide Plinium,libro 5.cap.9.& Cic.2.de Nat.deor.
Pingui flumine Nilus.Virg.9.Æneid.
Apricus.Valer.3.Argon.
Digeſtus in ſeptem cornua.Ouid.9.Metam.
Diſcretus in ſeptem oſtia.Ouid.5.Metam.
Diuitis oſtia Nili.Iuuen.Satyr.13.
Fertilis Nili pinguia arua.Valer.7.Argon.
Magnum fluens.Virg.3.Georg.
Iocoſus.Ouid.1.Triſt.eleg.2.
Lagæus.Lucan.lib.1.
Paludoſi fœcunda licentia.Stat.3.Sylu.2.
Paretonius.Stat.5.Thebaid.
Papyriferi ſeptemflua flumina.Ouid.15.Metam.
Sacer.Stat.1.Sylu.6.
Septemplex.Ouid.5.Metam.
Stagnans effuſo flumine.Virg.4.Georg.
Tepidus.Claud.de bello Gildon.
Tumidus rigat arua.Horat.3.Carm.ode 3.
Irrigat Ægyptũ Nilus,& quum tota æſtate obrutam oppletámque tenuit,tum recedit,mollicóſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit.Cic.2.de Nat.deor.
¶Nili quoque apud veteres capiuntur pro foſſis in ludis circundatis,pro ſeptis ſiue pro canalibus aquarum aliunde deductarum,quos Romani intra domos deducebant. Vide in dictione EVRIPI. ¶Eſt & Nilus vrbs ibidem.
Piſcina & Nilus. Cic. Quinto frat.lib.3.2.4,De arcano Cæſaris opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicuius. imagines enim iſtæ,& palæſtra, & piſcina & Nilus multorum Philotimorum eſt,non Diphilorum,ſed & ipſi ea adhibebimus, & mittemus & mãdabimus.
Niliacus, penult. corr. Adiect.{νειλῶος.} vt Vrbs Niliaca.Lucan.lib.10.
Acetum Niliacum.Martial.lib.14.122.
Lens.Martial.lib.13.9.
Olus.Martial.lib.13.57.
Pecten.Martial.lib.14.150.
Pecus.Stat.3.Thebaid.
Thus.Stat.4.Sylu.9.
Niloticus,pen.corr.Aliud adiectiuum{νειλωτικός.}vt Nilotici piſces.
Nilotis, pen.prod.huius Nilotidis, Patronymicum fœm.gen.pro Poſſeſſiuo {νειλωτίς.} Vnde Acus Nilotis,Vide ACVS.
Niligenus,penult.corr.Adiectiuum {νειλογενὴς.}Ouid.1.de Arte,Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra iuuencæ. Id eſt Iſidis.
NIMBLIS, Inſula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathyrſam vocat.
Nimbus,nimbi,maſc.gen.{νάφελη,ὀμβρίδιος, καὶ βροχὴ ὑετὸς} Repentina & præceps pluuia.Cic.2.de Nat.deor.Quæ tetterat animos fulminibus,tẽpeſtatibus,nimbis,niuibus,&c. Martial.libro 1.52,Continuis vexata mader vindemia nimbis. Liuius, Subitò coorta tempeſtas cum magno fragore,tam denſo regem operuit nimbo, vt cõſpectum eius concioni abſtulerit.
Nox nimborum.Virg.1.Georg.
Ætherei.Virg.8.Æneid.
Auſtrales,Hoc eſt ab Auſtro venientes.Ouid.lib.4.de Pont.epiſt.4.
Hyemales.Ouid.9.Metam.
Hiulci.Claud.2.de Rapt.Proſerp.

Piceus.Stat.1.Thebaid.
Præceps.Valer.1.Argon.
Remoti Aquilone.Ouid.1.Metam.
Terrifici.Ouid.ad Piſon.
Potens nimborum tempeſtatúmque Deus.Virg.1.Æneid.
¶Cinxerunt æthera.Virgil.5.Æneid.
Crepitant nimbi culminibus multa grandine.Virg.5.Æneid.
Omnia feruent nimbis.Virg.1.Georg.
Denſi funduntur ab æthere.Ouid.1.Metam.
Inuoluêre diem nimbi.Virgil.3.Æneid.
Nox tenebat lunam in nimbo.Virg.3.Æneid.
¶Nimbus,per tranſlationem, pro Repẽtino & præcipiti caſu.Cic. Attic.lib.15,Quid autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidem nimbum citò tranſiſſe lætor.
¶Nimbus,pro Vento.Virg.1.Æneidos,
Nimborum in patriam loca fœta furentibus Auſtris,
Æoliam venit.
Sonuerunt nimbi toto æthere.Virg.2. Æneid.
Arenæ nimbus.Virg.3.Georg.
¶Nimbus,Nubes qua ſoleſ dij in terras deſcendere. Virg.1.Georgicorum,
Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca
Fulmina molitur dextra.
¶Nimbus,Vaſis genus: in quo vina,vngucta,& alij liquores fundũtur.Martial.lib.14.117,
A Ioue qui veniet miſcenda ad pocula,largas
Fundet nimbus aquas,hic tibi vina dabit.
¶Nimbum, pro re friuola & nugatoria videntur poſuiſſe Veteres:vt proinde Nimbatam Plautus dixerit vilem & contemnendam, Quàm magis,inquit,aſpecto,tam magis eſt nimbata,& meræ nugæ. Non tamen me fallit hîc ab Iſidoro nimbum explicati faſciolam tranſuerſam ex auro aſſutam linteo,quod eſt in fronte fœminarum. Hæc Turneb.
Nimboſus,pen.prod.Adiectiuum {νεφελώδης} Pluuioſus,vẽtoſuſve.Virg. 1.Æneidos,
-fluctu nimboſus Orion. Plin.lib.18.cap.11, Campus eſt ſubiacens montibus nimboſis.
Aſtrum nimboſum.Valer.2.Argon.
Bruma.Stat.1.Sylu.3.
Cacumina montis.Virg.3.Æneid.
Hœdi.Ouid.1.Triſt.eleg.10.
Turbo.Ouid.11.Metam.
Ventus.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Nimbatus,pen.prod.Adiectiuum,A nimbo. Plaut.Pœn.4,Quàm magis aſpecto,tã magis eſt nimbata, & nugæ meræ. Vide ſuprà Nimbum pro re friuola,&c.
Nimirum,pen.prod.{σάφα, δῆλον ὅτι, ἀμέλει} Aduerbium confirmandi, Sine dubio,pro certo,inquit Donatus. Terent.Eunucho,2.2,Nimirum hic homines frigent. Ibidem,4.7. Cic.4.Acad.Itaque in cognitione nimirum aſſentiar,Id eſt opinabor.
Quum argumenta noſtra expoſuerimus, contrariáque diſſoluerimus, abſolutè nimirum munus oratorium confecerimus. Author ad Heren.lib.1.
¶Nimirum,ad reſponſionem aliquando adhibetur.Quintil lib.12. cap.1,Vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior. Ex valla.
¶Nimirum,pro Scilicet. Cic.pro Roſc.Amer.Opinor enim eſſe in lege,quam ad diem proſcriptiones, venditionéſque fiant, nimirum ad Calendas Iunias. Budæus.
Itaque nimirum hoc illud eſt quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola, cuius exemplum ad te miſi.Cic.ad Attic.lib.9.
Hoc nimirum eſt illud quod de Socrate accepimus. Cic.1.de Diuin. Idem pro Flac. Hoc nimirum eſt illud,quod non longè à gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur. Id eſt ſcilicet. Budæus.
Nimis,Aduerbium {ἄγαν, λίαν.} Sipont.Nimis & Nimiũ aduerbia ſunt augendi,ſignificántque plus ſatis. Iunguntur autem poſitiuis nominibus,aduerbiis,& verbis.
Nimis acer.Horat.2.Serm.ſatyr.1.
Nimis acer fortaſſe, veruntamen honeſtus amor. Cic. pro Archia poeta.
Nimis antiqué.Horat.2.epiſt.1.
Nimis aſpera.Horat.2.epiſt.2.
Nimis auidus. Cic.1.de Orat.Neque ſumus nimis auidi: tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus.
Nimis bene.Plaut.Menæch.22.
Nimis citó, Cic.de Amic.Vt ne nimis citò diligere incipiamus,ne non indignos.
Nimis diu & longum loquor.Plaut.Pſeud.10.
Nimis doctus dolus.Plaut.Milit.5.
Durus nimis.Horat.1.epiſt.7.
Nimis ferociter.Plaut.Amphit.4.
Non nimis honeſtum verbum. Cic.Pæto, lib.9.22, Teſtes verbum honeſtiſſimum in iudicio:alio loco non nimis.
Imbecilla nimis.Lucret.lib.1.
Nimis immerito meo Plaut.Caſin.2.4.
Nimis improba poſco.Stat.2.Achill.
Nimis inſidiarum ad capiẽdas aures adhiberi videtur.Cic.in Orat.
Nimis iracundé.Plaut.Bacchid.13.
Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunæ committenda ſunt. Author ad Heren.lib.4.
Nimis malé.Plaut.Capt.15,Nimiſque hercle ego illum malè formidabam.
Nimis penè manè eſt.Plaut.Perſa.4.
Nimis multa videor de me,ipſe præſertim.Sub.dicere.Cic.de Clariſ Orat.
Nihil eſt,qui piger eſt,nimiſque id genus odi.Plaut.Rudente,22.

Non nimis me, sed alios admodum delectarunt literæ illius. Cic. Attico, lib. 7.
Non nimis deesse nobis ea quæ natura expetenda sunt, ex te quærimus. Cic. 1. de Orat.
Non nimis hæc exquiro à Græcis. Cic. Attico, lib. 7.
Nimis pulcher. Plaut. Amphit. 4.
Nimis quàm cupio. Plaut. Capt. 4.
Nimis sero. Cic. 2. Philip. Tametsi incidamus oportet media, ne nimis sæpe laudaueris.
Ténuerat nimis mentes. Horat. 3. Carm. ode 24.
Nimis valde. Cic. 3. de Legib. Tu verò quum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpè laudaueris.
Nimis vellem tibi dari fundam. Terent. Eunuch. 4. 7.
Nimium { πάνυ, λίαν } Nomen pro Aduerbio.
Nemo nimium beatus est, & nemo beato beatior. Cic. 5. de Finib.
Nimium bonæ rei. Plaut Stich. 6.
Nimium cito. Plaut. Epid. 13, Nimium aduenisti citò.
Nimium constanter iniquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 2.
Nimium din. Cic. 4. Acad. De quo iam nimium etiam diu disputo.
Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Cic. in Catil.
Iussa patris nimium mihi dura videntur. Ouid. 7. Metam.
Nimium familiariter. Plaut. Rud. 11.
Nimium feritatis. Ouid. 3. Metam.
Fertilis nimium tellus. Virgil. 2 Georg.
Fortunati nimium agricolæ. Virg 2. Georg.
Nimium graphicus ingator. Plaut. Trinum. 13.
Nimium gulosus. Martial. lib. 10.
Nimium indiligens. Terent. Adelph 4. 5.
Nimium indoctus. Plaut. Pseud. 4.
Iratus nimium, nimiúmque seuerus. Tibul. lib. 3. eleg 6.
Nimium lepidus. Plaut. Mil. 14.
Nimium longum tempus illud mihi videtur. Cic. Attic. lib. 12.
Nimium lubenter. Plaut. Aulul. 20.
Nimium miris modis. Plaut. Trinum. 13.
Nimium multi. Cic. pro Cluentio, Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est.
Mutatio nimium in excogitandis argumentis dialectica, in iudicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat.
Nimium magis offendit quàm parum. Cic. in Orat.
Nimium parcè. Terent. And. 2. 6.
Paulo nimium. Cic. 2. de Orat. Quod erat ingenij verbis efferuescentibus, & paulo nimium redúdantibus, quod erat ætatis non fum aspernatus. De Sulpitio.
Nimium quám. Gell. lib. 15. cap. 1, Declamauerat Antonius Iulianus Rhetor præterquàm semper aliàs, tum verò nimium quàm delectabiliter & feliciter.
Nimium quátum. Gell. lib. 17, Lingua tamen & facundia nimium quantum præstabilis.
Nimium sæpe. Cic. 2. de Finib. Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis.
Nimium sæuiter. Plaut. Trinum. 14.
Sæuus nimium. Ouid. 4. Metam.
¶Nimium istoc abiit. Terent. Adelph. 2. 1.
Nimium ne crede colori. Virg. 2. eclog.
Nimium obsonauit. Plaut. Mercat. 14.
Non nimium probare. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29, Illud non nimium probo quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent.
Nimium multum scis. Plaut. Mercat. 8.
Nimium subuertere. Terent. Adelph. 5. 3.
Nimium est. Terent. Phorm. 4. 3, Ædiculæ item sunt ob decem alias. n. hoi hui, nimium est.
Nihil tum nimium videbatur. Cic. Bruto, 15. 10.
Nimium volo. Terent. Eunuch. 3. 5.
Inter nimium & parum est mediocritas. Cic. 1. Offic.
Nimio { πολλῷ ἄμεινον } Ablatiuus, comparatiuis solet iungi. vt Nimio minus æquius, &c. Plaut Rud. 5.
Nimio pol hominum, fortunæ minus miseræ memorantur. Plaut. Trucul. 14, Nimio minus sæuus iam sum Asiaphium.
Nimio plus. Cic. ad Atticum, lib. 10, Sed quia te nimio plus diligo. Plaut. Bacch. 2, Video nimio iam multo plus, quàm volueram.
Nimio satius. Plaut. Baccid. 2, Vixisse nimio satius est quàm viuere.
Nimiè, Aduerbium { σφόδρα. } Plaut. Milit. 18,
Tam nimiè vt amarentur. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 6, Non nimiè, sed pulchrè dictum.
Nimus, Adiectiuum { ὑπέρμετρος. } Cic. de Senect. Ne sylueſcat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.
Æstus nimij. Lucret. lib. 5.
Aquæ. Ouid. 4. Fast.
Ardor. Lucret lib. 6.
Cædes. Virg 9. Æneid.
Celeritates nimias susceipere in festinationibus, cauendum est. Cic. 1. Offic.
Diligentiam, tota Republica susceptа, nimiam, nullam putabam. Cic Pro Milone.
Feruores. Lucret. lib. 5.
Imber. Ouid. 5. Metam.
Lasciuia Ouid. 2. Trist.
Leuitas. Ouid. 2. Metam.
Sol. Ouid. 5. Metam.
Nimia circa maritum vxor. Vlpian. in l. Si cum dotem. §. Eo autem. in fine. D. Soluto matrimonio, Filia leuis mulier, vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum non merentem.
¶Nimius animi. Liu. Manlius nimius animi quum alios principes sperneret, &c.
Nimius imperij. Liu. lib. 3. ab Vrbe,
Sermonis nimius erat. Tacit lib. 19.
Nimium nouum verbum vitare. Varr. de Ling. Latin. lib. 5.
Nimius in. Cic. Bruto, 15, Venio nũc iongo sanè internallo ad quandam epistolam, qua mihi multa tribuẽs, vnum reprehendebas, quòd in honoribus deferendis essem nimius, & tanquam prodigus.
¶Nimius, cũ ablatiuo. Plin. lib. 14. cap. 2, Bæ minus fertiles vino, acinis & fecce nimiæ. De Nomentanis vitibus, quæ & Rubellæ dicuntur.
Nimius mero. Horat. 2. Carm. ode 12. Nec fœuos Lapithas, & nimium mero Hyleum. Hoc est, intolerabilem ebrietate, inquit Acron. Senec. lib. 5. de Beneficiis, Nimius animis.
Nimium, absolutè. Cic. 4. Tuscul. Nam quod aiunt, nimia resecari oportere, naturalia reliquiquid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit?
Nimius & Modicus, contraria. Cic. 5. de Finib. Hoc magis intelligendum est, hęc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura.
Nimiotas, penult corr. { πλεονασμός, τὸ ὑπερπλεῖν } pro Superfluitate vsurpatur etiam à Doctis. Columel. libro 6. capite 24, Naturalia congruunt desyderia, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt.
Nimiopere, pen corr. { σφοδρότερον, λίαν } Aduerbium, pro Admodum nimis. Cic. in Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Idem in Verrem vsus est hoc aduerbio, teste Budæo. Alij legunt, distinctum, nimio opere.
Ningo, ningis: vel Ninguo, ninguis, nínxi { νίφω } níngere. Priscianus, Ninguo quoque ninxi. vnde & nix: ficut à duxi, dux, à rexi, rex. Virg. lib. 3. Georgic. Interea toro non secius aere ningit. Priscianus legit ninguit.
Ningere floribus rosarum, per translationem, pro tantam copiam rosarum effundere & aspergere, vt ningere videantur. Lucret. lib. 2,
Largifica stipe ditantes, ningúntque rosarum
Floribus.
Ninguis, huius ninguis, antiqui dixerunt, cuius loco nunc nix, niuis dicimus { κεραυνὸς παρὰ Ἕλλησι. } Lucret. lib. 6, -albas decedere ningues.
Apul. in 1. Her.
-aspera hyems erat, omnia ningue canebant.
Ninguidus, penultima correpta, Adiectiuum { παρὰ τὸ νίφω, παρωξυτόνως } Id est niuosus. Ausonius ad Paulinum, Barcino me bimatis: iuga ninguida Pyrenæi. Idem paulo pòst, Oppida Iberorum ninguida.
NINIVE, pen. corr. { Νινευὴ, νίνος } Vrbs Assyriorum, quam ædificauit Assur egrediens terram Sennaar à Nino rege sic dicta, vt scribit Augustinus. ¶Est & alia ciuitas Iudæorum in angulo Arabiæ: quam nunc corruptè Niniuem vocant, & in genitiuo Ninives facit. Vnde Augustinus libro 15. de Ciuit. Dei, Ninives ciuitatis magnæ, Ninus Belli filius condidor, nomẽ ex illius nomine deriuatum est, vt à Nino Ninive vocaretur. Et populi in ea habitantes, Niniuitæ, penult. producta dicuntur.
NINOE, Ninoes { Νινόη } Cariæ oppidum est, aliàs Aphrodysias appellatum, Lelegum Pelasgorum colonia, ti Stephano credimus.
NINVS { Νῖνος } filius Beli, primus Assyriorum rex. Nam Belus solam habuit Babylonẽ: Ninus verò totam Assyriam. ¶Ninus item, Assyriæ vrbs iuxta Tigridis amnis partem, Ptolemæo authore, lib. 6. capite 1, alio nomine Niniue, quæ Ionæ prophetæ prædicationem audiuit. Nunc vastata tota est, vt tradit Haithonus libro de Tartaris, capite 11.
NINOS { Νῖνος } Eadẽ vrbs quæ Ninus Assyriæ, vt opinor. Lucanus. lib 3,
Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et felix (sic fama) Ninos.
NIOBE, pen. corr. { Νιόβη } filia Tantali, & soror Pelopis, vxórque Amphionis. Hæc, teste Diodoro Siculo libro 5, filios VII. & totidem filias peperit, summo decõre præstantes: vnde tali prole superbiens admodum gloriabatur, se Latonæ præferens numero filiorum: itaque ira motam fabulæ Latonam ferunt Apollini & Dianæ, vt Niobes filios & filias arcu interficerent, mandasse: quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abundare filiis Nioben, & carere. Vnde præ nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis dirigui. A Statio libro 5. Sylues. 1, Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxea, turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant. Fabulam Niobes, vide apud Ouidium 6. Metamorph.
Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silẽtium. Cic. 3. Tuscul.
Niobæus, Adiectiuum { Νιοβαῖος. } vt Proles Niobæa. Horat. 4. Carmin. ode 6.
NIPHAEVS, Viri proprium ab equis interfecti apud Virgilium 10. Æneidos, -quin ecce Niphæi
Quadriiuges in equos, aduersáque pectora tendit:
Atque illi longè gradientem, & dira frementem
Vt videre, metu versi, retróque ruentes,
Effundúntque ducem, rapiúntque ad littora currus.
NIPHATES, penult. prod. { Νιφάτης. } Maioris Armeniæ fluuius est super Assyriam, quo nomine dictus est mons Armeniæ, ex quo Tigris nascitur, vt refert Strabo. Virgil. 3. Georgic. Addam vrbes Asiæ domitas, pulsúmque Niphatem. Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons est Niphates. Dictum est autem Niphates à niuibus, ἀπὸ τῆς νιφάδος, vel ἀπὸ τοῦ νίφεσθαι.
Rigidus Niphates. Horat. 2. Carm. ode 9.
NIPHE { Νίφη } Vna ex comitibus Dianæ, à niueo candore appellata. Ouidius 3. Metamorph. Excipiunt laticem Nipháque Hypanísque Rhanísque.
NIPSA { Νῖψα } Thraciæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæi. Stephanus.
Niptra niptrorũ { νίπτρα } dicũtur lauacra: à νίπτω, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuuij, quam citat Cicero 2. Tuscul.

NIREVS,

NIREVS, disyllabum { νηρεύς } Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium, teste Homero, qui ad Troiam nauigauerunt, formosissimus. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 13,
Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.
Facies Nirei. Propert. lib. 3 eleg. 18.
Vincere Nirea forma. Horat. Epod. 16.
Nis, pro Nobis, vetus verbum, inquit Festus.
NISA, fuit, teste Homero lib. Iliad. 2. vrbs Hellados. ¶Est etiã nomen fœminæ, de qua Virg. 8. ecloga,
Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?
NISAEE { νεραΐδ } Nymphæ proprium, cuius meminit Virg. 5. Æneidos, Nisæéque, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque.
Candida Nisæe. Propert. lib. 2. eleg. 27.
NISAEA { νεαπόλις } Oppidum in sinu Megarico, vbi Megarensium erant naualia, teste Thuc. lib. 2. ¶Est itẽ Nisæa, Parthyenes regio, cuius ea put fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strabone lib. 11.
Nisi { εἰ μὴ, μὴ ἐὰν μὴ, οὐ μὴ } Coniunctio, compositа ex non & si. significátque Si non, vel præterquám. In principio sentẽtiæ Indicativum desiderat, aliàs etiam Subiunctiũ, vt ait Valla lib 2. Terent. Heaut. 4. 1,
Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus quem ego suspicor.
Miseros illudi nolunt, nisi se forte iactant. Cic. 2. de Orat.
Nisi, secundo loco positum. Terent. Heaut. 1. 1,
-corrasi omnia,
Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico
Faciundo facilè sumptum exerceant suum.
Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo. Terent. And. 4. 2. Cicero de Amic. Iudicare difficile sanè, nisi expertum.
Profectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato cõficies mali. Terent. Heaut. 5. 3.
Nisi multis blanditiis à me gutta non ferri potest. Plautus Rudente, 11.
Nisi vnum hoc faciam. Terent. And. 5. 4,
-causa optima est,
Nisi quid pater aliud ait. Cic. de Amic. Ortum quidẽ amicitiæ videtis, nisi quid ad hæc fortè vultis.
Nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur. Cic. 4. Verr.
Nisi vellet. Cic. de Amic. Nisi enim immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus quod homini fas esset optare?
Nisi videas. Cic. de Amic. In qua nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuúmque ostendas, nihil ádum, nihil exploratum habeas.
Nisi quia. Terent. Eunuch. 5. 6,
Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi quia necesse fuit hoc facere.
Nisi nunc. Plaut Amphit. 8, Imò equidem te, nisi nunc, hodie nusquam vidi gentium.
Nisi quòd. Cic. de Amic. Nec ob aliam causam vllam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorúmque distantia.
Aliud nisi. Cic. 4. Acad. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant.
Nihil aliud nisi Philumenam volo. Terent. Id est, quàm, vel præterquám.
Nisi in bonis non potest esse amicitia. Cic. de Amic. Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.
Non contingit nisi. Cic. de Amic. Quod non ferè contingit, nisi his qui etiam contemnendos se arbitrantur.
Nunquid igitur oportet nisi tres sortes coniici, vnam educi? nihil. coniici iubet tres. Cic. 4. Verr.
Nisi fortè cessare videor. Cic. de Senect. Nisi fortè ego vobis, qui & miles & Tribunus & legatus & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, quum bella non gero.
Nisi si. Terent. And. 1. 5,
Repudiatus repetor. quamobrem, nisi si id est quod suspicor,
Aliquid monstri alunt.
Nisi, per parenthesin positum. Cic. Attic. lib. 7, Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia & incauté.
Nisi quis nos deus respexerit. Cic. ad Attic. lib. 11.
Quid nisi. Cicero 1. Tuscul. Nam quid aliud agimus quum à voluptate, id est à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à negotio omni seuocamus animum, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum vocamus?
Nisi verò, Nisi fortè, Nisi tamẽ, quoties in argumẽtationibus subiecta est, absurditatem quandam sequi significat. Cic. 4. Acad. Nisi verò Ennium non putamus ita totum illud audiuisse. Idem de Fato, Nisi fortè volumus Epicureorum opinionem sequi. Idem in Miloniana, Nisi fortè dementem, &c. Quasi dicat, Quod est absurdum putare: ideóque minimè id putandum est. Quam declarationem Columella expressit lib. 3. cap. 10, Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars furculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile, improbarum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt, id transtatum & absciſſum à sua stirpe, destitutúmque materno alimento frugiferũ, quod in ipsa matre nequam fuisset. Budæus.
Nisi verò, vt quasi verò. Cic. in Verrem, Nisi verò existimaris hominem, &c. Ironicè dictum: vt sit Nisi fortè, vel nisi tamen existimetis. quasi dicat, Hoc existimandum prorsus non est.
Mentiar, nisi. Ouid. 2. Metam. Quintil. in Corpore proiecto, Mentior, nisi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. Valla lib. 3.
¶Nisi si non. Varr. de Ling. Lat. libro 8, Nisi si non est homo ex anima: quòd est homo ex corpore & anima.
¶Nisi, pro Sed. Cic. lib. 11. ad Atticum, epist. 23, Tuas literas expectabam: nisi illud quidem mutari, si aliter est ac oportet, non video posse. Idem lib. 13 epist. Fam. epist. 1, Nec cur ille tantopere contẽdat, video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multò minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. Eodem libro, epist. 74, De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. Terentius Eunuch. Act. 3. scen. 4,
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neqúe comicere,
Nisi quicquid est, procul hunc liber prius quid sit scisciari.
¶Nisi, pro Non nisi. Colum lib. 7. cap 3. Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quæ non comprehendatur hyeme, nouáque progenie repleatur numerus. Quo loco Nisi, significat non nisi, vel solùm. Sic. Cic lib. 1. de Legib Quippe qui antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo tuarentur in vita, bonum esse decreuerint: hic, nisi quod honestum esset, mutarit nomen. Diceret alius, nihil nisi quod, &c. Solin. in cap. 50, de Sagda gemma, Supermeantes naues è profundo perit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, vt nisi abrasa parte ligni, ægrè separetur.
NISIBIS { νίσιβις } Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superauit, álio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. lib. 6. cap. 13.
NISSA, Vrbs quæ ad mediterraneam iacuit supra Trallis ad Orientem, & maxima ex parte monti accubuit, torrente quodam diuisa, qui cõuallem efficit. Ex hac fuerunt Apollonius philosophus Stoicus Panætij familiaris, & Menecrates Aristarchi discipulus, & Aristodemus eius filius, quem valde senem iuuenis admodum audiuit Strabo. Ité Sostratus Aristodemi frater, & alius Aristodemus eius consobrinus, qui Magnum Pompeium erudiuit.
NISVS { νῖσος } rex Megarensium, pater fuit Scyllæ: contra quos dum pugnaret Minos, deuictis Athenienſibus, propter filij Androgei interitum, quem Atheniẽses & Megarenſes dolo necauerant, amatus est à Scylla Nisi filia: quæ vt hosti posset placere, comam purpuream parenti absciſſam ei obrulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, vt tandiu regno potirerur, quandiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta, dolore in auem conuerſa est, & Nisus extinctus, deorum miseratione, in auis mutatus est formam: quæ aues hodie magna inter se flagrant discordia. Hæc Seruius. Virgil. 1. Georgicorum,
Apparet liquido sublimis in aere Nisus: &c.
Coma purpurea Nisi. Tibul. lib. 1. eleg 4.
Nisęus, pen. prod. Adiectiuum { νῖσαῖος. } vt Canes Nisæi, apud Ouidium 4. Fastorum,
Effugit ad Syrtes, & te Zanclea Charybdis,
Et vos Nisæi, naufraga, mõstra, canes. Fabulam tangit Scyllæ, quæ ab inferiore sui parte in canes mutata fuit. Fuerunt autem Scyllæ duæ, vna Phorci, altera Nisi filia. Hæc in auem, illa verò dimidia sui parte in canes mutata fuit. Sed Ouidius hoc loco fabulam confundit, quemadmodum & Virgilius in Bucolicis, Quid dicam aut Scyllam Nisi, &c.
NISVS, Euryali amicus, cursu velocissimus. Virg. 3. Æneidos,
Primus abit, longéque ante omnia corpora Nisus
Emicat: & ventis, & fulminis ocyor alis.
Nisus, Vide NITOR, niteris.
NISYROS, penultima prod. { νίσυρος } Insula est inter Cycladas numerata, celsa, saxosa, & molendinariis abundans lapidibus. Strabo libro decimo.
Nitedula, Nitella, Vide NITEO.
Niteo, nites, nitui { θεσπεσίως λάμπω } nitére, Splendidum, cultum, politum esse. Plautus Trucul. 8,
-feruidè vt tota floret, vt oleum Nitidè niteat.
Nitere vnguentis, fulgere purpura Cic. in Catil.
Barba niteat. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Barba niteat inducto gelu. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Cælum niter diffuso lumine. Lucret. lib. 1.
Ora candida nitent. Ouid. de Medicamine faciei.
Regina nitet ante alias. Stat. 2. Achil.
Serpens nitet recenti squama. Ouid. 9. Metam.
Tecta nitent ære. Ouid 6. Fast.
In pace nitere, & in bello non obsolescere. Cic. 1. de Lege agratia, Non dico solùm hoc in Republica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, &c.
Nitere oratio dicitur, quum exculta est & elaborata. Cic. 4. de Fin.
Illorum vides quàm niteat oratio.
Multa nitent in carmine. Horat. de Arte.
Nitui. Tibul. libro 1. elegia 5, Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Nitens, Participium { θεσπεσίως αὐγάζων } vt
Ore floridulo nitens. Catul. in Epithal. Mallij, epigr. 56.
Nitens crine, niger vnguento. Martial. lib. 12.
Astra nitentia. Ouid. 5. Fast.
Capilli malobathro. Horat. 2. Carm. ode 7.
Culta. Virg 1. Georg.
Equi. Virg. 6. Æneid.
Flos nitentior ostro. Ouid. 10. Metam.
Frondes auro. Ouid. 4. Metam.
Galea. Virg 9. Æneid.
Ingenium Stat. 1. Sylu 4.
Oculi Virg 1. Æneid.
Non valde nitens, non planè horrida oratio. Cicero de Claris Oratoribus.
Res vbi magna nitet domino sene, &c. Hora. 2. Serm. satyr. 4. Id est, vbi sunt amplæ diuitiæ. Nitor enim domus significat copiam & diuitias: vt nitor corporis victum mundũ, lautum, & elegantem. Lambinus,
Taurus nitens. Virg. 3 Æncidos,

-superóque nitentem
Cælicolûm regi mactabam in littore taurum. Id est,opimum.nam quæ saginata sunt nitere dicuntur. Turneb.
Vuæ nitentes.Ouid.14.Metam.

Nitesco,nitescis {λαμπυνομαι} nitéscere,Idem. Cic.1.Tusculanarum,
Cælum nitescere,arbores frondescere. Ex quodam poeta.
Iuuencus oleo perfusa nitescit.Virg.5.Æneid.
Candore nitescere.Cic.in Arato,
Exiguo qui stellarum candore nitescit. De Aquario.
Ingenio, doctrina, præceptione nitescit natura in arte memotiæ. Author ad Herenn.lib.3.

Nitor,nitoris {τὸ διεσθαι} Splendor in quacunque re. Terent.Eunuch. 2.2,Qui color,nitor vestitus: quæ habitudo est corporis. Cicero de Senect.Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis. Scilicet Cyri.
Splendor & nitor.Cic.pro Cælio.
Exoriens auroræ.Lucret.lib.4.
Eloquij.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.
Generis tui.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.
Marmorum.Plin.lib.12.cap.1.
Materiæ.Quintil.lib.3.cap.8.
Orationis.Cic.Attico,lib.13.
Igneus oris.Claud.1.Paneg.
Circunfusus.Quintil.lib.4.cap.1.
Diutnus nitror,Nitor diei.Ouid.epist.17.
Naturalis & non fucatus.Cic.de Clar.Orat.
Nimio nitore lustratus delphinus.Cic.in Arato.
Nullus tota nitor in cute.Iuuenal.satyr.9.
Purus.Lucret.lib.2.
Vires agrestes,horridæ, sine nitore ac palæstra. Cic.1.de Legibus, Famij autem ærate coniunctus Antipater, paulò inflauit vehementius, habuísque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra.
Inducere cuti nitorem,Vide INDVCO.
Gemmæ nitore & auri splendore aspectus omnium perstringere. Author ad Herenn.lib.4.
Nitor,non idem quod splendor.Plin.lib.37.cap.2,Splendor his sine vitibus,nitóque verius quàm splendor.
¶Nitor,pro Candore,seu albore.Lucret.lib.2,
Præterea,quoniam non certis certa figuris
Est natura coloris: & omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis esse nitore:
Cur ea quæ constant ex illis,non pariter sunt
Omnigenis perfusa coloribus in genere omni?
¶Nitor,pro pinguedine.vt Olei nitor.Vitruu.Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuissemus. Turnebus, Nitent,inquit,Latinis quæ bene habita & obesa sunt: nitorémque in oleo dixit Vitruuius, propter eius pinguitudinem. Cæterùm nitorem olei pro ipso oleo per circuitionem posuit.

Nitidus,pen.corr.Adiectiuum {διεσθαι} Splendidus,clarus,lucens. Plautus Sticho, 3 8, Facite sultis nitidæ ædes meę sint quú redeam domũ.
Pexo capillo nitidus.Cic.2.in Catil.
Suo colore.Quintil.lib.2.cap.5.
Nitidus filiæ nuptiis.Plaut.Aulular.2o.Id est nitido cultu indutus.
¶Agna.Horat.2.Serm.satyr.3.
Aries nitidissimus auro.Ouid.3.Fast.
Aurum.Ouid.9 Metam.
Capilli.Horat.1.epist 14.
Caput Solis.Virg.1.Georg.
Colles nitidi & virides.Cic.5.Verr.
Ebur.Ouid.2.Metam.
Fœmina.Plaut.Milit.14.
Forma nitida in pictura, cui contrarium est Horrida. Cic.in Orat.
In picturis alios horrida,inculta,abdita & opaca: contrà alios nitida, læta,collustrata, delectat. Forma scilicet.
Fruges.Lucret.lib.2.
Genus quoddam verborum nitidum & lætum.Cic.1.de Orator.
Ignes.Ouid.8.Metam.
Imago solis.Ouid.14.Metam.
Laurus.Plin.iun.lib.5.epist.6.
Phœbus nitidissimus.Ouid.4.Metam.
Ramulus.Colum.lib 5.cap.6.
Sensus.Claud.8.Paneg.
Sol nitidus,hoc est lucidus & conspicuus.Cic.Att.lib.12.
Vacca.Ouid.2.Metam.
Verba quodammodo nitida,Exculta,polita. Cicer.in Part.Vt sint alia consonantiora, grauiora, leuiora, & quodammodo nitidiora,alia contrá.
Virgines.Horat.2.Carm.ode 12.
Vita nitidior.Plin.lib.13.cap.15.
Vndæ.Ouid.3.Metam.
¶Nitidus,Qui corpore est solido,carne lœui & polita,non horrida, neque squalida. Horat.lib.1.epist.ad Alb.Tibull.
Me pinguem,& nitidum bene curata cute vises,&c.
¶Nitidus,pro Vrbano. Vrbani enim homines magnã partem cultiores,comptiores, mundiores ac nitidiores rusticis solent esse. Rustici contrà horridi,scabri, inculti,strigosi, & illoti. Hinc Horatius nitidum rustico oppositit,lib.1.epist.ad Mœcen.2,
-ex nitido fit rusticus,&c.Lambinus.

Nitidè,nitidius,nitidissimè,Aduerbium.

Nitidiusculè, pen.corr. {διεσθαι} Diminutiuum aduerbium. Plautus Pseud.12,
Qui amet me vt curet tandem nitidiusculé.

Nitiditas,nitiditatis,Idem quod Nitor.Acc.Bacch. Formæ,figuræ nitiditate hospes regis. Nonius.

Nitido,nitidas,pen.cor. {λαμπω} nitidáre, Nitidum facere. Colum. lib.12.cap.3, Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur.Ennius Cresphonte, O pie eam secum aduocãt,eunt ad fontem, nitidant corpora.

Nitella,nitellæ {λαμπυρις.} Martial.lib.5.de Herotionte puella,
Quæ crine vincit Betici gregis vellus,
Rhenísque nodos,aureámque nitellam.
¶Nitela pulueris. Solinus cap.36,Nitelas interpretãtur micas pulueris auri,quæ inter arenas reperiuntur.
Nitela, Nitor. Solinus cap.35, Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela.

Nitedula,nitedulæ,pen.corr. {λαμπυρίδιον} Muris exigui genus,vt docet Seruius.Cic.pro P.Sextio, Quoniã id etiam farum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.
Nitedula est & cicindela dicta,quæ noctu lucet.

NITIOBRIGES {νιτιόβριγες} populi Narbonensis Galliæ apud Ptolemæum,vicini Ruthenis. Hodie Montem Pessulanum vocant.Vulgò *Montpelier*. Ex Marliano & Glareano. Meminit Cæsar bel.Gal.lib.7.

Nitor,priore producta,niteris,pen.corr.nixus & nisus sum {πιεζομαι} niti,Conari sub onere.Virg.3.Georgicorum,
Pòst valido nitens sub pondere faginus axis Increpat. Nonius.
Æqualiter niti. Cic.2. de Nat. deor. Omnes partes eius vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.
In aduersum Ouid.2.Metam.
Niti & ascendere in culmen.Plin.iunior lib.5.epist.6.
Vi propria niti ad sidera.Virg.2.Georg.
Niti alis,Volare.Virg.4.Æneid.
Aues motis nituntur in aera pennis.Ouid.2. de Ponto,eleg.7.
Niti gradu,Ambulare. Pacuuius Peribœa, Arduaper loca agresti ac trepidante gradu nititur. Virg.2.Æneidos, Nituntur gradibus:Id est ascendunt.
Niti hasta,Id est incumbere.Virg.6.Æneid.
Niti humi,Incedere per humum.Virg.2.Æneid. Seruius.
¶Niti,Conari,Dare operam,Laborare.Terentius Adolph.3.4,
Quapropter nita,faciam,experiar.
Niti pari iugo.Plin.iun.lib.3.epist.9.
Niti ad gloriam immortalem.Cic.de Senect. Quod quidem ni ita se haberet,vt animi immortales essent,haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.
Niti ad omnia. Cic.Attic lib.12, Ad omniáque nitor.id est,omnia tento. sed verbum nitor energiam habet: nitimur enim cum labore & difficultate.
Labore præstante niti noctes atque dies.Lucret.lib.3.
Ad summa.Quintil.in Proœm.lib.1.
Niti contra.Cic.1.Tusculi Sed plurimi contrà nituntur.
Contra honorem alicuius.Cic.Cæsari in epist.ad Attic lib.9.
Niti consilio de aliqua re.Cic.Lentulo,lib.1.5, Nos quum maximè consilio,studio,labore,gratia,de causa regia niteremur: subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret. Id est,laboraremus,& daremus operam vt causa regia bene haberet.
Niti de æquitate.Cic.in Partit.
Niti in interiora. Plin.lib.2.cap.65, Ergo totas, omnísque ex parte aquas vergere in centrum: ideóque non decidere, quoniam in interiora nitantur,Id est ferantur.
Niti pro aliquo. Liu.5.bel.Maced.
Nocte diéque niti pro aliquo.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
¶Niti,Fulciri. Cic.1.Offic. Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hísque deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque authoritate nitatur. Id est fulciatur & gubernetur,institutúrque.
Radicibus suis nituntur arbores.Cic.pro Cælio.
Per se niti.Cic.pro Plancio,Virtutis cursus ad gloriam hoc facilior fortasse,quòd huc à me ortus,& per me nixus aicendi.
Nititur in coniectura diuinatio.Cic.2.de Diuinat.
¶Niti,Fiduciam collocare.Cic.4.Verr. Quò confugies? vbi nitêre? Niti & confidere inuidia.Cic.pro Cluentio,Altera mihi niti,& magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicij Iuniani. Æquo nitantur.Quintil.lib.3.cap.6.
Authoritate atque consilio alicuius, & eius exercitu. Cic.Cassio, lib.12.10.
Consilio alicuius aut præsidio.Cic.in Pison.
Fiducia virtutis nobis nitendũ est adspẽ beatè viuendi.Cic.5.Tusc.
Gratia & authoritate & potentia cuiusquam.Cic.2.Verr.
Insidiis.Cæsar 1.bell.Gall.
Iudicio suorũ fundamenta defensionis suæ nituntur.Cic.pro Cæl.
Laude alicuius.Cic.pro Flacco.
Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia ac multitudine amicorum fulti, perfacilè existimaremus aduersariorum vim ac factionem à nobis repelli posse. Cic.Antequam iret in exil.
Niti maiorum opinione.Cic.in Sallust.
Prudentia rerum magis quàm dicendi arte.Cic.1.de Orat.
Sustinere se,& niti spe. Cic.ad Attic.lib.3, Nunc si ita sunt quæ spe ras,sustinebimus nos & spe qua iubes,nitemur.
Niti veritate aut fama.Cic.ad Qu.frat.lib.1.2, Quum ratio,falúsque omnium nostrum,qui ad Remp.accedimus,non veritate solùm, sed etiam fama niteretur, sermones ad te aliorum semper, non mea iudicia perscripsi.
Viribus suis nitens Respublica.Brutus Ciceroni, 4.7.
Virtute decet,non sanguine niti.Claud.7.Paneg.
Niti in.Cic.in Somnio Scipionis, Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus. Idem pro Milone, Ei viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis.Id est Cn.Pompeio.
In aliquo ambitio nostra nititur.Cic.Lentulo,lib.1.5.
In nobis tantum ipsis nitamur.Gel.lib.2.cap.29.

Nitens, Participium {πιεζόμενος.} vt Coruus plumato corpore nitens, Cic.2. de Nat.deor.

Nisus,huius nisus {πίεσις,πιεζομὸς} Conatus.Cic.2.Tusc.Pedetentim, inquit,

inquit,ite,& sedato nisu: ne sucussu arripiat maior dolor. Plin.lib. 11.cap.37, Angustissima canibus: qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu leuant eam.
Insoliti nisus.Horat.4.Carm.ode 4.
Pedum nisus.Lucret.lib.5.
Leui nisu sustollere aliquid.Lucret.lib.4.
Hastam præpropero nisu iacit.Silius lib.15.

Nixus,Participium {προεσπέρυος} Innixus.Cicero 7.Verr. Stetit soleatus Prætor Pop.Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari, mulierula nixus in litore.
Ad antra nixus.Propert.lib.3.eleg.3.
Nixus in hoc vno nouitatis nomine inani.Lucret.lib.5.
Nixæ genibus matronæ.Liuius 6.bel.Pun.
Manibus caput nixa Cynthia.Propert.lib.1.eleg.3.
Hastili nixus Scæuola.Cic.pro Rab.perduel.reo.
Nixus in cubitum, *Appuyé sur son coude.*Cornel. Nepos in vita Attici,sub finem.
Nixi æquitate vestra, Adiuti & cõfirmati. Cic.pro Cluentio,Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æquitate nixi confidimus) omnes existimabunt,id quod erit,obtinuisse propter innocentiam.
Nixa honesto virtus.Cic.1.de Finib.
Mendacio nixa est.Cic.2.de Orat.
Auxilium vniuersorum eo plurimum prodest, quo firmioribus opibus est nixum.Cic.Antequam iret in exil.
Nixij dij,Vide paulo pòst suo loco.

Nixus,huius nixus {τόκος,τοκετὸς} Partus.Virg.4.Georgicorum,
-haud fœtus nixibus edunt. Gel.lib.12.cap.1,Quàm diutinũ puerperium,& quàm laboriosi nixus fuissent.
Maturis nixibus editus.Ouid.5.Fast.
Nixibus ex aluo matris natura profudit.De infante.Lucret.lib.5.
Nixus pares.Ouid.Vide Nixij dij infrà.
¶Nixus,Conatus etiam dicitur.Quintil.lib.2.cap.12,Luctator,qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit,incumbit.
Insistere studiis suo nixu.Quintil.lib.1.cap.12.
Magno nixu aggredi aliquem.Virg.3.Æneid.
Nixus astrorum. Cic.2.de Nat. deor.In aere autem astra voluntur,quæ se & nixu suo conglobata continent,& forma ipsa figuráque sua momenta sustentant.

Nixurio, nixuris,pen.corr.nixurij {πιεζαστέω} nixurîre, Niti velle, seu cupere,aut conari facere. Nigidius,Nixurit qui niti vult,& in cona tu sæpius aliqua re repellitur.

Nixor,nixaris,nixatus sum {πιεζόω} nixári,Idẽ quod Nitor.Lucr.lib.4, Fundamenta,quibus nixatur vita,salúsque.

Nixans, Participium {πιεζῶν.} Lucret.lib.3, Hoc est aduersò nixantem trudere monte Saxum.

Nitibundus,Adiectiuũ {πιεζόμενος.} Gell.lib.1.cap.11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fiduciarum tibiarúmque concentu,verùm conspiratu tacito nitibundos.

Nitor,nitoris,Vide NITEO.

NITRITES Nomos {νομὸς νιτρώδης Strabonis} Præfectura est in ea parte Ægypti,quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitrariis,quæ plurimũ ferũt nitri. Vide Plin.lib.4.cap.9.& Strab.lib.16.

Nitrum,nitri {νίτρον} A quibusdam dici putatur à Nittia vbi nasci solet.Hoc non multum distat à salis hammoniaci specie,quod nonnulli existimant esse salis genus. Sicut enim salem in litore maris feruor conficit solis,durando in petram aquas marinas,ita in Nittia vbi æstate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam,sed nihil gelidi rigoris,nihil salsi saporis habentem, quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aëre fluere & liquescere solet. Ex nitro medicinæ fiunt,& sordes vestium corporúmque lauantur. Vide Plinium lib.31. cap.10. Hodie nitrum non habemus: sed eius loco vtuntur nostri pharmacopolæ *sale petræ*,quem vocant.
Nitri varia genera in medicorum cõmentariis reperiuntur,vt parthenicum,id est virginale, quo scilicet virgines se tergebant. Quidam Parthicon emendant,vt è Parthia aductum,sed malè.Huius fit mentio apud Nicolaum Myrepsum. Est & matronale, cuius apud Marcellum empiricum fit sermo. Quin & aphronitrũ matronicum agnoscit Trallianus. Reperitur apud Nicolaum & Galenum etiam nitrum berenicarium, ex vrbis nomine: sed & in confectione pulueris apud Nicolaum legitur Nitrum matronicum, quod est matronale:& alio loco matronicum,id est matronale,scribi debet,non matriniacon. Hæc Turneb.
Lapidosum nitrum,Vide LAPIS.
Radens tubera.Ouid.de Medicamine faciei.
Rubentis nitri spuma.Ouid.de Medicamine faciei.

Nitrosus,pen.prod.Adiectiuum {νιτρώδης} Quod nitrum habet, vel nitri saporem. Plin.lib.31.cap.10, Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed fine viribus densandi. Et paulo pòst, Lacus est nitrosus,exiliente è medio dulci fonticulo.
Fontes nitrosi.Plin.lib.12.cap.14.
Nitrosus locus.Plin.lib.20.cap.19.

Nitraria,nitrariæ {νιτροπωλεῖον} Locus vbi nitrum fit,vel inuenitur.Plin. lib.31.cap.10,Sunt ibi nitrariæ,in quibus & rusum exit à colore terrę. Sic ibidem frequenter.

Nitratus,pen.prod.Adiectiuum {νιτρωτὸς} Cui nitrum admistum est.vt
Nitrata aqua.Martial.lib.13,
Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fuit aqua. Quod propterea dixit poeta, quia constat olera nitro fieri viridiora,vt tradit Plin.lib.31.cap.10.
Nitrum {νίτρον} Muliebribus ornamentis annumeratum ab Aristophane in Thesmophor.& Polluce lib.7.cap.22.

Nitalis,Ninarius,Nitatus,Nieus,Niuosus,Vide NIX.

NIVARIA,Insula vna ex fortunatis,à perpetua niue cognominata. Plinius lib.6.cap.32.

NIX,niuis {χιὼν,νιφὰς,νιφετὸς} Notæ significationis. Charisius lib.1,Nix

contra rationẽ niuis facit,licet veteres ninguis declinauerunt, è quibus est Lucilius. Plin.lib.17.cap.2,Alioqui vota arborum communia sunt frugúmque,niues diutinas federe. Causa, non solùm quia animam terrę euaneſcentem exhalatione,includunt & comprimunt,retróque agunt in vires frugum atque radices: verùm quòd & liquorẽ sensim præbent,purum præterea leuissimúmque,quando nix,aquatũ cælestium spuma est. Virg.10.ecloga,
Pérque niues alium,pérque horrida castra sequuta est.
Color niuis.Ouid.2.Metam.
Niue candidiores equi.Ouid.8.Metam.
Candida niue Thrace.Horat.3.Carm.ode 25.
Pruina & nix.Cic.2.in Catil.
¶Alta nix iacet.Virg.1.Georg.
Cana.Horat.2.Serm.satyr.5.
Concreta aeri pruina.Lucret.lib.3.
Conspicuæ Taygeti.Senec.Thyeste,2.
Discussa.Valer.5.Argon.
Duratæ.Horat.3.Carm.ode 24.
Gelidæ.Ouid.1.Fast.
Glomeratæ turbine.Silius lib.3.
Hyberna niue turgidi fluuij.Horat.4.Carm.ode 12.
Horrifera.Valer.5.Argon.
Iactata.Ouid.3.Trist.eleg.10.
Madens sole.Ouid.epist.13.
Puræ.Ouid.epist.15.
Rotatæ.Ouid.9.Metam.
Solutæ.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Verna.Ouid.3.Trist.eleg.2.
¶Cõcrescit niue pruináq; aqua admisto calore.Cic.2.de Nat.deor.
Congestas conteret ille niues.Ouid.1.Amor.eleg.9.
Eluctor niues.Tacit.lib.19.
Ritu niuis fundunt tela vndique.Virg.11.Æneid.
Positas niues glaciat Iuppiter.Horat.3.Carm.ode 10.
Boreas indurat niues.Ouid.6.Metam.
Perfusæ niues imbre madescunt.Senec.Hippol.4.
Auster mollit niuem.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Obrutus niuibus,Vide OBRVO.
Infusa nix tegit humeros.Virg.4.Æneid.
¶Attram niuem videre. Cic.Qu.frat.lib.2.15, Risi niuem atram,téque hilari animo esse,& prompto ad iocandum valde me iuuat.
Nigram niuem Anaxagoras dixit esse.Cic.4.Acad.
Capitis niues,Capilli cani.Horat.4.Carm.ode 13.

Niualis,& hoc niuale,pen.prod. {χιονώδης} Quod ad niuem pertinet.
Auræ niuales.Horat.1.epist.11.
Niualia loca,Vbi nix abundat.Plin.lib.26.cap.8,Nascitur in petrosis,apricis,& iisdem niualibus.
Niualis Æmonia.Horat.1.Carm.ode 37.
Niuale cælum, pro pluuioso: quòd sæpe niues, & frigidam aeris temperiem inducit.Colum.lib.3.cap.1,in fine. Legitur & glaciale.
Candor niualis.Virg.3.Æneid.
Hebrus niuali compede vinctus.Horat.1.epist.ad Iul.Florum.
Niualis dies,In qua nix plurima è cælo delabitur. Liu.1.bel.Pun.
Gelu.Senec.Medea,9.
Glacies.Claud.1.de raptu Proserp.
Oseulum niuale,per transtationem,pro frigido.Martial.lib.7.
Niualis tumulus.Cic.1.de Diuin. Ex quodam poeta.
Vasa niualia (alij legunt naualia.)Vlp.in l.Quum aurum.§.argento facto.D.De aur.& arg.leg.
Venti.Virg.3.Georg.
Vndæ niuales,Quæ ex niuibus defluunt.Martial.lib.14.

Niuarius,Adiectiuum: {χιονικὸς} Apud Martialem lib.14.epigramma est de niuario colo,sic loquente,
Serinos moneo,nostra niue frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes. Hoc est,Cola vinũ setinum, quo nullum est præstãtius, per nostram niuem. Vinum autem vilius pores colare per saccos linteos. Bayfius, Colum niuarium,vas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, & est vas ligneum quod fundum linteum habet ei annexum. Hactenus Bayfius,Vide SACCVS.
Saccus niuarius. Plin.lib.24.cap.1, Quæ de causa & in saccos niuarios additur polenta. Vetus codex habet vinarios. Bayfius,Vtebantur Romani & sacco niuario quo liquidius merum potarent, & erat lineus. Martial.lib.14.104. Vide SACCVS.
Colum niuarium. Pompon.in l.In argento. D. De auro, argento, mundo,ornamen.&c.

Niuatus,Adiect. {χιονωτὸς} Quod est niue refrigeratum.Suet.in Nerone,cap.27,Refotus sæpius calidis piscinis,ac tempore æstiuo niuatis.

Niueus,Adiectiuum {χιονόχροος} Quod est ex niue.vt,Massa niuea.
Aggeribus nueis informis iacet terra.Virg 3.Georg.
Niueus liquor.Cic.1.de Diuin. Ex quodam poeta.
Lux.Tibul.lib.3.eleg 3.
¶Niueus,pro candido aliquando ponitur.vt
Adonis niueus,Vide ADONIS.
Bos.Ouid.4.Fast.
Candor.Author ad Herenn.lib.4.
Color.Horat.2.Carm.ode 4.
Columbæ.Ouid.13.Metam.
Dens.Ouid.epist.17.
Ebur.Ouid.10.Metam.
Equi.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Iuuencus.Virg.6.eclog.
Lacerti.Virg.lib.8.Æneid.
Lapilli.Horat.1.Serm.satyr.2.
Latus Virg.6.eclog.
Lignstrum.Ouid.13.Metam.
Os.Ouid.epist.19.

Peeus.Virg.2.eclog.
Poma.Ouid.4.Metam.
Toga.Martial.lib.1.140.
Vestis.Ouid.10. Metam.
Vitta.Virg 3.Georg.
Vlnis niueis reducem complectitur.Claud.2.in Eutrop.

Nitrosus, pen prod. Adiectiuum {γανώδης} Quod niuibus abundat. vt Niuosa loca.Colum.lib.2.cap.9, Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida,& sine vaporibus rectè committitur.

Niuosa grando. Liu 1.bel.Pun. Et mox aqua leuata vento, quum super gelida montium eacumina concreta esset,tantum niuosæ grandinis deiecit,vt omnibus omissis procumberent homines.

Niuosa hyems.Liu 5 ab Vrbe.
Plagæ.Claud.de bello Get.
Scythia.Ouid.epist.12.
Sidus.Stat.1.Syl.u 3.

NIXII dij,erant nixuum in puerperio adiutores.Festus. Nixij dij appellantur, tria signa in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Ex quo loco,ope vetustorum librorum,restituit Turnebus apud Ouidium,

-tendénsque ad cælum brachia,magno

Lucinam, nixúsque pares clamore vocabam. pro quo editum est, Luciam ad partus nexos. Nixus enim pares partui inuocasse videtur, veluixios deos implorans, vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. Hæc ille.

Nixurio,Nixus. Vide NITOR,niteris.

Nixus,huius Nixi {ἴχνιασις} Sidus cæleste. Cic.in Arato,

-ille vagans vulgato nomine Nixus. Ibidem,
Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
Aluum,crura,humeros,simul & præcordia lustrans,
Et dextræ radios læuo cum lumine iactans.

N O

NO,nas {σκιζομένης} nare.Proprium est piscium.

Nare contra aquam.Plin.lib.9.cap.17.

Nare etiam aues aquatiles dicuntur.Cic.5.de Finib.Nare anaticulas,euolare merulas.

Carinæ naut freto.Ouid 8 Metam.
Linter nat liquida aqua.Tibul.lib.1.eleg.5.
Sine cortice.Horat.1.Serm.satyr.4.
Nat lupus inter oues.Ouid.1.Metam.
Ars nandi.Ouid.2.Trist.
Tu viribus vtere nando.Ouid.9.Metam.

Nans,Particip. {χειζων.} Cic.5.Tusc.Nanque alias bestias nãtes aquarum incolas esse voluit.

Protendere manum nanti.Ouid.ad Pisonem.

Nato,natas {νήχομαι,νέω, πολυμαίνω, πλώτειμι} natãre, Frequentariuum. Martialis libro 1.137, Sacris piscibus hæ natantur vndæ. Passiuum hic est.

Aquæ natantur multo pisce.Ouid.1.de Arte.
Vnda natatur piscibus.Ouid.5.Trist.eleg.2.
Natare aquas.Martial.lib.14.195.
Carina natat.Virg.4.Æneid.
Anima naufraga natant.Lucan.lib.4.
Natabant pauimenta vino,madebant parietes.Cic.2.Philip.
Limina natant aspersa sanie.Virg.3.Æneid.
Tenebræ ante oculos.Ouid.12.Metam.

¶Natare, per translationem, Vltra ire vel serpere. Colum.de Arboribus,cap 6, Alioquin etiam nouella vinea , quæ ex refectione enata fuerit,vim inutilem habebit, summa parte natantibus radicibus.

¶Natare, Trepidare.Ouid.lib.6.Fast.Nox erat, & vinis oculíque animúque natabant.

Crura apta natando.Ouid.15.Metam.

¶Natare, Inconstãtem esse.Sic enim exponit Acro. Horat.2.Serm. satyra 7,

Pars hominum vitiis gaudet constanter, & vrget
Propositum: pars multa natat,modò recta capessens,
Interdũ vitiis obnoxia. Lambinus, Natat,id est modò ad vitia propensa est, modò ad virtutes incumbit. Tralatio ducta est à natatoribus. Aristotel.lib.7 Ethic.tales incontinentes describit.

Natans,priore correpta, Participium {νηχόμενος.} vt Pecudes natantes. Lucret.lib.2.

Campi.Virg.3.Georg. Grandiores enim segetes vento agitatæ ita iactantur vt aliquam natantis speciem præbeant.

Campi natantes, Translatè pro mari.Lucret.lib.6,Aëra permensus multum,campósque natantes. De peste Athenien si loquitur.

Lumina.Virg 5.Æneidos,

Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Víque soporatum Scygia,super vtraque quassat
Tempora:cunctantíque natantia lumina soluit. Hoc est errantia somni vicinitate. Seruius.Palpitanria.

Oculi natantes sub atra nocte.Ouid.5.Meram.Palpitantes.

Naturus,penultima producta {νηξόμενος} Aliud participium. Ouidius epist.17.

Natatus,huius natatus,pen.prod. {νῆξις.} Claud.3.de raptu Proserpinę,

-pulchróque fecat Galatea natatu.

Segnis natatus.Claud.de torpedine.

Natabula {τὰ νηχεῖα} ab Apuleio dicuntur natationes, hoc est piscinæ natatoriæ.

Natator,penult.producta {πολυμαθητὴς} Qui natat. Ouid.1.de Remedio amoris,

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Natatilis,& hoc natatile,penult.corr. {νηκτὸς} Quod natat,vel natare potest.

Natatile,Substantiuum {νηκτικὸν} Locus vbi natant pisces, aut anates, & similia. Varr.3.de Re rust.cap.5, Et natatilia fuat excauata anatum ſtabula. Vetus exemplar habet naualia.

NOA,Syenitarum oppidum est ad Nilum fluuium, teste Plinio libro 6. cap.29.

NOAS {νότος} Thraciæ fluuius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrũ influens.Author Herod.lib.2.

Nobilis, & hoc nobile,pen.corr. {δυσγνώτος, δυσκατάγνωστος, ἀδόκιμος, γνώσιμος, ἀδόκητος} Quasi noscibilis,à Nosco: pro noto accipitur. Virg.7.Æneid. Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. Plaut.Pseudolo, 20, -cum iis mihi Nec locus nec sermo conuenit, iis nunquam nobilis fui. Id est, cognitus.

¶Nobilis,Dignus,& excellens in quacunque re,siue bona,siue mala. De bona,vt quum ad generis nobilitatẽ refertur. Sallust.in Catil. Nobili genere natus. Cic 1.de Diuin.Nobili loco natus.

Nobilis superare pugnis, Phrasis est merè Græca. Dicunt enim, ἀγῶνας νίκησαι γνησίως πολίτ. Horat.1.Carm.ode 12,

Hunc equis,illum superare pugnis, Nobilem,&c. De Castore & Polluce. Frequens est Horatius hoc loquendi genere,de quo vide Lambinum.

Nobilis & notus. Cic.pro Flacco, Cæteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? Idem pro Cælio, Res est omnis in hac causa nobis iudices cum Clodia muliere non solùm nobili,sed etiam nota.

Animus nobilis.Seneca Hippol.4.
Acies nobilior,Vide ACIES.
Bellum.Horat.de Arte.
Nobilis est Canace fratris amore sui.Ouid.2.Trist.
Nobilis ciuitas Plin.lib.5.cap.25,Palmyra vrbs nobilis situ,
Ære nobilis Corinthus.Ouid.6.Metam.
Diem hunc faciam nobilem Senec.Here.OEth.11.
Nobile emplastrum ad extrahendum.Cels.lib.5.cap.18.
Equi.Ouid.1.de Arte.
Facinus nobile , & multis locis sæpe commemoratum. Cicero 4. Verrina.
Factum.Silius lib.3.
Feræ.Ouid.3 Paneg.
Flumen.Ouid 3.Amor.eleg.5.
Fontes.Horat.3 Carm.ode 13.
Forma.Senec.Hippol.6.
Purpura.Claudian.de equo Honorij,

Nobilis auratos iam purpura vestiat armos.

Tres nobilissimi fundi Cic.pro Rosc.Amer.
Nobiles , quibus opponuntur Noui homines. Liu.9. ab Vrbe, Postulabantur ergo nobiles homines : appellantibúsque Tribunos nemo erat auxilio , quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ij modò in quos crimen intendebatur, sed vniuersi simul negare nobilium id crimen esse,quibus,si nulla obstetur fraude,pateat via ad honorem,sed hominum nouorum,&c.
Homo nobilissimus Pericles.Cic.3.Verr.
Homo omnium nobilissimus.Cic.Lentulo,lib.1.7,In te homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi.
Illius ætatis nobilissimus & clarissimus philosophus. Cicero 2.de Oratore.
Inimicitiæ nobilissimæ.Liu.9.bel.Maced.
Lethum Catonis Horat.1.Carm.ode 12.
Illustre & nobile municipium.Cic.7.Verr.
Nobile bello nomen.Liu.1.bel.Maced.
Numen.Ouid.ad Liuiam.
Opus.Ouid.1.Trist.eleg.9.
Oratio.Cic.de Claris Orat.Sunt & aliæ,& pro Seruio Fuluio de incestu nobilis oratio.
Par fratrum Horat.2. Serm.satyra 3.
Pectus.Ouid.3.de Ponto,eleg 3.
Puer & nobilis,& decens.Horat.4.Carm.ode 1.
Nobilis pugna.Liu.3.bel.Pun.
Magnus & nobilis rhetor Isocrates.Cic.2.de Inuent.
Scriptorum nobilium auditor.Horat.1.epist.20.
Taurus ille nobilis,quem Phalaris habuisse dicitur. Cic.6.Verr.
Honoratus & nobilis Thucydides.Cic.in Orat.
Virgo in omne æuum.Horat.3.Carm.ode 11.

¶Insignes genere nequaquam sunt tam, quàm vitiis nobiles. Qu. Cic.de Petit.Consul.

Nobilis & clarus origine.Ouid.epist.18.
Ortu.Silius lib.1.
Sanguine martis.Ouid.1.Fast.
Iuuenum nobilium cliens.Horat.4.Carm.ode 12.

¶Nobilis ad,hoc est *vilis per excellentiam* quod dicitur. Plin.lib.11. cap.37.Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel.

Præclari & nobiles in philosophia.Cic.1.de Orat.
Ex doctrina nobilis & clarus Demetrius.Cic.pro Rab.Posth.

¶Nobilis,In malam partem.Plaut.Rud.16, -qui se scelere fieri nolunt nobiles. Hoc est,insignes, vel insigniter scelerates.

Nobile facinus,quod & insigne dicitur.Cic.4. Verr.Accipito nunc aliud eius facinus nobile,& multis locis sæpe commemoratum.

Nobilitas,pen.corr. {εὐγένεια,εὐγενὲς,τὸ εὐγενὲς.} Generis,vel alterius rei excellentia & dignitas. Colum.lib.3.cap.21, Deprehendi potest nobilitas in gustu. Cic.pro P.Sextio, Alter multos planè in omnes partes fefellit. erat enim hominum opinione nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus,&c.
Altæ nobilitatis iudicium sunt mores.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.
Clara, Vide CLARVS.
Ingenitæ honos.Ouid.ad Pisonem.
Maxima ingeminata.Ouid.4 de Ponto,eleg.16.
Nobilitas in animo.Ouid.7.Metam.
Fautor nobilitatis Roscius.Cic pro Rosc.Amer.
Facies non impar nobilitate.Ouid 4.Fast.
Census maior nobilitate.Ouid.9.Metam.
Potens.Ouid.13 Metam.
Genere ac nobilitate, suæ ciuitatis facilè primus.Cic.pro Rosc.Am.

¶Conten

¶Contendere nobilitate.Lucret.lib.2.
Morum nobilitate exuperas genus.Ouid.4.Trist.eleg.4.
Animi nobilitate geminas genus.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.
Præstantes nobilitate familiæ.Cic.1.de Diuin.
Respondisse nobilitati,pulchrum erit. Quintil.lib.3.cap.7.
Superare aliquem nobilitate.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.

¶Nobilitas,pro Fama & nominis celebritate. Cic.pro Arch.In eo ipso in quo prædicationem nobilitatémque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt.Hæc Budæus.

Domus non minor nobilitate vllius.Ouid.2.Trist.
Eloquio inest nobilitas.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.
Florebat nobilitate discipulorum Isocrates.Cic.3.de Orat.
Venire in nobilitatem.Plin.lib.14.cap.15,Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt. De vinis.
Columbarum nobilitas.Plin.lib.10.cap.37.

Nobiliter, penult. corr. Aduerbium {διασήμως} Insigniter & decorè. Plin.lib.34.cap.8, Possidonius qui & argentum cælauit nobiliter.

Nobilito,nobilitas,pen.corr. {λαμπρύνω} nobilitare , Nobilem facere, dignitatem augere, decorare. Apul.Quem non excellentia generis, sed mores,virtutéque nobilitarunt. Cic.1.Tusc.Quid poetæ, nónne post mortem nobilitari volunt?

Flagitiis aliquem.Terent.Eunuch.5.7.
Multitudine rerum gestarum nobilitari.Cic.in Partit.

Nobilitatus,pen.prod.Participium {λαμπρυνθὲς.} vt Crudelitas nobilitata.Cic.2.Offic.Testis est Phalaris , cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas.

Nobilitatus adulterio.Plin.lib.29.cap.1.
Clari & nobilitati labores.Cic.2. Tusc.
Nobilitatus marmore Praxiteles.Plin.lib.7.cap.38.
Nobilitata spatia Academiæ.Cic.5.de Finib.
Templa.Ouid.15.Metam.
Spectata & nobilitata Lacedæmoniorum virtus.Cic.pro Flac.

Noceo,noces,nocui,nocitum,pen.corr. {ἐπιβλάπτω,δηλέομαι,κακόω,πημαίνω,σίνομαι} nocère,Obesse.Cic.3.Offic.Eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri.

Nocere aliquem.Plaut.Milit.22.
Nocere noxam.Liu.9.ab Vrbe, Quandoquidem hisce homines iniussu Pop.Rom.Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt , atque ob eam rem noxam nocuerunt.
Nihil nocuerit si.Cic.ad Attic.lib.12,De quo nihil nocuerit , si aliquid cum Balbo eris loquutus.
Credulitas nunc mihi nostra nocet.Ouid.3.Amor. eleg.11.
Nocuit sua culpa duobus.Ouid.15.Metam.
Indulgentia nocet nobis.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Virtus temeratia nocuit Ancæo.Ouid.8.Metam.
Vis morbi nocuit tibi.Ouid.1.Amor.eleg.14.
Vmbræ nocent frugibus.Virg.10.eclog.
Nocet empta dolore voluptas.Horat.1.epist.2.
Vis magna nocendi.Ouid.5.Metam.

Noxis,Præteritum antiquum pro Nocueris.Videntur enim veteres Latini in imminutione præteritorum tenues in duplices mutare soliti esse, vt capsis,pro ceperis:præcepsis,pro præceperis. Lucilius,

Inguen ne existat, papulæ, tama,ne boa noxit. Eo autem in versu, quod osciranter non fuit prætereundum , videtur Lucilius inguen pro inguinis tumore posuisse,qui βουβὼν & à Græcis dicitur. Turneb.

Nocetur,pen.prod.Impersonale {βλάπτεται.} Cic.4.Verr.Confirmat his curatorum se esse,ne quid ei per filium suum noceretur.

Nocitum est.Vlpian.in l.1. post princip.D. de his qui deiec. vel effud. Si nocitum ei esse dicetur.
Nocitum iri.Cæsar 5.bel.Gall.Ipsi verò nihil nocitum iri.

Nocens,nocentis {δηλήμων,κακοποιὸς} Participium, siue Nomen ex participio, Qui iniuriam aut maleficium commisit , Qui alteri nocuit, damnúmque intulit. Cic.2.Offic.Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium impiúmque defendere.

Allium nocentius cicutis.Horat.Epod.3.
Anima nostra nocens est.Ouid.4.Metam.
Arma.Stat.1.Sylu.5.
Aurum nocentius ferro.Ouid.1.Metam.
Eloquium.Ouid.1.Amor.eleg.8.
Ferrum.Ouid.1.Metam.
Herbæ.Horat.1.Serm.saty.8.
Lingua.Propert.lib.2.eleg.29.
Mores nocentissimi.Quintil.lib.2.cap.15.
Tela.Ouid.4.Fast.

Nocentissima victoria. Cic.2.Verr.Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse,nocentissimæ victoriæ non posse.

Virus.Ouid.2.Metam.
Turpis & nocens vita: cui opponitur Honestissimè & laudatissimè acta vita.Cic.Antequam iret in exilium.

¶Nocens reus crãminis.Cic.5.Phil.Nec antè turpes iudices quæsiti,quàm honestis iudicibus nocentium salus desperata est.

Nociturus, pen.prod. Participium {βλαψόμενος.} Lucan.lib.3. Insiluit solo nociturus pondere puppim.

Fraus nocitura natis.Horat.1.Carm.ode 28.
Munera.Ouid.11.Metam.
Pocula.Propert.lib.2.eleg.1.

Nocenter,Aduerbium {βλαβερῶς,κακοβλαβῶς} Colum.lib.8.cap.2, Robusta crura, nec longa,sed infestis velut fudibus nocenter armata. De Gallis. Id est quibus noceant.

Nociuus,penult.prod. Adiectiuum. Plin.lib.20.cap.2, Item millepedæ, sepa Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus , pecori præcipuè nociuam.

Nocuus,Adiectiuũ {βλαβερὸς,κακοβλαβὴς} Quod nocet.Cic.3.de Legibus, Magistratus nec obedientem , & nocuum ciuem mulcta , vinculis, verberibúsque coercento. Correctiora exemplaria legunt noxium.

Nocteſco,Noctu, Vide NOX.

Noctua, noctuæ {γλαὺξ, νυκτιμένη} Auis à tempore noctis dicta, quo canit & volat. Plin.lib.10.cap.17, Noctuarum contra aues solers dimicatio , maiore circundatæ multitudine, refupinæ pedibus repugnant,collectæque in arctum,rostro & vnguibus totæ reguntur.

Noctuas , vel vlulas Athenas. Subaudiendum portas aut mittis. Conueniet prouerbium in ſtultos negotiatores, qui merces có portant , vbi per se magis abundant. Venustius fiet , si metaphora ad res animi transferatur , vt siquis doceat doctiorem , carmina mittat poetæ, consilium der homini consultissimo. Cicero ad Torquatum, lib.6.3, Sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας , qui hæc ad te. Idem ad Qu.frat. lib.2.16,Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis adiuuabo , & tibi versus,quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittam. Dæmon apud Aristophanis interpretem exsistimat , non ob id solùm dici noctuas Athenas,quòd Athenis noctuarum sit copia , sed quòd in nummis etiam tum aureis, tum argẽteis Athenien sium noctua insculpi soleat, vnà cum facie Mineruæ. Ex Erasmo.

Seros exercet noctua cantus.Virg.1.Georg.

Noctuabundus, Vide NOX.

Nodia,Plin.lib.24.cap.19,Herba coriariorum officinis nota : ea mularis dicitur, aliísque nominibus.Nomas curat, efficacissimámque aduersus scorpiones esse potam in vino aut pósca reperio.

Nodus,nodi,priore producta {κόρβος,δεσμὸς} Ligatura quæ non facilè soluitur. Cic.de Vniuers. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt , & quasi nodum vinculúmque desyderant. Virgil.8.ecloga,

Nectẽ tribus nodis ternos Amarylli colores.

Connectere nodum.Cic.2.de Nat.deor. Ex quodam poeta.
Diuellere nodos manibus.Virg.2.Æneid.
Rupit nodos & vincula.Virg.5.Æneid.
Soluere.Horat.3.Carm.ode 21.
Connexis vincere aliquid.Ouid.12.Metam.
Amictus nodo dependet ex humeris.Virg.6.Æneid.
Colligere sinum nodo.Virg.1.Æneid.
Serpens nexans se nodis.Virg.5.Æneid.
Vipereis nodis nexa brachia.Ouid.4.Metam.
Aheni nodi,Catenæ.Virg.1.Æneid.
Articulorum nodi.Plin.lib.11.cap 37.
Corporum nodi,articuli.Plin.lib.11.cap.37.
Crura sine nodis.Cæsar 6.bell.Gall.
Vitales animæ nodi.Lucret.lib.2.

Nodus Gratiarum , quòd inter se semper coniunctæ & implexæ sunt. Horat.Segnéque nodum soluere Gratiæ. Sic apud Virgilium, Corripit in nodum , Id est manibus complexus constrictum tenet. Turnebus.

¶Nodus Herculeus,Pro vinculo arctissimo, atque indissolubili legitur apud eruditos. Seneca ad Lucilium,Vnus tibi nodus, sed Herculeus restat. Nodum enim quem ostendit Hercules,religiosum ac sacrum apud Priscos fuisse satis liquet ex his Plinij verbis,lib.28.cap. 6,Vulnera (inquit) nodo Hercu lis præligare , mirum quantum ad cyor medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quantam vtilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem , vt noua nupta laneo cingulo præcingeretur, vincta nodo Herculis: quem vir omnis gratia soluebat in lecto, vt & ipse felix esset in liberis suscipiendis. Erasmus.

¶Nodus,pro quacunque difficultate. Cælius ad Ciceronem,lib.8. 11,Inciderамus enim in difficilem nodum.

Continuationis nodi. Cic. in Orat. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis , quos in ambitu coniungimus. Sensus est: his singulis versibus insunt quidam nodi,seu vincula,quæ sententiam continuent,donec totus ambitus, siue tota periodus absoluatur. Nodos autem appellat , distinctiones , & quasi articulos, quibus membrum orationis à membro distinguitur. sicuti in corpore nodi quidam apparent , vbicunque membrum aliquod cum aliis coniungitur.

Coniungere nodos in ambitu.Cic.in Orat.

Expedire nodum. Cic. ad Attic. libro 5.epist.21, Dum hic nodus expediatur.

Validos Veneris perrumpere nodos. Lucret.lib.4. Id est, nodosa retia amoris.

Nodum soluere dicebatur qui negotium alioqui impeditum facilè conficeret.Natum hinc aiunt,quòd tradunt Midam cutru,nodis quibusdam inexplicabilibus connexo vectari solitum. De hoc in templo reposito,proditus erat apud Phrygas rumor, vt qui vinculum illius solui sset,eum Asiæ imperio potiturum. Alexander magnus explicuit.Quidam aiunt gladio dissecuisse. Cic.Attic.lib.5,Cæsari nullus honos à Senatu habeatur,dum hic nodus expediatur. Id est, dum hoc negotium conficitur. Ex Erasmo.

Nodus amicitiæ amabilissimus.Cic.de Amicitia,Atque etiam mihi quidem videntur , qui vtilitatis causa fingunt amicitias , amabilissimum nodum amicitiæ tollere.

Nodus in Rep.Cic.ad Brutum 18.6, Maximus autem (nisi me fortè fallit) in Rep.nodus est,inopia rei pecuniariæ. Id est, maxima difficultas.

¶Nodus in arbore,Crassior ille callus, circa quem veluti colligati simul rami esse apparent.Colum.De arboribus,cap 3.Eius imam partem quam in terram demissurus es,acutissima falce iuxta nodum fic, ne gemmam lædas,rotunda plaga amputato. Vitruuius lib.2.cap.9, de abiere , Ex ea autem antequam est excisa , quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem , enodis & liquida efficitur: quæ verò est superior , vehementia caloris eductis in aera per nodos ramis,præcisa altè circiter pedes viginti,& perdolata propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna.

In nodum inflectere radices,Vide INFLECTO.

Arundinei.Claud.de torpedine.

Saluo nodo.Celsus lib.7.cap.4, Tantummodo id linum bis die saluo nodo ducendum est,sic vt subeat fistulam pars quæ superior est.

¶Nodum in scyrpo quæris: In anxium dicebatur, nimísque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret vbi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Terent. And. 5.4, At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. dignus es Cum tua religione, odio: nodum in scyrpo quæris. Fest. ex Ennio citat, Quæris & in scyrpo (soliti quod dicere) nodum. nominatim proueniebij titulo referens. Donato iunci species est scyrpus leuis atque enodis. Quanquam apud Gellium scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæque. Nisi forte quis malit legere in scrupo: quòd hi lapilli leues sint ac rotundi. Erasmus.

Ignis relaxat nodos. Lucret. lib. 6. Nodos hoc loco vocat glaciem constrictam gelu.

¶Nodus in exercitu dicitur densa peditum multitudo, quòd non facilè possit resolui. Sipontinus.

Cælestis nodus, Sidus Piscium olim à veteribus dicebatur. Cicero in Arato, Quam veteres soliti Cælestem dicere nodum.

Nodulus, pen. corr. Diminutiuum { κομβίσκος, πολύμολος } Plin. lib. 21. cap. 5, Dein nudantibus se nodulis, in fæce nigri vini vel Græci, mense Martio macerantur.

Nodosus, penult. prod. Adiectiuum { κομβώδης, πολύμολος } Quod multos nodos habet. Colum. lib. 4. cap. 24, Nam præstat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quàm nodosam & scabram plagam relinquere. Plin. lib. 11. cap. 37, In vmbilico venarum nodoso coitu.

Chiragra nodosa. Horat. 1. epist. 1.

Globus. Stat. 1. Sylu. 6.

Nodosus homo. Horat. 2. Serm. satyra 3, -adde Cicutæ

Nodosi tabulas centum. Nodosi, id est scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus. Acron.

Lina. Ouid. 3. Metam.

Ossa. Lucan. lib. 8.

Podagra. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Poples. Ouid. 6. Metam.

Robora. Ouid. 6 Metam.

Stipes. Ouid. epist. 10.

Nodosæ & anxiæ quæstiones, quibus opponuntur faciles. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.

Nodo, nodas { πολεύω } nodare, Nodos facere, Ligare in nodos. Virgil. 4. Æneidos, -crines nodantur in aurum. Plin. lib. 13. cap. 22, Ferula geniculatis nodata scapis.

Nodare vites per ramos. Cato de Re rust. cap. 33.

Laqueo collum nodatus amator. Ouid. 1. de Remed. Amor.

Nodatio, nodationis, f. g. { δέσμευσις } Verbale, pro nodositate, Vide Nodus in arbore.

NODINVS, pen. prod. { νωδῖνος } Deus quem diuus Augustinus in libro de Ciuitate dei ex Varrone scribit cultum fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam fœmentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis verò nodisque culmorum, deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi pateſcunt, quo exeat spica, deam Patelenam: quum segetes nouis aristis exæquantur, Hostilinam deam, quia hostilire ac hostimentum veteribus exæquationem significabat: Floram quoque adiicit, & Lactucinam, ac Maturam, quæ florentibus lacteſcentibúsque ac matureſcentibus præsint frumentis.

NOEGA, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Asturum, in peninsula Pesici. Author Plin. lib. 4. cap. 20.

Noegæum, noegæi { νοηγάιον } Quoddam amiculi genus prætextum purpura. Liuius in Odyssea, Simul ac lachrymas de ore noegæo deterſit, id est candido. Festus.

Noema, pen. prod. { νόημα } Genus sententiarum: de quo sic Quintilianus lib. 8. cap. 5, Est & quod appellatur à nouis νόημα, qua voce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarunt ea, quæ non dicunt, verùm intelligi volunt: vt in eum quem sæpius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quòd ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus vt haberes integram manum. Sic enim auditur, vt depugnares.

NOEMAGVS { νοήμαγος. } Ptolemæo lib. 2. cap. 10, Galliæ Narbonensis vrbs, vulgò *Nion* prope Gebennam.

Noenon, veteres pro Non dixere. Apud Nonium nenum legitur. Vide NENVM.

NOLA { νῶλα } Vrbs Campaniæ: quæ prius Sidicinum dicebatur, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 5. à quo Nolanus possessiuum.

In triclinio coa, in cubiculo nola. Ænigma est, quo obiicitur Cloliæ tum oris obscœnitas, tum omnis infanda libido, qua notati sunt Nolani. Quum enim libidinosa & lasciua esset in conuiuio, & quædam Venus Coa, in cubiculo à nulla obscœnitate abhorrebat. De fœdissima Venere sic Ausonius, Et quam Nolanis capitalis luxus inussit.

Nolo { οὐθέλω, οὐ θέλω } verbum sic coniugatur, Nolo, non vis, non vult. Pluraliter, Nolumus, non vultis, nolunt, Nolebam, Nolui, Nolueram, Nolam nolet. Imperatiuo, tempore præsenti, ad secundam personam, Noli. Et pluraliter, Nolite. Futuro, ad secundam personam, Nolito. Et pluraliter, Nolitote. Optatiuo, Nollem, Noluissem, Nolim. Coniunctiuo, Nolim, Nollem, Noluerim, Noluissem, Noluero. Infinitiuo, Nolle, Noluisse.

Contendere noli. Horat. 1. epist. 19.

Nolo, Non volo. Terent. Eunucho, 4. 7,

-noui ingenium mulierum:

Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. Cic. in Orat. Libenter etiam copulando verba iungebant: vt sodes, pro si audes, &c. nolle, pro non velle.

Nolo offensum: id est Vereor ne offendam. Liuius lib. 5. bell. Pun. Terent. Adelphis, 2. 1,

Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle

Factam esse: huius non faciam. Budæus.

Nollem, pro Vellem non. Cic. 6. Verr. Imprudens huc incidi Iudices: emit enim: non abstulit: nollem dixisse. Budæus.

Non nolle, pro Velle. Cic. 4. Verr. Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent.

Nolens, Participium { ἄκων. } Lucanus lib. 1,

-quamuis nolente Senatu Traximus imperium.

NOMADES, pen. corr. { νομάδες } Populi in Scythia Europæ, nunc Tartari dicuntur, quorum vita omnis in pascendis gregibus habetur. Sũt etiam populi in Æthiopia, vt Plin. lib. 6. cap. 28, scribit. Hieronymus, Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorum noua feritas, semicrudis vescũtur carnibus. Dicti Nomades à verbo Græco νέμω, quod est pasco.

Genus Nomadum. Virg. 8. Æneid.

Nomæ, nomarum { νομαὶ } Vlcera quæ carnem depascendo serpunt. Plin. lib. 23. cap. 4, Tosti autem & cum melle triti, nomas repurgant. Eæ etiam nomata & carcinomata dicuntur.

Nomarchiæ, & Nomi erant Ægypti præfecturæ. Plin. lib. 5 cap. 9, de Ægypto loquens, Summa pars contermina Æthiopiq, Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. Diodorus lib 2, Ægyptum in sex & triginta nomos diuisit. sed interpres æquiuocatione deceptus, leges pro præfecturis transtulit, quum tamen apud Græcos nomos pro præfectura accentum in posteriore syllaba habeat: pro lege verò, in priore. Nomos Herodotus & Satrapias pro eodem posuit: Darij regnum in viginti satrapias diuidens totidémque nomos, id est regiones: vnde Nomarchæ, earum regionum præfecti. Budæus.

Nomas, nomadis, pen. corr. { νομάς } Numidia Martialis lib 8. 55, Cui diadema daret marmore picta nomas. Id est, Numidia marmore quod Numidicum vocant, abundans.

Nomen, nominis, pen. corr. n. g. { ὄνομα } Quasi nouimen, inquit Festus: quia notitiam faciat. nam per id, quicquid nominamus, agnoscitur. Nonius, Nomen, est proprium vocabulum singulorum. Virgil. lib. 7. Æneidos, -cui nomina mille,

Mille nocendi artes.

Nomine isto. Terent. Phorm. 2. 3,

Neque ego illum noram: nec mihi cognatus fuit

Quisquam istoc nomine.

Nomina sunt tanquam rerum notæ. Cic. 5. de Fin.

¶Nomen, apud Grammaticos, Pars orationis. Quintil. lib. 1. cap. 4,

Declinare nomina & verba in primis pueri sciant.

Numerale nomen, In NVMERVS.

Fingendis nominibus scliciores Græci. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5.

¶Nomen quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. Cic. 2. de Inuent.

Ambitus nominum. Plin. lib. 15. cap. 30, Id quoque quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alij enim Pelasgum, alij cupetalon, alij stephanon Alexandri vocant.

Sanguinis nomina, Vt pater, frater, soror, &c. Ouid. 9. Metamorph.

Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit.

Viri nomine & memoria dignus. Cic. 2. de Inuent.

Causa nominis est in dubio, Id est incertum est cur ita vocetur. Ouid. 3. Fast.

Expers nominis. Lucret. lib. 3.

Hæres nominis autti. Ouid. 6. Metam.

Hæreditas nominis. Cic. pro Domo sua, Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt.

Honor. Horat. 1. Serm. saty. 4, qui nominandi sint poetæ,

Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os

Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Immemor alicuius. Ouid. 2. Trist.

Origo. Ouid. 5. Fast.

¶Amicum. Valer. 3. Argon.

Amplum. Cic. M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum est.

Beatum. Claud. de Nupt. Honorij.

Bonum, In BONVS.

Certum, In CERTVS.

Dominantia nomina. Horat. de Arte poetica. Sunt autẽ dominantia nomina τὰ κύρια, Id est propria, quibus res quantumuis licet sint obscœnæ, propriè appellantur & significantur, qualia sunt, mentula, cunnus, actionis Venereæ verbum, & alia similia, quæ me pudor enumerare vetat. Nam mentulæ nomen in membro illo corporis virilis significando, dominatur: cætera, quibus interdum vtuntur poetæ pudore adducti, neruus, penis, trabs, &c. sunt translata. Hæc Lambinus in Horatium.

Fictum. Ouid. in Ibin.

Gentile. Stat. 6. Theb.

Humilius nomen, & Superbum, contraria. Senec. Hippol. 5. 5.

Inane. Lucret. lib. 5.

Inauditum & inusitatum, Vide INAVDIO.

Infame, Vide INFAMIS.

Ingentia. Valer. 8. Argon.

Inimica. Virg. 11. Æneid.

Insolentissimum. Quintil. in Procem. lib. 1.

Inuidiosum voluptatis, Vide INVIDEO.

Inusitam. Iuuen. Saty. 13.

Lachrymale. Claud. 2. Paneg.

Leue, In LEVIS.

Obscurum Lucan. lib. 8.

Prædulce. Valer. 4 Argon.

Proprium & verum nomen nostri mali. Cic. pro Ligar.

Surdum nomen, Non celebre. Silius lib. 8.

Vacua. Tacit. lib. 17.

Vagi nominis est Ambrosia, & circa alias herbas fluctuati. Plin. lib. 27. cap. 4.

Viduum

Viduum sua fama nomen, Vide VIDVVS.

¶Abolere nomina rerum, In ABOLEO.

Rectè abuti nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Abuti nomine alieno ad suum quæstum, In ABVTOR.

Accipere nomen dicti. Quintil. lib 6. cap. 3.

Addere nomen alicui. Ouid 9. Metam.

Vera rebus addere. Ouid. 5. Metam.

Adeptus nomen, In ADIPISCOR.

Maternum adepta est terra. Lucret. lib. 2.

Pudor adest nominibus, Id est obscœna sunt nomina. Ouid. 2. Trist.

Adimere nomina. In ADIMO.

Adoptare, In ADOPTO.

Adsciscere aliquem in nomen. Tacit. lib. 3.

Adsciscere sibi, Vide ASCISCO.

Affari nomine, In AFFOR.

Afficere nomine, In AFFICIO.

Amantes nomen Pompeij. Lucan. lib. 9.

Amoliri nomen, In AMOLIOR.

Appellare nomine, vel nominatim, In APPELLO.

Arrogare sibi nomen. Quintil. in Procem. lib. 1.

Asciscere sibi nomen, In ASCISCO.

Assequi nomen, In ASSEQVOR.

Assumere in nomen, In ASSVMO.

Attingere nomen legis. Cic. 2. de Legibus, Multa pernicioſe, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si latores aliqua concessu suo sanxerunt.

Augere, In AVGEO.

Capere, In CAPIO.

Carere proprio nomine. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Citare per nomina, Vide CITO.

Clamare aliquem nomine. Virg. 4. Æneid.

Commutare, In COMMVTO.

Compositum nomen terrori, Hoc est ad terrorem incutiendum. L. Florus, Ille corpore, armis, spiritúque terribilis, & nomine quasi terrori composito Vercingentorix.

Certis agentium nominibus continentur controuersiæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. Alij legunt, Certius.

Non conuenit nomen, In CONVENIO.

Custodire loci, In CVSTODIO.

Deductum ab aliquo. Ouid. 6. Fast.

Defecti nominibus. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Delatum nomen ab. Lucret. lib. 3.

Demissum ab. Virg. 1. Æneid. Iulius à magno demissum nomen Iulo. Hoc est deductum.

Dicere nomine. Virg. 6. Æneidos,

Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.

De nomine ducis dicta gens. Virg. 3. Æneid.

Dissimulare alicuius. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.

Distinguere sonos citharæ nominibus & spatiis. Quintil. libro 1. capite 10.

Dare nomen alicui. Virg. 1. Æneid.

Dare nomen alicui rei. Quintil. lib. 2. cap. 1, Et rhetoricæ, cui nomen vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.

Dare nomen familiæ alicui. Cic. pro Domo sua.

Donare aliquem nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Edere nomen suum. Ouid. 9. Metam.

Excipere nomen alicuius læto clamore. Lucan. lib. 5.

Fœmineum omne nomen exosus. Senec. Hyppol. 2.

Facere nomina. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Feruntur libri sub nomine eius. Quintil. lib. 1. in Procem.

Fingere nomen de nomine. Virg. 3. Æneid.

Nomen ex Græco creditur fluxisse. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Habet nomen Fabius, Id est vocatur Fabius. Ouid. 1. Metamorph.

Est via sublimis cælo manifesta sereno,

Lactea nomen habet. Hoc est, Est via quæ vocatur lactea.

Mœnia habentia nomen positoris. Ouid. 9. Metam.

Ex re nomen habet. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Habere tria nomina, pro Nobilem esse Romanum. Iuuen. saty. 5, Et ponêre foris, siquid tentaueris vnquam

Hiscere, tanquam habeas tria nomina. Hoc est, tanquam & tu sis nobilis. Nam nobiles Romani ostendebantur prænomine, nomine, & cognomine, vt Marcus Tullius Cicero, Caius Iulius Cæsar. Vnde Auson. in Ternario,

Tres equitum turmæ, tria nomina nobiliorum. Politian. Miscellaneorum cap. 31. aliter exponit: sed (vt multi putant) argutius quàm verius.

Ignorat suum, Vide IGNORO.

Imponere alicui. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Imponere nouis rebus. Cic. 3. de Fin.

Impositum ab re. Lucret. lib. 6.

Inuictissimum nomen Prætoris incidatur, Vide INVICTVS.

Incisum grandibus literis nomẽ in basi, Vide INCIDO. pen. prod.

Inclamare. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Inclamare nomine, Vide INCLAMO.

Indere alicui, Vide INDO.

Inducere fictæ religionis, Vide INDVCO.

Indulgere nomen oratoris malis moribus. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Induere sibi nomen, Vide INDVO.

Ingerere. Tacit. lib. 1.

Inscribere libros nomine alicuius. Quintil. lib. 3. cap. 5.

Inscribere nomina. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Intercidit nomen longis annis. Ouid. 2. Fast.

Interponere. Cic. 5. Verr.

Interpretari quippiam nomine aliquo, Vide INTERPRETOR.

Inuenire noua, Vide INVENIO.

Inueterauit nomen alicuius cuipiam, Vide INVETERO.

Notas aut nomina inurere vitulis. Virg. 3. Georg.

Loqui nomen, Vide LOQVOR.

Gratum manet mihi nomen. Ouid. 4. Metam.

Meruerunt nomen patronorum. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Priscum mutare. Ouid. 14. Metam.

Mutuari nomen aliquod, In MVTVVM.

Nomen nominare. Plaut. Asin. 1. 3.

Noscere nomina. Ouid. 2. Metam.

Notus mihi nomine tantum. Horat. 1. Serm. saty. 9.

Notare nominibus nouis. In NOTA.

Dulce nomen obseruatur ad aures. Lucret lib. 4.

Occupare nomen beati. Horat. 4. Carm. ode 9.

Pándere nomen alicuius. Silius lib. 13.

Parco nominibus viuentium. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Ponere nomen alicui. Virg. 7. Æneid.

Noua nomina nouis rebus ponenda sunt. Cic. 1. de Nat. deor.

Pronuntiare nomina aliquorum magna voce. Cic. Lucceio, lib. 5. 12.

Profiteri nomen. Terent. in Eunuch.

Reddere aliquem nomine, Id est habere idem nomen quod ipse. Virgil. 6. Æneid.

Reddere nomen alicui, Vide REDDO.

Referre nomen aui. Virg. 5. Æneid.

Resumere. Tacit. lib. 19.

Sedet nomen in ore. Stat. 12. Theb.

Signata nomina saxo. Ouid. 8 Metam.

Subire nomen exulis. Cic. pro Domo sua, Vtrum igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudicata?

Nomen est mihi Auxilio. Plaut. Cistel. 4. 6.

Sumere aliud. Ouid. 6. Fast.

Tenere nomen ab aliquo. Virg. 5. Æneid.

Æternum tenet per secula nomen. Virg. 6. Æneid.

Trahere ab aliquo. Ouid. 4. Metam. de Hermaphrodito.

Traxit nomen à Marte legio Martia. Cic. 4. Philip.

Viget nomen Pythagoreorum, Vide VIGEO.

Vti nomine. Cic. pro Rabir. Potthumo.

Vocare aliquem nomine. Virg. 11. Æneid.

¶Nomen, Fama. Virg. 2. Æneidos,

-& nos aliquod nonénque decúsque Gessimus.

Nomine dignus. Cic. Ex his qui nomine, & memoria digni sunt, nec nihil optimè, nec omnia præclarissimè quisquam dicere nobis videbatur.

Nomen, Decus, dignitas, inquit Nonius. Virg. lib. 2. Æneidos,

Aululsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.

Nomen, pro Generositate. Virg. 2. Georgicorum,

Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat. Seruius.

Ingenij nomen. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Celebratum. Cic. in Brut.

¶Celebre laudibus, Vide CELEBRIS.

Clarum. Ouid. 11. Metam.

Debilitatum. Cic. pro Flac.

Exitiabile. Silius lib. 15.

Fortissima. Silius lib. 17.

Fractum. Cic. pro Flacco.

Generosa. Ouid. epist. 6.

Grauissimum & sanctissimum pietatis. Cic. Lentu. lib. 1. 9.

Ignobile. Silius lib. 13.

Immortale. Silius lib. 13.

Indelebile nomen erit nostrum. Ouid. 15. Metam.

Ingentis nominis rex, Vide INGENS.

Inuictum. Liu. lib. 7.

Laudabile. Iuuen. Saty. 11.

Magnum & memorabile. Ouid. 10. Metam.

Magna nomina, pro Magni nominis homines. Plin. in Paneg.

Multi nominis mulier. Horat. 3. Carm. ode 9.

Nobile. Silius lib. 17.

Prælarum. Lucret. lib. 6.

Regale. Claud. 2. Paneg.

Romanum. Cic. 1. de Fin. Quis tam inimicus penè nomini Romano est, qui Ennij Medeam, aut Antiopam Pacuuij spernat?

Venerabile. Ouid. 3. de Arte.

Victurum. Ouid 3. Amor. eleg. 1.

¶Acquiescere in nomine alicuius. Cic. 3. de Fin.

Adeptus est nomen honoris, non honorem. Cic. de Clar. Orat.

Virgineum nomen adimere puellæ. Ouid 8. Metam.

Attollere nomen alicuius ad sidera. Lucan. lib. 7.

Auferre nomen, Vide AVFERO.

Casurum nullo tempore. Ouid. 3. Amor. eleg. 15.

Iam canitur toto nomen in orbe meum. Ouid. epist. 21.

Captare nomen, Vide CAPTO.

Committere nomen alicuius æternæ famæ. Ouid. ad Pison.

Memorandum condere. Silius lib. 4.

Consequi. Cic. ad Qu. Frat.

Æternum emere sanguine. Ouid. 2. Amor. eleg. 10.

Digni nomine pauci in dicendo euadunt. Cic. de Clar. Orat.

Clarum excindere. Silius lib. 7.

Bonum nomen existimari. Cic. Sextio, lib. 5. 6, Ego autem meis rebus gestis hoc assecutus sum, vt bonum nomen existimer.

Extinguere nomen Romanorum. Ouid. 1. Metam.

Ad sidera ferre nomen alicuius. Virg 9. eclog.

Nomen florere. Cic. 1. Verr.

Impudentiæ nomen fugiendum. Cic. 1. de Orat.

Magnum nomen in oratoribus habuerunt. Cic. in Orat.

Inutile nomen iactare. Horat. 1. Carm. ode 14.

Speciosa interponere culpæ. Ouid. 7. Metam.

Incessere nomen alicuius Quintil. lib. 5. cap. 10.

Increbreſcit nomen latè. Virg 8. Æneid.

Inuenire nomen diuinum, Vide INVENIO.
Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophraſtus. Cic in Orat.
Officere nomini alicuius, Vide OFFICIO, officis.
Perdere nomen aliquod. Lucan. lib. 2.
Peruenire ad aliquod ingenij. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Præbere. Tacit. lib. 13.
Memorabile nomen quæſierat ſtudio. Ouid. 6. Metam.
Radere faſtis alicuius. Tacit. lib. 3.
Fama ſparſerat nomẽ Theſei per vrbes Argolicas. Ouid. 8. Metam.
Stringere nomen alicuius, Traducere aliquem & mordere. Ouid. 2. Triſt.
Superbit nomine aui & foceri. Ouid. 11. Metam.
Dies tangit nomen rubigine. Catull. ad Mallium, epig. 63,
Ne veſtrum ſcabra tangat rubigine nomen
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia. Id eſt, ne vlla ætas deleat nomen & famam veſtram.
Nomine alicuius ad inuidiam vti. Cic. Attic. lib. 1. 11, Quum ille ad conciones confugiſſet, in hiſque meo nomine ad inuidiam vteretur, dij immortales, quas ego pugnas, & quantas ſtrages edidi?
¶Nomen, pro Cauſa ponitur. Cic. 4. Verr. Inſpiciebamus Syracuſis à Carpinatio confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabant multis nominibus eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. Idem de Amicitia, Ab amicitia Q. Pöpeij meo nomine ſe remouerat, vt ſciris, Scipio. Idem in Vatinium, Non tam tuo, quàm Reip. nomine. Ex Budæo.
Portorij nomine aliquid exigere. Cic. pro Font.
Amicitiæ nomine aliquid petere. Caſſius Ciceroni, lib. 12. 12.
Imperare nomine claſſis pecuniam ciuitatibus. Cic. pro Flac.
Damnari coniurationis nomine. Cic. 7. Verr.
Dotis nomine omnia vxoris viri ſiunt. Cic. in Topic.
Negligentiæ nomine ſuſpectus alicui. Cic. Curioni, lib. 2. 1.
Præmij nomine aliquid impetrare. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Diſſoluere alicui alterius nomine. Cic. pro Roſc. Comœdo.
Gratulari alicui alterius nomine. Cic. 1. Philipp.
Suo nomine, Sua cauſa. Cic. pro Cluent. Res ſuo nomine in iudicium nunquam eſt vocata.
Indicere ſuo nomine bellum aliquibus. Cic. 2. in Catil. lib. 35.
Vno nomine. Cic. 4. Verr. Lege Hieronica iudicia plurimarum controuerſiarum ſublata vno nomine omnia.
Nominibus honeſtis dixit Salluſtius, pro ſub honeſto prætextu. Cic. pro Fonteio, Si hoc crimen optimis nominibus denegare poſſumus. Vetus exemplar legit hominibus.
Prætexere culpam nomine aliquo. Virg. 4. Æneid.
Falſo nomine poſcere aliquid. Iuuen. Saty. 1.
Hoc vno nomine, Hac vna tantùm de cauſa. Cic. in Præt. Vrbana, Scitote quoſdam homines, hunc quem ſciunt improbiſſimum hominem, hoc vno nomine abſolui velle, vt ab Senatu, &c.
Hoc vno nomine deceptus. Horat. 1. Serm. ſaty. 2.
¶Nomina, Capita ſunt breuiarij, id eſt rationis argentariæ. Nomina Cicero appellare ſolet cauſas, & negotia, & perſonas, quibus in conficiendis rationibus expenſæ pecuniæ feruntur. Vulgò nunc *articuli* dicuntur. Cic. 3. Verr. Neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? Ibidem, 3, His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ feſtertium ad tricies litem eſſe æſtimatam. Id eſt (vt ait Aſconius) his titulis & capitibus criminum. *articulus* nunc vulgò dicimus. Et in eundem ſæpe dicit, Recita nomina, id eſt res, perſonas, cauſas, in quas ille, aut quibus expenſum tulit. Sic 3. de Natura deorum.
Aut tu illum fructu fallas, aut per literas
Auertas aliquod nomen, aut per ſeruolum
Pereutias pauidum. Ex quodam poeta. Idem Attic. lib. 12, Suſtinenda tamen (ſi tibi videbitur) ſolutio eſt nominis Cerelliani, dum & de Metione & de Faberio ſciamus. Vlpian. D. de Doli mali exceptione, l. Apud Celſum, Quòd ſi is, cui pecunia debebatur, cum debitore decĭdit, & nomen eius vendidit Seio, cui debitor mandauerat vt nomen emeret. Ex Budæo.
Parum idonea nomina debitorum. Aphricanus in l. Tutor. §. Deinde. D. ad S. C. Veileianum.
Expedire nomina. Cic. Attic. lib. 16, Nomina mea per deos expedi, exſolue. Cinna de Catone, apud Plin. in lib. De claris grãmaticis,
Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum difficilè expedire nomen.
Explicare nomen aliquod. Cic. Attic. lib. 13, Reliquũ eſt ſi Faberius nobis nomen illud explicat, nihil quærere quanti.
Parua nomina in codicem non referre. Cic. pro Quintio.
Nomina, inquit Budæus, pro debitoribus ponuntur, vel pro ſyngraphis creditarum pecuniarum. Inde illud prouerbiale apud Columellam lib. 1. cap. 7, Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixiſſe veriſſimè fertur. Id eſt quanuis locupletes habeas debitores, tamen ſi diu iudicium ipſis non dictaueris, vſuráſque non petieris, mala tandem fieri: id eſt, ipſos tandem non ſoluendo tanto ære alieno fieri: ſicque inanem tandem perſecutionem, & nomina ipſa caſſa factum iri. Hæc Budæus.
¶Nomen interdum id ſignificat quod nobis debetur, interdum id quod nos debemus. Itaque & exigere nomina dicitur, pro exigere id quod nobis debetur: & diſſoluere nomen, pro diſſoluere id quod ipſi debemus. Cic. pro Plancio, Verùm fac me multis debere, & in iis Plancio. Verum igitur me conturbare oportet, an cæteris quum eiuſque dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc quum petitur, diſſoluere?
De nomine appellare, Id eſt nomen exigere. Cic. ad Attic.
Bonum nomen, Non bonum nomen. Cic. Attic. lib. 5. epiſt. vlt. non ita procul à fine, de Scaptio loquens, Mihi autem impudens magis

quàm ſtultus videbatur. Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternas centeſimas ſperabat. Bono nomine, id eſt honeſto: quia centeſimas cum anatociſmo concedebat edictum. Non bono, id eſt turpi: quia quaternæ contra edictum.
Nominum diem cedere. Cic. ad Attic. lib. 8.
Concurrunt nomina. Cic. ad Attic. lib. 16, Ad Balbum ſcripſi apertius, vt ſi quid tale accidiſſet, vt non concurreret nomina, ſubuenire Id eſt, ad tempus non reſponderent ſeu ſoluerent ij qui debent.
Nomina conficere, vel Conficere de nomine. Cic. Famil. 16. Et ad Atticum, 5.
Debere certis nominibus grandem pecuniam. Cic. pro Quint.
In nominibus eſſe. Cic 7. Verr.
Nomina exigere, pro Ad diſſolutionem cogere. Cic. 3. Verr. Quum per eos ipſos dies per quos cauſam Dio diceret, repetiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe, prædia vendidiſſe.
Certis nominibus expendere nummos. Horat. 2. epiſt. 1.
Nomina expungere. Plaut. Ciſt. 4.
Facere nomina, Vide FACIO.
Facit nomina, negotium conficit Caninius. Cic. 3. Offic.
In nominibus habere. Cic. ad Attic 8.
Impedita. Liuius, Tarda nomina & impedita inertia debitorum. Sic & Expedita, & Explicata.
Adire ad arbitrum de nomine alicuius. Cic. pro Roſc. Comœd.
¶Ide nominum aliquid agere. Cic. in Salluſt. Vnde tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traiici, aut in naues contrudi.
Nomina ſoluere. Cic. ad Attic. 6.
Nomina tollere de tabula. Cic. pro Sext.
Nomina transferibere in alios. Liu. 5. bel. Maced.
Nomen transferre, id eſt verſuram facere. Cic. Fam. 5.
¶Nomen deferre. Cic 4. Verr. Ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle. Et pro Cælio, Si quidem non modò nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam commemorant ſodalitatem in accuſando.
Nomen ſuum alicui commodare ad tranſlationem criminis. Cic. 6. Verrina.
Nomen abſentis recipere. Cic. 4. Verr. Palàm de ſella ac Tribunali pronuntiat, ſiquis abſentem Schenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe eius nomen recepturum. Et paulo pòſt, Hic cum repente Pacilius quidem homo egens & leuis accedit: ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle. iſte verò & licere, & fieri ſolere, & ſe recepturum.
¶Nomen dare. Liu. 2. ab Vrbe.
Dare nomen in coniurationem, Vide DO.
Nomen accipere. Liu. 9. bel. Maced.
Nomen edere, In EDO, edis.
In numeros nomen referre, In NVMERVS.
Renouandum per annos ſacramentum in nomen Tiberij. Tacit. libro 1.
Cicte modò nomina ſingulorum. Tacit. lib. 1.
Ad nomina reſpondere. Liu. lib. 7. ab Vrbe. Budæus.
Ad nomen mittere, Vide MITTO.

Nomino, nominas, pen. corr. {ὀνομάζω} nominãre, Nominatim compellare. Plaut. Moſtel. 10.
Nominare, pro Mentionem facere de aliquo. Terent. Heaut. 2, 3, Quid ait, vbi me nominas? Cic. pro Lege Manil. Ego autem neminem nomino: quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui antè de ſe voluerit confiteri.
Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare. Cicero pro Cecin.
Nominare nomen alicuius. Terent. Phorm. 5 1.
Nominor exul. Ouid. 5. Triſt. eleg. 12.
Prædicari de ſe & nominari volunt omnes. Cic. pro Archia.
¶Nominare, Nomen imponere. Cic. de Amicit. Amor enim (ex quo amicitia eſt nominata) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Idem de Senect. Ego veſtros patres, P. Scipio, tũque Cai Læli, viros clariſſimos, nihiſque amiciſſimos viuere arbitror, & ea quidem vita, quæ eſt ſola vita nominanda.
¶Nominare, pro Declarare, vt vulgò dicimus, & exprimere. Cic. pro Cælio. Multi à me ſummi atque ornatiſſimi viri prædicarentur: quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidines nominarentur. Budæus.
Nominare ex altero. Cic. 3. Offic. Vt cæteri ex patribus, ſic hic qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus.
Nominato quem voles de. Cic. 6. Verr.
Nominare honoris cauſa. Cic. 7. Verr. Fit obuiam ei multitudini caſu catus Curio, quem ego hominem honoris potius, quàm contumeliæ cauſa honoratum volo. etenim ea dicam, &c. Id eſt, quòd nomen eius effero, id non ei contumelioſum erit. Idem pro Quintio, Quem vt ipſius dignitas poſcit honoris gratia nomino. Ex Budæo.
Nefas habent Mercurium nominare Ægyptij. Cic. 2. de Nat. deor.
¶Nominare, Eſt præſentem ſiſtere: & vt iuris Pontificij ſcriptores dicunt, Ius patronatus habere, hoc eſt Nominare deſignandum. Brutus ad Ciceronem 7, Is Panſæ locum petere conſtituit, eam nominationem à te petimus: neque coniunctiori dare beneficium, quàm nos tibi ſumus: neque digniorem nominare potes quàm Bibulum. Budæus.
In nominando, Vide IN præpoſitionem.

Nominito, nominitas, nominitare, Frequentatiuum. Lucret. libro 3,
Quod ſupereſt, ſiquis corpus ſentire renutat,
Atque animam credit permiſtam corpore toto,
Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus.

Nomnitandus, Gerundium, vt Cortex nominitanda eſt. Lucret. lib. 4.

Nominatus, pen. prod. Participium {ὠνομασμένος.} Cic. 3. Offic. Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici atque Annicerij philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt.

Nominatus

Nominatus, Nomẽ {ὀνομαστὶ} pro Celebri. Cic. 6. Verr. Quid, illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodẽ Heio peripetaſmata emere oblitẽ es? Plin. lib. 12. c. 9, Vicina eſt Bactriana, in qua bdellij nominatiſſimũ.
Nominatus, nominatus, nominatui. Varr. lib. 9. de Ling. Latin. Quod ad nominatuum ſimilitudines animaduertendas arbitratus ſum ſatis eſſe, &c.
Nominatim, pen. prod. Aduerbium {ὀνομαστὶ, ὀνομαδὸν} Per ſingulorũ nomina. Liu. 2. ab Vrbe, Dimiſſo Senatu, Conſules in Tribunal aſcendunt, citant nominatim iuniores.
Appellare nominatim aliquem. Cicero 7. Verr. Tum appellantur à multitudine mulieres nominatim. Cæſ. 2. bel. Gal.
Nominatim dicare alicui opus aliquod. Plin. in totius operis præf.
Nominatim proferre. Cic. pro Roſc. Amer. Quaſi verò mihi difficile ſit quanuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, &c.
Nominatim rogare. Cic. 6. Verr. Mos eſt Syracuſis, vt ſiqua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo rogatur.
Nominatim peccata alicuius perſcribere. Cic. 4. Verr. Furta quoque iſtius permulta nominatim ad ſocios perſcripſerat.
Perſequitur nominatim omnes voluptates Epicurus. Cic. 1. de Natura deor.
Decernere aliquid nominatim. Cic. Attic. lib. 7.
Excludi nominatim honore aliquo. Cic. 2. de Lege agrar.
¶Nominatim, pro Expreſſè aliquando ponitur. Cic. 3. Offic. Quicquid enim eſt in prædio vitij, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere.
Nominatim & Generatim, contraria. Cic. Att. lib. 9, Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata.
Excipere aliquem nominatim. Cic. Att. lib. 11.

Nominatio, nominationis, Verbale {ὀνομασία, ὀνομαστοποιία.} Plin. iunior libro 4. epiſt 8, Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quòd ſucceſſit Iulio Frõtino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter Sacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum coopturet. Nominationis die, id eſt principio anni, authore Tacito, quo Sacerdotes ſolent nominare quos digniſſimos ſuo ſacerdotio iudicent.
Nominatione ſua cooptare aliquem, Eſt quod vulgò dicitur, *Nomen ſuum dare alicui, & Appellarẽ aliquem ſuo nomine.* Cic. 13. Phil. In quo ego eum, vt quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.
Facere nominationem. Liu. 6. bel. Pun.
Nominatio, figura rhetorum, de qua author ad Herenn. lib. 4, Nominatio eſt prima, inquit, quæ nos admonet, vt cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis cauſa.

Nominalis, & hoc nominale. Verbale. vt Gentilitas nominalis. Varr. de Ling. Lat. lib. 7, Vt enim ab Æmilio homines orti Æmilij, ac gẽtiles: ſic ab Æmilij nomine declinatæ voces in gentilitate nominali.

Nominaliter, penult. corr. Arnobius lib. 2. aduerſus gentes, Quæ quum eſſe conſenſerimus victi, & vniuerſa his ſcatere nominaliter annuerimus humana, conſequetur vt, &c.

Nominatiuus caſus {ὀνομαστικὸς} à grammaticis dicitur, quòd nominat rem: & rectus, quòd à nullo cadit.
Nominatiuus, pro Nomine. Varro lib. de Ling. Lat. 7, Primùm ſi in his eſſet analogia, dicunt debuiſſe omnes nominatiuos, & articulos habere totidem caſus: nunc alios habere vnum ſolum, vt literas ſingulas omnes: alios tres, vt prædium, prædij, prædio, &c.

Nomenclator, penul. product. nomenclatoris {ὀνομῳκλήτωρ} vel vt quibuſdam placet, Nomenculator, A nomine calando, id eſt vocando, quaſi nominis calator, qui memoriter vnumquẽque vocare didicit, vtputa in foro reos, in conuiuio conuiuas: quem eundem Cicero pro Murena vocat monitorem. Apuleius, Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Cic. Att. lib. 4, Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Idem pro Murena, Quid, quòd habes nomenculatorem? De nomenclatoribus multa. Horum opera vtebantur potiſſimum candidati, vt ſibi in prenſando ſuffragatores nomina ciuium ſuggererent. Vnde laudatur Cato quòd legem ſeruauerit quæ Candidato nomenclatores adeſſe vetat, vt per ſeipſum ſine nomenclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. Hi & fartores quoque dicebantur, quia ſalutatorum nomina, vt ait Feſtus, velut infarcirent petitorum auribus.

Nomenculator, pen. prod. {ὀνομενκλάτωρ.} Quintil. lib. 6. cap. 3, Vt Afer ingrato litigatori conſpectum eius vitanti, in foro per nomẽculatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, quòd te non vidi.

Nomenclatio, nomenclationis {ὀνομῳκλησία.} Colum. libro 3. cap. 2, de vineis, Ideóque in hac ipſa Italia, ne dicam in tam diffuſo terrarum orbe, vicinæ etiam nationes nominibus rerum diſcrepant, variántque vocabula. quare prudentis magiſtri eſt eiuſmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, ſtudioſos non demorari.
Nomenclatio & blanditia. Qu. Cic. de Petit. Conſul. Ea deſiderat nomenclationem, blãditiam, aſſiduitatem, benignitatem, rumorem, ſpem in Republica. De populari ratione.

Nomenclatura, pen. prod. Idem {ὀνομῳκλατούρα.} Plinius lib. 3. in Præfat. Quædã in his nomenclatura nuncupentur. Idem lib. 2, Cæleſtis nomenclatura.

NOMENTVM {νώμεντον} Oppidum in Latio nõ procul ab vrbe Roma. Martial. lib. 13. 15, Si vicina tibi Nomento rura coluntur. Hinc

Nomentana via {νωμεντανὴ ὁδός} Romæ qua itur Nomentum. & Nomẽtani, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento cõditore. Colum. lib. 3. cap. 2. Virgil. 6. Æneidos,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vtbémque Fidenam, &c.

NOMIVS {νόμιος} dictus eſt Apollo, hoc eſt paſtor: non ex officio paſtorali, ſed quia ſol paſcit omnia quæ in terris gignuntur.

Nomos {νόμος} Latinè dicitur Lex. Eſt etiam præfectura. Vide NOMARCHIA.
Nomos in carmine, ac cantilena. Suet. in Nerone, cap. 10, Ne concuſſo quidem repentè motu terræ theatro, antè cãtate deſtitit, quàm inchoatũ abſolueret *νόμον*. Sciendum, ait Cælius lib. 9. cap. 8. in carmine, ac cantilena, nomon ſignificare qualitatem vocis ac moderationem, qua vel remiſſiore, vel acutiore vtimur. Eandẽ itaque cantilenam duobus tribúſve nomis modulantur muſici. Ratio autẽ nominis ea eſt, quia Græcè *νόμος*, lex eſt. Veteres autẽ priuſquã literas ſcirent, leges cantabant, ne eas oblitioni mandarent: quod temporibus ſuis in more Agathyrſis fuiſſe, Ariſtoteles ſcribit. Ergo primas poſteriorum cantilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes vocabantur ſuperiores. Hæc & plura Cælius. Nomorum varia nomina pete ex Plutarchi libello de Muſica.

Nomophylax, penul. corr. nomophylacis, om gen. {νομοφύλαξ} Legum cuſtos & ſeruator. Ἀπὸ τῶ νόμου, à lege: & φύλαξ, cuſtos. Columel. lib. 12. cap. 3. in fine, Non ſatis viſum eſt bonas habere leges, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos ciues ereaſſent, quos Græci *νομοφύλακας* appellant. Cic. 3. de Legib. Græci hoc diligentius, apud quos *νομοφύλακες* creantur: nec hi ſolùm literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad legẽſque reuocabant. Nomophylaces igitur vocant Græci, qui legibus præſſent, eóſque qui illis parerent, laudibus proſequerẽtur & honoribus: qui autem non parerent, pœna mulctarent.

Nomotheta, nomothetæ, pen. corr. {νομοθέτης} Latinè legifer dicitur. Vnde Solon nomotheres dictus.

Non {οὐ, οὐκ, ἄκειτι, οὐκέτι, μὴ} Aduerbium negandi, Omnibus modis præter imperatiuum iungitur.
Indicatiuo. Cicer. 4. Acad. Illi non dubitant quin ea vera ſint quæ defendunt.
Optatiuo. Virg. 2. Georgicorum,
Non mihi ſi centum linguæ ſint, oráque centum.
Subiunctiuo. Quintil lib. 9. cap. 4, Non igitur durum ſit, neque abruptum, quo animi velut reſpirent.
Infinitiuo. Terent. Phorm. 1. 2, Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.
¶Non, nõ ſic, vel Non, non eſt, ita geminatum, elegantem vim habet. Terent. Phorm. 2. 1, -non, non ſic futurũ eſt: non poteſt. Idem Adelph. 1. 2,
Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum
Scortari, neque potare, non eſt, neque fores Effringere.
¶Non, pro Nónne, Interrogatio negatiua, cui ſubintelligitur affirmatio. Terent. Phorm. 1. 2, Non ſi redĭſſet pater, ei veniam daret?
¶Non, per admirationem dictum. Terent. Heaut. 3, 3,
-atqui non opus eſt. S. Non opus eſt! C. non hercle verò.
¶Non, Reſpondentis negatio. Cic. 4. Verr. Cognitorem aſcribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum aliquem honeſtum hominem ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis ſplendor, dignitáſque eſſet? minimè.
Non, non. Terent. Heaut. 5. 1, -opus eſſe argentum vt dares. M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neque ipſe guatus? M. nihil prorſus Chreme.
Nunquam, non ſi. Terent. Andr. 4. 2,
Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum:
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.
¶Nónne, Vide ſuo loco & ordine.
Non etiam ne, Vide NE.
Non aliter, quám. Caius in l. Siquis alicui. §. vlt. D. Mandati vel cõtra, Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quàm ſi actiones tuas, quas aduerſus Titiũ habes, mihi præſtiteris.
Non aliter, niſi. Caius in l. 2. D. Quibus mod. pig. &c. Non aliter hoc facere conceditur, niſi prius ei debitum offerat.
¶Non ab re. Liu. 5. bel. Maced. Tamẽ nõ ab re eſſe Quintio viſum eſt, ſociorum aliquos, &c.
Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam. Terent. Eunuch. vbi Donatus, Non adeò inhumano ingenio ſum: Hoc eſt, inmitis non ſum.
Non adhuc. Cic. de Senect. Quod equidem non amiſi adhuc, & videris annos meos.
Non admodum delectari re aliqua. Cic. de Amic. Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare poſſit, non admodum delectari?
Non alio modo quám. Plin. lib. 10. cap. 67, Salamandræ tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies.
Non anté. Cic. Att. lib. 10, De die nihil ſanè poteſt ſcribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam.
Non auſim, pro Non audebo, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 5. 2.
Non audio, Non libenter admitto, & conſentio, interprete Donato. Terent. Phorm. 3. 2, Dorio audi obſecro. D. non audio.
¶Non bonus. Plaut. Capt. 2.
¶Non clam me eſt. Terent. Hecyr. 4. 1.
Non continuò, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Cic. pro Roſc. Amer. Hoc eſt, non ideo.
¶Non dictum eſt, hoc eſt, Tanquam non dixeris. Plaut. Pœn. 14.
Non dico inter pecudem, &c. Cic. de Amic. Quid enim intereſt, motu animi ſublato, non dico inter pecudem & hominem, ſed inter hominem & ſaxum, aut truncum, aut quiduis generis eiuſdem? Hoc eſt, non ſolùm, vel Nolim dicere tantum inter pecudem, &c.
Non diu apud hunc ſeruies. Plaut. Perſa, 16.
Non dubiè. Plin. iunior lib. 5 epiſt. 14.
Non dubia ſpes. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4, Et prouinciam ornatã, & ſpem non dubiam triumphi neglexi.

¶Non est consilium sic facere. Terent. Hecyr. 3. 4.
Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit. Terent. Hecy. 5. 1.
Non ita est: sed vniuscuiusque. &c. Cic. 1. Verr.
Non est ita Iudices, non est profectò. Cic. pro Flacco.
Non est quod metuas preces iniquas. Martial. lib. 5. 6.
Non est, non est in hoc homine cuiquā peccādi locus. Cic. 3. Verr.
Non est, vt. Horat. lib. 1. epist. ad Iccium, -non est, vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi, &c. Id est, nulla ratione fieri potest, vt copia maior, &c. & ita loquuntur Græci, οὐκ ἔστι ὅπως. quod loquendi genus crebrò vsurpat Lucretius: vt lib. 2,
-quare non est, vt credere possis
Esse infinitis diffātia semina formis: & aliis plerisque locis. Ex Lāb.
Non igitur, Non ergo. Cicero de Amicitia, Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consequuta est. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, &c.
Non etiam. Quintil. lib. 9. cap. 2., Periculum tantùm, non etiam offensa vitatur.
¶Non facilè dixerim. Plin. lib. 2. cap. 3, An sit immensus, non facilè dixerim.
Non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. Cic. 7. Verr.
Non ferè quàm, vel nisi. Cic. pro Sextio, Denique ex bellica victoria, non ferè quàm est inuidia ciuium consequuta. In vetusto exemplari legitur quenquam. Idem de Amic. Quod non ferè contigit, nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur.
¶Non ideo, Non continuo, non protinus Iurisconſ. Quum decem tu dari stipulatus sis, non ideo posse te decem dari oportere intendere, quia, &c.
Non ita longa disputatione opus esse videtur. Cic. de Senectute, Mortem omnibus horis impendentem timens, quis poterit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur.
Non ita multis antè annis. Cic. pro Rosc. Amer.
Non ita antiqua simulacra. Cic. 6. Verr.
Non ita multum recum fuit. Cic. 4. Verr.
Non ita multo pòst, per, &c. Liu. 5. bel. Maced.
Non inepti homines Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5, Sed more Romano quomodo homines non inepti loquūtur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.
Non inertissimus homo. Cic. 1. Verr.
Non iniuria. Terent. And. 1. 1.
¶Non magis. Plaut. Perf. 7, Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam.
Non magis, quàm. Paul. in l. Fistulam. in princip. D. de Seruit. vrb. præd. Sed non posse prohiberi vicinum, &c. non magis quàm si velit in triclinio suo, vel in cubiculo aquam effundere.
Non malus. Terent. Eunuch. 2. 2, Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. Cic 5. Verr. Homo non malus.
Non malè valeo. Plaut. Mostel. 9.
Non metuo nequid doleat quod ferias. Plaut. Bacch. 2. 3.
Non minus. Liu. 1. ab Vrbe, Non minus tribus puberibus præsentibus diceret.
Non minimè commoueri. Cic. 6. Verr. Id est maximè.
Non minimum corrumpunt vites. Varr. 1. de Re rust. cap 2.
Non modò. Quintil. lib. 12. cap. 10, Primi, quorum quidem opera non vetustatis modò gratia viſenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus atque Aglaophon.
Non modò, sed etiam. Cic. de Amic. Eáque adhibeatur ad monendum. non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit.
Non modò petitum, sed ita. Cic. 1. Verr. Hi sciunt hoc non modò à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, vt &c.
Non modò, verumetiam. Cic. de Amic. Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic imperio, non modò præsentia, verùm etiam futura bella deleuit.
Non modò, sed ne. Cic. Att. lib. 13, Sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, nōn modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere.
Non modò non, sed etiam. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14, Contigit tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset.
Non modò non, sed ne. Cic. Attic. lib. 10, Horum ego summorum imperatorū non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunā quidē ipsam, qua illi flotētissima, nos duriore conflictari videremur.
Non modò non, sed potius. Cic. de Amic. Talis improborum consensio, non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est.
Non modò, pro Non modò nō. Varr. de Ling. Lat. lib. 8, Nunc iam primùm dicam pro vniuersa analogia, cur non modò videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in vsu quodammodo sequenda.
Non modò, pro Non solùm non. Cic. 2. Phil. Quos clientes nemo habere velit: non modò esse illorum cliens.
Non modò, pro Nedum. Cic 3. de Leg. b. Nihil habui sanè, nō modò multum, quod putarem nouandum in legibus.
Non multo pòst. Plaut. Trucul. 8.
¶Non nemo, pro Nonnulli, vel aliqui. Cic. pro Lege Manil. Quum esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere.
Non nequicquam isti vnum Demetriū filium te habere, me subditum, & pellice genitum appellant. Liu. 10. bel. Maced.
Non nimis. Plautus Epid. 9.
Non nimium. Plin. iunior in Paneg. Neque enim potest non nimiū esse priuatis, quod principi satis est.
Nisi, non. Cic. de Amic. Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.
Non viuam vesperi, nisi illane à me sceleſtā abigā. Plaut. Merc. 19.
Non nollem. Cic. ad Cæliū, lib. 2. 15, Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium.
¶Non omnes possunt. Cic. pro P. Sylla, Non possunt omnes esse patricij: si verum quæris, ne curant quidem.
¶Non parua exercitatio. Cic. de Amic. Magnum opus est, egétque exercitatione non parua.
Non parum facetus scurra. Cic. pro Quintio.
Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. Cic. pro Rosc. Amer.
Non pauca suis adiutoribus largè effuséque donabat. Cicero pro Rosc. Amer.
Non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. Cic. de Amic.
Non possum satis narrare quos ludos præbueris intus. Terentius Eunuch. 5. 7.
Non pridem, inquit Festus, æquè & rectè & frequenter dicitur ac Iam pridem, Quàm pridem. Plin. lib. 14. cap. 1, Generibus non pridem illustrata.
Non probus, pro Improbo. Cic. de Senect. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum.
Non procul abhorres ab insania. Cic. pro Rosc. Amerino, Nisi tāta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania.
Non quicquam, pro Nihil. Horat. 1. Serm. satyr. 3,
-Cæsar qui cogere posset
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quicquam prosiceret, &c.
Non quò, pro Non quia: vel Non quòd, retractationis vel reprehensionis cuiusdam sui gratia. Cic. Att. lib. 7. 1, Vt ab vrbe discesserim, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non quò haberem magnopere quid scriberem, sed vt loquerer tecum absens. Idem 5. Verr. Magnæque pecuniæ coactæ sunt: non quò ingerūm numerum verè profiteri esset difficile. &c.
¶Non satis constat. Plin. lib. 12. cap. 19. Id acciderit̄e ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat.
Non scire, pro Nescire. Cæsar 1. bel Gall.
Etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit. Cic. ad Cluuium, lib. 13 8.
Non secus hāc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. Cic. pro Cluent.
Non si. Cic. 7. Verr. Non dicam ne illud quidem si maximè in culpa fuerit Apollonius.
Non sine. Cic. de Amic. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.
Non sine diis, Prouerbij speciem habet, quo admonebant Græci sine deo id fieri, quod absque deorū fauore fit: sicut è contrario cum deo dicebant, Id est fauente numine. Græcè sic effertur à Pindaro, ἀ θεῶν ὄτερ, quod reddidit Horatius 3. Carm. ode 4,
Non sine diis animosus infans, &c.
Non solùm, sed etiam. Cic. Est enim munus eius non ingenij solùm, sed laterum etiam & virium. Idem de Senect. Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella.
Non solùm, & Sed etiam, cum interpositione, vt sonantior sit compositio. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ.
Non solùm, verùm etiam. Cic. de Senect. Non solùm quia nunquam deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum est) verùm etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorūmque benefactorum recordatio iucundissima est.
Non solùm, secundo loco positum inter imparia, aliquando inter paria. Cic. pro Cn. Cluentio, Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque Iudices, non solùm meæ. Idē 1. Offic. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solùm mentis agitatio.
Non solùm, sine redditiuo Sed etiam. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29, Vultus me hercule tuos mihi expressit omnes, nō solùm animum ac verba pertulit.
Non solùm, post Quoque. Liu 8. bel. Pun. Vt meam quoque, non solùm & Reip & exercitus, vicem videretur valde solicitus.
¶Non tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Cic. de Amic.
Non tantum. Quintil. lib. 1. cap. 1, Et Quinti Hortensij filiæ oratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in sexus honorem.
Non tantum valet vt. Cic. de Amicit. Angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantùm valet vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.
Non tantum, sed etiā. Cic. de Senect. Nec verò dubitet agricola, quanuis senex, quærēti cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantum à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. In vetusto exemplari legitur, Non accipere modò hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.
Non temerè est, & properans venit. Terent. Eunuch. 2. 2.
Non temerè, pro Vix vnquam, siue ferè nunquam. Suet. in Octau. Veste nō temerè alia quàm domestica vsus est. Idem in Cæs. Calig. cap. 36. Erasmus.
¶Non vltra quàm, pro Tantū. Suet. in Octau. cap. 67, Cosiniū seruū grauissimè de se opinantē non vltra quàm cōpedibus coercuit. Eras.
Non verò, rarissimè legitur. Cic. de Senect. At hi quidem iam mortui sunt: non verò tam isti, quàm tu ipse nugator.
Non vt. Cic. 1. de Inuent. Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non vt enarres quemadmodum sit factum.
Non cuiuis homini contingit adire Corinthū. Hora. lib. 1. epist. ad Scæuā. Huic prouerbio locus est, quū significare volumus, esse difficile & operosum ad rem aliquam peruenire valde optabilem & expetendā. Natū est autē (vt vult Strabo) à Corinthiorū deliciis, illecebris, ac luxuria. Vide quæ notat scholiastes Aristophanis in Pluto de scortis Corinthijs: & quæ Au. Gell. libr. 1. cap. 8, de Laide meretrice, & Demosthene rhetore: & quæ Eustath. ad lib. 2. Iliados.

NONA, yna ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere, de quibus Gellius lib. 3. cap. 16, Vide MORTA.

NONACRIS, pen. corr. {νώνακρις} locus in Arcadia. Vitruu. lib. 8. cap. 3, Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes è saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor appellatur, quam neque argēteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur. Conseruare autem eam & continere, nisi vngula mulina, nil potest.

Nonacrius, penul. corr. Adiect. {νονάκριος.} Ouid. 5. Fast. Et matri & vati paret Nonacrius heros. Euandrum sic vocat.

Nonacrinus, pen. prod. Aliud adiectiuum {νονακρῖνος.} Ouid. 2. Metam. Dum redit, idque frequens, in virgine Nonacrina Hæsit.
Hamadryades Nonacrinæ, Hoc est Arcadicæ. Ouid. 1. Metam.

Nonæ, Nonarum {νῶναι} Dicuntur in Martio, Maio, Iunio, & Octobri, sex illi dies qui primum sequuntur: in reliquis verò mensibus, quatuor tantùm illi dies primum sequentes.
Nonæ, Quasi nouæ dicuntur, propter initium obseruationis. Vel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies computantur. Vel ideò Nonæ dicuntur, quòd ante nonū diem sunt. Siue à noua Luna, quòd Pontifex eo die nouam lunam obseruaret, & visam regi sacrificulorum indicaret.
Nonæ, appellatæ, aut quòd ante diem Idus nonū semper, aut quòd vt nouus annus Calēdæ Ianuariæ ab nouo sole appellatæ, nouus mensis, noua Luna Nonis. Eodem die enim ab agtis in vrbem ad regem conueniebat populus. Harum terum vestigia apparent in sacris Nonalibus in arce: quòd tunc ferias primas mensīruas, quæ futuræ sint eo mense rex prædicit populo. Hæc Varro lib. de Ling. Lat. 5.
Nonarum aliæ quintanæ dicuntur, aliæ septimanæ. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 13, Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, Septēber, Nouember, December, vndetricenis censebantur diebus: & quintanas Nonas habebant. Martius verò, Maius, Quintilis, & Octobet, dies tricenos singulos possidebant. Nonæ in his septimanæ erant. Hæc ille. Quintanas intellige, quòd quinta dies ab initio mensis, siue à Calendis inclusiuè (vt nunc loquuntur) ad diem Nonarum in breuioribus mensibus: in lōgioribus verò septimanas, quòd hæc dies sit à Calendis septima simili modo. Et hoc non obscurè colligitur ex his verbis eiusdem authoris, quæ habentur in eiusdem libri cap. 15. Hinc aliis quintus à Calendis dies, aliis septimus Nonas facit. Nonarum quintanarum & septimanarum meminit & Censorinus De die natali, cap. 17.
Nonæ Decembres. Horat. 3. Carm. ode 18. Cic. pro Flacco, O Nonæ illæ Decembres quæ me Consule fuistis, quē ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum.
Nonæ Idus antecedunt, sicut & hi Calendas: itaque in enumeratione trium illarum mensis partium, cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas & Idus, Calendas nominarent. Proinde Nonas Idus Cal. dicebant, ne si secus nominarent, malè ominosum esset. Cicero tamen in Verr. Caleudis Nonis Idibus dixit: in quo annotat Asconius, Religioso omine nominat multitudo Nonas, Idus, Calendas. Cicero Calendis & Idibus, Nonas addit, quāuis hoc pronuntiatione soluatur, ac temporū diuisione hoc dici videre possimus. Ex Turneb.

Nonagesimus, Nonaginta, Nonarius. Vide NOVEM.

Nondum, Aduerb. {οὔπω, οὐδέπω, μήπω γε οὐδέπω} Id est non adhuc. Cic. Matio, lib. 11. 27, Nondum satis constitui.
Nondum dico quàm hæc singula sint. Cic. 1. de Diuin.
Nondum manifesta sibi est. Ouid. 9. Metam.
Nondum planè est expeditus. Cic. Att. lib. 4.
Nondum etiam. Terent. Andr. 1. 2, Quid hoc, intellextín', an nondum etiam ne hoc quidem?

Nongenti, Vide NOVEM.

Nonne {ἦ γάρ, μῶν, μή} Aduerbium interrogandi, Ex non & ne compositum. Terent. Andr. 1. 5, -nónne oportuit Præsciſſe me antē? nónne prius communicatum oportuit? Cic. 7. Verr. Nónne publicè vindicaremus? Idem 5. Tusc. Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus habereturr, nónne beatum putaret, &c.
Nónne, in fine positum. Cic. pro Cecinna, Verùm ita est vti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si victus non fuerīs, nónne?
Nónne, Indignantis & stomachantis. Lucretius, -nónne videre
Nil aliud sibi naturam latrare? Sic & illud Virgilij,
Méne incepto desistere victam? Turneb.

Nonnihil. pen. corr. indeclinabile, Aliquid, vel aliquantum. Terent. Adelph. 1. 2, Nonnihil molesta hæc sunt mihi. Cic. pro Quintio, Nōnihil commoueor.

Nonnihilo æstimare. Cicero 4. de Finibus, Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Nonnullus, Adiectiuū, Aliquis. Cic. 4. Acad. Etenim de cæteris sunt inter nos nonnulla communia.
Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere. Cic. 1. Verr.
Nonnullus honos Martial. lib. 1. 138.
Nonnulla in re forsitan consilium tuum emendare possum. Cicero pro Murena.
Nonnullum semen. Virg. 1. Georg.

Nonnunquam, Aduerbium, Id est aliquando. Terent. Eunuch. 2. 3, Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
Nonnunquam & aliquando. Cic. Licinio, lib. 5. 8, Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt̄ tibi.

Nonnusquam, In aliquibus locis. Plin. lib. 14. cap. 19, Nonnusquam vini fæce, acetóve condiunt.

Nonus, Vide NOVEM.

NORBA Cæsarea {νῶρβα καισαρεία} Lusitaniæ vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 5. Vulgò *Alcantar*.

NORICVM, pen. corr. {νωρικὸν} Regio in Europa (vt lib. 2. scribit Ptolemæus) quæ limites habet ab occasu Enum fluuium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septētrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniam superiorem disterminat à Norico: à Meridie montem Curuancam, qui est super Istriam. Eam

nunc regionem plerique Bauariam appellant.

Noricus, pen. corr. Adiectiuum {νωρικός.} Horat. libro 1. Carm. ode 16,
Quas neque Noricus deterreret ensis.
Castella Norica. Virg. 3. Georg.
Ignis Noricus. Ouid. 14. Metam.

Norma, normæ {γνώμων} Fabrorum instrumentum. Nostrates *quadram*, vulgus *squerram* vocat: vt ait Budæus. Lambinus, Norma ex duabus regulis constat inæqualibus, ita coniunctis, vt angulum rectum efficiant; γνώμονα Græci, squadram fabri nominant. Hæc ille. Vitruu. lib. 7. cap. 3, de rectorio opere loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur.
Fallax norma. Lucret. lib. 4.
Norma oratoris, per translationem, pro Lege & præscriptione siue formula. Plin. iun. lib. 9. epist. 26, Demosthenes ipse ille norma oratoris & regula, num se cohibet & comprimit, quum dicit illa notissima, &c. Sic Norma legis, Cic. 2. de Legib.
Loquendi norma. Horat. de Arte.
Norma, regula, præscriptio naturæ. Cic. 4. Acad.
Veterum norma. Horat. 2. Carm. ode 15.
Præscriptum, norma iuris, & formula iudicij. Cic. 2. de Orat.
¶Naturali norma legem bonam à mala diuidere possumus. Cic. 1. de Legib.
Acerrima aliquorum norma quædam dirigere. Cic. 3. de Orat.
Dirigere vitam ad normam rationis. Cic. pro Murena, Primùm M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.
Ad istorum normam sapiens ille. Cic. de Amic. Nunquam ego dicam C. Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum, quos sapientes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes.

Normula, normulæ, pen. corr. {γνωμόνιον} Diminutiuum.

Normalis, & hoc normale, penul. prod. {γνωμόνιος} Quod ad normam factum est. vt Normalis angulus. Quintil. lib. 11. cap. vlt. Normalem pro recto posuit, qualem norma efficit, vt ait Budæus.

Normatus, pen. prod. Adiectiuum, Idem {γνωμόνωτος.} Colum. lib. 3. cap. 13, Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam supposito basi ad perpendiculum normata insisteret.

NORTMANIA, regio Galliæ vltra Sequanā flumen, quæ à Carolo Magno deuicta, fidem Christianam suscepit. Biduensium regnum videtur appellare Ptolemæus lib. 2.

Nortmani {ϐόρειοι} pars Danorum fuere, Oceani accolæ, Cimbricæque Chersonesi habitatores: sic appellati, quòd Septentrionales homines essent. Nort enim lingua Germanica Septentrionem signi ficat: Man, virum. Hi Galliam vltra Sequanam occuparunt, & ei regioni Nortmaniæ nomen indiderunt. Dicti sunt aliquando & Suetones. Ex Andrea Althamero in Tacitum.

NORVEGIA {χερρόνησος} regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita. Sub imperio est Danorum. Interpretatur Septentrionalis via. Nort enim Germanica lingua Septentrionem significat. Weg, viam.

Nos, nostrum vel nostri {ἡμεῖς, ἡμῶν} plurale est ab Ego, mei vel mis.
Nos inter nos. Cic. Att. lib. 10, Ego enim ad eum scribam, vt tu ipse voles, de ea re nos inter nos loquutos. Terent. Adelph. 2. 4, Quasi non norimus nos inter nos.
Nosmet, pro Nosipsi. Plaut. Ruden. 4, Si non moneas, nosmet meminimus.
Nosmetipsi. Cic. 4. de Finib. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendaros esse nobis. Idem 4. Acad. Discedamus à nobismetipsis, de sapiente loquamur.
Nosmetipsi inter nos. Cic. ad Atticum, libro 14, Nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus.

Noster {ἡμέτερος} nostra, nostrum: nostri, nostræ, nostri, Pronomen possessiuum.
Noster, παρὰ τὸ αὐτοπαθῶς, qui non est noster. Terent. Phorm. 1. 2,
Noster quid ageret, nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
Noster ille, Vide ILLE.
Noster est. Terent. Adelph. 5. 8. Id est ex nostra familia.
Noster, pro Nostri ordinis. Horatius,
-noster ludos spectauerat, vnà
Luserat in campo. Turnebus hunc enarrans locum, Imitatur, inquit, sermonem hominum sibi inuidentium, & mirantium tam prosperā secundámque fortunam suam. Horatius, inquiunt, nostri ordinis & loci erat, & in vltima cauea nobiscum spectabat ludos inter pauperū cuneos, in campo Martio nobiscum sese exercebat, qui fortunæ filius nunc videtur, tāti s auctus successibus est. Nam Senatores ludos spectabant ex orchestra: è quatuordecim ordinibus equites: & plebeiorum lautiores & ditiores commodius sedebant, pauperiorum deterior vt conditio, sic & in cauea loeus. In campo quoque generosi eū generosis se exercebant, pauperes cum pauperibus. Ergo iuuenem Horatium olim sui fuisse ordinis dicebant, qui fortunæ indulgentia ad amicitiam Mæcenatis, opésque peruenerit, & fortunæ beneficio prouectus sit ad tantam felicitatem.
Noster, pro Nostras. Terent. Eunuch. 2. 3, Haud similis virgo est virginum nostrarum. Vbi Donatus, Nostrarum, ciuium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ. vt Virg. 2. Georgicorum,
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.
Noster eris. Virg. 2. Æneid.
Noster, Blandientis est aliquando. Terent. Hecyr. 5. 2, Noster socer video venit, puero nutricem adduxit. Et magis hoc cōsuetudine dictum est, quàm integritate, inquit Donatus.
Noster, id est, nobis fauens. Dij enim nostri dicuntur esse qui nobis fauent, vt apud Virgilium,
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Et,
-nec dij texere Cupentum Ænea veniente sui. Turneb.

Nostra,pro Mea,moraliter dictum,authore Donato. Terent.Eunuch.2.3,Estne vt fertur forma? p. fané. GR. at nihil ad nostrã hanc.
Nostra omnis lis est: Id est vicimus. Plaut.Casin.1.
Nostri an alieni simus. Plaut.Milite,8.
Nostrarum,pro Nostrum. Terent.Eunuch.4 4,
hunc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam vidit. Vbi Donatus, ἀφχαϊσμὸς est figura,pro nostrum,vel nostrarum,id est quæ familiæ nostræ sunt.
Nostrarum omnium adolescẽtia, pro Nostra omnium adolescentia. Cicero de Prouinciis Consular. Primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo,quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Budæus.
Nostri, & Externi,cõtraria. Plin.lib.12.cap.25.Id est Latini & Græci. De balsamo.

Nostrapte culpa facimus,vt malos expediat esse. Terent.Phorm.5.2.

Nostras,nostratis,pen.prod.omn.gen. {ἠμεδαπὸς} à Noster deducitur: & significat,E nostra gente vel patria. Plin.lib.15.cap.29, Tarentinam folio minuto,nostratem patulo,exoticam densissimo.
Nostratia verba. Cic.ad Cælium,lib.2.1.
Nostrates philosophi. Cic.5.Tusc.ul. Hoc est nostræ sectæ.
Facetiis maximè nostratibus capior. Cic.Pæto,lib.9.15,Mirificè ea pior facetiis maximè nostratibus, præsertim quum eas videam primùm oblitas Latio, tum quum in vrbem nostram est infusa peregrinitas.

Nosco,noscis,noui,notum {γνῶ} nóscere,Cognoscere. Cic.ad Cassium,lib.12.4,Scriberem plura,si rem,causámque nossem.
Noscere,percipere,comprehendere. Cic.4 Acad.
Nosco à Græco sit: nam Græci γινώσκειν dicũt Cognoscere. γνωτὸν, Cognitum. Hinc Latini veteres non nosco, sed gnosco dicebant, & gnotum,non notum.
Noui animum tuum. Terent.Heaut.3.3. Hoc est,ego probè teneo cuius sis animi: quod vulgus dicit *Cognosco tuam naturam.*
Noui tuum animum de nostris factis. Plaut.Stich.2.
Noui de facie. Cic.in Pisonem, Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) vt viros fortes,&c.
Noui & scio. Terent.Andr.5.4.
Bene te noui. Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Vnde tam bene me nosti? Horat.2.Serm.satyr.3.
Omnes philosophiæ partes atque omnia membra tum facillimè noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Cic.1.de Nat.deor.
Familiaritet aliquid nosse. Quintil.lib.5.cap.7.
Optimè vnumquenque nosse. Cic.3.Verr.
Artem Romanam nouerat. Ouid 3.Fast.
Noui faciem hominis,Noui formam,Noui hominem. Terentius Heaut.3.4.
Faciem nouerat ducis. Ouid.8.Metam.
Herbas salutiferas nosse. Stat.1.Achil.
Ingenium. Terent.Andr.1.1.
Leges & iura alicuius ciuitatis. Cic.in Pison.
Locum noui. Terent.Adelph.4.2.
Ludum. Plaut.Amph.1.5.
Mente. Cic.1.de Nat.deor. Deus ille quem mente noscimus,atque in animi notione,tanquam in vestigio volumus reponere, nusquam prorsus appareat.
Nosmetipsos noscere,difficillimum est. Cic.1.de Legib.
Noui omnia tecum. Terent.Phorm.5.9.
Noui omnem rem. Terent.And.4.5.
Nosse saporem. Plin.lib.13.cap.4.
Se quisque noscat. Cic.1.Tusc.ul.
Venerem nosse. Plin.lib.10.cap.63. Id est coire.
Noui viam. Terent.Heaut.2.3.
Vox noscitur. Stat.5.Sylu.1.
Vultum alicuius. Lucret.lib.3.
¶Noscor. Ouid.1.Trist.eleg.4, -nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat,
¶Noui vt. Plaut.Amph.3,Nam ego vos nouisse credo iam,vt sit pater meus.

Notus,Participium {ἐγνωσμένος.} Plin.lib.16.cap.18,Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota.
Notus pulchrè. Plin.lib.21.cap.26.
Vt cuiquam qui ipse notus sibi sit,hoc est qui suam naturam, sensúmque perspexit,vt ait Cicero 2.de Finib.
Notus omnibus improbitate & vitiis. Cic.pro Cluent.
Fama super æthera notus. Virg.1.Æneid.
Hinc vsque ad sidera. Virg 5.eclog.
¶Notus,Qui nouit. Plaut.Pseud.5,Ita herus meus est imperiosus. B. noui: notis prædicas.

Notus {γνωτὸς,γνώσιμος} notior,notissimus,Nomen ex participio. Cic. 4.Academ. Tum ad hos notiores,&c. referre in eundem numerum solent. Idem 4.Acad.Cui erant quæ paulo antè dixi,notissima.
Notus & Obscurus,contraria. Cic.pro Murena. Tua verò nobilitas Serui Sulpiti,tametsi summa est,tamen hominibus literatis & historicis est notior,populo verò & suffragatoribus obscurior.
Facere aliquem notiorem circa vitia. Quintil.lib.3.cap.7.
Factus est notior. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerunt. Liu.8.ab Vrbe.
¶Notus,Amicus & charus. Virg.6.Æneidos,
& notis compellat vocibus vltro. Seruius.
¶Causa nota meæ ruinæ. Ouid.4.Trist.eleg.9.
Diuortia. Virg.2.Æneid.
Fabula. Ouid.2.de Arte.
Facta. Ouid.14.Metam.
Fides. Ouid.3.Fast.

Frutices aucupibus. Ouid.1.de Arte.
Homo. Horat.1.Serm.satyr.2.
Insula notissima fama. Virg.2.Æneid.
Iter notum arripit. Stat.1.Thebaid.
Notus & insignis latro. Cic.11.Phil.
Littora. Virg.3.Æneid.
Locus prodigio. Ouid.6.Metam.
Noti & tractari loci. Cic.in Orat.
Nota & nobilis mulier. Cic.pro Cælio.
Vulgarum & notum negotium alicuius. Cic. Qu.frat.lib.2.15.
Pietatis notæ alumnus Ouid.14 Metam.
Notæ,testatæ,& manifestæres. Cic.2.Verr.
Nota & apud omnes peruulgara res. Cic 4 Verr.
Vir dulci notus amore. Silius lib.8.
¶Notum mihi. Cic.ad Brutum,14, Nondum erat tibi id notum.
Parent hæc,& nota sunt omnibus. Cic.pro Milone.
Nota loquor. Tibull.lib.2.eleg 3.
Notum facere,pro Significare. Suet.in Oct. Augusto,cap.65.
Ignotis nota facere simulaera corporis. Cic. Luccio,lib.5.12.

Notio,Verbale {νόησις,ἔννοια} Cognitio,intelligẽtia. Boethius in Comment. Top. Notio intellectus est quidam & simplex mentis conceptio,quæ ad res plures pertineat à se inuicem differentes. Plin.libro 17.cap.28,Cuius rei rationem notionémque eodẽ volumine tradidit.
Intelligentiæ vis ac notio. Cic.1.de Nat.deor. Aperta simplexque mens,nulla re adiuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur.
Forma,species,& notio boni viri. Cic.3.Offic.
Iudicium Censorium,ac notionem,& illum morem seuerissimum magistratuum Clodius de ciuitate sustulit. Cic.de Prouinc. Consul.
Naturalis atque insita in animis nostris. Cic.1.de Finib.
Informata notio deorum in animis nostris. Cic.2.de Nat.deor.
Configuare notiones in animis, Vide CONSIGNO.
Insitæ & quasi configuratæ in animis notiones. Cic.1.Tusc.
Communes notiones definitiones declarant. Cic.4.Tusc.
Complectam animi notionem euoluere. Cic.3.Offic.
Habere notionem alicuius rei. Cic.4.Acad. Quæ ista regula est veri & falsi,si notionem veri & falsi,propterea quòd ea non possunt internosci,nullam habemus?
Dei notionem nullum animal est quod habeat præter hominem. Cic.1.de Legib.
Impressit notionem in animis natura. Cic.1.de Nat.deor.
¶Notio,pro Cognitione causæ. Tacit.lib.3, Tiberius dilata notione de iure Flaminis.
Notio sic quæritur, sitne id æquum quod ei qui plus potest, vtile est. Cic.in Topic.
¶Notio,pro Cognitione iudiciali. Liu.lib.7.de bel.Pun. Metiis ad Censores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere dicentibus. Vlpian.in l.1.§. Quicquid.D.De offic.præfect.vrb.Sed si vltra ipsum lapidem egressum est, præfecti vrbi notio non est. *La cognoissance ne leur en appartient point.*

Notitia,notitiæ,Idem {γνῶσις.} Terent.Heaut.1.1,Quanquam hæc intèr nos nuper notitia admodum est. Hæc eadem verba habet Cic. lib.2.de Fin. Et de Senect.Qui sermo,quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis?
Inuoluræ rei notitia definiendo aperienda est. Cic.in Orat.
Noua notitia mulieris Cic.pro Cælio
Veri & falsi notitiam creare. Lucret.lib.4.
Dare notitiam alicui,Facere aliquẽ notum. Ouid.3.de Pont.eleg.1.
Vestigia notitiæ dare alicui. Lucret.lib.2.
Notitiam eripere. Ouid.2.de Ponto,eleg.10.
Facere notitiam. Ouid.4 Metam.
Habere notitiam alicuius rei. Quintil.lib.6.cap.4.
Notitiam fœminæ habere. Cæsar lib.6.de bel.Gall.
Inficiaq; notitiam alicuius. Ouid 4.de Ponto,eleg 6.
Ingenuit notitias paruas rerum maximarum natura. Cicero 5.de Finibus.
Instruere iudicem notitia rerum. Quintil.lib.4.cap.2.
Præbere notitiam. Lucret.lib 5.
Subtrahere notitiæ Celsus lib.6.cap.6.
Venire in notitiam alicui,Fieri notum. Ouid.de Nuce.

Notities, notitiei,fœm.gen. Idem {γνῶσις.} Vitruuius lib.6,in Proœmio,Ideo notitiei parum est assequuta.
Notities hominum diuis vnde insita primùm,&c. Lucret.lib.5.

Noteſco,noteſcis {διαγνωρίζομαι} noteſcere, Notum fieri. Propert.lib. 2.eleg.14,Nec minus hæc nostri noteſcet fama sepulchri.
Magis atque magis noteſcere. Catull.ad Mallium,epigr.63.
Bonis consiliis noteſcere volebat. Tacit.lib.4.
Fama noteſcet nostri sepulchri. Propert.lib.2.eleg.14.
Ingenia noteſcunt. Tacit.lib.16.
Libertis quoque ac ianitoribus eius noteſcere, pro magnifico habebatur. Tacit.lib.5.
Littora noteſcent exilio. Lucan.lib.5.
Malis facinoribus noteſcere. Tacit.lib.12.

Notifico,notificas,penult. corr. {διαγνωρίζω} notificâre, Notum facere. Ouid.1.de Ponto, eleg.2, Atque modum culpæ notificare velis. Gell.lib.9.cap.3.

Noſcito,noſcitas, pen.corr. {διαγινώσκω} noſcitâre, Frequentatiuum à Noſcere. Plaut.Trin.13, Contemplat, circunſpectat ſeſe, atque ædes noſcitat. Liu.3 ab Vrbe, Circunſpectare omnibus fori partibus Senatorem,ratióque vſquam noſcitare.
Noſcitor. Catull.in Epithal.Iuliæ,epigr.56,
-& facilè inſciis Noſciteturab omnibus.

Noſcitabundus,Adiect. {διαγινώσκων.} Gell.lib.5.cap.14,de Ieone, Deinde ſenſim atque placidè,tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Hoc est tanquam noſcitans,siue agnoſcens.

Notorius,pen.corr. {ὀνομαστὸς} Aliud adiectiuum.

Notoria,

Notoria,Testificationum genus est. Paulus in l. Ab accusatione. D. Ad Senatusconſ. Turpilianum, Nuntiatores qui per notoria indicia produnt,notoriis suis assistere iubentur. Et C.de Accusationibus,l.Ea lege,Verum falsis nécne notoriis insimulatus sit,perpenso iudicio dispici debet. Sensus hoc in loco est, Nuntiatores qui reos deferunt,per notoria,licet citra calumniæ metum accusent,debere tamen assistere suis indiciis,atque tueri notória quæ attulerũt,interim dum quæstio de crimine haberur. Budæus in dicta lege Ab accusatione in posterioribus Annotationibus. Turnebus se in quodã antiquo lexico legisse scribit,Elogium,esse contextum malorum gestorum, quod notoriam dicunt: atque ita in iure ciuili accipitur.

Notoria, notoriæ, Substantiuum, Epistola dicitur, quæ aliquid notum facit & indicat, aut scriptum aliquod. Trebellius, Nihil m hi grauius accidit, quàm quod notoria tua intimasti. Alij Notoriam accipiunt pro epistola notarij manu scripta, sed falluntur. Ex Turnebo.

NOSCOPION {νεκυόμαντον} Lyciæ vrbs est, apud Plin.lib.5.cap.27.

Noſocomion {νοσοκομεῖον} pen.prod. Hospitale languentium, villa & diuersorũ ad quod diuertunt ægrotãtes pauperes. Hyeron.ad Oceanum, Censum quem habere poterat, distribuit, dilapidauit, ac vendidit, & in pecuniam congregatũ, vsibus pauperũ præparauit. Et primò omniũ noſocomion, id est languentium villã instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra refoueret.

NOSORA {νόσος} Insula est maris Rubri, teste Stephano: cuius incolæ dicuntur Nosoreni.

Noſſides {νοσσίδες} E genere calceorũ muliebriũ, Polluci lib.7.cap.22.

Noſter, Vide NOS.

Nota, notæ {σῆμα, σημεῖον, σύμβολον} à Noſco, noſcis, noui, notum deriuatur, teste Sipontino. Festus, Nota nunc significat signũ, vt in pecoribus, tabulis, libris, literæ singulæ aut binæ: nũc ignominiam. Hactenus Festus. Plin.lib.11.cap.39, Mãmas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantum. Cic. in Part. Nam vt illa constat ex notis literarum. De literatura.
Rerum notæ. Cic.5.de Fin. Arcanæ. Ouid.3.de Arte.
Cæruleæ, Vide CAERVLEVS.
Cærula nota insignis Seneca Hippol.10.11.
Eiusdem notæ, Id est, eiusdem generis. Seneca lib. 2. Natur. Quæst.
Ex hac nota corporum aer est. Sic secundæ notæ dicuntur, quæ sunt infra primam excellentiam.
Grandibus notis maculosus. Virg.3.Georg.
Lasciuis notis liuida colla. Ouid.1.Amor.eleg.8.
Purpureæ. Ouid.6.Met.
¶Abolere notas. Claud.de bello Gildon.
Apponere notam ad malum versum. Cic.in Pisonem.
Compunctus Threiciis notis, Vide COMPVNGO.
Dicere notam. Horat.4.Carm.ode 2.De vitulo.
Cædis notæ nondum excellere de pectore. Ouid.6.Metam.
Fecit notam sine vulnere. Ouid.11.Metam.
Figere notas dente. Tibul.lib.1.eleg.8.
Memorem notam impressit dente labris. Horat.1.Carm.ode 13.
Imponere notam. Colum.lib.7.cap.9.
Monendi sumus hac nota. Quintil.lib.1.cap.7.
Præbere notam malitiæ. Plin.lib.11.cap.52.ad finem.
¶Nota & formula cuiusque generis dicẽdi. Tria autẽ sunt genera, sublime, humile, medium. Cic.in Orat. Sequitur vt cuiusque generis nota quæratur & formula. Notam & formulã vocat, quod superius Græco vocabulo χαρακτῆρα dixerat, hoc est figurã & modũ dicendi.
¶Nota, pro Scriptura vsurpatur. Curius Cic.lib.7.30, Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota cõmenda. Natum autem est genus istud loquendi de meliore nota, ab eo quòd veteres solebant vini cados, testas, amphoras, in cellis condere notatas, id est insignibus quibusdam literis, aut aliis notis distinctas, ad tempus, aut præstantiam vini significandam. Hinc illud apud Horat.1.Carm.ode 3, Interiore nota Falerni.
Publicis notis incisa marmora. Horat.4.Carm.ode 8.
Priscarum literarum notæ in robore insculptæ. Cic.2. de Diuinat.
Mandare notas & nomina foliis, Scribere in foliis. Virg.3.Æneid.
Muscæ. Quintil.lib.1.cap.12.
¶Notæ sunt quibus compendio scribitur. Suet.in Cæsare, cap.56, Extant & ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus siqua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarũ ordine, vt nullũ verbũ effici posset: quæ siquis inuestigare & persequi vellet, quartã elementorũ literam, id est, d pro a, & perinde reliquas cõmutet. Gel.de notis Cæsaris scribit, lib.17.cap.9.
Notis scribere, Est compendioso scribendi genere excipiendo vti. Modestinus, Eos qui notis scribunt acta prædium Reip. causa non abesse certũ est. Sueton.de Tito principe Romano, cap.3. Budæus.
¶Nota, Infamia, & ignominia aliquando dicitur, siue probrum. Lucil.lib.30, Quem scis scire tuas omnes maculáque, notáque. Suet. Variis affectus notis. Cic.3. Offic. O turpem notam temporum!
Turpitudinis notis omnibus insignis homo. Cic.pro Rab.perduellionis reo.
Euadere notam. Vlpian.in l.1.§.bestias. D.de postulan.
Eximere notæ, Remittere infamiam. Gel.lib.4.cap.vltimo.
Ferre notam. Seneca Herc.furen.9, Hanc ferat virtus notam?
Habere notam Propert lib.1.eleg.17. Inurere. Cic.1. Philip.
Insigni quadam nota & ignominia literas alicuius notare. Cic. de Prouinc. Consul.
Laborare nota. Vlpian.in l.2.in princ.D.de his qui notant.infam.
Subire notam. Cic. Vos autem sempiternas fœdissimas turpitudinis notas subieritis.
¶Nota, aliquando ad laudem refertur. Ouid.1.Fast. Ille Numantina traxit ab vrbe notam. Id est, titulos & cognomentum. Scipio enim Æmylianus ab vrbe Numantia deuicta dictus est Numantinus.
¶Notæ, Reprehensiones. Cic.Qu.Valerio, lib.13.6. Plin.epist.137.
Censoria. Quintil.lib.5.cap.11.
Censoriæ seueritatis. Cic.pro Cluentio.

Inurere notam censoriam alicui, Vide INVRO.
Familiaris. Senec.de Benef.lib.1.cap.14.
Ad notam inuitare: hoc est ad infamiam. Plin.lib.2.epist.6, Eadem omnibus pono: ad cœnã enim, nõ ad notã inuito, cunctísque rebus ex æquo, quos mẽsa & toro æquaui. Id est, nõ vt p diuersas vini species cõuictoribus appositas amici cognoscãtur, quoru sunt loco apud me.
¶Nota, quodcunque signum significat. Liu.Decad.4.lib.4, non ita procul à fine, Edit nomina eorum quibus cõuentis opus esset. instruit etiã secretis notis, per quas haud dubiè agnoscerent sua mã lata esse. Id est dat signa quib^s fidẽ faceret Aristeus se ab Annibale esse missum.
Furtiuæ notæ. Ouid.1.Amor.eleg.4. Occultæ. Ouid.epist.16.
Notæ amoris, Id est signa. Cic.ad Attic.lib.1.8.
Notæ salutis & mortis Celsus lib.2.cap.6.ad finem.
Bonæ notæ vinum, Vide BONVS.
¶Nota, pro signo & argumento. Ouid.1.Metam.
Scruturis quædam nota inerat in illo fodere. Cic.7.Ver.
Notas & vestigia sceleri suorũ multis i locis relinquere. Cic.4.Ver.
Insignitæ notæ veritatis apparent in animis immortalibus. Cic.1. de Diuinat.
¶Argumentorum quasi notæ loci dicuntur. Cic.in Orat.
Signa & notas ostendere locorum. Cic.2.de Orat.

Notabilis,& hoc notabile,pen.corr. {ἀξιόγνωστος} Quod noſci potest. Columel.lib.3.cap.21.
Candore notabilis ipso. Ouid.1.Metam.
Turpitudine notabilis. Vlpian.in l.1.§.Secũdo loco. D. de postulan.
Notabilis fœditas vultus erat Hipponactihoc est, insignis & aperta. Plin.lib.36.cap 5.
Vrbium diruturum fundamenta vix notabilia. Id est, Ruinæ ipse vix apparent. Senec.1.de Ira.
¶Notabilis, Reprehẽdendus. Quintilianus, Illic minus sunt notabiles, quia genus sermonis proprium est. Id est minus reprehendendi. In peius notabile. Quintil.lib.1.cap.6.
¶Notabilis, pro Insignis: in bonam partem acceptum. Suet.in Caligula, cap.14, Accessit ad immensum ciuium amorem notabilis etiã externorum fauor. Cic. Lucceio, lib.3.12, Si vero exitu notabili è ẽclu duntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate.
Constantia notabilis. Tacit.lib.19. Introitus. Tacit.in vita Agric.
Opera. Tacit.lib.17, Ob aliquam notabilem illa die operam.
Notabile est illud. Plin.iun.lib.6.epist.33, Notabilis prorsus res & Notabilem se facere. Plin.iun lib.9.epist.13. (mira.
¶Notabilis, in malam partem: vt Cædes notabilior. Tacit.lib.19.
Notabile iurgium inde fuit. Tacit.lib.18.
Notabilis tempestas. Tacitus lib.17.

Notabiliter,pen.cor. Aduerbium {ἀξιογνώστως} Plin.epist.5, Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper. Id est, ita vt perciperetur.
Turbans notabilius. Tacit.lib.17.

Notarius,notarij {γραμματεύς,σημειογράφος} Qui scribit. Dictus à literis & notis. Plin.iun.lib.9.epist.36, Notarium voco: & die admisso, quæ formaueram, dicto. Martialis lib.10.62, Notarius velox.
Notarios secretorum habebant olim Imperatores, vt in vita Aureliani scribitur: & alios præterea notarios, vt è Marcellino didicimus. Sed & Tribunis ac ducibus notarij dabantur, vt in Claudij vita, Notarium quem refundat vnum. Ex Turneb.

Noro,notas {σημεῖον} notare, à Nora deducitur, authore Sipontino. Alij volunt esse frequentatiuum à Noſco. Prisc ian. In quo similiter est notandum, quòd quum à notu sit derivatum, corripuit tamen penultimam. Nec mirum. composita enim à notus, mutando o in i, corripiunt, vt agnitus, cognitus, quum ignotus seruauerit o.
Notare, Signare, Signum vel notam apponere. Martial.libro 3.21.
Notat & designat oculis ad cædẽ vnúquenq; nostrũ. Cic.1.in Catil.
Notare aliquid ab alio. Liu.7.bel.Pun. Id est, discernere.
Animo notare. Ouid.15.Metam.
Manu aliquid. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.
Dicta alicuius mente. Ouid.5.Fast.
Dicta alicuius memori pectore. Ouid.3.Fast.
Facinus alicuius memoria & nomine loci. Cic.pro Dom.
Frontem calamistri vestigiis Cic.Post.red.in Senat.
Genas vngue. Ouid 1.Amor.eleg 7.
Iussa tua notaui memori animo. Ouid.9.Metam.
Locum. Virg.3.eclog.
Notare & illuminare tanquam stellis orationem. Cic.3.de Orat.
Possessiones aliquorum. Cic.5.Philip.
Rem, non hominem. Cic.pro Milone.
Notare res propriis appellationibus, Nomina rebus dare. Sen. de Benefic.lib.2.cap.34.
Notare res nominibus nouis: Id est, nomina indere. Cic.3.de Fin.
Sententias iuratorum hominum discoloribus signis. Cic.2. Ver.
Animaduertunt & notant fidera Chaldæi. Cic.2.de Diuinat.
Tabellam cera vel sanguine. Cic.4.Verr.
Vultus procul visentibus notabantur. Tacit.lib.19.
Ad memoriam aliquid, Vide A D.
Breuiter aliquid. Quintil.lib.2.cap.2.
Notarunt ea ad imitandum, vtandúmque. Quintil.lib.3.cap.2.
¶Notare, Notis quibusdã & cõpendiis literarum aliquid breuiter perstringere, nõ omnibus literis integrũ perscribere. Quintil. Quantũ notando consequi potuerant. Sueton. Nanque quingentos à s. quú præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata, nõ perscripta erat summa. Ex Turnebo.
¶Notare, Ab alio dictata seu lucubrata conscribere.
Notarũ hoc annales, pro Scriptũ est in annalib. Plin. lib. 8.cap.5.
Notatum annalibus. Plin.lib.8.cap.36.
Incisum & notatum in monumentis. Cic. pro Fonteio, Primum generis antiquitas quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus.
¶Notare, pro Animaduertere. Plin.lib.2.cap.8, Id luminibus accẽsis liquore olei notamus accidere.
Notare, & animaduertere. Cic.ad Attic.lib.7, Diem tuũ ego quo-

que ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram posse, pro re nata, &c.
Diuturnus vsus multas res notauit, vt artem diuinationis efficeret. Cic. 2. de Nat deor.
Perfidiam, insidias, proditionem multorum in aliquem notare. Cic. Lucceio, lib. 5. 12.
Obseruare & notare signa. Cic. 1. de Diuin. Carent autem arte ij, qui non ratione aut coniectura obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadã animi, aut soluto liberóq; motu futura præsentiunt.
Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat.
Notare & designare. Cic. 2. de Orat. Hæc videntur vel sola, vel maximè, quæ norant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.
Notat & significat quasi factorum dies fol. Cic. 1. Tusc.
¶ Notare vitium aliquod. Cic. de Senect. Sed notandã nimiam putauit libidinem.
Improbitatem Athenienſis Hyperboli veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Cic. de Clar. Orat.
Facile est verbum aliquod ardens, vt ita dicam, notare, sdque restin ctis iam animorum incendiis, irridere. Cic. in Orat.
Notari ignominia, Accusari. Cic. Aulo Cecinæ, lib. 6. 6. Deinde vt in eam ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati nõ reuertantur, in quam tot scelerum condemnati reuerterunt.
Notari infamia. D. de ijs qui notantur infamia.
Notare, Reprehẽdere, aut reprehendendo scribere. Vlp. in l. Iulianetiã. D. de iudiciis, Quæ sententia vera non est, & à multis notata est.
Notari, Infamari. Vipian. in l. 1. §. Bestias. D. de postulando, Ergo qui locauerit, solus notatur, siue depugnauerit, siue non.
Notare hominem re aliqua. Cic. pro Cluentio, Homines quos cæteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt.
Notare aliquem in perpetuum. Cic. in Bruto. Motus Curionis erat is, quem & Caius Iulius in perpetuũ notauit, quũ ex eo in vtranque partem toto corpore vacillante quæsiuit, quis loqueretur è linitre. Id est, sic notauit, vt ea nota fuerit perpetua.
Maledicto communi notari. Cic. pro Corn. Balb.
Notari & vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter improbus non potest. Cic. 2. de Orat.

Notandus, Participium { σημειωτέος } vt
Facta notanda ab euentu. Ouid. epist. 2.
Mores notandi sunt cuiusque ætatis. Horat. de Arte

Notatus, pen. prod. { σημειωθὶς } Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 7. Verr. Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos isto absoluto ambulare.
Triumphis ac monimentis notati Galli. Cic. pro Fonteio, Partim modò à nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimentis notati, modò ab Senatu agris vrbibúsque multati sunt. De Gallis.
Indoluit se notatam. Ouid. 9. Metam.
Charta notata meis digitis, Hoc est scripta. Ouid. epist. 1.
Scelere & furore notatus homo. Cic. pro Domo.
Falce notata legor OEnone. Ouid. epist. 5.
Vera atque infigni turpitudine non falsa inuidia iudicia notata, atque dedecore & infamia operta. Cic. pro Cluentio.
Distincta ac notata castris via. Cic. de Prouinc. Consul.
Notatũ in sermone, quid quoque modo caderet. Quintil. li. 1. ca. 6.
Descripta, notata, præcepta sunt ista à nobis. Cic. 4. de Fin.
Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc notata sunt. Cic. 3. Tusc.
Notatissimus omniũ scelerũ, libidinúmq; maculis. Cic. pro Domo.

Notatio, Verbale { σημείωσις } Nota & animaduersio dicitur. Cic. 2. de Diuinat. Cæli enim distributio, quam ante dixi, & certarum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quò conciderit.
Notatione & laude digna. Id est, animaduersione, consideratione. Cic. de Clar. Orat.
Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. Cic. in Orat.
Temporum notatio. Cic. de Clar. Orat.
Prædictio & notatio vitæ cuiusque. Cic. 2. de Diuin. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum.
Notatio Censoria. Cic. pro Sextio, Vt Censoria notatio, & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de Rep. tolleretur. Idem 3. Off. Indicant notationes, animaduersionésque Censorum, Id est notæ & punitiones. Quędã exemplaria legunt hîc notiones, sed male.
¶ Notatio est, quũ ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. Cic. Topic 6. Quintil. lib 1. cap. De verbis propriis & trãslatis: Etymologia, quæ verborũ originẽ inquirit, à Cicerone dicta est Notatio. Vide ETYMOLOGIA. Idẽ Cic. Topic. 17, Notatio est, quũ ex vi nominis argumentũ elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo, verũ loquiũ. Nos autẽ nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc Notationem appellamus, quia sunt verba rerũ notæ. Itaque hoc idem Aristoteles συμβολον appellat, quod Latinè est nota.

Notesco, Vide NOSCO.

Nothus, aliquando substantiuum, aliquando adiectiuum { νόθος } Non legitimum. Quintil. lib. 3. cap. 6, Nothum, qui non sit legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione testatur, non habemus, ideóque vtimur peregrino. Virg. 7. Æneid. Suppositã de matre nothos furata creauit.
Nothus ante legitimũ natus, legitimus filius sit. Quint. lib. 3. cap. 6.
Mulier notha, Id est non vera mulier. Catul. de Berecynth. epig. 58.
Nothum Græci appellãt quicquid non legitimum esse volunt, nec verum: vt Nothum Atticissimum dicunt, nõ verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriúmque.
Nothi pulli. Colum. lib. 8. cap. 2. de gallinis.
Nothos appellant Arabicos elephãtes Indicis minores, teste Plin. lib. 8. cap. 1.

Nothia { νόθα } Græci appellant neutro genere & numero plurali, eam partẽ quę ex bonis paternis lege Atheniẽsiũ nothis dari poterat. Bud.

Notia, notiæ { νότα } Gemma est cum imbribus cadens, vnde & Ombria alio nomine dicitur: eosdem effectus habens quos Brontia. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Notifico, Notio, Notitia, Vide NOSCO.

NOTIVM { νότος } Est Homero lib. Iliad. 2, Vrbs est in Æolia. ¶ Est & Notiũ, Hyberniæ promõtoriũ Ptolemæo lib. 2. cap 2. Vulgò *Cabo de Mar.*
Notium mare { πέλαγος } A Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars, quæ est inter Ligusticum & Siculũ, alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5, A Ligustico vsque ad Siciliam insulam, Tuscum: quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi Inferum vocant.

Noto, notas, Vide NOTA.

NOTVS, Noti, m. g. { νότος } Ventus Meridionalis, Auster dictus: ὑγρὸς enim Græcè, Latinè humor dicitur.
Albus Notus. Horat. 1. Carm. ode 7. Albus, id est purus, non nubilus vt ferè soler.
Nubifer. Valer. 2. Argon. Ouid. 3. epist.
Præceps. Ouid. epist. 10. Tepidus. Claud. 5. Paneg.
Procellosi. Ouid. epist. 2. Violentus. Virg. 6. Æneid.
¶ Alis madidis euolat. Ouid. 1. Metam.
Fugit citius Noto. Virg. 5. Æneid.
Vdo Noto remugiens sinus Ionius. Horat. Epod. 10.
Tendunt vela Noti. Virg. 3. Æneid.
Ingenti Noto vexata vnda. Senec. Herc. fur. 12.

NOVA mœnia { νέα τείχη } Sarmatiæ vrbs in Europa, Ptolemæo lib. 3. cap. 5. Hodie Album Castrum: vulgò *Vueissemburg.*

Nouacula, nouaculæ, pen. corr. { ξυρὶς } Culter rasorius. A nouo, nouas, quòd nouare, id est nouum facere videatur. Cic. 1. de Diuinat. Itacotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse dicitur.
Nouacula, pro quouis cultro. Colum. lib vltimo, cap. 54, Raporum, inquit, quàm rotundissima sumito, cáque si sint lutosa detergito, & summam cutem nouacula decerpito.

Noualis, huius noualis, fœm. g. Vel hoc nouale, noualis, penul. prod. { νειὸς, νειὸς, νάπος } Est vt ait Festus, ager nouæ relictus sementi. Plinius lib. 18 cap. 19, Quod Vere semel aratum est, à temporis argumento veruactum vocatur. Hoc in nouali, atque requieto necessarium est. Nouale est, quod alternis annis seritur. Varro, Qui intermittitur, à nouando noualis ager dicitur. Virgilius 1. Georgicorum,
Alterni idem tonsas cessare nouales. Seruius vult noualem esse arauum tunc primùm ad semẽtem proscissum. Vnde Virgilius 1. ecloga, Impius hæc tã culta noualia miles habebit? Seruius alio loco dicit, Noualia, id est noua terra, quæ per singulos annos renouatur per semina. Cui opinioni astipulatur Valla lib. 6. Ego, inquit Bud. nouale tũ dici sentio, & nouale, quũ post messem ager tonsus quiescit: quod Culmetum lingua patria vocat. Tum autem veruactum dicitur, quũ Vere terra prosecta est. Est & aliud genus noualis, terra tũc primùm ad culturam prosecta: quo modo Plinius vsus est lib. 17. cap. 5, de odorata terra loquens. Talis est ferè, inquit, in noualibus cæla vetere sylua: quæ consensu laudatur.
Noualis ager, qui intermittitur, à nouando dictus. Varr. libro de Ling. Latin. 4.
Cruda noualis. Columel. lib. 2. cap. 10, de Lupino, Septembri mense ante æquinoctium, seu protinus à Calendis Octobris, crudis noualibus ingeras: id est, duris, & non aratis, arato non subactis.
Duras sulcis mollire nouales. Claud. 8. Paneg.
Graminosum nouale. Columel. in Præfat. lib 6, Quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum: quum ille subacto & puro solo gaudeat, hic nouali gramineo.
Herbida noualia. Columel. lib. 7. cap. 3, Sequẽtis autem noualia nõ solùm herbida, sed quæ plerunque vidua sunt spinis.

NOVANVS, Nouani, Fluuius est in agro Picinate, trans Apenninum, qui æstiuis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

NOVARIA, Oppidum est Italiæ, in tractu transpadano, cuius meminit Plin. lib. 3. cap 17. Vulgò *Nouara.*

Nouè, Noucletum Nouello, Nouellus, Vide NOVVS.

NOVELLVS, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberij Cæsaris, qui gestis honoribus à Prætura ad Cõsulatum vsque peruenit, & Tricongius cognominatus est, quòd tres congios vini vno impetu epotauerit, vt ait Plin. lib. 14. cap. 22.

Nouem, om. g. indeclinabile nomen numerale { ἐννέα. }
In nouem & dies & libros distributus sermo. Cic. Qu. frat. lib. 3. 21.
Dies nouem epulata gens. Virg. 5. Æneid.

Noueni, nouenæ, nouena, pen. prod. Adiect. { ἐννάνοι } Idem quod nouem. Plin. lib. 3. cap. 9, Nouenorum ita conceptu dierum. Liu. 7. bel. Pun. Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenæ per vrbem euntes carmen canerent.
Anni noueni. Ouid. 8. Metam.
Terga nouena boum. Ouid. 12. Metam.

Nouenarius, Adiect. { ἐννάμετρος. } vt Nouenarius numerus. Plin. lib. 17. cap. 11, Sulco qui nouenarius dicitur.
Nouenaria regula. Varr. de Ling. Latin. lib. 8.

Nouendialis, & hoc nouendiale, pen. prod. { ἐννημέριος. } vt Nouendiale sacrum, Quod mortuo fieri solebat nono die postquam erat sepultus. Liuius. Nouendiale sacrum publicè susceptum est. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 21, Nouendialibus his feriis.
Nouendiales cineres. Horat. Nouẽdiales dissipare cineres. Amarè dixit, quòd quo die religiosè solebant coli mortui sacris & ludis, venefica impiè & scelerate eorum cineres solita esset dissipare, & eorũ busta violare, qui iustis perfectis conferari videbantur. Turnebus.

Nouies, Aduerb. { ἐννάκις } Nouem vicibus. Varro 1. de Re rust. cap. 2, Hoc ter nouies cantare iubet.
Styx nouies interfusa. Virg. 4. Georg.

Nonus { ἔνατος } Adiectiuum numerale. Plin. lib. 18. cap. 21, Et à semente nonnisi nonis mensibus in aream redeunt.

Annum nonum superans. Horat. 4. Carm. ode 11.

Nonaginta { ἐνενήκοντα } indeclinabile nomen numerale. Plin. lib. 7. cap. 48, Ex nobili domo nonaginta nouem.
Annos nonaginta natus Masinissa. Cic. de Senect.

Nonagesimus, pen. corr. { ἐνενηκοστὸς } Vltimus ex nonaginta. Cic. de Senect. Qualem Isocratis qui eum librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixítque quinquenium postea.

Nonagecuplus, pen. corr. Nonaginta tantum.

Nonagecuplex, pen. corr. omn. gener. Quod nonaginta modis factum est, vel quod in nongentas partes diuidi potest.

Nonagenarius { ἐνενηκοντούτης } Qui nonaginta annos natus est.
Nonagenarius, pro Nonagesimo: vt Nonagenarius motus. Plin. lib. 2. cap. 15.

Nonageni, nonagenæ, nonagena, pen. prod. pluraliter tantum vtimur, & sæpe in neutro.

Nonagies, Aduerb. { ἐνενηκοντάκις. } Plin. lib. 2. cap. 108, Nonagies octies centena & decem & octo. Cic. 5. Verr. In alteras decumas ferme ad nonagies, sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem propè centies & tricies erogatum est.

Nongenti, vel noningenti, nongentæ, nongenta { ἐννακόσιοι } Id est, nouies centũ. Cic. pro Flaceo, Falcidius emerat H. S. nongentis millibus.
Quatuor millia & nongenti pedes. Colum. lib. 5. cap. 2.

Nonarius, Adiectiuum { ἐνατικὸς } à Nonus. vnde Nonariæ meretrices, Quæ quòd hora nona cellas aperirent, & prostare incipierent, dictæ sunt. Persius Sat. 1, Si Cynico barbam peculans nonaria vellat. Bud.

Nonũsis, Nouem asses. Varr. de Ling. Latin. lib. 4, Ab tribus assibus tressis, & sic proportione vsque ad nonussis.

Nouember, Nouembris, mascul. gen. { ἐνδέκατος μὴν } Nomen vndecimi mensis.

NOVENNIAE, ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis dicitur.

Nouerca, nouercæ { μητρυιὰ } Dicitur (authore Festo) quam quis sublatis liberis nouam vxorem ducit, accersendæ familiæ gratia. Virg. 3. ecloga, Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca.
Nouerca filij. Cic. in Orat. Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.
Dira. Ouid. epist. 12.
Funesta. Senec. Hippol. 12.
Iniusta. Virg. 3. eclog.
Mala. Virg. 3. Georg.
Sæua. Virg. 2. Georg.
Scelerata. Ouid. 15. Metam. Terribilis. Ouid. 1. Metam.
Tristis. Plin. lib. 7. in Præf. Vt non sit satis æstimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. De natura.
Inducere nouercam filiis, Vide INDVCO.
Nouerca vmbra: hoc est Cõtraria & inimica. Plinius lib. 17. cap. 12, Quibúsque satis vmbra aut nutrix, aut nouerca est.

Nouercalis, pen. prod. Adiectiuum { μητρυϊκὸς. } vt
Delinimenta nouercalia. Maximus in l. 4. D. de inoffic. testam.
Quod plerique parẽtes faciũt, malignè circa sanguinẽ suũ inferẽtes iudicium, nouercalibus delinimentis instigationibúsve corrupti.
Stimuli nouercales. Claud. in Præf. lib. 2. de raptu Proserp.
Manus nouercales. Seneca Herc. furente 13.
Odia. Tacit. lib. 1.

NOVIODVNVM, pen. prod. { νοιόδουνον } Trium oppidorum in Gallia nomen. Est enim Nouiodunum in Suessionibus, vulgò *Noyon.* de quo Cæsar lib. 2. bel. Gall. Alterum in Biturigibus. Cæsar libro 7. bel. Gall. Ille oppidum Biturigum positum in via Nouiodunum oppugnare instituerat. Erat autem hoc Nouiodunum in eo itinere, quo ab Aurelia itur in Bituriges. Tertiũ in Heduis. Cæsar lib. 7. bel. Gall. Nouiodunum erat oppidum Heduorum ad ripas Ligeris opportuno loco positum. huc Cæsar, &c.

Nouissimus, Nouitas, Nouiter, Vide NOVVS.

NOVIVM { νόειον } Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Tarraconensis Hispaniæ vrbs. Vulgò *Noya.*

NOVIVS { νόειος } fluuius Britanniæ, authore Ptolemæo libro 2. cap. 3. Vulgò *Clait.*

NOVIVS, Poeta quidã fuit, qui fabulam citatam à grammaticis fullones inscripsit, quo in verbo inest infanda obscœnitas. Vide suo loco. Ab hoc Nouiani fullones dicti. Turneb.

Nouo, nouas, Vide NOVVS.

NOVOCOMENSES { νωκομῆνσιοι } dicti sunt quos Comum diuus Cæsar inquilinos ad habitandum deduxit. Fuerũt enim quinque millia, è quibus quingẽti illustrissimi Græci fuerũt, qui oppido nomen relinquẽtes, & Nouum comũ appellãtes, Nouocomenses oppidanos vocauere. Hos ciuitate donatos, in habitatorum numero descripsit.

Nouus, Adiectiuum { νέος, καινὸς } Recens. Terent. Adelph. 4. 7,
-fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. D. noua,
Capitalia. Ouidius 1. Metamorphoseos,
In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.
Noua & inopinata hæc tibi sunt. Cic. 4. Verr.
Accidit nouum, Vide ACCIDO.
Nihil noui tandiu ad nos afferebatur. Cic. Cælio, lib. 2. 13.
Apportare noui aliquid, In APPORTO.
Nihil noui auditur. Cic. Attico lib 8.
Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum. Cic. 1. de Orat.
Ede quid portes noui. Senec. OEdipo, 11.
Nihil erat noui in eius epistola. Cic. Attic. lib. 13.
Alicui rei nouus. Tacitus in vita Agricolæ.
¶ Nouæ ædes Plaut. Mostel. 3. 5.
Æstas. Virgil. 1. Æneid.
Nouus amator. Plaut. Trucul. 16.
Anguis nouus positis exuuiis. Virg. 3. Georg.
Nouus annus, non vno modo dici videtur. Est enim sæpenumero initium anni, vt nouum ver, noua æstas, veris & æstatis initiũ. Ouid.
Dic age frigoribus quare nouus incipit annus? Nouus etiam annus interdum pars illa anni est, quæ nouas fruges, nouósque fructus parit. Tibullus,
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus
Libatũ agricolæ ponitur ante deum. Sic æstatẽ noui anni dixisse videtur Gellius, quòd æstas noua fruges afferat. Eius verba sunt, Ambulabamus autem in litore, quũ iam aduesperaseret æstate anni noui. Erat & annus nouus, primus annus imperij alicuius imperatoris. Seneca. Quid actũ sit in cælo ante diem tertiũ Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola Consul. anno nouo, initio seculi felicissimi, volo memoriæ tradere.
Artes nouas versat. Virg. 4. Æneid.
Bella noua mouere. Virg. 6 Æneid.
Carmina noua, Magna & miranda. Virg. 3. eclog. Seruius.
Coniux. Seneca Octau. 6. 1.
Consilia noua versat pectore. Virg. 1. Æneid.
Crimina. Virg. 2. Æneid.
Factum. Ouid. 8. Metam.
Forma viri. Virg. 3. Æneid.
Fronde noua viret visçum. Virg. 6. Æneid.
Fruges. Virg. 1. Georg.
Furor nouus, Inopinatus. Virg. 5. Æneid.
Homines noui dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate assequi. Cic. 7. Verr. Videmus quanta sit in inuidia, quantóque in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & industria.
Hospes. Virg. 4. Æneid.
Insula. Liu. 9. bel. Maced.
Recens & noua lex. Cic. pro Flacco.
Locos nouos explorare. Virg. 1. Æneid.
Luna. Cic. ad Atticum, lib. 10. Maritus. Terent. Adelph. 5. 8.
Mens noua. Id est, insolita Horat. 3. Carm. ode 25.
Nouo modo. Terent. Phorm. 5. 8.
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias.
Monstra. Seneca Octau. 5. 2. Mos. Cic. 2. de Lege agrar.
Mores noui, Inculti & indomiti. Plin. lib. 11. cap. 37.
Noua nupta. Terent. Adelph. 4. 7.
Nouus orbis, Vt Americum nouum orbem appellare solemus, ita Augusti imperio Germania armis penetrata, nouus orbis vocabatur. Ouidius,
Fluminaque & montes, & nomina magna locorum,
Et siquid miri vidit in orbe nouo. Sic & Britannia alter orbis censebatur.
Pauor. Virg. 2, Æneid.
Pestis noua adest. Ouid. 9. Metam.
Prodigium. Virg. 3. Æneid.
Proles. Horat. in Carmine seculari.
Res. Cic. ad Trebat. lib. 7. 19, Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam nouis rebus.
Res noua & admirabilis. Cic. 2. de Lege agrar.
Res inusitata & noua. Cic. Attico, lib. 3.
Res nouæ & insignes diutius in animo manent. Author ad Herennium, lib. 3.
Rebus nouis gaudere. Lucret. lib. 5.
Rebus studere. Cic. 1. in Catil.
Ritus. Horat. 3. Carm. ode 1.
Sole nouo terras irrorat Eous. Virg. 1. Georg.
Spes nouas donare. Horat 4. Carm. ode 12.
Tumultus. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Verba. Horat. 4. Carm. ode 2.
Vrbem nouam condere. Virg. 1. Æneid.

Nouè, Aduerbium { καινῶς. } Author ad Herennium, libro 1, Nequid ambiguè, nequid nouè dicamus.

Nouiter, pen. corr. Aduerbium, Idem. Plin. in Panegyr. Vidimus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum insederant. Quem locum sic legendum putauerim, Non solitudinem illi, non iter, sed, &c. Sunt etiã qui citent illud Liuij 10. bell Punici, Aut bellum nouiter geri. Sed castigatiora exempla habent nauiter.

Nouissimus, pen. corr. Adiectiuum { ἔσχατος, ὑστατος } Vltimus, postremus: quòd quæ recenter fiunt, vltimum locum habeant. Cic. pro Rosc. Comœdo, Itaque perbreui tẽpore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruẽnit Comœdos. Id est, non tanti fiebat, quanti indoctissimi histriones.
In nouissimis esse, Vide IN præpositionem.
In culpam nouissimus. Tacit. lib. 1.
Nouissima exempla. Tacitus lib. 12.
Hora. Ouid. 4. Metam.
Cæli statione nouissimus exit Lucifer. Ouid. 2. Metam.
Nouissima luna Plin. lib. 2. cap. 13.
Lux. Ouid. 1. Metam.
Mandata. Virg. 11. Æneid.
Nox vitæ. Ouid. in Ibin.
Pars nouissima terrarum. Ouid. 3. Trist. eleg. 13.
Spes. Tacit. lib. 19.
Verba nouissima dixit. Virg. 4. Æneid.
Facere aliquid nouissimum. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Nouissimè, Aduerbium { ἐσχάτως, ὑστάτως } quod barbarè *finaliter* dicitur: Ad postremũ dixit Cic. Planc. Ciceroni, lib. 10. 24, Deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reip. esse volebam: nouissimè vt ab omni omnium solicitatione auersos eos, tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt.

Nouitas, pen. corr. nouitatis { καινότης. } Cic. de Amicit. Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appa-

reat,non sunt illæ quidem repudiandæ,vetustas tamen suo loco conseruanda est.
Cupidus nouitatis. Quintil.lib.3.cap.3.
Gratia. Quintil.lib.4.cap.5.
Anni nouitas. Ouid.1.Fast.
Cibi. Lucret.libro 5.
Nominum. Cic.3.de Fin.
Regni. Virg.1.Æneid,
¶Dulcis. Ouid.4.Metam.
Florida mundi. Lucret.lib.5. Hoc est lætum ver.
Laudabilis. Quintil.lib.2.cap.13.
Mira Ouid.15 Metam.
Turbida. Claud.1.Paneg.
¶Quem tibi rei nouitas errorem attulerit, naturæ ratione depellito. Cic.2.de Diuinat.
Commouetur nouitate natura. Author ad Heren.lib.3.
Delectamur nouitate & copia. Cic.2.de Nat.deor.
Excitat ad exquirendas causas nouitas magis quàm magnitudo rerum. Cic.2.de Nat.deor.
Grata nouitate morandus spectator. Horat.de Arte
Monstri nouitate mouentur. Ouid.12 Metam.
Nouitatem suam multis rebus nobilitare. Paterculus lib.2.
Rerum nouitate pauens. Ouid.2.Metam.
Nouitatem refugere Plin.iunior lib.9.epist.210.
Gaudia plena nouitatis relinquere. Ouid.epist.16.
Perculsus rei nouitate. Cic.1.de Diuinat.
Nominis nouitatem dicendi gloria subleuare. Qu. Cicero de Petit. Consul.
¶Nouitas, pro generis ignobilitate. Sallustius in Iugurth in orat. Marij ad Quirites, Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. ad Lentulum, libro 1.7, Nouitati esse inimicum meæ.
Generis alicuius nouitas. Cic. pro Murena
Nouitius, nouitia, nouitium {νεωστὶ, νεαρότερος} Quod est nouum. Plaut. Mostel 9,
Nouitium mihi quæstum instituí, non malum. Terent. Eunuch. 3.5, Abducit secum ancillas: paucæ quæ circum illam essent, manent Nouitiæ puellæ.
Mancipia nouitia. Martianus in l. Interdū. D. De publican. Sūt autem veterana, quæ anno continuo in vrbe seruierunt: nouitia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum seruierunt. Cic. in Pisonem, Syrum nescio quem de grege nouitiorum factum esse Consulem. Vide Vallam lib.6, cap.59.
Opus nouitium. Plin. in Præfat.1. Id est, nouum. quale scilicet opus nullum adhuc editum est.
Nouitium vinum refinatum nulli conducit. Plin.lib.23.cap.1.
Nouitium inuentum. Plin.lib.17 cap.21, Inuentu nouitio finditur malleolus. Idem lib.23.cap.1, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est.
Nouitij, nouitiorum, Rudes serui, & non veterani {νεώκοποι.} Quintil. lib.1.cap.12, At nouitiis nostris per quot annos sermo Latinus repugnat? Vide Vallam lib.6.cap.59.
Nouitij serui. Varr.de Ling.Latin.lib.7.
Nouitij vænales. Pompon.in l.Si negotia. D.de negot.gestis.
Nouo, nouas, nouāre {νέω, καινοποιέω, καινοτομέω} Nouum siue recens facere. Cic.ad Catonē, lib.15.4, Qui nouari aliquid volebant. Martial. lib.14, Debebis quoties scripta nouare voles.
Aliquid nouare. Quintil.lib.3.cap 9.
Agrum nouare. Cic.2. de Orat. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro nō semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores edere. Nouatum agrum appellat, diu ante sementem culcum, vt interim fermentaretur, & sub sementem iteraretur. Bud.
Cultus nouare. Stat.1. Thebaid.
Fata. Ouid.2. Meram.
Fortuna fidem mutata nouauit. Virg.5. Æneid.
Iura. Valer.2. Argon.
Nomen faciémque nouauit illi. Ouid.4. Metam.
Opus nouauit. Ouid.3.de Arte
Transtra nouant ipsi. Virg.5. Æneid.
Verba nouamus & facimus ipsi. Cic.de Orat.
Nouare, pro Immutare. Cic.3.de Leg. Nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus.
Nouor, Passiuo vsus est Plin. iunior epist. ad Traianum 231. libro 10. vbi inquit, Deósque immortales precor, vt omnes cogitationes tuas tam lætus sequatur euentus, vt virtutibus tantis gloria imperij & nouetur, & augeatur.
Summa rerum nouatur. Lucret. lib.2,
-sic rerum summa nouatur Semper, &c.
Nouans, Participium {νέων.} vt
Tecta nouans. Virg.4. Æneid.
Nouandus, Aliud particip. {νεωστὶ μετασκευαστέος.} vt Res nouandæ. Virg.4. Æneid.
Corporis nouandi potestas. Ouid.8. Metam.
Iuua nouanda meæ naturæ. Ouid.2.de Arte
Nouatus, pen.prod. Similiter participium {νεωθεὶς.} vt
Vultus nouatum. Ouid.2.de Remed amor.
Vox & facies nouata est. Ouid.2.Metam.
Nouator, & Nouatrix, pen. prod. Verbalia. {νεωτὴς.} Ouid.1. Metamorphoseos, -rerúmque nouatrix
Ex aliis alias reddit Natura figuras.
Nouatio, Aliud verbale. Scæuola in l. Chirographis. D. de adminisr. tut. Chirographis debitorum incendio exustis, quum ex inuentario tutores conuenire eos possent ad soluendam pecuniam, aut ad nouationē faciendam cogere, &c. *Contraindre à passer nouueau tiltre.* Budæus.
Nouatus, huius nouatus, pen.prod. Aliud item verbale, Idem quod Nouatio. Virg. in Rosis, si modò Virgilius earum est author, nō Ausonius,

Tot species, tantósque ortus, variósque nouatus
Vna dies aperit, conficit vna dies. Nouatus, id est nouationes & mutationes.
Nouellus, nouella, nouellum {νεαρὸς} Diminutiuum à Nouus. Virgil.3. eclog. Atque mala vites incidere falce nouellas. Cic.5.de Fin. Atbarémque & nouellam & vetulam & vigere & senescere.
Agna nouella. Ouid.1.de Arte.
Fræna. Ouid.4.de Ponto, eleg.12.
Mentes. Lucret.lib.1.
Prata. Ouid.2.de Arte.
Turba. Tibull.lib.2.eleg.2.
Nouello, nouellas {νεοτρέπτω} nouellāre, Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere. Sueton.in Domitiano, cap.7, Edixit nequis in Italia nouellaret.
Nouelletum, nouelleti, pen.prod. {νεοφυτὸν} Sumitur pro vinea ex nouellis vitibus cōsita. Paulus in l. Veluti. D. De impens.in rebus dotalibus factis, Veluti si nouelletum in fundo satum sit.
Nox, noctis, fœm.gen. {νύξ, νύκτος} Dicta quòd oculis noceat. Vel à Græco quod est νύξ. Cic.2. de Nat.deor. Ipsa enim vmbra terræ soli officiens, noctem efficit.
Nox, inquit Varro, vt Catullus ait, quòd omnia, nisi interueniat sol, pruina obrigauerint. quòd nocet, nox. nisi quòd Græcè νύξ, nox. Hæc ille lib.5.de Ling.Latin.
Noctis auis. Ouid.2.Metam.
Caligo cæca noctis. Lucret.lib.4.
Caput fidereum noctis. Ouid.15.Metam.
Confinia lucis & noctis. Ouid.7.Metam.
Dux noctis Hesperugo. Seneca Medea, 11.
Frigora. Ouid.1.Amor.eleg.9.
Furtum. Tacit.in vita Agricolæ.
Hoc noctis. Liu.lib.10.Decad.4. Id est hac parte noctis.
Hora amictor noctis. Ouid.epist.18.
Imago noctis duplicata. Ouid.11.Metam.
Incerta noctis. Tacit.lib.17.
Intempesta nox. Varr.de Ling.Latin.lib.5.
Obscurum noctis. Tacit lib.18.
Nox somni genitrix. Sil.lib.15.
Signa orientia. Virg.7.Æneid.
Silentia seuera. Lucret lib.4.
Tempus tacitum. Tibull.lib.1.eleg.8.
Vmbræ spissæ. Virg.2.Æneid.
Nutrix maxima curarum nox. Ouid.8.Metam.
¶Abacta nox, vide ABACTVS.
Acerba. Valer.2. Argon.
Adulta. Tacitus lib.19.
Æquata, Vide AEQVO.
Alma. Id est quæ nutrit. vires enim nostras alit somnus nocturnus Seneca Agamem.2.4.
Angusta. Ouid.3.Amor.eleg.6.
Arcana. Ouid.epist.9.
Beata. Claud.6.Paneg.
Benigna. Stat.10.Thebaid.
Cæca. Virg.3.Georg.
Caliginosa. Horat.3.Carm.ode 29.
Concubia. Cic.1.de Diuin. Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei qui erat in hospitio, illum alterum orare vt subueniret, quòd sibi à caupone interitus pararetur.
Contracta, In CONTRAHO.
Densissima. Ouid.15.Metam.
Deserta. Senec. Hippol.3.8.
Exigua. Virgil 2.Georg.
Fidissima arcanis. Ouid.7.Metam.
Flammifera. Lucan.lib.5. Hoc est, in qua flammæ feruntur.
Fœcunda operum, & accommoda fraudi. Stat.10.Theb.
Frigidæ. Horatius 2.Carm.ode 7.
Gelida. Virg.1.Georg.
Grata. Horat.in Carm.secul.
Horrenda. Ouid.6.Fast.
Humida. Virg.2.Æneid.
Hybernæ. Virg.6.Æneid.
Illustris sidertbus. Tacit.lib.1.
Infausta. Silius lib.17.
Iniquæ tempora. Ouidius 2.Amor.eleg.11.
Inquieta. Vide INQVIETVS.
Languida Lucan. lib. 5, Soluerat armorum fessas nox languida curas. Id est, languorem inducens.
Lasciuæ gaudia. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Latebrosæ noctis obscura tempora. Lucan.libro 6. Id est, latebras admittentis, vel ad latendum idoneæ.
Laxata. Silius libro 13. Hoc est, dissolutæ tenebræ infusa luce.
Longæ noctes hyberno tempore. Lucret.lib.5.
Lucubrata, Vide LVCVBRO.
Media, Vide MEDIVS.
Multa. Virg.4.Georg.
Nigra. Lucret.lib.4.
Nouissima. Stat.5.Theb.
Obscura. Virg.2.Æneid.
Opaca. Virg.8.Æneid.
Operta. Statius 10. Theb
Perpetua, In PERPETVVS.
Præceps. Ouid.9.Metam.
Proterua. Statius 9.Theb.
Prouecta nox erat. Tacitus lib.13.
Pruinosa. Ouid.2.Amor.eleg.19.
Pura. Virg.9.eclogа.
Quietæ Statius 5.Thebaid.

Reuerenda

Reuerenda specie tenebrarum. Ouid.in Ibin.
Sera. Virg.8.eclog.
Serena. Cic.in Arato.
Siderea. Valer.5.Argon.
Silens. Virg.4.Æneid.
Sopora. Virg.6.Æneid.
Soporifera. Stat.10.Theb.
Sublustris. Horat.3.Carm.ode 27.
Tacitæ noctis imago. Ouid.9.Metam.
Vmbræ tacitæ noctis. Ouid.in Ibin.
Tardæ. Virgil.2.Georg. Intelligit noctes æstiuas, eò quòd tardè veniant.
Tartarea. Valer.3.Argon.
Temerata sanguine. Ouid.epist.14.
Terrifica. Valer.5.Argon.
Vaga Catul.in Epithal.Iuliæ, epig.56.
Viduas iacēre noctes. Catul.ad Flauium, epig.6.
¶Absumere noctem Stat.4.Syl.6.
Æquare nocti ludum, Est ludere totam noctem. Virg.9.Æneid.
Agere noctem inter gaudia, Vide AGO.
Supremam agere. Virg.6.Æneid.
Acta est per lachrymas nox mihi, quanta fuit. Ouid.epist.12.
Appetit nox, In APPETO.
Assumere noctem, In ASSVMO.
Auferre noctes alicui. Ouid.2.de Remed.Amor.
Aurea cingitur astris. Valer.5.Argon.
Ingenti circundatus. Virg.4.Georg.
Nox atra caua circunuolat vmbra. Virg.2.Æneid.
Nocte cœpta egressus augurali. Tacit.lib.1.
Committere se nocti. Ouid.13.Metam.
Conicere se in noctem. Cæs.de bel.Ciuil.
Consumitur nox tota exinanienda naui, Vide CONSVMO.
Consumpta. Virg.2.Æneid.
Conterere noctem conuiuiis & stupris, Vide CONTERO.
Terra nimborum coorta nox. Lucret.lib.4.
Diffundit signa cælo nox. Horat.1.Serm.saty.5.
Dare noctes alicui, De meretricibus dicitur. Horat.Epod.15.
Astra ducunt noctem. Virg.3.Georg.
Ducere noctem ludo. Virg 3.Georg.
Insomnem noctem ludo ducere. Virg.9.Æneid.
Eripiunt flammæ noctem. Silius lib.11.
Exhausta nocte nouam aciem dies aperuit. Tacit.lib.20.
Luce noctem, nocte lucem expectatis. Author ad Heren.lib.4.
Æstiuam sermone benigno extendere noctem. Horat.1.epist.5.
Spatiosam fallere. Ouid.epist.1.
Versus mei habebunt aliquantum noctis. Hoc est obscuritatis. Ouid.in Ibin.
Imber ferens noctem hyemémque. Virg.3.Æneid.
Atra nox incubat Ponto. Virg.1.Æneid.
Inducit vmbras terris. Horat.1.Serm.saty.5.
Auster inglomerat noctem. Stat.1.Thebaid.
Intercedere noctem. Cic.in Catil.
Interponere. Vide INTERPONO.
Interuenit nox prælio, Vide INTERVENIO.
Iungere noctem operi. Silius lib.3.
Locare noctes, Meretricum est. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Negare noctem, dicuntur meretrices quum nolunt admittere amatores noctu. Ouid.1.Amor.eleg.8.
Obeunt noctes, Vide OBEO.
Oborta nox est. Seneca Herc.fur.9.
Obtenta densantur nocte tenebræ. Virg.1.Georg.
Operit terras nox humentibus vmbris. Virg.4.Æneid.
Opprimit aliquem nox. Cic.de Senect. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset?
Peragere noctes insomnes, Vide PERAGO.
Peregi noctem vacuus somno. Ouid.1.Amor.eleg.2.
Vigiles perducere in clypeo. Claud.6.Paneg.
Peruigilare noctem. Cic.pro Rosc.Amer.
Peruigilata nox mera. Ouid.6.Fast.
Poscere noctem, Amatorum est. Ouid.1.Amor.eleg.8.
Præcipitat nox cælo. Virg.2.Æneid.
Premit oculos nox. Senec.Herc.OEth.7.
Tora quiescere. Ouid.1.Amor.eleg.9.
Rapit oculos nox. Stat.9.Thebaid.
Requiescere nocte. Virg.1.eclog.
Rogare noctem, De amatoribus dicitur. Ouid.2.Amor.eleg.2.
Ruit Oceano nox Virg.2.Æneid.
Intempesta silet. Virg.1.Georg.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat. Virg.3.Æneid. Id est nondum erat media nox.
Emensæ noctes tendunt in lucem. Ouid.15.Metam.
Tenet terras. Virg 4.Æneid.
Intempesta nox tenebat lunam in nimbo. Virg.3.Æneid.
Trahere noctem vario sermone. Virg.1.Æneid.
Vigilabat noctes ad ipsum mane. Horat.1.Serm.saty.3.
Vigilata conuiuio nox. Tacit.lib.13.
Funalia vincunt noctem flammis. Virg.1.Æneid.
¶Nox, pro Somno: vt
Exturbare noctem. Stat.10.Thebaid.
Abrumpere, Vide ABRVMPO.
Accipere oculis & pectore, Dormire. Virg.4.Æn.
Sortiri noctem. Quintil.lib.4.cap.2. Alia exemplaria habent nocte.
¶Nox pro Morte: vt
In æternam claudūntur lumina noctem. Virg.10.Æneid.
Dormienda est nox vna perpetua. Catul.ad Lesbiam, epig.5.

Profunda nox Erebi. Virg 4.Æneid.
¶Animi nox, Ignorantia & cæcitas. Ouid.6.Metamorphoseos,
Tantáque nox animi est. De Tereo.
Perpetua sub nocte trahere senectam. Ouid.7.Metam.
¶Nox Reip. Cic. de Claris Orat. Equidem etsi doleo me in vitam paulò serius tanquam in viam ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc Reip.noctem incidisse.
Offundere noctem rebus, Vide OFFVNDO.
Obiicere noctem peccatis, & nubem fraudibus Horat.1.epist.17.
¶Noctes & dies, Id est continuē, semper. Plaut. Merc.3,
Obiurgare parer ob hæc me noctes & dies.
Noctes & dies semper. Plaut Srichō, 2.
Noctes & dies patet atri ianua Ditis. Virg.6.Æneid.
Noctes atque dies niti præstante labore. Lucret.lib.2.
Noctésque diésque assiduo satis supérque est. Plaut. Amph 4.
Noctes diésque. Plaut. Pœnulo, 4.
Noctes diésque exeuntur animi eorum qui contra conscientiam opibus hominum septi esse & muniti sibi videntur. Cic.1.de Diuinat.
Noctésque & dies tetrit. Terent. Eunuch.5.9.
Nocte & interdiu. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Nocte ac die. Plin.lib.7.cap.49.
Nocte diéque niti. Ouid.3.de Ponto, eleg.1.
De nocte. Horatius 1.epist.2, Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
In noctes singulas, Vide IN præpositionem.
Sub noctem cura recursat. Virg.1.Æneid.
Multa iam nocte. Tacit lib.13.
Multa nocte profectus est ad Cæsarem Balbus. Cic Attic.lib.7.12,
Multo iam noctis, ferum auxilium venit. Tacit.lib.21.
Ad multam noctem, Vide AD præpositionem.
A media nocte, Vide A præpositionem.
Media nocte in campum venit Milo. Cic. Attic.lib.4.72.
Nocte silente. Tibul.lib.1,
Vota nouem Veneri nocte silente dedi. Frequens est hæc locutio apud poetas. Aliud est autem (vt id obiter dicamus) silente nocte, aliud Luna silente. Nam silentium Lunæ, interlunium intelligitur, id est tempus id quo Luna non lucet. Virg.lib.2.Æneidos,
-tacitæque per amica silentia Lunæ. Vide Plin.lib.28.cap.7.
¶Noctu, pro Nocte. Sallust. Diu, noctúque laborare, festinare. Cic. Attic.lib.8, Sed ecce nuntij scribente me hæc ipsa noctu in Caleno.
Noctu an interdiu. Author ad Heren.lib.2.
Elici noctu. Cic. Terentiæ, lib.14.7.
Sternere noctu. Horat.2.epist.2.
¶Nox, pro Noctu, vt est in XII. TAB. Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. Vbi im accusatiuum dixerūt ab is: & occisit, pro occidit. Macrob.1.Saturn.cap.4.
NOCTVRNVS, Antiquis dictus est noctis deus. Plaut. Amphitryone,
Credo Nocturnū obdormiuisse ebrium. ¶Est & Nocturnus, vesper, qui noctem ducit, luciferóque opponitur, & appellatur à Catullo noctifer, quòd noctem afferat. Papinius,
Rosceda iam nouies cælo dimiserat astra
Lucifer, & totidem Lunæ præuenerat ignes
Mutato Nocturnus equo. Ecce hic apertè lucifero nocturnum, id est nocti ferum opponit, cui & equos tribuit, vt & nocti alij poetæ, cuius currum stellarum choro sequente comitari fingunt eleganter. Meminit Turneb.
Nocturnus, Adiectiuum {νύκτιος, νυκτερὸς, νυκτεραὶος} Quod est noctis.
Claudian.3.de raptu Proserp.in Præfatione,
Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies. Cic. in Verr. Act.7. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum.
Acta nocturna. Ouid.2.de Arte.
Aqua nocturna. Paulus in l.Si prius. in princip. D.De aqu. pluu.arcend. Si prius nocturnæ aquæ seruitus mihi concessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnæ quoque ductus aquæ concessus mihi fuerit, & post constitutum tempus nocturna duntaxat aqua vsus fuerim, amitto seruitutem aquæ diurnæ.
Aura. Horat.2.Serm.saty.4.
Cœtus. Tacit.lib.20.
Dolus. Ouid, epist.1.
Epulæ. Lucret.lib.2.
Fur. Virg.3.Georg.
Horæ. Cic.pro Rosc.Amer.
Labores diurni nocturnique. Cic.de Senect.
Lemures. Horat.2.epist.2.
Lumina. Virg.7.Æneid.
Manes. Virg.4.Æneid.
Mero nocturno certare. Horat.1.epist.20.
Metus. Cic.1.Tuscul.
Milites. Cic.6.Verr.
Oppugnatio castrorum. Tacit.lib.2.
Nocturna ora. Plautus in Pœnulo, Quæ habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupant. Per nocturna ora deformes significare videtur, velut mali ominis, similésque nocturnis auibus, quæ & ipsæ tantum noctu visuntur. Sic nocturni oculi, id est deformes, noctúque non interdiu ostendendi. Nam deformitas minus appareret noctu.
Quæstus. Cic.5.Verr.
Quies. Senec.Hippol.2.
Rixæ. Propert.lib.1.eleg.15.
Sacra nocturna, lege perpetua sustulit Diagondas Thebanus. Cic. 2.de Legib.
Somnia. Horat.4.Carm.ode 1.
Diurnum, nocturnúmve spatium. Cic.1.de Inuent.
Visus. Tacit.lib.20.

Vmbræ.Ouid.1.Amor.eleg.8.

Nocturnos,pro furibus dictum repetio , quòd & noctu grassantur fures, & atrociores fures nocturni habentur. Petronius , loquens de aduocatis,qui vestes auertere conabantur, Aduocati tamen , inquit, iam penè nocturni , qui volebant pallium lucri facere , flagitabant vt apud se vtraque deponerentur. Hoc autem eò est lepidius & vrbanius , quòd iamdudueſperauerat, vt ambiguitatis ſenſus duplici gratia augeſcat,& aduocatorum nocturnorum, & nocturnorum furum. Ex Turneb.

¶Nocturnus,pro Noctu.Virgil.Georg.3,

Nec gregibus nocturnus obambulat. Id est noctu. Horat.1.Serm. ſatyra3,

Nec qui nocturnus diuûm ſacra legerit,&c.

Nocteſco,nocteſcis,noctéſcere, In modum noctis tenebroſum eſſe vel fieri. Furius Antias apud Gellium,lib.18.cap.11,

Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ.

Noctifer,pen.corr. {νυκτοφόρος} dicitur Veſper vel Heſperus , ſtella veſpertina,quæ eadem mane dicitur Lucifer. Catul.in Carm.Nuptiali,

Nimirum OEteos oſtendit Noctifer ignes. Quo in loco nonnulli perperam legunt Eoos,pro Orientalibus. Dixerat enim poeta,

Veſper adeſt iuuenes,conſurgite, Veſper olympo

Expectata diu lux tandem lumina tollit, &c. Deinde rem eandem aliis verbis deſcribens ait,

Nimirum OEteos oſtendit Noctifer ignes. Hoc eſt ſtellas,quæ aduentante nocte ſurgere videbantur ex OEta monte. Id quod innuit Virg.ecloga 8.hoc carmine,

Sparge marite nuces,tibi deſerit Heſperus OEtam.

Noctiluca, pen.prod. {νυκτιφανὴς} dicitur Luna ex eo , quòd eo cognomine in Palatio colebatur , & noctu in eius templo lampades lucebant.Vnde Varr.lib.5.ſcribit, Noctiluca lucere ab luce,quòd propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus. Scripſit quoque eodem cognomine Horat.4.Carm. Rite creſcentem face noctilucam. Erat etiam, vt coniicio,apud Varronem in Marcipore noctiluca,fax vel lucerna. Scribit enim, Noctilucam tollo, ad ſocum fero, inſto, anima reuiuiſcit. Turneb.

Noctiuagus,pen.corr.Adiectiuum {νυκτίπλαγκτος.} vt

Currus noctiuagus Phœbes.Virg.10.Æneid.
Deus noctiuagus, Sopor.Stat.10.Thebaid.
Faces noctiuagæ cæli.Lucret.lib.5.
Iter noctiuagum.Valer.2.Argon.
Labor.Claud.3.de raptu Proſerp.
Strepitus noctiuagus Faunorum.Lucret.lib.4.
Vmbræ.Stat.3.Thebaid.

Noctuabundus. Cic. Attic.libro 12.epiſt.1, Quum complicarem hanc epiſtolam , noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius: Id eſt,qui de multa nocte ambulaſſet.

Noctulucus , id eſt, interdiu & noctu. Nomen eſt fictum compoſitúmque è duobus aduerbiis noctu , & lucu, vt è per & diu , Perdius, Varr. Niſi quod vt tuba & cornua ſignum quum dant, canere dicuntur:quod hic item & noctulucus. Quidam noctu lucu legunt, ſed liberum eſto cuique iudicium.

Noctipuga , Lucilius vocauit obſcœna , quòd noctu pungant , atque excitent venerem.

Noxa,noxæ {παράμεγάνπαιον} eſt peccatum , aut pro peccato pœna: vt Accius Menalippæ,Te eſſe huic noxæ obnoxium. Item quum lex iubet noxæ dédere,pro peccato dedi iubet. Hactenus Feſt. Salluſt. in ipſo ſtatim initio orationis L.Philip. Maximè vellem P. C. Remp. quietam eſſe,aut in periculis à promptiſſimo quoque defendi : denique praua incepta conſultoribus noxæ eſſe. Vlpian.de Ædilitio edicto,l. Quis ſit §.Quod aiunt,Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt ea quæcunque committuntur ex delictis,nõ publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus.

Noxæ appellatione omne delictum continetur : vt ait Caius de verb.ſignificat.l.Plebis.

¶Noxa {ἔγκλημα} Culpa. Liuius 3.ab Vrbe, Alia omnis penes milites noxa erat.

Minimæ noxæ , & minora peccata. Cic.pro Roſc. Amer. Quod in minimis noxis & in his leuioribus peccatis,quæ magis crebra,& iam propè quotidiana ſunt,id maximè & primum quæritur,&c.

Deditio noxæ,frequens loquutio in titulo de noxal. action.D.
Admittere noxam.Quintil.lib.5.cap.12.
Auertere.Liu.1 ab Vrbe.
Committere.Vlpian.D. De noxalibus.l.2, Si ſeruus ſciente domino furtum fecit , vel aliam noxam commiſit : ſeruo nomine actio eſt noxalis,nec dominus ſuo nomine tenetur.

Conueniri ex noxa ſeruí. Vlpian.D. De noxalibus action.l. Siquis, Siquis à multis cõueniatur ex noxa eiuſdem ſeruí, vel ab vno,ex pluribus tamen delictis,non neceſſe habet,&c.

Inuidiam detrahere noxæ Ouid.epiſt.7.
Eleuare noxam alicuius. Tacit.lib 5.
Eximere noxæ, Eſt gratiam criminis facere. Liuius lib.8. ab Vrbe. Budæus.

Experiri ex pluribus noxis.Caius,D.De noxalibus action l.Qui ex pluribus noxis diuerſis temporibus experitur , ex vna noxa ſeruí dominium nactus , nullam amplius actionem habet aduerſus eum qui dominus fuerat:quum actio noxalis caput ſequatur.

Liberare aliquem noxa.Quintil.lib.5.cap.12.
Sine vlla ſua noxa.Suet.de Cæſaris vita,cap.81.

Noxam & noxiam pro eodem accipi contendit Valla lib.6. Tamen noxiam pro noxa,id eſt peccati pœna aut damno,raró ſcriptum reperias.

¶Noxa,Pœna peccati.Vnde

Accipere noxæ.Vlpian.in l.Locum.D.De vſufructu, Debebit planè denegari vſusfructus perſecutio,ſi ei qui noxæ accepit , litis æſtimatio non offeratur à fructuario.

Decernere noxam,Vide DECERNO.

Noxæ dedere & Ob noxam,Arbitrio permittere puniendum.Liu. Decad.3.lib.6,Obrui Ætnæ ignibus,aut mergi freto,ſatius illi inſulæ eſſe,quàm velut dedi noxæ inimico Conſuli.

Noxæ dédere, eſt animal tradere viuum demum. Hæc Vlpian.lib. 9.Pand.l.1.

Noxam dédere, Vlp.lib.9.Pand.l.1.Si poſt litem cõteſtatam ab alio ſit animal occiſum : quia domino legis Aquiliæ actio competit,ratio in iudicio habebitur,quòd noxæ dedendæ facultatem dominus amiſerit. Hic videtur accipi pro animali quod nocuit,ſeu damnum dedit. Paulo antè,Quamobrem eum ibi aut noxiã ſarcire,aut noxam dédere oportere.Sic legit Haloander. Pandectæ tamen Florentinæ habent,in noxam dédere.

Dédere aliquem ad noxam. Paulus,D. De noxalibus action.l.Si in re communi. Si ſeruus tuus nomen exercuerit , eiuſque vicarius & idem nauta in eadem naue damnum dederit: perinde in te actio danda eſt,ac ſi is exercitor libet.& hic vicarius ſeruus eius eſſet, vt de peculio ſerui tui ad noxam dédere vicarium damneris.

Noxis ſolutus ſeruus.In l.Cum in venditione,De euictionibus. Et Pomponius eodem titulo,l. Si emptori qui ſtipulatus ſit , furtis, noxiisque ſolutum eſſe,hæres extiterit is,qui,&c.

¶Noxa {ἐπιβλάβη,βλάπτημα,πάπτωμα,σύνεσις} Læſio, damnum , nocumentum.Colum.lib.1.cap.6,Ea res à noxa curculionum , & ſimilium animalium commodiſſimè videtur coudtas fruges defendere.

Noxa admiſſa,apud Vlpian.in l Siquis quum in hoſtium poteſtate.D.de Iurtis.Id eſt,culpa iam euenit:vel damnum iam acceptum.

Capere noxam, Vide CAPIO.

Noxam concipere, pro Morbum incurrere, apud Columellam : vt & Noxam capere. Vide CONCIPIO.

Noxam contrahere.Colum.lib.6.cap.29.
Noxam nocere, Vide NOCEO.
Noxa ſtomachi.Celſus lib.4.cap.19.
Triſtes noxas pellere à foribus. Ouid.6.Faſt.
Repulſa noxa meis fabulis.Ouid.4.Iaſt.
Eſſe noxæ Liu.lib 2.Decad.4,Nihil his aut ſociis eorum noxæ futurum.
Vacare omni noxa.Celſus lib.5.cap.27.

Noxalis, & hoc noxale,pen.prod. {πραμπτὸς,ἐγκλητός} vnde Noxalis actio Caius in l.1.D de Noxal.act.Noxales actiones appellantur , quæ non ex contractu , ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum , aduerſus nos inſtituuntur. Quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt , vt ſi damnati fuerimus , liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquit,euitare litis æſtimationem.

¶Cauſa noxalis.Paul l.4.D.de noxal.action.
Iudicium noxale.Vlp.D.de noxal.act.l.1.& l.vlt.

Noxia, noxiæ {πάμπτωσις,ἔγκλησις} Culpa dicitur, authore Feſto. Terent. Phorm.1.4,Meminiſtin' olim vt fuerit veſtra oratio
In re incipiunda ad defendendam noxiam?

Pœna noxiæ. Cic.3.de Legib. Quod quis earum rerum migraſſet, noxiæ pœna par eſto.

Admittere noxiam, Vide ADMITTO.
Noxia careo,pro Inculpa non ſum Plaut.Bacchid.20.
Commerere noxiam, Vide COMMEREO.
Committere noxiam. Vlpian. Pand.lib.9.l.1, Quæ lex voluit , aut dari quod nocuit, id eſt, id animal quod noxiam commiſit : aut æſtimationem noxiæ offerre.Noxia enim eſt ipſum delictum.

Noxiæ eſſe, vt Fraudi eſſe : pro Vtilo & culpæ dari. Liu. Si domum abire vellent , publica fide accepta : nihil eam rem noxiæ futuram, quòd ſe hoſtibus iunxiſſent. Budæus.

In noxia eſſe, Culpam in ſe admittere. Terent.Phorm.2.1.
In noxia tenere inimicos. Plaut.Caſin.10.
Noxiæ eſſe, Damno eſſe. Celſus in l. Quintus Mutius.D. Mandati, Cæterùm in poſteriore caſu non oportet eſſe noxiæ fideiuſſori, ſi ipſe pepercit pudori ſuo.

Noxiis vacuum eſſe.Plaut.Merc.2.4.
Noxiam remittere.Plaut.Moſtel.16. Terent.Eunuch.5.2,

-vnam hanc noxiam
Mitte:ſi aliam vnquam vllam admiſero,occidito.

Sarcire noxiam.Vlpian.Pandect.lib.9.l.1,Quamobrem eum ibi aut noxiam ſarcire,aut noxam dédere oportere.

Noxius,pen.corr.Adiectiuum {πραμπτὸς,βλαπτικός} Nocens , & criminis compertus, Salluſt. Quæ niſi quæſita erunt,& niſi vindicatum in noxios,quid erit reliquum? Liu.5.ab Vrbe,Qui noxij ambo, alter in alterum cauſam conferant.

Curis noxius. Cic.3.de Legib. Magiſtratus nec obedientem & noxium ciuem multa,vinculis, verberibúſve coercento.

Corda.Ouid.10 Metam. Corpora.Virg.6.Æneid.
Facere noxia ſua lumina.Ouid.2.Triſt.
Membra.Tibul lib.1.eleg 3.
Spicula.Ouid.in Ibin.
Tela.Ouid.5,Triſt.eleg.11.
Venena.Claud.1.in Ruffinum.
Vitæ.Seneca Thebaid.1.

Noxius,cum genitiuo.Tacitus lib.5, Vt noxium coniurationis ad diſquiſitionem trahebat.

Noxioſus,pen.prod. Aliud adiect.Seneca 1.de Clemẽtia,Si noxioſiſſimo cuique animali in nos daretur poteſtas : ſi leones vtíque regnarent, quæ alia vita foret?

Noxitudo,pen.prod.huius noxitudinis , pro Noxia apud veteres dicebatur. Accius,

Oculè noxitudo obliteretur Pelopidarum , ac per nos ſanctèſcat genus. Nonius.

N V

NVBAE {νέφη, Stephano} Populi ſunt Libyæ , ad ſiniſtrum Nili flexum habitantes,in multa diuiſi regna,teſte Strabone lib.17.

Nubes,nubis,fœmmini generis {νεφέλη,νέφος} Vapor humidus in ſublime elatus è terra per æſtum : ſiue aer in liquorem coactus, cuius denſitas

denſitas haud dubiè ſolem obumbrat.

Aer ſine nubibus. Ouid.3.de Arte.
Conflictus nubium.Cic.2. de Diuin.Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit,id eſſe fulmen.
Corio nubium craſſiore ſpiſſatur aer.Plin.lib.2.cap.5.
Puluerís nubes.Curtius lib.4.
¶Ætherea.Ouid.10.Metam.
Alta.Virg.1.Æneid.
Aquoſa.Ouid.4.Metam.
Ardens, Vide ARDEO.
Arduæ.Horat.3.Carm.ode 29.
Aridior.Lucret.lib.6.
Atra.Lucret.lib.6.
Bibulæ.Ouid.14.Metam.
Caligans.Cic.in Arato.
Deformis.Senec.Thyeſt.8.
Fugaces.Claud.de bello Get.
Fulua.Ouid.3.Metam.
Liquidæ.Virg.5.Æneid.
Mœſtiſſima.Claud.1.de raptu Proſerp.
Nigra.Virg.5.Æneid.
Picææ.Ouid.11.Metam.
Roſeæ.Valer.4.Argon.
Sordida.Senec.Hippol.6.
Vacuæ.Senec.Herc.furent.10.
Vmbroſæ.Valer.4.Argon.
Volantes.Lucret lib.5.
¶Abruptæ.Virg.3.Æneid.
Fluidis adopertus nubibus æther.Ouid.ad Piſonem.
Iris alimenta affert nubibus.Ouid.1.Metam.
Caua nube amicti.Virg.1.Æneid.de Ænea & Achate.
Attrahit nubes ſol.Lucan.lib.7.
Aer cogitur in nubem.Virg.5.Æneid.
Cogitur in nubem aer concretus.Cic.2.de Nat.deor.
Coguntur in cælo nubes.imbres,venti.Cic.1.Tuſcul.
Contruſæ nubes ad altos mones coguntur,premunturque. Lucret. libro 6.
Collectæ ex alto nubes , fœdam glomerant tempeſtatem atris imbribus.Virg.1.Georg.
Conerefcunt nubes in alto.Lucret.lib.4.
Conditus in nubem ſol.Virg.1.Georg.
Conſeiſſis nubibus orbem prorulit luna.Stat.12.Thebaid.
Exigua nubes ſordido creſcens globo.Senec.Agamemn.6.
Trepidas Tithonia nubes Diſcutit.Stat.12.Thebaid.
Diſcuſſa nube tonant venti. Ouid.15.Metam.
Æſtiuis effuſus nubibus imber.Virg.4.Georg.
Eliſa nube micat dirum fulmen.Senec.Agamemn.6.
Eripiunt ſubitò nubes cælúmque diémque.Virg.1.Æneid.
Grauidæ euaneſcunt.Ouid.1.Triſt.eleg.2.
Oppoſitas nubes euicit imago ſolis.Ouid.14.Metam.
Excuſſis eliſus nubibus ignis.Ouid.8.Metam.
Facere tenebras nubibus.Lucret.lib.2.
Collectas nubes fugat Iupiter.Virg.1.Æneid.
Subita nubes glomeratur nigro puluere.Virg.9.Æneid.
Inardeſcit ſolis radiis nubes, Vide INARDESCO.
Induerunt ſe in nubem anhélitus.Cic.2.de Diuinat.
Infectæ nubes ab ictu aduerſi ſolis.Ouid.3.Metam.
Procella venti intorſit ſe nubibus.Lucret.lib.6.
Ventus inuadit nubem.Lucret.lib.6.
Aſſiduis nubibus madeſcit tellus.Ouid.1.Metam.
Obiicere nubem oculis.Ouid.12.Metam.
Opacam nubem pellit ventus.Cic.in Arato.
Ventus perſcindit nubem.Lucret.lib.6.
Sol later preſſus nubibus.Ouid.1.Triſt.eleg.8.
Quatit nubes Iuppiter.Senec.Herc.furen.6.
Circunfuſa nubes ſe ſcindit,& in æthera purgat apertum. Virg.1. Æneid.de nube qua circundatus erat Æneas cum Achate.
Spiſſeſcit.Lucret.lib.6.
Summotis nubibus cadunt imbres.Virg.6.eclog.
Denſis texit ſua nubibus ora Lucifer.Ouid.11.Metam.
Obſcura nubes vento trahitur.Virg.4.Georg.
Glauca nube tremunt lumina.Valer.2.Argon.
¶Nubes, transferè pro triſtitia,& ſeueritate immoderata, quæ cõtracto,ac ſublato ſupercilio ſignificatur,quod Græci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος, id eſt ſuperciliorum nubem,appellãt. Horat.lib.1.epiſt.ad Lollium 2,

Deme ſupercilio nubem,plerunque moleſtus

Occupat obſcuri ſpeciem,&c.

¶Nubes peditum,per tranſlationem,pro Multitudine & denſitate. Liu.5.bell.Maced.Res contra peditum , equitúmque nubes iactat, & conſternit maria ſuis claſſibus.

Armorum nubes.Stat 4.Thebaid.
Belli nubes.Virg.10.Æneid.
Puluerea nubes bellorum.Stat.5.Sylu.1.
Immenſa campo conſurgit.Lucan.lib.2.
Facere nubem.Virg.12.Æneid.
Atram prorumpit ad æthera nubem.Virg.3.Æneid.De Ætna.
Obiicere nubem fraudibus.Horat.1.epiſt.17.ad Lauernam.
¶Cæcæ nubes,tenebræ,procellæ Reip.Cic.pro Domo ſua.
Triſti nube caret vita:Hoc eſt infortunio.Ouid.5.Triſt.eleg.6.
Opaca nube mortis grauis vultus.Stat.4.Sylu.6.
¶Nubis,in nominatiuo apud Plautum in Mercat.22,

-nónne ex aduerſo vides?

Nubis atra,imbéque inſtat.

Nubecula, nubeculæ, pen.corr. {νεφέλιον} Parua nubes. Plin.lib.18.cap. 35,Nubecula, quanuis parua,ventum procelloſum dabit.

Nubecula, per tranſlationem, pro inepta & importuna ſeueritate. Cicero in Piſonem, Neque tam fui timidus , vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernaſſem , ſaluámque in portu collocaſſem , frontis tuæ nubeculam , tum Collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem.

Nubifer,pen.corr.Adiectiuum {νεφηγερέτης.} vt

Eurus nubifer.Silius lib.10.
Noti nubiferi.Ouid.epiſt.3.
Apenninus.Ouid.2.Metam.

Nubifugus,pen.corr.Adiectiuum, Qui nubes fugat,vel etiam qui fugit nubes.Columella lib.10,

Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu.

Nubigena, nubigenæ, pen.corr.m.g. {νεφεληγενὴς.} Colum. lib.10, Mox vbi nubigenæ Phryxi,nec portitor Helles,&c.

Nubigenæ , dicuntur Centauri , quòd ex nube ſint nati. Ouid.13. Metamorphoſeos,

-certè mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos à ſe pater ipſe ſolebat.

Bimembres nubigenæ. Virg.8.Æneid.
Feri.Ouid.12.Metam.
Amnes nubigenæ.Stat.1.Thebaid.

Nubilus, pen.corr. Adiectiuum {νεφελώδης} Fuſcum , nubibus rectum. Plin.lib.16.cap.26, Pyrus & amygdala etiam ſi non pluat , ſed fiat auſtrinum cælum atque nubilum,florem emittunt.

Auſter nubilus.Ouid.11.Metam.
Nubilus color,Obſcurus.Plin.lib.9.cap.35.
Nubila maſſa.Martial.lib.8.
Mars ira.Stat.3.Thebaid.
Parca naſcẽti mihi fuit nubila.Id eſt obſcura & irata. Ouid.5.Triſt. elegia 4.

Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.Ouid.1.Triſt.eleg.8.

Nubilum,pen.corr.Subſtantiuum {νέφος} Ipſam nubem ſignificat.Plin. lib.2.cap.62, Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci , vt non aliqua hora ſol cernatur.

Nubilum inducere dicuntur aliqui vẽti, pro Tempus nubilum facere.Plin.epiſt.17.lib.2,Ibi omnes ſilent venti , exceptis qui nubilum inducunt & ſerenum,antè quàm vſum loci eripiunt.

Cæli nubila.Virg.4.Georg.
Nubilum diei.Plin.lib.2.cap.35.

Nubilo,pro In tempore nubiloſo.Plin.lib.7.cap.60, Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ vſque ad proximum luſtrum.

Ambuſta nubila.Ouid.2.Metam.
Arida.Virg.3.Georg.
Aſſimulata montibus.Lucret.lib 6.
Denſa.Virg.6.Æneid.
Ramoſa atque aſpera.Lucret.lib.6.
¶Ventus agit nubila.Virg.1.Georg.
Fallax ſimulachrum in nubila ceſſit.Silius lib.17.
Saucia diuiduis clareſcunt nubila ſulcis.Claud.5.Paneg.
Depellere cælo.Tibull.lib.1.eleg 2.
Notus dergerget nubila cælo.Horat.1.Carm.ode 7.
Aquilo differt nubila.Hoc eſt diſſipat,diſpergit.Virg.3.Georg.
Diſſecit nubila Iuppiter.Ouid.1.Metam.
Diuidit nubila igni corufco dieſpiter.Horat.1.Carm.ode 34.
Findere nubila diſco.Stat.3.Sylu.1.
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.Ouid.5.Metam.
Pellere & Inducere nubila, contraria.Ouid.7.Metam.
Triſtia nubila pellit Boreas.Ouid.6.Metam.
Pendent nubila. Virgil.1.Georgic. Id eſt nondum delabuntur , aut defluunt.

Pendentia.Ouid.1.Metam.
Venti perflant nubila.Lucret.lib.6.
Venti portant nubila per cælum.Lucret.lib.4.
Humida furgunt.Ouid.8.Metam.
Venti verrunt nubila , ac ſubito vexantia turbine raptant. Lucret. libro 1.
Venti lacerant eaua nubila.Stat.5.Thebaid.
Producere nubila menti.Stat.5.Sylu.3.
Nubila humani animi ſol ſerenat.Plin.lib.2.cap.6.

Nubilarium,nubilarij {σιτοδοκὸν} Locus, quò propter nubes conferuntur frumenta ſemitrita. Colum. lib.2.cap.6. Huic areæ nubilarium applicari debet , maximéque in Italia propter inconſtantiam cæli, quò collata ſemitrita frumenta protegantur , ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

Nubilar,pen.corr.nubilaris,Idem.Colum.lib.2.cap.21,Quòd ſi falcibus ſeges cum parte culmi demeſſa ſit , protinus in acerum vel nubilar congeritur.Vetus exemplar habet,vel in nubilarium.

Nubilo,nubilas, pen.corr. {νεφόω} nubilâre, Nubilum ſeu obſcurum facere.Apud Catonem legitur. Et apud Varronem,Nubilat aer.

Nubilans fulgor carbunculi,Hoc eſt veluti nubes quaſdam oculis obiiciens.Plin.lib.37.cap.7.

Nubilor , nubilaris {νεφόομαι} nubilâti , Deponens , Idem. Cato de Re ruſt.cap.88,Vbi nubilabitur,& noctu ſub tecto ponito.

Nubilis,Vide NVBO.

Nubo,nubis,nupſi & nuptus ſum præteritum facit, nuptum {γαμέσθαι, νυμφεύομαι, μιπτοῦσθαι} nũbere , Operire , velare: à nube quæ cælum operit.

Nubere,Viro tradi,quòd ſponſæ apud veteres, dum viro tradebantur,nubere,hoc eſt velare capita ſolebant.

Nubere alicui.Cic.pro Cluentio, Quæ breui tempore poſt patris mortem A.Aurio Melino conſobrino ſuo nupſit.

Siqua voles aptè nubere,nube pari.Ouid.epiſt.9.

Nubere apud,Gell.lib.1.cap.23,Vna apud duos nupta eſſet. Ibidẽ tamen mox ſequitur , Vna potius vt duobus nupta fieret , quàm vt vni duæ.

Nupta eſt cum illo. Cic. Marco Catoni, lib.15 2. Iiſque mihi nup-

tiassent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror.
Virgo nubit cum bona alite. Catul. in Epithal. Iuliæ.
Nupta est malè. Plaut. Casin.
Nubere in familiam claram. Cic. pro Cælio, Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset, cur tibi Cælius tam coniunctus fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris?
In familiæ luctum, atque in priuignorum funus nupsit mulier. Cic. pro Cluentio.
Nubere, inquit Nonius, veteres non solùm mulieres, sed etiam viros dicebant, vt nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater maior postquam vidit me indelectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, Aphræ, Hactenus Nonius. Iuuenal. Satyra 2,
-quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant virum tum nubere, quum seruit vxori, velut illa potius vir sit, quàm ille. Vnde Martialis lib. 8. 10, -vxori nubere nolo meæ.
Nubere dicuntur etiam arbores vitibus, & vites arboribus, pro consecendere & coniungi. Plin. lib. 14. cap. 1. In Campano agro populis nubũt. De vitibus. Idem lib. 18. cap. 28, Vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ.

Nubitur, pen. corr. {μνηστέυομ} Impersonale passiuæ vocis. Plaut. Perf. 10, Hîc cum mala fama facilè nubitur:
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.

Nubendi {τῶ γαμεῖσθαι} tempus. Ouid. epist. 19.

Nuptum {ποὸς γάμον} collocare, Vide COLLOCO.
Dare nuptum viro. Plaut. Casin. 6.

Nubens, Participium {γαμοῦσαι.} vt Ferre dona nubenti. Sen. Med. 11.
Filiæ nubenti lectum genialem strauit mater. Cic. pro Cluent.

Nuptus, Aliud participium {γεγαμημένος.} vt
Mario certo nupta Ouid. epist. 5.
Filia nupta. Cic. pro Sextio.
Mulier vni nupta, proposita omnibus. Cic. 7. Verr.
Puella nupta alicui. Catul. ad Coloniam, epigr. 17.
Viro fœuo nupta puella. Horat. 3. Carm. ode 10.
Virgines nuptæ. Horat. 2. Carm. ode 8.
¶Nupta verba dicebant veteres, quæ non licebat virgini dicere: vt Plautus in Dyscolo, Virgo sum, non didici verba nupta dicere. Festus.

Nuptus, nupti {μνηστὸς, νυμφίος} Qui nupsit. Plaut. Casin. 2. 2, Lubet Chalinum, quid agat scire nouom nuptum cum nouo marito.

Nupta, nuptæ {νύμφη} Quę nupsit. Festus, Nuptam à Græco dictam. illi enim nuptam νύμφην appellant.
Noua nupta, Vide NOVVS.
Pudica. Ouid. 2. Fast.
Singulis Indis plures solent esse nuptæ. Cic. 5. Tusc.

Nuptus, huius nuptus {μνηστεία.} Plin. de Viris illust. Eo die Numantini fortè solenni nuptu filias locabant.
Nuptui collocare. Cæsar, Et fœrores suas nuptui in alias ciuitates collocasse. Colum. lib. 4. cap. 3, Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri.

Nupturus, pen. prod. Participium {γαμησόμενος.} vt Proles nuptûra & nupta. Ouid. epist. 21.

Nubilis, huius nubilis, pen. corr. {γαμετὸς} Apta vt viro in matrimonio iungatur. Virg. 7. Æneid. Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Cic. pro Cluentio, Nubilis filia.

Nupturio, nupturis, pen. corr. {γαμησείω} nupturire, Cupere nubere. Apuleius in Apol. Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito seni, sponte eam diceres sine vlla magia iam olim nupturisse.

Nuptiæ, nuptiarum, tantùm pluraliter {γάμοι} Coniunctio maris & fœminæ. Festus, Nuptias dictas esse ait Santra, ab eo quòd nymphea dixerunt Græci antiqui γάμον. vnde nouam nuptam νεογνύμφην. Cornificius, quòd noua petantur coniugia. Curiatius, quòd noua ratio fiat. Ælius & Cincius, quia flamineo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt. Ob quam causam lege quoque parens tam iubetur caput eius obnubere qui parentem necauisset, quod est obuoluere. Hactenus Festus. Cic. pro Cluctio, Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. Idem 3. de Natura deor. Nisi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur.
In nuptiis antiquitus aqua & ignis in limine adhibebantur, inquit Varro, quod coniungit hîc, & mas ignis, quod ibi semen aqua fœmina, quod fœtus ab eius humore, & eorum iũctione fumit Venus. Vide lib. 4. de Lingua Latin.
Nuptiæ, à nupto, id est operatione. Author Varr. de Ling. Lat. lib. 4.
Multarum nuptiarum mulier vetula. Cic. Attic. lib. 13.
Expers nuptiarum puella. Horat. 3. Carm. ode 11.
Collatæ nuptiæ, Vide Conferre, pro Differre, in CONFERO.
Solennia nuptiarum. Tacit. lib. 11.
Incertæ nuptiæ, Vide INCERTVS.
Incestæ. Tacit. lib. 11.
Indotatæ. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. de Cn. Scipion.
Infirmæ, Vide INFIRMVS.
Innuptæ, Vide INNVBO.
Iustæ. Vlpian. in l. Imperator Hadrianus. D. de stat. homin. Quæ ex iustis nuptiis concepit.
Legitimæ, Vide LEX.
Plebeis nuptiis copulatæ fœminæ. Vlpian. in l. Fœminæ. D. de Senat.
Adipisci nuptias, In ADIPISCOR.
Adornare, In ADORNO.
Alligatus nuptiis, In ALLIGO.
Apparare, In APPARO.
Celebrare, In CELEBRO.
Cœnare apud aliquem in nuptiis eius. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7.
Conficere nuptias, In CONFICIO.
Coniicere in nuptias, In CONIICIO.
Constitutæ in hunc diem nuptiæ, Vide CONSTITVO.
Non conueniunt hæc nuptiis, In CONVENIO.
Cupere nuptias, In CVPIO.
Imperare nuptias alicui, Vide IMPERO.
Indicere nuptias, Vide INDICO, indicis.
Inquinare nuptias, Adulterari. Horat. 3. Carm. ode 6.
Moliri. Tacit. lib. 12.
Mouentur nuptiæ, In MOVEO.
Mutare, In MVTO.
Ornare, In ORNO.

Nuptialis, & hoc nuptiale, pen. prod. {γαμικὸς, γαμήλιος} Quod pertinet ad nuptias. vt
Nuptialis cœna. Plaut. Curcul. 14.
Carmina nuptialia. Catul. in Epithal. Iuliæ.
Dies. Seneca Medea, 12.
Dona. Cic. pro Cluentio.
Faces. Cic. pro Cluentio, O audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum, hominúmque famam, at illam ipsam noctem, facésque illas nuptiales!
Face nuptiali digna puella. Horat. 3. Carm. ode 11.
Sacra. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Tibiæ. Author ad Herenn. lib. 4.
Vox. Liu. 1. ab Vrbe.

Nucamentum {κώνειον} à nuce inclinari videtur, vel quòd sit ceu rudimentum quoddam naturæ pineam nucem facere condiscentis, vel quòd aperrissimè in nucibus propendère videatur, inquit Ruellius. Plin. lib. 16. cap. 10, E ramis generum horum pannicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ verò toris panniculis minoribus gracilioribúsque minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Quibus ex locis, & quid sint pãniculæ, & quid nucamenta, facilè coniicere poteris.

NVCERIA {νουκερία} Vrbs est Campaniæ, nouem millibus passuum à mari distans, cuius meminit Silius lib. 8. ¶Nuceria item Colonia, Vmbrorum vrbs Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Alphatenia*.

Nucetum, Nuceus, Nucleus, Nucula, Vide NVX.

Nudipedalia, Vide NVDVS.

NVDITANVM, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Nudiustertius, & Nudiusquartus {πρώην} Composita sunt, inquit Festus, ex nunc & die tertio & quarto, id est, nunc est dies tertius, nũc est dies quartus, sempérque de præterito dicuntur. Vide Vallam lib. 2. cap. 33. Plaut. Curcul 2, Carúsne febris te heri, vel nudiustertius? Cic. Attic. lib. 14, Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea quæ proximè velim me hercule, &c.
Nudiusquartus. Plaut. Mostel. 3. 18,
-nam heri & nudiustertius,
Quartus, quintus, sextus, vsque postquam hinc peregre eius pater Abiit.
Here nudiusquintus natus quidem ille est. Plaut. True. 10.
Nudiussextus cui talentum mutuum dedi. Id est, Nunc sex dies sunt quòd &c. Plaut. Trin. 10.
Nudiustertiusdecimus. Cic. 5. Philip. Recordabimini qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quãtus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia. Ibidem, Legatos verò ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium nudiustertiusdecimus fecistis, &c.

Nudo, nudas, Vide NVDVS.

Nudus, nuda, nudum {γυμνὸς, ψιλὸς} Quod est sine tegmine. Plaut. Amph. 4, Quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos.
Nudum (inquit Seruius) dicitur, quod nũquã rectum est, vt facies.
Ætas nuda. Sic enim pingitur propter æstum. Ouid. 2. Metam.
Aruum. Catul. in Carm. Nupt. 57.
Cæspes. Senec. Hippol. 4.
Campi sine fronde & arbore. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Corpus. Ouid. 4. Fast.
Ensis nudus, Id est strictus. Seruius. Virg. 9. Æneid.
Ferro nudo concurrere. Ouid. epist. 13.
Forma. Ouid. 4. Metam.
Humus. Ouid. 4. Metam.
Laserti. Ouid. 2. de Arte.
Lapis. Virg. 1. eclog. Littora. Stat. 3. Sylu.
Ossa. Claud. 1. in Eutrop.
Pectora. Ouid. 4. Metam.
Nudis radicibus arbores. Plin. lib. 12. cap. 9.
Ramus nudus stetit fugiente pomo. Senec. Thyeste, 1.
Silex. Virg. eclog. 1.
Solum. Claud. 2. in Eutrop.
Vertice nudo fulua cæsaries. Virg. 11. Æneid.
Nuda genu, pro Nudum genu habens. Virg. 1. Æneidos,
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. Ibidem, 8,
-& nudus membra Pyracmon. Seruius.
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos. Ouid. 7. Metam.
Nudus inopsque. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Senecta nuda, Inops. Ouid. epist. 9.
Nuda verba, pro Apertis. Plin. iun. lib. 4. epist. 34.
Exornata atque instructa domus, Nuda & inanis, contraria. Cic. 4. Verr. Tangebatur tamen animi dolore necessario, quòd domum eius exornatam, atque instructam, ferè iam iste reddiderat nudam atque inanem.
Vacuus & nudus ab. Cic. 6. Verr. Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus portúque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua atque nuda est.
¶Nudus à propinquis. Cic. ad Quirites post reditum, Me nudum à propinquis, nulla cognatione munitum, &c.

Nuda

Nuda à magistratibus Resp. per translationem, pro Destituta. Cic. pro Domo sua, Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Resp. à magistratibus?
Agris paternis nudus Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Mœnia nuda suis ducibus. Ouid. 2. Fast.
Nummis nudus. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Nuda vrbs præsidio. Cic. ad Attic. lib. 7, Huic tradita vrbs est, nuda ea præsidio, referta copiis.
Nudo vestimenta detrahere, pro eo quod est, Ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat, inquit Erasmus. Plaut. Asin. 3.
Nudus in causa, destitutúsque. Cic. pro Cecin. Hunc verò qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa destitutúmque videtis.
¶Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, non facilè possunt. Cic. in Parad.
Artes nudæ. Quintil. in Procem. lib. 1.
Asperitas nuda quæstionum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Certamen nudum operum, Id est cõtrouersia in qua certatur non de dignitate, nec de generis splendore, nec potentia aut diuitiis, sed tantùm de operibus, Id est qui plus opera sua confecerit. Ouid. 13. Metamorphoseos,
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur, &c.
Nuda fides. Valer. 5. Argon.
Inficiatio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ira nuda, Id est sola. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Nomina. Ouid. 2. Trist. Vísque meus capiet nomina nuda liber.
Hoc est sola nomina, absque alia narratione.
Odia. Stat. 9. Thebaid.
Simplicitas. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.
Traditio. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Veritas. Horat. 1. Carm. ode 24.
Vires nudas mouent in prælia, Pugnãt sine armis. Stat. 6. Thebaid.
¶Nudus, Insepultus, siue mortuus. Virg. 5. Æneidos,
Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem 1. eclogæ,
Et freta destituent nudos in littore pisces. Seruius.

Nuditas, penult. corr. nuditatis {γυμνότης} Quandoque sumitur pro inopia. Quintil. lib. 10. cap. 2, Tenuitas ac nuditas placuit, &c.

Nudo, nudas {γυμνόω, ψιλόω} nudare, Nudum facere, detegere. Cicero 7. Verr. Quum repentè hominem prorípi, atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri iubet.
Ab aliquo nudari. Ouid. 1. Trist. eleg. 5.
Aciem nudare, Vide ACIES.
Armis nudare iacentem. Ouid. 12. Metam.
Nudatur arbor foliis. Plin. lib. 16. cap. 22.
Tepidos nudauerat arrus. Silius lib. 5.
Corpus nudare. Cic. 4. Tusc. Ex quodam poeta:
Nudare gladios, pro Distringere. Liu. 8. bel. Pun.
Nudare littora, & portus relinquere. Cæsar. 3. bel. Ciuil.
Breuia littorum, nudantur. Tacit. lib. 5.
Montem nudare syluis. Silius lib. 8.
Terga fugæ nudant. Virgil. 5. Æneid.
Nudare vada dicitur ventus. Liu. 6. bel. Pun. Et adeò nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. De Septentrione vento.
Viscera nudare. Virg. 1. Æneid.
Spoliare & nudare. Cic. 2. Verr. Quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit, nudauítque omnia.
Nudata castra. Cæsar. 2. bell. Gall.
Nudatus defensoribus murus. Cæsar 2. bell. Gall.
Præsidio sceleratorum ciuium, perditos magistratus nudare. Cic. pro Domo.
Pericula alicuius, non modò ciuium præsidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare. Cic. Post red. in Senatu.
¶Nudare scelus aliquod, Indicare, patefacere. Liu. 5. belli Maced.
Euoluere & nudare. Cic. 2. de Orat. Libenter te cognitum iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ nudatúmque perspicio.
Nudatus & proditus. Cic. 2. Verr. Quæstura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum à Quæstore suo pecunia publica, nudatum & proditum Consulem?
Nudare animos. Liu. 4. bel. Maced.
Facta alicuius nudare, Id est detegere & prodere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.

Nudatus, pen. prod. Participium {γεμνωθεὶς.} vt
Caput nudatum. Virg. 12. Æneid.
Cacumina syluæ nudata. Ouid. 1. Metam.
Cornicula nudata furtiuis coloribus. Horat. 1 epist. 3.
Corpus. Catull. Argon. epigr. 59.
Crura. Virg. 2. Georg.
Nudatum tecto culmen. Liu. 7. bel. Pun.
Fraus. Claud. de bello Gildon.
Messes. Ouid. 3. Fast.
Montes. Valer. 3. Argon.
Pede nudato currere. Tibull. lib. 1. eleg. 3.
Respublica interitu Consulum nũdata. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17.
Iuris ciuilis scientia nudata vis ingenij alicuius. Cic. 1. de Orat.
Suræ nudatæ tollens tegmina. Catul. Argon. epigr. 59.

Nudipedalia {γυμνοποδία} Sacra erant Hieronymus contra Iouinianum. De his meminit Egesippus lib. 2. belli Iudaici.

Nugæ, nugarum, pluraliter tantùm {λῆρος, ὕθλος, φλυαρία, λόγοι} Sunt sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunque scurriles, ioculatorisque. Vnde Catullus & Martialis poemata sua vocant nugas, vt de inanibus rebus, vel verbis loquentia. Hæc Valla in Raudensem. Plaut. Amphit. 7, Quas (malùm) nugas?

Nugæ, à non & ago componi videtur, quòd nihil agant.
Archetypæ nugæ, Vide ARCHETYPVS.
Bullatæ Perf. Satyr. 5.
Meræ. Cic. Attic. lib. 6. epist. 3.
¶Agere nugas, Vide AGO.
Armatus nugis. Horat. 1. epist. 19.
In nugis poetam non audio. Cic. in Parad.
Auferre nugas, Vide AVFERO.
Conciliare, In CONCILIO.
Concredere alicui suas. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Delectari. Cic. 2. de Diuinat.
Meditari aliquid. Horat. 1. Serm. satyr. 9.
Offendere amicum in. Horat. de Arte.
Relinquere. Cic. Attico, lib. 6.
¶Nugæ, pro homine leui, nugatore, nebulone. Cic. Attic. lib. 6. epist. 3, Videatúrne aut pietatis esse meæ, fratrem: aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere? Relinquere, videlicet in prouincia, quum ipse decederet. Aliquid nugarum, leuem hominem Messinium. Paulo pòst, Quid est igitur quòd laboret? amicos habet, meras nugas M. Scaptium. hoc est, leues homines, & quos amicorum numero Brutus habere non debeat.

Nugas, Adiectiuum indeclinabile. Charisius lib. 1, Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum est, hic & hæc & hoc nugas.

Nugax, nugacis, pen. prod. om. gen. {φλυαρόδης} Qui nugatur. Vnde & Nugator aliàs dicitur.

Nugigerulus, pen. corr. Adiectiuum, Qui vana nuntiat.

Nugiger, pen. corr. Aliud adiectiuum {ληροφόρος.} vt Nugigera manus, hoc est Vana, & quæ feipsam fefellit. Cic. ad Atticum, lib. 4, Dices, vellem iampridem. scio te voluisse, & me. ast nugigeram manũ fuisse. Ex vetusto codice legitur Ast num germanum fuisse?

Nugiuendus, nugiuendi {ληρωτὸς} ab antiquis dicebatur qui aliquid mulieribus venderet, inquit Nonius, nam omnia quibus mulieres vruntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plaut. Aulul. 19, Nugiuendis res solutæ est omnibus.

Nugor, nugaris {ληρέω, ὑθλολογέω, φλυαρέω, φλυαροφαδέω, ἱρηχολογέω, ἀδολεσχέω, βαυκολογέω} nugări, Deponens, Vana & nugas agere. Cic. 2. de Diuinat. Democritus tamen non inscitè nugatur.
Cum aliquo nugari. Horat. 2. Serm. satyr. 1.

Nugator, pen. prod. nugatoris, Verbale {φλυάρος, ἀδολέσχης.} Plaut. Curcul. 9. 1, Ædepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phedromus. Cic. de Senect. Non verò tam isti, quàm tuipse nugator. Idem pro Flacco, Nunc verò non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem testem inuehar.

Nugatorius, Adiect. Idem quod Nugalis {ληρώδης.} Cic. 1. de Nat. deor. Tota res Vellei nugatoria est. Idem pro Cecin. Omnino ad probandum vtranque rem videam infirmam, nugatoriámque esse. Brutus ad Antonium, lib. 11. 2, Leue est ac nugatorium.
Mala, nugatoriáque accusatio. Cic. pro Rosc. Amer.

Nugatorie, Aduerbium. Author ad Herenn. lib. 4, Non contrà tenuiter & nugatoriè respondsum?

Nugalis, & hoc nugale, pen. prod. {φλυαρώδης} Quod est nugis plenum, seu quod est nugarum. Gell. lib. 1. cap. 2, Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatrantes, obiurgatione iusta incessuit. Idem lib. 13. cap. 16, Alij alia quædam nugalia.

Nugarium: vt Nugarium vnguentum. Varr. de Ling. Latin. lib. 6, Diobolares, à binis obolis: fœniculæ ab fœno nugario vnguento.

Nugamentum, nugamenti {ῥᾴθυμμα} Idem quod nugæ. Apul. lib. 1, A quò istorum nugamenta hæc comparasti.

Nullus, nulla, nullum, genitiuo nullius, pen. prod. {μηδὲις, οὐδὲις} & aliquando in carmine correpta, à non, & vllus compositum. Cic. de Amic. Sic munitus est, vt nullo egeat. Idem 4. Acad. Assentiri nulli rei.
Fers te nullius egentem. Horat. 1. epist. 18.
Nullius addictus iurare in verba magistri. Horat. 1. epist. 1.
Nullus, Id est nullius momenti & vtilitatis, siue irritum & inane. Cic. de Amicit. Nulla hæc igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est.
Nullus, cum genitiuo. Cic. 1. de Nat. deor. Elephanto belluarũ nulla prudentior.
¶Nullus, pro Nõ. Terent. And. 1. 2, Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem. Cic. Attic. lib. 12, Philotimus non modò nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Eidem, lib. 15, Ego autem scripsi Sextum aduentare: non quo iam adesset, sed quia certè id ageret, ab armísque nullus discederet.
Nullus admodum, Vide ADMODVM.
Nulli duo concinunt. Plin. lib. 3. cap. 1. ad finem.
Nullus imperator fuit ex illo tempore, vir ille summus, Cic. Mario, lib. 7. 3, de Pompeio.
Argumentum id quidem nullum est. Cic. 2. Tusc.
Ars nulla aut pertenuis. Cic. 1. de Orat.
Nulli consilij, pro nullius. Terent. And. 3. 5.
Nullus de. Cic. 5. de Finib. Vt & omnes partes habeat incolumes, & de virtutibus nulla desit.
De inimicis nulli supersunt. Cic. pro Marcello.
Nullus dom. Liu. 5. ab Vrbe, Alpes inde oppositæ erãt, quas inexuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.
Nullus vllus. Gell. lib. 1. cap. 2, Assueuerabat nulli esse vlli magis ea omnia explorata.
Leges nullæ. Cic. 2. de Leg. Igitur Tutias & Apuleias leges nullas putas?
Quintio tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Cic. pro Quintio.

Nulla fides regni sociis. Lucan. lib. 1.
Nulla fide esse, hoc est, Cui non est adhibenda fides. Plaut. Mil. 2.9,
-caue istuc feceris,
Dicent te mendacem, nec verum esse, fide nulla esse te.
Nullo fine crescunt vites. Plin. lib. 14. cap. 1.
Nullorum hominum homo. Terent Eunuch. 3.1,
Regem elegantem narras. 1. imò sic homo est
Perpaucorum hominum. 6. imò nullorum arbitror,
Si tecum viuit. Id est, præter eũ nemo est qui talem ferre secũ velit.
Lites nullæ, neque controuersiæ sunt. Cic. 1. de Orat.
Nullis literis vir, Id est illiteratus. Plin. iun. lib. 6. epist. 29, Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo consecutos.
Nullo loco deesse alicui. Cic. ad Attic. lib. 2, Anicato vt te velle intelligerem, nullo loco defui. Eidem, lib. 14. Bruto certè meo nullo loco deero.
Nullo modo. Terent. Eunuch. 5. 2,
Quasi dedita opera domi erant, vt nullo modo
Introire possem.
Nullo negotio, Sine difficultate. Cic. Attic. lib. 11, Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. Idem pro Rosc. Amerino, Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti.
Nullus nisi. Cic. 2. de Finib. Nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent.
Nullo numero homo, Id est nullius pretij. Cic. 3. Philip.
Oratio nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Cic. 1. de Orat.
Passim nullo ordine habitant Numidæ. Liu. 10. bel. Pun.
Nullo pacto. Plaut. Pseud. 3, Profectò nullo pacto possum viuere.
Nullam in partem, pro Nullo pacto. Cic. ad Memmium, lib. 13. 1, Ac te illud primũ rogabo, nequid inuitus mea causa facias: sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi vt id libenter facias, antè persuaseris.
Nulla ratione moueris. Cic. 4. Acad. Déque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes.
Nulla re vna magis commendatur orator, quàm splendore verborum. Cic. de Claris. Orat.
Rempublicam nullam habere. Cic. 1. de Orat. Quod nisi fecisset, Rempub. quam nunc vix tenemus, iandiu nullam haberemus.
Ecce me nullum senem. Plaut. Casin. 6.
Tam nullus. Plin. lib. 11. cap. 2, In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio!
Nullus est hoc meticulosus æquè. Plaut. Hoc est nullus est hoc meticulosior.
Nullus sum, pro Perij. Terent. Hecyr. 4. 1, Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire, nulla sum. Et Eunuch. 5. 7, Nullus sum. Vbi Donatus, Plus est nullum esse, quàm periisse. nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui verò nullus est, ita est, ac si natus non sit.
Nullius non facinoris societas, pro Cæiusuis facinoris. Sueton. in Octau. cap. 32. Martial. lib. 8. 21,
Quum facias versus nulla non luce ducentos.
Nullius, pro Neutrius. Asinus Pollio Ciceroni, libro 10. 31, Quum verò non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus planè tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum.

Num {μῶν, ἆρα, οὐ δῆτα, ἆρ' οὐκ} Aduerbium interrogandi, cui subintelligitur negatio. Soli indicatiuo iungitur. Terent. And. 5. 3,
-ô ingentem confidentiam:
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Vide, num eius color, pudoris signum vsquam indicat? Quasi dicat, non cogitat.
Num, an. Horat. 2. Serm. satyr. 5, Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?
Num, aut. Virg. 4. Æneid. Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?
Num quod eloquentiæ vestigium apparet? Cic. 1. de Orat.
Num quo alio modo? Cic. 2. de Inuent.
Annum imperatorum scientia nihil est? Cic. 1. de Diuin.

Numnam {μῶν} compositum à num, & nam. Idem quod Num significat. Terent. And. 3. 4,
Hem numnam perimus?

NVMA Pompilius {νομᾶς πομπίλιος} vir Sabinus, & à Romulo secundus rex, iustitia & pietate insignis: qui pacatis finitimorum odiis, gemini Iani templum edidit: quod apertum bella, clausum pacem indicaret. Mox ad religionem conuersus, in deorum timorem (quo ad mitiora truces is flecteret animos) sacra instituit, sacerdotes creauit, virgines Vestales sacrauit, Pontificem maximum primus declarauit, dies fastos nefastósque condidit, annum in duodecim menses diuisit: postremò vbi maxima cum reuerentia & suorum & finitimorum creuisset, quadragintaque annis regnasset, diem suum obiit. Deo Cicero 2. de Orat. Numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoreum fert, qui annis permultis antè fuit, quàm ipse Pythagoras, quo etiã maior vir habendus est, quum illam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam senserunt.
Coniux Numæ Egeria. Ouid 3. Fast.
Antiqui regia parua Numæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Munificus Numa. Ouid. 3. Fast.

NVMANA, pen. prod. {νομᾶνα} Oppidum est Piceni in Italia, vt scribit Pomponius Mela lib. 2. Dicunt hanc esse deletam.
Scopulosæ rura Numanæ. Silius lib. 8.

NVMANTIA {νομαντία} Vrbs Hispaniæ in Celtiberia, quæ à Romanis obsessa per annos XIIII, quum haberet tantùm quatuor hominum millia, non solùm sustinuit, sed etiam vicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen à Scipione posteriore post longam & artissimam obsidionem deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis

daretur iusti certaminis copia, omnia sua & seipsos igni immiserunt. Vide Florum libro 2. Nunc *Soria* vocatur, vt scribit Oliuarius in Melam.
Euerterunt Numantiam Romani. Cic. 4. Philip.
Fera Numantia Horat. 2. Carm. ode 12.

Numantinus, pen. prod. Adiectiuum {νομαντῖνος,} vt
Vrbs Numantina. Ouid. 1. Fast.
Aui Numantini. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Numarius, Adiectiuum. Numarius, rij, Numatio, Numatus. Vide NVMVS.

NVMATIVS Planeus, Nobilis fuit Romanus, Iulij Cæsaris temporibus, qui primus Lugdunum coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatij carmen. Sunt qui scribant Munarius.

Numella, numellæ {νώμη} Est, vt ait Nonius, machinæ genus ligneũ, quod ad diserucianclos noxios parabatur, quò collum & pedes immittebant antiqui. Nomen habere videtur inde, quòd qui eo vinculo constricti erant, nuere demissóque capite esse cogebantur. Numellam enim, quasi nuellam, abundante litera m intelligo à nuo, vt huellam à luo. Turneb. Plaut. Asin. 11. 5,
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, borias,
Torторéque acerrimos.
Numell., authore Festo, genus est vinculi quo quadrupedes alligantur. Varro libro 2. de Re rust. cap 9, Confue quoque faciunt, vt possint alligari primùm leuibus numellis: quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. De canibus. Legitur in emendato codice vinclis. Colum. de ouibus & capris, libro 7 cap. 8, Nonnulli antequam pecus numellis inducant, vitides pinceas nuces in mulctram demittunt.

Numen, numinis, pen. corr. neut. gen. {ἀπὸ τοῦ νεύω, θεῖον, θεότης} Dicitur, authore Festo, quasi nutus dei, ac potestas. A nuo, nuis, quod veteres pro volo vsurpabant. Virg. 2. Æneidos,
-non hæc sine numine diuûm
Eueniunt. Id est, sine fati necessitate, vt ait Seruius. Valla negat significare nutum, lib. 6.
Numen, inquit Varro de Ling. Latin. lib. 6, dicunt esse imperium, dictum ab nutu. Actius,
Multis nomen vestrum, numéque ciendo.
Numen est quoddam & vis deorum. Cic. 2. de Nat. deor.
Numen, Potestas dei, maiestas. vnde Diuersa numina, id est diuersæ potestates. Virg. 4. eclog,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Numen, Possibilitas. Virg. 1. Æneid. Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Seruius. Catull. Argon. epigr. 59,
Annuit inuicto cælestum numine recto.
Cultores numinis. Ouid. 1. Metam.
Amicum mihi numen. Virg. 2. Æneid.
Benigno Iuppiter. Horat. 4. Carm. ode 4.
Conicia veri. Virg. 2. Æneid.
Conuersa. Virg. 5. Æneid.
Diuinum horrere. Cic. 4. Acad. Quis potest, quum existimet curari se à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere?
Reddirum se diuino numine Reipublicæ Cicero testatur pro Domo sua
Exorabile. Iuuenal. Satyr. 13.
Implacabile. Senec. Oed. ip. 4.
Inexorabile. Stat 9. Thebaid.
Numina læua. Virg. in Georgicis,
In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo. Numina læua, deos dicit in lædendo magis, quàm in iuuando potentes, quos idcirco deprecari agricolas monet. Ex Gell. lib. 5. cap. 12.
Magna deûm. Virg. 2. Æneid.
Maligna. Iuuenal. Satyr. 10.
Præsens & propitium alicui. Quintil. in Procem. lib. 4.
Puro numine Iuppiter glaciat niues. Horat. 3. Carm. ode 10.
¶Adorare. Virg. 1. Æneid.
Ascribi numinibus, Vide ASCRIBO.
Colendum. Stat. 9. Thebaid.
Iram numinis contrahere sibi. Ouid. 2. Metam.
Numine suo atque auxilio nos defendunt dij immortales. Cic. 1. in Catil.
Secundis numinibus euenire. Tacit. lib. 15.
Iræ numinis exercent te. Virg. 4. Georg.
Exorabile Cæsaris. Stat. 5. Sylu. 1.
Diuûm numine feror in arma. Virg. 2. Æneid.
Horrere diuinum. Cic. 1. de Finib.
Læsum. Virg. 1. Æneid.
Metuens numinis ingenium. Ouid. 6. Fast.
Occursare numinibus, In OCCVRRO.
Orare. Virg. 2. Æneid.
Parent numini diuino omnes naturæ. Cic. 1. de Diuin,
Placabile. Ouid. 2. Trist.
Placare numen per sacrum aliquod. Ouid. 12. Metam.
Diuinum precibus placare. Cic. pro Domo.
Cælestes precari. Ouid. 1. Metam.
Magna precari. Virg. 3. Æneid.
Sancta precamur. Virg. 3. Æneid.
Spernere diuûm. Ouid. 8. Metam.
Cæluna & terras qui numine torquet. Virg. 4. Æneid.
Vendere numen interdictúmque deorum immortalium alicui. Cic. in Pisonem.
Venerabile. Stat. 4. Sylu. 6.
Non violabile. Virg. 2. Æneid.
¶Numen, Ipse deus. Virg. 4. Æneidos,
Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt)

Supplicia

Supplicia hausurum scopulis.
Aquarum numen Neptunus. Ouid. 4. Metam.
Belligerum. Stat. 1. Achil.
Fontana numina Naiades. Ouid. 14. Metam.
Montana numina Panes. Ouid. epist. 4.
Rustica numina Fauni. Ouid. 1. Metam.
Syluestria. Ouid. 2. Fast.
Doloris numina. Quintil. in Procem. lib. 6.
¶Numina diuûm, Oracula. Virg. 2. Æneid.
Conceptum numen pectore. Lucan. lib. 5.
Manifesto numine, Id est manifesto deorũ iudicio. Virg. 11. Æneid.
¶Numen, pro Nutu. Lucret. Terrificas capitum quatientes numine cristas. Scio ad numen magnæ matris referri posse videri: sed perspicuè motus nutúsque capitis significatur, quem sequitur & nutus cristæ, vt apud Homerum,
-σὺν δὲ κάρη κεφαλῇφι θεοῖο νεύσας. Turneb.
Numen mentis, id est Nutus. Lucret. lib. 3,
Paret, & ad numen mentis, moménque mouetur.
Diuersum numen, id est diuersus nutus. Lucret. libro 4,
In quem quæque locum diuerso numine tendunt.
¶Numen, pro Habitu atque ornatu interpretatur Nonius. Virg. 2. Æneid. Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Seruius, Numine nostro, Aut diis contrariis, aut quia in scutis Græcorum, Neptunus: in Troianorum, fuerat Minerua depicta.

NVMENIVS {νομήνιος} Misenæ regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho præfectus, qui Persas eodem die nauali & equestri certamine victi: geminâque eodem in loco Ioui & Neptuno trophæa erexit. ¶Fuit & Numenius Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philosophis anteponere. Hunc ferunt, quum Platonis dogmata cum Mosis mysteriis conferret, illud identidem asseruisse, Platonem sibi prorsus Mosen alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

NVMERIVS {νομήριος} A numero prænomen ductum est.

Numerus, numeri, pen. corr. {ἀριθμὸς} Vnitatum collectio.
Numerus, est ex vnitatibus composita multitudo. Euel. 7. Elemen.
Numerus. notis quibusdã veteres vtebantur numeros significantibus, quas deinde ad literarum formam, scribendi consuetudine, paulatim conuertit librariorum inscitia. quas quidem notas, & earum significationem è regione subiiciam. atque hæ tredecim sunt, totidem, quot Priscianus agnoscit: ab eo tamen, quiddam est, cur dissentire cogar.

Antiquæ notæ:	Significatio	
I	1	vnus
V	5	quinque
X	10	decem
L	50	quinquaginta
C	100	centum
IↃ	500	quingenta
CIↃ	1000	mille
IↃↃ	5000	quinque millia
CCIↃↃ	10000	decem millia
IↃↃↃ	50000	quinquaginta millia
CCCIↃↃↃ	100000	centum millia
IↃↃↃↃ	500000	quingenta millia
CCCCIↃↃↃↃ	1000000	decies centena millia.

Non erat autẽ, inquit Plinius, apud veteres numerus vltra centum millia. itaque & hodie multiplicantur hæc, vt, decies centena millia, aut sæpius, dicatur. Atque hæ notæ, si figuram consideres, eædem omnes sunt, nisi quòd in quinque primis deprehenditur dissimilitudo. nã quum scribimus C IↃ, siue IↃↃ, & inde quæ subsequũtur, duabus tantùm vtimur notis, I & C, hoc tamen obseruantes, vt C post I non tanquam auersa, sed quasi respiciens constituatur, sic vnamquanque summam, quàm volueris immensam, explicari primis quinque notis animaduertes. Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quòd à prima nota ad vsque eas, quas in extremo posui, alternis modò in quincuplum summa crescit, modò in duplum: quod, ipsas notas qui persequi singulas voluerit, intelliget. Prisciauus autem hanc rationem tractat imperité. primùm mille sic ait notari, X, & decem millia sic, CXↃ. in quo repugnat vetustatis obseruatio. triplex enim genus est, quod antiquitatem maxime testatur, lapides, libri, nummi. & quum ego in singulis non ita negligẽter sim versatus, nunquam tamen X pro mille comperi, nunquam CXↃ pro decem millibus. sed idem labat in sua sententia: infert enim paulò post: Decem millia, quod verisimilius est, notatum per M, circunscriptam ex vtroque latere: & M putat mille significare, quia nominis prima sit litera. quorum alterum concedo, VT M mille valeat: alterum, quia cum ratione pugnat, concedere non possum, vt M ideo mille significet, quòd in verbo mille princeps occurrat litera. mihi enim dubium nõ est, quin M inde sit deriuata, quòd veteres pro quingentis hac vtebantur figura IↃ: vnde contra Prisciani sententiam, qui de origine D nescio quid ridiculè comminiscitur, facta, est D, negligentia simul & ignorantia deseribentium, dum antiquas notas elementa putant. ergo pro quingentis, vt dixi, scribebant IↃ, pro mille CIↃ: vnde fluxit M, errorem creante similitudine, quòd M quandoque ita scribitur CIↃ, vt minimum discrepare videatur à CIↃ. in antiquis autem libris & alias figuras pro mille vsurpatas licet animaduertere, vt ∞ & CIↃ, quas peperit minus accurata librariorum festinatio, id agentium, vt CIↃ vno calami ductu perficerent. etiam ↀ & ↀ pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab CIↃ, corruptæ scilicet à corrupta. Quæritur etiã, cur L quandoque pro I posita reperiatur, vt in hac figura CCCLↃↃↃ, & similibus, huius quoque mutationis culpam sustinet librariorum inscitia: qui quum antiquam notam, I, longiusculam viderent, exempli gratia sic, CCCIↃↃↃ; decepti similitudine consonantem L putarunt, & pro CCCIↃↃↃ, scripserunt CCCLↃↃↃ. Hæc de numerorum

notis. reliqua erant nonnulla: quæ, quia satietati legentium placet occurrere, prætermitto. hac de re paulò plenius agerum in libris de quæsitis per epistolam. Ex Paulo Manutio in epist ad Attic.
Aureus numerus sic vocatur (vt aiunt) propterea quòd Iulius Cæsar quum deprehendisset decimonono quoque anno Lunam ad eundem Zodiaci locum vnà cum Sole redire, eum literis aureis in Calendario singulis annis adscribi iusserit.
Breuiores numeri. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Centenarius, Vide CENTVM.
Duplaris & triplaris, Vide suis locis.
Immanis, Vide IMMANIS.
Impar, Vide IMPAR.
Infinitus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Innumerales. Lucret. lib. 2.
Singularis, dualis, ac pluralis. Quintil. lib. 1. cap. 5.
¶Numerus aliquando refertur ad ea quæ mensurantur. Vnde Magnum numerum frumenti, olei, vini antiqui dicebant. Cic. pro Plancio, Frumenti in summa caritate maximũ numerum miseram. Cæsar in Comment. Frumenti magnum numerum coegit. Hirtius in Comment. Magno inuẽto numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici. Cic. 2. Philippica, Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.
Magnus numerus frumenti, In MAGNVS.
Numero ac summa sua, pecunia quãta sit ostendit. Cic. pro Cluent.
¶Numerus, Societas, grex, seu pars. Vnde dicimus aliquem ex eorum numero, qui est eorum particeps. Sallust. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit.
Integer numerus militum. Cic. Appio, lib. 3. 3.
Exigui numero viri. Virg. 5. Æneid.
Turmæ equitum numero tres. Virg. 5. Æneid.
¶Numerus, pro Honore vel existimatione. Cicero 2. Philippica, Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti, quo numero fuisti? Qua existimatione, quo gradu dignitatis?
Ex numero desertorum homo. Cic. 1. de Orat.
Nullo numero homo, Vide NVLLVS.
¶Abundare numero. Quintil. lib. 5. cap. 7, Et si deficietur numero pars diuersa, pauciratem: si abundabit, conspirationem: si humiles producit, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere.
Accipi in numero, Vide ACCIPIO.
Adoleuit numerus, Id est creuit, auctus est. Paterculus lib. 2, Gladiatorum numerus intantum adoleuit, vt qua vltimò dimicauere acie, quadraginta millia hominum se Romano exercitui opposuerint.
Ad numerum adscribere, pro In numero suorum habere. Cic. ad Quintũ frat. lib. 1. 1, Quo ex genere siquem fortè tui cognosti amantiorem (fieri enim potuit) quàm temporis, hunc verò ad tuum numerum libenter adscribito.
Adscribere in numerum, Vide ASCRIBO.
Æquati numero, Vide AEQVO, æquas.
Augere numerum. Lucret. lib. 1.
Colere in numero. Cic. contra Rullum.
Collocare in deorum numero, Vide COLLOCO.
Componere numero in turmas. Virg 11. Æneid. Seruius, Numero, Id est rationabiliter. Vnde & sæpenumero dicimus, Id est frequenter & rationabiliter.
Comprehendere numero, In COMPREHENDO.
Conficere numerum. Cic. pro Cluent.
Continere. Cic. de Finib.
Conuenit numerus, Vide CONVENIO.
Defici aliquem numero. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Digerere aliquid in numerum. Virg. 3. Æneid.
Distribuere in numeros, Hoc est in ordines, vel ita per numeros disponere, vt postea in ordines reduci possint. Plinius iun. libro 10. epist. 29.
In numero & loco hostium duci. Cic. 7. Verr.
Efficere numerum. Cæl. Cic. Fam. 8.
Eiicere è numero. Cic. Philip. 13.
Exequi subtiliter numerum, Id est minutatim. Liu. Decad. 1. lib. 3, Difficile ad fidẽ est, in tã antiqua re, quot pugnauerint cecideriuve, exacto affirmare numero. audet tamen Antias Valerius concipere summas. Romanos cecidisse in Hernico agro V Mil. ac CCC. ex prædatoribus Æquorum, ab A. Posthumio Consule duo millia & CCCC cæsos. Paulo pòst, Interfecta inde quatuor millia, & exequendo subtiliter numerum, CC ait & XXX.
Eximere aliquem numero beatorum. Horat. 2. Carm. ode 2.
Numero eximere, Est eximiũ, & egregium, & singularem aliquem constituere. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Explere, Vide EXPLEO.
Gliscere numero. Tacit. lib. 4.
Numerum habui Plaut. Pseud. 15,
Habui numerum sedulò, hoc est sextum à porta, proximum
Angiportum, Id est sciebam quotus esset.
Rationem numerúmque habere. Cic. 7. Verr.
Habere aliquem in numero suorum, hoc est, inter suos & amicos. Cic. Octauio, lib. 13. 22, Ipsum suo nomine diligas, habeásque in numero tuorum.
Habere aliquẽ numero ac loco. Cic. 4. Verr. Sed ne miremini qua ratione is tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breuiter quid hominis sit: vt & istius nequitiam, qui illum secũ habuerit, eo præsertim numero ac loco, & calamitatem prouinciæ cognoscatis.
Numerus, transfertiè pro turba sine nomine, sine virtute ac dignitate. nam apud scriptores multitudo numero, non pondere, aut dignitate æstimatur. Horat. lib. 1. epist. ad Lollium, 1,
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati, &c. Ex Lambino.
Numero, vel in numero aliquo haberi, vel esse: cui Despici oppo-

nitur. Varro 1.de Re ruſt.cap.17.Quod ita quum ſit,minus ſe putant deſpici,atque aliquo numero haberi à domino. Brutus ad Atticum, Quid enim tam alienum ab humanis ſenſibus eſt , quàm eum patris habere loco,qui ne liberi quidem hominis numero ſit?

Metiri numerum.Stat.6.Thebaid.

Mutare.Quintil.lib.1.cap.6.

Obire.Plin.iunior in Panegyr.

Obtinere aliquem.Cic.de Claris Orat.Dicebat etiam L.Scipio nō imperitè, Cneúſque Pompeius F.aliquem numerum obtinebat. Subaudi inter oratores. Vide OBTINEO.

Ad numerum permanere.Cic.1.de Nat.deor.Sic enim dicebas,ſpeciem dei percipi cogitatione,non ſenſu,nec eſſe in ea vllam ſoliditatem,neque eandem ad numerum permanere.

Peruenire in.Cic.in Brut.

Putari in.Cic.in Piſon.

Redigi ad duorum.Ouid.6.Metam.

Referre aliquem in.Cic.2.de Diuinat.

Replere.Lucret.lib.2.

Reponere in.Cic.in.Verr.

Seiungere ex.Cic.Verr.4.

Subducere.Catul.in Epithal.Iuliæ.

Ad numerum eſſe,Vide AD.

In numero eſſe,Annumerari. Cic.ad Sulpitium,libro 13.2.4.In primíſque libertus eius,L.Coſſinius Anchialus,homo & patrouo,& patroni neceſſariis,quo in munere ego ſum,probatiſſimus.

Hoc erit in magno numero noſtrorum malorum , Id eſt Augebit numerum noſtrorum malorum. Cic. Attico,lib.3.46.

Eſſe in numero ciuium.Cic.pro Domo.

In nullo numero eſſe. Cic.3 de Orat.Actio, inquam,in dicendo vna dominatur : ſine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt. Id eſt,in nullo pretio.

Deorum numero eſſe alicui. Liu.7.ab Vrbe,Conditorum , parentum,deorum immortalium numero nobis exitis. Numero,id eſt loco. Paulo enim antè dixerat eadem de re , Sic enim à maioribus noſtris accepimus , Prætorem , Quæſtori ſuo,parentis loco eſſe oportere.

Venerari in numero deorum aliquos.Cic.2.pro Lege agrar.

Venire in numerum oratorum.Cic.1.de Orat.

¶Ad centena numero,Vide AD præpoſitionem

Numerorum arenarius,Qui in ſchola tanquam in arena numeros exercet & docet , à circenſi arena & amphitreali tranſlatione profecta,niſi quis potius putet ratiocinatorem & numerarium ita vocari quadam veri ſuperlatione , quaſi arenam numerare poſſit : vt apud Flaccum ſcribitur,

Te maris & terræ numeróque carentis arenæ
Menſorem. Ex Turnebo.

¶Numerus , pro ratione harmonica ponitur , quam Græco vocabulo rhythmum appellamus,quòd omnis harmonia & omnis cōcentus numeris conſtet.Virgil.9.ecloga,

-numeros memini ſi verba tenerem. Hinc oratio quæ numeris caret,ſoluta dicitur:quæ verò numeris conſtat, numeroſa.Cic.2.Acad. Atque ipſe varium & elegans omni ferè numero poema feciſti.

Vincula numerorum. Cic.in Orat.Primùm igitur eum tanquam è vinculis numerorum eximamus:ſunt enim quidā,vt ſcis,oratori numeri,de quibus mox agemus,obſeruādi ratione quadam , ſed alio in genere orationis , in hoc omnino relinquendi. Numeros tanquam vincula appellat,vel quòd oratoré quodammodo alligant ad eos obſeruandos: vel(quod magis placet)quia membra & periodos orationis vinciunt, & egregiè coniungunt.

Numerus & modus oratorius.Cic.1.de Orat.

Flebiles numeri.Ouid.2.Faſt.

Impares numeri,Elegiaci.Ouid.3.Amor.eleg.1.

Leuioribus numeris apta materia.Ouid.1.Amor.eleg.1.

¶Adiungere numeros,In ADIVNGO.

Adiunxit primus numeros verbis ſolutis Iſocrates.Cic.in Orat.

Alligari numero.Quintil.lib.4.cap.5.

Aſtringere orationem numeris, In ASTRINGO.

Moderatione certa quadam numerorum aſtringitur hiſtrio. Cic.1. de Orat.

Canere in cantu numeros,Vide CANO.

Claudere ſententias numeris.Cic.in Orat.

Commetiri numero,Vide COMMETIOR.

Verborum numerum,ſententiarum numero cōſequi. Cic.2.de Orat. Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè vicit, qui ita creber eſt rerum frequentia , vt verborum propè numerum, ſententiarum numero conſequatur.

Contentæ numeris fides.Cic.4.de Finib.

Numero & paucitate definita genera.Cic.2.de Orat.

Graui numero edere arma.Ouid.1.Amor.eleg.1.

Explere numeros & conficere verſus , eius eſt qui fidibus vtitur. Cic.4.Academic.

Molli numero fluunt carmina.Perſius.Satyr.1.

Ludere in numerum.Virgil.4.Georg.de Cyclopibus,

Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt In numerum. Lucret.lib.2,

Ludunt,in numerúmque exultant ſanguine læti.

Extra numerum ſi ſe moueat hiſtrio,exſibilatur & exploditur.Cic. in Parad.

Numeris verba nectere,Carmina componere.Ouid.lib.4.de Pont. eleg.2.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.Virg.6.Æneid.

In quadrum numerum ſententias redigere.Cic.in Orat.

Modum & numerum in oratione ſoluta ſeruari oportere. Cic.de Claris.Orat.

Soluti numeri lege.Horat.4.Carm.ode 2.

¶Omnibus numeris abſolutus. Plin.Iunior ad Saturninum, lib.9, epiſt.tertia à fine.

Per ſuos numeros componitur infans in vtero. Ouidius 7. Metamorphoſeos,

Vtque hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Pérque ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras Sic, &c.

Obire omnes numeros comitatis.Plin.in Paneg.

Perfectum expletúmque omnibus ſuis numeris & partibus.Cic.1. de Nat.deor.

Veritatis omnes numeros in ſe habere. Cic.1.de Diuin.Itáne verò quicquam poteſt caſu eſſe factum , quod omnes habeat in ſe numeros veritatis?

Continere omnes numeros virtutis.Cic.3.de Finib.

Numeri, Abſolutè, verſus. Auſonius,

-tu flexu & acumine vocis
Innumeros , numeros doctis accentibus effer. Et in epitaphio comici Plauti,
Et numeri , innumeri ſimul omnes collachrymarunt. Id eſt,illius poetæ occaſu,non tantum numeri,id eſt verſus,ſed etiam innumeri, id eſt ſoluta oratio lachrymas profuderunt. Vide INNVMERVS,ſuo loco.Turneb.

¶Numerus,occultiore ſignificato longè aliud eſt quàm quod vulgus exiſtimat. Sanè Plato,velut Solomoni concinens,dicenti Deum omnia in numero , pondere & menſura perfeciſſe : dum numeros, menſuras , & ſolida in medium adducit , per numeros vult intelligi ipſas rerum naturalium ſpecies formáſque ſubſtantiales: quas etiam Ariſtoteles numeris comparat. Per menſuras autē,certas inſtrumentaléſque figuras, vel magnitudines ſpecibus certis accommodatas. Per ſolida denique atque vires ſignificat qualitates,& quæ cum motibus penitus protenduntur , & præſtant motionibus actionibúſque momentum. Ex qua recōditiore diſciplina ſcribit Macrobius,Numerorum certam conſtitutámque rationem animas ſociare corporibus. Qui numeri dum ſuperſunt,perſeuerat corpus animari.Quum deficiunt,arcana illa vis ſoluitur,qua ſocietas ipſa conſtabat. Et hoc eſt quod fatum & fatalia vitæ tempora vocant.Vnde eſt Virgilij illud 10.Æneidos, -explebo numerum,reddárque tenebris. Hinc etiam veteres philoſophi dixerūt , Animam eſſe numerum ſe mouentem. Quod Pythagoricum eſſe decretum, probat Plutarchus, lib.4, de Placitis philoſophorum,adiiciens tamen numerum hīc pro mente accipi.

¶Numerus impar à Pythagora plenus cenſebatur & perfectus: contrà Par, indigus , deficiens & imperfectus. Impar ſiquidem pari commiſtus,vim ſuam ſeruat perpetuò: conduplicatus verò, eundem gignit. Eſt itaque fœcundus : habétque vim principij , diuiſionis ipſe neſcius , vnitate ſemper in eo redundante. Par verò diuiſibilis eſt: nec imparem vnquam producit. Atqui ex diuiſione malū omne ſuboritur,corporum ægritudines,ciuitatum ſeditiones , familiarum diſſidia,& reliqua hoc genus. Econtrario, ex vnitate bonum omne, corporum ſanitas , ciuitatum & familiarum pax,animorum conſenſus. Proinde Homerus imparia ſemper ſuperis contribuit : inferis verò paria. Adde quòd Pythagoras numeros impares ponebat formis rerum naturalium analogos,vt Pares materiæ : per hos de ſenſibilibus,per illos de intellectualibus ſubſtantiis philoſophans.

¶Numeri militares inde putantur dicti,quòd ad numerum omnia præſtarēt,vel quòd eorum certus quidam numerus eſſet:quod hodie Galli reges obſeruant,certum quendam numerum alentes etiam pacis temporibus. Vlpian.in l.vnica.D.de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis ,Si quis militum ex alio numero tranſlatus ſit in alium : quanuis & hinc ſit exemptus , & illō nondum peruenerit:tamen poterit iure militari teſtari. eſt enim miles, quanuis in numeris non ſit.

Deſinere in numeris eſſe. Paulus in l.Quod dicitur.D.de militari teſtamento,Poſtquam deſiit in numeris eſſe.

Manere in numeris.Vlpian.in l.4 D.de militari teſtamento.

Referri in numeros.Vlpian.in l.ex eo tempore.D.de militari teſtamento, Ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari , ex quo in numeros relatus eſt : antè non. Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti vel tirones ſunt,& publicis expenſis iter faciunt,nondum milites ſunt. Debent enim in numeros referri.

In numeros nomen referre. Plin.epiſt.8.lib.3, Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt:ideóque liberum eſt nobis Syluanum in locum tuum ſubdere. In numeros,Id eſt in ordinem,Tribunorum ſcilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem ſunt,nondum tamen in ſuos ordines peruenēre.

¶Numeri,Teſſeræ. In teſſeris enim antiquorum vt noſtris,ſcripti erant tantùm numeri:vnde Iactare numeros,pro Iacere teſſeras dixit Ouidius,

Seu luder numeróſque manu iactabit eburnos,
Tu malè iactato,tu bene iacta dato. Ac quum ſenū ſint laretū,plures numeros,quàm tali, qui quaternūm ſunt, habebant : vnde & numeros appellaſſe fortaſſe putabitur Ouidius,aut potius quòd tali ſine punctis & numeris fierent. Vide TALVS,& TESSERA. Turneb.

Numerò,Aduerbium , vetteres pro Nimium eūtò dicebant, authore Feſto.Plautus Menæch 8,Menæhme,numerò huc aduenis ad prandium. Idem Milite,22.Haud etiam numerò hoc dicis. Sic Caſin.16,

-quid vis Ancilla?p.nimium fœuis.s.numerò dicis? Eraſmus,Numerò dicis,dixit,pro eo quod eſt,Facilè & cōpendio. Feſtus exponit pro Citò ac Celeriter : citans tum alios multos authores , tum hunc Plauti locum. Sed apud Feſtum adeò depraua ta eſt ſcriptura , vt referre pigeat:niſi quòd illinc colligitur veteres non ſolùm dixiſſe,numerò dicis,ſed numerò ſcis,numerò facis,numerò expūgere, numerò credere,numerò venire: pro Facilè & citò venire. Nonius Marcellus putat numerò dici pro Multū:ſed exempla quæ adducit,magis indicant accipi pro Citò ac facilè , ſiue ſtatim. quod ipſum ille fatetur in fine. Idem in Amphit. Numerò mihi in mentem fuit. Vſurpatur apud eundem & aliis aliquot locis.

Numeroſus,penult.prod. Adiectiuum , Quod magno conſtat numero.

Plin.in epiſtolis,Hoc opus numeroſas poſcit manus.Hoc eſt,multas. Idem in Paneg.Alió me vocat numeroſa gloria tua.

Numeroſiore ambitu litorum circunflectitur Ionia. Plin.lib.5.capite 29.

Brachia numeroſa ducere.Ouid.2.Amor.eleg.4. Hoc eſt ad certā legem & menſuram.

Cicatrix numeroſa.Claud.de bello Get.

Cohors.Plin.lib.7.cap.44.

Geſtus.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.

Laus.Ouid.ad Piſonem.

Malum.Senec.Herc.fur.4.8.

Opus,Vide OPVS.

Partus.Plin.lib.11.cap.40.

Phalanx.Valer.1.Argon.

Quæſtus numeroſior.Claud.1.in Eutrop.

Varietas.Plin.lib.9.cap.17.

Vrbes.Claud.de bello Gildon.

¶Numeroſa oratio Ciceroni dicitur in Oratore quæ eſt ſimilis numerorum,nō planè è numeris conſtans. Idem 3.de Orat.Etſi numeroſum eſt id in omnibus ſonis atque vocibus quod habet quaſdam impreſſiones,& quod metiri poſſumus interuallis æqualibus.

Loci numeroſi.Quintil.lib.6.cap.3.

Horatius numeroſus.Ouid.4.Triſt.eleg.9.

Numeroſē , Aduerbium. Cic.3.de Orat.Et tamen eam coniunctionem ſicuti verſuum numeroſē eadere & quadrare & perfici volumus. Idē 2.de Nat.deor. Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſē ſonantes? In priore quidem exēplo ſignificat id quod vulgò dicitur *rhythmicè*, & *per menſuras*.in poſteriore autem,Permultum.

Numeroſē & aptè cadens comprehenſio.Cic.in Orat.

Cadit numeroſē ſententia.Cic.de Claris.Orat.Ipſa natura circunſcriptione quadam verborum comprehendit concludíque ſententiam : quæ quum aptis conſtricta verbis eſt , cadit etiam plerunque numeroſē.

Aptè & numeroſē dicere.Cic.in Orat.

Numeroſē & volubiliter orationem fundere.Cic.in Orat.

Numeroſitas,pen.corr.Macrob.lib.5.Saturn.cap.20,Ad ſignificationem numeroſitatis innumeræ , Id eſt ad ſignificandum numerum immenſum.

Numeralis,& hoc numerale, pen.prod. {ἀριθμητικὸς} Quod ad numerum pertinet. Vnde numeralis ſcientia,quæ tractat de numeris. Græcè Arithmetice dicitur.

Numeralia nomina, apud Grammaticos,quibus vtimur in numerando.

Numerabilis,& hoc numerabile, pen.corr. {ἀριθμητὸς} Quod numerari poteſt.

Populus numerabilis , Id eſt paruus , modicus , pancus. Horat.de Arte. Ita loquuntur Græci. Theocrit. εἰδ.15,quod inſcribitur χάριτες.

-φίλαι μάλιστ ἀγέλαστοι
Τίνιοις, ἓδ' ἀδόξητοι,ἀριθμητὸν δὲ πάπαντες. Monuit Lambinus.

Numero, numeras,pen.corr. {ἀριθμέω} numerāre,Per numeros recenſere vel colligere & metiri.Virgil.3.ecloga,

Bíſque die numerant ambo pecus.

Per digitos numerare.Ouid.3.Faſt.

Argumenta ſi ex reis numeres, innumera ſunt:ſi ex rebus,mōdica. Cic.2.de Orat.

Imbres hybernos citius numeraueris.Stat.3.Sylu.3.

Tempora ſi numeres,bene quæ numeramus amātes, Ouid.epiſt.2.

¶Numerare, Recenſere ordine.Virg.4.Georgicorum,

Atque Chaodenſos diuūm numerabat amores.

¶Numerare pecuniam, pro Præſentem pecuniam dare. Cicero ad Plancum in Epiſt.ad Attic.lib.16, Atticus qui ciuitatem cōſeruatam cuperet,pecuniam numerauit de ſuo.

Stipendium numerare militibus.Cic.in Piſonem.

A Quæſtore numerare,Vide A vel AB.

A ſe numerare.Cic.2.Philip.Multi præterea improbi,quos quidem à ſe primum numerare poſſunt.

Numerare alicui , Subitatelligitur pecuniam. Plaut. Aſin.2.4. Cic. pro Quintio,Sed Romæ quotidie, ſimularque ſibi hic annuiſſet , numeraturum ſe dicebat.

¶Numerare , pro Habere , & cenſere. Cic.pro Roſc.Amer.In hoc tanto,tam atroci,tam ſingulari maleficio, quod ita raro extitit, vt ſiquando auditum ſit,portenti ac prodigij ſimile numeretur. Idem 4. Verr. Propè Collega Timarchidi numerabatur. Id eſt,habebatur & cenſebatur. Budæus.

Nullo loco numerare rem aliquam,pro Nihili facere.Cic.2.de Finib. Idque Socratem,qui voluptatem nullo loco numerat,audio dicentem.

Aliquem accuſatorem ſuum numerare, non competitorem. Cic. pro Mur.

Sapientem ſe & eſſe,& numerari velle.Cic.Lent.lib.1.9.

Proximum optimis numerari.Cic.de Claris Orat.

In actis alicuius quippiam numerare.Cic.1.Philip.

Numerare in bonis , &c. Id eſt inter bona, hoc eſt bonum iudicare. Cic.1.de Finib. Cur nec voluptas in bonis ſit numeranda , nec in in malis dolor,&c. Idem ad Curionem,lib.2.5,Ne id quod petit,exigere magis,quàm rogare,& in mercedis potius quàm in beneficij loco numerare videatur.

In primis beati in Italia Crotoniatę quondam numerabantur.Cic. 2.de Inuent.

In multis numerari.Cic.de Claris Orat.

Mors in beneficij partem,ſi cruciatus abſit,numeretur. Cicero 11. Philip.

In vulgo patronorum numerari.Cic.de Claris Orat.

Numerare inter.Cic.pro Roſc.Amer.Honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur.

Inter amicos numerari.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.

Numerandus,Participium {ἀριθμητέος.} vt

Ante omnes bello numerandus Amilcar.Silius lib.15.

Numeratus,pen.prod.Aliud participium {ἀριθμημένος.}Cic.pro Cecina, Quum vteretur dote vxoris numerata,quo mulieri eſſet res cautior.

Militi numerato repetebat caſtra.Silius lib.7.

Numerato , vice aduerbij poſitum {ἀριθμέω.} Cic.Attic. lib.12,Mihi & res,& conditio placet , ſed ita vt numerato mihi , quàm æſtimatione. Id eſt,Malim numerari mihi,quàm diutius expectare.

In numerato habere ingenium , Id eſt promptum & ad manum, hoc eſt præſentiſſimum, & ad expedienda ex tempore dicenda ſolertiſſimum.Quintil.libro 6.cap.3. Eraſmus,In numerato habere,ſi ad animi rem tranſferatur,prouerbij rationem habuerit. Sumptum eſt ab iis qui res ſuas ad certiſſimum calculum redegerunt , hoc eſt ad pecuniam numeratam.

In numerato relinquere HS. D C. hoc eſt,In numerata pecunia,vel pecuniæ numeratæ. Plin.lib.33.cap.10.

Numeratio,Verbale {ἀριθμησις.} Colum.libro 11.cap.1;Sed vbi æris numeratio exigitur,res pro nummis oſtenditur.

NVMESTRANI,Populi Italiæ,in tractu Lucanorum,Vrſentinis,& Volſentanis proximi,quorum meminit Plin.lib.3.cap.11.

NVMICIVS {νομίκιος} Amnis eſt , non longè à Lauinio, qui & Numicus dicitur.

Corniger Numicius.Ouid.3.Faſt.

NVMICVS, pen.prod. {νομίκιος} Ingens fluuius fuit in Latio:in quo repertum eſt cadauer Æneæ & conſecratum. Vide Liuium Decad.1. lib.1. Poſt paulatim decreſcēs,in fontem redactus eſt: qui & ipſe ſicatus eſt ſacris intercepris. Veſtæ enim nonniſi de hoc fluuio libari licebat. Hæc Seruius in illud Virgilij 7.Æneidos,

-hæc fontis ſtagna Numici. Dicitur & Numicius.

Fontis vada ſacra Numici.Virg 7.Æneid. Sunt qui putent apocopen eſſe pro Numicij, ſed refelluntur hoc carmine Silij Italici lib.8, Haud procul hinc paruo deſcendens fonte Numicus Labitur.

Littus ſacrum Numici.Virg.7.Æneid.

Placidi ſum nympha Numici.Ouid.3.Faſt.

NVMIDIA {νομάδες} Regio latè patens in Africa , dicta eſt à dictione Nomades,quos Romani Numidas appellant. Hinc Plin.lib 5 cap.3, Numidæ verò Nomades, à permutandis pabulis : mapalia ſua, id eſt domus plauſtris circunferentes. Vagabundis populationibus enim, vt in Sarmatia Hamaxobitæ,errantes,& rei pecuariæ dediti, nomen hoc indepti ſunt à Græcis : quibus νομὴν, paſco ſignificat. Numidia habet ab Ortu Syrtes quaſdam paruas : vade regio Carthaginienſis incipit:à Septētrione,mare quod verſus Sardiniam tendit : ab Occaſu Mauritaniam,& à Meridie Æthiopiam: nec præter marmoris Numidici,ferarúmque prouentum,aliud inſigne habet. Sunt in ea claræ vrbes,Hippon & Rhegium.

Numida,Numidæ,pen.corr. {νομὰς} Qui Numidiam incolit. Virgil.4. Æneidos,

-Numidúmque petam connubia ſupplex.

Numidarum nomen Latinis non eos tantùm populos , qui certam Africæ partem Numidiam vocatam tenuerūt ſignificat, vērumetiam alios populos , qui pecuatij erant. Sic enim Vitruuius Arabes vocat his verbis,Item Ioppæ in Syria,Arabiáque Numidarum , lacus ſunt immani magnitudine. Turneb.

Infræni Numidæ.Virg.4.Æneid.

Rebelles Numidæ.Ouid.15.Metam.

Numidicus,pen.corr.Adiectiuum {νομαδικὸς.} vt Lapis Numidicus,qui inter generoſa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus ſilex appellatur. Et pauimenta Punica à veteribus dicebantur,quæ ex marmore Numidica ſtrata erant.

Numidica gallina.Colum.lib.8.cap.2.

Numidicæ aues.Martial.lib 13.73.

Numidici equi.Liu.10.bel.Pun.

Numidianus,pen.prod.Poſſeſſiuum,vt Numidiana pyra.

Numiſiana viris,& Numiſianæ vuæ,leguntur apud Columellam lib. 3.cap.2. Item libro 12.cap.43. Quibus in locis quidam legendum putāt nurſianas:incertum tamen eſt & quid per numiſianas , & quid per nurſianas vites ſignificet Columella.

Numiſma,Vide NVMVS.

NVMITOR,penult.corr. {νομήτωρ} filius Procæ Albanorum regis , & Amulij frater : Rheam Syluiam filiam habuit , quam Amulius pulſo Numitore fratre Veſtalem virginem fecit,ne tandem ſobolem haberet,quæ patruum vleiſceretur. Vide Liuium,libro 1.ab Vrbe. Virg.6. Æneid. Et Capys , & Numitor , & qui te nomine reddet Syluius Æneas.

Numus,numi,maſc.gen. {νόμισμα,ἀπὸ τοῦ νόμου} Monera, ἀπὸ τοῦ νόμου dicitur, id eſt à lege : quia quum permutatione vti homines ſolerent , lege, numi vſus introductus eſt , non natura. Author Ariſtoteles Ethicorum lib.5.cap.5. Scribitur & nummus.

Nummus argenti.Plaut.Pſeud.5,Nimis ſum miſer,nummum nuſquam reperire argenti queo. Et Pſeud.23.Hinc nunquam eris nummo diuitior. Cicero 2.de Finibus , Vnde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam , qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent,numum nullum attigiſſet.

Nummus adulterinus. Cic.libro 3.Offic. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis , quum id reſciuerit,ſoluturúſne ſit eos,ſicui debeat, pro bonis.

Nummus aſper,dicebatur olim bene percuſſus,& recens,nō vetus, neque tritus,atque ipſo vſu læuis , fugientibus notis , nec forma expreſſa: quo ſenſu illud Perſianum accipi cenſeo,

-quid aſper
Vtile nummus habet? Qui enim pecuniæ amantes erant , in nummis faſtidioſi erant , delectúmque habebant , & nummos perfectiſſimæ & expreſſiſſimæ formæ ſeruabant:ac ne alios quidem recipere volebant,quod & in exactione tributorum plerunque, vt reor,obſeruabatur. Suet.in Nerone,cap.44, Exegítque ingenti faſtidio, & acerbitate nummum aſperum , argentum puſtulatum, aurum ad obruſam.

Sed & creditores cauere solebãt sibi eo genere nummorum solutum iri, quod è Seneca colligere licet. Turneb.

Aurei. Cic. 12. Philip.

Bonus, Vide BONVS.

Nummi denarij. Varr. de Ling. Latin. lib. 5, Nummi denarij decuma libella, quod libram pondo as valebat, & erat ex argento parua.

Rediuiuus nummus pullulat arca exhausta. Iuuen. Satyr. 6.

Comedere nummos. Cic. Attic. lib. 6. epist. 1, Magnum odium Pompeij susceptis: putat enim suos nummos vos comedisse.

Commouere nummum. Cic pro Fonteio, Nemo Gallorum sine ciue Romano quicquam negotij gerit: nummus in Gallia nullus sine ciuium Romanorum tabulis commouetur. Sensus est, Siquis ab Imperatore nummus exigitur à Gallis, oportet Gallos (vtpote multis prædiis ab Romanis attritos, bonis spoliatos, agro multatos) eum nummum à ciuibus Romanis in Gallia negotiantibus accipere, ideóque tabulas conficere, quas vocant obligationes. Nam commouere nummum, est exigere, &, vt vulgò dicunt, *leuare pecuniam*. Quod ipse Cicero per simplex verbum Mouere pro Flaco dixit: Dicunt se Flacco, & iis qui simul essent, drachmarum XV. millia dedisse. Cum ciuitate mihi res est aerrima, & conficientissima literarum, in qua nũmus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos à populo creantur. Moueri, id est publicè exigi, & (vt vulgò dicunt) *leuari*.

¶Conductis coemens obsonia nummis. Horatius 1. Serm. satyr. 2. Hoc est, fœnore sumptis, siue ad vsuram acceptis, pro quibus tanquam pro rebus conductis merces penditur.

Conducere nummo vno. Vide DICIS causa.

Contemplari nummos in arca. Horat. 1. Serm. satyr. 1.

Conuenit ad nummum, Vide CONVENIO.

Corrogare nummos, In CORROGO.

Cudere nummos, Vide CVDO.

Effundere saccos nummorum. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Cautos nominibus certis expendere nummos. Horatius 1. epistol. 1. Expendere, ad vsuram dare: nummos cautos, cautè siue per chirographum & cautionem datos: certis nominibus, debitoribus à quibus certa expectanda sit solutio.

Extricare nummos vnde vnde. Hoc est corrogare & colligere. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

Habere in nummis. Cic. ad Attic. 8.

Mouere nummum, Vide COMMOVERE nummum.

Olfacere nummos, Vide OLFACIO.

Parti gladio vel pyxide nummi. Iuuen. Satyr. 13. Hoc est acquisiti aut cæde hominis, aut veneno in pyxide clauso.

Peruenire ad nummos. Cic. Fam. 13.

Recondere nummos & aurum. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Doloſi si spes refulserit nummi. Persius in Prologo.

Spargere nummos populo de Rostris. Cic. 3. Philip.

Subducere ad nummum, Vide SVBDVCO.

Bibliothecam multorum nummorum tractare. Cicero Sulpitio libro 14. 78.

¶Numus, Nomen speciale est aliquando, idem quod Sestertium valens, id est æstimatione nostra decem turonicis denariolis, & semisse denarioli. Cicero 5. Verr. Cogit enim Scandilium quinque illa millia numũm dare, ac numerare Apronio. Et paulo pòst, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atque audaciam prædicationémque nefariæ societatis sestertia quinque millia mercedis nomine ae præmij dare. Quinque sestertia: quinque millia sestertiũm: & quinque millia nummũm pro eodem dixit. Budæus.

Bis dena sestertia nummũm. Horat. 2. epist. 2.

Numus sestertius, Idem. Vitruuius lib. 1. cap 4, Ab Senatu Populóque Rom. petiit vt liceret transferre oppidum: constituéque mœnia: & areas diuisit, numóque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. Id est sestertiis singulis areas ædificaturis ciuibus venditisque res instar donationis, imaginem venditionis habet: quomodo & Numo addicere. Cicero pro Rab. Post. Tua bona Posthume numo sestertio à me addicuntur?

Numus, Moneræ antiquæ valebat duas drachmas. Plaut. De mina deminui modò quinque numos, mihi detraxi partem herculanam. Quo loco Turnebus, Quum Grammatici Græci tradãt minam centum esse drachmarum, partem autem herculanam constet decimam fuisse, numus erit quinquagesima pars minæ, vt drachma centesima. sic in numo iuerunt duæ drachmæ. Denarius tamen drachmam valet, cuius æstimatione & pretio inferior multò est numus. Igitur hic numus est didrachmum, aliter quàm vulgò loquentibus soleat vsurpari. Nam vulgò sestertius est. Hæc ille.

Numo addicere, apud Suetonium in Cæsare, cap. 50. legitur. Vide DICIS causa. Cic pro Rab. Posth. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirij Posthumi numo sestertio sibi addici velit? Budæus. Vide Erasm. prouerb pag. 1012.

In suis numis esse. Cic. 6. Verr. Non modò in ære alieno nullo, sed in suis numis multis esse, ac semper fuisse.

Numulus, pen. corr. Diminutiuum {νομισμάτιον.} Cic. Attico, lib. 1. 11, Si iudicium est, triginta homines Populi Rom. leuissimos ac nequissimos numulis acceptis ius ac fas omne delere. Ibidem 14, Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyoniis numulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem.

Numosus, penult. prod. Adiectiuum {χρηματώδης} Qui numis abundat. Nigidius apud Gellium, Hoc, inquit, inclinamentum semper huiuscemodi verborum, vt vinosus, mulierosus, religiosus, numosus, signat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur. Vide Noct. Attic. lib. 4. cap 9.

Numatus, pen. prod. Aliud Adiect. {πολυχρήματος.} Cic. 2. de Lege agrar. Volitat enim ante oculos istorum Iubæ regis filius adolescens, non minus bene numatus, quàm bene capillatus. Horat. 1. epist. 6.

Marsupium numatum, In quo multi sunt numi. Plautus Amphitryone 16.

Numatio, numationis {πολυχρηματία} Numorum abundãria & affluentia. Cic. 2. Philip Pone ante oculos lætitiam Senatus, Populúsque Romani: confer eum cum numatione tua, tuorúmque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum interfit.

Numarius, Adiect. {χρηματικὸς} Quod ad numos pertinet: vt Res numaria. Cic. pro Cluentio, Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: tota vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur: gestas domestica, quæstus forensis in medium proferebatur: numarius interpres pacis & concordiæ non probabatur. Id est, mercenarius: & qui ob id pecunias accepisset, &c.

Difficultas numaria. Cic. 4. Verr.

Iudices numarij, Sordidi & corrupti. Cic. Attic. libro 1. 11, Insectandis, exagitandísque numariis iudicibus, omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriæ παῤῥησίαν eripuit.

Iudicium numarium, Quod fit acceptis pecuniis. Cic. 5. Verr. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam numarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset?

Lis numaria, Vide LIS.

Quæstio numaria. Callistratus in l. vltima. D. Ne de statu defunctorum, &c.

Ratio. Cic. ad Attic. lib. 10, Illa de ratione numaria non sunt eiusmodi.

Res. Cicero 3. Offic. Vt res numaria de communi sententia constitueretur.

Res numaria tenet eum. Cic. 6. Verr. Num tanta difficultas eum rei numariæ tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit, vt sacratum suum spoliaret, vt deos patrios venderet?

Theca. Cic. ad Attic. lib. 4, Quare in hoc theca numariam ne retexeris: in aliis cris cautior.

Numisma, numismatis, pen. corr. neut. gen. Idem quod Numus. Græcè νόμισμα. Horatius 2. epist. 1, Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martialis libro 1. ad Sextilianum, 40, Quum data sint equiti bis quinque numismata, quare?

Numularius {κερματιστὴς} Mensarius aliàs dicitur, Qui numos ad mensam tenet, vel qui ex officio, mensæ numorum inseruit. Vide Mensarius, in MENSA. Vlpian. in l. Si hominem. D. Depositi, Quoties foro cedunt numularij, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est, eorum qui depositas pecunias habuerint, quas non fœnore apud numularios, vel cum numulariis, vel per scipsos exercebant.

Numularius, Adiectiuum. vt Mensa numularia. Scæuola in l. vltim. D. de institoria actione, Lucius Titius mensæ numulariæ quã exercebat habuit libertum præpositum.

Nunc, Aduerbium temporis {νῦν, νυνί, τανῦν.} Terent. Eunuch. 5. 5, Quid ais? nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet.

Nunc age Virg. 4. Georg.

Nunc agesis. Lucret. lib. 1.

Nunc, superfluè aliquando additur, authore Donato. Terent. Adelph. 2. 3, O frater frater, quid ego nunc te laudẽ? satis certè scio, &c.

¶Nunc, pro Serò, interprete Donato. Terentius Eunucho, 1. 1, -nunc ego & Illam scelestam esse, & me miserum sentio.

Virgil. 8. eclog, Nunc scio quid sit amor. Idem 4. Æneidos, -nunc augur Apollo, Nunc Lyciæ sortes.

¶Nunc, Aliquando nullum tempus denotat, & pro SED accipitur. Cic. 1. de Diuinat. Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc ouusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Ex Valla lib. 2.

¶Nunc, Concedendi aduerbium. Plaut. Trucul. Haud manssiti vt ego darem: tute sumpsisti tibi. nunc habeas vt nactus. Hoc est, Age habeas, vel habeas sanè.

¶Nunc, pro Autem, qua in significatione frequens est apud optimos scriptores: & habet gratiam si in loco vtaris. Quintil. lib. 1. cap. 1, Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? Id est quando autem.

¶Nunc, pro nomine aliquando ponitur. Cic. Nunc temporis numero. Quasi temporis præsentis, & quasi nuncini, si Latinitas pateretur, sicut erastini.

¶Nunc, pro Nunc primùm, & nunquam antehac. Plautus Trin. 6, Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis, haud consuetudine.

¶Nunc demum. Terent. Adelph. 2. 2, -nunc demum venis?

Cur passus? vbi eras? Ibidem, 5. 3, -nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia.

D. Facetè, nunc demum istæc nata oratio est.

Nunc denique. Cicero pro Quintio, Pecuniam petit. nunc denique?

Nunc est. Terent. Adelph. 3. 2, Nunc illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant, Atque huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant. Vbi Donatus, Significat autem, Nunc tale negotium est, Nunc tale periculum est.

¶Nunccine, penult. corr. pro Vtrum nunc. Terentius Andr. Act. 4. Scen. 1. versic. vltimo. D. Quæro. P. Hem, nunccine demum? Id est num nunc denique quæris?

Nunc iam. Terent. Adelph. 2. 1, -geminabit nisi caues. S. hei misero mihi.

AE. Non innueram: verùm in istam partem potius peccato tamen. I nunc iã. Vbi Donatus, NVNC IAM, duæ partes sunt. Et bene IAM, quia sero & post plagas. Et IAM, etiam tarditatis incusatio est. Cic. 6. Verr. Patior non molestè Iudices, eam vitam quæ mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege & conditione necessariam quoque futuram.

Nunc ipsum, pro Nunc, Hoc ipso momento & puncto temporis: Hoc ipso tempore. Genus est loquendi cum emphasi vsurpatum, plúsque valet ad indicandum quàm nunc. Cic. ad Attic. lib. 12, Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ij, &c.

Nunc

Nunc nuper. Terent. in Prolog. Eunuchi, Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Vbi Donatus, Nuper, ex illis verbis est, quæ veteres propter ambiguitatem eum adiectione proferebant. nam nisi adderet NVNC: hoc NVPER, Olim, pridem, & iam significasset.

Nunc primùm. Terent. And. 5. 4, Tum illam hîc relinquere est veritus. post-illa nunc primùm audio Quid illo sit factum.

Nunc primùm, Id est primò. Terent. And. 3. 2,

Nunc primùm fac istæc vt lauer. pòst deinde

Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui, Date.

Nunc nunc. Plaut. Rudente, 4, Nunc nunc periculum est, eiecit alteram.

Nunc nunc insurgite remis. Virg. 5. Æneid.

Nunc nunc adeste. Horat. Epod. 5.

Nunc huc, nunc illuc. Lucret. lib 2.

Nunc hos, nunc illos aditus. Virg 5. Æneid.

¶Nunc erat, Antiqui illi simul ponebant præsens cum præterito. Cic. Attic. libro 2, Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi. Eidem, lib. 16. 333, Brutus erat in Nesside, etiam nunc.

¶Nunc verò iam. Cic. 7. Verr. Paucorum cupiditati tum quum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. nunc verò, iam adempta est non modò resistendi, verùm etiam suppeditandi facultas.

Nunc verò, Aliquando non significat tempus. Cicero 1. de Inuent. Quòd si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio, & non quid ars, sed quid ipse posset exposuisse. nunc verò ea vis est in homine, vt ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quàm philosophiam concesserit. Ex Valla libro 2.

Nuncubi, pen. corr. {μή ποτε} Aduerbium compositum ex nunquid & alicubi. Terent. Eunucho, 1. 2, -nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Nũcubi, Nunquid alicubi. Aut si NVNCVBI legimus, erit aduerbium temporis: vt sit vbi, quo in loco, qua in re.

Nuncius, Vide NVNTIVS.

NVNCORIVS, Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui postea Romæ situs fuit in Vaticano, curauit excidendum. Author Plin. lib 36. cap. 11.

Nuncupo, nuncupas, pen. corr. {ὀνομαστὶ ἀναγορεύω} nuncupare. Nominare. Liu. libro 1, Quem Iulium eundem Iulia gens authorem sui nominis nuncupat. Varro de Ling. Latin. lib. 5, Nuncupare, Nominare, valere apparet in legibus, vbi nuncupatæ pecuniæ sunt scriptæ. Item in choro, in quo est, Æenea quis est qui meum nomen nuncupat? Hactenus ex Varrone. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque tũ illud quod erat à Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus.

Nuncupare, vel vocare. Ouid. 1. Fastorum,

Arx mea collis erat, quem vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc æras Ianiculũque vocat. Verba sunt Iani.

Effari & nuncupari. Cic. 3. de Orat. Neque illud fugerim dicere, vt Cælius, qua tempestate Pœnus in Italiam venit: nec prolem, aut sobolem effari, aut nuncupari.

Vocabulis deorum res vtiles & salutares nũcupatas dicit Perseus. Cic. 1. de Nat. deor.

Nomine dei aliquid nuncupare. Cic. 2. de Nat.

¶Nuncupare, Pronuntiare, id est expressè & nominatim prædicere, profarique ex bona fide in rebus contrahendis. Cic 3. Offic. Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à Iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio vitij, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Hactenus ille. Est enim nuncupare, non scripto, sed verbo cauere vel dicere. Budæus.

Adoptio nuncupatur. Tacit. lib. 17.

Nuncupata voluntas dicitur à Iustiniano, vel Treboniano in titulo De testamentis, in fine. Budæus.

Vita nuncupata, Liuio & Tranquillo, & Valerio dicitur. Budæus.

Verbis nuncupare. Liuius 8. ab Vrbe.

Nuncupauit Iaturos eò spolia. Liu. 1. ab Vrbe.

¶Nuncupare, Recensere, enarrare. Plin. lib. 7. cap. 26, Verùm ad decus imperij Rom. non solùm ad vnius viri pertinet victoriam, Pompei Magni titulos omnes, triumphósque hoc in loco nuncupari.

Vota nuncupare, Est alicui diuorum vota polliceri & destinare. Caius in l. Si calumnietur. D. de Verborum & rerum significatione, Post Calendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota nuncupantur. Cic 7. Verr. Alterum, quòd quum paludatus exisset, voráque pro imperio suo, communíque. Pop. Rom. nuncupasset, noctu stupri causa lectica in vrbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam vni, proposítam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones. Festus Pompeius, Nuncupata pecunia est, vt ait Cincius in lib. 2. de officio Iurisconsulti, Nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata. Vota nuncupata dicuntur, quæ Consules, Prætores, quum in prouinciã proficiscuntur, faciunt, ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra lib. 2, de Verborum antiquitate saris multis, Nuncupata colligit, non de recto nominata, significare, sed promissa, & quasi testificata, circunscripta, receptа, etiam in voris nuncupandis esse conuenientius. Hactenus Festus. Liu. 5 bel. Maced. Auspicantẽ, immolantémque, & vota nuncupantem, sacrificuli vatis modo in acie vidisse. Cic 3 Philip. Neglectísque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit.

Nuncupatum testamentum. Plinius lib. 14. cap. 22, de ebrietate loquens, Alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur: reduraturque per iugulum voces non continent. Iustinus libro 12, de Perdica loquens, Nam etsi non voce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus in l. Si ita. de Bon. posses. secundum

tab. Quidam testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impubere per nuncupationem substituit. Et paulo pòst, Nam quemadmodum scripto hærede filio separatim ab hæredibus patris ita nuncupato potest videri separatim à scriptis patris hæredibus bonorum possessio dari. Nuncupatum hæredem à scripto distinguit: vt sic is modus cuius meminit Iustinianus Institutionibus, De testamentis. §. finali. Budæus.

Nuncupare, est Voluntatem suam circa hæredis institionem, legatorum dationem, cæteráque testamenti partes coram septem testibus lingua & voce exprimere, nominaréque non scriptis aut tabulis. Vide Iustiuianum libro 2. titulo, De testamentis ordinandis. §. vltimo.

Nuncupatio Verbale {ὀνοματοφορέτ.} Plin. lib. 9. cap. 35, Ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare.

NVNDINA, Nundinæ {νάνδινα} Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui Lustricus dicitur. Est autem lustricus dies, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus est fœminis. Macrob. 1. Saturn. cap. 16.

Nundinæ, pen. corr. nundinarum, fœm. gen. {πανήγυρις, πανηγύρεως} plurali numero tantum. à nono die dictæ sunt, quasi nouendinæ: quæ à Romanis ita instituræ perhibentur, vt octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die reperirent vibem ad mercatum pro legibus accipiendis, & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque vniuersis facilè nosce bãtur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. Ex Macrobio 1. Saturn. capite 16. Festus, Nundinis rustici conueniebant, mercandi & vendendi causa. Cic. ad Atticum, libro 1. 9, Ipso die nundinarum. Idem 2. Philip. Domus quæstuosissima falsorum commentariorum, & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. Id est, In qua hæc omnia vendebantur, & in qua hæc omnia erant vænalia.

Nundinarum conuentus manifestum est propterea vsurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ. Columel. in Præfat. libri 1. Meminit & Varro in Præfat. lib. 2. De re rust.

Instituere nundinas, Vide INSTITVO.

Receptaculum aratorum, nundinæ rusticorũ, cella atque horreum Campani agri Capua. Cic. 2. de Lege agrar.

Domesticis nundinis Antonij vectigalia nõ solùm, sed etiam imperium Populi Rom. diminutum est. Cic. 2. Philip.

Nundinalis, & hoc nundinale, pen. prod. {πανηγυρικὸς} Quod pertinet ad nundinas. Plaut. Aulul. 9,

Coquus ille nundinalis est in nonum diem Solet ire coctum. Id est, vulgaris & vilis, qui non nisi nundinis conducitur, quum plebs ex agris conuenit.

Nundinor, pen. corr. nundinaris {πανηγυρίζω} nundinãri, Venditare, inquit Budæus, Pretio addicere, Institorio more aliquid ad quæstum exercere, quod & Nundino, nundinas, dicitur. Iulius Firmicus, lib. 6. Matthe. cap. 31. ad finem, Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum frarrem inuitabit, & filium. Apuleius, Toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur.

Nundinari, sæpius pro Emptitare vtitur Cic. 4. Verr. Ab isto, inquit, & præco qui voluit istum ordinem pretio mercatus est: & pueri annorum senũm, septenúmque denũm Senatorium nomen nundinati sunt. Hæc Budæus. Idem Cicero 3. Philippica, Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium Populi Romani nundinabantur.

Nundinatio, Verbale {πανήγυρσις} Ipse nundinandi actus.

Iuris nundinatio. Cicero 1. de Lege agrar. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Idem 3. Verr. Nundinatio hominum.

Nundinator, pen. prod. nundinatoris, masc. gen. {πανηγυρτὴς} Qui nundinas frequentat. Festus, Nundinis rustici conueniebant mercandi & vendendi causa: tũmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinarius, Adiectiuum {πανηγυρικὸς} Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. Plin. lib 12. cap. 17, His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 51, Forum nundinarium.

Epulæ nũdinarię. Vlpian. in l. Quum societas. D. pro socio, Vt vnus reliquus nundinarias epulas præstaret.

Nunquam, Aduerbium {οὔποτε, οὐδέποτε, μήποτε, μηδέποτε} Non vllo vel nullo tempore. Cic. 4. Verr. Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis.

Nunquam ante hunc diem. Plautus Sticho, 4. Cicero 1. Acad. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere.

Nunquam post hunc diem. Plaut Menæh. 11.

Nunquam post-illa. Plaut. Curcul. 10.

Nunquam, in fine sententiæ. Cicero 1. de Inuent. Eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerunque, prodesse nunquam.

Nunquam, nisi. Cic. 4. Acad. Nũquam à Philone discessit, nisi postea quam ipse cœpit qui se audirent habere.

Nunquam mihi duarum rerum credas, Id est nihil diuini & humani, quod est iusiurandum, de quo suprà in Nihil. Plautus Truculent.

Nunquam ædepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit. Quidam duarum verum in suarum: sed antiquitatis ignari, sensum omnem adulterant, ac malè de poeta merentur. Turneb.

Nunquam hodie, Id est nullo tempore huius diei, interprete Donato. Terent. Adelph 4. 2, Scio vbi sit, verùm hodie nunquam monstrabo. Virgilius 2. Æneidos,

-nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Nunquam hodie effugies. Virg. 3. eclog.
Nunquam hoc vno die. Plaut. Truc. 19.
Nunquam, Id est nō. Plaut. Amphit. 8. Terent. Hecyr. 3.5, Ille reuiuiscet iam núquam. Vbi Donatus, Plus est NVNQVAM, quàm NON. Idem Phorm. 1 2,
Illéne indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. Vbi Donatus, Nota NVNQVAM, pro NON in maiorem negationis significationem semper poni.
Nunquam non coronam lauream gestauit, &c. Id est semper. Suet. in Tiberio, cap. 69.
Petiit nunquam. Cic. de Amic. Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis.
Nunquam quicquam. Donatus, Nunquam quicquam, παρέλκον, pro Nunquam, id est non. Terentius Adelph. 4.1, Quid dicam? v. nihilne in mente est? c. nunquam quicquam.
Nunquam quisquam. Plaut. Capt. 3.8, Quos nunquam quisquam vocat, neque inuocat.
Nunquam vsquam. Terent. Eunuch. 5.9, Nunquā etiam fui vsquā, quin me omnes amarent plurimum. Vbi Donatus, Nunquā vsquam. τὸ περιττόν, pro Non vsquam, Id est nusquam.
Perij, nunquámne etiam me illam vidisse? Terent. Eunuch. 2.3.

Nunquando { μηδέποτε } Aduerbium compositum ex num & quando, siue aliquando. Cicero de Amic. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Idem in Vatinium, 11, Nunquando tibi moram attulerit, quominus consilium aduocares, legémque ferres, quòd eo die feires de cælo esse seruatum? Vetus exemplar legit Num quando, disiunctim.

Nunquis { μή τινες } nunquæ, nunquod vel nunquid, Num aliquis, per interrogationem dicitur. Terent. Eunuch. 3.5, Nunquis hîc est? nemo est. nunquis hîc me sequitur? nemo homo est.
Nunquis fundus in Nolano vænalis sit? Cic. Attic. lib. 13.
Nunquid horum probat noster Antiochus? Cic. 4. Acad.
Nunquid Gnato dubitas, quin ego perpetuò perierim? Terent. Eunucho, 5.9.
Nunquid vis? Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicāt, Nihilne me iubes facere in tuam gratiam? Terentius Eunucho, 5.6, -nunquid est
Aliud mali, damuíve quod non dixeris, Reliquom? p. tantum est.
Nunquid est quod opera mea vobis opus sit? o. nihil. Terentius Phorm. 3.3.
Nunquid ergo in his rebus est, quod prouisione aut permotione mentis magis quàm natura ipsa sentiamus? Cic. 2. de Diuinat.
Nunquid velit, rogo. Cic. Attic. lib. 5, Quum me spectans è fua villa, nunquid vellem rogasset. Terentius Eunuch. 2.3, Dum hæc dicit, abit hora: rogo nunquid velit. Rectè inquit, abeo. Vbi Donatus, Rogo nunquid velit: hoc est, significo me abire. nam abiturì, ne id durè facerent, Nunquid vis, dicebant his quibuscum constituisset. Quid est ergo, Rogo nunquid velit? hoc est, dico quod abeuntes solent.
Nunquid redeat, incertum. Plaut. Merc. 19.
Nunquid est aliud? Imò verò, inquit. Cic. pro Rosc. Amer. Et pro Quintio, Pecuniam petit: negamus deberi. Iudicium fiat statim. non recusamus. Nunquid præterea?
Nunquidnam (inquit Donatus) Comicum est, & Terentianum: quum exemptis NVM & NAM, sufficere ad interrogationem potuisset QVID. Terent. And. 1.4, Opperiar vt sciam nunquidnam hæc turba tristitiæ afferat. Cic. 2. de Orat. Quid vos tandem Crassus? Nunquidnam inquit noui?
Nunquidnam inquam noui? Cic. Matio, lib. 11.27.
Nunquid non. Vlpian. in l. Siquis. D. Siquis. omis. caus. test. Nunquid locus non sit edicto?

Nuntius, huius nuntij, masc. gen. { ἄγγελος, ἀγγελίας, ἀγγέλους } Qui nuntiat, & quod nuntiatur. Festus, Nuntius & res ipsa & persona dicitur. Plaut. Merc. 13, Quoniam à viro ad me rus aduenit nuntius. Virg. 2. Æneidos, -& nuntius ibis
Pelidæ genitori.
Mercurius nuntius Iouis & deorum. Horat. 1. Carm. ode 10.
Mendax. Claud. de bello Get.
Optatissimus, Vide OPTO.
Sæuus atque sanguinarius, Vide Sanguinarius, in SANGVIS.
Tristis armorum Lucan. lib. 8.
Velox. Claud. 5. Paneg.
Verus. Virg. 3. Æneid.
Cladis. Ouid. 11. Metam.
Accersitus Prætoris nuntio. Cic. 6. Verr.
Remittere nuntium vxori, pro Repudiare vxorem. Cic. ad Attic. 1.8, Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse, vxori Cæsarem nuntium remisisse. Ob adulterium Clodij scilicet.
Remittere nuntiū virtuti. Cic. ad Cassium, lib. 15.16, Iam biennium aut triennium est quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.
¶Nuntius, Quod nuntiatur. Plin. lib. 5. epist. 100, Nuntiatur mihi Caium Fannium decessisse: qui nuntius graui me dolore confudit.
Bonus nuntius, Vide BONVS.
Horribilis affertur. Catul. de Atys, epigr. 79.
Nuntius, à Græco verbo videri potest derivatum, inquit Varro de Ling. Latin. lib. 5. apud quos μανθάνειν nuntiator dicitur.
¶Nuntium, nuntij, etiam neutro genere, pro re quæ nuntiatur. Catull. de Berecynthia & Aty, epigr. 58, Geminas deorum ad aures noua nuntia referens. Tibullus lib. 3. eleg. 4.
Nūtium de cælo. Varr. de Ling. Latin. lib. 5, Vbi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit, &c.
Lepidum nuntium, Vide LEPIDVS.
¶Nuntij afferuntur, pro *Nuntia*, & *noua*, quæ dicuntur. Cicero ad Senat. lib. 15.2, Nuntij & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illaro quotidie ferè afferuntur.
Accipere nuntium. Cic. F. Cælio, libro 2.18, Quum optatissimum nuntium accepissem, te mihi Quæstorem obtigisse.
Exoptatum nuntium afferre. Cic. pro Rosc. Amer.
Apportare nuntium, Vide APPORTO.
Audire, Vide AVDIO.
Cognoscere ex nuntiis, Vide COGNOSCO.
Deferre nuntium acerbum alicui. Cic pro Corn. Balbo, Nolite per deos immortales, Iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, vt sum præfectum, &c.
Nuntios dimittere. Cæsar de bel. Gall. lib. 4.
Literis, nuntiis, cohortationibus ad patriæ præsidium aliquem excitare. Cic. 14. Philip.
Nuntios expectare. Cic. Fam. 8.
Per nuntium certiorem facere quid actum sit. Cic. Attic. lib. 11.
Improbissimis literis, fallacibúsque interpretibus ac nuntiis impellere aliquem in spem aliquam Cic. Brut. 10. 4.
Incutere nuntium alicui, Vide INCVTIO.
Mittere nuntios ad regem, In MITTO.
Secretis nuntiis monet Rhadamistum. Tacit. lib. 12.
Perferre nūtium. Cic. pro Ligar. A quo hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos falces tenui, quoad tenendos putaui.
Perferri omnium nuntiis, Vide PERFERO.
Noua nuntia referre. Catull. de Berecynthia, epigr. 58.
Venit nuntius Cic. ad Attic. lib. 3.58, De Quinto fratre nuntij nobis tristes nec vatij venerant. Idem 1. de Orat. De cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, & pater eius, &c.
Optatissimi nuntij & literæ venerunt. Cic. 14. Philip.
Grauior nuntius aures vulnerat. Virg. 8. Æneid.
Vno nuntio. Cic. pro Lege Manil. Is qui vna die, tota Asia, tot ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandósque denūtauit.
¶Noctis nuntius Helperus. Senec. Hippol. 6.3.
Interpretes & nuntij rerum sensus. Cic. 2. de Nat. deor.

Nuntius, Adiect. Ouid. epist. 15,
Vtor: habes animi nuntia verba mei.

Nuntia, nuntiæ { ἄγγελος. } Cic. 1. de Legibus,
Nuntia fulua Iouis miranda visa figura. Ex quodam poeta,
Fidissima nuntia meæ vocis. Ouid. 11. Metam.
Fama nuntia rerum lætarum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Veri nuntia fama. Virg. 4. Æneid.
Historia nuncia veritatis. Cic. 2. de Orat.
Iris nuntia Innonis. Ouid. 1. Metam.
Littera nuncia. Ouid epist. 6.
Plaga nuntia rerum. Lucret. lib. 4.
Sæuus atque sanguinarius nūtius, Vide Sāguinarius, in SANGVIS.

Nuntio, nuntias { ἀγγέλω, ἀγγελῶ, ἀγγείλω, ἀγγελῶ, ἐξαγγέλλω } nuntiare, Monere, Significare tantum per nuntium. Terentius Heaut. 1.2, Voluptatem magnam nuntias. Idem Hecy. At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant.
Salutem nuntiare. Cic. ad Attic. lib. 4.79, Misit ad me statim qui sibi salutem nuntiaret.
Nuntiare aliquid alicui ab alio. Plin. iunior libro 1. epist. 2. ad Calestrium, Cucurri, peruenieram in proximū, quum mihi ab eadem Hispulla Iulius Atticus nūtiat, nihil iam ne me quidem impetraturum.
Nuntiatur Romam, Nuntiatur domum. Cic. ad Brutum, lib. 11.12, Ita Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium.
Nuntiatum est nobis, Cæsarem ad VIII Cal. Capuæ, &c. Cic. ad Atticum, lib. 9.
Nuntiatus est Silius Italicus vitam inedia finisse. Plin. iunior lib. 3. epist. 7.
Præsium nuntiare. Cæsar 5. bel. Gal.
Horam nuntiare. Martial. lib. 8 6,
Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, & tum
Iam conuiua mihi (cciliane venis.
Nuntiare monstra, hoc est res magnas & mirabiles. Cic. Attic. libro 4, Epistola tua me solicitum de Quint. nostro puero optimo valde leuauit. Venerat horis duabus ante Chrysippus, mera monstra nuntiarat.
Ne sensus quidem vera nuntiant. Cic. 4. Academ.

Nuntiatio, nuntiationis { ἀγγελία. } Cic. 2. Philip. In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. quid enim? istuc, quod te facerdotij iure facere posse dixisti, si Augur non esses, & Consul esses, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius nos enim nuntiationem solùm habemus: Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.

Nuntiator, pen. prod. nuntiatoris. Aliud verbale masc. gen. Vlpian. in l. Prætor ait, & l. Stipulatio. D. de noui operis nuntiat.

Nuo, nuis, nui, nutum { νεύω } nuere. Apud veteres pro Velle ponebatur. Propriè nuere, est Signo capitis voluntatem suam ostendere.

Nutus, huius nutus, masc. gen. { νεῦσις } Signum quod fit oculis, vel capite vel manibus. Virgil. 9. Æneid. Annuit, & totum nutu tremefecit olympum. Cic. ad Brutum, libro 11.22, Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea & grauissimum, incolumem in ciuitate retinere.
Loquaces nutus. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Aberrare nutu, In ABERRO.
Annuere nutum, In ANNVO.
Appellare nutu & significatione, Vide APPELLO.
Consequi aliquid nutu, In CONSEQVOR.
Demonstrare aliquid nutu. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Signa dare nutu. Ouid. 1. Fast.
Loqui nutu significque. Ouid. 4. Metam.
¶Nutus, Voluntas, quæ huiusmodi signo declaratur, siue affirmando, siue negando. Plin. lib. 1. epist. 7, ad Octauium Rufum, Nam ego quoque

quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possumus. Cic. pro Quintio, Si fas est respirare P. Quintium contra nutum, ditionémque Nœuij.
Ad alicuius arbitrium nutúmque totum se fingere & accommodare. Cic. in Orat.
Ad voluntatem nutúmque alicuius viri totum se conuertere. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Sub nutu alterius ætatem degere. Lucret. lib 4.
Authoritate nutúque legum docemur coercere cupiditates. Cic. 1. de Orat.
Expeditus ad nutum alicuius. Cic. de Aruſp. resp.
Gubernari nutu atque arbitrio alicuius. Cic. 7. Verr.
Obseruare nutus, In OBSERVO.
Péndere pecunias ad nutum alicuius. Cic. pro Leg. agrar.
Authoritate verbo non accurata quadam orationis copia libertinos in vrbanas tribus transtulit Tiberius Sempronius. Cic. 1. de Orat.

¶**Nutus** { ῥοπή } Vergentia, & procliuitas, à Nuo, nuras. Cicero 1. Tuscul. Eam porrò naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, vt quasi partita habeant inter se & diuisa momenta, vt terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur: reliquæ, &c. Idem 1. de Finibus, Siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur.
Conglobata in sese nutibus suis terra. Cic. 2. de Nat. deor.

¶**Nutus**, pro Nutatione, motu, ruina. Valer. Flaccus Argonauticōn libro 6,
Quin grauior, nutúque cadens exterruit Idam. Hoc est motu corporis decidui.

Nuto, nutas { νεύω } nutāre, Frequentatiuum, Sæpe signum capitis facere. Plaut. Asin. 13, Neque illa vlli homini nuter, nictet, annuat.
Nutare, pro Mouere aliquando accipitur, & quasi ruinam minari. Vnde Nutare ædificia dicimus, quum malè solidata, ruinam minantur. Liu. 4. ab Vrbe, Altera ex parte nutant circunspectātibus galeæ, & incerti trepidant, applicántque se turbæ.
Nutant arbores. Plin. lib. 13. cap. 4.
Rami nutant pondere. Ouid. 2. de Arte.
Victoria nutat, Sese in vnam vel alteram partem inclinat. Plin. de Vitis illustr.
Fortuna nutat. Liu. 1. bel. Pun. Si fortuna nutabit, in prælio potius, quàm in fuga mortem oppetere. Vetus codex habet dubitabit.
Animi nutant. Stat. 4. Thebaid.
Timor nutat vtroque. Stat. 8. Theb.
¶Nutare in re aliqua, pro Dubitare. Cic. 1. de Natura deor. Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fomibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. Idem 2. de Finibus, Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, & in eo nutare.

Nutans, Participium { νεύω } vt
Acies nutans. Tacit. lib. 19.
Curis nutantem Colchida vidit. Valer. 7. Argon.
Domus nutantes pendent. Lucan. lib 1.
Machinamentum suspensum & nutans. Tacit. lib. 20.

Nutaturus, pen. prod. Aliud participium { νεύω } vt
Apex nutaturus supra agmina. Stat. 4. Sylu. 4.

Nutatio, Verbale { νεῦσις. } Plin. lib. 11. cap. 37, A cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio.

Nuper, Aduerbium temporis { ἄρτι, πρώτως, ἐσχάτως, νεωστί } Non longo tempore. Neque verò ad horas refertur, sed vel ad paucos dies, vel ad paucos menses. Terent. Eunucho, 1.2,
-mater mea illic mortua est
Nuper. Cic. de Amic. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei M. Pacuuij fuerunt.
Nuper indulgens in patrem, idem seuerus in filium. Cic. 3. Off.
Nuper admodum. Terent. Heaut. 1.1,
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Hæc verba vsurpat Cic. 2. de Fin.
Nunc nuper, Vide NVNC. Plaut. Truculi. 8,
-nunc huc remisit nuper ad me epistolam, sese experturum
Quanti sese penderem.
Nuper, de longiori tempore aliquando dicitur. Cic. 1. de Diuinat. Neque ante philosophiam patefactam quæ nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitabit.

Nuperrimè, pen. corr. Superlat. Cic. 1. de Iuuent. Primùm te dicturum pollicori, aut ab aduersarij dicto exorditi, & ab eo potissimum quod ille nuperrimè dixerit, aut, &c.

Nuperus, nupera, nuperum, pen. corr. Recens, nouum. Plaut. Cap. 12,
Recens captum hominem, & nuperum, & nouitium te perdocere, &c.

NVPSIA { πόλις } Oppidum est ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

NVPSIS, Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximum, de quo Plin. lib. 6 cap. 100.

Nupta, Nuptiæ, Nuptus, Vide NVBO.

NVRSIA { νύρσια } Sabinorum ciuitas, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Norcia*. Nursia item, Piceni ciuitas, à Virgilio frigida dicta, aut re vera: aut certè venenosa, & nocens. Gracchi nanque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt: & scimus amarè Virgilium historiarum rem per transitum tangere. Verba Seruij ad illud Virgilij 7. Æneidos,
-quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populíque Latini.
Habitara pruinis Nursia. Silius lib. 8.

Nursinus, Adiectiuum. Martialis lib. 13,
Nursinas poteris parcius esse pilas.

Nurus, huius nurus, fœm. gen. { υἱὸς } Filij mei vxor. Cic. 2. Philip. Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum sequebatur.
Digna nurus socero. Ouid. epist. 3.
Nurus sæpe ponit Ouidius tantùm pro sexu, vt 2. Metamorph.
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. Id est fœminis Latinis.
Nurus, pro Sponsa aliquando ponitur. Martialis lib. 4. 31,
Atque inter Latias gloria prima nurus. Budæus.

Nuscitio, nuscitionis, Vide LVSCITIO.

Nusquam { οὐδαμοῦ, μηδαμοῦ } Aduerbium in loco & ad locum id est Nullo in loco. Terent. Eunuch. 4.3, Ille autem bonus vir nusquam apparet. Cic. 4. Academ. Quæ nusquam alibi esset.
Vspiam & Nusquam, contraria. Cic. 1. de Legib. Lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi. quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta vspiam, siue nusquam.
Nusquam abero. Virg. 2. Æneid.
Nusquam cunctabundus. Tacit. lib. 1.
Nusquam aut nullum fore. Cic. de Senect. Nolite arbitrari ô mihi charissimi filij, me, quum à vobis discessero, nusquam, aut nullum fore.
Nusquam tuta fides. Virg. 4. Æneid.
¶Nusquam, ad locum. Terent Eunucho, 2.2,
Derineo te, fortasse tu profecturus alió fueras.
p. Nusquam. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10 32, Et prouinciā in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ prouinciæ nusquam excessi.
Nusquam ventum aut abitum sine causa putetur. Author ad Herennium, lib. 2.
Nusquam pedem. Terent. Adelph. 2.2.
Nusquam gentium, Id est nusquam omnino. Abundare GENTIVM ait Donatus. Terent. Adelph. 4.2, Næ ego homo sum infœlix, primùm fratrem nusquam inuenio gentium.

Nuto, nutas, Vide NVO, nuis.

Nutrio, nutris, nutristi, vel nutrij, nutritum, penult. prod. { τρέφω, στρέφω, πηδάω, πάσσω } nutrire. Notæ significationis. Plin. lib. 11. cap 40, Balænæ, vitulíque mammis nutriunt fœtus.
Vento nutritur ignis. Ouid. 2. de Remed. amor.
Nutrire vinum, quod & Curare dicimus. Col. lib. 12. cap. 30, Quantò maior æstus erit, eò sæpius cōuenit vinum nutrire, refrigerarique, & ventilari. Eleganter, inquit Turnebus, vinum medicamento curatum nutriri dicit.
Pax nutrit Cererem Ouid. 1. Fast.
¶Amorem longum malè nutrit. Ouid 3. de Arte.
Audacias aliquorum nutrire. Cic. in Sallust. Multi priuatorum audacias nutriuerunt, ego nihil timui nisi leges.
Fauorem. Silius lib. 7.
Ignes suos. Ouid. 6. Metam.
Morbos. Celsus lib. 6. cap. 6, de oculorum grauioribus morbis.
Vires. Celsus lib. 3. cap. 23, Mediis autem diebus vires eius erunt nutriendæ.
Vlcus. Celsus lib. 5. cap. 26, Repurgatúmque vlcus sic vt cætera nutriendum est.
¶Nutritor, Futurum Imperatiui passiui, pro præsente actiui posuit Virgilius 2. Georg. Hoc pinguem, & placidam paci nutritor oliuam. Seruius.

Nutritus, pen. prod. Participium { τεθραμμένος. } vt
Ferino lacte nutritus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Nutritus, huius nutritus, penult. prod. { τρόφιμος } Nutrimentum. Plin. lib. 22. capite 24, Multi senectam longam mulsi tantum nutritu tolerauere.
Nutritus pius & maternus. Senec. in Consolat. ad matrem.

Nutrico, nutricas, pen. prod. { μαμάζω } nutricare, Idem quod Nutrire. Plaut. Merc. 9, Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare. Varro 2. de Re rust. cap. 8, Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus.

Nutricor, nutricaris { σπείρω } nutricari, Deponens. Idem. Cic. 2. de Nat. deor. Omnibus autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (vt ita dicam) atque educator, & altor est mundus, omniáque sicut membra sua & partes suas nutricatur & continet.

Nutricatio, Verbale { σπορά. } Varro 1. de Re rust. cap. 44, Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimoniis eorum. Gell. lib. 12. cap. 1.

Nutricatus, huius nutricatus, penult. prod. Idem { σπορά. } Plaut. Milit. 10, Olepidum semiseneum, ne si quas memorat virtutes habet, atque equidem planè eductum in nutricatu Venereio. Varr. 1. de Re rust. cap. 47.

Nutricatio & Nutricatus dixit Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 11.

Nutritius, Adiectiuum { τροφικὸς } Qui nutrit. Col. lib. 3. cap. 13, Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cælestes admittat imbres.

Nutritius, nutritij, Qui nutrit, siue qui curam habet infantium & adultorum vt viuant. Cæs. 3. bel. Ciuil. Nutritius eius pueri eunuchus.

Nutritor, pen. prod. nutritoris, m g. { τροφεύς } Qui nutrit. Suet. de Clar. grammat. M. Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus à nutritore suo manumissus.
Puellæ nutritor. Claud. in Eutrop.
Equorum nutritor Pholoes. Stat. 10. Theb.

Nutrix, nutricis, penult. prod. { τροφός, πηδή, πάσσων, τροφός } Quæ nutrit. Terent. Eunuch. 5.2, Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parúlam.
Nutrices & pædagogi iure vetustatis plurimum beneuolentiæ postulant. Cic. de Amicit.
Almæ nutricis blanda ac infracta loquela. Lucret. lib. 5.
Regia nutrix natorum Priami. Virg. 5. Æneid.
Oratoris nutrix. Cic. in Orat. Laudationum, scriptionum, & historiarum, &c. reliquarúmque rerum formam quæ absunt ab forensi contentione, &c. non complectar hoc tempore. non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, &c.

Leonum nutrix tellus Iubæ.Horat.1.Carm.ode 22.
Cum lacte nutricis,errorem aliquem fugere.Cic.3.Tusc.
Inseruit manfa omnia in os pueris infantibus nutrices. Cicero 2. de Orat.
Discordia nutrix belli.Claud.1.in Ruffinum.
Curarum nutrix nox.Ouid.8.Metam.
Nutrices arbores glandiferæ dicuntur Plinio in Procem.lib.16.
¶Nutrix,pro Seminario (inquit Budæus) in quo tenella adhuc semina depanguntur,deponunturque.Plin.lib.17.cap.10,Omnia ea non ſtatim moris eſt in ſua locari,ſed prius nutrici dari, atque in ſeminariis adoleſcere,iterúmque migrare.
¶Nutrix,alia ſignificatione vſurpat Catullus Arg.epig.59,
Illáque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano. Id eſt mammarum.
Nutrix,pro matre.Varro,Vt deſiderium poſſint ferre nutrices. Id eſt matres quæ eos nutricant.

Nutricula,nutriculæ, penult.corr.Diminut. { θρέπτειον. } Iuuenal. Saty. 7,Gallia,vel potius nutricula cauſidicorum. Horat.1.epiſt.4.
Fabulæ nutricularum.Quintil.lib.1.cap.9.
Seditioſorum nutricula.Cic.in Vatinium, Veniſti iratus omnibus, quod ego ſimul ac te aſpexi, prius quàm loqui cœpiſti, quum antè Gellius,nutricula ſeditioſorum omnium, teſtimonium diceret, ſenſi atque prouidi.
Prædiorum nutricula.Cic.11.Philip.His quaſi præter dotem,quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum largitus eſt Antonius, vt haberent aliquorum nutriculas prædiorum : quibus vtinam contenti eſſent: ferremus:etſi tolerabile non eſſet.
Caſam nutriculam vocauit Quintilianus declam. 13.vbi quis nutritus fuit.

Nutricia { θρεπτήρια } genere neutro , numero plurali , vocamus nutricis mercedem : vt apud Vlpianum in l.1. ad finem, D. de variis & extraordinariis cognitionibus.Græcè trophia dicuntur.Vide TROPHIMA.

Nutrimentum,nutrimenti { θρέμμα, αὔπηεσμὸι, μέλος } Alimentum. Cic.in Orat.Sed quòd educata huius nutrimentis eloquétia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. Suet.in Caligula, cap.9, Quantum per hanc nutrimentorum cõſuetudinem fauore & gratia ualuerit. Id eſt,quòd in caſtris educatus ſit,vt ait Budæus.
Nutrimenta ignis.Valer.Max.lib.3.cap.2. Virg.1.Æneidos,
Suſcepíque ignem foliis,atque arida circum
Nutrimenta dedit,rapuíque in fomite flammam.
Nutrimentum, pro eo qui alitur. Valerius lib.9. cap.3, Digna nutrimenta,quæ in exitum patriæ ſuæ,vt euenit, conuerterentur. Loquitur de filiis Annibalis.

Nutrimen,pen.prod.nutriminis,Idem { ἰσθίσημον. } Ouid.15.Metam.
Naturæque ſuum nutrimen deerit edaci.
Nutrimenta, nutrimentorum, pro ipſa nutricatione poſuit Suet. in Augusto,cap.6, Nutrimentorum,inquit,eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta velitras permodicus.

NUTUS, Vide N V O, nuis.

NUX,nucis,fœm.ge. { κεφάλη κεφάλου, κάρυον } Generale nomen eſt omnibus quæ duro operimento teguntur, vt ſunt amygdalæ , auellanæ, & huiuſmodi. Plin.lib.15.cap.22, Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt , vt in auellanis, & ipſo nucum genere , quas antea abellinas patrio nomine vocabant.
Nux,à nocendo dicitur.Ouid.de Nuce.
-quoniam fata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.
Cortex viridis nucis.Tibul.lib.1.eleg.8.
Fœtus nucis.Virg.2.Georg.
Nux auellana, ſeu Prænestina , quæ eadem eſt , ex arbore eſt quæ Corylus dicitur. Hanc autem nucem Græci Ponticam vocant. Macrob.lib.3.Saturnal.cap.18.
Nux calua , nux eſt auellana , vel Pontica. Hoc ex veteri quodam lexico eruiſſe ſe dicit Turnebus , in quo ſic ſcribitur, Caluæ, πόντικὰ πόμα, ρίνα.
Caſtaneæ nuces.Virg 2.eclog.
Nux Græca. Colum.de Arboribus,cap.22, Nucem Græcam ſerito Arcturi ſigno. Quidam dicunt eſſe amygdalam , argumento Plinij libro 15.cap.22,quum de amygdala loquitur,Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate,dubitatur, quoniam Græcas nominat. Macrob.3 Saturn.cap.18,Nux Græca hæc eſt , quæ & amygdala dicitur.Sed & Thaſia eadem nux vocatur.
Nuces iuglandes,quæ & regiæ dictæ ſunt.Plin.lib.15.cap.22.
Minimæ.Iuuen.Saty.3.
Nuces pineæ,quas pinus arbor gerit.Martial.lib.13.25.
Nux perſica.Martial.lib.13 46.
Caſſa nuce.Horat. 2.Serm ſaty.5.
¶Conficere nucem, Vide CONFICIO.
Annoſam ſi fortè nucem deiecerit Eurus.Iuuen.Saty.11.
Dare nuces.Catul.in Epithalamio Iuliæ,epig.56.
Qui è nuce nucleum eſſe vult , frangat nucem. Qui commodum appetit,ne fugiat laborem : Qui quærit voluptatem , prius experiatur ſudorem, ſine quo non paratur vera voluptas. Hanc ſententiam Plautus figura ſanè quàm prouerbiali extulit , in Curcul.2.Eraſmus.
Frangere nucem.Cic.2.de Orat.
Legere nuces.Cic.2.de Orat.
Nuces relinquere , Eſt omiſſis ſtudiis ac nugis puerilibus ad grauiora, magiſque ſeria conuerti.Perſius Satyra 1,
-& nucibus facimus quæcunque relictis, Quum ſapimus patruos. Tranſlata metaphora , vel à vetuſta nuptiarum cæremonia, in quibus ſponſus vxorem ducens nuces ſpargebat , vtpote iam pueritiæ renuntians. vel certè à puerorum luſibus , qui nucibus peraguntur, ductum prouerbium videri poteſt. Hæc Eraſmus. Martial. libro 5.135.

Spargere nuces.Virg.8.eclog.
Nuces amaræ,apud Celſum lib.6.cap.7. & alibi frequenter , nihil aliud ſunt quàm quas vulgò amygdalas amaras vocant.
Perſicum quod vulgò vocatur,Molluſca nux dicitur,ſcilicet quòd cæteris nucibus mollior ſit. Macrob.lib.3.Satur.cap.18. Perotus Macrobio refragatur.

Nucula,nuculæ,penult.corr.Diminutiuum, Minuta nux. Vnde & Præneſtinæ nuculæ appellatæ ſunt. A Nucula ſit aliud diminutiuum,Nucella. Calepinus.

Nuciprunum,nuciprunj,penult.prod.neut.gen. Prunum inſitum nuci. Plin.lib.15 cap.13, Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum , quæ faciem parentis, ſuccúmque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna.

Nuceus , Adiectiuum { κερυνὸς } Quod eſt ex nuce. Plin.lib. 16.cap.39, Vlmeam,pineam,nuceam, hanc atque aliâ materiam omnem quum effodies, Luna decreſcente eximito poſt meridiem.

Nucetum , nuceti, penult.prod. Locus conſitus nucum arborum frequentia.Stat.lib.1.Sylu 6,
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fœcundis cadit aut iugis Idumes. Nuces Ponticas intelligit , quæ & Præneſtinæ.& Auellanæ dicuntur.

Nucifrangibulum,1oco appellat Plaut.dentem, in Bacchid.13,
-mihi cautio eſt
Ne nucifrangibula ex cuſſit ex malis meis.

Nucleus,nuclei { πυρὴν } Quod tenerum in nuce includitur. Plin.libro 12. cap. 9, Pomum intus ſimile contortis nucleis. Idem libro 9. capite 35.
Concidere nucleum dentibus,Vide CONCIDO,pen.prod.
Nucleum amiſi. Prouerbium. Plaut.Capt.11, Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis,vbi reſciuiſſet ſibi impoſitum eſſe , & herum amiſſum pro ſeruo , ſeruum pro domino retentum, is enim ex quo fructus expectabatur, aufugerat , eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Eraſmus.
Nuclei oliuarum , Teſtæ. Vlpian.in l.Carbonum. D. de Verborum ſignificat.
¶Nucleus, Allij ſpica. Multis enim ſpicis ſeu nucleis compactum eſt allij caput.Plin.lib.19.cap 6,Allium tenuiſſimis & quę ſeparantur, in vniuerſum velarni membranis : mox pluribus coagmentatur nucleis,& his ſeparatim veſtitis.
¶Nucleus pinguitudinis.Plin.lib.17.cap.6.
Nucleus ferri,& halybs.Plin.lib.34.cap.14.
Nucleus acimi, Quod vinaceum appellat Columella. Plinius libro 23 cap.1.

Nucleatus, penult. prod. Adiectiuum. Scribonius Largus, Vua paſſa, nucleata,contuſa ac miſta.

N Y

Nyctalops, pen.corr. nyctalopis,penult.prod. omn.gen. { νυκτάλωψ } Qui videt interdiu,occidente autem ſole cernit exiliter,noctu nihil. Hic etiam luſciotus dicitur à Latinis. Plin.lib.8.cap.50, Caprinum iecur ſi veſcantur , reſtituit veſpertinam aciem his quos nyctalopas vocant. Idem dicit libro 28.cap.11. Vide LVSCIOSVS.

Nyctalopia,vitium ipſum eſt , vt Myopia. Dioſcorides tamen nyctalopia pro vitio identidem accipit.Budæus.

Nyctalopa, Herba. Plin.lib 21.cap.11, Eandem vocari chenomychon, quoniam auferes à primo conſpectu eius expaueſcant : ab aliis nyctalopa,quoniam è longinquo noctibus fulgeat.De nyctegrecia.

Nyctegrecia , Ea Homeri rhapſodia vocatur , qua maximo metu perculſis omnibus & conſternatis ob offenſionem pugnæ , noctu in caſtris ab Agamemnone excitantur è ſtratis duces , & ad conſilium vocantur.

NYCTEGRETVS { νυκτήγρετος } Herba , de qua ſic Plin. lib.21. cap.11, Nyctegretum inter pauca miratus eſt Democritus, coloris ignei, foliis ſpinæ, nec à terra ſe attollentem , præcipuam in Gedroſia narrat. Erui poſt æquinoctium vernum radicitus,ſiccarique ad Lunam xxx. diebus,nec lucere noctibus. Magos Parthorúmque reges vti hac herba ad vota ſuſcipienda. Hæc ille.

NYCTELIVS { νυκτήλιος } vocatus fuit Bacchus , quòd ſacra eius noctu fiebant:οὖς enim nox eſt, πολὺν perficio.
Nyctelius pater, Bacchus.Ouid.1.de Atte.
Latex Nyctelius,Vinum.Senec.OEdip.5.

Nycteris,pen.corr.nycteridis { νυκτερὶς } Veſpertilio tam minutos habens pedes,vt eis eatere videatur.
Nycteris,hoc eſt Veſpertilio, dictus eſt Charephon philoſophus: propterea quòd philoſophando expalluiſſet,& ſupra modum emacia tus eſſet.Author Suidas.

NYCTEVS,duarum ſyllabarum, Nycteos, vel Latinè Nyctei { νυκτεὺς } Rex quidam fuit pater Antiopes. Propert.lib.3 eleg.15, Nycteos Antiopen,&c.

Nycteis,pen.prod. { νυκτηὶς } Patronymicum fœm.Propertius lib.1.eleg. 4,Tu licet Antiope formam Nycteidos,&c. Ouid.6 Metam.

Nycticorax,pen.corr. nycticoracis, pen.corr.m.g. { νυκτικόραξ } Corvus noctурnus. D.Hieronymus in fine epiſt. ad Suniam & Fretelam, nycticoracem dicit eſſe,quam vocamus noctuam.

NYCTIMENE , penult.corr. { νυκτιμένη } Filia Nyctei , quo etiam nomine dicta eſt auis quædam , in quam conuerſa Nyctimene fertur. Quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens in ſylvas aufugit,& in noctuã conuerſa, lucem odit, nocte tantùm volitãs. A Græcis appellatur γλαὺξ. Vide Ouidium 2.Metam.

NYCTORIX , Regina Babyloniæ : quæ , teſte Herodoto, libro 1. poſt Semiramin regnauit ſola. Apud ipſum Herodotum ſcribitur Nitocris.

Nympha,nymphæ { νύμφη } Latinè ſponſa dicitur.
Nymphas antiqui aquarum deas eſſe putauerunt , quaſi lympharum numina : quippe veteres Græci nympham dicebant,quam nos mutatione vnius literæ lympham , hoc eſt aquam. Aliquando Nymphæ

Nymphæ dicuntur Muſæ , quòd aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpenumero à poetis inuocantur. Virgil.7. eclog. Nymphæ noſter amor,Lybethrides. Cic.3.de Nat.deor.Stúntne etiã Nymphæ deæ? Et pro Milo. Ædem Nympharum incendit.
Nymphæ aliæ in nemoribus habitant:& hæ à Græcis ἀλσπόδες,id eſt nemorales appellantur:aliæ in aquis,quæ naides & hydriades cõmuni & generali nomine dicuntur. Sed harum aliæ ſunt κρηνίδες Græcè,Latinè Fontanæ nominantur : aliæ ὀπιπτομίδες , licet has fluuiatiles appellare:ſunt & aliquæ ὀπμαλίδες , quibus pecora ſunt curæ:nonnullæ etiam ὀρεσταὶδες,quæ montes incolunt.Ex Lambino.
Genitor Nympharum,Oceanus.Catul.in Gellium,epig.83.
Templa ſylueſtria Nymphatum.Lucret.lib.5.
Agreſtes.Virg.3.Æneid.
Auernales.Ouid.5.Metam.
Faciles.Virgil.3.eclog.
Nyſiades,Vide NYSA.
Simplices.Horat.2.Carm.ode 8.
Teneræ.Ouid.11.Metam.
¶Nymphæ, dicuntur apes quum primùm fotmam cœperint habere.Plin.lib.11.cap.16.

Nymphæum, nymphæi { νυμφαῖον } dicitur & lauacrum & balneum. Iulius Capitolinus, Opera Gordiani Romæ nulla extant , præter quædam nymphæa,& balneas. Plin.lib.35.cap.12.

Nymphæa { νυμφαία } Herba heraclia quæ Venerem extinguit : à nympha, hoc eſt aqua dicta, quòd aquis gaudeat. Plin.lib.26.cap.10. Et lib.25.cap.7. Ruellius eam dicit eſſe quæ officinis vulgò *Nenuphar* dicitur.

NYMPHÆVS { νυμφαῖος } Italiæ fluuius iuxta Velitras:& Nymphæum, Proconneſi promontorium. Author vtriuſque Raphael Volaterranus. Nymphæum monté ſemper ardere, eiúſque eraterem bitumen egerere omnium dilutiſſimum,Strabo author eſt lib.7.

Nympharena , Gemma , vrbis & gentis Perſicæ nomen habet,ſimilis hippopotami dentibus.Plin.lib.37.cap.10.

Nymphides { νυμφίδες } Genus calceamentorum muliebrium , de quibus Cælius lib.28.cap.27.

NYMPHOLEPTI { νυμφόληπτοι } dicuntur quaſi Nympharum ſpiritu

correpti.iidem Lymphati quoque vocantur.

NYMPHON,Vir quidam Colophonius, de quo Cicero Qu.fratri lib.1. 2, Ego nugas maximas omni mea comitate complexus ſum, Nymphontem etiam Colophonium.

NYSA { νῦσα } Vrbs Arabiæ, apud quàm (vt Diodorus ait) Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nyſæus dictus eſt,ac cognominatus Dyoniſius , à Ioue ſcilicet & Nyſa nomen accipiens. Nyſa etiam non tam mons,quàm ciuitas in India eſt,à Libero patre (vt refert Strabo lib.15) condita,carminibus poetarum celebratiſſima. Vide Herodotum lib.2. Alia eſt Nyſa in Bœotia apud Homerum: apud Plinium in Caria : apud Strabonem vicus etiam in Heliconе : apud Ptolemæum in Lycia & Ionia:& apud Stephanum in Thracia.
Vertex celſus Nyſæ.Virg.6.Æneid.

Nyſeius,Adiectiuum { νυσήϊος } vt Iuga Nyſeia apud Lucanum lib.8.

Nyſeus,diſſyllabum { νυσεὺς } dictus eſt Bacchus.Ouid.4.Metam.

Nyſias,Nyſiadis,pen.corr.Patronymicum fœm. { νυσιὰς } vt
Nymphæ Nyſiades,apud Ouidium 3.Faſt.poſitum pro gentili.

Nyſigena, pen.corr. { νυσιγενὴς } qui in Nyſa natus eſt. Catul.Argonaut. epigramma 59,
At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thyaſo Satyrorum,& Nyſigenis Silenis.

Nyſæi { νυσαῖοι } habitatores Nyſæ vrbis : de quibus ineminit Cicero ſcribens Silio,lib.13.65, Deinde Nyſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſimè tuetur ac defendit , habeas tibi commendatiſſimos.

Nyſæus, Adiectiuum { νυσηΐδες. } vt Chori Nyſæi.Propert.lib.3.eleg.17.
Palmes Nyſæus,Vitigineus.Silius lib.7.

NYSA, Proprium hominis.Cic.3.de Natur.deor.Dionyſios multos habemus,primum Ioue & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe.

NYSAEA,teſtè Herodoto & Curtio, vrbs clariſſima in India , à Libero patre condita,ſub radicibus montis quem Neron vocant.

NYSIRVS,Vide NISYRVS.

Nyſſa,nyſſæ,Repagulum vnde curſores mouẽtur.A νέω,inclino: quòd quum metam attigerint,inclinentur.

NYSVS,Vide NISVS.

O

Atque v permutantur inuicem. Quintil.lib.1. cap.4. Quid o, atque v permutatæ inuicem ? vt Hecoba, & nottix: Chulcides , & Pulyxena ſcriberentur. Quod hîc Quintilianus dicit,multis monimentis veterum probat Pierius in ſuis caſtigationibus in Virgilium : in quibus ſe ſcripturn vidiſſe teſtatur Donu pro dono, Annus pro annos, Cupreſſu pro cupreſſo.
O[ō] vocãdi Interiectio,nominatiuo interdum , nónunquã etiam accuſatiuo gaudens. Virgil.1. Æneid.O regina nouam cui condere, &c. Cic. Furnio, lib.10.26, O mi Furni quam tu,&c.
¶Aliquando admirandi. Terent. Eunuch.2.3, O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres.Iuuen.Satyra 10,
O qualis facies,& quali digna tabella!
¶Exclamantis.Terent.Heaut.2.3,O Iuppiter, tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem Phorm, O audaciam , etiam me vltro accuſatum aduenit?
O immoderata mulier.Cic.pro Cælio.
O conſuetudo peccandi,quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus! quum pœna abſuit , & licentia conſecuta eſt. Cic. 5.Verrin.
¶Dolentis.Terent.Andria,1.5,
-ô Myſis,Myſis,etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio.
O miſerás hominum mentes,ô pectora cæca.Lucret.lib.2.
O miſera vitæ ratio.Cic.Anteq.iret in exil.
O ſpectaculum vni Craſſo iucundum,cæteris non item. Cic. Attico,lib.2.
¶Irridentis. Cic.de Amic. O præclaram ſapientiam : ſolem enim è mundo tollere videntur,qui amicitiam è vita tollunt.
O præclarum cuſtodem ouium,vt aiunt,lupum.Cic.3.Philipp.
¶Exultantis.Terent.Andr.1.1,5 ô factum bene,
Beaſti me.
O terram beatam quæ illum exceperit.Cic.pro Milone.
¶O ſi,deſiderantis particula.Virg.11.Æneidos,
Quanquam ô ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet. Ibidem,lib.8,
O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.
O vtinam tunc quum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Ouid.1.epiſt.1.
¶O,Interiectio repentè perculſi.Terent.And.4.6, O Myſis ſalue.c. ſaluos ſis Crito. Ibidem,1.5, Quis hîc loquitur ? Myſis ſalue. M. ô ſalue Pamphile.
O,quid agis.Horat.1.Carm.ode 14.
¶O,pro Vtinam.Virgil.2.ecloga,
O tantum libeat mecum tibi ſordida ruta,
Atque humiles habitare caſas. Id eſt,vtinam libeat.
¶O,quandoque tacetur , quum accuſatiuo iungitur. Terent. Eunuch.3.1,Hominem perditum miſerúmque,& illum ſacrilegum.Do-

eret Donatus,maioris ſtuporis eſſe hoc modo pronuntiatum. Cic.ad Atticum,Me miſerum.cur non ades?

O A

OANVS,oani { ὤανος } Lydiæ oppidum,apud Stephanum.

OASIS { ὄασις } Oppidum in deſertis Libyæ , ſeptem dierum itinere à Thebis diſtans,quod Herodoti ætate à Samiis tenebatur , vt ipſe refert libro 3.

Ocaricha { ὠκάριχα } Dicuntur mugilum oua ; ſale condita : ὠὰ enim eſt,quod nos ouum dicimus,interpoſita u euphoniæ cauſa: πάρχω,ſalſum dicitur:παρχόω,ſeruo,condio,liquefacio,ſicco.

OAXIS { ὄαξις } Fluuius eſt Cretæ inſulæ , dictus ab Oaxe filio Apollinis.
Rapidus Cretæ Oaxis.Virg.2.eclog.

OAXVS { ὄαξος } ciuitas Cretæ,ab Oaxo Achallidis filiæ Minois filio: vel à ſitu loci,quòd loca præruptа Cretenſes ὄξυς vocẽt. Herodotus quoque Oaxum vrbem Cretæ facit , in qua Etearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnauit,qui Cyrenem Libyæ vrbem ædificauit.

O B

Ob { ἀνὰ,ἐπὶ } Præpoſitio,accuſatiuo iungitur,& ſignificat Propter.Terent.And 3.5, Ergo pretium ob ſtultitiam fero : ſed inultum id nunquam auferet. Donatus,Id eſt pretium ſtultitiæ.
Ob adulterium cæſus.Virg.6.Æneid.
Laborat ob auaritiam.Horat.1.Serm.ſaty.4.
Ob delictum pœnas dij exeptunt.Cic pro Marcello.
Ob dictum aliquem oppugnare.Metellus ad Cic.lib.5.1, Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo , & pro reconciliata gratia , nec abſentem ludibrio læſum iri me,nec Metellum fratrem ob dictum , capite ac fortunis per te oppugnatum iri.
Ob aliquod emolumentum ſuum ſiqui cupidius aliquid dicere videntur,iis credi non conuenit.Cic.pro Fonteio.
Ob induſtriam.Plaut.Caſina,6.
Ob decem minas oppoſitus pignori.Terent.Phorm.4.3.
Ob nullam noxiam.Plaut.Pœn.3.
Ob rem.Terent.Phorm.3.2, -non pudet
Vanitatis?D.minimè,dum ob rem.Id eſt modo in rem meam ſit.
¶Ob abſoluendum,Ob tacendum,& ſimilia:pro Ad abſoluendum, vel vt abſoluat.Cic.4.Verr.Quanto illud flagitioſius, improbius, indignius,cum à quo pecuniam ob abſoluendũ acceperis , condemnare,&c. Gel.lib.11.cap.10.
Ob vagulationem.Feſtus,Cui teſtimonium defuerit ob portum ob vagulationem ito. Lex eſt 12.tabul. qua Turnebus ſignificari putat, ſi teſtis ei defuerit , qui litem habuit , ei licere comperendinationis die; id eſt die tertio , ante eius ædes liberè conqueri & implorare eius teſtimonium , conuitiúmque recuſanti facere. Nam à vagio, vagilo & vagulo deducitur , vnde vagulatio , quod conquerentis & plorantis eſt. Nec aſſentior iis qui à vagor deducunt, nec qui ob vagulatum legunt, quum vagulationem Feſtus planè apertéque legat, & interpretetur , ſiſque ob vagulationem dictum antiquo more pro ad vagulationem. Hæc ille. Legem autem ſic ſcribi debere putat, Cui teſtimonium defuerit , is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito.Vide VAGVLATIO.

¶Ob,pro ante.Plaut.Milite,7,
-nunc demum experior ob oculos caliginem
Prius mihi obtigisse.
Ob oculos mihi sæpe mors versata est.Cic.pro Rab.Posth.
Mihi ob oculos exilium versatur.Cic.pro Sextio.
Ob os offusus ignis.Cic.de Vniuers.
¶Ob,pro Ad,apud antiquos.inquit Festus. Ennius, Ob Romã noctu legiones ducere. Cic.Pæto,lib.9.26, Cuius ob os Graij ora obuertebant sua.
¶Ob,in compositione,pro Circum,authore Festo:vt Obambulare.

Obacerbo,obacerbas,obacerbare.Est,vt ait Festus,exacerbare.

Obacero,obaceras,obacerâre, Compositum ex ob & acus,aceris, est authore Festo,Obloqui, atque alterius sermonem molestè impedire. Quod sumptum videtur à paleis, quas Græci ἄχυρα vocant.

Obæratus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπόχρεως} Dicitur qui ære alieno iam obligatus est,quasi ære alieno obstrictus,& debitor ad aliquid operandum. Liu.6.bel.Pun. Quatuor millia hominum erant misti ex omni colluuione, exules, obærati. Cæsar libro 1. Commentariorum, Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit.

Obambulo,obambulas,pen.cort. {περιπατέω,περιέρχομαι,πάρειμι} obambulâre,Est(vt ait Festus)aduersum alios ambulare, & quasi ambulanti sese opponere:siue circumire, aut obuiam ire. Plaut.Merc.22,
Sanè hoc non in mentem venit,dudum vt vrbem obambulo.
Solus obambulat ipse.Ouid.2.Trist.
Gemebundus obambulat Ætnam.Ouid.14.Metam.
Obambulantes ante vallum portasque. Liu.5.bel.Pun.
Obambulare muris.Liu.6.bel Maced.
¶Obambulare,pro Insidiari. Virg.3.Georgicorum,
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat. Id est insidiatur. Seruius.
¶Obambulare, pro vnà iunctímque ambulare.Sueton.in Tyberio,
Et secretum petenti,nonnisi adhibito Druso filio, dedit,dextrámque obambulantis, veluti incumbens, quoad peragerentur sermo, continuit.

Obambulatio,Verbale {περιπάτησις} Author ad Herenn.lib.3,Commodius est in deuerticta,quàm in celebri regione locos comparare: propterea quòd frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

OBARENI {ὀβαρηνοί} Armeniæ populi,non procul à Cyro fluuio,quorum meminit Stephanus.

Obaresco,obaresis,obarescere.Lactant.De opific.Dei,cap.10,Acies enim, quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore assiduo rersa purè niteat,obsolescit.De oculorum acie loquitur.

Obaro, obaras, pen.corr.obarauí {περιαρόω} obarare, Circum arare, vel arando excolere. Liu.3. bell. Pun. Et quum hostes obarassent, quicquid herbidi,terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt,vt &c.

Obarmo,obarmas {κατασκληρύνω}obarmâre,Idem quod Armare.Horat. 4.Carm.ode 4, -quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet,quærere distuli.

Obater, pen.prod. Adiectiuum {ὑπομέλας} Quodammodo atrum & veluti subatrum. Plin.lib.18.cap.35, Nascens luna, si cornu superiore obatro surget.

Obatresco,obatrescis, obatrescere, Obatrum esse. Firmicus in Præfac.lib.1, Pallidus lacus semper crassitudine lurida sordidus, luentibus spumis obatrescit.

Obba,obbæ,Poculi genus, authore Nonio, vel ligneum, vel ex spartho,quod nunc *vbbã* dicitur.Varro,Dolia atque apotheeas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices. Idem epistola ad Matrullium,Vtrum meridie,an vesperi libentius ad obbam accedas.
Sessilis obba, Quæ sedere videtur, quum sit fundo latiore. Persius Satyra 5.

Obbibo,obbibis, obbibi, pen.corr.obbibitum, pen.corr. {πανσαίνομαι} obbibere,Idem quod bibere.Cic.1.Tusc.Qui quum coniectus in carcerem,triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit,vt id resonaret.

Obbrutesco,obbrutescis,obbrutui {ἀλογοποιέομαι} obbrutéscere,Brutum fieri,rationem amittere.Lucretius lib.3,
Nec refert,vtrum pereat disperså per auras,
An contracta suis è partibus obbrutescat. De anima. Turnebus aliter, atque obbrutescere significare hîc, sensum amittere & vitam, ac interire.Nam brutum est non sentiens. Lactantius,Corpus enim, quia è terra est, comprehensibile est, temporale, brutum atque tenebrosum est: Anima verò,quia de cælo est,tenuis,æterna, sensibilis,illustris est. Hic apertè brutum,id est non sentiens,sensibili,id est sentienti oppositum. Hæc ille.

Obcæco,obcæcas {ἀποτυφλόω} obcæcâre, Idem significat quod Cæcare.Columella lib.4.Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata luce veritatis caruit. Dicimus & Occæco. Plin.lib.10.cap.3, Respersu pinnarum hostem occæcantes.
Obcæcat orationem totam narratio obscura.Cic.2.de Orat.
Obcæcatus stultitia.Cic.ad Senatum,lib.15.1,Quod ego negotium non stultitia obcæcatus,sed verecundia deterritus non recusaui.
Obcæcari tenebris,& Præfulgere splendore: contraria. Author ad Herenn.lib.3,Tunc nec nimis illustres,nec nimis obscuros locos haberi oportet: ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.
Æther terrificis obcæcat sidera nimbis.Ouid.ad Pisonem.
Obcæcare fossas in agro,Hoc est obtegere,& desuper claudere,ne pateant.Colum.lib.2.cap.2.

Obcædes,Plautus,
Ohe,iam satis,nolo obcædes,
Catuli vt ludum nunc volo. Id est, Nolo hîc quicquam tragicum & cruentum,quódque cædes imitetur. malo ludum catellorum, qui inter se lasciue lusitant. Obcædes autem iuncto verbo, vt concædes dicuntur.Turneb.

Obcæno,obcænas,obcænare, Antiquum. Plaut. in Cestione Cerastibola,vt de fumbo obcænabis.Author Vart.lib.6.de Ling.Latin.

Obcaleo, obcales,pen.corr.obcalui,obcalère,Circum calere. Celsus lib.4.cap.24, Vbi dolor vehemens vrget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore,an tumor tam etiam obcaluerit. Et paulo pòst, Si verò tumores etiam obcaluerunt,& dolent,leuat spongia.

Obcalco {πατέω,ω.} Vide OCCALCEO.
Obcalluere mores.Colum,lib.8.cap.16.

Obdo,obdis,obdidi,obditum,pen.corr. {ἐπιτιθέω} obdere, Opponere,inquit Festus.
Obdere ceram auribus.Senec.epist.32.
Obdere forem,pro Claudere fores.Plaut.Casin.2.3.
Obdere fores ferratis trabibus.Plin.lib.6.cap.11.
Obdere pessulum ostio. Terent Eunuch 3.5. Idem Heaut. 2.3,Annus foribus obdit pessulum.

Obdormio,obdormis,obdormiui,obdormitum.pen.prod. {ἀφυπνόω} obdormire , Dormire.Cic.1.Tusc. Nescio quando in Latino obdormiuit.De Endymione.
Obdormire crapulam Plaut.Most.16.

Obdormisco, obdormisceis {ἐγκυμίζω} obdormiscere, Idem Cic.1. Tusc. Quid melius quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conuenientem somno contopri sempiterno?

Obduco,obducis, penultima prod. obduxi,obductum {ἐπιάγω} obdúcere,Circumducere, vel Contrà ducere. Plaut.Pœud.8,Pòst ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum Protinus obducam.
Obducere, & Reducere vela,contrariæ:Gallicè *Tirer ou coller les rideaux,& pour les ramener*.Plin.iunior lib.2.epist.17.ad Gallum.
¶Obducere {ἐπεύχω} pro Inducere:vt Obducere torporem. Plin. lib.22.cap.25.
Obducere rebus tenebras. Cic.4.Acad. Dum huius definitiones labefactare vult, conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. Quintilian libro 10.cap.1, Atque ille quidem omnibus eiusdem operis authoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Id est,obtenebrauit, vt minus noti essent. De Menandro.
¶Obducere {ἐπιπροσπεριπλέκω} Superducere,tegere. Cic.2.de Legib.Redditur enim terræ corpus,& ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.
Herbæ obducunt segetem densis sentibus.Virg.2.Georg.
Obducere plagam limo. Plin.lib.8.cap.26. Et apud Colum. lib.3. cap.18,Obducunt cicatricem radices quæ exercuerunt.
Crustam obducere.Plin.lib.3.cap.4.
Rubiginem.Plin.lib.17.cap.4.
Macies obduxerat artus.Ouid.epist.11.
Tenebræ obducere oculos.Lucan.lib.3.
Frontem obducere,pro Contrahere.Quintil.lib.10.cap.3.
Callum obducere,pro Contrahere callum.Cic.5 Tusc.Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Id est vetustate obduruerat. Idem ad Varronem,lib.9.2, Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.
Obducere callum dolori dicitur labor, per translationem, pro Dolorem minus molestum facere.Cic.2.Tusc. Ipse labor quasi callum quoddam obduxit dolori.
Obducere vultum, Quemadmodum Obducere frontem. Senec. de Benef.
¶Obducere,Detegere,aperire. Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite.Nonius.
¶Obducere aliquem.Cic.ad Atticum,lib.1.1, Thermus cum Syllano contendere existimatur, qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt,vt mihi videatur non esse *obducendus*, Curium obducere, sed hoc præter me nemini videtur. Id est opponere, & obtrudere in petitionem Consulatus. Contra alios competitores in campum Martium ducere Qu. Curium aleatorem notissimum : in quem est illud Calui apud Asconium, Et talis curius pereruditus. Et obducere dixit propriè : quia candidatos amici & clientes in campum honoris causa deducebant. Vnde illud ad Atticum lib.2.epist.1, Quinetiam quum candidatum deducerem,is quærit ex me, num confuessem Siculis locum gladiatoribus dare. Nisi fortè quis interpretari malit, Curium obducere, Curij vitia obtegere, quum horum tam infamis vita sit. Sic obducta cicatrix.
Diem obducere. Cic. ad Atticum,lib.16, Nono Calend. igitur ad Siccam : ibi tanquam domi meæ scilicet : itaque obduxi posterum diem.Vbi interpres,Obduxi,circum illa loca duxi & consumpsi.

Obductus,Participium {ἐπεσπερχθείς.} vt
Cicatricem Reipub. iam obductam refricare. Cicero 3. de Lege agraria.
Colos cano situ obductus.Plin.lib.12.cap.25.
Dolorem obductum vulgare.Virg.10.Æneid.
Frons obducta, Tristis.Horat.Epod.13.
Obstructio obducta. Cicero pro Sextio, Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta,ita vt curiosis oculis perspici non possit.
Obducta situ vetustatis prata.Colum.lib.2.cap.18.
Tenebræ obductæ.Propert lib.3.eleg.16.
Vultus obductos condere.Ouid.2.Metam.

Obductio,obductionis,Verbale {κατασκληρυσμός.}
Obductio capitis.Cic.pro C. Rabirio perduel. reo, Mors si proponitur,in libertate moriamur. carnifex verò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, nó modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Id est obuolutio, vt ait Budæus.

Obducto, obductas {ἐπαγρυπνέω} obductâre, Frequentarium. Plautus Mercat.16,
Nec pol ego patiar sic me nuptam tam malè,
Measque

Meásque in ædes sic scorta obductarier.

Obdulcesco,obdulcescis {πικραλυνόμαι} Idem ferè quod dulcesco simplex,hoc est duleis fio.Calep.

Obduro,obduras, penul. prod. {σκληρύνω} obdurare, Facere durum.
Persta atque obdura.Horat.2.Serm,saty.5.
Destinatus obdura.Catull.ad Seipsum,epig.8.

Obdureo,obdures,penul.prod.obdurui {σκληρύνομαι} obdurêre, Durius fieri.Cic.ad Attic.lib.12, Quare obduretur hoc triduum,vt te quoque ponam in eodem *mõbo*.

Obduresco,obdurescis,obdurui {κατασκληρύνομαι} obdurêscere, Idem. Varro 3.de Re rust.cap.14, Eatum semen minutũ,ac testa molli, diuturnitate obdurescit.
Obdurescere etiam de homine dictum.Cic. ad Lucceium , lib.5.15, Alij occiderunt,alij nescio quo pacto obdurauerunt.
Obdurescere & percallere.Cic. pro Milone , Sed nescio quomodo iam vsu obdurarat,& percallerit ciuitatis incredibilis patientia.
Consuetudine obdurescere.Cic.2.Philipp.
Obdurescere ad.Cic.ad Brutũ lib.13, Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem eximus.
Obduruit animus ad dolorem nouum.Cic.ad Cælium,lib.2.15.
Obdurescere contra.Cic.3.Tusc.Obdurauisse fese contra fortunam arbitrantur.
Obdurescere in patientia.Cic.7.Verr. Iam verò quum in eiusmodi patientia turpitudinis aliena,non sua fatietare obduruisset.

Obedio obedis.pen.prod. obedíui, obedíre , pen. prod. {πείθομαι, ὑπακούω} obedíre, Parêre,obsecundâre.Festus,Obedio,obaudio.Cic. de Claris Orat. Quanrum in hac vrbe polleat,multorum obedire tẽpori,multorúmque vel honori,vel periculo seruire.
Parêre & obedire.Cic.5. Tusc. Hic est ille moderatus,hic fortis, hic sapiens,hic & nascentibus & cadentibus cum reliquis cõmodis, tum maximè liberis parebit,& obedíet præcepto illi veteri.
Obedire & parere voluntati dei.Cic.1.de Nat.deor.
Obtemperare & obedire.Cic.3.de Leg. Nec verò solùm vt obtemperent obed ánque magistratibus,sed etiam vt eos colant,diligántque præscribimus.
Obedire ad Cic.pro Cecina, Si seruulis hoc nostris cõcesserimus, vt ad verba nobis obediant,non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.
In modum seruorum alicui obedire.Tacit.lib.1.
¶Obedibo,antiqui dixerunt.Afranius,Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.

Obediens,Participium {πειθόμενος.} Cic.2.de Nat. deor. Nulli igitur est naturæ obediens,aut subiectus deus.
Obediens dicto.Plaut.Bacchid.8.
Naturæ obediens homo homini nocere non potest.Cic.3 Offic.
Animus mansuetè obediens imperio meliori.Liu. Decad.1.lib.3.
Appetitiones obedientes efficere rationi.Cic.2.Offic.

Obediens,Nomen ex participio {πειθήνιος,πιθανός.} Liu.5.bel.Pun. Et vt imperiis viuorum nemo obedientior me vno fuerit , &c. Plin. libro 16.cap.43,Obedientissima quocunque in opere fraxinus.

Obedientia,obedientiæ {εὐπείθεια,ὑπακοὴ,πείθαρχος.} Cic.1.Offic.Relinquunt enim & abiicíunt obedientiam, nec rationi parent , cui sunt subiecti lege natutæ.
Abiicere ac relinquere obedientiam, Vide ABIICIO.
Fracti animi obedientia,& arbitrio carentis suo, seruitus est. Cic. in Parad.Si seruitus sit(sicut est)obedientia fracti animi & abiecti,& arbitrio carẽtis suo,quis neget omnes leues,omnes cupidos,omnes denique improbos esse seruos?
Obedientia imperiorum.Plin.lib.8.cap.1.

Obedienter,Aduerbium {πειθηνίως.} Liu.lib.8. ab Vrbe , Sub imperio Populi Rom.se obedienter ac fideliter futuros.
Obedienter curatum est.Liu.5.bel.Pun.

Obedo,obedis,pen.corr.obedi.obesum,pen-prod. {περιέδω} obédere,Consumere,quasi circum edere.

Obesus,pen.prod.Adiectiuum {περιεδώδης} Gracilis & exilis,inquit Nonius,& circunrosus,macilentúsq;. Næuius,Corpore,pectoréque vndique obeso,ac merito exeso,tardi ingenio senis.
Obesus {πίων} inquit Festus , pinguis : quasi ad edendum factus. Nonius , Obesum pro huberi & crasso sæpius ponitur. Virgilius 3. Georgic.Argutúmque caput,breuis aluus , obesáque terga. Plin.lib. 11.cap.37,Iidem minus solertes,quibus obesissimus venter.
Canis obesus lacte.Claud.1.in Eutrop.
Obesum corpus leuant onere.Plin.lib.24.cap.8.
Fauces obesæ,Id est clausæ.Virg.3.Georg.Seruius.
Obesa illuuies.Colum.lib.7.cap.10.
Naris obesæ iuuenis.Horat.Epod.12.
Turdus obesus.Horat.1.epist.16.

Obeso,obesas,penul.prod. {πιαίνω} obesâre , Impinguare. Columella libro 8.cap.7 , Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent,madefactóque triticeo pane obsant auẽ.De gallinis. Legitur & obesçant.

Obesitas,pen.corr.obesitatis {πίότης} Ipse obesorum status & temperatura.Plin.In magna obesitate. Colum. lib.6.cap.24,Ne cas steriles reddat nimia corporis obesitas.De vaccis.

Obeliæ,Panes erant Dionysio offerri soliti, sic dicti vel quia verueculis quibusdam constiparentur,quos obeliscos vocant,vel assarentur, aut quia venderentur obolo.Vide Cæl.lib.9.cap.16.

Obelus,obeli.pen.corr. {ὀβελός} Latinè dicitur veru,siue verucula.A cuius similitudine virgula quædam expunctioni frequens veru diciturtiacet autẽ sic —. Hac virgula vsi sunt ecclesiastici interpretes,quũ significarent aliquid additum in vulgari translatione,quod in prototypis non haberetur.

Obeliscus,obelíci {ὀβελίσκος} Diminutiuum nomine magis, quàm re: quum res magnæ obelísci dicantur.Est autem lapis aspertimus,figura metæ cuiusdam , sensim à proceritate in excelsum consurgens, paulum gracilescens , specie quadrata,in verticem productus angustum , manu læuigatus artificis,qui multi Romæ fuisse referuntur:& sunt pyramidibus longè minores,Solis numini sacrati. Plin. lib.36. cap.8.Trabes ex pyrrhopœcilo fecere reges quodam certamine,obeliscos vocantes,Solis numini sacratos.Idem lib.16.cap. 40, Obeliscũ in Vaticano circo statutum.

Obeliscolychnium {ὀβελισκολύχνιον} Instrumentum fabrile ex veru & lucerna compositum.Arist.lib.4.de partib.animal. tractãs de linguis insectorum,quæ pluribus funguntur officiis,Vbi enim, inquit, licet duobus vti ad duo opera,nec aliud impedit,nihil rale natura facere solet,quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex veru lucernáque compouit. Attamen si id fieri non potest , eodem ad plura opera abutitur.Hoc verbum restituit apud Quintilianum Turnebus, quo loco legitur,In Græcis obeliscolucubno, pro eo, obeliscolychnio emendans.Vide & Erasmum in prouerbiis.

Obeo,obis,obiui vel obij,obitum,penul.corr. {ἀποθνήσκω} obire, Adire significat.nam O B pro A D quandoque ponitur. Significat & exequi siue peragere:vt ex subiectis exemplis clarum fiet.
Obeunt tres noctes.Plaut.Truc.3.8. Id est,prætereunt.
Obire {περαίνω} Peragere. Cicero ad Atticum , libro 8 , Nec verò hæc extrema quisquam potest iure reprehendere , quòd mare non transierim : id enim etsi erat deliberationis , tamen obire non potui.
Obire {τελευτάω} Mori.Plaut.Epid 10,Malo cruciatu vt pereas,atque obeas cito. Plin.lib.11 cap.37,Obire morbo.
Decurso lumine vitæ obiit.Lucret.lib 3.
Obire dicuntur fydera,quum occidunt.Plin.lib.2.cap.26.
Annum obire.Cic.ad Furnium,lib.10.25, Multi clarissimi viri quũ Reip.darent operam,annum pettionis suæ non obierunt. Id est,non venerunt ad annum.
Bella & res alias obire.Liu.4. ab Vrbe cond. Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent.Id est onus tot bellorum suscipere,& eis sufficere. Vel,eodem tempore adire tot bella , tot beilis interesse. Idem , Ne ad omnia simul adire & obire vnus non posset. Cic.1. de Orat. Iudicia priuata magnarum rerum obire.
Cœnas obire.Cic.ad Attic lib.9,Quas enim eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextus,quàm lautas,quàm tempestiuas?
Colonias.Cicero ad Atticum,libro 16 , Cogitat reliquas colonias obire.
Comitia.Cicero ad Atticum,libro 1.2,Venias ad id tempus , quod scribis , obieris Q. fratris comitia. Id est adieris , atque illis adfueris.
Competitores plures obeunt. Q. Cic.de Petitione Consul.Hominesque sæpe quum obeunt plures competitores, & vident vnum esse aliquem qui hæc officia maximè animaduertat,ei se dedunt , deserunt cæteros,minutatim ex communibus proprij,ex fucosis fiemi suffragatores euadunt.
Diem aliquem obire.Cic. de Amicitia,Qui diligentissimè semper illum diem & illud munus solitus esses obire. Id est adire , & adesse eo die.
Diem auctionis obire.Cic.Attico,lib.13.
Diem obire,Mori.Sulpitius Ciceroni,libro 4.12,Paulò ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Sic
Obire supremum diem.Plin.lib.14.cap.4.
Hæreditatem obire, Vide HAEREDITAS.
Obire in silentium.Seneca epist.21.
Legationes obire,Id est suscipere.Cic.de Lege agr.
Obiit legatus Ægyptum:pro Legatione functus est in Ægyptum. Cic.in Somnio Scipionis.
Lethum obire.Lucret.lib.5.
Locum & tempus.Cic.pro Milone,Quam, nisi obire facinoris locum tempúsque voluisset,nunquam reliquisset.
Mortem obire,Mori.Festus , Mortem obiisse ea consuetudine dicitur,qua dixerũt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum:pro ad. Terent.Phorm.5.9,Ea mortẽ obiit, è medio abiit. Cic.pro Milone,Primũ illud vulnus acceperit quo teterrimam mortem obiret.
Obire morte.Sueton.in Augusto Cæsare.
Munus Consulis obire,Fungi officio Consulis.Plin. in Paneg. Liuius 2.ab Vrbe,Non sufficientibus iam viribus ad Consularia munera obeunda. Et lib.3,Munus vigiliarum Senatores,qui per ætatem ac valetudinem poterant,per se ipsi obibant.
Grauatè munus obire.Liu.Haud grauatè munus obibant.
Munia regis.Liu.Decad.1.lib.2.
Negotium Cic.pro Lege Manilia,
Oculis obire,Circunspicere. Plin. epist.51, Nam ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obisset,illacrymasse.
Officia obire.Plin.epist.45, Nam ille quoque quoad honestũ fuit, obiit officia,gessit magistratus,prouincias rexit.
Officia liberaliter & dextrè obire.Liu.1.ab Vrbe.
Opus rusticum.Colum.lib.12.cap.3.
Oratione sua omnem rem aliquam.Cic.4.Verr. Nolite expectare dum omnes obeam orationem mea ciuitates:hoc vno complector crimine omnia.
Pericula ac labores.Liu.1.ab Vrbe.
Prælia obire,Præliari.Lucret.lib.4.
Prouinciam.Cic.7.Verr.Nam æstate summa, quo tempore cæteri Prætores obire prouinciam, & concursare consueuerunt. Ibidem, Quùm verò æstas summa esse iam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ semper Prætores in itineribus consumere consueuerunt: propterea quòd tum putant obeundam esse maximè prouinciam,quum in areis frumenta sunt.
Rem priuatam obire & publicam. Cic. pro Lege Manilia, Quum ita clausa erant nobis omnia maria , vt neque priuatam rem maritimam,neque publicam iam obire possemus.
Res suas.Cic.pro Archia.
Sacra.Liu.1.ab Vrbe,Quanquam ipse plurima sacra obibat. Id est

plurimis sacris interesse solebat.
Obire sydera dicuntur quum occidunt. Plin. lib. 2. cap. 26.
Vadimonium obire, Est ad diem se sistere. Vnde Obitum vadimonium. Cicero pro Quintio, Vadimonium mihi non obiit quidam socius & affinis meus. Et paulo antè, Qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora, &c. Budæus.
Interdum additur præpositio Ad. Plin. libro 8. epist. 12, ad Minutianum, An si litibus tereret, obtrectum esse me crederem obeunti ad mea vadimonia?
Vigilias obire. Plin. lib. 14. cap. 22.
Visu crebro obiit omnia. Silius lib. 3.
¶ Terras obire, Circuire. Virg. 6. Æneid. Cicero 2. Verr. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obij.
Multum telluris obiuit. Virg. 6. Æneid.
Vrbes obire. Curtius lib. 4.
Regiones pedibus. Cic. 5. de Finib.
Domos amicorum. Cic. pro Cælio.
Obit infera Perseus in loca. Cic. in Arato.
¶ Obire, Circumdare. Virg. 8. Æneidos,
Ducunt exortem Ænean, quem fulua leonis
Pellis obit totum.
¶ Obiit, passiuum. Plinius lib. 13. cap. 4, Palmam breuem ramis obiti vmbra foliorum putant. Vetus exemplar habet, breuique ramorum orbe foliosum.
Campus obitur aqua. Ouid 1. Fast.

Obiens, huius obeuntis, Participium {μετὼν.} Cic. in Somnio Scipionis,
Quis in reliquis Orientis aut Obeuntis solis vltimis aut Aquilonis, Austrive partibus tuum nomen audiet?

Obeundus, Aliud participium {μετὼν.} Horatius 1. Serm. satyr. 6,
-non tollcitus mihi quòd eras
Surgendum sit mane, obeundus Marsa, &c.
Bella planè accinctis obeunda. Tacit. lib. 3.

Obitus, pen. corr. similiter participi. {μετακινητὸς.} Cic. pro Sextio, Nec verò illorum quisquam, quos à maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atque in Rostris collocatos videris, &c.
Quorum morte obita tellus amplectitur ossa. Lucret. lib. 4.

Obitus, huius obitus, pen. corr. {πτῶσις} Mors, interitus. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, tanè quàm pro eo ac debui, grauiter moleste que tuli.
Difficiles obitus. Virg. 4. Æneid.
Mitis obitus. Tacit. lib. 3.
Ante obitum nemo dici debet beatus. Ouid. 3. Metam.
Interitus atque obitus omnium rerum conficit natura. Cicero 2. de Diuinat.
Dare obitus. Valer. 6. Argonaut.
Obitum lamentari Lucret. lib. 3.
¶ Obitus {ὄθεν.} Occasus. Cic. 1. de Orat. In astrologia cæli conuersio, ortus, obitus, motúsque siderum.
Obitus & occasus. Cic. in Pison.
Stellarum ortus atque obitus. Catul. de coma Berenicis, epig. 61.
Quandoquidem longos obitus exorta reuisunt. Lucret. lib. 4.
¶ Obitus {παρουσία} Aduentus. Turpil. Ecquis est qui interrumpit sermonem meum obitu suo?
¶ Obitus, pro Aditu {πρόσοδος.} Terent Hecy. 5. 4, Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque aduenerit, Semper siet. Vbi Donatus, Obitus, occursus. Ob enim significat Contra. Ergo obitus, aditus. Inter obitum & aductum hoc interest: quòd obitus est, quem casus affert: aduentus, quem voluntas & destinatus locus. Festus, Antiqui obitu dicebant, pro aditu.

Obequito, obequitas, pen. corr. {περιππεύω} obequitare, Circumequitare. Liu. 2. ab Vrbe, Primo obequitando castris, prouocâdóque. Sic libro 9, Et luce orta postero die obequitant stationibus hostium.
Obequitare, cum accusatiuo. Curtius lib. 3, Alexander ante prima signa ibat, &c. Quúmque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusque animo aptum erat, milites alloquebatur.

Oberro, oberras {παρεκπλανῶμαι} oberrare, Circumerrare. Plin. lib. 17. cap 19, In summa tellure oberrant. Idem lib. 29. cap. 4, Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat, &c. De mustella.
Oberrare, per translationem, pro Circum volare posuit Persius Satyr. 4, quum dixit, Dines arat Curibus quantum non miluus oberrat.
¶ Oberrare, pro Errare, peccare. Horat. de Arte, -& citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Obesco, obescas {ἐμπλήθω} obescare, ab esca compositum, Escam in os ingerere. Colum. lib. 8. cap. 7, Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent, medefactóque triticeo pane obescant auem, quæ prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari cœpta, viceſima pergliscit. Legitur & obesant.

Obesus, Vide OBEDO.

Obex, obicis, pen. corr. com. gen. Ab obiicio, Significat cuiuscúque rei obiectionem siue obstaculum. Festus, Obices, pessuli seræ. Plaut. Merc 3, Tibi denique iste lætitiam pariet obex. Plin. in Paneg. Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus. superatisque iam mille liminibus vltra semper aliqua dura & obstãtia. Virg. 10. Æneid. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vbi Seruius, Modò vsus habet vt hic obex dicamus: vnde quidã MAGNO OBICE legũt. Antiquietiam hæc obex dicebãt: secundũ quod est MAGNA OBICE. Hinc est quòd nonnulli vitant generis dubietatẽ, & legunt MAGNI, scilicet matris. Caper tamen in libris dubij generis probat dici & hæc obex: quod, vt dixi, hodie de vsu recessit.
Obices, per duplex i, scribitur apud postas, vt producatur OB.
Aperti obices. Claud. 1. de raptu Pros.
Obices rupti Virg. 2. Georg.
Moliri obices, Vide MOLIOR.
Firmo obice portas claudere. Ouid. 14. Metam.
Abrupto obice soluit montes. Senec. Here. furen. 4.

Obfirmo, obfirmas {ἐπιπεδῶ} obfirmare, Firmum propositum in animo habere, & quasi obstinatè aliquid in animo tenere. Terent. Eunuch 2. 1, censẽ' posse me obfirmare, & Perpeti ne redeã interea?
Obfirmare animum, Firmum & inuictum atque obstinatum animum habere. P. aut. Amphit 8,
-feram & perferam vsque eius abitum,
Animo forti atque obfirmato. Idem Mercatore, 3, Vetè animum obfirmo meum.
Obfirmare viam. Terent. Hecyra, 3. 5, Certum obfirmare est viam me, quam decreui persequi. Vbi Donatus, Obfirmare viã, Aduersus omnia obstinatè agere.

Obfirmatus, pen. prod. {ἐπιδέκατος} Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, libro 1. 7, Incredibile est quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior. Vetus codex habet affirmatior.

Obfirmatè, pen. prod. Aduerbium {ἐπιπεδῶς} Pertinaciter. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 25, Ad capessendam rem perurgebant, quanquam obfirmatè resistentem.

Obgannio, obgaunis, obganniui, obgannitum, pen prod. {ἐπιτωθάζω} obgannire, In autem secretò loqui, & veluti immurmurare. Apul. lib. 2, In aurẽ mulieris obgãnit. Terent. Phorm. 5. 9, Habet hæc ei quod dum viuat, vsque ad autem obganniat.

Obhæreo, obhæres, obhæsi {πρόσκειμαι} obhærêre, Idem quod adhærere. Sueton. in Nerone, cap. 19. Confurgenti ei primùm lacinia obhæsit. Lactant. De opific. Dei, cap. 11, Nequi fortè obhæreant ac resistant.
Equus obhæret in flumine. Lucret lib. 4.

Obherbesco, obherbescis, Herbis obducor, ex Ob & Herbesco. Herbescere verò, est herbam fieri. Cic. in Catil. Et elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixis fibris stirpium sensim adolescit. Festus, Obherbescere, herbam inc. scere.

Obhorreo, obhorres, obhorrui, obhorrêre. Plin. lib. 37. cap. 8, Vilioris est turbæ prasius, cuius alterum genus sanguineis punctis obhorret.

Obiacco, obiaces, pen. corr. obiaci, obiactum {ἀντιβάλλω} obiacêre, Circum aut contrà, siue obuiam iacêre. Festus, Obiacusse, Ante iacuisse. Colum. lib. 2. cap. 4, Sed vastos cæspites cœuellit, quibus obiacentibus impeditum aruũ minus recte potest iterari. Stat. 4. Theb.
-vatum quà conscius annis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto Isthmos.

Obiicio, obiicis, pen. corr. obiici, penul prod. obiectum {ἐπίκειμαι, παρεπιτίθημι, πρόκειμαι} obiacere, Ante iacere, anteponere, porrigere, offerre, opponere.
Obiicere argentum lenæ. Terent. Phor. 5. 2, Etiam argentum est vltrò obiectum ei.
Obiicere machæræ aliquem. Plaut. Curcul. 12,
-teddín' an non virginem
Prius, quàm te huic meæ machæræ obiicio mastigia?
Obiicere cibum canibus. Plin. lib. 8. cap. 40.
Offam cani. Virg. 6. Æneid.
Caput obiecì ruenti telo. Silius lib. 16.
Clypeos ac tela sinistris Protecti obiicimt. Virg. 1. Æneid.
Obiicere corpus feris. Cic. pro Rosc. Amer.
Obiicere fores portæ. Liu. 8. bell. Pun.
Obiici ad omnes casus. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 5, Sed etiã quòd ad omnes casus subiectorum periculorum magis obiecti sumus, quàm si abessemus.
Obiicere se in impetus profligatorum hominũ quotidianos. Cic. pro Archia.
Obiicere caput suum ferro pro cæremoniis. Cic. pro Domo, Obiecì meum caput pro vestris cæremoniis atque templis, perditissimorum ciuium furori atque ferro.
Obiicere se telis hostium. Cic. 1. Tusc.
Obiicere florem vini naribus. Plaut. Curcul. 31.
Concionibus seditiosorum, insidiis coiuratorum, & telis aliorum obiici, & ad omne periculum atque omnem inuidiam opponi. Cic. pro Murena.
Potestati aliquorum aliquid. Cic. de Aruſp. resp.
¶ Funera acerba. Plautus Amphit. 4, Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera. Id est multos occidit Thebanos.
Furorem obiicere alicui dicitur res aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. Quæ res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit?
Impietatem alicui. Plin. in Paneg.
Laborem alicui. Terent. Hecyra, 3. 1.
Lætitiam alicui. Terent. Heaut. 1. 2.
Lucrum alicui. Plaut. Cure. 10.
Maledictum alicui. Cic. pro Murena.
Malum. Plaut. Amphit 7.
Malitiam. Plaut. Casina, 15.
Mentem alicui obiicere, pro In mentem inducere. Liu. 5. ab Vrbe,
Metum animo alicuius. Cic. 2. Tusc.
Moram obiicere, Retardare. Plaut. Pœnul 5.
Nostem peccatis, & fraudibus obiice nubem. Horat. 1. epist. 17.
Nubem obiecit oculis. Ouid. 12. Metam.
Prævaricationem. Plin. iun. lib. 7. epist. vltima.
Religionem Plaut. Merc. 22.
Salutem suam pro aliquo. Cic. pro Plancio,
Solicitudinem Plaut. Milit. 10.
Spem Liu 6. ab Vrbe.
Splendorem falsi honoris. Cic. Bruto, Multi ad deprauandum parati qui splendore falsi nomis, is obiecto, aciem boni ingenij præstringi posse confidunt.
Tempus omne iis fluctibus obiecimus, qui per nos à communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Cic. 1. de Orat.
Terrorem hosti. Liu. 7. vel Pun.
¶ Obiicere, In memoriã reducere, siue reuocare. Plaut. Milite, 10,
Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia
Obiicere, neque te decôra, neque tuis virtutibus.

¶ Obiicere

¶ Obiicere aliquid alteri, Exprobrare. Cic. 6. Verr. Nõ tibi obiicio quòd hominem dignissimum tuis moribus, &c. spoliasti, ac depeculatus es.
Obiicere alicui de. Brutus ad Antonium, lib. 11. 3, Te miramur quũ hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres.
Obiicere aliquid crimini. Plin. lib. 34. cap. 3.
Obiicere in loco criminis, Idem. Cic. pro Cluentio, Doce in illorum iudiciis quid præter hoc venenum Oppianici, non modò in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum.
Obiicere vt probrum. Cic. 1. Tusc. Honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum M. Nobiliori, quòd is in prouinciam poetas duxisset.
De vno alteri. Cic. pro Plancio, De Crispio mihi tũne obiicies, quem ego de me bene meritum, quia te teste eognoueram, te eodem authore defendi?
Digna pudore obiicere alicui. Ouid. 13. Metam.
Eloquentiam vt vitium alicui. Cic. in Salustium.
Factum quod obiicitur, negare. Cic. in Partit.
Furta, largitiones, libidines obiicere alicui. Cic. pro Domo.
Ignobilitatem alicui. Cic. 3 Philip.
Libido mihi obiicitur abs te. Propert. lib. 3. eleg. 19.

Obiiciendus, Participp. {προβλητέος.} Virg. 3. ecloga,
Parcius ista viris tamen obiicienda memento.

Obiectus, Aliud participium {προβεβλημένος.} Cicero 1. Tuscul. Cunctari illum diutius in vita fortunæ obiectum inutile putabat ipsi.
Clathri obiecti cauea, Id est oppositi. Horat. de Arte.
Obiecta tela. Cic. de Arusp. resp.
Obiectæ vallo munitiones. Liu. 3. ab Vrbe.
Oppositum & obiectum hostibus propugnaculum. Cicero pro Fonteio.
Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg.
Scopuli retardant obiecta flumina. Virg. 3. Georg.
Visum obiectum est à deo dormienti. Cic. 4. Acad.
Ad omnes casus subitorum periculorum obiecti sumus. Cic. Torquato, lib. 6. 4.
Error in aliqua re obiectus. Cic pro Cecin.
Obiectum malum mala manu. Plaut in Amphitryone,
Nescio quid mali est mala obiectum manu. Id est, nescio quis veneficus eius mentem excantauit. Nam in veneficiis non tantùm est car minì locus, sed etiam manui, id est, iis quæ fiunt manus operæ: vt quũ adhibentur herbæ, medicamenta, mala venena, etiam quædam interdum vincula. Virgilius,
Spargere qui somnos cantúque manúque solebat. Ex Turnebo.
Obiecta species voluptatis. Cic. 1. de Finib. Pietique autem quòd tenere atque seruare id quod statuerunt, non possunt, victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos.
Vtilitas obiecta. Cicero 5. de Fin. Quòd nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipsa scientia, etiamsi incommoda datura sit, gaudeant.
Signo obiecto aliquem monere quid euenturum sit nisi caueat. Cic. 1. de Diuinat.
De obiectis non consiteri. Cic. pro Domo.
Diluere obiecta. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Obiectus, huius obiectus, Verbale {προβολὴ.} Colum. libro 3. cap. 19, Qui vterque non incommodè arcetur obiectu vestis. Virg. 1. Æneidos,
-insula portum

Efficit obiectu laterum.
¶ Obiectus, Exprobratus. Cicero ad Pætum, Famil. lib. 9. epist. vlt.
Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quũ esset ei obiectum habere eum Laida: Habeo, inquit, non habeor à Laide.

Obiecto, obiectas {προβάλλομαι} obiectare, Frequentatiuum. Plautus Mostel. 10,
Ha, caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te has emisse. Id est, ne illi protinus dixeris.
Corpora bello obiectant, Id est exponunt. Virg. 4. Georg.
Caput obiectare periclis. Virg. 2. Æneid.
Animam pro aliquo. Virg. 12. Æneid.
Vitam procellis. Claud. 3. de raptu Proserp.
¶ Obiectare {ἐπιβάλλειν} Exprobrare. Cic. in Sallust. Qui falsum crimen bonis obiectat.
Probrum obiectare alicui, & Illius laudem illustrare, contraria. Cic. pro Domo.

Obiectatio, Verbale {ἐπιπλοκὴ} Exprobratio. Cæsar 3. bel. Ciuil. Idque ita esse cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domestico iudicio, atque animi conscientia intelligebant.

Obiectaculum, huius obiectaculi, pen. corr. Pro obice & clausiro, vt ait Budæus. Varro 3. de Re rust. cap. 17, In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiserit vt suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret piscens è piscinis in mare obiectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas.

OBIGENES, Obigenes, Lycaoniæ pars, contermina vno ex latere, Galatiæ, vt scribit Plin. lib. 5. cap 32.

Obinanis, & hoc obinane, pen. prod. {κενὸς} Idem quod inane & vacuum: nisi quòd aliquid auget compositio. Varro 3. de Re rust. cap. 9, In iis idem aiunt, quum ad lumen fustuleris, quod perluceat, id esse obinane. Docet quomodo cognoscas an plena sint oua, an inania seu vacua.

Obiratus, penult. prod. {ἠρεθὶς} Adiectiuum, Idem quod Iratus. Liu. 1. ab Vrbe, Aut fortunæ (vt fit) obirati cultum reliquerant deũm.

Obiter, pen. corr. {ἐν παρέργῳ} Aduerbium compositum ex ob, quod significat Circum, & iter, Incidenter: hoc est Præter propositũ, quasi in itinere occurrens, aut quasi per iter & in transitu. Plin. in Prologo, Vt obiter caueam istos Homeromastigas. Iuuenal. Saty. 3, Aut obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. Id est interim.

Obitus, obita, obitum, pen. corr. Participium, Vide OBEO.

Obiurgo, obiurgas {κατηφίω, ὑπηπτεύω} obiurgâre, Reprehendere, verbis protelare & coarguere. Terent. And. 1. 1,
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi, qui dedecit damnum aut malum?
Obiurgare. Varr. de Ling. Latin. lib. 6, Iurgare ab iure dictũ, quum quis iure litigaret: à quo obiurgat is, qui id facit iniustè.
Obiurgare à peccatis. Plaut. Trinum. 10.
Obiurgare de. Cic. ad Atticum, libro 2, Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei præsidij causa cum illo coniunctum esse.
Verecundiam alicuius in rogando. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17.
Summa cum authoritate Senatum. Cic. Attic. lib. 1. 12.
¶ Obiurgare, pro Exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4, Cicero obiurgantibus quòd sexagenarius Pompeiam virginem duxisset, Crassi mulier erit, inquit.
¶ Obiurgare, ad alia etiam transfatum. Cic. ad Qu. fratrem, libro 3. 17, Ea villa quæ nunc est, tanquam philosophia, videtur esse quæ obiurget cæteratum villarum infantiam.
¶ Monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi. Cic. de Amicit.

Obiurgito, obiurgitas, penul. corr. {κατηφιῶμαι} obiurgitâre, Frequentatiuum. Plaut. Trinum. 4, Rogitas? cène obiurgitem?

Obiurgatio, obiurgationis, Verbale {κατηφία.} Post turpe factum castigatio, authore Festo. Cic. de Amicit. Deinde vt obiurgatio contumelia careat.
Obiurgatio & admonitio. Cic. 2. de Orat. Tum obiurgatio si est authoritas, tum admonitio quasi lenior obiurgatio.
Deliciarum obiurgatio. Cic. pro Cælio, Deliciarum obiurgatio fuit longa, & ea lenior, pluſque disputationis habuit quàm atrocitatis.
Castigatione & obiurgatione dignus. Cic. Attico. lib. 3.
Habet acerbitatem obiurgatio Cic. 1. Offic.
Mordebit puerum obiurgatio. Quintil. lib. 1 cap 3.
Susceptam obiurgationem reprimere. Cic. Attico, lib. 4.

Obiurgator, pen. prod. {κατηφιτὴς} Aliud verbale. Cic. 3. de Leg. agr. Nam attendite quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur.
Placare obiurgatores beneuolos. Cic. 1. de Nat. deor. Qua quidem in causa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos vituperatores confutare possumus.
Ferendus quidem obiurgator nõ est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Cic. 5. Verr.
Conuincere suos obiurgatores. Cic. 1. de Diuinat.

Obiurgatorius, Adiectiuum {κατηφικὸς.} vt Obiurgatoria epistola, Quæ ad obiurgationem pertinet. Cic. ad Atticum, libro 13, Vna cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi.

Obiuro, obiuras, penul. prod. {ἐξορκίζω} obiurâre, Iureiurando obstringere. inquit Festus, vt est in Pentasilee, Formidabant obiurare.

Oblædo, oblædis, oblæsi, oblæsum {λυμαίνω} oblædere, Idem quod Lædere. Plautus Casin. 8, Præcide os ru illi hodie: age equidem sit, ne oblæsis manum.

Oblangueo, oblangues, oblangui {ἀδυνάω} oblanguêre, Idem quod Languere. Cic. ad Titonem, lib. 16. 12, Literulæ meæ, siue nostræ, tui desyderio oblanguerunt.

Oblatro, oblatras, pen. corr. {κυβυλακτέω} oblatrâre, Circum aut contra latrare. Et est canum.
Oblatrare aliquem. Silius lib. 8.

Oblatrator, pen. prod. oblatratoris, Verbale {κυβυλακτὴρ.}

Oblatratrix, penul. prod. oblatratricis {κυβυλακτὶς.} Plaut. Milite, 10, Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblatus, Vide OFFERO.

Oblecto, oblectas {ἐμψυχαγωγέω} oblectare, Frequentatiuum est ab Oblicio, quod ex ob & lacio componitur, vnde fit Lacto, lactas: Delectare, Recreare. Terentius Phorm. 1. 3,
-habebis quæ tuam Senectutem oblectet.
Aliquem falsò gaudio oblectare. Plaut. Pœn. 18.
Iucunda opinione quàm diutissimè aliquẽ oblectare. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1.
Fabula valde oblectat populum. Horat. de Arte.
Adolescentiam alunt, senectutem oblectant hæc studia. Cicero pro Archia.
Vitam oblectare. Plaut. Asin. 4. 6.
Me te oblectes. Terent. Eunuch. 1. 2, Me speres, me te oblectes, mecum tota sis. Cic. de Senect. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant?
Musæ me oblectant dulci carmine. Catul. ad Mallium, epigrammate 63.
Rura oblectant animos. Ouid. 1. de Remed. amor.
Oblectare se, Animum pascere & recreare. Terent. Hecyra, 1. 2, Dic mihi Philotis, vbi te oblectasti tam diu?
Oblectare se cum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15, Oblecta te cum Cicerone nostro quàm bellissimè.
Oblectare se in. Terent. Adelph. 1. 1, In eo me oblecto, solum id est charum mihi.
Se oblectare in hortis. Cic. 3. Offic.
Otium temporis oblectare, Est tempus otiosum & vacuum à rebus seriis traducere in voluptatem. Plin. tumor lib 4. epist. 14, ad Paternum, Accipies cum hac epistola hendecatyllabos nostros, quibus nos in vehiculo, in balneo, inter cœnam oblectamus otium tẽporis, his iocamur, ludimus, amamus.
Tempus oblectare studio Ouid. 5. Trist. eleg 13.
Oblector hac re, Passiuum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, In communibus miseriis hac tamen oblectabar speculo.
Ludis oblectari & duci. Cic. pro Murena.

Oblector, oblectaris, Deponens {ψυχαγωγέμαι} Idẽ quod Oblecto. Cic.

ad Qu frat.lib.2.15,Ego me in Cumano,& Pompeiano, præterquam quòd sine te,cæterùm satis commodè oblectabar, & eram in iisdem locis.

Oblectatio, Verbale {ψυχαγωγία.} Cicero 4. Acad. Indagatio ipsa rerum cum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem.

Oblectatio & leuamentum Cic.5.de Finib. Nos autem non solùm beatæ vitæ oblectationem videmus, sed etiam leuamentum miseriarum.

Plena oblectationis requies.Cic.de Amicit.

Animi oblectatio libera.Cicero 1.de Orat.Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio.

Oblectatio animi,requiéſque curarum.Cic.2.Offic.

Oblectatio orii.Cic.1.Acad.Doloris medicinam à philosophia peto,& orii oblectationem hanc honestissimam iudico.

Oblectamentum, oblectamenti {ψυχαγώγημα} Ipsa delectatio. Cicero de Senect. Satiari delectatione nõ possum,vt meæ senectutis requiem oblectamentúmque noscatis.

Oblectamenta & solatia seruitutis.Cic.6.Verr.

Oblectamen, pen. prod. oblectaminis {ψυχαγώγησις} Idem.Stat.3. Syl.5, Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ.

Oblenio,oblenis,penult.prod.obleniui,penult.prod. & oblenij,oblenire,pro Lenire.Seneca de Ira,Lectio illum carminum obleniat.

Oblido,oblidis,oblisi,oblisum,pen.prod. {κατακλάω} oblidere, Ex ob & lædo,significat Circum circa vsque ad mortem lædo,percutio, suffoco,neco.Colum.lib.7.cap.3,Nec angustiæ fœtus oblidant.

Oblisus pondere.Plin.iunior lib.6.epist.106,ad Tacitum.

Fauces oblisæ.Tacit.lib.5.

Obligo,obligas,pen.corr. {καταδέω,ὑπέδω} obligare, Circum ligare. Plaut.Menæch.18,Ait se obligasse crus fractum Æsculapio.

Obligare manipulos.Colum.lib.11.cap.2.

Obligare vulnus.Cic.3 de Nat.deor.

¶Obligare aliquem {ὀφλεῖν} pro Deuincire beneficiis. Cic. Trebiano,lib.6.11,Dolabellam antea tantummodo obligebam, obligatus ei nihil eram.Asconius,Obligatus,in bonis dicitur, & in vinculis. In vinculis quum est,tunc proprium est:ad bona quum traducitur, túc translatum est.

Obligare beneficio. Cic.ad Quintum frat.lib.3 17, Scaurũ beneficio defensionis valde obligaui.

Obligare fidem pro alio apud alium. Papin.in l.Bona fide.§.Vxor. D.Ad S.C.Velleianum,Et si fidem suam pro ea, quã delegauit, apud virum obligauerit:locum,&c.

Obligatus fœdere.Liu.8.bel.Maced.

Obligare omnia bona sua pignori.Scæuola in l.Titius.D. Qui potiores in pig.& hypoth.&c.

Obligare per libram.Varr.de Ling.Latin.lib 6.

Obligare se sceleri.Seneca lib.2.de Tranquil.vitæ.

Obligare pœnæ.Seneca de Benefic.

Iudicio aliquo distringi & obligari.Cic 2.Verr.

Sua liberalitate sibi aliquem.Cic.Qu frat lib.2.15.

Obligare se nexu.Cic.pro Mur.

Pactionibus præmiorum suorum aliquos. Cicero Post redicum in Senatu.

Obligari periculo iurisurandi. Cicero 4.Verr.Quum interrogabuntur,obligentur non solùm iurisurandi atque existimationis periculo,sed etiam communi inter se conscientia.

Religione sempiterna obligari.Cic.2.de Leg.Statuit collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari.

Sacramento militiæ.Cic.1.Offic. Cato ad Pompilium scripsit,vt si filium patitur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento.

Scelere aliquem. Cic.pro Domo, Qui quum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri,fratrem regis Alexandrini eodem iure regnantem causa incognita publicasses, Populúmque Romanum scelere obligasses.

Sponsione obligari.Cic.2.de Legib.

Superstitione.Cic.1.de Diuin.

Se vno verbo.Cic.pro Cœcin.Siquis quòd spopondit,qua in re verbo se vno obligauit,id non facit,&c.

Caput obligasti votis,Id est deuouisti,non implendo promissa.Horat.2.Carm.ode 8.

Fidem suam obligare. Cicero 5.Philip. Audebo etiam obligare fidem meam p.c.vobis,v.q.R.

Ædes obligare ob amoris prandium.Plaut.Truculs.4.

Se furti obligare,Hoc est propter furtum:vel quod dicitur, Conscium se furti reddere.Gell.lib.7.cap.15.

Obligare vadem trium millium æris.Liu.3.ab Vrbe.

Obligor vt tanquam læui fera littora Ponti. Ouid.1. Trist.eleg.2.

Obligatus, penultima prod. Participium {κατακεδεμένος} Circunligatus.

Obuolutus & obligatus corio.Author ad Heren.lib.1.

¶Obligatior,Comparatiuum.Plin. iun. lib.8.epist.2,Quantò quis melior & probior,tantò mihi obligatior abit.

Obligans,& obligatus {ὀφείλων,καὶ ὀφειλόμενος} Participia.Senec. de Benef. lib 1.cap.4,Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorúmque animi certent.

Magnis & multis pignoribus eum Respublica obligatum tenet. Cic.13.Philip.

Dapem obligatam redde Ioui, Id est promissam ac debitã. Horat. 2.Carm.ode 7.

Obligatio, Verbale {ὑποχή.} Cic. ad Brutum, 18, Est autem grauior & difficilior animi & sententiæ, maximis præsertim in rebus pro altero,quam pecuniæ obligatio.

Confirmare obligationem. Papinianus in l. Obligationes. D.De actionibus & obligationibus,Obligationes quę non propriis viribus consistant,neque officio iudicis,neque Prętoris imperio,neque legis potestate confirmantur.

Constat verbo um obligatio,si inter contrahentes id agatur. Paulus in l.3.D.De actionibus & obligat.

Constituitur obligatio.Paulus in l.3.D.De actionibus & obligat.

Contrahitur.Paulus in l.Si tibi decem.in princ.D.De pactis.

Deducere aliquid in obligationem.Pomponius in l. Si ita stipulatus fuero.D.De verborum obligat.

Dissolui.Paulus in l.Et hæredi.§. vltim.D. De pactis

Distrahere.Caius in l.4.§. Is quoque.D.De actionibus & obligat. Qui enim soluit per errorem,magis distrahẽdæ obligationis animo, quàm contrahendæ dare videtur.

Expirat obligatio.Paulus in l.Qui vsumfruct.D.De. verb.obligat. Tunc enim priore obligatione expirante, ex secuuda introducitur petitio.

Extinguitur.Paulus in l.Pluribus rebus.D.De verborum obligat.

Infirmare.Paulus in l.Si sub vna.D.De verborum obligat.

Nascitur.Paulus in l.Si tibi decem.in princ.D. De pactis.

Párere potest obligationem conditio. Venuleius in l.A Titio. D. De verborum obligat.

Perimit obligationem conditio.Modestinus in l. Conditio. D.De verborum obligat.

Perpetuare. Paulus in l.Si seruum.§. sequitur. & sequentibus §§. D.De verborum obligat.

Prior obligatio nõ refusćitatur ex nouo pacto.Paulus in l.Si vnus. §.Idem dicimus.D.De pactis.

Reuocari in obligationem.Paulus in l.Inter stipulantem.§.Sacram rem.D De verborum obligat.

Soluitur tota obligatio. Paulus in l. Si vnus.§.Si cùm mihi.D.De pactis.

Submouetur tota obligatio.Paulus in l.Si vnus.§.Si cùm mihi.D. de pactis.

Sustinere duas obligationes.Venuleius in l.Si reus promittẽdi.D. De duobus reis constituendis: Si reus promittendi alteri reo hæres extiterit: duas obligationes sustinere eum dicendum est: nam vbi quidem altera differentia obligationum esse possit (vt in fideiussore & reo principali) constat alteram ab altera perimi,quum verò duæ eiusdem potestatis sint:non potest repetiri quare altera potius quàm altera consumatur.ideóque & si reus stipulandi hæres extiterit: duas species obligationis eum sustinere.

Vitiare obligationem.Iulianus in l. Quæ extrinsecus. D. De verborum obligat. Pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem.

¶Obligatio linguæ.Firmicus lib.6.cap. 17, Saturnus & Mercurius linguam tardo sono vocis impediunt, ita vt in ipsis faucibus, tardis conatibus impedita verba deficiant,aut linguæ obligatione confundantur.

Obligurio, obliguris, pen.prod.obliguriui vel obligurij, obliguritũ, pen.prod. {κατακλάω} obligurire,Multa auidè cõsumere, & suauitatẽ ex eduliorũ cõsumptione capere: vndeetiã pro patrimonij profusione sumitur.Cic.2.in Catil Patrimonia sua profuderũt, fortunas suas obligurierunt:res eos iamprídem,fides deficere nuper cœpit.

Obliguritor,pen.prod obliguritoris,Verbale.Firmicus libro 5.cap.5, In Tauro Mars si fuerit inuentus,homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.

Oblimo,oblimas,pen prod. {κατακλάω} oblimãre,Ex ob & limus componi videtur,siue etiam à verbo limo,limas, quasi circum limo, siue super limo repleo.Cic.2. de Nat.deor.Ægyptum Nilus irrigat,& quũ tota æstate obrutam oppletámque tenuit, tum recedit, mollitósque & oblimatos agros ad serendum relinquit. Virg 3 Georgicorum, -& sulcos oblimet inertes.

Oblimare,per translationem,pro Obcæcare,& quasi limo meatus claudere,seu obtundere,vel inquinare posuit Claudianus 3. de raptu Proserpinæ,

-sed quod dissuasor honesti

Luxus,& humanas oblimat copia mentes.Budæus.

Oblimare rem.Horat.1. Serm.saty. 2.Per translationem,pro Consumere,& deterere.Tractum à lima, qua fabri vtũtur.Aut certè à limo,vt sit,obducere.vt dicimus quædam limo obducta periisse.

Oblinio,oblinis,pen.corr obliniui,oblinitum,pen.prod. {κατακλείω} oblinire,Circumlinire.Colum.lib.12.cap. 29, Oblinitis vasis includere. Idem libro 5.cap 9,Sed oportebit talearum capita,& imas partes misto fimo cum cinere oblinire.

Oblino,oblinis,pen.corr.oblini,obliui, obleui, penul.prod. oblitum, pen.corr. {κατακρίω} oblinere,Circum linere. Varro 3. de Re rustic. cap.7,Qui ita decipiuntur quum se obleuerint visco.

Moribus externis se oblinere.Cic.de Clar.Orat. Vt semel è Pętæo eloquentia euecta est,omnes peragrauit insulas,atque ita peregrinata tota Asia est,vt se externis oblineret moribus. Id est,fœdaret, inquinaret.

Versibus atris oblinere aliquẽ.Hoc est infamare Horat.1.epist.20.

Oblitus,oblita,oblitum,pen. corr. Participium {κατάχρισε} Circunlitus.Cic.7.Verr.Nolo ego, Iudices, quos ego probarim atque delegerim,sic in hac vrbe notatos, isto absoluto ambulare,vt non cera, sed cœno oblíti esse videantur.

Oblitus faciem suo cruore ne noscereturTacit.lib.2.

Libellus oblitus à cæde.Ouid epist.11.

Lupus oblitus spumis Ouid.11.Metam.

Oblitus cibis stomachus.Plin.epist.12.3.lib 7.

Parricidio. Cic.11.Philipp.Atque eum nondum tanto parricidio oblitum,hostem sua sententia indicauit.

Libidine flagitiosa oblita est Antoniorum vita.Cic.14.Philipp.

Stultitia singulari atque inhumanitate oblita omnia. Cic. 5.Verr. Contráque sunt omnia cum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita.

Oblita scripta.Sueton.de Claris grammat.

Facetiæ

Facetiæ oblitæ Latio.Cic.ad Papyrium,lib.9.15,Ego autem mirificè capior facetiis,maximè nostratibus: præsertim quum eas videam primùm oblitas Latio. Id est aspersas intermisto Latio.

Oblitam orationem reddunt exornationes si crebræ collocabuntur: quæ si raræ disponentur,distinctam sicuti coloribus. Author ad Herennium,lib.4. Legitur & obliquam.

Obliquus,pen.prod.Adiectiuum{πλάγιος,ὑπόκρισος,λοξὸς,σκολιὸς,ἀγκυλὸς, ὄκνιμος,κρίμπτος} Non rectum significat: aut etiam lineas transuersis expositas habens. vt Cicero in Somnio Scipionis, Hósque qui incolunt terram non modò incorruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit,sed partim obliquos,partim versos,partim etiam aduersos stare vobis.

Carmen obliquum,Vide CARMEN.

Cursus. Ouid.9.Metam.

Cursus obliquos agere.Senec.Hippol.5.18.

Dente obliquo timendus aper.Ouid.epist 4.

Obliquus ictus & inflexus.Plin.lib.11.cap.25.

Latus.Ouid.1.Amor.eleg.6.

Lumine cernere aliquem.Ouid.2.Metam.

Oculo limare commoda alicuius.Horat.1.epist.14.

Obliquus ordo.Cæs.7.bell.Gal.

Ordo obliquus signorum.Virg.1.Georg.

Pede claudicare.Ouid.2.Amor.eleg.17.

Obliqua radice arbor & imitante auium pedes. Plinius libro 12. cap.12.

Riuus.Horat.2.Carm.ode 3.

Obliquum litorum spatium.Plin.in Præf.lib.5.

¶Natant obliqui in caput,Id est transuersi. Plinius lib.9.cap.29.de caneris.

In obliquum.Virg.1.Georgicorum,

Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.

Flexus in obliquum.Plin.lib.9.cap.31.

Sectus in obliquum est limes.Ouid.2.Metam.

Obliquè,penul.prod. {πλαγίως,ὀχμῶς} Aduerbium, cui contrarium est Rectè.Cic.1.de Finib.Primùm erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ rectè,quæ obliquè ferantur.

Obliquè præradere vitis latus.Caro cap.41.

Obliquè in latera procedunt locustæ.Plin.lib.9.cap.30.

Obliquitas,pen.corr. {λοξότης,σκολιότης} obliquitatis. Plin.lib.3.cap.5, Multóque amplior mensura fieret, Tacinium vsque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

Obliquo,obliquas,pen.prod. {κλίνω,πλαγιάζω,κεκυμπυλίζω} obliquãre, Curuum facere.Plin.lib.6.cap.13,At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. De Caspio mari.

Ensem obliquat in latus.Ouid.12.Metam.

Equos pauentes obliquauit.Stat.12.Thebaid.

Preces obliquare.Stat.3.Thebaid.

Obliquare sinus apud Virgilium, pro Obliqua vela tendere, vt & ventus colligatur non secundus,& ne de recto auferrẽtur cursu nauis ventorum impotẽtia,quod fecit necessariò Palinurus, Locus est lib. 5.Æneidos,

Obliquátque sinus in ventum,ac talia fatur.

Visus superbos obliquat.Stat.1.Achil.

Obliquari. Quintil.lib.1.cap.4, Et Q, cuius similis effectus, speciésque,nisi quòd paulum à nostris obliquatur.

Obliquans,pen.prod.Particip. {κεκυμπυλίζων.} vt

Oculos obliquans contra diem & radios.Ouid.7.Metam.

Obliquatio,obliquationis,Verbale. Macrob.lib.7.Saturn. cap.13,Liber pater thyrso ferit per obliquationem circunfusæ hederæ latentẽ mucronẽ.

Oblitero, obliteras,penult.corr. {ἀπαλείφω, ἐξαλείφω, λύμῃ,κατακλύμῃ, ἀφανίζω} obliterãre,Abradere,abolere, & quasi è literarũ monumentis delere. Cic.in Vatin.12.Si eum magnitudo contentionis,studium gloriæ,præstans animus,excellens nobilitas aliquò impulisset,quod in viro & tum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum,&c. Nonius,Obliterare, Obscura facere, & in obliuionem ducere. Accius Agamemnonidibus, Inimicitias Pelopidarum extinctas iam atque obliteratas memoria renouare.

Oblitero,à litus quidam deduci putant: quòd ibi notata, à fluctibus æquari & tolli soleant. Alij ab obliuione, Id est à supino oblitũ. Vel dici potest ab oblino,sicut à lino litera.

Famam obliterare.Liu.9.bel.Maced.

Offensionem.Cic.Post red.in Senatu,Publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliteraueruntNondum obliterata memoria superioris belli. Liuius 1.bel.Pun.

Tempora vltima,& iam obliterata.Quintil.lib.1.cap.6.

Peccata obliterata.Liu.3.ab Vrbe.

Vetustate obliterata res.Liu.3.ab Vrbe.

In animo obliterari.Liu.6.bel.Pun.

Obliterus,oblitera,obliterum,Adiectiuũ. vt Oblitera gens, pro Obliterata,apud Nœuium. Vide Gell.lib.19.cap.8.

Obliteratio, Verbale {ἐξάλειψις.} Plin. lib.34.cap.7, Quantóque maior in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio potest.

Obliteſco,obliteſcis {κατακαμίζω} oblitéſcere, Ab obliteo inusitato verbo: vel ex Ob & Lateo:Abscondi,delitescere.Varr.1.de Re rust. cap.51, Ne æstu per rimosa in rimis grana obliteſcant, & recipiant aquam. Cicero de Vniuers. Quæque temporibus à nostro respectu obliteſcant: rursúsque emersi errorem incutiãt rationis expertibus.

Oblitui,Præteritum ab Obliteſco.Seneca epist.56, Velut timidum atque iners animal metu oblituit.

Oblitus,Vide OBLINO & OBLIVISCOR.

Obliuiſcor, obliuiſceris, penultima corr. oblitus sum, penult.prod. {ἀμνησίαν,παιδιάτειαν,δυσπαιδιάτειαν,δυσπαιδιάτειαν,δυσμνησίαν,δυσμνημοσύνη} obliuiſci,Notæ significationis.

Oblitus sum dicere. Terent.in Andr. 5.1, Et nescio quid tibi sum oblitus hodie,ac volui dicere.

Oblitus,cum genitiuo.Cic.2.Verr. Quæ te obliuiſci laudis domesticæ non sinant.Cæs.1.bel.Gal.Veteris contumeliæ obliuiſci.

Consuetudinis & instituti sui obliuiſci.Cic.Att.lib.4.

Dignitatis suæ.Cic.Lentulo,lib.1.7.

Malorum.Horat.Epod.2.

Memini enim memini, nec vnquam obliuiſcar noctis illius. Cic. pro Plancio.

Obliuiſcor,cum accusatiuo. Cicer pro Rosc.Amer. Et artificium obliuiſcatur,& studium deponat,licebit.

Obliuiſci aliquem.Virg.2.Æneidos,

Quiſquis es,amissos hinc iam obliuiſcere Graios.

Nunc oblita mihi tot carmina.Virg.3.eclog. Passiuè accipitur pro à me.

Obliuiſcens,Particip. {ἀμνησῶν.} vt

Secla obliuiſcentia.Catull.ad Mallium,epigr.63,

Ne fugiens seclis obliuiſcentibus æras

Illius hoc cæca nocte tegat studium. Cæca nocte, id est ignorantiæ tenebris.

Obliuiſcendus,Aliud participium {ἀμνηστέος.} Horat.1.epist.11,Oblitúsque meorum obliuiſcendus & illis. Id est, obliuioni tradendus ab illis.

Obliuiſcendi tui mores.Plaut.Milit.2.0.

Oblitus,pen.prod.Particip. {ὑπαλοίφομαι.} Plin.lib.9.cap.10,In tantum fallit oblitus sui,vt,&c.

Decoris sui oblitus.Virg.5.Æneid.

Moris patrij oblitus.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.

Pudoris oblita.Ouid.epist.16.

Corda oblita laborum.Virg.4.Æneid.

Obliuio, obliuionis {λήθη,ἔθελη πιοσύνη, ἀμνησία,λησμόνη} Memoriæ defectus & imbecillitas. Plin.lib.13.cap.17, Nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ.

Obliuio & reticentia. Cic. 4.Philip. Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt,nec reticentia posterorum insepulta esse poterit.

Obliuio amicitiæ, & intermissio consuetudinis. Cic.Sextio,lib.5. 17, Non obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi: sed quòd,&c.

Obliuio fugitiua.Varr.de Ling.Lat.lib.5.

Liuidæ obliuiones.Horat.4.Carm.ode 9.

Longa.Iuuenal.satyr.10.

Adducere in obliuionem.Cic.Verr.2.

Capere obliuionem alicuius rei,Vide CAPIO.

Capit me obliuio. Cic.1.Offic. Maximè autem adducuntur pleti que vt eos iustitiæ capiat obliuio.

Conterere obliuione iniurias.Cic.Lentulo,lib.1.9,Ego, quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadã obliuione contriueram,eius repentinam,&c.

Dare obliuioni.Liu.1.ab Vrbe.

Obliuione delere,Idem.Cic.pro Deiotaro,Quæ vnquam vetustas obruet,aut quæ tanta delebit obliuio?

In obliuione iacuit. Cic.3.Verr.Id est in obscuro. De homine dictum : cui opponitur In assidua commemoratione esse.

Inobscurat obliuio.Cic.9.Philip. Nulla eius legationis posteritatẽ inobscurabit obliuio.

Intercipit obliuio,Vide INTERCIPIO.

Obliuione obruere aduersa. Cic.2.de Finib.Et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus. Idem de Claris Orat. Hunc vetustas,vt alios fortasse multos,obliuione obruisset. De Ennio.

Obliuio surrepit.Plin.lib.8.cap.22,Huic quanuis in fame manenti,si respexit,obliuionem cibi surrepere aiunt, digressúmque quærere aliud. De lupo seruario.

Obliuione hominum & taciturnitate tanta dedecora legere. Cic. 7.Verr.

Venire in obliuionem. Cic.in Sallust. Tu tuis vita, quam turpiter egisti,magnas offundisti tenebras: vt etiam si fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem.

Vindicare ab obliuione. Cic.2.de Orat.Laudem eorum iam propè senescentem,quantum ego possem, ab obliuione hominum atque à silentio vindicarem.

Obliuium,obliuij {λανθάνω} Idem : quod tamen vix legitur nisi in plurali,& in nominatiuo vel accusatiuo. Virg.6.Æneidos,

Securos latices,& longa obliuia ponunt. Poeticũ est pro obliuione.

Rerum obliuia.Lucret.lib.3.

Meriti nostri obliuia.Ouid.7.Metam.

Iucunda obliuia sollicitæ vitæ.Horat.2.Serm.satyra 6.

Pigra.Stat.10.Thebaid.

Cepere te obliuia nostri.Ouid.1.Trist.eleg.7.

Obliuia verba, dixit Varro libro 4.de Ling.Lat. pro antiquatis,& velut obliuioni traditis, vt quidem interpretor. Eius verba sunt, Igitur quoniam hæc sunt tripartita verba,quæ sunt aut nostra,aut aliena,aut obliuia,&c.

Obliuiosus, pen.prod.Adiect. {ἐπιλήσμων} Qui citò obliuiſcitur.Cic.1. de Inuent.Acurus an hebetior,memor an obliuiosus.

Strulrus & obliuiosus senex.Cic.de Senect.

¶Obliuiosus,Quod obliuionem inducit.Horat.2.Carm.ode 7,

Obliuioso læuia Massico

Ciboria exple. Hoc est vino Campano,quo labor in obliuionem venit. Acron.

Capere obliuionem alicuius rei,Vide CAPIO.

Obloco,oblocas,pen.corr. {τιτρώσκω} oblocare,Idem quod simplex Locare. Iustinus, Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset. Qua etiam dicẽdi formula vtitur Tranquillus,nisi fortè quis legendum hic contenderit abloco per primam vocalem. Sic enim vulgò legitur apud Suetonium in Vitellio,cap.7.

Oblongus,Adiectiuum {ὀρθογώνιος} Idem quod Longus significat: nisi quid addat præpositio. Plin.lib.37.cap.12, Figura oblonga maximè probatur. De gemmis. Liu.1.bel.Pun. Hastile oblongum.
Oblonga oua.Plin.lib.10.cap.12.
Oblongo semine cardamomum.Plin.lib.12.cap.13.

Obloquor,pen.corr.obloqueris {αἰτιᾶσθαι,μεμπτὸν εἶναι} obloqui,Contrà loquentem loqui,inquit Seruius. Cic.pro Cluentio, Tamen vocat me aliò iandudum tacita vestra expectatio, quæ mihi oloqui videtur,Quid ergo? negásne illud iudicium esse corruptum? Idem ad Qu.fr.at.lib.2.12,Tu verò vt me & appelles,& interpelles,& obloqua re & colloquare velim.
Respondere & obloqui.Plin.lib.36.cap.16.
Obloqui numeris.Virg.6.Æneidos,
Necnon Treicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Seruius, dicendo OBLOQVITVR,chordarũ expressit laudẽ,quas diicit verbis loquutas.
Auis obloquitur.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
¶Obloqui,Maledicere.Plaut.Curcul.2,
Lenonis hæ sunt ædes. P A. malè istis eueniat.
P H. Qui? P A. quia fœlestam seruitutem seruiunt.
P H. Obloquere. P A. fiat maximè. P H. etiam taces?
P A. Nempe obloqui me iusseras.

Obloquutor,pen.prod. obloquutoris, Verbale {κακολόγος} Qui alteri detrahit.Plaut.Milit.10,
Obloquutor non sum alteri.

Obluctor, obluctaris {αἰτιᾶσθαι,αἰτιᾶσθαι} obluctári, Acrius contra aliquid niti. Colum.lib.8.cap.14, Fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter,vt coilum obrumpat.
Genibus aduersæ obluctor arenæ.Virg.3.Æneid.
Soli obluctandum Fabio.Sil.lib.8.

Obluctans,Particip. {αἰτιᾶσθαι.} vt
Saxa obluctantia summouit.Stat.3.Sylu.1.
Obluctans obliuioni. Curtius lib.7.

Obluctatus,pen.prod.Aliud particip. {αἰτιᾶσθαι.} vt
Turba obluctata morti. Lucan.lib.3.

Oblúdo.obludis,obluſi,obluſum,penul.prod. {αἰτιᾶσθαι} oblúdere, Cum aliquo ludere.Plaut.Trucul.4,
Quum vident quempiam se adferuare,obludunt,qui custodem
Oblectent per ioculum & ludum.

Obmanens {κατασβέσιμος} pro Diu manens. vt Permanens. Festus.

Obmolior,obmoliris,obmolitus ſum,pen. prod. {αἰτιᾶσθαι} obmoliri. Liu.7.bel.Maced.Sed vndique omnes ad munièda & obmolienda, quæ ruinis strata erant,concurrerũt. Id est obstruenda oppositis mollibus. Curtius lib.6,Arborum truncos & saxa obmoliuntur.

Obmurmuro,obmurmuras,pen.corr. {αἰτιᾶσθαι μόνον} obmurmurare, Contra murmurare. Ouid.epist.17,Vana peto,precibúſque meis obmurmurat ipſe.

Obmutéſco,obmuteſcis.,obmutui {σιωπᾶσθαι} obmutéſcere, Quaſi mutum fieri,Tacere. Cic.2.de Fin Sed quia tale ſit, vt vel ſi ignorarent id homines, vel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulchritudine eſſet ſpeciẽque laudabile. Idem 2.de Oratore, Ego verò,inquit Craſſus, neque Antonium verbum facere patiar,& ipſe obmuteſcã, niſi prius à vobis impetraro.
Ore preſſo obmutuit.Virg.6 Æneid.
Aſpectu obmutuit amens.Virg.4.Æneid.
Obmuteſcere dicitur res aliqua, pro Non eſſe in vſu. Plin.lib.33. cap.13,Lydium Sardibus emebatur:quod nunc obmutuit.

Obnato,obnatas,penultima correpta {αἰτιᾶσθαι} obnatáre, Contrà vel citra natare.Virgilius,
-in æquore fuluis
Obnatat vmbra foris.

Obnatus,pen. prod {ὑποφύεσθαι} Particip. ab Obnaſcor. Liu.lib.3.belli Pun.Ibi hærentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur. Hoc eſt circum ripas nata.

Obnecto,obnectis, obnexui , obnexum {συμπλέκω} obnéctere, Eſt, authore Feſto,obligare,& maximè in nuptiis frequens eſt.

Obniger,penul.corr.Adiect. {ὑπομέλας} Idem quod niger, vel ſubniger:aut,vt quidam volunt,admodum niger.Plin.lib.20.cap.23,Radicibus multis,& obnigris.

Obnitor,pen.prod.obniteris,obniſus vel obnixus ſum {αἰτιᾶσθαι,αἰτιᾶσθαι} obníti,Contrà niti.obluctari. Cic.pro Milone,At non P.Clodio mortuo, vſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni,vt tueatur dignitatem ſuam?
Obniti contrà & tendere.Virg.5.Æneid.
Aduerſis obniti.Tacit.lib.15.
Obniſier vndis.Lucret.lib.4,
-in portu clauda videntur
Nauigia apluſtris fractis obnitier vndis.
Obnitor impedire. Paterculus lib.1, Fuere qui Pauli triumphum impedire obniterentur.
Quum ſæpe obnitens repugnaſſet.Paterculus libro 2.

Obnixus,Participium {αἰτιᾶσθαι.} vt
Obnixi ſcutis & corporibus. Liu.4.bel.Maced.
Obnixus curam ſub corde premebat. Virg.4.Æneid.
Obnixus non ceſſit.Virg.4.Georg.
Obnixus impetum hoſtium excipit.Liu.6.ab Vrbe.
Obnixus opibus,Intentus vel attentus ad rem.Plaut.Stich.2.
Mens obnixa malo.Valer.7.Argon.
Dentes.Stat.11.Thebaid.
Obnixa firmitas.Plin.lib.36.cap 15.
Remi obnixi in acuto muricc.Virg.5.Æneid.
Venti obnixi lacerant caua nubila.Stat.5.Thebaid.
Obnixus contrá.Virg.10.Æneidos,
Non ipſi inter ſe,non nubila,non mare cedit.
Anceps pugna diu, ſtant obnixa omnia contrá. Hoc eſt mare mari, nubes nubibus,venti ventis. Seruius.

Obnixè,Aduerbium {ἐπίτονος} Cum conatu,inſtanter,totis viribus.Terent.Andr.1.1,
Quem ego credo manibus pedibúſque omnia
Facturum.
Obnixè perij. Plaurus Sticho,8, Peri hercle verò planè, atque obnixè. Legitur & obnoxiè,& à nocte deducitur,vt ait Sipontinus.

Obnoxius. Adiect.uum {ὑποχειρότοπος,ὑπεύθυνος} Qui pœnæ obligatus eſt propter delictum, inquit Feſtus. veputa ſiquis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiã : aut ſi mulier ob ſtupri cum aliquo viro conſuetudinem,illi obnoxia ſit. Plaut.Epid 1.4,
Cedo manus igitur tu. E. morantur nihil, atque accẽdè colliga.
P. Nihil eas verò obnoxias. Id eſt,quæ non meruerunt,ſiue aliquid commiſerunt,vnde colligari debeant. Vide Gell.lib.7.cap.17.
Supplex & obnoxius. Brutus Attico in Epiſt.ad Brutum,17,Viuat hercule Cicero qui poteſt, ſupplex & obnoxius, ſi neque ætatis,neque honorum.neque rerum geſtarum pudet. Hoc eſt,velut ſeruituri addictus,& puerum Octauium penè ſeruil ter timens & ſuppliciter adorans *Seruandam ſubiectã & ſerũ Octauium*. Ductum à ſeruis datis ob noxam,vel qui noxam admiſerunt.
Obnoxius,pro Obedíctæ atque morigero.Salluſt. Maria montéſque polliceri cœpit,& minari interdum ferro,niſi ſibi obnoxia foret. Id eſt morem gereret. Sipontinus.
Aduerſus gratiæ animus,& Obnoxius,opponuntur.Quintil.lib.3. cap.11, Nec enim,niſi toris cauſæ partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus, qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat,ſeuerum an mitem,concitatum an remiſſum, aduerſum gratiæ an obnoxium.
Obnoxius ſum illi,Id eſt, Subiicior tanquam ſeruus. Plautus Bacchid.23.
Obnoxium & trepidum agere. Sueton.in Tiberio, cap.12, Enimuero tunc non priuatum modò, ſed etiam obnoxium & trepidum egit,mediterraneis agris abditus,&c. Hoc eſt (ait Beroaldus) mancipatum,& ſeruili penè conditione. Nam obnoxius interdum libero opponitur:vt apud Liuium obſeruauimus ſic ſcribentem. Si reticeã, aut ſuperbus,aut obnoxius videar. Quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti,alterum ſuæ. Hæc Beroaldus.
Obnoxius,ad alia multa trãsfertur : vt Obnoxius ventis,quaſi obiectus,& expoſitus,atque ſubiectus.Colum.lib 4.cap.19,Rurſus exilis terra & accliuis,torrẽnſque æſtu, vel quæ vehementibus procellis obnoxia eſt,humilius iugum poſcit.
Obnoxius iniuriis,ludibriis,& huiuſmodi. Plin.iun.lib.3.epiſt.14, Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxij.
Obnoxius crimini Liu 4.ab Vrbe.
Mens turpi obnoxia facto.Tibull.lib 3.eleg.4.
Pars hominum obnoxia prauis. Horat.2.Serm.ſatyr.7, Id eſt vitiis addicta.
Obnoxius tibi ſum,Obligatus & deuinctus.Terent Heaut.3.1, Tum vxori obnoxius ſum,ita olim ſuo me ingenio pertulit.
Animus obnoxius. Plin.in Præf.9,Obnoxij profectò animi & infelicis ingenij eſt,deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere. Id eſt illiberalis & degeneris. Budæus.
Arua non obnoxia curæ,non raſtris hominum.Virg.2.Georg.Hoc eſt arua quæ non egent raſtris,nec cura hominum, propter quæ deuincta ac obligata illis eſſe videantur. Sipontinus.Id eſt,nullius curæ indiga, vtpote quæ non eſt opus arare,nec curare.
Luna obnoxia radius fratris, Quia lumen accipit à Sole. Virgil.1. Georg Nam ſuapte natura Lunę corpus eſt opacũ,atque Solis lumine reſplendet,quãdo huius radij in illud reflectũtur. Sabinus tamen fol.101.locum Virgilij longè aliter exponit. Vide & Virg & Sabinũ, & diligenter conſidera locum. Seruius repetit hunc vocem Obtuſa, quæ eſt in præcedenti verſu, vt ſit ſenſus, Nec Luna obnoxia radiis fratris,videbitur ſurgere obtuſa.
Vitis procellis obnoxia , Id eſt quæ noxam procellarum non perfert. Apud Colum lib.4.cap.29.
Corpora obnoxia,pro valetudinariis.Plin.lib.31.cap.6.
Fructus feris obnoxius.Colum.lib.5.
Obnoxia nulli animali olera.Plin.lib.19.cap.10.
Obnoxius,pro crimine.Liu.lib.8, Veſtra obnoxia capita pro licentia Qu Fabij obiicit.
¶Obnoxius, Abſoluté. Plin.lib.14.cap.2, de generibus vitium,Fœcenia & cum ea florens Biturica,acino tarior,nunquam floris obnoxij,quoniam antecedunt,veneſque & imbribus reſiſtunt.

Obnoxiè,Aduerbium {ὑπόχως.} Vnde apud Liuium 3.ab Vrbe,Obnoxiè dicere ſententiam , Id eſt ſeruiliter : & vt Budæus interpretatur, trepidé.
Obnoxiè,pro Obſcurè Sipontinus interpretatur,à Nox,noctis: & ſic legit apud Plaut.in Stich.8, Peri hercle verò planè,non obnoxié. Alij atque obnixè legunt. Vide Aſcenſium in Gellium, libro ſeptimo,cap.17.

Obnubilo,obnubilas,pen.corr. {ὑπονεφόω} obnubilãre, Obſcurum facere,& quaſi nubibus implere. Gell.lib.1.cap.2, Ac ne oris quoque & vultus ſerenitatem Stoici hominis vnquam vlla poſſe ægritudine obnubilari.

Obnubilus,pen corr.Adiectiuum {ὑπόχρως.} vt
Obnubila & obſita tenebris loca.Cicer. 1.Tuſculanar.Ex quodam poeta.

Obnúbo,obnubis,pen.prod.obnupſi,obnuptum {ὑπεκκαύπτω} obnúbere,Abſcondere, tegere. Feſtus, Ælius & Cincius , quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarũt,ob quã cauſam lege quoque parẽs tam iuberur caput eius obnubere,qui parentem necauiſſet, id eſt obuoluere. Hactenus Feſtus. Cicero pro Rabirio perduel.reo, Sed Tarquinij ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina , quæ tu homo lenis ac popularis, libentiſſimè commemoras,Caput obnubito , arbori infelici ſuſpendito.

Obnubit furiale caput.Stat.11.Thebaid.
Decius obnubitur caput ærea tempeſtate.Silius lib.11.
Comas obnubit amictu.Virg.11.Æneid.
Mare obnubit terras,vt nubes cælum,Id eſt operir. Varr.de Ling. Latin.lib.4.

Obnuntio, obnuntias,obnuntiare. Donatus, Qui malam rem nuntiat,obnuntiat : qui bonam,annuntiat : nam propriè obnuntiare dicuntur augures,qui aliquid mali ominis,fœuúmque viderint.Teren. Adelph.4.2,
Primus ſentio mala noſtra,primus reſciſco omia:
Primus porrò obnuntio. Vbi Donatus,Obnuntio,Id eſt malum imminens quaſi omen nuntio. Inde enim etymologia huiuſce verbi eſt. Cicero pro P. Sextio , Itaque quum fretus ſanctiçate Tribunatus,quum ſe non modò contra vim & ferrum, ſed etiam contra verba atque interceſſionem legibus factaris eſſe armatum putaret, venit in templum Caſtoris, obnuntiauit Conſuli, quum ſubitò manus illa Clodiana in cæde ciuium ſæpe iam victrix , exclamat, incitatur, inuadit. Idem Attico,libro 4, Metellus tamen poſtulat vt ſibi poſtero die in foro obnuntietur.
Obnuntiare.vt dictum eſt ex Donato, dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, ſæuúmque viderint. Cic.1.de Diuinat.Non in eo eſt culpa qui obnuntiauit, ſed in eo qui non paruit. Et ad Attic.lib. 4,Niſi Miloni C.Appius obnuntiaſſet,comitia futura ante diem XII. Calend.Decemb.
Obnuntiare, Reſiſtere & reluctari. Sueronius in Cæſare, cap.20, Lege autem Agraria promulgata obnuntiantem collegam,armis foro expulit.

Obnuntiatio,Verbale.Cic.1.de Diuin. Marco Craſſo quid acciderit,videmus,diratum obnuntiatione neglecta.
Obnunciatione, inquit Pædianus,pernicioſis legibus reſiſtebatur. Sicuti verò interceſſioni obtemperare neceſſarium cenſebatur , ita planè augurum obnuntiationi : quod in Craſſo ſignificat Plutarch.
Interponere obnuntiationes.Cic.Att.lib.4.

Oboleo,oboles,penult.corr.obolui & oboleui {ὀσφραίνω} obolére,Graueolere,odoréque terrum reddere. Plaut.Moſtel.2,
-obſoliſti allium
Germana illuuies. Sueton.in Calig.cap.23, Ille antidotum obſoliſſet,quaſi ad præcauenda venena ſua ſumptum.
Obolere,per tranſlationem, pro Præſentiſcere, Subolere. Plautus Amphit.4,
Vtrro iſtic qui exoſſat homines,perij ſi me aſpexerit.
M. Olet homo quidem malo ſuo. s. hei nunquam obolui. Cic.1. Acad. Ne oboleſcerent,hæc renouabam.

Obolus,oboli,pen.corr. {ὄβολος} Vltima eſt nummorum ſignificatio, inquit Donatus.Terent.And.2.2,
-etiam puerum inde abiens conueni Chremis,
Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.
Obolus, inquit Budæus, valet ſemiſſem noſtrum & denariolum: id eſt ſeptem denariolos.

Obſoſtates , inquit Cælius , dicitur minutulus fœnerator. Vide Iect. antiq.lib.10.cap.2.

Oborior, oboriris,penult.prod.vel obororis , pen.corr. obortus ſum {αἴρω} oboriri , Adnaſci, inquit Feſtus. Plaut. Sticho,4.11,Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Terent.Heaut.4.3,
Nulla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat,tanta hæc lætitia oborta eſt.
Obortum eſt bellum.Liu.1.bel.Pun.
Obortalux.Cicero pro Ligario,Vide quãta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.
Lux oborta micat.Sil.lib.17.
Nox oborta eſt.Senec. Herc.furen.9.
Tenebræ obortæ ſunt oculis.Ouid.2.Metam.
Sol radiis tetram dimouit obortis.Lucret.lib.6.

Obortus,obortus, Agnatio,acceſſio.vt,Perpetuus obortus.Lucre.lib.4, Perpetuóque fluant certis ab rebus oborru. Sic reſtituit Lambinus, quum antea legeretur,ab rebus odores,plane mendoſè.

Obraucatus,penult.prod.Adiectiuum. Solinus cap.15. de gruibus, Volarus deſidiam caſtigat,vocéque cogit agmen. Ea vbi obraucata eſt,ſuccedit alia.

Obrepo, obrepis.pen.prod.obrepſi, obreptum {παρεμπίπτω, ὑπάγομαι} obrepere , Eſt, vt ait Budæus , latenter progredi , & fallaciter adire. Tractum ab animalibus pedibus carentibus , quæ greſſu tacito gradiuntur,vt ſerpentes humi repentes ſolent. Plautus Trinum.13, Nimis argutè obrepſiti meapſe occaſiunçula.
Inſcientibus nobis & cœnantibus obrepit aliquid. Cic.F.Tironi, lib.16.21.
¶Obrepere,dicitur quicquid ſenſum fallit.vt Obrepit fames.Plautus Pœnulo,2.
Obrepit creditor. Vlpianus in l.Si fideiuſſor. com. §.Si cum. D. Mandati vel contra, Debitor enim debuit notum facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe : ne fortè creditor obrepat , & ignorantiam eius circunueniat,& excuriat ei ſummam,in quam fideiuſſit.
Obrepit mors.Plaut.Pſeud.10.
Obrepit ſomnus. Plin.iunior epiſt.4,lib.7,ad Pontium,Dein quũ meridie (erat enim æſtas) dormiturus me recepiſſem , nec obreperet ſomnus,&c. Horatius de Arte,Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. Hic per tranſlationem pro Falli,& peccare.
Obrepit dies,Obrepit ſenectus.Cic.de Senect. Quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus , quàm puritiæ adoleſcentia obrepit? Idem Attico,lib.6, Obrepſit dies,vt vides : mihi enim ad tertium Calend. Sextiles de prouincia decedendũm eſt. Budæus.
Obrepit obliuio Senec.de Benef.lib.3.cap.1.
Obrepere in animos.Cic.2.de Diuin. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus.
¶Obrepere,Fallere,hoc eſt Incautum aggredi.Vlpian.in l.Carboianum.§.Puberi, D.De Carbõn.edicto , Sed ſi quũ eſſet pubes,quaſi impubes obrepſerit,bonorúmque poſſeſſionem acceperit,dicendum erit nihil eum egiſſe. Budæus.
¶Obrepere ad magiſtratum dicitur,qui falſa ſpecie vel probitatis vel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur. Cic.in Piſonem, Obrepiſti ad honores errore hominum , commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil præter colorem. Budæus.

Obrepto,obreptas {παρεμπίπτω} obreptáre, Frequent. Plaut.Perſa,3, Operta'ne fuerint,nequis obrepraueriat.

Obreptio,obreptionis,Verbale {παράγνωσις} Latens & fallax adiio.Vlpian.in l.Sed ſi hac.§.Patronum.D.De in ius vocando,Patronum autem accipimus, etiamſi capite minutus ſit , vel ſi libertus capite minurus ſit dum arrogetur per obreptionẽ . quum enim hoc ipſo quod arrogatur, celat conditionem ſuam, non id actum videtur , vt fieret ingenuus.

Obretio,obretis,pen.prod. {σαγηνεύω} obrerire,Reti aliquem circundare,aut obuium reti excipere.Lucretius lib.3,
-neque aranei rentia filia
Obuia ſentimus,quando obretrimur euntes.

Obrigeo,obrigeas,pen.corr.obrigui {πήγνυμι} obrigère,Totum frigore contrahi,& quaſi indureſcere, & rigidum fieri. Cic.1.de Natur. deor.Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quòd pars earum appulſu ſolis exarſerit, pars obrigueric niue priuáque longinquo ſolis abſceſſu.

Obrigeſco , Idem epiſtol.83 , Quid ergo? viro non vel obrigeſcere ſatius eſt?

OBRIMA,obrimæ,Vnum eſt ex tribus fluminibus Apamiam vrbem in Aſia celeberrimam ambientibus. Plin.lib.5.cap.29, Tertius conuentus Apamiam vadit,antè appellatam Celænas,deinde Ciboton. Sita eſt in radice montis Signiæ,circunfuſa Mæſia, Obrima, Orga flumi nibus in Mæandrum cadentibus.

OBRIMO, Vnum eſt ex cognominibus Proſerpinæ. Sic autẽ dicta eſt, quòd quum vim ei videretur illaturus Mercurius , immugiit altius, vnde factum , vt is manum abſtineret. Meminit Cælius libro 26. cap.20.

OBRIS,Nomen fluuij in Gallia Narbonenſi. Ponponius lib.2,Secundum Bœterras Obris fluit. Hunc Ptolemæus Obrium vocat.Gallicè *Orb*. Hic Biterrinos etiam alluit,è Cebennis montibus ſcaturiens.

Obrizum, huius obrizi {ἄφρυζον} vel potius obryzum,Aurũ dicitur, quaſi ἄβρυζον,hoc eſt ſincerum delicatúmque,quod ſæpe igne candefactum & exuſtum eſt , & quod in coctione non minuitur. Hermolaus ex Phocyonis ſentẽtia in illud Plinij lib.33.cap.3,Autíque experimẽto ignis eſt,vt ſimili colore rubeat quo ignis: atque ipſum obryzum vocant. Hieronymus in Ieremiam dici putat quaſi Ophiriſum. nam ex Ophir inſula laudatiſſimum aurum euehebatur. Vtitur & Suetonius in Nerone,cap.44.

Obrizarus,Adiectiuum. vt Solidi obrizati,l 3. C.de veter.numiſm.poteſt. lib.11. Et in l.vnic.C.de oblat. votor.libro 12. Quidam ſcribunt per y.

Obrodo,obrodis,penul.prod.obroſi,obroſum {πρὸς πρόσω} obródere, Circum rodere.Plaut.Amphit.8,
Vt quod obrodat ſit,animo ſi malè eſſe occœperit.

Obroſus,pen.prod.Particip.Circunroſus. Plin.lib.37.cap.2, Potauit ex eo ante hos annos Conſularis ob amorem obroſo eius margine. De poculo murrhino.

Obrogo,obrogas,pen.corr. {παρενέφω} obrogâre. Feſtus,Obrógare, obloqui,atque alterius fermonem moleſtè impedire.
Obrogare legi {αὐτεπάφειν} Eſt legis prioris infirmãdæ cauſa,legem aliam ferre,Contrà rogare,opponere. Cic.ad Attic.lib.3,Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare,derogare , obrogare ſine fraude ſua non licear. Idem 1.Philip. Quid, quòd obrogatur legibus Cæſaris,quę iubent ei qui de vi,itémque ei qui maieſtatis damnatus ſit,aqua & igni interdicì? Quædam exemplaria legunt abrogatur. Vide ABROGO.

Obroſus,Vide OBRODO.

Obrumpo,obrumpis,obrupi,pen.prod.obruptum {κατάβρηγνυμι} obrúmpere,Idem quod Rumpere. Varro 3.de Re ruſt.cap.10,Quo tempore ſerarum iis,qui propter cupiditatem ſæpe in paſcendo , ſi radicem prenderint,quam educere velint è terra,obrumpunt collum. De anſeribus. Alia exemplaria habent abrumpunt.

Obruo,obruis,obrui,obrutum,pen.corr. {καταχώννυμι} obrúere,Subſternere,Operire. Cic.de Senect.Nec verò quenquã ſenum audiui oblitum quo loco theſaurum obruiſſet.
Obruere & Eruere,contraria.Cic.4.de Fin. Qui ſciet vbi quidque poſitum ſit,quáque eò veniat, is etiam, ſiquid obrutum erit, poterit eruere.
Obruere & opplere. Cicero 2.de Natura deorum,Ægyptum Nilus irrigat : & quum tota æſtate obrutam oppletámque tenuit , tum recedit,&c.
Obruere lapidibus,telis,& id genus: hoc eſt Dilapidare,& telis lapidibúſque operire ad necem. Cic.3.Offic. Cyrſilum quendam ſuadentem vt in vrbe manerent , Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt.
Fratrem obruit armis.Stat.11.Thebaid.
Obrutus aiuibus,pruiniſque.Liu.5.ab Vrbe.
Numero obruimur.Virg.2.Æneid.
Telis.Virg.2.Æneid.
Procella obruit viros.Ouid.1.Faſt.
Nox terram obruit roriferis vmbris.Lucret.lib.6.
Obruere ſale.Plin.lib.9.cap.35.
Corpus obruere tellure.Ouid.1.Faſt.
Obrutum vetuſtate,vel ſitu vetuſtatis.Plin.lib.11.cap.17.
Obrutus in terra.Cato cap.143.
Semina obruere verſata terra.Ouid.1.de Remed.amor.
Oua obruere teſtudines & crocodilos, quum in terra partum ediderint , deinde diſcedere aiunt : ita naſcuntur & educantur ipſa per ſeſe.Cic.2.de Nat.deor.

Thesaurum obruere Cic.de Senect.

Obruere se vino, Inebriari. Cic.pro Deiotaro, Ait hac lætitia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in continuóque nudum saltauisse.

¶Obruere, per metaphorã, pro Opplere, confundere, abolere, deuastare, euertere. Quintil. Tot voluptates obruere possunt vnum dolorem.

Obruere & delere. Cic.pro Deiotaro, Quæ vnquam vetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio?

Obruere & perdere. Cic.pro Cecin. Exoritur hic iam obrutis rebus omnibus & perditis, illa defensio, eum deiici posse, qui non possideat.

Et domus ætatis spatio ne fessa vetusto
Obruat. Lucret.lib.3.

Perpetua obliuione aduersa obruimus, secunda iucundè ac suauiter meminimus. Cic.1.de Finib.

Famam alicuius. Tacit.in vita Agricolæ.

Sapientia malum paruum obruere, vix vt appareat. Cicero 3.Tusculan.

Mala virtutis magnitudine obruentur. Cic.5.de Finib.

Memoriam & nomen alicuius. Cic.1.Tusc. Antè Salaminã ipsam Neptunus obruet, quàm Salaminij trophæi memoriam. Idem pro Archia, Nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obrusset. Id est nullam sui memoriam, siue famam nominis reliquisset posteris. De Homero.

Nauem. Vlpian.in l. Quemadmodum. §. Si nauis. D.ad l. Aquil. Si nauis alteram contra se venientem obrusserit.

Quod dij omen obruant. Cic.de Aruſp.resp.

Vnda obruit meos vultus. Ouid.1.Trist.eleg.2.

Obruit aliquem obliuio. Tacit.in vita Agricolæ, Nam multos veterum velut inglorios, & ignobiles obliuio obruet.

Obruit eum obliuione vetustas Cic.de Clar.Orat. Idipsum nisi vnius esset Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset.

¶Obruere ære alieno. Cic ad Att.lib.2, Tusculanum & Pompeianum valde me delectant: nisi quòd me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Cornelio, sed circunforaneo obruerunt.

Ambitione & foro obrui. Cic.1.de Orat.

Obrui copia sententiarum. Cic.2.Tuscul. Quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem & famem se malle, quàm vbertatem & copiam dicerent.

Obrui & opprimi criminibus & testibus. Cic.3.Verr.

Obrui magnitudine negotij tanquam fluctu, Cic.ad Quint.fratr. lib.1.3, Néve te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas.

Obruitur omnium risu testis. Cic.3.de Orat. Hoc ita præter expectationem accidit, vt testem omnium risus obrueret.

Obruitur vulgi sermo hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Cic.in Somnio, Sermo omnis ille & angustiis cingitur his regionum, quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. De sermonibus vulgi, qui contemni debent.

Obruitur enim aratorum testimoniis. Cic.4.Verr.

Obrutus, pen.corr. Participĩ {κατοχιμὸς.} Ouid.epist.1, Obrutus insanis esset adulter aquis.

Classis obruta aquis. Ouid.6.Fast.

Corpora morbo obruta. Claud.2.in Eutrop.

Gratia virtutis obruta Ouid.13.Metam.

Ignis latet obrutus multo cinere. Lucret.lib.4.

Obruta itinera strage. Liu.10.bel.Pun.

Somno obruta legio. Stat.10.Thebaid.

Semina obruta longis sulcis. Ouid.1.Metam.

Obrussa, Exploratio & probatio perfectionis, & nota auri atque argẽti. Cic.in Bruto, Et adhibenda tanquam obrussa ratio. Hodie quam obtrusa, edunt inemendatè. Placet etiam, cum obrussa: nam, cum, in, quam, facilè potuit degenerare breui discrimine: atque hoc verius puto. Verba sunt Turnebi.

Obrutuit, inquit Festus, Obstupuit, à bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius, Non possum verbum facere, obrutui, Vide OBRVTESCO.

Obryzum, Vide OBRIZVM.

Obſæuio, obſæuis, obſæuiui, obſæuitum, penul. prod. {αἰτιολογικὸν} obſæuire, Contrà sæuire. Plaut.Epid.11,

-tũne is es,
Qui per voluptatem in me ærumna obſæuisti gnauiter?

Obſaluto, obſalutas, pen.prod. obſalutâre, Salutandi gratia sese alicui offerre dicebant antiqui, vt Consalutare, pro Salutare. Festus.

Obſaturo, obſaturas, pen.corr. {κατακορῶ} obſaturâre, Significat saturitatem vsque ad fastidium, vel contra animum capere. Terentius Heaut.4 8,

-næ tu propediem,
Vt istanc tem video, istius obſaturabere.

Obſcenus, pen.prod. {ἀπαίσιος} Adiect. Ab ob & cano deductum, interposita s litera euphoniæ causa, & sine diphthongo scribitur: & abominabile augurium significat. Virgil lib.1 Georgicorum,

Obſcenique canes, opportunæque volucres. Id est contraria portendentes & mala. Festus. Obscena apud antiquos dicebantur, quæ mali ominis habebantur. Virg.Æneid.lib.12,

-ne me terrete timentem
Obſcenæ volucres. Seruius, Quæ canendo aduersa significant.

Obſceno, obſcenas, penultima producta {ἀπαισιόω} obſcenare, Vide OBSCAEVO.

Obſcœnus {αἰσχρὸς, αἰσχυντικὸς} Adiectiuum, cum diphthongo, Turpe, immundum, Ex ob, & cœnum componitur: vel ab ob & canendo: vel ὅτι τὰ σκῶλα, vt ait Priscianus lib.9. Festus ab Osciis detiuat, quorum frequentissimus fuit vsus libidinum spurcarum, vnde & verba impudentia appellantur obscœna, Quod si verùm esset, sine B, & absque diphthongo, oscenum scribi oporteret. Varro lib.6.de Ling.Latina docet obscenum à scena deduci, quòd nisi in scena palàm dici non debet. Potest vel ab eo, quòd pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit bonæ scæuæ causa, &c. Quare quod dixi scæuum, bonum omen est, obscœnum verò turpe, quod inde dicitur obscœnè, quod exotericum. Hæc ille. Varro Agathone, Pueri obscœnis verbis nouæ nuptulæ aureis restaurant.

Cantare obscœna. Ouid.3 Fast.

Aues obscœnæ. Ouid.2.Amor.eleg.6.

Carmina Propert.lib.1.eleg.15.

Dicta. Ouid.14 Metam.

Facinus Claud 2 in Eutrop.

Fames, Vide FAMES.

Illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum iocandi genus. Cic. 1.Offic.

Lectus obscœnus. Ouid.10.Metam.

Opus. Ouid 3.Amor.eleg.13.

Partes. Ouid 2.de Arte.

Risus. Ouid.2.Trist.

Sermones Horat.2.epist.1.

Spem capit obscœnam. Ouid.6.Fast.

Verba. Ouid.3.Fast.

Delicatæ & obscœnæ voluptates. Cic.1.de Nat.deor.

Obscœnum, Vitabile, authore Nonio. Virg 3.Æneidos,

Obscœnámque famem, quæ prima pericula, vtuo. Vbi Seruius, Obscœnam, aut quæ homines etiam ad obscœna compellit, vt Malesuada fames, aut certè quam obscœna auis prædixerat.

Adulterium. Ouid.2 Trist.

Obscœna pastu auis. Plin lib.10.cap.29.

Obscœnus pisces. Plin.lib.9.cap 18.

In obscœnis est penis, Hoc est inter obscœna connumeratur. Cic. Præto, lib.9.22.

Obscœnitas, penult.correp. obscœnitatis {αἰσχρουργία, αἰσχρουργὸς, αἰσχρός.} Cicero pro Flacco, Quas ego non solùm proter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto.

In obscœnitatem compellere quempiam. Vlp.in l.1.§. Quod autẽ. D.De o fic.Præfect. vrb.

In obscœnitate si quod sit flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. Cic.Præto, lib.9.22.

Turpitudinem verborum, & rerum obscœnitatem vitare. Cic.2. de Oratore.

Obscœnitas orationis. Cic.1.Offic.

Verborum obscœnitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. Cic.1 Offic.

Obscœnè, pen.prod. {αἰσχρῶς} Aduerbium, Impudẽ. Cic.1.Offic. Latrocinari fraudare, adulterari re turpe est, sed dicitur non obscœnè,

Excitata obscœnius Mercurij natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Cic.3 de Nat.deor.

Obſcæuo. obſcæuas, obſcæuare, Quasi scæuum, Id est malum omen afferre. Plaut Asinar. Metuo quod illic obscæuauit meæ falsæ fallaciæ. Nonius. Alij legunt Obscœno.

Obſcurus, pen.prod. {ἀκουσῶς, ἀφανῶς, σκοτομήνους, ἱερατικὸν, κάτοπτρον, κάτοπτρος} Adiectiuum, quod à Cura deriuari dicit Sipontinus: significaréque propriè, Quod sine lumine est Virg 9.Æneidos,

Vidimus obscuris primùm sub vallibus vrbem.

Acumen obscurum. Lucret.lib.4.

Act. Virg.1 Æneid.

Ambages. Ouid.in Ibin.

Antrum. Ouid.4.Metam.

Cælum. Virg.3 Æneid.

Cubile. Senec.Hippol.4.

Luna Virg.4 Æneid.

Obscura luce Liu 4 belli Pun.

Nox. Virg 2.Æneid.

Nubes. Virg 4 Georg.

Puluere obscuro permisti soles. Stat.2.Sylu.

Sidera nullis obscura tenebris. Propert.lib.2.eleg.27.

¶Lucis obscurum. Tacit.lib.20.

¶Ferrugo obscura, Nigra. Virg.1.Georg.

Forma abscura reddita moto lacu. Ouid.3.Metam.

¶Obscurum, Difficile, & quod statim intelligi non potest: vt Obscura oratio, Cuius sententia latet.

Obscurus & Aperrus, contraria. Cic.2.de Inuent. Quemadmodum res obscuræ, dicendo fierent apertiores: sic res apertas obscuriores fieri oratione.

Obscura & ambigua multa erant, adhibitæ sunt interpretum explanationes. Cic.1.de Diuin.

Obscura deorum natura, & difficiles explicatus habet. Cic.3.de Natura deor.

Carmen obscurum ambage nouorum verborum. Ouidius 14.Metamorph.

Obscurum ius. Quintil.lib.7.cap.11.

Flexiloqua, obscura, & ambigua oracula. Cic.2.de Diuin.

Verba ignotiora & obscuriora. Quint.lib.7.cap.4.

Non erat obscurum quid homo improbus, aut nefarius cogitaret. Id est nemo ignorabat. Cic.4.Verr.

Obscurum & cæcum. Cic.2.de Lege agrar. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum?

Discrimen obscurum, Quod dignosci facilè non potest. Horat.2. Carm.ode 5.

Obscura & Nota alicuius nobilitas, contraria. Cic.pro Murena, Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior.

Valde obscurus Heraclitus, minimè Democritus. Cicero 2.de Diuinat.

Nimis

Nimis obscurus Euphorion poeta: at non Homerus. Cicero 2.de Diuinat.

Obscurum & ignotum, Patefactum atque illustratum, contraria. Cic.1.de Orat. Nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono?

Non obscura beneuolentia, Non obscura concursatio, Id est nota & manifesta. Cic. ad Sulpit.lib.13, Non est obscura tua in me beneuolentia. Id est, eam omnes nouerunt. Idem ad Lentulum, libro 1.1, Libonis & Hipiæi non obscura concursatio & contentio, omniúmque Pompeij familiarium studium.

Fama. Virg.5.Æneid.

Fama obscurior æuo. Ouid.6.Fast.

Fama est obscurior annis. Virg.7.Æneid.

Obscurus & incertus index. Cic.pro Cluentio, Interim venit index ad Dinearn neque obscurus neque incertus: qui nuntiaret ei filium M.Aurium viuere.

Odium. Horat.1.epist.14.

Obscura spes. Cic. de Lege agrar. Nolo suspensam & incertam plebem Rom.obscura spe & cæca expectatione pendêre.

Tabernæ. Horat.de Arte.

Vera inuoluere obscuris. Virg.6.Æneid.

¶Obscurus, Ignobilis. Cic.de Amic. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum.

Obscurus vir, astutus, fallax. Cic.3.Offic.

Obscuro loco, vel genere natus, siue ortus: hoc est, Ignobilis. Cic. 7.Verr. Posteáque Pompeius humili atque obscuro loco natus.

Obscuris ortus maioribus. Cicer. Offic.

Obscurus & sordidus. Cicero ad Cælium, lib.2.11, Omnis peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicaui) obscura & sordida est iis, quorum industria Romæ potest illustris esse.

Obscuræ personæ. Cic.ad Appium, lib.3.5, Neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur.

¶Obscurus, vt dictum est, ex ob, & cura siue euro componitur, interpositaque ea quæ obscura sunt, nobis curam obiiciant.

¶Tenebris obscurior. Claud.2.in Eutrop.

Obscurè, penultima producta, Aduerbium {ἀμαυρῶς, κρυφίως.} Cic.1. Academ. Quàm argutè, quàm obscurè, etiam contra Stoicos disserendum?

Loqui obscurè. Cicero 4.Verr. Neque ille quidem obscurè locutus est.

Dicere obscurè. Cic.4.Acad. Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulò obscurius.

Nimis obscurè aliquid commemorare. Cic.2.de Fin.

Obscurè natus, Vide NASCOR.

Palàm & Obscurè, cõtraria. Cic.4.Acad. Alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius.

Tacitè & obscurè perire. Cic.pro Quintio, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obscuréque conceditur.

Serpit obscurè hoc malum. Cic.4.in Catil.

Neque, vel Non obscurè, pro Manifesto, & aperté. Cæsar 8.belli Gall. Neque obscurè hæ duæ legiones vni Cæsari detrahuntur.

Obscurè ferre aliquid, pro Dissimulanter ferre, & ita vt nemo commoti aut ægri animi notas agnoscere possit. Cic. in Parad. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti. Idem pro Cluentio, Neque id obscurè ferebat, nec dissimulate vllo modo poterat.

Obscurè, & dissimulanter. Cic.ad Lentulum, libro 1.5, Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium & Lucullum: cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

Obſcuritas, pen.corr. obscuritatis {ἀμαυρότης, δύσφραστα, ἱερὸν} Tenebrositas, & offuscati luminis penuria. Plin.lib.20.cap.1, Obscuritates & vitia oculorum sanat.

Obscuritas, Difficultas. Cic.4.Acad. De obscuritate naturæ, déque errore tot philosophorum, &c.

Lumen, Obscuritas & tenebræ, contraria. Cic.3.de Orat. Oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferebat, atque vt quodammodo, &c.

Obscuritas & dubitatio. Cic.pro Cluent. In ea obscuritate & dubitatione omnium Canutio perito homini, qui quodam odore, &c.

Naturæ obscuritas. Cic.1.de Orat.

Obscuritates & ænigmata somniorum. Cic.2.de Diuin.

Latebram obscuritatis adhibere. Cic.2.de Diuin.

Minus obscuritatis & erroris habent hæc. Cic. Cocin. lib.6.6.

Inuoluta naturæ obscuritate causa latet. Cic.1.de Diuin.

Reiecit te à libris obscuritas. Cic in Topic.

Vitate obscuritatem. Quintil.lib.4.cap.2.

¶Obscuritas, Ignobilitas. Cic.2.Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur: hi simulac, &c.

Obſcuro, obſcuras, penult.prod. {ἀμαυρόω, σκιάζω, σκοτόω} obscurâre, Obscurum reddere. Plaut. Trinum.10. Obscurauit pectus tuum amor.

Ædes vicini obscurare tollendo. Vlpian.in l. Cum eo. D. de seruit. vrban.præd.

Literas obscurare, Vide Appellare literas, in APPELLO, appellas.

Nitor solis obscuratur. Catul.de coma Berenicis, epigr.61.

Nobilitas non obscuratur. Plin.iunior in Panegyr. Tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed illustratur à principe, &c.

Obscuratur & offunditur luce solis lucernæ lumen. Cicero 3.de Finibus.

Tenebris obscurat omnia nox. Cic.1.in Catil.

Volucres obscurant æthera pennis. Virg.12.Æneid.

Obscurare, Non curare, supprimere, tegere, obumbrare, vt ait Budæus. Cic.pro Archia poeta, Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum.

Obscurari & obrui. Cic.4.de Finib.

Obscurari nec apparere quædam, quia valde parua sint. Cicero 4. de Finibus.

Minora maioribus obscurantur. Cic.5.de Fin.

Obscurat magnitudinem periculi lucrum, Id est tegit, ita vt non appareat. Cic.5.Verr.

Obscuratur, obruitur & interit splendore virtutis & magnitudine, omnis ista rerum in corpore æstimatio. Cic.3.de Fin.

Diluere aut obscurare aliquid. Cic.in Partit. Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda.

Obscurare aliquid dicendo. Cic.pro Cluentio, Vt omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.

Allegoriis obscurare aliqua. Cic.Attic.lib.2.

Obscurare & Celebrare, contraria. Sallust.in Catil.

Obscurare & Illustrare, contraria. Plin.in Panegyr.

Acta noua obscurant veteres triumphos. Lucan.lib.1.

Obſcurans, penult. prod. Participium {σκιάζων.} Horatius 2. Sermon. satyra 7,

prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna. Hoc est, tegente, ne possis agnosci. Acron.

Obſcuratus, pen.prod. {ἰσκιασμένος} Aliud participium. vt Vocabula diu obscurata populo. Horat.2.epist.2.

Sensim obscurata est & euanuit eorum memoria. Cicero 2. de Oratore.

Obſcuraturus, pen.prod. Similiter particip. {σκοτίσων.} vt

Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est obliuio. Cicero pro Marcello.

Obſcuratio, Verbale {σκοτασμὸς.} vt Obscuratio solis, pro Obscuritate. Plin.lib.36.cap.27. Cic.4. de Finibus, Quibus autem in rebus obscuratio tanta non fit, fieri tamen non potest, &c.

Obscuratio propter exiguitatem rerum consequitur. Cicero 4, de Finibus.

Obſecro, obsecras, penult.corr. {λιτομαι, αἰτοῦμαι} obsecrâre, Ex ob & sacrum componitur: significat Per sacra rogare, vel, vt ait Festus, Opem à sacris petere. Donatus, Obsecrare, est fratres orare. Terent. Eunuch.1.1, Excluſit, reuocat. redeam? non si me obsecret.

Obsecrare, plus est quàm Rogare. Cic. Post red.ad Quirit. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verùm etiam obsecrauit.

Hortari & obsecrare. Cic.2.de Orat. Si intelligam posse ad summos peruenire, non solùm hortabor vt elaboret, sed etiam si vir quoque mihi bonus videbitur, obsecrabo.

Obtestari & obsecrare. Cic.Attic.lib.11, Idque vt facias, te obtestor atque obsecro.

Obsecrare precibus. Marcellus ad Ciceronem, lib.4.11, Quum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei, non solùm consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret.

Cum multis lachrymis orare aliquem atque obsecrare. Cicero 4.Verrina.

Obsecrare ab aliquo. Plaut.Bacchid.20,

Nunc si me fas est obsecrare abs te patet, &c.

Obsecro ne facias. Terent.Heaut.5.5.

Obsecro vt. Terent.Heaut.4.4, -quod si is nunc
Me deceperit, sæpe obsecrans me vt veniam, frustrà venier.

Obsecro per. Terent.Andria, 2.1,

Nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas. Cic.pro Quintio, Obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c.

Obsecro & obtestor. Horat.1.epist.7.

Obsecro, Verbum veteres superstitiosè vsurparunt, quum eum quem alloquebantur obstringere obligaréque quodam sacramento putabant etsi ea persona erat, cui pudorem deberent, cuique omnia liberè in vtranque partem esse vellent, vt eam religione soluerent, subiiciebant refecro, quo verbo obsecrationem soluebant. Plautus Aulul. -Nunc te obsecro
Hac mentionem eam auunculo mater mea:
Refecróque mater quod dudum obsecraueram. Etiam qui obsecrabatur, ne religione ea obligaretur, refecro dicere solebat. Plaut. Perſ. 7 0. Obsecro. s A. Refecro. Turneb.

¶Obsecro, Aduerbialiter positum pro Cedò, estque veluti rogantis, cum interrogationis particula. Terent. Eunucho 5.5, -hem Obsecro an is est? Id est dic quæso. Cic. Attic. lib.12, Atticam saluere iube, & eam cura obsecro diligenter.

Obsecro tuam fidem. Plaut. Amphitr.4.2.

¶Obsecro, cum duobus accusatiuis. Cic. pro Quintio, Itaque te hoc obsecrat C. Aquili, vt existimationem, &c.

¶Obsecro quàm. Plaut. Amphitr.4, Obsecro hercle quãtus & quàm validus est!

Obſecrandus, Plin.iun.lib.9.epist.29.ad Rusticum, Laus potius spernda, quàm venia obsecranda est.

Obſecratio, Verbale {λιτανεία.} Cic. pro Fonteio, Cauete ne periculosum superbúmque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, hæc salua esse non posset.

Prece & obsecratione humili ac supplici vti. Cic.1.de Inuent.

Constituere obsecrationem. Cic.de Aruſp.resp. In quo constituendæ nobis quidem sunt procurationes & obsecrationes.

Obſecratio, pro precatione, quam pontifex ipse præibat pop. subsequenti verba præeuntis. Sueton.in Claud. Cæs. Vtque dira aui in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipse iure pontificis maximi pro rostris pop. præiret, summotáque operatiorum seruorúmque turba.

Obſecundo, obsecundas {ὑπουργέω, ὑπείκω} obsecundâre, Omnia

ad alterius nutum facere, vel in melius conuertere. Terent. Heaut. 4.6, Qua causa id fiat, obsecundato in loco. Cic. pro Lege Manil. Non modò ciues assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempestatésque obsecundarint.

Obsecundanter, Aduerbium, Obsequenter. Nigidius de Diis libro 1, Quum autem id quid sit quærimus, obsecundanter naturæ viuerent. Ex Nonio.

Obsepio, obsepis, pen. prod. obsepiui vel obsepij & obsepsi, obseptum {ἐπιφράττω} obsepire, Sepibus circundare. Liu. 5. bell. Pun. Alij obseptis itineribus super vallum saltunt.

Obsepire iter ad honores, per translationem. Liuius lib. 9, Hæc plebi ad Curules magistratus iter obsepsit.

Obsepire alicui viam adipiscendi aliquid. Cic. pro Murena, Hæc omnia tibi accusandi viam munichant, adipiscendi obsepiebant.

Obsequor, penultima corr. obsequeris, obsequutus sum, {χαρίζομαι, ὑπηρετῶ, διακονῶ} obsequi, Alterius voluntati morem gerere, Inseruire. Terent. Heaut. 3. 1, Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.

Obsequi & Repugnare, contraria. Cic. 5. Tusculan. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates: quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.

De te ibi obsequor. Cic. pro Cluentio, Quamobrem Cluenti de te tibi obsequor, neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico, sed ea quæ à me desyderari arbitror, non relinquam.

Obsequi alicui in omnibus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.

Obsequi animo suo, pro Indulgere sibi, Genialem vitam agere. Terent. Adelph. 1. 1,

Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi.

Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Cicero in Oratore.

Imperio obsequi. Iuuen. Saty. 10.

Naturæ bonitatíque alicuius. Cic. pro Quintio.

Pudori suo. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9, Sed quum pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini, reliqua cura.

Studiis alicuius. Cic. 2. Tuscul. Sic faciemus, tuísque optimis studiis obsequemur.

Studiis suis etiam in asperitatibus rerum. Cic. 1. de Orat.

Tempestati in nauigando obsequi, actis est. Cic. Lent. lib. 1. 9.

Voluntati alicuius. Cic. 2. de Finib. Obsequar igitur voluntati tuæ, dicámque si potero, rhetoricé.

¶Obsequor, cum accusatiuo. Gell. lib. 2. cap. 7, Sed ea tamen quæ obsequi non oportet.

Obsequens, pen. corr. obsequentis, omn. gen. {ὑπηρετῶν} Obediens. Terent. Heaut. 2. 3, Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens.

Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Planeus Senatui, libro 10. 8.

Obsequens voluptati homo. Terent. Hecyra, 3. 5.

¶Obsequentior, Comparat. Sallust. in Cic. Filia matris pellex, tibi incundior atque obsequentior quàm parenti par est.

¶Obsequens quò libeat flecti. Plin. lib. 16. cap. 36.

Obsequenter {ὑπηρετικῶς} obsequentius, obsequentissimè, Aduerbium. Plin. iun. lib. 7. epist. 23, Vixit in contubernio auiæ delicatè seueriss imè, & tamen obsequentissimé.

Obsequium, obsequij {ὑπηρεσία, διακονία} Officium quo quis id sequitur, & facit, quod alteri placiturum nouit. Terent. Andr. 1. 1, Obsequium amicos, veritas odium parit. Cic. de Amic. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri finit.

Obsequium & indulgentia corporis. Cic. 1. de Leg. Quum animus cognitis perceptísque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiáque discesserit, voluptatémque sicut labem aliquam decoris, &c.

Obsequia fortunæ. Curtius lib. 8.

Obsequium ventris mihi perniciosius est cur? Hoc est, Cur indulgentia ventri permissa, est mihi perniciosa? Horatius 2. Sermon. satyra 7.

Anseps obsequium. Pers. Saty. 5.

Plenius. Quintil. in Proœm lib. 1.

Omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. Cic. Attic. lib. 10.

¶Abuti obsequio alicuius ad omnes res. Plane. Cic. lib. 10. 15.

Obsequio & comitate adolescentis delectari. Cic. Attic. lib. 6.

Exuere. Tacit. lib. 3.

Feci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me charior. Cic. Attic. lib. 7.

Grande obsequium ferre, Id est accipere. Ouid. epist. 6.

Flectere aliquem obsequio. Propert. lib. 1. eleg. 8.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Ouid. 2. de Arte.

Obsequio grassare: mone, si increbuit aura,

Catus vti velet chatum caput. Horat. 2. Serm. saty. 5.

Patientia & obsequio suo aliquem mitigare. Cic. in Pisou.

Obsequium amplissimi ordinis præstare, Vide PRAESTO.

Obsequium animo sumere. Plaut. Bacchid. Id est sibi indulgere, & animo obsequi.

Vincere aliquem obsequio. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.

Obsequentia, obsequentiæ. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Factum imprudentia Biturigum & nimia obsequentia reliquorum.

Obsequela, huius obsequelæ, pen. prod. {διακόνησις} Morigeratio. Plaut. Asinar. 3, Omnes parentes Litanæ liberis suis

Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam.

Obsequiosus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπηρετικός} Qui facilè obsequitur. Plaut. Capt. 7.

Mihi obsequiosus semper fuisti. Firmicus lib. 1. cap. 12. Libra significat mercatores, ac iudices, & obsequiosos homines.

Obsequibilis, & hoc obsequibile, pen. corr. {ὑπηρετικός} Qui obsequitur. Gel. lib. 2 cap. 29, Cognatos, affinésque nullos fermè tam obsequibiles esse ait.

Obsero, obseris, pen corr. obseui, obsitum, penult. corr. {καταπείρω} obserere, Circum seminare significat, vel potius idem quod simplex Sero. Cicero 2. de Legib. Obductáque terra erat, frugibus obseiebatur.

Obserere, Circumplantare. Columel. lib. De arboribus cap. 3. Agrum antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. Varr. 1. de Re rust cap. 14.

Obserere mores, per translationem, pro Imbuere. Plautus Trinum. 8.

¶Obserere, Circundare. Virg. 7. Æneidos,

-iam teris obsita, iam bos.

Pugnos obserere. Plaut. Menæch. 22.

Obsitus, pen. corr. Participium {σεσωρευμένος.} vt

Pædore obsitus. Seneca Agamemn. 13. Id est, sordibus fœtens propter carcerem diuturnum.

Annis & pannis obsitus, Id est male indutus, & pannosus. Terent. Eunuch. 2. 2, Sic apud Liu. 2. ab Vrbe, Obsita squallore vestis. Et apud Virg. 8. Æneidos, -obsitus æuo.

Frondibus obsita. Id est, obuoluta & latentia. Horatius 1. Carmin. ode 18.

Niuibus obsitum iter. Curtius lib. 5.

Aer obsitus pallore. Id est, obductus caligine, & obscuratus. Lucan. libro 5.

Seris obsita bos Io. Virg. 7. Æneid.

Situ obsitus, Vide SITVS.

Tenebris loca obsita. Cic. 1. Tuscul. Læti, obnubila, obsita tenebris loca.

Virgultis loca obsita. Liu. 8. bel. Pun.

Rura obsita pomis. Ouid 13. Metam.

Obsero, obseras, pen. corr. {μοχλίδια κατακλείσαι} obserâre, Occludere, veluti sera imposita. Terent. Eunuch. 4. 5, Tu abi, atque ostium obsera intus. Liu. 5. ab Vrbe, Vbi eos plebis ædificiis obseratis, patentibus vtriis principum, maior propè cunctatio tenebat aperta quàm clausa inuadendi.

Obserat herbosos lurida porta rogos. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Tabellam liminis obserare. Catul. ad Ipsithillam, epigr. 30.

Palatum obserare. Catull. in Camerium, epigr. 51.

Obseratus, Adiectiuum, Obthuratus, clausus. vt Obseratæ aures. Horat. epod. ode 17,

Quid obseratis auribus fundis preces?

Obseruo, obseruas {παρατηρῶ, φυλάττω, ἐφορῶ, ὑπέχω} obseruâre, Est, inquit Valla libro 4, idem quod Custodire aliquid oculis animóque in modum speculatoris, ne nos silentio, tacitóque prætereat. Seruius in 4. Georg. Obseruare, est Callidè aduertere. Terent. And. 1. 1,

-obserues filium Quid agat, quid cumillo consilij capiat. Virg. 4. Georgicorum,

-quos durus arator

Obseruans nido implumes detraxit.

Custodire & obseruare. Qu. Cic. de Petit. Consul. Fac itaque vt se abs te custodiri atque obseruari sciant.

Insidiari & obseruare. Cic. in Orat. Non id agit, vt insidietur & obseruet: sed iam fauet, processúmque vult, dicendíque vim admirans, non inquirit quod reprehendat.

Vbi multi obseruandi sunt & multa seruanda, nihil est mali, canes ibi quàm plurimos esse. Cic. pro Rosc. Amer.

Ex-inopinato obseruare. Cic. 2. de Natura deorum, In araneolis aliæ quasi rete texunt, vt siquid inhæserit, conficiant: aliæ autem vt ex-inopinato obseruant, & siquid incidit, arripiunt, idque consumunt.

Ex vicino aliquem obseruare, Vide E X.

Restrictè non obseruat amicitia ne plus reddat quàm acceperit. Cic. de Amicit.

Obserua an. Plautus Asinar. 13, Tuus obseruet, Venerísne cas det, an viro.

Obseruare quemadmodum se vnusquisque gerat. Cicero 2. Verr. Nunc autem homines in speculis sunt, obseruant quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conseruandísque legibus.

Obseruatore quàm blandè mulieri palpabitur. Plaut. Amph. 6.

Animaduersionem Censoriam vt rem iudicatam nunquam perinde obseruauerunt. Cic. pro Cluent.

Censum obseruare qui alicui habitus esset. Cic. 4. Verr.

Fœdus ictum. Silius lib. 17.

Ianuam. Plaut. Asin. 7.

Leges. Cic pro Domo sua.

Nutum. Cic. 4. Tusculanarum,

Læna delinita argento nutum obseruabit meum. Ex Næuio.

Obseruationes alicuius diligenter obseruare. Cicero Seruio, libro 14. 28.

Occupationem & tempus alicuius. Cicero pro Rosc. Amer. Quum præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempúsque aucupentur, &c.

Obseruari animaduertíque res poterunt, etsi causæ earum non reperientur. Cic. 2. de Diuinat.

Scripturam alicuius obseruare, pro Reprehendere. Terent. in Prologo Adelph.

Inquirere in se, atque sese obseruare. Cicero de Claris Orator. Quod quanquam scienter elegantérque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese obseruans, metuénsque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.

Signa aliqua. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6.

Tempus aliquod. Cic. Bruto, lib. 11. 16.

Tempus vleiscendi. Cic. 4. Tuscul.

¶Obseruare

¶Obseruare etiam est, assiduè cum aliquo esse honoris causa. Obseruare enim dicuntur, qui aliquem officij honorísve causa deducunt, & reducunt. Cic. lib. 1. ad Atticum, epist. 1, Dies ferè nullus est quin hic Satyrus domum meam veniret: obseruat L. Domitium maximè, me habet proximum. Obseruat, id est assectationis officio colit. Et in epistol. ad Gallum, libro 7, Ego te in Consulatu obseruaram.

¶Obseruare, Verbum augurum. Virg. 6. Æneidos,

Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergant, &c. Vbi Seruius, Obseruare enim & de cælo, & de auibus, verbo augurum dicitur.

¶Obseruare, Venerari & admirari aliquem, tantùm dignitatis vel virtutis cultu. Virg. 4. Georgicorum,

Præterea regem non sic Ægyptus, & ingens

Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes Obseruant.

Obseruare, colere, diligere. Cicero ad Licinium, lib. 5, Hoc magis sum Publio deditus, quòd me, quanquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maximè, sicut alterum parentem & obseruat & diligit.

Colimus & obseruamus diligenter Cæcilium. Cicero ad Atticum, libro 2.

Regem obseruant. Virg. 4. Georg.

Officiis, non largitione aliquem obseruare. Cic. pro Plancio.

Perofficiosè & peramanter obseruare aliquem. Cicero Præto, libro 9. 20.

¶Obseruatum, Impersonaliter, pro Deprehensum & animaduersum. Plinius libro 16. capite 22, Obseruatúmque non arescere nisi tenuia.

¶Habitum ita & obseruatum est. Cic. Attic. lib. 3.

Obseruatum & vetustum aliquid habere. Cic. 2. de Diuin.

¶Obseruata Hippocrati, pro ab Hippocrate. Plin. lib. 7. cap. 51.

Obseruans, obseruantis {παρατηρῶν} Partic. siue Nomen ex participio. Cic. ad Attic. lib. 16, Vt me hercule paucos æquè obseruantes atque amantes me habere existimem.

Amantem se & obseruantem habere aliquem & sui cupidum. Cic. Planco in Epist. ad Attic. lib. 16.

Populus sit obseruantior æqui. Claud. 7. Paneg.

Obseruans tui, Obseruantissimus mei, pro Amans, vel amantissimus: hoc est, Qui nos amat, vel obseruat eum veneratione quadam. Cic. pro Quintio, Ita credo hominem propinquum tui obseruantem, virum bonum, &c. Idem ad Quint. fratrem, lib. 1. 2, Fert grauiter homo & mei obseruatissimus, & sui, dignitatísque retinens, se apud te neque amicitia, nec iure valuisse.

Omnium officiorum obseruantissimus. Plin. iun, lib. 7. epist. 29.

Obseruatus, pen. prod. Partic. {παρατετηρημένος.}

Notæ obseruatæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13.

Sidera. Ouid. 3. Fast.

Vestigia obseruata sequor. Virg. 2. Æneid.

Obseruatus, huius obseruatus, pen. prod. {παρατήρησις} Nomen, Idem quod Obseruatio. Varr. 2. de Re rust. cap. 7, Ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim.

Obseruantia, obseruantiæ {διακονία, ἀρέσκεια, ὑπηρεσία} ab Obseruo, pro Veneror & Admiror, significat venerationem quandam, & honoris exhibitionem in aliquem. Liu. lib. 1, Obsequio & obseruantia in regem eum omnibus, benignitate erga alios eum rege ipso certasset. Cic. Attic. lib. 11, Déque tua erga se obseruantia, beneuolentiáque mihi plurima exponit.

Obseruantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus.

Colere obseruantia aliquem. Cic. Cornificio, lib. 12. 26.

Mea tibi obseruantia nunquam defuit. Cic. Licinio, lib. 5. 8.

Officia obseruantiámque alicuius diligere. Cic. pro Corn. Bal.

Magnum onus obseruantiæ alicui imponere. Cic. Attic. lib. 13.

Retinere obseruantia amicos, rem parsimonia. Cic. pro Quint.

¶Obseruátia, pro Obseruatione vel cõsuetudine. Suet. in Augusto, cap. 76, Ex hac obseruantia nonnunquam vel ante initium, vel post dimissum conuiuium solus cœnitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret.

Obseruatio, obseruationis {παρατήρησις} Verbale, quasi adnotatio quædam, & animaduersio. Plinius libro 11. cap. 10, Mira obseruatio operis.

Antiqui sermonis obseruatio. Suet. de Claris grammat.

Absumpta. Plin. lib. 11. cap. 37.

Difficilior. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Lubrica. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Perpetua obseruatione dignum. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Summa erat obseruatio in bello mouendo apud antiquos. Cicero 1. Officior.

Obseruationi operam dare. Plaut. Mil. 9.

Natura & casu, Ratione & obseruatione facere aliquid: contraria. Cicero de Claris Orat. Veruntamen, natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat.

Diuturna obseruatio notandis rebus fecit artem. Cicero 2. de Diuinat.

Habere aliquam obseruationem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Inueniri obseruatione scientia non potuit. Cic. 2. de Diuin.

Prudentium obseruatione & aurium terminatione inuentus est versus. Cic. in Orat.

In obseruatione esse. Plin. lib. 17. cap. 21, Quondam in obseruatione erat, vt defringerentur ex imputata buxo, aliter viuere non crediti. Hoc est, quondam obseruabatur.

Notitia sui corporis & obseruatione sustentatur valetudo. Cic. 2. Offic.

¶Obseruatio, Idem aliquando quod Obseruantia, hoc est Honor & reuerentia. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1, Neque sicut collegio Pontificum authoritas amplissimi viri, aut Marcello adiectio impensæ impedimento fuit, quo minus religionibus suus tenor suáque

obseruatio redderetur.

Obseruabilis, & hoc obseruabile, penultima corr. {παρατηρητός} Quod idoneum est vt obseruetur. Cuius compositum est Inobseruabilis. Plinius libro 2. cap. 17, In Martis sidere, cuius est maximè inobseruabilis cursus, nunquam id stationem facere. Quintilian. libro 9. cap. 1, In armorum certamine & aduersos ictus & rectas & simplices manus tum videre, tum etiam cauere & propulsare facile est: auersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. Hoc est, minus animaduerti & obseruari atque caueri possunt.

Obseruanter, Aduerbium. Macrobius in Somn. Scipion. libro 1. cap. 1, Idem igitur obseruanter secutus est in illis præcipuè voluminibus, &c.

Obseruitо, obseruitas, penult. corr. obseruitáui, obseruitâre, Frequentatiuum. Cic. 1. de Diuinat, Neque solùm deorum voces obseruitauerunt Pythagorei, sed etiam hominum quæ vocant omina. Alia exemplaria habent obseruauerunt.

Obsес, obsidis, Obsessio, Obsessor, Obsessus, Vide o b s i d e o.

Obsideo, obsides, penult. corr. obsedi, penult. prod. obsessum {πολιορκῶ, περικαθίσταμαι, πόλιν κυκλοῦμαι, φρουρὰν ἐπέχω} obsidêre, Circunsidere significat, Obsessum tenere, ac fossa & vallo septum retinere: in quo quies significatur, quasi obstare. Cic. 7. Philip. Qui Mutinam coloniam Pop. Romani & Consulem designatum obsederit. Idem pro Fonteio, Ab his gentibus sanctis, & in testimonio religiosis, obsessum Capitolium est.

Aditus armati obsident. Cic. 2. Philip.

Cohors obsidet ædes. Iuuen. Saty. 10.

Obsedêre alij telis angusta viarum. Virg. 2. Æneid.

Campos obsedit milite. Virg. 3. Æneid.

Fores obsedere strictis mucronibus. Virg. 2. Æneid.

Miles obsidet hostem. Lucan. lib 6.

Præsidiis obsidere & occupare Italiam. Cic. 2. de Lege agrar.

Obsidere itinera. Curt. lib. 6.

Armis obsedit Senatum Antonius. Cic. 7. Philip.

Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam vrbem. Cicero de Arusp. resp.

Vi, ferro, metu obsidere. Cic. Post red. in Senatu.

¶Obsidere, pro Occupare & detinere. Cicero 2. Verr. Vt perspicuum cuiuis esse possit, hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. Hoc est, Qui accusando locum occuparet, vt ego istum accusare non possem. Budæus.

Vim regiæ potestatis obsederat Dictatura. Cic. 1. Philip.

Latus læuum obsidet Charybdis. Virg. 3. Æneid.

¶Obsidere, pro Circunstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. Cic. pro Flacco, Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, atque moderatrix officij Curia. Budæus.

Locus omnis obsidetur corporibus. Cic. 1. de Nat. deor.

Spatium vel locum obsidere, pro Obtinere. Celsus, Si totum id ramex obsederit, &c.

Stuprum obsidere, Insidiari stupro. Cic. 1. in Catil. Iacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum.

Obsideri & teneri. Cic. in Orat. Quum is qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur.

¶Obsidere, Idem quod Sedere. Terent. Adelph. 4. 6,

-nunc verò domi Certum obsidere est vsque, donec redierit.

Inter Obsidere & Oppugnare vrbem differentia hæc est, quòd illud fit mora, hoc impetu. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Consiliis ab oppugnanda vrbe ad obsidendam versis.

Obsido, obsidis, penult. prod. obsedi {προσκαθίζομαι} obsidere, Idem quod Obsideo significat: nisi quòd motus quidam inest, vt quasi sit Obsessum ire. Sallustius in Catilin. Præmittit illis homines militares, sine tumultu collocatis præsidiis, sicuti præceptum erat, occultè Pontem obsidunt. Alia exemplaria habent, Permittit, & obsident.

¶Obsidere, penultima corr. ab Obsido, obsidis, pro Occupare. Lucretius libro 4,

Obsidétque vias oculorum, ne simulacra

Possint vllarum rerum coniecta moueri.

Obsidior, obsidiaris {ἐνεδρεύω} obsidiâri, Circà insidias facere. Colum. lib. 9. cap. 14, Sed inter Caniculæ & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerunque obsidiantur prodeuntibus.

Obsidens, penult. prod. Participium ab Obsido, obsidis {πολιορκῶν, διακαθήμενος.} Catull. Argon. epigr. 59,

Troicáque obsidens longinquo mœnia bello.

Obsessus, Aliud participium {πολιορκηθείς.} Cæsar 1. bell. Ciuil. Tandem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt.

Obsessis viis, commeatu intercluso. Cæsar 3. bel. Gall.

Bellis obsessus & vndis. Stat. 9. Theb.

Obsessi & impares. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Artus obsessos occupat mihi sudor. Ouid. 5. Metam.

Corpus obsessum glaciali frigore. Ouid. 9. Metam.

Fauces obsessæ, Id est clausæ. Virg. 3. Georg. Seruius.

Legio vallis obsessa tenetur. Virg. 10. Æneid.

Limen obsessum acta testudine. Virg. 2. Æneid.

Pectora obsessa multis malis. Senec. Herc. fur. 12.

Obsidium, obsidij {πολιορκία} Ipsa obsidio. Columella libro 9. cap. 7, Intereunt, quum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium.

Obsidium, dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde. Item ab absecindendo: quum id ideò facerent, quò facilius diminuerent hostes. Author Varr. libro de Lingua Latina, 4. Turnebus obsecindendo emendat, & tunc obsecidium scribendum ait.

Capeſſere obſidia. Tacit. lib. 2.
Dare aliquem obſidio. Hoc eſt, obſidem. Tacit. lib. 11.
Facere obſidium. Gell. lib. 15. cap 31.
Soluere obſidium. Tacit. lib. 4, Primo ſui inceſſu ſoluit obſidium.
Obſidium tuo tergo eſt, inquit Plaut. in Milite, 5.

Obſidio, obſidionis { ἀθεμιστίαν. } Cic. pro Rabirio perduel. reo, Quum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione Rempub liberaſſet.
Longæ obſidionis dira egeſtas. Iuuen. Saty. 15.
Abſiſtere obſidione, Vide ABSISTO.
Partim vi, partim obſidione capere vrbes. Cic. pro Muren.
Cingere vrbem obſidione. Virg. 3. Æneid.
Claudere muros obſidione. Lucan, lib 3.
Continuare obſidionem. Liu. de bel. Punic.
Eſſe in obſidione, pro Obſideri. Liu. de bel. Punic.
Eximere obſidione. Liuius, Ibi quoque circunſeſſus, aduentu fratris obſidione eximitur.
Eximere ex obſidione fœneratores. Cic. Sextio, lib. 5. 6.
Habere in obſidione. Cæſ. 3. de bel. Ciuil.
Leuari obſidione. Virg. 10. Æneid.
Periculis obſidionis liberare aliquem. Cic. pro Lege Manil.
Ingenti obſidione premebat vrbem. Virg 8. Æneid.
Relinquere obſidionem. Cæſ. 5. de bel. Gal.
Solutus obſidione. Claud. 2. Paneg.
Caſtra tenentur obſidione. Virg. 10. Æneid.
Trahere in longius obſidionem. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Obſeſſio, obſeſſionis, Idem { πολιόρκησις. } Cic. pro Corn. Balbo, Hunc enim in ea ciuitate, in qua ſit natus, honeſtiſſimo loco natum eſſe concedis, &c. nullius laboris, nullius obſeſſionis, nullius prælij expertem fuiſſe.
Obſeſſio templorum, occupatio fori. Cic. pro Domo ſua.

Obſeſſor, obſeſſoris { πολιορκητὴς } Qui obſidet. Liu. 9. ab Vrbe, Papyrio quoque qui obſeſſor Lucretiæ reſiterat.
Obſeſſor fori. Plaut. Pſeud. 13. Cicero pro Domo ſua, Obſeſſor curiæ.
Obſeſſor aquarum. Ouid. 2. Faſt.

Obſidiæ, obſidiarum, dicuntur ſicut & Inſidiæ { ἔνεδρα. } Colum. lib. 8. cap. 2, Dum tamen anus ſedula vel puer adhibeatur cuſtos vagantium: ne obſidiis hominum aut inſidioſorum animalium diripiantur.

Obſidionalis, & hoc obſidionale, penult. prod. { πολιορκητικὸς. } Ab obſidione deriuatur. Vnde Corona obſidionalis, quæ debebatur ei qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. Fiebat autem è gramine viridi, ex eo loco decerpto in quo erant incluſi. Hanc coronam gramineam S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit, bello Pœnorum ſecundo, quòd vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. Meminit Gell. libro 5. cap. 6. Plin. de Viris illuſt. Quare à Minutio & eius exercitu obſidionali corona donatus eſt. Liu. 7. ab Vrbe, Secundum Conſulis donationem legiones gramineam coronam obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio ponunt. Vide Plin. lib. 22. cap. 4.

Obſes, obſidis, pen. corr. com. g. { ὅμηρος } Qui traditur imperio alicuius ea conditione, vt ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus & vitam eius ſæuiendi qui datus eſt obſes. Hic quoniam obſidionis cauſa dari conſuenit, inde nomen aſſumpſit: quanuis Feſtus ex ob & ſides compoſitum velit per mutationem literæ, quòd ſit ob fidem datus. Cæſar 1 bell. Gal. Eo poſtquam Cæſar peruenit, obſides ſeruos, qui ad eos profugiſſent, poposcit. Cic. 1. Vert. A nobis multos obſides habet Pop. Rom.
Coniugij ſponſor & obſes. Ouid. 2. epiſt.
Accipere obſides Cic. Catoni, lib. 15. 4.
Fidei obſides accipere. Senec. Thyeſte, 6.
Cauere obſidibus, Vide CAVEO.
Dare. Cic. 5. Verr.
Imperare. Cic. pro Lege Manilia.
Mittere, Vide MITTO.
Obſes, per tranſlationem. Cic. 4. in Catil. Habemus enim à C. Cæſare ſicut ipſius dignitas & maiorum eius amplitudo poſtulabat, ſententiam tanquam obſidem perpetuæ in Rempub. voluntatis.
Damnationem aliquam obſidem dare. Cic. pro Cluentio.
Libertatem animi obſidem relinquere. Cic. Antequam iret in exilium, Neque verò M. Tullius ſuum animum à veſtra abalienauit poteſtate, quum præcipuum vobis obſidem ſui animi, veſtram reliquerit libertatem.

Obſidianus, pen. prod. Adiect. { ὑελιανὸς } Obſidianum vitrum, de quo Plin. lib. 36. cap. 26. In genere vitri & obſidiana numerantur, ad ſimilitudinem lapidis, quem in Æthiopia inuenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente Gemmas multi ex eo faciunt, videmuſque & ſolidas imagines diui Auguſti, capti materia huius craſſitudinis: dicauſtque ipſe pro miraculo in templo Concordiæ obſidianos quatuor elephantes, &c. Tit & in tincturæ genere obſidianum ad eſcaria vaſa, totum rubens vitrum, atque non tranſlucens hæmatinum appellatum.

Obſigillo, obſigillas, obſigillaui, obſigillare, Abſcondere. Senec. epiſt. 1. lib. 21, Nunc multa obſigillant, & aciem veſtram vel ſplendore nimio repercutiunt, vel obſcurè retinent. Alludit ad morem antiquum obſignandi annulo quæ clauſa eſſe volebant.

Obſigno, obſignas, obſignare { ὑποφραγίζω, ἐπισημαίνομαι, κατασημαίνομαι } Signi impreſſione occludere: & ad literas, cæteráque quæ ſigno quouis notantur aut imprimuntur, pertinet. Plaut. Bacch. 15, Cedo tu ceram ac linum actutum: age obliga, obſigna cito. Qu. Cic. ad Tironem, lib. 16. 26, Planè te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere meminì, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne diceretur inanes aliquæ fuiſſe.
Obſignare & occludere. Cic. 2. de Orat. Ridiculum eſt illud Neronianum verus in furace ſeruo, Solum eſſe cui domi nihil ſit nec obſignatum, nec occluſum: quod idem in bono ſeruo dici ſolet, &c.
Obſignare quandoque capitur pro ſigno notariorum, ſeu ſubſcriptione eorum aut teſtium ſignare. Cic. pro Quintio, Eius rei conditionisque tabellas obſignauerunt viri boni complures. Idem 7. Verrina, Iſte in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo.
Signis iudicum tabulas obſignare. Cic. pro Flacco.
Teſtamenta obſignare. Cæſar 1. bel. Gall.
Codicem. Cic. 3. Verr.
Literas & epiſtolas obſignare, pro Occludere & ſigillare quod dicitur. Cic. ad Brutum, 2, Scripta & obſignata iam epiſtola, literæ mihi redditæ ſunt à te.
Publico ſigno literas obſignandas curauit. Cic. 6. Verr.
Pecuniam. Cic. pro Cluent. Pecuniáque obſignata quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri liberti Fabritiorum deprehenditur.

Obſignatus, penult. prod. Participium { ὑποφραγισθὲς. } vt Decretum ab ampliſſimis viris obſignatum. Cic. Planco, in epiſtol. ad Atticum, libro 16.
Agere cum aliquo tabellis obſignatis. Cic. 5. Tuſc..
Naturam obſignatam habere in quiete viſa eſt matrona. Cic. 2. de Diuinat.
Habere aliquid obſignatum. Hoc eſt, ſigillo memoriæ impreſſum ne effluat. Tralatio eſt ducta à tabulis obſignatis. Lucret. lib. 2.

Obſignator, penult. prod. obſignatoris, Verbale { ὑποφραγιστὴς. } Cicero Attico, 12, Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui, primùm tibi perſuade, me iſthæc non curare. Veteres facto teſtamento obſignatores ex lege adhibebant. Adhibebant autem amicos ferè, aut homines authoritate præſtantes: quò magis ratum haberetur id, quod annulis clarorum virorum eſſet obſignatum. Hinc apud Valer. Maxim. lib. 7 cap. 7, legitur teſtamentum M. Anci Carſeolani Pompeium Magnum ſignaſſe. Vide etiam Cic. ad Attic. lib. 7 epiſt. 2.
Literarum obſignator. Cic. pro Cluentio.

Obſipo, obſipas { σοφίζω } obſipare, Obiicere, vt ait Feſtus: vt quum ruſtici dicunt, Obſipa pullis eſcam.

Obſiſto, obſiſtis, obſtiti, obſtitum, penult. cor. { ἀνθίστημι, ἀντίστημι } obſiſtere, Contra ſiſtere, obſtare, repugnare. Cic. de Amic. Cogitis certe: ſtudiis enim generorum, præſertim in re bona, cum difficile eſt, tum ne æquum quidem obſiſtere. Idem de Senectute, Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, quum illi quærenti qua tandem ſpe fretus ſibi tam audaceter obſiſteret, reſpondiſſe dicitur, ſenectute.
Hic obſiſtam, ne imprudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi. Plautus Milite, 5.
Obſiſtere alicui obuiam. Plaut. Amphit. 12.
Obſiſtere & defendere. Cic. 6. Verrin. Qui primò quum obſiſtere & defendere conaretur, malè multari clauis ac fuſtibus repelluntur.
Audaciter alicui. Cic de Senect.
Fugienti obſiſtere Ouid. 12. Metam.
Minis. Lucret. lib. 1.
Freta obſiſtunt remis. Ouid. epiſt. 13.
Vento. Ouid. 2. de Arte.
Vix obſiſtitur ventis. Ouid. 1. Metam.
¶Obſiſti illi non poteſt, hoc eſt Reſiſti, & obuiam iri. Cic. 2. de Fin. Itaque idem natura victus (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco, &c. Idem ad Matium, lib. 7. 3, Poſtea autem quàm alicuius culpa tantum valeret vnus, vt obſiſti non poſſet.
Dolori. Cic 2. Tuſcul.
Repugnari obſiſtique fortunæ magnitudine animi facilè poteſt. Cic. 4. de Finib.
Iniuriæ. Cicero 1. Officiorum, Qui autem nec defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut patriam deſerat.
Libidini alicuius. Cic. 7. Verrin. Quis vnquam iſtius libidini obſtitit?
Odiis multorum nullæ opes poſſunt obſiſtere. Cic. 2. Offic.
Opinionibus. Cic. 4. Acad.
Sermoni alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2.
Iura obſiſtunt viribus. Lucan. lib. 3.
Viſis obſiſtere, aſſenſiſtque ſuos firmè ſuſtinere, ſummum munus ſapientis eſt. Cic. 3. de Finib.
Vitiis. Cic. 2. Offic.

Obſitus, Vide OBSERO, obſeris.

Obſoleo, obſoles, penult. correp. obſolui & obſoleui, obſoletum, penult. prod. { ἀπαρχαιόομαι } obſolère, Ex ob, id eſt contra: & oleo, interpoſita ſ litera: Eſt deficere, inueteraſcere, deſueſcere. Idem ſignificat & Obſoleſcere. Cic. pro lege Manilia, Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quàm verbis refutata. Id eſt deſueuit, ſiue ab vſu receſſit, Idem 2. Philippica, In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. Id eſt ſordida erant, ſordebant, inquit Budæus.
Obſoleſcere interiecto ſpatio. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.
Propter vetuſtatem obſoleuerunt res. Cic. 1. Academ.
Splendor obſoleuit. Cic. pro Quintio, Antiquam officij rationem dilexit, cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit.
Laus alicuius obſoleſcit. Tacit. lib. 4.
Gloria. Curtius lib 9.
Virtus. Cic. pro Sextio, Splendétque per ſe ſemper, neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit.
Nitère & Obſoleſcere veſtigalia dicuntur, contraria. Cicero de Lege agraria, Non dico ſolùm hoc in Repub. veſtigal eſſe, quod amiſſis aliis remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. Id eſt ſordideſcat.
Obſoleuerunt chartæ. Cic. pro Cælio, Chartæ quoque quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt.

Obſolefacio,

Obſolefacio. Arnobius libro 5. aduerſus gentes, Ac ne illam vis temporis, & vetuſtatis obſolefaceret longitudo, perpetuitatis honore mactaſtis.

Obſolefio, obſolefis, obſolefactus ſum, obſolefieri. Seneca epiſt. 29, Diluitur authoritas, nec habet apud eos fatis ponderis, quos poſſet minus obſolefacta corrigere. In alio autem ſignificatu apud Valerium libro tertio, capite 5, Idem Prætureæ petitor candidam togam adeò turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit. Id eſt inquinatam.

Obſoletus, penultima prod. Adiectiuum { ἀπηρχαιωμένος } Inueteratum ſignificat, & quod ab vſu receſſit: vt Verba obſoleta, Cic. pro Quint. Audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt. res autè noua & inaudita.
Nimis antiqua hæc & iam obſoleta ſunt. Cic. 3. Verr.
Veteſtas. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Barbara & obſoleta verba. Cicero ad Atticum, libro 1. 14, Non dicam quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de ſuis hiſtoriis dixerat, ſe, quo facilius eas probaret, Romani hominis eſſe: idcirco barbara quædam & obſoleta diſperſiſſe. Ex veruſto codice legitur, ἀδύτως diſperſiſſe.
Abiecta & obſoleta verba fugiat orator. Cicero tertio de Oratore.
Obſoleta ſtudia militaria. Cicero pro Fonteio, Quid nunc vobis faciendum eſt, ſtudiis militaribus apud iuuentutem obſoletis, &c.
Paulo obſoletior oratio. Cic. 3. de Orat.
Vilia & obſoleta ſpolia. Curtius in princip. lib. 9.
Obſoletum amiculum. Curtius lib. 6.
Tecti obſoleti ſordes. Horat. 2. Carm. ode 10.
Veſtis obſoleta, Detrita & ſordida. Liuius 7. belli Punici, Sed erat veſte obſoleta, capilló que & barba promiſſa. Cic. 2. de Lege agraria, Iam deſignatus, alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto, &c.
Color. Colum. lib. 2. cap. 11.
Dextera obſoleta ſanguine, Id eſt maculata. Seneca Agamem. 13.
Mulier obſoleta ſordibus paternis. Horat. Epod. 17.

Obſoletè { ἀπηρχαιωμένως } obſoletius, obſoletiſſimè. Cic. 3. Verr. Saltem vt eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulo tamen obſoletius veſtitum videret.

Obſonator, Obſonium, Obſono, obſonas, Vide OBSONIVM.

Obſonus, obſona, obſonum, penultima correpta { ὀψοφάγος } Malum ſonum habens. Varro, Humili & obſona & tremula voce. Fortaſſe legebatur abſona.

Obſono, obſonas, obſonare, Malè ſonare. Sipontinus.

Obſopio, obſopis, penultima prod. obſopire. Scribon. Largus, A ſomni tempore prohibere ne obſopiantur.

Obſorbeo, obſorbes, obſorbui & obſorpſi, obſorptum { καταῤῥοφέω } obſorbère, Totum ſorbere. Plaut. Curcul. 73, Vín' aquam? e. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam.

Obſorbo, obſorbis, obſorpſi, obſorptum, obſorbère, Idem.

Obſordeo, obſordes, obſordui { κατυπτιόω } obſordère, Obſoleſcere, inquit Nonius. Cæcilius, Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeria.

Obſtaculum, Vide OBSTO.

Obſtetrix, pen. corr. obſtetrícis. f. g. { μαῖα, μαῖα, μαῖα } Ab obſtando, vel obſiſtendo. Donatus, Quæ opem tulerit parienti, obſtetrix dicitur: vnde & parturientes, Per opem, clamant. Terent. Andr. 1. 5, Obſtetricem accerſo.
Obſtetrix lauit pannos cruore rubros. Horatius in Epod. ode penult.

Obſtetrico, obſtetricas { μαιεύομαι } Parturientem adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago. Pro eodem etiam vtimur obſtetricor, verbo deponente. Calepinus.

Obſtino, obſtinas, penultima correpta { σκληραίνω } obſtinâre, Offirmare. Plautus Aulularia, 7,
Credo ego iam illum inaudiſſe mihi eſſe theſaurum domi, id
Inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.
Obſtinauerant animis vincere, aut mori. Liu. 3. bell. Pun.

Obſtinatus, penul. prod. { αὐθάδης, σκληραύχην, μεγαλόνους } Participium, ſiue Nomen ex participio, dicitur Offirmatus, perſeuerans, vt tenere poſſit, inquit Feſtus. Liu. 3. ab Vrbe, Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius, quàm amoris mentem turbauerat) in tribunal aſcendit.
Animi obſtinati ad decertandum. Curtius lib. 8, Quem vt armigeri corporiſque cuſtodes ad moriendum obſtinatum eſſe cognouerùt, vniuerſi in tabernaculum irrumpunt.
Aures obſtinatæ. Horat. 3. Carm. ode 11.
Conſilium obſtinatum tenet necis. Seneca Hippol. 7.
Fides. Tacit. lib. 21.
Mente obſtinata perferre aliquid. Catullus ad Seipſum, epigrammate 8.
Pudicitia. Liu. 1. ab Vrbe.
Voluntas obſtinatior, Cicero ad Atticum, libro 1. 7, Incredibile eſt, quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia affirmatior.
Obſtinatus, cum infinitiuo. Liu. lib. 2. Decad. 5, Quum ex inſperato iam obſtinatis morti ſpes affulget.

Obſtinatio, Verbale { αὐθάδεια, μανοτονία. } Cic. de Prouinc. Conſul. Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.
Inflexibilis obſtinatio, Vide INFLECTO.
Taciturna. Cornel. Nepos in vita Attici, ſub finem.
Obſtinatio viris, fœminiſque par. Tacit. lib. 21. De Iudæis.
Obſtinatio fidei, in bonam partem, pro Offirmatione. Tacitus libro 19.

Obſtinatè, penultima producta, Aduerbiũ { αὐθαδῶς } Firmiter, Inſtanter. Terent. Andr. 1. 5, Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat? Vbi Donatus, Obſtinatè facere aliquid, Eſt in altertius malum cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti.
Negare obſtinatè. Cæſar 5. bel. Gallici, Poſteaquàm id obſtinatè ſibi negari vidit, omni ſpe impetrandi adempta, &c.
Credita obſtinatè. Liu 8. bell. Pun. Seipio vbi obſtinatè credita animaduertit, omnia de-induſtria in eum diem quo pugnaturus erat, mutauit.
Tam obſtinatè magis ac magis induruiſſe. Plin. iun. lib. 1. epiſt. 12.

De Corellio loquitur, qui inedia mortem accerſebat.

Obſtipo, obſtipas, penultima producta { κατακλίνω, κατασκληρύνω } obſtipâre, Rimas obthurare, condenſare. Plaut. Ciſtel. 7,
Auecta eſt, inquit, peregrè hinc habitatum longitùs.
M. Obſtipat aquulam. L. quò auecta eſt, eò ſequimur. Feſtus Obſtipare, obiicere interpretatur. Alij locum Plauti exponunt pro Obſtruere: & prouerbium eſſe aiunt, dictum de iis qui aliqua reticent, & ſtudent aliquo pacto tegere.
Verticem obſtipare. Plaut. Merc. 17, Gradus grádit, emittit oculos, circunfert ſe, obſtipat verticem. Id eſt contorquet, vt cogitabundi ſolent.

Obſtipus, penult. prod. Adiectiuum { ἀκλινὴς, κατάκυπτος } Inclinatus, vel flexus verſus humerum, ſiue dextrorſum ſiue ſiniſtrorſum. Hora. 2. Serm. ſatyr. 5, Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti. Cic. 2. de Nat. deorum,
Atque vno mentum radianti ſidere lucet,
Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum, Ex Arato.
Ceruix obſtipa. Suet. de Tiberio, Incedebat ceruice rigida & obſtipa, adducto ferè vultu.
Obſtipa, Obliqua, cutuata, & inflexa vocat Lucret. lib. 4,
Omnia mendoſè fieri, atque obſtipa neceſſum eſt.

Obſtitum, Cloatius & Ælius Stilo eſſe aiunt violatum, tactúmque de cælo. Cincius eum qui deo deráque obſtiterit, id eſt, qui viderit quod videri nefas eſſet. Hæc Feſtus. Cic. lib. 2. de Legibus, Iidémque fulgura atque obſtita planto.

Obſto, obſtas, obſtiti, obſtitum, penultima correptá { ἀνθίστημι, ἀντιφράττω, ἐνέχω } obſtâre, Contrà ſtare. Curtius, Obſtant oppido gemini colles.
Turba mihi obſtitit in media via. Ouid. 4. Faſt. Id eſt occurrès, ſeu obuia mihi fuit.
Legitimè obſtare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Contrà pugnare & obſtare. Lucret. lib. 2.
Inuicem, Vide INVICEM.
¶Obſtare, Reſiſtere, aduerſari, impedire. Terent. Heeyr 4. 2,
Ego rus abiturum hinc cum tuo me eſſe certo decreui patre,
Ne mea præſencia obſtet.
Obſtare cur. Terent. And. 1. 1, Quid obſtat cur non verè fiant?
Obſtare ne. Cic. 7. Verr. Obſtitiſti videlicet ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiæ poſſent.
Obſtare & impedire. Cicero 4. Acad. Eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi ſani ſunt ac valentes, & omnia remouentur quæ obſtant & impediunt.
Obſtare & officere. Cic. pro Roſc. Amer. Quoniámque ei pecuniæ vita Sext. Roſcij obſtare atque officere videatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem, metúmque tollatis.
Portenta deûm obſtant. Virg. 7. Æneid.
Dolor obſtat artibus. Ouid. epiſt. 21.
Pietas obſtitit crudelibus auſis. Ouid. epiſt. 14.
Commodis alicuius officio ſimulato officere & obſtare. Cic. pro Roſc. Amer.
Conatibus alicuius. Ouid. 2. de Remed. amor.
Ictibus. Stat. 6. Thebaid.
Æquor obſtitit iuuenilibus inceptis. Ouid. epiſt. 17.
Mora obſtat tardis nocturnis. Virg. 2. Georg.
Precibus nunquam implacabilis obſtas. Claud. 2. Paneg.
Æther totus obſtitit venientibus. Lucan. lib. 7.
Obſtare in. Senec. de Benefic. Quia in laudem vetuſtorum inuidia non obſtat.

Obſtatur, pen. prod. { αἰδεῖται } Impersonale verbum. Cic. 13. Philip. Neque enim quod quiſque poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

Obſtans, Participium { αἰδούμενος. } vt Clauſtra obſtantia. Horatius 1. epiſtol. 14.
Remos obſtantes obuertere. Ouid. 3. Metam.
Moras obſtantes pellere. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.

Obſtaturus, penult. prod. { αἰδεσόμενος } apud Quintilianum legitur lib. 2 capite 12, Video, inquit, quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.

Obſtaculum, obſtaculi, penultima correpta { κωλύμη } Impedimentum. Plaut. Pſeud. 7. 10,
Quom commeatum volui argentarium proficiſci,
Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

Obſtragulum, obſtraguli, penultima corr. { ὑποστόμωμα } Operimentum, & quod vulgò *coopertorium* dicimus. Plin. lib. 9. cap. 35, de vnionibus, Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Id eſt non ſolùm operimentis & ſuperioribus partibus ſocculorum, quas *planulas* Itali vocant, addunt margaritas, ſed etiam totis ſocculis.

Obſtrepo, obſtrepis, penultima correpta, obſtrepui, obſtrepitum, penultima correpta { κατακρόω } obſtrépere, Contra aliquem ſtrepitum facere. Salluſtius, Ad hæc maledicta, alia quum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare. Cicero 3. de Oratore, Atque vt quodammodo ipſi ſibi in dicendo obſtrepere videantur.
Portis obſtrepere. Liu. 2. ab Vrbe.
Vociferari & obſtrepere. Liu. 1. ab Vrbe.
Turba obſtrepit. Tibull. lib. 2. eleg. 1.

Exercitus obſtrepit pulſis armis. Stat. 11. Thebaid.
Laudi alicuius obſtrepere, Id eſt contrarium eſſe, interrumpere, impedire. Senec. Herc. fur. 11.
Literis alicui. Cic. Metello, lib. 5. 4, Quæ res facit vt tibi literis obſtrepere non auderem.
Fontes obſtrepunt lymphis manantibus. Horat. Epod. 2. 6.
Clamore obſtrepi, paſſiué. Cic. pro Marcello, Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono.

Obſtrepitur, penultima corr. Perſonale {πατηφορῶνται.} Liu 3. ab Vrbe. Eos concio audit, Decemuiro obſtrepitur. Ouidius libro ſexto Faſtorum,
Eſt nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni
Voce locus, ſi non obſtrepereretur aquis.

Obſtrepens, pen. corr. Participiũ {πατηφορῶν.} vt Mare obſtrepens Baiis. Horat. 2. Carm. ode 18.
Obſtrepente pluuia nihil ſenſere Pœni. Liu. 1. bel. Pun.

Obſtrigillator, Vide poſt OBSTRIGILLO.

Obſtrigillo, obſtrigillas {διασείω} obſtrigillãre, Obſtare, repugnare, vel detrahere alicui. Antiquum. Varro libro quarto, de vita Populi Romani, Quod Curio, quum id faceſſet, dicebat amicis vt illi renuntiaretur ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul. Ennius ſatyr. libro 2, Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtrigillant, vuagitant. Varro de Re ruſt. libro primo, cap. ſecundo, Tu, inquit, inuides tanto ſcriptori, & obſtrigillandi cauſa ſi glinas reprehendis, quum præclara quædam, ne laudes, prætermittas. Nonius.

Obſtrigilator, obſtrigilatoris, Verbale, Reprehenſor. Ductum à ſtrigilibus, quibus quum vehementius ſtringimur, etiam plerunque lædimur. Varro, Æmulum illius artis atque obſtrigilatorem.

Obſtringo, obſtringis, obſtrinxi, obſtrictum {κατασῶ} obſtringere, Deuincire, circunligare, & valde ſtringere, ex etymo. Plautus Curcul 15, Nihil agit, collum obſtringe homini. Liuius 10. belli Punici, Alij ſuper alios cadentes obſtricti moriebantur. Alia exemplaria habent obſtinati.
¶Obſtringere ſibi aliquem munere, beneficio, &c. Cicero pro Domo ſua, Qui etiam tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti, quum, &c.
Obſtringere & obligare aliquem officiis. Cic. Seruio, libro 13. 19, Téque ita exiſtimare volo, quibuſcunque officiis in Epiroticis teliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore.
In perpetuum ſibi aliquem. Cic. pro Cluentio.
Ære alieno amicos ſuos. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10.
Obſtringere beneficiis, donis, ſpe. Cicero 2. Offic. Et pro Cluentio, Quæ primùm vt illum confirmaret Oppianicum accuſatorem filio ſuo, donis muliebribus, collocatione filiæ, ſpe hæreditatis obſtrinxit.
Fidem ſuam obſtringere alteri. Plinius libro quarto, epiſtola 13, ad finem, Sub ea tamen conditione ne cui fidem meam obſtringam.
Fidei cõmiſſo obſtringi. African. in l. Si ſeruus legatus. §. Qui margarita. D. De legat primo.
Obſtringi furti. Gellius libro 11. cap. vltimo, Qui alienum quid iacens lucri faciũdi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue neſcit. Quæ verba etiam ita leguntur apud Vlpianum, l. Falſus. D. De furtis.
Iureiurando aliquem. Cæſ. 1. bel. Gall.
Legibus obſtringi. Cic. 2. de Inuent.
Memoria beneficij ſempiterna obſtringi alicui. Cicero pro Plancio.
Religione voti obſtrictus. Cic. ad Atticum, lib. 12.
Religione obſtringere. Cic. 2. Philip.
Prædibus ſe. Cic. ad Att. lib 6.
Voluptatibus. Cic. pro Cælio.
¶Obſtringere ſe parricidio, pro Commitere parricidium. Cicero 3. Offic. Poteſt (dij immortales) cuiquam eſſe vile fœdiſſimum & tetterrimum parricidium parriæ, quanuis is qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? Scelere, Idem 3. Officior. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere ſiquis tyrãnum occidit, quanuis familiarem? Periurio, Liu. 6 bel. Pun. Et obſtringere periurio, non ſe ſolùm ſuũm que caput, ſed ſigna militaria, & aquilas, ſacramentíque religionem.
Obſtringere ſe hæreditati, eſt eam occupare & ſibi vindicare. Paulus in l. Si is ad. D. De acquirenda vel omit. hæred. Nam vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet, qua ex cauſa hæreditas ad eum pertineat.
Obſtringere aliquem debito, Debitorem conſtituere. Seneca lib. 6 de Benef.

Obſtrictus, Participium {κατασφιγξάμενος.} vt
Limine tecti obſtrictus. Ouid. in Ibin.
¶Obſtrictus, Liber & ſolutus, contraria. Cic. pro Plancio, Excogitaui quamobrem viderer maximis beneficij vinculis obſtrictus, quũ liber eſſem & ſolutus.
Addictum, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere. Cic. pro Cælio.
Obſtrictus actione mandati, vel negotiorum geſtorum. African. in l. Quum mancipium. D. De Ædilit. edicto.
Iordere vel pactione obſtrictum teneri. Cic. in Piſonem.
Obſtrictus voluptatibus tenetur. Cic. pro Cælio.
Religione tanta obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium Siculorum occupauit: vt, &c. Cicero 6. Verrina.

Obſtrictus, huius obſtrictus, Anguſtia. Seneca lib. 5. Natur. quæſtio. Per hæc loca quum ſe exitum quærens tempus torſit, accendat flammã ipſo obſtrictu neceſſe eſt.

Obſtrudo, obſtrudis, pen. prod. obſtruſi, obſtruſum, penul. prod. {κατακρύπτω} obſtrũdere, Occultare, occludere. Plautus Stich. 10, Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenuè. Plin. Paneg. Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos.
Receſſus obſtruſi. Claud. 7. Paneg.
Terra obſtruſa. Ouid. epiſt. 7. Alij legunt abſtruſa.

Obſtruo, obſtruis, obſtruxi, obſtructum {ἐμφράττω, συμφράττω, κατακλείω} obſtruere, Occludere, & quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſtere nequid effluat, contra ſtruere. Cic. de Senect. Qui iter Pœnis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt. Plin. lib. 11. cap. 7, Omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur.
Campos obſtruere. Lucan. lib. 2. Ouid. 8. Metamorphoſeos,
-obſtruximus orbem
Terrarum nobis, vt Ceres ſola pateret.
Vndas obſtruit molibus. Lucan. lib. 2.
Obſtruere luminibus. Cic. pro Domo.
Obſtruere & obtburare. Cic. de Fato, Stupidũ eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes & obthuratas eſſe dicebat.
Obſtruere aures. Senec. de Benef. lib. 3 cap. 16.
Deus obſtruit aures viri. Virg. 4. Æneid. de Æneа inexorabili, Fata obſtant, placidáſque viri Deus obſtruit aures.
Fauces obſtruere alicui. Lucan. lib. 5.
Feneſtras meas obſtruere. Caius in l. Hæc autem. D. De ſeruitut. vrban. prædi.
Obſtruere ſenſus. Plin. lib. 35. cap. 10, Italyſum quum pingeret Protogenes, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret.
Spiritus oris obſtruitur reluctanti. Virg. 4 Georg.

Obſtructus, Participium {ἐμφερακτικός.} vt Aditus obſtructus. Vide Aditus in ADEO.
Amnes obſtructi ſtragibus. Silius lib. 13.
Portæ obſtructæ cadauere. Silius lib. 11.
Obſtructa difficultatibus eſt omnis cognitio. Cic. 4. Acad. Omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eáque eſt & in ipſis rebus obſcuritas.

Obſtructio, Verbale {ἐμφρακτικὸς.} Cicer. pro Sextio, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus regebantur. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita vt curioſis oculis perſpici non poſſit.
Obſtructionem pororum vel meatuum in corpore humano vocãt medici occluſionem, quæ fit ab humoribus circa ipſos poros, vt ſpiritus liberum exitum habere non poſſint.

Obſtupeo, obſtupes, pen. corr. obſtupui {ἐκπλήσσομαι} obſtupêre, Idem quod Stupere: quod etiam Obſtupeſcere dicitur. Terent. Adelph. 4, 4, Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit.
Sic obſtupuerant, ſic terram intuebãtur, ſic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant, vt non iam ab aliis indicari, ſed ipſi à ſe videren tur. Cic. 3. in Catil.
Animi obſtupuere. Virg. 2. Æneid.
Aſpectu primo obſtupuit. Virg. 1. Æneid.
Obſtupuit viſu Æneas. Virg. 5. Æneid.

Obſtupeſco, obſtupeſcis, obſtupui {ἐκπλήσσομαι} obſtupéſcere, Idem. Cic. pro Marcello, Obſtupeſcent poſteri certè imperia, prouincias, Rhenum, &c.
Aſpectu alicuius. Cic. 2. de Diuinat.

Obſtupidus, pen. corr. Adiectiuum {ἐκπλικτικὸς, ἀποβλητικὸς.} Plaut. Mil. 18, Quid aſtitiſti obſtupida? cur non pulſas? Gell. lib. 5. cap. 1, Conſiliſſe vniuerſos, quaſi attonitos, & obſtupidos. Hoc eſt propemodum ſtupidos factos præ metu.

Obſtupefacio, obſtupefacis, penult. corr. obſtupefeci, obſtupefactum {ἐκπλήσσω} obſtupefácere, Animo cõſternare, & ſtupidos ſenſus reddere. Terentius Phorm. 2. 1,
-poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidem obſtupefecit pudor. Cic. in Catil. Non obſtupefactus ac perterritus.

Obſtum, obes, obfui {ἐνάντιός} obeſſe, Nocere. Plaut. Amphit. 10, Factum id Amphitruoni obfuit. Cic. 4. Acad. An in eo authoritas nihil obeſt
Obeſſe & Prodeſſe, contraria, Cicero 1. de Orat. Fuit mirificus quidam in Craſſo pudor, qui tamen non modò non obeſſet eius oratoni, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet.
Adiumento eſſe, & Obeſſe, contraria. Author ad Heren. lib. 4, Deinde ſubiicimus id quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum ſit, aut obfuturum è contrario.
Gloria multis obfuit. Ouid. 11. Metam.
Lingua obfuit authori. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.

Obſuo, obſuis, obſui, obſutum, pen. prod. obſúere, Circũ ſuere. Ouid. 2. Faſt. in Feralium mentione,
Quódque pice aſtringit, quod acu traiecit ahena,
Obſutum mentra torret in igne caput.

Obſurdeſco, obſurdeſcis, obſurdui {κωφόομαι} obſurdéſcere, Surdum fieri. Cic. in Somnio, Hoc ſonitu completæ aures hominum obſurduerunt.
¶Obſurdeſcere, Nolle audire. Cic. de Amicitia, Sed quum tot ſignis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid deſideret: obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monentur, audimus.

Obtego, obtegis, pen. corr. obtexi, obtectum {κατακρύπτω} obtégere, Tegere, & cum diligentia operire. Cato cap. 40, Inſuper lingua bubula obtegito, ſi pluat.
Obtegere ſe corpore alicuius. Cicero pro Sextio, Pulſus è Roſtris in comitio iacuit, ſéque ſeruorum & libertorum corporibus obtexit. De Qu. fratre.
Vetuſtas obtegitur denſa caligine. Silius lib. 8.
Errata, vel turpitudinem adoleſcentiæ obtegere. Plaut. Trinum. 10. Cic. in Vatinium, Haber hoc præmium tua indiguitas, vt adoleſcentiæ

ſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur.
Diſſimulare & obtegere, pro Celare. Cic. Att. libro 1. 13, Quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam.
Obtegens ſui. Tacit. lib. 4.
Domus obtecta arboribus. Virg. 2. Æneid.

Obtempero, obtemperas, penultima corr. {ἀφορσύνωπειθέω} obtemperáre, Morem gerere. Cic. Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquam filius patri.
Obedire vel obtemperare alicui ad verba. Cic. pro Cecin. Denique imperium domeſticum nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris cõceſſerimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent.
Imperio alicuius. Cæſar 4. bell. Gall.
Iuſſis magiſtri. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5.
Cupiditati alterius. Cic. pro Quintio.
Rationi obtemperare. Varr. de Ling. Lat. lib. 8.
Sibi obtemperare, & decretis ſuis parére. Cic. 2. Tuſcul.
Te audi, tibi obtempera. Cic. Curioni, lib. 2. 6.

Obtemperatio, Verbale {ὑπακοὴ.} Cic. 1. de Legibus, Quod ſi iuſtitia eſt obtemperatio, ſcriptis legibus inſtitutíſque populorum, &c.

Obtendo, obtendis, obtendi, obtenſum & obtentum {προβάλλω, σκεπάζω} obténdere, vel Tegere, vel Contra tendere ſignificat: vt Obtendere velum ante lectum, hoc eſt Diſtendere vel extẽdere. Suetonius in Nerone. Plin. lib. 11. cap. 37, Omnibus membrana vitri modo tranſlucida obtenditur.
Antilibanus obtenditur. Plin. lib. 5. cap. 20.
Inuolucris tegere, & obtendere velis. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1, Multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuerſuiuſque natura: frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimé. Virg. 10. Æneidos,
Tu potes Æneam manibus ſubducere Graiũm,
Próque viro nebulam, & ventos obtendere inanes.
Rationem turpitudini obtendere, Velle turpe factum ratione excuſare. hoc eſt Turpitudinem ratione operire. Plinius iunior libro 6. epiſt. 8.

Obtentus {σκεπαζόμενος} Participium. Virg. 1. Georgicorum,
-& obtenta denſantur nocte tenebræ. Id eſt obducta, ait Seruius.
-& obtenta denſantur nocte tenebræ. Id eſt obducta, ait Seruius.

Obtentus, huius obtentus {σκέπασμα} pro Extenſione. Virg. 11. Æneid.
Extructóſque toros obtentu frondis inumbrant.
¶Obtentus, Prætextus. Gell. libro 10. cap. 22, Qui obtentu philoſophiæ nominis inutile otium, & linguæ vitæque tenebras ſequuntur. Liu. 1. ab Vrbe.
Paupertatis obtentu non excuſantur. Paulus in l. Ab his oneribus. D. De vacat. & excuſat. munet.
Sub obtẽtu æris alieni. Vlpian. in l. Magis. §. non paſſim. D. De reb. eor. qui ſub, &c. Non paſſim ſub obtentu æris alieni permitti debuit venditio.
Obtentui eſſe. Salluſt. in Oratione Lepidi ad Pop. Rom. Quia ſecundæ res mirè ſunt vitiis obtentui.

Obtento, obtentas, Vide OBTINEO.

Obtero, obteris, pen. corr. obtriui, obtritum, pen. prod. {κατατρίβω, κατατρύπω} obtérere, Conterere, Suffocare. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1, Vt purè & molliter ſtent, videndum, & ne obterantur.
Eques obtriuit pabula. Lucan. lib. 6.
Hoſtem obtere. Lucan. lib. 7.
Artem. Cic. 1. de Diuinatione,
Inter ſe ſtrepere apertéque artem obterere, extiſpicium
Soluere imperat. Ex poeta.
Calumniam obterere atque contundere. Cic. pro Cecinna, Imò vt viro forti ac ſapienti dignum fuit, ita calumniam ſtultitiámque obtriuit atque contudit.
Iura obterere. Liu. 3. ab Vrbe.
Laudes maiorum. Cic. Antè quàm iret in exilium.
Maieſtatem Populi Romani ſeneſcentem. Liu. 3. bel. Pun.
Militem verbis. Liu. 4. bel. Pun.
Plauſtrum obtriuit puerum. Alfenus in l. Si plagis. §. in cliuo. D. ad leg. Aquil.
Proſternere atque obterere obtrectationes & inuidias maleuolorum. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9.
Vis quædam obterit res humanas. Lucret. lib. 5.
Veſtigia. Plinius libro 22. capite ſexto, Ne neglectu veſtigia obterant.
¶Obterere, Idem quod Detrahẽdo minuere. Curtius lib. 8, Silentiũ tum habuere ſeniores, donec Philippi res orſus obterere, nobilem apud Cheroneam victoriam ſui operis fuiſſe iactauit.
¶Obteri, Paſſiuum. Cic. 7. Verr. Ne patiamini talem imperatorem Populo Rom. Siculorum teſtimoniis eripi, néve obteri laudem imperatoriam etiminibus auaritiæ velitis.
Religio pedibus obteritur. Lucret. lib. 1.
¶Obterere, Tundere in mortario. Colum. lib. 6. cap. 4, Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent.

Obtritus, pen. prod. Participium {κατατετριμμένος.} Cic. 2. de Oratore, Quod quum humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoſcere vllo modo, Simonides dicitur, &c.
Pondere terræ obtritus. Lucret. lib. 3.
Oſſa obtrita. Lucan. lib. 3.
Obtritus vehiculo. Vlpian. in l. Si pecuniam. §. vlt. D. De condict. cauſ. data, &c.

Obtritus, huius obtritus, pen. prod. {κατατρίπτης.} Plin. libro 18. cap. 28, Ne herbæ vellantur, obtritúque heberentur.

Obteſtor, obteſtaris {ἐξορκίζω, κατάω} obteſtári, Eſt (inquit Donatus) precari, Cum mentione earum rerum per quas petimus. Virgilius 10. Æneidos,
-per cuerſæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obteſtor. Terent. And. 1. 5,
Per tuam fidem, pérque huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges.
Obteſtari deos. Cic. 7. Verr. Cæteros item deos, deáſque omnes imploro atque obteſtor, &c.
Orare & obteſtari pro. Cicero ad Domitium, libro ſexto, 22, Oro, obteſtórque te pro vetere noſtra coniunctione ac neceſſitudine, &c.
¶Obteſtari, Orare aliquando ſignificat, ſiue adiuratione. Cic. pro M. Cælio, Quare oro, obteſtórque vos Iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius abſolutus ſit, &c.
Obteſtatus fidem veſtram, miſericordiámque implorat. Cicero pro Murena.
Oro obteſtórque te vt Quintum fratrem ames. Cicero ad Atticũ, libro 3. 65.
Precibus omnibus orare & obteſtari. Cicero Attico, lib 9.
Implorans obteſtatur. Plancus ad Ciceronem, libro 10 18, Poſt diſceſſum legatorum quum binis continuis literis & Lepidus me, vt venirem rogaret, & Laterenſis multo etiam magis propè implorans obteſtaretur, non vllam, &c.

Obteſtatio, Verbale {ἐξορκισμός.} Cicero ad Memmium, libro 3. 13, Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, veſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit. Idem pro Cornel. Balbo, Sanctiones ſarandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, &c.

Obtexo, obtexis, obtexui, obtextum {περιβάλλω} obtéxere, Circum texere. Plin. lib. 11. cap. 19, Filis etiam araneoſa, quacunque inceſſit, alarum maximè lanugine obtexit.
Domum obtexere. Plaut. Moſtel. 3,
Poſt illa obtexere eam negligens fui.
Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra. Statius 2. Achill.
Cælum obtexitur vmbra. Virg. 11. Æneid.

Obthuro obthuras, pen. prod. {βύω, ἐμβύω, στόω, φιμόω, φράττω} Occludo. Horat. 2. epiſt. 2, Obthurem parulas impunè legentibus aures. Feſtus, Obthurare ex Græco trahitur, ab eo quod illi oſtia dicunt θύρας. Cicero de Fato, Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes & obthuratas eſſe dicebat.

Othuramentum {φραγμὸς} Quo aliquid obthuratur. Plinius libro 16. capite 8, de cortice ſuberis, Viſus eius cadorum obthuramentis.
Obthuramentum ſtagni. Plin. lib. 33. cap. 4.

Obticeo, obtices, penultima correpta, obticui {βατταγίζω} obticére, Tacere. Terentius Eunucho, 5. 1, Virgo concilſa veſte lacrymans obticet. Martialis libr. 10. 17,
Et queritur nugas obticuiſſe meas.
Chorus turpiter obticuit. Horat. de Arte.

Obticentia, obticentiæ {ἀποσιώπησις.} Quintilianus libro 9. capite 2, ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nõnulli interruptionem appellaut, & ipſa oſtendit affectus.

Obtineo, obtines, penultima correpta, obtinui, obtentum {ἐπέχω, κρατέω} obtinére, Imperrare, aſſequi, habere. Cicero ad Atticum, libro 16, Id tu nos obtinuiſſe nomodò facilè patiare, ſed etiã gaudeca.
Obtinuit vt. Liu. 5 bel. Maced. Is obtinuit vt præferretur eandidato, quem Africanus frater ducebat.
Obtinere de. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6, Leuiſſimè enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.
Obtinere & Repelli, contraria. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5, Nec ſiquid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur.
Perſeueranter obtinere, Vide PERSEVERO.
¶Academiã Carneades & Clitomachus obtinebant. Hoc eſt velut regnabant in Academia. Cic. 1. de Orat.
Admirationem obtinere, In admiratione eſſe. Plinius libro 34. cap. 2.
Ætatem. Plaut. Ciſtel. 2.
Artem. Plaut. Milit. 5.
Cauſam obtinere. quod & Vincere cauſam dicimus. Cicero Att. libro ſeptimo, Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. De Pompeio.
Dignitatem obtinere, pro Retinere & conſeruare. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 11, Vt ſi iſtic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium.
Obtinuit exiſtimari bonus vir. Cicero 2. de Finibus, Certè mallet obtinere exiſtimari bonus vir, vt non ſit, quàm eſſe vt non putetur.
Fama obtinet. Liu. 1. bell. Pun.
Firmitudinem animi obtinere, Conſtanti animo eſſe. Plautus Aſinar. 7.
Fortunas. Cic. Marcello, lib. 4. 7.
Obtinere ſummum atque altiſſimum gradum ciuitatis. Cicero ad Lentulum, libro 1. 7, Non dubito quin adeptus, intelligas te facillimè poſſe obtinere ſummum atque altiſſimum gradum ciuitatis.
Grauitatem. Cicero pro Quintio, Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, vt ſi veritatem volent retinere, grauitatem poſſint obtinere.
Humanitatem alicuius erga ſe. Cicero Figulo, lib. 4. 13, Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem.
Ius. Cicero 7. Verr. Hæc autem apud te cognationis, fidelitatis, vetuſtatis, authoritatis, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honeſtiſſimi atque innocentiſſimi ciuis mortem & ſanguinem deprecaretur. Id eſt, non tantum potuit.
Ius ſuum contra aliquos. Cic. pro Quintio.
Obtinere ius ſuum, vel Retinere non poſſe, dicebant veteres eum, quem nunc *iuſtitiam habere vel conſequi non poſſe* dicimus. Cicero 3. Verrina, Hic Philodamus poſtea quàm ius ſuum obtinere non potuit, vt humanitatem, conſuetudinémque ſuam retineret, laborabat. Ex Budæo.
Iure obtinere. Cic. 3. Offic. At cui regno? Quod à Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.

Lenitatem per se.Cic.pro Ligario.
Licentiam cupiditatum suarum.Cic.Att.lib.10.
Litem obtinere & Amittere, contraria. Cicero pro Rosc. Comœdo,Ad iudicium hoc modo venimus,vt totam litem aut obtinea mus,aut amittamus.
Locum infimum seruitutis obtinere. Cic.in Parad.In ciuitate,qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius seruitutis locum penè infimum obtinent. Id est minimi æstimantur.
Tertium locum Milesiæ oues obtinent. Plinius libro octauo, capite 48.
Locum criminis.Cic.pro Domo.Tum amplissimis omniũ iudiciis restituto, meledicti locum aut criminis obtinebit? Hoc est, an hoc illi verterur crimini?
Locum prouerbij. Cic.4.Tusculan. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nunquam vulgatum esset, vt iam prouerbij locum obtineret,Hominem frugi omnia rectè facere.
Obtiner magnum locum in medicaminibus hæc herba. Plin.lib. 14.cap.1.
Obtinere secundum locum.Plin.lib.12.cap.23.
Principem locum.Cæs.1.bell.Gall.
Mendacium.Cic.pro Quintio, Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum authoritas adiuuat.
¶Necessitudinem obtinere & conseruare. Cic.Qu.frat.lib.1.epist. 1,Aliis de quibus optimè tu meritus es,& qui tibi omnia debent,hoc peras, vt facilitate sua, nos eam necessitudinem quæ est nobis cum publicanis,obtinere & conseruare patiantur. Obtinere, Id est retinere,tenere,tueri,& (quod ipse dicit) conseruare.
Nobilitatem.Plin.lib.13.cap.4.
Noctem obtinuit caligo.Liu.9.bel.Pun.
Nomen patriæ.Plin.lib.15.cap.18.
Nomen sapientiæ.Cic.4.Acad.
Noxiam veneni.Plin.lib.20.cap.13.
Numerum obtinere iure cæsorum.Cicero 2.Offic.At eius filij nec probantur bonis,& mortui numerum obtinent iure cæsorum. Hoc est, Numerantur inter eos qui iure occisi sunt. De Gracchis loquitur.
Opinionem,Vide OPINIO.
Ordinem suum.Colum.lib 3.cap.16.
Partes accusatoris.Cic.pro Quintio,Quum præsertim Q.Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus.
Primatum apud regem.Plin.lib.24.cap.17.
Principatum.Plin.lib.9.cap.18.
Principatum obtinere in.Cæsar 1.bell.Gall. Qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebat.
Principatum obtinere,de inanimatis.Plin.lib.14.cap.2.
Prouinciam obtinere,Id est habere prouincię gubernationem,vel regimen quod vocant, ad tempus, vt Proconsul, aut Prætor, vel vt Quæstor. Cic.5.Verr. Iam antea in sella sedens Prætor,quum prouinciam Siciliam obtineret.
Hispaniam cum imperio. Cic.ad Lętulum,lib.1.9,Postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres,neque Respub. Consules haberet,sed mercatores prouinciarum,& seditionum seruos ac ministros.
Rationem.Plin.lib.17.cap.2. Terent.Adelph.5.3,
-eandem illam rationem antiquam obtine:
Consenu,quære,parce.
Regnum in Sequanis obtinere,hoc est Sequanis dominari. Cæs.1. bell.Gall.
Religionem suam.Cic.ad Atticum,lib.1.12,Quare & illa quæ violata expiabuntur,& hęc quæ sunt sanctissimè conseruata,religionem suam obtinebunt.
Sententias contrarias.Cic.4.de Finib.Hoc vno vitio maximè mihi premi videntur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sententias obtinere.
Apud aliquem suauitatem filij.Cic.pro Sylla.
Venustatem antiquam.Terent.Heeyr.5.4.
Vicem.Plin.lib.11.cap.3.
Vim obtinere diuinam dicitur lex naturalis. Cic.1.de Nat.deorũ, Zeno naturalem legem vim diuinam esse censet, eámque vim obtinere recta imperantem,prohibentémque contraria.
Vim medicamenti obtinet.Plin.lib.11.cap.42.
Vitam & famam per aliquem.Cic.pro Rosc.Amer. Quod tametsi miserum & indignũ est,ferent tamen æquo animo,Iudices, si per vos vitam poterit obtinere.
Vrbem aliquam armis.Liu.10.bel.Pun.
¶Obtinere.pro Occupare.Plin.lib.12.cap.1,Arbor agros lõgis obtinens vmbris.
Obtinuit.pro Inualuit.Vlpian.in l.1.D.De offic. Quæst.Hodie obtinuit indiffer-enter Quæstores creari,tam patricios,quàm plebeios.
Consuetudo obtinuit. Vlpian.in l.Si in aliquam.D. De offic.Proconsl. Et feriæ secundum mores & consuetudinem, quæ retrò obtinuit,dare.
¶Obtinetur,penul.prod.Impersonale. Cic.ad Attic.lib.11,Nam si perseuerant,& obtinetur,quid nobis futurum sit vides. Alia exemplaria legunt obtinent.

Obtento,obtentas {ἐπιχρωμαι} obtentâre,Frequentatiuum. Cic.Att.lib. 9.epist.12,Er tamen spes quædam me obtentabat,fore vt aliquid cõueniret potius,quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Obtingit,obtingẽbat,obtigit, pen.corr. {συμβαίνει} obtíngere, Euenire.Non nisi in certis personis legitur.
Obtingit prouincia,Quum sortito prouincia regenda alicui committitur.Cic 3.Verr.Quæstor ex Senatusconsulto prouinciam sortitus es: obtigit tibi Consularis.
Obtigit.Plaut.Ruden.20, Tibi obtigit quod pluimi exoptant si-

bi. Cicer.1.Offic.Ex quo quia suum cuiusque sit eorum,quæ natura fuerant communia,quod cuique obtigit,id quisque teneat.
Obtigit dies mihi aduersus.Plaut.Menæch.20.
Discordia mihi tecum.Horat.Epod.4.
Occasio.Plaut.Rud.22.
Obtigit tibi ex sententia.Terent.Heaut.4.3.
Præter spem.Terent.Phorm.2.1.
Obtigit de. Plautus Rudente,26, Eloquere vt hæc res obtigit de filia.

Obtorpeo,obtorpes,obtorpui {καταβαλλω} obtorpêre,A quo Obtorpesco,obtorpescis,obtorpescere,Valde torpidum fieri,& torpore quodam ita affici, vel propter metum, vel alia quauis ratione, vt omnino imbecilliores simus. Curtius lib.10, Quis crederet sæuã pauIo antè concionem obtorpuisse subito metu?
Subiectus miseriis obtorpui.Cic.3.Tusc. Ex poeta.
Squamæ obtorpuere.Plin.lib.8.cap.27.
Manus obtorpuit.Cic.pro Domo.

Obtorqueo, obtorques, obtorsi, obtortum {συστρέφω} obtorquêre, Valde vel vehementer torquere. Plin. de Viris illustribus, Consuli legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis efflueret è naribus. De Marco Liuio Drusо loquitur.
Proram obtorquet in vndas.Stat.5.Sylu.1.
Gulam obtorquere. Cicero 6.Verr.Quem obtorta gula de conIuio in vincula,atque in tenebras abripi iussit.

Obtortus,Particip. {σύστροφος} vt Obtorti auri flexilis circulus.Virg.5. Æneid.

Obtrecto,obtrectas {διαύειν} obtrectâre, Ex ob & tracto compositum, significat. vt ait Festus,Contra alienam sentẽtiam tractare,seu Maledicere. Erasmus. Obtrectat qui obloquitur,qui malè prædicat de alio: detrahit,qui minuit laudem alicuius. Cic.3.Tusculan.Nam & inuidere,ægritudinis est,& æmulari,& obtrectare.
Obtrectarunt inter se Aristides & Themistocles. Æmylius Probus in Aristide.
Obtrectare legi. Cic.pro Lege Manilia, Vt hoc vos intelligatis, à nullo istorum qui huic obtrectant legi atque causæ,L. Luculluм similiter ex hoc loco esse laudatum.
Obtrectare laudibus alterius.Liu 8.ab Vrbe.
Obtrectare aliquid, pro Culpare & damnare. Plin.lib.9.cap.35,de Cleopatra,Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix lauritiam eius omnem,apparatúmque obtrectans.
Obtrectare laudes.Liu.lib.5.Decad.5.

Obtrectatur,Impersonale {διαυέμεται} Cic.Attico,lib.3, Si obtrectabitur,vtar authoritate Senatus.

Obtrectans,Particip. {διαυέων} vt
Inuida obtrectans.Silius lib.16.
Æmulantis est, angi alieno bono quod ipse non habeat. Obtrectantis autem,angi alieno bono quod id etiam alius habeat. Cic.4. Tusc.

Obtrectatio,Verbale {διαυγμός} Cic.4.Tusc. Obtrectatio autem est ea quam intelligi volumus,ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipse concupierit.
Domestica ex obtrectatione & ciuilibus studiis inimicus. Cicero pro Fonteio.
Obtrectatione & maleuolentia liberatum iudicium. Cic.Qu.frat. libro 1.1.
Obtrectatio inuidiæ.Cic.de Claris Orator.Tantum abest ab obtrectatione inuidiæ.
Obtrectatio laudis,Detractio.Cæsar 1.bell.Ciuil.
Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. Tacitus libro 17.
Habere obtrectationem.Plane.Cic.Fam.10.
Inuidia atque obtrectatione impediri.Cic.1.de Inuent.
Maleuolentissimis obtrectationibus de vetere aliqua diuturnáque sententia depelli.Cic.1.entulo,lib.17.

Obtrectator,pen.prod. {διαυγτής} Verbale masc.Detractor.Cic.de Claris Orat.Dolebámque quòd non,vt plerique putabant,aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & cõfortem glorioси laboris amiseram.
Obtrectator beneficij. Cicero pro Flacco, Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator,aut virtutis hostis,aut laudis inuidus exitisset.
Inuidi & obtrectatores.Cicero Lentulo,libro 1.4, Hæc tamen opinio est Populi Romani, à cuis inuidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis,non tam vt te impedirent,&c.
Obtrectatores & aduersarij.Cic de Aruſp.respon. Reliqua iã præcipitantis Tribunatus,etiam post Tribunatum obtrectatores eorum atque aduersarij defenderunt.
Dominatione obtrectatorum,potentissimo inimico,infidelibus amicis, pluribus inuidis quid sperem? Cicero Quinto fratri, libro 1.4
Communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerũt. Cic. pro Planeio.
Inuenire obtrectatores, Vide INVENIO.
Sermoni obtrectatorum locum non relinquere. Cicero pro Flacco.
Studiorum suorum obtrectatorem tollere. Cicero pro Fonteio.

Obtrectatus,huius obtrectatus,pen.prod. {διάυγμα} Idem quod Obtrectatio. Gell.lib.20.cap.vlt. Æquum esse puto vt sine vano obtrectatu considerent.

Obtritus, Vide OBTERO.

Obtrudo,obtrudis,obtrusi,obtrusum, pen.prod. {ὠθίζω,ὠθίζομαι} obtrúdere,Idem quod Trudere.Plaut.Menæch.12, Iámne abiit intro? abiit, obtrudit fores.
Obtrudere, Quasi inuito & renuẽti offerre & dare.Plaut.Curcul.7, Aliquid prius obtrudamus, pernam,sumen,glandium,&c. vt statis consilia

consilia suppetant.
Obtrudere vxorem,Inuito & nolenti dare.Terent.And.1.5. Donatus. Idẽ Heey.3.1. Tamen nunquam ausus sum recusare,eam quam mihi obtrudit pater.
Obtrudere monimenta.Cic.6.Verr. Tu isti aderis,qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed fundirus sustulit ac deleuit? Quo in loco fortassis legendum est obstruxit,vel obruit, vt sensus constet.

Obtrusus,pen. prod. Participium {ὠσθεὶς.} Cic.de Claris Orator.Quo magis expurgandus est sermo,& adhibẽda quàm obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

Obtrunco, obtruncas {καταπέλω, μαχαίζω} obtruncâre, Capite cædere,& Occidere quomodocunque. Liu.1.ab Vrbe,Regem in prælio obtruncat & spoliat. Sic Cic.3.de Natura deorum, Puerum interea obtruncat. Ex quodam poeta.
Incautum excipit,patriásque obtruncat ad aras. Virg.3.Æneid.

Obtruncatio,Verbale {καταπαπή.} Columella libro 4.cap.29, Quod cum & obtruncatione vitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri.

Obtundo,obtundis,obtudi,pen.corr.obtusum, pen.prod vel obtunsum {ἀμβλύνω,ἀμβλύσκω, καταμβύω, πιέζω} obtúndere, Circum percutere,tundere. Firmicus lib.5.cap.5,Qui sæpius aliquo dolore perculsi,& caput plangant,& pectora pugnis obtundant.
¶Obtundere.Crassum hebésque facere,vel hebetare, & cuspidem adimere.Columel.lib.4.cap 24,Obtusa, hebésque & mollis falx putatorem moratur, eóque minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori. Virg.1.Georgicorum,
durum procudit aratot
Vomeris obtusi dentem. Vbi Seruius, Obtusi, reuerberati & acumine carentis.
Aciem oculorum obtundere. Plin.lib.22.cap.25.
Eleuare & obtundere ægritudinem. Cic.3.Tusc. Nihil est quod tam obrundat eleuérque ægritudinem, quàm perpetua in vita cogitatio.
Auditum.Cic.in Orat.Ne breuitas defraudasse aures videatur,néue longitudo obtudisse. Subaudi,aures, vel auditum.
Acuere & Obtundere ingenia, contraria.Cic.3.de Orat.Non quo (vt nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentum nollem, sed contrà ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.
Mentem obtundere, cui opponitur Acuere mentem. Cic.1.Tusc. Multa è corpore existunt,quæ acuant mẽtem,multa que obtundant. Virgil.1.Æneid. Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. Vbi Seruius,Obtusa,non stulta,sed crudelia.
Vocem obtundere. Cic 2.de Orat.Vt quum patrono malo, quum vocem in dicendo obtudisset,suadebat Granius,vt mulsum frigidum biberet,&c.
Vox obtunditur,atque aures confusa penetrat.Lucret.lib.4.
¶Obtundere, Sæpius repetendo eadem inculcare. Terent.Heaut. 4.1, Desine deos vxor gratulando obtundere. Idem Adelph.1.2, Auscultа: ne me obtundas de hac re sæpius. Tractum à fabris,qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo:& idem obtundunt & hebetant.
Diutius aures aliquorum non obtundere.Cic 6.Verr.
Obtusæ criminatione aures, & Vacuæ, contraria. Cic.Antequam iret in exil. Æqui auditores adhibebuntur: aures non obtusæ criminatione,sed vacuæ præbebuntur.
Obtundere aliquem longis epistolis. Cic.Attico, lib.8, Ego si somnum capere possem,tam longis epistolis te non obtunderem.

Obtusus,pen.prod.Participium {ἀμβλυωθείς.} Plin.lib.18.cap.35,Cornua lunæ obtusa.
Obtusus animi vigor.Liu.5.ab Vrbe.
Obtusus pugnis Plaut.Amphit.7.

Obtusus {καταμβλυωτὸς} Nomen ex participio. Cic.de Senect. Nónne vobis videtur animus is,qui plus cernat, & longius videre se ad meliora proficiscí?Ille autem cuius obtusior sit acies,non videre?
Acies obtusa stellis. Virg.1.Georg. Hoc est,splendor parũ perspicuus,sed subobscurus & caliginosus, vt quum nubecula interiicitur, quæ conspectum illarũ impediat. Sabinus sic:acies,aspectus:obtusa, tenebrosus.Cui opponitur stellarũ aspectus purus,liquidus & clarus.
Acies oculorum obtusior,Vide ACIES.
Angulus obtusus.Lucret.lib 4.
Aures obtusæ,Id est surdæ.Stat.5.Sylu.1.
Cornua.Virg.1.Georg.
Vires obtusæ,Id est debilitatæ & fractæ.Lucret.lib.3.
Vsus obtusior.Virg.3.Georg.
Obtunsus etiam legitur, sed minus frequẽter & vsitatè. Plin.epist. 123.lib.7,ad Præsentem,Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acreis, acutósque miscerem, vt obtunsus illis, & ỏblitus stomachus,his excitaretur. Alia exemplaria habent obtusus. Plautus Casina,2.1, -obtunso ore nunc peruelim progredirí senem.

Obtuse,pen.prod. {ἀμβλέως} obtusius, obtusissimé. Cic.1.de Nat.deor. Totum aut etiam, aut non, negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

Obtueor,obtueris, penult.prod.obtutus sum,penult.prod. {προσβλέπω, προσορῶ} obtueri, Diligenter conspicere. Plautus Mostel. 10, At tu istac aduersum obtuẽre. Idem Amphit.10, Inimicos ausa sum semper obtuerier.

Obrutus,huius obtutus, pen.prod.masc.gen.{πρόσωψις} Aspectus. Cic. 3.de Orat. Qui vultum eius quum ei dicendum esset, obtutúmque oculorum in cogitando propè nosset.
Acris obtutus.Silius lib.17.
Continuus oculorum.Quintil.lib.1.cap.2.
Toruus.Silius lib.10.
Obtutu consurgit ab alto.Valer.7.Argon.
Effugit obrutum oculorum animus Cic.de Vniuers.
Visum fatigari continuo obtutu oculorum.Quintil.lib.1.cap.2.
Figere obtutum aliquó.Cic.2.de Nat.deor. Ex poeta.
Obtutu hæret defixus in vno.Virg.1.Æneid.
Tacito obtutu stetit.Virg.12.Æneid.
Ora defixa tenet obtutu.Virg.7.Æneid.
Quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernæ lumina videri. Cic.2.de Diuinat.

Obtuor,obtueris,pen.corr.obtuitus,penultima corr.vel obtutus sum {ἀμβλύνω}obtui,Idẽ. Aliquando à synonymo obtueor obtueri habet.

Obtuitus,huius obtuitus,pen.corr. {θεώμενος} Idem quod Obtutus.Cic. 1.Offic.Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione aut remissione supercilиorum Corrector exemplaria legunt Obtutu.

Obturbo,obturbas {διαπορέω} obturbâre, Ab omni parte turbâre, quod & Disturbare dicitur.Terent.And.5.4,Iráne verò obturbat.
Lenite & Obturbare,contraria.Cic.Attico,lib.12,Me scriptio & literæ non leniunt,sed obturbant.
Obturbare solitudinem alicuius.Cic.ad Attic.lib.12,Nec quicquã habeo tolerabilius, quàm solitudinem. Nam (quod eram veritus) non obturbauit Philippus: nam vt heri me salutauit, statim Romam profectus est.
¶Obturbatur, Impersonale.Plin.iun.lib.9.epist.13,Incipit respondere Veiento.nemo patitur. obturbatur,obstrepitur,adeò vt diceret, Rogo.p.c ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum.

Obturgesco,obturgescis, obturgéscere {διόγκομαι} Idem quod simplex Turgesco. Lucret.lib.6,
Obturgescit enim subitò pes,arripit acer Sæpe dolor dentes,&c.

Obturo,obturas {ἐπιβύω} Vide OBTHVRO.nã per h scribi debet.Varro 3. de Re rust.capite 16, Etiam paucæ extra ostium aluei obturant omnia.
Amorem edendi obturare. Lucret.lib.4, -atque patentem
Per membra ac venas vt amorem obturet edendi. Sic enim legendum esse contendit Lambinus.

Obtusus, Vide OBTVNDO.

Obtutus, Vide OBTVEOR.

Obuagio,obuagis,pen.prod.obuagiui, obuagitum {καταβαβάζω} obuagíre,Circum vagire. Plaut.Pœnul.2,
Néve esurientes hic quasi hœdi obuagiant. De infantibus.

Obuallo,obuallas {πάσσαλεύω} obuallâre,Circunuallare. Cic.de Lege agraria,Me longo interuallo propè memoria temporúmque nostrorum primum nouum hominem Cõsulem feci stis, & eum locũ quem nobilitas prædiuis firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat,me duce reseidistis.

Obuaricatores, dicebantur illi,qui cuipiam occurrebant, quò minus is iter conficeret, inquit Festus. Obuarico, obuaricas,verò, pen.corr.est Occurro,obsto,teste eodem.

Obuaro,obuaras {διασφάω} obuarâre,Peruertere,deprauare.Dictum à varis. Ennius Achille,Nam consiliis obuarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius.

OBVCVLA,Obuculæ,Oppidum vlterioris Hispaniæ, in conuentu Astigitano,cuius meminit Plin.lib.3 cap.1.

Obuenio,obuenis,pen.corr.obueni,pen.prod.obuentum {ἀπάντησις,ἀπάντημα} obuenire,Obuiam vel contrà venire. Plaut.Asin. 7. Cic.ad Atticum,lib.2,Sed eas eram daturus,vt putaram postridie ei qui mihi primus obuenisset.
¶Obuenire,pro Contingere quasi sortito.Cic.pro Cluent.Hoc est Q.Voconium cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat Iudices)quærere de veneno.
Sorte prouincia Sicilia Verri obuenit.Cic.4.Verr.
Obuenire, Quoquomodo contingere.Cic 2.Philip.Id igitur obuenit vitium,quod tu iam Calend.Ian.futurum esse præuideras.
Obuẽnit occasio.Curt.lib.8.
Obuenit hæreditas,vel Hæreditate obuenire aliquid dicimus,hoc est quod vulgò dicimus, *per successionem*. Varro de Re rust.libro 1. cap.12,Quid potero facere,si istiusmodi mihi fundus hæreditate obuenerit? Cic.Obuenientia bona homini ab alio conferuntur, vel aliunde deferuntur,obuenit hæreditas:philosophia homini non obuenit,sed eam sibi quisque quærere debet à seipso. Budæus.
Hæreditas ei obuenit.Author ad Heren.lib 4.

Obuentio,Verbale {πρόσοδος.} Vlpianus in l.Magis puto.§.Si pupillus.D. de Rebus eorum qui sub tutela & cura sunt, An pecuniam pupillus habeat,vel in numerato,vel in nominibus quæ conueniri possint,vel in fructibus conditis,vel etiam in redituum spe atque obuentionum.
Reditus & obuentiones.Vlpian.in l.1.§.Exercitorem.D.de Exercitoria actione, Exercitorem autem eum dicimus,ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt.

Obuerto,obuertis,obuerti, obuersum {ἀποστρέφω} obuértere, Contra vertere.Plautus Pseud.16, Ne in re secunda nunc mihi obuertit cornua. Cic.3.Tusc.Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Ex poeta.
Obuerrere ordines vel signa, In hostem vel contra hostes conuertere. Liu.7.bel.Pun.
Arcum obuertit in illum.Ouid.12.Metam.
Nauem obuertunt magno cum pondere nautæ.Cic.in Arato.
Proras obuertit pelago. Virg.6.Æneid. Nam longius erant progressuri ad agrum Laurentem.Nautę enim ad lictus appullam nauim in proram conuertebant, non solùm vt ad reditum & aliam nauigationem parati essent,verumetiam id sibi ominantes.Valer.Flaccus,
-atque illi dextra sine versa magistri
Protinus in proram rediit ratis omine certo. Ex Turnebo.
Terga obuertere alicui.Virg 2.Georg.
Obuersa Orienti gallina.Colum.lib 1.cap.3.
Obuersus sto,pro Aduersus. Plin.libro 9.capite 57,Contráque venantes refugere in suas cauernas, & in iis obuersos stare. De piscibus terrenis.

Obuersor,obuersatis {περιστρωμαι} obuersari,Deponens,frequenter adesse & versari. Plin.epist.16 lib 5, Sedebant iudices, Centumuiri venerant, obuersabantur aduocati,silentium longum.
¶Obuersari dicitur id quod ita animo apparet,vt adesse coràm vi-

deatur,& cerni. Cic.pro Sext.Sed mihi ante oculos obuersatur Reipub.dignitas,quæ me ad se rapit.

Veritas ipsa & grauis,& rectaratio nónne mihi obuersatur? Cic.4. Academic.

Obuersatur species in somnis.Liu.2.ab Vrbe.

Obuersatur animo. Cic.2. Tuscul. Obuersantur species honestæ animo.

Obuersatur oculis Claudianæ cladis memoria. Liu.5.bell.Maced.

Ante oculos obuersari.Lucret.lib 4.

Ante oculos exterminatoris sui obuersatur Respublica. Cic. pro Domo.

Obuersatio,Verbale {πραγματεία.} Cic.pro Murena, Mœstos amicos,obuersationes,testificationes,seductiones testium,secessionem subscriptorum animaduertebant.

Obuio,obuias {ἀπαντάω,ἀπαντάζομαι} obuiáre, Obuiam proficisci, vel obuium esse. Et per translationem pro Resistere. Salust.in Iugurtha, non ira procul ab initio, Tum primùm superbiæ nobilitatis obuiatum. Sed hic exemplaria castigatiora habent obuiam itum est. Macrob.lib.7.Saturn.cap.5,Ille diu hoc à se officium deprecatus,vbi tot impellentium procerum,quibus obuiandum non erat, hortatui succubuit,&c.

Obuius, Adiectiuum {ἀπάντημα} Quod alicui occurrit,& tanquam in via expositum est.vt Obuia arma ferre, Apud Virg.9.Æneid. Salust. Deinde omnes puberes,Numidas atque negotiatores promiscuè,vti quisque armatus fuerat,obuius interfecit.

Signa obuia signis.Lucan.lib.1.

Tute tibi obuius obstas.Lucret.lib.4.

Obuius & expositus homo,Qui omnes admittit, nec se difficilem præbet in colloquiis. Plin.iun.lib.1. epist.10, Est enim obuius & expositus,plenúsque humanitate.

Obuius tibi fum , Obuius tibi fio , & Obuium me tibi fero dicimus.

Obium se dare alicui.Liu.1.ab Vrbe.

Obuium esse.Cic.pro Cecina, Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris.

Obuiæ literæ.Cic.Attic.lib.6,Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ.

Obuia vrbs inimicis. Virgil.3.Æneid. Id est quæ nullum patiatur excidium.

Obuij è diuerso. Plin.lib.8.cap.50.

¶Nominatiuus positus,vt videtur,pro accusatiuo apud Virgilium 1.Æneid. Cui mater media sese tulit obuia sylua. Pro eo quod est, Tulit sese obuiam. Sic tamen ordinandum est, ne videatur solœcismus,Cui mater obuia tulit sese in media sylua.

Turba obuia mi venerat.Propert.lib.2.eleg.30.

Obuiam,Aduerbium {ἐπί.} Terent.Phorm.1.2,At ego obuiam conabar tibi Daue.

Accedere obuiam,Vide ACCEDO.

Effusi obuiam {εἰς ἀπάντησιν.} Liu.5.ab Vrbe, Aduentus quoque Dictatoris omnibus ordinibus obuiam effusis celebratior quàm vllus vnquam antea fuit.

Ire obuiam. Cic.pro Murena, Si mercede corrupti obuiam candidatis issent.

Obuiam ire periculis.Salust.in Iugurtha.

Obuiam ire conatibus. Cic.Antè quàm iret in exilium , Frequentes profectò talibus conatibus obuiã ire niteremur. Sic 3.Verr. Obuiam ire cupiditatibus.

Itio obuiam.Cic.Attic.lib.11.

Obuiam fieri.Cic.pro Milone,Obuiam sit ei Clodius expeditus in equo.

Mittere obuiam.Cic.ad Attic.lib.12,Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam.

Obsistere obuiam alicui,Vide OBSISTO.

Procedere. Cic.4.Verr.Heraclius ille & Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processerunt.

Prodire obuiam. Cic.pro Mur. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.

Properare alicui.Cic.Terentiæ,lib.14.5.

Obuia sentimus aranei fila.Lucret.lib.3.

Venire. Cic.ad Attic.lib.2 , Calendis Iunij eunti mihi Antium , & gladiatores M.Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus pater.

Obuiam esse,pro In promptu. Plautus Capt.10,Nec sycophantiis, nec fucis vllum mãtellum obuiam est. Idem Aulul.10, Quod te scio facilè abstinere posse , si nihil obuiam est. Id est , si nihil offenderis obuium.

Obuiam,pro Contra.Cic.Attic.lib.4,Huic obuiam Cato & Seruilius Prætor aperté.

OBVLCO,obulconis,Oppidum mediterraneum vlterioris Hispaniæ in conuentu Cordubensi,cuius meminit Plin.lib.3.cap.1.

Obumbro,obumbras {ἐπισκιάζω} obumbráre , Vmbris vndique obscurare.Virgil 12. Æneidos,

-obumbrant æthera telis. Curtius , Quippe obumbratus amnis presso in solum dilabitur alueo. Hoc est arboribus tectus , inquit Budæus.

Coma obumbrat humeros.Ouid.13.Metam.

Lucus obumbrat templum.Ouid.14.Metam.

Oleaster obumbrat vestibulum.Virg.4.Georg.

¶Obumbrare, Tueri,defendere,per translationẽ. Virg.11.Æneid. Et magnum reginæ nomen obumbrat. Subaudi , Turnum. Hoc est tuetur,defendit.& est translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginæ ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Seruius.

¶Obumbrare , Obscurare.Quintil.in Procem. lib.8, Nec gratiam consequuntur,& fidem amittũt, propter id quòd sensus obumbrant, & velut læto gramine sata strangulant. Budæus.

Crimen obumbrare sub imagine erroris.Ouid.3.de Ponto,3.

Error obumbrat etimen facti.Ouid.epist.16.

¶Obumbratur sapientia vino. Plin.libro 23.cap.1, Vinum ieiunos bibere , nouitio inuento inutilissimum est , curas vigorémque animi impedit,ad procinctum tendentibus , somno accommodatum ac securitatibus. Iámque dudum hoc fuit , quod Homerica illa Helena ante cibum miscebrauit. Sic quoque in prouerbiũ cessit, Sapientiam vino obumbrari. Quod Plinius citat , est apud Homerum Odysseæ quarto.

Obumbrare.cum datiuo, Plin.libro 17.cap.21,Meliórque ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat.assiduóque sole coquitur,& afflatum magis sentit.

Obuncus {ἐπικάμπτω} Adiectiuum, Valde vncus & incuruus. Virgil.6. Æneidos, -rostróque immanis vultur obunco, &c.

Morsus obuncus aquilæ.Claud.de bello Gildon.

Obundo,obundas {ἐπιχέω} obundãre,Ab vnda. Stat.1.Achill.

-latéque deæ Sperchios obundat

Obuius,& dulci vestigia circuit vnda.

Obuoluo,obuoluis,obuolui,obuolutum,pen.prod.{ἐπιστρέφω} obuoluere,Circumuoluere. Cic.in Orat.Si denique pictor ille venit,quum immolanda Iphigenia tristis Chalcas esset,mœstior Vlysses,mœreret Menelaus , obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imirari.

Obuoluitur & prætegatur folliculo os. Cic 2.de Inuent.

Obuoluta sanguine fax.Cic.1.de Diuinatione,

Adest,adest fax obuoluta sanguine atque incendio,

Multos annos latuit. Ex poeta.

Obuoluere vitium decoris verbis , pro Velare,obtegere. Horat.2. Serm.fatyr. 7.

Obustus,Adiectiuũ {κέκαυμαι} Circunustus:vt Sudes obusta.Ouid. 12.Metam.

Robur obustum.Silius lib.4.

O C

OCALEE.Bœotiæ ciuitas,teste Homero lib.2.Iliad.

Occa.occæ {ἐπικαπάνη} Instrumentum quo tracto,reptantéque super terram,ferreis aut ligneis dentibus,quibus instructum est,glebæ conterantur,& asperitatis superficies coæquatur,& semina cooperiuntur: quãuis & crastinus id sæpe fiat. Virg.1.Georg. Ab occido,siue occæco deductum. Col.lib.2.cap.18, Deinde vicinam proximam seminibus fœni feremus,tum glebas farculis retolnemus,& inducta occa coæquabimus. Exemplaria castigatiora habent,inducta crate,&c.

Occo, occas {ἐπικαπάνη} occãre , Glebam confringere & comminuere. Varro de Re rust lib.1 cap.31, Vineas nouellas fodere,aut arare,& postea occare,id est comminuere,ne sit gleba: quòd ita occidunt,occare dicunt. Cic.de Senect. Quæ quũ gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit,primùm id occatum(alij legunt,occæcatum)cohibet,ex quo occatio,quæ hoc efficit,nominata est.Colum.lib.2.cap. 10. Festus libro 13, Occare & occationem Verrius putat dictam ab occædendo,quòd cædant grandes globos terræ:quum Cicero venustissimè dicat ab occæcando fruges iactas. Nonius Marcellus: Occationẽ ab occæcatis seminibus,qua id efficitur,dici M. Tullius voluit de Senect. Deinde subdit locũ ipsum Ciceronis. Serenus apud eundem Nonium,sed alio in loco,Occatio,inquit,occæcat io est.

Villicus occat segetes.Horat.2.epist.2.

Sibi occare.Plaut.Merc.3.

Occatio, Verbale {ἐπικαπάνη.} Plin.lib.18.cap.20,Aratione per transuersum iterata occatio sequitur.

Occator, penultima prod.occatoris {ἐπικαπάνη} Aliud verbale. Plaut. Captiuis,12,

Sator,fartórque scelerum,& messor maximé?

T. Non occatorem dicere debebas prius?

Nam semper occant prius , quàm farriunt rustici. Columella libro 2.cap.13.

Occatorius , Adiectiuum {ἐπικαπάνη.} vt Occatoria opera , Quæ ad occationem pertinet.Colum.lib.2. cap.13.

Occæco , occæcas {τυφλόω} occæcãre , Cæcum facere. Occæcatur sol. Plaut.Menæch.4, -ô solem vides

Statim vt occæcatus est , præ huius corporis candoribus. Dicimus & obcæco , integra præpositione. Vide OBCAECO. Cic.3.de Orat. Tenebræ conduplicantur noctésque,& nimbum occæcat nigror. Ex Pacuuio.

Occæcare animum , per translationem. Liu.8.bel.Pun. Mors Scipionis falsò credita occæcabat animos.

Occæcati animi pauore.Liu 8.bel.Maced.

Occæcatus cupiditate.Cic.1.de Inuib.

Occalleo,occalles,occallui,occallére. Siue

Occallesco,occallescis{σοφίζομαι}occallésceere,Callum obducere dicuntur partes quæ obdurtescunt. Plaut.Asin.9,Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis. Ouid.14 Metam. Olíque rieum sensi pando occallescere rostro.Vide OBCALLEO.

Occallescere in odium.Senec.3.de Ira.

Longa patientia occallui. Plin.epist.39. Apud Plautum,Occalluit animus. Cic.Attic.lib.2,De Statio manumisso , & nonnullis aliis rebus angor equidem:sed iam prorsus occallui.

Occallarus , penult.prod. {σοφιστὴς} Qui callum obduxit.Senec.4. Nat. Quæst. Sed quid sentire possunt emortuæ fauces , & occallatæ curis ardentibus?

Occanere {κατᾴδω} pro Occinere. Tacit. libro 2, Tum Sentius occanere cornua , tubásque , & peti aggerem , erigi scalas iussit. Vide OCCINO.

Occasio , occasionis {καιρὸς,ἀφορμή} Est opportunitas temporis casu proueniens , inquit Festus. Cic.1.de Inuent. Occasio autem est pars temporis , habens in se aliquius rei idoneam faciendi , aut non faciendi opportunitatem. Idem 1.Offic. Tempus autem actionis opportunum , Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio.

Occasio & causa illius opprimendi fuit hæc. Cic.pro Mil.

Casus est in capiendo,locus,euentus,occasio.Cic.pro Flacco.

Factorum

Factorum occasio.Quintil.lib.8.cap.6.

Ampla,Vide AMPLVS.

Breuis,Vide BREVIS.

Commoda & idonea. Author ad Heren.lib.4.

Insperata,Vide INSPERANS.

Rara.Quintil.lib.3.cap.7.

¶Admota sceleris exequendi,In ADMOVEO.

Amittere occasionem.Cic.pro Cecin.

Amplecti.Plin.epist.13.lib.2.

Aperire,In APERIO.

Arripere,In ARRIPIO.

Capere.Plaut.Pseud.16.

Captare.Cic.de Aruſp.responſis.

Dare.Cic.7.Philipp.Qui familiarem iugularat,quid hic occasione data faciet inimico?

Dare alicui rei.Quintil.lib.1.cap.3.

Ne data quidem occasione illum repulimus.Cic.Attic.lib.7.

Tarditatem occasionis expectare.Cic.2.Philip.

Habere.Brutus Cic.4,Quòd si Antonius ab alio relictum regni instrumentum,occasionem regnandi habuit. Et Plancus Senatui, lib. 10.8,Si in eo mihi temperauissem , maiores occasiones ad opitulandum haberem.

Imminere occasioni,pro Captare occasionem.Curtius lib.5.

Ad alienæ petitionis occasionem interceptus honos. Cic.2.de Lege agrar.

Largiri occasionem,Vide LARGIOR.

Nactus calumniæ amplam occasionem.Cic.4.Verr.

Obuenit occasio,Vide OBVENIO.

Occurrere occasioni si potuisset , se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset. Brut.Cic.11.1.

Offerri occasionem. Tacit.lib.12.

Oblata.Cic.pro Lege Manil. Quorũ alter relictus , alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.

Opprimere,Vide OPPRIMO.

Ostentata occasio,Vide Ostento in OSTENDO.

Occasio parta.Plaut.Bacchid.15.

Præbere flagitiis.Quintil.lib.1.cap.2.

Tantæ laudis occasione aliquem priuare.Cic.pro Ligar.

Quærere occasiones.Senec.de Benefic.lib.3.cap.14.

Rapiamus occasionem de die.Horat.Epod.13.

Occasio est. Plaut. Pseud.5. Terent.Phorm.5.7,Summa eludendi occasio est mihi nunc senes.

Quantæ,quoties,quàm præclaræ occasiones fuerũt,si eum interficere voluisset.Cic.pro Mil.

Si fuerit occasio,manu: sin minus,locis nos defendemus. Cic.Attic.lib.5.

Tenere,Optare,& Omittere occasionem, contraria. Cic.1.de Legib.Teneo quam optabam occasionem,neque omittam.

Oblatam tenere.Cic.3.Philip.

Occasio venit.Plaut.Trin.13.

Occasio visa.Cic.3.Verr. Simulac primùm ei occasio visa est , &c. prouinciam deseruit.

¶Occasio in aggrediendo,conficiendóq; negotio,præcipuũ habet momentũ: vt non sine causa veteres videantur cã diuinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus , appellatúrque καιρός. Eius simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas. Volubili rotæ pennatis insistens pedibus , vertigine quamcitatissima semet in orbem circumagit , priore capitis parte capillis hirsuta,posteriore glabra,vt illa facilè prehendi queat,hac nequaquam. Vnde dictum est , Occasionem arripere. Ad quod eruditè simul & eleganter allusit quisquis is fuit,qui versiculum hunc conscripsit , Frõte capillata,post hæc occasio calua. Ex Erasmo. Extat Ausonij nobile epigramma in simulacrum Occasionis & Pœnitentiæ,quod visum est hic apponere ob earminis elegantiam,

Cuius opus?Phidiæ,qui signum Pallados,cius
Quisque Iouem fecit:tertia palma ego fum.
Sum dea,quæ rara,& paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis?stare loco nequeo.
Quid talaria habes?volueris sum:Mercuriúsque
Fortunare solet:tardo ego quum volui.
Crine tegis faciem. cognosci nolo. Sed heus tu
Occipite es caluo. ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. Die rogo,quæ sis?
Sum dea,cui nomen nec Cicero ipse dedit:
Sum dea quæ facti,non factique exigo pœnas:
Nempe vt pœniteat,sic Metanœa vocor.
Tu modò die quid agat tecum? siquando volaui,
Hæc manet:hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas,dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

¶Occasio,pro Copia,teste Budæo.Colum.lib.8.cap.17,Id autẽ stagnum vel excidit ur in petra, cuius rarissima est occasio , vel in litore construitur opere signino. Plin.libro 16.cap.40,Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est.

Occasiuncula,occasiuncułæ,pen.corr.{διαφθείρω} Diminutiuum. Plaut. Trin.13, Nam nihil aurifero , nimis argutè obrepsisti meapse occasiuncula.

Occasus,Vide OCCIDO,occidis.

Occatio,Occator.Occatorius,Vide OCCO.

Occedo, occedis , pen.prod.occessi, occessum {προέρχομαι} occẽdere. Atiquum : Ex ob & cedo , significat Accedere. vt Occedere obuiam. Plautus Asin.8,Quisquis obuiam huic occesserit irato,vapulabit.

Occentassit, pro conuitium fecerit veteres dicebant , inquit Festus. Hinc illa 12.tab.lex,Si quis occentassit,siue carmẽ condidisset, quod infamiam faceret,flagitiúmve alteri precaretur.

Occepso{ἄρχομαι} Incepero,veteres dicebant, authore Nonio.Plaut.

Amphitryone,8, Ni ego illi puteo,si occepso,animam omnem intertraxero.

Occido,occidis,occidi,occisum, pen.prod. {κτείνω, κόπτω, ἀναιρέω, κατακόπτω, ἀποκτείνω, σφάζω} occídere,Ex ob & cædo compositum, Interficere quomodocunque. Terentius And.5.2,Si quicquam mentitum inueries;occidito.

Multos ferro,multos veneno homines occidere. Cicero pro Rosc. Amerino.

Virginiam filiam sua manu occidit Virginius. Cic.2.de Finib.

Non hominem occidi.Horat.1.epist.17.

Inermem occidere.Ouid.2.Fast.

Condere Rempublicam , & Occidere,contraria. Cic.pro Domo. Rempublicam condere vnius discessu,quàm omnium interitu occidere maluit.

Occidere pugnis.Terent.Adelph.4.2.

¶Occidere,Enecare,excruciare,tãtáque molestia afficere , vt quis occisus propè videatur. Terent.Phorm.4.3,Hei mihi Geta,occidisti me tuis fallaciis.

Legendo occidere aliquem.Horat.de Arte.

Occidis sæpe rogando.Horat.Epod.14.

Occisus,penult.prod Participium {ἀπόλλυμι.} Cic.1.in Catil.19,Vigilare non solùm ad insidiandum somno maritorum , verùm etiam bonis occisorum.

Nullo negotio occisus,Vide NEGOTIVM.

Occisa est hæc res,Id est desperata & perdita. Plaut.Menæch.11, Satin' sanus es?occisa est hæc res.

Occisissimus , penultima corr.{ἀπροσδοκήτως} Superlatiuum, quo vtitur Plautus in Casin.15, Occisissimus sum omnium qui viuunt , loricam induam.

Occisio,occisionis, Verbale {φόνος.} Cic.pro Cecin. Tu vim negabis esse factam,si cædes & occisio facta non erit?

Occisione occidere. Cic.14.Philip. Quum Aulus Hircius Consul Imperator prælio audito & cognito , fortissimo , præstantissimóque animo exercitum castris eduxerit,impetúmq; in M.Antonium exercitúmque hostium fecerit , eiúsque copias occisione occiderit , suo exercitu ita incolumi,vt ne vnum quidem militem desyderauerit.

Occidio,occidionis {ἀναίρεσις} Cædes, siue mors. Colum.libro 4.capite 17, Nec ad occidionem vniuersum genus perduci patimur complurium annorum negligentia. Tacit.libro 12,Copiæ tum occidione occubuissent.

Occidione occidere. Liu.8.bel.Pun. Cic.ad Catonem,lib.15.4, Et à cohorte Prætoria , quæ erat Epiphanæ præfidij causa , occidione occisum.

Occido.occidis, occidi, pen.corr.occasum {πίπτω} occídere,Ex ob & cado compositum. Plaut.Rud.2.8, Et alia signa de cælo ad terram ốccidunt. Id est cadunt.

Ex nihilo oriri , & In nihilum occidere , contraria. Cicero 2.de Diuinat.

¶Occidere {τοπηθῆναι, τεθνᾶναι} Mori. Cic.1.Tuscul. Sunt qui discessum animi à corpore putant esse mortem : sunt qui nullum censeant fieri discessum,sed vnà animum & corpus occidere.

Occidimus ipsi & extinguimur refrigerato & extincto calore.Cic. 2.de Nat.deor.

Planè occidere. Cic.Q.frat.lib.1.4,Sin planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero , quibus antè dedecori non eram.

Ne genus occidat humanum.Lucret.lib.2.

Potentes rerum occiderunt.Lucret.lib.3.

Morte æterna occidere.Valer.7.Argon.

Ferro occidit Priamus.Virg.2.Æneid.

Ante suos annos occidit.Ouid.2.Amor.eleg.2.

Vulnere occidit.Ouid.6.Metam.

¶Occidi, dolentis cum commotione quadam particula , Idem significat quod Perij. Terent.Eunuch.2.3, -occidi:

Neque virgo est vsquam : neque ego , qui illam è conspectu amisi meo.

Occidit dolus.Plaut.Trucul.9.

Domus vna occidit.Ouid.1.Metam.

Occiderunt fundi.Plaut.Trucul.4.

Occidere etiam herbæ dicuntur , per translationem , quum senescunt,vel euanescunt.Virg.4.ecloga,

-& fallax herba veneni Occidet.

Lumen oculorum occidit.Lucret.lib.3.

Celerius occidit festinata maturitas. Quintil.in Procem.lib.6.

Occidit memoria. Cic.2 de Legib. Hæc iura Pontificum authoritate confecuta sunt , vt ne morte patrisfamiliãs sacrorum memoria occideret.

Occidit recordatio harum rerum. Cic.de Amic. Quarum rerum recordatio & memoria , si vnà cum illo occidisset , desyderium coniunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.

Occidit hoc spatium. Plautus Sticho,6, Sed spatium hoc occidit, breue est curriculo. Hoc est,non satis spatij habeo.

Occidit spes nostra , nusquam stabulum est confidentiæ. Hoc est, de spe decidimus.Plaut.Mostel 6.

Occidit,occidit spes omnis.Horat.4.Carm.ode 4.

¶Occisi,pro Occiderit veteres sunt vsi,vt in legib.12.tabul.annotasse se scribit Turnebus.

Occidens,pen.corr.Participium {δύνων.} vt Occidens Resp.Cic.ad Sulpitium,lib.4.1,Profectò aliquid opis occidenti Reip.tulissemus.

Natura occidentem,maturius extinguere vulnere.Cic.pro Cælio.

Vita occidens suis laudibus consolari potest.Cic.1.Tuscul.

Occidens sol.Cic.1.Tuscul.

¶Occidens {δύνων} aliquando substantiuè accipitur: & subintelligitur Sol,nempe pro ea parte mundi in qua sol occidit: vt Oriens, in qua oritur. Cic.2.de Nat.deor. Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Insula vltima Occidentis. Catul. in Iulium Cæsarem, epigr. 27.
Sinus vltimus Occidentis. Horat. Epod. 1.
Totus nauigatur Occidens, Vide Nauigo in NAVIS.

Occidentalis, & hoc Occidentale, pen. prod. {δυτικὸς} Quod vergit ad Occidentem. Plin. lib. 18. cap. 34, Ab Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.

Occaso, occasis, pen. prod. {καπύθρωμαι} occásere, verbum antiquum, ab occasum, occasu. Plaut. Casin. 15, Satin' propter te pereo ego, atque occasor

Occasus, huius occasus, pen. prod. {πτῶσι} Mors, interitus & casus fortunæ tam in homine, quàm in rebus externis. Cic. 1. Acad. Ac post Lælij nostri occasum.
Obitus & occasus noster. Cic. in Pisonem.
Occasus imperij, occasus Reip. Plin. in Paneg. Virg. 2. Æneidos, Testor in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaûm.
Occasus & interitus Reipublicæ. Cic. pro Sylla.
Vrbis occasus & ruinæ. Virg. 1. Æneid.
Totius vrbis atque imperij occasus appropinquat. Cic. 3. Catil.
Occasus solis, Trâsitus solis in aliud hemisphærium, nempe quum nobis apparere desinit. Plaut. Epid. 3.
Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. Author ad Heren. lib. 3.
Occasus, Sub. solis. Idem. Plin. lib. 17. cap. 2, Quapropter qui ibi in Occasum, aut Septentriones conseret.
Ad occasum, Vide AD.
Ab Ortu ad Occasum spatiis immutabilibus commeans sidus. Cic. 2. de Nat. deor.
Ad occasum solis pascere pecus. Virg. 3 Georg.
Vertor in occasum. Catull. de coma Berenices, epigr. 61.
Præcipitante in occasum die. Tacit. lib. 20.
Signorum ortus, & occasus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Occasus Vergiliarum. Plin. lib. 18. cap. 31.

Occasurus, penult. prod. Participium {δυσόμενος} vt Beneficia in aliquem collata exitio alicuius occasura. Cic. pro Mil.

Occidiuus, Adiectiuum {ὑστερικὸς} Quod occidit, vel vbi sit solis, vel alterius rei occasus. Claud. lib. 2. de raptu Proserp. in præfat.
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. Plin. lib. 7. cap. 49, Scansili annorum lege occidua.
Sol occiduus. Ouid. 1. Metam.
Aquæ. Ouid. 1. Fast. Mare Hesperium.
Domus primæ & occiduæ, Orientis & Occidentis. Stat. 1. Theb.
Senectæ occiduæ iter decliue. Ouid. 15. Metam.

Occilare {σφυρόπληκτος} Contundere. Plaut. in Amphitr. Qui mihi aduenienti ocellet os. Quidam tamen legunt Oscillare, pro Inclinare.

Occino, occinis, pen. corr. occinui, occĕtum {φατίζω} occínere, Contrà canere. Liuius, Si pulli non pascentur, si rardius ex cauea exierint, si occinuerit auis. Legitur & Occanui, apud Salustium libro 1. Hist. Iussu Metelli cornices occanuerunt.
Alites occinentes. Catull. ad Thallum, epigr. 22.

Occentus, huius occentus {κατωδὴ.}
Occentus foricis. Valerius Maximus lib. 1.

Occento, occentas, occentâre {κατάδομαι} Frequentatiuum.
Occentare (inquit Festus) Conuitium facere significat, vt apud antiquos, quum id clarè & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri posset: quod turpe habetur, quia nõ sine causa fieri putatur. Plaut. Curcul. 3, -quid si adeam fores,
Atque occentem? Idem Persa, 16,
Hæc enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores. *Ils bailleront des aubades a l'huis.*

Occipio, occipis, pen. corr. occœpi, occœptum {ἀνίεμαι} occípere, Ex ob, & cœpi defectiuo compositum, Incipere. Terent. Eunuch. 1. 2, Interea miles, qui me amare occœperat. Idem And. 3. 2,
-siquid narrare occœpi, continuò dari. Tibi versa censes.
Magistratum occœperant. Tacit. lib. 3.
Iuuentas occipit. Lucret. lib. 5.

Occiput, pen. corr. huius occipitis, neut. gen. {ἰνίον} Posterior capitis pars, quæ fronti opponitur. Ausonius in epigrammate Occasionis, Occipite es caluo.

Occipitium, huius occipitij, Idem {ἰνίον.} Plaut. Aulul. 4, Quæ in occipitio quoque habet oculos pessima. Erasmus, In occipitio oculos habet. De versutis & circunspectis, quósque neutiquam procliue sit fallere: quod genus hominum Persius Satyr. 1, Ianos appellat, O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit.
Frons occipitio prior, Adagiũ instar ænigmatis iactatum, quosi - gnificauit antiquitas rectius geri negotiũ, vbi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium. Prior dictum est pro potior, meliórque. Alioqui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tametsi hæc amphibologia commendat nonnihil dicti grauitatem, quod ob auctoritatem, oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem, lib. de Re rust. cap. 4, Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius venies, fundus melior erit, minúsque peccabitur, fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem fermè sententiam libro historiæ mundi decimo octauo, capite quinto, Eum tamen inquit, qui bene habuerit, sæpius ventitare in agrum: frontémque domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur. Rursus eiusdem libri cap. 6, Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Erasmus.

Occisio, Occisus. Vide OCCIDO occidis.

Occlamito, occlamitas, pen. corr. {κατακράζομαι} occlamitâre, Idem quod clamitare, & obstrepere. Plaut. Curcul. 4,
-dormio, Ne occlamites.

Occludo, occludis, occlusi, occlusum, pen. prod. {κατακλείω} occlúdere, Ex ob & cludo antiquo verbo compositum, quod Claudere significat. Plaut. Amph. 13, Occluserunt ædes.

Tabernas occludere. Cic. 4. Academ. Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas: & quidem vt sectiosi Tribuni solent, occludi tabernas iubes?
Occludere linguam alicui. Plaut. Mil. 10,
Quippe si resciuere inimici consilium tuum, tibi
Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus. Hoc est impediunt nequid respondere possis.

Occlusus, pen. prod. {κατάκλειστος} Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 4. in Catil. Occlusis tabernis.
Occlusa contumelijs libido. Terent. And. 3. 3.
Occlusum odium effundere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9, Sed quum occlusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen inficiente me fuisset, omne repentè apparuit. Quidam legunt inclusum.
Nec obsignatum, nec occlusum. Cic. 2. de Orat.
Occlusior stultiloquentia. Plautus Trinum. 4. Hoc est occulta & obscura.

Occo, occas, Vide OCCA.

Occubo, occubas, pen. corr. occubui, occubitum, pen. corr. {κατάκειμαι} A cubo compositum, Idem quod Occumbo. Virg. 1. Æneidos,
-nec adhuc crudelibus occubat vmbris.
Morte occubare. Liu. 8. ab Vrbe.

Occulco, occulcas {κατατυπτέω} occulcâre, Idem quod Conculcare significat. Cato cap. 49, Ita vti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operitóque & bene occulcato.

Occulo, occulis, pen. corr. occului, occultum {κρύπτω} occúlere, Abscondere ita vt nihil appareat. Cic. 2. de Orat. Puncta argumẽtorum plerunque vt oculas, nequis ea numerare possit. Virg. 2. Georgicor.
Quod supereſt, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Cic. 2. Tuscul. Quæ cæteris in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occultantur.
Æther occulit deos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.
Iuppiter occultat acrem nubibus. Ouid. 14. Metam.
Sylua occultat feras. Ouid. 2. Fast.
Arcana pectore fido occulam. Senec. Hippol. 8.
Caput in terris occuluit Nilus. Tibull. lib. 1. eleg. 7.
Culpam parentum occuluit. Stat. 3. Sylu 3.
Mœsta secretum occuluit. Senec. Hippol. 7.
Vmbris sese occulat. Virg. 12. Æneid.

Occultus {κρυπτάδιος, κρύφιος, καθυφὴς.} Participium, siue Nomen ex participio. Plaut. Trinum. 10,
In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles.
Occultus & inuolutus: Promptus & apertus, contraria. Cic. 1. de Finibus, Interesse inter argumentum conclusionémque rationis, & inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem: altera occulta quædam & quasi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta iudicari.
Æuo occulto crescit fama. Horat. 1. Carm. ode 12.
Amores. Ouid. 2. Fast.
Calles. Virg. 9. Æneid.
Occulta & tecta cupiditas. Cic. pro Rosc. Amer.
Dolores occultos proferre. Propert. lib. 1. eleg. 17.
Doli. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Iter. Propert. lib. 3. eleg. 11.
Occultum, interstinum, & domesticum malum. Cic. 3. Verr.
Monitus. Ouid. 3. Fast.
Notæ occultæ, Literæ secreti aliquid habentes. Ouid. 3. de Arte.
Proditor. Claud. 1. Paneg.
Occultæ res, & ab ipsa natura inuolutæ. Cic. 1. Acad.
Occultissimæ res, Secretissimæ & abstrusissimæ. Cic. 4. Academ. An tu, quum res occultissimas aperueris, in lucémque protuleris, iuratúsque dixeris ea te comperisse, &c.
Occultas & penitus abditas res non modò vidit animo, sed etiam sic tractat vt manu doceat Epicurus. Cic. 1. de Nat. deor.
Sapor salis occultus in lacte. Virg. 3. Georg.
Sceleris. Lucan. lib. 4.
Spes. Tacit. lib. 18.
Viæ. Virg. 3 Æneid.
Vires occultas concipiunt terræ. Virg. 1. Georg.
Voces. Stat. 5. Thebaid.
¶Saltuum occulta. Tacit. lib. 1.
¶Abdere se in occultum, Vide ABDO.
Continere sese in occulto, Vide CONTINEO.
Occultum offerre, inquit Festus, est Sub terram ferè ponere.
Abditum & occultum, In ABDO.
Occultum & reconditum, Cic. Brut. lib. 11. 21.
Occultum, ac subdolum fingendis virtutibus. Tacit. lib. 5.
Credere occulta seruis. Cic. pro Cælio.
Occultum habere aliquid, pro Occulere, reticere. Salust. in Catil. At Fuluia infolentiæ Curij causa cognita, tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit: sed sublato authore, de Catilinæ coniuratione quæ, & quo modo audierat, compluribus narrauit.
Recludere occulta Parcarum. Stat. 1. Achill.
Subuertere aliquid per occultum. Tacit. lib. 3.
In occulto propè stare. Cic. pro Cluent.
¶Ex occulto, Aduerbialiter positũ, pro Secreto. Plin. lib. 9. cap. 24, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeũt tes radio (quod telum est ei) figens.
Ex occulto interuenire. Cic. pro Cluent.

Occultior, & hoc occultius, Comparatiuum. Cic. ad Matium, lib. 11. 27, Habeo multò occultiora, quæ vix verbis assequi possum.

Occultè {καθυφὲς} occultius, occultissimè, Aduerbium. vt Occultè facere aliquid: hoc est Clàm & cauté. Cic. 1. de Finib.
Clàm & occultè. Cic. 6. Ver. Per istos, quæ volebat, in nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat.

Occultè

Occultè sine teste. Cic. 2. de Finibus Facilè vt ex cogitet quomodo occultè sine teste, sine vllo conscio fallat.
Occultè ferre. Terent. Adelph. 3. 2, Neque id occultè fert: à lenone ipsus eripuit palám. Id est, non clàm agit.
Labitur occultè, fallítque volatilis ætas. Ouid. 10 Metam.
Occultè latêre. Cic. 2. de Lege agraria, Quid Alexãdria cunctáque Ægyptus? vt occultè latet! vt recondita est! vt furtim tota Decemuiris traditur!
Lude, sed occultè. Ouid. epist. 16.
Occultè aliquid moliri. Cic. Attico, lib. 7.
Apertè & Occultè, contraria. Cic. 1. de Lege agraria, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
Peruenire occultè ad aliquem locum. Cic. 3. in Catil.
Occultè ad exploranda loca proficiscitur. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Occultissimè parêre. Cic. 1. Offic. Remouent oculis, ipsíque necessitati dant operam vt quàm occultissimè pareant.
Occultissimè aliquid agere. Cic. 2. Verr.

Occulto, occultas {κρύπτομαι} occultâre, Frequentatiuum, hoc est Abscondo. Virgilius 2. ecloga, Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
Boues abactas occultat syluis. Ouid. 2. Metam.
Corpus (senile paludibus occultauit. Cic. pro Sextio.
Occultare se latebris. Cic. pro Lege Manilia, Et ita regnat, vt se nõ Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari.
Quæ natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Cic. 1. Offic.
Occultare se ab aliquo, Ex alicuius conspectu se auferre. Plautus Trinum. 6. 3.
Occultare apud se, Cæsar 6. bel. Gall.
Occultare rem aliquam alicui, Celare. Plaut. Persa, 15.
Intemperantis est, scribere quod occultari velis. Cic. 1. Acad.
Occultari & Apertiri, contraria. Cic. 2. de Natur. deor. Quod eo est admirabilius in his stellis quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, &c.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.
Dissimulare & occultare. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Occultare & dissimulare appetitum voluptatis propter verecundiam. Cic. 1. Offic.
Causam tanti terroris occultas. Cic. 3. Verr.
Occultare consilium fugæ. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Culpam sub antris. Stat. 9. Theb.
Occultare fugam, Cæsar 1. bel. Gall.
Vitia. Cic. Post red. in Senatu.
Intus veritas occultatur, in fronte est ostentatio. Cic. 2. de Finibus.
¶Occultari, pro Latêre. Cic. 2. Offic. Præmirrebátque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres: & ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent.

Occultatus, pen. prod. Participium {κατακρυπτόμενος.} vt Occultata tenebris. Cic. 4. Acad.

Occultatè, Aduerb. {κατακρυμμένως} Idem quod Occultè. Cic. pro Deiotaro, Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & seruo, vt putabat, fideli non credidit. &c.

Occultatio, Verbale {κρυπτόμενος.} Cic. 2. de Finib. Quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Cæsar 6. bel. Gal. Cuius rei nulla est occultatio.

Occultator, pen. prod. {κατακρυπτὴς} Aliud verbale.
Occultator & receptor latronum locus. Cic. pro Milone, Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator, & receptor locus.

Occumbo, occumbis, occubui, occubitum, pen. corr. {ἀπολήγω, ὑποδύομαι} occúmbere, Mori, Succumbere, Vinci.
Ante annos suos occubuit. Ouid. 3. de Arte.
Occumbere morti, Idem. Virg. 2. Æneid.
Neci. Ouid. 15. Metam.
Occumbere necem, vel mortem. Sueton. in Augusto. Liuius 1. bel. Maced.
Occumbere morte. Cic. 1. Tuscul. Vt esset qui pro patria morte nõ dubitaret occumbere. Legitur & mortem. Liu. lib. 1. ab Vrbe.
Ferro occumbere. Ouid. 12. Metam.
Certamine sæuo occumbit. Silius lib. 1.
Factis claris occumbere. Valer. 6. Argon.

Occupo, occupas, pen. corr. {ἀρχίζω, καταλαμβάνω, προλαμβάνω, ὑπολαμβάνω} occupâre, Ex ob & capio compositum, significat propriè (vt ait Valla lib. 5.) quod in commune siue in medium positum erat, ante alios capere. Est etiam locum tenere aut capere, & vi arripere. Cic. de Amic. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses.
Occupare salutes. Cæsar 3. bel. Ciuil. Pollio ad Ciceronẽ, lib. 10. 33, Parmam direptam, L. Antonium Alpes occupasse.
Occupat rubigo segetes. Varr. de Ling. Latin. lib. 5.
¶Occupare, Præuenire. Titinnius Velterna, Ergo occupa foras exire. Plaut. Rud. 6, Occupas præloqui. Varr. Ephebo, Crede mihi plures dominos serui comedêre, quàm canes. quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset. Nonius.
Occupes prior adire. Plaut. Pseud. 14. Liu. 1. ab Vrbe, Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.
Occupare anté. Plaut. Asin. 14.
¶Occupare, Detinere. Cic. 1. Offic. Et in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Virg. lib. 4. Georgicorum,
-manicísque iacentem Occupat. Nonius.
Occupare se ad aliquod negotium. Plaut. Pseud. 7.
Occupare animum in funambulo. Terent. in Prolog. Hecyræ.
Affectibus occupari. Quintil. lib. 6. cap. 2.

¶Occupare, Inuenire, tenere, vel possidere. Cic. in Hortensio, Et Paulũ Marcelli occupatuisse. Virg. 6. Æneid. Occupat Æneas aditũ custode sepulto. Cic. 13. Philipp. Agri Lucani possessiones occupauit. Nonius.
Occupari quidpiam ab aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Occupare locum, & complere. Cic. de Clar. Orat. Volo hoc oratori contingat, vt quum auditum sit eum esse dicturum, locus subsellijs occupetur, compleatur Tribunal &c.
¶Aditus occupare, Vide ADEO.
Æstum maris. Curtius lib. 9.
Amplexu aliquem. Ouid. 3. Fast.
Occupat animos rerror. Cæsar 1. bel. Gall.
Occupat animos fuga. Liu. 5. ab Vrbe.
Animum ab iracundia occupari. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.
Occupare liberum mortis arbitrium. Curtius lib. 4.
Sopor occupat fessos artus. Virg. 4 Georg.
Artua occupat furens. Valer. 3. Argon.
Fama occupat aurem. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Solus occupat communia. Ouid. 13. Metam.
Occupare consilium, Inuenire. Plaut. Menæch. 17.
Diem fati. Curtius lib. 8.
Exercitum. Curtius lib. 7.
Scabies extremum occupet. Horat. de Arte.
Fortunam occupare & capere. Cic. 5. Tusc. Occupaui te, inquit, fortuna, atque cepi, omnésque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses.
Gratiam alicuius. Curtius lib. 7.
Honores. Horat. 1. Carm. ode 12.
Italiam militibus. Cic. 2. de Lege agraria.
Obsidere & occupare præsidiis Italiam. Cic. de Lege agr.
Locum occupare, quod vulgò *impedire* dicitur. Cic. 3. de Finib. Sed quemadmodum theatrum quum commune sit, rectè tamen dici potest eius esse eum locum quem quisque occuparit. Hoc est primus ceperit.
Cæmentis locum aliquem. Horat. 3. Carm. ode 24.
Locum primum. Lucret. lib. 1.
Odij locum ne risus occupet. Cic. in Orat. Illud admonemus tamen, ridiculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit, &c. nec in facinus, ne odij locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicum, aut tempore alienum.
Sopor occupat lumina fessi. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Occupare primos menses. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 10, Nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupabit. Id est, primis mensibus tractabitur.
Mentes Siculorum tanta superstitio occupauit, vt, &c. Cicero 6. Verr.
Ministerium carnificis. Curtius lib. 8, Detestabile carnificis ministerium occupauerat rex De Alexandro loquitur qui Clytum amicũ interfecerat.
Mors occupat eam. Terent. And. 1. 5.
Morsu occupare. Ouid. 3. Metam.
Munus aliquod. Curtius lib. 8.
Muros. Curtius lib. 9.
Occupatum. Plaut. Rud. 4.
Orbem viribus. Virg. 7. Æneid.
Pallor occupat ora. Virg. 4. Æneid.
Ortum solis. Curtius lib. 6.
Pacem. Curtius lib. 4.
Nauis occupat portum. Horat. 1. Carm. ode 14.
Possessionem laudis. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 7, Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, quum alij occupare possessionem laudis viderentur.
Regiam. Horat. 2. Carm. ode 18.
Regnum. Cic. 5. Philipp.
Solum occupabitur feris. Horat. Epod. 16.
Suffugium. Curtius lib. 8.
Tyrannidem. Cic. 3. Offic.
Verba quæ maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima; atque optima, occupauit Ennius. Cic. 1. de Orat.
¶Occupare hominem, Id est non opinantem opprimere, Gallicè, *Surprendre, ou preuenir.* Curtius libro 3, Quum deinde Darium regem, vbicunque esset, occupare statuisset, vt à tergo tuta relinqueret, Amphoterum, &c.
¶Occupare, Collocare, inquit Nonius. Pomponius Pictotibus, Quæ tuleram mecum, nulla deinde victoria tam Græca mercede illico curaui vt occuparem.
¶Occupare pecuniam alicui, vel apud aliquem fœnore. Cic. pro Flacco, Pecuniam adolescentulo, grandi fœnore, fiducia tamen acceptam, occupauisti. Id est, pecuniam abs te fœneratitiam sumpsit adolescentulus. Idem 3. Verr. Præterea pecunias occupauerat apud populos, & tyngraphas fecerat. Budæus.

Occupans, pen. corr. occupantis, Participium {κατειλημμένων} Quintil. Declam. 12, Multa nihilominus quæ libera fuerũt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio.

Occupatus, pen. prod. Participium {κατειλημθείς.} vt
Vrbs occupata seditionibus. Horat. 3. Carm. ode 6.

Occupatus Adiectiuum {ἀσχολες, ἀνασχολούμενος} Qui antè negotio aliquo detentus, non potest negotio alterius operam dare: vt ait Valla. Cic. de Senect. Itaque nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus.
Occupatus & Otiosus, contraria. Cic. 1. Tuscul. Vt si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi.
Occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerũt amores. Cic. pro Cælio.
Occupatus auditioni. Plin. lib. 26. cap. 2.
Vehementer occupatus homo. Cic. pro Mur.

De aliquo occuparus. Cic. Attic. lib. 10, Et quia festinabam, erâmq; occupatior de Q. filio, ita me quidem sedulo: reliqua nosti.

In faciendo aliquid occuparus. Cic. pro Mur. Is non in administrãdo bello, sed in sufficiendo Collega occupatus.

Occupatus in alio amore. Terent. And. 5.1.

Occupatus in bonis. Cic. pro Rosc. Amer.

Occupatus in studio. Cato in Præfatione.

Occupatus in re familiari. Cic. ad Brutum, 8.2.

Occupatus in se conseruando. Cic. 4. de Finib.

Occupatus tot annos in diis mortalibus placandis. Cic. pro Font.

¶Occupati animi beneficiis alienus. Liu. 7. bel. Pun.

Suspenso & occupato animo alicui respondere. Cic. 1. de Orat.

Animum occupatum in aliqua re habere. Cic. 1. de Inuent.

Opera occupatâ. Cic. 1. de Legib. Neque occupata opera, neque im pedito animo res tanta suscipi potest.

Tempora. Cic. pro Planc. Et quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otiosum?

Occupatior eram. Plin. iunior lib. 2. epist. 2.

Habebant me occupatiorem comitiorum dilationes, & expectare in dies exitum cogebant. Plancus Ciceroni, lib. 8. 4.

Occupatissimus. Cic. ad Atticum, lib. 12, Non dubito quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum, &c.

Sum tamen hoc tempore occupatissimus. Plinius iunior libro 9. epist. 212.

Occupatio, occupationis {ἀσχολία, χρεία, πάρεργον} Est quum alicui necessariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia vacamus: vt ait Valla. Cic. 1. Offic. Sunt autẽ priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt.

Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. Cicero pro Domo.

Occupatio rei militaris. Cic. 4. Acad.

Molestissimæ occupationes. Cic. Mario, lib. 7. 1.

Summæ atque incredibiles. Cic. Attic. lib. 1. 14.

Descendere ad iuris Ciuilis perdiscendi. Cic. 1. de Orat.

Distineri aliqua. Cic. Attic. lib. 2.

Eripere tempus è summis. Cic. Attic. lib. 1. 9.

Expedire se ab omni. Cic. Attic. lib. 3.

Impediebat te ista conuiuiorum mulierúmque. Cic. 7. Verr.

Implicatus occupationibus. Cic. 1. de Nat. deor.

In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. Cic. in Orat.

Obseruare occupationes, Vide OBSERVO.

Occupationibus prohiberi aliquid facere. Cæs. 4. bel. Gal.

Relaxare se occupationibus. Cic. Mario, lib. 7. 1.

¶Occupatio, pars orationis. Valla, Occupare, sæpe antè capere est, & (vt aliqui loquuntur) præoccupare. Vnde schema illud occupatio dicitur, quoties quæ dici ab alio poterant, ea ipsi præueniendo dicimus, in nostram partem, ne nobis postea officerent, retorquentes. Cic. 3. de Orat. Et in hilaritatem impulsio, antè occupatio. Author ad Heren. libro 4, Occupatio est, quum dicimus nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere, id quod tunc maximè dicimus, hoc modo, Nã de puritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putaremus: nunc consulto relinquo.

OCCURRO, occurris, occurri, occursum {ἀπαντάω, συναντάω} Obuium fieri, siue obuiam procedere. Iuuen. Satyr. 1, Occurrit matrona potens, quæ molle calœnum, &c. Cic. ad Brutum, lib. 6, Scripsi ad eum vt mihi Heracleam occurreret.

Occurrere obuiam. Liu. 4. ab Vrbe.

Ad tempus. Cic. 1. Philipp. Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad redirum, vt mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent, non quo me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardius quàm cuperem, Reipublicæ gratularer.

¶Occurrere, pro Currere. Plaut. Curcul. 6, Video parasitum tuum occurrentem.

Occurrit ex aduerso instructa acies, Id est processit. Liu. 2. bel. Macedon.

Obuius aduersóque occurrit. Virg. 10. Æneid.

Oculis tuis occurram. Ouid. epist. 2.

Occurrere ad iudicium. Vlpian. in l. 2. §. 2. D. Siquis caut. in iudic. sistendi, &c. Simili modo & si ad testimonium desyderatus, ad iudiciũ occurrere non potuerit. Id est sisti iudicio.

Occurrere ad causam dicendam. Valer. Max lib. 4. cap. 4, de Quintio Cincinnato, Pœnam quoque pro filio Cæsone, quòd ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditu soluit.

Occurrere, cum infinitiuo. vt Occurrent præripere, Id est current ad propiendum. Lucret. lib. 3,

-nec dulces occurrent oscula nati Præripere, &c.

Telis occurrere. Virg. 11. Æneid.

Occurrere fugientibus suis. Hirt. lib. 5. bel. Afri.

¶Occurrere {ἀβούλειν} pro Vltro anteuertere & præuenire. Cicero pro Cluen. Sed ego occurram expectationi vestræ Iudices. Id est, respondebo tacitæ obiectioni.

Occurretur sicut occursum est. Cic. 4. Acad.

Dictis occurrere alicui. Virg. 12. Æneid.

Rationi illi quam paulo ante conclusi, sic occurri. Cic. de Fato.

Occurrere, & se offerre. Cic. 3. de Orat. Neque vos pæon aut herous ille conturbet, ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent, & respondebunt non vocati.

Occurrere maleuolentiæ hominum, Id est obsistere. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 11, Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres. Persius Satya 3,

-venienti occurrite morbo.

Consiliis Catilinæ occurri & obstiti. Cic. in Catil.

Res vera occurrit falsæ rationi. Lucret. lib. 3.

Satietati aurium, animorúmque est occurrendum. Cic. 6. Verr.

Varietas satiętati occurrit. Cic. in Orat.

Fortuna occurrit sæpe imprudenti. Hoc est aduersatur. Propert. libro 1. eleg. 19.

¶Occurrit permonibus herba hæc, pro Sanat perniones, vel prohibet ne veniant. Plin. lib. 26. cap. 7, Cuicunque sanguinis vitio intus, occurrit fucus quinquefolij. Ibidem cap. 8, 27.

¶Occurrere, pro Vluro offerri & cuenire. Cic. pro Deiotaro, de misericordia loquens, Solet supplicibus ipsa, & calamitosis, nullius oratione euocata, occurrere.

¶Occurrere {ὑπάρχειν} res aliqua dicitur, quæ in mentem venit. Cic. de Senect. Sed mihi quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas dignus eo munere. Idẽ pro Milone, Occurrebat mancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone.

Occurrere & incidere dicuntur res. Cic. 2. de Orat. Vbi enim locum omnem cogitatione sesperis, si modò vsum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re occurret atque incidet.

In mentem venire & occurrere. Cic. 4. de Fin. Hoc igitur quæritis omnes, & hi qui quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrat, se sequi dicent, &c.

Ostendere se nobis & occurrere dicitur res aliqua. Cic. 1. de Orat. Omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenij cuiusdam atque prudentiæ, qui modò insunt in ea re, de qua scribimus, inquirentibus nobis, omnique acie ingenij contemplantibus ostendunt se & occurrunt.

De nostro itinere in vtranque partem permulta mihi occurrunt. Cic. Attic. lib. 15.

Occurrit animo, vel animis, Hoc est succurrit, & in mentem venit. Cic. 4. Acad. Si id quod officij sui fit, non occurrit animo, nihil vnquã omnino aget. Liu. 3. bel. Pun.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ouid. epist. 10.

Visa quietis menti occurrunt tranquilla atque veracia. Cicero 1. de Diuinat.

¶Occurrere, Offerri. Cic. Occurrebat tibi oratio. Id est offerebat se, vt ait Sipontinus.

Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Columel. libro 2. cap. 2.

Tellus nulla occurrit. Virg. 5. Æneid.

Occecurri, Præteritum antiquum, pro occurri. Helius Tubero apud Probum, Si generalis species occecurrit. Vide Gell. lib. 7. cap. 9.

Occurritur, pen. corr. Impersonale {ἐνίσταται} Obsistitur, resistitur, repugnatur. Cic. 2. Offic. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satisne constanter facere videamur, qui quum percipi nihil posse dicamus, &c.

Occurrens, Participium {ἀπαντῶν.} vt

Imago sæpius occurrens. Virg. 6. Æneid.

Occursus, huius occursus {ἀπάντησις} Ipse occurrendi actus. Plinius libro 11. cap. 37, Dentes serrati pectinatim cocuntes, ne contrario occursu atterantur. Sic lib. 7. cap. 49, Occursus maleficorum siderum. Vrsi, leæque occursu fecere metum. Ouid. 14. Metam.

Rota fracta occursu stipitis. Ouid. 15. Metam.

Occurso, occursas {ἀπαντιάζω} occurtare, Frequentatiuũ, hoc est Currendo obuiam ire. Virg. eclog. 9,

-& inter agendum

Occursare capro cornu fert ille, caueto.

Occursare portis. Liu. Decad. 1. lib. 2.

Occursare significat interdum promptitudinem memoriæ. Plinius libro 1. epist. 27, Occursant verba, sed qualia? quæsita & exculta.

Occursare, pro Succurrere, & Venire in memoriam. Plautus Milite, 14,

Nam ita me occursant multæ, haud meminisse omnes possum.

Occursat animo meo mortalitas. Plin. epist. 100. lib. 5.

Occursare numinibus, Adorare, & sacrificiis placare, & præuenire numina ne nobis noceant. Plin. in Paneg.

Occursans, Particip. {ἀπαντιάζων.} Lucret. lib. 5. -& vnà

Labitur omni' modis occursans cieúsque, &c.

Occursatio, Verbale {ἀσπασμὸς} quæ vulgò *brigæ* dicitur, hoc est Diligens captatio honorum, dum magnatibus aut populo occurrimus prius quam decernatur. Cic. pro Plancio, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis. Idem pro Milone, Vestras verò, & vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quencunque casum fortuna dederit, secum se ablaturum esse dicit.

OCEANVS, pen. corr. {ὠκεανὸς} Proprium nomen Tethyos coniugis. Item eius de quo Martialis lib. 3. 53, Et sedeo, qua te suscitat Oceanus. Ouid. 2. Metam.

Genitor Nympharum Oceanus. Catull. in Gellium, epig. 83.

Oceanus {ὠκεανὸς} Mare dicitur quod vniuersam circuit terram. Augustinus, Mari magno cingitur terra qui vocatur Oceanus, de quo influit quoddam exiguum in medium terrarum, & facit ista mariz nota nobis, quæ nautigiis frequentãtur. Dictus Oceanus ab ὠκὺς, quod est velox, testibus Solino & Seruio. Quod & neutro genere Oceanũ dicitur, præsertim si MARE sequitur, vt Caper & Probus testantur. Vndarũ verò illarũ illa proruptio interfluentis Oceani, læua Europam facit, Lybiam dextra, & montibus vtrinque concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abyla monte dispescitur, qui vtrique, quòd eminentes essent, dici columna Herculis meruerunt, quòd (testimonio vetustatis) laboris Herculei limes in illis sit consecratus, Falsam autem illam opinionem velocitatis maris, Lusitani, id est Portugallesij hac nostra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Nauarchus, vltra Gades Oceanum ingressus, vltra Torridam zonam penetrauit per Oceanum ad Indos, vsque ad Beatorũ insulas. Suidæ deduci videtur ab α priuatiua particula, & κίνω, quod est χίζω, mutata α in ω. Et quanuis nomen sit proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellatiuo ponitur, quando partes eius significat. Nam à litoribus pleruq; accipit nomen. vt Atlanticus, Gaditanus, Arabicus, Persicus, Indicus, &c. Poetæ Oceanum pro quocunque mari vsurpant, Virgilius 2. Æneidos,

-& ruit Oceano nox.

Æquor Oceani. Virg. 1. Georg.

Amnes

Amnes Oceani. Virg. 4. Georg.

Aperta. Tacit. lib. 2, Dissecíque naues in aperta Oceani.

Ostium. Cic. pro Lege Manilia, Núc nullam intra Oceani ostium, prædonem nauem esse audiatis?

Belluosus. Horat. 4. Carm ode 14.

Circumuagus. Vide CIRCVMVAGVS.

Refusus, Id est refluus. Virg. 7. Æneid. Seruius,

Ruber. Horat. 1. Carm. ode 35.

Soles se tingunt Oceano. Virg. 2. Georg.

Mare Oceanum appellamus. Cic. de Somn. Scipionis,

Oceanus & Salacia cæli satu terræque conceptu generati & editi. Cic. de Vniuers.

¶Oceanus, Solium vastum in balneis, & omnino lacus alueúsque maior, vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, & à lauantium quoque strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani (inquit) solium primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus docet lib. 16, quum inquit, Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum extructa.

Oceanitis, pen. prod. Oceanitidis, Patronymicum fœm. {ὠκεανίνη} dicitur filia Oceani. Virg. 4. Georg. Chlóque, & Beroe soror, Oceanitides ambæ.

Ocellatum, ocellati, Genus auellanæ, nuculariímque quæ ocellorum quandam præ se speciem & rotunditatem ferunt. Hac voce vsus est Tranquillus, quũ scribit Augustum solitum esse cum pueris minutis ludere ocellatis nucibúsque. Quanquam non ignoro quàm diuersa de ocellatis Grammatici sentiant, & vt in re ignota emendationem comminiscantur, ac modò castellatis, modò ocsillis, modò ossilatis, vel ossiculatis, vel ossiculis reponant. Sed Turnebus ocellatis probat, quam vocem à Varrone mutuò sumpsisse Tranquillũ existimat. Sic enim authore Nonio scribit in Matcipore,

Altera exorat patrem libram ocellatorum,

Altera virum semodium margaritarum.

Ocellus, Vide OCVLVS.

OCELLVM {ὠκιμον} Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemæo libro 2. cap. 6. Vulgò *Otero de rey.*

Ocha, ochæ, Anser dicitur. Composita dictio ex Græcorum masculino articulo, quod est ὁ, & χὴν, anser. Sic enim nostri componentes ὁ cum χὴν, & in recto n abiicientes, ocha dixerunt. quod integrum nomen Itali retinent.

OCHESIVS, Ætolorũ dux. vir longè præstantissimus, qui in bello Troiano interemptus est. Author Homerus.

OCHNVS, Mantus filius, qui Mantuam condidit. Vide OCNVS.

Ochra {ὤχρα} Cretæ, siue lapidis species, quæ fit exusta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

OCHTHOS {ὄχθος} Limbus, vestis muliebris Polluci lib. 7. cap. 21. Lexici concinnator ὄχθους appellat. Aliud enim illi significat ὄχθος, nempe onus, cumulum, collem, locum inuium.

OCHVS {ὄχος} Fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Acarnaniam fluit. Plin. lib. 6. cap. 16. Idem libro 31. cap. 7, Præterea apud Bactros amnis Ochus & Oxus, ex oppositis montibus deferunt salis ramenta.

Ocimum, Vide OCYMVM.

Ocinum, Vide OCYMVM.

Ocior, ociaris, Ociosus, Vide OTIVM.

OCIROE, teste Hesiodo in Theogonia, Nympha, Oceani & Tethyos filia.

Ocium, Vide OTIVM.

OCNVS {ὄκνος} Is est, inquit Seruius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuæ conditor. Cuius etiam meminit 10. Æneidos, Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris, &c.

Ocnus si Latinè interpreteris, significat pigrum) vir quidam fuit, quem effinxerunt pictores apud inferos sedentem & torquentem funem, astantem autem illi asinam statim deuorãtem quod ab illo torum fuit. Vide prouerbiũ apud Erasmum, Torquet piger funiculum. Miror autem Erasmum nescio quo modo, nunc Ocnon onon coniungere, & asinum pigrum interpretari, nunc Ocnon hominem esse dicere, cui astet asina, quæ quidem vera est sententia. Vt autem Ocnon de asino etiam dici putaret, permotum eum puto hoc Propertij carmine lib. 4. eleg. 3,

Occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum:

Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,

Æternúsq; tuã pascat aselle famem. Hos versus exponit Turnebus his verbis, Pictus fuerat. vt Plinius scribit, à Socrate piger qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodebat. Quis autem non videt magnæ pigritiæ fuisse in torquendo sparto laborare, nihilque proficere, rodente quicquid tortum erat asino, nec tamen abigendi asini laborem suscipere? Sed alium in sensum dici videtur à Propertio, de eo qui supplicio non dissimili Danaidum pœnæ afficitur, aut qui in ignem lanam trahit, qui scilicet perpetuò sine effectu laborat, quomodo apud inferos Ocnon puniri opinio erat, vt exitimo. Hactenus ille.

Ocquiniſco, ocquinisris {κάπτω} ocquinisere, Inclinare, inquit Nonius. Pomponius Prostibulo, Vt nullum ciuem prædicari per dolum, nisi ipsius orans vltrò qui ocquinisceret. Idẽ Pistore, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquinisceat, quo compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, ocreæ {κνημὶς} Calceamenti genus. Dicta quòd crus tueatur: vel quòd, Varrone authore libro 4. de Ling. Latin. opponatur ob crus: vel quòd sit inæqualiter tuberata, vt ait Festus. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Liu 9. ab Vrbe, Et sinistrum crus ocrea tectum.

Læues ocreæ electro, auróque recocto. Virg. 8. Æneid.

Ocreatus, pen. prod. Adiect. {κνημιδωτὸς} Qui ocreis calceatus incedit. Plin. libro 19. cap. 2, Ad reliquos vsus laborioſè euellitur ocreatis eruribus, manibúsque tectis manicis, conuolutum osseis ligneísve conamentis.

In niue Lucana dormis ocreatus. Horat. 2. Serm. saty. 3.

OCRICVLVM, ocriculi, pen. corr. Oppidum Italiæ, in monte situm, quod Strabo inter Sabinos ponit, Plinius inter Vmbros. Sunt qui Oticulum scribant, sed corruptè, vt docti putant.

Ocriculana tribus, Vide TRIBVS.

Ocriculani populi. Plin. lib. 3. cap. 14.

OCRINVM, Britanniæ promontorium, teste Ptolemæo libro 2 cap. 3. quod vulgò *Mons sancti Michaelis.*

Octaedrum, figura est solida, quæ octo triangulis æqualibus, & æqui lateris continetur. Euclid. 11. Elem.

Octans, octantis, masc. gen. Vide Tetrans, in TETRA.

OCTAVIA gens {ὀκταβία γενὶς.} Octauiam gentem Velitris olim fuisse præcipuam scribit in Augusto Suetonius. Ea verò à Tarquinio Prisco rege in Senatum lecta, & à Ser. Tullio inter Patricias cooptata, proce dente tempore ad plebem fe contulit. longo deinde interuallo à C. Cæsare, Cassia lege in patriciatum reuocata est. Author huius gentis, qui quidem primus magistratum populi suffragio adeptus sit, Cn. Rufus perhibetur à Suetonio. Is quæstorius mortuus est. eius verò filius primus ex hac familia Consul est factus, cuius rei author est Cicero libro de Offic. 1. Cn. Octauio, inquit, qui primus ex illa familia COS. factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ quum vulgò viseretur, suffragata domino nouo homini ad Cõsulatum putabatur. Et Philip. 9. Cn. Octauij clari & magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit Consulatum, statuam videmus in Rostris. Atque hæc de prima Octauiæ gentis familia. Altera verò nullis neque rebus gestis, neque honoribus floruit. Testis est ipse Augustus, qui nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator pater suus fuerit, quem pro Prætore Macedoniam prouinciam obtinuisse, Cic. ad Q. frat. satis dilucidè ostendit.

Hic Octauius Augustus natus est, M. T. Cicerone, & Antonio COSS. cui infanti cognomen Thurino inditũ est, in memoriam maiorum originis. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munacij Plancij sententia. Hæc & plura vide apud Suetonium, in ipsius Octauij vita.

Satis animi, authoritatis parum in Octauio erat. Cic. Attic. lib. 16, Statuam in foro, locum in Senatu, summum honorem ante tempus decreuit Octauio Senatus. Cic. Octauio.

Videre libertatis Romanæ Octauius. Cic. Octauio.

Octauius patrem appellat Ciceronem Brutus Attico, 17. 7.

Octauius tanquam in dotali matrimonio Rempub. testamento legatam obtinuit. Cic. Octauio.

Octauius Manilius {ὀκταβίδης μανίλιος} alius fuit cum quo A. Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit, vt scribit Cicero 2. de Nat. deor. De eo meminit & scribens ad Atticum, lib. 9.

Alius Octauius Marsus fuit, sceleratus latro, de quo Cic. 11. Philip. Qu. Octauius à Lucio Cinna suo Collega interfectus. Pædianus. Octauius Auitus & Pœtelius Faustinus, furta Virgilij adnotarunt, notãtes vnde quæque carmina furriperentur, vt ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octauius itẽ alius fuit poeta, cuius meminit Horatius libro Serm. satyra vltima,

Plocius, & Varius, Mœcenas, Virgiliúsque,

Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque

Fuscus, &c. Vide P. Vict. variar. lect. lib. 14.

Octauiæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octauia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeij proximam Cn. Octauius Cn. filius, qui fuit Ædilis curulis, Pr. Con Decemuir sacris faciẽdis, triumphauítque de rege Perse nauali triumpho, quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. Festus.

Octauianus, pen. prod. Adiect. {ὀκταβιανὸς.} vt Bellum Octauianum. Cic. 1. de Diuinat. Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culeoli, audiendas putauerunt.

Octauianus, Augusti Cæsaris cognomen fuit, inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus, quem admodum & Africanus minor dictus est Æmylianus, quòd P. Æmylij filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus.

Octo {ὀκτὼ} Nomen numerale, adiectiuum indeclinabile.

Pedes temo protentus in octo. Virg. 1 Georg.

Octies, Aduerbiũ: quasi octo vicibus. Matt. lib. 8. 58, Vno nasceris octies in anno. Cic. in Somn. Scip. Nam quũ ætas tua septenos octies solis anfractus redirúsque conuerterit, &c.

Octauus, penultim. prod. Adiectiuum: vt Octaua pars. Plinius libro 6, cap. 33.

Circiter horam octauam. Horat. 1. epist. 7.

Sapientum octauus. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Octauum {ὄγδοος} Tanquam aduerbium positum, pro Octies. Liu. 6 ab Vrbe, Nam præter Sextium Licinióque, latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos.

Octingenti {ὀκτακόσιοι} octingentæ, octingenta. Cic. 4. Acad. Mille & octingenta stadia quòd abesset, videbat. Et pro Plancio, Octingenti ferè consecuti sunt.

Octingenarius, Adiect. {ὀκτακοσιοστὸς.} vt Octingenarius grex. Varro 2. de Re rust. cap. 10.

Octingentesimus, pen. corr. Adiectiuum {ὀκτακοσιοστὸς.} Cic. de Senect. Deinde quî minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm octogesimum?

Octoginta {ὀγδοήκοντα.} Cic. de Senect. Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum viginti vixit.

Octogenus, pen. prod. Adiect. {ὀγδοηκοστὸς.} Plin. lib. 9. cap. 51. Torpedo

octogenos fœtus habens inuenitur. Id est octoginta.
Octogenæ stirpes. Colum. lib. 3. cap. 3.
Octogeni bini æris militibus dati. Liu. 10. ab Vrbe,
Octogesimus, pen. corr. {ὀγδοηκοστὸς} Aliud item adiect. Cic. de Senect. Qui & vno & octogesimo anno scribens mortuus est. De Platone. Colum. lib. 5. cap. 1, Pars ducentesima octogesima octaua.
Solstitia octogesima. Iuuen. Saty. 4.
Octogies, Aduerb. {ὀγδοηκοντάκις.} Cic. in Pisonem, Nónne sestertium centies & octogies, quod, quasi vasarij nomine, in venditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?
Octogies quinquies centena. Plin. lib. 2. cap. 108.
Octonus, penult. prod. Adiect. {ὀκτὼ.} vt Octonis annis pariunt capræ. Plin. lib. 8. cap. 50. Et cap. 32, Octonis mẽsibus, ferunt partus. de ceruis. Id est octo mensibus.
Annis octonis integer. Ouid. 5. Metam.
Idus octonæ. Horat. 1. Serm. saty. 6.
Octenæ partes. Varr. de Ling. Latin. lib. 8.
Octonarius, Adiect. Plin. lib. 31. cap. 6, Fistulas denûm pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena: ac deinde ad has portiones. De aqua per fistulas ducenda.
Octonaria regula. Varr. lib. 8. de Ling. Latin.
Octoiuges, pen. corr. Liu. 5. ab Vrbe, Antea trina loca contentione summa patricios explere solitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire.
Octipes, pen. corr. octipedis {ὀκτάπους} Quod octo habet pedes. Ouid. 1. Fast. Octipedis frustra quæruntur brachia canceri.
Octuplus, pen. corr. Adiect. {ὀκταπλάσιος} Cic. de Vniuers. Quintam inde quæ tertiæ tripla, tum sextam octuplam primæ. Idem 5. Verr. Dicis te in Decumanum, si plura sustulerit quàm debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.
Damnatus octupli, Vide DAMNO.
Octuplicatus, pen. prod. Adiect. {ὀκταπλασιασθείς.} Liu. 4. ab Vrbe, Octuplicatóque censu ærarium fecerunt.
Octussis, nummi species ad valorem octo assium. Horat. 2. Serm. saty. 3, Quanti emptæ paruo. Quanti ergo? octussibus. Labinus locum hûc restituit, & rectè, his verbis: Octussis numero singulari, & asses octo, vnum sunt, aut certè idem valẽt. Itaque sic loquuntur Latini, Prisanam octusse emi, numero singulari, id est, octo assibus. Quòd si quis ita loquatur, emi octussibus, numero multitudinis, inepte loquatur, nisi cum hac adiectione, verbi gratia, duobus, tribus, &c. octussibus. duo octusses autem sedecim asses valent. Ideireo scripturam vulgatam reiecit, vt corruptã & ineptam. mihi sustragantur aliquot veteres codices, in quibus in nomine octussibus u non vacabat litura. Ex qua feci coniecturam, scriptum fuisse initio octassibus: deinde ab aliquo audaciore factum esse octussibus. As autem principio nummus erat libralis æreus, & per I. scriptũ notabatur. Itaque sestertius, qui duos asses & semisse valet, per duo LL & S à veteribus notabatur hoc modo LLS, non vt hodie, idque inscitè, HS. Hæc ille?
October, Octobris, pen. prod. {ὀκτώβριος} Nomen mensis, dictus quòd octauum locum teneat. Ausonius de Mensibus,
Septembri, Octobri. Autumnus, totóque Nouembri.
OCTODVRVM {ὀκτώδουρον} Ptol. lib. 2. cap. 6, Campus Gothorum alio nomine. Vulgò *Toro*: Hispaniæ Tarraconensis vrbs. ¶Est etiã Octodurum oppidum in alpibus Cortiis, non procul à Centronibus, cuius incolæ Octodurenses commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 20.
Octophorum, octophori, pen. corr. {ὀκτάφορον} Lectica quæ ab octo seruis portabatur. Mart. libro 6. 83, Octophoro sanus portatur Aute Philippus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 12, Memini enim quum hominẽ portarem ad Baias, Neapoli octophoro Antiano, machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere.
Oculus, oculi, pen. corr. {ὀφθαλμὸς, ὄμμα.} Dictus ab occulendo, quòd ciliorum tegminibus occultatur: latent enim oculi sub ciliis. Lactantius De opificio Dei, cap. 6, Vt oculi munitiores essent ab iniuria, ciliorum tegminibus, Deus occuluit: vnde oculos dictos esse, Varroni placet. Terent. Adeph. 4. 5, -di me pater
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. De oculis vide Quintil. lib. 11. cap 3. De gestu oculorum.
Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes, funguntur suo munere. Cic. 2. de Nat. deor.
Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, tum cõiectu, tum hilaritate motus animorum significemus aptè cum genere ipso orationis. Cic. 3. de Orat.
Vestiuit & sepsit oculos natura membranis tenuissimis, quas primùm perlucidas fecit, vt per eas cerni posset: firmas autem, vt contuerentur. Cic. 2. de Nat. deor.
Mundi oculus. Sol. Ouid. 4. Metam.
Cupiditatis oculi. Cic. 2. de Leg. agrar. An vos aliter existimabatis, quum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent, non eos in primis id acturos vt ex omni custodia, &c.
Acies oculorum. Ouid. 7. Metam.
Acies contenta oculorum. Lucret. lib. 1.
Infirmitas, Vide INFIRMVS.
Lumina. Lucret. lib. 6.
Margo. Stat. 3. Sylu. 2.
Potentia oculi. Celsus lib. 6. cap. 6. De suffusione oculorum.
Sensus oculorum acerrimus. Cic. 2. de Fin.
Oculorum vigor integer. Plin. iun. lib. 3. epist. 1.
Tunicæ oculi. Celsus lib. 7. cap. 7.
Visum oculorum amittere. Plin. lib. 7. cap. 50.
Nigris oculis decorus. Horat. 1. Carm. ode 32.
In oculis exercitus, Vide IN præpositionem.
In oculis præstans, pro Coram hominibus. Cic. de Senect. Nec verò ille in luce modò atque in oculis ciuium magnus, sed intus, domíque præstantior.

¶Abacti oculi. Stat. 1. Thebaid.
Abstinentes oculi, Vide ABSTINEO.
Acres, Vide ACER adiectiuum.
Acuti. Cic. pro Plancio.
Ardentes. Virg. 3. Georg.
Arguti nimis oculi, quemadmodum animo affecti sumus loquuntur. Cic. 1. de Legib.
Attoniti Claud. 3. Paneg.
Cærulei, Vide CAERVLEVS.
Comes oculi. Ouid. 3. de Arte amand.
Conturbatus oculus, est qui caligat & confusius vider, laborátque ophthalmia. Scribon. Largus, Ad conturbationes & epiphoras oculorum scio multa collyria, etsi tardè, magnos tamen effectus habere. Turnebus.
Cruentati, Vide CRVENTO.
Dexter & læuus Lucret. lib. 4.
Eminentes. Cic. in Vatinium.
Eruditi dicuntur oculi, quorum iudicium amussitatum examinatúmque ac censorium quodammodo in perpendendis discernendísque rebus pernoscitur, nec id in legendo solùm, sed in spectãda quoque pictura nobili, aut opere antiquis artificum nominibus pretioso. Cic. in Paradox. Aetionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Mitto vnde sustuleris, & quo modo habeas. Intuentem te, admirantem, clamores tollentem quum video, serium esse inepriarum omnium iudico. Nónne igitur sunt illa festiua? Sint. nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, &c.
Exempti. Lucret. lib 3.
Fessi. Virg. 5. Æneid.
Fideles. Horat. de Arte,
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Hoc est, plus mouent & afficiunt quæ videntur, quàm quæ audiuntur duntaxat. hinc fideles vocat oculos, quia certius scimus quæ vidimus, quàm quæ audiuimus. Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem.
Graues. Virg. 4. Æneid.
Humentes. Claud. 4. Paneg.
Igniferpentium. Seneca Here. fur. 4.
Immites. Ouid. 6. Metam.
Immoti. Ouid. 2. Metam.
Oculi indomiti, Vide INDOMITVS.
Inertes. Virg. 3. Georg.
Infesti, Vide paulò post Conspici, &c.
Intenti, Vide paulò post Contemplari, &c.
Irretortus. Horat. 2. Carm. ode 2,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos. Id est, quisquis non est auarus, nec aspectu pecuniæ magnopere mouetur. Nam qui pecuniæ est auidus & studiosus, ad eius aceruos subinde retorquet oculos, ac penè strabus efficitur, nec sic ab ea auelli potest, quin oculos sæpenumero reflectat, vt eam respiciat. Eum igitur dicit, cui pecuniæ aspectus oculos non deprauat, nec strabos reddit, quod magnæ auiditatis est argumẽtum. Labinus verò sic, Oculo irretorto, id est, qui ingentes auri aceruos ita spectat, vt oculos suos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri potest: cuius ea est oculorum animi acies, vt auri splendore nõ offendatur, neque præstringatur, id est, qui ita aspicit, vt non concupiscat, aut corrumpatur. Est autẽ metaphora ducta ab his, qui oculorum vitio lucem aspicere nó possunt: sed oculos ab ea demouere, atque in aliam partem reflectere coguntur. Vtitur eadem similitudine Cicero in epist. quadam ad Brutum, cuius initium, Quum sæpe te literis, &c.
Labentes. Quintil. in Proœm. lib. 6. de filio moriente.
Limi. Vide LIMVS.
Liuentes, Claud. 1. in Ruffinum.
Loquaces, Qui notis assignandis vim habent vocis. Tibul. libro 2. eleg. 7.
Lubrici & mobiles. Cic. 2. de Nat. deor.
Ludibundi. Gellius lib. 3. cap. 5. Quũ vocẽ eius infractã, capillúmque arte compositum, & oculos ludibundos, atque illecebræ voluptatisque plenos videret.
Madentes. Stat. 6. Thebaid.
Maligni. Virg. 5. Æneid.
Melliti. Catull. ad Iuuentium, epigr. 45.
Minaces. Lucan. lib. 2.
Modesti, Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Molles. Ouid. 1. de Remed. amor.
Nitentes. Virg. 1. Æneid.
Obliquus. Horat. 1. epist. 14.
Patentes. Lucret. lib. 3.
Peruersi. Cic. 1. de Nat. deor.
Putres, Id est nimio potu marcentes, & libidine resoluti. Horat. in Carm. ode 36. Acron.
Scabri. Cels. lib. 6. cap. 6, Ad oculos scabros collyria.
Sequaces. Stat. 3. Thebaid.
Sicci. Quintil. lib. 6. cap. 2, Siccis agenti oculis lachrymas dabit?
Superbi. Ouid. 6. Metam.
Torui. Ouid. 5. Metam.
Truces. Seneca OEdipo, 12.
Velox. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Venusti oculi, candiduli dentes, color suauis. Cic. 5. Tusc.
Vigilantes, vel vigiles. Virg. 5. Æneid.
Vitiosi, & cæci. Senec. de Benefic. lib. 5. cap. 1.
¶Abireab oculis, Vide ABEO.
Abesse ab oculis, In ABSVM.
Accipere oculis, In ACCIPIO.
Accipere noctem oculis, In NOX.
Adducere ante oculos, In ADDVCO.

Adiicere

Adiicere oculum alicui rei. Cic. 4. Verr. Partim planè videbant adiectum esse oculum hæreditati.
Aduertere oculos templis. Claud. 5. Paneg.
Agnoscere oculis, Vide AGNOSCO.
Agere aliud oculis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Comibus est oculis alliciendus amor. Ouid. 3. de Arte.
Amare aliquem plus suis oculis. Catull. ad Caluum, epigr. 1.
Amittere oculos, In AMITTO.
Angere oculos, In ANGO.
Aperire oculos ad puniendum aliquem. Cic. pro Milone.
Ardent oculi. Cic. 6. Verr.
Aspicere oculis. Cic. pro Domo, Quem satis mirari quibus oculis aspicere audeas, non queo.
Æquis oculis aspicere. Virg. 4. Æneid.
Iustis oculis aspiciunt superi mortalia. Ouid. 13. Metam.
Limis aspicere, vel intueri, Vide LIMVS.
Astare ante oculos. Virg. 3. Æneid.
Graues oculos attollere. Virg. 4. Æneid.
Attollere humo. Ouid. 2. Metam.
Attollere aduersus, Vide ATTOLLO.
Auertere oculos omnium in se, Vide AVERTO.
Auertere ab aliquo. Ouid. 2. Metam.
Auertere ab vel ex oculis, In AVERTO.
Cadentes oculi morte. Stat. 3. Syl. 5.
Caligant oculi. Lucret. lib. 3.
Capti oculis talpæ. Virg. 1. Georg.
Oculis rationem capere. Plaut. Pseud. 9.
Capessere oculis, Vide Capesso in CAPIO.
Conspici oculis infestis, Vide CONSPICIO.
Cernere aliquid oculis. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Profanis sacra cernere. Ouid. 3. Metam.
Cernere oculis & animo. Cic. 3. de Nat. deor.
Circunferre oculos. Sil. lib. 11.
Superbos circunferre. Ouid. 6. Metam.
Circunlinere oculum, Vide CIRCVNLINO.
Circunspexit oculis agmina. Virg. 2. Æneid.
Cohibere oculos, In COHIBEO.
Collimare oculis, In COLLIMO.
Collustrare oculis, In COLLVSTRO.
Compingere oculos, In COMPINGO.
Comprimere oculos alicuius. Ouid. epist. 1.
Configere cornicum, In CONFIGO.
Coniicere oculos in aliquem, Cic. pro Cluentio.
Coniecit oculos in hostem. Virg. 12. Æneid.
Conscelerare oculos videndo. Ouid 7. Metam.
Constituere aliquem in foro atque in oculis ciuiũ. Cic. 2. de Orat.
Contemplari intentis oculis, In CONTEMPLOR.
Lynceis contemplari, Vide LYNX.
Contrectari oculis. Tacit. lib. 3.
Conuisere omnia loca oculis. Lucret. lib. 2.
Corrumpere oculos, In CORRVMPO.
Deiicere ab aliqua re. Cic. 1. Philip. Nec verò vsquam discedebam, nec à Republica deiiciebam oculos.
Deiecti in terram. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Demisere oculos omnes. Ouid. 15. Metam.
Deponere oculos in aliquam. Horat. 1. Carm. ode 36.
Deuorare aliquid oculis, Id est auidissimè intueri & optare. Vide DRAVCVS.
Effodere oculos, Vide EFFODIO.
Dirigere oculi. Ouid. 14. Metam.
Distorquens oculos. Horat. 1. Serm. saty. 9.
Oculi dolent quoties aliquid videmus, quod videre nolumus. Terent. Phorm. 5. 9,
Vín' primùm hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata?
Et quo tuo viro oculi doleant?
Erigere oculos, & recondere. Ouid. 4. Metam.
Eripere oculos alicui. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Eruitur oculos Gryneus. Ouid. 12. Metam.
Euerberare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Oculum exculpere, quod & Eruere dicitur. Terẽt. Phormione, 5. 8.
Exiliunt. Ouid. 12. Meram.
Somnum expellere oculis. Stat. 4. Sylu. 6.
Expilare genis oculos. Ouid. 13. Metam.
Extulit oculos ad sidera. Virg. 2. Æneid.
Oculus teneros mihi fascinat agnos. Virg. 3. eclog.
Ferire oculos, Vide FERIO.
Ferre oculos passim per cuncta. Virg. 2. Æneid.
Ferre aliquem in oculis, Cic. de Arusp. resp.
Fixi solo oculi. Virg. 1. Æneid.
Flectere. Ouid. 8. Metam.
Fodere. Senec. OEdipo, 12.
Fœdare lachrymis. Tibul. lib. 2. eleg. 7.
Lucidum fulgentes oculi. Horat. 2. Carm. ode 12.
Fessos oculos furari labori. Virg. 5. Æneid.
In oculis gestare, vel In oculis esse, aut ferre: pro Valde amplecti & amare. Terent. Eunuch. 3. 1.
Gignere dolorem oculis. Lucret. lib. 4.
Grauati in morte. Ouid. 4 Metam.
Acres atque acutos habere. Cic. pro Plancio.
Habere alicuius oculos in suis oculis: pro Videre quid ille velit, aut imperet. Plaut. Pseud. 13.
In oculis habere aliquid, pro Semper ad aliquid intentum esse, vt interpretatur Budæus. Quintil. lib. 16. cap. 5.
Oculi in vultu habitant. Cic. 12. Philip. Hic etiam fautores Antonij, quorum in vultu habitant oculi mei, tristitores videbam. Hoc est, A quibus contendis non dimouentur oculi mei.

Hærere oculis. Virg. 1. Æneid.
Haurire oculis, Videre. Virg. 4. Æneid.
Hebetare oculos. Plin. lib. 20. cap. 6.
Iacère ante oculos. Lucret. lib. 1.
Iactare oculos nimium. Lucret. lib. 4.
Imponere. Virg. 2. Georgicorum,
Nec modus inferere, atque oculos imponere simplex,
Incitare oculos alicuius. Ouid. 3. Metam.
In oculos incurrere, Id est visu offendere. Cicero Attico, lib. 12, Quid mihi cum foro sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis quos æquo animo videre non possumus?
Inferre oculos, Vide INFERO.
Inflectere oculos aliquorum, Vide INFLECTO.
Intendere oculos, Fixis oculis intueri. Plin. epist. vltima, lib. 2.
Intueri aliquid acrioribus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Inuadere in oculos, Vide INVADO.
Iudicare oculis, Vide IVDICO.
Labentes languore. Claud. de Berecynth. epigr. 58.
Laceratus. Lucret. lib. 3.
Coacti lacrymare dicunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Lædere oculos. Horat. 1. epist. 2.
Inuitis oculis hæc mea verba leges. Ouid. epist. 17.
Obliquo limare commodum alicuius. Horat. 1. epist. 14.
Linquentes imbrem. Stat. 5. Thebaid.
Lucent oculi. Ouid. 1. Metam.
Lustrare campos oculis. Lucan. lib. 7.
Igne micant. Ouid. 3. Metam.
Actibus micat ignis. Virg. 12. Æneid.
Natantes in luce. Stat. 2. Thebaid.
Renuente oculo negauit. Ouid. epist. 16.
Tenebræ obduxere oculos. Lucan. lib. 3.
Turba oberrat meos oculos. Senec. Here. fur. 13.
Obire oculis, In OBEO.
Obliquare oculos. Ouid. 7. Metam.
Oculis vrilitatem obtinere. Plaut. Epid. 13.
Oculis obuersari, In OBVERTO.
Obuersatur mihi ante oculos Reip. dignitas. Cic. pro Sextio.
Pascere. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Pascere oculos, animúmque exaturare cruciatu atque supplicio. Cicero 7. Verr.
Colores pascunt oculos. Lucret. lib. 2.
Patiuntur oculi, Vide PATIOR.
Veloci oculo percurrere aliquid. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Perlegere aliquid oculis. Virg 6. Æneid.
Aura perterget oculos nostros. Lucret. lib. 4.
Ponere aliquem ante. Cic. 2. de Leg. agrar.
Prædiscere oculis colores. Virg. 2. Georg.
Premere alicuius. Virg. 9. Æneid.
Premi oculum supercilio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Proponere vitam cuiusdam ante oculos suos. Cic. pro Sylla.
Prosequi oculis abeuntem. Ouid. epist. 5.
Nox oculos mentémque tapit. Stat. 9. Thebaid.
Referre oculos sensúsque aliquó. Valer. 6. Argon.
Referre ora & oculos in aliquem. Virg. 12. Æneid.
Reflectere. Ouid. 7. Metam.
Restituere in sedem suam. Celsus lib. 6. cap. 6.
Oculos retorquere. Ouid. 10. Metam.
Reuocare alicuius. Ouid. epist. 15.
Rigare fletu. Senec. Medea. 6.
Satiare amore. Propert. lib. 2. eleg. 16. Scintillant oculi. Perse. Saty. 3.
Sequi scripta oculis. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Ab oculis mentem seuocare. Cic. 3. de Nat. deor.
Spargere oculos, Est oculos huc illuc conuertere. Perse. Sat. 5.
Statuere aliquem ante. Cic. 1. de Orat.
Subiicere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Limis subrisit ocellis. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Subsidunt oculi. Celsus lib. 2. cap 6. Succumbunt. Ouid. 11. Metam.
Suffusus oculos lacrymis. Virg. 1. Æneid.
Oculus tibi sum. Plaut. Pseud. 4.
Mollibus oculis esse dicitur, qui facilè commouetur ad lacrymas. Ouid. 1. de Remed. amoris.
In oculis esse aliquibus, Id est charum & gratum esse. Cic. Attic. lib. 6, Publicanis in oculis fumus.
In oculis multitudinis esse. Cic. 2. Tusc.
Humentes sustulit. Ouid. 11. Metam.
Non oculi tacuere tui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Temperare oculis. Cuttius lib. 9. Hoc est abstinere à lacrymis.
Tendere oculos, Dirigere. Virg. 5. Æneid.
Immotos tenere. Ouid. 2. Metam.
Silentes tenuere inter se. Valer. 4. Argon.
Oculos tenere artificum dicitur res aliqua, pro In contemplationem sui adducere. Plin. epist. 6. lib. 3.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1.
Oculos tollere, de literis dictum, per translationem, pro Reficere, & erigere oculos, siue delectare. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12, Literulæ meæ, siue nostræ tui desyderio oblanguerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt.
Torsit oculos ad mœnia. Virg. 4. Æneid.
Traiicere oculos aliquó. Lucret. lib. 4.
Immitibus tueri. Ouid. 6. Metam.
Toruis tueri aliquem. Ouid. 5. Metam.
Somnus venit in oculos. Ouid. 7. Metam.
Vestigare oculis, cui opponitur Reperire. Virg. 6. Æneid.
Videre oculis. Terent. Heeyra, 5. 4, Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam. quod nossem, videram.
Inunctis videre. Horat. 1. Serm. saty. 3.

T

Siccis videre aliquid. Horat. 1. Carm. ode 3.
Volitare ante oculos quorundam. Cic. 2. de Lege agrar.
Voluere oculos huc illuc. Virg. 4. Æneid.
Voluere per singula. Virg 8 Æneid.
Intentos voluens oculos. Virg. 7. Æneid.
Quies dura vrget oculos. Virg. 10. Æneid.
Inertes stupor vrget. Virg. 3. Georg.
¶Ocule mi, Blandientis vox. Plaut. Curcul. 4, Bene vale, ocule mi.
Oculus, pro re præstantissima, Vide infrà, OCELLVS.
¶Oculi, dicuntur etiam in arborum surculis vnde germinant. Cato cap. 6, Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seruto. Colum. libro 3. cap. 18, Et reliqui duo vel tres fructuarij oculi penitus in terram deprimuntur.
Imponere oculos: quod & Inoculare dicitur. Virg. 2. Georgicorum, Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex.
¶Oculi, de stellis. Plin. lib. 2. cap. 5, Inde tot stellarum collucentium illos oculos.
Oculi caudæ pauonum. Plin. lib. 13. cap. 15.
¶Oculi, Notæ rotundæ. Plin. lib. 8. cap. 17, Pantheris breues in candido macularum oculi.

Ocellus, ocelli, Diminut. {ὑμματίδιον.} Persius Saty. 1.
-patranti fractus ocello. Mart. lib. 1. 88, Siccis ocellis.
Ebrij. Catull. de Acme, epig. 42,
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suauiata. Hoc est, aliquantum humectos & ludibundos, quíque graro motu spectantes alliciunt.
Mors nostros clauder ocellos. Propert. lib. 2. eleg. 14.
Iratos in re defixit. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.
Argutis promisit quiddam. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Delectis spectare gremium. Ouid. 1. Amor. eleg 8.
Somnus lassos summisit. Ouid. in Fragmento.
Somnus tegit ocellos. Catull. ad Licinium, epig. 17.
Turbare nitidos. Iuuenal. Saty. 6.
¶Ocellus meus, Blandientis vox. Plaut. Asin. 12, Da meus ocellus, mea rosa.
¶Peninsularum insularúmque ocellus Sirmio, Id est præstantissima, aut pulcherrima. Catull. ad Sirmionem peninsulam, 29. Sic locutus est Cicero ad Attic. libro 16. epistola cuius initium, Tu verò sapienter, Cur ergo tecum non sum? cur ocellos Italiæ villulas meas non video? Lib. quoque 3. de Nat. deor. Critolaus euertit Corinthũ, Carthaginẽ Hasdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderũt. Nec absimile est illud eiusdem pro Lege Manilia, Legati quòd erant appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt.
Ocelli radicis. Plin. lib. 21. cap. 4.

Ocellatus, pen. prod. Adiect. {ὑμματώδης} Quod ocellos habet, id est cauernulas quasdam. Vnde Suetonius Ocellatas nuces dixit, id est Multis foraminibus distinctas. Suetonij locus est in Augusto, cap. 83. qui nunc sic legitur, Animi laxandi causa modò piscabatur hamo, modò talis, aut ocellatis, nucibúsque ludebat cum pueris minutis. Vide Ocellatum, suprà suo loco

Oculissimus {ὑμματώτατος} Superlatiuum formauit Plautus in Curc. 3. Salue oculissime homo. Hoc est, qui tam clarè aspicis.
Oculissimus, Charissimus, inquit Festus. Plaut. Curcul. 2. Salue, valuistin' ostium oculissimum? Vide OSTIVM.

Oculeus, Adiect. {ὑμματώδης} Plenus oculis. Plaut. Aulul. 16,
Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit.
Oculeus, per translationem, pro Perspicaci ponitur, quasi qui ex oculis constet. Apul. Perspicatiorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Ocularius, Adiect. Solinus cap. 37, Cuius succus proficit ad ocularium claritatem. De Euphorbia.
Ocularia ægritudo. Solinus cap. 10. ad finem.
Medicus ocularius. Celsus lib. 6. cap. 6.

Ocularius, Substantiuum, Idem. Scribo. Largus, Asperitudines palpebrarum desperatas à quibusdam ocularioru, paucis diebus tollit. Paulo pòst, Non præterit me, habere te prudentes ocularios.

Oculatus, pen. prod. {ὑμματίας} Aliud adiect. Cui perspicaces sunt oculi, qui per totum corpus oculos habet.
Malè oculatus, Vide MALVS.
Oculatum, pro Præsenti, authore Festo, posuit Plautus quum dixit Pseud. 5, Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die.
Oculatus testis, Qui se vidisse dicit id quod narrat, inquit Festus. Plaut. Trucul. 10.

Oculatissimum locum appellat Plin. conspicuum, lib. 134. cap. 6.

Oculatio, oculationis {ὀφθαλμασμός} in viribus pro Gemmarũ superfluarum desectione. Plin. lib. 17. cap. 21, Pampinationi quoque & oculationi, omníque operi facilior. Vetus exemplar hîc legit occationi.

Oculitus, pen. corr. Aduerbium {ἐκ τῶν ὀμμάτων} ita dicitur, inquit Festus, vt, Funditus, penitus, quo significatur tam charum esse quàm oculus. Plaut. Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus.

Oculo, oculas {ὀμματόω} Idẽ quod illustro vel illumino, & quasi ex cæco oculatũ facio. Tertull. in Apologet. Sed quia iã expolitos, & ipsa vrbanitate deceptos, in agnitionẽ veritatis ocularet. Sed hocvix crediderim apud veteres inueniri. Neque enim oculatus participiũ est à verbo oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus, & Tunicatus.

OCYALVS, Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, vt ostendit Homerus lib. 8. Odyss.

Ocymum, ocymi, penult. corr. {ὤκιμον} Herba ad boum pabulum sata, qua ciebant alium bobus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31, Omne pabulum primum ocymum, farraginem, viciam, nouissimè fœnum secari. Ocymum dictum è verbo Græco ὠκύω, id est citó. Similiter quoque ocymum in horto hoc amplius dictum ocymum, quòd citat aluum bobus, & ideò his datur vt purgeturrid genus pabuli sunt segetes viridesq; sectæ antè quàm gerant siliquas. Catul. ad Fundum, epigrammate 41, Et me recuraui ocymóque & vrtica. Pers. sat. 4.

Ruellius libro 1. cap. 20. non putat idem fuisse apud veteres ocimum & ocymum, quæ tantùm vna litera dissidere videntur, vario supra modum significatu, vt idem air. Ocimum verò tradit esse genus illud pabuli, de quo apud Varronem: Ocymum, herbam illam odoratam, quæ vulgò Basilicon dicitur, vt meminit lib. 2. cap. 54. Sunt tamen, vt idem testatur, qui significantius per z, scribendum ducant, ab ὄζω, quod redolere denotat: quoniam herba tota tuuissimum spiret odorem. Petrus Victorius sic legendum censet Varronis locum: Ocinum dictum à Græco verbo ὠκίω, quod valet citó. similiter quo ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, quòd citat aluum bubus, & ideò iis datur vt purgentur, id ex pabuli segete viride sectum, antequàm gerat siliquas. Idem etiam apud Catonem semper ocinum legit, pro illo boum pabulo.
Ocymum, consuetudo neutraliter dicit. sed Æmylius Macer ait,
Inter præteritas numerabitur ocymus herbas.

Ocyor, Ocyssimus {ὠκύτερος, ὠκύτατος} Latina nomina, pro Celerior, Celerrimus fiunt à positiuo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. lib. 16. cap. 31, Quidã breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod arguunt fici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima.
Fulminis ocyor alis. Virg. 5. Æneid.
Ceruis ocyor. Horat. 2. Carm. ode 16.
Euro ocyor. Horat. 2. Serm. saty. 16.
Vetbere fundæ. Lucan. lib. 1. Aura. Horat. 1. Carm. ode 2.

Ocyus, Ocyssimè, Aduerbia {ὠκυτέρως, ὠκυτάτως.} Terent. Eunuch. 3. 5, Perlongè est, sed tanto ocyus properemus, mutа vestem. Cicero in Somnio Scipionis, Idque ocyus faciet, si iam tum quũ erit inclusus, in corpore emnebit foras.
Tardius & Ocyus, contraria. Cic. 4. Tusc. Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus.
Deseremur ocyus à re publica, quàm à re familiari. Cic. Att. lib. 16. Ire ocyus. Virg. 8. Æneid.
Peragere iussa alicuius ocyus. Seneca Troade, 6.
Peruenire ocyus ad aliquem locum. Cic. pro Quintio.
Ocyus omnes surgimus. Ouid. 12 Metam.

Ocyssime, pen. corr. {ὠκύτατα.} Terent. Heaut. 4. 8.
Tanto ocyus te vt poscat, & tu id quod cupis,
Quàm ocyssimè vt des.

OCYPETE, pen. corr. {ὠκυπέτη} Vna ex Harpyis, sic dicta quòd alarum velocitate polleat: ὠκὺς enim celer & citus dicitur, πέτομαι volo, volas. Vide Cælium, lib. 39. cap. 27.

OCYROE, pen. corr. {ὠκυρόη} Nympha, Oceani & Tethyos silia, vt scribit Hesiodus in Theogonia.
Ocyroen, Chironis Centauri filiam fabulantur poetæ fuisse fatidicam, eandémque in equam tandem conuersam. Ouidius 2. Metam.

O D

Oda, odæ, vel Ode, odes, f. g. Cantus. Author opusculi de Philomela,
Et merulus modulans tam pulchris concinit odis.

ODESSOS, Vrbs est in Mœsia inferiori, vt scribit Pãponius Mela lib. 2.

Odaxysmus {ὀδαξυσμὸς} Græcis & medicis dicitur pruritus ille qui in infantibus præcurrit dentitionem. Vide Cæl. lib. 4. cap. 1.

Odeum, odei, pen. prod. {ᾠδεῖον} Pars ædificij. Cic. ad Atticum, lib. 4, Monimentum illud quod tu tollere laudibus solebas, vt odeum laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus: cõtemptimus sexcẽties HS. Vbi interpres, Odeũ, pars ædificij, authore Vitruuio, quæ Latinè dici cantilenarium potest: de quo Pausanias & cæteri. Quæda tamen exemplaria legunt, Vt forum laxaremus. Odei meminit Vitruuius lib. 5. cap. 9. Cælius libro 28. cap. 12, dicit locũ fuisse imagine theatri, in quem deferebãtur poemata prius quàm in theatro recitarentur. Est etiam locus vbi cantatur, locus choro & symphoniacis destinatus. Græcè scribitur ᾠδεῖον. Porrò ᾠδὴ cantum significat.

Odfacio, Veteres pro Olfacio dixerunt, teste Fest.

Odi, odisti, odit {μισῶ, στυγῶ, μισητὸς, στυγητὸς, ἐχθαίρω, ἐχθρὸς, ἐχθρόω} Verbum defectiuum, sub voce præterita significat præsens & præteritum, tam imperfectum quàm perfectum, id est Odio habebam, aut habui. Præteritum perfectum tantùm habet, & ab eo formata.
Odi, significat Odio habeo, & habui. Cic. de Amic. Alterũ propter crudelitatẽ semper hæc ciuitas oderit. Sic pro Sextio. Et ad Mariũ, lib. 7. 2, Posteremò, vix verisimile fortasse videatur, oderã multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium.
Odit lædi ferro vitalia opobalsamum. Plin. lib. 12. cap. 25.
Odisse & Amare, contraria. Cic. Attic. lib. 6.
Odisse, & Diligere, contraria. Cic. 5. de Finib. Quum appetitus ille animi aliquid ad se trahere cœperit consulto, quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus, quum id sua causa facier, & oderit se & simul diliget: quod fieri non potest.
Fauere & Odisse, contraria. Cic. de Claris Orat.
Acerbè & penitus odisse aliquem. Cic. pro Cluẽtio, Hunc si acerbè & penitus odirat, non eum quamdiutissimè viuere velle debebat?
Apertè odisse magis ingenui est, quàm fronte occultare sententiã. Cic. de Amicit.
Furialiter odit. Ouid. 3. Fast.
Malè odisse aliquem. Cic. Attic. lib 14.
Pati contumelias peius odero malis omnibus aliis. Brut. Cic. 16.
Impendio odit, Vide IMPENDO.
Odissem te odio Vatiniano. Catul ad Caluum, epigr. 14.
Odimus immodicos fastus. Ouid. 3 de Arte.
Oderunt hilarem tristes. Horat. 1. epist. 19.
Improbos omnes ciuili odio odimus. Cic. pro Mil.
Amor odit inertes. Ouid. 2. de Arte.
Odi profanum vulgus, & arceo. Horat. 3. Carm. ode 1.

Osus, osa, osum, Particip. {μισήσας} Qui odio habuit. Plaut. Amphit. 10,
Inimicos osa sum semper obtuerier. Gell. lib. 4. cap. 8.

Osurus. Cic. in Lelio, Negabat vllã vocẽ inimicioꝛ amicitię posse reperiri, quàm ei⁹ qui dixisset, Ita amari oportere, vt aliquãdo esset osurus.

Osor, osoris, Verbale {μισητὴς} Qui odio habet. Plaut. Merc. 18, Osores, infensi, iracundi. Et Pœnulo, 1. 2, Osor mulierum.

Odium,

Odium, odij {μῖσος, ἔχθος, ἔχθημα} Ira inueterata, inquit Cicero libro 4. Tuscul. Terent. Phorm. 5. 9, Neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.
Dignus odio aut irrisione. Cic. 2. de Orat.
In odio, Vide IN præpositionem.
Atrox odij Agrippina. Tacit. lib. 12.
Procax odij, & potestatis temperantior. Tacit. lib. 13.
Securus iam odij. Tacit. in vita Agricolæ.
Semina odij. Ouid. 3. de Arte,
¶Acerba odia. Virg. 10. Æneid.
Acre. Cic. 2. de Inuent.
Ægra. Valer. 5. Argon.
Æternum. Senec. Hercul. furent. 6.
Aspera. Virg. 2. Æneid.
Blandum & affabile. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 14.
Capitale, Vide CAPVT.
Compressum, In COMPRIMO.
Crudele. Virg. 1. Æneid.
Diuturnum. Cic. in Vatin.
Hostile. Tacit. lib. 15.
Ieiunum odium, Insatiabile. Iuuen. Sat. 15, De Ægyptiorum odiis.
Immane & crudele barbarorum in hostem. Cic. pro Plancio.
Immortale. Iuuen. Sat. 15.
Inexorabile. Ouid. 5. Metam.
Inexpiabile, Vide INEXPIABILIS.
Infestum, Vide INFESTVS.
Insigne, Vide INSIGNIS.
Insitum penitus. Cic. 2. de Lege agrar.
Intestinum odium, Vide INTESTINVS.
Intimum, Vide INTRA.
Inueteratum. Cic. in Vatin.
Iusta. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Iustum & debitum omnium mortalium. Cic. in Pison.
Magnum. Horat. 1. epist. 14.
Mutuum, Vide MVTVVS.
Naturale. Plin. lib. 8. cap. 18.
Nouercalia. Tacit. lib. 1.
Nuda. Stat. 9. Thebaid.
Occlusum, Vide OCCLVDO.
Occulta. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Perniciale, Vide PERNICIES.
Pertinacia. Tacit. lib. 20.
Priuata. Tacit. lib. 1.
Pretiosa, & constantia magno. Ouid. epist. 7.
Recens. Tacit. lib. 4.
Vatinianum, Vide VATINIVS.
Vetus. Tacit. lib. 4.
Viuida odia. Tacit. lib. 15.
¶Adduci odio, Vide ADDVCO.
Recentia, veteráque odia aduertit. Tacit. lib. 4.
Afferre odium, Vide AFFERO.
Æterna odia agere. Senec, Herc. fur. 6.
Alendis materiam præstare. Claud. 2. Paneg.
Ardere odium in aliquem. Cic. Omnia tum denique in illum odia ejuium ardebant desiderio mei.
Capere odium, In CAPIO.
Certare odiis. Virg. 10. Æneid.
Colligere. Ouid. 3. Metam.
Conciliare, In CONCILIO.
Concipere, In CONCIPIO.
Concitare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Concitare magnum in aliquem. Cic. 1. de Inuent.
Concoquere, In CONCOQVO.
Conflatus odio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Conuertere in se. Cic. Si palàm te interemisset, omnium in se gentium non solùm odia, sed etiam arma conuertisset.
Creare. Cic. 2. de Orat.
Depellere vel propulsare. Cic. pro Cælio.
Deponere. Senec. Herc. fur. 6.
Odio quodã & dissidio ab aliquibus dissidere. Cic. pro Corn. Balbo.
Capitali ab aliquo dissidere. Cic. de Amic.
Effundere occlusum, Vide OCCLVDO.
Excitare acerbum. Cic. 2. de Orat.
Exedere vrbem odiis. Virg. 2. Æneid.
Exercere. Ouid. epist. 7.
Exercere aliquem odiis. Virg. 4. Æneid.
Explere odium strictis mucronibus. Claud. de bel. Get.
Expromere. Cic. 2. ad Attic.
Amorem finire odio. Ouid. 2. de Remed. amor.
Flagrare odio alicuius. Seneca Octauia, 4.
Flagrare mutuo odio, IN MVTVVS.
Frangere. Quintil. lib. 6 cap. 3.
Gerere. Seneca Thyeste, 4.
Odium gerere aduersus. Plin. lib. 8. cap. 18.
Habere magnum in aliquem. Cic. 2. de Inuent.
Habere odium seruitutis. Cic. 5. Philip.
Importare alicui. Horat. 1. epist. 13.
Incendere in se, Vide INCENDO.
Incurrere in hominum, Vide INCVRRO.
Indicare odium. Cic. Fam. 3.
Inferre. Tacit. lib. 15.
Inflammare vrbes odiis. Strat. 3. Thebaid.
Intendere. Tacit. lib. 13.
Inurere. Cic. pro Domo sua.
Irruere in odium alicuius, pro Venire. Cic. 2. Verr. Qui quasi de industria in odium offensionémque Populi Romani irruere videbãtur.

Indicare odio & inuidia. Cic. pro Marcello
Liberare aliquem odio, Vide LIBER, liberi.
Mereri. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Metiri aliorum odium suo, Vide METIOR.
Mittere ac finire, In MITTO.
Mordet. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Aspera mouere verbis. Virg. 2. Æneid.
Asperitas mouet odium. Ouid. 2. de Arte.
Patefacere odium suum in aliquem, Vide PATEFACIO.
Placare. Cic. pro Domo sua.
Ponere. Claud. de bell. Get.
Premi. Claud. 2. in Ruffinum.
Profiteri. Cic. Philip. 12.
Remittere. Tacit. lib. 1.
Renouare & renocare animos aliquorum ad alicuius odium. Cic. 2. de Orat.
Reponere. Tacit. in vita Agricolæ.
In odiis residere, Vide IN præpositionem.
Restinguere. Cic. pro Rabir.
Saturare diuturnum & inueteratum. Cic. in Vatin.
Seruatum perenni studio. Silius lib. 1.
Sorbere. Cic. ad Q. Frat.
Struere in aliquos, & Dimouere ab aliquibus, contraria. Cic. 2. de Orat.
Subire. Cic. Quanquam quid mea interfit vt eorum odium subeam, non intelligo.
Subleuare. Cic. Sed mehercule non multum M. Octauius eorum odia, qui Hirtum premunt, quæ multa sunt, subleuat.
Est mihi odium illius, Id est prosequor illum odio. Virg. 1. Æeid. 11
Odio esse alicui. Cic. 5. de Finibus, Cui Tubuli nomen in odio non est? Virg 8. ecloga,
Dúmque tibi est odio mea fistula.
Odio esse apud omnes. Cic. pro L. Manilia, Difficile est dictu Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter, &c.
Hostili odio & crudelitate esse in aliquem. Cic. pro Cluen.
In odio esse omnibus. Cic. ad Attic. lib. 2, Nunc repentè tanto in odio est omnibus, vt quorsus eruptura sit, horreamus. Vbi Quorsus pro Quorsum legitur.
Suscipere odium alicuius in re aliqua Cic. ad Attic. libro 7, In quo (vt audio) magnum odium Pompeij suscepistis.
Acre suscipere. Cic. 2. de Inuent.
Tendere odiis. Tacit. lib. 20.
Odium collectum transferre. Ouid. 3. Metam.
Obscuro odio mortisq; venenare cõmoda alicuius. Hor. 1. epist. 14.
Venire odio omnibus. Plin. lib. 28 cap. 8.
Venire in odium omnibus. Cic. ad Attic. lib. 10, Vt vti diebus ipsi illi egenti ac perditæ multitudini in odium acerbissimum veneret.
Vocare in. Cic. contra Rull. Nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur.
¶Odium mitigatur, deponitur, tenetur, sedatur. Cic. Post red. ad Quirites, Odium, vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reip. communíque vtilitate deponi, vel difficultate vlcifcendi teneri, vel vetustate sedari.
Facere odium studiorum. Quintil. lib. 1, cap. 3.
Ferre ex aliqua re. Quintil. lib. 5 cap. 14.
Odium infinitum. Cic. pro Corn. Balbo, Sed siqui sunt, quibus infinitum sit odiũ, in quo semel susceptũ sit, quos video nõnullos, &c.
¶Odium, Assiduitas, instantia, molestia, fastidium, vt ait Donat. Terent. Phorm. 5. 6, Pergit hercle: tu nunquã tuo odio vinces me. Idẽ Hecy. 1 2, Tundendo, atque odio denique effecit senex,
Despondit ei gnaram huius vicini proximi.

Odiosus, pen. prod. Adiect. {μισητὸς, δύσμισος, βδελυρὸς} Qui odio habetur, vel qui molestus est. Terent. Eunuch. 4. 6, Vbi sita est? T in Risco: odiosa cessas? Cic. de Amic. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare is qui contulit.
Aures odiosæ. Ouid. 1. de Arte.
Dolor. Cic. 4. de Finib.
Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Cic. 1. Offic.
Offensio omnis odiosa est in fragili corpore. Cic. de Senect.
Senex. Ouid. 2. de Remed. amor.
Senectus sic plerisque senibus odiosa est, vt onus sæ Ætna grauius dicant sustinere. Cic. de Senect.
Odioso vento concita æquora. Ouid. epist. 18.
Insolens & odiosum verbum. Cic. in Orat. Eorum religioni quum seruiret orator, nullũ verbũ insolens, nullũ odiosum ponere audebat.
Odiosa plaga. Cic. Attic. lib. 5.
Odiosum esse alicui, Id est, molestum, vt ait Valla. Plaut. Curc. 2. 7, Tandem es odiosus mihi. Terent. Phorm. 5. 8,
Enimuero si porrò esse odiosi pergitis.
Odiosus & loquax orator spernitur. Cic. pro Murena.
Odiosus scrupulus. Cic. Attico, lib. 10.
Iucundum potius quàm odiosum. Cic. de Senect. Ex Cæcilio.
Odiosum & molestum. Cic. Attico, lib. 6, Odit prouinciam, & hercule nihil odiosius, nihil molestius.
Graue & odiosum, Leue & facilè, cõtraria. Cic. pro Roscio Comœdo, Quorum alterum est grauius & odiosius: alterũ leuius & facilius.

Odinolyontes {ὀδυνολύοντες} Pisciculi sunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras vocant: sic appellati, ὅτι τὰ πλοῖα τὰς ὁδύνας, id est, à soluẽdo dolores partus. Quippe fale asserunatur, & alligatum grauidis, partum soluere prodiderunt. Plin. lib. 32. cap. 1.

ODITES {ὠδίτης} Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopso interfectus in nuptiis Pyrithoi. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Occubuit, fiustráque loqui tentauit Odites.

Odioſum & Iucundum, contraria. Cic. de Senect. Cupidis rerum talium odioſum fortaſſe & moleſtum eſt carere: ſatiatis verò & expletis iucundius eſt carere.

Odioſius. Quintil. lib. 1. cap. 6, Quia nihil odioſius affectatione.

Odioſè, pen. prod. Aduerbium {μισητῶς} Cum odio vel tædio, aut quod *fastidiosè* vulgò dicitur. Terent. Adelph. 4. 2 Æſchinus odioſè ceſſat: prandium corrumpitur.

Dicere odioſè. Cic. de Clar. Orat. Siquis eos qui nec ineptè dicunt, nec odioſè, nec putidè, Atticè putat dicere, &c.

Odioſè interpellare. Cic. 2. de Orat.

Loqui odioſè. Author ad Herennium lib. 4, Viuis inuidioſè, delinquis ſtudioſè, loqueris odioſè.

ODIVS, Halizonum dux, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. Author Homer. lib. Iliad. 5.

Odones, de quibus in l. Argumento. §. faſciæ. D. de aur. & arg. legat. vbi dicitur, quòd vſum calceamentorum præſtant: niſi ibi mendum ſit, & legendum potius vndonum: quod putat Catellianus Cotta, in verbo Vndones. Sed non video quomodo vndones vſum calceamentorum præbeant. Tiraquellus.

Odor, vel odos, huius oderis, pen. prod. {ὀσμή, ὀσμὴ, αὐτμή} Notæ ſignificationis. Plaut. Capt. 13, Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Odor. Varr. lib. 5. de Ling. Latin. Litteræ commutatione dicitur odor, olor. Hinc olet, & odorari, & odoratur, & odora res.

Fluctus odorum. Lucret. lib. 4.

Odoris ignauia. Vide IGNAVUS.

Suauitas odoram. Cic. de Senect.

Vaſtitas. Plin. lib. 31. cap. 6.

Anguſti odoris roſa. Plin. lib. 21. cap. 4.

Auſterus odore, Plin. lib. 12. cap. 25.

Vnguentorum odor. Cic. poſt red. in Senatu.

Acer odor. Vide ACER adiectiuum.

Acerbus. Val Flacc. 4. Argonautic.

Acerrimus. Plin. lib. 21. cap. 7.

Acutus. Plin. lib. 21. cap. 7.

Aggrauans capita Plin. lib. 12. cap. 17.

Arguius. Plin. lib. 15. cap. 3. ad finem.

Ater, Vide ATER adiectiuum.

Caſtoreus, In CASTOR.

Crocei. Virg. 1. Georg.

Dilutus. Plin. lib. 15. cap. 28.

Diuinus. Virg. 1. Æneid.

Ferus. Plin. lib. 12. cap. 17.

Fœdus. Celſus lib. 7. cap. 29.

Grauis cœni. Virg. 4. Georg.

Grauis oris. Ouid. 3. de Arte.

Non inelegans. Plin. lib. 21. cap. 25.

Inimicus. Horat. 2. Serm. ſaty. 4.

Iniucundus, Vide INIVCVNDVS.

Inſuauis, Vide INSVAVIS.

Iucundus, Vide IVCVNDVS.

Iucundè grauis. Plin. lib. 21. cap. 10.

Lentus. Seneca Thyeſte, 6. 2.

Liquidus. Virg. 4. Georg. Malus. Horat. Epod. 12.

Medicatus, Vide MÉDICO.

Molliſſimus, Vide MOLLIS.

Panchæi. Lucret. lib. 2.

Potentiſſimus. Plin. lib. 13 cap. 2.

Recentis odoris mala. Iuuenal. Saty. 11.

Roſcidus. Plin. lib. 14. cap. 2.

Sæuus odor vini, Ad facinus & ſeuitiam ducens. Stat. 2. Thebaid.

-Ogygij ſiquando afflauit Iacchi

Sæuus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulchrum Spargere.

Teter. Virg. 3. Æneid.

Vinoſus. Plin. lib. 17. cap. 4.

¶Abolere. Plin. lib. 28. cap. 9.

Adhibere odores ad deos, In ADHIBEO.

Defluit celeritme, Id eſt euaneſcit. Plin. lib. 13. cap. 1.

Difflatur, Vide DIFFLO.

Euaneſcit celerrimè. Plin. lib. 13. cap. 1.

Frui ex vtraque parte corporis odore prodigo. Plin. lib. 13. cap. 3.

Afflantur è floribus. Cic. de Senect.

Capere, In CAPIO.

Capi odore rerum. Cic. pro Cælio.

Continere, In CONTINEO.

Malus odor creſcit membris. Horat. Epod. 12.

Beſtiæ quædam intolerabilit odoris fœditate inſectantes depellunt. Cic. 2. de Nat. deor.

Liquidum ambroſiæ diffudit. Virg. 4. Georg.

Euellere è glebis thuris. Lucret. lib. 3.

Acrem excite. Lucret. lib. 6.

Expirare odorem dicitur res aliqua. Catul. Argon. 59.

Fertur ad ſuperiora omnis. Cic. 2. de Nat. deor.

Acerbus fragrat. Valer. 4. Argon.

Multo fumat ara. Horat. 3. Carm. ode 18.

Iácere odorem de corpore. Lucret. lib. 2.

Iactare, Vide IACIO.

Incendere thus & odores. Cic. 6. Verr.

Galbaneos incendere. Virg. 4. Georg.

Suaues odores miſcent herbæ. Virg. 2. eclog.

Spirat odor, Vide DIFFLO.

Diuinum odorem ſpirauere comæ. Virg. 1. Æneid.

Odorem oris tollit, gingiuas aſtringit, dentes firmat. Plin. libro 23. cap. 2. De aceto ſcillino.

Auræ vitiantur odoribus. Ouid. 7. Metam.

¶Odores, in plurali, & aromata, pro eodem accepiſſe videtur Co-

lum. lib. 12. cap. 20, Quòd ſi non ita, vt præcipimus, permiſceueris, ſubſident aromata, & adurentur. Et paulo pòſt, Ad prædictum autem modum muſti adiici debent ij odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

Ingrati. Ouid. 2. Metam.

Differtum corpus odoribus. Tacit. lib. 16.

¶Odor, Infectus aer. Plin. lib. 9. cap. 7, Odorem quidem non aliud quàm infectum aera intelligi poſſe.

Odor oris & corporis tetertimus. Cic. 5. Verr. Poſtremò vt odor Apronij tetertimus oris & corporis, quem (vt aiunt) ne beſtiæ quidem ferre poſſent, vni iſti ſuauis & iucundus videretur.

¶Odor, per tranſlationem: vt Odor Dictaturæ, id eſt indicium, vt ait Budæus. Cic. ad Attic. lib. 4, Res fluit ad interregnum, & eſt nonnullus odor Dictaturæ.

Suſpicionis. Cic. pro Cluen. Cannutio perito homini qui quodam odore ſuſpicionis Stalenum corruptum eſſe ſenſiſſet, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit, &c.

Legum. Cic. 7. Verr. Quaſi luce liberatis, & odore aliquo legum recreatus, reuixiſſet, &c.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Iuuen. Saty. 14.

Odorus, pen. prod. Adiect. {ὀσμώδης} Quod ex ſe odorem mittit, teſte Seruio vt Stat. 6. Thebaidos,

-& odoro vulnere pinus Scinditur.

Arbor odora. Ouid. 1. de Arte.

Hos. Ouid. 9. Metam. Sulfur Claud. 5. Paneg.

Odorus. Indagator & ſagax. Virg. 4. Æneidos,

-& odora canum vis. Seruius.

Odoratus, pen. prod. aliud Adiectiuum {ἀνόσμος, δύσοσμος, εὐόσμος, θυώδης, μυρεψικὸς, ἐφημερώδης} Quod alicunde accepit odorē, inquit Seruius, vt Templum odoratum. Plin. epiſt. 17. lib. 2, Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus.

Minus odoratum. Plin. lib. 21. cap. 7.

Minimè odoratus. Plin. lib. 21. cap. 7.

Capilli. Horat. 3. Carm ode 20.

Caput. Horat. 2. Serm. ſaty. 7.

Odoratus, Participium, ſine origine verbi. Non enim ab odorando, ſed ab odore deducitur. Horat. 2. Carm. ode 11, & roſa

Canos odorati capillos, &c. Id eſt, capillis odoratis. nam ſic loquuntur Græci.

¶Odoratus, Quod ex ſe odorem habet. Virg. 3. Georg. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. Vbi Seruius, Odoratam, pro Odoriferam. Plin. lib. 12. cap. 12, Odoratæ radicis herba.

Bacchus. Virg. 4. Georg. Ceræ. Ouid. 8. Metam.

Ignes. Ouid. 1. Faſt. Lignum. Virg. 2. Georg.

Nemus lauri. Virg. 6. Æneid.

Roſæ. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Serta Ouid 5. Triſt. eleg. 4.

¶Odoratior, & odoratiſſimus. Plin. lib. 21. cap. 7, Itaque & vina muſtis odoratiora, & ſylueſtria magis omnia ſatiuis.

Odoratus, huius odoratus, penultim. prod. {ὀσφρητὸς} pro Olfactu, ſiue ipſo ſenſu & facultate odorandi. Plin. lib. 11. cap. 4, Inſecta autem habent oculos, præterquę ſenſus tactum & guſtatum, aliqua & odoratū. Cic. 4. Acad Nihil neceſſe eſt de guſtatu & odoratu loqui.

¶Odoratus, Idem quod Odoratio. Cic. 2. de Nat. deor. Niſi fortè tanta vbertas & varietas pomorum, eorúmque iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam & aſpectus, dubitationem affert, quin hominibus ſo is ea natura donauerit.

¶Odoratus, Odor. Plin. lib. 25. cap. 13, Folia coriandri tenuiora, grauí odoratu.

Odoro. odoras, pen. prod. {ὀσφραίνω} odorāre, Odorum reddere. Colum. lib. 9. cap. 4, Qui coloret, odorétque mella.

Odoro, pro Odore repleo. Ouid 15 Metamorphoſeos,

Thura ſuper ripas. aris ex ordine factis,

Parte ab vtraque ſonant, & odorant aera fumis. Sic Græci nonnunquam vtuntur verbo θυμιᾶν.

Odoror, odoraris, Deponens {ὀσφραίνομαι} Olfacere. Colum. lib. 6. cap. 2, Deinde nates perfricato, vt hominem diſcant odorari.

Cibum proiectum odoraris. Horat. Epod. 6.

Odorari, per tranſlationem. Cic. Attic. lib. 14, Cupio enim antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit.

Perueſtigare & odorari aliquid. Cic. 6. Verr. Mirandum in modum canes venaticos dicerес, ita odorabantur omnia & peruestigabant.

Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. Hæc verò eius erat ars, & malitia miranda, quòd acutiſſimè tota prouincia, quid cuique eſſet neceſſe, indagare & odorari ſolebat.

Deguſtare & odorari aliquem, Callidè & clàm explorare quid habeat animi. Cic. ad Attic. libro 4, Tu velim & Fabium, ſiquem habes aditum, odoré re: & iſtum conuiuā tuum deguſtes. Vide DEGVSTO.

Sagacius odorari, Diligenter inueſtigare & indagari. Cic. ad Attic. lib. 6, Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribā: tu ſagacius odorabere.

Quàm ſagaciſſimè odorari, quid ſentiant, quid exiſtiment, quid expectent, quid velint, quò deduci facillimè poſſe videantur iudices. Cic. 2. de Orat.

Feſtinè odorari aliqua. Cic. Attic. lib. 4, Siquid fortè de comitiis, de Republica (ſoles enim tu hæc feſtiuè odorari) ſcribas ad me.

Veſtigiis. Cic. in Piſonem, Quas quidam non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſunt. Idem pro Cluentio, Albiana pecunia veſtigiiſſe vobis odoranda eſt?

Decemuiratum. Cic. 2. de Lege agrar. Committite vos nunc Quirites his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc Decemuiratum ſuſpicamini.

Veſtigare & odorari voluptates. Cic. Poſt red. in Senatu, Hi voluptates omnes veſtigant atque odorantur.

Odorans, pen. prod {ὀσφραντὸν} Participium. Plaut. Milit. 5.

-ſi ita non reperio, ibo odorans quaſi Venaticus vſque.

Odoratio, Verbale {ὀσφρανσις.} Cicero 4, Tuſcul. Et qualis eſt hæc

aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum.

Odoramen, pen. prod. ſiue Odoramentum {ἄσφρησις} Quod odoris gratia tenemus: ſicut vnguentum, quod vngendi cauſa, vt air Sipontinus. Macrob. lib. 1. Saturn. in præfat. Confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum vnum. Plin. lib. 21. cap. 7, Omnium autem odoramentorum, atque adeò herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.

Odorarius, Adiect. {ὀσφρητικὸς} Quod ad odores pertinet.

Odoraria myrrha. Plin. lib. 12. cap. 16.

Odorarius, Subſtantiuum {ἀσφρησιπωλὴς} Qui odores conficit & vendit.

Odorifer, pen. corr. Adiect. {πολυόσμος, εὐόσμος, εὐφρόσυνος} Quod odorem reddit. Plin. lib. 12. cap. 17, Eundem & ad ſerpentes fugandas vruntur in odoriferis ſyluis frequentiſſimas.

Odorifera Arabia, in qua naſcuntur odores. Plin. lib. 5. cap. 11.

Gens. Ouid. 4. Metam. Sic vocat Achæmenios, Arabiæ populos.

Odoriferæ inſulæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Lances. Propert. lib. 2. eleg. 14.

ODRYSAE, penultima corr. Populus eſt Thraciæ, vt ſcribit Plin. libro 4. cap. 11.

Odryſius, Adiectiuum {ὀδρύσιος} Idem quod Thracius: vt Hæſta Odryſia. Stat. 1. Achil.

Boreas Odryſius Silius lib. 7.

Carmen. Valerius 5. Argon. Id eſt Orphei, qui Thrax erat, carmen.

Rex Odryſius, Rex Thraciæ. Ouid. 6. Metam.

ODYSSEA, odyſſeæ, pen. prod. {ὀδύσσεια} Homeri opus de Vlyſſis erroribus, viginti quatuor libris abſolutum. Deriuata dictio ab ὀδυσσεύς, id eſt Vlyſſes. Cic. de Clar. Orat. Nam & Odyſſea Latina eſt ſic tanquam aliquod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ, &c.

ODYTES, Vide ODITES.

O E

OEA, Africæ ciuitas eſt, vna ex tribus quæ à numero Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus, Achæi Tripolim lingua ſua ſignant, de trium vrbium numero, OEæ, Taphræ, Lepris magnæ, &c.

OEAGRVS {οἰάγριος} Pater Orphei vatis, & fluuius Thraciæ: vnde & Hebrus, quòd ex eo fluat, OEagrius dicitur. Virgil. 4. Georgicorum,

Tu quoque marmorea caput à ceruice reuulſum

Gurgite cum medio portas OEagrius Hebrus.

OEagrius, Adiectiuum {οἰάγριος.} vt

Æmus OEagrius. Ouid 2. Metam.

OEANTHE, Ciuitatis nomen, quæ à quibuſdam etiam OEanthea vocatur. Vide Plin. lib. 3 cap. 3.

OEBADES, Darij ſtabularius, cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt. Vide Herodotum lib. 3. & Iuſtinum lib. 1.

OEBALIA {οἰβαλία} duplex eſt: vna quæ & Laconia dicta fuit: & ab OEbalo filio Argulij OEbalia cognominata. De qua Statius in Achilleide, lib. 1,

Soluerat OEbalio claſſem de littore paſtor Dardanus.

Equi OEbalij. Stat. 6. Thebaid.

OEbalides, pen. corr. Patronymicum maſc. {οἰβαλίδης.} Ouid. in Ibin, pro gentili poſuit. Quo puer OEbalides ictus ab orbe cadas. Id eſt Hyacinthus qui Lacon fuit. Idem 5. Faſt. loquens de Caſtore & Polluce, Effugere OEbalide curſu potuere ſequentes.

OEbalis, pen. corr. Patronymicum fœm. {οἰβαλὶς.} Stat. 1. Sylu. 2,

-quis purpura ſæpe

OEbalis, & Tyrij moderator liuet aheni. Poſitum pro adiectiuo. Altera verò in Italia iuxta Tarentum vrbem inclytam Calabriæ, ab OEbalo filio Telonis, vt quidam volunt, cognominatam. Virgil. 4. Georgicorum,

Nanque ſub OEbaliæ memini me turribus altis, &c.

OEbalius, Adiect. {οἰβάλιος.} vt

Matres OEbaliæ, Italicæ. Ouid. 3. Faſt.

OEBALVS, pen. corr. {οἴβαλος} Argulij filius, réxque Laconiæ, ab ſe Laconiam prouinciā, OEbaliā dixit. ¶Fuit & OEbalus, Telonis regis Caprearum inſulæ prope Neapolim filius, & Nymphæ Sebethidis. Hæc Seruius apud Virg. 7. Æneidos,

OEbale, quem generaſſe Telon Sebethide nympha Fertur.

OECHALIA {οἰχαλία} pars Laconiæ, propinqua Theſſaliæ, quæ OEchaliæ nomē aſſumpſit à ciuitate eiuſdē nominis, quæ in illa erat. Ipſa verò ciuitas, teſte Homero lib. 2. Iliados, ab OEchaleo fluuio nomen accepit. In hac Eurythus regnauit, qui Herculi filiam Ionam antè promiſſam denegauit, ideo quòd filius fuerat eum dehortatus, dicens ab Hercule & vxorē & filios eſſe interemptos. Quare illum & filios interemit, atque OEchaliam eius vrbem euertit. Vide Virg. 8. Æneid. & Ouid. 9. Metam.

Inclyta OEchalia. Senec. Herc. OEth. 4.

OEconomus, pen. corr. {οἰκονόμος} Latinè dicitur adminiſtrator rei familiaris.

OEconomia {οἰκονομία} Rei domeſticæ adminiſtratio.

OEconomia, Diſpoſitio, ordo, & ſtructura cuiuſcúque rei, per tranſlationem. Cic. ad Attic. libro 6. epiſt. 1, Accepi tuas literas, &c. Iis igitur reſpondebo. Sic enim poſtulas. Nec οἰκονομίαν meam inſtituam, ſed ordinem conſeruabo tuum. Hic ponitur pro ordine quem ſcribentes ſeruamus. Vitruuius lib. 1. cap. 2, Architectura autem conſtat ex ordinatione, quæ Græcè τάξις dicitur: & ex diſpoſitione (hanc autem Græci διάθεσιν vocant) & eurythmia & ſymmetria, & decore, & diſtributione, quæ Græcè οἰκονομία dicitur. Budæus.

OEconomia, apud Oratores, Diſpoſitio cauſæ dicitur. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Diligentior œconomia. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Perturbatior œconomia. Cic. Attic. lib. 6. epiſt. 1, Sed enim οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato: te enim ſequor χρηϊζόντως οἰκονομίᾳ, ordo & diſpoſitio rerum quæ ſcribuntur. χρηϊζόντως, qui ſcribis non

ordine, ſed vt quidque in mentem venit.

OEconomicus, œconomici, pen. corr. {οἰκονομικὸς} Gubernandæ familiæ peritus. Cic. 2. Offic. Has res commodiſſimè Xenophon Socraticus perſecutus eſt in eo libro, qui OEconomicus inſcribitur.

OEconomica, œconomicorum, neut. gen. {οἰκονομικὰ} Quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. Vnde & OEconomicus Xenophontis, Columella in Præfat. libri 12, & Ariſtotelis œconomica dicuntur.

OEcos {οἶκος} Græcè, Latinè Domus ſiue familia dicitur: à quo OEconomus. Ea voce vtitur Plin. lib. 36. cap. 25.

OEcumenicus, pen. corr. Adiectiuum {οἰκουμενικὸς} Vniuerſalis, & ad totum orbem pertinens. Vnde Concilium œcumenicum. οἰκουμένη enim, idem eſt quod orbis terrarum, terra habitabilis.

OECYRINES, Vir Argiuus, qui donauit Agamemnonem thorace pulcherrimo. Homer. Iliad. lib. 11.

OEDIPVS, pen. corr. {οἰδίπους} filius Laij regis Thebani, dum adhuc matris vtero teneretur, & pater Laius Apollinē de naſcitura prole conſuleret, ab oraculó que percepiſſet debere ſe à naſcitura prole interfici, natum puerum paſtori armentorum ſuorum occidendum tradidit: qui dum ætatis miſeretur, & regium imperium exequi cogeretur, paruuli pedes gladio perforauit, & vimine ſuſpendit ad arborem quaſi inedia moriturum. Quod ipſe apud Senecam in OEdipo teſtatur. Sed quum vagitu Phorbantem paſtorem Polybij Corinthiorum regis, ad ſe puer traxiſſet, ille conſciſſis vinculis iam tumidum pedibus puerum cuidam largitus eſt: qui lætus ad Meropem vxorem Polybij regis liberis carentem pro magno munere detulit; illa vnà cum viro tanquam filium cælitus miſſum paterna charitate ſuſcepit, & à pedum tumore OEdipodem nominauit. Cuius penultima brevis à poetis noſtris poni conſueuit, & declinatur OEdipus, huius OEdipodis. Græcè: Latinè verò OEdipi, teſte Priſciano lib. 6. & Donato. Hic quum ſemel Thebas pergeret, Sphinge comperta, eius ænigma diſſoluit, & mœſtum interemit. Vnde rerum obſcuriſſimarum interpres poſtea dictus fuit.

Dauus ſum, non OEdipus. Eraſmus in Chiliad. OEdipi ingenium ſcitè proponendis, ſimul & diſſoluendis ænigmatum ſcyrpis nobilitarum eſt, propter diſſoluta Sphingis problemata, adeò vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria, ſeruus diſſimulans intelligere quod herus dixerat. Dauus, inquit, ſum, non OEdipus. Id quod commutato nomine poteſt ad quemlibet accommodari, Paulus ſum, non OEdipus. Antonius ſum, non OEdipus. Quin ipſa per ſe figura prouerbialis eſt, poteſtque ad eundem modum fingi ex quauis vel perſona, vel re vulgo nobilitata. Vt, Qui poſſim omnia meminiſſe? Petrus ſum, non Lucullus. Qui poſſim tantis ſufficere laboribus? Nicolaus ſum, non Hercules. Qui poterò rem tam duram perſuadere? Ricardus ſum, non Cicero. Eraſmus.

OEdipodes, OEdipodæ {οἰδιπόδης} pro eodem dicitur. Stat. lib. 1. Thebaidos, -limes mihi carminis eſto

OEdipodæ confuſa domus.

Impij OEdipodæ nuptiales faces. Senec. Herc. fur. 6.

OEdipodionius, pen. corr. Adiect. {οἰδιποδίονιος.} Ouid. 15. Met. OEdipodionæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?

Fratres OEdipodionij. Stat. 10. Thebaid.

OEdipodionides, pen. corr. Patronymicum maſc. {οἰδιποδιονίδης.} Stat. 1. Thebaidos,

Interea patriis olim vagus exul ab oris

OEdipodionides furrim deſerta pererrat Aoniæ.

Dirus OEdipodionides. Stat. 6. Thebaid.

OEnantharion {οἰναν θάριον} Vnguentum œnanthinum eſt, teſte Æginera. qui non ob id ſic nominatum putat, quòd œnanthen reſipiat, quum ſæpe fiat ſine ea, ſed à vino & floribus lilij.

OEnanthe, thes {οἰνάνθη} Flos labruſcæ, hoc eſt vitis ſylueſtris, non tamen cuiuſlibet, (nam duæ ſunt labruſcæ ſpecies) ſed eius tantùm quæ ſolum florem, nō etiam vuas profert. Colligitur quum optimè olet, ſiccatur in vmbra, ſubſtrato linteo, atque in cados conditur. Dicitur quaſi ἄνθος οἴνου, hoc eſt vini flos. Author Plin. lib. 12. cap. 28.

¶OEnanthe, œnanthes Herba. Plinius libro 21. cap. 24, OEnanthe herba naſcitur in petris, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. Sunt qui putent eſſe eam quæ vulgò *Filipendula* dicitur: vocátámque OEnanthen, quòd eum vino floreat.

OEnanthinus, penult. corr. Adiectiuum {οἰναν θίνος} Quod ex œnanthe factum eſt. vt OEnanthinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.

OENANTHIA {οἰναν θία} Vrbs Sarmatiæ in Aſia, Ptolemæo libro 5. Hodie *S. Sophia.*

OENEVS, duarum ſyllabarum {οἰνεύς} Calydoniæ rex & Deianyræ pater de primitiis omnibus numinibus ſacrificauit, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta vaſtabat, donec à Meleagro OEnei filio occideretur. Hæc Seruius. Ouid. 8. Metamorphoſeos,

An felix OEneus nato victore fruetur?

OEnei partu edita. Periphraſis eſt Deianyræ OEnei filiæ. Cicero 2. Tuſcul. Vecors OEnei partu edita, &c.

OEneus, trium ſyllabarum, pen. prod. Adiectiuum {οἰνεύς.} Ouid. 8. Metamorphoſeos,

Inquit, & OEnéos vltorem ſpreta per agros Miſit aprum

OEnéius, Aliud adiectiuum {οἰνήϊος} quatuor ſyllabarum: vt Heros OEneius. Stat. 5. Thebaid.

OEnides, pen. prod. Patronymicum maſcul. {οἰνίδης.} Ouid. 8. Metam.

At manus OEnidæ variat, &c. Id eſt Meleagri filij OEnei.

Magnus OEnides. Stat. 5. Thebaid.

OENO, Vna fuit ex filiabus Anij & Dorippes, quibus id impartiuerat Dionyſius, vt quicquid attigiſſent, in triticū ſtatim verteretur, & vinum, & oleū: vnde dictæ Cænotrophæ, quaſi in nouas formas omnia vertentes. Meminit Cæl. lib. 7. cap. 15.

OENOANDA, Oppidum Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula eſt, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & OEnoandam. Author Plin. lib. 5. capite 27.

OEnomeli {οἰνόμελι} Potio ex melle & vino austero, quam Latini mulsum appellant. Vide Dioscor.lib.5.

OENOCHONVS {οἰνόχοος} teste Herodoto,lib.7,fluuius in Thessaliam defluens,sicut & Peneus.

OENOMAVS,pen.corr. {οἰνόμαος} filius Martis, rex Elidis,& Pisæ, atque Hippodamiæ pater.hic victus à Pelope regnum amisit: totáque postea regio Peloponnesus à Pelope dicta est. Strabo lib.8. ¶Alter fuit Peloponnesius, in bello Troiano ab Hectore interfectus, teste Homero.

OENONE, penult.prod. {οἰνώνη.} vt ait Strabo lib.8, nomen ciuitatis, & Nymphæ Phrygiæ,à Paride adamatæ.Ouid.2.de Remed.amor.

OEnophorum,œnophori, penult.corr.{οἰνόφορον} Vas ad ferenda vina aptum. Martial.libro 6 89,Reddidit œnophori pondera parua sui. Cic.2.de Finibus, Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro,vt ait Lucilius. Quædam exemplaria legunt hirsiphon. Vide BROCHVS.

OEnophorus,phori {οἰνοφόρος} Minister vinum ferens,vel poculum vini inferens. Plin.lib.34.cap.8,Praxiteles fecit Stephusam, Spilamenem,Oenophorum,Harmodium,&c.

OENOPIA {οἰνοπία} Insula est quæ alio nomine Ægina dicitur. Vide AEGINA.Ouid.7.Metamorphoseos,

OEnopiam veteres appellauere,sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

OEnopius,Adiectiuum {οἰνόπιος.} vt
Muri OEnopij.Ouid.7.Metam.

OEnopola, œnopolæ, penultima producta {οἰνοπώλης} Venditor vini.

OEnopolium, œnopolij {οἰνοπώλιον} Taberna vinaria. Plaur.Pseud.11, Quin in corde instruere quôdam cœpit œnopolium. Quo loco Turnebus legendum censet Thermopolium. Idem Asin.5.

OEnopræ {οἰνόπρας} In Græcorum conuiuiis dicebantur, quorum officium erat dare operam, vt ex æquo biberetur. Vide Cæl.Rhodiginum.

OENOTRIA {οἰνωτρία} regio est Italiæ. Nonnulli verò ipsam Italiam sic perhibent ab OEnotro Arcade, vt refert Pausanias libro 8. Pisander verò lib.13,à vini bonitate appellatam sic esse ait. Gentile nomen est OEnotrus, & OEnotrius. Hæc Stephanus,qui OEnotriã Græcè οἰνωτρίαν per ω μέγα in medio scribit, vt mirum sit apud Latinos poetas correptam inueniri. Et fortassè apud quosdã OEnotri interdum, non OEnotrij legendũ esse,quod apud Silium Italicum vbique obseruatum vidi. Vide suprà in dictione ITALIA.

OEnotrius,Adiectiuum {οἰνώτριος.} vt
Pubes OEnotria.Silius lib.12.
Tellus OEnotria.Virg.7.Æneid.
Viri.Virg.2.Æneid.

OEnotrus,Aliud adiectiuum {οἰνωτρός.} vt
Fines OEnotri.Silius lib.13.
Oræ OEnotræ.Silius lib.8.

OENOTRIDES {οἰνωτρίδες} dictæ sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam,Pontia scilicet & Iscia. Plin.lib.3.cap.7.

OENVS,Germaniæ fluuius, vulgò dictus Inc.

OEnussæ {οἰνοῦσαι} Tres insulæ sunt ante Messenen Peloponnesi vrbem,quarum meminit Plin.lib.4.cap.12. ¶Est item OEnussa,exigua insula,Chio adiacens. Plin.lib.5.cap 31.

OEsœum {οἰσαῖον} Genus calecamenti muliebris, Pollucilibro 5. cap.16.vbi Gualtherus vertit Monile.

OEstrum,œstri,Græcè.Latinè furor dicitur{οἶστρος.}Vnde Statius vocat œstrum,poeticum furorem,lib.1.Thebaidos,

Tempus erit quum laurigero tua fortior œstro
Facta canam.

OEstrum etiam Latinè asilus dicitur,volatile paruum, vulgò Tabanus, vt ait Seruius,ex soni similitudine dictus. Virgilius 3.Georgicorum,

Est lucos Silari circa, &c. Colum.lib.9.cap.14, scribit nasci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis, quàm sunt apes cæteræ, eósque nonnulli putant esse reges. Verùm quidam Græcorum authores ἀστρους appellant ab eo quòd exagitent, neque patiantur examina conquiescere.

OEstus.pro vsus.Cicero de Legibus,Ast quid erit quod extra magistratus coërcitione oestus sit.Id est curatione sit opus:Nam prisci non rarò pro u,oë posuerũt,vt pro munire,moenire:pro mutuus,moetuus: pro murus,moerus:pro vti,oeti. Festus,Ex ponderibus publicis,quibus hac tempestate populus octier solet. Martianus tamen esse putat oistus scribendum. Nam de litera i disputans, i copulatur, inquit o literæ in nomine Iouis,& Oinone: Oistus etiam dicitur. Sic enim vetereς vsum dixerunt. In exemplaribus apud Ciceronem legitur hestus:sed Turnebi consilio reponi debet oëstus,vt suprà scripsimus.

OESYMES,es {οἰσύμης} Oppidum est in Thracia, siue in ea Macedoniæ parte,quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis & Neapoli. Meminit huius oppidi Plin.lib.4.cap.11.

OEsypum.œsypi,pen.corr.neutr.gen.{οἴσυπος} dicitur pinguedo collecta in lana succida.Ouid.3.de Arte,

OEsypa quid redolent,quanuis mittantur Athenis,
Dempsus ab immundæ vellere succus ouis? Plin. lib.29. capite 2, Quin ipsæ sordes pecudum,sudórque feminum & alarum adhærentes lanis(œsypum vocant) innumeros propè vsus habent. Dicitur etiam lana succida & sordida, iam primùm ab ouibus detonsa, nondum mundata,sed quæ adhuc cum sudore est, & sordibus Græcè οἰσύπου, καὶ ἰδρῶτος. Legitur apud quosdã œsipa,apud alios œsopa,vtrunque malè, vt opinor. OEsypum dicitur, quasi οἰὸς ῥύπος: id est, ouis sordes.

OETA, Mons Doridos, apud Plinium libro 4.cap.27. Et lib.35.cap.11.

OETA.siue OEte {Οἴτη} Mons inter Thessaliam & Macedoniam,clarus morte & sepulchro Herculis,in quo (vt Seruius inquit) stellæ videntur occidere,sicut de Ida nasci: & vbi elleborum optimum nascebatur,vt refert Plin.lib.25.cap.5. A Parnaso vsque Pindũ pars in Termopylas vergens, propriè OEta vocatur. Quidam addunt aspirationem OEtha.

Ardua OEte.Ouid 9.Metam.
Alta.Ouid.9.Metam.
Frondosa.Stat.4.Thebaid.
Nemorosa.Ouid.9.Metam.
Tibi deserit Hesperus OEtam.Virg.8.eclog.

OEtæus,Adiectiuum {οἰταῖος.} vnde Hercules OEtæus dictus est.

OEtæi ignes,pro Stellis,Vide Noctifer in NOX.

Iuga OEtæa.Propert.lib.1.eleg.13.

OETHYNI,Populi sunt iuxta Pontum. Sipontuus.

OETOCYROS,Lingua Scythica Apollo dicebatur.

OEtum.Herba est Ægypto peculiaris,de qua sic Plin.lib.21.cap.15,d Ægyptiis loquens,Mandunt, inquit, & œtum,cui pauca folia minima,que,verùm radix magna. Turnebus,eam esse putat,quæ à Theophrasto σίγυον dicitur.Sed & Hesychius scribit σίγυον κολλύκιον ὑπ' ἐνίων λεγόμενον. Fortassis igitur apud Theophrastum σίτινον non σίγυον scribẽdum.

OETVS {οἶτος} frater Ephialtis gigantis, filius Aloei:quorum meminit Virg.6.Æneid. Hic pugnant in Creta,vt Salustius refert.Vnde OEtij campi. Hic Seruio & aliis vocatur Orhus.

O F

Offa, offæ, Festus, Penitam offam Nævius appellat absegmen carnis cũ coda. Antiqui enim offam vocant abscissum globi forma vt manu glomeratam pultem.Iuuen.Satyr.2,

-& parruo similes effunderet offas.

Nigra in facie tumidis liuoribus offa.Iuuen.Satyr.16.

¶Offa,Cibarium ex frustis panis in iure pingui, caseo vetere, pipere & cinamomo conditis, quæ iussulata & caleata dicitur. Sipontinus,Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactum. Virg.6.Æneid. Melle soporatam & medicatis frugibus offam Obicit. Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Varr.lib.3.de Re rustica,cap.5,Cibatui offas positas: hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto.

¶Offa, Massa. Plin.lib.9.cap.48, de lepore marino, In nostro mari offa informis colore tantum lepori similis.

Conuolutum in offas,Vide CONVOLVO.

Offa & massa promiscuè vtitur Columella lib.12.cap.38.

Offæ quibus aues saginantur.Colum.lib.8.cap.7.

Obiicere offam. Cic.1.de Diuin. Necesse enim est offa obiecta cadere fructum ex pulli ore,quum pascitur.

Cadit offa ex ore pulli.Cic.2.de Diuin.

Pultis offa.Cic.2.de Diuin. Nunc verò inclusa in cauea, & fame enecta,si in offam pultis inuadit,&c.

Offæ panis.Colum.lib.8.cap.9.

Offæ ficorum.Colum.lib.12.cap.15.

Carminis offæ.Pers.Satyr.5.

Osella,ofellæ,Diminutiuum, simplici f scribendum esse docet Seruius, quia primam syllabam corripit contra primitiui naturam. Frustulum carnis Dicit ergo ofella porcina à porco, quam in sartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina,à vitulo,quam ad ignem verubus versantes,ad escam paramus.Mart.lib.14.227,Parua tibi cura craticula sudet ofella. Iuuenal.Satyr.11, -at rudis omni
Tempore,& exiguæ frustis imbutus ofellæ.

Ossula,ossulę,pen.corr.Aliud diminut.Suet.in Claud.cap.40,Rogo vos quis potest sine ossula viuere?

Ossula dicta, vt offa minima in sue. Author Varr.libro 4.de Ling. Latin.

Offector,offectoris,dicitur,authore Festo,qui proprio colori nouum adiicit.

Offendo.offendis,offendi,offensum {ἀντικόπτω} offẽndere,Compositum ex ob & fendo, quod non est in vsu.Incurrere in aliquid, atque incidere significat. Terent.Eunuch.5,

Si in platea hac te offendero pòst vnquam, nihil quod dicas mihi
Alium quærebam, iter hac habui, peristi.

Scopulum offendere. Cic.pro Roscio Amerino, Restare tibi videbatur seruorum nomen,quò,quasi in portum reiectus à cæteris suspicionibus,confugere posses: vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas. Hic per translationem.

Puppis offendit in scopulis.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.

Offendere ad.Quintil.libro 6.cap.3, An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo,Caput eum ad fornicem Fabij offendisse.

Offendere ad stipitem.Colum.lib.2.cap.3.

¶Offendere ad Africam.Liu.8 bel.Pun.

¶Offendere, Læsionem & offensionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem. Colum.libro 5.cap.9,Deinde arando ne coxam bos,aliámve partem corporis offendat.

Latus offendere. Cic.pro Cluentio, Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer.

¶Offendere {ἐπιτυγχάνω} Inuenire, sed præter opinionem. Terent.Heaut.2.3, Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Idem Hecy.3.1, Quonam modo Pilumena mea nunc te offendã affectam?

Imparatum aliquem offendere.Cic.Curioni,lib.2.2.

¶Offendere,Peccare,errare,aut etiam lædere aliquem. Cicero ad Varronem,lib.9.2, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat,nusquam incurrat?

Defendere & Offendere,inter sese aduersa sunt, quorum alterum significat μεταθεῖν ἰχνεῖ: alterum ἐκπεσεῖν τοῦ πεδίου. Ex Gell.libro 9.capite 1.

Aliquem offendere {βλάπτειν, ἀδικεῖν.} Suet.in Claud.cap.26, Priorem, quòd parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc, repudiauit.

Offendere apud iudices. Cic.pro Cluentio, Postremò certè potius illum qui bis apud eos iudices offendisset,quàm eum qui bis causam iis probauisset. Id est,damnatus esset,contrariam sententiam tulisset.

Budæus.

Budæus, Offendit apud iudices de quo malè iudicatur, id est, damnatur.

Aciem oculorum,Vide ACIES.

Amicum in nugis.Horat.de Arte.

Offendere alicui animum. Cic.ad Attic.libro 4,Veritas est pusilla, quæ nunc laborat,ne animum Publio offenderet.

Offendere animos bonorum in re aliqua. Cic.ad Quint.fratrem libro 27,In Pompeio defendendo animos bonorum offenderent.

Animus meus multis rebus offenditur.Cic.Lentul.lib.1.9.

Contumelia aliquem.Cic.Attic.lib.6.

Existimationem alicuius.Cic.ad Appium,libro 3,Hos ego sermones,quòd & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam,sed non valde repressi.

Lumen extinctum offendit nares nidore.Lucret.lib.6.

Pectora offenduntur facto aliquo.Ouid.2.de Remed.amor.

Sensum aliquorum.Cic.Lent.lib.1.9.

Vitio alicuius offendi.Cic.2.de Inuent.

In aliquo aliquem.Cic.Appio,lib.3.8.

Offendere aliquid in re aliqua. Cic.1.de Orat. Nihil enim est tam insigne,nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabilæ, quàm id in quo aliquid offenderis.

Offendi. Cic.ad Caninium,lib.2.16,Ille si omnibus est maleuolus, quod nunquam existimaui,minus offendor in me:sin autem à me est alienior,nihil tibi literæ meæ proderunt.

Offendi in aliquo. Cic.ad Quint.fratr.lib.1.1, Sed siquis est in quo iam offenderis,de quo aliquid senseris,huic nihil credideris. Id est, spe & existimatione,quam de eo conceperas,deceptus fueris.

Offendere in arrogantiam. Cicero 2.de Inuent.Quòd si in cæteris quoque studiis à multis eligere homines cõmodissimum quodque, quàm sese vni alicui certo vellent addicere: minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perseuerarent. Id est, inciderent.Budæus.

Offendere aliquid in aliquo. Cicero pro Milone, Quæ si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis. Id est, si vos læsi vel fefelli.Bud.

Offendit me loci celebritas. Cic.ad Terentiam,lib.14.1,Sed si me offendet loci celebritas,aliò me conferam,ad te scribam.

Offendit eos noster labor. Cic.1.de Finib.Sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iniucundus labor.

Offendere,pro Infeliciter agere.Cic.7.Verr.Quum multi viri fortes in communi incertóque periculo belli & terra & mari sæpe offenderint.

Offendebatur,cum infinitiuo, pro Grauiter ferebat. Suet.in Octa. cap.89, Componi tamen aliquid de se, nisi & seriò & à præstantissimis,offendebatur.

¶Offensum esse,impersonaliter dicitur, quum aliquid secus accidit quàm sperabamus,vt ait Budæus. Cic.Lent.lib.1.7,Si cecidisset vt volumus,vt optamus,omnes te & sapienter & fortiter: fin aliquid esset offensum,eosdem illos & cupidè & temerè fecisse dicturos.

Offendens,Participium {βλάπτων} Qui offendit.

Offendens,pro Offensus videtur vsurpatum à Gellio, lib.9.cap.15, Aderat nobiscum ibi Iuliani sectator, iuuenis promptus & proficiès, & offendens iam in eo, quòd ille apud Iuliani aures in præcipiti stare, & subitaria dictione periculum sui facere audebat.

Offensus, Aliud participiũ {βεβλαμμένος} Læsus. Liuius ab Vrbe cond. Miles offenso scuto præbuit sonitum. Plin.lib.7.cap.53.

Pede offenso procumbere.Ouid.2.Fast.

Petgrauiter offensus,Vide PERGRAVIS.

Vehementer à quibusdam offensus.Hircius Cic.in Epist.ad Attic. lib.15.

Damnis offensus.Horat.1.epist.7.

Vitiis.Ouid.10.Metam.

Nolo offensum,Vide NOLO.

Deos offensos mereri.Ouid.epist.20.

Hominem sibi offensum subleuare.Planeus Cic.lib.10.18.

Alienatus & offensus animus.Cic.Attic.lib.1.12.

Offensa voluntas populi.Cic.5.Tuscul. Id si propter alienam & offensam populi volũtatem malum est,quàm sit ea contemnenda,paulo antè dictum est.

Offensus, Adiectiuum,nonnũquam actionem significat, nimirum qui offendit,qui peccauit.vt Offensa forma.Horat.epod.ode 15,

Nec semel offensæ ceder constantia formæ,

Si certus intrarit dolor. Id est, Nec,si certo,& vero dolore affectus fuero, constantia mea, quæ me diu tuos mores, tuámque iniuriam perferre coëgit,cedet tuæ formæ semel offensæ,id est,quæ semel offenderit, quæ semel peccarit, quæ mihi semel offensa atque inusta, dum alios amas,fuerit. Ea autem est interdum nominis offensus significatio apud bonos scriptores. Alij aliter accipiunt. Vide Lambinum.

¶Offensus alicui, Nomẽ,pro Inuiso. Suet.in Iulio,capite 19,Pompeium affectatus est,offensum Patribus,quòd Mithridate victo,&c.

Inuidiosus & offensus. Cic.pro Cluentio, Siqua apud vos causa huiusmodi delata sit eius qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus,aut multis offensus esse videatur,etiamsi eum oderitis,&c.

Inuidiosus & offensus ordo Senatorius, Id est odiosus & inuisus, inquit Budæus. Cic.5.Verr. O miserũ atque inuidiosum,offensúmque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium.

In offenso esse.Lucret.lib.3.

¶Offensus,pro Infenso & irato, propterea quòd qui offensi & læsi sunt,irasci solent. Plane.Cic.lib.10.epist. Si hominem offensum mihi,coniunctum cum Repub.non subleuassem.

¶Offensior,pro Irato. Cic.ad Atticum,lib.1.3,Quòd ad me scribis de sorore tua,testis erit tibi ipsa,quantæ mihi curæ fuerit, vt Quinti fratris animus esset is qui esse deberet: quem quum esse offensiorem arbitrarer,eas literas ad eum misi,quibus & placarem vt fratrem, & monerem vt minorem,& obiurgarẽ vt errantem. Idem pro Cluent.

Esne igitur,quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus & illius periculum committebat?

Offensum, Substantiuum {βλαπτικόν.} Cicero 1.de Inuent.Offensum,est quod eorum qui audiunt,voluntatem lædit.

Offensa.offensæ {οἴδημα} ferè actiuè sumitur:ésque eius qui offendit, vt ait Valla. Quintil.lib.6.cap.6, Idem quum offensam vereretur,si obiurgaret populi segnitiem. Id est,ne populum Athenienses offenderet. Offensio,eius qui offenditur. Cic.1.ad Attic.

Offensæ.Tacit lib.19,Satis paruit iis,qui principum offensas acriter speculantur.

Leues offensæ.Sueton.in Claudio,cap.26.

Offensa, Gratiæ opponitur. Quintil.libro 4.cap.2, Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ excipiendo recta, quàm offensæ reprehendendo praua mereamur.

Periculosa potentium.Quintil.lib.2.cap.20.

Habere offensam.Quintil.lib.9.cap.2.

Mereri,Id est committere aliquid quo alius offendatur.Ouid.4.de Ponto,eleg.1,

Ah,pudet offensam non meruisse priùs.

Respuere offensas,Obliuiscì iniuriarum.Claud.2.Paneg.

Esse in offensa apud aliquem,pro Offendere. Cicero ad Atticum, libro 9, Quod negas te dubitare quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non video causam cur ita sit hoc quidem tempore.

Sentire offensam in cœna.Celsus lib.1.cap.6.

Offensam suscipere & subire.Plin.lib.2.epist.18.

Vereri.Quintil.lib.6 cap.5.

Vindicare suas offensas nece.Ouid.3.Trist.eleg.8.

¶Sine gustus offensa.Colum.lib.12.cap.21.

¶Offensa,Passiuè.Patercul.us lib.2.de Cn.Pompeio, Amicitiarum tenax,in offensis exorabilis,in accipienda satisfactione facilimus.

Offenso, offensas {προσκρούω} offensare, Frequentatiuum ab offensum supino verbi Offendo. Liu.5.bel.Pun.Here omnes repentè,& offensare capita.

Offensando {ἐν τῷ προσπταίειν.} Lucret.lib.2,

-& ipsa
Sponte sua fortè offensando semina rerum,&c.

Offensans,offensantis,Participium {προσπταίων.} Quintil.libro 10.capite 7,de ex-temporali dictione loquens, Si non interstentes offensantésque, breuia illa atque concisa singultantium modo eiecturi sumus.

Offensio,Verbale {πρόσκρουμα,προσπτωσις.}

Pedis offensio.Cic.2.de Diuinat.

Asperitas & offensio. Cic.de Vniuersit. Id ita tornauit vt nihil effici possit rotundius,nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus. Id est nihil quod lædere posset.

Offensio est penè idẽ quod Inuidia {βλάβη} id est Odiũ publicum & praua existimatio. Cic.1.Verr.Apertè ab indicibus petit,vt tu mihi anteponare: & ait hoc se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere.

Offensio & Beneuolentia,contraria. Cic.pro Murena,Qua in sorte sapiens Prætor qualis hic fuit,offensionem vitat æqualitate decernendi,beneuolentiam adiungit lenitate audiendi.

Offensio, & Gratia,contraria.Plin libro 19.cap.1,Quod apud alios gratiam,apud alios offensionem habet.

Periculosa.Cic.Lentulo.lib.1.7.

Vitiosa offensio atque fastidium.Cic.4.Tuscul.

Offensiones belli,Damna & pericula.Cic.pro Lege Manilia,Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis:non offensionibus belli,sed victoriis:non stipendiis,sed triumphis est traducta.

Offensio hominum, Nocumentum & impedimentum quo aliis nocemus,& alios offendimus. Cicero 1,Verr.Quæ quum cogito,iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensíque sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim.

Offensio totius ordinis, pro Offensa, actiuè. Cic.1.Verr.In hac libidine hominum nocentissimorum, in Populi Romani quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, quum hoc vnum his tot in commodis remedium esse arbitrarer, &c.

Offensiones graues, Læsiones & dolores. Cic.ad Tironem, lib.16. 12,Graues solent offensiones esse ex grauioribus morbis,siqua culpa commissa sit.

Odiosa. Cicero de Senect. In fragili corpore odiosa omnis offensio est.

¶Accendere offensiones,Vide ACCENDO.

Accipere offensionem,Vide ACCIPIO.

Accipere offensionem,& Deponere, contraria. Cic.Attic.lib.1.12.

Afferre,Vide AFFERO.

Cadere in,Vide CADO.

Concitare grauem offensionem, & magnum odium. Cicero 1. de Inuent.

Coniectate vultu.Tacit.lib.1.

Effugere.Cic.Seruio,lib.4 4.

Excipere.Cic.1.de Inuent.

Offensio fit,Hoc est,molestia.Varr.1.de Re rust.cap.17.

Habet offensionem hæc res apud aliquos.Plin.lib.19.cap.1.

In odium & offensionem aliquorum incurrere.Cic.2.Verr.

Lenire.Cic.1.de Inuent.

Offensione turpitudinis moueri, pro Offendi turpitudine. Cic.5. de Finib.Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis,& comprobatione honestatis?

Obliterare,Vide OBLITERO.

Priuatam obliterare. Cicero Post reditum in Senatu, Publici mei

beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt.

Offensioni esse, Molestiam adferre. Cic.ad Attic.lib.13, Omni tibi asseuerationeaffirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quàm delectationi possessiunculas meas.

Offensionem subleuare. Cicero de Amic. Vna illa subleuanda offensio est.

Offensionem sumere. Cic.ad Attic.5, Ex ratione sumpta offensio non apparet.

Inuidiam atque offensionem suscipere apud populum. Cic.4.Ver. Quisquam dubitabit quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum colloc andorum, sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis?

Labores & molestias offensionum & repulsarum quasi quandam ignominiam timere & infamiam. Cic.1.Offic.

Offensionem negligentiæ vitare atque effugere, Hoc est crimen & culpam. Cic.3.Verr. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere non possim.

Offensiuncula, pen.corr. {βλαβίδιον} Diminutiuum, Parua noxa. Cic. pro Plancio, Vidit M. Pisonem in ista Ædilitate offensiuncula acceptа, summos à Populo Rom.esse honores adeptos.

Offensus, huius offensus {προσκαμμα} Idem quod Offensa. Lucret.lib. 6, Non igitur multis offensibus in temerando. Senec.epist.108, Per huiusmodi offensus emetiendum est contragosum hoc iter.

Offensus {ἀπάντημα} Occursatio, quum inter se offendunt atomi, Lucret.lib.2,

Nec forer offensus natus. Id est, nec corpora prima vnquam inter se offendissent, & conflixissent. Lambinus.

Offensaculũ, offensaculi, pen.corr. Lactant. De opificio Dei, cap.1, Summa ergo prudentia est pedetentim incedere, quoniã aduersarius noster offensacula pedibus latenter opponit.

Offensator, pen. prod. offensatoris {προσκοπεύς} Qui offendicula incurrere solitus est: vt Offensator equus. Quintil.lib.10.cap.3, de dictandi modo loquens, At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo velut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.

Offendiculum, offendiculi, pen.corr. {προσκομμάτιον} Impedimentum, obstaculum. Plin.iun.libro 9.epist.11, Sunt enim in hac offendicula nonnulla circunser oculos, & occurrent.

Offendimentum, Idem quod Offendix. Festus.

Offendix, offendicis, pen.prod. Ligaturæ nodus quo apex retinebatur. Festus, Offendices ait esse Titius ligaturæ nodos, quibus apex retineatur & remittatur: at Veranius choriola existimat quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur & remittatur, quæ ab offendendo dicantur. Nam quum ad mentum prouentum sit, offendi mentum.

Offendo, Offensio, Antiquum. Afran. Vopisco. Quoque nunc offendo sæpe procul nostra sit mala. Ex Nonio.

Offercio, offercis, offersi, offertum {ἐμβύω} offercire, Implere.

Offertus, Participium {ἐμβυτὸς} Plenus. Plaut.Asin.7, Maximas optumitates gaudiũ que offertissimas patier.

Offertissimus, pro Pinguissimo, apud Plautum Capt.13, Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

Offero, pen.corr.offers, obtuli, pen.corr.oblatum, pen.prod {προσφέρω, ὀφείλω, παρέχω} offerre, Exhibere, siue quod à barbaris dicitur *præsentare*. Terent.Heaut.Opportunè te mihi offers. Cic.ad Attic.lib.2, Quod sors obtulerit, id acturus videatur.

Peropportunè offerre, Vide PER OPPORTVNVS.

Alicui offerre quod ipse sibi optare deberet. Cic.pro Cluent.

Offerre aliquid in fusum. Quintil.lib.1.cap.1.

¶Tellus obtulit accessus faciles puppibus. Lucan.lib.3.

Aduentum offerre. Terent.Hecy.3.3.

Auxilium. Cic.6.Verr. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatum est.

Beneficium. Cæsar 6.bel.Gal.

Obuius ipse caput obtulit letho. Lucret.lib.3.

Caput offerendum fuit letho. Senec Medea, 7.2.

Caput vilitati & periculis. Plautus Capt.5. Cic.pro Sylla, Caput meum obtuli periculis omnibus.

Crimen offerre, pro Criminari Cic.de Amicit. Addendum eodem est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.

Incendium. Cic.pro Domo, Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblat oincendio.

Iniuriam. Terent.Heeyra 5.1.

Iusiurandum Suet.de Claris Rhet. Quintil.lib.5.cap.6, Iusurandum litigatores offerunt suum.

Luctum alicui. Catul.Argon.epigr.59.

Maiestatem suam contumeliæ. Liu.3 ab Vrbe.

Mendicitatem offerre. Plaut Rud.13.

Metum. Cic.ad Senatum, lib.15.1, Neque multi sunt, & diffugiunt qui sunt, metu oblato.

Mœrorem. Plaut.Casin.15. Terent.Heeyr.3.1,

Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata.

Moram offerre, Remorari. Plaut.Pseud.5, Quis est, qui moram occupato molestam obtulit?

Morti pro te tories me obtuli. Cic.pro Milone.

Mortem hostibus offerre, Vide MORS.

Occasionem. Cic.pro Lege Manil. Occasionẽ sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.

Officium alicui. Lucan.lib.9.

Opem obtulit inuito. Ouid.ad Liuiam.

Operam vltro. Liu.10 bel.Maced.

Optarum. Terent.Adelph.5.9.

Os suum non modò ostendere, sed etiam offerre. Cic.pro Rosc. Amerino.

Oscula alicui. Tibul.lib.1.eleg.4.

Religionem offerre, Iniicere scrupulum. Cic.ad Planc.libro 10.12, Recitatis literis oblata religio Cornuto est.

Se offerre. Cic.de Lege agrar. Vinem feci offerendi mei: ne fortè mea sedulitas, aut seditiosi, aut impudens videretur.

Vltro se offerre & polliceri. Cic.pro Plancio, Vltro mehercules se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogaui.

Profiteri, offerre se, & pollieeri. Cic.Quint.frat.lib.1.2, Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur.

Occurrere, offerre se, & non vocatum respondere. Cicero 3. de Oratore.

Offerre se ad mortem pro patria. Cic.1.Tusc.

Se alacrem. Cic.ad Attic.lib.5, Veruntamen quum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt.

Offerre se alicui, pro In conspectum eius prodire. Cic.ad Attic.lib. 3, Quem ego, &c. vitaui ne viderem, ne aut illius luctum squalorémque aspicerem: aut ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictúmque offerrem. De Quinto fratre. Budæus.

Gratulationi se. Cic.Attic.lib.9.

Ignotum se venientibus. Virg.2.Æneid.

Offerre se & salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis. Cicero pro Sexto.

Se in societatem gloriæ alterius. Cic.pro Marcello, Quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius societatem gloriæ non offerre tibi cedit.

Se inter viam offerre. Cic.ad Attic.lib.4, Si se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video.

Inuidiæ periculíque omnibus pro salute aliquorum se. Cic 3. in Catil.

Meioribus se. Horat.1.epist.2.

Offerre se vltrò morti. Cæsar 7 bel.Gal.

Acriter se morti offert vir fortis. Cic.pro Mil.

Negotiis alienis se, Vide NEGOTIVM.

Si nihil se offert quod sit probabilitati illi contrarium, &c. Cic. 4. Academ.

Se obuiam alicui. Terent. Adelph.3.2.

Offerre se periculis sine causa. Cic.1.Offic.

Offerre se prælio. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Pro omnium salute se. Cic.in Pison.

¶Offerre se, pro Opponere. Cic.ad Brutum, 15, Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri atque dementiæ.

Temeritatibus se. Cic.pro Sextio.

Spem offerre, pro Dare spem. Cæsar 6.bel.Gal.

Stuprum offerre, Stuprare. Cic.3.Offic. Reginæ stuprum obtulit. Correctiora exemplaria legunt intulit. Idem 2.Philip. Hanc tibi esse cum Dolabella odij causam ausus es dicere, quòd ab eo fratri & vxori stuprum oblatum esse comperisses.

In discrimen vitam suam. Cic.pro Sext.

Vitam suam pœnæ. Cic.pro Rab.Posth.

Vitium virgini offerre, pro Violare, & vim inferre. Terentius Adelph 3.1.

Vultus blandos alicui. Tibul.lib.1.eleg.6.

Oblatus, pen.prod. Participium {προσβοηθήσας.} Cæsar 1.bel. Ciuil. Sic oblatus terror à ducibus, crudelitas in supplicio, vana religio iusiurandi, spem præsentis deditionis sustulit.

Oblatam mihi causam gaudeo, in qua, &c. Cic. Attic.lib.16.

Facultas oblata. Virg.4.Georg.

Oblata facultate, se in castra receperunt. Cæsar 1.bel.Ciuil. Cic. pro Cluent. Oblatam sibi facultatem putauit, vt, &c.

Fœdus oblatum. Virg.12.Æneid.

Fortuna quæcunque oblata erit, vos complectar. Cic.pro Sext.

Oblata fortuna delendi exercitus Liu.5.bel.Maced.

Honorem oblatum respuis. Claud.2.Paneg.

Munus oblatum. Ouid.3.Amor eleg.6.

Præsentia illius oblata est Ouid.3.Trist.eleg.9.

Stuprum per vim. Cic.5.de Finib. Nostra in Republica & quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inuenta est.

Oblatam vani furti inuidiam, Liuius lib.6.Decad.1, Item, Pœnam oblatam oculis deorum, dixit. Terentius Vitium oblatum, Stuprum oblatum: & Incendium oblatum, ac Mortem oblatam Cicero: quibus in locis OB præpositio infaustæ rei, impedimentíque indicatrix est.

Oblatum, Substantiuè positum {προβλητέον.} Liuius 5.Decadis lib.4, Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritiæ dimissum est. Gallicè, *La belle offre que fayfoyent les Gaulois.*

Oblatio, in re nummaria quid sit, Vide CANON.

Offerumentum, offerumenti {αἴτημα} oblationem veteres dicebant quæ diis offerebatur, authore Festo.

Offerumentas, per quãdam translationem Plaut. dixit plagas, percussiones, & flagella, quòd ea scapulis & tergo offerantur, quum quis fuste cæditur: in Rud 18,

Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo,
Quàm vlla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus.

Officina, Vide OFFICINA.

Officio, officis, penultima correpta, offeci, penultima producta, offectum {βλάπτω, ἐμποδίζω, ἐμποδίων} officere, Contrà facere, nocere, obesse, inquit Nonius. Datiuo iungitur: & antiquè accusatiuo. Cicero 3. Offic. Iussissétque Claudium Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis.

Obstare atque officere. Cic.pro Rosc.Amer. Quoniam ei peculiæ vita Sexti Roscij obstare atque officere videatur.

Officere alicui. Quintil.lib.1.cap.1.

Apricanti Diogeni officerat Alexander. Cicero 5.Tuscul. At verò Diogenes liberius vt Cynicus, Alexandro roganti, vt diceret si quid sibi

fibi opus esset, Nunc quidem paululum, inquit, à sole absis. officeat videlicet apricanti.

Claritati oculorum lactueæ officiunt. Plin.lib.20 cap.7.

Officere & obstare commodis alicuius. Cic.pro Sext.Rosc.

Decori alicuius. Liu.1.ab Vrbe.

Herbæ officiunt frugibus. Virg.1.Georg.

Libertati officit. Liu.2.ab Vrbe.

Luminibus. Cic.pro Rab.Posthumo.

Nomini alicuius. Liu.1.ab Vrbe, in Præf.

Partitioni huic quæ officere videbuntur, propulsabimus. Cic.1.de Inuent.

Terræ vmbra soli officiens. Cic.2.de Nat.deor.

Officit quominus. Plin epist.115.lib.6.

Officior, Passiuum ex absoluto verbo Officio. Cicero 1.de Orat. Quod cuicũque particulæ cæli officeretur, ita quanuis esset procul, mutata lumina putabat.

Officiuntur extrà. Id est obstando & officiendo impediuntur. Lucretius lib.2,

Quapropter simul inter se retrahuntur, & extrà
Officiuntur, vti cogantur tardius ire.

Offectus, offecta, offectum. vt, Lumen offectum, Id est Obductũ, obstructum, & per alicuius corporis interpositionem exclusum. Lucr.lib.5, Quóve modo soleant offecto lumine obire. Sic restituit Lambinus, quum antea offero & effæco legeretur.

Officium, officij {ἀγαθόεργον, ἔργον, γεγράφθαι.} Donatus, Officium, ab efficiendo, ab eo quòd quæritur quid efficere in eo vnunquenque cõueniat pro conditione personæ. Cic.3.de Finibus, Quod autem ratione actum est, id officium appellamus.

Genus officij dulce. Ouid.epist.13.

Militis officium longa est via. Ouid.1.Amor.eleg.9.

Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest, possunt tamen oculi fungi suo munere. Cic.1.de Diuin.

Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accõmodatè. Cic. 1.de Orat.

Peregrini officium, Vide PEREGRINVS.

Officium munúsque sapientiæ in hominis cultu est occupatum. Cic.4.de Finib.

Tegminis officium. Ouid.12.Metam.

¶Antelucana officia, Vide ANTELVCANVS.

Antiquum officium, & Antiquissimum, Vide ANTIQVVS.

Ciuilia. Quint.lib.1.cap.4.

Grata alicui. Cic.Att.lib.13.

Interlucana, Vide INTERLVCANVS.

Iustum, pium, & debitum. Cic. Torquato, lib.6.1.

Pium. Ouid.6.Metam.

Publicum. Quintil.lib.3.cap.7.

Suprema. Tacit.lib.5, Quòd supremis in matrem officiis defuisset.

Hoc est funeri, siue exequiis.

Tenuia officia rerum. Pers.satyra 5.

Trãslatiua, & quasi publica, Vide Translatiuus, in TRANSFERO.

Triste, Quod præstatur in funere. Ouid.12.Metam.

Virile. Horat.de Arte.

Virilibus officiis aptus. Ouid.3. Fast.

¶Debitor officio. Ouid.1.Amor.eleg.10, Non manet officio debitor ille tuo.

Nonus in officio, & prælatus munere sortis. Ouid.13.Metam.

Contra officium, Vide CONTRA.

¶Officium, pro Obsequio, vel honoris exhibitione. Liu.ab Vrbe cond. Quæ officij causa ab domo profectæ fuerant.

Officia mutua, pro Beneficiis amicorum, quæ alter alteri exhibet. Cic.Thermo, lib.13, Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimísque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, authoritate, studio tuo perficias, vt, &c.

Necessitudinis officium. Cic.pro Murena.

Intermissio officij. Cic.de Amic.

Studia & officia. Cic.Antonio, lib.5.5, T.Pomponius homo omniũ in te studiorum & officiorum maximè conscius.

Singulari in Rempublicam officio & fide vir. Cic.pro Sylla.

Summo officio prędibus homo, pro Officiosissimo, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet, strenuè facit. Cic.in Verr.3, Hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, &c.

Humanitatis, officij, diligentiæ plenæ literæ. Cic.Appio, lib.3.9.

Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non auaritia comminuere atque violare soleat. Cic.pro Quintio.

¶Abduci ab officio aliquo. Cic.de Amic.

Adhibere officium, Vide ADHIBEO.

Officiis amplecti, vel complecti. Cic.Fam.5.

Augere officia. Cic.Att.lib.13.

Celebrare suprema, Hoc est exequias, seu iusta mortuis persoluere. Curtius lib.3.

Certare officiis, Vide CERTO.

Claudicare in officio, In CLAVDICO.

Colere officium, Vide COLO.

Colere officium, & Negligere, contraria. Cic.1.Offic. Nulla vitæ pars, &c vacare officio potest: in eóque colẽdo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo.

Commemorare officia, Vide COMMEMORO.

Commonere aliquem officium suum. Plaut.Pseud.4.

Comparent officia, In COMPAREO.

Officiis comprehendere. Cic.

Conferre officia, In CONFERO.

Conficere legationis officium, In CONFICIO.

Conferre multa & magna officia in aliquem. Cic.pro Flaoco.

Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos monet pietas. Cic.2.de Inuent.

Constant in me tua. Vide CONSTO.

Copulata officio. Quintil.in Procem.lib.1.

Cumulare aliquem officiis, Vide CVMVLO.

Curare officium suum, Vide CVRO.

Decedere officio, vel de officio, Vide DECEDO.

Decedere ab officio. Liu.lib.6.Decad.4.

A religione officij declinare. Cic.5.Verr.

Delegatum alicui. Quintil.in Procem.lib.6.

Deferere. Cic.1.Offic. Prætermittẽdæ autem defensionis, deferendíque officij plures solent esse causæ.

Deseri ab officiis amicorum. Cic.F.Metello, lib.5.2.

Deesse officio. Cic.Mario, lib.7.3.

Amoris, studij, pietatis, nullum officium à me defuit. Cicero pro Milone.

Desiderare officia ab aliquo. Cic.Antonio, lib.5.5.

Detrectare sua officia. Quintil.lib.2.cap.1.

Officiis deuincire. Cic.

Discedere ab officio. Cic.1. Offic. Ab officio discedat, si se destitutum queratur.

Officij duxit, Absolutè, pro Putauit officium suum esse. Sueton.in Tib.Cæsare, cap.11.

Ductus officio vel cognationis, vel amicitiæ. Quintil.lib.4.cap.1.

Regis officia & munera exequi. Cic.de Senect.

Munus officij exequi ac tueri. Cic.de Senect.

Exequi officia & studia. Cic.ad Atticum, lib.3.

Expectare officia ab aliquo. Cic.Lentulo, lib.1.6.

Officia extare. Cic.Fam.13.

Officium suum facere. Terent.Eunuch.4.5, Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.

Seruilia officia facere. Propert.lib.4.eleg.10.

Onus officij nullum cuiquam reliquum facere. Cic.Appio, lib.3.13.

Facere officium alicui, Vide DICIS causa.

Fungi officio. Cic.Appio, lib 3.8.

Fungi officio pædagogorum. Quintil.lib.1.cap.2.

Fungi officiis vernaliter. Horat.2.Serm.satyr.6.

Fungi supremo in aliquem officio. Curtius lib 3.

Fungi officium. Terent.Heaut.3.3, Hominis frugi & temperantis functus officium.

Implere officium suum, Vide IMPLEO.

Officiorum impensam facere. Cic.in orat.ante exil.

Intendere officia, Vide INTENDO.

Officia interedere alicui cum aliquo. Cic.Fam.13.

Intermittere. Cic.de Amic. Nec vllo casu arbitror hoc cõstanti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officij.

Intermoriturum existimare, Vide INTERMORIOR.

Labi in officio, Vide LABOR, laberis.

Languent officia. Lucret.lib.4.

Mandare officium aliquod alteri, Vide MANDO, mandas.

Manere in officio, Vide MANEO.

Meminit officium suum. Plaut.Milit.21.pro Officij, antiqué.

Meminisse officia debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic.de Amic.

Migrat officium, Vide MIGRO.

Missio officio, In MITTO.

Molliri officiis parentum. Lucret.lib.2.

Sol negat officium mundo. Ouid 2.Metam.

Negligere officium, Vide paulo antè Colere officium.

Officia obire liberaliter & dextrè, In OBEO.

Parère officio. Cic.Attico, lib.13, Mulieres vix satis humanæ, quæ inimico animo ferant, quum vtraque officio pareat.

Persoluere officium receptum alicui. Cic.7.Verr.

Pertinet ad officium, Vide PERTINEO.

Polliceri & deferre alicui studium, officium, operam, laborem suũ. Cic.Cecinnæ, lib.6.6.

Honestum officium postponere scorto. Horat.1.epist.19.

Præstare officium, Vide DICIS causa.

Præstare officium suum alicui. Seruius Ciceroni, lib.4.5.

Præstare officium patri. Ouid.7.Metam.

Præstare officia vrbana alicui. Balbus Ciceroni in Epist.ad Atticũ, libro 9.

Officium præterire. Planc. Cic.Fam.10.

Prætermittere. Vide paulo pòst, Seruare officium.

Promereri. Cic. Autequam iret in exil. Non cõuenit, quum ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.

Officiis prosequi. Cic.

Recusare prima officia operis sui. Quint.lib.2.cap.1. De Rhetore.

Interruptum varietate temporũ officium cumulatè reddere. Cic. Licinio, lib.5.8.

Redire ab officiis. Horat.1.epist.7.

Relictis omnibus officiis agere aliud. Horat.2.epist.2.

Fructum & præmium officij ab aliquo repetere. Cicer. Antequam iret in exilium.

Repudiare officium necessitudinis. Vide NECESSE.

Officiis mutuè respondere. Cic.F.Pompeio, lib.5.7.

Officium resídere in aliquo. Cic.Fam.5.

Retinere officia. Cic.pro Cluentio.

Retinere aliquos in officio. Cic.pro Rosc.Amer.

Reuerti ad officium suum. Lentulus Senatui, lib.12.15.

Satisfacere officio. Cic.1.Verr.

Omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Cic.Lentulo, lib.1.1.

Seruare officium, & Prætermittere, contraria. Cicero Sextio, lib.5. 17, Quamobrem omnibus officiis amicitiæ seruatis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te vt hortarer, &c.

Spectare. Quintil.lib.1.cap.2.

Spondere alicui. Ouid. 10. Metam.
Officium tuum est, has bene vt assimules nuptias. Tuæ partes, tuum munus. Terent. And. 1. 1.
In officio esse, pro Officium præstare, officio fungi. Cic. ad Terentiam, libro 14, Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit.
In officio est Nicanor, & à me liberaliter tractatur. Cicero Attico, libro 6.
Partes officij istius non sunt filij mei. Cic. Att. lib 6.
Singulari officio esse in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5.
Suscipere aliquod officium. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Officia & partes imperatoris suscipere. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Tribuere officium & cultum alicui. Cicer. 2. de Inuent. Pietas per quam sanguine coniunctis patriæque benenolis officium & diligens tribuitur cultus.
Tueri officia. Cic. Appio, lib. 3. 9.
Venire in officium oratoris, Vide VENIO.
Vincere officiis suis cogitationes alterius. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Officium aliquod vsurpare. Cicero de Amicitia, Nec ab isto officio, quod semper vsurpaui quum valerem, abduci incommodo meo debui.
¶Officium, pro Beneficio, quod vulgò dicitur *placitum*. Columella libro 1. capite 15, Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere.
¶Officium, pro magistratu videtur accipi apud Aurelium in l. 1. D. De off. præf. præt. Credidit enim, ait, Princeps eos, qui ob singularē industriam, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos esse, pro sapientia ac luce dignitatis sue, quàm ipse foret iudicaturus. Plin. iunior lib. 1 epist. 10, Distringor officio vt maximo, sic molestissimo. Idem in Panegyrico, non admodum procul à fine, Nondum biennium complueramus in officio laboriosissimo & maximo, quum tu nobis Cōsulatum obtulisti. Verobique Præfecturam ærarij intelligit.
¶Officium, Apparitor, *officior*. Hermogenianus in l. Si plus vel minus. D. De cuictione, & duplæ stipulatione. Si iussu iudicis rei iudicatæ pignus captum per officium distrahatur.
¶Officium, pro Actis. Paulus in l. Eum D. De in ius vocando. Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit: etsi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur. Vlpian. in l. Si fideiussor. D. Qui satisdare cogantur, Si satisfactū pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex quà datio desyderatur: apud officium deponi debebit (si hoc iudici federit) donec vel satisfactur, vel lis finem accipiat.

Officiosus, pen. prod. Adiectiuum {ὑφαιρετικὸς} Qui libenter & ex animo officium seu beneficium alicui exhibet. Cic. Octauio, lib. 13. 22, Hominem prudentem & officiosum cognosces.
Officiosus in aliquē. Cic. 3. Verr. Homines autem ipsi Lampsaceni tum summè in omnes ciues Romanos officiosi.
Diligens & officiosus homo. Cic. Att. lib. 13.
Humanus, officiosus, & liberalis homo. Cic. pro Rosc. Com.
Amicitia officiosa. Cic. pro Plancio, Quos tu si fodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.
Dextera officiosa in paucos versus. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.
Officiosus dolor, à Cicerone lib. 3. Tuscul. dicitur qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest.
Labores. Cic. pro Milone.
Sedulitas. Horat. 1. epist. 17.
Voluntas. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.
¶Officiosior, officiosissimus. Cicero Att. libro 13, Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè delegissem Vestorio.
Natio candidato. um officiosissima. Cic. in Pisonem.

Officiosè, Aduerbium {ὑφαιρετικῶς} officiosius, officiosissimè, Diligenter, bono animo. Cic. de Amic. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant, eóque magis si aliquid habere se putant quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.
Officiosè parēre. Cicero ad Att. lib. 13. Quædam exemplaria legūt officio, non officiosè: qua de re suprà positum est exemplum.
Officiosè scribere. Cic. ad Att. lib. 1. 15, Qua de re quum ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, humaniter scripseris.
Officiosè ire salutatum. Martial. lib. 1. 66.

Officialis, & hoc officiale, penul. prod. Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat.
Officialis, etiam minister magistratus dicitur. Apul. Sed iussit potestas officialem suum magna seruitudine coerceri.

Officina, officinæ, penult. prod. {ἐργαστήριον} Locus vbi aliquid fit, hoc est in quo operarij opera sua faciunt. Cic. 7. Philip. Armorum officinas in vrbe videtis.
Graues officinæ Horat. 1. Carm. ode 4.
Officina, de fabrica dictum. Plin. lib. 33. cap. 11, Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, &c. quingenariam lanceam habuit, cui fabri eandæ officina prius exædificata fuerat.
Æraria officina, Vide AES, æris.
Chartariæ, Vide CHARTA.
Ex eadem officina. Cic. in Præf. Parad. Non enim est tale, vt in arce poni possit, quasi Minerua illa Phidiæ: sed tamen vt ex eadem officina exisse videatur.
Officinas promercalium vestium exercere. Suetonius de Claris grammaticis.
Instituit officinam Syracusis Verres. Cic. 6. Verr.
Quæstuosissima falsorum commentariorum & chirographorum officina. Cicero 2. Philip. Sic vocat domum Antonij, vbi falsa testamenta scribebantur.

Officinæ vitiorum, & similium, per translationem. Columella in Præf. 5.

Officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum. Cicero pro Rosc. Amer.
Officina dicendi Cic. de Claris Orat. Extirit igitur iam senibus illis, quos paulo antè diximus, Isocrates: cuius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Id est schola.
Clarissima rhetoris officina. Cic. 2. de Orat.
Instruxerunt quasi officinas sapientiæ philosophi. Cicero 1. de Legibus.
¶Officina, Ipsa (vt ita dicā) factio, operatio, vel fabricatio. Plinius libro 11 cap. 2, In magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, &c. De insectis.
¶Officinam, gallinarium vocat Colum. lib. 8. cap. 3, Torius autē officinæ (id est ornithonis) tres continuæ extruuntur cellæ. Et paulo pòst, Hæc erit officinæ cohortalis dispositio.

Officinator {τέκτων} pro fabro posuit Virtuuius libro 6. cap. vlt. Quum subtiliter officinatoris probabitur exactio. Bud.

Offligo, offligis, pen. prod. offixi, offixum {πλήσσω} offigere. Plaut. Mostel. 6. Sed ea lege, vt offligantur bis pedes, bis brachia.

Offirmo. offirmas, offirmāre. Vide OBFIRMO.

Offlecto, offlectis, offlexi, offlectum {ἐπικαμπύω} offlectere, Circùm vel contrà flectere. Plautus Rudente, 23, At ego hinc offlectam nauem.

Offoco, offocas, penult. prod. offocāre, Præfocare. Horus lib. 2. cap. 11, Quum catenas morsibus & ore tentassent, quum offocandas inuicē fauces præbuissent.

Offringo, offringis, offregi, penult. prod. offractum {κατατρύω} offringere, Quod fractum est, contrario frangere. Festus, Offringi terra dicitur, quando iterum transuerso sulco aratur. Varro libro 1. de Re rust. cap. 29, Rursum terram quum primùm arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt, quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari: quum iterarur, offringere vocant.

Offucia, offuciæ: Pluraliter, offuciæ, offuciarum {φύκωμα} A fuco, fallaciæ dicuntur. Plautus Mostel. 4, Neque ceruſam, neque melinū, neque aliam vllam offuciam. Gell. lib. 14. cap. 1, Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus, &c.

Offuco, offucas, offucāre, Festus explicat aquam in fauces ad bibendum date. Et hinc quidam putant infucare esse apud Plautum, vinum aqua diluere, quum etiam aqua eius color infucetur: verùm Turnebus infuscare libentius retinet. Vide suo loco.

Offula. Vide OLLA.

Offundo, offundis, offudi, penult. prod. offusum {ἐπιβρύω, ἐπιπροσθίω, κατασκιάω} offundere. Circumfundere. Plaut. Trinum. 14,
Vsine aquam tibi petamē. res quum iam animam agebat,
Tum esse offusam oportuit.
Offundere caliginem oculis. Liu. 6. bel. Pun.
Aer crassus nobis offunditur. Cic. 4. Acad.
Obscurare & offundere. Cic. 3. de Finib. Obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.
Noctem rebus. Cic. 1. de Natura deorum, Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eripuerit, & quasi noctem quandam rebus offunderet.
Errorem alicui. Liu. 4. bel. Maced.
Tenebras offundere, Obtenebrare. Cic. 3. Tuscul. Siquid tenebrarum offudit exilium.

Offusus, penult. prod. Participium {κεκαλυμμένος} vt Pauore offusus. Tacit. libro 11.
Offusa animis caligo. Cic. 5. Tuscul.
Offusa Reipublicæ sempiterna nox. Cicero pro Rosc. Amer. Qui tamquam si offusa Reipublicæ sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniáque miscebant.
Offusa religio oculis & animis sacerdotum. Liuius 2. ab Vrbe, Nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animóque religione motus esset, &c.
Tenebræ offusæ. Cic pro Domo,
Offusus terror oculis auribúsque. Liu. 8. bel. Pun.

Offusco, offuscas {ἀποσκιάω} offuscare, Obumbrare, obscurare, denigrare, & quasi fuscum reddere.

Ogdoas, ogdoadis, Græcè: Latinè, numerus octonarius.
OGDOLAPIS, Fluuius nauigabilis, ex Alpibus fluens, ad Vrbem irrumpit. Vide Strabonem lib. 4.
OGDOVS, Ægypti rex, Vchoreus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ dictam, vt author est Diodorus Siculus, libro 2. capite 1.
Oggannio, oggannis, oggannīre, Vide OBGANNIO.
Oggero, oggeris, pen. corr. oggessi, oggestum, oggérere, Intēdere, seu iniecere. Antiquum. Plaut. Truculento,
Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant.
OGYGES, penultima correpta {ἄγυγος} rex fuit Thebanorum, sub quo primum omnium diluuium fuisse dixit Varro in Prologo libri tertij de Re rust. Estque (inquit) vetustissimum oppidum Græcum Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificauit: peractis iam millibus annorum & centum. Sed vt diuus Augustinus de Ciuitate Dei lib. 18, retulit, tempore quo reguabat Ogyges, diluuium magnum factum est: non illud maximum, quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca fuerunt: sed tamen maius, quàm quod postea tempore Deucalionis fuit.
Ogygius, Adiectiuum {ἀγύγιος.} vnde Ogygia mœnia Thebana dicta sunt.
Deus Ogygius, Bacchus. Ouid. epist. 10.
Lyæus Ogygius. Lucan. lib. 1.
OGYGIA {ἀγυγία} insula est, vt quidam ferunt, Phœnicij & Syrij maris: sic quoque ab Ogygio rege in ea regnante cognominata. De qua Homerus in primo Odysseæ.

OGYLVS {ὄγυλος} Insula est inter Peloponnesum & Cretam. Stephanus.
OGYRIS, penult. corr. Arabiæ felicis insula. De qua Plinius libro 6, sic scribit, Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythro rege ibi sepulto. Rufus ex Dionysio,
Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes
Carmanidis, qua se pelagi procul inuehit vndis.
Regis Erythrei tellus hic nota sepulchro
Tenditur, & nudis iuga tantum cautibus horret. Meminit insulæ perpulchrè lib. 9. Curtius.

O H

Oh, Interiectio, qua vtimur vbi ex interuallo notos videmus, vt ait Donatus: estque præsertim in vsu apud Comicos. Terent. Adelph. 5. 6,
-sed eccum Demeam. saluos sies.
D. Oh, quî vocare? G. Geta.
¶Oh, Admirantis, cum contemptu quodam. Terent. And. 3. 5,
-imò melius spero. D. oh, tibi ego vt credam furcifer?
¶Oh, Affirmantis, cum certitudine quadam. Terent. Eunuch. 1. 2,
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. D. oh, dubiúmne id est?
¶Oh, Dolentis & reprehendentis. Terent. Heaut. 5. 3,
Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.
¶Oh, Dolentis & deprehensi. Plaut. Casin. 6,
-vnde hic amabo vnguenta olent? S. oh, perij,
Manifestò miser teneor.
¶Oh, Exultantis ob rem bene gestam. Plaut. Mostel. 4,
Vt videas eam medullitus me amare, oh, probus homo sum,
Qui pro me causam diceret, patronum liberaui.
¶Oh oh, Exultantis. Plaut. Mostell. 5. 9, Oh oh ocellus es meus.
¶Oh oh oh oh, Eiulantis more comico. Plaut. Capt. 5. 6.

Ohe, Interiectio satietatem vsque ad fastidium designans. Terentius Phorm. 2. 3,
Quis homo est? chem. D. tace. G. absenti tibi
Te indignas, séque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe desine. Idem Heaut. 5. 1,
Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatam.

Oho, Interiectio admirantis aliquid repentè fieri. Plautus Pœnul. 4,
-eamus foror mea.
A. D. Oho amabo, quid illuc nunc properas?
¶Oho, Agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. Pseud. 15,
Accipe & cognosce signum. BAL. oh o Polymachæro placides
Purus purus est ipsus. Budæus.

O I

OICLES, Filius fuit Antiphatis filij Melampi, Homero lib. 15. Odysseæ. Idem fuit pater Amphiarai Argiui vatis.
OILEVS {οἰλεύς} trium syllabarum, pen. prod. fuit Locrorum rex, & pater Aiacis Oilei, teste Virg. 1. Æneid.

Oilides, penult. prod. {οἰλείδης} Patronymicum mascul. Propert. lib. 4. eleg. 1, Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem. Intelligit Aiacem Oilei filium.

O L

OLBIA, Ciuitas {ὀλβία, πόλις.} Ptolemæo lib. 5. cap. 5, Vrbs Galliæ Narbonensis. Vulgò *Eres*. ¶Fuit & Pamphyliæ oppidū iuxta Cataractes fluuiū, teste Plin. lib. 2. cap. 27. ¶Fuit & Olbia Bithyniæ vrbs in extremo Asæanij sinus sita, quæ posteà Nicæa appellata fuit. ¶Est & alia in Sarmatia Europæ, ad Borysthenē amnem, quæ & Borysthenis appellatur à Ptolemæo tabula octaua Europæ: cuius etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 11.
OLCACHITES, pen. prod {ὀλκαχίτης.} Ptolemæo lib. 4. cap. 3, Zeugitanæ regionis sinus, hodie *Alcon ciuitas*.

Olea, oleæ {ἐλαία} Nota arbor. Virg. 2. Georgicorum,
Sed truncis oleæ melius propagine vites
Respondent. Plin. lib. 15. cap. 82.
Olea, ab elea, olea grandis orchitis, quòd ea antiquitus orchemora. Varr. de Ling. Lat. lib. 4.
Minerua inuentrix oleæ. Virg. 1. Georg.
Rami oleæ. Stat. 12. Thebaid.
Mares. Ouid. 4. Fast.
Nigræ. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Pacales. Ouid. 6. Metam.
¶Attondere oleas, Vide ATTONDEO.
Florent oleæ. Ouid. 5. Fast.
Æstus mordet oleam. Horat. 1. epist. 8.
Sempiternam oleam in arce tenere potuerunt Athenæ. Cicero 1. de Legibus.
Florem oleæ quum agricola videt, baccam quoque se visurum putat. Cic. 2. de Diuin.
¶Olea, etiam fructus dicitur. Vnde Olea cōditanea Varroni dicitur, quæ ad condituram asseruatur. Colum. lib. 11. cap. 2, Tum & olea distringenda est, ex qua velis viride oleum efficere.
Distringere oleas. Ouid. de Nuce.
Oleam facere apud Catonem, est ex ea oleum facere: sic lanam facere, est lanam operi impēdere, & ex ea aliquid facere: sic aurifex dicitur qui aurum facit, id est qui ex auro opus facit. Turnebus.
Inspergere oleam sale, Vide INSPERGO.
Stringere oleam. Cato de re Rustic. Oleā ne stringito. Stringitur autem olea, quæ manu legitur, vt quum digitabulis pressa decerpitur, itáque læditur, aut ex arbore nuda manu detrahitur. Vide STRINGO.

Oleaceus, Adiectiuum {ἐλαῖνος} olei vel oleæ simile. Plin. lib. 35. cap. 15, Gignitur & pingue, liquoriſque oleacei, in Sicilia. Idem lib. 21. cap. 4, Folia oleacea.

Oleaginus, penult. corrr. Adiectiuum {ἐλαΐνεος} Quod ex olea arbore est, siue coloris olei. Virgil. 2. Georg. Truditur è sicco radix oleagina ligno. Plin. lib. 37. cap. 5, Post eos autem cerini, deinde oleagini, hoc

est colore olei.
Oleagineus, Aliud adiectiuum, Idem {ἐλαΐνεος.} Varro libro 1. de Re rustica, capite 40, Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, &c.
Oleagineis coronis ministri triumphantium vtebantur, quòd Minerua, dea belli esse putabatur. Hæc Festus. Gellius lib. 5. cap. 6, Est item oleaginea postrema, qua vti solent qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant.

Olearis, & hoc oleare, penultima producta, Quod ad oleum pertinet. Plinius lib. 34. capite 14, Quippe quum in exacuendo, oleares cotes & aquariæ æque differant, oleo delicatior fiat acies. Id est quæ oleo aspergantur.
Olearis talea. Colum. lib. 11. cap. 2.

Olearius, Adiectiuum, Idem. Colum. lib. 2, In vasis olearijs falsamentarijsque. Idem lib. 1. cap. 6, Olearia cella. Item Varro 3. de Re rustic. cap. 2, Olearíæ feriæ.
Molæ olearíæ. Varr. de Ling. Lat. lib. 4.

Olearius, olearij {ἐλαιοπώλης} Qui oleum facit vel vendit. Columella libro vltimo, Pertissimi olearij vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri.

Oleaster, oleastri {ἀγριέλαιος} Olea syluestris. Virgilius 2. Georgicorū, Indicio est tractus surgens oleaster eodem.
Ingens. Virg. 4. Georg.
Infelix superat foliis oleaster amaris. Virg. 2. Georg.
Sacer oleaster. Virg. 12. Æneidos,
Forte sacer Fauni foliis oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & votas suspendere vestes. Quem locum enarrans Turnebus, Ex ritu, inquit, priscæ superstitionis scripsit id Virgilius, & præcipuè Græcorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant & affigere. Illius enim arboris viuacitas tanta est, vt si multis configatur clauis, nihil tamen lædatur. Aristophan. Pluto, ὥσπερ κατὰ τὴν παρασπαθόδρον τυπτῶν. Id est ceu oleastro adfigam isti. Hæc ille.
Suspendi hominem in oleastro iussit Verres. Cic. 5. Verr.

Oleastellus, oleastelli {ἀγριελαΐδιον} Diminutiuum ab Oleaster, apud Columel. lib. 12. cap. 49, Veruntamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

Oleastreus, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.

Oleastrinum, Dicitur oleum quod ex oleastro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscoride lib. 1.

Oleitas, pen. corr. oleitatis {ἐλαιοφυτεία} Tempus legendarum olearū, & fructus oleæ. Caro de Re rust. cap. 68, Vbi vindemia & oleitas facta erit, prela extollito. Idem cap. 144.

Oleosus, pen. prod. Adiectiuum {ἐλαιώδης} Quod est plenum oleo. Plin. lib. 27. cap. 12, Semen oleosum, quod & fit ex eo. Medetur oris vlceribus perunctis.
Oleosum butyrum, Hoc est pingue. Plin. lib. 28. cap. 9.

Oletum, oleti. pen. prod. {ἐλαιών} Locus oleis cōsitus. Cato de Re rust. cap. 1, Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. V. de etiam OLEO.

Oleum, olei {ἔλαιον} Quod ex olea expressum est.
Olei stilla. Martial. lib. 12. epigr. 71.
Balaninum, In BALANVS.
Carinum, In CARYON.
Cibarium, In CIBVS.
Cicinum, In CICINIA.
Citreum, In CITRVS.
Omphacinum, In OMPHACIVM.
Oleum medicum, quod & incendiarium nominat Solinus, quadā, vt ait, inficitur herba: ersi etiam naturale quoddam est, non tantùm artificiosum & factitium. Hoc genere olei pellicem suam vlta est Medea. Erat etiam, vel arte parabatur in Media, vnde & medicū vocabatur oleum. Solinus, Apparet herba, qua inficitur oleum quod vocant medicum: huius olei incendium aqua restingui non potest, sed pulueris iactu. Annotauit Turneb.
Narcissinum, Vide NARCISSVS.
Oleum decumanum. Lucilius,
Quæ Gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano penè coegit. Oleum autem decumanum appellat quod deterius est, vt hodie triticum decumanum, quia miscellum est, & vinum decumis collectū, est ferè deterius. Turneb.
Pingue. Virg. 6. Æneid.
Oleum Romanicum, Cato de Re rustica vocat, oleum vulgare, quod è caduca fit olea, & matura: viride, quod è strictiua & immatura. Romanicum autem ideò, quia Romæ locis vicinis fiebat. Turnebus.
Vngere caules oleo bono. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Largo vnctum cadauer. Horat 2. Serm. satyr. 5.
Iuuentus oleo humeros perfusa nitescit. Virg. 5. Æneid.
Instillare oleum lumini. Cic. de Senect.
Oleum scinrillat. Virg. 1. Georg.
¶Oleum addere camino. Horat. 2. Serm. satyr. 3. Id est, Malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augescat: & malum alio malo cumulare, atque augere.
Plus temporis, atque olei plus. Iuuenal. satyr. 7.
Oleum & operā perdidi. Plaut. Pœnul. 4. Id est, quicquid insumpsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est à gladiatorum ac palæstritarum certaminibus, in quibus certaturi, vnguentis quibusdam oleariis perungebantur. Cicero Mario, lib. 7. 1. Nam quid ego re athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse? Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero feciſſe videtur, scribens ad Atticum, libro 13, Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te,

&ante lucem dedi. Id est,quasi obiter, & eadem commentatione.
Eidem,lib.2, Non defleamus, ne opera & oleum philo ogiæ nostræ pereant,sed cõferamus tranquillo animo. Ergo hic oleum pro sumptu positum est. Erasmus.
Oleo tranquilliot. Hyperbole prouerbialis in homines minimè iracundos, lenisque ingenio præditos. A liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisque lene. Plautus Pœnulo, 18. Vide Erasmum.
¶Oleum,pro simulacro pugnæ , & pro exercitatione,non pro vno certamine. Cic.1.de Orar. Nitidum quoddam genus verborum & lærum: sed palæstræ magis & olei,quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id est accommodatum concionibus & iudiciis. Budæus.
Oleamen,penult.prod.oleaminis,neutri generis. Scribon Largus, Post dies triginta coniiciuntur macerata: deinde oleum purum excipietur,quod reponitur fictili vaso: cuius oleaminis vires ad omnem cõtractionem neruorum tantæ sunt,vt sit vix credibile.
Oleamentum,oleamenti. Scribonius Largus , Quum primùm hæc leuia parauerint,cum oleamentis ex vino adipem liquefactum cum rosæ pondo quadrante miscere in vnum oportet.
OLEAROS,penult.corr. {ὠλίαρος} Insula vna ex Cycladibus. Plin.lib. 4.cap 12. Ouid.7.Metam. At non Olearos, Didymèque, & Tenos, & Andros.
OLEATRVM {ὀλίαστρον} Hispaniæ vrbs , Ptolemæo authore lib.2.cap. 4.alio nomine Oleatro dicta. Meminit Plinius libro tertio , capite primo.
OLENOS,penult. corr. {ὤλενος} vrbs est Æoliæ, dicente Seruio, Diomedes habuit socios de tribus ciuitatibus quas habet Æolia , Pleuron,Olenõ,Calydona.Hactenus ille. ¶Fuit & Olenos vrbs Bœotiæ, sic dicta ab Oleno Vulcani filio. Strabo lib.8.
OLENVS,Oleni,penult.corr. {ὤλενος} vir fuit qui Lethæam duxit vxorem eximia pulchritudine, adeò superbam , vt se deabus præferret. Cæterùm deæ iratæ quum de Lethæa supplicium sumere vellent,Olenus in se culpam vxoris transferre ausus , vnà cum illa in lapidem fuit conuersus.Ouid.10.Metam.
Olenius {ὠλένιος} Possessiuum est ab Oleno.Ouid.5.Fastorum,
Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ.
Cornibus Olenius manant imbres.Stat.6.Thebaid.
Arua Olenia.Ouid.5.Fast.
Astrum.Stat.3.Thebaid.
Pecus Olenium lædit æquor.Ouid.epist.17.
Oleo,oles,oleui,oletum,pen.prod.vel olui, olitum, penul.corr. {ὄζω} olère,Odorem spirare & emittere. Plin.lib.21.cap.7, Rosa recens, à longinquo olet.
Olesco,sit ab Oleo,idque inter se differunt,quòd Oleo habet significationem naturalem transitiuam,Olesco,passiuam innatam.
Bene olere. Cic.ad Atticum, libro 2,Sed tamen erant ornata hoc ipso,quòd ornamenta neglexerant: & vt mulieres, ideò bene olere, quòd nihil olebant,videbantur.
Deterius olet herba lapillis Libycis.Horat.1.epist.10.
Iucundé.Plin.lib 20.cap.17.
Malé. Cicero 2.de Orat.At in malè olentem, vide me à te circunueniri.
Malè olet omne cœnum.Cic.4.Tusc.
Ex Academia nihil olet Epicurus,nihil ne ex Lyceo,nihil ne è pueriliibus disciplinis.Cic.1.de Nat.deor.
¶Oleo,cum accusatiuo.Plaut.Asin.16,Myrrham olet.
Olet hunc aurum.Plaut.Aulul.7,
Certè ædepol equidem te ciuem sine omni malitia mala etiam
Semper fuit ratus,& nunc arbitror. Eautum huic olet.
Quid nunc me vis? Id est,suspicatur me habere thesaurum.
Ceram,quàm quod crocum olet vnguentum magis laudari.Cicero 3.de Orat.
Olet furtum.Plaut.Menæch.4.
Hircum olere.Horat.1.Serm.satyr.2.
Olent illa supercilia malitiam. Cicer.pro Rosc.Comœdo, Nónne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? Id est significare,vt ait Budæus.
Olent tua basia myrrham.Martial.lib.2.12.
Pastillos.Horat.1.Serm.satyr.2.
Sonare & olere peregrinum. Cic.3.de Orat.Quare quum sit quædam certa vox Romani generis verbisque propria,in qua nihil offendi, nihil displicere , nihil animaduerti possit , nihil sonare aut olere peregrinum,hanc sequamur.
¶Oleo,cum ablatiuo.Ouidius,
Pérque locos sacros,& olentia sulphure fertur.Propert.lib.4.eleg.7,
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
¶Olere,pro Malè olere.Horat.Epod.10,
Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Mæuium.
Olo,olis,olere,penultima corr.antiqui dixere.Afran.Fratriis,
-non potest
Quin illa tacta , longéque & multis olat. Id est,oleat. Pomponius Atellonibus,
Aleo ludam sanè meæ malè olant manus. Nonius.
Olens,Participium {ὄζων.} vt Agri olentes.Lucan.lib.7.Intelligit oleantes propter cadauera interfectorum.
Amaracus suaue olens.Catull.in Epithal.Iuliæ.
Bene olens anethum.Virg.2.eclog.
Membra olentia.Virg.3.Georg.
Bene olentes myrrhæ.Ouid.de Medicam.faciei.
Latè olentia serpilla.Virg.4.Georg.
Oletum,oleti,pen. prod. {σκάλμοιβαλον} Stercus humanum : dictum quòd vehementer oleat.Persius Sat.1,
-vetò quisquam hic faxit oletum. Vide etiam OLEA.
Olidus,penult.correp. Adiectiuum {ὀζώδης} Quod tam bonum,quàm malum odorem habet.Martialis libro 1.46,Olidæque vestes murice.

Idem lib.10.37,Hic olidam clamosus agens in retia vulpem. Hic in malum dixit,vt & Horat.lib 1.epist.5.
Veternum olidum Catul.ad Coloniam,epigram 17.
Oleracius.Vide OLVS.
OLERVS {ὤλερος} vrbs Cretæ in edito loco sita , vltra Hierapytnam. Hinc Minerua Oleria,& Festum Olerium in eius honorem. Steph.
Oleum,Vide OLEA.
Olfacio,olfaeis,pen.corr.olfeci,penult.prod.olfactum {ὀσφραίνω} olfacere,Odorari.Plin.lib 11 cap.37,Quonam modo audiant delphini, mirum Iidem nec olfactus vestigia habent, quum olfaciãt sagacissimé. Cic.5.Tusc.Vt ea quæ gustemus,olfaciamus, tractemus,audiamus,&c.
Vnguentum olfacere.Catul.ad Fabull.epigr.13.
Olfeci ego,pro Subo.loratus sum & præsensi , per translationem. Terentius Andr.3.3,
-an non sex totis mensibus
Prius olfecissem,quàm ille quicquam coeperit?
Olfacere nummum. Cic. de Lege agraria, Nunc quisnam tam abstrusus vsquam nummus videtur, quem non architecti huius sce legis olfecerint?
Cernere,audire,gustare,olfacere,tangere aliquid.Cicero 2.de Diuinatione.
Olfactus,huius olfactus {ὀσφρησις} Sensus odoris per nasum sumministratus. Plinius lib.8.cap.4,Intermiscere insidiarum metu,subsistere ab olfactu.
Olfactorium,olfactorij {ὀσφρασίου} Florum vel odorum fasciculus,delectandis naribus vel olfactus gratia comparatus. Plin.lib.20.cap.9, Syluestris siue erraticæ immẽsa plus laudat Cato:adeò vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tãtum naribus rapto, vitia earum,grauecolentiámque sanare affirmet.
Olfacto,olfactas {ὀσφραίνομαι} olfactare, Frequentatiuum ab Olfacio. Plinius libro 20.cap.14, Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tercianis ante accessionem olfactandum dari tradit. Plautus Menæchmis,4,
Vt summum olfactare absthines?
Olfactatrix, penultima producta {ὀσφρανίς} Verbale fœmin. Plinius libro 17. capite 24, Olfactatrix enim intelligitur,& tangi mirum in modum.
Olfactoriola,inter ornatus mulebres ponit Esaias, cap.3.quæ credidérim ea esse quæ nostræ mulieres olfactus & odoris gratia specie pomi deferunt,auro quidem argentóve contecta ac circundata.
OLIAROS {ὠλίαρος} Insula in mari Ægæo,vna Cycladum,de qua Virgilius lib.3,
Oliaron,nueámque Paron,&c.
OLIBA {ὤλιβα} Ptolemæo lib.2.cap.6, Hispaniæ Tarraconensis vrbs. Vulgò *Olit.*
OLICANA {ὠλίκανα} vrbs Britanniæ,Ptolemæo libro 2.capite 3. Vulgò *Kirkby.*
Olidus,Adiectiuum.Vide OLEO.
Oligarchia {ὀλιγαρχία} Status Reipublicæ paucorum constans dominatione.Vnde Oligarchici dicti sunt , qui paucorum dominatione gaudent.
Oligochronii {ὀλιγοχρόνιοι} Id est modicæ vitæ. Verba sunt Iulij Firmici lib.3.cap.5. Idem lib.4.cap 8, Quidã oligochronij fiunt ac breui tempore morituri.
Olim {πάλαι,ποτέ,αῦ} Aduerbium temporis.Terent.Heaut.2.1,Ex sua libidine moderantur,quæ nunc est,non quæ olim fuit.
Loquebantur olim sic.Cic 2.de Orat.
Locus olim conditus.Horat 1.Serm.satyr.5.
¶Olim,Fabulæ proprium est,inquit Donatus. Terent.Eunuch.2.2, Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius. Horatius Serm. libro 1.satyra 8, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
¶Olim. Terent.Hecyr.3.3,Nam vitium est oblatum virgini olim à nescio quo improbo. Vbi Donat.Rectè olim: quia facilis venia circa vetera iam delicta.vnde tenetur temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo,ante nouem menses.
¶Olim,pro Nuper.Terent.And.3.3,Alium esse censes nunc me,atque olim quum dabam?
¶Olim,pro Ante.Terent.Hecyr.4.1,
Vtinam sciam ita esse istuc.sed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta es olim,quum illum generum cepimus.
Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit. Cic.Attico,lib.4.
¶Olim,de præsenti tempore aliquando dicitur. Virgil.10.ecloga, Vestra meos olim si fistula dicat amores. Plin.iunior epist.10.lib.2, Vt tandem percipias gaudium , quod ego olim pro te non temerè præsumo.
¶Olim,de futuro.Virg.1.Æneid.Hunc tu olim cælo spoliis orientis onustum Accipies. Quintil.lib.10.cap.1, Sunt clari hodiéque, & qui olim nominabantur. Ex Valla lib.2.
¶Olim,pro Posthac.Horat.epist ad Iul.Flor.lib.1,
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas,&c. Et Ode 10.lib. 2,Non si malè nunc, & olim Sic erit.
¶Olim,pro Aliquando,siue Quandoque.Horat.1.Serm.satyra 1,
-vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores,elementa velint vt discere prima. Virgil.2.Georgicorum, Ac olim seras posuit quum vinea frondes.
¶Olim,pro Iandudum, Iampridem, Iam longo tempore. Plinius iunior,lib.8.epist.9.ad Vrsum,Olim nõ librum in manus,non stylum sumpsi. olim nescio quid sit otium,quid quies , quid denique illud iners quidem. Lucan.lib.5,
-nónne olim casu pendemus ab vno?
Nunc primum profiteor , & Olim scio , contraria. Curtius libro 10.

¶Olim

¶Olim,pro quouis tempore.Virg.2.Georgicorum,
Hic tibi præualidas olim,multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites. Seruius.
Atque olim.Virg.8.Æneidos,
Non secus atque olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Vbi Seruius , Atque olim,Ferè vt solet.nam non est aduerbium temporis.
Olim iam,Id est,Iam longo tempore. Quintil.in Milite Mariano,
Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes tuas luuor locum quæsit.Valla lib.2.
Olisci {ὀλισκοὶ} annumerantur mundo muliebri à Polluce lib.7. cap. 2.Gualtherus vertit Mortariola.
OLISIPPO,Vide OLYSIPPO.
Olitor,Vide OLVS.
Oliua,oliuæ,pen.prod. {ἐλαία,μασλὶ} Arbor nota.Plin.lib.15.cap.5,Dicentur nunc Catonis placita de oliuis.
Inuentor oliuæ Aristæus dicitur.Cic.3.de Nat.deor.
Albentis oliuæ rami.Ouid.epist.11.
Canentis fœtus.Ouid 6.Metam.
Tardè crescentis proles.Virg.2.Georg.
Densa oliua canet mons.Iuuen.Saty.14.
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ.Horat.Epod.16.
Fera.Stat.6.Thebaidos,
Puluereumque fera crinem detorsit oliua. Interpres exponit fera pro ferali,sed sine ratione vt opinor. quis enim nescit oliuas esse feras etiam,id est syluestres?
Fœlicis ramus.Virg.6.Æneid.
Flaua.Virg.5.Æneidos,
Flauáque caput nectentur oliua. Æschyli epitheton secutus est. Nam in Persis ait,
ἔμβδε ἐλαίας κυρτὰς ἐλαΐδας πτόρυγα. Vbi interpres Græcus flauam dicit oliuam vocari,quòd posterior pars folij videatur porracei esse coloris.
Glauca.Stat.2.Thebaid.
Imbellis frondes.Valer.5.Argon. Imbellis,Pacificæ.
Mitis.Ouid.7.Metam.
Nitidæ oliuæ ferax Peparethos,Ouid.7.Metam.
Pallens.Virg.5.eclog.
Pingues.Virg.2.Georg.
Placita paci.Virg.2.Georg.
Supplex, Stat.5.Thebaid. Per quam pax petitur supplicando. Lactantius.
Teres.Virg.8.eclog.
Tonsæ caput foliis cuinctus oliuæ.Virg.5.Æneid.
Viridi Mnestheus cuinctus oliua.Virg.5.Æneid.
Viuacis oliuæ Palladia sylua.Virg.2.Georg.
Vmbrosa.Claud.de bello Gildon.
Vndique decerptam fronti præponere oliuam. Horat. 1. Carmin. ode 7.
¶Oliua, Fructus. Plin.lib.25.cap.31, Oliuæ constant nucleo , oleo, carne,amurca.
Catnosissimæ,Vide CARO.
Lecta de pinguissimis oliua ramis arborum.Horat.Epod.2.
Oliuetum,oliueti,pen.prod. {ἐλαιῶνες} Locus oliuis consitus.Colum. lib.5.cap.9, multa de Oliuetis. Cic. de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus,aut vinearum oliuetorúmve specie dicam?
Vineta,fegetes,.oliueta, vbertatem frugum & fructuum , omnem denique commoditatem prosperitatémque vitæ à diis se habere.Cic. 3.de Natur.deor.
Fertilia.Horat.2.Carm.ode 15.
Maritum,Vide MARITVS.
Facere oliuetum in iugeribus, & vineas in eis instituere. Cic.2.de Lege agraria.
Oliuarius,Adiectiuum {ἐλαϊκὸς} Quod ad oliuam pertinet. Colum.lib. 12.cap.47,Oliuariæ metretæ.
Molæ. Pompon.in L. Cum fundus. D.De instruct. vel instrument. legato.
Oliuina,oliuinæ,pen.prod. {ἐλαίας πόρος} Reditus olei , vel olei maxima copia.Plaut.Pseudolo,4,
-cuius amatores domi oliuinam habent Maximam.
Oliuitas, pen.corr.oliuitatis {ἐλάα} Fructus oleæ. Varro Gloriam σὺν φόβῳ, Tum denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitásque consumpta est. Nonius.
¶Oliuitas, Tempus legendarum oliuarum. Colum.lib.12.cap.50, Media est oliuitas plerunque initium mensis Decembris. Et libro 1. cap.1,Oliuitates largissimæ.
Oliuo,oliuas,penult.prod.oliuare,Oliuarum vindemiam agere,siue oliuas colligere.Plin.lib.15.cap.3,Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleum ne stringito , néve verberato. Diomedes Guidalortus in tertiam eclogam Calpurnij , oliuantes interpretatur vectigal olei facientes: qui prouidentes ex vectigalibus nequid detrimenti paterentur pro anno futuro, nolebant oleas decuti. quoniam , vt ibidem ait Plinius,cum sequentis anni damno perticis decutiuntur.
Oliuum,oliui,pen.prod. {ἔλαιον} Id est oleum ex oliuis expressum.Plaut. Pseud.5,Eme die cæca hercle oliuum,id vendito occulata die.
Dulce oliuum.Horat.2.Serm.satyr.4.
Inolentis natura.Lucret.lib.2.
Liquidi corrumpitur vsus.Virg.2.Georg.
Corrupto casiam dissoluit.Pers.Saty.2.
Vngor oliuo.Horat.1.Serm.saty.6.
Oliuifer,pen.corr.Adiect. {ἐλαιοφόρος} Quod oliuã fert.Martial.lib.12.95, Bætis oliuifera crinem redimite corona.
Arua.Ouid.3.Fastor.
Sicyon.Ouid.in Ibin.
OLIZON {ὤλιζὼν} Thessaliæ oppidum,cuius meminit Homer.in Catalogo nauium.

Olla,ollæ {χύτρα,χύτρον} Vasis genus , vt ait Nonius. Antiqui vocabant aulam , quia nullam literam germinabant , inquit Festus. Inde Plauti comœdia Aulularia inscribitur. Varro , Cato ait vuam amineam in collis commodissimè condi. Plaut.Capt.15,Ollas,calicésque omnes confregit.
Ipsa olera olla legit.Catul.epigr.89.Vide OLVS.
Bibulæ ollæ,Vide BIBO.
Farrata.Perf.Saty.4.
Olla fictilis.Colum.lib.8.cap.8.
Ollula,ollulæ, penult.corr.Diminutiuum {χυτρίδιον.} Varro , Electa in secretam corbulã,inde in ollulas addatur. Idem 1.de Re rust.cap.54.
Ollaris,& hoc ollare,pen.prod. {χυτρῶος.} Vnde Ollares vuæ,quæ in ollis seruantur:de quibus Colum.lib.12.cap.43.
Ollaria,ollariæ,Temperatura æris.Plin.lib.34.cap.9, Nouissima est quæ vocatur ollaria , vasc nomen hoc dante , ternis aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis.
Ollus, {ὠλένος} olla, ollum,dixere vetercs, teste Donato,pro Ille,illa, illud. Virg.9.Æneid.Olli subridens. Vbi Seruius , Olli pro Illi , vel Tunc interpretatur. Cic.3.de Legibus,Ollísque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.
Ollus. Varro apud Ennium, Olli respondet suauis sonus Egeriai.
Olli valet dictum illi ab olla,& ollus. quod alterũ comitiis quum recitatur,à præcone dicitur olla centuria, non illa : alterum apparet in funeribus indictiuis,quum dicitur,ollus letho datus est , quod Græcus dicit κῆρ,id est obliuioni. Hæc ille lib.de Ling.Lat.6.
Olli certamine summo procumbunt.Virg.5.Æneid.
Olli sic breuiter fata est.Virg.6.Æneid.
Olli subridens hominum sator.Virg.1.Æneid.
Flammeus est plerunque colos , & splendidus ollis. Lucret.lib.6. Subaudi fulminibus.
Ollic,pro Illic similiter dixere veteres,authore Festo.
Ololygones,pen.corr. {ὀλολυγόνες} Mares ranæ,quo tempore vocem mittentes,cient ad coitum fœminas.Et à verbo ὀλολύζω , quod significat vlulo.
Olor,oloris,pen.prod. {κύκνος} Auis,quæ Græcè cygnus dicitur. Quidam à Græco deducunt,quasi ὅλως ἀράσσω, hoc est , totus pulcher. Auis est alba,ansere maior,vocem arguram habens.Virg.9.eclog,
-sed arguros inter strepere anser olores. Ouid.epist.7,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Amyclæi olores.Stat.1.Sylu.2.
Innocui latè pascuntur.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Niuei.Valer.6.Argon.
Purpurei,Id est pulchri.Porphyr. Horat.4.Carm.ode 1.
Anteire olores candore.Silius lib.13.
Olorinus,pen.prod.Adiectiuum {κύκνειος.} vt Color olorinus , hoc est candidus.Plin.lib.37.cap.10.
Alæ.Ouid.6.Metam.
Pennæ.Virg.10 Æneid.
Sonos olorinos referre.Ouid.ad Pisonem.
Olus,oleris,pen.corr.n.g {λάχανον} Dicitur omnis herba satiua , quæ est in vsu cibario. Ab alendo,quòd oleribus alerentur homines antè quàm fruges vel carnes essent. Plin.libro 19.cap.10, Semen olerum si succo eius madefactum seratur,olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro ab olla deducit. Nonius & Festus inter aspirata connumerant,holus.
Atrum olus,Vide ATER,adiectiuum.
Cordum,Vide CORDVS.
Positum est algente catino Durum olus.Pers.Saty.3.
Ipsa olera olla legit. Catull. Prouerbij speciem habet , in eosque iactari potest,qui quod se facere oportet,faciunt: vt quum libidinosus & salax,scortatur, & mœchatur, ebriosus, potat. Olera enim in olla coquuntur,quæ quum eis repletur,ipsa legere videtur,id est colligere.Ex Turneb.
Olus,figuratè,pro tenui & quotidiano victu,Horat.2.Serm.saty.7,
-si nusquam es fortè vocatus
Ad cœnam,laudas securum olus.
Emptum cœnat olus.Horat.2.epist.2.
Panis emacur, olus,vini sextarius.Horat.1.Serm.saty.1:
Fastidire olus.Horat.1.epist.18.
Olusculum,oluscŭli,penult.corr.Diminutiuum {λαχανάριον.} Horat.2. Serm.saty.6,Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Cic.ad Atticum,lib. 6, Lancibus & splendidissimis canistris oluscŭlis nos soles pascere.
Olitor,pen.corr.olitoris {κηπουρὸς, κηπουρὸς} Qui olerum hortum exercet,quíque olera vendit. Columel.lib.10, Ipse ferens olitor diductos ponderc qualos. Cic.ad Tironem,lib.16.18, Sic olitorem ipsum cõmouebis.
Feriati olitores.Varr.de Ling.Latin.lib.5.
Olitorius, Adiectiuum {κηπουρικὸς} Quod ad olera pertinet.vt Forum olitorium,vbi venduntur olera. Liu.4.bel.Maced.
Olitoria ostia,id est Ostia hortorum.Plin.lib.19.cap.8.
Oleraceus,Adiectiuum {λαχανώδης.} vt Oleraceus frutex, Hoc est,frutex olerum modo fruticãs.nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus,appellatque oleri arbores olera fruticantia. Vel similem oleri fruticem habens. Plin.lib.26.cap.8, Eadem præstat hypericon, quam alij chamæpityn,alij corion appellant,oleraceo frutice, tenui, cubitali.
Olusatrum, olusatri , pen. prod. {ἱππομάραθον} Herbæ genus quæ in hortis nascitur. Plin.lib.19.cap.8, Sed præcipuè olusatrum miræ naturæ est, hipposelinum Græci vocant , alij smyrnium. E lachryma caudicis sui nascitur. seritur & radice. succum eius qui colligunt, myrrhæ saporem habere dicunt. Authórque est Theophrastus,myrrha sata natum,&c. Olusatrum ideò dicitur , quòd folia habeat subnigrantideò Columella pullum olus appellat. Quidam separatim scribunt,Olus atrum.
OLYMPE , Olympes {ὀλύμπη} vrbs Illyridis , cuius incolæ dicuntur

Olympei. Author Stephanus.

OLYMPIA {ὀλυμπία} vrbs Græciæ, quæ prius Pisa dicebatur, vbi Iupiter Olympius colebatur. Dicitur etiam Arpina, vt Nicanor scribit, à matre OEnomai. Hæc Stephanus de Vrbibus. De hac Strabo libro 8.

Olympia, Olympiorum {ὀλύμπια} Ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Pisam & Heliden Græciæ oppida celebrabantur: hoc est, Gymnicum certamen, quod quinto quoque anno fieri solebat. Vide Sacra certamina, in CERTO, certas.

Magna Olympia. Horat. 1. epist. 1.

Pugnos & plagas Olympiorum pugiles inexercitati cupidi ferre possunt. Cic. de Clar. Orat.

Olympiacus, pen. corr. Adiect. {ὀλυμπιακός.} vt Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Strab. lib. 8. Cic. ad Attic. lib. 16.

Arena Olympiaca. Stat. 5. Sylu. 3.

Cursus. Author ad Herenn. lib. 4, Quasi siquis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit vt mittatur, &c. Quædam exemplaria legunt Olympia quum venerit cursum.

Palmæ Olympiacæ præmia. Virg. 3. Georg.

Olympionices, siue Olympionicus, pen. prod. {ὀλυμπιονίκης} Qui in Olympiaco certamine victor euasit. *vide*, quippe victoria dicitur. Ælianus de Varia historia, lib. 10, Licere id sibi perfuasit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicas.

Præmium Olympionicarum capere. Cic. 2. de Inuent.

Acinas pugil Olympionices. Cic. pro Flacco, Quid si etiam occisus est à piratis Adramitenus homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus nomen auditum, Acinas pugil Olympionices?

Nobilis Olympionices Diagoras Rhodius. Cic. 1. Tusc.

Olympias, Olympiadis, penult. corr. {ὀλυμπιάς} Quinque annorum spatium, quod à Romanis Lustrum dicitur. Exinde Græci tempora per Olympiadas supputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ aut secundæ, aut centesimæ, anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque vt Consules, ita & Olympiæ victores iuxta & tertium dicimus. Plaut. Menæch. Iterum (inquit) Pythia & tertium Olympia. Cic. ad Attic. lib. 13.

OLYMPIAS {ὀλυμπιάς} nomen mulieris proprium, matris Alexandri Magni. De hac Gel. lib. 13 cap. 4.

¶Olympias, Ventus in Eubœa flans. Plin. lib. 17. cap. 24.

OLYMPIODORVS, pen. prod. Nomen viri proprium, cius qui docuit Epaminundam cantare tibiis.

OLYMPIEVM, pen. prod. {ὀλυμπιεῖον} Locus in Delo, quem quum Athenienses Adriani sumptu condidissent, Nouas Athenas Adrianas vocauerunt. Stephanus.

OLYMPIVS {ὀλύμπιος} Mysius tibicen & poeta Melicus & elegiarum, Marsiæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modósque pulsandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum, à quo & mos in Mysia nomen accepit. ¶Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen cæpore Midæ regis. Suidas. ¶Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (vt ait Vopiscus in vita Cæsarum) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica. ¶Olympius item præsul, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio.

OLYMPVS {ὄλυμπος} mons, cuius vertex vsqueadeò attollitur, vt summa eius accolæ Cælum vocent. Propter quod poetæ cælum Olympum vocant. Dictus Olympus, quasi ὀλίγος καμπώδης: hoc est totus fulgens: quia Solem clarum habet, nullísque vnquam nubibus fuscatur. Lucanus lib 2,

-nubes excedit Olympus. Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamen Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mylos, ad cuius radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Æthiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente sole vsque ad quintam diei horam flammas emittit.

Æthereus. Virg. Æneid. 6.

Frondosus. Virg. 1. Georg.

Magnus. Virg. 3 Georg.

Opacus. Horat. 3. Carm. ode 4.

Pinifer. Senec. Agamemn. 5.

Pruinosus. Claud. 2. de rapru Pros.

¶Olympus, pro cælo: vt Rector Olympi. Ouid 9. Metam.

Altus. Virg. 1. Geo: g.

Clarus. Virg 4 Æneid.

Cluosus. Ouid. 3. Fast.

Curuus. Valer. 5. Argon.

Ignifer. Senec. Hippol. 9.

Omnipotentis Olympi domus. Virg. 10. Æneid.

Rapidi limen. Claud. de bello Gildon.

Stellantis rex. Claud. 6. Paneg.

Stelliferi vector, Atlas. Senec. Here. OEth. 15.

Superi regnator. Virg. 2. Æneid.

Vasti rector. Ouid 2. Metam.

Viam affectare Olympo. Virg. 4. Georg.

Emenso Phœbus discedit. Virg. 1. Georg.

Pulsare Olympum nomine, Nomen extollere ad cælum vsque. Ouid. ad Pisonem.

Olympicus, pen. corr. Adiectiuum {ὀλυμπικός} Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: vt Iupiter Olympicus. Dictus est autem ab Olympo, à quo eruditus, & ad virtutem institutus sit. Alij verò à cælo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur.

Olympius, Aliud adiectiuum {ὀλύμπιος} Id est cælestis, possessiuum, ab Olympo.

OLYNTHVS {ὄλυνθος} vrbs fuit iuxta Atticam: quæ quum ab Atheniensibus ad Philippum regem Macedoniæ defecisset, ab illis deinde euersa est. Stephanus.

Vrbem antiquam & omnibus rebus auctam, & ornatam Olynthum cepit P. Scrutius. Cic 3. Verr.

Olynthiacus, Adiectiuum {ὀλυνθιακός.} vt Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses aduersus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

Olyra, olyræ {ὄλυρα} Frugis genus est, quod, teste Plinio, à Latinis Siligo dicitur, olim etiam à Gallis Arinea. Spicam habet semper erectam, neque rubiginì obnoxiam, grano candido, læui, & multiplici tertunicato. Columella tritici virtum esse ait, & quanuis candore præstet, pondere tamen inferius esse. Idem author est triticum omne vligineso in loco tertia sarione in olyram degenerare.

OLYRAS, Fluuius est prope Thermopylas, quem fabulantur conatum esse rogum Herculis extinguere. Strab. lib. 9.

OLYSIPPVM {ὀλύσσιππον πόλις} Lusitaniæ vrbs, quæ nostris temporibus *Vlyxbona* appellatur. Dicitur Olyssippo Plinio lib. 4. cap. 22.

O M

Omasum, omasi, pen. prod. {ὄμασος} Est pinguius atque crassius intestinum quod nonnulli bubulum esse credunt. Horat. 2. Serm. saty. 5,

-seu pingui tentus omaso. Plin. lib. 8. cap. 45, de bobus, Vt sit inter exempla damnatus à Populo Romano, die dicta, qui concubino procaci iure omasum edisse se negante, occiderit bouem. Horat. 1. epist. 16,

-patinas cenabat omasi

Vilis, & agnini, tribus vrsis quod satis esset.

Ombria {ὄμβρία} Gemmæ species, quam nonnulli Notitiam vocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemad modum Ceraunia & Brontia: eundémque cum illis effectum habet. Author Plin. lib. vlt. cap. 10.

OMBRICI, Populi sunt iuxta Illyricum, ex quorum agro Capris & Alpis fluuij in Istrum cadunt, teste Herodoto lib. 3.

OMBRIOS {ὄμβριος} Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plin. lib. 6. cap. 32.

Omen, ominis, pen. corr. n. g. {οἰωνός, ὀλώνισμα} Augurium quod fit ore, quasi oremen, inquit Festus. Hi enim futuræ rei prænuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen furore. Omen Varro interpretatur quasi osmen, extrito s, & ab ore tractum dicit lib. 5. Cic. 1. de Diuin. Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum quæ vocant omina. quæ maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatúmque esset, præfabantur.

Fides omnis. Tacit. lib. 18.

Omen belli. Liu. 1. bell. Pun.

Omen comitiorum. Cic. lib. 1. de Diuinat. vbi scribit maiores voluisse prærogatiuam omen esse insfortum comitiorum, quod hoc sensu dictum esse interpretatur Turnebus, Romanos tantum potuisse in suffragio prærogatiuæ centuriæ, vt cum semper Consulem declararint, qui ab ea factus esset. Ita omen in Consulibus rogâdis magistratibus erat, vox prærogatiuæ & tubicinis.

Fati omen. Cic. 9 Philip.

Nuptiarum. Plaut. Mil. 16.

Omen pennæ præpetis, Vide PRAEPES.

¶Omen, pro nuptiis. Virgilius, -primísque locarat

Ominibus. Id est, primis nuptiis. Nam superstitiosa illa priscorum natio, cum in aliis, tum in coniugiis vel maximè, omina obseruabat: & nuptiis auspices adhibebantur. Cic. lib. 1. de Diuinat. Quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum omnis captandi causa, quod fieri more veterum solebat. Papinius quoque describens infaustas filiarum Adrasti nuptias commemoratis prodigiis, addit,

-cunctos tamen omina rerum

Dicta mouent, varijsque metum sermonibus augent. Ex Turnebo.

¶Omen, de bona prænuntiatione. Virg. 4 Georgicorum,

Omne, quo fiimans animum, sic incipit ipsa.

¶Omen, de malo dictum. Virg. 2. Æneidos,

-quod dij prius omen in ipsum Conuertant. Cic. 11. Philip. Quid Bestiam, qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.

Candidum omen. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Cassum. Stat. 5. Thebaid.

Dextrum. Silius lib. 13.

Dirum omen mortalibus, bubo. Ouid. 5. Metam.

Fausto lætus. Ouid. 9. Metam.

Infausto committitur sermo. Ouid. 6. Metam.

Inoffensum. Claud. 4 Panegyr.

Magnum. Virg. 7. Æneid.

Optimis. Cic. 12. Philipp.

Omen prærogatiuum. Cic. pro Murena, Si tanta in illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum: quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonémque valuisse?

Sinistrum. Ouid. epist. 13.

¶Accipere omen, In ACCIPIO.

In omen accipere. Liuius, Id à plerísque in omen magni terroris acceptum.

Auctus omine. Tacit. lib. 1.

Auertite & detestamini quæso hoc omen Dij immortales. Cicero 4. Philipp.

Capiendi ominis causa exire in quendam locum. Cic. 1. de Diuin.

Tristia omina conciuerunt anes. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.

Conijcere omen. Cic. 4. Verr. O præclarè conjectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis, quum ex nomine istius, quid in prouincia facturus esset, perriduli homines augurabantur! Id est à Verris nomine euerrendam ab eo prouinciam significabant, vt postea sequitur. Budæus.

Ominibus & execrationibus exire. Cic. pro Sextio.

Nostro omine it dies. Plaut. Casin. Id est prosperè & auspicatè, fœlicitérque. Omen enim est nostrum & auspicium, non aduersariorum, vt & apud Virgilium,

Me si fata meis paterentur ducere vitam

Auspiciis, & sponte mea componere curas. Annotauit Turneb.

Secundo omine ire. Horat. 3. Carm. ode 11.

Firmare omina. Virg. 2. Æneid.

Clarum omen firmauit Iupiter. Cic. 1. de Diuinat. Ex poeta.

Habere omen dicitur res aliqua. Ouid. 2. Fast.

Quod dij omen obruant. Cic. de Aruspic. resp.

Certis ominibus prohiberi. Ouid. 9. Metam.

Prosequi aliquid optimis ominibus. Cic. Appio, lib. 3.

Omen vituperare. Plaut. Casin.

Cur vituperat mihi omen. Id est, cur vitiat & inauspicatum reddit conseruum pulsando. Turneb.

Ominosus, pen. prod. Adiect. {ὀλωνίζομαι} Quod malum omen portendit. Plin. epist. 14. lib. 3, Notabilis, atque etiam, vt exitus docuit, ominosa res accidit. Gell. lib. 13. cap. 14.

Ominor, pen. corr. ominaris {οἰωνίζομαι} ominári, Auspicari, Omen capere. Plin. epist. 80. lib. 4, Optamus enim tibi, ominamúrque in proximum annum Consulatum. Cic. 2. Offic. Malo enim alteri quàm nostræ ominari: neque tantùm de nostra, sed de omni Republica disputo.

Omino, ominas {οἰωνίζω} ominare, dixere veteres. Pomponius, Ita sit & tibi benè qui rectè ominas.

Ominatus, pen. prod. Partic. {οἰωνισθείς} Ominosus: vt Malè ominatis parcite verbis, ait Horat. 3. Carm. ode 14.

Ominator, pen. prod. ominatoris {οἰωνιστής} Qui præsit ominibus capiendis. Plaut. Amphitr. 8,

Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Omentum, huius omenti {ἐπίπλοον} Membrana tenuis & pinguis, qua integuntur ventris inferioris partes. Plin. lib. 11. cap. 37, Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam oua gignentibus.

Alba porci. Iuuen. Saty. 13.

Pingue omentum in flamma liquefaciés. Catul. in Gellium, Omentum in flamma pingue liquefaciens. Veterum in sacrificiis consuetudo erat atque ritus, vt quas hostiæ partes adolerent, eas omento & adipe operirent, vt facilius arderent, pinguitudine ignem alente. Itaque id est quod ab Homero scribitur, κρέατά θ' ἱερεύων ἐκὶ λύετο φῶτας, quod est, adipe operuerunt & obduxerunt. Hinc sole clarius efficitur illud Persij,

Tot tibi cum in flamma iuuicum omenta liquescant, &c. Turnebus. Omẽtum, abusiuè, pro Membrana quæ totum inuoluit cerebrum. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 9, Et cerebrum quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem.

Ometis, ometidis, & pluraliter ometides, Sunt scapulares quædam & humerales fasciæ. Ouidius,

Conueniunt tenues scapulis ometides altis

Angustum circa fascia pectus cat. Libri excussi ameletides legunt, in isque explicandis Grammatici multum sudant, nihilque proficiunt. Proinde Turnebus contra librorum authoritatem affirmat legendum esse ometides, vt sint tanquam scapulares vel humerales fasciæ. Quis enim nescit ad diffimulandam scapularum altitudinem tenuibus fasciis vtendum, ne si crassioribus & plenioris fili aliqua vtatur, magis vitium extet & appareat? Recordor equidem Grammaticos primi ordinis, analectides legere, & intelligere tanquam pulsillos ad constipandas pullarum scapulas, quibus subscriptorem præstare non possum. Verba sunt Turnebi.

Omitto, omittis, omisi, pen. prod. omissum {ἐάω, παρίημι, παραλείπω, κατατρέχω} omittere, Rem aliquam penitus dimittere, & relinquere ac præterire. Terent. Adelphis, 2. 2,

Nunc si hoc omittam, actum agam.

Omittere & Adipisci, contraria. Cic. 1. de Finibus, Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

Consilium alicuius rei. Liu. 3. bel. Maced.

Omittere iracundiam. Terent. Adelph. 4. 7.

Memoriam alicuius rei. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Pietatem & humanitatem hic omisit, vt id quod vtile videbatur, neque erat, assequi posset. Cic. 3. Offic.

Rationem insequendi. Cæsar 1. bell. Ciuil.

Sollicitudinem. Terent. Heaut. 1. 2.

Tristitiam. Terent. Adelph. 2. 4.

Timorem. Cic. in Somnio. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ.

Vetera omitto, Id est missas facio veteres iniurias, aut conquerendi causas. Sallust. in Iugurth.

¶Id omitto. Terent. Heaut. 4. 1,

Atque id omitto: misericordia, animus maternus, sino.

Vt alia omittam, hoc satis est. Cic. pro Quintio.

Vt omittam quód. Terent. Eunuch, 5. 4. Id est præteream, & nihil dicam.

Omitto ac negligo cætera: sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. Cic. 7. Verr.

Id omittamus. Cic. 4. Acad.

Omitte ista quæ nec percontari, nec audire sine molestia possumus. Id est desine quærere. Cic. 1. Acad.

Omitte hunc. Terent. Phorm. 1. 2. Hoc est, Sine eum abire, Condona ei.

Omittere aliquam. Plaut. Milite, 15,

-nullo pacto potest

Prius hæc in ædes recipi, quàm illam omiserim. Id est, quàm illam amiserim à me. Fortassè legendum amiserim.

Omitte me. Plaut. Pseud. 5.

¶Aliquem alicui. Cic. Capitoni in Epist. ad Attic. lib. 16, Deinde, si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo. Hoc est, Contemplatione & causa Ciceronis tibi deditissimi, condona iram siquam geris in Atticum.

¶Differre aliquid, & omittere in tempus præsens. Horat. de Arte.

Nauigationem primam, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 8.

¶Omitte rogare, dicere. Plaut. Pers. 16. Terent. Eunuch. 5. 6.

Omitte mirari opes Romæ. Horat. 3. Carm. ode 29.

Omitto iratus esse. Plaut. Persa, 12.

Omitto contra verum niti. Sallust. in Iugurth.

Omissus {παραλελειμμένος} Particip. siue Nomen ex participio.

Omissus animus, pro Remisso & languido. Terent. Heaut. 5. 2.

Omissa controuersia, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. Cic. pro Ligario.

Deliciis omissis hoc age. Horat. 1. epist. 6.

Omissis iocis. Plin. epist. 21.

Omissior ab re, Qui lucrum negligit, neque solicitus est de acquirendis diuitiis. Terent. Adelph. 5. 3.

Omnis, & hoc omne {πᾶς, πᾶσα, πᾶν} Distributiua dictio, eandem vim habens in singulari, quæ in plurali. Omnis homo, pro Omnes homines, Dicitur de vniuersis numero distinctis, vt Omnis grex. Aliquando tamen idem significat quod Totus. Positiuo & comparatiuo iungitur, & aliquando superlatiuo.

Omnis, totus, vniuersus. Cic. 2. de Finib. Sed omne cælú totámque terram cum vniuerso mari.

¶Omnia, de duobus dictum. Cic. pro L. Murena, Perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur.

¶Omnis, pro Cuncto & pro toto, Græcorum more. Cic. in Pisonem, Erat non solùm domus mea, sed totum palatium, Senatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum. Et pro Quintio, In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem, & denique vbi non modò res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Ibidem, Vsquedum inueniretur qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. Id est tota. Ex Budæo.

¶Omnis debet, pro Omnes debent. Cic. Attic. lib. 7. epist. 3, Hîc omnia facere omnis debet, ne armis decernatur.

¶Omnibus ætatibus. Id est singulis. Plin. lib. 12. cap. 25.

Omnis amor. Terent. Eunuch. 5. 9.

Tota mente, atque omni animo intueri aliquem. Cic. 2. de Orat.

Omnibus annis. Plin. lib. 12. cap. 19.

Omnes antiquissimi ciues. Cic. pro Cecinna. Neque ratio afferri potest, cur si cuiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit.

Clamor omnis procul esto. Horat. 3. Carm. ode 8.

Omni contentione pugnatum est vt lis hæc capitis æstimaretur. Cic. pro Cluentio.

Omni contentione aliquid fugere. Cic. 3. Tusc. Tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remísque fugienda.

Corpus omne in profunda voce intenditur. Cic. 2. Tusc.

Domus omnis. Horat. 1 epist. 17. pro Domus omnes.

Omne tale flagitium. Cic. de Senectute.

Non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis. Cic. pro Roscio Amer.

Omne genus, & Omnis generis, Pro eodem. Varr. 1. de Re rust. cap. 29, Seminaria omne genus vt serantur. Liu. 7. bell. Pun.

Genus omne in terris. Virg. 3. Georg.

Omnibus horis. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17.

Omnia magna loquens. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Omnibus mensibus vigesimo die lunæ aliquid facere. Cicero 2. de Finibus.

Omnia minima, maxima, &c. Cic. Licinio, lib. 5. 8, Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus, vt ad hominem amicissimum.

Omni modo. Plin. lib. 16. cap. 14. Cic. de Lege agrar. Videtis iam p. c. omnibus rebus & modis constructam & coacernatam pecuniam Decemuiralem.

Omne munus. Plin. in Paneg.

Omnibus vel multis partibus. Cic. 1. de Inuent. Exercitus is cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia & temeritate alicuius administratur.

Omne periculum. Terent. And. 2. 3, Sine omni periculo.

Omnes ferè philosophi omnium disciplinarum. Cic. 5. Tusc.

Omnis illa vrbana & perdita plebs. Cic. Attic. lib. 7.

Omnibus precibus. Cæsar bel. Gal. lib. 5, Ille primò omnibus precibus petere contendit, vt in Gallia relinqueretur.

Omni quinquennio, Id est toto quinquennio. Plin. de Viris illust.

Omni ergo ratione colenda & retinenda iustitia est. Cicero 2. Officior.

Sanguinem omnem profundere mater cupit. Cic. pro Cluent.

Omnibus sententiis aliquem vleisci. Cic. ad Brutum, 3, Quos quidem omnibus sententiis vleiscor & persequor omnibus bonis approbantibus.

Omni huic sermoni propositum est, non vt ingenium & eloquentiam meam perspicias, &c. Cic. de Clar. Orat.

Omnis spes. Terent. Heaut. 4. 3, At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.

Omni supplicio vindicanda. Cic. de Amicit.

Omnia summa sperare. Cic. Attic. lib. 11, Me hortantur vt magno animo sim, vt omnia summa sperem.

Eo tempore omni Neapoli fui. Cic. pro Sylla.

Omnes tres, Quintil. lib. 5, Quanquam omnes tres staruis cadere in hoc opus possint. Sic Omnes duo, Omnes quatuor, Omnes quinque, &c.

¶Accingunt omnes operi. Virg. 2. Æneid.

Adiurare omnia, In ADIVRO.

Collustrare omnia. Virg. 3. Æneid.

Omnia ad arbitrium suum facere. Plin. epist. 192.

Periclitari, In PERICLITOR.

Permiſcere, In PERMISCEO.
Præſtare. Ouid. 14. Metam.
Omne reddere. Terent. Adelph. 2. 4.
Latè vaſtant omnia. Virg. 4. Georg.
Omnes qui vbique ſunt, qui Latinè ſciunt. Cic. 2. de Fin.
Omnia quæcunque in hominum diſceptationem cadere poſſunt, bene ſunt oratori dicenda. Cic. 2. de Orat.
Omne quod ſcio. Plaut. Curcul 6.
¶Omnis, cum genitiuo. Liuius 1. bel. Maced. Macedonum ferè omnibus, & quibuſdam Andriorum vt manerent perſuaſit.
¶Omnes omnium ordinum homines. Cicero pro Rabirio perduell. reo.
Omnes omnium ortus quicunque gignantur in omni terra quæ incolatur, coſdem eſſe. Cic. 2. de Diuinat.
Longè omnium quicunque ſcripſerunt aut loquuti ſunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat.
Omnium egenus. Virg. 1. Æneid.
Omnium ſermonibus vapulare. Cic. ad Attic. lib. 2.
Ex omnibus princeps Gorgias auſus eſt in conuentu poſcere, qua quiſque de re vellet audire. Cic. 3. de Orat.
Vnus ex omnibus amicis certè efficiam vt maximè lætere. Cicero Attico, lib. 3.
Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quàm quod, &c. Cic. 2. Philipp.
Ex omni nimbos dimittere cælo. Ouid. 8 Metam.
Omnes ad vnum idem ſentiunt de ea re. Cic. de Amic.
Inſultare in omnes, Vide INSILIO.
In omne corpus ſanguis per venas infunditur. Cic. 2. de Natura deorum.
¶Omne ad tempus à periculo tuti, Id eſt in perpetuum. Cicero ad Caſſium, lib. 12. 1, Sed ita compreſſa eſt, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti futuri.
In omne ęuum nobilis. Horat. 3. Carm. ode 11.
Carminibus viues tempus in omne meis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5.
¶Ante omnia, Vide ANTE præpoſitionem.
Ad omnia alia, Vide AD præpoſitionem.

Omne, ſine adiuncto, ſummam rerum Cicero vocauit, quod Græci τὸ πᾶν appellant. Cic. Videſne Epicurum (quem habeterem & eudem dicere ſolent Stoici) quemadmodum quod in natura rerum omne eſſe dicimus, infinitum eſſe concluſerit? Sic Lucretius,

-quæ magnum iaculando conſulit omne.

Dicit enim ab immenſo illo vniuerſo, quod omne vocat, & interdum ſummam ſummarum, corpuſcula conferri, quibus mundi huius elementa conſtent & augeantur, mundúſque creſcat & amplificetur. Turneb.

Omnino, pen. prod. Aduerbium {πάντως, σύμπαντος, ὅλως, παγκάλως, τὸ παράπαν} Prorſus. Cic. de Amic. Omnino eſt amans ſui virtus.
Plurimum & omnino. Cic. 1. Acad. Plurimum quidem & poetis noſtris, omninóque Latinis & literis luminis, & verbis attulifti.
Impedimento omnino hæ fuerunt. Cic. Tironi, lib. 16. 10.
Omnino, aut magna ex parte liberatus. Cic. 1. Tuſc.
Omnino aut certè facilius labore alicuius & ſtudio quædam conſequi. Cic. pro Corn. Balbo.
Vix aut omnino non poſſe fieri. Cic. Attic. lib. 3.
Non multum, aut nihil omnino. Cic. 1. Tuſcul. Poſt verò Lepidum, Gracchos, deinde ſra magnos noſtram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.
Omnino omnis eruditionis expers vir. Cic. 2. de Orat.
Omnino illud honeſtum, quod ex animo excelſo magnificóque quæritur, animi efficitur, non corporis viribus. Cic. 1. Offic.
Omnino leuitatis eſt. Cic. de Amicit. Quod amici genus adhibere, omnino leuitatis eſt.
Omnino modicè epulari. Cic. de Senect. Epulabar cum ſodalibus omnino modicè.
Omnino nequaquam par. Cic. de Amicit. Qui verò Maximum fratrem, egregium virum omnino ſibi nequaquam parem.
Nequis omnino regem reduceret, cui ſcis interceſſum eſſe. Cicero Lentulo, lib. 1. 7.
Nihil omnino. Horat. 2. Serm. ſaty. 8.
Omnino nunquam cauſas attingere. Cic. 2. de Orat. Theopompus & Ephorus ab Iſocrate magiſtro impulſi, ſe ad hiſtoriam cõtulerunt, cauſas omnino nunquam attigerunt.
Omnino nuſquam reperiri. Cic. de Amicit. Hos omittamus, qui omnino nuſquam reperiuntur.
Omnino omnis. Cic. 1. de Inuent. Hoc genus & cætera neceſſaria, & omnino omnis argumentatio, & eius reprehenſio.
Omnino præclarè te habes. Cic 4. Verr.
Omnino pugnas, ſed cum aduerſario facili. Cic. 4. Acad. Et 5. Ver. Omnino relinquendum.
¶Omnino, in principio ſententiæ. Cic. de Amicit. Omnino omniũ horum vitiorum atque incommodorum vna cautio eſt, atque vna prouiſio, vt ne nanus citò diligere incipiamus. Hoc eſt, Vna omnino cautio atque vna prouiſio eſt: Id eſt quod *in totum* dicitur: hoc eſt non plures. Idem 1. Offic. Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur. Ibidem, Omnino qui Reipublicæ præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant.
¶Is omnino ſeruus, in familia non erat, cum ſtatim exhiberi iubet. Cic. 7. Verr.
¶Omnino, pro Tantummodo. Cic. pro Cluent. Quinque omnino fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum, &c. abſoluerent. Budæus.
¶Omnino, pro Etiam: & Sed omnino, pro Sed etiam. Cicero pro Cluent. Nego illum adoleſcentem quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis, omnino illa die eſſe mortuum. Idem pro Quintio, Mihi perdifficile eſſe contra tales oratores, non modò tantam cauſam peroràre, ſed omnino verbum facere conari. Id eſt, Sed etiam quouis modo. Hæc Budæus.

¶Omnino, ſuperlatiuo iunctum. Cic. de Senect. Aptiſſima omnino ſunt Scipio & Lælius, arma ſenectutis, artes, &c. Id eſt quàm aptiſſima, aut omnino aptiſſima.
Perſcribere diligentiſſimè omnino aliquid. Cic. Attic. lib. 6.

Omnicarpus, omnicarpa, omnicarpum, Adiectiuum. vt Omnicarpæ capræ. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.

Omniſariam, Aduerb. {παντοδαπῶς} Omnibus modis. Gell. lib. 12. cap. 13. Quum verò omnes terras omniſariam & vndique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt. Firmic. lib. 3. cap. 5.

Omnimodis, pen. corr. Aduerb. Id eſt omnibus modis. Lucret. lib. 3. Si non omnimodis, at magna parte animai Priuatus. Antiquum aduerbium, vt & Multimo lis.

Omnimode, pen. corr. Aduerb. Id eſt Penitus, omnino. {παντάπασι.} Lucret. lib. 2. Omnimode expertus fueris, quam quiſque det ordo, &c. Alij legunt omnimodo.

Omnimodus, Adiectiuum. vt Ignis omnimodus. Lucretius lib. 1. Ignis enim foret omnimodus, quodcunque crearet. Id eſt, omnibus modis ignis eſt. Nonnulli legunt omnimodis, manente eadem ſententia. Alij vnimodus. Vide Lambinum.

Omnifer, pen. corr. Adiect. {παντοφόρος.} Ouid. 2. Metamorphoſeos, Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus. De tellure.

Omnigenus, pen. corr. Adiect. {παντοῖος.} vt Cæcigenus. Lucret. lib. 2. E quibus omnigenos gignunt, variantque colores. Idem de atomis loquens, Omnigenos cœtus. Alibi, Omnigenis è principiis. Hæc Budæus. Virgil. 8. Æneidos,
Omnigenúmque deûm monſtra.

Omniparens, pen. corr. om. g. {παντογόνος.} Virg. 6. Æneidos, Nectun & Tyrion terræ omniparentis alumnum
Cernere erat.
Terra omniparens. Lucret. lib. 5.
Terræ omniparentes. Lucret. lib. 2.

Omnipotens, pen. corr. huius omnipotentis, omn. gen. {παντοκράτωρ} Omnia potens. Compoſitum eſt, vt docet Priſcianus, ex tribus corrupteis, omni, potis, & ens. Qui omnium potis eſt. Plaut. Pœn. 4, Dij immortales, omnipotentes, quid apud vos eſt pulchrius? Virgil. lib. 8, Æneid. Omnipotens fortuna.
Pater omnipotens, Iouis eſt periphraſis. Virg. 3. Æneid.
Neptunus omnipotens. Cic. 4. Tuſculanarum,
-téque omnipotens
Neptune mouco. Ex quodam poeta.

Omnipotentia, omnipotentiæ Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 16, de Fortuna loquens, Omnipotentium quoque eidem tribuit. Idem in Somn. Scipionis lib. 1. cap. 14, Vt ſummi omnipotentiam Dei oſtenderet.

Omnitenens, omnitenentis, & pluraliter omnituentes. Lucretius, Non congreſſa modo vitales conuenienti
Contulit inter ſe motus, quibus omnitenentes
Accenſi ſenſus animantum quanque tuentur. Sic reponit Turnebus, omne & tuentes, duabus dictionibus in vnam iunctis, non diſſimili ratione atque apud eundem poetam legitur ædituentes.

Omnitagus, pen. corr. {παντοδαπός.} vt Soliuagus. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ eadem Diana omnituga dicitur: non à venando, ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam vagantibus.

Omnitolus, Adiectiuum, Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton à Catullo Ioui tribuitur, quem poetæ finxerunt in amoribus admodum inconſtantem, omnimúmque ferè formoſarum concubitus appetentem. Sic enim ſcribit,
Sæpe etiam Iuno maxima Cœlicolûm
Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,
Noſcens omnitoli plurima furta Iouis.

Omniuorus, pen. corr. Adiectiuum {πανφάγος.} Plinius lib. 25. cap. 8, Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boues omniuoræ ferè ſunt in herbis.

Omoplatæ {ὠμοπλάται} Sunt duo oſſa lata, vtrinque à ceruice ad ſcapulas tendentia, quæ à Latinis Scapulæ operta vocantur. Author Celſus lib. 8. cap. 1.

Omophagi {ὠμοφάγοι} pen. prod. Qui cruda carne veſcuntur, quales perhibentur eſſe Arabi, vt ait Thucydides.

Omphacium, huius omphacij {ὀμφάκιον} Quod barbari *verjutum* vocant. Plin. lib. 23. in Prologo, Omphacium qua fierent ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus.

Omphaces {ὄμφακες} dicuntur vuæ & fructus immaturi.

Omphacinus, pen. corr. Adiectiuum {ὀμφάκινος} Quod ex omphace factum eſt.
Omphacinum oleum, Quod ex olea omphaca, id eſt immatura expreſſum eſt. Plin. lib. 23 cap. 4.

Omphacinon {ὀμφάκινον} à Polluce memoratur pro veſte fœminea, lib. 7. cap. 13.

OMPHALE, pen. corr. {ὀμφάλη} Nomen reginæ Lydiæ, cui Hercules propter amorem ſeruiuit: multíſque ab ea muneribus eſt donatus, quòd ad Sangarim fluuium ſerpentem multos homines interficientem interemiſſet. Hæc, vt tradit Donatus in Terentium, ipſum Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit: quum ipſa calathum & colum, cultúſque fœmineos, fagitis & elaua, leoníſque tegmine mutaſſet. Propert. lib. 3. eleg. 11,
Omphale in tantum formæ proceſſit honorem, &c. Quo loco Omphale mediam productam habet, niſi quis vocalem in fine non auferendam putet, vt nonnunquam ſit & apud Virgilium. Producta verò eſſe non poteſt, niſi ratione liquidæ, quæ Latinis poetis vix conceditur.

Omphalocarpon {ὀμφαλόκαρπον Dioſcoridi} Herba eſt quam alij Ampelocarpon, alij philanthropon appellant, quòd ſemen gignat hamatum, quod veſtibus adhæreſcens, hominum amore teneri videtur. Omphalocarpon autem idcirco appellatum eſt (vt non obſcurè innuit Dioſcorides lib. 3. cap. 103.) quòd ſemen eius rotunditate quadam vmbilici ſpeciem videatur referre. Apud Plin. lib. 27. cap. 5. omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologiæ, quam modò adduximus, vt Omphalocarpon reſtitueudũ putemus. Vide Marcel. Virgil. in locum Dioſcoridis paulo antè citatum, & Hermolaum in Plinium.

Onæ {ὄναι} Ficus ſunt prædulces, quæ Tarenti tantùm naſcuntur, ſic dictæ, quòd propter bonitatem iure emi mereantur. ὠνὸ enim Græcè dicitur emptio, à verbo ὠνέομαι, quod eſt emo. Apud Plinium lib. 15. cap. 18. legitur Omæ.

Onager, huius onagri, pen. corr. maſc gen. {ὄναγρος} Aſinus ſylueſtris. Componitur ex ὄνος, aſinus, & ἄγριος, ſylueſtris. Varro 2. de Re ruſtic. cap. 6. de aſinis loquens, Horum genera duo, Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. Alterũ man ſuetum, vt ſunt in Italia omnes. Cic. ad Att. lib. 6.
Timidos onagros agitare curſu. Virg. 3. Georg.

Onagos {ὄναγος} Fabulæ nomen. Plautus, Huic nomen Græcè eſt onagos fabulæ.

ONCHESTVS {ὄγχηστος} Filius fuit Neptuni, qui Oncheſtum ciuitatem Mycaleſſo promontorio propinquam condidit, déque ſuo nomine appellauit.

ONCHESTVS {ὀγχηστός} Bœotiæ vrbs eſt, non procul à lacu Copaide, vbi Amphyctionum concilium cogi ſoler, teſte Strabone lib. 9. Condita putatur ab Onchesto heroe, Neptuni filio, & ab eo nomen accepiſſe.

ONCHISTON, locus eſt in finibus Thebanorũ, teſte Hom. lib. Iliad. 2.

Onero, Oneroſus, Vide ONVS.

ONESICRITVS, pen. prod. {ὀνησίκριτος} philoſophus, & hiſtoricus Ægineta: vt autem Demetrio Magneſio placet, Aſtypalæus fuit, è Diogenis ſchola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. vt enim hic cum Cyro, ille cum Alexandro militauit. Xenophon Cyri Pædiam, Oneſicritus Alexandri incunabula & originem ſcripſit. Similiter & vterque principis ſui perſequitur laudes: ſtylus inſuper vtriuſque ſimillimus. Author Diogenes Laertius.

ONESIMVS, pen. corr. Cyprius, ſeu Spartiata, tempore Conſtantini magniſcripſit in Rhetorica, De ſtatuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia. Suid.

Oniſcus, huius oniſci, Genus vermiculi arcuatim incedentis. Plin. lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è vermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens ſe, oniſcum Græci vocant.

ONOBA, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, prope Iunonis promontorium, Plinio authore lib. 3. cap. 1. & Pomponio lib. 3.

ONOBALISTVRIA {ὀνοβαλιστουρία.} Ptolemæo lib. 2. cap. 4, Hiſpaniæ vrbs: alio nomine Onaba Luſturia.

Onobatis {ὀνοβάτης} apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehenſa, teſte Plutarcho: qui refert Cumanis in more fuiſſe, vt quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum duceſtam, & ſaxo impoſitam, ſpectandam omnibus proponerent: deinde aſino impoſitam per vrbem peruehcrent, eáque infamia notatam Onobatim appellabant.

Onocentaurus {ὀνοκένταυρος} Animal monſtruoſum, quod à parte ſuperiori hominis ſpeciem habet: à parte inferiori aſini præfert imaginem: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, ſuperiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio eſt in ſacris literis apud Eſaiam.

Onochelos. pen. prod. {ὀνόχηλος} Latinè ſonat Labium aſini, Genus herbæ paruo fructice, flore purpureo, aſperis foliis & ramis, radice meſſibus ſanguinea, cæterò nigra, in locis fabuloſis naſcens. Hæc à Plinio lib. 22. cap. 21, numeratur inter ſpecies anchuſæ.

ONOCHONVS, Theſſaliæ fluuius, vnus ex iis quos Xerxian⁹ exercitus traditur ebibiſſe. Author Herod.

Onocrotalus, onocrotali, penul. corr. {ὀνοκρόταλος} Auis eſt cygno ſimilis. Dicta, quòd collum in aqua mergens ſpiránſque, veluti ruditum aſini edat. ὄνος, aſinus: κρόταλος, crepitus. Plinius libro 10. cap. 47.
Olorum ſimilitudinem onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius veteri genus. Hue omnia inexplebile animal congerit, mira vt ſit capacitas. mox perfecta rapina ſenſim inde in os reddita in veram aluum ruminantis modo refert.

Onomatopœia {ὀνοματοποιΐα} Id eſt nominis fictio: vt Balatus ouiũ, Mugitus boũ. Dicta onomatopœia, quaſi τὸ ὀνόματος ποίησις. A quibuſdam Nominatio dicitur, qua rei, cui nomen aut non fit, aut ſatis idoneum non ſit, ipſi nomẽ effingimus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia. Inde ſunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

Ononis. Vide ANONIS.

ONTHYRION {ὀνθύριον} Oppidum eſt Theſſaliæ iuxta Arnen, cuius incolæ Onthyrici appellantur. Steph.

ONVPHIS {ὄνυφις} Vrbs celebris Ægypti, à qua vicina præfectura Onuphitis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onus, oneris, pen. corr. n. gen. {φορτίον, ὄγκος, φόρος} Pondus. Cic. pro Lege Manil. Inſula Delos tam procul à nobis Ægeo mari poſita, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant.
Vacuus onere. Senec. Herc. fur. 9.
Coloſſica onera, Vide COLOSSVS.
Ignauum. Lucan. lib. 7.
Iliæabile. Stat. 5. Thebaid.
Inſolitum. Stat. 6. Thebaid.
Inſuetum. Ouid. 2. Metam.
¶Accipere onera venientum. Virg. 4. Georg.
Cum onere moram offerre, Vide CVM præpoſ.
Cedere oneri, Vide CEDO.
Concidere ſub onere, Vide CONCIDO, pen. corr.
Deponere onus. Lucret. lib. 3.
Detrectat onus ceruice rebelli. Claud. 1. de raptu Proſerp.
Dulce ferre. Ouid. 9. Metam.
Iactare. Senec. Hippol. 10.
Premi nullo. Senec. Herc. fur. 6.

Grauium dorſo ſubiit onus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 9.
¶Ferendo oneri eſſe. Ouid. 15. Metam.
Mantica lumbos vlceret onere. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6.
Onus ciborum reddere. Plin. lib. 8. cap. 27.
¶Oneri eſſe, Hoc eſt moleſtiæ. Liu. 3 bell. Pun.
Geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Operum onera. Quintil. lib. 1. cap 9.
¶Onus, pro Munere, prouincia, ſiue partibus & officio. Cicero de Orat. Magnum quiddam eſt onus ac munus ſuſcipere ac profiteri, &c. Idem 6. Verrina, Cur ego tuas partes ſuſcipiam? cur tuum onus ſuſtineo?
Officij onus. Cic. Appio, lib. 3. 13.
Grauiſſimum. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Abiicere onus, Vide Opprimi onere.
Accipere, In ACCIPIO.
Alleuare. Cic. pro Roſc. Amer. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, ſtudio & induſtria iudices.
Deponere. Cic. pro Sylla, Ita ſe geſſit in Tribunatu, vt onere depoſito domeſtici officij, nihil poſtea niſi de Reipublicæ commodis cogitarit.
Habere. Cic. 5. Verr. Ego plus oneris habeo quàm qui cæteros accuſarunt.
Imponere. Cic. ad Thermum, lib. 13. 57, Nunc quum mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponã pro tuis in me ſummis officiis: ita tamen vt tibi nolim moleſtus eſſe. Idem Attico, lib. 14, Tibi hoc oneris non impono.
Onus ſimulatis imponere. Cic. ad Quint. fratrem. lib. 2. 5, Cauſa ferò perorata, ſententias ſe rogaturum negauit, nequod onus ſimulatis nobis imponeret.
Obſeruantiæ onus magnum alicui imponere. Cicero Attico, libro 13.
Inclinata à pauperibus in diuites onera. Liu. ab Vrbe, lib. 1.
Iniuſtum onus alicui imponere, & Recipere, contraria. Cicero in Orat. Iniuſtum, id eſt quod iuſtam excedit magnitudinem.
Iniungere, Vide INVNGO.
Liberare aliquem onere. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Opprimi. Cic. pro Roſc. Amer. Opprimi nos onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.
Perferre. Ouid: ad Liuiam.
Moleſtum portare. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6.
Premi onere. Cic. Luceio, lib. 5. 12, Etam neſcius quantis oneribus premerêre ſuſceptarũ rerum. Idem Cluuio, lib 3. 8, Municipum maximis oneribus preſſum.
Remouere à ſe. Ouid. 12 Metam.
Mens reponit onus, Id eſt curas deponit. Catullus ad Sirmionem peninſ. epigram 29.
Seponere coniugij. Hoc eſt vxorem à ſe ablegare. Lucanus libro 5.
Subire. Quintil. lib 6 cap. 1.
Hoc nihil ad te: noſtrum eſt onus. Cic. Appio lib. 3 13.
Suſcipere. Cicero 5. Vertina, Plus etiam quàm pars virilis poſtulat pro voluntate populi Romani oneris ac muneris ſuſcipere debeam.
Suſtinere. Cicero de Senectute, Onus ſe Ætna grauius dicant ſuſtinere.
Tollere. Cic. pro Sext. Roſcio, Fide, ſapientiáque veſtra freetus, plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo.
Vacare onere. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Oneroſus, pen. prod. Adiectiuum {φορτικός} Quod eſt oneri, ſiue quod onerat & grauat. Plin. lib. 17. cap. 26, Plurimæ autem amputari ſibi volunt oneroſa ac ſuperuacua.
Oneroſum capiti, Graue & ponderoſum. Plin. lib. 22. cap. 25.
Oneroſa præda, Magni ponderis. Virg. 9. Æneid.
Haſta oneroſa & grauis imbellibus lacertis. Ouid. 3. Metam.
Aer oneroſior igne. Ouid. 1. Metam.
Sors oneroſior. Ouid. 9. Metam.

Onuſtus, Adiectiuum {ἐμφορτος} Cui onus impoſitum eſt. vt
Onuſta frumento nauis. Cic. 3. Offic.
Onuſtus præda. Liu. 3. ab Vrbe.
Humero onuſto vehere aliquid. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1.
Tergum vulneribus onuſtus. Tacit. lib. 2.
Onuſtus cibo & vino. Cic. 1. de Diuinat. Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem iategri iremus: nunc onuſti cibo & vino, perturbara & confuſa cernimus.
Onuſtus faſcibus & ſellis. Horat. 1. Serm. ſatyra 6,
-meis contentus, onuſtos
Faſcibus & ſellis, nolim mihi ſumere, &c. Vulgò legitur honeſtos, ſed hæc lectio Lambino magis arridet, vt ſignificet Horatius prætores, & conſules faſcibus, & ſellis, & cæteris inſignibus onerari potius quàm honorari. Natum autem eſt mendum, vt ille ait, è duarum vo cum ſimilitudine honeſtus, & onuſtus, ſeu, vt nonnulli ſcribunt, honuſtus. Iudicet lector.
Corpus onuſtum heſternis vitiis. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2.
Onuſtum pectus lætitia, hoc eſt plenum. Plaut. Stricho, 5.
Onuſtus, cum genitiuo. Plaut. Aulul. 22, Aulam onuſtam auri.

Onero, oneras, pen. corr. {φορτίζω, φορτόω, βαρύνω} onerare, Onus imponere. Virg. 1. Æneidos,
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Terentius Phormione, 5. 6.
Coſtas aſelli onerat pomis. Virg. 1. Georg.
Menſas onerare epulis. Virg. 4 Georg.
Epulis onerari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.
Malis onerare aliquem. Virg. 4 Æneid.
Catenis onerare aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11.
Manus ambas iaculis onerauit acutis. Virg. 10. Æneid.

¶Onerare amœnitate,lætitia,&c. Plaut. Capt.13. Sic Onerare se voluptatibus,Plaut.Stich.9.

Annonam onerare,Cariorem facere. Vlpianus in l. Annonam. D. De extraord. criminibus. Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ.

Onerato hilaritus me.Plaut.Milite,10, Es,bibe,animo obſequere meum,atque onerato hilaritus me.

Iniuriis,maledictis onerare aliquem,pro Iniuriis afficere.Terent. And.5.1. Cic.2.Philip.Omnibus eum contumeliis onerasti.

Argumentis quamplurimis onerare iudicem. Cicero 3.de Natur. deorum.

Onerare aures.Plaut.Perſa,5, Cõueniam hunc Toxilum: eius aures quæ ſunt mandata onerabo.

Onerabat pauentium curas ordo Mutinenſis.Tacit.lib.18.

Commoditatibus onerare diem.Terent.Phor.m.5.6.

Imaginibus onerari. Plin. iunior lib.3.ad Corneliam Hiſpullam, Nec minus ſæpe ab illo quàm à te méque admonebitur,quibus imaginibus onererur: quæ nomina & quanta ſuſtineat.

Laudibus onerare,Vehementer laudare.Liu.4.ab Vrbe.

Aures onerantur legibus.Propert.lib.2.eleg.31.

Oaerauit hæc dies me malignitate.Plaut.Capt.8,
-hercle huic diei,ſi liceat,oculos offodiam lubens:
Ità malignitate onerauit omnes mortales mihi.

Mendaciis onerare. Cicer.ad Appium,lib.3.10, Te autem quibus mendaciis homines leuiſſimi onerarunt, &c. quererer tecum atque expoſtularem.

Olio onerare aures.Salluſt.in Cicer.

Penſis famulam onerauit iniquis.Propert.lib.3.eleg.15.

Populum onerare,pro Exigere à populo pecunias. Plin.in Paneg.

Præceptis onerare aliquem.pro Dare mandata.Plaut.Milit.12.

Principes onerasti futuros.Plin.in Paneg.

Probris aliquem.Senec.Hippol.2.

Promiſſis aliquem. Liuius 10.ab Vrbe, Et ipſos nominatim iuuenes pari comitate vtrunque nunc laudibus,nunc promiſſis onerat.

Pectora onerat largis promiſſis.Silius lib.17.

Pugnis onerare,pro Pugnos incutere.Plaut.Amphit 4.

Rationes onerare,Id eſt diſpendioſem eſſe,apud Columellam lib. 4.cap.2,teſte Budæo.

Onerare quempiam vinculis publicis. Valer. Maxim.libro 1.cap. vbi de C.Feſcenn.

Æthera onerauit votis.Virg 9.Æneid.

Onerans,pen.corr.Participium {βοήθων.} vt Verba onerantia laſſas aures.Horat.1.Serm.ſatyr.10.

Oneratus,pen.prod.Aliud participium {πεφορτωμένος.} Plaut.Pſeud.4,
-niſi Carnariâ tria grauida tergoribus onerata, huberi hodie
Mihi erunt.

Oneratus veſte.Terent.Heaut.3.1.

Oneratus ſpe præmiorum Liu 4.bel.Maced.

Atlas humeros oneratus Olympo.Ouid.5.Faſt.

Brachia onerata telis.Ouid.3 Metam.

Iumenta onerata plagis.Horat.1.epiſt.19.

Lancibus oneratis cumulant aras.Virg.12.Æneid.

Sinu onerato portare aliquid.Senec.Hippol.10.

Vlmus onerata vitibus.Ouid.2.Triſt.

Onerarius,Adiectiuum {φορτικὸς} Quod oneratur,vel onerari poteſt.

Naues onerariæ, à geſtandis oneribus dictæ ſunt,& ob id tardæ. Cicero 3.Verrina, Eáque in onerariam nauem ſuam conticienda curauit.

Onychipuncta, Gemma eſt ex Iaſpidũ generibus, quæ & Iaſponyx dicitur,niueo colore,rutilis punctis ſtellata: vnde & nomen accepiſſe videtur. Vide Plin.lib 37.cap.9.

ONYTES,pen.prod.Nomen viri proprium,quod Donatus (inquit Seruius) dicit aut gentile eſſe , aut patronymicum : ſed hoc non procedit,quia neque patronymicum in TES exit,neque Onytes à qua gente veniat vſquam lectum eſt. Proprium ergo eſt,&c. Hæc Seruius enarrans Virgilianum illud lib.12.Æneidos,

Tres vno congreſſu,& mœſtum mittit Onyten,&c.

Onyx,huius onychis,penult.corr.maſcul.& fœm.gen.{ὄνυξ} Gemma. Plin.lib.37.cap.6,Exponenda eſt & onychis ipſius natura propter nominis ſocietatem: hoc in gemmam trãſilit, & à lapide ex Catmania, Sudines dicit in gemma eſſe candorem vnguis humani ſimilitudine. Item chryſolithi colorẽ, & fardæ, & iaſpidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates,igneam,nigram,corneam, cingẽtibus candidis venis oculi modo,interuenientibus quarundam oculis obliquis venis. Idem lib.36.cap.7, Onychem etiam tum in Arabiæ montibus,nec vſquam alibi naſci putauere noſtri veteres : Sudines in Germania potoriis vaſis inde factis primùm, dein pedibus lectorũ ſellíſque,Cornelius Nepos tradit magno fuiſſe miraculo , quũ P.Lentulus Spinther amphoras ex eo, Chiorum magnitudine cadorum oſtendiſſet:poſt quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine colũnas vidiſſe ſe. Paulo pòſt in ipſo ſtatim initio,cap. 8,Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauantad vaſa vnguentaria , quoniam optimè ſeruare incorrupta dicitur. Martialis lib.12,In habentem amœnas ædes,Calcatúſque tuo ſub pede lucet onyx. Idem lib.7,Siccos pinguis onyx anhelat æſtus.

Ex onyche lapide antiqui vaſa vnguentaria faciebãt ad ornarum: vnde etiam onyx pro eodem vaſe ſumi cœpit. Martial. lib.7.93,Vnguentum fuerat quod onyx modò parua gerebat. Idem libro 11,In Phyllida,Profertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx. Siccus,id eſt euacuatus. Erat autem Coſmus myropola. Stat.lib.1.Sylu.5. In quibus exemplis onyx ſumitur pro alabaſtro ſeu ampulla vnguentaria ex onyche.

Onix item eſt,vt ait Dioſcor.lib.2,conchylij operculum,purpuræ operculo ſimile, quod reperitur in Iadia in paludibus his quæ nardum ferunt. Itaque & odores ſuauiſſimos afflat , quoniam conchylia nardo veſcuntur. Ex his igitur ſiue teſtis , ſiue conchis, fieri poterant vaſa ad vnguentum ſeruandum apriſſima, quippe quæ nardi odore iam eſſent penitus imbuta. Duxerunt autem appella iotionem , & hæc concha , & ille lapis à ſimilitudine vnguis humani, quia nihil ſit in eis rugoſum, nihil aſperum: ſed omnia, vt in vngue, læuia & polita. Lamb.

Paruus onyx nardi.Horat.4.Carm.ode 12.

Onychinus,penultima cort.Adiectiuum {ὀνυχῖνος} Quod pertinet ad onychem gemmam , vel quod ex onyche factum eſt: vt Vaſa onychina.

Onychina pyra,à colore vocat Plin.lib.15.cap.15. Et Onychina pruna,apud Colum.lib.12.cap.10, quæ onychis, hoc eſt vnguis ſimilitudinem & formam habeant.

O O

OONAE,penultima producta,Inſulæ in Septentrionali Oceano,in quibus (vt Plinius refert libro 4.capite 13) ouis auium & auenis incolæ viuunt.

OOPELLVM,Britanniæ inſulæ vrbs, Ptolemæo lib.2.cap.3, Vxellum aliis dicta,hodie Ceſtria: Vulgò *Cheſtre Vuchestre.*

O P

Opacus,pen.prod Adiectiuũ {ἀπὸ τοῦ σκιάζω καὶ σκιάσω} ſignificat vmbroſum,teſte Feſto,ab operiendo.

Arbor opaca.Virg.6.Æneid.

Barba.Catul.in Egnatium,epigram.37.

Caligo opaca.Ouid.10 Metam.

Crepuſcula.Ouid.14 Metam.

Domus opaca intus.Virg.3.Æneid.

Frigus.Virg.1.eclog.

Herba.Ouid.3.Metam.

Latebræ opaciores.Colum.lib.8.cap.17.

Opacus,& Apricus locus,contraria.Cic.in Partit.

Opacus & frigidus locus in ſylua.Cic.3.de Orat.

Loca opaca redimita ſyluis.Catull.de Berecynthia,epigram.58.

Lucis habitamus opacis.Virg 6 Æneid.

Luſtra.Claud.2.in Eutrop.

Montes vmbrantur opaci.Virg.3.Æneid.

Nemora opaca,Denſa.Plin.lib.3.cap.5.

Nox.Virg.4.Æneid.

Nubes.Ouid.2.de Arte.

Quies.Stat.3.Sylu.5.

Ripa viridi & opaca inambulare.Cic.1.de Leg.

Ruris opaci vmbræ. Virg.1.Georg.

Opaca ſepes,& munita vallo arboris.Plin.lib.12.cap.5.

Syluæ.Ouid.2.Faſt.

Vallis.Horat.1.epiſt.17.

Vlmus.Virg.6.Æneid.

¶Vadere per opaca.Seneca Herc.fur.10.

Viarum opaca.Virg.6.Æneid.

Ferimur per opaca locorum.Virg.2.Æneid.

Opaciſſima nemorum ac mõtium,alta magis, quàm plena paſcua. Colum.lib.6.cap.22.

Opaco,opacas,pen.prod. {σκιάζω} opacare,Obumbrare,cooperire, obſcurare. Cicero 2.de Natura deorum, Vt quum terras larga luce compleuerit,eaſdem modò his,modò illis partibus opacet. De ſole. Idem 1. de Orat. Nam mehæc tua platanus admouit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis.

Rami opacant arborem.Virg.2.Georg.

Ramus opacat humum.Virg.6.Æneid.

Opacitas,penultima correpta, opacitatis {σκιερότης.} Columella libro 8.capite 17,Pluſque nocet putris vnda,quàm prodeſt opacitas.

Opalus {ὤπαλος} Gemma eſt in India tantùm naſcens , colore quidem candida , ita tamen vt in ea vario modo & carbunculi tenuior ignis,& amethyſti fulgens purpura,& ſmaragdi virens mare , incredibili pariter miſtura tranſlucent : vnde & inter gemmas pæderotas,hoc eſt à pueris in deliciis habitas , numeratur à Plinio libro 37. capite 6.

OPALIA {ὠπάλια} Feſta erant Opi deæ , quæ Saturni vxor putabatur, dicata: quæ menſe Decembri,paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur.Plin.lib.19.cap.6, Sunt qui allium & vlpicum inter Opalia & Saturnalia aptiſſimè ſeri putent.

Opera,operæ,penult.corr. {ἐργάζειν} Actio,labor & induſtria operantis,ſeu operatio pro mercede ſumpta.Cic.1.Offic. Quibus non malè præcipiunt qui ita iubent vti vt mercenariis operam exigendam,iuſta præbenda.

Fabrorum operæ.Cic.3.Verr.

Parcus opera,Vide Parcus in PARCO.

Opera & artificio ſingulari ſimulacrum.Cic.6.Verr.

Opera & labor.Cic.1.de Finib. Ego verò cum forenſibus operis, laboribus,periculis non deſeruiſſe mihi videor præſidium,&c.

Multæ operæ & laboris res.Cæſ.5.bel.Gal.

Bona aut mala opera.Plaut.Pſeud.3.

Celeris.Horat de Arte.

Conducta,Vide CONDVCO.

Eadem opera,Eadem diligentia, eodem labore. Plautus Captiuis,7.

Eadem opera à Prætore ſumas ſyngraphum.

Impenſa opera.Quintil.lib.1.cap.10.

Iners,Vide INERS.

Opera maiore.Plaut.Caſin 2,

Maioréque opera ibi ſeruiles nuptiæ

Quàm liberales etiam curari ſolent. Hoc eſt maiori labore.

Opera mea,Opera tua, Quod barbari *Tuo medio* dicunt. Terentius Hecyr.2.1,

Non mea opera,neque pol culpa euenit. Idem Phorm.4.4,
-opera tua

Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſimé.

Militaris

Militaris.Liu.lib.4.Decad.5.

Naua, virilíque opera duarum legionum quibus præerat, exercitum imminuem tanta calamitate ſeruauit.Paterculus lib.2.

Secundæ operæ homo,Hoc eſt,famulans famulanti,Miniſter miniſtri.Lucan.lib.8,

Degener,atque operæ miles Romane ſecundæ. Septimium Romanum accuſat, qui quũ Pompeio caput abſcidiſſet,non tamẽ illud tulit Ptolemæo regi, ſed Achillæ regio ſatelliti ferendum permiſit ad Ptolem.eum. Adde quòd poſtquam Achillas gladio latus Pompeij perfodiſſet,moribundo caput amputauit Septimius.

Operæ ſucciſuæ.Cic.Philip.1.

Togata opera,Vide TOGA.

Vehemens.Horat.1.epiſt.13.

Vna opera.Plaut.Capt.11,

Et quidem Alcmeon atque Oreſtes & Lycurgus poſtea
Vna opera mihi ſunt ſodales, qua iſte. Id eſt tam ſunt mihi ſodales quàm iſte.

¶Opera,id eſt virtute & induſtria benefici & liberales qui erũt,eò plures ad benignè faciendum adiutores habebũt, quò pluribus profuerint.Cic.2.Offic.

Foris operæ intermiſſio.Cic.2.de Diuinat.

Sine hominum opera,neque valetudiniscuratio,neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuúmque reliquorum perceptio & conſeruatio vlla eſſe potuiſſet.Cic.2.Offic.

¶Accommodare operam,Vide ACCOMMODO.

Addere,Vide ADDO.

Afferre alicui.Ouid.2.de Arte.

Operas cogere.Cic.4.Verr.

Commodare operam,Vide COMMODO.

Condicere,Vide CONDICO.

Conferre,Vide CONFERO.

Multam operam conferre in res obſcuras.Cicero 1.Offic.Quidam nimis magnum ſtudium , multámque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt.

Conſumere multam operam fruſtra.Cic.1.Tuſcul.

Laboris & operæ plus in aliqua re conſumere , quàm cæteri in alia.Cic.pro Fonteio.

Conſumere operam in aliqua re,Vide CONSVMO.

Conterere operam,Vide CONTERO.

Operam dependere & impendere.Colum.lib.4.cap.22.

Detrahere de opera.Cic.Acad.quæſt.2.

Operam dare alicui rei.Plaut.Trinum.13,
-lubido eſt

Obſeruare quid agat,ei rei operam dabo. Id eſt,In hac re laborabo.

Operam dare amori,Amare.Terent.Heaut.1.1.

Dare operam bellis.Ouid.1.de Remed.amor.

Dare operam funeri,Eſt intereſſe pompis exequiarum. Cic.Attic. lib.15,Venerat in funus,cui funeri ego quoque operam dedi. Alij dicunt idem eſſe quod curare funus.

Liberis operam dare,quàm honeſtè dicitur.Cic.Pæto,lib.9.22.

Aſſiduas operas dare ludis.Lucret.lib.4.

Dare operam hoſpitiis.Cic.Fam.10.

Operam dare memoriæ alicuius.Cæl.8.Fam.

Dare operam præceptori,Id eſt audire eum. Sueton.in Iulio Cæſare,cap.4. Bud.

Dare operam rebus diuinis.Cic.2.de Legib.

Dare operã ſtudio iuris Ciuilis. Cic.de Clar.Orat.Ego autem iuris Ciuilis ſtudio multum operæ dabam Qu.Scæuolæ P.F.

Dare operam tonſori,Tonderi.Sueton.in Auguſto,cap.79.

Dare operam valetudini.Cic.1.de Orat.

Dare operam alicui,Iuuare aliquem. Plaut.Bacchid.1, Vbi ei dederit operas,ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.

Operas dare alicui in re aliqua.Cic.4.Verrina,Canuleius verò qui in portu Syracuſis operas dabat,furta quoque,&c. Et ad Silium, lib. 13.66,Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat.

Dare operam in exercitationem aliquam. Cic.1.Tuſcul.In quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus,vt,&c.

Dare operam alicui dicitur iudex , quum audientiam illi accommodat.Cic.ad Atticum,lib.13,Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo quo de Sextio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat.

Dare operam vt aliquid fiat.Cic.Seruio,lib.13.28.

Id operam do,Id eſt Curo & laboro. Terent.And.1.1. Cic.in Verrem , Primum omnium opera danda eſt , qui famæ noſtræ capitíque conſulant.

Egregiam operam alicui dare.Cic.Att.lib.5.

Dedita,vel Data opera facere,Vide DO & DEDO.

Mercenariorum operæ,non artes emuntur.Cic.1.Offic.

Ope atque opera omni eniti,vt aliquid fiat.Cic.Att.lib.14.

Opera eſt mihi,quod barbarè dicitur, *Habeo ad faciendum.* Plautus Merc.6,Dicam,ſi videam tibi operam eſſe aut otium. Id eſt,Si videro te eſſe occupatum.

Operæ eſt,Idem quod opus eſt,vel vacat. Plaut.Caſin.23,Operam date,dum mea facta itero,eſt operæ auribus accipere. Liuius 1.belli Punici, Nec Annibali in tanto diſcrimine rerum operæ eſſe legationes audire.

Operæ eſt,pro Operæpretium eſt.Perſius ſatyra 6,

Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues. Verſus eſt Ennij poetæ citatus à Perſio.

Pauper,cui opera vita erat: Id eſt vitam ſibi comparabat ex labore.Terent.Phorm.2.3.

Exigere plenam operam.Quintil.lib.1.cap.1.

Experiri opera.Plaut.Bacchid.7,

Homini amico qui eſt amicus,ita vti nomen poſſidet,

Niſi deos nihil præſtare,id opera expertus ſum eſſe ita.

Operam orationis cõpendi facere. Plautus Moſtel 3,Hoc eſt Pauceis eloqui.

Fungi opera mediaſtini. Vulpian.l.1.D.Naut.caupon.&c.

Grauari operam.Plaut.Rud.11,Cur tu operam grauare mihi,quam ciuis ciui commodat? Id eſt,Cur inuitus iuuas?

Impendere operam intra tectum,Vide IMPENDO.

Impendere duplicem operam,Vide IMPENDO.

Infumere,Vide INSVMO.

Interponere,Vide INTERPONO.

Locare operam alicui. Gell.lib.3.cap.30.

Ludere operam,Vide LVDVS.

Nauare.Liu.lib.4.Decad.5.

Bonam operam nauare,Vide BONVS.

Parcere operæ,Vide PARCO.

Non parcam operæ.Cic.Seruio,lib.13.28.

Operam perdere,quod & Operam ludere dicitur: hoc eſt,In vanũ laborare. Cicero pro L.Murena, Quod quidem ius Ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti. Idem 1.de Orat. Inque eo maximè probaui ſummum illum doctorem Alabandenſem Apollonium , qui quum mercede doceret, tamẽ non patiebatur eos, quos iudicabat nõ poſſe oratores euadere,operam apud ſe perdere.

Perdere operam & oleum,Vide OLEVM.

Periit opera. Cic.ad Attic.lib.2, Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit.

Operam ponere in re aliqua. Cicero 1.Officior. Quod in rebus honeſtis & cognitione dignis operæ curæque ponetur , id iure laudabitur.

Ponere operam alicui. Cic.ad Attic.lib.13, Quicquid erit,operam Faberio ponamus. Hoc eſt,pecuniam exigamus à Faberio debitore, Demus operam vt pecunia exigatur à Faberio.

Bene ponere operam.Cic.ad Qu.fratrem lib.1.15.

Præbere operam alicui. Cic.de Claris Orat. Multam operam & amicis vtilem præbuit.

Profiteri operam.Cic.in Verr.

Reddere operam vel operas,Vide REDDO.

Tu muſis noſtris para vt operam reddas.Cicero Tironi,lib.16.12.

Iuſtam operam reddere,Vide IVSTVS.

Remouere operam à re aliqua.Cic.Acad.quæſt.1.

Pol haud cenſebam iſtatum eſſe operarum patrem: Quaſi dicat, Non exiſtimabam patrem his rebus ſe immiſcere , & talia curare,ſiue talibus rebus operam dare.Plaut.Merc.17.

Sumere operam.Cicero 6.Verrina, Tibi hæc opera ſumenda eſt.

Inanem ſumere.Horat de Arte.

Operam alicui ſurripere,Vide SVRRIPIO.

Operam & munus aliquod ſuſcipere.Cic.pro Corn.Balbo.

Tribuenda eſt opera Reip.vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda eſt.Cic.2.de Diuin.

Opera alicuius vti ad rem aliquam.Cic.4.Acad.Negat opera deorum te vti ad fabricandum mundum.

Mutuas operas tradere,Vide MVTVM.

¶Opera accipitur interdum pro delicto.Liu.lib.1.Decad.5,Placuit Lanuuinos , quorum opera inſtauratæ eſſent feriæ , hoſtias præberet illi enim in precatione errauerant.

¶Operas quoque,perſonas dicimus quæ aliquid faciunt: ſiue etiã nebulones conductos ad malum inferendum. Cic.7. Verr. Quæ ad tuam laudationem miſſa eſt , nauem tibi operis publicis Mamertinorum eſſe ædificatam. Idem pro P.Sextio,Eu cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur , quum hoc illius funeſti anni perdito exemplo videant, per Tribunum aliquem & fexcentas operas ſe fortunis ſpoliari,& regno omni poſſe nudari. Idem 1.Philip. Cuius maleficij iſta pœna eſt,vt dicere hoc ordine auderet, ſe publicis operis diſturbaturum publicè ex Senatus ſententia ædificatam domum? Idem ad Qu.fratrem,lib.1.5, Deinde eius operæ repentè à græcoſtaſi & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt. Et ad Atticum,lib.1.8,de Clodij iudicio, Boni viri precibus Clodij à cauſa remouentur,operæ comparantur.

Opera , etiam in ſingulari , pro eodem. Horatius 2. Sermon. ſatyra 7,
-ocyus hinc te
Ni rapis,accedes opera agro nona Sabino.

Mercenariæ operæ,& multitudo conducta. Cicero 1.Philip.Quis autaccuſator tam amens reperiretur, qui reo condemnato obiici ſe multitudini conductæ velit? aut iudex , qui reum damnare audeat, vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?

Conductæ operæ. Cicero pro Sextio, Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu,ſed cum operis conductis , & ad diripiendam vibem concitatis.

Confirmat operas ſuas Clodius.Cic. Qu.frat.lib.2.7.

In operas multos mittere.Cic.pro Plancio.

Prohibere operas aditu.Cic.Attic.lib.4.

Operæ etiam publicanorum , quos *ſectores* vulgò vocant. Cicero Crallipedi,libro 13.10,A te peto Cn. Pupium qui eſt in operis eius ſectatis,omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tutare,curéque vt eius operæ (quod tibi facile factu eſt) quàm gratiſſimæ ſint ſociis.

De operis,Colum.lib.2.cap.23,abundè tractat.

Theatrales operæ.Tacit.lib.1.

Operula,operulæ, penultima correpta, Diminutiuum. Apuleius,Operulas etiam in eam conuli , quas adhuc vigenis lacertianis faciens merebam.

Opella,Aliud diminutiuum: vt Forenſis opella.Horat.1.epiſt.7.

Parua opella.Lucret.lib.1.

Operarius,operarij. Qui alicui rei operam impendit , & laborem infumit in re aliqua. Vnde Caſſius apud Varronem, lib.1.de Re ruſt.cap. 17,ſcribit operarios parãdos eſſe qui laborẽ ferre poſſint,ne minores

annorum viginti, & ad agriculturam dociles. Cic.6.Verr.Barbaros quosdam Lilybæo scitote aduocatos esse operatios. Idem in Parad. Verum de bonis est quærendum quid baiuli atque operarij, an quid homines doctissimi fenserint?

Appositus ad deferenda quædam onera operarius.Cic.6.Verr.

Lingua operarius. Cic.1.de Orat. Hos quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri & exercitata.

Operaria, operariæ {ἐργάτις.} Plautus Bacch.1,Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es.

Operarius, Adiectiuum {ἐργάσιμος} Quod industria atque opera fit, siue quod ad operarium pertinet. Plin.lib.14.cap.10,Sed inter vina operaria numerantur. Hoc est quod datur operis.

Homo operarius. Qui operatur. Cic. pro Rosc. Amer. Idem ad Atticum, lib.7, Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. Id est mechanico, quem vocant.

Orator operarius. Cic.1.de Orat.

Lapides operarij, Qui ad opus aliquod accõmodari & incidi possunt. Plin.lib.36.cap.22.

Vsus operarius, Qui ad aliquod opus faciẽdum adhibetur: vel qui alicui operæ accommodatur. Plin.lib.8.cap.3.

Pecus operarium, Cuius vsum ad operas nostras faciendas conuertimus, vel quo vtimur ad id quod opus habemus. Columel.lib.6. cap.2. Hoc est, quo terram colimus.

Dies operarius, Id est profestus. Cato de Re rust.cap.2, Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarũm dierum. Per syncopen pro operariorum. Castigatiora exemplaria sic distinguunt, operarum, dierum. vt sit ab opera.

Operosus, pen.prod. Adiectiuum {ἐργατικὸς} Qui agit, & rebus gerendis operam dat, inquit Valla. Cic.de Senect. Sed videtis vt senectus non modò languida atque iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens.

Colonus operosus. Ouid.de Nuce.

Mulier operosa capillis ornandis. Ouid.2.Amor.eleg.7.

Mulier operosa cultibus. Ouid.2.Amor.eleg.10.

Brachia operosa Cyclopum. Stat.1. Thebaid.

Operosus eius rei quisque dicitur in qua desudat. Ouid.1.Fastorũ, Dicere metu posito vates operose dierum,

Quod petis. Id est, Qui in digerendis diariis laboras.

¶Operosus, Passiuè aliquãdo accipitur. Ouid.1.Metamorphoseos, -mundi moles operosa laboret. Id est, quæ ab aliquo operata est: non quæ aliquid facit, ait Valla lib.1.

¶Operosus, pro Efficaci ponitur. Ouid.14.Metamorphoseos, Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.

¶Operosus, Multæ operæ, vel vehementis, inquit Valla lib.1. Plinius lib.18.cap.15. Cic.ad Qu.fratrem, lib.3.21, Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

Facilis & Operosus, contraria. Plin.lib.15.cap.23.

Æs operosum, Magno artificio & opere fabricatum. Ouidius epistol.3.

Agri. Ouid.2.Amor.eleg.16.

Antra. Propert.lib.3.eleg.2.

Artes. Cic.2.Offic. Itaque quę in rebus inanimis, quæque in tractatione belluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis.

Arua. Ouid.1.de Arte.

Bella. Ouid.ad Pisonem.

Carmina. Horat.4.Carm.ode 2.

Concursario. Cic.de Claris Orat.

Gloria, Magna & difficiliis. Ouid.epist.2.

Operosus & molestus labor. Cic.2.de Nat.deor.

Sepulchrum. Cic.2.de Leg. Sed pòst aliquando propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est, nequis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo.

Spissum & operosum opus. Cic. Qu.fratri, lib.2.15, Scribebam illa quæ dixeram πολυτικῶς, spissum sanè opus & operosum.

Stamen. Ouid.1.de Arte.

Templa. Ouid.15.Metam.

¶Operosior {ἐργατικώτερος} Operosissimus. Cicer.2.de Leg. Textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. Plin.lib.7.cap. 53, Operosissima tamen fecunditas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur.

Diuitiæ operosiores. Horat.3.Carm.ode 1.

Operosissimus in re aliqua, Plurimum operæ & laboris in re aliqua impendens. Plin.lib.2. cap.5, Syria in hortis operosissima. Indéque est prouerbium Græcis, Multa Syrorum olera.

Operosè, pen.prod. Aduerbium {ἐργατικῶς} Laboriosè, difficulter. Cic. in Orat. Quod vel maximè desyderat diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operosè.

Operositas, penultima correpta, operositătis. Quintilianus libro 8. capite 3, Est etiam quæ περιεργία, vocatur, superuacua, vt sic dixerim, operositas.

Operæpretium {ἀφέλιμον} significat fructuosum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gloriosum, vel quia iucundũ: inquit Valla lib.4. Terent.Andr.1.3, Audiréque eorum est operæpretium audaciam. Vbi Donatus, Operæpretium dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: & hoc pretium est operæ, id est audiẽdi. Cic.6.Verr. Iam vt hæc omnia reperire, ac perscrutari solitus sit Iudices, est operæpretium cognoscere.

Mereri operæpretia. Liuius belli Punici lib.1, in oratione Annibalis ad milites, Tempus est opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri. Id est magna præmia militiæ, ait Bud.

Facere operæpretium. Liu.2.bell.Pun. M. Centenius petit à Patribus, vti sibi quinque millia militum darentur: se peritum & hostis, & regionum, breui operæpretium facturum.

Operæpretium habere aliquid. Liu.5.bel.Pun. Operæpretium habent libertatem, ciuitatémque.

Operæpretium est, Id est Magni æstimandum est, & magnipendendum. Liuius in præfatione operis, Facturúsne operæpretium sim, si à primordio vrbis res Populi Romani perscripsero: nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim. Idem Decad.4.lib.1, Ibi dies aliquot fructra absumpti: & quia vix operæpretium erat, abscessere. Id est vix tanti fuisset vrbs capta, vt tempus tandiu tereretur. Cicero pro Rosc. Amer. Si nihil in ista pugna Roscij quod operæpretium esset, fecerãt: quam ob causam Chrysogono tantis præmiis donabãtur? Id est *nihil quod valeret*, vt vulgus loquitur.

Operæpretium facere, & Inanem operam sumere, contraria. Operæpretium enim id dicimus, quod tanti est, quanti opera in eo insumpta: & quum ita loquimur, Operæpretium est audire, hoc significamus, non perditurum eum operam, qui audiat. Horatius satyra 4.lib.2,

Est operæpretium duplicis pernoscere iuris

Naturam, &c. Lamb.

¶Pretium operæ etiam dicitur, vt Verisimile, & simile veri, per tmesin. Plinius, Id verò audire, pretium operæ fit.

Operor, penultima corr. operaris {ἐργάζομαι, ἐνεργάζομαι} operári, In opere aliquo faciundo laborare. Plinius libro 11.cap.10, Adolescentiores ad opera exeunt, & supradicta conuehunt, seniores intus operantur.

¶Operari, Operam dare. Colum.lib.12.cap.4, Si rebus venereis fuerit operatus vel vir vel fœmina, debere eos flumine ablui.

Operari auditioni. Plin.lib.25.cap.2. ad finem, Sedere nanque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni.

Operari superstitionibus. Liu.lib.10.

Operari liberalibus studiis. Tacitus lib.3. Vbi operari, operam nauare significat.

¶Operari, Nonio, est religiosè, & cum summa veneratione sacrificiis litare vel conuiuari. Iuuenal.satyr.12,

Et maturinis operatur festa lucernis. Virg.8.Georgicorum,

-lætis operatus in herbis. Propert.lib.2.el-g.34,

Cynthia iam noctes est operata decem. Hoc est, sacra Isidis & festa celebrauit. Erat autem Cynthia Propertij amica.

peratus, pen.prod. Participium {ἐργάδικὸς.} Liu.4.ab Vrbe, Saltem acquiescere eo rempore, quo corpus addictum atque operatum Reipublicæ esset.

Iuuentus operata nouis aruis. Virg.3. Æneid.

Ora operata. Ouid.6.Fast.

Omnia sint operata deo. Hoc est, sacrificent, siue rem diuinam faciant. Tibull.lib.2.eleg.1.

¶Operatus, absolutè, pro Operatus sacris. Tacit.lib.2, Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

Operatio, Verbale {ἐργάτις, ἐνεργεία.} Plin.lib.11.cap.24, Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum.

Moueri operatione alicuius. Cic. Attico, lib.6, Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. Operatione, id est turpi instigatione. Sunt tamen qui oratione legant.

Operatio, Sacrificatio. Plautus, Vt isthæc operatio crimen expiet.

Operator, penultima producta, Verbale. Firmicus lib.3.cap.9, Si Mercurius in hoc loco pariliter fuerit constitutus, faciet multa perpeti mala laborantes. eorum enim artes erunt, aut sordidæ, aut squallidę, ex quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exigantur: quales sunt cõfectores coriorum, fullones, lanarij.

Operculo, operculas, Operculum, Vide post OPERIO.

Operio, operis, pen.corr. operui opertum {ἐπικαλύπτω} operíre, Claudere. Compositum ex ob & pario: sed b abiicitur. Plin.lib.11.cap. 37, Morientibus oculos operire, rursúsque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est.

Sopor operit oculos. Catull. de Berecynthia, epigramm. 58.

Ostium operire. Terent. Phorm. 5.3.

¶Operire, Tegere. Propert.lib.3.eleg.13,

Atque hinuli pellis totos operibat amantes.

Fronde operire domum. Tibul.lib.2.eleg.1.

Pellis operit latos humeros. Virg.11.Æneid.

Floribus & sertis operit limina. Lucret.lib.4.

Luctum operire, Celare, absc̃ondere, non patefacere. Plinius iun. lib.3.epist.16.

Nox operit terras. Virg.4.Æneid.

Operior, operiris, opertus sum {ἐπικαλύπτομαι} operíri, Passiuum. Cic. 6.Verr. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomẽ Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu operiretur, nisi munitione, &c.

Arbos operitur frondibus. Ouid.1.Fast.

Opertus, Participium {ἐπικεκαλυμμένος.} vt Mõtes operti arbore. Ouid. 5.Metam.

Pectus operta comis Pallas. Propert.lib.2.eleg.2.

Opertus dedecore, & Opertus cõtumelia. Cic. pro Cluentio, Tum verò illa iudicia Senatoria, non falsa inuidia, sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia, defensioni locum nullum reliquissent. Idem 6.Verr. Non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti oppressíque erãt, conquerebantur. Budæus.

Operti præda, Id est onusti. Plin.in Paneg.

Æmus opertus nubibus. Ouid.4.de Ponto, eleg.5.

Bella operta tumescunt. Virg.1.Georg.

Caput opertum. Horat.2.Serm.satyr.3.

Detexit caput. Lucan.lib.9.

Esse operto capite. Cic.de Senect. Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit. De Massinissa rege.

Fores.

Fores. Ouid.2.Fast.

Lectica operta ferri per oppidum vt mortuus. Cic.2.Philip.

Nox. Stat.10.Thebaid.

Opertis oculis aliquid facere, vt Clanis oculis. Senec. de Benef.4.

Ratio. Ouid.3.Fast. Patefactio rerum opertarum. Cic.2.de Fin.

Abditum & opertum, Vide Abditum in ABDO.

Opertum & Apertum, contraria. Plaut. Capt.10.

Proferre operta Cic.1.de Diuin.

Recludere operta. Horat.1.epist.5.

In operto esse. Cic.in Parad. Romæ sum, inquis. Et tu quidẽ in operto fuisti. Id est domi clausus tanquã latẽs, non prodiisti in publicum.

Opertum, ti, Substãt. {ἐπικαλυπτήριον.} Cic.in Parad Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ deæ accessisses, exulares.

Opertus, huius opertus, Verbale, Macrob.lib.7.Saturn.cap.9.

Operimentum, ti {ἐπίβλημα} Quo aliquid tegitur. Cato de Re rust.cap. 10, Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decẽ, mappas tres.

Opertorium, opertorij {σκέπασμα} Idem. Senec.epist.88, Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est.

Operculum, operculi, pen.corr. {ἐπιθήματα, ἐπίθεμα} Instrumentũ quo aliquid tegitur. Cato de Re rust.cap.10, Operculum aheni vnum.

Ambulatorium operculum, Vide AMBVLO.

Operculo, operculas {πωματόω} operculare, Opereulo operire. Colum. libro 11.cap.2, Nunc autem si sunt pleni atque operculati faui, demetendi sunt. Idem lib.12.cap.15, Quæ vasa confestim operculare & obturare oportet.

Opertaneus, Adiectiuum {μυστικὸς.} vt (linere conuenit.

Opertanea sacra, Quæ in operto, nõ in aperto, nec sub dio fiebant. Plin.lib.10.cap.56.

Operor, Operosus, Vide OPERA, operæ.

Opes, Vide OPS.

OPHARVS {ὄφαρος} Scythiæ fluuius, in montibus Catheis nascens, & in Lagoum influens. Plin.lib.6 cap.8.

OPHELTES {ὀφέλτης} filius Lycurgi à serpente necatus. Vide HYPSIPHILE Stat.2.Sylu.1,

Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ

Præcisum squamis auidus bibit anguis Opheltem.

Ophiasis, pen.corr. {ὄφίασις} Vitium est capitis, pueris præsertim familiare, ab occipite plerunque originem ducens, indéque vsque ad aures & frontem paulatim serpens, donec vtrinque fines quasi capite & cauda committantur. Vnde & nomen inuenit. ὄφις enim Græcè nobis serpentem sonat. Quæcunque hoc malum serpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretáque per extimam capitis cutem sparsa, serpentis effigiem relinquunt.

Ophicardelus. Gemma est, in qua nigrum colorem binę lineæ albæ includunt. Plin.lib.37.cap.10.

Ophidion {ὀφίδιον} Pisciculus est cõgro similis, multò tamẽ minor, à serpentis figura nomen habens. Meminit eius Plin.lib.32.cap.vlt.

Ophioctonon {ὀφιοκτόνον} Herba quæ notiore nomine Elaphoboscon appellatur: ita dicta, quòd serpentes enecare credatur. Herbariorum vulgus *Gratiam dei* appellat, teste Ruellio.

Ophiogenium {ὀφιογένιον} Herba est, cuius pastu cerui sese aduersus serpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboscon dicitur, hoc est cerui pabulum.

OPHIOGENES, pen.corr. {ὀφιογενὴς} Populi sunt in Hellesponto, qui serpentum ictus cõtactu leuant, & manu imposita venena extrahunt corporibus. Plin.lib.7.cap.2.

Ophiomachus {ὀφιομάχος} pen.corr. Lacerta à Græcis dicitur, quòd cum serpentibus pugnet.

OPHION, pen.prod. {ὄφίων} socius fuit Cadmi ex illis qui è dentibus serpentinis nati fuerunt. ideóque & nomen habet à serpente, qui Græcè ὄφις dicitur. Hinc

Ophionius, Adiect. {ὀφιώνιος.} Senec.OEdip 5,

Sacer Cithæron sanguine inundauit, Ophioniáque cæde. Id est Thebana. Cadmus enim cum sociis Thebas condidit.

OPHION, pen.prod. {ὄφίων} nomen viri proprium, qui cum Eurynome vxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnũ, rerum potitus est, quem Saturnus fugauit. Claud.3.de rapt.Proserp. Hos onerat ramos exutus Ophion. Vide Ianum Parrhasium.

OPHIONEVS, Messeniorum vates, qui à natali die lumine captus, publicè & priuatim futura prædicere solitus est.

Ophiophagi {ὀφιοφάγοι} Dicti sunt qui serpentibus vescuntur, cuius generis populos ad sinũ maris rubri memorat Plin.lib.6.cap.29.

Ophioscorodon {ὀφιοσκόροδον} Frutex est, qui notiore nomine Caparis appellatur. Author Dioscorid lib.2.

Ophiostaphyle {ὀφιοσταφύλη} Frutex est idem cum cappari. Plin.lib. 13.cap.23. Capparis firmioris ligni frutex, feminísque & cibi vulgati. Quidam eum cynosbaton vocant, alij ophyostaphylen.

Ophiostaphylos {ὀφιοσταφύλος} Frutex est ex sylue strium vitium genere, quæ Vitis alba, & Græco vocabulo Ampeloleuce vocatur à Plinio lib.23.cap.1, Latinorum nonnulli serpentis vuam interpretantur: itáque dictam putant, quòd in Arabia, hoc fruticis genus præsentissimum venenum puterur.

Ophitæ {ὀφῖται} Hæretici quidam fuerunt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & viuum serpentem, quem venerabantur & nutriebant.

Ophis {ὄφις} Ornamentum manuum, Polluci lib.5.cap.16, à similitudine, vt opinor, serpentis dictum. Nam & Anguiculam vertit Gualtherus eodem loco. Huius etiã memnit Nicostratus poëta Comicus, & ex eo Clemens Alexandrinus lib.2. Pædag.cap.12. vbi Gentianus Hervetus vertit serpentem. Quo in loco Clemens ipse hæc etiã dicit memoratu digna: quòd quemadmodum Euam serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebris aureus, cica vrens, serpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quasdam aureas, & serpentes ad decorem effingens.

Ophites, ophitis, pen.prod.m.g. {ὄφίτης} Marmoris genus, habentis maculas serpentũ maculis similes. Lucan.lib.9, Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Plinius lib.38.cap.7, ex ophite eo lumnas esse paruas, quòd marmor sit nigricans, variũm, dicatúrque capitis dolores sedare, alligare serpentum ictus. Stat.1.Sylu.5, Mæret onyx longè, queriturque exclusus ophites.

OPHIVCHVS, pen.prod. {ὀφιοῦχος} est signum cæleste, quod alij putant Herculem esse, alij Æsculapium. Et interpretatur anguitenens. De quo Cicero ex Araro lib.2.de Nat.deor. sic scribit,

Atque hæc quidem à tergo, propter caput autem anguitenens,

Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Græci:

Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Eius & ipse manet religatus corpore torto:

Nanque virum medium serpens sub pectora cingit.

OPHIVSA, pen.prod. insula olim Rhodos dicta, vt testatur Plin.lib.5. cap 31. ¶Est item insula in mari Balearico, teste Ptolemæo, ex duabus Pithyusis minor (nam maior Ebusus dicitur) propter serpentum copiam inculta: vnde & Colubraria à Latinis appellatur. Plin.lib.3. cap.5. ¶Est & altera eiusdẽ nominis insula, non procul à Creta, cuius etiam meminit Plin.lib.4 cap.12. ¶Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europææ, ad Thyiã amnẽ, de quo idem Plin. loco iam citato.

Ophiusus, Adiectiuum {ὀφιώδης.} vt Ophiusia arua. Ouid.10 Metam.

Ophitis, Herba est in Elephantine Æthiopiæ regione nascẽs, liuida, difficilisque aspectu: qua pota mimas terroremque serpentium animo obuersari tradidit Democritus, in tantum vt mortem sibi eo metu damnati conscisc̃ant: quare & facilegis bibenda dari consueuit. Author Plin.lib.24 cap.17.

Ophrys {ὄφρυς} Herba quædam denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem induxit. Plin.lib.26.cap.13.

Ophthalmos {ὀφθαλμός} Latinè dicitur oculus.

Ophthalmia {ὀφθαλμία} Oculorum ægritudo, quam Celsus lippitudinem appellat. Negat tamen Iulius Pollux esse proprium aliquod oculorum vitium, sed eo verbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine. Hinc trophthalmus, lapis qui hominis tres oculos simul exprimit.

Ophthalmia dicitur & piscis, qui à Plinio vocatur oculata. Plaut. Capt.13, -pernam atque ophthalmiam,

Horæum, scombrum & trygona, & cetum.

Ophthalmicus, pen.corr. {ὀφθαλμικὸς} Medicus oculorum, inquit Budæus. Martialis lib.8 74,

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè:

Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

Opicus, opica, opicum, pen corr {ὄπικος} Sordidum, immundum, & obscœnum significat. Nam (vt ait Festus) opicum pro oscо ponitur. Plin.lib.29.cap.1, Sub Catonis persona ait, Nos quoque dicti erant barbaros, & spurcius nos quàm alios opicos appellatione ferdant. De Græcis. Iuuen. Saty.3, opicos mures, fœdos, & putidos dixit. Idem Stat.6, Nec curanda viris opicæ castigat amicæ Verba. Hest, quæ non Latinè loqueretur, sed opicè. Fuerunt autem opici Campaniæ populi quidam à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi Ophici, in quibus narrabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani hæ nanque vrbes, Opicorum fuisse dicuntur.

Opicus magister. Auson. Hoc enì nomine Eunũ liguritorẽ appellat.

Opifera, Vide OPS.

Opifex, pen.corr huius opificis, com.g. {δημιουργὸς, κατασκευαστὴς} Ex opera & facio compositum, dicitur artifex, siue vt sic dicam, operator, non modò rerum, sed etiam verborum. quinetiam opifices, coqui, & blandarum artium sectatores appellantur. Cic.1. Offic. Opificésque omnes in sordida arte versantur. Idem pro Flacco, Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotij concitare? (rarè?

Coronæ opifex. Horat.3.Carm.ode 27.

Deus opifex trifulei fulminis. Seneca Hippol.2.

Optimus opifex operis. Horat.1.Serm.saty.3.

Opifex persuadendi, Rhetorice. Quintil.lib.2.cap.16.

Rerum opifex. Ouid.1.Metam.

Verborum opifex ignobilis Zeno. Cic.5.Tusc̃ul. Etsi Zeno Citticus aduena quidam & ignobilis verborum opifex, infinuasse se in antiquã philosophiam videtur. Idem ad Gallum, lib.7.26, Is enim est dicendi Apes opifices. Varro de Re rust lib.3.cap.16. (opifex.

Opifex, ædificatórque mundi Deus. Cic.1.de Nat.deor.

Opificina, huius opificinæ, pen.prod. {δημιουργία, ἐργαστήριον} pro Opificio, vt ait Budæus. Plaut.Milit.12, Si ea opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta. Cic.1.Offic. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. Vetus codex habet officina.

Opificium, huius opificij {δημιούργημα} Opus ipsius opificis. Varro de Re rust.lib.3.cap.16, de apibus, Nisi opificij eas viget tempus.

Opilio, huius opilionis, m.g. {ποιμὴν} dicitur quasi ouilio, hoc est qui oues custodit. Sunt qui vpilio, nõ opilio scribant, authoritate Priscianj, qui dicit o breuem in hoc nomine esse conuersam in v longum, ex literarum affinitate. Colum.lib.7.cap.3, Post fœturam deinde lon ginquæ regionis pascua petituros opilio, ferè omnem sobolem pastioni reseruet suburbanæ.

Opilo, inquit Festus, genus auis est.

OPIMIVS, prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditiosis concionibus statũ Reip. labefactãs cæsus est. Ab huius nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nata sunt. Plin.lib.14.cap.4, L. Opimio cõsule, quum C. Graechus tribunus pleb. seditionibus agitatis interemptus est, ea cæli temperies fuisse, quam cocturam vocat, Solis opere, natali vibis 634. Durántque adhuc vina ducẽtis ferè annis, iam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si nõ perueneat aqua, vsque in amaritudinem carie indomita.

Opimus, pen.prod. Adiectiuum {πίων} Dives, pinguis. Ab opis deducitur. Festus, Hostiæ opimæ, præcipuæ, pingues: & spolia opima, magnifica, & ampla spolia. Virg.10.Æneidos,

At spoliis ego iam raptis laudabor opimis.

Habitus corporis opimus, & Gracilitas, cõtraria. Cic.de Clar.Orat. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates cõsectentur. De Lysia oratore loquitur. Habitus corporis opimos, Id est neruos quosdam orationis μυοπαρωνίας, seu orationem plenam roboris & neruorum.

Præda opimus vir. Cic. 3. Verr. Indignum isti videri cœpit, ex tanta æde, tantóque opere se non opimum præda, præsertim à pupillo discedere. Quasi dicas opulentum & crassum.
Rebus bonis opima regio. Lucret. lib. 1. De Sicilia.
Acies opimæ, Id est bella in quibus spolia quærebātur opima. Stat. 4. Syl. 6.
Accusatio opima. Cic. pro Flaceo.
Ager opimus & fertilis. Cic. de Lege agrar.
Arua. Virg. 2. Æneid.
Asia opima & fertilis. Cic. pro Lege Manilia, Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Sic Opima prædia, apud Plinium lib. 8. cap. 43. pro quæstuosis, teste Budæo.
Boues opimi. Varro 2. de Re rust. cap. 1, Sic boues altiles, ad sacrificia publica saginati, dicuntur opimi. Cic. 5. Tusc.
Boum opimorum alba colla. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Cadauera. Valer. 3. Argon.
Cibus. Plin. lib. 22. cap. 22.
Quæstus. Plin. lib. 10. cap. 51.
Victima. Plin. lib. 10. cap. 21.
Decus. Curtius.
Opimum quoddam & tanquam adipatæ dictionis genus. Cicero in Orat. Vocat autē opimum dicendi genus, quod est tumidum, nimísque redundans, & quod luxuriare quodammodo videtur, sed & pingue & crassum. vnde etiam pingue vocamus, id quod imperitè dictū est: & pingui vel crassa Minerua loqui, hoc est, vulgari modo & sine eruditione.
Iecore opimo fartus & satiatus. Cic. 2. Tusc. Ex poeta.
Mensa opima. Silius lib. 11.
Ornamenta dicendi opima. Cic. in Bruto, T. Accius Pisaurensis & accuratè dicebat, & saris copiosè, erátque præterea doctus Herma gorææ præceptis: quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen vt hastæ velitibus amentaræ, sic apta quædam & parata singulis causarum generibus argumenta tradunturi. Non satis opima dixit, quòd præcepta Hermagoræ sint exilia. sic enim de eo scribit in hoc ipso Bruto, C. Sicinius probabilis orator, iam verò etiam probatus ex hac inopi ad ornandum, sed ad inueniendum expedita Hermagoræ disciplina. Ea dat rationes certas, & præcepta dicendi: quæ si minorem habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias.
Pax. Silius lib. 16.
Pingue. Persius Saty. 3.
Præda. Horat. Epod. 10.
Opima prælaráque præda. Cic. pro Rosc. Amer.
Quæstus. Plin. lib. 10. cap. 51.
Res. Horat. 1. epist. 2.
Spolia. Virg. 6. Æneid.
Triumphus. Horat. 4. Carm. ode 4.
Victima. Plin. lib. 10. cap. 21.

Opimitas, pen. corr. opimitatis, f. g. Solinus cap. 59, Nam protinus atque poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant: eáque tātum est opimitati mora, vt fœtus decidāt antè nati. De arbore medica. Plau. Asin. Maximas opimitates, & gaudio effertissimas.

Opimior {πάνυος} Comparatiuum, apud Gellium libro 5. cap. 14, Nam carum quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Quasi pinguiora.

Opime, penult. product. Aduerbium {πάνυ} Abundanter & lautè, Plautus. Bacch. 6,
Omnium ad perniciem instructa domus opimè atque opiparé.

Opimo, opimas, penul. product. {παίω} opimāre, Pinguefacere. Columella libro 8. cap. 9, de alendis turturibus, Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quàm cæteri cibi.

Opinio, huius opinionis, f. g. {δόξα, ἔλπις, δόκησις} Fama, existimatio. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, libro 1, Erat opinio bona de Plautio, bona de Lippido. Ex Nonio.
Opinio hominum magna de aliquo. Cic. Lent. libro 1. 7, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis.
Opinio & existimatio. Cic. Antequam iret in exilium, Ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, nō quæ infelicitate illata est.
Virtutis opinio, Hoc est existimatio. Cic. de Amic. Quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. Ibidem, Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione.
Vulgi opinio. Cic. 3. Offic. Non habeo ad vulgi opinionem quæ maior vtilitas, quàm regnandi esse possit.
¶Opinio, Suspicio. Varro Eudæmonibus, Qui omnes me bimatram agitare clamitantes opinionem mihi insaniæ meæ confirmant. Terent. Heaut. 2. 2, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeāt. Cic. 3. Offic. Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Ex Nonio.
¶Opinio, Spes, opinatio: vt ait Nonius. Cicero ad Cæsarem Iuniorem, Posthac quod voles à me fieri scripto, vincam opinionem tuam. Hoc est, diligentior ero quàm tu opinaris.
Contra opinionem, & Præter opinionem. Cic. 4. Verr. Sanè homini præter opinionē improuiso incidi. Idem pro Roscio Amer. Contráque opiniones omnium.
Omnium opinione, Vt omnes existimant, & credunt. Cic. Verr. 2, Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine sua spe ac prædicatione absolutus.
Opinione celerius. Lentulus Senatui, libro 12. 15, Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum.
Celerius opinione venturus dicitur. Cicero Terent. libro 14. 23.

Gratius opinione. Asinius Pollio ad Ciceronem, libro 10. 31. Quòd familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est.
Opinione melius. Plaut. Casina, 8,
Opinione melius res tibi habeat tua,
Si hoc impetramus.
Prius tua opinione hîc adero. bonū animum habe. Plaut. Amphit. 6.
Opinione pulchrior. Plaut. Mil. 18.
Opinio rei alicuius. Cels. lib. 1. in Procem. Cuius autem rei non est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest.
¶Opinio, est iudicium siue persuasio quam de aliqua re habemus. Id est id quod de ea re sentimus. Cic. ad Octauium, 7, Quod vtinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset. Id est, vtinam non falsi essemus opinione, iudicio, & persuasione, quam de tuis moribus habebamus. Ibidem, 10, Quantum te Populo Romano, de me fefellit opinio? Quum autē de aliqua re dubia quæstio est, non dicimus, Hæc est mea opinio, sed Mea sententia. vnde & sæpe legimus, Mea quidem sententia, id est meo iudicio.
Vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cic. pro Cluentio,
Opinio & Veritas, contraria. Cic. 1. de Natura deorum, Esse deos persuaderi mihi non opinione solùm, sed etiam ad veritatem planè velim.
Opinio & suspicio. Cic. 2. de Orat. Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificij apud eos qui res iudicent, oratori aduersariā esse arbitror.
Aduersa opinio, Diuersa, contraria. Plin. lib. 9. cap. 7.
Æterna. Cic. 1. de Orat.
Communis hominum. Cic. 1. de Orat. & 3. de Nat. deor.
Diuturna. Cic. 1. de Orat.
Dubia. Cic. pro Domo sua.
Ficta. Cic. 2. de Natur. deor.
Grauis & vehemens opinio. Cic. pro Lege Manil,
Honesta de numine deorum & mente. Cic. pro Domo.
Incorrupta, Vide Incorruptus.
Obscura Cic. 1. de Orat.
Popularis. Cic. pro Cluentio.
Stabilis. Cic. 2. de Natura deor.
Vana. Cic. 2. de Natur. deor.
Vetus. Cic. 6. Verr.
Vulgaris. Cic. 1. de Orat.
¶Abire ad vulgi opinionem, Vide ABEO.
Accidit præter opinionem, Vide ACCIDO.
Accipere opinionem, Vide ACCIPIO.
Adducere in opinionem rem aliquam. Cicero pro Cecina, In eam opinionem Cæsenniam adducebat, vt mulier, &c. Idem Lentulo, lib. 11, In eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur.
Afferre. Cic. 2. de Offic. Opinionem afferunt populo, eorum similes fore.
Grauem de aliquo iudicio opinionem afferre. Cic. pro Cluent.
Affert & ista res opinionem. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Amittere, Vide AMITTO.
Amouere, Vide AMOVEO.
Aucupari opinionem aliorum errantem, Vide AVCVPOR.
Augere, Vide AVGEO.
Augurari opinione, Vide AVGVROR.
Quantum opinione auguror. Cic. pro Mur.
Capere opinionem, Vide CAPIO.
Comprehendere, & Remittere opinionem, contraria. Cicero pro Cluentio, Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio conueller, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis: eámque animis vestris aut lubentibus aut æquis remittatis.
Concipere, Vide CONCIPIO.
Confirmare, Vide CONFIRMO.
Conualuit opinio, Vide CONVALEO.
Opinio de diis immortalibus & omnium est, & quotidie crescit. Cic. 3. de Natur. deor.
Commenta opinionum delet dies. Cic. 2. de Natur. deor.
Deponere opinionem. Cic. pro Cluent.
Detrahere, & Confirmare opinionem, contraria. Quintil. libro 4. cap. 1.
Ex communi quadam hominum opinione dicere. Cicero 1. de Oratore.
Differre suas opiniones. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Dirigere ad opinionem. Cic. ad Attic. 14.
Discedere in opinionem. Cic. Fam. 6.
Duci non re, sed opinione. Cic. pro Murena.
Duplicare opinionem. Cic. Fam. 16.
Edita in vulgus opinio. Cæsar bel. Ciuil. lib. 3.
Euellere opinionem. Cic. pro Cluent. Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam?
Excellens opinione fortuna quum laboribus & miseriis permista esse videatur. Cic. 2. de Orat.
Fictas atque vanas opiniones diuturnitate extabuisse videmus. Cic. 2. de Nat. deor.
Multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat Lentulus, quàm quanta in eo facultas erat. Cic. de Claris Orat.
Fallere opinionem alicuius. Cicero Lentulo, libro 1. 6, Non fallam opinionem tuam.
Vt opinio mea fert. Cic. 6. Verr. Per triennium soli non modò in Sicilia, verùm, vt opinio mea fert, his quidem in temporibus in omni orbe terrarum, vacui, experres, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. Ibidem, Te Latona & Apollo, & Diana, quorum

rum iste Deli non fanum, sed vt hominum opinio & religio fert, sedem antiquam, diuinúmque domicilium nocturno latrocinio atque impeta compilauit.
Habere opinionem. Cic. 2. de Diuin. Credo Romulum qui vrbem auspicatò condidit, habuisse opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam.
Integritatis alicuius opinionem habere. Cic. Attic. lib. 7.
Opinionem habere de aliquo. Cic. de Amic. Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.
Habere falsam de se opinionem. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Imbibere animo opinionem. Cic. 2. Verr. An iste vnquā de se bonā spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset?
Opinio deorum imbuit mentem alicuius. Vide IMBVO.
Incidere in opinionem. Cic. ad Heren.
Inficere opinionem prauitate. Vide INFICIO.
Instari opinione. Cic. Fam. 1.
Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. Cic. in Orat.
Insita penitus opinio & vestuta, Vide INSERO, inséui.
Inueterauit opinio, Vide INVETERO.
Irrepere in opinionem gratiæ. Cic. de Aruſp. resp.
Ad opinionem aliquam labi, Vide LABOR, láberis.
Laborare opinione arrogantiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Leuare aliquem opinione quapiam, Vide Leuo in LEVIS.
Mouere aliquam opinionem. Cic. 1. de Orat.
Mouere quempiam ex opinione aliqua, Vide MOVEO.
Nascens opinio, Vide NASCOR.
Niti maiorem opinione, Vide NITOR, niteris.
Opinionibus obsistere, Vide OBSISTO.
Obtinere. Quintil. lib. 10. cap. 5.
Oppleuit opinio hæc totam Græciā. Cic. 2. de Nat. deor. Vetus hæc opinio Græciā oppleuit, fecitque exectum esse Cælum à filio Saturno.
Penetrare ad sensum opinionémque iudicis. Cic. in Partit.
Percrebruit opinio. Cic. 2. Verr.
Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum seculis ætatibúsque hominum inueterare potuisset. Cic. 2. de Nat. deor.
Peruasit opinio per animos hominum. Cic. pro Lege Manil. Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum peruaserat.
Præbere opinionem. Cæs. 3. de bell. Gall.
Pugnare ratione contra cōmunem opinionem. Cic. 3. de Nat. deor.
Perspectæ, planéque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio remotæ res. Cic. 1. de Orat.
Refellere puriles opiniones rectissimis rationibus. Author ad Heren. lib. 2.
Respondere opinioni. Cic. Fam. 2.
Opinio est. Cic. ad Articum, libro 9, In his locis opinio est, coniectura magis quàm nuntio aut literis, Cæsarē Formiis ad XI Calend. April. fore.
Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis. Cic. 6. Verr.
Est eius opinionis, Columel. lib. 2. cap. 12.
In ea opinione fui, qua reliqui omnes. Cic. Attico, lib. 8.
In opinione dubia rem esse, & In præsentia atque ante oculos, cōtraria. Cic. pro Domo, Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo.
Sententiæ & opinionis alicuius participem esse. Cic. 1. de Orat.
Superare omnium opiniones. Cic. Attico, lib. 5.
Tenere opinionem. Cæs. 3. de bell. Ciu.
Tradere diuersas opiniones. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Æterna aut certè diuturna valet opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehensum est. Cic. 1. de Orat.
In eam opinionem venerat Cassius. Cælius Ciceroni, libro 8. 10. Id est, Ita de eo opinari cœperant. Æmyl. Prob. in Milt.
Opinionem omnium vincere. Cic. 4. Acad. Non modò opinionem vicit omnium, quę de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorū.

Opinioſiſſimus {δοξασικώτατος.} Cic. 4. Academ. Quid duo vel principes dialecticorum Antipater & Archidemus opinioſiſſimi homines, nónne multis in rebus dissentiunt?

Opinor, pen. prod. opināris, opinati {δοκέω, οἶμαι, ὑπονομεύω} Putare, suspicari, opinionem habere. Donatus, Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Terent. And. 2. 2,
-nunc videntur conuenire hæc nuptiis?
P. Non opinor Daue. D. opinor, narras? non rectè accipis,
Certa res est. Cic. 4. Acad. Sapientem nihil opinari, id est nunquam assentiri rei vel falsæ vel incognitæ.
Nihil sine ratione opinari. Cic. 2. de Diuinat.
Falsō multa in vita homines opinantur. Cic. pro Domo.
Vt opinor. Cic. de Claris Orat. T. Albitius, vel potius penè Græcus, loquor vt opinor, sed licet ex orationibus iudicare.
Opinari de Plin. lib. 28. cap. 2, Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur.
Grauissimè opinari. Suet. in Augusto, cap. 67.
De vobis Senatus opinatur non secus ac de teterrimis hostibus. Cic. in Pisonem.
¶Paruum opinatu. Plin. lib. 29. cap. 1.

Necopinatus, penulima prod. Adiectiuum. Cic. 1. Acad. Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat, multa improuisa hæc, necopinata nobis, propter obscuritatem ignorationémque causarum.

Necopinato, Aduerbialiter positum, pro Inopinanter, ex improuiso. Liu. 3. ab Vrbe, Propiúsque aliud nouum malū necopinato exortū est.
Ex necopinato. Liu. libro 4, Vnde ex necopinato aduersum hostem inuadit.

Opinatio, Verbale {δόξασμα} Hoc est assensio, inquit Cicero 4. Acad. Herculis quendam laborem exantlarum à Carneade, quòd vt feram & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatē extraxisset. Idem 4. Tusc. Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

Opinatus, huius opinatus, pen. prod. Lucret. lib. 4,
Pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi. Id est, opinationes animi, quæ falsæ possunt esse.

Opinator, pen. prod. huius opinatoris {δοξαστὴς} Qui nihil asserit, sed semper opinatur. Cic. 4. Academ. Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator.

Opinabilis, & hoc opinabile, pen. corr. {δοξαστὸς} Quod opinione concipi potest. Cic. 1. Acad. Itaque hanc omnem partem rerū opinabilem appellabant. Idem 4. Tusc. Est illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam.

Opiparus, opipara, opiparum, pen. corr. {πολυτελὴς} Quod est magna rum opum. Plaut. Perſa, 16, Satin' Athenæ tibi vīsæ fortunatæ atque opiparæ? Et Capt. 13,
Iuppiter supreme-seruas me, meásque auges opes,
Maxumas opru mitates atque opiparas.

Opiparè, pen. corr. Aduerbium {πολυτελῶς} Abundanter. Cic. ad Attic. lib. 13, Itaque & edit & bibit ἀδηφάγως, & iucundè, opiparè sanè & apparatè. Idem 3 Offic. Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

Opis, huic opi, Vide OPS.

OPIS {ὄπις} Nymphæ comes Dianæ. Virg. 11. Æneidos,
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. Vide Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 22.

OPIS, Ciuitas iuxta quam Tigris profluit, & mare Rubrum ingreditur, teste Herodoto lib. primo.

Opisthocrepides {ὀπισθοκρηπίδες} Genus calceamentorū muliebriū, de quibus Pollux cap. 22. lib. 7. non semel. Vide suprà DISPODIA.

OPISTHOCOMAE {ὀπισθοκόμαι} teste Polluce, Eubœæ populi dicti sunt, qui crines habebant versus tergum reflexos: sicut Acrocomæ dicti sunt populi in Thracia, qui antias in fronte muliebriter gerebāt demissas.

Opisthographus, huius opisthographi, pen. corr. {ὀπισθόγραφος} Aliquando adiectiuum, aliquando substantiuum masc. gen. Volumen quod etiam in tergo scriptum est. Fit enim ab ὀπίσθιν, id est retro: & γράφω, scribo. Plin. lib. 3. epist. 5. ad Macrum, Hæc intentione tot ista volumina peregit, electorúmque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidē, & minutissimè scriptos. Hermolaus, Opisthographi non specie libellari, vel voluminis, & habiles tot queri, à tergo vidētur appellati: quoniā vtrāque pagina scripti essent, aduersa & auersa, minutis literis, & lituris plenis: à quo fortasse liturarios Ausonius poeta eos dixerit. Scio quosdam Opisthographum accipere pro eo, quod ita scriptum est, vt legi postea non possit, nisi librariis describendum mandetur. Dicat aliquis & pro charta deletili siue palimpsesto posse capi: quia Vlpianus de bonorum secundum tabulas possessione differens, in l. Chartæ. D. de Bonor. possess. secūdum tab. & hartæ, inquit, appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio. Mihi à tergo id nomen tractum placet, vt probem qui sic interpretantur in Iuuenale Satyr. 1, Scriptus & in tergo, necdum finitus Orestes. Ad eandem formā opisthocomæ dicebantur Euboici, qui comam, vt ait Pollux, per terga fusam alerent: sicut acrocomæ Thraces, qui antias in frontem muliebriter demitterent. In prælis quoque opisthophylaces vocabant qui terga custodiebant. Eiusdem fuit originis & Opisthodomos: ita dicebatur locus à tergo arcis Atheniensium, & Opisthocrepides, calceamentum quoddam fœmineum: sicut ornamentum quoque capitis earum, opisthosphendone. Hactenus Barbarus.

Opisthographa, etiam appellabantur eæ chartæ, quibus literæ integebantur, quia à tergo inscriptæ declarabant ad quem mitterentur. Solebant enim veteres epistolas in tabulis seu chartis conscribere, eásque alia charta quæ plerunque erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: postremò obsignare. Huc respexit Horatius, quū ad librum suum sic scribit, lib. 1. epist.
Aut fugies vticā: aut vinctus mitteris Ilerdam. Significat enim homines ex libro suo integumenta literarum facturos. Sciendum autē est libros veterum vna tantùm ex parte fuisse exaratos: iccircóque volumina dicebantur, quia in vnum conuoluebantur. Itaque ex eis opisthographa facere licebat, quod non item ex nostris licet. Lambin.

Opisthosphendone {ὀπισθοσφενδόνη} Ornamentum quoddam muliebre apud Pollucem lib. 7. cap. 6. ex Aristophane: & iterum lib. 7. cap. 22. In priori loco Rodimiculū vertit Gualtherus, in posteriori fundā.

Opisthotonicus, pen. corr {ὀπισθοτονικός} Qui rigore cervicis inflexibili laborat. Opisthotonum enim morbū Galenus vocat emprosthotono cōtrarium. Hoc enim fit quum rigidi nervi tum qui ex spina, tum qui ex cerebro descendunt, totum corpus in anteriorem partem flectunt: illud verò in posteriorem, vt aliò flecti non possit. Plin. lib. 20. cap. 18, Sanat & vertigines, tremulos, opisthotonicos, liches, lumbos, perfrictiones. De saxogeno.

Opiter, opiteris vel opitris, dicitur cuius pater auo viuo mortuus est: sic dictus, quòd obitu patris genitus sit: aut quòd auum post patrem habeat, id est pro patre. Festus.

OPITERGINVS, penul. prod. {ὀπτεργῖνος} Adiectiuum ab Opitergio Carnorum oppido. vt
Ratis Opitergina. Quintil. lib. 3. cap. 8.

OPITERGIVM {ὀπτέργιον} Vulgò Oderzo, Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens, cuius meminerunt Plin. libro 3. cap 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.

OPITES, Argiui proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

Opitulor, pen. corr. opitularis {ἀρήγω} opitulāri, Deponens, Adiuuare, subuenire: ab ope & tollendo, id est ferendo. Terent. And. 1. 3,
Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas.
Subuenire & opitulari patriæ. Cic. 1. Offic.

Permultum ad dicendum opitulari sunt præceptores. Cicero 2.de Inuent.

Opitulari contra Plin.lib.28.cap.8,E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari.

Opitulatio,Nomen verbale.Vlpian.lib.1.D.de minor.xxv.ann.

Opitulus,penul.corr. {ἀλεξίπολις} dictus est Iupiter, quasi opis lator:& propriè in rebus dubiis & malis dicitur.Festus.

Opium {μήκωνος ὀπός} Succus ex papauere, habens per somnum vim, si copiosius sumatur,morti ferat.Plin.lib.20.cap.18,Succus papaueris largus denſatur,& in paſtillos tritus in vmbra ſiccatur,non vi ſoporifera modò,verùm ſi copioſior hauriatur, etiam mortifera per ſomnum:opium vocant.

Opobalſamum,opobalſami,pen.corr.n.g {ὀποβάλσαμον} Succus balſami,ab ὀπὸς,ὁποῦ,id eſt ſuccus. Plin.lib.12. cap.25,Succus è plaga manat,quem opobalſamum vocant,eximiæ ſuauitatis, ſed tenui gutta: ploratu lanis parua colligitur in cornua. Martialis lib.11.9,

Laſſa quòd externi ſpirant opobalſama drauci.

Candida fœlices ſudant opobalſama virgæ.Stat.3.Syl.2.

Hirſuto ſpirant opobalſama collo.Iuuen.Sary.2.

Opocarpathon {ὀποκάρπαθον} Succus carpathi,quem Plin.libro 28. cap.10,connumerat inter venena.

Opopanax,pen.corr.huius opopanacis,pen. corr. {ὀποπάναξ} Succus panacis herbæ,quæ omnes morbos ſanare dicitur.Plin.lib.20. cap.24.

Oporice,pen.corr.Medicamentum nobile: de quo Plin, lib.4.cap.14, Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum,quod oporicen vocãt. Nomen habet,inquit Hermolaus, ἀπὸ τῆς ὀπώρας,hoc eſt à pomis arborũmque fructibus.

Oporinus,pen. corr. Adiectiuum {ὀπωρινὸς} Idem quod Latinè Autumnalis.Martialis lib 9.13,

Si daret Autumnus mihi nomen,ὀπωρινὸς eſſem. Siquidem ὀπώρη Græcis, Autumnum ſignificat Latinis.

Oporotheca,oporothecæ,penul.prod. {ὀποροθήκη} Locus vbi Autumnales fructus ſeruãtur.Varr.1. de Re ruſt.cap.59. Et ideo oporothecas qui faciunt,ad Aquilonem vt feneſtras habeãt,atque vt aere perflentur,curant. ὀπώρα, pomum,ſiue omnis fructus mollioris corticis.

Oportet,oportebat,oportuit, Verbum impersonale {δεῖ,χρή.}

Oportuit eſſe.Plaut.Caſin.17.8.Properate,eo nam iam eſſe coctam oportuit.Cicero pro Corn.Bal. Nunc verò quid dicitur ? quid ait accuſator?feciſſe Pompeium,quod ei facere non licuerit:quod grauius eſt,quàm ſi id factum ab eo diceret, quod non oportuiſſet : eſt enim aliquid quod non oporteat, etiam ſi licet.quicquid verò non licet, certè non oportet.

Paſcere oportet oues.Virg.6.eclog.

Nequid fiat ſecus quàm volumus,quámque oportet.Cic.Att.lib.6.

Beneuolentia & charitate ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis. Cic.2.Philipp.

Oportet,Conijcientis. Plaut. Seruum te eſſe oportet , & nequam & malum hominem , peregrinum & aduenam , qui irrideas. Bud.

Oportuit factum,& Oportuit eſſe factum.Terent.And.r.5,Nónne prius communicatum oportuit?Hoc eſt,Nónne id prius debuit communicare mecum? Cic.1.in Catil. Hoc quod iam pridè factum eſſe oportuit,certa de cauſa nondum adducor vt faciam.Ex Budæo.

Oportet,& Neceſſe eſt,non idem.Quintil.lib.1.cap.1,Dein vt repetitis altius cauſis diligentiſſimè oſtenderet,quàm id quod erat in matrem dicturus,non oporteret modò fieri,ſed etiam neceſſe eſſet.

Oportet & opus eſt.Cicero Attico,lib.4, Ego verò , qui ſi loquor de Republica quod oportet,inſanus : ſi quod opus eſt,ſeruus exiſtimor:ſi taceo,&c.

Oportere & Decere in quo differant declarat Cicero in Oratore, Oportere perfectionem declarat opificij , quo & ſemper vtendum eſt, & omnibus.Decere quaſi aptum eſſe,conſentaneúmque tempori & perſonæ.

¶Oportet,perſonale aliquando reperitur.Terent. Heaut.3.2. Hæc facta ab illo oportebant Syre. Quintilianus, Diſertos ſatis putat dicere quæ oporteant.

Oppango,oppangis,oppegi, pen. prod. oppactum {κατασπεύδω} oppangere,Affigere,coniungere.

Oppangere ſauium.Plaut.Curcul.2.

Oppedo,oppedis,pen.prod. {κατασπεύδω} oppédere , Diſſentire & aduerſari,vel contemnere , vt exponit Acron. Horat.1. Serm.ſatyr.9, vín' tu Curtis Iudæis oppedere? Lambinus,Irridere,ac pro nihilo putare. Oppedere enim eſt , ventris crepitum in alterius odium & contumeliam edere , quod dicunt Græci κατασπεύδειν,& αὐτασπεύδειν.

Opperior,opperiris,pen.prod.oppertus ſum {παρεμένω} opperiri,Deponens,Expectare.Terent.Adelph.3.3,Opperiar hominem hîc.vt ſalutem & colloquar. Idem Phorm.3.2,Si non tum dedero,vnam præterea horam ne oppertus ſies.

Iuuenes opperiuntur dum reſidant aquæ.Ouid.9.Metam.

Hoſtem magnanimum opperiens.Virg.10.Æneid.

Tempus opperiri.Silius lib 5.

Stetit opperiens virginem.Valer.5.Argon.

Opperitus ſum,pen. prod. {παρεμμένησε} apud Plautum in Moſtell.10. 5,Seni non otium erat,id ſum opperitus.

Oppeſſulatus,pen.prod.Adiect. Clauſus, Peſſulis obſirmatus. Plaut. in Amphit.15.22,

Herus, ſalutator oppeſſulatas ante foreis graditur.

Oppeto,oppetis,pen.corr.oppetiui vel oppetij,oppetirum,pen.prod. {κατέχομαι,ὑπαδύομαι} oppétere, Mori, accuſatiuum habet expreſſum, aut ſubauditum,Virg 1.Æneidos,

-ò térque quatérque beati,

Quęs ante ora Patrum Troiæ ſub mœnibus altis

Contigit oppetere. Quidam Oppetere,pro Mori deductum putant ab ob & peto : quòd qui antiquitus ſtrenui & fortes moriebantur, præcipuè in bello,terram ore mordebant & petebant, ne minus dura viro forti vox audiretur.vnde Virg 8.Æneidos,

-terram ſimul ore momordit.Hoc eſt oppetiit.

Oppetere mortem,Idem. Cic.1.de Diuinat.Æquius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortem.

Millies oppetere mortem,Vide MILLE.

Peſtem oppetere,Idem. Cic.1. Tuſcul. Veſtras manus peto, prius quàm oppeto malam peſtem hoſtili manu.

Mors oppetita. Cic.1. Tuſcul. Claræ veiò mortes pro patria oppetitæ non ſolùm glorioſæ rhetoribus,ſed etiam beatæ videri ſolent.

OPPII ex Velia,Ænigma erat,quod obſcurius Platonis numeris vocat Cicero 7. ad Atticũ. Illud de pecunia mutua interpretatur Turnebus.Nam Oppiis fortaſſe pecuniam debebat,qui Veliam vrbis locum incolebant.Oppios enim mox dicit de Velia ſaccones, à ſaccis pecuniæ.Vt enim à bucca bucco, à pera pero,à Druſis Druſo : ſic à ſaccis ſacco deducitur. Oppius quoque res & rationes Cæſaris procurabat,cui Cicero pecuniam debebat.

OPPIA {ὀππία} vna fuit ex Veſtalibus,quæ cõuicta ſtupri, viua defoſſa eſt.Cuius ſcripſit epitaphium Stroza filius,

Veſtalis virgo,læſi damnata pudoris

Conteget hoc viuens Oppia ſub tumulo. Liu.lib. 22.hanc Opiniam vocat.

OPPIANVS,pen.prod. {ὀππιανὸς} poeta fuit,patre Ageſilao,matre Zenodota,genere à Zerbo Ciliciæ ciuitate.Scripſit ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ elegantiſſimis verſibus,quæ Antonino Imperatori Seueri filio obtulit,non ſine doctrinæ ſuæ maxima commendatione. Obiit Zerbi ſæuiente illic peſte.

Oppico,oppicas,pen.prod. {πεύκω} oppicâre , Idem quod Picare ſignificat:hoc eſt pice illinere , quod genus picationis fieri antiquitus ſolebat in doliis vel cadis vinariis ne perfluerent. Cato cap.120, Muſtum ſi voles totum annum habere,in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

Oppido,Aduerbium,Vide OPPIDVM.

Turor mimus vetus oppidò ridiculus.Cic.2. de Orat.

Oppidum,huius oppidi, penul. corr. {πόλις,ἄστυ,ὑπαίθρισμα} Propriè eſt omnis vrbs præter Romam, quæ peculiari nomine vrbs vocari cœpta,fecit vt cæteræ vrbes vocarentur oppida: vt ait Valla. Vnde apud Plautum oppidum & vrbem indifferenter legimus,quum in Perſa inquit , Eleuſipolim Perſæ cepere in Arabia plenam bonarum rerum antiquum oppidum. Seruius Sulpitius quum numeraſſet vrbes multas,poſtea dixit,Quę oppida quodam tempore floreníſſima fuere. Cicero 6.Verr. Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia Iudices, quod ab Ænea fugiente à Troia,atque in hæc loca veniente , cõditum eſſe demonſtrant.

Oppidum,ab ope danda dicitur:vel quòd illuc homines opes ſuas conferant,authore Feſto.

¶Oppidum.Varr.de Ling.Latin.lib.4,Maximum ædificium eſt oppidum ab ope dictũ:quòd munitur opis cauſa,vbi ſint : & quòd opus eſt ad vitam gerendam,vbi habitent tutò:vel oppida,quòd opere munibnant mœnia,quò tutius eſſent. Hæc ille.

Simulachra oppidorum.Cic.in Piſonem, Vertes te ad alterã ſchola:diſſeres de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces?quid ſimulachra oppidorum ? Hoc ex ritu veterum:portabantur enim oppidorum captorum ſimulachra in triumphis.Vide Liuium lib.37.

In oppidis præſidia nulla ſunt.Cic.Attic.lib.8.

Ditia oppida.Ouid.epiſt.15. Inclinata.Ouid.15.Metam.

Abiit oppidum in villas,Vide ABEO.

Accedere in oppidum,Vide ACCEDO.

Cedere de oppidis,Vide CEDO.

Cingere muris oppida.Virg.4.eclog.

Foſſæ præcipites cingebant oppida.Ouid.1.Metam,

Claudere oppidum portu,Vide CLAVDO.

Compellere in oppida,Vide COMPELLO.

Condere oppida.Horat.2.epiſt.1.

Congeſta oppida manu.Virg.2.Georg.

Conſtituere oppidum,Vide CONSTITVO.

Continere oppida metu,Vide CONTINEO.

Debellata.Claud.2.in Eutrop.

Decorare oppida publico ſumptu.Horat.2.Carm.ode 15.

Inuadere in oppidum,Vide INVADO.

Irrumpere oppidum,Vide IRRVMPO.

Moliri oppida.Horat.de Arte.

Eruta conuulſis proſternes oppida muris.Silius lib.3.

Annoſa vaſtant oppida.Stat.3.Thebaid.

Oppidulum,huius oppiduli, pen.corr. Diminutiuum. {πόλισμα.} Cic. ad Atticum,libro 10,Nec tamen in acie,ſed Melitæ , aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto.

Oppidatim,penul.prod.Aduerbium {κατὰ πόλεις} Per varia ſiue ſingula oppida.Valla.

Oppidanus,oppidani,pen prod. {πολίτης} Qui oppidum incolit. Cæſ. 2.bel.Gall.Sub veſperum Cæſar portas claudi,militémque ex oppido exire iuſſit,ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperẽt.

Oppidanus,pen.prod. Adiect. {πολιτικὸς.} vt Oppidanum ius. Cic.pro Plancio,Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure,maximéque oppidano.

Oppidanum & inconditum genus dicendi.Cic.de Clar.Oratorib. Quæſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam & incondito genere dicendi.Id eſt,non vrbano.Bud. Oppidanum enim genus dicendi, oratio eſt non elegans nec nitida, ſed velut vicana & municipalis aut caſtellana,quòd in oppidis,vicis,caſtellis,non tam integrè, incorruptéque,quàm in vrbe loqui ſolerent.

Senex quidam oppidanus.Cic.2.de Orat.

Oppido,pen.corr.Aduerbium {μεγάλως,πολύ.} Feſtus , Ortum eſt autem hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium , quantum quiſque frugum faceret, vt quæ multitudo ſignificaretur , ſæpe reſpondebatur,quantum vel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit vt diceretur,Oppide,pro Valde,multum. Itaque ſiqui in aliis rebus eo vtuntur , vtputa ſiqui dicant , Oppido didici , ſpectaui , ambulaui, errant:

errant:quia nulli eorum ſubiici poteſt, vel quod ſatis eſt. Hactenus Feſtus. Terẽt.Heaut.4.4,Dic me hîc oppidò eſſe inuitam,atque ſeruari. Cic.3.de Finib. Sed eorum definitiones paulum oppidò inter ſe differunt. Idem ad Terentiam,lib.14 4, Sin ad nos pertinerent , ſeruirent,præterquam oppidò pauci.

Oppidò quàm ſunt in literarum oſtẽtatione inepti & friuoli. Gel. lib.15.cap.30. Idem lib.16.cap.7, Laberius in Mimis quos ſcripſitauit,oppidò quàm verba finxit præcipitanter.Hîc vt nimiam Laberij licentiam notet , tria , quæ augendi vim habent coniunxit , oppidò, quàm,& præ.

Oppidò quàm in literis peritus.Gel.lib.7.cap.7.

Oppidò,pro Statim aliquando accipitur.Plaut.Moſtel.3,

-perdidi operam fabrorum

Ilicò, oppidóque venit iguauia. Idem in Bacchid. Act.4. Scen.4, Reddidi aurum omne oppidó.

Oppignero, oppigneras, pen.corr. {ὑποτίθημι,ἐνεχυράζω} oppignerâre,Aliquid pignori dare.Cic.pro P.Sextio,Libelli pro vino etiam ſæpe oppignerabantur , manebat inſaturabile abdomen. Terentius Heaut.4.5, -num illam oppignerare filiam

Meam me inuito potuit?

Oppignerare ſe.Senec.de Benef.lib.3.cap.5.

Oppilo,oppilas,pen.prod. {ἐμφράττω} oppilâre,Occludere.Lucretius libro 6,

Eſt quoque vti poſſit magnus congeſtus arenæ

Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. Hoc eſt , reſiſtere aduenientibus fluctibus ſuo obice , imitante pilam ſaxeam quæ in mare iacitur. Cic.2.Philippica,

Hiſque oppilatis,imperium tuum compreſſiſſet?

Oppilationem {ἐμφράξιν} medici vocant vitium præcluſi obſtructíque iecinoris , aliorſimque intus viſcerum. Scribonius Largus , Vt neque ſpiritio interpelletur,neque remedium efficaciſſimum (quod per oppilationem aurium efficitur) excludatur.

Oppleo, opples, oppleui, oppletum, pen.prod. {ἀναπίμπλημι} opplére, Circunquaque implere , ſiue maximè implere. Terentius Heaut.2.3, Lachrymis opplet os totum ſibi. Liu.10.ab Vrbe, Niues iam omnia oppleuerant,nec durari extra tecta poterat.

Opplet nares odor.Varr.3.de Re ruſt.cap.4.

Liquidis loca vocibus opplent.Lucret.lib.2.

Regia oppletur lætanti cœtu.Caeul.Argon.epigr.59.

Oppleuit opinio hæc vetus Græciam. Cic.2.de Natur.deor. Vide OPINIO.

Oppleuit luctus vrbem.Liu.2.bell.Pun.

Oppletus,pen.prod.Participium {ἀναπλεσθείς.} vt

Mentes oppletæ tenebris à ſordibus. Cic. Poſt red.in Senatu.

Obrutus & oppletus. Cic.2.de Nat.deor. Ægyptum Nilus irrigat, & quum tora æſtate obruram , oppletámque tenuerit,tam recedit.

Opploro,opploras,pen.prod. {κατοδύρομαι} opplorâre, Contra plorare.Author ad Herennium,lib.4,At ille, Quin mihi illum datis,ac vos auribus meis opplorare non deſinitis?

Oppono,opponis,pen.prod.oppoſui, oppoſitum, penult. corr. {ἀντίκειμαι,ἀντιτίθημι,ἀντιτοιχίζω,προβάλλομαι,πρόκειμαι,ἐνίσταμαι.} opónere, Contra vel ex aduerſo ponere.Cic.2.de Nat.deor. E quibus pullos quum excuderunt,ita tuentur,vt & pennis foueant,ne frigore lædantur: & ſi eſt calor à ſole, ſe opponant. Plaur.Pſeud.7, Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

Obiicere & opponere. Cic.in Piſonem , Cuius ego imperio non Alpium vallum contra aſcenſum tranſgreſſionémque Gallorum, non Rheni foſſam gugitibus illis redundantem , Germanorum immaniſſimis gentibus obiicio & oppono.

Opponi ad periculum. Cic.pro Murena , Ad omne periculum , atque ad omnem inuidiam ſolus opponitur.

Hoſtibus opponere aliquos.Cic.2.de Finib.

Aciem oppoſuêre Æneadæ.Virg.9.Æneid.Vide ACIES.

Auriculam opponere.Horat.1.Serm.ſaty 9.

Authoritatem ſuam. Cic.4.Acad. Authoritas autem tanta mouebat,niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam.

Cauſam opponere , Obiicere ante oculos, Excuſationem vel cauſam afferre. Cic.3.Offic. Muri cauſam oppoſuit, ſpeciem honeſtatis, nec probabilem,nec ſatis idoneam. De Romulo.

Corpus pro patria opponere , pro Exponere. Liu.1.bel.Pun. Cic. ad Attic.lib.7,Perſequi Cæſar Pompeium? quid? vt interficiat?O me miſerum,& non omnes noſtra corpora opponimus?

Formidines opponere,Obiicere.Cic.pro Quintio,Minę iactentur, pericula intendantur,formidines opponantur,vt,&c.

Genu oppoſuit coſtis.Ouid.12.Metam.

Opponere alicui inſidias.Cic.pro Cecinna, In iis ipſis intercludère inſidiis,quas mihi conaris opponere.

Manum oppoſuit ante oculos.Ouid.4.Faſt.

Manum puella ſuauio opponat tuo.Horat.Epod.3.

Manum fronti opponere. Ouid.2. Metamorph. Oppoſuítque manum fronti.

Milites ad portas. Cic.pro Cecinna, Atque iſte ad omnes introitus quâ adiri poterat , non modò in eum fundum , de quo controuerſia fuerat,ſed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur , armatos homines opponit.

Moles fluctibus.Cic.2.Offic.

Natura oppoſuit montes mari.Lucan.lib.2.

Nomen opponere alicuius.Cic.6.Verr. Opponebant illi interdum nomen Africani.

Nomen alicuius ad rem aliquam faciendam. Cic.5.Verr. Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas nõ ſuam vim, ſed tuum ſcelus ac nomen opponerent?

Ordinem aduerſus hoſtes quadruplicem.Liu.10.bel.Pun.

Periculis ſe.Cic.pro Corn.Balbo.

Præſidium. Cic.ad Brutum,15, His ardentibus perturbandæ Reip. cupiditate,quod opponi poſſet præſidium,non habebamus.

Opponere ſe inuidiæ pro patriæ ſalute.Cic.de Aruſp.reſp.

Terrorem armati exercitus opponere togatis.Cic.pro Sext.

His quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur. Cicero 2. de Oratore.

Patribus paria redduntur,& contraria opponuntur.Cic.in Orat.

¶Opponere vitium virtuti. Cic.3. de Finib. Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.

Opponere nomen æqui iniquitati.Cic.pro Cecinna,Si contrà verbis & literis,& (vt dici ſolet) ſummo iure conteníitur, ſolent eiuſmodi iniquitati & boni & æqui nomen dignitatémque opponere.

Scripto opponitur voluntas teſtatoris tum , vt quæratur , verbáne plus,an ſententia valere debeat.Cic.in Topic.

Vrbem vrbi.Cic.de Lege agraria,Capuam deduci colonos volunt, illam vrbem huic vrbi rurſus opponere , illuc opes ſuas deferre cogitant.

¶Opponere,Quum de diſputationibus loquimur. Cic.4.Acad.Introducebat etiam Carneades , non quo probarer , ſed vt opponeret Stoicis ſummum bonum eſſe,&c.

Sed quid opponestandem, ſi negem me vnquam iſtas literas ad re miſiſſe?quo me teſte conuinces?Cic.2.Philip.

Opponere , antiquo more, pro Apponere.Cato de Re ruſt.Deinde petigini parcè braſſicam opponito. ſanam faciet. Quam tamen lectionem ſic emendat Turnebus,de petigine porcæ : braſſicam opponito.& mihi magis probatur.

¶Opponere.pro eo quod aliàs Deponere dicitur, & Contra alium pignus ponere. Plaut. Curcul.7, -pono pallium,

Ille ſuum annulum oppoſuit.

Opponere pignori. Terent.Phorm.4.3, Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas.

Oppoſitus,pen.corr. Participium {ἀντιτεθειμένος,ἀντικείμενος.} Cic.2.de Diuin. Luna ſubiecta atque oppoſita ſoli.

In hac dictione ludit Catullus in epigrammate ad Furium,23,

Furi villula noſtra non ad Auſtri

Flatus oppoſita eſt.nec ad Fauoni,

Nec ſæui Boreæ,aur Apeliotæ

Verùm ad millia quindecim,& ducenta,

O ventum horribilem , atque peſtilentem. Significat poeta villam ſuam eſſe oppigneratam,ſiue pignori oppoſitam ob quindecim millia,&c.

Corpore oppoſito vim,ſcelus,& furorem aliquem à bonorum ceruicibus depellere.Cic.pro Domo ſua.

Fores oppoſitæ Horat.3. Carm.ode 26.

Humoris oppoſitis extrahere aliquê è turba. Horat.2.Serm.ſaty.5.

Nubes oppoſitæ.Ouid.10,Metam.

Oppoſitum & obiectum.Cic.pro Fonteio,Specula Pop.Romani ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.

Oppoſito dedecore,Oblato,ſiue obiecto. Cic.2.Tuſc. Id quod natura ipſa & quædam generoſa virtus ſtatim reſpuit,ne dolorem ſummum malum diceres , oppoſitóque dedecore ſententia depellerẽre, in eo magiſtra viræ philoſophia tot ſecula permanet.

Oppoſitus,huius oppoſitus,pen.corr, Verbale {ἀντίστασις.} Cic.pro Marcello,Non modò excubias & cuſtodias,ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus,& corporum pollicemur. Gell.lib.4.cap.5.

Oppoſitio, Aliud verbale {ἀντίθεσις.} Cic.1. de Inuent. Diſparatum autem eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, Sapere & non ſapere.

Opportunus,pen.prod.Adiect. {εὐκαιρος,κάθηκον} Quod pro deſiderio noſtro accidit. Ab ob & portus , quòd nauigantibus maximè vtiles, aptatíque ſint. Plaut.Epid.9, Nihil homini amico eſt opportuno amicius: Hoc eſt,Qui in tempore ſuccurrit.

Opportunus alicui vitio vel morbo, Procliuis,obnoxius. Plin.lib. 16 cap.40,Quædam enim in mari , quædam in terra vitiis opportuniora. Et lib.18.cap.7, Non alia de cauſa opportuniora morbis corpora exiſtunt.

Iniuriæ opportunus,Vide INIVRIA.

Opportunus hoſti.Salluſt.in Iugurtha.

Opportunus ad,Commodus, Idoneus. Terent.Eunuch.5.9,Ad omnia hæc magis opportunus,nec magis ex vſu tuo nemo eſt.

Ætas opportuniſſima.Cic.Trebatio,lib.7.7.

Claſſes opportuniſſimæ. Cic.2.Verr. Claſſes optimæ atque opportuniſſimæ cum magna ignominia Pop.Rom.amiſſæ & perditæ.

Latebra.Ouid.3.Meram.

Idoneum tempus & locus opportunus ad eam rem de qua narratur.Cic.1.de Inuent.

Seges opportuna pecori.Virg.4.Georg.

Tempus opportunum, Commodum, optatum, proprium. Cic.ad Cælium,lib 2.18, Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris,ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris.

Tempus actionis opportunum.Cic.1.Offic.

Vrbs opportuna,munita,propinqua, fortiſſimorum virorum,fideliſſimorum ciuium,atque optimorum.Cic.4.Philip.

Vtilitas opportuna.Lucret.lib.6.

¶Opportunus,Abſoluté. Cic.de Clar. Orat. Tantum dico, ſi mihi accidiſſet , vt numerarer in multis*ſi operoſa eſt concurſatio magis opportunorum.

¶Locorum opportuna.Tacit.lib.4.

Opportuniſſimus , Superlatiuum. vt Locus opportuniſſimus. Plinius lib.8,Ad hos proferẽdos & rẽpus,& locum opportuniſſimũ elegi. &c.

Vrbs opportuniſſima portu,Liu 6.bel.Pun.Potiemur præterea eum pulcherrima opulẽtiſſimáque vrbe, tum opportuniſſima portu egregio.Id eſt,vnde terra mariſque quæ belli vſus poſcunt,ſuppeditentur.

Opportunè,pen.prod.Aduerbium {ἐυκαίρως} Id eſt,loco & tempore,ſiue in loco & in tempore. Terent.Adelph.2. 4,

-opportunè:ipſum quærito. Idem And.3.4,Opportunè hic ſit mihi obuiam. Cic.pro Roſc.Amer.Tempus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem.

Opportunè facere.Cic.3.de Finib.
Opportunè nuntiis allatis.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Reddere opportunè alicui literas.Cic.Attic.lib.14.
Illud satis opportunè.Cic.ad Attic.lib.16.
Opportunè venire.Cic.1.de Nat.deor.
Accidere opportunius nihil potuit, teipsum cupio. Cicero Lentulo,lib.1.9.

Opportunitas,pen.corr. {ὀυκαιρία,καιρὸς} Commoditas,pro ratione loci,temporis & personarum. Cic.3.de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus ὀυκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur) sic recta effectio.
Consultrix & prouida vtilitatum, opportunitatúmque omnium natura Cic.2.de Nat.deor.
Opportunitas ætatis.Sallust.in Iugurtha.
Vsus opportunitate anuli Gyges, reginæ stuprum intulit. Cicero 3.Officior.
Opportunitates habilitatésque corporis.Cic.1.de Legibus.
Idonea opportunitas faciendi aliquid, aut non faciendi. Cicero 1. de Inuent.
Fluminum opportunitates.Cic.2.de Nat.deor.
Opportunitas loci.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Vtilitas & opportunitas membrorum. Cic.1.de Nat.deor. Ne hoc quidem vos mouet consyderantes quæ sit vtilitas, quæque opportunitas in homine membrorum,vt,&c.
Temporis.Cic.1.Offic.
Viæ,Facilitas.Plin.epist.24.lib.1.
¶Opportunitas & dignitas. Cic.Attic.lib.8, Si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem & dignitatem habet, & egregios ciues,&c.
Diuina.Cic.3.Philip.Præclara tum fuit Senatus in illo ipso die vespertina prouinciarum religiosa sortitio: diuina verò opportunitas, vt quæ cuique apta esset,ea cuique obueniret.
Maritima. Cic.Attico, lib.8, Fuga & maritima opportunitas visa quæri desperatione.
¶Adiuncta. Vide ADIVNGO.
Opportunitate aduenire,pro In tempore.Plaut.Epid.5.20.
Corrumpere opportunitatem, Vide CORRVMPO.
Habere opportunitatem ad negotium administrandum. Cic.1.de Inuent.
Loci opportunitatem sequi.Cic.1.Offic.
Opportunitatis est beatè viuere.Cic.3.de Finib.
¶Opportunitas, Vtilitas.Cic.de Amic. Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet,quantas vix queo dicere.
Vtilitas & opportunitas. Cic.5.Verr. Neminem vestrum præterit, Iudices, omnem vtilitatem opportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda Pop.Rom.adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximé.

Opprimo, opprimis, pen. corr. oppressi, oppressum {καταθλιπτω,θλίβω} opprimere,Premendo grauare & offendere.Cic.Qui homini tot miseriis calamitatibúsque oppresso subueniret. Dicitur & de rebus inanimatis:vt ex subiectis exemplis colligitur.
¶Opprimere os,Continere,Claudere.Terent.Phorm.5.8.
¶Opprimere, Conuincere, seu comprehendere. Terent. Andr.1.3, Conueniam Pamphilum,ne de hac re pater imprudentem opprimat.
¶Opprimi ære alieno. Cic.in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile scelleris fœdus asciuerit.
Fluctus opprimet hanc animam.Ouid.1.Trist.eleg 2.
Opprimere animos formidine.Cic.7.Verr. Quis dubitet quin seruorum animos summa formidine oppresserit?
Opprimere bellum exortum. Cic.1. de Diuinat. Quod paucis pòst mensibus exortum,pauciorbus à te est diebus oppressum.
Operire & opprimere contumeliis aliquem.Cic.6.Verr.
Obrui & opprimi criminibus & testibus.Cic.3.Verr.
Opprimere dictum suum,Mutare sententiam.Plaut.Merc.12.
Opprimitur dolor patientia. Cic.2.Tusc.Sed dolorem opprimi dico patientia:si modò est aliqua patientia.
Dolore opprimi.Cic.Sulpitio,lib.4.6.
Vnda flammas opprimit.Senec.Medea,12.
Conficere atque opprimere hostes.Cic.pro Fonteio.
Hostes parentis sui oppressit.Senec.Octauia,8.
Opprimere ignem.Liu.9.bel.Pun.
Opprimere improuiso. Cic.2. Offic. Quúmque tyrannum Nicoclem improuiso oppressisset, sexcentos exules qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi,restituit.
Improuiso tantus morbus hominem temperantem oppressit. Cic. Attico,lib.15.
Opprimere incautos Liu.6.bel.Pun.
Inuidia opprimi.Cic.in Catil.Fore vt eius socios inuidia oppressus, persequi non possem.
Iudicio opprimere.Cic.pro Quintio, Si id est defendere,cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius quem velit iniquo iudicio opprimere possit. Idem pro Cluent. Er est quisquam qui quum hæc cognouerit,suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum & circumuentum esse innocentem?
Iaculo oppressit leonem.Valer.3.Argon.
Mentionem aliquam opprimere.Liu.8.bel.Maced.
Plerosque nec-opinantes oppressimus, qui occisi captíque sunt. Cic.ad Catonem,lib.15 4.
Oppressit nox.Cic.de Senect. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum,quoties nox oppressit quum mane cœpisset?
Occasionem opprimere,Supprimere,tacere,celare.Plaut.Asin.7.
Onere opprimi, Vide ONVS.
Onere officij opprimi.Cic.pro Rosc.Amer.Id quod susceperi, quoad potero,perferã.quod si perferre non potero,opprimi me onere officij malo,quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere,aut propter animi infirmitatem deponere.
Orationem alicuius opprimere.Cic.2 de Finibus,Quæ iam oratio non à philosopho aliquo,sed à Censore opprimenda est.
Pede opprimere.Cato cap.46.
Penuria victus opprimit eum.Horat.1.Serm.saty.1.
Extinguere & opprimere potentiam alicuius.Cic.pro Rosc.Amer.
Remp.opprimere armis. Cic.ad Sulpit.lib.4.3, Quicunque postea Remp.oppressiffet armis,multò intolerabiliorem futurum.
Ruina opprimi.Cic.2.de Diuin.
Somnus oppressit eum. Terent.Eunuch.3.5, Interea somnus virginem opprimit.
Terra opprimi.Cic.2.de Diuin.
¶Opprimere, Præuenire, Præoccupare. Cic.ad Cassium,lib.15.16, Puto te iam suppudere,quum hæc te tertia iam epistola antè oppressit,quàm tu schedulam aut literam.
Opprimere aliquem consilio.Cic.1.Verr. Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruerter. Quod idem est acsi diceret,consiliis eius anteuertem,omnia prouidebo. Budæus.
¶Opprimere & abscondere.Cic.pro Rosc.Amer. Est quiddam quod occultatur: quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet.
¶Opprimere,pro Extundere,perunicere:Id est violenter impetrare,& violentis precibus. Plaut.Nam si vllo modo posset impetrari ne te abduceret,dedi operam:verùm oppressit.
¶Opprimi,Ex improuiso velut deprehendi. Cic.Attic.lib.12,Illud autem quod fore videO,ipsum volo vitare, ne illæ ad me veniant. Et vna est vitatio: & ego nollem: sed necesse est vt explores ad quam diẽ hîc ita possim esse,vt ne opprimar. id est, ne Publilia & mater veniant,quum de illarum aduentu nihil suspicer, Ibidem, Quum scribas videndum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profectionis diem non habere:putaui,&c. Ne opprimar,à Publilia & matre:siue subito & insperato Publiliæ aduentu.

Oppressus,Participium {καταθλιπτικὸς,βιαστὸς} vt
Oppressa metu ciuitas, Apud Liuium,4.bell.Pun.
Oppressus à prædonibus & captus est.Cic.7.Verr.
Oppressus est,non causa,sed tempore.Cic.pro Cluent.
Vinctus & oppressus catenis.Seneca Herc.fur.1.
Casu acerbo.Catull.ad Mallium,epigr.63.
Oppressus doloribus,Confractus. Cicero ad Dolabellam,lib.9.14, Quanquam erat oppressus totius corporis doloribus.
Oppressus vi.Cic.2.Offic.Sed iis qui oppressos imperio coërcent, sit sanè adhibenda fœuitia.
Repressum magna ex parte, non oppressum aliquem relinquere. Cic.pro Murena.
Oppressa amicitia. Cic.de Amicit. Quamobrem primùm est danda opera, ne qua amicorum diffidia fiant.
Arces.Lucan.lib.2.
Carmina oppressa silent.Lucret.lib.2.
Herba.Ouid.3.de Arte.
Iuuencus à lupo.Stat.8.Thebaid.
Memoria.Plin.iun.lib.9.epist. 18, Ne istam ipsam memoriam cui gratias ago, assiduitate, & copia turbem: oneratámque & quasi oppressam,cogam pluribus singula,posterioribus priora dimittere.
Pectus oppressum.Senec.Herc.fur.11.
Oppressa captáque Respublica.Cic.pro Domo sua.
Oppressus & afflictus Senatus.Cic.Post red.in Senatu.
Vita oppressa iacet Lucret.lib.1.

Oppressio,oppressionis,Verbale {καταθλιπτικὸς.} Terent.Adelph.2.2, Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet.
Curiæ oppressio.Cic.pro Domo sua.
Legum & libertatis interitus,eatúmque oppressio tetra & detestabilis.Cic.3.Offic.

Oppressiuncula,oppressiunculæ,penult.corr.Diminutiuum, apud Plautum legitur.

Oppressor,Aliud verbale,masc.gen. {καταθλιπτικὸς,} Brutus ad Ciceronem in Epistolis ad Brutum,16,Petitur vt vindices atque oppressores dominationis salui sint?

Opprobrium,opprobrij {ὄνειδος} Infamia,dedecus, quasi obiectum probrum.Plin.lib.18.cap.26,Dedecus enim habetur,opprobriúmque meritum,falcem ab illa volucre in vite deprehendi.
Æternum opprobrium.Horat.4.Carm.ode 12.
Aliena.Horat.1.Serm.saty.4.
Magnum.Horat.3.Carm.ode 24.
Turpe.Horat.1.Serm.saty.6.
Turpia linguæ.Claud.de bello Getico.
Dignus opprobriis.Horat.2.Serm.saty.1.
Fugere opprobria culpæ.Horat.1.epist.9.
Rustica fundere.Horat.2.epist.1.
Falsis morderi.Horat.1.epist.17.
Recantata.Horat.1.Carm.ode 16.
Esse opprobrio.Ouid.2.Tristium,
Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo.

Opprobro,opprobras,pen.corr. {ὀνειδίζω} opprobrâre, Significat probrum obiicere,inquit Festus. Plaut.Mostel.4, Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio opprobrarier? Gellius lib.17.cap.1, Vt vel hac ipsa re,quod ita licebat,opprobraret aduersariis.

Opprobratio, Verbale {ὀνείδισμα.} Gellius lib.12.cap.11, Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

Opprobramentum,opprobramenti {ὀνείδισμα} Antiquè pro opprobrio. Plaut.Merc.7,
Multo ædepol,siquid faciundum est damni,facere mauolo,
Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domi.

Oppugno,oppugnas {πολεμέω,πολιορκέω,προσβάλλω} oppugnâre, Significat contra pugnare,nocendi causa.Cic.ad Cælium,lib.2.9,Ibi quintum & vicesimum iam diem aggeribus,vineis,turribus oppugnabam oppidum

oppidum munitissimum Pindenissum.
Obsidere,oppugnare & labefactare aliquam vrbem. Cicero de Arusp.resp.
Vehementissimè oppugnare vrbem aliquam.Cic.pro Lege Man.
Vrbem oppugnat celsis molibus.Virg.5.Æneid.
Carinam fessam oppugnare.Ouid.11.Metam.
Sagittis oppugnare rates.Propert.lib.3.eleg 11.
Oppugnare aliquem,Omnibus technis adhibitis,vincere,siue impetrare dolo,aut etiam pecunia. Plaut.Epid.3,Tibi audẽdum est, fenem oppugnare certum est consilium. Cic.ad Lentulum,lib.1.7, Vt quos tu Reipub.causa læseras,parum te oppugnarent.
Propugnare pro aliquo,& Oppugnare aliquem,contraria.Cic.Antequam iret in exilium, Pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quenque oppugnare, nobis vtilissimum esse arbitraremur.
Oppugnare aliquem pecunia. Cic.ad Lentulum,lib.1.1,Hammonius regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Idem 2.Verr.Vrgebant comitia, & his ipsis oppugnabar grandi pecunia.
Oppugnare aliquem capite & fortunis. Metellus ad Ciceronem, lib.5.1, Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia,nec absentem ludibrio læsum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.
Oppugnare & repugnare. Cic.F.Metello,lib.5.2, Quare non ego oppugnaui fratrem tuum,sed fratri tuo repugnaui.
Clandestinis consiliis aliquem.Cic.in Orat.
Palàm aliquem.Cic.Qu.fratri,lib.2.8.
Defendere & probare rem aliquam, Oppugnare & euertere, contraria.Cic.2.de Orat. Carneadis verò vis incredibilis illa dicendi, & varietas perquàm optanda nobis,qui nullam vnquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit,quam non euerterit.
Oppugnare occultè rem aliquam. Cic.de Lege agraria, Quæ res apertè petebatur,ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
Oppugnare bona alicuius. Plaut.Persa,3.
Oppugnare verbis æquitatem.Cic.pro Cecinna, Tamen non probasse memini quod defendis, quia verbis oppugnare æquitatem videbatur.
Caput alterius.Cic.pro Quintio.
Oppugnare verbis commoda patriæ. Cic.1.de Inuent. Qui verò ita se armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm pro eis pugnare possit,is mihi vir,&c.
Oppugnare consilia alicuius.Plaut.Mostel.8.
Mens oppugnatur artibus innumeris.Ouid.2.de Remed.amor.
Oppugnare os alicui.Plaut.Casin.

Oppugnatus,pen.prod.Participium {πολεμηθεὶς.} vt
Roma oppugnata propriis triumphis.Propert.lib.2.eleg.16.

Oppugnatio,Verbale {πολέμησις.} Liu.4. ab Vrbe, Nec segnior oppugnatio est,quàm pugna fuerat.
Machinamenta,& astus oppugnationum.Tacit.lib.4.
Nocturnam oppugnationem audere.Tacit.lib.2.
Sustinere oppugnationem.Cæs.5.de bell.Gal.
Oppugnatio & gratia. Cic. ad Qu.fratrem, lib.2.9, Mihi cum sua sponte iucundum, tum iucundius quòd me absente (est enim ἀλληκτικὸν iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra erant Antij.

Oppugnator,pen.prod. {πολιορκητὴς} Verbale masc.Cic,pro Cornel.Balbo, Atque vtinam qui vbique sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatem venire: & contrà, oppugnatores Reip.de ciuitate exterminari.

Opputo,opputas,penult.corr. {καθάπτω} opputare, Idem quod Putare, aut circumputare, & de arboribus intelligitur. Plinius libro 17. capite 21,Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppuuire {πλάθειν} verbum obsoletum, Percutere est. Vnde oppuiua, verbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coercentur. Nonius.

OPS {βία} filia Cæli ex Vesta,& soror vxorque Saturni: quam, vt scribit Seruius, Græci Rheam vocant, ἀπὸ τοῦ ῥέω, id est fluo, quòd terra rebus omnibus affluat. Plautus Cistel.5, Itaque Ops opulenta illius auia.
Turrigera Ops.Ouid.2.Trist.
Ops soror Saturni,Oceani & Salaciæ filia.Cic.de Vniuers.
Ædes Opis.Cic.1.Philip.
Ops eadem est quæ & Cybele.Tibul.lib.1.eleg.4.

Ops, huius opis, Opem ferens dicitur. Actius, Quorum genitor fertur esse ops gẽtibus. Vnde Inops,& Inopiosus,quasi sine ope.Festus, Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, vt testimonio est ei contrarium Inops.
¶Opis {βοηθείας} opem.ab ope.Datiuus vix legitur. Id est potestatis & auxilij. Terent.Heaut.3,3,
-quid illum porrò credis facturum Chremę,
Nisi eum quantum di dant tibi opis, seruas,castigas,mones? Virg. 2.Æneidos,
-nec spes opis vlla dabatur. Id est auxilij,inquit Seruius.
Nihil opis in. Cic.de Senect.Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beatéque viuendum,iis omnis grauis est ætas.
Diues opis natura suæ.Horat.1.Serm.saty.2.
Expertes opis.Lucret.lib.5.
Indigus opis.Virg.2.Georg.
¶Admouere tardam opem.Ouid.1.de Remed.amor.
Afferre alicui.Ouid.8.Metam.
Auferre, Vide AVFERO.
Confugere ad alicuius.Cic.pro Fonteio.
Salutiferam dare,Ouid.epist.20.
Egere.Ouid.epist.20.
Opis egens,dixit Cic.lib.3.Tusc. Ex quodam poeta.
Omni ope atque opera eniti.Cic.ad Atticum,lib.14.
Summa ope niti, vel eniti: Id est omni virtute, omnibus viribus. Sallustius in Catil.
Non opis est nostræ Dido. Id est nostræ possibilitatis, inquit Seruius. Virgil.1.Æneid.
Opem alicuius expectare. Cic.ad Atticum,lib.9, Ab eo mihi literæ redditæ sunt ad VIII Cal.quibus iam opes meas,non vt in superioribus literis,opem expectat.
Expectare ab aliquo opem & ornamentum aliquod. Cic.in Pis.
Exposcere opem.Stat.10.Thebaid.
Ope consilióque tuo furtum factum est.Cic.3.de Nat.deor.
Diuina ope fefellit sua furta.Ouid.3.Fast.
Ferre opem,Ouid.2.Fast.
Ferre opem & salutem indigentibus.Cic.2.de Finib.
Abominandam alicui ferre, Vide ABOMINOR.
Tristem ferre.Ouid.epist.19.
Opis aliquid ferre.Cic.ad Sulpitium,lib.4.1, Profectò aliquid opis occidenti Reipublicæ tulissemus.
Fultus ope.Quintil.lib.6.cap.3.
Implorare opem alicuius.Ouid.8.Metam.
Indigere opis. Cic.1.Offic.Hoc maximè officij est, vt quisque maximè opis indigeat,ita ei potissimum opitulari.
Medica iuuare aliquem.Ouid.2.Amor.eleg.9.
Mulcere aliquem ope.Ouid.epist.6.
Negare opem alicui.Ouid.epist.3.
Orare.Ouid.epist.12.
Ad te confugimus,à te opem petimus.Cic.5.Tusc.
Petere opem lassis & dubiis rebus,Senec.Thyeste,8.
Poscere.Horat.2.epist.1.
Promittere.Ouid.5.Fast.
Reddere opem,& exoluere grates.Stat.5.sylu.5.
Reperire opem. Cels.in Proœmio lib.1, Quòd si iam incidat mali genus aliquod ignotum,non ideò tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris:sed protinus eum visurum,an morbo id proximum sit: tentatúmque remedia similia istis,quæ vicino malo sæpe succurrerint,& per eius similitudinem opem reperturum.
Nil opis superest.Ouid.6.Fast.
Tentare opem.Ouid.3.Fast.
Tribuere opem rebus confusis.Claud.de bel.Getico.
Sera ope fata vincere.Ouid.2.Metam.
Vti ope alicuius.Ouid.3.Fast.
¶Opem veteres etiam pro Opulentia dixere.Cic.lib.3.Tusc.
-ô Priami domus
Septum altisono cardine templum
Vidi ego te astantem ope barbarica. Ex quodam poeta.

Opes,opum,opibus,pluraliter tantum {πλοῦτος,δύναμις} Diuitiæ dicuntur.Cic.1.Offic.In quibus autem maior est animus,in his pecunię cupiditas spectat ad opes,& ad gratificãdi facultatẽ. Martial.lib.5.122, Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.
Diuitias,honores,opes in bonis numerare.Cic.5.de Finib.
Præditus magnis opibus homo.Cic.pro Cluent.
Superbi opibus.Virg.5.Æneid.
Magnas inter opes inops.Horat.3.Carm.ode 16.
Perosus opes.Ouid.11.Metam.
Propter opes & copias tolerabilis senectus.Cic.de Senect.
Cupido furiósa opum.Ouid.1.Fast.
Variarum opum diues.Virg.2.Georg.
Fames magnarum opum.Ouid,1.Fast.
Largitor opum.Stat.3.sylu.1.
Nimiarum opum potentiæ non ferendæ.Cic.3.Offic.
Vbertas opum.Silius lib.15.
¶Adoptiuæ opes arboris.Ouid.2.de Arte.
Auaræ.Claud.1.de raptu Proserp.
Beatæ.Stat.1.Sylu.5.
Festæ.Silius lib.7.
Fluxæ.Senec.Hippol.4.
Immensæ.Ouid.6.Metam.
Certæ, Vide CERTVS.
Indelibatæ.Ouid.1.Trist.eleg.4.
Opes integræ,& Opes acciſæ, vt contraria pronuntur. Horatius 2. Serm.saty.2.
Largæ, Vide LARGVS.
Laxæ, Vide LAXVS.
Modicæ.Ouid.3.Trist.eleg.7.
Priuatæ.Tacit.lib.2.
Sollicitæ.Horat.2.Serm.saty.6.Ab effectu, quia sollicitos faciunt.
Nimiæ.Tacit.in vita Agricolæ.
Sparsæ.Lucan.lib.3.
Speciosæ.Tacit.in vita Agricolæ.
Superbæ.Silius lib.17.
¶Absumptæ.Ouid.1.Amor.eleg.12.
Acquirere opes.Ouid.2.de Arte.de amne,
Nascitur exiguus,sed opes acquirit eundo.
Adolescunt, Vide ADOLEO.
Affectæ.Tacit.lib.18.
Affluere opibus.Cic.contra Rull.
Amittere opes malè.Ouid epist.21.
Atteuuarat opes voragine ventris.Ouid.8.Metam.
Augere opes, Vide AVGEO.
Comminuæ & depressæ, Vide COMMINVO.
Fundatas & optimè constitutas fortunæ suæ opes potestati regiæ committere.Cic.pro Rab.Posthumo.
Beatas componit opes nullo fine.Hoc est,accumulat. Senec.Herc. furente,3.
Concidêre opes, Vide CONCIDO,pen.corr.
Condere opes,Abscondere.Virg.2.Georg.
Congestæ.Ouid.4.Fast.
Conquirere opes quæstu meretricio, Vide CONQVIRO.

Consectari, Vide CONSECTOR.
Consequi honores & opes. Cic. de Clar. Orat.
Consumere alicuius. Ouid. 3. Fast.
Conualescunt opes, Vide CONVALEO.
Corruunt, Vide CORRVO.
Creuerunt. Ouid. 1 Fast.
Crescunt opes & hostium animi. Cic. pro Lege Manil.
Crescere in multas, Vide CRESCO.
Congestæ cumulantur. Claud. 1. in Ruffinum.
Deartuare, Vide DEARTVO.
Decedit hoc opibus, Vide DECEDO.
Detrahere alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Dilacerantur tuæ. Ouid. epist. 1.
Direptæ. Claud. 4. Paneg.
Largæ dabantur. Ouid. 3. de Arte.
Efferre opibus Rempublicam. Cic. Octauio.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Ouid. 1. Metam.
Emergere ad summas. Lucret. lib. 3.
Eruere opes & regnum alicuius. Virg. 2. Æneid.
Euertere. Virg. 2. Æneid.
Expectare opes, non opem alicuius. Cic. Attico, lib. 9.
Paruas exposcere. Ouid. 11. Metam.
Facere. Ouid. 2. de Arte.
Bene fundatæ. Ouid. 14. Metam.
Habere opes. Cic. 2. Offic.
Inclinantur opes ad, Vide INCLINO.
Inuentæ sanguine. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Lacerare alicuius. Ouid. epist. 3.
Ostentare. Virg. 4. Æneid.
Stultitiam patiuntur opes. Horat. lib. 1. epist. 19.
Perdere suas. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Pollens opibus. Lucret. lib. 1.
Possidere. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Potens opibus. Ouid. 4. Fast.
Contempras proculcar. Claud. de bello Getico.
Quærere malè. Ouid. epist. 21. Priuatas quærere. Horat. 1. epist. 3.
Miseras quærere corpore. Ouidius 1. Amorum, eleg. 10. De meretricibus.
Rapiuntur opes à victis. Lucan. lib. 7.
Recondere. Ouid. 1. de Arte.
Refrænare & coercere omnium opibus iuuentutem. Cicero 2. de Diuinat.
Regere. Ouid. 14. Metam.
Miseras opes sollicitare. Martial. lib. 1. epigram. 4. ad Domitianum quòd delatores expulisset,
Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, &c. Id est, opes miserorum ciuium.
Tueri opes. Ouid. epist. 15.
¶Opes, pro Auxilio. Virg. 12. Æneidos,
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Eueniunt. Id est, auxiliis & viribus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1, Nunc quoniam ita accidit vt neque Prætores suis opibus, neque nos nostro studio quicquam proficere possimus, &c.
Infirmæ & tenues ad gratiam referendam sunt sæpe singulorum opes. Cic. Antequam iret in exilium.
Tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quintio.
Allicere opes, Vide ALLICIO.
Circumueniri & vrgeri potentis alicuius opibus. Cic. 2. Offic.
Confirmare opibus & copiis potestatem quandam. Cic. 2. de Lege agraria.
Vi summa opum euertere aliquid. Virg. 9. Æneid.
Expectare alterius opes, miserrimum est. Cic. pro Quintio.
Fractæ. Virg. 3. Æneid.
Iuuare aliquem opibus. Virg. 1. Æneid.
Firmissimis opibus contra scelus inimicorum aliquem munire. Cic. de Prouinc. Consul.
Nixum firmioribus opibus auxilium. Cic. Antequam iret in exil.
Obsidere opibus Italiam. Cic. 2. de Lege agrar.
Contra tantas opes non pugnandum. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Viribus atque opibus omnibus repugnare alicui. Cic. 3. Tusc.
Opibus hominum septus & munitus. Cic. 1. de Finib.
Euertere opes alicuius. Cic. 2. de Lege agrar.

Opifer, pen. corr. opifera, opiferum {βοηθὸων} Opem ferens. Plin. lib. 11. cap. 37, Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde opiferæ dicere.
Deus opifer, Æsculapius. Ouid. 15. Metam.

Opulentus, Adiectiuum {πλούσιος} Diues, & opibus abundans, quasi diuitiarum plenus. Cic. de Amicit. Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quàm viri, & inopes quàm opulenti, &c.
Opulentus, ab ope, cui eæ opimæ. Varr. de Ling. Lat.
Opulenti (inquit Festus) dicuntur rebus terrestribus copiosi.
Opulentus & fortunatus. Cic. 2. Offic. Videndúmque illud est, quod si opulétum fortunatúmque defenderis, in vno illo, aut forte in liberis eius manet gratia.
Opulentus auro. Plaut. Epid. 5.
Pecuniæ opulentus. Tacit. lib. 18.
Thesauris Arabum opulentior. Horat. 3. Carm. ode 24.
¶Opulentissima ciuitas. Cic. 3. de Nat. deor.
Copia. Horat. 1. Carm. ode 17.
Mens opulentior auro. Ouid. ad Pisonem.
Opulentum opsonium. Plaut. Bacchid. 1.
Regia. Catul. Argon. epigr. 59.
Templum donis. Virg. 1. Æneid.

Vrbs opulentissima. Catul. in Iolium Cæsarem, epigr. 23.
Rex Asiæ opulentissimus Crœsus. Cic. 2. de Diuinat.
Sardanapalus rex Syriæ opulentissimus. Cic. 5. Tusc.

Opulentia, opulentiæ {πλοῦτος.} Plin. lib. 17. cap. 1, Tam recens est opulentia. Sic Sallust. in Cic. Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium parauerit?
Diuitis Crœsi opulentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Longa opulentia clarus. Tacit. lib. 14.
Spectata. Tacit. lib. 18.
Deest opulentia nobis. Virg. 7. Æneid.

Opulentitas, pen. corr. opulentitatis, Idem {πλουτότης.} Plaut. Milit. 16, Quasique eius opulentitatem reuerearis. Cæcil. Plocio, Opulentitate nostra sibi iniuriam faciam. Nonius.

Opulenter, Aduerbium {πλουσίως} Cum opulentia. Liu. 1. ab Vrbe, Ludos opulentius instructiúsque quàm priores reges, fecit.

Opulento, opulentas {πλουτίζω} opulentare, Opulentum facere. Colum. lib. 8. cap. 1, Quum & auium stercore macerrimis vincis, & omni furculo atque aruo medeantur, & eisdem familiarem focum mensámque pretiosis dapibus opulentent.
Opulentare herum baccis oliuæ. Horat. lib. 1. epist. 17.

Opulesco, opulescis, opulescere, Opulentum fieri. Furius Antias apud Gellium lib. 18. cap. 11,
Quo magis in patriis possint opulescere campis. Vide Nonium.

Opsianus lapis. Arrian. περὶ ὃς ἐν βάθει πεζομαχίαι διέξεισιν ὁ ὑψαυὸς λίθος. Huius fit mentio in Pandectis. & quanquam à plerisque vt mendosum muterur, optima tamen est lectio Florentina, cum scriptore Græco consentiens. Turnebus.

Opsonium, huius opsonij {ὄψον, ὀψάριον} Dicitur quicquid vltra panem & vinum in cibo adiicitur. Plautus Aulul. Dat coquos cum opsonio. Plinius libro 18. cap. 12, Panis ipsius varia genera prosequi superuacuum videtur: alias ab opsoniis appellati, vt ostreatij. Græci ἐκτροπαζόμενα (inquit Bayfius) vocant opsonia mensis imposita.
Opulentum opsonium, Vide Opulentus, in OPS.
Raucidula fiunt opsonia. Iuuen. Saty. 11.
Captare. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Omnia conductis coemens opsonia nummis. Id est ad fœnus acceptis. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Austri coquunt opsonia. Hoc est corrumpunt & putrefaciunt. Horat. 2. Serm. saty. 2.
¶Opsonium, videtur Terentius more Attico de piscibus intellexisse, quum dixit,
Conuertam me domum cum opsonio. Nam ab Atticis ὄψον sic vsurpatur: atque infrà Syrus hoc explicans, ait se nactum pisces ex sententia. Turneb.

Opsono, opsonas, pen. prod. {ὀψωνέω, ὀψοποιῶμαι} opsonâre: & Opsonor, opsonaris, opsonari, Deponens, Emere seu præparare res necessarias ad opsonandum (hoc est aliquid cum pane comedendum) seu coniuandum. Terent. Adelph. 5. 9, Et quidem porrò hęc, opsonare, cum fide scortum adducere. Idem Andria, 2. 6, Vix inquit drachmis opsonatus est decem.
Opsonare, Facere sumptum pro opsonio comparando. Plautus Bacch. 1, -tu facito opulentum opsonium:
Ego opsonabo.
Nimium opsonauit, Vide NIMIS.
Opsonare opsonium. Plaut. Stich. 7.
Opsonare prandium. Plaut. Pœnul. 19.
Cœnæ opsonaui, Plautus.
Famem opsonare ambulando. Cic. 5. Tusculana, Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo quare id faceret, respondisse se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.

Opsonito, opsonitas, pen. corr. {ὀψωνέω} opsonitâre, Frequentatiuum, Sæpe opsonare. Næuius, Multi mecum eo die opsonitauere.

Opsonatus, huius opsonatus, pen. prod. {ὀψώνησις.} Plaut. Trucul. Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, præterea vnam in opsonatum.

Opsonator, pen. prod. opsonatoris {ὀψώνης} Qui emit opsonia, & coquo ad coquendum tradit. Plaut. Milit. 10, Vel primarij parasitum, atque opsonatorem optimum. Bayfius, Qui opsoniis comparãdis præerat, dicebatur opsonator: vt est apud Marcellum in l. Legatis seruis. D. De legatis tertio. Græci illũ ἀγορανόμον vocant, authore Athenæo. Quin & opsonator: Græcum vocabulum videri potest, quasi ὀψοπώλης, Id est opsonij emptor: qui & ὀψώνης dicitur.
De opsonatore confecit epigramma Martialis lib. 14. 219.

Opsopœus {ὀψοποιὸς} Concinnator opsoniorum, Id est coquus.

Opsophagus {ὀψοφάγος} Apicii cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo interuallo superauit.

Opticus, a, um, pen. corr. {ὀπτικὸς} Idem quod Visiuus, siue perspectiuus. Vnde nerui optici à Medicis dicuntur, per quos spiritus visuus defertur in pupillam. Hinc etiam pars Geometriæ dicitur Optice, id est perspectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit cur visiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.

Optimas, Optime, Optimus, Vide BONVS.

Optio, Vide OPTO.

Opto, optas {ἕλομαι} optâre, Cupere, desyderare. Ab ope petenda, vt ait Sipontinus, Terent. Heaut. 4. 5, Optabit rursum vt abeat ab se filius. Cic. Sulpit. lib. 4. 1, Itaque mihi venire in mentem nil potest nõ modò quid sperem, sed vix iam quid audeam optare.
Nihil est mali, nihil sceleris quod illa non ab initio filio voluerit, optarit, cogitauerit, effecerit. Cic. pro Cluentio.
Optare & expetere aliquam fortunam. Cic. in Pisonem.
Fructum otij cupere & optare. Cic. 1. de Orat.
Furorem & insaniam quibusdam. Cic. in Pisonem.
Mortem miserrimus opto. Virg. 2. Æneid.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Horat. 1. epist. 14.

Prouerbium

Prouerbium conuenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem sibi accommodatam fastidiunt: alienam, & ad quam inepti sunt, expetunt. Cic. ad Attic. lib. 5, Clitellæ boui sunt impositæ. planè nõ est nostrum onus. sed feremus. modò, si me amas, sim annuus. Ex Lambino.
¶Optare, Eligere vnum è duobus, vt ait Donatus. Terentius Andria, 4. 6,
Quæ se inhonestè optauit parare hîc diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere, Hoc est, *melius amauit*, vt loquuntur barbari. Virgilius 1. Æneid. Optauíque locum tectis.
¶Optare, Precibus postulare. Terent. Eunuch. 5. 9, Quod vis donum & præmium à me optato: id optatum feres. Virg. 7. Æneid. Et reor, & liquid veri mens augurat, opto.
A diis immortalibus optare vt aliquid fiat. Cic. 2. in Catil.
De aliquo aliquid expetere, optare, & deprecari. Cic. in Pison.
Sapientius optare. Ouid. 2. Metam.
Stultè optare aliquid. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.

Optans, Participium {ἐξαρώμενος.} Cic. 1. de Orat. Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, vt in istum sermonem delaberemini.

Optandus, Participium {εὐκτέος.} vt Fortuna optanda & expetenda. Cic. in Pison.

Optatus, pen. prod. Aliud participium {ἐξαρής.} Plaut. Aulul. 11,
Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes,
Date viam. Optati hîc sunt vocati & implorati. Turneb.

Optatus, Nomen ex participio {εὐκτός.} Cic. ad Lent. lib. 1. 5, Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm vt primùm abs te ipso, deinde à cæteris omnibus, quàm gratissimus erga te esse cognoscerer.
Arena optata potiuntur Troes. Virg. 1. Æneid.
Auræ optatæ crebrescunt. Virg. 3. Æneid.
Dies optata parentibus instat. Ouid. epist. 20.
Epulæ. Horat. 4. Carm. ode 8.
Vale mi optime, ac optatissime frater. Cic. Quint. frat. lib. 2. 9.
Honor. Virg. 5. Æneid.
Luce frui. Virg. 4. Æneid.
Metam optatam cursu contingere. Horat. de Arte.
Optatissimus nuntius. Cic. 14. Philip. Post hanc habitam concionem duabus tribúsve horis optatissimi nuntij & literæ venerunt.
Grati & optati afferuntur rumores, de fratre meo. Cic. F. Tironi, libro 16. 21.
Tempus optatum. Catul. Argon. epigr. 59.
Quid optatius. Cic. 4. de Finibus, Quid mihi potest esse optatius, quàm cum Catone omnium virtutum authore, de virtutibus disputare?
Optatissimum sibi putant, &c. Cic. pro Rosc. Amer. Nonne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire?
¶Optatum, pen. prod. Substant. Cic. in Pison. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.
Furiosorum optata. Cic. 1. de Lege agrar.
Abominanda optata, Vide ABOMINOR.
Accidere præter optatum, Vide ACCIDO.
Euenium. Ouid. 6. Metam.
Optata loqui. Terent. Heaut. 3. 3,
-pro Menedemo nunc tibi respondeo,
Non emo. quid ais? 8. optata loquere. Vbi interpres, Ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is aduersatur in consilio in re peragenda.
Respondet optatis meis fortuna. Cic. Curioni, lib. 2. 1.
In optatis est complecti hominem. Cic. Cælio, lib. 2. 12.

Optato, pen. prod. Aduerbij vicem obtinet {εὐκταίως} Quasi cum desyderio. Terent. And. 3. 3, Optato aduenis. Quasi dicat, gratus & desyderatus. Cic. ad Attic. lib. 13. 283, Nisi quid te aliud impediet, mihi optato veneris.
Optato venire. Cic. Attic. lib. 13.

Optatio, Verbale {εὐχή.} Cic. 3. Offic. Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij. Id est optiones. Nec desunt qui optiones legant. Idem 3. de Orat.

Optabilis, & hoc optabile, pen. corr. {εὐκτὸς, ἐπιθυμητός} Quod optari debeat. Cic. 1. de Finib. Itaque ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimum afferat.
Ibidem, lib. 2, Voluptatem non optabiliorem diuturnitate facit?
Pax optabilis. Cic. 7. Philip.
Expetendum & optabile. Cic. 1. de Orat. Quæ vulgò expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat.
Optabilis, & iucundus. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12, Quæ etsi nobis optabiles in experiẽdo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ.
Solamen. Sil. lib. 13.
Tempus. Ouid. 9. Metam.

Optabiliter, pen. corr. Aduerbium {εὐκτῶς.} Cic. 1. Tusc. Pro dij immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura fit! Correctiora exemplaria sine OBTABILITER legunt.

Opito, optionis, Electio {ἕλεσις.} Plaut. Casin. 7, Optio hæc tua est, vtram harum vis conditionem, accipe.
Deferre optionem. Cic. ad Attic. 4.
Facere optionem, & Permittere optionem. Cic. 1. Verr. Quoties ille tibi potestatem optionémque factus sit, vt eligas vtrum velis factum esse, nécne. Quintil. lib. 5. Budæus.
Dare optionem. Cic. de Clar. Orat. Quandò autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum?
Optio est. Cic. 1. de Finib. Nam libero tempore quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit quominus id quod, &c.
Si optio esset. Cic 5. de Finib. Ille Metelli vitam negat beatiorem quàm Reguli, præponendam tamen, nec magis expetendam, sed magis sumendam: & si optio esset, eligendã Metelli, Reguli reiiciendam.

Optio sit tua, Elige vt voles. Cic. de Fato, Hodie vtro frui malis, optio sit tua.
¶Optio, masc. gen. Festus, Optio est optatio. Sed in re militari Optio appellatur is quẽ Decurio aut Centurio optat sibi rerũ priuatarum ministrum, quo facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quem velint, Centurionibus permissum est, nomen ex facto fortitus est. Plaut. Asin. 3,
Tibi optionem sumito Leonidam.
Fabricare quiduis, quiduis comminiscere.
Perficito argentum hodie vt habeat filius,
Amicæ quod det. Optionem pro adiutore & vicario quasique collega adoptato posuit. Vide Budæum in annotat. posterior.
Optio, à Varrone, Nonio, Vegetio & Plauto in eum sensum accipitur, vt sit miles qui ægros antecedat, tanquam eorum vicem, si vsus venerit, gerere sit paratus. Priscis accensus dicebatur. Quod & ad alia transferri potest, vt apud Callistratum in l. vlcim. de Iure immu. Quamobrem etiam eum qui in palatina militia idipsum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici optionem. Malè scribit Accursius eos nuncupari Optiones, qui publica exigebant. Alciatus.
Optio fabricæ, apud Iurisconsultos esse videtur, qui Imperatoriæ fabricæ, à qua Fabricẽnses vocantur, aut fabricis legionum scutariis & loricariis custos præest, vt & custos carceris à Prudentio manceps carceris, & à Diuo Ambrosio optio carceris appellatur. Sic enim scribit, Neque Paulus & Silas tempus distulerũt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Turneb.

Optiuus, penult. prod. {εἰσαγωγὸς} Adiect. Id est, quod ipse optauerit, atque elegerit.
Cognomen optiuum. Horat. 2. epist. 2.

Opulentus, Vide Opes in OPS.

Opulesco. Vide in OPS, huius opis.

Opulus. pen. corr. fœm. gen. Arbor. Colum. lib. 5. cap. 6. Ruellius, Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea, *obiecrus* vel *opiecrus* apud nos ruri dicitur: vlmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus ferè vitigineis, baccis racematim dependentibus.

Opuntia, opuntiæ, Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 17, Item circa Opuntem opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirúmque è folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci.

OPVS, Opuntis {ὀπούς.} Ciuitas in Locris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 15,
Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit. Hinc
Opuntius, Adiectiuum {ὀπούντιος.} vt Sinus Opuntius in Ægeo. Opuntij, Populi Phocensibus Bœotiis finitimi fuere. Dicimus etiam Opoës, vt notat interpres Pomponij Melæ. Vadianus.

Opus, operis, pen. corr. neut. gen. {ἔργον, πόνημα, διάθεσις, πραγμάτεια.} Valla, Opus est finis, fructúsque operæ. Vnde opera authorum dicuntur, & Opera publica, ipsa publica ædificia.
¶Nonnunquã videtur opus pro opera accipi. vt Virg. 8. Æneidos, Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. quasi ad operas. Sed (vt videre videor) quoties non ad laborem corporis, sed laborem animi, & artem industriámque respicimus, magis opus quàm opera dicendum est, vt In opere rustico, In opere faciendo, In opere fabrili, In opere textorio. Seruius, Hoc opus & hæc opera dicimus, quando negotium ipsum significamus quod geritur. Si autem fœminino genere diximus operas, ipsas personas quæ aliquid faciunt. Verunque autem horum nominum in eodem potuit loco Terent. Heaut. 1. 1, Quod in opere faciendo, operæ consumis tuæ:
Si sumas in illis exercendis, plus agas. Hactenus Valla, lib. 4.
¶Opus, pro Labore. Virg. 8. Æneidos,
-sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus. Id est laborem belli.
¶Opus, Officium. Virg. 10. Æneidos,
-sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Seruius.
¶Admonitor operum Lucifer. Ouid. 4. Metam.
Comites operis. Ouid. 3. Metam.
Contextus operis. Tacit. lib. 18.
Publicorum operum depopulatio. Cic. 2. Ver.
Dies fœlices operum. Virg. 1. Georg.
Dux operis. Ouid. 4. Fast.
Immunes operum. Ouid. 4. Metam.
Labor. Virg. 2. Georg.
Mirator. Stat. 3. Sylu. 2.
Artis præcipuæ opus. Ouid. 1. de Arte.
Participes. Ouid. 3. Metam.
Pariens operum iuuentus. Virg. 2. Georg.
Populator operis nostri. Ouid. 12. Metam.
Prudentia maior operum. Ouid. 2. de Arte.
Quies operum. Virg. 4. Georg.
Socius operum. Stat. 3. Sylu. 2.
Spiritus operis huius, atque animus est in affectibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Structura. Lucan. lib. 6.
Vacuus. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Vitium operis. Cic. in Top. Non eius vitio qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis vitio, quod ita ædificatum est, vt suspendi non possit.
¶Opus otij, & muus solitudinis. Cic. 3. Offic. Africanus maiorem laudem meo iudicio assequebatur: nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus otij, nullum solitudinis munus extat.
¶Acutum opus, Ingeniosum. Claud. 1. in Eutrop.
Admirabile. Ouid. 6. Metam.
Arduum, Vide ARDVVS.
Artificiosum & diuinum. Cic. 2. de Nat. deor.
Breue. Ouid. epist. 21.

Clatum.Ouid.3.de Arte. De Æneide Virgilij.
Cælatum.Virg.3.eglog.
Coronarium, Vide CORONA.
Destinatum.Quintil.lib.2.cap.10.
Dulce.Ouid.2.de Arte.
Durum.Lucret.lib.5.
Elaboratum.Cic.6.Verr.
Elaboratum opus dicendi, Vide DICO, dicis.
Elegans.Cic.6.Verr.
Futtiuum.Ouid.2.de Arte.
Gratum agricolis.Virg.1.Æneid.
Immensum.Lucan.lib.1.
Immortalia, Vide IMMORTALIS.
Infaustum.Quintil.in Procem.lib.6.
Infecta, Vide INFECTVS.
Infinitum.Quintil.Tryphoni,2.
Inimitabilia.Quintil.lib.2.cap.16.
Institutum.Quintil.Tryphoni,2.
Interrupta.Virg.4.Æneid.
Intextum tribus tauris.Virg.10.Æneid.de clypeo.
Iuuenile palæstræ.Ouid.6.Metam.
Laboriosum, Vide LABOR, laboris.
Laudabile.Lucret.lib.5.
Lauta, Vide LAVTVS.
Longum.Horat.de Arte.
Magnifica & præclara.Cic.1.de Nat.deor.
Magnum, Vide MAGNVS.
Magnum & arduum.Cic.in Orat.
Magnum & difficile.Cic.3.Tusc.
Magnum quoddam, atque haud sciam an de humanis operibus longè maximum.Cic.2,de Orat.
Menstruum, Vide MENSIS.
Minutissima Geometriæ.Quintil.lib.1.cap.12.
Mirabile.Ouid.8.Metam.
Mortale, Vide Mortalis, in MORS.
Nouitium, Vide NOVVS.
Numerosius. Quintil.lib.5.cap.10, Vulgóque paulò numerosius opus dicitur argumentosum. De multiplici argumenti significatione. Vide interpretationem in Argumentosus.
Obscœnum.Ouid.3.Amor.eleg.13.
Perfectum, elegans & elaboratum.Cic.6.Verr.
Pistorium, Vide PINSO.
Plenum periculosæ aleæ.Horat.2.Carm.ode 1.
Præclarum opus est, docere, instituere adolescentes, & ad omne munus officij instruere.Cic.de Senect.
Recisum, Vide RECIDO, recidis, pen.prod.
Rigens à summis ad ima.Quintil.lib.2.cap.13.
Sculptile.Ouid.4.de Pont.eleg.9.
Solenne, & vtile famæ.Horat.1.epist.19.
Spectabile.Valer.1.Argon.
Triste.Valer.2.Argon.
Tumultuarium.Quintil.lib.7.cap.4.
Vetustum.Ouid.3.Fast.
¶Accelerare opus, Vide ACCELERO.
Accessit operi extrema manus, In AGGEDO.
Accingere operi, Vide ACCINGO.
Addicere opus, In ADDICO.
Adest opus.Plaut.Amphit.4.
Aggredi, Vide AGGREDIOR.
Omni opere annixi.Plin.lib.7.cap.53.
Fac opus appareat.Cic.Tironi,lib.16.18.
Approbare, Vide APPROBO.
Approperare, Vide APPROPERO.
Augere opus per scelus.Ouid.2.Fast.12.
Inter opus cantat, Vide INTER.
Carpere aliquod.Ouid.6.Metam.
Multorum dierũ opus & magnum conamur propter altitudinem maris.Cic.Attic.lib.9.
Construere.Claud.1.de raptu Proserp.
Suum quisque opus à vulgo consyderari vult.Cic.1.Offic.
Continuare aliquod opus diem & noctem, Vide CONTINVO.
Certatim ad opus currere, Vide Certatim, in CERTO.
Neglectum deponere.Claud.in Præf.lib.2.de raptu Proserp.
Differre.Ouid.1.de Arte.
Efficere.Quintil.lib.2.cap.17.
Euertere.Quintil.lib.2.cap.17.
Exigere opus, Perficere.Ouid.14 Metam.
Auarius opus exigere, Vide AVARVS.
Tectorio opere exornare sepulchrum.Cic.2.de Legib.
Explere alicuius.Ouid.3.Metam.
Extruere molem opere magnifico.Cic.14.Philip.
Opus facere.Terent.Eunuch.2.1.
Opere aut manu factum nihil est, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas.Cic.pro Marcello.
In opere faciundo, Vide IN præpositionem.
Feruet opus.Virg.4.Georg.
Latè fusum opus est,& multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam erunt dicta omnia.Quintil.lib.2.cap.13.
Habere magnum opus in manibus.Cic.1.Acad.
Impedire opus alicui.Ouid.8.Metam.
Inchoare.Stat.6.Thebaid.
Instare operi.Virg.1.Æneid.
Instituere, Vide INSTITVO.
Intermittere, Vide INTERMITTO.
Lærari suis præclaris operibus.Cic.Lent.lib.1.7.
Liberare opere, Vide Libero, in LIBER, liberi.
Limare aliquod politius, Vide LIMA.

Locatur opus, Vide Loco, locas in LOCVS.
Manſurum superstes post mea fata.Ouid.3.Amor.eleg.14.
Moliri opera, Vide MOLIOR.
Mouere opus.Virg.7.Æneid.
Opus πλωτὸν efficere & nauare, Vide NAVO.
Mercedem operis negare.Ouid.11.Metam.
Obire rusticum, Vide OBEO.
Parrare opera, In PATRO.
Pendent opera interrupta.Virg.4.Æneid.
Peragere.Ouid.2.de Arte.
Procedit.Quintil.in Procœmio lib.4.
Referre in apertum aliquod opus.Cic.in Parad.
Incœptum dextra reliquit opus.Ouid.2.de Arte.
Repetere,& omittere.Horat.1.epist.6.
Propositum repetemus.Ouid.3.Metam.
Operibus & munitionibus vrbem aliquam sepire.Cic.13.Philip.
Sistere.Ouid.3.Metam.
Soluti operum famuli.Horat.3.Carm.ode 17.
Moles operum subuertere.Ouid.6.Fast.
Tendere opus vltra legem.Horat.2.Serm.satyr.1.
Tractare commodè opus.Quintil.lib.1.cap.9.
Legitima tractare. Cic.de Claris Orat. Is princeps ex Latinis illa oratorum propria & quasi legitima opera tractauit.
Noctes vigiles transmittere operi, Totas noctes inuigilare operi, aut insomnes ducere noctes propter opus.Stat.3.Thebaid.
Dispositum turbare.Claud.4.Paneg.
¶Vrbis opus, pro Naue ita magna vt vrbem putares. Virgil.5.Æneid.Seruius.
Opus,pro Artificio. Cic.6.Verr.In hoc fano loricas, galeasque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriásque grandes simili in genere atque eadem arte profectas. Ibidem,Opere antiquo & summa arte perfectæ.
Mirabili opere perfectum candelabrum.Cic.6.Verr.
Pingere operibus magnificis stragulum.Cic.5.Tusc.
Minervæ operum haud ignara,Id est docta artis lanificiæ.Virgil.5.Æneid.
¶Opus,Indeclinabile adiectiuum,etiam pro Necesse, siue necessario accipitur:vt Opus est festum quiescere, Id est necesse est.
Opus esse,& Necesse esse, videntur aliquantulum inter se differre. Cic.ad Lentulum,lib.1.9,Legem curiatam Consuli ferre opus esse,necesse non esse.
Opus est.Terent.Phorm.4.5,Vt cautus est,vbi nihil opus est. Cic.2.de Finib.Bonum ipsum etiam quid esset fortasse,si opus fuisset,definisses.
Opus est & conuenit. Author ad Heren.lib.4, Tacito quum opus est,clamas:quum tibi loqui conuenit,obmutescis.
Oportet & opus est hoc fieri.Cic.Attic.lib.13.
Obsignant ex tempore quod opus sit Græci.Cic.pro Flacco.
Quandiu ei opus fuerit,vixit. Seruius Cic.lib.4.5.
Opus est dicere.Quintil.lib.8.cap.3.
Opus est nihil deesse.Cic.de Amicit. Atque haud scio, anne opus sit quidem nihil vnquam omnino deesse amicis.
¶Dux & author opus est, & similia, cum nominatiuo, Idem quod Necessarius. Cic.ad Curion.lib.2.5,Dux nobis & author opus est, & eorum ventorum quos proposui moderator quidam, & quasi gubernator, Idem 3.Verr.Multa sibi opus esse,multa canibus suis.
Materies opus est,vt crescãt postera secla. Lucret.lib.3. Sic idem, lib.2,opus esse colores,in nominatiuo dixit.
Sumptu ne parcas vlla in re quod ad valetudinem opus sit. Cicero Tironi,lib.16.6.
Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuerunt,vt quæ Reipub.&c. Plancus Senat.lib.10.8.
Opus est lectionis. Quintil.lib.12.cap.3.Castigatiores codices habent lectione.
Opus est cibum puero. Plaut.Trucul.19. Cic.ad Attic.lib.15, Equidem video mihi quoque opus esse viatico: sed id ex prædiis, vt cadet,ita soluetur.
Opus est cibo,& aliis.Plaut.Trucul.19,Nunc opus est carbonibus, fascijs:opus est puluinis.
Quibuscunque rebus opus esse intelligam, saluti tuæ præsto ero. Cic.Planc.lib.4.14.
Auxilio scis opus esse tuo.Ouid.4.de Pont.eleg.3.
Expedito nobis homine & parato opus est. Cic.11.Philip.
Verbis quid opus est, vbi rerum testimonia adsint? Cic.in Sallust.
Opus est conuento.Plaut.Curcul.7.
Opus est exquisito.Plaut.Amphit.7.
Opus est facto.Terent.And.3.2,Non imperabæ coràm quid opus facto esset puerperæ. Idem Heaut.1.1, Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto,face.
Opus est maturato. Liuius, Sed maturato opus est quicquid placuerit.
Opus est parato.Terent.And.3.2.
Opus est properato. Cic.pro Milone, Primum erat nihil cur properato opus esset.
Quæsito.Cic.in Parad.
Opus est viso & canto.Plaut.Capt.5.
Opus est ad.Cic.ad Appium Pulchrum,libro 3.3,Præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam.
Aliquid opus esse nobis ab aliquo.Cæsar 1.bel.Gal.
Opus est vsui in. Cato cap.13,In torcularium vsui quod opus siet.
Opus est vt. Plaut. Truculen.10, Nunc tibi opus ægram vt te assimules.
Opus sunt milites,pro Opus est militibus. Terent.Heaut.4.8,
-vt quum desponderim,
Des qui aurum ac vestem atque alia, quæ opus sunt. Hoc est necessaria.

Opus

Opus habeo.Colum.lib.9.cap.1.
¶Opere magno orare,pro Magnopere. Plaut.Casin.2.
Opere maximo,pro Maximopere.Terent.Eunuch.3.3,
-Thais maximo
Te orabat opere vt eras redires.
Nimio opere delectare. Cic.6.Verr.Deinde hic ornatus, hæc opera.hæc artificia, signa, tabulæ pictæ Græcos homines nimio opere delectant.
Opere tanto, pro Tantopere. Plaut.Epid.14, Quid isti oratis opere tanto?
Opusculum, opuscŭli, pen.corr.Diminut. {πονημάτιον.} Cic.1.de Legib. Sed tamen nonnulli Tite faciunt imperitè,qui in isto opusculo, non vt à poeta, sed vt à teste veritatem exigant. Idem 4.Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.
Lucubratum.Cic.in Parad.

O R

Ora,oræ {πέρας,ἄκρα τε} Extremitas cuiusque rei. Virgil.9.Æneid. Et mecum ingentes oras euoluite belli. Vbi Seruius,Narrate non tantùm initia, sed etiam extrema bellorum. Nam oræ sunt extremitates.
¶Oræ {περίστοιχα} Vestimentorum extremæ partes,inquit Festus.
Oræ,poculorum.Lucret.lib.4.
Oræ,alueariorum.Virg.4.Georgicorum,
Spiramenta linunt,fucóque & floribus oras
Explent. De apibus.
¶Oræ,Regionum terrarúmque fines, & maritimæ ipsæ regiones. Virg.1.Æneidos,
Arma virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris,&c. Cic.ad Cassium,lib.12.5,A prima enim ora Græciæ vsque ad Ægyptum,optimorum ciuium imperiis muniti erimus & copiis.
Orarum& litorum amœnitates. Cic.2.de Nat.deor.
Terrarum oras destinet mare.Lucret.lib.5.
Sine ora & extremitate regio. Cic.2.de Finib. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitásque regiones,quarum nulla esset ora,nulla extremitas, mente peragrauisset.
Plinius quum oram dicit, fere semper regionem litoralem appellat,apud quem velut peculiaris est talis locutio,In ora sunt ciuitates, & oppida oræ proxima.
Illætabilis.Virg 3.Æneid.
Inuia.Ouid.14.Metam.
Latens.Horat.1.Carm.ode 37.
Laxatæ.Sil.lib.13.
Vmbrosæ Heliconis.Horat.1.Carm.ode 12.
¶Accedere oras aliquas vento.Virg.1.Æneid.
Antiquis Curetum allabitur.Virg.3.Æneid.
Vestris adnauimus.Virg.1.Æneid.
Immanibus applicare aliquem Virg 3.Æneid.
Deus appulit te nostris.Virg.3.Æneid.
Capessere Italas.Virg.5.Æneid.
Legere oram,Vide LEGO,legis.
Orã soluere, Est nauigare,& ab ora, id est litorali regione soluere retinacula nauium, & discedere. Quint.in epistola ad Tryphonem, Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur. Sic exponunt nonnulli. Vide tamen infrà,Oram quidam dicunt,&c.
Oram soluere, Turnebus sic, ipsum litus & oram soluere & liberare. Vt enim,inquit ab Horatio scriptum est,Mala soluta nauis exit alite, quòd antè in litore retinaculo esset religata: sic cum eodem retinaculo ora ipsa æquè ac nauis ligata sit, eo sublato quũ incipit nauigatio,solui meritò ora dicitur vt & nauis. Sed pro suo quisque captu declarat,& varié.
¶Oram,pro spatio vsurpauit Ennius,& Maro perdiligenter imitatus est. Ennius,
Quis potis ingentes oras euoluere belli. Id est ram ingentia belli spatia,quod maximum & diuturnissimum fuit. Virgilius,
Et mecum ingentes oras euoluite belli. Turneb.
¶Ora {χώρα} Regio. Cic.2. de Nat.deor. Omnibus hominibus qui vbique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum. Ibidem,Restat vltimus & à domiciliis nostris altissimus,omnia cingens & coercens cæli complexus:qui idem æther vocatur: extrema ora & determinatio mundi. Budæus.
Quot oræ sunt partéſque terrarum, tot habet triumphos.Cic.pro Corn.Balbo.
Orientis oræ.Horat.1.Carm.12.
Australis, Vide AVSTER.
Breuis ora,Regio non longa.Lucret.lib.4.
Gelida.Horat 1.Carm ode 26.
Habitabiles.Horat 4.Carm.ode 14.
¶Externis ab oris adesse.Virg.7.Æneid.
Allabi oris Euboicis.Virg.6.Æneid.
Longis diſiungimur.Valer.2.Argon.
Italis longè diſiungimur.Virg 1.Æneid.
Dominari cunctis.Virg.3.Æneid.
In vltimas extendere nomen.Horat.3.Carm.ode 3.
Venire ab oris aliquibus.Virg 2.Æneid.
¶Ora {πλάγια} pro Climate,vel segmento cæli.Cic.1.Tusc.Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco,duabus oris distantibus,habitabilem & cultum. Budæus.
Ætheriæ.Lucret.lib.5.
Luminis.Lucret.lib.1,Inde enascitur,atque oras in luminis exit.
Superis concessit ab oris,Mortuus est.Virg.2.Æneid.
¶Oram quidam dicunt significare nauticum funem, quo nauis ad terram ligatur. Liu.libro 2.bel.Pun. Vixdum omnes conscenderant, quum alij resoluunt oras,aut anchoram vellunt: alij,ne quid teneat,

anchoralia incidunt. Et lib.8, In ipsis quoque trepidarum nauibus est,dum,ne hostes cum suis simul irrũperent,trahunt scalas, oráque & anchoras,ne in moliendo mora esset,præcidunt. Apud Quintilianum verò sic in epistola ad Tryphonem.Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur. Rursus libro 4.cap.2, In portum veni,nauim prospexi, quanti veherer interrogati, de precio conuẽni,conscendi,sublatæ sunt anchoræ,soluimus oram, prouecti sumus.
¶Ora, pro Initio rei vsus est Cæcilius (inquit Festus) quum ait,Oram reperire nullam,quam expediam,queo.
¶Apud Celsum subinde oræ vulneris vocantur, quæ futura comprehenduntur,aut ancteribus. Oras,inquit,vulneris futuræ comprehendant. Idem,Fistulam excidere licet:futuráque oras coniungere.
Orarius,oraria,orarium,Adiectiuum,vt Orariæ naues. Plin.in epist. ad Traianum,232,Nunc destino partim naubus orariis,partim vehiculis prouinciam petere. Sunt autem orariæ naues,actuariæ & paruæ, quibus secundum oram nauigatur. Nam maioribus pelagus tentatur:neque enim paruo nauigio quisquam se magno committere mari audet,sed litus legit. Proinde Cicero ad Atticum scribit, Cogitaremus orbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. Nam si traiiciendum fuisset mare, corbita ac oneraria, id est magna naui fuisset opus. Hæc Turnebus.
Oraculum,oraculi,pen.corr. {λόγιον, χρηστήριον, χρησμός} Ab ore dicitur,inquit Prisicianus,ésteque deorum responsum. Cic.in Top. Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum oratio. Virg.2.Æneidos,
-scitarum oracula Phœbi Mittimus.
Oraculorum duo genera fuisse Cicero in lib. de Diuinatione scribit,vnum quod à furentibus profundebatur, vt à Pythia numine Apollinis correpta:alterum quod æquaris vel paribus fortibus è sicella vel vrna ducebatur. Habebant enim sortes certis quibusdam sententiis,obscuris ramen,notatas,quarum quædam fœlicitatem, quædam calamitatem denuntiabant,aut alia eiusdem generis. Hæc posteriora oracula dicit Cicero,quæ æquatis sortibus ducuntur.vnde & fors pro oraculo vsurpari consueuit: vel quia certo ordine sorte ducta reddebantur. Interest autem inter sortem & sortes. Vide SORS.Ex Turnebo.
Vatum oracula.Ouid.2.de Ponto,eleg.1.
Oracula flexiloqua:nempe quæ inuersis verbis & flexis, id est tropo mutatis, aliquid obscurè & quodam anfractu & ambage significant,vnde & λοξίας Apollo à Græcis vocatus est,& Aperta à Latinis, quòd minimè sit apertus. Turneb.
Triſtia canere. Lucan.lib.1.
Ex oraculo dici arbitrari. Cic.pro Fonteio, Si quicquid ex illo loco dicetur,ex oraculo aliquo dici arbitrari.
Dare oracula.Cic.1.Tusc.ul.
Edere oraculum.Cic.Brut.2,Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta:nihil potest esse verius.
Eduntur Delphis.Cic.2.de Nat.deor.
Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram.Cic.2.Offic.
Oraculum editum est,eas,&c. Cic.2.de Leg.
Exponere.Cic 1.de Diuin.
Iussis & oraculis deorum immortalium aliquid facere.Cicero pro Rosc.Amer.
Fundere.Cic.1.de Diuinat. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum,quibus inflatæ mentes oracula funderent.
Nectere Stat.11.Thebaid.
Petere.Cic.1.de Diuin. Idémque de rebus maioribus, semper aut Delphis oraculum,aut ab Ammone,aut à Dodona petebant.
Poscere precibus.Virg.3.Æneid.
Præposita oracula sacerdos.Cic.1.de Diuin.
Augustæ referabo oracula mentis.Ouid.15.Metam.
Vti oraculo.Tacit.lib.2.Græcorũ more dixit,Vti oraculo,pro Ora culũ consulere. Illi enim dicunt χρᾶσθαι,ac mihi videtur exoticum illum Græcorum sermonem imitari voluisse, nouitatis aucupio gratiam eloquutioni quærens. Turneb.
¶Oraculum, pro Templo in quo responsa dantur. Plin.lib.12.cap. 23,Ergo Æthiopiæ subiecta Africa, ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis: inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor,quam metopium vocant.
¶Oraculum,Dictum alicuius celebre & veluti diuinum. Vnde dicimus,Oraculum Catonis est. Plin.lib.18.cap.6,Quonam igitur modo vtilissimè colentur agri? ex oraculo scilicet, Malis bonis. Quum dicerent MALIS,ntelligere voluêre vilissimos. Summum prouidentiæ illorum fuit,vt quamminimum esset impendij.
¶Oraculum,Quum quis in somniis aliquid nobis denuntiat.
Somnij & furoris oracula.Cic.1.de Diuinat.
¶Oracla.Ouid.1.Metamorphoseos,
-& numina montis adorat
Fatidicámque Themin,quæ tunc oracla tenebat.
Orata,huius oratæ,pen.prod. {χρυσόφρυς} aurhore Festo,genus piscis appellatur à colore auri,quod ruſtici orum dicebant,vt auriculas,oriculas:vtque Sergium quendam prædiuitem, quòd duobus annulis aureis & grandibus vteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Dicitur & Aurata apud Martialem,lib.13.90,
Non omnis laudem pretiúmque aurata meretur.
ORATHA,orathæ {ὕεχθυς} Oppidũ est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluuium. Stephanus.
Oratio,& Orator, Vide ORO,oras.
ORBANA, Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. Author Plin lib.2.cap.7.
ORBELVS {ὄρβηλος} Thraciæ mons est in ea parte quæ Macedoniæ est contigua,non procul à Pangæo promontorio, à quo vicina regio Orbelia dicta est. Vide Plin.lib.4.cap.10.& 11.
ORBILIVS {ὀρβίλιος} Beneuentanus,grammaticus tempore Ciceronis profitebatur,vir acer in discipulos,ac plagosus propterea ab Horatio

appellatus. Vixit propè ad centesimum annum, amissa iampridem memoria, relicto ex sese Orbilio, & ipso grammatico. Ex Tranquillo.

Orbis, huius orbis, masculgen. {πόλεως} Circulus dicitur. Plin.lib.11. cap.37. Aliis glauci coloris orbibus circundatis. Idem lib.2.capite 9, Orbis lunæ.

Circulus aut orbis. Cic.2 de Nat.deor. Quúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, &c.

Orbis pilæ Plin.lib.10.cap.24.

Orbis ablaqueationis, Fossura, siue fossio illa quæ in orbem circa vites aut arbores fieri solet. Colum.lib.4.cap.4.

Orbis saltatorius, Vide SALTO. Est autem orbis saltatorius, species quædam motus, cuius multa genera trepudiatores frequentant. sed iidem etiam sæpe se versant in orbémque rotant. De saltatorio orbe sic in Pisonem scribit Cicero, Quum illum suú saltatorium vertaret orbem. Turneb.

Angues immensis orbibus. Virg.2. Æneid.

¶Agere in orbem, Vide AGO.

Curuare iter in orbem. Ouid.2. Metam.

Ducere. Ouid.8. Metam.

Immensum spiris facientibus orbem. Ouid 3. Metam. de serpente.

Exiguo flexos mitor in orbe pedes. Ouid.epist.4.

Lanam glomerabat in orbes. Ouid.6. Metam.

Confusos glomerantur in orbes grues. Lucan.lib.5.

Impedire alternos orbes orbibus. Virg.5. Æneid.

Vago orbe labens serpens. Stat.5 Thebaid.

Rapit immensos orbes per humum. Virg.2. Georg.

Flexos sinuaui corpus in orbes. Ouid.9. Metam. de Acheloo qui se in anguem mutarum fuisse dicebat.

Multiplices in orbes insinuatur crinis. Claud.2. de rap. Proserp.

In orbem torquere aliquid. Cic. de Vniuersit.

In orbem, Vide IN præpositionem.

In orbem se tutari, Vide IN præpositionem.

¶In orbem ire. Liu.3. ab Vrbe.

Orbem voluere. Liu.3 ab Vrbe.

¶Orbis, pro Maxima hominum multitudine, vt putes totius orbis populos conuenisse. Ouid.1. de Arte,

Nempe ab vtroque mari iuuenes, ab vtroque puellæ
Venêre, atque ingens orbis in vrbe fuit.

Spisso orbe circundare aliquem Sil.lib.13.

Orbis, Vocabulum militare, sicut frons, globus, cuneus. & alia id genus. Translata sunt autem ab ipsis rebus, quæ ita propriè nominantur: earúmque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli imagines ostenduntur. Hæc Gellius lib.10 cap.9.

Orbes facere. Sallust.in Iugurt. Cæsar 4.bel.Gal. Quum illi orbe facto sese defenderêt, celeriter ad clamorem hominum circiter millia sex conuenere.

¶Orbe societatis ambire. Plin.iun.libro 9.epist 30. Primum est autem, suo esse contentum: deinde quos præcipuè scias indigere, sustentantem fouentémque orbe quodam societatis ambire.

¶Orbis, pro Contextu & serie continua ponitur. Cic.in Orat. In Thucydide orbem orationis desydero. Idem 3.de Orat. Quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c. Virg.2. Georgicorum,

-redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se, sua per vestigia voluitur annus.

Orbis Reipub. Cic. pro Plancio, Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quoniam versetur, eam deligere parem debemus, ad quam nos illius vtilitas, salúsque conuerterit. Idem ad Attic. Festiuè, mihi crede, & minore sonitu, quàm putarê, orbis hic in Repub. est cõuersus, citius omnino quàm potuit id culpa Catonis. Eidem, lib.2., Equidem sperabam sic orbem Reipub. esse cõuersum, vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus: & fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent. Budæus.

Absoluere orbem, Vide ABSOLVO.

Conficit orbem suum forma concinnitásque verborum. Cicero in Oratore.

¶Orbis, pro Sphæris & astrorum circunuolutionibus: vt

Lucidus orbis solis. Virg.1. Georg.

Circuitus orbium solis, v defectibus LX & CCC, quarta ferè dici parte addita conuersionem conficiunt annuam. Cic.2. de Nat.deor.

In orbem circúmque fertur motus astrorum. Cic.2. de Nat.deor.

Orbis & globus. Cic.in Somn. Scipionis, Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia.

Fiammeus. Stat.1. Sylu.6.

Infernus. Claud.2. de raptu Proserp.

Lacteus. Cic.in Somn. Scip. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.

Obliquus Lucan.lib.1. Intelligit circulum Zodiacum.

Signifer. Cic.2.de Nat.deor. Infra autem hanc stella Mercurij est, ea σίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat orbem.

¶Conficiunt orbes suos & circulos celeritate mirabili stellæ. Cic. in Somn.Scipion.

Infimo orbe luna radiis solis accensa conuertitur. Cic.in Somn. Scipion.

Exactus orbis lunæ. Lucan.lib.2.

Luna expleuit orbem plenis cornibus. Ouid.7. Metam.

Sol hausit medium orbem, Id est peragrauit iam medium orbem. Virg.4.Georg. Meridiei periphrasis.

¶Orbis, pro Anno. Virg.1. Æneidos,

Triginta magnos volucndis mensibus orbes
Imperio explebit. Id est regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea

ratione qua Græci ἐνιαυτὸν vocant, quòd scilicet circulum faciat, & semper in seipsum recurrat.

Annus exactis completur mensibus orbis. Virg.5. Æneid.

¶Orbis {οἰκουμένη} Mundus, à rotunditate. Plinius in Prologo libri tertij, Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Cic.ad Suipitium, libro 4.1, Res vides quomodo se habeat: orbem terrarum imperiis distributis ardere bello.

Orbis terræ. Cic.in Catil. In hoc orbis terræ sanctissimo grauissimóque consilio, &c.

Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. Cic.de Lege agrar.

Extremi sinus orbis. Virg.2. Georg.

Caput orbis Roma. Ouid.5. Fast.

Decus orbis atque præsidium vnicum. Senec. Herc. OEth.7.

Princeps orbis terrarum. Cic.pro Domo.

Extremus. Ouid.2. Metam.

Magnus. Virg.2. Georg.

Solidus. Ouid.1. Metam.

¶Anhelans sæuis ardoribus. Sil.lib.16.

Totum Nereus circunsonat orbem. Ouid.1. Metam.

Describit totum radio. Virg.3. eclog.

Dimensus certis partibus. Vir.1. Georg.

Domitus. Ouid.3. de Arte.

Peragrare orbem omnium terrarum. Cic.6. Verr.

Percensere. Ouid.2 Metam.

Totus perhorruit. Ouid.1. Metam.

Pacatum reget. Virg.4. eclog.

Siluit extertitus. Stat.1. Thebaid.

Sol temperat orbem. Ouid.1. Metam.

¶Orbi, Ablatiuus antiquus, pro orbe. Lucret.lib.4,

Et quibus ille modis duúm metus insinuarit
Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur

Fana, lacus, lucos, &c.

¶Orbis, Regio. Plin.lib.12.cap.5, Nunc eas exponam quas mirata est, Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto.

Alienus orbis, Vide Alienus in ALIVS.

Orbis procul diuersus à patria. Ouid.2. Metam.

Fœcundus. Ouid.8. Metam.

Peregrinus. Ouid.1. Metam.

¶Orbis, pro Orbili. Varro de Re rust. cap.5, Quum & aqua calida & frigida, ex orbi ligneo mensáque quam dixi, in primis radiis esse epitoniis versis ad vnumquenque factum, sic vt fluat in conuiuam.

¶Orbis rotarum. Plin. libro 8.cap.16, Atque hoc tale, tam sæuum animal, rotarum orbes circumacti, currúsque inanes, &c. terrent. De leonibus.

Ferrati orbes. Id est rotæ. Virg.3. Georg.

Rapidi. Valer.6. Argon.

Reuoluto orbe nunquam insistens rota. Senec. Hippol.12.

¶Orbis, super quem carnes in mensa minutim concidere solemus, ne corrumpatur mappa. Martial.lib.2.43,

Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.

¶Orbis, Operculum in orbem factum. Cato de Re rust. capite 10, Molilia tria, abacum vnum, orbes æneos duos, mensas duas, scamna magna tria.

Cauus orbis triplici ære. Virg.10. Æneid. De clypeo.

Orbiculus, pen.corr. Diminut. {κυκλίσκος} Plin.libro 25.cap.13, Concisa quoque in orbiculos seruatur in vino.

Orbiculus, pro Trochlea. Cato cap.3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces.

Orbiculatus, pen.prod. Adiect. {κυκλοτερὴς} Quod in orbem & circuitum factum est, à figura orbis in rotundam figuram circumacti: vt Poma orbiculata. Colum.lib.5.cap.10. Cælius ad Ciceronem, libro 8. cap.15, Nunc tibi nostri milites, qui durissimis & frigidissimis locis terentrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? Hîc mala orbiculata pro delicatis cibis poni intelligo, quæ in deliciis erant lautissimis hominibus vrbanis. Mala enim deteriora edebant milites. Iuuenalis,

Virro sibi, & reliquis virronibus, illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore:
Qualia per Phæacum autumnus habebat
Credere quæ possis surrepta sororibus Afris.
Tu scabie fructus mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma & galea. Hæc Turnebus.

Orbiculatim, pen.prod. Aduerb. {κυκλοτερῶς} Per orbes & circulos, quasi circulatim. Plin.libro 11.cap.37, Sed quibus ceruix, è multis vertebratísque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Orbiculatim rotari. Macrob.lib.7. Saturn.cap.9.

Orbile, huius orbilis, penultim.prod.neut.gen. Id esse videtur quod rotam in summo axe continet: vel id potius quod in extremis radiis est, & canthis cingitur. Varro 3.de Re rust.cap.5, In insula est columella in qua intus axis, qui pro mensa sustinet mẽsam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Budæus.

Orbicus, pen.corr. Adiect. {κυκλοφερέμβους} Per orbem ductum, seu per circulum, interprete Nonio. Varro, Vt fidera cæli circa terram atque axem voluuntur motu orbico.

Orbita, orbitæ, pen.corr. {τροχὸς} Rota, siue currus. Virg.3. Georgicorum,

-iuuat ire iugis qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cic. Attic.lib.2, Vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus.

¶Orbita {τροχὰ, ἁμαξοτροχιὰ} Vestigium decurrentis in viis rotæ ex cursu. Plin.libro 8.cap.58, Iidem vbicunque sint, orbitam si transiere, moriuntur. De muribus.

Orbita vinculi sentitur vexatione non dubia. Plin.libro 17.cap.23, Hoc est,

Hoc est, vestigium vinculi quo alligata fuit vitis.

Monstrare orbitam. Quintil.lib.2.cap.13.

¶Orbita, Rotunditas. Virg.in Ætna,

-scire modum & quanto minor orbita lunæ est.

Orbitosus, pen.prod. Adiectiuum. vt Orbitosæ viæ, in quibus frequentes sunt orbitæ. Author eius Iambici quod est inter obscœna carmina, cuius titulus est De Sabino,

Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse. Millia, id est milliaria.

Orbitas. Vide ORBVS.

ORBONAE ara apud ædem Larium. Plin.lib.2.cap.7.

Orbus, Adiectiuum {στερὸς, στερῆσις} Propriè dicitur oculorum luce priuatus: quasi amissis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Iuuen.Satyr.3,

-dudum vigilantibus orbis.

Luminibus orbus. Plin.lib.9.cap.42.

Altero lumine. Plin.lib.35.cap.10.

Orbus veneno. Plin.lib.8.capite 39, Omnia secessus tempore veneno orba dormiunt.

Visus orbus. Silius lib.13, Pyrrhúmq; à limine portæ Deiecit visus orbus. Visus, accusatiuus est: orbus, nominatiuus. vt si diceres Orbus oculos. Intelligit autem Appium Claudium cæcum.

¶Palmites orbi, Qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Columel.lib.4.cap.27.

¶Orbus, per translationem, dicitur quicúque aliqua re chara priuatus est: vt ait Valla.

Rebus omnibus quibus & natura me, & voluntas & consuetudo assuefecerat, orbus. Cic.Figulo, lib.4.13.

Auxilij orbus. Plaut.Rud.10.

Aula. Valer.6. Argon.

Ciuitas. Cic. Appio, lib.2.11.

Orba ab optimatibus concio. Cic.pro Flacco, Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principium esset Meandrius.

Funera orba rogis. Stat.10. Thebaid.

Legatio. Cic.9. Philip. Subitò ereptus totam legationem orbam & debilitatam reliquit.

Orba philosophia in Græcia, Nulla & manca. Cic.de Academica philosophia, lib.1. de Nat.deor. Confirmata à Carneade vsque ad nostram viguit ætatem: quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo.

Plebem orbam ne relinquunto. Cic.3.de Legib.

Portenta pedum. Lucret.lib.5.

Respublica orba Consulis fidem tanquam legitimi tutoris, implorauit. Cic. Post red.ad Quirites.

¶Orbus {ἄτεκνος} Pater dicitur, qui amisit liberos. Cic.in Parad. Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quintil.lib.7.cap.5, In paupere gratior, quàm in diuite, dante beneficium quàm reddente, patre quàm orbo. Sic Columel.libro 7.capite 4, Orbæ suis natis mattes.

¶Orbus {ἀπάτωρ} Qui parentes amisit. Terent.Phorm.1.2,

Lex est vt orbæ qui sint genere proximi,
Eis nubant. Quintil.lib.7.cap.5.

Orba patre virgo. Terent. Adelph.4.5.

Te incolumi orbi non erunt filij. Cic. Quinto fratri, lib.1.3.

Orbitas, pen.corr. huius orbitatis {ἀτεκνία} Illa patrum qualitas post amissos liberos, vt vxoris viduitas post amissum maritum. Cicero de Clar. Orat. Tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris. Idem 5.de Finib. Bonum liberi, misera orbitas.

Vulnus orbitatis. Quintil.in Procem.lib.6.

Orbitas luminis. Plin.lib.7.cap.37.

¶Orbitas tecti, Amissio. Plin.lib.35.cap.3, Extant cerrè hodiéque antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quibus equidem nullas æquè demiror, tam longo æuo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. Hoc est, amisso tecto.

¶Orbitas {ὀρφανία} *Orphanitas*, vt vocant. Plautus Capt.12, Quasi in orbitatem liberos produxerim. Plinius in Paneg.

Orbitudo, pen.prod. huius orbitudinis, fœm.gen. {ὀρφανότης} Idem, sed antiqué. Accius, Miseret lachrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius, Hoc te oro, vt illius commiseresca miseræ orbitudinis.

Orbo, orbas {στερῶ} orbáre, Priuare. Cic.de Amic. Moueor enim tali amico orbatus.

Orbare equitatu. Plin.lib.12.capite 8, Ibi & frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui penè equitatu orbauit Alexandrum.

Orbare se luce. Cic.3. Tuscul.

Orbari auxilio. Cic pro Murena.

Orbare sensibus. Cic.4.Acad. Non ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus. Ibidem, Priuat approbatione omni, orbat sensibus.

Orbatus, pen.prod. Particip. {στερηθείς.} vt

Orbatus filio. Cic.1. Offic. Et 1. Tuscul. Orbatus progenie.

Orbatus dignitate. Cic.1. Tuscul.

Orbatus spe salutis. Cic.ad Cecin.lib.6.6, Nec iis quidem verbis, quibus te consoler vt afflictum, & iam omni spe salutis orbatum.

Filio orbata mater. Cic.pro Cluent.

Vaccæ orbatæ. Valer.8. Argon.

Orbatio, Verbale {στέρησις.} Senec.epist.88, Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν, quum dicunt, non quod habeat dicitur, sed quod non habeat.

Orca, huius orcæ {ὄρκυς} Genus belluæ marinæ, balænis infestum, inquit Festus. Plin.lib.9.cap.6, Balænæ & in nostra maria penetrãt, &c. Hoc scire orcas, infestam his belluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum & fœtas, vel

etiãnum grauidas lancinant morsu, incussáque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Horat.2.Serm.satyr.4.

Non alia quàm qua Bizantia putrait orca.

¶Orcæ, ad illius animalis similitudinem dicuntur vasa vinaria: sunt enim orcæ testes atque vniformi specie, authore Festo. Varro de Re rust.lib.1.cap.13, Quod sæpe, vbi condrum vinum nouum, orcæ in Hispania feruore musti ruptæ.

¶Orca, vas fictile est, lato aluo, angusto ore ac fundo, longiore collo, in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecisset, victor erat. Pers.Satyra 3, -angustæ collo non fallier orcæ.

Propriè autem vasculum aleatorium est, quo coniecti agitatíque tali emittuntur in tabulam aleatoriam. Vide Talus pro ludo, in TALVS.

¶Orca, vas in quo ficus asseruantur. Columel.libro 12.capite 15, In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere.

¶Orca, Capsa pigmentorum muliebrium. Plin.libro 35.cap.6, Vsta casu reperta incendio Piræi, cerussa in orcis cremata.

¶Orca, Gemma. Plin.lib.37.cap.10, Orca barbari nominis, è nigro fuluóque ac viridi & candido placet.

Orcula, penultima corr. {ὁρκίδιον.} Cato de Re rustic. Cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito. Idem capite 117.

ORCADES, penultima corr. {ὀρκάδες} Insulæ in Oceano Boreali, quæ hodie parent regi Scotorum. Notissimæ sunt ex Plinio, Strabone, Pomponio.

ORCELIS, Vrbs Hispaniæ Ptolemæo lib.2.cap.7. Vulgò *Origuela*.

ORCHAMVS, penultima correpta {ὀρχαμος} Assyriorum rex Leucotheam filiam suam ab Apolline stupratam viuam defodit. Ouidius 4. Metamorph.

Orchestopalarius, Vide PETAMINARIVS.

Orchestra, huius orchestræ {ὀρχήστρα} Spatium in theatro, in quo Senatorum & honorificentissimorum erant loca designata, & scenici artifices suas præstabant actiones, vt scribit Vitruuius libro 5. Cuius pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, vt sedentes spectare possent omnium agentium gestus. Cicero de Prouinciis Consul. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra heluatur, antea post siparium solebat.

Orchestram, pro sessione Senatus & primorum posuit Iuuenalis Satyr.3, quum ait, -similémque videbis

Orchestram & populum. Suet. Deinde in Orchestram Senatúmque descendit, &c.

Orchestra dicta, quòd in ea saltationes fieri consueuissent. nam apud Græcos ὄρχησις, tripudio & salto significat.

Orchis {ὄρχις} vel Orchites, orchitis, pen.prod.fœm.gen. Genus oliuarum, quæ à testiculis nomen sumpserunt, vt ait Seruius. Nam ὄρχεις, testes dicuntur. Vnde etiam vocantur testiculares oliuæ. Columel.lib.5.cap.82, Orchis quoque & radius melius ad escam, quàm in liquorem stringitur.

Orchen ab Orchite differre Varro innuere videtur, quum ait, Olea grandis orchitis, quòd ea attico orche minor. Nam orchitis etsi magna est, est tamen minor orche, olea quadam attica. Ex Turneb.

¶Orchis, Herba quæ vulgò *testiculus canis* dicitur, de qua Plinius libro 26.cap.10.

¶Orchis, Piscis. Plin.libro 32.cap.2, Durissimum esse piscium constat qui orchis vocetur, rotundus est, & sine squamis, totúsque capite constat.

ORCHOE {ὀρχόη} Babyloniæ vrbs iuxta paludes, & desertam Arabiam, authore Ptolemæo lib.6. Vrchoa dicitur apud alios: ipsa est Hur Chaldæorum Abrahæ patria.

ORCHOMENVS, pen.corr. {ὀρχόμενος} Thessaliæ mons: à quo Orchomenos, ciuitas est Bœotiæ, contermina Thessaliæ, in qua fons erat Gratiis sacer, vt notat Seruius. Ad hanc vrbem Homerus in Iliade innumera quotannis deferri naubus dixit in oratione Achillis ad Vlyssem & Phœnicem. Ouid.5. Metamorphoseos,

Vsque sub Orchomenon, Siphidáque, Cyllenémque.

Ferax Orchomenos. Ouid.6. Metam.

Dines pecorum. Stat.4. Thebaid. ¶Est item Orchomenon, fluuius in Bœotia ad Trophonium, teste Plin.lib.31.cap.2.

Orchomenius, Adiectiuum {ὀρχομένιος} Orchomeniorum rex Erheocles fuit, qui primus Gratiarum templum extruxit. ¶Historici alterum Orchomenum tradiderunt, quæ Euboicæ vrbs est, & insula vna ex Cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnasse dicuntur.

Orcinianus, Orcinus, Orcius, Vide ORCVS.

Orciscopalarius, apud Firmicum libro 8.capite 15, Vide PETAMINARIVS.

Orcula, Vide ORCA.

ORCVS, Orci {Ἅιδης} Obscuritas inferorum. Cic.6. Verr. Hic dolor erat tantus, vt Verres alter Orcus veniße Ennam & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur.

Arbiter Orci Minos. Propert.lib.3.eleg.19.

Satelles Orci. Horat.2.Carm.ode 18, -nec satelles Orci

Callidum Promethea
Reuexit auro captus.

Victima nil miserantis Orci. Horat.2.Carm.ode 3.

Formidabilis. Ouid.14. Metam.

Luridus. Horat.3.Carm.ode 4.

Niger. Horat.4.Carm.ode 2.

Pallidus. Virg.1.Georg.

Rapax. Horat.2.Carm.ode 18.

Orcus. Fluuius infernalis (inquit Festus) ab vrgendo dictus, quòd ad mortem vrgeat: e enim pro g frequenter ponebant antiqui. Quidam ab ὄρκος, quod est iuramentum deducunt, quòd per illum, id est per Stygem paludem, à qua profluit, iurabãt dij, nec peierare liceba.

Demittere aliquem Orco. Occidere. Virg.2. Æneid.

Orco mactare. Liu.9. ab Vrbe.

Missus ad Orcum fulmine. Horat.3.Carm.ode 4.

Orcum morari, Id est non mori, quum quis mori debet. Est enim tum quodammodo Orco in mora. Horat. 3. Carm. ode 27,
Impudens liqui patrios penates,
Impudens Orcum moror, &c.
Cum Orco rationem habere, vel ponere, Est periculo mortis sese exponere, quum id præuideamus, quod solent agricolæ qui in pestilenti agro quanuis fructifero seruet. Varro 1. de Re rustic. cap. 4. de principiis agriculturæ, Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Columella libro 1. cap. 3.

Orcinianus, pen. prod. Adiectiuum. vt Orciniana sponda, pro lecto funebri. sic enim exponit Beroaldus in lib. 3. Asini Apuleiani. Martial. lib. 10. epigram. 5, In maledicum poetam,
Vocer beatos, clamitérque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda. Cælius lib. 1. cap. 18, Orciniana sponda, pro sandapila ponitur, siue pheretro. Sunt tamen (Domitium Calderinum innuit) qui non ab Orco, id est Plutone, sed ab ὄγκος, quo septum significatur, quod & Orcana dicitur ab ὑγκόων, nomen id deducant, & capulum siue thecam ex impolitioribus lignis, aut etiam viminibus contextam compactámque aurument signare. Quod si est, aspirabimus primæ: nisi quod in Oratore aliud Ciceroni est visum. At Valerius Probus ftarilem admittit. Hæc Cælius.

Orcinus, Adiectiuum ab Orco: vt Libertus Orcinus, qui directò liber fit: sic dictus, quòd ab eo, qui ad Orcum, hoc est mortem tendit, manumittitur. Quidam non Orcinum, sed Orthinum potius dicendum putant, ab ὄρθος, quod directum significat. Vlpian. D. de fideicom. libertat. l. Ergo. §. De solido, Hi qui ad libertatem peruenerũt, quorum liberti fiant constitutio ostendit, vt qui directam libertatem acceperunt, orcini sint liberti. Cælius libro 10. capite 18, Iureconsulti Orcinos libertos ipsius testatoris interpretantur, qui iam sit in Orci familiam adscriptus, & in peculio Proserpinæ connumerandus. Alciat. libro 1. Prætermissorũ, Orcinus libertus is creditur, qui directam libertatem accipit. Quidam ideirco dici tradidere, quòd ab his manumittatur, qui ad Orcum tendunt. Nobis placet vt orthinum dicamus: quoniam ὀρθὸς directum significat. hinc Orthodoxi, qui rectæ in diuinis sunt opinionis: tametsi in Græcis scholiis iuris ciuilis etiam ὀρκῖνος ἀπελεύθερος legatur, id est orcinus, non orthinus. Hæc Alciat. Iustinian. instit. libro 2. titul. 24, Qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur. Quem locum enarrans Theophilus, Vocatur autem is, inquit, apud Iurisconsul. Orcinus libertus, id est χαροντικὸς, à Charonte. Orcinos etiam vocant Alex. ab Alex. libro 3. capite 25. & Beroaldus in libro 3. Asini Apuleiani, exponens illud, Iam in peculio Proserpinæ & in Orci familia nuncupatur libertas, quam dominus statim contribuit: sicut obliqua, vel fideicommissaria, quæ danda mandatur hæredi.

Orcius, Aliud adiectiuum, vt Orcius thesaurus, pro inferno. Næuius apud Gellium lib. 1. cap. 24,
Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poetam.
Itaque postquam Orcio traditus est thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.

Ordeaceus {κριθινὸς} Ordeum, Vide HORDEVM. Apud Varronem 2 de Re rust. cap. 6, Ordeacea farina. Et apud Colum. lib. 5. cap. 10, Ordeacea pyra.

ORDESSVS, primus fluuiorum Scythiæ, magnúsque, & ab Oriente profluens cum Istro miscetur, teste Herodoto lib. 3.

Ordino, ordinas, ordinare, Vide ORDO.

Ordior, ordiris, pen. prod. orsus & orditus sum facit, teste Prisciano {ἄρχομαι, κρατεῖμαι ἢ κατέχομαι τῶν ἐξῆς πράξεων} ordiri, Incipere. Cic. 5. Tuscul. Vnde igitur rectius ordiri possumus, quàm à communi parente natura? quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita esset ortum è terra, vt stirpibus suis niterertur, in suo quidque genere perfectum esse voluit. Festus, Ordiri est principium rei facere. Vnde & togæ vocantur exorditæ.
A principio ordiri, & aliquem à puero inspicere. Cic. 2. Philip.
Ordiri & Terminare, contraria. Cic. pro Marc. Sed vt vnde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, &c.
Ab initio ordiri & perducere ad extremum, & nouissima conferre primis. Cic. Octauio.
Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. De quo si paulò altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite,
Ordiri à capite. Plin. lib. 25. cap. 11.
Ordiamur à facillimis. Cic. 1. de Finib.
Causam. Cic. 1. de Legib.
Initium quoddam alterius vitæ. Cic. Attic. lib. 4.
Orationem. Cic. in Orat.
Ordiri telam, pro Texere. Plin. lib. 11. cap. 24.
Ordiri fundamenta ex deprefsiore loco. Colum. lib. 1. cap. 5.

Orsus, Participi. {ὠρξάμενος} actiuæ significationis. Cic. libro 1. de Legib. Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor aliò.
Orsus dicitur, qui fari incœpit. Virg. 1. Æneidos,
-Veneris contrà sic filius orsus.
Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens. Cic. de Clar. Orat.
¶Orsum, Poetæ aliquãdo pro eo qui finit, abusiuè posuerunt. Virgilius 9. Æneidos, -sic orsus Apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Orsus, id est locutus. Seruius.

Orsus, huius orsus {κατάρχη} Verbale. Cic. 2. de Diuinat. Scire ratósne habeant, an vanos pectoris orsus. Ex Homero.

Orsa, orsorum, neut. gen. {κατάρχαι} Incœpta, initia. Liu. in Præfat. lib. 1, Quum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum dearúmque, si vt poetis nobis quoque mos esset, libentius incipere mus, vt orsis tanti operis successus prosperos darent.
Orsa referre. Virgilius 11. Æneid. Hoc est cœpta verba Seruius.

Ordiendus. Participium {κατάρχεσθαι} Cicero 1. de Orat. Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam. Idem 1. de Legibus, Ab eo nobis causa ordienda est potissimum. Liuius in Præfat. lib. 1. ab Vrbe, Ab initio certè tantæ ordiendæ rei absint.

Ordia, ordiorum, neut. gen. {ὀρεσκῴα.} Lucret. libro 4, Quóve modo distracta rediret in ordia prima. Id est in primordia.

Ordo, huius ordinis, pen. corr. masc. gen. {τάξις, τάγμα, σύνταξις συνεχὲς ὄρμημα} Est digestio, & in suo cuiusque rei loco collocatio. Plin. lib. 11. cap. 37, Duos ordines habuit maxillarum.
Angulares ordines, Vide ANGVLVS.
Discretus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Longus. Virg. 6. Æncidos,
-quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit. Vbi Seruius, Longo ordine, Ingenti multitudine.
Magnus ordo seculorum. Virg. 4. eclog.
Mutatus. Lucret. lib. 1.
Obliquus signorum. Virg. 1. Georg. circulus Zodiacus.
In ordine, Vide IN.
Ordo rerum & vicissitudo. Cic. 2. de Arusp. resp. Et ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?
Ordo & opportunitas rerum. Cic. 1. Offic.
Incredibilis rei. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ordo & modus omnium quæ fiunt, quæque dicuntur. Cic. 1. Offic.
Ordo & dispositio argumentorum. Cic. 2. de Orat.
Ordo seriésque causarum. Cic. 1. de Diuinat.
Rectus quæstionum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Ordinis & collocationis vis eadem videtur. Cic. 1. Offic.
Conseruatio ordinis. Cic. 1. Officiorum.
Prius ordine, & Posterius ordine, contraria. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
¶Adducere in ordinem, Vide ADDVCO.
Ex inordinato in ordinem adducere. Cic. de Vniuers.
Adhibere ordinem. Cic. 1. Offic.
Adipisci. Cic. pro Flac.
Administrare aliquid ordine. Cic. ad Attic. lib. 12.
Affert maximè lumen memoriæ ordo. Cic. 2. de Orat.
Assignare ordinem. Cic. in Pison.
Cogere in, Vide COGO.
Colligere ordinẽ, Vide paulo pòst, Multiplicati in arcto ordines.
Collocare quædam ex ordine. Author ad Heren. lib. 3.
Compellare aliquos ex ordine. Cic. 2. de Finib. Ex poeta.
Componere ordinem rei gerendæ, Vide COMPONO.
Conficere in. Cic. pro Rosc. Comœd.
Conseruare suum. Cic. Attic. lib. 6.
Consertus tribus momentis ordo rerum est. Quintil. libro 5. capite 10, Vt sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est.
Terno consurgunt ordine remi. Virg. 5. Æneid. Id est triplici.
Conuertere ordinem votorum, Vide CONVERTO.
Perpetuo ordine descendere. Ouid. 11. Metam. de Mergo,
Ordine aliquid dicere, hoc est Per ordinem narrare. Terentius Phorm. 4. 1.
Dicere sententiam ex ordine. Cic. 6. Verr.
Dirigere in quincuncem arborum ordines. Cic. de Senect.
Diiecta membra in ordinem disponere. Senec. Hippol. 12.
Dispensare atque disponere inuenta ordine. Cic. 1. de Orat.
Dare ordinem dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
In ordinem datum venire. Quintil. lib. 10. cap. 1, Apollonius in ordinem à Grammaticis datum non venit.
Effari ordinem rei alicuius. Senec. Hippol. 10.
Efficere ordinem. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Exit in longum rerum ordo. Quintil lib. 4. cap. 2.
Explicare ordinem alicuius rei. Quintil. in Procem. lib. 4.
Explicare ordines, Vide EXPLICO.
Explicare ordines temporum. Cic. de Clar. Orat.
Ordinem facere. Quintil. lib. 7. cap. 11.
Hæc à me ordine facta puto me Bruto probaturum. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2. id est, sapienter.
Rectè atque ordine facere aliquid. Cic. pro Quintio.
Rectè atque ordine, éxque Republica fecisse. Cic. 3. Philip.
Ferre ordinem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Habere locos ex ordine. Author ad Heren. lib. 3.
Immutare ordinem verborum. Cic. in Orat.
Longo ordine incedunt victæ gentes. Virg. 8. Æneid.
Rectum ordinem, & fræna iniicere vaganti licentiæ. Horat. 4. Carminum, ode 15.
Instituere ordinem. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Interrogare. Cic. in Partit.
Interrumpere, Vide INTERRVMPO.
Inuertere, Vide INVERTO.
Locare ordine aliquid. Virg. 5. Æneid.
Memorare ordine. Plaut. Casin. 2. 4.
Ordine aliquid administrare, Cic. ad Attic. lib. 12.
Migrare ordine. Lucret. lib. 3.
Multiplicati in arcto ordines. Liuius libro 2. ab Vrbe, Coëuntibúsque Hetruscis iam continenti agmine armatorum septi, quò magis se hostis inferebat, cogebantur breuiore spatio & ipsi orbem colligere. quæ res & pauciratem eorum insignem, & multitudinem Hetrusco rum, multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. Sensus est, Aciem quò breuiore in spatio cogitur, & orbem colligit, eò plures ordines habere: quò maiore in spatio explicatur, eò pauciores.
Narrare rem ordine. Terent. Eunuch. 5. 5.
Maior rerum mihi nascitur ordo. Virg. 7. Æneid.
Perturbatione rationis atque ordinis peccatur, quicquid peccatur. Cic. in Parad.

Permuratus.

Permutatus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Perturbare ætatum ordinem. Cic. de Clar. Orat.
Ponere ordine. Virg. 1. eclog. Infere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. Vbi Seruius, Pone ordine, quia quadrato ordine vites ponuntur.
Rationem ordinis & disponendarum rerum quærere. Cicero 2. de Orat.
Recitare ex ordine aliquid. Cic. 2. de Lege agrar.
Redigere in ordinem. Author ad Heren. lib. 3.
Referre ordine, Ordinem sequi in dicendo. Ouid. 9. Metam.
Referre se ad ordinem. Cic. 4. Acad.
In ordine referre aliquid, Id est secundum ordinem, vt primùm hic, deinde ille dicat. Virg 7. eclog.
In ordinem reponere, Vide IN præpositionem.
Retroagere ordines, Vide Retroago, in RETRO.
Retexere. Ouid. 15 Metam.
Ordine rem scire. Plaut. Pseud. 2. 3.
Sequi Cic. de Clar. Orat.
Lunæ ordine sequentes. Virg. 1. Georg.
Seruare. Cic. Philip. 5.
Stare ordine. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Triplici stant ordine dentes. Ouid. 3. Metam.
Structa spicæ ordine fruges. Cic. de Senect.
Tenere rem ordine. Plaut. Persa, 4, 1. Vt ordine omnem rem tenet.
Venire in ordinem, Vide paulo antè, In ordinem datum, &c.
Vertitur ordo. Virg. 3. Æneid. Id est voluitur.
¶Ordo, aliquando ponitur pro eo quod vulgus *statum* vocat. Cic. 3. Ver. M. Octauium Ligurem hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius: ab Atistotele τάξεις dicuntur. Vitruuius in Præfat. libri secundi, Dinocrates architectus, quum Alexãder rerum potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum regis, à propinquis & amicis tulit ad primos ordines, & purpuratos literas. Ex Budæo. Virgil. 5. Æneid. Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni, &c. Vbi Seruius, Ordine ab omni, Ex omni qualitate dignitatum.
Ordo publicanorum. Cic. ad Crassipedem, lib. 13. 10.
Præstantior ordo Tribuni. Stat. 5. Sylu. 1.
Quieti ordines deorum. Horat. 3. Carm. ode 3.
Lucidus. Horat. de Arte.
Appropinquare alicui ordini, Vide APPROPINQVO.
Ascribi ordini alicui. Horat. 3. Carm. ode 3.
Coniicere in ordinem, Vide CONIICIO.
Mercari ordinem pretio, Vide MERCOR.
Sedere in certis ordinibus. Cic. 2. Philip. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus.
Nullo ordine, Vide NVLLVS.
A nostro ordine. Cic. ad Senarum. lib. 15. 2.
¶Ordine, id est Meritis singulorum. Virg. 7. Æneidos,
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictísque tapetis. Seruius.
¶Vno ordine. Virg. 2. Æneidos,
Quídve moror? si omnes vno ordine habetis Achiuos. Seruius, Vno ordine, Vno reatu. Et est de antiqua tractum scientia: quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, vel tumultum festinantium quum erat annus litium. Iuuenal. Satyr. 16, Expectandus erit qui lites inchoet annus.
¶Ordines ducere. Cic. 1. Philip. Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant & iudicauerunt. De centurionibus, & equitibus loquens, id est qui militibus præfuerunt.
Seueri ordinis lex. Stat. 8. Theb. Dispositi in turmas iterum, legémque seueri Ordinis. Ordinem in exercitu intelligit, quem confundere militaris disciplina prohibet.
Lentus profectionis ordo. Quintil lib. 4. cap. 2.
Abrumpuntur ordines laxati, Vide ABRVMPO.
Obuertere, Vide OBVERTO.
Ducere. Quintil. libro 4. capite 2, Et lentum profectionis ordinem ducit.
Ordinem ducere, per trãslationem, pro Ordine persequi. Quintil. libro 10. cap. 1, Idem nobis per Romanos quoque authores ordo ducendus est.
¶Ordo, pro Ipsis hominibus aliquando accipitur: hoc est iis qui eiusdem sunt dignitatis, vt sunt Equites, Consules, & cæteri: quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cicero 3. Offic. Qui esset vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Id est apud omnium ordinum homines.
¶Ordo amplissimus, Senatorius vocitabatur. Cic. de Prouinciis Consul. Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is qui est & publici consilij, & meorum omnium consiliorum author & princeps. Budæus.
¶Ordo, ad fortunas, & genus vitæ quandoque refertur. Vnde Donatus exponens illud Terentij in Eunuch. 2. 2, Conuéni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis. Dicit ORDINIS, pro paupere. Cic. 3. Verr. Homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit. Id est, vt nunc vulgus loquitur *homo status sui honestissimus*. Ex Budæo.
Societas & ordo. Cic. pro Domo, Vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni: omne vobis erga meam dignitatem, &c.
Illustrior ordo seruitij. Claud. 1. in Eutropium.
¶Ordinis inferioris amici, hoc est Infimæ conditionis, vel infimi amici & omnium minimi. Cicero de Amicit. Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.
¶In ordinem redigere, Vide Cogere in ordinem in COGO.

¶Extra ordinem apud Iurisconsultos, Id est, sine verbis & formulis solennibus. Paulus in l. Ordo. D. de Publicis iudiciis, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vsu esse desiit, durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. In institut. Iustiniani, dicitur omnia iudicia esse extraordinaria, sin titulo De interdictis, in fine, Nam quoties, inquit, extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum, sed perinde, &c. Tranquillus in Vespasiano, cap. 10, Elegit qui iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix sufficturа litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent. Budæus.
Clam & extra ordinem accepit pecuniam à reo iudex. Cicero pro Cluentio.
Extra ordinem, metaphoricõs, Eximiè, quasi præter cæteros. Cic. ad A. Cecin. lib. 6. 5, Quare ad eam spem quam extra ordinem de ipso habemus, non solùm propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summámque virtutem.
Commisit extra ordinem bella multa Pompeius. Cic. pro Domo.

Ordinarius, Adiectiuum {τακτικὸς, τακτὸς} In quo seruatur ordo.
Ordinaria semina, Ordine disposita. Colum. lib. 3. cap. 13.
Ordinaria vitis. Colum. lib. 3. cap. 16.

Ordinarius {ὁμαλὸς} qui in orbem redit. Vulgaris.
Ordinarius lapis, Est structuræ genus ex lapide ordinario, nec temerè congestum, nec ad perpendiculũ respondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius lib. 2, Itaque non est contemnenda Græcorum structura. non enim vtuntur molli cæmento polita: sed cum decesserunt à quadrato, ponunt de silice seu de lapide duro ordinaria. Idem de hiantibus structuris loquens & vitiosis, Quòd si quis nõ fuerit in id vitium incidere, medio cauo seruato, fecerit southostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & silicibus ordinariis struant bipedales parietes. Ordinarios appellat, non incertos, sed eiusdem formæ & ordinis, & inter se similes. Budæus.
Ordinaria consilia. Liu. 7. bell. Pun.
Ordinarius homo. Ordinarium hominem, inquit Festus, Oppius ait dici solitum, scurram & improbum, qui assiduè in litibus moraretur, ob eámque causam in ordine staret adeũtium Prætorem. At Ælius Stilo per contrarietatem, qui minimè ordine vteretur, in ea oratione quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? Sunt quidam qui manipularem, qualissimi ordinis sit, appellatum credant ordinarium.
Ordinarium officium dicitur Senecæ, libro 3. de Benefic. vbi præficitur aliquis certæ functioni. Ad hortos alicuius ne ordinarii quidem habentis officium.
Ordinaria oratio, Id est perpetua & minus concisa. Plin. epist. 39.
Ordinarios pugiles vocat Suetonius in August. cap. 45, artis suæ peritos, Spectauit studiosissimè pugiles non legitimos modò & ordinarios, quos etiam cum Græcis committere solebat: sed cæterarios quoque oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temerè ac sine arte.
Ordinarius seruus. Vlpianus in l. item apud Labeonem §. Prætor ait, si quid aliud. D. de iniuriis, Etenim multum interest qualis seruus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensatorue an verò vulgaris vel mediastinus, an qualis qualis.
Ordinarius seruus, & Vicarius, opponuntur. Vlpian. in l. Procuratoris. in princ. D. de tribut. action. Si vicarius serui mei negotietur, si quidem me sciente, tributoria tenebor. Si me ignorante, ordinario sciente: de peculio eius actionem dandam, Pomponius scribit: nec deducendũ ex vicarij peculio, quod ordinario debetur: quũ id quod mihi debetur, deducatur. Sed si vterque scierimus: & tributoriam, & de peculio actionem competere ait: tributoriam, vicarij nomine: de peculio verò, ordinarij. Idẽ Vlpian. in l. Si seruus meus. & in l. Hinc quæritur. D. de peculio. Sciendum autem vicarium seruum illum fuisse dictum, qui in alterius serui erat peculio, & penè dicam serui seruus: ordinarium verò, qui seruum habebat in peculio suo. Quanuis autem vicarius esset ordinarij ὑπόμοιρος, id est possessio, ordinatióque pareret, erat tamen eius conseruus propterea, quòd ordinarij dominus erat & vicarij dominus, & communis vtriusque dominus: id est vtrunque habebat in sua potestate. Hoc apertè ostendit Horat. Satyr. 7. lib. 2, -nam Siue vicarius est, qui seruo paret: vti mos Vester ait: seu conseruus, &c. Vide l. 73. D. de leg. 3.

Ordino, ordinas, pen. corr. {τάττω, διατάττω, οἰκονομῶ τάττω} ordinãre, Disponere qui cuique locus esse debeat. Vnde & ordinatum dicimus, inquit Budæus, rectè atque ordine constitutum. Sueton. de Claris grammaticis, Quare citò manumissus, Augusto & insinuatus est, quòd elegantèr curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticus susceperit. Budæus.
Ordinare & instituere. Cic. pro Sylla.
Aciem ordinare, Vide ACIES.
Agmina in aliquem. Horat. Epod. 17.
Annos. Horat. 4. Carm. ode 11.
In totum diem ordinari. Quintil. lib. 1 cap. 2.
Forsitan ita dij fata ordinauerunt. Curtius lib. 4.
Litem. Cic. 2. de Orat.
Ordinare syllabarum literas: quod Galli dicunt *Epeler*. Ex Prisciano lib. 1.
Ordinare locum vitibus. Colum. lib. 5. cap. 3.
Ordinare milites. Liu. 9. bel. Pun.
Partes orationis. Cic. 1. de Inuent.
Res publicas. Horat. 2. Carm. ode 1.
Ordinare Reipub. statum. Suet. in Iulio, cap. 40.
Ordinare vineam paribus interuallis. Columella libro 13. cap. 3.
Ordinare improbas cogitationes, pro Texere, vel animo concipere. Senec. epist. 10.
Testamentum. Martian. in l. 2. de inoffic. testam.
Testamentum iniqué. Marcell. lib. 5. D. de inoffic. testam.

¶Ordinare, Aliquem ad honorem & magistratum promouere, hoc est (vt Cicero loquitur) ornare, honoribúsque augere. Suet. in Vespasiano, cap. 23, Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit, exactáque pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Budæus.

Ordinatus, pen. prod. {πεπραγμένος.} Particip. vt
Ordinata disciplina. Liu. 4. bel. Pun.
Magistratus aliter ordinatos ab aliis scriptoribus dicit Liuius lib. 2, pro alio ordine annorum collocatos.
Ordinatus & compositus vir. Seneca de Vita beata.

Ordinatè, pen. prod. Aduerb. {πεπραγμένως.} Author ad Herennium, lib. 4, Quæ si sequemur, acutè & cito reperiemus: distinctè & ordinatè disponemus.

Ordinatim, pen. prod. Aliud. aduerb. {τάξει} Ordine. Brutus ad Cic. libro 11. 13, Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit, ergastula soluit.
Petere ordinatim honores. Seruius Cic. lib. 4. 5.

Ordinatio, ordinationis, Verbale {διατάξεως, διάταγμα.} Colum. libro 12. cap. 3, Vt ordinatio constituta conseruetur.
Ordinatio vitæ, pro Constitutione. Plin. iun. lib. 9. epist. 28.
Ordinatio, pro Administratione prouinciæ. Suet. in Nerone, cap. 40, Spopondêrunt tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Ierosolimorum.
Ordinatio, pro Creatione præfectorum. Tranquill. in Domitiano, cap. 4, Ecquid sibi visum esset, proxima ordinatione præficere Ægypto Merium Rufum.

Ordinator, pen. prod. Verbale {διατακτικός.} Seneca epist. 110, In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori.

ORDOLVCAE, Populi in Anglia, arduis montibus proximi: apud quos, (vt Tacitus scribit) Hostorius dux Romanus Carataccum in Anglia imperantem prostrauit.

ORDOVICVM, Ordouici, neut. gen. Nomen est ciuitatis, à qua Ordouices: quos Iulius Agricola debellauit. Tacitus in vita Agricolæ.

Orea, oreæ {χαλινός.} Festus, Oreæ, fræni, quòd ori inseruntur, dicti. Titinnius in Setina, Etsi tacebit, tâtum gaudebit sibi permitti oreæ. Cælius in Ariolo, Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum libro 3, Equos respondit oreas mihi, inde tibi cape flagellum.

OREADES, pen. corr. {ὀρεάδες} Nymphæ sunt montium, ab ὄρος, quod Græcè dicitur mons. Virg. 1. Æneidos,
Exercet Diana choros: quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

OREBATIS, pen. corr. Ptolemæo lib. 6. capite 4, Vrbs Persidis in mediterraneis.

OREGES, Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plin. libro 5. capite 29.

Oreon, pen. prod. Herba sic dicta, quòd in montibus nascatur. Plin. lib. 27. cap. 12, de polygono, Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, arundini teneræ simile, vno caule densis geniculis, & in se fractis, foliis autem piceæ.

Oreoselinum, penult. prod. {ὀρεοσέλινον} Montanum apium. Plinius lib. 20. cap. 11.

ORESITROPHVS, pen. corr. Nomen canis venatici apud Ouidium 3. Metamorph. Vocatus est à monte qui ὄρος dicitur, & τρέφω nutrio, quasi in montibus nutribus.

ORESTES {ὀρέστης} Filius Agamemnonis regis & Clytemnestræ, qui matrem occidit, eo quòd illa patrem Agamemnonẽ occiderat. Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen sibi prius desponsatam vxorem duxerat, occidit clàm in templo, & Hermionen recepit. Postea furiosus ob hæc scelera factus vagabatur. Et custodiente eum Pylade amico fidissimo, peruênit in regionem Tauricam, vbi Iphigeniam sororem suam inuenit, cum qua profectus est in Italiam. Vide in dictionibus AEGISTHVS, AGAMEMNON, & PYLADES.
Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Æneid.
Pelopeus. Lucan. libro 7. quoniam ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus verò Agamemnonem patrem Orestis.
Insanus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Agitatus furiis scelerum. Virg. 3. Æneid.
Scenis agitatus. Virg. 4. Æneid. Hoc inquit, quoniam multæ fuerunt compositæ tragœdiæ de Oreste.
Tristis. Orat. de Arte.
De Orestis & Pyladis amicitia meminit Cic. 2. de Finibus, Pylades quum sis, dices te esse Orestem, vt moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? Et de Amicit. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacunij fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades, Orestem esse se diceret, vt pro illo necaretur: Orestes autem, ita vt erat, Orestem esse perseueraret?
¶Alius fuit Orestes, cuius meminit Cicero 2. Offic. Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine, magno honori fuerunt.

Oresteus, pen. prod. Adiect. {ὀρέστειος.} Ouid. 15. Metamorphoseos,
Sacráque Orestææ gemitu, questúque Dianæ
Impedit. Orestea verò dicitur Diana, quòd illam Orestes vnà cum sorore Iphigenia, è regione Taurica in Italiam transtulit, ac iuxta Ariciam collocauit.
Dea Orestea, Diana. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.
Fides Orestea. Claud. ad Olibrium, 25.

ORESTIS, Orestidis, pen. corr. Pars Macedoniæ. Cic. de Aruspic. respons. Quis Platonem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legarum Thessalonicam ad nostrum (vt se ipse appellauit) imperatorem venisse nescit?

ORETAE, pen. prod. Gens Indica secundum Strabonem lib. 15, quos Arbis fluuius ab Indis disterminat, authore Plinio lib. 7. cap. 2.

ORETVS, Siciliæ fluuius apud Panormum.

OREVS, pen. prod. {ὄρευς} dictus est Liber pater, teste Festo, à montibus in quibus fieri sacrificia solebant.

Orexis, huius orexis, fœm. gen. {ὄρεξις} Latinè dicitur appetitus seu esuritio. Cic. appetitionem vertit, ab ὀρέγομαι, quod est appeto. Quidam etiam pro vehementi edendi auiditate: alij pro vomitu accipiunt, apud Iuuenalem, Satyr. 6,
-rabidam factura orexim. Idem, Satyr. 11.

Organum, organi, pen. corr. {ὄργανον} Instrumentum Latinè dicitur: ὄργανον enim erat meum Senatus: id iam est dissolutum. Cic. ad Brut. lib. 11. 14.
Organa, per excellentiam dicuntur omnia musicorum instrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4, Natura ducimur ad modos: neque enim aliter euenirent vt illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem.
Exprimi sermo organis non potest. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Organum, pro Cithara posuit Iuuenalis, Satyr. 6,
-Præstoribus organa semper
In manibus.
Afficiuntur animi in diuersum habitum organis. Quintil. libro 1. cap. 10.
Commouetur animus maioribus velut organis. Quintil. lib. 1. capite 2.
¶Organum, Instrumentum ædificiis construendis aptum. Vitruuius lib. 10. cap. 1, Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus, aut vi maiore coguntur effectus habere: vt balistæ, torcularíumque præla. Organa autem, vnius opere prudenti tractu perficiunt quod propositum est: vti scorpionis, seu anisocyclorum versationes.
Organa pneumatica. Plin. Idémque è puteo rota organísve pneumaticis, vel rollenonum hausta trigandos. Sic restituit Turnebus, quum in excussis, neumaticis legatur. Ea autẽ organa quadam machinatione & molitione constructa aquam sursum eructant, cuiusmodi & apud Vitruuium & Heronem visuntur.
¶Organum, apud Colum. lib. 3. cap. 13, pro instrumento ad metiendum apto, Sic (inquit) compositum organum, quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

Organarius, huius organarij {ὀργανοποιὸς} Qui organa compingit, aut qui pulsat. Firmicus libro 3. cap. 14, scribit Mercurium cum Venere in sexto loco ab horoscopo facere organarios & myropolas.

Organicus, pen. corr. adiect. {ὀργανικός.} vt
Saltus organicus Heliconis. Lucret. lib. 3, Hoc est sonoro, musicis organis refetto.
Organicæ machinationes. Firmicus lib. 8. cap. 30.

Organicè {ὀργανικῶς} Qui musicis organis canunt. Vulgus organistas vocat. Lucret. lib. 2, -æquè
Ac músæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Organicè, Aduerbium {ὀργανικῶς.} vt Organicè moueri, & mechanicè apud Vitruuium, teste Budæo.

ORGE, fons nobilis in Narbonensi prouincia. In eo herbæ nascuntur in tantum experitæ bubus, vt mersis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascẽtes eorum est non nisi imbribus ali. Plin. lib. 18. cap. 22. ad finem.

ORGIA, Orgiorum, neut. gen. plur. num. (inquit Seruius) {ὄργια} apud Græcos omnia sacra, sicut apud Latinos cæremoniæ dicuntur. Sed iã abusiuè sacra Liberi, Orgia vocantur: vel ἀπὸ τῶν ὀργῶν, id est à furore: vel ἀπὸ τῶν ὄρων, id est à montibus.
Innouabantur autem tertio quoque anno: vnde Trieterica dicta sunt, id est triennalia. Virg. 4. Æneidos,
-vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.
¶Orgyia, orgyiæ, pen. prod. Vlna, manuum extensio & pectoris latitudo, mensura sex pedum. Budæus in Annotat. prior. Orgyia, inquit, secundum Herodotum sex pedum est. Theodorus ex Aristotele interdum passum vertit, & Laurentius vbique ex Herodoto, interdum tres passus. Suidas, Orgyia, inquit, mensura est quæ inter manus expansas continetur. vulgo *Brassa* dicitur, quasi amplexus. Est autem trisyllabum vocabulum, vt harpyia, diphthongum Græcam in penultima habens. Plinius vlnam appellat, lib. 16. cap. 40, Arboris, inquit, crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Hæc Budæus.

Oria, huius oriæ, Nauis piscatoria, inquit Nonius. Plautus Rud. 23, Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem, Malo hûc alligari ad oriam, vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

ORIBASIVS {ὀριβάσιος} Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo etiam Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros medecinæ LXXII. ad Iulianum: eorúmque epitomen libris nouem ad Eustathium filium: de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò, Græcus author in libro Sophistarum, eius vitam pluribus persequitur.

ORIBASVS, pen. corr. Nomen canis apud Ouidium 3. Metamorph. vocatus ita, quòd montes velociter ascendat. ὄρος enim mons est, & βαίνω ascendo.

Oribata, oribatæ, pen. corr. neut. gen. Vide NEVROBATA. Oribatam putarim esse montium ascensorem. Vn *Grimpemontagne, Trenchemontagne.* Nisi malis Oribatas interpretari, circulatores qui scandunt arduã, & in erecta euadunt.

Orichalcum, orichalci {ὀρείχαλκον} Æs aurei coloris, quod in montibus inuenitur: vnde nomen traxit. Græci ὀρείχαλκος, ab ὄρος, quod est mons, quia in montibus foditur, alij aurichalcum scribunt. Cicero 3. Offic. Siquis aurum vendens, orichalcum se putet vendere, indicétne ei vir bonus aurum illud esse?
Tibia vincta orichalco. Horat. de Arte.

ORICOS, siue Oricum, penult. corr. {ὄρικος} ciuitas est Epiri à Colchis condita, teste Plin. lib. 4. cap. 23. de qua Lucanus lib. 3,
Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, &c. Propert. lib. 1. eleg. 8,
Vt te fœlici vectam per cærula remo,
Accipiat placidis Oricos æquoribus. Nunc vulgò dicitur *Rigo*, Quidam Orithos malè legunt.

Notis

Notis actus ad Oricum. Horat. 3. Carm. ode 7.

Oricus, Adiectiuum {ὀρείκιος.} vt Terebinthus Oricia. Virg. 10. Æneid.

Oricularius {ὠτικὸς} pro Auricolario subinde apud Cellum legitur, ea ratione qua coliculus & colis, pro cauliculo & caule dicitur: & codex & plostrum, vt focale à faucibus, pro caudex & plaustrum. Budæus.
Oricularius clyster. Celsus libro 5. cap. 28, de fistularum curatione. Est autem oricularius clyster, infundibulum per quod medicamenta in aures infunduntur, Græcè ὠτικὸν κλυστῆρα. *Vne seringue, ou autre chose.*
Oricularium specillum. Cels. lib. 6. cap. 7.

Oriens, Vide ORIOR.

Orificium, orificij {στόμα} dicitur quod in quacunque re patet, inquit Sipontinus. Macrobius lib. 7. cap. 4, Ventris enim duo sunt orificia. Paulo pòst, Rectimenta sunt, quæ per intestina inferiore orificio tradente labuntur. Loquitur de duobus orificiis ventris, seu ventriculi, siue stomachi.

Origanum, origani, pen. corr. {ὀρίγανον} Herba. Plin. lib. 20. cap. 17, Origanum quod in sapore cunilam æmulatur, plura genera in medicina habet, & onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Origanũ & Origanus dicitur, producta quæ ante vltimam est syllaba. Hæc Hermol. Barbarus in Corol. cap. 456.

ORIGENES {ὠριγένης} qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis anno aduersum Christianos persecutione commota, à Leonida patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pan per relinquitur, annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionem Christi, fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ disperſa ecclesia, decimooctauo ætatis suæ anno χαπχήσεων opus aggressus: postea à Demetrio eius vrbis episcopo in locũ Clementis confirmatus, per multos annos floruit. & quum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret, à Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrij offendit animum: qui tanta in eum debacchatus est insania, vt per totum mundum super nomine eius scriberet. Constat eum antequam Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo, & statim Alexandriam reuersum, Heraclam presbyterum iterum qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorem sibi fecisse χαπχήσεων, qui quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quòd Firmillianus Cæsareæ episcopus cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam veniens, diu Cæsareæ in Sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud quòd ad Mameam matrem Alexandri imperatoris religiosam fœminam rogatus venit Antiochiã, & summo honore habitus est: quódque ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quæ vsque hodie extant: & quòd tantum in scripturis diuinis habuerit studij, vt etiam Hebræam linguã contra ætatis gentisque suæ naturam edisceret. Dialecticam quoque & geometriam, arithmeticam, musicam, grammaticam, & rhetoricam, omniúmque philosophorum sectas ita didicit, vt studiosos quoque secularium literarum sectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concurrúsque ad eum mirifierent: quos ille propterea recipiebat, vt sub occasione secularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. Vixit vsque ad Gallum & Volusianum, id est vsque ad sexagesimumnonum ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri, in qua vrbe & sepultus est. Hæc & longè plura diuus Hieronymus.
Origenes (ait Erasmus) Græcis montigenam sonat, prima vocali producta, quemadmodum sit in ὀρέστης, quæ sine controuersia hinc dicta est, quòd malefica in mõtibus petageret sua facta. Adamas autem, indomiti nomen obtinuit, quòd quum sit lucidissimus, ne chalibis quidem duritiæ, nec malleorum ictibus cedit. At Origenis animus plusquam adamantinus fuit, quem nec vitæ austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorũ improbitas, nec suppliciorum terror, nec vlla mortis facies à sancto instituto vel tantillum dimouere potuit. Tanto enim martyrij desyderio flagrauit, vt vehementer ambiret, vel adolescentulus, in ea laudis parte patri aut comes esse aut præcursor: & prorsus anteuertisset, ni mater præsentiens illum summo diluculo ad agones vbi multi trucidabantur, velle procurrere, noctu clàm omnia illius indumenta sustulisset. Ita martyrij candidatum, quem terror mortis non potuit, pudor domi retinuit. Quin & patrem quum adhuc in vinculis esset, per epistolã cohortatus est, vt in pulchertimo instituto persisteret, illud addens, Vide pater ne quid mea causa secus facias. Adhuc adolescens, feruidoquodam zelo, sed non secundum scientiam, seipsum castrauit, quo liberè citráque pudicitiæ periculum doceret Euangelicam philosophiam. Vide multo plura apud Erasmum.

Origo, pen. prod. originis, pen. corr. {ῥίζωμα, πρόπαππος, αὐχὴ} Ab Orior oriris deriuatur, & principium, initium, causam, ortum, stirpem, semen, siue fontem significat. Plin. lib. 10. cap. 37, Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant.
Origo summi boni. Cic. 2. de Finib. A primo, vt opinor, animãtium ortu petitur origo summi boni.
Origines rei. Liu. 1. ab Vrbe, in Præf. Et legentium plerisque haud dubito quin primæ origines, proximáque originibus minus præbitura voluptatis sint, &c.
Origo rerum & molitio. Cic. de Vniuers. Quæramus igitur causam quæ impulerit eum qui hæc machinatus sit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret.
Nullius rei causa remota reperiri origo potest. Cicer. de Vniuer.
Originem & progressionem certarum rerum persequi. Cicero 4. de Finib.
Causa & origo malæ mentis. Iuuenal. satyr. 14.
Eloquentiæ origo est verborum delectus. Cic. de Clar. Orat.
Fontium origines celat Nilus. Horat. 4. Carm. ode 14.
Prima origo crescentis mundi. Virg. 2. Georg.
Genitalis rerum. Lucret. lib. 5.
Cælestis. Virg. 6. Æneid.
Gens cuncta ab origine. Virg. 3. Georg.
Mira. Ouid. 1. Metam.
Muliebris. Lucret. lib. 4.
Natalis. Ouid. 12. Metam.
Tenuis. Ouid. 3. Fast.
¶Modicus orginis. Tacit. lib. 5.
Clarus origine. Ouid. epist. 18.
¶Accipere originem ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ducere originem ab authore aliquo. Horat. 3. Carm. ode 17.
Ducere originem ex aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar. Virg. 1. Æneid.

Originalis, & hoc originale, penult. prod. {αἰρεσιάδης} Quod ex originẽ contrahitur: vt Originalis decor, Originalis macula, Originale delictum.

Originarius, Adiect. {αἰρεσιάρχης.} Budæus, Originarij, sunt qui contrahunt municipatus origine principaliter, vt Accursius in rub. de Incolis dicit lib. 10. Cod. & ibidem titulus est de Municipibus & originariis. Hi & originales vocantur in l. Quum neque. eod. tit. De incolis. in l. Ciues, Ciues quidem origo facit: incolas verò domicilium.

Originatio {ἐτυμολογία.} Quintil. lib. 1. cap 6, Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocent. De etymologia.

Orioles, Genus quoddam nauium, quæ aliter prosumiæ, vel geseretæ dicuntur. Vide Gell lib. 10. cap. 25.

ORION, pen. prod. {ὠρίων} filius Neptuni secundum Hesiodum. Alij fabulantur eum ex vrina Iouis, Neptuni, & Mercurij genitum, quos deos quum Oeneopeus quidam hospitio excepisset, eisque bouẽ macta sset, petiuit vt sibi filium concederet. Illi ergo corium è boue detractum popositerunt, atque in illud vrinam reddiderunt, ex qua natus est Orion. Ouid. lib. 5. Fast. Idem ibidem, non Oeneopeum, sed Hyreum fuisse canit qui hospitio deos susceperit. Et Orionem Virionem appellatum fuisse. Fuit autẽ statua corporis ingenti, quod & ipsum Ouidius indicat, Creuerat immensum. & Virgilius 10. Æneidos,
-quàm magnus Orion, &c. Fuit etiam venator, & satelles Dianæ, vnde Horatius eum à Diana confossum inquit, quòd concubitum eius petere ausus fuisset: sic enim inquit lib. 3. Carm. ode 4,
-notus & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta. Præterea lib 2. Carm. ode 13, apud inferos eum esse indicat, vnà cum Prometheo & Tantalo. Ouidius verò ait eum à scorpio interfectum fuisse, quem irata Tellus illi immiserat, propterea quòd gloriatus fuerat nullum in terris esse animal quod vincere non posset. Dianam verò misertam illius, inter sidera eum collocauisse. Lucan. lib. 9. Inter astra recepsus est ante Tauri vestigia. Sunt tamen qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd eius tempore habet orium hyems, & mare ac terras tempestatibus turbat. ὀρίνω enim, turbo & concito significat. Plautus Iugulam vocat, quòd sit eius gladius stellatum fulgore terribilis. Hic fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem denotat.
Pectus Orionis. Cic. in Arato.
Aquosus Orion. Virg. 4. Æneid.
Armatus auro. Virg. 3. Æneid.
Deuexi rapidus comes Orionis Notus. Horat. 1. Carm. ode 28. Deuexum inquit, id est, in deuexa cæli parte positum, hoc est in Occasu. Comitem verò eius Notum facit, quoniam tempestatem & ventos secum fert Orion.
Ensifer. Ouid. 4. Fast.
Infestus nautis. Horat. Epod. 15.
Nimbosus assurgens fluctu. Virg. 1. Æneid.
Pronus magno trepidat tumultu. Horat. 3. Carm. ode 27.
Tristis. Horat. Epod. 10.
¶Orion, primam interdum productam habet, interdum correptã, vtrunque cum ratione. ὠρίων enim (quo nomine illum vocatum fuisse suprà diximus) lingua Dorica ὡρίων facit, eáque ratione O longum est. Breue autem fit quum omissa secunda vocali in ὠρίων, ὠρίωνα dicunt. Hoc mirum magis est, Ouidium lib. 5. Fast. in obliquis & posterius contrahere, Quorum si mediis Bœoton Oriona quærres. Idem 8. Metamorphoseos, -strictúmque Orionis ensem. Ibidem, lib. 13, -nitidúmque Orionis ensem.
Dicitur Orion etiam Oarion, vt apud Nicandrum, βοιωτοῦ τοῦ χθονὸς ἡμενὸν μέσην ὠαρίωνα. Sic etiam Catullus in elegia de coma Berenicis, 61, Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orior, oriris, pen. prod. vel oreris, pen. corr. ortus sum {τίκτω, γίνομαι, ἐξανατέλλω, ἐπανατέλλω, ἐπιτέλλω, ὑποφύομαι} ortii, Est nasci vel surgere, vt ait Festus. Ouid. 10. Metamorph. Tu quoties oreris, viridique in cæspite flores.
Oriri & procreari. Cic. 2. de Legib. Sum illi villæ amiciot modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus & procreatus.
Oriri ex se, & sponte sua nasci. Cic. 1. de Finib.
Ex causa oriri. Quintil. lib. 2. cap 4.
Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Æneid.
Oritur clamor. Plaut. Aulul. 14.
Oritur facinus ex re. Plaut. Pœn. 14. Id est, tu es author huius facinoris. Terentius Adelph. 2. 1, Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Id est cœpta, vt ait Donatus.
Oritur fons in monte. Plin. iun. lib 4. epist. 50.
Tremulus mœstis orietur fletibus horror. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Prospera lux oritur. Ouid. 1. Fast.
Monstrum mirabile oritur, Id est accidit. Virg. 2. Æneid.
A suo cuiusque genere virtutis officia oriuntur. Cic. 5. de Finib.
Risus oriebantur, dulcéſque cachinni. Lucret lib. 5.
Oritur ab his sermo. Cic. de Amic. Fannius & Q. Mutius ad socerum veniunt post mortẽ Africani ab his sermo oritur. respondet Lælius. Quasi dicat, Ipsi primò loquuntur in isto dialogo.

Sermo oritur de villis. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Stellæ oriuntur & cadunt. Ouid. 1. Fast.
Oriuntur vlcera. Celsus lib. 16. cap. 13. Alia quoque vlcera in gingiuis oriuntur, quibus eadem quæ in reliquo ore succurrunt.
Ortum est abs te, vel ex te. Terent. Andr. 3. 2. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? Hoc est, te esse principium & initium huius rei.

Oriens, orientis, Participium { ἀνατέλλων, ἀνίσχων, ὀρνύμενος. } vt
Austri orientis motus. Horat. 3. Carm. ode 27.
Dies oriens. Tibul. ad Messalam, lib. 4.
Luna. Ouid. 8. Metam.
Lux. Catull. Argon. epigr. 59.
Signa orientia noctis. Vig. 7. Æneid.
¶Oriens, Nomen substantiuum, gen. masc. { ἀνατολή } Pars ea mundi in qua sol oriri solet. Plin. lib. 10. cap. 44. Oriētem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant.
Ab Oriente, Vide A vel A B.
Oræ Orientis. Horat. 1. Carm. ode 12.
Anhelus. Stat. 3. Sylu. 2.
Extremus. Ouid. 7. Metam.
Primus Oriens nos afflauit anhelis equis. Virg. 1. Georg.

Ortus, Participium { φυόμενος. } Cicer. pro Cluentio, Quum quædam in collibus (vt solet) cōtrouersia pastorum esset orta. Sic orta luce, apud Cæsarem lib. 5. bel. Gall.
Hoc initio suspitionis orto. Cic. pro Cluentio.
Ortus ab omni turba fletus. Liu. 2. ab Vrbe.
Flos ortus de sanguine. Ouid. 10. Metam.
Lucifer ortus erat. Ouid. 4. Metam.
Ratio orta ab sensu falso. Lucret. lib. 4.
Ortus rumor ex Sulpitij literis, &c. Cic. ad Att. lib. 11. epist. vlt. Vide RVMOR firmus.
Sol recens ortus. Virg. 3. Georg.
¶Ortus ex eo loco: Id est natus. Terent. Eunuch. 2. 2.
Ortus Equestri loco. Cic. 1. de Lege agraria. Et Liu. 6. bell. Punici, Loco obscuro, tenuique fortuna ortus.
Syluis fuit ortus in altis. Ouid. 4. Fast.
Terra orti. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Fatis melioribus ortus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Ab his maioribus orti. Horat. 1. Serm. satyr. 5.
Antiquis nobilibus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Satu deorum. Cic. de Vniuers.
Stirpe ab antiqua Teucrorum. Virg. 1. Æneid.
Pueri claris patribus. Horat. 4. Carm. ode 6.
¶Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. Cæsar lib. 2. de bello Gallico ait pleroſque Belgas esse ortos à Germanis.

Ortus, huius ortus { γένεσις } Natiuitas. Cic. de Amic. Et erit huius ortus à natura, quàm ab imbecillitate & grauior & verior.
Materno ortu generosus. Ouid. 13. Metam.
Nobilis ortu. Silius lib. 1.
Ortu Tusculanus fuit Cato. Cic. 2. de Legib.
Ducere ortum ab aliquo. Ouid. 5. Metam.
Habere ortum & gigni. Cic. de Vniuers.
Moderatur ortus nascentium luna. Cic. 2. de Diuinat.
Animantium ortus. Cic. 2. de Finib.
Repetere ortum iuris à fonte. Cic. 1. de Legib.
¶Solis ortus { ἀνατολή } Plin. lib. 12. cap. 14, Saba regio spectans ortus solis æstiui.
Signorum ortus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Ortus & obitus signorum definitum quendam ordinem seruant. Cic. 1. de Inuent.
Stellarum ortus atque obitus. Catull. de Coma Berenicis.
Ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes, necesse est. Cic. 2. de Diuinat.
Antiqui signorum ortus. Virg. 9. eclog.
Cælestis. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Nitidus. Ouid. 2. Metam.
Punicei. Claud. 1. de raptu Proserp.
Purpureus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Roseus Phœbi. Claud. de bel. Getico.
¶Ab ortu ad occasum commeat sol. Cic. 2. de Nat. deor.
Phœbus iterauit ortus. Id est iam illuxit secundus dies. Ouidius 6. Fastorum.
Aurora ostendit suos ortus. Virg. 4. Georg.
Perdiscere ortus obitusque signorum, Vide PER DISCO.
Marutinos prædicit Lucifer ortus. Senec. OEdip. 5.
Suspicere ortus signorum. Virg. 9. eclog.

Oriturus, pen. prod { ὑπουργήσων. } Horat. 2. epist. 1, Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.

Oriundus, Adiectiuum { γόνιμος } significat locum vnde maiores nostri sunt, nósque originem traximus. Liu. 4. bell. Pun. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis. Id est ab Syracusis originem trahentes, vnde fuerunt parentes. Hæc Valla lib. 3.
Oriundus ab Vlysse. Liu. 1. ab Vrbe. De Octauio Mamiliano Tusculano. Plin. de Viris illustr. Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus.
Ab ingenuis oriundus. Cic. in Topic. Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt. non satis est. Qui ab ingenuis oriundi sunt, nec id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiunt. abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti. hoc fortasse satis est.
¶Oriundus, aliquando sine præpositione, vt apud Liuium lib. 1. ab Vrbe, Alba oriundum sacerdotium.
¶Oriundus, cum indeclinabilibus aliquando iungitur. Plaut. Aul. 20,
-meminerint sese vnde oriundi sient.
¶Oriundus, pro Ortus aliquando inuenitur, cum præpositione, & aliquando sine præpositione. Liuius lib. 8, Palæpolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est, duabus vrbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi. Columel. lib. 1. cap. 3, Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, καὶ δι', &c.
Semine cælesti omnes sumus oriundi. Lucret. lib. 2.

Orites, huius oritis, masc. gen. generis, Gemma, de qua sic Plinius lib. 37. cap. 10, Orites globosa specie, à quibusdam & siderites vocatur, igne non sentiens.

ORITHEA, Nympha est quasi hortans ad cursum dicta.

ORITHYIA, penult. prod. { ὠρείθυια } filia fuit Erichthei Athenarum regis, quam quum Boreas adamasset, & sibi coniugem dari postularet, nec impetrare valuisset, illam rapuit, & in Thraciam secum detulit, ex qua Zetum & Calaim filios procreauit, vt pro vera historia retulit Eusebius.
Actias Orithyia, Athenienſis. Virg. 4. Georg.
Cecropia. Valer. 1. Argon.
Pandionia. Propert. lib. 1. eleg. 19. à fratre Pandione.
Sustulit Orithyiam Aquilo. Cic. 1. de Legib. Verúmne sit, Athenis non longè item à tua antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit. sic enim est traditum.
¶Alia fuit eodem nomine regina Amazonum: de qua Iustinus libro 2.

Oriundus, Vide ORIOR.

Orix, siue Oryx, per y Græcum, origis, masc. gen. generis { ὄρυξ } Genus capræ feræ. Columella lib. 9. cap. 1, Feræ pecudes vt capreoli, damæque, nec minus origum, ceruorúmque genera, & aprorum, modò lautitiis & voluptatibus dominorum seruiunt, modò quæstui ac reditibus. Martial. lib. 13. 95,
Sæuus orix, Vide ORYX.
Gerulus orix. Iuuenal. satyr. 11.

Oriza, huius orizæ { ὄρυζα } Species leguminis, folio carnoso, portaceo ferè sed latiore, altitudine cubitali, flore purpureo. Plin. lib. 18. cap. 10. Adiiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos, externa omnia ab Oriente inuecta, orizæ similia.
Ptisanarium orizæ. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Orizon, Vide HORIZON.

ORMENIVS, teste Homero, Magnesiæ ciuitas: idque Plinius confirmauit libro 5.

Orminium, siue Orminum { ὄρμινον } Syluestris asparagus, quam corrudam Columella & Cato vocant. Plin. lib. 20. cap. 10, Syluestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui libycum vocāt, Attici orminium. Vide HORMINVM.

Ornamentum, Vide ORNO.

ORNEA, sacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum vocabant. Celebrabant autem hæc festa Nymphæ iuxta Colophonem St rabo libro 8.

ORNEVS, Ixionis & Nubis filius, vnus ex Centauris. Ouidius 12. Metamorph.

Ornis, ornios, vel ornithos, pen. prod. f. generis. Latinè dicitur auis vel gallina.

Ornithiæ { ὀρνιθίαι } Venti Septentrionales. Columel. lib. 11. cap. 2, Decimo Calend. Mart. Leo desinit occidere, venti Septētrionales qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent. Plin. lib. 2. cap. 47, Ornithias, ab aduentu auium dicitur, teste Budæo.

Ornithon, penul. prod. ornithonis, pen. prod. m. g. { ὄρνεων } Latinè auiarium dicitur. Varro 3. de Re rust. cap. 3, Contrà, nunc auiaria sunt nomine mutato, quòd vocantur ornithones. Ibidē, cap. 2, Recipis nos, inquit, in tuū ornithona, vbi sedes inter aues. Idem lib. 2. in Procem. Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis & piscinis.

Ornithoboscium, ornithoboscij, penult. product. { ὀρνιθοβοσκεῖον } Locus in quo gallinæ & aues depascuntur & enutriuntur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 9, De iis qui ornithoboscium instituere volunt.

Ornithotrophium, ornithotrophij, penult. prod. neutri generis { ὀρνιθοτροφεῖον } Locus in quo aues educantur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5, In quo diceris longè viciſse non modò archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφεῖον M. Lænij Strabonis, &c. Id est ornithotrophiorum.

ORNITHOGALVM { ὀρνιθόγαλον } Cauliculus est, teste Dioscoride, sesquipedalis, candicans, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, à quibus flores prodeunt foris herbacei, & intus, quum hiare cœperint, lactei.

Orno, ornas { κοσμέω, στολίζω, περθέω, ἀναδέλλω, ἐπιστέλλω, κτίζω } ornare, Pulchrum & decorum facere. Cic. lib. 1. Tusc. Nocturnámque cæli formam vndique sideribus ornatam. Idem Attico, lib. 2, Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant.
Populus ornabat ædem frondibus. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Gemma ornabat manus Propert. lib. 3. eleg. 6.
Sepulchrum floribus ornare. Cic. pro Flacco.
¶Ornare, Honorare. Cicero Cæsari, libro 7. 5, Neque impedio quominus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus.
Augere & ornare rhetoricen. Cic. 3. de Finib. Potest id quidem fusè & copiosè. & omnibus electissimis verbis, grauissimísque sententiis rhetoricē & augeri & ornari.
Ornare aliquem, & Spoliare, contraria. Cic. pro Flacco, Quis erat qui non sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem, quàm in spoliandis Trallianis fuisse?
Mirabilius & magnificentius augere aliquid, & ornare. Cicero 1. de Orat.
Ars ornat aliquem. Cic. 1. Tusc.
Artem ornare iure. Cic. 1. Tusc.
Donis ornatur honestis. Horat. 2. epist. 2.
Donis propriis ornatur industria. Claud. 8. Paneg.
Vestire & oratione ornare inuenta. Cic. 1. de Orat.

Moribus

Moribus ornas res Italas. Horat. 2. epist. 1.
Ornare munus verbis, pro Laudare, & verbis quodammodo maius facere. Terent. Eunuch. 2. 1.
Ornare & illuminare orationem. Cic. 3. de Orat.
Scientiam iuris Ciuilis nouo ornatu ornare. Cic. 1. de Orat.
Ornari & exornari ab aliquo. Cic. 11. Philipp.
Omnibus rebus aliquem ornare. Cic. Attico, lib. 6.
Amplissimis & honorificentissimis rebus aliquem ornare. Cicero F. Merello, lib. 5. 2.
Defendere, amplificare, & ornare aliquem. Cic. pro Domo sua.
Tueri & ornare aliquem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14, Intelligere debes in te positam esse Rempub. tibíque non modò tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, à quibus initium libertatis profectum est.
Apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis Prætoriam potestatem ornare. Cic. 2. de Lege agrar.
Ornari decretis. Brutus Attico in Epist. ad Brutum, 17, Imò triumphus & stipendium decernitur, & omnibus decretis ornatur.
Ornare & celebrare frequentia egressum alicuius. Cic. in Pis.
Honore ornari, & augeri dignitate. Cic. pro Plancio.
Ornari eximia laude, vel summis laudibus. Cic. 4. in Catil. Ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic imperio infestissimas, Carthaginem, Numantiámque deleuit.
Laudibus suis & alienis aliquem ornare & honorare. Cicero 2. Philipp.
Sententiis aliquem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9.
Singularibus studiis aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 20.
Suffragio ornare candidatum. Plin. epist. 25. lib. 1.
¶Ornare, verbum est sæpe de prouinciis vsurpatū ab antiquis scriptoribus. Cic. Attic. lib. 3. epist. 24. in initio, Quum ad me scripsissetis vestro consensu Consulares prouincias ornatas esse. Idem in Pison. Prouinciam Galliam exercitu instructam & ornatam. Quod ita accepio, vt eum ipsis prouinciis simul decernerentur eæ res, quæ prouincias administrantibus necessariæ putarentur, vt milites, pecunia, & huiusmodi. Sic ornare classem, in oratione pro Lege Manilia, pro Instruere. Ornatæ prouinciæ lege Curiata, quarū rectoribus imperium, exercitus, stipendium, legati dabantur. Sed lege Curiata non omnes ibant in prouincias, ideóque non omnes publico sumptu. Vide Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 17. In ornandis prouinciis consularibus.
Consules ornare, est prouincias Consulibus decernere. Cic. Attic. lib. 3. epist. 24, Suam potestatem esse de Consulibus ornandis. Ita loquutus est lib. 2. ad Quintum fratrem, epist. 3, Referebatur de prouinciis Quæstorum, & de ornandis Prætoribus. Idem Attic. lib. 4. epist. 15. non procul à fine, Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat. Sensus est: Appius Consul in Ciliciam prouinciam proficisci cogitat sine lege Curiata, proinde suo sumptu, non publico. Qui enim sine lege Curiata, imperio à populo nō accepto proficiscebantur in prouincias: ij & sine legionibus ibant, & suo sumptu. Qui lege Curiata, populi iussu: ij cum legionibus, publico sumptu.
¶Ornare, Aptare, Apparare. Plaut. Rud. 4, Iubere meliùs est prandium ornari domi.
Armis se ornare. Ouid. epist. 9.
Parari & ornari scutis & telis. Cic. pro Cecin.
Ferre alicuius delicias, & ornare. Cic. Attic. lib. 1. 12, Hecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ, quas ego non solùm tuli, sed etiam ornaui.
Ædificare & ornare classes. Cic. pro Lege Manil. Qui posteaquàm maximas ædificasset, ornassetque classes, &c. Ornasset, id est instruxisset.
Conuiuium ornare, Præparare vel apparare. Cic. pro Quint. Non profusis sumptibus viuere, non ornare magnificè, splendidéque conuiuium.
Ornare atque instruere copias omnibus rebus. Cicero pro Lege Manilia.
Fugam ornare, Parare fugam. Terent. Eunuch. 4. 4.
Ornare & sternere sibi lectum genialem. Cic. pro Cluent.

Ornandus, Participium { κοσμητέος. } vt
Victoriis ornandus Pompeius. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Senectuti celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? Cic. 1. de Orat.
Famula operosa ornandis capillis. Ouid 2. Amor. eleg. 7.

Ornatus, pen. prod. { κεκοσμημένος, κόσμιος } Aliud participium, siue nomen ex participio.
Leuiter ornatus, Vide LEVIS.
Ornatus pessumè. Plaut. Aulul. 29.
Nondum totos ornata capillos. Ouid. 11. Metam.
Apio crines ornatus amaro. Virg. eclog. 6.
Hedera crescentem ornate poetam. Virg. eclog. 7.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. Virg. 3. Georg.
Liber ornatus tempora viridi pampino. Horat. 4. Carm. ode 8.
Ornatus in peregrinum modum. Plaut. Persa 4.
Copiosè ornatus, Vide COPIA.
Ornatus & grauis in dicendo homo. Cic. 1. de Orat.
Ornatus bono ingenio. Plaut. Pœnulo, 4.
Ornatus ex suis virtutibus. Terent. Adelph. 2. 1.
Testimoniis clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus Cic. de Arusp. resp.
Instructus & ornatus artibus. Cic. 2. de Fin. Sic nos sapientem plurimis & grauissimis artibus atque virtutibus instructum & ornatum, &c.
Rebus omnibus ornatus excellit. Lucret. lib. 1.
¶Ornatus, inquit Festus, dicitur qui bonis artibus instructus est, & honores adeptus à populo: & bene aptus, vt miles aut gladiator, & acturus fabulas.
Ornatissimus homo. Cic. pro Quintio, Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo Sex. Neuium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis.
Honoribus amplissimis, fortunísque maximis, coniuge, liberis, & affinibus ornatus imperator. Cic. Bruto, 18.
Splendidissimus atque ornatissimus ciuitatis suæ vir. Cic. pro Flac.
Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, &c. Cic. 3. Verr.
Amplissimus ad agendum, ornatissimus ad dicendum locus. Cic. pro Lege Manilia.
¶Ornata sunt cuncta, Id est parata. Plaut. Pseud. 10,
-vt lenoni furripiam mulierculam,
Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo, vt volueram. Hoc est, dispositа eo ordine quo optabam.
Ornata & referta omnibus rebus domicilla regis. Cic. pro Lege Manilia.
Satis probè ornatus exercitus. Cic. Cælio, lib. 2. 9.
Ornatissimus fundus. Cic. pro Quintio, E fundo ornatissimo deiectus, ignominiis omnibus appetitus.
Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. Cic 1. de Orat.
Instructa & ornata exercitu & pecunia prouincia. Cic. in Pison.
Concinnitas sententiarum ornata. Cic. de Clar. Orat.
Capillo ornato procedere. Propert. lib. 1. eleg. 2.
Fores ornatæ. Ouid. 4. Fast.
Ornatissimam de me sententiam dixit. Cic. pro Domo sua.
Ornatus elaboratúsque versus. Cic. in Orat.

Ornatus, huius ornatus { κόσμος, κοσμεῖσθαι } vel ornati, antiquè, vt apud Terentium And. 2. 2, Nihil ornati dicitur (authore Festo) cultus ipse quo quis ornatur: vt quum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire. Cic. 4. Acad. Nulla senectus diuturnitate temporum existere, vt hic ornatus vnquam dilapsus occidat. Virg. 1. Æneid.
¶Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maximè lumitur, quod eam deceat. Itaque ob id paratur speculum. Hæc Varr. libro 4. de Ling. Latina.
Lugubris ornatus, Vide LVGEO.
Militaris. Cic. 1. Offic. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quòd statuas quoque videmus ornatu ferè militari.
Persicus. Cic. de Senect. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis, ornatúmque Persicum, multo auro, multísque gemmis, dixisse, &c. De Cyro.
Vestitus pulcherrimus & ornatus regalis. Cic. 2. de Finib.
¶Instratus ornatu regio, Vide INSTERNO.
Amplus ornatus scenæ aut fori. Cic. in Orat.
Admirabilis eaeli. Cic. 2. de Nat. deor.
Omnis ornatus virginis. Virg. 7. Æneid.
Distinctio & ornatus oratoris. Cic. 2. de Orat.
Ornatus oratoris tanquam vestis. Cic. de Clar. Orat.
Verborum ornatus oratoris putandus est. Cic. 1. de Orat.
Insignis. Cic. in Orat.
Dispositа ornatu quædam insignia & lumina. Cic. 3. de Orat.
¶Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. Cicero in Orat.
Nouo & alieno ornatu ornare, & Suo spoliare & denudare, contraria. Cic. 1. de Orat. Vide Crasse, ne dum nouo & alieno ornatu velis ornare iuris Ciuilis scientiam, suo quoque eam concesso & tradito spolies atque denudes.
¶Ornatu, sine i litera in datiuo vsurparunt grauissimi authores. C. Cæsar in Dolabella: Actionis illibuisti: quorum in ædibus fanissque posita, & honori erant, & ornatu. Author Gel. lib. 4. cap. 16.
¶Ornatus, Apparatus. Terent. Andr. 2. 2, -in ædibus
Nihil ornati, nihil tumulti.
Ornatus, & Cultus, diuersa. Tertul. in lib. de habitu mulieris, Habitus fœminæ duplicem speciem circunfert, cultum & ornatum. Cultū dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis & vestibus deputatur: iste in cura capilli & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Hæc ille.

Ornatè, pen. prod. Aduerbium { κεκοσμημένως } Rectè, propriè, eleganter & dispositè: vt Ornatè dicere, proprium est eloquentis, vt ait Quintil. in Procœmio lib. 8. Cic. 1. de Finib. Res verò bonas verbis electis grauiter ornatéque dictatas quis non legat?
Ornatè splendidéque facere aliquid. Cic. 1. Offic.
Ornatè politéque dicere. Cic. pro Cælio.
Compositè, ornatè, copioſè eloqui. Cic. 1. de Orat.
Distinctè, distributè, eleganter, ornatè scribere. Cic. 2. Tusc.

Ornatrix, pen. prod. Verbale { κοσμήτειρα. } Tranquil. in Claud. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. Ouid. 3. de Arte, Tuta sit ornatrix.

Ornamentum, ornamenti { κόσμημα } Idem quod Ornatus. Cato. cap. 10,
Ornamenta bubus fex. Cic. pro Rosc. Amer.
Instruere ornamenta alicui, Vide INSTRVO.
Ornamenta, Honores. Cic. 7. Verr. Vbi tenuis denariis æstimatum frumentum? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot tantáque ornamenta magistratibus & legatis à Senatu Populóque Roman. permissa & data?
Ornamentum, Beneficium honorificum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 18, Quæcunque à me ornamenta ad te profici scentur. Budæus.
Quæcunque à me ornamenta ad te proficiscentur. Budæus.
Afficere aliquem populum ornamentis. Cic. pro Corn. Balb.
Arx & ornamentum amicorum Antonij Cotyla. Cic. 8 Philip.
Flos Italiæ, firmamentum imperij Romani, ornamentum dignitatis Cic. 3. Philip.
Insignia & ornamenta generis, nominis, honoris occiderunt. Cic. pro Sylla.
Puericiæ ornamentum. Cic. 3. Verr. Quod ornamentum puericiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, grauiter & acerbè homines ferebant.
Lumen & ornamentum Reipublicæ Q. Hortensius. Cic. pro Mil.
Inter præcipua seculi ornamenta, Vide INTER præpositionem.
Decus & ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia

non putaui.Cic.de Prouinc.Consul.
Honoris ornamenta, monimenta gloriæ, & insignia laudis. Cic.3. in Catil.
Ornamento esse, Decorare, ornare. Cic.Cassio,lib.15.4, Tu puer me appetisti:ego autem semper ornamento te mihi fore duxi.
Constituere ornamentum. Cic.4.Verr. Si ex hoc genere splendorem ordini atque ornamentum curiæ constituere velitis,habeatis sanè vobiscum istum Senatorem.
¶Ornaméta orationis negligere. Cic.1.de Fin.Quòd illa Platonis, Aristotelis,Theophrasti orationis ornamenta neglexerit.
Ornamenta orationum & conformationes.Cic.de Clar.Orat.
Eloquentiæ ornamentum.Quintil.lib.1.cap.8.
Oratoria ornamenta dicendi.Cic.de Clar.Orat.
Ornamenta dicendi non satis opima,Vide OPIMVS.
Adiungere ornamenta oratoria,Vide ADIVNGO.
Adhibere ornamenta,In ADHIBEO.
Ornamenta amittere.Cic.Famil.4.
Ornamenta congerere.Cic.pro Deiot.
Ornamenta obtinere.Cic.Si quæ pudore tibi ornamenta peperit, ea potest contra perulantiam te defendente obtinere. Id est detinere.
Ornamenta ab aliquo proficisci.Cic.Fam.2.
Ambitiosa ornamenta recidere.Horat.de Arte.
Ornamenta recuperare.Cic.Fam.12.
Ornamentis redundare,Cic.Famil.3.
Ornamentis spoliare.Cic Fam.5.

Ornus,orni,f.g Arbor.Colum.lib.de Arboribus,cap.16,Sed si aspera & siciculosa loca arboribus obserenda erunt, neque populus, neque vlmus,tam idoneæ sunt,quàm orniceæ syluestres fraxini sunt,paulo latioribus tamen foliis quàm cæteræ fraxini,nec deteriorem frondem quàm vlmi præstant. Capræ quidem & oues libentius etiam hanc frondem appetunt.
Ærea.Valer.8.Argon.
Annosa.Virg.10.Æneid.
Excelsæ.Valer.2.Argon.
Humilis.Claud.3.de raptu Proserp.
Rigidæ.Virg.eclog.6.
Steriles saxosis montibus.Virg.2.Georg.
Truncæ.Stat.1.Achil.
Vastæ.Stat.5 Thebaid.
Ingentes aduoluunt montibus ornos.Virg.6.Æneid.
Veteres agitantur.Horat.1.Carm.ode 9.
Antiquam ornum accisam ferro eruere.Virg.2.Æneid.
Ornus incanuit albo flore pyri.Virg.2.Georg.
Foliis viduantur orni.Horat.2.Carm.ode 9.

Oro,oras {δέομαι,αἰτέω,παρακαλῶ,γουνοῦμαι,σπεύδω,μαι} orâre, ab ore fit,inquit Varro de Lingua Latina,lib.5.
Orare,obsecrare,ne,vel vt.Plaut.Casin.7.
-orat,obsecrat
Ne Casinam vxorem ducam. Cic.pro Quintio, Orat, atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini.
Orare atque obsecrare aliquem.Cic.4.Verr.
Rogare & orare aliquem,Cic.4.Verr.
Orare & obtestari aliquem.Cic.pro Plancio.
Orare & hortari aliquem,Cic.Qu.fratri,lib.1.1.
Orare aliquem per.Terent.Andria,1.5,
Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum,
Per tuam fidem,perque huius solitudinem
Te obtestor,ne abs te hanc segreges,neu deseras.
Per omnes deos te oro.Horat.1.Carm.ode 8.
Orare pro aliquo.Plaut.Asinaria,13,
-tu pro illa ores vt sit propitius.
Pro salute alicuius aliquem.Brutus Ciceroni,16.
Orare ne.Terent.Hecyra,3.2,
-quod te Æsculapi,& te
Salus,nequid sit huius,oro.
Orare vt. Terent.Andr.4.2. Cic.pro Roscio Amer. Non orat vt eam noctem peruigilet.
Etiam atque etiam te oro,vt me totum tuendum suscipias.Cicero Attico,lib.11.
¶Deum orauere.Ouid.15.Metam.
Gentes orare & vrbes.Virg.6.Æneid.
Orare aliquem in audaciam. Salust.in Catil. Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos electos & exercitatos orabat in audaciam,vt grege facto,cum telis ad sese irrumperent.
¶Orare aliquid alicui.Terent.Andria,3.2, -nunc Chremem Conueniam:orabo gnato vxorem. Hoc est, Orabo, vt filio meo det gnatam suam in vxorem.
Orare aliquid scire.Plaut.Pseud.9.
Orare aliquid ab aliquo,Est perere.Plaut.Amphitr.3.
Orat ius,bonum,æquum,&c. Plaut.Trinum.17,
-ius hic orat. Idem Menæch.2.4,Optumum atque æquissimum orat frater. Et Persa,1.0,Bonum æquumque oras, sequere hâc. Terent. Heaut.2.3, -nam miserè quendam offendi militem,
Eius noctem orantem.
Finem orare malorum.Ouid.1.Metam.
Hyemes orare serenas.Virg.1.Georg.
Opem.Ouid.1.Metam.
Pacem manu.Virg.10 Æneid.
Veniam dapibus.Ouid.8.Metam.
Veniam hanc extremam oro.Virg.4.Æneid.
Vitam.Virg.8.Æneid.
¶Orare tecum,mecum, Archaismus est pro Orare te,me. Plaut.in Pers.Act.1.scen.3,
Quæso animum aduorte,hoc enim iam heri narraui tibi:
Tecumque orani,vt nummos sexcentos mihi
Dares vtendos mutuos. Idem in Curcul.Act.3.scen.3,
Tecum oro,& quæso,qui has tabellas afferet
Tibi,vt ei detur quam istic emi virginem. Terent. in Hecyr. Act. 4.scen.4,
Egi,atque orani tecum,vxorem vt duceres. Quanuis sint qui hunc locum aliter legant.
¶Orare precibus.Cic.Cæsari in Epist.ad Atticum,lib.9, Quamobrem à te peto, vel potius & omnibus precibus oro & obtestor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi.
Multis & supplicibus verbis orare vt liceat.Cic.Attic.lib.12.
Gestu orauit fugam.Ouid.14.Metam. Id est gestu rogaui vt me iuuarent quò hinc possim aufugere.
Orant admittier,Orant vt admittantur.Virg.9.Æneid.
Orat ignoscas.Plaut.Amphitr.4.
¶Modus orandi.Virg.4.Georg.
Flectere aliquem orando.Virg.4.Georg.
¶Orare, cum solo accusatiuo, significat Agere & dicere. Terent. Phorm.2.1, Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Cic. de Claris Orat.Quo nemine vnquam melius vllam orauisse capitis causam,quum seipse defenderet,se audiente locuples author scripsit Thucydides.
Causas orare.Virg.6 Æneid.
Vera imago orandi.Quintil.lib.5.cap.12.
Scientia orandi.Quintil.lib.1.cap.10.
Vires orandi.Quintil.lib.2.cap.16.

Orans,orantis,Participium {βοηθῶν.} Terent.Eunuch.5.5,Atque equidem orante,vt ne id faceret,Thaide.
Multa deos orans.Virg.9.Æneid.
Murmure pauido orantes.Claud.7.Paneg.
Annuere oranti.Virg.11.Æneid.
Dictis talibus orantem audiit omnipotens.Virg.4.Æneid.
Aures surdas præbere oranti.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.
Brachia orantia tendere.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.

Orandus,Aliud participium { δεητέον. } vt
Numina oranda.Virg.2.Æneid.

Oratus,pen.prod.Similiter participium { δεηθείς.} Plaut. Milite, 9, Sed satin' oratus abit?
Prece multa oratus Horat.1.epist.13.
Per diuos oratus.Horat.2.Serm.sat.3.

Oratum,orati,pen.prod. { δεῆσθαι } Quod orauimus.Terent.Hecyra,4.1, -ne orata nostra nequeat diutius Celare. Ibidem, 3.3, Sed quum orata eius reminiscor.

Oratus,huius oratus { δέησις } Precatio,rogatio.Plaut.Casina,17, Illarum oratu faciunt. Cic.pro Flacco, An etiam scripsit oratu tuo? Correctiora exemplaria legunt rogatu.

Oratio,orationis {λόγος} Verbale,Est omnis locutio,authore Cicerone de Clar.Orat. Terent.Phorm.1.4, Meministin' olim vt fuerit vestra oratio? Id est, non meministis eorum quæ dixistis tunc, quum, &c. Idem Andr.4.1, -ibi Tum impudentissima eorum oratio est. Cic.2.de Fin. Atque ibi hoc dicit, vbi omnis eius oratio est de summo bono.
Magna laus & honesta oratio.Cic.7.Verr.
Orationis satis est:sequere me,ac tace.Plaut.Bacchid.2.
Aliena,Vide Alienus in ALIVS.
Oratione beneficus,Qui verbis multa promittit.Plaut.Epid.3.
Orationis operam compendi facere. Plaut. Mostel.2. Hoc est paucis agere.
Orationem inuenire.Terent.And.2.4,
Orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te.
Orationem sibi parare, pro Cogitare quid dicturi simus. Plautus Pseud.7.
¶Oratio, Ipsius oratoris ratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio, quæ quidem omni ex parte perfecta est, habétque numeros, figuras, & affectus. Vnde Orationes Ciceronis. Cic.de Senect. Et tamen ipsius Appij extat oratio, atque hanc ille egit septem & decem annos post alterum Consulatum, quum inter duos Consulatus anni decem interfuissent. Terent.in Prologo And.
-non ita dissimili sunt argumento,sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ,ac stylo. Vbi Donatus,Oratio in sensu est:Stylus in verbis. Oratio ad res refertur: Stylus ad verba. Stylus non est in tempore:sed prolata oratione: Oratio autem est & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in sententiis dicunt esse, Stylum in verbis,Argumentum in rebus, Ergo in poemate oratio est.
¶Orationem etiam dicebant veteres pauca verba, authore Donato.Terent.And.1.5,Oratio hæc me miseram exanimauit metu.
Aculei orationis,Vide ACVLEVS.
Claritas orationis.Quintil.lib.2.cap.16.
Condimentum. Quintil.lib.6.cap.3, Salsum igitur erit, quod non erit insulsum,velut quoddam simplex orationis condimentum.
Corpus orationis.Quintil.lib.3.cap.11.
Diuitiæ.Cic.Fam.4.
Elatio atque altitudo orationis.Cic.in Brut.hoc est,graue & grande genus dicendi.
Genus orationis atrox & vehemens, cui opponitur Lenitatis & mansuetudinis.Cic.2.de Orat.
Exangue & aridum genus.Author ad Heren.lib.4.
Fluctuans & dissolutum genus.Author ad Heren.lib.4.
Habitus virilis.Quintil.lib.5.cap.12.
Incitatio,Vide INCITO.
Leniras & æquabilitas.Cic.in Orat.
Limatus oratione,Vide LIMA.
Orationelocuples,Vide LOCVS.
Ornamenta orationis,Vide Ornamentum,in ORNO,
Ornatus orationis.Cic.1.de Finib.

Pauper-

Paupertas.Cic.Fam.4.
Salubritas & sanitas,& insania,Vide Succus orationis,in SVCCVS.
Succus orationis,Vide Succus orationis,in SVCCVS.
Summa. Cic. At ille perpauca locutus summam habuit orationis vt sibi ignoscerem.
Vestitus,Vide Vestitus, in VESTIS.
¶Abiecta & humilis oratio, Alta & exaggerata, contraria. Cicero in Orat.
Acceptior plebi,Vide ACCIPIO.
Accurata.Cic.de Clar.Orat.
Acris & vehemens.Quintil.lib.5.cap.13.
Admirabilis,Vide paulo pòst,Grauis.
Amputata.Plin.iunior lib.1.epist.20.ad Cornel. Tacitum, Non enim amputata oratio & abscissa, sed lata, magnifica & excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. Amputata, hoc est breuis,circunciſa.Abscissa,manca.Lata,copiosa.Magnifica,sublimis.Excelsa,illud dicendi genus admirabile continens.
Angusta & concisa,collatata & diffusa oratio.Cic.in Orat.
Anxia,Vide ANXIVS.
Apparata,Vide APPARO.
Aspera,horrida,tristis,neque perfecta, neque concluſa. Cicero in Oratore.
Aspera oratio,Vehemens.Curtius lib.6.
Astrictior contractiórque Stoicorum.Cic.in Brut.
Cæcata,Vide Cæco,cæcas,in CAECVS.
Capitalis,Vide Capitalis,in CAPVT.
Certa,Vide CERTVS.
Circunfluens,Vide CIRCVNFLVO.
Circunciſæ,Vide CIRCVNCIDO,pen.prod.
Circunlata,Vide paulo pòst,Deducta.
Cohærens.Cic.3.de Orat.
Colorata quadam vrbanitate,Vide Vrbanitatis color,in VRBS.
Colorata,Vide COLORO.
Collatata oratio,Vide COLLATO.
Compta & mitis.Cic.de Senect.
Concinna,distincta, ornata, festiua, sine intermissione, sine reprehensione,sine varietate.Cic.3.de Orat.
Concisa.Quintil.lib.2.cap.20.
Concitata.Quintil.lib.3.cap.8.
Concluſa,Vide paulò post,Lenis.
Condita,Vide paulò post,Grauis.
Consumpta,In CONSVMO.
Contentiosa,In CONTENDO.
Continens,In CONTINEO.
Contorta & acris.Cic.in Orat.
Conrumeliosa.Cic.pro Planc.
Copiosa & elegans,Vide COPIA.
Copiosissima & ornatissima.Cic.pro Sylla.
Corruptæ & vitiosæ. Quintil.lib.2.cap.5.
Crebra.Plin.iunior lib.1.epist.20, ad Corn. Tacitum, Si tamen detur electio,illam orationem similem niuibus hybernis, id est crebrã, assiduam & largam, postremò diuinam & cælestem volo.
Criminosa,Vide CRIMEN.
Cygnea,Vide CYGNVS.
Deducta atque circumlata.Quintil.lib.4.cap.1.
Diserta.Cic.1.de Orat.
Dissipata,inculta & fluens oratio, & quæ planè è numeris non cõstat.Cic.in Orat.
Dissoluta,& ex diuersis congesta.Quintil.lib.2.cap.11.
Distincta.Cic.3.de Orat.
Dulcis.Cic.de Senect.
Elegans.Cic.1.de Finib.
Exaggerata altius. Cic. in Bruto. hoc est,graui genere dicendi, & grandibus verbis confecta.
Ne exilis,ne inculta, ne vulgaris, ne obsoleta sit oratio. Cicero 3. de Orat.
Exiles orationes,Serg. Galbæ,& redolentes antiquitatem. Cic.de Claris Orat.
Expedita & perfacilè currens.Cic.in Bruto.
Extemporalis.Quintil.lib.4.cap.1.
Faceta.Cic.de Clar.orat.
¶Facta oratio,pro elaborata, *façonnee*. Cic. lib.3. de Oratore. Nanque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quæ quidem sit polita,atque facta quodammodo, non astrictè, sed remissius numerosam esse oportere. Et lib.1, Illud verius, neque quenquam in eo diserum esse posse quod nesciat: neque si id optimè sciat,ignarúsque sit faciundæ ac policndæ orationis, diserté id ipsum posse, de quo sciat,dicere. Orationem facere dicimur, non quum habemus, sed quum rebus & verbis condimus.expolire autem,quum limamus, & elegantiis elocutionis ornamus. Idem de Claris Orat. Sed vt intellectum est quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio,tum etiam magistri dicendi multi subitò extiterunt.
Fauorabilis.Tacit.lib.12.
Feruidior,Vide paulo pòst,Volubilis.
Festiua.Cic 3.de Orat.
Ficta,Vide paulo pòst,Induere.
Flexanima atque omnium regina rerum.Cic.2.de Orat.
Fluens.Cic.in Orat.
Fortis oratio non semper quæritur, sed sæpe placida, summissa,lenis,quæ maximè commendat reos.Cic.2.de Orat.
Grandis.Cic.de Clar.Orat.
Grauis & splendida.Cic.3.de Finib.
Grauis,suauis, condita, liberalis, admirabilis.polita, consperſa sit quasi verborum sententiarúmque floribus.Cic.3.de Orat.
Hilarior renider,Vide RENIDEO.
Honora.Tacit.lib.1.

Honorifica.Cic.Quum tu ipse mihi dixisti orationem meam non solùm in te honorificam,&c.
Horrida,Vide paulo pòst,Lenis.
Ieiuna, Vide IEIVNVS.
Immoderata,Vide IMMODERATVS.
Immodica,Vide IMMODICVS.
Impudens,Vide IMPVDENS.
Incitata,grauis,& vehemens.Cic.de Clar.Orat.
Incitata,volubilis,non redundans,nec circunfluens oratio.Cic.de Clar.Orat.
Inculta,Vide INCOLO.
Inelaborata,Vide paulo pòst,Simplex.
Inflata & quę turget oratio,sæpe imperitis videtur grauis.Author ad Herenn.lib.4.
Ingrata,Vide INGRATVS.
Instructa,Vide paulo pòst,Lenis.
Intorta,Vide INTORQVEO.
Iuncta.Cic.3.de Orat.
Iucunda.Vide paulo pòst,Facere.
Lenis,instructa,& terminata oratio, cui opponitur, Aspera,tristis, horrida,neque perfecta,neque concluſa.Cic.in Orat.
Liberalis,Vide paulo antè,Grauis.
Locuples,Vide LOCVS.
Luculenta,Vide LVCVLENTVS.
Magnifica.Tacit.lib.18.
Mitis.Cic.de Senect.
Mitissima.Cic.Metello,lib.5.4.
Mollis & liberalis,Vide MOLLIS.
Morata,Vide MOS.
Multa,varia & copiosa.Cic.2.de Orat.
Nata,Vide NASCOR.
Nitida de horridis,plena de ieiunis, noua de peruulgatis quædam est oratio.Cic.3.de Orat.
Nobilis,Vide NOBILIS.
Numerosa,Vide NVMERVS.
Obscura quia peracuta,rapida & celeritate cæcata oratio, Cic.de Claris Orat.
Obsoleta,Vide OBSOLETVS.
Oratoria.Cic.1.de Orat.
Ornata.Cic.3.de Orat.
Pacatior philosophorum oratio, oratorum pugnacior.Cicero de Claris Orat.
Pedestris,Vide Pedestris, in PES.
Pellucens,Vide PELLVCEO.
Peracuta,Vide paulo antè,Obscura.
Perelegans & perfubtilis.Cic.pro Plancio.
Perfecta,Vide paulo antè,Lenis.
Perpetua.Quintil.lib.2.cap.20.
Perpolita.Cic.1.de Orat.
Peruibana.Cic.de Clar.Orat.
Placida,Vide paulo antè,Fortis.
Polita,Vide paulo antè, Grauis:& paulo pòst, Vibrans.
Pugnax,Vide paulo antè,Racatior.
Putissima,Vide PVTVS.
Rapida,Vide paulo antè,Obscura.
Redundans,Vide paulo antè,Incitata.
Regina rerum.Quintil.lib.1.cap.12.
Sæua criminosáque & virulenta.Gell.lib.18.cap.3.
Secunda,Grata,fauens,plausibilis. Sallust.in Iugurtha, Hominem ob morbos animo parum valido,secunda oratione extollit: illum regem,ingentem virum,Masinissæ nepotem.
Seueriſſima.Quintil.lib 6.cap.3.
Simplex,& grauis.Quintil.lib.3.cap.8.
Simplex,ac inelaborata.Quintil.lib.4.cap.1.
Spinosa & exilis.Cic.1.de Orat.
Splendida,grandis,facera & perurbana.Cic.de Clar.Orat.
Stabilis oratio,cui Volubilis opponitur. Cic. in Oratore. Stabilis dicitur propter syllabas longas: Volubilis autè propter breues. Hoc aperit Quintilianus lib.9.cap.4. qui quum pedes orationis enumerasset, ita subiungit: Horum pedum nullus non in orationem venit. sed quo quique sunt temporibus pleniores, longisque syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem: breues, celerem ac mobilem.
Suauis,Vide paulo antè,Grauis.
Summissa,Vide paulo antè,Fortis.
Tacens.Quintil.lib.2.cap.18.
Terminata,Vide paulo antè,Lenis.
Tracta & fluens historicorum oratio. Cic.in Orat. quoniam genere orationis fuso atque tracto,& cum lenitate quadam æquabili profluit historia.
Tristis,Vide paulo antè,Lenis.
Varia oratio,Vide paulo antè,Multa.
Vehemens,Vide paulo antè,Incitata.
Vibrans,incitata,accurata,& polita.Cic.de Clar.Orat.
Virilis & fortis.Cic.1.de Orat.
Vitiosa.Quintil.lib 2.cap.5.
Vmbratilis. Cic.in Orat. Mollis est enim oratio Philosophorum, & vmbratilis. Mollis: quoniam neruis & aculeis oratoriis caret, nec aduersarium pungere studet. Vmbratilis: quoniam veras pugnas non imitatur in sole atque puluere. Vocamus enim pugnam vmbratilem, quæ fit exercitationis tantùm gratia: & vitam vmbratilem 2.Tuscul. vocat Cicero, mollem & delicatam. Vide Vmbratilis, in VMBRA.
Volubilis & paulò feruidior erat oratio Appij.Cic.de Clar.Orat.
Vulgaris.Cic.3.de Orat.
Aberrauit oratio,Vide ABERRO.

Aberrat ad alia oratio. Cic.1.Offic. Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio.
Abhorret oratio ab vtilitate audientis, Vide ABHORREO.
Abundat ornamentis omnibus oratio. Cic. pro Corn. Balb.
Accommodare orationem, Vide ACCOMMODO.
Adduci oratione, Vide ADDVCO.
Adhibere orationem, Vide ADHIBEO.
Adhibet lumen rebus oratio. Cic. 3. de Orat.
Adhinnire ad orationem, Vide ADHINNIO.
Agere orationem, Vide AGO.
Aucupare. Cic. pro Sext.
Cadere in orationem, Vide CADO.
Cæcatur celeritate oratio. Cic. de Clar. Orat.
Canescit oratio, Vide Canesco, in CANVS.
Carpere, In CARPO.
Claudicat oratio, In CLAVDICO.
Coercere orationem rapidam, In COERCEO.
Cohæret oratio, Vide COHAEREO.
Complecti oratione, Vide COMPLECTOR.
Comprimere orationem, In COMPRIMO.
Conferre, In CONFERO.
Conformare, In CONFORMO.
Consistere oratione, Vide CONSISTO.
Consonat moribus oratio, Vide CONSONO.
Conterere aliquem oratione, Vide CONTERO.
Conuertere oratione motus populi, iudicum religiones, Senatus grauitatem. Cic. 1. de Orat.
Currit oratio, Vide CVRRO.
Defendere orationem à tædio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Dicere orationem. Cic. Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est.
Distinguere & illustrare orationem, Vide ILLVSTRIS.
Distinguitur atque illustratur oratio maximè rarò inducendis locis communibus. Cic. 2. de Inuent.
Effingit mores oratoris oratio. Cic. 2. de Orat.
Eniteſ, Vide ENITEO.
Esse orationem alicui cum aliquo. Cic. pro Sext.
Euomere orationem ore impuriſſimo in aliquem. Cic. 5. Philip.
Explicat orationem ſanè longam & verbis valde bonis. Cic. 2. de Lege agraria.
Exprimere oratione mores aliquorum. Cic. 2. de Orat.
Facere iucundam & ornatam. Quintil. lib. 4 cap. 3.
Iunctam, cohærentem, lenem & æquabiliter fluentem orationem facit verborum collocatio. Cic. 3. de Orat.
Fertur quaſi torrens oratio. Cic. 2. de Finib.
Flaccesçit oratio, Vide FLACCEO.
Habere orationem contra aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Multam de aliqua re habere. Cic. 5. Tuſc.
Iacet oratio, Vide IACEO.
Illuminare, Vide ILLVMINO.
Illuſtrare. Cic. 3. de Orat.
Imprimitur animo oratio, Vide IMPRIMO.
Includere orationi ſuæ aliquid, Vide INCLVDO.
Inducebat orationibus tuis, Vide INDVCO.
Induere fictam orationem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Inflectere, Vide INFLECTO.
Infracta, Vide INFRINGO.
Infundere in aures alicuius, Vide INFVNDO.
Ingredi orationem, & in orationem, Vide INGREDIOR.
Inſtituere cum aliquo, Vide INSTITVO.
Interimit me hæc oratio, Vide INTERIMO.
Interrumpere mediâ alicuius orationem, Vide INTERRVMPO.
Loquitur oratio. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Modulari, Vide MODVLOR.
Nitère dicitur oratio, Vide NITEO.
Notat & illuminat maximè orationem tâquam ſtellis quibuſdam verbum tranſlatum. Cic. 3. de Orat.
Obcæcat orationem totam narratio obſcura, Vide OBCAECO.
Obire orationem quippiam, Vide OBEO.
Opprimere orationem alicuius, Vide OPPRIMO.
Grauibus verbis ornata oratio & perpolita. Cic. 1. de Orat.
Percurrit oratio, Vide PERCVRRO.
Perorare orationem, In PERORO.
Ponere modum orationi. Tacit. lib. 4.
Promere orationem de ſe. Tacit. lib. 18.
Refrigeſcit oratio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Renidet oratio hilarior, Vide RENIDEO.
Scribere orationes. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Scripta elegantiſſimè. Cic. Attico, lib. 15.
In manibus eſt oratio, Vide MANVS.
Turget oratio, Vide paulo antè, Inflata.
Verſari orationem in aliquo. Cic. 1. de Orat.
¶Oratio, Etiam precatio dicitur.

Oratiuncula, pen. corr. Diminutiuum { ὁρατίδιον. } Cic. 3. de Nat. deor. De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius.

Orator, penultima prod. oratoris { ῥήτωρ. } Cic. Orator eſt vir bonus, dicendi peritus, qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquentia. Feſtus, Oratores ex Græco ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν dicti, quòd miſſi ad reges nationéſque, deos ſolerent teſtari. hi modò appellantur legati. Terent. in Prolog. Hecy. Orator ad vos venio ornatu prologi, finite exorator fiem.

Is orator erit mea ſententia, hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter & compoſitè, & ornatè, & memoriter dicat eum quadam etiam actionis dignitate. Cic. 1. de Orat.

Plenus & perfectus orator eſt, qui de rebus omnibus poſſit variè, copioſéque dicere. Cic. 1. de Orat.

Orator verborum, Actor rerum. Cic. 3. de Orat.

Proprium oratoris eſt aptè, ornatè, diſtinctéque dicere. Cicero 1. Officior.

Solum, & quaſi fundamentum oratoris, Vide SOLVM, priore corr.

Decet oratorem latè exprimere. Cic. in Partit.

Eloqui compoſitè, ornatè, copioſè, oratoris eſt. Cic. 1. de Orat.

¶Fœderum, pacis, belli, induciarum oratores. Cic. 2. de Legib.

Oratores pacis petendæ. Liu. 6. bel. Maced.

¶Audax orator. Ouid. 13. Metamorphoſeos,
Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

Canorus & volubilis. Cic. de Clar. Orat.

Conſummatus. Quintil. lib. 2. cap. 19.

Cumulatus omni laude, Vide CVMVLVS.

Delecti ordine ab omni centum oratores. Virg. 7. Æneid.

Græci oratores qui dicantur, Vide GRAECIA.

Impetrabilis, Vide IMPETRO.

Inconditus. Cic. in Orat.

Mediocris, Vide Mediocris, in MEDIVS.

Neruoſus, Vide NERVVS.

Statarius, Vide Statarius, in STO.

Stoici oratores. Cic. in Brut. Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium Scaurum in antiquis. Id eſt, inter oratores qui Stoicos philoſophos ſunt imitati, de quorum ſtylo generéque dicendi paulo antè dixerat: Stoicorum peracutum & artis plenum orationis genus, ſed tamen & exile, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum. Ibidem, Stoicorum ſtrictior eſt oratio, aliquantóque contractior, quàm aures populi requirunt.

Strigoſus orator, Vide Succus orationis, in SVCCVS.

Tolerabilis. Cic in Brut. & lib. 1. de Orat.

Vendibilis, Vide Vendibilis, in VENDO.

Vehemens. Iuuenal. Saty. 11.

¶Compoſiti oratoris bene inſtructam collocationem diſſoluere. Cic. in Orat.

Efficere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Effingere. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Facere. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Formare. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Inchoare & informare perfectum, Vide INCHOO, & INFORMO.

Inflare vehementius dicitur orator, Vide INFLO.

Inſtituere. Quintil lib. 1. cap. 1.

Inſtruere, Vide INSTRVO.

Mittere. Cic. de Clar. Orat.

Mittere oratores petitum pacem, Vide MITTO.

¶Orator, liber quidam Ciceronis dicitur, in quo inſtruitur orator. Cic. ad Trebonium, lib. 15, 20, Oratorē meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui.

Oratorius, Adiectiuum { ῥητορικὸς } Quod ad oratorem pertinet. vt Vis oratoria. Cic. in Partit. Et 1. Academic. Sic ornamenta oratoria.

Ingenium oratorium, Vide INGENIVM.

Inſtitutio. Quintil. Tryphoni.

Diſerta & oratoria oratio. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam, fortem & virilem non videri.

Ornatus. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Vrbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Oratoriè, Aduerbium { ῥητορικῶς } Oratoris more, Hoc eſt ornatè & elegantèr. Cic. in Orat. Nihil enim eſt aliud Brute (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulchrè & oratoriè dicere, niſi optimis ſententiis, verbiſque lectiſſimis dicere.

Oratoria { ῥήτρια } Oratrix. Quintil. lib. 2. cap. 15, Oratoria ſic effertur vt elocutoria, oratrix vt elocutrix.

ORoANDES, mons, vt ait Plin. lib. 5. cap. 27, non longè ab Imao monte, imò vnus ex colliculis Imai.

ORoATIS, Ptolemæo lib. 6. cap. 3, fluuius eſt in ſinu Perſico, Meridiem verſus. Meminit huius Plinius lib. 6. cap. 23.

ORoBA { ὥρεβα } Ptolemæo lib. 6. cap. 1, vrbs eſt Aſſyriæ in mediterraneis.

Orobanche, huius orobanches, f. g. { ὀροβάγχη } Latinis eruangina appellata, quòd eruum circunligata ſtranguler & enecet. herba eſt ſubrubens, ſubhiſpida, caule duorum palmorum, aut paulo amplius. Plin. lib. 22. cap. 25, Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina, alij cynomorion eam appellant, &c. Fortaſſis eſt noſtra cuſcuta.

OROBATIS, Vrbs Perſidis in mediterraneis, Ptolemæo lib. 9. cap. 4.

Orobia, orobiæ, Thuris genus, minoribus conſtans guttis, teſte Plinio lib. 12. cap. 14. ab erui ſimilitudine ita dictum: quanquam in vulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia, quod etiam annotauit Hermolaus.

Orobitis, huius orobitis, pen. prod. f. g. { ὀροβῖτις } Coloris ſpecies ex lutea herba confecta. Plin. lib. 33. cap. 5.

ORODES, pen. prod { ὥρωδης } rex Parthorum, qui Craſſum Romanum cepit & occidit. De quo Plutarchus in Craſſo. ¶Eſt & Orodes apud Virgilium lib. 10. Æneid à Mezentio interfectus.

OROETES, vir Perſa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum ſuſpendit. Hic poſtea iuſſu Darij & opera, atſúque Bagei in Sardis trucidatus eſt, vt ſcribit Herodotus lib. 3.

ORONTES { ὀρόντης } vir Troianus, qui Troia capta cum Æneæ in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt ſcribit Virg. 1. Æneidos,
Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem, &c.

Acer Orontes. Virg. 1. Æneid.

Ductor Lyciæ claſſis. Virg. 6. Æneid.

¶Eſt & Orõtes, Phœniciæ fluuius, vt ſcribit Pomponius Mela lib. 2, in deſcriptione Phœniciæ. Et Plin. lib. 2. cap. 103. natus inter Libanum & Antilibanum, vt idem ſcribit lib. 5. cap. 22. Lucanus lib. 3,
Accedunt Syriæ populi deſertus Orontes,
Et fœlix (ſic fama) Ninos. Nunc vocatur *Tarſaro*, vt teſtatur Oliuarius in Melam.

Eous Orontes. Stat. 4. Syl. 7.

Syrus. Iuuenalis ſatyra 3,
Iampridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes.

Oronteus, pen. prod. Adiectiuum { ὀρόντειος } vt
Myrrha Orontea. Propert. lib. 1. eleg. 2.

ORoPVS, pen. prod. Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. ¶Eſt & alia eiuſdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. ¶Item alia in Eubœa, Apollinis templo clariſſima. ¶Rurſus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè inſtaurata, & à nomine patriæ ſuæ ita appellata. ¶Sunt & aliæ nonnullæ quæ enumerantur à Stephano.

Orphanus, huius orphani, pen. corr. { ὀρφανὸς } Qui caret patre præſidióque paterno: & qui ſummopere deſyderat illius opem, quum ſine eo malè habeat. Græca dictio eſt. Valla.

ORPHEVS { ὀρφεύς } duarum ſyllabarum, Poeta ſiue vates præſtátiſſimus, Apollinis & Calliopes filius, vel vt alij, OEagrij fluuij, & Polymniæ Muſæ. Vxorem habuit Eurydicen, cuius mortuæ cauſa etiam ad inferos deſcendit, vt illam recuperaret. Vide Virgilium 4. Georg. & Ouidiũ 10. Metam. & in principio 11. vbi mortem etiam eius enarrat. Fuit autem Thrax: &, vt quidam volunt, rex Ciconum, qui populi ſunt Thraciæ iuxta Hebrum fluuium habitantes, profectus eſt cum Argonautis ad vellus aureum. Plura vide apud Suidam, qui alios etiã hoc nomine poetas fuiſſe docet. Declinatur Orpheus, Orpheos, Orpheí, Orphea, &c. Vel Latinè, Orpheus, Orphei, Orpheo, Orpheũ. Exempla vtriuſque in flexionis apud poetas inueniuntur.

Orphei Græco datiuo vſus eſt Virg. 4. Georgicorum,
Inferias Orphei lethæa papauera mittes.

Orphea, accuſatiuus. Ouid. 11. Metamorphoſeos,
-tumuli de vertice cernunt
Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis.

Blandus teſtudine Orpheus. Valer. 1. Argon.

Rhodopeius. Ouid. 10. Metam.

Sacer Calliopæ genus. Senec. Herc. OEth. 8.

Thracius. Virg. 4. eclog.

Threicius. Horat. 1. Carm. ode 24.

Vocalis. Horat. 1. Carm. ode 12.

Orpheus, Adiectiuum triſyllabum, penult. prod. { ὀρφεικὸς } vt Vox Orphea. Ouid. 10. Metam.

Cantus Orpheus. Claud. 8. Paneg.

Libri Orphei. Claudian. ad Alechium Quæſt. Orpheos alij libros impunè laceſſunt.

Orpheus, Idem quod Thracius. Martial. lib. 1. 21.

Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

ORPHNAEVS { ὀρφναῖος } equus Plutonis, à tenebris nomen habens.

Huius meminit Claud. in fine lib. 1. de raptu Proſerp. vna cum aliis,
Orphnæus crudele micans, Æthónque ſagitta
Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Diriſque nota ſignatus Alaſtor.

ORREA { ὄρρεα } Ptolemæo lib. 3. cap. 9, Britanniæ vrbs: vulgò *Neucaſtel*, *Moncaſtre*, vbi carbonum copia.

ORSILOCHVS, pen. corr. fuit, teſte Homero lib. Iliad. 5, filius Alphei fluminis, qui lato gurgite terram interfluit Pyliorum, & populi frequẽtis princeps fuit.

Orſus. Vide ORDIOR.

Orthium carmẽ { ὄρθιον μέλος } Genus eſt modulationis muſicæ, quod Arionem eecinisſe refert Herodotus lib. 1. priuſquam ſe in mare præcipitaret: ſic fortè dictum, quòd eius carminis numeri quàm altiſſima & intentiſſima voce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt, quod arduum eſt, & quàm altiſſima voce eleuatum. Gell. lib. 16. cap. 19. Stánſque in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, ſub altiſſima voce cantauit.

ORTHOCORYBANTII, Scythiæ in Aſia populi, authore Herodoto libro 3.

Orthos Græcè, Latinè dicitur rectus. A qua dictione ſunt compoſita permulta.

Orthodoxus, orthodoxi { ὀρθόδοξος } Rectæ opinionis, ſiue ſententiæ aut fidei. δόξα enim gloriam & exiſtimationem, ſiue opinionem & ſententiam ſignificat.

Orthogonius, Adiectiuum { ὀρθογώνιος } Quod rectis angulis conſtat, & omnium partium æqualitatem habet. Columella libro 5. capite 2, Orthogonius ager.

Orthographia { ὀρθογραφία } Latinè recta ſcriptura dicitur. Quintil. lib. 1. capite 7, Quod Græci orthographiam vocant, nos rectè ſcribendi ſcientiam nominemus.

Orthographia in architectura eſt quum iam non planum opus, imáque operis veſtigia imaginamur, ſed ſubrectum, & frontem attollés, quaſi erecti operis, aduerſíque deſcriptio. Hæc eſt erecta frontis imago, modicéque picta futuri operis figura. Budæus. Vide Vitruuium lib. 1. cap. 2.

Orthomaſtica, Poma dicũtur ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. cap. 14.

Orthopnoicus, orthopnoici, pen. corr. { ὀρθοπνοϊκὸς } qui eam anhelitus difficultatem habet, vt niſi recta ceruice ſteet, ſpirare non poſſit. Plin. lib. 20. cap. 14, Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficaciſſimum.

Orthopnœa, orthopnœæ { ὀρθόπνοια } Paſſio ipſa, & difficultas anhelitus. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout ſe magis minúſque intendit, omne tamen in ſpirandi difficultate conſiſtit. Celſ. lib. 4. cap. 4, de difficultate ſpirandi, Quum vehemẽtior eſt, vt ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit, aſthma. Quum acceſſit id quoque, ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, orthopnœa. Plinius libro 21. capite 20, Crapulas quoque & orthopnœas diſcutit.

Orthoſtadiæ { ὀρθοστάδιαι } Tunicæ conſiſtentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Ariſtophanem: quas Pollux lib. 7. cap. 13, dicit communes eſſe viris & mulieribus.

ORTHOSIA { ὀρθωσιὰς } Vrbs Syriæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 15, hodie *Tor-*
toſa, prius Antaradum.

Orthoſtata, orthoſtatæ, pen. corr. maſc. gen. { ὀρθοστάται. } Vitruuius lib. 2. cap. 8, Quod ſiquis noluerit in id vitium incidere, medio cauo ſeruato ſecũdum orthoſtatas intrinſecus è rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta, aut ex ſilicibus ordinariis ſtruat bipedales parietes, & cum anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint. Ita enim non acetuatim, ſed ordine ſtrictum opus poterit eſſe ſine vitio ſempiternum, quòd cubilia & coagmenta eorum inter ſe ſedentia, & iuncturis alligata non protrudent opus, neque orthoſtatas inter ſe reſigatos labi patientur. Ipſe Vitruuius ibidẽ, & lib. 10. cap. 17, poſtes vocat: alibi cap. 16, arrectaria tigna, teſte Budæo.

Orthragoriſcus { ὀρθραγοριϲκος } Piſcis. Plinius lib. 32. cap. 2, Appion maximum piſcium eſſe tradit porcum, quem Lacedæmonij orthragoriſcum vocant. Grunnire eum cum capiatur.

ORTI, Heſperidum { κῆποι ἑσπερίδων } In Africa fuerunt inter duas Syrtes, Poetarum fabillis plurimum celebrati, quum reuera nihil ferant præter oleaſtrum. Vide ſuprà in dictione HORTVS.

ORTON { ὄρτων } Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Peſignorum vrbs: hodie Ortona, Vulgò *Pietra de pirati.*

ORTOPLA { ὀρτόπλα } Dalmatiæ vrbs, Ptolemæo libro 2. cap. 17. hodie Ortopula.

Ortus, orti, Vide HORTVS.

Ortus, orta, ortum: & Ortus, huius ortus. Vide ORIOR.

ORTYGIA { ὀρτυγία } Inſula in mari Ægeo, quæ etiam Delos dicitur. Dicta Ortygia (teſte Solino) quia in ea primò viſæ ſunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant. ¶Fuit & alia hoc nomine inſula circa Sicíliam, quæ ponte iungitur Syracuſis, & fontem habet Arethuſam. Hæc ex oppoſito eſt Plemmyrij Siciliæ amnis, de qua Virg. 3. Æneid.

Oraculum Ortygiæ. Virg. 3. Æneid.

Linquimus Ortygiæ portus. Virg. 3. Æneid.

Dea Ortygia, Diana, quæ in Ortygia inſula quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit. Ouid. 1. Metam.

Ortygometra, ortygometræ { ὀρτυγομήτρα } Rex coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis. Dicta quòd dux ſit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim ex ὄρτυξ coturnix, & μήτηρ menſura. Plin. lib. 10. cap. 23, de coturnicibus loquens. Aquilone ergo maximè volãt, ortygometra duce. Hæc Calepinus, ſed inepté. Ortygometra enim penultimam producit, vt Tettigometra & eiuſdem originis reliqua. Scribitur enim per ω, non per ο. Neque poſterior huius compoſitionis pars eſt μέτρον menſura: ſed μήτηρ, id eſt mater, vt ſit Ortygometra, Coturnicum mater ſeu matrix. Vide Budæum in Annotat. prioribus.

Ortyx, ortygis, pen. corr. fœm. gen. { ὄρτυξ } Auis quæ coturnix dicitur.

Ortyx, Herba, de qua Plin. lib. 21. cap. 17, Stelephuros, quam quidam ortyga vocant, alij plantaginem.

Oryx, orygis { ὄρυξ. } Plin. lib. 2. cap. 40, Orygen appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius (Caniculæ ſideris ſcilicet) contra ſtare, & contueri tradit, ac velut adorare quum ſternuerit. Idem lib. 8. cap. 53, de ſemiferis animalibus loquens, Sunt & oryges, ſoli à quibuſdam dicti, contrario pilo veſtiti, & ad caput verſo.

Oryza, Vide ORIZA.

O S

Os, oris, neut. gen. { ὄϕρυς } Propriè concauum illud intra quod ſunt lingua & dentes. Plin. lib. 11. cap. 37, Continui dentes aut vtraque parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bobus, ouibus. In plurali, ora, orium, oribus. Virg. 8. Æneid. Componens manibúſque manus, atque oribus ora. Plinius lib. 20. cap. 9, Vitia oriũ grauiolentiámque ſanare affirmat Cato. Sic legit Deſpauterius in Heteroclitis, verùm corruptè: nam eo loco in vetuſto exemplari legitur earum: de narium enim grauiolentia loquitur.

Vultus in ore fixo. Ouid. epiſt. 16.

¶Os, de brutis. Virg. de leone, 12. Æneidos,
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruentò.

Os, de gallina. Plin. lib. 10. cap. 56, Ore rubicundo.

¶Os, facies. Virg. 1. Æneid. Os humeróſque deo ſimilis.

¶Os, Sermo. Plin. de Viris illuſt. Mithridates rex ponti, oriundus à ſeptem Perſis, magna vi animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur.

Adoleſcentioris Academiæ os. Cic. Varroni, lib. 9. 8. Miſi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. noſti enim profectò os eius adoleſcentioris Academiæ.

Inſignis ore. Virg. 4. Georg. De rege apium.

Anhelitus oris. Ouid. 3. de Arte.

Malè odorati oris triſtis anhelitus. Ouid. 1. de Arte.

Decor oris. Ouid. 2. Faſt.

Decus. Ouid. 3. Metam.

Dos oris, Suauitas dicendi aut canendi. Ouid. 5. Metam.

Honor. Lucret. lib. 4, Sed tamen eſto iam quantouis oris honore: Id eſt ſit quantumuis formoſa.

Inanitas Quintil. lib. 1. cap. 11.

Grauis odor. Ouid 3. de Arte.

Receſſus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Saliua. Lucret. lib. 4.

Suauitas, Quintil. in Proœm. lib. 6.

Vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.

¶Aperta ora. Ouid. 5. Metam.

Aduncа ora boum, id eſt curua. Ouid. epiſt. 12.

Ægrum os. Silius lib. 13.

Animoſi oris Accius. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Arguta blandis querelis. Stat. 2. Syl. 1.

Balbum. Horat. 2. epiſt. 1.

Cæleſtia. Ouid. 2. Metam.

Candida. Ouid. 2. Metam. Id eſt, deorũ. Vide Cæleſtis, in CAELVM.

Cornea, Id eſt roſtrum. Ouid. 8. Metam.

Corruptum. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Coruſcum. Claud. 2. Paneg.

Criſtati oris ales, gallus. Ouid. 11. Metam.

Culti facundia. Ouid. 1. Fast.
Dissona vulgi. Lucan. lib. 3.
Dulce os, Facundum. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Hæc postquam dulci Neleius edidit ore.
Os durum. Terent. Eunucho, 4. 7. Vbi Donatus, Os durum, os impudens: vt contrà, Mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes.
Duri oris puer, & audax. Ouid. 5. Metam.
Falsi oris ambages. Ouid. 10. Metam.
Os faticanum. Ouid 9. Metam.
Fœtidum. Cic. in Pison.
Formosum. Ouid. 3. Metam.
Frænatum equi. Horat. 1. epist. 15.
Fremebunda. Stat. 5. Thebaid.
Fumantia. Ouid. 2. Metamorphoseos, -fumantiáque abluit ora.
Honestum os Pleiadum, Pro orientibus Pleiadibus. Virg. 4. Georg.
Horrenda. Virgil. 2. Georgic. Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis. Intelligit personas & laruas ligneas.
Ieiunum, Vide IEIVNVS.
Immania. Stat. 9. Thebaid.
Impia. Ouid. 14. Metam.
Improbum, Vide IMPROBVS.
Impudens, Idem quod durum. Terent. Eunuch. 5. 1.
Inculcum, Id est facies inornata. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
Indignantia. Ouid. 1. Metam.
Infame Antonij, Vide INFAMIS.
Infantia. Ouid 4. Metam.
Ingenuum, Vide INGENVVS.
Insignia ora magnis dentibus. Ouid. 8. Metam.
Intonsa. Virg. 9. Æneid.
Inuiolabile. Stat. 6. Thebaid.
Læuum os. Horat. 1. Serm. satyr. 5.
Laxum. Silius lib. 13.
Lunata. Stat. 11. Thebaid.
Minitantia. Ouid. 12. Metam.
Modicum. Persius Satyr. 5.
Mœsta. Senec. Hippol. 8.
Morientia. Ouid. epist. 14.
Mutum. Ouid. 6 Metam.
Niueo lenis in ore rubor. Ouid. epist. 19.
Pallida. Virg. 1. Æneid.
Patulum bouis. Ouid. epist. 15.
Periurum. Ouid. 2. Amor. eleg. 10.
Prædurum. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Prorerua canum. Ouid. 14. Metam.
Puerili in ore vultus virgineus. Ouid. 10. Metam.
Puluerulenta. Claud. 3. Panegy.
Rapidum. Virg. 6. Æneid.
Remissum. Stat. 9. Thebaid. Id est, os modestum, aut vox modesta.
Renidens. Ouid. 8. Metam.
Roseum. Virg. 9. Æneid.
Sacrificum. Ouid. 1. Fast.
Semiferum. Senec. Thebaid. 1.
Sibila ora anguium. Virg. 2. Æneid.
Siccum. Catull. in amicam Formiani, epigr. 40, Nec longis digitis, nec ore sicco. accusat eam, quòd frequenter spueret.
Sidereum Pollucis. Valer. 4. Argonaut.
Silens. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Spumantia. Ouid. 6. Metam.
Stygium Ouid. 3. Metam.
Tenerum. Horat. 2. epist. 1.
Timidum. Claud. 2. Panegy.
Trepidum. Ouid. 5. Metam.
Trilingue Cerberi. Horat. 2. Carm. ode 19.
Tumidum. Valer. 2. Argonaut.
Veridicum. Lucret. lib. 6.
Vilia ora percutere. Martial. lib. 2. in Posthumum.
Vno ore, pro Vno consensu. Terent. Phorm. 4. 3,
-nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret.
¶ Abire in ora hominum, Vide ABEO.
Accedit os. Cic. 2. de Orat. Sed tamen quoniam hoc totum, quicquid est, siue artificium, siue studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos discipuli, id quod ipse didici, &c.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tusc. Errare mehercule malo cum Platone, quem tu quanti facias, scio, & quem ex tuo ore admiror.
Æquiparans deos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Spumas agit ore cruentas. Virg. 3. Georg.
Aperit ora futuris Cassandra. Virg. 2. Æneid.
Asperat ora seueris minis. Stat. 9 Thebaid.
Ore imperturbato bibere. Ouid. in Ibin.
Purpureo bibit ore nectar. Horat. 3. Carm. ode 3.
Cadit fructus ex ore pulli. Cic. 1. de Diuinat.
Sublimi ore canere aliquem. Claud. de bello Getico.
Diuino ex ore canit sacerdos. Virg. 3. Æneid.
Hiatu oris & dentibus ipsis capessunt quædam animalia cibum. Cic. 2. de Nat. deor.
Auido ore captare cibos. Seneca Thyeste, 1.
Cinctum anguibus os Gorgonis. Cic. 6. Verr.
Coercere ora frænis. Ouid. 5. Metam.
Cohibere ora. Seneca Troade, 6.
Colligit os rabiem. Ouid. 1. Metam.
Fontes colluerant ora. Ouid. 5. Metam.
Clausso commurmurat ore. Silius lib. 15.
Ore placido compellare aliquem. Ouid. 3. Metam.
Comprimere ora, Claudere. Ouid. 6. Metam.

Confudit ora infractis ossibus. Ouid. 5. Metam.
Congesserunt in os Midæ dormienti grana tritici formicæ. Cic. 1. de Diuinar.
Vno ore consentiunt omnes de vtilitate amicitiæ. Cic. de Amic.
Constricta ora frænis. Senec. Hippol. 10.
Dolor contrahit ora, Corrugat, contristat. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Conuertere os ad aliquem, Vide CONVERTO.
Conuertere ora & oculos in aliquem, In CONVERTO.
Conuertere ora vulgi. Horat. 2. epist. 1.
Clauso ore custodire verba. Senec. Agamemn. 7.
Blando ore dicere aliquid. Ouid. 13. Metam.
Rauco dicere aliquid. Ouid. 5. Metam.
Discutit ora saxo. Ouid. 4. Metam.
Distorquere os. Terent. Eunuch. 4. 4. Vbi Donatus, Os autem dicimus illum distorquere, quem natura pulchrum, deturpamus.
Finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Æneid.
Dare ora capistris. Virg. 3. Georg.
Sublime os homini datum. Ouid. 1. Metam.
Domita ora frænis. Senec. Hippol. 10.
Ducere os, Indecorè ac turpiter faciem intorquere. Cic. in Orat. Vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere: sed illo, quo significant ingenuè quo sensu quidque pronuntient.
Tremente ore indignos sonos edidit. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Placido ore edere aliquid. Virg. 7. Æneid.
Effatus est ore. Virg. 3. Æneid.
Efferre ora, Est erigere se, & videndum exhibere, ac veluti ostentare. Virg. 5. Æneid.
Eluere os. Celsus lib. 3. cap. 4.
Recto ore emittimus voces. Lucret. lib. 4.
Egregio magnum decus enitet ore. Virg. 4. Æneid.
Reluctanti ore it equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.
Impurissimo ore orationem in absentem euomere. Cic. 5. Philip.
Exagitata ora frænis. Silius lib. 7.
Excellens ore. Silius lib. 1.
Vox excidit ore. Virg. 6. Æneid.
Verbum ecquod vnquá ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi? Cic. pro Sylla.
Mœsto excutit ore cibos. Stat. 5. Thebaid.
Exibat ex ore eius nihil non consyderatum. Cic. de Claris Orat.
Exertare ora. Virg. 3. Æneid.
Toto ore expalluit. Ouid. 4. Metam.
Sacrum os cælo exulit Lucifer. Virg. 8. Æneid.
Liuida facta ora digitis. Ouid. epist. 19.
Mendaci ore fallere numen. Ouid. 3. Amor eleg. 3.
Prono ore terram languidus ferit. Senec. Herc. OEth. 7.
Ferre ora, Vide FERO.
Ora ad ora ferre, Oculari aliquem. Ouid. ad Liuiam.
Ferre se ore. Virg. 4 Æneid. Quem sese ore ferens?
Per ora hominum ferri. Plin. epist. 10. libr. 2. Id est In publicum, In celebrationem.
Flectere os in mœstitiam. Tacit. lib. 3.
Fœdare ora vnguibus. Virg. 4. Æneid.
Olentia ora fouere re aliqua. Virg. 2. Georg.
Mollia purpureis frænabas ora capistris. Ouid. 10. Metam.
Cruento ore fremit leo. Virg. 9. Æneid.
Cuncti simul ore fremebant. Virg. 1. Æneid.
Virginis os habitúmque gerens. Virg. 1. Æneid.
Edissere authorem aliquem, & cum semper in ore habere. Cicero Lepræ, lib. 6. 18.
Arenti sitientes hausimus ore. Ouid. 14. Metam.
Horrent sudoribus ora. Claud. 3. Panegy.
Humectare ora lacrymis. Lucret lib. 1.
Imponere os alicui. Ouid. 6. Metam.
Pallor albus ora inficit. Horat. Epod. 7.
Rubor igneus inficit ora. Lucan. lib. 5.
Inserunt in os infantibus omnia minima mansa. Cic. 2. de Orat.
Intonare ore. Virg. 6. Æneid.
Ora omnium & oculos intuemur. Cic. pro Mil.
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3.
Lacerare ora manu. Silius lib. 8.
Lacerare incesto ore optimum virum, Vide LACER, adiectiuum.
Dito ore lacessere aliquem. Claud. 1. in Ruffinum.
Os alicui lædere. Terent. Adelph. 5. 4. Donatus, Nulli lædere os, Id est nullum præsentem lædere.
Lauimus ora manúsque. Horat. 1. Serm. satyr. 5.
Halitum alicuius ore legere. Virg. 4. Æneid.
Linere ora luto. Ouid. 3. Fast.
Docta ora loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Locuta est ore. Virg. 1. Æneid.
Infido ore loqui. Ouid. epist. 12.
Rotundo ore loqui. Horat. de Arte. Id est perfecto. Acron.
Fleru madens os. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.
Maledicere clarissimo viro, ore fugitiuo. Cic. pro Deiotaro.
Magniloquo ore memorare aliquid. Ouid. 8. Metam.
Mordere ore. Stat. 12. Thebaid.
Floridulo ore nitens. Catul. in Epithal. Iuliæ, epigram. 56.
Notare ora insanis manibus. Propert. lib. 1. eleg. 6.
Inuita notauit ora rubor. Ouid. 6. Metam.
Presso ore obmutuit. Virg. 6. Æneid.
Tenuia ora obnubit comis. Stat. 6. Thebaid.
Spiritus oris obstruitur reluctanti. Virg. 4. Georg.
Pallor occupat ora. Virg. 4. Æneid.
Os loquentis opprimere. Ouid. 3. Metam.
Oppugnare os alicui, In OPPVGNO.
Pallentia ora miris modis. Virg. 10. Æneid.
Pendére ab ore narrantis. Virg. 4. Æneid.

Rugis

Rugis perarauit anilibus ora. Ouid. 14. Metam.
Percutere ora manu. Ouid. 11. Metam.
Perficeare, Vide PERFRICO.
Pertorquere. Lucret. lib. 2.
Perunctí fæcibus. Horat. de Arte.
Pio ore poscere aliquid. Virg. 6. Æneid.
Spectanda ora præbere. Silius lib. 17.
Os ad male audiendum præbere. Cic. Att. lib. 1. 13, O dij immortales, quàm ignauus ac sine animo miles! quàm dignus qui Palicano, sicut facit, os ad malè audiendum quotidie præbeat.
Primáque ferratis præfigunt ora capistris. Virg. 3. Georg. de hœdis excretis quos à matribus prohibent.
Pressare ora dentibus. Lucret. lib. 4.
Decorum os protulit luna. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
Virgineo profatur ore. Stat. 4. Sylu. 3.
Prominere ore. Horat. Epod. 5.
Pudibunda ora protegit frondibus. Ouid. 3. Metam.
Arida ora quatit anhelitus. Virg. 5. Æneid.
Regere ora equi. Ouid. 8. Metam.
Reiectans cruorem ore. Virg. 5. Æneid.
Relaxare ora fontibus. Ouid. 1. Metam.
Luna relegit & retexit ora. Stat. 5. Sylu. 3.
Dolor ora repressit. Ouid. 6. Metam.
Grandæua ora resoluit pater. Silius lib. 16.
Resoluit ora fatis. Virg. 4. Georg.
Respondere alicuius orationi ore. Cic. de Claris Orat.
Rigabat lacrymis vultum atque ora. Virg 9. Æneid.
Pauido rogat ore. Ouid. 1. Metam.
Ausus es hoc ex ore tuo me rogare? Cic. Attic. lib. 6.
Profundo ore ruit immensus Pindarus. Horat. 4. Carm. ode 2.
Comanti ore ruit. Valer. 3. Argonaut.
Spumanti ore Phasis ruit in æquor. Valer. 5. Argonaut.
Secare ora alicuius. Stat. 1. Thebaid.
Serenare ora. Stat. 2. Thebaid.
Soluere ora, Aperire ad loquendum. Ouid. 1. Metam.
Magno ore sonare. Virg. 3. Georg.
Magna sonaturum os. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Spargere ora lacrymis. Lucret. lib. 2.
Iucundum os oculósque suauiabor. Catull. ad Verannium, 9.
Sublinere os, pro eo quod est Dare verba, & atte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus Aulularia, 22,
-fidei censebam maximam multo fidem
Esse, ea sublèuit os mihi penissumé. Idem alibi, Os mihi probè sublitum est. Marcus Varro in Mysteriis apud Nonium, Æs defraudasse cauponam, bonam luto obliuisse, quum portitores æra induxére. Virgilius item in Carmine Bucolico, pueros inducit per lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes. Erasmus.
Candida ora misto rubore sublucent. Ouid. epist. 20.
Sanguis suffuderat ora. Silius lib. 11.
Pulchra verecundo suffundens ora rubore. Ouid. 1. Metam.
Durissimo ore esse. Cic. pro Quintio, Quum cupidius instaret, homini pro amicitia familiari duxi, mihi videri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur.
In ore alicuius esse. Plaut. Asin. 5.
In desyderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium esse. Cicero 10. Philip.
In ore est omni populo, Fama est, rumor est. Terent. Adelph. 1. 2. Cic. de Amic. In eum sermonem illum incidere qui tum ferè multis erat in ore.
Tibi valde solet in ore esse. Cic. ad Atticum, lib. 6.
In ore sunt omnium Philosophorum. Cic. 2. de Finib.
In ore & sermone omnium esse. Cic. 4. Verr. Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse.
Supinare ora. Stat. 5. Thebaid.
Supinato ore lambit aera. Stat. 5. Thebaid.
Temperare ora frænis. Horat. 1. Carm. ode 8.
Tenebant ora intenti. Virg. 2. Æneid.
Tinctus os fletu. Stat. 6. Thebaid.
Tonare ore. Claud 1. de raptu Proserp.
Celso ore tonat. Claud. 2. de raptu Proserp.
Os suum alicui tradere, Deosculando amplecti, & multis verbis aliquem laudare. Cic. pro Rosc. Amer. Rogat, orátque te Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rē conuertit, si nulla in re te fraudauit, si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumerauit, appendit: si vestitum, quo ipse tectus erat, annulúmque dedit, os suum tibi tradiditsi, &c.
Trahere auram ore. Ouid. 2. Metam.
Trahere aliquid ore. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Tument ora irâ. Ouid. 3. de Arte.
Turbatum os fletibus. Silius lib. 13.
Vacant epulis ora, Id est carent. Ouid. 15. Metam.
Venire in ora hominum, est Celebrem fieri & notū, de quo omnes loquantur. Horat. 1. epist. 3.
In ore vulgi & in communibus prouerbiis istius iniquitas versatur. Cic. 3. Verr.
Verrere ora huc & huc. Horat. Epod. 4.
Vigent in ore illi. Cic. 1. Tusc. Id est memorantur.
Supremo ore vocare aliquem, Id est voce suprema. Ouid. 8. Metamorph.
Volitare per ora virum, In ore esse omni populo. Virgil. 3. Georg. Hæc sententia legitur & apud Ennium.
Vomit ore cruorem. Virg. 3. Æneid.
Fero ore flammam vomit. Ouid. 5. Metam.
¶ Os, Audacia & temeritas. Terent. Phorm. 5. 8, Nam quo redibo o-

re ad eam quam cōtempserim? Cic. 6. Verr. Os hominis, insignémq; impudentiam cognoscite. Idem Philip. 5, Sed illud os, illam imputiratem. Ibidem, 11, Audisset furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque os illud infame. Idem pro C. Rabirio Posthumo, Quod habent os? quam audaciam? Vide Erasmum in Adagio, Perfricare faciem.
Ferreum os conuitio verberate. Cic. in Pisonem, Neque verò contempsisti, licet Themista sapientior, si os ruum ferreum Senatus cōsultis verberari noluisti.
¶ Os, Præsentia. Sallust. in Iugurth. Incedunt per ora vestra magnificé. Cicero in Pisonem, Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, de reditu Gabinij omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen, os vt videam hominis, expecto.
In ore alicuius, In conspectu. Tacit. lib. 19.
In ore atque oculis omnium hæc gesta sunt. Cic. 4. Verr.
Frequens erat ille Romæ, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. Cic. pro Rosc. Amer.
In tuis oculis, in tuo ore, vultúque acquiesco. Cic. pro Deiotar.
Ante ora, Vide ANTE.
Ante ora patrum opperere. Virg. 1. Æneid.
¶ Os, non solùm de facie dicitur, sed etiam de tota specie quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet.
Lato dedit ore fenestram. Virg. 2. Æneid.
Vlceris os. Virg. 3. Georg.
Sæculi os. Iuuenal. satyr. 14.
Vascula oris angusti. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Rostrata ora nauium Horat. Epod. 4.
Os portus. Cic. 7. Verr. Nam in ipso aditu atque ore portus, vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur, &c.
Ora, de æquore. Virg. 1. Æneidos,
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.
Septem discurrit in ora Nilus. Virg. 4. Georg.
¶ Discordia ora, Id est diuersæ linguæ, & idiomata. Virgilius 2. Æneid.
Os inculcum, Id est facies inornata. Tibull. lib. 1. eleg. 8.
Osculum, oscüli, pen. corr. Diminutiuum {σαφῶς} Paruum os. Ouid. lib. 1. Metamorphoseos,
-videt oscula quæ non
Est vidisse satis. De Daphne.
Osculum, ab ore dictum Varr. de Ling. Lat. lib. 5.
¶ Osculum {σὺν μῦ} pro Basio etiam accipitur: quoniam basiando os coarctamus atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus. Cic. ad Attic. lib. 12., Atque vtinam continuò ad complexū meæ Tullíæ, & ad osculum Atticæ possim currere.
Apta oscula. Ouid. epist. 21.
Fida. Stat. 3. Sylu 2.
Furialia. Valer. 7. Argonaut.
Hircosum osculum, Putidum, olidum. Martial. lib. 12. 59,
Te vicinia tota, te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Nitiale, Vide NITX.
Pressa. Ouid. epist. 2.
Sororia. Ouid. 4. Metam.
Suprema. Ouid. 6. Metam.
¶ Accipere oscula. Ouid. epist. 21.
Admouere oscula, Vide ADMOVEO.
Affigere. Lucret. 4.
Luctantia carpere. Ouid. 4. Metam.
Committere linguæ. Ouid. epist. 21.
Properata oscula raptim congerimus sine ordine. Ouid. epist. 17.
Flagrantia ad oscula deorquere ceruicem. Horat. 2. Carm. ode 12.
Dispensare oscula per omnes. Ouid. 6. Metam.
Diuidere sodalibus. Horat. 1. Carm. ode 36.
Dare osculum. Plin. lib. 14 cap. 13.
Obuia dare. Ouid. epist. 18.
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro. Ouidius 11. Metamorph.
Dare oscula manibus. Ouid. 2. Metam.
Excipere aliquid risu & osculo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fatigare dextram osculis. Tacit. libro 15. Hoc est dextram exosculari.
Ferre. Ouid. 2. de Arte.
Figere. Virg. 2. Æneid.
Dulcia figere. Virg. 1. Æneid.
Pauida figens pedibus. Silius lib. 11.
Trementia figere. Lucan. lib. 2.
Humectare labris. Lucret. lib. 4.
Impertire aliquem osculo, Vide IMPERTIO.
Infigere alicui. Silius lib. 12.
Ingeminare. Valer. 2. Argon.
Ingerere, Vide INGERO.
Interserit oscula mediis verbis. Ouid. 10. Metam.
Iungere. Ouid. 2. Metam.
Iungere per longas moras. Ouid. epist. 2.
Improba iungere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Oscula moderata iungere. Ouid. 2. Metam.
Lambere frigida. Stat. 2. Sylu. 1.
Libare. Virg. 1. Æneid.
Nexa oscula linguâ. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Pangere osculum, Vide PANGO.
Porrigere alicui. Ouid. 3. Metam.
Præripere alicui. Lucret. lib. 3.
Premere aliquem osculo, Vide paulo ante, Hircosum osculum.
Refugere oscula alicuius. Ouid. 11. Metam.
Reuellere. Stat. 3. Sylu. 2.

Venire ad oscula alicuius. Ouid. 9. Metam.

Oscillum, oscilli {σημάντωρ} Diminutiuum est à diminutiuo Osculũ, sicut à tantulo Tantillum. Colum. lib. 2. cap. 10, Quoniã si humor inuasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest.

¶Oscilla, etiam sigilla sunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & vænales proponebantur, quibus homines pro se atque suis Saturno piacula faciebant, vt ait Macrobius lib. 1. Saturnal. cap 7. & cap. 11.

Oscilla etiam dicebantur ὠρῖαι, id est pensiles quędam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum iactabantur, atque ea iactatio oscillatio dicebatur. Nam homines eo genere lusus se iactantes, imposiri transuerso tigno de arbore suspenso, alternis se mutuóque subiectabant deprimebántque. Quod genus lusus per sex feriarum Latinarum dies celebrare solebant, in memoriam & imagi nem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infima deiiciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur. Ita memoriã redintegrantes initio acceptæ vitæ, per oscillationem, motus cunarum: per lactatam potionem, qua tunc vtebantur, lactis alimentum significabant. Nam lac Latinis feriis adhibebatur etiam in sacrificiis. Cicero,

-Et læto mactasti lacte Latinas. Virgilius oscillationem etiam Liberalibus, vt existimo, fieri dixit,

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu. Alij pinu. In quo tamen φαυλὸν, multi interpretantur: nam & obscœnæ etiam partis simulacrũ oscillum vocari possũ censent. Inde igitur per translationem oscillũ in ariete murali dixit Septimius Florens, quum scribit, In oscillum pendenti impetus armatum: propterea quòd malo statuto, tanquam trutina, alter transuersus suspendebatur. Eodem modo de mũdo ex axe pendente in libro de Anima dixit, Initium enim omnium commentatus animum, & vniuersitatis oscillum de illius axe suspendẽs. Verba sunt Turnebi.

Oscillo, oscillas, oscillãre, ab Oscillum fit, & significat Inclinare. Festus, Oscilla sancta dicuntur, quòd oscillent, id est Inclinent, præcipitéque efferant oscillantes. Seruius putat esse compositum ab os: & cilleo, cilles, quòd in hoc cillerentur, id est moucrentur ora. nam cillere, mouere est. Plautus Amphit. 4, -qui mihi aduenienti os oscillet probé. Id est, moueat, probè ipsum pugnis percutiendo.

Oscul or, penultima correpta, oscularis, osculatus sum {εἰκόνα καταφιλῶ, κυνέω} osculári, Dare osculum. Cicero Appio Pulchro, libro 3. ii, Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam verò osculatus.

Complecti aliquem & osculari. Cic. in Somn. Scip. Ille autem me complexus atque osculaus fiere prohibebat.

Filium mater osculata est. Cic. pro Mur.

Dormientem. Cic. 1. Tusc.

Amplecti, in manibus habere, fouere, osculari aliquem. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quòd inimicum meum, &c. sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, &c.

Venerati & osculari. Cic. 6. Verr. Quòd in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam id osculari solent. De simulacro Herculis.

Osculatio, Verbale {φίλωσις.} Cic. pro Cælio, Non flagrantia oculorũ, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, &c.

Seges osculationis. Catull. ad Iuuencium, epigram. 45.

Os, ossis, n gen. {ὀστέον, ὀστοῦ, κόκκ.} Cic. 2. de Nat. deor. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles cõmissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad actus sinendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem?

Albi ossibus scopuli. Virg. 5. Æneid.

Albis ossibus informis ager. Horat. 1. Serm. satyr. 8.

Asinina ossa, Vide ASINVS.

Grandia. Ouid. 9. Metam.

Grauia. Stat. 6. Thebaid.

Immania. Claud. 1. Paneg.

Ingentia cubiti. Ouid. 12. Metam.

Inhumata. Ouid. epist. 10.

Magna. Virg. 5. Æneid.

Obtrita. Lucan. lib. 3.

Pauxilla & minuta. Lucret. lib. 1.

Spatiosa pectoris. Valer. 4. Argonaut.

Tenera. Virg. 4. Georg.

Tetra situ. Valer. 4. Argonaut.

Verticularum. Cels. lib. 8. cap. 1.

¶Humanis albet humus. Ouid. 1. Fast.

Amicta pelle lurida. Horat. Epod. 17.

Ampurare ossa. Seneca Thyeste, 8.

Asperare sagittas ossibus: Hoc est, acuere, præfigere. Tacit. in lib. de Germanis.

Astringi suis neruis ossa debent. Quintil. in Procem. lib. 1.

Collapsa in se ossa minutatim morbo. Virg. 3. Georg.

Concutit ossa metus. Ouid. epist. 3.

Condere terræ ossa alicuius. Virg. 5. Æneid.

Condita ossa peregrina ripa. Ouid. 2. Metam.

Fractis confudit in ossibus ora Ouid. 5. Metam.

Ima per ossa cucurrit tremor. Virg. 2 Æneid.

Dura per ossa gelidus cucurrit tremor. Virg. 6. Æneid.

Detegere ossa. Quintil. in Procem. lib. 1.

Discussa ossa oris. Ouid. 5. Metam.

Disiecta ossa oris. Ouid. 12. Metam.

Inodora dare vrnæ. Persius satyra 6.

Exarsit iuueni dolor ossibus ingens. Virg. 5. Æneid.

Nodosa frangere. Lucan. lib. 8.

Hærere vix ossibus. Virgil. 3. ecloga,

-vix ossibus hærent. præ macie videlicet. hoc est, Vix ossa eorum

cohærent. est enim ablatiuus casus, non datiuus.

Ferrum hæsit ossibus. Ouid. 3. Metam.

Hiantia ossa rupris genis. Iuuenal. satyr. 15.

Cineri alicuius atque ossibus dolorem inurere. Cic. 3. Verr.

Lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Operienda sunt ossa corpore. Quintil. in Procem. lib. 1.

Perfracta ossa trinodi claua. Ouid. epist. 4.

Perfracta saxo. Silius lib. 17.

Quiescunt ossa molliter. Virg. 10. eclog.

Calor ossa reliquit. Virg. 3. Æneid.

Cineri atque ossibus filij sui solatium ex calamitate tua vult repor tare. Cic. 7. Verr.

Reponere os. Cels. lib. 8. cap. 10.

Dura ossa sonant sub ictu. Valer. lib. 3. Argon.

Tecta sepulchro. Ouid. epist. 3.

Traxit furorem per ossa. Virg. 4. Æneid.

Verenda. Ouid. epist. 3.

Ossa orationis, Vide Succus orationis, in SVCCVS.

¶Ossa vocat Suetonius Putamina, Gallicè noyaux, in Claudio, cap. 8, Quoties post cibum obdormisceret, quod ei ferè accidebat, oleárum ac palmularum ossibus inceffebatur.

Ossiculum, ossiculi, pen. corr. Diminutiuum {ὀστέριον.} Gell. lib. 6. cap. 1, Ratio subtilior & vtilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis, minussque officulis caput compingeret. Plin. lib. 11. cap. 37, Omnium cerebro medio insunt ossicula parua.

Ossiculatim, pen. prod. Aduerbium {κατ' ὀστέριον} Minutatim. Cæcilius Fallacia, Ossiculatim Parmenonem de via liceat legant. Nonius.

Osseus, Adiectiuũ {ὀστινόξυστος} Quod est ex osse. Columella lib. 5. capite 11, Deinde cuneum tenuem, ferreum vel osseum, inter corticem & materiam, ne minus digitos tres, sed consideratè demittito.

Forma ossea. Ouid. in Ibin.

Genitalia. Plin. lib. 11. cap. 49.

Lapis osseus, Formam & veluti substantiam ossis habens. Plinius lib. 36. cap. 18.

Osseum lignum. Plin. lib. 13. cap. 4.

Manus ossea Mauri. Iuuenal. satyr. 5.

Ossifragus, penultima correpta, Qui ossium fractura debilitat quempiam. Cassius Seuerus apud Senecam libro 6. Controuers. 33. controuersia.

Ossuaria, ossuariæ {ὀστοθήκων} Locus in quo reponũtur ossa defunctorum. Vlpianus in l. 2. D. De sepulchro violato, Celsus scribit statuam sic esse monumẽti, vt ossuariam. Haloander legit ossaria: vt sit substantiuum, ossarium. ossarij.

Os leonis, Genus herbæ florem faciens purpureum. Columel. Narcisíque comas, & hiantis fœua leonis ora feri.

Ossum, pro Odi. Plaut. Amphitryone,

Inimicos semper ossum obtuerier. Nonius.

Ossanna, Hebraicè legitur HOSIAH-NA, Id est saluum fac obsecro.

OSCA {ὄσκα.} Ptolemæo libro 2. cap. 6, Hispaniæ ciuitas, Isca dicta, Vulgò *Guesca*.

Oscedo, Vide OSCITO.

OSCELLA {ὀσκέλλα} Lepontinorum in Alpibus Scutiis vrbs, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Secusa*.

Oscen, Vide OSCINIS.

Oscheum {ὄχεον} Latini scrotum dicunt, id est testium receptaculum. Celsus, vbi de morbis tractat qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, Sinus, inquit, qui conspicitur à nobis, ὄχεον à Græcis dicitur: nostri scrotum vocant.

OSCI {ὄσκοι} Italiæ populi, in Campania, sic, vt quibusdam placet, ab oris fœditate dicti. Virg. lib. 7. Æneidos,

Oscorúmque manus, &c.

Oscus, Adiectiuum {ὄσκος.} Cic. Mario, lib. 7. 1, Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desyderasse, præsertim quum Oscos ludos, vel in Senatu vestro spectare possis. Horat. 1. Serm. satyra, 5,

-Mefsi clarum genus Osci. Quòd autem dicit Cicero, Oscos ludos vel in Senatu suo spectare Marium posse, de impudico & superbo sermone Senatorum intelligendum est. Fuit enim Oscis frequẽtissimus vsus libidinum spurcarum, vnde & verba impudentia & elata, obscœna appellantur, vt Verrius quidam vult apud Sextum Pompeium. Hinc est quòd ibi Titinnius etiam verus poeta dicit: Oscè & Volscè fabulantur, nam Latinè nesciunt. Erasmus inter adagia recitat, Oscè loqui, pro turpiter parúmque pudicè loqui. Turnebus verò in eandem epistolam sic ait, Sed qui tandem sunt ludi Osci? quidam putant, quibus Atellanæ dabantur. Atella enim oppidum Campaniæ fuit: vnde earum nomen. Osci enim populi Campaniæ fuerunt. Sed Osci ludi, vt existimo, & fabulæ Oscæ & mimi lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Etsi ea gens deleta erat, tamen etiamnum vigebat sermo, & comœdiæ agebantur Romę Osca lingua. Strabo, ἀφ' οὗ δὲ τὸ ὄσκων ἐκλελοιπότων, ὃ διάλεκτος μέρος παρὰ τοῖς δημοσίοις, ἄρτι ποτὲ γράπτε σκηνοβατοῦσιν γραπτὰ τινα ἀρχαῖα πάππους καὶ μαμμοκλεῖδας. Hactenus ille.

Tellus Osca. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Osca, Purgamenta & sordes lanæ per contumeliã & iniuriã summam Oscorum Næuius appellauit, vt Varro interpretatur. Sic enim scribit lib. 6. de Ling. Lat. Quum ex ea carẽt, quod in ea hæret, neque est lana. quæ in Romulo Næuius appellat Osca ab Oscis. Scripturã veterem interpolant multi, aliíque aliter euulgant, sed hæc Turnebo magis probatur.

Oscillum, Oscillo, Vide Osculum in o s, oris.

Oscinis, huius oscinis, pen. corr. omn. gen. Auis auspicium ore faciẽs, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 5. Horat. 3. Carm. ode 27,

Oscinem corumm precc suscitabo

Solis ab ortu. Cic. 2. de Nat. deor. Quanquam aues quasdam & alites & oscines, vt nostri augures appellant, rerum augurádarum causa natas esse putamus. Alij declinant Oscen, huius Oscinis. Ausonius

nius in Ternario,

Tres quorum ætates superat Phœbeius oscen. Hoc est, coruus qui est in Apollinis tutela.

Tum à dextra, tum à sinistra parte canunt oscines. Cicero 1. de Diuinatione.

¶Oscines Plin. lib. 10. cap. 19, vocat omnes aues quę canunt. Ibidẽ, cap. 29, Alia admiratio circa oscines: ferè mutant colorem vocémque tempore anni, ac repentè fiunt aliæ.

Oscinum, oscini, pen. corr. {οἰωνιστὴς} Auium augurium. Cic. 2. de Legib. Idémque fulgura atque oscina pianto. Correctiora exemplaria legunt obstita.

Oscito, oscitas, pen. corr. {χασμάω} oscitãre, Os commouere, & os to tum aperire, vt fit præ somno aut tædio. Gell. lib. 4. cap. 20, Et in iure stans, clarè nimis & sonorè oscitauit.

Oscitare, pro Aperire se, dixit Plinius libro 16. capite 24, Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepefieri violentia.

Oscitor, oscitaris, Deponens {χασμῶμαι} Idem. Plautus Menach. 17, Vt pandiculans oscitatur.

Oscitans, pen. corr. oscitantis, Participium {χασμῶν.} Cic. pro Milone, Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Idem pro Cluentio, Tristem atque oscitantem leuiter impellit.

¶Oscitans, Secutum & nihil prouidentẽ aliquando significat, authore Donato. Terent. And. 1. 2, Sperantes iam amoro meru, interea oscitantes opprimi.

Oscitans & dormitans sapientia Scæuolarum. Cic. lib. 2. de Orat. Et istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oscitans Epicurus, Otiosus & negligens. Cic. 1. de Nat. deor. Ista à vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est, quum quidem gloriaretur, vt videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum.

Oscitantes hesterna potatione. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Oscitanter, Aduerbium {χασμωδῶς} Negligenter. Cic. de Claris Orat. Quum indicia mortis se comperisse manifestò & manu tenere diceret, tam solutè egisset, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitatio, Verbale {χάσμη.} Plin. lib. 7. cap. 6, Oscitatio quidem in enixu lethalis est.

Oscitatio (inquit Donatus) animi otium & securitas.

Oscitationes Bruti, Libelli oscitãter fiue negligenter scripti. Stat. 4. Syl. 9.

Oscedo, penult. prod. oscedinis, fœm. gen. {χασμῶδες} Vitium quo quis tenetur vt sæpius osciter. Gell. lib. 4. cap. 20, Sed quum ille deierasset, inuitissimum esse ac repugnantem oscitatione victum, teneríque eo vitio quod oscedo appellatur: tum notæ iam destinatæ exemptus est.

Oscedo, Sereno significat oris vlcuscula, quum scribit, Hinc oscedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt. Oscedo, inquit Isidorus, est, qua infantium ora vlcerantur. Æphthas medici vocant, vt Turnebus existimat.

Osculana pugna, à Festo appellatur, & prouerbij loco numeróque refertur, de iis qui victi vincunt. Sed Asculana potius dici debere videtur. Nam ad Asculum ea depugnata pugna fuit aduersus Pyrrhũ, si Plutarcho credimus: quanquam apud festum ordo seriésque verborum osculanam tueatur. Ex Turnebo.

Osculatio, Osculor, Osculum, Vide o s, oris.

O si {εἴθε} Aduerbium optandi. Vide o, interiectionem.

Osim, pro Ausim, Comicorum more. Cic. Attic. lib. 12. epist. 4.

OSIRIS, penult. prod. {ὄσιρις} huius Osiris vel Osiridis, fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia, succesisque Phoroneo in regnum Argiuorum. Ægialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Ægyptios transfretauit, gloriæ desyderio. Quos quum subegisset, Isidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit vxorẽ. Vbi quum illa literas, Osiris varias artes Ægyptios docuisset, vterque diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Ægyptio, vel (vt Seruius ait) à Typhone fratre, clàm occisus, ab Isidẽ, diu quæsitus est. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus compertus est. In insula Abato, in palude iuxta. Memphim sepelirí eum Isis curauit: & paludem, Stygẽ, id est mœrorem appellauit, nec nisi certis diebus & mittratos eò accedere voluit. Sed quum apparuisset Ægyptiis deinde bos qui dam, Osirim putarunt, adorauerúntque vt deum, & vocauerunt Apim, id est bouem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. Tibullus lib. 1. eleg. 7,

Te canit, atque suum pubes miratur Osirim

Barbara Memphitẽ plangere docta boue. Martial. lib. 9. 31, -nec quæ turba Serapin amat. Eusebius lib. de Præpar. Euang. Ægyptios ferunt primos omnium motum ordinémque cælestium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidem Osirim, Lunam Isim nuncupasse, à proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Nam, siquis ad Latinam linguam verba transferat, multioculus Osiris dici potest. Neque id ab re: Radiis enim suis quasi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perspicit, vt etiam poeta dicit, Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras. Quanuis nonnulli Græcorum poetæ Dionysium esse Osirim confingant. Isim verò, Priscam Latinè dicere possumus, Lunę hoc nomine indito, quoniam sempiterna priscáque sit. Cui cornua depingunt, vel quia quum minor est, cornuta videatur: vel quòd bos ei apud Ægyptios sit dedicata. Ferunt Osirim apud Ægyptios hausturn, viníque vsum comperíisse, & multas alias res necessarias, vt innuit Tibullus lib. 1. eleg. 7, Primus aratra manu solerti fecit Osiris, &c.

Sanctus Osiris. Horat. 1. epist. 18.

Osiris, Herba est ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu lini, seménque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Verba sunt Plinij lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorum vocat *Linariam*.

Osirites, penprod. ab Ægyptiis dicitur herba, quam cynocephaliam,

hoc est canis caput vocant, quòd canino capiti sit similis. Traduntque siquis eam totam eruat, statim mori. Sipontinus. Plinius libro 30. capite 2.

OSISIMII, Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim amnem. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæsar Ossismos vocat.

OSISMII, Apud Melam libro 3. cap. 2, populi sunt Britanniæ minoris, quos nunc Britones vocant, apud promontorium illud, cui vulgò nomen *Sanctus Matthæus*.

Osonoba, Vide OSSONOBA.

Osor, Vide ODI.

OSQVIDATES, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plinium libro 4. cap. 15.

OSSA {ὄσσα} mons est teste Solino, in finibus Thessaliæ Centaurorum stabulum, cum tanta pinorum copia, vt in flexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Lucanus lib. 1, Ossa pinifera.

Arctoa. Stat. 3. Theb.

Frondens. Stat 8. Theb.

Glacialis. Claud. 1. Paneg.

Niualis. Claud. 2. in Ruffin.

Osseus, Adiectiuum {ὀστώδης.} Lucan. lib. 6, Attollit Titan, rupes Ossæa coercet.

Auia Ossæa. Stat. 2. Achill.

Vrsa. Ouid. 12. Metam.

Bimembres Ossæi, Centauri qui Ossam accolebant. Statius 12. Thebaid.

Osseus, Ossiculum, Vide os, ossis.

Ossifraga, ossifragæ: vel Ossifragus, ossifragi, pen. corr. {φῆνις} Aquilæ genus, ab ossibus frangendis dictæ. Plin. lib. 30. cap. 7, Ossifragi vẽter arefactus & potus, iis qui cibos non conficiunt vtilissimus.

OSSIGETANIA, Regio Hispaniæ, Bæticæ vicina, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 1.

OSSONOBA {ὀσσόνοβα} Lusitaniæ ciuitas, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 5. alio nomine Siluera.

Ostendo, ostendis, ostendi, ostensum & ostentum {δείκνυμι, δηλόω, δίδεικνυμι, παραδείκνυμι, προτείνω δείκνυμι, ὑποφαίνω, φαίνω} ostẽndere, Demonstrare. Ab os & tendo compositum est. Os autem pro facie sæpe ponitur, quę pro toto corpore non solùm hominis, sed etiam cuiuslibet rei specie fumitur. Ostendere igitur, est speciem siue faciem rei mõstrare: quia tendere os, hoc est extendere solemus in id quod volumus demonstrare. Terent. in Eunuch. 5. 3,

Iámne ostendisti signa nutricis? Virg. 6. Æneidos,

Ostendent terris hunc tantùm fata, neque vltra

Esse sinent.

Ostendere & declarare. Cic. pro Cecinna, Is habuit in matrimonio Cesenniam, eodem è municipio, summo loco natam & probatissimã fœminam, sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit.

Demonstrare & ostendere. Cic. Att. lib. 1. 1, Demonstraui hæc Cælio: simul & illud ostendi, si ipse cum illo vno contenderet, me ei satisfacturum fuisse.

Ostendere & patefacere. Cic. de Aruspic. resp. Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit.

Proponere & ostendere. Cic. 2. de Lege agrar. Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur: nõ dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur.

De his primùm partibus ostendendum est, deinde, &c. Author ad Heren. lib. 2.

Ostenditur nobis id quod quærebamus, inquit Donatus. Terentius Hecyra, 4. 4,

-opportunè te mihi

Phidippe in ipso tempore ostendis.

Aperte ostendit quod habet vænale. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Coràm ostendere aliquid alicui. Virg. 6. Æneid.

Digitis ostendere. Ouid. 2. de Arte.

Bellum ostendere. Liu. 1. ab Vrbe.

Bellum indicere & ostendere. Liu 2. ab Vrbe.

Iter ad ingenij lumen. Quintil. in Procem. lib. 1.

Ostendere de excelso locum aliquem. Cic. in Somnio Scip.

Lumen animi, ingenij, consiliíque tui hîc oportet ostendas. Cic. in Somnio Scip.

Metum. Cic. 6. Verrina, Iste tum petere ab illis: tum minari, tum spem, tum metum ostendere.

Mores alicuius. Terent. Eunuch. 5. 9.

Ostendere & offerre os suum. Cic. pro Rosc. Amer. Ex tot scariis solus inuentus es, qui cum accusatoribus sederes: atque os tuum nõ modò ostenderes, sed etiam offerres.

Os suum populo. Cic. 3. Verr. Nemo quènquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicum aspicere, & os suũ Populo Romano ostendere auderet.

Peccata in re aliqua ostendere, pro Peccare. Terentius Heautont. 4. 1,

Tot peccata in hac re ostendis.

Ostendere aliquem peccare in re aliqua. Terentius Adelph. 1. 2,

Te plura in hac re peccare ostendam.

Potestatem suam in aliquo. Terent. Eunuch. 5 9.

Quàm simus callidi ostendere. Terent. And. 1. 2.

Qui simus ostendamus. Cic. 4. Acad. Sed vt omnes istos aculeos, & totum tortuosum genus dispurãdi relinquamus, ostendamúsque qui simus.

Se, siue animum suum. Plaut. Capt. 5, Quoniam nobis dij immortales animum ostenderunt suum. Cic. de Amic. In qua nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuúmque ostendas.

Se optimè ostendere, Id est optimè se gerere. Cic. ad Qu. fratrem,

lib.1.2,Tribun.plebis designati sunt nobis amici: o o s s.se optimè ostendunt.
Se virum ostendere.Terent.Eunuch.2.3.
Se palam ostendere,pro Apparere.Cic.de Vniuers. Quando igitur omnes & qui mouentur,palámque se ostendunt,& qui caetenus nobis declarantur quo ipsi volunt,creati sunt,&c. De diis.
Se ægrè pati ostendere.Terent. Adelph.1.2.
Sententiam suam.Terent.Heaut.2.1.
Spem.Terent.Phorm.5.4,
-neque me domum nunc reciperem,ni mihi esset spes ostensa Huiusce habendæ. Cic.pro Rosc.Amer.Hisce insidiosè spem falsam ostendere.
Ostendit se spes alicunde.Liu.6.bell.Pun.
Ostendere, non est tantùm, id quod in consuetudine frequenter significat,demõstrare: sed quod verbi potius compositio præ se fert, obtendere & opponere interdum. cuius significationis testimonium apud Ciceronem, in Verrem,in prompru occurrit, Sed quædam mihi magnifica,& præclara eius defensio ostenditur. Annotauit Turnebus.

Ostensus, Participium { δεδειγμένος. } vt Cædes ostensa Syllæ. Lucanus libro 2.

Ostentus { δεδειγμένος } Participialiter. Festus. Pacuuius,In ipso tẽpore ostentum senem. Cato cap.6, Ager oleto conseruando qui in ventum Fauonium spectabit, & Soli ostentus erit, alius bonus nullus erit.

Ostentus,huius ostentus { χλέη } Irrisio. Sallust.in Iugurtha, Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthæ scelerum ostentui essem. Ibidem, Itaque munito agmine incedere: latè explorare omnia: illa deditionis signa ostentui esse,credere Id est,In specié esse ficta, inquit Bud.
Mittere aliquem ostentui. Tacit.lib.19.

Ostento,ostentas { δεδειγμένος,παραδεικνύω,ἐπιδεικνύω } ostentãre,Frequentatium ab ostentum supino formatum, significat Sæpe ostendere. Tacit.lib.19,Mox velamenta,& infulas pro muris ostentant.
Moliri obscurè aliquid,& Ostentare,contraria. Cic.2.de Lege agraria,Si aliud quiddam obscurè moliuntur,aliud spe ac specie simulationis ostentant,populares existimandi sunt.
Ostendere & ostentare. Cic.Planco,lib.10.3, Nunc tantum significandum putaui,vt potius amorem tibi ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam.
Ostentare verbis,& Re vera facere,cõtraria. Cic.2.de Lege agrar.
Largitio aliqua promulgata,quæ verbis ostentari potest, re verà fieri,nisi exhausto ærario,nullo pacto potest.
Cædem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera seruitutem. Cic.Planco,lib.4 14.
Ostentare iugulum pro capite alterius, hoc est Exponere se periculo vitæ.Cic.ad Att.lib.1.11.
Mœnia maxima ostentat Virg.3.Æneid.
Opes Sidonias ostentat Dido.Virg.4.Æneid.

Periculum ostentare capitis,pro Minari mortem. Cic.pro Cluent.
Spem ostentare.Cic.pro Cluent.Mulier amissis liberis, quũ vnius filij recuperandi spes esset ostentata,omnes,&c.
¶Ostentare,pro Indicare Plin.in Paneg.Traian.Iam firmitas,iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris nónne longè latéque principem ostentant?
¶Ostentare,Sine ostendere,gloriandi causa,inquit Festus.Terentius Eunucho,3.2.
-neque pugnas narrat,neque cicatrices suas

Ostentat. Cic.pro Cælio,In aliis rebus se ostentent.
Venditare & ostentare. Author ad Herennium,lib.2, Ficta & dedita opera comparata oratio videbitur esse artificij significandi, ingeniúque venditandi,& memoriæ ostentandæ causa.
Labores suos.Claud.3.Paneg.
Vires superbas.Stat.6.Thebaid.
Iactare se & ostentare. Author ad Horen.lib.4.
Se ostentare.Cic.Lentulo,lib.1.4.
Præ se ferre & ostentare.Cic.Att lib.2.

Ostentans, Particip. { ὑποδεικνύμενος. } vt Frontem albam equus arduus ostentat.Virg.5 Æneid.

Ostentatus, penultima producta, Participium { παρεπιφανὴς,ἐπιδεικτὸς.} Terentius Eunuch.3.5,
-an ego occasionem
Mihi ostentatam tam breuem,tam optatam,tam insperatam Amitterem?
Promissa liberalitate alicuius & ostentata pecunia. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Ostentator,pen.prod.ostentatoris, Verbale { παρεπιφανὴς,ἐπιδεικτὸς} Iactator. Plaut.Curcul.9,
-in medio propter canalem,ibi ostentatores meri,
Confidentes,garrulíque & maleuoli. Liuius 1 ab Vrbe, Ostentator factorum.
Pecuniosus ostentator.Author ad Herenn.lib.4,Vt si velis non diuitem,sed ostentatorem pecuniosum describere,&c.

Ostentatio,ostentationis,Verbale { ἐπιδεικνύω } Iactantia. Cic.4.de Fin. Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Cæsar 1.bell.Ciuil.Ostentatio sui.
Ingenio ostentationis vitanda est suspicio.Cic.2.de Orat.
Venditatio quædam & ostentatio.Cic.de Amic.
Ostentatio & gloria. Cic.pro Rab.Posth. Quod genus tandem est istud ostentationis & gloriæ?
Ostentatio & Veritas,contraria. Cic.2.de Finib. Aut etiam vt vestitum,sic sententiam habeas aliam domesticam,aliam forensem, vt in fronte ostentatio sit,intus veritas occulteturr.
Ostentatio & Voluntas, contraria. Cic.1.Offic. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos,vt benefici videantur,facere multa,quæ proficisci ab ostentatione magis,quàm à voluntate videntur.

Scientiæ ostentationem, disciplinam suam philosophus animo & vita constitutus, vt ratio postulat,non putat,sed legem vitæ. Cicero 2.Tusculan.
Simulatione,& inani ostentatione,& ficto non modò sermone,sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse siqui rentur, vehementer errant Cic.2.Offic.
¶Magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis.Cic.pro Flacco.
Declamatoria.Quintil.lib.4.cap.3.
Gloriosa.Cic.4.de Finib.
Insolens,Vide INSOLENS.
Popularis.Cic.1 de Lege agrar.
Scenica.Quintil.lib.2.cap.10.
¶Adduci ostentatione,Vide ADDVCO.
Componi ostentationi.Quintil.lib.3 cap.7.

Ostentum,ostenti { τέρας } Id est portentum : quòd statim futurum aliquid ostendat,vt Cometæ,tonitrua,die sereno. Cic.2. de Nat. deor. Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant,nisi hominibus ea quæ sint,ostendi,monstrari,portendi,prædici: ex quo illa,ostenta,monstra,portenta,prodigia dicuntur?
Ostenta accipiuntur etiam in bonam partem. Sueton. in Vesp. cap.5, Iam-pridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperij venit. Hoc est per hæc indicia.
Ostentum Labeo definit (vt inquit Vlpianus in l. Ostentum. D. De verb.& rerum signif.) omne contra naturam euiusque rei genitum factúmque. Duo autem genera sunt ostentorũ. Vnum,quoties quid contra naturam nascitur: tribus manibus fortè, aut pedibus,aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Alterum, quum quid prodigiosum videtur,quomodo Græci φάσματα vocant.
Grauissimum ostentum huic ordini nuntiatum. Cicero de Aruspicum respon.
Admonemur multa ostentis, Vide ADMONEO.
Facere ostenta. Cælius Ciceroni,lib.8.14, Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis.
Porrendere malorum periculorum metus ex ostentis. Cicero 6. Verrina.
Procurare ostentum familiare Liu.Decad.3 lib.6.

OSTEODES { ὀστεώδης } Insulæ sunt Siciliæ adiacentes ab ea parte, qua Africam spectat.Author Plin.lib.3.cap.8.

OSTIA { ὠσία } vrbs in ostiis Tyberis sita,ab Anco Martio condita, vt scribit Liuius,in ipso maris fluminisque confinio,vt totius mundi opes illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. Ab hac
Ostienses { ὀστιήσιος } dicti, & Ostiensis ager. Ptolemæo lib.3. cap.1, ciuitas & portus Romæ. Scribitur à nonnullis Hostia.Nomen retinet.
Ostiensis { ὠστιηνὴ } porta Romæ,eo quòd Ostiam versus ducat. Ea nũc *sancti Pauli porta* appellatur.

Ostigo,huius ostiginis,fœm.g. { κλοιὸν } aliàs Mentigo dicitur. Videtur in agnis & hœdis id fermè malum esse, quod in hominibus mentagram appellant. Colum.lib.7.cap.5,Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant,mortifera lactentibus.

Ostium,huius ostij { θύρα, πυλεών } Notæ significationis. Terent.Eunucho,4.6, Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.
Ostium,ab,obstãdo quidam deducunt, quòd eo arcemur ingressu. Quidam ab os,oris,quòd sit idem per quod ingredimur vel domum, vel quencunque alium locum. Alij à Græco ὀστέον,quod est repellere. vnde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur: licet nonnullorum vsus cum suis derivatis aspiret.
Ostiorum exactio, id est tributi in singula ædium ostia imperati. Vide EPICEPHALIVM.
Ostium & limen carceris. Cic.5.Tusc. Solánе beata vita quæso relinquitur extra ostium liménque carceris?
Bellissimum & taciturnissimum,Vide BELLVS.
Ostium oculissimum.Plautus in Curculione.Id est,charissimum & gratissimum, quòd tanquam oculus, quo nihil iucundius nobis est, planè censeatur. Nam ex oculo finxit superlatiuum,vt ex ipso ipsissimum. Non me tamen fallit in libris antiquis occlusissimum reperiri: sed authorem alterius lectionis laudare possum Festum. Sunt qui oculeissimum legant versu modulatiore, sequuntúrque Priscianum, cui etiam oculeus est ocellus per diminutionem.
Reclusa.Lucret.lib.3.
¶Auscultare ab ostio, Vide AVSCVLTO.
Aperto ostio dormire.Cic.pro Rosc.Amer.
Obdere ostio pessulum, Vide OBDO.
Ingentia ostia domus patuere.Virg.6.Æneid.
Pernoctare ad ostium carceris, Vide PERNOCTO.
Pulsare, Vide PVLSO.
Ab ostio quærere aliquem.Cic.2.de Orat.Vt illud Nasicæ,qui quũ ad poetam Ennium venisset, eíque ab ostio quærenti ancilla dixisset domi non esse,&c.
¶Ostia { θυρῶν } ostiorum, tantùm pluraliter, Fluuiorum patentes aditus,per quos in mare exonerantur. Virg.1.Æneidos,
-Italiam contrà,Tyberináque longe Ostia.
Ostium,pro Ingressu portus marini.Virg.1.Æneidos,
Aut portum tenet,aut pleno subit ostia velo.
Introitus atque ostium portus. Cic.7.Verr.Quod est litus in insula Syracusis post Arethusæ fontem, propter ipium introitum atque ostium portus,amœno sanè & ab arbitris remoto loco.
Fluminis ostium.Cic.2.Philip.
Oceani.Cic.pro Lege Manilia.
Alta Ditis.Virg.4.Georg.
Sacra Inferni.Virg.6.Æneid.
Turbida Tartareæ portæ.Sil.lib.13.
Puluerulenta.Ouid.2.Metam.
Recta viarum.Lucret.lib.4.
Oppilare ostia.Lucret.lib.6.

Ostiolum,ostioli,penul.corr.Diminutiuum { θυρίδιον. } Columel.lib.8. cap.

.cap.14, quas singulas sãtis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulis fermè ostiolis munitos. Plin.lib.19.cap.8, Adeò vt ostiola olitoria ex his factitati cœperint, Vide OLVS.

Ostia.im,pen prod.Aduerbium { κατὰ θύρας } Per singula ostia. Cic.6. Verr. Nos quidem quid faciimus in Verre, quem in luto voluratum, totius corporis vestigiis inuenimus? permagnum est in eum dicere aliquid,qui prætoriens, lectica pauliper deposita, non per præstigia, sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit?
Eleganter,nec sine prouerbij specie,M.Tullius dixit Ostiatim,pro singulatim,siue nominatim: vt 6.Verr. Hic nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim: ab Æschylo Tindaritano istum pateram abstaliisse, à Thrasone item Tindaritano patellam, à Nymphodoro Agrigentino thuribulum.

Ostiarium, ostiarij,n.g. Tributum in singula domorum ostia imperatum: vt columnarium, in singulas columnas. Cæsar lib.3.bell.Ciuil. Interim acerbissimè imperatæ pecuniæ tota prouincia exigebantur: multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur. In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, ostiaria, frumentum, milites,remiges, arma, tormenta,vecturæ imperabantur.

Ostiarius,ostiarij { θυρωρὸς } Ostij custos. Plin.lib.12. cap.14, Præter hos & custodes,satellitésque & hostiarij & ministri popularium.

Ostracias, siue Ostracites, pen.prod. { ὀστρακίας } Est testacea durior, altera achate similis, nisi quòd achates politura pinguescit: durioti tanta inest vis,vt aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Ostraciti ostrea nomen & similitudinẽ dedere. Hæc Plin.lib.37 cap.10. Idem lib.36.cap.19,Ostracitæ similitudinem testæ habent. Vsus eorum pumice ad læuigandam cutem.

Ostracina, Suffragia Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebant,vt latius est videre in dictione sequenti.

Ostracismus { ὀστρακισμὸς } Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus quæ populari statu regebantur, eos qui superexcellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, alienámve potentiam,extra ciuitarem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristoteles tertio Politicorum. Athenienses verò exilio decennali multare consueuerant potentes nimis, & excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus, ostracismum appellauerunt: qui repertus est, non ad castigandam improbitatem, sed ad potentiam moderandam. Ostracismus autem ab ostraco, id est calculo, siue testula, nomen fortitus est, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Ostraci viritim in consilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebant, quem vrbe cedere volusset. Magistratus verò qui huic negotio præerant, vniuersos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esse iudicabatur. Vbi verò vltimus numerus repertus fuisset, eum decem annos exilio afficiebant. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides, multati fuere. Hoc Latinè,testularum exilium vocant.

Ostracum, ostracij { ὄστρακον } Latinè testa dicitur, Græcè ὀστρακίον. Vnde testaceum pauimentum, vulgò nunc ostracum vocant.
Ostracum,pro onyche.Plin.lib.32.cap.10, Inuenio apud quosdam ostracium vocari,quod aliqui onychem vocant.

Ostrea,ostreæ,fœm.gen.vel Ostreum,ostrei,neut.g. { ὄστρεον, κιμώστρεον } Quæ asperam, scabrámque, testam habet. Quanuis generaliter ostrea quoque cõchæ dicantur. Item quæ ex vno tãtùm latere testam habent,altero scopulis aut lapidibus,altersve materiæ adhærẽt. Nam testæ ipsæ duriores propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Hæc Sipontinus. Cic.2. de Diuinat. Ostreíque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant, paritérque decrescant. Gell.lib.20.cap.7, Ostreæ quum appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inuberes, macræque essent, Luna, inquit Annianus, nunc videlicet senescit: ea re ostrea quoque sicuti alia quædam tenuia,exuctáque sunt.
Inanes ostreæ, Vide INANIS.
Ostreum,neutro genere.Plin.lib.32.cap.6,Peculiariter verò contra leporis marini venena & ostrea aduersantur. Iuuen.Saty.6, Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet.
Ostrea Circæis,Misено oriuntur echini.Horat.2.Serm.saty.4.
Abstinere ostreis & murænis, Vide ABSTINEO.

Ostreatus,pen.prod. Adiectiuum { ὀστρακώδης } pro Duro atque aspero ponitur.Plaut.Pœnulo,4,
-itaque iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito
Propter amorem vestrum.

Ostrearius, Aliud adiect. vt Ostrearius panis, quo veteres cum ostreis vesci solebant.Plin.lib.18.cap.11.

Ostrearia,ostreariarum { ὀστρεοτροφεῖα } Vbi ostreæ viuunt & reperiuntur. Plin.lib.9.cap.51,Nuper compertum in ostrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostrum,ostri { ὄστρον } Muricis siue conchylij ac purpuræ liquor, succus & color,vnde pro ipso purpureo colore ponitur.Ostrum dictum, quòd ex concharum marinarum testis eximatur. Hic loquor, temperatura artificis adhibita,ferè purpureus fit, hoc est in violaceum tendens. Virg.2.Georgicorum,
Vt gemma bibat,& sarranò dormiat ostro. Idem 1.Æneidos,
-stratóque super discumbitur ostro. Id est purpura: vt ait Seru.
Insiguis ostro sonipes. Virg.4.Æneid.
Coruscum.Claud.5.Paneg.
Puerile.Stat.5.Sylu.2.
Puniceum.Senec.Medea,2.
Rubens.Lucret.lib.2.
Sanguineum.Virg.12.Æneid.
Sidonium.Horat.1.epist.10.
Tyrium,Virg.3.Georg.
¶Ductores fulgent decori ostro.Virg.5.Æneid.
Pœnis ostris fulget purpura.Propert.lib.4.eleg.3.
¶Instrati ostro alipedes.Virg.7.Æneid.

Superbo laboratæ vestes.Virg.1.Æneid.
Iliaco ostro niter lectus.Senec.Medea,10.
Vestes perfusæ ostro.Virg.5.Æneid.
Celso in ostro reponit illum.Valer.3.Argon.
Vestes ostróque auróque rigentes.Virg.11.Æneid.
Velare humeros ostro.Virg.7.Æneid.

Ostrinus,pen.prod. Adiectiuum { ὄστρεος. } Ostrinæ vestes dicuntur purpureæ & subrubeæ,authore Nonio. Turpilius, Interea aspexit virginem gestantem in capite riculam indutam ostrinam.
Colores,ostrini.Propert.lib.3.eleg.13.
Torus.Propert.lib.1.eleg.13.
Tunica.Propert.lib.2.eleg 30.

Ostrifer,pen.corr. Adiect. { ὀστροφόρος } Quod ostrum producit. Virgil.1. Georg.Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Gerastus ostrifer.Valer.1.Argon.

OSTROGOTHI,pen.corr. { ὀστρογόθοι } dicuntur Gothi, qui Orientem versus habitant,Claud.2.in Eutrop.
-Ostrogothis coltrur,mistíque Britannis Phryx ager.

Ostrya, vel Ostrys, vocatur arbor quæ solitaria nascitur circa saxa aquosa,similis fraxino, cortice & tamis, folio pyri, pauló tamen crassioribus longioribúsque ac rugosis incisuris, materia dura atque firma:qua in domum illata difficiles partus fieri,mortésque miseras veterum superstitio existimauit.Plin.lib.13.cap.21.

Ostum, Vide HOSTVM.

Osus, Vide ODI, odisti.

O T

OTANES,pen.prod.Persa vir nobilis,vnus ex his qui cum Dario in Mægum coniurarant,apud Herodotum lib.3. & Iustinum lib.1.

Othone,Herba in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci, quare quidam anemonen vocauerunt. Plinius lib. 27.cap.12.

Othonæ { ὠθῶναι } Apud Homerum lib.3. Iliad. loquentem de Helena, Λύτίκα δ' ἀργυνέῃσι πολυφλοίσβοιο θύρῃσιν. Hoc est, Confestim autem splendidis amicta othonis. In quo loco Didymus interpres dicit, Othonas ex lino contextas esse,alij ex lana, quibus assentiur Pollux. Ego Didymo magis crediderim,quandò D.Ioannes cap.19,scribit corpus Christi obligatum fuisse othoniis, cum aromatibus, id est linteis, vt vertunt interpretes. Cæteri autem Euangelistæ, quod othoniis dixit Ioannes,Sindone dicunt,quam inter linea vestimenta posuit Pollux. Vide Cælium Rhodig.lib.16.cap.10.

OTHRYADES, pen. corr. { ὠθρυάδης } Spartiata fuit, qui quum inter Argiuos & Spartiatas conuenisset, vt trecenti vtrinque delecti de agro Tyreate inter se decernerent,& vtri superiores exitissent,eorum regio foret: vnus hic tantum victor è Spartiatis superfuit. Quum duo,qui ex Argiuis reliqui erant, fugissent, castris suorum relictis, aiunt Othryadem, spoliatis prius hostium corporibus, & ad sua castra relatis armis: deinde in sanguine suo,VICI,cõscripto,quum puderet Spartam reuerti ob socios interfectos,sibi mortem consciuisse. Authores,Valer.lib.3.cap.2. Plutarchus,& Ouid.in Fastis.

OTHRYS { ὄθρυς } mons Thessaliæ,sedes olim Lapitharum.Lucan.lib. 6,Solstitiale caput nemorosus summouet Othrys.
Niualis Othrys.Stat.3.Thebaid.
Nubilus.Stat.1.Achil.
Piniger.Valer.6.Argon.

Othrysius,Adiect. { ὀθρύσιος. } vt Hebrus Othrysius.Claud.6.Paneg.
Oræ Othrysiæ.Claud.1.in Ruffinum.

OTHVS,gigas, Vide ALOEVS.

Otia,Piscis est marinus,ex genere ostrearum.Plin.lib.32.cap.vlt.

Otis,otidis, pen.corr. { ὠτὶς } Auicula. Plin.lib.10.cap.23, Otis bubone minor est,noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, vnde & nomen illi:quidam Latinè asionem vocant:timiratrix aliàs auis ac parasita,& quodam genere saltatrix.Ibidem,cap.22.

Otium,otij { χαλὴ, ἡσυχία, ἀπραγμοσύνη, ῥᾳστώνη } Vacatio à labore. Cic. pro Cn.Plancio. Etenim M. Catonis illud quod in principio scripsit Originum suarum,semper magnificum & præclarum putaui, clarorum virorum atque magnorum, non minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Terent.Adelph.3 3,Non hercle otium est nunc mihi auscultandi.
Otium rei.Plaut.Milite,10, -atque otium rei si sit,possum expromere.
Otij plurimi res.Cic.ad Attic.lib.4.
Otium & Labor,contraria.Quintil.lib.7.cap.3.
Otium & Negotium,etiam contraria. Vide in principio huius dictionis,ex Ciceronе exemplum.
Otium & facultas discendi. Cic.1. de Orat. Non despero fore aliquem aliquando qui & studio acriore quàm nos sumus atque fuimus,& otio ac facultate discendi maiore ac maturiore & labore atque industria superiore, quum se ad audiendum,legendum,scribendúmque maiore opera dediderit, existat talis orator, qualem quærimus,&c.
Requies & otium.Cic.1.de Orat. Philosophorum autem libros reseruet sibi huiusmodi Tusculani requiem atque otium.
Fructus otij est,non contentio animi,sed relaxatio. Cic.2.de Orat.
Otium ab re. Cic.ad Attic.lib.12, Tantúmne ab re tua est otij tibi, vt etiam oratorem legas?
Operis otium.Plin.lib.11.cap.10.
Otium à senibus ad potandum vt habeam.Terent.Phorm.5 5.Hoc est,Vt per senes potare mihi liceat.
¶Altum, Vide ALTVS.
Blanda.Claud.1.Paneg.
Calamitosum, Vide CALAMITAS.
Demens.Plin.lib.2.cap.23,Id enim velle,penè dementis otij est.
Desidiosissimum.Cic.2.de Lege agrar.
Dia.Lucret.lib.5.
Dilecta.Stat.6.Thebaid.

Discincta.Ouid.1.Amor.eleg.9.
Dulce.Horat.Epod.1.
Facunda,Vide FACVNDVS.
Grauia.Stat.5.Thebaid.
Otium honestum & moderatum, opponitur Inertiæ & desidiæ. Cic. de Claris Orat. Ætas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquàm in portum confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otij moderati atque honesti.
Ignaua.Ouid.1.Trist.eleg.6.
Ignobile.Virgil.4.Georg.ad finem,
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti. pro Otij. Id est artis poeticæ, quam otium ignobile appellauit, ne quid de se videretur arroganter dicere. Hæc Seruius. Certè poeticos tale est elogium apud Ouid.lib.4.Trist.eleg.vltima,
Sæpe parer dixit,studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes. Vel otium, id est exercitium poeticum,quod otio, quiete, & tranquillitate gaudet. Ignobile,non quidem simpliciter, sed respectu bellicæ gloriæ, quæ Romanis visa est summa.
Iners, Vide INERS.
Inertissimum & desidiosissimum.Cic.2.de Lege agraria.
Languida.Claud.1.de raptu Proserp.
Libertima.Horat.1.epist.7.
Literato otio quid dulcius?Cic.5.Tusc.ul.
Marcida luxu.Claud.6.Paneg.
Peregrinum.Tacit.lib.14.
Secretum.Tacit.lib.16.
Secura.Virgil.3.Georg.
Segnes.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.
Sordida otia, Id est carentia luxu & splendore. Martial. lib. 1. ad Fronton.de voto vitæ suæ,
Sordidáque in paruis otia rebus amat.
Studiosum. Plinius Iunior lib. 1. epist. 22.sub finem, Laurentinum meum,hoc est,libellos & pugillares,studiosúmque otium repetam.
Subitum ex nimio labore.Celsi.lib.1.cap.3.
Tranquilla. Lucan.lib.2.
¶Abrumpere otium.Plin.Iunior lib.7.epist.3.
Abundans otio & studio, Vide ABVNDO.
Abuti, Vide ABVTOR.
Afferre otium, Vide AFFERO.
Otium & solitudo languorem hominibus afferunt.Cic.3.Offic.
Affluere otio. Cic. 3. de Orat. Homines otio nimio & ingeniis vberrimis affluentes.
Agere otium, Vide AGO.
Amare otia.Virg.5.eclog.
Amplexari, Vide AMPLEXOR.
Collocare se in otium, Vide COLLOCO.
Concedere otio sapientiam beatorum.Cic.2.de Orat.
Concelebrare per otium recta atque honesta studia. Cicero 1. de Inuent.
Conferre se à turba in otium & solitudinem.Cic.2.de Orat.
Confirmare otium. Cic. de Orat. Diuturnitas pacis otium confirmauit.
Congelare otio, Vide CONGELO.
Complecti otium.Cic.ad Attic.
Considere in otio, Vide CONSIDEO.
Consolari.Quintil.lib,2.cap.12.
Consumpsit otium suum in scribenda historia Phylistius in Syracusius.Cic.2. de Orat.
Conterere otium in. Cic.de Amic. Quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, aut discendi, in quibus remoti ab oculis populi omne otium,tempúsque contriuimus? Vetus codex legit, Omne otiosum tempus contriuimus?
Conuertere se ad otium, Vide CONVERTO.
Deducere rem aliquam ad otium, Vide DEDVCO.
Demere otia alicui. Stat.1.Sylu.2.
Diffluentes otio Græci.Cic.3.de Orat.
Dare otium alicui rei.Tacit.lib.16.
Dabam iis otium, vt,&c. Quintil.Tryphoni.
Insperata otia dare.Claud. de bello Getico.
Libera dantur otia.Ouid.2.de Arte.
Ducere otia segnia, Agere vitam segnem & otiosam. Ouid.1.de Ponto,eleg 6.
Exercere otia molli cura.Sil.lib.15.
Eximere otium alicui.Horat.4.Carm.ode 15.
Exuere otium.Tacit.lib.15.
Exoltare otio.Catull.ad Iesbiam,epig.48.
Facere otium alicui.Virg.1.ecloga,
O Meliboœ,deus nobis hæc otia fecit.
Facere consuetudinem otij.Quintil.lib.1.cap.3.
Frui otio.Cic.Fam.5.
Habere.Cic.Trebonio,lib.10.28,Plura scribã, si plus otij habuero.
Ab aliqua re habere, Vide A vel AB præpositiones.
Hebescere,& langueſcere in.Cic.4.Acad.Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus,sed etiam vt plurimis prosimus enitimur?
Inficere animum otio, Vide INFICIO.
Intermittere otium,Otium abrumpere, Vide INTERMITTO.
Inuoluere se otio, Vide INVOLVO.
Ire in otium.Cic.Fam.12.
Languere otio, Vide LANGVEO.
Ludere otium, Vide LVDO.
Marcescere otio, Vide MARCEO.
Miscere otia cum.Ouid.4.Metamorphoseos,
Et tua cum duris venatibus otia misce.

Nanciſci otium. Cic.Appio,lib.3.7, Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otij nactus ero.
Oblectare otium temporis, Vide OBLECTO.
Permittere otium alicui.Tacit.lib.14.
Perturbare otium.Cic.Philip.2.
Ponere rectè otia. Horat.2.Serm.saty.7. Id est disponere,ordinare, constituere.Porphyr.
Præstare otium.Cic.Fam.1.
Priuare otio.Cic.Famil.4.
Procurare otia.Silius lib.6.
Redimere otium,Cic.ad Qu.Frat.
Referre se ad otium.Cic.Dolabellæ,lib.9.9.
Secedere in otia tura.Horat.1.Serm.saty.1.
Sequi otium.Cic.pro Murena.
Seruare otia.Silius lib.11.
In otio esse. Cic.7. Verr. Ergo his institutis prouinciæ, iam tum quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus Cn.Norbanus in summo otio fuit.
Est otium.Cic.in Partit.Si modò tibi est otium,& si vis.
Quum est otium.Cic.2.de Orat. Horum libros & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium,legere soleo.
Suppeditare otium studio.Author ad Herennium,lib.1,Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otij, in philosophia consumere consueuimus.
Tabescere otio,Cic.ad Attic.
Tenere otium.Cic.2.de Lege agrar. Vos, quorum gratia in suffragiis consistit,liberras in legibus,honos in iudiciis & æquitate, magistratus & res familiaris in pace,omni ratione otium tenere debetis.
Terere otia,Per negligentiam tempora consumere.Seruius. Virg. 4.Æneid.
Tribuere otium.Cic.1.de Orat.
Vendere otia.Claud.1.Paneg.
Venire in otium. Cic. Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in otium venerimus,habere volumus,&c.
In otio viuere.Cic.2.de Lege agrar. Qui propter desidiam in otio viuunt.
Vsurpare otium.Tacit.lib.14.
¶Otia vocat libellos suos Ouidius, quòd sine labore conscripti essent,& tantum animi causa,2.Tristium,
Excutiásque oculis otia nostra tuis.
¶Otium,Tranquillitas,Pax,Quies,Cic.2.de Leg.agrar. Quid tam populare,quàm otium? quod ita iucundum est,vt & vos, & maiores vestri,& fortissimus quisque vir,maximos labores susceipiédos puret, vt aliquando in otio possit esse,præsertim in imperio ac dignitate.
Pacem,tranquillitatem,otium afferre.Cic.2.de Lege agrar.

Otiolum,pen.corr.Diminutiuum.Cælius ad Cic.lib.8. Fam.epist.3, Atque hoc eò diligẽtius factito, quòd quum otiosus sum,planè vbi delectem otiolum meum,non habeo. Delectem, id est cum delectatione transigam.

Otiosus,pen.prod.Adiect. {σχολαῖος} Vacuus.Terent.Adelph.2.4,Quanuis etiam manco otiosus hîc. Plin.iunior lib.1.epist.9,ad Fundanum, Satius est enim, vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit,otiosum esse,quàm nihil agere.Id est,quàm rebus inanibus implicari.
Vita otiosorum facilior,tutior,& minus aliis grauis & molesta est. Cic.1.Offic.
Bos otiosus.Horat.3.Carm.ode 18.
Dies otiosus,pro Festo.Cic.ad Q.frat.lib.3.2.4,Id perficiam his supplicationum otiosis diebus.
Neapolis otiosa.Horat.Epod.5.
Otium otiosum. Cic. pro Plancio, Quid ego dicam de occupatis meis temporibus,cui fuerit ne otium quidem vnquam otiosum?
Valde otiosus.Cic,Attic.lib.12.
Nanciſci aliquem otiosum, Vide NANCISCOR.
Esse domi otiosus.Cic.de Clar.Orat.
Otiosus,nihil agens,priuatus.Cic.11.Philip.Imperium Cæsari belli necessitas:fasces, Senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te L.Cæsar (cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium Senatus dedit?
¶Otiosus.Tranquillus,securus. Terent.Adelph.4.1,Quin tu otiosus es:ego illius sensum pulchrè calleo.
Animus otiosus, Qui nihil curat, aut timet.Terent.Andr.5.2, Animo iam nunc otioso esse impero. Acsi diceret, Depone curas modó.
Otiosus ab animo,Idem.Terent.Phorm.2.2.
Otiosus à metu.Gell.lib.2.cap.29.
Spectatorem otiosum se præbere alicuius calamitatis.Cic.2.Offic.
Reddere aliquem otiosum. Cic.Pæto, lib.9.25, Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius, quid multa? non mehercule tam perscribere possum quàm mihi gratum fecerit, si otiosum Fabium reddideris.
Res otiosa,Id est tranquilla.Plaut.Trucul.3.
Ætas otiosa & quiera.Cic.de Senect.Nónne melius multò fuisset, otiosam ætatem & quietem sine vllo aut labore aut contentione traducere?
Senectus. Cic.de Senect. Si verò habet senectus aliquod tanquam pabulum studij & doctrinæ,nihil est otiosa senectute iucundius.
Libertate otiosa frui.Trebonius ad Cic.lib.12.16, Audiebam quædam turbulenta,quæ scilicet cupio esse falsa: vt aliquando otiosa libertate fruamur.
Vacans & otiosus honor.Plin.in Paneg.
¶Otiosæ sententiæ à Quintiliano lib.1.cap.1,dicuntur, Id est vulgares, & nihil pulchri continentes. Idem lib.8. cap.2, At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. Vel otiosum,id est qui non percipitur, vtpote cui nihil in auditorum

eorum animis operetur.
¶Otiosus studiorum.Plinius in totius operis præfatione, Humili vulgo scripta sunt, agricolarum opificum turbæ, denique studiorum otiosis.hoc est,quibus à studiis otium est, qui nullis studiis & negotiis sint occupati, vt possint his legendis impendere operam. Vel pro otiosis studiis possit,id est pro hominibus qui in otio student, qui otium literarium sequúntur:siue pro literatis illis hominibus,qui otio abundant, quum tu sis occupatus & negotij plenus.

Otiosissimus {σχολαιότατος} Superlatiuum. Plin.iunior lib.1. epist.13, ad Senecionem, Nunc otiosissimus quisque multo antè rogatus,& identidem admonitus,aut non venit:aut si venit,&c.
Otiosissimæ occupationes. Plin.lib.9.epist.183, Ac per hos dies libentissimè otium meum in literis colloco, quos alij otiosissimis occupationibus perdunt.

Otiosè,pen.prod.Aduerbium {σχολῇ} Tranquillè, liberè, sine impedimento.Cic.4.de Fin.Quo constituto,tum licebit otiosè ista quærere.
Idem.6.Verr.Otiosè contemplari.
Otiosè,Pederentim,lentè.Plaut.Trucul.4.
Vostra hercle factum iniuria,quæ properaueritis olim rapere:
Otiosè oportuit,diu vt essem incolumis vobis.
Sequi otiosè.Plaut.Milite,18.
Otiosè inambulare.Liu.3.bel.Pun.
Citò & otiosè ambulare,contraria.Plaut.Pseud.14.
Placidè & otiosè agere.Plaut.Pœnul.7.

Otiosè,Sine sollicitudine.Terent.Heaut.2.3,
-ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem vtranuis otiosè vt dormias.
Viuere otiosè cum parentibus.Cic.3.Offic.

Otiosè, Negligenter. Cic.de Amic. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, & ij qui ad Remp.se contulerunt, & ij qui rerum cognitione,doctrináque delectantur, & ij qui suum negotium gerunt otiosè. Quædam exemplaria legunt otiosi.

Otior,otiaris {σχολάζω,ἀργέω,ἀεργέω} otiãri, In otio & quiete esse Cic.3.Officior.Canius Eques Romanus nec infacetus & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictabat se hortulos aliquos emere velle.

Otriculum, Vide OCRICVLVM.

OTRIVS,& Mygdonius,fratres fuerunt Hecubæ,filij Cissei,& patrueles Palymnestoris,teste Porphyrio in lib.3.Iliados.

O V

Oualis, Vide OVO,ouas.

OVENTINA tribus. Vide TRIBVS.

Ouis,huius ouis,f.g. {βλώ,προβατον,προβάτιον} A Græco ὄϊς, interposita u litera propter hiatum, significat pecudem. Cic.1.de Nat.deor. Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis atque contextis homines vestiantur?
Custos ouium.Virg.1.Georg.
Custos ouium præclarus,Iupus.Cic.3.de Amic.
Fœtus ouium.Virg.2.Georg.
Magistri ouium,Opiliones.Virg.1.eclog.
Vbera bina ouis.Virg.2.eclog.
¶Aurata.Ouid.6.epist.Ouis Phryxi. Idem 2.Amor.elegia 11,

Conspicuam saluo vellere vexit ouem.

Colonica, Vide COLONVS.
Intonsa, Vide INTONDEO.
Lanigera.Virg.3.Æneid.
Mina, Vide MINA.
Nigra.Virg.4.Georg.
Pascalis, Vide PASCO.
Pellita.Horat.2.Carm.ode 6.
Picea,Nigra.Valer.3.Argon.
Pinguis.Virg.6.eclog.
Placida.Ouid.13.Metam.
Scabræ.Colum.lib.7.cap.3.
Semiaris ouis viscera.Ouid.1.Fast.
¶Balat ouis.Author Philomelæ.
Cogere oues, Vide COGO.
Lupo ouem commisisti, Vide LVPVS.
Condensant se in vnum locum oues, Vide CONDENSO.
Pan curat oues.Virg.2.eclog.
Mille ouium morti dedit.Horat.2.Serm.saty.3.
Pascere oues.Virg.6.eclog.
Miseras oues populari.Claud.2. in Eutrop.
Decori est ouibus sua lana.Ouid.13.Metam.
Infirmas tondere oues.Horat.Epod.2.
Oues versare sub sidere Cancri.Virg.10.ecloga,
Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri. Hoc est,pascamus. Seruius.
¶Quem,masc.g.legi,admonẽt Festus & Nonius.Varro Rerum humanarum lib 27, Vt etiam putantibus, qui oues duos,non duas dicunt, Homerum secutos, qui ait, μῶν' ὄϊν τε. Idem,Marco Terentio, quando citatus neque respõdit,neque excusatus est,ego vnum ouem multam dico. Vide Gellium lib.11 cap.1.

Ouinus,pen.prod.Adiect. {προβατικὸς} Quod ex oue est.vt Pellis ouina.

Ouillus,Adiect. {προβατικὸς} diminutiuum ab Ouinus,Idem. Plin.lib. 17.cap.9, Quidam etiam bubulo fimo iumentorum præferunt, ouillúmque caprino. Liu.2.bel.Pun.Ex fuillo,ouillo,caprino grege.

Ouile,ouilis,penult.prod.neut.gen. {πρόβατον} Locus in quem oues sese recipiunt.Colum.lib.7.cap.4.
Tepidis in ouilibus agni.Ouid.13.Metam.
Incustoditum captat ouile lupus.Ouid 1.Trist.eleg.5.
Circumgemit vrsus ouile.Horat.Epod.16.
Crescit ouile.Persius Sat.2.
Moti ab ouilibus vrsi.Valer.2.Argon.
Tradere ouile rapidæ lupæ.Ouid.3.de Arte.

¶Ouile, locus erat in Campo Martio, sumpta similitudine ab ouium sepiis. Populus enim Romanus suffragia laturus, in hoc Ouili claudebatur. Liuius Decad.3.lib.6, Citatis centuriæ senioribus, datum secreto in Ouili cum his colloquendi tempus. Agebatur tum de creando Consule, qui exercitum duceret in Annibalem. Iuuenalis Satyra 6,
A Meroe portabit aquas:vt spargat in ædes
Isidis,antiquo quæ proxima surgit Ouili. Seruius in illud eclogæ 1, Quanuis multa meis exiret victima septis, Septa, inquit, propriè sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueuerat. Sed quoniam hæc septa similia sunt ouilibus, duo hæc inuicem pro se ponuntur, vt hoc loco septa pro ouilibus posuit. Lucanus lib.2.de cæde militum iussu Syllæ in Campo Martio etudeliter interfectorum,
-Latij iam sola iuuentus
Concidit,& miseræ maculauit Ouilia Romæ. Huiusce crudelitatis Syllanæ meminit his verbis Strabo lib.5, Partim in pugna obtruncauit,nullis vitam impartiens captis:partim verò qui arma proiecerãt, ad tria milia,vel (vt alij) quatuor, in Campo Martio ad Ouilia coactos,immissis militibus,triduo iugulauit.

Ouiaria,huius ouiariæ {πόλμη} Ouium multitudo.Varro de Re rust.in Prologo libri secundi,Quod eò facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes,in Appulia ouiarias,& in Reatino æquarias.

Ouiaricus,pen.corr. {προβατικὸς} Adiect. possessiuum ab oue. Colum. lib.7.cap.6. Et quoniam de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.

Ouicula,ouiculæ,pen.corr.Diminut. {προβάτιον.} Author libelli De viris illustribus,cap.43. Qu.Fabius Maximus Cunctator, vt Verrucosus à verruca in labris,ita Ouicula à clementia morum. Plutarch.in ipsius Fabij vita, Verrucosum scribit dictum, quòd caruncularum eminẽtem haberet in superioris labij extremitate: Ouiculam, quum puer esset, à mansuetudine & grauitate morum.

Ouilio,ouilionis, Ouium custos, qui & Opilio dicitur. Iabolenus in l. fundi.in fine.D.de fund.instr.legat.

Ouo,ouas {εὐάζω} ouãre,Lætari, & lætitiam voce, seu cantu demonstrare. Significat etiam triumphare. Liu.lib.1.ab Vrbe,Romani ouantes ac gratulantes,Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. Cic. ad Brutum, Quòd vt ouanti introire Cæsari licerer decreuerim.
Ascendit ouans in Capitolium M.Aquilius.Cic.2.de Orat.
Lætus ouat.Valer.4.Argon.

Ouans {εὐάζων.} Virg.4.Æneidos,
-sola fuga nautas comitabor ouantes? Seruius,Ouantes,Lætantes,abusiuè. nam propriè ouatio,est minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & à plebeis vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat: vnde & ouatio dicta.Qui autem triumphat,albis equis vtitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tautis sacrificat. Vide Plutarchum apud comment.Gellij lib.5.cap.6.
Ouans triumphauit, Vide Triumpho, in TRIVMPHVS.
Ibat ouans per vrbem.Virg.6.Æneid.
Horrari ouantes.Virg.11.Æneid.
Cædis successu ouans.Ouid.12.Metam.
Acies iuuenum ouans.Virg.5.Æneid.
Corui ouantes gutture.Virg.1.Georg.
Cursus ouantes.Propert.lib.3.eleg.9.
Equi.Claud.2.de rapru Proserp.
Gradu ouante superabat litora.Valer.2.Argon.
Lyra ouans.Stat.2.Sylu.2.
Ora ouantia.Valer.1.Argon.
Sistrum.Valer.4.Argon.
Taurus.Valer.5.Argon.
Verba.Silius lib.8.

Ouatus,huius ouatus,pen.prod. {εὐαστής.} Valer.6.Argon.
-hinc barbarici glomerantur ouatus. Hoc est vincentium clamores.

Ouatio,huius ouationis, Verbale {εὐασμός} Paruus triumphus, quem faciebant ouantes qui non in curru, sed pedites ouali corona redeuntes ex pugna,quum bellum non erat indictum, vel sine sanguine erat confectum. Gel.lib.5.cap.6. Præterea tenendum non est,quod ad ouationes attinet:super quo dissensisse veteres scriptores scio. Partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo vehente. & Sabinus Massurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos, non militibus,sed vniuerso Senatu.
Ouatio dicitur ab Ouo,ouas,vel ab Oho interiectione gaudentiũ, vt sit ouatio quasi ohatio. Iuuen.Satyr.7, Corpus eget, satur est, quum dicit Horatius ohe. Vel à voce militum,quæ fiebat geminata oo littera,per interpositionem u,euphoniæ causa.

Oualis,& hoc ouale,pen.prod. {ὠϐάλιος} Quod ad ouationem pertiner. Gel.lib.5.cap 6, Oualis corona myrtea est. Ea vtebantur Imperatores, qui ouantes introibant vrbem. Ouandi autem, ac non triumphandi causa est, quum aut bella non ritè indicta, neque cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, & non idoneum est, vt seruorum, piratarúmque: aut deditione repentè facta, impuluere (vt dici solet) incruentáque victoria obuenit. Cui facilitati apram esse Veneris frondem crediderunt, quòd non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret. Vide Plin.lib.15 cap.29.

Ouum,huius ouí {ᾠόν} interposita u litera,euphoniæ causa.Martialis libro 13.40,
Candida si croceos circunfluit vnda vitellos,
Hesperius fœmbri temperet oua liquor.
¶Album,vel Albumen oui, Vide ALBVS,& ALBVMEN.
Candidum oui. Plin.lib.33.cap 3.
Albus liquor oui, Vide LVTEVS.
Luteum oui, Vide LVTEVS.
¶Cacumina taoua, Vide CACVMEN.

Columbinum ouum. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Concepta. Columel. lib. 8. cap. 11, Virdum concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum finit perduci: quoniam immatura genitalibus locis excidunt.
Cynosura, Vide suo loco.
Decumana, Vide DECVMANVS.
Durum ouum, molle, forbile, Vide Sorbilis in SORBEO.
Hypenemia, Vide suo loco.
Immatura, Vide Concepta.
Irrita, Vide Vrinum ouum.
Nata. Columel. lib. 8. cap. 5, Obseruare itaque dum edant oua, & confestim circumire oportebit cubilia, vt quæ nata sunt recolligantur. Sic Varro lib. 3. de Re rust. cap. 9.
Pauonium, & Pauoninum, Vide PAVO.
Præmollia, Vide PRAEMOLLIS.
Requieta. Colum. lib. 8. cap. 5, Aptissima sunt oua ad excludendum recentissima quæque. possunt tamen etiam requieta supponi, dum ne vetustiora sint quàm dierum decem.
Ruptum. Iuuen. Saty. 14.
Silentia oua, quorum pulli intus non pipiunt. Columel. lib. 8. cap. 5, Post vnum & vigesimum diem silentia oua carent animalibus, eáque remouenda sunt.
Vilia. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Vrina, Vide suo loco.
Zephyria, Vide suo loco.
Animantur oua. Columel. lib. 8. cap. 5, Diebus quibus animantur oua, & in speciem volucrum conformantur.
Concipere oua. Plin. lib. 9. cap. 51.
Edere oua, pro párere aut ponere. Columel. lib. 8. cap. 3, Aut oua edantur, aut excludantur pulli.
Eniti oua. Colum. lib. 8. cap. 11, Nam ferè pauones, quum ad noctur nam requiem venerunt, prædictis perticis insistentes, enituntur oua.
¶Ex ouis excudunt pullos aues. Cic. 2. de Nat. deor.
Excludere oua. Colum. lib. 8. cap. 14, Negatur anser aliena excludere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit.
Fouere. Colum. lib. 8. cap. 11, Non debent amplius quàm terna pauonina, & sena generis sui fouere.
Fouere oua plumis. Ouid. 1. Fast.
Gerere oua in promptu. Colum. lib. 8. cap. 11, Sæpius digitis loca fœminarum tentanda sunt. nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat.
Gignunt oua pisces. Cic. 2. de Nat. deor.
Incubare ouis. Colum. lib. 8. cap. 11, Neque est quod committatur, vt Rhodiæ aues pauoninis ouis incubent. Ibidem, Eæque nouem diebus à primo lunæ incremento, nouenis ouis incubent, sintque ex his quinque pauonina, & cætera gallinacei generis.
Maturare oua. Plin. lib. 9. cap. 57.
Maturescunt oua. Varro lib 3. de Re rust. cap. 9, Ob quam rem oua aut inæquabiliter maturescunt, aut confenescunt.
Parere oua. Plin. lib. 10. cap. 9.
Percudunt oua pulli. Colum. lib. 8. cap. 5, Die vndeuigesimo aduertat auiarius, an pulli rostellis oua percuderint, & auscultet si pipiant.
Ponere oua. Ouid. 8. Metam.
Hiulca oua maternus rumpit tepor. Claudianus in Præfat. 6. Panegyr.
Subiicere oua, pro supponere gallinæ ad fouendum. Colum. lib. 8. cap. 5, Numerus ouorum quæ subiiciuntur, impar obseruatur, nec semper idem: nam primo tempore, id est mense Ianuario quindecim, nec vnquam plura subiici debent. Paulo pòst, Quum deinde quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quæque & acutissima oua subiiciet: & rursus quum fœminas, quam rotundissima.
Supponere anatum oua gallinis. Cic. 2. de Nat. deor.
Alitum oua verruntur in pullos. Lucret. lib. 2.
Vitiantur oua. Colum. lib. 8. cap. 5, Quæ cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua, quibus vitiantur oua.
Vncta oua sanguine. Horat. Epod. 5.
¶Ouorum inter se similitudo. Erasmus, Non tam ouum ouo simile. De rebus indifferentæ similitudinis. Cic. 4. Acad. Videsne vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli ftus causa solerent. hi quum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nos. nam nobis satis est oua illa internoscere. Idem prouerbium refertur & à Quintiliano: vsurpatur & à Seneca in libello quem in Claudium imperatorem lusit. Hactenus Erasmus. Cic. 4. Acad. Vt sibi sint & oua ouorum, & apes apium simillimæ?
Ouo prognatus eodem. Erasmus, Forasse simpliciter dictum est ab Horatio 2. Serm. satyra 1,
-ouo prognatus eodem. quandoquidem ad fabulam respicit Lædæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuerso, ouum peperit, vnde gemini prognati, Castor & Pollux. Verùm siquis hoc dictum destectat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita consimilibus ingeniis, vt eodem ouo nati videri possint: nihil æquè fuerit prouerbiale. Veluti si dicas, Vulcus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, vt iures eodem prognatos ouo.
Ab ouo vsque ad mala, Vide VSQVE præpositionem.
Ad ouum integram famem afferre. Cic. Pæto, lib. 9. 20, Ad ouum integram famem affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.

Ouatio, ouationis { ὀυησία } Tempus quo Gallinæ oua faciunt. Plin. lib. 29. cap. 3, Certa luna capiendum censent, tanquam congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrij. Quædam exemplaria legunt operationem eam.

Ouatus, pen. prod. Adiect. { ὠοειδὴς } Quod est in similitudinem oui factum. Plin. lib. 15. cap. 21, Aliis turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus.
Aurum ouatum, Ouo illitum, quoniam oui albo antea illito, æra, ac marmora auri & argenti laminis decorarentur. nec obstat quòd ouum habeat primam longam. pleraque enim deriuatiua, primitiuorum naturam non seruant. Pers. Satyra 2,
Hinc illud subiit, auro sacras quòd ouato
Perducis facies. Hoc Plin. lib. 35. cap. 1, de marmoribus loquens, innuere videtur, quum inquit Claudij principatu inuentum. Neronis verò, maculas quæ non essent, in crustis inserendo, vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Sinnadicus. Nonnulli ouatum aurum dici aiunt, ouatione victoriáque quæsitum: vel ingens, & copiosum, quantum ouationibus comparatur & acquiritur.

Ouiparus, pen. corr. Vide Viuiparus, in VIVO.

O X

Oxalis, pen. corr. oxalidis, f. g. { ὀξαλὶς } Lapathi genus. Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgus *acetosam* vocat.
Oxalme, huius oxalmes, f. g. dici potest acida muria. Plin. lib. 23 cap. 2, Quæ nunc omnia oxalme contingunt: id sale & aceto recente efficacius est. Idem alibi acerū salsum vocat, vt lib. 24. cap. 4, de gallis loquens, Eædem cremataæ, & aceto salso extinctæ, menses sistunt.
Oxiæ, Genus nauis. Gell. lib. 10. cap. 25.
Oxos { ὄξος } apud Suidam purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima. Hinc Oxobapta in l. 1. C. Quæ res alienari non poss. Quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem peruertentes. Alciatus.
OXOS, Asiæ fluuius, per deserta Scythiæ fluens, vt scribit Pomponius lib. 3 & Strabo lib. 11.
OXVS, teste Plinio lib. 31. cap. 7, apud Bactros amnis.
Oxus, Amuis ortus in lacu Oxia, Ptolemæo: siue Oxo, Solino.
Oxyacanthes { ὀξυακάνθη } Spina est paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotūdas, foliis ipsis arenosa lanugine obductis.
Oxybaphum, pen. corr. { ὀξύβαφον } Latinè dicitur acetabulum, acetarium, teste Hermolao.
Oxycedros { ὀξύκεδρος } Species cedri, ramosa, & nodis infesta. Plin. lib. 13. cap. 5.
Oxygala, oxygalæ: vel Oxygalum, oxygali, pen. corr. { ὀξυγάλα } Quasi acetosum lac. Plin. lib 28. cap. 9, de butyro ex caprino lacte facto, Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantùm crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ vt acescat. Quod est maximè coactum, in summo fluitat: id exemptum addito sale, oxygala appellant. Et paulo pòst, Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens: quod dum acescit, vtilissimum stomacho.
Oxygarum, pen. corr. { ὀξύγαρον } Acutum garum, hoc est garum ex aceto confectum, quod in principio mense apponi solebat. Martialis libro 5. 107,
Deposui soleas, adfertur protinus ingens,
Inter lactucas, oxygarúmque liber.
Oxygonium, figura est trianguli, quod tres habet acutos angulos. Euclid. 1. Elemen.
Oxylapathum, pen. corr. { ὀξυλάπαθον } Lapathum acuta habens folia. Plin. lib. 20. cap. 21, Est & algerum genus ferè, oxylapathon vocant, satiuo idem similius, & acutiora habet folia, ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Quidam tamen putant oxylapathum dictum à sapotis aciditate.
Oxymeli, pen. corr. siue Oxymel, oxymellis, n. g. { ὀξύμελι } Acetum melle temperatum. Plin. lib. 14. cap. 17, Acetum melle temperabatur: adeò nihil intentatum in vita fuit. Oxymel hoc vocarunt, mellis x libris, aceti vetteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinque, sufferuefactis decies, mox elutriatis atque ita inueteratis.
Oxymoron, pen. prod. { ὀξύμωρον } vt docet Budæus ex Quintiliano, est sententia ex periculo petita: hoc est ita acutè & affectatè enuntiata, vt fatua videatur: vt apud Virgilium in 7. Æneidos,
Num capti potuere capi? Cic. Si tacent, satis dicunt.
Oxymyrsine { ὀξυμυρσίνη } Frutex est quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora: producit bacas rufas ad ceraforum similitudinem. Plin. lib. 26. cap. 11. & Dioscor. lib. 4. cap. 147.
Oxyporum, oxypori, pen corr. { ὀξύπορον } Oxypora sunt quæ Colum. lib. 12. cap. 57, tradit appellari oxygara. Quoniam (inquit) quum vsus exigit, aceto, garóque diluuntur. Plin. lib. 20. cap. 23. de fœniculo, Ipsum condimētis propè omnibus inseritur. Oxyporis etiā aptissimè.
Sunt & sua medicis oxypora, quasi à celeritate dicta penetrandi. est enim remedium præsentaneum. Plin. lib. 24. cap. 8, Iuniperus miscetur & antidotis oxyporis. Stat. 4. Sylu. 9, Non sal, oxyporúmve, caseúsve.
Oxyporopola, oxyporopolæ, pen. prod. { ὀξυπωροπώλης } Qui cibos vendit aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7, In eos vsus & oxyporopolæ seruāt, addito dulci acrementum temperantes. Vbi nunc sic legitur, Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur in eo vsu, & oxyporiobolis asperitatem addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.
Oxyrrhodinum { ὀξυῤῥόδινον } Medicamentum liquidum, constans ex aceto & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant.
OXYRYNCHVS { ὀξύρυγχος } ciuitas Ægypti dicta ab Oxyryncho pisce, qui ibi templum habuit. Cæterùm Ægyptij omnes Oxyrynchum piscem colunt. Ex Strabone lib. 17. Alij Oxyringum scribunt.
Oxysaccharum { ὀξύσακχαρον } Potionis genus ex saccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo, vt videbis suo loco.
Oxyschœnos { ὀξύσχοινος } Acutus iuncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 18.

O Z

Ozæna, ozænæ { ὄζαινα } Morbus, authore Celso lib. 6. cap. 8, quum vlcera

cera circa nares generantur, pluréſve crustę, & odorē fœdum habent. cui malo vix potest succurri. Noménq; trahit ab oxæna polypo. Plin. lib. 25. cap. 13, Narium oxænas emendat aristolochia cum cypero.
¶Oxæna, Polypi genus. Plin. lib. 9. cap. 30, Polyporū generis oxæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murænis eā cōsectātibus.
Oxænitis { ὀξαινῖτις } Herba est ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium nascens, odore virus referens, vnde & nomen accepit. Author Plin. lib. 12. cap. 12.
Oze, huius ozes, fœm. gen. Fœtor oris. Celsus lib. 3. cap. 11, Itaque ei remissioni credendum est, quæ etiam immoratur, & iactationem fœtorémque quendam oris, (quem ὄζαν Græci vocant) minuit.
OZOLAE { ὀζόλαι } Populi ex Locris, Æroliæ oram incolentes, ad sinum Crissæum, quorum oppida enumerātur à Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Euanthia. Vide Strab. lib. 9.
Ozymon, pen. corr. { ὄζυμον } regia herba, siue basilica, aut basilicum à Liguribus vocata, fragrantissimi & vehementissimi odoris, vnde nomen accepit: nempe à verbo ὄζω, quod est redoleo. Vide OCYMVM.
Ozymum, huius ozymi { ὄζυμον } Genus edulij medicinalis ex intestinis confecti. Persius Satyr. 4, Quum bene discincto cantauerit ozyma vernæ. Ab ὄζω, redoleo. Alij legunt ocimum siue ocymum.

P

PLITERA muta est, nec h post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, vt in Phaëthon. Conuertitur quādoque in transferendis dictionibus Græcis, P, in B, vt quod apud Græcos σπέρε, apud nos Buxus scribitur. Interdum P exile, pro PH poni solet, vt quod à Græcis φοινίκιον, cum ph scribitur, à nostris Puniceus vertitur.
P. posuit. PAS. passus. P. Publius, pupillus. P. AEL. AVG. LIB. Publius Ælius Augusti libertus. P.C. Pactum conuentum, vel Pecunia constituta. P.D. Publicè dedit. P.F. publicè fecit: Publij filius. Pius felix. P.H.C. Publicus honor curandus. P.I.R. Populum iure rogauit. P.IV. vel, I. Principi iuuentutis. P.IR. Populus, vel Publius irrogauit. P.L. Publij libertus. P.M. Pontifex Maximus. P.M. Principi militum. PP.C. vel. P.C. patres conscripti. P.P.P. Primus pater patriæ. P.P. Pater patriæ: Pater patratus. P.P.H.I.S P.C. Præses prouinciæ Hispaniæ Citerioris. P.P.P.P. E.S. S.S.E.V.V.V.V.V.V.F.F.P.F.P.P.R. Primus pater patriæ profectus est, secū salus sublata est, venit victor, validus, vincēs, vires vrbis vestræ, ferro, flamma, frigore, fame, pace populi Romani. P.Q. Postquam. P.R.E, vel EX. Post reges exactos. P.R. Populus Romanus. P.S. Plebiscitum. P.S.S. Plebiscita. P.S. Posuit sibi. P.S.F. Publicè sibi fecit. Publicæ saluti fecit. P.S.F.C. Publicæ saluti faciundum curauit: vel Publico, aut proprio sumptu faciūdū curauit. PV. Pupilla. PA.C.P.R. Pace populo Romano: vel Pace populi Romani. PA. DIG, vel P.D. Patriciatus dignitas. PAL. Palmēſi. PAR. Paretum. PARTH. Parthicus. PATR. Patricius. P.R. Prætor. PR.S. Prætoris sententia. PR.VR. Prætor vrbanus. PR.PER. Prætor peregrinus. PR R. Prætores. PR. PR. Proprætor. PR AE.P R ES. Præfectus Præsidij. PR AEF. Præfectus. PR AEF.VR. Præfectus vrbis. PR AE. VIGIL. Præfectus vigilum. PR I.K.L. vel K. Pridie Kalendas. PRID. NON. APR. Pridie nonas Aprilis. PR INC. IVVENT. Princeps iuuētutis. PR O G. vel PR OCOS. Proconsul. PR OCOSS. vel PR OCC. Proconsules. PR ON. Pronepos, vel Proneptis. PR OPR AET Proprætor. PR OV. Prouincia. PR S. P. Præses prouinciæ. PR S S. Præsides.
PP. AVG. Perpetuo Augusto, vt in fine procemij Institutionū Ciuilium.
PP. propositum significat in Codicis constitutionibus. Leges enim & Edicta & Constitutiones palàm, publico in loco promulgabantur, vt eas legere quisque posset.
Pa. pro parte: & Po. pro populo positum est in Saliari carmine. Festus.

Pabulum, pabuli, pen. cor. { τομὴ, βοσκήσιμον, χλόη, χόρτασμα } Proprie est pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, paleaceus, vel stramentitius: vt ait Valla. Plin. lib. 10. cap. 24, Nec occultantur turdi, visi sæpe ibi, quò hybernū pabulū perant. Virg. 1. Æneidos, -priusquam Papula gustassent Troiæ, Xanthúmque bibissent.

Dia pabula. Lucret. lib. 5.
Dira. Stat. 12. Theb.
Insueta. Virg. 1. eclog.
Læta. Lucret. lib. 1.
Larga. Lucret. lib. 5.
Viridia. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Luxuriosa, Vide LVXVS.
Naturalia, In NASCOR.
Pinguia. Virg. 1. Georg.
Tristia. Senec. Thyest. 8.
Virgea. Virg. 3. Georg.

¶Pabula canescunt. Ouid. 2. Metam.
Terræ concipiunt pabula. Virg. 1. Georg.
Decerpere pabula. Ouid. 13. Metam.
Distendi pabulo. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Infensare pabula. Tacit. lib. 5, Adequitare castris, infensare pabula.
Hoc est, infestabat.
Parua pabula legens hirundo. Virg. 12. Æneid.
Metere pabula falce. Ouid. epist. 6. Obterere. Lucan. lib. 6.
Nocturna pabula petunt fœtæ. Senec. Hippol. 1.
Mollia surgunt. Ouid. 7. Metam.
¶Pabulum, per trāslationem ad alia transfertur: vt Amoris pabula sibi absterrere, Lucr. lib. 4.
Animorum, ingeniorúmque naturale quasi quoddam pabulū consyderatio contemplatióque est. Cic. 4. Acad.
Studij pabulum. Cic. de Senect. Si verò habet senectus aliquid tanquam pabulum studij & doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucūdius.
Dare pabula morbo. Ouid. 8. Metam.
Corrumpi pabulo & glande inimicorum. Cic. de Aruſp. resp. Quid hunc persequar, pecudem ac belluam pabulo inimicorum meorū, & glande corruptum?
Digna canis pabulo. Prouerbium est, quod fermè idem valet ac si dicas, Vix quisquam est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certè victu dignus esse videatur. Quadrabit in hominem non vsquequaque reiiciendum: aut in assectatorem, & ob id idoneum, qui in aulis principum versetur, vbi nullo in pretio sunt qui nescīunt adulari. Refert Suidas.

Pabularis, & hoc pabulare, pen. prod. { χορτασματικὸς } Quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. Colum. lib. 11. cap. 2. Et libro 2. cap. 14, De lupino nihil dubito, atque etiā de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16, Omnia hæc pabularia.

Pabulor, pen. corr. pabularis { νέμω, χορτάζω } pabulári, Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionem iumētorum. Cæsar 8. bel. Gal. Et quum pabularum, frumentarúmque longius esset proficiscendum. Idem lib. 5, Quum Cæsar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum, &c.
¶Pabulari, Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6, Subinde quæ cedit (scilicet capella) compesci debet, ne procurrat, sed placidè ac lētè pabuletur.
¶Pabulare, pro pabulari vsurparunt neoterici linguæ Latinæ deprauatores, pro pabulum ex agris capere in pastionem iumentorū & pascere. Imperator Fridericus, aut potius Ciuitatum Italiæ legulei. §. vltimo. De pace tenenda & eius violat. in vsib. feudorum.
Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimētum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est stercorare. Columel. lib. 5. cap. 9.

Pabulator, penult. prod. pabulatoris { χορτοχόρτης } Qui pabulatum vadit. Cæsar 5. bel. Gal. Repentè ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt.

Pabulatio, Verbale { χορτοχόρτης } Ipse pabulandi actus. Cæsar 7. bel. Gal. Omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione & commeatu Romani prohibeantur.
¶Pabulatio, Pastus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16, Si è bono loco transtuleris, vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. De apibus.

Pabulatorius, Adiect. { χορτοχορτικός } vt Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib. 6. cap. 3.

Pacatus, Pacatè, Vide PAX.

Pacensis Colonia, Octauanorum Colonia est, quam & classicam fuisse appellatam refert Plin. lib. 3. cap. 4. Eam è Roma deductam esse apud nostratem Forum Iulij idem eodem loco author est. Forū Iulij nunc *Fersen* dicimus in extrema Prouincia.
Pacensis conuentus. Plin. lib. 4. cap. 22.

PACHORVS, Vide PACORVS.

Pachydermos { παχυδέρμος } crassipellis, fatuus, rudis: ita enim Græci obtusioris ingenij homines vocitare consueuerunt. Cælius Rhodiginus lib. 6. Lectionum antiquarum, cap. 1.
Παχυμερῆς, ἀδρὰς, παχέας, inquit Hesychius, id est crasse, pinguiter. Hinc παχυμερέστερον, in comparatiuo, id est pinguius, per maiores partes. Vlpian. l. 7. de Peculio in P. Scire autem non vtique singulas res deber, sed σαφηνέστερον, id est pinguius, in summa quod aiunt. Pinguius donatori succurrere debemus, quàm ei, qui verum debitum persoluere compellitur. l. 49. de Re iudicat. in P. Gel. lib. 14. cap. 1.

PACHYNVS, pen. prod. { πάχωνος } promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans. ab aeris crassitudine: nam παχὺ pingue & crassum dicitur. Nunc vulgò dicitur *Cabo Pacino*, vt scribit Oliuarius in Melam. Virg. 3. Æneid. Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni. Priscianus in Perihegesi, Qui procul effusis Pachyni distenditur oris. In quo versu penultima quidem corripitur, sed caue imiteris.
Versa est Pachynos ad Austros. Ouid. 13. Metam.

Pachytis, morbus oculorum, quories ex humore tumescunt, crassiores densióréſque apparentes. παχύτης enim densitas, tumor, crassitudo appellatur. Cælius lib. 7. cap. 20.

Pacifer, Pacificator, Pacifico, Vide PAX.

PACIDEIANVS, pen. prod. { παιδεραστὴς } Gladiator apud Lucilium, vt refert Cicero 4. Tusc. Sed in illo genere (inquit, de gladiatoribus loquēs) fit sanè Pacideianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius, &c. Meminit etiam huius ad Quintum fratrem, lib. 3. 20.

PACINVS, pen. prod. vnus ex nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia consedit, vbi & populos Pacinates de se nominauit. Author Festus.

Pacionem, antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus. vnde & Pacisci adhuc, & Paceo in vsu remanet. Festus.

Pacifcor, pacisceris, pen. corr. pactus sum { σπένδομαι, σπένδομαί, ὁμολογέω, μεσιτεύω, συμφωνέω } pacisci, Pactum facere, conuenire: & ferè præpositioni CVM adiungitur. Cic. in Parad. Si quoridie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. Plin. lib. 6. epist. 23, Peto, atque etiam pacisco r, vt simul agat Cremutius Rufo.
Pacisci de mercibus. Suet. de Claris grammat.
Pactus sum hāc rē, Iust. lib. 2. Cū Xerxe nuptias filię eius pacisci tur.
Pacisci & constituere diem. Cic. 1. in Catil. Scio pactam & constitutam esse cum Manlio diem.
Fœdus pacisci. Cic. pro Sextio.
Inducias aliquot dierum cum hoste. Cic. 1. Offic.
Pactus est duo millia, Martial. lib. 8.
Præmium ab aliquo. Cic. Quinto fratri, lib. 3. 19, Tanta inuidia sunt Consules propter suspicionem pactorum à candidatis præmiorum.
Pretium. Ouid. 8. Metam.
Pretium prædonibus pro capite. Cic. 3. Offic.
Rem aliquam alia. Senec. 1. de Clement.
Pacisci vitam ab hoste. Saluſt. in Iugurtha, Adherbali suadent, vti sese & oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam pacisc atur. Id est pactum faciat de vita salua.
Vitam pro laude. Virg. 5. Æneid.
¶Pactus dimitti. Plin. lib. 8. cap. 7, Nanque vnum qui supererat, obiecit elephanto: & ille, dimitti pactus si interemisset, solus in arena

congressus,magno Pœnorum dolore confecit.
Pacisco r cum.Cic.5.Verr.Nequis frumẽtum de area tolleret,antequam cum decumano pactus esset.
Pacisci mercede cum aliquo vt Liu.5.bel Pun.
Sestertio cum aliquo pacisci.Cic in Saluſt.
¶Filiam alicui.Cic.Attic.lib.5, Nec dubitat Deiotarus , cuius filio pacta est Arthauasdis filia(ex quo sciri potest)quin cum omnibus copiis,&c.
Hæc tibi pacta est Callicli filia? L. ego ducam pater. Hoc est, Promisistne ipsa tibi, siue dedit tibi fidem? Plaut. Trinum.17.
Iniquè pacisci, Vide INIQVVS.

Pactus,Participium { ὁμολογημένος } Pacto decretus.Plaut.Asin.12,
-hinc inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ:
Has tibi nos pactis legibus dare iussit. Vulgò, *Sub conditione* dicunt.
Meritis & voce pactus est.Ouid.5.Metam.
Coniux pacta.Ouid.14.Metam.
Fides.Ouid.3.Fast.
Fœdus.Virg.4.Georg.
Si non forte ita sunt animarum fœdera pacta.Lucret.lib.3.
Pactæ cum hoste induciæ.Cic.1.Offic.Vt ille, quicum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ,nocte populabatur agros,&c.
Merces.Horat.3.Carm.ode 3.
Pactam rem habeto.Plaut.Pœn.17.
Teda pacta,Coniugium pactum.Ouid.9.Metam.
¶Pacta verba , id est concepta & legitima. Vlpian.titul.24. eius libri qui inscribitur , Tituli ex corpore Vlpiani, Senatusconsulto Neroniano cautum est,vt quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit , ac si optimo iure legatum esset. Sic dixit Cic. pro Rosc. Comœd.Non enim ex pactione verborum,quibus iusiurãdum comprehenditur:sed &c. Id est,non ex formula. Sic & Arnob.aduersus gent. lib.7, O deorum sublimitas præpotens,quam venerator cum pactionibus adorat & formulis.

Pactum,pacti { συνθήκη,ὁμολογία,συμβόλαιον,σύμφωνον } Conuentionem signi ficat. Cic.2.de Inuent.Pactum est quod inter aliquos cõuenit, quod iam ita iustũ putatur, vt iure præstare dicatur. Vlpianus,D.De pollicitationibus,l.Pactum, Pactũ est duorum consensus atque cõuentio: Pollicitatio verò , offerentis solius promissum. Idẽ,D. De pactis.l.1, Pactum autem à pactione dicitur: vnde & pacis nomen appellatũ est.
Pactorum quædam in rem sunt , quædam in personam. In rẽ sunt, quoties generaliter paciscor , ne petam. In personam , quoties ne à persona, id est ne à L.Titio petam. Verum autem in rem,an in personam pactum factum sit:non minus ex verbis,quàm ex mente conuenientium æstimandum est. Plerunque enim (vt Pedius ait) persona pacto inseritur , non vt personale pactum fiat , sed vt demonstretur cum quo pactum factum est. Hæc Vlpian.in l.Iurisgentium.§.Pactorum.D.De pactis.
Pactum conceptũ in personam. Paulus in l.Si tibi decem.§ Si quis paciscatur.D.De pactis, Pactum conuentum cum venditore factum, si in rem constituatur : secundum plurium sententiam emptori prodest. secundum autem Sabini sententiam , etiamsi in personam conceptum est,in emptorem valet.
Conditio atque pactum. Cic.2.Verr. Mansit in conditione atque pacto vsque ad eum finem,dum iudices reiecti sunt.
Inter Pactum & Conuentum. Nam Pactum est ex parte stipulantium:Conuentum,quum quæ pepigerũt promissa sunt,de hisque est conuentum. Hac de causa pacta conuenta,& pacta conuentáque legimus:antecedit enim pactum,sequitur cõuentum. Seneca,Nec pacta conuentáque impressis signis custodirentur. Ex Turneb.
Pacta conuenta,stipulationes, &c. in foro cognoscenda. Cicero 2. de Orat.
Pacta cõuenta insunt bonæ fidei iudicis. Vlpian.in l.Iurisgentium. §.Quinimo,D.De pactis.
Formula pacti.Ouid.epist 9.
Inexorabile pactum.Stat.1.Thebaid.
Personale pactum.Paulus in l.Et hæredi.in princ.D.De pactis,Post mortem verò filij,nec patri proderit, nec hæredi eius: quia personale pactum est.
Ratum pactum.Caius in l.Contra.in princ.D.De pactis,Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur.
Remotum à iure cõmuni. Vlpian.in l.Iurisgentium.§.a paciscar. D.De pactis.Paulus in l.Si vnus.§. Item ne experiar.D.eodem titul. Si pactum conuentum à re priuata remotum sit , non est seruandum.
Sacrum.Valer.8.Argon.
¶Conuenit pacto,Vide CONVENIO.
Eliditur pactũ. Paulus in l.Si vnus.§. Pactus.D.De pactis , Pactum ne peteret , postea conuenit vt peteret : prius pactum per posterius elideretur.
Exuere pacta.Tacit.lib.5.
Pacta quæ posteà interponuntur,solẽt párere exceptiones. Vlpian. in l.Iurisgentium.§.Quinimo.D.De pactis.
Interposito pacto conuento de vna re non petenda,totã obligationem submoueri. Paulus in l.Si vnus.§ Si cùm mihi.D.De pactis.
Ligare pacta.Propert.lib.4.eleg.4.
Obseruãtur ex cõuentu sine legibus pacta.Author ad Heren.lib.2.
Obseruanda non sunt pacta, quæ turpem causam continent. Paulus in l.Si vnus.§.Pacta.D.De pactis.
Præstat iuri pactum.Cic.2.de Inuent.
Seruare pactum. Cic.3.Offic.Pacta & promissa sempérne seruanda sint,quæ nec vi,nec dolo malo(vt Prætores solent dicere)facta sint.
Seruandum erit pactum conuentum. Paulus in l.Sed si tantum.D. De pactis.
Valet pactum.Vlpian.in l.Iurisgentiũ.§.Si paciscar.D.De pactis,Si paciscar ne iudicati vel incensarum ædium agatur:hoc pactum valet.
Locrense pactum, Prouerbium de fœdifragis dictum , cuiusmodi quondã habiti Locrenses,quòd fœdere prodito quod cum Peloponnesiis inierãt,ad Heraclidarũ partes defecerint. Erasm.ex Zenodoto.
¶Pacto,Ablar.pro Modo aliquando ponitur.Plaut.Rud.31,Non tacebo vnquam alio pacto,nisi talento cõprimor.Hoc est aliàs.Terent. And.1.1,Eo pacto & gnati vitam,& consilium meum cognosces.
Nullo pacto,Vide NVLLVS.
Quo pacto.Horat.lib.1.epist.18,
Quanuis Scæua satis per te tibi consulis,& scis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti,
Disce docendus adhuc.

Pactio,pactionis,Verbale { συνθεσία,συνθήκη. } Vlpianus,D. De pactis,l.1, Est autem Pactio,duorum, pluriúmve in idem placitum & cõsensus. Cic.3.Verr.Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspicionem non vitasse.
Accedere ad pactionem,Vide ACCEDO.
Adire ad,Vide ADEO,adis.
Pecuniarum pactiones agere. Cic.de Prouinc.Consul.
Conficere,Vide CONFICIO.
Conflare.Cic.de Arusp.respon.
Facere.Cicero 7.Verr.Has per Timarchidem pactiones sepulturæ cum viuis etiam illis esse factas?
Facere de tota lite.Cic.pro Rosc.Comœd.
Nuptialem facere.Liu.4.ab Vrbe.
Intercisæ.Cic.in Parad.Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, &c.
Obligare pactionibus suorum præmiorum aliquos. Cic.Post red. in Senatu.
Perturbare conditiones & pactiones. Cic.3.Offic.Regulus verò nõ debuit conditiones,pactionésque bellicas perturbare periurio.
Venire ad aliquam.Cic.2.de Inuent.Quum omnes perituri milites essent,nisi ad pactionem venissent,verum,&c.
¶Pactio,pro formula,Vide paulo antè,Pacta verba.

Pactor,pactoris,Aliud verbale { ὁμολογήτωρ. } Cic.7.Verr.An fœderum interpretes,societatis pactores,religionis authores?

Pactitius,Adiectiuum { συνθηματικὸς } Vulgò *Conuentionalis* dicitur.Gell. lib.1.cap.25,Cessatio pugnæ pactitia,induciæ dicitur.

Paco,pacas,Vide PAX.

PACORVS,pen.corr. { πάκωρος } Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circunuentum interemit. Quam maculã posteà Ventidius Bassus,Antonij legatus deleuit,Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat.3.Carminum,
Bis iam Monæsos,& Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros. Alij scribunt Pacharus.

PACTA { πάκτα } Stephano insula maris Ægei vna Cycladum,candido marmore nobilis,distans à Delo XXXVII. M. passuum.Alio nomine Paros dicitur.Author Plin.lib.4.cap.12.

PACTAS { πακτὰς } Agri Ephesij mons est Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Author Strab.lib.14.

PACTIAE, Plin. { πακτιάη Ptolemæo } oppidum est Thraciæ ad Propontidem,non procul à Cherrhoneso,cuius meminit Plin.libro 4.cap.11.
¶Sunt item Pactiæ insulæ quædam in mari Lycio apud eúdem Plin. lib.5.cap.31.

Pactilis,Vide PANGO.

Pactis,dis:organum dichordum, quo ad psalmos canendos vtebantur antiqui. Cælius lib.9.cap.4,Improbata autem sunt & instrumenta alia,vt Pactides,&c.

Pactitius,Vide PACISCOR.

PACTIVS, flumen, de quo Plin.libro 3.cap.11. quod vt Strabo refert ex monte Pactio ortum habet.Strab.lib.14.

PACTOLVS, pen.prod. { πακτωλὸς } fluuius Lydiæ , aureis arenis Smyrnæos irrigans agros. Iuuen.Satyr.14, Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena.
Liquores Pactoli.Propert.lib.1.eleg.13.
Diues Pactolus rutilas despumat arenas.Claud.5.Paneg.
Lydius.Senec.OEdip.5.
Rudentis Pactoli aurea stagna.Claud.1.in Ruffinum.
Pactoli opes,Figura prouerbialis , quam in varios vsus accommodare licebit,quum de summis diuitiis sermo erit faciendus. Vsus est Philostratus.Vide Erasm.

Pacton , est scaphæ genus ex virgis ita compositum , vt textile quiddam videatur.Strabo lib.17.

PACTORVM PORTVS:sunt angustiæ in Cherrhoneso,seu portus angustus,à Pactis populis, aut pacto ibidem inito. Strab.lib.7.

Pactum,Vide PACISCOR.

PACVVIVS { πακούβιος } poeta Brundusinus,Ennij sorore natus,emicuit quo tempore Scipio Nasica,Numantian. deleuit.Scripsit tragœdias, deinde Tarentum se recepit:decessitque nonagenarius, vt est author Eutropius:posuitque sibi epigramma,quod Gellius adnotauit lib.1.cap.24. Hîc(vt Quintil.ait)grauitate sententiarum,pondere verborũ,authoritate personarũ clarissimus fuit,citra tamen nitorem. Pers.Satyr.1, Sunt quos Pacuuiúsque , & verrucosa moretur Antiopa.
Pacuuius Taurus,Ædilis plebis,qui Romę restituit Sibyllæ statuã. Plin.lib.34.cap.5,Equidem & Sibyllæ iuxta rostra esse non miror,tres fuisse licet : vna quam Sex.Pacuuius Taurus Ædilis plebis restituit: duæ,quas M.Messala.

PACYRIS, Scythiæ Europeæ fluuius in sinum Carcinitem influens. Author Plin.lib 4.cap.12.

Pades,Gallicum esse verbum ait Plin.lib.3.cap.16.id est, Picea arbor à qua & Padum nomen accepisse ait.

PADVA { πάτυιον } Vrbs à Padi vicinitate dicta , quæ & Patauium Ptolemæo lib.3.cap.1. dicitur. Primò Antenorea dicta est, vnde Antenoridæ:postea Patauini, & Paduani. Apud Patauiũ natus est Titus Liuius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facúdia perscripsit. Similiter Stella , & Valerius Flaccus poetæ, & Paulus Iureconsultus. Fertur quoque Volusius poeta Patauinus , qui post Enniũ rerum gestarum Populi Romani annales carmine descripsit. Vide Plin.lib.5, cap.1. Catul.de Cinna poeta,epigr.90,At Volusi annales Paduã morientur ad ipsam. *Padue*,siue *Padoue*.

PADVS { πάδος } fluuius,qui(vt Plinius lib.3.cap.16,scribit)è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati , finibus Ligurum Vagiennorum visendo fonte profluens,condénsque sese cuniculo,& in Forouibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus ἠριδανὸς, ac pœna Phaethontis illustratus. Augetur à Canis ortu,liquaris niuibus,agris quàm nauigiis torrentior. Metrodorus refert quòd circa fontẽ arbor sit multa picea (quæ *Pades* Gallicè vocetur)Padum hoc nomen accepisse.
Populifer Padus.Ouid.2.Amor.eleg.17.
Olorifer.Claud ad Serenam,17.
Refluens.Valer.8.Argon.
Stagnans.Lucan.lib 4.

PADVSA, pen.prod. { πάδουσα } fluuius , quem Padi brachium Rauennam vsque perductum facit , Massanicum alio nomine appellatum. Plin.lib.3.cap.6. Claud.in Epithal.Palladij,46,Eridani ripas,& raucæ stagna Padusæ.

Padaneus,Adiectiuum.Solinus cap.33,Pretium operæ est ire longius, ne Padaneæ sylvæ credantur lapidem fleuisse.

PADINATES,populi in octaua regione Italiæ. Plin.lib.3.cap.15.

PÆADRVS,regio montana Iberiæ trans Cyrum.Strab.lib.11.

Pæan, pæanis,pen.prod.masc.gen. { παιὰν } Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus,sicut dithyrambus in laudem Bacchi,vt Iulius Capitolinus inquit,qui non solùm in auersione malorum decantabatur,sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone , laudibus & carminibus laudatus fuit,quæ pæana dixerunt.Virgilius 6.Æneidos, -lætúmque choro pæana canentes. Abusiuè tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus omnium deorum, Pæana inscripsit. Statius 4.Thebaid.Herculeum pæana canunt.hoc est,in honorem Herculis factum.Pæan verò à παίειν medeor deriuatur , quòd scilicet morbis medelam præbens , finem faceret. Vnde & Apollo ipse Pæan dictus est. Iuuenalis Satyra,6, Parce precor Pæan.
Pæanem citare, Cicero Latinè redidit , quod Græci πατιζειν dicunt , idque ad consuetudinem phonascorum in excitandis arteriis respiciens,quæ hoc verbo explicatur. Videtur autem pæan esse contentionis vocis, sicut minoritio remissionis. Locus Ciceronis est lib. de Orator.1,Qui & annos &c. Hoc nos si facere velimus , antè condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm toties,quoties prescribitur,pæanem,aut minuitionem citarimus. Ex Turnebo. Vide CITO,citas, & MINVRITIO.
Pæan,pro dimensione certis non modò syllabis,sed syllabarũ temporibus definita , pedis nomine à poetis & Rhetoribus nuncupatus. Est autem pæan duplex,authore Aristotele libro 3. Rhetor.ad Theodect. Vnus , in quo prima syllaba est producta , quam tres breues sequuntur:vt ἀλλογενὴς: alter,qui oritur à tribus breuibus, extrema producta:vt ἀλλάων κρέσσων τοῦ. Nec verò Pæan prior aliud est quàm Choreus & Pyrrichius , nec posterior aliud , quàm Pyrrichius & Iambus. Alij legunt Pæon. Vide suo loco.

PÆAN, nomen patris Philoctetæ. Sed ea appellatione melius per œ, quàm per æ scribetur. Hinc Pœantius,& Pœantiades.

Pœantius,Adiect. { ποιάντιος. } vt Heros Pœantius,Philoctetes Pœantis filius.Ouid.1.de Remed.amor.
Genus Pœantium.Seneca Herc.OEth.11.

Pœantides { ποιαντίδες } Gemmæ sunt speciem habẽtes aquæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tirresiæ sepulchrum inueniuntur. Prægnantes fieri & párere dicuntur , & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Author Plin.lib.37.cap.10.

Pædagia , vocat Seneca vbi pueri vehebãtur,epist.12.4,Omnium pædagia, inquit,oblita facie vehuntur, ne sol,ne frigus teneram cutem lædat. Sed fortè legendum Pædagogia, Id est ferui & mancipia.

Pædagium, alio nomine logisteriũ,locus est in quo milites recensebantur,iisque stipẽdia numerabantur:quanquam est & diribitorium, ministrationum quoque,id est locus in quo obuersantur ministri , qui quoniam Græcè dicantur pædes , Pædagium Plinio iuniori in Epistolis vocatur.Puer , inquit,in Pædagio mixtus pluribus dormiebat. Cælius Rhod.lib.7.cap.6.

Pædagogus, huius pædagogi , pen.prod. { παιδαγωγὸς } Pueri ductor: παῖς puer: ἀγωγὸς,ductor:cui ducendorum puerorum prouincia datur. Cic.Attic.lib.12,Sed & pædagogi probitas,& medici assiduitas,& tota domus in omni genere diligens,me rursus id suspicari vetat.
Diligendi sunt pædagogi & nutrices. Cic.de Amic.
Versantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti. Author ad Heremn.lib.4.

Pædagogium, huius pædagogij, pen.prod. { παιδαγώγιον } Locus in domicilio , in quo pueri seruíque commorantur , qui παῖδες vocantur. Plin.iunior lib 7,ad Suram, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Cælius lib.7.cap.6.legit Pædagio.
Pædagogium. Hoc vocabulo turpius interdum etiam vtebantur, quum eo cœtum puerorum,qui in deliciis habebantur,significarent. Tranquill.in Nerone , Super ingenuorum pædagogia , & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Quo in loco corruptè perperámque scribitur proagogia , vt & in superiore Plinij loco pædagium.Turneb.
Pædagogium , apud Iurisconsultos , Seruitium atque mancipium dicitur. Vlpianus in l. Quæsitum.§. Si instructum.D.de Fundo instr. & instr.leg.Si instructum fundum legasset,ea pædagogia,quæ ibi habebat,vt quum eò venisset, præsto essent in triclinio, legato continẽtur. Turnebus hîc,Pedagogia,puerorum cœtus,id est seruitia puerilis ætatis.& hinc pueros nobilium ministros,*pagios*,velut pædagogianos pueros vulgò solemus appellare.
Pædagogium,Schola,siue Ludus literarius.

Pædagogianus , na , num : Pædagogiani pueri : Ammianus Marcellinus : In pædagogiani , inquit, pueri speciem purpureis operтus tegminibus.

Pæderos , pen.corr.huius pæderotis,pen.prod. { παιδερὼς } Genus acanthi.Plin.lib.22.cap.22. Diosc.lib.3.cap.17.
¶Pæderos,pæderôtis { παιδερὼς } Gemma est,quam alio nomine O-

palum vocamus,nonnulli etiam Sangenum, ita dicta,teste Plin.libro 37.cap.6. propter eximiam eius gratiam. παιδέρως enim nobis puerorum amorem significat.
Pæderos est vnguenti genus , quo Demetrium vti consueuisse liniendo faciem,Græci scribunt.

Pædia,pædiæ,pen.prod. { παιδεία } Eruditio,institutióque in bonas artes,vt docet Gellius lib.13.cap.15.interdum etiam puerilium & ipsam puerilem ætatem significat , vnde exrat Xenophontis Græci nobile opus de pædia Cyri principis.

Pædiscæ { παιδίσκαι } sunt ancillæ:& prostitutæ:hinc
Pædiscium , παιδίσκιον } prostibulum significat,& impudicarum locum. Cælius lib.7.cap.3. Inde attributum efficium,

Pædicus,ca.cum : Pædicæ tibiæ, sicut & Partheniæ. Puto esse pædicas, lascuas,quæque venerem prorrent.Cælius Rhod.lib.9.cap.7.

Pædomatheis { παιδομαθεῖς } Qui à pueris statim discunt , quibus opponũtur Opsimatheis,qui scilicet seriùs & iam natu grandes ad discendum accedunt. Budæus.

Pædonomus,Ingenuorum adolescentium magister.Alex.Alexandrinus: Traianus quo que adolescentes ad quinque milia bonæ indolis ex omni imperio selectos publicè ali & parentis affectu paribus disciplinis eruditi curauit ex præcepto Lycurgi , qui ingenuis adolescentibus virum præsse voluit peritum ac vigilantem ex his qui summi eliguntur magistratus,quem Pædonomum nuncupauit,lib.2.cap.25.

Pædotribas,huius pædotribæ vel pædotribes , pædotribis { παιδοτρίβαι } Ludi literarij præceptor , quíve pueros exercet vt robustiores formosioresve euadant. Plat.in Gorg.

Pædotribia { παιδοτρίβεια } dicitur ars exercendi puerorum corpora,vnde Aristoteles lib.7.Politic.præcipit adolescentes statim gymnasticæ esse tradendos.

Pædor,pædoris,pen.prod.masc.gen. { αὐχμὸς,ῥύπος } Squallor,illuuies, sordes,& omnis immunditia seu putor in animali præsertim. Lucan. libro 2.
-longúsque in carcere pædor. Cic.3. Tusc. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi , pædores , mulebres lacerationes genarum,pectoris,fœminum,capitis percussiones.
Pædor à Græco deduci videtur,quo παῖδες,id est pueri dicũtur,qui in illa puerili ætatula fordibi feré sunt,nec à sordibus sciũt abstinere.
Membra horrida pædore.Lucret.lib.6.
Longus in carcere pædor.Lucan.lib.2.
Obsitus pædore,Seneca Agamemn.13.
Sedet pædor.Seneca Herc.OEth 4.

Pædidos { ῥυπαρὸς } (inquit Festus)sordidos significat,atque obsoletos. tractum vocabulum à Græco : quia παῖδες , id est pueri,talis sint ætatis,vt à sordibus nescient abstinere.

Pegma,pægmatis,Vide PEGMA.

Pægnium { παῖγνιον } Græca vox est,quæ nobis ludum sonat , vel rem ludicram,aut puerilem oblectationem : vnde Technopægnium ludicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est.

Pæminosus,Vide PEMINOSVS.

PÆON,huius Pæonis,pen.corr. { παίων } Nomen viri medicæ artis peritissimi, quem Homerus lib.5. Iliad.scribit curasse Plutonem grauiter ab Hercule vulneratum:à quo Pæonia herba dicitur quam iuuenit.
Cura Pæonia.Claud.de bello Getico.

Pæon { παίων } Genus pedis est,siue mensuræ,qua tum poetæ,tum oratores suas dictiones demetiebantur , qui à Diomede quadruplex esse traditur,quorum primus ex longa & tribus breuibus constat. Secundus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex tribus breuibus & longa. Cic.3. de Orat. Probatur autem ab eodem illo maximè pæon , qui est duplex.nam aut à longa oritur,quam tres breues consequuntur: vt hæc verba , Definite, Incipite, Comprimite.aut à breuibus deinceps tribus,extrema producta atque longa: sicut illa sunt ,Domuerant sonipedes. atque illi philosopho orditi placet à superiore pæone , posteriore finire.

Pæonia { παιονία Herba à Pæone medico,qui eam inuenit. Plin.lib.25. cap.4,Vetustissima inuentu pæonia est , noménque authoris retinet, quam quidam pentorobon appellant,&c.

PÆONIA { παιονία } Regio est in Europa,à Pæone Endymionis filio & Epei fratre,qui victus cursu ab Epeo(sicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit , & in Macedoniam seu Thraciam ad amnem Axium discessit. A quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Æmathia pars Macedoniæ: à qua Pæones populi, vt Iustinus lib.7.scribit. Statius lib.Achilleid.penultimam corripit,dicens, Præterit.& didici quo Pæones arma rotatu. Quandoque Pæonia ponitur pro Macedonia , sicut Æmathia , cuius Iteris regio iuxta Sithoniam Thermopontum Pallene vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.
Nuuosi Pæones. Ouid,5.Metam.

Pæssa,apud Coos,placentulæ sunt.Cælius Rhodiginus lib 9 cap.16.

PÆSTVM { παίστον } Oppidum Lucaniæ,rosarum abundantissimum, vbi ob cæli clementiam bis in anno producebãtur fructus,scilicet Maio & Septembri.Virgilius 4.Georgicorum -biferique rosaria Pæsti. Huius mœnia prope mare magni spatij adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. A Tuscis conditum,Posidoniam dixerunt,& eius sinum Posidionatem.Postea Romani,missis huc colonis ampliauerunt,vt ait Strabo. Cic.Attic.lib.12. Nunc vulgò dicitur *Polycastro*,vt scribit Oliuarius in Melam.
Tepida Pæsti rosaria.Ouid.15 Metam.

Pæstanus,penult.prod.Adiect. { παιστάνος. } Ouid.2. de Ponto,eleg 4, Calthaque Pæstanas vincat odore rosas.

PAETOVIVM { παιτόβιον } Vrbs Pannoniæ superioris,id est Austriæ , authore Ptolemæo lib.2.cap.15. Petouionem Tacitus scribit lib.19.alij Petouiam. Vulgò *Betta*.

Pætus,pæti,Qui obliquis oculis in altum respicit,vel qui alterum oculum minorem habet.Horat.1.Serm.satyr.3,
Appellat pætum pater, & pullum malè paruus
Si cui filius est. Porphyrio , Strabo , qui est deterris oculis, dicitur

Pætus, leniter declinatis. Acron, Pæti propriè dicuntur, quorum hucatque illuc oculi velociter vertuntur. Est igitur pætus, qui oculos habet tremulos, & se facillimè in quanuis partem vertentes: quales plerunque sunt lasciuarum oculi, Vide PETVS.

PAGAE, in plaga Locrensi oppidum famosissimum, vnde Peloponnesi prosilit ceruix. Plin. lib. 4. cap. 3. Hinc Pagei populi de quibus idem Plin. libro 4. cap. 7. Meminit & Pagarum eodem loco.

Pagana lex, qua sancitum fuit ne mulieres in via torquerent fusos, aut illos detectos ferrent, quoniam frugum prouentibus id aduersari putabatur. Alexander Alexandrinus Genial. dier. lib. 4. cap. 8.

Paganus, Vide PAGVS.

PAGASA, pen. corr. {παγασαί} Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est, vt ait Plin. lib. 4. cap. 8, iuxta quam ædificata fuit Argo nauis, propter quod nauis longa Argonautarum Pagasea nuncupatur, quod Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Æsonis, fratris Peliæ regis Thessaliæ. Hinc Pagasticus sinus in Thessalia est dictus. Vide PEGASAE.

Pagasæus, Adiectiuum {παγασαῖος.} vt Sylua Pagasæa. Ouidius 12. Metamorph.

Puppis Pagasæa. Valer. 8. Argon.
Pagasæus Apollo. Lilius lib. 7.
Pagasæi fontes calidi, quos & salè ferre scribit Plin. lib. 37. cap. 7.

Pagasius, pen. corr. Aliud adiect. {παγασίος.} Val. 8. Arg.
Si Pagasas, vel Peliacas hinc denique nubes Cerneret.

Pagasticus sinus. Plin. lib. 4. cap. 8. & 12.

PAGIDA, siue Belus, riuus in Phœnicia ad Carmelum promontorium, vitri fertiles arenas paruo litori miscens. Ipse è palude Cendeuia à radicibus Carmeli profluit. Plin. lib. 5. cap. 19.

Pagina, paginæ, pen. corr. {σελὶς} Vtraque pars folij, à pangendo dicta, quòd in paginis carmina pangantur, id est figantur. Vel dictæ sunt paginæ, authore Festo, quòd in libris suam quæque obtineant regionem, vt pagi. Cic. ad Quintum fratrem, libro 1. 2, Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flauius Prætor desiderat me venit, homo mihi valde familiaris. Martial. libro 1. 29, In nulla pagina Latinè loqui fas sit.

Extrema pagina. Cic. in Orat.
Lasciua, Vide LASCIVVS.
Longa atque insignis honorum. Iuuen. Satyr. 10.
Profana. Claud. 2. Paneg.

¶Contractio paginæ. Cic. Attic. libro 5, Meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat.

Commouere totas paginas. Cic. 4. de Finib. Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commouere?

Complere paginam, Vide COMPLEO.

Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit. Cic. Attic. lib. 6.

Turgescit pagina bullatis nugis. Persius Satyr. 5.

Vtraque paginam facit. Plin. lib. 2. cap. 7, de fortuna, Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtranque paginam facit. Prouerbij faciem habet illud, sumpta metaphora à codicillis rationalibus duas habentibus paginas: alteram quæ indicat quid sit datum: alteram quæ quid acceptum sit, ostendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtranque facit paginam, id est siue quid obrigit boni, ea laudatur, quasi dederit: siue mali quid accidit, eadem incessitur, ceu malorum author. Erasmus.

¶Pagina, in vitibus. Plin. lib. 17. cap. 22, de limitanda vite, Semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. Paginas vocat areas interceptas inter duo iuga. Budæus.

Pagella, pagellæ, Diminutiuum {σελλίδιον.} Cic. ad Brutum, lib. 11. 25, Non imitor πεκωτερικὸν tuum, altera iam pagella procedit.

Paginula, paginulæ, pen. corr. {σελιδάριον} Aliud diminutiuum. Cicero Attico, libro 4, Si verò id est quod nescio an sit, vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat quàm fatorum.

PAGOARGAS, Oppidum ad mare Rubrum Troglodytici & Æthiopici finuus. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pago, pagis, pepigi, pen. corr. pactum {ἐμπήγνυμι} pagere, Pacisci significat. Author ad Herennium, lib. 2, Pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo, Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Quintil. lib. 1. cap. 10, dicit pepigi esse, non à pango, sed antiquo verbo pago, pagis, sine n, vt in lege XII. TAB. Ni ita pagunt. Sueton. de Claris Rhet. Et pepigerunt, bolum quanti emerent. Cic. pro Rosc. Comœd. Dic pactionem feciſſe vt absoluereturnon pepigit.

Pagere & conuenire. Author ad Herenn. lib. 2, Ex pacto ius est, si quid inter se pepigerint, siquid inter quos conuenit.

Recusare quæ pepigisti. Virg. 12. Æneid.
Pepigere quos motus darent. Lucret. lib. 1. & 5.
Fœdera mihi pepigit Lausus. Virg. 10. Æneid.
Cum hostibus pagere. Plin. de Viris illust. De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit.
Rem ducentis philippeis pagere. Plautus Bacch. 19, Quid fit? H. ducentis philippeis rem pepigi.
Ab eo quicum pepigit impetrare. Cic. 3. Offic.

Pagrus {πάγρος} Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10, Pagri fluuiatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem lib. 9. cap. 16, Prægelidam hyemem omnes sentiunt, sed maximè qui lapidem habere in capite existimantur, vt lupi, chromes, scienæ, pagri. Iidem & paguri dicuntur.

Pagurus, paguri {πάγουρος} Pisces ex genere testaceorum, aut crustatorium. Gal. lib. 3. de Aliment. facultate, cap. 34, Astaci, paguri, cancri, locustæ, carides, tenui testa concluduntur. Dictus est autem pagurus, παρὰ τὸ πήγνυσθαι καὶ συνάπτειν τὰς πάγας, quòd in altioribus fluminum locis versetur, ripisque præruptis. Meminerunt eius Ælianus & Aristoteles.

Pagus, huius pagi, masc. gen. {κώμη} Simul positæ villæ, hoc est, rusticanæ domus in vnum coagmentatæ. Nam πάγη Græcè, Latinè fons dicitur: quòd circa frontes hæ ponerentur: quódque omnes eadem aqua vterentur, authore Festo.

¶Pagus non modò vicum rusticanum significat, sed vnius iurisdictionis tractum, ditionem, ac agrum: quomodo hodie Heluetia duodecim habet pagos ac ciuitates, quæ iisdem legibus, moribus, arque institutis vtuntur. Corn. Tacitus De moribus Germanorum. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicósque reddunt. Quem locum exponens Althamerus, Inter vicū & pagum, inquit, hoc interest discriminis. Vicus significat villarum, id est domorum rusticanarum congeriem absque mœnibus: Pagus verò vicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multis vicis constat. Hæc mirè illustrant Cæsarem, qui libro 1. de bel. Gal. dicit totam Helvetiam in quatuor pagos fuisse diuisam. Iterum libro eodem, Treuiri autem nuntiabant, pagos centum Suevorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. Rursum lib. 4, non procul ab initio, Sueuorum gens est longè maxima, & belliciosissima Germanorum omnium. ij centum pagos habere dicuntur. ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, &c. Hæc & plura Cæsar. Quæ sic explicat Althamerus. Dicitur pagus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte: quòd pagi circa fontium riuos collocarentur. Minimè autem credibile est, Sueuiam latissimā Germaniæ oram, tantum centum vicos habuisse: quum nullas etiam vrbes habitauerint: nec iunctas sedes inter se passi fuerint: sed discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus, vt fluuius placuit, colurint, &c. Præterea quo modo ex vno vico potuissent mille homines ad bellum educi? Satis ergo indicat Cæsar pagum significare hominum multitudinem, societatem ac ciuitatē: & Pagnos esse fontium aut fluuiorum accolas, qui vnum tenent tractum & districtum. Hæc ille. Turnebus in eundē Cæsaris locum, Pagi, inquit, sunt regiones vniuersæ & populi alicuius partes, vt tota regio Helvetiorum, quæ à Cæsare appellatur ciuitas, in quatuor partes erat distributa, quas appellat pagos, non quòd tantùm pagatim incolerentur: nam & habitabatur oppidatim, quum scribat duodecim oppida in ea fuisse, & pagos ad quadringentos, sed quòd vniuersus eorum ager in quatuor partes, & tanquam præfecturas, esset diuisus. Eodem modo scribit idem Cæsar Sueuorum centum pagos fuisse: cum enim longè latéque in Germania regionem amplissimam haberent, latissimósque fines, in centum partes regio distributa erat. Sic ager Romanus à Numa Pompilio in pagos fuerat distributus, vt scribit Dionysius his verbis, διεῖνα πλῆθος χώρας ἅπασαν εἰς ἑπτὰς καὶ τριάκοντα μέρη. Tractus enim quosdam & partes regionis ita vocauit, quod quidem & Plutarchus scribit, εἰς μέρη πλῆθος χώρας διεῖλεν, ἃ πάγους προσηγόρευσεν. Pagis autem illis præerant pagorum magistri. Erant & pagi castella quædam & munitiones iuxta Romam in locis editis, quò se plebs rustica hoste in agrum Romanum incursiones faciente, recipiebat: & in certos pagos erat contributa, vt Dionysius scribit. Cicero etiam in plebe Romana paganos & montanos numerat. Hæc ex Turneb. Vide etiam Glareanum in Annotationibus in Cæsarem.

Ingentes pagi. Virg. 2. Georg.
Rugosus frigore. Horat. 1. epist. 22.

Pagatim, pen. prod. {κωμηδὸν} Aduerbium, dictum est Per singulos pagos, ea forma qua Oppidatim. Liu. 1. bel. Maced. Templa deûm quæ pagatim sacrata habebant, diruit atque incendi iussit.

Paganus, huius pagani, pen. prod. {κωμήτης} A pago dictus est, rusticus, villanus, in villa natus, qui non nouit vrbem, quasi ex vno fonte potans. Cic. pro Domo, Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, &c.

¶Paganus, Qui miles non est. Iuuenal. Satyr. 16,
-citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati. Marcellus in l. Quædam. D. de Pœnis, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant: militi verò grauiorem.

¶Paganus, per translationem, Qui in exercitio aliquo nondum perfectus est. Persius in Prooemio libri sui, -ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Paganus, penult. prod. Adiectiuum {κωμητικός.} vt Fercula pagana. Propert. lib. 4. eleg. 4. & Ouid. 1. Fast. Pagani foci.

Paganicus, pen. corr. Adiectiuum {κωμητικός.} Antoninus in l. 1. De testa. militis, C. Frater tuus miles si te specialiter de bonis quæ in paganico habeat, hæredem fecit: bona quæ in castris reliquit, petere non potes. Differt à castrensi.

Paganica pila, à pagis dicta, hoc est villis, quòd pagani ea vterētur. hæc grossior laxiórq; , & pluma plena, nec ad lusum tā agilis, vt quæ nec tā leuis est, nec iactata facilè resilit. De qua sic Martial. lib. 14, 45. Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila. Quasi dicat, est laxior quā pila trigonalis, & arctior, firmiórque quàm follis. nam follis, tertium pilæ genus est. Vide suo loco. Ex Sipontino.

Paganalia, paganaliorum {κωμητικὰ} Festa rusticorum. Ouid. in Fastis.

PAGYRIS, nomen fluuij & nomen ciuitatis: à qua Pagyritæ populi. Apud Plinium lib. 4. cap. 12, scribitur Pacyris.

Pala, huius palæ {φάλαξ} Instrumentum rusticum. Pala à pagendo, mutata o in a inquit Varro lib. 4. de Ling. Latin. Plautus, Palas vendundas sibi & mergas datas, vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Plin. lib. 18. cap. 6, Iuncosus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus.

¶Pala, Instrumentum quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11, Palæ lignea quatuor.

¶Palæ dicuntur dorsi dextra læuáque eminentia membra.

¶Palæ, minores auri purgatioris massulæ, inquit Strabo libro 3. & vtique non maiores felibra. Plinius lib. 34. cap. 13, Expuitur æris pala quædam. Castigati codices habent palea.

¶Pala {σφενδόνη} annuli pars plana & latior, in qua gemma inseritur. Cic. 3. Offic. Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

¶Pala

¶Pala, arbor de pomorum genere, Arienen pomum (id est ei fructui nomen) ferens: ex quo pomo Indorum sapientes viuunt. De ea arbore, ac Ariene fructu, narrat Plin. lib. 12. cap. 6.

Palacra, quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, maior auri massa est. Plin. lib. 33. cap. 4.

PALAEA, Ciuitas ad radices Olympi montis. Strabo lib. 14.

PALAEBIBLVS {παλαίβιβλος.} Oppidum est in ora Syriæ Libano monti subiectum, non procul ab Adoni fluuio. Plin. lib. 5. cap. 20.

PALAEMON, huius Palæmonis, penul. corr. {παλαίμων} Marinus deus, Latinè Portunus, quòd portubus præsit. Cic. 3. de Nat. deor. Ouid. 6. Fastor. Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet. Vide MELICERTA.

Inous Palæmon. Virg. 5. Æneid.
Naufragus. Stat. 2. Sylu. 1.
Palæmonis vinea. Plin. lib. 14. cap. 4.

Palæmonius, Adiectiuum {παλαιμόνιος.} vt Coronæ Palæmoniæ, Id est Isthmiacæ, quæ in Isthmiis ludis Palæmoni à Theseo dicatis victoribus dabantur. Claud. 8. Paneg. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adsit. Coronæ autem ex pinu erant cōfectæ, vt author est Plinius lib. 15. cap. 10.

Palæmon {παλαίμων} alius fuit Phinæi Arcadiæ regis filius. Alius item Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit ac docuit, principem locum inter Grammaticos tenēs, sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt Marcum Varronem porcum appellaret, secū & natas & morituras literas iactaret: nomen quoque suum in Bucolicis non temerè posituri, sed præsagiente Virgilio fore quandoque omnium poetarum ac poemarum Palæmonem iudicem. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc & plura Tranquillus. Fuit autem ætate Quintiliani: vt ipse testatur libro 1. cap. 4, his verbis, Vt Aristarchus, & ætate nostra Palæmon.

PALAEMYNDVS {παλαίμυνδος} Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiam Myndus diceretur. Plin. lib. 5. cap. 29.

PALAEOPOLIS, Ciuitas vetus, Emporiensium dicta, quam primùm habitasse Massilienses. Strabo libro 3. scribit. Puto eam esse, quam vulgò *Ciutta vecha* appellant Massilienses.

PALAEPAPHVS {παλαίπαφος} Oppidum Cypri insulæ antiquum Veneris Paphiæ templum habens, antea Paphus dicta: verùm postquam Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram eiusdem nominis vrbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. Strabo lib. 14.

Palæphatus, palæphati, pen. corr. {παλαίφατος} Interpretatur prædictus, antiquus, fatidicus. Est etiam viri proprium, qui πρὸ ἐπέων, id est incredibilium volumina scripsit. Fuit hic Parius patria, siue (vt alij tradunt) Prieneus. Vixit Artaxerxis tempore. De hoc plura Cælius lib. 30. cap. 34.

Palæphatius, a, um {παλαιφάτιος.} vt Palæphatia papyrus: Prouerbialiter dicitur de libellis fabulosis, qui non nisi meras fabulas, réque incredibiles continent. Tractum à Palæphato Pario, siue Prieneo, qui πρὸ ἐπέων, hoc est rerum incredibilium multa conscripsit volumina. Virg. in Carmine ad Messalam, Palęphatiam papyrum simpliciter dixit pro libris Palæphati, quum ait,
Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PALAESCAMANDER {παλαιςκάμανδρος} fluuius Troadis, qui effecto prius lacu in Achæorum portum influit. Plin. lib. 5. cap. 30.

PALAESCEPSIS, ciuitas in Æsapi cōualle, quam Rhodius fluuius præterfluit. Strab. lib. 13.

PALAESTINA, pen. prod. {παλαιστίνη} Prouincia Syriæ, Arabiæ conterminа, dicta à Philistiim vrbe metropoli in ea, vt inquit Plin. lib. 5. capite 12. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque ciuitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, & Azotum.

¶Est & altera Palæstina prope Phæaciam, de qua Lucanus lib. 5,
Laxa Palæstinas vndis confixit arenas.

Palæstinus, pen. prod. Adiectiuum {παλαιστίνος.} vt
Aqua Palæstina. Ouid. 2. Fast.
Deæ Palæstinæ. Ouid. 4. Fast.
Gens. Silius lib. 3.
Syrus. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Palæstra, palæstræ {παλαίστρα, παλαισμοσύνη} Luctatio. A πάλαι, iterū, & παίω, ferio. vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est à luctatione: vel ἀπὸ τῶ πάλλεσθαι, id est à motu vrnæ. Nam ducta sorte antiqui luctabantur. Virg. 6. Æneid.
Pars in gramineis exercent membra palæstris. Terent. Eunuch. 3. 2,
-fac periculum in literis,
Fac in palæstra, in musicis. Cic. 1. de Legib. Habuitque vires agrestas atque hortidas, sine litore ac palæstra.
Studio palæstræ ignaua iuuentus. Lucan. lib. 7.
Iura palæstræ. Propert. lib. 3. eleg. 14.
Agrestis. Virg. 2. Georg.
Catenatæ. Stat. 2. Sylu. 1.
Decora. Horat. 1. Carm. ode 10.
Liquida. Claud. 8. Paneg. Id est, quæ fit à peructis oleo liquido.
Nitida. Ouid. epist. 15.
Olympiaca, Lucan. lib. 4. Hoc est, in Elide apud Iouis Olympij tēplum quinto quoque anno fieri solita.
Palatina. Cic. Attic. lib. 2.
Putris, Vide HAPHE.
Vncta. Ouid. epist. 18.

¶Adiuuat histrionem palæstra. Cic. in Orat. Histriones enim mitti solebant ad palæstritas, vt exercitatione palæstræ, membra decentius & corpus mouerent, aptiúsque gestum componerent.
Exercent patrias oleo labente palæstras. Virg. 3. Æneid.
Ludere palæstra. Ouid. epist. 14.
Habet palæstram quandam hic motus. Cic. in Orat.
Palæstram, lenonis domum vocat Terentius Phorm. 3. 1,
Eccum à sua palæstra exit foras. Id est domo lenonis, vbi amator assiduè exercetur, vt ait Donatus.

Palæstræ & olei. Prouerbiali figura res esse palæstræ & olei dicuntur, quæ non ad seriam negotium, sed ad lusum & ostentationem adhibentur, quum in prælio maioribus opus sit viribus. Cic. 1. de Orat. Nitidum quoddam genus est verborum & lætum; sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori. Vide Erasmū in Adag.

¶Palæstra præterea decentiam illam significat, qua ttatus, motus, flexúsque corporis, ac omnes omnino habitus veniūt arte quandam lepore émque præ se ferant: quæ & chironomia dicitur: quam qui nō didicerunt, ij Apalæstri ab antiquis dicti sunt. Cicer. in Orat. Itaque qualis corum motus, quos Apalæstros Græci vocant: talis hortūm mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Quintilianus libro 9. cap. 4, Sicut etiam quos Palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Budæus in Annotationib. prioribus.

Palæstra, *La grace à faire les choses.* Hinc Homo apalæstros, *Qui n'a nulle grace.* Bud.

Palæstra dea, filia Mercurij, de qua sic Lactantius: Quū aliquando, inquit, Mercurius somnum caperet, quidam dormienti retendit insidias, qui conata peregisset, nisi eum filia Palæstra excitasset.

¶Palæstra, metaphoricè pro medio dicendi genere. Cic. in Bruto, Phalereus enim succesſit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis instituras, quàm palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quàm inflammabat. Processerat enim in solem & puluerem. nō vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem tenerámque reddidit: & suauis, sicut fuit, videri maluit, quàm grauis, sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Non tam armis, hoc est, non tam graui & sublimi dicendi genere. Vide Arma, pro sublimi dicendi genere, in ARMA. quàm palæstra, id est, quàm temperato & medio dicendi genere: in quo, inquit Cicero in Oratore, multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit cæteris: cuius oratio cum sedarè placidéque loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, translata verba atque immutata. Hoc verò temperatum genus orationis cum palæstra comparatur, quia in palæstra luctantur quidem & pugnant homines, sed non ita tamē, vt aduersarij magnopere possint offendere, quum sæpe nudi & oleo vncti contendant: vnde poeræ palæstras, nitidas & vnctas vocant. Sic oratores temperati certant illi quidem cum aduersariis, sed non ita vt multū proficiant, quanuis orationem suauitatis plenam, & omnibus ornamentis perpolitam afferant. Sic etiam lib. 1. de Legibus, de Cælio Antiparo loquitur. Habuit vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra. Et lib. 1. de Orat. Nitidum quoddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori. hoc est, ludicræ magis exercitationis, quàm generis huius acrioris quo nos vrimur in concilio & iudicio. Interpretari etiam fortasse possis, palæstra, exercitatione domestica, quæ dictioni forensi opponitur lib. 1. de Orat. præsertim quum palæstræ, vt docet Virtuuius lib. 5. cap. 11. essent etiam loca, vbi disputabant: & Demetrius disputator subtilis lib. 1. de Offic. appellatur.

¶Palæstra, locus in quo disputabant. Virtuu. lib. 5. cap. 11, Nunc mihi videtur (tametsi non sint Italicæ consuetudinis) palæstrarum ædificationes tradere explicatè, & quemadmodum apud Græcos constituantur, monstrare. Constituuntur autē in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reliquíque qui studiis delectantur, sedētes. disputare possint. Cic. lib. 2. de Orat. Porticus hæc ipsa vbi inambulamus, & palęstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commouent. Locum dicit in Crassi Tusculano, vbi iuuentus aut ex eius familia, aut ex alia corpus exercebat. Nam etsi palæstra luctatorum propria videtur, tamen etiam pro gymnasio ponitur, & admittit cursores, pugiles, iaculatores. In gymnasiis & palæstris apud Græcos fuere magistri gymnastæ & palæstrici, qui docerent pueritiam non modò artem gymnicam, sed etiam gestus motúsque membrorum. Eò quoque philosophi & artium professores venire solebant, ac suas artes alij sedentes, alij inambulantes exercere. Hinc gymnasia pro scholis vsurpata sunt. Non igitur ab re hic fit mentio de porticu & palæstra. Non enim solùm fiunt ad corporum exercitationē, sed etiam ad meditationem literarum.

Palæstrita, palæstritæ, pen. prod. {παλαιστὴς} Sodalis palæstræ, vel magister, & qui palæstræ dat operam. Cic. 6. Verr. Ex Heraclij hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Persius Satyr. 4, Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

Palæstricus, pen. corr. Adiect. {παλαιστρικὸς} Quasi ex vsu palæstræ: siue quod ad palæstram pertinet. Plaut. Rud. 8,
Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio
Gymnastico & palæstrico.
Ars palæstrica. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Doctores palæstrici. Quintil. lib. 12. cap. 2.
Motus. Cic. 1. Offic.
Prætor, Qui fuuet palæstritis. Cic. 4. Verr. Nūquam vos Prætorē tam palæstricum vidistis.

¶Palæstrici, dicti sunt qui palæstrā docebant. Ab his enim præceptoribus motus gestúsque formantur: vt recta sint brachia: ne indoctæ rusticæ've manus: ne status indecorus: nequa in proferendis pedibus inscitia: ne caput oculíque ab alia corporis inclinatione diffideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Gallicum vulgus vno verbo *Contimentiæ* hæc omnia significat, *Contenance*. De his intellexit Cic. 1. de Orat. his verbis, Sic sentio: neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus, &c.

Vacare palæstricis. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Palæstricè, Aduerbium {παλαιστρικῶς} More palæstritarum. Cicero de

de Opt.ge.Orat.Sed ita vt palæstricè spatiari in xysto liceat.

Palæstricos, Aduerbium antiquum, Ex vsu palæstræ. Afran. Etiam depelliis mihi manum papæ palæstricos. Sic legit Iunius. Ex Nonio.

PALAETRIVM, oppidum in Macedonia, de quo Plin.lib.4.cap.10.

PALAETYRVS, oppidum in Tyro.Plin.lib.5.cap.19.

Palam, Aduerbium { ἀμφαδόν, ἀμφαδία, ἀμφαδίως, διαῤῥήδην, ἀναφανδόν, ἀπαντικρυς } Manifestè, apertè, in conspectu, in ore atque oculis omnium. Contrarium habet Clám. Terent.Adelph.3.2, A lenone ipsus eripuit palàm. Donatus, CORAM ad certas personas refertur, PALAM ad omnes.

Palàm & interdiu', cui contrarium Clàm & noctu. Cæsar 3.bell. Ciuil.

Luce palám.Virg 9.Æneid.

Luce & palàm comportare aliquid.Cic.in Pison.

Palàm & Clàm, cõtraria.Cic.pro Cælio, Palàm in eam tela iaciuntur, clàm subministrantur.

Palàm & Obscurè, contraria.Cic.4.Acad. Alterum quidem vt videmus palàm, alterum vt suspicamur obscurius.

Palàm & aperté.Plaut.Bacchid.5.

Palàm in ore.Cic.4.Verr. Quæ in foro palàm Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt.

In foro, palàm, multis audientibus recitare, & clarissima voce testari aliquid Cic.pro Cluentio.

Per præstigia, & Palàm, contraria. Cic.6.Verr. Non per præstigia, sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit.

Diuulgare palàm primum tempus ætatis alicuius ad omnes libidines. Cic.Post red.in Senatu, Quis vllam vllius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad omnes libidines diuulgatum?

Palàm est.Terent.Eunuch.1.2, Sin falsum, aut vanum, aut fictum est: continuò palàm est. Id est nihil celo.

Palàm est pisces audire. Plin.lib.10.cap.70. Hoc est certissimũ est, & in confesso.

Palàm & ante oculos omnium esse.Cic.7.Verr.

Palàm facere.Plaut.Asin.14, -me honestius est,

Quàm te palàm hanc rem facere.

Apertè ac palàm facere alìquid, non ex indiis.Cic.in Orat.

Apertè, palámque dicere aliquid.Cic.2.Verr.

Palàm ac liberè frui.Cic 2.de Nat.deor.Itaque bestiæ furtim, vt dixi, fruuntur: domini palàm ac liberé.

Serere palàm rem aliquam.Cic.Att.lib.16.

Palàm mentiri.Plaut.Trucul.4.

Manifesta res palàm indicat.Lucret.lib.1.

Probare aliquid palám.Cic.pro Flacco.

Palàm aduersarius. Cic.3.Verr.Eum qui palàm est aduersarius, facilè cauendo vitare possis.

Palàm beatus.Terent.Phorm.1.3.Hoc est apertè & sine dubio.

¶Palam, cum ablatiuo, pro Corã, præpositio est.Liu.lib.6.ab Vrbe, Inde rem creditori palam populo persoluit.

PALAMEDES, pen.prod. { παλαμήδης } nomen Nauplij, Eubœæ regis filij, qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet θ ξ χ φ. Præterea ordinem acieí, dationem signi, tesseras, hoc est symbolum bellicum, & vigilias inuênit. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Martialis libro 13.75,

Turbabis versus, nec littera tota volabit,

Vnam perdideris si Palamedis auem.

De hoc Philostratus in Heroicis multa. Vlyssis primùm insaniæ simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Vlysses, quin eum apud exercitum proditionis falsò insimulatum damnari atque lapidibus obrui perfecerit: quem postea Græci fleuere & magnopere desyderauerunt. ¶Palamedes Eleates Grãmaticus scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ ac Doricæ linguæ. Suidas.

Belides Palamedes. Virgil.2.Æneid. Belidem vocat, quia à Belo originem duxit, à quo septimo gradu distabat.

PALAMNEI sunt dæmones, ex eorum genere quos approbare ac rata firmáque habere nocumenta Ægyptij protulerunt. Cælius libro 2. cap.11.

Palangæ, dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur. Vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro de vita Pop. Rom.lib.4, Quum Pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quosdam cepisset crudelissimè, pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Nonius.

Palango, gas, palangâre { φαλαγγίζω } Onus aliquod huiusmodi fustibus transtucho. Afranius, Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant.

Palans, Vide Palor, palaris, in PALVS, priore producta.

PALANTES, Claudij libertus ditissimus, de quo Plinius libro 33.cap.10.

PALANTEVM, pen.prod. { παλάντιον } vrbs in Palatino monte, à Palante Euandri proauo. Virg lib.8.Æneid.

Mœnia Palantea. Virg.9 Æneid.

PALANTIA, oppidum Iberiæ, teste Stephan. Vnde & Palantini. ¶Est & nomen fluminis in Valentino litore.

PALANTIVM, vnde Romæ Palatium, oppidum est in Arcadia. Plinius lib.4.cap.6.

Palaria, æ, Ludus pali. Alexand. Alexandrinus Genial.dierum lib.7. cap.20, Ad palum quoque exerceri, aut iaculis & sagittis ferire, nonnunquam fundis & lapidibus disciplinæ militaris erat. Fuit enim palus cubitorum trium, quem tyrones scuto & clauo, velut hostem petere, in eúmque ictus & plagas inferre solebant. In quo id cauebatur in primis ne dum ad palum ictus intendunt, ipsi hostium telis pateant. proinde oportebat eos animo & corpore intentos esse, non magis ad inferendos, quàm ad cauendos declinandósque ictus: cui ludo Palatia nomen est.

Palaris, & hoc Palare. Vide PALVS.

PALAS, vltima longa, siue Pallas, Euandri proauus, à quo Palanteum est dictum.

Palatha { παλαθη } Massa propriè ficorum & caricarum, teste Hesychio.

Palatial, sacrum quod in palatio fiebat, sicut Fagutal in Viminali dies festus erat. Alex.Alexandrinus lib.6.cap.11.

Palatim, Aduerbium, Significat passim vagando. Liuius libro 5.ab Vrbe, Tusculum palatim fugerunt: Id est, sparsim fugerunt, non turmatim.

PALATINA { παλατῖνα } regio Romæ, cuius Arcades duce Euandro, Palantes authores extiterunt.

Palatinus, penul.prod. Adiectiuum { παλατῖνος } vnde Palatinus deus & Palatinus mons dictus est, super quo primò Roma ædificata fuit, & in eo reges primò, deinde Cõsules, pòst Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et Palatini, qui & Palantes sunt, qui cum Euandro venerunt, & Aborigines confederũt in quartæ regionis palatie, Sed hos alij dictos à Palantia Latini vxore putauere.

Euander Palatinus. Virg.9.Æneid.

Apollo. Horat.1 epist.3.

Arces Palatinæ. Horat.in Carm.seculari.

Balneæ Palatinæ. Cic.pro Rosc.Amer.

Collis. Claud.4.Paneg.

Gens. Ouid.14 Metam.

Iugum. Ouid.6.Fast.

Laurus. Ouid.4 Fast.

Palatina palæstra, quæ in Palatio monte exercetur. Cicero ad Articum, libro 2.

Pallatinus tonans. Martialis lib.9.epigr 88,

Aspice Tarpeium, Pallatinúmque tonantem, &c. Duplici ll. scripsit propter versum.

Tribus Palatina, Vide TRIBVS.

Palatina Venus. Plin.lib.36.cap.3.

¶Palatini, præter antiquam significationem, sunt, qui vel palatium domum principis habitant, vel officium palatinum exercent, qui & Comites & Comitatenses posteriore seculo nuncupati sunt. Alcias in l.scriniis.de palar.facr.largit.lib.12.Cod.

Palatio, huius palationis, fœm.g. { παλάτιος, ὑπαθρος } Id fundamenti genus est, quod in aquis, aut in vligineſis, aut congestitiis locis fieri videmus, à palis qui in terram depanguntur, dictum vocabulum. Virtruu. lib.2, de alno loquens, Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immmortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structuræ. Palatio, quæ vulgò *pilotum* dicitur, fistucatio etiam appellatur à fistuca machina vulgo nota, qua etiam pauitores vtuntur vtrinque ansata. Hac enim pali magna vi in terram adiguntur. Budæus.

PALATIVM, huius Palatij { παλάτιον } Mons Romæ appellatus est, quòd ibi pecus pascens balare consueuerit, inquit Festus. sic enim vox eius animalis exprimitur, quasi balatium. Vnde Næuius balatium appellat. Vel à palo, palas, quòd ibi palare, id est errare pecudes soleat, vt ait Festus. Seu quòd Palantes Arcades cum Euandro ibi confederunt. nam ante Romam cõditam possessum atque habitatum fuit. Alij à Palantia Latini matre, quę ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alij à Palante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta. Vel certè à Palante eius filio ibi sepulto. Alij à Pale pastorali dea nomen ĩditum autumant.

Alta Palatia. Ouid.1.Trist.eleg.1.

Nemorosa. Ouid.1.de Arte.

Phœbea. Lucan.lib.3.

Romana. Virg.1.Georg.

¶Palatium, dicitur etiam domus imperatoria, superba, ampláque, à Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Plinium, à Palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus author Græcus refert, à Palatino monte. Sueton.de Claris grammat. Quare ab Augusto quoque neporibus eius præceptor electus, transiit in palatium cum tota schola.

¶Palatium primam indifferentem habet. Ouid.1.de Arte,

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martialis lib.1.66,

Inde sacro veneranda petes palatia cliuo.

Palatual, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro de Ling.Lat.lib.6.

PALATVALIS, Flamen, qui constitutus erat ad sacrificandum ei deę in cuius tutela erat palatium. Festus.

Palatum, huius palati, penultima producta { ἐφυπόστος, ὑπαθρος } Pars oris interna & superior. Plinius libro 11.capite 37, Intellectus saporum est cæteris in prima lingua: homini & in palato. Horatius 2.epistol 2.

Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur:

Poscentes vario multum diuersa palato.

¶Palatum cæli, per translationem. Cic.2.de Nat.deor.

Caulæ palati. Lucret.lib.4.

¶Annosum. Horat.2.Serm.satyr.3,

Quid quum balba feris annoso verba palato? Id est Per delicias balbutire affectas senex, & puerilia imitaris?

Carnosum, Vide CARO.

Docta & erudita palata fastidiunt fluuialem lupum. Colum.lib.8. cap.16.id est, quæ didicerunt de saporibus rectè iudicare.

Resciſſum. Lucan.lib.4.

Subtile. Horat.2.Serm.satyr.8.

Torpens. Iuuenal.satyr.10. Id est hebes. Vide Iners stomachus, in STOMACHVS.

Veneniferum. Ouid.3.Metam.

Vuens

Vuens. Silius lib.7.

¶Lingua deest palato. Ouid.epist.21.

Sapor exacuit palatum. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.

Excitare palatum. Quintil.lib.6.cap.3.

Exsurdant palatum vina feruida, Hebetant, & surdum faci nt ita vt saporem non sentiat. Horat.2.Serm.satyr.8.

Gustare aliquid palato. Ouid.4.Fast.

Instituere palatum. Quintil.lib.1.cap.2.

Obserare. Catull.in Camerinum, epigr.51.

Gallina dura malum respõnat palato, Reluctatur, Resistit. Horat. 2.Serm.satyr. 4.

Ignauo stupuerunt verba palato. Ouid.2.Amor.eleg.6.

Vdo palato nigra subest lingua. Virg.3.Georg.

Tenero supplantat verba palato, Supprimit, semifracta non aperta voce enuntians. Perſ.satyr.1.

Tergere palarum gallina. Horat. 2.Serm.satyr.2.

Sicco torrer siris ora palato. Propert.lib.4.eleg.10.

¶Palatus, etiam masc.genere legitur. Cic.lib.2.de Finib. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

Palatus, Participium, à Palor, palaris, Vide PALVS, pali.

Palea. palex { ἄχυρον } est iumentorum pabulum. A palàm seu pabulo dicitur. nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Quo sanè vocabulo non propriè culmi, sed follicula ipsa granorum comprehenduntur. Varro de Re rust.lib.1.cap.50, Contrà, quod cum spica stramentum hæret, corbibus in aream defertur: vbi discedit in aperto loco palàm, à quo nominata potest esse palea. Cic.4.de Fin. Vt enim, inquit, gubernator quę peccat, si paleam nauem euertit, & si auri, &c.

Culmi pinguis paleæ. Virg.1.Georg.

Inanes iactantur. Virg.3.Georg.

Horna. Horat.2.Serm.satyr.6.

Leues volitant. Virg.1.Georg.

Palea, Cartilago dessua à collo galli gallinacei. Varr.de Re rust.libro 3.cap.9. Gallos salaces, qui animaduertunt si sunt lacertosi, rubẽti crista, rostro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, femnib. pilosis, &c. Colum.lib.8. cap.2, de gallinaceis, Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent.

¶Paleæ æris, pro Ramento & excremento. Plinius libro 34.cap.13.

¶Auri nauem euertat gubernator, an paleæ: in re aliquantulum, in gubernatoris iaſcitia nihil interest. Cic.in Parad.

Cani das paleas, asino ossa. Prouerbij speciẽ habet, quum res posterè dictribuũtur: veluti siquis indocto munus mittat literarium, erudito fiosculos, aut gladium, militi librum, & cætera id genus. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quòd apta non sunt. Erasm.

Asinus in paleas. Aliud adagium, dici solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fuerit forte aliquis quo vel præcipuè gaudeat. De hoc plura Erasm.

Paleatus, penult.prod. Adiectiuum { ἀχυρώδης } Quod factum est ex paleis, vel paleis opertum, aut admistum. Colum.de Arboribus, cap.8, Quicquid inseruerit viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito, operitóque plagam, & ita alligato, ne aqua ventúsve penetrare possit. Idem lib.12, cap.21, Vreeus oblinitur luto paleato.

Palearium, palearij { ἀχυρεὼν } locus vbi conditur palea. Colum.lib.1.capite 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, palearíaque, & apotheca, & horrea.

¶Palea, in iure Pontificio, Canonem veterem significat: scribendũ verò est palæa.

Palear, palearis, penultima producta, neutri generis { περόνη } pellis dependens ex gutture boum dicta quasi pellearia. Columella lib.6.cap. 1, de boum forma, Ceruice longa & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis, &c. Seneca Hippol.10, Musco tenaci pectus ac palear viret.

Pendula. Ouid.7.Metam.

A mento palearia pendent. Virg.3.Georg.

Pale, Græca est dictio, nobis luctam significans: λοιδ τῦ πάλλεδαι τὸ σάλλε, hoc est ab agitatione corporis: vnde Palæstra dicta est.

PALENSES Homero, Dulichij, Androni Cephallenij, populi sunt in Asia. Strab.lib.10.

PALES { βουκολικὴ θεὰς } Pastorum dea, vel pabuli. Hanc quidam Vestã, alij mattem deũm vocant. Hanc Virgilius genere fœminino vocat. Alij inter quos Varro, masculino genere, vt hic Pales.

Pales, Dea pastorũ mutatione elementi à pariendo nomen habet, quasi pares sit. Argumento est, quòd eius feriæ, natalis scilicet vrbis, Parilia & Palilia dicebantur. Sed & Calpurnius attributione mutationem demonstrat, scribens,

Aut fœcunda Pales, aut pastoralis Apollo. Alij tamen in alia sunt sententia. Turneb.

Domina pastorum Pales. Ouid.4.Fast.

Magna. Virg.3.Georg.

Sacra. Ouid.4.Fast.

Syluicola. Ouid.4.Fast.

Veneranda. Virg.3.Georg.

Palilia, Paliliorum, pluralis numeri, neutri generis, vel Parilia { παλίλια } Palis deæ festa (l in r mutata) dicuntur. Hæc à pastoribus in agris fiebant vndecimo Calend. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos, morbósque à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Quidam à partu Iliæ ducere malunt Parilia. Festus Charisius lib.1. Tibullus libro 2.eleg.6. Propertius libro 4.eleg.1,

Annuáque accensi celebrare Palilia fœno. Perſ.sat.1,

Et focus, & porci, & fumosa Palilia fœno. Ouid.6.Fastorum,

Dena quater memorant habuisse Palilia, Romam

Quum flammæ custos æde recepta dea est. Id est annos XL. Vide PARILIA.

PALESIMVNDVM, Nomen oppidi, & prope labentis fluminis in Tabrobane insula. Plin.lib.6.cap.22.

PALESCAMANDER, siue Palæscamander, cum diphthongo in secũda, fluuius in Troade in Propontidem influens.

PALEVRIVS Sura, Orator & Causidicus fuit: Martialis & Luciani amicus: sed ob suspicionem, quòd cum Vitellianis sensisset, Senatu à Domitiano fuit amotus.

PALIBOTRA, Oppidum ad Gangem situm. Plinius lib.6. cap.17. & 19, Omnium in India propè, non modò in hoc tractu, potentiam claritatémque antecedunt Prasij, amplissima vrbe ditissimáque Palibrota. Vnde quidam ipsam gentem Palibrotos vocant, imo verò tractum vniuersum à Gange. Vide Strab.lib.15.

PALIBROTI, Reges Indorum à magnanimo Palibroto cognominati multo tempore fuerunt: sicut olim apud Ægyptios Pharaones: apud Romanos, à Scipione (vt rectè docet Plinius) quòd primus exectus fuerit, Cæsares, ab Augusto Octauio, Augusti, à Vespasiano Flauij, ab Antonino Pij. Alex. Alex.lib.1.cap.2.

PALICENVS, pen.prod. { παλικηνὸς } vt ait Stephanus, fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres sit. In eum mittitur tabella à iuratis: quæ, si verum dixere, fluitat: si falsum, mergitur.

PALICI, pen.prod. { παλῖκοι } quasi Palisci, Gemini fratres fuere, Iouis filij, & Thaliæ Nymphæ, siue (vt alij volunt) Ætnæ. Tradunt enim hanc Nymphã à Ioue in Sicilia iuxta Simethum fluuium, non longè à Catina vrbe compressam, metu Iunonis opraſſe vt sibi terra dehisceret, & ita factum esse. sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo illa gestauerat, aduenisset, rursus terram hiasse, dúósque infantes de aluo Nymphæ progressos emersisse, appellatósque fuisse Palicos: vel quòd πάλιν, id est rursus hiasse terra emersissent: vel διὰ τὸ πάλιν ὕδωρ, quoniam prius in terram messi, denuò inde reuersi sunt. Nec longè inde breues lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant, & nomine Dellos appellant, fratrésque eos Palicorum existimant, & habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam quum rei negatæ fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, vterque ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiussore ab eo qui iuraturus est, de soluendo eo quod petitur, si ita euentus addixerit: deinde loci numine inuocato iurabat. quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus: si verò malè iuratum esset, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Magna præterea in veneratione erat Palicorum templum, quod quum Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responso admoniti Siculi, certum sacrificium fecerunt, post quòd statim reuersa est vbertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congesserunt in ara Palicorum, quæ ob id pinguis vocitata est. Virgilius 9. Æneidos,

-pinguis vbi & placabilis ara Palici. Hæc ex Macrobio lib. 5.Saturn.cap.19.

Palilitium, Sidus ex septem constans stellis, quas Latini Suculas appellant, ὑάδες. Palilitium appellatum, quòd quum natura sit pluuium sidus, obseruatum tamen fuerit, quod vndecimo Kal.Maij (quo die Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adduceret. Plinius libro 18.cap.26.

Palillogia { παλιλλογία } iterata locutio: hoc est dictionis alicuius maioris vehementiæ causa, repetitio. Quid autem differat ab Epanalepsi, Epanaphora & Anadiplosi, vide Rufinianum & Aquilam Romanum.

Palimbacchius { παλιμβάκχειος } Genus pedis & mensuræ in carmine vel oratione, constans prima & secunda longis, & vltima breui: vt Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

Palimpissa { παλίμπισσα } Pix liquida iterum decocta. Plinius libro 24.cap.7, de pice, Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam.

Palimpsestus, huius palimpsesti { παλίμψηστος } Membrana iterum abrasa. Cicero ad Trebatium, lib.7.18, Nam quòd in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc scribere. Sensus est: Quòd in palimpsesto, id est in charta in qua prius fuit scriptum aliquid, scripsisti, deletis prioribus verbis, laudo, propterea quòd videam te chartæ parcere. Quidam hoc loco legunt palinxestum. Iuris consulti delectitiam chartam vocant. nam abrasis prioribus literis, rescribitur. Vlpianus in l.Chartæ. D. De bonorum posses. secundum tab. Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam.

Palimpsestus, est à πάλιν iterum, & ψάω rado. palinxestus à πάλιν & ξέω, eadem significatione. Catull. ad Varum, epigr.19,

Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura

Perscripta, nec sic, vt sit in palinxesto, &c.

Palingenesia { παλιγγενεσία } Regeneratio: alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egressas in alia atque alia corpora transmigrare, non solùm hominum: verùm etiam brutorum, atque ita nos identidem alios, atque alios renasci.

Palinodia, huius palinodiæ { παλινῳδία } Contrarius cantus.

Palinodia, Recantatio vel retractatio dicitur. Vnde Palinodiá canere, est diuersum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atque in contrariũ vertere sententiam. Cicero ad Articum, libro 2.2.4, Si verò quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cælo sum: vt sciat hic noster Ierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit, quarum expecta diuinam palinodiam. Ex Erasmo.

Palinthum. Danai regis sepulchrum, locatum in Argiuo foro medio. Strab.lib.8.

PALINVRVS, penult. prod. { παλίνουρος } Promontorium est in Lucania: & portus prope oppidum Veliam. dictus à Palinuro Lasi filio gubernatoréque classis Æneæ ibi sepulto, qui per somnum in mare de naue ceciderat. Virg.5.Æneidos.

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Dicitur autem Palinurus, id est bis meiens: πάλιν enim iterum, οὖρος vrina. Martialis lib.3.36,

Mirixti currente semel Pauline carina.

Meiere vis iterum: iam Palinurus eris. Id est vocaberis Bis meiẽs.

Iasides Palinurus. Virg. 5. Æneid.
Gubernator. Virg. 5. Æneid.

Palinxestus, Vide PALIMPSESTVS.

Paliurus, huius paliuri, pen prod. masc. gen. { παλίουρος } Spinæ & rubi genus est, inquit Plinius lib. 24. cap. 13. Virgilius 5. ecloga,
Carduus & spinis surgit paliurus acutis. Paliuri meminit Theophrastus lib 3. cap. 17. Hinc apparet Seruij lapsus, qui in carmē illud Virgilianum suprà citatum sic ait, Paliurus, herba est asperrima & spinosa.

Paliurus, ri, ro, herbæ nomen apud Galenum, libro 8. cap. 33, De simplic. med. facultat. Paliuri (inquit ille) folia & radix adeò non obscuram habent adstringendi facultatem, vt & ventrem fluentem cohibeant, &c.

PALLA, Ciuitas est, Ptolemæo teste, à latere Meridionali Corsicæ.

Palla, huius pallæ { ἱμάτιον γυναικεῖον } Honestæ mulieris vestimentum, hoc est tunicæ pallium: authore Nonio, dicta quòd palàm & foris est, inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. ad vestigia vsque demissa. Virg. 11. Æneidos,
-pro longæ tegmine pallæ
Tigridis eximiæ per dorsum à vertice pendent. Idem, 1. Æneidos,
-pallam signis auróque rigentem.
In Gallia tamen viri quoque palla vtebantur. Cic. 3. Philip. Nempe ille qui cum palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat. Bayfius, Palla Gallica ad formam nostri pallei aut manicati videtur accessisse, si Martiali credimus, lib. 1. 88,
Dumidiásque nates Gallica palla regit. Strabo libro 5, Tunicarum, inquit, vice pallas manicatas gestāt. ad verenda vsque, natésque medias pertingentes. Quæ verba, Martialis versum videntur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta mulierum erat, vt quidam opinantur. Martialis, Fascia te, tunicæque tegunt, obscuráque palla. Vrebantur & cicharoeli. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,
Vertit humum Tyrio saturata murice palla.
Et ragœdi. Idem Ouidius 3. Amor. eleg. 1,
Fronte comæ torua, palla iacebat humo.
Aurea palla. Ouid 1. Amor. eleg. 8.
Fulgens. Claud. 2. de rapt. Proserp.
Horrida. Stat. 1. Thebaid.
Splendida multo croco. Ouid. epist. 20.
Superba. Ouid. 3. Amor. eleg. 12.
Tenuis Tyrio stamine. Senec. Hippol. 3.
¶Cingat tunicas palla solutas. Senec. Troade, 2. 5.
Circundata palla plurima. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Alba imos ferit pedes. Valer. 1. Argon.
Lutea fusa ad teneros pedes. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Nitentem induta. Ouid. 14. Metam.
Palla cruenta succincta Tisiphone. Virg. 6. Æneid.
Nigra succinctam vadere palla. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
Trahere pallam. Ouid epist. 20. Propter lōgum à tergo dependēs syrma.
Pulueream pallam trahere. Ouid. 6. Metam.

Pallula, huius pallulæ, penult. corr. Diminutiuum. Plaut. Trucul. 3,
Aut petit aurum quòd conscissa pallula est.

Pallacana, cæpæ genus, nullo ferè capite, radice tantùm oblonga, quod subinde resecatur, vt porrum. Plin. lib. 19 cap. 6. Apud nos prima duo cæparum genera, vnum condimentarium, quod illi Getyon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

Pallace, pallaces, siue Pallaca, pallace, pen. prod. { παλλακή } Græcum est, & significat concubinam. Suetonius in Vesp. cap. 21, Post decisa quæcunque obuenissent negotia, gestationi, & inde quieti vacabat, accumbente aliqua pallacarū, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.

PALLADES, virgines erant Thebanæ, quæ pellicum more, cum quibus voluerant, coibant, vsque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationem viro dabantur: sed priusquam nuberent, post pellicatus tempus, vt mortuæ lugebantur Strab. lib. 17.

PALLADIVS { παλλάδιος } nomen viri propriū, qui de agricultura scripsit. Est & Adiectiuum, Vide PALLAS.

PALLANTIAS { παλλαντιάς } Palus est in Africa, nō procul ab Aris Philenorum ad Tritonem amnem, quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus: circa hanc paludem Palladem primùm apparuisse ferunt, vnde ex ea natam nonnulli putauerunt. Plinius lib. 5. capite 4.

PALLANTIA { παλλαντία } vrbs Hispaniæ Tarraconensis, vt ait Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Vaccęorum colonia, à qua Pallantini dicti: vt à Numantia, Numantini. Nunc *Palentia* dicitur.

PALLANTINI, populi in Hispania citeriore. Plin. lib. 3. cap. 3.

PALLAS, Pallantis, Claudij libertus, cuius tanta fuit proreruia, vt non modò nulli ministrorum salutem impertiuerit, sed ne vocē quidem cum familiari communicarit. Alexander Alexandrinus libro 2. capite 19.

PALLAS, Pallantis { πάλλας } nomen filij Euandri, & nomen gigantis. Virgil. lib. 10. Æneid. Strabo libro 9, alium Pandionis filium eodem nomine recenser.

PALLAS { παλλάς } vltima breui, Palladis, penult. corr. Iouis filia sine matre. Nam quum Iupiter Iunonem vxorem videret non ferentem filios, percusso sibi capite Palladem armatam edidit: dicente Lucano libro 9,
Hanc & Pallas amat, patrio quæ vertice nata est. Et Ouid. lib. 3. Fast.
Dicta est auctē Pallas quòd Pallantem gigantem interfecerit, quum prius Tritonia vocaretur à Tritone palude, vbi primùm visa est. Vel à πάλλω vibro, quatio: eo quòd hastam vibrare consueuerit docuerítque. Hanc Cicero lib. 3. de Nat. deor. belli inuentricem & principem esse dixit. Proinde à nonnullis Bellona vocata fuit, soror scilicet & auriga Martis, dicente Statio, -regit atra iugales

Sanguinea Bellona manu, longáque fatigat
Cuspide. Quin & virgo fingitur, & innupta, vt Virg. 2. Æneidos,
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Minerua autem dicta, quòd vim minetur, vel quòd neruos minuat ob studiorum laborem. Vide suo loco. Palladis templum apud Milesios admirandum fuit, vt scribit Herodotus lib. 1.
Nata Tonantis inclyta Pallas. Senec. Agamemn. 5.
Rami Palladis, Oliuarum rami. Virg. 7. Æneid.
Armisonæ Palladis sancta numina. Virg 3. Æneid.
Alma Pallas Tritonis. Lucret. lib. 6.
Armata. Senec. Agamem. 6.
Armisona. Valer. 1. Argon.
Bellica. Ouid. 5. Metam.
Belligera. Senec. Herc. fur. 11.
Doctissima. Cic. in Arato.
Innuba, Valer. 1. Argon.
Seuera. Stat. 1. Sylu 6.
Tetrica. Claud. 2. Paneg.
Tritonia. Virg 5. Æneid.
Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas, Minerua. Cic. Antequā iret in exilium.
Pingui Pallade tingere membra, Vngere oliuo. Ouid. epist. 18.
¶Pallas, etiam nomen paludis est in Africa.

Palladius, Possessiuum { παλλάδιος } Quod est Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis. Ouid. epist. 16, Nec te Palladios, nec te Iunonis honores, &c. Idem 1. de Arte,
Et tu Palladiæ petitur cui fama coronæ. Id est qui contendis ad titulos magnæ eruditionis.
Aceo Palladiæ, Athenæ Ouid. 7. Metam.
Ars Palladia. Propert. lib. 3. eleg. 9.
Latices Palladij, Oliuum. Ouid. 8. Metam.
Puppis Palladia, Argō. Valer. 8. Argon.

Palladium { παλλάδιον } fuit in vrbe Troiana antiquissimum Palladis simulacrum, è ligno compactum, mouens oculos, atque hastam quam manu gestabat, vt scribit Seruius. Nam quum apud Troiam in honorem Palladis arx, & in eius summo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum cooperta ædemóque ab Apolline reddium est oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, si id simulacrum extra mœnia portaretur. Quod Ouidius in 5 Fast. est elegantissimè prosequutus. Quo factum est, vt tempore belli Troiani Diomedes & Vlysses cuniculis, vel vt alij dicunt, cloacis ascenderint in aream, & occisis custodibus simulacrum sustulerint. idco autem id negotium his potissimum datur, quia cultores fuerunt Mineruæ. Seruius apud Virg. 2. Æneid. Omnis spes Danaū, &c. Huius meminit Herodianus in primo. Cic. pro Milone, Exhibe quæso Sexte Clodi librarium illud legum vestratum, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbáque nocturna tanquam Palladium sustulisse.
Cœleste Palladium. Silius lib. 13.
Furta Palladij. Virg. 9. Æneid.

PALLENE, pen. prod. { παλλήνη } regio est in litoribus Macedoniæ iuxta Strymonem, vt ostendit Herodotus lib. 7. in qua ciuitas est Poridæa. Est & vrbs eiusdem nominis in Achaia. Virg. lib. 4. Georgicorum,
Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit Pallenem
Alta Pallene. Senec. Herc. fur. 17.
Hyperborea, Ouid. 15. Metam.

Pallenæus, Adiectiuum { παλληνικός } vt
Triumphi Pallenæi. Stat. 4. Sylu. 2.

PALLENENSIS Isthmus, Macedoniæ regio, in qua est Cassandria colonia. Plin. lib. 4. cap. 10.

Palleo, Vide PALLOR.

Pallium, pallij { ἱμάτιον, τρίβωνον } Dictum est quòd palàm sit & foris. Sub eo enim tunica sumebatur, longè latéque diffusum, & viris, mulieribúsque conueniens Propriè autem Græcus habitus. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ sunt secundum ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum. Authores Donatus & Diomedes. Tranquillus in Augusto, Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula, togas insuper, & pallia distribuit, lege proposita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur.
Pallium quoque erat philosophorum. Gell. lib. 9, Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video.
Pallia, inter communia vestimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiscua appellat Tacitus lib. 3, Promiscuas viris & fœminis vestes.
Palliis etiamnum in lecto vtebantur. Ouid. 1. Amor. eleg. 2,
-nec in lecto pallia nostra sedent. Hactenus Bayfius.
De toga ad pallium. Tertull. in lib. De pallio, Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium. Prouerbij speciem habet, cuius duplex erit vsus: vel quum ad diuersum vitæ genus sese contulerit aliquis: vel quum à fortuna honestiore ad humiliorem, velut siquis ex aulico fiat monachus, aut è præfecto prædagogus, è consule rhetor.
Tunica & pallium. Cic. 6. Verr.
Miserum pallium, Vide MISER.
Onerosa. Iuuenal. satyr. 6.
Purpureum. Cic 7. Verr.
Serica. Stat. 3. Sylu. 4.
¶Amictus pallio. Cic. 3. de Orat.
Attollere pallium, Vide ATTOLLO.
Colligere, In COLLIGO.
Conficere. Cic. 3. de Orat.
Demissa terræ. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Iactare. Iuuenal. satyr. 6.
Inijcere alicui. Vide INIICIO.
Laneum pallium iniecit Ioui Dionysius, aureum amiculum detraxit. Cic. 3. de Nat. deor.
Sumere pallium. Cic. pro Rab. Posth.
Tegere corpus pallio. Cic. 2. de Diuin.

¶Tunica

¶Tunica pallio propior. Plaut. Trinum. 17. Allegoria prouerbialis, qua significatur, ex amicis nos aliis magis esse deuinctos: neque parem omnium habendam esse rationem. Ex Erasmo.

Palliolum, pen. corr. Diminutiuum { ἱμάτιον } Laneum erat ad caput regendum, vt ait Sipontinus. Cic. 3. Tusc. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Ex Cæcilio. Plin. lib. 16. cap. 8, Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci tenui similitudine pallioli.

Palliolatim, pen. prod. Aduerbium { παλλιολατί. } Plaut. Pseudolo, 22,
-sed palliolatim amictus
Sic incessi ludibundus. Id est pallio indutus.

Palliolatus, penult. prod. { παλλιολατός } Pallio indutus. Suet. de Claudio, cap. 2, Palliolatus nouo modo præsedit. Martial lib. 9. 34, Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Palliatus, pen. prod. A diectiuum { παλλιατικός. } Idem. Cic. pro Rabirio Posth. Itaque obiicias licet quàm voles sæpe palliatum fuisse.
Iudex modò palliatus, modò togatus. Cic. 5. Philipp.

Palliare { παλλιάτιν } vsurpanit Apuleius, pro Tegere & Celare: Nec palliari, inquit, tam aperta res potest.

Palliastrum { παλλιάστρον } Rude ac vile pallium. Apul. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: fedebat scissili palliastro semimictus.

Pallor, palloris, m. g. { ὠχρὸς, ὠχρότης } quasi pellis liuor. Plin. lib. 14. cap. 22, Hinc pallor, & genæ pendulæ.
Simillimus buxo pallor. Ouid. 11. Metam.
Pallor anni continuus. Plin. lib. 2. cap. 30.
Pallor & inuidia. Plin. lib. 28. cap. 9.
Pallor & tremor. Cic. 4. Tusc. Ex quo fit vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur.
Albus. Horat. Epod. 7.
Exanimis. Stat. 12. Thebaid.
Gelidus. Stat. 1. Achil.
Luridus Ouid. 4. Metam.
Luteus. Horat. Epod. 10.
Tacitus. Ouid. 6. Fast.
¶Pallorem capere vasa dicuntur. Colum. lib. 12. cap. 50.
Figit gelidus pallor Nereida. Stat. 1. Achil.
Fugat ruborem pallor. Senec. Medea, 11. 3.
Inficit ora. Horat. Epod. 7.
Notare aliquem pallore. Lucan. lib. 8.
Obit ora pallor. Ouid. 11. Metam.
Occupat ora. Virg. 4. Æneid.
Tinctus viola pallor amantium. Horat. 3. Carm. ode 10.
¶Pallores. Lucret. lib. 4,
Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Pallidus, pen. corr. Adiectiuum { ὠχρὸς, ὠχρός. } vt Pallidus color. Plin. lib. 10. cap. 33.
Aconita pallida, Vide ACONITVM.
Aurora. Virg. 1. Georg.
Corpora. Ouid. 2. de Arte.
Pallido cortice arbor. Plin. lib. 12. cap. 7.
Pallidum piper. Plin. lib. 12. cap. 7.
Folium. Senec. Hippol. 6.
Frigora. Stat. 5. Sylu. 1.
Membra pallidiora noua cera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.
Mulier. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Orbis Phœbi pallidus. Ouid. 1. de Remed. amor.
Regio pallida, Infernum. Claud. 2. de rapt Proserp.
Statua inaurata pallidior. Catul. ad Iuuencium, epig. 76.
Ora buxo pallidiora gerere. Ouid. 4. Metam.
Semel rubidus, decies pallidus. Parœmia est, quam Suidas admonet dici de iis qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere dum petunt mutuum, pallescere dum soluendo non sunt, & metuunt ne trahantur in ius aut in neruum.

Pallidulus, penult. corr. Adiectiuum diminutiuum { ὠχρόχρους. } Catul. ad Ortalum, epig. 60, Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Palleo, palles, pallui { ὠχριάω } pallēre, Pallidum esse. Cic. 2. Philip. Non dissimulat, p. c. apparet esse commotum: sudat, pallet.
Palleat omnis amans. Ouid. 1. de Arte.
Dies pallet. Lucan. lib. 7.
Genæ pallent languido cāndore. Senec. Hippol. 6.
Labra palluerant. Propert. lib. 4. eleg. 9.
Ora palluerat. Tibul. lib. 3. eleg 5.
Saxum palluit auro. Ouid. 11. Metam.
Seges pallet. Ouid. 1. Fast.
Venæ pallent amisso sanguine. Ouid. 2. Metam.
¶Quoniam pallet, necesse est ægrotasse. Ad Herennium, lib. 2.
Amore argenti pallere. Horat. 2. Sērm. saty 3.
Colore exangui. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Metu pallens. Ouid. 9. Metam.
Timore. Ouid. 2. Fast.
¶Pallere, cum accusatiuo. Propert. lib. 1. elegia 14,
Quis te cogebat multos pallere colores?
Pallere Eupolidem. Persius, Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles. Audacter dictum est, vt si diceres pallere pallorem, quod significat, qui palles, quòd tam impensè illis poetis operam impenderis, vt decolorem contraxeris in sano labore vultum: vel, pallorem studio & assiduitate legendi Eupolidis comœdias contractum palles. Sed ius suum poetæ tenent, vt licenter multa loquantur. Meminit Turnebus.
Viride pallens. Plin. lib. 37. cap. 8.
¶Pallere, pro Timere. Horat. 3. Carm. ode 27,
Beluis Pontum, medháque fraudes Palluit audax.

Pallens, Nomen ex participio { ὠχριῶν. } vt Animæ pallentes. Virg. 4. Æneid.
Brachia. Ouid. 7. Metam.
Collum. Ouid. 10. Metam.
Pallentes curæ, Quæ reddunt hominem pallidum. Martial. lib. 11. 7.
Hedera. Virg eclog 3.
Herbæ. Ouid. 2. Fast.
Imago. Ouid. epist. 19.
Membra Ouid. epist. 11.
Morbi. Virg. 6. Æneid.
Ora. Virg. 1. Æneid.
Oscula. Valer. 4. Argon.
Puellæ terrore. Ouid. 3. de Arte.
Regna. Silius lib. 13.
Simulacra. Lucret. lib. 1.
Pallentia sulphurata. Martial lib. 1. 125.
Taurus pallens multa ferrugine. Valer. 1. Argon.
Violæ. Virg. eclog. 2.
Vultus. Senec. Troad. 4.

Pallesco, pallescis { ὠχριάω } pallēscere, Pallidum fieri. Plin. lib. 19. cap. 10, Et ocimum sub Canis ortu pallescit.
Curis pallescere. Propert. lib 1. eleg. 12.
Flamma pallescit. Valer 7. Argon.
Frondes pallescunt. Ouid. 3. de Arte.
Stellæ pallescunt subitò. Claud. in Gigantomachia.

Palma, palmæ { θέναρ } Planum illud & ex parte concauum manus, quod in digitos definens decorè patet: vt ait Sipōtinus. Cic. in Orat. Quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Dextra palma. Cic. in Arato,
Hæc dextram Cephei dextro pede pellere palmam
Gestit, &c.
Teneræ palmæ. Virg. 2. Æneid.
Sceptiferæ. Silius lib. 17.
Tremulis amplecti aliquid. Ouid. 5. Metam.
¶Arcent vincula teneras. Virg. 2. Æneid.
Plana faciem contundere. Iuuen. Saty. 13.
Conuertere ad palmam annuli palam. Cic. 3. Offic. Ibi quum palam huius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur quem in locum annulum inuerterat.
Euinctis attollit brachia palmis. Virg. 5. Æneid.
Extendere palmas. Silius lib. 17.
Exuræ vinclis palmæ. Virg. 2. Æneid.
Ferire pectora palmis. Senec. Troade, 1.
Duabus palmis hausta aqua. Ouid. 2. Fast.
Astrictis laxantur vincula. Lucan lib. 2.
Pandere palmas. Lucret. lib. 5.
Indignis percussit pectora. Ouid. 10. Metam.
Marmoreis percussit pectora, Candidis. Ouid. 3. Metam.
Adductis sonuerunt pectora. Ouid. epist. 10.
Cauis palmis vndam sustulit de flumine. Virg. 8. Æneid.
Sustulit palmas ad sydera. Virg. 2. Æneid.
Inualidas tendere alicui. Virg. 4. Georg.
Ambas tendere. Virg. 10. Æneid.
Duplices tendens ad sydera. Virg. 1. Æneid.
Pias tendens ad sydera. Valer. 1. Argon.
Vtrasque tendere. Virg. 5. Æneid.
Tollens madidas ad sydera. Stat. 10. Thebaid.
Trementes tendere. Claud. 3. de rapt. Proserp.
Vincire palmas catena. Silius lib. 17.
Passis palmis vocat numina. Virg. 3. Æneid.
Ignem palma. Prouerbium, dici solitum siquando protinus aliquid esset intellectum à quopiam: vt si ecommate dicto statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptum videtur ab iis qui per lusum ignem admouent manibus alterius, qui subito sensu excitati, resilire solent, risúmque mouere spectantibus.
¶Palma, Latior remi pars, & ipse remus. Catul. Argon. epigram. 59, Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.
¶Palma { φοίνιξ } ab huius similitudine, arbor quoque illa nobilis, quam phœnicem vocant Græci, dicta quòd comam in cacumine habeat circunextensam, & ramos in digitorum modum protensos. Non cedit ponderi, sed surgit aduersus pondus. Ideò victoribus traditur præmio, quòd non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Vide Gellium lib. 3. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 42, Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur.
Arbusto palmarum dives Idume. Lucan. lib. 3.
Agrestium palmarum multitudo in Sicilia. Cic. 7. Verr.
Arduæ palmæ nascitur. Virg. 2. Georg.
Procera & tenera. Cic. 1. de Legib. Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem.
Viridis. Ouid. 2. de Arte.
Vmbrosa. Iuuen. Saty. 15.
¶Palma, Fructus qui palmula dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4, Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt.
Rugosæ. Ouid. 8. Meram.
¶Palma, Signū victoriæ, & victoria ipsa. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenij eiusmodi lignum est, vt virgentibus, opprimentibúsque non cedat.
Palma, Causam certaminis aliquando significat, authore Donato. Terent. in Prolog. Phorm. -in medio omnibus
Palmam esse portam, qui artem tractant musicam.
Ingens palmæ contentio. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Gloria palmæ, Victoriæ. Virgil. 3. Georg.
Dubia. Iuuenal. Saty. 11.

Lemniscara, Vide LEMNISCI.

Nobilis. Horat. 1. Carm. ode 1.
Stolidæ cupido palmæ. Ouid. 6. Metam.

Victrices.Ouid.ad Pisonem.
Palma vrbana.Cic.11.Philip. Sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis.
¶Accipere palmam,Vide ACCIPIO.
Adepta,Vide ADIPISCOR.
Apprehendere palmam auidissimè,Vide APPREHENDO, & AVIDVS.
Ambire palmam histrionibus,Vide AMBIO.
Dare palmam, Victorem fateri. Terent. Heaut. 4. 3, Huic equidem consilio palmam do,hic me magnificè effero. Quasi dicat,Mihi magis probatur consilium istud. Siue, cæteris consiliis istud vnum præfero.Cic.2.de Orat. Admiror te in eo genere tribuisse tantum,& non huius rei quoque palmam,vt cæterarum,Crasso detulisse.
Donare aliquem palma.Ouid.2.de Arte.
Palmam ferre, Victorem esse. Cic. ad Att. lib.4, Ne diutius pendeas,palmam tulit.
Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Cic. Antequam iret in exilium.
Parare palmam.Catul.in Carm.Nuptiali.
Petere.Liu.8.bel.Pun.
Relinquere palmam alicui.Virg.5.Æneid.
Reseruare alicui. Cic. de Senect. Quam palmam vtinam dij immortales tibi Scipio reseruent.
Ad tertiam palmam, Plin.lib.14.cap.6, Ad tertiam palmam variè venere. Id est tertiam bonitatem & noram. De vuis. Budæus.
¶Palmæ,pluraliter,pro Victoriis.Cic.pro Roscio Amer. De Capitone pòst videbimus: si quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit,tum alias quoque suas palmas cognoscet.
Infames.Cic.pro Roscio Amer.
Plurimarum palmarum homo. Cic. pro Roscio Amer. Homines eiusmodi, alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. Hoc est,qui sæpius vicit.
¶Palma,in vite.Varro de re rust,lib.1.cap.31, Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuæ nascantur, palmam. Prior littera vna mutata declinata à venti flatu, similiter flabellum ac flagellum:posterior quo ea vitis immittitur ad vuas pariendas, dicta primo videtur à pariendo parilemat:exin mutatis literis,vt in multis,dici cœpta palma. Columel.lib.3.cap.17. ad finem, Quicquid residui fuit ex vetere palma, per ipsam commissuram qua nascitur materia noua, resecuerunt, atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt. Palma, id est, vite, interprete Beroaldo. Idem lib.4.cap.15, Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, vsque ad medullam, ne totas vires matris propagatum flagellum in se trahat, & vt paulatim condiscat suis radicibus ali: inma deinde præciditur proximè palmam quæ ex arcu summissa est.
Palmula pen.corr.Diminutiuũ {κερωτὸς,δάκτυλος,βαλανος} Caryotæ dicuntur,siue dactyli. Varro 1.de re Rust.cap.67, Nucem iuglandem,& palmulam,& ficum sabinam quanto citius promas.iucundiore vtare.
¶Palmula, Extrema pars remi in modum palmæ protenta. Virg 5. Æneidos,
Quò tantum mihi dexter abis?huc dirige cursum,
Littus ama,& læuas stringat sine palmula cautes.Seruius.
Volare palmulis Ca.ul.de phaselo,1.
Palmetum,huius palmeti,pen.prod. {φοινικὼν} Locus palmis consitus,& in quo frequentes sunt palmæ.Plin.lib.6.cap.28,Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis,arbustisque,&c.
Pinguia palmeta.Horat.2.epist.2.
Palmetis consita terra.Plin.lib.5.cap.14.
Palmeus Adiectiuum {φοινικικὸς} Quod est ex palma arbore. Colum lib. 5.cap.5,M.Columella,&c.agricola Bæticæ prouinciæ,sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Apud Plinium lib. 24. cap.17,Vinum palmeum,capiti noxium.
Palmosus,pen. prod. Adiect. {φοινικώδης} Quod est palmis abundans. Virg.lib.3.Æneid.Téque datis linquo ventis palmosa Selinis.
Palmata toga {φοινικοβαφὴς πέπλος} à palma in ea intexta,inquit Budæus, propriè triumphantium fuit, quam merebantur hi qui de hostibus palmam reportassent. Alij à latitudine clauorum dictam volunt palmatam,quæ nunc à genere picturæ,picta appellatur. Mattial.lib.7.1, Palmatæque ducem,sed citò,tedde togæ.
Cerui palmati Iul.Capitolinus in Gordiano seniore,In qua pictura etiam nunc continentur cerui palmati ducenti mistis Britannis.
Palmati lapides.Plin.lib.36.cap.6.
Palmata tunica.Liuius 10.ab Vrbe.
Palmesia vina.Plin.lib.14 cap.6.
Palmaris,& hoc palmare,pen.prod.{γυμναστικὸς.}vt Palmaris statua,quę alicui propter victoriam ponitur. Cic.6. Philipp. Sed illa statua palmaris,de qua,si meliora tempora essent,non possem sine risu dicere.
Sententia palmaris.Cic.1.de Nat.deor. Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò narum mundum introduxerit, sed etiam manu pene fictum,&c.De sententiis philosophorum.
Palmarius Adiectiuum {γυναικὸς} Quod est palma dignum. Terent.Eunucho,5.4. -tum hoc alterum
Id verò est quod mihi puto palmarium,&c.
Palmarium,palmarij,Salarium victoriæ. Vlpian. in l. 1. §.Sicui. D.De extraordin.cognit. Eiſi nomine palmarij cautum fuisse tamen,&c.
Palmifer,pen.corr.Aliud adiectiuum {φοινικοφόρος.}vt
Idume palmifera.Silius lib.3.
Arabes palmiferi.Ouid.10.Metam.
Pharos palmifera.Ouid.2.Amor.eleg.13.
Palmipes,pen.corr.palmipedis, om.g. {νηχανόπους} Planos & ad palmæ similitudinem habens pedes. Vnde anseres & omnes ferè aquaticæ aues,palmipedes dicuntur.Plin.lib.11.cap.47,Auium aliæ digitatę,aliæ palmipedes.Vide etiam in PALMVS.
PALMA,Ptolemæo lib.2.cap.6,oppidũ est in Hispania. ¶Est item Palma, ciuitas in maiori Baleari. Nunc vulgò dicitur *Mallorca* ciuitas, vt scribit Oliuarius in Metam.
PALMARIA {παλμαρία} Insula vltra Tyberina ostia in mari Tyrrheno. Varro lib. 3. De re rustic. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontia,Palmaria & Pandatharia.
Palmes,palmitis,pen.corr. masc.gen. {κλῶψ,κλῶπος} Vitis propriè est, quod arboris surculus: nempe lignum illud quod ex ipsa stirpe quotannis emergit,& gemmas producit,quæ deinde in virgulas abeunt, & palmæ cuiusdam digitos faciunt. Plin.lib.17.cap.22,Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit,materiámque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite,sempérque fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui vocatur custos: hic est nouellus palmes, non longior tribus digitis,proximo anno materiam daturus,si vitis luxuria se consumpserit.
Nemorosus palmite Gaurus.Stat.3.Sylu.1.
Feri palmites.Colum.lib.10.
Grauidus.Ouid.1.Fast.
Orbi.Colum.lib 4.cap 27.
Opaco palmite baccæ.Claud.de Nuptiis Honorij.
Lætus palmes se agit ad auras.Virg.2.Georg.
Citare palmitem,Vide CITO.
Musta ferre è palmite.Ouid.4.Fast.
Gemma mouetur de palmite.Ouid.3 Trist.eleg.12.
Palmes & Pampinus,pro eodem.Colum.lib.4.cap.17,Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quanuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior quæ superest materia,confuigat.
¶Palmes, pro flagello vitis. Colum.lib.4 cap.21 , Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.
Palmo,palmas {σπιθαμὴ} palmáre, Materias alligare.Verbum à palmitibus ductum.Colum.lib. 11.cap.2, Cæterùm palmare, id est materias alligare, hoc tempore non expedit. Loquitur de vite ad palum alliganda.
¶Palmare,Palma signum & notam imprimere. Quintil. in declamatione Cæci , Præterea quum manus ex patre qua palmare vestigium potest,plicetur in capulo. Et paulo pòst , Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit.
Palmus, palmi {σπιθαμὴ} mensuræ genus. Est autem duplex, inquit Budæus, Maior, duodecim digitorum , Græcè σπιθαμὴ vocatur: & Latinis etiam doctrans , cuius exemplum apud Plinium lib.7. cap.3. Minor,digitorum quatuor, siue pollicum trium,παλαιστὴ Græcè dicitur.Vide Philandrum.
Palmum neutro genere etiam dicitur. Vitruu.lib.2. cap.3. Doron autem Græci appellant palmum , quòd munerum datio Græcè δῶρον appelletur. Id autem semper geritur per manus palmum.
Palmarius Adiect. {σπιθαμιαῖος} Quod est palmi vnius vel multorum. Colum.lib.8.cap.3,Per spatia palmaria modicis forantur cauis.
Palmaris,& hoc palmare,pen.prod. Idem {σπιθαμιαῖος.} Varro 1. de Re rust. cap. 35, Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares. Vide suprà in PALMA.
Palmicus, ca, cum , Palmicum augurium, quod ex vibrata salitione oculi fiebat.Alexan.Alexandrinus.lib.5.cap.13. In Cappadocia ex myrrhinis virgis , In Scythia ex salignis hami constratis , alij ex vibrata saltatione oculi,quod augurium palmicum:in Lycia ex piscibus,&c.
Palmipedalis,& hoc palmipedale, pen.prod. {σπιθαμιαιοπόδης} Mensura vnius pedis & palmi. Colum.lib.3.cap.19,Nã in cliuosis vbi terra decurrit,potest malleolus palmipedalis deponi.
Palmipes,pen.corr.huius palmipedis,pen.corr. omn.g. Idem.Plin.lib. 17.cap.20 , Populus alba seritur bipedaneo pastinato,talea sesquipedali,biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.Vide etiam in PALMA.
Palmiprimum vinum quid sit, & quomodo ex sico fiat, docet Plin. lib. 14.cap.16.
Palmos , παλμὸς , Particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam per vicem,modò eam attollens, modò deprimens,fitque quãdoque in sola cute,quandoque & in subiectis ei musculis,quæ si magna fuerit , membrum quoque vniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes , Saltum vocant.
PALMYRA , pen.corr. {παλμύρα} Syriæ vrbs inter Romanorum ditionem sita,& Parthorum,vt est author Ptolemæus lib.5.cap.15.
Palmyrenæ solitudines , vsque ad Perram vrbem & regionem Arabiæ felicis appellatæ pertinent.sunt autem ad Hierapolin. Plin.lib.5.cap. 25.& 26.in desertis Syriæ.idem Plin.lib.6.cap.26.& 28.
PALMYRENSES,Palmyreni,sium,sibus : populi in Oriente. Alexan.Alexandrinus lib. 1. cap. 2 , Sola mulier Zenobia Palmyrenium regina, quum Orientis regnum tueretur, armata in virili veste exercitui præfuisse & Imperatoris nomen tulisse dicitur.
PALMYTIVS, Ægyptiorum deus , vt est apud Hesichyum. Lilius 1. Syntag.
Palo,palas:siue Palor,palaris,Vide PALVS.
PALOIS,oppidum in Arabia. Plin.lib.6.cap.29.
Palpebræ,pen.corr. palpebrarum {βλεφαρίδες} Pili recti genis oculorum vtrinque adhærentes:in hoc homini à natura datæ, vt ipsos oculos ab occursantibus & fortuitò incidentibus rebus defendant. A palpitando, id est tremendo : vel à palpando, id est prætendendo dictæ.Plin.lib.11.cap.37.
Palpebræ {βλέφαρα} sunt tegumenta oculorum,mollissimæ tactu ne læderent aciẽ aptissimè fictæ,& ad claudendas pupulas,nequid incideret:& ad aperiendas:idque prouidit vt identidem fieri posset cum maxima celeritate.Cic.2.de Nat.deor.
Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum , quibus & apertis oculis si quid incideret repellereturr, & somno conniuentibus quum oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quiescerent.Cic.2.de Nat.deor.

Resectis

Resectis palpebris M.Regulum illigatum in machina , vigilando necauerunt Carthaginienses.Cic.in Pisonem.
Brachia palpebræque cadunt.Lucret.lib.4.
Palpito,Vide PALPO.
Palpo,palpas, palpare {ψηλαφάω,ἁπαλοποιῶ,μαλάσσω,τερπνόν τινα} & Palpor,palparis,palpari,Deponens. Leniter, blandè,& quasi tentando tangere.
Palpare in tenebris,Prouerbialiter dicuntur qui rem obscuris vestigant coniecturis. Vsurpat hoc prouerbium Plato in Phædone,& Aristophanes in Pace.
Palpari , Adulari. Plaut. Amphit. 6 , Obseruatore quàm blandè mulieri palpabitur. Palpari, blandiri. Festus.
Palpari , dativo iungitur , aliquando etiam accusatiuo. Horat. 2. Serm.Saty.1, Cui malè,si palpere recalcitrat vndique tutus. Iuuenal. Saty.1, -quem munere palpat Catus.
Pectora præbet palpanda manu.Ouid.2.Metam.
Palpator,penult.prod.palpatoris {θωπευτὴς} Verbale. Plaut. Rud.4, Ecquem tu hic hominem crispum , incanum videris,
Malum, periurum,palpatorem? ¶Palpo,palponis etiam dicitur.
Palpatio,huius palpationis {θωπεία.} Plaut.Menæch.14, Auferhinc palpationes.
Palpum,palpi{θώπευμα}Blanditiæ dicuntur.Plaurus Pseud.14,
Ego istuc aliis dare condidici.mihi obtrudere non potes
Palpum. Hoc est blanditi, & spem inanem verbis iniicere , vt ait Erasmus.
Palpo percutere,est plausu tangere,& velut poppysmo,vt de equis Maro dixit,
-& plausæ sonitum ceruicis amare. Turneb. Plaut. Mercatore, Palpo percutit.
Palpito, palpitas, pen.corr. palpitãre {σπαίρω, κτυπέω} Leuiter ac frequenter moueri. Cic. 2. de Nat. deor. Animaduersumque sæpe est, quum cor animantis alicuius cuiusuis ita mobiliter palpitaret , vt imitaretur igneam celeritatem,&c.
Palpitat cerebrum.Plin.lib.7.cap.16.
Iecur pauidum palpitat trepidis venis Senec.Herc.OEth.6.
Ignis arduus palpitat.Stat.12.Thebaid.
Lingua execta palpitat.Lucan.lib.2.
Palpitans vertex.Plin.lib.7.in Præf.
Super aliquam palpitare.Iuuen.Saty.3.
Palpitatio,Verbale {ἀσπαρτὸς} propriè cordis est, & deinde partium singularum frequens & continuus motus. Plin.lib.32. cap.5, Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. Idem lib.11. cap.4, Itaque diuulsis præcipua viuacitas,& partium singularum palpitatio.
Palpitatus, huius palpitatus, penultima producta. Aliud verbale. Plin. lib.9.cap.30.
PALPOS, Pomponio & Straboni oppidum est Syriæ. Hodie *Gibel* vocatur,teste Oliuario in Melam.
PALSICIVM,Palsicij:oppidum in Istria.Pliu.lib.3.cap.19.
PALSVM,flumen est Britanniæ apud Plinium libro quinto,cap.1.
PALSVS,fluuius in Mauritania.Plin.lib.5.cap.1.
PALTOS , oppidum ad Libanum montem in Syria. Plinius libro 5. capite 20.
PALTVS, locus in Syria , circa quem Memnon sepultus est, ad flumen Badam.Strab.lib.15.
Paluda, à paludamentis: Sunt hæc insignia & ornamenta militaria. Varr.lib.6.de ling.Latin. allegat versum antiqui cuiusdam poëtæ,
Corpore tartarino prognata paluda virago. Paluda,id est paludata. Turnebus mallet palude,quum cõstet Mineruam ad Tritonidem paludem natam fuisse, vt ea ferè palude prognata videatur: & quòd Latini sermonis consuetudo vix hoc patiatur, vt paludum pro paludato loquamur. Sed fas non sit, inquit , à tanti scriptoris sententia recedere.
Paludamentum,huius paludamenti {χλαμὺς,ἱματισμὸς,φοινικὶς} Insigne ac ornamentum militare,præcipuè tamen Imperatorum.Ideò quum ad bellum exit imperator , ac lictores mutauerunt vestem , & signa incinuerunt,dicitur proficisci paludatus, authore Varrone de lingua Latina lib. 6. Liuius , Cum paludatis lictoribus profectus ab Vrbe, Brundusium venit. Budæus , Paludamentum chlamys est imperatoria , id est eorum qui exercitus educebant. Valerius lib. 1. de Crasso loquens,qui apud Parthos occubuit , Pullum, inquit, ei traditum est paludamentum,quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret. Paludamentum hodie *cottam armorum* vocamus. Hactenus Budæus.
Imperatoria paludamenta.Plin.lib.22.cap.2.
Paludamentum,pro Veste militari etiam eius qui non esset imperator. Liuius 1.ab Vrbe , Cognitóque super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat , soluit crines , & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat vnius Curiatiorum, quorum nemo, vt arbitror, imperator in Albanis fuit. Bayfius.
Paludamentum etiam de veste muliebri. Plin.lib.33.cap.3,Nos vidimus Agrippinam Claudij principis , edente eo naualis prælij spectaculum,assidentem ei,indutam paludamento,auro textili sine alia materie.
Paludamenta,inquit Varro de ling.Lat.lib.6, propterea dicuntur, quòd qui ea habent,conspiciuntur,ac fiunt palám.
Paludatus,pen.prod. Adiect. {χλαμυδωτὸς} Qui vel imperatoriam chlamydem , vel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cic. ad Cassium,lib.1.7 , Pansa noster paludatus ad III. Calend. Ianuar. profectus est. Idem ad Att.lib.4, Crassum quidẽ nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius L.Paulũ.
Aula paludata.Claudian.in sextum Consulat.Honorij,
Iure paludatæ iam curia militat aulæ.
Duces paludati.Iuuenal.Saty.6.
Paludari in libris auguralibus significãtur,vt ait Veranius,armati, ornati.Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dicit Festus.
Paludapium {ἐλειοσέλινον} Apij species circa aquæductus , & in paludibus nascens.nomen est à Theodoro ad imitationem Græcę compositionis confictum:Græci enim hanc herbam ἐλειοσέλινον appellant, quasi palustre apium.
Palumbes,palumbis{φάσσα} tam masculini quàm fœminini generis, Syluestris columba in arboribus sepibúsque nidificãs.Virgil.1.eclog.
-raucæ,tua cura,palumbes. Lucanus,
-macrósque palumbes. Plin. lib.10. cap. 35 , Viuere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadragesimum , Aristoteles author est,&c.
Aeriæ palumbes.Virg.3.eclog.
Palumbes fabulosæ.Horat.3.Carm.ode 4. Sic dictę autem sunt,vt Lambinus existimat,quia de his multa fabulantur poëtæ.
Palumbes minartire dicuntur,Vide MINARRIO.
Palũbem pro columba.Prouerbium est: conueniet vbi quod deterius est & adulterinum , pro eo quod est præstantius ac legitimum supponitur. Palumbes autem columbis sunt adsimiles. Vsus est Plato in Theæteto.
Palumbus & palumba.Martial.lib.13 67,
Inguina torquati tardant hebetántque palumbi. Propert.lib.4.eleg. 5 , Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ. Emendatiora exemplaria legunt columbæ. Plin. lib. 30. cap. 7 , Item palumbus fetus,& è posca decoctus. Colum.lib.8.cap.8,Hac eadem ratione palumbos , columbósque cellares pinguissimos facere contingit.
Palumbinus, pen.prod. Adiect. {ὀκαντικὸς} Quod ex palumbe est. vt Palumbina caro.Plin.lib.30.cap.12.
Palus,prima breui, & secunda aliquando (sed rarissimè) indifferente, licet crescat in genitiuo paludis, pen.prod.teste Seruio{ἅλος.} Horat. in Arte, -sterilisque diu palus,aprãque remis.Est autem palus locus aquosus, vel aqua non fluens, neque perpetua. Dixi non perpetua, quia lacus quanuis non fluat, tamen aquam habet perpetuam:& ita differt à palude. Cæsar 2. bell.Gall.Quò propter paludes exercitui aditus non esset.
Palus , ideò dicta quòd paululum aquæ in altitudinem contineat, & palàm latius diffusæ. Varr.lib.4.de Ling.Latin.
Alta palus. Virg.4.Georg.
Atra.Virg.7.Æneid.
Cana.Catull.ad Coloniam,17.
Exhausta.Virg.3.Georg.
Fœda.Senec.Herc.fur.9.
Horrenda.Claud.1.de rap.Proser.
Inamabilis.Virg.6.Æneid.
Innabilis.Virg.4.Georg.
Liquida.Ouid.1.Metam.
Nebulosa.Silius lib.8.
Nigra.Tibull.lib.3.eleg.3.
Perpetua,Vide PERPETVVS.
Pigra.Claud.7.Paneg.
Placida.Virg 8.Æneid.
Pontina.Quintil.lib.3.cap.8.
Putidæ paludis vorago.Catul.ad Coloniam,epigr.17.
Sordidæ.Stat.4.Sylu.3.
Stantes.Horat 3.Carm.ode 27.
Vastæ.Lucret.lib.5.
Vdæ paludes intumuere æstu.Ouid.1.Metam.
¶Palus obducit pascua limoso iunco.Virg.eclog.1.
Siccare paludes.Cic.5.Philip.
Larus in paludibus , Suidas scribit dictitatum fuisse de iis qui faciles sunt ad dandum. Ductum à Lato aue, quam eandem κίαρον appellari putant. Ea quoniam facilè decipitur, illicitúrque , proinde prouerbio locum fecit. Ex Erasmo.
Paludosus,pen.prod.Adiect.{ἑλώδης.}vt
Humus paludosa.Ouid.15.Metam.
Nilus paludosus.Stat.3.Sylu.2.
Palustер,hæc palustris,& hoc palustre {ἕλειος} Quod est ex palude. Colum.lib.1.cap.5.Deterrima aqua palustris , quæ pigro lapsu repit, pestilens quæ in palude semper consistit.
Calami palustres.Ouid.1.Metam.
Iunci.Ouid.8.Metam.
Locus palustris,Plenus palude.Cæsar 7.bell.Gall.
Pascua palustria.Colum.lib.6.cap.27.
Vadum.Claud.2.de raptu Proserp.
Vlua.Virgil 3.Georg.
Vndis palustribus fœra loca.Ouid.14.Metam.
Paludifer,pen.corr.Adiect.{ἑλοφόρος.}vt Aquæ paludiferæ. Author Philomelæ.
Palus,pali {σπέλεχος,σκέλος,σκρωπίσκος} ptiore producta, dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi , ferè in claudendis hortis , aut falciendis vineis,& similibus. Tibull. lib. 1. eleg. 7, Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Plin.lib.14.ca.3,Nec orthampelos indiget , arbore aut palis ipsa se sustinens.
Actus palus,Vide AGO.
Pali alnei,oleaginei,robustei.Vitruuius lib.5.cap.vlt.
Ruber palus.Horat.1.Serm.saty.8.
Pali vstulati.Vitruu.lib.5.cap.vltimo.
Alligare aliquem ad palum. Cic.7. Verr. Nomine sceleris coniurationisque damnati,ad supplicium traditi,ad palum alligati,repentè multis millibus hominum inspectantibus soluti sunt.
Palus palo proximus.Plaut.Menæch.9,
Perij misera,quam tu nunc mihi nauem narras? MEN.ligneam
Sæpe tritam,sæpe fixam,sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis , palus palo proximus est. Prouerbialiter dictum de re vehementer abusa,vt singula coniungantur.
Palus fit per contractionem à paxillus. Festus Cic. in Orat. Vide AXILLA.
Paxillus , Diminutiuum à palo. Varr. Bimargo , Vtnorum cribrum

nouo paxillo pendeat. Nonius. Vide infrà suo loco.

Palaria,palarinm vel palariorum, n.g. Charysius lib.1, Neutra semper pluralia,hæc arma,hæc palaria,quum milites ad palos exercentur.

Palaris, & hoc palare,penul.producta. vt Sylua palaris, in qua cædantur pali & pedamenta. Vlp. D. de vsufr. l. Si fundi. Si fundi vsusfructus fuerit legatus:& sit ager,vnde in fundum, cuius vsusfructus legatus est, solebat paterfamilias vel palo vti, vel falice, vel arundine : puto fructuarium hactenus vti posse ne ex eo vendat : nisi forte falicti ejus , vel syluæ palaris , vel arundineti vsusfructus sit legatus. Tunc enim & vendere potest.

Palatio, onis, Verbale. Vulgò Pilotium vocant. Virtuuius lib.2.cap.9, In palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrè fixa alnus permanet immortalis,& ad æternitatem.

Palo,palas{παλλω}palàre, Palis & pedamentis fulcire & munire. Colum. lib.11. cap.2, Vt viris paletur , & capite tenus alligetur. Ibidem, Reliquæ partes vinearum propter brumam vel frigora omissæ, nunc palandæ & alligandæ sunt.

Palor,palaris{πλανωμαι}palàri,Deponens, Passim vagari:sicuti faciunt qui lento gradu, dispersiúe labrusca quærunt. Liu.1.ab Vrbe,lib.5, Iam obsidionis tædio victi abscedunt,vagíque per agros palantur cibis vinóque raptim hausto repleti. Hoc verbum quidam à Palàm deduci existimant. Alij à palis castrorum,hoc est fusidus modò huc, modò illuc transfatis.

Palans,Participium { πλανωμενος. } Stat.11. Thebaid.
Aut vaga palantes campo fuga voluit Achiuos.
Agmina palantia. Silius lib.15.
Comites palantes & dispersi. Lucret.lib.4.
Stellæ palantes polo. Virg.9. Æneid.
Sydera passim palantia. Lucret.lib.2.
Fœmina palantes agit. Virg.11. Æneid.
Vitæ palantis viam quærere. Lucret.lib.2.

Palatus,pen.pro.Participiũ{πεπαλμενος} Dispersus. Liu.3.bel.Pun. Alius exercitus primò per agros syluásque fuga palatus:dein, &c. Idem 3. ab Vrbe, In quos palatos prædam agentes Posthumius,&c.

Palatus, Participium à Palor palaris, Vide PALVS, priore producta.

Paxillus, Vide ordinem alphabeticum.

Pambasilia,pen.prod. {παμβασιλεια} Dicitur quasi regnũ numeris omnibus dominationis consummatum. Cuiusmodi sunt reges nostri omnia arbitrio suo statuentes, qui omnia in potestate habẽt. Est igitur Pambasilia, vt inquit Aristoteles, genus illud regni, quum vnus omnium potestatem habet communium & publicarum rerum.

Pamboetia, sacra, quę cõcurrente tota Boetia in Palladis Ionię templo celebrabantur. Alexand. Alexandrinus lib.5.cap.7, In Palladis Ioniæ templo Pamboetia sacra concurrente Boetia tota,& concilia populorum magno concursu ad omnes hostium motus frequẽtia fiunt.

PAMENOTHVS, ab Ægyptiis Aprilis mensis appellatus, sicut & Chronius & Antesterion. Alexand. Alexandrinus libro 3. cap. 24. Gendierum.

PAMISVS { παμισος } Arcadiæ fluuius in stymphalo monte nascens, & præter Troezenen in Messeniacum sinum influens, dictus Pamisus, quasi totus odiosus ob damna quæ agris infert. Profemæus Panisum vocat. Est & alter eiusdem nominis fluuius in Thracia ex Hæmo profluẽs,teste Plinio lib.4.cap.11. Ité tertius in Thessalia,cuius meminit idem Plin.lib.4.cap.8.

PAMMYLES, Deus apud Ægyptios, Priapo non absimilis. Huius festa Pammylia, & sacra Pammylia appellantur. Cratinus iunior in Gigantibus. Vide Hesychium & Lilium Syntag.7.

PAMPHAGI {παμφαγοι} Æthiopiæ populi,quibuslibet rebus vescentes, quorum meminit Plin.lib.6.cap.30.

Pamphagus, pen.corr. { πάμφαγος } Nomen canis venatici,quasi omnia deuorantis.Ouid.3.Metam.

PAMPHILVS,pen.correp. {πάμφιλος} Neoclidis filius,Platonis auditor, quem testatur Plato in Phædone inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuisse, triduoque postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo reuixisse,ac mira quædam , tempore mortis visa , narrasse. Fuit & alius Pamphilus presbyter,Eusebij Cæsarienſis necessarius , qui tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit , vt bonam partem voluminum Origenis sua manu,descripserit. Apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino is Pamphilus martyrio extinctus est. Ex Hieronymo. Suidas autem tres Pamphilos commemorat , duos Grammaticos , quorum alter patria Sicyonius,de Grammatica pictúráque ac claris pictoribus scripsit , Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellauit, id est variarum rerum collectanea. Tertius Atheniensis fuit Reip. expilator. Pamphilus postremò apud Comicos pro amasio vsurpatur: Pamphilus enim, totus amor, aut totus amicus verti potest. Terent. Pamphilus , omnium amans.

Pamphili furtum. Prouerbiali figura conuenit in peculatores,qui è publico suffurantur. Siquidem Pamphilus hic veteris comœdiæ conuiciis notatus est,quòd ærarium expilasset. Eras.

PAMPHYLIA {παμφυλια} Ptolemæo lib.5.cap.5, regio est Minoris Asiæ inter Ciliciam & Syriam : ob Occasu Lyciam , & Asiæ Minoris partem:à Septentrione Galatiam & Cappadociam: à Meridie Mediterraneum mare, quod illic Pamphylij maris nomen habet : tota Tauri expatiantis iugis septa. In ea(vt Põponius refert)est fluuius Melas, nauigabilis, & Eurimedon , apud quem Cimon Atheniensis Persas nauali pugna superauit.

Pamphylius { παμφυλιος } Qui est ex Pamphylia. Cic. 1. de Diuinatione, Quæ quidem nunc à Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim , à Ciliciibus , Pamphyliis , Pisidis, Lycijs tenentur.
Pamphylium mare. Plin.lib.5.cap.27.

Pampillum, genus delicati currus. Lamprid. Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas & binas ad Pampillum , vel ternas , & sic vectatus est.

Pampinus, pampini, pen.corr. {σπαφυρος, κωπος, σπαφος} à Virgilio genere masculino ponitur,à Varrone frequentius fœminino. Significat folium viris , vel ramusculum virentem. Colum. lib.3. cap.17, Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quanuis longissima vel cessat , vel perexiguos ostendit racemos.
Folij pampinus, vel Folium pampini. Colum.lib.4. cap.22 , Nunc vbi vnius aut alterius folij pampinus prorepsit è duro.
Pampinus & Palmes aliquando pro eodem accipiuntur. Vide PALMES.
Opaca pampinus. Claud.in Epithal.Palladij,46.
Viridi pampino cingens tempora. Horat.3. Carm.ode 25.
Defendit pampinus vuas. Virgil.1.Georg.
Vestitur pampinis vua. Cic.de Senect. Oriens vua se ostendit,quæ & succo terræ,& calore solis augescens,primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit , vestitáque pampinis nec modico tepore caret,& nimios solis defendit ardores.
¶Pampinus etiam capitur pro cirris polypi piscis. Plin. lib.9.cap. 51,Polypi pariunt Vere ova tortili vibrata pampino.

Pampino,pampinas,pen.corr.{σπαφιζω}pampinãre,Pampinos decerpere,vel(vt air Varro de Re rust.lib.1.ca.30,)ex sarmẽto colles qui nati sunt de iis qui plurimum valent , primum ac secundum , nonnunquam etiam tertium relinquere , reliquos decerpere , ne relictis colubs sarmentum nequeat ministrare succum. Plinius lib. 18. cap. 27 , Quum herba creuerit in festucam , accẽre aquas , vineas pampinare.

Pampinatus, pen.prod. {κλημεπαπεδὴς} Participium:siue Nomen ex participio.Plin.lib.16 cap.42,Eadem valuarum repagulis, & ad quæque libeat intestina opera aptissima, siue Græco, siue Campano , siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis , tamentorum crinibus pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus. Debiete.

Pampinatio, Verbale { σπαφισμὸς.} Colum. libro 4. capite 6, Optimum est ab initio sic formare, vt frequenti pampinatione superuacua detrahantur.

Pampinator,pen.prod.pampinatoris {σπαφιστὴς.}Colum.lib.4.cap.27,Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

Pampinarium, pampinarij { σπαφιδὲν. } Plin. lib.17.cap.22, Duo genera palmitum : Quod è duro exit , materiámque in proximum annum promittit,pampinarium vocatur. Colum.lib.3.cap.105.

Pampinarius,Adiectiuum { σπαφικὸς } Quod est pampini. Colum.lib.4. cap.24, Ne aut pampinarius palmes internatus , aut verrucæ similis furunculus relinquatur.

Pampineus, Aliud adiectiuum. Idem {σπαφινὸς.}
Autumnus pampineus. Id est,pampinosus,cuius scilicet tempore vites foliis & fructibus plenæ sunt. Seruius. Virg.2.Georg.
Frondes pampineæ. Ouid.3.Metam.
Habenæ. Virgil 6.Æneid.
Hasta.Ouid epist.13.
Pampineus odor, poeticè & figuratè, pro sapore vini. Propert.lib. 2.eleg.34.
Vites pampineæ Ouid.10.Metam.
Vmbræ.Virgil.eclog.7.
Vuæ , Quæ adhuc suis hærent pampinis. Ouidius 3. de Ponto, eleg.1.

Pampinosus,penult.prod.Similiter adiectiuum {σπαφιδὴς} Quod pampinis abundat. Columella libro 5. capite 5 , Etsi parum pampinosa vitis est , aduectis frondibus & interdum stramentis fructus muniatur.
Pampinosa folia.Plin.lib.23.cap.1.

Pampinaceus, Aliud item adiectiuum. Colum.lib.12.cap.20,Item myrrhæ quincunx, calami pondo libra, casiæ selibra,amomi pondo quadrans,croci quincunx, cripæ pampinaceæ libra.

PAMPORTVS, Fluuius in Illyria , qui in Istrum voluitur. Strabo libro 4.

PAN { πὰν } inquit Seruius , deus est rusticus in naturæ similitudinem formatus : vnde & Pan dictus est,id est omne. habet enim cornua in radiorum Solis , & cornuum Lunæ similitudinem. Rubet eius facies ad ætheris imitationem. In pectore nebridem habet stellatam , ad stellarum imaginem. Pars eius inferior, hispida est,propter arbores, virgulta, & feras. Caprinos pedes habet , vt ostendat terræ soliditatem. Fistulam septem calamorum habet , propter harmoniam cæli in qua septem soni sunt . Pedum habet , id est baculum recuruum, propter annum qui in se recurrit : quia hic , totius naturæ deus est. A poetis fingitur cum amore luctatus , & ab eo victus , quia vt legimus,Omnia vincit amor. Ergo Pan secundum fabulas,amasse Syringam nympham dicitur: quam quum sequeretur,illa implorato Terræ auxilio, in calamum conuersa est: quem Pan ad solatium amoris incidit,& sibi fistulam fecit. Hunc Arcades colũt,eum vniuersæ materiæ dominum appellantes.
Deus Arcadiæ Pan. Virgil.10.eclog.
Deus pecoris. Ouid.2.Fast.
Custos ouium. Virgil.1.Georg.
Capripedes. Propert.lib.3.eleg.17.
Pinu præcinĉti cornua. Ouid.14.Metam.
Montani.Stat.2.Sylu.2.
Semicaper. Ouid.14.Metam.
Natum Pana ex Mercurio & Penelopa ferunt. Cicero 3.de Natura deorum.
Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem inciutientia.

Panaces,huius panacis,pen.corr.n.g.vel Panax,panacis,f.g.{πανακης} Herba,cuius succus opopanax vocatur:διὸ τῶ πάντα ἀκεῖν,hoc est à sanandis omnibus morbis. Plin.lib. 25. cap. 3, Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit : numerosum,& diis inuentoribus ascriptum. Colum.lib.11. cap.3, Panax vtroque tempore læui & subacta terra rarissimè disserit.

Panacea

Panacea,huius panaceæ,pen.prod. Idem {πανακεια.}Lucan.lib.9,Et panacea potens,& Thessala centaurea. Virg.12.Æneid. Ambrosiæ sucos , & odoriferam panaceam. Vbi Seru. Panaceam , genus herbæ. Sciendum tamen Lucretium panaceam vbique falem dicere : vnde possumus etiam hoc loco falem intelligere:nam omnem pellit dolorem.Sed melius herbam,quia ait odoriferam.

Panægyres,Conuentus & sacrum,quod quinto quoque anno Athenis in Neptuni templo Heliconij ab vniuersis Ionibus fit Panionia. Alexand.libro 5.capite 7,Et panægyres Athenis quinto quoque anno,atque in Neptuni templo Heliconij ab vniuersis Ionibus conuentus & sacrum fit,quod vocant Panioniam.

PANAETIVS{παναιτιος}Rhodius,Stoicus philosophus,quasi totus moralis, præceptor Scipionis Africani , decessit Athenis : scripsit de Officiis,vnde Cicero suos libros est mutuatus. ¶Fuit alter Panætius senior,item Rhodius : cuius inter philosophos multa mentio, scriptáque feruntur. Suidas.
Libri nobiles Panæti.Horat.1.Carm.ode 29.

Panætolium , panætolij { πανητώλιον } Vniuersæ Ætoliæ concilium. Liu.lib 1.bel.Maced. Concilium Ætolorum statuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.

Panætolicus,pen.cor.Adiect.{πανητωλικὸς.}Liu.lib.1.bel.Maced.Quum legib.cautum esset, ne de pace belloue,nisi in panætolico , & pylaico concilio ageretur.

PANAEVS, pictor Phidiæ frater , pinxit prælium Athenienſium apud Marathona factum.Plin.lib.35. cap.8. Induxit & Mineruæ tectorium lacte & croco subactum.Plin.lib.36.cap.23.

Panagæa Diana , Prouerbio dicebatur olim , peregrinationem impensius amans,errabundus,instabilis,nulla certa sede consistens. Siquidem Diana vagari dicitur apud poetas , & per nemora montésque obertare.Quin domicilium etiam subinde mutat,nunc apud superos agens,nunc apud inferos.ne specie quidem semper eadem,sed nunc pleno orbe,nunc mutila,nunc nulla.

Panaretus,pen.corr. {παναρετὸς} dici potest omnium virtutum continens,παῦ enim totum significat,ἀρετὴ virtus. Martial.lib.6.89,Arguto madidus pollice panaretus.

Panarium,Vide PANIS.

Panathenæa,Panathenæorum,plu.nu.g.n. {πανηθήναια}Quinquatria Mineruæ festa, seu ludi ac celebritates, quæ quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant : vnde apud Ciceronem in Orat. Panathenaicus liber ab Isocrate scriptus , sic dictus, quoniam in Panathenæis erat recitandus,Continet autem Athenarum encomium, & rerum ab Athenienſibus gestarum. Huiusmodi festis peplum Mineruæ ferebatur , & singulis lustris fieri solebant , in quibus solenni carmine per tubicinem & præconem ludicrum indicebatur , nudíque ad certandum ingrediebantur athletæ : neque congressuri cum quo certarent eligebant, sed cum primo prodeunte congrediendum erat.Neque ad spectandum mulieres,præter vnam Pherenicem,quæ mater,filia,& soror Olympionicarum fuit,& Cereris sacerdotes mulieres admittebant. In Panathenæis quoque pueri puellæque,forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum,per diuersos flexus,pyrrhicam in theatro saltabant. Alexand.Neapolit. lib.5.cap.8.& libr.6.cap.19. Erant & alia Panathenæa festa,quæ quotannis iterabantur, authore Suida : ad quorum differentiam illa Quinquatria magna dicebantur, teste Platone in Eutiph. Panathenæorum celebritas inducta est primò ab Erichthonio , quum vicatim dissectum Athenienſium populum in ciuitatem euocasset. Ex Cælio lib.11.cap.27.
Panathenæa,vt in Theseo scribit Plutarchus,Theseus instituit.

Panathenaicon {πανηθηναϊκὸς} genus vnguenti,quod (vt Plin.lib.13. cap.1.inquit) Athenæ perseueranter obtinuere.

Panax,Herbæ nomen apud Galen.lib.8.de simplicium medica. facultatib. cap.35.36.37.Eius tria sunt genera,Heracleium,Asclepeium,& Cheironeium:quæ omnia excalfacere idem Galenus ait.

Pancarpiæ,dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ. Festus.

Pancarpon {πάνκαρπον} genus est spectaculi,quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua, apud Imperatorem in Nouel.de Consulib.5.ac primus quidem.

PANCHAEI{πανχαῖοι} populi,qui vt Pomponius refert lib.3.deserta Libyæ habitant , qui & Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescantur.Hi ab illis vocantur Candei.

PANCHAIA {πανχαΐα} quasi tota dehiscens,regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virgil.2. Georgic. Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis. Seruius scribit Panchaiam, Arabiam , & Sabæorum gentem eandem esse , apud quam nascitur thus.
Dives Panchaia.Tibul.lib.3.eleg.2.

Panchæus{πανχαῖος}Adiectiuum.vt
Cinnama Panchæa.Claud.de Nuptiis Honorij.
Arx Panchæa.Valer.1.Argon.
Panchæi odores,Arabici.Lucret.lib.2.

Panchaicus,pen.corr.Aliud adiect.{πανχαϊκὸς.} vt
Tellus Panchaica.Ouid.10.Metam.

Panchia rura,quæ & vbi sint vide apud Strabonem lib.7.vbi inquit : Apud Euhemerum rura Panchia.

Panchrestum, panchrestí {παγχρηστον } medicamentum nobile, quod Latinè dici potest omnibus conducibile , vel omnibus affectibus vtile. Cic.5.Verr. Aduentu L. Metelli Prætoris quum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos redemisset, aditum est ad Metellum , & eductus est Apronius. Pecuniam vocat Cicero panchrestum medicamentum. *Qui guerit de tous maux, Qui sert à tout.*Plin.lib.36.cap.20.

Pancration , quidam Pancratium , Herba apud Galenum libro 8. de simplic. medica. facultatib. cap. 32. Vide & Dioscoridem lib. 2. cap.168.

Pancratium, ij. { παγκράτιον } quasi omnia potens, Ludus gymnicus, quinquertio constans. Proper.lib.3.eleg.14, Puluerulentáque ad extremas dat fœmina metas, Et patitur duro vulnera pancratio. Est autem Pancration ex eo,vt videtur,dictum, quòd aduocatis omnib. corporis viribus , omniúmque neruorum contentione transigitur: aut qui omni ratione decertat. Quintil lib.2.Instit.Orat cap.9, Sicut ille exercendi corpora peritus , non si docendum pancratiasten sustepserit,pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò, atque in iis certos aliquos docebit : sed omnia quæ sunt eius certaminis. Sunt qui pancratiastas pro Pentathlis intelligi volunt , id eſt iis qui quinque illa antiqua certamina Græciæ obtinunt & vicẽrunt : παγκρατιαστὰς γὰρ τῶν πενταθλητῶν καλοῦσιν
Pancratium vincere.Plin.lib.35.cap.11.

Pancratiastes,pancratiastæ{πανγκρατιαστὴς} Qui hoc ludo excellit,certator & victor pancratij. Gellius lib.3. cap.15 , Diagoras tres filios habuit:vnum pugilem,alterum pancratiasten , tertium luctatorem. Senec. libr.5.de Beneficiis,Pancratium pro Pancratiasté dixit,Lacedæmonij,inquit,vetant suos Pancratios cestu decernere.

Pancratice,pen.corr. Aduerbium {πανκρατιαστικῶς.} Id est robustè. vnde Pancratícè valere , id est Robustum esse , vt solent qui pancratio exercentur. Plaut.Bacch. 5, Benéne vsque valuit ? c, pancratícè atque athleticè.

Pancros,Gemma quæ constat ex omnibus coloribus.Plin.lib.37.cap. 10,Pancrus ex omnibus ferè coloribus constat.

Pancrus,Gemma,In PANCROS.

PANDA dea , seu Pantica à Romanis summa in veneratione habita est, sic dicta quòd pandat , id est aperiat viam. Arnobius. Panda item dicta dea pacis , à pandendis & aperiendis Iani portis. Meminit Gellius.

PANDA, oppidum non procul ab Alexandria , quod est Sogdianorum Plin.lib.6.cap.16.

PANDAE,gens sola Indorum fœminis regnata.Plin.lib 6.cap.20.

PANDAEVS,Sculptor, & pictor egregius. Strabo lib.8, Multum Phidiæ artulit adiumentum Pandæus , illius è sorore nepos, operísque suscipiendi socius, cum ad statuam coloribus adornandam, tum verò ad amictum.

PANDANA,porta Romæ,quæ antea Saturnia dicebatur,ità dicta à verbo pando, quòd semper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur. Eadem appellabatur libera à libertate. Autores Pomp. Festus, & Varro lib.4.de Lingua Latina.

PANDARIA{πανδαρία}insula est exigua in sinu Caietano,distans à continente CCL.stadiis.Strab.lib.5.

PANDARVS, is qui Lycaonides in dura egit prælia : erat enim rex Lyciorum quum apud Troiam pugnatum est. Homerus lib.Iliad.v,
Qui*que colunt Zeliam extremæ radice sub Idæ
Aphnij ab Æsapo potantes flumine Troes
Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit. Lycios Troas appellat post Homerum Strabo lib.13.

PANDATORIA { πανδατορία } insula in mari Tyrrheno, authore Ptolemæo lib.3.cap.1.hodie Pandana.

Pandectæ , pandectarum { πανδἑκτης } dicuntur volumina nihil non continentia,& ex quibus possis, quod velis, velut è cornucopiæ depromere:vt Pandectæ legum,quæ omne ius complectuntur, à πᾶν,omne , & δέχομαι capio , suscipio. Vide Gellium libro duodecimo. Idem libro vltimo , Sunt qui libros suos pandectas , id est omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in Præfatione inter illecebrosas & magna promittentes numerauit, propter quas,vt ipse inquit, vadimonium deseri possit. His pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbolas contulerunt, ex quorum verbis Digestorum leges velut Centones consarcinatæ sunt. Hæc ex Budæo.

Pandeletia sententia. Prouerbiali figura Pandeletiam sententiam Cratinus dixit, morosam ac molestam. A Pandeleto quopiam sycophãta,ex eorum genere, qui quò quæstum faciant, dicas impingunt grandes,& simili studio ferunt suffragia. Eras.

PANDEMVS, venus popularis. Pandemi & Vraniæ meminit Theocritus in Epigrammate. Hinc Pandemi dies. Epiphanius in Ancorato: Pandemis,hoc est popularibus diebus,cibaria quidem in totum exurunt , vina verò libant , nihil commodi mortuis ex hoc afferentes, imò potius seipsos lædentes , veruntamen coguntur à consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Pandemis diebus, mortuis epulas publicè offerebant. Lilius 13.Syntag.

Pandia,Iouis festa apud Græcos, sicut Iunonis Herea,Musarum Musæa, Cereris Demetria Mercurij, Hermila erant. Alexandrinus Alexand.lib 5.cap.8.

Pandicularis, & hoc pandiculare. Pandicularis dies, idem & communicarius , in quo omnibus diis communiter sacrificabatur. Paulus.

Pandiculor, penultima correpta { σκορδινᾶμαι } pandicularis , pandiculári dicuntur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur , eo quòd pandi fiunt. Plaut. Menæch.17 , Vt pandiculans oscitatur.

Pandiculatio , onis { σκορδινασμὸς } Oscitatio , vel potius corporis inter oscitandum extensio. Festus.

Pandiculatio , à verbo pandiculor , est motus illegitimus corporis torius à facultate naturali prouenies. Galen. lib. 2 , de Symptomat. cauſ.in principio. Conuulsio (inquit) & tremor,palpitatio & rigor, qui est totius corporis concussio , vibratióque. Præterea horror & singultus, tussis & ructus, sternutatio & pandiculatio & oscitatio, & dentium ex concussu strepitus, omnia motum illegitimum pro communi genere habent.

PANDION, pen. prod. huius Pandionis, pen. corr. {πανδίων.} Proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij , cui successit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philumela. Dictus Pandion , quasi to-

tus dios,id est Iouis.
Nata Pandione,Progne.Ouid 6 Metam.
Ales Pandionis,Hirundo,vel vpupa.Ouid.ad Pisonem.

Pandionia {πανδιονία} dicta est Attica.Sido.Qui pandioniam mouebat orator caucam tumultuosus.

Pandionius,Adiect. {πανδιόνειος} Idem quod Atticus, Lucanus de Palladе,Et Pandionias quæ cuspide protegit arces. Claud. de raptu Proserp.
Mons Pandionius.Stat.2.Thebaid.

Pando,pandas {πατέω} pandâre, Significat incuruari, oneri cedere. Vnde pandári trabs dicitur, quasi incuruari, cederéque ponderi. Plin.lib.16. cap.42. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Quintil. lib.11.cap.3, Leuiter pandata manus:cui Supinata opponitur.
Pandare,Neutrum.Quintil.lib.11.cap.vltimo, Pectus ac Venter ne proiiciantur obseruandam:pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas.Nisi fortè sensus sit, pectus ac venter pandant posteriora.

Pandatio, Verbale {πάτησις.} Vitruuius lib.7. cap.1, Contignationes pandationibus sidentes mouendo se faciunt vitia paumentis.

Pandus, Adiectiuum {πατὸς} Incuruus. Virgil.2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Pandus asellus.Ouid.1.Fast.
Carinæ.Virg 2.Georg.
Delphines.Ouid.3.Trist.
Dorsum.Senec.Agamem.6.
Fauces.Stat.4.Sylu.3.
Iuga boum.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Naris.Ouid.3.Metam.
Naues.Lucret.lib.5.
Rami.Ouid.14.Metam.
Rostrum.Ouid.14.Metam.

Pando,pandis, pandi,passum {ἁπλῶς, πετάζω,πετάννυμι, πλατύνω, ἐκπετάννυμι} pándere, Significat aperire & patefacere. Plaut. Bacchid.6.1, Pandite atque aperite properè ianuam hanc.
Pandere, Varro de vita Pop. Rom. lib. 1, existimat ea causa dici, quòd iis qui ope indigerent, & ad asylum Cereris confugissent,panis daretur. Pandere ergo,quasi panem dare, & quòd nunquam fanum talibus claudеretur. Nonius.
Aciem pandere, Vide ACIES.
Pandere agros pingues.Lucret.lib.5.
Alas ad solem.Virgil.4 Georg.
Alas velorum.Virg.3.Æneid.
Vlmus pandit brachia.Virg.6.Æneid.
Claustra pandite ianuæ.Catul.in Ephithal.Iuliæ,epigr.56.
Domus panditur.Virg.10.Æneid.
Forem difficilem.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Iter alicui.Ouid.ad Pisonem.
Limina.Stat.1.Sylu.1.
Mœnia vrbis.Virg 2.Æneid.
Pennas in littore pandunt Halcyones.Virg.1.Æneid.
Portæ panduntur.Virg.2.Æneid.
Spatia membrorum pandit.Stat.6.Thebaid.
Spectacula.Horat.2.Serm.saty.2.
Vela curuato sinu.Ouid.3.de Arte.
Vela orationis pandere, metaphora sumpta ab iis qui vela ventis explicant,Cic.4.Tusc. Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim,an eâ antè paululum dialecticorũ remis propellerem.
Vestigia.Virg.2.Georg.
Viam.Tacit.lib.18.
Viam ad aliquid.Liu.4.ab Vrbe.
Pandere viam fugæ.Liu.10.ab Vrbe.
¶Dictis pandere aliquid.Lucret.lib.5.
Casus suos.Ouid.14.Metam.
Medium alicuius rei.Cic.in Arato.
Rem ordine.Virg.3.Æneid.
¶Panditur planities, Protenditur, sese offert, apparet. Liu.2.bell. Maced.
Longè,latéque se pandût diuina illa bona, cælúmque contingunt. Cic.5.Tusc.

Pandens,Participium {πατέων} vt Guttura tria pandens Cerberus.Virgil.6.Æneid.

Passus,Aliud participium {πεπταμένος, ἐκπετὴς.} Apertus,extensus.vt Passa vela, id est Diducta ac distenta.
Passus capillus,id est Porrectus ac sparsus. Terent.Heaut.2.3, Capillus passus,prolixus,circum caput
Reiectus negligenter.
Crines passi.Virg.1.Æneid.
Lac passum.Ouid.14.Metam.
Passis palmis, hoc est expansis. Cic.2.de Nat.deor. Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis terga subsequitur. Cæsar 1.bel. Gal. Quæ in prælium proficiscentes, ne se, &c. milites passis manibus stentes implorabant.
Racemi passi.Virg.4.Georg.
Velis passis peruehi. Cic.1.Tusc. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quò vtinam passis velis peruehi liceat. De morte.
Passum ac tusum linum.Plin.lib.19.in Procœmio.
Passis manibus,& Velis passis dicimus, inquit Gellius,quod significat diductis atque distentis.Itaque Plaut.in Milit. a litera in e mutata per compositi vocabuli morem, Dispessis dicit, pro eo quod est Dispassis.Hæc ille,lib.15.cap.15.

Pandochium,pãdochij,pen.prod.hospitiũ, diuersorium, stabulum, caupona.πανδοχεῖον.Vnde & caupo ipse,Pandocheus dicitur.

PANDORA,pen.prod. {πανδώρα} mulier formosissima, & grátiosissima, cui singuli dei sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur Pandóra, quasi omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Hanc, vt ait Hesiodus,Iupiter in terram misit vt homines deciperet. Prometheus, Iapeti filius (ait Hyginus)primus homines ex luto finxit. postea Vulcanus Iouis iussu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerua animam dedit, cæterísque dij alius aliud donum dederunt, ob id Pandoram nominarunt. Ea data in coniugiũ Epimetheo fratri.Inde nata est Pyrrha,quæ mortalis dicitur prima esse creata. Hactenꝰ ille. Ab Hesiodo & aliis proditum est,Pandoram fuisse primam mulierem:nam ante eam muliebre genus fuisse nullum, author Pausanias in Attica. Pandora apud Aristophanem pro terra accipitur, quòd omnia ad vitam necessaria nobis suppeditet. Est & nomẽ matris Deucalionis: à qua Thessalia, Pandora dicta est. Hoc nomine dictę sunt gentes in conuallibus Indiæ,quæ,vt ait Plin.lib.7.cap.3,ducentos annos viuunt, in iuuentute capillos candidos habent,in senectute nigros.

PANDOSIA {πανδοσία.} Plin.lib.3.cap.1, Lucanorum in Italia vrbs,in qua Alexander Epirotes occubuit. Est & altera,vt idem testatur libro 4. cap.1,eius nominis in Epiro. Trogus lib.12,Iuxta vrbem Pandosiam Alexander non prius fatalis loci cognito nomine quàm occideret, interficitur. Liu. Decad.1.lib.8, Data dictio erat Alexandro, caueret Acherusiam aquam, Pandosiámque vrbem : ibi fatis eius terminum dari. Horum meminit & Strabo lib.6.

PANDROSOS,penult.correp. {πάνδροσος.} Filia fuit Cecropis Atheniensium regis,soror Aglauri & Herses,de quibus Quid.lib.2. Metamorphoseos,
Pars secreta domus,Ebore & Testudine cultos
Treis habuit thalamos,quorum tu Pandrose dextrum,
Aglauros,læuum:medium possedęrat Herse.

Pandura,instrumentum est musicum, non absimile Nablæ. Sunt qui Pandorum id,non Pandura appellitent. Ab eo nomine elicuit Lampridius verbum

Pandurizare,Id est Panduram pulsare, sicut Citharizare dicimus, Id est Citharam mouere:Et hinc fit

Panduristа, sicut & Citharista : quo verbo vsi sunt Martianus & Varro. Cælius lib.9.cap.4, Nablas legitur apud Athenæum, quem exegitauerint Phœnices primi : vnde & Nablistæ, sicut Panduristæ, à Pandoro, vel Pandura, vt est apud Varronem & Martianum, quam ex marina lauro compingunt Troglodytæ. Vnde nouatum Lampridio Pandurizare verbum,Id est panduram pulsare. Hæc ille.

PANEBII, populi in Arabia, de quorum regibus ac moribus sic scribit Alexander,Panebij,siquãdo rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput verò auratum in templo augustissimo consecrant dicántque. Alex.Alexandrinus lib.3.cap.2.

Panegyris,huius panegyris.pen.corr,fœm.gen. {πανήγυρις} Nundinę, solennis conuentus & publicus, seu celebritas, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitos scribit Herodotus lib. 6. Hinc πανηγυρικὸ λόγος,id est panegyricæ orationes,quæ in huiusmodi conuentibus & maxima celebritate haberentur, idque plerunque de vtilitatibus Græciæ. Significat etiam locum in quem hæc celebritas conuenit.
Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. Cic. Attico, lib. 1.
Malorum panegyris. Prouerbialiter dicitur de malis agminatim ingruentibus, & inuicem sibi succedentibus: metaphora ducta à solenni illo populi conuentu,ad ludos festos celebrandos,qui panegyris dicebatur. Vide Suidam.

Panegyricus,pen.corr.Adiect. {πανηγυρικὸς} Laudatiuus,popularis,plausibilis,promiscuus.Cic.in Orat. Sed quoniam plura sunt orationum genera,eáque diuersa,neque in vnam formam cadunt omnia,laudationum, scriptionum & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum.
Panegyrici. Quint.lib.2.cap.10, Nam & in iis actionibus, quæ in aliqua, sine dubio veritate versantur, sed sunt ad populárem aptatæ delectationem,quales legimus panegyricos,totúmque hoc,&c.

PANEMIVS, mensis Iulius ab Athenienſibus dictus. Alexander lib.3. cap.24. dierum Genialium.

Paneros {πάνερος} gemma est,alio nomine Pansebastos appellata,quæ fœcunditatem creditur afferre. Plinius lib.37. cap.10. Vide PANSEBASTOS.

PANEVS {πανὸς} fons est sub Libano monte, in quem siqua natantia proiiciantur, in lacu cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur. Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius, cui oppidum imminet sui nominis,habens post se Heniochorum multimodas gentes.

PANGAEVS {πανγαῖος} Thraciæ promontorium magnum atque excelsum,Macedoniæ iunctum, in quo, vt scribit Herodotus lib.7. aurea sunt & argentea metalla:quem cum Pieres & Hodomanti,tum præcipuę Satræ exercent. In singulari est mascul.gen. in plurali, neutri. Statius,
-illi Pangæa resultant, Ismaráque.
Alta Pangæa.Virg.4.Georg.
Cana Pangæa niuosis iugis.Lucan.lib.1.
Perfinduntinarata diu Pangæa iuuenci.Stat.10. Thebaid.

Pangæus, Adiectiuum {πανγαῖος} vt Arua Pangæa.
Flumina.Ouid.3.Fast.

Pango,pangis,pepigi.penultima correpta, & panxi, pactum {πηγνύω, πήγνυμι} pángere,Figere,plantare, siue iungere. Festus. Pangere, figere. Vnde plantæ pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. Hinc versus pangi, vel figi in cera dicuntur. Hactenus Festus. Pepigi tamen præterium ducit Quintilianus à Pago,non à pango. Vide PAGO. Proinde alij dicunt Pango, pangis, pegi & panxi, pactum, &c.
Clauum pangere.Liu.7.ab Vrbe.
Osculum pangere,Oscolari.Plaut.Curcul.2.
Inducias pangere,Idem quod facere.Liu.7.bel.Pun.
Pacem cum populo aliquo.Liu.4.bell.Pun.

Societatem

Societatem cum aliquo.Liu.4.bel.Maced.
Venus te pepigit nostro lecto,id est Promisit.Ouid.epist.15.
Pangere terminos.Cic.1.de Legib.Requiri placere terminos quos Socrates pepigerit,iussse parere.
¶Pangere,Plantare.Colum.lib.3,At quæ vetere sarmento panguntur,tardius coalescunt,sed tardius deficiunt. Et lib.3.cap.3, Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineæ iugerum intere ordines pangimus.
¶Pangere versus, Scribere. Cic. Tironi, lib.16.18, An pangis aliquid Sophocleum?fac opus appareat. Mart.lib.11.4,
At quàm victuras poteramus pangere chartas.
Carmina lucida pango.Lucret lib.4.
Ego mira poemata pango.Horat.de Arte.

Pactilis & hoc pactile, pen.corr. {πακτὸς} Iunctus. vt Pactilis corona. Plin.lib 21.cap.3.

Pangonius, gemma non longior digito : ne cryſtallus videatur, numero plurium angulorum cauetur.Plin.lib.37.cap.10.

Panhellenia,sacra Græciæ totius. Suidas.

Panhellinus, vel Panhellinon templum Liberi Ebriorum patris, quem apud Athenienses dirurum reædificauit Adrianus imperator. Cælius Rhod. lib 7. cap 13, Athenienſibus sacra Liberi fuisse præcipua,scribit Dion. Ea quum Adrianus in veste indigena cõcelebrasset magnificè, templum Liberi, quod Panhellinon vocant, constrúi permisit.

PANIAS, fons è quo Iordanis amnis profluit, sinque Asphaltiten lacum (Sacræ literæ Asphaltiten, Genesaram vocant)prolabitur. Plin.lib.5. cap.15.

PANIAS,oppidum Decapoleos,in regione Syriæ.Plin.lib 5.cap.74.

Panicula, Vide PANVS.

Panicum,pen corr panici {κένχρος} Genus frugis.Plin.lib.18.cap.7, Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paularim exrenuato culmo,penè in furculum prædensis acernatur granis.cum longissimo pedali,milij comæ granum complexæ, fimbriato capillo cutuatur. Sunt & panico genera:Mammosũ è pano,paruis racemato paniculis, & cacumine gemino. Cæs.2.bel.Ciuil. Panico enim vetere,atque hordeo corrupto omnes alebantur.

Panicum, pen.corr. {πανικὸν} dicitur quicquid cum stupore contingit: pauor sine causa obortus, terriculamentum inane : à Pane deo, qui tales terrores subitò animis immittere credebatur. Erasmus, Panicum veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores & animi consternationes immittere lymphaticis simillimas, vsque adeò impotentes, vt non ratione modò, verùm & mente careant. Sicuti non rarenter vsu venit, quum in exercitu nulla comparente idonea causa,viri pariter atque equi perturbantur. Hac de re copiosius disserit, citatis aliorum etiam Græcorum testimoniis, Angelus Politianus in Miscellaneorum annotatione vicesima octaua. Hoc adagium subinde refertur à Ciceronе in Epistolis ad Atticum, lib.7, Ego inquit,bellum fœdissimum futurum puto,nisi qui, vt tu scis,panicus casus exiterit. Vide Erasmum.

Panionia,Festa totius Ioniæ Syntag 17 apud Lilium, Heliconio Neptuno festa celebrabantur,quæ Panionia vocitata fuerunt. Herodotus lib.1.

Panionion,vniuersæ Ioniæ,sicut Panætolion, vniuersæ Ætoliæ concilium fuit. Liuius lib.1. belli Macedonici. Budæus in annotationib. ad Pandect.

Panis,huius panis, masc.gen. {ἄρτος,πάνος,πάγος} Notæ significationis. Genitiuo plurali panũ Verrius scripsit. Nonius,Panis proprietatem à pascendo putant veteres existimandam. Varro de vita Populi Romani lib.1,Pastillos & panes hæc vocabula pastus,quòd esse, pascere dicebant. Cic.in Pisonem,Panis & vinum à propola,atque decupa. Panis, quòd primo figuras faciebant mulieres in panificio Panus, &c.Varr.de Ling.Latin.lib.4.
Acerosus panis,Vide ACVS,aceris.
Adustus.Horat.2.Serm.saty.8.
Artoptitius,Vide ARTOPTA.
Ater.Terent.Eunuch.5.4.
Cærulei panis nucida frusta.Iuuen.saty.14.
Candidus. Quintil.lib.6.ca.4,de risu,Vatinius,quum reus agente in eum Caluo, candido frontem sudario tegeret, idque ipsum accusator in inuidiam vocaret: Quanuis reus sum,inquit, & panem candidum edo.
Cibarius panis, Panis rubidus, secundò coctus,panis vilis & sordidus,qualis est rusticorum panis.Cic.5.Tusc. Cui quum peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis cibarius in casa panis datus est:t,nihil visum est illo pane iucundius.
Deuolutus ex igne.Catul.de Rufa,epigr.55.
Improbus,Vide Bucca,pro frusto panis,in BVCCA.
Panis lapidosus. Senec.lib.2. de Benef. Prouerbij speciem habet, quo non inepte beneficium ab homine duro asperè datum, quod esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse dicetur.
Luteus,Vide LVTVM.
Mendicatus.Iuuen.Saty.10.
Nauticus,Vide NAVIS.
Potior panis mellitis placentis.Horat.1.epist.10.
Primarius,Vulgus *panem album* vocat.
Longè pulcherrimus.Horat.1.Serm.saty.5.
Secundarius,Vide SECVNDVS.
Sordidus.Plaut.Asin.4.
¶Adhibere aliquid ad panem,Vide ADHIBEO.
In pane venenum alicui dare.Cic.pro Cluentio.
Frangendus panis inermi gingiua.Iuuen.Saty.10.
Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet.Horat.2.Serm. saty.2.
Secundo pane,& siliquis viuere.Horat.2.epist,1.
Panis zimita.
Panis azimus.
Panes obeliæ.
Panes cribanitæ, canchridiæ, apiritæ.
Panis bucellam.
Panis pyrinus.
Panes sitanij.
Panes nasti.
Panes artocopi.
Panes ciuiles.
Panis autopyrus.
Panes militares,castrenses.
Panes pelani.
Panes gacoli, lagunculi,dulciarij.
Panis syracomistus.
Panes vrriculi.
Panis phasinus.
Panis colix.
Panes propositionis.
Panes facierum.
De quibus omnibus vide Cælium Rhodig. lib. 9. cap.16.
Altera manu fert lapidem,altera panem ostentat,Plaut.Aululatia,
Nunc petit quum pollicetur,aurum inhiat,vt deuoret:
Altera manu fert lapidem,panem ostentat altera. Paræmia est elegans in eos, qui coràm blandiuntur, clàm obrectantes : aut qui hîc profunt,i lic lædunt, falsam beneficij spem ostentantes, vt nacti occasionem funditus perdant. Transtarum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt,deinde accedentibus saxum illidunt.
¶Panis, interdũ pro Annona reperitur:quod inde cõiicitur, quòd à fisco percipiendos reditus, quos Iustinianus in Authen. de non alien. §. Hæc ergo. annonam ciuilem appellat. Idem Cæsar in l. vltima.C.de iure dotium, & in l. Hac edictali. §. His illud. C.De secundis nuptiis.panem ciuilem vocat. Alciatus.

Panifex,pen corr.huius panificis {ἀρτοποιὸς} Qui panes facit.qui & Panificus dicitur.

Panificium,huius panificij {ἀρτοποιία} à pane faciendo dici cœptum est, postquam ei figuras facere instituerunt,vt ait Varro de Lingua Latina, lib. 4. Cels. lib.2. cap.18, Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumentis panificia fiunt,generis valentissimi esse. Valentissimum voco,in quo plurimum alimenti est. Idem paulo pòst,Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse quod ex frumento,adipe,melle,caseo constat. Ex his verbis apparet quid sit panificium Hæc Budæus.

Panarium, huius panarij {κανοῦν, κάνεον.} Panis receptaculum. Plin. lib.1.epist.6, Proinde quum venabere, licebit authore me, vt panarium & lagunculam,sic etiam pugillares feras. Suetonius in Caligula,cap.18,Spartit & missilia variatum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit.Varro lib 4.de Lin.Lat.Panarium,vbi panẽ seruabant.

Panariolum,huius panarioli, pen.corr. {κανάριον} Diminut. Vasculum vimineum in quo seruatur panis. Martial. lib 5.50, Cum panariolis tribus redisti.

PANISCI {πανίσκοι} Dij syluestres quasi per diminutionẽ dicti minutuli Panes,sicut à Satyro Satyriscus inolinatur. Scribit Plin.lib.35,Paniscũ fuisse pictum à Tauriſco pictore. Cic. 3. de Nat. deor. Si dij sunt, fiuntne etiam Nymphæ deæsi Nymphæ,Paniſci etiam & Satyri.
Caput Panisci,Cic 2.de Diuinat.Fingebat Carneades in Chiorum lapicidinis,saxo diffisso caput extitisse Panisci.

PANISSVS,flumen in Thracia,non procul ab Apollonia Plin.lib.4.ca.11.

Pannaritus, Vide PANNVS.

Panneus,Panniculatia, Vide PANNVS.

PANNONIA {πανονία} ab Oriente habet Mœsiam, quæ Seruia & Bulgaria dicitur hodie: ab Occidente Noricum : Septentrionem eius Germania & Danubius, Austrum Liburnia Illyriesque montes excipiunt. Solinus cap.34. Florus li.4. cap.12, Appianus Pannoniam Sauo,Drauo & Danubio fluminibus inclytis,& duobus saltibus inclusserunt. Pannoniam à Lentulo Proconsule debellatam, ab Augusto in prouinciam per Vibium redactam, Florus, Sueton. in Augusto, cap. 21,atque Eutropius lib.7.memoriæ prodiderunt.A Pannone rege,cuius apud Methodium est mentio,nomen sumpsisse ferrur. Huius cultores Pannones, Pannonij & Pæones ab historicis appellantur, teste Appiano in eo libro qui Illyricus inscribitur. Porrò Pannonia duplex est, superior & inferior. Pannonia superior, quæ & prima, ab Occasu Noricum,à Septentrione Germaniam & Istrum, ab Oriente Pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrim habet. Ipsa ad montem Cæcium Norico coniungitur.Hodie Austria & Styria,*Oesterreich vnd Steyrmarck* appellatur. Tota hæc Pannonia Germaniæ addita, etiam Teuthonico sermone vritur. In hac præter alias Vienna præclarissima ciuitas sita est,gymnasio celebertima. Inferior Pannonia, etiam secũda vocitata, à Septentrione veterẽ Germaniam Danubiúmque, ab Occasu Pannoniam superiorem, à Meridie Lyburniam siue Illyrim, nunc Sclauoniam, *Vuendenlandt* dictam, ab Ortu verò Iazygas Metanastas, id est Septemcastrenses prospicit. Hæc hodie sub Hungaria propemodum est, quanuis satius in Siciliam vsque protendatur Hungaria Ex Andrea Althamero in Corn.Tacitum.
Fallax Pannonius.Tibull.ad Messalam,1.
Ferox.Stat 1.Sylu.1.

Pannonicus,pen.corr.Adiect. {πανονικὸς.} Suet.in Aug.Reliqua per legatos administrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis,aut interueniret,aut non longè abesset.

Pannicula, Vide Pannicula in PANVS.

Pannus,panni {ῥάκος,ῥάκιον} Quo vestimur.
Cooperta membra pannis Lucret.lib 6.
Pannos cruore rubros lauit obstetrix.Horat.in Epod.ode penult.
Tincti ferrugine.Ouid.in Ibin.
Albo velatus.Horat.1.Carm.ode 25.
Vincire membra pannis.Ouid.in Ibin.
Pannum neutro genere protulit Næuius-Tabellaria,Qui habet vxorem sine dote,pannum posicum in purpura est. Nonius.
Pannus lacer.Adagium est:hominem enim iam fastidium & reiectum,ἄκακὸς πανοχεῖδε vocant Græci, id est pannum vndique lacerum. Sumpta metaphora à veste longo vsu detrita, atque ob id reiecta, quum noua fuerit in pretio. Conueniet in eos,qui amicis vtuntur vt vestibus,quos dum vsui sunt,amplectuntur,curant,ostentant: simulatque verò vtiles esse desierunt, negligunt, ac reiiciunt, vt pannum lacerum.Vsus est Lucianus.

Pannus,pro Linamento. Colum.lib 6. cap. 12, Pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis.

Pannum Laricæ nasci Marthiolus ad Dioscoridem lib 1. cap.74 in hæc verba retulit: Reperitur præterea in annosis Laricum caudicibus prope medullam ipsam pannum quod lam albicans quandoque, cubiti amplitudine, corio, ex quo chirotheca conficiuntur, adeò persimile, vt vix alterum ab altero discerni possit. Vtuntur hoc incolę ad vulnera glutinanda, & ad sanguinis fluores cõpescendos. Dioscor.

Pannarius est, pannorum venditor. Cælius Rhod.lib. Antiq.lect.6.capite 12.

Panniculus pen.corr. Diminutiuum. {ὑφαντάριον.} Iuuen. Satyra 6,

Hæc sunt quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Quasi dicat pannus tenuis & delicatus, qualis solet esse ille qui ex filis bombycum texitur:

Panniculus, etiã accipitur pro Panno crasso & vili, siue attrito & lacerato. Celsus libro 5, Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est.

Pãniculus, pro Pannoso accepisse videtur Martial.lib.5.62, Te successurum credo ego Panniculo. Domitius putat Panniculum fuisse mimum, quem pulsans Latinus, risum mouebat. Successurum igitur Panniculo, id est pulsatum iri à Latino, vt moueat risum, & sit morio.

Panniculatria {παντοπωλεῖον} Vlpiano teste, dicuntur ea quæ in custodia receptus, secum attulit, aut vestis qua indutus fuerat qui ad supplicium ducitur, aut nummi quos victus sui causa habuerit in promptu: aut leues annuli, hoc est qui rem non excedunt aureorum quinque. Vlpiani verba hæc sunt in l. Diuus. De bonis damnatorum.

Panneus, Adiect. {ὑφαντικὸς} Quod est ex panno. Vnde panneæ vestes dicuntur, sicut laneæ & bombycinæ.

Pannosus, pen. prod. aliud Adiect. {ῥακώδης} Qui sordida veste, crasso panno, villoque opertus est. nec hoc nisi de paupere dicitur. Iustinus lib.2, Permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Cic.ad Attic.lib.4, Clodij vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.

Fæx pannosa. Pers.satyr 4.

Pannuncius, Similiter adiectiuum {ῥακώδης} Idem quod Pannosus. Persius Satyr.4, Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis.

Pannuleium, pannulei {ῥάκια} A panno & voluendo filo, sudariolum significat, vt est apud Varronem lib.1.de Lingua Latina. Quidam legunt Panuelum: Turnebus Panuellium, quod esse dicit, vt in antiquo lexico declaratur πανίον, radius scilicet, aut fusus, cui filum inuoluitur.

Pannucea poma, quæ celerrimè in rugas marcescunt. Plin.lib.15.cap. 14. in fine.

PANOMPHÆVS, Iouis epitheton, quia ab omni lingua colitur, à πᾶς & ὄμφη vox: vel quòd omnium voces audiat. Ouid.lib.11. Metam.

Ara Panomphæa vetus est sacrata tonanti.

PANOPE {πάνοπη} Vrbs Phocidis, vocata sic à Panopeo Phoci filio: Stephanus. Straboni lib.9, Panopeus dicitur.

Arua Panopes. Ouid.3.Metamorph. Iam vada Cephesi, Panopésque euaserat arua.

Panope, Nympha marina, à perspicuitate visus nomen sumens. πᾶς omne, ὄπτω, video.

PANOPAEA {πανοπαία} eadem quæ & Panope. Virgil.1, Georg. Glaucon & Panopææ, & Inoos Melicertæ. Idem 5. Æneid. Nereidum Phorcíque chorus, Panopæáque virgo.

Panoplia, æ {πανοπλία} perfecta armatura, hoc est quicquid ad armandum militem est necessarium, quasi dicas, omnia simul arma quæ ad virum pertinent. Ambrosius vertit vniuersitatem armorum.

PANOPOLIS, oppidum Asiæ, non procul à Ptolemaide. Plin.libro 5. cap 10.

Panopolites, Ægypti præfectura, quam illi Nomum vocant, est. Plin.lib.5.cap 9.

PANORMVS, & Panormum, & Panormium {πάνορμος} Ciuitas Siciliæ: dicta à nauium applicatione, quæ vndique illuc conueniunt. est enim ὄρμος portus pars. Inde nautæ dicuntur hormizare, id est nauem anchoris & retinaculis instruere, quò secura sit in portu à repentinis procellis. *Palerme* vulgò dicitur. Aliis *Palermo*. Hinc

Panormita {πανορμίτης} Panormitanus, & Panormius, Qui est ex Panormo.

PANORMITANVS, verbosissimus iuris Romani professor, natione Siculus, nomine Nicolaus. Senis docuit, ac tandem Panormitanus Archiepiscopus factus, annum 1450 attigit.

PANOTII, Populi sunt Scythiæ, immani auriculatum patularum prolixitate totum corpus tegentes: sic dicti, quasi toti auriti. Isidorus, Panotij, inquit, apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, vt eis omne corpus contegant. Pan enim Græco sermone omne, & ia aures dicuntur. Ex quo loco quod apud Plinium lib. 4. cap. 13. legitur, Fanesiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant, &c. Turnebus Panotiorum restituit. Natus autem videtur hic error, quòd veteres Latini p. tenuem in aspiratam sæpe mutabant. Ita è Panotiis, Phanorij, & denique Fanesij tandem corrupti sunt. Similis error est in Pomponio Mela, vbi legitur, Et Satmalos, quibus magnæ aures, &c. scribique debere Panotios idem Turnebus arbitratur, optima certè ratione, vt videre poteris.

PANSAE {πανσαί} dicti sunt quibus lati ac pansi sunt pedes: sicut Plancij, quibus plani sunt pedes. Plin.lib.11.cap.45, Vola homini tantum, exceptis quibusdam. nanque & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ. De pedib. hominum loquitur, & vola ipsorum pedum. Pansam tamen dictum putat Cassiodorus ab expansis capillis. Vide Cælium lib.24 cap.5.

Pansebastos {πανσέβαστος} gemma, quæ afferre fœcunditatem existimatur. ita dicta, quasi prorsus augusta & venerandaz: aliàs Paneios dicitur. Plin.lib.37.cap.10.

Panselenus {πανσέληνος} pen.pro. pleniluniũm, quum scilicet Luna pleno orbe fulgens totam lucet noctem: nam σελὴνη Luna dicitur: vnde & Prosel nus, ante Lunam natus, quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriantur.

PANTACES {πανστάκης} fluuius est in finibus Italiæ, non procul à Gargano monte, iuxta Chalcantis & Podaliij facella, cuius aquæ ad pecorum morbos præsens habent remedium. Dictus Pantaces, hoc est à morbis omnibus curandis.

PANTAGIAS {πανταγίας} Fluuius Siciliæ. Hic fluuius (inquit Seruius) quum plenus incederet, implebat sonitu penè totam Siciliam. Hic postea, quum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate. Hæc ille enarrans illud Virgilij 3. Æneidos,

-viuo præterueho ostia saxo
Pantagiæ, Megarosque sinus, Tapsumque iacentem.

Rotans saxa Pantagias. Claud.2.de rap. Proserp.

PANTANVS, Lacus in Dauniorum Italiæ populorum finibus situs. Plin.lib.3.cap.12.

PANTHEA {πανθέα} Vxor fuit Abradatæ regis Suzorum, vt forma, ita & castitate insignis, quæ quum à Cyro maiore expugnatis Assyriorum castris capta esset, liberalitérque ab eo habita, Abradatam virum ad se accersiuit, eum per communia lecti fœdera obtestans, vt pro tanta regis in se beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret, qua vxoris oratione inflammatus Abradatas cum vniuersis copiis in Cyri castra venit, vbi quum fortiter dimicans mortem oppetiisset, Panthea cadauer illius inter tot millia cæsorum agnitum, lectica sua ad ripã Pactoli amnis retulit, ablutísque eius vulneribus, quum nutrici quid post mortem fieri vellet in mandatis dedisset, capite in mariti pectus inclinato, necem sibi conscíuit. Xenophon lib. 7. Cyri pediæ. Vide ABRADATAS.

PANTHEON. pen. corr. {τὸ πάνθειον} Templum Romæ, quod (vt Dion historicus refert) sic dictum fuit, quòd in Martis Veneríque imaginibus, sub ipso templo constitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum ipsum rotundum sit, cœlóque persimile, & sic quoque omnium deorũ habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quòd sanè in similibus sæpe ad summum spectare solet) & θεῶν deorum. Vnde Plin.lib.36.cap.15, Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum. Ité lib. 34.cap.3 & lib.9.cap 31. Hodie vulgò id templum appellatur *D. Mariæ rotundæ*. quod Bonifacius Pontifex max. à beato Gregorio quartus, dono accipiens à Phoca Cæsare, in templum omnium Sanctorum conuertit.

Panther. pantheris, pen.prod.m.g. {πάνθηρ} A quo Panthera, pantheræ, pen.prod. Animal prorsus ferum & maculosum: cuius mas pardus dicitur. Plin.lib.8 cap.17, Panthera & tigris macularum varietate propè solæ bestiarum spectãtur, cæteris vnus ac suus cuiusque generis color est, &c. Ibidẽ, Quidam ab his pantheras solo candore discernunt: nec adhuc aliam differentiam inuẽni. De pardis. Cic.1. de Nat. deor. Non crederes leones & pantheras esse, quum tibi quales essent, diceretur?

Panther caurit amans. Author Philomelæ.

Pantheræ, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum essent vsæ, non morerentur. Cic.2.de Natura deor.

Morsus pantheræ. Lucret.lib.4.

Pictarum fera corpora pantherarum. Ouid.3.Metam.

Pantherinus, pen.prod. Adiect. {πανθηρικὸς} Quod ad pantheram pertinet: vt Pantherina pellis. Plin.lib 35. cap.11.

Pantherinum, Pantherinæ simile & varium. Plaut. Epid.2,

-qui varie valent,
Captigenum hominum non placet, neque pantherinum genus.

Pantherinæ mensæ. Plinius libro 13. cap.15, Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discrimine: ideoque tigrinæ appellantur, hoc intorto: & ideò tales pantherinæ vocantur.

Pantheron, siue Pantherum, pantheri, pen. prod. aut potius Panther. Varro lib.4. de Lingua Lat. Ferarum vocabula partim peregrina, vt Leo, Panthera, vtraque Græca, à quo etiam rete quoddam Panther. {πανθήρειον.} Reris genus est, ex eo nomen habens, quòd omnes aues concludat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piscatorium est. θήρα venatum significat & aucupium. Vnde Pantheron dictum, & ἀγριοθήρας auceps. Est autem huiusmodi rete, quod nostri saltabundum appellant, quod quum humi exporrectum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quisquiliis, ne ab auibus prouideri possit. Deinde quum opus est, ad ducto magna vi fune, repentè expandítur, in escatásque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuersas contegit. Hoc reti nostri ad passeres & sturnos vtuntur, & ad grues & ótidas, quas *Oustardas* vocant, quasi tardos anseres. Vlpianus de Actio. empti. & vend. l. Ex empto. §. vltimo, Veluti quum futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel pantheram ab aucupe. nam etiam si nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit. Budæus legit panthera numero plurali, accipítque pro captura, eo modo quo indaginem.

PANTHESILEA, pen.prod. {πανθεσίλεια} nomen reginæ Amazonum, quæ Orithyiæ successit: dicta quasi omnia subiens. Hæc prima (vt ait Plinius) securim inuenit. Habet ει diphth. in penultima. Virg.1. Æneid. Panthesilea furens mediis ardebat in armis. Alij scribunt Penthesilea.

PANTHOIDES, penult. corr. {πανθοΐδης} Pythagoras philosophus dicitur, qui dicebat se fuisse Euphorbum Troianum Panthoi filium. Ouid. 15. Metam. Panthoides Euphorbus eram, &c. Horat. 1. Carm. ode 28.

PANTHVS {πάνθους} Nomen filij Otrei fratris Hecubæ: vir Troianus ex primoribus vrbis, vt ostendit Homerus Iliados 3. Panthous, dicitur & Panthus per Synæresim, authore Tortelio. Virg.lib.2. Æneid. Panthus Otriades, arcis, Phœbíque sacerdos.

Panthu,

Panthu, Vocatiuus. Virg.2. Æneidos,
Quo res summa loco Panthu?

PANTIA, insula parua, ãrtamen habitalis, non multum disiuncta à Pandataria non procul à sinu Caietano. Strab.lib.5.

PANTICAPAEVM {πανηκάπαιον} vrbs maxima ad Bosphorum Cimmérium, cæterarum metropolis, condita ab Æetæ filio, cui Agaë Scytharum rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. Meminit huius oppidi Plinius libro quarto, capite 12.

In Panticapæum pelli, Prouerbiali figura olim dicebant eum qui per summam contumeliam expelleretur, vel potius qui funditus perderetur. Vsus est Plutarchus in Stoicorum contrarietatibus.

Pantices, pen.corr.plur.numeri {κενεῶν} Fluxus ventris, vt ait Festus, quòd venter pandatur. Plaut.Pœud.4, Eo vos panticésque adeò madefacitis, quum sim ego hic siccus. Martialis lib.6.64,

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone, &c. Videtur id significare quod Galli dicunt, *La pance*.

Pantolabus {παντολάβος} notissimi scurræ nomen apud Horatium in Satyris.

PANTOLE, teste Eustathio Homeri interprete, impostor fuit nominatissimus: de quo in dictione PLANVS.

PANTOMATRIVM, Pantomatrij {πανηγύριον Stephano} Oppidum est Cretæ insulæ maritimum. Plin.lib.4.cap.12.

Pantomimus, pantomimi, penult. prod. {παντόμιμος} Personarum omnium imitator effictórque, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes saltando ostendebat. Ex πάντων omnium, & μίμος simulator. Plin.lib.7.epist.24, mythicum pantomimum, hoc est fabularem quendam vocauit. Plin. iunior epist.144, Habebat illa pãtomimos, foucbátque effusius, quàm principi fœminæ cõueniret.

Pantomimi erant saltatores, qui gestu historias & fabulas ita exprimebant, vt sub oculos sub iecerent: ad quam saltationem respexit Horatius, quum scripsit lib.1. Serm. satyr.4,

Pastorem saltaret vt Cyclopa rogabat. Et Iuuenal. satyra 6,

Chironomõ Ledã molli saltãte Batyllo. Hoc genus saltationis quale fuerit, à Luciano describitur elegantissimo libello, cui titulus est De saltatione, in quo pantomimos manibus loqui scribitur.

Pantomimus, etiam pro poemate ipso accipitur. Plin.in Panegyr. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque adueꝛsatur, & damnat effœminatas artes, & indecora fœcule studia.

Panurgus, huius panurgi {πανοῦργος} Propriè significat eum qui omnibus in rebus versatus est, à πᾶς & ἔργον. Verùm quia huiusmodi callidi esse solent, factum est vt accipiatur Atticis scriptoribus, pro callido, astuto, vafro, versuto, versipelli, & veteratore, qui versutia sua quiduis potest agere, qui omnia conficere potest callidítate.

Panurgia, panurgiæ, pen.corr. {πανουργία} Astutia, fraus, vafrities subdola & improba. Plautus,

Ilthæc panurgia tete in pistrinum dabit.

Panus, pani {πάνος.} Nonius, Panus est tramæ inuolucrum, quod tumet rotundúmque est, quem diminutiuè panulam vocamus. Lucilius lib.9. Foris sub tegminis panus est. Festus panulam diminutiuum, non panulam esse vult. Vide Varronem libro quarto de Ling. Latina.

¶Panus {φύγεθλον, βουβών} vocatur tumor sub faucibus, auribúsve, & inguinibus, ex formæ similitudine. Afranius Matertera, In quem ple nam papulam, panum, tympanum. Nouius Optione, Qui me miserũ miseriorem redidit, quàm panus puerum. quòd pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. Hæc ex Nonio. Hermolaus, Panus, siue vt quandoque scriptum est in Celso, panis, à similitudine figuræ dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, fitque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. Vide Celsum lib.5.& Plin.lib.20.cap.1.

Mammosus panus, Vide MAMMA.

Panus in arboribus. Plin.lib.16. cap.8. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops fert panos arentes, muscuso villo canos, non in cortice modò, verùm & è ramis dependentes cubitali magnitudine.

Panicula, paniculæ {πάνικος} vel panicu lus, culi, penul. corr. Diminutium: significat in arundinibus, iugãtibus, auellanis & similibus eo mam illam in qua semina dependent. Plinius lib.16.cap,10, Abies è cunctis amplissima est, & fœmina etiam prolixior materie, mollior, vtilióreque, arbore rotundior, folio pinnato densa, vt imbres non trãsmittat, atque hilarior. In totum è ramis generum horum paniculaꝛum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquã larici. Hæc abietis masculæ, primori parte nucleos habẽt, non item fœminæ. Piceæ verò totis paniculis, minoribus, gracilioribúsque, minimos ac nigros. Idem de arundinibus, lib.16.cap.36, Cætero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ coma, neque hac superuacua. Item lib.19.cap.1.

Quicquid igitur subloꝛga & subrotunda forma tumet, panicula dici ferè potest. Plin.lib.21.cap.4, Græcula, inquit, rosa conuolutas habet foliorum paniculas.

Paniculum rectorium, apud Plautum quod legitur in Milite glorioso, Turnebus paniculam, tectoriã restituit ex Plinio: vt paniculæ læuissimæ arundinis, qua integi villaticæ domus solent, intelligantur.

Papæ {παπαῖ} Admirantis interiectio: hæc enim in se affectum verbi mitor. Donatus, Papæ, interiectio mira subitò accipientis. Terentius Eunuch.2.2, Ecquid bea te? P. mène? papæ. o. sic foleo amicos. P. laudo.

Papaver. penult. prod. papaueris, pen corr. neutri generis {μήκων} Genus herbæ multiplicis. Plinius lib.19.cap.8, Papaueris satiui tria genera: Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur assuso ouo inhærens, vbi inferiorem crustam apium gith̃que cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaueris nigrum, cuius scapo incisso, lacteus succus excipitur. Tertium genus horum vocant Græci, id nostri erraticum.

Haustus papaueris. Lucret.lib.2.

Lacrymæ papaueris apud Celsum locis penè infinitis, nihil aliud est quàm Opium.

Cereale papauer. Virg.1. Georg.

Cornicularum. Dioscor.lib.4.cap.3.

Fœcundum Ouid.11. Metam.

Letheum. Virg.4. Georg.

Luteum. Catull. in Epithal. Mallij, 56.

Purpureum. Propert.lib.1.eleg.19.

Soporiferum. Virg.4. Æneid.

Spumeum Dioscor.lib.4.cap 62.

Vescum. Virg 4. Georg.

¶Papauer, masc. genere. Varro, Infrias senem papauerem. Plaut. Asin. Formicis obiicis papauerem. Ex Nonio.

Papauereus, Adiectiuum {μηκώνειος.} vt Comæ papauereæ. Ouidius 4. Fastor.

Papaueratus. pen. prod. Adiect. {μηκωνωτός.} vt Papauerataæ vestes, à colore candi. Ido dicuntur. Plin.lib.8.cap.48.

Papauereulum est callus pinnæ interior seu cõchylij papauer: est & buccini pars ima esculentaque. Cælius lib.7.cap.10.

PAPELLIVS Ister, Consul, quo tempore bubo infausta auis Capitolij cellam intrauit, propter quod Nonis Martiis vrbs lustrata est eo anno. Plin.lib.10.cap.12.

PAPHAGES, penult. prod. {παφάγης} rex Ambraciæ. Is quum obuiã factus esset leænæ, catulis suis stipatæ, ab eadem interfectus est. Ouidius in Ibin,

Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitque Paphagææ causa leæna necis.

PAPHLAGONIA {παφλαγονία} Asiæ minoris regio, in Septentrionem litore versa, clarissimis oppidis illustris est, & à Paphlagone Phinei filio denominata, vt author est Strephanus. Hinc Paphlagones, qui (teste Cornelio Nepote) in Italiã transuecti, mox Veneti dicti sunt. Hæc (vt Solinus scribit) Cytoro monte consurgit, porrecto in spatium trium & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriã condidit: quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

Paphlagon, pen.corr. huius Paphlagonis, pen.corr. {παφλαγών} Qui est è Paphlagonia. Priscianus in Periegesi Dionysij, Paphlagones post hos Martiandyníque sequuntur.

PAPHOS {πάφος} Vrbs Cypri in qua Venus summa cum diligentia colebatur. Huius meminit Plin.lib.2.cap.96. Virgilius 10. Æneidos, Celsa Paphos.

Paphius, Adiectiuum {πάφιος.} Vnde ipsa Venus Paphia dicebatur.

Paphij thyrsi. Colum.lib.10.

Ædes Paphiæ. Claud.de Nuptiis Honorij.

Puellæ. Claud.in præfat.in Eutropium.

Myrti Paphiæ. Ouidius 3. de Arte. Myrtus enim dicata est Veneri.

PAPIA {πάπιον} Ciuitas Insubrium, Ticinum alio nomine appellata, olim Ostrogororum & Longobardorum regum sedes. Est & fluuius eodem nomine.

Papia lex, quæ fuerit, vt scias, ob vitandam prolixitatem te ad Alexandrum Alexandrinum lib.4.cap.22. remittimus.

¶Papia papæ, Varronis Satyræ cuiusdam titulus est, quod significat papæ patercule. In ea immodicos laudatores & assentatores vituperabat, qui in admirationem sæpe solent prorumpere, & assentatoria laude hominibus adulari. Turneb.

Papilio, papilionis, Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecilius est. Plin.lib.11.cap.19, Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus, luminibus accensis adnolitans, pestiser, nec vno modo, nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa quibus teredines gignuntur. Colum.lib.9.cap.14.

Feralis papilio. Ouid.15 Metam.

¶Papilio, Territorium etiam significat. Plinius libro 5. capite 3, Numidæ verò Nomades, à permutandis papilionibus: mapalia sua, hoc est domus clausttis circunferentes. Vetus exemplar habet à permutandis pabulis.

Papilla, Papillatus, Vide PAPVLA.

PAPINIANVS, penultima producta {παπινιανὸς} Iurisconsultus, Seuero principi gratissimus, Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci succesit. Is est cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla, securi percussus, causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, vt & in Senatu & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facilè parricidium excusari posse, quàm fieri. Spartianus.

Papinianistæ, iuris auditores quandoque dicti à Serbidij Scæuolæ discipulo Papiniano, Iureconsultorum, quorum in pandectas relata sunt monumenta, longè principe. Iustinianus in Epistola ad omnes populos, quæ Pandectis est præfixa.

PAPINIVS Statius {παπίνιος στάτιος} Neapolitan⁹ inter Heroicos poetas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius oriundos esse Epiro, diúque versatos Sellis non sine admiratione ingenij & probitatis. Parrem Papinium habuit: qui ob insignem eruditionẽ, egregiáque virtutes, Neapoli ciuitate donatus est, in qua Statius Papinius poeta naralem suum habuit. Composuit multa & varia poemata. Ex Crinito.

Papinius, quem Consulem se Romæ vidisse ait Plinius, D. Augusti nouissimis temporibus, primus intulit in Italiam Zizipha & Tuberes. Plin.lib.15.cap.14. hoc Consule phœnicé deuolasse in Ægyptum tradit Valerianus.

PAPIRIA, siue Papisia gens patricia Romæ fuit, ex qua tres nobilissimæ celebrantur familiæ, diuersis cognomentis insignitæ. Alij enim Papirij dicebantur Mugillani, alij Crassi, alij Cursores. De omnibus frequens fit mentio apud historicos.

PAPPA {πάππα} Puerorum cibus est, Deductum nomen à pane.

Pappas,pro Patre accipitur, siue pro eo qui puerum alit. Iuuenal. satyra 6, -timidus prægustet pocula pappas.

Pappa,non solùm pultem puerorum cibum, quem & nos *Papet* dicimus,aut patrem recto casu:sed & Iouem eo nomine appellatum legimus. Alexander, A Bithynis vsurpatũ legimus,vt adoraturi,montium cacumina conscendant, & sine templis Iouem Pappam salutẽt, sicut Scythæ Papeum, lib.2.cap.22.

Pappo, pappas {παππάζω} pappáre, Blandiusculis & puerilibus verbis patrem appellare. Pers.satyr.3, Et similis regum pueris pappare minutum Poscis? & ictatus mammæ lallare recusas? Græci παππάζειν dicunt,quæ vox etiam est anserum,vt testatur Iulius Pollux.

Pappare, Cibum sumere. Plaut.Epid.14, Nouo liberto opus est quod pappet. P.dabitur,præbebo cibum.

Pappus,huius pappi {πάππος} auus dicitur.nam Græci πάππον auum dicunt. Ausonius ad nepotem suum, -pappos,auiásque tremẽtes Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.

Pappus, pappi {πάππος} Carduorum flos & lanuginosa quædam substantia in aerem sese effundens,vt veluti floci quidam volare videãtur,vel de ipsis carduis dependẽre. Lucter.lib.3,

Vestem nec plumas auium,pappósque volantes.

¶Pappus,Lanugo helxines herbæ. Plin.lib.21.cap.16, Semen ei lanuginis,quem pappum vocant: quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est.

¶Pappus,Herba, quæ aliàs senecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanugiaem carduorum floribus similem. Plin.lib.25.cap.13, Erigeron à Græcis, quæ à nostris vocatur senecio. Et paulo pòst, Nomen hoc Græci dederunt,quia vere canescit.caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat,alij pappum.

PAPRIMIS {παπρωτὶς} Ægypti oppidum, à quo & Paprimites ciues dicti sunt. Stephan.

Papula,papulæ,pen.corr. {ἐξάνθημα,οῦσα} Pustula,tuberculum,quod iciunæ salluæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, & rubet,leuitérque roditur. Virg.3.Georgicorum,

Ardentes papulæ,atque immundus olentia sudor. Plin.lib.28.cap.17, Papulis nigris,caseus caprinus siccus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto.

Papilla,papillæ, Diminutiuum {ὄνυξ.} Est autem mammæ capitulum vnde extrahitur lac : sic dicta,quòd papulæ sit similis. Et de viris mulieribúsque dicitur : etiam de animalibus. Plin.lib.11.cap.37,vbi de corde loquitur, Homini tantum intra læuam papillam. Varro 2.de Re rust.cap.9,de canibus loquens, Præterea fœminas volunt esse mámosas,æqualibus papillis.

Forma papillarum apta premi. Ouid.1.Amor.eleg.5.

Habiles papillæ. Ouid.1.Amor.eleg.4.

Roseæ.Catul.in Camerium,epigr.51.

Teneræ.Catull.in Epithal.Iuliæ.

¶Papilla {μαζός} pro Ipsa mamma aliquando accipitur. Virgil.11. Æneidos,

Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit.

Tumidæ papillæ omne habent pectus.Ouid.1.de Remed.

¶Papilla,Clauicula in fontibus, qua exerta,aqua effluit : qua etiã fistulæ immissa,aquæ cursus prohibetur. Varro 3. de Re rust.cap.14, Qui si naturalis non est,vt ferè nõ sunt in aprico loco, neque habeas in opaco,vbi facias,vt sunt sub rupibus ac montibus, quorum alluãt radices lacus,ac fluuij,manufacere oportet roscidum : qui fit , si adduxeris fistulam,& in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam ita vt in aliquem lapidem incidat,ac latè dissipetur. Alia exemplaria habent mammillas.

Papillatus,Adiectiuum, Papilla ornatus , seu in papillæ speciem factus. Ex papillatus , adv sque papillam nudatus. Plaut.in Milite,Idem & cum nexu in humero læuo expapillato brachio.

PAPYRIVS {παπύριος} à velocitate cursor dictus,quum Consulem se aduersis ominibus contra Samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus edixit Fabio Rullíano Magistro equitum,quem exercitui præponebat,ne manus cum hoste consereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset,ac vicisset,reuersus Papyrius eum ferire securi voluit : ille in vrbem confugit , nec supplicem Tribuni tuebantur. Deinde parentis lacrymis populus venia precibus impetrauit. Papyrius item de Samnitibus triumphauit. De quo vide Liuiũ lib.9. L.Papyrius cursor,superioris filius,de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportauit. Ædem Fortunæ de manubiis faciendam locauit. Papyrius Crassus, quem Priuernates intra mœnia fugasset , ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur,in monte Albano triumphauit, & pro laurea vsus est myrtea corona. Valerius lib.4. Papyrius Carbo,cum dẽtibus natus,vt scribit Plin.lib.7.cap.16. Papyrius prætextatus,nobilis adolescens,ex eo cognomen adsecutus , quòd in prætexta & adolescentia magnopere visus est sapere. Quum enim à patre duceretur in curiam,in eáque fortè arcana quædam tractarentur, domum reuersus,interrogatúsque à matre, quidnam in Senatu actum,Vt dug (inquit) vni nubere possint. At illa mane conuocatis matronis,ad curiam properat: rogántque, vt eadem lege duos viros habendi licentia sit etiam fœminis. Re cognita, ingenium & constantia pueri laudata est. Author Macrobius lib. 1.Saturn.cap.6. Papyrius alius,qui Publium nobilem adolescentem habebat: quòd stuprum pati nollet, contumeliis ac plagis afficiebat. Re ad Senatum delata,Papyrius damnatur. Lex deinde lata nequis in corpora liber ob æs alienum ius haberet. Liu.lib.8.Valer.de Pudicitia,hæc eadem.

Papyrius Masso,qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis , myrto coronatus ludos Circenses spectare solebat. Plin.lib.15. cap.29.ad fin.

Vapula Papyri, Sisinius Capito scribit prouerbio dici solitum , siquando volebant significare se negligere minas aliquorum. Hoc ex Festo. Erasmus suspicatur esse natum à Papyrio prætextato , à quo mater, comminando plagas,frustra conata est excalpere quid actum esset in Senatu.

Papyria tribus, Vide TRIBVS.

Papyrianus,pen. prod. Adiectiuum {παπυριανὸς.} vt Papyriana sœuitia: Liu.10.ab Vrbe.

Papyrus,papyri, pen.prod.fœm gen. vel Papyrum, neutro {πάπυρος} Fruticis genus. Plinius lib.13.cap 11, Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitũ, brachiali radicis obliquæ crassitudine , triangulis lateribus , decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum , thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo,aut vsu cius alio quàm floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur. : nec ignis tantùm gratia , sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt,& è libro vela,tegetésque , necnon & vestem , atque strągula ac funes. Mandunt quoque crudum decoctúmque, succum tantùm deuorantes. Nascitur & in Syria , circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis vsus est, quàm inde funibus rex Antigonus in naualibus rebus,nondum sparto communicato. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem vsum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. Præparantur ex eo chartæ, diuiso acu in prætenues, sed quàm latissimas phyluras. Hæc Plin.libro 13.cap.11. Quæ phyluræ (inquit Perottus ex eodem Plinio,cap.12) eò meliores erant,quò medio papyro propinquiores. atque inde secundum scissuræ ordinem hieratica appellabatur subtilior, religiosis tantùm voluminibus dicata.quæ postea ab adulatione Augusti, dicta est Augustæ.deinde à Liuia coniuge eius,Liuiana. Hinc postea in epistolis tantùm scribendis authoritas relicta est. Proxima huic erat Amphitheatrica , à loco dicta, in quo conficiebatur. Quã postea Fannius miro artificio emendauit,vocauitque è nomine suo Fannianam. Vltima emporetica,inutilis scribendo, & inuolucris duntaxat chartarum ac merciũ vsum præbens. propterea κατὰ ἀβελτερίαν, hoc est à mercatoribus,emporetica dicta. Et bibula,siccandæ tantùm vtilis scripturæ. Primatum deinde mutauit Claudius Cæsar. Et quoniam Augustæ tanta tenuitas erat,vt vix calamum sustineret,præterea visu translucida literas transmittebat,auxit & crassitudinem & latitudinem, mensurámque,vbi pedalis erat,cubitalẽ faciens. A papyro igitur frutice,charta est papyrus appellata, quòd scilicet ex papyro fieret. Postea verò id genus chartæ inuentum est , quo nunc passim mortales vtuntur, sitque ex linteolis contritis,& nihilominus pristinum papyri nomen remansit,& distinctio generum. Claudia verò illa grandior crassiórque,à rege nunc regalis dicitur. hæc dente propter scabritiem , aut concha læuigatur: propter quod minus sorbet, & ob id caduca literæ fiunt. Quæ causa impulit nos , vt genus aliud chartæ inueniremus,quæ tenuitate,densitate,candore,læuore, phyluræ longitudine & commodior est,& aspectu gratior: hanc opifices è nostro nomine Perottam nuncupauere. Charta verò ab vrbe Tyri, cui Charta nomen fuit , appellata est,ex qua Dido ducta est : ideóque vrbem à se postea ædificatam ab illius nomine Carthaginem nuncupauit. Græci ab eadem vrbe χάρτην nominant. à quo χαρτοφύλακα librarium , & χαρτοπώλιον,chartularium nominant. Hactenus Sipontinus. Martial. lib.3.ad Librum suum,

Cordylas madida tegas papyro.

Augusta papyrus, Vide AVGVSTVS.

Pagina erescit multa papyro. Iuuen.satyr.7,

Papyri fructus haud postulat spicã grauem. Æschyli senarius est prouerbialis. Conuenit in eos qui suis ipsorum bonis frui non possunt:propterea quòd papyrus ob culmos inualidos,spicam granis onustam ferre non potest : proinde prodit quidem spicas, sed inanes. Vide plura apud Erasmum.

Papyraceus,Adiectiuum {παπυρινὸς} Quod ex papyro factum est. Plin. lib.28.cap.11,Optimè ellychnio papyraceo.

Papyraceæ naues.Plin.lib.6.cap.22.

Papyrifer,pen.corr.Adiectiuum {παπυροφόρος.} vt Amnis papyrifer,Nilus.Ouid.3.Trist.

Nilus papyrifer.Ouid.15.Metam.

Papyropolæ,quos olim Chartopratas appellabant,sunt ij qui papyrum ex pannulis & bitumine conficiunt,quales multos apud Allobrogas, nunc nostrates inuenias , multos, & apud Sequanos. Budæus in notis ad Pandectas.

Par,paris, Substantiuum, neutri generis {ζεῦγος} ablatiuo pari : Numerus duorum,quasi inter se parium. vt Paria amicorum. Cicero de Amicitia , Id mihi eò magis est cordi , quòd ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum : quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælij, notã posteritati fore. Idem 4.Verr.Paria complura scyphorum.

Par columbarum.Ouid.13.Metam.

Nobilissimum pãr gladiatorum.Cic.de Opt.gen.Orat.

Pars,paris, Adiectiuum {ἄρτιος,ἴσος} ablatiuo pare vel pari. Æqualis.

Par & impar,contraria.Cicero 4.Acad. Illos qui omnia sic incerta dicunt,vt stellarum numerus par an impar sit,nescíatur,quasi desperatos aliquos relinquamus.

¶Pares, interdum pro duobus accipiuntur. vt Paribus equis vtebantur Romani in prælio,vt sudante altero transirent in siccum.

¶Par {ἴσος} Decens,conueniens,æquum. Quintil.lib.5.cap.12,Si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt , quid fieri adultero par est? Cicero 2.de Legib.Ex quo intelligi par est eos qui perniciosa,&c. Idem ad Atticum,lib.9.180, Itaque mihi dubitanti quid me facere par sit.

Vt constantibus hominibus par est.Cic.2.de Diuinat.Casum autẽ prælij nemo nostrum erat quin timeret , sed ita vt constantibus hominibus par erat,non aperté.

Par est autem primum ipsum esse bonum virum. Cicero de Amicitia.

Quibus tu,vt par erat restitisti.Matius Cic.lib.11.28.

Par est animum aduertere ad hæc.Lucret.lib.2.

¶Par est

¶Par est {ὅμοιος} Similis & æqualis.Virg.4.Georgicorum,

& patribus lita corpora guttis. Id est similibus.

Par & idem.Cic.Vatinio,lib.5.11, Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te,& eadem voluntate cognosces.

Par idem.Plaut.Baech.22,

Quid tibi est? N.pol mihi par idem quod est tibi.

Par & eadem, Vide IDEM.

Virtutes inter se æquales & pares.Cic.1.de Orat.

Par & æqualis rebus ipsis oratio.Cic.in Orat.

Æquo & pari iure cum cæteris viuere.Cic.1.Offic.

Par & similis deorum beata vita. Cic.2.de Nat.deor.

Par & Similis,differre videntur.Quintil.lib.10.cap.1,Mihi egregiè dixisse videtur Seruilius Nouianus , pares eos magis quàm similes. De Sallustio & Liuio.

Par ac similis scelestorum. Cic.in Sallust. At quanto meliore loco Resp.tuenda fuerat , si tu par ac similis scelestorum ciuium,vnà cum illis adnumeraturus esses!

Par atque vnum iudicium, Vide IDEM.

Par atque vna ratio est spei,lætitiæ,molestiæ.Cic.2.de Orat.

Par & mutuũ.Cic.Thermo,lib.13.56,Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine,plurimísque officiis paribus ac mutuis,vt,&c.

Poeta oratori multis ornandi generibus socius ac penè par.Cic.de Oratore.

Par & Dispar,cõtraria.Author ad Herenn.lib.2, Si non poterit par animi vitium cum causa reperire,reperiat dispar.

Neque par,neque dispar.Lucret.lib.2.

Excellere & Parem esse,contraria. Cic.pro Lege Manil. Vt is qui dignitate principibus excellit,facilitate par infimis esse videatur.

Par & Inferior,contraria. Cic.2.de Orat. Inuident homines maximè paribus aut inferioribus,quum se relictos sentiunt,illos autem dolent euolasse: sed etiam superioribus inuideriur sæpe vehementer, & eò magis,si intolerantius se iactant, & æquabilitatem cõmunis iuris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.

Paria & Superiora,contraria.Cic.de Claris Orat.Erant ei quædam ex his paria cum Crasso,quædam etiam superiora.

¶Par ac.Cic.3.de Nat.deor.Neque mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.

Par atque.Cæsar bel.Gal.lib.5,de Ibernia loquens, Pari spatio trãsmissus,atque ex Gallia,est in Britanniam.

Cantare pares.Virg.7.ecloga,

Et cantare pares, & respondere parati, Id est pares arte canendi , & eadem sententia præditi ambo.

Par sapientia ad formam, Tam elegans ingenium,quàm vultus. Plaut.Milit.18.

Scientia par in nobis atque in illo est. Cic.2.de Inuent.

¶Par,cum genitiuo.Cic.in Pisonem,Quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo,qui illum,cuius paucos pares hæc cinctas tulit,cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus Consul,&c.

¶Par superis Tytides.Horat.1.Carm.ode 6.

Res sunt pares furta latrociniis.Horat.1.Serm.satyr.3.

Æquè pares inter se.Cic.Attico,lib.16.

Pares ætate,pro Eiusdem ætatis.Plaut.Merc.19.

Ætate pares ministri.Virg.1.Æneid.

Par studiis,æuíque modis,sed robore dispar.Stat.1.Achil.

Suffragiis pares competitores.Cic.pro Plancio.

¶Omni virtute & laude vnus alteri par.Cic.pro Plancio.

Pares in amore & æquales:Hoc est,ex æquo inter se amantes. Cic. de Amic.Sunt pares in amore & æquales.

Par in belligerando. Cic.pro Fonteio , Qui Inducimaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit.

¶Par,quod in omnes æquabile est.Cic.2.de Inuent.

Paribus animis,Vnanimi consensu.Liu.1.ab Vrbe.

Par amor est illis.Ouid.12.Metam.

Arma paria.Virg.5.Æneid.

Auspicia.Virg.4.Æneid.

Fortuna par duorum.Ouid.2.de Arte.

Par ingenium nanciscí.Terent.Heeyr.1.2.

Ingenium minimè voluntati par.Cic.pro Corn.Balbo.

Par virtuti oratio.Cic.pro Lege Manil.Iam verò virtuti Cn. Pompeij quæ poterit par oratio inueniri?

Pœna par dilecto.Ouid.2.Trist.

Dignum,& par pretium laboris.Plin.iun.epist.9.lib.3.

Pares,In amore dicuntur,quum mutuò inter se pariter amant: cõtrà,impares,quum mutuò non amatur,sed alteri amanti alter vicem non reddit,neque animum mutuum.Horatius,

Et quæret iratus parem. Idem de impari,

Cui placet impares formas,&c. Rursus,

Desiner imparibus certare summotus pudor. Id est,me paulò inuerecundius geram,nec ita pudenter summitam amicæ,sed eam aspernabor,desinámque sectari imparem,neque redamantem. Turneb.

¶Pares cum paribus. Cic.de Senect. Pares autem cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur.

Paria componere.Plinius,Paria nunc componuntur,natura atque luxuria depugnante. Id est singuli flores singulis coloribus.

Par cocat iungatúrque pari.Horat.1.epist.5.

Nubere pari.Ouid.epist.9.

¶Paria esse debent posteriora superioribus,extrema primis.Cic.3. de Orat.

Esse pari filo,Id est simili textura. Lucretius lib.2, Debent nimirũ non omnibus omnia prorsum Esse pari filo,&c. Prouerbij speciem habet,quod haud inscitè quadrauerit in eos , qui iisdẽ præditi motibus,non multum à seipsis in omni vitæ genere discrepãt. Nos Galli diceremus, *De mesme paste.*

Pari iugo, dixit Plinius in Epist.pro eo quod est, Pari studio, parsque conatu. Quadrabit in eos prouerbium , qui negotium commune certatim ac simili contentione agunt. Translatum à bubus,idem plaustrum æquali iugo trahentibus. Plinij verba sunt hæc , Habet quidem gloria in studiis præsertim quiddam ἀνταγώνιστον: nobis tamen nullum certamen,nulla contentio, quum vterque pari iugo non prose,sed pro causa niteretur.

¶Parem esse,significat Sufficere alicui operi, siue resistendo illi, siue exequendo.Cic.ad Attic.lib.12,Eum tamen interpellat fletus,cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus.

Parem esse alicui,pro Æqualia reddere.Plaut.Capt.63,

Bene merenti,bene profueris: malè merenti,par erit.

Par mihi fis. Cicero ad Atticum,libro 14,Non committam posthac , vt me accusare de epistolarum negligentia possis. tu modò videto in tanto otio,vt par mihi fis.

Superiorem parem esse inferiori,maximum est in amicitia. Cicer. de Amicit.

¶Paria facere, Quod omissum est, vel quod aliunde acceptum, alibi vel aliunde compensare: vt ait Valla lib.5. Senec.de Benefic.lib. 3.cap.9, Quum aliter beneficium detur,aliter reddatur , paria facere difficile est.

Parem facere rationem cum forensibus negotiis. Columella lib. 12 in Præf.

Par facere alij rei.Cic.3. de Leg.Infima summis paria fecit, turbauit,miscuit.

¶Parem gratiam referre. Terent.Eunuch.4.4.

Par referre. Terent.Adelph.1.1.

Par pari.Plaut.Pseud.10,

Euge,par pari,aliud autem quod cupiebam,contingit.

Par pari datum.Plaut.Asin.5,

Par pari datum oftimentum est,opera pro pecunia.

Par pari referre. Terent.Eunuch.3.1, -si laudabit hæc

Illius formam,tu huius contra denique

Par pari referto quod eam mordeat. Hunc locum adducit Cicero in epistola quam scribit ad Lentulum, lib.12.9. Paulus Manutius vtrobique legit,Par pro pari referto,ne mancus sit versus: idque ex vetustissimo codice Pauli Bori Regiensis.

Referre paria paribus.Cic.3.de Orat.

Reddere paria in vtranque partem,Vide REDDO.

¶Par pari respondere.Plaut.Trucul.19, Vnguenta, noctes,sauium. P. par pari respondet. Cic. ad Atticum,lib.16,Vt sit vnde par pari respondeatur.

Paria paribus,omnia omnibus respondeant. Cic.1.de Nat.deor.

Par impar,Genus ludi.Sueton.in Augusto, cap.71, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuis dederam, si vellent inter se post cœnam vel talis,vel par impar ludere. Horatius 2. Serm.satyra 3,

Ludere par impar,equitare in arundine longa.

Parissimus {ἰσώτατος} superlatiuum formauit Plaut. Curcul.10,Eodem hercle vos pono & paro,parissimi estis iibus.

Parilis,& hoc parile,pen.corr. {πάρισος} Significat æquale. Lucr.lib.2, Concharúmque genus parili ratione videmus

Pingere telluris gremium.

Ætate parili.Ouid.8.Metam.

Noctes pariles agitare diésque.Lucret.lib.1.

Ratione parili.Lucret.lib.2.

Segetes pariles.Varr.de Ling.Lat.lib.4.

Accipere,& parili reddere voce Vale.Ouid.1.Trist.eleg.7.

Parilitas,penult.corr.parilitatis {τὸ πάρισον} Æqualitas. Gellius lib.14. cap.3,Parilitas virtutum inter se consimilium.

Pario,parias,pariáre,Soluere,Paria facere:hoc est,ita rationes reddere, vt paria expensa sint acceptis. Vlpianus in l.Is qui. D.De manumiss. Quæri poterit, si quum hoc ab initio esset actum,emptor festinauit, & pretium numerauit:an postea ei satisfacto,seruus constitutione vti possit? & puto posse. Proinde etsi ei numos prorogauit emptor, quum ei pariauerit, potetit ad libertatem peruenire. Quædam exemplaria habent paruerit,sed malè.

Pariare & Reliquari opponuntur.

Pariatio,pariationis, Solutio: cui opponitur Reliquatio. Scæuola in l. vlt.§.Item quæsitum.D. De Condictione indebiti , Item quæsitum est,an pactum quod in pariationibus ascribi solet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in se controuersiam amplius esse:impediat repetitionem? Quædam exemplaria legunt pactionibns.

Pariator,pariatoris,Qui paria fecit: cui opponitur Reliquator. Paulus in l.Iulius Paulus. D.De conditionib. & demonstrationibus, Quæsiti,si ita in testamento cautum esset: Stichus,si rationes reddiderit, cum contubernali sua,liber esto,eíque hæres decem dato:an Stichus mortuo,antequam rationes redderet , vel pariatore , vel reliqua habente,libera sit mulier. Quædam exemplaria legunt paria , vel reliqua habente.

Para {παρὰ} Præpositio Græca , quæ Apud aliquando significat , aliquando Præter, Ad, Prope, Multis nominibus Græcis præponitur.

Parabasis,pen.corr.f.g. {παράβασις} Latinè transgressio dicitur , siue prævaricatio.

Parabia,æ,potionis genus est ex milio & coniza. Cælius Rhodigin. libro 8.cap.26. & lib.7.cap.26,Hecateus in Europæ periodo author est,Pæonas ex hordeo brytum haurire , ac ex milio & coniza parabiam.

Parabilis,Vide PARO,paras.

PARABISTON {παραβιστὸν} quasi absconditum. Locus Athenis in quo duodecim Iudices confidebant. Alexander Alexandrinus lib.2.cap. 12. ¶Fuit quoque Parabiston maius,in quo vndecim cõsidebant Iudices.

Parabola,penul. corr. {παραβολὴ} Similitudo,κατὰ τὸ παραβάλλειν.quod verbũ Comparare significat,quasi rerum dissimilium cõparatio. Vnde Quintil.lib.5, cap.11, Parabola,quam Cicero vocat collationem, longius res,quæ comparantur , repetere solet, vt Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio,quàm vtique apud Yticam Cato. Donatus,

Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio: vt
Qualis mugitus fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.

PARABOLANI {παραβολάνοι} Plebeij quidã, famulitio vel ecclesiastũ, vel hospitalium xenodúmve deputati, & quasi adscripritij glebæ: vt sicut illis omni vita ab agrorum cultura recedere non licebat, ita his ab seruitio ægrorum qui in nosocomiis residebant. Parabolanos autem, glebæ adscriptitios esse in iuris Ciuilis Græco interprete legitur, à Græca præpositione παρὰ & βάλος, quæ vox pro gleba accipitur. Hæc Alciatus. Horum fit mentio Codice De episcopis & clericis, l. Parabolani. Meminit & Cælius lib.29.cap.11.

Parabolani, inclinatione Latina vocabuli Græci, homines dicuntur, qui se in periculum maximum coniiciunt, vt qui ægrotos publicè in Alexandrina ciuitate curabant in nosocomiis. Grassante enim vt non rarò assolet, peste, & ipsi rapiebantur, & id muneris contempta vita susceperant. Itaque à Cassiodoro scribitur historiæ tripartitæ lib.11, Dum aliquo tempore in amphitheatro Constãtinopoleos spectaret, cœpit clamare populus, Crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet. Nã παραβάλλει homo est audaciæ proiectæ, & ad pericula adeunda præceps & temerarius. Hæc Turnebus, superiore Alciati opinione reiecta. Existimauit idem aliquando parabolanos, à parabola Euangelica nomen habere, in qua quidam à latronibus vulneratus, à Leuita neglectus, à viatore Samaritano fouetur & curatur, quasi æmulus illius. Sed tu videris.

Paracanda, Persici imperij confinium. Strabo lib.11, Paracanda verò in Sogdiana & Cyra, vltimum Cyri opus ad Iaxartem flumen conditum, quod Persici imperij confinium erat.

Paracatauole, es {παρακαταβολή} Depositum, fideiussio: actionis genus, qua, qui experiri volebant, pecuniam deponebant: decimam partem æstimationis litis apud acta, tam actor, quàm reus, multã scilicet futuram temerè litigantis. Latinè sponsio dicitur. Budæus.

Paracentesis, penultima prod. Curatio quæ fit manu chirurgi, quum morbus aliter curari nequit. Inungitur prius locus, deinde acus vel hamulus insigitur. Plinius libro 25. capite 13, Pupillas dilatat: & ideo hoc inungunturue antè, quibus paracentesis fit. Cælius libro 26. capite 3, Sunt qui paracentesin vocent, quum perforatur venter hydropicorum aquæ educendæ gratia. Sed si oculorum cõgelarus humor eodem emittatur modo, eadem seruabitur appellatio. Id verò ferramentum quo id præstatur, rectè paracenterium dixeris.

Paracercides, sunt ossicula in cruribus. Cælius Rhodiginus libro 4. cap.11, Sunt verò ossicula, quæ item paracercides nuncupãtur, quia prope est Cercis, id est radius. Sic enim dicitur os maius, quod torũ fert crus.

Paracharagmata, sunt numi adulterini, quos qui cudunt parachractæ appellantur. Cælius lib.10.cap.2.

PARACHELOITAE, populi sunt in Græcia ad Acheloum & Lamiam in inferorum fluuios. Strabo lib.9.

Parachlamys {παραχλαμὺς} vestimenti genus non modò militare: sed etiam puerile. Vlpianus in l. Vestis. de auro & argento legato, in P. Alciat. lib.11. C. ad l.1. de vest. holo. Plaut. in Persa.

Paracletus, paracleti {παράκλητος} per e productam scribitur & profertur, à παρακαλέω, quod Consolor, rogo & hortor significat: item pro alio precator interuenio, vt aduocatus & patronus. Hinc paracletus, aduocatus, consolator, patronus, fautor. Et qui in foro ac iudiciis à nostris deprecatores vocantur, ij apud Græcos paracleti dicuntur.

Paraclytus, paraclyti, penultima correpta {παράκλυτος} per y scriptum, Infamem, aut præter famam significat. nam para, in huiusmodi compositione, præter, vel diminutionem denotat: κλυτὸς verò famam.

Paracnemium, Os in cruribus, de quo sic Cælius Rhodiginus lib.4. cap.11, Ipsum autem crus ossibus constat duobus: alterum ab exteriore parte supra positum est, & vocatur paracnemium, parastata verò in iumentis, Vegetio tradente.

Paradiastole. penult. corr. {παραδιαστολὴ} Schema est, vt ait Rutilius Lupus, quod plures aut duas res, quæ videtur vnam vim habere, disiungit: & quantum distent docet, suam cuique propriam sententiã subiungendo. De hoc sic Iulius Rufinianus, Paradiastole, est quum similes res discernuntur, contrariis redditis: vt

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres:
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. Et,
Dulce sacris humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Latinè dicitur discriminatio.

Paradiazeuxis {παραδιάζευξις} est figura in oratione, quæ sit quotiens quid ita disiungitur, vt tamen coniunctum intelligatur, vel quũ quid ita retricemus, vt tamen tacitis nobis intelligatur. Imp. in l. pen. De verb. sig. lib.6. C.

Paradigma, paradigmatis, pen. corr. neutri gen. {παράδειγμα} Latinè exemplum dicitur. Iulius Rufinianus, Paradigmatos quidem triformis est ratio: Nam exemplum aut personas tantùm exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul vtrunque. Personam sine sermone, vt Cicero pro Milone, Neque enim potuisset aut Italia ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciues interfici nefas esset. Sermonem sine persona, Catonis est dictum, Pedibus compensare pecunia. Sermonem pariter & personam, Cicer. pro Roscio Amer. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Hactenus Rufinianus. Donatus, Paradigma, est exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis, vt

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, &c. Deterrentis, vt
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Lædeámque Helenam Troianas vexit ad vrbes.

Paradisus, huius paradisi, pen. prod. masc. gen. {παράδεισος} tamensi quidam fœmininum esse contendant, hortum significat apud Xenophontem, & locum ferarum septum, siue viuarium aut viridarium. Vox destexa est, ni fallor, ab Hebræo PARDES, quod hortum domesticum significat, siue pomarium.

PARADISUS {παράδεισος} Syriæ oppidum supra Antaradum in Meridiem, ad Libani Orientale latus situm.

Amnis Paradisi meminit Plinius libro 5. capite 27. & Capella, libro 6.

Paradisus in quo Adam à Deo creatus est, vbi, & quid fuerit, vide apud Cælium Rhod. lib.1. cap.22.

Paradogum, non Latinum, aut Græcum est verbum, sed Longobardicum, quo feudi nobilitas significatur, quemadmodum ignobile feudum Pædagogum vocitabatur. Bald. & Aluaricus in feud.

Paradoxus {παράδοξος} Latinè admirabilis dicitur, præter opinionẽ, & inauditus. Vnde Paradoxa, neutro genere, dicuntur ea quæ sunt præter opinionem. Paradoxum, schema est, de quo sic Rufinianus, Paradoxon siue hypomone, sustentatio vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum. deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus. & ideo sustentatio, vel opinatum dicitur. Cic. pro Ligario, Hinc prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam quam sequutus esset, videretur, &c. Hactenus Rufinianus. Cic. 4. de Finib. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Idem in Parad. 4, Ego tibi illa ipsa quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant, ludens coniecti in communes locos: quæ quia sunt admirabilia, contráque opinionem omnium, ab ipsis etiam Paradoxa appellantur.

Paradromis, penultima correpta, paradromidis, fœmin. generis {παραδρομὶς} Latinè ambulatio dicitur. Vitruuius libro 5. cap.11, Proximè autem xystum & duplicem porticum designentur hypertræ ambulationes, quas Græci παραδρομίδας, nostri xysta appellant, in quas per hyemem ex xysto sereno cælo athletæ prodeuntes exercentur.

Paræneſis, huius parænesis, penult. corr. fœm. gen. Præceptio vel admonitio, παραίνησις.

Parænetícus, Adiect. {παραινητικὸς} Præceptorius vel admonitorius, à verbo Græco παραινέω, præcipio & admoneo.

PARAESITACENI, Populi sunt vltimi in Media, montani & latrones, ac Persis contigui. Strabo libro 11. Herodoto libro 1. dicuntur Parætaceni.

PARAETACE, es, Ciuitas Parætacenorũ in Babylone ad Zagrum montem, qui ex Armenia inter Medos Aliabenósque veniens, supra Parætracen & Persiden porrigitur. Tigin & Euphraten fluuios haber.

PARAETONIVS {παραιτόνιος} Cyrenaicæ portus ingens, & ad quadraginta stadiorum amplitudinem expansus, Strabone authore libro vltimo. Etymum vocabuli apud Hermolaum lege cap.5, quinti libri Plinij. Ibidem oppidum eiusdem nominis est ab aliis Hammonia dictum, eidem Straboni lib.vlt. Quod tamen quidam Prætonium potius appellant.

Parætonius, a, um, à Parætonio. Lucanus Syrtes Parætõnias vocat libro tertio.

Nilus Parætonius. Stat.5. Theb.
Rates Parætoniæ. Ouid.3. de Arte.

Paragaudes, quæ & Paragaudæ dicũtur, vestes erant, de quibus Trebellius Pollio in Claud. Albam subsericam paragaudem triuncem vnam. Et Vopiscus in Aureliano, Quum darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudæ. Ex quibus planè constat paragaudas genus esse vestimenti virilis, vt plurimum lineí, quod sub alia veste gerebatur, vinctum nunc vnico nexu, nunc pluribus loris, auratis fortasse. Ita enim intelligimus monolores, dilores & similia. Licet Hermolaus Barbarus à coloribus tractum puret in corollario Pliniano. Nam & interulas dilores nominat idem Vopiscus in Bonoso. Hæc Alciatus. Meminit & Cælius lib.16. cap.10.

Paragauda, aliter ex Turnebo: sic enim inquit, Ego igitur paragaudas arbitror fascias fuisse, vel aureas vel sericas auro ornatas, quę vestibus intexerentur, non vt institiæ adsuerentur. Id satis ostendit Imperatorum Gratiani, Valentiniani, & Theodosij rescriptum, quod habetur in l.2. C. de vestib. olober. &c. lib.11, Nemo vir auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas: nisi hi tantummodo quibus hoc, &c. At in l.1. eod. tit. Auratas ac sericas paragaudas auro intextas viriles priuatis vsibus contexere conficeréque proh bemus, &c. vestis potius ipsa paragaudis distincta & insignita significatur. Nam & paragauda vestis ipsa etiam dicebatur. Vopiscus in Probo, Interulas paragaudas duas. Et in Aureliano, Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antè non nisi rectas purpureas accipissent. Qui locus prætexturã quandã vesti paragaudæ fuisse intextam signi ficat, quum paragaudæ vesti purpureã rectã opponat, quę nec clauata, nec prætexta erat. Harum quædam monolores erant, quædam dilores, aliæ trilores, aliæ etiam pentalores: ego autem suspicor monolores fuisse paragaudas vestes, quibus vna tantùm paragauda intexta esset: quibus autem duæ, quæ sua latitudine lora æmulari viderẽtur, dilores: quibus tres, trilores. Nam quòd illæ tanquam fasciæ lori æquarent latitudinem & simularent speciem, ideo suspicor ab historicis & populo sic vocatas fuisse. Vopiscus, Et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad pentalores, quales hodie lineæ sunt. Haud me tamen fallit eruditos esse homines, qui monocores, dicores, tricores, pentacores hìc scribendum asserant, & vestes intelligant bis, ter, quinquies purpuræ aut muricis fuco satiatas: sed nihil afferunt, cur eorum sententia sit recipienda. Paragauda autem, vt nihil prætermittam, verbum esse videtur ex Græco & Latino compositum, vt quoddam ornamentum & gaudium vestis intelligatur, vel quòd limbo paragauda & margini vestis esset vicina, velut para caudam, id est iuxta caudam & extremitatem & orã vestis.

Paragoge, paragoges, pen. prod. fœm. generis {παραγωγὴ} Adductio, Figura qua litera vel syllaba fini dictionis iungitur, vt Dicier pro Dici: Potestur, pro Potest. Hanc alij paralepsin, alij prolepsin vocant. Ex Donato.

Paragogia, ipsarum aquarum pori & meatus, dicta ἀπὸ τῦ παράγειν, quod est deducere. Hinc παράγωγὸ dicta Ælio Donato: nam ἀγωγὸς aquæductus est. Alciatus in l. Decernimus. de Aquæductib. lib.11. C.

Paragraphe, paragraphes, pen. corr. fœm. gen. {παραγραφὴ} Latinè exceptio dicitur, præscriptio, effugium litis, compositio. ¶Est & tropus apud poetas, quum præcedenti cõpleto ad alia fit transitus. ¶Est etiam annotatio in margine, & scholium.

Paragraphus, dicitur linea in longum protensa, vox protrita iurisconsultis nostris. Vide diligenter Alciatum libro 3. Disputationum, cap.16. & Cælium lib.15. cap.20.

PARALIA, Vide AMBRACIA.

Paralipomenum {παραλειπόμενον} Derelictum, prætermissio. Hinc Q. Calaber poeta Græcus opus suum, quo ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa, Ὁμήρου παραλειπόμενα inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione dicuntur, quibus ea supplentur quæ in libris Regum aut prætermissa erant, aut leuiter degustata.

Paralius {παράλιος} tertia species est tithymali, ita dicta, quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plin. lib.26. cap.8, Tertium genus tithymali paralius vocatur, siue Tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Parallelogrammum, figura est quadrati. Euel.1. Elem. Theorema. 24, Parallelogrammorum spatiorum æqualia sunt inter se quę ex aduerso, & latera, & anguli: atque illa bifariam secat diameter.

Parallelus, paralleli, pen. prod. {παράλληλος} Quasi alternus, mutuus, inuicem comparatus, æqualiter distans. A quo lineæ æquè distãtes, parallelæ dicuntur. Ideóque segmenta mundi quæ nos circulos dicimus, parallelos Græci vocant, vt ait Plin. lib.6. cap.33. Paralleli dicuntur circuli sphæræ, qui ad eundem polum cõstituti siniuntur. Interpres Plutarchi neutro genere parallela dixit in Parallelis Plutar. id est comparationibus. Aristot. quoque & Isocrates neutro genere vtuntur.

Paralogismus {παραλογισμὸς} Deceptio per falsas ratiocinationes, conclusio fallax, & captiosa argumẽtatio: à verbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera significat, captioso genere argumentationis vtor.

Paralos {πάραλος} apud Athenienses nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam Delphos mittebantur, eúmque in vsum solum publicè destinata. Illi quoque qui hac in naui vehebantur Parali dicebantur. Paralorũ quoque nomine Plutarchus intelligit vnã ex tribus factionibus Athenien sium, quæ Solonis tempore vigebãt. Fuit etiam Paralus nomen proprium eius, cui Hegesias primam longæ nauis inuentionem tribuit, referente Plin. lib.7. cap.56.

Paralurges {παραλυργὸς} Vestimenti genus, vtrinque habens intextã purpuram: Iones πτιχωλὸς vocant, vt scribit Iulius Pollux libro 7. capite 13.

PARALVS, Periclis filius, quem pater tanto amore prosequebatur, vt cum infracto animo omnem calamitatẽ ferret, mortem filij sine dolore, ac lachrymis, imo eiulatibus tolerare non potuit. Alexandrinus libro 3. cap.7, Contrà Pericles quum animo infracto semper fuisset, amisso Paralo filio magnitudine doloris victus lachrymas vberes dedit, & eiulatus nunquam desinentes. filios verò minores Decemuir tot mensibus, quot annis vixissent à parentibus lugeri statuit.

Paralysis, huius paralysis, pen. corr. fœm. gen. {παράλυσις} Latinè dicitur dissolutio. Cic. Attic. lib.16. Hermolaus, Paralysis, vnde Paralytici, Latinè resolutio neruorum dicitur, & alio nomine à Græcis hemiplexia, hoc est semiapoplexia, quum in alteram tantùm partẽ corporis malum id incubuit. nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Nunc vtrunque, inquit Celsus libro 3. cap. 27. paralysin appellari video. Nominatur id & paresis ferè à defectu virium. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 20. cap. 3, Intestinorum omnium vitiis medetur & rerum, & lumborum, & paralysi.

Paralyticus, pen. corr. {παραλυτικὸς} Qui paralysi laborat. Plin. libro 20. cap. 9, Ideo paralyticis & tremulis dare iubet.

Parameria, femora. Cælius lib. 4. cap. 11, Intra coxas femora sunt, parameria dicta: nam quod coxas interiacet, mesomerium est.

Parangariæ, Vide ANGARIA.

Paranites {παρανίτης} gemma est ex Amethystorum genere, quæ in Arabiæ contermino inuenitur, alio nomine Sapinos dicta. Plin. libro 37. cap. 9.

Paranymphus, huius paranymphi {παράνυμφος} Pronubus dicitur, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. qui præerat huic rei, pro parte viri, à Græcis paranymphus, à nostris auspex dicebatur. Et vt auspex pro parte viri, sic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur.

PARAPATIVS, vnus ex Parthorum regibus, qui sibi Arsacis nomen, cognomento attribuit, tanta fuit Arsacis virtus. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 2.

Parapechy {παράπηχυ} tanquam dicas cubitale, apud Pollucem lib. 7. cap. 13, vestis alba, cubitum (vnde illi nomen est) purpureum contextum habens. A Varr. lib. 1. de Ling. Latin. inter ornamenta muliebria ponitur.

Parapechyon, est os minus brachij, quem nos radium appellamus: Cælius lib 4. cap. 3.

Parapægma {παράπηγμα} est canon, aut corgani species astronomici. Cælius lib. 8. cap. 8, Parapægma (inquit) ad scenæ rationem pertinet nihil est enim eo nomine canon, aut organi species astronomici, quòd significat Vitruuius, Parapægmatum disciplinas nuncupans, quibus syderum occasus, & tempestatum comperiantur significatus. Suidas, παράπηγμα, inquit, κυρίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀστρολογικῶν.

Paraphernа, paraphernorum, omn. gen. {παράφερνα} dicuntur à iurisconsultis quęcunque præter dotem viris dantur à fœminis. à παρὰ præter, & φερνὴ dos. Vlpian. de Iure dotium, l. Si ego, Cæterùm si res dentur in ea quæ Græci parapherna dicunt, quæque Galli peculium appellant: videamus an ſtatim fiant mariti.

Paraphoron, species aluminis est, de qua Plin. lib. 35. cap 15.

Paraphrasis, huius paraphrasis, pen. corr. fœm. gen. {παράφρασις} Eiusdem sententiæ per alium sermonem expositio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistij in Aristotelem. Quintil. lib. 10. cap. 5, Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantùm volo, sed circa eosdem sensus certamen atque æmulationem.

Paraphrastes, paraphrastæ {παράφραστὴς} Interpres, latiùs explicans.

Paraphrenitis {παραφρενῖτις} est mentis delirium, à verbo παραφρονέω. hoc est, mẽte percellor, moueor, deliro, desipio. Gal. in lib. 1. Prorrhetici Hippoc.

Paraphyades, furculi & propagines. Cælius Rhod. lib. 4. cap. 14, Sunt & in pedibus plerunque paraphyades, quas velut furculos dixeris, & propagines.

PARAPIANI, populi sunt in India, regione Capissene, non procul ab Indo fluuio. Plin. lib. 6. cap. 23.

Paraplegia, æ {παραπληγία} est membrorum resolutio, ex apoplexia, in partem aliquam decumbens. Hippocrates lib. 1. de morb. vulgar. Natu maioribus autem & quos iam calor deficit, paraplegiæ, aut infaniæ, aut cæcitates.

Paraplexia {παραπληξία} est detentio mentis, eũ ereptione sensuum, & corporis resolutione, ex parte tamẽ. Galen. In finitione Medicæ. Paraplectici demũ dicuntur, quibus dextræ tantùm partes, aut sinistræ resolutione elanguescunt. Paraplexia enim, vt à toto pars, ita ab Apoplexia, differt: quam rem idem Gal. eo quo dixi libro sapientissimè explicat.

PARAPOTAMIA {παραποταμία} regio Asiæ Tigri fluuio proxima, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 6. cap. 28.

PARAPOTAMII, populi sunt in Phocide, Asiæ regione. Strab. lib. 9.

PARARENCHO, Pararenchonis, Nomen viri proprium. Sext. Pomp. lib. 12, Non omnibus dormio, prouerbium videtur à Capio quodam, qui Pararencho dictus est, quòd simularet dormientem, quò impunitius eius vxor mœcharetur. Eius meminit Lucilius. Hæc Põp. Alciatus lib. 4. Parerg. cap. 26, Pararhinchus, inquit, ἀπὸ τῦ ῥίγχος dictus est, quòd rostro seu naso sterreret, & somnum in mensa simularet, vt riuali vxoris suæ morem gereret, vt est apud Festum. quod & a quodam Galba factum fuisse Plutarchus est author, dum C. Mecœnati in vxoris suæ amorem effuso obsequeretur: vnde ortum prouerbium, Non omnibus dormio. Iuuenal. Satyr. 1,

-doctus spectare lacunar

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Hæc Alciatus, à quo dissentiens Vitus Amerpachius in epist. 25. lib. 7. Cic. ad Gallum, Apud Sex. Pompeium, inquit, malè Pararhinchus Alciatus corrigit, quum sit à ῥίγχω, non à ῥίγχος facta vox. Vide Erasm. in prouerb. Non omnibus dormio. & Cæl. lib. 10. cap. 16. Porrò ῥίγχω idem valet quod sterto. ῥίγχος rostrum.

Pararius {παραρὶος} qui nominibus faciendis interuenit, cõciliatoré intercessóreque inter emptorem & venditorem. Senec. lib. 2. cap. 22, de Benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi patarios, nec signatores aduocãri, nec chirographum dare. Budæus.

Pararium æs appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.

Pararij interpositis nomina facere. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 15.

Parasanga, parasangæ {παρασάγγης.} Parasangæ, inquit Festus, apud Persas, viarum mensuræ sunt. Budæus tria stadia continere dicit. Plin. lib. 6. cap. 26, Inconstantiam mensuræ diuersitas authorum facit, quum Persæ quoque schœnos & parasangas alij alia mensura determinent. Herodotus libro 2. de Ægyptiis loquens, Quotquot enim inopes soli sunt: ij terram suam orgyis metiuntur. Qui verò minus inopes soli sunt: stadiis. Qui autem latifundia habent: parasangis metiuntur. Constat autem Parasanga triginta stadiis. Schœnus autem, quod ipsum verbum est Ægyptiacum, sexaginta.

Parascenia, sunt ab vtroque latere spatia in scena: nam sceniam nonnulli interpretantur medianam theatri portam: Proscenium locus erat ante scenam parapetasmáque, siue velum, aut item pulpitum. vnde per adagium dicimus proscenia, quæ specioſa extrinsecus videntur, quum mira intus lateat fœditas, sicut meretricula Nannium nomine apud Athenæum proscenium dicta est, quòd vestium & auri cultu plurimo specioſa videbatur, quum exuta foret vel turpissima. Cælius lib. 8. cap. 8.

Parascenastica {παρασκανστικὴ} sunt conceptacula seminis, quæ præparatoria appellitare possimus, quoniam seminarium humorem ad tesdes deferentia præfingere, & (vt sic dicam) delineare videntur. Cælius lib. 4. cap. 2.

Parascenæ, parascenes, pen. prod. fœm. gen. {παρασκευὴ} Apparatus à verbo Græco παρασκευάζω, quod est præparo, dedueitur. Vnde & dies quo Dominus noster Iesus Christus, pro humani generis salute crucí affixus fuit, parascenæ dicitur: quoniam in eo Iudæi sibi necessaria ad victum sequentis diei præparabant, vt Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

Parasiopesis, huius parasiopesis, pen. prod. fœm. gen. {παρασιώπησις} Schema est apud Rhetores, à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem maiorem excitare reticendo volumus.

Parasitus, parasiti, pen. prod. {παράσιτος, ὑποφαγεῖν} Qui aliorum mensas & cibaria sequitur: qui sque ad voluntatem eius, in cuius contubernio sit, omnia loquitur, & facit, nihil repugnans, cibi & ventris gratia, à quo nomen habet. nam παρὰ, apud Græcos, ad significat: σῖτον cibus: σιτέω fagina. Qualis sit parasitus declarat Terentius Eunucho, 2.2,

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, &c.

Parasiti, scorta vocati: cuius rei ea causa est, quia in cõuiuiis quum more Græco fierent talis sortiri vices bibendi, talos mittentes scorta inuocabant sua, suásque amicas fausti ominis causa. Quia igitur parasiti inuocati, id est non vocati venire in cõuiuium solebãt, quum essent patinarum assectatores, ab illa inuocatione scorta appellari cœpere. Itaque apud Plautum in Truculento, quum dixisset Truculentus

lentus adoleſcens,
Vel amare poſſum, vel etiam ſcortum ducere. Reſpondet Aſtaphium,
Lepidè meccaſtor nuntias:ſed die mihi,
Aſin' paraſitum te poſſe ducere? Qui verſus ſatis indicat paraſitos ſcorta vocatos fuiſſe. Turneb.

Paraſiti verbum apud veteſtiſſimos honeſtum fuit: paraſitique vocabantur comites, ſodaléſque Pontificum & magiſtratuum, vt docet Athenæus lib.6. Solon ſic eos appellauit, qui in Prytaneo, publico victu epulabantur, authore Plutarcho.

Paraſiti Phœbi ſiue Apollinis dicebantur mimi ſeu hiſtriones: quia ſeruiebant poetis, eorum ſcripta recitantes. Poetarum autem præſidem conſtat eſſe Apolliuem. Martial. lib. 9. epigram. 29. de Latino Dotitiani mimo,

Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi,

Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Iouis. Paraſitos Apollinis, interpretatur Verrius mimos ſecundarum partium, quòd ludis Apollinatibus in mimis ferè eſſent paraſiti illarum partium actores. Pompeius, Verrius, inquit, paraſitos Apollinis ait ita appellari, quòd C. Volumnius, qui ad tibicinen ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui ferè omnibus mimis paraſitus inducatur. In antiqua inſcriptione paraſiti Apollinis eſt mentio, his verbis, Agilio Septentrioni ſacerdoti Moſchi dei, Apollinis paraſito, alumno Fauſtinæ Auguſtæ. Ex Turnebo.

Aſſentatio paraſitorum in Comœdiis nobis faceta non videretur, niſi eſſent milites glorioſi. Cic. de Amicit.

Edaces paraſiti. Horat. 2 epiſt. 1.

Suadet paraſitus militi. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Paraſita, paraſitæ, penult. prod. fœm. gen. {παράσιτος.} Horat. 1. Serm. ſatyra 2,

Cuſtodes, lectica, ciniſtones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa.

Paraſitor, penult. prod. paraſitaris {παρασιτέω} paraſitári, Paraſitum agere. Plaurus, Quin paraſitando pauerint ventres ſuos.

Paraſitaſter, paraſitaſtri. Qui paraſitorum eſt imitator, inquit Valla. Terentius Adelph. 5. 2, Eſt alius quidam paraſitaſter paruulus. noſtin'? D. iam ſcibo.

PARASIVS, pictor, ſic enim à Plinio & ſcribitur, & nominatur, non Parrhaſius: ſed quia error orthographiæ iam & apud eruditos inualuit, pro lege ſit. De Paraſio vide Plinium libro 35. cap. 10. & cap. 6. Vide in PARRHASIO.

Paraſphagis, Pars eſt iuguli, nomine alio à Theodoro Clis, ſeu Clidium appellata, hæc collum reſpectat. Cælius lib. 4. cap. 2.

Paraſtades {παραστάδες} Lapides, qui vtrunque oſtij latus muniunt. Vitruuius quoque paraſtadas in mentione templorum vocat antas. Hermolaus.

Paraſtata, eſt concepraculum ſpermaticum, quod ſeminarium & virgam virilem interiacet. Cælius Rhodigin. lib. 4. cap. 22.

Paraſtatæ, pen. corr. {παραστάται} vt eſt apud Vitruuium & Plinium, Lapides ſunt pilarum ferè modo appoſiti columnis: à quarum ſimilitudine, alterum cruris os (duo enim ſunt) paraſtata nominatur in iumentis à Vegetio, quod & paranemion appellatur Iulio Polluci, apud quem & mearus illi per quos genitura è teſtibus per vrinæ vias defertur, paraſtatæ nuncupantur. Sunt & in prælio, inquit, dicti paraſtatæ, nomen officij, quoniam adiuncti ſunt proſtatis, hoc eſt iis qui præſunt cornibus: ſicut epiſtatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam certis inſtrumentis à Vitruuio paraſtatæ vocantur. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 33. cap. 3, Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & paraſtatæ. Vitruuius, In columna, aut paraſtata horæ deſcribuntur. Budæus in iſtis Vitruuij & Plinij locis dicit malè fuiſſe emendatum, legendúmque paraſtaticæ & paraſtatica.

Paraſtatæ {παραστάται} Galeno, lib. ſing. de finitionibus Medic. dicuntur, quos Latini Aſtites nominant, qui ex vena & arteria conſtant in vnam naturam conſertis, ſemen confouentes.

Paraſynanche {παρασυνάγχη} Morbus, quando adiacentium faucibus, muſculorum inflammatio fit. Galen. libro 4. in Aphoriſ. Hippocratis 34.

Paraſynaxes {παρασυνάξεις} conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum. l. Quicunque. 8. C. de Hæret. & Manich.

Paratilmos {παρατιλμὸς} ſupplicij genus erat quod pauperioribus in adulterio deprehenſis irrogabatur: illis enim pili ex pudendis euellebantur. Siquidem ditiores pecunia ſe redimebant: inopi expilabatur ſedes. Vnde & nomen factum. Nam παρατίλλειν euelli ſignificat. Alexandrinus Alexander lib. 4. cap. 1.

Paratitla {παράτιτλα} Iuſtinianus imperator ſummas rerum appellat titulatim appoſitas: quales extant Azonis. Alij Paratitla dici putant quaſi titularia, quòd per ea titulus cum titulo, locus cum loco conferatur: idem quod vulgò *concordantiæ* vocamus.

Paratragœdio, paratragœdias {παρατραγῳδέω} paratragœdiare, Exaggerare, & verborum magnitudine aliquid augere. Plaurus Pſeudolo, 11,

Illic homo eſt: vide vt paratragœdiat carnufex.

Paratrimma, Vide INTERTRIGO.

Paratus, Paratè, Vide PARO.

Parauaſis {παράβασις} dicitur vniuerſalis chori tranſitus, quòd ab legitima ſtatione, in aduerſum theatri proſpectum tráſgreſſio fieret. Cælius lib. 8. cap. 8. ad finem.

Parauereduſ, di, do. in l. 2. & l. 21. C. de Curſu public. libro 12. l. 13. C. de excu. muner. lib. 10. l. 2. C. de præpo. ſacr. cubicul. lib. 12. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. Caſſiodorus lib. 11. Varr. ad Gaudioſum. & lib. 5. Epiſtol. ad Ampelium.

Parauolanos, interpretatur Hotomanus Chirurgos hoſpitalium, id eſt, eos, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur. Vide in PARABOLANI.

Parazonium {παραζώνιον} Pugio erat, quod tribunis ab Imperatore

dabatur: vt enim maioribus magiſtratibus gladius, eiúſq; poteſtas tribuebatur, ſic tribunis parazonium. De hoc epigramma eſt Martial. libro 14. 32,

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus. Dio quoque Traianũ ſcribit dixiſſe, quum parazonium Suræ cingeret, hoc pro me, ſi rectè imperaro vtaris: ſin ſecus, in me. Ita in his meritum honorem diſtinguebat magnitudo ferri, ac gladio accingebãtur Imperatores, duces, præſides: pugione tribuni. Contrà, vt in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita quum ignominioſè mittebãtur, & honoribus priuabantur, diſcingebantur, cuius rei multa paſſim in iure aliiſque ſcriptoribus extant exempla. Ex Turnebo.

PARCAE {μοῖραι, αἶσαι} à parco, per contrarium, quòd nemini parcant. Ideò tres eſſe Parcas arbitrantur, quoniam tria ſunt tempora, in quibus omnia voluuntur. Varro à partu, vnius literæ mutatione, deduci putat: quoniam (vt ſcribit Heſiodus) hæ naſcentibus hominibus bonum malúmque conferre cenſeantur. Iuuen. Satyr. 9.

Tres autem fuiſſe Parcas, Clotho ſcilicet & Lacheſin & Atropon finxerunt antiqui, quas Cic. 3. de Nat. deor. Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem fata eſſe exiſtimat. Vnde eſt illud Cleantis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt vitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere. Clotho, colum baiulat: Lacheſis, net: Atropos, filum frangit. Quapropter lanificas ſorores appellat. Martial. lib. 6. 5. Apuleius, Tres Parcæ tria fata ſunt numero, cum ratione tẽporis facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactúmque curæ digitorum, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Lacheſin dictam eſſe putant, quia λαγχάνω Græcè, ſortior deſignat. Atropon, quia reuerti non poſſint. Clothon, quoniam contorta & coordinata omnia teneat. Hæc enim, nomina ipſa lingua Græca oſtendunt. Martial. lib. 1. 162,

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit: obſeruant quem ſtatuere diem.
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Virg. 4. eclog.
Nocentum ira Parcarum. Stat. 5. Sylu. 2.
Parca non mẽdax. Horat. 2. Carm. ode 16. Illud è vetere ritu. Nam vltima hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata vocabantur quæ ſcriberentur, quòd eo die viderentur Parcæ in totam ſtatuere vitam, qua fortuna futurus quis eſſet. Tertullianus, Dum per totam hebdomadam Iunoni menſa proponitur, dum vltima die fata ſcribenda aduocantur. Hinc illud Virgilij,

Talia fata ſuis dixerunt currite fuſis. Turneb.
Nubila naſcenti mihi Parca fuit. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4.
Sæuæ. Valer. 5. Argon.
Veraces. Horat. in Carm. ſecul.
Fœdere Parcarum ſic cautum eſt. Ouid. 5. Metam.
Hilares Parcæ meliora penſa manu ducunt. Iuuen. Satyr. 12.
Meliore Parca nubere, Id eſt auſpicio vel fortuna. Ouid. epiſt. 11.
Dies Parcarum propinquat. Virg. 12. Æneid.
Iniquæ prohibent Parcæ. Horat. 2. Carm. ode 6.

Parco, parcis, peperci & parſi, parſum {φείδομαι} párcere, Abſtinere, parum tangere propriè ſignificat.

Parcui. Præterito quo vſi ſunt veteres. Næuius Quadrigeminis,

Suo labori nullus parcuit: Id eſt pepercit. Nonius.

Parcere {συγχωρεῖν, συγγνωμονεῖν} Veniam dare, id eſt ab vltione abſtinere, tunc peperci facit, authore Donato. Cic. 4. Verr. Vt eſſet idem monimentum victoriæ, manſuetudinis, continentiæ: quum homines viderẽt & quid expugnaſſet, & quibus pepercíſſet, & quæ reliquiſſet.

Fortuna tibi pepercit. Lucan. lib. 3.
Supplicibus parcere. Horat. 3. Carm. ode 10.
Subiectis parcere. Virg. 6. Æneid.
Parce precor. Horat. 4. Carm. ode 1.
Parcere, & Mortem afferre, contraria. Seruius Cic. lib. 4. 12. M. Marcello, cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus (P. Magius ſcilicet) qui mortem afferret.

¶Parcere, Conſeruare, & parſi tunc facit, vt vult Donatus. Peperci etiam apud Plaurum in Aulul. 13,

-feſto die ſiquid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi pepercẽris.

Parcere vitam. Gell. noct. Attic. lib. 16. cap. 19, Tum illum ibi pernicie intellecta, pecuniam cæteráque ſua vt haberent, dediſſe: vitam modò ſibi vt parcerent, orauiſſe. De Arione loquitur.

Parcere, & Perdere, contraria. Cic. pro Quintio, Iugulare ciuem ne iure quidem quiſquam bonus vult: mauult enim commemorare ſe, quum poſſet perdere, pepercíſſe, quàm quum parcere potuerit, perdidiſſe.

Parcere, & Spoliare, cõtraria. Cic. pro Cælio, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, &c.

Nihil parcunt, Vide NIHIL.

Parcere ab. Liu. 5. bel. Pun. Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes vt à cædibus & ab incendiis parcereturr.

¶Ædificiis parcere. Cic. 6. Verr. Itaque ædificiis omnibus, publicis & priuatis, ſacris & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendẽda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.

Parcendum eſt animo miſerabile vulnus habenti. Id eſt ignoſcendum. Ouid. 1. de Ponto, eleg 6.

Auribus alicuius. Cic. pro Quintio.

Auxilio alicuius. Cic. pro Planc. Ego verò fateor me hercule, quòd viderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio pepercíſſe. Id eſt abſtinuiſſe, neque vti voluiſſe auxilio illo.

Capillis. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Caſtris hoſtium. Cic. de Aruſp. reſpon.

Charitati

Charitati hominum maximè parcendum eſt, ne temerè in eos dicas qui diliguntur. Cic. 2. de Orat.

Conſuetudini auribúſque. Cic. 3. de Orat. Ita fit, vt omnis ſingulorum verbotũ virtus atque laus tribus exiſtat ex rebus: ſi aut vetuſtum verbum ſit, quod tamen conſuetudo ferre poſſit: aut factum vel coniũctione vel nouitate, in quo item eſt auribus conſuetudinſque parcendum: aut tranſlatum, &c.

Dolori & iracundiæ. Cic. Attic. lib. 12.

Famæ ſuæ. Propert. lib. 1. eleg. 15.

Euri parcebant hybernis flatibus. Virg. 2. Georg.

Parcere gladio, pro Abſtinere à eqdibus. Senec. epiſt. 115. Sic Lucan. lib. 1, Temerando parcere ferro.

Impenſæ parcere. Liu. 5. bel. Maced.

Non parcere iniuriis. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9.

Labori. Terent. Hecy. 2. 1,

Meo labori haud parcens, præter æquum atque ætatem meam,

Lamentis parcere, Continere ſe à fletu. Liu. 6. ab Vrbe.

Luminibus. Ouid. 5. Metam.

Metu parcere, Deponere metum. Virg. 1. Æneidos,

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi. Seruius, Elocutio vſualis, id eſt Dimitte metum: quomodo dicimus Parce verbis, Parce iniuriis.

Maior parcas minori. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3.

Nominibus viuentium. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Operæ. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 13. 28, Sed tamen non parcam operæ, & vt vos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo.

Pretio. Plaut. Capt. 2.

Pudicitiæ nec ſuæ nec alienæ. Cic. pro Rab. perd. reo.

Sibi parcere, Hoc eſt parcere labori, minuere laborem quẽ aliquando ſuſcipiebamus, & ſibi conſulere. Terent. Heaut. 1. 1,

-quæſo tandem aliquantulum
Tibi parce.

Stimulis. Ouid. 2. Metam.

Sumptui in re aliqua parcere. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 6, Illud mi Tiro te rogo, ſumptui ne parcas vlla in re, qua ad valetudinem opus ſit.

Teneris parcendum. Virg. 2. Georg.

Valetudini. Cic. Matio, lib. 11. 27, Quem quum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret, tum ille, &c.

Verbis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.

Vitæ. Cic. 3. de Nat. deor. Sed eorum imperatorum, qui patræ conſulerent, vitæ non parcerent.

Voci. Plaut. Mil. 18.

Parcere telo ſuo in hoſtes. Id eſt reſeruare telum ad hoſtes ſuos perdendos. Lucret. lib. 6,

-cur ipſe ſinit, neque parcit in hoſtes? De fulmine Iouis.

¶Parcere ne. Plaut. Trinum. 6, Neu tibi ægritudinem pater parerem, parſi ſeduló.

¶Parco, parcis, cũ infinitiuo. vt Parce dare. Horat. 1. Carm. ode 28, At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ, &c. Particulam dare.

Parcite credere, Nolite credere. Ouid 3. de Arte.

Parce priuatus nimium cauere, Id eſt noli nimium cauere. Horat. 3. Carm. ode 8. Virg. 4. eclog. a, Parcite oues nimium procedere. Vbi Seruius, Parcite, Prohibete, Id eſt ſeruate ne procedant.

Nihil promittere parcunt. Catul. Argon. epigr. 59.

Parcere perdere vitã. Terent. Hecy. 3. 1, -heu me infœlicem, hancine ego vitam parſi perdere? Vbi Donatus, Parco, Conſeruo, parſi facit: Parco, Veniam do, peperci. Modò ergo, continui ſiue abſtinui ſignificat. Seruius verò de parſi & peperci ſic dicit, Multa vſus contra antiquitatem vendicauit: illi enim parſi dicebant, non peperci.

Parce precor manes ſollicitare meos. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11.

Parcitum eſt. Plin. lib. 33. cap. 4.

Parcitur, pen. corr. Impersonale {φείδεται.} Cic. Attic. lib. 2. 19, Sed tamẽ ſatisfiet à nobis, neque parcetur labori.

Parcens, Participium {φειδόμενος.} vt Viribus parcens. Horat. 1. Sermon. ſatyr. 10.

Dexteræ parcentes. Horat 3. Carm. ode 19.

Verberibus parcens. Stat. 6. Thebaid.

Parſurus, pen. prod. {φεισόμενος} Aliud participium. Suet. in Tib. Cæſar. cap. 62, Ac ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur.

Parcus, Adiectiuum {φειδωλὸς, φειδυὸς, φειδήμενος} Frugi, & ſumptibus parcens. Plaut. Moſtel. 2,

Quò nemo adæquè iuuentute ex omni Attica
Antehac eſt habitus parcus, nec magis continens.

Parcus compoſito vocabulo dictus eſt, quaſi par arcæ: quando ſicut in arca omnia reconduntur, eiúſque cuſtodia ſeruantur & continentur, ita homo tenax paruóque contentus, omnia cuſtodita & recondita habet ſicuti arca. Alij Parcum ob eam cauſam dictum, quòd pecuniam conſumi atque impendi arceat. Verũ Phauorinus apud Gellium neque ab arca, neque ab arcendo, ſed ab eo quod eſt parum & paruum Parcum denominatum dicit. Ex Gellio, lib. 3. cap. vltim.

Prodigus & luxurioſus, Parcus & diligens, contraria. Author ad Heren. lib. 4, Ex contrario ducitur ſic, vt ſiquis hominem prodigum & luxurioſum illudens, parcum & diligentem appellet.

Senes parci. Horat. 2. Carm. ode 8.

Parcus & tenax pater. Cic. pro Cælio.

Colonus parciſſimus, frugaliſſimus. Cic. 2. de Orat.

¶Parcus, cum genitiuo: vt Parcus opum. Claud. 3. Paneg.

Aceti veteris non parcus. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2.

Cruoris. Claud. 2. Paneg.

Pœnæ. Claud. 7. Paneg.

Ciuium ſanguinis parcum credidère. Tacit. lib. 19.

Manu parca offerre aliquid. Horat. 3. Carm. ode 16.

Parciſſimus honorum, Qui honoribus parcit, neque honores deſyderat. Plin. iun. lib. 10. epiſt. 9.

¶Parcus, ablatiuo iunctum. vt Parcus opera. Plaur. Rud. 22.

Parcus comitatu, Qui paucos in comitatu habet. Plin. in Paneg.

Parcus in ædificando. Cic. pro Corn. Balbo, M. Craſſus non Alterinenſem fœderatum ciuitate donauit, homo tum grauitate & prudentia præſtans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate.

Parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi & contracti, quum in finitum interſit inter modum & angustias.

Parciſſimus æſtimator beneficiorum. Plin. in Paneg.

Cultor deorum parcus & infrequens. Horat. 1. Carm. ode 34.

Acies parca, Vide ACIES.

Ira parcior meo merito. Id eſt minor. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.

Iuuentus parca magnum donandi. Horat. 2. Serm. ſatyr. 5.

Lucerna. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Sale parco contingere aliquid. Id eſt, modico. Virg. 3. Georg.

Parcus, & breuis ſomnus. Plin. in Paneg.

Tellus parca. Stat. 4. Sylu. 5.

¶Parcus & Elegans, contraria. Cic. in Orat. Nam ſic vt in epulatum apparatu à magnificentia recedens, non ſe parcum ſolùm, ſed etiam elegantem videri volet. Idem de Claris Oratorib. Craſſus erat elegantium parciſſimus, Scæuola parcorum elegantiſſimus.

Parcè, Aduerbium {φειδωλῶς} Frugaliter, moderatè. Plaut. Trucul. 7,

-ita ego illam

Ædepol ſeruem, itáque parcè victitem, vt, &c.

Viuere parcè. Lucret. lib. 5.

Parcè ac duriter viuere. Terent. Aud. 1. 1.

Parcè parcus. Plaut. Aulul. 9.

Parcè & continenter viuere, cui opponitur Diffluere luxuria. Cic. 1. Offic. Intelligemus quàm ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámque honeſtum, parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè.

Nimium parcè, Vide NIMIS.

Parcè & reſtrictè facere. Cic. 2. de Finib. Nec tamẽ eur id tam parcè, tám que reſtrictè faciant, intelligo.

Parcè & paulatim. Cæſar 7. bel. Gal.

Exigere pretium parcius. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Profiteri amores parcè. Ouid. 2. de Arte.

Parcè vti verbis. Cic. 3. de Orat.

Parcè & timidè de aliquo ſcribere. Cecinna Cic. lib. 6. 7, Scripſi de te parcè mediuſfidius, & timidè, non reuocans me ipſe, ſed penè refugiens.

Parcius, Comparatiuum aduerbium. Horat. 1. epiſt. ad Mæcen. 2,

Sæpè verecundum laudaſtiterúmque patérque
Audiſti coràm, nec verbo parcius abſens. Id eſt appellatus es à me rex, & coràm, & nihilominus abſens. Lambinus.

Parcius condire. Plinius libro 14. capite 7, Poſtquam parcius mari conditur.

Dicere parcius de laude alicuius. Cic. pro Mur.

Obiicere aliquid alicui parcius. Virg. 8. eclog.

Vexare aliquem parcius. Ouid. epiſt. 8.

Parciſſimè facere poteſtatem aquæ. Colum. lib. 6. cap. 7.

Parcitas, pen corr parcitatis, fœm. gen. {φειδὼ} Frugalitas. Sen. 1. de Clement. Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduerſionum. Id eſt non frequens, aut non auſtera nimium punitio.

Parſimonia, parſimoniæ {φειδωλή} Moderatio ſumptuum & parcitas. Terent. Heaut. 3. 1,

Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis.
Aut largitate nimia, aut parſimonia. Cic. in Parad. O dij immortales, non intelligunt homines quàm magnum vectigal ſit parſimonia!

Parſimonia, eſt ſcientia vitandi ſumptus ſuperuacuos, & re familiari moderatè vtendi. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 34.

Ruſtica illa atque inculta parſimonia. Cic. pro Quintio.

Antiqua. Tacit. lib. 3.

Sera in fundo parſimonia, Prouerbialis ſententia apud Senecam in prima epiſtola, quæ admonet in tempore parcendum rebus neceſſariis: neque imitandum profuſorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, poſteaquam viderint minimum ſupereſſe. Traduci poteſt hæc ſententia ad res animi. Eraſm.

Sine parſimonia. Plin. lib. 12. cap. 14, Alexandro magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti atis.

Adhibere parſimoniam, Vide ADHIBEO.

Cuſtodire, Vide CVSTODIO.

Minuendum noſtra parſimonia decus illud triumphi non putaui. Cic. de Prouinc. Conſul.

Parſimonia temporis. Plin. epiſt. 5. lib. 3.

Parſimoniæ oratoris. Cic. in Orat. Sunt enim pleræque aptæ huius ipſius oratoris, de quo loquor, parſimoniæ.

Parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis. Senec. de Clement. lib. 1. r.

Pardalianches {παρδαλιαγχὲς} veneni genus. Plin. lib. 8. cap. 27, Pantheras perfricata carne aconito (venenum id eſt) Barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor, quare pardalianches id venenum appellauere quidam.

Pardalis {πάρδαλις} animal eſt ferũ, Syriæ Africæque peculiare, quod alio nomine Panthera appellatur.

Pardalios {παρδάλιος} gemma eſt maculis quibuſdam variegata, à Pantheriæ pellis ſimilitudine nomen habens. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pardalium {παρδάλιον} Vnguenti nomen, ſic dictum quòd pardalis odorem reddat, quæ ſola ex animantibus odorem reddit, & Latinè panthera dicitur. Plin. lib. 13 cap. 1, Fuerat & pardalium in Thaſo, cuius etiam compoſitio & miſtura obliterata eſt.

Pardus, pardi, maſcul. gen. {πάρδος} Animal eſt, cuius fœmina, pardalis dicitur, & Latinè panthera. Plin. lib. 8. cap. 17, Nunc varias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo genere, creberrimo in Aſia, Syriáque. Idem lib. 10. cap. 37.

Celer pardus. Lucan. lib. 6.

Fulminei. Claud. 8. Paneg.

Sublimis pardus magno hiatu. Iuuen. Satyr. 13.

Virides. Claud. 3. Paneg.

Pardus hiando felit. Author Philomelæ.

Pardi mortem simulat. Prouerbio dicebatur vbi quis astu perniciem alicui moliretur: veluti quum Brutus stupidum ac dementem ageret, vt in posterum imperio potiretur. Id adagium ad quendam apologum referunt, de quo vide Erasm. in Chiliad.

Pardalis in Pardo. Apud Phryges Pardalis pro foribus affixa, Homero teste, signum immunitatis erat, ne hostiū incursibus pateret. Alex. Alexand lib. 5. cap. 24.

Parecbasis, pen. corr. {παρέκβασις} Latinè transgressio, excursus & excursio dicitur. Quintil. lib. 4. cap. 3. Parecbasis est, alienæ rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio.

Parectatus, parectati, pen. prod. {παρέκτατος.} Nonius. Parectati hi qui de puritia veniunt ad pubertatem: à Græco sumptum vocabulum. Lucilius lib. 8, Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem libro 20, Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varro de compositione Satyrarum, Parectatæ adsunt, mulièrque mulier Venus caput.

PAREDONI, suis Pratitę, Hyrcanici maris accolæ. hi insuetem Tigrim in mare excipiunt. Plin. lib. 6 cap. 15.

Parelcon {παρέλκον} est productio dictionis ex adiectione syllabæ, siue etiam dictionis integræ ad aliam dictionem. Terentius And. Nihil ad Pamphilum quicquam. Vbi Donatus, παρέλκον. nam abundat QVICQVAM. nam Nemo quisquam, non dicitur. Virgilius 1. Æneidos, -& vosmet rebus seruate secundis. Vbi Seruius, MET parelcon est.

Parenchiresis {παρεγχείρησις} (quod verbum apud Quintilianum reperitur lib. 7. cap. de diuisione seu parenchiresi) est, quum præter orationem, vel declamationem, huius tamen vel illius causa, Orator vel Rhetor, de ordine capitum, diuisione causæ, collocatione & dispositione apud se exigit & perquisigat, aut discipulos instituendo quæstiones & capita docet, & vltra eos qui idem argumentum tractarūt, excogitare aliquid conatur. Quod enim id præter orandi vel declamandi officium & munus sit, & aliquid præter alios excogitandi labor suscipiatur, parenchiresis vocatur, velut conatus quidam & aggressio, præter legitimum opus. Est & Parenchiresis, quum argumētum & negotium ab alio tractatum alius sibi scribendum sumit, vt apud Ciceronem ad Atticum de oratione Bruti, Prorsus contendis committere, tam multis verbis agis. Egone vt eam causam, quam is scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. Hic parenchiresim vocat scriptam à Bruto causam scribere. Eodem modo Themistius, elegans & nitidus scriptor, parēchireses appellat, quum quid secus quàm alij dicimus, aut prætermissum scribimus. Eius verba sunt, τό,τε σμικρὸν ἕνεκα παρεγχειρήσεως, ὅλου λόγου κατακλίνοντας πραγματείας, ὅμοιον τῷ τὸν Λύδιαδι βικολίῳ μετακινοῦντι τὸν φοίδιλα, ὅτι τὰ ἀκροφὰ τῶν κεφαλῶν ἦττον ἐμείνα ποιήσειν. Hinc Timæus ἀπαρεγχείρητον perfectum appellat, & quod est suis omnibus numeris absolutum. Hæc ideò tam multis, ne quis huius dictionis nouitate & insolentia perturbetur, quum ab alio, quod sciam, nondum sit explicata. Ex Turnebo.

Parenchyma {παρέγχυμα} Caro est, quæ semper hæret musculis, illorum veluti pars. Galen. libro 2. de Temperamen. aut potius Erasistratus.

PARENETA, regio Armeniæ minori contermina. Strabo lib. 11.

Parens, parentis, priore correpta, communis gen. à Pario fit {παρὰ τὸ γεννᾶν.} Festus, Parens vulgo pater aut māter appellatur: sed iuris prudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paulus de Gradibus affinitatis, I. Iurisconsultus, Parentes apud Romanos vsque ad tritauum proprio vocabulo nominantur. Virgil. 9. Æneidos,

Quid tua chara parens domito te poscit Olympo.

Pater & parens. Cic. 1. de Inuent.
Natorum quinque parens. Ouid. 13. Metam.
Cura sagax parentum. Senec. Hippol. 2.
Nomen mire parentis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Proles parentum, Virg. 3. Georg.
Pauperum sanguis parentum. Horatius 2. Carm. ode 20, Sanguis, filius.

¶ Chari parentes. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Confarreati. Tacit. libro 4, Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, &c. Andreas Alciatus in Tacitum, Legitima matrimonia ab antiquis ita celebrabantur, vt farreum libum communicarent, & degustarent. Festus & Boethius authores. Apuleius quoque, Talis (inquit) mulieris publicitus matrimonium confarreaturus. Meminit & Dionysius Halicarnasseus. Vide diligenter Cælium lib. 28. cap. 17.

Confectus ætate parens. Virg. 4. Æneid.
Dubitatus. Ouid. 2. Metam.
Fessus ætate. Virg. 2. Æneid.
Gemini. Virg. 3. Æneid.
Ingenuos clarósque parentes habere. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Intestati. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Longæuus. Virg. 3. Æneid.
Parcus vterque. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.
Rigidus. Ouid. 2. Metam.
Superstites. Horat. Epod. 5.
Tardus senio. Senec. Herc. fur. 3.
Tremulus. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.
Veterum decora alta parentum. Virg. 2. Æneid.

¶ Non alere parentes nefarium est. Cic. Attic. lib. 9.

Titulis anteire parentes. Stat. 3. Theb.
Colere in loco parentis, Vide COLO.
Curare parentes, Vide CVRO.
Facere parentem pulchra prole. Virg. 1. Æneid.
Fieri parentem. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Facta parens duorum. Ouid. 6. Metam.
Charissimos parentes habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Cicero Post reditum in Senatu.

Obseruare & diligere aliquem, vt alterum parentum. Cic. Licinio, libro 5. 8.

Præstare pietatem parentibus. Quintil. lib. 5. cap. 10.

¶ Parentes & propinqui. Cic. 7 Verr.

Parentes abundè habemus. Dictum apud Salustium in persona Romanorum.

¶ Fœcunda parens. Ouid. ad Liuiam.
Longæua. Ouid. ad Liuiam.
Magna parens, Tellus. Ouid. 1. Metam.
Maximus mundi. Seneca Hippol. 4.
Sanctissima parens patria. Cic. Attic. lib. 9.
Procreatrix quædam & quasi parens bonarū artium philosophia. Cic. 1. de Orat.

¶ Parens cunctorum terra: hoc est altrix. Plin. lib. 18. cap. 1.
Parens eloquentiæ Colum. in Præf. lib. 1.
Frugum parens, Tellus. Virg. 2. Georg.
Lyræ parens Mercurius, hoc est inuentor. Horatius 1. Carmin, ode 10.
Mentium parentes, non corporum. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Metus parens odij. Stat. 1. Theb.
Parens & effector operum omnium Deus. Cic. de Vniuer.
Parens patriæ primus appellatus Cicero. Plin. lib. 7. cap. 30.
Patriæ parentem occidere, quàm suum, grauius est. Cic. 2. Philip.
Philosophiæ parens Socrates iure dici potest. Cic. 2. de Finib.
Rerum parens, Deus. Lucan. lib. 2.
Parens & educatrix rerum quæ in homine ineſſe perſpiciuntur, ſapientia. Cic. 1 de Leg.
Parens vrbis Romulus. Liu. 4. ab Vrbe.

¶ Parens, de arbore. Plin. libro 12. cap. 5, Rami nouam ſibi propagi-nem faciunt circa parentem in orbes.

¶ Parentium, genitiuus pro parentum. Horat. 3. Carm. ode 24, Dos est magna parentium Virtus.

Parentela, parentelæ, pen. prod. {συγγένεια} Parum Latina vox. Iulius Capitolinus in Gordianis, Duxit vxorem filiam Misithei doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putauit.

Parenticida, parenticidæ, penult. prod. {γονεοκτόνος} Qui patrem aut matrem occidit. Plaut. Epid. 8. 13, -quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Parento, parentas {πατρίζω, ἀνατρέφω, ὑπαρχίω, παρχίω} parentare, Parentibus iusta celebrare. Licet etiam ad alios transferatur. Plin. libro 18. cap. 12, Quoniam mortuorum animæ sint in ea (scilicet faba) qua de causa parentando vtique assumitur. Cic. pro L. Flacco, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos. Idem 1. Philip. Vt cuius sepulchrum nusquam extet, vbi parenterur, ei publicè supplicetur. Ouid. 1. Amor. eleg. 13,

-sic Memnonis vmbras
Annua solenni cæde parentet auis.

Parentor, parentaris, parentári, Deponens. Seneca epistol. 123, Non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè viui parentantur.

Parentalis, pen. prod. Adiectiuum {πατρῳακὸς.} vt Vmbræ parentales. Id est animæ parentum. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Dies parentales, Quibus parentabatur. Ouid. 2. Fastor.
Mos parentalis. Id est eorum qui parentant. Ouid. 13. Metam.

Parentalia, parentaliorum vel parentalium, neut. gen. {ἐναγίσματα} Conuiuia quæ in parentum aut propinquorum funere fieri consueuerunt. Cic. 1. Philip. An me censetis P.C. quod vos inuiti secuti estis, decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur? Vide Alexand. Alexandrinum lib. 3. cap. 12.

Parens, priore producta. Participium à Pareo, Vide paulo póst.

PARENTA, Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Parenthesis, pen. corr. huius parenthesis, vel parentheseos, fœm. gen. {παρένθεσις} Interpositio ex παρὰ & ἐν, quæ duo, significant inter: θέσις, positio. Valla, Parenthesis est interiectio orationis in sermone: qua remota, sermo manet integer. Ea quum semper venusta est, tum plurimum venustati habet, quum sit per QVI, aut IS, aut per VT: vt sequentibus exemplis clarum fiet. Si modò culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Item, Id flagitij si presens vidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc noxam Petro imponere pergis, ille (vt imprudentissimus est) in te eam retorquebit.

PARENTIVM {παρήνιον} Istriæ vrbs, Ptolemæo libro 3. capite 1. Vulgò *Parenzo*.

Parento, parentas, Vide PARENS, priore correpta.

Pareo, prima producta, pares, parui {ὑφίσταμαι} parère, Videri, Apparere. Et à Pario, vt vult Sipont. deductum est: quoniam partus postquam extra vterum est, videtur. Virgil. 10. Æneid. Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent. Vbi Seruius, Parent, perinissimè agnoscuntur: quod ad omnia referendum est, ad fibras, sidera, voces auium, & fulmina: nā si videntur, tantum accipias, cuiuis possunt videri, nec tamen intelligi. Item voces auium non videntur, sed agnoscuntur auditæ. Nec PARENT, obtemperāt, procedit. nam quomodo sidera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura possunt obtemperare? Festus, Paret, apparet interpretatur. Martial. lib. 12. 25,

Festinant trepidi subtringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.

¶ Parère, pro Apparere veteres dicebant: itaque scriptum est apud Siculum Flaccum, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, intercederunt: & limires ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. Et Frontinus, Ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros. Hygenus autem: Antiquæ mensuræ actus in diuersum nouis limitibus incidit. nam tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Ciceronem inoratione pro Roscio Comœdo. Paul. Manut.

¶ Parere

¶ Parère {ὑπακούω, πείθομαι} Obedire etiā significat. Virg. 1. Æneid.

Paret amor dictis charæ genitricis, &c.

Modestè qui paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse. itaque oportet & eum qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare, breui tempore sibi esse parendum. Cic. 3. de Legib.

Occultissimè parère, Vide Occultè in OCCVLO, occulis.

Parère, & dicto audientem esse. Cic. 7. Philip. Non vt parēret, & dicto audiens esset huic ordini, sed vt conditiones ferret, leges imponeret.

Auspiciis parère & religionibus. Cic. Classem amisit, quum auspiciis non paruisset. Idem 2. de Nat. deor. Eorum imperiis Remp. amplificatam, qui religionibus paruissent.

Colono arua parent. Virg. 1. Æneid.
Consiliis alicuius parère. Cic. Attico, lib. 8.

Cupiditatibus. Cic. 1. de Finibus, Quæ cupiditates à natura profici-scuntur, facilè explentur sine iniuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est.

Dicto. Liu. 8. bel. Pun.
Dominis parère superbis. Virg. 12. Æneid.

Gulæ parère, pro Seruire, siue indulgere. Horat. 2. Serm. saty. 7.

Imperio. Cæsar 5. bell. Gal.

Intercessori parère, Id est deferre, vt vulgò dicunt nostri Iurisconsulti: hoc est, Perenti cedere. Cic. 3. de Legib. Parere iubet intercessori quo nihil præstantius. Budæus.

Legibus parere. Cic. 3. de Legib. Idem 2. Offic. Leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent.

Luparis duris. Virg. 3. Georg. De equis.
Necessitati parere cogimur. Cic. in Orat.
Patienter alicui parere, Vide Patienter, in PATIOR.
Parere & obedire alicui præcepto. Cic. 5. Tuscul.
Præceptis. Virg. 2. Æneid.
Promissis parere, Præstare promissa. Ouid. 5 Fast.

Regi paret oppidum illud. Plin. lib. 6. cap. 28.

Obedire & parere voluntati architecti. Cic. 1 de Nat. deor.
Paritum conditioni. Scæuola, De dote prælegata. Quum dotem, Quæsitum est, quum res in dotem datæ plures ipso vsu finitæ essent, nec moriente marito fuerant, an quasi sub impossibili conditione legum datum videatur. Respondi, videri conditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis superat, in potestatem hæredis perueniat.

Parētur, pen. prod. {ὑπακούεται} Impersonale. Liu. 9. ab Vrbe, Quod postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet vt prandeat milites: frumentisque viribus, arma capiat, dicto paretur.

Parens {πειθόμενος} Participium, siue Nomen ex participio. Cic 1. Offic. Quinetiam ob has ipsas causas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. Salust. in Catilinar. Libertatem, patriam, parentēsque armis tegere. Idem in Iugurth. Deinde quòd parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. Parentes vocat, obedientes & subditos.

Dicto parens. Virg. 1. Æneid.

Parictia, æ, Obsequium, à verbo Pareo. Cassiodor. lib. 7, Variar. formular. Cui (inquit) saluberrinam parientiam commodare. 1 1. C. qui pro sua iurisd. vbi non patientiam: sed parientiam legendum est. Parentiam qui legit, is quoque peccat.

Parephippius {παραφίππιος} qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit, quasi præposterus siue imperitus eques, à prepositione παρὰ, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè, siue præposterè, & nomine ἱππάριος, quod equestrem sonat. Vtitur hac voce Imperator in l. Parephippium. C. de Cur. public.

Parergum, parergi {πάρεργον} Quod alicui rei præter propositum additur. Plin. lib. 35. cap. 10, Quidam & naues pinxisse vsque ad annum 1. argumentum esse, quòd quum Athenis celeberrimo loco Minervæ delubro propylæon pingerer, vbi fecit nobilem Paralum & Hemionida, quam quidam Nauicam vocant, adiecerit paruulas naues longas in iis quæ pictores parerga appellant, vt appareret à quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent. Budæus, Parerga sunt quasi corollaria operis locati, quæ fiunt vltra id quod in stipulatione comprehensum est. Ergon, est opus ipsum de quo actum est. Parergon, operis appendix de quo nihil actum erat.

Parerga horologiorum, quæ ornatus causa fiunt in horologiis, vocat Vitruuius lib. 9. cap. 9. Budæus.

Pares Curiæ censentur, qui feudum habent in eodem territorio, in quo beneficium controuersum est. Oldendorpius. Pares Curiæ sunt principes, qui Regi aut Principi assident. Vide cap. 1. in princip. Si de inuestitura inter dominum & vassalum lis oriatur.

Paresis {πάρεσις} Græca vox est, qua significatur remissio vel negligentia: corporis & animi defectio & languor, viriūmque & corporis & animi extenuatio. Budæus.

PARETACENI {παρητακηνοὶ} populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi, iuxta Elimæos, montium incolæ, & latrocinio victum quærentes. Meminit horum Herodotus, lib. 1. & Strabo lib. 11. & 16.

Parætonion, est spuma maris cum limo solidata: & ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo, vsque adeò coloribus perutile est, vt ex eo colori albicanti, Parætonium nomen suum, spuma communicauerit. Parætonium autem nomen loci habet ex Ægypto. Plin. lib. 35 cap. 6. Parætonium (inquit idem Plin. lib 33. cap. 5.) quoniam est natura pinguissimum, & propter læuorem tenuissimum, arramento aspergitur. ne Parætonij candor pallorem Chrysocolæ adferat.

PARIA, Pariæ, Insula in Phœnicео mari, ante Iopen, alio nomine Arados. Plin. lib 5 cap 31.

Parianus, al o nomine Colias, Saxitanus, Cybius, Iacertorū minima, aquas incolens, inuenitur in Bætica. Plin. lib. 32. cap. 11.

Pariatio, Pariator. Vide PAR.

PARICANI, populi Orientis plagæ, in ea regione quæ Zapanortene dicitur Plin. lib. 6. cap. 16.

Parici {βασιλῆς} inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum.

Paricida, paricidæ, pen. prod. com. gen. {φονεὺς γονέων, πατροκτόνος} Parentum interfector, & patriæ proditor: quia patria parens vniuscuiusque est. Martian. D. ad leg. Pomp. de patric. l. 1. Lege Pompeia De paricidiis cauetur, vt is paricidij teneatur, non solùm qui patrem & matrem interfecerit, sed qui auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, matterteram, consobrinum, consobrinam, virum, vxorem, filium, filiam, nepotem, nurum aliósque propinquos occiderit. Cicero in Catil. Certe verendum mihi non erat, nequid hoc paricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Idem 2. de Legibus, Sacrum, sacróve commendarum qui clepserit, rapserítque, paricida esto. Horat. 3. Carm. ode 29, Telegoni iuga paricidæ.

Paricida, fratricida, sororicida. Cic. pro Domo sua.
Sicarij homicidæ, paricidæ. Cic. 2. Philip.

Insu in culeum paricidas viuos, atque ita in flumen deiici voluerunt. Cic. pro Rosc. Amer.

Paricida etiam dicitur, qui qualemcunque hominem indemnatum occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Siquis liberum hominem morti sciens duit, paricida esto. Hæc ex Festo. Tranquillus in Cæsare, cap 42, Et Curtius paricidas appellat Persas qui Darium confoderunt. Vide & quæstores paricidij in lege secunda, de Origine iuris.

Custodiri vt paricidam Brutus Cic. 6.

Sicarium non modò, sed etiam paricidam aliquem iudicare. Cic. Cassio, lib. 12. 3.

¶ Paricida, A par, paris, deducitur: vel à patre. Aliis à parente compositum videtur, pro Parenticida, per syncopam. Nonnulli geminato R scribunt, à pari deducentes, addito R altero, euphoniæ vel productionis causa: vel à patre, T in R conuerso.

Paricidium, paricidij {πατροκτονία} Cognati, vel ciuis, vel alicuius alius occisio, vel contra patriam machinatio. Cic. lib. 3. Offic. Potest enim, dij immortales, cuiquam esse vtile fœdissimum & teterrimum paricidium patriæ, quanuis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nomine ur? Idem 3. de Nat. deor. Sibi salutem vt familiari pareret paricidio. Ex quodam poeta.

Pœna paricidij (ait Modestinus, D. ad leg. Pompeiam de paricidiis, l. 9.) more maiorum hæc instituta est. Paricida virgis sanguineis verberatus, deinde in culleo insuitur cum cane, galio gallinaceo, vipera, & simia. deinde in mare profundum culleus iactatur. Hoc ita, si mare proximum sit. alioquin bestiis obiicitur secundum D. Hadriani constitutionem. Vide etiam Instit. lib. vlt. tit. vlt.

Patriæ paricidium. Cic. 2. Philip. Quum homines nefarij de patriæ paricidio confiterentur, conscíorum iudiciis, sua manu, voce penè literarum coacti se vrbem inflammare, ciues trucidare, vastare Italiam, delere Remp. consensisse, &c.

Necari ciuem Romanum, propè paricidium est: vinciri, facinus: verberari, scelus. Cic. 7. Verr.

Fraternum paricidium. Cic. pro Cluentio, In ipso fraterno paricidio nullum scelus prætermissum videtur.

Facere paricidium. Iustinus lib. 1, de Cambyse, Non dubitauit post sacrilegia, etiam paricidia facere

Paricidio se inquinare. Cic. 4. de Fin.
Paricidio maculare partus suos. Liu. 1. ab Vrbe.
Obstringere se paricidio, Vide OBSTRINGO.
Nefario patriæ paricidio se obstringere. Cic. 11. Philip.

Paricidalis, & hoc paricidale, penult. prod. Adiectiuum. Quintil Declamation. 16, Vidi truces loquentis oculos, vultus paricidali ardore suffusos.

Certamina paricidalia. Firmic. lib. 6. cap. 10, Ita vt contra matres, filios faciat paricidalia inimicitiarum fubire certamina.

Collatio pecuniarum paricidalis. Firmicus lib. 1. cap. 3, Ecce innumerabiles proscriptionum tabulas ponit Sylla, & cruentarum pecuniarum paricidali collatione ditatur.

Odia paricidalia. Firmicus lib. 6. cap 25, Ipsos verò contra patres paricidalibus inimiciti arum odiis exasperant. Et cap. 31. non ita procul à fine, Paricidalia parentum circa filios odia, funestámque cædem semper exagitat.

Præceptum paricidale. Firmicus lib. 1. cap. 3, Iussione Syllana, Sulpitius tribunus plebis, paricidalis præcepti nefanda animaduersione percussus est.

Simultas paricidalis. Firmic. lib. 6. cap. 18, Et quum illos vnà sanguinis necessitudo coniungat, paricidali odiorum contra se simultate depugnant.

Paricidiosè, penult. prod. Aduerbium ab attributo Paricidiosus, confecto, vt ab Ignominiosus, ignominiosè. Cic. 5. Tuscul. Paricidiosè vituperare parentem.

PARIEDRVS {παρεδρὸς} Ptolemæo, pars Tauri montis in finibus maioris Armeniæ, ex qua Apsarus fluuius oritur. Author Plin. lib. 6. cap. 9. & lib. 5. cap. 27.

PARIENNA {παρίεννα} Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs. Vulgò *Freideck*.

Parientia, In PAREO.

Paries, parietis, pen. corr. masc gen. {τοῖχος, τειχίον} De priuatis dicitur, vt domorum paries: ęstque id quod interiicitur & interiacet inter vnam & alteram domum. Plin. lib. 35. cap. 14, Quid, num & Africa Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati, vtrinque duabus tabulis infarciuntur verius quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnísque cæmento firmiores? Cic. 6. Verr. His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur.

Communis paries vtrique domui. Ouid. 4. Metam.
Crassus paries, Vide CRASSVS.

Paries crattitius, dicitur ab asseribus qui arrecti transuersíque, in modum cratis texuntur: vnde Vitruuius arrectarios parietes, transuersárióque appellat, Vide CRATES.

Fissus paries tenui rima. Ouid. 4. Metam.

Paries intergerinus, Vide INTERGERINVS, suo loco.

¶Directum parietem ad parietem communem adiungere, vel solidum vel fornicarum, omnibus ius est. Cic. in Topic.

Conscribere parietes, Vide CONSCRIBO.

Crustare parietes, Vide CRVSTA.

Disturbare parietes. Cic in Parad.

Ducere parietem per vestibulum alterius. Cic. pro Mil.

Perfodere parietes, Vide PERFODIO.

Arctis parietibus premere locum. Virg. 4. Georg.

Vebis parietes stant & manent, Vide MANEO.

Græcis parietibus textum iter. Virg. 5 Æneid.

¶Intra parietes meos nihil nihil mihi tutum. Cic. Plancio, lib. 4. 14.

¶Intra parietes experiri & disceptare. Cic. pro Quint. Siquid in cõtrouersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Id est, Aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra iudicium, & extra cancellos forenses: aut apud iudicem concesso sibi legibus aut moribus iure vteretur, id est rigore iuris ad extremum non decederet. Budæus.

Albo parietes aliena bona oppugnare. Plaut. Persa, 3. Vbi interpres, Legitur apud Asconium Pædianum, apud Prætorem & alios magistratus, in vrbe Roma, ad primos vestibuli parietes fuisse album spatium, in quo à collegio magistratúve publicanda scripto proponebantur. In albo ergo pariete aliena oppugnant bona, sic intelligo: Qui instituunt, & sibi proponunt lucri causa aliquem alicuius criminis accusare, & rem apud Prætorem haberi delatione sua. Hactenus interpres Plauti.

In caducum parietem inclinare. Prouerbiali figura, in caducum parietem inclinare dicuntur, qui nituntur, confidúntque rei parum firmæ: ducta metaphora ab ædificiis. Hadrianus Imperator de Commodo adoptato, & imperij successioni destinato dicere consueuit, In caducum parietem inclinamus, &c. Caducum autem parietem vocabat, quòd esset valetudinarius, & rebus gerendis inhabilis videretur.

Per parietem loqui, Adagio dicitur, qui ridiculè quid facit. Siue quòd obstante pariete neuter alterum audit, siue quòd ad eum modum colloquuntur amantes, vt testatur Ouidius de Pyramo & Thisbe. Eras.

Paries cæcus, qui fenestras non habet. Virg. lib. 5. Æneidos,

Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuisse dolum. Harmenop. lib. 2. Epitom. Varro lib. 2. de Analog. Cubiculum, si fenestram non habet, cæcum dicitur.

Parietina, parietinæ, pen. prod. {τὸ τοιχῖον} Paries vetus ac semiconsúmptus. Plin. lib. 22. cap. 17. Austericum folio similis ocimo, nigrior tantùm, nascens in tegulis parietiníque. Cic. ad Memmium, lib. 13. Is igitur Patro, quum ad me Romam literas misisset, vti te sibi placarem, peterémque vt nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes, &c.

Parietarius, Substantiuum, Parietum substructor. Firmic. lib. 8. cap. 24, Decimanona pars si in horoscopo fuerit inuenta, architectos faciet, structores, parietarios, vel marmorarios.

Parietaria, huius parietariæ {ἡ ἀστέριον} Herba à parietibus in quibus nasci tur, sic dicta. vnde etiam Muralium appellata est.

PARII, populi circa Mæotim, quos & Xandios appellant. Strabo lib. 11.

PARILIA, Parilíorum {παρίλια} Deæ Palis festa, quasi Palilia. Plinius lib. 19. cap. 5, Parilibus tamen aptissimè. Solinus cap. 2, à partu Iliæ matris Romuli & Remi putat dicta Parilia. sic enim ait, Obseruatum deinceps ne qua hostia parilibus cædereturr, vt dies iste à sanguine purus esset: cuius significationem de partu Iliæ tractam volunt. Vide PALES.

Ab iis Parilibus, quibus Romam à Romulo conditam accepimus, diem natalem illius vrbis repetebat L. Tarutius Firmanus, imprimis Chaldaicis rationibus eruditus. Cic. 2. de Diuinat.

Festa Parilia. Ouid. 14. Metam.

Parilis, Parilitas, Vide PAR.

Parilitium sydus, siue Palilitium, signum cæleste ex septem constans stellis, quas Græci ὑάδας, Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis, vide suprà in dictione PALILITIVM.

Pario, parias, Vide PAR.

Pario, paris, peperi, pen. corr. partum vel paritum, penult. corr. {τίκτω, τόκω, λοχέω, γεννάεται} páriere, Fœtum emittere. Propriè ad fœminas pertinet. Plin. lib. 10. cap. 33, In Scythis auis magnitudine otidis binos parit.

Liberos ex sese parit mulier. Seruius Cic. lib. 4. 5.

Fœmina quum peperit, repletur lacte. Lucret. lib. 5.

Marem parere. Ouid. 9. Metam.

Decies, Vide DECEM.

Parere, aliquando de viris legitur. Cæcil. Hic vicinus noster peperisse se filium memorat.

Parserint, pro Pepérerint dixit Cato cap. 89. Gallinas teneras quæ primùm parierint, concludat. Alia exemplaria habent parient.

Terra parit fruges. Cic. 1. de Nat. deor.

Parere oua dicuntur aues, pro Ponere, & quod Varro de Re rust. facere dicit. Plinius libro 10. cap. 52, Plurima oua pariunt struthiocameli.

Ouum parit gallina. Cic. 4. Acad.

Vermiculos pariunt ligna putrefacta. Lucret. lib. 2.

¶Párere, per translationem, pro Acquirere, siue comparare: quoniam quæ párimus & acquirimus, noua sunt, quemadmodum quæ concipiuntur. & constituitur sicut EMO. Colum. lib. 9. cap. 1, Sequitur vt examina desyderemus: ea porrò vel ære parta, vel gratuita contingunt.

Párere, est cum labore quærere, vnde pecunia parta, cum labore quæsita dicitur. Alexandrinus lib. 1. cap. 21.

Parere, gignere, proferre, Author ad Heren. lib. 4, Alio tempore vtentur ea facultate, non tum quum parere ipsi & gignere, & proferre debent.

Parere & procreare, Educare atque confirmare. Cic. 2. de Orat. Hæc ars tota dicendi, siue artis imago quædam est & similitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat & procreet: verùm vt ea quæ sunt orta iam in nobis & procreata, éducet atque confirmet.

Parere alicui, & Depellere, contraria. Cic. Bruto, 15, Magna pestis erat depulsa per vos, magna Pop. Rom. macula deleta, vobis verò parta diuina gloria.

Ægritudinem alicui. Plaut. Trinum. 6.

Beneficium sibi. Terent. Eunuch. 5. 2.

Curas nobis peperit iniuria. Propert. lib. 1. eleg. 17.

Causam vitæ. Plin. lib. 11. cap. 37.

Dignitatem & salutem aliquibus, suis laboribus parere. Cicero 4. in Catil.

Dissidium. Lucret. lib. 1.

Dolorem. Cic. 1. de Finib. Sed illas reiici, quia dolorem pariant.

Fastidium. Plin. lib. 12. cap. 17.

Fructum sibi. Cic. pro Rosc. Amer. An is qui semper ita vixerit, vt quæstum nosset nullum, fructum autem eum solum quem labore peperisset.

Gloriam. Cic. ad Brutum, 15.

Gratiam apud aliquem sibi. Liu. 4 bel Maced.

Laurus illi peperit æternos honores Horat. 2. Carm. ode 1.

Lachrymas peperêre minoribus nostris. Lucret lib. 5.

Laudem sibi. Cic 2. Offic. Nam L. quidem Crassus quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa.

Lethum sibi peperere manu. Virg. 6 Æneid.

Lingua peperit hoc malum misero. Tibul. lib. 4. eleg. 12.

Moram. Plaut. Trucul. 7.

Pacem. Cicero Planco, lib. 10. 5, Victoria pax, non pactione parienda est.

Perfugium pedibus. Plaut. Cistel. 4. Id est aufugere.

Reditum ad suos ferro sibi parere, Vide Segnis prouidentia, in PROVIDEO.

Salutem. Cæsar 1. bell. Gal.

Somnum tibi peperi mero. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Spinosiora multa pepererunt dialectici. Cic in Orat.

Verba parere. Est noua verba fingere. Cic 3. de Finib. Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendáque noua nouis rebus nomina.

Victoriam sibi. Liu. 10. bel. Pun.

Vrbes peperit philosophia, & dissipatos homines in societatem vitæ conuocauit: eos inter se primò domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communione iunxit. Cic. 5. Tusc.

Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. Cic. 1. in Catil.

¶Parere, Oua ponere. Colum. lib. 8. cap. 14, de anseribus, Ineunt autem non vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi: nam ferè in flumine, aut piscinis id faciunt: singulæque ter anno pariunt, si prohibeantur fœtus suos excludere. Pariunt autem singulis fœtibus oua, primo quina, sequenti quaterna, nouissimo quina: quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anni vacaturæ sunt à fœtu. Minimè autem concedendum est fœminis extra septum parere: sed quum videbuntur sedem quærere, comprimendæ sunt atque tentandæ: nam si appropinquat partus, digito tanguntur oua, quę sunt prima parte locorum genitalium.

¶Parior, pareris, pen. corr. Passiuum. Cic. 2. Offic. Maximè autem & gloria páritur & gratia defensionibus. Silius lib. 5,

Nam cui hæc alia patratur gloria dextra?

Voluptates pecunia pariuntur. Cic. 2. de Fin.

In pariundo, Vide IN præpositionem.

Celerius elephanti pariunt, Cunctationem immodicam, & quorundam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Siquidem Plinius refert lib. 8, Elephantum decem annis gestare in vtero. Hoc prouerbio vsus est Plin. iunior in præfatione historiæ mundi.

Pariens, Participium {τίκτουσα.} vt Timidæ parientes. Ouid. 9. Metam.

Pariturus, pen. prod. Aliud participium {τεξόμενος.} Ouid. 5. Metamorph.

-illa potentem

Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.

Partus, Aliud item participium {γενηθὲις, τεχθὲις} In lucem editus.

Genus partum veterino semine. Lucret. lib. 5.

Alius Achilles Latio partus, Vide ACHILLES.

Partam videtur accepisse Columella, pro ea quæ peperit. lib. 7. cap. 4. Singuli agni binis nutricibus summittendi, nec quicquam subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter cõfirmetur, & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui.

¶Partus {πρωτοτοκίαις} pro Nactus & acquisitus. Terent. Andr. 5. 5,

-nam mihi immortalitas

Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interceserit.

Labore magno, magnísque periculis parta quædam. Cicero 2. de Oratore.

Partum per nos, & Delatum diuinitus, contraria. Cic. 2. de Orat. Vt & ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur.

Virtute non parta sed peccatis & vitiis quædam. Cic. 2. de Orat.

Honestè partis bonis aliquem priuare. Cic. pro Quintio.

Census partus per vulnera. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.

Coniunx parta tibi. Virg. 2. Æneid.

Decus partum eloquio. Silius lib. 3.

Existimatio parta. Cic. pro Sylla.

Fama. Valer. 7. Argon.

Gloria. Ouid. 12. Metam.

Honor. Virg. 5. Æneid.

Laus parta perennis. Silius lib. 15.

Liberta,

Libertas plurimo sudore & sanguine maiorum parta nobis & tradita. Cic. 2. de Lege agrar.

Munera parta sunt meæ Veneri. Virg. 3. eclog.

Opes partæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Partæ opes non casu, sed ingenio. Cic. 3. Tusc.

Pabula parta sine labore. Lucret. lib. 5.

Pax parta duci. Lucan. lib. 10.

Parta improbè præda. Cic. 1. de Fin.

Quies parta vobis. Virg 3. Æneid.

Regna parta per gladios. Ouid. 1. de Arte.

Res partæ sanguine. Ouid. 1. epist.

Triumphus. Virg. 1. Æneid.

Victoria. Cic. ad Atticum, lib. 10.

Vltio parta est. Senec. Medea 1. 5.

Malè parta malè dilabuntur. Cic. 2. Philip.

Reponere parta. Claud. de bel. Get.

Partus, huius partus, masc. gen. {τοκετὸς, τόκος, τόκετος, λοχεία} Ipse parti endi actus. Cic. 3. de Finib. Idem hoc esse dicturi, bonam mortem & bonum partum meliorem longum esse, quàm breuem. Propert. lib. 2. eleg. 3, Non non humani sunt partus talia dona.

Grauiditas & partus. Cic. 2. de Nat. deor. Sol mundum ominem sua luce compleat, ab eóque luna illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatésque gignendi.

Ancillæ partus an in fructu habendus. Cic. 1. de Fin.

Mulæ partus propè necessarius, conceptio contra naturam. Cic. 2. de Diuinat.

Æstiuus partus, Vide ÆSTAS.

Densus vuarum. Plin. lib. 14. cap. 2.

Faciliores partus facit senectus anguium adalligata lumbis. Plin. lib. 30. cap. 14.

Lubrici partus atque procidentes. Plin. lib. 32. cap. 1, E nostris quidam Latinis Remoram appellauere eum piscem. Mirúmque, è Græcis alij lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alij sale adseruatum adalligatúmque grauidis partus soluere.

Maturus. Celsus lib. 7. cap. 29.

Partus nocturnus. Lucret. lib. 1.

Numerosus, Vide NVMERVS.

Procidentes partus, Vide paulo antè, Lubrici partus.

Accelerare partus. Plin. lib. 28. cap. 4.

Partus in abortum vergentes nutrit axungia. Plin. lib. 28. cap. 9.

Remorans. Ouid. epist. 15.

¶Adest mulieri partus, Hoc est pariendi tempus. Celsus libro 2. capite 1.

Adhibetur Iuno Lucina ad partus, Vide ADHIBEO.

Adolescere in partum, Vide ADOLESCO.

Maturos aperire partus. Horat. in Carm. Secul.

Appropinquat partus. Cic. pro Cluentio, Quum esset grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit.

Continere partum. Plin. lib. 30. cap. 14, Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum.

Partus conceptos hystricum cinis potus continet: maturat eanium lac potum: euocat membrana è canum secundis, si terram non attigerit. Plin. lib. 30. cap. 14.

Custodit partus contra omnes abortuum insidias ætites lapis. Plin. lib. 30. cap. 14.

Dulci partu diteſcere. Lucret. lib. 4.

Dare partu, Id est parere. Lucret. lib. 2.

Dare partu geminam prolem. Virg. 1. Æneid.

Edere partus perfectos, vel inchoatos. Plin. lib. 10. cap. 63.

Elidere partum. Celsus lib. 2. cap. 7.

Excidere partum mulieri mortuæ, Vide EXCIDO.

Partus excluditur diebus ter nouenis. Plin. lib. 10. cap. 59.

Celeritatem partus facere. Plin. lib. 28. cap. 4.

Propè instat partus, Vide INSTO.

Leuabit te partu Lucina. Ouid. 9. Metam.

Vno partu liberos peperit viro, at sibi nepotes. Seneca Theb. 1.

Partu postremo Polydorum Hecuba peperit. Cic. 3. de Orat. Ex poeta.

Partus faciles præstare. Plin. lib. 30. cap. 14.

Reddere partum. Plin. lib. 10. cap. 12.

Soluere partus grauidis, Vide paulo antè, Lubrici partus.

Sustinere partum. Celsus lib. 2. cap. 10.

Tuetur partus matronarum Natio dea. Cic. 3. de Nat. deor.

¶Partus arboris etiam dicitur. Plin. lib. 12. cap. 14. Autumno legitur ex æstiuo partu. De thure.

¶Partus, Ipsa proles. Martial. lib. 1. 14, Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.

Monstrosi hominum partus. Lucan. lib. 1.

Multiformes, Vide MVLTVS.

Nobilis. Seneca Here. fur. 6.

Partus semiferi. Claud. 1. in Eutrop.

Suppositus. Silius lib. 15.

¶Abigere partum, Vide ABIGO.

Gemellos enixa. Ouid. 6. Metam.

Ferre partum, In vtero gestare. Plin. lib. 8. cap. 32.

Ferre partum ex aliqua, Tollere puerum ex aliqua. Senec. Hercul. furen. 6.

Maculare partus suos paricidio, Vide MACVLA.

Diligunt suos partus feræ. Cic. 2. de Orat.

¶Partus, de ouis. Colum. lib. 8. cap. 5, Ferè autem quum primũ partum consummauerint galliné, incubare cupiunt. Et cap. 11. de pauonibus, Primus est partus quinque ferè ouorum: secundus quatuor: tertius aut trium aut duorum.

Paritura, parituræ, pen. prod. {γενητὴ} Idem quod Genitura & fœtura.

Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Demes si vis duas ẽs de mulis, admissuram & parituram. Legitur & Parturam.

Partitudo, partitudinis {πάρτις} antiquum. Plaut. Aulul. 4. 38,

Neque iam quo pacto celem herilis filiæ

Probrum, propinqua partitudo cui apperit.

Partio, partionis, fœm. gen. {διάνεμις} Idem, antiquè. Gell. lib. 16. cap. 2, Eúmque finem esse dixit multiiugæ hominum partionis. Varro 3. de Re rust. cap. 9, de gallinis, Hæ enim ad partiones sunt aptiores: Sic Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 11.

Partor, partoris, Verbale {πρόσοδος} Qui peperit & acquisiuit. Plaut. Trucul. 3, -vnde antè parta

Demus pòst partoribus.

Parturio, parturis, pen. corr. parturiui {ἀδῖνας λοχεύομαι} parturire, In pariendo laborare. Terent. Adelph. 3. 4,

Iuno Lucina fer opem: seruа me obsecro. H. hem,

Numnam illa quæso parturit?

Ager almus parturit. Virg. 2. Georg.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Horat. 2. de Arte.

Arbos omnis nunc parturit. Virg. 3. eclog.

Larus parturit, Antiquitus dicebatur in eos qui politicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aiunt enim Larum auiculam esse stupido ingenio, plumis ac pennis copiosis, corpore pusillo: quum parturit, vociferari. Hinc natum prouerbium, Larus parturit, vbi quis magna præ se ferr, pusilla præstiturus.

¶Parturire, per translationem dixit Cic. 2. Philip. Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iandiu parturit.

Periculum conceptum Respub. parturit. Cic. pro Müren.

Parturiens, parturientis {ἀδίνουσα} Ipsa mulier quæ parturit. Plin. lib. 20. cap. 21. de malua, Vtique constat parturientes foliis substratis celerius solui. Ouid. 3. Fastorum,

Dicite, tu voto parturientis ades.

Pario, paris, párire, per quartam coniugationem. Varr. lib. 4. de Lingua Latin. Oua parire solet genus pennis condecoratum: non animas, vt ait Ennius.

PARION {πάριον} Vrbs est in Hellesponto, ait Stephanus, vocata sic à Pario Iasonis filio.

Parion, vel Parium, Ptolemæo, Plinio, Straboni, Propontidis in Hellesponto oppidum à Milesiis, Erythræis, Pariisque condidum: iuxta quod, teste Plinio lib. 7. cap. 2, gentes sunt quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ictus leuare solitæ, & manu imposita, venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi dicit, quorum saliuæ contra ictus serpentum medeantur. In eodem oppido, teste Plinio lib. 36. cap. 5, Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria. Parion hodie vocatur *Parisa*, vt scribit Oliuarius in Melam lib. 1. cap. 19.

Infame Parium fragosis vadis. Valer. 2. Argon.

PARIS, Paridis, pen. corr. {πάρις} Priami filius, quem pater, quòd partiæ fatum futurum esse præsenserat, exponi iussit, pastoréque educauerunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis sententiam pro Venere contra Palladem & Iunonem tulit: ex quo illas perpetuò infestas sibi regnóque habuit. Venus autem ei nuptias Helenæ per raptum conciliauit, vnde Troiæ bellum exortum secundum Homerum. Ex OEnone Nympha Idæa ab eo, dum esset pastor, adamata, Idæum & Daphnidem dicitur fusce pisse. Interfecit in bello Troiano Achillem & Antilochum: cum Aiace verò Oileo congressus, mutuis simul cum eodem vulneribus cecidit.

Paris, nomen habet ἀπὸ τῦ παρεῖναι, hoc est à transeundo; nimirum intentatam mortem, quando expositus est. Et hoc est primum & proprium eius nomen. Alexander enim cognominatus est ab opitulatione, vt innuit Ouid. in epistola ipsius ad Helenam,

Penè puer cæsis abducta armenta recepi

Hostibus, & causam nominis inde tuli. ab ἀλήω auxilior, & ἀνὴρ vir. Vide Cælium lib. 19. cap. 12.

Hecuba Cisseifilia, se facem párere vidit, & Parin creauit: qui causa fuit incendij. Virg. 10. Æneidos,

-& face prægnans

Cisseis regina Parin creat. Face prægnans, ait Seruius, quia antequam páreret, facem se peperisse vidit in somnis.

Culparus Patis. Virg. 2. Æneid.

Dardanius. Virg. 2. eclog.

Parim, Accusatiuus. Ouid. 13. Metamorphoseos,

-accusóque Parim.

Paridem vocat per translationem Octauianum Cicero ad eum scribens, At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares vrbem incendio, Italiam bello, &c.

¶Fuit & Paris, histrio, libertus Domitiæ Neronis amitæ, cuius meminit Cornelius Tacit. & Iuuenalis.

PARISII, Parisiorum {παρίσιοι} populi inter Celtas, qui Senonensi prouinciæ attribuuntur, Senonibus, Belouacis, & Agendico oppido proximi, ac Meloduno oppidó finitimi: Lutetiam habent oppidum, quum nunc Parisiensem, episcopalem vrbem inhabitant, positam in insula fluminis Sequanæ, quòd perpetua palus influeret, & in regno Francorum esset. Horum meminit Cæsar lib. 6. Comment. Ptolemæus lib. 2. cap. 8, Ad orum verò & iuxta Sequanam Parisij: & ciuitas, Parisium, Leucodecta. Vulgò *Paris*.

Paristhmium, & Paristhmia, orum {παρίσθμιον} tonsillæ sunt ad linguæ radicem, numero quatuor, duæ conspicuæ: duæ his proximæ, pensitiores. Sic dictæ, quòd Isthmo figura respondeant. Galen. in Introduct. cap. Interiorum anatome.

Pariter, pen. corr. {κατὰ τοῦτο} Aduerbium congregandi, significans Simul. Cic. de Amic. Quòd si hæc apparent in bestiis, volucribus, agrestibus, natantibus, suibus cicuribus, feris, primùm vt se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur) deinde vt requirant atque appetant, ad quas se applicent, eiusdem generis animantes.

Pariter & simul. Cic. 3. de Orat. Vt ille qui hæc non vidit, & vixisse

cum Rep.pariter,& cum illa simul extinctus esse videatur.
Pariter enim cum vita sensus amittitur.Cic.1.Tusc.
Tua laus pariter cum Repub.cecidit.Cic.2.Offic.
Crescunt pariter cum luna, pariterque decrescunt ostreæ & conchylia.Cic.2.de Diuin.
Mecum pariter molestè ferunt Sicili.Cic.7.Verr.
Infindunt pariter sulcos.Virg.5.Æneid.
Vtraque vis pariter metuenda.Virg.4.Æneid.
Pariter nobiscum. Author ad Heren.lib 3, Interea prima quæque & nobiscum quum voles,& interdum sine nobis legendo consequêre nequid impediare, quin ad hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi possis.
Percipit voluptatem pariter cum corpore animus.Cic.5.Tusc.
Secum pariter me reportauit Resp.Cic.Post redit. in Senat.
¶Pariter { ἅμα } Eodem tempore. Virg.10. Æneidos, de Mezentio alloquente Rhœbum equum suum,
-Lausúque dolorum
Vltor erit mecum:aut,aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. Potest & hîc significare SIMVL.
¶Pariter { ἰσοῦσθαι } Ex æquo, æqualiter. Nævius, Vt pariter dispertiantur bona patris. Hoc est, vt tantum habeat vnus quantum alter. Plaut Aulul.6.
Pariter & æqualiter.Cic.de Amic. Nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter,æqualitérque respondeat.
Terminantur pariter extrema.Cic.in Orat.
¶Pariter { ὁμοίως } Similiter. Cic. pro Fonteio, Pugnat pariter pro salute M.Fonteij Narbonensis colonia.
Æquè & pariter.Cic.1.de Finib. Et lætamur amicorum lætitia æquè atque nostra,& pariter dolemus angoribus.
Pariter ac: Terent.Phorm.5.3, Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.
Pariter atque. Plaut.Amphitr.13, -sed ædes occluserunt, euge hoc fit Pariter atque vt alia facta sunt.
Pariter vt.Plaut.Aulul.3,
Is ex se hunc reliquit,qui hîc nunc habitat,filium
Pariter moratum vt pater,auósque huius fuit.
Pariter fit.Terent.Eunuch.1.2.Id est similiter,vt ait Donat.
Pariter pro meritis.Plaut.Milit.10.

Paritura,Vide PARIO.

PARIVM { πάριον } ciuitas Asiæ in regione Mysiæ,ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Glossographus. Strabo lib.10.& 11. Plin.lib.7. cap.2. & lib.36.cap.5.

PARIVS,Thatsensis quidam,quem supra Dianæ ædem decumbentem febris adeò vehemens corripuit,vt tandem oppresserit. De illo Hippocrates lib.3,de morbis vulgaribus, eiúsque interpres Claud.Galen. Comment.lib 3.

Parma,parmæ { ἀσπὶς } Breue scutum quo pedites vtebantur, quòd è medio in omnes partes esset par,vt inquit Varro. Virg 9.Æneidos, Ense leuis nudo,parmáque inglorius alba. Hoc scutum Græci, authore Plinio,vocant peltam. Liu.8.ab Vrbe, Quem cuspide parmáque innixum, attollentem se à graui casu Manlius ab iugulo, ita vt per costas ferrum emineret,terræ affixit.
Caua parma.Ouid.12.Metam.
Crudæ parmæ tegmina.Silius lib.5.
Obiectum parmæ dat læua.Lucret.lib.4.
Obiecta proturbat pectora parma.Stat 5.Thebaid.
Remouere parmam.Claud.7.Paneg.
Mucro transit parmam.Virg.10.Æneid.

Parmatus, pen.prod. Adiectiuum { ἀσπιδωτὸς } Parma tectus. Liu.4.ab Vrbe,Dat signum Volscis imperator, vt parmatis nouæ cohorti hostium locus detur.

Parmula, parmulæ,penult.corr. Diminutiuum { ἀσπίδιον. } Horatius 2. Carmin.ode 7,
Tecum Philippos,& celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula.
Parmulis pugnare milites soliti sunt, quarum vsum sustulit C.Marius,datis in vicem earum Brutianis.Fest.

Parmularius,parmularij { μονήμαχος } Gladiator qui parmula vtebatur, irémque lautor & locator eius generis. Quintil.lib.2.cap 11, Alius percontanti Theodoreus,an Apollodoreus esset,Ego,inquit,parmularius sum.Vbi interpres,Parmularius dicitur parmarum,hoc est scutorum faber.
Parmularij etiam Thraces appellabantur. Festus, Thraces gladiatores à similitudine parmularum Thraciarum vocati.

PARMA { πάρμα. } Plin.lib.3.cap.1, oppidum Galliæ togatæ prope Rauennam.
Surripuit Parmam Antonius.Cic.14 Philip.

Parmensis { παρμεύς } Incola & habitator vrbis Parmæ. Cic.14.Philipp. Refugit animus P.C.eáque reformidat dicere quæ L.Antonius in Parmensium liberis & coniugibus effecerit.
Optimos viros,honestissimósque homines maximè cum authoritate huius ordinis Populíque Rom. dignitate coniunctos Parmenses crudelissimè interfecit L.Antonius.Cic.14.Philip.
Parmensis Cassius.Horat.1.epist 4.

PARMENIDES,pen.corr. { παρμενίδης } Eleates, Anaxagoræ discipulus, vt Suidas: vt Diogenes Laertius, Xenophanis. Cuius meminit Plato,qui eius nomine dialogum scripsit: vocaúsque Parmenidem, siue de Idæis. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus,dupliciémque eam esse dixit:vnam quæ veritate cõstarer,alteram quæ opinione.

PARMENIO { παρμενίων } vnus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis,qui cum in Asiaticam expeditionem est secutus,cuius & frequens est mentio apud Qu. Curtium, in lib. De rebus gestis Alexandri.

PARMENISCVS astrologus, quàm sapienter de Autumno ac vindemiis scripserit,refert P.in.lib.18.cap.31.

PARMENO,pen corr. { παρμένων } apud Comicos nomen viri,quasi deses,à παρὰ & μένω,maneo.

Parmularius,Vide PARMA.

Parnacides,Genus vestium puellarum. Varro de liberis educãdis,Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas,quàm togas.Nonius.

PARNASVS,pen.prod.vel,vt alij scribunt, Parnassus { παρνασσὸς } Mons in Phocide, vt scribunt Plinius,& Strabo lib.9. & Herodotus, Melásque confirmant. Qui mons duos vertices habet:quorum vnum Thitorea, alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. non autem Cytheronem & Heliconem, vt Seruius putauit: seu, vt alij volunt, Cyrrham, aut Cyrphin, seu Nysam, quòd Cytheron aut Helicon in Bœotia montes distincti sunt,ita vt Helicon procul sit à Parnaso,circiter quindecim passuum millia, Cytheron verò triginta. Est igitur Parnasus, mons Phocidis, sacer Baccho & Apolliai. Ouid.1. Metamorphoseos,
Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis,&c.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnasus,superátque cacumine nubes. Lucan.lib.5,In hoc monte rupes vel maiestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus facit,vndique ferè præceps in formam theatri. Hîc est Apollinis Delphici templum: hîc fons Castalius, Musis sacer. Hîc habitauere Pierides, natio Thracia: vnde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub Parnaso habitauerunt Hiantes populi. Hîc fontes Atticam versus Hippocrene & Aganippe.
Arx vmbrosa Parnasi.Ouid.1.Metam.
Sacri Parnasi cornua.Stat.5.Thebaid.
Iuga Parnasi.Virg.eclog.10.
Summus vertex Parnasi.Catul.Argon. 59.
Biceps Parnasus.Ouid.2.Metam.
Sacer.Stat.5.Thebaid.

Parnasius,Adiect. { παρνάσσιος. } Virgil.6.eclogã,
Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.
Laurus Parnasia.Virg.2.Georg.
Templa Parnasia.Ouid.5.Metam.

PARNES,Parnethis { πάρνης } mons est Atticæ regionis,dicitúrque tam masculino, quàm fœminino genere, vt probat Stephanus. Stat.12. Thebaidos, -Parnésque benignus Vitibus.

PARNI,sunt Nomades, illi scilicet populi, qui Arsace viro Scytha duce Parthiam inuaserunt atque'obtinuerũt, quum antea Orchum accolentes;Daiorum finibus miserrimis clauderentur.Strabo lib.11.

PARNOETES { παρνόητης } Cognomen fuit additum Callistrato Atheniensium Reipublicæ principi.Is aliquando instituit, vt in iudiciis & concionibus numuli quidam distribuerentur. Quæ res tandem versa est in prouerbium,Reperit obolum Parnœtes,quod in eos non inscitè conueniet, qui nouum aliquod excogitarunt præmium, quo illecturi sint.

PARNVS { πάρνος } Nauta fuit pauperculus,qui ob amissam nauiculam, cum obuiis quibusque litigabat. Hinc adagium, Parni scaphula: quod in eos conueniet, qui ob res minutulas multum mouent litium & quærelarum.Erasm.ex Diogeniano.

Paro,paras { ἑτοιμάζω,διατρέπω, σκευάζω,ὀτρύνω, ὁπλίζω, ἐφοπλίζω,παρατίθημι, παρσύνω } parare, A Pario deducitur, teste Sipontino: nam quæ paramus, quodammodo parere & proferre videmur. Terent.in Prologo Phorm.Maledictis deterrere ne scribat, parat.
Parare & ornare scutis & telis aliquos. Cic. pro Cecin. Armatos si Latinè loqui volumus,quos appellare verè possumus?opinor eos qui scutis telísque parati ornatíque sunt.
Constituere & parare aliquid alicui. Cic.Curioni,lib.2.3, Est tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.
¶Parare { κτᾶσθαι } Comparare, acquirere, vt Parare diuitias, amicos,&c.
Ære parare aliquid.Horat.2.Serm.saty.3.
Agros alicui sibi parare.Cic.pro Flacco.
Creare,& parare.Lucret.lib.4.
¶Amicos parare.Cic.de Amic.Quid autem stultius, quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cætera parare quæ parantur,pecuniam,equos,famulos,vestem egregiam, vasa pretiosa: amicos non parare,optimã & pulcherrimam vitæ(vt ita dicam)supellectilem? Terent. Eunuch.1.1, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Amor paratur sæpe ludendo.Ouid.3.de Arte.
Ancillas parare.Horat.2.Serm.saty.3.
Animos parare,dextrásque.Liu.5.bell.Maced.
Vina parant animos.Ouid.1.de Arte.
Arma parare aduersus aliquem.Ouid.4.Fast.
Aurum alicui.Horat.2.Serm.saty.3.
Bellum parare,Instruere.Cæsar 5.bell.Gall.
Bella parantur mihi.Ouid.2.de Remed.amor.
Blanditias alicui.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Campum ad certamen.Virg.12.Æneid.
Casas,pelles,ignem.Lucret.lib.5.
Classis hæc mihi paratur.Stat.1.Achil.
Cœnam.Cic.ad Attic.lib.4, Multa me in epistola tua delectarunt; sed nihil magis quàm patina Tyrotarichi cœnam parari Disculo. Sic parare prandium,Plaut.Amphitr.16.
Connubia natis.Stat.2.Achil.
Conuiuia.Virg.1.Æneid.
Instruere & parare conuiuium.Cic.6.Verr.
Cursus.Virg.4.Æneid.
Dapes.Virg.6.eclog.
Dominum sibi.Lucan.lib.6.
Excusationem.Cic.ad Attic.lib.12,Itaque idipsum dubito an excusationem aliquam ad illum parem.
Exempla alicui.Iuuen.Saty.9.

Exequias.

Exequias.Ouid.2.Fast.
Exitium alteri.Cic.2.Tusculanarum, -qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratã pestem,vt participet parem. Ex poeta.
Facinus triste.Ouid.6.Metam.
Formam.Ouid.3.de Arte.
Fortunas magnas,& copiam,hoc est diuitias.Liu.4.bell.Pun.
Fugam. Terent.Phorm.1.4, Quam hic fugam aut furtum parat? Cic.ad Attic.lib.7, Itaque fuga quæ parabatur,repressa est.
Fugam & socios.Virg.1.Æneid.
Gratiam alicuius.Tacit.lib.12.
Homines parare,Emere.Catull.de Varo,epigr.10.
Hortos aliquos.Cic.Attico,lib.12.
Hospitium.Propert.lib.3.eleg.23.
Imber maximus paratur agricolis.Virg.1.Georg.
Insidias.Ouid.2.Fast.
Interitum alicui.Cic.1.de Diuin.
Inuidiam alicui ex sua re familiari.Cic.in Sallustium.
Iras.Seneca Hippol.10.
Iter in Macedoniam.Cæsar 3.bell.Ciuil.
Lethum alicui.Lucret.lib.6.
Locus paratus epulis.Lucan.lib.7.
Locum ac sedem alicui.Cæsar 1.bell.Gall.
Militum manum parare,interficiendorũ Consulum ciuitatis causa.Cic.in Catil.
Serò medicina paratur,quum,&c.Ouid.1.de Remed.amor.
Membra paraui pugnæ.Ouid.9.Metam.
Magnos motus fata parant.Lucan.lib.2.
Necessitudines.Cæsar 8.bell.Gall.
Necem alicui Ouid.1.de Arte.
Orationem sibi parare,Vide ORO.
Orationes aduersus,vel in aliquem.Plaut.Pseud.7.
Prælia dira.Lucan.lib.3.
Profectionem.Cæsar 1.bell.Ciuil.
Reditum parat sibi & sociis.Horat.1.epist.2.
Magno parantur regna æterna.Lucan.lib.1.
Sacra parantur.Virg.2.Æneid.
Sapientiam.Cic.1.de Finib.
Se ad aliquid parare,Applicare & accommodare quod dicitur.Terent.Eunuch.2.2. Cic.ad Lentulum,lib.1.7,Huc te pares, hæc cogites,ad hæc te exerceas.
Parare se ad dicendum.Cic.in Orat.Quid iam sequitur,quod quidem artis sit,nisi orditi orationem,in quo aut cõcilietur auditor, aut erigatur,aut paret se ad dicendum?
In omne nefas ego me paraui.Ouid.6.Metam.
Solatia sibi.Ouid.2.de Remed.amor.
Subsidium. Cic,ad Attic.lib.1.6,Ego omnes meas vindemiolas eò reseruo,vt illud subsidium senectuti parem.
Tela.Ouid.3.Metam.
Dulcia verba alicui.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Vim.Liu.Alios vim parãtes occidit. Id est qui vi tueri se nitebantur.Ouid.2.Metam.Vim parat & sequitur.
Para vt.Terent.Phorm.5.8,Animo virili,præsentíque vt sis,para.
Parant defendere telis.Virg 2.Æneid.
Ire parat ad vrbem.Virg.1.Æneid.
Ire parant in nemus.Virg.4.Æneid.
Paratum est ita.Plaut.Pœn.14.
Auidus parandi diuitias.Ouid.1.Trist.eleg.2.

Parans,Participium { ἑτοιμάζων. } vt Animi parantes infanda. Statius 5.Sylu.2.

Parandus,Aliud participium { ἑτοιμαστέος. } vt
Dona paranda.Ouid.ad Liuiam.
Scelus parandum est magno animo.Senec.Medea,12.

Paratus,pen.prod. { ἡτοιμασμένος } Similiter participium.Terentius 4.4, Quin est paratum argentum.
Vir in quouis loco paratus.Terent.Andr.4.3. Donatus, Paratum dixit ad omnes affectus,quicunque de proximo esse possunt.
Paratus & promptus { ἕτοιμος, παρέτοιμος. } Cic.1. Verr. Omne tempus,quod mihi ab amicorum negotiis datur,in his studiis,laboribúsque consumam,quo paratior ad vsum forensem promptiórque esse possim.
Ab omni re paratum esse. Plancus Senatui, lib.10.8, Nunc quum deûm benignitate ab omni re sumusparatiores,non solùm bene sperare de nobis homines,sed exploratè iudicare volumus.
Ab exercitu paratus.Cælius Cic.lib.8.10,Ego quidem præcipuum metum,quod ad te attinebat,habui, qui scirem quàm paratus ab exercitu esses,nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret.
Paratus & meditatus. Cic.4.Verr.Sed in Sicilium paratus ad prædam,meditatúsque venire cupiebat.
Paratus ad audiendum.Cic.2.de Finib.
Paratus ad dolores.Cic.1.de Finib.
Paratissimus ad dicendum.Cic.1.Verr.
Præsidiis naturæ vel doctrinæ ad dicendum paratus. Cicero 1.de Oratore.
Paratus ad omnem euentum.Cic.ad Toranum,lib.6.21.
Ad omne facinus paratissimus homo.Cic.pro Milone.
Paratus & instructus ad iudicium venit.Cic.2.Verr.
Ad mentiendum.Cic.de Amic.
Paratus ad omnia.Brutus ad Cic.lib.11.13,Exercitus nostros singulari concordia coniunctos,ad omnia pro vobis videatis paratos.
Ad permouendos animos instructus & paratus.Cic.in Orat.
Paratus ad periculum animus.Cic.1.Offic.
Consuetudine beneficentiæ paratiores erunt & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum, quo pluribus profuerint. Cic.2.Offic.
Paratissimus ad hæc propulsanda.Cic.ad Att.lib.5.
Ad vim promptus, ad seditionem paratus, expeditus ad eædem.
Cicero 2.de Lege agraria.
Ad vim.Ouid.11.Metam.
Contra fortunam.Cic.Lucceio,lib.5.13.
Animis opibúsque parati.Virg.2.Æneid.
Paratus peditatu.Cic.ad Att.lib.6.185,Ego hunc ita paratum video peditatu,equitatu,classibus,&c.
Paratior certamini.Quintil.lib.8.cap.3.
Paratissimus tuendæ ciuitatis. Cic.2.de Legib. Fuit hic vir,vt scitis,non solùm eruditissimus,sed etiam ciuis è Repub.maximè,tuendæque ciuitatis paratissimus. Quædam exemplaria legunt peritissimus.
Paratus omnia perpeti.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Animo paratus tueri prouinciam.Plancus Senatui,lib.10.8.
Certare paratæ,Virg.5.Æneid.
¶Acies paratæ ferro.Ouid.3.Fast.
Acies parata neci.Virg.2.Æneid.
Agmen paratum secum habet.Virg.5.Æneid.
Animus paratus bello & paci.Liuius 1.ab Vrbe.
Paratissimo animo sustinere.Cæsar 8.bell.Gall.
Propositum ac paratum auxilium iis fac tuum esse videatur. Qu. Cic.de Petit.Consul.
Celeritas in respondendo prompta & parata. Cicero de Claris Oratorib.
Consensu omnium parato, tota denique Italia ad contentionem expedita,&c.Cic pro Sextio.
Epulæ paratæ regifico luxu.Virg.6.Æneid.
Fortitudo est satis instructa,armata,parata per sese. Cicero 4.Tusculanar.
Hospitium nobis paratum.Lucan.lib.9.
Parati & expediti multa commẽtatione ac meditatione loci. Cic. 2.de Orat.
Mors parata.Lucan.lib.8.
Mortis paratæ instrumenta.Ouid.10.Metam.
Imparatum in paratos incidere.Cic.pro Milone.
Prouincia omnium ciuitatum consensu paratissima. Plancus Senatui,lib.10.8.
Thalami parati.Virg.7.Æneid.
Vrbs parata.Virg.4.Æneid.
Paratior.Lucan.lib.6,
-cæloque paratior vnda. Ouid.5,Metam.

Paratum,penultima prod.Substantiuum { ἑτοιμασμάτιον. } Terentius Eunuch.3.4,Præteriit tempus: quo in loco dictum est,parati nihil est.

Paratus,huius paratus, penult.producta { κεκοσμημένος } Ipse parandi actus. Quintil.lib.10.cap.1,Copiosus verborum sit paratus,Id est apparatus.
Tacit.lib.5,Gazam,& paratus regios adiicit.
Graues paratus rerum.Stat.2.Thebaid.
Principalis paratus.Tacit.lib.18.
Funebris.Tacit.lib.13.
Opus impar vestris paratibus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.
Celebrare aliquid ingenti,& insolito paratu.Tacit.lib.18.
Largis paratibus vti.Ouid,epist.15.
¶Induta Tyrios paratus. Ouidius 3.Fastorum. Id est induta Tyrio vestitu.

Paratè,penul.prod.Aduerbium { κεκοσμημένως } Promptè & expeditè. Plaut.Epid.8.
Paratè venire ad dicendum. Cic.de Clar.Orat.Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quàm paratè. Idem pro Rosc. Amer. Tamen diligentius,paratiúsque venisses.
Paratius dimicare.Cic.1.Offic.Dimicarèque paratius de honore & gloria, quàm de cæteris commodis.
Paratissimè respondit,Id est promptissimè. Plin.iun.epist.9.lib.3.

Parito,paritas,pen.corr. { ἑτοίμως } paritâre,Frequentatiuum. Plautus Merc.12,
Quid tu ais,qui quum illuc,quò nunc ire paritas,veneris,&c.

Parabilis,& hoc parabile, penultima corr. { ἑτοίμως } Quod in promptu est,& citò haberi potest. Cicero 1. de Finibus, Propterea quòd ipsa natura diuitias quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet.
Venus parabilis & facilis.Horat.1.Serm.satyr.2.
Victus parabilis.Curtius lib.6.

Paro,paronis, vel Paron, nis, { πάρων } Nauiculi genus, inquit Festus, ad cuius similitudinem Myoparo dicitur, pyraticum nauigium. *Bigantinus* hodie aut *Gallio* vocatur,teste Budæo.

Parochus, parochi, penult. corr. { παρόχος. } Parochi, qui peregrinis salem & ligna præbebant,inquit Acron. De quibus Horatius 1.Serm. satyra 5,
-& parochi quæ debent ligna salémque. Quos Porphyrio copiarios à Latinis vocatos esse tradit, qui salem & ligna iis præstabant, qui Reipublicæ causa peregrè ibant. Sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus,vt idem Acron alibi sentire videtur, lib.2. Serm.satyra 8, vbi Horatius parochum pro conuiuatore posuit,
-vertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis,vt æres
Potores. Cicero in priore significatione vsus est ad Atticum, lib.13, epist.1, Ariarathes Ariobarzanis filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæsare. nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet. omnino eum Sextius noster parochis publicis occupauit. Sunt qui parochias inde appellatas esse censeãt, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet sanctificiorum sacrosanctique pontificij. Ego verò non parochias primùm,sed parœcias appellatas esse censeo Budæus. Recitius apud Ciceronem alij legunt parochias publicis. id est,præbitionibus. Occupauit, hoc est, ante me cepit, vt ego,eum frustrà sim inuitaturus. Et Sestius noster & domũ iam & omnia ad victum necessaria de publico curauit.

Parochi, non solùm sunt qui præbẽda magistratibus redemerunt, verumetiam equi, qui cursus publici causa præbentur, quæ tamen significatio à superiori deducta videtur. Ita fit, vt in illa actionis, in hac perpessionis sensus insit. Theodoretus, μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μὴ τινὲς τῶν παρόχων ἵππων ὑπῆδαι καὶ πλὼ ἐδωκαν διασῶσαι. Annotauit Turnebus.

Paroculi, paroculorum, à paribus oculis dicuntur. Sueton. in libro de Claris Rhetoribus, de Sext. Clodio, Malè oculatus & dicax paroculorum.

De Parodontidibus, vide Celsum. lib. 6. cap. 13.

Parœcus, parœci, m. gen. {παίοικος.} Parœci, sunt accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, eiusdem scilicet fani consortes. Et parœcia, accolarum conuentus & accolatus, sacráque vicinia. nã παίοικοι etiam οἱ γειτόνοντες dicuntur, id est vicini: legique ipse hoc verbũ apud Græcos in ea significatione, nisi falsus sum opinione. Quòd si Latinè loqui magis placet, Latinè scientibus curiæ dici possunt: vnde curiones olim dicti: & πάροικοι, ipsi curiales. Budæus.

Parœmia, parœmiæ {παροιμία} definitore Donato, est accommodatum rebus temporibúsque prouerbium. Diomedes autem diffinit hunc in modũ, Parœmia est prouerbij vulgaris vsurpatio, rebus temporibúsque accommodata.

Parolene, est brachij pars quædam, de qua Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 3. sic scribit: Brachij prominens summitas dicitur acromia, aut humeri caput: item epomis, & acrocolia, apud Iulium Pollucem: vbi articulus obstrmatur, Entyposis, vel humori acetabulum, extrinsecus insculi, intus parolene.

Paromœon {παρόμοιον} Figura quoties est verborum in oratione aliqua similitudo. Terent. And. 1. 5,

-id mutauit, quoniam me immutatũ videt. Vbi Donatus, παρόμοιον. nam quoties verba sunt, παρόμοιον dicitur: quoties nomina, παρονομασία. Idem in sua editione secunda, Paromœon est quando ab eisdem literis diuersa nomina sumuntur: vt, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Paromphalon, est concretio tofi in vmbilico. Galenus in Finition. Medic.

Paromologia, pen. corr. {παρομολογία} schema est, quod fit quum aliquot res aduersario concedimus: deinde aliquid inferimus quod aut maius sit quàm superiora, aut etiam omnia quæ posuimus, infirmet. vt Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate: neminem illi propiorem cognatum quàm te, fuisse concedimus. officia tua nonnulla in illum exstitisse: stipendia vos vnà fecisse aliquandiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Ex Hyperide est exemplum hoc. Rutilius Lupus.

Paronomasia, pen. corr. {παρονομασία} schema est, veluti quædam denominatio: vel quoties aliud nomen efficitur ex alio. Terentius Andr. 1. 5, Nam incœptio est amentium, non amantium. Vbi Donatus, Amabant veteres de proximo similia dicere: vt Cic. 6. Verr. Minus clarum putauit fore quod de amario, quàm quod de sacrario esset ablatum. Et quidem si in verbis sunt, paromœon dicitur: in nominibus, paronomasia.

Paronychia, paronychiæ, pen. corr. fœm. gen. {παρονυχία} Abscessus circa radices vnguium, Latini reduuias appellant. Plin. lib. 23. cap. 3. Gingiuarum inflammationibus, paronychiis, sordidíque vlceribus exulcerantibus. Plinius tamen genere neutro profert, vt lib. 24. cap. vltimo, Altero quod est aizoo simile, ad paronychia & prerigia vnguium, & quum caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia. Idẽ lib. 28 ca. 8. Paronychia dicta à παρά, ad: ὄνυξ, vnguis: quasi ad vnguẽ.

Paronychia, herba ab effectu sic appellata: sanat enim paronychias. Dioscorides lib. 4. cap. 49. Galen. lib. 8. de Simplic. medicam. facultatibus.

PAROPAMISADAE {παροπαμισάδαι} populi Asiæ, qui (sicut refert Ptolemæus) ab Oriente parte Indiæ, ab Occasu Arabia terminantur, à Meridie Arachosia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 20. & 23. Et enim plerique ab Occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, & Paramisadas.

Paropis {παροπὶς} Inter instrumenta muliebria annumeratur Polluci lib. 10. cap. 28.

Paropsis, paropsidis, pen. corr. fœm. gen. {πάροψις} Patinæ genus aliquantum concauæ, in qua obsonia ponuntur. Iuuenal. satyr. 3,

-quàm multa magnáque paropside cœnat. Græcum est, πάροψις, παρὰ ὄψον à παρὰ & ὄψον, Id est ad cibum. Est enim etiam genus quoddã iuris, vel obsonij vilis. Pollux author. Suet. in Galba. cap. 12, Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Martialis libro 11. 28,

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem, sed quã protinus, illa voret. Paropsis, inquit Bayfius, antiquis non solùm pro vili obsonio & iure & etiam maza, sed etiã pro vase escario sumebatur. Videto libellum de Vasculis.

Paropsis malorum, Prouerbiali figura apud Athenæum lib. 9. dixit Antiphanes, quod de vehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis vsurpare licebit. Ducta est metaphora à disco, in quo varia eduliorum genera apponi solebant, sed quæ voluptatem afferant, quò gratior est tropus deflectens in contrarium.

PAROS {πάρος} insula est vna ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus distat, ex qua Parius lapis, marmoreus candidissimus, è quo multa signa fiunt. Hanc primò Plateam, postea Minoidam vocitarunt. In ea est oppidum etiam Paros vocitarum. Virgilius 3. Æneidos,

-niueámque Paron. A candore marmoris.
Marmorea Paros. Ouid. 7. Metam.

Parius, Adiectiuum {πάριος.} vt Parius lapis, qui & Lydius, quo aurum probatur. Et Parium marmor, candidum, quod omnium optimum erat. Virg. 1. Æneid. Idem 3. Georgicor. Stabant & Parij lapides spirantia signa. Vbi Seruius, In tẽplo Cæsaris maiorũ statuas eius dicit se esse positurũ, quas commendat & à pretioso marmore, & ab arte.

Marmor parium. Horat. 1. Carm. ode 19.
Iuga paria. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Parotis, pen. prod. parotidis, pen. corr. {παρωτὶς} Apostema est circa aurem. Plin. lib. 20. cap. 13, Parotidas, & panos sanat. Græci παρὰ, ad: & οὖς, auris dicunt.

Paroxysmus {παροξυσμὸς} Stimulatio, concitatio, exacerbatio. παροξύνειν enim est incitare. Hoc etiam nomine Græci appellant accessum febris, hoc est exasperationem, quæ statis temporibus fieri consueuit. de quo multa Galen.

Parra, parræ, Genus auis inauspicatæ. Horat. 3. Carm. ode 27,

Impios parræ recinentis omen
Ducar. Sic Prudentius,
Cur Cremeræ campis cornice vel oscine parra
Nemo deum monuit perituros marte siniſtro
Tercentum Fabios? Hoc ex superstitiosa veterum opinione, vt in oscinibus augurij sit ideo infausti, quòd eius auis sit iniucundissimi cantus. Eius autem infauuitatem & prope diritatem satis indicarit versus iste Ausonij,
Si confers sulicas cygnis, & aëdona parræ. Turneb.

PARRHASIA {παῤῥασία} regio in Peloponneso, dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhasius. Virgil. 8 Æneidos,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, à quo Lycæa ludicra illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. vnde Ouid. lib. 2. Fastorum,
Quis vetat Arcadico dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Parrhasius, Adiectiuum {παῤῥάσιος.} vt Antra Parrhasia. Stat. 11. Theb.
Coloni Parrhasij. Claud. de bell. Getico.
Dea Parrhasia. Ouid. 1. Fast.
Niues Parrhasiæ. Ouid. 2. Fast.

Parrhasis, pen. corr. huius Parrhasidis {παῤῥασὶς} Patronymicum fœmininum, dicitur Calysto. Ouid. 2. Metamorph. Parrhasis erubuit.
Stellæ Parrhasides. Ouid. 4. Fast.
Vrsa Parrhasis. Ouid. epist. 17.

PARRHASIADES, ob immodicam procacitatẽ dictus est Demochares: sicut ob morum ferocitatem Demosthenem Argen serpentis nomine vocitarunt. Alexander Alexand. lib. 2. cap. 11.

PARRHASIUS {παῤῥάσιος} Ephesius pictor, venit in certamen cum Zeuxide. Et quum ille detulisset vuas pictas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent: ipse detulisse linteum pictum traditur, in veritate repræsentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10.

PARRHISII. Vide PARISII.

Parricidium, & Parricida, Vide PARICIDIVM.

Pars, partis, fœm. gen. {μέρος, μοῖρα, κόπτομαι} Portio. Partes autem dicuntur in quas diuiditur totũ. Quidam partem à pari dictam existimant: quòd partes simul iunctæ, pares, hoc est æquales sint toti. Alij à pario, siue partu: quòd pars à toto deducta, & quasi parta sit. Alij à parum: quòd pars, parum quiddam sit respectu totius. Terentius in Prolog. Adelphorum,
Senes qui primi venient, hi partem aperient
In agendo, partem ostendent. Idem Heaut. 4. 5,
Omnes te in lanta, & bene aucta parte putant.
Constantiæ, moderationis, temperantiæ partes à natura datæ sunt. Cic. 1. Offic.
Omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. Cic. in Pisonem. De Pompeio.
Mundi partes Lucret. lib. 5.
Pars philosophiæ. Cic. 1. Acad. Carneades nullius philosophiæ pat tis ignarus. Hoc est, omnem philosophiæ cognitionem habens.
Sensus partem si vllam habes, hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Cic. 2. Philip.
Pars spectatorum, pars hominum: pro quodam incerto numero. Plaut. Trucul. 4.
Terrarum pars. Plin. lib. 13. cap. 4.
A Meridianis partibus. Plin. lib. 7. cap. 50. ad finem;
Vitæ partes. Cic. pro Fonteio, In omnibus vitæ partibus moderatum ac temperãtem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, videris posirum in vestra fide ac potestate.
Partes de cœna Surton. in Domit. cap. 11.
¶Pars æqua amoris. Terent. Eunuch. 1. 2.
Auersa pars, Vide AVERTO.
Centesima, Vide CENTVM.
Coæqua, Vide COAEQVVS.
Confirmans. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Exigua pars montis. Virg. 10. Æneid.
Exigua pars temporis. Lucret. lib. 3.
Exiguissima pars restat de turba fratrum. Ouid. epist. 14.
Immensa. Seneca Hippol. 10.
Incultæ partes mundi, Vide INCOLO.
Inferior. Lucret. lib. 5.
Intima parte vrbis, Vide INTRA.
Læua. Ouid. 8 Metam.
Magna pars Arabiæ, Vide MAGNVS.
Melior pars diei, Vide Melior in BONVS.
Perexigua, Vide PEREXIGVVS.
Quarta pars diei præterita. Horat. 1. Serm. satyr. 9.
Sinistra in parte murorum. Virg. 9. Æneid.
Vltima pars vitæ. Virg. 4. eclog.
¶Addere partes illæsas viriatis, Vide ADDO.
Adimere partem, & Dare partem, contraria. Cic. 7. Verr. Quibus illi vrbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperij partem dedisti.
Rerum pars altera adempta est. Virg. 9. Æneid.
Amplectitur plures partes genus. Cic. 1. de Inuent.

Conducere.

Conducere partes in vnum. Lucret. lib. 1.
Constituere partes. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Constituere partes causæ singulas in suis digitis, Vide CONSTITVO.
Contexere partes. Quintil. in Procem. lib. 4.
Deserere partem. Quintil. in Procem. lib. 1.
Dilata pars laborum. Ouid. 3. Metam.
Ad minutas partes dispergi. Lucret. lib. 4.
Distribuere partibus aliqua. Cic. 1. de Orat. Hæc ab hominibus callidis & peritis animaduersa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt.
Facere partes. Cic. 2. de Orat. Quis Antonio permisit, inquit, vt & partes faceret, & vtram vellet, prior ipse sumeret? Hoc est, in partes diuideret.
In ambas partes se findit via. Virg. 6. Æneid.
Diuersis partibus immissi ignes. Virg. 12. Æneid.
Ingredi partem. Quintil. lib 4. cap. 3.
Occupare partem. Quintil. in Procem. lib. 1.
Idoneam aliquam partem relinquere. Author ad Herennium, lib. 2, Hoc quoque vitandum est in expositione, nequando, quum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus.
Nullam partem nocti requiescere. Cic. pro Roscio Amer.
Reuulsa pars è monte. Ouid. 13. Metam.
Sumere partem Falerni. Horat. 1. Carm. ode 27.
Vocari in partem curarum. Tacit. lib. 1.
Omni à parte timetur. Ouid. 10. Metam.
Ab aliqua parte argumentationes aduersariorum labefactare. Author ad Heren. lib. 2.
¶Ab Orientis partibus virtutis tuæ lumen, vt eluceat opto. Cic. Cassio, lib. 12. 5.
A meridianis partibus. Plin. lib. 7. cap. 50. ad finem, Qua in re obseruatum, à meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire.
Vetant hoc alicubi venti: vt in Africa, & in Narbonensis prouinciæ partibus. Plin. lib. 14. cap. 1.
De parte sinistra, Vide DE.
Fulminat de parte Boreæ. Virg. 1. Georg.
Tenuit partes illas, pro Per illam regionẽ iter habuit. Cic. ad Att. lib. 5, Intelligebam ex eo loco si iter haberem, posse me Brundusium referre: sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antronium.
¶Pars, triplicatum. Martial. lib. 8. 41,
Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est:
Pars vulsa est: vnum quis putet esse caput?
¶Pars magna, quod & Bona pars dicitur: hoc est Multi. Plautus Mostel. 3, Magna pars moram hanc sibi induxerunt, donec, &c.
Magna pars vestrum. Terent. in Prol. Heaut.
Morbi magnam deponere partem. Horat. 1. epist. 1.
Magnam partem habere in re aliqua. Virg. 6. Æneid.
Magnam partem, pro Magna ex parte. Cæsar bell. Gall. lib. 4, de Sueuis, non procul ab initio, Neque multum frumento, sed maximã partem lacte atque pecore viuũt. Lucret. lib. 3, -hæc vulnera vitæ Non minimam partem mortis formidine aluntur. Cic. in Orat. Senatios verò, & Hipponactæos effugere vix possumus: magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio.
Magna pars fui. Virg. 2. Æneid.
Pars maior. Cic. 1. Offic. Alij multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant.
Maiorem partem æui conterere somno. Lucret. lib. 3.
Dici maiorem partem alicubi federe. Cic. 6. Verr.
Vigilare maiorem partem noctis. Cic. 1. de Diuin.
Maiorem partem populi suffragiis priuauit. Cic. 2. de Lege agrar.
Maxima pars hominum. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Multa pars mei. Horat. 3. Carm. ode 30.
Pars multa, pro Plerique. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Bona pars, Magna. Horat. de Arte.
Bona pars hominum. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Bonam partem fermonis in aliquam diem differre. Cic. 2. de Orat.
Optima pars lucis menſæ est data, Maxima pars. Ouid. 7. Metam.
Celeberrimæ & maximæ partes vrbis, pro Maxima parte habitantium. Cic. pro Domo, Vrbis celeberrimę & maximæ partes aduersum illud non monimentum, sed vulnus patriæ contuentur.
Celeberrima pars Romæ. Stat. 1. Sylu. 2.
¶Magna ex parte, pro Plerunque. Plin. lib. 8. cap. 54. de simiis.
¶Ex magna parte. Quintil. lib. 10. cap. 1, Ex magna parte Ciceronẽ, quantus est fecit.
Assentiri alicui magna ex parte. Cic. Att. lib. 7.
Omnino aut magna ex parte liberari. Cic. 1. Tuscul.
Multo maxima ex parte liberæ religione domus. Cic. de Aruſp. respon.
Maxima parte, Vide MAGNVS.
¶Parte, ablatiuus: pro Partim. Plaut. Rud. 5,
-sed id si parte curaui, vt cauerem:
Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodestè datis dij.
Parte, geminatũ. Plin. lib. 37. cap. 11, Melichloron est geminus: parte flauus, parte melleus.
Hinc, & parte alia. Virg. 8. Æneidos,
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar. Et paulo pòst,
Parte alia ventis, & diis Agrippa secundis
Arduus, agmen agens.

Parti, Ablatiuus, quo sæpe vtitur Lucretius: vt lib. 3,
Vt sensus alios in parti quenque sua scit
Dissolui, &c. De anima. Id est in parte. Lambin.
Duabus partibus. Cicer. 5. Verr. Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quàm Pop. Rom. misisse?
Partibus, & paulatim. Columel. lib. 2. cap. 3, Non multum, nec vniuersum cibum, sed partibus & paulatim præbere conuenit.

Multis partibus maior, Vide MVLTVS.
Multis partibus plures, Id est multo plures. Cic. lib. 1. epist. Famil. epist. 2, Perspiciebant enim in Horrensij sententiam multis partibus plures ituros. Cælius lib. 8. epist. 9, Turpe tibi erit Patiscbum Curioni decem pantheras mississe, te non multis partibus plureis: id est multo pluceis. Sic Cæsar, Quoniam numero multis partibus esset inferior, id est multo inferior. Et Cic. 3. de Finib. Quis est enim, aut quis vnquam fuit aut auaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt eandem illam rem quam adipisci scelere quouis velit, nõ multis partibus malit ad sese, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quàm illo modo peruenire? Id est multo malit. Paulus Manutius.
Ne minima quidem parte, Vide Minor in PARVVS.
Plus iusta parte. Virg. 1. Georg.
Plus media parte. Ouid. 3. Metam.
Propè pars, Id est bona vel maior pars. Cicero pro Murena, Syllana gratificatio reprehensa, multi viri fortes, & propè pars ciuitatis offensa est.
¶Ex parte, Quintil. lib. 6. cap. 4, Pisces ex parte adusti & versati. Dimidia ex parte sacerdotes non habebit Romanus populus. Cicero pro Domo.
Gaudere ex parte. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17, Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamen ex parte gaudeo.
Ex altera parte. Cic. 3. Verr. Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius.
Ex altera parte grauiter, ex altera acutè extremá sonant. Cicero in Somn. Scip. De motu cæli.
Vtraque ex parte subniti alicui rei. Cicer. in Somn. Scip. E quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. De cingulis cæli.
Omni ex parte diligentissimè aliquid consyderare. Cicer. 2. de Diuinatione.
Ostendit se ex omnibus partibus amor tuus in his literis. Cic. Lucceio, lib. 5. 15.
¶In parte, pro Partim. Quintil. lib. 5. cap. 7, Patronorũ in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est.
In hac parte, In parte causæ, vel laboris, Vide IN præpositionem.
In partem, & In partem dimidiam, Vide IN præpositionem.
Ire aliam in partem. Lucret. lib. 4.
Abundare in omnem partem, Vide ABVNDO.
In vtranque partem, Vide IN præpositionem.
In vtranque partem magna est vis in fortuna vel ad secundas res, vel ad aduersas. Cic. 2. Offic.
Neutram in partem, Vide NEVTER.
Neutram in partem sine hominum opibus & studiis hæc effici possunt. Cic. 2. Offic.
Nullam in partem, Vide NVLLVS.
Nullam in partem tua interest. Cic. Memm. lib. 13. 1, Sed id quod mea intelliges, tua nullam in partem interesse: ita mihi des, &c.
In eam partẽ moueri. Cic. 4. in Catil. Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, vt salui sint vobiscum omnes.
Peccare in eam partem quæ cautior est. Cic. pro Rosc. Amer.
Facere verba in aliquam partem. Cic. Attic. lib. 8, Quòd plura in eam partem verba fecerim, potuit fieri quod fit in multis quæstionibus, vt res verbosior hæc fuerit, illa verior.
Distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cic. 5. Tuscul.
In contrarias partes omnium rerum facultas ex lisdem locis suppeditatur. Cic. 2. de Orat.
In contrarias partes fluxerunt flumina. Cic. 1. de Diuin.
Varias in partes rapere animum. Virg. 4. Æneid.
In omnes partes versabat animum. Virg. 4. Æneid.
In omnes partes: pro Omnibus modis. Cic. ad Att. lib. 11, Brundusij iacere, in omnes partes est molestum.
In omnes partes huius vitæ præceptis confirmari potest. Cic. 1. Of.
In omnes partes aliquem defendere. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10.
In omnes partes multos fallere. Cic. pro Sextio.
In omnes partes aliquid valere. Cic. Marcell. lib. 4. 10, Sed, quum leuiora non multò essent quæ audirentur, quàm quæ videremur: suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimũ venire, idque in omnes partes valeret: putaui ea de re te esse admonendum.
In omnibus partibus argumentationes aduersariorũ tentare. Author ad Herenn. lib. 2.
¶In optimam partem accipere, Id est boni cõsulere, & bene interpretari. Cic. ad Att. lib. 10, Cæsar mihi ignoscit per literas quòd non venerim: seseque in optimam partem id accipere dicit.
Cognosci in partem optimam, Vide COGNOSCO.
Peiorem in partem versa & mutata sunt omnia. Cicero pro Rosc. Amer.
Peiorem in partem liquitur ætas. Lucret. lib. 2.
Mitiorem in partem interpretari, Vide MITIS.
In deteriores partes retro cedere. Lucret. lib. 2.
¶Pars de. Terent. Heaut. 4. 1, Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
Quartæ partis hæres. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
Regnorum pars reddita essit Heleno. Virg. 3. Æneid.
Accipere partem suam. Senec. Thyeste, 6.
In partem aliquos vocare. Cic. pro Cecin. M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Cesennium fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorum legauit. Itaque in parte mulieres vocatæ sunt.
¶Pars, in corpore. Cels. lib. 2. cap. 11, Vsus autem cucurbitulæ præcipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitiũ est, quam exhauriri ad sanitem a nullum valetudinem satis est.

Euocatur inflammatio in partes quæ coniunctæ sunt. Cels.lib.7. cap.7.de Ægilope.
Mutilatis partibus trunca membra.Ouid.in Ibin.
Genitales partes corporis.Lucret.lib.4.
Obscœnæ partes.Ouid.2.de Arte.
Tegendas partes velare.Ouid.13.Metam.
¶Pro virili parte,Pro viribus.Ouid.5.Trist.eleg.12.
Pro sua quisque parte, Id est pro virili. Cic.ad Cassium, lib.15.15, Verfor autem in gemitu Italiæ, & in vrbis miserrimis querelis, quibus aliquid opis fortasse ego pro mea[?], tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset,si author adfuisset. Idem 6. Verrina, Præcipuè quòd in his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit.
Pro sua parte vt ita fieret adiuuare.Cic.Metello,lib.5.2.
¶Pars,pro Initio eleganter sumitur. Celsus,Pársque sanitatis est, vomitum esse suppressum. Sic Virg.7.Æneid. Pars mihi pacis erit. Et Cicero 11. Philip.Mors in beneficij partem numeretur. Budæus.
¶Pars,pro Partim. Tranquillus in Vespasiano,cap.8. Milites pars victoriæ iudicia. pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam audaciámque proiecerant. Bud.
¶Virgo comitum pars vna mearum.Ouid.2.Metam.
¶Pars, pro Vxore. Plaut.Menæch.11, Satur nunc loquitur de me,& de parti mea.
¶Partes primas agere,dicitur in comœdiis qui primas tenet. Terent.in Prol.Phorm. Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Cicer ad Attic.lib.13.de Orat.suo, Puero me hic sermo inducitur, vt nullæ esse possent partes meæ.
Secundas partes tractat mimus.Horat.1.epist.19.
Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum,& tertiarũ,qui minus,minúsque,authore Pædiano. Actores enim secundarum partium omnia summissè agunt, inquit Porphyrio.Cic.1.Verr.Vt in actoribus Græcis fieri videmus,sæpe illũ qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquãto clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. Bud.
Primarum partium esse.Cic.pro Flacco.
¶Est aliqua mea pars virilis,quòd eius ciuitatis sum,quam ille amplam,&c.Cic.6.Verr.
¶Priores partes habere apud aliquem.Terent.Eunuch.1.2.
In parte aliqua hærere apud aliquem.Terent.Eunuch.5 9.
Habere magnas partes publicanorum.Cic.pro Rab.Posth.
Priores partes tribuere alicui. Cic.ad Qu. fratrem,lib.3.20, Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quàm mihi. Id est pluris facio.
Primas in dicendo partes alicui concedere. Cic.1.Verr.
¶Meæ partes sunt, pro Meum officium. vnde etiam Alicuius partes desyderare, hoc est Diligentiam expostulare dicitur. Cic.Bruto, lib.11.14,Si ita est,omnia faciliora: sin aliter,magnum negotium,cuius exitum non extimesco,tuæ partes sunt. Idem ad Atticum, libro 7.14.4,Sin erit bellum, vt video fore,meæ partes non desyderabũtur.
Non sunt meæ partes id facere.Cic.3.Verr.
Officium & partes.Horat.de Arte.
Partes & patrociniũm. Cicero 1.de Diuin. Quid de auguribus loquar? tuæ partes sunt, tuum,inquam,auspiciorum patrocinium debet esse.
Partes alicuius agere,Fungi alicuius munere & officio. Terentius Phorm.5.5, Vicissim partes tuas acturus est. A. quas? D. vt fugitet patrem. Te suam rogauit rursum vt ageres, causam vt pro se diceres. Vbi Donatus. Videretur potius sic legendum, Vt ageres causam: vt post DICERES,subaudiretur CAVSAM. nam Causam alicuius agere,& Pro aliquo causam dicere,dicimus: Partem verò alicuius agere,singulariter non dicitur,sed Partes agere. Ouid.6.Fastorum, Blandior,& partes penè rogantis ago.
Agere partes lenitatis & misericordiæ.Cic.pro Murena.
Partes tuas defende.Plaut.Milit.10.
Dare partes alicui,& mittere in negotium. Cic.pro Rabir.Posth. Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit,mittere in negotium,dare partes,augere,fide sustentare.
Deposcere partes.Cic.pro Sext.Rosc.
Mea pars etsi nemini cedit,fac vt tua cæteros vincat.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.
Duras,fratris partes prædicas.Terent.Eunuch.2.3.
Partem meam loquendi trado tibi.Plaut.Asin.10.
Nostræ parti timeo,quid hic respondeat.Terent.Andr.2.5.
Eripere partes alicuius. Cic.in Vatinium,Erogarisne pecunias ex ærario tuis legibus: eripuerisne partes illo tempore charissimas partim à Cæsare,partim à publicanis.
Imponere partes alicui,Vide IMPONO.
Duriores partes alicui imponere.Cic.Att.lib.10.
Seniles partes mandare iuueni.Horat.de Arte.
Viriles partes mandare puero.Horat.de Arte.
Accusatoris partes obtinere.Cic.pro Quintio.
Omittere suas partes.Quintil.lib.1.cap.1.
Peragere partes suas,Vide PER AGO.
Dignitatis & libertatis partem nullam in posterum sibi relinquere.Cic.Lentulo,lib.1.9.
Subire partes.Quintil.lib.6.cap.1.
Partes alicuius suscipere.Cic.6.Verr.Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo?
Officia & partes pro aliquo suscipere.Cic.in Vatin.
Officia & partes imperatoris suscipere.Cic.Appio,lib.3.
Sumere partes. Cic.Quas enim partes mihi ipse sumpseram, eas occuparit oratio tua.
Personam aliquam & partes sustinere. Cicero de Aruſp.resp. Atque ego hanc orationem P.C. tam tristem, tam grauem non susceperim,non inquam,nisi hanc personam,& has partes honoribus populi Romani vestris pluribus ornamentis mihi tributis deberem & possem sustinere.
Peritoris partes sustinere. Paul.in l.2.D.Ne quis eũ qui in ius voc. vi eximat.
Transactæ partes.Cic.2.de Orat.
Tribuere aliquas partes alicui.Cic.1.de Nat deor.
Dare populi ad partes aliquid.Cic.2.de Leg.agrar.Domitius quod per cæremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id quoad posset,quoad fas esset,quoad liceret, populi ad partes daret.
¶Parte vtraque audita: In litibus dicitur. Plinius in Panegyr.Quo facilius, velut audita vtraque parte,dispiceres quid statuendum putares.
¶Pars diuersa,vel aduersa. Quintil.lib.4.cap.1,Partis aduersæ patronus. Idem lib 5.cap.7, Turbatur enim,& à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueum.
¶Pars,pro factione. Cic.ad Qu fratrem,lib.2.16, Damus operam ne cuius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipsis qui nos cum Cæsare non coniunctos dolent,diligamur:ab æquis verò,aut etiam à propensis in hanc partem excolamur,& amemur. Idem ad Planeum lib.13.30.Quod fuerim moderatior temperatiórque,quàm in ea parte quisquam:id me maximè fecisse authoritate Capitonis.
Descendere in partes.Tacit.lib.5.
Ducere aliquem in partes.Tacit.lib.15.
Fouere partes.Tacit.lib.17.
Habere aliquem in partibus,significat Addictum aliquem habere fauentémque.Tacit.lib.13.
Surgentes partes.Tacit.lib.19.
Trahere aliquem in partes.Tacit.lib.4.
Transgredi in partes.Tacit.lib.17.
Transire in partes.Tacit.lib.17.
Tutari partes alicuius.Horat 2.epist.1.

Particula,particulæ,penult.corr. Diminutiuũ { μερὶς,μόριον,τμῆμα.} Cic. 4.Acad.Anaxagoras materiam infinitam,sed ex ea particulas similes inter se minutas eas primùm confusas, postea in ordinem adductas mente diuina.
Copia particularum.Lucret.lib.4.
Arenę particulam dare ossibus & capiti inhumato.Horat.1.Carm. ode 28.
Auræ diuinæ particula.Horat.2.Serm.satyr.2.
Particula minima malorum.Iuuenal.Satyr.13.
Iustitiæ particula.Cic.2.Offic.Cuius tanta vis est,vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.
Perfecti quædam particula est homo non perfectus. Cic.2.de Nat. deor. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, & imitandum,nullo modo perfectus,sed est quædam particula perfecti.
Venti particulam sentire.Lucret.lib.4.
¶Minutæ rerum.Quintil.lib.3.cap.11.
Tenuissimæ.Cic.2.de Orat.
¶Facere particulas.Quintil.lib.4.cap.5.
Defecta.Horat.1.Carm.ode.16.

Particulariter,peu corr.cui opponitur Generaliter. Firmicus lib.5.cap. 1.ad fin. Quia igitur generaliter diximus quid cæli cardines significent,nunc magis particulariter quid horoscopusin stellarum finibus constitutus faciat,explicemus.

Particulatim,penul prod.Aduerb. { κατὰ μόριον } Membratim, Per partes. Plinius lib.6.cap.15, Particulatimque confectæ, in genera cybiorum dispartiuntur.
Particulatim,pro Separatim,& quod vulgò dicimꝰ Particulariter. Seneca epist.68,Vota quædam aperta & professa sunt,quæ particulatim fiunt.
Summatim & Particulatim,contraria. Author ad Herennium,lib. 1,Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit,& si non initio repetere volemus,& si summatim nõ particulatim narrabimus,&c.

Particeps,peu.corr.participis,pen.corr.omn.gen. { μέτοχος,κοινωνὸς,μέτοχος,μερίτης} Qui partem capit. Terent.Heaut.1.1,Nisi vbi ille huc salvos redierit meus particeps.
Particeps & Expers,contraria.Cic.2.de Finib. Nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, non dolendíve particeps, aut honestatis expers probabitur.
Particeps & socius adiutor.Cic.Attico,lib.9, Huius belli ego particeps,& socius & adiutor esse cogor.
Amoris vestri particeps.Catul.in Camerium,epigr.51.
Participem esse artis, & Carere arte, contraria. Cic.1.de Diuinat. Iis assentior qui duo genera diuinationum esse dixerunt; vnũ quod particeps esset artis: alterum quod arte careret.
Coniurationis particeps,Conscius.Cic.3.in Catil.
Connubij particeps,& socia regni Iuno.Cicero Antequam iret in exilium.
Socius & conscius in re aliqua,consiliorúmque particeps. Cic.ad Att.lib.1.13,Qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps esse soles.
Fortunarum omnium socius & particeps.Cic.pro Fonteio.
Hæreditatis dirimendæ particeps.Cic.6.Verr.
Iræ participes dij.Ouid.3.Trist.eleg 2.
Laudis eiusdem particeps.Cic.pro Archia.
Leti particeps animus.Lucret.lib.3.
Mentis & rationis particeps pars animi.Cic.1.de Diuin.
Omnes omnium participes virtutes sunt.Cic.5.de Finib.
Operum particeps.Ouid.3.Metam.
Periculorum particeps.Curtius in principio lib.7.
Particeps pudoris ac verecundiæ homo.Cic.4.de Finib.
Compos & particeps rationis animus.Cic.de Vniuers.
Sententiæ atque opinionis meæ quoniã voluistis esse participes, nihil

nihil occultabo.Cic.1.de Orat.
Studij participem habere.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.
Particeps vitij.Cic.3.de Leg. Quum omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitij particeps.
¶Particeps illi alicuius rei. Curtius lib.6,Tum Dymnus aperit in tertium diem insidias regi comparatas, seque eius consilij fortibus viris & illustribus esse participem.
Particeps illi in,&c. Quintil.Declam.3, Mater prædura, & in plerisque ruris operibus marito particeps.
Participem facere aliquem rei alicuius,Est cum eo communicare quicquid est. Terent. Heaut.3.1, Cuius maximè te fieri participem cupis.
Feci continuò omnes participes meæ voluptatis. Cicero Planco, lib.10.12.
Participem habere.Cæsar 3.bell.Ciuil.

Participo,participas, pen.corr. { μετέχω,κοινωνέω,μεταλαμβάνω,συμμεταλαμβάνω}participare,Participem facere & fieri.Plaut.Persa,12,
Nunc ob eam rem inter meos participes prædam diuidam,
Et participabo.
Seruum consilij participare,Communicare cum seruo consilium, Plaut.Cistel.4.
Participare aliquem sermone de.Plaut.Milit.5.
Aliquem prandio participare.Apuleius lib.9.Metam.
Participare & communicare. Cic.1.de Legib. Sequitur ad participandum alium ab alio,communicandúmque inter omnes,iustos natura esse factos.
Participare cum. Liu.3.ab Vrbe, L.Lucretius cos. anni prioris recenti gloria nitens,suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas,referre egregia facinora,&c.
Participare lucrum aut damnum alicuius. Pomponius in l. Si igitur. D.Pro socio.Æquum est enim, vt cuius participauerit lucrum, participet & damnum.
¶Pestem participare, In peste fieri participem. Item Participare voluptatem.Cic.2.Tusc. -qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet, sibi paratam pestem, vt participet parem. Ex poeta. Gellius lib.15.cap.2.
Laudes participare.Liu.2.ab Vrbe.
Participare consilium cum aliquo. Papinianus in l. Mater. §. In eum.D.Si quis omis.cau.testa.&c.Si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato,legitimam hæreditatem solus possideat.

Participentur,voce passiua dixit Lucretius lib.3,
Nanque ita connexa'st per venas,viscera,neruos,
Ossaque, vti dentes quoque sensu participentur. Id est sensus participes sint. Lambinus.

Participium{μετοχὴ} Vox ficta à Grammaticis, qua partem orationis significant,quæ partem capit à nomine,partem à verbo. De hac vide Priscianum,& alios abundè tractantes. Quintil.lib.9. cap.3, Vtimur & verbo pro participio:vt -magnum dat ferre talentum, tanquam ferendum. Et participio pro verbo:Volo datum.

Participialis,& hoc participiale,pen.prod. Quintil.lib.1.cap.De verbis & verborum appellationibus: Nam vt noctu & diu,ita & dictu & factu. Sunt enim hæc quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto factóque.

Partilis,pen.prod.Adiectiuum,Dicio frequens Iulio Firmico, & cæteris mathematicis. Partilis aspectus,quum à stella ad stellam immorantur tot cæli partes,quot configuratione ipsam constituunt.Verbi gratia,quum ascẽdente ab ortu prima arietis parte,ab occasu præcipitat se in hemisphærium inferius pars Libræ prima.

Partiliter, pen. corr. cui opponitur Generaliter. Firmicus lib.4.cap.9, Nunc genera explicanda sunt omnia, quæ veloci cursu suo perficit Luna,vt & partiliter, & generaliter cuncta videamur explicasse. Et cap. 10, Sed hæc tum facit, si partiliter in cardinibus fuerit collocatus.Si enim generaliter fuerit inuentus,&c.
Partiliter, cui opponitur Platicé. Firmicus lib.4. cap. 10, Si verò in signis cardinum,non partiliter, sed platicè fuerint inuenti,mediæ felicitatis incrementa decernunt.Vide PLATICVS.
Partiliter,Id est per partes.Arnob.lib.6.aduersꝰ gent. Hoc est enim proprium deorum,complere omnia vi sua,non partiliter vspiam,sed vbique esse totos.

Partim,Aduerbium {κατὰ μέρος,τὸ μέρη, τὸ δὲ} Ex parte,vel pro parte: & ferè in oratione geminatur. Cic.Cælio,lib.2.8, Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Idem 4. Acad. Itaque quum totum iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis,partim in rebus gestis legendis,&c. Ibidem, Homuncio hic qui multa putat præter virtutem homini partim claraesse,partim necessaria.
Partim ficta apertè, partim effutita temerè Apollinis operta. Cic. 2.de Diuin.
Partim deseruerunt me amici, partim prodiderũt. Cic.Qu.fratri, lib.1.3.
Partim,quater repetitum. Cic.pro Cluent.Partim ruinæ similiora aut tempestati, quàm iudicio & disceptationi fuisse, partim nihil contra habitum valere,partim etiam pro hoc esse,partim,&c.
Partim,aliquando non geminatum. Cic.4.Verr. De quo homine auditum est vnquam, quod tibi accidit, vt eius in prouincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim, per vniuersam multitudinem deiicerentur.
Nec minimum partim ex agris ægroris in vrbem Confluxit,&c. Lucret.lib.6. Hic partim,semel est positum, quod vsitatum est bonis scriptoribus.
Partim nostri,Pars nostrorum.Plaut.Persa,12,
Partim hominum, inquit Gellius, venerunt, plerunque dicitur, quod significat Pars hominum venit, id est quidam homines. Nam PARTIM hoc in loco aduerbium est, neque in casus inclinatur: sicuti, Cum partim hominum dici potest, id est Cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum. Cato in oratione de re Floria, ita scripsit, Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrepticiè conuiuio: cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Imperitiores autem, CVM PARTIM, legunt tanquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum quasi aduerbium. Sed Q. Claudius, XXI annal. insolentius paulò hac figura est ita vsus, Eum enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem sibi. Hactenus Gellius libro 10. capite 13. Terentius in Prologo Hecyræ,
In his quas primùm Cæcili didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti. Vbi Donatus, Partim sum earum exactus:pro In aliis. Et simul splendida locutio est. Partim aduerbium est. Cic. 2. Offic.Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim vt singulos attingant.
Partim,alij. Saluſt.in Iugurtha, Huic rogationi partim conscij sibi,alij ex partium inuidia pericula metuentes.

Partio,partis,partit, Actiuum { μερίζω } Diuido. Lucret.lib.5,
Aut quia Sol idem sub terras,atque superne,
Imparibus currens anfractibus ætheris oras
Partit:& in partes non æquas diuidit orbem.

Partior, partiris { μερίζω, μετασθέμαι, διανέμομαι } partiri, penultima producta.& Partio, partis, partiui, partitum, partire, antiquè,futuro partiam & partibo:partiar,& partibor,Partes facere significat.
Partiri & communicare aliquid. Cic. pro Sylla, Neque hoc partiendæ inuidiæ,sed communicandæ laudis causa loquor.
Partiri & diuidere. Cic.1.de Finib.Tollit definitiones:nihil de diuidendo ac partiendo docet.
Partiri æqualiter.Cic.pro Rosc.Comœdo,Si quod vniuersę societatis fuisset, petisset, quod quum redactum esset, æqualiter omnes partirentur,nunquid petierit quod suæ partis esset?
Discrimen ac periculum ex æquo partiemur.Tacit.lib.18.
Partiri cum. Cæsar 3. bell. Ciuilis,Cum Scipione honorem partitur.
Ærarium cum aliquo partiri.Cic.pro Domo sua.
Causas cùm Hortensio partiebatur Cicero: vt ipse dicit de Claris Oratoribus.
Curas partiri cum aliquo.Virg.11.Æneid.
Partiri in.Cic. de Vniuers. Sunt enim omnia in quædam genera partita.
In membra aliquid partiri.Cic.de Vniuersit.
Partiri inter,vel partire, antiqué. Plaut. Mil.10, Mea bona, mea morte,cognatis dicam inter eos partiant. Cæsar 1. bel.Ciuil. Officia inter se partiuntur.
Amorem alternum partiri.Stat.2.Sylu.1.
Partiri hominem per vices,pro Vicissim possidere. Plinius epist.3. lib.1.
Bona sua partiri.Cic.3.Verr.
Campum partiri limite.Virg.1.Georg.
Ex æquo partire. Vetus est verbum, quod in iudicem, aut principem, quem oportet æquabile ius reddere, meritò quadrabit. Translatum ab iis qui conuiuium aut hereditatem partiuntur. Erasmus.

Partitus,pen.prod. Participium { μεριστέος. } vt Vires socias partitus, Actiué.Silius lib.7.
Anima partita per artus.Id est,distributa,Passiué.Lucret.lib.3.
Fœdera partita lecti.Ouid.3.de Arte.
Soni partiti per tria ora.Propert.lib. 4.eleg.10.

Partitè,pen prod.Aduerb. { μεμερισμένως} Diuisè.Cic.in Orat.Qui enim nihil potest tranquillè,nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere,&c.

Partitò,Aliud aduerb.pen.prod.Vlp.tit. vigesimoquarto eius libri qui inscribitur,Tituli ex corpore Vlpiani, Mæuius hæres meus cum Titio hæreditatem meam partitò diuidito.

Partitio,Verbale { διαιρὲσις,μερισμός. } Cic. 6. Verr. In hac partitione ornatus.
Æquabilis prædæ partitio.Cic.2.Offic.
Vrbis Italiæque partitio.Cic.13.Philipp.
Ex partitione pecunia debetur.Cic.pro Cecin.
Facta non fortuitò,nec temerè partitio.Cic.pro Sylla.
Articulosa partitio,Vide ARTICVLVS.

Partitor, pen.prod.partitoris { μεριστὴς } Aliud verbale. Cic. in Vatiniũ, Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.

Partiarius,partiarij,Colonus, siue alius quis cum quo aliquid commune habemus, & partimur.Cato cap.16, Caleem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit. Et cap.136, redemptorem partiarium dicit eum quem paulo antè dixit colonum partiarium.

Parsimonia,Vide PARCO.

PARTHAON,pen.prod.huius Parthaonis,pen.cor. {παρθάων} pater fuit OEnei regis Ætoliæ,auus Deianiræ.Ouidius 9.Metamorphoseos,
Accipe me generum dixi Parthaone nate,
Dixit & Alcides. Verba sunt Acheloi, pugnam inter se & Herculem propter nuptias Deianiræ commemorantis.

PARTHAONIDÆ, gentes quæ Pleuroniam tenuerunt, Agriis conterminí.Strab.lib.10.

PARTHENIATÆ,Vide PARENTVM.

Parthenis, mulierum herba, earum enim malis illam mederi aiunt: alia & notiore appellatione ab vxore Mausoli Artemisia vocitata. Plin.lib.25.cap.7.Artemisiæ duo sunt genera,de quibus idem author.

Parthenium { παρθένιον } aliqui Amaracum appellant,herba est foliis Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore subuiroso, sapore amaro. Eius figuram, naturam, atque vires explicat Dioscorides lib.3.cap.138.& ad eum Matthiolus.

PARTHENIVS { παρθένιος } fluuius est in Ponto & Bithynia: item in Taurica regione. author est Strabo. Parthenius Bithyniæ, vulgò *Portemy.*

Rapax Parthenius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.

Parthenius itē, poeta, Nicæus, vt ait Suidas, Elegiacus, diuersorúmque metrorum. Huius Parthenij locos Virgilius quādoque mutuabatur: cuiusmodi est illud, Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Author Gellius lib. 9. cap. 9. Eius etiam meminit Macrobius lib. 5. Saturnal. cap. 17. Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocabatur Chaos, Homero poeta prognatus: scripsit versus in laudem patris Thestoris. Suidas. Est itē Parthenius, portus in litore Brutio: & mōs in Arcadia regione, dictus quasi Virgineus, à virginibus, quæ in eo Veneri frequenter sacra facere solebant, vel venari, vt vult Seruius. Hinc

Parthenius, Adiectiuum {παρθένιος.} vt Saltus Parthenij. Virg. 10. eclog.
Antra Parthenia. Propert. lib. 1. eleg. 1.
Lustra. Claud. 2. de rapt. Proserp.
Nemus. Stat. 4. Thebaid.
Valles. Ouid. epist. 9.

PARTHENOPE, pen. corr. {παρθενόπη} Vna fuit Sirenum, quæ præ dolōre, quòd prætereuntem Vlyssem cum sociis cantu nōn deceperint, in mare se præcipitauerunt. Vna hæc in eum delata est locum. vbi postea condita fuit Neapolis, præclara vrbs Campaniæ. παρθένος enim virgo Latinè dicitur. Ab hac igitur Sirene Neapolis est appellata, à virgine Parthenope. Et licet quidam dicant Neapolim dictam, quòd Augustus eam instauauerit, tamen legitur apud Lycophrontem, Neapolis ante Augusti tempora (qui tempore Ptolemæi Philadelphi claruit) & Neapolitanos singulis annis ad tumulum Parthenopes fæces tulisse. Hanc Cumani à parentibus digressi, condidisse produntur. Qui quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento cōditum reperissent, nomen eius vrbi indidere. Sed postquam loci vbertate atque amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, veriti ne Cumę defererentur, diruēdi Parthenopen consilium iniuere. Quo facto mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, vt vrbem restituerent. Itaque subitò instauratam, Neapolim, hoc est nouam vrbem vocauere.
Dulcis Parthenope. Virg. 4. Georg.
Nata Parthenope in otia. Ouid. 15. Metam.
Non rara colonis. Stat. 3. Sylu. 5.

Parthenopeius, Adiectiuum sex syllabarum {παρθενοπαῖος.} Ouid. 14. Metam. Parthenopeia mœnia. Id est Neapolitana.

PARTHENOPAEVS, pen. prod. {παρθενοπαῖος} teste Seruio, Menalippæ & Martis, siue Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum petiit. Hic in bello Troiano periit, cúmque apud inferos vidit Æneas. Virgil. 6. Æneidos,
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Parthenopæum multis verbis commentorātur Statius lib. 4. Thebaid. sed matrem fuisse Atalantam inquit, patris mentionem nullam faciens. Nos verò ex fabulis didicimus Minalionem, quem & Hippomenem vocat Ouidius, Atalantæ fuisse maritum. ita vt nesciamus vnde Seruius vel Martem vel Menalippen nobis adferat.

PARTHENOPOLIS {παρθενόπολις} oppidum est Thraciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictámque putat à filiabus Geraki filij Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater, vt eas ad ciuiliorem vitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. Est item Parthenopolis Bithyniæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 32.

PARTHIA {παρθία} Regio Assyriæ, à qua Parthi. Hi lingua Scythica exules dicuntur, sicut refert Iustinus lib. 12, docens ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum, quorum regna duodeuiginti fuisse, testis est Plinius lib. 6. cap. 15. Hæc regio ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, à Septentrione Hyrcanos.
Mendacior Parthis. Vide MENDAX.
Populi Parthorum. Virg. 4. Georg.
Animosus Parthus versis equis. Horat. 1. Carm. ode 19.
Feroces Parthi. Horat. 3. Carm. ode 2.
Fidens fugā. Virg. 3. Georg.
Fugax. Ouid. 1. de Remed. amor.
Leues. Virg. 4. Georg.
Sagittiferi. Catul. ad Furium, epigr. 11.

Parthicus, pen. corr. Adiect. {παρθικός.} vt
Luxuries Parthica. Claud. 1. in Eutropium.
Damna. Lucan. lib. 1.

Parthiarii, sunt Parthicarum pellium negotiatores, Parthici mercatores. Alciat. in I. negotiantes Parthiarij. de excusat. muner. lib. x. C.

PARTHINI, Populi sunt Macedoniæ prouinciæ, vt scribit Pli. lib. 4. cap. 23. in descriptione Macedoniæ.

Particeps, Participium, Particulatim, Partim, Partic. Vide PARS.

Particulones, dicuntur Coheredes, quòd partes patrimonij sumant. Nonius. Pomponius Pręcone posteriore, Age modò Stagari, particulones producam tibi.

PARTVLA, Partulæ, Septimio Florenti dea erat, quæ puerperiis præesse credebatur, quæ quidem non alia est quàm illa siue Gellij siue Varronis Parca, quam quasi parram mutato t in c vocatam dicunt. Tertullian. Hæc æstimando etiam superstitio Romanam deam finxit Alemonam, alendi in vtero fœtus, & nonam & decimam à sollicitioribus mensibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus.

Parturio, Partus, Vide PARIO.

Paruifacio, & Paruipendo, Vide PARVVS.

Partulis, pen. prod. huius partulidis pen. corr. f. g. authore Paulo Ægineta, est inflammatio circa pattem aliquam gingiuarum, quæ non soluta suppuratur. Celsus lib. 6. cap. 13, Solent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quædam oriri dolentia, παρουλίδες Græci appellant. Quo in loco nonnulli παρωτίδας legunt, alij παροδοντίδας. sed vtrunque falsò, quum de parotidibus hic non sic locus, & apud Græcos medicos nulla affectio Parodontis appelletur: at verò παρουλίδες omnes agnoscunt. Parulides igitur sunt inflammationes in aliqua gingiuarum parte factæ: quæ nisi discussæ fuerint, suppurant, & quum suppurauerint, secantur, interstíque linamentis aperiuntur. Vide Marcellum in lib. 5 Dioscoridis, & Cornarium in vltimum caput libri quinti Galeni De compositiōne pharmacorum secundum locos.

Parum, Aduerbium {μικρὸν ἀλλ' οὐ, μικρὸν} à parte, vt nonnullis placet significat Modicum.
Parum bene. Vlpian. in l. Sed etsi. §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor, inquit, puero discenti ingenuo filiofamiliās parum bene facienti quod demonstratum erat, forma calcei ceruicem ita percussit, vt oculus pueri perfoderetur.
Parum splendoris Horat. 2. epist. 2.
Non parum, Vide NON Aduerbium.
Parum malæ rei. Plaut. Merc. 14.
Parum castus. Horat. 1. Carm. ode 12.
Parum comis. Horat. 1. Carm. ode 30.
Silentium parum decorum. Horat. 4. Carm. ode 1.
Parum diligenter aliquid facere. Cic. Attico lib. 10.
Parum diu viuere. Cic. 1. Tusc. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.
Firmus parum comes. Horat. Epod. 1.
Parum firma sunt equidem quæ de fratre meo scribis. Cic. Atte. lib 10.
Parum fœlix. Plin. iun. lib. 10. epist. 98.
Frons læta parum. Virg. 6. Æneid.
Parum loculpes. Horat. 2. Carm. ode 18.
Parum optimatem esse. Cicero Attico, libro 10, Vide ne dum putet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum fit, eligas.
Parum prudens. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10.
Parum pudicus Catul. ad Aurelium, epigr. 16.
Parum vtiliter. Plin. iun. lib. 10. epist. 39.
¶Accipere parum, Vide ACCIPIO.
Consulere parum, subaudito pronomine SIBI: id est quod vulgò dicitur *parum curare*. Terent. Adelph. 5. 9.
Parum claris dare lucem. Horat. de Arte.
Est parum. Plaut. Trinum. 1, 3, Nam si pro peccatis centum ducat vxores, parum est.
Facite vt cogeris posthac idem liceat, licebit. at hoc parum est: permittite vt liceat quanti quisque velit. Cic. 5. Verr.
Non nocuisse parum est: prodesse quoque. Ouid. 2. Fast.
Parum est vt in curiam venias, nisi & conuoces, & interfis Senatui. Plin. in Paneg.
Parum etiam præut futurum est prædicas. Plaut. Amph. 4.
Parúmne est Piso, quòd tantum homines fefellisti, vt negligeres authoritatem Senatus, optimi cuiusque consilia contemneres, Rempub. proderes, Consulare nomen affligeres? Cic. pro Sextio.
Intelligere parum. Plaut. Rud. 2. 4.
Parum meminisse quod concesserit. Cic. 1. de Inuent.
Parum cauisse videri pronūtiat Magistratus, quum de consilij sententia capitis quem condemnaturus est. Fest. Sunt qui legant, Patrauisse videri.
Processit parum. Terent. And. 4. 1,
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
Prospicio parūm. Terent. Phorm. 5. 1,
Certò ædepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt,
Meæ nutrici em gnatæ video.

Parumper {διὰ μικρὸν, παρὰ μικρὸν} Paruo tempore, per aliquantulum tempus, vt ait Valla in Raudensem. Terent. And. 4. 2, Tu Mysis dum exeo, parumper opperire me hīc. Cic. de Amicitia, Tu velim à me animum parumper auertas.
Parumper (inquit Festus) significat Paulisper, quasi perparum, hoc est valde parūm. Refertur autem ad tempus.
Parumper, Nōnio significat Citò & velociter. Virg. 6. Æneidos,
-pulsúsque parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terræ.
Parumper & mox. Cic. 1. de Diuinat. Discedo parumper à somniis, atque mox reuertar:
Abducere parumpēr animum à molestiis. Cic. Att. lib. 11.
Parumper conticere, & cæteris silentium esse. Cic. 3. de Orat.
Digredi parumper à causa. Cic. de Clar. Orat.
Lusit fortuna parumper. Stat. 12. Thebaid.
Pulsus parumper corde dolor. Virgil. 6 Æneid.

Paulum {παυσάμενος, πάσης} Adiectiuum, diminutiuum à Parum. Terent. And. 5. 3, Pro peccato magno paulùm supplicij satis est patri. Idem Eunuch. 4. 4, Tace obsecro, quasi verò paulùm interfit.
Abesse paulum ab aliquo loco. Cic. 1. Acad.
Addere paulum aliquid rei alicui. Cic. 1. Acad.
Spatio decedere paulum. Lucret. lib. 2.
Hæsit paulum conterritus aspectu. Virg. 3. Æneid.
Leuari paulum gratuitate valetuditis. Cic. Torquato, lib. 6. 2.
Immutare paulùm aliquid. Cic. 3. de Orat.
Paulum recreant me tuæ epistolæ. Cic. Attico, lib. 9.
¶Non paulum, Vide NON Aduerbium.
Admodum paulum. Cic. 3. de Nat deor. Nihil vt ferè intereat, aut admodum paulùm, quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. De stellis.
Paulum aliquid sedere in scholis, pro Exiguò tempore. Quintil. lib. 12. cap. 3. ad finem.
Paulum infra. Plin. lib. 10. cap 49, Venēre in Italiam Bebriacensibus bellis Ciuilibus trans Padum, & nouæ aues turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine.
Paulum modo aliquid ostendere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 5, Quod sine vlla

vlla dubitatione (si Pompeius paulum modò ostenderit sibi placere) faciet.
Paulum oppidò inter se differunt. Cic. 5. de Finib.
Etsi à te paulum allatum est noui. Id est aliquid innouatum. Cicero de Legib.
Pòst paulum clarius ostendemus, in, &c. pro Paulo pòst. Quintil. lib. 2. cap 18.
Paulum, in interrogatione, vim habet augendi, quasi dicas multum. Terent. And. 4. 4,
Paulum interesse censes ex animo omnia,
Vt fert natura facias, an de-industria?

Paulus, paula, paulum {ὀλίγος} Adiectiuum à Parum, quo rarissimè vsi sunt authores, præterquam in ablatiuo. Plautus Bacchid. 19, Pacisci cum illa paula pecunia Potes.
Paulo momento. Terent. And. 1. 5, Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. Idem Adelph. 5. 4, Paulo sumpru.

Paulò, Aduerbium {ὀλίγον} Idem significans quod Parum, vel paulum, vt vides in sequentibus exemplis.
Paulò amplius. Cic. 2. Verr. Ego autem Ædilis, hoc est paulo amplius quàm priuatus.
Paulo antè {ὀψὲ μικρῷ, μικρὸν πρό.} Cic. Art. lib. 14, Quum paulo antè ad te Cassij tabellario literas, v. Idus venit noster tabellarius, &c.
Paulo antè, pro Dudum vel nuperrimè. Cic. 6. Verr. Nuper homines nobiles eiusmodi iudices, & quid dico nuper? imò verò modò, ac planè paulo antè vidimus, &c.
Benignius paulo. Horat. 1. epist. 18.
Liberius paulo vti aliqua re. Cic. in Orat.
Paulo magis. Cic. 6. Verr. Nihil esse quod quisquam putaret se, quod isti paulo magis placeret, conseruare, aut domi retinere posse.
Paulo magis, pro Nimium. Cic. de Clar. Orat. Et lubenter verbis etiam vti paulo magis priscis. Budæus.
Paulo minus. Cic. pro Quintio, Sanè cæterarum rerum paterfamiliās & prudens & attentus, vna in re paulo minus consyderatus.
Paulo minus, pro Propemodum, vel pené. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 39, Quasi neque rediturus vnquam, & citò morrem etiam obiturus, quod paulo minus vtrunque euenit.
Paulo minus quàm. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 26, Verùm liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulo minus quàm priuatum egit.
Paulo mox, Statim, cum paruo interuallo. Plinius, Et paulo mox calefactum vulneri imponatur.
Paulo nimium redundantia verba. Cic. 2. de Orat.
Nimium paulo, Vide NIMIS.
Paulo plus audire de aliqua arte. Author ad Herennium, lib. 4.
Paulo plures in Senatu maleuolos esse, quàm gratos cognoui. Cicero Bruto, 15. 11.
Paulo pluribus è partibus. Lucret. lib. 2.
Haud paulò plus, Vide HAVD.
Paulo pòst dicam. Cic. 1. de Nat. deor. De quo dicam equidem paulo pòst.
Paulo pòst, pro Paulo infra, vel Paulo minus. Hirtius de bello Alexand. Hoc prælio desyderati sunt ex numero legionariorum milium circiter quadringenti: & paulo pòst eum numerum classiarij & remiges. Id est aliquantulo pauciores.
Paulo pòst magis. Plaut. Pseud. 5.
Pòst paulo, pro Paulo pòst. Horat. 1. epist. 6.
Paulo prius. Plaut. Menæch. 15. 7, Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem vt ferres, paulo prius.
Paulo salubribus consiliis vti. Cic. Attico, lib. 8.
Seruus non paulo sapientior. Id est, multò sapientior. Horat. 2. Serm. satyra 3.
Paulo secus. Cic. 3. de Orat. Eadē enim sunt mēbra in vtrisque disputationibus, sed paulo secus à me, atque ab illo partita ac distributa.
Tardior paulo. Horat. de Arte.

Paululum, pen. corr. {ὀλίγῳ μικρῷ, παρὰ μικρὸν, μέτριον ὅσον} Diminutiuum à Paulum. Terent. Adelph. 5. 8, Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras.
Paululum abscede istinc. Plaut. Asin. 16.
Paululum antè dicendum est. Cic. 4. Acad. Paululum antè dicendum est, Non mihi videntur consyderare, quum physici ista valde affirmant, &c.
Paululum quis pudor. Terent. And. 4. 1.
Habeo paululum quod requiram. Cic. 5. Tusc.
Paululum quiddam. Terent. Eunuch. 5. 2,
Quid feceras? c. paululum quiddam. T. eho paululum impudens.
An paululum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem?
Hoc paululum manè exarui. Cic. ad Brutum.
Paululum huic deest ad beatam vitam. Cic. 5. Tuscul.
Paululum opperiri aliquem. Terent. Eunuch. 5. 2.
Paululum modó. Terent. Heaut. 2. 3,
Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim.
Paululo contenta, & Paululo redimere. Terent. Heaut. 3. 1.
Respirare paululum. Cic. pro Quintio.

Paululus, pen. corr. Adiectiuum {παῦρος.} Liuius 8. ab Vrbe, Prætorem eorū nomine Milonium dixisse ferunt, pro paulula via magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem 5. bell. Maced. Nihil primo aspectu contemptius, equi, hominésque paululi & graciles: discinctus & inermis eques.
Paulolus. Antiqui pronuntiabant. Hinc apud Varronem lib. 4. de Ling. Latin. Paulola res, &c.

Paulatim, pen. prod. {κατὰ μικρὸν, κατ' ὀλίγον} Aduerbium diminutiuum à Paulum, Id est sensim & lentè. Terent. Adelph. 5. 6, Paulatim plebem primulum facio meam. Cælius Ciceroni, lib. 8. 17, Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit.
Paulatim adnabam terræ. Virg. 6. Æneid.
Abolere paulatim. Virg. 1. Æneid.
Carpit vires paulatim. Virg 3. Georg.
Omnia paulatim crescunt. Lucret. lib. 1.
Euanescere paulatim. Lucret. lib. 2.
Paulatim, cum genitiuo Cato cap. 47, Aquę paulatim addito subigitóque pulchrè. Hoc est paululum.

Paulisper, Aduerbium {ἐπ' ὀλίγον, παρόσον μέρος} Id est paulum temporis, paulum admodum, vel paululum. Terent. Adelph. 2. 2, Paulisper mane. Ibidem, 3. 3,
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper. Ouid. 2. Trist. Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira. Virg 5. Æneid. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Commoratus est paulisper, dum se vxor comparat Milo. Cicero pro Milone.
Deponere paulisper aliquid. Cic. 6. Verr.
Stetimus paulisper in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Cic. in Pisonem.
Suscipe paulisper meas partes. Cic. Appio, lib. 3. 12.

PARVNDA, Dea parientium, quam Terentius Lucinam vocat. Lilius in Miscellaneis Syntag. 1.

Parus, pari, Auicula. *Vne Meſenge.*

Paruus, Adiectiuum {μικρὸς, σμικρὸς, βραχὺς, ὀλιγοστός, ἀνυπόστατος} Notæ significationis. Plin. lib. 11. cap. 37, Ab iisdem qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocabantur: qui paruis vtrisque, ocellæ.
Paruum ac mediocre. Cic. 3. Verr. Quæ maximè digna sunt eo reo, cui paruum ac mediocre obiici nihil oporteat.
Magnus aut paruus. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Paruæ & mediocris res, Tanta & immensa, contraria. Cic. 2. de Orat. Sic etiam in paruis aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, non idem sentio tanta in hac re támque immensa posse fieri.
Paruum & infirmum. Cic. pro Cluent. Hæc autem apud Iunium parua, & infirma, & ipsius labore quæsita atque collecta.
Componere parua magnis. Virg. 4. Georg.
Paruum parua decent. Horat. 1. epist 7.
¶A paruis, Vide A præpositionem.
¶Alumni parui. Horat. 3. Carm. ode 18.
Animi parui. Horat. 1. epist. 18.
Non paruum beneficium suum commemorare. Cicero pro Cecinna.
Carmen paruum, Humile. Horat. 2. epist. 1.
Parua consuetudo. Terent. And. 1. 1.
Corpus. Horat. 1. epist. 18.
Di parui, pro Diis penatibus. Horat. 3. Carm. ode 23.
Discrimen. Virg. 3. Æneid.
Dissensio parua inter nos est. Cic. 1. de Leg.
Non parua exercitatio. Vide NON aduerbium.
Parua fides. Terent. Eunuch. 1. 2, Me miserum, forsitan hic mihi paruam habeat fidem. Hoc est, nolet mihi credere.
Filius malè paruus, Nimium paruus. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Infantes. Lucret. lib. 1.
Paruum ingenium. Plin. iun. lib. 6 epist. 29.
Paruus & angustus locus. Cic. 1. de Legib. Hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam & angustum locum concludatur.
Mercedes. Horat 1. Serm. Sat. 6.
Munera. Horat. 1. Carm. ode 28.
Nati. Horat. 3. Carm. ode 5.
Nauicula. Cic. Post reditum ad Quirites.
Nepotes. Virg. 2. Georg.
Parui odoris amomum, Hoc est imbecilli & pauci. Plin. libro 12. cap. 13.
Opusculum. Cic. in Parad.
Pisciculi. Cic. 2. de Nat. deor.
Pretio paruo rem aliquam vendere & alienare. Cic. 6. Ver.
Pueri. Horat. 1. epist. 7.
Res est non parua. Virg. 3. eclog.
Ruta. Horat 2. Carm. ode 16.
Sodales parui, non præpotentes, aut superbi titulis & imaginibus. Horat. 1. epist. 7.
Tecta. Senec. Hippol. 2.
In paruo tempore. Lucret. lib. 5.
Vrbs. Virg. 3. Æneid.
Vsuram paruam exigui temporis bonæ de me opinionis postulo, vt eam si quæ dixero, vobis probabo, perpetuo retineatis. Cic. 3. de Lege agraria.
Parui & Ampli, opposita. Horat. lib. 1. epist. ad Iul. Florum.
¶Parum, Minimi pretij. Plin. in Paneg. Nihil antè tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur.
Paruo opponitur Eximium & præclarum. Cic. 1. Offic. Et ea quæ eximia plerísque & præclara videntur parua ducere, eáque ratione stabili firmáque contemnere, fortis animi magníque ducendum est.
Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. Cic. 1. Offic.
¶Paruo & nihilo. Cic. 2. de Finib. Verùm isto modo consequatur summas voluptates, non modò paruo, sed fermè nihilo, si potest.
Assueta paruo iuuentus. Virg. 2. Georg.
Paruo beatus. Horat. 2. epist. 1.
Contentus paruo, Vide CONTINEO.
Emptum paruo. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Viuere paruo. Horat. 2. Serm. saty. 2.
¶Parui æstimare {οὐκ ὀλίγου ποιεῖσθαι.} Plaut. Capt. 12.
Parui ducere {οὐκ μικροῦ ἡγεῖσθαι.} Cic. pro Archia, Pericula mortis atque exilij, parui esse ducenda.
Parui istuc facio. Plaut. Milit. 10.
Paruipendere. Terent. Hecyra 3. 5, Quæ dico, paruipendunt.

Cic. ad Atticum, lib. 15, Sed si ista paruipendimus, quin & maiora contemninus. Alij codices habent, Sed sint ista paruiquin & maiora contemnimus.

Parui putare & spernere. Catul ad Furium, epigr. 20.

Parui refert. Cic. pro Lege Manil. Etenim illud primùm parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare.

¶In paruo, pro Feré. Plin. lib. 8. cap. 33, Eminet rostrum, vt in paruo haud absimile sullo.

Paruo breuius quàm. Plin. lib. 2. cap. 67, Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, paruóque breuius quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Hoc est ferè, vel parum abest quin totus, &c.

Paruissimus, pen. corr Superlat. {ἐλάχιστος.} Lucret. lib. 3,

-igitur paruissima quanto
Et læuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

Paruissima corpora. Lucret. lib. 1, -paruissima quæque
Corpora constabunt ex partibus infinitis.

Paruulus, pen. corr. Dimin. {νηπιος.} Virg. 4 Æneidos,

-si quis mihi paruulus aula
Luderet Æneas.

Paruulus, pro Puerulo. Quintil. lib. 5. cap. 7, Excepta paruulorum iudicia.

A paruulo, & paruulis, Vide A.

A paruulo studere duritiæ & labori, Vide A.

¶Causa paruula. Lucret. lib. 4.

Formica. Horat. 1. serm, saty. 1.

Impulsio. Cic 2. de Inuent. Defensor autem ex contrario primùm impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut si fuisse conceder, extenuabit, & paruulam quandam fuisse demonstrabit.

Manus peditum. Brutus ad Cic. lib. 11. 10, Reuertor nunc ad Antonium, qui ex fuga quum paruulam manum peditum haberet inermium, &c.

Paruulam nauiculam conscendit. Cæsar 3. bell. Ciuil.

Pecunia paruula, & Immanis, contraria. Cic. pro Rosc. Com. Illa fuit pecunia immanis, hæc paruula.

Res paruula, pro Re nullius momenti. Terent. Adelph. 2. 4. Cic. pro Quintio, Si in paruula re captionis aliquid vererére, non statim ad Q. aquilium.

Successus. Plin. lib. 2. cap. 23.

Paruulum aliquid consequi. Cic. 2. de Inuent. Quare nos quidem sine vlla affirmatione, simul quærentes dubitanter vnumquodque dicemus, nedum paruulum hoc cõsequimur, vt satis commodè hæc perscripsisse videamur.

In paruulis esse. Cic. 4. Acad. Sed vt minuam controuersiam, videte quæso quàm in paruulis sitis.

Paruulum, pen. corr. Aduerb. {νηπίως.} vt Paruulum differt, hoc est Minimum. Plin. iun. lib. 8. epist 14, Quia paruulum refert an idem displiceret, quibus non idem placuisset.

Paruulum de nocte acquirere. Plin. lib. 9. epist. vlt.

Ligni inest paruulum. Plin. lib. 15. cap. 24.

Paruitas, pen. corr. paruitatis {μικρότης, σμικρότης, ἀπότης.} Columella libro 10. in Præfatione, Tamen eadem tam exigua sunt, vt (quod aiunt Græci) ex incomprehensibili paruitate arenæ funis effici non possit. Cicero de Vniuers. Haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis inliquefactis, vnum efficiebant ex omnibus corpus.

Minor {ἐλάττων} & hoc minus, Comparatiuum à Paruus.

Censor castigatórque minorum. Horat. de Arte.

Minor natu. Cic. de Amicit. Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu, iure meo respondeo.

Minor natu annis triginta. Cic. 4. Verr. Nequis minor triginta annis natu.

Virtute & honore minores. Horat. 2. epist. 1.

Animus minor. Horat. 2. Carm. ode 11.

Cura non minor. Virgil. 5. Æneid.

Dominus minor. Plin. iun. lib. 7. epist. 23.

Filius minor. Terent. Eunuch. 2. 2, Sed video herilem filium minorem hic aduenire. Plaut. Amphit. 5.

Minor, quàm quinque & viginti annorum, Celsi. in l. Cum minor. D. De minorib.

Minor annis viginti quinque, Idem. Vlp. l. Denique. D. De minor.

Minor annis, Idem. Vlp. in l. Verum. § vlt. D. De minorib.

Minor, absolutè, Idem. Vlp. in l. Denique. D. De minorib.

Minorum gentium patricij Cic. ad Pætum, lib. 9. 21, Sed tamen mi Pæte, quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam, nisi plebeium fuisse? fuerunt enim Patricij minorum gentium. Id est, quorum patres allecti erant è plebe in Senatum. Budæus.

Infamia minor vero. Ouid. 1. Metam.

Ira minor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.

Mensura minor partua lacerta. Ouid. 5. Metam.

Merus. Horat. Epod. 1.

Pontifices. Liu 2. bel. Pun.

Sumptus. Horat. 2. Serm. saty. 4.

Verbis minoribus vti. Ouid. 6. Metam.

Virtus. Ouid. 2. de Arte.

Minor mea res agitur. Terent. Heaut. 2. 3,

Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua. Id est, quasi non tam mea intersit, quàm tua.

¶Minóris vendere aliquid, pro Minori pretio. Cic. 5. Ver. Multò minoris vendidit non modò quàm tu, sed etiam quàm qui ante te vendiderunt.

Minoris dimidio. Plin. lib. 17. cap. 7.

Minoris æstimare. Cic. 4. de Finib.

Minore, pro Minoris. Cic. ad Attic. lib. 1. 7, Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummùm mouere non possunt.

Minora dictu. Plin. lib. 11. cap. 21.

Minoratus, penul. prod. Adiectiuum. Scæuola in l. Cum venderet. D. De seruis exportand. Quos minorato pretio vendidit.

Minimus, pen. corr. {ἐλάχιστος, μικρότατος} Adiectiuum, Superlatiuum à Paruus. Plaut. Sticho, 3, È malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.

Minimus natu. Liu. 2. ab Vrbe,

Minimus quisque natu Partum.

Decus non minimum. Horat. de Arte.

Minimus digitus. Plin. lib. 11. cap. 43.

Prouocare aliquem minimo, Subaudiendum digito. Horat. 1. Serm. saty. 4. Minimo digito, ait Acron, solent prouocare, qui volunt ostendere plus esse virium in suo minimo digito, quàm in alterius toto corpore.

Dolor minimus. Ouid. 9. Metam.

Honor. Ouid. 2. Trist.

Minima momenta. Senec. lib. 1. epist.

Munus. Ouid. 3 de Arte.

Onus. Ouid. 14. Metam.

Minima ex parte. Cic 1. Offic.

Minimi pretij homo. Plaut. Asin. 16. 8.

¶Minimo emit. Terent. Eunuch. 1. 1,

Quid agis, nisi vt te redimas captum, quàm queas
Minimo?

¶Minimum, Substantiuum: vt Minimum vini. Cic. de Amicitia, Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maximé.

Minimum, Ab Epicureis vocatur, quo nihil minus esse potest, & ad quod quum peruentum sit, tum fiat cuiuslibet corporis secandi finis. Volebat enim Epicurus aliquid esse in rebus minimum, nempe corpora prima: quæ scilicet iam secari, aut diuidi non possunt. Lucret. lib. 1, Nec prorsum in rebus minimum consistere quicquam. Vide quæ à Cicerone disputantur sub Varronis persona lib. 1. Acad. & lib. 1. de Finib. vbi agit aduersus Epicurum. Lambinus.

Minimùm, Aduerbium. Lucret. lib. 6. ad finem,

Nec minimùm partim ex agris ægroris in vrbem Confluxit. Id est valde eos pressit agricolarum multitudo ex agris in vrbem conueniens. Lambinus.

¶Minimum, quod illiterati dicũt *Ad minus*. Varro 2. de Re rustica, cap. 1, Ita fiunt omnium partes minimum octoginta vna. Idem lib. 1. cap. 5, De his quatuor generibus singulæ minimum in duas diuiduntur species.

Minusculus, pen. corr. {μικρύτερος} Adiectiuum, diminutiuum à Minus. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ, excludantur in minusculum auiarium.

Minuscula epistola. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 13, Rescripsi epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula.

Minuscula villa. Cic. ad Att. lib. 14, Scribis esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam verò villam vtique Quincto traditurum.

Minus {ἐλάττον} Aduerbium comparatiui gradus à positiuo Parum. Terent. Eunuch. 4. 6, Minus potens quàm tu.

Non minus, Vide NON aduerbium.

Multo minus. Cic. Memmio, lib. 13. 1, Nisi tamen multo minus concedi potest, quàm illi laborare sine causa.

Minus homo, quàm doctus, pro Minus quàm doctus homo: hoc est indoctus, & minus prudens, vel cautus & sagax. Plaut. Epid. 9, Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem quàm doctum, minúsque ad rem hanc callidum, Os sublitum esset.

Minus dixi, quàm. Plaut. Capt. 7, Et quod minus dixi quàm volui de te, animum aduortas volo.

Minus habere. Terent. Phorm. 1. 7.

Minus intellexi. Terent. Eunuch. 4. 5.

Haud minus ac iussi faciunt. Virg. 3. Æneid.

Plus dapis, & rixæ multo minus. Horat. 1. epist. 18.

Minus potest per se. Cic. de Amicit. Num propter imbecillitatem atque inopiam desyderanda sit amicitia, vt in dandis recipiendísque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissímque redderet.

Minus, pro Non. Cic. de Amic. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus fis.

Minus acriter. Ouid. epist. 18.

Minus audacter. Terent. in Prologo Phor.

Minus multo audacter, quàm nunc lædit, læderet.

Minus aprus. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Minus diu. Cic. de Senect. Ego verò me minus diu senem esse malem, quàm esse senem antequam essem.

Grata minus pietas. Ouid. 1. Metam.

Minus grauis Horat. 1. Serm. saty. 5.

Cura minus inuida. Horat. 1. epist. 10.

Amicus minus iucundus. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Minus multi opẽ sunt boues, & bubulci. Varro de Re rust. li. 1. ca. 18.

Minus multi, & minus audacter. Plaut. Milite, 10.

Non minus multi. Cic. in Bruto, Catonis autẽ orationes nõ minus multæ ferè sunt, quam Attici Lysiæ. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 9. Et rursus Cic. in Brut.

Minus validus. Horat. 1. epist. 8.

Minus aut magis impeditus. Lucret. lib. 1.

Mipus meminit. Terent. And. 4 2,

Imò etiam quo tu minus scis ærumnas meas. Id est, non satis nosti.

Minus valet. Plaut. Bacchid. 4, Si non inuenta'st, minus valet, moribundusque est.

Minus venit in Senatum, pro Ratius. Cic. ad Cassium, lib. 12. 2, L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, (vt ait) minus in Senatum venit.

Vexare

Vexare minus aliquem. Horat. 2. epist. 2,

Minus cum cura lectum. Plaut. Milite, 10.

Minus ac minus. Plinius libro 11. cap. 10, de apibus, Quum aduesperascit, in alueo ſtrepunt minus ac minus, donec vna circunuolet,

Minus & minus Horat. 1. Carm. ode 25.

Minus minúsque mihi obtemperat. Terent. Heaut. 3. 3,

Nam mihi iam minus, minúsque obtemperat.

¶Minus quindecim anni sunt. Plaut. Trinum. 8,

Minus quindecim dies sunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepisti à Callicle. Cic. 4. Verr. Iussit vt quæ statuæ C. Verris ipsius & patris & filij essent, eas Quæstores demoliendas curarent: dumque ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adessent.

Minus amicorum. Terent. Eunuch. 4. 6, Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hîc habens minus.

Minus, aut Non minus quatuor pedes altum: pro Minus quàm quatuor pedes. Cic. 3. Verr. Ei quum cautum vellet, scripsit vt hæredes iurarẽt se curaturos vt ex sua quisque parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum peruenirent.

Minus pedalis. Plin lib. 22. cap. 22, Condrillon siue condrille, folia habet intubi circunrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro.

Minus duobus nummis. Plaut. Persa, 18,

Probati hic argenti sunt sexaginta mnæ:
Duobus nummis minus est. Cic. pro L. Flacco, Ante pedes Prætoris in foro expensum esse auri pondo centum paulò minus.

Minus nihilo est. Terent. Phorm. 3. 3,

-vnde ego nunc tam subitò huic argentum inueniam miser,
Cui minus nihilo est?

Quo minus. Terent. Andr. 1. 2,

Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus.

Minus quinquennium est quòd. Plin. lib. 15. cap. 25.

Minus triennium. Tacit. in vita Agricolæ.

Minimè, pen. corr. {ἐλάχιστα} Aduerbium negandi. Cic. de Amic. Turpis enim excusatio est, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum siquis cõtra Remp. se amici causa fecisse fateatur. Idem 1. Officiorum, Minimè artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum.

Minimè feceris, Prohibendi particula, pro Ne feceris. Plautus Mostell. 4.

Minimè gratum spectaculum. Liu. 1. ab Vrbe.

Minimè mirum, pro Non est mirum. Terent. Hecy. 2. 1,

Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam:
Minimèque adeò mirum.

¶Minimè, pro Tanto minus. Senec. de Benefic. cap. 2, Nam nec in vulgus effundenda sunt, & nullius rei minimè beneficiorum, honesta largitio est.

¶Minimè, pro Minimum, seu quod dicunt, *Ad minus*. Colum. lib. 5. cap. 10, Ea extet minimè tribus pedibus.

Non minimè, Vide NON aduerbium.

Minimè gentium, dicebant veteres, inquit Festus, pro eo quod est Omnium gentium iudicio minimè esse faciendum. Terent. Eunucho, 4. 1, -heus inquit, puer, Pamphilam
Accerse, vt delectet hic nos. illa exclamat, Minimè gentium.

Minimè omnium, Id est nullo modo. Cic. pro Rosc. Amer. Quid attinuit eum potissimum nũtiare, quod si, &c. ad te minimè omnium pertinebat?

Minimè malè cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. Cato de Re rust. in Præf.

Minimè multi remiges & milites deerant. Cicerò 7. Verr. Etsi in hac quadrireme, propter honorem & gratiam Cleomenis minimè multi remiges & milites deerant. Hoc est, quampaucissimi.

Minimè multa habet. Liuius, Ex eo exercitu quem P. Ælius habuisset, vt quisque minimè multa stipendia haberet, legeret.

Minimè volo. Cic. 4. Acad. Vos autem mihi veremini ne labar ad opinionem, & aliquid adsciscam, comprobem incognitum, quod minimè vultis. quid consilij datis? Id est, nihil minus vultis.

Minimè verò, Negantis est in responsione. Cic. 1. Tusc. Bud.

Minimè ambitiosus. Cic. ad Memmium, lib. 13. 1, Homo minimè ambitiosus, minimè in rogando molestus. Id est nihil eo minus ambitiosum, &c. quasi omnium hominum minimè ambitiosus. vel quiduis potius quàm ambitiosus.

Minimè, plus est quàm Non. Est autem in responsione negativa: id quod vulgò dicitur *abiit*. Salust. in Orat. Cæsaris, Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ: Minimé.

Minimoperè, penult. corr. {ἐλαχίστως} dixerunt veteres, sicut Maximopere. Licinius apud Priscian. Non minimopere milites quietes volebant esse.

Parygron {παρυγρον} malagma: medicamentum liquidum, de quo Galen. lib. 7. cap. 2. de compositi medicament. secund. genera.

Paryphes {παρυφαι} Vestimenti genus, tanquam dicas intertextum, Aristophani in Thesmophor. & ex eo Clementi Alexandrino libro 2. Pædag. cap. 12. vbi interpres vertit Prætextam, & Polluci lib. 7. cap. 13. Vide Rhodig. lib. 16. cap. 7.

PARYSATIS, Vide PARISATIS.

PASARGADÆ, oppidum Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 23.

Paſceolus, pascoli, penult. corr. {βασκαινω} Est, vt ait Varro, faseculus ex aluta factus. Plaut. Rud. 30, Præterea centum minæ philippicæ in pascolo seorsum. Quidam dicunt significare loculum in marsupio. Deducitur à verbo Græco φάσκωλος & φασκόλιον: quod verbum Festus retinuit, qui scribit, phascola esse, quas alij vocant peras. Annotauit Turneb.

Paſcha, huius paschæ: vel Pascha, paschatis, neutr. gen. {πάσχα} transitum significat. Ausonius,

-nos etenim primis post pascha diebus. Hebræi dicunt PESAH, Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, PHASE, Syri siue Chaldæi PASHA. quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus PASCHA. Græci non inflectunt pascha.

Paschalis, & hoc paschale, pen. prod. {πασχάλιος} Quod ad pascha pertinet. vt Paschalis dies.

PASCHILLVS, Romæ vates ridiculus, aut potius statua lapidea, cui prædictiones & Satyras affigunt, item dicteria quæ in suo nomine non audet quis euulgare. Lilius Syntag. 4. Histor. Deorum.

Paſco, paſcis, pauí, pastum {νέμω, σιτέω, βόσκω, πεμπάω, πορσύνω, φόρβω, χορτάζω} pascere, Comedere significat, & est neutrum. Absolutè aliquando ponitur, aliquando cum accusatiuo. Plaut. Mostel. 12, Quò properas? gestis aliquò iam hercle ire pastum foras. Hîc Plautus ad hominem transtulit, quod propriè de animalibus dicitur, teste Valla, sicut Vesci, de hominibus. Ouid. 4 Metamorphoseos,

Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Pascebant.

In priuato pascere. Ouid. 5. Fast.

Ouis pauit pratum. Ouid. 1. Fast.

¶Pasco, actiuum, hoc est Pascere facio, vel Pascentem obseruo, vel Pabulum præbeo. Cic. 1. de Diuinat. Qui quum propter paupertatem sues puer pascerer, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, &c. De Nauio augure.

Hospes armentum pauit in aruis. Ouid. 4. Fast.

Bestias pascere, domare, tueri. Cic. 2. Offic.

Boues pascere. Virg. 1. eclog.

Capellas pascere. Virg. 9. eclog.

Equos. Virg. 3. Georg.

Oues ad flumina pauit Adonis. Virg. 10. eclog.

Pascere canem sero pingui. Virg. 3. Georg.

Cotuos pascere in cauea. Horat. 1. epist. 17.

Corpora pascere pabulis. Lucret. lib. 2.

Ante latem proptium vescor, vernásque procaces
Pasco libatis dapibus. Hoc credideriim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ lari dissque donabant, & in foctum mittebant lari sacrum, vt constat. Ex ea consuetudine scribit Varro, vt à Marcello citatur, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Et Cic. de Finib. Atqui reperiemus asotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella, id est, vt edant ea quæ diis è cœna libata sunt. Sed ritus ille optimè intelligetur ex Plutarcho, ita in libello de fortuna Romæ. Scribente, εἰ δὴ ἔφασαν, ἀλλὰ πᾶς θεὸς τῶν ἐκφύτων ἀπάρχεται καὶ κολλῶν ἐκφύτων λαμβάνειν δεῖ ὅ βιασθεὶς εἶπε πραπίδων, ἐπεὶ τῶν θείων καμόντων, καὶ τῶν τυχόντων, ὥσπερ εἰώθεσαν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιθύειν κτλ.

Ea igitur se castitate & sanctimonia ruri dicit cœnare Horatius, vt dapibus nisi antè deo piè libatis, vesci non soleat. Inde & dij patellatij à Plauto iocante festiuè sunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna sacrificia fiebant. Tales dij erant in latario domestici penates & lares. Ex Turneb.

¶Pascor, passiuum {ἐνέμομαι} vt Pascitur herba equus: & Sylua pastus arundinea.

Malis orbicularis pasci. Cælius Cic. lib. 8. 15.

Cibo mendicato pasci. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.

Cibo pasto pasci, ingeniosè dictum est ab Ouidio, de vacca quæ comestas paulo antè herbas, postea ruminat, & iterum comedit. Sic alle in Fragmento.

¶Pascere {σιτίζειν} pro Cibis tractare. Cic. ad Attic. lib. 6, Lanciibus & splendidissimis canistris, oluteulis nos soles pascere.

Copia frumenti pascit populum. Horat. 1. epist. 15.

Bene pascere & bene vestire. Cic. 2. Offic.

¶Pascere, per translationem ponitur pro Delectare. vt Pascere oculos: hoc est, Visu alicuius rei gratæ oblectari. Terent. Phorm. 1. 2, Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. Cic. 7. Ver. Quum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animúmque exaturare vellent, &c. Virg. 2. Georgicorum,

Non animum modo vti pascat prospectus inanem. Id est delectet, inquit Seruius.

Pasci bibliotheca alicuius. Cic. Attic. lib. 4, Ego hîc pascor bibliotheca Fausti. hoc est, mirè delector.

Pasci, delectari, perfrui aliqua re. Cic. in Pisonem, His ergo rebus pascor, his delector, his perfruor, quòd de vobis hic ordo opinatur non secus ac de tetterrimis hostibus.

Pasci discordiis. Cic. pro Sext. Aut qui propter insitum quendam animi furorem, discordiis ciuium ac seditione pascantur.

Pasci maleficio. Cic. 2. Offic. Cuius tanta vis est, vt ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.

Animum pascere inani pictura. Virg. 1. Æneid.

Lumina pascere. Ouid. 14. Metamorphoseos,

Corpore vt ex animi crudelia lumina pascas.

Oculos suos. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Colores pascunt oculos. Lucret. lib. 2.

Spes est quæ pascat amantes. Ouid. 9. Metam. Alij codices habent amorem.

Amorem pascere. Ouid. 2. de Remed. amor.

Barbam pascere, Nutrire. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Crinem. Virgilius,

Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem. Id ex antiquorum superstitione dictum est, qui hoc diis facere instituerant pro sospite secundáque valetudine, Censorinus, Quidam etiam pro cætera bona valetudine corporis, crinem deo sacrum pascebant. Turneb.

Famem alicuius. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Furorem. Claud. ad Adrianum.

Iras. Silius lib. 12.

Naturam animi pascere atque explere rebus bonis. Lucret. lib. 3.

Nummos alienos pascere, Id est fœnerari, & facere æs alienum vsuris crescere, vt ait Porphyrio. Horat. 1. epist. 19.

Polus pascit fidera. Virg. 1. Æneid.

Pascito linguam, in sacrificiis dicebatur, Id est coerceto, contineto, taceto. Paulus.

Pascor,pasceeris,pen.corr.pastus sum {νέμομαι} pasci, Deponens, Idem. Plin.lib.11.cap.48. Solidipedes inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt.

Armenta pascuntur per herbas.Virg.3 Georg.
Agmen pascitur per valles.Virg.1.Æneid.
Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.Virg.3.Georg.
Pasci syluas.Virg 3.Georg.
Apes pascuntur arbura.Virg.4 Georg.
Pascitur pecus diem & noctem.Virg 3.Georg.
¶Pasci,pro Crescere.Virg.1.Æneidos,
-ractúque innoxia molli
Lambere flamma comas,& circum tempora pasci. Seruius.
Ignes nocturni pascuntur.Virg 2.Georg.
Liuor pascitur in viuis.Ouid.1.Amor.eleg.15.
Polycrates matrem pascit.Hoc adagium ex historia natum ferunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum, matres militum, qui in bello interissent, recensuisse, cásque locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, vnamquanque his commendantem verbis, Hanc tibi do matrem. Non incommodè vsurpabitur, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior officiofiórque. Aut vbi quis alieno sumptu de quopiam bene mereri studet, præter officiosa quædam verba de suo nihil aliud insumens. Erasm.ex Zenodoto.

Vbi paueris impera. Ad eum modum respondent mulieres cuipiam obiurganti quòd loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet prouerbium,vbi quis imperiosior est in eos,de quibus nihil est meritus. Erasm.

Pascito,pascitas,pen.corr. {βόσκομαι} pascitâre, Frequentatiuum à pasco.Varro 3.de Re rust.cap.16. Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant:cicures,quæ in cultis.

Pascens, Particip. {νέμων.} vt Agni pascentes.Virg.4.eclog.
Capellæ pascentes.Virg.3.eclog.
Hœdi pascentes.Virg.5.eclog.

Pascendus,Participium {χορτασθὶς,νεμεθεὶς} Qui cibum vel pabulum sumpsit.Cic.pro Cluent.Vt etiam bestiæ fame dominante,plerunque ad eum locum,vbi pastæ aliquando sint,reuertantur?
Agna pasta gramine.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Boues pasti.Virg.5.eclog.
Greges pastos agere.Ouid.epist.24.
Vultur pastus cadauere.Silius lib.13.
Monstrum pastum sanguine.Ouid.8.Metam.
¶Pastus quæstu iudiciario iudex. Cic.pro Cluentio, Hic ille planus improbissimus, quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Id est nutritus,inquit Budæus.
Mœror pastus fletu.Silius lib.13.
¶Pastus,Quod bestiæ pauerunt. Plin lib.9.cap.3, Pastæque radices fruticum remeant.

Pastus,huius pastus {νομὴ,βοσκὴ.} Cic. de Senect. Tum pecudum pastu, & apum examinibus,tum florum omnium varietate,&c.
Pecudum pastus.Cic.2.de Nat.deor.
Matutini pastus,Vide Matutinus,in MATVTA.
Abiicere animantes ad pastum, Vide ABIICIO.
Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia volando,alia nando.Cic.2.de Nat.deor.
Anquirit & parat pastum & latibula omne genus animantium. Cic.1.Offic.
Capessere & conficere pastum.Cic.2.de Nat.deor.
Comparauit pastum animantibus largè & copiosè natura eum qui cuique aptus erat.Cic.2 de Nat.deor.
Decedere campis è pastu.Virg.4.Georg.
Decedens è pastu exercitus coruorum.Virg.1.Georg.
Esse in pastu.Plin.lib.32.cap.1,Homines quibus in pastu est,piscem olent. Hoc est,qui eo vescuntur.
Fundit ex sese pastus varios, variéque abundantes bestiis nihil laborantibus terra: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem suppetunt summo labore quærentibus.Cic.2.de Fin.
Inire pastum,Vide INEO.
Nata ad pastum tarda & languida pecus.Cic.2.de Fin.
Vesper reducit vitulos è pastu ad tecta.Virg.4.Georg.
Redire in pastus.Lucan.lib.2.
¶Pastus,de hominibus etiam dicitur.Cic.11.Philip.Qui populare-tur agros, vexaret vrbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt,sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ?
Pastus hominum.Lucret.lib.6.
Suauissimus pastus animorum oblectatio solertiæ.Cic.5.Tuscul.

Pastio {νομὴ σις} Alimentum pecudum est,siue etiam actus ipse pascendi. Vnde etiam Varronis index lib.3.cap.1, de Villaticis pastionibus ad bruta pertinentibus. Idem 2. de Re rust. cap.10, Qui pascunt in saltibus,greges cogere oportet,in pastione diem totum esse, pascere communiter. Cic.pro Lege Manil. Asia verò tam opima est, & fertilis,vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Valla lib.4, Pastio videtur significare cibum,sed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus; quanquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi, nunc frequentius cibum. Colum.lib.1 in Præfat. Porculatoris verò & subulci diuersa professio,diuersæ pastiones.

Pascuus,Adiectiuum {δίκτμος.} Paulus in l. Sylua.D De verb. significat. Syluam pascuam appellat,quæ est pascuis pecudum destinata. Plaut. Trucul.4, -non aruus hic qui ararri soleat,
Sed pascuus est ager.
Pascua rura reddere, apud Lucret.lib.5. Id est colere rura, vt apta essent pascendis armentis.

Pascuum, pascui:pluraliter, pascua, pascuorum {νέμησις, νομηρὸν,χῶρος} In quibus pecudes pascuntur, siue ager, siue pratum, siue mons, aut collis fuerit. Colum.lib.7.cap.1, Nec tamen vlla tam blanda sunt pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat vsu continuo. Varro 2.de Re rust.cap.11,Pascuum viride.
Herbosa.Ouid.2.Metam.
Læta Horat.4.Carm.ode 4.
Palustria, Vide Palustris in PALVS.
Vastata.Claud.3.de raptu Proserp.
Intenta pascuis caprea Horat.4.Carm.ode 4.
Mandunt pascua equi.Claud.1.de raptu Proserp.
Pascua, vt ait Plinius lib.18. cap.3, etiam nunc in tabulis Censoriis dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solùm vectigal fuerat.
Censorum pascua.Cic.1.de Lege agrar. Væneat,inquit,sylua Scantia. Verum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis inuenisti?

Pascalis, & hoc pascale, pen.prod. {κεφαλικὸς.} Pascales oues dicuntur, quæ passim pascuntur, inquit Festus,à pasco, siue pascuis, quasi pascuales Lucilius,Pascali pecore ac montano hirco atque soloce.

Pascualis,& pascuale,Quod pastu viuit.Pascales verò oues Cato posuit, pro Pascuales.Festus.

Pascuarij,Qui vectigal dant ex prærorum publicorum conductione: dicti quòd ea conduebantur causa pascendi pecoris.

Pastor,pastoris {νομεὺς, ποιμὴν, βοτὴρ, βόσκων, ποιμενάρχης} Qui curam habet pascendi pecoris. Vox sæpius repetita apud Catonem, Varronem, & Columellam. Plin.lib.12.cap.5, Intra sepem eam æstiuant pastores. Cic.pro Hæco,O pastores nescio quos cupidos literarum.
Sacra pastorum,Palilia Ouid.4.Fast.
Loca pastorum deserta.Lucret.lib.5.
Regna pastorum deserta.Virg.3.Georg.
Durus pastor.Iuuen.Satyra 11,
Pastoris duri est hic filius,ille bubulci. Videtur hoc loco bubulcos à pastoribus segregare.
Lentus.Propert.lib.4.eleg.11.

Pastoralis,& hoc pastorale,penult.prod. {ποιμενικὸς,βοτικὸς} Quod ad pastorem pertinet:vt Pastoralis habitus.Liu.9.ab Vrbe.
Antra.Claud.de Nupt.Honorij.
Auguratus. Cic.1. de Diuinat. Ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit,nec fictus ad opiniones impetritorum.
Cantus.Claud.1.Paneg.
Iuuentus.Ouid.2.Fast.
Myrtus.Virg 7.Æneid.
Signum.Colum.lib.6.cap.23.
Tectum.Stat.12.Thebaid.
Truncus.Stat.4.Thebaid.

Pastorius,Adiectiuum. Idem {ποιμενικὸς.} Varro 2.de Re rust.cap.1, An ea quæ mihi heri dixisti de pastoria re? Emendatiora exemplaria habent Pastoritia.
Pellis pastoria,pro Habitu pastorali.Ouid.2.Metam.
Sibila pastoria.Ouid.3.Metam.

Pastoritius,Aliud adiectiuum,Idem {ποιμενικὸς.} Cic.ad Atticum,lib. 1.11, Itaque & ludis & gladiatoribus mirandas θηριομαχίας, sine vlla pastoritia fistula auferebamus. Hoc est, Eximias significationes & gratulationes populi auferebamus & consequebamur sine vllo sibilo. Sæpe enim pastoribus sibilus loco fistulæ est, ac sibilo oris vt fistula canunt. Plutarch καὶ ῥαιόντος ἐν θεάτρῳ τῶ ὄθωνος, ἐφυβρίζων ἐκέκραγεν, ὁ δ' ὑπατικὸς ὑπεκλαβὼν κράτῳ τὸν ἄνδρα ἐκέκραγεν. αὖθις δ' ὁ ὄθωνος ὑπέτεινε τὸν συριγμόν. Id est, Quum in theatro visus esset Otho,populus exibilabat:equites insigni plausu excipiebant: sed rustus populus sibilos augebat. Sic Turneb & Muretus.
Pastoritiam vitam agere.Varro 1.de Re rust cap.2.
Pastoritia & agrestis sodalitas.Cic.pro Cælio, Fera quædam sodalitas & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

PASES,Pasetis {πάσης} Vir quidam fuit præstigiarum, & magiæ petitia insignis. Is incantamentis quibusdam efficiebat, vt repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursum, vbi libuisset, omnia protinus euanescebant. Emebat item frequenter, pretiúmque rei numerabat,verùm mox nummus non apud venditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Hinc natum est prouerbium, Pasetis semiobolus, De re noua,stupendáque, & præstigiis simillima. Suidas.

PASIPHAE, Pasiphaes, & Pasiphaa, Pasiphaæ, penult.corr. {πασιφάη} Dictio tetrasyllaba,fuit filia Solis,& vxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex Tauro genuisse Minotaurum, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Propert.lib.2.eleg.29, Vobiscum Europæ,nec proba Pasiphae. Vide MINOTAVRVS.
Pasiphae, Circe,& Æe è Perside Oceani filia natæ, patre Sole; in numero dearum habentur.Cic.3.de Nat.deor.
Fanum Pasiphaæ.Cic.1.de Diuin.Qui præerant Lacedęmoniis, nó contenti vigilantibus curis in Pasiphaæ fano, quod est in agro propter vrbem,somniandi causa excubabant.

Pasiphaeius, Adiectiuum sex syllabarum {πασιφάϊος.} Ouidius 15. Metamorphoseos,
-me Pasiphaeia quondam
Tentarum frustra, &c. Id est Phædra quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoe.

PASITELES,penult.corr. {πασιτέλης} sculptor egregius in Græcia natus, & ciuitate Romana donatus. Plasticen matrem statuariæ sculpturæque & cælaturæ esse dixit: & quum esset in omnibus his summus,nihil vnquam fecit antequam finxit. Author Plinius lib.35.cap. 12.& lib.36.cap.5.

PASITHEA {πασίθεα} vna ex tribus Gratiis,vt quidam volunt.
Dea Pasithea.Catul.de Berecynthia,epigr.58.

PASITHOE {πασιθόη} nomen est Nymphæ marinæ Nerei & Doridis filiæ,vt inquit Hesiodus in Theogonia.

PASITIGRIS, nomen Tigris fluuij eà in parte qua duo eius aluei confluunt. Plin. lib.6.cap.27, Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV.M. passuum diuisus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus; eiusdem gentis tergo campos Cauchas secat. Vbi remeauere aquæ, Pasitigris appellatur.

PASSAGARDAE,castellum in Media Cyri sepulchro nobile,non procul ab Ecbatana.Plin lib.6.cap.26.

Passales & oues, & gallinæ appellantur, quòd passim pascuntur. Paulus.

PASSALVS{πάσσαλος} & Achemõ Cercopes fuere filij Sennonidis mulieris fatidicæ, qui quum nullo non iniuriarum genere in obuium quenque debacchărentur, à matre admoniti sunt vt sibi à Melampygo cauerent. Euenit deinde, vt Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eúmque dormientem ipsiis armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de claua suspendit lepo-rum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capitibus deorsum demissis, posticum Herculis, nigris pilis horridum, atque hispidum intuiti, non Lydorum more, læue ac depilatum, materni moniti illis in mentem venit, eáque de re inter se confabulabantur. Quod simulac audiuit Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus,vinculis eos liberatos dimisit.

Passer, passeris, penult.corr.dubij generis {στρουθὸς} Auis vulgò nota. Plin lib.10.cap.36, Contrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare: argumento, quid nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminis longiusculum spatium.
Ilia passeris.Horat.2.Serm.saty.8.
Ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est Calchas. Cic.1.de Diuinat.
Passer marinus à Plinio lib.32.cap.11, recensetur inter piscium genera.Plaut.Persa, 6, -curriculò vola.
P. Istuc marinus passer per circum solet. Festus, Passer marinus quem vocat vulgus struthiocamelum. Sipontinus strutiomellum legit, & auis genus esse dicit. Quidam marinum passerem eundem esse dicunt cum nostra *solea* quam vulgò vocamus: alij verò passeres putant nostris *carletis* similiores. Marinus autem vocatur passer, vt reor, quòd ex Africa in Italiam mari aduehieretur. Turneb.
Passer,piscis à rhombo hoc tantùm differt,quòd rhombo situs cor poris dexter resupinatus est: passeri læuus. Plin.lib.9. Horat.lib.2. Satyra 8,
Vt vel continuo patuit,cum passeris,atque
Ingustata mihi porrexit ilia rhombi.

Passerculus,huius passerculi,penult.corr. Diminutiuum {στρουθίον.} Cic. 2.de Diuinat.Cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum: de dracone silet, qui (id quòd fieri non potuit) lapideus dictus factus?

Passernices, Cores sunt, quæ trans Alpes inueniuntur, aqua aciem trahentes.Plin.lib.36.cap.22,Reperiæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. necnon & trans Alpes, quas Passernices vocant.

PASSIENVS Crispus, bis Consul, Orator; Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior.Eum arborem amasse,complexum,ei libasse Plin.lib.16.cap.vltimo narrat.Vide CRISPVS Passienus.

Passim, Aduerbium {πανδημὶ,αὐδὴν} A passu deducitur, significat Sparsim,passu distante,inquit Valla:vt Grex passim pascitur. Cic.pro Fonteio,Hi contrà vagantur,læti atque erecti passim toto foro.
Vulgò & passim.Cic.pro Murena, Num locum ad spectandum dare,aut ad prandium illuitare? minimè:sed vulgò,passim; quid est vulgò? vniuersos.
Bacchari passim in montibus.Lucret.lib.5.
Currentia passim vina riuis.Virg.1.Georg.
Diuidi passim & peruulgari,atque edi Pop.Roman.imperaui. Cic. pro Sylla.
Passim & liberè leuandi laboris sui causa opere solutas aues videmus.Cic.2.de Orat.
Corpora passim sternuntur pervias.Virg.2.Æneid.
Vagari passim tota regione.Virg.6.Æneid.
Huc & illuc passim vagantes volucres natura efficit.Cicero 2. de Diuinatione:
Passim,Vbique aliquando significat.Lactantius,Creditur ei passim tanquam cognitæ veritati. Valla.
Passim, Vndique. Lactantius lib.2.cap.7, Eò passim confugerũt ex finitimis locis pessimi quique sine vllo conditionis discrimine.Valla.
Passim & vndique, Cic.1.de Orat. Passim licet carpentem & colligentem vndique repleri iusta iuris Ciuilis scientia.
Passim,Quomodolibet.Virg.3.Æneidos,
-passimque in littore sicco
Corpora curamus. Passim, inquit, pro eo quod est, Prout quisque vult: siue Sine vllo conditionis discrimine.Sipont.
Passim & Ordinatim,contrarta.Brutus Cic.lib.11.13, Biduo me Antonius anteceſſit, itinera multò maiora fugiens quàm ego sequens. ille enim sic passim,ego ordinatim.
Passim eorũs insequi. Prouerbium de iis, qui nullum certum vitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore viuunt, ad quæuis occasionem mutabiles. Hinc illud,
Est aliquid quò tendis,& in quod dirigis arcum?
An passim coruos sequeris,testáque lutóque? Erasm.

Passio,nis,INPATIOR.

Passum,huius passi {γλυκὺ} A passus participio verbi patior, liquoris genus est, inquit Nonius, quod ex vua passa cogitur. Vua autem ideo passa dicitur, quòd in siccando passa est solem. Plinius lib.14. cap.1, Quineriam & à patientia nomen acinis datur passis. Ibidem, cap.9,de dulcium vinorum generibus, Passum, à Cretico Cilicium probatur & Africum & in Italia prouinciisque finitimis. Fieri cer-

tum est ex vua,quam Græci sticam vocant, nos apianam. Item scirpula, diutius in vite sole vuis adustis, aut feruente oleo. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tusásque leniter vuas exprimunt. Deinde quantum expressere, adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & fecundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt:ac sine sarmentis madefactos,vino excellenti, donec intumescant premunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Passi faciundi ex vuis insolatis rationem fusissimè docet Columella libro 12.cap.37.
Lac passum.Ouid.14.Metam.Periphrasis est casei.
Racemi passi.Virg.4.Georg.
Acini.Plin.lib.14.cap.1.
Pingue passum.Iuuen.Saty.14.

Passus,à verbo Patior,Participium,Vide PATIOR.

Passus,à Pando,pandis, Vide PANDO.

Passus,huius passus {βῆμα.} Budæus, Passus à passis manibus dici videtur: alij passum quinque pedum esse putant, id est duorum gressuum: vt sit gressus, id est βῆμα; cubiti vnius & pedis,hoc est pedum duorum semis. Alciatus in I Mille passus.D. de verborum significat. Passus continet quinque pedes, sic dictus, quòd passis, id est dilatatis brachiis & manibus hanc dimensionem conficiamus.
Magnitudinem passus colligere licet ex descriptione stadij, quæ habetur Plinij lib.2.cap 23, Stadium, inquit, viginticúinque nostros efficit passus,hoc est pedes sexcentos XXV.
Ægri passus.Valer.3.Argon.
Lenti.Ouid.2.Metam.
Perpauculi, Vide PERPAVCVS.
Rapidi.Valer.6.Argon.
¶Accurrere rapidis passibus,poeticum est, Vide ACCVRRO.
Ambulare quingentos passus, Vide AMBVLO.
Millia passuum septingenta triduo ambulare.Cic.pro Quint.
Associare passus alicui.Stat.3.Thebaid.
Conficere passus, Vide CONFICIO.
Deducere passus mille in altitudinem, Vide DEDVCO.
Deside passu ire.Stat 5.Syl.2.
Citatis passibus celerem cursum explicans.Senec.Hippol.10.
Strepitum non faciente passu venit senectus. Ouid.3. Trist.eleg.7.
Inerti passu incedere.Ouid.2.Metam.
Tardo passu incessit.Ouid.10.Metam.
Sonoro passu mouens aurichalca.Valer.3.Argon.
Peragrare passibus disiunctissimas terras.Cic.pro Marc.
Cito passu petere aliquem.Ouid.2.Fast.
Tacito passu præterire.Claud.4.Paneg.
Anili passu procedere.Ouid.13.Metam.
Proferre passus proceros.Lucret.lib.4.
Sicco freta radere passu.Ouid.10.Metam.
Admisso sequitur vestigia passu. Id est, passu veloci. Ouidius 1. Metamorph.
Æquis passibus sequi aliquem.Virg.2.Æneid.
Coniunctis spatiantur passibus ambo.Ouid.11.Metam.
Ingenti venit passu.Ouid.3.Amor.eleg.1.
Tremulo venit horrida passu hyems.Ouid.15.Metam.
Alite passu volare.Ouid.10.Metam.
Trepidis passibus vrgere vestigia.Stat.2.Theb.

PASSIVMIO, aut potius Passimum, vrbs fuit in sinu Persico, olim dicta Charax, post ab Alexandro Alexandria, ab Antiocho inde Antiochia. nonnisi mè à Pasino, aut, vt alij volunt Spasimo Spasimum: authores Dion in vita Troiani, Stephanus, & Plinius lib.6.cap.17.

Pastillum,est in sacris libi rotundi genus. Festus.

Pastillus,huius pastilli {τροχίσκος} Diminutiuũ videtur à pasta:quanuis fiat mutatio generis. Quidam à pastu deriuant. Paul. à pane: & dicit esse massam cuiuscunque materiæ in formam panis parui. vnde Pastilli medicinales, & Pastilli odoratorij. Horat.1.Serm.saty.2, Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Trochisci Græcè dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quæ à coctione rursus inarescunt: quæ quum vtendum est, subinde eiusdem generis humore diluuntur,deinde vulneribus illinuntur: non autem imponuntur vt emplastra. Plin.lib.33.cap.6, de stimmi; siue stibio, quod in argenti metallis inuenitur. Quod ibi subsidit, flos intelligitur,ac linteolo interposito in sole siccatur,non vt perasescat:iteriimque in mortario teritur,& in pastillos diuiditur.Budæus.
Pastilli,emplastra, malagmata, cognata sunt genera in instrumento chirurgico: inter se tamen differentia, vt latè docet Celsus lib.5. medicinæ.cap.17.Budæus. Vide Gal.lib.5.de compos.medic.secund. generat.cap.6.1.2.3.4.

Pastillicare. Plinius lib.21.cap.5, Luteus & bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur.Sipontinus partulicantibus legit, quod Hermolaus non probat.

Pastillatum argentum, Vide ARGENTVM.

Pastinaca, huius pastinacæ, penult. prod. {σκοπίδιος} Herba, cuius radix à nobis editur, & summopere expetitur. Plin.lib.19.cap.5, Ex his pastinacę vnum genus agreste sponte prouenit, staphylinos Græcè dicitur. Alterum feritur radice vel semine, primo Vere vel Autumno, vt Hygino placet.Februario, Augusto,Septembri, Octobri, solo quàm altissimè refosso. Annicula vtilis esse incipit,bima vtilior, gratior Autumno, patinísque maximè. Columel.libro 9.cap.4.Et lib.6.cap.17. Est autem dicta pastinaca,quòd pastinum referat & tanquam habeat. Author Turneb.
Pastinaca,genus piscis, de quo Plinius lib 9.cap.42, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertiæ huius, quòd tardissimi piscium hi, mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur. Idem lib.32.cap.7.13.& cap.11.8. Et Celsus lib.6.cap.9,Et planè piscis,quam

nostri pastinacam, Græci πευχήνα vocant, aculeus torretur. Nomen ex eo inuenisse videtur, quòd telum quasi pastinum habeat. Turnebus.

Pastinum, huius pastini, penult. corr. { σκάφιον, σκαφεῖον } Instrumentum vinitorium. Colum.lib.3. cap.18, Sed Iulius Atticus prætorto capite, & recuruato, ne pastinum effugiat, prædictum semen demersit. Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Vnde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo, quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinarum vocat.

Pastinum, Aliter sumit Papinianus in l. Diuortio, in fine. Et Palladius lib.2.cap.10, Pastinum instituere, est agrum vitibus destinatum fodere, frutices & arbores inutiles summouere, seminaria facere, arbores quadragenis pedibus distantes, quibus vitis adnectatur, disponere.

Pastino, pastinas, penult. corr. { σκάπτω } pastinare, Est agrum fodere. Colum.lib.3.cap.13, Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primùm, ex omni siue arbustiuo siue syluestri loco, quem vineis destinauerimus, omnis frutex atque arborerui & summoueri debet, ne postea fossorem moretur, néve iam pastinatum solum iacentibus molibus imprimatur, & exportantium ramos atque truncos ingressu proculcetur.

Pastinatus, huius pastinatus, pen.prod. { σκαφὴ } Ipsa pastinatio. Plin.lib. 17.cap.20, Alba populus seritur bipedaneo pastinatu.

Pastinatum, huius pastinati, pen.prod. { ἐσκαμμένον. } Colum.lib.3. cap. 10, Siue enim pastinato deponitur, siue trunco inseritur, largioribus satiatur alimentis, quàm prius quum esset in egeno. De vite. Sic lib. 4 cap.4, Facta in pastinato scrobe.

Pastinatio, Verbale { σκαφεία. } Columella lib.3.cap.12, Quibus omnibus diligenter exploratis, rum pastionem suscipiemus. Plin.lib.17.cap. 21, De pastinatione dictum est.

Pastinator, penult. prod. huius pastinatoris { σκαπτὴρ } Verbale masc. Colum.lib.3.cap.13, Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ, decussauimus. Vtitur & Firmicus lib.5.cap.4.

Pastio, Vide PASCO.

Pastomis, penult. corr. huius pastomidis, fœm. gen. { παστὰς } Instrumentum ferreum sine ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur. Lucilius, Pastomides huic ingentes de naribus pendent. Dicitur autem pastomis voce lacessita & læsa, velut epistomis aut epistomium. Imò verò tanquam παρεπὶς, id est additamentum oris adiectum & appensum: atque ita scribendum Turnebo videtur.

PASTONA, Ciuitas ad Euphratem. Plin.lib.5.cap.24.

PASTOPHORI, penult. corr. { παστοφόροι } sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, honoratiores cæteris Dicti Pastophori, quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos. Pastophoros etiam Venus est appellata. Apud Apuleium in Asino ita vocantur sacerdotes Isidis pallium in supplicationibus ferentes.

Pastophori, sunt sacerdotes sacris gestaminibus induti. Eos Pastophoros Budæus interpretatur, qui multa & varia eruditione, vt temporibus quisque suis, imbuti, quum omnia penè genera philosophandi partim peterrassent, partim præteriissent, salutem suam tandem anxiè, sociorúmque perquirebant: quæ nihil esset aliud, quàm aditus in patriam. Budæus lib.5.de Asse.

Pastophorion { παστοφόριον } Pastophororum domus. Quidam dicunt esse thalamum in quo habitat præpositus templi. Alij thalamum nuptialem. Vnde & Venus appellata est postophoros, quasi thalamifera, quòd thalamum nuptialem curet & administret. nam παστὸς, thalamus nuptialis dicitur, qui alio nomine νυμφὼν appellatur.

PASTOS, oppidum ad Ægeum mare, non procul à Neapoli regione Thraciæ. Plin.lib.4.cap.11.

Pastor, Pastoralis, Pastoritius, Pastorius, & Pastus, Vide PASCO.

PATAGA, Syenitarum ciuitas, in Arabia. Plinius lib.6.cap.29.

PATAGE, Insula aliis nominibus Platage, nunc Amorgos inter Sporadas. Plin.lib.4.cap.22.

Patagium, huius patagij. Festus, Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & paragiata dicitur. Patagiarij verò sunt, qui eiusmodi opera faciunt. Paulus. Apuleius, Vberes enim crines leniter emissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio recedentes paulisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodus astrinxerat. Quo in loco Beroaldus dicit patagium id genus ornamenti dici, quod mulieres in summa camitiæ parte circa collum assuunt, crispissimum, &, vt inquit Apuleius, pinnatum.

Patagiata, penult. prod. Substantiuum, Idem quod Patagium. Plautus Epid.5,

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Patagus. Legimus in Festi commentariis patagum morbi genus esse, neque præterea quicquam reperimus: quod enim morbi genus sit, nobis cogitandum reliquit vel ipse, vel eius abbreuiator. Ferè crediderim, inquit Turnebus, morbum esse vitis, qui πάταγος apud Theophrastum scribitur. Eius verba sunt, κρατίστη ἕνεκα καλλίστη πάταγον διλαβεῖσθαι: vbi Theodorus πάραλον legisse videtur, quum paxillum interpretetur: ac videtur hoc morbi genus esse, quum sauciatur ligone in ablaqueatione, vt sit patagus plaga & percussio. Hæc ille.

Patalem bouem Plautus appellat, cuius cornua diuersa sunt, ac latè pateant. Paulus. Sunt qui legant Patulam bouem.

PATALE, portus celeberrimus in India, in quo Sol dexter oritur, vmbræ in Meridiem cadunt. Plin.lib.2.cap.73.

PATARA, penult. corr. { πάτυρα } Vrbs Lyciæ, vbi Apollo dabat responsa. Dicta à Pataro Apollinis filio, vel ab alio Pataro Lapeonis filio. Vulgò nunc *Patera* vocatur, teste Oliuario in Melam Hinc

Patareus, penult. prod. Adiectiuum { πατάρειος. } Stat.1. Thebaidos,

Phœbe parens seu te Lyciæ Patarea niuosis
Exercent dumeta iugis. Ouid.1. Metamorphoseos,
Patareáque regia seruit.

PATAVIVM { πατάουιον } Ptolemæo lib.5.cap.1, Vrbs est in Ponto siue Bithynia, quæ hodie *Polmen* dicitur. ¶Est item vrbs in Italia, in Marchia Treuisana, ab Antenore condita. Ptolemæus libro 3.cap. 1. Extat hodie in eadem vrbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum huiusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest,

Inclytus Antenor patriam vox Nisa quietem.
Transtulit huc Henetos, Dardaniúmque fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem:
Quem tenet hîc humili marmore cæsa domus.

Vrbs Pataui. Virg.1. Æneid.

Patauinus, a, um. Patauinus ager. Plin.lib.3.cap.16.

Patauinitas, penultima correpta { τὸ πατουϊνότητον. } Quintilianus libro 1. capite 5, Quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio patauinitatem.

Patefacio, Vide PATEO.

Patella, huius patellæ { πατέλλιον. } Festus, Patellæ, vasa picata, parua, sacrificiis faciendis apta. Varro Manio, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parère, & deos colere, in patellam dare μικρὸν πρᾶξαι. In patella diis apponebãtur epulæ, quum res diuina diis penatibus laribúsque fiebat, aut de cœna eis libabatur: patera vinum libabatur: turibulo thus adolebatur vaporabatúrque. Hæc Turnebus. Cicero 6. Verr. Patella grandis cum sigillis ac simulachris deorum. Idem 2. de Finibus, Atqui reperiemus Afotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella: deinde ita mortem non timentes, vt illud in ore habeant, &c.

¶Patella, à Patulo, vel πλάττω fingo, vel ab πλάτος, quæ est latitudo, Vas latum est condiendis obsoniis aptum. Lanx seu paropsis. Bayfius, Patella, vas escarium ad olera & pulmenta ponenda: quam Græci λεκανίδα vocant. Horat.1. epist.5,

Nec modica cœnare times olus omne patella. Et Martialis libro 5,

Ponetur digitis tenendus vstis
Nigra coliculus virens patella. Et Iuuen. Satyra 5,

Ponitur exigua feralis cœna patella. Quorum omnium testimoniis clarum est, credo, patellam, paruam esse patinam, quæ ab istis tum modica, tum exigua dicitur. Hactenus Bayfius. Martialis libro 13.81,

Quanuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella. Ouid.2. Fastorum,
Nutriat intinctos missa patella cibos.
Cultrix foci secura patella. Pers. Saty.3.
Fragiles. Iuuen. Saty.6.
Pura patella fert cibos. Ouid.6. Fast.
In patella decoctum pulmentarium. Plin.lib.19.cap.8.

Dignum patella operculum. Adagium est vbi similia similibus contingunt, veluti improbo populo magistratus improbus: vxori morosæ maritus morosus: breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniunt. Vide Erasm.

¶Patella, Morbus arborum. Plinius lib.17.cap.24, Olea clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.

Patellarius, Adiectiuum { λεκανικός. } vt

Patellarij dij. Plaut. Ciste1.5.

¶Patella, piscis genus apud Galenum lib. singul. de Cibis, cap.3, Chamæ, patellæ, pectines, pinnæ: & alia eiusdem generis: quorum purpuræ, & buccinæ duriori sunt carne, & succi crassioris: sed caro in aliis, præcipuéque in ostreis & humidior & tenacior est.

Patenâ { πατὴ } pro Patina. Columella libro 12.cap.43, de vuis seruandis, Columella patruus meus ex ea crera qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco patet, patenam labra grandia habere. Budæus. Alia exemplaria habent patinarum.

Pateo, pates, patui { διακεχάσμαι, αἴθεγμαι } patère, Apertum esse. Terent. Eunucho, 5.9,

-si hoc efficio, postulo vt mihi tua domus
Te præsente, absente pateat, inuocato vt sit locus. Cæsar 6. bel. Gal. Iis omnium domus patent, victúsque communicatur.
Fores concussæ patuere. Ouid.2. Metam.
Ianua patet noctes atque dies. Virg.6. Æneid.
Semper nares propter necessarias vtilitates patent. Cicero 2. de Natura deor.
Pectus patuit ferro. Ouid.13. Metam.
Tecta patuerunt. Ouid.14. Metam.
Via patuit in cælum. Senec. Medea, 12.
Cursus patet. Cic. Attico, lib.10, Quòd si nobis is cursus, quem sperabam pateret, effecissem aliquid profectò, vt tu optas, vt hortaris, dignum nostra mora.

Patet aditus huc, per translationem. Cicero in Somnio Scip. Nisi enim quum deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Id est, Non potes peruenire ad cognitionem harum rerum.

Aditus patet ad aliquid, Vide ADEO, adis.

Patere & Obstrui, contraria. Cic. de Claris Orat. Nec ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est.

Patet, & æquè promptum est. Cic. pro Murena, Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest.

Patere

Patere & in promptu esse. Cic.1.de Orat. Sed quum illa pateant, in promptúque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis veniam mi frater, &c.

Atria patuerunt doctis libellis. Ouid.3. Trist. eleg.1.

Patent aures tuæ querelis omnium. Cic.ad Quintũ fratrem, lib.1. 1, Facillimos esse aditus ad te: patére aures tuas querelis omnium. Id est, te omnium querelas libenter audire.

Causæ patuêre. Ouid.4. Fast.

Iræ deûm patuêre. Lucret.lib.2.

Pareant mihi tui libri. Cic. Attic.lib.4, Velim domum ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses.

Præmia & honores patere dicuntur iis quibus dari solita sunt. Cic. pro Corn. Balbo, Iniuriosum & contumeliosum est, his præmiis, & his honoribus exclusos esse fidelissimos & coniunctissimos socios quæ pateant stipendiariis, pareant hostibus, pateant sæpe seruis.

Valuæ Concordiæ non patent. Cic 2. Ph lip.

Virginitas patet amanti. Ouid.14. Metam.

Patent hæc omnibus ad visendum. Cic.6. Verr.

Literis Latinis illustratus locus patet. Cic.2.de Diuin.

Latè patere. Quintil.lib.7.cap.3.

Auaritia latissimè patet. Cic.1. Offic.

Latè patet, & ad multos pertinet hæc ars, Vide LATVS.

Patet fugæ locus. Liu.7.bel.Pun.

Patet locus tria stadia, pro Extenditur. Plinius lib.12.cap.14, Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia XL.

Maximè patet Cappadocia. Cic. Senatui, lib.15.2, Iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, esse facturos.

In latitudinem patere. Quintil.lib.1.cap.10. De iugero.

Pater, In potestate est. vt, Omnia mea tibi patent. Salust. in Catil. Vbi cuncta maria, terræque patebãt. Sub. Romanis. Loquitur de amplitudine Romani imperij.

¶Patere, Obnoxium & opportunum esse. Celsus lib.2.cap.1, Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet.

¶Pæt, pro Constat, & Manifestum est. Cic.pro Mil. Quid porrò quærendum est factúmne sit ãt constat. à quo ãt patet. Idem 1. Tusculana, Quum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, &c.

Patens { αἰώρημος. } Participium, siue Nomen ex participio, Apertus. Virg.9. Æneidos, -& portas præbere patentes.

Patens & apertum ex omni parte cælum intueri. Cic.1.de Diuinat.

Campi patentes. Virg.4. Georg.

Clausa, Patens & expósita domus, contraria. Cic.pro Quint. Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque expositam cupiditati & voluptatibus.

Patens vulneri equus, hoc est Vulneri recipiendo expositus. Liu.1. bel. Maced.

Humerus patens. Ouid.2.de Arte.

Iter tutum & patens. Horat.3. Carm. ode 16.

Longè latéque patens locus. Cic.in Orat.

Lux. Ouid.2.de Arte.

Oculi. Lucret.lib.3.

Os. Lucret.lib.6.

Parentissimi oris dolum. Colum.lib.12.cap.8.

Pelagus. Virg.2. Georg.

Puteus. Horat.2.epist.2.

Spatium. Ouid.3. Amor. eleg.2.

Vulnus patens in pectore. Virg.11. Æneid.

Patentiore via ad hostem ducuntur. Liu.7.ab Vrbe.

Patenter, Aduerbium { αἰωρημόθεν. } Cic.2.de Inuen. Absoluta est, quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Patefacio, patefacis, pen. corr. patefeci, penultima producta, patefactum { αἰνίζω, αἰνιγμαλύπτω } patefácere, Patentem facere. Liuius 2.ab Vrbe, Ita induxisse se in animum hostibus potius quàm regibus portas patefacere.

Ianuam patefacere. Cic.1.de Orat.

Fores virga patefecit. Ouid.2. Metam.

Aulam vacuam patefecit. Horat.4. Carm. ode 14.

Ocellos lassos patefecit. Propert.lib.2.eleg.16.

Fenestram patefacere ad nequitiam. Terent. Heaut.3.1.

Aditum patefacere ad. Cic.ad Allienum, libro 13.79, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio.

Viam vel iter patefacere alicui ad, vel aliquo loco. Cic.ad Attic.lib. 8, Non patefactum iter ad vrbem?

Viam patefacere illustrem atque latam auaritiæ. Cic.5. Verr. Ne auaritiæ, quæ antehac occultis itineribus atque angustiis vti solebat, authoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam.

Locum ad Consulatum. Liu.4.ab Vrbe.

Patefacere aures assentatoribus, quod & Dare aures dicimus. Vide AVRIS.

Patefacere ianuam famæ. Plin.iunior lib.1. epist.18, Atque adeò illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit.

¶Patefacere, Detegere, manifestare, palàm facere. Terentius Hecyr.3.1,

Tot meas iniurias: quæ nunquam vllo patefecit loco.

Ostendere & patefacere aliquid. Cic.de Aruisp.resp. Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano & scelerum indicia ostẽdit, & periculorum signa patefecit.

Patefacere & proferre. Cic.pro Mil. Quum illa indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me méòsque redundant ex eo fonte dolores.

Coniurationem. Cic.pro Sylla.

Defensionem. Cicero 5. Verr. Vide quam tibi defensionem patefecerim.

Odium suum in aliquem. Cic.ad Attic.lib.11, Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret.

Patefacere quod non appareat. Cic.4. Acad. Quúmque ipsa natura accuratæ orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam quod non appareat.

Oratione sua aliquid. Cic.1.de Orat.

Patefacere & illustrare obscura; Vide ILLVSTRIS.

Verum patefacere & illustrare. Cic.de Amicit.

Patefaciendum mihi: hoc est, declarandum. Cic.pro Domo, Nec quæ sint in illa Reipub. fiamma gesta cõtra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi esse arbitror.

Patefactus, Participium { αἰνιγματοκαμψίβιος. } vt Aditus patefactus, Vide ADEO, adis.

Acies patefacta, Vide ACIES.

Equus patefactus. Virg.2. Æneid. De equo Troiano.

Patefacta & detecta mutentur. Cic.4. Acad.

Patefactum & illustratum. Cic.de Amicit. Tamen verum valet; si modò id patefactum & illustratum est.

Patefactum & illustratum, Obscurum & ignotum, contraria. Cic.1. de Orat. Nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono?

Patefactio { αἰνιγμόλυσις } Verbale. Cic.2.de Finib. Atqui hæc patefactio, quasi rerum operta rum, quum quid quidque sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens vrebare nonnunquam.

Patefio, pen.prod. patefis, pen.indif. patefferi, pen. corr. { αἰνιγμολύπτομαι } Apertum & palàm esse. Terent. Phorm.5.4,

Quin si hoc celetur, in metu sin patefit, in probro siem.

Patefieri & Claudi, contraria. Cic.pro L. Manilia, Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui antè Populo Romano ex omni aditu clausus esset.

Fenestræ patefiunt. Propert.lib.3.eleg 20.

Indiciis & confessionibus suis patefieri. Cic.3.in Catil.

Patesco, scis { διακεχάσκομαι } patéscere, Aperiri, patentem fieri: interdum etiam idem quod Patère. Virg.2. Æneidos,

-Danaúmque patescunt Insidiæ. Id est patent, apparent, manifestæ fiunt. Ibidem,

Apparet domus intus & atria longa patescunt.
Fragor armorum patescit. Valer.3. Argon.
Ianua. Tibul.lib.1.eleg.5.
Portus patescit iam propior. Virg.3. Æneidos,
Nec ratio solis simplex, nec certa patescit. Lucret.lib.5.

Patulus, pen. corr. Adiectiuum, Quod semper patet. vt Arbor patula, hoc est ampla, & longè latéque suis ramis diffusa ac distenta. Cic.3. de Finib. At illa quæ in concha patula pinna dicitur, ísque qui enat è concha, &c. Colum.lib.6.cap.1, Naribus resimis, patulísque.

Æquor patulum. Silius lib.13.

Agri. Silius lib.15.

Arbor. Ouid.1. Metam.

Arcus. Ouid.8. Metam.

Aures. Horat.1. epist.19.

Boues patulos Plautus appellat, quorum cornua in diuersum supra modum patent. Festus.

Campi. Claud.1. de raptu Proserp.

Canistra. Ouid.8. Metam.

Curuamen. Sil.lib.13.

Fagus. Virg.1. eclog.

Fauces. Claud.2. Paneg.

Fenestræ. Ouid.14. Metam.

Fossæ. Ouid.7. Metam.

Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi. Lucret.lib.5.

Nares. Ouid.3. Metam.

Os. Ouid. epist.15.

Vias patulas aperire. Silius lib.17.

Patulico, patulicas { αἰνίγμομαι } patulicâre, Aperiri, Patulum fieri. Plinius libro 21. cap.8, Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Sic legit Sipontinus. Hermolaus verò pastillicantibus, Vide PASTILLVM.

Pator, patoris, pen.prod. { χάσκω } Hiatus & apertio, sicut vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu Apul. lib.3, Quod aitrimsecus ædium patore perflabili. Scribonius Largus, Ad amplitudinem & patorem narium. Idem, Donec videatur pator narium recipere posse fistulam.

Pater, patris { πατὴρ, πάππας, πάτηρ } Notæ significationis. Terentius Adelph.5.7,

Tuus hercle verò & animo & natura pater. Varro 4. de Ling. Latin. Pater dicitur quòd patefaciat semen.

Circa patrem, Vide CIRCA.

Asperitas patris. Ouid.9. Metam.

Attentus pater. Horat.2. epist.1.

Durus. Ouid 9. Metam.

Naturalis. Cic.3. Philip.

Optimus. Horat.1. Serm. satyr.4.

Seueri. Horat.2. epist.1.

¶Amittere patrem aut liberos, Vide AMITTO.

Ignorat patrem suum, Vide IGNORO.

Induere patrem mente, Sumere animum & affectum patris. Claud. 6. Paneg.

Certo patre nasci, Vide CERTVS.

Clarissimo patre natus, Vide CLARVS.

Claro patre natus. Horat.1. Serm. satyr.6.

Ingenuo patre natus. Horat.1. Serm. satyr.6.

Libertino patre. Horat.1. Serm satyr 6.

Magno patre nata puella. Horat.1. Serm. satyr.2.

Rem patris oblimare. Horat.1. Serm satyr.2.

¶Patris nomine, Aui. Abaui, Proaui, Ataui continentur: non autem Tritaui, vt opinatur Valla. Quum enim patrum nostrorum memoria aliquid factum esse dicimus, de proxima ætate intelligimus, non

de illa etiam sexta.
Patres maioréſque noſtri. Cic.1.Verr.
Memoria patrum id vſu venit. Cic.1.de Orat.
Sancti patres. Virg.2.Georg.
¶Pater, Nomen religionis. Vnde dij omnes, patres vocabantur. Virg.2.Georg. Huc pater ô Lenæe. Vbi Seruius, Pater licet generale ſit omnium deorum, tamen propriè Libero ſemper cohæret. nam Liber pater vocatur. Idem alio loco, Pater propriè omnium deorum eſt epitheton.
Diuûm pater, atque hominum rex. Virg 1.Æneid.
Humanæ gentis pater, Iuppiter. Horat.1.Carm.ode 12.
Rerum pater Oceanus. Virg.4.Georg.
Gradiuus pater, Mars. Virg.3.Æneid.
Inachus pater. Valer.Flacc.lib.5,
Et pater autato quantus iacet Inachus antro.
Pater, pro Ioue. Virg.1.Georgicorum,
Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.
Magnus pater, Iuppiter. Virg.4.Æneid.
Omnipotens pater. Virg.2.Georg.
Pelliti patres, Vide Pellitus, in PELLIS.
Summus. Virg.1.Æneid.
¶Pater, nomen honoris & reuerentiæ. Horat.2.Serm.ſatyr.1, -cupidum pater optime vires Deficiunt.
Pater Romanus, id eſt Imperator. Virgilius,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit. De Auguſto, qui è familia Iulia erat, quâ domum Æneæ vocat. Auſonius item in eam ſententiam videtur accepiſſe, qui ad Theodoſium ſcribens, Maronem imitatus ita dicit,
Tu modo te iuſſiſſe pater Romane memento.
Patriæ pater, parens libertatis, atque Reipublicæ. Cic.pro Rabirio perduel.reo.
Quòd Pater, nomen eſſet reuerentiæ, idcirco Romulus centum Senatores, quos ad Reip.curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent, Patres ab honore vocauit: ſiue ab ætatis vel curæ ſimilitudine, vt ait Saluſtius. Feſtus, Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis.
Conſulta patrum. Horat.1.epiſt.17.
Patres conſcripti. Plutarchus in Romulo, Ipſi autem Romani (inquit) Patres conſcripros ad collegium appellant, quod nomen & dignitatis plurimum, & inuidiæ minimum præ ſe fert. Sed ab initio tantùm patres dicti. Poſtea aſcriptis in eum ordinem pluribus, Patres conſcripti vocati ſunt. Vnde Feſtus, Patres dicti ſunt, inquit, qui ſunt patricij generis: conſcripti, qui in Senatu ſunt ſcriptis adnorati. Cic. 13.Philip. Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos, Pater conſcriptus repentè factus eſt. Budæus.
Patres allecti, etiam dicebãtur Feſto authore, qui propter inopiam ex Equeſtri ordine in Senatus ſunt numerum aſſumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæſare, Peregrinis in Senatum allectis libellus propoſitus eſt, nequis Senatori nouo curiam monſtrare velit. Hodie autem allecti, aſcriptitiíq; vocari poſſunt Latinè in collegiis magiſtratuum, qui vulgò *creati & extraordinarij* vocitantur. Budæus.
Duti patres tyronum. Horat.1.Serm ſatyr.2.
Pater patratus, Vide PATRO, patras. Cic.pro Cecin. Et 1.de Orat.
Paterfamiliãs {οἰκοδεσπότης} huius patrisfamiliãs & patrisfamiliæ, qui primus eſt, & imperium habet in familiam: ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt, ſiue puber, ſiue impuber. Cic.2.de Legibus, Vt ne morte patrisfamiliãs ſacrorum memoria occideret. Martial.lib.1.80,
Paterfamiliæ verus eſt Quirinalis.
Prudens & attentus paterfamiliãs. Cic.pro Quintio.
Patricius, patricij, maſculini gen. {διὰ πατρείδης, πατρήιος.} Patricij, nobiles Romani, qui à primis Senatoribus oriundi erant, inquit Budæus. Liu. lib.1.ab Vrbe, Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore, patricij quoque progenies eorum appellati.
Maioribus patriciis ortus. Stat.1.Sylu.2.
Patricij antiquiſſimíque ciues. Cic.pro Cecinna.
Minorum gentium patricij, Vide Minor, in PARVVS.
Non omnes Senatores erant patricij. Tacitus, liſdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Ex Budæo.
Patricij pueri, à patriciis orti. Plaut.Capt.19.
Patricij Franciæ, quos *pares Francie* vocant. Súnteque quaſi duodecim viri Reip.conſtituendæ. Sunt enim numero duodecim: ſex quidem Pontifices, & ſex Duces militares. Budæus.
Exire è patriciis, Fieri plebeium. Cic.pro Domo ſua, Id autem ſcire & videre omnes, non vt ille filius inſtituatur, ſed vt è patriciis exeat, vt Tribunus plebis fieri poſſit: idcirco adoptari?
Patricius, Alius erat ætate ſequentium Imperatorum, quàm ſuperiorum & conſulum. Honos enim erat, qui à principe deferebatur, eóque titulo & merito honoratus pater Imperatoris vocabatur, vt in Inſtitutis, de patriciatu loquens Imperator ait; Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate? Claud.in Eutropium, -genitórque vocatur
Principis, & famulũ dignatur regia patrem. Olim igitur patricij ex eo appellabantur, quòd patrem cierent: poſteà, quos imperator patres ciebat. Quod quidẽ & reges Franciæ imitati ſunt, quoſdámque ſatrapas patricios vocarunt, quos antiquitatis ignari pares appellant. Turnebus.
Patricius, Adiectiuum {πατρήιος.} vt Patricius magiſtratus. Cic.ad Brutum, Dum vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. Sic Patricia familia, Cic.2.de Leg.
Honos patricius. Claud.in Præfat.belli Gildon.
Indoles. Stat.3.Sylu.5.
Patriciatus, huius patriciatus, pen.prod. maſcul.gen. Patricij dignitas Sueton.in Auguſto, cap.2, Ea gens à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Seruio Tullio in patricias tradu&ta, procedente répore ad plebem ſe contulit, ac ruríus magna vi per Diuum Iuliũ in patriciatum rediit. Apud Græcos aurẽ omnino maior erat dignitas, non ex ſucceſſione debita, ſed quæ ſolebat à principe concedi. Caſſiodorus epiſtolarum libro 6, Noſtro munere ſubleuatus, patriciatus culmen aſcende. Spidas patricios eſſe tradit, communis Reipub.patres, qui in ſuprema dignitate Senatorij cõſilij eſſe cenſentur. Meminit & Procopius libro 3. Malè igitur Accurſius & alij, qui hanc dignitatem cum vetere confundunt. Alciatus.
Patrica, pro, Patricia. Plaut.Truculento,
Tum patricam clementer non poteſt hinc quin munerem. Quo loco Turnebus, Ferè exiſtimauerim, inquit, patriciam emendandum. Plebeiæ enim mulieres patriciis mulieribus dona certis diebus miſſitabant, vt plebei viris patriciis. Quanquam & patrica patricia erit, vnde & patricè, pro magnificè & ſplendidè in Caſina dixit. Hic patritam vidi qui legeret, quod verbum cõcinit verſus modulo, quum patrica diſſonet. Eo autem nomine veniet ancilla à patre data: vt enim auita dicuntur, quæ ab auo obuenerunt, ſic patrita quæ à patre. Verba ſunt Turneb.
Patricè, pen.corr. {πατρίκως} Aduerbium antiquum: Id eſt more patricio, ac nobiliter. Plaut.Caſina.17,
Atat ceſſo magnificè, patricéque, amicéque hero meo
Ire aduorſum?
Patrius, penult. prod. Adiectiuum {πατρῶιος} Quod eſt patris: ſicut Auitus. Quod eſt auí: ſunt enim tanquam poſſeſſiua. Cic.lib.1.Tuſcul. Patritam & auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam cognitionis cupiditate incluſam excitant. Ex Nonio.
Patrimus, vel patrima, pen.corr. Qui vel quæ adhuc viuentem patrem habet. Gellius lib.1.cap.21, de Veſtali virgine capienda, Item quæ non ſit patrima aut matrima. Liu.7.bel.Maced. Patrimi omnes, matrimíque ad id ſacrificium adhibiti. Angelus Politianus primæ Centuriæ cap.58, Patrima matrimáque proles.
Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui quum iam ipſe pater eſſet, habebat etiã tum patrẽ. Feſtus. Patrimi & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt, vnus, qui facem præfert ex pinu alba, quia noctu nubebant, duo, qui tenent nubentem. Paulus & Feſtus.
Patrimus, Adiectiuum {πατρικὸς} Quod eſt patris: vt Matrimus, Quod eſt matris.
Paternus, Adiectiuum, Idem {πατρῶος.} Paternus amicus, Cic.ad Attic. lib.14. Terent.in Adelph.3.4, -ô Æſchine,
Pol haud paternum iſtuc deſiſti. Vbi Donatus, Paternum, deeſt facinus: & deſiſti, pro feciſti.
Animus paternus. Horat.2.Carm.ode 2.
Auus. Horat.1.Serm.ſatyr.6.
Bonorum paternorum exhæres filius. Cic.1.de Orat.
Cenſus augere paternos. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Cognomen. Horat.1.epiſt.13.
Domus. Ouid.15.Metam.
Hæreditas. Cic.1.de Orat.
Honor. Cic.5.Verr.
Inimicitiæ. Cic.4.Acad. Vt admodum adoleſcens cum fratre pari pietate & induſtria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus, &c.
Laris & fundi paterni inops. Horat.2.epiſt.2.
Neceſſitudo. Cic.Planco in Epiſt.ad Attic.lib.16.
Paterna neceſſitudo & amicitia. Cic.ad Catonem lib.15.4.
Nominis paterni ſatis amplum patrimonium liberis ſuis relinquere. Cic.pro Domo.
Opes. Ouid.4.de Ponto, eleg.15.
Rebus maternis atque paternis abſumptis. Horat.1.epiſt.16.
Rus. Horat.1.epiſt.19.
Paternus, maternúſque ſanguis. Cic.pro Roſc.Amer.
Sedes. Virg.11.Æneid.
Terra. Ouid.epiſt.10.
Patriſſo, patriſſas {πατρικίζω} patriſſare, Paternos mores imitari. Terent. Adelph.4.2,
Laudo Cecũphro: patriſſas, abi, virum te iudico.
Patriſſat filius. Plaut.in Pſeudolo.
Patrius, Adiectiuum {πατρικὸς} Quod eſt patris. Virgil.12.Æneidos, -patrio mucrone relicto. Terent.Eunuch.2.2,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Amor patrius. Virg.1.Æneid.
Patrius animus in liberos. Cic.pro Roſc.Amer.
Artes. Ouid.epiſt.1.
Fundus & lar. Horat.1.Serm.ſatyr.2.
Metus. Ouid.2.Metam.
Mœror. Cic.pro Flacco, Qui vos quoniam eſt id ætatis, vt ſenſum iam percipere poſſit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre poſſit, orat ne ſuum luctum patris lachrymis, patris mœrorem ſuo fletu augeatis.
Patriæ opes. Martial.lib.9.epigr.84.
Patrius pauor. Lucret.lib.3.De ceruis.
Res patria & auita. Cic.2.Verr.
Virtutes. Virgil.4.ecloga,
Patrium eſt. Terent.Adelph.1.1,
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium
Sua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.
Patriè, Aduerb. {πατρικῶς} Paterno affectu. Quintil.lib.11.cap.1, Vtitur hac moderatione Cic.pro Cælio contra Atracinum, vt eum non inimicè corripere, ſed patriè monere videatur.
Patricida, huius patricidæ, pen.prod. {πατροκτόνος} pro quo ſæpius parricida dicitur. Is eſt qui patrem interfecit. Cic.2.de Legib. Sacrum ſacrõue commendatum qui clepſerit rapſerítque, patricida eſto. Legitur & parricida. Plin.lib.7.cap.45, Adulterium filiæ & conſilia patricidæ palàm facta.

Patrimonium,

Patrimonium, patrimonij {κτῆμα} Bona paterna, hoc eſt hæreditas à patre relicta. Cic.pro Domo, Liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis, ac noſtræ memoriæ reliquemus. Idem 5. de Finib. Patrimonium neglexit, agros deſeruit incultos, quid quærens aliud quàm beatam vitam?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt. Iuuen.Satyr.12.
Laceratio patrimonij. Firmic.lib.6.cap.18.
Lautum, copioſum patrimonium. Cic.pro C.Rab.Poſt. Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia acceppiſſet, rémque præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet: quid eſſet tandem cauſſæ, cur exiſtimari vellet nihil habere?
Luculentum, Vide LVCVLENTVS.
Mille talenta patrimonij. Horat.2.Serm.ſatyr.3.
Naufragus patrimonio, Vide NAVIS.
Propugnator patrimonij ſui, & defenſor iuris paterni. Cicero 1. de Orat.
¶Adhibere patrimonium, Vide ADHIBEO.
Adminiſtrare. Quintil.lib.4.cap.2.
Circumplecti patrimonium alterius, Vide CIRCVMPLECTOR.
Comedere. Quintil.lib.6.cap.3.
Conficere, Vide CONFICIO.
Conſtituere alicuius. Cic.Lentulo, lib.1.9, Id ſcito eſſe eiuſmodi, vt frater meus verè exiſtimet, adiuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te conſtiturum.
Creſcunt patrimonia. Iuuen.Satyr.14.
Vncta deuorare. Catul.in Iulium Cæſar.epigr.27.
Patrimonium varia laceratione dilapidare. Firmicus lib.4.cap.3.
Diſſipare patrimonium ſuum lautum conuiuiis. Cic.pro Flacco.
Effundere patrimonium. Cic.2.Offic.
Eripere patrimonium. Cicero, Vtrum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comediſti.
Exhaurire. Quintil.lib.5.cap.10.
Expellere aliquem è patrimonio nudum tãquam è naufragio. Cic. pro Roſc.Amer.
Cenſus exuperans cuncta patrimonia. Iuuen.Satyr.10.
Laceratio ac diſſipato patrimonio, egeſtatem miſeræ mendicitatis imponit Mars. Firmic.lib.6.cap.19.
Obtinere. Cic.pro Roſc.Amer.
Relinquere. Cic.pro Domo.
Publica patrimonia iuris non minus diligenter, quàm priuatæ rei veſtræ retinere debetis. Cic.pro Cecin.
Spoliare patrimonio. Cic. Patrimonio ſe ampliſſimo ſpoliari maluit.
Patrimonialis, & hoc patrimoniale, pen.prod. Adiect. vt Patrimoniale munus. Hermogenianus in l.1.D.de muner.& honorib.
Patruus, patrui, maſc.gen. {πατράδελφος} Frater patris, quòd quaſi patris loco ſit. Terent.Phorm.2.1,
Arqui nihil fecit patrue quod ſuccenſeas. Cic.3.Verr. Patruo teſtimonium dicente.
Sapere patruos. Perſius Satyr.1.2,
Tunc quum ad canitiem, & noſtrum iſtud viuere triſte
Aſpexi: & nucibus facimus quæcunque relictis:
Quum ſapimus patruos, &c. Id eſt, poſtquam abiectis puerilibus nugamentis, ſeueros mores induimus. Solent enim patrui ſeuerius nepores obiurgare ſi quid peccauerint. Horatius,
Ne ſis patruus mihi. Id eſt, ne me caſtiges. Cic.ad Attic.lib.10.epiſt.5, de Quinti fratris filio loquens, Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum: pater enim nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. Vide Chil.Eraſm.
Patruus, pro ſæuo & aſpero reprehenſore, ſeu caſtigatore. Cic.pro Cælio, Qui in reliqua vita mitis eſſet, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter. Idem ad Attic.lib.2, Cura, amabo te, Ciceronem. ei nos θεὸν videmur, Id eſt patrui.
Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui & abaui, qui & propatruus & abpatruus dicitur.
Maior patruus, Vide MAGNVS.
Patruus, Adiectiuũ {πατροπαραδοτικός} vt Linguæ patruæ verbera, Id eſt obiurgatricis. Horat 3.Carm.ode 12. Hoc eſt obiurgationes patruorum ſeueras. Patrui enim adoleſcentibus corripiendis auſteriores eſſe ſolent quàm patres, quibus natura ipſa indulgentiam plerunque extorquet. Linguæ igitur patruæ, Id eſt ſeueræ. Acron.
Patruiſſimus {πατροδαδελφοπάτωρ} Superlatiũ antiquum. Plaut.Pœnul.18, -patrue mi patruiſſime, &c.
Patruelis, huius patruelis, pen.prod.com.gen. {ἐξάδελφος.} Patrueles, patruorum (hoc eſt, vt ait Nonius, marium fratrum) filij, quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus: ſicut ſorores patrueles nũcupãtur ex duobus & ipſæ fratribus genitæ: author Iureconſultus. Plaut.Pœn.16, Pater tuus is erat, frater patruelis meus. Cic.5.de Finib. Vnáque nobiſcum Q.frater, & T.Pomponius, & L.Cicero, frater noſter cognatione patruelis, amore germanus.
Teucer patruelis Achilli eſt. Ouid.13.Metam.
Patruelis, Adiectiuum {ἐξαδελφικός} vt Patrueles fundi. Martial.lib.5.36.
Dona patruelia. Ouid.13.Metamorph.
Origo patruelis. Ouid.1.Metam.
Regna patruelia. Ouid.epiſt.14.
Patera, pateræ, pen.corr. {πάτνη} Proculi genus, latum ac patens. vnde nomen accepiſſe videtur, vt patera dicatur quaſi patula. Macrob. lib.5. Saturn.cap.21, Patera, vt & ipſum nomen indicio eſt, poculum planum ac patens eſt. Virg.1.Æneidos,
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro. Cic.3.de Nat.deor. Idem victoriolas aureas, & pateras, coronáſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat.
Patera, quòd pateat, dicta eſt, vt ait Varro de Lingua Latina lib.4. Filicatæ pateræ. Cic.in Parad. Quid Numa Põpilius? minúſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?
Grauis. Valer.5.Argon.
Meri patera. Ouid.4.Faſt.
¶Excipere ſanguinem patera. Cic.de Claris Orat.
Fundere vina pateris. Virg.5.Æneid.
Fundere è patera ſanguinem. Cic.1.de Diuinat.
Haurire pateram, Vide HAVRIO.
Implere mero. Virg.1.Æneid.
Micantem inclinat dextrâ. Claud.1.Paneg.
Libamus pateris & auro. Virg.2.Georg. id eſt aureis pateris.
Suſcipiunt cruorem pateris. Virg.6.Æneid.
Pateram perplouere in ſacris quum dicitur, ſignificat pertuſam eſſe. Feſtus.
PATER CVLVS, Romanus quidam filiæ ſuæ Sulpitiæ caſtitate nobilis. Plin.lib.7.cap.35.
PATERIA inſula, Plin.lib.4.cap.12, non procul à Lemno, in ſinu Scythico ad Helleſpontum.
PATERNIANA {πατρηιάνα} Ptolemæo libro 2.cap.6. Hiſpaniæ vrbs. Vulgo *Paſtrana*.
Paternus, Vide PATER.
PATERNVS, nobilis quidam hæreticus à quo Paterniani dicti ſunt: ij inferiores corporis partes ab Antitheo conformatas compactáſque adſeuerant. Cœlius lib.4.cap.6.
Pateſco, Vide PATEO.
Pateton, tertium genus palmæ, nimio liquore abundant: rumpíque ſe pomi ipſius etiam in ſua matre ebrietas, calcatis ſimilis. Plin.lib.13. capite 4.
Pathos {πάθος} à Cicerone libro 3.Tuſcul.12.& lib.3.de Finib. dicitur perturbatio, ſiue animi ægritudo. A Gellio libro 1.cap.26, affectus, vel affectio.
Pathetica oratio dicta eſt {παθητικὸς} quam ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere aut ad indignationem, aut ad miſericordiam.
Patheticæ parabolæ. Macrob.lib.4.Saturn.cap.5.
Patheticè, pen.corr. Aduerbium. Macrob.lib.4.Saturn.cap.5, Sed illud nimium patheticé. Rurſum cap.6, Vtrunque Virgilius bene patheticè tractauit.
Pathicus, pen.corr. Firmicus lib.8.cap.20.& 21. Vide DRAVCVS.
Pathiciſſimus, penultim.corr. vnde Pathiciſſimi libelli, Id eſt laſciui, & in quibus tractatur de rebus obſcœniſſimis. Martial.lib.12.epigr.96, ad Rufum,
Muſæi pathiciſſimos libellos
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas ſale pruriente chartas
Inſtanti lege Rufe. &c.
Patibilis, Vide PATIOR.
Patibulum, patibuli, pen.corr. {σανὶς} authore Nonio, eſt crux. Cic. 6.Verr. Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorũ fuit? Saluſt. lib.4. Patibulo affigi.
Feſtinare patibula. Tacit.libro 14, Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri ſupplicium, ac præcepta interim vltione feſtinabant.
¶Patibulum, inquit Nonius, ſera qua oſtia occluduntur, quòd hac remota valuæ pateant. Titinnius Fullonibus, Si quiſquam hodie præter hanc poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam.
¶Patibulum, inſtrumentum vindemiatorium. Cato cap.27. Vindemia facta, vaſa torcula, corbulas, fiſcinas, funes, patibula, fibulas iubero ſuo quidque loco condi. Patibula, ex Turnebo, ſunt inſtrumenta & machinamenta duo ſcalata è diuerſo in axiculum vnum capitibus ſuis coniuncta, diuaricatis adimum cruribus. His in vindemia arbuſti potiſſimum opus eſt & altioribus iugis, hodiéque in pergulana vite vti homines noſtri ſolent. Non deſunt tamen qui ſeram interpretentur.
¶Patibuli, genere maſculino lectum apud antiquos: teſte Nonio. Lucilius Rerum humanarum lib.21, Deligata ad patibulos, deliganturque & circunferuntur, cruci defiguntur.
Patibulatus, pen.prod. Adiectiuum {σανιδωθείς} Patibulo affixus. Plaut. Moſtel.2,
Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.
Patibulati dicuntur, qui patibulis aut ſunt affixi, aut verò deſtinati. Sidonius Apollinaris Cruciarios appellat. Cœlius lib.10.cap.8.
Patiens, Patienter, Patientia, Vide PATIOR.
Patina, patinæ, pen.corr. {λοπὰς} Vaſis genus quo dapes elixæ & iurulentæ in menſam feruntur. Plaut.Capt.13,
Iubẽn' an non iubes aſtitui aulas? patinas eiui? Bayſius, Patina ab eo quòd pateat dicta eſt, quam Paulus Iureconſul. in l.Cum de lanionis, De fundo inſtructo, inter culinaria videtur adſcribere, quum inquit, Item cacabos & patinas inſtrumento fundi eſſe dicimus: quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Patinis vtique, niſi ſi in authorum obſeruatione falſus ſum, vtebantur non ſolùm ad coquẽdum piſces, & cætera id genus, quod authore Plinio probatur lib.23. vbi de fæce ſapæ, Decoquitur, inquit, in patinis cum ſale & adipe ad tumorem quoque maxillarum & ceruicum, ſed etiam ferculi vice. Quum ferculum dico, vas ad ferendum opſonium vel pulmentarium intelligo. Et niſi me & lectorem decipio, eadem patina vtebantur & ad coquendum & ad ferendum opſonium, elixum præſertim. Horat.1.Serm.lib. 2.ſatyr.8,
Affertur ſquillas inter muræna natantes,
In patina porrecta. Patinam pro ferculo poſuit Horatius. Iuuenalis autem Satyr.4, patinam rhombo coquendo extructam, taxat his verbis,
Deberat magnus patinæ, ſubitúſque Prometheus, &c. Notatur & à Plinio in decimo Nat hiſt.cap.51, Æſopi patina, in qua poſuit aues cantu aliquo aut ſermone vocales, nummis ſex ſingulas coemptas. Hactenus Bayſius.
Patinas, à patulo dixerunt: vt puſillas, quòd his libarent cœnas pa-

tellas.Varr.de ling.Latin.lib.4.
Grandes patinæ.Persius.Satyr.2.
Tortæ in orbe Cumano.Stat.4.Sylu.9.Intelligit fictiles.
Tollere patinam.Horat.1.Serm.satyr.3.
Cœnabat patinas omasi.Horat.1.epist.16.
Patina Tyrotarichi, Vide TYROTARICHVS.
Animus in patinis.prouerbialiter dictum.Terent.Eunuch.4.7.

Patinarius, Adiectiuum {κοπτηδικὸς} Quod in patina conditum vel repositum est.Plaut.Menæch.3,
Tantas struices concinnat patinarias. Idem Asin.5,
Is habet succum,is suauitatem:eum quouis pacto condias,
Vel patinarium,vel assum vorses, quo pacto lubet. Quid sit hîc patinarius piscis, à paucis scribitur:ego eum crediderim, qui non assatur,nec elixatur,sed in patina è iure coquitur. Id ex Horatio intelligi potest,ita scribente,
Siquis eum seruum, patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces repidúmque ligurierit ius. Nam si malè non conitio,pisces patinarios è iure paratos intellexit. Verba sunt Turnebi.

Patinarius,Substantiuum,Qui patinam curat & exercet,heluo. Suet.in Virel.cap.17,Aliis inceadiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante,&c.

Patior,pateris,penult.corr.passus sum { πάσχω, πάσομαι,πέπαμαι, μαγέπαθον μεμάθηκα } pati.Sustinere,tolerare,æquo animo ferre. Terent.And.1.5,
Tum patris pudor qui me tam leni passus est animo vsque adhuc.
Pati à vita.Plaut.Trucul.5.
Ex merito pati aliquid.Ouid.epist.5.
Ferre & pati.Cic.1.Verr.Non feram,non patiar,non sinam.
Pati & silere.Cicero 7.Verr.Patimur iam multos annos & silemus, quum videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias peruenisse.
Pati ægrè.Plaut.Pœnulo,16.
Pati facilè, siue facilius, & facillimè. Cic.pro Rosc. Amer. Quare facilè omnes patimur esse quamplurimos accusatores. Idem Planco in Epist.ad Attic.lib.16,Non modò facilè patiare, sed etiam gaudeas. Et Cic. E.Pompeio,libro 5.7, Nulla re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia: quibus siquando non mutuè respondetur,apud me plus officij resident facillimè patior.
Pati humanè.Terent.Adelph.1.2.
Indignè pati aliquid.Cic.7.Verr.
Pati æquo animo. Cic.12.Philip. Æquo animo belli patitur iniuriam.De Gallia.
Pati iniquo animo.Terent.Eunuch.2.1. Sic Cic.Cornificio,lib.12.18,Etsi periniquo animo patiebar te à me digredi.
Pati non possum. Terent.And.1 2,
Vbi vis facilius passus sim,quàm in hac re,me deludier.
Patior non molestè eam vitam,&c.Cic.5.Verr.
Non possum pati quin tibi caput demulceam:pro Non possum abstinere quin,&c. Terent.Heaut.4.5.
Nullum patiebatur esse diem quin in foro diceret. Cic.de Claris Orat.
¶Pateretur,per correptionem, siue iterationem,cum quadam obiurgatione & reprehensione eleganter dictum. Terent.Heaut.1.2,
Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius lubidinem.
Patèretur.nam quem ferret,si parentem non ferret suum?
¶Abortum pati, Vide ABORIOR.
Actionem ab alio intentatam pati. Paulus in l.Litis.D.de negot. gestis.& Vlpian in l.Si non solus.§.vlt.D.Si quis omiss.caus.testam.
Æuum pati.Colum.lib.2.cap.10. Id est durare.
Concubitus pati.Ouid.3.de Arte.
Consuetudo patitur, Consuetum est.Cic.ad Attic.lib.12,Hoc quidem vtique perficies,si me leuari vis,quem iam etiam grauius accusas,quàm patitur tua consuetudo.
Dicta pati superborum locorum.Ouid.ad Pisonem.
Quoad patitur dignitas. Cic.Thermo,lib.13 54,Primùm vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua,dignitásque patietur. patietur autem in omnibus.
Dilationem.Plin.lib.18.cap 10.
Dolores pati toleranter.Cic.2.Tusc.
Exilium.Virg.2.Æneid.
Extrema.Virg.1.Æneid.
Falcem pati dicuntur femina.Plin.lib.17.cap.10.
Famam pati inultæ.Virg.11.Æneid.
Famem pati.Ouid.in Ibin.
Febrim.Gel.lib.17.cap.12.
Fugam.Ouid 3.Trist.eleg.1.
Hymenæos iustos.Virg.3.Georg.
Iacturam.Colum.lib.1.in Præf.
Impedimentum.Plin.epist.12.lib.2.
Imperium.Liu.1.ab Vrbe.
Iussa aliena.Virg.10.Æneid.
Lituos.Virg.3.Georg.
Malum pati fortiter,vel toleranter.Plaut.Asin.7.
Quisque suos patimur manes.Virg 6.Æneid.
Moram.Ouid.4.Metam.
Moram pati in re aliqua.Papin.in l.Qui solidum. in princip.D.de legat.2, Qui solidum fideicommissum frustrà petebat, hærede Falcidiam obiiciente,si partem interim solui sibi desiderauerit, neque acceperit:in ea moram passus intelligitur.
Asperius, quàm sui patiuntur mores,aliquid facere. Cicero Attico,libro 9.
Necem indignam.Ouid.10.Metam.
Negotium patitur is, cui alius negotium facit. Vlpian.in l.3.D.de calumniator.
Oculi patiuntur. Cic.ad Attic.lib.10,Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere?
Pauperiem angustam pati.Horat.3.Carm.ode 2.

Pœnas.Ouid.1.Metam.
Prælia dura.Virg.7.Æneid.
Pati repulsam.Ouid.3.Metam.
Seruitutem pati possunt aliæ nationes: propria est Populi Romani libertas.Cic.6.Philip.
Silentia longa.Lucan.lib.7.
Solicitudinem pati pro aliquo.Plin.epist.2.lib.9.
Soporem.Ouid.15.Metam.
Stratum aut velamina.Ouid.7.Metam.
Supplicium.Cæsar 2.bel.Ciuil.
Supplicium patitur non noua culpa nouum.Ouid.2.Trist.
Verbera.Virg.3.Georg.
Vulnera.Ouid.epist.2.
¶Pati aliquem esse desertũ, Id est derelinquere ac distituere. Cic. 1.Offic.Vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur.
Patiar quenuis durare laborem.Virg.8.Æneid.
Pati bonum virum esse. Cic.ad Lent.lib.1.9, Quem bonum cinem semper habuisser,bonum virum esse pateretur.
Non pati aliquid fieri,aut quod non fiat.Cic.ad Papyrium,libro 9. 25,Noli pati litigare fratres,& iudiciis turpibus confligtari. Idem 2. de Diuinat. Nullum philosophiæ locum esse pateremur,qui non Latinis literis illustratus pateret.
Patitur tangi Ouid.1.Metam.
¶Pati,absolutè,pro Dolore aut cruciari. Virg 10.ecloga,
Certum est in syluis,inter spelæa ferarum
Malle pati.
¶Vsum patiendi colligere.Ouid.1.Amor.eleg.8.
Ad patiendum tolerandúmque difficiles res.Cic.2.Tusc.
¶Ferre non patienda.Ouid.2.Fast.
Pateris nulli patienda.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Mors bis patienda Ouid 1.Trist.eleg.2.

Patiens,patientis,Participium {πάσχων.}
Patiens & lentus.Cic.2.de Orat.In quo ego non quo libenter malè audiam,fed quia ego causam non libenter relinquo,nimium patiens & lentus exittimor.
¶Animus patiens.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.
¶Patiens {ὑπομονητικὸς,τολμῶν,πασσίφρων} nomen cum genitiuo: Patiens laborum. Cic. pro Sextio, Patiantur viros laborum patientes fui. Correctiora exemplaria legunt patiantur viros fortes labore, se otio suo perfui.
Taurus patiens aratri.Ouid.4.Trist.eleg.5.
Cæli patiens,Id est aeris & tempestatum.Valer.1.Argon.
Patiens omnis incommodi.Colum.lib.3.cap.29.
Latus patiens laboris.Quintil.in Procem.lib.1.
Natura laboris patientior.Quintil.lib.1.cap.12.
Nauium patiẽs Tyberis,Qui fert naues. Plin.iun.lib.5.epist.6,Medios ille agros secat,nauium patiens,omnésque fruges deuehit in vrbem.
Operum patiens iuuentus.Virg.2.Æneid.
Pulueris atque solis.Horat 1.Carm.ode 8.
Vetustatis.Plin.lib.11.cap.37.
Tellus patiens vomeris.Virg.2.Georg.
Patiens vocati Cæsaris vltor.Horat.1.Carm.ode 2. Græca planè est hæc loquendi figura,ὑπομένων ἐκκαλοῦντα κίνησιν ἐκθυμικήν.Latinè enim diceremus,Patiens te vocati Cæsaris vltorem. Sic epist.ad Quinct. lib.1,Quum pateris sapiens emendatúsque videri,&c. Lambin.

Patientior { ὑπομονητικώτερος } & Patientissimus. Cæsar 3.bel.Ciuil.Atque ij miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriem obiiciebant. Cic.ad Quintũ frat.lib.1.1, Meæ quoque literæ te patientiorem,leniorémque fecerunt. Idem 1.Offic.Quo in genere versutissimum & patientissimum Lacedæmonum Lysandrum accepimus.
Saxo patientior.Propert.lib.1.eleg.14.
Aures patientissimæ.Cic.pro Ligario,Sed iam totum omitto, non tam vt ne offendam tuas patientissimas aures,quàm ne, &c.

Patienter { ὑπομενητικῶς } patientius,patientissimè, Aduerbium, Moderatè,Fortiter, Constanter. Cic.de Amic. Vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere,non asperè; alterum patienter accipere,non repugnanter.
Amare patienter.Martial.lib.5.7.
Patienter ferre. Cic.ad Lentulum, lib.1 8, Otium nobis exoptandum est,quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur,si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Idem 11.Philip.Quæ tulisse illum fortiter & patienter ferunt.
Patienter alicui parêre. Iustinus lib.1.vbi de Semiramide loquitur.
Prandere olus patienter.Horat.1.epist.18.
Ferre omnia patientius.Ouid.epist.18.
Vxor retenta patientius.Plin.in Panegyr.

Patientia, huius patientiæ, Est animi constantia, qua aduersa perinde ac prospera ferimus. Cic.2.de Inuent. Patiẽtia est honestas aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.
Labor & patientia. Cic.1.Offic.Maximè autem hæc ætas è libidinibus arcenda est, exercendáque in labore, patientiáque & animi & corporis.
Percalluit patientia. Cic.pro Mil. Sed nescio quomodo vsu obduruerat,& percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.
Patientia contra labores.Plin.lib.23.cap.1.
Patientia paupertatis. Cic.1.in Catil. Habes vbi ostentes tuam illam præclaram patientiam famis,frigoris,inopiæ rerum omnium.
Bonorum in carendo patientiam,in vtendo rationem expetendam putaui.Cic.pro Domo.
Proiecta patientia.Tacitus lib.3.Hoc est contempta & vilis.
Vetus patientia.Tacit.in vita Agricolæ.
Virilis.Liu.Decad.1.lib.5, Et animis,& corporibus suis virilem patientiam inesse.
¶Abrumpere patientiam.Tacit.lib.12.

Abuti patientia alicuius.Cic.1.in Catil. Quousque tãdem abutêre Catilina patientia nostra? quandiu nos etiam furor iste tuus eludet?
Consolari patientiam verberum.Curt.lib.8.
Longa malorum patientia contudit ingenium. Ouidius 5. Trist. eleg.13.
Furor fit læsa sæpius patientia. Sententia est Mimi Publiani, quæ vice prouerbij in eos conueniet, qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos,cum quibus agunt:& vniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum.
Leuius fit patientia quicquid corrigere est nefas. Horat.1. Carmium,ode 24.
Imitatur patientiam duritia immanis.Cic.in Partit.
Patientia & obsequio mitigare aliquem.Cic.in Pison.
Obdurescere in patientia. Cicero 7.Verr. Iam verò quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset, &c.
Patientiam præstare,Iurisconsulti frequenter dicunt,vt Marcellus in l.Cui noum.D.de Operis noui nũtiatione. Et Vlpian.in l.Si alius. D.Quod vi aut clam.
Restituere aliquem vetere patientiæ. Tacit.in vita Agricolæ.
Rumpere patientiam.Sueton.in Tiberio, capite 24, Principatum, quanuis, &c. diu tamen recusauit.impudentissimo animo nunc adhortantes amicos increpans, vt ignaros quãta belua esset imperium: nunc precantem Senatum,& procumbentem sibi ad genua,ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens: vt quidam patientiam rumperent, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat. Hîc patientiam sumit pro μακροθυμίᾳ,quam longanimitatem interpretantur. Erasmus.
Tentare patientiam alicuius.Cic.2.de Lege agrar.
Victa vitiis.Ouid.3.Amor.eleg.10.
Incredibili patientia vti.Cic.10.Philip.

Passus,Participium { πασθὼν } pro Perpessus. Virg.1.Æneidos,
O passi grauiora!dabit deus his quoque finem.
Bello multa passus.Virg.1.Æneid.
Dolores similes passa est.Senec.Octau.4.
Funera tot passi.Virg.1.Æneid.
Bos nullum passa iugum.Ouid.3.Metam.
Rura passa ligones.Lucan.lib.1.
Nefas passa est corpore.Ouid.10.Metam.
Peiora passi.Horat.1.Carm.ode 7.
Pericula plurima passus.Ouid.3.Trist.eleg.2.
Clypeus raro passus prælia.Ouid.13.Metam.
Secula nouem passa cornix.Ouid 7.Metam.
Stuprum tyranni passa Lucretia.Senec. Octau.6.

Passurus,pen.prod.Participium { πεσσόμενος.}
Pœnam passurus.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.
Situm indignum passurus.Stat.3.Theb.

Passiuus, pen.prod. Firmicus lib.4.cap. 8,A Venere desluens Luna,passiuos in coitu faciet. Idem lib.5.cap.1, In amorum tamen illecebras, oculorum passiuis cupiditatibus incurrẽs. Et lib.7.cap.18,Mercurius passiuos amatores faciet.

Passio,onis,Verbale. Firmicus lib.2.cap.12, Virgo significat omnes ventris ægritudines, & passiones. Paulo pòst, Capricornus significat omnes geniculorum ægritudines,& passiones. Rursus ibidem, Aquarius significat omnes tibiarum molestas ægritudines,& passiones.
Passio,Animi perturbatio,quam Cicero affectionem vocat,cuiusmodi sunt amor,odium,iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes,& similes:πάθος. Augustlib.2.de Ciuitat.quæ sunt sententiæ Philosophorum de his animi motibus. Heronymus & interpretes Bibliorũ,Passionem,pro cruciatu vsurpant.

Patibilis,& hoc patibile,pen. corr.{ παθητὸς} Quod perferri potest.Cic. 4.Tusc.Negligenda mors est,patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3.de Natura deor. Quúmque omne animal patibilem naturam habeat,&c.

PATIRAMPHES { παπαῤῥάμφης } nobilis Persa Otanis filius, & auriga Xerxis. Herodot.lib.7. Scribitur & Patriamphes.

PATISSVS amnis à Moro,in Sarmatia. Plinius lib.4.cap.12. quem Durian à nonnullis vocari ait.

PATIZITHES { παπιζίθης } Magus apud Persas, qui Smerdin fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas.Herodot.lib.3.

PATMOS { πάτμος } Insula in mari Ægæo, quæ,vt Plin.scribit lib.4.cap. 12,patet circuitu triginta millibus passuum. In qua Iohannes apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Pator,Vide PATEO.

PATRAE,Patrarum { πάτραι } Ciuitas in Achaia, quã Pausanias Aroen dici prius solitam affirmat, mox à Patreo, mœnibus ampliatis, nomen accepisse quod nunc habet. Huius meminit Plinius lib.4.cap.4. Ouid.lib.6.Meramorphoseos,
Messenéque ferox,Patræque,humiléque Cleonæ. Nunc vulgò *Patras* vocatur.

Patrianus,pen.prod.Adiectiuum {πατριανὸς.} Cic.ad Thermũ, lib.13.54, Vt obtineat id iuris in agris quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit. Vetus exemplar habet Pariana.

PATRASIS { πάτρασις } Vrbs Pontica, teste Stephano, à qua deducitur gentile Patrasides.

PATRAEVS,vicus in Bosphoro,ad ostia Mæotidis.Strabo lib.11.

Patratus,Vide PATRO.patras.

PATRENSES,populi in Ionia.Strabo lib.8.

PATRIA, huius patriæ { πάτρα, πατρὶς } Vrbs, siue oppidum vnde orti sumus: quòd patria communis omnium parens sit. Cic.1.Offic. Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint, patria,& parentes: quorum beneficiis maximis obligati sumus. Virg.1.ecloga,
Nos patriæ fines,& dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus. Cicero 3.de Finibus,Peccatum est,patriam prodere.
Patria, aliquando prouincia ipsa ex qua orti sumus, impropriè tamen dicitur. Vnde Salustius Hispaniam sibi antiquam patriam dixit.
Nimborum patria Æolia. Virg.1.Æneid.
Parens communis omnium nostrum.Cic.1.de Orat.
Antiquissima & sanctissima parens.Cic.Attic.lib.9.
Patria est,vbicunque est bene. Cic.5.Tusc.
Consors patriæ.Ouid.epist.21.
Extorres patria.Lucret.lib.3.
Exul patriæ.Horat.2.Carm.ode 16.
Interitus,Vide INTEREO.
Parens.Cic.in Pisonem.
Sancte pater.Ouid.2.Fast.
Solum patriæ cum omnibus est charum, tum verò dulce atque iucundum.Cic.4.in Catil.
Virtutes patriæ.Virg.4.eclog.
¶Antiqua patria.Virg.2.Æneid.
Barbara,Vide BARBARVS.
Chara.Horat.2.Serm.satyr.2.
Chariorem decet esse patriam nobis,quàm nosmetipsos.Cicero 3. de Finib.
Munifica,Vide MVNVS.
¶Carere patria,Vide CAREO.
Cedere patriæ,Vide CEDO.
Omnibus qui patriã conseruauerint,adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum,vbi beati æuo sempiterno fruantur. Cic.in Somnio Scip.
Excedere patria.Virg.1.Æneid.
Exuere patriam.Tacit.lib.21.
Lacerantur omni scelere patriam, Vide LACER adiectiuum.
Pro patria,& In patria mori præclarum est. Cic.Attic.lib.8.
Mutare victricem patriam victa,Vide MVTO.
Remeare in patriam.Ouid.15.Metam.
Amore blando patriæ retineri.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Reuisere patriam.Virg.4.Georg.
Quæuis terra,patria. Hemystichium est oraculi quondam redditi Meleo Pelasgo, de victoria consulenti. Admonet adagium virum sapientem ac bonum, vbicunque gentium vixerit, fœlicem esse. Erasmus.
¶Patria,pro quacunque regione simpliciter. Virg.1.Æneidos,
-quæ've hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
¶Patriæ,plurali numero.Plin.lib.7.cap.26, Neque enim ipsi coronantur,sed patrias suas coronant.

Patrius,Adiectiuum { πάτριος } Quod est patriæ.
Arma patria.Virg.3.Georg.
Aruum.Ouid.in Ibin.
Carmina.Virg.2.Georg.
Di patrij.Virg.2.Æneid.
Institura. Cic.5.de Finibus, Attamen is quidem in patriis institutis manet. Potest hîc à patre deriuari.
Mos patrius & disciplina.Cic.de Senect.
Mos patrius Academiæ erat aduersari semper omnibus in disputando.Cic.1.de Orat.
Muri.Virg.2.Æneid.
Penates.Horat.2.Serm.satyr.5.
Patrij ritus.Cic.2.de Leg.Ex patriis ritibus optima colunto, præter Ideæ matris famulos.
Sedes.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.
Sermo.Lucret.lib.1.
Terra patria decedere.Virg.6.Æneid.

PATRIAMPHES, Vide PATIRAMPHES.

Patriarcha {πατριάρχης} Patrum princeps,hoc est pontificum primus. Hi quatuor principio fuere: Romanus,Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus. Postea translata Byzantium imperij sede, addirus est & Constantinopolitanus.

Patricida,Patricius,Patrimonium,Patrimus,Patrisso,Patritus,Vide PATER.

Patricus casus, Id est genitiuus. Varr.lib.7.de Ling.Latin. Item quod in patrico casu hoc genus dispatiliter dicatur, ciuitatum,parentum: ciuitatium,parentium, &c.

Patrius, Vide PATER & PATRIA.

Patro,patras { πατρόπιον,πατραπόδισμα } patrãre,Propriè est liberis operam dare,sed & pro Perficere & aliquid committere ponitur. Quintil.lib.8.cap.3, Vel hoc vitium sit quod κακόφατον vocatur, siue mala consuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est, vt Ductare exercitus,& Patrare bellum,apud Salustium,dicta sanctè & antiquè,ridentur à nobis,si diis placet: quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium, tamen vitandam. Ex quibus verbis colligitur priscos Patrare posuisse pro Perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quidpiam iam incœptum,ad finem perduceretur. Salustius in Catil.Sperabat propediem magnas copias sese habituram, si Romæ socij incœpta patrauissent. Idem in Iugurtha, Tum Iugurtha patratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus suum cum animo reputãs. Cic. 1.Verrina,Putásne posse quæ C.Verres in Quæstura,quæ in Legatione,quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaia, Asia, Pamphiliáque patrauit, ea quemadmodum locis, temporibúsque diuisa sint,sic criminibus & oratione distinguere?
Decreta patrare, Vide DECERNO.
Expugnationem.Tacit.lib.12.
Facinus.Liu.3.bel.Pun.
Necem.Tacit.lib.2.

Opera. Cic.2. de Leg. Feriis iurgia amouento, eásque in famulis (operibus patratis)habento.
Promissa.Cic.ad Attic.lib.1.9. Τὰ ὑπὸχρεα promissa patrauit,tu manda-ta effice quæ recepisti.
Reliqua belli Paterculus lib.2.
Victoriam.Tacit.lib.13.
¶Patror,patraris.Lucret.lib.5,
Quod facere intendunt,neque adhuc conata patrantur. Id est perficiunt.
Patrati, pro Confici.Tacit.libro 2,Etsi proxima æstas adiiceretur, posse bellum patrari. Hoc est,posse debellari.
Pacis patrandæ cum Romanis pacisebatur mercedem. Tacitus libro 20.

Patratus,pen.prod.Participium {ἀπαρεμβάτος.} Tacit.libro 2,Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse.
Bella patrata.Claud.4.Paneg.
Cæde eius patrata.Tacit.lib.4.
Patres patrati dicebantur,quòd ad patrandum,id est peragendum iuramentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Liuius 1. ab Vrbe.

Patratio,patrationis, Verbale fœm.gen.Paterculus lib.2.L.Piso legatus Cæsaris triénio cum Thracibus bellauit,gentésque ferocissimas plurimo cum earum excidio nunc acie,nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum:eiúsque patratione Asiæ securitatem,Macedoniæ pacem reddidit.

PATROBIVS,Neronis principis libertus,qui arenam Nili ad debellanda corpora palestræ studiis sibi ex Ægypto aduehi faciebat. Plin.lib. 35.cap.13.

PATROCLVS {πατροκλῆς} Menœtij fuit filius & Sthenales, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo, seu, vt aliis placet, Aeane Amphidamantis filio,solum vertens in Phthiam venit, vbi à Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & vnà cum Achille apud Chironem educatus,cũ eodem arctissima amicitia coniunctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus est, vbi armis Achillis indutus,cum Hectore pugnans ab eodem confossus occubuit. Quod qui resciuisset Achilles, tametsi propter ereptã sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre aliis armis à Vulcano fabricatis ad bellum rediit , nec prius quieuit ex animo,quàm socij mortem quamcrudelissimè viudicasset.
Patroclus , Dium quidam fuit , sed oppidò quamsordidus ac parcus. Hic enim posteaquam ad summas opes euectus est , aut (vt alij dicunt)ex quo natus est,nunquam est vsus balneo,parsimoniæ causa. Taxatur ab Aristophane in Pluto. Ab hoc natum est prouerbium, Patroclo sordidior. Erasm.

PATROCLES, præfectus classis Seleuci & Antiochi, quem multas terras pacefecisse Plin.lib.6.cap.17.refert. Fuit & alius eo nomine,artefactuarius.Plin.lib.34.cap.8.

Patronus,patroni, penult.prod. {σωμήγορος, παράκλητος,προστάτης} Qui aliquem in periculo defendit. Valla , Patronus propriè est qui agit causam,sed accusati,non accusantis. Asconius Pædianus,Qui defendit alterum in iudicio;aut patronus dicitur,si orator est:aut aduocatus,si aut ius suggerit , aut præsentiam suam commodat amico : aut procurator,si negotiũ suscipit : aut cognitor,si præsentis causam nouit,& sic tuetur vt suam. Terent.Eunuch.4.6,
Perij,huic ipsi est opus patrono,quem defensorem paro. Cic.ad Tironem,lib.16.26,De patrono Marcus est adhibendus:ſiq; diu & multis lucubrationibus commentara orarione.
Patronus,custos,& defensor coloniæ.Cic.pro Sylla.
Iustitiæ patronus.Cic de Amic. Qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Phili.
Patronus,laudator,aduocatus.Cic.pro Cluent.
Patronus luculentus, Vide Luculentus,in LVX.
Patronus & Cliens,contraria.Ouid.1.de Arte.
Propugnator & patronus.Cic.pro Mil.Domi suæ nobilissimus vir, Senatus propugnator , atque illis quidem temporibus penè patronus,&c.M.Drusus occisus est.
¶Adoptare patronum. Cic.pro Sextio, Qua de causa & tum conuentus ille Capuæ , qui propter salutem illius vrbis Consulatu conseruatam meo,me vnum patronum adoptauit.
Constituere alicui causæ patronum.Cic.pro Mur.
Delata ad patronos dissensio.Cic.pro Sylla.
Dare patronum alicui causæ.Cic.2.de Orat.
Patroni est,nonnunquam verisimile,etiam si minus verum sit, defendere.Cic.2.Offic.
Alicui causæ patronum existere.Cic.pro Rosc.Amer.
Esse patrono aliquo. Horat.1.epist.7,
-quære & refer,vnde domo quis,
Cuius fortunæ , quo sit patre , quóve patrono. Id est quem habeat patronum.
¶Patronus {πάτρων} aliquando est relatiuum Liberti , nimirum is qui seruum donauit libertate. Vide Vallam lib.4.cap.1.

Patrona,patronæ, pen.prod. {σωμήγορος.} Cic.2.de Orat.Neque prouocationem patronam illam ciuitatis ac vindicem libertatis Populi Romani dari sine nobilium dissensione potuisse.

Patronalis,& hoc patronale, pen.prod.Marcellus in l.Si patronus.D.de donation.Non erit cogendus soluere, ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

Patronatus,huius patronatus, pen.prod.Paulus in l.Idque Iulianum.D. de action.empt.& vend. Sed hoc ita, si non Arescusa elegerit emptoris patronatum:tunc enim illius remanet libertas.

Patrocinor , penult.corr. patrocinaris {σωμηγορέω , ὑπερασπολογοῦμαι, σωμηγοῦν} patrocinári , Tam verbo , quàm facto imbecilliorem protegere. Hirtius 6.bel.Hispaniensis,Quum appropinquassent aduersarij, patrocinari loco iniquo non deserunt. Plin.lib.14.cap.4, Contra id pigra vicinitate sibi patrocinante.

Patrocinium,patrocinij {σωμηγορία,παρηγορία.} Festus,Patrocinia appellari cœpta sunt,quum plebs distributa est inter Patres,vt eorum opibus tuta esset. Inde factum est , vt patrocinium pro tutela & defensione dici cœperit. Plinius libro 13. capite 3, Ista patrocinia quærimus vitiis.
Voluptas plurimorum patrociniis defenditur.Cic.in Parad.
Orbis terræ patrocinium. Cic.2.Offic.Nostri autem magistratus, imperatoréſque ex hac vna re maximam laudem capere studebant,si prouincias , si socios æquitate & fide defendissent. itaque illud patrocinium orbis terræ verius,quàm imperium poterat nominari.
Fides patrocinij Quintil.lib.5.cap.13.
Mire patrocinium causæ difficilis.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.
¶Arripere patrocinium æquitatis.Cic.1.de Orat.
Repudiare voluptatis patrocinium. Cicero 2.de Finibus,Aut hæc tibi Torquate sunt vituperanda , aut patrocinium voluptatis repudiandum.
Causa patrocinio non bona maior erit. Ouid.1.Trist.eleg.1.
Suscipere patrocinium difficilis causæ.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.
Suscipere patrocinium alicuius defertæ disciplinæ. Cic.1.de Nat. deor.Et in Orat.Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere.
Tueri patrocinia. Vatinius Cic.lib.5.9,Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas,P.Vatinius cliens aduenit,qui pro se causam dicier vult.

Patronymicum nomen , penultima corr. {πατρωνυμικὸν} Grammaticis dicitur,quod sub patris nomine significat filium : vt Priamides, id est Hector Priami filius.Vide Grammaticos,maximè Priscianum.

PATROVS,Apollo apud Athenienses dictus est,& Alexicatos. Alexander Alexandrinus lib.6.cap.4, Nec minus Apollinem nominibus variis vocatum ferunt:quippe apud Athamanas Titan, apud Ægyptios Osiris: à Persis, vbi in antro colitur , Mitra nuncupatur,à Lydiis Lymios:ab aliis Eleus. In Tauromnio Archigetes,à Syracusanis Themites,à Græcis Tyreos , cui sacrum ante fores faciunt:apud Bachini incolas Libystinus , à Scythis Oetosyros , Lesbiis Myricæus , quòd myrices,hoc est virgas teneret:apud Spartanos Carnius dictus est,ab Athenienſibus Patrous.

Patrueles,Patruus, Vide PATER.

PATTALVS {πατταλίων} Vir quidam fuit infamis calumniator, cui quum mos esset bonis viris calumnias struere , atque hoc tam fœdo quæstu parare rem , tandem deprehensus conuictúsque , pœnas dedit capite. Huic præcipuum studium fuit , probati nominis iuuenibus negotium facessere. Idem popularibus conuiciis lapidatus est, quòd fur esset,& ædium perfossor.Hinc prouerbium,Patrælcione calumniosior. Refert Suidas.

PATTALIA {πατταλία} Insuius Siciliæ,ἀπὸ τῦ πατάξαι, id est à sonitu.nam per saxa fluens clamare videtur.Claud.2.de raptu Proserpinæ,
& saxa rotantem
Pattagiam.

PATTALICI, seu Patæci apud Phœnices dij minuti, quos in proris triremium circumuehere solebant. Herodotus Pigmeis similes Pataicos deos dicit. Lilius Syntag.1.

PATVLCIVS, dictus est Ianus,quòd tempore belli portæ tẽpli eius pateant. Vide Ouidium in FASTIS.

Patulico.Patulus,Vide PATEO.

Paua,Vide PAVO.

Paucus,pauca, paucum {παῦρος,ὀλίγος, ἀκμαῖος, ἀκαιρεμάτος} à Parum quidam deducunt, Singulariter rarò legitur,contrarium est Multo. Cic. de Amic. Quum & ego essem vnà,& pauci admodum familiares , in eum sermonem illum incidere.
Plures & Pauci,contraria.Author ad Heren.lib.4,Qui quum plures erant,paucis nobis exæquari non poterant.
Ex multis paucos ad ignominiam sortiri.Cic.pro Cluent. Si erunt plures qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint,vt non animaduertas in omnes, sed carpes vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiére.
Ad paucos pœna,ad omnes metus peruenit.Cic.pro Cluent.
Inter paucos disertus , & dignus illa propinquitate. Quintilianus libro 10.cap.3.
Crimen paucarum in omnes diffundere. Ouid.3.de Arte:
Intrauit paucis comitantibus vrbem. Ouid.11.Metam.
Paucæ,paruæ,& viles res.Cic.5. Tusc. Aperta res est,& quotidie nos ipsa natura admonet , quàm paucis , quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus.
Pauca & modica. Tacit.lib.20.
Non pauca,Vide NON aduerbium.
Contentus paucis.Horat.1.Serm.satyr.3.
Conferre in pauca,Vide CONFERO.
Dicere pauca.Horat.2.Serm.satyr.7.
E multis pauca tibi expediam dictis.Virg.3.Æneid.
Loquar pauca pro re.Virg.4.Æneid.
Respondere pauca.Horat.1.Serm.satyr.6.
¶Paucis,subaudi verbis. Terent.And.5.3,
Pater,licétne pauca? s.quid dices mihi? Celsus lib.7,Prius ipsius loci natura paucis proponenda est.
Auscultare paucis,Vide AVSCVLTO.
Cognoscere paucis.Lucret.lib.2.
Docere paucis.Virg.4.Æneid.
Responsum paucis reddere.Virg 6.Æneid.
His paucis diebus.Cic.2.Verr.Ecce autem repentè his diebus paucis,comitiis Consularibus factis.
Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios : Id est, Intra paucos dies.Cic.ad Curion.lib.2.6.
¶In paucis diebus quàm Capreas attigit,&c.Sueton.in Tib.Id est, paucis pòst diebus quàm.
Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ.Plaut.Mostel.2.
Paucis interpositis diebus iterum,&c.Cic.de Claris Orat.

Paucis

Paucis mensibus.Cic.ad Quintum frattem , lib.3.17, Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore.
¶Pauci, apud antiquos pro bonis ponebantur,vt Multi pro malis, authore Nonio. Cic.in Orat.Iactationem habuit in populo,nec pauc orum iudicium reprehensionẽmque pertimuit.
¶Pauciores dies. Paulus in l.2.D.de iur.deliberandi.
¶Pauciſsimus. Plin.lib.10.cap.59; Anseres aliàs plurima oua sedecim,pauciſsima septem.

Pauculus,pen.corr.Diminutiuum {παῦρος.} Terent.Heaut.4.6,
Quod imperabit facito:loquitor pauc ula. Cic.ad Attic.lib.5,Quintum Volusium tui Tiberij generum , certum hominem, sed mirificè abstinentem,missi in Cyprum,vt ibi pauculos dies esset.
Cætera de genere horum paucula.Lucret.lib.2.

Pauxillus , Adiectiuum {ἀπ' ὀλίγος} diminutiuum à Paulum. Plautus Aulul 5.
Ossa pauxilla & minuta.Lucret.lib.1.
Seminibus perquàm pauxillis creata.Lucret.lib.3.
Viscera pauxilla.Lucret.lib.1.

Pauxillùm,Aduerbium {ἀπ' ὀλίγος} Parum admodum. Plaut.Capt.4,
Sed si pauxillum potes contentus esse. E. næ perpauxillum modó.

Pauxillulus,penultima correpta , Adiectiuum, diminutiuum à Pauxillus. Plaut.Rud.22,
Hoc colore capiuntur pauxillulli. Terent.Phorm.1.1,
Iampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum,id vt conficerem. Gellius lib.20.cap.vltimo, Consyderent an minutæ illæ admonitiones pauxillulæ,&c.

Pauxillatim,pen.prod.Aduerbium,pro Paululum, sensim, pedetentim. Plaut Rud.22,
Doctè atque atque astutè ego illi pauxillatim pollicitabor
Pro capite argentum.

Pauxillisper,Aliud aduerb.à pauxillo. Plaut.Truculento,
Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit. Id est per particulas. Nonius.

Paucies {παυράκις} pro Rarò dici (inquit Nonius) veterum authoritas docet. Titinnius Gemina,Tuam etiã vxorem paucies videbo. Cælius annalium lib.6, Consulto non paucies arcessitum. Paulus.

Pauciloquium,pauciloquij {παυρηλογία} Multiloquio contrarium.Plautus Merc.3,
Inhæret etiam auiditas,desidia,iniuria,
Inopia,contumelia,& dispendium,
Multiloquium,pauciloquium.

Paucitas , pen.corr.huius paucitatis, fœm.gen. {ὀλιγότης.} Cic.1.de Inuent. Paucitas in partitione seruatur. Idem ad Cælium, lib.2.10,De pantheris per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est,& eas,quæ sunt,valde aiunt queri,quòd, &c.
Amicorum paucitas.Cic.Antequam iret in exilium.
Definita numero & paucitate genera.Cic.2.de Orat.

PAVENTIA Dea,ab antiquis constituta,vt auerteret pauores ab infantibus:atque inde etiam appellata,authore D.Augustino.

Pauco,pauces,pauì {παυρίζομαι} pauère, Timere. Plaut.Curcul.5,
Paues parasitus quia non rediit Caria.
Pauco nc. Terent.And.2.2,
Id paues,ne duca tu illam:tu autem,vt ducas.
Pectora pauent metu.Ouid.9.Metam.
Animus pauet apud consilium illud pro reo dicere.Cic.5.Philip.
Noctem pauere.Cic.2.Tusculana,
-nauem vt horrisono freto
Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ. Ex poeta.
Pugnam pauere.Lucan.lib.7.
Pauere plus est quàm Timere. Tacit.lib.4,Id ipsum,inquit,pauentes quod timuissent. Nempe quia timor quem animo conceperant, aspectu augebatur.
Pauco,cum accusatiuo. Plin.in Paneg. Illos posteros libertatis nec terret Cæsar,nec pauet.
Pauesco,cum accusatiuo.Tacit.lib.1,Plures bellum pauescere , alij cupere.

Pauendo {τῷ παυρίβαθαι.} Lucan.lib.1, -sic quisque pauendo
Dat vires famæ.

Pauens,Participium {παυρόβαρμος.} vt Rerum nouitate pauens iuuenis. Ouid.2.Meram.
Agna pauens.Ouid.6.Metam.
Terrore pauentes equi.Ouid.2.Metam.

Paueri frumenta dicebant antiqui , quæ de vagina non bene exibant. Festus.

Pauendus {παυροβατέος.} Plinius lib.8.cap.23,Nec pedibus pauendas tantum serpentes,sed & missili volare tormento.

Pauesco, pauescis {παυρόβαμαι} pauéscere,Idem quod Pauere , nisi frequentia significationem augeat. Gellius lib.19.cap.1, Rebus fortè id genus,quibus dixi, obortis, pauescere sensim, & quasi albescere,non insipientis esse hominis,neque ignari putemus.
Prodigia pauescere.Silius lib.16.

Pauefio , pen.prod.pauefis, pen.indifferẽ.{πάυρομαι} Pauefferi , pen.corr. Pauidum fieri.Gellius libro 19.cap.1,In tanta violentia tempestatum videor paulum pauefactus.
Corpora pauefacta.Ouid.15.Metam.

Pauito,pauitas pen.corr. {πάυρομαι} pauitãre, Frequentatiuum , Valde pauere,timere,vel valde frigere. Terent.Hecy.3.1,
-vxorem Philumenam
Pauitare nescio quid dixerunt. Vbi Donatus , Pauere & timere ; & ad corporis, & ad animi perturbationem veteres referebant. Virgil. 6.Æneidos,
Vix adeò agnouit pauitantem,& dira tegentem
Supplicia.
Pueri in tenebris pauitant.Lucret.lib.2.

Pauitans,pen.corr. Particip. {πάυρόβαμος.} Valer.7.Argonaut.
Prosequitur pauitans, & fictо pectore fatur.Virg.2.Æneid.

Pauor,huius pauoris,mascul.gen. {πάυρος,πάυρομαι, πάυοπτις,δι' ὁμοίου} Est(inquit Cic.4.Tusc.)metus loco mouens mẽtem. Cæs.2.bel.Gal.Prius quàm se hostes ex pauore ac fuga recinerent.
Liber pauore,Vide LIBER,liberi.
Tela gelida pauoris.Lucret.lib.3.
Aduersorum pauor.Silius lib.8.
Anceps pauor.Valer.3.Argon.
Cæcus.Valer.7.Argon.
Circunfusus,Vide CIRCVNFVNDO.
Confusior,Vide CONFVNDO.
Falsus.Tacit.lib.20.
Gelidus.Lucret.lib.3.
Nec gelidi torpet telis perfixa pauoris.
Horribilis.Lucret.lib.5,
-cui non conrepunt membra pauore
Fulminis horribili?
Horridus.Senec.Herc.OEth.1.
Humilis.Virg.1.Georg. Hoc est,humiles efficiens.
Lymphaticus,Vide LYMPHA.
¶Pauor cepit me.Liu.4.bel.Pun.
Deponere pauorem.Ouid.10.Metam.
Venia est tantorum danda pauorum.Lucan.lib.1.
Ingens excutit somnos.Senec.Octauia,4.
Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Cic.3.de Orat. Et 4.Tusculan. Ex Ennio.
Exultat pauor.Lucret.lib.3.
Incutere pauorem,Vide INCVTIO.
Induere.Tacit.lib.20.
Induere alicui.Silius lib.15.
Iniicere,Vide INIICIO.
Nouus pauor insinuat per pectora tremefacta. Id est,insinuatur.

Seruius.Virg.2.Æneid.
Lenire Silius lib.8.
Gelidus pauor occupat artus.Lucan.lib.1.
Pulsans corda haurit.Virg.3.Georg.
Sacer pauor corda effera raptat.Valer.1.Argon.
Reliquit ossa.Virg 3.Æneid.

PAVOR & PALLOR, Dei à Tullio Hostilio figurati & culti.Augustinus, Hostilius certè Rex deos & ipse nouos Pauorẽ atque Pallorem propitiandos non introduceret , si felicitatem Deam nosset & coleret. Liuius lib.1.& Lactantius.

Pauidus,pen.corr.Adiect. {πάυρομαι} Qui semper timet,inquit Seruius. Plin.lib.11.cap.37,Nutátes aures pauidis equis. Virg.8.Æneid. Stant pauidæ in muris matres.
Metu pauidus.Ouid.2.Fast.
Aures.Ouid.epist.3.
Aues pauidas terrere.Ouid.1.Fast.
Formidine pauidi cerui.Virg 3.Georg.
Formido.Ouid.2.Metam.
Fuga.Silius lib.13.
Furtum.Lucan.lib.2.
Leporem captare.Horat.Epod.2.
Mentes.Tibull.lib.3.eleg.4.
Pauidus metus,ab effectu,quia pauidos facit.Ouid.1.Fast.
Pecus.Ouid.2.de Arte.
Religiones.Lucret.lib.2.
Vrbs.Virg.9.Æneid.
Vultus.Ouid.2.de Ponto,eleg.8.

Pauidissimus , penultima correpta , Superlatiuum {πάυρομαι.} Silius libro 10, -talia' pauidissime dignum
Me vita,pulchráque indignum morte putasti?

Pauidè, pen.corr.Aduerb. {πάυρομαι} Timidè, Meticulosè. Liu.5.ab Vrbe,Quæ ad Alliam tam pauidè fugerat,ciuitas fuit.

Pauicula , pauiculæ , pen.cor.Instrumentum quo coæquatur & condensatur terra arearum. A pauiendo dicitur. Cato cap.129, Vbi bene comminuta terra fuerit,& amurcam combiberit , cylindro aut pauicula coæquato. Columel.lib 2.cap.20, Tum area æquata pauiculis, vel molari lapide condensetur.

Pauimentum,pauimenti {ἔδαφος,βαλὸς,χάμπεδον,ῥάδι} Ipsum domus solidamentum siue incrustatio , quam gradiendo calcamus. dictum à pauiendo,id est tundendo siue feriendo: quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur & tunduntur , vt solidiora sint, & ne rimas faciant.Iuuen.Satyr.14,
Verre pauimentum,& nitidas ostende columnas. Cato,Pauimenta ad hunc modum facito,De testa arida pauimentum struito: vbi structum est,pauito,siccatóque oleo,vt pauimẽtum bonum fiet. Plinius epistol.25.
Barbarica pauimenta,Vide BARBARVS.
Pauimenta & porticus habet villa.Cic.Quint.frat.lib.3.17.
Compostæ arte pauimento lexes.Cic.3.de Orat. Ex Lucilio.
Facere pauimenta.Cic.Quint.frat.lib.3.17.
Natabant pauimenta vino:madebant parietes.Cic.2.Philip.
Pauimentorum genera multa fuerunt apud veteres.Erant enim lithostrota,paruulis coagmẽrata crustis, siue tesselatis lapillis structa. Erant & subdialia à Grecis inuenta , quæ sub dio erant, & in aperto: quæ vbi imbres gelant, sunt vtilia. Erant & asarota, de quibus Papinius in Sylui, -subiérántque nouis asarota figuris.
Plinius appellat etsarota: quoniam purgamenta cœnæ in pauimenta euerri solent. & Græcè dicitur bene:σαίρω,verro. Fuerũt & pauimenta barbarica subtegulanea,scalpturata,& Græcanica. Vide Plin.libro 36.cap.25.
Pauimenta Pœnica,inquit Festus,marmore Numidico strata significat Cato,quum ait in ea oratione quã habuit,nequis Consul fieret, Dicere possum quibus villæ , atque ædes ædificatæ , atque expolitæ maximo opere citro atque ebore , atque pauimentis Pœnicis stent. Vide NYMIDIA.

Pauimenta sectilia & tessellata, Vide Sectilis,in SECO,& Tessellatus,in TESSERA.

Pauimento, pauimentas, pauimentâre, Pauimentum facere, seu pauimento sternere. Plin.lib.27.cap.4,Ergo pauimentandum vbi sata sit, censent,vt lachryma non absorbeatur. Cicero pro Domo,In palatio pulcherrimo prospectu, porticum cum conclauibus pauimentatam trecentûm pedum concupierat.

Pauio,pauis,pauiui,pauitum, pen.prod. { παίω } pauire, Ferire,percutere,tundere. Sumptum à Græcis, qui παίειν dicunt percutere. Cic. 2.de Diuin. Sed quia quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire,terripauium primò,pòst terripudium dictum est:hoc quidam iam tripudium. Cato cap.18,Ibi de testa arida pauimentum struito:vbi structum est,pauito,fricatóque,oleo perungito, vti pauimentum bonum siet. Columel.lib.1.cap.6.

Pauita & complanata terra.Plin.lib.9.cap.10.

Paulatim, Paulisper, Paulum, Paululum, Paulus, Vide PARVM.

PAVLVS { παῦλος } cognomen L.Æmylij Consulis Romani,de quo vide in AEMYLIVS.

Prodigus Paulus magnæ animæ.Horat.1.Carm.ode 12.

Belligeri sublimis regia Pauli.Stat.1.Sylu.1.

Paulus Castrésis Iurisconsultus Patauij,Florentiæ & Bononiæ iura interpretatus est : editíque Commentarijs suis , Patauij anno 1437. prid.Kalen.Mar.vitæ supremum diem confecit.

Pauo,pauonis,& Pauus,paui,masc.gen.{ παώς } Auis vulgo nota. Plin. lib.10.cap.20,In his pauonum genus cum forma, tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maximè sole , quia sic fulgentius radiant. Et paulo pòst , Ab authoribus non gloriosum tantùm animal hoc traditur , sed & maleuolum , sicut anser verecundum. Gell.lib.7.cap.16,Pauus è Samo præstátior est. Cic. 3.de Finib.Alia autem nullam ob vtilitatem quasi ad quendam ornatum,vt cauda pauoni , plumæ versicolores columbis , viris mammæ atque barba.

Pauo regia.Auson.Sect.3.ad Paulinum,

Nec quia mille annos viuit Gangeticus ales,

Vincit centum oculos regia pauo tuos.

Paua, pauæ, fœm.generis.{ παώνη } Pauonis fœmina. Ausonius Sectione prima,

Pauáque de pauo constitit ante oculos:

Pauo masculus.Colum.lib.8.cap.11.

Pauo fœmina.Colum.lib.8.cap.11.

Cauda pauonis.Lucret.lib.2.

Lepor pauonum.Lucret.lib.2.

Pictus pauo.Ouid.2.Metam.

Crudus,Vide CRVDVS.

Pauonaceus,Adiect.{ παωνάδης }Plin.lib.36.cap.22,Vt si libeat,ad quæ vocant pauonacea tegendi genera. Quo in loco doctiores legunt pauimentata tegendi genera,hoc est pauimentorum more constructa,cuiusmodi permulta hodie videmus.

Pauoninus , pen.prod. Adiect. { παωνῖνος } Quod ex pauone est. vt Pauoninum ouum.Colum.lib.8.cap.5.

Pauonius { παώνιος } aliud Adiect.idem significans. vt Pauonia oua. Varro 2. de Re rustica. capite 9. Castigatiora exemplaria habent pauonina.

Pauor,Vide PAVEO.

Pauper,huius pauperis,penult.corr.com.gen.vel vt alij volunt,omnis gen. { πένης, πτωχός } Notæ significationis. Dicitur à paruo lare. Cic. in Parad. Non modò non copiosi ac diuites,sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.De improbis & auaris.

Pauper,à paulola re.Varr.lib.4.de ling.Latin.

Turba pauperiorum.Horat.1.Serm.satyr.1.

Ambitiosi pauperes.Quintil.lib.2.cap.4.

Pauper esuriens.Martial.lib.9.epigr.82.

Facere pauperem.Senec.de Benef.lib.2.cap.2.

Pauper vbique iacet.Ouid.1.Fast.

Pauperis est numerare pecus.Ouid.13.Metam.

Meo sum pauper in ære.Horat.2.epist.2. Id est,pauper quidē sum, sed tamen in meo ære , non in alieno constitutus. id est, nulli quicquam debeo. Porphyr.

Congesto pauper in auro.Sen.Herc.fur.3.

¶Pauper,cum genitiuo positum:vt Argenti & auri pauper. Horat. 2.Serm.Satyr.3.

Aquæ pauper Daunus.Horat.3.Carm.ode 30.

Colonus pauper turis.Horat.1.Carm.ode 35.

¶Agri pauperis custos.Tibull.lib.1.eleg.1.

Cultus pauper.Tibull.lib.1.eleg.10.

Domus.Virg.12.Æneid.

Pauper & ieiuna eloquentia, per translationem,pro Inope & ieiuna.Quintil.lib.10.cap.5.

Honos.Stat.5.Thebaid.

Horti pauperis custos.Virg.7.eclog.

Incola.Ouid.3.Trist.eleg.10.

Sub paupere tecto.Horat.1.epist.10.

Terra.Virgil.6.Æneid.

Vena pauperiore fluit carmen.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.

Vena paupere manat ingenium.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.

Nec iners,nec pauper voluntas.Ouid.8.Metam.

Pauper diuiti dans,petit. Prouerbium accommodari poterit ad illos,qui pauperes munusculis quibusdam captant diuites,ad eum modum liberalitatem illorum velut elicientes. Neque enim hoc est dare munus,sed flagitare.

Pauperior , Comparatiuum. Vlpian.in l. Nec ei permittitur. §. vltimo. D. de adoptionib. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori.

Pauperrimus,penultima correpta {πενέστατος} Superlatiuum.Plin.lib.24. capite 1,Quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coemer.

Bonorum pauperrimus.Horat.1.Serm.satyr.1.

Paupera , pauperæ { πένινα } apud Plautum lectum est , Paupera hæc res est.

Pauperculus, Adiectiuum diminutiuum { πενιχρός } Terent. Heaut.1.1, Est è Corintho hic aduena anus paupercula. Varro 1.de Re rust.cap. 17,Vt plerique pauperculi cum sua progenie.

Mater paupercula.Horat.1.epist.18.

Paupertas,paupertatis,fœm.gen. { πενία } Ipsa pauperis conditio. Cic.3. Tusculan. Vt de paupertate nonnunquam,cuius onus disputando leuamus , docentes quàm parua & quàm pauca sint quæ natura desyderet.

Paupertas,egestas,mendicitas. Cic.in Parad.Itaque istam paupertatem,vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Pudor paupertatis.Horat.1.epist.19.

Audax paupertas.Horat.2.epist.2. Audacé paupertatem appellauit aptissimo & verissimo epitheto.nulla enim res est,quæ magis impellat homines ad facinus,iniuriámque alteri inferēdam,quàm paupertas. Non malè igitur Plato libro 8.de Repub. Perspicuum est(inquit) qua in ciuitate mendicos videris , in ea ciuitate, fures, crumenarum sectores , sacrilegos , & omnium huiusmodi malorum opifices laritare.

Paupertas certissima.Columel.lib.12.cap.2,Nam verus est prouerbium , paupertatem certissimam esse,quum alicuius indigeas , vti eo non posse , quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod desyderatur. Hactenus Columella. Sentit autem , ni fallor , siquis habeat domi, quod quum vtendum est, inueniri non potest , cum magis egere eo quod habet , quàm si non haberet. Etenim qui non habet , rogat alicunde commodato: qui habet, vbi ventum est ad articulum quo sit vtēdum:nec suum habet,quòd vbi sit,nescit: nec alienum habet quo possit vti. Erasmus.

Contracta in paupertate solutus.Horat.1.epist.5.

Pauperras fœcunda virorum fugitur.Lucan.lib.1.

Horrida paupertas.Lucret.lib.6.

Infœlix.Iuuenal.Satyr.3.

Sæua.Horat.2.Carm.ode12.

Sobria.Claud.7.Panegyr.

¶Causam paupertatis defendere.Cic.5.Tusc.

Leuem effecere paupertatem ferendo.Ouid.8.Metam.

Leuare paupertatem alicui,Vide LEVIS.

Patientia paupertatis ornari.Cic.2.de Lege agrar.

Ambitiosa paupertate viuimus.Iuuenal.Satyr.3.

PAVPERTAS Dea, quam Aristophanes in Pluto πενίαν & dicit & describit,à Gadareis summa in veneratione habita est,quòd crederetur artes adinuenisse, industriam & hominum ingenium acuere. Atrianus,Hanc ore pallido , furiæ similem , nisi quòd facem non præfert, pingunt.

Paupertates,nouè positum numero plurali. Varr.de vit.popul.Roman.lib.11,Quid inter hos Ioues interfit,& eos qui ex marmore,ebore,auro nūc fiunt, potes animo aduertere,& horum temporum diuitias,& illorum paupertates. Nonius.

Pauperies , pen.corr. pauperiei, pen.prod.fœm.gen. Idem { πενιχρότης } Horat.2.Serm.satyr.7,

Quem neque pauperies,neque mors,neque vincula terrent. Virg.6. Æneidos, -quàm vellent æthere in alto

Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Magnum pauperies opprobrium.Horat.3.Carm.ode 24.

Abacta pauperies.Vide ABIGO.

Aspera.Claud.de bello Getico.

Immunda pauperies domus.Horat.2.epist.2.

Importuna.Horat.3.Carm.ode 16.

Proba.Horat.3.Carm.ode 29.

¶Inferre aliquem in pauperiem,Vide INFERO.

Angustam pauperiem pati.Horat.3.Carm.ode 2.

Duram pati.Horat.4.Carm.ode 9.

Perferre pauperiem & duros labores.Virg.6.Æneid.

Iniquam tolerare.Claud.2.in Eutrop.

¶Pauperies,damnum dicitur quod quadrupes facit. Paulus. Hinc tit.in Paudectis,Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. id est,feciſſe damnum.

Paupertinus , pen.prod. Adiectiuum { πενιχρολόγος } Idem quod Pauper. Varro de Vita popul.Rom.lib.1,Quòd si paupertina sint elegantia,ac cum castimonia. Nonius.

Paupertinum cor.Arnob.lib.6.aduers.gentes.

Paupertinæ literæ.Gellius Noct.Attic.lib.14.cap.6.

Paupero,pauperas,penult.corr. { πενητοποιῶ } pauperāre, Pauperem reddere,antiquè. Plaut.Pseud.20,

-nam boni viri

Me pauperant,improbi alunt. Horat.2.Serm.satyr.5,

Eripiet quiuis oculos mihi citius,quàm te

Contemptum cassa nuce pauperet.

Merx dominum pretio pauperat. Plaut.Milit.glorios.

Pausa,pausæ { παῦσις } est quies alicuius rei , vt ait Nonius. Lucil.lib. 1.Sat. Hæc vbi dicta dedit,pausam facit ore loquendi.

Frigida pausa vitæ,Mors.Lucret.lib.3.

Interiecta pausa vitæ Lucret.lib.3.

Dare pausam alicui.Lucret.lib.2.

Pausam fecere fremendi. Ennius apud Varronem libro 6.de Ling. Latina.

Pausam stare fragori.Lucret.lib.1.

Pausarius,pausarij, Qui pausam voce designat. Seneca epist.57, Sic me ad omnia duraui, vt audire vel pausarij possim voce acerbissima remigibus modos dantem. Id est,significantem quando vel intendere, vel remittere conatum debeant.

Pauso,pausas { παύομαι } pausare, Quiescere. Plaut. Trinummo,4, Pausa,vicisti castigatorem tuum.

PAVSANIAS { παυσανίας } Cleombroti filius,Lacedæmoniorum dux, res multas bello fœliciter pro Lacedæmoniis gessit. Contra Atheniēses qui bellum excitauerant missus, eos pacatos reddidit , eiectis ex vrbe decem tyrannis. Pòst etiam rebus Persicis studens,quum esset Byzantiis, paulatim ad tyrannidem peruēnit,stipatoribus Phœnicibus & Ægyptiis , tum veste mensáque Persica vtens , Xerxis insuper filia sibi matrimonio iuncta. Quare in iudicium vocatus, fugit in templum Minervæ, vbi & interfectus est. Cadauer in barathrum eiectum. Ex Thucydide. Pausanias , Macedo adolescens , qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis stuprum per vim passus ab Attalo fuerat : &, quod deterius est , conuiuijs vti scortum vltrò oblatus. De qua iniuria apud Philippum sæpe questus, quum,eum ridentem facinus videret , iram in eum conuertit,& vltionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice exegit. Trogus.

Pausia,pausiæ,vel Pausea, pausææ {ἐλαίας εἶδος} Oliuæ genus: quòd non nisi pauiendo , hoc est tundendo oleum emittat. Colum.lib.5.cap.8, Olearum sicuti vitium , plura genera esse arbitror : sed in meam notitiam decem modò peruenerunt , pausia, algiana , &c. Virgilius 2. Georgicorum,

-& amara pausia bacca. Hoc est viridi,inquit Seruius.nam ex pausia viridi exprimitur oleum.

PAVSIAS { παυσίας } Sicyonius pictor , lacunaria & cameras pingere instituit.Amauit & Glycerium municipem suam, inuentricem coronarum , vnde paupertatem illa sustentauit. Hanc pinxit sedentem cum corona: quæ tabula,appellata est στεφανόπλοκος,id est coronam texens.Huius tabulæ exemplar L.Lucullus duobus talentis emit Athenis.Author Plinius lib.35.cap.11.

Pausiacus,pen.corr. { παυσιακός } Horat.2.Serm.satyra 7,Vel quum Pausiaca torpes insane tabella.

Pausicape { παυσικάπη } Machina quædam erat,quæ collo molentium seruorum inserebatur,ne polentam comederent,néve manus ori admouere possent. Miseri enim illi pistores serui,inter agendas molas, quum famelici essent, furtim soliti erant de polenta , id est de hordei farina esitare. Iulius Pollux,τό γε μὴν τοὺς εἰκότως τοῦς ὕδατι ἐργαζομένους ὑπὸ τῆ μὴ κρίθεσθαι ἀλφίτοις, ἀπεικάζοντα παυσικάπη ὀνομάζεται, περιφορὰς μηχανήματος ἐν τῆ τροχήλατον ἀπειλημμένον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τοὺς χθόνιους προσάπτειν. ὃ δὲ παύσιπνον ἔλεγον. hoc est,à curæ mœrorisque cessatione. Plin.lib.9. cap.53, Pausilypum villa est Campaniæ haud procul Neapoli. Idem lib.3.cap.6,Iter Pausilypum & Neapolim,Megaris.

Pausilypus { παυσίλυπος} poculum erat in conuiuiis tertium Iouī seruatori dicatum : ita dictum, quòd curas abigeret.Quinetiam Iouem ipsum Sophocles Pausilypum appellat.

PAVSINVS,flumen in Illyrico.Plin.lib.3.cap.21.

Pauso,pausas,Vide PAVSA.

PAVSON { παύσων } Pictor quispiam fuit insigni tenuitate , quemadmodum apud Iuuenalem Codrus. Hinc natum ferunt prouerbium, in mendicos iactari solitum,Pausone mendicior.Meminit huius Pausonis Aristoph.in Pluto.

PAVSVS, Deus videtur fuisse qui pausam afferret & quietem , quem bellis aduersarium, repugnantísque Bellonæ potestatis fuisse suspicamur ex Arnobio sic scribente , Qui Faunos qui fatuas ciuitatúmque genios,qui Pausos reuererentur atque Bellonas.

Pausus,Vide PAVO.

Pauxillus,Vide PAVCVS.

Pax,pacis { εἰρήνη,σπονδαὶ } Notæ significationis, à pactione dicitur , vt ait Vlpianus, D.De pactis.l.1.quod à verbo Paciscor deducitur. Cic. 1.de Lege agraria, Nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam,quàm otium reperiemus. Plaut.Persa,6,

Audacter,tibi si lubido est perdere.

T.bona pax sit potius.

Oliua placita paci.Virg.2.Georg.

Alma pax,Vide ALMVS.

Comes pacis,& otij socia eloquentia.Cic.de Clar.Orat.

Conditio pacis quæ est,in qua ei,cum quo pacem facias,nihil concedi potest?Cic.12.Philipp.

Cura tuendæ pacis.Ouid.11.Metam.

Facies pacis.Tacitus lib.13.

Pacis dulcedine gaudentes.Patercul.lib.2.

Imago pacis.Tacitus lib.1.

Indocilis vir pacísque modíque.Silius lib.12.

Inops pacis terra.Ouid. 2.de Ponto,eleg.2.

Medius pacis & belli.Horat.2.Carm.ode 19.

Nomen pacis dulce,& resipsa salutaris.Cic.2.Philip.

Summa pacis.Tacitus lib.13.

Tranquillitas pacis & otij.Cic.1.de Lege agrar.

Candida pax.Tibul.lib.1.eleg.9.

Concors.Ouid.1.Metam.

Egregiæ pacis custos fidissimus.Claud.de Nupt.Honorij.

Explorata. Cicero 7.Philipp. Poteritis igitur exploratam habere pacem , quum in ciuitate Antonium videatis , vel potius Antonios?

Festa.Ouid.2.Metam.

Infida,Vide INFIDVS.

Iniquæ pacis leges.Virg.4.Æneid.

Iniusta. Cicero ad Atticum,lib.7, Equidem ad pacem hortari non desino, quæ vel iniusta vtilior est , quàm iustissimum bellum in ciuibus.

Opima pace quieta tellus.Silius lib.16.

Pia & æterna.Cic.pro Corn.Balbo.

Placidissima.Cic.5.Tuscul.

Solida.Seneca Troade, 6.

Sterilis.Tacitus lib.1.

Tranquilla.Lucan.lib.1.

Venalis.Iustinus lib.25, Galli legatos ad regem Antigonum misē-

runt,qui pacem ei venalem offerrent.

¶Pace aduenio.Plaut.Amphit.3.

Abnuere pacem. Sallust.in Iugurth.

Accipere pacem.Liu.de bel.Pun.

Adempta mihi.Ouid.2.Trist.

Pax ades,& toto mitis in orbe mane. Ouid. 1.Fastorum, non procul à fine.

Adducere ad conditionem pacis.Cæs.8.de bell.Gal.

Afferre pacem animis,Vide AFFERO.

Agitare,Agere pacem,siue de pace,Vide AGO.

Agere pacem cum aliquo.Iuuen.Satyr.15.

Agere aliquid cum pace. Cic.5.Tusculan. Nos illud quidem cum pace agemus.Huic contrarium est Iracundè,vel Cum ira agere.

Coagmentare pacem,Vide COAGMENTO.

Cohortari ad.Vide COHORTOR.

Colere.Ouid.11.Metam.

Pax arua colit.Tibul.lib.1.eleg.10.

Componere,Vide COMPONO.

Conciliare pacem inter aliquos,Vide CONCILIO.

Conficere,Vide CONFICIO.

Confirmare,Vide CONFIRMO.

Constituta pax,Vide CONSTITVO.

Consulere paci. Cic.1.Offic.Paci quæ nihil habitura sit insidiarum semper est consulendum.

Conuenit pax,Vide CONVENIO.

Conuenta,Vide CONVENIO.

Dedíscere,Vide DEDISCO.

Dimittere cum pace aliquem.Cic.pro Murena.

Disturbare multo sanguine.Lucan.lib.4.

Dare.Cic.ad Quint.Fratrem,lib.1.1,Tibi data est summa pax,summa tranquillitas.

Suspectam dare.Silius lib.7.

Emollit pax aliquem.Tacitus in vita Agricolæ.

Eripere alicui.Cic.de Prouinc.Consul.Sic à Barbaris,quibus est propter auaritiam pax erepta,vexatur.De Macedonia.

Excutere pacem orbi.Lucan.lib.1.

Æternam exercere.Virg.4.Æneid.

Armis,aut precibus & votis expoſcere.Virg.3.Æneid.

Exquirere per aras.Virg.4.Æneid.

Exuere.Tacitus lib.4.

Facere. Cic.de Senect.Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.

Facta pax.Virg.3.Æneid.

Fœdare pacem vitiis.Claud.1.Paneg.

Augusta pace frui.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.

Gerere.Virg.9.Æneid.

Gignere pacem.Cic.Anteq.iret.in exil.

Habere. Cic.2.Philipp. Pacem haberemus quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonij filium. Et ibidem, Habere pacem cum aliquo.

Pignus pacis habere.Ouid.8.Metam.

Imminuere pacem.Sallust.in Iugurth.

Impetrare.Horat.2.epist.1.

Infecta pace,Vide INFICIO.

Infusa pax per æquora.Silius lib.7.

Insidet alicui pax,Vide INSIDEO.

Iungere.Liu.de bel.Gall.

Manſit pax,Vide MANEO.

Miscere pacem duello.Horat.3.Carm.ode 5.

Miseram pacem vel bello bene mutari.Tacitus lib.3.

Nuntiare.Sallust.in Iugurth.

Pax Cererem nutrit,pacis alumna Ceres.Ouid.1.Fast.

Marcentem pacem nutrire. Tacitus in lib. de moribus Germanor. Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illaesiti nutrierunt.

Perpetuam orare.Ouid.4.Fast.

Pepigit pacem,Vide PANGO,vel PAGO.

In pace & otio copias parare.Cic.pro Cecin.

Petere.Virg.4.Georg.

Præstare alicui.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.

Placida compostus pace quiescit.Virg.1.Æneid.

Recuperare pacem.Sallust.in Iugurth.

Redimere pacem.Cæsar de bell.Gall.

Longa in pace regebat vrbes.Virg.7.Æneid.

Reponere pacem terris.Silius lib.12.

Rumpere.Virg.12.Æneid.

Seruare.Cic.7.Philipp.Cum his pacem seruabit Antonius?

Sistitur bellum pace.Ouid.14.Metam.

Esse in pace. Cic.3.Catilin.Atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

Sustentare.Tacitus lib.1.

Trahere.Cic.Antequam iret in exilium,Et vos vt tutam,tranquillámque pacem traheretis , mea perfeci vigilantia. Vetus exemplar habet, fortunam.

Turbare.Stat.10.Thebaid.

In spem pacis venire. Balbus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib.9.

Verti alicuius animum ad pacem.Tit.Liu.de bell.Pun.

Violata pax.Lucan.lib.7.

Fœdera pacis violare.Lucret.lib.5.

Expertes pacis in armis viuimus.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.

Vti pace.Cic.de Prouinc.Consul.Ita gentes hæ,quæ vt pace vterentur , vim argenti dederant præclaro nostro imperatori , vt exhaustas domos replere possent,&c.

¶Pax,abi. Plaut.Milit.10.Quasi dicat,Sit tecum pax,& abi. Idem Trinum.13,Pax te tribus verbis volo.

¶Pax,pro Fœdere.Virgil.7.Æneidos,

Pars mihi pacis erit,dextram tetigisse tyranni.

Pax,est tranquilla libertas. Cic.2.Philip.
Summa cum pace frui æuo. Lucret.lib.2.

PAX, hoc est εἰρήνη, culta ab antiquis. Athenis enim Paci aram fuisse dicatam,author est Plutarchus in Cimone. Templum Pacis Romæ fuit magnificentissimum, foro proximum, quod Vespasianus à Claudio inchoatum construxit. Suetonius in Vespan. Dion, Plinius & Iosephus.

Pax genialis ea dicitur, quæ connubio inito celebratur Pronuba diuina prouidentia. Budæus.

Pacem à pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito,quæ vtrique inter se populo sit obseruanda. Festus.

¶Pax,per translationem aliquando dicitur Venia. Virg.3.Æneidos, Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.
Veniam pacémque rogamus. Ouid.1.Amor eleg.2.
Pacem & veniam petere à Deo. Cic.pro Rab.perduel.reo, Ab Ioue Optimo Maximo, cæterísque diis, &c. pacem & veniam pero, precórque:,&c.
Pace tua,Honestus reprehendendi modus,prius capta venia,Id est Tua venia,& re non irascente. Terent.Eunucho,3.2,
Quæso hercle vt liceat,pace quod fiat tua.
Pace maiestatis eius dixerim. Patercul.lib.2.sub finem.
Pace tua dixisse velim. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Pace tua dixerim, Idem. Cic.5.Tusc. Cuius ergo iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. Idem 1. de Orat. Tu esses vnus profectò, qui & meo iudicio, & omnium vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti.
Pace horum dixisse liceat. Plin.lib 34.cap.11.
¶Pax sit rebus, Id est quies. Cic.in Somnio Scip. Quæso, inquit, ne me è somno excitetis, & pax sit rebus, audite cætera.
¶Pax, Aliquando comicum aduerbium est, & significat Tantummodo, vel silentium quoddam imperantis vim habet. Terentius Heautont.4.3,
Vnus est dies: dum argentum eripio, pax, nihil amplius. Plautus Rudent.4.
¶Paces plurali numero nouè positum, teste Nonio. Varro de vita Populi Roman.lib.3, Animaduerteudum primùm,quibus de causis,& quemadmodum constituerint paces: secundùm, qua fide & iustitia eas coluerint.
In pace leones. Aristophanis interpres ostendit prouerbium iactatum esse in Lacones, qui in Asia infœliciter rem gesserant. Conuenit in eos,qui præposterè se gerunt: ibi feroces,vbi nihil erat opus: ibi fugaces,vbi res poscebat virum: aut qui in suos sæui, non itidem audent aduersus inimicos, quod Ciceroni obiicit Sallustius. Ex Erasmo.
Paces legitur apud Plautum in Persa,12,
Hostibus victis,ciuibus saluis,te placida,pacibus perfectis. Horat. 2.epistola 1,
Hoc paces habuere bonæ,ventíque secundi.
Bella & paces. Horat.1.epist.3.
Ventorum paces. Lucret.lib.5.

Pacifer,pen.corr.pacifera,pacíferum, pen.corr. { εἰρηνοφόρος } Ferens pacem. Plin.lib.15 cap.30, Laurus ipsa pacifera.
Cyllenius pacifer. Ouid.14.Metam.
Virga pacifera Mercurij. Valer.4.Argon.

Pacifico,pacificas,pen.corr. { εἰρηνοποιῶ } pacificâre,Pacem inter aliquos conciliare,discordias sedare, controuersias tollere, placare. Cic.Attic.lib.15,Seruius verò pacificatus cum librariolo suo videtur obiisse legationem,& omnes captiunculas pertimescere.
Pacificans diuos. Silius lib.15.
Pacificare,sine adiecto,pro Transigere de pace. Liu.lib.5,Inter hæc pacificatum legati à Volscis & Æquis venerunt.

Pacificatio,Verbale { εἰρηνοποίησις } Mitigatio. Cic.Attico,lib 9,Respondit se non dubitare quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret.

Pacificator,pen.prod. { εἰρηνοποιὸς } Verbale masc. Qui pacem facit. Cic. Attico,lib.10, Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto,iam actum aliquid esse in consensu Senatorum.

Pacificatorius, Adiectiuum { εἰρηνοποιὸς. } Cic. 12.Philipp. Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. Id est quæ pacem fieri petebat.

Pacificus,penultima corr. { εἰρηνικὸς } Aliud adiectiuum, Pacem faciens. Cic.Attico,libro 8, Et quæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.
Dux pacificus. Ouid.4.Fast.
Secures. Lucan.lib.7.
Sermo. Lucan.lib.3.

Paco,pacas { ἡμερίζομαι,ἡβαμερεύω,ἡβαμερίζομαι,καθαμερίζομαι,ἀνδραποδίζομαι } pacâre, Mitigare,Lenire,Placare: vt Pacare hostem. Cicero ad Catonem,lib.15.4. Idem 3.Verr.Ciuitates non modò pacatæ, verumetiam sociorum atque amicorum ad vim atque ad arma confugient.
Miea pacauit cælestes. Tibul.ad Messalam,lib.4.eleg.1.
Voce feras pacauit Orpheus. Claud.de mulabus Gallicis,10.
Milite pacatur Rhenus. Claud. in Epithal. Palladij,46.
Syluæ incultæ pacantur vomere. Horatius 1. epistol.2. Id est domantur.
Pacandus hostis. Ouid.2.Fast.

Pacatus,pen.prod. { ἡμερωθεὶς } Nomen ex participio. Cic.de Clar.Orat. Sed & huius oratio in philosophiam translata, pugnacior (vt ita dicam) videtur,& illorum in iudicia pacatior.
Reddere pacatum. Cic. Antequam iret in exilium, Si denique Cn. Pompeio auxilio fuistis, quòd terra marísque hostes reddidit pacatos:sic nunc,&c.
Pacatus illi. Cic.7.Philipp. Huic inquam tali viro, quem nos Senatusconsulto collaudatimus,potest ínne pacatus esse Antonius?
Æquora pacata. Ouid.epist.10.
Aeris pacati status. Lucret.lib.3.

Aruum pacatius. Ouid.1.de Ponto,eleg.3.
Humo pacata tegantur ossa nostra. Ouid.3.de Ponto,eleg.9.
Mare. Horat 4.Carm.ode 5.
Orbem pacatum regere. Virg.4.eclog.
Prouincia pacatissima. Cic.pro Ligario.
Vitam pacatam degere. Lucret.lib.5.
Vultu pacato excipere aliquid. Ouid.1.Fast.

Pacator,pen.prod.Verbale { ἡμερώσεως. } Senec.Herc.OEtheo,17,
Sed tu domitor magne ferarum:
Orbísque simul pacator ades.

Pacalis,penult.prod.Adiectiuum { ἱλαστικὸς } Idem quod Patifer,siue pacem significans: vt Oleæ pacales. Ouid.6.Metam.
Flammæ pacales. Ouid.1.Fast.ad finem.

Pacatè, Tranquillè,sedatè,pacificè { εἰρηνικῶς. } Cæsar lib.1.de bell.Gall. Pacatè per prouinciam iter facere.

PAXAE,duæ insulæ quinque M.à Corcyra discretæ. Plin.lib.4.cap.12.

PAXAMVS, Coquus quidam mirè ad iura condienda exercitatus. Cælius lib.7.cap.11, Apitij & Paxami iura valere iam sinamus, ne dum fartura perglisceit opimaturque corpus, nubilum menti prætendatur Cimmerium.

PAX Iulia { πάξιουλα } Prolemæo Lusitaniæ vrbs. Vulgò *Badaioz*.

Paxillus, huius paxilli { πάσσαλος } Dimiuutiuum à Palus, pali, vt ait Priscianus. Cicero autem in Oratore,à paxillo palus per contractionem deducit: ait enim, Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis,è taxillis,& vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Columel.lib.8.cap.8, Vel si ita non competit, paxillis adactis tabulæ superponantur.

PAXOS, Insula Asiatici maris,non procul à Crocylea Taphiarum vna. Plin.lib.4.cap.12.

P E

PEC. Peculium, Pecunia.

PERT Pertinax.

Pecco,peccas { ἁμαρτάνω, ἐξαμαρτάνω, διαμαρτάνω, πλήμω, ἀλιτέω, ἀβρωτέω, ἀμπλακίσκω } peccâre: Propriè (inquit Sipontinus) significat adulterium committere: dictum quasi pellicare, id est cum pellice coire. Cic.in Parad. Lapsa est libido in muliere ignota? dolor ad pauciores pertinet,quàm si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine: peccauit verò nihilominus. Siquidem est peccare tanquam transire lineas.
Peccare,est etiam quomodocunque labi & offendere,& delinquere. Terent.Andria,5.3,
Ego me amare hanc fateor: si id peccare est,fateor id quoque.
Peccare,& Virum bonum esse,contraria. Cic.3.Officior. Nunquam igitur est vtile peccare,quia semper turpe: & quia semper honestum est virum bonum esse,semper est vtile.
Suauitatis causa peccare vt liceret, impetratum est à consuetudine. Cic.in Orat. De pronunciatione verborum.
Dupliciter peccare. Quintil.lib.1.cap.5.
Largiter,Vide LARGITOR.
Imprudens culpa peccaui mea,Vide IMPRVDENS.
Citra scelus peccaui. Ouid.5.Trist.eleg.9.
Peccare in re aliqua. Cic.4.Verr. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo,si visitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. Terent.Adelph.1.2,
Te plura in hac re peccare ostendam.
In matrona peccare. Horat.1.Serm.saty.2. -quid inter
Est in matrona,ancilla,peccásve togata?
Peccare in alteram partem. Terent.Adelph.2.1. Cic.pro Rosc.Am. In eam partem potius peccant quæ est cautior.
Peccare in aliquem. Cic.ad Attic.lib.3,Siquid in te peccaui,ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui vehementius.
Peccare in adulteria. Senec.de Benef.lib.1.cap.10.
In publica commoda. Horat.2.epist.1.
Peccare aliquid. Plaut.Bacchid.8.
Peccare syllabam. Plaut.in Bacchid.
Non multa peccare. Cic.pro Murena,Non multa peccas,inquit ille,&c. At ego te verissimè dixerim peccare nihil.
Magna peccare. Tacitus lib.11.
Exceptionibus peccare. Quintil.lib.2.cap.15.
Adultero peccare. Horat.1.Carm.ode 33.
Peccare superné. Horatius,
Non habitat,mutátve loco, peccátve superné. Locus hîc à multis & variè interpretatur. Turnebus,vt alios omittam, Hic peccare superné, inquit, dicitur, qui quòd insignis, aut nobilis, aut dignitate præditus est, in sublimi eminet, vt proinde eius flagitia nullo modo latere possint, quum in specula quadam constitutus alta & ardua,vt ex superiore loco, ita ex ea peccet, vt eius probra omnibus pateant. Nam de eo loquitur, qui proiectis insignibus, & annulo equestri, & toga,è iudice selecto, dum libidini lacernatus seruit, se abiicit infra libertinos damas.
Timens peccare. Horat.de Arte.

Peccatur,pen.prod.Impersonale { ἁμαρτάνεται } Horatius 1.epist.2,
Seditione, dolis, scelere, atque libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Ignoratione decori non modò in vita, sed sæpissimè in poematis & oratione peccatur. Cic.in Orat.
Peccatur,Passiuè dictum. Cic.1.Officior. Quo in genere etiam in Repub.multa peccantur.
Perturbatione rationis atque ordinis peccatur quicquid peccatur. Cic.in Parad.
¶Causam peccandi dare alicui. Ouid.2.Trist.
Talia peccandi iam mihi finis erit. Ouid.3.de Ponto,eleg.7.
Peccando deos iniquos facere. Ouid.5.Fast.

¶Peccatum

¶Peccatum est. Terentius in Prologo Eunuchi, vtrunque complexus est,
Si id est peccatum,peccatum imprudétia est. Vbi Donatus,Si id est peccatum, peccatum, πλοκή. nam PECCATVM superius nomen est, & sequens participium. Cic.Attico,libro 11, Non meo vitio fit hoc quidem tempore (à te enim est peccatum) vt me ista epistola nihil consoletur.
Non licet bis in bello peccare. Adagium videtur natum ex apophthegmate: quum Lamachus quendam manipuli ducem increpasset, quòd perperam quiddam egisset, isque respondet, se non commissurum quod commiserat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quòd primus error sæpe vitam adimat. Admonet igitur in rebus periculosis non esse tutum labi. nam si semel erretur, actum est: nec est secundo errori locus.

Peccatum,peccati,penultima prod. { ἁμαρτὰς, ἁμαρτία, ἀλίτημα, ἀμπλάκημα, ἀμπλακία, πλῆμα } Quicquid fit contra officium, quæ etiam culpa appellatur. Cic.3. Verr. Ne illud quidem animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses: in tabulas enim retulisti.
Vitia & peccata. Cic.2.Philipp.
Rectè factum & Peccatum,contraria. Cic.1.Acad.
Peccatum & Officium. Cic.3.Offic. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens: reddere,peccatum sit: non reddere,officium.
Conscius peccati Ouid.2.Amor.eleg.7.
Excusatio peccati nulla est, si amici causa peccaueris. Cicero de Amicitia.
Origo peccati. Ouid.1.de Ponto,eleg.7.
Admissa peccata remordent. Lucret.lib.3.
Animaduertere peccatum, Vide ANIMADVERTO.
Auocare à peccatis, Vide AVOCO.
Carere peccato. Cic. Mescinio,lib.5.21, Præter culpam ac peccatum quo semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimescendum.
Colligere peccata, Vide COLLIGO.
Condonare peccatum, Vide CONDONO.
Confiteri peccatum. Cic.2.de Nat.deor. Vir sapientissimus atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum quod celari posset, confiteri maluit, quàm hærere in Rep.religionem.
Corrigere peccatum alicuius. Ouid.epist.19.
Diluere peccata, Purgare & refutare. Ouid.2.de Remed.
Peccatum est prodere patriam. Cic.3.de Fin.
Si est nostrum peccatum. Cic.Attico,lib.7, Nostrum quidem si est peccatum,in eo est quòd,&c.
In eo est peccatum ipsius. Cic.Rufo,lib.5.20, De quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse,si modò erat,fratris tui & Tullij.
Multis nostris peccatis in hanc æruumam incidisse. Cic.Attico, lib.8, Id quantis nostris peccatis,vitiísque euenerit, non possum sine molestia cogitare.
Luere peccata. Virg.10.Æneid.
Obliterata peccata, Vide OBLITERO.
Ostendere peccatum, Vide OSTENDO.
Pœnitet peccati. Ouid.1.de Ponto,eleg.1.
Prostituere peccata sua famæ sinistræ. Ouid.3. Amor.eleg.13:
Recordari peccata. Cic.Attico,lib.9, Sic ego decem annorum peccata recordans,&c.succensebam.

Peccator,oris,Verbale à verbo Pecco,peccas,peccare, quod maritalem thorum commaculare significat. Peccator igitur idem est quod adulter. Imp.tit.de public.Iudic.eo verbo vsus est.

Peccatus,huius peccatus,Idem quod peccatum { ἁμάρτημα. } Cicero 4. Verr. Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars sumimæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Legitur & peccato. Gellius tamen lib.13.cap.19. contendit legendum esse peccatu, asserítque se ita legisse in vno atque altero antiquissimæ fidei libro Tironiano.

Pechyales, Vide PARALVRGES.

Pecten,pectinis,pen.corr.masc.g. { κτὶς, κτένιον, τριχάμαντον } Instrumentum textorium: dictum quòd fila in telis figat. *Vn roual, ou Vne lame de texier,ou de tisserand.*
Insecti dentes pectine. Ouid.6.Metam.
Vnci pectinis moderator, Textor. Claud.2.in Eutrop.
Rarum pectine densat opus. Ouid.3.Fast.
Arguto coniux percurrit pectine telas. Virg.1.Georg.
Textoris pectine percussæ lacernæ. Iuuen.Saty.9.
¶Pecten, Quo explicamus capillos. Plaut.Capt.6,
Sed verum strictímne attonsurum dicam esse,an per pectinem, Nescio. Sanè tonsorum alij altius & vsque ad cutem strictim tondent: alij autem leuius, & per pectinem tantùm, atque à summo capillos recídunt. Varr.lib.4.de Ling.Latin. Pecten,quòd per eum explicatur capillus. De pectine est epigramma apud Martialem lib.14.25.
Vallum pectinis abrupit capillos. Ouid.1.Amor.eleg.14.
Deducit crines pectine Cytoriaco. Ouid.4.Metam.
¶Pecten, Cratis dentatæ genus, stylis ferreis ad colendam terram. Ouid.1.de Remedio,
Temporibus cæsis dectas alligat herbas,
Et tonsam raro pectine verrit humum. Id est rastro terram arat.
¶Pecten, Instrumentum ad metendam segentem. Columella lib. 2.cap.21, Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus vtriculatis, atque iis vel rostratis vel denticulatis medium culmum secant, multi mergis, alij pectinibus spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum,in densa difficillimum est.
¶Pecten, Dicitur pubes,hoc est locus vbi pili apud verenda nascúntur. Iuuenal.Satyra 6,
Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

¶Pecten, Musicum instrumentum, quo citharam pulsamus. Virgilius 6.Æneidos,
-iam pectine pulsat eburno.
Crispus pecten, Vide ORGANVM.
¶Pectines, siue pectunculi { κτένες } Pisces sunt. Horatius 2. Serm. satyra 4,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Plinius lib.9.cap.33; Saliunt pectines, & extra volitant, seque & ipsi carinant. Sunt autem pectines, ait Massarius in Plinium, concháe striatæ, restis biualuibus, altera tantum tumida, altera plana, binísque auriculis angularibus. Quod autem ad volatum attinet, velocem motum interpretatur. Pectines enim tanta velocitate dehiscunt, vt ex vehementi repercussione saliant & superiactent, vt quasi volare videantur. Vide PECTVNCVLVS.
¶Pectines, à Plinio dicuntur in arboribus & earum materia per longitudinem rectæ pectinum modo linæ & interualla, Græcè κτενώσεις. in quibus autem variant pectinum illorum linæ & interualla, adiicere Plinius solet aliquid quo varietas illa possit indicari, obliquos, crispos, nodosósve dicens.
¶Pecten Veneris, Herba. Plin.lib.24.cap.19. A similitudine pectinum. Dioscor.lib.2.cap.132. & ad eum Matthiolus.

Pectino,pectinas,pen.corr. { πέκω } pectinâre. vt
Pectinare segetem. Plin.lib.18.cap.21.

Pectinatum { κτενωτὸς } tectum dicitur,à similitudine pectinis, in duas partes deuexum,vt testudinatum in quatuor. Festus.

Pectinatim,pen.prod: Aduerbium { κτενηδὸν } Ad pectinis similitudinem, & quasi denticulatim. Plin.lib.9.cap.33, Cuniculatim,pectinatim,imbricatim vndata. De generibus concharum.

Pecto,pectis,pexui vel pexi,pexum { κτενίζω } pectere, Explicare, & pangere capillum. Virg.lib.7. Æneidos,
Pectebátque ferum, puróque in fonte lauabat.
Cæsariem pectere. Horat.1.Carm.ode 15.
Capillos. Ouid.13.Metam.
Capillos pectens ancilla. Ouid.1.de Arte.
Capillos pectendos præbere. Ouid.epist.13.
Comas bene pectere. Tibul.lib.2.eleg 5.
¶Pectere citharam etiam dicimus, id est Percutere, & distendere pectine chordas,id est plectro chordas mouere. Sipontinus.
¶Pector, pecteris. Plin.lib.19. cap.1, Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.

Pexus, Participium { κεκλωσμένος. } vt Pexus capillus. Cic.2.in Catil. Quod proprium est Catilinæ,de eius delectu,imo verò de amplexu eius,ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis.
Pexæ vestes, Villosæ,& villo oblongo & demisso, inquit Budæus; Plin.lib.8.cap.48, Istiæ, Liburniæque pilo propior quàm lanæ pexis aliena vestibus. Dicit Plinius Istricam lanam & Liburnicam, propterea quòd similior sit pilo quàm lanæ, inutilem esse vestibus pexis seu villosis faciendis, meliorem verò & aptiorem apicis seu rasis.
Toga pexa. Martial.lib.2.epig.in Sextum,
Emi ieu puetum, togámvè pexam,
Seu tres,&c. Domitius Calder. Duo inquit, genera togarum: altera pexa, altera rasa dicebatur. Placet vt toga pexa dicatur villi crassioris: vnde pexati dicuntur, hac toga induti. Hæc ille.
Tunica pexa. Horat.1.epist.1. Hoc est, Demissa vsque ad talos, sicut pexi capilli, demissi. Acron.
Folia pexa, Hoc est crassa, & in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Colum.lib.11.cap.3.
Munera pexa, Crassa & opima ac spissa, non leuia. Martial.lib.7:45: Domitius etiam exponit pexa, pulchra.
Doctor pexus & pinguis. Quintil.lib.1.cap.5.
Pexa, inquit Hermolaus in Plin. dicuntur, & quæ concinna sunt: vt depexa, quæ lacera. Terentius, Depexum dabo. Sed & pexæ vestes à Plinio referuntur,8.libro. Et Martialis, Pexatum pulchrè dicit, qui pexis vestibus vtatur. Nam vbi Persius satyra 1.dixit, Pexúsque togáque recenti, Probus: Barba, inquit, tonsuræ genus est, quo iuuenes sic tonsi, pexibarbi appellantur. Hæc Barbarus. Ioannes Baptista Plautius in locum illum Persij, Pexus, inquit, ornatus, politus; nitidus: vel pexa veste indutus. Pexa autem vestis dicitur elegans, pretiosa, concinna: vnde & Pexatus dicitur, vestibus pexis indutus. A Quintiliano quoque pexus doctor decenter accipitur pro eleganti, terso, & exculto. Dicta autem pexa vestis à spissitate texturæ, quam Plautus tunicam spissam appellat in Epidico. Hieronymus tunicam pexam pro lacera & sordida posuit, sed contra omnes authores qui purè & significanter locuti sunt. Verba eius hæc sunt aduersus Iouinianum lib.2, Tunc pexa tunica, & nigra fuscula vestiebaris, sordidatus, & pallidus. Hæc Plautius. Erasmus in locum illum Hieronymi, Pexa, inquit, quòd nullos haberet floccos, detrita nimirum. Hæc ille. Calcagninus lib.3. epistola 1, Pexæ & rasæ generales voces sunt, quum villosę aut apicæ, id est sine villis sunt. Hinc Pexati. ex quo illud Martialis,
Pexatus pulchrè, rides mea Zoile trita. Et Iuuenal.Satyra 2,
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa. Sic tabernæ vulgò villutum & rasum peculiari vocant nomine. Proinde Plinius rectè admouet, Istricam & Liburnicam lanam, quæ pilo propior est quàm lanæ, pexis esse alienam vestibus. Hactenus Calcagninus. De toga pexa, habes hoc loco testimonium Martialis: de rasa, Vide in TOGA. Super hac re differit Betoaldus in Asinum Apuleij hunc in modum: De subucula, inquit, est illud Horatianum,
-si forte subucula pexæ
Trita subest tunicæ. Hieronymus aduersus Iouinianum, Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus. Sed pace sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens, pexam tunicam pro lacera & sordida accepit: quod longè secus est. Pexa enim tunica significatur elegans, pretiosa, concinna: vnde & pexatus dictus, vestibus pexis indutus. A Quintiliano

quoque pexus doctor decenter accipitur pro eleganti, terso, & exculto. Denique vt breuiter multa finiamus, pexum vestimentum opponitur trito, tanquam pretiosum abiectissimo: & ita intelligi voluit Horatius, tanquam inconcinniter reprehensibilitérque copulet ur vestis pexa cum trita subucula. Videri poterit hallucinatus esse diuus Hieronymus, vt crederet pexam tunicam accipi pro lacerata & vili, ex illo Terentiano in Heautont. Act.5.scen.1.sub finem,

-si viuo,adeò exornatum dabo,

Adeò depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei. Vbi Grammatici exponunt depexum, pro laceratum. Sed longè aliud pexa vestis est, aliud homo depexus. Hæc enim particula DE, modò auctiua est,modò priuatoria, vt depexum dicamus pexo contrarium: sicut dehonestum verbum dicitur, turpe, & contrarium honesto: & mille alia. Quanuis tamen apud Terentium verbum illud depexum accipi condecenter posset pro expolito & exculto: sicut hodie quoque in communi loquendi consuetudine vsurpatur, vt minitabundi dicamus, Ego comam tibi pectam, atque exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictum illud Terent. nam exornatum & depexum in eodem significatu accipiuntur: quanuis contrarium subintelligi velit. Hæc Beroaldus, cui Erasm.in diui Hieronymi vita paulò ante finem respondet his verbis, Beroaldus cedit Hieronymo,quòd pexam vestem posuerit pro detrita vilique, quum Horatius sit vsus pro noua & eleganti. Ne nimium operæ ponam in huiusmodi nugis: primùm hoc loco Hieronymus non interpretatur quid senserit Horatius, ne alludens quidem apertius ad illius verba. Neque statim illi concesserim pexam vestem esse nitidam & elegantem: quin verò propius est, genus fuisse vestis, quod villos haberet: quod genus sunt lanææ non attonsæ. At subucula iam villis atritis, parum congruit cum tunica pexa. Neque Hieronymus pexam tunicam, & nigram subuculam opposuit nouæ & eleganti, sed lineis, sericis, ac candidis, quæ rum in deliciis erant: adeò vt ætate Plinij à Barbaris importata, non satis digna viris Romanis haberentur: & notati sunt Imperatores aliquot, quòd holosericis vterentur. Id ita esse ipsa Hieronymi verba declarant: Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestitans manum: nunc lineis & sericis vestibus, & Attebarum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Proinde pexa pestis, siue noua sit, siue verus, siue vilis, siue pretiosa, certè lanea est. At serica, lineáque, lanea non sunt, & candore potiffimum commendantur. Et quanquam nunc linearum vestium vsus vilis sit ac plebeius, tamen is olim nobilium erat: & honoris causa primùm datus sacerdotibus, ac proinde nulli monachorum concessus nisi inter obeunda sacra.Hæc Erasmus.

Pexitas,penultima corr. huius pexitatis {πιλωτότ.} Plin. lib.11.cap.24, Quàm non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ. Pexitas telæ aranearum, inquit Turnebus, erat lanuginosa filorum natura, quæ in rara eorum textura non perinde apparet,verùm in densa.

Pexatus,pen.prod.Adiectiuum {πιλωτικμένος} Qui veste pexa indutus est.Martialis lib.2.58,

Pexatus pulchrè, vides mea Zoile trita. Pexati dicuntur, inquit Domitius, toga pexa induti,qua vtebantur hyeme villo densiore.

Pectitus,pen.corr.Adiectiuum {κτενιδὸς} Politus & subactus. Colum. lib.12.cap.3. Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit.

Pectorale,Vide PECTVS.

Pectunculus {κτὰς} Piscis qui & pecten dicitur. Plin.lib.9.cap.29, Loligo etiam volitat,extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. Vide PECTEN.

Pectunculi concharum.Colum.lib.8.cap.16.

Pectus,pectoris, penult.corr.neut.gen. {στέρνον, στῆθος, διάφραξ} Anterior pars animalis à gula vsque ad ventrem. Plin.libro 11.cap.37, Pectus, hoc est ossa præcordiis & vitalibus natura circũdedit:at ventri,quem necesse erat increscere,ademit. Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum latum,reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maximé.

Pectus,dictum est quasi pactus,à compactis costis.
Saucius pectus leo.Virg 12.Æneid.
Mollities pectoris.Ouid.3.Amor.eleg.7.
Pectus aduersum.Virg.9.Æneid.
Adusto pectore merulæ.Horat.2.Serm.saty.8.
Apertum.Virg.11.Æneid.
Arrectum.Virg.11.Æneid.
Candidum.Virg.9.Æneid.
Castigato planus sub pectore venter.Ouid.1.Amor.eleg.5.
Fortissimum.Virg.2.Æneid.
Fossum. Ouid.epist.3.
Gelidum subito frigore.Ouid.1.Fast.
Luctans.Ouid.12.Metam.
Lympharum.Ouidius 11.Metam.
Magnum bouis.Colum.lib.6.cap.1.
Niueum.Senec.Herc.fur.7.
Musculorum toris numerosum equi pectus. Columella libro 6. capite 29.
Plumeum.Stat.3.Thebaid.
Plumosum.Ouid ad Liuiam.
Pronum.Stat.11.Thebaid.
Pulchro pectore virgo.Virg.3.Æneid.
Semiferum.Virg.10 Æneid.
Spatiosum.Stat.4.Thebaid.
Sublatum.Virg.3.Georg.
¶Abit hasta trans pectus,Vide ABEO.
Cæspes accreuit pectori,Vide ACCRESCO.
Aduolare ad pectus,Vide ADVOLO.
Affligere pectora solo.Lucan.lib.2.
Ambire aliquem pectore,Complecti aliquem.Lucan.lib.8.
Aperire ferro pectus.Seneca Agamemn. 4.

Cadere in pectus.Ouid.4.Metam.
Cædere pectus.Quintil.lib.2.cap.12.
Concutere pectora planctu.Stat.5.Sylu.1.
Condere telum pectore.Ouid.13.Metam.
In aduerso pectore ensem condidit.Virg.9.Æneid.
Constringere pectora.Stat.2.Sylu.2.6.
Contundere pectora.Lucan.lib.2.
A pectore denudari,Vide A præpositionem.
Distrinxit arundine pectus.Ouid.10.Metam.
Dare pectus ensibus.Senec.Hippol.5.6.
Ferire pectora plangore.Ouid.4.Metam.
Pugnis fœdans pectora.Virg.11.Æneid.
Fouere pectore.Ouid.2.Metam.
Haurire pectora ferro.Ouid.8.Metam.
Impellere pectus presso pectore.Silius lib.5.
Infuscare pectus illuuie,Vide INFVSCO.
Laxare pectus amictu.Stat.2.Achill.
Lucentia pectora ferro.Valer.6.Argon.
Læui patens in pectore vulnus.Virg.11.Æneid.
Honestum pectus manu percussit.Virg.12.Æneid.
Perfossum.Lucan.lib.6.
Plangere pectora.Ouid.epist.11.
Moribundo pectore terram plangere.Ouid.12.Metam.
Prosabat somnum toto pectore.Virg.9.Æneid.
Rescindere pectora ferro.Stat.11.Thebaid.
Retegere pectus.Ouid.13.Metam.
Rumpere pectora fremitu.Lucret.lib.3.
Ensis rupit pectora.Virg 9.Æneid.
Signatum pectus sanguine.Ouid.2.de Arte.
Suscipere cicatrices aduerso pectore.Quintil.lib.2.cap.15.
Sustinere amplexu pectora alicuius.Lucan.lib.5.
Traiecta ferro.Virg.1.Æneid.
Transfixum.Virg.1.Æneid.
Transmittere cuspide.Silius lib.7.
Transuerberat abiete pectus.Virg.11.Æneid.
Tundere pectora.Lucan.lib.3.
Liuentia tundere.Ouid.8.Metam.
Tunsæ pectora palmis Iliades.Virg.1.Æneid.
Vulnerare pectora alicuius.Ouid.8.Metam.

¶Pectus, non modò superficiem corporis, sed cor sub pectore significat,atque interdum etiam animum,quem in ipso corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. Plaut.Epid.5,

Sapit hic pleno pectore. Iuuen.Satyra 13,

Nocte,diéque suum gestare in pectore testem.

Toto pectore. Cic.1.de Legibus, Amicus per se amatur toto pectore,vt dicitur. Erasmus, Quum syncerum & absolutum amorem significamus,toto pectore dicimus, & toto animo. Cic. Attico,lib. 12, Te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quàm à me vis aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem toto pectore amplectare.

Sine pectore corpus.Horat.1.epist.4.
Animus in pectore præsens.Virg.5.Æneid.
Oculi pectoris,Solertia.Ouid.15.Metam.
¶Ægra curis pectora.Valer.6.Argon.
Amicum pectus.Ouid.3.de Arte.
Altum.Virg.6.Æneid.
Anhelum.Virg.6.Æneid.
Angustum.Ouid.3.de Arte.
Animosum.Claud.2.Panegyr.
Anxia.Stat.5.Thebaid.

Apertum.Cicero de Amicit.In amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuúmque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

Attonitum.Senec.in Hercul.furente,13,

Nondum tumultu pectus attonitum caret.

Auidum.Ouid.epist.9.
Cæca.Lucret.lib.2.
Certa pectora,Constantia.Virg.9.Æneid.
Concitum ira.Senec.Medea,7.
Conscium omnium scelerum.Senec.Thebaid.1.
Cupidum.Ouid.epist.17.
Deuota morti.Horat.4.Carm.ode 14.
Discordia pectora,& ancipites animi.Lucan.lib.10.
Doctum.Ouid.3.Trist.eleg.1.
Fessum curis.Senec.Hippol.2.
Fidum mutuis amoribus.Horat.2.Carm.ode 12.
Firmo pectore nunc opus.Virg.6.Æneid.
Flammatum amore.Senec.Troade,4.
Fœcundum.Stat.1.Achill.

-tu tantum prouidus astu

Tende animum vigilem,fœcundúmque erige pectus. Fœcundum, Id est in quo multa sunt consilia. *Esprit garni de grand sçauoir & prudent aduis en plusieurs sortes.* At Budæus legit, fœcundum concute pectus. Fortè melius legeretur, fœcundúmque excute pectus.

Frigidius glacie pectus amantis.Ouid.epist.1.
Generosa.Ouid.12.Metam.
Graue ærumnis.Seneca Agamemn.4.
Hospitale.Horat.Epod.17.
Immite.Silius lib.1.
Imo pectore,Vide IMVS.
Impium.Horat.Epod.5.
Inaccessum Veneri.Claud 1.de raptu Proserp.
Inane pectus sanguinis atque animi.Ouid.epist.3.
Inexaturabile.Virgil.5.Æneid.
Insanum.Senec.Hippol.12.
Intacta pectora lucro,Non auara.Claud.8.Paneg.

Læta.

Læta.Virgil.5.Æneid.
Leue.Virgil.11.Æneid.
Lugubre.Ouid.epist.10.
Magnanimum.Claud.3.Panegyr.
Magnum.Lucret.lib.3.
Maiors.Stat.5.Thebaid.
Mortale.Virgil.4.Æneid.
Nescia vinci.Virg.12.Æneid.
Onustum lætitia,Vide ONVS.
Periura.Ouid.2.Metam.
Placidum.Virgil.1.Æneid.
Plenissima magni animi.Ouid.5.Metam.
Bene præparatum.Horat.2.Carm.ode 1.
Purum.Horat.1.Serm.saty.6.
Raucum.Senec.Agamem.7.

Remisso pectore ac placido aliquid ferre. Id est æquo animo. Seneca Thebaid.1.

Rude.Ouid.epist.4.
Sæuum.Virgil.12.Æneid.
Sedatum.Stat.5.Thebaid.
Sinuosum.Persius Saty.5.
Succincta curis.Stat.5.Sylu.1.
Tepidum.Ouid.3.Metam.
Timidum.Ouid.11.Metam.
Tranquilla pectora pace.Lucret.lib.2.
Tremefacta pectora.Virgil.2.Æneid.
Turbidiora pectora ipso mari.Ouid.1.Trist.eleg.10.
Violenta.Virg.10.Æneid.

¶Accendere donis pectus,Vide ACCENDO.

Constanti pectore agere aliquid.Silius lib.11.
Ardescit dira cuppedine pectus.Lucret.lib.4.
Armatum fide.Silius lib.11.
Aspergi pectus amore nocet.Ouid.1.de Arte.
Captus toto pectore,Infanus.Ouid.6.Fast.
Cessit amor pectore,Hoc est recessit.Ouid.epist.23.
Attonito cesserunt pectore sensus.Lucan.lib.5.
Exossato cient omni pectore fluctus.Lucret.lib.4.
Collocare multa in pectore,Vide COLLOCO.
Consistere pectore,Vide CONSISTO.
Ab imo pectore dat gemitum.Virg.1.Æneid.
Domare pectus ira concitum.Senec.Medea,7.
Effundit pectore questus.Virg.5.Æneid.
Excussa pectore Iuno.Virgil.5.Æneid.
Casto pectore exturbare nefanda.Senec.Hippol.2.
Exuere pectus curis.Stat.4 Sylu.4.
Fatigatum.Ouid.3.Amor.eleg.10.
Furiato pectore fertur.Claud.3.de raptu Proserp.
Figere sibi aliquem in pectore.Persius Saty.5.
Confusa pectora firmat religio.Valer.1.Argon.
Flagrauit abstrusoincẽdio pectus, Vide Abstrusus,in ABSTRVDO.
Flectuntur pectora duri Magni.Lucan.lib.8.
Fodere pectus in iras.Silius lib.5.
Inimico vel ficto pectore fatur.Virg.11.Æneid.
Formare pectus amicis præceptis.Horat.2.epist.1.
Obtusa pectora gestamus.Virg.1.Æneid.
Iactare curas pectore.Virg.1.Æneid.
Imbuere pectora pietate aliqua,Vide IMBVO.
Incensum pectus amore.Virg.3.Æneid.
Calido sub pectore intumuit bilis.Persius Saty.5.
Labi pectore nostro,dicitur cuius obliuiscimur.Virg.1.ecloga.
Animosum pectus luxuriat toris.Virg.3.Georg.De equis.
Mittere curam de pectore.Virg.6.Æneid.
Præsaga pectora mœrent.Ouid.10.Metam.
Mollire pectora alicuius.Horat.Epod.5.
Ferum pectus mollire precibus.Seneca Theb.1.
Mulcere pectora.Virg.1.Æneid.
Commoti pectoris ignem nutrit Ruffinus.Claud.1.in Ruffin.
Obsessa malis pectora.Seneca Herc.fur.13.
Pectora pugnis obtundere,Vide OBTVNDO.
Onerare pectora alicuius variis causis.Ouid.3.Fast.

Onerare & complere pectus copia rerum.Cic.3.de Orat. Onerandum, complendúmque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate,copia,varietate.

Permulcere pectora dictis.Virg.5.Æneid.
Tacitum pertentant gaudia pectus.Virg.1.Æneid.
Studioso pectore prosequimur tua nomina.Ouid.2.Fast.
Purgare pectora dictis.Lucret.lib.6.
Recipere pectus,Recipere animum.Seneca Medea,6.
Arcano sacras reddit Cato pectore voces.Lucan.lib.2.
Memori pectore referre aliquid.Horat.2.Serm.saty 4.
Referre voces pectore.Virgil.5.Æneid.
Vacuo pectore regnat amor.Ouid.1.Amor.eleg.1.
Sollicito pectore reperens suspiria.Ouid.2.Metam.
Reuomere fluctus pectore.Virg.5.Æneid.
Cultus recti roborant pectora.Horat.4.Carm.ode 4.
Rumpuntur pectora.Virg.12.Æneid.
Rupit vocem pectore.Virgil.3.Æneid.
Satiare sua pectora luctu alicuius.Ouid.6.Metam.
Memori pectore signatum nomen.Ouid.epist.13.
Seueri pectoris esse.Ouid. epist.17.
Despecto pectore superbit.Stat.3.Thebaid.
Ab imis pectoribus suspirare.Ouid.2.Metam.
Trepidat formidine pectus.Ouid.2.Metam.
Improuida pectora turbare.Virgil.2.Æneid.
Turbatum malis.Seneca Medea,6.
Turbatus pectora Æneas.Virg.8.Æneid.

Variare pectora dubiis curis.Valer.3.Argon.
Versare consilia pectore.Virgil.1.Æneid.
Pectore intimo vri.Catull.in Epithal.Iuliæ.
Vita pectora inclusis ignibus.Ouid.epist.8.

Pectusculum,huius pectusculi,pen.corr.Diminutium {στηθάριον.}

Pectorosus,pen.prod.Adiect. {πλατύστερνος.} Quod est magni & validi pectoris. Colum.lib.8. cap. 2, de gallinis, Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Plin. lib.14. cap. 22, Ad hæc pertinet pectorosa cerucis repandæ ostentatio.

Pectoralis, & hoc pectorale, penultima producta, Quod ad pectus pertinet.

Pectorale,Substantiuum {στηθοδέσμιον} Genus armaturæ,quod ante pectus ponitur. Plin.lib 34. cap.7, Fecit & Sp.Carulius Iouem qui est in Capitolio victis Samnitibus, sacrata lege pugnantibus,è pectoralibus eorum,ocreísque & galeis.

Pecu,Pecuaria,Pecuarius,Vide PECVS.

Peculator,Peculatus,Peculiaris,& Pecuniosus, Vide PECVLIVM.

Peculium,peculij {ἀφορμίδιον,κτηνίδιον, πτωσύτιον} A pecore, vt ait Festus: dicitur quicquid alicuius labore & industria partum & lucrifactum est. Et proprié seruorum est: sicut pecunia, patrumfamiliàs, & nobilium. Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculium, quia pecoribus vniuersa eorum substantia constabat. Cic. in Parad. An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionẽ recusant durissimæ seruitutis? Celsus in l. Si chorus. D. De legatis 3, scribit pecuniam sine peculio fragilem esse. Id est, sine lucro. Cic.3. Ver. Hic Diogenetus,qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculij. Vlpianus de Peculio, l. Depositi, Peculium dictum est quasi pusilla pecunia, siue pusillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem sic definiuit, vt Celsus lib. 6. Digestorum refert,quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, deducto inde siquid domino debetur. Florentinus in l. Peculium, D. De peculio. Peculium, inquit, & ex eo constitit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruit à quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruum suum habere quis voluit.

Cura peculi.Horat.de Arte.
Conficere peculium,Vide CONFICIO.
Castrense peculium,Vide CASTRVM.

Peculiolum,peculioli,pen.corr.Diminutium.

Peculiaris,& hoc peculiare,pen.prod.{ἰδιάζων}Quod ad peculium pertinet,vel quod peculio deputatur, vel quod peculij proprium est,inquit Valla. Plaut.Asin.10,

Etiam opilio qui pascit mater,alienas oues,
Aliquam habet peculiarem,qui spem soletur suam.

¶Peculiaris {ἴδιος} Proprius, specialis, præcipuus, nec cum aliis communis. Sueton. in Cæsare, cap.76, Præterea monetæ,publicísque vectigalibus peculiares seruos præposuit.

Testis peculiaris alicuius.Cic.pro Flacco.
Hoc mihi peculiare fuerit.Cic.Qu.fratri,lib.1.12.
Peculiari inuidia naturæ.Plin.lib.6 cap.1.

Peculiare edictum, Nequis. Cic. 5. Verr. Exoritur peculiare edictum repentinum, Nequis frumentum de area tolleret, antè quàm cum Decumano pactus esset. Id est, ad aliquod tempus proprium.

Nummi peculiares. Paulus in l.Cum fundus.§.1.D.Si certum petatur.

¶Peculiare {δουλικὸν} pro Re seruili quandoque ponitur. Vlpianus in l. Si quis vinum. ad finem. D. De tritico, vino, oleo legato, Si peculiare vinum legatum sit, id continebitur quod serui habuerunt.

Peculiariter,penultima correpta,Aduerbium {ἰδίως} Specialiter,præcipuè. Plinius libro 27. capite 4, Epiphoris peculiariter imponitur. Quasi singulariter, & eius propria virtus. Quintil. libro 8. capite 2, Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur.

Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio. Paulus in Liij. §. Saltus. D. De acquiren. vel amitt. poss. Nec mouere nos debet, quòd quædam etiam ignorantes possideamus,Id est quæ serui peculiariter parauerunt.

Peculiosus,penult.producta, Adiectiuum, Qui peculij multum habet. Plaut.Rud.4,

Peculiosum esse decet seruum & improbum,&c.

Peculiatus, pen.prod. aliud Adiect. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10.32, Planè bene peculiatus. Id est pecunia abundans, nummatus. Nam suprà dixerat, magno pondere auri, maiore argenti coacto. Budæus.

Peculio, peculias {ἀφαιρῶ} peculiare, Peculium auferre. Plaut. Perfa,6,

Atque istanc ob rem ego aliquid te peculiabo.

Peculor,pen.prod.peculatis {κλέπτω τὸ κοινόν} peculári, Furari ea quæ ad Rempub.seu principem pertinent.

Peculator,pen.prod.Verbale {κλέπτης τῶν κοινῶν.} Est qui furtum facit pecuniæ publicæ, authore Asconio. Cic.3.Offic. Neque enim de sicariis,veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est.

Peculatus, huius peculatus, penultima producta {κλοπαία τῶν κοινῶν.} Pecuniæ publicæ aut principis furtum. Cic. 3. Verr. Erunt etiam fortasse Iudices, qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandum putent: quòd iste M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, re vera Pop.Romani & erant, & habebantur, ex fanis religiosissimis, ex vrbibus sociorum, atque amicorum, non dubitauerit auferre. Ibidẽ,Impudentissimum tuum furtum,certissimúmque peculatum.

Peculatus,furtum publicum dici cœptus est à pecore, quia ab eo,

initium eius fraudis esse cœpit. Siquidem ante æs, aut argentum signatum, ob delicta, pœna grauissima erat duarum ouium, & triginta boum. Eam legem sanxerunt T. Menenius Lanarius & Sextius Capitolinus consules. Quæ pecudes postquam ære signato uti cœpit Populus Romanus Tarpeia lege cautum est, vt bos centussibus ouis decussibus æstimaretur. Festus. Item, Peculatus est nunc quidem quale cunque publicum furtum: sed inductum est à pecore, vt pecunia quoque ipsa iam etiam noxij pecore multarentur, quod neque æris adhuc, neque argenti erat copia: itaque suprema multa etiam nunc appellatur. Paulus. Peculatus, furtum publicum à pecore dictum, sicut & pecunia, eo quòd antiqui Romani, nihil præter pecora habebant.

Peculatus à principio capitalis Romæ non fuit, & pecuniaria pœna, non capitis diminutione notabatur, id significat Liuius libro 27, quum ait, M. Liuius erat, multis annis ante ex consulatu populi iudicio damnatus, quam ignominiam adeo ægrè tulerat, vt & ros migraret, & per multos annos & Vrbe & omni cœtu careret hominum. ex his verbis, non esse M. Liuio aqua & igni interdictum, sed, affectum animo grauiter ex eo iudicio, iratum populo sua sponte vrbe cessisse, animaduerto. cum autem peculatus nomine esse damnatum, ex eo libello constat, quem nescio quis de viris illustribus composuit. & apud Liuium lib 38. damnato de peculatu L. Scipione Asiatico, Africani maioris fratre, litis æstimatæ, & carceris, nisi solueret, mentio fit; aquæ verò & ignis interdictio nulla nominatur. est etiã exẽplum M. Camilli, qui vrbem Romã obsidione Gallorum liberauit. hic ob Veientanam prædam, vt ait Liuius, à L. Appuleio accusatus, 15. millibus grauis æris damnatus est. abiit autem in exilium ante iudicij libem: quia, quum se damnatum iri, de suis tribulibus & clientibus cognouisset, de patria maluit decedere, quàm iniquissimam multam populi suffragiis irrogatam exoluere. nam damnatis de peculatu vel quanti esset lis æstimara, soluendum erat, vel in vinculis, donec soluerent, misserrime viuendum. quod in Scipionis Asiatici iudicio Liuius significat. quòd si reus, iudicio non expectato, in exilium voluntarium abiisset; tunc accusationem quidem is, qui cœperat persequebatur; reum tamen absentem non alia, quàm pecuniaria pœna populus condemnabat: eámque pecuniam soluere, si rediret, damnatus cogebatur, aut, si soluendo non esset, in carcerem ire. Hoc de crimine lex nulla nominatur: sed ante M Æmilium Lepidum C. Flaminium Cos. quo anno superior Africanus à duobus Petiliis tribunis pl. est accusatus, iudicem senatum fuisse Liuius lib. 38. significat. me tamen idem Liuius in dubitationem adducit, senatus ne, an populus ante eos consules, quos nominaui, de peculatu quæsierit. scribit enim duobus libris, 27, & 29, M. Liuium Salinatorem, post priorem consulatum à populo esse condemnatum. eam porrò damnationem peculatus nomine fuisse, iam ostendimus. Sed videlicet existimare possumus, quouis de crimine, si tribunus pl. aliquis esset accusator, populum iudicare potuisse: ne grauis auctor T. Liuius, damnetur inconstantiæ. Post Africam, eiúsque fratris Asiatici accusationem, præter cum iudicum consilio de iis, qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit id opinor lege ab aliquo magistrata lata instituta. alioqui, quod senatus vniuersi munus erat, ad prætorem, certúmque iudicum numerum, senatu negligente, translatum, vix putarim. Lege postea lata capitalis peculatus factus est: quod Iurisconsulti declarant. Peculatus pœna, inquit Vlpianus ad legem Iuliam peculatus, aquæ & ignis interdictionem continet: in quam hodie succeßit deportatio. potrò, qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam surripuisset, vel, vt furripi retur curasset: si quis in aurum, argentúmve, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, feciſsetque dolo malo, quo id peius fieret. hæc apud Venuleium scripta sunt. Quod autem additur, eadem Iulia lege obstrictos fuisse qui æs, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset, aut in publicis tabulis deleuisset, inducisséve; hæc ego non ad peculatum, sed ad maiestatem retulerim. quòd si pretio commissum id fuisset: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnati potius maiestatis, & corruptus & corruptor. quædam enim incerta crimina in maiestate conferebantur: neque aliud crimen patebat latius. atque etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum fuisse, ne quis ex pecunia sacra religiosáque auferret, intereaperet, in rem suam verteret, non peculatum magis, quàm sacrilegium, fuisse existimauerim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se priuatim retinuisset, eámque nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis. nam qui prædam ab hostibus captam surripuerat, in quadruplum damnabatur: cæteris autem aqua & igni interdicebatur, postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, vt repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit; propterea, vt in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium, contrácque hæredes, vt scripsit Papinianus ad legem Iuliam peculatus, actio dabatur. Pecuiatum tamen, quod ante quinquennium esset admissum, obiici non oportuit, si Venulcio credimus. Paul. Manut. de leg. Roman.

Peculatum facere in aliquem. Plaut. Ciſtel. 2.
Reus peculatus. Plin. de Viris illuſt.
Accusari peculatus. Author ad Heremn. lib. 1.
Damnari peculatus. Cic pro Flacco.

Pecunia, huius pecuniæ {ὑπάρξεως, χρήματα} Notæ significationis.

Pecunia, dicta est à pecore, siue à pecu: quia omnis pecuniæ, pecus fuit fundamentum, vt ait Varr 2. de Re ruſt. cap. 1. Colum. lib. 6. in Præfat. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eadémque quæstuosissima propter quod nomina quoque & pecuniæ, & peculij, tracta videtur à pecore, quoniã id solum veteres possederũt, & adhuc apud quasdã gẽtes vnũ hoc vsurpatur diuitiarũ genus. Plin. lib. 33 cap 3. Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. Signatũ est nota pecudũ, vnde & pecunia appellata.

Pecuniæ verbum, non solùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est quin approbet Hæc Vlpianus in l. Pecuniæ. D. De verb. & rer. signific. Idem sentit Hermogenianus, ibidem, l. Pecuniæ. Cic. 2. de Legib. Ad quos eiusdem morte pecunia venerit. Ibidem, Si maior pars pecuniæ legata est. Hîc pro eo accipitur quod vulgò *bona mobilia* vocant, teste Budæo.

Effectrix multarum & magnarum voluptatum, pecunia. Cic. 2. de Fin.
Regina pecunia. Horat. 1. epist 6.
Abstinens pecuniæ. Horat. 4. Carm. ode 9.
Accipiret pecuniarum, Vide ACCIPITER.
Nerui belli, pecunia, Vide NERVVS.
Vis pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ causa faciunt. Cic. Quæst. lib. 1. 1.
Superbus pecunia. Horat. Epod. 4.
¶Adesa, Vide ADEDO.
Aduentitia, Vide ADVENTO.
Adulteratæ. Firmic. lib. 4. cap. 12.
Amplissimæ pecuniæ dominus Cic. pro Rosc. Amer.
Conducta Iuuen. Saty. 11.
Frumentaria. Papin. in l. Ideo. D. De compensat. Ideò condemnatus, quòd aræ tiorem annonam ædilitatis tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videbitur.
Funesta Iuuenal. Satyr 1. Id est multis exitiosa, & quæ multos perdidit. Et apud Cicer. Philipp. 2.
Immanes pecuniæ, Vide IMMANIS.
Ingens, Vide INGENS.
Insperatæ repentinaque, Vide INSPERANS.
Maioris pecuniæ res. Id est maioris pretij & æstimationis. Hermogenianus in l. Rei maioris. D. De excepi præscrip. & præiudiciis.
Maritæ. Vide MARITVS.
Modica, Vide MODVS.
Obscœna. Iuuenalis Saty. 6. Id est, quæ multis causa est obscœnæ vitæ.
Parua, Vide PARVVS.
Plena & præclara. Cic pro Rosc. Amer.
Priuata. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Signata. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Vsuraria Vlpian. in l. Quum alter. D. De compensat. Quum alter alteri pecuniam sine vsuris, alter vsuratiã debet. Et lege sequente, Si mutuem fit vsuraria pecunia.
¶Abstinere pecunia, & pecuniis, Vide ABSTINEO.
Abundans pecunia, Vide ABVNDO.
Accipere pecuniam, Vide ACCIPIO.
Æstimare pecunia, Vide AESTIMO.
Annumerare pecuniam alicui. Cic. 1. Verr.
Anquirere pecunia, Vide ANQVIRO.
Attribuæ, Vide ATTRIBVO.
Auertere pecuniam, Vide AVERTO.
Auersa pecunia publica. Vide AVERTO.
Auferre pecuniam de ærario, Vide AVFERO.
Auctus pecunia, Vide AVGEO.
Capere pecuniam, Vide CAPIO.
Circundare gratiam & pecuniam. Tacit. lib. 14.
Circumuentus innocens pecunia, Vide CIRCVNVENIO.
Coacervare, vel congerere pecuniam. Cic. Philip. 5.
Cogere pecuniam, Vide COGO.
Coacta, Vide COGO.
Collecta. Horat. 2. epist 10.
Collocare pecuniam, Vide COLLOCO.
Conciliare, Vide CONCILIO.
Conciliare aliquem alteri pecunia, Vide CONCILIO.
Condonare aliquem pecunia, Vide CONDONO.
Conferre pecuniam, Vide CONFERO.
Ad statuam conferre pecuniam, Vide AD præpositionem.
Conficere, Vide CONFICIO.
Conficere pecuniam de vectigalibus. Cic. 2. de Leg. agr.
Conflatus pecunia testis Quintil. lib. 5. cap. 7. Siue odio conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia videri volumus.
Conijcere pecuniam in ædificium, Vide CONIICIO.
Construere, Vide CONSTRVO.
Conuertere pecuniam ad commodum suum, Vide CONVERTO.
Corrogata pecunia ad necessarios vsus, Vide CORROGO.
Corrumpere pecunia. Vide CORRVMPO.
Corrumpi pecunia. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Credere pecuniam, Vide CREDO.
Alta pecunia crescit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Curare alicui pecuniam, Vide CVRO.
Curare nomine alterius nobis pecuniam. Cic. Rufo, lib. 5. 20.
Debere alicui pecuniam, Vide DEBEO.
Decernere pecuniam, Vide DECERNO.
Dilapidare. Cic. ad Oct. Aug.
Dissipare pecuniam. Cic. Ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustrà dissiparim.
Dare pecuniam. Cic ad Q. Frat.
Ducens ad se cuncta pecunia. Horat 4. Carm. ode 9.
Effundere pecuniam. Cic contra Rullum.
Erogare pecuniam. Cic. ad Q. Frat.
Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. Att. lib. 4.
Exigere, capere, & imperare pecuniam. Cic. in Pisonem.
Facere pecuniam, Vide FACIO.
Fundata pecunia villis. Horat. 1. epist. 16.
Illudere pecuniæ. Tacit. lib. 18.
Impendere pecuniam in res vanas, Vide IMPENDO.

Imperare

Imperare pecuniam, Vide IMPERO.
Incubare pecuniæ, Vide INCVBO.
Inducere pecuniam & rationem, Vide INDVCO.
Inductum pecunia aliquid facere, Vide INDVCO.
Inuadere in alienam pecuniam nullo iure. Cic. pro Rosc. Amer.
Inuadere in pecunias alterius, Vide INVADO.
Inuenire pecuniam bono modo, Vide INVENIO.
Iudicatus pecuniæ, Vide IVDICO.
Mercari præsenti pecunia, Vide MERCOR.
Multare pecunia, Vide MVLTA.
Numerare pecuniam, Vide NVMERVS.
Obsignare, Vide OBSIGNO.
Occupare alieni pecuniam fœnore, Vide OCCVPO.
Oppugnare aliquem pecunia, Vide OPPVGNO.
Parta legibus & contra leges pecunia. Cic. 2. de Finib.
Periit pecunia, Vide PEREO.
Perscribere pecuniam, Vide PERSCRIBO.
Certam creditam pecuniam pero ex stipulatione. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Polliceri pecuniam aliquam militibus in singulos. Cic. 5. Philipp.
Properare pecuniam alicui. Horat. 3. Carm. ode 24.
¶Quærenda vel cum periculo pecunia. Cic. 2. de Finib.
Redigere pecuniam ex bonis alterius. Cic. 1. Verr.
Repræsentare pecuniam ab aliquo. Cic. Attic. 12. Reliquæ pecuniæ vel vsuram filio pendemus, dum à Faberio, vel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus.
Crescentem sequitur cura pecuniam. Horat. 3. Carm. ode 16.
Congesta pecunia strangulat plures. Iuuenal. Saty. 10.
Mutuas pecunias fumere, Vide MVTVVM.
Venire ad maximas pecunias paucis annis. Cic. 2. de Orat.

PECVNIA Dea. Augustinus: Pecunia dicta est dea, quæ dat pecuniam. Menander,

Ego vtiles verò deos esse arbitror
Nostros, & Argentum & Aurum maximé.
Istos quidem, si dedices tua in domo,
Quicquid voles, roges, tibi omnia aderunt,
Ager, domus, seruíque & argyromata,
Testes, amici, iudices, tantum dato. Atnobius lib. aduers. gent. Quis ad extremum Deam pecuniam esse credat, quam, velut maximum numen vestræ indicant literæ donare aureos annulos, loca in ludis, atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos?

Pecuniæ sacrificiũ fieri dicebatur, quum fruges fructúsque offerebantur, quia ex his rebus constat, quam nunc pecuniam dicimus. Paulus.

Pecunia absque peculio fragilis. Refertur hoc prouerbium Pandect. lib. 32. Tit. de leg. & fideicom. l. Si chorus. Admoner autem ne totam substãtiam vni credamus nauí, ne nihil superſit vnde damnum farciatur, si nauis interierit. Si libebit aliò deflectere, poterit accommodari ad eum, qui non omnia consilia sua communicat amicis: aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extraiis, sed in animi bonis, vt illis casu perditis, habeat quò confugiat, nec desponeat animum.

Pecuniosus, pen. prod. Adiect. {πολυχρήματος.} Quasi pecuniæ plenus & dues. Pecuniosus, à pecunia magna, inquit Varro de Lingua Latina, lib. 4. Pecuniosorum & locupletum proprietatem, inquit Nonius, aperuit M. Tullius de Senectute, à pecore pecuniosos, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multáque dirione ouium & boum, quòd tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo pecuniosi, & locupletes vocabantur. Cic. 2. Ver. Pecuniosum hominem quanuis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 7. Verr. Mirari quòd Apollonius homo pecuniosus tam diu ab isto manet integer. Ibidem, Pecuniosissimus Syracusanorum. Et in Parad. Pecuniosos reos. Et pro Cluent. Pecuniosa mulier.

Pecuniosus, à pecorum copia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pecuniosus & Tenuis, contraria. Cic. 1. de Inuent. In fortuna quæritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, &c.
Copiis rei familiaris locuples & pecuniosus. Cicero pro Roscio Comœdo.
Artes pecuniosæ. Martial. lib. 5. 57.
Artes discere vult pecuniosas.
Pecuniosus damnari non potest. Cicero in Verrem, actione secunda, ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantùm, verumetiam apud exteras nationes, in iudiciis illorum temporum, pecuniosum, quanuis sit nocens, neminem posse damnari. Huic affine est quod reperitur apud Sallustium, Romæ esse venalia omnia.

Pecuniarius, aliud Adiect. {χρηματικὸς} Quod ad pecuniam pertinet. Cicero pro Cluentio. Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Idem ad Brutum, 18. 6, Nodus est inopia rei pecuniariæ.

Causæ pecuniariæ. Vlp. in l. 1. §. 1. D. De calumniat.
Condemnatio pecuniaria. Paul. in l. Miles. D. De re iudicata.
Lis pecuniaria. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Nomen pecuniarium, Id est debitum pecuniarium. Paulus in l. Si conuenerit. D. De pignorat. act.
Pœna pecuniaria mulctari. Vlpian. in l. 1. §. His igitur. D. De postulando.
Quantitas pecuniaria. Caius in l. Liberum. D. De relig. & sumpt. funer.

Pecuniariè, Aduerb. Vlpian. in l. Si ambo. D. De cõpensationibus, Quoties ex maleficio oritur actio (vtputa ex causa furtiua, cæterorũmq; maleficiorũ) si de ea re pecuniariè agatur, compensatio locũ habet.

Pecus, pecudis, pen. corr. fœm. gen. {κτῆνος, πρόβατον, βόσκημα} Omne animal quod sub imperio, pabulo terræ pascitur, vt sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, authore Valla. Colum. lib. 2. cap. 2, de bobus, Plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quàm cornibus. Idem lib. 9. cap. 1, Feræ pecudes, vt capreoli damaque.

Pecudes, Antiqui à pede appellarunt, vt ab eodem pedicam, pedisequum, &c. Varr. lib 4. de Ling. Latin.

Fœcundius pecude nihil natura genuit. Cicero 2. de Natur. deor.
De sue.
Sequuntur sui generis greges pecudes, vt bos armenta. Cic. Attico, lib. 7.

Pecus, dicitur aliquando fuisse masc. generis, quia Ennius dixit Pecudi marito.

Pecudes elephantos vocat Plinius, Qui cum elephanto, inquit, congressus, gemino ictu pecudem exanimauit. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 5, Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primùm, vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus faciendos integræ, quàm iam expertæ.

Pecus, pro Oue. Plinius lib. 8. cap. 7, Ipsius animalis (de elephanto loquitur) tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia, manu dimouerat, nequid obsterat imprudens. Cic. 2. de Finib. Contráque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal ortum esse voluerunt.

Pecus, pro omni animali præter hominem. Virg. 4. Georg. de apibus, -& pecudum custodia solers. Lucret. lib. 2. de piscibus, Præterea genus humanum, mutaéque natantes, Squammigeræ pecudes.

Expertes rationis. Cic. 2. Offic.
¶Aurea pecus. Tacit. lib. 13, Adeò vt C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit. De Iulio Syllano.
Barbigeræ pecudes, Capræ. Lucret. lib. 5.
Densæ. Stat. 5. Thebaid.
Feræ. Colum. lib. 9. cap. 11.
Grauidæ. Virg. 2. Georg.
Latæ. Virg. 1. Georg.
Lanigeræ. Virg 3. Æneid.
Nigræ. Tibull. lib. 3. eleg. 5.
Pronæ. Claud. de mulabus Gallicis, 10.
Sagittiferam pecudem histricem vocat Claudianus, de histrice, 37.
Tarda & languida pecus. Cic. 2 de Legib.
¶Antecedit pecudibus cæterisque bestiis, hominis natura. Cic. 1. Officiorum.
Cogere pecudes, Vide COGO.
Dissentas pecudes sic. 4. Lucan. lib. 4.
Balantem pecudem spondere sacello. Iuuen. Satyr. 13.
¶Consilio istius pecudis vti volebam. Cic. in Pison. Per translationem hominem pecudem vocat.
Impurissimæ & intẽperatissimæ pecudis sordes. Cicero in Pisonẽ.
¶Pecus, pro Infante nondum in lucem edito, Vide Attuatim, in ARTVS.
¶Pecuda etiam neutro genere. Sisenna lib. 4. Historiarum, Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cic. lib. 4. de Repub. Quum adhibent in pecuda pastores. Nonius.

Pecu, huius pecu, n. g. indeclinabile in singulari, in plurali pecua, pecuum, pecubus, antiquè. Plaut. Rud. 23,

Non vides me referre vuidũ rete, sine squammoso pecu? Idẽ Bacch.
-pastor harum dormi', quum hæ eunt
Sic à pecu balitantes. Idem Mercat. 9.
Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare, &c.

A pecu, pecuium genitiuum protulit Cato, teste Perotto.

¶Pecua, idem quod Pecora. Plin. lib. 8. cap. 43, de asino, Ipsum animal frigoris maximè impatiens, ideò non generatur in Ponto: nec æquinoctio verno, vt cætera pecua, admittitur, sed solstitio. Varr. de Re rustic. lib. 2. cap. 1, nõ procul ab initio, Et homines & pecua quum semper fuisse sint necesse, &c. Seruius in illud Virg. 3. Georgicorum, -mitte in venerem pecuaria primus. Pecuaria, inquit, ab eo quod est pecuare venit. Nam pecua, vt ait in Pompeiana Cic. ab eo quod est pecu venit, vt à genu genua. Fest. lib 14, Pecuum Cato dixit genitiuum pluralem, ab eo quod est pecu. Nonius Marcell. Pecua, inquit, & pecuda, ita vt pecora veteres dixerunt. Vide quæ illic citat testimonia. Liuius Decad. 3. lib. 6, Pecua captiua, præter equos & mancipia, restituenda censuerunt dominis. Charis. lib. 1, Sunt quædam nomina tantùm monoptota, quæ pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt, & appellantur heteroclita, vt genu, tonitru, cornu, pecu. Priscian. lib. 6.

Pecus, pecoris, pen corr. n. g. Idem quod Pecus, pecudis.

Pecus dictum ab eo, quòd perpascat, à quo pecora vniuersa. Varr. de Ling. Lat. lib. 4.
Pecus, pro Multitudine pecorum siue pecudum. Virg. 3. eclogã;
Dic mihi Damœta, cuium pecus an Meliboei? Idem 3. Æneid.
Caprigenúmque pecus nullo custode per herbas.

Pecus, pro Oue aliquando ponitur. Plin. lib. 8. cap. 48, Est & in Hispania, sed maximè Corsica, non maximè absimile pecori genus musimonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius. Quintil. in Apibus pauperis, Cur in vsum vestium sæpe pecori lanæ detrahantur?

Pecus proprie de ouibus dici liquet ex Plinio lib. 8. cap. 47, De natura pecudum & lanarum.

Pecus interdum de omni animali, quod humana lingua & effigie caret, dicitur. Virg. 4. Georgicorum,

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Inde pecus fera, ad differentiam domesticæ pecudis. Lucretius lib 1,
Inde feræ pecudes persultant pabula læta.

Pecus, de bobus. Colum lib. 2. cap. 2, Sulcum autem ducere longiorem quàm pedum centum viginti, contrarium pecori est: quoniam plus æquo fatigatur.

Diues pecore Horat Epod. 15.
Balatus pecorum. Virg. 3. Georg.
Custos pecoris. Stat. 9. Thebaid.

Deus pecoris, Pan. Ouid. 2. Fast.
Niuei pecoris diues. Virgil. 2. eclog.
Domus pecorum. Stat. 1. Theb.
Greges pecorum. Ouid. 11. Metam.
Magister pecoris. Virg. 3. eclog.
Possessor pecoris, Stat. 4. Sylu. 6.
Aquatile pecus, Vide AQVA.
Corpulentum, Vide CORPVS.
Caprigenum. Virg. 3. Æneid.
Efferum. Seneca Hippol. 2. 7.
Equinum. Colum. lib. 6. cap. 27, Summam sedulitatem & largam fatietatem desyderat equinum pecus.
Fœlix. Virg. 1. eclog.
Formosum. Virg. 5. eclog.
Fœtum. Virg. 3. eclog.
Generosum. Virg. 3. Georg.
Immensum. Claud. 2. in Eutrop.
Incurui ceruicum pecus. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Iners. Virg. 4. Æneid.
Infirmum. Ouid. in Ibin.
Lætum. Horat. Epod. 2.
Lanigerum. Ouid. 1. Fast.
Molle. Virg. 3. Georg.
Montiuagum. Senec. Hercul. OEth. 2. 7.
Mutum & turpe. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Operarium, Vide OPVS.
Ouiaricum, Vide Ouiaricus, in OVIS.
Pauidum. Ouid. 2. de Arte.
Placidum. Ouid. 15. Metam.
Pingue. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Segne. Stat. 8. Thebaid.
Semianimum. Stat. 2. Thebaid.
Seruum pecus, Vide Imitator, in IMITOR.
Stolidum. Valer. 6. Argon.
Truncum. Stat. 5. Thebaid.
Vagum. Horat. 3. Carm. ode 13.
Pecus volatile. Colum. lib. 8. cap. 3.
¶Abigere pecus, Vide ABIGO.
Armentorum reliquisque pecoris greges cædere. Cic. 3. Philip.
Cogere pecus. Virgil. 3. eclog.
Depascuntur à pecore agri publici. Cic. 2. de Orat.
Signum imprimere pecori. Virg. 1. Georg.
Insuescere pecus amurca, Vide INSVESCO.
Ducem legere pecori. Virg. 3. Georgicorum.
Pauperis est numerare pecus. Ouid. 13. Metam.

Pecorinus, pen. prod. Adiectiuum {κτηνωδὲς} Quod est pecoris: vt Pecorina caro.

Pecorosus, pen. prod. Aliud adiect. {πολυθρέμμων.} vt
Phyllos pecorosa. Strat. 4. Thebaid.
Palatia pecorosa. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Ver pecorosum. Stat. 10. Thebaid.

Pecorarius, pecorarij, Qui pecua siue pecora publica redimit, vt ait Asconius. Romani enim vetustiores nihil in bonis præter pecudes habebant.

Pecuarius, pecuarij {κτηνοτρόφος} Qui pecorum curam habet, vel qui pecuarias habet alitque. Cic. pro Deiot. Vt non solùm Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamiliàs & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur. Idem 4. Verr. Quapropter de istius Prætura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis: vt si cuiquam generi hominum siue Siculorum, siue nostrorum ciuium, siue cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum probatus sit, &c. Ibidem, Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Liu. 10. ab Vrbe, Et ab Ædilibus plebeiis, L. Ælio Pæto, & C. Fuluio Curuo ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti.

Pecuarius, Adiectiuum {βοσκηματικὸς} Quod ad pecus pertinet. Plaut. Trucul. 4, -malè vertit
Res pecuaria mihi apud vos. Varro in Præfat. lib. 3, Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram. Cic. pro Quintio, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. Id est multa armenta multósque greges habebat.
Canis pecuarius, Qui pecora vel pecudes custodit à luporum voracitate & iniuria. Colum. lib. 7. cap. 12, Pecuarius canis neque tam strigosus aut pernix esse debet, quàm qui damas, ceruósque, & velocissima sectantur animalia.
Quæstio pecuaria. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 2., in ipso statim initio.

Pecuaria, pecuariorum {βοσκήματα} dicuntur ab eo quod est pecuare, & per apocopen, pecuat. nam pecua, vt ait Cicero in Pompeiana, ab eo quod est pecu, venit, vt à genu genua: & significat pecorum multitudinem. Author Seruius in illud lib. 3. Georgicorum,
-mitte in Venerem pecuaria primus. Persius Saty. 3,
Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere dicas.
Author ad Herenn. lib. 4, Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuínam præsidio pecuaria credemus? Plin. lib. 8. cap. 9, Quapropter arcent eos coitu, fœminarúmque pecuaria separant, quæ haud alio modo quàm armentorum habent.
Culta pecuaria. Stat. 3. Sylu. 3, Et Lacedæmonij pecuaria culta Galesi. hoc est oues Tarentinæ, quorum lana erat pretiosissima.
Primigenia. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 2. in ipso penè initio.
Rudunt pecuaria Arcadiæ. Pers. saty. 3. Hoc est asini, qui nascuntur in Arcadia maximi.
Pecuaria, Loca in quibus pecora nutriuntur, id est pascua. Cic. de Clar. Orat. Nam quum in sylua Scantia ita facta cædes esset, notíque homines interfecti, insimulaterúrque familia, partim etiam liberi societatis eius quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mumio CENSS.

redemisset, &c. A Censoribus enim publicani vectigalia redimebant seu conducebant.

Pecuaria, huius pecuariæ {θοσκηματικὴ} Scientia parandi ac pascendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur: quæ & Res pecuaria dicitur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1, Tres libros instituí, è quos duo scripsi. Primum ad Fundaniam vxorem De agricultura: secúdum De pecuaria ad Turanium Nigrum.
Pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt & pascuntur. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Ibidẽ in Præfatione, Quod eo facilius faciam, quòd, & ipse pecuarias habui grãdes, in Appulia ouiarias, & in Reatino equarias.

Peda, Vide PES.

PEDAEVS, Fuit Antenoris filius nothus, teste Homero lib. Iliad. 5.

Pedagium, Gothica vox, sicut & Guidagiũ, quibus Italici interpretes iuris sæpe vtuntur, maximè in cap. innouamus. extra de Cẽsib. & cap. extat. extra de verb. signif. tributum est, & vectigal.

PEDALIE, vrbs Ciliciæ ad oram Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Pedalii, pontifices apud Indos, qui in precibus quas faciunt ad deos, nihil præter iustitiam postulant, quasi nulla alia re egeant mortales his in terris. Alexandrinus Alexand. lib. 4. cap. 17, Apud Indos ij qui Pedalij vocantur, inter vota precésque solam iustitiam petere in vsu habẽt, quasi hoc munere deorũ, amplissimũ esset mortalibus datum.

Pedalis, Pedamen, Vide PES.

PEDANA {πεδίνη} Regio est non procul à Roma, dicta ab oppido Pedo, quod olim fuit, nunc non est, vt ait Porphyrius in illud Horatij 1. epist. 4,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

Pedaneus, Pedarius, Vide PES.

PEDASIVM, Promontorium est non procul à Cypro. Strabo lib. 4, Deinde promõtorium Pedasium, cui collis altus & asper imminet, mensæ cuiusdam figuram præbens, Veneri sacer.

PEDASVS, penult. corr. {πήδασος} vnus ex equis Achillis, vt idem tradit Iliad. 16. quem præ cæteris egregium tanquam equorum immortalium comitem habebat. Siquidem hunc Podagre inter equas rapidissima, quum in verno prato pasceret, ad Oceanum ex Zephyro genuit. Eóque ventos, vnde originem traxerat, cursu & quasi volatu æquabat. ¶Fuit & quidam hoc nomine, Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius, teste Homero lib. 6. Iliad.

Pedatim, Pedatio, Pedatum, Pedecosum, Vide PES.

Pedema, pen. prod. pedematis, pen. corr. {πέδημα} Genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuuenal. Saty. 11,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alia exemplaria habent Pytifmate.

Pedepressim, Pedes, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pedicinus, Pediculus, Pediolus, Pedisequus, Peditatus, Vide PES.

PEDIANVS Asconius, cuius scripta de authore testimonium faciunt, vir doctus, paulo post Ciceronem, in quem & notulas scripsit, vixisse fertur. Plin. lib. 7. cap. 48.

PEDICVLI, populi in Italia, Apulis & Salentinis contermini. Plin. lib. 3. cap. 5. Pediculorum agrũ, & oppida vide apud eundem lib. 3. cap. 11.

Pedilon {πέδιλον} Talare calceamentum varium. Homer. lib. 2. Iliad. atque iterum 4. eiusdem operis, loquens de cultu Iunonis,
ποσσὶν ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. Quam dictionem Æobanus vertit Sandalia, Andreas autem diuus, Calceamenta.

PEDIVS. Qu. Pedius pictor, mutus, Qu. Pedij Consularis triumphalísque filius fuit. Plin. lib. 35. cap. 4.

PEDO, Pedonis, pen. prod. {πηδὼν} C. Pedo Albinouanus dictus, inter eos poetas relatus est à veteribus, qui epigrammata & iocos scripserunt. Temporibus Augusti floruit & Neronis, præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum vocat lib. 4. de Ponto, eleg. 10. Et eundem postea fidereum vocat, vel propter excellentiam, vel quia forte fide syderibus descriptum aliquid habuit: sic enim ait eleg. 16,
Ilíacúsque Macer, fidereúsque Pedo.

Pedo, pedis, priore longa, pepedi, pen. prod. {πήδω, ὤδεα} pédere, Crepitum ventris emittere. Horat. 1. Serm. saty. 8,
Nam displosa sonat quantum vesica pepedi. Martial. lib. 12. 74,
Æthon in Capitolio pepedit. Idem,
Nil aliud video quo te credamus amicum:
Quàm quòd me coram pedere Crispe soles.

Pedo, pedas, Pedum, Pedusculus, Vide PES.

Pedules, fasciæ, quibus pedes vinciũtur. Vlpian. in l. 25. §. 1. De auro & argen. legat. in P.

Pedula, quæ dicimus, πέδιλα appellari manifestum est. πέδιλον, Talare, aut calceamentum varium significat. Festus.

Pedunculus maris, vermis marin⁹ est, de quo sic Pli. lib. 32. cap. 7, Vocãt & in mari pedúculos, eósq; tritos instillari ex aceto aurib⁹ iubẽt.

PEDYLI, sunt populi cauum Alpium incolentes, vnà cum Quaris (vel Cauaris vt Plinius ait) Vocontiis, Tricoriis, Iceniis, & Allobrogum portione, integrum Delphinatum, nostram patriam, stauentes. Strabo lib. 4.

Peganum {πήγανον} herba est Dioscoridi lib. 3. quam Latini Rutã appellant.

PEGASA, pen. corr. {πηγασαὶ} Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est. Propter quod nauis longa Argonautarum, Pegasæa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Æsonis, fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Iámque fretum Miniæ Pegasæa puppe secabant. Hinc

Pegasicus sinus {πηγασικὸς κόλπος} in Thessalia est appellatus. Vide Strab. libro 9.
Sunt qui rectius Pagasa dici putant. Vide PAGASA.

PEGASVS & PVSIO, Conss. apud Rom. à quibus Pegasianum s.c. nomẽ habuit, habitum Vespasiani temporibus in exemplum legis Falcidię. Nam quod efficit lex Fal. in legatis, eadem in fideicõmissis ferè s.c. Pegasianum faciebat. Iustinianus lib. 2. Instit. Ciuiliũ. tit. de fideicom.

PEGASVS, pen. corr. {πήγασος} Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte, quòd

quòd iuxta Pegas⁹, id est fontes Oceani natus sit, vbi Gorgones habitant. Hunc Hyginus, & alij complures, Neptuni & Medusæ filium dixere, qui in cælum euolauit, ibique inter sidera constitutus est, Arcticum circulum spectans, pedibus ætiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungens. Alij ex Medusæ sanguine (quam Perseus interemit) natum affruunt. Hic volauit in Helicona, vbi saxum vngula feriens, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, id est fons equinus est appellatus. Sed hic apud Pyrenen fontem Corinthium captus est, vt ait Strabo. Hoc equo vsus est Bellerophontes, in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & Gaballinum fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem ferret vngula. Cicero pro Quintio, O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat!
¶Pegasus, etiam dicebatur instrumentum in domibus, super quo tanquã iumento, vestes & similia tenerentur suspensa, à Pegaso poetico traductione nominis excogitata. ¶Fuit & Pegasus Triarchi filius, cuius nauis Pegasæa monumentum accepit.
Pegaso velocior. Hyperbole prouerbialis de præuelocibus. Nota fabula de equo alato. Vsus est Pindarus Olimpion. hymn. ic.

Pegaseus, pen. corr. Adiect. {πηγάσειος.} vt Gradus Pegaseus, id est celerrimus. Seneca Troade, 5.
Volatu Pegaseo ferri. Catull. in Camerinum, epigr. 51.

Pegasius, aliud Adiectiuum quinque syllabarum {πηγασίδες.} Persius in Prologo,
Cantare credas Pegaseium melos.

Pegasis, pen. corr. Pegasides, pen. corr. {πηγαὶς} Patronymicum fœminium, loco gentilis. Pegasides, Musæ dictæ sunt, à fonte qui πηγὴ dicitur, quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse, vt dictum est. Ouid. epist. 21,
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.
Item Pegasides. Nymphæ, quæ & Naiades. Ouid. epist. 5,
Pegasis OEnone Phrygiis celeberrima syluis.

PEGE, Peges, Fons erat prope montem Arganthonum, in quem Hylas cecidit. Apollonius lib. 1,
Αὐτὰρ ὅ γε κρήνῃσι μετπαίσατο,
Ἣν ῥα κελαινὸν ὕπερθε λάϊγγος ἀμφεβέβηκεν. Hinc apud Propertium emendandus est locus, vbi legitur,
Hic erat Arganthi Phlegræ sub vertice mõtis. Phlegra enim illis in locis nusquam audita est, ac proinde Pegæ legendum censet Turnebus.

Pegma, pegmatis, pen. corr. {πῆγμα} quod & Peema dicitur, Græcum est, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod est pãgo & extruo. Est machina lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebantur in scenam cum pueris etiam considentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his verbis describit, lib. 13. epist. 89, His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacitè in sublime crescentia, & alias ex-inopinato voluptates, aut dehiscẽtibus quæ cohærebant, aut iis quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, Maximè autem stupor erat machinarum, quę portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes, timebant. multa in tertium nidum, quartúmque surgebãt, & magnificẽtia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatum fuisse significat, vt alij fugere, alij capi viderentur: & per singula pegmata dux captæ verbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio in Caligula, cap. 26, pegmares vocãtur. Festus scribit pegmata esse aut æra, aut marmore ornamenta, quæ vehutimum in atriis, quandoque in porticibus aulísque affigunt, maiorum, aliorúmque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostendentia. Cic. ad Atticũ, lib. 4. epist. 8, Nihil venustius quàm illa tua pegmata, postquam misisti, libros illustrarunt valde. Pegmata, inquit Paulus Manutius, id est lignei cancelli, in quibus libros tuos soles disponere: quales mihi Dionysius & Menophilus tui faciundos curarunt. Vel, Pegmata, conglutinationes quibus te vti solitum in libris compaginandis Dionysius & Menophilus aiebant. Martial. lib. 8. 34,
Hac fuerat nuper nebula tibi pegma peruncta.

PEGVSA, Promontorium quod alluit Indus flumen maximum, de quo Plin. lib. 5. cap. 28.

Peiero, peieras, pen. corr. {ἐπιορκῶ, ἐπίωμοσμι} peierãre, Iuramentum infringere, & id quod verbis ac iuramento concipitur, non facere. Cic. 3. Offic. Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Idem pro Rabirio Posthumo, Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet.
Per Consulatum peierat Vatinius. Catull. de Struma, epigram. 49.
Peierare de. Mart. lib. 7. 19,
Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere liuidos cirros.
Iuris peierati pœna. Horat. 2. Carm. ode 8.
Peiero, Ex per & iuro, abiecta r: & u longa, in e breuem mutata, componitur.

Periuro, periuras, periurare, etiam dicimus, quod periurus probat & periurium.

PEISO, lacus Noricus, ad Istrum, non procul à desertis Boiorum. Plin. lib. 3. cap. 24.

PEIVM, castellum Tolistobogorum, qui sunt populi Bithynis finitimi, & Phrygiæ eius quæ Epicterus dicitur. In Peio Deiotarus rex suos thesauros habuisse dicitur. Strabo lib. 12.

Peioro, as, & **Peior**, oris, Vide MALVS.

PELA, Insula est in sinu Asiatico, Drimulæ & Sidusæ contermina. Plin. lib. 5. cap. 31.

PELAGIA, mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris deditissima: vt quæ nulli rei attentius vacaret, quàm corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repentè velut in nouum quoddam animal transformata est, curámque deineceps, quam corporis cultui impendere solebat, ad animum excolendum transtulit.

Pelagus, pelagi, pen. corr. tam masculini quàm neutri generis {πέλαγος} profundum maris significat. Vnde etiã pro ipso mari frequentius sumitur. Valerius Flaccus lib. 1,
-pelagum quantos aperimus in vsus. Plin. lib. 10. cap. 32, In reliquis partibus est quidem mitius pelagus.
Furor pelagi. Lucan lib 2.
Gemitus ingens pelagi. Virg. 3. Æneid.
Minæ pelagi. Virg. 6. Æneid.
Quies pelagi. Statius 2. Sylu. 2.
Rector pelagi, Neptunus. Ouid. 1. Metam.
Sonora pelagi. Lucret. lib. 5.
¶Immite pelagus, Vide IMMITIS.
Languidum pelagus nigro gurgite. Seneca Here. fur. 7.
Sonans pelagus. Virg. 1 Æneid.
Tempestatibus pelagi actus. Virg. 3. Æneid.
Cadens pelagus. Stat. 5. Thebaid.
Truci pelago committere ratem. Horat. 1. Carm. ode 3.
Aperto pelago decurrere. Virg. 5. Æneid.
Hyems desæuit pelago. Virg. 4. Æneid.
Patenti pelago volans dat vela. Virg. 2. Georg.
Errare pelago Virg. 3. Æneid.
Fuerfum pelagus imo solo. Senec. Agamem. 6.
Dubium pelagus feruet. Seneca Medea, 10.
Feruet æstu pelagus. Cic. 3. de Orat. Ex poeta.
Mare premit æquo pelago. Virg. 1. Æneid.
Retundit pelagus Boreas. Lucan. lib. 5.

Pelage, Nominatiuus pluralis Græcus à πέλαγος, Idem significat quod maria. Lucretius lib. 4,
-quid denique obesset
Propter Atlantæum litus, pelagéque feuera,
Quò neque noster adit quisquam, nec Barbarus audet? Sic lib. 6,
At pelage multa, & latè subistrata videmus.

Pelagicus, pen. corr. Adiect. {πελαγικὸς} Quod in mari viuit, siue quod est ex mari. Col. lib 8. cap. 17, Cæteri autẽ saxatiles, aut pelagici, fatis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur.

Pelagius, aliud Adiectiuum. Idem {πελάγιος.} Varro 3. de Re rustic. capite 3, Sic nostra ætas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocauit. Sic Plin. lib. 3. cap. 6, Ideò pelagia parua & rara sunt.

Pelagia, huius pelagiæ {πελαγία} Piscis qui & purpura vocitatur: à quo & succus eius pelagium dicitur: sicut succus buccini dicitur Tyrius. Plin. lib. 9. cap. 38.

Pelamis, pen. corr. pelamidis, fœm. gen. {πελαμὶς} Genus piscis, cui etiam thynno nomen est. Iuuenal. satyr. 7,
-siccus perasunculus & vas Pelamidum. Plinius libro 9. capite 15, Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim: nec alibi fœtificant: cordilla appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare Autumno comitatur. Limosæ verò à suto pelamides incipiunt vocari: & quum annum excessere tempus, thynni.

Pelanus, pelani, Placentę genus, quod Ioui offerri solebat. Is sic conficiebatur: farri, id est flori farinæ, gurtã, seu lacrymam thuris & gummi admiscebant, id excoctum & in placentã redactum Ioui cum obolo offerebant. Pausanias.

Pelargici nomi, dicti quasi Ciconiariæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur. Vide in dictione PELARGVS.

Pelargus {πελαργὸς} Ciconia. Inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti, quasi Ciconiariæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur. Id quod in iure quoque cautum est. Ideò in sceptris regiis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo, in infimo autem hippotamum animal improbissimum: significare volentes iustitiæ obnoxiam esse violentiam, cuius iustitię symbolum est ciconia, quæ parentes senio confectos alere, humerísque gestare in volatu creditur.

PELASGIA {πελασγία} Regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, versus Achaiam. olim Thessalia dicta, inter duo maria, Ægeũ & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus. Author Plin. lib. 4. cap. 4, A qua,

Pelasgi {πελασγοὶ} populi quasi pelargi, id est ciconiæ: quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vel Pelasgi, à Pelasgo Iouis filio. Vide Plinium lib. 5. cap. 31. Pelasgi, inquit Strabo, lib. 5. populi sunt Græciæ vetustissimi, olim Thessali appellati. Hi, vt ex Hesiodo Strabo refert, ex Arcadia originem duxerunt. Hos quippe diuino è Lycaone natos extitisse ait, quem Pelasgus procreauit. Æschylus autem in Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum extitisse prodidit. Peloponnesum enim & Pelasgiam vocitatã fuisse testis est Ephorus. Euripides quoque in Archelao, Danaum illum 50. filiarum genitorem, Argos venientem, Inachi vrbem habitasse commemorat. Quíque antea Pelasgi nominabãtur, vt Danai dehinc vocarentur, lege Græca sanxisse. Plerique & gentes Epiroticas appellauere Pelasgicas. Heroũ quoque nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes ab illis frequentia genitibus indidere vocabula. Nam & Lesbon appellauere Pelasgiã. Et habitantibus Troadem Cilicibus, finitimos Pelasgos nũcupauit Homerus. Argos quoque Pelasgicum Thessalia dicitur, inter eruptiones Penei & Thermopylas, vsque ad montanum Pindi tractum. Iouem quoque Dodonæum ipse poeta Iliad. 16. Pelasgicum nominat.

Pelasgus, Adiect. vt Pubes pelasga. Virg. 9 Æneid.
Classis Pelasga. Ouid. 13. Metam.
Gens Pelasga. Ouid. 12. Metam.

Pelasgias, Pelasgiadis, pen. corr. {πελασγὰς} Patronym, pro gẽtili, vel adiectiuo, vt Vrbes Pelasgiades. Ouid. epist. 9.

Pelasgicus sinus, *Le goulphe de volo.*

PELASGI {πελασγὸς} Plinio lib.4.cap.5, regio est Arcadiæ vndique à mari remota, quæ initio Drymodis dicebatur. Dicta quoque est Pelasgis Arcadia, vt annotat Hermolaus in Plinij castigationibus, à Pelasgo rege magno & sapiente viro: scilicet quia vitæ cultioris eius author fuisset, & victum ex stirpibus herbarum arborúmque frondibus, transtulisset ad glandem, maximéque fagineam.

PELE, insula ad Perram Herculis. Plin.lib 32.cap.2, Nec illa in nouissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen insulam, & ad Clazomenas.

Pelecinum {πελεκινον} Herba. Plin.lib 25.cap.12, Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris. Vide Ruellium lib 3 cap.66.

PELENARIA, Ciuitas in Troglodytico sinu ex Africæ latere, nõ procul à Pandis. Plin.lib.6.cap.29.

PELETHRONIVM {πελεθρόνιον} opoidum est Thessaliæ, vbi primùm domandorum equorum repertus est vsus. Author Seruius explicãs illum Virgilij locum 3.Georgicorum,

Fræna Pelethronij Lapithæ, &c.

Pelethronij {πελεθρονιοι} dicti sunt Lapithæ, à loco qui subiectus est Pelio monti, ab eo quòd medicamentorum magna vis ibi nascatur, quę Græci glossematici θηρίακα vocant.

PELEVS {πηλεὺς} disyllabum, Æaci regis filius, maritus Thetidis & pater Achillis. De quo Ouid.plura 11.Metam.

Æmonius Peleus. Tibull.lib.1.eleg.5.

Optimus hasta Peleus. Valer 1.Argon.

Pelides, pen.prod. {πηλείδης} Patronymicum à Peleo, dictus est Achilles. Ouid.epist.8,

Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.

Fortis Pelides. Virg 4.Æneid.

Pelias, Peliadis, pen.corr.fœm.gen. {πηλιὰς} vt Pelias hasta, qua Achilles vtebatur. Ouid.epist 3.

PELIAS, Peliæ {πηλιὰς} Filius Neptuni ex Tyro nympha filia Salmonei regis, frater Nelei, quem è Thessalia expulit. Valer.1.Argonaut.

Æmoniam primis Pelias frænabat ab annis, &c.

Atrox Pelias. Valer.1.Argon.

Superbus Pelias. Valer.1.Argon.

Laues Peliam. Prouerbialiter dictum apparet vbi quis salutem policitus, adfert exitium: aut vbi quis prodesse conatus, ingens addit malum. Ductum à notissima Peliæ fabula, quem dum filiæ à Medea persuasæ studeut ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti imposirum occiderunt. Non intempestiuiter etiam dicetur, vbi quis falsa spe ductus inanem sumit operam.

Pelicanus, huius pelicani, pen.prod. {πελεκᾶνος} Auis Ægyptia, nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo sunt pelicanorum genera: vnum volatile, alterum aquaticum. Hæ aues tanquam colaphis rostrorum dicuntur occidere parunlos suos, eosdémque in nido occisos à se lugere per triduum. Postremò dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Hieronymus in illud Psalmi centesimi, Similis factus sum Pelicano solitudinis: Pelicanorum, inquit, duo genera dicuntur esse. Vnum in aquis est. & esca eius pisces sunt: & vnũ in solitudine, & esca eius venenata animalia, hoc est serpentes, & erocodilli, & lacertæ. Dicuntur autem ista volatilia Latinè Onocrotali. Idem ad Præsidium De cæreo paschali: Pelicani quum à serpente filios occisos, mortuos inueniunt, lugent: & se, & sua latera percutiũt: & sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Vide diligenter Fabrum in Psalmos, & Arist. de animalibus, in dictione PELECANES & PLATEA.

PELIDES, Vide PELEVS.

PELIGNI {πελιγνοὶ} Populi Marsis finitimi, quorum metropolis est Sulmo. Pelignum enim est vrbs, ex qua Ouidius duxit originem, sicut ipse testatur 3.Amor.eleg.14.

Pelignæ gentis gloria dicar ego. Sipontinus, Pelignum, oppidum est Sabinorum Marsis vicinum, in cuius agro pessima oriuntur vina. Martialis lib.13.121,

Massica Peligni mittunt turbata coloni, &c. Peligni ex Illyrico profecti sunt ductu Volsinij regis, cui cognomen Lucullo fuit, & partem Italiæ occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt, Pacinus, à quo Pacinates: & Pelicus, à quo Peligni. Hactenus Sipontinus ex Paulo.

Acer Pelignus. Silius lib.8.

Aquosi Peligni. Ouid.2.Amor.eleg.1.

Salubres. Ouid.2.Amor.eleg.16.

Peligonus, Adiectiuum {πελιγόνιος} vt Præla Peligna, Martialis lib.1.110.

Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis. Ouidius 2. Amor. eleg.16.

Frigora Peligna. Horat.3.Carm.ode 19.

Rus Peligonum. Ouid.2.Amor.eleg.16.

PELION, Pelij, neutri gen. {πήλιον} mons Thessaliæ versus Orientem Solem, vt scribit Herodotus lib.7. Huius meminit Lucanus lib.6.& Ouidius 5 Fastorum,

Pelion Æmoniæ mons est obuersus in Austros,

Summa virent pinu: cætera quercus habet.

Altus Pelion. Virg.3.Georg.

Ingens Pelion. Stat.1.Achil.

Pelius, Adiectiuum {πηλιακὸς} Cic.pro Cælio, Vtinam ne in nemore Pelio.

Peliacus, pen.corr. Aliud adiectiuum {πηλιακὸς} vt Apex Peliacus. Ouid 1.Fast.

Cuspis Peliaca, hasta Achillis, quæ ex monte Pelio excisa fuit. Ouid.12.Metam.

Vertex Peliacus. Ouid.2.Amor.eleg.11.

Vmbræ Peliacæ. Valerius 1. Argonaut. Vmbræ, propter syluam.

PELLA {πέλλα} Ciuitas est Macedoniæ, vt scribit Liuius lib.6.de secũdo bello Pun. & in litore maris Ægei, vt ostendit Herodotus lib.7. Eam Pomponius Mela scribit illustratam maximè alumnis Philippo & Alexandro eius filio. Nam in ea Alexander natus dicitur, vt est testis Iuuenalis satyra 10,

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Id est Alexandro. Lucanus libro 10,

Illic Pellæi proles vesana Philippi. ¶Fuit & Pella, ciuitas exigua, vt idem poeta docet lib.10,

Exiguę secura fuit prouincia Pellæ. Pella nomen retinet, vt scribit Oliuarius in Melam.

Pellæus. Adiectiuum {πελλαῖος} vt Diadema Pellæum. Lucan.lib.5.

Pellæi gens fortunata Canopi. Virg.4 Georg.

Gula Pellæa, apud Martialem, pro deliciis Macedonicis, libro 13. epigram.85.

¶Pella, Colonia. Plin.lib.4.cap.10.

PELLACONTAS, fluuius in Media ad oram Arabiæ, quod Buram oppidum præterfluit. Plin.lib.6 cap 26.

PELLAEVS, pagus est intimi sinus Persici, cui hoc nomen à sua patria dedisse Alexandrum magnum. Plinius lib.6.cap.27. commemorat.

PELLAON, Adriatici, seu Veneti sinus oppidum. Plin.lib.3 cap.19. Istrię annumerat Pallacium & Pellaonem.

Pellax, pellacis, pen.prod. omn.gen. {πειθανὸς} Qui per blanditias decipit, vt Seruius exponit illud Virg.2.Æneidos,

-insidiis postquam pellacis Vlyssi

(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

Pellacia, pellaciæ {πειθανὸν} Fallacia. Lucret.lib.2,

Subdola quum rident placidi pellacia Ponti. Virg.4.Georgicorum,

Verùm vbi nulla fugam reperit pellacia. De Proteo.

PELLENE, pen.prod {πελλήνη} oppidũ, teste Strab.lib.8, Achaiæ, quòd à mari 1 x stadia distat: à quo Pellenei, populi.

¶Pellene, vicus Straboni: à quo Pelleniæ, chlænæ vestes, ad agonas victoribus præmia proponebantur.

Pellenæa vestis Prouerbium vsurpari solitum vbi priscum cultum notamus. In ea enim ciuitate diuersæ vestimentorũ formæ fieri consueuerũt, attestante Suida. Et Iulius libro De terũ vocabulis 7, prodidit lenas Pellenicas olim nobiles fuisse, adeò vt in Iunonis ludis ac certaminibus victori lacerna Pellenica præmij vice daretur. Lepidius erit si per ironiam adhibeatur, veluti si cui pro laboriosis ac diuinis officiis vile munusculum missum sit, dicamus Pellenæam vestẽ contigisse. Erasmus.

Pelles mantica, seu pera viatoria. Vulgus *Valisiam* appellat, quod ex pellibus conficiatur. Paulus in l. De tapetis. Sicut pelles, quibus inuoluuntur vestimenta.

Pellex. pellicis, penult.corr.fœm. gen. {πελλακὴ, παλλακὶς.} Paulus de Verborum & rerum significi. l. Masurius, scribit libro Memorialium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ quũ vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: eámque nunc vero nomine amicam, paulò honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in lib o de Iure Papyriano scribit pellicem nunc vulgò vocari, quę cum eo cui vxor sit, corpus misceat: quoslam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. Horum vtrunque (inquit Valla) verè sensisse, & dixisse arbitror. Sed tamen pro suscepti operis officio, admonere debeo, pellicem apud oratores & poetas, eam demum haberi, quæ cum eo cui vxor est, corpus miscet. Ideóque Iuno semper prosequitur pellices, quæ sibi vxori Iouem præripierent. Vide Plin.lib 35 cap.10, verbo Græco maluit vti (quum de Alexandro loqueretur, cæteri ósque scriptores opinor pallacẽ potius quàm pellicẽ pro cõcubina cælibis hominis dixisse. Suet.de Vespasiano loquẽs, cap.21, Pallacarũ dixit, non pellicum. Sin aliter inuenitur, librariorũ vitio dandum est. Cuius rei hoc argumentum est, quòd non rectè quis dicitur habere pellicem, sed vxor. Et est nomen relatiuum ad alterius vxorem, cuius cum viro rem habet, non autem ad masculũ: nec rectè dicturos fuisse reor oratores illos qui pallacen dixerunt, si pellicem dixissent, vt patet. Hactenus Valla lib 6. Cic.in Orat. Ab hac indole iã illa matura, Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Verba hæc leguntur pro Cluentio.

Matris pellex filia. Sallust.in Cicer.

Nomine deposito pellicis, vxor erit. Ouid.epist.9.

Natus de pellice. Ouid.2.Metam.

Pellex (vt nonnullis placet) à Pellicio deducitur: quod est Blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Gellius à Græco deriuari vult. ait enim lib.4.cap 3, Pellex autem quasi πόλακξ, id est quasi παλακὶς, vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est.

Pellices (inquit Festus libro 14) nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solùm fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam propriè pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tãget, Iunonis crinibus dimissis agnum fœminam cædito.

Cubiculorum omnium pellicem Salustium vocat Cicero in Respons. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo, &c.

Horrida pellex. Iuuenal.satyr.2,

Horrida quale facit residens in codice pellex. Id est, inculta.

Pellicatus, huius pellicatus, pen.prod. Actus quem pellex exercet. Cicero 2.Offic. Ab ea enim est ipse, propter pellicatus suspicionem interfectus. Idem pro Cluentio, Sed nefarium matris pellicatum ferre non posset.

Pellico, pellices, pen.corr.pellicui {ὑπάγω} pellicẽre, Vix legitur: tamen apud Columellam pro Blanditiis impetrare positum viderur, nisi locus corruptus est, quum ait in Præfatione lib.12.de Villica loquens, Sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, peruersáque cupidine pretiosiores alias à viris pelliceant, &c.

Pellicio, pellicis, pen.corr.pellexi, pellectum {ὑπάγω, προσάγω, ὑποτίθημι, ἀφέλκω,

ἐκλοκίζομαι} pellicere, Blandiẽdo decipere, inducere, adducere. Terent. Phorm.1.2.

Is senem per epistolam pellexit. Plin.lib.18.cap.6, Ceu fruges alienas pellicere veneficiis.

In fraudem pellicere. Lucret.lib.5.

Mulierem imbecilli consilij ad sese pellicere. Cic.pro Flacco.

Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepõre, & politissimis facetiis pellexisti. Cic.1.de Orat.

¶Pellicere, Per transtationem de rebus inanimis. Lucret.lib.6,

-& omnis Causa patefiet, quæ ferri pellicerat vim. De magnete lapide.

Pellicio, Ex per & lacio componitur, mutatis r in l, & a in i. Festus, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò, fraus est.

Pellicator huius pellicatoris {ὑποτρόχου} inquit Paulus, qui ad fraudẽ pellicit.

Pelliculationem, Cato à pelliciendo dixit Paulus.

Pellis, huius pellis, fœminini generis {δέρμα, δέρρις, δορὰ, ἰσπὼς} dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. Iuuenalis satyra 10,

-habes deformem pro cute pellem. Cic.1. de Nat.deor. Quam tu nunquam ne in somnis quidem vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo.

Asperæ pelles. Horat.2.Carm.ode 20.

Atræ pellis duritia Ouid.3.Metam.

Decora pelle speciosus, turpis introrsum. Horat.1. epist.17.

Frigida pellis. Lucret.lib.6.

Fulua leonis. Virg.8.Æneid.

Lanatæ, Vide LANA.

Lutea. Pers.satyr.3.

Ouina, Vide Ouinus, in OVIS.

Pastoria. Ouid.2.Metam.

Rigidæ. Claud.3.de raptu Proserp.

Villosæ. Ouid.12.Metam.

¶Lurida pelle amicta ossa. Horat.Epod.27.

Aret pellis. Virg.3.Æneid.

Comans pellis sidereis villis. Vide.8.Argon.

Detrahere pellem alicui, metaphoricãs dictum est, pro Detegere animum alicuius. Horat.2.Serm.satyr.1.

Erepta iuuenco pellis operit humeros. Virg.11.Æneid.

Pictis pellibus incinctæ. Virg.4.Georg.

Stratis pellibus incubuit. Virg.7.Æneid.

Insternor pelle leonis. Virg.2.Æneid.

Pellis, pro mantica & inuolucro vestis supellectilis aliorúmque vtensilium & sarcinarum. Persius,

Iam pueris pellem succinctus & œnophorum aptas. Id intelligi potest è Petronio viri clarissimi Memmij, in quo ita scribitur, Ego vos in duas iam pelles conuiciam, vinctósque loris inter vestimenta pro farcinis habebo. Turaeb.

Ponunt pellem senectæ dracones. Ouid.7.Metam.

Producere pelles dentibus, Vide PRODVCO.

Quiescere in propria pelle, est Contentum esse sua sorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare. Horat.1.Serm.satyr.6.

Dura pellis ad tactum resistit. Virg.3.Georg.

Pellem caninam rodere, Prouerbiali metaphora dixisse videtur Martialis, pro eo quod est, hominem maledicum & improbum conuitiis insectari. Sic enim scribit in Obtrectatorem quendam, Non deerunt tamen, hac in vrbe forsan, vnus, vel duo, trésve quatuórve Pellem rodere qui velint caninam.

Tunsa per integram soluuntur viscera pellem. Vig.4.Georg.

Vti pellibus & spoliis ferarum vestire corpus. Lucret.lib.5.

¶Sub pellibus, Id est in castris statiuis. Cic.4.Acad. Vt non multũ imperatori sub pellibus otij relinquatur. Pelles hîc tabernacula vocat militaria hybernaculorum. Liu.Decad.4.lib.7, Instare hyemem, aut sub pellibus habẽdos milites, aut si concedere in hyberna vellẽt, differendum esse in æstatem bellum. Militũ enim tabernacula apud antiquos pellibus conficiebantur.

Pellicula, pen.corr. Diminut. {δερμάτιον.} Cic.pro Murena, Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos pu nicanos. Et Plinius lib.29.cap.6, Pellicula canina.

Continere se in sua pellicula. Martial.lib.3.16. Hoc est intra suam sortem se continere.

Veterem pelliculam retines. Pers.satyr.5. Hoc est pristinos mores.

Curare pelliculam. Horat.2.Serm.satyr.5. Hoc est corpus molliter tractare. Prouerbij vice vsurpari potest in eos qui voluptati studentmagis quàm famę, vnum hoc curantes, vt cutis summa niteat, eáque gratia lautioribus epulis, vnguentis, balneis, & id genus deliciis vtuntur. Erasmus.

Pelliceus, Adiectiuum {δερματικὸς} Quod est ex pelle. Stragulum pelliceum. Paulus in l. Quum & tunicam. D. De auro, argento, &c. Pandectæ Florentinæ & Haloander legunt pellicium per tertiam vocalẽ.

Pellitus, pen.prod. Aliud adiect. {δερματίνων} Qui pelles habet, vel pellibus tectus est. Propert.lib.4.eleg.1,

Pellitos habuit rustica chorda patres.

Oues pellitæ. Horat.1.Carm.ode 6. Hoc est pellibus tectæ ad lanã conseruandam.

Getæ pelliti. Ouid.4.de Ponto, eleg.10. Hoc est pellibus tecti ad arcendum frigus.

Iuuentus pellita. Claud.7.Paneg.

Pelliculo, pelliculas {πηλίζω} pelliculãre, Alligatis pelliculis obturare. Columel.lib.12.cap.39, In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Pellio, huius pellionis, masc.gen. Qui vestes pelliceas, & ex pellibus alia opera facit. Plaut.Menæch.9, Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est. Aurel.Arcad.in l.vlt. D. De iur.immunitat. pelliones vocat, à pellibus conficiendis, sub quibus milites hyemabant. Firmic. lib.3.cap.13. sub finem, Pelliones, coriorum confectores.

Pellarius, pellarij. Idem. Firmicus lib.4.cap.7, Faciet pellarios, coriarios, caligarios.

Pello, pellis, pepuli, pen.corr.pulsum {ὠθίζω, ἐλαύνω, κινέω} pellere, Percutere, ferire, trudere. Liu.2.ab Vrbe, Tarquinienſis nouus hostis nõ stetit solùm, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

Fugari & pelli. Cic.pro Cecin. Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse exectus?

Pellere aliquem. Terent.Eunuch.5.9.

Inimicos pellere tectis. Ouid.epist.1.

Pellere à. Terent.Eunuch.2.1,

IRum æmulum quod poteris, ab ea pellito.

Pellere de. Cic.4.Acad. Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis: déque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potest.

Pellere è foro. Cic.in Pisonem, Quum Equites Romani relegarentur, viri bont lapidibus è foro pellerentur.

Pellere ex regione. Plin.lib.10.cap.43.

Pellere in exilium. Cic.2.de Orat. Hos libros tum scripsisse dicitur, quum à Rep.remotus, atque id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, exilium pulsus esset.

Domo pellere aliquem. Cic.pro Domo.

Pelli foras. Terent.Eunuch.5.9.

Ostiatim pellere, Vide Ostiatim in OSTIVM.

Pelli, pro Exagitari & affligi. Cic.ad Nigidium, lib.4.13, Quanquã enim nulla meipsum priuatum pepulit insignis iniuria.

Pelli patria. Pelli cimitare, agro, &c. Cic.ad Att.lib.16. Item lib.8. Et in Parad.

Pelli regno, aut sedibus. Cic.2.Offic.

Regnóque domóque pellimur. Ouid.14.epist.

¶Mouere & pellere. Cic.2.de Fin. Neque hæc mouere potest appetitum animi, nec vllum habet idtum quo pellat animi statum hic non dolendi.

Pellere aciem, atque in fugam conuertere. Cæs.1.bell.Gal.

Cantices pellens lasciuos amores. Horat.2.Carm.ode 11.

Animum pellere. Liu.10.bel.Pun. Non mediocri cura Scipionis animum pepulit. Sic Pellere animum & mentem, Cic.4.Acad.

Animos hominum autẽque pellere. Cic.in Orat. Quod quum animos hominum autẽque pepulisset, vt intelligi posset, id quod casus efficisset, &c.

Animum pellit species vtilitatis. Cic.3.Offic.

Visa nos & appetitionem pellunt. Cic.4.Acad. Sed id disputari poterat subtiliter, &c quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur, tum vt sensus ad res percipiendas intenderemus.

Crimina pellere ab aliquo. Ouid.3.de Arte.

Curas pellere vino. Horat.1.Carm.ode 7.

Glande famem pellere. Ouid.14.Metam.

Frigus pellere. Plin.lib.20.cap.3.

Humum pellere pedibus. Catul.in Epithal.Mallij.

Initium sermonis pellere, Commouere longum sermonem. Cic. de Claris Orator. Longi sermonis initium pepulisti inquam Attice, rémque commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus.

Nec pudeat pepulisse lyram. Ouid.ad Pisonem.

Merum pellere. Cic.4.de Fin. Vt pellatur mortis & religionis metus. Sic Pellere timorem animo, apud Plautum, quod Virgilius Mittere dixit.

Mœstitiam ex animis pellere. Cic.1.de Fin.

Moram. Ouid.2.Metam.

Morbos arte Phœbea. Ouid.3.Fast.

Pericula. Horat 2.epist.1.

Sitim. Horat.2.Carm.ode 2.

Segnes somnos. Colum.lib.10.

Vestigia intrantis pepulere somnum. Silius lib.7.

Timores. Virg.5.Æneid.

Vmbras noctis pepulit Sol. Catul.de Berecynth.epigr.58.

Pulsus, Participium {ἐξωσμένος, ἐκκεκρουσμένος.} vt Patria pulsus Aristides. Ouid.1.de Ponto, eleg.4.

Regnis pulsi. Virg 7.Æneid.

Solio pulsus ob inuidiam. Virg.10.Æneid.

Vi pulsus iniqua. Valer.3.Argon.

Reficere pulsos in prælia. Virg.11.Æneid.

Vulneribus pulsus. Virg.11.Æneid.

¶Amor pulsus. Virg.4.Georg.

Arbor pulsa ventis. Lucret.lib.5.

Dolor pulsus corde. Virg 6.Æneid.

Fides pulsa auro. Propert.lib.3.eleg.13.

Lyra pulsa manu. Ouid.10.Metam.

Macies pulsa fugit. Ouid.7.Metam.

Sensu pulsa natura sentit. Cic.1.de Nat.deor.

Nerui in fidibus pulsi. Cic.de Clar.Orat.

Pudor pulsus. Ouid.6.Metam.

Taurus pulsus armentis. Lucan.lib.2.

Tympana pulsa manu. Ouid.1.de Arte.

Pulsus, huius pulsus {ἀθήσεις, κίνημα.} Martialis lib.7.6,

Et vngularum pulsibus ealens Ister.

Pedum pulsu tremit tellus. Virg.12.Æneid.

Impetus pulsúsque remorum. Cic.1.de Orat.

Creber pulsus. Virg.12.Æneid.

Sacer æris. Valer.6.Argon.

Strepit machina pulsu. Stat.1.Sylu.1.

Ex se sua sponte moueri, & Pulsu alieno agitari, contraria. Cic.2. de Nat.deor.

Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo. Cicero 1.Tusculana.

Externus & aduentitius pulsus animos dormientium commo-

uer.Cicero 2.de Diuinat.
Imaginum pulsus. Cic.2.de Diuin. Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.
Pulsus venarum.Plin.lib.2 cap.97. Apud eundē,Pulsus venarum tardus aut languidus, aut citatus. Pulsus autem est vbi coniungitur manus lacerto. Plin.lib.11.cap.37, Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum. Alibi idem Plinius percussum appellat.
Venarum pulsum attingere.Tacit.lib.5.

Pulso,pulsas { πάλλω,κρούω,κόπτω,κινητέω, κροτέω } pulsâre, Frequentatiuum, Graui & vehemēti ictu cædere & protrudere.Cic 7 Verr.Sex lictores circunstitunt valentissimi,& ad pulsandos,verberandósque homines exercitatissimi.
Ictu crebro pulsarier, Lucret.lib.4.
Saxis pulsatur & hastis.Valer.6.Argon.
Murus pulsatur ab hoste.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Ligones pulsarunt arua.Ouid.3.Amor.eleg 9.
Caput vento pulsatur & imbri.Virg.4.Æneid.
Pulsare ostium,fores,villam.Plaut.Amphit.4.
Limina pulsantur virga.Stat.1.Sylu.2.
Postes pulsare.Ouid.2.Metam.
Ostiatim pulsare.Quintil.lib.5.cap.10.
Pulsare lyram , vel citharam pectine : pro Canere vel ludere , aut (quod ait Virgilius) Cithara personare.Virg.1.Æneid.
Vlularus pulsat aures.Claud.de bello Getico.
¶Pulsare, Lædere,violare.Virg.12.Æneidos,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos. Hoc est violatos,læsos,fractis fœderibus. Seruius.
Pulsare,ad animum refertur.Plaut.Epid.11,
Meúmque pectus pulsant.
Pulsari & agitari. Cic.1.de Nat.deor. Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat,qui sine vlla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna.
Carmine falso pulsari.Claud.de bello Gildon.
Visione externa & aduentitia pulsari animos. Cicero 2.de Diuin.
Verberibus te pulsat. Ouid.12.Metam.
¶Pulsari,etiam ad ius siue iudicium refertur. Vlpian.in l.De ætate.§. Qui interrogatus.D.De interrog.act. Qui interrogatus respondeit : hic tenetur quasi ex contractu eius obligatus,pro quo pulsabatur: dum ab aduersariis interrogetur.

Pulsans, Participium { πάλλων. } vt Cymbala pulsans.Iuuenal.satyr.9.
Pauor pulsans corda.Virg.3.Georg.

Pulsatus,penult.prod. Aliud participium { κεκρουμένος. } Plinius lib.12. cap.9, Pulsatæ fluctibus arbores. Cicero pro Cælio, Aiebant enim fore testem Senatorem, qui se Pontificiis comitiis pulsatum à Cælio diceret.
Æquor pulsatum remige.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Campus pulsatus assiduis equis.Ouid.6.Metam.
Ianua pulsata sepulcri Ouid 3.Trist.eleg.2.
Saxa pulsata.Virg.3.Æneid.

Pulsatio, Verbale { κρούσις. } Liu.1.bel. Macedon.Ea maiore cum sonitu quàm vulnere vllo pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit.

Pulsator,pen.prod.Aliud verbale { κρουστής. } vt Citharæ pulsator Apollo.Valer.5.Argon.

Pulsandus,Participium { κροτέω. } vt Tellus pulsanda pede libero. Horat.1.Carm.ode 37.
Area pulsanda equis.Ouid.3.Amor.eleg.114.

Pulsula,pulsulæ,pen.corr. { φυσήματα } Diminutiuum, pro Ampulla, & pustula.Martialis lib.14 172,
Feruida ne trito tibi pollice pulsula surgat. Fortasse legendum pustula.

Pulto,pultas { κρατταλίζω } pultâre,A supino pultum,quo antiqui vtebantur.Terent.Adelph.4.4,
Perij,horresco semper, vbi pultare hasce occipio fores.
Pultare & Mertare antiqui dicebant,pro Pulsare & Mersare,vt ait Quintil.lib.1. vnde est tam crebrò apud Plautum Pultare fores.

Pellos,siue Pellus,pelli,Earum auium genus quæ à Latinis ardeæ,siue ardeolæ dicuntur.dicta à πέλας,aduerbio,quod significat Propè,quoniam non tam in sublime attollitur,quàm soleant aliæ species. Vide Plinium lib.10.cap.60.

Pelluceo,pelluces,pen.prod pelluxi { διαφαίνω } pellucrêe, Per mediū lucere.Quintil.Sed vt inter se vincti,atque ita cocuntes,ne commissura pelluceat. Celsus lib.2.cap.10, Si sanguis qui initio fluxerat , & rubere & pellucere cœperit.
Pellucens oratio.Cic.de Claris Orat.Ita reconditas exquisitásque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio.
Quasi pellucet ex iis quas commemorati virtutibus: Hoc est clara & aperta siue manifesta est ex his,&c. Cic.2.Offic. Vetustiora tamen exemplaria legunt perlucet.

Pellucidus & Pellucidulus , Adiectiua a { διαφανὴς } Vide PERLVCIDVS.

Pelluo,pelluis,pellui,pellutum,pen. prod. { κατατλύω } pellúere,Perfectè lauare. Vide PERLVO.

Pelluuium,pelluuij { πλύσιμον } Vas in quo lauantur pedes : à pedum lotione dictum , vel, vt ait Festus , vas in quo manus lauantur , aliàs peluis.

Pelluuia,pelluuiæ,Idem { πλύσιμον. }

PELONIA Dea,à pellendis hostibus sic dicta. Arnobius,Pellendorum hostium potens credebatur Pelonia.

PELOPEA,Pelopeæ {πλοῦτεια} Thyestis filia,quæ à patre grauida facta, insigni forma infantulum peperit,quem recenter natum,ne turpitudo sua palàm fieret,feris deuorandum in syluis reliquit. Euenit tamen,diis ita volentibus, vt pastor quidam illac iter faciens in puerū incideret,qui misericordia motus,domum suam illum detulit,lactéque caprino educauit. Vnde & Ægisthus appellatus est : de quo vide suo loco. Ouid.epist.1.& lib.1. de Remed.amor. Vide & Senecam in Thyeste.

PELOPIA,quam nominatam Thyatirā & Euhippam ait Plinius , vrbs est in Epheso,quæ Lyco flumine alluitur. Plin.lib.5.cap.29.

PELOPIDAS { πλοῦτος δῶρα } Thebanus quidam fuit rei militaris gloria clarissimus , arctissimóque amicitiæ fœdere cum Epamminonda coniunctus. Vitam eius vide apud Plutarchum.

PELOPONESIA,mulier quædam,quæ quinquies quaternos enixa est, à Paulo Iureconsulto commemoratur in l.3.D. Si pars hæredit.pet.

PELOPONNESVS,penult.prod { πλοῦτόνησος } Regio Achaiæ,à Pelope Hippodamiæ viro dicta , quasi Pelopis insula, quoniam penè insula est. Qui superato OEnomao Hippodamiæ patre in certamine , totū illud regnum in dotem accepit,& ex Phrygia secum in eam regionē duxit populū. Hæc Apie antè appellata,& Pelasgia peninsula,haud vlli retrè nobilitate postferenda. Circuitu trecentorum sexaginta trium millium passuum colligitur,angustiæ sex millium sunt, nisi erumpentia editu rso quæ dicta sunt maria,hinc Corinthiacum,illinc Saronicum sinum efficiunt. In Peloponneso sunt Argos , Mycenæ, Corinthus,Lacedæmon,Patræ,Malea promontorium,Epidaurus:regiones,Arcadia,Sicyonia.Peloponnesus hodie vocatur *Morea*.
In Peloponneso vixit Dicæarchus.Cic.Att.lib.6.
Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Ianundarum vnā, alteram Glutidarum,ariuspicinæ nobilitate præstantes. Cicero 1.de Diuinat.

Peloponnesius.Adiect. { πλοῦτόνησος. } Cic.Att.lib.6,Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam , sed etiam tuo iudicio probari,Diæarchi tabulis credidi.

Peloponnesiacus,penul.corr.Aliud adiectiuum { πλοῦτονησιακός. } Cic.1. Offic.Vt Calliaridas,qui quum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multáque fecisset egregiè , vertit ad extremum omnia,&c.

PELOPS,huius Pelopis, pen.corr. { πέλοψ } Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam OEnomai Pisæ regis filiam,coniugem desyderasset, iniquissimis conditionibus propositis ab OEnomao reiectus est : quæ res bellum suscitauit, in quo Myrtilo præfecto suo proditore,regno OEnomai Pelops potitus est. Hinc illæ poetarum fabulæ.Lege Diodori Siculi lib.5. Pelops equorū permicitate vicit OEnomaum , abduxitque ex pacto vxorem Hippodamiam. Hac de re vide Cic.3.Tusc.l.
Equi Pelopis. Cic.2.Tusc.l.Vel equi Pelopis illi Nepruni,qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te,& quò velis, perferent.
Pater Pelopis, Tantalus.Horat.Epod.17.
Periuri Pelopis heres.Catul.Argon.
Insignis Pelops eburno humero.Virg.3.Georg.

Pelopidæ { πλοῦτοίδαι } dicti sunt, qui à Pelope originem duxerunt. Cic. Curio,lib.7.ep.29.

Pelopeius { πλοῦτειος } Nomen possessiuum. Vnde Fabula de Pelope scripta,Pelopeia dicta est. Iuuenal.satyr.17,
Præfectos Pelopeia facit Philomela Tribunos.
Arua Pelopeia.Ouid.8.Metam.

Pelopeus, Adiectiuum { πλοῦτειος }
Domus Pelopea.Propert.lib.3.eleg.19.
Mœnia Pelopea.Virg.2.Æneid.

Pelopeis,pen.prod.Patronymicum fœmin. { πλοῦτίς. }
Vndæ Pelopeides.Ouid.4.Fast.

Pelopeias,Aliud patronymicum fœmininum { πλοῦτιάς }
Mycenæ Pelopeiades.Ouid.6.Metam.

PELORIA sunt festa apud Thessalos, eadem quæ apud Cretenses Hermea,anniuersarios enim dies habebant,quibus exæquato iure, serui dominique,socij & penè pares,communi libertate fruebantur.

Peloris,pen.prod.peloridis, fœminini generis { πλωρὶς } genus conchæ,chama maius,inquit Eustathius, idcircóque peloris propter magnitudinem appellatur. Horat.2.Serm.satyr.4,
Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plinius lib.32.cap.11.& cap. 9,Et pelorides emolliunt aluum. Martial.lib.6.11,
Tu Lucrina voras,me pascit aquosa peloris. Idem lib.10.37,
Et fatuam summa cœnare peloridā mensa,&c.

PELORIS,Peloridis { πλωρὶς } Idem quod Pelorus. Cicer.7.Verr.Illis quibus Siciliam propinquam fuisse dicis,facilius fuerit ad Oceanum peruenire,quàm ad Peloridem accedere.

PELORVS,pen.prod. { πλωρὸς } Promontorium Siciliæ Italiam versus, à Peloro gubernatore nauis Annibalis,ibi sepulto. Pomponius. De hoc promontorio Lucanus lib.2,
Extremi colles Siculo cessere Peloro. Plinius lib.3.cap.5. & capite 8. Strabo lib.6.
Angusti claustra Pelori.Virg.3.Æneid.
Angusta sedes Pelori.Virg.3.Æneid.
Siculi Pelori angusta.Ouid.15.Metam.
Ausonius Pelorus.Ouid.5.Metam.

Pelta,peltæ { πέλτη } Scutum breuissimū, in modum lunæ iam mediæ. Virg.1.Æneidos,
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica vocat Nonius. Plin.lib.12.cap.5, Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.
Lunatæ peltæ.Virg.1.Æneid.

Peltatus,pen.prod.Adiectiuum { πελτοφόρος. } vt Puellæ peltiferæ. Stat.12. Theb.

Peltifer,pen.corr. Aliud adiectiuum { πελτοφόρος. } vt Puellæ peltiferæ. Stat.12. Theb.

Peltasta,peltastæ,masc.gen.Idem { πελτασικός. } Liu.1.bel.Maced.Nocte cetratos,quos peltastas vocant , loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat. Amylius Probus in Iphicrate, Ille è contrario peltam pro parma fecit,à quo postea Peltastæ pedites appellantur, vt ad motus concursúsque essent leuiores.

PELTAE,

PELTAE,arum { πέλται } Phrygiæ oppidum,à quo vicinus campus Peltinus appellatus est.Strabo lib.12.& 13.

PELTENI,populi in Lycaonia,in Asiaticam iurisdictionem versi.Plin. lib.5.cap.27.

Peluis,huius peluis,fœm.g. { λεκάνη,λεκάνις } quasi pedeluis,inquit Varro lib.4. de Ling.Lat. à pedum lauatione. Alij peluim sinum aquarium putant,in quo variæ res pelluntur. Cato cap.10,Peluis vna.
Patulas effundere pelues.Iuuen.Saty.3.

PELVSIVM { πηλούσιον } Vnum ex ostiis Nili , & ciuitas in quadam Ægypti parte,quæ Augustanica est appellata,prope Thebaidem. Hanc vrbem (nunc *Damata* vocatur) condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum pol lustrationem. Iuxta Pelusium est optima lens.Plin. lib.7.cap.34.

Pelusius,& Pelusiacus, penultima corr. { πηλούσιος, πηλουσιακός. } Martial.in Xeniis,
Accipe Niliacam Pelusia munera lentem. Virg.lib.1.Georgicorum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.
Ora Pelusia.Lucan.lib.8.Id est,Pelusiacum Nili ostium.
Gurges Pelusiacus Nili.Lucan.lib.10.
Paludes Pelusiacæ.Claud.de Phœnice,3.
Stamen Pelusiacum.Silius lib.3.

Pelusiana mala { πηλουσιακὰ μῆλα } legimus apud Colum.lib.5 cap.10.

Pelusiotæ { πηλουσιῶται } Populi in extremis finibus Ægypti,Pelusium oppidum incolentes ea in parte qua Ægyptus Arabiæ contermina est. Hieronymus contra Iouinianum: Impelle,si vales, Pelusiotem,vt manducet cæpe.

Peminosus, pen.prod. Adiectiuum { δυσώδης } Id est mali odoris, inquit Festus : à pædore dictum. Proinde diphthongo æ scribendum esset.Vatro de Re rust.lib.1.cap.51, Aream solida terra pauitam. maximè si est argilla, ne situ peminosa, in rimis eius grana obliteseant.Sic legit Festus. At exemplaria quædam legunt, Ne æstu rimosa,in rimis eius grana obliteseant.Vetustiora tamen legunt pæminosa.

Pemma,tis.Pemmata azyma { πέμματα ἄζυμα } Placentæ vt in cliba-no assæ, atque mox quum extractæ sunt , in mel calidum, vt id in totas sese recipiant , iniiciuntur. Galenus lib.1. de alimentorum facultatibus,cap.3.

PEMMA,oppidum in Arabia.Plin.lib.6.cap.29.

Pemphinx { πέμφιγξ } flatus,gutta,nebula,pulsus crebrior. Hinc Pemphingodes febres, quæ spiritibus affluunt, interpretantur.Hippocrates lib.6.de morbis vulgar. Febrium aliæ mordaces sunt manu , aliæ falsuginosæ,aliæ pemphingodes,aspectu terribiles. Galen.Commen. lib.1.in 6.Hippocrat.de morb.vulgarib.

Penarius, Vide PENVS.

Penates, pen.prod penatium,penatibus { πατρῷοι θεοὶ,ἑστιοῦχοι θεοὶ } Dicti sunt dij (inquit Cic. 2. de Nat. deor.) siue à penu ducto nomine (est enim omne quo vescuntur homines,penus) siue ab eo quòd penitus insident,ex quo etiam Penetrales à poetis vocantur. Macrob. lib.3.Saturn.cap.4,Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus,per quos rationem animi possidemus.Cuius nominatiuus singularis secundum aliquos est hic penas , secundum alios hic penatis.Festus. Terent.Phorm.1.1,
At ego deos penates hinc salutatum domum deorrtar. Cicero 6. Verr. Iste continuò vt vidit , non dubitauit illud insigne penatium hospitaliúmque deorum ex hospitali mensa tollere. Iidem Lares familiares dicebantur, vt ex Cic.orat. pro P. Quinctio patet. Quos enim appellauerat paulo antè deos penates , eosdem paulo pòst Lares familiares dicit his verbis, At hic quidem iam de fundo expulsus, iam à suis diis penatibus eiectus esset. Idem infrà,Illud dico, dominum expulsum esse de prædio,domino à familia sua manus allatas esse ante suos Lares familiares.
Dij patrij ac penates.Cic.pro Sylla.
Certi penates.Virg.4.Georg.
Desolati.Stat.2.Syl.1.
Iniqui.Horat.2.Carm.ode 4.
Magni.Virg.9.Æneid.
Miseri.Virg.2 Georg.
Parui.Virg.8.Æneid.
Patrij.Virg.2.Æneid.
Patrij penates familiaréque.Cic.pro Domo sua.
Regij penates,Domus regia.Seneca Herc.OEth.4.
Sacri.Seneca Octauia,4.
Tenues.Seneca Hipp.2.
¶Inuisos penates deserit.Ouid.9.Metam.
Eiicere aliquem à suis diis penatibus.Cic.pro Quintio.
Inclinatos penates erigere.Stat.3.Syl.3.
Exterminare aliquem à suis diis penatibus.Cic.pro Sextio.
Florebant hilares,iacussíque penates.Stat 5 Syl.1.
Auersos penates mollire hostiā.Horat.3.Carm.ode 23.
In conspectu deorum penatium necare hospitem. Cic.pro Deiot.
Pollutos penates perfudit multo sanguine.Ouid.5.Metam.
Ponere penates suos aliquo loco.Ouid.1.Metam.
Viduare penates.Stat 3.Theb.

Penatiger,pen.corr.Adiectiuum { ἱερεῖος θεὸς φέρων. } Ouid.15. Metam.
Penatigero Æneæ.

Penator, Vide PENVS.

Pendeo,pendes,pependi, pensum,pendêre, pen prod. { κρεμάω, ἐμμένω, αἰωρέομαι } Suspensum esse.Terent.Eunucho,5 7,
Tu iam pendebis,qui titulum adolescentulum nobilitas
Flagitiis,&c.
Nati pendent circum oscula.Virg.2.Georg.
Palearia pendent à mento crurum tenus.Virg.3.Georg.
Pendere ab humero.Cic.6.Verr.
Ad matrem pendere,Vide AD præpositionem.
Pendere de.Martialis lib.13.100,
Pendentem summa capream de tuppe videbis:
Cassram speres,decerpit illa canes.

Capellæ pendent de rupe dumosa.Virg.1.eclog.
Fistula pendet de collo.Virg.3.Æneid.
Pendere ex arbore.Cic.5.Verr.
In arbore pendere.Cic.5.Verr.
Poma pendent in arbore.Virg.1.eclog.
In fluctu summo pendere.Virg.1.Æneid.De natantibus dicitur.
Corpus pependit aquā Ouid.epist.17.
Pendere per pedes.Plin.lib.2.cap.5. de terra, Eandémque vniuersi cardine stare pendentem,librantem per quæ pendeat.
Latere pendēre. Cic.in Pisonem , Tu naufragio expulsus vspiam saxis fixus asperis cuisceratus latere penderes (vt ait ille) saxa spargens tabo,sanie,sanguine atro.
¶Pendere,pro Sustentari,vel potius inniti.Ouidius,
Pendet & à vestra nostra salute salus.
Salus nostra pendet tua.Silius lib.3.
Casu pendemus ab vno.Lucan.lib.5.
Pendere ad.Senec.de Tranquillitate vitæ, Quod necesse est ad sua vota pendentibus,tota vita pendent.
In sententiis omnium ciuium famam nostram fortunámque pendere.Cic.in Pisón.
Vitam omnium ex vnius pendere.Cic.pro Marcello.
Aliunde pendere.& extrinsecus aut benè,aut malè viuendi suspensas habere rationes.Cic.Luccio,lib.5.13.
Cantilenam totam istam ex hoc pēdere , vt quamplurimum lucrifaciant.Brutus Cic.lib.11.20.
De aliquo pendere.Horat.1.epist.1.
Respublica pendet è Bruto. Cic.ad Attic. lib.14, Quòd errare me putas,qui Remp.putem pendere è Bruto: sic fe res habet,aut nulla erit,aut ab isto,iltisve seruabitur.
Tui,& qui ex te pendent.Cic.Domitio,lib.6.22, Incolumitati tuæ tuorúmque,qui ex te pendent,consulas.
Pendere ex arbitrio alterius , quod vulgus dicit *Esse subiectum alterius voluntati*. Liu.5.bell.Maced.
Pendere ex errore imperitæ multitudinis. Cic.1.Offic.Qui ex errore imperiæ multitudinis pendet , hic in magnis vtilis non est habendus.
Pendere ex fortuna.Cic.in Parad. Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna : huic nihil potest esse certi , nihil quod exploratum habeat,permansutum sibi vnum diem.
Terrorem & suspicionem omnem ex improbitate alicuius pendere.Cic.pro Sylla.
Pendere ex laude.Quintil.lib.4.cap.2.
Ex aliena leuitate Plancus Ciceroni,lib.10.21.
Bellum pendet ex vna origine.Ouid.1.Metam.
Sapientem ex insipientium sermone pendere, quid turpius? Cic.2. de Finibus.
¶Pendent rationes ex coniecturis: Hoc est,ex coniecturis sumuntur & ducuntur.Cic.4.Acad. Non quæro rationes eas, quæ ex coniectura pendent,quæ disputationibus huc & illuc trahuntur.
E scripto pendēre.Quintil.lib.7.cap.4.
Ex quo verbo tota illa causa pendet.Cic.2.de Orat.
Ex verbis ius non pendet,sed verba seruiunt hominum consiliis & authoritatibus.Cic.pro Cecin.
¶Pendēre promissis,Est moueri promissis & affici.Cic.ad Qu.frat. lib.3.21,Cæsaris amore,quem ad me perscripsit, vnicè delector: promissis iis quæ ostendit,non valde pendeo.
Pendēre spe cæca , atque expectatione obscura. Cic.2.de Lege agrar. Nolo suspensam & incertam plebem Rom. obseura spe & cæca expectatione pendēre.
Pendēre spe extrema.Cic.pro Flacco, Nisi hoc loco,nisi apud vos, nisi per vos Iudices, non authoritatem , quæ amissa est , sed salutem nostram, quæ spe exigua extremáque pendet , tenuerimus, nihil est præterea quò confugere possimus.
Fortuna ducum pendet.Lucan.lib.2.
Pendere leui momento fides dicitur,quæ facilè corruit. Liu.lib 2.
¶Pendēre,pro Pondus efficere,inquit Budæus. Plin.lib.18.cap.7, In transpadana Italia scio vicenasquinas libras fartis, modios pendēre. Idem lib.21.cap.vltimo, Cyathus pendet per se drachmas x. In eadem significatione legitur & Pendo , pendis , per tertiam coniugationem.
¶Pendere, Nimio desyderio alicuius rei intentum esse , & cessare ab omni alio opere,idque vnum solicitè expectare.Ouidius 1.epist.6, Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Virg 6.Æneidos,
Dum consulta patris,nostri quæ in limine pendes.
¶Pendere, Cruciari, Suspensum ac dubium esse. Cic.ad Atticum, lib.4,Ne diutius pendeas,palmam tulit.
Ex futuris pendere,& Frui præsentibus,contraria.Cic.1,de Fin.
Pendet animus.Terent Adelph.2.2.
Animis pendere, Cic.1.Tusc. Quòd si expectando & desyderando pendemus animis,cruciamur,augimur.
Pendere animi , pro Animo , more antiquo: Id est Dubium esse. Cælius Cic.lib.8.5, Qua tu cura es,quod ad pacem prouinciæ,finitimarúmque regionum attinet,nescio:ego quidem vehementer animi pendeo. Cic.Attic.lib.8, Pendeo animi expectatione Corsinensi, in qua de salute Reip.decernitur. Ibidem,lib.11.
¶Pendere,Cessare.Virg 4 Æneidos,
pendent operæ interrupta, minæque
Murorum ingentes. Hoc est,Intermittuntur ad tempus : aut Imperfecta remanent.
¶Pendere rei inde dicebantur , quòd eorum nomina in programmate, id est tabella pendula publicè proposita, atque suspensa erant. Suet.in Domitiano,cap.9, Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, vniuersos diserimine liberauit. Idem de Claudio Cæsare,ante eius imperium,cap.9. Vt quò obligatam ærario fidem liberare non posset,in vacuum lege prædatoria venalis pependerit sub edicto Præfectorum. Quibus verbis Tranquillus significat

Claudij bona prædia, id est publicè obnoxia, edicto Præfectorum ærarij diu vænalia pependisse, quum emptorem non inueniret. Ex Budæo.

Penderi, forma passiua reperitur apud Lucretium lib.6,
Nec iam religio diuûm, nec numina magni
Pendebantur, &c. Id est, non magni æstimabantur.

Pendens, pendentis, Participium { κρεμῶν } siue Nomen ex participio. Terent. Phormione, 1.4,
Tu iam lites audies: ego plectar pendens.
Pendentes alæ. Plin.lib.10.cap.38.
Anelli pendentes ex se. Lucret.lib.6.
Brachia pendentia collo. Tibull.lib.3.eleg.7.
Cælum pendens. Ouid.7.Metam.
Causæ ex æternitate pendentes. Cic.in Top.
Fata pendentia. Plin.lib.29.cap.1.
Nubila. Ouid 1.Metam.
Pueri pendentes circum vbera. Virg.8.Æneid.
Scopuli. Virg.1.Æneid.
Pendens vinum, Quod adhuc in ipsa vite pẽder, & necdum ex ipsis vuis expressum est. Cato cap.147. Et cap.146, Oleum pendens.

Pendulus, pen.corr. Adiectiuum { ἐκκρεμὲς } Quod pendet.
Collum pendulũ zona lædere, Suspẽdere se. Horat.3.Carm.ode 27.
Palearia pendula. Ouid.7.Metam.
Bombyx pendulus, qui ex filis quos texit, pendere videtur. Martial.lib.8.34.
Putator pendulus arbustis. Colum.lib.10.
Loca pendula. Colum.lib.2.cap.28, Tum deinde macriora & pendula loca mense Februario, luna crescente, fimo iuuanda sunt.
Spe pendulus dubiæ horæ. Horat.1.epist.19.
Tela pendula. Ouid.in epist. Penelopes ad Vlyssem,
Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem
Lassaret viduas pendula tela manus.

Pensilis. & hoc pensile, pen.corr. { κρεμαστὸς } Quod suspensum & sublime est. vt Pensilis hortus, qui supra ædificia factus est, hoc est in solario, vel in aere sublimis.
Vua pensilis. Horat.2.Serm.saty.2.
Homo pensilis, Qui suspensus est. Plaut. Pseud.3.
Pensilis lectus, Pensiles iychni, quòd suspensi sunt, & in aere pendentes: vt ait Valla.
Pensilis vrbs, quæ subter cauata est: & Pensilis hortus. Plinius lib.36.cap.14.
Pensilia vehicula, pro Lecticis.
Pensiles balneæ. Plin.lib.26.cap.3. & lib.9.cap.54.
Pensile horreũ, quòd sit in altiore domus loco. Colum.lib.12.cap.50, Esse oportet pensile horreum quo imponantur fructus.

Pensum, pensi { ἔπραστος } Manipulus lanæ vel lini qui pendet ex colo, & fuso trahitur, vnde Trahere pensa, pro eo quod Nere dicimus. Ouid.lib.2.Fastorum,
Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant.
Ferrata pensa Parcarum. Claud.1.de raptu Pros.
Seuera pensa Parcarum. Ouid.ad Liuiam.
¶Grauibus pensis affixa puella. Tibul,lib.1.eleg.3.
Carpere pensum, Vide CARPO.
Nocturna carpentes pensa puellæ. Virg.1.Georg.
Inexorabile pensum deficit. Stat.3. Sylu.3, Pensum Parcarum intelligit.
Ducere pensa. Claud.1.in Eutrop.
Pensum facere. Plaut. Merc.7.
Peragunt pensa duræ sorores. Senec. Herc.fur.3.
Intecta pensa reponunt. Ouid.4.Metam.
Pollice pensa trahere. Ouid.ad Liuiam.
¶Pensum, aliquãdo capitur pro filis. Virg.9.Æneidos, de textrice, Excussi manibus radij, reuolutáque pensa.
Mollia pensa deuoluunt fusis. Virg.4.Georg.
¶Pensum, est officij cuiusque perfunctio, inquit Budæus. Cic.lib.3. de Orat. Nunc ad reliqua progrediar: méque ad meum munus pensumque reuocabo. Translatio est ab ancillis pensa deducenda à matronis capientibus.
Absoluere pensum, Vide ABSOLVO.
Accurare pensum, Vide ACCVRO.
Conficere pensum, Vide CONFICIO.
Exigere pensum. Cic.5.Verr. Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè nõ sanè me multum adiuuerunt.
Imperare pensa. Quintil.lib.3.cap.7.
Pensum peragere. Colum.lib.3.cap.10.

Pensum, pensi, in alia significatione, Vide Pendo.

Pendo, pendis, pependi, pensum, péndere, pen.corr. { σταθμίζω, σταθμίζομαι } Actiuum, significat propriè ponderate: à Pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendent.
Tantundem pendere. Lucretius lib.1,
Nam si tantundem'st in lanæ glomere, quantum
Corporis in plumbo'st: tantundem pendere par est.
¶Pendere { πεπιθομηκότως } per translationem, pro Consyderare, siue æstimare. vnde fit Magnipendo, Floccipendo, Paruipendo, Multripendo, Nihilipendo: Id est in magna, parua, nulla æstimatione habeo. Terent. Heaut.1.1,
Tu illum nunquam ostendisti quanti pénderes. Cic. Verrin.1, Ego quo nomine appellem nescio. rem vobis proponam: vos eam suo nominis pondere penditõte.
Spectare & péndere. Cic. in Orat. Quòd si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, vbi res spectatur, non verba pendunt: quid tandem in causis existimandum est?
Péndere res leui coniectura. Cic.pro Rosc. Amer. In quo scelere Iudices, etiam quum multæ causæ conueniſſe vnum in locum, atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque leui

coniectura res pénditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur.
Magni pendi. Lucret.lib.6.
¶Péndere, Soluere. Liu.1.ab Vrbe, Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos péderent. Sallust. Semper illis reges tetrarchæ vectigales erant, populi, nationes stipendia péndere.
Pecuniam alicui quotannis péndere. Cic.de Prou.Cons.
Stipem pendere. Varr.de Ling.Lat.lib.4.
Tributum pendere. Ouid.8.Metam.
Pendere vectigal. Cic.ad Qu.fratrem, lib.1.1.
Pendere vsuram. Cic.ad Atticum, lib.12, Sunt quæ vendere facilè possim, sed vt non vendam, vsuram pendam à quo emero.
Grates dignas pendere. Stat.11.Theb. Id est referre gratiam.
Pendere pœnas, Propriè dicitur qui ob delictum pœnas soluit. Virgil.6.Æneid. Ex eo tractum est (vt ait Festus) quòd ære graui vterentur Romani: eo penso, non numerato, debita soluebant: vnde etiã
Pensiones dictæ. Cic.3.de Nat.deorum, Illos consetuari melius fuit, quàm pœnas sceleris Varium pendere.
Pœnas pendere pro scelere. Lucret.lib.5.
Pendere pœnas magistro. Plautus Bacchid.8. Pro Vapulare à magistro.
Pendere pœnas tergo. Terent. Heaut.4.4.
Pœnam exilio pendere. Ouid.10.Metam.
Pœnas pendunt ex fœdere. Ouid.10.Metam.
Pendere supplicia. Plin.lib.29.cap.4.

Penditur, pen.corr. Impersonale { σταθμίζεται. } Plin.lib.12. cap.14, Itemque imperij nostri publicanis penditur.

Pensus, Particip. { σταθμεὶς } Ponderatus. Ouid.14.Metamorphoseos,
-& aduertens pensas examinat herbas. Id est ponderatas. Neque enim pharmaca, nisi ponderentur, rectè componi possunt.

Penso, pensas { ἐπισταθμήσομαι } pensare, à pendo vel pendeo, Frequentatiuum, Sæpe ponderare. Liu.8.bell.Maced. Mulier lingua sua stringerent ferrum, & Centurionem pensantem aurum, occiderent, imperauit.
Pensare amicos factis, Æstimare, & secernere ac ponderare. Liu.4. bell.Maced.
Pensare singula, Reuoluere, consyderare diligenter. Curt.lib.7.
Pensare aliquid ex alio. Valer.Max.lib.1.
Trutinâ pensantur eâdem scriptores Romani. Horat.2.epist.1.
Pensare vicem, pro Supplere. Plin.lib.31.cap.8.
Pensare argento, pro Emere, Columella dixit, teste Budæo.
Pensare, pro Redimere. Liu.lib.7.bel.Macedon. Veteribus benefactis noua pensantes maleficia. Budæus.
Pensare, pro Compensare. Tacit.lib.20, Sed neque hæc continua, & interuentu meliorum pensantur.
Pensare beneficia. Senec.de Benefic.lib.3.cap.9.
Pensare crimen vna laude. Plin.lib.9.cap.25.
Damnum numeri pensare. Claud.1.de Raptu Proserp.
Lætitiam mœrore pensare. Plin.lib.7.cap.40.
Laudem pensat cum crimine. Claud.4.Paneg.
Pudorem pensare nece. Ouid.epist.2.
Præmia pensamus palmæ. Stat.1.Achil.

Pensans, Participium { ἐπισταθμώμενος. } Silius lib.4,
-& vertice sacro
Pensanteis aurum Celtas vmbone ferebat. Id est, ponderantes aurum, vel ad pondus accipientes.
Damna pensans meliore marito. Senec.OEdip.5.

Pensandus, Aliud participium { ἐπισταθμητέος. } vt
Titulus pensandus meritis. Ouid.13.Metam.

Pensatus, pen.prod. Similiter participium { ἐπισταθμηθείς. } vt
Sententia belli diu pensata. Sil.lib.7.

Pensationis verbo vtitur excellentissimi vir ingenij Papinianus in l.18. Commod.in l.67.§.sed si vno. & §.Si duos. de legat.lib.2.l.39. Solut. matrimon.in P.

Pensator, pen.prod. Verbale { ἐπίσταθμος. } Plin. lib.33.cap.3, Pensatores, libripendes dicuntur.

Pensito, tas.pen.corr. { ἐξεπιζύμιος, ἐπισταθμᾶμαι } pensitâre, Aliud frequentatiuum, Sæpe vel frequenter ac diu ponderare, examinare. Plin.lib. 7.cap.7, Is demum profectò vitam æqualance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius libro 1, Aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium esse factum ad amussim diceres.
¶Pensitare, Frequenter & sæpe soluere. Cic.pro Lege Manil. Quo tãdem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, atque exigunt?
Immunia prædia, & Prædia quæ pensitant aliquid, contraria. Cic.2. de Lege agraria, Immunia commodiore conditione sunt, quàm illa quæ pensitant.

Pensitatio { ἐπισταθμησις } Verbale. Plin.lib.19. cap.6, Et tunc properare præteriti temporis pensitatione. Id est compensatione.
Pensitationum tria sunt genera, teste Asconio, Canon, Oblatio, Indictio. Indictio, *la taille*, Oblatio, *l'aide*, Canon, *le domaine*.

Pensitator, pen.prod. pensitatoris { ἐπισταθμητὴς } Ponderator. Gell.lib.17. cap.1, Verborum pensitatores subtilissimi.

Pensiculo, pensiculas, pen.corr. { ἐπιζύμιος } pensiculâre, Idem quod Pensitare. Gellius lib.13 cap.19, Pensicula vtrunque moderatè, repensies suo quodque in loco souare aptissimè. Alij legunt, pensiculatè modulatéque reperies, &c.

Pensiculatè, Aduerb hoc est, cum pondere, iustóque examine. Gell.lib.1. cap 3, Neque ea, quæ à Theophrasto pensiculatè atque enucleatè scripta, &c.

Pensiculator, oris, qui dicta factáve quadam quasi trutina examinat.

Pensitatus, pen.prod. { ἐπισταθμηθείς } Participium, siue Nomen ex participio. vt Res pensitata. Plin.epist.8.lib.1, Nos contrà, multum ac diu pensitatus amor liberalitatis, cõmunibus auaritiæ vinculis eximebat.

Pensio,

Pensio, pensionis, fœm.g. { ἔκπραξις } Id quod pro aliqua re soluitur, id est quod datur pro rei alicuius vsu, aut agri, aut domus. Cic.pro Rosc. Comœdo, Cur tam serò? cur quùm altera pensio soluenda esset, non tum, cum prima?
Soluta ante diem pensio. Cic.Attic.lib.16.

Pensiuncula, penult.corr. Diminutiuum { ἐκπραξίδιον } Colum.lib.10.in Præfac. Fœneris rui Syluine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Pensura, pensuræ, Idem quod pensio. Varr. de Ling.Lat.lib.4, Per trutinam solui solitum, vestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram, trutinam habet positam.

Pensum, pensi { ἐπιτίμιον } Quasi dicas cogitatum, siue meditatum. Plaut.Trucul.16,
Nec mihi adest ad illum pensi. Id est, Nihil curo, Floccifacio.
Pensi esse, vel habere. Liu.lib.4, Decad.4, Sed illis nec quod dicerent, nec quid facerent quicquam pensi fuisse. Salust. in Catil. Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, vnquam pensi habebat. Quintilianus, Nihi pensi habere videas quosdam. Nihil pensi habere, est floccifacere, inquit Budæus.

Pensior, & hoc pensius { ἐπιμελητέρος } Plaut.Stich.3,
-age tu, altera vtra sit conditio pensior,
Virginem, an viduam habere? Gellius libro 12.cap.5, Vt nihil quicquam esset charius, pensiúsque nobis, quàm nosmetipsi. Id est, ætimatius & pretiosius. nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt.

Pene, Aduerbium { περιλίτρον. } Id est feré. Cic.ad Qu.frat.lib.3.17, Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est vt sit penè par.
Penè amicus aliquis. Cic.Lentulo, lib.1.4, Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, penè etiam amicum.
Penè par oratori poeta multis ornandi generibus. Cic.1.de Orat.
Penè fum factus ille. Cic. Cælio lib.2.8, Quid quæris? dum illum rideo, penè fum factus ille.
Penè simul tecum rapta solatia. Virg.9.eclog.
Penè dicam. Cic.pro Rosc. Comœdo, Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis.

Penissumè { περιτετμήσατο } Superlatiuum formauit Plautus in Aulul.1.4,
-me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit penissumé. Id est, penè nihil defuit quin me perderet. Sunt qui superlatiuum esse velint à Penitus. A Penè deduci vult Priscianus lib.15.

PENELOPE, penult.corr. { πηνελόπη } Filia Icarij, & vxor Vlyssis: cui ad bellum Troianum profecto, fidem & pudicitiam seruauit, licet à multis procis sollicitaretur, quos lanificio frustrari solebat. Nam his semper se consensuram, absoluta tela, pollicebatur. Sed vt eos longius frustraretur, noctu retexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus quæ penelopes dicuntur, cuius nominatiuus singularis est Penelops, quum prius Arnea vocaretur, quasi abiecta, repudiaráque. Etenim in mare proiectam ab Icario Periboeáque parentibus, ferunt educatam à penelopibus. Dicitur & Penelopea, Penelopeæ, pen.prod. habes testimonium in Priapeiis.
Difficilis procis Penelope. Horat.3.Carm.ode 10.
Penelopes telam retexere, Est inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. Vsurpat hoc adagium Cicero 4. Academ. Quid quòd eadem illa ars, quasi Penelope retexens tollit ad extremum superiora, verum ea veltra, an nostra culpa est? Sentit de dialectica quæ iisdem illis rationibus, quibus confirmauit aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil iam actum videatur. Ex Erasmo.

Penelopæus, Adiectiuum { πηνελόπειος. } vt Fides Penelopæa. Ouid. 5. Trist.eleg.15.

Penelopes { πηνελόπαι } Aues de quibus Plinius lib.37.cap.2, Et Cratim amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues quas meleagridas & penelopas vocat, viuere.

Penes { παρά } Præpositio accusatiuo casui seruiens, quæ à Penitus trahitur, significátque personam & dominium ac potestatem, vt ait Festus. Vlpianus in l. Penes. D. de verborum & rerum significat. Penes te, amplius est quàm apud te. nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: Penes te est, quod quodammodo à te possidetur. Ouidius lib.1.Fastorum,
Me penes est vnum vasti custodia mundi. Id est, in potestate vel dominio meo.
Imperium ac Prætorium nomen penes aliquem esse. Cic.7.Verr.
Omne iudicium & potestatem agrorum penes aliquem esse. Cic. 2.de Lege agrar.
Eloquentia exornat eos penes quos est. Cic.in Orat.
Penes Censorem iudicium Senatus de dignitate, maiores esse voluerunt. Cic.pro Domo sua.
Consistunt omnia penes vnum. Author ad Herenn. lib.4.
Penes authores sit fides: & in laudem, & in viruperationem simul accipitur, quasi laus veritatis, aut vituperatio falsitatis penes authorem sit, ad quem spectat fidem rei, cuius author est, facere. ad me certè ista vel laus, vel vituperatio non spectat, qui hoc non affirmo, sed ad alterum authorem relẽgo. Hæc Valla lib.6. Salustius, Cæterum fides eius rei penes authores erit.
Penes quos laus adhuc fuit. Cic.de Claris Orat.
Penes te culpa est. Terent. Heaut.4.1.
Penes te est virtus. Plaut. Amphitr.8.
Penes te potestas, vel principatus. Cic. Marcello, lib.4.7, Sic intelexi, nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quòd vereretur ne tu illud beneficium omnino non putares. Idem ad Atticum, lib.13, Quæ autem his temporibus scripsi, ἀφειδέστερον morem habent, in quo sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipsum sit principatus.
Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque. Ouid.epist.24.
Victoria certaminis penes Tribunos fuit. Liu.Decad.1.lib.3.
¶Penes, aliquando pro Apud ponitur. Terent. Adelph.3.3, Quid? isthæc iam penes vos psaltria est?
s Est iam intus. Cic.5.Verr. Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta.
Penes æterna. Lucretius lib.2,
Néve pures æterna penes residere potesse
Corpora prima, &c. Sic enim habent antiqua exemplaria, contra fidem nouitiorum, in quibus legitur, Néve pures æterna parum, &c. Ex priori autem lectione hic sensus elicitur, Non residere nec remanere in æternis textis corpora prima, sed ea plerunque fluitare in summis rerum oris, & res interpolare fubinde alias atque alias, vt quædam in ortu natalibúsque moriantur suis: tantum abest vt æternitas esse possit in his, quæ prima corpora procreant & integrant. Hæc Turnebus.
Penes iniuriam. Tacit.lib.4, Plutésque eius rei causas adferebat, potissimam penes iniuriam virorum fœminarúmque.
Exercitatus penes scenam. Author ad Heren.lib.4. Ita petulans es atque acer, vt ne ad solarium quidem idoneus, vt mihi videtur, sed penes scenam, & in eiusmodi locis exercitatus sis?

PENESTIA, regio est Illyrici. Liu.lib.3.quintæ Decadis, Tertio inquit die ad Veana Penestianæ terræ, ea maxima vrbs est.

Penetro, penetras, pen.corr. { πάσσημι, πηρόω } penetrâre, Quasi penitus intrare. Cic.1.Tusc. Qui si permanet incorruptus, fusíque similis, necesse est ita ferarur vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventíque coguntur.
Penetrare, Penitus intrare. Festus.
Penetrare Atlantem, Montem Atlantem superare, & prætergredi. Plin.lib.5.cap.1.
Penetrare in aliquem locum. Quintil.lib.3.cap.7.
Penetrare in cælum. Cic. 4. Acad. Vt nulla acies humani ingenij tanta sit, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit.
In extremos Indos. Catul.ad Furium, epig.11.
In mariã. Plin.lib.9.cap.6.
In portum. Cic.7.Verr.
In quædam templa. Cic in Somn.Scip.
Ad vrbem. Ouid.15.Metam.
Ad vrbes fedésque aliquorum. Cic.de Prouinc.Cons.
Penetrare in vrbem. Liu.2.ab Vrbe.
Penetrare per cælum. Cicero de Vniuerſ. Has ob causas nata astra sunt, quæ per cælum penetrantia, solstitiali se & brumali reuocatione conuerterent.
Penetrare sub terras. Cic.6.Verr. Abreptam ex eo loco virginem secum asportasse, & subitò non longè à Syracusis penetrasse sub terras.
Penetrare se, antiquè, pro Inferre esse. Gell.lib.5.cap.14, Specum quandam nactus remotam latebrosámque, in eam me penetro & recondo.
Penetrare se in fugam, Fugere. Plaut. Amph.4.
Penetrare pedem aliquò. Plaut. Menæh.9.
¶Penetrare ad. Plin.lib.13.cap.3, Quando id primùm ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim.
Vox penetrat ad aures. Ouid.12.Metam.
Ad sensum opinionémque alicuius penetrare. Cic.in Partit.
Penetrare in animos. Cic.de Claris Orat. Nulla res magis penetrat in animos, eósque fingit, format, flectit.
Contagia morbi penetrant in animum. Lucret.lib.3.
Tremor penetrat in artus. Ouid.10.Metam.
Nidor penetrat in artus Lucret lib.2.
Pauor penetrans in præcordia. Silius lib.16.
Vitium corporis vsque ad animum penetrat. Vlpian.in l.4.in princip. D.de ædil.edict.
¶Penetrare, ad personam relatum. Tacit.lib.3, Nihil tamen Tiberium magis penetrauit.
Tum penetrabat eos, posse hæc, &c. Lucret.lib.5. Id est tum veniebat eis in mentem: vel tum sibi persuadebant. Lambinus.
Penetrare vitam, famámque alicuius. Tacit.lib.20.
Penetrari, Infinit. passiuus. Lucretius lib.2,
-vallo munitur eburno
Vt penitus nequeat penetrari, &c.

Penetratus, pen.prod. Participium { πεπερασμένος. } vt
Corpora penitus penetrata. Lucret.lib.1.
Limina penetrata mortis. Stat.4.Sylu.6.

Penetrabilis, & hoc penetrabile, pen.corr. { περατὸς } Quod facilè penetrat: & interdum quod facile penetrari potest. Martialis lib.4.19,
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Virg.1.Georgicorũ,
-aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Caput haud penetrabile Nili. Stat.3.Sylu.5.
Corpus nullo penetrabile telo. Ouid.12.Metam.
Fulmen penetrabile. Ouid.13 Metam.
Pectus nulli penetrabile ferro. Stat.2. Thebaid.
Penetrabilis querimonia. Gell.lib.10.cap.3.
Telum penetrabile. Ouid.5.Metam.

Penetrale, penetralis, pen.prod.n.g. siue Penetral, huius penetralis, quo vtitur Macrob.lib.7.Saturn.cap.1: { μυχὸς } significat omnem partem interiorẽ domus vel templi, licet sit intecta, vt ait Seruius: seu omne quod in intimis partibus est, vt vult Valla. Virg.6.Æneidos,
Te quoq; magna manẽt, regnis penetralia nostris. Martial.lib.10.51,
Nec Capitolini summum penetrale tonantis.
Regum penetralia. Virg.2.Æneid.
Alta penetralia. Virg.7.Æneid.
Arcana tecti penetralia. Stat.5.Theb.
Faustis sub penetralibus nutrita indoles. Horat.4.Carm.ode 4.
Patrium penetrale in sedes nouas transferte. Ouid.15.Metam.
Profundum penetrale. Claud 2. Paneg.
Contaminare penetralia. Liu.lib.5. Decad.5.
Penetralia, sunt penatium deorum sacraria. Paulus.

Penetralis, & hoc penetrale, pen.prod. { ἐμμονὲς, ἐνδομυχὲς } Adiectiuum legitur apud Virg.2.Æneidos, pro Interno & interiore:

Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.
Dij penetrales. Cic. 2. de Nat. deor.
Abditi ac penetrales foci. Cic. de Aruſp. reſp.
Tocos penetrales deferere. Catull. ad Mallium, epig. 63.
Frigus penetrale, Quod penetrat. Lucret. lib. 1.
Penetralis Germania. Tacit. lib. 2, Ille fas patriæ, libertatem auitatu, penetralis Germaniæ deos, &c. Cheruſeorum regionem videtur appellare penetrale Germaniæ, quòd ſit penitior, atque interior, aut potius templum Cheruſeorum.
Penetralis ignis. Lucret. lib. 1. Id eſt, qui in res omnes, quibuſcunque adhæſerit, ſeſe citò inſinuat. Lambinus.
Penetrale ſacrificium, inquit Feſtus, quod in interiore parte ſacrarij conficitur. Vnde & penetralia cuiuſque dicuntur. Et penes nos quod in poteſtate noſtra eſt. Feſtus.
Sedes penetralis. Virg. 4. Æneid.
Tecta penetralia. Virg. 1. Georg.
Templa penetralia cæli. Lucret lib. 1.
Abditum & penetrale, Vide Abditum, in ABDO.

Penetrálior, Comparatiuum. Lucret. lib. 2,
Quare fulmineus multo penetralior ignis, &c. Sic reſtituit Lambin.

PENEVS, pen. prod. {πηνειὸς} fluuius Theſſaliæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 8, ſic ſcribit. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interque Oſſam & Olympum nemoroſa conualle deſluens, D ſtadiis, dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu Tempe vocantur, V.M paſſuum lõgitudine, & ferme ſeſquiiugeri latitudine, vltra viſum hominis attollentibus ſe dextra læuáque leniter conuexis iugis. Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus anium concentu.
Senex Peneus. Ouid 2. Metam.
Stagnans. Claud. 2. de raptu Proſerp.

Peneius, Adiectiuum {πηνειὸς.} vt
Stagna Peneia. Stat. 4. Thebaid.
Arua. Ouid. 12. Metam.
Daphne. Ouid. 1. Metam.
Laurus Peneia. Valer. 1. Argon.

PENIA, Paupertatis dea, de qua hanc Plato refert fabulam in ſympoſio, quã nouam rationem affert cur Veneri ſemper hæreat Cupido. Scribit autem Plato, nata Venere ſouem natalitia diis præbuiſſe, atque in eo conuiuio cum cæteros deos, tum Porum Metidis filium interfuiſſe: Illum autem largius æquo potum, nectaréque ebrium, in Iouis hortoy introiuiſſe, ibique obdormiuiſſe: Peniam verò, quæ ad illud conuiuium mendicandi gratia venerat, inſidias Poro egeſtate conclam ſtruxiſſe, & propter illum cubuiſſe, vt ab eo (ſi modo id conſequi poſſet) grauida facta filium pareret. Illam igitur à Poro compreſſam eſſe, atque ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperiſſe: inde euenisſe vt Cupido Venerem potius, quàm matrem, ſequatur. Monuit Lambinus.

Penicillus, penicilli, & Peniculus, peniculi, ſiue Penicillum & peniculum {κερδίσκος.} Quanuis diminutiua ſunt à Penis, ſignificant tamen ea quibus calceamenta, vaſáque terguntur, vt ait Feſtus: & fiebant olim ex pene, id eſt ex cauda animalium. Cic. Pæto, lib. 9. 22, Caudam antiqui penam vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. Terent. Eunucho, 4. 7,
Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas?
¶Penicillus, & peniculus, quod etiam neutrum fecit Quintilianus: illud inſtrumentum appellamus quo pictores pingunt, quòd caudarum extremitatibus fiat. Plin. lib. 35. cap. 10, Arreptóque peniculo, lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis, per tabulam. Quintil. lib. 2. cap. 21, Neque enim ſcientia deſyderat inſtrumentum, quæ poteſt eſſe cõſummata, eriã ſi nihil faciat, ſed illic opifex, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16, Quam pingam coloribus tuis penicillo meo. Hîc per tranſlationem.
Peniculum, ſiue Penicillum rectorium. Plaut. Milit. 3.
¶Peniculum, ſiue penicillum, Quo vulnera ſtipantur: vel ideò ne claudantur, vel vt aperiantur magis, vt ſunt penicilli ex linteolis conceptis ex medulla ſambuci, & ex ſpõgia. Plin. Tum peniculo vulnus apertum. Celſus, Deinde exigua penicilla interponenda.
¶Peniculi ſpongiæ longæ ac propter ſimilitudinem caudarum appellatæ. Penes enim caudæ appellabantur. Feſtus.
Penicillus etiam dicitur ſpongiæ genus molliſſimum, quo fiunt penicilli.

Peniculamentum, peniculamenti {κάρπωμα} Pars veſtis, authore Nonio. Ennius lib. 11. Annalium,
Pendent peniculamenta vnum ad quenque pedum. Lucil. lib. 19,
Peniculamentum verè reprehendere noli.

Peninſula, peninſulæ, pen. corr. {χερρόνησος} dicta eſt quaſi penè inſula, vndique ferè aquis clauſa, & breui tantum anguſtia, quæ dicitur iſthmos, continenti adnectitur. Nam inſula dicitur terra quæ vndique aquis clauditur, propriè autem mari. Liu. 1. bel Maced. Et oppidum Celerrum eſt aggreſſus in peninſula ſitum.
Peninſularum Sirmio, inſularúmque Oecelle. Catul. epig 29.

Penis, huius penis {κέρκος} Cauda dicitur, à pendendo.
Penis, Virile membrum. Cic. Pæto, lib. 9. 22, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. At hodie penis eſt in obſcœnis. At verò Piſo ille frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille rectius penem. Et eſt maſculini generis, ſicut panis, funis, & ſimilia.

Penitus, pen. prod. Adiectiuum {κρυπτὸς} Quod eſt ex pene, hoc eſt cauda. Vnde Penita offa, id eſt Offa porcina cum cauda in cœnis puris, inquit Feſtus. Plaut. Milit. 10.

Penitus, pen. corr. {ἔνδον} propriè Intrinſecus ſignificat. Vnde Penitior dicitur Interior, & Penitiſſimus Intimus. Plautus Aſin. 3,
Age quæſo hercle vſque ex penitis faucibus. Idem Perſa, 15,
Abductam ex Arabia penitiſſima.
Flamma penita. Catull. in carmine nuptiali,

At non minus, atque tu,
Pectore vritur intimo,
Flamma, ſed penita magis. Quidam legunt penitè, id eſt magis penitus, ſiue penitius.

Penitus, penult. corr. {ἔνδον, ἐνδοτέρω} Aduerbium locale, Quaſi penè intus, id eſt valdè internè, ſeu intrinſecus, vel intima parte & ſecreta. vt quum dico, Penitus me noſcis, hoc eſt Intus & in cute. Virgilius 3 Æneidos,
-& cauſas penitus tentare latentes. Cic. 1. de Legib. Sed penitus ex intima philoſophia hauriendam iuris diſciplinam putas?
Abdeum penitus, Vide ABDO.
Abditum penitus aurum & argentum effodere. Cic. 2. Offic.
Bene penitus in alicuius familiaritatem ſeſe dedere. Cic. 4. Verr.
Qui & ſui quæſtus cauſa, & fortaſſe quòd ſociorum intereſſe arbitrabatur, bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit.
Penitus cognoſcere, Perfectè, & vſque ad interiora. Cic. 1. de Orat.
Omnes animorum motus quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoſcendi.
Comprehendere penitus animo omnes virtutes. Cicero pro Corn. Balbo.
Conuellere penitus iudicio aliquo Rempub. Cic. de Clar. Orat.
Demittere ſe penitus in aliquam cauſam. Cic. Attic. lib. 7.
Extrema penitus tellus. Virg. 3. Æneid.
Incluſum penitus in venis atque viſceribus Reipub. periculum. Cic. 1 in Catil.
Inſedit penitus hæc opinio. Cic. Lucceio, lib. 5. 13.
Penitus inſitus, & abſtruſus. Cicero pro Cluentio, Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtam?
Inſitum penitus odium. Cic. 2. de Lege agrar.
Intrare penitus in familiaritatem alicuius. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1.
Mandare penitus animo & menti aliquid. Cic. 1. in Catil.
Noſcere penitus aliquem. Cic. Cælio, lib. 2. 15.
Notus penitus. Horat. 1. epiſt. 19.
Penitus perſpectæ planéque cognitæ res. Cic. 1. de Orat.
¶Penitus {πάνυ, σφόδρα, ὑπερφυῶς} aliquando pro aduerbio qualitatis ponitur, Prorſus, vel valde, aut omnino. Virgilius 1. eclog,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Id eſt omnino, inquit Seruius. Cic. 3. de Fin. Et honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euelleris.
Abraſa penitus ſupercilia. Cic. pro Roſc. Comœdo.
Diſſidere penitus Reipublicæ rationes à te collectæ vetabant. Cic.
Lucceio, lib. 5. 13.
Perdere penitus ſeipſum. Cic. 1. de Fin.
Tollere penitus aliquid. Cic. 1. de Nat. deor.
Penitus prorſum latet hæc natura. Lucret. lib. 3.
Penitus, quaſi dicas Remotè, aut longè. Virg. 1. Æneidos,
-ater quos æquore turbo
Diſpulerat, penitúſque alias aduexerat oras. Seruius, Penitus, Longè à regina remoros.

Penna, huius pennæ {πτερὸν, πτίλον, πτερόδε} Auium eſt. Cic. 2. de Natura deor. Is quibus pullos quum excluſerint, ita tuentur, vt & pennis foueant ne frigore lædantur.
Pennæ & plumæ. Colum. lib 8. cap. 2.
Penna eſt quod plumis veſtitur. Seneca epiſt. 42, Dixi te pennam tenere: mentitus ſum, plumam tantùm tenebas.
Celer pennâ anſer. Ouid. 8. Metam.
Caules pennarum, Vide CAVLIS.
Iactatus pennarum. Ouid. 6 Metam. de Borea.
Albæ pennæ. Lucret. lib. 2.
Croceæ Iridis. Virg. 4. Æneid.
Deficiens. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Fugiens. Horat. 3. Carm. ode 2.
Infirmæ. Ouid. 12. Metam.
Leues. Ouid 2. Metam.
Mobilis. Ouid. 2. de Arte.
Niueæ. Ouid. 2. Metam.
Olorinæ. Virg. 10. Æneid.
Præceps. Iuuen. Saty. 4.
Præpetes, Vide PRAEPES.
Punicea. Virg. 3. Georg.
¶Ablata pennis Harpyia. Virg. 3. Æneid.
Appellere corpus pennis aliquò. Lucret. lib. 6.
Nitus inanis pennarum claudicat. Lucret. lib. 6.
Coruſcant pennis apes. Virg. 4. Georg.
Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo. Virg. 6. Æneid.
Defertur pennis ales. Lucret. lib. 6.
Plauſum ingentem dat pennis columba. Virg. 5. Æneid.
Excutere pennas. Ouid. 6. Metam.
Iactare pennas. Ouid. 2. Metam.
Incidere pennas, Vide paulo pòſt, Pennæ renaſcuntur.
Labi pennis. Virg. 4. Æneid.
Pandunt pennas Halcyones. Virg. 1. Georg.
Percutere pennas in aere Ouid. 1. Metam.
Plaudere pennis. Ouid. 8. Metam.
Quatere pennas in aere. Ouid 4 Metam.
Secat pennis geminis aera auis. Cic. in Arato.
Leuis penna ſecat alta cæli. Seneca OEdip. 4.
Madidas pennas ſiccat Auſter. Iuuen. Saty. 5.
Teudere iter pennis. Virg. 6. Æneid.
¶Pennæ renaſcuntur, metaphoricõs, quum quis authoritatem recuperat priſtinam. Cic. ad Atticum, lib. 4. epiſt. 2, Iidem inquam illi, quos tu ne quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci: ſed, vt ſpero, iam renaſcuntur.
Reuiuiſcunt pennæ auuiſæ. Plin. lib. 11. cap. 28.
Deciſis pennis humilem dimittere aliquem. Horat. 2. epiſt. 2.

Maiores

Maiores pennas nido extẽdere. Horat. 1. epiſt. 21. Se amplius efferre, quàm fortunæ noſtræ ferant. At Erasmus ſic: Rem, fortunámque, quam mediocrẽ aut tenuẽ à maioribus acceperis, auctioré reddere.
Sparſis fertur victoria pennis. Ouid. 3. Amor. eleg 2.
Celeres quatit pennas Fortuna. Horat. 3. Carm. ode 29.
Dubiis pennis volat victoria. Ouid. 8. Metam.
Pennas antiqui fecerunt ex Græco, quòd illi πτερὰ ea quæ ſunt volucria dicant. Item eaſdem peſnas, & coeſnas. Feſtus.
Pénatas Impennatáſque agnas in faliari carmine, ſpicas ſignificat cum ariſtis, & alias ſine ariſtis agnas nouas volunt intelligi. Paulus.
Penna non tolùm eſt auium. Apud Plinium libro 11. cap. 28, titulus eſt, De pennis inſectorum. In quo capite pennas etiam ſcarabeorum vocat.

Penniculum, li, lo, Pinna illa quæ in faſtigio ædificiorum ſita, facili motu, ventorum indicat flatum. Plinius Petaſum vocat.

Pennula, pennulæ, pen. corr. Diminutiuũ {πτερίδιον.} Cic. 2. de Nat. deor.
Quum autem pulli pennulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur.

Pennatus, pen. prod. Adiectiuum {πτερωτὸς} Quod pẽnas habet. Plin. lib. 10. cap. 52, Pennatorum autem inſœcunda ſunt, quæ aduncos habent vngues.
Amores pennati. Claud. 2. Paneg.
Cohors pennata. Claud. de Nuptiis Honorij.
Pennatus equus. Plin. libro 8. cap. 21, Lyncas & ſphyngas Æthiopia generat, multáque alia monſtro ſimilia: pennatos equos, & cornibus armatos, quos pegaſos vocant.
Serpentes pennati. Ouid. 6. Metam.
Pennatum telum, Pennis munitum vt leuius fiat, & aerem facilius penetret, quéadmodũ in telis & ſagittis videmus. Plin. lib. 34. cap. 14.
Pennatus Zephyus. Lucret. lib. 5.

Pennifer, pen. corr. Adiectiuum, Ferens pennas. Catullus.

Penniger, pen. corr. Aliud adiect. {πτεροφόρος} Gerens pennas. Cic. de Vniuerſit. Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cæleſte, alterum pennigerum & aerium, tertium terreſtre, quartum diuinæ animationis, &c.
Sagittæ pennigeræ. Silius lib. 8.

Pennipotens, pen. corr. Adiectiuum {πτερωκέλευθος.} Lucret. lib. 2,
-& noſtro de corpore ſæpe ferarum
Augeſcunt vires, & corpora pennipotentum. Pennipotentes egregio vocabulo aues appellat, ex eo quòd pennis potiantur: nam potẽs eſt etiã potiens. vt potenti veſtimenta maris deo, id eſt Neptuno maris potienti. Quanquam nõ me latet etiam Neptuno dici poſſe permiſſam maris poteſtatem, eóque potentem maris appellari, & pennipotentes, quæ pennis valent & nituntur vocari. Turneb.

Pennipes, pen. corr. Aliud adiect. {πτεροῦτος} vt Perſeus Pennipes. Catul. in Camerium, epigr. 51.

Penſiculator, Penſiculo, Vide PENDO, pendis.

Penſilis, Vide PENDEO.

Penſio, Penſitator, Penſito, Penſo, Vide PENDO.

Penſum, & Penſus, Vide PENDEO & PENDO.

Pentacoſiomedimni, fuerũt primi ordinis cenſiti apud Athenienſes, quaſi quingentis medimnis cenſi. Budæus lib. 5. de Aſſe. Ariſtoteles in 2. Politic. author eſt Solonem Athenienſem quatuor cenſus Athenis inſtituiſſe: quorum primus fuit eorũ, qui Pentacoſiomedimni dicti ſunt, id eſt quingentis medimnis cenſi. Secundus eorum fuit, qui Zeugitæ dicebantur, ab equis bobus iugalibus. Tertius Hippas, ab equis. Quartus Theticus dicitur, qui eorum erat, qui Thetes, id eſt opifices erant, hoc eſt operas ſuas locantes. Primum, ſecundum & tertium ad magiſtratus & honores admitti voluit, eóſque diuitum & nobilium appellatione cenſeri.

Pentactiles, piſces ſunt ex genere cõcharum apud Plin. lib. 32. cap. vlt.

Pentadoron, pen. prod. {πενταδόρων} Laterum è terra macerata fictorum genus. Plin. lib. 35. cap. 14, Tertium pentadoron: Græci enim antiqui doron palmum vocabant, & ideò dora munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout ſunt, nominantur. Eadem eſt latitudo. Minore in priuatis operibus, maiore in publicis vtuntur in Græcia. Virtuuius lib. 2.

Pentagonum, figura eſt æquilatera & æquiangula cõpoſita ex quinque lateribus ſiue angulis. Euel. 4. Elem. Theor. 11, In dato circulo, pentagonum æquilaterum & æquiangulum inſcribere.

Pentapetes, Herba eadem quæ Pentaphyllon, Vide infrà in PENTAPHYLLON.

Pentaphyllon {πενταφύλλον} herba quinque folia habens, à Latinis Quinquefolium appellata, multiplex quidem, nã & fragi folia quina ſunt, & alterius cuiuſdam herbæ paſſim creſcentis, de qua copioſè Plin. lib. 25. cap. 9.

PENTAPOLIS, pen. corr. {πενταπόλις} Regio inter Palæſtinam & Arabiam, à quinque ciuitatibus ſic appellata, vbi Sodoma & Gomorra oppida.

Pentaprotias {πενταπρωτίας} quinque primorum munus: quos alibi ſacræ Conſtitutiones, quinque Summates vocant. Spiegel putat vocari Quintum-viros in l. de cubiculis noſtris. De priuileg. eor. qui in ſact. palat. militant. lib. 12. C.

Pentarchus {πένταρχος} qui quinque viris præeſt.

Pentaſtichæ {πενταστιχὲς} Porticus dicuntur, à quinque columnarum ordinibus.

Pentateuchon {πενταύτευχον} volumẽ quinque librorum. ſunt qui deciment Pentateuchus, pentateuchi. Pentateuchus Moyſi.

Pentathlum, antiqui quinquartium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus conſtat iactu diſci, curſu, ſaltu, iaculatione, luctatione. Paulus.

Pentathlus, pentathli {πενταθλὸς.} Pentathli dicuntur qui in ludo quinque artes gymnaſticas exercent, videlicet diſcum, curſum, ſaltum, palæſtram, & iaculationem. A Latinis quinquertiones appellantur à quinque artibus. Plinius de Myrone, libro 34. capite 8, Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pentecontarchus {πενηκοντάρχης} qui præeſt quinquaginta militibus, quorum munus Pentecontarchia appellatur.

Pentrectena, apud Antiphanem, Pollux lib. 7. cap. 13, dicit tunicellas eſſe iuxta oram purpura ornatas, radijs quinque intexta.

PENTEDACTYLOS, mons in Troglodytico ſinu. Plinius lib. 6. cap. 29.

Pentecoſte, es {πεντηκοστὴ} dies quinquageſimus à feſto Paſchæ. Eſt etiã tributi genus, quod Latinè Quinquageſimas poſſumus appellare.

Penthemimeris, huius penthemimeris, penultima correpta, fœm. gen. {πενθημιμερὴς} Latinè ſemiquinaria, Cæſura eſt in verſibus quoties poſt octo tempora, ſyllaba relinquitur, partem orationis terminãs. vt Omuia vincit amor, & nos cedamus amori, πάντα, quinque. ἥμισυ ſemis: & μέρος, diuiſio vel pars.

PENTHESILEA. pen. prod. {πενθεσίλεια} Amazonum regina, quæ teſte Iuſtino lib. 2, Otreræ ſiue (vt alij) Orithyiæ ſucceſſit in regno: ciúſque Troiano bello inter fortiſſimos viros, quum auxilium aduerſus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. Hæc, vt ait Seruius, dicta eſt furens, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe ceruam ferire. Virg. 1. Æneidos,
Ducit Amazonidum lunatis agmina pelris
Pentheſilea furens, &c.
Mœotis Penthesilea. Propert, lib. 3 eleg. 11.

PENTHEVS, Diſyllabum {πενθεὺς} teſte Ouidio in Metam. filius Echionis, ex Agaue cõiuge filia Cadmi: qui quum Liberi patris facta alpernaretur, ira numinis, à matre & ſorore in furorem verſus, laceratus eſt. Pentheos fabulam vide apud Ouid. 3. Metam. ad finem.
Tecta Penthei diſiecta. Horat 2. Carm. ode 19.
Demens Pentheus. Virg. 4. Æneid.

Pentheus, Adiect. {πενθεὺς.} vt Ritu Pentheo laniant corpora. Claud. 2. Paneg. Stat. lib. 2. Thebaidos,
Pentheúmque trahens nondum te Phœdimus æquo Bacche genus.

PENTHYLVS, filius Demonoi, qui e Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempeſtate amiſit. Ipſe verò captus multa de exercitu Xerxis Græcos eduxit. Author Herodotus lib. 7.

Pentiremis, huius pentiremis, pen. prod. {πεντήρης} nauis quinque remos in quolibet ordine habens, ſiue *hanca*, quæ appellant. Hircius ſiue Oppius de bello Alexandrino, lib. 4, Capit ex eo prælio pentiremem vnam, triremes duas, &c. Latini quinqueremem vocant.

Pentorobon {πεντόροβον} herba inſignis, quæ notiore nomine pæonia appellatur. Dictum Pentorobõ ab eo quod inter cætera, quinque aut ſex grana habeat, eruꝝ ſemen, non magnitudine tantùm, verumetiam colore reſerentia. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Pentula, penulæ, pen. corr. {φαιόν, χειρίδιον} Veſtis quæ nebuloſo ſeu pluuioſo tẽpore ſupra tunicã aſſumitur loco pallij ad arcendas à corpore pluuias Quintil. lib 6. cap. 3, Galba penulam rogãti reſpondit, Si nõ pluit, nõ opus tibi: ſi pluit, iple vtar. Vipian. in l. Veſtis. D. de Auro & argento legatis, inter communia veſtimenta quibus vir & mulier promiſcuè vtuntur, penulas annumerat. Lampridius ſcribit Alexandrum conſtituiſſe vt ſenes penulis intra vrbem frigoris cauſa vterentur: quum id veſtimẽtum, itinerarium, aut pluuiæ fuiſſet. Quòd autem viatoria fuerit penula, Tullius ad Attic. lib. 13, probat: Venit ad me, inquiens, & quidem id temporis, vt retinendus eſſet: ſed ego ita egi, vt non ſeinderem penulam. Memini enim tui: & multi erant, nóſque imparati. Quid refert? Paulo pòſt, C. Capito cum T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam: & tamen remanſerunt. Memini. inquit, tui hoc eſt, feci quod memini te ſolere: qui ita inuitare ſoles, vt penulam tamen cuiuſquam non ſeindas. Prouerbij vice vſurpauit Tullius, vt loquimur, *Non ſuſtinuit vt ſeinderem mantellum quo apud me remaneret.* Hæc Bayfius.
Reiecta penula deſilire de aliquo loco. Cic. pro Milone.
Mulionia penula. Cic. pro Sextio, Senſit ruſticulus non incautus, &c. ſuum ſanguinem quæri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad comitia venerat: meſſoria ſe corbe contexit.
Erat & penula ſcortea. ſcorta enim veteres pelles nominabãt. Martialis lib. 14. 135,
Ingrediare viam cælo licet vſque ſereno,
Ad ſubitas nuſquam ſcortea deſit aquas. Penula ſcortea vtũtur pegaſarij curſores, qui à Gallia Lugdunenſi, quinto, aut ſexto demum die Romam aduolant, ſubinde per ſtationes mutatis equis. Bayfius.
Penula gauſapina erat crebra, & villoſa, qua hyberno tempore & frigido vtebantur. Martial. lib. 14. 150,
Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta,
Vt me vel media ſumere meſſe velis. Quidam his verſiculis putauerunt penulam gauſapinam inter theriſtra, id eſt æſtiua veſtimenta annumerari. Verùm, ni fallor, falluntur. Senſus enim Martialis eſt, Penulæ dicit talem ineſſe candorem, tantã ineſſe villorum gratiam, vt etiam ſi hyberno vſui ſit aſcripta, tamẽ quis penulæ ſpecie captus, eam vel media ſumere meſſe velit. Bayfius.
Penula vtebantur & oratores. Tacitus in Oratorũ dialogo, Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attuliſſe penulas iſtas, quibus aſtricti, & velut incluſi, cum iudicibus fabulamur?

Penulatus, pen. prod. {ἐν φαιόλῃ} Adiect. Penula tectus. Cic. pro Milone, Cum vxore vehereturin rheda penulatus. Martial. lib. 2. 57,
Non ipſe Codeus alpha penulatorum.

Penularium, penularij {φαινολεῖον} Quaſi theca & vagina penulæ, interprete Nonio. Nonius Fullonico, Non multo pòſt ſonoram accepit, abſedet, conſequitur, penularium pſilotrum petit. Quidam legũt, Non multo pòſt zonulam accepit, abſcedit, &c.

Penuria, Vide PENVS.

Penus, peni, peno {ταμεῖον, βίοτος} ſecundæ declinationis: vel Penus, huius penus, quartæ, Maſculini vel fœminini generis eſt, appellarúrque id omne quo veſcimur. Lucilius, Magna penus paruo ſpatio cõpara peribit.
¶Penus eſt iuriſconſultis, quod eſculentũ aut poculentũ eſt. Quod enim ipſius patrisfamilias, ciúſque familiæ, quæ circum eos aut liberos eius eſt, & opus non facit, cauſa paratum eſt, vt Mutius

ait, penus videri debet. Nam quæ ad edēdum bibendúmque in dies singulos prandij aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ huiusce generis longæ visonis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod non in promptu sunt, sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt. Hæc Phauorinus apud Gell. lib. 4. cap. 1. Vide & D. de penu legat.

Penus locuples. Pers. Satyr. 3.

Struere penum. Virg. 1. Æneid.

Ornare penum, Vide ORNO.

¶ Penus, penoris, pen. corr. neut. gen. Idem. Horat. 1. epist. 17, Annonæ prosit, portet frumēta penúsque. Colum. lib. 12. cap. 4, Prius quàm penora contingant.

¶ Penum, peni, Idem. Terent. Eunuch. 2. 3, Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Afranius, Penū herile.

¶ Penus. Festus, Penora res necessariæ ad victū quotidianum. Cic. 2. de Nat. deor. Est enim omne quo vescuntur homines penus.

¶ Penus vocabatur locus in æde Vestæ intimus. Festus.

Verba sine penu & pecunia. Plaut. Capt. 8.

Penuarius, Adiectiuū. Sueton. in Augusto, cap. 6, Locus permodicus, & cellæ penuariæ instar. Vlpian. in l. 3. §. siue. D. de pen. legata.

Vasa penuaria. Vlpian. in l. 3. sub finem. D. de pen. legat.

Penarius, penarij { πανάριος } vt legit Festus, mascul. gen. Vel vt Varro de Lingua Latina lib. 4, Penaria, penariæ: vt verò alij, Penarium, Locus vbi penus, id est res necessariæ ad victum quotidianum pertinentes, reponuntur.

Penarius, Adiectiuum { πανδεμιακὸς } Quod ad penum pertinet. vt Penaria cella, Idem quod penarium. Cic. 4. Verr.

Penatores, Qui penum gestant. Cato aduersus Macilium, Postquā nautas ex naui huc adduxi, non ex militibus piscatores, sed penatores feci.

Penuria, penuriæ { πενία } Omnis inopia rerum, & præsertim earum quæ in penu recondi solent. Penuria (inquit Festus) quòd penè minus sit, quàm necesse est. Terent. Adelph. 3. 3,

Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium

Penuria est, homo antiqua virtute ac fide. Cic. 7. Verr. Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possitis. Sic. 5. Ver. Penuria aratorum.

Cibi penuria. Lucret. lib. 5.

Edendi penuria. Virg. 7. Æneid.

Copia & Penuria, contraria. Cic. de Inuent.

Firmorum, stabilium, & constantium amicorum magna est penuria. Cic. de Amic.

Penuria consilij. Plin. lib. 8. cap. 6.

Penuria mulierum. Liu. 1. ab Vrbe.

PEPARETHVM, insula vna ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

Peplion { πέπλιον } herba quæ aliàs portulaca dicitur. Plin. lib. 20. cap. 20.

Peplium, fruticulus est, de quo Galen. lib. 8. de simplic. medica. facultatibus. cap. 41.

Peplos { πέπλος } inquit Plin. lib. 27. cap. 12, quam aliqui sycen, alij meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, &c.

Peplus, pepli, mascul. gen. vel Peplum, pepli { πέπλος } Vestis solennis, quæ inicitur vel viro vel fœminæ, vel deo deæ ve. Seruius, Peplum proprie est palla picta fœminea, Mineruæ consecrata: vt Plautus, Nunquam ad ciuitatem venio, nisi quum infertur peplum. Hodie tamen multi abuntur hoc nomine. Vide diligenter Cælium Rhodiginum.

Fluens peplus. Claud. de Nuptiis Honorij.

Peplum ferre. Virgilius,

Cunctis Iliades passis peplúmque ferebant. Hoc è veteri ritu: magnis enim in periculis deos precantes & obsecrantes, eorúmque fidem & opem implorantes, etiam vestibus ornabant, illo cultu fauorem numinis emere se credentes. Peplum igitur Troianæ mulieres ferūt, vt ea veste Mineruæ simulacrum induant, & deam propitiam habeant. Vide Homeri interpretem.

Pepo, peponis, masc. gen. { πέπων } Plin. lib. 20. cap. 2, Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Caro eorū epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. Hactenus Plin. Peponum multa sunt genera, ab ipsorum sapore & figuris petita.

PEPROMENE, es { παρομενίη } Fatum, siue Parca, sic dicta, quòd omnia terminet, & nihil eorum quę sunt, infinitū relinquat. Lilius Syntag. 6.

Pepsis, fœm. gen. { πέψις } Latinè concoctio dicitur. Gellius lib. 13. cap. 29. Vnde Pepticæ, medicamenta ad concoctionem, quæ foris adhibentur: ἀπὸ τῦ πέπτειν, teste Hermolao. Plin. lib. 20. cap. 18, Podagris illinitur cum lacte mulierum: sic & foliis ipsis vrūtur. Item ad sacros ignes, & vulnera ex acero. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multóq; magis quas vocant lexipyreras, quásq; pepticas, & cœliacas.

Per { διά, ἀνά } Præpositio, accusatiuo iungitur. Terent. in Prologo Eunuchi, Talli per seruum senem.

¶ Per cornu aliquid infundere. Colum. lib. 6. cap. 2.

¶ Per accidens. Firmicus lib. 5. cap. 4, Erunt etiam duorum patrum, aut duarum matrum filij, vnius scilicet per naturam, alterius verò per accidentis.

¶ Per adoptionem pater, Qui me adoptauit Plin. epist. 103. lib. 5.

Adscirique per adoptionem à Tiberio iussit. Tacit. lib. 1.

Per ætatem. Terent. Eunuch. 1. 2, -patriam & signa cætera

Neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat. Hoc est, quia iunior erat. Cic. Cornificio, lib. 12. 23, Nullam partem per ætatem sanæ & saluæ Reipub. gustare potuisti.

Per multas ætates fuerunt antistites sacri eius ab Euandro edocti. Liu. 5. ab Vrbe.

Per alium ostendere suam sententiam, Alterius adminiculo. Terent. Heaut. 2. 1.

Per alium dare. Terent. Heaut. 3. 1.

Per alium transigam, recede de medio. Cic. pro Rosc. Amer.

Per ambages. Liu. 5. ab Vrbe.

Fatigare aliquem per ambages. Quintil. lib 3. cap. 11.

Per amicitiam & gratiam impetrauī à patre. Plaut. Mil. 17.

Per annonam iam caram natus. Plaut. Sticho, 4.

Per eos annos, vel dies. Cic. 7. Verr. Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talarísque tunica versaretur in conuiuiis mulierbribus, non offendebantur homines in eo, &c. Vulgus diceret, *Duramitibus his diebus.*

Per viginti annos. Quintil. in Procem. lib. 1, Post impetratā studiis meis quietem, quæ per viginti annos eruditionis iuuenibus impenderam, &c.

Per quinque & viginti annos. Tacit. lib. 20.

Per auaritiam aliquid appetere. Cic. pro Rosc. Comœdo.

¶ Per beneficium & gratiā aliquid aliquibus cōcedere. Cic. 5. Verr.

¶ Per caliginem penitrinxerat acie animi Bruti salus. Cic. 12. Philip.

Per summam castimoniam virorum ac mulierum per quæ sacra erant, stuprum & flagitium violare. Cic. 6. Verr.

Per cauillationem ad aliquid perduci. Liu. lib. 8 Decad. 4.

Per causam, Hoc est per simulationem, Dissimulando. Liu. 2. ab Vrbe, Per causam renouati ab Æquis belli. Hoc est prætextu.

Per causam aliquā gratiā alicuius sibi cōciliare. Cic. de Lege agrar.

Per cinerem alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipsius & liberos aliquem obsecrare vt aliquando misericordiam capiat. Cic. pro Quintio.

Per comitatem omnia disperdidit. Plaut. Trinum. 6.

Manat per compita rumor. Horat. 2. Serm. satyr. 6.

Per compita supplicatum. Liu. 7. bel. Pun.

Per compositionem. Cic. pro Rosc. Amer. Quos quia seruare per compositionē volebat, ipse ab his interemptus est. Quod vulgus dicit, *Secundum quod compositum erat.*

Per consequentias contingit. Vlpian. l. 1. D. de author. & conf. tutor. *En consequence. Quand aucune chose resulte ou aduient, non point pour raison de ce que les parties ont faict ou voulu entr'elles principalement, mais par dependence & suite necessaire de ce qui a esté faict.*

Per consequentias negotiū alicui geri. l. Quod dicimus. D. de auth. & conf. tut. *Quand quelque chose se fait au profit d'vne personne en consequence d'autre acte, & non principalement.*

Per consequentiam. Vlpian. l. Moris. D. De pœnis.

Per contrarium. Vlpian. in l. Iulian. §. Si venditor. D. De act. empt. & vend. Per contrarium quoque idem Iulianus scribit.

Per culpam venire in necessitatem. Author. ad Herenn. lib. 2.

¶ Per summum dedecus vitam amitere. Cic. pro Rosc. Amer.

Per deos iurare, Vide IVRO.

Per deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per homines, modus deprecandi elegantissimus. Terent. And. 1. 5,

Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,

Per tuam fidem, pérque huius solitudinem

Te obtesto, ne, &c. Cic. Attic. lib. 3, Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, vt facis.

Per deūm immortalium fidem. Cic. ad Octau. Nam per deūm immortalium fidem (nisi fortè frustra eos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret) pérque fortunam Pop. Rom. (quæ quanquā nobis infesta est, fuit aliquando propitia, & vt spero, futura est) quis tam expers humanitatis?

Per ego te, ita, deos, genua, præter cætera, interpositio elegans, & nescio quid ornatus habens in oratione. Liu. 3. bel. Pun. Per ego te, inquit, fili, quæcunque iura liberos iungunt parentibus, precor quæsóque, ne ante oculos patris facere & pati omnia fa fanda velis. Plaut. Menæchmis,

Per ego te hæc genua obtestor, ne, &c. Terent. And. 5. 1,

Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere.

Per deridiculum verba dare alicui. Plaut. Pseud. 18.

Per dilationes. Liu. 5. ab Vrbe.

Per directum. Plin. lib. 5. cap. 22.

Per optimatium discordiā, dissensionémque, patribus principibúsque cædes periculaque non creantur. Cic. de Arusp. respon.

Per dolum dimicare. Hirtius lib. 5. bel. Africani.

Per doctos dolos auferre aliquid. Plaut. Pseud. 7.

¶ Per fas, & fidem deceptus. Liu. 1. ab Vrbe.

Per fidem qui nos sæpenumero fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Cic. 1. de Inuent.

Per figuram offerre iusiurandum. Sueton. de Claris Rhet.

Per flagitium famam perdere. Terent. Heaut. 5. 1.

Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. Cic. pro Quint.

¶ Per gratiam abire. Plaut. Milit. 13.

Per gratiam absoluere. Cic. 2. Verr. Vt nemo à vobis vt istum absoluatis per gratiam, conetur contendere.

¶ Per ignauiam in prælio sonum tubæ ferre non potes. Author ad Herennium, lib. 4.

Per ignes fugere pauperiem. Horat. lib. 1. epist. 1. Per ignem autem, seu per ignes ire dicuntur, qui quippiam magno cum sui capitis periculo moliuntur.

Per illos, Per me licet. Plaut. Pœnul. 2,

Si quidem licebit per illos quibus est in manu. Terent. Hecy. 5. 2,

Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,

Licet. Vbi Donatus, Per me, Me authore & permittente.

Per illa tēpora perraræ literæ fuerūt, pro Illis tēporibus. Liu. lib. 6.

Per imprudentiam decipi. Cic. pro Roscio Comœdo.

Per alterius incommodum & calamitatem qui non ascendit, & sua virtute in altiorem locum peruenit, is mihi videtur amplissimus. Cic. pro Roscio Amer.

Per iniuriā. Cic. 1. Verr. Ab hac præfectus Antonij quidā symphonia eos seruos abducebat per iniuriā, quibus se in classe vti velle dicebat.

Per summam iniuriam. Cic. 3. Verr. Ne per summam iniuriam pupillum tunium fortunis patris conetur euertere. Idem pro Rosc. Amer. Per summum dedecus vitam amittere.

Per insidias interficere. Cic. pro Domo sua, Quòd eū toties per insidias interficere voluistis?

Per

Per interdicta crudelitatis alicuius aliquid alteri non licere. Cic. in Pisonem.

Per interualla. Plin. lib. 8. cap. 42.

Per inuidiam depelli Titus Manlius. Cic. 3. de Orat.

Per iram aliquid facere quod nos pœniteat. Cic. 4. Tusc.

Per iram & leuitatem crimen commentum. Liu. 6. belli Pun.

Per ius & magistratum aliquem defendere. Cic. pro Quintio.

¶ Per latrocinium imposita lex. Cic. in Pisonem.

Per legem. Cic. ad Salustium, libro 2. 16, Sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse.

Per legem illam hoc mihi licet. Cic. Attic. lib. 1. 15.

Per literas mihi ignoscit. Cic. ad Attic. lib. 10, Cæsar mihi ignoscit per literas, pro eo quod est, Scribit se mihi ignoscere.

Per literas colloqui cum aliquo. Cic. Attico, lib. 6.

Per vnam literam scriptum. Plin. de Claris Grammat.

Consulere aliquem per ludibrium. Tacit. lib. 1.

Per ludicrum audire, per iocum quærere. Liu. 4. bel. Pun.

Per ludum & iocum aliquem fortunis euertere. Cic. 3. Verr. Tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse.

Per ludum & negligentiam peruenire ad aliquid. Cic. 7. Verr. Modò L. Fimbriam, C. Marium, C. Cælium vidimus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contēdere, vt ad istos honores peruenirent, ad quos vos per ludum & per negligentiam peruenistis.

Per luxuriam effundere atque consumere, quod per scelus quis est adeptus. Cic. pro Rosc. Amer.

¶ Per malitiam aliquid facere. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Per manus prouinciam alteri tradere. Cic. de Prouinc. Conf.

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, &c. Horat. lib. 1. epist. 1.

Per maturitatem dehiscētes. Plin. lib. 12. cap. 7. Correctiora exemplaria legunt, dehiscentes maturitate.

Per me nulla est mora. Terent. And. 3. 4.

Per me percōtatus sum, siné que indice aliquo. Hoc est, ex meipso, nullo alio suadente. Plaut. Merc. 3.

Per medios ruit. Virg. 4. Æneid.

Per membranas oculorum vt cerni posset, fecit eas perlucidas natura. Cic. 2. de Nat. deor.

Per metum. Plaut. Aulul. 6, Neque occultum id haberi, neque per metum mussari.

Per momenta. Plin. iun. libro 4. epist. 50, Ita est aliquid, quod huius fontis excursum per momenta repercutiat.

¶ Per naturam fas est, aut per leges licet. Cic. pro Mil.

Per nebulam aliquid scire aut audire. Plaut. Pseud. 7.

Per necessitatem. Liu. 1. ab Vrbe, Sed rem immaturam nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat.

Per vltimam necessitatem. Liu. 2. ab Vrbe.

Per noctem cernuntur sidera. Plin. lib. 2. cap. 10.

Per nos. Plin. iun. lib. 10. epist. 98, Impetrandúmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Id est nostra opera.

Per nos quidem hercle egebit qui suum prodegerit. Plaut. Merc. 24. Hoc est, Nihil ei suppeditabimus.

Per notas nos certiores quàm scitè facit Iuppiter. Cic. 2. de Diuin.

¶ Per occasionem. Liu. 1. ab Vrbe, Dum ea ibi Romani gerunt, Antennatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.

Subuertere aliquem per occultum. Tacit. lib. 3.

Per officium. Tacit. lib. 1, Druso propinquanti, quasi per officium obuiæ fuere legiones.

Per omnia, sn omnibus, Omnino. Colum. lib. 4. cap. 2, Quare per omnia prætulerim duobus potius seminibus depositis, quàm vnico periclitari.

Per omnes dies. Plin. lib. 6. cap. 19, Regi eorum pedicum sexcenta M. equitum, XXX M. elephantorū IX M. per omnes dies stipendiantur.

Per ordinem. Quintil. lib. 4. cap. 2, Sortiti noctem singuli per ordinem, cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente.

Per ordinem fungi honoribus. Plin. de Vitis illust.

Per otium. Cic. 1. de Inuent. Quare mihi videntur postea cætera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse.

¶ Per pacem. Plaut. Amphit. 4, Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. Hoc est, te pacato, & non irato amplius.

Per partes consumere. Vlpian. in l. Nam etsi. D. Si cert. petat. Si alienos numos mutuos tibi dedi, non antè mihi teneris, quàm si eos consumpseris. Quòd si per partes eos consumpseris, an per partes tibi condicam, quæritur.

Per partes emendare. Plin. epist. 29. lib. 1.

Per partes facere. Plin. iun. lib. 9. 18.

Per partes reficere ædes demolitas. Vlpian. in l. Quid tamen. §. 1. D. Quib. mod. vsufr. amittatur.

Per potestatem auferre aliquid alicui. Cic. 6. Verr. Quum iste ab sese hydriā Boeti manu factam præclaro opere, & grandi pōdere per potestatē abstulisset, se sanè tristem & conturbatū domum reuertisse.

Per procuratores, aut per seipsum agere. Cic. Attic. lib. 4.

¶ Per quod effectum est vt te consulerem. Plin. iun. lib. 10. epist. 83.

¶ Per hanc rationem aliquid alicui dare, pro Ad húc modum, Hoc modo. Cic. 4. Verr. Ita Iouis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur.

Per ridiculum. Plaut. Truc. 6.

Per risum & iocum aliquid contemnere. Cic. 2. de Lege agrar.

¶ Per scelus & latrocinium ex fanis religiosis auferre aliquid. Cic. 3. Verr.

Per se, pro, Quod ad se attinet. Cic. de Amicitia, Tāquam superiorem colebat, suósque omnes per se esse ampliores volebat.

Per se, & Propter se, hoc est Propter excellētiam sui. Cic. de Amic. Ita pulcherrima illa & maximè naturali carēt amicitia, per se & propter se expetita.

Per se aliquid posse, Quasi nullo adiutore. Cic. de Amic. Vt dandi, recipiendíque metitis quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissímque redderet.

Per se sibi quisque charus est, Ex sese, sua natura, & quod dicitur Naturaliter. Cic. de Amic. Ipse se quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est.

Sua sponte, & per se iucunda. Cic. 1. de Finib. Si cōcederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte & per se esse iucunda, per se esset & virtus & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetēda.

Per se ipse ac sua sponte ardor mouetur. Cic. 2. de Nat. deor.

Per se solus Liu. 1. ab Vrbe, Cognitiones capitalium rerum sine cō-filiis per se solus exercebat.

Per se ipsa probitas parum tuta. Salust. in Iugurtha.

Per se splendet virtus semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit. Cic. pro Sextio.

Per semen. Cato cap. 17, Tū primùm per semē incipiūt maturæ esse.

Per sententias aliquorum, iúsque iurandum aliquid affequi. Cic. pro Roscio Amer.

Per silētiū adesse æquo animo, Tacitè audire. Ter. in Prol. Phorm.

Per silentium eō deducti. Liu. 5. bel. Pun.

Per simulationem. Cic. 6. Verr. Non ablata ex vrbibus sociorum quatridui causa per simulationem Ædilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferebant.

Per simulationem amicitiæ aliquem prodere. Cic. Post reditum ad Quirites.

Per somnium sensibus & curis vacuus animus. Cic. 2. de Diuin.

Per subitum, Idem quod Subitò, repentè. Silius lib. 15,

-Carthaginis omnes

Per subitum raptæ pernix victoria latè

Terruerat gentes. Per subitū, quia vno die Scipio rapuerat seu expugnauerat Carthaginem. Idem lib. 14,

Qui simul affixo vicina in robora ferro

Sustulerant sublime ratem (miserabile visu)

Per subitum rursus laxatis arte catenis

Tanta præcipitem reddebant mole profundo,

Vt totam haurirent vndæ cum milite puppem.

Per longissimum spatium hoc receptaculo vtetur. Plin. iun. libro 6. epist. 31.

Per speciem, Simulata occasione, per simulationem, fingendo. Liu. 1. ab Vrbe, Itaque per aliquot dies, quum iam expirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmauit.

Per stadia duo. Plin. libro 5. cap. 29, Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.

Per plures successiones traditæ. Plin. iun. lib. 10. epist. 8.

Per successiones sibi ius vendicare. Plin. lib. 12. cap. 14.

A suis, vel per suos inimicos aliquid ad te delatum esse, non sine magno quidem dolore, is mihi visus fuspicari. Cic. Brut. 1.

Per tacitum, Idem quod Tacitè. Silius lib. 17,

Ductor defixos Itala tellure tenebat

Intentus vultus, manantésque ora rigabant

Per tacitum lacrymæ, & suspiria crebra ciebat.

Per te stetit quominus hæ fierent nuptiæ. Terent. And. 4. 2.

Per te tibi consulis. Horat. lib. 1. epist. 18. in principio.

Per tempus, In tempore, siue tempestiuè, inquit Donatus, aut opportunè. Plaut. Pœn. 3,

M. Scitum est, per tempus: hoc est iam verbum vetus.

Per tempus aduenis. Terent. And. 4. 4.

Per tempus egredi. Terent. Hecy. 4. 3.

Per tempus subuenire alicui. Plaut. Trucul. 4.

Per tempus salices legere. Cato cap. 31.

Per omne tempus quo fuimus vnā. Plin. iun. lib. 10. epist. 89.

Per id tempus. Liu. 2. ab Vrbe, Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Cic. pro Rosc. Amer. Per ista tempora.

Per illa tempora, pro Illis temporibus. Liu. lib. 6, Perraræ literæ per illa tempora fuere.

Per triennium. Cic. 2. Verr. Nullares per triennium, nisi ad nutum istius iudicata est.

Per triumphū aliquid vehere. Cic. 3. Verr. Ea Populo Romano apportauit, per triumphum vexit.

¶ Per valetudinem quum posses venire, tamen noluisti. Cic. Mario, libro 7. 1.

Fusus sanguis per venas. Tacit. lib. 20.

Per Ver. Cato de Re rust. capite 151, Semen cupressi Tarentinæ per Ver legi oportet.

Per viam fabulari in itinere. Plaut. Cistel. 11.

Per vices, Vicissim. Plin. epist. 3. lib. 1, Quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnáque? possidéntne te, & per vices partiuntur?

Per vices annorum. Plin. lib. 12. cap. 14. Hoc est, per vicissitudines.

Per vim quod actum est, ratum esse non debet. Cic. 3. Offic.

Per vim & scelus plurimum posse. Cic. pro Quintio.

Per vim Consules creantur. Plin. in Paneg.

Per vim vitium oblatum virgini. Terent. Adelph 3. 2,

Per vim lata lex. Plin. de Viris illustr.

Per vinum exortum diffidium: Hoc est, per ebrietatem. Plaut. Mil. 10. Cic. 4. Acad. Siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam.

Per vinum, aut per lasciuiam lapsis, capitalis pœna remittenda est. Arrius Menander in l. Omne. D. de re militari.

Per visum. Cic. de Amic. Quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat.

Per vos, siue Per aliquē: Id est beneficio alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. Feret tamē æquo animo Iudices, si per vos vitam & famam potest obtinere.

¶ Per, Inter. Virg. 1. Georgicorum,

Has inter, mediámque, duæ mortalibus ægris

Munere concessæ diuūm, & via secta per ambas,

Obliquus quà se signorum verteret ordo. Vbi Seruius, Quum vitet vtráque tẽperatam, ipsa præpositio PER pro INTER accipienda est.
¶Per, pro In. Virg. 5. Æneidos,
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ. Id est iacentes in duris sedilibus.
¶Per, pro eo quod Gallicè dicimus, *Au trauers*. Plin. libro 12. cap. 5, Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore.
¶Per, pro Sub prætextu. Cic. pro Cecinna, Qui per tutelam aut societatem aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudauit quampiam: in eo, quo delictum minus est, eo pœna est tardior.
¶Per enim magni æstimo tibi firmitudinẽ animi nostri, & factum nostrum probari. Cic. Attic. lib. 10.
Per mihi mirum visum est Scæuola te hoc illi concedere, &c. Cic. 1. de Orat.

Pera, peræ {πήρα} Pellis à collo ad lumbos pendens. A quo pera, faculi genus. Hinc Peram viatoriam vocamus, qua panem & aliquid obsonij gestare viatores solent. Martial. lib. 14. 86,
Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.

Perula, perulæ, Diminutiuum {πηρίδιον.} Senec. epist. 91, Exemptum protinus è perula calicem fregit.

Perabsurdus, Adiect. {πάνυ ἄτοπος} Valde absurdum significat. Cic. 4. Acad. Illud verò perabsurdum quod dicitis, probabilia vos sequi, sire nulla impediremini.
Perabsurda verba. Cic. in Partit.

Peracer, hæc peracris, hoc peracre, pen. prod. {πολυ-ὀξυς} Valde acre & vehemens. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 16, Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium.

Peracerbus, Adiectiuum {πολύοξυτατος} Valde acerbus. Cicero de Senect. Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. De vua.

Peracesco, peracescis, peracui {πάνυ ὀξύνομαι} peracéscere, Valde acte & acidum fieri. Plaut. Bacch. 2.2,
-hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior
Me hoc ætatis ludificari.

Peracidus, pen. corr. Adiect. {πολυοξὺς} Valde acidum significat: vt Peracida poma, peracida pyra.

Peractio, Vide PERAGO.

Peracticum, Gummi genus, Vide PERATICVM.

Peracuo, peracuis, peracui, peracutum, pen. prod. {μάλα ὀξύνω} peracúere, Valde acutum facere. Cato cap. 40, Sumito tibi fusculum durum, eum peracuito, falicem Græcam discindito.

Peracutus, pen. prod. Adiect. {ἱστάκτος, ὀξύπτατος} Valde acutum significat. Martial. lib. 5. 81,
Vt citò resticulos peracuta falce secaret.
Peracutus & callidus homo. Cic. in Brut.
¶Ingeniosus & peracutus homo. Cic. 4 Verr.
Peracuta causa. Cic. pro Plãc. Fingẽda fuit mihi ludices, causa peracuta, vt ei quẽ mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerẽ.
Peracuta vox. Cic. in Bruto.
Peracutum, Ingeniosum. Cic. pro Cecin. Non deieci, sed ieci: peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ.

Peracutè, penult. prod. Aduerb. {πάνυ ὀξέως.} Cic. 1. Acad. Sed Zeno quum Accesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Peradolescens, Admodum adolescens. Cic. pro Lege Manilia, Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti imperium atque exercitum dari?

Peradolescentulus, pen. corr. Æmyl. Probus in Eumene, Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi.

PERAEA {πηραία} vlterior Iudææ pars, Arabiæ & Ægypto proxima, asperis diuisa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.

Perædifico, perædificas, pen. corr. {πολὺς οἰκοδομῶ} perædificáre, Ædificationem absoluere. Colum lib. 4. cap. 3, Ab inchoato domos extruunt: neq; perædificatis cultum adhibent.

Peræquus, Adiect. {πανισόσκελης} Valdè æquum significat. Cic. 6. Verr. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Peræquè, Aduerb. {ἰσόσκελῶς} Admodum iustè, Æquè, Æqualiter. Cic. in Pisonem, Quod cum peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotij & Byzantij Cherronenses, Thessalonica tensit.
Cæsar peræquè legiones Antonij. Asinius Pollio Cic. lib. 10. 33.
Peræquè narrabat incensam esse iuuentutẽ. Cic. ad Attic. lib. 2. 23.
Atque hęc peræquè in omni agro decumano reperietis. Cic. 5. Verr.
Peræquè florere in omni dicendi, genere. Cic. in Orat. Tria sunt omnino genera dicẽdi, quibus in singulis quidam floruerunt, peræquè autem (id quod volumus) perpauci in omnibus.

Peræquo, peræquas {ἐξισόω} peræquáre, Æquum facere. Colum. lib. 3, Et apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarent.

Peræquatores, dicuntur exactores censuum, qui in capita sunt constituti, ita dicti quòd æqualiter ab omnibus exigant. Alciatus in l. Cum antea. C. De agricol. & censit. lib. 11.

Perago, peragis, penult. corr. peregi, pen. prod. peractum {περάω, τελέω, διανύω, πληρόω, ἀνύω, ἐκτελέω} perágere, Perficere. Liu. 1. ab Vrbe, Rex cætera vt orsus erat peragit.
Æstates salubres peragere. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Ænum peregit. Ouid. 15. Metam.
Bella peraguntur milite vitreo. Ouid. ad Pison. De ludo scacchorum loquitur.
Busta peragere. Ouid. 2. Metam.
Cibum peragere, pro Conficere. Plin. lib. 9. cap. 56.
Comitia peragere. Cic. 2. de Nat. deor.
Concilium peragit Cæsar, equitésque imperat ciuitatibus. Cæs. 6. belli Gall.
Cursum peregi quem dederat fortuna. Virg. 4. Æneid.

Dicta alicuius peragere. Ouid. 8. Metam.
Domum peragere. Virg. 5. Æneid.
Fabulam ærtatis peragere. Cic. de Senect.
Incœptum. Virg. 4. Æneid.
Incœptum iter peragunt. Virg. 6. Æneid.
Peragere verũ iudiciũ pro Iudiciũ comprobare. Liu. lib. 6. ab Vrbe.
Iussa peragere. Ouid. 2. Metam.
Latus ense peregit. Ouid. epist. 4. Hoc est penetrauit latus ense, ensem per latus egit, seu adegit.
Litem peragere. Vlpian. in l. Qui procuratorem. D. de procur. Qui procuratorem dat, vt confestim agat: is intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere.
Mandata peragere. Ouid. 7. Metam.
Mortem peragere. Plin. epist. 58. lib. 3.
Nauem peregit in portum. Plautus. Id est perduxit.
Et multas noctes peregi insomnes. Apuleius.
Noctẽ peregi vacuus somno, Hoc est trãsegi. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Otia mollia peragebant gentes. Ouid. 1. Metam.
Animo omnia secũ peragere, Reputare apud se. Virg. 6. Æneidos,
Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi.
Opus peregit. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Partes suas peragere, Facere officium suum. Plin. lib. 7. epist. vltima, ad Tacitum.
Partes alicuius peragere. Ouid. 2. Amor. eleg. 15.
Laboris pensum peragere. Colum. lib. 3. cap. 10.
Postulata peragere. Liu. 1. ab Vrbe.
Res gestas peragere, Describere res gestas, scriptis declarare & perscribere. Liu. 2. ab Vrbe.
Sententiam peragere. *Acheuer de dire son opinion*. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Quum aliud præterquam de quo retulissent Decemuiri edicere prohiberent: Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere Senatusconsultum fieri.
Sententiam suam alicui peragere. Liu. 7. ab Vrbe, Vbi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti transibimus.
Seria nulla peraguntur fronte coronata. Ouid. 5. Fast.
Sol duodena peragit signa. Ouid. 13. Metam.
Fortuna grauis peragit incœptum tenorem. Ouid. epist. 21.
Vita peragenda sub axe. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Volumina peragere. Plin. epist. 49. lib. 1.
Vota peragere. Ouid. in Ibin.
¶Peragere, pro Fortiter agere. Senec. epist. 59, Hunc quem Græci œstrũ vocant pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem. Id est, vrgentem ad continuum cursum.
¶Peragere aliquem reum, Id est condemnare. Vlpian. D. Ad leg. Iuliam de adulteriis. l. Ex lege, Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi & condemnauerit. Budæus. Peragi reus in criminibus, non res peragi dicitur. Est autem reum peragere, ita rei accusationẽ persequi, vt reus tãdem damnetur. Paulus. Destitisse autem is videtur, qui intra præfinitum accusationis à præside tempus reum suum non peregerit. Hactenus Budæus.
Reus peragor ore populi. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
Peragere censuram. Plin. lib. 7. cap. 29.

Peractus, Participium {πεπλησμένος.} vt
Cædes ingens peracta. Virg. 9. Æneid.
Causa. Ouid. 15 Metam.
Consulatus. Cic. in Pison.
Peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingreditur. Tacit. lib. 13.
Imperia. Horat. 4. Carm. ode 14.
Lux. Ouid. epist. 20.
Opus. Stat. 1. Sylu. 1.
Sacra peracta deo. Ouid. 5. Fast.
Tempus melius peractum est. Ouid. 2. de Arte.
Vita peracta fine labe. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.

Peractio, Verbale {πλήρωσις.} Cic. de Senect. Senectus autem, peractio ætatis est.

Peragito, peragitas, pen. corr. peragitâre, Frequentatiuum. Colum. libro 12. cap. 19, Et nihilominus subinde fœniculo peragitet, nequid subsederit quod possit plumbeum perforare. Cæsar 1. bell. Ciuilis, Millia enim progressi quatuor, vehementiúsq; peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.

Peragro, peragras, pen. corr. {ἀπανταχοῦ, ἀπερχομαι} peragrâre, Ex per, & ager, agri compositum, significat Inquirendo circuire, vt ait Seruius: siue Huc & illuc proficisci. Cic. 1. de Diuin. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudũ maximè vtuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, propterea facilius cantus auium & volatus notauerunt. Virg. 1. Æneidos,
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.
Agros & nemora peragrare. Cic. de Aruisp. resp.
In labore militari peragrare Asiam. Cic. pro Murena.
Belli diuersa peragrat. Valer. 6. Argon.
Loca auia peragro. Lucret. lib. 4.
Peragrare pedibus maria classibus montes. Cic. 2. de Finib.
Prouincias omnes peragrasse gloriatur Asellus. Cic. 2. de Orat.
Regiones has arma Pop. Rom. peragrarunt. Cic. de Prou. Cons.
Rura peragrare. Cic. 3. Offic. Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.
Saltus peragrat Dictæos. Virg. 4. Æneid.
¶Fama peragrare dicitur. Cic. pro Mil. Cẽtesima lux est hæc ab interitu P. Clodij: & opinor vltra, quàm fines imperij Pop. Rom. sunt, nõ solùm fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit.
Mente innumerabiles mundos, infinitásque regiones, quarum nulla effet ora, nulla extremitas, peragrare. Cic. 2. de Finib.
Mente, animóque peragrauit omne immensum. Lucret. lib. 1.
Peragrare per animos hominum, per trãslationem. Cic. 1. de Orat.
Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentésque pertractat,

tractat, vt non desyderet philosophorum descriptiones.
Latebras suspicionum peragrare. Cic. pro Cælio, Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo: non causa, non locus, non facultas, non confessio, non perficiendi, non occultãdi maleficij spes, non ratio vlla, non vestigium maximi facinoris reperietur.

Peragrans, pen. corr. Participium {πεπερασμένος.} vt
Mater saltus orbata peragrans. Lucret lib. 2.

Peragratus, pen. prod. {πεπερασμένος} Aliud participium. Cic. 5. de Finib. A quibus propter discendi cupiditatem videmus vltimas terras esse peragratas.
Montis peragrari saxa. Seneca Thebaid. 1.

Peragratio, Verb. {πεπερασμένος.} Cic. 2. Philip. Quæ fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

Perambulo, perambulas, penult. corr. {πάνυ πολὺ, περιέρχομαι} perambulâre. Varro de Re rust. libro 1. cap. 2, Vos qui multas perambulastis terras.
Cubilia omnium perambulare. Catul. in Iulium Cæs. 27.
Bos rura perambulat. Horat. 4. Carm. ode 5.
Perambulabis asta fidus aureum. Horat. Epod. 17.

Peramplus, Adiect. {πολυπληθής.} Cicero, Sunt ea simulacra peramplæ atque præclara, sed non ita antiqua. Idem, Simulacra duo perampla & pulcherrima.

Peramo, peramas, pen. corr. {ὑπεραιλέω} peramâre, Valde, vel vsque ad finem amare. Cic. 1. de Legib. Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Quædam exemplaria legunt, per se amatur.

Peramans, penult. corr. {ὑπερηλεῶν} Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Attic. lib. 4, Homo peramans semper nostri fuit, nec mihi vnquam odio.

Peramanter, Aduerbium {πολυφίλως.} Cic. ad Pætum, lib. 9. Famil. epist. 20, Qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant.

Perangustus, Adiect. {πολύστενος} Admodum angustum significat. Cic. 7. Verr. Vt ille in dolore, cruciatúque moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret.

Perangustè, Aduerbii {πολυστένως.} Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, vt Crassus hæc, quæ coarctauit, & perangustè refersit in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet.

Peranno, perannas {διανυτίζω} perannâre, Per integrum anni tempus viuere. Componitur enim ex per & anno, annas. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 12, feribit priscos Romanos mense Martio, & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum ire solitos, vt annare, perannaréque commodè liceret. Hoc est vitam degere incolumem per annum integrum. Quidam hîc legunt perannam, per a primam vocalem, vt ab Anna deriuetur, quæ mense Martio colebatur à Romanis, vt eis annare & perannare liceret: de qua sic Ouidius libro 3. Fastorum,
Nec mihi parua fides hinc annos isse priores,
Anna quòd hoc cœpta est mense perenna coli. Et hîc legitur in quibusdam exemplaribus perenna, per e secundam vocalem. Suet. in Vesp. cap. 5, Ideó jue puella nata non perannauit. Vide Perenno, in PERENNIS.

Perantiquus, pen. prod. {πάνυπαλαιός} Adiectiuũ. Cic. de Clar. Orat. Atque hunc proximo seculo Themistocles insequutus est, vt apud nos perantiquus, vt apud Athenienses, non ita sanè vetus. Sic 6. Verr.

Perappositus, pen. corr. Adiect. {πάνυ ἁρμόττων} Valde appositus. Cicero 2. de Orat. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso non ineptè ridicula, non solùm mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

Perarduus, Adiectiuum {πολυχαλεπός.} Cic. 5. Verr. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

Perarefco, perarescis, perarui {πανξηραίνομαι} perarésceere, Prorsus aridum fieri. Colum. lib. 11. cap. 3, Sed nec patiendum est vt perarescat, aut totum decidat.

Perargutus, pen. prod. Adiect. {πολυσκωμμένος.} Cic. de Clar. Orat. Quẽ studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, vt scitis, disertus.

Peraridus, pen. corr. Adiect. {πάνξηρος, πολυξηρὸς} Valde, vel prorsus aridum significat. Colum. lib. 2. cap. 19, Est autem modus in siccando, vt neque peraridum, neque rursus viride colligatur.

Peraro, peraras, penult. correp. {καταρτίζω} perarâre, Ex per & aro compositum. Ouid. 14 Metamorphoseos,
-narésque à fronte remissas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora.
Pontum peraratare, Id est mare nauibus sulcare. Senec. Medea, 8.
Perarare carmina auro. Stat. 4. Sylu. 5.
Litera peraratur blandis verbis. Ouid. 1. de Arte.

Perarans, penultima corr. Participium {κατατετριβὼς.} Ouidius 9. Metamorphoseos,
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum. Hoc est scribentem.

Perarâtus, pen. prod. Particip. {κατατετριβὼς.} vt Tabellæ peraratæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.

Perasper, Adiect. {πολυτραχὺς} Valde asperum significat. Celsus lib. 5. cap. 28, de thymio, At thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, suprà, latius: sub durum: in summo, perasperum.

Perastutus, penult prod. Adiect. {πολυμήχανος} Valde astutus. A quo

Perastutè, Aduerb. Plaut. Truculent. 6,
Vt perastutè cum initiatis in malam fraudem, & præmium.

Peraticum, teste Plinio lib. 12. cap. 9, Bdelij genus est, quod in Media defluit ex arbore, quam nonnulli Brochon, alij Malacram, aliqui etiã Maldacon appellant.

Perattentus, Adiect. {λίαν σφοδρὸς ὢν} Valde attentus. Cic. 5. Verr. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

Perattentè, Aduerbium {λίαν προσεκτικῶς.} Cicero pro Cælio, Animaduerti enim Iudices auditi à vobis meum familiarem L. Herennium perattentè.

Perbacchor, perbaccharis {μαινάζω} perbacchári, Perpotare & lusitare conuiuijs frequẽtandis. Budæus. Cic. 2. Philip. At quàm multos dies in ea villa turpissimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Perbaccharus, pen. prod. Particip. {πανυμεθύσκων} Claud. de bel. Getico,
-passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis.

Perbeatus, pen. prod. Adiectiuum {πανόλβιος} Valde beatus. Cic. 1. de Orat. Cogitári mihi fæpenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater illi videri solent, &c.

Perbellus, Adiectiuum {πολυκομψότ.} A quo

Perbellè, Aduerbium {πολυκόμψως.} Cicero ad Tironem, libro 16. 18, Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè simulas. Vide BELLVS.

Perbene, pen. corr. Aduerbium {πανκαλῶς} Valde bene. Cic. de Clar. Orat. Perbene loqui Latinè putabatur.

Perbenevolus, pen. corr. Cic. ad Terentiam, lib. 14. epist. 4, sub finem, Cennius est perbenevolus nobis. Id est, valde benevolus.

Perbenigne, Aduerbium {πανευμενέστατα} Valde benignè. Terentius Adelph. 4. 5, -di me pater
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.
M. Quid? quàm illam? AE. æquè M. perbenignè. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib 2. 10, Perbenignè mihi respondit.

Perbibo, perbibis, pen. corr. peribibi, peribibitum, pen. corr. {ὑποπίνω} perbíbere. Plaut. Sticho, 6,
At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. Cato cap. 130, Peribibant bene. Hîc ferè aliud non significat quàm Bibere.
Lacrymas peribibere. Ouid. 6. Metam.
Totas peribibit flammas. Senec. Herc. OEtæo, 4.

Perbito, perbitis, peribitere, Petire. Pacuu. Peribæa,
Nam me perbitere, illis opitularier quouis exitio cupio, dum prosim modo. Liuius Tereo,
Ego puerum interea ancillæ subdam lætantem meæ,
Ne fame perbitet. Nonius. Obsoletum.

Perblandus, Adiectiuum {πανυμείλικτος} Valde blandus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2, Successorem habes perblandum, cætera valde illius aduentu tua requirentur.
Perbiandæ negotia oratio. Liu 3. bel. Pun.

Perbonus, pen. corr. Adiectiuum {πολύεθλος} Valde bonũ significat. Cic pro Flacco, Agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturáque meliores.
Perbono loco res erat, quoad mecum rex fuit, &c. Cic Attico, lib. 6, Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: postea Põpeij proconsulatus fexcentis premi cœptus est.

Perbreuis, & hoc perbreue, penult. corr. {πολυσσεμὴς} Valde breuis. Cic de Clar. Orat. Quódque difficile est, idem & perornatus, & perbreuis.
Perbreuis æui Carthago. Liu. 8 bell. Pun.
Tempus perbreue. Ouid. 3 Trist. eleg. 2.
Aliquando interponitur dictio inter per, & breuis, Cic. pro Cluentio, Altera pars ea quæ propria est iudicij vestri, & legitimæ veneficij quæstionis, per mihi breuis, & non magnæ in dicendo contentionis fore videtur.

Perbreuiter, pen. corr. Aduerbium {πολυσσεμῶς} Valde breuiter. Cic. 2. de Orat. Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam perbreuiter exponam.

Perca, percæ {πέρκη} Piscis. Plin lib. 32. cap. 10, Carcinomata percarum capita salsarum.

Percalefacio {ὑπερθερμαίνω} & Percalefio. Vnde Percalefactus, Participium. Lucret. lib. 6,
Mobilitate sua feruescit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere.

Percaleo, percales, percalui, percalere: & Percalesco, percalescis, percalescere, ex Per, & Caleo, seu Calesco. {ὑπερθερμότομαι, ὑπερθερμόομαι} Valde caleo. Ouidius,
Cætera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne
Percaluit solis.
Vis venti percaluit. Lucret. lib. 6,
Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis, &c.

Percalleo, percalles, percallui {πάνυ τι πορεύομαι} percallêre, Induratiũ vel obduratum esse in re aliqua, vt iam callis contractis amplius nos non fastidiat. Tracta metaphora ab iis qui diuturnis laboribus assueti, callum iam contraxerunt. Cic. pro Milone, Sed nescio quo modo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.
Vsum rei alicuius percallere. Cic. 2. de Orat. Si modò vsum rerum percalleueris, nihil te effugiet. Hoc est perfectè callueris, inrellexeris.

Percandidus, pen. corr. Adiectiuum {πολυαυγὴς} Valde candidus. Celsus lib. 5. cap. 19, de elephantino emplastro, Est autem ea percandida compositio.

Percantatrix, penult. prod. percantatricis, fœm. generis {γοητεύτρια.} Plautus Milite, 10,
-da quod dem Quinquatribus,
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ.

Percautus, Adiectiuum {πολυδιαβὴς.} Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Delectus in familiaritatibus & prouincialium hominum & Græcorum percautus & diligens.

Percedo, peredis, peredere, Idem quod decedere. Cic. Orat. Concisum non concessum, & quod quidam percessum etiam volunt. Nonius.

Percelebro, percelebras, penult. corr. {ὑπερκαμίζω} percelebrâre, Maximè diuulgare. Cic. 7. Verr. De qua muliere plurimi versus qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. Id est vulgò canuntur.

Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est. Cic. pro Cælio.

Perceler, penult. corr. {πολυσὼς} Admodum celer. Cicer. pro Cælio, Habuisse aiunt domi, vimque eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

Percello, percellis, perculi, penul. corr. perculsum {καταπάσσω, σὺν τρέπω, πλήττω} percélere, Euertere, peruertere, inquit Nonius. Varro Parmenone, Alius teneram abietem solus percellit. Terent. Eunuch. 2. 3.

-perij, quid ego egi miser?

Quò trudis? perculeris iam tu me. Vbi Donatus, Perculeris, peruerteris. Tacitus, Ingens rerum tumultus, percullit ciuitates. Terentius Andr. 1. 1, Perculsit illico animum. Vbi quidam percullit legunt, & rectius. Perculsi enim præteritum Latinum non est.

Inter Percellere & Affligere interest, quòd Percello idem ferè valet, quod peruerto, euerto, proruo: affligere autem est, ita vehementer in terram deiicere, ac proruere, vt eo casu, id quod deiicitur, contundatur, neque facilè excitari queat. Ita fit vt grauius sit affligere, quàm percellere, vt licet ex hoc exemplo intelligere Ciceronis Tusc. 3. Existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur.

Cuspide perculit. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.

Ferro perculerat leænam. Stat. 1. Achil.

Flectentem cornua stipite perculit. Ouid. 5. Metam.

Percellere & euertere. Cic. pro Milone, Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martémque communem: qui sæpe spoliantē iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto.

Percellere & labefactare aliquem. Cic. pro Domo, Desinant desinãt homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt.

Percelli & Recreari, contraria. Cic. Bruto. 3, Timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat: recreata ad xii Cal. te huc venire, quàm se ad te ire malebat.

Perculit eum illud. Cic. 3. de Legib. Quid enim illum aliud perculit, nisi quòd potestatem intercedendi Collegæ abrogauit?

Perculit te dolor. Cic. 2. Tusc. Si te fortè dolor aliquis perculerit, exclamabis, vt mulier. Quidam legunt peruellerit.

Percellere alicuius pectus pauore. Liu. 1. ab Vrbe.

Vox perculit vrbem. Valer. 2. Argon.

Perculsit me, Id est affecit aut delectauit me. Horat. 1. Carm. ode 7.

Percelli peste. Colum. lib. 7. cap. 7.

Repentina vi, ac tempestate populari percelli. Cic. pro Sext.

Vis Martis, non ira victoriæ, ciues, quos amisimus, perculit. Cic. pro Marcello.

Hæc te vox non perculit non perturbauit? Cic. 5. Verr.

¶Percellere, Differre. Lucilius, Ad nouum hoc percellit annum.

Perculsus, Participium {πεπληξώς.} vt

Perculsus literis. Cicero Pæto, lib. 9. 25, Repentè perculsus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat, fundum, &c. Aliàs legitur Percussus.

Amore ingenti perculsus. Virg. 2. Æneid.

Magno laudum perculsus amore. Virg. 9. Æneid.

Casu perculsus iniquo. Virg. 6. Æneid.

Perculsus suspicione. Cicero pro Cluentio, Neque dubito quin ij tales viri suspicione aliqua perculsi repentina, de statu suo decliuarent.

Timore perculsi membra. Lucret. lib. 5.

Perculsus & abiectus. Cicer. 2. in Catil. Iacet ille nunc prostratus, Quirites, & se perculsum atque abiectum esse sentit.

Perculsus animus, & abiectus. Cicero Attico, lib. 3. Id est perturbatus & timore concussus.

Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates. Virgilius 1. Æneidos.

Perculsa timore ciuitas. Cic. ad Brutum.

Perculsa & afflicta iandiu suis consiliis Græcia. Cicero pro Flacco.

Virgo perculsa. Catul. Argon. 59.

Volucres perculsæ corda. Hellenismus est. Lucret. lib. 1.

Vulgus perculsum terrore. Lucan. lib. 1.

Perculsa & prostrata excitare. Cic. pro Marcello, Omnia sunt excitanda tibi C. Cæsar vni qui iacére sentis, belli ipsius impetu (quod necesse fuit) perculsa atque prostrata.

Percenseo, percenses, percensui {καταριθμέω, ἀριθμῶ} percensére, Idem quod Recensere: nisi quid perfectionis addat præpositio. Cicero in Partit. Quo in genere percensere poterit plerosque inueniendi locos. Idem pro Lege agraria, Italiam percensuisti, perge in Siciliam.

Percensere beneficia numerando. Cicero Post reditum in Senatu, Quod tam diuinum atque incredibile genus orationis, quo quisquã possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando.

Percensuitque eorsum numerum legionum. Tacit. lib. 4.

Totum percensuit orbem. Ouid. 2. Metam. Ideſt peragrauit totum orbem.

Senium æui percensere. Stat. 1. Thebaid.

Perceptio, Vide PERCIPIO.

Percido, peredis, percidere, Tundere, percutere. Plaut. Casina,

Percide tu os, &c. Id est batue, tunde. Sic enim restituit Turnebus, quum aliàs legeretur Præcide, quod aliud significat., & turpitudini affine est, imo verò obscœnissimum. Sic apud Martialem, Os tibi percisum legendum est, non, vt obtinet, præcisum.

Percieo, pereies, pereiui, percitum, pen. corr. {διανεωσιάκτεω} Valde cieo. Lucret. lib. 3,

Oeyus ergo animus, quàm res se perciet vlla. Idem lib. 3. percit. pro perciet, vt etiam in simplici cit pro ciet, à Percio,

At natura boum placido magis aere viuit:
Nec nimis irai fax vnquam subdita percit. Idem lib. 4.

Percitus, penultima corr. Participium {ἤκουρε} Percussus, inquit Nonius, nimis incitatus, qui ira ac furore accensus est. Terentius Hecyra. 3. 3.

-& corripui illico

Me inde lacrymans incredibili re, atque atroci percitus. Cicero pro Milone, Siue enim illud animo irato, ac percito fecisset, vt incensus odio, trucidaret inimicum, &c.

Dolore percitam instigat furor. Senec. Hippol. 12.

Magno furore percitus. Senec. Herc. fur. 1.

Motu æterno percita semina. Lucret. lib. 2.

Primordia percita plagis. Lucret. lib. 1.

Percingo, percingis, percinxi, percinctum {πέρι ζωννύω} percingere, Omnino cingere. Columella lib. 10, Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.

Percipio, percipis, pen. corr. percepi, pen. prod. perceptum {καταλαμβάνω} percípere, Ex per & capio compositum, Perfectè capere. Variis nominibus iungitur.

Percipere & consequi aliquid. Cic. 1. Offic. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quanuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt.

Diligenter percipere disciplinam. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Diligenter quæ dicuntur percipere, & ea penitus animis nostris mandare. Cic. 1. in Catil.

Facilè aliquid percipere. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Animo percipere aliquid & memoria custodire. Cic. 1. de Orat.

Artem percipere. Cic. ad Trebatium, lib. 7, Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis, nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.

Disciplinas singulas percipere si magnũ est, quanto maius omnes? Cic. 1. de Nat. deor.

Doctrinam percipere. Cic. 4. Acad. Tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina.

Dolores percipere. Cic. ad Terent. lib. 14. 1, Acerbissimos dolores, miserióque percepit.

Excusationem percipere, id est agnoscere. Paulus in I. Si quis tutor. ibi, excusatione percepta. D. De ritu nuptiarum.

Fames percipit ventris medullam. Plaut. Sticho, 6.

Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect.

Fructum ex arbore percipere. Plin. lib. 15. cap. 1.

Fructum percepimus anni. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Fructum victoriæ percipere. Cic. 7. Verr. At etiam qui triumphãr, eóque diutius viuos hostium duces seruant, vt his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructúmque victoriæ Pop. Roma nus percipere possit.

Gaudia secura percepit. Ouid. 7. Metam.

Iucunditatem vel lætitiam percipere. Cic. 2. de Finib.

Luctus percipere. Cic. Terentiæ, lib. 4. 1.

Percipere, pro Occupare, seu afficere, seu perfundere. Lucret. lib. 4, Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
Quàm quæ percipiunt oculos, visúmque lacessunt. Sic lib. 5,
Aera percipiat calidis feruoribus ardor. Lambinus.

Me odium percipit. Terent. Eunuch. 5. 6,

Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.

Memoria percipere, hoc est Memoria complecti. Cic. 4. Acad. Vnde memoria, si nihil percipimus (sic enim quærebas) quod meminisse visa, nisi comprehensa non possumus?

Nomina omnium ciuium percipere, pro Mente complecti. Cic. de Senect. Themistocles omnium ciuium nomina perceperat.

Oculis aliquid percipere. Cic. 6. Verr.

Odium vitæ percipit humanos. Lucret. lib. 3.

Præmium percipere. Cæsar 2. bel. Ciuil.

Sensibus percipere. Cicero 1. de Finibus, Non hanc solam sequimur, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus.

Animo victoriam. Cæsar 3. belli Ciuil. Ac iam animo victoriam percipiebant, quòd de re tauta, & à tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur. Fortasse legendum præcipiebant, pro antè capiebant.

Voluptatem percipere ex re aliqua. Cic. 1. de Finib. Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse.

Vsum alicuius rei. Cæsar 3. bel. Ciuil.

¶Percipere, Intelligere, Cognoscere. Cic. de Amic. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus, atque ex discordiis percipi potest.

Percipere & comprehendere aliquid. Cic. 4. Acad. Conantur ostendere esse aliquid perspicui, verùm illud quidem impressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi posse.

Percipe quid dubitem. Virg. 9. Æneid.

Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Virgilius 6. Æneid.

Causam percipe. Ouid. 4. Fast.

Animi percipiunt citò dicta. Horat. de Arte.

Paucis percipe rerum exordia. Lucret. lib. 4.

Verba mea percipe. Ouid. 5. Fast.

Percipere opinione. Cæsar 7. bell. Gall. At Cæsar biduum in his locis moratus, quòd hæc de Vercingetorige vsu ventura opinione perceperat, per causam supplementi, equitatúsque cogendi, ab exercitu discedit. Castigatiores libri habent præceperat.

Celeritas percipiendi. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Fructus percipiendus auribus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Philosophia oratori necessariò percipienda. Cicero 1. de Oratore.

Voluptas percipienda oculis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.

Perceptus, Particip. {καταλαβών.} vt

Voluptas percepta breuis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Perceptio, Verbale {κατάληψις.} Cicero 2. Offic. Neque agricultura, neque

neque frugum, fructuúmque reliquorum perceptio & conseruatio sine hominum opera vlla esse potuisset.

Cognitio & perceptio. Cic. 1. Acad. Neque hoc quicquam esset tutius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationémque præcurrere.

Perceptio animi. Cic. 4. Acad. Ars verò quæ potest esse, nisi quæ nõ ex vna, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat?

Perceptio fructuum, non tantùm dicitur si omnino fructus sunt collecti: sed etiam cœpti ita percipi, vt terra contiuere se fructus desierint. I. 78. de rei vendic. in P.

Perclamo, perclamas, pen. prod. {καταβοάω} perclamáre, Vehementer clamare. Plaut. Trucul. 3 6,

-quot illic blandiriæ, quot illic

Iracundiæ sunt, quot sunt perclamanda?

Percnos {πρηνὴς} Aquilæ genus, teste Plin. lib. 10. cap. 3. ab Homero sic vocatum. Alij vocant Morphnon. aliqui etiam Plancum & Anatariam: inter Aquilarum genera secundam magnitudinem & vim obtinet: viuítque vt plurimum circa lacus.

Percoarcto, tas {καταστενοχωρέω} Vehementer constringo. Columella lib. 2. cap. 19, de fœno loquens: Tunc demum (inquit) conuertemur, & vtrinque siccatum percoarctabimus in striam, atque ita manipulos vinciemus.

Percognosco, percognoscis, percognoui, pen. prod. percognitum, pen. corr. {πάνυ γινώσκω} percognóscere, Perfectè cognoscere. Plin. lib. 4. cap. 14, Nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Idem lib. 37. cap. 3, Percognitum nuper.

Percolo, percolis, penultima correp. percolui, percultum {θερκπεύω} percólere, Perfectè colere, Id est amare & venerari. Plaut. Trin. 6,

-feceris par cæteris tuis factis, patrem

Tuum si percoles.

Honore aliquem percolere. Tacit. lib. 18.

¶Percolere, Culturam absoluere, perficere, polire, supremam manum addere, complere. Plin. lib. 5. epist. 6. sub finem, Præterea indulsi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

Percultus, Participium {καταλαμπρύνω} Ornatus, Politus. Plautus Pœnulo, 4,

Nam quæ lauta est, nisi perculta est, meo animo quasi inuenusta est.

Percolo, percolas, pen. prod. percolaui, percolatum {διυδέω} percolãre, Totũ colare. Cato lib. 7. cap. 8, Nam maximè refert primo quoque tempore serum percolãri, & à concreta materia separari. De caseo loquitur. Plin. lib. 27. cap. 7. Et lib. 31. cap. 6, Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.

Humor percolatur per terras. Lucret. lib. 2.

Virus percolatur. Lucret. lib. 5.

Senec. lib. 1. Natur. Quæstion. eleganter dicit eos qui se ventri putant viuere, cibos & potiones percolare, quia ingerunt in ventrem quod mox velut colatum desluit.

Percomis, & hoc percome, penultima producta {πάνυ ὀυπράπτολις} Cicero de Clatis Oratoribus, Qui peritissimus iuris, idémque pereomis est habitus.

Percommodus, pen. corr. Adiectiuum {πάνυ ὑποπάθεως} Valde commodus.

Percommodè, Aduerbium {λίαν ὑποπαθῶς} Admodum commodé. Liu. 10, bel. Pun. Percõtatúsque, satísn' percommodè omnia exploratsent, datis qui persequerentur, retro ad Annibalem dimisit.

Percommodè accidere. Cic. pro Cecin. Hoc loco percommodè accidit, quòd non adest is, qui paulo antè affuit.

Percommodè facit. Cic. 2. de Orat. Et quòd mihi nihil, aut quòd non multum relinquis, percommodè facis, estque mihi gratum.

Percommodè factum quód. Cic. 4. Tusc. Itaque siue casu accidit, siue consilio, percommodè factum est, quòd eis de rebus, quæ maximè metuuntur, de morte & de dolore, primo & proximo die disputatum est.

Perconditus, penul. corr. {κατάκρυπτος} Adiectiuum, ex per, & condo, condis compositum, significat Reconditum & abstrusum. Cic. 1. de Orat. Exponam vobis non quandam aut perconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ. Alia exemplaria habent, perreconditam.

Percontor, percontaris {πάνυσμαι, ἐπιπυνθάνομαι} percontári, Diligenter inquirere. Dicitur autem percontari, authore Donato, à conto, quo nautæ vtuntur ad loca inquirenda, nauibus opportuna. Dicitur & Percunctor, Vide PERCVNCTOR. Terentius Hecyra, 5. 3,

Tua quod nihil refert, percontari desinas. Idem Eunuch. 2. 3,

Vbi inuestigem? quem percontor?

Percontari & interrogare. Cic. 2. de Finib. Is percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, vt ad ea quæ hi respondissent, siquid videretur, diceret. De Socrate.

Inter percontari & interrogare. Quintilianus libro 9. cap. 2, Quid tam commune quàm interrogare vel percontari? nam vtroque vtimur indifferenter, quum alterum noscendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi.

Percontari & quærere. Cicero 1, de Oratore, Quo in genere tu Antoni (verè loquar) nunquam mihi percontanti, aut quærenti aliquid defuisti.

Otiosè percontari, Vide OTIVM.

Vltrò aliquem percontari. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Doctos percontari. Horat. 1 epist. 19.

Singulos. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7.

Ab aliquo. Cic. 4. Acad. Itaque quum totum iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis, &c.

Percontari de. Cic. in Somnio Scip. Deinde ego illũ de suo regno, ille me de nostra Repub. percontatus est.

De nominibus aliquibus. Cic. Att. lib. 6.

Percontari aliquid aliquem. Plaut. Aulul. 3.

Aliquid ex aliquo. Plaut. Baech. 4,

Illud volebam ego ex te percontarier.

Disciplinam aliquam ex alio. Cic. 2. de Diuin.

Ex aliquo percontari, quanti aliquid vendat. Cic. de Clar. Orat.

Aliquid insidiis hostilibus percontari. Plaut. Pseud. 17.

Percontor quanti olus ac far. Horat. 1. Serm. satyr. 6.

¶Percontari, Expectare. Terent. Phorm. 2. 4,

Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat. Legitur & percunctatum, in eadem tamen significatione.

Percõtatio, Verbale {πύσις} Interrogatio, inuestigatio, inquisitio. Cic. de Vniuers. At primum quidem tempus salutationibus, reliquũ percontatione consumpsimus.

Rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositióque sententiæ suæ. Cic. 3. de Orat.

Ducere sermonem è percontatione alicuius. Cic. de Clar. Orator. Omnísque ille sermo ductus è percontatione filij, quid in Senatu esset actum.

Altius repetita percontatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Quærere percontatione aliquid. Cic. pro Cluẽtio, Post aliquid adiungere dictum de veneno, quod non percontatione quæsitum, sed dolore expressum videretur.

Percontator, pen. prod. {πύστης} Aliud verbale. Horat. 1. epist. 19, Percõtatorem fugito: nam garrulus idem est.

Percontumax, pen. corr. percontumacis, pen. prod. omn. gen. {ὑπερωθάδης} Valde contumax. Terent. Hecyra, 3. 5,

Percontumax rediisti huc nobis Pamphile.

PERCOPE, Vide PERCOTE.

Percopiosus, penultima prod. Adiectiuum {πάνυ εὔπορος.} Plinius iunior libro 9. epist. 31, Quæ de me scripsisti: in quibus quidem percopiosus fuisti.

Percoquo, percoquis, pen. corr. percoxi, percoctum {πανεψάω} percóquere, Perfectè coquere. Plin. lib. 23. cap. 7, Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt.

Ardor terram percoxerat igni. Lucret. lib. 5.

Mora percoquit vuas. Ouid. 1. de Remed. amor.

Humorem percoquere. Lucret lib. 6.

Terra dicitur percoquere messem, dum ad maturitatem fouet. Plin. iunior lib. 5. epist. 6, Colles optimam messem, serius tantùm, sed non minus percoquunt.

Sol percoquit fructus. Senec. de Benefic.

Percoctus, Participium {πανεφθείς.} vt Color percoctus. Lucret. lib. 6.

¶Percoctus, Perfectè maturus. Plin. lib. 15. cap. 16, Succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. De ficis.

PERCOSIVS, Troianorum amicus. omnium longè doctissimus scientia diuinandi futura. Cuius filij fuerunt Adrastus & Amphius, quos neque admiranda patris doctrina, neque paterna solicitudo à morte subtrahere potuit, quum eos retinere conaretur, ne ad Troianum bellum, vbi moriturí erant, proficiscerentur.

PERCOTE, pen. prod. quæ & Percope dicta olim fuit {περκώη} Vrbs est Troadis, vt ait Stephanus. Hinc

Percosius {περκώσιος} qui vrbem illam inhabitat. Valer. 1. Argon. Muneribus primas coniunx Percosia vestes Imposuit.

Percrebresco, percrebrescis, percrebrui {βρυκοθάομαι} percrebréscere, Crebrũ fieri, diuulgari. Plin. in Paneg. Percrebuerat antiquitus, vrbẽ nostram, nisi opibus Ægypti ali, sustentaríque non posse. Cicero ad Att. lib. 11, Ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset.

Percrebruit omnium sermone. Cic. 2. Verr. Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip. vobisque periculosa, quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes omniũ sermone percrebuit.

Percrebruit fama. Cic. ad Planeum. lib. 10. 10, Tamẽ ipsa fama quæ de tua voluntate percrebruit, magnam es laudem consequutus.

Vox illius nefarij percrebruit. Cic. pro Murena.

Percrepo, percrepas, penultima corr. percrepui, percrepitum, penultima corr. {ὑπηχέω} percrepáre, Valde crepare. Cicero 7. Verr. Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantúque symphoniæ.

Percresco, percrescis, percreui, percretum, penult. prod percrécscere. Quintil. lib. 7. capite 1, Nam vis quæstionum percrescere debet, & ad potentissima ab infimissimis peruenire. Legunt quidam Semper crescere.

Percrucio, percrucias {αἰκίζω} percruciáre, Valde cruciare. Plautus Bacch. 2. 2,

-hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior,

Me hoc ætatis ludificari.

Percrudus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπερωμὸς} Valde crudum significat & immaturum. Colum. lib. 12. cap. 10, Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicito, vt sint integra sine vitio aut vermiculo.

Percudo, percudis, percudi, percusum, pen. prod. {πατακαλάπτω} percúdere, Idem quod simplex Cudo significat: nisi fortè aliquid addat præpositio, vt Totum cudere significet. Columel. lib 8. cap. 5, Die vndecimo animaduertat an pulli fortellis oua percuderint, & auteulcetur si pipiant.

Perculsus, Vide PERCELLO.

Percunctor, percunctaris {πάσσομαι, ἐρωτάω} percunctári, Idem quod Percontari, Diligenter inquirere. Percunctari, inquit Donatus, ab eo quòd à cunctis inquiratur, dicitur. Plaut. Epid. 2,

Desiste percunctari.

Aurem suam percunctari. Gel. lib 13. cap. 19, Tum is qui quæsierat, Quonam modo vis, inquit, autem meam interrogem? Et Probum ait respondisse, Quo suam Virgilius percunctatus est. Vide PERCONTOR.

Percunctor, cum duplici accusatiuo. Liu. 9. bel. Macedon. Esse quæ eum quoque percunctari vellet.

Percunctatio, Verbale {ἐπίσκεψις.} Cæsar 5. bell. Gall. Nos nihil de eo per-

cunctationibus reperiebamus. Liu. bell. Pun. lib. 7, Ex captiuis percũctario facta.

Percunctatio, pro interrogatione dicta videtur ex nautico vsu, quia conto pertentant, cognoscúntque nauigãtes aquæ altitudinem. Percunctatio hinc dicta est, quòd is qui curiosè quid interrogat, percuncta visit. Festus.

Percunctator, Vide Percontator, in PERCONTOR.

Percupio, percupis, penult. corr. percupiui, percupitum, penult. prod. {ἐπιθυμέω} percúpere, Valde cupere. Terent. Eunuch. 5. 2,

-visne interea, dum is venit,

Domi opperiamur, potius quàm hîc ante ostium? c. Imò percupio.

Percupidus, pen. corr. Adiectiuum {ὑπερπολλὰ ἐπιθυμῶν} Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.

Percuriosus, pen. prod. Adiectiuum {πολυφρόνιμων.} Cic. pro Cluent. Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.

Percuro, percuras, pen. prod. {ἀκριβῶ} percurare, Perfectè sanare. Curtius, Percurato vulnere, actius obsidioni institit. Plin. lib. 24. cap. 15, Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant.

Percurro, percurris, percurri & percucurri, percursum {διαφθείρω, ἐπιζητέω, ἐπιζητῶ} percúrrere, Valde currere, vel curreado perseuerare. Terentius Andr. 2. 2,

Continuò ad te properans percurro ad forum. Vbi Donatus, Vide quantum properans, & percurro, vt cõtinuationẽ cursus ostenderet.

Citato equo Cales percurrit. Liu. 6. bell. Pun.

Percurrit omnem agrum Picenum. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Cursu percurrere aliquid. Lucret. lib. 1.

Telas percurrere pectine. Virg. 1. Georg.

Percurrere ad aliquem. Cælius ad Cic. in Epist. ad Atticum, lib. 10, Nisi ita faceret, ego prius quàm ad vrbem accederem, vbicunque tu esses, ad te percurrissem. Eadem epistola est etiam inter Epistolas familiares lib. 8, cuius initium est Examinatus, &c.

¶Magistratum aliquem percurrere. Plin. iun. lib. 1. epist. 14, ad Mauricum, Quæsturam, Tribunatum, Præturam honestissimè percurrit. Hoc est, cum summo suo honore administrauit: perfunctus est illis magistratibus, &c.

¶Percurrere, Cursim pertransire, siue celeriter. Cic. 1. de Orat. Sed pauca etiã requirimus, in primisque ea quæ valde breuiter à te Crassi de ipsa arte percursa sunt.

Percurrere & prætexere aliquid. Cic. 3. de Orat. Faciles enim inquit, Antonii partes eæ fuerunt duæ quas modò percucurri, vel potius penè præterij, Latinè loquendi, planéque dicendi.

Apud doctos & semidoctos properans hæc percurro. Cicero 2. de Orat.

Omnia percurrere nomina. Virg. 6. Æneid.

Locos omnes oratoris. Cic. in Orat.

Percurrit oratio, & Percurrere orationem. Cic. pro Cluent. Hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Et 2. de Diuin. Quas quidem percurrere orationem facile est.

Animo celeriter aliquid percurrere. Author ad Herenn. lib. 3.

Animo rotundum percurrisse polum. Horat. 1. Carm. ode 28.

Murmura percurrunt cælum. Lucret. lib. 5.

¶Percurrere mensas dicitur menta. Plin. lib. 19. cap. 8, Grato menta mẽsas odore percurrit in rusticis dapibus. Hoc est circunfertur, per mensas currit, frequens apponitur.

Luna percurrens fenestras. Propert. lib. 1. eleg. 3.

Ventus percurrens campos rapido turbine. Lucret. lib. 1.

¶Percurritur, pen. corr. Impersonale. Cic. 2. de Orat. Et multo apertius ad intelligendum: est, si sic constituitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur.

Percursus, Participium {διεξιὼν.} Cic 2 de Orat. Vt omnes eas diligentes & memores & sobrij oratores, percursas animo, & propè decantaras habere debeant. Id est, sic habere notas, vt animus & perlustrare omnes & decantare possit.

Percursio {διέξοδος} Verbale. Cic. 4. Tusc. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

Percurso, percursas, percursãre, Frequentatiuum. Liu. 3. bel. Pun. Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo peruersant totis finibus nostris negligentius, quàm si in Romano vagarentur agro.

Percursatio, Verb. {διαδρομή.} Cic. 2. Philip. O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Maio!

Percutio, percutis, pen. corr. percussi, percussum {πλήττω, κόπτω, ἐλαύνω, πατάσσω, πταίσω, ὀλοόω} percútere, Ex per & quatio componitur, q, in c, mutata, & abiecta a, significat ferio. Cic. 7. Verr. Quæsiuisse Domitiũ quî tantam bestiam percussissent: illum respondisse Venabulo.

Gladio percutere. Cæsar 8. bel. Gall.

Lapide percutere aliquem. Cic. 2. de Orat.

Appetere & percutere aliquẽ lapidibus. Cic. pro Domo, Qui sunt homines à Q. Metello fratre tuo Consule in Senatu palàm nominati, à quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dicit?

Manu aliquem. Cic pro Rosc. Amer.

Securi filiũm. Cic. 1. de Finib.

Fores. Plin. lib. 7. cap. 30.

Fulmine percuti. Cic. 3. de Nat. deor.

Pectus percussit mucro. Virg. 12. Æneid.

Puppis percutitur rapido Noto. Ouid. 3. Fast.

Sydere percuti. Martial. lib. 11. 86,

Sydere percussa est subito tibi Zoile lingua. Hoc est, Vsum linguæ amisisti. Idem lib. 7,

-subito fias vt sydere mutus. Alij legunt, perculsus.

¶Animum percutere dicitur res aliqua. Cic. ad Attic. lib. 4, Audiui ex Gallo hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduũ: percussit animum. Dices, Tantulúne de causa?

Spes laudis percussit meum cor acri thyrso. Lucret. lib. 1.

Cogitatione inani aliquem percutere. Cicero pro Milone, Quonã modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit?

Calamitate aliqua percuti. Cic. pro Murena.

Literis atrocissimis percuti. Cic. Pæto, lib. 9. 25, Is quũ ad me Laodiceam venisset, mecúmque ego eum esse vellem, repentè percussus est atrocissimis literis: in quibus scriptum erat, &c.

Probabilitate animum alicuius. Cic. 5. Tusc. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.

Vulnere fortunæ grauissimo percuti. Cic. 1. Acad.

¶Percutere aliquem palpo, Verbis adulari, & verbis suadere. Plautus Amphit. 6.

Percutere animum suspicione religionis. Senec. epist. 41.

¶Percutere fœdus, pro Ferire fœd*, vel facere. Plin. de Viris illustr.

Hirtius 4. bell. Alexandri. Cum Barbaris fœdera percussisse.

¶Percutere fossam, pro Fodere. Plin. epist. 238 lib. 10, de lacu Nicomedensium.

¶Percussi, Præterium pro percussisti. Horat. 1. Serm. satyr. 3, Gaudes, si eameram percussi fortè, &c.

Percutiendus, Participium {πλακτέος.} vt

Terga percutienda dare. Ouid. 2. Fast.

Percussus, aliud Participium {πεπληγώς.} vt

Virga percussus. Virg. 7. Æneid.

Vulnere percussus. Propert. lib. 1. eleg. 1.

Ictu fulminis percussa ea. Ouid. ad Liuiam.

Dolore extremo percussi. Valer. 7. Argon.

Percussus forma aliqua, Signatus, formatus: propriè de nummis dicitur. Seneca epist. 34, Omnia facta dictáque inter se congruant: respondeant sibi, ac vna forma percussa sint.

Genu percusso claudicat. Ouid. 3. Fast.

Littora percussa fluctu. Virg. 5. eclog.

Lyra percussa. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.

Percussæ de cælo turres. Id est fulminatæ. Cic. in Catil.

Victima collum percussa fecuri. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Percussus, huius percussus {πλῆξις} nomen verbale, pro Percussione. Plin. lib. 7 cap. 51. Venarum inæquabili aut formicante percussu.

Percussio, Aliud verbale {πληγή, πατάγος.} Cicero 3. Tusculanarum. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores, mulebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.

Digitorum percussio. Cic 3 Offic.

¶Percussio, pro Ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Quintil. lib 9. cap. 4, Deinceps lõgiores fiunt percussiones. Cic. 3. de Orat. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.

Modi percussionum non sunt in oratione soluta tanquam tibicini. Cic. in Orat. Hos percussionum modos Boëthius in sua Musica vocat Consontãias, docétque cõsistere aut in duplici, aut in triplici, aut in quadrupla, aut in sesquialtera, aut in sesquitertia proportione. Quare quinque tãtùm generaliter fiunt percussionum modi, diatessaron, diapente, diapason, diapente & diapason, disdiapason. Consonantiam definit idem Boëthius, dissimilium inter se vocum redactã in vnum concordiam.

Percussor, percussoris {πλήκτης} Similiter Verbale, Qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur. Cic. pro Rosc. Amer. Ea multitudo quæ erat? opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab his conducebantur vt aliquem occiderent. si eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui nostra pecunia diues es. sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percussores vocant: quære in cuius fide sint & clientela.

Deprehensus cum fica percussor Cæsaris. Cic. 2. Philip.

Perdecorus, pen. prod. Adiect. {πάνυ ἄκοσμος} Valde decorus. Plin. iun. epist. 9. lib. 2. Est alioqui perdecorum.

Perdelirus, perdelira, perdelirum, Valde ridiculus & delirus. Lucretius lib. 1,

Dicere porrò ignem res omnes esse, &c.

Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.

Perdensus, Adiectiuum {πολυδενής} Valde densum significat. Colum. lib. 3. cap. 12, Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

Perdespuo {καταπτύω} perdespuis, perdespui, perdespuũ, pen. prod. perdespúere, Contemnere. Catu. in Gellium, epigram. 69,

-patrui perdespuit ipsam

Vxorem.

PERDICCAS {περδικκᾶς} Macedo, inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia, simul & fortitudine, vt leæna præsente, catulos è cubili per vim auferret. Author Ælianus de Varia historia.

Perdicium {ὑδρίον} Herba. Plin. lib. 21. cap. 17, Perdicium & aliæ gentes quàm Ægyptij edunt: nomen dedit auis, id maximè eruens. Ea est quæ & muralium etiam dicitur. vulgò *parietaria*. Dicta perdicium, quòd ea perdices delectentur.

Perdifficilis, & hoc perdifficile, penultima correpta {πάνυ χαλεπός} Valde difficilis. Cicero Attico, libro tertio, Sed & nauigatio perdifficilis fuit. Idem 1. de Natura deorum, Tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum.

Perdifficiliter, pen. corr. {πάνυ χαλεπῶς} vel vt alij volunt, Perdifficulter. Cic. 4. Acad. Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter internoscantur tamen?

Perdignus, Adiect. {πάνυ ἄξιος} Valde dignus Cic. ad Valerium, lib. 13. 6, Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commẽdo, perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens, penul. corr. Adiectiuum {πάνυ ἀκριβὴς} Valde diligens. Cic. ad Q. fratrem, libr. 3. 21, Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

Perdiligenter {πάνυ ἀκριβῶς} Aduerbium. Cicero de Clar. Orat. Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breuiter, & vt mihi quidem visum est, perdiligenter complexus est?

Perdisco, perdiscis, perdidici, pen. corr. {καταμανθάνω} perdiscere, Perfectè discere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17, Si ego nihil rescripsero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant.

Perdiscere & nosse potuisse omnia iura belli. Cic. pro Corn. Balbo.

Disciplinam rutis perdiscere. Colum. lib. 11. cap. 1.

Iura beneuolentiæ perdiscere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 14, Quod certè ita fieret, si tu maluisses beneuolentiæ, quàm litium iura perdiscere.

Libros alicuius Cic. 1. de Orat.

Mores naturæ. Propert. lib. 3. eleg. 5.

Literas. Plin. lib. 29 cap. 1.

Ortus obitúsque signorum. Cic. de Fato.

Perditio, Perditor, Perditus, Vide PERDO.

Perditi, Aduerb. {πάνυ διὰ μακροῦ} Admodum diu. Cic. ad Att. lib. 3, Ego quòd per Thessaliam si irem in Epeirum, perditi nihil eram auditurus. Idem 1. de Orat. Quum boni perditi nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur.

Perditurnus, Adiectiuum {πολυχρόνιος} Quod valde diu durat. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certè perditurna permanens ad longinquum & immensum penè tempus.

Perdiues, pen. prod. perdiuitis. pen. corr. {πολυχρήματος} Valde diues. Cic. ad Att. lib. 6, Amici regis duo trésve perdiuites, sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu.

Perditus. perdij, m. g. {παμπήρης} Ex per, & dius, quod est dies, is dicitur qui per diem vigilat: sicut Pernox, qui per noctem. Gell. lib 2. cap. 1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, &c.

Perdix, huius perdicis, pen. prod. fœ. {πέρδιξ} Auis nota. Plin. lib. 10. cap. 33, Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, vt contra feras abundè vallentur. ouis stragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco peperere, incubant: néve cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt alió. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Perdix, masculinum esse probat Nonius ex Varrone, Perdices Bœotios dicente. Martial. lib. 13. 65, de perdice,

Ponitur Ausoniis auis hæc rarissima mensis,

Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

PERDIX, Caupo quispiam fuit claudus, ab Aristophane loeis aliquot notatus: vnde & in prouerbium abiit, Perdicis tibia: De iis qui crura habent gracilia, distortáque. Huius mentionem facit Aristophanes grammaticus in prouerbiis orationis solutæ. Refertur à Suida, παρὰ διξὰς πτέρις, id est Perdicis pes. In loripedes quadrat.

Perdo, perdis, perdidi, perditum, pen. corr. {ἀπόλλυμι, ἀπολέω, ἀπόλυμι, ὀλοόω, ἀλίσκομαι, ἀπολωλεκέναι, ἀτίω} pérdere, Ex Per & Do compositum, significat Amittere: quasi nimis dare. Plaut. Amph. 16,

Hunc non repperi, & illos perdidi.

Amittere & perdere liberos. Cic. Titio, lib. 5. 16, Quũ beatissimi sint qui liberos non susceperunt: minus autem miseri qui his temporibus amiserunt, quàm si eosdẽ, bona, aut denique aliqua Rep. perdidissent.

Amittere & Perdere, in aliquo videntur differre, ex his verbis authoris ad Herennium, lib. 4, Vnde amisit vitam, & non perdidit: re enim vilissima & parua maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam, &c De Decio.

Habere & Perdere aliquid, contraria. Cic. Post red. ad Quir. Recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt quum eã, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet quam nunquam perdidisset.

Perdere & Lucrari, contraria. Cic. 2. Offic. Quamobrem ne sit æs alienum quod Reip. noceat prouidendum est, quod multis rationibus cauere potest: hoc si non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.

Profundere & perdere. Cic. Antonio, lib. 5. 5, Quæ ego si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo.

Perdere & delere vrbes. Cic. pro Rosc. Amer. Sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, &c. De Ioue.

¶Perdere aliquem, Corrumpere, malis moribus inficere. Terentius Adelph. 1. 1,

Cur perdis adolescentem nobis?

Malè perdere aliquem. Catul. ad Caluum, epigr. 14.

Amando perdere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 8.

Perdere aliquem, Mortis periculo exponere. Terent. And. 3. 5,

Vbi illic scelus est qui me perdidit?

Morte perdere aliquem. Ouid. 1. Metam.

Bello perdere cunctos. Claud. 4. Paneg.

Nutu minimo perdere aliquem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.

Perdere aliquem, & affligere. Cic. 5 Verr. Eos quidem iam superioribus edictis satis perdiderat atque afflixerat.

Perdere aliquem capitis. Plaut. Bacchid. 8. Vita priuare, seu occidere.

Animum pudicum malè perdere. Ouid. epist. 7.

Annos bello perdidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.

Annos errando perdidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.

Aquam perdere. Quintil. lib. 11, Huic contrarium est vitium nimiæ tarditatis: nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & temporibus præfinitis aquam perdit. Id est, tempus datum frustra conterit, quum ad clepsydram dicitur. Budæus.

Blanditias perdere. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.

Bona. Senec. Hippol. 4, -perdere est dignus bona

Quis nescit vti.

Æquo animo bona. Cic. Pæto, lib. 9. 16.

Bona perdere in cicere atque faba. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Causam. Cic. pro Rosc. Comœdo, Hic tu si amplius 2 s. numo petiisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti.

Famam. Plautus Trinum. 10,

Itáne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,

Vt, virtute eorum antè parta, per flagitium perderes?

Famam malè perdere. Ouid. epist. 7.

Fidem & rem. Plaut. Epid. 5. Quint. lib. 9. cap. 4, Perdit, amittítque & fidem, & affectus, motúsque omnes.

Formam. Plaut. Amphit. 4,

Vbi ego perij? vbi immutatus sum? vbi ego formam perdidi?

Formam hominis. Ouid. 13. Metam.

Fructus omnes industriæ suæ & fortunæ. Cicero Sulpitio, lib. 4. 6.

Fugam. Martial. lib. 1. 11.

Gratiam. Quintil. lib. 9. cap. 4, Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque.

Laborem, ac tempora. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Libertatem. Cic. pro Rab. Posth.

Litem. Cic. 1. de Orat.

Locum. Quintil. lib. 6 cap. 4.

Manum. Plin. lib. 7. cap. 28.

Memoriam, Apud Ciceronem de Senectute.

Mores. Plaut. Trucul. 14.

Nomen perdidi, pro Nomen excidit, non succurrit, & non memini. Terent. Phorm. 2. 3.

Oculos. Cic. de Aruspic. respon.

Oculos ambos perdidit. Iuuenal. Saty. 10.

Operam perdere. Horat. 1. Serm. saty. 1.

Operam perdere apud aliquem doctorem. Cic. 1. de Oratore, Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non oratores euadere, operam apud se perdere.

Operam & oleum perdere, prouerbialiter dictum, pro In vanum laborare. tractum ab iis qui pernoctando multum oleí consumunt. Cic. ad Marium, lib. 7. 1, In quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse. Idem pro Murena, Quod quidem ius Ciuile, didiciti, non dicam operam perdidíti.

Opes suas perdere in aliquo. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.

Perdere oppidum, & Recipere, contraria. Cic. 2. de Orat.

Penissumè perdere, Vide PENE.

Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique seipsos penitus perdiderunt. Cic 1. de Finib.

Perditum perdere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1, Per fortunas miseras nostras vide ne puerum perditum perdamus.

Prandium perdere. Plaut. Menæch. 10.

Rem paternam. Plaut. Trinum. 2.

Se perdere. Plaut. Milit. 8.

Perdere securitatem authoritate. Plin. in Panegyr. Manet manebitque honori veneratio tua, nec securitatem authoritate perdemus.

Spem. Plaut. Rud. 6.

Stomachum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certè vt facere se arbitrarentur.

Talentum perdere, Exponere & consumere. Terent. Heaut. 3. 1.

Tempus. Cic. 3. de Orat.

Tempora perdere precando. Ouid. 11. Metam.

Verbum aliquod in omne tempus. Cic. Luceio, lib. 5. 15, Diceremus iucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem.

Verba perdere, pro Priuari loquela. Propert. lib. 2. eleg. 34.

Cinis perdit vites. Ouid. 1. de Remed. amor.

Vitam perdere. Terent. Hecy. 3. 1,

Sus pariter vitam perdidit atque dedit.

Perduo, perduis {ἐνδύω} perdúere, dixerunt antiqui, pro Perdo: vt Plautus Amphit. 8,

Amphitruo es profectò, caueſis ne tute vſu perduis. Sic apud eundem maximè, & apud Terentium.

Perduaxo, perduaxis {κατάκυμα} antiquum verbum idem significans. Plaut. Mostel. 7,

Di te, deæque omnes perduaxint cum isto omine.

Perdendus, Participium {ὀλεθρεύσιος.} vt

Genus mortale perdendum est. Ouid. 1. Metam.

Feras perdendas præbeat sylua. Ouid. epist. 4.

Perditus, pen. corr. {ὀλοόμενος, ὀλέσιος, ἐξόλιος, πανάθλιος.} Participium, siue Nomen ex participio, dicitur qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet, vt inde se eximere non possit, & qui omni vitio contaminatus est, ita vt de eo nulla amplius spes habenda sit. Perditum enim id dicere solemus, quod interiit, ac recuperari non potest. Festus. Cic. 5. Verr. Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem putam conseruare potuisse.

Miseri & perditi. Cic. 7. Verr.

Ære alieno perditus, & egens. Cic. 2. Philip.

Perditus egestate & fame. Cic. 7. Verr.

Mœrore ac miseriis perditus. Cic. 7. Verr.

Cõfectus morbo, perditus mœrore ac lachrymis. Cic. pro Murena.

¶Adolescens perditus, Vide ADOLEO.

Perditus & dissolutus adolescens. Cic. 4. Tusc.

Perditi animi homo. Plaut. Menæch. 7.

Authoritate tam perdita, tam facinorosa nemo inuentus est vir a qui quum de scelere fateretur, non tamen, &c. Cic. Antequam iret in exil.

Dissoluta & perdita consilia. Cic. 2. de Lege agraria.

Iura perdita. Claud. de bel. Gildon.

Mens. Tibull. lib. 2. eleg. 7.

Nequitia. Cic. pro Cluentio, Quidam Larinas perdita nequitia, & summa egestate.

Res perdita. Terent. And. 3. 5,

Tu rem impeditam & perditam restituas?
Obrutæ & perditæ res. Cic. pro Cecin. Exoritur hîc iam obrutis rebus omnibus & perditis illa defensio, eum deiici posse, &c.
Perdita valetudo. Cic. 8. Philipp. Quum esset summa senectute & perdita valetudine.
Quod periisse vides, perditum ducas. Catul. ad seipsum, 8.

Perditior {ἐξωλέστερος} Luxuriosior. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget. Catul. de Aeme, epigram. 39.

Perditius nihil, hoc est nequius & corruptius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 24. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus.
Miserius, perditius, fœdius, nihil fieri potest. Cic. Att. lib. 8.

Perditissimus homo {ἐξωλέστατος.} Cic. pro Rosc. Amer.
Profligatissimus & perditissimus omnium. Cic. 5. Verr.

Perditè, pen. corr. Adverb. {ὀλεθρίως} Corruptè. Cic. Att. lib. 9, Qui hîc po test se gerere non perditè?
¶Perditè, pro Vehementer aliquando dicitur. Terent. Heaut. 1. 1, Eius filiam ille amare cœpit perditè.
Perditè conari. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Perditio, perditionis, Verbale {ὀλεθρία.} Plin. lib. 9. cap. 35, Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, exquisita perditione portaru.

Perditor, pen. corr. Verbale {ὀλεθρία.} Cic. in Pisonem, Ira perpetuos defensores Macedonię, vexatores, ac perditores effecisti.
Perditor, & Seruator Reip. contraria. Cic. pro Plancio. Committerem vt idem perditor Reip. nominarer, qui seruator fuissem?

Perdoceo, perdoces, pen. corr. perdocui, perdoctum {διδάσκω} perdocêre, Perfectè docere. Terent. Heaut. 2. 3.
Verùm illa nequid titubet. s. perdocta est probè. Cic. pro Sextio, Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.
Perdocere homines. Lucret. lib. 5.
Deæ Pierides perdocuêre te. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 12.
Perdocere suam stultitiam. Quintil. lib. 1. cap 1.

Perdoctus {πεπαιδευμένος} Participium, siue Nomen ex participio. Cic. pro Corn. Balbo, Ac si mea authoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum varietate atque vsu ipso iam perdoctum viderent, etiam ab illis maioribus discordiis auocarent.
Exitio multorum perdocti. Lucret. lib. 3.

Perdoctè, Aduerb. {πολυμαθῶς.} Plaut. Mostel. 4,
Vt perdoctè cuncta calleret: nihil hæc doctia doctius.

Perdoleo, perdoles, pen. corr. perdolui, perdolitum, pen corr. {χαλεπῶς φέρω} perdolêre, Vehementer dolere. Terent. Eunuch. 1. 2,
Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Nimis doluit, Perfensit dolorem. Donatus.

Perdolitum est, Impersonale. Q. Claudius apud Gellium, vbi singulare Manlij certamen cum Gallo describit, Deinde, inquit, Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, &c. Vide Noct. Attic. lib. 9. cap. 13.

Perdomo, perdomas, pen. corr. perdomui, perdomitū, pen. cor. {χαταδαμάζω} perdomâre. Mart. lib. 1. 27,
Herculeæ laudis numerentur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.
Canes perdomare. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Prouinciam aliquam perdomare. Liu. 9. ab Vrbe.
Terram perdomare velsolum, hoc est Subigere. Plin. iun. lib. 6. epist. 15

Perdomitus, pen. corr. Participium {χαταδαμασθείς.} Liu. 8. bell. Pun.
Perdomiti boues mox ad aratrum instituntur. Colum. lib. 6. cap. 2.
Hostis perdomitus. Claud. 6. Paneg.
Ora Illyris perdomita armis. Silius lib. 8.
Serpens perdomitus. Ouid. 1. Metam.
Vrbes perdomitæ. Lucan. lib 2.

Perdormisco, perdormiscis {χαταχοιμῶμαι} perdormíscere, Id temporis dormire quod requisitum est ad perfectam dormitionem & cocctionem: vel etiam Diu dormire, & totam noctem vsque ad lucem. Plaut. Menæch. 2. 2,
Perdormiscin' vsque ad lucem? M. facilín' tu dormis curans?

Perduco, perducis, pen. prod. perduxi, perductum, perdúcere, Vsque ad finem ducere. Cic. de Senect. M. quidem Val. Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse.
Tuba præmonitos perducat ad æquora nautas. Lucan. lib. 2.
¶Perducere ad aliud iudicium. Cic 3. Verr. Reperiemus, si istum vitium ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus, &c.
Ad effectum perducere. Pompon. in l. Quintus. in fine. D. De annuis legat. Sed interuentu iudicis hæc omnia debent ad effectum perduci.
Perducere ad exitum, pro Complere, absoluere. Cic. 2. de Inuent. Tamen his susceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci potest. Ad culmen, Liu. 1. ab Vrbe. Cic. 1. de Legib. Est autē virtus nihil aliud quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura.
Ad summam operis libros perducere. Quint. in Prœm. lib. 1.
Ad liquidum confessumque aliquid perducere. Quintil. lib. 5. capite 14.
Ad assum vitulinum opera perducitur. Cic. Pæro, lib. 9. 20, Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.
Perducere vsque ad longam senectutem. Plin. lib. 29. cap. 1.
Opus perducere, Lucan. lib. 3,
-à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus.
¶Perducere aliquem, Inducere. Plaut. Mostel. 4,
Postremò si dictis nequis perduci vt vera hæc credas, &c.
Perducere aliquem ad suam causam donis. Liu. 5. bel. Maced.

Perducere aliquem ad, vel in suam sententiam. Cic. ad Att. lib. 16.
Perducere aliquem ad mendacium. Cic. pro Rosc. Comœd. Qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consuerit.
Carmē adiratum dū tu perducis Achillem. Ouid. 2. Amor. eleg. 18.
Ad certam pecuniæ summam aliquos perducere. Cic. Attic. lib. 5, Seducit me Scaptius: ait se nihil contradicere, sed illos putare tolerabile esse se debere: ea se velle accipere, debere autem illo paulo minus: rogat, vt eos ad eo perducam.
In rem præsentem audientes perducere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Perducere in disceptationem. Cic. 3. de Legib. Phalereus ille Demetrius, de quo suprà feci mentionem, mirabiliter declinans ex vmbraculis eruditorum otioque non modò in solem atque in pulueream, sed in ipsum discrimen, aciémque perduxit. Quædam exemplaria legunt, produxit.
Ad furorem mortémque perduxit ira Aiacem. Cic 4 Tusc.
Ad amplissimos honores aliquem perducere. Cic. de Amic.
In odium. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17.
¶Eò perduxit, vt Liu 2. ab Vrbe. Planeus ad Ciceronem, lib. 10. 7, Sed vsque mihi temperauit, dum perduceremeò rem, vt dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra expectatione efficerem.
Ad libertatem perducere fetuum. Vlp. in l. Is qui alienum. D. De verb. oblig. at.
¶Perducere ad, vel in mediam noctem. Liu. 6. bell. Maced.
In serum perducere. Liu 8. bell Maced.
Actionem perducere in iudicium. Celsus in l. Si petitor. D. De iudiciis. Nec enim quisquam alienam actionem, inuito cohærede, perducere potest.
Noctes perducere. Propert. lib. 1. eleg. 3.
¶Perducere artem in magnitudinem. Plin lib 9. cap. 56.
¶Perducere fossas, vel murum in altitudinem. Cæsar 7. bell. Gall.
Perducere aquam ex aliquo loco. Plin. iun. lib 10. epist. 37.
Perducere cit à puncto in punctum, à capite ad pedes, à calce ad carceres ducere. Et quia qui ducunt lineas in scripturas, scripturam delent, factum est vt perducere pro delere vsurpetur. Hinc Perductum, peritductum. Vlpian. l. 3. De his quæ in testa. delen. Sed nolētibus inducta accipiendum est, etsi perducta sint.

Perductus, Participium. Lucret. lib. 1,
Hæc si pernosces parua perductus opella.

Perducto, perductas, perductare, Frequentatiuum. Plaut. Mostel. 10,
Vín' qui te perductet?

Perductor, huius perductoris, masc. gen. {ἑσσοχώτης} Verbale, Qui mulieres nobiles vel præmissis inductas, vel minis coactas, vel vi ad potentiores vi os perducit Plaut. Mostel. 10.
Perductores, à Cicerone in Verrem (vt Asconius ait) in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones sunt scortorum, perductores etiam inuitarum personarum. Cic 3. Verr. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, aut vigiliis lenonum, alearorum: perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur. Quidam docti illo loco productores legendum censent, vt Latinum Græco respondeat, προσαγωγεῖς.

Perduellium, ab antiquis dicebatur, quod posteà duellum & bellum: sicut & perduellis, qui posteà hostis. Accius,
-de summa tibi perduellum est. Ex Turneb.

Perduellis, huius perduellis, masc. gen. {πολέμιος} Qui, vt ait Festus, pertinaciter retinet bellum. Hostis, inquit Varro de Lingua Latina lib. 6. Ennius,
Quin inde inuictis sumpserunt perduellibus. Plaut. Amphit. 4,
Perduelles penetrant se in fugam. Caius in l. Quos nos. D. De Verb. & rer. significatione. Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Cic. 1. Offic. Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, leniente verbi tristitiam rei mitigante.

Perduellio, huius perduellionis, m. g. {προδοσία} Crimen læsæ maiestatis. aut Reipub. seu is qui eius criminis est reus. Cic. in Pisonem, Ego in C. Rabir. perduellionis reo x 1. annis ante me Consulem, &c. Vlpianus in l. Vltima. D. Ad legem Iuliam maiestatis, Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Remp. vel principem animatus est.
Perduellio, Nihil aliud olim erat quàm cædes: posteà immutata significatio est. Nam quū Horatius perduellionis accusatus fuisse dicatur & condemnatus à scriptoribus Latinis, cædis & homicidij, id est φόνου, à Dionysio dicitur postulatus & iudicatus: & Festus eum parricidij accusatum dicit apud Duumuiros fuisse. Turneb.
Actionem perduellionis alicui intendere. Cic. pro Mil.
Iudicium perduellionis ab aliquo tollere. Cic. pro Rabir.
Perduellionibus patriam venditare. Author ad Herenn. lib. 4.
Perduellio, criminum omnium de maiestate fuit atrocissimum. nam tunc est, quum in ipsam remp. vel in personam magistratus, aut principis infertur iniuria, cognoscebatur autem non à prætore, sed à 11 viris. deinde ad populum erat prouocatio. itaque & Horatium illum, qui sororem occidit, & Sp. Cassium Vicellinum, qui de regno cogitauit, perduellionis accusatos, alterum à populo esse absolutum, alterum condemnatum, & bonis publicatis, necatum, Liuius monimentis historiarum prodidit: quanquam Horatij factum, parricidium, non perduellio, videtur fuisse: & lege parricidij, quam Numa Pompilius fecerat, iudicatum esse, Hostilij regis iussu, Pompeius docet. cur igitur perduellionem Liuius nominat? ait enim: Rex, concilio populi aduocato, 11 viros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem, facio. causam hanc, fortasse veram, licet opinari: vel quia Numa, vir sanctissimus, parricidium omne perduellionem voluit esse, vel quia, si non omne parricidium, saltem illud, quod in cognatos, affinésve committeretur. Lege perduellionis, primùm 11 viri iudicabant, deinde ad populum erat prouocatio. declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo. ex qua primùm à 11. viris,

zis, deinde à populo de Rabirio iudicatum esse, cognoscitur, quod etiam Suetonius tradidit. quanquam, multo ante, iudicem hoc de crimine populum fuisse, non modò Horatij proximo demonstratur exemplo, verùm etiam ex eo, quod à Plutarcho in Poplicola de Vitellijs, & Aquilijs, qui Tarquiniæ gentis vtrique fuerunt, proditum est. nam, quum de Tarquinio rege restituendo cogitassent, damnati à populo pœnas morte debitas luerunt. Atque hoc vno crimine damnatos necare ciues Romanos licuisse, cum eo tamen, si populus ita iudicasset, (nam, alioqui ne liceret, Sempronia C. Gracchi tribunicia lege sancitum est) satis planè constat: quippe, quū & crucem Rabirio à Labieno accusatore in campo constitutam Cicero dicat; &, mortem lege Iulia irrogatam; posteriores etiam Iurisconsulti tradiderint, rei quoque memoria post mortē condemnata. Notat Vlpianus, purgandum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus; si fortè reus obiisset antequàm de eo iudicatum esset. Quemadmodum autem omnium de maiestate criminum perduellio grauissimum fuit: sic à populo iis comitiis, quæ maxima omnium erant, centuriatis, inquam, iudicabatur. quod in ea, quam proximè nominaui, oratione pro Rabirio declaratur. idémque Liuius, Valeriúsque significant: qui centurias nominant in eo perduellionis iudicio, quod de Ti. Graccho, & C. Claudio censoribus, accusante tribuno pl. fiebat. nec dubito, quin Attilius ille Calatinus, Q. Fabij Maximi socer, quem scribit Valerius oppidi Sorānorum proditione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitiis causam dixerit: quū oppidi proditio, quæ in Remp. grauis iniuria est, videatur esse perduellio. itaque miror, (vt aliud ex alio) cur proditionem & maiestatem Pedianus quodam in loco separatim nominauerit: quum proditio certè in maiestatem includatur, atque etiam, vt ego existimo perduellio sit, nisi si vt species, quomodo philosophi loquuntur, à genere seiunxit, perduellionem scilicet à maiestate. nam & vocabulum ipsum, prodere, videtur propriè ac directè perduellionem spectare. est enim, vbi quis cum hostibus aduersus Remp. conspirat. Paulus Manut. de legib. Roman.

Perduro, perduras, pen. prod. {χαρτερέω} perdurâre, Vsque ad finem durare. Terent. Heeyra, 2. 2,
-sanctè adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Plin. lib. 17. cap. 20, Perdurandi peruicacia.
Honos augurij perdurat. Stat. 8. Thebaid.
Probitas longum perdurat in ævum. Ouid. de Med. faciei.

Perduratus, Adiectiuum, pen. prod. Seneca de Tranquil. vitæ, Et quicquid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat. Id est, nondum confirmatum.

Perduraturus, pen. prod. {χαρτερήσων} Participiū. Statius 1. Thebaidos,
-hæc mora pugnæ
Sola, nec in regem perduratura secundum.

Peredo, peres, vel peredis, pen. corr. {χαταδύω} peredi, peresum, penult. prod. peresse vel perédere, Edendo consumere. Cic. 3. Tusc.
Lachrymæ peredēre humore exanguis genas. Ex poeta. Virgil. 6. Æneidos,
Hic quos durus amor crudeli rabe peredit.

Peresus, pen. prod. {χαταδυθείς} Participium. vt
Languoribus multis peresus. Catull. in Camerium, epigr. 51.
Oculi media pars peresa est. Lucret. lib. 3.
Saxa peresa sale, Scopuli fluctibus marinis attriti & corrosi. Lucret. lib. 1.
Vellera peresa illuuie. Virgil. 3. Georg.
Peredíam & Bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, quum intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Festus.

Peregere dicebant expergefacere. Paulus.

Peregrinus, pen. prod. {ξένος, ἀφοσίωτος, ἀλλοδαπός} Adiectiuum, Aduena, & aliena loca peragrans, à Peragro, peragras. Plaut. Asin. 9,
Peregrinus ego sum, Sauriam non noui.
Peregrinus ex alio oppido. Plaut. Pœnulo, 3.
Peregrinus & Hospes hoc differunt, quòd Peregrinus vocatur, qui in ciuitate sua non est: Hospes, qui in aliena est. Vel peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriundus non est: hospes qui in nostra est. Hactenus Valla li. 4. Cic. pro Syl. At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic vrbi & hominum famæ ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti recum de honore & de omni dignitate contendunt?
Peregrinus & aduena, quibus opponitur hospes. Cic. 2. de Lege agraria, Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites sed peregrini atque aduenæ nominabamur.
Ciuis & Peregrinus, contraria. Cic. de Amic. Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni.
Peregrini atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimèque esse in aliena Republica curiosum. Cic. 1. Offic.
Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Cic. 1. Offic.
Eiicere Roma peregrinos. Cic. 1. de Lege agraria.
¶Peregrinæ dicebantur olim meretrices, teste Donato. Terent. And. 3. 1,
Adeóne est demens ex peregrina?
¶Peregrinus & hospes in agendo. Cic. 1. de Orat. Fateor callidum quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.
Peregrina & ignota. Iuuen. Sary. 14.
Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Plautus Stich, 12.
¶Amnes peregrini. Ouid. 8. Metam.
Amore peregrino captus. Ouid. 1. epist.
Arbores peregrinæ. Plin. lib. 12. cap. 3.
Ab armis peregrinis defendi. Ouid. 2. Trist.
Aues. Plin. lib. 10. cap. 26.
Cælum. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Diuitiæ. Horat. 2. epist. 1.
Facies peregrina atque ignobilis. Plaut. Pseud. 15.
Lapilli. Ouid. de Nuce.
Orbem peregrinum visere. Ouid. 1. Metam.
Peregrinus ager est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur. Festus.
¶Peregrinus, pro Ignorante. Horat. lib. 1. epist. 18. ad Scævam.
Quære peregrinum, &c. Vide eorum locum Horatij. Porphyr. Peregrinum pro ignorante posuit. Erasm. hoc prouerbium exponit in adagio, Quære hospitem. Budæus sic reddit, *Va allens chercher tous fot.*
¶Peregrina sacra appellantur, quæ aut euocatis diis in oppugnandis vrbibus Romam sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, vt ex Phrygia, Matris magnæ: ex Græcia, Cereris: Epidauro, Æsculapij: quæ coluntur eorum more à quibus sunt accepta. Festus.
Sedes peregrina ac sordida. Lucan. lib. 5.
Sonus peregrinus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Terra peregrina. Ouid 3. Metam.

Peregrinor, pen. prod. peregrinaris {ξενιτεύω, ξενίζομαι} peregrinari. Per aliena loca peragrando proficisci. Cic. pro Rabirio, Adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinísque nostræ, vt hæc nescias: vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare?
Longè latéque peregrinari. Cic. 1. de Nat. deor.
Peregrinari rem aliquam. Cic. 5. Tusc. Et quum alij sæpe quod ante pedes esset non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, &c.
Peregrinatur philosophia Romæ. Cic. 3. de Finib. Mihi videris Latinè docere philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec efferre sese nostris seminibus.
Peregrinari dicuntur aures, Vide AVRIS.

Peregrinatus, Participium {ξενιτεύσας.} Cic. 4. Acad. Tamen diutius quàm vellem, tanta vis virtutis atque ingenij peregrinata absfuit ab oculis & fori & curiæ.

Peregrinatio, Verbale {ξενιτεία.} Cic. ad Att. lib. 2, Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius posse distribuere.
Perpetua peregrinatio. Cic. 5. Tusc. Iam verò exilium, si rerum natura m, non ignominiam quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt?
Ex peregrinatione celerius reuerti. Paulus in l. Si peculium. §. vlt. D. De statuliber.
In peregrinatione omne tempus consumere. Cic. Att. lib. 16.
Peregrinatio, pro secessu, qui fit peregre. Plin. epist. 19 lib. 3. Habet etiam multum iucunditatis soli cælique mutatio, ipsáque illa peregrinatio intersita.
Peregrinatio & militia. Cic. Att. lib. 6, In hac autem peregrinatione militiáve nostra sæpe incensum ira vidi, sæpe placatum.
Peregrinationes & rusticationes. Cic. de Amic. Vna domus erat, idem victus, ísque communis: neque solùm militia, sed etiam peregrinationes rusticationéque communes.
Cursu & peregrinatione iactantur turtures. Cic. 2. de Fin.
Blandita, Vide BLANDIOR.
Nobilem peregrinationem Antonij vocat per ironiam Cicero 2. Philipp.
Transmarina. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Peregrinator, pen. prod. {ξενιτευτής} Aliud verbale, Qui soler peregrinari, feréque semper peregrinatur. Cic. ad Leptam, lib. 6. 18, Mehercule non tam sum peregrinator iam, quàm solebam. Vitur & Firmicus lib. 8. cap. 25. in fine.

Peregriniras, pen. corr. peregrinitatis {τὸ ξενικὸν} Alieni soli habitatio. Vlpian. in l. Sed si, De in ius vocando, Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Pomponius eum amisisse honorem. Interdum peregrini dicuntur ij, qui ciues Romani non sunt. Itaque redigi ad peregrinitatem est, ciuitate priuari. Hoc est, ciuium Romanorum iuribus.
Infusa est in vrbem nostram peregrinitas. Id est, externa loquendi ratio. Cic. Pæto, lib. 9. 15.
¶Peregrinitas, alio significatu apud Quintilianum lib 11. cap. 3, Si fuerit os facile, explanatum, iucundum, vrbanum. Id est, in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Peregrinitatem vocauit oris vitium, quod te inquilinum & alienigenam, non in vrbe natum prodat.
Peregrinitatis reus. Sueton. in Claudio, cap. 15. Id est, qui peregrinus quum esset, Romanum se faciebat. vnde re cognita, peregrinitatis accusatus est.

Peregrinabundus {ξενιτεύων} Qui solitus est peregrinari. Liu. 8. bell. Pun.
Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem ducem Romanum, &c.

Peregrè, pen. corr. Aduerbium {ἐπὶ ξένης} Peregrinando. Et est commune tam significantibus quietem, quàm motum: vt Peregrè sum, Peregrè venio, Peregrè vado. Terent. Phorm. 2. 1,
Pericla, damna, exilia, peregrè rediens semper cogitet. Hæc verba habet Cicero 3. Tusc. Plaut. Asin. 13, Aut quod illa dicat peregrè allatam epistolam. Idem Amphit. 4.
Peregrè accire. Liu. 2. ab Vrbe.
Peregrè abire. Plin. lib. 35. cap. 12.
Peregrè depugnare. Cic 5 Philipp. Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.
Exire peregrè. Horat. 1. Serm. sary 6.
Animus peregrè est. Horat. 1. epist 12.

Peregri, dicimus quū quis in loco est. Peregrè, quū it in locum, vt Flo. Sosipater scribit. Iustinianus lib. 2 Ciuil. institut. de Hereditib. instituend. Peregri natos dixit, non vt ibi corruptissimè peregrinantes.

Perelegans, pen. corr. {ἐπὶ πολὺ χομψός} Valde elegans. om ge. Cic. 2. de Orat. Genus est perelegans, & cum grauitate falsum. Idem pro Plan-

cio, Er quoniam tua fuit perelegans ac perfubtilis oratio, digna Equitis Rom.vel ſtudio vel pudore.

Pereleganter, Aduerbium {πάνυ φιλοπόνως.} Cic.de Claris Orat.Quę quidem omnia cum peritè & ſcienter, tum ita breuiter & preſſe, ſatis ornatè & pereleganter diceret,&c.

Pereloquens,pen.corr. {πολυφωνικὸς} Valde eloquens,om.gen. Cic. de Clar. Orat. C. autem Lentulus Marcellinus nec vnquam indiſertus,& in Conſulatu pereloquens viſus eſt,non tardus ſententiis, non inops verbis,voce canora, facetus ſatis.

Peremere, Cincius in libro de verbis priſcis ait ſignificare idem quod prohibere. At Cato in libro qui eſt de re militari, pro vitiare vſus eſt,quum air, Quum magiſtratus nihil audet imperare,nequid Conſul auſpicij peremat. Feſtus.

Peremptio,l.qui hominem.D.De adimend.legat.

Peremptalia fulgura dicuntur quæ ſuperiora fulgura aut portenta perimunt,id eſt tollunt. Feſtus.

Peremptalia fulmina, apud Senecam, 2. Nat. quæſt. quibus tolluntur priorum fulminum minæ.

Peremprorius, Vide PERIMO.

Perendie, Aduerbium {μεταύριον} ſignificat quod vulgò dicitur, *Poſt cras*,vt ait Valla. Cic.ad Attic. lib.12, Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.Plaut.Aulul.6,

Quæ cras veniet,perendie foras feratur ſoror:

Perendie,quaſi peremptadie.Chariſius lib.2.

Perendinus,pen.corr.Adiectiuum {μεταύριος.} Ab hinc tertius dies. Cic. pro L. Murena, Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe,vtrum diem tertium, an perendinum : iudicem, an arbitrum: rem,an litem dici oporteret.

In perendinum diem,Vide IN.

Perennis,& hoc perenne {ἀείδιος, ἀΐδιος, διαγενέθλιος} Ex per & annus compoſitum,mutatis literis,quaſi per annos durãs. Plaut.Amphit.3, Lucrum vt perenne vobis ſupperat.

Adamas perennis,Vide ADAMAS.

Perennes & perpetui curſus ſtellarum.Cic.2.de Nat.deor.

Curſus luſtrare perennes. Lucret.lib.5.

Perennis fama.Virgil.9 Æneid.

Fama & laus.Cic.2.de Diuinat.

Fides.Plin.iun.lib.9.epiſt.9.

Fortuna.Propert.lib.2.eleg.29.

Monimentum perennius ære Horat.3.Carm.ode 30.

Monimenta perennia facti.Ouid.2.Faſt.

Sermo perennis de aliquo. Cic. in Somnio Scip. Sermo autem omnis ille, & anguſtiis cingitur his regionum, quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur.

Perennis conteſtatáque virtus maiorum. Cic.pro Flacco, Quum ab hac perenni conteſtatáque virtute maiorum non modò non degenerauit L.Flaccus,ſed id quod maximè,&c.

Perenne & proprium aliquid manere.Cic.Poſt red.in Sen. Si illud de duobus Conſulibus, quod antè in Repub.non fuerat, perenne ac proprium manere potuiſſet.

¶Aquæ perennes. Cic.6.Verr.Enna autem,vbi ea quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo æque edito : quo in ſummo eſt æquata agri planities:& aquæ perennes.

Fons perennis.Cæſar 8.bel.Gall.Quo facto repentè fons perennis exhauſtus.Sic Perennis fluuius.Plin.lib.5.cap.28. Vlpianus in l.1.D. De fluminib. Fluminum quædam ſunt perennia,quædam torrentia: perenne eſt quod ſemper fluit, id eſt ἀένναον : torrens quod hyeme fluit,hoc eſt χειμάῤῥουν.

Latices manant perennes.Lucret.lib.5.

Perennis riuus. Plin.epiſt.101.lib.5, Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur.

¶Perennis.pro Perpetuo & continuo.Cic.de Prouinc.Conſul.Hic me meus in Remp.animus priſtinus ac perennis, cum C. Cæſare reduxit,reconciliat,reſtituit in gratiam. Budæus.

Amor perennis.Seneca Octauia,5.19.

Perennis & profluens loquacitas.Cic.3.de Orat.

Perennia, perenniorum, Cæremoniæ in auſpiciis obſeruari ſolitæ. Cic.2.de Nat.deor. Itaque maximæ Reip. partes in iis bella, quibus Reip.ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſeruantur.

Perennè,Aduerbium {ἀείδιον} Perpetuò & continuò. Colum.lib.12.cap. 18,Si ager amplus, aut vineta, aut arbuſta grandia ſunt, perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ,& ſiſcellæ texendæ & picandæ.

Perenno,perennas {διαγίγνομαι} perennare,Per annos durare. Colum.de Arbor. cap. 16, Nam in ea fructus maximè vis conſiſtit, diutiúſque perennat.Ouid.3.de Arte,

Defut ars vobis:arte perennat amor.

Perennitas,pen.corr huius perennitatis,ſ.g.{διὰ τέλους} Ipſa duratio. Colum lib.1.cap.6, Nam ea cæli poſitio maximè frigida,& minimè humida eſt, quæ vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Idem lib 4. cap.24, Vt quamlongiſſimam perennitatem ſtipi acquirat. Cic.2. de Nat.deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

Perenniſeruus,perenniſerui,antiquum {δοῦλος} Qui perpetuò ſeruit vni domino.Plaut.Perſ.12,

Compedum contritor,piſtrinorum ciuitas,

Perenniſerue,lurco,edax,furax.

Pereo,peris,periui,& per ſyncopam perij, peritum,pen.corr. {πόλλυμαι,ὀλλύμαι,ἀπόλλυμαι,ἔῤῥωμαι,πίπτω} perire, Notæ ſignificationis.Plaut. Trucul.4,

Illis perit quicquid datur,neque ipſis apparet quicquam.

Perire,pro Mori & deſtrui accipitur,quaſi in totum ire : quòd qui perit,prorſus abit.Terent.Eunuch.1.1, -& prudens,ſciens, Vinus, vidénſque pereo, nec quid agam ſcio. Cicero ad Atticum, lib.3, Id ſi putas me poſſe ſanari, cures velim : ſin perij planè, minus laboro.

Minoris perire. Plin.libro 7. cap.7, Tu qui corporis viribus fidis, tu &c.tanti perire potuiſti. Atqui etiam hodie minoris potes,quantulo ſerpentis ictus dente : aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vuæ paſſæ.

¶Certò perij,Vide CERTVS.

Obnixè perire, Vide OBNITOR.

Occyus Lucret.lib.3.

Penitus.Lucret.lib.1.

Perpetuò, Vide PERPETVO.

Subitó.Lucret.lib.2.

Perire à re,Vide A præpoſitionem.

Perire ab animo,& ab re.Plaut.Truc.3.

Amore indigno.Virg.10.eclog.

Animo perire. Plaut.Rud.13, Perij animo, malefit: contine quæſo caput.Id eſt,deficit me animus.

Ingenio perij qui miſer ipſe meo.Ouid.2. Triſt.

Deſidioſè agere ætatem,luſtríſque perire.Lucret.lib.4.

Meo vitio pereo.Cic.Attico,lib.11.

¶Petierunt ædes.Plaut.Moſtel.3.

Comæ formoſæ periere.Ouid.1.Amor.eleg.14.

Decor perit multo vulnere.Senec.Hippol.10.

Perit dies otio.Plin.lib.11 cap.6.

Fabæ pereunt læſo flore Ouid.5.Faſt.

Frons periit, Vide FRONS,frontis.

Honos gentis perit.Ouid.ad Piſon.

Labor irritus anni perit.Ouid.1.Metam.

Nixes pereunt tepente ſole.Ouid.3.Faſt.

Nummi pereunt.Horat.1.Serm.ſaty.2.

Opera & oleum philologiæ noſtræ periit.Cic.Att.lib.2.

Pecunia periit.Terent.Adelph.4.7.

Pecuniam tantam Populi Rom. tam breui tempore perire potuiſſe,portenti ſimile videtur.Cic.5.Philip.

Pudor periit.Plaut.Bacchid.8.

Puppis hauſta perit.Ouid.3.Faſt.

Res & fides perit.Plaut.Trucul.3.

Telum pereat rubigine.Horat.2.Serm.ſaty.1.

Tempora auxilij perierunt.Ouid.1.de Remed.amor.

Virtus perit fraude.Ouid.2.Faſt.

Funditus pereunt vrbes.Horat.1. Carm.ode 16.

¶Perire ab aliquo,Occidi.Plin.lib.11.cap.37.

Conuolſi pereunt.Lucret.lib.3.

Inter arma & enſes periit.Ouid.ad Liuiam.

Crudelius perire.Quintil.lib.3.cap.8.

Fortiter.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Generoſius Horat.1.Carm.ode 37.

Cruciatu ſummo.Cic.3.de Nat.deor.

Lecto præcipiti.Senec.Hippol.3.

Manibus hominum.Virgil.3.Æneid.

Morbo.Cæſar 4.bell.Ciuil.

Morbo periere capellæ.Horat.1.epiſt.7.

Morte merita.Virgil.4.Æneid.

Occiſione perire ad vnum,Vide Occiſio in OCCIDO.

Telo.Ouid.4.Triſt.eleg.1.

¶Perit tibi, id eſt tuo periculo. Vlpian.in l.Rogaſti. in princ. D.Si cert.petat. Quòd ſi lancem vel maſſam ſine tua culpa perdideris antequam venderes,vtrum mihi,an tibi perierit,quæſtionis eſt.

¶Peream,iurantis,vel imprecantis vox Ethnicis familiaris,quemadmodum & Dispeream.Caſſius ad Ciceronem,lib.15.19, Peream niſi ſolicitus ſum, ac malo veterem & elementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri.

Malè pereat Leſbia.Horat.Epod.12.

¶Terminus pereundi.Silius lib.3.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ.Ouid.epiſt.10.

Gramine Circæo pereundum eſt mihi.Propert.lib.2.eleg.1.

¶Perire,pro Decoquere. Cic.Attic.lib.6.epiſt.1, Metagenes cerè perit : feci iter per eius poſſeſſionem, in qua animal reliquum nullum eſt : hoc eſt, decoxit, perdidit omnem rem, vt de pecunia tua prorſus actum ſit.*Il a fait banque route.*

Peritурus,pen.prod.Participium {κτησόμενος.} vt

Amore peritурus.Propert.lib.1.eleg.12.

Corpus peritурum.Stat.5.Thebaid.

Mœnia peritura flammis.Claud.2.in Eutrop.

Regna peritura.Virg.3.Georg.

¶Perire mulierem, ea forma dicimus, qua Deperire, & amando vti.Plaut.Truc.1.1, Ties vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

Perito,peritas,pen.corr. {πανουργεύομαι} peritare,Frequẽtatiuum. Plaut. Capt.12, Qui per virtutem peritat,non pol interit.

Perequito,perequitas,pen.corr. {διϊππάζομαι} perequitare,In omnem partem equitare. Cæſar 4.bell. Gall. Primò per omnes partes perequitant,& tela coniiciunt. Liuius quinto ab Vrbe, Quum perequitaſſet aciem promiſſa repetens,tantum iecit ardoris,vt non vltra ſuſtinuerint impetum Æqui.

Peretro,peretras {διαπλανάομαι} peretrare,In omnem locum,vel huc atque illuc errare.Colum.in Præfat.lib.1, Sempérque ritu volucrum longinqui litoris peregrinus ignotum peretret orbem? Plin. lib.8. cap.45, Conceptio vno initu peragitur. quæſi fortè peretrauit, x x. póſt die matem fœmina repetit.

Adicus peretrare, Vide ADEO,adis.

Arua peterrantur liquentibus vndis.Ouid.2.Amor.eleg.16.

Auia peterrare more pecudum.Claud.3.de rap.Proſerp.

Forum peterro.Horat.1.Serm ſaty.6.

Freta longa peterrare.Ouid.epiſt.14.

Locum omnem peterrat.Virg.5.Æneid.

Cornua peterrauit labris.Silius lib.4.

Luminibus

Luminibus peterrare aliquem,Circunſpicere.Virg.4.Æneid.

Peterritus,pen.prod.Participium {διαπλανῶ δίς.} vt

Orbis peterritus.Ouid.1.Faſt.

Terræ peterritæ.Ouid.15.Metam.

Pereruditus, pen. prod. {πάνυ πεπαιδευμένος} Adiect. Valde eruditus. Cic. ad Att. lib. 4, Sed vereor ne lepóre ſuo detineat diutius P. Clodius,& homo pereruditus,vt aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

Perexcrucio,perexercias {βασανίζω} perexercuciáre,Vehementer eruciare. Plaut.Sticho,7,Meam culpam habeto niſi perexcruciauero.

Perexiguus, Adiect. {πολύμικρος} Valde exiguus. Cæſar 5. bell. Gall. Quum hæ intermiſſo perexiguo loci ſpatio inter ſe conſtitiſſent, nouo genere perterriis noſtris, per medios audaciſſimè prorumpunt.

Perexigua & perminuta videntur.Cic.2.Tuſc.

Aut nulla,aut perexigua pars.Cic.ad Qu fratrem,lib.1.1.

Dies perexigua. Cic.2. Verr. Quum ego diem in Siciliam inquirendi perquiſitionem poſtulauiſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet.

Tempus perexiguum.Cic.2.Verr.Solicitabar rebus maximis vno, atque eo perexiguo tempore.

Factum.Liu.2.bel.Pun.

Perexilis, & hoc perexile, pen. prod. {μικρότατος} Valde exile ſignificat. Col.lib.11. cap.2, Hoc eodem tempore priùs quàm vineæ poluerentur,ſi perexilis eſt, vel rara ipſa vitis, lupini modij tres, vel quatuor in ſingula iugera ſpargũtur.

Perexpeditus, pen.prod. Adiectiuum {πανεύκολος} Valde expeditus. Cicero 3. de Finib. Sed hæc quidem eſt perfacilis & perexpedita defenſio.

Perfabrico,perfabricas, pen.corr. {διατεχνάζομαι} perfabricáre:Fabricam abſoluere.Plaut.Perſa,13,

-perij,interij:peſſimus hic mihi dies

Hodie illuxit,corruptorrita me Toxillus perfabricauit,atque

Meam rem diuexauit. Per tranſlationem.

Perfacetus,pen.prod.Adiectiuum {πολυσκώμμων} Admodum facetum ſignificat.Cic.de Claris Orat.Atque eundem & vehementem,& valde dulcem,& perfacetum fuiſſe dicebat.

Perfacetè,penultima producta, Aduerb.{πολυσκωμμόνως} Perinundè.Cic. 3. Verr. Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hæc ſeueritate digna ſunt.

Perfacilis,& hoc perfacile,pen.corr.{πολυῤῥάδιος.} Cic.4.Tuſcul.Perfacilis cognitu. Nam ſententias interpretari perfacile eſt. Cic.2. de Legibus.

Homo perfacilis in audiendo. Cic lib.1.de Orat.

Perfacilè,pen.corr.Aduerbium {πολυῤῥάδιος.} Cic.ad Atticum,libro 13, Vidro enim Curules magiſtratus eum legitimis annis perfacilè cepiſſe.

Perfacilè eſt iam animi ratione exoluere nobis, &c. Lucretius libro 2.

Perfacilè ſeſe Sicilia tuebatur, ne quod in ipſa bellum poſſet exiſtere.Cic.7.Verr.

Perfacilè verò,apud,&c.Cic.3.Verr.

Perfacilè apparet,&c.Cic 2.de Finib.

Perfacul,Veteres dixerunt,pro Facile,authore Feſto.

Perfamiliaris, & hoc perfamiliare,pen.prod. {πανοικεσία} Valde familiaris.Cic.de Claris Orat. M.Gratidius M. Antonij perfamiliaris. Idem ad Qu.fratrem,lib.2.15, Ipſe eſt enim veterator magnus & perfamiliaris Philiſto.

Perfatuus, Adiectiuum {πολύμωρος.} Martial.lib.10.18,

Heu quàm perfatuæ ſunt tibi Roma togæ.

Perfero,pen corr.perfers,pertuli,pen.corr perlatum, pen.prod. {διανεμέω,διαφέρω,παρέχω} perferre, Vſque ad conſtitutum finem ferre. Virg.12.Æneidos,

Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus,

Nec ſpatium euaſit, totum nec pertulit ictum. Id eſt euacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore. Seruius.

Opem perferre alicui.Valer.5.Argon.

Diuiſionem verò ad cogitationem & ſtylum perferunt. Quintil. lib.2.cap.6.

Literas perferre,Ad eum cui miſſæ ſunt ferre.Cic.Curioni,lib.2.5.

Clamor perfertur circa collem.Liu.7.ab Vrbe.

Conſilium perferre alicuius ad alterum.Cæſ.4.bell.Gall.

Fama perfertur. Liu.8.bell.Pun. Scipio quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata eſſet.

Fructum perferre.Colum.lib.3.cap.20.

Iuſſa omnia Propert.lib.1.eleg.17.

Laudem in vrbem. Cic. 2. Tuſcul. Hortor omnes qui facere id poſſunt,vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant, & perferant in hanc vrbem.

Legem perferre. Cic ad Atticum, lib.1.14, Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Liu.1. Decad. lib.2, Ego hîc aut in conſpectu veſtro moriar,aut perferam legem.

Perferre rogationem, eſt ita ferre vt plebs ſciſcat. Liu.6.bel.Macedon.

Mandata perferre. Cic. ad Quint. fratrem, lib.3.17, Scripſíque ad Cæſarem Vibulium Cæſaris mandata de mea manſione ad Pompeium pertuliſſe.

Nuntium perferre. Cic.ad Quint.fratrem,lib.1.1,Exiſtimaui à me quoque tibi huius moleſtiæ nuntium perferri oportere.

Et literis multorum, & ſermone omnium perfertur ad me incredilem tuam virtutem & fortitudinem eſſe. Cic Terent.lib.14.1.

Perfertur omnium nuntiis. Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.14, Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntiis ſingularis.

Rumor pertulit hoc nobis.Ouid,2.de Ponto,eleg.1.

Perlata rumore, aut nuntiis. Cic.ad Atticum, lib.4, Nunc etſi omnia aut ſcripta eſſe à tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata,tamen ea inſcribam breui quæ,&c.

Sermones ac literæ perferuntur. Cic. pro Lege Manil. Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur.

Verba alicuius perferre ad aliquem.Ouid.2,de Ponto,eleg.2.

¶Perferre, Denũtiare. Cic.ad Cælium,lib.2.8,In his enim ſum locis,quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardiſſimè omnia perferuntur.

¶Perferre, Pati,patienter ferre {ὑπομένειν, διαφέρειν,παραφέρειν.} Terentius Adelph.3.4,

Pauperiatem vnà pertulimus grauem. Cic.2. de Lege agrar. Syllanus ager à certis hominibus latiſſimè continuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni pleb.ſtridorem vnum perferre non poſſit.

Intrepidè pertuli omnia.Seneca Here.furente 6.

Deficere animo & Perferre, contraria. Cic.pro Roſcio Amer. Sin à vobis(id quod non ſpero) deſeratur, tamen animo non deficiam : & id quod ſuſcepi,quoad potero,perferam.

Ardorem perferre.Stat.5.Syl.1.

Catenas.Silius lib.17.

Contumelias.Cæſar 2.bel.Gal.

Cruciatum.Cic.4. Acad.

Crudelitatem inimicorum.Cic.pro Sextio.

Dolorem.Virg.9.Æneid.

Perferre famem & ſitim.Cic.5.de Fin.

Frigus,famem,ſitim,ac vigilias.Cic.2.in Catil.

Inſomnia furibunda.Silius lib.11.

Laborem.Virg.2.Georg.

Luxuriem, crudelitatem, auaritiam, ſuperbiam alicuius. Cicero 4.Verr.

Maſa tot pertulimus Ouid.5.Triſt.eleg.1.

Miſerias.Senec.in Thyeſte,Act.2,

Leue eſt miſerias ferre,perferre eſt graue.

Monſtra immania perferimus tecti ſyluis.Virg.3. Æneid.

Nixes.Ouid.1.Amor.eleg.9.

Perpetior ac perfero facilè omnes. Cic.de Orat.Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt,facilè omnes perpetior & perfero.

Onus.Ouid.ad Liuiam.

Pauperiem,& duros perferre labores.Virg.6.Æneid.

Pericula multa pelago pertulerunt.Ouid.14.Metam.

Pœnarum ſatis perferre.Cic.pro Sextio.

Pruinas,ac nixes.Cic.2.in Catil.

Quietem ſolus perferre nequit.Silius lib.4.

Somnos aut dicis Stat.3.Syl.2.

Supplicium pro meritis.Cic ad Att.lib.8.

Timores pertulimus.Claud de bello Getico.

Perferens,pen.cor. {ὑπομένων} Nomen ex participio. Cic 2.de Orat. Horum igitur exprimere mores oratione,iuſtos,integros,religioſos,timidos,perferentes iniuriarum,mirum quãdam valet,&c.

Perfertidus, pen. corr. Adiectiuum {πολυζήτητος} Vehementer ſeruidus,vt

Perfertida æſtas.Colum.lib.5.cap.5.

Perficio,perficis,pen.corr.perfeci, pen.prod.perfectum {αὐξάνω,χορτάζω,διανύω, ἀπεργάζομαι,τανύω,τελέω,παρασκευάζω, τελειοποιέω,πληρόω} perficere, Abſoluere, Complere quod inceptum eſt. Terentius Hecy.5.2,

Quod ſi perficio,non pœniteat me famæ. Idem Phorm.2.3,

-haud deſinam Donec perfecero hoc.

Abſoluere & perficere aliquid. Cic.2.de Nat.deor. In omni natura ac multò etiam magis neceſſe eſt abſolui aliquid ac perfici.

Conari aliquid & perficere. Cic. in Orat. Vides profectò illum multa perficere,nos multa conari:illum poſſe,nos velle : quocunque modo cauſa poſtulet,dicere.

Conflare & perficere. Cic.pro Cluent.Nihil in vita vidit calamitatis A Cluentius,nullum periculum mortis adiit,nihil mali timuit, quod non totum à matre eſſet conflatum & perfectum.

Abſolutionem alicuius rei. Cic.de Vniuerſ.Tria genera nobis reliqua ſunt,eáque mortalia,quibus prætermiſſis,cæli abſolutio perfecta non erit.

Annos centum.Horat.2.epiſt.1.

¶Cibum perficere,Concoquere.Plin.lib.11.cap.53,

Cogitata.Cic.pro Deiot.

Coria perficere, Vide CORIVM.

Inſtituta. Cic.2.de Diuinat. Quod aſſequar profectò, ſi inſtituta perfecero.

Inſſa alicuius.Valer.7.Argon.

Maleficium perficere,& occultare.Cic.pro Cælio.

Suſceptum munus.Virg.6.Æneid.

Officium funeris.Ouid.ad Liuiam.

Onus & munus.Cecinna Ciceroni,lib 6.7.

Pelles perficere. Plin.lib.24.cap.11, Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant,nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelléſque perficiuntur.

Poema inſtitutum.Cic.Qu.fratri.lib.3.24.

Promiſſa perficere, pro Implere quod promiſeris. Terentius And.4.1.

Seelus.Cic.pro Cluentio.

Stamina pauca perfeci.Ouid.epiſt.18.

¶Perficere,pro Obtinere,ſiue pro eo quod barbari dicunt, *Tantùm facere quod*.Terent.in Prolog Eunuchi,

-poſtquam ædiles emerunt,

Perfecit,ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Ibidem,1.2.

Rem voluiſti à me tandem,quin perfeceris? Cic.ad Mariũ,lib.12. 27, Quod enim vehementer mihi vtile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari,perfeciſti,vt ille me diligeret, coleret,haberet in ſuis. Idem ad Atticum, lib.8. 159,Perficiã profectò vt neque Reſpub.ciuis à me

animum,neque tu amici desyderes. Et 4. Acad. Perficies vt ego ista innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opiner? Sic pro Lege Manil. Et quisquam dubitabit quid virtute perfecturus sit, qui tantum authoritate perfecerit? Quædam exemplaria legunt profecerit.

Callidè perficere vt. Cic. 2. de Diuin. Callidè qui illa composuit, perfecit,vt quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.

¶Perfici,passiuum. Plin.lib.11.ca.53,Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria,nimia,& auidè hausta. Id est,concoquuntur.

Actu perfici. Quintil.lib.2.cap.18.

Perficiendus, Participium {ωϕελητος.} vt Voluptas perficienda tarda mora. Ouid.2.de Arte.

Perfectus {τετελεσμενος, τελειος,ἐντελης, αὐτοτελης,παντελης,ὁλοτελης,ἐντελεχης} Aliud participium,siue Nomen ex participio. Plaut. Persa,22,

-re placida,pacibus Perfectis.

Inchoata & Perfecta,contraria. Cic.de Claris Orat. Manus extrema non accessit operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non plaud.

Perfectum aliquid esse, & habere maturitatem suam quandam. Cic. de Clar. Orat. Quum autem anno pòst è Sicilia me recepissem, iam videbatur illud in me,quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam.

Extremum & perfectum. Cic.2.de Nat.deor.Neque dici potest in nulla rerum institutione esse aliquid extremum atque perfectum.

Inuentum simul & perfectum nihil est.Cic.de Claris Orat.

Perfectum omni ex parte in genere suo.Cic.de Amicit.

Perfectum ex vtroque. Cic.4.Tuscul. Erit hoc totum ex vtroque perfectius.

Aptum vndique,perfectum, expletúmque omnibus suis partibus & numeris.Cic.2.de Nat.deor.

Ad summa atque in omni genere perfecta peruenire. Cicero 1. de Oratore.

¶Perfectus & absolutus.Plin.lib.2.ca.4,Eum & nos à perfecta absolutáque elegantia,mundum appellamus.

Absoluti & perfecti philosophi.Cic.2.de Diuin.

Perfectus & consummatus.Quintil.lib.5.cap.10.

Summum & perfectissimum iudicat Cicero, illud cui nihil addi potest.in Orat.2.

Plenum atque perfectum oratorem esse eum dicam, qui de omnibus rebus posit variè copioséque dicere.Cic.1.de Orat.

Concinnus,perfectus,politus ad persuadendum homo. Cicero in Pisonem.

Perfectus in re aliqua. Cic.1.de Fin.Sol. Democrito magnus videtur,quippe homini erudito,in geometriáque perfecto.

Orator in omni genere sermonis atque humanitatis perfectus. Cic.1.de Orat.

Perfectus in dicendo homo & perpolitus.Cic.1.de Orat.

Perfectus ingenio. Cic.pro Lege Manil. Quum antea per ætatem nondum eius authoritatem loci contingere auderem, statuerémque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere,&c.

Literis Græcis perfectus Memmius.Cic.de Claris Orat.

Moribus perfectus.Quintil.in Procem.lib.1.

Scientia,& omni facultate dicẽdi perfectus.Quint.in Procem.lib.1.

Cumulatè perfectus.Vide CVMVLVS.

¶Perfectus,completúsque verborum ambitus.Cic.in Orat.

Augmen corporis perfectum.Lucret.lib.3.

Opera mirabili & clarissimis gemmis perfectum candelabrum. Cic.6.Verr.

Cymbia perfecta argento.Virg.5.Æneid.

Eruditione perfecta,& ingenio præstanti ad hæc opus est. Cic. 2. de Diuin.

Exercitatione perfecta ingenij forma.Cic.de Claris Orat.Et certè quòd & ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat,verborúmque astricta comprehensio,summam hominum admirationem excitabat.

Expleta & perfecta forma honestatis.Cic.2.de Fin.

Mens perfecta. Cic. 5.Tusc. Hic si est excultus, & si eius acies ita curata est, vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio,quod est idem virtus. De humano animo.

Curta sententia,Plena & perfecta,contraria. Cic.4.de Fin.Eorum omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia : at verò illa perfecta atque plena eorum qui quum de hominis summo bono quærerent,&c.

Sol perfectus,Dies transacta.Stat.5. Thebaid.

Templum.Cic.6.Verr.

Perfecta cumulatáque virtus.Cic.pro Sextio.

Virtutis perfectæ qui perfecto functus est munere,non parum diu vixit.Cic.1.Tusc.

Vota perfecta continuo ordine.Virg.3.Æneid.

¶Perfectius.Horat.Epod.5,

Nardo perunctum,quale nec perfectius

Meæ laborarunt manus.

Perfectissimi dicebantur,qui iudicio principis, vel ad Præsidatum prouinciæ, vel ad aliam administrationem promoti fuissent.l.3. De perfectiss.dignitat.lib.12.C.Qua de re Alciat.cap.4.lib.3.Disputct.

Perfectissimatus, erat dignitas quædam non mediocris, quia non omnes Præsides, vt Alciatus docet, clarissimi fuere : sed & Perfectissimi quidam,prout Prouinciæ dignitas exigebat.Addit ex vetustissimis monumentis Tarraconensis Hispaniæ, ac Norici fuisse Perfectissimos tantum, quos duabus literis designabant, V.P. sicut Clarissimos vires.V.C.

Perfectè, Aduerbium {τελεως,ἀκριβως.} Cic.4.de Fin. Quumque duæ sint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur,vna inueniendi,altera disserendi.

Absoluta est perfectè omnis honestas.Cic.4.de Fin.

Absolutus perfectè,Vide ABSOLVO.

Nimis infans,& Perfectè disserta oratio : contraria. Cic. de Claris Orat. Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non inelegánter scripta perspici potest:quę neque nimis est infans,neque perfectè diserta.

Perfectè planéque eruditus vir.Cic.de Clar.Orat.

Nihil à Roscio, nisi perfectè, nihil nisi cum summa venustate fiebat.Cic.1.de Orat.

Imitatur nunquam perfectè veritatem casus. Cicero 1. de Diuinatione.

Perfectio,Verbale {τελειωσις,τελειοτης,πληρωσις,ἐντελεχια.} Plin.lib.11.cap.2, In his tam paruis quàm inexercabilis perfectio?

Absolutio & perfectio.Cic.1.de Orat. Hãc ego absolutionem perfectionémque in oratione desiderans, à qua ipse longè absum, facio impudenter.

Perfectio,Conatus & adumbratio, contraria. Cic.in Orat. Nulla est vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua,si non perfectio,at conatus tamen atque adumbratio.

Susceptio & Perfectio, contraria. Cic.3. de Fin. Ea quæ proficiscuntur à virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt iudicanda.

Perfectio operum magnorum, & Iacere fundamenta, contraria. Cic. pro Marcello, Tantum abes à perfectione maximorum operum,vt fundamenta quæ cogitas,nondum iecceris.

Perfector {τελειωτης.} Aliud verbale.Cic.1.de Orator.Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse, ac magistrum, multi fudoris est.

Perfector, Qui quod volebat,diligentia sua perfecit.Ter.Eunu.5.9, O Parmeno mi,ô mearum voluptatum omnium

Inuentor,inceptor,perfector.

PERFICA & PERTVNDA, deæ venereatum deliciarum ab antiquis honoratæ. hanc quòd in cubili præstò esset, dum virginem effoderent mariti : illam quòd voluptates perficeret inoffensa dulcedine. Arnobius in Disputationibus aduersus gentes.

¶Perfica,etiam natura à Lucretio lib.2.ca,vocatur,quę procreationi & perfectioni rerum præest,quum inquit,

-ad extremum etcfcendi perfica finem,

Omnia perduxit rerum natura creatrix. Vide Nonium.

Perfidelis.& hoc perfidele,pen.prod.{κατηπιστος} Valde fidelis.Cic.ad Atticum, lib.2., Posthac autem ad te, si perfidelem habebo cui dem, scribam omnia planè.

Perfidus, penultima correpta, Adiectiuum {ἀπιστος, ἀγνώμων} Qui fidem violat.à fide deducitur. Cicero 3.Officiorum,Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes,aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

Amicus perfidus.Cic.Post red.ad Quirites.

Arma Iubæ.Ouid.4.Fast.

Bella.Silius lib 15.

Caput perfidum obligasti votis.Horat.2.Carm.ode 8.

Corda.Valer 5.Argon.

Hostes.Horat 3.Carm.ode 5.

Lumina.Ouid.13.Metam.

Mulier.Horat.3.Carm.ode 7.

Sacramentum dicere. Id est falsum iusurandum, siue peierare. Horat 2.Carm.ode 17.

Serui.Horat.Epod.9.

Tela.Ouid.2.Fast.

Turba.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.

Vappa.Martial.lib.12.44.

Verba.Ouid.5.Fast.

Perfidia, perfidiæ {ἀπιστια.} Cic. ad Qu. fratrem, libro 2. 7, Quum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum.

Infidelitas & perfidia.Cæsar 8.bel.Gall.

Perfidia & iniquitas hominum.Cic.Lentulo,lib.12.

Perfidia vnius in alium.Cic.2.Philipp.

Cumulus perfidiæ.Ouid.11.Metam.

Offensio.Cic.2.de Orat. Ita nonnulli dum operam suam multi existimari volunt, &c. causas dicunt incognitas, in quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ susceptis rebus : vel perfidiæ, receptis.

¶Abuti perfidia,Vide ABVTOR.

Decipi perfidia alicuius.Cic.pro Rosc.Amer.

Exigere pœnas.Ouid.epist.7.

Perfidiam fugio.Silius lib.16.

Fugere suspicionem perfidiæ.Cic.Attico,lib.8.

Repens perfidia.Tacit.lib.20.

Perfidia & scelere violatæ sunt dextræ, quæ fidei testes esse solebant.Cic.11.Philipp.

Perfidè, Aduerbium, pen.corr. Vlpian.in l.Apud Celsum. § Quæsitum est.D.De doli mali except.Quod perfidè gestum est.

Perfidiosus,pen.prod.Adiectiuum, Plenus perfidiæ. Plautus Cistel. 2, Perfidiosus est amor. Cic.in Pisonem, Quòd fallax, quòd perfidiosus,quòd impudens,quòd audax esse videatur.

Varius,perfidiosus & impius. Cic pro Quintio,Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur : necesse est iste qui amicum,socium,affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se,& perfidiosum,& impium esse fateatur.

Perfidiosus,insidiosus,fallax. Cic.Appio,lib.3.10,Nihil in me non modò perfidiosum,& insidiosum,& fallax in amicitia, sed ne humile quidem,aut ieiunum debes agnoscere.

Perfidiosum & nefarium est, fidem frangere. Cicero pro Rosc. Comœdo.

Perfidiosè, penult.prod.Aduerbium {ἀπιστως} Author ad Herenn. lib.1, In odium rapiemus,si quid eorum superbè,spurcè,perfidiosè,crudeliter,

ter,considenter,malitiosè,flagitiosè factum proferemus.

Perfinio, perfinis {ἐπιτελεω} perfinire, Idem quod simplex finire. Lucret.lib.1,

Quippe vbi dimidiæ partis pars semper habebit

Dimidiam partem:nec res perfiniet vlla.

Perfixus {διαπεπαρμενος} Participiũ à verbo Figo,& præpositione Per, Significat transfixum.Lucret.lib.2, -& crebra reuisit

Ad stabulum desyderio perfixa iuuenci.

Perfixum pectus. Lucret.lib.6,

-icti flammas vt fulguris halent Pectore perfixo,&c.

Perflo,perflas,perflaui,perflatum,pen.prod. {κατανεμω} perflare,Valde flare,siue multum flando commouere.Virgil.1. Æneidos,

-& terras turbine perflant. Plin.lib.2.cap.107,Perflantibus vndique procellis.

Venti perflant altissima.Ouid.1.de Remed.amor.

Venti perflant nubila.Lucret.lib.6.

Perflatus,huius perflatus,pen.prod.{καταπνευσις} Ipsa perflatio.Colum. lib.1.cap.5,Quantóque fuerit ædificij solum pronius Orienti,tanto & ætate liberius capere perflatus,&c. Plin.lib.16.cap.40, Vlmus in perflatu firma.

Perflabilis,& hoc perflabile,pen.corr. {καταπνευστος} Quod perflari potest. Cic.2.de Diuin. Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles,&c.

Perfluctuare.Vide PERFLVO.

Perfluo,perfluis,pen.cor.perfluxi,perfluxũ {διαῤῥεω}perfluere,Transmittere liquorem:vt,Lagena malè compacta perfluit.Lucret.lib.3,

Et non omnia pertusum congesta quasi in vas

Commoda perfluxere.

Aquæ perfluunt Tybur. Horat.4. Carm. ode 3. Antiqui codices habent præfluunt.

Vina per collum videmus perfluere.Lucret.lib.2.

¶Perfluere,Terent.Eunuch.1.2,

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. Translatio sumpta ab aquario vase fictili, inquit Donatus. Quasi dicat, Non possum continere:fiquid audio quod non fit verum,statim palàm est.

Perfluo,cum accusatiuo. Quintil.lib.2.cap.5, Nec quæ dicentur, perfluent aures,Sunt qui legant,præterfluent.

Perfluere voluptatibus. Cic.2.de Finib.Percontare ipse te, perpetuísse malis voluptatibus perfluens in ea, quam sæpe vsurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem sine dolore,&c.

¶Perfluere,pro Fluere aliquando ponitur. Liu.1. ab Vrbe, Infima valle perfluit Tybris.

Perfluctuare {καταιωρεω} Multum fluctuare. Lucret.lib.3,

-atque vnde animantum copia tanta

Exos,& exanguis,tumidos perfluctuat artus? Id est, per tumidos artus fluctuat. Eiusdem generis est illud Horatianum,epist.1.lib.1, Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.

Perfodio,perfodis,pen.corr perfodi,pen.prod. perfossum {διορυττω} perfodere,Fodiendo excauare, rumpere, ferire, pertorare. Plin.lib. 36.cap.13,Inde aliæ perfossis cuniculis subterranææ domus.

Perfodere parietes. Cic.in Vatin.Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis,vicinos compilaris.

Perfodere montem. Vatro 3. de Re rust. cap. 17, Contra ad Neapolim L.Lucullus posteaquam perfodissetmontem. Cic 2.de Fin.

Perfodi gladiis,Gellius lib.3.cap.7,Quadringenti omnes tum vnà perfossi gladiis, aut missilibus operti cadunt.

Oculum alicui perfodere. sic enim quidam legunt in l.Sed & si.§. vlt.D Ad leg Aquil. Pandectæ tamen Florent. & Haloander habent, Perfundere.Vide suo loco.

Perfossus {διορυχθεις} Participium.vt Pectora perfossa patescunt.Stat. 9.Thebaid.

Perfossæ naues.Plin.lib.32.cap.1.

Thorax perfossus bis sex locis.Virgil.11.Æneid.

Perfore,pen.corr. {τανυτετυφθαι} Valde futurum esse. Cic. Appio Pulchro,lib.3.5,Tunc mihi ille dixit quòd classe tu velles decedere,perfore accommodatum tibi si ad illam maritimam partem prouinciæ nauibus accessissem. Hoc loco nonnullis magis placet præpositionem PER, ad ACCOMMODATVM referre, Per accommodatum : vt FORE interponatur:vt Per mihi gratum.

Performidatus,pen.prod. {ὑπεπτηχεναι} Participium, Multum formidatus. Silius lib 3,

Iam puer auricomo performidate Batauo.

Performo, performas {διεμορφοω} performare,Formam absoluere. Quintil.lib.2.cap.7, Performata materia. Vbi legendum est præformata,& ita habent boni codices.

Perforo,perforas,pen.corr.perforaui,perforatum,pen.prod.{διατιτρω, πρατιτρωσκω} perforare. Colum.lib.5,Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant.

Perforare & patefacere aliquid. Cic. Mario, lib. 7. 1, Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti,& patefecisti Seianum,per eos dies,&c.

Sol perforat culmina radiis.Stat.1.Sylu.5.

Latus ense perforat.Ouid.3.Trist.eleg.9.

Margaritas perforare. Vlp.in l.Si seruus seruum.§. Si quum maritus.D.Ad leg.Aquiliam.

Ictu vno perforat duo pectora. Ouid.12.Metam.

Perforare,per tmesin à Lucretio dictum lib.5,

Et terebrare etiam,ac pertundere,pérque forare.

Perforatus,pen.prod.Participium {πατρωθεις.} vt Lumina duo ab animo ad oculos perforata.Cic.3.de Nat.deor.

Perfortiter,pen.corr.Aduerbium {πανυπερθαρσως} Valde fortiter.Terent.Adelph.4.2, -miseram mulierem,& me seruulum

Qui referire non audebam,vicit,hui perfortiter.

Perfremo, perfremis, pen. corr. perfremui, perfremitum, pen.corr. {παραῤῥοιζεω} perfrémere, Idem quod Vehementer fremere. Cic.2. de Nat.deorum.

Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini. Ex Accio poeta.

Perfreto,perfretas, pen.prod. perfretare. Solinus cap. 40, Inter hæc vadosa classem Romanam impune accepimus perfretasse.

Perfrico, perfricas,pen.corr.perfricui, perfrictum {παρεμβαλλω} perfricare,Fortiter fricare. Cic.5.Verr. Quum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret. Colum.lib.6.cap.2, Deinde nares perfricato,vt hominem discant odorari.

Dentes perfricuisse.Ouid.3.de Arte.

¶Perfricare faciem vel frontem. Mos est eorum,qui cum pudore aliquid agunt, vt faciem perfricent, vel frontem, natura ipsa ad id impellente,quasi ad abigendum sanguinem qui ex præcordiis ad faciei superficiem confluit. Hinc ortũ est prouerbium,vt quoties dicere volumus nos pudorem deponere, dicamus Perfricui faciem vel frontẽ. Plin.in Præfat. Perfricui facié,nec tamen profeci. Mart, lib.11.28,

Aut quum perfricuit frontem,posuitque pudorem. Erasmus,Frons habita est antiquitus pudori sacra,& facies item : id quod & prouerbio testatum est, quo dicunt pudorem esse in oculis. Inde frontem aut faciem prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt,velut absterso manu à vultu pudore.

Perfricare os,Idem.Cic.3.Tusc Quid verguerſumur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem quum os perfricuisti,soles dicere?

Perfricatus, pen.prod.Participium. Plin.lib.28. cap.12, Faucibus felis extrinsecus simo perfricatis.

Perfrictio,Verb. {ἀφριασμος.} Plin.lib.28.cap.18, Sanat & vertigines,tremulos,opisthotonicos,lienes,lumbos,perfrictiones.

Perfrigeo,perfriges,pen.prod.perfrixi {καταῤῥιγοω} perfrigére, Valde frigére. Martial.lib.3.18,

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. Iuuenalis Satyr.7,

Et si perfrixit,cantat bene.

Perfrigero, perfrigeras, penult.corr. {καταψυχω} perfrigerare, Idem quod Refrigerare. Plin. lib. 25. cap. 13, Omnium harum vis eadem perfrigerare & astringere.

Perfrigefco,perfrigefcis {καταψυξις} perfrigéfcere, Valde frigidum fieri. Plin.lib. 31. cap.6, Difficilius perfrigescunt marina calefacti. Sic Varro 2.de Re rust cap.9.

Perfrigidus,pen.corr. Adiectiuum {ψυχρος.} Cic.6.Verr.Erat hyems summa,tempestas,vt ipsum Soparium dicere audiſtis,perfrigida.

Perfringo,perfringis,perfregi,pen.prod.perfractum {καταγνυμι,κατακλαω,κατακοπτω} perfringere, Valde,siue in totum frangere. Plin.epist.10.lib.5, Campi, quos monuisti,ingentes boues, & fortissima arratra perfringunt. Terent.Adelph 1.1, -ne aut ille asserit,

Aut vîpiam ceciderit,ac perfregerit aliquid.

Penitus perfringere aliquid.Liu.1.bel.Pun.

Perfringere aciem tenuem,Vide ACIES.

Angustias omnes, omnes aditudines, omnium obiecta tela vi & virtute perfringere.Cic.de Aruſp.respon.

Colla perfringere bipenni.Valer.1.Argon.*Pourfendre.*

Domos.Tacit.lib.20.

Fulmine perfregit Olympum Iuppiter.Ouid.1.Metam.

Perfringere phalangem hostium.Cæsar 1.bel.Gall.

Portas vi.Lucan.lib 3.

Tempora perfregit fluuo protecta capillo.Ouid 12.Metam.

¶Perfringere aliquem,pro Corrumpere. Cic.ad Att. lib 3, Desperam vt vno imperu perfringatur.

Perfundere animos,non perfringere.Cic.de Clar.Orat.Et suauis, sicut fuit,videri maluit,quàm grauis:sed suauitate ea qua perfunderet animos,non qua perfrangeret.

Perfringere & labefactare bonorũ cõspirationem.Cic.4.in Catil.

Perfringere decreta,leges,repagula iuris.Cic.pro Milone,Polluerat stupro sanctissimas religiones, Senatus grauissima decreta perfregerat. Idem 1.in Catil.Tu non solùm ad negligẽdas leges & quæstiones,verumetiam ad euertẽdas,perfringendásque valuisti. Sic 7. Verr.Vt earum rerum vi & authoritate omnia repagula iuris, pudoris,& officij perfringeres.

Perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate & furore.Cic.pro Cluẽt.

Perfringens,Participium{καταγνυς.}Lucret.lib.5,

-vt interdum validi vis incita venti

Perscindat nubem,perfringens impete recto.

Perfractus,Particip.{κατακλασις.} vt Axe perfracto voluitur.Sil.lib.16.

Fores perfractæ.Tibull lib.1.eleg.10.

Ossa perfracta trinodi claua.Ouid.epist.4.

Perfractè Aduerbiũ {αὐθαδως} Obstinatè.Cic.3.Offic. Nimis mihi perfractè videbatur ærarium vectigaliáque defendere. Emendatius exemplar præfractè legit.

Perfruor,perfrueris,pen.corr.perfruitus sum {καταπολαυω} perfrui,Intotum frui,seu omnem fructum percipere.Cic.1.de Fin.Quum enim certè nihil homini possit melius esse, quàm vacare omni dolore & molestia,perfruíque maximis & animi & corporis voluptatibus.

Pasci,delectari,perfrui aliquibus rebus.Cic.in Pisonem.

Amplexu alicuius.Ouid.epist.15.

Authoritate rerum gestarum, gloria, & sapientiæ laude perfrui. Cic.de Clar.Orat.

Authoritate testimonij alicuius, vel iudicio beneuolentiæ, vel suauitate ingenij Cic Lucceio,lib.5.12.

Gaudiis.Cic.5.Tusc.

Otio.Cic.Mario,lib.7.1.

Vita modica & apta virtute.Cic.1.de Legib.

Ad perfruendas voluptates, & ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitiæ.Cic.1.Offic.

¶Perfrui,in malam significationem.Ouid.epist.11,

-mandatis perfruar ipsa patris. Id est,faciam quod iussit pater. Iusserat autem pater vt se interficeret. Sunt qui legant,mandatum prosequar ipsa patris.

Perfructus ſum, vel fui, Præteritum antiquum à Perfruor. Lucret. lib. 3, Omnia perfructus vitaï præmia. Id eſt, quum omnia perceperis præmia vitæ, &c.

Perfugio, perfugis, pen. cor. perfugi, pen. prod. perfugitum, pen. corr. {καταφεύγω} perfugere, Auxilij gratia ad aliquem confugere. Liu. 2. ab Vrbe, Iam Tarquinij ad Lartem Porſenam Cluſinum regem perfugerant. Cic. 7. Verr. Hic locus eſt igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in ſuis repetendis rebus ſolebant.

Ad imperatores perfugere. Cic. pro Corn. Balbo.

In oppidum aliquod deuium. Cic. in Piſon.

In Capitolium, aliáve vrbis templa. Tacit. lib. 3.

Perfugium {καταφυγή} Locus tutiſſimus quò nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus: quanuis id non minus apud homines ſit. Plaut. Caſin. 15, -neſcio vnde auxilij, præſidij,

Perfugij mihi, aut opum nunc copiã cómparé. Cic. Caſſio, li. 12. 8, In meo Bruto non ſolùm ad præſens perfugium, ſi (quod olim) aduerſi quid acciderit, ſed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Idem 7. Verr. Num tibi inſultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, num caſus bellicos exprobrare, aut obiicere videor?

Commune perfugium, Domus. Cic. 4. in Catil.

Paratum nobis perfugium & portum putemus, quò vtinam paſſis velis prouehi liceat. Cic. 1. Tuſcul. De morte. Legitur & profugium.

Perfugium & ſpes Reip. Cic. pro Roſc. Amer. Vnum perfugium, Iudices, vna ſpes reliqua eſt Sexto Roſcio, eadémque Reipublicæ, veſtra priſtina bonitas, & miſericordia.

Portus & perfugium miſeræ fortunæ alicuius, multúmque iactatæ. Cic. pro Cluentio.

Laborum omnium & ſolicitudinum perfugium ſomnus eſt. Cic. 2. de Diuinat.

Perfugium & præſidium ſalutis. Cic. pro Rab.

¶Excludere aliquem à portu & perfugio. Cic. Luccio, lib. 5. 15.

Habere ſibi perfugium. Lucret. lib. 5.

Intercludere perfugium fortunæ. Cic. 7. Verr.

Perfugium ac ſolatiũ aduerſis hæc ſtudia præbent. Cic. pro Arch.

Vti perfugio, per tranſlationem. Ci. 3. Verr. Idem, Itaque vtor eodem perfugio quo tibi vtendum cenſeo, literulis noſtris. Et 4. Verr. Poſtremo illo deſperatiſſimo perfugio vti poſſet, ſe imprudentem feciſſe, exiſtimaſſe id licere.

Perfuga, perfugæ, pen. corr. m. g. {αὐτομόλος.} Feſtus. Perfugam Gallus Ælius ait, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur tranſfuga. Quanquam ſint qui credant perfugam eſſe non tam qui alios fugiat, quàm qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat. Cic. 3. Off. Quúmque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potente, perfuga ab eo venit in caſtra Fabritij.

Cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos? Cicero in Oratore.

Perfui, perfuiſti, perfuit, Præteritum à verbo Perſum, ſed præſens non reperi. Vſus eſt autem hoc præterito Gell. li 2. ca. 18. Phædon Elidenſis ex cohorte illa Socratica fuit, Socraſique & Platoni perfuit familiaris, &c.

Perfulcio, perfulcis {καταστηρίζω} perfulcire, Bene fulcire & roborare. Ouid. ad Piſonem (aut quicunque ſit ille tandem non indignus hoc nomine) Eloquio ſanctum modo perfulcire Senatum.

Perfunctio, Perfunctorius, Perfunctus, Vide PERFVNGOR.

Perfundo, perfundis, perfudi, perfuſum, penul: ima producta {διήμι, διάημι, καταζέω} perfundere, Per omnes partes fundere, conſpergere. Cic. 3. Verr. Aqua denique feruenti à Rubrio ipſo Philodamus perfunditur.

Repulſum foribus perfundit gelida. Horat. 2. Serm. ſaty. 7.

Fluuiis perfundunt pecus magiſtri. Virg. 3. Georg.

Artus perfundere roſe. Ouid. 3. Metam.

Enſis perfunditur ſanguine. Ouid. 7. Metam.

Sanguine perfundit penates, Ouid. 5. Metam.

Perfundi & tingi. Seneca epiſt. 36, Liberalia ſtudia non illa quibus perfundi ſatis eſt: ſed hæc quibus tingendus eſt animus.

¶Perfundere animum religione, per tranſlationem, pro Imbuere. Liu. 10. ab Vrbe.

Perfundere animos ſuauitate, non perfringere. Cic. de Clar. Orat. Et ſuauis, ſicut fuit, videri maluit, quàm grauis: ſed ſuauitate ea qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

Animum voluptate. Cic. 4. Tuſcul.

Aceto quempiam, Vide ACETVM.

Oculum perfundere alicui. Vlp. in l. Sed & ſi quemcunque. §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor puero diſcẽti ingenuo filioſam. parũ bene faciẽti quod demõſtratum erat, forma calcei ceruicem ita percuſſit, vt oculus puero perfunderetur. Ita enim habent Pandectæ Florentinæ, & Haloander: quanuis nonnulli legant perfoderetur.

Perfundere tecta auro, pro Deaurare. Seneca epiſt. 116.

Perfundi iucunditate, lætitia, voluptatibus, pro Repleri. Cic. 2. de Fin. & lib. 5. Item 1. de Nat. deor. Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus?

Oratione duci, & quaſi voluptate quadam perfundi. Cic. de Claris Orat.

Perfundere aliquem iudicio, Cogere iudicium ſubire, & cauſam dicere. Cic. pro Roſc. Amer. Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos, à quibus mercedem accepiſti.

Perfudit me horror. Cic. ad Atticum, lib. 8, Dij immortales qui me horror perfudit, quàm ſum ſolicitus quidnam futurum ſit.

Perfundens, Participium {διέρδων.} vt Solomnia perfundens conueſtit ſua luce. Lucret. lib. 2. Alij legunt profundens.

Perfuſus, pen. prod. Aliud Participium {καταζεσθείς.} vt

Multo perfuſus tempora Baccho. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Perfuſus cruore. Liu 10. bel. Pun. Hoc eſt cruentus.

Sanguine frarrum perfuſi. Virg 2. Georg.

Currus perfuſi ſanguine. Virg 11. Æneid.

Terra perfuſa ſanguine. Ouid. 1. Metam.

Lachrymis perfuſus Achilles. Ouid. 5. Faſt.

¶Dulcedine omni perfuſi ſenſus monentur. Cic. 2. de Fin.

Corpus perfuſum æterno frigore lechi. Id eſt mortuum. Lucret. libro 4.

Gloria perfuſa fuco. Ouid 1. Faſt.

Lepõre perfuſa. Lucret. lib. 4.

Metu & timore perfuſus. Liu. 9. ab Vrbe.

Tempeſtate belli perfuſus pectora Mars. Stat. 3. Thebaid.

¶Canities immunda puluere perfuſa. Virgil. 12. Æneid.

Coloribus omnigenis perfuſa. Lucret. lib. 2.

Veſtes perfuſæ oſtro. Virgil. 5. Æneid.

Perfuſoriè, Aduerbium, Confuſoriè, obſcurè, & non plenè exprimendo. Scæuola in l. Qui libertatis. §. Sed &. D. De Euict. Sed & ſi quis in venditione ſtatuliberum perfuſoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit, empti iudicio tenebitur, ſi id neſcierit emptor.

Perfuſio, Verbale {καταζεσμός.} Plin. lib 18. cap. 7, Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem formam molit.

Perfungor, perfungeris, pen. corr. perfunctus ſum {ὑπηρετέω} perfungi, Ad extremum obire munus, & ſtrenuè operam nauare, vt ait Budæus. Cic. pro Cluent. Aut quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, quum de eo iudicatum, negligentius attendunt cætera. Terent. Hecy. 4. 2,

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatiãs me iam tenet Studiorum iſtorum.

Perpeti & perfungi Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Perfungi cura. Liu lib. 6. bel. Pun.

Moleſtia propria perfungi. Cic Luccio, lib. 5. 12.

Munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur, dum ſumus incluſi in his compagibus corporis. Cic. de Senect.

Periculis aliquibus perfungi. Cic. pro Murena.

Perfunctus, Participium {ὑπηρετήσας.} vt Perfunctus Conſulatu, honoribus, &c. Cic. Lentulo, lib. 1. 8, Quum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus.

Bello miſero fataliſque perfuncta eſt Reſp. Cic. pro Marcello.

Perfunctus fato. Liu. 9. ab Vrbe. Id eſt mortuus.

Perfunctus laboribus. Cic. pro Domo ſua, Quos memoriæ proditum eſt ab ipſo Hercule perfuncto iam laboribus, ſacra didiciſſe.

Perfunctus à febri. Varro de Re ruſt. cap. 4. Id eſt, liberatus.

Parua perfunctus opella. Lucret. lib. 1.

¶Perfunctus, cum accuſatiuo. Lucret. lib. 3,

Omnia perfunctus vitaï præmia merces. Alij perfructus.

Perfunctio, Verbale {ὑπηρέτησις.} Cic. 3. de Orat. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione, &c. Idẽ 1. de Fin. Nam neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, &c.

Perfunctorius, Adiectiuum: vt Opera perfunctoria. Budæus in prior. annotat. Proinde perfunctoriam iſtam operam magis quàm iuſtam plenámque profitemur.

Perfunctoriè, Aduerbium. Vlpianus in l. Aut qui. D. Quod vi aut clam, Neque perfunctoriè aut obſcurè dicere, aut denuntiare debet. Id eſt, non bona fide, nec ex animo, nec iuſta denuntiatione, vt quum dicimus Rogatus rogo. Bud. Hoc tamen in loco Haloander legit perfuſoriè, non perfunctoriè. Pandectæ etiam Florentinæ habent perfuſoriè. Vide Dicis cauſa.

Perfunctoriè debitum officium implere. Papin. in l. Propter. D. De Senatuſc. Syllan. Hæredibus qui nõ perfunctoriè debitum officium impleuerant, &c. Pandectæ Florent. habent defunctoriè.

Perfuro, perfuris, pen. corr. {καταμαίνω} perfurere. Lucret. lib. 1,

-ita perfurit acri

Cum fremitu. Id eſt, vehementer furit. De vi & impetu ventorum, Virg. 9. Æneidos,

-incenſus & ipſe Perfurit.

Perfuſoriè, Perfuſio, Perfuſus, Vide PERFVNDO.

PERGA {πέργη} oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, propter templum illi dicatum. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Pamphyliæ.

PERGAMVM, Minoris Aſiæ inſignis ciuitas, quæ ſub Attalicis regibus diu fuit fortunata, & theſauros ſeruabat Lyſimachi Agathoclis filij, qui vnus fuit ex ſucceſſoribus Alexandri. Hæc Strabo lib. 13.

PERGAMVS, vel Pergamum, pen. corr. n. g. {πέργαμος} Clariſſima vrbs Aſiæ, vel Troadis, quam Silenus fluuius intermeat, à qua Claudius Galenus ille inſignis medicus ortum duxit. Hæc eadem vrbs Troia vocatur. Dicitur etiam pluraliter, Pergama, Pergamorum. Virgil. 1. Æneidos, Pergama dum peteret. Pergama autem propriè ſunt Troianæ arces: vnde καὶ ἐγκωμ. arces omnes Pergama dicuntur: vt poetam dicimus, & intelligimus Virgilium. Hæc Seru. in illud 2. Æneidos, -Troiam incenſam & prolapſa videntem Pergama,

Troiaï Pergama. Lucret. lib. 1,

Nec clàm durateus Troiaï Pergama partu

Inflammaſſet equus, &c. Sic repoſuit, & rectè, Lambinus, quum cæteri codices Troianis legerent.

Mortuus Pergami P. Scipio vir clariſſimus. Cicero pro Flacco,

Euerſa Pergama. Virgil. 2. Æneid.

Lauinia. Silius libro 13,

Iam Phryx condebat Lauinia Pergama victor,

Armáque Laurenti figebat Troica luco. Sic vocat Lauinium oppidum ab Æneæ cónditum.

Neptunia. Ouid. epiſt. 3.

Teucria Silius lib. 13.

Pergameus, pen. corr. Adiectiuum {περγάμειος.} vt Gens Pergamea. Virg. 6. Æneid.

Arces,

Arces. Virgil. 3. Æneid.

Vates Pergamea, Caſſandra. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Ruinæ. Virgil. 3. Æneid.

Pergamenus, pen. prod. Aliud adiectiuum {περγαμηνός.} Cic. pro Flacco, Num honeſtior eſt ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæi? Et annos iam triginta in foro verſaris, ſed tamen Pergameno.

PERGASE, es {πέργασι} vicus eſt agri Attici in tribu Erechteide, teſte Stephano.

Pergaudeo, pergaudes, pergauiſus ſum {καταχαίρω} pergaudère, Vehementer gaudere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17, Trebonium meum à te amari, téque ab illo, pergaudeo.

Pergigno, pergignis {καταγίνομαι} pergígnere, Idem quod ſimplex Gignere. Catul. Argon. 18,

Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos,

Pergo, pergis, perrexi, perrectum {πρόβαινω, διαπελεύω} pérgere, Iter facere, ire. Terent. Adelph. 4. 2,

Sed ceſſo ad eum pergere?

Pergit huc. Terent. Eunuch. 2. 1. Idem Hecyr. 3. 4,

-horſum pergunt.

Pergere & peruenire aliquò. Cic. ad Brutum, lib. 10, Quanquam dolebam in eam me vrbem ire, à qua tu fugeres, qui eam liberauiſſes: quod mihi quoque quondam acciderat, periculo ſimili, caſu triſtiore: perrexi tamen, Romámque peruenì.

Pergere ire ad Phauorinum. Gell. lib. 14. cap. 2. Liuius 2. belli Punici, Pergit deinde ire, ſequẽtibus paucis, in hoſpitium Metelli. Id eſt, incipit ire, inquit Bud. Cic. 1. de Diuin. Qui quum ex itinere quodam propoſito & conſtituto reuertiſſet, aquilæ admonitus volatu, concla-ue illud vbi erat manſurus ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit.

Pergo tendere aliquò. Virg. 6. Æneid.

Obuiam pergere alicui. Author ad Herenn. lib. 4.

Pergere iter. Terent. Hecyr. 1. 2.

Pergere iter ambitione ac periculis vacuum. Tacit. lib. 4.

Viam aliquorum dierum in Macedoniam, ad Planciúmque perrexi. Cic. pro Plancio.

Ad littora pergens. Silius lib. 7.

Pergere per mare. Cic. 3. de Nat. deor. Neptunum eſſe dicis animũ eum intelligentia per mare pergentem. Aliàs pertinentem.

Pergunt domos eorum apud quem quiſque ſeruierat. Liuius 2. ab Vrbe.

¶Pergere, pro Præterire. Cic. Att. lib. 3, Sed pergo præterita.

¶Pergere, Proſequi, perſeuerare, procedere. Terent. Adelph. 2. 1, Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripière. Cic. de Amicitia, Tu verò perge Lælì: pro hoc enim qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo.

Pergam atque inſequar longius. Cic. 5. Verr.

Vt facitis pergite adoleſcentes. Cic. 1. de Orat.

Eadem via pergere qua cæteri. Cic. 1. de Diuin.

Ordine perge quatuor mihi iſtas partes explicare. Cicero in Partitionib.

Cuncta pergunt ordine ſuo. Valer. 1. Argon.

Conficere iter reliquum pergas. Cic. 2. de Orat.

Pergam diſponere carmina. Lucret. lib. 3.

Iuuenémque extinguere pergit. Valer. 1. Argon.

Proficiſci ad inſtituta pergemus. Author ad Heren. lib. 3.

Scribere quæſo perge. Cic. Att. lib. 10.

Tenere viam quam inſtituiſti perge. Qu. Cic. de Petit. Conſ.

Si pergis, per parentheſim. Liu. 2. ab Vrbe, De his videris: quos (ſi pergis) aut immatura mors, aut longa ſeruitus manet.

Perge ad cætera. Cic. 2. de Legib. Nos verò frater, & copioſè quidem: ſed perge ad cætera.

Pergere in maledicta. Cic. 13. Philip. Pergit in mea maledicta: quaſi verò ei pulcherrimè propria proceſſerint.

Perge quò cœpiſti. Cic. in Catil. Quæ quũ ita ſint Catilina, perge quò cœpiſti.

Perge porrò hoc idem interdictum ſequi. Cicero pro Cecin. Et 4. de Finibus, Perge porrò: ſequentur enim quæ tu ſcientiſſimè complexus es.

Perge reliqua: geſtio ſcire iſta omnia. Cic. ad Att. lib. 4.

Pergite animo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos forſaſſe cœnabimus. Cic. 1. Tuſc.

¶Pergere, Agere. Virg. 6. ecloga, Pergite Pierides. Feſtus.

¶Pergere, Feſtinare. Terent. Phorm. 1. 4,

-domum ire pergam, ibi plurimum eſt.

Curſim ad aliquos pergere. Cic. 5. Tuſcul.

Protinus pergere & properare Romam. Cic. Qu. frat. lib. 1. 6,

Perge non dubio gradu. Senec. Thyeſte, 5.

¶Pergere, Conari. Terent. Phorm. 5. 6,

-hoc vbi ego audiui, ad fores

Suſpenſo gradu placidè ire perrexi.

Perge in virum. Plaut. Menæch. 1. 4.

Pergor, Paſſiuũ. Tacitus de vita German. Eáque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur. Quo tamen in loco putauerim potius verbum eſſe impersonale.

¶Pergin', Comicum, pro Pergiſne? Plaut. Amphit. 4,

Pergin argutarier? Quaſi dicat, Non ceſſabis?

Pergracilis, & hoc pergracile, pen. corr. {καταλεπτός} Valde gracilis. Plin. lib. 25. cap. 13, Longiore caule, ſed pergracili.

Pergræcor, pergræcaris {κωμάζω, ὑπερμεθύω} pergræcári, Epulis & potationibus inſeruire, inquit Feſtus. Metaphora ſumpta à Græcorum moribus. Plaut. Bacch. 18,

Propterea hoc facio, vt ſuadeas gnato meo,

Vt pergræcetur tecum, ter venefice. Quid ſit Pergræcari, ipſa Plauti verba ſatis indicant in Moſtellar. Act. 1. Scen. 1,

Dies noctéſque bibite, pergræcamini,

Amicas emite, liberate, paſcite

Paraſitos, obſonate pollucibiliter.

Pergrandis, & hoc pergrande. Plaut. {πολυτελής.} Cicer. 6. Verr. Erat etiam vas vinarũ ex vna gemma pergrandi trulla excauata cum manubrio aureo.

Pergrande vectigal. Cic. pro Lege agrar. Iubet eoſdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere.

Pergrandis natu. Liu. 9. bel. Pun.

Pergraphicus, penult. corr. Adiectiuum {πάνυ γεγραφικός} Ad vnguem factum, abſolutum, & quaſi pictoris manu expólitum. Plautus Truculento, 17,

-modò mihi aduenienti nugator

Quidam acceſſit obuiam, nimis pergraphicus ſycophanta. Hoc eſt lepidus.

Pergratus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπέχαρις, πολυτερπής} Admodum gratus. Cic. de Amic. Pergratum mihi feceris, ſpero item Scæuolæ, ſi (quemadmodum ſoles de cæteris rebus, quum ex te quærũntur) ſic de amicitia diſputaris quid ſentias. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 17, Id mihi pergratum, pérque iucundum erit. Et 5. de Fin. Sed mehercule pergrata mihi oratio tua.

Inter Per & Gratum, interponitur aliquando dictio, quod elegantem vim habet. Cic. ad Att. lib. 1. 15, Per mihi, per inquam gratum feceris, ſi in hoc tam diligens fueris, &c. Eidem lib. 5. 97, Per mihi grata tum erit ſi id curaris ad me perferendum.

Pergrauis, & hoc pergraue, penult. corr. {πολυβαρής} Valde grauem ſignificat.

Pergrauiter, pen. corr. Aduerb. {πολυβαρέως} Admodum grauiter. Cic. ad Att. lib. 1. 6, Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum eſſe offenſum. Idem 1. de Orat. Idem Qu. Seruium Galbam, quem hominem probè noſſe & commeminiſſe ſe aiebar, pergrauiter reprehendere ſolebat.

Pergula, pergulæ, pen. corr. {σκιά} Locus apertus à multis lateribus aerem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modò tectus, modò ſub dio expoſitus. Dicta à pergendo, quòd in ea deambulare ſoleamus: foráque, aut hortum, aut nemora, aut plateas, aut vias proſpectare: vt ait Sipontinus. Budæus autem, Pergula, pars eſt domus exporrecta & propendens. Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quàm ſe præferens.

Pergula curta. Propertius,

Atque animam in tegeres putrem expirare paternas,

Horruit algenti pergula curta foco. Beto aldus legit pertica: ſed ex veteri ſcriptura ſic reſtituit Turnebus, nec ſine ratione. Ná pauperes quibus cella non erat, nec domus, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam viliſſima ſcorta, & omnium libidini proſtituta merebant. Plautus Pſeudolo,

Te ego ipſam culleo eras faciam deportere in pergulã. Sic & Craſſitius libertinus pauper grammaticus, cui per inopiam habendæ in ædibus ſcholæ poteſtas non erat, docuit in pergula. Suetonius. Hic initio circa ſcenam verſatus eſt, dum mimographos adiuuat: deinde in pergula docuit, &c.

¶In pergula quoque mos eſt æſtiuo tempore cœnare. Iuuenal. ſatyra 11, de cœnis diuitum loquens,

Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis

Pergula. Calepinus pergulam hîc interpretatur ordinem, & cœtum miniſtrorum obedientium ſtructori.

¶Pergula, Omnino locus eſt accommodatus exponẽdis venalibus rebus. Vlp in l. Hæres, De indiciis, Ac ſiquo conſtitit non dico iure domicilij, ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſeu officinã conducẽs, ibique diſtraxit vel egit: defendere ſe ex loco debebit.

¶Pergula, in naui, dicitur excurſus per totam nauim, & alio nomine pontiſculus appellatur. Sipontinus.

¶Pergula, in vineis topiarium opus ſignificat. Colum. lib. 11. cap. 2, Si quæ pergulæ vitium generoſarum, à putatoribus relictæ ſunt, ante Calendas Apriles vtique deputari debent. Idem lib. 4. cap. 21, Illa enim pergulæ magis quàm vineæ figuram obtinet, quę ſupra hunc modum materiis diſtenditur.

Pergulanus, pen. prod. Adiect. vt Pergulana vitis, Quæ pergulis adiungitur, & ſuſtinetur. Colum. lib. 3. cap. 2.

Perhibeo, perhibes, pen. corr. perhibui {φημί, λέγω} perhibêre, Dicere & affirmare. Colum. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Terent. Adelph. 3. 4,

Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere

Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos. Hoc eſt, ſi vultis dici probi.

Cælum noſtri, Graij perhibent æthera. Cic. 2. de Natura deor. Ex Pacuuio.

Vt perhibent. Cic. in Arato, Cum quibus (vt perhibent) auſa eſt contendere forma, De Caſſiopea.

Claro nomine aliquem perhibere. Cicero 2. de Natura deorum. Ex poeta.

Optimum aliquem. Cic. 2. de Diuin. Bene qui coniiciet, vatẽ hunc perhibebo optimum.

¶Perhibere, Dare. Plaut. Pſeudolo, 4,

-cur ego veſtem,

Aurum, atque ea quibus eſt vobis vſui, perhibeo?

Teſtimonium perhibere, quod & Ferre dicitur. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5, Tu verò Muri veni mihi aduocatus, dum aſſes ſoluo Palilibus, ſi poſtea à me repetant, vt teſtimonium perhibere poſſis.

Verba perhibere. Plaut. Aſin. 5,

Si eaſtor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas. Hoc eſt, Iongè aliud diceres.

Honorem perhibere. Plin. lib. 19. cap. 4, Virgilio quoque confeſſo, quàm ſit difficile verborum honorem tam paruis perhibere.

¶Perhiberi, Paſſiuum. Cic. 1. Tuſcul. Eadémque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modò adiutores in prælijs victoriæ Pop. Rom. ſed etiam nuntij fuiſſe perhibentur.

Tellus falſa quæ perhibetur amara. Virg. 2. Georg.

¶Perhibere,pro Exhibere & offerre. Quintilian.lib.1.cap.2,Quia Latinus sermo, qui pluribus in vsu est, vel nolentibus nobis se perhibet. Alij legunt,se præbet. Cic.Attic.lib.1.epist.1,In causa vniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo (subaudi patrono) quem Cæcilius suo nomine perhiberet, &c. Hoc est exhiberet. Nisi fortè & hîc legendum sit,præberet.

Perhibendus,Participium {φατέος.} Cicero Luceio,lib.5.12,Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quàm qui in eo genere laborarunt.

Perhilum,Aduerbium ex per & hilum {πάνυ ὀλίγον} Perpaulùm. Lucretius lib.6,

Hæc igitur ratione vacillant omnia recta,
Summa magis mediis,media imis,ima perhilum. De terræ motu.

Perhonorificus,penult. corr.Adiectiuum {πολυτίμητος} Valde honorificum significat. Cicero ad Atticum,lib.2.23,Consalutatio forensis perhonorifica: signa præterea beneuolentiæ permulta à nobis impertiuntur.

Perhonorificè,pen.corr.Aduerbium {πολυτιμήτως.} Cic.ad Atticum,lib.14,Hic perhonorificè & amicè Octauius,quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhorreo,perhorres,siue Perhorresco,perhorrescis,perhorrui {μεγάλως φρίττω} perhorrêscere.Cicero ad Atticum,lib.9,Sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorrui. Eidem lib.13, Sed quid est tandem quod perhorrescas?

Æquor latum perhorruit.Ouid.6.Metam.
Clamore perhorruit Ætna.Ouid.15.Metam.
Commoueri animo,& toto corpore perhorrescere. Cic.1.Verr.
Recordatione rei alicuius.Cic.in Pison.Qui vos nõ oculis fugiat, auribus resquat,animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat.
Inter pertimescere & perhorrescere. Cic.6.Verr. Hanc tu tantam religionẽ si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam nõ pertimescebas,ne nunc in tanto tuo,liberorúmque tuorum periculo perhorrescis?
Nauita Bosphorum perhorrescit.Horat.2.Carm.ode 13.
Casus perhorrere.Ouid.5. Trist.eleg.10.
Dissolutionem naturæ valde perhorrescere.Cic.5.de Finib.
Lamentationem matrumfamiliâs, tum fugam virginum ac puerorum perhorrescere.Cic.4.in Catil.
Memoriam alicuius diei.Cic.13.Philip.

Perhorridus,penult.corr.Adiectiuum {πολυφρικτώδης.} Liu.2.bel.Pun. Pœnus contrà intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnáque perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitalis,pen.prod.Adiect. {πολυξένιος.} Cic.6.Verr. Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximéque perhospitalis.

Perhumanus, pen.prod.Adiect. {πάνυ φιλανθρωπος.} Cic. ad Qu.frat. lib 2.8,Multúmque is mecum sermonem habuit,& perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.

Perhyemo,perhyemas,pen.corr. {καταχειμάζω} perhyemâre, Totâ hyemem durare.Colum.lib.11.cap.3,Sed eos vacuos perhyemare patiemur. De fulcis loquitur.

Peri {περί} præpositio Græca,quæ modò De,modò Vltra,modò Circũ significat:à qua quoniam multa per compositionẽ fiunt, eam non omittendam censuimus.

PERIANDER {περίανδρος} Corinthiorum rex, vnus è septem sapientibus, Cypselo patri in regno successit: regnauit annos quadraginta. Crudeliter & in magna suspicione agebat,stipatus semper militibus, otiosos in foro & oscitantes vsque formidans. Quapropter assiduè erat in bellis,naualibus præsertim. Dicitur & Isthmum voluisse perfodere,& vxorem adeò dilexisse,vt etiam cum mortua concubuerit. Scripsit ὑποθήκας,id est humanæ vitæ præcepta. Huius illud est, χάλον χαλίνι,id est Iram compesce. Diogenes Suidas.

PERIAS, dis {πέρειαι} oppidum in Eubœa ad Cerinthum. Strabo libro 10.

Peribarides {περιβαρίδες} Calceamenta muliebria,præcipuè famularum, ex Polluce libro 7.cap.2. ex authoritate Cephisodori in Trophonio.

Periblema {περίζωμα} positum Polluci inter vestimenta communia virorum,lib.7.cap.13.vbi Gualtherus Amiculum vertit. Lexicon autem interpretatur Sagulum, & Pallium quod circuniicitur corpori.

PERIBOEA {περίβοια} Eurymedontis gigantis filia fuit,ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrẽ. Author Homerus 7.Odyss.

Periboeton,pen.prod. {περίβοητον} Græci celebrem,famigeratúmque dicunt.Plin.lib.34.cap.8, de operibus ex ære, Item Cataguſam,& Ebrietatem,& Liberum patrem,nobilémque vnà Satyron,quem Græci periboeton cognominant.

Peribolus, pen.corr. {περίβολος} Latinè ambitus, Lorica murorum, ab ambio,Circundo. Capitur etiam pro septo & corona domus,quæ sit ne quis delabatur:quæ lorica,loriculáve alio nomine dicitur. Vitruuius.

Pericardion {περικάρδιον} membrana est cor circunquaque amplectens,tantum ab eo dissita,tantúmque spatij vacui omni ex parte relinquens, quantum ad cordis diastolen maximè est necessarium. Vulgus capsulam cordis appellat.Gal.De dissect. venar.lib.singul.

Pericarpium {περικάρπιον} est inuolucrum seminis, quo illud ambitur: & aduersus cæli animaliúmque iniurias defenditur, vt in frugibus spica,in castaneis, echinus. ¶Est item Pericarpium, brachij ornamentum,cingens iunctu ram illam qua summa manus cubito iungitur,quam Anatomicæ rei periti Græco vocabulo καρπὸν appellant. Ex Polluce lib.5.cap.16.

Pericarpum {περίκαρπον} Bulbi genus est. Eius duæ sunt species,cortice rubro alterum: alterum nigro, papaueri simile. Vtrunque habet vim excalfaciendi: vnde & contra cicutam datur.Plin.lib.25.cap.10.

PERICIONIVS, Bacchus cognominatus, cuius cum alij meminere, tum ei imprimis Orpheus hymnum concinuit,adolens aromata.Livius Syntag.8.

PERICLES,pen.corr. {περικλῆς} Athenensis clarus authoritate & eloquentia,quem Olympium poetæ comici vocant,quòd tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipub.aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem ac potentem. Suggestum ascensurus,diis vota faciebat, ne verbum se imprudente,aut inuito effluerret,quod ad Rempub.minus pertineret. Periclis etiã meminit Cicero in Bruto,& 1.de Offic. Meminit & Quint. lib.11.cap.2. & lib.1.cap.18. Item lib.12.cap.8.& 10. Et lib.3.cap.1. vbi multa de eo reperias.

Periclitor,Vide PERICVLVM.

Periclymenos, siue periclymenon, penult.correpta {περικλύμενος} herba quæ Latinis volúcrum maius appellatur,vulgò caprifoliumsiue matrissylua, aut matersyluarum. Plin. libro 27. cap.12,Periclymenos fruticat & ipsa, ex interuallo duo folia habens, subcandida, mollia.

PERICLYMENVS,penult.correp. {περικλύμενος} filius Nelei, & frater Nestoris & Chromij, teste Homero lib.11. Odyssææ, qui ab Hercule in bello interemptus fuit. Huic à Neptuno auo concessum omnia fieri: siue in vrsum, siue formicam, siue apem se vertere, vt Apollonius, & item Hesiodus poetæ testantur. Huius historiam vide apud Ouidium 12.Metamorphoseos.

Mira Periclymeni mors est,&c.
Nelides Periclymenus.Valer.1.Argon.

Pericope,es,pen.corr. {περικοπή} amputatio, vel concisio. Hieronymus ad Pamma. Aut si tu quoque narem contraxeris,illam Apostoli περικοπήν, id est amputationẽ in qua de virginitate & de nuptiis disputat,aliter differere compelleris.

Pericranion {περικράνιον} membrana est tenuis & neruosa,sub capitis cute, ex crassa meninge enascens, totúmque cranium extrinsecus ambiens,vnde & nomen accepit.Galen.in libro, ὅτι ἐκ ἐγκεφάλου.

Periculum,periculi,pen.corr. {κίνδυνος,κινδύνημα} à Pereo deducitur,& salutis discrimen significat.Virgil.3.Æneidos,

Obscœnámque famem,quæ prima pericula,vito.

Periculum, in vtranque partem bonam & malam dicebatur: vnde & bonum periculum dici reperimus. Apuleius, Possem equidem bono periculo vel his dictis contentus perorare. Annotauit Turneb.

Periculum in.Terent.Heeyr.3.1,

Nam si periculum vllum in te est,periisse me vnà haud dubium est.
Periculo meo,tuo,suo.Plaut.Capt.6,

Ne vereare meo periculo, huius ego experiar fidem. Cicer.3.Verr. Nihil est iam quod in hac causa peccare Iudices quisquam, nisi vestro periculo possit.
Sine tuo periculo.Cic.1.Verr.
Scribere alicui rem aliquam, suo periculo esse. Cicero Attico, libro 6.
Versari periculo suo in aliqua re.Cic.7.Verr.
Casus periculorum.Catul.ad Furium,epigr.20.
Discriminum periculorúmque comites dij. Cic.2.de Nat.deor.
Consors periculi.Senec.Agamemn.13.
Expers periculi.Cic.Fam.4.
Metuens periculi.Virgil.5.Æneid.
Opportuna periculis.Celsf.lib.2.cap.1.Qualia corpora maximè tuta,vel periculis opportuna sint.
Subiecta periculo.Celsus lib.7.
Subtrahere periculo.Celsus lib.2.cap.8.
Terrere periculo.Celsus lib.7.cap.6.
Venire in periculum.Celsus lib.8.cap.10.
¶Animosa pericula,Vide ANIMVS.
Aperta,Vide APERIO.
Capitale,Vide Capitalis,in CAPVT.
Dubia.Lucret.lib.3. Aptissimo epitheto pericula dubia appellauit, quia incertum est vtrum quis ex iis saluus euadere possit,necne. Sic dicimus,In dubiis rebus: sic,Dubia tẽpora,& Dubij casus,apud Horatium.
Dulce.Horat.3.Carm.ode 25.
Dura.Horat.1.Serm.satyr.2.
Garrula.Iuuenal.satyra 12,de tonstrina,

-gaudent vbi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ. Garrula, ab effectu. hoc est, quæ non sine magna garrulitate referuntur, & nautas garrulos faciunt.
Matura.Claud.2.in Ruff.
Metuenda.Horat.2.epist.1.
¶Abesse à periculo,Vide ABSVM.
Accedere periculum,& ad periculum,Vide ACCEDO.
Cum periculo accedere ad flammam,Vide CVM.
Adducere in.Cic.7.Philip.Adducta est,p.c. res in maximum periculum,& extremum penè discrimen.
Adire,Vide ADEO, adis.
Afferre alicui. Cicero 1.Offic.Si ei tractanti contemplantíque res cognitione dignissimas,subitò sit allatum periculum, discriménque patriæ.
In prouisis periculis animo affici.Cic.pro Murena.
Amoliri,Vide AMOLIOR.
Arcere aliquem periclis.Virgil.8.Æneid.
Arcessere in periculum,Vide Arcesso,in ARCEO.
Cedere periculo,Vide CEDO.
Circunstant te pericula. Virg.4.Æneid.
Committere se periculo mortis,Vide COMMITTO.
Communicare amici pericula,Vide COMMVNICO.
Comparare periculum,Vide COMPARO.
Constare,Vide CONFLO.
Contremere.Horat.2.Carm.ode 12.

Creare

Creare periculum, pro In discrimen vocare.Cic.pro Flacco,Quibus authoribus & defensoribus omnium tum salus esset non ciuium solùm, verumetiam gentium defensa ac retenta, neminem vnquam putaui per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creaturum.
Decedit de causa eius periculum,Vide DECEDO.
Deduci periculo,Vide DEDVCO.
Deducere rem in periculum,Vide DEDVCO.
Defendere à periculo,Vide DEFENDO.
Magnis pelagi defuncte periclis.Virg.6.Æneid.
Denuntiare periculum.Cic.ad Attic.lib.2.
Discere pericula.Stat.6.Theb.
Nocturna pericula effugit.Lucan.lib.1.
Ereptus periculis.Virg 3.Æneid.
Depellere periculum,Vide DEPELLO.
Exhausta pericula maris & terræ.Virg.10.Æneid.
Extrahere ex periculis.Cic.pro Sextio.
Facere periculum alicui,pro Adducere in periculum. Tacit.lib.13, Tanquam insonti periculum fecissent.
Facere periculum,pro Adire discrimem.Tacit.lib.14.
Facessere periculum alicui.Tacit.lib.1, Mox clarissimo cuique periculum facesslit.
Rem periculi sui facere. *Prendre à sa charge.*Budæus. Triphon.in l. Si fundum.D. De fund.dotal. Si mulier prædium vt suum in dotem marito dedit, cúmque petere neglexerit vir, quum id facere posset, rem periculi sui fecit.
Facessere periculum innocenti.Cic.1.Verr.
Fouere periculum alicuius,Adiuuare,vrgere. Plin.iunior lib.1.epist.5,ad Voconium,Rustici Aruleni periculum fouerat Regulus.hoc est,accusationem Rustici sub Domitiano de vita periclitantis.
Gliscunt pericula.Tacit.lib.15.
Iactatus periclis.Virgil.6.Æneid.
Periculum imminere sibi putat,Vide IMMINEO.
Importare periculum,Vide IMPORTO.
Cladem importare pericli.Lucret.lib.3.
Impendere periculum.Cic.pro Sext.Rosc.
Impetrare periculum.Vide IMPETRO.
Incudi in periculum legis,Vide INCVDO.
Inire pericula præliorum,Vide INEO, inis.
Inferre se in periculum alicui,Vide INFERO.
Inferre se in periculum capitis atque vitæ discrimen pro aliquo. Cic.pro Corn.Balbo.
Iniicere alicui periculum mortis. Cic.pro Cecin. Non ea sola vis est,quæ ad corpus nostrum,vitámque peruenit, sed & iam multò maior ea,quæ periculo mortis iniecto,formidine animum,&c.
Instat periculum ab aliquo,Vide INSTO.
Intendere periculum alicui. Tacit.lib.3, Ob intenta Lepidæ pericula. Hoc est, intentata.
Intendere periculum iudicij,Vide INTENDO.
Intentare periculum.Quintil.lib.4.cap.3.
Lassata periclis.Lucan.lib.9.
Liberare periculo. Cn.Magnus Marcello in Epist. ad Atticum,lib. 8,Tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio.
Liberatus periculo.Quintil.lib.2.cap.15.
Maner ingens periculum.Vide MANEO.
Mittere se in periculum.Virg.9.Æneid.
Moliri periculum alicui.Cic.pro Sextio.
Periculum fortunarum negligere.Cic.ad Terentiam,lib.14.4,Nos Brundusij apud M. Leuium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit.
Obire periculum,Vide OBEO.
Caput obiectare periclis.Virg.2.Æneid.
Offerre se periculis pro patria.Cic.3.in Catil.
Opponere periculum.Quintil.lib.3.cap.8.
Ostentare periculum capitis,Vide OSTENDO.
Passus plurima pericula pelago terráque.Ouid.3.Trist.eleg.2.
Positum esse periculum in re aliqua. Cic.Periculum in vtriusque iracundia positum est.
Priuata periclis natura diuûm.Lucret.lib.1.
Procreare periculum,Vide PROCREO.
Prohibere à periculo.Cic.A quo periculo prohibere rempub.
Propulsare.Cic.pro Rosc.Amer.Periculum quod in omnes intenditur,propulsetis.
Refugere periculum.Asin.Cic.Fam.10.
Minimo periculo respondentur quæ consuluntur. Cicero pro Murena.
Sapere alieno periculo.Plaut.in Mercat.19,
Feliciter is sapit,qui periculo alieno sapit.
Spreto noctisque hostisque periclo.Ouid.13.Metam.
Struere periculum.Cecin.Cic.Fam.6.
Subire.Horat.Epod.1.
Subire periculum pro amico.Cic.in Partit.
Subiicere aliquid periculo.Quintil.lib 7.cap.2.
Periculum subterfugere.Cic.ad Senatum,lib.15.1.
Subtrahere periculo.Celsus libro 2.capite 8, Quos sienis malè habet,si tormina prehenderunt, deinde inuersa sunt vel in aquam iactercutem, vel intestinorum læuitatem, vix vlla medicina periculo subtrahit.
In periculo esse.Liu.8.bel.Pun.
Periculo publico esse ab hostium vi. Liu.3.bel.Pun.
Periculum est mihi.Terent.Phorm.2.2,Aliis aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest.
Periculum est ne. Cic.5. Tusculan. Haud sanè periculum est, ne non mortem aut optandam,aut certè non timendam putet.
Periculum est à,vel ex.Terent.Heeyr.5.1,
Si vera dicis,nihil tibi pericli est à me mulier. Idem Heaut.3.1,
Quum illi nihil pericli ex iudicio siet?
Sumere periculum.Tacit.lib.19.
Suscipere periculum.Tacit.lib.1.
Terrere periculo.Celsus lib.7.cap 6,Quæ quanuis & in cervice.& in alis,& in lateribus oriri solent: per se tamen non possi,quum ista omnia mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diuerso genere curentur.
Venire in periculum. Celsus lib.8.cap.10, Humerus verò quoque in periculum venit,si facilius conseruatur.
Venit in periculum ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt,amittat Cic.pro Mur.
Vocari in periculum ac discrimen.Cic.pro Lege Manil.
¶Periculum,Experimentum: quia rarò aliquid tentamus sine periculo.
Audere periculum.Tacit.lib.19.
Facere periculum,Experiri.Terent.Andr 3.3,
Illud periculum in filia fieri graue est. Idem Heaut.1.2.
Scitum est,periculum ex aliis facere,tibi quod ex vsu fiet.
Facere periculum innocentiæ alicuius.Cic.2.Verr.

Periculosus,pen.prod.Adiect. {ἐπικίνδυνος,κινδυνώδης.} Cic 1.Offic.Græcioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites habere cogunt ur.
Casus periculosus. Caius in l.Ex maleficio.6. Si iudex.D.de act.& obligat.Si quid suspensum habuerit,cuius casus periculosus sit.
Consilium periculosum magis quàm tutum sequi,bonis omnibus accidere solet,Piancus Cic.lib.10.18.
Consuetudo periculosa.Cic.3.de Nat.deor.
Periculosa & lubrica assentiendi consuetudo.Cic.4.Acad.
Dimicatio.Liu.1.ab Vrbe.
Dissimulatio aliquibus periculosa.Cic.Att.lib.14.
Locus.Cic.4.Acad.
Offensio.Cic Lentulo,lib.1.7.
Ratio rei gerendæ periculosa mihi videtur. Cicero Lentulo, libro 1.7.
Periculosam vitam reddere.Cic.3.Verr.
Vulnera.Cic.14.Philip.
Turbulenta,temeraria & periculosa ea sunt.Cic.pro Cecin.
In semetipsum periculosum esse.Cic.Attic.lib.13.Aliter fuissemus & in hos inofficiosi,& in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, penè periculosi.

Periculosior, & hoc periculosius, Comparativum. Plin.iun.lib 3.epist. 55,ad Iulium Genitorem, Equidem quum essent philosophi ab vrbe summoti,fui apud illum in suburbano: & quo notabiliùs,hoc est periculosiùs esset,fui prætor.

Periculosè,pen.prod. Aduerbium {ἐπικινδύνως.} Cicer. ad Attic. lib.10, Aut vel periculosè cum bonis,&c.
Ægrotans periculosè quotannis homo. Cic.Att.lib.8.
Facere periculosè. Cic.pro Milone,Facere probus adolescens periculosè,quin perperi turpiter maluit.
Nauigatur periculosè hyeme.Cic.Titoni,lib.16.10.
Periculosè ponere aliquid. Vlp.in l.Si verò.§. Prætor air. D.De iis qui deiecer.vel effud.

Periclitor,pennlt.corr.periclitaris {κινδυνεύω,διακινδυνεύω,παραχειμονεύω} periclitâri, Idem. vt Periclitor famæ, hoc est periculum est ne perdã famam. Periclitor siti,Periculum est ne moriar siti. Plin.lib.17.cap. 24,Arbores gelu periclitantur.
Iura omnia periclitari, si similitudines accipiantur. Cicero 2.de Inuent.
Periclitari cancro.Celsus lib 5.cap.26.
¶Periclitari,Experiri,periculum facere.Cic.1.de Orat.Subeundus vsus omnium,& periclitandæ vires ingenij.
Tentare & periclitari belli fortunam.Cic.7.Verr.Homines in prœliis non in conuiuiis belli fortunam tentare ac periclitari solent.
Periclitari quid,&c. Cæsar 7.bel.Gall. Neque vllum ferè diem intermittebat,quin equestri prælio interiectis sagittariis,quid in quoque esset animi ac virtutis suorum periclitaretur.
Periclitari in. Cic.3.Offic.Periclitemur si placet in iis quidem exemplis,in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat.
Difficile non est periclitari. Cic.3. de Orat.
Periclitari omnia. Cicero pro Quintio, Omnia circunspexit Quintius,omnia periclitatus est C.Aquili.
Periclitari & experiri pueros.Cic.2.de Diuin.Quod aiũt,quadringenta sepuagiata millia annorum in periclitandis, experiundísque pueris quicunque essent nati,Babylonios potuisse,falluut.
Quanti plurimi authorem periclitari oportet. Vlp.in l.ex empto. § Idem ait.D. De act.empt.
Verba non periclitentur.Quintil.lib.7.cap.4.
¶Periclitari,cum infinitiuo. Quintil.lib.11.cap.3, Vox ima vim nõ habet: summa rumpi periclitatur.
Periclitatur quis fieri inops.Triphon.in l.Ne ex liberalitate.D.De re iudic Id est periculum est eum inopem fieri.

Periclitandus {κινδυνευτέος.} Cic.in Catil. Non est sæpius in vno homine summa salus periclitanda Reip.

Periclitatus,pen prod.Participium {διακινδυνεύσας.} Cic.de Amicit. Est igitur prudentis,sustinere vt cursum,sic impetum beneuolentiæ,quo vtamur,quasi aquis tẽtatis,sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Periclitatio,Verbale {διακινδύνευσις} Experimentum,vsus.Cic.2.de Nat. deor. Quarum vtilitates longinqui temporis vsu & periclitatione temporis perceipimus.

Perideræon {περιδέραιον} Collarium, siue colli ornamentum, apud Polluceml lib.5.cap 16. & lib.7.cap 22.

Perídoneus,Adiect. {πάνυ ἐπιτήδειος} Valde idoneum significat. Sueton.de Clar. Grammat. Peridoneus præceptor. Cæsar 2.bel.Ciuil. Quòd is locus peridoneus castris habebatur.

Peridromis, penult. corr.huius peridromidis, fœmin. generis {περιδρομὶς} Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruuium, teste Budæo.

Perlegesis,pen. prod.{περιήγησις} Idem quod ambitus siue circuitus, à verbo Græco περιερχομαι, quod est circũeo, vel circundo. Hinc Dyonysius Afer opus suum geographicum γῆς περιήγησιν inscripsit.

Periephiphimosis,est quum retracto glandis neruo, præputium deduci præterea nequit.Galen.lib.singular.finitionum medic.

Periergia, Curiositas, superuacua operositas {περιεργία.} Fabius lib.8. vbi de ornatu loquitur, Est etiam, quæ Periergia vocatur, superuacua, vt sic dixerim, operositas. Est Periergia, quod ab opere nostro, studiosius in alienis rebus, quæque ad nos nihil attinent, impendimus: quale est quod apud Comicum Menedemus Chremeti nimiũ curioso obiectat.

Periergos, Græcè dicitur, qui Latinè curiosus, à nimia & inusitata cura rerum agendarum: propter quod in vitio ponitur Periergia: id est anxietas & veluti diligentiæ redundantia.

Perileucos {περιλευκος} gemma filum habens candidum ab ipso ore ad radicem vsque defcendens. Plin.lib.vlt.cap.10.

Perileucon {περιλευκον} Tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem intextum habens. Meminit Antiphanes & Pollux lib.7.cap.13.

PERILLVS {περίλυσις} Athenienſis fuit ingenioſus, qui vt placeret Phalaridi, venit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſiſſimum fabricauit, cui ianuam in latere poſuit: vt quum incluſus reus ſubiectis ignibus torqueretur, mugitum, & non hominis vocem videretur emittere: pro quo inuento, quum munus à crudeliſſimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet, in eo ipſe includi à tyranno iuſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus. Ouid.de Arte amandi, lib.1,

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torquit: infelix imbuit auctor opus.

Perilleus, pen.prod.Adiect. {περίλειος.} Ouid.in Ibin,

Æque Perilleo veros imitẽte iuuencos.

¶Perillus, nomen fœneratoris & iuriſperiti apud Horat.2.Serm. ſatyra 3,

Perillus multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
Dictantis quod tu nunquam referibere poſſis.

Perilluſtris,& hoc perilluſtre {πολύλαμπρος} Admodum illuſtris.Cic. ad Att.lib.5, Ibi morati biduum perilluſtres fuimus, honorificiſque verbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.

Perimbecillus,vel Perimbecillis,& hoc perimbecille {πολυάσθενὴς.} Varro 3 de Re ruſtica, capite 10, Perimbecillum enim id, vt caput molle. Cic.ad Atticum,libro 10,Quod quidem eſt natum,perimbecillum eſt.

Perimo,perimis, pen.corr.peremi, pen.prod. {ἀναιρῶ} peremptum, perimere, Adimere & tollere ſignificat,teſte Feſto:ſiue etiam Interficere.ex per & emo compoſitum Plaut.Menæch.17,

Virum hunc ego perimam impuriſſimum.

Penitus perimere aliquid.Lucret.lib.1.

Perimere & omnino delere. Cic.1.Tuſcul.Si ſupremus ille dies nõ extinctionem,ſed commutationem affert loci, quid optabilius? finautem perimir ac deler omnino: quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiſcere,&ita cõniuentem ſomno conſopiri ſempiterno? De die mortis.

Cauſam publicam ſi mea mors peremiſſet, neminem vnquam fore qui auderet ſuſcipere cõtra improbos ciues Reipub.ſalutem. Cic. pro Sextio.

Conſilium alicuius perimere. Cic.3.Offic Eiuſmodi credo res Panætium perſecutuũ fuiſſe, niſi aliquis caſus aut occupatio conſiliũ eius peremiſſet.

Curas Plin.lib.11.cap.37,Tunc enim perimit curas.

Diſceptationem.Vlpian.in l.Et tertium.D.De iudiciis.

Donationem. Iabolenus in l.Si is ſeruus. D.De donat. inter vir.& vxor. Quicquid eorum inciderit,quod donationem aut perimat,aut confirmet.

Perimere atque tollere ludos.Cic.de Aruſp.reſp.

Reditum alicui. Cic.pro Plancio,Sinautem vitam mihi ſors ademiſſet,aut vis aliqua maior reditum peremiſſet.

Dolo perimere aliquem.Senec.Herc.OEchæo,14.

Peremptus,Participium {ἀναιρεθὲις.} Liu.lib.2.ab Vrbe,de nexis loquẽs, Obſi.a erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Id eſt enecti,inquit Budæus.

Peremptа & Interempta pro imperfectis poni ſolet à poetis. Lucretius,

Quum corpus ſimul atque animi natura peremptа. Feſt.

Cæde peremptus.Virg.9.Æneid.

Fraude peremptus.Valer.6.Argon.

Morte indigna.Virg.6.Æneid.

Plagis.Virg.4.Georg.

Animæ bello. Lucan.lib.1.

Senſu peremptо non poteſt eſſe miſer. Cic.1.Tuſcul.

Abdidit elatam ſpeciem luna,& ſtellanti nocte peremptа eſt. Cic. 1.de Diuin. Ex poeta.

Peremptalis,& hoc peremptale,pen.prod.Vide PER EMPTALIA.

Peremptorius, Adiectiuum {ἀναιρετικὸς} Quod eſt mortiferum: à perimendo. vt Venenum peremptorium, Apuleio lib.10. Et apud Vlpianum, D.De iudiciis,L. Et tertium,Quibus propoſitis, tunc peremptorium impetret,quod inde hoc nomen ſumpſit, quòd perimere. diſceptationem: hoc eſt vltrà non pareretur aduerſarium tergiuerſari. Paulo antè dixerat, Ad peremptorium edictum hoc ordine venitur.

Exceptiones peremptoriæ. Vlp.in l.2.& Caius in l.3.D.De except.

PERIMVLA,Indiæ promontorium, vbi eſt celeberrimum emporium. Plin.lib.6.cap.20.

PERINA,mulier Ægyptia,quæ Mineruam ſedentem prima texuit,vnde & ſedens Minerua primùm dicta. Euſtachius.

Perincertus, Adiect. {πάνυ ἄδηλος.} Gell.lib.18.cap.4,ex Sulpitio, At Cn.Lentulus patriciæ gentis, Collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit,perincertum ſtolidior an vanior,legem de pecunia,quam Sylla emptoribus bonorum remiſerat,exigenda promulgauit.

Perincommodus,pen.corr. Adiectiuum {μέγα ἀηδὴς.} Liuius 7.bel.Maced.Quæ nihil admodum Romanis,eadem perincommoda regiis erant.

Perincommodè. Aduerbium {μέγα ἀηδῶς.} Cicero ad Att.lib.1,Sed accidit perincommodè,quod eum nuſquam vidiſti.

Perinconſequens,pen.corr. Adiectiuum {μέγα ἀλόγιστος.} Gell.lib. 14.cap.1, Per autem, inquit, inconſequens ipſum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris ſub alio atque alio cæli curuamine non eundem manere. Hic interpoſitæ ſunt duæ dictiones inter per, & inconſequens.

Perinde, Aduerbiũ {ὥσπερ} ſignificat Ita: & flagitat poſt ſe AC SI, vel ATQVE SI: cum negatione verò, etiam QVAM. Quod ſi non ſequatur nec AC SI,nec negatio,accipietur pro Æquè. Hæc Valla lib.2.

Fac ſis perinde adeò, vt me velle intelligis. Plautus Amphitryone, 11.

Perinde ac. Cic.Attic.lib.13, Quod ego perinde tuebar, ac ſi vſus eſſem. Cæſar 3,bell.Ciuil.Perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudare reſtituere vellent.

Perinde atque.Cic.pro Marcello, Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit,atque ego ipſe cogitans ſentio.

Perinde,prour.Quintil.lib.9.cap.4,Perinde aſperiores erunt,prout oris hiatu ſimili aut diuerſo pronuntiabuntur.

Perinde diu,quàm.Plaut.Trucul.7,

-ſi perinde amentur
Mulieres,diu quàm lauant.

Perinde quàm. Suetonius in Domitian.capite 15,Nulla tamen re perinde commotus eſt, quàm reſponſo, caſúque Aſcletarionis mathematici.

Perinde quaſi.Cic.pro Quintio, Atque hæc perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, quum te Prætor iuſſiſſet ex edicto poſſidere. Idẽ pro Milone,Hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille cæcus viam munierit,&c.

Perinde tanquam. Gell.lib.15.cap.29, Hoc perinde eſt tanquam ſi ego dicam,Eſt mihi nomen Iulium.

Perinde vt. Cic 3.de Orat. Non poſſum dicere me hæc, quæ nunc complector,perinde vt dicam,dicenda eſſe didiciſſe. Idem 3. Offic. Habes à patre munus M.fili,mea quidem ſententia magnum,ſed perinde erit vt acceperis.

¶Perinde, Pariter,æquè. Plin.iun. epiſt.1.lib.2, Funus Rufi clariſſimi ciuis,& perinde felicis.

Viuendi ars tanta,támque operoſa,& perinde fructuoſa. Cicero 1. de Finibus.

¶Non perinde,Id eſt non multũ,ſeu valde,aut admodum. Suet.in Galba,cap.13,Quare aduentus eius non perinde gratus fuit.

¶Perinde,Ad hunc modum,vel ſimiliter. Terent.Phorm.4.3, Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas.

¶Perinde, ſine relatione ac vel atque,in ſignificatione cõparationis. Liu.7.bell.Pun. Cuiáque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret caſtigaretque.

Perindulgens, Adiectiuum {πάνυ συμφορῶν.} Cic.3. Offic.Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè ſeuerus in filium. Alij legunt,qui nuper indulgens,&c.

Perinfamis,& hoc perinfame,pen.prod. {πάνυ ἄδοξος} Valde infamẽ ſignificat. Suet.in Vitellio,cap.2, Curam quoque imperij ſuſtinuit, abſente eo,expeditione Britannica,vir innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis.

Perinfirmus, Adiect. {λίαν ἀσθενὴς.} Cic.2.de Fin.Sunt enim leuia, & perinfirma quæ dicebantur à te.

Peringeniosus, penult. producta, Adiectiuum {πάνυ δαιμόνιος.} Cicero de Claris Oratorib. Alios quòd melius putent dicere ſe poſſe quàm ſcribere, quod peringeniosis hominibus, neque ſatis doctis plerumque contingit.

Perineson {περίνεον} atque etiam Perineſſeon {περίνεσσον} Veſtis eſt fimbriata habens fila dependentia, aut purpuram circunquaque ad oras contextam, inſulæ quadam imagine: ideóque hunc habitum, vt ait Pollux, Anaxillas νῆσον, id eſt inſulam vocat, quum ſcribit, καὶ πὸ χρὴ ὥσπερ θαλαττίᾳ νήσῳ ἀμφιέννυσθαι. Meminit huius & Antiphanes, vt ſcribit idem Pollux lib.7.cap.13.

Perinjquus pen.prod. Adiect. {πάνυ ἄδικος.} Cic.pro Lege Manilia, Quare videant ne ſit periniquum,& non ferendum.

Perinſignis,& hoc perinſigne {πάνυ ἐπίσημος} Valde inſignis. Cic.1.de Legib. An corporis præuitates,ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis,animi deformitas non habebit?

Perinteger,perintegra, perintegrum, pen.corr. {πάνυ ὁλόκληρος.} Gell. lib.3 cap.5,Caſtitatis perintegræ dicebatur.

PERINTHVS {περίνθος} clara vrbs Thraciæ in Propontide,olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Conſtantinopolitano cognominata: in qua Veſpaſiani, Domitiani, Antoniniique palatia fuerunt ingentia, & amphitheatrũ ex vno marmore magnum & mirandum:quod inter ſeptem orbis miracula numeratur.

Perinthius, Adiect. {περίνθιος.} vnde Perinthia fabula Menãdri. Terent. in Prologo Andr.

Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Perinuitus,penult.prod.Adiectiuum,Valde inuitus. Cic.lib.7.Famil. epiſt.vlt. Tu vellem ne veritus eſſes, ne perinuitus legerem tuas literas,ſi mihi longiores forẽ miſiſſes.

Periocha,periochæ,penult.corr. {περιοχή} Argumentum, complexio totius rei breuior. Cicero ad Atticum,lib.13,Atego,ne Tironi quidem dictaui, qui totas periochas perſequi ſoler, ſed Spintoro ſyllabatim.

Periodus,huius periodi,pen.corr.fœm.gen.{περίοδος} Latinè clauſtula ſiue circuitus dicitur.Cic.de Claris Orat. Quinetiam comprehenſio & ambitus ille verborum(ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. Quintil.lib.9.cap.4, Periodo plurima nomina dat Cicero,ambitum,circuitum,comprehenſionem,continuationem,circunſcriptionem. Genera eius ſunt,alterum ſimplex, quum ſenſus vnus longiore ambitu circunducitur:alterum quod cõſtat membris & incisis,quæ plures ſenſus habent. Aderat ianitor carceris,& carnifex Prætoris,& reliqua. Haber periodos membra minimùm duo. Vide Cic.in Orat.

Periodum ſic definit Demetrius Phalereus, vt M.Antonius Antimachus Latinè vertit: Periodus eſt ex membris, & incisis bene conuerſis,ſubiectam ſententiam perficientibus, conſtitutio. Aquila Romanus hoc modo:Periodus eſt ea,quę ſententiam certa quadam circunſcriptione definit,atque determinat: qualis eſt hæc, Si quantum in agro loceſque deſertis audacia poteſt,tantum in foro & in iudiciis impudentia valeret: non minus nunc A. Cæcina cederet impudentiæ,quàm tum in vi facienda ceſſit audaciæ.Sed hic ambitus,ſeu periodus,conſtat ex membris,quæ κῶλα Græci vocant:& cæſis,quæ κόμματα appellãt.Membrum quidem eſt pars orationis ex pluribus verbis, abſolutè aliquid ſignificans: hoc modo, Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit,pro fortiſſimo viro dicere incipientem,timere. Cæſum autem eſt pars orationis nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quidquam abſolutè ſignificãs:hoc modo, Etſi vereor Iudices,ne turpe ſit. Hæc Aquila. qui quod Cæſum vocat, alij Inciſum appellant, Græci Comma.

¶Periodus apud Græcos propriè dicitur viarum circuitus: vnde περιοδεύειν verbum, quod circumeo ſignificat. Sed deinde generaliter ad omnem circuitum tranſfertur.

Periodum dictam volunt μεταφορικῶς, quòd oratio per eam currat, vt curſores ad metam.

Circuitum orationis Græci περιοδὸν, nos tum ambitũ, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circunſcriptionem dicimus. Cic.in Orat.

¶Periodus,Genus certaminis apud Græcos.In gymnicis enim certaminibus periodo victſſe dicitur qui Pythia,Iſthmia,Nemea,Olympia vicit. à circuitu eorum ſpectaculorum. & maximum decus erat victſſe periodo.

Periodo-victores,qui in quatuor certaminibus Græcis vicerant,dicebantur. Budæus in notis ad Pandectas, Quatuor in Græci certamina ſacra fuerũt, quos Agonas appellant:Nemeæa,Pythia,Iſthmia, Olympia.Inde Hieronicæ dicũtur,qui in illis ſacris certaminibus vicerãt,quo modo Olympionicæ,qui in Olympico. Tranquillus in Nerone,Ac ne cuius alterius Hieronicarũ memoria,aut veſtigium extaret vſquã,ſubuerti & vnco trahi, abiiciſq; in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperauit. Qui verò quatuor hæc obierant & vicerant: Periodo-victores dicti ſunt,authore Feſto. Budæus ad l.Athletas. de his qui not.infamia in Pand.

¶Periodus,ſiue circuitus, eſt tẽpus in morbis ex intentione & remiſſione conſiſtens.Galen.lib.ſing.finitionum medic.

Periodicas {περιοδικὰς} febres vocant medici, quæ certis temporibus clauduntur: id eſt abeunt, & quodam quaſi circuitu facto rurſus redeunt,vt ſunt tertianæ & quartanæ. Plin.lib.20.cap.3,Semina eius,ſi fuerint pari numero adalligata febribus,ſanare dicuntur quas Græci periodicas vocant.De cucurbita.

Perioſteæ {περιοστέαι} membranæ,ſunt inuolucra tenuia,fibroſa,velut indumenta oſſium à natura condita. Galen.in finition.medic.

PERIPATETICI {περιπατητικοὶ} Philoſophi erant Athenis,quorum originem aſſignat Cic.1.Acad. Platonis autem authoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit, vna & conſentiens duobus vocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes,nominibus differebant. Nam quum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi hæredẽ reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium,& Ariſtotelem Stagiritem:qui erant cum Ariſtotele,Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erant & ſermones habere ſoliti,è loci vocabulo nomẽ habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerũt, & eam quidem plenã ac refertam. Hactenus Cicero.

Peripatetici dicti ſunt,à περιπατεῖν, hoc eſt à deambulando. Et περιπατεῖν Græci vocant deambulationem. horum princeps fuit Ariſtoteles. Nam in Lycio inambulans docebat. Hinc commentationes veſpertinas Ariſtoteles δείλειον περίπατον, id eſt pomeridianam ambulationem appellat.

Stoici cum Peripateticis re concinere videntur,verbis diſcrepare. Cic.1.de Nat.deor.

Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta propter ignorationem dialecticæ.Cic.3.de Fin.

Peripateticis nihil eſt vberius,nihil eruditius,nihil grauius.Cic.3. Tuſculan.

Peripetaſma,peripetaſmatis,pen.corr.neut.gen. {περιπέτασμα} Genus cortinæ, qua parietes & aulæ reguntur, ſeu tapetia Babylonici floris varietate perſpicua: quæ à Lucretio Babylonica dicuntur: ab aliis aulæa,& Attalica:à Capitolino ſtromata & periſtromata: à Varrone beluata, hoc eſt beluis variegata: à Plauto etiam periſtromata. Cic.6.Verr.Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es?

Peripezia {περιπέζια} & Peripezides {περιπεζίδες} Pedum ornamenta, ex Polluce lib.5.cap.16.vbi hæc tamen diſtinguit.

Periphallia, Phallorum pompa nuncupatur. Diodorus eſt author Oſiridis pudenda in ſacris & cerimoniis Phallon dici. Vide Caelium Rhodiginum lib.7.cap.16.

PERIPHANES {περιφάνης} Comici cuiuſdam nomẽ,quod Latinè cõſpicuũ ſonat,à verbo Græco περιφαίνω,quod eſt clarus & conſpicuus ſum,

PERIPHAS, Periphantis {περίφας} Theſſalus quidam fuit pater Lapithæ,à quo Lapithæ nomẽ acceperũt.Strephanus. ¶Eſt item Periphas apud Virg.nomen cuiuſdam Pyrrhi,quẽ vnà cum illo Priami regiam impugnantem inducit,lib.2.Æneid.

Peripheria,eſt circuli ambitus.Euel.1.Elemen.

Peripheroma,in PERIPLEROMA.

PERIPHORETVS,pen.prod.{περιφορητὸς} Artemonis cuiuſdam cognomen fuit, deliciis adeò effœminati, vt nunquam, niſi lectica penſili circunlatus,domus ſuæ limẽ tranſiret,ita dictus διὰ τὸ περιφορεῖσθαι,quaſi circunlatilis. Plin.lib.34.cap.8.

Periphraſis,pen.corr.huius periphraſeos, fœm.gen. {περίφρασις} Latinè circuitio dicitur. Quintil.libro 8.cap.6, Pluribus autem verbis quum id quod vno aut paucioribus certè dici poteſt,explicatur,periphraſin vocant,circuitum loquendi, qui nonnunquam neceſſitatem habet,quoties dictu deformia operit:vt Saluſtius,Ad requiſita naturæ. Interim ornatum petit ſolùm, qui eſt apud poetas frequentiſſimus, vt 2.Æneidos,

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & domo diuiſus grattiſſima ſerpit. Et apud Oratores non rarus: ſemper tamen aſtrictior. Quicquid enim ſignificari breuius poteſt,& cum ornatu latius oſtendirur, periphraſis eſt:cui nomen Latinè datum eſt, non ſanè orationis aptum virtuti, circunlocutio. Verùm hęc vt quum decorem habet,periphraſis eſt:cum in vitium incidit, periſſologia dicitur. Obſtat enim quicquid non adiuuat. Hactenus Quintil.Virg.1.Ecloga,

-teneros depellere fœtus. Vbi Seruius ait periphraſin eſſe agnorũ.

Peripleroma,penult.prod.{περιπλήρωμα} figura eſt, quam ex Grammaticis nonnulli ſupplementum vocant,quum ſciliect particula aliqua ad ſenſum minimè neceſſaria,carminis cauſa adiicitur: à Græco verbo πεπλήρωκα, quod eſt expleo. Exemplum poteſt eſſe illud apud Virgilium, -ſic fortè precatur. Vbi verbum, fortè,explendi carminis cauſa adiicitur,teſte Seruio.

Periplus {περίπλους} Latinè circunnauigatio dici poteſt, quo nomine ex Geographis nonnulli opera ſua inſcripſerunt, oræ alicuius maritimæ luſtrationem continentia.

Peripneumonia, huius peripneumoniæ, penult.corr.{περιπνευμονία} Morbus quum pulmo totus afficitur, & tuſſis ſubſequitur: pulmonis exulceratio. A Celſo Peripneumaticus morbus dicitur libro 4. capite 7.

Peripneumonicus,penult.corr. Adiectiuum {περιπνευμονικὸς} Qui hunc morbum patitur: Pulmonarius. Plin.lib.22 cap.24. Idem lib.20.capite 17, Tuſſientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis.

Peripſema, penultima prod.quòd Græci περίψημα ſcribant à περιψάω, quod eſt circunrado,vel circunlino, abſtergo & repurgo, propriè limatura ſiue raſura, ramentum vel purgamentum dicitur. Antiqui olim peſte alióve malo graſſante, quũ ſactos homines, quos in expiationis vſum alebant,in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes: inter deiiciendum ſolennia verba effari ſolebant, περίψημα ἡμῶν γένεο, Sis pro nobis peripſema:æſi dixiſſent,Sis pro nobis piaculum:eſt o Iuitio noſtra,& feruatrix vrbis victima. id quod Suidas annotauit. Quod itaque apud diuum Paulum in epiſt.1.ad Corinth. capite 4, περίψημα legitur, nos piaculum vertere poſſimus,vt ſit:Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo victimæ. Aeſi diceret:Non minus apud gentium vulgus deteſtabiles ſumus, quàm illi, qui diris execrationibus onerati, atque obruti, pro ſalute publica abiici olim ſolebant. Quæ ſententia congruit his quæ præcedunt.Peripſema enim etiam ramenta veſtigiorum ſignificat, quæ vt ſordida abiiciuntur. Hæc Budæus.

PERIRHEVSA, ignobile oppidum circa Epheſum, Plin.libro 5.cap.31.

Periſcelis, pen.corr.periſcelidis. fœm.gen.Ornamentum pedis circa crura,teſte Porphyrio. Horat.lib.1.epiſt.18,

Nota refert meretricis acumina,ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis. Notandum (ait Cælius lib. 4.cap.11.)periſcelidas dici, quæ vulgò *greuidia* vel *trauerſina* dicitãr. Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam, Quæ Græci, inquit περισκελεῖς vocant, noſtri feminalia dicunt, vel bracas vſque ad genua pertingentes. Sunt & codices in quibus periſcelidas ſcriptum comperias.

Periſcythiſmus {περισκυθισμὸς} eſt, quum tranſuerſis lineis coronæ modo frons ſecatur. Altera frontis parte paulo ſuperius, quàm tempora ſunt, quædam triangula amputantur, Græcorum literæ ſimilia.Galen.in Medic.

PERISPHYRION {περισφύριον} Pedis ornamentum, aut fimbria, vt vertit Laurentius Valla in lib.4. Herodoti. Pollux quoque lib.5.capite 16, id inter pedis ornamenta enumerat: vbi Gualtherus vertit Talare.

Periſſeuma {περίσσευμα} eſt congiarium,quod plebi datur:ſicut quod militibus donatiuum. Spartianus in Ælio Vero:& Iul.Capitolinus in Pio. Solebat autem vltra ſtipendium dari liberalitatis cauſa, vt milites magis addicti Imperatoribus eſſent. Alciat.in l.Centum Periſſeumatis lib.11.C.de annon.Ciuilib.

Periſſochoregia {περισσοχορηγία} Muneris publici nomen, Cura annonæ, fortè διὰ τὸ περὶ σιτήσεις, καὶ χορηγίαν, quod abundè ſuggerere, ſuppeditaréque ſignificat.Alciat.in l.Periſſochoregiæ.De frumen.Alexand. lib.11.C. Budæus Periſſochoregiam,redundantem frumenti largitionẽ appellat. Pyrrhus in l.vltim.illo tit.Periſſochoregiam eſſe magiſtratum annonæ auctæ,ſeu augmenti diſtributorem.

Periſſologia,Latinè ſuperflua locutio dicitur. Virg.1.Æneidos,

-faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius, Et ora, periſſologia eſt. Idem 5.Æneidos, -dixítque, & præcia voce diremit. Vbi Seruius, Vacat QUE, metri cauſa: & maluit periſſologiam facere,quàm vti communi ſyllaba,quæ frequẽs vitioſa eſt.Vide PERIPHRASIS.

Periſſon, inæquale & impar dicitur. Plin.libro 21.cap.31, Qui parcius ſpectaueranr,manicon cognominauere:qui nequiter occultabant,erythron aut neuridia:vt nonnulli periſſon. De ſtrychno.

Peristereos, peristerei, fœm.gen.vel Peristereon, peristereonis, pen. prod.masc.gen.vel Peristereum, peristerei, neut.gen.Herba. Plin.lib. 25.cap.10, Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris: vnde & nomen. Ibidem, cap.9, verbenacã à Latinis appellari tradit. Dioscorides verbenacam rectam vocat. Dicta peristereon quasi columbaris, vt quidam vulgò vocant, quòd circa hanc perquàm libenter versari soleãt columbæ.

PERISTERIDES, Ciuitas iuxta Smyrnam. Plin.lib 5.cap.31.

Peristerotrophium, peristerotrophij, pen.prod. Locus in quo columbæ habitant, Latinè columbarium, quanuis columbarium propriè sit loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Nam peristeris columba dicitur. Varro 3.de Re ruſt.cap.7, Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. Vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

Peristereon, Idem quod Peristerotrophium. Varro 3 de Re ruſt.cap.7, Ex his duabus stirpibus sit miscellum tertium genus fructus causa, atque inecdunt in locũ vnum quod alij vocãt φάσσα περιστερεών, alij φάσσα περιστερεῶνος, in quo vno sæpe vel quinque millia sunt inclusæ. φάσσα περιστερεών, sit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtriuque, vt locus omnis sit illustris. &c.

Peristethion { πέρι στέθιον } Pectorale ornamentum mulieris circa pectus. Pollux lib.5.cap.16.

Peristroma, pen.prod. peristromatis, neut.gen. Quasi circunſtratum, idem quod Peripetasma. Plaut Sticho.6,

Tum Babylonica peristromata, sellas, & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei. Vide CONCHYLIVM.

Peristylium, peristylij, vel Peristylum, peristyli, pen.corr. Locus clauſus columnis, circunquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus. Vitruuius libro 5.cap.11, In palæstris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem. Cic.pro Domo, In palatio pulcherrimo prosiliu porticum cum conclauibus paumentatam trecentûm pedum conspiciebat, ampliſſimum peristylum, cæteraq; ciuiſmodi facilè vt omnium domos & laxitate & dignitate superaret.

Peristylum etiam est locus atrio proximus. Vitruuius lib.6.cap.7, Item aula, Ibidem, cap.9. Budæus.

Perito, perita, pen.corr. Vide PEREO.

Peritonæum { πέρι τόνευτ } membrana est tenuiſſima: sed firmiſſima, omnibus tum viſceribus, tum intestinis, reliquiſque partibus inferioris ventris circunteñsa: vnde & nomen accepit. Κατὰ τὸ περὶ τείνεσθαι, quod est circunquaque extendi.

Peritrachelion { πέρι τραχήλιον } Ornamentum colli ex Polluce lib.5. cap.16. τραχηλιὰς enim collum est, tanquam dicas collarium. Vide suprà Isthmion.

Peritus, pen.prod. Adiect. { πεῖρα, εἰδήμων, ἐπιστήμων } Doctus, à Perio antiquo verbo, quod Aperio significabat. Nonius, Doctũ & peritum quum simile videantur, à Tullio discretum est, vt sit peritum plus quàm quod doctum. Cic.3.Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desistunt sententia.

Obsequi peritus. Tacit.in vita Agricolæ.
Vanæ parcte perito. Ouid.1.de Arte.
Sapiens homo & multarum rerum peritus. Cic. pro Fonteio.
Antiquitatis, veterúmq; scriptorum literatè peritus L. Ælius. Cic. de Claris Orat.
Arte fabrica peritus seruus. Paulus in l. Si mancipia. in fine. D.de fund.instr.legat.
Vir fortis in primis, belli ac rei militaris peritus. Cic.in Pisón.
Honestorum ac turpium peritus. Quintil.lib.2. cap.20.
Peritus operum, augurioru, iuris. Plin.iunior lib.1.epist.22, Quàm peritus ille & priuati iuris, & publici. Idem de Viris illust. Peritus auguriorum. Cic.de Claris Orat. Fabius pictor, & iuris, & literarum, & anti quitatis bene peritus.
Iuris legúmque peritus. Horat.1.Serm. satyr.1.
Peritissimus homo belligerandi. Cic.pro Fonteio.
Homo peritus definiendi. Cic.3.Offic.
Dicendi peritus, Vide Orator, in ORO.
Docendi. Quintil.lib.1.cap.3.
Cantare peritus. Virg.10.eclog.
Iure peritus. Cic.pro Cluentio, Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior, &c.
Literatè peritus. Cic.in Bruto.
Peritus vſu. Cic.1.Offic. Nec verò alienum est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam vſu peritos. Cæsar 3.bel.Ciuil. Vſu periti ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt.
Peritus apud Hircium de bel. Aphric. iungitur cum ablatiuo rei. Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi.
Peritus ad. Cic.pro Fonteio, Profectò Iudices virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vſum ac disciplinam peritũ, ad consilia prudentem.
Facere aliquem peritum. Propert.lib.1. eleg.9.
Peritum initium, Peritus sermo. Quintil.lib.9.cap.4, Poema nemo dubitauerit perito quodam initio fuſum. Alia exemplaria habẽt imperito. Idem lib.8.cap.6, Vario Marte pugnatum est: peritus est sermo. Alia exemplaria habent eruditus.
Nihil peritius. Cic.pro Corn.Balbo, Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de fœderibus, &c.
Peritissimus de agricultura. Varro 1.de Re ruſtic.cap.2.
Peritissimus homo & iuris & officij. Cic.4.Verr.
A patronis peritissimis causa hæc defensa est. Cic.pro Corn. Balbo.

Peritè, pen.prod. Aduerbium { εἰδημόνως. } Cic.2.de Leg. Quod institutum peritè à Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.

Peritè & callidè facere. Cic.3. Verr. Homo adolescens quum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosceret, fecit peritè & callidè, volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit.

Peritissimè & callidissimè istius literas venditabat. Cic.4.Ver.

Peritia, peritiæ { πεῖρα } Plin.lib 14.cap.1, Aliæ, peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Gratiæ ac voluptatis peritia. Quintil.lib.2.cap.15.

Periucundus, pen.prod. { περὶ ἡδύς. } Cic.ad Lentulum, libro 1.7, Cui quidem literæ tuæ quas proximè miseras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt.

Periucundè, Aduerbium { περὶ ἡδέως. } Cicero ad Atticum, libro 13, O hospitem mihi tam grauem ἀποπαιδιωτον: fuit enim periucundè.

Periurus, penult. prod. { ἐπίορκος, ψευδόρκος } Qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. Virg 2. Æneidos,

Talibus insidiis, periurique arte Sinonis. Plaur. Pseud. 3,

Periurum caput. Cic. pro Rosc. Comœdo, At quid inter periurum & mendacem?

Corpus periurum. Propert. lib. 2. eleg. 5.
Crimina. Stat. 10. Theb.
Diadema periurum nocentis regni. Stat. 9. Theb.
Domus. Horat. 3. Carm. ode 3.
Ense periuro superbus Annibal. Stat. 4. Sylu. 6.
Fides pertura patris. Horat. 3. Carm. ode 24.
Gens. Silius lib. 16.
Meretrix Horat. 1. Carm. ode 35.
Mœnia Ouid. 11. Meram.
Os Ouid. 2. Amor. eleg. 10.
Pectora. Ouid. 2. Meram.
Vir. Ouid. epist. 10.

Periurior hoc nomine non est. Plaut. Mil. 3.

Periuriſſime hominum. Plautus Pseud. 5. Cicero pro Roscio Comœdo, Nam Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream.

Periurium, periurij { ἐπιορκία } Falsum iuramentum. Cic. 3. Offic. Regulus verò non debuit conditiones, pactionésq; bellicas & hostiles perturbare periurio.

Pœna diuina periurij, exitium: humana, dedecus. Cic. 2. de Legibus, ex lege duodecim tabularum.
Sceleratorum hominum periuria. Cic. pro Fonteio.
Linguæ falsæ periuria. Ouid. epist. 7.
¶ Deuotum. Catul. Argon. epigr. 59.
Illustre & insigne. Cic. de Arusp. resp.
Lasciua. Claud. de Nuptiis Honorij.
Manifestum periurium iudicum. Cic. de Arusp. resp.
¶ Confirmare periurium, Vide CONFIRMO.
Lædere aliquem periurio. Cic. pro Cecin.
Necłere periuria blanditiis. Claud 1 in Ruff.
Quæritur latebra periurio. Cic. 2. Offic.
Reuocare periuria. Propert. lib. 1. eleg. 14.
Vendere periuria. Iuuen. Satyr. 14.
Quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur morẽ nostro, id non facere, periurium est: non falsum iurare, peierare est. Cic. 3 Offic.

Periuriosus, pen. prod. Adiectiuum { ἐπιορκικὸς } Idem quod Periurus. Plaut Trucul. 4,

Procaciores estis vos, sed illi periuriosi.

Periuro, periuras, pen prod. { ἐπιορκέω } periurâre, pro Peierare. Plautus Bacch 20,

Ne periurem cura. Horat. 2. Serm. satyr 3, -quare
Si quid vis fatis est, periuras, furripis, aufers Vndique?
Pernegabo, atque obdurabo, periurabo denique. Plaut. Asin.
Homo periurabit. Plautus Mercat. Vſitatius tamen est peierandi verbum.

Periuratiuncula, huius periuratiunculæ, pen. corr. Diminutiuum { ἐπιορκίδιον. } Plaut. Stricho 4,

Ac periuratiunculas parasiticas.

Perizoma, tis { περίζωμα } Brayes. id omne quo circuncingimur, Pudendorum operimentum, velamen, quod à Varrone etiam dicitur suffibulum, à Cicerone subligaculum. Vſus est hac voce interpres Geneſeos: Fecerunt (inquit) sibi perizomata.

Perizonium { περιζώνιον } Palliolum præcinctum quo virgines nudæ infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium, & cæstula dicitur. Sipontinus.

Perlabor, pen. prod. perlaberis, pen. corr. perlapſus sum { καταλισθαίνω } perlábi, Idem quod Labi: nisi celeritatem aliquam addat præpositio. Cic. ad Attic. lib. 9, Assentio tibi vt in Formiano potiſſimum commorer, & iam de supero mari perlabor.

Neptunus perlabitur æquora cursu frænatis equis. Sil. lib. 3.
Volucris perlabitur auras. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam.
Campum perlabi. Sil. lib. 16.
Rosis leuibus summas perlabitur vndas. Virg. 1. Æneid.
Perlabi per acies. Lucret. lib. 4.
Ad imos animi perlapſa recesſus. Stat. 4. Sylu. 6.
Perlabi supra orbem solis. Lucret. lib. 5.

Perlætus, Adiectiuum { πολὺ ἥδομαι } Vehemẽter lætum significat. Liu. 10. ab Vrbe, Supplicatióque perlæta fuit.

Perlatus, penult. prod. Aliud adiectiuum { πολυπλατὺς } Valde latum, significat.

Perlatè, Aduerbium { πολυπλατέως. } Cic. 2. de Orat. Idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet.

Perlecebra, huius perlecebræ, pen. corr. { μεγάλη ἀμυχία } vt Illecebra, Plaut. Asin. 4, -re perdam ego & filiam

Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Perlecto, Vide PER LICIO.

Perlego, perlegis, pen. corr. perlegi, pen. prod. perlectum { πολὺς ἀναγινώσκω, διεξέρχομαι, ἐπεξέρχομαι } perlégere, A principio ad finem vſque legere. Quintil. Quod videre non est satis, sed perlegendum erit. Cic. 1. de Diuinat. Perlegi, ille inquit, tuum paulo antè tertium de natura deorum.

Scripta

Scripta perlegi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13.
Perlegere oculis, pro Diligenter intueri, vel contemplari. Virg. 6. Æneidos.
Vultu dũro perlegere aliquid. Ouid. epist. 15.
Perlegere animis, oculísque sequacibus auras. Stat. 3. Theb.

Perlepidus, pen. corr. Adiectiuum { πάνυ ἀμύλητος. } Plaut. Pseud. 11,

Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

Perleuis, & hoc perleue, pen. corr. { πάνυ κοῦφος. } Cic. de Lege agrar. An ignoratis cætera illa magnifica Populi Romani vectigalia perleui fæpe momento fortunæ, inclinarione temporis pendêre?

Perleuiter, penult. corr. Aduerbium { πάνυ κούφως. } Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8, Quòd perleuiter commotus fuerat.

Perlibenter, Aduerbium { πάνυ ἡδέως. } Cic. ad Attic. lib. 8, Sed vt suprà dixi, tecum perlibenter loquor.

Perliberalis, & hoc perliberale, pen. prod. { πάνυ ἐλευθέριος } Admodum liberalis. Terent. Heey. 5. 4, Perliberalis visa est.

Perliberaliter, pen. corr. Aduerbium { πάνυ ἐλευθερίως. } Cic. ad Attic. lib. 10, Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibro, perlibras, pen. prod. { κατασταθμάομαι } perlibrâre, Diligẽter ac perfectè mensurare, & ad libram æquare, siue æquale facere. Columel. lib. 3, cap. 13, Nam stella quam diximus Græcæ literæ faciẽ obtinere, pariter imæ fossæ solum metitur, atque perlibrat. Idem libro 2. cap. 2, Campum non æquissima situm planitie, nec perlibrata, sed exigue prona.

Iaculum à tergo perlibrat ad ossa. Silius lib. 15.

Perlicio, perlicis, pen. corr. perlexi, perlectum { ἐφέλκω } perlicere, quod frequentius pellicio dicitur euphoniæ causa: Idem quod Allicere. Liu. 4. ab Vrbe, Vt quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem pericerent, Vide PELLICIO.

Perlicere in amiciciam. Liu. 5. bel. Maced. Tacit. lib. 13, Necem & arma perliceret.

Perlecto, perlectas { ἐπιτέρπομαι } perlectâre, Frequentatiuum. Cicero pro Flacco, Egentes & leues spe legationis, & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectãt. Sunt tamen qui hîc legant proiectat: & ita habent mei codices.

Perligo, perligas, pen. corr. { κατεδέω } perligâre, Constringere. Plaut. Bacch. 2, O perligatum pectus!

Perlinio, perlinis, pen. corr. perliniui, perlinitum { ἐπιχρίω } perlinîre. Valde & perfectè ac omnino linire. Colum. lib. 9. cap. 12, Protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

Perlino, perlinis, pen. corr. perlini, perliui vel perleui, perlitum, pen. corr. { καταχρίω } perlînere, Multum linere, vel perfectè & vndique. Colum. lib. 7. cap. 5, Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Plaut. Casin. 5,

Senecta ætate vnguentis perlitus ignaue incedis?

Perlito, perlitas, pen. corr. { καλλιερέω } perlitâre, Perfectè litare, sacrificio facto deos placare, votúmque impetrare. Valerius Antias apud Gellium lib. 1. cap. 7, Si hæ res diuinæ factæ, litéque peritatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse. Liu. 6. bel. Maced. Ea omnia sacrificia læta fuerunt, primíſque hoſtiis perlitatum est.

Perlongus, Adiect. { διμήκης, πολυμήκης. } Cic. ad Attic. lib. 5, Perlonga, & non satis tuta via. Idem de Lege agrar. Perlongo interuallo.

Perlongum est. Plaut. Trinum 11,
-nunc si opperiri vis aduentum Charmidis,
Perlongum est. Quasi dicat, diu tibi expectandum est, aut longius distat.

Perlongè, Aduerbium { πάνυ μακρὰν. } Terent. Eunuch. 3. 5,

Perlongè est: sed tanto ocyus properemus. Id est, longius distat.

Perlonginquus, Adiect. { πάνυ ὀκνηρὸς } Plaut. Bacchid. 23,

Non tibi venit in mentem ámabo: si dum viuas, tibi benefacias,
Iam pol id quidem esse haud perlonginquum?

Perlubet, pen. corr. perlubebat, perlubuit, perlubitum est { καταφίλημαι. } Plaut. Capt. 13, Perlubet hunc hominem colloqui. Hoc est, vehementer cupio hunc alloqui.

Perlubens, pen. corr. { ἐπιπροθύμως. } Particip. siue Nomen ex participio. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 10, Sed hoc incommodum consolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus est, cæteri conciduntur.

Perluceo, perluces, pen. prod. perluxi { καταστιλπνόω, διαφαίνομαι } perlucêre, Vehementer lucere, vel tranſlucere, & lucem per medium sui trãsmittere. frequentius tamen dicitur pellucere euphoniæ causa. Plin. libro 10. cap. 54, Si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu purus & vniuſmodi perluceat color, sterilia existimantur esse. Vide PELLVCEO.

Littora natiuis perlucent picta lapillis. Propert. lib. 1. eleg. 2.
Perlucet ex. Cic. 2. Offic. Etenim illud ipsum quod honestum decorúmque dicimus, quia per se nobis placet, animóſque omnium natura & specie sua commouet, maximéque quaſi perlucet ex iis quas commemoraui virtutibus.
Perlucere, siue Pellucere, aliquando ad mentem, sed figuratè refertur: vt apud Cic. de Claris Orat. Ita reconditas exquisitáſque sententias mollis & pellucens veſtiebat oratio.

Perlucens, pen. prod. Particip. { διαφωτίζομαι. } vt

Amictu perlucenti circundata Salmacis nympha. Ouid. 4. Metam.
Fibras perlucentes numerare in pectore. Ouid. 6. Metam.

Perlucidus, pen. corr. Adiectiuum { διαφανὴς } Per cuius medium oculos dimittimus atque videmus, vt aqua, laterna, vitrum. Colum. libro 11. cap. 2, Quidam quum vidiſſent partem aliquam vuarum vireſcere, crediderunt tempeſtiuam esse vindemiam. Quidam quum coloratas & perlucidas vuas animaduertiſſent. Matt. lib. 12. 34,

Crine nitens, niger vnguento, perlucidus oſtro.
Amnis magis perlucidus vitro. Ouid. epist. 21.
Bulla perlucida. Ouid. 10. Metam.
Deos perlucidos & perſtabiles inducit Epicurus. Cic. 2. de Diuin.

Perlucidulus, pen. prod. Adiectiuum { περιφανὴς } Valde luculentus significat. Cic. ad Quint. frat. lib. 3, Serrani domestici filij funus perlucidulum.

Perludo, perludis, perlusi, perlusum, pen. prod. { παίζω } perlúdere, Exper & ludo, Idem quod simplex ludo. Propert. lib. 4. eleg. 4,

Vidit arenosis Tacium perludere campis,
Pictáque per flauas arma leuare iubas.

Perlusorius, a, um. Perlusorium iudicium, id est collusorium, collusionis causa institutum, quum aliud agitur, aliud simulatur. Vlpian. l. 14. de appel. in P. Si perlusorio iudicio actum sit aduersus testamentum, &c.

Perludere, est perfectè illudere. Budæus non perlusorium, sed prolusorium legit, quod æquè certè conuenit quum qui perludit, & proludat: non enim vult se intelligi illudere, cui illudit.

Perluo, perluis, perlui, pen. corr. perlui, pen. prod. { καταλούω } perlúere, Diligenter lauare, & mundum facere. Colum. lib. 6. cap. 8, Tum vino perluitur os. Plin. lib. 8. cap. 27, Rostri aduncitate per eam partem se perluens qua reddi ciborum onera maximè salubre est.

Artus perluit fonte. Ouid. 4. Metam.
Manus perluere fontana vnda. Ouid. 5. Fast.
Lymphâ perlui. Ouid. 3. Metam.
Vnda gelida perluor. Horat. 1 epist. 15.

Perlutus, pen. prod. Partic. { κατακεκλυσμένος. } Colum. lib. 9. cap. 16, Expressæ fauorum reliquiæ, posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum coniiciuntur.

Perluſtro, perluſtras { κατασκοπέω, σκοπάω } perluſtrâre, Vbique lustrare, siue diligenter & attentè. Liu. 7. ab Vrbe, Hæc omnia fagulo gregali amicitus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtrauit.

Perluſtrare oculis. Liu. 5. bell. Pun. Vt discurrerent circa vias, perluſtrarétque omnia oculis, nequis, &c.
Campos perluſtrans oculis. Silius lib. 7.
Perluſtrare animo. Cic in Partit. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ perluſtrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur, ex singulis coniectura capienda.
Dicta alicuius perluſtrare. Stat. 4. Sylu. 3.

Permacer, permacra, permacrum. pen. prod. { κάκιστος. } Plin. libro 18. cap. 6, Omnis creta coquit, nisi permacra.

Permadeo, permades, pen. corr. siue Permadesco, permadescis, permadui { καθυγραίνομαι } permadéscere, Valde madescere. Colum. lib. 2. cap. 19, Quòd si permaduit, inutile est vdum mouere. Ibidem, cap. 4, Nisi si magnis (vt fit nonnunquã) ac subitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuiis terra permaduerit.

Permagnus, Adiectiuum { πολυμέγας. } Cic. 1. de Finib. Fieri tamen permagnã acceſſio potest, si, &c. Ibidem, lib. 2, Deinde vbi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illuc vt neget, &c.

Permagna res tua agitur. Cic. pro Rosc. Amer. Vide ne tibi desis, tua quoque res permagna agitur.
Permagnum existimare. Cic. 1. Tuſc. Iiſque qui hæc Diagoræ dixit, permagnum existimans treis Olympionicas vna ex domo prodire.
Negotia permagna. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Permagno æstimare vel vendere. Cicero 5. Verr. At permagno decumas eius agri vendidiſti. Ibidem 6, Quid? tu iſta permagno æstimas?
Permagni interest. Cic. in Partit. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur.
Permagni refert. Terent. Heaut. 3. 1.

Permaneo, permanes, penult. corr. permansi, permãsum { καταμένω, διαμένω, ὑπομένω } permanêre, Vſque ad finem manere. Cic. 2. de Finibus, Nã quum semel est suſcepta beata vita, tam permaneat, quàm ipsa effectrix beatæ vitæ sapientia.

Innuba permaneo. Ouid. 14. Metam.
Mos ille Athenis iam à Cecrope permansit. Cic. 2. de Leg.
Status hic permansit in multos annos. Ouid. 5. Fast. 7.
Tumor ille permansit. Ouid. 15. Metam.
Stabilem permanere. Cic. de Amic. Aliter amicitiæ stabiles permanere non possunt.
¶ Permanere, Perseuerare, continuare, per tranſlationem. Terent. Heey. 3. 1,

Vnde ira inter eas intercesſit, quæ tam permansit diu.
Permanere in amicitia. Cæsar 8. belli Gall.
Permanere in armis. Cæsar 8 belli Gall.
In incœpto. Luceius Cic. lib. 5. 15.
Permanere in eadem mente. Cic. in Catil.
Permanere in officio. Cæsar 5. belli Gall.
Permanere in proposito suſceptóque consilio. Cic. 2. Offic.
Permanere in sententia. Cic. 5. de Finib.
In omnibus meis sententiis de Repub. priſtinis permanebam. Cic.
Lentulo, lib. 1. 9.
Permanere in triſtitia. Cæsar 1. belli Gall.
In mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. Cic. F. Metello, lib. 5. 2.
Firmum & stabile illud permansurum est. Cic. 2. de Finib.
¶ Permanere, cum genitiuo. Senec. epist. 77, Si vna indepranata vir-

tus est,& sola permanet tenoris sui,vnum bonum est virtus.
Permansio,Verbale{διαμονή.} Cic.Lentulo,lib.1.9,Nunquam enim præstantibus in Repub.guberanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio.

Permano,permanas,pen.prod. {καταβρύω,ὑπορρέω} permanâre,Penitus manare. Et construitur cum ad vel in. Cicero 2.de Natur.deor. Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur,per vias quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris.
Ad animum permanat macula ex sanguine paterno aut materno concepta.Cic.pro Rosc.Amer.
Ad mentes eorum, apud quos agitur mouêdas,permanare vt possint principia & cæteræ partes orationis,habere hanc vim magnoperè debent.Cic.2.de Orat.
Permanare per.Lucret.lib.3,
Permanare animam nobis per membra solere.
Calor permanat argentum.Lucret.lib.1.
Frigus permanat ad ossa.Lucret.lib.1.
Humor aquarum permanat in saxis.Lucret.lib.1.
Malum acre permanat hue.Lucret.lib.3.
¶Permanare dicitur res aliqua,Vulgari. Terent.Adelph.2.4,
-ne si magis irritatus fiet,
Aliqua ad patrem hoc permânet,atque ego tunc perpetuò perierim.
Id est,ne resciscat pater.
Permanauit ad plures.Cæsar 2.belli Ciuil.
Permanare ad aures. Cic.pro Domo, Etsi effluunt multa ex vestra disciplina,quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant.
Permanauit in hanc ciuitatem doctrina Pythagoræ.Cic.4.Tusc.
¶Permanare,pro Peruenire. Lucretius,
Quò non permanent animæ,neque corpora nostra. Nam antiquis manare venire interdum erat. Id è Festo apparet scribente manalem lapidem ostium orci esse putatum,per quod animæ inferorum ad superos manarent:Id est,vt opinor,venirent. Turneb.

Permanans, pen. prod. Particip. {καταβρύων.} vt Conclusiunculæ non permanantes ad sensus.Cic.2.Tusc.

Permananter,Aduerbium {καταβρυόντως.} Lucret.lib.6,
Vsque adeò permananter vis prævalet eius. De magnete lapide. Hoc est,transitorie, vt ita loquar. Lambinus verò, Permananter, id est eo modo vt permanet,& perueniat ad multas res ferreas : legitq; perualet.

Permanesco, permanescis {καταβρύομαι} permanêscere. Plautus Trinum 4, -nêve cuiquam vnde ad eum id
Posset permanescere. Id est,vnde posset resciri.

Permaturesco,permaturescis, permaturui {καταπαπέψομαι} permaturêscere,Prorsus maturum fieri. Columella libro 2.capite 10,Et hoc quidem semen Cilicium , Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulióque conseri, & per Autumnum quum permaturuerit tolli.
Pomum permaturuit,Perfectè maturuit. Ouid.4 Metam.

Permaturus,pen.prod Adiect. Perfectè maturus. Columel.lib.12.capite 48,Oliuas, quum iam nigruerint , nec adhuc tamen permaturæ fuerint,sereno cælo distringere manu conuenit.

Permediocris , & hoc permediocre , penultima corr. {πολυμέτρως.} Cicero 1.de Orat.Partim qui tolerabiliores volunt esse, & veritatem viæ propius accedere , permediocres ac potius leues motus debere esse dicunt.

Permeo, permeas {διαβαδίζω,διαπορεύομαι} permeâre, Idē quod Meare , vel prætergredi. Plin. libro 11. capite 29, Immensos permeant tractus.
Permeare,& transire per omnia.Cic.4.Acad. Erit persuasum etiam solem,lunam,stellas omnes,terram,mare,deos esse,quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.
Orbem permeare.Lucan.lib.2.
Tot maria & terras permeat.Ouid.4.de Ponto,eleg.11.
Permeare extra lacum.Columel.lib 8.cap.15.
Permeare sub maria.Plin.lib.31.cap.5.

Permereo,permeres,pen.corr.permerui,permerêre,Idem quod Merere,Militare.Stat.1.Sylu.4,
-& sole sub omni
Permeruit iurata manus.

PERMESSVS {Περμησσός} Fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens, Phœbo & Musis sacer. Virg.eclog.6,
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiã hæc Permessis,huius Permessidis, vel Permessidos. Martialis libro 1. ad Flaccum,
Quid tibi cum Cyrtha, quid cum Permessidos vnda? Strabo lib.9.

Permessius,Adiect.Claudian.de laudibus Serenæ,2,
Fons Aganippea Permessius educat vnda.

Permetior,permetiris,pen.prod.permensus sum{καταμετρέω} permetíri,Idem quod Metiri. Cic.4.Acad. Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda,&c.permensi refertis.De sole. Plin.libro 2.cap.65,
Permensus montes.
Oculis permensi sese.Stat.6.Thebaid.
Permetiri, Peragere, perlustrare , inquit Budæus. Cicero de Vniuersitat. Attamen illud perspici & intelligi potest , absoluto perfectóque numero temporis , absolutum perfectúmque annum tunc compleri denique , quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt , quúmque eos permensus est idem & semper sui similis orbis.
Permetiri æquor. Virg.3.Æneidos,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. Id est euecti,inquit Seruius.
Æra permensus multum.Lucret.lib.2.
Iter durum permensus.Stat.1.Sylu.2.

Permensus , Passiuum { καταμετρηθείς.} Columella libro 3. capite 13, Sic permensum & perlibratum in similitudinem versuacti semper procedit.

Permetuo,permetuis {περιφοβέομαι} permetúere, Valde metuere. Virg. 2.Æneidos,
Et pœnas Danaûm , & deserti coniugis iras
Permetuens. De Helena.

Permilito , permilitas, penult.corr. permilitâre. Vlpian.in l.Si tribunus. D. de excusat. Si Tribunus in cohortibus Prætoriis permilitauerit, &c.

Perminutus, pen.prod.Adiect. {πολυμερῶς.} Cic.2.Tusc.ul. Vt omnia præterea quæ bona corporis & fortunæ putantur , perexigua & perminuta videantur.

Permirus,pen.prod.Adiect.{περιθαύμαστος.} Cic.ad Appium,lib.3.10, Illud verò permirum mihi accidit , tantam temeritatem fuisse in eo adolescente.

Permiscéo, permiscês,permiscui, permistum vel permixtum {καταμερίζω,καταχρώννυμι} permiscêre, Valde miscere. Cic.4.Verr.Non modò illa quæ erant ætatis , ordinis, quæstúsque permiscuit : sed etiam in his duobus generibus , ciuium nouorum , veterúmque delectum ordinemque turbauit.
Permiscere & confundere. Cic.in Orat. Ego autem sentio omnes in oratione quasi permistos & confusos pedes.
Permiscere omnia.Cic.pro Plancio,Omnia potius permiscuerunt, quam ei legi,condicioníque parerent.
Permiscere Græciam.Cicero in Orat.Qui si tenui genere vtereur, nunquam ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Id est perturbare & confundere,inquit Budæus.
Permiscéri dulci aqua.Colum.lib.2.cap.2.
Permisceri vino.Cic.12.Philip.Cuius acerbitas morum , immanitáque naturæ,ne vino quidem permista temperari solet.
Cælum pelago permiscuit Eurus. Silius lib.15.
Sordes alicuius cum splendore clarissimorum virorum permiscere.Cic.in Vatin.
Permiscere cum. Cic.de Vniuersi. Et eius copulationis aliená permiscens cum materia. Idem 5.Verrina , Sed eius rationem cum damnatione, Dolabellæ permiscuit.
Fortunam opinione excellentem cum laboribus & miseriis permiscere.Cic.2 de Orat.
Permiscere frigus.Lucret.lib 6.
Permiscere in.Plin.lib.12.cap.15,Myrrham in iisdem syluis permistam arborem nasci tradidere aliqui,plures separatim.
Permisceri connubio. Plin.libro 12.cap.19, Cinnanum nascitur in Æthiopia Troglodytis connubio permista.
Mortes permiscere.Lucan.lib.7.
Fides permiscenda ruinæ mundi.Lucan.lib.2.

Permistus,Participium {καταμιχθείς} vt Anima permista toto corpore. Lucret.lib.3.
Corpora viua permista sepultis.Lucan.lib.2.
Fructus magna acerbitate permistos tuli.Cic.pro Planc.
Grege permisto pueri,innupteque puellæ.Stat.1.Sylu.1.
Moribus permistis esse.Lucret.lib.3.
Permista & temperata numeris oratio.Cic.in Orat.
Ruinæ permistæ.Lucret.lib.1.
Sonitus tubæ permistus lituo.Horat.1.Carm.ode 1.

Permistè , Aduerbium {καταμιγαδόν.} Cic. in Partit. Vt quum semel dictum sit directè,sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo , & idem quasi sursum versus retróque dicatur , deinde idem intercisè atque permistè.

Permistio,Verbale {καταμιξις.} Cicero de Vniuers. In qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat , superísque permistionis reliquias fundens æquabat. Macrobius in Somnio Scipionis lib.2.cap 15.hac voce frequenter vtitur.

Permissus appellatur aries , qui annis compluribus tonsus non est. Paulus.

Permitis,& hoc permite,pen prod. {πολυπίστως} Valde mite & perfectè maturum significat. Colum.lib.12.cap.41, Et integra mala dulcia granata,quæ Punica vocãtur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus.

Permitto,permittis,permisi, penultima producta, permissum {παραπίπτω} permíttere, pro Mittere , vel transmittere aliquando accipitur. Colum lib.7.capite 8,Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti.
¶Permittere {ἐάω,ἐπιτρέπειν} Immittere, incitare,inquit Sipõtinus. vt Permittere equum. Liuius ab Vrbe,lib.3,Concitant equos , permittúntque in hostem.
Carinas permittere turbinibus.Claud.de bell.Gildon.
¶Permittere{ἐπιδιδόναι,ἐπιτρέπειν} Dedere.vt Permittere sese militibus.Liu.4.bell.Pun.
Permittere se fidei, vel in fidem & potestatẽ alicuius. Cæsar 2.bel. Gal. Liu 6.bell.Maced.Hæc vna via omnibus ad salutem visa est,vt in fidem se permitterent Romanorum.
Permittere se in deditionem alicuius.Liu.8.ab Vrbe.
¶Permittere{συγχωρῶ, αἰτέω} Concedere,Tolerare, Sinere.Cic. 1.Tusc.Præclarè id quidem,qui & amico permiserit, & se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare.
Cogere & Permittere,contraria. Author ad Heren.lib.2.
Permittere aliquid liberum.Liu.1.bel.Maced.
Arma permittit populis.Lucan.lib.7.
Permisit Deus.Plin.lib.12.cap.19.
Permittere maribus fœminas.Colum.lib.6.cap.24.
Equo permittere habenas.Tibul.lib.4.ad Messalam,1.
Permittere aliquid iracundiæ alicuius.Cic.pro Sylla.
Permittere omnia iudicio alterius,pro Alterum facere iudicem,& ex eius arbitrio omnia statuere. Terent.Phorm.1.9.
Facere coniecturam sine mea argumentatione iudicibus ipsis permittam,quod hoc genus prædandi, &c.Cic.7.Verr.
Inimicitias cum aliquo susceptas Reipublic.permittere. Cicero pro Sextio.

Lex

Lex iubet,aut permittit,aut vetat.Cic.2.de Inuent.
Licentiam permittere.Cic.1.Tusc.ul.
Quæ patria hunc permittit morem? Virg.1.Æneid.
Totum negotium alicui permittere , séque in eius potestate fore dicere.Cic.Qu.fratri,lib.2.10.
Omnia alicui permittere.Cic.pro Domo sua.
Potestatem alicui.Cic.pro Cluentio, Ne in vnumquémque nostrum Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis.
Potestatem infinitam innumerabilis pecuniæ conficiendæ permittere.Cic.2.de Lege agraria.
In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Censori permittitur.Cic.1.de Lege agraria.
Committere fidei alicuius, & permittere potestati aliquem. Cic. pro Fonteio.
Precibus alicuius permittere aliquid.Stat.4.Syl.1.
Regnum permittere Cic.pro Sylla.
Permittere vela ventis,Vide ORA.
Sententiis iudicum vitam alicuius.Cic.pro Rosc.Amer.
Permittere ad aliquem.Seneca epist.67.
¶Permittere, Præcipitare. Silenna lib.4, Multi præmissis armis ex fumo se permitterent. Nonius.
¶Permitti,pro Remitti.l.Imperatores.D.de pactis.
Permitti,Ita mitti,vt eò perueniat quò mittitur.Lucretius lib.4,
Hic odor ipse igitur,nares quicunque laceßit,
Est,aliò vt possit permitti longius alter. Lambinus.
¶Permittitur, pen.corr. Impersonale. Plin.lib.4.cap.14, Si coniectare permittitur , haud multum oræ decrit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.

Permissus,Participium {ἀνειμένος, συγχωρηθείς.} Liu.4.ab Vrbe , Cognitióque eius rei L. Sergio & Qu. Seruilio , & Mamerco Æmylio permissa.
Potestas permissa illis.Lucan.lib.1.
Permissum est lege.Cic.Planco in Epist.ad Attic.lib.16.
Vti permisso.Horat.2.epist.1.

Permissus , huius permissus {συγχώρησις} in singulari numero , quartæ declinationis est: in plurali, secundæ, permissa, permissorum. Cic.1. Offic. Quum enim Annibalis permissu exisset è castris , rediit paulo póst. Idem 5.Verr.Permissu tuo.

Permissurus,pen.prod.Partic. {συγχωρησόμενος.} Cic. Qu.frat.lib.3.16, Vt facias quod vis,tibi permissurus sum.

Permissio {συγχώρημα} Verbale, Idem quod Permissus nomen. Liu.7. bel.Maced. Aut ex summa pecuniæ demerent,aut permissionem extra ciuium corpora fieri iubereut.
Grata mansionis permissio.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.
Plus valet permissione sanctio.Author ad Heren.lib.2.
¶Permissio, Figura est rhetorum,quæ diffinitur ab authore ad Herenn.lib.4, Quum ostẽdimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, & concedere alicuius voluntati, sic, Quoniam omnibus rebus surreptis solùm mihi superest animus & corpus , hæc ipsa quæ mihi de multis sola relicta sunt,vobis & vestræ condono potestati.

Permodestus.Adiectiuum {σωφρονέστατος.} Cic.ad Articum,lib.4.Satis enim acutus & permodestus , ac bonæ frugi. Idem in Catilin. Homo enim videlicet timidus & permodestus , vocem Consulis ferre non potuit.
Sensus permodestus.Tacitus lib.1.

Permodicus. pen.corr. {πολυπαθῶς} Adiectiuum. Suet. in Augusto, cap.6,Locus permodicus.

Permodicè,Aduerbium.Colum.lib.5.cap.11,Permodicè findito.Hoc est valde parum.

Permoléstus,Adiectiuum {πολυωχληρός} Vehementer molestus. Cic. ad Attic.lib.1.13, Atque hi (nolo enim te permoueri) non sunt permolesti,sed tamen insident & vrgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt.

Permolestè {πολυχαλεπῶς} Aduerbium. Cic.ad Attic.lib.15, De Pletorio vicino tuo permolestè tuli,quenquam prius audisse quàm me.

Permolo, permolis,pen.corr.permolui,permolitum, pen.corr.ex Per & Molo compositum,Valde molere vel agitare.Horatius lib.1.Serm. satyra 2,
Quidam notus homo quum exiret fornice:macte
Virtute esto,inquit sententia dia Catonis.
Nam simulac venas inflauit tetra libido,
Huc æquum est iuuenes descendere,non alienas
Permolere vxores. Id est violare,polluere,subagitare.Acron.

Permoueo.permoues,penult.corr.permoui,permotum, penult.prod. {καταυτίω,ἐξάγω} permouêre, Vehemẽter mouere.Cic.5.Verr.Quòd siquis sociorum incommodis minus moueˉur, siquem aratorum fugæ,calamitates,exilia,suspendia denique non permouent,&c.
Aures duras permouimus precibus.Claud.4.Paneg.
Ira,vel luctus. Quintil.lib.2.cap.10.
Adduci & permoueri re aliqua.Cæsar 1.bell.Gal.
Vehementer permoueri. Cic.ad Attic.lib.1.11, Qui mœsti inter sui dissimiles & mœrentes sedebant , & contagione turpitudinis vehementer permouebantur.
Miseratione mens iudicum permouenda est.Cic.in Orat.
In commouendis iudicibus, iis ipsis sensibus , ad quos illos adducere volumus,permoueri.Cic.2.de Orat.
Permotus nescio qua animi diuinatione.Cic.Appio,lib.3.13.
Permotus iracundia,dolore,metu.Cic.ad Attic.lib.10.
Lachrymis permotus.Stat.12.Thebaid.
Permotus metu. Cic.pro Cecin. Quod si fuisset,& ex eo loco permotus fugisset,quum armatos vidisset,&c.
¶Permotus mente, Quasi de mente remotus, pro Insano. Cic.1.de Diuin. Quod maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis.
Mare permotum ventis.Lucret.lib.6.

Permotio , Verbale {καταύησις.} Cic.4. Acad. Mediocritates illi pro-

babant , & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Idem 1.de Diuinat. Alteram mentis incitatione & permotione diuina?
Permotio & Conciliatio,contraria.Cic.2.de Orat.Illa autem, quæ aut conciliationis causa leuiter , aut permotionis vehementer aguntur,contrariis commotionibus inferẽda sunt, vt odio, beneuolentia, misericordia,inuidia tollatur.
Permotio animi. Cic.4.Acad. Atque illi quidem etiam vtiliter à natura dicebant permotiones istas animis nostris datas : metum,cauendi causa:misericordiam, ægritudinémque,clementiæ: ipsam iracundiam,fortitudinis quasi eorem esse dicebant.
Mentis permotione magis quàm natura hæc sentimus. Cicero 2. de Diuinat.

Permulceo.permulces, permulsi , permulsum & permulctum {καταθέλγω} permulcêre,Valde mulcere, lenire, mollire mitigare , leniter attrectare. Varro in Satyris , Capite permulso. Sal.lib.4.Hist. Dein lenita iam ira , postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Cic.2. de Natura deorum,
Aram quam flatu permulcet spiritus Austri.Ex poeta.
Tẽque manu permulsit eum.Ouid.4.Fast.
Permulcere atque allicere. Cic.2.de Orat.Prima est quasi cognitio & commendatio orationis in principio , quæ continuò cum qui audit,permulcere atque allicere debet.
Solatia vitæ permulcent animos.Lucret.lib.5.
Atterias leni voce permulcere.Author ad Heren.lib.3.
Aures vacuas.Horat.1.epist.17.
Prauis voluptatibus aures assistentium.Quintil.lib.2.cap.12.
Sonus & numerus permulcent aures.Cic.in Orat.
Colla draconum permulsit.Ouid.7.Metam.
Corda furentum permulsit.Silius lib.13.
Permulcere iras.Liuius 7.ab Vrbe.
Iucunditate.Quintil.lib.2.cap.5.
Permulcere atque tractare plebem.Liu.3.ab Vrbe.
Sensum voluptate qui permulcet, pellit.Cic.2.de Fin.
Permulceri voluptate lætissima.Colum.lib.12.cap.2.

Permulcens,Participium {καταθέλγων.} vt Membra permulcens. Silius libro 5.
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis. Catul.Argon.59.

Permultus,Adiectiuum {πάμπολλος.} Cic.ad Attic.lib.14, Sunt enim permulti optimi viri,qui valetudinis causa in hæc loca veniant.
Imitatores principum permulti existunt.Cic.3.de Leg.
In faciem permulta iocatus.Horat.1.Serm.saty.5.

Permultò,Aduerbium {πάνυ πολλά.} Cic.2.de Diuinat.Præsertim quum Chrysippus Academicos refellens, permultò clariora & certiora esse dicat,quæ vigilantibus videantur,quàm quæ somniantibus.
Permultò minora.Lucretius lib.5.

Permultum,aliud Aduerbium {πάνυ πολλόν.} Cic.ad Attic.lib.14,Et prima illa actio , & hæc contra Antonium concio , mihi profectò permultùm videtur.
Permultùm interest. Cic.1.Offic. In omni iustitia permultùm interest vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerúque breuis est,& ad tempus,an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Permundus {πολυκοσμότατος} Adiect.Varr.3.de Re rust.cap.7,Permundæ sunt enim hæ volucres.De columbis.

Permunio, permunis, pen.prod.permuniui , permunitum, pen.prod. {καταχαρόω} permunire , Valde munire , aut absoluere quod munire inceperas. Liu.10.bell. Pun. Et quæ monimenta inchoauerat , permuniit.
Locorúmque opportuna permuniuit.Tacit.lib.5.

Permunitus,pen.prod. {πάνυ ἐχυρός} Participium.Liu.7.ab Vrbe,Priuernates quum ante mœnia sua castris permunitis confedissent , vocatis ad concionem militibus,&c. Sic lib.5.bel.Pun.

Permuto, permutas, pen.prod. {αἰτακτέω,ἀπαιτακτέω, ἀμείβω,παραμείνω, ἀλλάσσω} permutâre. Festus, Permutari id propriè dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, quum aliud pro alio substituitur.Martialis lib.8.69,
Permutatur onus,stipatáque tollitur alté.
Permutare cum. Plin.lib.11.cap.37, Lien cum iecinore locum aliquando permutat.
Permutare inter se nomina.Plaut.Capt.12.
Permutare in contrarium.Plin.lib.17.cap.11.
Permutare quædam ad. Cic.Attic.lib.16, Quæ quo plus permutasti,quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit.
Inuicem permutari.Quintil.lib.1.cap.4.
Figuræ permutantur.Lucret.lib.2.
Permutare pretio,vel mercẽ.Plin.lib.9.cap.55.
Permutare aliquid ære alieno alicuius , Commutare in alienum debitum,& alieni debiti vice accipere.Plin.lib.7.cap.38.
Dominos permutare.Horat.2.epist.2.
Domos.Claud.1.in Eutropium.
Fauorem odiis.Claud.ad Adrianum,1.
Permutare pecuniam,est,inquit Budæus , per mensam mittendam curare. *Par Lettre de change.* Cic.ad Salustium,lib.2.16,Scait curasse vt eum quæstu populi pecunia permutaretur.
¶Permutare Rempub pro Perturbare.Cic.3.de Legib.C.Gracchus ruinis & emissitiis,quas ipse se proiecisse in forum dixit , quibus dimicarentur inter se ciues,nónne omnem Reip. statum permutauit?
¶Permutare, pro Emere. Plin.lib.31.cap.8,Singulis millibus nummum permutantibus congios penè binos. Budæus.

Permutatus,permutata,permutatum,Participium.vt
Permutatus ordo.Lucretius lib.1,
Tantum elementa queunt permutato ordine solo.

Permutatio, Verbale {αἴτησις.} Cic.ad Attic.lib.5, Ego præterea rationem Philogeni,& permutationis eius quam tecum feci,edidi.
Publica permutatio.Cic.Appio,lib.3.5,Per paucos dies,dum pecu-

nia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.

¶Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum. Cic pro Sextio.

Perturbare literas varia permutatione. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Perna, pernæ {πέρνα} A pede dicitur, vel à πέρνα. Pernæ dicuntur tam priores quàm posteriores coxæ porcinæ salitæ cum toto pede. Plaut. Capt. 13,

Scis bene esse, si sit vnde. ER. pernam atque ophthalmiam, &c. Plin. lib. 8. cap. 51, Castrantur fœmine sic quoque vti cameli, post bidui inediam, suspensæ pernis prioribus, vulua recisa.

Perna, à pede fuis, à nomine eius. Varr. lib. 4. de Ling. Lat.

Inter Petasonem & Pernam interest, vt ex Martiale colligitur, quum scribit,

Cæretana mihi fiet, vel massa licebit
De menapis, lauti de petasone vorent. Ego putem petasonis partem pernam vocari, vel Athenæo authore, cuius hæc verba sunt, ἰσχὺς δὲ πανταδόπος μάρος ἐκάστου κάτωθεν ἀπὸ πέρνας ἐχόμενον. Turneb.

Debilis perna. Stat. 4. Sylu. 9.

Fumosa. Horat. 2. Serm. saty. 2.

¶Ab huius similitudine, perua etiam piscis dicitur ex concharum genere. Vide Plinium lib. 32. cap. 11.

Perna, etiam in arboribus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 10, Aulisque arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua auelluntur, partémque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore.

Pernam, in hominibus etiam dixit Ennius, quum scribit,

H. s pernas fuceidit iniqua potentia Pœni. Ex Turnebo.

Pernauigo, pernauigas, pen. corr. {περαπλέω} pernauigâre, Totum aliquem locum nauigare. Plin. lib. 2. cap. 67, Sub eodem fidere pars tota vergens in Caspium mare, pernauigata est Macedonum armis.

Pernecessarius, Adiectiuum {πάνυ ἀναγκαῖος} Admodum necessarius. vt Tempus pernecessarium, quo maximè oportet aliquid fieri. Cic. ad Attic. lib 5, Non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero.

Pernecessarius, Valde coniunctus & propinquus. Cic. pro Flacco, Contendisse à Lælio paterno amico, ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio arcesseret.

Pernego, pernegas, pen. corr. {ἀρνέομαι} pernegâre, Vehementer, vel omnino negare. Terent. in Prologo Eunuchi,

-sed eas fabulas factas prius
Latinas fuisse fefe, id verò pernegat. Cic. 3. Verr. Sæpe appellari pernegauerunt.

Traditum à se aliquid pernegare. Cic. pro Cælio.

¶Pernegatur, Impersonale. Cic. 6. Verr. Itaque illo tempore ac primo ittius aduentu pernegatur.

Perneo, pernes, perneui, pernetum, pen. prod. pernêre, Ad finem vsque nere. Totum nere. Martialis lib. 1. ad Alcimum,

Quam mihi supremos Lachesis perneuerit annos,
Non aliter cineres mando tacere meos. Hoc est, quum fatalem vitæ meæ cursum expleuerit. Corrupti codices habent, perueuerit. *Adeheuer de faire, Parisiter.*

Pernicies, perniciei, fœm. gen. {ὄλεθρος, πανωλεθρία} Mors, à Perneco, pernecas. Nonius, Pernicies, Periculum, exitium. Terêt. Adelphis, 2. 1, Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium.

Pernicies, pernicij in genitiuo declinasse veteres probat Gellius ex Cic. orat pro S. Roscio, vbi ita scriptum legit, Quorum nihil pernicij causa diuino consilio, sed vi ipsa & magnitudine rerum factum putamus. Vide Noct. Attic. lib. 9. cap. 14.

Pernicies, & tempestas barathrúmque macelli. Horat. 1, epist. 16.

Vini pernicies lymphæ. Catul. ad Puerum, epig. 24.

Labes & pernicies prouinciæ. Cic. 2. Verr.

Pernicies Reip. & exitium vrbis. Cic. 4. in Catil.

Citra pernicium, Vide CITRA præpositionem.

Detrimentum & pernicies. Cic. 1. de Inuent. Ne mali magno cum detrimento bonorum, & communi omnium pernicie plurimum possint.

Pestis & pernicies. Cic. 1. in Catilin. Hisce omnibus Catilina cum summa Reip. salute, & cum tua peste & pernicie, &c. proficiscere ad impium bellum ac nefarium.

Pernicies & Salus, contraria. Cic. 2. de Orat. Eadem facultate & fraus hominum ad pernicium, & integritas ad salutem vocatur.

Communis pernicies, Vide COMMVNIS.

¶Accessit fortunis pernicies, Vide ACCEDO.

Coniuncta cum magna calamitate Reip. pernicies. Cic. 1. in Catil.

Depellere perniciem à patria. Cic. pro Domo sua.

Facere perniciem alicui. Tacit. lib. 18.

Ferre perniciem. Horat. 1. Serm. saty. 4.

Gliscens pernicies. Tacit. lib. 12.

Incumbere ad vel in perniciem alicuius, Vide INCVMBO.

Incurrere in perniciem. Cic. 3. de Nat. deor.

Instructus ad perniciem, Vide INSTRVO.

Inuenire sibi perniciem. Tacit. lib. 1.

Moliri perniciem. Cic. in Catil.

Vertere in perniciem. Tacit. lib. 2.

Pernicialis, & hoc perniciale, penult. prod. {ὀλέθριος} Quod perniciem affert. Plin. lib. 15. cap. 18, Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Perniciale dissidium. Lucret. lib. 1.

Perniciales morbi, lxitiales. Liu. 7. bel. Pun.

Perniciale odium. Plin. lib. 24. cap. 1.

Pernicialia præcia. Plin. lib. 8. cap. 5.

Perniciabilis, & hoc perniciabile, pen. corr. {πανολέθριος} Ad mortem omnia ducens. Curtius lib. 7, Multos exanimauit rigor niuis insolibilis fuit. Tacit. lib. 4, Id perniciabile reo.

Perniciosus, penult. prod. Adiectiuum {ὀλέθριος, ὀλοὸς, θάνατηφόρος} Damnum afferens. Cic. de Amicit. Quanquam ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit.

Calamitosus & perniciosus. Cic. Antequam iret in exil. Quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quòd mihi sunt subeunda: quàm perniciosa, quòd in Reip. sunt introducta.

Fœdum & perniciosum iudicij exitum leniissimè tuli. Cic. Quinto fratri, lib. 3. 2. 4.

Nefanda & perniciosa labes ciuitatis. Cic, pro Domo sua.

Perniciosæ leges. Cæsar 1. bell. Ciuil.

Numina cultori perniciosa suo. Ouid. 2. Trist.

Scripta perniciosa authori suo Ouid. 3. Trist. eleg. 1.

Perniciosior morbus. Cic. 3. Tusc.

Hostis studiorum perniciosissima Quintil lib. 2. cap. 2.

Perniciosè, pen. prod. Aduerb. {ἐπιζημίως} Damnosè, exitialiter. Cic. 3. de Legib. Quo perniciosius de Reputb. merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Plin. lib. 17. cap. 22, Sic perniciosè luxuriat. Cic. ad Attic. lib. 14, Quàm dissolutè, quàm turpiter, quámque ira perniciosè, vt, &c.

Pernicitas. Vide PERNIX.

Perniger, pen. corr. Adiectiuum {πολυμέλας} Valde nigrum significat. Plautus Pœnulo, 16,

Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris.

Perninium, Aduerbium {πολὺ ἧττον.} Terent. Adelph. 3. 3,

-nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc, perninium interest.

Perno, pernionis, m. g. {ἐρυσίπελας} Morbus pedum ex nimio frigore prouenions, & calceaneum infestans præcipuè. Plin. lib. 20. cap. 3, Est & rapo vis medica: pernione feruens impositum sanat.

Perniunculus, perniuncli, pen. corr. Diminutiuum {μειδίκιον.} Plin. lib. 26. cap. 11, Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

Pernix, pernicis, penul. prod. à Pernitor, perniteris {διαφέρων} Perseuerans. Virg. 3. Georgicorum, de tauro ferociente, -& inter
Dura iacet pernix infrato saxa cubili. Seruius, Horat. Epod. 2, 9.

Pernicis vxor Appuli.

¶Pernix {πανύστατος} Celer. Virg. 4. Æneidos,

-pedibus celerem, & pernicibus alis. Plaut. Milite, 10,

Pernix sum manibus.

Pernix irrumpit in aulam. Silius lib. 1.

Pernix fugit Maurus. Silius lib. 4

Alæ pernices. Virg. 4. Æneid.

Pernix canis pecuarius. Colum. lib. 7. cap. 12.

Chorea pernix. Lucret. lib. 2.

Equus quammaximè pernix. Plin. lib. 8. cap. 18,

Fera. Seneca Herc. furente, 4.

Plantæ. Virg. 11. Æneid.

Velocitas. Plin. lib. 19. cap. 5.

¶Vento pernicior Stat. 4. Thebaid.

Volueri Mauro pernicior Astur. Silius lib. 15.

Solito pernicior index. Stat. 9. Theb.

¶Pernicissimus. Colum. lib. 3. cap. 9, Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina, diligenti obseruatione custodiunt.

¶Pernix, cum infinitiuo. Horat. de arte poetica,

Sublimis, cupidúsque, & amata relinquere pernix. De iuuene.

Pernicitas, pen. corr. {ἀκύτης} Velocitas. Plin. lib. 7. cap. 2, Alibi cauda villosa, homines nasci pernicitatis eximiæ.

Pernicitas & velocitas. Cic. 5. Tusc.

Adempta equorum pernicitate. Tacit. lib. 18.

Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Liuius 9. ab Vrbe, De Papyrio Cursore.

Electi milites ad pernicitatem. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Pernicter, penult. corr. Aduerbium {ἀκύτατα.} Plinius lib. 8. cap. 14, Vt stupefactos quanuis altè, pernicterque, alites haustu raptas absorbeant.

Pernobilis, & hoc pernobile, pen. corr. {πάνυ γνώριμος.} Cic. 6. Verr. Nam tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.

Pernoctereus {περικνήσιος} auis est ex aquilarum genere, quæ circa lacus versatur, vulturi similis, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens: sed imbecillis & degener, ita vtà cortuis sæpenumero verberetur. Plin. lib. 10. cap. 3.

Pernocto, pernoctas, pernoctare, Vide PERNOX.

Pernosco, pernoscis, pernoui, pernotum, pen. prod. {κατανοέω} pernóscere, Perfectè noscere. Terent. Andria, 2. 2,

Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. Cic. de Fato, Qui se profitebatur hominum moxes, naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.

Naturam pernoscere iuris. Horat. 2. Serm. saty. 4.

Pernoresco, pernoresceis, pernorui {κατανάσιμαι} pernotéscere, vnde Pernotuit, impersonale, pro Perfectè & certò cognitum est. Tacit. lib. 14. Atque vbi incolumem esse pernotuit.

Pernox, pernoctis, omn. g. {πανύχιος} Totam noctem vigilans. Liu. 5. ab vrbe, Prælistmque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est: & haud incertius diurno prælium fuit. Hoc est totam noctem lucens.

Phœbe pernox. Senec. Hippol. 6.

Triuia pernox. Seneca Medea, 10.

Pernocto, pernoctas {πανυχίζω} pernoctâre, Noctem integram vigilare, & insomnem agere. Terent. Adelph. 4. 1,

Sed si hic pernocto. causæ quid dicam Syre? Cic. pro Cluent. Quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur.

Pernoctare ad ostium carceris. Cic. 7. Verr.

Pernoctare in publico. Cic. 6. Verr. Senator Pop. Rom. quod in vobis fuit, in oppido vestro iacuit, & pernoctauit in publico.

Cum curis pernoctare. Cic. 5. Tusc. Quo tandè igitur gaudio affici necesse

necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantémque curis?

Pernumero, pernumeras, pen. corr. {κατεμβάλλω} pernumerâre, Numerum absoluere. Plaut. Epid. 13,

Age age absolue, atque argentum numera, ne comites morer.

s. Pernumeratum est. Liu. 8. bel. Pun. Paucos moratus dies dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent.

Pero, peronis, pen. prod. mas. gen. Genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbréque & frigora: quòd peram veteres pellem dicebant pendentem à collo ad lumbos. Iuuen. Satyra 14,

-quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi. Virg. 7. Æneidos, priscos Latinos perone in bellis vsos ostendit, quum inquit,

-vestigia nuda sinistri

Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones tibialia sunt laxa, quibus nostrates rustici vtuntur, sic dicta, vt arbitror, quòd peræ modo sint informia.

¶Perones etiam vocantur facci. Plin. lib. 36. cap. 14, de templo Ephesiæ Dianæ, Id consequutus est architectus ille peronibus arena plenis: Quo in loco nonulli beronibus legebant. Vitruuius lib. 5. cap. vltim. Creta peronibus ex vlua palustri factis calcetur. vbi legitur meronibus. Peronibus etiam legunt nonnulli apud Alfenum in l. In naue. D. locati. Vide BERO.

Peronatus, pen. prod. Adiect. Qui peronibus calceatus est. Persius Saty. 5, Nauim si poscat sibi peronatus arator.

PERO, huius Perus, teste Homero Odyss. 11, filia fuit Nelei, & soror Nestoris & Periclymeni: tam admiranda fuit pulchritudine, vt omnes accolæ illam ducere in vxorem cuperent. Quamobrem pater Neleus illi soli eam promisit, qui boues ingentes ex Herculis custodia eriperet. Propertius lib. 2. eleg. 3. ad finem,

Turpia perpessus vates est vincla Melampus
Cognitus Iphicli subripuisse boues,
Quem non lucra, magis Pero formosa coegit,
Mox Amithaonia nupta futura domo.

Perobscurus, pen. prod. Adiect. {μάλα ἀσαφὴς} Valde obscurus. Cic. 1. de Nat. deorum, Perobscura quæstio.

Perobscura fama. Liu. 1. ab Vrbe.

Perodiosus, pen. prod. Adiectiuum {πολυμίσητος} Valde odiosum significat. Cic. ad Attic. lib. 10, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Perofficiosè, Valde officiosè. Vide Peramanter in PER AMO.

Peroleo, peroles, pen. corr. perolui vel peroleui {πολὺ ὄζω} perolêre, Valde olere. Lucilius lib. 30,

Quis totum sic corpus iam peroleſſe bifulcis. Lucretius lib. 6,

Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu. Id est, valde fœtent.

Perone, vel Perona {περόνη} Fibula, Tibiæ vtriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ: non peruenit autem fibula, quam Græci περόνην appellant, ad genu articulum, verùm sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. Galenus in Medico.

Peroppportunus, pen. prod. {πολυκαίριος} Adiect. Valde opportunus. Cic. 2. de Orat. Sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peroppportuno diuersorio.

Peroppportuna victoria. Liu. 10. ab Vrbe.

Peroppportunè, pen. prod. Aduerbium {πολυκαίρως.} Liu. 1. ab Vrbe, Peroppportunè ad præsentis quietem status, &c.

Peroppportunè venis. Cic. 1. de Nat. deor.

Peroppportunè fortuna te obtulit. Cic. 7. Verr.

Peropto, peroptas, peroptare, Vehementer optare. Cornel. Nepos in vita Attici, Peroptaréque equitis Romani filiam generosam nuptiis.

Peroptatò, Aduerbium, Ex animi sententia. Cic. lib. 2, de Orat. Nunc peroptatò nobis datum est.

Peropus est, pro Valde opus {μεγάλως ἔστι.} Terent. And. 1. 5,

Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

Peroriga, perorigæ, pen. corr. quid significet, declarat Varro 2. de Re rust. cap. 7, de equis loquens, Peroriga enim appellatur quisquis admittit: eo enim adiutante, equa alligata celerius admittitur. Peroriga legit Ruellius in Veterinaria. Videtur tamen Gelenius in Plinio legere Proriga. Ibidem, cap. 8, Eodem tempore quo equos adducentes, iidémque vt ineant equas per perorigas curamus.

Perorno, perornas {κατακοσμέω} perornâre, Valde ornare. Tacit. lib. 16, Detraheret potius Senatui, quem perornauisset, infamiam tanti flagitij.

Perornatus, pen. prod. {κατακεκοσμημένος} Participium, siue Nomen ex participio. Cic. de Clar. Orat. Crassus in dicendo & perornatus & brevis. Sic Firmicus lib. 6. cap. 6.

Peroro, peroras, pen. prod. {ἀποκεφαλαίωσιν ἐπιλήγομαι} perorâre, Finem orationis facere. Cic. 4. Acad. Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. Idem 4. de Finib. Quum ego te hac noua lege videam eodem die accusatori respõdere, & tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas?

Concludere & perorare. Cic. 2. de Orat. Alij iubent antequam peroretur, orandi aut agendi causa digredi, deinde concludere ac perorare.

Breui perorare. Cic. 1. de Inuent.

Ad arbitrium alicuius. Cic. in Vatinium.

Narrationem. Author ad Herenn. lib. 1.

Perorare causam aliquam, vel litem. Cic. 3. Offic. Tantum dabit amicitiæ, vt veram amici causam esse malit, & vt perorandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet.

Perorare in aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 4, De iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare.

¶Perorare orationem, pro Finire alicuius libri sermonem, & eum vsque ad finem ducere sine vlla interruptione. Cic. 2. de Leg. Video Platonem idem fecisse, omnémque orationem eius de legibus, peroratum esse vno æstiuo die. Id est, dialogum peractum, ait Budæus.

Perorare certum aliquod crimé. Cic. 5. Verr. De qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

¶Perorare, Persuadere. Lucan. lib. 10 de Cleopatra,

Vultus adest precibus, faciéſque incepta perorat. Hoc est, forma meretricia & impudica persuadet Cæsari, & impetrat ab eo quæ cupit.

¶Perorare, Affectus ipsos commouere. Quintil. Declamat. 6, At ista lege recitat, & in cadauer filij perorat. Id est, indignationem commouet.

¶Perorare, pro Agere videntur vsurpasse decemuirales tabulæ, in quibus sic scribitur, Quum perorârant ambo præsentes. &c Id est, quum ambo præsentes agunt, petunt, postulant. Nam &, Oro tecum ea de causa dicere solebant, pro, Ago tecum precibus. Ennius, Tu face verò quod tecum precibus pater orat. Sic & oro tecum, non infrequenter Plautus dicit. Turnebus.

¶Perorari, Passiuum. Cic. pro Quint. Quæritur priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse. Hoc est, orationem ad finem duci.

¶Locus perorandi, Vbi plurimum pollet oratio. Cicero de Claris Oratoribus.

Peroratus, pen. prod. Particip. {αὐτοκρατοραθεὶς.} Cic. 7. Verr. Causa propè perorata. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Peroratio, Verb. {αὐτοκεφαλαίωσις, ἐπίλογος.} Cic. de Clar. Orat. Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur.

Conclusio orationis & peroratio. Cic. 2. de Orat.

Peroratio incendit, & plenos iræ relinquit. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Inflammans & restringens omnia. Cic. in Orat.

Peti finem perorationibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

PERORSI, orum, Populi Æthiopum in extrema Mauritania, qui, vt testatur Plin. lib. 5. cap. 8. & lib. 6 cap 30, quadrupedum ferarum modo vagi sunt, carúmque visceribus vescuntur.

Perosis {πήρωσις} oblæsio, priuatio, impedimentúmve naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulæ. Galen. in finitionib. Medic.

Perosus, pen. prod. Adiectiuum {δυσμισητὸς} Qui magno odio aliquem prosequitur. Liuius 3. ab Vrbe, Iam plebs præter quàm quod cossi nomen haud secus quàm regum perosa erat, ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris quærebat.

Rex arma perosus. Ouid. 3. Fast.

Commercia nostra perosus. Lucan. lib. 9.

Exilium longum perosus. Ouid. 8. Metam.

Fœmineum genus perosi. Virg. 9. Æneid.

Lucem perosi. Virg. 6. Æneid.

Perpaco, perpacas, pen. prod. {εἰρηνοποιῶ} perpacare, Pacatum, & tranquillum reddere. Liu. 6. bel. Maced. Paucósque per dies omnibus perpacaris, sine vllius noxa vrbis, &c. Plin. de Viris illustr. Marcus Varius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare supernum perpacauit.

Perparcè, Aduerbium {πάνυ φειδομένως.} Terent. And. 2. 6,

-& quod dicendum hic siet,
Tu quoque perparcè nimium.

Perparum, penult. corr. Aduerbium {πολυολίγον.} Cic. 5. Verr. Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire. Quidam legunt perparuum.

Perparuus, Adiectiuum {πολύμικρος.} Cic. 1. de Legibus. Quæ & quum adsunt, perparua sunt: & quandiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest.

Perparuum quiddam interdum mutare videtur. Lucret. lib. 5.

Semina perparua. Lucret. lib. 3.

Perparuulus, pen. corr. Diminut. {μικρότατος.} Cic. 6. Verr. Duo tamen sigilla perparuula tollunt.

Perpaucus, Adiectiuum {πολυστάδιος.} Terent. Eunucho, 3. 1,

-imò sic homo est
Perpaucorum hominum. Cic. 4. Acad. Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.

Exempla perpauca. Luret. lib. 2.

Perpauca loquens, Horat. 1. Serm. Satyra 4,

-quódque pusilli
Finxerunt animi, rarò, & perpauca loquentem. Mendosè habent omnes libri, loquentis. Lambinus.

Perpaculus, pen. corr. Diminutiuum {παυρίτατος.} Cic. 1. de Legib. Deduxísque in Academiam perpaucula passibus.

Perpauefacio, perpauefacis, perpauefeci, perpauefactum {κατατρόμου} perpauefácere, Valde pauefacere, & pauorem incutere. Plautus Stricho, 3,

Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

Perpaulum, {πολύντοτε} Aduerbium ex per & paulum, quod à Parum deriuatur. Cic. 1. de Finib. Declinare dixit atomum perpaulùm, quo nihil posset fieri minus.

Perpaululum, pen. corr. Diminutiuum {πολυντότου.} Cicero 2. de Orat. Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti.

Perpauxillum, Diminutiuum {πολυντότατον,} Plaut. Capr. 4,

-sed si pauxillum potes
Conteutus esse. E. næ, perpauxillum modo.

Perpauper, Adiect. {πολυπένης} Valde pauperem significat. Cic. ad Attic. lib. 6, Erat enim rex perpauper. De Ariobarzane.

Perpauxillum, Vide PERPAVLVM.

Perpello, perpellis, perpuli, penult. corr. perpulsum {ἀναγκάζω} perpéllere, Inducere, obtrudere, cogere. Terent. And. 4. 1, Suadere, orare vsquedeo donec perpulit. Liu. lib. 1, Incensam multitudinem perpulit vt imperium regi abrogaret. Cic. pro Cælio, Candor huius te, & proceritas vultus, oculíque perpulerunt.

Aliquem perpellere. Cic. 1. de Orat. Serg. Galbam memoria teneo diuinum hominem in dicendo, & M. Æmylium Porcinam, & Cn.

ipſum Cæbonem, quem tu adoleſcentulus perpuliſti, ignatum legum, &c. Sed hic legendum eſt perculiſti, à perculio.

Perpellere ad deditionem. Liu. 2. & 1. Maced.

Perpendiculum, perpendiculi, pen. corr. {κρίκωμα. ὁ ἀδίτιον} Inſtrumentum fabri materiarij, ſeu cæmentarij, quo plumbo à ſilo & gnomone pendente, rectitudo ſeu obliquitas operis perpendetur, id eſt examinatur. Aſconius. Perpendiculum, linea, laterum æqualitatem à ſummo ad imum latitudine probans. Vitruius lib. 7. cap. 3. de tectorio loquens. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. Cic. lib. 2. Academ. apud Nonium, Atqui ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Idem 3 Verr. Tu Verres hic quod moliare, nihil habes: niſi forte vis ad perpendiculum columnas exigere: homo omnium rerum imperitus, quærit, quid ſit ad perpendiculum: dicunt ei, ferè nullam eſſe columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſſit.

Feruntur gravitate ad perpendiculum atomi rectis lineis. Cicero de Fato.

Ad perpendiculum facere. Plin. lib. 35. cap. 14.

Perpendicularis, & hoc perpendiculare, pen. prod. {κρικωτικός} Geometræ vocant quod rectè in aliquid incidit: vt radij ſolis rectè ex alto in aquam deſcendentes, perpendiculares appellantur: illos integros, hos confractos in aqua videmus apparere. Boëthius Geomet. lib. 1. Linea ſuper rectam ſtans, perpendicularis dicitur. Ibidem, In quod protractum perpendicularis cadit. Bud. in Annotat. prior. Normalem angulum dixit Quintil. pro recto, qualem norma efficit. Eadem ratione Cenſorin. De die natali, cap. 21. normalem lineam vocat, id eſt perpendicularem. Talis enim linea à recto angulo normæ fit. & ipſa rectum angulum facit. Vtitur & hac voce Martianus Capella lib. 6. cap. De plano angulo.

Perpendo, perpendis, perpendi, perpenſum {κατασταθμάομαι} perpendere. Diligenter conſiderare. Cic. de Amic. Quid in amicitia fieri oporteat, quæ tota veritate perpenditur? Idem 5. Verr. Sed eius æquitas ararorum commodo & voluntate perpenditur.

Dirigere & perpendere aliquid ad diſciplinæ præcepta. Cic. pro Murena. Hæc omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas, recta ſunt: ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis, reperientur prauiſſima.

Perpendere & iudicare. Cic. 3. de Orat. Vulgò de oratoribus ab imperitis dici ſolet, bonis is verbis, aut aliquis non bonis vtitur, non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu iudicatur.

Perpendere diligenter. Cic. pro Murena, Et primùm, M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo.

Iudicio acri perpendere. Lucret. lib. 2.

Perpenſus, Participium {κατασταθμηθείς} vt

Perpenſum & exploratum habere. Colum. lib. 3.

Perpenſatio, perpenſationis, Verbale à Perpendo. Gell. lib. 2. cap. 2, Verba ſuper ea re Taurus fecit, cum ſumma (dij boni) bonorum atque officiorum perpenſatione.

Perpenſa {βαυκαρεύς} herba. Plin. lib. 21. cap. 19, Baccar in medicinæ vſu eſt: aliqui ex noſtris perpenſam vocant.

Perperam, pen. corr. Aduerbium {φαύλως} Prauè, peruerſè. Terent. Phormione, 5. 1,

Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam: verùm iſtoc de nomine
Eo, perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis: atque id porrò aliquà vxor mea reſciſceret. Hoc eſt, de hoc commentitio Stilphonis nomine quod perperam ſeu falſò mihi aſſimxi de induſtria, mentionem ob id vobis feci, vóſque propterea commonui, ne forte per imprudentiam id effutiretis, & poſtea vxor aliquo modo reſciſceret.

Perperam accipere pecuniam. Id eſt quæ non debetur. Pompon. in l. Si vendidero §. Si Titius. D. de furt.

Perperam pronuntiare, Corrupté & vitioſé. Plinius iunior lib. 3. epiſtola 5.

Conſtitutæ perperam res. Cic. 1. de Inuent.

Rectè & Perperam, contraria. Liu. 1. ab Vrbe, Rectè an perperam interpreter, fuerit iſta eius deliberatio qui bellum ſuſcepit.

Nequiter & perperam. Author ad Heren. lib. 2, Deinde qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam perperam feciſſe, non eſſe mirandum.

Perperam iudicare. Alfenus in l. Quum quærebatur. D. de re iudic.

Perperus, perpera, perperum, pen. corr. {πέρπερος} Indoctus, ſtultus, rudis, inſulſus. Accius Pragmaticis, Deſcribere in theatro perperos populareis. Nonius.

Perperitudo, penult. prod. {περπερότης} Stultitia, inſulſitas. Accius Pragmaticis, Et eo plectuntur poetæ, quàm ſuo vitio ſæpius, Ductibilitate nimia veſtra, aut perperitudine.

PERPERENA, vicus in Aſia, non procul ab illo loco in quo deas à Paride iudicatas eſſe dicunt. Strabo lib. 13.

Perpes, perpetis, pen. corr. omn g. {ἀεύδιος} Idem quod Perpetuus: vt Noctem perpetem dormire. Plaut. Truculen. 6,

Quúmque ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem. &c.

Perpetim, pen. corr. Aduerbium {ἀεύδιος} Perpetuò. Plin. lib. 20. cap. 6, Ita vocatur vlcus aciem hebetans, & in angulo oculi, perpetim humor emanans.

Perpetior, perpeteris, penult. corr. perpeſſus ſum, perpeti, pen. corr. {πατεπόμαι, ἀδέω, πάθω} Idem quod Pati, aut fortiter pati. Terent. Eunucho, 1. 1,

-an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias? Cic. ad Cælium, lib. 2. 15,
Nónne tibi affirmaui quiduis me potius perpeſſurum, quàm ex Italia ad bellum ciuile me exiturum?

Nunquam perpetiar. Cic. 5. Verr. Hæc tu, tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimúſque ſemper fuiſti, tamen nunquam perpetiere.

Perpeti & perferre. Cic. 5. Verr.

Perpeti & perferre facilè omnes. Cic. 2. de Orat.

Sufferre & perpeti aliquid. Terius Cic. lib. 4. 5. Malim niſi hoc perius ſit, hæc ſufferre & perpeti.

Dolorem perpeti. Cic. 1. de Finib. Idem etiam dolorem ſæpe perpetiuntur: ne ſi id non faciant, incidant in maiorem.

Iram cælique mariſque perpetimur. Ouid. 14 Metam.

Mendicitatem multi perpetiuntur, vt viuant. Cic. 5. de Fin.

Perpeti & perfungi multa pro aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo, atque perfuncto concederet, vt, &c.

Omnia perpetiar. Propert. lib. 2. eleg. 27.

Perpeti quiduis. Cic 5. Verr. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.

Vltima perpetior. Ouid. 2. Triſt.

Perpeſſu difficilis {πρὸς πάσχειν χαλεπὸς.} Cic. 2. Tuſcul. O multa dictu grauia, perpeſſu aſpera.

Perpetens, Partic. {περιτένων.} Cic. 2. de Finibus, Qui nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius.

Perpeſſus, Aliud participium {κεκρατηκὼς.} vt Damna perpeſſus. Claud. 5. Panegyr.

Ventos perpeſſus & imbres. Virg. 9. Æneid.

Vincla turpia perpeſſus. Propert. lib. 2. eleg. 3.

Perpeſſio, Verbale {κράτησις.} Cic. 2. de Inuent. Patientia eſt honeſtas aut vtilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.

Perpeſſitius, Adiectiuum, Qui patiendo aſſuefactus eſt. Seneca epiſt. 54, Lenis motiuncula decipit: ſed vbi creuerit, & vera febris exarſerit, etiam duro & perpeſſitio confeſſionem accipit.

Perpeto, tis, pen. corr. perpetiui, perpetitum, perpétere, Ex per & peto compoſitum, Continuè & ſine vlla intermiſſione petere, peragere, perficere. Vnde & Perpetem & Perpetuum dicimus. Sipontinus.

Perpetro, perpetras, pen. corr. {πραγματεύομαι} perpetrare, Ex per & patro, ſignificat Perficere, authore Feſto. & plerunque in malam partem ſumitur. Plaut. Caſin. 16,

Nam cur non ego id perpetrem quod occœpi, vt nubat mihi?
Perpetrare cædem. Liu. 1. ab Vrbe.
Iudicium perpetrare. Tacit. lib. 13.

Perpetratus, pen. prod. Participium {πεπραγμένος.} vt Perpetrato bello. Liu. 4. bell Pun. Perpetrato bello, tum conſultandum vtrum defectio prior plus merita ſit pœnæ, an hic reditus veniæ.

Prima parte perpetrata, Id eſt abſoluta. Varr. de Lingua Latina, lib. 6. ad finem.

Pugna perpetrata. Liu lib 4. Decad. 5.

Sacrificio ritè perpetrato. Liu. lib. 4. Decad. 5.

Perpetratis omnibus quæ ad pacem deûm pertinent. Liuius lib. 4. belli Punici.

Perpetuus, Adiectiuum {ἀείδιος} Solidum, non conciſum in fruſta, ſed continuatum, non interruptum, aut temporis ſpatio intermiſſum. Terent. Hecyra, 1. 2, Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli. Idem, Adelph. 4. 1, Triduo hoc perpetuo.

Perpetuus & Annuus, contraria. Cic. Poſt red in Senat. Reſp. ſine Conſulibus eſſet, neque ſolùm parentibus perpetuis, verùm etiam tutoribus annuis eſſet orbata, ſententias dicere prohiberemini.

Perpetuus & idem, Vide IDEM.

¶Acies perpetua. Plin. lib. 8. cap. 30.

Affinitas. Terent. Hecyra, 2. 2,

Ædes perpetuæ ruunt, id eſt totum ædificium. Plaut. Moſtel. 3.

Ætatem perpetuam, pro Perpetuò. Lucretius lib. 3,

Nec, quod ſub magno ſcrutentur pectore, quicquam
Perpetuam ætatem poterunt reperire profectò.

Æuum. Lucret. lib. 5.

Agmen totius Italiæ. Cic. in Piſonem, At meus quidem is fuit, vt à Brunduſio vſque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.

Alimenta. Plin. lib. 7. cap. 36.

Firma & perpetua amicitia. Qu. Cic. de Petit. Conſul.

Amor. Liuius, Modo ſit perpetuus huius qua vinimus pacis amor.

Carmen. Ouid. 1. Metam.

Cibus. Plaut. Perſa, 10.

Conſuetudo alicuius. Cic. pro Milone.

Aſſidua & perpetua cura. Cic. Ligario, lib. 6. 13.

Perennes & perpetui curſus ſtellarum. Cic. 2. de Nat. deor.

Conſtans & perpetua defenſio ſalutis meæ. Cicero Poſt reditum in Senatu.

Longior & perpetua diſputatio. Cic. 2. de Orat.

Febris perpetua, quam Celſus continuam appellat. Plinius lib. 7. cap. 51.

Feſtiuitatis perpetuæ genus. Cic. 2. de Orat.

Fides ſolida & perpetua. Plaut. Merc. Si quidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides.

Hos æui. Ouid. 9. Metam.

Fœnore perpetuo vt ducerentur centeſimæ, Senatuſconſulto factum eſt. Cic. Attic. lib. 5.

Formido. Virg. 4. eclog.

Foſſa. Cæſar in Comment.

Perpetui & vniuerſi generis quæſtio. Cic. 2. de Orat.

Hiſtoriam rerum geſtarum perpetuam complecti. Cicero Lucceio, libro 5. 12.

Imbres. Horat. 1. Carm. ode 7.

Ira. Ouid. 3. Triſt eleg. 5.

Iuuenta. Virg. 4. Æneid.

Languor. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8.

Perpetuæ & æternæ legis vis. Cic. 1. de Nat. deor.

Malum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.

Stabilis & perpetua mantio in ratione bene conſyderata: eſt deſinitio perſeuerantiæ Ciceroni 2. de Inuent.

Montes perpetui, Multi & continui. Liuius, Saltus perpetuis montibus

tibus inter ſe iuncti.

Morbum perpetuum iurare. Cic. Art. lib. 12, Quod ſi erit durius, venìam, & ipſe perpetuum morbum iurabo.

Nox. Ouid. 7. Meram.

Oratio. Cic. Art. lib. 1. 11, Clodium præſentem fregi in Senatu cum oratione perpetua pleniſſima grauitatis, tum altercatione.

Paludes perpetuæ. Cæſar in Comment. Erant perpetuæ paludes.

Pax. Ouid. 4. Faſt.

In pace perpetua eſſe. Cic. 3. in Catil.

Præda perpetua eſt mea: Id eſt tota mea. Plaut. Rud. 23.

Quæſtiones. Cic. de Claris Orat. Nam & quæſtiones perpetuę, hoc adoleſcente cõſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt. Quæſtiones, id eſt iudicia publica, quibus iudex quæſtionis præeſſe ſolebat. Perpetuæ, hoc eſt quibus Romani perpetuò vterentur.

Riſu perpetuo contendere illa. Ouid. 3. de Arte.

Sacra. Cic. 2. de Legib.

Satio perpetua atque æquabilis. Cic. 5. Verr. Id eſt, plana & integra, quum pars nulla eſt quæ non ſeratur.

Sermo. Lucret. lib. 4.

Sitis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Sopor perpetuus, Mors. Horat. 1. Carm. ode 24.

Studium perpetuum in aliquem. Cn. Magnus Ciceroni in Epiſt. ad Attic. lib. 8.

Sumptus perpetuos ſuppeditare. Cic. 2. Offic.

Taciturnitas. Cic 3. Verr.

Trabes perpetuæ, Id eſt ſolidæ & non coagmentatæ: inquit Bud. Cæſar lib. 6.

Virginitas. Ouid. 4. Triſt. eleg 2.

Vita. Lucret. lib. 3.

Perpetuæ & contextæ voluptates Cic. 5. Tuſcul.

¶Non eſt perpetuum. Budæus, Perpetuum pro generali accipitur, & quod ſemper obtinet. Paulus in l. Quum hæreditas. D. ad Senatuſconſultum Trebel. nam quod dicitur retinere eum oportere: nõ eſt perpetuum. Id eſt, non ſemper accidit. Celſus lib. 2. cap. 10. Quum ſit autem minimè crudo ſanguis mittẽdus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. Id eſt non vſquequaque verum eſt.

Perpetuum & ſempiternũ. Cic. 4 in Catil. Ignem Veſtæ perpetuũ ac ſempiternum.

Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. Plaut. Ciſtel. 4.

In perpetuum. Cic. pro Cn. Plancio, Ego verò ſi tum illorum impiorum ferro ac manu concidiſſem, in perpetuum Reſp. ciuile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet.

Pauliſper & In perpetuum, cõtraria. Cic. 1. in Catil. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc Reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.

In perpetuum res ſuas alienare. Cic. 2. de Lege agrar.

Perpetuum edictum, quod non, vt Lycurgi leges, quauis meliore conditione allata, immutatur: ſed quod fixam & immotam æquitatem habens, ſemper vireſcit. Cæterùm ex eo tempore apud Romanos factum eſt perpetuum edictum, quo ius illud prætorium ad certam & fixam formulam redactum eſt: antea enim quotannis immutabatur. Vſurpat Budæus perpetuum edictum, pro Lege Euangelica, quòd ea nullo vnquam tempore immutari, nulla carie fœdari nullis tyrannorum machinamentis violari, nullis fabulis obduci, nullis calumniis euerti, conſpurcarique poterit.

Perpetuùm, Aduerbialiter poſitum {διὰ παντὸς} Aſſiduè, ſemper. Terent. Adelph. 4. 1,

Miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuùm in lætitia degere.

Perpetuò, Aduerbium, Idem {διὰ παντὸς.} Terent. Andr. 3. 3,

. at ego non poſſe arbitror,
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me perpeti. Cic. 7. Verr. Quid ciuitates, quæ in amicitia, fidéque Populi Romani perpetuò manſerant?

Vitens perpetuò buxus. Ouid. 10. Metam.

Perpetuò pecij. Terent. Adelph. 2. 4.

Perpetuo, perpetuas, pen. corr. perpetuáre, Sine intermiſſione continuare. Cic. 3. de Orat. Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.

Obligationem perpetuare, Paulus ſexies vtitur in l. Si ſeruum. D. De verb ſignif.

Perpetuitas, pen. corr. perpetuitatis, fœm. gen. {ἀϊδιότης} Continuatio. Cic. 2. de Finib. Qui autem diffider perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer.

Perpetuitas dicendi. Cic. in Orat.

Perpetuitas monumentorum. Plin. lib 34. cap. 9. in fine.

Sermonis perpetuitas. Cic. 2. de Orat. Non ferè quiſquam reperietur præter hunc, in vtroque genere excellens, & in illo quod in perpetuitate ſermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto eſt.

Perpetuitate & quaſi conuerſione verborum vtẽdum non ſemper eſt Cic. 3. de Orat.

Perpetuitas laudis. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25, Cuius eſt hæc ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione: maiorémque fructũ ponere in perpetuitate laudis, quã in celeritate Præturæ.

Perpetuitas voluntatis. Cic. ad Qu. frat. lib 3. 2.

Fidelis ad perpetuitatem beneuolentia. Cic. 2. Offic.

Perpetuitas & conſtantia. Cic. 5. Tuſc., Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia.

Vitæ. Cic. 1. Offic. In tota vita cõſtituenda, multò eſt maior rei cura adhibenda, vt conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in vllo officio claudicare.

Temporis conſequentis. Cic. 1. Tuſc.

Cauſa perpetuitatis machinata eſt natura mares & fœminas. Cic. 2. de Nat. deor.

Addere muneribus perpetuitatem. Plin. iun. in Paneg.

¶Perpetuitas, pro Immortalitate. Cic. de Vniuerſit. Neutiquam tamendiſſoluemini, neque vos vlla mortis fata periment: nec fraus vllius interſe iuncti.

Morbum perpetuum iurare. Cic. Art. lib. 12, Quod ſi erit durius, venìam, & ipſe perpetuum morbum iurabo.

Nox. Ouid. 7. Meram.

Oratio. Cic. Art. lib. 1. 11, Clodium præſentem fregi in Senatu cum oratione perpetua pleniſſima grauitatis, tum altercatione.

Paludes perpetuæ. Cæſar in Comment. Erant perpetuæ paludes.

Pax. Ouid. 4. Faſt.

In pace perpetua eſſe. Cic. 3. in Catil.

Præda perpetua eſt mea: Id eſt tota mea. Plaut. Rud. 23.

Quæſtiones. Cic. de Claris Orat. Nam & quæſtiones perpetuę, hoc adoleſcente cõſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt. Quæſtiones, id eſt iudicia publica, quibus iudex quæſtionis præeſſe ſolebat. Perpetuæ, hoc eſt quibus Romani perpetuò vterentur.

Riſu perpetuo contendere illa. Ouid. 3. de Arte.

Sacra. Cic. 2. de Legib.

Satio perpetua atque æquabilis. Cic. 5. Verr. Id eſt, plana & integra, quum pars nulla eſt quæ non ſeratur.

Sermo. Lucret. lib. 4.

Sitis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Sopor perpetuus, Mors. Horat. 1. Carm. ode 24.

Studium perpetuum in aliquem. Cn. Magnus Ciceroni in Epiſt. ad Attic. lib. 8.

Sumptus perpetuos ſuppeditare. Cic. 2. Offic.

Taciturnitas. Cic 3. Verr.

Trabes perpetuæ, Id eſt ſolidæ & non coagmentatæ: inquit Bud. Cæſar lib. 6.

Virginitas. Ouid. 4. Triſt. eleg 2.

Vita. Lucret. lib. 3.

Perpetuæ & contextæ voluptates Cic. 5. Tuſcul.

¶Non eſt perpetuum. Budæus, Perpetuum pro generali accipitur, & quod ſemper obtinet. Paulus in l. Quum hæreditas. D. ad Senatuſconſultum Trebel. nam quod dicitur retinere eum oportere: nõ eſt perpetuum. Id eſt, non ſemper accidit. Celſus lib. 2. cap. 10. Quum ſit autem minimè crudo ſanguis mittẽdus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. Id eſt non vſquequaque verum eſt.

Perpetuum & ſempiternũ. Cic. 4 in Catil. Ignem Veſtæ perpetuũ ac ſempiternum.

Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. Plaut. Ciſtel. 4.

In perpetuum. Cic. pro Cn. Plancio, Ego verò ſi tum illorum impiorum ferro ac manu concidiſſem, in perpetuum Reſp. ciuile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet.

Pauliſper & In perpetuum, cõtraria. Cic. 1. in Catil. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc Reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.

In perpetuum res ſuas alienare. Cic. 2. de Lege agrar.

Perpetuum edictum, quod non, vt Lycurgi leges, quauis meliore conditione allata, immutatur: ſed quod fixam & immotam æquitatem habens, ſemper vireſcit. Cæterùm ex eo tempore apud Romanos factum eſt perpetuum edictum, quo ius illud prætorium ad certam & fixam formulam redactum eſt: antea enim quotannis immutabatur. Vſurpat Budæus perpetuum edictum, pro Lege Euangelica, quòd ea nullo vnquam tempore immutari, nulla carie fœdari, nullis tyrannorum machinamentis violari, nullis fabulis obduci, nullis calumniis euerti, conſpurcarique poterit.

Perpetuùm, Aduerbialiter poſitum {διὰ παντὸς} Aſſiduè, ſemper. Terent. Adelph. 4. 1,

Miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuùm in lætitia degere.

Perpetuò, Aduerbium, Idem {διὰ παντὸς.} Terent. Andr. 3. 3,

. at ego non poſſe arbitror,
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me perpeti. Cic. 7. Verr. Quid ciuitates, quæ in amicitia, fidéque Populi Romani perpetuò manſerant?

Vitens perpetuò buxus. Ouid. 10. Metam.

Perpetuò pecij. Terent. Adelph. 2. 4.

Perpetuo, perpetuas, pen. corr. perpetuáre, Sine intermiſſione continuare. Cic. 3. de Orat. Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.

Obligationem perpetuare, Paulus ſexies vtitur in l. Si ſeruum. D. De verb ſignif.

Perpetuitas, pen. corr. perpetuitatis, fœm. gen. {ἀϊδιότης} Continuatio. Cic. 2. de Finib. Qui autem diffider perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer.

Perpetuitas dicendi. Cic. in Orat.

Perpetuitas monumentorum. Plin. lib 34. cap. 9. in fine.

Sermonis perpetuitas. Cic. 2. de Orat. Non ferè quiſquam reperietur præter hunc, in vtroque genere excellens, & in illo quod in perpetuitate ſermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto eſt.

Perpetuitate & quaſi conuerſione verborum vtẽdum non ſemper eſt Cic. 3. de Orat.

Perpetuitas laudis. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25, Cuius eſt hæc ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione: maiorémque fructũ ponere in perpetuitate laudis, quã in celeritate Præturæ.

Perpetuitas voluntatis. Cic. ad Qu. frat. lib 3. 2.

Fidelis ad perpetuitatem beneuolentia. Cic. 2. Offic.

Perpetuitas & conſtantia. Cic. 5. Tuſc., Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia.

Vitæ. Cic. 1. Offic. In tota vita cõſtituenda, multò eſt maior rei cura adhibenda, vt conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in vllo officio claudicare.

Temporis conſequentis. Cic. 1. Tuſc.

Cauſa perpetuitatis machinata eſt natura mares & fœminas. Cic. 2. de Nat. deor.

Addere muneribus perpetuitatem. Plin. iun. in Paneg.

¶Perpetuitas, pro Immortalitate. Cic. de Vniuerſit. Neutiquam tamendiſſoluemini, neque vos vlla mortis fata periment: nec fraus vllius lentior quàm conſilium meum, quod maius eſt vinculum ad perpetuitatem veſtram, quàm illa quibus eſtis tum quum gignebamini, colligati.

Perpetuitaſſo, perpetuitaſſis, perpetuitaſſere, Eſſe perpetuum, & æternũ. Enn. Annal. lib. 9,

Libertatémque vt perpetuitaſſint quàm maximé. Nonius Antiquũ.

Perpetualis, & hoc perpetuale, pen. prod. {κρατολικός.} Quintil. lib. 2. cap. 14, κρατολικὸν, id eſt (vt dicamus quo modo poſſumus) vniuerſalia, vel perpetualia.

Perpetuarius, Adiectiuum. Budæus, In titulo De locatione prædiorum ciuilium vel fiſcalium. C. per totum titulum, hæc dictio perpetuarius conductorem, & colonum ſignificat qui perpetuò rem conduxit. Prædia domus noſtræ ſi ſemel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium tranſfetre perpetuarium non oportet. Er ſubinde eodem modo. Sunt etiam alibi ſtuadi perpetuarij ad diſtinctionem, vt videtur, emphiteuticorum.

Perpexus. Adiect. Valde & cum cura pexus. Firmicus lib. 5. cap. 5, Qui perpexam barbam in omnibus cogitationibus ſuis perimuleant.

Perpictus {πολύγραπτος} Participium à verbo Pingo, & præpoſitione Per, augendi ſignificationem habente. Ouid. 10. Metamorphoſeos, Lilia, perpictáſque pilas.

Perplaceo, perplaces, pen. corr. perplacui, perplacitum, pen. corr. {κατηρέσκομαι} perplacêre, Valde placere. Terent. Heaut. 5. 5. Cic. Attic. lib. 3, Sed ſi eſt aliquid in ſpe, vide legem quã T. Fadio ſcripſit T. Viſellius: ea mihi perplacet.

Perplexus, Adiectiuum {κρατάπλεκτος} Intricatus. Liuius 4. bel. Maced. Ex iis Menippus ignorare ſe dixit quidnam perplexi ſua legatio habetet.

Reſponſum perplexum. Liu. 5. bel. Maced.

Foramina. Lucret. lib. 4.

Iter. Virg. 9 Æneid.

Sermones perplexi, Dubij, ambigui. Liu. 10. bel. Maced.

Figuris perplexis indupedita. Lucret. lib. 2.

Perplexior motus Plin. lib. 2. cap. 25.

Alia ſignificatione vſus eſt Valer. lib. 3 cap. 49, de Tullio Seruio, Ad ſummam vnde proceſſerit, aut quò peruenerit ſtatuæ ipſius titulus abundè teſtatur Seruili cognomine, & regia appellatione perplexus.

Perplexè, Aduerbium {ἀμπλοκῶς} Implicitè, inordinatè. Terentius Eunuch. 5. 1,

Pergín' ſceleſta mecum perplexè loqui?

Scio, neſcio: abiit, audiui: ego non adfui.

Perplexè agere. Liu. 8. ab Vrbe.

Perplexè indicare. Liu. 6. ab Vrbe.

Perplexè reſpondere. Liu. 10 bel. Pun.

Perplexè & Palàm, contraria. Liu. 10. bel. Pun.

Perplexim, Aliud aduerbium, Idem {κατὰπλοκὴν.} Plaut Sticho, 3, 3

Vtrum ergo perplexim laceſſam orationè ad hunc modum, &c.

Perplexor, perplexaris {κρατάπλεκω} perplexári, Valde ligare, & in dubio ponere. Plaut. Aulul. 7,

-at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier:
Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod vobis lubet.

Perplexabilis, & hoc perplexabile, pen. corr. {κρατάπλεκτος.} Plaut. Aſin. 3. Neque vllum verbum faciat perplexabile. Nonius, Perplexabile, figuratum, quòd aliud audiatur, aliud ſentiatur.

Perplexabiliter, pen. corr. Aduerb. {κρατάπλεκτος.} Plaut. Sticho, 3, Perplexabiliter earum hodie perpaueſaciam pectora.

Perplicatus, penul. prod. {κρατάμματος} Interiecta coniunctione per tmeſin extulit Lucret. lib. 2,

Aut magis hamatis inter ſe, pérque plicatis.

Perpluo, perpluis, pen. corr. perplui, perplutum, pen. prod. {κατεμβρέχω} perpluere, Tranſmittere pluuiam. Quintilianus libro 6. capite 3, Quum cœnaculum eius perpluueret. Id eſt, per medium pluuiam admitteret. Cato cap. 155, In villa quum pluet, circuire oportet, ſicubi perpluat: & vbi pluerit, tegulam ſignari carbone.

¶Perpluit in pectus meum, per tranſlationem. Plaut. Moſtel. 4,

Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem
Detexit, tectus qua fui: quam mihi amor & Cupido
In pectus perpluit meum.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluãt. Plaut. Trinum. 6.

Perplus, perpluris, pen. prod omnis generis {πολυπλάσιος.} Plinius lib. 13. cap. 24, Spondétque iugero eius, annuos perplureis, vel mediocri ſolo reditus. Alia exemplaria habent annua HS. MM.

Perplurimum, Aduerbium {πολυπλάσιον} vt Perplurimum refert. Plin. lib. 2. cap. 54.

Perpol {μὰ τὸν πολιοῦχον} Aduerbium eſſe iurandi quidam putauere, apud Plautum Caſin. 9,

Perpol ſæpe peccas: ita fit vbi quid tanto opere expetas. Et apud Terent. Heeyr. 1. 1,

Perpol quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores. Verùm Donatus in hunc locum ſic ait, Perpol quàm paucos. Ordo eſt, Pol perquam paucos reperias. nam PERPOL non eſt Latinũ, ſed χρηματίσαν. perquam, id eſt nimio. Ex his Donari verbis videre eſt apud Plaurum in exemplo præcedenti, ordinem eſſe talem, Pol, perſæpe peccas.

Perpolio, perpolis, penultima correpta, perpoliui, perpolitum, penultima producta {ἀκρίζω, ὑπερξύω} perpolire, Valde polire, abſoluere, & ſupremam manum addere. Cicero 2. de Oratore, Sed ille ipſe Cælius neque diſtinxit hiſtoriam varietate locorum, neque verborum collocatione, & tractu orationis leni & æquabili perpoluit illud opus.

Æqualiter perpolire aliquid Author ad Heren. lib. 4.

Perpolire & abſoluere. Cic. de Vniuerſ. Id omne, & quæ ſequentia eſſent, perpolirent, & abſoluerent.

Inſtituta perpolire. Cic. Luccio, libro 5. 12, Tu inſtituta non ceſſabis, & ea quæ habes inſtituta perpolies, nóſque diliges.

Præceptis artium perpolire aliquas partes orationis. Cicero 2. de Oratore.

Perpolitus, penult. prod. {ἀποξεσθὲς} Participium, siue Nomen ex participio.

Perpolitus literis. Cic. in Pison. Est autem hic de quo loquor, non philosophia solùm, sed etiã literis, quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.

Perfecti in dicendo & perpoliti homines. Cic. 1. de Orat.

Vita humanitate perpolita. Cic. pro Sextio.

Ornata & perpolita oratio. Cic. 1. de Orat.

Perpolitum tritu aurum. Plin. lib. 33 cap. 4.

Perpolitio, Verbale {ἀποξέσεως} Author ad Herennium, libro 4., Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpopulor, penul. corr. perpopularis, perpopulatus sum {κατακυσθῶ} perpopulãri, Totũ populari & vastare. Liu. 2. bel. Pun. Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, vastandóque & vrendo omnia, ad Romana mœnia perueniat. Tacitus lib. 14, Cædibus & incendiis perpopulatus.

Perpoto, perporas, pen. prod. {κατατίνω} perporàre, Totum tempus in potationibus consumere. Cic. 7. Verr. Similiter totos dies in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ibidem, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante.

Laticem amarum perpotare. Lucret. lib. 1.

Perpotatio, Verbale {κατάπωσις.} Cic. in Pisonem, Quid cum tuis fordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

Perprimo, perprimis, pen. corr. perpremere, Perpetuò premere. Horatius Epod. 16,

-mollis & expes

Inominata perprimat cubilia. Id est semper iaceat in cubili.

Perpruriscit, perpruriscis {κατακνήθεται} perpruriscere, Idem quod Admodum prurire. Plaut. Sticho, 15,

-& siquem cantationem aliquam occipio

Cinædicam, vbi perpruriscamus vsque ex vnguiculis.

Perpugnax, perpugnacis, pen. prod. Adiectiuum. Cic. lib. 1. de Orat. Dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crasse vehementer admirans, me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.

Perpulcher, Adiectiuum {πανύμορφος} Valde pulchrum significat. Terent. Eunucho, 2. 2,

Perpulchra credo dona, haud nostris similia,

Perpurgo, perpurgas {διακαθαίρω} perpurgãre, Totum, siue omnino purgare. Cic. 2. de Nat. deor. Ceruæque paulo ante partũ perpurgant se quadam herbula, quæ sesclis dicitur.

Perpurgatis auribus alicui operam dare, per translationem dixit Plaut. Milite, 10.

Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro Expedire. Cic. pro Murena, Núc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis qui ante me dixerunt.

Perpusillus, Adiectiuum, vt Perpusillus homo. A quo

Perpusillùm, Aduerbium. Cic. 2. de Orat. Hic ille, Non accusabis, perpusillùm rogabo.

Perputo, perputas, pen. corr. {διαλογίσῃ} perputãre, Perfectè putare, declarare, vel potius Proferre. Plautus Cistel. 4,

-nunc operam date

Vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.

Perquam, Aduerbium {ἐκ περιβόλου} Positiuis iungitur & verbis: & idẽ significat quod Quàm. Plaut. Rud. 17, -propulit

Perquam indignis modis. Terent. Adelph. 4. 2,

-næ ille continebit posthac, si sapiet manus.

n. Fortiter. s. perquam: quia miseram mulierem, & me seruolum, Qui referre non audebam, vicit, hui perfortiter. Vbi Donatus, Perquam, id est Nimis.

Perquàm breuiter perstringere aliquid atque attingere. Cicero 2. de Orat.

Perquàm flebiliter lamẽtatur in vulnere Vlysses apud Pacuuium. Cic. 2. Tuscul.

Perquàm graue dictu, hic quàm ille dignior. Cic. pro Plancio.

Perquàm modica portio hæreditatis. Vlp. in l. j §. illud. D. De coniung. cum emancip. liber. eius.

Perquàm optanda nobis varietas & incredibilis illa vis dicendi Carneadis. Cic. 2. de Orat.

Perquàm pauxillo minores. Lucret. lib. 5.

Perquàm puerile aliquid videri. Cic. 2. de Oratore,

At quod mobile tantopere'st, constare rotundis

Perquam fœminibus debet, perquámque minutis. Lucret. lib 3.

Perquàm subitó. Lucret. lib. 4.

¶Perquàm, Superlatiuo aliquando iunctũ legitur. Curtius lib. 4, Perquàm maximo poterit exercitu comparato.

Perquiro, perquiris, pen. prod. perquisiui, perquisitum, pen. prod. {ἐπιζητεῖσθαι} perquirere, Diligenter quærere. Cæs. 6. bel. Gal. Aditus, viásque in Sueuos perquirit. Ouid. 3. Metamorphoseos,

Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat.

Perquirere & inuestigare homines ex omni regione, &c. Qu. Cic. de Petit. Consul.

Indicia perquirere. Lucret. lib 6.

Contemplari & perquirere res. Cic. 5. de Finib. Videmúsne, vt puerí, ne verberibus quidem à contemplandis rebus perquirendísque deterreantur?

Perquirere, pro Interrogare. Cic. 5. Verr. Non persequeris? nõ persequeras? non perquiris cui dixerit Apronius, quis audierit, vnde hoc natum, quemadmodum prolatum sit?

¶Perquiritur, Impersonale. Cicero pro Cluentio, Ne multa, perquiritur à coarctoribus, inuenitur ea fœrula ad Stratonem peruenisse.

Perquisitus, penult. prod. Participium {ἐπιζητηθὲς.} Plinius libro 18. cap. 4, Et postea inuentis omni cura perquisitis, causíque rerum & ratione simul erutis, &c.

Perquisitè, pen. prod. Aduerbium {ἐξεταστικῶς.} Cic. 1. de Inuent. Quæ pertinere autem ad dicẽdum putamus, ea nos commodius quàm cæteros attendisse non affirmamus, sed perquisitius & diligentius conscripsisse pollicemur.

Perquisitor, pen. producta, Verbale {ἐξεταστὴς.} Plaut. Sticho, 6,

Iam non faciam auctionem, quando mihi obtigit hæreditas:

Maleuoli perquisitores actionum perierint.

PERRHAEBI {πέρῥαιβοὶ} Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapitharum potentia fracti fugerunt in Æetoliæ mõtana, Pindo monti proxima, quæ regio ab ipsis Perrhæbia dicta est, ipséque Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propertius,

Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi?

Perrarus, pen. prod. Adiect. {πολυσπάνιος} Valde rarus. Plin. lib. 31. cap. 3, Pertarum est vt leuior sit aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, Tum quòd perraræ per eadem tempora literæ fuere.

Perrarò, pen. prod. Aduerbium {πολυσπανίως.} Cic. 2. de Finib. Horat. 2. Serm. satyra 5,

-perrarò hæc alea fallit.

Perrarò reperitur. Cic. pro Plancio.

Perrarò venit in oppidum. Cic. pro Rosc. Amer.

Perridiculus, pen. corr. Adiect. {πολυγέλοιος} Valde ridiculum significat. Cic. 3. de Orat. Atque hos omnes qui artes rhetoricas exponũt, perridiculos. Et 2. de Orat. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.

Perridiculè, pen. corr. Aduerbium {πολυγελοίως.} Cic. 2. de Orat. In quo non modò illud præcipitur, nequid insulsè, sed etiam siquid perridiculè possis, vitandum est oratori vtrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Perrepo, perrepis, pen. prod. perrepsi, perreptum {κατέρπω} perrépere, Idem fere quod simplex Repere, & vt de quocunque animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis. Colum. lib. 4. cap. 24. At si lõgius quàm risus agricolarum permiserit, & à capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepserit, &c. Et libro 6. cap. 5. Cauendum quoque est, ne ad præsepia sus aut gallina perrepat.

Tellurem genibus perrepere. Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Perrepto, perreptas {καθερπύζω} perreptãre, Frequentatiuum. Diligenter conquirere, & vndique reptando disquirere. Plaut. Rud. 6,

-atque in latebris omnibus

Perreptaui quærere conseruam, voce, oculis, auribus. Terentius Adelph. 4. 6,

Perreptaui vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum, Quò non?

Perrodo, perrodis, pen. prod. perrosi, perrosum, pen. prod. {διαβιβρώσκω} perródere, Totum, aut vehementer rodere. Plin. lib. 34. cap. 18, Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. Idẽ lib. 30. cap. 16, Vngulas tantùm mularum repertas, neque aliam vllam materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ.

Perrogo, perrogas, pen. corr. {κατερωτάω} perrogãre, Propriè dicebantur Consules, qui sententiam rogabant. Plin. in Paneg. Parum est vt in curiam venias, nisi & cõuocas: vt interfis Senatui, nisi & præsides: vt censentes audias, nisi & perrogas.

Sententias perrogare. Tacit. lib. 20.

Perrogare sententias, Liuio significat omnes ad extremam vsque rogare, vt fiat Senatusconsultum, libro 9. belli Pun. Perrogari eo die sententiæ non potuerunt, accensis pro Scipione, & aduersus Scipionem studiis.

Perrumpo, perrumpis, perrupi, penult. prod. perruptum {κατασπάω} perrúmpere, Valde rumpere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Vt rates perrumperet, atque opera disturbaret.

Perrumpere, Irrumpere, Vi & violentia intrare. Cæsar 6. bel. Gall. Perrumpere nituntur. Ibidem, libro 7, Vt si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerent ex loco superiore.

Exercitu perrumpere. Cn. Magnus Domitio in Epistolis ad Attic. lib. 8, Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse.

Perrumpere ad. Liu. 6. bel. Pun. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse.

Perrumpere in vestibulum templi. Liu. 3. ab Vrbe.

In arces perrumpere. Sil. lib. 12.

Perrumpere per mediam hostium aciem. Liu. 3. ab Vrbe.

¶Aciem perrumpere. Tacitus lib. 18. Et media acie perrupta, &c.

Aerem perrumpere. Cic. 1. Tuscul. Accedit vt eò facilius animus euadat ex hoc aere, quem sæpe iam crassum appello, cúmque perrumpat, quòd nihil est animo velocius.

Perrumpere & diuidere aerem. Cic. 1. Tuscul.

Agmen perrumpere. Claud. 4. Paneg.

Castra & agmen perrumpere, Disturbare & constringere. Plin. de viris illustr. Liu. lib. 8.

Corpus perrumpere introitu. Lucret. lib. 2.

Difficultates. Plin. lib. 8. cap. 23, de aspide, Perrumpit omnes difficultates, permeat spatia.

Fastidia. Horat. 1. epist. ad Fuscum Aristium.

Leges perrumpere, Violare, effringere. Cic. 3. Offic. Emolumenta rerum fallacibus iudiciis vident: pœnam non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident.

Leges perrumpere milite. Lucan. lib. 1.

Limina perrumpit bipenni. Virg. 2. Æneid.

Nodos validos. Lucret. lib. 4.

Periculum. Cicero in Partitionib. Aut si patefactum esset, depelendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi.

Aurum amat perrumpere saxa. Horat. 3. Carm. ode 16.

¶Affectu [errumpi. Tacit. lib. 3, Ne quo affectu perrumperetur.

Perruptus, Participium {κατασπασθὲς.} vt Moles perruptæ. Silius libro 14.

Persæpe,

Persæpe, Aduerbium {πολλάκις.} Cic. de Amicit. Rectè etiam præcipi potest in amicitiis, nequis intemperata quadam beneuolentia (quod persæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum. Horatius Epod. 14,

Qui persæpe caua testudine fleuit amorem.

Persalsus, Adiect. {πολυαλεικὴς} Valde salsum significat. Cic. 2. de Orat. Persalsum illud est apud Næuium, Quid ploras pater?

Persalsè, Aduerbium {πολυαλικῶς.} Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16, Trebatium quòd ad se miserim, persalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persaluto, persalutas, pen. prod. {κατασπάζομαι} persalutãre, Frequẽter vel multum & sæpius salutare. Cic. pro Flacco, Et qui ita sit ambitiosus, vt omnes vos nóque quotidie persalutet.

Persanctè, Aduerbium {πολυσέπτως} pro Valde & religiosè. Terentius Heeyra, 5. 2,

Phidippe Bacchis deiectat persanctè. Plautus,

Idque persanctè iurauit se facturum.

Persano, persanas, penul. prod. {ἐξιάομαι} persanãre, Omnino sanare. Plinius libro 20. cap. 22, Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens.

Persapiens, omn. gen. {πάνυ σοφὸς} Valde sapientem significat. Cic. de Prouinciis Consul. Quod magni cuiusdam hominis & persapientis videtur.

Persapienter, Aduerbium {λίαν σοφῶς.} Cicero pro Milone, Etsi persapienter, & quodammodo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi, &c.

Perscienter, Aduerbium {πάνυ ἐπιστημόνως} Admodum scienter & industriè. Cic. de Clar. Orat. Et vt ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat.

Perscindo, perscindis, perscidi, pen. corr. perscissum {κατασχίζω} perscíndere, Quasi per medium scindere. Liu. 1. bel. Pun. Nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant: nec quod statutum esset, manebat: omnia perscindente vento.

Vestem perscindere è membris. Tibull. lib. 1. eleg. 10.

Ventus perscidit nubem. Lucret. lib. 6.

¶Perscindor, Forma passiua. Lucret. lib. 4,

Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant.

Perscissus {κατασχιστὸς.} Participium vt Carbasus perscissa petulantibus auris. Lucret. lib. 6. Alijlingunt Euris.

Perscitus, pen. prod. Adiect. {πάνυ ἀγχινὸς.} Cic. Att. lib. 14, Epistolam tibi misi, vt tu de prouincia Bruti & Cassij perscita. Quædam exemplaria legunt, per s. c. ita scribit & Balbus, &c.

Perscribo, perscribis, penult. prod. perscripsi, perscriptum {ἀναγράφω} perscríbere, In totum scribere, inquit Sipontinus: vel amplissimè, & bene (vt ita dicam) ad longum scribere. Cicero ad Terentiam, libro 14. 5, Omnes sunt reddítæ, diligentissiméque à te perscripta omnia. Idem ad Cornificium, libro 12. 23, Quod ni ita putarem, ipse perscriberem.

De suis rebus ad aliquem perscribere. Metel. Cic. lib. 5. 3.

Authoritatem perscribere, Vide Authoritas in AVTHOR.

Blanditias perscribere vino. Ouid. 1. de Arte.

Orationem mitissimam alicui. Cic. Metello, lib. 5. 4.

Rationes scitè & literatè perscribere. Cic. in Pison.

Versum puris verbis. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Versu aliquid. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.

¶Perscribere, est etiã in tabulas publicas, in actáque referre: quod *in registro scribere* vulgò dicunt, vocabulo à regestis corrupto. Cic. 6. Verr. Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata, esse perscripta. Idem pro Roscio Comœdo, Egóne hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, vt falsum perscriberem nomen?

Dicta omnia iudicum. Cic. pro Sylla.

Falsum. Cic. pro Roscio Comœdo.

Senatusconsultum. Cic. 3. in Catil.

Perscribere in tabulas, vt Referre in tabulas. Cic. 3. Verr. In tabulas publicas ad ærarium perscribenda curauit.

Vsuras. Cic. Attico, lib. 9. epist. 14, Viri boni vsuras perscribunt: Id est, nomina debitorum in codicem referunt. Viros bonos ironicè vocat fœneratores.

¶Perscribere, pro Præscribere. Cic. 1. Acad. Ex hac de scriptione, agendi quoque aliquid in vita, & officij ipsius initium reperiebatur, quod erat in conseruatione eartí rerum quas natura perscribet. Fortasse legendum præscribet, & melius.

¶Perscribere pecuniam, pro Reddere creditori per scripturam: Creditori, non præsenti pecunia numerata, sed per scripturam satisfacere. Terentius Phorm. 5. 8,

Sed etsi fodes ad forum, atque illud mihi

Argentum iube rursus rescribi Phormio.

p. Quod? ne ego perscripsi porrò illis quibus debui. Vbi Donatus, Perscripsi, Multis per scripturam reddidi, multis dedi. Sic Cic. Attic. lib. 16. epist. 2.

Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribere. Cicero pro Flacco.

In monumentis perscribere. Cic. 2. de Leg. agrar.

Perscriptum {ἀναγεγραμμένον} dicitur quod literis consignatum est, & monumentis antiquis continetur, apud Ciceronem semper: vt de Arusp. resp. Quanquam hoc si minus Ciuili iure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, vt nihil mortales à diis immortalibus vsurpare possint. Budæus.

Perscriptio, Verbale {ἀναγραφὴ.} Cic. ad Metellum, lib. 5. 2, Iam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in re obscurum esse non possit.

Perscriptiones, pro Contractibus & instrumentis pactorum posuit Cicero, quod *registrum* vulgus appellat, teste Budæo. Cic. 5. Philip. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quã septies millies falsis perscriptionibus, donationibúsque auertit. Idẽ pro Flacco, Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor his rebus Græcorum legibus asciribendus fuit. Budæus hoc loco pro syngraphis dicit accipi.

¶Perscriptio, Solutio. Cic. Attic. lib 12, De Cerelia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: debere. nõ esse dignitatis meæ perscriptionem tibi placere, hoc est solutionem. Perscribimus enim in tabulis, cui data pecunia sit. Adde quòd mox sequitur: Sustinenda ramen solutio est nominis Cereliani, dũ & de Methone & de Faberio sciamus.

Perscriptor {ἀναγραφὶς} Verbale, Tabellio siue Cautor, qui formulas concipit. Cic. 5. Verr. Scribam tuum dicit Verres huius perscriptorẽ fœnerationis fuisse. Budæus.

Perscrutor, pen. prod. perscrutaris {ἐρευνῶ} perscrutãri. Diligenter inquirere. Cic. 2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis qui perscrutarentur arculas mulierbres: & nequod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent.

Inuestigare & perscrutari omnia. Cic. 6. Verr.

Reperire ac perscrutari. Cic. 6 Verr. Iam vt hæc omnia repetire ac perscrutari solitus sit Iudices, est operæpretium cognoscere.

Speculari & perscrutari. Cic. 5 Tuscul. Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur & perscrutaretur anté.

Literas legis perscrutari. Cic. 1. de Inuent. Ergo in hoc quoque iudicio delentur literas legis perscrutari, & legem (vt æquum est) ex vtilitate Reip. considerare.

Naturã criminis penitus perscrutari. Cic. pro Flacco. Itaque perscrutamini penitus naturam, rationémque criminum: tam nihil præter speciem, nihil præter terrorem ac minas reperieris.

Voluntatem alicuius domesticis suspicionibus. Cic. 2. de Inuent.

Persea, pen. corr. {περσία} Arbor est (inquit Dioscorides) fructum ferens stomacho accommodatum, & qui edendo sit, in quo Phalangia inueniuntur, quæ κροκόδειλα dicuntur: præsertim in Thebaide Ægypti parte. Huius arboris meminit & Strabo libro vltimo, comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine pyri figura oblongæ, amygdalæ modo putamine inclusum & corio. Plutarchus item author est, Perseam arborem in Ægypto Isidi gratissimam esse, quòd fructum ferat corbi similem, folium viro linguæ. Galenus quoque in Ægypto Perseam se vidisse testatur, magnis arboribus comparandam, cuius (inquit) pomum in Perside tam præstentis veneni esse traditur, vt vescentes interimat. In Ægyptum verò translatam & peregrinatione inuigatam, poma ferre cibis idonea, tribunata, Pyri facie. Ex quibus omnibus satis constat, Perseam arborem sui generis esse, & à nostrate Persica omnino diuersam.

Perseco, perseeas, pen. corr. persecui, persectum {κατατέμνω} persecãre, Perfectè secare, & diuidere. Cicero 4. Acad. Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus, vt videamus terra penitúsne defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat.

Persecare vitium aliquod ne serpat. Liu. 10. bell. Maced.

Persecare & conficere. Cic. Attic. lib. 13, Quare da te in sermonem, & perseca, & confice, excita, compelle, loquere, vt te cum illo Scæuola loqui putes.

Persector, persectaris, Vide PERSEQVOR.

Persedeo, persedes, penult. corr. persedi, pen. prod. persedére. Seneca epist. 1. lib. 19, Quid ergo? non nouimus quoddã qui multis apud philosophiam annis persederint, & ne colorem quidem duxerint? Liu. lib. 5 Decad. 5, Hoc quoque quod ridetis, in equo dies noctésque persedendo habeo.

Persegnis, & hoc persegne {πολύαργος} Valde segnem significat. Liu. lib. 5. bel. Pun. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEIS, fuit, teste Hesiodo in Theogonia, vna ex Nymphis, Oceani & Terhyos filia.

Perseis quoque, Persea, & Perseia dicta est Hecate à patre Perse. Vide HECATE.

Perseides herbæ, Vide post PERSIA.

Persenex, persenis, pen. corr, omn. gen. {πολυγήρως.} Sueton. de Claris Gram. Nanque iam persenex pauperẽ se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.

Persentio, persentis, persensi, persensum {αἰσθάνομαι} persentíre, Idẽ quod Sentio. Virgil. 4. Æneidos,

-magno persentit pectore curas.

Persentisco, persentiscis, persentiscere, Inchoatiuum, Percipere aliquid fieri. Terent. Heaut. 5. 1,

Quot res dedère, vbi possem persentiscere,

Nisi essem lapis, quæ vidi.

Viscera persentiscunt. Lucret. lib. 3,

Concutitur cum sanguis, viscera persentiscunt

Omnia, &c. Quidam tamen sic legi volunt,

Tum quatitur sanguis, tum viscera persentiscunt.

PERSEPHONE, pen. corr. {περσέφνη} Ea est quæ à nostris Proserpina dicitur, quanquam & priori vocabulo nonnunquam nostri poetæ vtuntur. Ouid. 4 Fastorum,

At neque Persephone digna est prædone marito.

PERSEPOLIS, pen. corr. {περσαῖ πόλις} Vrbs Persidis à Perseo condita, vt est apud Strabonem lib. 15.

Persepolitana regio in Perside, qua fluuius Euphrates in mare deuoluitur. Habet Araxem fluuium, qui ex Paræetacis in Persidem defluit. Strabo lib. 15.

Persequor, pen. corr. persequeris, persequutus sum {κατασκάπτω} persequi, Insequi, Insectari. Plautus Menæch. 13,

Hãc abiit. p. si vis persequi vestigiis. Terent. Phorm. 3. 3,

Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.

Bello persequi aliquem. Cæsar 1. bel. Gal. Cic. ad Brutum, 5. 1, Ad V. Calend. Maij, quũ de iis, qui hostes iudicati sunt, bello persequendis sententiæ dicerentur.

Armis furialibus persequi aliquem. Lucan. lib. 1.

Perſequi aliquem terra & mari.Cic.Attico,lib 7.
Veſtigiis ipſius aliquem. Cic.de Clar.Orat. Brute poſſis (nam Attico hæc nota ſunt) & videre quemadmodũ ſimus in ſpatio Q. Hortenſium ipſius veſtigiis perſecuti. Per tranſlationem.
Iudicio aliquem tergiuerſantem.Cic pro Flacco,Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille perſequitur.
Acrius aliquid.Cic.2.de Orat.
¶Academiam veterem perſequamur.Cic.1.Academ.
Antiqua perſequi.Cic.1.de Finib.In quo maximè conſuevit iactare veſtra ſe oratio, tua præſertim, qui ſtudioſè antiqua perſequeris claris & fortibus viris commemorandis,&c.
Artem aliquam. Cic.1.de Finib.Eas ergo artes perſequeretur, vimendi artem tantam, támque operoſam, & perinde fructuoſam relinqueret?
Bona ſua repetere ac perſequi lite atque iudicio. Cic.5.Verr.
Cæremonias inſtitutas.Cic.pro Domo.
Conſuetudine & celeritate ſcribendi, facillimè quæ dicerentur perſequi.Cic.pro Sylla.
Diuerticula,flexiones,& ſolitudines.Cic.in Piſon.
Extrema ſi idem perſequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus.Cic.de Prouinc.Conſul.
Factis perſequi quod dicimus. Plaut.Mercat.10, Id eſt facere.
Feras. Ouid epiſt.9.
Hæreditates,aut ſyngraphas ſuas.Cic.3 de Legib.
Imperium patris perſequi,pro Facere.Plaut.Sticho,3.
Inceptapersequi.Liu.6.ab Vrbe.
Inimicitias paternas magna cum gloria.Cic.4.Acad.
Iniurias perſequi,Vleiſci.Cic.pro Cecin.Hanc puto me habere actionem,vt per interdictum meum ius teneam,atque iniuriam tuam perſequar.
Inſtituta alicuius ſeruare,& veſtigiis perſequi. Cic 4.Acad.In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſque ciuitatibus,tanta æquitas, vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis, & quaſi veſtigiis perſequendis.
Ius ſuum perſequi,Defendere.Terent.Adelph.2.1. Cic.1.Verr.Cur his non modò perſequendi iuris ſui,ſed etiam deplorandæ calamitatis adimis poteſtatem?
Philoſophiam Latinis literis Cic.1 Acad.
Mandata alicuius perſequi & conficere. Cic.ad Qu fratrem libro 2.15,Facies ſcilicet vt mea mandata digeras,perſequare,conficias.
Mores patris perſequi. Plautus Aſinar.3. Eos me decretum eſt perſequi mores patris. Hoc eſt, Tentare vt mores patris exprimam.
Mortem alicuius.Cic.pro Domo.
Numeris curſus ſyderũ perſequi. Cic 2.de Diuin.Solis defectiones,itémque Lunæ prædicũtur in multos annos ab his qui ſyderum motus numeris perſequuntur.
Odio perſequitur omnes.Seneca Hippol.2.
Otium perſequi.Horat Epod.1.
Ad vltimam ſpeciem perſequi ſingulas cauſarum partes. Quintil. lib.7.cap.2.
Pœnas alicuius perſequi, pro Vleiſci.Cic.ad Att.lib.9, M.Bruti ſe pœnas perſequi, omniſúmque eorum in quos Sylla crudelis hoc ſocio fuiſſet.
Pœnas à ſeditioſo ciue per bonos viros iudicio perſequi.Cic.Lentulo,lib.1.9.
Promiſſa alterius perſequi, Vt ſcilicet ille ſtet promiſſis. Plautus Mercat.3.
Quæſtiones infinitas. Cic.4.Acad.Non perſequor quæſtiones infinitas: tantùm de principiis rerum, è quibus omnia conſtant, videamus quem probet.
Rem ſuam.Cic pro Quintio.
Commodiſſimè has res perſecutus eſt Xenophon in eo libro qui, &c.Cic.2.Offic.
Diligentiſſimè res Annibalis perſecutus Cæl.Cic.1.de Diuin.
Scelus ſuum.Ouid.8 Metam.
Scriptura perſequi.Cic.ad Treboniũ,lib 15 21, Quum ea quæ ſcriptura perſecutus es,ſine ſummo amore cogitare non potueris.
Sectam aliquorum hominum.Cic.7.Verr.
Sententiam perſequi ad finem.id eſt Exequi. Vlpianus in l. A diuo Pio §.1,Sententiam Romæ dictam etiam in prouinciis poſſe per Præſides,ſi hoc iuſſi fuerint, ad finẽ perſequi, Imperator noſter cum patre reſcripſit.
Stylum alicuius.Cecinna Cic.lib.6.7.
Spem infinitam.Cic. pro Deiotaro.
Superſtitio quocunque te verteris perſequitur. Cicero 2.de Diuinatione.
Verſibus aliqua.Cic.de Senect.
Veſtigia alicuius. Cic.1.de Orat. Cuius veſtigia qui perſequi cupiunt,eius ſententiam ſciſcitantur.
Viam.Terent.Heeyr.3.5.
Vitam inopem & vagam.Cic.12. Philip.
Vita perſequi diſciplinam rectè viuendi. Cic.4. Tuſc. Hanc ampliſſimam omnium artium bene viuendi diſciplinã vita magis,quàm literis perſecuti ſunt.
Vitem relictam perſequitur attondẽs curuo dente. Virg.2. Georg.
Vitia aliquem perſequuntur ab inſtitutione puerili. Quintilianus libro 1.cap.1.
Voce aliquid. Cicer.pro Plancio,Sed quia neque neceſſe eſt me id perſequi voce,quod vos mente videãtis.
Voluptates cuiuſquemodi.Cic.2. de Fin.
Nominatim voluptates omnes perſequitur Epicurus. Cicero 1. de Nat.deor.

Perſequens,pen.corr. {κατακτώμενος} Nomen ex particip.vt
Perſequens flagitij.Plaut.Caſin.4.
Perſequentiſſimus inimicitiarum.Author ad Heren.lib.2.

Perſequendus,Participiũ {κατακτητέος.} vt Suauitatis perſequendæ in vocibus ſtudium notandum eſt.Cic.in Orat.

Perſecutio,Verbale {κατάδιωξις} Cic.in Orat. Quum in altera gratiæ, gloriæ,præſidij plurimum eſſet: in altera perſecutionũ, cautionúmque præcepio. Vlpian.in l.Pecuniæ verbum. D.De verborum & rerum ſignificatione, Perſecutionis autem verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri: vtputa fideicommiſſorum, & ſiquæ aliæ ſunt,quæ non habent iuris ordinarij executionem.

Perſector, perſectaris {κατάδιώκομαι} perſectari, Diligenter ſectari, Perſecturari.Lucretius lib.2,
Nec perſectari primordia ſingula quæque.

Perſectans,Participium,vt Accipitres perſectantes. Lucret.lib.4. Id eſt inſectantes. Lambinus.

Perſero,perſeris,pen.corr.perſeui, perſatum {κατασπείρω} perſérere, Totum ſerere. Plautus autem per tranſlationem pro Diſſeminare poſuit,quum ait,Inde veniſſe perſerit.

PERSES {πόθεν} authore Herodoto lib.7,filius fuit Perſei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia,à quo Perſas originem duxiſſe ſcribit. Hic, teſte Plinio,lib.7 cap.5, primus ſagittas reperit. ¶Fuit itẽ alter hoc nomine rex Macedonum,qui,vt ait Sabellicus,fractis opibus regni,humiliter & abiectè iacuit ad pedes Æmylij: à quo ductus eſt in triumphum Romam cum filiis, perirúque in carcere ,mœrore animi confectus. Fuit & alius Perſes pater Hecates, frater Æetæ. Vide HECATE.
Achæmenius Perſes.Strat.5.Sylu.3. Vide ACHAEMENIA.

Perſeuero, perſeueras, pen.prod. {διατελῶ,διαμένω,διατρίβω,ἐπιμένω,προσκαρτερῶ,χρονίζω} perſeuerãre, Cum conſtantia animi & quadam modeſtia cõtinuare.Cic.de Amic.Oreſtes autem ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeuerarer.
Perſeuerare & tranſigere aliquid. Cic.pro Quintio, Vt neceſſariò confiteare, neque eorum tam temerarium quenquam fuiſſe, neque teipſum id quod turpiſſimè ſuſcepiſſes,perſeuerare & tranſigere potuiſſe.
Conſtanter perſeuerare. Curius ad Cic.lib.7.30,Quare,Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare.
Ad vltimum.Liu.1.ab Vrbe condita.
In aliquo perſeuerare.Cæſ.5 bel.Gal.Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat,atque in eo perſeuerat.
Statuit ius dicere,& in eo perſeuerauit.Cic.de Prouinc.Conſ.
In conſtantia perſeuerare.Cic.9.Philip.
In errore perſeuerare, nullius,niſi inſipientis eſt: errare, cuiuſuis hominis.Cic.12. Philip.
In labore vno.Quintil.lib.1.cap.12.
Obligatio perſeuerat. Paulus in l.Lucius.D. Quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluitur.
In propoſito.Liu.6.bel.Maced.
In eadem ſententia.Cic.3.de Nat.deor.
Perſeuerare & permanere in ſua vetere ſententia. Cic.3. de Leg.
In vitiis.Cic.2.de Inuent.
In proprium vſum.Quintil.in Procem.lib.6.
Perſeuerare id ſe facturos. Patercul. lib.2 , In comitiis habendis præcipuum egit Conſulem.Nam & Quæſturam petentes,quos indignos iudicauit,profiteri vetuit. Et quum id facturos ſe perſeuerarẽt: Conſulem,ſi in campum deſcendiſſent,vindictam minatus eſt.
¶Perſeueratum eſt,Impersonale. Cic.6.Verr.Quod quum illis qui aderant,indignum : qui audiebant, incredibile videretur , non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum.

Perſeuerans,pen.prod {διατρίβων,διατρίβουσα} Nomen ex participio.Columel.in Præfat.lib.1, Iſque mos dum ſeruatus eſt perſeuerantiſſimo colendorum agrorum ſtudio.&c.

Perſeueranter {ἐπιστρεφῶς} perſeuerantius,perſeuerantiſſimè,Aduerb. Conſtanter. Liu.1.bel Pun. Quo lenius agunt,ſegnius incipiunt: eo quum cœperint,vereor ne perſeuerantius ſæuiant.
Perſeueranter obtinere.Plin.lib.13.cap.1.

Perſeuerantiſſimè,Aduerbium. Plin.iunior lib.4.epiſt.86,Nam patrem illarum defunctum quoque perſeuerantiſſimè diligo,vt actione mea libriſque teſtatum eſt.

Perſeuerantia, huius perſeuerantiæ {ὑπομονή} Conſtantia. Cic.5.Verr. Cuius iſte fidei,diligentiæ, perſeuerantiæ nulla ratione eripi poſſit.
Statina perſeuerantia.Firmic.lib.3 cap.6.
Perſeuerantia eſt in ratione bene conſyderata ſtabilis & perpetua permanſio. Cic.2.de Inuent.
Nimia perſeuerantia.Cic.pro Domo.
Conſtantia,grauitas,perſeuerantia retinenda eſt. Cic.7.Philip.
Retinere perſeuerantiam ſententiæ ſuæ.Cic.pro Plancio.

Perſeuerus,pen.prod. {πάνυ αὐθάδους} Adiectiuum, vt Imperium perſeuerum.Tacit.lib.15.

PERSEVS,Perſei {πέρσης} vel Perſes, Perſis ſiue Perſi: ſicut Achilles, Achillis vel Achilli: Achilleus,Achillei. Viri proprium,de quo multa præclara geſta narrantur. Hic fertur Cephei genere, quòd Andromedam ceto expoſitam liberatam à periculo , vxorem duxerit , qui nobiliatis & virtutis cauſa ad ſidera dicitur peruenisſe. Cic.lib.2.de Nat.deor.Minorem autẽ Septentrione paſſis palmis ſubſequitur Cepheus: hunc antecedit Caſſiopea. Ad pedes Andromedæ Perſeus deſcribitur. Vide Herodot.lib.7.& Ouidium 4.Metam.
Aerei Perſeos plantar:a.Valer.1.Argon.
Inachius Perſeus.Claud.1.in Ruffinum.
Penaipes.Catul.in Camerium,epigr.51.

Perſeis,pen.prod {πέρσης} Patronymicum à Perſeo. Ouid.4.de Ponto, eleg.16,Triuacriſque ſuæ Perſeidos author,& actor.

PERSIA {πέρσις} ſeu Perſis , Perſidis : & Perſida , Perſidæ , Orientalis regio,à Perſe,ſeu à Perſeo rege ſic dicta. Virgilius 4.Georgicorum, Quáque pharetratæ vicinia Perſidis vrget. Ouidius 1. Metam. Danaeia Perſis.Ouid.1.de Arte.Danae mater fuit Perſei.

Perſæ {πέρσαι} Populi Perſiam incolentes.Lucan.lib.10.
Ex Phariis Perſiſque fuit,Macedúmque tyrannis.
Religio impia Perſarum.Catull.in Gellium,epigr.85.

Infidi

Infidi Perſæ.Horat.4.Carm.ode 15.
Graues.Horat.4.Carm.ode 2.
Veſcuntur naſturtio Perſæ.Cic.2.de Finib.
Perſæ cera circunlitos mortuos condiunt, vt quammaximè permaneant diuturna corpora.Cic.1.Tuſcul.
In Perſis augurantur & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa,atque inter ſe colloquendi.Cic.1.de Diuin.
Reges Perſarum plures vxores habere, his autem vxoribus ciuitates attribuere aiunt ſolere , hoc modo , Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat,hæc in collum, hæc in crines, ita populos habent vniuerſos non ſolùm conſcios libidinis ſuæ , verùm etiam adminiſtros.Cic 5.Verr.
Rex Perſarum quiſquam eſſe non poteſt , qui non antè Magorum diſciplinam ſcientiámque percepetit.Cic.1.de Diuin.

Perſeis,pen.prod. {πρωτὴ} Patronymicum fœminin.vt Heroæ Perſeides,Magicæ.Ouid.1.de Remed.amor.

Perſicus, pen.corr. {πρασιὰς} Adiectiuum , Quod ex Perſia eſt:vt Regnum Perſicum,Iuuenal.Sat.y.14.
Perſicus ſinus,Qui ab Oriente eſt maris Rubri. Plin.lib.6.cap.26, Perſæ Rubrum mare ſemper accoluêre, propter quod is ſinus Perſicus vocatur.Meminit & Ptolemæus lib.5.cap.4. hodie mare de Balſera nomen habet,in cuius ore inſula Gulfar.
Libri Perſici.Cic.1.de Diuin.
Bracha Perſica.Ouid.5.Triſt eleg.11.
¶Perſicus , aliquando pro Opulento & diuite accipirur , à Perſarum ſcilicet diuitiis,luxúque. Horat, 1. Carm. ode 38, Perſicos odi puer apparatus.
Ornatus Perſicus.Cic.de Senect.
¶Perſica mala,dicta ſunt,quòd ex Perſia primùm allata ſunt.Plin. lib.13.cap.9, Ægyptus & Perſicam arborem ſui generis habet , ſimilem pyro,folia retinentem,fertilitas aſſidua ei, ſubnaſcente craſſino fructu. maturitas Eteſiarum afflatu. Pomum longius pyro, incluſum amygdalæ putamine & corio : colore herbido, ſed vbi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie : & quamuis blandiatur præduleis ſuauitas,innocuum.
Perſicum portum Plautus quum ait , mare Euboicum videtur ſignificare , quòd in eo claſſis Perſarum dicitur ſtetiſſe non procul à Thebis. Perſicum Plautus dixit peracutum.

Perſideo,perſides,pen.cor perſedi. pen.prod.perſeſſum {ἵζομαι} perſidére, Idem quod Permanere. Plin.lib.17.cap.24, Pruinæ perniciosior natura,quoniam lapſa perſidet,gelátque,ac ne aura quidem vlla depellitur.

Perſides,piſces ſunt ex genere Polyporum Plin.lib.32.cap.vltimo.

Perſido,perſidis, pen prod. perſedi, perſeſſum {ἵζομαι} perſidere, Ex Sido compoſitum. Lucret.lib.1,
At neque quo pacto perſederit humor aquai Viſum eſt. Id eſt,Inſederit,immiſſus ſit,intrarit, penetrarit. Virg 3.Georgicorum,
Turpis oues tentat ſcabies:vbi frigidus imber
Altius ad viuum perſedit. Seruius , Perſedit , Medullas & oſſa penetrauit.
Peſtilitas perſidit in fruges. Lucret. lib.6. Alij legunt præſidit,ſed corruptè.

Perſigno, perſignas {ἐπισημαίνω} perſignare. Liu.5 bel.Pun. Quibus creati ſunt Quinqueviri muris turribúſque reficiendis, & Triumuiri bini:vni ſacris conquirendis doniſque perſignandis:alter:,&c.

Perſillum vocant ſacerdotes rudiculum picatum , quo vngouine Flamen Portunalis arma Quirini vnguet. Feſtus. Perſillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat vnguentum vnde arma Quirini vngebantur. Paulus.

Perſimilis,& hoc perſimile,pen corr. {πανόμοιος} Cic.in Partit. Nihil tanè præter memoriam quæ eſt germana literaturæ quodammodo,& in diſſimili genere perſimilis. Horat.de Arte.

Perſiſto,perſiſtis.perſtiti,perſtitum,pen.corr.{ἵσταμαι} perſiſtere,Durare, perſeuerare. Apuleius , Quum me rogaſſent , an in propoſito perſiſterem. Liu.8. bel. Maced. Parum eſt non erubuiſſe abſentem, quum per legatos fruſtrareris nos , niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas? Cic.2.de Diuin.Aut pertinaciſſimus fueris ſi in eo perſtiteris,&c.

PERSIVS {πόθεν} doctiſſimus Romanorum,cuius Lucilius meminit.de quo Cic,item 2.de Oratore, C.Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis , neque à doctiſſimis legi velle,quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quàm ipſe de ſe intelligi vellet: (quo etiam ſcripſit , Perſium non curo legere:hic enim fuit,vt noramus, omnium ferè noſtrorum hominum doctiſſimus : Lælium Decimum volo,quem cognouimus virum bonum & non illiteratum , ſed nihil ad Perſium) ſic ego, &c. Hactenus Cicero, Perſius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus eſt. Conſtat eum clariſſe iiſdem temporibus, quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ ſuſcepit.In grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vincentium,qui grauiſſimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum M. Varrone. In Rhetorica Flauium Virginium. Anneum verò Cornutum, qui philoſophiæ ſtudio excelluit , magna diligentia , ſingulaſque obſeruatione coluit , cúmque eo familiariſſimè diu vixit,vt teſtatur ipſe Satyra 5.

Perſolata, Herba,de qua Plin. lib.25. cap.9.Perſolata, quam nemo ignorat : Græci verò ἄφετον vocant,folia habet maiora etiam cucurbitis & hirſutiora,nigrioráque & craſſiora,radicem albam & grãdem. Perſolatam ſiue perſolulatam hoc loco , inquit Hermolaus, Plinius vocat vngulam caballinam,quæ vulgò dicitur:nam arction à perſonata ſeparat. Vide eũdem Barbarum in cap.15.lib.21,apud Plinium.

Perſolido,perſolidas,pen corr. {καλαυρώπα} perſolidãre,Idem quod ſimplex Solido. Stat.1.Thebaidos,
Diffunditque imbres:ſicco quos aſper hiatu
Perſolidat Boreas. Hoc eſt congelat.

Perſoluo,perſoluis,perſolui,perſolutum,pen.prod. {ἀποτίνω,ἐκτίνω} perſolucre,Perfectè,vel in totum ſoluere.
Ab aliquo perſoluere, Vide A vel AB.
Perſoluere amico. Decius Brutus, Tantum me tibi debere exiſtimo,quantum perſoluere difficile eſt.
Perſolui primæ epiſtolæ, venio ad ſecundam. Id eſt, Reſpondi ad ea quæ ſcripſiſti in prima epiſtola.Cic.Att.lib.14.
Grates perſoluere dignas.Virg.1.Æneid.
Perſolui gratia non poteſt nec malo patri. Quintil. in Ægro redempto.Hoc eſt,Beneficium ne malo quidem patri reddi poteſt.
Honorem perſoluere alicui.Virg.8.Æneid.
Officium receptum perſoluere. Cic.7.Verr. Quum & Pop.Rom. ſatisfactum, & receptum officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum.
Pœnas perſoluere,Dare pœnas. Cic.de Amic.Pœnas Reipub.graues,iuſtáſque perſoluit.
Pœnas perſolues mihi ſanguine.Virg 9.Æneid.
Præmia promiſſa.Ouid.3.Faſt.
Promiſſum.Cic pro Sextio, Sinite me,quod vobis fretus huic ſæpe promiſi,id à vobis ei perſoluere.
Quæſtionem. Cic. Attico, lib.7, Sed quoniam grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſoueris,magna me moleſtia liberaris.
Rationem officij.Cic.7.Verr.Ego mei iam rationem officij confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſoluturam.
Stipendium. Cic.Attic.lib.5, Poſtremò ſeditio militum ſedata ab Appio,ſtipendiumque eis vſque Idibus Quintil.perſolutum.
Vota.Propert.lib.2.eleg.26.

Perſoluendus,quinque ſyllabarum {διατελεστέος.} Ouid.ad Liuiam,
Vita data eſt,vtenda,data eſt fine fœnore nobis
Mutua,nec certa perſoluenda die.

Perſolus,pen.prod.Adiect.Perſolæ nugæ. Plaut.Curc.4,Ebriola,perſolæ nugæ. Id eſt ſolæ & meræ : non vt quidam primi in literis ordinis cenſent, Perſicæ. Sic enim alio loco Plautus idem ſcribit,
oculum effodito perſolum mihi : luſcum loquentem introducens.Particula enim augendi addita eſt verbo,quod omnis expers eſt incrementi.

Perſoluta , ſiue perſolyton , Herba hortenſis apud Ægyptios. Plin. lib.21.cap.33, Et perſolutam Ægyptus in hortis ſerit,coronarum gratia.Duo genera eius,mas & fœmina.

Perſona,perſonæ,pen.prod. {προσωπεῖον,προσωπεῖον} ſignificat eam qualitatem qua homo differt ab homine,tum in animo, tum in corpore, tum in extrà poſitis : quæ à Rhetoricis enumerantur in attributis perſonæ:vt Hectorad Priamum,perſona filij eſt,ad Aſtyanacten perſona patris , ad Andromachen perſona mariti , ad Paridem perſona fratris,ad Sarpedonem amici.ad Achillem perſona inimici. Sunt autem & perſonæ in diuinitate, & quidem qualitates , non ſubſtantiæ, ſi Vallæ credimus:Pater,Filius,Spiritus ſanctus. Sed Qualitas eſt ea quæ poſſit abeſſe citra ſubiecti corruptionem : falta & Græcula eſt definitio.Calor enim & lux in Sole nunquam abeſt.Hæc ferè ex Valla lib.6.
Impoſuit nobis ipſa natura perſonam magna cum excellentia præſtantiáque animantium reliquorum.Cic.1. Offic.
Naturam & perſonam alicuius ad aliquam rationem aptam eſſe. Cic Cæſari in Epiſt.ad Atticum,lib.9.
Digna tua perſona quæ ſunt,ea reminiſcere.Seruius Cic lib.4.5:
¶Perſona,pro homine. Cic 1.de Finib. Poſtremò aliquos futuros ſuſpicor qui me ad alias literas vocẽt:genus hoc ſcribendi etſi ſit elegans,perſonæ tamen & dignitatis eſſe negent. Celſ.in Procem.lib.1, Medicos nihil tẽtaſſe iudico:quia nemo in ſplendida perſona periclitari voluerit coniectura ſua : ne ſi non ſeruaſſet, occidiſſe videretur.
Heroicæ perſonæ Medea & Atreus. Cic.3.de Nat.deor.
Obſcuræ.Cic.Appio,lib.3.5, Neque obſcuris perſonis,nec paruis in cauſis res agetur.
Contrahere perſonas ad aliquod negotium,Vide CONTRAHO.
Egredi perſonam. Vlpian.in l.1.D.De conſtitut.Quod Princeps alicui ob merita indulſit , vel ſiquam pœnam irrogauit , vel ſicui ſine exemplo ſubueniit,perſonam non egreditur.
Eximere perſonam. Vlpian. in l.1. D. Ne quis eum qui in ius vocat.vi exim. Ofilius putat locum huic edicto non eſſe, ſi perſona quæ in ius vocari non potuit, exempta eſt : veluti parens, patronus, cæteraque perſonæ.
¶Perſona, pro eo quod vulgò dicunt *Nomen vel tuum vel meum.* Cic. Attico, lib.7, Subiicere eiſdem prælijs , vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videtur habere populare. Id eſt , Vt ego ſemper eſſem expoſitus impetui improborum , etiam plaudente quodá modo plebe,inquit Budæus. Idem 12.Philipp. Sic 6.Philipp. Non alienum fuit perſonas quaſdam à vobis recognoſci, vt quibuſcum bellum gereretur,poſſitis taciti cogitare.
Hominum innumerabiles perſonæ.Cic.2.de Orat.
Colliduntur perſonæ inter ſe. Quintil.lib.7.cap.3.
Inuadere perſonas fauorabiles.Quintil.lib.7.cap.2.
¶Perſona {μορμολύκιον} pro Facie conficta accipitur,quæ à Græcis πρόσωπον vocatur. Hanc iuniores laruam vocant. Vnde in ſcenis hiſtriones perſonas accipiunt,hoc eſt facies ferui,aut ancillæ, aut mariti,aut patris. Plin.lib.12.cap.14,Perſona adiicitur capiti, denſúſve reticulus. Martial.lib.14.18:,
Sam figuli luſus Ruſi perſona Batui:
Quæ tu deridęs hæc timet ora puer.
Perſona,ait Baſſus apud Gellium,à perſonando dicta eſt. Nam caput & os cooperimento perſonæ tectum vndique , vnáque tantum vocis emittendæ via peruium , quòd non vaga neque diffuſa eſt, in vnum tantummodo exitum collectam coactámque vocem,& magis claros canoróſque ſonitus facit.Hæc & plura Gellius lib.5.cap.7.
Cerea perſona.Lucret.lib.4.
¶Perſonæ ſunt (vt dictum eſt) in ſcena qui exprimunt geſtu vel habitu ſenem,vel amatorem,vel auarum, vel iactabundum,&c. Terent.in Prol.Eunuchi,
Paraſiti perſonam inde ablatam vel militis.

Partes & persona. Cic pro Mur. Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam verò grauitatis seueritatisque personam non appetiui.

Conuenientes personæ. Quintil. lib. 4. cap 2.

¶Abscere personam vnam, & Sumere, contraria. Cic. pro Plane. Vbi me, inquam, Plancius, & complexu suo retinuit, inultóque menses à capite meo non discessit, abiecta Quæstoria persona, comitísque sumpta.

Adumbrare personam, Vide ADVMBRO.

Aptare personam Herculis infantibus. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Capere personam, Vide CAPIO.

Tantam personam, tam grauem, tam seueram non capiunt angustiæ pectoris. Cic. in Pison. De dignitate & maiestate Consulis.

Constituere personas. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Deponere personam, Cic Fam. 7.

Alienam ferre. Liu. 3. ab Vrbe.

Vtrunque ferre. Horat. 1. epist. 18.

Nouam formare Horat. de Arte.

Gerere. Cic. Off. 1.

Illigare personas graues sermonibus, Vide ILLIGO.

Imponere alicui personam, Dare prouinciam. Cic. de Lege agrar. Et mihi, quæso, ignoscite, si appello talem virum sæpius. vos mihi Prætori biennio antè Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobis cum vnà tuerer.

Imponere alicui personam calumniæ. Cic. 4. Verr. Ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? petatur hæreditas ea quæ nulla debetur in prædam Prætoris? interponatur nomen ciuitatis? imponatur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ?

Imponere sibi suam personam. Plin. iunior lib. 1 epist. pen. Sed tu, iterum dicam, plurimum interest, quid esse Tribunatum putes. Tuam personam tibi imponas, quæ sapienti viro ita aptanda est, vt perferatur.

Imponere personam, Rursum aliter. Cic 4 Verr. Dubitate etiamnum si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret?

Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Resp. imposuit, iam voluntas & natura ipsa detraxit. Cic pro Syla.

Induere personam. Quintil. lib. 3 cap. 8.

Introducuntur personæ in dialogis. Vide INTRODVCO.

Seruire personæ. Cic 3 Offic. Illud quidem neque dedi, neque do Insideli cuiquam: idcirco rectè à poëta, quia quum tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit.

Subtituere personas Quintil. lib. 3. cap. 8.

Suscipere personam alicuius. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Sustineo vnus tres personas, meam, aduersarij, iudicis. Cic. 2. de Oratore.

Grauissimam sustinet personam, qui philosophiam profitetur. Cic in Pison.

Tenere aliquam personam. Cic 3. de Orat. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.

Tractare personam alicuius. Quintil. lib. 4 cap. 1, Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est.

Tueri personam magistratus. Cic. in Brut.

Tueri personam principis, magnũ est in Republica. Cic 9. Philip.

¶Personas etiam dicimus figuras eminentes in ædificiis quæ aquas ore vel mentula fundunt, eó quæ varios vultus & gestus exprimunt, vt est apud Vlpianum in l. Fundi. D. De Actionibus empti.

Personarus, pen. prod. Adiectiuum {μορμολυκειον.} Qui est de comœdia. Horat. 1. Serm. sat. 4, - quis tomachetur eodem
Quo personatus pacto pater? Hæc Budæus.

Personatus, Personis, siue latuis indutus. Cic. Attic. lib. 15, Quid est hoc? quid est autem cur ego personatus ambulem? parúmne fœda persona est ipsius senectutis?

Personata fabula quædam Næuij inscribitur, quam putant quidam primùm à personatis histrionibus, sed quum post multos annos comœdi & tragœdi personis vti cœpere, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comœdorum actam nouam per Atellanos, qui proprie vocantur personati: quia ius est iis non cogi in scenam ponere personam, quod cæteris histrionibus pati necesse est. Festus.

Personalis, & hoc personale, pen. prod. {προσωπικός} Quod ad personam pertinet. Vnde Personalis actio, quæ in personam sit. Personale verbum, quod per personas distinguitur.

Personale munus, Vide Vlpianum, D. De constitut. princip. l. 1.

Personalis vsus aquæ. Paulus in l. pen. D. De seruit. præd. rust.

Personata, huius personatæ, pen. prod. {ξαίνειν} Genus herbæ nascentis iuxta riuos & flumina. Plin. lib. 25. cap. 9, Quidam arction personaram vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Colum. lib. 6. cap. 17, Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Petasites aliis dicitur, aliis Prosopion.

Personata fundit folia longè maxima, quæ nonnunquam quidam inducrent qui personati in ludis prodirent. Hinc inditum putauerim nomen. Rusl. lib. 1, Arction prosopites personatiam in Latino sonat. Vulgus nostrum *gleteronem*, vel *Bardanam*: Officinæ *Lappam maiorem* vocant.

Personatia, huius personatiæ, Herba eadem quæ Personata, siue Arction. Plin. lib. 21. cap. 16, de colocasia, Foliis latissimis etiam si arbores comparentur, ad similitudinem eorum, quæ personatia in nostris amnibus vocamus. Castigatiora exemplaria habent personata. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 92. Cæterùm variant authores in Personatæ, Personatiæ, Persolatæ, & Persolutæ cum nominibus, tum rebus Vide Matthiolum.

Personо, personas, pen. corr. personui {ἐξαγάπησα} personáre, Magnum sonum emittere, Magna voce clamare & efferre. Cic. pro M. Cælio, Illæ verò non loquuntur solùm, verum etiam personant, huc vnus mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea, &c.

Per vrbem totam personat. Valer. 2. Argon.
Auratâ citharâ personat Iopas. Virg. 1. Æneid.
Cerberus personat regna latratu Virg. 6 Æneid.
Tibia personuit solenni cantu. Ouid. 3. Amor. eleg. 12.

Audem alicuius personare. Horat 1. epist. 1,

Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem, &c. Hoc est, me admoneat.

Personant aures voce aliqua. Cic ad Leptam, lib 6, 18, Leptam nostrum iam cupio delectari tibibus scriptis, etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile. Hoc loco personare significat aliquid ex audito sonore vocibúsque restare in auribus, quod quasi idem insusurret, diutiúsque illic maneat.

Personare tumultu. Liu. 7 bell. Pun. Ouid. 1. Trist. eleg. 2,
Quantus ab æthereo personat axe fragor.

Domus personuit cunctibus. Horat. 2. Serm. saty 6.

Personat domus cantu tibiarum. Cic. pro Rosc. Amer. Animi & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum & neruorum, & tibiarum, nocturnísque conuiuiis tota vicinitas personet.

Saxa personuere dulci fistula. Horat. 1. Carm. ode 17.

Vlulatus personant tota vrbe. Liu. 9. bell. Maced. Non fama modò accepisse vos, sed crepitibus etiam, vlulatibúsque nocturnis, qui personant tota vrbe, cernere habeo.

Personus, pen. corr. Adiectiuum. Valer. 4. Argon.
-hæc procul Io
Spectat ab arce poli iam diuis addita, iámque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.

Persorbeo, per orbes, persorbui vel persorpsi, persorptum {ἐκχυσίνω} persorbere, Totum sorbere. Plin. lib. 31. cap. 11, Alias ex his mares existimauere, tenui fistula spiríforésque, persorbentes, & quæ tinguntur in delicijs, aliquando & purpura.

Perspecillor, pen. corr. perspecularis {κατοπτρίσω} perspeculári, Diligenter speculari. Plin. lib. 8 cap. 26, Assidua nanque satietate obesus exit in hus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hirtius de bello Africano, lib. 5, Quum de vallo perspecularetur.

Perspergo, perspergis, perspersi, perspersũ {καταβρανίζω} perspérgere, Idem quod Aspergere. Cic. 1. de Orat. Libandus est etiam ex omni genere vibuniarum facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato cap. 130, Codicillos oleaginos, & cætera tingua amarca cruda perspergito, & in sole ponito.

Perspicio, perspicis, pen. corr. perspexi, perspectum {ὁρῶ, σκοπῶ} perspícere, Intueri & diligenter animaduertere. Cic. ad Lentul. lib. 2. 2, Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros. Cæsar 2. belli Gall. Qua de causa discederent, nondum perspexerat.

Perspicere & penitus introspicere. Cic. pro Sylla. Perspicite etiam atque etiam, Iudices: nihil est quod in hac causa dici possit vehementius, penitus introspicite Catilinæ, Autronij, Cethegi, Lentuli, cæterorúmque mentes, &c.

Perspicere vnde natus sit error. Cic. 1. de Fin.

Non satis perspicio ista varietas quæ sit. Cic. 2. de Fin.

Quid in quaque re verum syncerúmque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cuiusque rei causa sit perspicere. Cic. 2. Offic.

Cum consilio & cura rem aliquam perspicere. Cic. 2. de Inuent.

Altius perspicere, Vide ALTVS.

Facillimè & optimè. Cic. ad Lentul. lib. 1.

Funditus perspicere omnes res gestas. Lucret. lib. 1.

Rectius perspicere aliquid. Lucret. lib. 1.

Perspicere & pertractare totam causam. Cic. 2. de Orat.

Perspicere coniectura. Cic. pro Lege Manil. Multa prætereo consultò, sed ea vos coniectura perspicitis.

Cura vigili perspexerat omnia. Ouid. 15. Metam.

Fidem alicuius. Cic. 4. Verr. Cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem cæteri Siculi perspexerunt.

Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisti. Cic. Attic. lib. 14. Ex fróte perspicere dicimus, quod statim & velut ipso protinus occursu percipimus. Sumptum à physionomicis, qui se profitentur ex oris lineamentis, reliquáque corporis specie, ingenium hominis posse deprehendere. Prouerbium est.

Naturam loci. Cæsar 1. bell. Ciuil.

Videre frequentiam aliquorum, & studia perspicere. Cic. 1. Catil.

Se perspicere, totúmque tentare. Cic. 2. de Leg. Quum se ipse perspexerit, totúmque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus ad vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. De homine.

Virtutem & integritatem alicuius. Cic. 5. Verr.

Voluntatem alterius. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Quum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te.

Perspicere, pro Reuera discernere. Plin. iunior lib. 1. epist 10, Vt enim de pictore, scalprore, fictore, nisi artifex iudicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem.

¶Perspicitur. Cic. 1. de Inuen. Ex re quod perspicitur, & verum esse intelligitur, nihil attiner approbari.

Res ipsæ perspiciantur. Lucret. lib. 4.

In parua pecunia sæpe perspiciuntur quàm sint leues quidam amici. Cic. 2. Offic.

Perspectus, Participium {διωρισμένος.} Cæsar 2. bell. Gall. Eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta.

Amicitia perspecta. Catull. de Cælio, epigramm. 95.

Perspectum cognitum, iudicatum animum alicuius habere. Cic. Bruto, 1. 3.

Vita aliquorum in rebus honestis atque magnis perspecta. Cicero 1. Offic.

Audita virtus alicuius, Perspecta, præsens, experta, contraria. Cic. pro

Corn. Balbo, Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præsens, experta atque perspecta obtrectatorum voce lædetur?

Perspecta & explorata omnia ad aliquem perscribere. Cic. Attic. libro 3.

Perspectus, Nomen ex Participio {διοφατὸς} Quod diligenter animaduersum est. Cic. Attico, lib. 11, Omnem autem spem habeo existimationis priuatarúmque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia.

Perspectè, Aduerb. {διωρισμένως} Diligenter, doctè.

Perspectè & doctè sapere. Plaut. Mil. 10.

Perspecto, perspectas {σκοπεύω} perspectáre, Frequentatiuum. Plaut. Milit. 10, Sinite me prius perspectare ne vspiam insidiæ sient.

Perspectare, Ad finem vsque spectare. Suetonius in Augusto, Ludos quinquennales honori suo destinatos perspectauit.

Perspicientia, perspicientiæ {διορατικὴ.} Cic. 1. Offic. Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim id in perspicientia veri, solertiáque versatur. Id est, perfecta cognitione.

Perspicuus, Adiectiuum {διαφανὴς} Per cuius medium videmus, & magis ad incorporalia pertinet. Martial. lib. 4. 41, de vitro, Prodat perspicuus ne duo vina calix. Idem lib. 4. 22, Perspicua aqua.

Amnis perspicuus. Stat. 4. Thebaid.

Liquor. Ouid. 4 Metam.

¶Perspicuus {ἐναργὴς} per translationem pro Claro, manifesto & minimè dubio. Cic. pro Rosc. Amer. Necesse est eam quoque iustam & magnam & perspicuam fuisse. Idem 1. de Inuent. Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis.

Mors perspicua. Cic. pro Domo sua, Legerã clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse.

Non obscurum & perspicuum. Cic. 6. Verr. Res quæ esset antea non obscura, facerdorum testimonio perspicua esse cœpit.

Apertum & perspicuum. Cic. 3. Verr. Omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Perspicuum facere. Cic. 2. Verr. Vt apertus in cotripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicij perspicua sua consilia, conatúsque omnibus fuit.

Perspicuum est omnibus. Cic. 4. Acad.

Perspicuum hoc est, constátque inter omnes. Cic. 3. de Nat. deor.

Perspicuitas, pen. corr perspicuitatis {διαφάνεια} Euidentia. Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil esset clarius ἐναργείᾳ, vt Græci: perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet, nominemus. Quintil. lib. 1. cap. 6, de verbis vetustis: Oratio verò, cuius summa virtus est perspicuitas, quàm sit vitiosa si egeat interprete? Perspicuitatem vocat intelligendi facilitatem.

Perspicuè, Aduerb. {διαφανῶς} Euidenter. Cic. 4. Acad. Quo enim modo perspicuè dixeris, album esse aliquid. &c.

Dilucidè & perspicuè. Plin. lib 18. cap 28.

Planè & perspicuè expedire aliquid. Cic. 3. de Fin.

Apertè & perspicuè nulla esse iudicia. Cic. 2. Verr.

Perspicax, pen. corr. perspicacis, pen. prod. om. g {πανόπτης, συνετὸς, δεξιοπαρακολουθητικός} Consyderatus, acutus. Cic. 3. Officiorum,

Quod ni Palamedis perspicax prudentia

Ilius percepser malitiosam audaciam. Ex poeta. Terẽt. Heaut. 5. 1,

Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id fcio. Cic. 1. Offic. acutum & perspicax coniunxit.

Perspicacia, huius perspicaciæ {σαφήνεια} Consideratio & acumen. Cic. ad Att. lib. 15, Tandem à Cicerone tabellarius, sed mehercule literæ πεπτωκυῖαι scriptæ, quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

Perspicacitas, pen. corr. Idem {τὸ συνετόν.} Cic. ad Atticum, lib. 1. 13, Etsi ex iis quæ scripsimus, tanta es perspicacitate, etiam à me non scripta perspicis. In quibusdam exemplaribus desyderantur hæc verba, es perspicacitate.

Perspissò, Aduerb. {πολυζοχαδῶς} significat Tardè. Plautus,

Quia quod bene promittunt aruspices, perspissò euenit. Nonius.

Persterno, persternis, perstraui, perstratum, pen. prod. {καταστρώννυμι} perstérnere, Totum sternere. Liuius 10 ab Vrbe, Eodem anno ab Ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis via à Martis silice ad Bouillas perstrata est.

Perstimulo, perstimulas, pen. corr. {κατακεντῶ} perstimulãre, Idem quod Stimulo. Tacitus lib. 4, Agrippinæ quoque proximi illiciebantur: prauis sermonibus spiritus perstimulare.

Perstino, perstinas, pen. corr. {πιμάω} perstinãre, Taxare, siue pro pretio deputare. Apul. Et percontato pretio quòd centum nummis indicaret, aspernatus, Viginti denariis, inquit, perstinaui.

Persto, perstas, perstiti, perstitum, pen. corr. & perstatum, pen. prod. {ἐμμένω} perstãre, Firmum & immobilem stare, Perseuerare. Plinius lib. 7. cap. 2, Philosophos eorum quos gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis feruentibus harenis.

In limine perstat quidam. Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Animis perstare. Stat. 11. Thebaid.

Negare aliquid, & in eo perstare. Cic. 3. Offic.

In causam damni perstat vterque sui. Ouid. 2. de Arte.

In impudentia. Cic. pro Rosc. Comœd.

Perstare incœpto, vel in incœpto. Liu. 8. ab Vrbe.

Perstare in prauitate sua. Cic. 4. Acad.

Perstare in sententia. Cic. pro Rosc. Comœd.

In societate. Liu. 3 belli Pun.

Perstas certare. Ouid. 13. Metam.

Perstat contendere. Silius lib. 5.

Hyems perstat. Ouid, epist. 17.

Mens eadem perstat mihi. Virgil. 5. Æneid.

Musa fola comes fugæ perstitit. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.

Pudor in ore perstat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.

Rabies perstat. Lucan. lib. 5.

Perstatus, Participium {ἐμμένων.} Vt

Dictis perstantem eerrnit in iisdem. Valer. 4. Argon.

Perstratus, Vide PERSTERNO.

Perstrepo, perstrepis, pen. corr. perstrepui, perstrepitum, penult. corr. {καταθορυβῶ} perstrépere, Valde strepere. Terent. Eunuch. 3. 5,

Abeunt lauatum, perstrepunt, ita vt fit domini vbi absunt.

Crebro pulsatus perstrepit ictu. Claud. 2. in Eutrop.

Rumor in aram ianudum perstrepit aula. Stat. 2. Achil.

Tellus perstrepit. Silius lib. 8.

Perstringo, perstringis, perstrinxi, perstrictum {καταστρίβω} perstringere, ait (inquit Nonius) Valde stringere, & claudere. Cato cap. 32, Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas.

Perstringere oculos splendore micanti, Offuscare, obnubilare, obscurare. Lucil. lib 30.

Perstringere aciem, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenij. Cic. 1. de Diuin. Eáque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti: quorum vtrunque perstringere acie mẽtis solet. Alij tamen legũt præstringere. Vide PRAESTRINGO.

Murmure cornuum perstringis aures. Id est, percellis. Horat. 2. Carm. ode 1.

Fulmineum perstrinxit iter. Claud. 1. Paneg.

Terram aratro perstringere. Cic. de Lege agrar. Quod solum tam exile & macrum est quod aratro perstringi non possit?

Portam vrbis alicuius vomere aratri perstringere. Cic. 2. Philip.

Horrore perstringi. Liuius 1. ab Vrbe.

¶Perstringere aliquem, Leuiter attingere, & interim taxare, & reprehendere, leuíque dolore afficere, leuiter offendere. Cic. pro Sexto, Vt eos quorum sceleris furore violarus essem, vocis libertate perstringerem? Ex Budæo.

Celeriter cursum aliquem. Cic 3 Philip.

Leuiter Cõsulatus meus eum perstringit. Cic. de Clar. Orat. Consulatúsque meus, qui illum primò leuiter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestarum, quas ille admirabatur, laude coniunxerat.

Voluntatem alicuius asperiorib. verbis impunè perstringere. Cic. pro Plancio.

Suspicione perstringere. Cic. pro Sylla, Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim.

¶Perstringere, Summatim & breuiter dicere. Cic. pro Sex. Rosc. Sed in animo est, quemadmodum antè dixi, leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquanque rem.

Perquàm breuiter aliquid perstringere & attingere. Cicero 2. de Oratore.

Perstrictus, Participium {κατασφιγκτός.} Plin. libro 17. cap. 24, Perstrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Hoc est vehementer astrictus.

Perstudiosus, pen. prod. Adiectiuum {πολυσπουδαῖος.} Cic. 5. Tusc. Musicorum verò perstudiosum accepimus, &c.

Perstudiosè, Aduerbium. Cic. in Brut. His enim scriptis etiam ipse interfui, quum essem apud Ælium adolescens, cúmque audire perstudiosè solerem.

Persuadeo, persuades, pen. prod. persuasi persuasum, pen. prod. {πείθω, διαπείθω, ὑποπείθω, συμβίβημι} persuadére, Suadendo inducere, Facere vt quis credat. Terent. Adelph. 3. 4, Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Cæsar lib. 4. Cõment. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilij causa secum habebat: huic magnis præmiis pollicitationibúsq; persuadet, vt ad hostes transeat: & quid fieri velit, edocet. qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit.

Auditori aliquid persuadere. Cic. 1. de Inuent.

Opinione non solum, sed etiam ad veritatem sibi aliquid persuadere. Cic. 1 de Nat. deor.

Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chariorem. Cic. Attic lib. 10.

Hoc velim tibi penitus persuadeas. Cic. Attic. lib. 14.

Prorsus ita esse, alicui persuadere. Cic. Attico, lib. 7.

Confirmauit non solùm mihi, sed etiam persuasit. Cic. Att. lib. 16.

Verè persuades hoc tibi. Horat. 1. Serm. saty. 6.

Quo modo mihi persuadeo, per parenthesin positum. Cic. pro Rosc. Amer. Ego contra breuem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem.

Ita persuadeas. Cic. ad Brutum lib. 11. 5, Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me cum Reip. causa, quæ mihi vita ipsa est charior, tum quòd, &c.

¶Persuadere, pro Suadere, Terent. And. 3. 3,

Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam vt maturem.

Scarabeo citius persuaseris. De iis dictum, qui malis assuetum, à quibus tamen reuocari non possunt, eo quòd assuetis videantur oprima. Siquidem scarabeus fœtus suos educat in stercore, præcipuè caprino, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Vsus est Lucianus in Pseudologista. Meminit Erasm.

Persuadens, pen. prod. Participium {πείθων.} vt

Verba persuadentia. Ouid. 1. de Arte.

Persuasus, pen. prod. {αἰσθησθείς.} Aliud participium, siue Nomen ex participio. Cic. in Tusc Opinio mali, quo viso atque persuaso, ægritudo insequitur necessario.

De tua fide mihi persuasum est. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2.

Ita persuasum omnibus cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium. Cic. ad Brut. lib. 11. 12.

Persuasissimum est mihi. Brutus Ciceroni, lib 11. 9, Sed quòd mihi persuasissimum est Lepidum rectè facturum nunquam, si fortè vobis id de hoc dubium est.

Persuasissimum habere. Columella lib. 12. cap. 1, Ea porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi se morari oportere. De villica.

Persuasio {πειθὼ, πιθανὴ, πίστις} Verbale, dicitur Credulitas & opinio firma, quam fidem appellamus. Cicero 2. de Inuent. Aut persuasioni adolescentiæ, aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur.
Arrogans de se persuasio innascitur. Quintil.lib.2.cap.4.
Attonita persuasio, Vide ATTONITVS.
Falsa. Quintil.lib.1.cap.1.
Inanis. Quintil.lib.1.cap.2.
Popularis. Quintil.lib.2.cap.15.
Recepta publicè. Quintil.lib.3.cap.7.
Induere sibi persuasionem. Quintil.lib.1.cap.1.
Tumescere inani persuasione. Quintil.lib.1.cap.2.

Persuasor, pen.prod. Aliud verbale {πειστὴς} Qui persuadet.

Persuasorius, Adiectiuum {πειστικὸς} Quod persuadet. Suetonius in Domitiano, ca.8, Recuperatores, ne se semper persuasoriis assertionibus accommodarent, idcirdem admonuit. Quæ sint autem persuasoriæ assertiones, explicat Turnebus his verbis: Olim qui in libertatem vindicabantur, quum serui essent, nec pro se iudicio liberali experiri possent, assertorem quærebant. In causis igitur corporalibus monuit recuperatores, ne rametsi fauorabilis libertas est, sequerentur in iudicio assertiones vel precè vel pretio vel persuasione blanditas contra ius dominorum.

Persuastrix, persuastricis, pen. prod. Antiquum, f.g. {πειστὴς.} Plautus Bacchid.23, -eccas tandem probri
Perlecebræ, & persuastrices.

Persuasibilis, & hoc persuasibile, pen. corr. {πειστὸς, πιθανὸς.} Quod potest persuaderi. Quintil.lib.3.cap.16, Rhetorice est vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia.

Persuasibiliter, pen. corr. {πιθανῶς.} Aduerb. Quintil.lib.2.cap.15, Qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere.

Persubtilis, & hoc persubtile, pen prod. Valde subtile significat. Cicero pro Plancio, Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio.
Animus persubtilis, atque minutis corporibus factus. Lucret. libro 3.

Persulto, persultas {σκιρτῶ} persultare, Ex per & salto frequentatiuo verbi Salio, Saltando lætitiam animi ostendere. Liu. 4. bel. Maced. Quorum vbi arma signaque Lacetani cognouere: memores quàm sæpe in agro eorum impunè persultassent. Tacitus lib.11, Sinul Ibero exercitu campos persultante.
Equis leuibus persultare. Silius lib.3.
¶Persultare, Ferarum proprium & pecudum. Lucret. lib.1, Inde feræ pecudes persultant pabula læta. Id est saltant per pabula. Lambinus verò sic, Persultant, Id est saltu percurrunt, & prætereunt, ac ita negligunt, scilicet rebus venereis intentæ.

Pertædet, pertæduit, pertæsum est {ἐξαπορέομαι} pertædère, Valde tædère. Gell. lib.15. cap.20, Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Athenien sibus facto ius esset, quarum matrimonij pertædebat. De Euridide. Idem lib.1.cap.2, Verbisque eius defatigati pertæduissent.

Pertædescit {διδημονέομαι} pertædéscere. Caro cap.156, Nolite multum dare, ne pertædescat.
Pertæsum est. Cic. ad Qu. frat. lib.1.2, Pertæsum est enim leuitatis, assentationis animorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Virg.4. Æneidos,
Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.
Pertæsum est esse domi. Lucret. lib.3.
Incœpti magni pertæsum est illos. Virg.5. Æneid.
¶Pertisum quidam legi volunt, pro Pertæsum: quod Cicero non probat in Orat. Concisum, non concæsum? &c. ex quo quidam Pertisum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probauit.

Pertæsus {ἐξαπορούμενος.} Participium sine verbo, inquit Seruius.
Pertæsus, cum genitiuo. Plaut. Mostell. 5.3,
Ita me ibi malè conuiuij sermonisque pertæsum.
Lentitudinis eorum pertæsa. Tacit. lib.15, de Epichari muliere,
Pertæsus, cum accusatiuo. Suet. in Cæs. cap.7, Et quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihildum à se memorabile actum esset.
Pertæsus se aliqua re. Sueton. in Tib. Cæs. cap.66.

Pertego, pertegis, pen. corr. pertexi, pertectum {καταστέγω} pertégere, Perficere quod tegere cœperis. Plaut Rud.4,
Qui pertegamus villam, dum sudum est? Idem Trinum.6,
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, pertendis, pertendi, pertensum {τείνω, διήκω} perténdere, Valde tèndere, Extendere. Cato de Re rust. cap.52, In arboribus, vbi radices capiant, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum quem radicem capere voles, scarificato, traiicitóque.
¶Pertendere, Rectâ tendere & proficisci. Liu.5.ab Vrbe, Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertenderunt.
¶Pertendere, Contendere. Cic. pro Corn. Balbo, Nos Cn. Pompeij decretum iudicium de consilij sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, perrendemus?
¶Pertendere, Ad finem perducere quod intendebamus, aut cœperamus. Terent. Heaut 5.5,
Quid istuc? video non licere, vt cœperam hoc pertendere.
¶Animo pertendere. Propert. lib.2.eleg.16,
Quòd si pertendes animo vestita cubare,
Scissa veste meas experiere moras. Id est, obstinata persistes & perseuerabis.

Pertento, pertentas {καταπειράομαι} pertentáre, Diligenter tentare, Experiri, Probare. Terent. And 3.4, -sed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarem.
Perspicere & pertentare. Cic. ad Qu. frat lib.1.4.
Causam totam pertentare & perspicere. Cic.2 de Orat.
Dictis variis pertentat pectora. Stat.3. Thebaid.
Pertentare administrationem alicuius rei. Cic.2. de Inuent.

¶Pertentare, Sæpe tentare. Virg.3. Georgicorum,
Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Gaudia pertentant mentem. Virg.5. Æneid.
Gaudia pertentant tacitum pectus. Virg.1. Æneid.
Omnia pertentare. Lucret. lib.5.

Pertenuis, & hoc pertenue {πολύλεπτος} Valde tenue significat. Plin. lib.16.cap.43, Secatur in laminas pertenues & ilex.
Pertenuis spes, per translationem. Cic. ad Terent. lib.14.3.
Argumentum pertenue. Cic.2. Verr.
Discrimen. Cic. de Lege agrar.
Suspicio. Cic. pro Cluent.
Vis. Cic. pro Cœcina.

Perterebro, perterebras, pen. corr. {διαφορέω} perterebrâre, Terebra perforare. Cic.1. de Diuin. Aenibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quę esset in fano Iunonis Luciniæ, auferre veller, dubitaréque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse.

Pertergeo, perterges, pertersi {καταθήγω} pertergêre, Permulcere. Lucret. lib.4,
Et quasi perterget pupillas, atque ita transit. Id est permulcet. De imagine. Lambinus.

Pertergo, pertergis, pertersi, pertersum {κτενίζω} pertérgere, penult. corr. Diligenter tergere. Colum. lib.12. cap.9, Sæpe suffundere ius debebit, nec pati sistre salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare.
Gausape purpureo mensam pertersit. Horat.2. Serm. sat.8,
Aura perterget nostros oculos. Lucret. lib.4.

Pertero, perteris, pen. corr. pertriui, pertritum, pen. prod. {καταφλάω} pertérere, Terendo comminuere. Plaut. Menech.3,
Tum compediri ianuam lima perterunt. Colum. libro 8.cap.5, Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

Perterreo, perterres, perterrui, perterritum, penult. corr. {καταπλήσσω} perterrère, Valde terrere. Terent. Eunuch.5.3,
Post exibo, atque hunc perterrebo facrilegum. Cæsar bell. Gall. lib 7, Vt sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.
Ferro aliquem reiicere & perterrere. Cic. pro Cecinna.
Obstupefieri & perterreri diligentia alicuius. Cic 2. in Catil.
Somnio perterreri. Cic.1. de Diuin.

Perterritus, pen. corr. Participium {κατακπλήττω.} Cic. pro Cæl. An timebant, ne tot vnum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?
Persequi perterritos, inermes, saucios. Cic. Bruto, 10.
Perterritus conscientia. Cic. pro Cluent.
Perterritus metu. Cic.7. Verr.
Timore perterritus contremui. Cic.1. de Diuin.
Cerua. Ouid.11. Metam.
Mœnia. Ouid 1. de Ponto, eleg.2.

Perterrefacio, perterrefacis, pen. corr. perterrefeci, pen. prod. perterrefactum {ἐκπλήσσω} perterrefácere, Idē quod Perterreo. Terēt. And.1.1, Perterrefacias Dauum. Brutus ad Cic. libro 11. 20, Sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia.

Perterricrepus, pen. corr. Adiectiuum, Quod terrorem crepat & incutit. Lucret. lib.6. de tonitru,
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. Cic. in Orat. Imò verò ista sequamur, asperitatémque fugiamus:
Habeo istam ego perterricrepam. Ex poeta.
Perterricrepa mulier, Minax & garrula, quæ perterret crepando & obstrependo.

Pertexo, pertexis, pen. prod. pertexui, pertextum {πυκτίνω} pertéxere, Peragere, perficere. Translatio sumpta à textoribus, qui primò telam ordiuntur, & orsam deinde texunt. Cic. lib.2. de Orat. Et pertexe modò, inquit, Antoni quod exorsus es. Idem ad Attic. lib. 1.9, Totum hunc locum quem ego varię meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro (nosti illas κυκλώσεις) valde grauiter pertexui.
Cœptum pertexere. Lucret. lib.1.

Pertica, huius perticæ, pen. cor. {κοντὸς} Baculus oblongus. Varro 3. de Re rust. cap.5, Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Ouid. de Nuce,
Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.
Pertica, à portando dicta, quasi portica. Ex libello variorum authorum de limitibus.
Sæua pertica. Ouid. de Nuce.
Tristis. Propert. lib.4. eleg.1.
Vna & eadem pertica. Plin. epist.2. lib.8, Ex iis etiam quos non vna (vt dicitur) pertica: sed distinctè, gradatimque tractaui: quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abiit. Id est quos non vna vlna mensus sum, inquit Budæus. Erasmus, Vna pertica, pro Eadem opera. Sumptum videtur ab his qui metiuntur agros. Perticam posuit pro decempeda. Nam Seruius Sulpitius, vt indicat Festus, dixit perticam esse lineam qua diuiduntur agri.

Perticalis, & hoc perticale, pen. prod. {καυκωνικὸς.} Colum. lib.4. cap.31, Perticalis ferè salix eundem agrum, quem viminalis, desyderat. Id est ex qua fiunt perticæ.

Pertimeo, pertimes, pen. corr. pertimui {φοβοδιδάσκω} pertimêre, Valde timere. Cic 4. Ver. Si nullius vim, nullius potentiam pertimuero. Tacitus lib. 1, Nihil in vulgo modicum terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impunè contemni.
Attoniti Mauras pertimuere manus. Ouid. 6. Fast.

Pertimesco, pertimescis, pertimui {φοβοδιδάσκομαι} pertimêscere, Idē quod Pertimere. Cic.7. Verr. Hanc tu tantam religionem, si tum in imperio propter cupiditatem & audaciam non pertimescebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorúmque tuorum periculo perhorrescis?
Rotam fortunæ pertimescere. Cic. in Pisón.

Non

Non mediocriter aliquid pertimescere. Cic. pro Quintio.
Pertimescere de. Cic.7. Verr. De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt.

Pertimescitur, pen. corr. Passiuum {περιφοβέομαι.} Cic.2. de Lege agraria, Graue est enim nomen imperij, atque id etiam in leui persona pertimescitur.

Pertimescendus, Participium {περιφοβητέος.} vt
Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic. Lentulo, lib.1.9.

Pertineo, pertines, pen. corr. pertinui, pertentum {ἐφήκω} pertinêre, Ex per & teneo compositum, significat Pertingere, peruenire: & iungitur modò præpositioni IN, modò AD. Vlpianus de Cloacis, l. Prætor ait, Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Et paulo pòst, §. Quod ait, Quod ait prætor, pertinet: hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc est dirigitur, extéditur, peruenit. Cic. 2. de Nat. deor. Vias quæ pertinent ad iecur, eíque adhærent. Idem 2. de Diuinat. Quæ potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?
Sylua longè introrsus pertinet, Id est extenditur. Cæsar 6. bel. Gall. Syluam esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longè introrsus pertinere.
Pertinere per. Cic.1. de Nat. deor. Aliis autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem, vt diuinam esse affectam putat.
¶Pertinere ad, pro Præstari & exhiberi. Cic. ad Cornificium, libro 12.28, Tantùm velim existimes, si negotia Lamiæ, procuratores, libros, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam.
¶Pertinere {συμφέρει, πρόσκειται.} Impersonale, Idem quod Attinet. Pomponius de Verb. & rer. signifi. l. Verbum, Verbum aliud pertinere latissimè patet. nam & eis rebus peredis aptum est quæ dominij nostri sint: & eis, quas iure aliquo possideamus, quamuis nō nostri dominij sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.
¶Pertinet ad te hæc malitia, suspicio maleficij, &c. Plaut. Truculent. 37. Cic. pro Roscio Amer. Spero ex hoc ipso non esse obscurum ad quem suspicio maleficij pertineat.
Pertinet ad rem, Hue spectat, è re est. Cic. ad Brutum, lib.13.14, Bonus planè vir, & cum virtutibus, tum ea fortuna (si quid hoc ad rem pertinet) ornatus. Id est, si quid afferat momenti.
Pertinet ad Remp. pro Interest Reip Cic. ad Brutum, 2, Id valde pertinuit, vt egò tum intelligebam, ad Remp. vt nunc iudico, ad dignitatem tuam.
Pertinet oratio mea ad fœdus infirmandum. Cic. pro Cornelio Balbo, Nec verò hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum Iudices, pertinet.
Pertinet oratio mea ad plures. Cic. pro Rosc. Amer.
Summa illuc pertinet, vt sciatis, &c. Cic.7. Verr.
Latè patet hæc ars, & ad multos pertinet. Cic.1. de Orat.
Hoc eò pertinet, quòd Gic. de Clar. Orat. Caius in l. Si id, De duobus reis, Quæ sententia eò pertinet vt quamis vel huic vel illi decem soluerit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat.
Eò pertinet (inquit Budæus) id est, huius sententiæ effectus eò vsque progreditur. vel, Hæc sententia eò tendit vt, &c.
Pertinet eodem & bryon. Plinius lib.12. cap.28. Hoc est illic de ea herba dicendum est. Cic. Attico, lib.8, Ea scripsi, quo in suadendo plus authoritatis haberem, eodémque pertinet, quòd causam eius probo.
Quorsum quidque pertinet. Cic.3. de Nat. deor. Vestri non modò hæc non refellunt, verumetiam confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat.
Pertinet ad id. Cic.1. Acad. Cætera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, vt diuitias, vt opes, vt gloriam, vt gratiam.
Pertinet somnium ad hoc. Plaut. Mere.5.
Pertinet gemitus luctúsque prouinciæ ad capitis tui periculum. Cic.5. Verr.
Pertinent ad vsum nauium. Cæsar 3. bel. Gall.
Ad vsus vestros pertinet. Ouid.1. de Remed. amor.
¶Ætas pertinet ad literas. Quintil. lib.1. cap.1.
Pertinebat ad dandum ei argentum. Plin. lib.8. epist.6.
Pertinere ad me, accipimus pro eo quod est Officium meum esse, siue onus mihi incumbere, & muneris mei esse. Cic. de Amic. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Ibidem, Quod non fecissent profectò, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur.
Pertinet ad officium meum. Cic. pro Roscio Amer. Ideò quòd prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis Populus Romanus imposuit.
Pertinere in rem aliquam. Cic. 2. de Orat. Talem existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, tantámque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo.

Pertinens, pen. corr. Participium {κεκτημένος.} Cic.2. de Nat. deor. Huic adde neruos, à quibus artus continentur, eorúmque implicationem corpore toto pertinentem.

Pertinax, pen. corr. pertinacis. pen. prod. omn g. {αὐθάδης, αὐθάδεστος} Qui nimis tenax est. Plaut. Capt. 6,
Quid tu ais? tenáxne pater est eius? p. imò ædepol pertinax.
Cupidus, iratus, pertinax. Cic. pro Ligar.
¶Pertinax, Aliquando in bonam partem accipitur pro perseuerante. Valerius Max. lib.1, Non mirum igitur si pro eo imperio augendo, custodiendóque pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit.
Pertinax recti. Tacit. Hoc est valde tenax.
Pertinax, Firmus in opinione. Cic.1. de Finibus, Certè inquam, pertinax non ero, tibíque, si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar.
Pertinax in rem aliquam. Seneca de Ira, lib.1.
Pertinax in differendo vel disputando. Cic.1. de Finib.
Ludere pertinax. Horat.3. Catm. ode 29.
¶Certamen pertinax, Durum, & difficile, ac diuturnum. Liu.2. ab Vrbe, Ibi fortuna Populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quàm pertinaci certamine confecit. Sic Pertinax prælium, Liu.2. bel. Pun.
Digito malè pertinaci direpnum pignus. Horat.1. Carm. ode 9.
Disputationes in disputando. Cic.1. de Finib.
Dolor. Senec. Hercul. Oetæo, 14.
Fama pertinax, Constans & fiuma. Plin. lib.24. cap.17.
Odium. Plin. lib.24. cap.1.
Pietas. Martial. lib.8.35, Qui præstat pietate pertinaci.
Sermó lenis, minimèque pertinax. Cic.1. Offic.
Studium scribendi. Quintil. in Procem. lib.1.
Pertinacissimus, & perstans. Cic.2. de Finibus, Aut pertinacissimus fueris si in eo persteteris, ad corpus ea quæ dixi referre: aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaueris.

Pertinacia, huius pertinaciæ {αὐθάδεια, σφήνωμα} Perseuerantiæ finitima est, inquit Cicero 2. de Inuent. & in bonum & malum accipitur.
In bonum. Sueton. in Cæsare, cap. 68, Ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.
Pertinacia & studium vincēdi. Cic.1. Acad. Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi (vt mihi quidem videtur) sed eārum rerum obscuritate, &c.
In malum. Terent. Heeyra, 3.5,
Mane inquam, quò abis? PH. quæ hæc est pertinacia? Cic. pro Plancio, Libertatémque quam in me requiris, quam ego neque dimisi vnquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.
Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Cic pro Marcello.
¶Accenditur pertinacia, Vide ACCENDO.
Amittere sua pertinacia vitam. Cic. pro Marcello.
Cum pertinacia & irātundia rectè disputari non potest. Cicero 1. de Finibus.
Pertinacia & nimia cupiditas principatus in elatione & magnitudine animi facillimè innascitur. Cic.1. Offic.
Refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Cic.2. Tusculan.
Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, calumnia etiam coercetur. Cic.4. Academ.

Pertinaciter, pen. corr. {αὐθαδῶς} Perseuerantèr, Obstinatè. Plin. in Panegyr. Orem memoriæ literísque mandandam, præfectum Prætorij non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere: eundémque otio, quem pertinaciter amet, reddere.
Pertinaciter defendere. Liu 6 ab Vrbe.
Hærere pertinaciter. Quintil. lib.1. cap.1.
Pertinaciter initum prælium. Liu.8. bel. Pun.
Nimium pertinaciter alicui offensus. Plancius Ciceroni, lib.10.23, Si vno loco essem, verebar necui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Pertinaciter insequi. Liu.2.ab Vrbe.
Pertinaciter manere. Varro 1.de Re rust. cap.2.0.
Durare pertinacissimè. Quintil. lib.1.cap.1.

Pertingo, pertingis, pertigi, pen. corr. pertactum {ἅπτεσθαι, ἀπικνέομαι} pertíngere, Peruenire. Plin. lib.11.cap.37, Venam ab oculis pertingere ad cerebrum peririssimi authores tradunt.
Lux oculos pertingit. Lucret. lib.4.
Pertingere per. Cic.2. de Nat. deor. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem. In veteri codice legitur pertinentem.

Pertolero, pertoleras, pen. corr. {καρτερῶ} pertoleráre, Vsque ad finem tolerare, perferre. Plaut. Amphitr. 15,
Fata istæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladésque
Exantlatem impatibiles.
Omnia tormenta pertolerare. Lucret. lib.5.

Pertorqueo, pertorques {στρέβλω} pertorquêre, Ex per & torqueo compositum, Idem quod Torqueo. Lucretius lib.2,
At contrà tetra absynthi natura, fersique
Centauri fœdo pertorquent ora sapore. Id est, efficiunt vt qui ea gustat, ac mandit, os distorqueat.

Pertracto, pertractas {διαχειρίζω} pertractáre, Manibus frequentius tractare, & tangere. Cic. in Parad. Barbatulos mululos receptantem de piscina & pertractantem.
Pertractare bestias manibus. Hirtius de bello Afric. lib.5.
¶Pertractare, per translationem, Apud se reputare, & diligenter considerare. Cic.2. de Finib. Tute introspice in mentem tuam ipse, eámque omni cogitatione pertractans percontare ipse te.
Diligenter & sæpe aliquid pertractare. Cic.2. de Inuent.
Diuturnitatem. Cic.1 de Diuinat.
¶Pertractare, Disputare de re aliqua. Cic.4. Tusculan. Qua oratione prætermissa minimè necessaria, ea quæ rem continent pertractemus.
Philosophiam pertractare. Cic.1. de Nat deor.
Pertractatas res habere. Cic.3. Tusculan. Et nimirum hæc illa præstans & diuina sapientia, & perceptas penitus, & pertractatas res humanas habere.

Pertractatio, Verbale {διατύπωσις} Frequens reuolutio. Cic.1 de Orat. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus.

Pertraho, pertrahis, pen. corr. pertraxi, pertractum {κατάγω} pertrá-

here, Vi, & cum molimine trahere. Liu.1.bel.Pun. Ea éxemplo resoluris quibus leuiter annexa erat vinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. De rate.

Pertrahere aliquem in castra. Liu.7.ab Vrbe.

Pertrahere vitam. Prolongare. Plin lib.28. cap.1.

Pertranseo, pertransis, pertransiui, pen.prod. pertransitum, pen.corr. { διαβαίνω, μεταφοιτάω } pertransire, Idem quod Transire. Plin lib.37. cap.5, Nubecula enim albicantis est vitium, quum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine vitium candor.

Pertrauluidus, pen.corr. Adiectiuum { πάνυ διαφανὴς } Quod valde transluceat. Plinius libro 13. cap.12, Aliàs indecoro visu pertranslucida.

Pertribuo, pertribus, pertribui, pertributum, pen.prod. { παραδίδωμι } pertribúere, Dare. Plinius Traiano, epistol. 307, Apud me & milites & pagani, à quibus iustitia eius, & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua priuatim, qua publicè testimonium pertribuerunt.

Pertristis, & hoc pertriste { σφόδρα λυπηρὸς } Valde tristem significat. Cicero pro Cælio, Et qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, versari iucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Censor, magister.

Pertritus, Vide PERTERO.

Pertumultuosus, penultim. prod. Adiectiuum { πολυθορυβώδης } Quod magnum tumultum excitat. A quo

Pertumultuosè, penultima prod. Aduerbium { πολυθορυβωδῶς } Cicero ad Catonem, lib.15.4, Pertumultuosè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt.

Pertundo, pertundis, pertudi, pen.corr. pertusum, pen. prod. { κατατόπτω } pertúndere, Valde percutere, aut percutiendo frangere, perforare. Colum.lib 6.cap.15, Si fortè furculum calcauerit, aut acuta testa vel lapide vngulam pertuderit. Plaut. Pseud.4,

I puere præ:ne quisquam pertundat crumenam, cautio est.

Guttæ pertundunt saxa. Lucret.lib.4.

Lacum vino plenum pertundere. Vlpian. in l.Si seruus seruum, §. vlt. in fine.

Materiem pertundere. Lucret lib.5.

Pertusus, penult. prod. Participium { διάτρητος. } vt Pertusa sella. Cato cap.157.

In vas pertusum congesta omnia. Lucret.lib.3.

In pertusum dolium dicta ingerere, pro Operam perdere. Plautus Pseud.4.

Pertusæ margaritæ, Vide LINEA, in præcedentibus.

Perturbo, perturbas { ἀνατρέπω } perturbâre, Valde turbare. Terentius Andria, 3.4,

Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia.

Præcipitem aliquê ex ciuitate perturbare. Author ad Heren.lib.4.

Percellere & perturbare aliquem. Cic.5.Verr.

De Reipub. salute magis quàm de sua perturbari. Cic.pro Milone.

Perturbare animos & concitare. Cic.in Orat.

Clamore aliquorum perturbari. Cic.pro Rab.perduel.reo.

Corpus totum perturbatur. Lucret.lib.4.

Pertubari errore & insciria. Cic.1.de Finib.

Domum perturbare. Seneca Thyeste, 1.

Mentes & animos hominum perturbare. Cæsar 1.bel.Gal.

Magno animi motu perturbari. Cic.Attic.lib.8.

Otium. Cic.4.Acad. Tum vt exortus est in optima Rep. Tiberius Gracchus qui otium perturbaret, sic Arcesilas qui constitutam philosophiam euerteret.

Perturbare pactiones bellicas periurio. Cic.3.Offic. Regulus non debuit conditiones, pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio.

Prouinciam aliquam. Cic.pro Sylla.

Rempublicam. Cic.4.Acad.

Perturbatur omnis vitæ status. Cic.1.de Finib.

Præposterum, confusum, perturbatum. Cic.3.de Orat. Non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.

Perturbata & confusa onusti cibo & vino cernimus. Cicero 1. de Diuinatione.

Perturbor, perturbaris vel perturbare, perturbatur, Passiuum. Plinius in Panegyr. Vna erat in limine mora consultare aues, reuerensque numinum monitus nemo perturbabatur, nemo submouebatur.

Nec temerè huc dolor vsque poterit penetrare, neque acre

Permanare malum, quin omnia perturbentur. Lucret.lib.3.

Perturbatus, pen.prod. { ἀνατάραχος } Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, libro 6, Sed enim εἰκονολία, si perturbatior est, tibi assignato. Eidem, libro 10, Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu.

Acies perturbata, Vide ACIES.

Anima perturbata Lucret.lib.4.

Seditionibus perturbata ciuitas. Cic.1.de Lege agrar.

Perturbata res rei, pro Commissa. Senec.epist.96.

Perturbatè, pen.prod. Aduerbium { ἀνατάρακτως. } Cic.1. de Inuent. Hîc considerandum erit, nequid perturbatè, nequid contortè dicatur. Item in Orator. Sua confirmare, aduersarij euertere, eáque efficere non perturbatè. Perturbatè aliquid dicitur, quum rerum ac temporum ordo non seruatur: contortè, quum non facilis transitus & directus est, sed obscurus.

Perturbator, penultima prod. Verbale masculi. { ἀνατάρακτης } Qui perturbat.

Perturbatrix, pen.prod. Verbale fœm. { ἀνατάρακτις. } Cic.1.de Legibus, Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arcesila & Carneade recentem exoremus vt sileat.

Perturbatio. Aliud verbale { ἀνατάραξις. } Cic.4. Tuscul. Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit quod πάθος ille dicit auersa à recta ratione contra naturam animi commotio.

Conuersio rerum & perturbatio. Cic.pro Flacco, Videris quo in motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur.

Perturbatio cæli, & Serenitas, contraria. Cic.2.de Diuinat.

Valetudinis alicuius perturbatio. Cicero Pæto, lib.9.15, Miratis me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse?

Perturbatio vitæ & magna confusio. Cic.1.de Nat.deor.

Perturbatio animi, & Sedatio, contraria. Cic.5.Tusc. Atqui quum perturbationes animi miseriam, sedationes autem efficiant vitam beatam: duplex que ratio perturbationis sit, &c.

Perturbatio animi, Tranquilliras & securitas, contraria. Cicero 1. Offic. Vacandum est omni animi perturbatione, &c. vt tranquillitas animi adsit, quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem.

Turbidi animorum concitatique motus, perturbationes sunt. Cic. 4. Tuscul.

Cognitio iudicis & Perturbatio, contraria. Cic. 2. de Orat. Illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem requirit.

Nouæ perturbationes. Cic.de Fato.

¶Afferre perturbationem, Vide AFFERO.

Errorem animis perturbationémque afferre. Cic.1. de Diuin.

Commoueri magna animi perturbatione. Cic.Attic.lib.6.

Quæ sunt cum aliqua perturbatione, ea neque constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt probari. Cic.1.Offic.

¶Fugere perturbationes, id est motus animi nimios rationi non obtemperantes. Cic.1.Offic.

Immittere perturbationes, Vide IMMITTO.

In perturbationes exanimationésque ne incidamus cauendum. Cic.1.Offic.

Ira, aut perturbatione incitatus, imperum iniustè in eum fecit. Cic.1.Offic.

Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quicquid peccatur. Cic.in Parad.

Impetu quod. im animi & perturbatione, Consilio aut iudicio regi, contraria. Cic.2. de Orat.

Neque perturbationi animi, neque homini, neque fortunæ succumbere. Cic.1.Offic.

Perturpis, & hoc perturpe { αἰσχρὸς } Valde turpe. Cic. pro Cælio, Cum hæc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut flagitiosum esse videatur?

Pertussis, huius pertussis, apud Senecam, vt ait Despauterius, tussis est quæ continuè vexat.

Pertusus, Vide PERTVNDO.

Peruado, peruadis, pe.u.prod. peruasi, peruasum, pen.prod. { ἐμβαδίζω } peruádere, Pertransire. Tacit.lib.4, Neque tamen peruasere hostes nisi admodum paucí.

Peruadere ad Liu.7.ab Vrbe, Inter trepidationem, tumultúmque Samnitum, præsidium Romanum obuiis custodibus cæsis ad castra eos peruasit.

Peruadere in. Cic.2.de Nat.deor. Similiter nares, quæ semper propter necessarias vtilitates pateant, contractiores habent introitus, nequid in eas, quod noceat, possit peruadere.

Per agros quantum incendium peruaserit cernitis Cic.5.Verr.

Peruasit fama, yel rumor. Liu.5.ab Vrbe, Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famáque ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis.

Murmur, pauor, clamor, &c. peruasit. Liuius 6.bel.Pun. Murmur à Tribunali totam concionem peruasit, deferri rem integram ad Patres de Campanis.

Peruasit opinio per animos hominum. Cic.pro L.Manilia, Erat etiam alia grauis atque ea vehemens opinio, quæ per animos gentium Barbararum peruaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum.

Peruasit morbus. Cic.pro Sylla.

Pallor repentè peruasit ora. Silius lib.7.

Peruade polû, splendida mundi sydera bigis continuis fecepit spoliis. Actius apud Varr.lib.6.de Lingua Lat. Significat autem eodem Varr. interprete Peruade polum, Vade per polum.

¶Peruadere, Peruenire, vt

Peruadere florem ætatis. Lucretius lib.1,

-summum ætatis peruadere florem. Quidam leguntfinem, sed priorem lectionem probat Lambinus, & interpretatur florem, id est iustum ac perfectum vigorem.

Peruagor, penult. corr. peruagaris { περιπλανῶμαι, περιφέρομαι } peruagári: & Peruago, peruagas, peruagáre, Per aliquem locum vagari. Cicero 7.Verr. Hîc te Prætore prædonum nauiculæ peruagátæ sunt.

Peruagantur molestiæ mentes omnium. Cicero 1.de Legibus, Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, similiter omnium mentes peruagantur.

Hanos peruagatur. Cic.2.de Inuent. Deinde ne is honos nimium peruagetur.

Commune & peruagatum, Diuulgarum. Cicero 1.de Orat. An tu, inquit ille, si de istis communibus & peruagatis vix huic ætati audiendum putas, etiámne illa negligere possumus, quæ tu Oratori cognoscenda esse dixisti?

Peruagatum & celebratum commemoratione alicuius. Cic.pro Plancio, Nihil ex meis est temporibus, quod minus peruagatum, quódque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum.

Peruagatus, pen.prod. { περιπλανώμενος } Participium, siue Nomen ex participio. Liu 8.bel.Maced. Inter mitissimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit.

Longè latéque peruagata bona, & Angusta, contraria. Cic.in Partit. Numero sic comparabuntur, vt plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona breuioribus, longè & latè peruagata angustis.

Causa hæc apud Græcos peruagata est. Cic.1.de Inuent.

Vulgaris & peruagata declamatio. Cic.pro Plancio.

Illustris & peruagata fama alicuius rei. Cic.pro Marcello.

Quotidiana & peruagata opera. Cic.3.de Orat.

Sermo ciuitatis peruagatus. Cic.pro Milone.

¶Peruagatior, & Peruagatissimus. Cic.2.de Inuent. Pars autem est peruagatior, & aut in omnes eiusdem generis, aut in pleraque causas accommodata. Idem in Orat. Me autem sue peruagatissimus ille versus, qui verat, &c.

Peruagus, pen.corr. Adiectiuum { πολυπλανὴς. } vt Puer peruagus vasto orbe. Quid.2.de Arte.

Perualeo, peruales, perualere { πολυδωμαλέω } Plurimum valeo. Lucretius libro 6,

Vsque adeò permanenter vis perualet eius. De magnete lapide. Alij legunt Præualet.

Perualidus, pen.corr. Adiectiuum { πολυϊσχυρὸς } Admodum validus. Liu. 10.bel.Maced. Donec ad perualidam aliam vrbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit. Alia exemplaria habent Præualidam.

Peruarius, Adiect. { πολυποίκιλος } Valde varius. A quo

Peruariè, Aduerbium { πολυποικίλως. } Cic.2. de Orat. Reliqua peruariè iucundè narrantur.

Peruasto, peruastas { κατακλύζομαι } peruastáre, Prorsus vastare. Liuius 6.ab Vrbe, Ad peruastandos fines, nequid ad noua consilia relinqueret vitium, duxere.

Peruecho, peruchis, penult. corr. peruexi, peruectum { κατακομίζω } peruéhere, Vsque in aliquem locum portare. Plin.lib 35.cap.6, Sed inde non peruehuntur ad nos. Liuius 5. ab Vrbe, Virgines sacráque in plaustrum impositæ: & Cære quò iter sacerdotibus erat, peruexit.

Nauigatione secunda peruehi. Tacit.lib.2.

¶Peruehi { κατάγεσθαι } in portum, per translationem. Cic. ad Atticum, lib.14, Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto nostro, constitutáque Republica.

Velis passis aliquò peruehi. Cic.1.Tuscul. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quò vtinam velis passis peruehi liceat. De morte.

Peruehi ad exitus optatos. Cic.2. Offic. Et quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit, affligitur. De fortuna.

¶In Asiam, atque inde Romam peruectum est. Tacit.lib.17.

Peruectus, Participium { κατακομισθείς. } vt Peruectus in litus. Plinius lib.9.cap.8.

Passu cito peruecta est ad littora. Silius lib.8.

Peruello, peruellis, peruelli & peruulsi, peruulsum { κατασπάω } peruéllere. Cic.lib.3. Tusc.ul. Quid iaces, aut quid mœres? aut cur fucumbis, cedísque fortunæ? quæ peruellere te forsitan potuerit & pungere, non potuit certè vires frangere.

Peruellere aurem, Vide AVRIS.

Peruellere stomachum. Horat.2. Serm. satyra 8,

Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum

Peruellunt stomachum. Hoc est irritant, & cum quadam delectatione pungunt atque excitant.

Peruellere ius. Cicero 1. de Orat. Neque enim inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum Ciuile peruellit, quàm iucundus, quòd se id nescire confessus est. Id est de iure nostro obtrectat, inquit Budæus.

Peruellere fidem alicuius, pro Cessantem excitare. Seneca de Benefic.5.

Peruenio, peruenis, pen.corr. perueni, pen.prod. peruentum { ἱκνοῦμαι, ἐξικνοῦμαι, παραγίνομαι, ἀφικνοῦμαι } peruenire, Ad constitutum locum venire, Venire eò quò ibamus. Plin.lib.10. cap.37, Ipse peruéni ad fontem puriſſimum.

Maturè cum exercitu aliquò peruenire. Cic.pro Murena.

Cum paucis ad aliquam portam peruenire. Cic.in Pisonem.

In portum salua naue. Quintil.lib.2.cap.17.

Peruenire prouinciam. Traianus ad Plinium, epist.16.lib.10.

Peruenire quò volumus. Terent-Eunucho, 1.2,

Ita est: sed sine me peruenire quò volo. Quasi dicat, Sine me dicere quod maximè cupio.

¶Per summam iniuriam ad miseros aratores quid est in calamitate residui quod Prætore Verre non peruenerit? Cic.5.Verr.

Ad annum septuagesimum peruenit Cyrus. Cic.1.de Diuin.

Quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit, non ea sola vis est, &c. Cic.pro Cecinna.

In crastinum peruenire. Quintil.lib.5.cap.10.

Peruenire ad desperationem. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Ad eloquentiam. Quintil.lib.1.cap.1.

Ad fortunas suas aliquando peruenire sese posse spes fuit. Cic.pro Rab.Posthumo.

Ad propositum mihi finem honoris nondum perueneram. Cicero pro Sylla.

Ad fructus. Varro 1.de Re rust.cap.4.

Ad maturam frugem. Quintil.lib.1.cap.3.

Peruenire ad improbitatem. Cic.3. Verrina, Verum admonitus, an tentarus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce illo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem nescio.

Peruenire in maximam inuidiam. Cic.4. Verr. Populum quidem Syracusanum in maximam inuidiam sua infamia alieno præmio peruenisse.

Via aliqua ad aliquam laudem. Cic.de Claris Orat.

Peruenire ad manus. Cic. pro Sextio, Vix serò & rarò ad manus peruenitur.

Peruenire in manus. Cic.ad Atticum, lib.8, Ego autem ad te scripsi, vt si tibi fortè reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus perueniret.

Peruenire in notitiam. Colum.lib.5.cap.8.

Peruenire ad nummos. Cic.ad Brutum, lib.12.15, Vt quamcommodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummósque perueniat.

Peruenire in potestatem alicuius. Cic.pro Lege Manil. Quum duodecim fecures in prædonum potestatem peruenerint.

Peruenire ad primos, pro Inter primos & doctissimos annumerari. Cic. pro Roscio Comœdo, Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.

In scripta alicuius peruenire. Cic. Lucceio, lib.5. 12.

Conditione vlla in Senatum peruenire non potuit. Cic.pro Flac.

Ad alicuius rei summam peruenire. Quintil. in Procem. lib.1.

Peruenire ad summum. Cic.5.de Finib. Sic & extremum omnium appetendorum, atque ductum à prima communitate naturæ multis gradibus ascendit, vt ad summum perueniret, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

Peruenire in magnum timorem. Cæsar 1.bel.Ciuil.

Peruenire in tutelam. Cic.pro Roscio Comœdo, Et pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit.

¶Peruenit ad me hæc res, Id est resciui, Dictum est mihi. Plautus Milit.7.

Ad aures alicuius nescio quomodo peruenit res hæc. Cic.6.Verr.

Clamor ad aures peruenit. Virg.9.Æneid.

Factio peruenit. Liu.1.ab Vrbe, Necdum à singulis, quia nemo magnopere eminebat, in nouo populo peruenerant factiones: inter ordines certabatur.

Fama ad aures meas peruênit. Cic.pro Sylla, Non modò nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama peruenit.

Fama peruenit huc. Ouid.2.de Ponto, eleg.5.

Hæreditas ad istum ab illos peruenisse putatur. Cicero Quinto fratri, libro 1.1.

Iniuria ad paucos ex alieno peccato peruenit. Author ad Herennium, lib.4.

Ad vnum tanta licentia nunquam peruenisset, nisi multorum impunita scelera tulissemus. Cic.2.Offic.

Peruenit lucrum ad eum. Cic.5.Verr. Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire, Prætorem esse socium.

Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire. Cic.in Topic.

Plebs in discordiam peruenit cum patribus. Pompô.in l.2.§.Deinde quum esset. D. De origine iur.

Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Cic. Bruto, 15.

Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit. Cicpro Murena.

¶Peruenitur, Impersonale. Vlpian. in l.1.§. Si apud duos. D. depositi. Quòd si nihil alter, vel minus facere possit, ad alium peruenietur. idémque etsi alter dolo non fecerit, & idcirco sit absolutus. nam ad alium peruenietur.

Postquam peruentum est in tecta thalami. Virg.4. Georgic. Idem 2. Æneidos,

Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis.

¶Studia perueniendi aliquò nihil prosunt, nisi illud quod eò quò intendas ferat deducátque, cognoris. Cic.1.de Orat.

Peruenies, Participium { παρέσον. } vt

Verba refers aures non peruenientia nostras. Ouid.3.Metam.

Peruenturus, pen.prod. Aliud participium { παρέσων. } Cic. pro Roscio Amer. Videte per deos immortales, quem in locum Remp. peruenturam putetis.

Peruenor, pen.prod. peruenaris { κατασκοπεύω } peruenári, Idem quod Diligenter venari: & per translationem pro Quærere. & solertia quadam adhibita inuestigare. Plaut. Merc.17,

Defessus sum vrbem totam peruenarier.

Peruerto, peruertis, peruerti, peruersum { διαστρέφω, καταστρέφω, παραποιῶ } peruértere, Conuertere, Inuertere, Subuertere, Ad terram ruere. Plaut. Aulul.18,

Ei rei dant operam ne ecenet senex,

Aulas peruertunt, ignem restinguut aqua.

Labefactare & peruertere. Cic.3.de Finib.

Arbusta, virgulta, tecta. Cic.1.de Diuinat.

Defensionem. Author ad Herennium, lib.1, Orestes quum confiteatur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, peruertit defensionem.

Iura omnia diuina & humana peruertit C.Cæsar. Cic.1.Offic.

Officium. Cic.1.Offic. Sunt nonnullæ disciplinæ, quæ propositis bonorum & malorum finibus, officium omne peruertant.

Omnia peruertere rapinis, incendiis, cædibus. Hirtius ad Ciceronem in Epistolis ad Atticum, lib.15.

Res vetustate robustas. Cic.1.de Diuinat. Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas, calumniando velle peruertere?

Sacra inaudita inexpiabili scelere. Cic.de Aruſp.resp.

Senatum ipsum principem salutis, mentísque publicæ, vi, cæde incendiísque peruertere. Cic.de Aruſp.resp.

Vectigalia peruertere, pro Subuertere. Cic.5.Verr. Quid erat quòd vectigalibus prosperet Metellus in decumis & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia Populi Romani suo quæstu peruertisset?

Hostium vim se peruersurum putauit Crœsus, peruertit autem suam. Cic.2.de Diuinat.

Peruertere aliquem. Cic.1.Verr. Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.

¶Peruertere, solenne verbum Tacito, pro Perdere calumniis, siue subuertere, vt lib.4, Volutare secum quonam modo Germanici liberos peruerteret.

Peruersus {κατασκελὴς,στρεβλὸς,διάστροφος} Nomen ex participio, dicitur (inquit Valla lib.5.cap.31,) qui vel fatur in malo, & à bono versus est. Brutus ad Ciceronem,lib.11.10,Gratiorem me esse in te posse,quàm isti peruersi sunt in me,exploratum habes.
Præposterus & peruersus.Cic.pro Cluentio, Itaque vt erar semper præposterus atque peruersus,initium facit à Bulbo.
Illic & hîc peruersus est.Plaut.Trucul.4.
Prauum & peruersum. Cic. pro Roscio Comœdo, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur.
Cachinno peruerso distorquere ora.Ouid.3.de Arte.
Peruersus dies & aduersus. Plaut. Menæch.20. Id est, Ineptus, incommodus,intempestiuus.
Deformati,inquinati,peruersi,conturbati ludi.Cic.de Aruſp.resp.
Mentes peruersæ.Ouid.2.Trist.
More peruerso aliquid facere. Cicero pro Roscio Comœdo, Nisi forte tu peruerso more, quod huius est, ab alio extorquere non potes,huic eripere potes.
Præmia.Senec.Hippol.9.
Ratio.Lucret.lib.4.
Vota.Stat.1.Thebaid.
Quid peruersius?quid intolerabilius?Cic.4.de Finib.
¶Peruersissimi oculi.Cic.1.de Natura deor. At erat,sicut hodie est, peruersissimis oculis.

Peruersè,Aduerbium {σφαδὸν, διαστρόφως.} vt Peruersè abuti. Cic.1.de Inuent. Plaut. Amphitr.16, Qui peruersè adeò peruertit familiæ mentem meæ.
Amplecti aliquid peruersè.Lucret.lib.1.
Peruersè, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem volunt,quales ipsi esse non possunt.Cic.de Amic.
Imitata peruersè fuit prudentiam stulta callidítas.Cic.2.Offic.
Peruersè videre.Plaut.Merc.6.
Vruntur peruersè deorum beneficio multi.Cic.3.de Nat.deor.

Peruersitas, pen.corr. peruersitatis {διαστροφὴ, παρατροπή.} Cic. in Orat. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur?
Improbitas & peruersitas. Cic. Qu. fratri,lib.1.1, Sed quum te alicuius improbitas peruersitásque commouerit, sic te animo incitari vt ab omnibus tua desyderetur humanitas.
Incredibilis hominum peruersitas.Cic.Lentulo,lib.1.7.
Ferre humanissimè alicuius peruersitatem. Cicero Quinto fratri, lib.2.8.
Molestissima diligentiæ peruersitas.Quintil.lib.1.cap.6.
Peruersitas opinionum.Cic.3.Tuscul.

Peruesperi,pen.corr.Aduerbium.pro Valde vesperi. Cic.Varroni lib. 9.epist.2,Caninius idem tuus,& idem noster,quum ad me peruesperi venisset,&c.

Peruestigo,peruestigas,pen.prod. {ἰχνεύω, ἰχνεύσω, ἰχνεύσομαι} peruestigáre,Quærendo inuenire.Cic.2. de Orat.Nosse regiones intra quas venias, vt peruestiges quid quæras. Idem 6.Verr. Mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia, & peruestigabant,vt vbi quicquid esset,&c.
Peruestigara & cognita Cic.7.Verr. Et illa quæ tentata iam & cœpta ab isto sunt, à me autem peruestigata & cognita, moneo vt extinguas,& longius progredi ne sinas.

Peruestigatio, Verbale {ἐξέτασις.} Cic.1.de Orat. Sed omnia quæcunque essent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint.

Peruetus, penult. corr. huius peruteteris, penult. corr. omn. generis. {παλαιὸς} Valde vel admodum verus. Cic.de Claris Orat. Eum nos vt perueterem habemus,qui L.Martio,M.Manilio Consulibus,mortuus est,&c.
Peruetus epistola.Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.17.
Peruetères nuces.Plin.lib.23.cap.8.

Peruetustus, Adiectiuum, Idem {πολυπαλαίστ.} vt Peruetustus adeps. Plin.lib.20.cap.9.
Peruetusta verba.Cic.3.de Orat.

Peruicax,pen.corr.peruicacis,pen.prod.omn.gen. {μονότονος, σκληραύχην,ἰσχυρογνώμων} Durus,contentiosus,nulli cedens, perseuerans cum quadam vi, in contentione vsque ad conuincendum perseuerans. Nonius nomen peruicax ait esse laudi, pertinax probro. Terent. Hecyra,4.1,
Adeón' peruicaci esse animo,vt puerum præoptares perire,
Exquo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires?
Peruicax contra flatus.Plin.lib.16.cap.36.
Iræ peruicax.Tacit.lib.4.
Recti peruicax: In bonam partem. Tacit.lib.20, Opum contemptor,recti peruicax,constans aduersus motus.
Achilles peruicax,Vide ACHILLES.
Acies.Senec.Agamemn 6.
Acies oculorum,Vide ACIES.
Contumacia.Colum.lib.6.cap.2.
Inimicus.Quintil.lib.5.cap.7.
Musa.Horat.3.Carm.ode 3.
Thyades.Horat.2.Carm.ode 19.

Peruicacia,peruicaciæ {μονοτονία} Durities, Obstinatio. Cic.4.Tuscul. Plin.lib.17.cap.20,Perdurandi peruicacia.
Peruicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius: Peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia: Pertinacia semper malarum.

Peruico, siue peruicus {μονότονος} dicitur pro peruicaci, teste Nonio. Accius,
Sed peruico Aiax animo atque morabilioni. Plaut.Aulul.
Hic quidam peruicus custodem addidit.

Peruideo,peruides,pen.corr.peruidi,peruisum, pen.prod. {σωσεφέω} peruidére,Diligenter & perfectè videre.Cic.ad Atticum.lib.4,Ibi te igitur videbo,& peruidebo. Alij legunt promouebo. Idem 3. Offic. Qui hoc non peruiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Et hîc quidam legunt præuiderit. Colum lib.2.cap.1,Videt sine dubio quid eueniat,sed cur id accidat,non peruidet.
Peruidere mala.Horat.1 Serm.Satyra 3,
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis. P.Vict.lib.variar. lect.20,ait hoc loco peruidere, idem esse quod apud Græcos παραβλέπειν, quod est, non admodum intentis oculis intueri, conniuere, negligenter inspicere. Sed alia est verbi huius significatio, quam suprà diximus: & hoc loco fit vt contrarium significare videatur propter has voces adiectas, oculis lippus inunctis.
Peruidere pulchritudinem. Plin iunior epist.8, Deinde vt pulchritudinem illarum longiore tractatu peruideremus.
Peruideamus vtrum finitum funditus omne Cõstet.Lucret.lib.1.

Peruigeo, peruigeo, penult.corr. peruigui {κραταιόω} perugère, Valde vigere. Tacit.lib.5, Et vterque opibúsque, atque honoribus peruigúere.

Peruigil,pen.corr.peruigilis,pen.corr.om.g. {πανάγρυπνος.} Valla lib. 5.cap.30.Peruigil draco dictus est, non quòd pernox esset, sed quòd nunquam dormiret,semper vigilans. Plin.lib.33.cap.4, Eámque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil.
Anguis peruigil.Ouid.12.epist.12.
Canis.Senec.Here furen.9.
Custodia.Lucan lib.4.
Ignis.Stat.2.Thebaid.

Peruigilo, peruigilas,pen.corr. {κατανυστάω} peruigilâre, Totam noctem insomnem ducere.Martialis lib.9.72,
Nam vigilare leue est, peruigilare graue. Cic. pro Roscio Amer. Non orat vt eam noctem peruigileat? Liu.4. bel.Pun. Peruigilando in armis.
Ad ignes hyberni luminis peruigilare.Virg.1.Georg.
Meto posito peruigilare.Ouid.2.Fast.

Peruigilatus,pen.prod. {κατανυστακτὸς.} Ouid.6.Fastorum,
In multo nox est peruigilata mero.

Peruigilatio,Verbale {κατανύστασις.} Cic.2.de Legib.Nouos verò deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes,&c.

Peruigilium,huius peruigilij {πανυχισμὸς} Multa vigilatio. Plin.lib.11. cap.53,Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi.
Peruigilium, Sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur, vt per totam noctem vigiletur. Gellius lib 2.cap.23,Filia hominis pauperis in peruigilio vitiata est. Tacit.lib.18, Apud Vitellium omnia indisposita,remulenta,peruigiliis,ac Bacchanalibus, quàm disciplinæ, & castris promptiora.
Hyemale peruigilium.Martianus Capella lib.1.cap.1.
Peruigilij causa.Lucret.lib.6.

Peruilis,& hoc peruile,pen.prod. {πάνυ ἄνιος} Admodum vile significat. Liu 1.bel.Maced. Annona quoque eo anno peruilis fuit.

Peruincо,peruincis,peruici,pen.prod.peruictum {νικάω} peruíncere,Omnino vincere.Cic.ad Attic.lib.12.16,Restitit, & peruicit Caro. Liu 4.ab Vrbe, Neque vt de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatum,peruincere potuit.Tacit.lib.12.
Dictis peruincere aliquid,Probare.Lucret.lib.5.
Viuida vis animi peruicit.Lucret.lib.1.
Peruincere vox dicitur vocem, vel sonum quem exuperat. Horatius 2.epist.1,
-nam quæ peruincere voces
Eualuere sonum,referunt quem nostra theatra?
Mores alicuius peruincere.Propert.lib.1.eleg.16.

Peruincendus {ἐνικητέος.} Catul.de Lesbia,epigr.71,
Vna salus hæc est,hoc est tibi peruincendum.

Peruiridis, & hoc peruiride,penult.corr. {πολύχλωρος} Valde viride. Plin.lib.6.cap.22, Mare id colore peruitidi, præterea fruticosum arboribus.

Peruiuo,peruiuis,pen.prod. peruixi,peruictum {ζῶ ἀεὶ} peruíuere, Vsque ad finem viuere.Plaut.Pœnulo,2,
Exerce vocem quam peruiuis & colis.

Peruius,Adiectiuum {βατὸς,βάσιμος,περάσιμος} Per quod facilè transitur.Terent.Adelph.4.2,
Id quidem angiportum non est peruium.
Freta non sunt peruia nanti.Ouid.epist.18.
Loca non peruia equo.Ouid.8.Metam.
Peruiæ naues.Liu.6.bel.Pun.
Peruij saltus.Liu.9.ab Vrbe.
Peruiæ transitiones. Cic.2.de Nat.deor. Ex quo transitiones peruiæ Iani, foréque in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominantur.
Vsus peruius tectorum.Virg.2.Æneid.
Peruia domus ventis dicitur. Ouid.lib.2.Metam.
Ora non sunt peruia verbis.Ouid.5.Metam.
Pectora nulli culpæ peruia.Claud.de bello Getico.

Perula,Vide PERA.

Perungo,perungis,perunxi,perunctum {κατακρίω} perúngere, Valde vngere, circunquaque vngere. Cic.1.Tusculan.Corpora oleo perunxerunt.
Ora perungere immunda manu.Ouid.3.de Arte.
Mortuum vnguento perungis. De sumptu superuacaneo, siue quem serò quid adhibetur. Moris erat apud priscos, maxime Ægyptios,defunctorum cadauera,ne putrescerent, vnguentis perungere.

Perunctus,Participium {κεχρίσμενος.} vt
Fœcibus ora perúncti.Horat de Arte.
Nardo perunctus adulter.Horat.Epod.5.

Perunctio,Verbale {κατάχρισις.} Plinius lib.24.cap.15, Excalfacit perunctione.

Peruolgo, peruolgas, peruolgâre {ἀσωτολογέω} Peruagari. Lucretius libro 2,
Multiplexque loci spatium transcurrere eodem
Tempore,quo Solis peruolgant fulgura cælum.

Peruolo, pen.corr.peruis, peruult {πολὺ βάλλομαι} peruelle, Valde cupere. Plaut.Pseud.4,
Simul autem prohibet, facient aduorsum eos qui peruolunt. Cic. ad Attic.lib.1.1,Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim.

Peruolo,peruolas,pen.corr.{διαπέτομαι} peruolâre, Celeriter volare.
Coruus peruolat actium iter.Ouid.2.Fast.
Hirundo peruolat ædes diuitis domini.,Virg.12.Æneid.
Peruolare,per transflationem, pro Celeriter aduenire, & quasi volando perduci.Cic.in Somnio Scip.Sunt au:em optimæ curæ de salute patriæ,quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.
Vrbem totam peruolare.Iuuen.Satyr.6.
Rumor peruolat agitatus alis.Ouid.6.Fast.

Peruolito,peruolitas,pen.corr.{σφυπάομαι} peruolitâre,Frequentatiuũ. Virgil.8.Æneid.Omnia peruolitat latè loca.
Voces peruolitant per dissepta domorum.Lucret.lib.6.

Peruolitans,peruolitantis. Participium. Lucret.lib.2,
Et variæ volucres nemora auia peruolitantes.

Peruolo,peruoluis,peruolui,peruolutum, penult.prod. {κατακυλίω} peruóluere,Magna vi voluere.Plin.lib.33 cap.4,Et repleto stagno,excussis obthuramentis erumpit torrens tanta vi,vt saxa peruoluat.
Membra celeres peruoluunt rotæ.Senec.Hippol.10.
Peruoluere librum,Diligenter legere.Catull.de Smyrna,(fuit hoc opus quoddam à Cinna poeta compositum) 9, Smyrnam incana diu fecula peruoluent. Vsus est diæresi.
Peruoluitur animus quibusdam in locis.Cic.2.de Orat. Deinde vt in iis locis quos proponam paulo pòst. peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus, diligenta est.

Peruoluto,peruolutas,pen.prod.{σφενδονάω,κυκλόω} peruolutâre,Frequentatiuum.
Peruolutare libros,Omni adhibita diligentia euoluere.Cic.ad Atticum, Quoniam meos cum Thallumeo nostro peruolutas libros. Idem 1.de Orat.Omnium bonarũ artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi,& exercitationis causa laudandi.

Peruorbanus, pen.prod.Adiectiuum {πάνυ ἀστεῖος} Valde vrbanum significat. Cic.2.de Orat. Homo doctus & peruorbanus. Et de Claris Orat.Etiam L.Torquatus elegans in dicendo,in existimando admodum prudens toto genere perurb.anus.
Oratio peruibana Cic.in Bruto.

Peruro,peruris,pen.prod.perussi,perustum {κατακαίω,καταφρύγω} perúrere,Valde vrere, & vrendo consumere.Plin iun.lib.7.epist 1,Quinctiam quum perustus ardentissima febri, tandem remissus, vnctúsque acciperem à medico potionem, porrexi manum. Plin.lib.34.cap.17, Eadem in aqua calculus æreus quadrans si addatur, vas peruri.
Perurere cor alicuius Martial.lib.12.45.
Æstu valido perurimur.Ouid.3.de Arte.

Perustus,Participium:vt
Coma perusta sole.Propert.lib.4.eleg.10.
Flammis perusta.Senec.Medea,12.
Perustus homo. Cic.ad Caesarẽ, lib.13.16,Etiam hominẽ perustum etiamnum gloria volunt incendere.
Ora perusta.Propert.lib.3.eleg.13.
Ossa.Tibull.lib.1.eleg.3.
Pectus perustum curis.Senec.Medea,7.
Terra perusta astricto gelu.Ouid.3.Trist.eleg.4.
Perustus sune.Horat.Epod.4.

PERVSIA {περουσία} Tuscorum vrbs,Ptolemæo lib.3.cap.1. Perusum hodie,Vulgò *Perugia,Perouse*.

Perusinus,pen.prod.Adiectiuum {περουσῖνος.} vt
Fames Perusina.Lucan.lib.1.
Sepulchra Perusina Propert.lib.1.eleg.21.

Perutilis, & hoc perutile, pen.corr. {πολύχρηστος} Valde vtile. Cic.ad Atticum,libro 9,In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.

Peruulgo,peruulgas {διαδρυλλάω,ὑπομυλλάω, διαφημίζω} peruulgâre,Seminare in vulgus, diuulgare. Cic.5.Verr. Incredibile dictu est Indices,sed & factum,& tota Sicilia peruulgatum.
Occultare,& continere domi aliquid,Diuidere passim,peruulgare atque edere populo:contraria.Cic.pro Sylla.
Se omnibus peruulgat mulier.Cic.pro Cælio.
Communicari cum improbis, & peruulgari cum mediocribus hominibus præmia virtutis non oportet.Cic.2.de Inuent.
Peruulgare librum aliquem, quod & Diuulgare dicitur, hoc est In lucem emittere.Cic.ad Attic.lib.12, Tu verò peruulga Hircium. In fine autem epistolæ ait,Hircij librum(vt facis)diuulga.Vt sese explicare videatur Cicero.
Peruulgarum in vulgus.Cic.2.de Finib.Nec de re obscura, vt Physici:aut artificiosa, vt Mathematici: sed de illustri & facili, etiam in vulgus peruulgata loquitur. De Epicuro.
Peruulgatum apud omnes. Cic.4.Verr. Interea cupiditate iste illa sua nota,atque apud omnes peruulgata, quum signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit.
Peruulgarum est.Plaut.Bacchid.20.
¶Peruulgare,pro Pererrare,obire,lustrare.Lucret.lib.2,
Multiplexque loci spatium transcurrere eodem
Tempore,quo solis peruulgant fulgura cælum. Ex Turneb.Lambinus,Celebrant,complent.
¶ Peruulgare,Ex ignoto notum reddere,& celebrare. Lucret.lib.2, Et quæ peruolgant nemora auia peruolitantes. De auibus.

Peruulgatus,pen.prod.Nomen ex participio, Consuetum,& vulgò vsitatum significat. Terent.Heaut.1.1,
Vbi rem resciui,cœpi non humanitus,
Neque vt animum decuit ægrorum adolescentuli
Tractare,sed vi & via peruulgata patrum.
Notus & peruulgatus.Cic.4.Acad. Empedocles hæc peruulgata & nota quatuor.
Consolatio peruulgata.Cic. Titio,lib.5.16, Consolatio peruulgata quidem est illa maximè,quam semper in ore,atque in animo habere debemus,homines nos vt esse meminerimus.
Maledicta in omnes.Cic.pro Cælio.
Clara,testata & peruulga res.Cic.4.Verr.

Peruulgaturus, penult.prod.Participium {διαφημίσων.} Silius lib.7, Vincolæ nomen peruulgatura Falerni Munera.

Pes,pedis,masculgen. {πούς.πέζα,σπαθμὸς} notæ significationis, Dicitur id rotum quod est à femore ad calcem.Virg.9.ecloga,
Quo te Mœri pedes?
Digiti pedum.Ouid.11.Metam.
Fiducia pedum.Ouid.9.Metam.
Aptissima forma pedis.Ouid.3.Amor.eleg.3.
Ictus pedis Ouid.5.Metam.
Mobilitas pedum.Ouid.ad Pisonẽ.
Motu pedum melior.Virg.5.Æneid.
Orba pedum portenta.Lucret.lib.5.
Sonitus creber pedum.Virg.2.Æneid.
Animalia trunca pedum.Virg.4.Georg.
Vestigia duri pedis.Ouid.2.Metam.
¶Celer pedibus.Virg.4.Æneid.
Duorum pedum officio cõtenta.Ouid.1.Metamorph.de Iside,quæ paulo antè in vaccam mutata,quatuor pedibus incedebat.
Melior pedibus.Virg.9.Æneid.
A pedibus,vel Seruus à pedibus, Vide A vel A B.
Habiles & apti ad pedem calcei.Cic.1.de Orat.
Ante pedes,Vide ANTE.
Circum pedes,Vide A pedibus,in A vel A B.
In pedem,siue pedes.Vide I N.
Ad pedes,Vide A pedibus,in A vel A B.
¶Aduenci pedes.Ouid.6 Metam.
Albi pedes,Gypsati.Iuuen.Satyr.1.
Auiati pedes,Auratis ornati calceamentis. Ouid.3.Amor.eleg.13.
Aureolus. Catull.in Epithalam.Iuliæ,epigr.56. Hoc est formosus, vel pulcher vt aurum.
Bisidi.Ouid.14.Metam.
Bellus Catul.in amicam Formiani,epigr.40.
Bisculus.Ouid.7.Metam.
Calidi,Vide Calidus.
Candidus.Horat.4.Carm.ode 1.
Claudus.Horat.3.Carm.ode 2.
Curui.Ouid.12.Metam. De aquila.
Dubius pes fortunæ.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.Incertus & instabilis.
Durus.Ouid.2.Metam.
Equini.Ouid.12.Metam.
Exiguus.Ouid.3.Amor.eleg.3.
Formosi.Propert lib.1.eleg.17.
Gypsatus.Ouid.1.Amor.eleg.8.
Pes humilis,Est locus cuius area humilis est.Ausonius,
Quinetiam riguis humili pede condita pratis. Monuit Turneb.
Imus,Vide IMVS.
Inimicus.Propert.lib.2.eleg.6.
Lacteus.Catul.in Epithal.Mallij,epigr.56.
Lesbius.Horat.4.Carm.ode 6,
Lesbium seruate pedem,meſque
Pollicis ictum. Hoc est carmen lyricum.
Longus.Horat.1.Serm.satyr.2.
Malus.Catull.ad Caluum,epigr.14.
Marmorei,Candidi.Ouid.2.Amor.eleg.11.
Pallidulus.Catul.ad Ortalum,epigr.60.
Recurui.Ouid.2.Fast.De coruo.
Saligni.Ouid.8.Metam.
Segnis.Horat.3.Carm.ode 12.
Solidi æreOuid.epist.12.
Tumentes.Virg.2.Æneid.
Turpis Horat.1.Serm.satyr.2.
Vacui pedes,Otiosi.Ouid.1.de Arte.
Varus.Persius.Satyr.4.
Vdus aqua.Ouid.epist.17.
Velox.Ouid.1.Metam.
Vnci.Virg.3.Æneid.
¶Tardo pede abire.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Abiicere se ad pedes,Vide ABIICIO.
Accidere ad pedes omnium. Cic. Attic.lib.1.9, Quum decerneretur frequenti Senatu contrà pugnante Pisone, ad pedes omnium figillatim accidente Clodio,vt Consules populum cohortarentur,&c.
Aduolui pedibus.Tacit.lib.1.
Aduertere pedem ripæ,Ire ad ripam.Virg.6.Æneid.
Afferre pedem,Vide AFFERO.
Alligare pedes.Ouid.4.Metam.
Amplecti pedes alicuius.Ouid.9.Metam.
Argutari pedibus,Vide Argutor,argutaris in ARGVO.
Carpere viam pede.Ouid.2.de Arte.
Alato pede carpere iter.Ouid.5.Fast.De Mercurio.
Obliquo pede claudicare.Ouid.2.Amor.eleg.17.
Neque pes,neque caput comparet.Plaut.Capt.11.
Complecti pedes alicuius.Lucan.lib.10.
Conculcare aliquem pedibus.Ouid.12.Metam.
Conferre pedem,siue in pedes,Vide CONFERO.
Conferre pedem cum singulis aduersarij argumentis. Quintil.lib. 5.cap.13.
Congredi pede.Virg.12.Æneid.
Coniicere se in pedes,Vide CONIICIO.
Connexæ pedibus apes.Virg.4.Georg.

Consequi aliquem pedibus. Ouid. 9. Metam.
Contendere pedibus cum aliquo. Ouid. 10. Metam.
Siccis pedibus decurrere super æquora. Ouid. 14. Metam.
Deducere pedes de lecto, Vide DEDVCO.
Gracili pede deducit aranea filum. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Ad imos pedes defluxit vestis. Virg. 1. Æneid.
Ad pedes desilire, Vide AD.
Inoffensos dirigere pedes. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Dirigere pedes. Ouid. 2. Metam.
Discedere pedem ab aliquo. Cic. pro Deiot.
Dare pedem Cic. ad Attic. lib. 2. 16, Soror quæ tantum habeat Consularis loci, vnum mihi solum pedem dat. Noli inquam de vno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas. Vbi interpres, Vnum pedem dat, id est Mediocrem fauorem præstat, non omnino fauet, viri grauitate deterrita. Contrarium est illi, Omni pede niti, quod est Vniuerso fauore & viribus.
Dolet pes. Lucret. lib 3.
Efferre pedem porta, Egredi. Cic. ad Attic. lib. 7, Qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit.
Pedibus ire in sententiam alicuius, Vide EO, is.
Nudo pede errare. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Vago pede errare. Ouid. epist. 20.
Sonitus excitur pedibus. Lucret. lib. 2.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg.
Ferre pedem. Virg. 3. Æneidos,
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ. Id est, accedite huc.
Huc fert pedes, & illuc. Senec. Medea, 11.
Secum ferre pedem. Sen. Theb. 1. 3. De OEdipo qui cæcus erat.
Extensos ferre pedes. Ouid. 3. de Arte.
Incerto pede ferri, Titubante, qualiter incedunt ebrij. Horatius Epod. 11.
Equestri pede fracta tellus. Seneca Thebaid. 2.
Virtute pedum freti. Lucret lib. 5.
Timido pede fugere. Ouid. 4. Metam.
Turbato pede fugere. Ouid. epist. 11.
Molli pede fulta. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Facere pedes, Vide FACIO.
Iacere ad pedes alicuius. Cic. 7. Verr.
Implicare pedes. Virg. 11. Æneid.
Teneros pedes imposuere graminibus. Ouid. epist. 15.
Impressit pedem littori. Seneca Agamemn. 6.
Incutere pedem terræ, Vide INCVTIO.
Induitur pedibus aurum, Vide INDVO.
Inferre pedem in ædes, Vide INFERO.
Alternis pedibus insistere, Vide Alternus, in ALTER.
Iuncti pedes. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Celeri pede labi. Seneca Hippol. 6.
Metiri pedibus quadringenta millia passuum. Cic. Quinto fratri, libro 3. 17.
Metiri suo pede, Id est sumptum facere pro modulo facultatum suarum. Horat. 1. epist. 7.
Mouere pedem à limine. Iuuen. Satyr. 10.
Impercussos nocte mouere pedes. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Nasci equinis pedibus, Vide NASCOR.
Nasci in pedes, Vide NASCOR.
Ne altero quidem pede. Subaudi, discedere. Prouerbium, quo vel consensus opinionum, vel studij assiduitas significatur. Vsus est Lucianus in Harmonide.
Obtritur pedibus religio. Lucret. lib. 1.
Offensus pes in porta. Tibull. lib. 1. eleg. 3.
Gloria parta pedibus. Sil. lib. 15.
Pellere terram duro pede. Lucret. lib. 5.
Pendere per pedes, Vide PENDEO.
Penetrare pedem aliquò, Vide PENETRO.
Perfundere pedes amictu, Vide PERFVNDO.
Plaudere choreas pedibus. Virg. 6. Æneid.
Ponere pedem cum aliquo, Id est eodem modo incedere quo ille, nec citius nec tardius mouere pedes. Lucret. lib. 4.
Pedem vbi ponat non habet: pro Ne tantillum quidem agri. in hominem insigniter tenuem & inopem conuenit, inquit Erasmus. Cic. ad Attic. lib. 13, Pedem vbi ponat in fuo, non habet: omnino cum Sextius noster parochus publicus occupauit.
Vestigia pedum ponere. Lucret lib. 3.
Cursu pedum præuertere ventos. Virg. 7. Æneid.
Pes dedem premit. Silius lib. 4.
Æquis pedibus procedere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Proferre pedem alicunde. Horat. de Arte.
Proferre pedes. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Proficisci pedibus. Liuius, Per Siciliam pedibus profectus fretо in Italiam traiecit.
Ante pedes proiicere aliquid. Virg. 5. Æneid.
Proiicere se ad pedes alicuius. Cic. pro Sextio.
Prorutre aliquid pede iniurioso. Horat. 1. Carm. ode 35.
Prosubigit terram pede fus. Virg. 3. Georg.
Pulsare humum pede. Ouid. 1. de Arte.
Libero pede pulsanda tellus. Horat. 1. Carm. ode 37.
Quatere humum pede candido. Horat. 4. Carm. ode 1.
Alterno pede terram quatere. Horat. 1. Carm. ode 4.
Rapiunt me pedes. Horat. 3. Carm. ode 11.
Illusi pedes recusant ferre vitiosum corpus. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Referre pedem. Quintil. lib. 6. cap. 15, Ab iis quæ non adiuuāt, quàm mollissimè pedem oportet referre.
Profugum pedem referre. Ouid. epist. 21.
Reflectere pedem. Catull. Argon. epigr. 59.
Reportat pedem ex hoste. Virg. 11. Æneid.

Retro pedem reprimere. Virg. 2. Æneid.
Reuocare pedem. Virg. 9. Æneid.
Sequi ducem propero pede. Catull. de Berecynth. epigr. 58.
Signa pedum sequi, Vestigia. Ouid. 4. Metam.
Signare littus pedibus, Imprimere vestigia, Obambulare in litore. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Sistere pedem in limine. Ouid. 1. de Remed. amor.
Spargere arenam pedibus. Virg. 3. eclog.
Sternere se ad pedes alicuius. Cic. Attico, lib. 10.
Stare ante pedes alicuius. Virg. 5. Æneid.
Struere pedem veteres, pro eo vsurparunt quod est Fugere. Paulus. Festus: Pedem struit in duodecim, significat fugit, vt ait Seruius Sulpitius.
Subiicere pedibus, pro Contemnere. Virg. 2. Georg.
Supplodere pedem. Cic. 1. de Orat. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio suppressit, credo ne Stoicis renuntiaretur.
Pedem pede tangere Ouid. 1. de Arte.
Citato pede tetigit nemus. Catull. de Berecynth. epigr. 58.
Felici pede tangere locum aliquem. Ouid. 1. Fast.
Puellares pedes tardat alta arena. Ouid. epist. 10.
Humili sub pede colla tenet. Ouid. epist. 9.
Tentantur pedes, lingua non constat. Seneca epistol. 84. De ebrio loquitur.
Tollere pedem. Obscœna locutio. Martial. lib. 10. 81. & lib. 11. epigr. 72. Quum quereretur Clodius, quòd soror sua Clodia, quæ tantum haberet Consularis loci, vnum solum sibi pedem daret: Imò verò, inquit Cicero, licet etiam alterum tollas. Dicebatur enim Clodius cum sorore rem habere.
Pedibus trahere, Est contemnere. Cic. ad Attic. lib. 4, Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim: fratrem mecum & te si habebo, per me ista pedibus trahuntur. Hoc est (vt exponit Paulus Manutius) Non laboro, etiam si pessimè administrentur. Idē Volumnio, lib. 7. 33, Nam de iudiciis quòd quereris, multo laboro minus: trahuntur per me pedibus omnes rei. Erasmus, Pedibus trahere, est Rem pro suo arbitratu versare.
Pedibus trahuntur victi à victoribus. Liu. 4. bell. Punic. Sed euocatum eum ab legatis Demarata vxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac mulebri spiritu, admonet sæpe vsurpatæ Dionysij tyranni vocis: qua pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile esse, momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum esse. Ex his verbis liquet eos pedibus trahi, qui planè victi, sunt in potestate victoris. Sic pedibus trahitur Hector ab Achille, sic Cacus ab Hercule apud Virgilium lib. 8. & Inuenal. Satyr 5.
Posita ante pedes transilire, & alia longè repetita sumere, specimen est ingenij. Cic. 3 de Orat.
Transire pedibus. Cæs. Vno omnino loco flumen pedibus, atque ægrè transiri potest.
Pulsu pedum tremit excita tellus. Virg. 12. Æneid.
Venire pedibus. Cic. ad Attic. Alter in Macedoniam pedibus venire volebat.
Vertere pedem. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-verso pede pressit arenam. Id est iterum discessit.
Vigescunt pedes læti studio. Catull. ad Seipsum, epigr. 43.
Certamine pedum vincere. Ouid. 12. Metam.
Factum est periculum: iam pedum visa est via. De negotio cuius aliquando periculum feceris. Sumptum à viatoribus. Erasm. Terent. Phorm. 2. 2.
Auersis pedibus volutare, Vide AVERTO.
Volutatus est ad pedes inimicorum frater. Cic. pro Sextio.
¶Pede presso. Liu. 8. ab Vrbe, Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. Hoc Galli dicunt *A pied quoy*.
¶Sub pedibus volgi, In contemptu vulgi. Lucret. lib. 5.
¶Pedes, vltima correpta, huius pediris, aliquando velut aduerbialiter ponitur, pro eo qui suis pedibus it: neque equi, aut alterius animalis ministerio vtitur. Curtius, Pedes agmen circuibat.
Iret pedes in hostem. Virg. 6. Æneid.
Seu campo pedes ire paras. Stat. 4. Sylu. 4.
Errat pedes in alta sylua. Ouid. 14. Metam.
Incedit pedes. Virg. 10. Æneid.
¶Pedibus, Interdum id significat quod vulgò dicunt *A pied*. Suetон. in Cæsare, cap. 57, In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat. Cæs. in Comm. Tarracone discedit, pedibúsque Narbonam, atque inde Massiliam peruenit. Cic. Curio, lib. 7. 29, Sed quod tu cui licebat, pedibus es consecutus. Interdum verò id quod dicimus *Par terre*. Cic. in Vatin. Quum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat: aut siquis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi, &c. Idem Attic. lib. 10, Me tamen consilio iuua, pedibúsne Rhegium, an hinc statim in nauem.
Pedibus ire, vel reuerti, aut iter facere. Cic. 3. Verr. Milites, remigésque Miletum Mindo pedibus reuerti iubet.
Ambulare pedibus, Vide AMBVLO.
Obire pedibus regiones, Vide OBEO.
Transmittere pedibus aut equis aliquem locum. Cic. Attico, lib. 16, Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet, Pæstanus & Vibonensis: vtrumque pedibus, equis transmissimus.
Merere pedibus, Vide MEREO.
Pedibus stipendia facere, Idem significat quod Pedibus merere. Liu. ab Vrbe cond.
Pedibus præliari. Cæsar 4. bell. Gall.
Pes, Metaphoricè, aquæ attributus. Horatius,
Leuis crepante, Lympha desilit pede. Et Lucretius,
Qua via secta semel liquido pede detulit vndas. Solent enim poetæ humori fluenti pedem tribuere: id ex eo, vt opinor, quòd etiam currere aqua dicatur, quod sine pedum officio fieri nō posse videtur.

Sic &

Sic & Virgil. de vino, Ipse suo flueret Bacchus pede. Id est aurei seculi tempore vinum sua sponte fluebat, vinisque flumina erant, non vt nunc, coactum & expressum calcantium pedibus manat.
¶Pes, pro loco. Cic. ad Attic lib. 7, Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit.
¶Pes, pro Ora, tractu, & limite. Solinus, Quoniā Melibœa in hoc pede computatur. Et rursus, Omnis Africa à Zeugitano pede incipit: &, Procedit in Dalmatiæ pedem. Turneb.
¶Pes mensæ. Plin. lib. 12. cap. 1.
Conuulsus pes acernæ mensæ. Ouid. 12. Metam.
¶Pes vinacearum, *Le marc*. Colum. lib. 12. cap. 43. Eodem lib. cap. 36, Mustum tortiuum est, quod post primam pressuram vinacearum circunciso pede exprimitur: id est, *quand on a taillé le marc tout autour*. Rursus eodem lib. cap. 19. In his exemplis videtur pes esse, quantum semel prelo subiicitur. Plin. lib. 18. cap. 31, Pressura vna culeos viginti implere debet. Hic est pes iustus.
¶Pes, Mensuræ genus. Plin. libro 12. cap. 1, Arbor est clara domicilij modo caua, L X X X. atque vnius pedum specu.
Temo protentus in octo pedes. Virg. 1. Georg.
¶Pes quoque in carmine, syllabarum & temporum certa dimensio. Pes autem hinc dicitur, quòd vt animalium pedes incedendo vicissim attolluntur ac deponuntur, ita & metrici pedes inter se compositi, quasi quendam gressum orationis efformant, motúmque illius concinnum ac numerosum reddunt. Vel quia quemadmodum pedibus ambulamus, ita & versus quibusdam quasi pedibus incedere videtur. Vel quia pedibus eo modo versus metimur, quo nos pedibus spatia. Metimur enim versum heroicum, & dicimus sex pedum esse: metimur sapphicū, & dicimus quinque pedū esse: & cæteros. Quintilian. libro 12. cap. 3, Ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat.
Heroici pedes tres, dactylus, anapæstus, & spondeus. Cicero 3. de Orat.
Citus pes, iambus. Horat. de Arte.
Moderatione quadam certa numerorum & pedum adstrictus histrio. Cic. 1. de Orat.
Claudere verba pedibus. Horat. 2. Serm. satyr. 1.
Certo pede differt sermoni sermo merus. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Incompositо pede currunt versus. Horat. 1. Serm. satyr. 10.
Musa per vndenos emodulanda pedes. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
¶Pes etiam dicitur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 9, E capite & è collo eorum crebrò eligendi pedes. De pullis.
Pedibus obsitum, id est pediculis. Titinius pedicosum appellat hoc modo, Rus detrudetur pedicosus, squalidus. Pedes autem pro pediculis, sic Plautus refert in Curculione, Item genus inter homines meo quidē animo, vt muscæ, culices, cimices, pedésque pulicésque. Et Næuius in Gladiolo,
Pulicésne, an cimices, an pedes, respondе mihi? Et Lucilius,
Vbi me vidit, caput scabit, pedes legit. Pedes igitur dicuntur, quos diminutiuè dicimus pediculos. ab his pedicosi appellantur. Vt est illud: Pedicosus, squalidus, -vbi me vidit, caput scabit, pedes legit. Festus & Paulus.
Pedes nauales. Plaut. Menæchmis,
Asseruatote hæc sultis nauales pedes. Remiges intelligit, ait Turnebus hic, qui in naui loco pedum sunt. Alij remos exponunt. Remi enim pedes videntur, quibus naues ambulant. Hinc illud Ausonij,
Remipedes certant medio cum flumine lembi.
¶Pes milui, Herba. Colum. libro 12. cap. 7, Cimam, caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus diebus sub tecto siccati dum flaccescat: & tum eodem modo condiri conuenit. Paulo antè dixerat, Bacris, & eius coliculum, qui Miluinus pes appellatur.
Miluinus pes, Vide MILVVS.
Pes gallinaceus, vel Pedes gallinacei, Herba. Plin. libro 25. cap. 13, Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis spargique, flore purpureo. Pedē autem gallinaceum Dioscorides à Græcis caucalidem appellari contendit, estque olus flore candido, & vmbellam gerens, quod à rusticis daucum syluestrem vocari asserit Galenus.
¶Pes. Funis, quo in naui tenditur velum pro voluntate. Virg. 5. Æneid. Vnà omnes fecēre pedem. Turnebus imam partem veli esse dicit, id est imum angulum. Hinc
Proferre pedem, est funibus, &, vt Seruius loquitur, podiis, imum veli minus adducere, sed laxius esse finere, & longius producere. Nā pede velum tenditur: aut potius vtranque partem veli æquatam non pati posse, quod sit altero fune reducto, altero producto: atque ita obliquantur veli sinus. Cæcilius,
Venerio cursu veni prolato pede vsque ad saphonem. Plin. lib. 2, Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, vt nocu plerunque aduersa vela concurrant.
Pediculus, pediculi, penult. corr. Diminut. masculi gen. {πεδίσκος} Paruus pes. Plin. lib. 9. cap. 28, Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & ventrem, pediculi octoni omnibus.
¶Pediculi vocantur quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. Plin. libro 22. cap. 23, Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri.
Ficorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 15.
Granatorum pediculi, siue punicorum. Colum. lib. 12. cap. 44, Deinde sereno cælo granata leguntur cum suis pediculis.
Pomorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 45.
Pyrorū. Plin. lib. 15. cap. 28, Dependēt alia pediculis, vt pyra. Alia racemis, vt vuæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, vt ederæ, sambuci.
Vuarum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 43.
¶Pediculus {φθεὶρ} Vermis in capite hominis, item in cæteris animalibus. Colum. lib. 8. cap. 7, Pluma omnis è capite, & sub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculi creēt: hic ne stercore loca

naturalia exulceret. De gallinis.
Pedicosus, siue pediculosus, penult. prod. {φθειρίδιος} Pediculis plenus. Plautus, Pedicosus, squalidus: vbi me vidit, scabit caput. Martialis libro 12. 59,
Hinc menti dominus pediculosi.
Pedicularis, & hoc pediculare, penultima producta, Quod ad pediculos pertinet. Vnde Pedicularis morbus, quo corpus pediculis scatet. Hunc morbum Græci phthiriasim appellant, nam φθειρα pediculum dicunt.
Herba pedicularis, quæ & Staphisagria & Pituitaria dicitur. Columei. lib. 6. cap. 30. Dioscorides lib. 4. cap. 150.
Pediolus, huius pedioli, pen. corr. masculi gen. {πεδίολον} Paruus pes. Afranius, Atque adeò nolo nudo pediolo eit pus. Alij Petiolus. Ex Nonio.
Pedusculus, pen. corr. {πεδίολον} Paruus pes. Plin. lib. 11. cap. 10, Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. Vetus exemplar legit, apprehensi pondusculo lapilli, &c.
Pedam {πέδον} (inquit Festus) vestigium humanum, præcipuè pedis, appellasse antiquos in commentariis quibusdam inueniri solet.
Pedalis, & hoc pedale, pen. prod. {πεδιαῖος} Quod est pedis: vt Pedale spatium, &c. Varr. 3. de Re rust. cap 5, In fimo intra faleie est stagnum cum margine pedali. Cæsar. 3. bel. Gal. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus cōfixa clauis ferreis, digitis pollicis crassitudine.
Pedalis, & hoc pedule, pen. prod. vt Fascix pedules, quibus inuoluuntur aut vestiuntur pedes. Vlpian. D. de aur. arg. mundo, &c. legat. l. Argumento sunt. Fasciæ crurales, pedulésque, & item pilea vestis loco sunt: quia partem corporis vestiūt. Turnebus pedules interpretatur calceos: vt in regula Benedictinorum, Indumenta pedum, pedules & caligas. Iterum, Et pedules, & quodcunque est vetustū reddant, dum accipiūt nouum. Reperi in veteri lexico, pedules esse operimentum pedum. Hæc ille.
Pedamen, pen. prod. pedaminis: & Pedamentum, pedamenti {πάσσος} Sustentaculum quod alicui arbusculæ adhibetur, vel etiam vitibus ad eas muniendas & fulciendas. Plin. lib. 17. cap. 20, Castanea pedaminis omnibus præfertur. Colum. lib. 4. cap. 30, Pedaminum iugorúmq; & viminum prospiciendorum tradenda ratio est.
Pedaneus, Adiectiuum, Idem est quod Pedalis. Colum. libro 5, Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea serobem vitibus comparat.
Pedaneus iudex, Qui à præside constituitur vt minora iudicia discernat: quòd is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forū. Vlpianus in l. 1. § Item Senatuic. D De postulando. Item Senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare prohibetur, calumniæ causa publico iudicio damnatus.
Pedarius, huius pedarij Pedarij dicuntur, qui in Senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam comprobant, mouentes se loco, & in partem eius qui dixit, ambulantes. propter quod qui ita faciunt, ire in sententiam pedibus dicuntur, & ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarij sunt appellati. Cic. Attic. lib. 1. 14, Est illud s. c. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum authoritate factum. Et epistola sequente, Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerūt. Festus, Pedarium Senatorem significat Lucilius quum ait, Agipes vocem mittere cœpit. Qui ita appellatur, quòd tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat, quid sentiat indicat. Vide Gellium lib. 3. cap. 18.
Pedatim, penultima prod. {κατὰ πόδα} Aduerbium, à Pedo, pedas. Plinius libro 11. cap. 45, Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur. Hoc est, vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.
Pedatum, pedati. Nonius, Pedato positum pro repetito vel accessu, Cato Originum libro 1, Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. Hoc est, tertio reuersi, inquit Sipontinus. Idem in Dissuasione de fœneratione, Tertio autem pedato item ex fœnore diuersa exercebat.
Nisi pedato tertio omnes afflixero. Plaut. in Cistell. Turnebus interpretatur impetu, ingressu, incursu. A vetere critico explicatur περιπατητικῶς.
Pedepressim, Aduerbium {βάδην} Id est, Nonio interprete, cautè, lenta & tuta mente.
Pedes, peditis, penultima correpta, masculi. gen. {πεζὸς} Miles qui pedibus militiam exercet. Cæs. 8. bel. Gal. Equitatum omnem Germanósque pedites summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit.
Acies peditum. Tacit. lib. 4.
Cæteruæ peditum. Horat. 2. epist. 1.
Nimbus peditum, Densa multitudo. Virg. 7. Æneid.
Armatus pedes. Virg. 6. Æneid.
Peditum & equitum copias contrahere. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Attic. lib. 8.
Peditem pedes obtruncat. Virg. 10. Æneid.
Pedes viator. Plin. lib. 15. cap. 29.
Peditatus, huius peditatus, masc. gen. {τὸ πεζεύειν} Peditum copiæ. Cic. 5. Philip. Tu ciuem sceleratum & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copijs iustrues?
Armatura varia peditatus, & equitatus. Cic. Mario, lib 7. 1.
Pedester {πεζικὸς} significat eum qui pedibus iter facit. Pulcius, Qui modò in exercitum profectus est pedester. Martial. lib. 1. 28,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
¶Hic & hæc pedestris, & hoc pedestre, vt Pedestris exercitus, qui peditibus tantum constat, non etiam equitibus. Pedestria auspicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus. Paulus.
Acies pedestris, Vide ACIES.
Pedestres copiæ. Cic. 2. de Finib.
Pugna. Virg. 11 Æneid.
Pedestres, nauales ve pugnæ. Cic. de Senect.
Statua. Plin. lib. 34. cap. 6.

Scutum.Liu.7.ab Vrbe.
Statua ænea pedestris vel equestris.Cic.9.Philip.
Pedestris oratio, dicitur numerosa, & secundum metricam rationem composita,quanuis non sit carmen. Quintil.lib.10.cap.1,Philosophorum quis dubitet Platonem esse præcipuum, siue acumine disserendi,siue eloquendi facultate diuina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem,& quam pedestrem Græci vocãt, surgit: vt mihi non hominis ingenio,sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. His verbis (ait Budæus in quadam epistola ad Salmonium Macrinum) prosam & pedestrem orationem eandé esse intelligo: ita vt & coniunctio sit μέρος διαφορικόν. Siquidem Græci πεζὸν λόγον prosam orationem vocant,quasi peditem sermonem, & μελοπόιους historicos. Neque verò id vocabulum à pedibus metricis inditum est, sed aliquid humile submissúmque denotat significatione præcipua, nisi fallor,quasi dicas humi gradiens,quódque nec carminis sublimitate vehitur, nec figurata numerosáque oratione nititur: etiam si in vniuersum vsurpari soleat pro omni oratione soluta lege carminis. Sed humilitas ista & submissio intelligenda mihi videtur in pronuntiatione,ac vocis temperamento,magis quàm in structura aut elocutione, tum quidem certè quum prosam orationem in vniuersum hoc vocabulo significamus.Argumentum huiusce opinionis, illud Horatij in Arte poetica esse potest,

Interdum tamen & vocem Comœdia tollit,
Iratúsque Chremes tumido delitigat ore:

Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri. Simul illud Luciani, πεζογράφῳ τὸ τε πάθος καὶ τὸ ἦθος δεικτέον καὶ τὴν φράσιν. aeſi dicas, Nihil autem tibi tragœdiæ simile,sed pedestria omnia popularíaque, citra fastum prorsus & elationem. Hactenus ille. Nam carmen suis numeris quasi equis iunctis rollitur, celeriúsque incedit oratione prosa in vniuersum:vtpote quum ipsa prosa intra sermonis pronuntiationem cohibeatur,etiam si sit grandiloquentior,ac suapte ipsa grauitate sublimis. neque enim in cãticum effertur vt poema. Sunt alioqui prosæ orationis duo genera eodem Fabio authore,quum lib.11.cap 2,ita scripserit, Etiam quæ bene composita erunt,memoriam ser ie sua docent. Nam sicut facilius edidicimus versus quàm prosam orationem, ita prosum vinctam quàm dissolutam. Quibus verbis intelligimus pedestrem orationem non esse propriè orationem numeris vinctam aptámq; oratoriis,& ita compositam vt fastigium sermonis excedat: qualis est Platonis, cuius suprà meminit. Hæc Budæus. Porrò illud Horatianũ, sermone pedestri,Ianus Parrhasius exponit humili. Comico, comparatione equestris. Cicero in Oratore:Itaque video visum esse nonnullis,Platonis & Democriti locutionem,etsi absit à versu,tamen quòd incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus vtatur,porius poema putandum,quàm Comicorum poetarum:apud quos,nisi quòd versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Terentianus de Crctico,

Optimus pes & melodis,& pedestri gloriæ
Plutimum orantes decebit,quando penè in vltimo
Obtinet sedem,beatam terminet si clausulam
ἀκέλευστος,αὐτοπρόσωπος imam:nec πηγχάζων respuo.

Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum. Idem de carmine Iambico:

Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de vita putes, &c. Pedestres fabulas, id est quæ pedestri orationi seu prosæ esse videntur similimæ. Vnde Priscianus in lib. De versibus Comicis tradit multos iudicasse Comœdias nõ constare versu. Cicero in orat.ad Brut. Comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit. Asconius apud Priscianum:Comici poeræ laxius etiam in versibus quàm tragici, spatium dederunt: & illa quoque loca quæ propriè debebantur Iambo, dactylicis occupant pedibus, dum quotidianum sermonem imitari volunt, & à versificationis obseruatione spectatoré ad actum rei conuertere,vt non fictis,sed veris affectionibus inesse videantur. Horat.lib.1.Sermon.Saty.10 4,

-neque enim concludere versum
Dixeris esse satis:neque si quis scribat vti nos
Sermoni propiora,putes hunc esse poetam.

Ingenium cui sit,cui mens diuinior,atque os
Magna sonaturum,des nominis huius honorem.

Idcirco quidam Comœdia,neene poema?
Esser,quæsiuere,quòd acer spiritus ac vis
Nec verbis,nec rebus inest,nisi quòd pede certo
Differt sermoni sermo merus. Id est, nisi quòd sermo purè prosaicus differt à sermone comico,certo pede,id est metri genere.

Musa pedestris. Horat.Sermon.lib.2.satyr.6,

Ergo vbi me in monteis,& in arcem ex Vrbe remoui,
Quid prius illustrem satyris,Musáque pedestri? Pedestri,quia pedibus stet.Acron. Alij sic: Pedestri,id est familiari & humili Musa.

Historiæ pedestres.Horat.2.Carm.ode 12,

-túque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris

Mecœnas melius. Hoc est veritate orationis solutæ melius, quàm equestribus,id est metricis. Ad Mecœnatem scribit,docens non conuenire historiam poetæ, vt nec graues res carmini lyrico, sed remissas potius & iocis aptas.Facta enim Cæsaris ipsum Mecœnatẽ melius exercituum profaica oratione dicit. Acron.

Sermo pedestris.Horat.de Arte.

Pedetentim,Aduerbium {βάδιον,κατὰ πόδας} cõpositum à pede, & tento, tentas: hoc est Passim,& per passus. Cic.1.Offic.Eam imitationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiúsque faciemus: sin minus, sentim erit,pedetentímque facienda. Sic pro Quintio, Timidè tamẽ & pedetentim ístue descendunt. Terent. Phorm.3.3,

Di bene vertãt quod agas,pedetentim tamẽ. Donatus,Pedetentim, Cautè, à pedibus tentando. Cic.ad Dolabellam,lib.9.14,Legi enim concionẽ tuam,nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim tum

accessus à te ad causam facti, tum recessus.
Accedere pedetentim ad aliquam causam. Author ad Heren.lib.2.
Cautè pedetentímque omnia dicere Cic.pro Cluent.
Ingredi pedetentim in defensionem.Cic.1.de Inuent.
Progredientes pedetentim Lucret.lib.5.

Pedica,pedicæ,pen.corr.{πεδικάκη} à pede,significat laqueum quo pedes illigantur. Virg.1.Georg.Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

Pedicinus,pedicini,pen.prod. {πεδίσκον.} Cato cap.18,Ibi foramen pedicinis duobus facito:ibíq; arbores pedicino in lapide ſtatuito.Quid sit hoc loco pedicinus,ignoratur.

Pedicularis,Pedicosus,Pediculus,Pediolus, Vide suprà post Pes.

Pedisequus,huius pedisequi ,pen.corr. {ἀκόλουθος, θεράπων} Qui dominum sequitur. Plaut.Milite,143, Pedisequus tibi sum. Cic.ad Attic. lib.2,Quæ mihi videtur vna cõciuncula,clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Conculcari hunc à pedisequis iussit.Cic.pro Domo.

Pedisequa , huius pedisequæ, pen.corr.{θεραπαινὶς} Quæ dominam sequitur. Terent.And.1.1, -accedo ad pedisequas:
Quæ sit rogo. Cic.1. de Orat. Sed quia sæpe vtitur orator subsidio iuris in causis,idcireo istam iuris scientiam, eloquẽtiæ tanquam ancillulam,pedisequámque adiunxisti.

Puerorum pedisequa.Author ad Heren.lib.4.
Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ.Author ad Heren.lib.4.

Peditatus,Vide Pedes.

Pedo,pedas {βαδίζω} pedãre,veteres pro Ire dixerunt.Vnde & repedare,quasi pede iterare.Lucilius, Rediſſe ac repedasse,vt Romam viret.

Pedare {χορεύειν} est etiã sustentaculũ viti addere,aut alteri arbusculæ : ex quo vineæ huiusmodi,pedatæ dicuntur. Colum.lib.4 cap. 12, Putationem sequitur iam pedandæ vineæ cura. Plin.lib 17.cap. 21,Aut pedatæ simplici iugo.

Pedatio , Verbale {κατάκλισις.} Colum.lib.4.cap.11,Idque iugum intra quartum pedem conueniet alleuari , dum se vinea corroboret in pedationem.

Pedum,huius pedi {καμπύλον,καμπύλμα.} Baculum incuruum quo pastores vtuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus. Virgil.in Bucol.eclog.5, At tu sume pedum. Sed in eo versu qui est in Iphigenia Ennij, Procede : gratum proferte pedum,nitere cessas : id ipsum iaculum significare,quum ait Verrius,Mirari fatis nõ possum : quum sit ordo talis,& per eum significatio aperta,Gratum proferte pedum cessas?niterc. Festus.

Peduſculus, Vide suprà post Pes.

Pesçia in saliari carmine Ælius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quòd Græci vocant pelles πίσιαν , neutro gẽnere pluraliter. Festus.

Pesticas,dicebatur pestilentia. Festus.

Pessarium,Vide PESSI.

PESCENNIVS,Vir Ciceroni perbeneuolus,vt ipse ait,scribẽs Terentiæ vxori,lib.14,Famil.4,Pescẽnius est perbeneuolus nobis,quem semper spero tu fore,e obseruantem.

Pessi {σποδίσκαι} dicõtur medicamenta, quæ in vellere , naturalibus mulierũ apponuntur,Græcè σποδίσκαι dicuntur. Quæ enim per anum, clysteres : per collum matricis, pessi siue pessarij appellantur. Celsus lib 5 cap.21,Sed alia quoque vtilia sunt,vt ea quæ farminis subiiciuntur : πέσσοι Græci vocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eáque lana naturalibus cõditur. Pessus nomen habere putatur à pesso,id est talo,ad cuius sit similitudinem. Paulus tamen lib.3.cap 61.lanam concerptam, & ad digiti figuram rotundam factam,in qua pharmaca excipiantur,ac cõtineantur,pessum appellari ait. Dicitur & Pessarium,teste Cornario.

Pesſimè,Pesſimus,Vide MALVS,adiect.

PESSINVS,pen.prod. Pessinuntis {πεσσινῦς} Emporium Phrygiæ habẽs templum maximum (vt inquit Strabo libro 12) magnæ venerationis Matris deũm,quam Angidistam vocant. Hic locus magnificè ab Atticis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide Romani celebrè reddiderũt,accersita inde deæ statua, & Pessinuntia appellata. Pessinuntem Dindymenam & Cybelen vocant , ait Ptolemæus libro 5.cap.4.Ibi Gordieus nodus est ab Alexandro resciſſus.

Sedem domicilióque Matris deorum Pessinuntem vocat Cicero,de Aruſp.resp.

Pessinuntius {πεσσινόντιος.} Cicero de Aruſp.resp.Lege Tribunitia Matris magnæ Pessinuntius ille sacerdos expulſus & spoliatus sacerdotio est,&c.

PESSINVNTIA,dea Cybeles,deũm mater , quam ex Græcia Romam admiranda religione translatam est norum lippis & tonſoribus. Eius historiam vide apud Herodianum libro 1.historiarum, Arnobium libro 2.aduersũs gẽtes. Liuius quoque & Ammianus Marcellinus libro 21.scribũt de Pessinuntia. Philena hæc etiam dea dicta est.Alex. lib.6.cap.4.

Peſſulus, pessuli, pen.corr. {βλῆτρον} Paruus pes , instrumentum quo ostium clauditur. Terent.Heaut.2.3,

Anus foribus obdit pessulum:ad lanam redit. Vide OBDO.

Peſſum , Aduerb. {κάτω} Deorsum , quasi ad pedes, vel sub pedibus. Vnde Pessum premere. Plaut.Mostel.16.

Pessum abire.Plaut.Aulul.17,

Vt doleret,ne pessum abeat. Gal.*quelle n'aille au fond.*
Tellus dedit pessum cacumina.Lucan.lib.5,
Pessum ire. Columel.lib.12.cap.6.Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam , si pessum ibit , scies esse adhuc crudam : si innatabit, maturam.
Multæ per mare pessum

Subsedere suis pariter cum ciuibus vrbes. Lucret.lib.6.

¶Pessum eo,per translationem. Plaut.Ciſtel.5,

Frangit amantem animum:neque,nisi quia miser ne eo pessum,
Mihi vita abest iam perdito patricies. Id est perdar. Plin.lib.14.in Proœmio.

Peſſundo,

Peſſundo,pessundas, pessundedi, pen.corr.pessundatum {καταπατέω} pessũdare,pen.corr. Pedibus calcare. Terent.And.1.3,Quæ si nõ astu prouidentur,me,aut herum pessundabunt.

Cuncta pessundare.Ouid.3.Trist.eleg.5.
Pessundare iracundiam.Plaut.Merc.22.
Pessundare,dicitur mula excussoria,quæ cesſorem deorsum excutit. Paulus in I.Bouẽ.D.de Ædilit.edi.Bouem, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt: item mulas quæ pessundant. Alij legunt, quæ cesſim eunt.

Peſſus,Vide PESSI.

Peſtis,huius pestis,fœm.gen. {λοιμὸς,λοιγὸς,κῆρ} Morbus notus.Plaut. Amphit.7,Pestis te tenet.

Pestes,pluraliter.Plin.lib.2.cap.2,Multis etiam pestibus.
¶Pestis, aliquando de homine dicitur, qui alios corrumpit, & damna infert. Terent.Adelph.2.1,
Leno sum,fateor,pernicies communis adolescentium,
Periurus,pestis.
Pestis in amicitia pecuniæ cupiditas.Cic.de Amic.
Amicitiæ nostræ pestis.Catull.ad Rufam,epigr.72.
Pestis ac pernicies ciuitatis.Cic.pro Rabirio.
Imperij pestes. Cic.de Aruſp.resp. Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitiosis prodigiis, ac penè huius imperij pestibus, bellũ mihi inexpiabile dico esse susceptum.
Furia ac pestis patriæ.Cic.pro Sextio.
Funesta Reipub.pestis.Cic.pro Domo.
Pestem de incendio dixit Virg.lib.5,Æneidos,
-restinctus donec vapor omnis,& omnes,

Quatuor amissis,seruatæ à peste carinæ.
¶Acerba pestis.Virg.3.Georg.
Adulta,Vide ADOLEO.
Blanda pestis luxuria.Senec.Octauia,7.
Capitalis,Vide CAPVT.
Corporeæ.Virg.6 Æneid.
Fluidæ contagia pestis.Lucan.lib 6. Quæ ex fluida cadaueris sanie (creabatur.
Gelidæ.Lucan.lib.9.De serpentibus.
Improuisior,grauiórque pestis fuit.Tacit.lib.2.
Insolita. Senec.Herc.OEtæo,7.
Noxia serpentum est admisto sanguine pestis. Lucan.lib.9.
Numerosa.Senec.Herc.OEtæo,12.
Vulcania pestis,Incendium.Silius lib.7.
¶Noua pestis adest.Ouid.9.Metam.
Auertere pestem ab Ægypto.Cic.1.de Nat.deor. Virg.3.Æneidos,
-dij talem terris auertite pestem.
Concepta æstu,Vide CONCIPIO.
Conferre pestem,Vide CONFERO.
Comprimere.Cic.pro Milon.
Consumptus à peste,Vide CONSVMO.
Depellere pestem,Mortem.Virg.9.Æneid.
Depulsi à communi peste fluctus in nosmetipsos redũdarunt. Cic.
Toto descendit corpore pestis.Virg.5.Æneid. (1.de Orat.
Rapidam pestem diffundunt ignes.Silius lib.17.
Belli pestem euadere.Virg.10.Æneid.
Excæcare pestem.Cic.pro Sextio.
Extinguere pestem.Cic.pro Milon.
Illigatus peste interimor,Vide ILLIGO.
Importare pestem,Vide IMPORTO.
Incessit pestis.Colum.lib.9.cap.13.
Inuadit pestis in vitam hominum,Vide INVADO.
Larens ossibus.Valer.7.Argon.
Pestem aliquam machinari in omnes,Vide MACHINA.
Machinari sibi nefariam pestem,Cic.3.de Nat.deor.
Meditari pestem alicui.Virg.3.Georg.
Minitari.Liu.2.ab Vrbe. (scatur.Cic.2.Offic.
Tam detestabilis pestis nulla est , quæ non homini ab homine nascatur.
Oppetere,Vide OPPETO.
Reprimere pestem. Cic. Hoc autem vno interfecto intelligo hanc Reip.pestem paulisper reptimi.
¶Pestis,pro quouis exitio & malo. Lucret.lib.3,
Ex ineunte ævo sic corporis,atque animai
Mutua vitales discunt contagia morus,&c.
Dissidium vt nequeat fieri sine peste,malóque.

Pestilentia,pestilentiæ, Idem {λοιμός.} Plin.lib.7.cap.50, Qua in te obseruatum in Meridianis partibus,ad Occasum solis pestilentiam semper ire.Cæsar 2.bel.Ciuil.Graui etiam pestilentia conflictati.

Salubritas & Pestilentia,contraria.Cic.1.de Diuinat.Vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta:quorum ex habitu atque ex colore cum salubritatis,tum pestilentiæ signa percipi , nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum,vel fertilitas futura.
Annus infamis pestilentia,Vide INFAMIS.
Eluuionis,pestilentiæ,vastitatis causæ.Cic.2.Offic.
Vastus atque desertus propter pestilentiam ager,& propter sterilitatem incultus.Cic.2.de Lege agrar.
Possessores pestilentiæ & inuidiæ. Cic.1.de Lege agrar. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia , effundamus æratium : vt locupletaris aut inuidiæ aut pestilẽtiæ possessoribus,agri tamẽ emãtur.
Oratio plena veneni & pestilentiæ.Catull.ad Fundum,41.
Abiit pestilentia,Vide ABEO.
Afferre pestilentiam,Vide AFFERO.
Coorta pestilentia,Vide COORIOR.
Pestilentiam facere valet quod egerit sus ægra.Colum.lib.6.cap.5.
Pestilentiam grauis in vrbem,Vide INCIDO,pen.corr.
Incidit pestilentia grauis in vrbem, Vide INCIDO,pen.corr.
Lacerat exercitum pestilentia. Paterculus libro 2,Post hoc, quum vtrunque exercitum velut parum bello exhaustum laceraret pestilentia,Cn. Pompeius decessit.
Terrere animos pestilentia.Cic.2.de Nat.deor.

Pestilens,pen.corr.huius pestilentis,omn.gen. {λοιμώδης} Quod pestem

infert.cui Salubre opponitur.Cicero de Fato,Inter locorum naturas. quantum interfit, videmus alios esse salubres,alios pestilentes.
Pestilentes & Salubres partes agrorum,cõtraria. Cic.1.de Diuinat.

Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes,aliæ salubres.
Africus pestilens.Horat.3.Carm.ode 23.
Grauis & pestilens aspiratio. Cic.1.de Diuinat. Si obscurior quasi caliginosa stella exturerit , pingue & concretum esse cælum , vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit.
Inuidia.Senec.Hippol.4.
Ventus horribilis atque pestilens.Catull.ad Furium,epigr.23.

Pestilentiosus , pen.prod. Adiectiuum. Vlpian.in l.2.D.Ne quid in loco pub.fiat.Si odore soli locus pestilentiosus fiat.

Pestiferus , pen.corr.Adiectiuum. Idem.Celsus lib.2.cap.6,Sudor quoque frigidus in acuta febre pestiferus est.

Pestifer,pen.corr.adiect. {ἰξήλιος,λοιδόρος,λοιμώδης,φθοηλιώδης,λοίγιος.} vt Fulmen pestiferum,Quod mortem aut exitium ostendit,inquit Festus.

Pestifer potu taurorum sanguis.Plin.lib.11.cap.38.
Aer pestifer.Claud.de bel.Gild. Aquæ Valer.4.Argon.
Amor.Senec.Thebaid.1. Arma.Senec.Herc.furente,1.
Bellum pestiferum , Perniciosum, mortem afferens. Cic.ad Sulpi-
Calor.Plin.lib.7.cap.50. (tium,lib.4.3.
Ciues.Cic.1.de Orat.
Pestifera auibus exhalatio.Plin.lib. 4.in Præf. Et lib.11.cap.19,Papilio etiam ignauus & inhonoratus pestifer.
Fames.Ouid.8.Metam. Ignis.Ouid.8.Meram.
Gaudium.Liu.1.ab Vrbe. Manus.Ouid.4.Metam.
Cru pestifer reditus alicuius. Cic.3.Philip. Quum maximè furor arderet Antonij,quúmque eius à Brundusio crudelis & pestifer reditus timeretur,&c.
A pestiferis & nocentibus rebus refugere.Cic.2.de Nat.deor.
Pestifer ac funestus Tribunatus.Cic.pro Domo.
Venter.Ouid.1.Metam de pythone serpente.
Venenata & pestifera vipera.Cic.de Aruſp.respon.
Virus.Ouid 5.Trist.eleg.2.
Vitia pestifera,luxuria,auaritia,crudelitas.Cic.3.de Finib.

Pestiferè,pen.corr.Aduerbium {λοιμῶδες.} Cic.2.de Legibus, Quid quòd multa perniciosè,multa pestiferè ciscentur in populis, quæ non magis legis nomẽ attingũt, quàm si latores aliqua cõcessu suo sanxerũt.

Pestibilis,& hoc pestibile: attributum ex peste deductum. Diocletianus & Maxi.in l.pen.de Ædilit.actionibus.C Pestibiles herbæ lætiferæ.

Pestilitas,pen.corr.pestilitatis,fœm.gen. {λοιμὸς} apud antiquos legebatur,teste Nonio,& idem est quod Pestis. Lucret lib.6,

Hæc igitur subitò clades noua,pestilitásque.

Pestilentus,pestilenta,pestilentum,Adiectiuum.vt Pestilenta loca. Vsus est Næuius,teste Gellio lib.19.cap.8.Obsoletum.

PESVRI,Lusitaniæ populi,accolæ Vaccæ.Plin.lib.5.cap.21.

PETALIAE insulæ in Euripo Euboico , primo ferè introitu , numero quatuor.Plin.lib 4.cap.12.

Petalismus, exilij genus apud Syracusanos fuit , quo efferentis se ciuis audaciam virtutémque comprimebant. Alexander Alexandrinus lib.3.cap.20.

Petalium , lij {πεταλίον , μαλοβάθρινον} vnguenti præstantissimi genus ex Nardi folio confectum, vnde & nomen habet.πέταλα enim Græci folia vocant. Plaut.in Curcul.

Nam omnium odor vnguentũm præ tuo nauſea est.
Tu stacte,tu cinamum, tu rosa, tu crocum & casia es,
Tu petalium. Petalium autem Latinè foliatum appellatur. Martialis libro 11,

At mea me libram foliati possit amica.

PETALVS {πέταλος} nomen vnius ex his qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati eciderunt.Ouid.5.Metamorphoseos,

Petalus irridens,Stygiis cane cætera dixit.

Petaminarius. Firmicus lib.8.cap.15, Oriente Delphino, quicunque natus fuerit,narandi studio tenebitur. Sed Saturni testimonio,vrinator erit.cum Marte verò & Mercurio,petaminarius,ephelmator, orciscopalarius,petauristarius,aut certè innata cursus agilitate perspicuus. Est autẽ Petaminarius,qui strenua corporis agilitate saltãs volare videtur,à verbo πέτομαι,quod est volo.est enim Græca origo,sed formatio Latina. Ephelmator nomen habet à tabulis quæ dicuntur ἔφηλμα,quibus ad saltandum vtebatur,vt & Petauristæ.nam in tabulis iactu corporis saltans leuitatem & agilitatem ostendebat.Orciscopalarius qui dicatur,non intelligo, censerémq; legi debere orchestopalarius,à saltatione & lucta:vel orchistopalarius,eodem significatu.ὀρχηστὴς,saltandi magister. ὀρχηστικὴ,ars saltandi.πάλη,lucta.

Petasio, Petasionis , masc.gen. Varro 2.de Re rust.cap.4, Optimarum signum , quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ,& taniacæ,& petasiones.

Petasites {πετασίτης} Dioſc.lib.4.cap.109.Herba est pediculum habẽs cubito maiorem,crassitudine pollicis, ita dicta à galeri forma, quum latum folium pediculo superpositum viderur referre , eo ferè modo quo fungorum scapos pediculis videmus adhærere.Rustici in Gallia Bardanam maiorem vocant.

Petaſo,pen.corr.petasonis,masc.gen.Caro porcina,quam alij coxam, vel pernam,alij (inter quos Sipontinus)eam partem suis dicunt quæ ab alis incipit, & costas cõprehendit,quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. Martial.lib.13,

Musteus est,propera,charos ne differ amicos:
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

Petasunculus,pen.corr.Diminut. Iuuenal.Satyr.7,

-siccus petasunculus,& vas Pelamidum.

Petaſus,petasi,pen.corr.masc.gen. {πέτασος} Capitis tegmen , galero persimile,siue ipse galerus. Plaut.Amphit.3,

Ego has habebo vsque in petaso pinnulas:
Tum meo patri autem tot ulus inerit annus sub petaso.
Petasus , fit à Græco πετάννυμι, quod est extendo : cuius aoristos est ἐπέτασσα,vnde petasus.

¶Petasus, per translationem dicitur quod in galeri formam ædificiis superpositum, extensum, & explicatum est, in metæ formam se trahens. Plin.lib.36.capite 13, Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, & in medio vna, in imo latæ pedum sexagenum quinûm, altæ centum quinquagenûm, ita fastigiatæ, vt in summo orbis æneus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant exceptæ catenis tintinnabula, quæ vento agitata longè sonitus referant.

Petasatus, pen.prod. Adiect. {πετασώδης} Qui galero & capitis ornamento vtitur. Sueton.in Augusto, cap.82, Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque nonnisi petasatus sub die spatiabatur.

Petasatus etiam dicitur, vt aliqui volunt, qui cothurno aut socco calciatus est. Cic.ad Cassium, libro 15.17, Atque idipsum faceremt commodius, si mihi aliquid spatij ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt. Alij rectius petasatos intelligunt, petaso seu galero tectos, proinde ad iter paratos. Varro apud Nonium in dictione Numerò, pro citò, Quid puer rogasset, & petasatus capite annuisset, ac discedès numero venire ait adolescentè.

Petasunculus, petasunculi, pen.corr. Diminutiuum, Parvus petasus. Arnobius aduersus gètes lib.6, Si aliquis Solè collar, & in Mercurij transferat sedem: Mercurium rursus arripiat, atque in Solis faciat commigrare delubrum: dèque huic radios, Solis capiti petasunculum supponat: quibus modis internoscere poteritis vtrúmne Sol ille sit, an Mercurius?

Petaurum, huius petauri, vel Petaurus, petauri, masc.gen. {πέταυρον} Genus ludi, & machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aera rotarũ pulsu iactabãtur. Martial.lib.11.22, in Lydiã, Quàm rota transmisso toties impacta petauro. Hunc locum enarrans Turnebus, Petaurus, inquit, tignum vel tigillum est, quod à petauristis per rotam transmittebatur ei impactum: transmissione autem multa & frequenti rota laxior reddita erat. Tigno autem illo & rota vrebantur, per hanc machinam saltantes & gestus dantes. Sed & tignum aliquando altius suspendebãt, & inde saltus ad stuporem spectantium varios dabant. Lucilius,

Sicut mechanici ex alto exiluere petauro. Hæc ille.

Petaurum dici etiam potest id supra quod homines agilitate corporum insignes ludunt, vt hastæ circa quas se voluunt: funes supra quos etiã reciproci ambulant: circuli, per quos se more pilcii transmittunt: tabulæ, è quibus in aere pendẽt, vno brachio se sustinẽtes.

Petaurum Græci dicunt esse laqueum & asseres, quibus domus teguntur. Iulius Pollux existimat cauleam esse in quam se cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Petaurista, petauristæ, mascul.gen. {πεταυριστής} Nonius, Petauristæ à veteribus dicebãtur qui saltibus vel schœnis leuioribus mouerẽtur. Varro lib.2.de vita Pop Rom. Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petauristæ.

Petauristæ, siue petauri, à πετᾶσθαι, inquit Nonius, id est volare, dicuntur. Festus, Petauristas Lucilius à petauro appellatos existimare videtur, quando ait, Sicuti mechanici quum alto exiluere petauro. At Ælius Stilo, quòd in aere volent, quũ ait, Petaurista propriè Græcè, ideo quod ij ἀφὼς ἀέρα πετῶνται.

Petauristarius, Idem quod Petaurista. Firmicus lib.8.cap.15.

PETELIA, Lucanorum metropolis, occurit apud Samnites, qua Roma in Græciam pedestri itinere itur. Strab.lib.6.

PETEON, vicus in Thebano agro. Thespidas poeta: Quique Eleona tenent, atque Hylen, & Peteonen. Strabo lib 9.

PETESVCVS, rex Ægypti, qui primus in Heracleopolite nomo ædificauit Labyrinthum. Plin.lib.36.cap.13.

Petigo, pen.prod. petiginis, fœm.gen. {λειχὼ} Morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd vicina petat, sese latè summa cute diffundẽs, occupat plerunque totum vultum oculis exceptis. Lucil.lib.30, Illauies, scabies oculos huc, denique petigo huc conscendere. Nonius. Alij legunt, huic denique petigo conscendere.

PETILA, æ. Petilam suram siccam, & substrictam vulgus interpretatur. Scævola ait vngulam equi albam ita dici. Festus.

PETILIA {πετηλία} oppidum Lucaniæ, conditum à Philoctete. Virgil. 3.Æneidos,

Parua Phi octetæ subnixa Petilia muro.

Petilia lex, quæ statuebat nequis ob æs alienum necteretur, & vt pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Olim apud Romanos quum nihil esset sanctius fide in publicis & priuatis negotiis, recepta est lex 12.tab. quæ in non solucntes æs alienum durissimam pœnam introduxit etiam vltimi supplicij, vt audacia leuiorum hominum in contrahendis passim debitis reprimeretur. Hanc duritiem, qua nonnulli creditores nimis crudeliter & cum turpitudine aburebantur, lex Perilia relaxauit.

Petilius, herbæ eiúsque floris nomen: eam Latinos Rosam syluestrem appellare notat Plin.lib.21.cap.8.vbi & de eius natura disputat.

Petilus, Adiect. {λεπτὸς} Tenuis & exilis. Lucil.lib.12, Insignis varis cicatribus, & petilis. Plautus Plotino, Nam coloratam frontem habet, petilis labris. Nonius.

Petimen, petiminis: Petimina, in humeris iumentorum vlcera, & vulgus appellat, & Lucilius meminit, quum ait: Vt petimẽ naso, aut lumbos ceruicibus tangat. Eo nomine autem, & inter duos armos suis quod est, aut pectus, appellari solitum testatur Nœuius in descriptione suillæ, quum ait,

Petimine piscino qui meruerat.

Petiolus, penult. corr. {πόδιον} Diminutiuum est à pede. Afranius, Atque adeò nolo nudo petiolo ambules. Nonius.

Petiolus, quo fructus pender. Colum.lib.de Arboribus, cap.23, Alio modo quum iam matura mala fuerint, antè quàm petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto.

Petisco. Petesso, Vide PETO petis.

Petisium, & Petisia poma, sunt parua: sed gratissimi saporis, de quibus Plin.lib.15.cap.14.

Peto, petis, petiui, petitum, pen.prod. {αἰτέω, αἰτήζω, αἰτίζω, ἀξιόω} pére-

re, Propriè est (authore Varrone) suppliciter & precariò aliquid postulare. Valla, Petere dicimur, quum aliquid humiliter & precibus petimus. Cic. Philippo, lib.13, Te autem pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones.

Petere ab aliquo & eum rogare. Cic.6.Verr. Iste petit à rege, & eũ pluribus verbis rogat, vti ad se mittat.

De aliquo petere, id est ab aliquo. Vlpian.in l.Si vt certo.§. Si de me petisses, vt triclinium tibi sternerem. D. Commodari.

Petere & contẽdere. Cic. Cluuio, lib.13 8. Maiorem in modum peto atque contendo, vt quum fortunas agi eius municipij intelligas, quod si mihi necessitudine, officiis, beneuolentia coniunctissimum, id mihi des.

Precibus omnibus petere. Cic. pro Sylla, At literæ sunt Fausti, per quas ille precibus à P. Sylla petit vt emat gladiatores.

Precariò aliquid petere. Liu.lib.4.Decad.4.

Voto petere, Vide Votum, in VOVEO.

Cupidè petere aliquid. Horat.2.epist.1.

Cupidissimè aliquid petere, Vide CVPIO.

Cupienter petere. apud Plautum in Pseud.10.

Instanter. Vide INSTO.

Statim petere. Cic. pro Quintio, Si debuisset Sexte, petisses, sed petisses statim: si non statim, paulò quidem pòst: si non paulo, at aliquando, sex quidem illis mensibus prosectò.

Supplex te peto. Virg 6.Æneid.

Per amicitiam. Horat.1.Serm.satyr.3.

Petere in libertatem ex seruitute. Vlpian.in l.1.§.Si aduersus. D. De vi & vi armata, Si aduersus eum qui in libertatem ex seruitute vel contrà petitur, post inchoatum liberale iudicium vtatur interdicto.

Petere seruos in quæstionem. Paulus in l. Dominus. D. Locati. Serui tamen eius cum quo cõtractum est, propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt.

Petere per iudicem. Id est, coram iudice. Iulianus in l.Vinum. D. Si certum petatur, Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum est. Quæsitum est, cuius tẽporis æstimatio fieret: vtrum quum datum esset, an quum lis contestata fuisset, an quum res iudicaretur?

Petere per condictionem. Paulus in l. Quum fundus. D. Si certum petatur, Quum fundus vel homo per condictionem petitus est: puto hoc nos iure vti, vt post iudicij acceptũ causa omnis restituenda sit.

Petere Stichum & Pamphilũ meos esse. Iulianus in l. Si quum testamento. D. de exceptione rei iudicatæ, Si Stichum & Pamphilum tuos esse petieris, & absoluto aduersario Stichum tuum esse petas ab eodem: exceptionem tibi obstare constat. Si fundum meum esse petiero, deinde postea vtum fructum eiusdem fundi petam: &c.

Habes tota quod mente petisti. Virg.4.Æneid.

Aliquid apertè petere. Cic pro Lege agrar. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.

¶Æqua. Ouid.7.Metam.

Auxilium. Terent. Phorm.5.1,

Aut vnde mihi nunc auxilium petam?

Petere auxilium ab aliquo per alterum. Cic.1.Verr. Auxilium sibi per me à vobis, atque à Populi Romani legibus petunt.

Petere auxilium contra aliquem. Cæsar 8.bell.Gall.

Petere auxilium & manus. Cic.2.Tusculana,

O Patrocles, inquit, ad vos aduenienti auxilium & vestras manus peto. Ex poeta.

Beneuolentiam iudicis. Vide Beneuolentia, in BONVS.

Colloquium. Ouid.3.Metamorphoseos,

Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis,

Colloquiúmque petit.

Fidei commissum. Quintil.lib.3.cap.6.

Congressus alicuius. Virg.5.Æneid.

Consilium. Cic.ad Attic.libro 7, Nullo modo quidem à te petam consilium, vt soleo.

Petere diem colloquio. Liu.6.bell.Pun.

Exilium. Lucan.lib.3.

Fauorem propensum petiit voce sollicita. Ouid.14.Metam.

Fidem pacis petistque deditque. Ouid.3.Metam.

Certum voto pete finem. Horat.1.epist.2.

Gratiam. Cæsar 5.bell.Gall.

Hospitium requiémque peto. Ouid.4.Metam.

Mortem ardentiore studio petere, quàm Epicurus voluptatem petendam putat. Cic.2.de Finib.

Petere mutuum. Plaut. Curcul.2.

Opem. Cic.5.Tusc. Ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totósque tradimus.

Oracula à deo. Cic.1.de Diuinat. Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur, atque vt ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur.

Pacem passis manibus, & suppliciter. Cæsar 2.bel.Gal.

Præmium. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Præsidium ab aliquo. Cic.de Fato.

Præsidium læsæ petitote puellæ. Ouid.3.de Arte.

Requiem exiguam petit. Ouid.4.Metam.

Responsa à deo. Plin.lib 31.cap.2.

Sanguinem & vitam alicuius. Cic. pro Rosc. Amer.

Tempus mane peto. Virg.4.Æneid.

Veniam. Plin.lib.28 cap.4, Veniam quoque à deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo.

Veniam petere & dare vicissim. Horat.de Arte.

Veniam petere ei raro. Cic. pro Sylla.

Virtutem. Horat.1.epist.6.

¶Petere alicui. Virg 9.Æneidos,

O genitrix quò fata vocas? aut quid petis istis? Vbi Seruius, Petis istis, id est pro istis. Nam sic dicimus, peto tibi, id est pro te.

Petere alicui dispensationem. Sueton. in Vespasiano.

Missionem

Missionem militibus. Tacit.lib.1.

Accusationem in aliquem. Quintil.lib.5.cap.13.

¶Petere, Appetere, Ambire. Virg.8.Æneidos,

notúmque petiuit

Coniugis infusus gremio per membra soporem. Ita Nonius. Cic. de Amic. Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis.

Modestè peti. Ouid.epist.19.

Bona. Lucil.lib.26. Ex Nonio.

Coniugium. Ouid.10 Metam.

Decus & pretium. Horat.1.epist.18.

Decus iaculo. Sil.lib.16.

Gloriam. Plin.lib.12.cap.14, Cetiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit. Pro adeptus est.

Gloria maior petitur. Sil.lib.16.

Honores Quint.C. de Petit. Consul.

Imperium ac summatum sibi. Lucret.lib.5.

Petit gemellus nuptias Maronillæ. Martial.lib.1.40.

Præturam. Cic.2.Verr.

Principatũ eloquentiæ. Cic.in Orat. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis.

Thalamos alicuius petere, Coniugium. Ouid.6.Metam.

Omnibus votis petere. Liu.Decad.4.lib.2, Nolite, si quod omnibus votis petendum erat, vltrò offertur, fastidire.

¶Petere somnum. Virg.7.Æneidos,

Mollibus incubuit stratis, somnósque petiuit.

Amplexum alicuius. Virg.8 Æneid.

Vultu tacito petit oscula. Lucan.lib.3.

Mortem petunt per vulnera. Virg.4.Georg.

Iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Liu.1. ab Vrbe.

¶Petere pœnas ab aliquo, quod & Exigere dicitur. Cic.ad Attic.libro 1.11, Vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque petere sui doloris, quem, &c.

¶Hæreditatem ex testamento. Cic.1.de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamiliãs antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit?

Pecuniam non ex tabulis tuis, sed aduersariis petere. Cic. pro Rosc. Comœdo.

¶Petere, Eligere, inquit Nonius: vel capere. Virg.4.Georgicorum, Principio sedes apibus, statióque petenda.

Petere cibum. Terent. Heaut.5.2,

Abiit, ac rogasse vellem. ex. quidẽs. vnde mihi peterem cibum.

Non vt ab his medicinam perpetuam, sed vt exiguam delotis obliquionem petam. Cic. Luceio. lib.5.15. De literis.

Petere argumentum à paruis. Cic.2.de Finib. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit, aut etiam à bestiis.

Consilium à seipso. Quintil.lib.7.cap.1.

Delectatio sola ex his studiis petitur. Cic. pro Archia.

Petere exempla ex. Cic.de Prouinc. Consul. Præsertim quum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda.

Longè petere exempla. Lucan.lib.1.

Exordium paulò longius. Cic.pro Cluent. Paulò lõgius exordium rei demonstrandæ petam: quod quæso, Iudices, ne molestè patiamini.

Initium à natura. Cic.5.de Finib.

Laudem è macello. Cic.2.de Finib. Quæ est ista laus quæ possit è macello peti?

Originem summi boni à primo ortu animantium. Cicero 2. de Finibus.

A philosophorũ scholis virtutis præcepta. Quint.in Procem.lib.1.

Principia rei bene gerendæ à natura. Cic.4.de Finib.

Risum ex aliquo. Quintil.lib.6.cap.3.

¶Altè suspirium. Plaut. Ciftel.2.

¶Iura Cordubam petere. Plin.lib.3.cap.1, Turduli qui Lusitaniam accolunt, iura Cordubam petunt.

¶Petere in Indos. Plin.lib.12.cap.7, de pipere longo, Huic nec pomi, nec baccæ commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Idem lib.12.cap.17, Petunt & in Carmanos strobum. Id est, à Carmanis. Budæus. Qui sensus per alias quoque præpositiones exprimitur. Plin.lib.12.cap.1, Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm ex alieno petitam orbe?

Petere ad Æthiopas vsque. Plin.lib.36.cap.6.

Petere in sepulchrũ alicuius volumina. Hoc est è sepulchro. Plin. lib.30.cap.1.

Petere in nubila. Plin.lib.36.cap.1, Ad frigidos potus vas petitur in nubila, cæloque proximæ rupes cauantur, vt bibatur glacie.

¶Petere, Commemorare, inquit Nonius. Virgil.lib.8.Æneidos, Quid causas petis ex alto?

¶Petere aliquem dextrâ, Id est porrigere dextram alicui. Vigilius 1.Æneid.

Petere blandiriis nouercam, Blandiri. Quintil.

Aliquem literis. Cic.ad Attic.lib.2.17, Si homo esset, eum potius legeret, quàm vnam literam scriberet, qui me epistola petiuit: ad te, vt video, cominus accessit.

Criminibus aliquem. Tacit.lib.3.

¶Petere, Percutere, ferire. Virg.9.Æneidos,

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Hæc Nonius. Paulus in l.Bouem, in princip. D de ædilit.edict.

Petere, pro Appetere, & designare ictum, vt solẽt gladiatores. Cic. in Orat. Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam.

Æra petere disco. Horat.2.Serm.satyr.2.

Capillos miseros vngue petis. Ouid.2.Amor.eleg.7.

Caput & collum. Cic. pro Murena, Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum petere solere.

Corpus petere ferro. Tibull.lib.1.eleg.9.

Genas vngue. Ouid.2.de Arte.

¶Petere iugulum, pro Inferre mortem, teste Valla. Cic. pro Mil.

Malo petere aliquem. Virg 3.eclog.

Inuicem petitur manus iniectio, Vide INVICEM.

Pectora alicuius gladio. Ouid.5.Metam.

Saxis petor à populo. Ouid.de Nuce.

Petere aliquem telis. Liu.4.bel.Pun.

Sacrilegæ telis me petiere manus. Ouid.3.Fast.

Vultus alicuius petere vnguibus. Horat. Epod.5.

¶Petere aliquem, Violenter aggredi. Cic. pro Ligario, Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat?

Bello petere vrbem aliquam. Virg.3.Æneid.

¶Petere aliquem, Insidias illi tendere. Plancus Ciceroni, lib.10.23.

Fraude aliquem. Virg.4.Æneid.

Petere fraude vel insidiis aliquem, Liu.10.bel.Maced.

Petere insidiis vitam alicuius. Plin.lib.7.

Latrocinio vitam innocentissimi cuiusque, bonorum insidiatores petunt. Author ad Herenn.lib.4.

Veneficio aliquem petere. Author ad Herenn.lib.4.

¶Petere, Manere, expectare. Virg.9.Æneidos,

Troianos hæc monstra petunt. Ita Nonius. Seruius verò, appetunt interpretatur.

¶Petere, Sequi. Virg.5.Æneidos,

Quem petit, & summis annixus viribus vrget. Nonius.

¶Petere, Abducere. Virg.5.Æneidos.

Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. Ita Nonius.

In vincula aliquem peti. Quintil lib.7.cap.2.

¶Petere locum aliquem, Proficisci. Cic.3.Offic. Naues onustas petentes Rhodum viderit, &c.

Accessum petere. Liu.9.belli Pun.

Raptim petit æquora campi. Lucret.lib.3.

Altum petere. Liu.5.bel.Pun. Cuius prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium.

Altum flamma petit. Ouid.1.Fast.

Antrum immane petit. Virg 6.Æneid.

Summam petit arduus arcem. Ouid.2.Metam.

Arcem petunt Tritonidis. Virg.2.Æneid.

Ardua petere, Ascendere montem aliquem. Stat.2.Achil.

Arua aliena. Virg.4.Æneid.

Parnassus petit astra duobus verticibus. Ouid.1.Metam.

Athenas petere. Cic.ad Attic.lib.3.

Cælum petere. Plin.lib.10.cap.38.

Amnis volutus per saxa campum petit. Virg.3.Georg.

Classe petebar Lacedæmona. Ouid.epist.1.

Cursum alium. Cic.ad Attic.lib.3, Et nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit.

Cursu petere deserta. Virg.6.eclog.

Concursu tendunt petere littora. Virg.1.Æneid.

Fugam. Liu.8.bell.Pun.

Fuga salutem. Cæs.4 bell.Gall.

Ima petunt nebulæ. Virg.1.Georg.

Lectum vacuum petit anxia. Ouid.11.Metam.

Loca secreta. Horat.de Arte.

Montem petiui. Virg 2.Æneid.

Remis ventísque petere locum aliquem. Virg.3.Æneid.

Romam petit fons ille. Plin.lib 31.cap.3.

Secretum petere. Plin.epist.5.lib.1.

Sublime petere. Plin.lib.10.cap.33.

Supera. Cic.1.Tusc. Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petũt. Id est capessunt, expetunt, captant, inquit Bud.

Tecta diuersa petere per agros. Virg.4.Æneid.

Gressu petunt tentoria. Sil.lib.7.

Vento petere vrbem aliquam. Virgil.2. Æneid. De nauigantibus dicitur.

¶Petere, Tenere. Virg 3.Æneidos,

Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures. Ita Nonius.

¶Petit, pro Petiit vel petiuit, syncopa poetis tantùm in vsu. Ouid. 1.Fastorum,

Altum flamma petit: propior locus aera cepit.

¶Petitur, Impersonale. Plin.in Panegyr. Plerique principum quum esset ciuium domini, libertorum erant serui, &c. per hos præturæ petiam, & sacerdotia, & consulatus imò & ab his petebatur.

Petens, Particip. {αἰτῶν.} vt

Veniam in præteritum petens, quòd ei, &c. Tacit.lib.11.

Lucra petens. Tibull.lib.1.eleg.9.

Turba saxis petens contundet vos. Horat. Epod.5.

Responsum dedit petenti. Virg.1.eclog.

Reiicere petentem. Ouid.9.Metam.

Petendus, Particip. {αἰτητέος.} vt Honos petendus. Propert.lib.3.eleg.22.

Gloria peccati nulla petenda tua est. Ouid.2.de Arte.

Palma petenda mea est. Ouid 3.Amor.eleg 2.

Præda petenda est de magno grege. Tibull.lib.1.eleg.1.

Summa ope petendum erat. Liu. Decad.4.lib.2.

Petitum, pen.prod. prius supinum {παρὰ τὸ αἰτέω.} vt

Ire petitum aliunde. Catull.in Epithal.Mallij, 56.

Petitus, pen.prod. Particip. {ἠτημένος.} vt

Dies petitus tanto ambitu. Senec. Medea, 6.

Bellua petita ferro. Horat. Epod.5.

Præmia peccato nulla petita mihi. Ouid.3.Trist.eleg.6.

Puella petita meis votis. Ouid.3.Amor.eleg 6.

Requies mihi petita est. Ouid.4 Trist.eleg.1.

Spiritus petitus imo latere. Horat. Epod.11.

Extra rem petita. Quintil.lib.4.cap.2.

Petiturus,pen.prod.Particip.{ αἰτήσων.} vt Lucra petiturus. Tibull.lib.1. eleg.9.

Petitum, pen.prod.Substant. { αἴτημα.} vt Vtriusque petiti facta est copia.Catull.ad Mallium,epigr.63.

Petitus, pen.prod.{αἴτησις} Nomen substantiuum, pro Petitione.Gell. lib.18.cap.3. Iussúque eum consensu, petitúque omnium eandem illam sententiam disserti viri cuiusmodi posset verbis dicere. Lucan. libro 3,

Attamen insequitur languor terraéque petitus Suauis.

Petitio,Verbale { αἴτησις.}

Concedere petitioni,Vide CONCEDO.

¶Petitio,Actio priuata.Quintil.lib.4.cap.4,Recusatio quoque plures interim propositiones habet,vt contra petitionem pecuniæ, Malè petis:procurator enim tibi esse non licuit.

Petitio personalis.Macer in l.pen.§.1.D.Qui satisdare cogant.Diuersa est causa eius, qui fundi petitionem personalem habet: id est actionem personalem, ac si dicas: Non sufficit dominium fundi,aut actio ad eum petendum pertinens,sed requiritur possessio.

Instituere petionem in aliquem.Vlpian.l 1.D.Quod legator.

¶Petitio, Ambitus. Cic.pro Rosc.Com. Et tibi integram petitionem reliquit. Idem Attic.libro 1,Fuit & mihi & Q.fratri magno vsui in nostris petitionibus.

Adornare petitionem Consulatus,Vide ADORNO.

Implere petitionem dicitur actor, quum id quod petit, suum esse probat. Paulus in l. Ex sextante.§.Cum ergo.D. De excep.rei iud. Si de proprietate fundi litigatum,& secundum actorem pronuntiatum fuisset: dicemus petenti ei, qui in priore iudicio victus est,obstaturam rei iudicatæ exceptionem: quoniam de eius quoque iure quæsitum videtur,quum actor petitionem implet.

Oppugnare petitionem.Cic.Fam.1.

Petitioni se dare.Cic.Fam.3.

¶Petitio, pro Imperitione & aggressu gladiatorum.Cic.1.in Catil. Quor ego tuas petitiones ita conectas, vt vitari posse non videantur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? Budæus.

Petitor, pen.prod. Aliud verbale { αἰτητὴς } Qui petit & litem intendit. Cic.in Partit. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Idem pro Quintio,Possumus petitoris personam suscipere,accusatoris deponere?

Petitor,reus,iudex.Cic.pro Rosc Comœdo,Quis erat petitor? Fannius.quis reus? Flauius.quis iudex? Cluuius.

Famæ petitor. Lucan.lib.1.

Petitorius. Adiect.vt Iudicium petitorium.Caius in l.Qui petitorio iudicio vtitur.D.De rei vendicatione.

Petitrix, pen.prod.huius petitricis, Verbale fœmin.Paulus in l.Qui filium.D.ad Senatusc.Trebell.Contra petitricem pronuntiauit.

Petesco, peteseis, siue Petisco, petiscis { αἰτίζω} petiscere. Lucretius libro 3,

Corpore cum reliquo pugnas, cædéque periscit. Hoc est, cupidè & ardenter petit. Lambinus legit petessit. Idem lib.5,

-fugiens humorem,auráque petiscens.

Petiscere,antiqui dicebãt pro petere,ea quidem forma verbi, qua sunt lacessere & incessere.Festus. Sed (inquit idem) vt mihi videtur, tum eo significabant sæpius petere. Alij legunt petessere.

Petesso,pe essi- { αἰτίζω } petessere,antiquum verbum, Idem quod Peto. Cic 2. Tusc. Qui hanc gloriam petessunt, nullum fugiunt dolorem. Idem 1 de Diuinatione,

Mentéque diuina cælum terráque petessit. Ex poeta.

Petessens { αἰτίζων } Participium. Lucret.lib.5,

Quos vbi rempore maturo patefecerat ætas

Infantum,fugiens humorem,auráque petessens,&c.

Petoritum,huius petoriti, pen.corr.{ φορᾶτον } Gallicum vocabulum, genus vehiculi apud Belgas repertum,vt Varro scribit. Quanuis sint qui ex Græco vocabulo & Latino compositum velint, dictúmque à voluendis rotis,vt Gellius testatur, lib.15.cap.30. Horatius 1. Serm. satyr.6, -plures calones atque caballi

Pascendi, ducenda petorita. Idem 2.epistol.1,

Esseda festinant,pilenta,petorita,naues. Plin.lib.34.cap.17. Lambinus per duo rr in omnibus libris antiquis scribi affirmat.

PETOSIRIS, pen.prod. { πετοσῖρις } Ægyptius mathematicus insignis: de quo Plin.lib.7.cap.49.Iuuen.Satyr.6,

-capiendo nulla videtur

Aptior hora cibo,nisi quam dederit Petosiris.

PETRA Sancta,olim Feroniæ Iunonis templum nobilissimum Viterbij: de quo vide F. Leandrum Bononiensem. Lilius 4.Syntagm. historiæ deorum.

Petra,huius petræ { πέτρα } Lapis, rupes. Plin.lib.10.cap.32, Gauiæ in petris nidificant.

Petrarum,inquit Festus,genera sunt duo. Quorum alterum,naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit libro 11,

Alte delata, cæteríque ingentibus tecta. Et Liuius in Centauris, Vbi ego sæpe petris. Alterum manufactum, vt docet Ælius Gallus, Petra est, quæ Iouis dextra ac sinistra fornicem explerura est, ad libramentum summi fornicis. Festus.

Petrosus, penultima producta, Adiectiuum { πετρῶδης } Petris plenum. Plin.lib.17.capite 27, Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petrosis. Idem lib.9. cap.31, Viuunt petrosis locis, caneri mollibus.

Petricosus, penult.prod.Aliud adiectiuum { πετρώδης } Idem. Martialis verò lib.5.119,per translationem,

-res petricosa est,

Cotile bellus homo. Hoc est difficilis & saxosa ac dura.

Petrones { πετρῶνες } rustici (inquit Festus) ferè dicuntur propter vetustatem,& quòd deterrima quæque ac prærupti iam agri petræ vocantur, vt rupices iidem à rupis, aliter à petrarum asperitate & duritia dicti. Hinc Plautus petronem veruecem, duriorem eleganter dixit,Capt.13,

Qui petroni nom en indunt veruecí sectario,&c.

PETRA { πέτρα } Siciliæ oppidum prope Hyblam. Petræ Sirenum,vrbs Lucaniæ,de qua Plinius libro 3.capite 4. Virg 5.Æneidos,

Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,&c. Vbi multa de Sirenibus refert Seruius. Item Petra. Straboni lib.16, Arabiæ oppidum,Nabathæorum metropolis, vnde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

PETRACORII { πετρακόριοι } Ptolemæo libro 2.cap.7. Gallicæ populi, vulgò *Perigort*. Petrocoras Plin eos appellat,lib.4.cap 19.

PETRAEA, Nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Petreia, Mulier dicebatur, quæ pompam præcedens in coloniis aut municipiis,imitabatur anum ebriam, quòd pedes in petras frequenter impingeret: quam & alij volunt ab agri vitio, scilicet petris,appellatam.Festus.

PETREIVS { πετρεῖος } Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Quint. Catulo,exclusam ab hoc legione suam adhortatus, Tribunum suum dubitantem per hostium castra erumpere, interfecit, legionémque eduxit: donatus propterea corona graminea ob seruatum exercitum.

Petreius, dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, vt in ipsius Commentariis scribitur.

Petrelæon-petrelæi { πετρέλαιον} Bitumen est liquidum è saxis defluës. Nomen habet ab oleo, non quòd reuera oleum sit: sed quòd liquida consistentia ad olei similitudinem accedat, tametsi colore magis ad nigredinem vergat. Vulgus *Petroleum* appellat.

PETRINVS, pen.prod. { πετρῖνος } vicus olim in agro Phalerno, cuius meminit Horat.1.epist.5,

Inter Minturnas Sinuessanúmque Petrinum.

Petrites,genus Ægyptiaci vini. Plin.lib.14.cap.7.

Petrones, Vide PETRA.

PETRONIA { πετρωνία } Amnis est in Tyberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt, quum in campo quid agere volunt.quod genus auspicij perenne vocant. amnem autem fœminino antiqui dicebant. Festus.

PETRONIVS { πετρώνιος} Ægypti præfectus,ab Augusto missus,Cornelio Gallo successit, aduersus Æthiopes bellum gessit, quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, sed altero capra oculo.Vide Strabonem lib.17 ¶Fuit & alter Petronius Granius, Centurio octauæ legionis, sub Cæsare bello Gallico militans. De hoc Plutarchus in Cæsare scribit,qui vnus è partibus Cæsarianis, quum nauis eius,qua Quæstor designatus in Africam vehebatur,in Scipionis potestatem venisset, & cæteris interfectis Quæstori Scipio incolumitatem polliceretur, respondit, Cæsarianos aliis incolumitatem dare, non accipere consueuisse. quo dicto, se gladio transfuerberauit. Vide Plutarchũ in Cæsare. ¶Petronius alius, qui Ælij beneficio ex humili loco ad equestrem ordinẽ peruenerat.Mox quum Ælius Placentiæ præesset, ne in manus hostium veniret, gladio incubuit. Petronius quoque, qui morientem iuuerat,super eundem cecidit. Author Valerius de Amicitia. ¶Petronius Consularis moriturus inuidia Neronis,vt mensam eius exhæredaret,trullam murrhinam ccc. sestertiis emptam fregit. Hæc Plinius lib.37. capite 2. ¶Petronius, pater Vespasiani Cæsaris.¶Petronius Perpenna,qui Constantinianas thermas in pristinum splendorẽ restituit. ¶Petronius,Diodorus medicus, qui scripsit Antilegomena , citatur testis à Plinio libro 20. capite 8. ¶Petronius poeta,cuius aliqua de Medicina versibus cõscripta , ad nostram ætatem peruenerunt , vt scribit Volaterranus.

Petroselinum, huius petroselini, pen.prod. { πετροσέλινον } Quasi petrarum apium. Plin.lib.20.cap.12, Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum.

PETRVS Bellipertieus, natione Burgundus,Bononiæ Ius Ciuile professus est circiter annum millesimum trigentesimum.

Petrus Ancharanus, Bononiensis Iureconsultus, Ius Ciuile professus est circiter annum 1480.

Pettrimborsa,alio nomine Cruciata,herba Gentianæ similis, de qua vide Matthiolum apud Dioscoridem lib.3.cap.3.

Petulans,pen.cor.petulantis,om.gen.{ ἀκαζόνη,σόκνηρος,ὑβριστής} Improbus,qui per contumeliam alios petit. Festus, Petulantes & petulci etiam appellantur,qui proteruo impetu & crebro petunt , lædendi alterius gratia. Cic. in Salust. Define bonos petulantissima consectari lingua.

Petulans & audax homo Vatinius.Cic.Quint.fratr.lib.2.8.

Audax,petulans,libidinosus.Cic.pro Sylla.

Turpis,cupidus,petulans. Cic.2.de Inuent. Et ex ea re nõ esse mirandum qui in illa re turpis,aut cupidus,aut petulans fuerit.

Petulans & improbus scurra.Cic.pro Cluent.

¶Amentia petulans.Claud.1.in Eutrop.

Audacia.Claud.ad Alechium.

Auris petulantibus scissa carbasus.Lucret.lib.6.

Dictum petulans nullum in vita proferatur.Cic.pro Murena.

Vultu petulans elegia Stat.1.Sylu.2.

Feruidum , petulans , & furiosum genus dicendi. Cicero de Clar. Orator.

Illiberale,petulans, flagitiosum & obscœnum genus iocandi. Cic. 1.Offic.

Iurgium petulans. Cic.pro Cælio , Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgij petulantis magis,quàm publicæ quæstionis.

Iuuentus.Claud.de Nupt.Honorij.

Verbis petulantibus vti.Ouid.epist.15.

Petulantissimis verbis lædere vnum , laudare alium. Sallustius in Ciceronem.

Petulantia,huius petulantiæ { ἰσότιμος} Effrænatio immodica ad quodlibet vitium. Cic.lib.4.de Rep.A petendo,petulantia: à procando,id est poscendo,procacitas nominata est.

Pudor & Petulantia,contraria.Cic.2.Catil.Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia,illinc stuprum.

Libido,

Libido , petulantia , audacia. Cic. pro Fonteio , Nulla turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia,aut ab audacia nata esset,ab accusatore obiiceretur,si non vera, attamen ficta,&c.

Vxorem integram à petulantia alicuius conseruare. Cic.2. Verr.

Quibus liberos,coniugésque suas integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.

Furorem & petulantiam hominis frangere.Cic.in Pisonem.

Incidere in petulantiam.Cecinna Ciceroni, lib.6.7, Solutum existimatur esse alteri maledicere : tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas.

Linguæ petulantia.Propert.lib.1.eleg.15.

Conuitia petulantiæ.Quintil.lib.24.cap.2.

Petulantia pecoris.Colum.lib.7.cap.6.

Petulantia ramorum.Plin.lib.16.cap.30.

Petulantia morbi.Gell.lib.11.cap.3.

¶Petulantia,pro Improbitate. Cic.de Orat.lib.2,Illud assequor,vt siquis mihi fortè maledicat,petulans, aut fanè insanus esse videatur.

Petulanter, Aduerbium, Lasciuè. Cicero Attic.lib.9, Quàm censeas acerba nunc esse, quum à perditis in ciuili nefario bello petulantissimè fiant?

Iactare petulantius aliquid Cic.pro Cælio, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam : quæ si petulantius iactatur , conuitium:si facetius,vrbanitas nominatur.

Petulanter inuehi in aliquem.Cic.Attic.lib.2.

Inuadere petulanter in filiam alicuius. Cic. in Sallust. Quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem,& in filiam meam inuasisti,&c.

Facimus petulanter,si matrem familiãs , secus quàm matronarum sanctitas postulat,nominamus.Cic.pro Cælio.

Viuere petulanter. Cic pro Cælio, Si vidua liberè, proterua petulanter,diues effusè, libidinosa meretricio more viueret : adulterum ego putarem,siquis hanc paulo liberius salutasset?

Petulcus, Adiect. { σκιρτητικός. } Virg 4.Georgicorum,

-hœdíque petulci. Seruius,Petulci, Lasciui, exultantes. Et petulci dicti ab appetendo : vnde & meretrices petulcas dicimus. Columel.lib.7.cap.3,Itaque capri vel arietis petulci fœuitiam pastores hac astutia repellunt.

Agni petulci.Lucret.lib.2.

Petus,petiſsue pætus,cum diphthongo, Qui alterum oculum minorem habet. Plin.lib.11.cap.37, Vni animalium homini oculi deprauantur , vnde cognomina strabonum & petorum. Vide PAETVS. Horatius 1.Serm.satyra 39, -strabonem

Appellat petum pater.

Petulus,penult.corr. Diminut. Cic.1.de Nat.deor. Redeo ad deos , ecquos si nõ tam strabones,at petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere,&c.

PETVSCVM { πετύσκον } Palatij dicta est ea regio vrbis quam Romulus obuersam posuit ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus: & quia molissimè adibatur vrbs , quum Hetruscorum agrum à Romano Tyberis discluderet , & cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppositos. Festus.

PEVCE { πεύκη } insula Borealis in Istro,à qua vni ex Danubij ostiis nomen datum,vt Plin.docet lib.4. Et Lucan.lib.3.

Peucedanum,siue Peucedanus,pen.corr. { πευκέδανος} Herba,à pinu nomen inuenit.Plin.lib.25.cap.9,Sed inter primas celebratur peucedanum laudatissimum in Arcadia,mox Samothracæ: caulis est ei tenuis , longus,fœniculo similis , iuxta terram foliosus , radice nigra, crassa,graui odore,succosa.

PEVCESTES, Alexandri magni seruator , tanta dignus gloria, vti ait Plin.lib.34.cap.8.

PEVCETIA { πευκητία } Peninsula est in finibus Italiæ , aliis nominibus Calabria & Messapia dicta.Author Plin.lib.3.cap.5.

PEVCETII, Populi sunt circa mare Ionium,vt ait Stephanus.

Peucetij sinus. Ouid.14.Metam.

Peumene.spumæ argenteæ genus.Plin.lib.33.cap.6.

Pexatus,Pexitas,Pexus,Vide PECTO.

Pezicæ,arum { πεζικαὶ } sunt ex fungorum genere: sed sine radicibus aut pediculo:puto id esse, quod nos *truffas* appellamus. Plinius lib. 19.cap.3.

P H

PHABIRANVM { φαβιρανὸν } Ptolemæo lib.2.cap.11, Germaniæ vrbs, vulgò *Bremen*.

Phacos,vel Elelisphacos,lentis genus.Plin.lib.22.cap.25.

PHAEACES, penul.prod. { φαίακες } populi Corcyræ sub ditione Alcinoi.De quibus Virg.3.Æneidos,

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces. Phæacem,pro bene nutrito & in luxu pinguefacto dixit Horatius lib.1.epist.15,

Pinguis vt inde domum possim , Phæaráque reuerti. Luxus autem Phæacum ex Homeri Odyssea notus est. Meminit & Cicero de Claris Orator.

Phæaces pro credulis & stultis vsurpauit Budæus. Alcinoo Corcyræ regi & eius populis Phæacibus Ulysses Lestrigonas , & Cyclopas & alia monstra à se conficta narrabat : & iis omnia vera esse persuadebat. Iuuenalis,

Tam vacui capitis populum Phæaca putauit. Quæ res non nisi supinos,nimiúmque credulos coarguit. Budæus.

Phæacus,pen.prod. { φαίακος } Adiect.Propertius lib.3.eleg.2,

Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas.

Phæacius,aliud Adiect. { φαιάκιος. } vt

Tellus Phæacia.Tibullus lib.4.ad Messalam,1.

Phæcasius { φαικάσιος } Genus calcei. Hermolaus de genere calceorum loquens , Addi possunt iis & phæcasij,vnde & phæcasiatos & sacerdotes,& deos vocamus : vt qui deos ipsos aut sacerdotes nõ phæcasiatos, sed phæcasios dixere , coarguantur ab Appiano, Iuuenale, Seneca.Hactenus Hermolaus. Porrò Appiani verba hæc sunt de M. Antonio in lib,de bell.ciuili:Calciamenta candida,qualia Athenien-

sium sacerdotes & Alexandrinorum,quos phæcasios vocant, deferre consueuerunt. Quidam putarunt pronomen quos , referri ad sacerdotes,Hermolaus refert ad phæcasios.

Phæcasium,sij,n.g.Idem.Seneca lib.7.de Benefic.cap.21,Pythagoricus quidam emerat à sutore phæcasia,rem magnam,non præsentibus nummis.

Phæcasiatus,pen prod.Adiect.Qui calceatus est phæcasiis. Senec.epist. lib.20.epist.1, Puto quædam esse , quæ decent phæcasiatum , palliatúmque. Iuuenal.Satyra 3,

Phæcasiatorum vetera ornamenta deorum. Quo in loco quidam legunt Phæcasianorum,sed corruptè,vt censet Hermolaus. Turnebus autem probat : vt enim, inquit,Minianus Iupiter pro Miniato à M.Tullio dicitur in epistolis: ita hîc Phæcasianus pro Phæcasiato,id est,Phæcasiis calciato.

PHAEDIMVS,pen.corr filius Amphionis & Niobes,vnà cum sex fratribus ab Apolline confossus sagittis fuit. Ouid.lib.6.Metamorph. Phædimus infœlix,&c.

PHAEDON { φαίδων } Atheniensis , in conuiuio à triginta Atheniensium tyrannis necatus fuit. Huius filiæ virgines erant, quæ vt virginitatem seruarent morte,inuicem se complexæ,in puteum præcipitauere. ¶Fuit & alius hoc nomine philosophus Elidensis, Socratis auditor, ingenio liberali , cuius nomini Plato librum de Immortalitate animæ dedit,& alio nomine Phædon inscribitur. Vide Gellium & Laertium.

PHAEDRA { φαίδρα } fuit Regis Minois ex Pasiphae coniuge filia.Hæc vnà cum Ariadne sorore Theseum Ægæi regis Athenarum filium sequuta est : quam ille , relicta Ariadne , vxorem sibi copulauit , cui Demophoontem peperit & Antigonum. Hæc Volaterranus. Vide Diodorum Siculum lib.5.cap.5.

Notus amor Phædræ Ouid.6.Fast.

Amor turpis Phædræ.Ouid.1.de Remed.amor.

Nouercæ pocula Phædræ.Propert.lib.2.eleg.1.

PHAEDRVS { φαῖδρος } fuit vnus ex discipulis Platonis , cuius nomine Plato nobilem librum edidit , qui inscribitur Phædrus. ¶Phædrus fuit item alter philosophus Epicureus,cuius apud Ciceronem mentio est non infrequens: de quo etiam intelligi debet Martialis illud,

An æmulatur improbi iocos Phædri?

PHAENIANA { φαινίανα } apud Ptolem.lib.2.cap.12, Rhetiæ vrbs , alio nomine Phebiana castra:vulgò hodie *Behemhofium*.

PHAESTVM { φάιστον } Vrbs in Creta, à qua Epimenides Phæstius dictus est : quem adiutorem Solonis legibus condendis fuisse tradit Plutarchus in vita Solonis , inelytum vaticinio & rerum diuinarum peritia.

PHAESTVS { φάιστος } Mons seu promontorium Cretæ circa Gortynam vrbem , ciuitatem habens ciusdem nominis. Sed pro nomine ciuitatis fœm.g.est:quum pro monte sit masculin.Strabo lib.10.Fuit & Phæstus Boëi Mæonij, siue Lydi filius , qui quum in Troianorum auxilium venisset,ab Idomeneo est interfectus.Homer.lib.5.Iliad.

PHAETHON { φαέθων} tri'syllabú,pen.corr.Ligurum rex fuit vetustissimus , cuius multæ in Hetrusco litore coloniæ fuerunt , vt Caro est author De quo in dictione ERIDANVS. Fuit & alter Solis ex Clymene filius.Vide finem primi,& initium secũdi libri Metam.Ouidij.

Phaethonti filio Sol faciturum se esse dixit quicquid optasset.optauit vt in currum patris tolleretur. fulsatus est : atque is antequam consitit,ictu fulminis deflagrauit.quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatum? Cic.3.Offic.

Sole satus Phaethon.Ouid.1.Metam.

Ambustus.Horat.4.Carm.ode 11.

Flammatus.Catull.Argon.epig 59.

Magnanimus.Ouid.2.Metam.

¶Phaethon,pro Sole,apud Virgil.lib.5.Æneidos,

-nonámque serena

Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant. Dictus sic est ἀπὸ τῶ φάος,id est à luce,& αἴθω,vro, vt ait Seruius. Frequenter hoc nomine Solem appellant poetæ Græci. Vide Cic.lib.2.de Nat.deor. Dicitur etiam stella Iouis,vt ait ibidem Cic.

Phaethontius,pen.corr.Adiect. { φαεθόντιος. } vt

Amnis Phaethontius,Padus.Sil.lib.7.

Stagna Phaethontia.Silius lib.17.

Phaethonteus,pen.prod.Aliud adiect. { φαεθόντειος.} vt

Ruina Phaethontea.Claud.5.Paneg.

Errores Phaethontei.Claud.de Phœnice.

Ignes Phaethontei Ouid 4.Metam.

Phaethontias, huius Phaethontiadis , pen.corr. { φαεθοντιὰς } Patronymicum fœm.Virgilius eclog 6,

Tum Phaethontiades musco circundat amaræ

Corticis. Intelligit sorores Phaethontis.

PHAETVSA, quadrisyllabum,pen.prod. { φαέθουσα } Solis filia ex Neæra nympha, & soror Lampetiæ , quæ in Sicilia patris fui , id est Solis armenta custodiebant: de quibus socij Ulyssis contra Circes monita degustantes,naufragium fecerunt,vt in 12. Odyssææ monstrauit Homerus. Ouidius item Phaethusæ meminit lib.2.Metam.

Phæus,color qui inter nigrum & album fuisse traditur.Alexander lib. 3 cap.7,Nam Antiochus audito fratris obitu,purpura deposita Phæũ induit: qui inter album & nigrum color est.

Phagedæna , phagedænæ , Græci φαγέδαινα , διὰ τὸ φάγειν , hoc est ab edendo.Est exulceratio vsque ad ossa celeriter depascẽs, cum inflammatione faniem malè olentem emittens , & ad mortem perducens. Author Iulius Pollux. Plin.lib.23. cap.1. Vtique vlcerũ phagedænis & gangrenis,tibiarúmque tædio cum fide illinuntur.

Phagedæna, putatur esse morbus quem in iumentis vermem appellant,apud Colum.lib.9.cap.12, Sæpe etiam vitio , quod Græci φαγέδαιναν vocant,intereunt.

Phagedænicus,pen.corr. { φαγεδαινικὸς. } Plin.lib.24.cap.4,Paronychiis ex melle,& vnguibus scabris, pterygiis, vlceribus manantibus,condylomatis,vlceribus quæ phagedænica vocantur.

Phager,animal est quoddam in aquis viuens Plin.lib 32.cap.vlt.

PHAGO{φάγω} Vir adeò gulosus fuit & vorax, vt adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum vno die comederit, biberitque horcam vini. Author Flauius Vopiscus.

Phagorius,siue Phagrus,est piscis in Nilo nascens & frequens. Strabo lib.17.

Phagrus,piscis in Nilo.Vide in dictione PHAGORIVS.

PHAGRORIOPOLIS, à Phagris (opinor) piscibus nomen habet, sicut & Phagroriopolitana præfectura & regio, sita in sinu Arabico ad mare rubrum.Strabo lib.17.

Phagus.Vide FAGVS.

Phalacron,pen.corr. {φαλακρὸν} Græci caluum dicunt.Hinc

Phalacrocorax,pen.corr. {φαλακροκόραξ} aquaticus coruus.Plin.lib.10. cap.48,Iam & in Gallia Hispaniáque capitur, & per Alpes etiam vbi & phalacrocoraces aues, Balearium insularum peculiares.

Phalæ,turres sunt ligneæ, quæ apud veteres propter spectacula è lignis erigebantur,vt author est Nonius. Festus ait, Phalæ ligneæ turres sunt ob altitudinem dictæ, à falando, quod apud Hetruscos significat cælum. Ennius,

Malos diffindunt,fiunt tabulata,phalæque. Iuuen.satyra 6,
Consulit ante phalas. Sunt qui scribant Falæ per f.

Phalæcium carmen {φαλαίκιον μέτρον} à Phalæco inuentore nomen accepit: Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, à numero scilicet syllabarum:constat Spondeo,Dactylo & tribus Trochæis. In prima tamen sede pro Spondeo modò Trochæus legitur,modò Iambus.

Phalanga,huius phalangæ {σκληφέων} Lignorum teretium forma & genus, qualia sunt quæ nauigiis, dum subducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur,supponi solent. Scribit Herodotus Æthiopas viceenos dentes elephantorum,grandes, & è materia hebeni centenas phalanges tertio quoque anno tributi vice,regibus pendere solitos. Plin.lib. 7.cap.56, Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus quos vocant phalangas.Vide PALANGA.

Phalangæ(inquit Hermolaus) quibus baiuli ferundis oneribus vtuntur,quas σκληφορίας Plato nominat.

Phalangites,phalangitæ,pen prod. {φαλαγγίτης} Herba:de qua Plin. lib.27 cap.12,Phalangites à quibusdam phalangium vocatur,ab aliis leucanthemon, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha.

Phalangium.huius phalangij {φαλάγγιον} Genus aranei, quòd omnibus internodia terna sint in cruribus. Phalanx enim Græcis vocatur internodium in digitis. Plin.lib.29 cap.4, Phalangium est Italiæ ignotum,& plurium generum. Vnum simile formicæ,sed multo maius,ruffo capite,reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus resperſum gutris. Acerbior huius quàm vespæ ictus. Viuit maximè circa furnos & molas.

Phalangius,phalangij,g.masc.Idem.Plin.lib.11.cap.24. ad finem, Phalangius tantùm in ipso specu incubat magno numero: qui vt emerserit,matrem consumit,sæpe & patrem.

Phalangium etiam herba dicitur,Vide PHALANGITES.

Phalangosis {φαλάγγωσις} quum pilorum subnascentium duplex triplexve acies, vel in supetiore, vel in inferiore palpebra prouenit. Galen.in Introd.

PHALANNA,ciuitas est Perrhæborum,apud Tempe,Peneo finitima, haud procul à Parnaso. Strabo lib.9.

PHALANTVS {φάλαντος} dux fuit eorum qui ex Lacedæmone eiecti,quòd spurij nati essent, Tarentum vrbem in Calabria condiderunt.Vide Strabonem lib.6. Horat.2.Carm.ode 6.

Phalanx,phalangis,fœm.gen. {φάλαγξ} Agmen est militare,quo Macedones vtebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum : nullúmque genus aciei apud Macedones validius erat. Iulius tamen Cæsar & Germanis & Gallis phalanges tribuit, lib.1.bell.Gall. Dicta vel ἀπὸ τῆς πυκνότητος ἥγους, hoc est à propius accedendo, vel ἀπὸ τῶ φαλῶ, quod clarum significat. Liuius lib.8,Et quòd antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipularim structa acies cœpit esse. Virg 2.Æneidos,

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat.

Phalangem, inquit Curtius,lib.3,vocant peditum stabile agmen, vir viro,armis arma conserta sunt,ad nutum monentis intenti sequi signa,ordines seruare didicerunt.

Animosa phalanx.Virg.12 Æneid.
Iunctæ vmbonæ phalanges.Iuuen.Saty.2.
Mœsta.Virg.11.Æneid.
Numerosa.Valer.1.Argon.

Phalangem facere. Cæsar lib.1.bell. Gall. Ipsi confertissima acie reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt,&c. Rursus,Ac Germani celeriter ex sua consuetudine phalange facta impetus gladiorum excepertunt. Est autem hic phalangem facere,quod Græci συμπεσεῖν dicũt,quum iunctis scutis aut clypeis,vel in hostes inuaditur,vel hostium impetus excipitur,quòd sic consertis clypeis Macedonum phalanx pugnare solerer. Ita autem apud Cæsarem intelligi ex eo patet, quòd ita scribit, Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent. Est igitur ibi phalanx συμπεσοῦσα: ac Philippus rex Macedoniæ secutus heroicum illum belli Troiani cuneum, de quo poeta ita scribit, ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἐρείδη, phalangem composuit Macedonicam vmbonum velut perpetuo textu consertam.

Perfringere hostium phalanges,Vide PERFRINGO.

Phalangarij {φαλαγγίται} appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Syrus Romanorum imperator,vt author est Lampridius.

Phalangitæ,pen.prod. phalangitarum {φαλαγγίται.} Liu.7.bell.Maced. Decem & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalarica,phalaricæ,pen.corr. {φαλάρικα} Machina bellica. A phalis,id est turribus,dicta est: quia turres defendit.Vel à Phalari Siculo tyranno, vt Anianus ait. Hæc (vt Vegetius scribit) ad modum hastæ valido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres,vt cum armis corpus transfigat : inter cuius tubam & hastile, tulphur, resina,bitumen, stupa conuoluuntur infusa oleo,quod incendiarium vocant,balistæ impetu destinata,prærupto muminine arden s,figitur ligno,turritámque machinam incendit. Est autem magna & parua phalarica. Vnde Lucan.lib 6 dixit phalaricam neruis mittit tortilibus. Virgilius verò ait, Turnum manu iaculari potuisse. Vnde 9. Æneidos,

Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo. Vide Seruium in hunc locum.

Phalarica item teli genus est,authore Gellio lib.10.cap.25.

PHALARIS, pen.corr. {φάλαρις} Agrigentinorum in Sicilia tyrannus,qui ob sæuitiam,à suis,tauro quo alios prius suffocaueraț,inclusus & crematus est. Ouid.in Ibin,

Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta,

More bouis Paphio clausus in ære gemas. De hoc diximus in dictione PERILVS.Meminit huius Cicero lib.2 Offic.Phalaris præter cæteros nobilitata crudelitas : qui non ex insidiis interiit, sed in eum vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.

Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuisse dicitur, quo viuos supplicij causa demittere homines, ac subiicere flammam solebat.Cic 6.Verr.

Phalaridis imperium.Refertur inter Græcas parœmias. Rectè dicetur in eos qui crudelius exercent imperium, aut potestatem sibi delegatam.

Phalarismus,pro tyrannide.Cic.Attic.lib.7.epist.11, Istum quidem, cuius phalarismum times, omnia terrimè facturum puto. hoc est,similes actiones actionibus Phalaridis tyranni.De Cæsare loquitur.

Phalaris {φάλαρις} Herba,thyrsum habet longum, tenuem,ceu calamum,in summo flore inclinatum: semen simile sesamæ. Plin.lib.27. cap.12. Galenus Phalerim appellat lib.8. de simplic. medicament. cap.155.

¶Phalaris, Genus auis. Varro 3.de Re rust. cap.11, Sunt item non dissimilia alia genera,vt querquedulæ, phalarides. sic perdices, quæ vt Archelaus scribit,voce maris audita concipiunt.De auibus. Plin. lib.10.cap.48. Colum.lib.8.cap.15.vbi Phalerides nuncupantur. Vide Aristot.de histor.animal.

PHALERA,vel Phalerum, penult. prod.portus Athenarum.Plin.lib.4. cap.7, Piræus & Phalera portus, quinque m.pass. muro recedentibus Athenis iuncti.Vide PIRAEVM. Hinc Demetrius dictus est Phalereus, φαληρεύς. sic enim pronuntiari debet tium syllabarum. Et φαληρεύς, vt inquit Suidas, ἀπὸ πολίτου τοῦ φαλήρου. φάληρον δὲ λιμένα τῆς Ἀττικῆς. & Plinius item portum vocat. sed Strabo inter ὄρμους numerat. sic enim ait lib.9,μετὰ δὲ τὸν πρόμαχον,φαληρικὸς ὅρμος, Post Piræum autem Phalerius est populus. Nec ab eo multum Suidas alio loco videtur dissentire,quum inquit: φάληρος δῆμος ἀπὸ τοῦ πορεύεσθαι,ἀφ' οὗ ὁ δημότης φαληρεύς. nisi fortè φάληρος δῆμος,φάληρον κεφαλὴ τοῦ. quanquam idem locus & oppidum & portus esse poterat,vt Piræeus: vnde Cicero dubitauit olim, an vt portum,an vt oppidum verteret.

Phaleræ,pen.corr. phalerarum, fœm.gen. pluralis numeri {φάλαραι} Ornamenta equorum,ἀπὸ τῶ φαλῶ, Græco verbo, quod illustre significat.Virgil.lib.5.Æneidos,

Primus equum phaleris insignem victor habeto. Liu.2.bell.Pun. Præda ingens parta est, & præter equos viróſque, & siquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat,omnis cætera præda dirripienda data est.

¶Phalera,phaleræ,tã singularis, quàm pluralis numeri, Equitum nobilium ornamentum etiam dicitur. Liu.9.ab Vrbe, tradit comitia Flauij Ædilitia tantum habuisse indignitatis, vt plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Cic.Attic.lib.15,Plancum se aiebãt hunc Buthrotium pridie quàm hoc scribebam, id est tertio Nonas audisse, demissum,sine phaleris.

Factæ pulcherrimè phaleræ.Cic.6.Verr.

Nobiles phaleræ. Cic 6. Verr. Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano.

Donare aliquem phaleris.Cic.5.Verr.

Phaleratus,penult.prod.Adiect. {φαλαρωτὸς} Phaleris ornatus. Liu.10. bel.Pun. Munera quæ legati ferrent regi, decreuerunt, sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & laroclauo tunicis, equos duos phaleratos. Suetonius,Phalerato equo insigne. Id est,instrato magnificè.

Phalerata dicta, Donatus interpretatur honesta atque ornata, apud Terentium Phorm.3.2.

Phalerides,aues genere natantium,Vide Phalaris,Genus auis,&c.

PHALEREVS Demetrius,philosophus dictus est à Phalero porto,siue à Phalerea prouincia. Fuit autem Phanostrati filius, & Theophrasti auditor. Athenis præfectus fuit, à Cassandro Macedonum principe, quum esset ciuis. Qui (vt author est Strabo) non modò populare non destruxit potentiam, sed etiam in melius reformauit. Verùm tantum inuidia valuit, vt post Casandri obitum, in Ægyptum fugere coactus sit, & eius inimici statuas plures trecentis dissectas conflauere. Hic tandem morsu aspidis periit, quum multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset.

PHALIGES, Populi in Africa,Ptoemphanis, qui eanem pro rege habent,proximi.Plin.lib 6.cap.30.

PHALISCI {φαλίσκοι} Populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerij vocabatur.Sunt qui arbitrantur Phalisceos vocari, quos nunc corruptè *Montem Falconem* appellant.Vide PALISCI.

Iunonicolæ Phalisci.Ouid.6.Fast,
Pomiferi.Ouid.3.Amor.eleg 12.
Herba.Ouid.1.Fast.

PHALLAGOGIA, authore Phurnuto, Bacchi sacra dicebantur, eo quia Phallos circunferebant.

Phallouitroboli, sunt ex vitro priapi, quanuis & ex alia quoque materia fierẽt.Is mos deperditissimus ad nostra serpsit tempora,quibus, postissimum xeniorum diebus, Phalloplumbei lignei circunferuntur,donantur.Lilius 8.Syntag.

Phallus,li,lo,veretrum siculneum quod Dionysia celebrantes de collo propendens gestare palàm solebant. Plutarchus : Dionysia, veteri ritu,cum multa prorsum & festiua hilaritate agebantur:erat qui amphoram vini ferret, & vitem, aderat & qui hircum traheret : alius arrichum, id est ciſtam, aut cophinum, in quo caricæ forent, gestabat:omnes autem phallum, Herodotus in Bacchi sacris phallos veretra siculnea agnoscit.

Phallus deo. Pouertium dici solitũ, vbi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuuntur. Tractum à Bacchi mysteriis, in quibus phallus ferebatur,vt suprà diximus.

PHALORA {φαλώρη} Vibs Thessaliæ.Inde Phalorensis.Stephanus.

PHAMIZONIVM,oppidum in Cappadocia fuit ad Irim flumen. Plin. lib.6.cap.3.

PHANAEVS {φαναῖος} mons est in promontorio Chij, vitibus consitus: sic dictus à Phanæo rege. Author Seruius explicans illud Virgilij 2.Georgicorum,

Sunt & Aminææ vites,firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus,& rex ipse Phanæus.

Phanaticus,phanatici,pen.corr. {ἐνθεος, θεοφορήμενος} dicitur qui diuino spiritu afflatus est,vel cui multæ vanæ apparitiones & ludibria fiunt: qualem insanientem Aiacem poetæ finxerunt. Cic. 2.de Diuinat Sed nescio quo modo illi philosophi superstitiosi & penè phanatici,quiduis malle videntur, quàm se non ineptos.Vide Fanaticus in FANVM.

Phanaticus cursus.Liu.4.ab Vrbe.
Phanaticus error.Horat.de Arte.
Senex phanaticus.Iuuen.Saty.2.

PHANES{φάνης} vir fuit Halicarnasseus,qui Cambysæ Persarum regi aduersus Ægyptios bellum mouienti, se ducem itineris præbuit, exercitúmque eius citra periculum per Arabiam in Ægyptum duxit.Herodotus lib 3. Phanes etiam à Græcis dicitur Sol, διότι τῶ φαίνεσθαι. hoc est à lucendo.

PHANESII{φανήσιοι} populi in insulis Oceani Septentrionalibus,qui (vt Solinus ait) habent aures adeò effusas, vt reliqua viscera contegant illis.

Phanias {φανίας} à Græcis dicitur,qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen diuitias iactat & simulat : Tractum à Phania quodam eius ingenij homine. Fuit etiam hoc nomine Appij Pulchri libertus.Cic.Attic.lib.9.

PHANOTEVS, locus in Græcia prope Cheronesum, vicinus Lebadiæ locis.Strabo lib.9.Hinc Phanotenses eius loci incolæ appellantur apud eundem.

Phantasia,phantasiæ {φαντασία} Imago rerum insidentium animo. Cic.1.Acad.In qua primum de sensibus ipsis quædã dixit noua, quos iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam,nos visum appellemus licet.

αἰσχεῦ φαντασίαν emergit.Cic.Attic.lib.9.

Excitare φαντασίας spectris. Cic.Cassio,lib.15.16, Qui putant etiam διαπονηρὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.

Phantasma,huius phãtasmatis,pen.corr.n.g. {φάντασμα} differt à Phantasia : quòd phantasma est imaginatio vel visio eius quod non est: phãtasia autem solùm eius quod est, authore Suida. Plin.lib.7.epist. 27,ad Suram, Igitur perquam velim scire, esse aliquid phantasmata, & habere propriam figuram,numénque aliquod putes,an inanem & variam ex metu nostro imaginẽ accipere. Hìc pro spectro accipitur.

Phanum,huius phani {ναὸς} Templum dicitur: φανὸν enim Græcis manifestum & apertum significat: quod omnibus adeuntibus aperta sint templa. Cic.3.de Finib. Nam vt peccarum est patriam prodere,parentes violare, phana depeculari, quæ sunt in effectu,&c. Vide FANVM.

PHANVS,Vsurarius quidam fuit,vel (vt alij dicunt) cæcus,qui quum cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset,vt citra strepitum non quiret aperiri,tamen à ministro apertum est, sublatúmque penu. Alij narrant,huic Phano vxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam,quòd is haberet adulterij suspectam, attij fores sic occlusit, vt nonnisi cum strídore sonitúque possent aperiri. Verùm illa quum per tegulas reciperet adulterum,vicini per iocum dicebant, Phani ostium : eáque vox postea cessit in prouerbium, quo non infeliè vtemur, vbi quis frustrà seruarit aliquid.Etas.

PHAON{φάων} Iuuenis mortalium omnium formosissimus,à Sappho poetria impatientissimè adamatus.Vide Sapphus epistolam ad Phaonem apud Ouidium.

Phaon Lestrius à Sappho dilectus, medicamẽto herbæ eius,quam eryngen albam appellant, alio nomine centumcaput. Plin.lib.22. cap.7.& 8.

PHARA Dymæo agro contermina est, à qua Pharienses, vt à Messenia Phara Pharatæ nominabantur.Strabo lib.8.

PHARAONES,pen.prod. {φαράωνες} appellantur Ægypti reges,quod iis cognomen fuit dignitatis,vt scribit Eusebius. Et (vt docet Iosephus lib.1.Antiquit.) Pharaonis nomen secundum Ægyptios significat regem. Et reges quum primùm peruenieb ant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

PHARATAE,In PHARA.

PHARATES,Regis nomen proprium apud Parthos.Strabo lib.15.

PHARBAETITES, vna ex Ægypti præfecturis, quas Nomos Ægyptij vocant.Plin.lib.5.cap.9.

PHARENSES,populi in Asia ad fluuium Melam,regione Ionia. Strabo libro 8.

Pharetra,pharetræ,pen.corr. {φαρέτρα} Instrumentum in quo sagittæ reponuntur.Virg.1 Æneidos,

Succinctam pharetra,& maculosæ tegmine lyncis. A Græco φέρω.

Pharetra,pen.prod,Ouid.2.Metamorphoseos,

Vnde pedem referens penè est oblita pharetram Tollere.

Capax pharetra.Ouid.9.Metam.
Granida sagittis Horat.1.Carm.ode 22.
Habilis ad terga.Valer.3.Argon.
Infontes.Stat.1.Achil.
Leues.Stat.6. Thebaid.
Picta.Ouid.2.Metam.
Plenæ Ouid.4.de Ponto,eleg.13.
Sæuæ.Stat.1.Achil.
Sagittiferæ Stat.1.Achil.
Venatrices.Claud.7.Paneg.

¶Aptare pharetras humeris.Stat.4.Thebaid.

Sagittam deprompsit aurata pharetra.Virg.11.Æneid.
Euersam ferre.Ouid.3.Amor.eleg.8.
Exhausta telis.Ouid.1.Metam.
Exuere humero.Ouid.2.Metam.
Fert humero.Virg.1.Æneid.
Gestare.Virg.1.Æneid.
Soluere pharetram, Aperire.Ouid.5.Metam.

Pharetratus, pen. prod. Adiectiuum {φαρετροφόρος} Qui fert pharetram, vt ait Sipontinus.

Dea pharetrata,Diana.Ouid.epist.19.
Miles.Silius lib.7.
Perſis.Virg 4.Georg.
Plebs.Claud.1.Paneg.
Puer pharetratus,Cupido.Ouid.10.Metam.
Susa.Claud.de bel.Gildon.
Virgo.Ouid.1.Amor.eleg.1.Intelligit Dianam.

PHARIA {φαρία} à Ptolemæo lib.2.cap.17,Plinióque: à Strabone verò Phatus insula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nunc vulgò *Lisna* Illyrico sermone dicitur. ¶Est & vibs in ea, à qua Pharienses populi.

¶Pharia,vnæ genus apud Pisas,Italię nobili ciuitate.Vnde &Pharium vinum.Plin.lib.14.cap.4.

Pharias,phariæ, pen.prõd.masc.g. {φαρίας} Serpens est,sulcum, dum serpit,cauda in terra faciens,& super eã ferè ambulans. Lucan.lib.9, Et contentus iter cauda sulcare pharias. Quidam legunt phareas.

Pharicon {φαρικὸν} genus venent est,quod Athenæus Pharmacon nominat.Plin.lib 28.cap.10. Matthiolus in Dioscor.lib.6.cap.19.

PHARIENSES populi, Vide in PHARA.

PHARIO,vnus ex illis fluminibus, qui Tygrim (in Armenia) influit. Plin.lib.6.cap.27.

PHARISAEVS {φαρισαῖος} hoc est separatus,ab Hebræo PHARAS,quod est diuidere. Inde Pharisæorum secta dicta est apud Iudæos, quòd qui eam colerent, ab aliis separati essent, & à publicanis secreti. A quo.

Pharisaicus,ca,cum {φαρισαϊκὸς} quod Pharisæo attribuitur, vel aliis,à Pharisæo. Hieronymus contra Vigilantium, Quasi sepulcra Pharisaica foris dealbata.

Pharmacum, huius pharmaci, pen.corr. Græcis φάρμακον, medium verbum,quod pro veneno & pro medicamento accipi potest. Caius I.Quivenenum.D.de verb.signific.

Pharmacopola,pen.prod. {φαρμακοπώλης} dici potest vnguentarius,qui pharmaca, id est venena vel medicinas venditat. Componitur ex φάρμακον, & πολέω vendo. Horat.1.Serm.saty.2, Ambubaiarum collegia pharmacopolæ. Cic.pro Cluentio,Tum repentè Anconicanum quendam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casum Larinum venisset,aggreditur.

Pharmaceutice,pen.corr. {φαρμακευτικὴ} Dicitur medicina quæ medicamentis curat,& morbos profligat, ad differentiam therapeuticæ & chirurgices.Galen.Com.1.in lib.1.Hippocrat.de vict.ratione.

Pharmaceutria {φαρμακεύτρια} dicitur, quam nos Sagam dicimus, vel veneficam. Hoc nomine Virg.eclogam quandã inscripsit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus apimum viri, à quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare.

PHARMACOTROPHI {φαρμακότροφοι} populi sunt Asiæ Margianis & Susianis finitimi, qui se venenis alere consueuerunt : vnde & nomen illis inditum est.Plin.lib.6.cap.16.Et Pompo.Mela lib.1.

PHARMACVSA,insula iuxta Cretam.Plin.lib.4.cap.12.

PHARMACVSAE {φαρμακοῦσαι} teste Strabone libro 9, duæ sunt insulæ exiles iuxta Atticam regionem,in mari Salaminiaco,è quibus maior sepulcrum Citees ostentat.

PHARNACEA,oppidum Themiscyrenæ regionis Cappadociæ. Plin. Castellum appellat.lib.6.cap 4.

Pharnaceon, à Pharnace Asiæ rege inuentore dicitur herba Panax, quarta tamen specie : ea herba & Centaurium nominatur. Plinius lib.25.cap.4.

PHARNACES, pen.corr. Mithridatis Ponti in Asia regis filius, qui quum,vt ait Florus, magis discordiæ ciuilis inter Pompeium & Cæsarem fiducia,quàm virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine rueret,hunc Cæsar aggressus, vno & non toto prælio obtinuit more fulminis,quod vno eodémque momento venit, percussit, absedit. vnde est illud Suetonij in Cæsare, cap.37, Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut cæteris,sed celeriter confecti notam.Lucanus lib.10,

-non Pontus & impia signa.

Pharnacis,& gelido,&c. Pharnax ab aliis vocatur. Meminit huius Cicero ad Cassium.lib.15.15.

PHARNACES,Pharnacum, Pharnacibus : gens quædam in Ægypto, quæ præterquam quod geminas pupillas habet, aspectu etiam nocet.Plin.lib.7.cap.2, Haud dissimile iis genus Pharnacum in Æthiopia prodit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat.

PHARNACIA,æ, {φαρνακία} Stephano regio est,& vrbs Pótica,Tra-

pezunti proxima. Plin. lib. 6. cap. 4, Pharnacen appellat.

PHAROS {φάρος} olim parua Ægypti insula, Plinio libro 4. cap. 31, quondam diei nauigatione distans ab Ægypto, nunc Alexandriæ (quæ illi opposita iacet) ponte iuncta, Nili recessu siue exundatione, vt Mela lib. 2, & Plinius eodem libro cap. 85. testantur. Lucanus libro 10,

Tunc claustrum pelagi cœpit Pharon. insula quondam, &c. Nunc vulgò *Phara* vocatur, teste Oliuario in Melam. In eadem insula, Plin. lib. 36. cap. 13, & Strabone lib. 17, testibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis tabularis excelsa, & albo lapide mirificè structa, eodem nomine quo insula appellata. Eam Sostratus Gnidius architectus Ptolemæi regis impensis, ad nauigantium salutem struxit, nomenque suum in ea inscripsit. Eadem insula palmis abundat, teste Ouidio lib. 2. Amor. elegia 13,

Quæ colis & Memphim, palmiferámque Pharon.

Pharius {φάριος} Adiectiuum, & Phariacus, penultima corr. vt Siftra Phariaca.

Acetum Pharium. Vide ACETVM.
Æquor Pharium. Lucan. lib. 4.
Iuuenca Pharia, Isis. Ouid 3. de Arte.
Turba Pharia. Tibull. lib. 1. eleg. 3.

Pharos {φάρος} Vestimentum commune viris & mulieribus, Polluci lib. 7. cap. 14. Gualtherus vertit Pallium, de quo suprà.

PHARPHARIADES, seu. vt quidam in Plinio legunt, Pariades, pars est montis Tauri in Lycia, ad mare Pamphylium. Plin. lib. 5. cap. 27.

PHARSALIA {φαρσαλία} à Pharsalo oppido dicitur tota Thessalia. Lucanus lib. 1,

-diros Pharsalia campos Impleat.

Pharsalius, pen. corr. Adiect. {φαρσάλιος}. Catul. Argon. 59,

Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.

Rura Pharsalia. Claud. de Nupt. Honorij.

Pharsalicus, Aliud adiect. {φαρσαλικός.} vt Pharsalici campi Thessaliæ, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ, à Pharsalo dicti oppido, quod situm est in ripa fluminis OEnipei, à quo Pharsali dicti. Sunt qui Pharsaliam prouinciam dicãt à Pharsalo duce, quæ primò Æmathia, ab Æmathio: postea Thessalia, à Thessalo: deinde à Macedone, Macedonia: postremò à Philippo rege, Campi Philippici.

Pharsalicum prælium. Cic. pro Deiot.
Castra Pharsalica. Lucan. lib. 8.

PHARSALOS, seu Pharsalum {φάρσαλος} Stephano Thessaliæ oppidum in ripa OEnipei fluminis situm, de quo Lucanus lib. 6, Æmathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

PHARVSII, vel Pharusi {φάρουσοι} Plinio lib. 5. cap 8, & Pomponio lib. 1, populi sunt Africæ vltra Mauritaniam, quondam Persæ. comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Pharusij nũc dicuntur *Azenagi*, teste Oliuario in Melam.

PHARYGADON, vrbs in Istæorum plaga, quam alluit Peneus fluuius. Strabo lib. 9.

PHARYGAE, olim Scharphe, ager in Argiua terra: nam & Argiuorum colonia dicitur. Hinc Iuno Pharigæa dicta est. Author Strabo lib. 9.

PHASANIA, vnde & Phasanij populi, oppidum est Africæ supra minorem Syrtim. Plin. lib. 5. cap. 5.

Phase, Vide PASCHA.

Phaselinum, oleum ex lilio, quod lirinon appellatur, renibus vtilissimum, sudoribúsque euocandis, vuluæ molliendæ, cõcoquendóque intus. Plin. lib 23 cap 4.

PHASELIS, pen. prod. {φάσηλις} Pamphyliæ vrbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Proinde Cic. 6. Verr. Mamertinum Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni & piratæ Siciliensi, Phaselim quandam fuisse ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportasset.

PHASELITAE, arum, vrbs Pamphyliæ fuit. Sudas insulam quandam eiusdem nominis refert. Phaselitæ Cabrum deum coluerunt, eíque pisciculos sale conditos offerebant. Zenobius.

Phaselitarum sacrificium: Sordidum ac tenuem sumptum hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas moris esse, vt pisciculi salsi diis sacrificentur. Author Zenodot.

Phaselus siue phaselus, pen. prod. {φάσηλος} Vide FASELVS. Virgil. 4. Georgicorum,

Et circum pictis vehitur sua rura phaselis. Vbi Seruius, Phaselis, brenibus nauiculit quibus vtuntur quum stagnauerit Nilus. Cic. Attic. lib. 1. 8, Tertium quam (vt scribis) anchora soluta de phaselo dedisti.

Episcopus phaselus. Cic. Attic. lib. 14, Quinto Non. cõscendens ab hortis Cluianis in phaselum episcopum, has dedi literas, &c.

Fictiles phaseli. Iuuen. Saty. 15.
Fragilis phaselus. Horat. 3. Carm. ode 2.

Phaseolus, phaseoli. pen. corr. {φάσηλος} qui & phaselus, aut phasilus, pen. prod. siue paseolus vel pasilus dicitur: Genus est leguminis, de quo Colum. lib. 2. cap. 10, Ab hoc rectè phaselus terræ mandabitur vel in veruacto, vel melius pingui & restibili agro. Phaseolis vulgus antiquorum victitabat, quemadmodum nostrum vulgus fabis & pisis: vnde viles phaseolos vocat Virg. 1. Georg. Phaseoli autem nulli sunt apud Gallos: Italis tantùm noti.

Phaselinus, pen. corr. Adiect. {φασηλινὸς} Quod ex phaselo factum est. vt Phaselinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.

Phasganion {φασγάνιον} Herba est quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc est gladiolus, nascens in locis humidis, quum primùm exit gladij speciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanæ modo fimbriatam. Reliquam descriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

PHASIANAE, ES {φασιανὴ δεύτ.} Arrianus in Periplo ponti Euxini, Ingredientibus, inquit, Phasin fluuium, in dextra est erecta dea Phasiane, quam ille subueretur ex eius figura, an dea Rhea sit. Nam in manu (inquit) cymbalum tenet, & leones sunt sub eius throno: & ita fecider vt in μητρῴῳ templo Matris deûm Athenis, quæ à Phidia fabrefacta fuit. Lilius Syntag. 4.

Phasianus, phasiani, pen. prod. o. g. {φασιανὸς} Auis nota, A Phasi fluuio ad nos traducta ab Argonautis. nanque ex ea regione in Græciam transportatæ sunt. Martial. lib. 13. 72.

Phasiana, phasianæ, Idem {φασιανὸς.} Plin. lib. 10. cap. 48, Rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt, subrigúntque. Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant.

Phasianarius, phasianarij {φασιανοτρόφος} Qui phasianos pascit. Paulus in l. Aubus legatis D. de legat. tertio. Phasianarij & pastores anserum non continentur.

Phasiolus, In PHASEOLVS.

PHASIS, huius Phasis, vel Phasidis, penult. corr. {φάσις} Colchorum prægrandis fluuius, de quo Lucanus lib. 3,

Colchorum qua rura secat discissima Phasis. Plin. lib. 6. cap. 4, Nauigatur Phasis quãlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D P. Inde minoribus longo spatio pontibus cẽtum viginti peruius. Multa in vniuersum Strabo lib. 11. Nunc dicitur *La riuiere du Fasso*. ¶Est & oppidum, authore Plinio lib. 6. cap. 4.

Asper Claud. 1. in Ruffin.
Barbarus. Valer. 1. Argon.
Colchus. Seneca Hippol 8 9.
Gelidus. Claud. 2. in Eutrop.
Horridus. Stat 1. Sylu. 6.
Limosi Phasidos rapidæ vndæ. Ouid. 7. Metam.
Niuosus. Stat. 12. Thebaid.
Rapidi Phasidis amnis. Valer. 4. Argon.
Scythicus. Valer. 1. Argon.

Phasiacus, pen. corr. Adiect. {φασιακός.} vt Terra Phasiaca. Ouid. 1. de Remed. Aqua Phasiaca. Ouid. epist. 12.

Phasma, phasmatis, pen. corr. n. g. {φάσμα} Latinè apparitio dicitur, monstrum, visum. ¶Est autem nomen fabulæ apud Menandrum Græcum Comicum. ¶Phasma, etiam fabula fuit cuiusdam Catulli. Iuuenal. Satyra 8,

-clamosum ageres vt phasma Catulli.

Phasmachates, gemma Achates: sed ex qualitate quadam nomen id peculiare sortita Plin. lib. 37. cap. 10.

PHATNE, arum, Stellæ in Cancri signo, quæ præsepe à Latinis dicuntur. In Prognosticis, teste Prisciano,

Astantem tenui quæ candent lumina Phatnæ.

Phatnia {φάτνια} ossa sunt quibus veluti sellulis dentes cõtinentur, quæ subeunt foramina: Botria appellant. Galen. in libello de ossibus, cap. 5. ad fin.

Phatnites, Ægypti præfectura, quam illi Nomon vocant. Plin. lib. 5. cap. 9. Hinc adiectiuũ opinor Phatniticus a, um. Phatniticum Nili ostium, eodem Plin. authore lib. 5. cap. 10.

PHAVDA, in Sidena planitie vrbs est, post Themiscyram iuxta Pontum. Strabo lib. 12.

Phauliæ {φαυλίαι} Polluci: sunt oliuæ quæ minimo succo, corpore grandissimo, pusillóque sunt nucleo.

PHAZEMON, Vicus, à quo Phazemonerica regio, & Phazemonenses populi, apud quos Neapolim Pompeius ædificasse creditur. Strabo libro 12.

Phecasianus, Phecasiatus, Phecasium, Phecasius, Vide PHAECASIVS.

PHEDIVS, Delphico oraculo sapientissimus iudicatus, atque felicissimus, vt qui pro patria proximè occubuisset. Plin. lib. 7. cap. 46.

PHEGEA {φήγεια} Ciuitas Arcadiæ à Phegeo rege, Phoronei fratre condita prius Erymanthus, postea & Psephis appellata. Stephan.

PHEGEVS {φηγεύς} pater fuit Alphesibœæ, Themonis & Axionis: ad hunc confugit Alemæon Amphiarai filius, posteaquam matrem Eriphylen patris iussu necauisset, & ob id facinus ad insaniam adactus esset, fuitíque exagitatus, perens à Phegeo purgari. quod quum impetrasset, Alphesibœæ filiæ Phegei monile dono dedit, quod occisæ matri abstulerat, ipsámque Alphesibœam vxorem duxit. Hanc fabulam vt breuiter, ita perobscurè refert Ouid. 9. Metam. Et, vt ego quidem coniicio, sic voluit Ouid. Alphesibœam monile ab Alemæone perisse, & quum fratres Alphesibœæ intellexissent monile habere Alemæonem tam pretiosum, infidiis eum peremisse. Quóque hoc fit verisimilius, constat Themonem & Axionem à sorore ipsa interfectos esse, dicente Propertio lib. 1. eleg. 14,

Alphesibœa suos vlta est pro coniuge fratres:
Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Phegeus, proprium serui, apud Virgilium lib. 5. Æneidos,

Vix illam famuli Phegeus, Sagarísque ferebant.

Phegeius, pen. corr. Adiectiuum quadrisyllabum {φηγήϊος.} vt Ensis Phegeius. Ouid. 9. Metam.

PHEGOR {φεγώρ} lingua Hæbrea Priapus appellatur. Vnde Beel-phegor, dictio composita, hoc est, Priapi simulacrum. Hieronymus contra Iouinianum.

Phellandrion {φελλάνδριον} Herba quæ in palustribus nascitur, folio apij, cuius semen propter calculos & vesicæ incommoda bibitur. Quidam existimant eam esse, quam officinæ *Philipendulam* vocant. Alij eandem faciunt cum apio palustri, quod à Dioscoride ἱππομάραθον vocatur.

Phellodrys, Arbor est, quam alio nomine Cerrisuberem dicunt, est glandifera: folia simillima foliis suberis fert: corticem verò, & ligni materiem cerro non absimilem. Matthiolus in cap. 121. libri 1. Dioscoridis.

Phellus {φελλὸς} id videtur esse Græcis, quod Suber Latinis. Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium à Camillo transiturum in Capitolium quod à Gallis obsidebatur, dum Tybrim transmitteret, φελλὸς πλοτὰς ὑποστρώσασθαι, hoc est phellos latos pectori subiecisse. Suberis natura est, vt mergi nequeat, propterea Græci *ἀβύθιστον* φελλὸν vocant, quasi dicas immersabilem phellum. Hinc Phellopodas quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit phellinos haberent pedes. Ex phelli, id est suberis similitudine est apud Vitruuium lib. 9.

lib. 9 cap. 9, in horologij aqualis ratione, phellos, siue tympanum, aut scaphum, quod ab aqua subleuatur. Phellum scribunt aliqui esse in Italia montem, in quo piceæ proceriores gignantur, ex quibus phellus siue suber conficiatur. Ex Cælio lib. 7. cap. 17.

PHEMONOE {φημονόη} Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen Heroicum inuenisse, vt ait Pausanias. Stat. lib 2. Syl. -referéque arcana pudicos

Phemonoe fontes. ¶Est & Phœbados cuiusdam nomen apud Lucanum libro 5,

Phemonoen errare vagam curísque vacantem. ¶Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse. Meminit eius Hesiodus in Theogonia.

PHENEVM {φενεός} Plin. lib. 4. capite 6, oppidum Arcadiæ: in quo, vt idem testatur libro 25. capite 4, nascitur illa herba contra omnia veneficia præsens remedium, quam Homerus à diis moly vocari putat.

PHENEATAE {φενεᾶται} populi qui incolunt Pheneum oppidum, & adorant Mercurium quintum. Cic. 3. de Nat. deor. de Mercuriis, Quintus quem colunt Phenearæ, qui & Argum dicitur interemisse, &c.

PHENEVM lacum Arcadiæ describit Ouid. 15. Metamorph. Vide PHOEMON.

PHENEVS, Amnis in Alpheum defluens, vt testatur Plin lib. 4.

Phengites, pen. prod. {φεγγίτης} Lapis de quo sic Plin. lib 36. cap. 22, Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis durities marmoris, candidus atque transluces, etiam qua parte fuluæ incidentæ venæ, ex argumento phengites appellatus. Sanè φέγγος dicitur Latinè splendor. Sueton. in Domitiano, cap. 14.

Phœnicobalanus {φοινικοβάλανος} Palmæ Ægyptiæ fructus præmaturitate nigrescens, vescentésque inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipsos appellatur. Plin. lib. 12. cap. 22, Myrobalano similem in vngnentis, proximúmque vsum habet palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulo antè quàm incipiat maturescere. Quod reliquitur phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentésque inebriat.

PHOENICVSSA {φοινικοῦσσα} vna ex Vulcaniis insulis apud Plinium libro 3. cap. 9.

Phenion, Herba quæ & anemone dicitur, quasi herba venti: sic enim vulgus appellat, quòd eius flos non nisi vento spirante aperiatur. Plin. lib. 11. cap. 23.

PHERÆ {φεραί} Plinio libro 4. capite 8, & Cicerone 1. de Diuinatione testibus, oppidum est Thessaliæ, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, à quo & Pheræus vocitatus est. Huius Alexandri meminit Cicero libro 2. de fauent & 2. Offic. Appellatur & Plinio libro 4. capite 5, locus & oppidum in Achaia. Eodem etiam libro capite 7, oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas. Ouid. in Ibin,

Inque tuo thalamo iugulerís more Pheræi,

Qui datus est lecto coniugis ense suæ. Quod carmen intelligit Egnatius de Iasone illo qui à Pheris Thessalicis, quas tyrannide oppresserat, dictus est Pheræus. Hunc Thebe vxor adiuuantibus conciis tandem interemit.

Pheræ, ait Strab. lib. 9, Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiam, qui vsque ad Pelium montem porrigũtur. Emporium Pheræ habent Pagasas, quo ex loco Pelias Iasonem ac nauem Argo emisit. Vnde Pagaseus, & Pheræus appellatus. Fuit tamen alius Iason Pheræus tyrannus. Sed de Thessalo Iasone Cic. lib. 1. Offic. quum dixit, Pheræum Iasonem cæteris anteponunt.

Campi Pheræi. Valer. 1. Argon.

Pherætiades, pen. corr. {φερητιάδης} Patronymicum pro gentili apud Ouid 8. Metamorphoseos,

Cúmque Pherætiade, & Hyantæo Iolao. Admetum intelligit Pherætiæ filium.

PHERAVLAS {φεραύλας} Vir quidam fuit, qui ex paupere diues à Cyro factus, desiderio tandem pristinæ tranquillitatis, & quietis affectus, ac molestiarum, quas sibi diuitias importasse querebatur, multitudine offensus, omnium bonorum suorum possessionem in Sacam trãstulit, hoc sibi tantùm excipiens, vt ab eo, tanquam hospes, atque etiam parcius, minúsque eleganter, ac sumptuosè, quàm hospes alatur. Vide Xenoph. lib. de Cyri pædia, 8. Non dissimile quiddam de Vulteio Mena narrat Horat, lib. 1. epist 2. ad Mœcenatem.

Pherea {φέρεα} quod Phereorum similitudinem habeat dicitur, est Pherea tumor, siue tensio oblonga in neruosis membris. Explicat Galen. Com. 3. in lib. 6. Hippocrat. de morb. vulgar. num. 14. Hippocrat. Frigidum valde venas frangit, & tussim citat, vt nix crystallus. & contorquet, vt Pherea. & Gongronæ simul causa duritiæ.

PHERECIDES, pen. prod. {φερεκύδης} Syrius, præceptor fuit Pythagoræ. Ipse autem magistrum nullum habuit, sed per se plurimum doctrinæ est adfectatus, vt scribit Suidas. Diogenes autem Laertius Pittaci auditorem dicit fuisse, & pediculari morbo interiisse. Floruit regnãte Seruio Tullo apud Romanos. Vide Cic. lib. 1. Tusc.

Magister Pythagoræ Pherecides potius diuinus habebitur, quàm physicus. Cic. 1. de Diuinat.

Pherecides alter Diogeni, antiquior etiam superiore, Atheniensis & philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. Pherecidem alium Lerium genere, historicum scripsit Suidas.

Pherecideus, Adiectiuum {φερεκύδειος.} Cic. 2. de Diuinat. An hoc eiusdem modi est, quale Phereciadem illud quod est à te dictum?

PHERECLVS, pen. corr. {φερεκλὴς} filius fuit Harmonidis. qui (vt Homerus ait) Paridi naues fabricauit, quibus ad rapiendam Helenam in Spartam nauigauit. Ausonius, Meriones Phereclum vibrata percutit hasta.

Phereclus, pen. prod. Adiectiuum {φερεκλεῖος.} Ouid. epist. 15,

Hac duce Sigæo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.

PHERECRATES, pen. corr. {φερεκράτης} Athenienſis poeta comicus, militauit sub Alexãdro Magno, docuítque fabulas X VII. Author Suidas.

Pherecrates quidam Phthiota à Deucalione ortus, inducitur diferens à Dicæarcho in eo fermone, quem Coriathi habitum libris tribus exponit, vt ait Cic. 1. Tuscul.

PHERENICE, pen. prod. nomen mulieris {φερενίκη} de qua Ælianus lib. 10. de Varia histor. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicos. Spectauit, & victorem filium reduxit.

Pheretrum {φέρετρον.} Vide Feretrum in FERO, fers. Ouid. 14. Metam.,

Luridáque arsuro portabat membra pheretro.

Cruentum pheretrum Silius lib. 5.
Ingenti subiere. Virg. 6. Æneid.
Molle. Virg. 11 Æneid.
Puerile. Stat 6. Thebaid.

PHERON {φέρων} Filius fuit Sesostris, rex Ægyptiorum, qui oculis captus, quum ad deorum auxilium confugisset, peractis multis variísque sacris, ei tandem responsum fuit, vt placato deo, qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inspiceret, quæ nullum, nisi proprium virum, nouisset. Is itaque ab vxore incipiens, multas expertus est, nullam tamen reperit incorruptam, præter hortulani cuiusdam, quam restituto visu vxorem cepit: reliquas omnes viuas combussit. Refert Diodorus lib. 2. & ante illum Herodotus lib. item 2.

Phiala, huius phialæ, pen. corr. {φιάλη} Vas vini vel aquæ, plerunque ex auro conflatum. Omnia enim vini vel aquæ vasa, phialæ dici possunt. Iuuenal Saty 5,

Varro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Hoc est vasa aurea quæ Varroni commendata sunt. Græci Χαῦ τὰ ἀργυρώματα φιάλη, id est à bibendo. Martial. lib 8,

Quis laber in phialæ &c. De phiala aurea est epigramma apud eundem, lib. 14.

Phiala, non solùm vas significat, sed & locum in Ægypto inter Nili insulas, quem incolæ à figura Phialam vocant. Plin. lib. 8. cap. 46.

PHIALE, es: vna ex comitibus Dianæ. Ouid. 3. Metam.

PHIDIAS {φειδίας} primùm pictor, deinde statuarius. Cuius artis Iupiter Olympius testimonium exhibet, & Romæ in porticibus Octauiæ Venus. Author Plin. lib. 35. cap. 8. A Plinio dictus est artifex nunquam satis laudatus. De quo Quintilianus libro 12, Phidias diis quàm hominibus efficiendis melior.

Phidias speciem sui simile inclusit in clypeo Minervæ. Cic. 1. Tusc.

Minervæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ. Cic. de Claris Orator.

Signum Phidiæ. Cic. de Clar. Orat. Q. Hortensij admodum adolescentis ingenium, vt Phidiæ signum simul aspectum & probatum est.

Simulacris Phidiæ nihil in illo genere perfectius. Cic. in Orat.

Phidiacus, pen. corr. Adiectiuum {φειδιακὸς.} Propert. lib. 3. eleg. 9, Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno.

Manus Phidiaca. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1.

Phidiacum viuebat ebur. Iuuenal. Satyr. 8. Id est, statuæ eburneæ à Phidia sculptæ tanto successu, vt viuere videantur.

PHIDIPPVS {φείδιππος} Herculis nepos ex Thessalo filio, qui vnà cum fratre Antipho contactis ex matris Carpatij insultis, triginta nauibus Græcis suppetias tulit aduersus Troianos. Homer. in Catalog. nauium. ¶Est itè Phidippus, persona Comicæ nomen apud Terentium in Hecyra.

Phiditia, phiditiorum {φειδίτια} cœnationes Lacedæmonij seu conuiuia nominabant. Siue quòd phylias, id est amicitiæ causa instituta sint. Siue potius à parsimonia. φείδομαι enim significat paroo & abstineo φείδι parcitas & parsimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde phiditia, conuiuia parca & frugi. Cic. 5. Tusc. Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis nõne videmus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini choros octo, caſei quinque minas, ficuum quinque semis minas.

Tanquam in Phiditiis. Vbi quid parcius, nimiúmque frugaliter actum significabimus, hoc adagio vtemur. Lacedæmonij cum publica loca habebant in quibus cibum caperent; & in his excipiebant hospites, & legatos suos, sed apparatu perparco. Vide paulo auctè.

PHILA, æ {φίλα} Stephano vrbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita: & à nomine matris eius ita appellata. ¶Est itè Phila maris Gallici insula è regione Antipolis. Plin. lib. 3 cap. 5. ¶Sunt item eiusdem nominis insulæ in Nilo fluuio supra Deltam. Plin lib. 5. cap. 9.

Phil ctus, magistratus apud Cumæos, qui quũ patres in Senatu consederẽt, manu apprehensos Reges, quorum de causa agebatur, in Senatum producebant, ibíque retinebant donec de illorum præmio, aut pœna patrum decreto statueretur. Alexander lib 3 cap. 5.

PHILADELPHENI, populi in Lydia contermini Macedonibus. Plin. lib. 5. cap 29.

PHILADELPHIA {φιλαδέλφεια} Nomen ciuitatis in Mysia regione Asiæ, terræ motibus concussa, cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem ecclesiis. Supra Philadelphiam Orientem versus exusta regio patet, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinum fert, ita elegans vt nulli cedat. Summa camporum fãcies cinerulenta est, montana, pertosa & nigra.

PHILADELPHVS {φιλάδελφος} Ptolemæus rex Ægypti bibliothecam fecit Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moysi curauit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum fermonem verti.

PHILAE, Philarum {φίλαι} insula aspera, & vndique prærupta, adiacens Ægypto, duobus in vnum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni lib 17. infra Meroen sunt, ad quas ipse Strabo se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit Lucan. lib. 10.

PHILAE sunt quatuor Nili insulæ, de quibus Plin. lib. 5. cap 9 scribit. Philæ vna Sporadum, alio nomine Amorgos, Thera, Calliste. Plin.

libro 4. capite 12.

PHILAGRIOS {φιλάγριος} Medicus fuit insignis, Galeni cõtemporaneus, natione Epirota, Naumachij discipulus, cuius scripta recẽset Suidas.

PHILAGRVS {φιλάγρος} sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus: nam & dormitanti quandoque auditori, pugnum in malam fertur impegisse, & infregisse colaphum. Huic Metellus nepos sepulcrum extruens lapideum appositi coruum. id quum Cicero esset intuitus, in eius leuitatem iocatus: Hoc(inquit) sapientius à te factum: nam te volare magis decuit, quàm dicere. Cælius Rhod. lib. 21. cap. 7. & lib. 17. cap. 20.

PHILAMMON {φιλάμμων} filius fuit Apollinis ex Chione Nympha: clarissimus carmine & cithara. Ouid. lib. 12. Metamorphoseos,

Nascitur è Phœbo(nanque est enixa gemellos)
Carmine vocali clarus citharáque Philammon. ¶ Fuit item Philammon Athenien sis pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superauit. Suidas.

Philanthropia {φιλανθρωπία} Humanitas, id est amor erga homines. Hanc sic definit Speusippus, Philanthropia est humanitas. & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Misanthropia.

Philanthropium {φιλανθρώπιον} liberalitas quam hominis gratia largimur. Vlpian. in l. 2. de Proxenetis, in P. Idem dico & si aliquid philanthropij nomine acceperit.

Philanthropos, pen. prod. {φιλάνθρωπος} Latinè humanus, id est amans homines.

Philanthropos, Lappæ genus, quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur. Plin. lib. 24. cap. 19, Philãthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhæreſcat. Dicitur hæc Dioscoridi Aparine, officinis *Rebulus*, cuius foliis pastores nostri pilos qui in lac exciderunt, vice coli extrahunt.

PHILARCHI {φίλαρχοι} populi sunt in Arabia felici, Mesopotamis conterminij, ad Euphratem desceudentes. Strabo lib. 2.

PHILARETVS, Nomen viri proprium.

Philautia, philautiæ, pen corr. {φιλαυτία} Amor suiipsius. Cic. Attico, lib. 13, Libri quidem ita exierunt (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quicquam. De libris suis Academicis.

PHILELPHVS, nomine Francisc us, omnium suæ ætatis poetarum excellentissimus: Romam accitus, artis oratoriæ præcepta, ad Ciceronis imitationem, quosdam ingenuos adolescentes docuit. inter quos & Alexandrinus Alexander se plurimum profecisse aperto ore pronuntiat: Tanta est accepti eius muneris habenda recordatio & gratia. Alexander lib. 1. cap. 23.

PHILEMON, pen. prod. {φιλήμων} poeta Comicus, quanuis (inquit Quintil. lib. 10. cap. 1.) prauis sui temporis iudiciis, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit credi secundus.

Philena, vide in dictione PESINVNTIA.

PHILENI, pen. prod. {φιλανοί} duo fratres Carthaginienses, qui pro ampliatione suæ Reip. se vivos sepelirí sustinuerunt. Nam quum Carthaginienses & Cyrenenses diu certassent inter se de finibus agrorum, tandem ita conuenerunt, vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate exirent, & vbicunque illi sibi fierent obuij, ibi vtriusque ciuitatis fines essent. Igitur ex Carthagine missi Phileni, longè processerunt in fines Cyrenensium, ante quàm illi redirent. Quúmque venissent tandem Cyrenenses, & se esse præuentos vidissent, grauiter indignati proposuerunt Philenis, vt nisi retrocederent, viui illic inhumarentur. Quod postquam factum esset, Carthaginienses illic Philenis aras fecerunt. Aræ Philenorum hodie sunt *Porto de Saba*. Oliuarius in Melam. Silius lib. 15.

At Cauthus Lybicæ late possessor arenæ,
Qua celebre inuicti nomen posuere Phileni.

PHILESIVS, cognomen Apollinis. Græci φιλήσιον, amabilem dicũt, quod cognomen ideirco Apollini tribuitur, quia lumen eius exoriens, amabili veneratione oculorum consalutamus. Bocatius lib. 5.

Philetæria, siue Phileteria {φιλητήριον} Dioscoridi herba est, teste Plin. lib. 25. cap. 6. quam nonnulli Pelemoniam appellant. Alij Chliodynam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine, cætero rutæ similis.

PHILETAS, pen. prod. {φιλήτας} Cous, temporibus Philippi & Alexandri Macedonum grammaticus, criticus & poeta, præceptor Ptolemæi Philadelphi, scripsit elegias, epigrammata, & alia. Author Suidas. Vide Quintil. lib. 10. cap. 1. Propert. lib. 3. eleg. 1, Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ.

Philetus, pen prod. Adiect. {φιλήτιος.} Propert. lib. 3. eleg. 3,

Talia Callopes lymphísque à fonte petitis
Ora Philetea nostra riguit aqua.

PHILEVM {φιλεῖον.} Ptolemæo lib. 2. cap. 11. ciuitas Germaniæ, in regione quæ hodie Frisia vocatur: vulgò *Groningen*.

Philia {φιλία} Dea: Amicitia Latinis dicta, quam pinxerunt Romani, iuueni forma, detecto capite, tunica rudi vestitam, in cuius fimbriis scriptum legebatur Mors & vita, in fronte Ætas & Hyems. habebat laua aperrum vsque ad cor, & brachium inclinatum digito cor ostendens: sibi scriptum erat, Longè & propè. Lilius primo Syntagm.

PHILIDES, mango quidam fuit equorum, à quo quum Themistocles equum dono postulasset, passúsque esset repulsam, minatus est se domum eius continuò ligneum equum facturum, quo enigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum conjecturum. Plutarch. in Themistocle.

PHILIPPEVS, Vide PHILIPPVS.

PHILIPPI {φίλιπποι} ciuitas est Thraciæ (inquit Seruius) in qua primò Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio dimicauerunt. Virg. 1. Georgicorum,

Romanas acies iterum videre Philippi.
Emathij Philippi. Ouid. 15. Metam.
Ciuilia busta Philippi. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Philippensis, & hoc Philippense, possessiuum formatur à Philippi Thraciæ ciuitate. vt Philippenses ciues, φιλιππήσιοι, & Philippense bellum, quod apud Philippos gestum est.

PHILIPPICAE, Vide PHILIPPVS.

PHILIPPIDES {φιλιππίδης} Comicus poeta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta, quum in certamine poetarum præter spem vicisset, gaudio repẽrè mortuus est: quod & Diagoræ Rhodio accidit. ¶ Fuit & alius eiusdẽ nominis à celeritate pedum ὠκυπόδιστος cognominatus, quòd viginti trium horarum spatio mille quingenta stadia pedibus confecerit: diei vnius & noctis spatio itinere ab Athenis Lacedæmonem vsque peracto. Suidas, & Solinus cap. 6.

Philippide tenuius. Prouerbij speciem habet, quod non inuenustè accommodabitur ad orationem ieiunam, aut disputationem otiosæ vrilitatis. Tractum ex eo quod Athenæus lib. 12. scribit, Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, vt etiam ἀσκληπιάδειος dixerint pro macruisse.

PHILIPPOPOLIS, pen. corr. {φιλιππόπολις} Vrbs à Macedone Philippo sita. Tacit. lib. 3, Plurimi ac maximè compositi regem, vrbémque Philippopolim à Macedone Philippo sitã circũcidunt. Plin. li. 4. c. 11.

PHILIPPVS {φίλιππος} Macedo, Amyntæ filius, puer quondam bis obsẽs datus ab Alexandro fratre, primùm Illyriis, deinde Thebanis, conciliandæ pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ summi ducis, puritiæ rudimenta exercuit. De hoc legito Diodorum & Trogum 7. & 8. & 9. Philippus, Demetrij filius, rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio victus. Vide Liuium libro 1. de bello Maced. Fuit & inter Rom. Cæsares Philippus Christianus. Fuerunt alij apud Rom. eo nomine, de quibus Cic. lib. 3. de Orat.

Philippum Macedonum regem, rebus gestis & gloria superatum à filio, facilitate & humanitate superiorem fuisse dicit Cic. 1. Offic.

Philippus Aristotelem Alexandro filio doctorem accuit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi. Cic. 3. de Orat.

Clari monimenta Philippi. Ouid. 6. Fast.
Pellæus Philippus. Lucan lib. 10.
Terra regnata Philippo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.

Philippeus, pen. prod. Adiectiuum {φιλιππειος.} vt Sanguis Philippeus. Propert. lib. 3. eleg. 11.

Philippeus, philippei {φιλίππειος} siue Philippus, philippi, Aureus nummus pretiosus, cuius apud Plautum frequens mentio est. Horat. 2. epist. 1, philippos regale numisma nuncupauit. Liu. 7 bel. Maced. Nummos aureos philippeos centum quadraginta millia.

Philippicæ, pen. corr Philippicarum {φιλιππικοὶ λόγοι} Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant. Cic. Att. lib. 2, Fuit mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, &c.

Philippus {φίλιππος} medicus Alexandri, teste Curtio lib. 2. Huius etiam meminit Plutarchus in vita Alexandri. Philippos etiam Romanos viros claros legimus, inter quos L. Philippus orator, Crassi aduersarius, vt scribit Cicero lib. 3. de Oratore,

Serenus & fortis, causísque Philippus agendis Clarus, &c. Horat. 1. epist. 7.

Philippus Decius Iurisconsultus Mediolanensis, docuit in Italia Ciuilem ius, traiectísque Alpibus Valentiæ Cauarum professus est Prudentiam. Hinc Florentiã reuocatus, móxque Senis mille quingentorum aureorum stipendio docuit, ad extremúmque mortuus est anno 1535.

Philippus Corneus Iurisconsl. Perusinus: docuit Ciuile ios annos 50. Pisis, Ferrariæ, & Perusij. octogenarius in patria occubuit anno 1580.

PHILISCVM, opidum Parthorum ad Euphratem, nõ procul à Damasceno campo Plin. lib. 5. cap 26.

PHILISCVS Thasius Agrius, homo quidam, quem Plin. libro 11. cap. 9, narrat in desertis apes coluisse, déque illis scripsisse.

PHILISTION {φιλιστίων} Sardianus siue Prusiensis poeta Comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio risu mortuus est. Suidas.

PHILISTVS {φίλιστος} Historicus fuit, de quo sic Cic. lib. 2. de Orat. Hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui quum Dionysij tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda, maximéque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus.

PHILIX, nutrix fuit Domitiani principis, vt est author Suetonius. Alij legunt Phyllis. Vide infrà.

PHILYRA, pen. corr {φιλύρα} mater Chironis Centauri, à qua Chiron Phillyrides dictus, authore Seruio apud Virgilium 3. Georgicorum,

-cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniúsq; Melãpus. Propert lib. 2. eleg. 1.

Phillyrius, Adiect {φιλύριος.} vt
Heros Phillyrius. Ouid. 2. Metam. Quædam exemplaria legunt Phillyreius.

Phillyreius {φιλυρήϊος} Aliud adiect. Ouid. 7. Metamorphoseos,

-supérque
Pelion vmbrosum, Phillyreia tecta, supérque
Othryn. Detractum est l alterum, propter necessitatem carminis, nisi putes in Phillyrides addirum esse alterum.

PHILO, Academicus Chiromachi discipulus, Romæ profitebatur, quò profugerat Mithridatico bello, teste Cicer. de Clar. Orat. Philo Herennius, Byblius genere, grammaticus tempore Adriani, de cuius imperio scripsit: præterea de ciuitatibus & viris claris libros XXX. Suidas.

Philo Iudæus, Alexandriæ natus, disciplinísque omnibus eruditus, in nostra & Græcorum philosophia bene versatus. Eloquentiæ Platonis adeò æmulator, vt prouerbium fuerit Πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id est, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. In diuinis autem legibus & patriis institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monimentis, palàm est. Igitur temporibus Caij quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudæis apud ipsum imperatorem retulit. Sed & Ioseplus huius legationis meminit lib. 18.

Philo

Philo alius, architectus fuit: qui Athenienſibus armamentarium fecit, vt ait Cic. 1. de Orat.

Fuit & alius Philo Cælij libertus, vt ipse testatur in epistola eius ad Ciceronem, lib. 8. 8.

Philo item alius Pompeij libertus, vt scribit Cic. Att. lib. 16.

PHILOCALIA, Castellum in Themiscyrena, nõ procul à Tripoli fluuio & castello. Plin. lib. 6. cap. 4.

PHILOCHORVS {φιλόχορος} Athenien sis vir doctissimus & vates, tempore Eratosthenis extinctus, iisdiis Antigoni Macedoniæ regis, ob amicitiæ suspicionẽ cum Ptolemæo rege. Scripsit Atthidis lib. 17. qui continent res gestas Athenien sium, & reges, & magistratus, vsque ad Antiochum cognominatum Deum, aliáque cõplura. Author Suidas.

PHILOCLES, Ægyptius pictor, picturæ lineatis inuẽtor. Plin. lib. 35. ca. 3.

PHILOCLES, clis {φιλοκλῆς} Athenien sis poeta Tragicus fuit non ita multò post Euripidem, Æschyli ex sorore nepos, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus. Facie fuit in primis fœda, capitéque in cristæ formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morsimum, & ipsum poetam Tragicum. Hæc Suidas.

PHILOCRATES {φιλοκράτης} Athenien sis quidam quem Demosthenes in proditionis suspicionem adduxit. Extant ad hunc aliquot Æschinis epistolæ. ¶ Fuit & alius eiusdẽ nominis Struthius cognominatus, de quo vide Suidam.

PHILOCTETES, pen. prod. {φιλοκτήτης} Pœantis filius, Herculis comes. Propert. lib. 2. eleg. 1,

Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon.

Philoctetes Pœantis filius ad Troiam cum cæteris Græcis proficiscens, quum Natrix eius pedem inuasisset, vt est apud Philostratum, & Q. Calabrum libro nono, siue quum venenata sagitta in eo percussus esset, vt alij tradiderunt, in Lemno subsedit, multáque interim mala Græcis impreca batur, à quibus in ea insula derelictus fuerat. Hinc M. Cicero lib 7. epist. Famil. epist. 16, Trebatium, qui Cæsarem in Britanniam cantem subsecutus non erat, sed excusatione quadam vsus Samarobrinæ subsiteret, eleganter Philocteten vocat. quam lectionem multi magis probant, quàm illorum qui Philotheoron legunt, spectaculorúmque amatorem, vel peregrinationis studiosum interpretantur. Idem quoque Cicero alibi Philocteten vocat eum, qui plurima mala patriæ suæ aut ciuibus imprecatur. Vnde Vlysses apud Ouidium lib. 13. Metamorphoseos,

Sis licet infestus sociis, regíque, mihíque
Dure Philoctete: licet exercere, meúmque
Deuoueas siue sine caput, cupiásque dolenti
Me tibi fortè dari, nostrúmque haurire cruorem, &c. Verba Ciceronis sunt ad Q. fratrem lib epistolarum 2, epist. 8. ad finem, De Republica nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philocteten, qui accepta iniuria, ea spectacula quærebat, quæ tartiolo acerba esse video. Ausonius verò poeta Philocteten pro molli & effœminato accipit in epigrammate subscripto picturæ Crispæ mulieris impudicæ,

Præter legitimi genitalia fœdera cœrus
Repperit obscœnas veneres vitiosa libido,
Herculis hæredi quam Lemnia suasit egestas. Hoc enim nomine notatus est & à Martiale Epigramm. lib. 2,

Mollis erat, facilísque viris Pœantius heros:
Vulnera sic Paridis dicitur vlta Venus. Seruius in illud lib. 3. Æneidos, -hìc illa ducis Meliboei

Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro, sic ait: Philoctetes fuit Pœantis filius, Herculis comes: quem Hercules quum hominem in Oeta monte deponeret, petiit ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit: & ei pro munere dedit sagittas hydræ felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est, sagittis Herculis opus esse ad Troiæ expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, quum negaret se primò scire vbi esset Hercules, tãdem confessus est mortuum esse. Inde quum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur, & primò negaret, pede locum percussit, quũ nollet dicere. Postea quum ipse duceretur ad bellum, vnius sagittæ casu vulnera tus est pedem quo percusserat tumulum. Ergo quũ putorem insanabilis vulneris Græci ferre non possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate sustinuerunt: ductũ tandẽ apud Lemnũ sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit: sed sibi paruam Petiliã in Calabriæ partibus fecit. Hæc Seruius.

Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. Cic. 5. de Finib.

Philoctetes serpentis morsu vlceratus, in insula Lemno relictus est. Cic. de Fato.

Philoctetes iniuria accepta spectacula quærebat. Cic. Q. fratri, libro 2. 12.

Philoctetes, pen. prod. Adiect. Cic. 2. Tusc. Refutetur ac reiiciatur Philoctetes ille clamor.

Philogræcus {φιλέλλην} Qui libenter vtitur dictionibus Græcis. Varro 3. de Re rust. cap. 10, Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quòd vos philogræci vocatis ὑμῖν.

Philogynia, pen. prod. {φιλογυνία} Amor mulierum. Cic. 4. Tusc. Similiterque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt vita appellem eam quæ Græcè φιλογυνία dicitur, cæterísque similiter morbi ægrorationéque morborum nascuntur.

PHILOLAVS, pen. prod. {φιλόλαος} Corinthius, qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Diocli, qui Olympia vicit: sed vbi ille ciuitatem deseruit, commorus ob amorem matris Alcinoæ, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti sunt. Vide Aristotelem 2. Politicorum.

Philolaum instituit Architas Tarentinus. Cic. 3. de Orat.

Philologia, philologiæ, pen. corr. {φιλολογία} Loquacitas, aut Amor sermonis siue studij. Cic. F. Tironi, lib. 16. 21, Cuius quum frugi seueráque est vita, tum etiam iucundissima conuictio. non est enim seiunctus locus à philologia, & cotidiana συζητήσει.

Philologus, pen. corr. {φιλόλογος} Studiosus siue amator sermonis. Suet. de Claris Grammat. vbi de Atreio, Philologi appellationem assumpsisse videtur, quia sicut Eratosthenes (qui primus hoc cognomen sibi vendicauit) multiplici variáque doctrina censebatur. Cic. ad Atticum, lib. 13, Ergo illam ἀλυσιδωτὸν in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus.

PHILOMELA, pen. prod. {φιλομήλη} Pandionis Athenarum regis filia, & soror Progues vxoris Terei regis Thracum. Quæ quum à Tereo compressa fuisset, tandem (vt est in fabulis) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa fuit, quæ & Luscinia dicitur. Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniurtam quam passa est. Et interpretatur amabilis. Vide Ouidium 6. Metam. Mart. lib. 14. 75,

Flet Philomela nefas incesti Tereos: & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.
Mœrens Philomela. Virg. 4. Georg.

PHILOMENES, Paphlagonum rex. à quo insequentes principes cognomentum sumpserunt sibi, sicut ab Hellena Hellenes Thessalorum reges dicti sunt. Alexand. lib. 1 cap. 2.

Philomusus, pen prod. {φιλόμουσος} Amator, siue amicus Musarum. Martial. lib. 7. 75,

Delectas philomuse, non amaris. Sic lib. 3 10.

PHILONIDES, cursor Alexandri, qui ex Sicyone Elin mille & ducenta stadia, nouem diei confecit hor 8. Plin. lib. 2. cap. 71.

Philonides, Alius, Melitensis partia, prægrandi corpore, cæterùm insulsus & indoctus. Ab hoc tractum est prouerbium, Indoctior Philonide. Notatur etiam aliquoties ab Aristophane, vt mulierosus, & in parasitos profusus.

Philonis antidotus, qualiter fieri debeat Galen. lib. 8. de Compos. Pharmacorum docet.

PHILOPOEMENES, pen. corr. {φιλοποίμην} Megapolitanus, dux Achæorum præstantissimus, Lacedæmonios & Messenios multis cladibus afflixit, vt est author Plutarchus. Huius etiam meminit Liuius in bello Macedonico, lib 5. sed ibi semper Philopœmen vocatur in recto, cuius genitiuus est Philopœmenis, pen. corr. Ausonius,

Carcere in Argino Philopœmen clenta adit mors.

PHILOS, insula contra Persiden., non procul à Cassandra. Plin. libro 6. cap. 25.

Philosophia, philosophiæ, pen. corr. {φιλοσοφία} Amor sapientiæ. Cic. 1. de Legib. Ita sit mater omnium bonarum rerum sapientia: à cuius amore Græco verbo φιλοσοφία nomen inuenit.

Philosophia, nec quisquam aliud est, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Cic. 2. Offic.

Ars vitæ, philosophia est. Cic. 3 de Finib.

Cognitio omnis optimarum rerum, atque in iis exercitatio, Philosophia nominatur. Cic. 3. de Orat.

Commentatio mortis, philosophia. Cic. 1. Tusc.

Cultura animi, philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus. Cic. 2. Tusculan.

Mater omnium artium, donum & inuentum deorum, philosophia. Cic. 1. Tusc.

Mater omnium benefactorum, benéque dictorum, philosophia. Cic. de Claris Orat.

Medicina animi, philosophia. Cic 3. Tusc.

Procreatrix omnium artium laudandarum & quasi parens, philosophia. Cic. 1. de Orat.

Philosophia virtutis continet & officij & bene viuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam videtur. Cic. in Pison.

In philosophia nihil debet esse loci commentitiis fabulis. Cic. 2. de Diuinat.

Distributa est in tres partes philosophia, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. Cic. 1. de Orat.

Fugiens consulto multitudinem philosophia, paucis contenta iudicibus. Cic. 2. Tusc.

¶ Frugif. ra & fructuosa. Cic 3. Offic.

Orba, Vide ORBVS.

Præpotens & gloriosa. Cic. 1. de Orat.

¶ Nobiles in philosophia, Vide NOBILIS.

¶ Auocare philosophiam à rebus occultis, Vide AVOCO.

Auocare aliquem à philosophia. Cic. 1. Tusc.

Illustrare Latinis literis, Vide ILLVSTRIS.

Inchoare, Vide INCHOO.

Indieedat bellum philosophiæ Zethus Pacuuianus. Cic. 2. de Orat.

Ingurgitare se in, Vide INGVRGITO.

Insinuare se in, Vide INSINVO.

Laudari satis dignè nunquam poterit philosophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. Cic. de Senect.

Profiteri. Cic. in Pisonem.

Versari in antiquissima & nobilissima. Cic. 2. Offic.

Philosophus, philosophi, pen. corr. {φιλόσοφος} Cic. 1. de Orat. Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè profitetur, est tamen quædam descriptio, Vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causásque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur.

Omnia sicut propria, sua esse, atque à se possideri volunt philosophi. Cic. 1. de Orat.

Authores rerum, non fabularum philosophi. Cic. 3. de Nat. deor.

Magistri virtutis. Cic. 4. Tusc.

Genera philosophorum describit Cic 3 de Orat.

Scholæ philosophorum. Quintil. in Proœm. lib. 1.

Contemptissimi, Vide CONTEMNO.

Nobilissimus illius ætatis & clarissimus, Vide NOBILIS.

Nostrates, Vide NOSTER.

Philosophus, Adiect. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1, Ea cœna quam Callias doctissimus dedit, nullum verbum nisi philosophum sensit.

Philosophicus,pen.corr.Adiect. {φιλοσοφικός} Quod est philosophi. Cic. 5.Tusc. Ad Brutúmque nostram hos libros alteros quinque mittemus, à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti.

Philosophaster,philosophástri,Philosophorum imitator.

Philosophor,pen.corr.philosopharis { φιλοσοφῶ } philosophári, Philosophorum more disputare,& rerum naturas perscrutari. Cic.1.de Nat. deorum. Et quum minimè videbamur,tum maximè philosophabamur. Plautus Pseud.10.

Sed satis est philosophatum:nimis diu & longum loquor.
Cum Græculis philosophari.Cic.Post red.in Senatu.
Paucis philosophari,& Omnino:contraria.Cic.2.de Orat.

PHILOSTRATVS,pen.corr. {φιλόστρατος} Lemnius, temporibus Severi principis, eiúsque vxoris Iuliæ epistolarum magister, vt ipse planè monstrat in vita Apollonij Tyanei: scripsit vitas sophistarum ad Severũ,de vita Apollonij libros octo,præterea heroica. Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panægyricos plures,& declamationes oratoribus valde probatas, compluráque alia quæ à Suida commemorantur. Philostratus tertius, superioris filius,docuit Athenis:scripsit Panathenaicum,Troiam, Paraphrasim Homerici clypei,Iconásque huic multi referunt. Suidas.

Philotheoros,pen.prod.{φιλοθέωρος} Speculationi deditus. Cic.Trebatio,lib.7.16, Deinde quòd in Britannia non nimis philotheoron te præbuisti, planè non reprehendo. Quo in loco Philotheoron interpretantur, studiosum spectationum, amantem spectaculorum. Alij eum intelligunt quem Græci φιλαθήμονα vocant, & φιλοθεωρητικόν. Sic enim appellant illum qui nouas terras, nouáque loca semper visere vult, studióque peregrinationis mirificè tenetur, vt sicum orbis terrarum spectet,moréque diuersarum gentium & instituta perdiscat. Multi apud Ciceronem legunt, non minus quàm Philocteten &c. Vide quæ illic annotantur à doctis.

PHILOTIMVS,penult.prod.Ciceronis libertus,vt ipse scribit Appio libro 3.9.

PHILOTIS, quæ & Tutela, vel Tilula, ancillarum dux apud Romanos, quum Fidenates vltima victoria superati sunt.Illi enim quũ dedi sibi matronas postulassent, ac Tutela cum ancillis ad hostes habitu matronarum isset, eos vino & venere obrutos Romanis prodidit. Plutarchus.Lilius 3.Syntag.

Philoxenus { φιλόξενος } hospitalis: quo nomine dictus est poeta quidam Lyricus, qui quũ sibi Dionysius tragœdiam quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem, totum opus damnauit: quapropter in Latomias coniectus est, indéque Tarentum aufugit:Dionysióque se per literas reuocanti,nil aliud,quàm monosyllabã u,rescripsit,sæpius repetitam.Author Suidas. ¶ Fuit etiã hoc nomine parasitus quidam,qui collum gruis sibi optabat, quo diutius cibi potúsque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, quòd conuiuiis adhibitus, se in pultaria soleret emungere, vt reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiã traditur de Gnathone quodam Siculo. ¶Philoxenus Eretriensis pictor,Nicomachi discipulus,cuius tabula nullis postponenda, Cassandro Regi picta,continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & lasciuiam,in qua tres Sileni comessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus,breuiores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias inuenit. Plin.lib.35. cap.10. ¶Philoxenus grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de monosyllabis verbis, De Hellenismo,De linguarum dialectis,& alia. Suidas.

Philoxeni non. Prouerbium vbi quis obstinatè vel inficiatur, vel recusat: aut vbi quis alteri nescit concedere, neque quicquam ad gratiam loqui. A Philoxeno poeta ductum, qui vsqueadeò non potuit carmina Dionysij probare, vt maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

Philtra,philtrorum {φίλτρα} Latinè amatoria,Genus veneni, amorem & vt plurimum insaniam ingerentis. φίλτρον enim, apud nos amatorium dicitur. Ouid.2.de Arte,

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis,spémque furoris habent. Iuuenal,Saty.6, Thessala philtra. Philtrum, vsurpant quidam pro corporis totius ea venustate, quæ obturu, primóque intuitu animos in amorem accendat:Galli *Gratiam bonam* appellant.Calep.

Philyra, philyræ, pen.corr. { φίλυρα } Arbor quam Latini tiliam vocant,vt quibusdam placet. Quanuis alij dicant esse membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ. Horat.lib.1.Carm.ode 38, Displicent nexæ philyra coronæ. Plin. de tilia lib.16. cap.14, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres,antiquorúmque honore.

In philyris siue philuris arborum antiqui scribebant. Martianus lib. de nuptiis Philologiæ, Libri in philyræ cortice subnotati. Plin. lib.13.cap.11, Præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philuras.

PHILYSTHENIS, pen.corr. { φιλυσθένης } filius Thyestæ, quem Atreus, vnà cum Tantalo fratre interfectum Thyestæ patri epulandum appo suit.Vide Senecam in Thyeste. qui quodam loco Philysthenem eum appellat,per echthlipsin.

Phimosis {φίμωσις} dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio,vt nudari non possit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τῦ φίμου, quod nexum in superiore parte sacci significat, quũ scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est & Phimosis vitium huic prorsus contrarium,quum præputium semel deductum,suum in locum reduci non potest,quod vitij genus etiam ἀναφίμωσιν appellatur. Vide Celsum libro 7.cap.25.

PHINA, oppidum in Macedonia ad oram Heracleam. Plinius libro 4. capite 10.

PHINEVS {φινεύς} Rex Arcadiæ,qui quum filiis suis,vxoris secundæ impulsu oculos cruisset, ira diuinaipse etiam cæcus est factus, & Harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt, aut fœdauerunt. Sed postea Zetus & Calais à Phineo humaniter tractati eas fugauerunt.Vide in dictione STROPHADES. Propert.lib.3.eleg 5,

Aut Alcmæoniæ furiæ,aut ieiunia Phinei.
Aues Phinei.Senec. Thyeste,2.7.
De Phineo cæco, Vide Valerium lib.4.Argonaut.

Phineius, Adiectiuum {φινήϊος} vt Guttura Phineia, Ouid.6.Fast.Virg.3. Æneidos, -Phineia postquam Clausa domus.

¶Phineus alius, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris,à Perseo,cui ex pacto postea nupserat, repeteret,ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit visa facie Medusæ.Vide Ouidium lib.5. Metamor. ¶Fuit & alius Phineus Athenensis in auem mutatus. vt idem refert Ouid.lib.7.Metam.quem iustissimum vocat.

PHINTHIA, Siciliæ fons, in quem, vt Apion refert, nihil immergi potest:sed omnia fluitant.Plin.lib.31.cap.2.

¶Phinthia, Amicus fuit Damonis cuiusdam, vt ex Plutarcho τῶν παροιμιῶν inuenimus. Itaque apud Ciceronẽ in Officiis, & Valerium Maximũ, Phinthia reponi debet loco Pythiæ. In quibusdam tamen libris scribitur etiam Pynthia. Turneb.

PHISON {φίσων} teste Iosepho lib.1. cap.2,Vna est è partibus illius magni fluminis,in omnem terram vndique profluentis, à quo paradisus rigatur: hic,vt idem testatur,eductus in Indiam,pelago latè diffunditur: Getha nuncupatur à Græcis. Aliqui interpretantur Gangen,alij Nilum.

Phitharus piscis quidam apud Plin.lib.32.cap.vltimo.

Phitii. Apud Lacedæmonios à Lycurgo institutum ferunt, vt octo & viginti seniores Regi adessent,ac duo propinquiores & contubernales,quos ipse elegerat, qui Phitij appellantur, vt si quid casurum foret animaduerterent,ipsiúsque munia & officium obirent. Alexand. lib.4.cap.23.

Phittacides {φιττακίδης} Genus calceamentorum muliebrium,apud Pollucem lib.7.cap.22.

PHLANATES,pen.prod. Plinio lib 3.cap.21, Populi in Illyria,à quibus nomen sioui est inditum,quem modò nauta Quernarum appellant, alij Carnarium, propter naufragia procelloso fermè semper transitu.In recessu eius,Senia vrbs est, cuius à tergo specus sunt, vnde vehementes nulla feré non hora venti perflant: eáque res infamem sinum eum reddit. Dicti autem Phlanates ab oppido Phlano, vnde sinus omnis hic Phlanoticus vocatur, qui à Pola colonia Iaderam vsque diffunditur.

Phlebotomia,huius phlebotomiæ,pe.corr.{φλεβοτομία} Venarum sectio.

Phlebotomon,pen.corr.{φλεβότομον} Scalpellum quo vena secatur.

PHLEGETHON,penultima correpta,huius Phlegethontis {φλεγέθων} fluuius infernalis flammis æstuantibus rapidus,à φλέγω,ardeo. Virg. 6. Æneidos,

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon,torquétque sonantia saxa.

Phlegethonteus,pen.prod.Adiect. {φλεγεθόντειος} vt Ripa Phlegethontea.Claud.1.de raptu.Proserp.

Phlegethontis,Phlegethontidis,pen.corr. {φλεγεθωνίς} Patronymicum fœmin. Ouid.5.Metamorphoseos,

-sparsúmque caput Phlegethontide lympha.

PHLEGIAE, & PHLEGIAS,Vide PHLEGYAE, & PHLEGYAS.

Phlegma huius phlegmatis,pen.corr.n.gen. { φλέγμα } Latinè pituita dicitur.

Phlegmaticus,pen cor.{φλεγματικός} Qui phlegmate abundat plus satis.

Phlegmasia {φλεγμασία} inflammatio cum febre.Galen lib.1.in Aphorism.Hippocratis.

Phlegmone,phlegmones,pen.corr.{φλεγμονή} Latinè inflammatio dicitur,siue collectio,quoties sanguis vtilis & mediocriter crassus,fertur subitus in aliquam corporis partem. Propriè autem quælibet incensio cum tumore & vlcere, hoc nomine appellatur, vt ait Galenus de morborum differentiis. Celsus libro 1.in Præfat.Et inflammationem quam Græci phlegmonen nominant,excitat: eáque inflammatio talem morum efficit, qualis in febre est, &c. Phlegmone, est tumor cum rubore & duritia pulsatiles afferens dolores,dicta quòd affectus ea locus φλέγεται,hoc est vratur:aut tumor dolens,ac renitens, cum rubore,citra febrem.Galen.in finitio.Medic.

PHLEGON {φλέγων} Vnus ex equis solis ἀπὸ τῦ φλέγω, quod est ardere,dictus. Ouid.lib.2.Metamorphoseos,

Interea volucres Pyrois & Eous,& Æthon
Solis equi,quartúsque Phlegon,hinnitibus auras
Flammiferis implent.

Phlegontis,dis { φλεγοντις } Gemmæ genus,quod flamma quædam intus ardere videtur.Plin.lib.37.cap.11.

PHLEGRA,Phlegræ vel Phlegre,Phlegres {φλέγρα} Vrbs est Macedoniæ, vt scribit Plin.lib.4.cap.10,in descriptione Macedoniæ. Propert.lib. 1.eleg.19, Hic erat Arganti Phlegre sub vertice montis.

Tumidæ Phlegræ prælia.Stat.10.Thebaid.
Sparsa impio cruore Phlegra.Senec Herc.furente,6.

Phlegræus { φλεγραῖος } campus quibusdam in Thessalia, aliis in Macedonia:Plinio verò lib.3.cap.5.& Straboni lib.5,in Campania, iuxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule superati feruntur: illíseque sepulti quoties anhelant, terram quatiunt.Silius lib.12. Id autem ideò fictum est, quoniam ea regio tota sulphure scatet. Hinc fit, vt ventorum impulsu excitetur passim ignis: qui quum exitum è cauernis naturã expetat, dum luctatur assiduè, terram tandem quatit & commouet, exurísque frequenter. vnde & nomen sortitur: φλέγειν enim Græcè, exurere arderéque significat. De hoc Strabo libro 5. Theagenes verò & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenen (inquiunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo missa sunt, donec ij fugere coacti sunt, sicque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus

in vulgus ortus,vt Gigantes mouerint bellum diis.

Phlegræus ité Bocatio, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.
Campus Phlegræus.Propert.lib.3.eleg.11.
Castra Phlegræa.Statius 1.Achil.
Iuga Phlegræa.Propert.lib.3.eleg 9.
Prælia,Stat.5.Sylu 3.
Tumultus Phlegræi.Propert.lib.2.eleg.1.
Vertex Phlegræus.Silius lib.8.

PHLEGYAS,pen.corr. {φλεγύας} Martis filius,rex Lapitharum,Ixionis pater,habuit Coronidem filiam,quam Apollo vitiauit.vnde suscepit Æsculapium:quod pater dolens,incendit Apollinis templum,proindeque eius sagittis est ad inferos trusus.Stat.1.Thebaidos,

-Phlegyam subter caua saxa iacentem
Æterno premit accubitu. Seruius.

PHLEGYAE {φλεγύαι} Populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati.hi quum sacrilegi essent,deósque & homines spernerent,ab irato Neptuno immisso,diluuio submersi sunt: quorũ apud inferos meminit Virgilius 6.Æneidos,

-Phlegyásque miserrimus omnes
Admonet,&c. Seruius.

Phleon {φλέων} Dioscoridi herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli Stœben appellant. Plin.lib 20. cap.15. Hermol.in Dioscoridem,lib.4.cap.14,indicat φλέον, dictam ἀπὸ τῦ φλέω, quod est fœcundum esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proueniat.

Phleoninus, phleonina,phleoninum, Adiectiuum.vt Phleoninæ vestes. apud Herodotum.

PHLIAS {φλίας} vnus ex illis qui in naui Argo fuerunt,filius Bacchi, vt Valerius habet 1.Argon.

PHLIVS,Phliuntis {φλοῦς} Est vrbs in medio Sicyoniæ, Argiuéque & Cleonum, vbi religiosissimè colebatur Hebe. Castellum Phlium nominat Plin lib.4.cap.5.Huius meminit Cic.5.Tusculo.

Phliasij,Phliasiorum {φλάσιοι} Habitatores Phliuntis. Cic.5.Tusculo In primis Phliunté ferunt venisse,eúmque cum Leonte principe Phliasiorum doctè & copiosè disseruisse quædam.

Phliasius, Adiectiuum {φλιάσιος.} Cicer.5.Philip. Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornauit eam Græciam quæ Magna dicta est. De Pythagora.

Phloginos,quem & Chrysiten vocant,gemma Ostreæ Atticæ assimilata,inuenitur in Ægypto.Plin.lib.37.cap.10.

Phloginus { φλόγινος } Lapis Ægyptius aureo vel flammeo colore. vires stringentes habet. Galenus in lib.singul. de simplicib. medicament.cap.171.

Phlox,phlogos, fœm.gen. { φλόξ } Latinè flamma dicitur.

Phlox,genus floris.Plin.lib.21 cap.10, Colore tantummodo placet Iouis flos,odor abest,sicut & illi qui Græcè phlox vocatur.

Phlyctænæ { φλυκτίναι } pustulæ sunt maiores,palliolæ,liuidæ, aut nigræ,aut alterius coloris à naturali recedentis, humorem in se continentes, quæ vbi rumpuntur,infrà eam quæ dum exulcerata apparet. Gignuntur autem,vel ex igni,vel ex frigore vel ex medicamentis,vt tradit Celsus lib.5.cap.28. Dictę φλυκτίναι ἀπὸ τῦ φλύζειν,quod est bullire,siue bullas facere.

PHOBETOR,penul.prod.huius Phobetoris,pen. corr. { φοβήτωρ } filius Somni,apud Ouidium 11. Metam. Dictus est Phobetor, à Græco φοβῶν,quod est perterrefacere. Icelos autem,quia omnium animantiũ formam inducere possit: est enim ἴκελος similis.

Phoca,huius phocæ,Bos marinus, à sono mugitus. Virgil. 4.Georgicorum,

-& turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio rectus & pilis,parit in terra pecudũ more: canum modo coit. In somno mugit, à quo præcipuè vituli nomen accepit. Plinius lib.9.cap.7, Et vituli marini quos vocant phocas,spirant & dormiunt in terra.

Deformes phocæ.Ouid.1.Metam.
Magnæ.Ouid epist.10.

PHOCAEA { φώκαια } Vrbs minoris Phrygiæ, Athenienſium (vt inquit Ptolemæus) colonia. Vnde profecti sunt,qui Massiliam apud Gallos, non procul à Rhodano,condidere. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero comparuissent vrbem condentibus. Et est in Caria Phocæa monti Mycalæ appósita. Ab hac Phocæenses, vt à Græcorum Phocide Phocenses. Vide Plin.lib 5.cap.30.

Phocaicus, penultima correpta, Adiectiuum { φωκαϊκός.} Vnde Muricem Phocaicum Ouidius 6.Metamorph.posuit, à Phocæa, non procul à Sardibus.

Manus Phocaicæ.Lucan.lib.3.

Phocæus,Aliud adiectiuum { φωκαῖος. } vt Rura Phocæa. Ouidius 5.Metamorph.

Phocais,pen.corr.huius Phocaidis, Patronymicum f.gen. { φωκαΐς.} vt Iuuentus Phocais.Lucan.lib.3.

PHOCAS { φωκᾶς } Romani principis nomen, de quo Egnatius in Cõmentar.De Romanis Imperatoribus post Suetoniũ. Philippus Melanchthõ libr 3. Chronicõn,Phocas item fuit celebris Grammaticus.

PHOCENSES, Vide PHOCIS.

PHOCION { φωκίων } Vir Athenienſis,qui etsi sæpe exercitibus præfuit, summósque magistratus gessit: tamen multo notior fuit eius integritas vitæ, quàm rei militaris labor. De hoc vide Plutarchum in Phocione.

PHOCIS,huius Phocidis, pen.corr. { φωκίς } teste Liuio lib.2.de bello Maced.parua regio est Græcorum, Apollinis oraculo insignis,in qua est ciuitas Delphi. ¶Est item Phocis Põponio,Ioniæ ciuitas: quam Strabo Phocæam vocat,à qua Phocæenses cum diphthongo, vt à Phocide Phocenses sine diphthongo. Dicta autem Phocæa,teste Herodoto,quòd vituli marini magno numero comparuissent vibẽ condentibus. Lucanus lib 5,

Massiliæque suæ donatur libera Phocis.
Phocis Curiana. Cic.Attic.lib.2,Iacet enim ille sic vt Phocis Curiana stare videatur. Qui locus est obscurissimus, & à Turnebo sic explicatus. Credibile enim esse putat, quum Phocidẽ græcã Philippus Macedo euerterit vrbibus deletis & in pagos redactis, dici Phocidem Curianam Curium aleatorem fortunis cuersum, qui tamen comparatione Pompeij stare videretur.

Sonoræ Phocidos arma.Stat.11.Thebaid.
Arx trifida Phocidos.Stat.1.Thebaid.
Exustæ Phocidos arces.Lucan.lib.3.

Phocenses { φωκεῖς } Qui Phocidem incolunt.

Phocensium desperatio. De stultis & insanis consiliis dici solitum admonet Stephanus. Verúm ex Plutarcho conijcere licet vsurpandũ esse, vbi desperatis rebus ad extrema consilia veniretur. Vide plura apud eundem,& Pausaniam in Phocicis.

Phocides, & Phocæi dicti sunt, qui Massiliam condiderunt. Hos Varro scribit trilingues fuisse, quòd Græcè & Latinè & Gallicè loquerentur.

Ciuitas execrata Phocæorum.Horat.Epod.16.

PHOCVS, ci { φῶκος } filius fuit Æaci,cuius meminit Ouidius libro 7. Metamorph.

Phocus, Alius item fuit filiam habens iam nuptiis maturam, qui procos (nam erant complures) conuocate solitus,præmia statuebat, & cõditionibus subinde nouis propositis nuptias prorogabat. Quãobrem indignati iuuenes Phocum in conuiuio trucidauerunt. Hinc natum prouerbium,Phoci conuiuium,dictitari fuerum, vbi quis suo malo cõiuras acciperet. Tametsi nihil veræ quominus longius etiã traducatur, nempe ad quosuis, qui læduntur ab iis de quibus benemeriti fuerint. Erasm.

PHOCVSA,insula vna ex Sporadibus.Plin.lib.4.cap.12.

PHOCYLIDES { φωκυλίδης } Milesius philosophus cõtẽporaneus Theognidis. Natus est 59.Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias,Item Paræneticum carmen ex libris Sibyllinis,vt volunt,decerptum. Vide Suidam.

PHOEBAS, Phœbadis, penult.corr. { φοιβάς } Fatiloqua, quòd Phœbæi numinis concepto æstu tu fureret & agitaretur, in bacchantis imaginem. Sidonius,

Nec sic intortum violatæ Phœbados vletrix
In Danaos fulmen iecit. Lucan lib 5,
Limine terrifico metuens consistere Phœbas.

PHOEBE,huius Phœbes { φοίβη } dicitur Luna. Et venit ab eo quod est Phœbus. Virgil.1.Georgicorum,

-vento semper rubet aurea Phœbe.
Iaculatrix Phœbe.Ouid.epist.19. Hoc est Diana,
Innupta.Ouid.1.Metam.
Nemoralis Stat.1.Sylu.3.

PHOEBE,Leucippi filia, Vide LYNCEVS,dissyllabum.

PHOEBE,insula in Propontide.Plin.lib 6.cap.vlt.

PHOEBVS { φοῖβος } Apollo, Iouis & Latonæ filius,eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipsa Phœbe vocitata est. Diuinationis & sapientiæ deus à poetis existimatus,& medecinæ repertor. Dictus Phœbus,quasi φοίβιος,à φώς & βίος: id est lux vitæ. A poetis enim pro Sole etiam accipitur. Vide APOLLO.

Phœbus Apollo.Virg.3.Æneid.
Chorus Phœbi.Virg.eclog 6.
Cortina Phœbi.Virg.6.Æneid.
Fax Phœbi tristis nuntia belli. Cic.1.de Diuinat. Ex poeta.
Interpres Phœbi.Virg.3.Æneid.
Repertor medicæ opis Phœbus.Ouid.1.de Remed.amor.
Sacerdos Phœbi.Virg.6.Æneid. De Sibylla.
Soror Phœbi,Diana.Virg.1.Æneid.
Ardens Phœbus.Valer.8.Argonaut.
Angur Phœbus.Horat in Carm.secul.
Candentis Phœbi niueum limen.Virg.8.Æneid.
Decorus Phœbus fulgente arcu.Horat.in Carm.secul.
Fatidicus Phœbus.Claud.2.in Eutropium.
Fatidici penetralia Phœbi.Lucan.lib 5.
Inclytus,Stat.6 Thebaid.
Laurifer.Ouid.3 de Arte.
Lauriger.Martial.lib.9.epigr.29.
Metuendus certa fagitta.Horat.1. Carm.ode 12.
Occiduus.Ouid.14.Metam.
Radiantis Phœbi ictus.Lucan.lib.7.
Rediens fugat astra.Horat.3.Carm.ode 21.
Serenatus.Silius lib.5.
Vterque Phœbus,Id est Oriens & Occidens. Ouid.1.Metam.
Plena Phœbo Phœmonoe.Lucan.lib.5.
Digna Phœbo loqui.Virg.6.Æneid.

Phœbeus,pen.prod.Adiect. {φοίβειος.} vt Artes Phœbea pellere morbos. Ouid 3.Fast.Hoc est arte medica.

Chelis Phœbea,Ouid.ad Pisonem.
Flammæ Phœbeæ.Seneca Thyeste,9.
Ignes.Ouid 5.Metam.
Lampas.Virg.4 Æneid.
Laurus.Ouid.4.Trist.eleg.2.
Sortes.Ouid.3.Metam.

Phœbeius, Aliud adiectiuum { φοιβήϊος. } Ouid.15.Metam.Iuuenis Phœbeius. Id est Æsculapius.

PHOEMON,Lacus est Arcadiæ.De quo Ouid.15. Metamorphoseos,

Est lacus Arcadiæ,Phœmon dixere priores:
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ: sine noxa luce bibuntur. Alij legunt Pheneũ.

PHOEMONOE, pen.corr.filia Phœbi,& vates, quæ prima carmen heroicum cecinit,vt est author Hesiodus in Theogonia.

PHOENICIA,vel Phœnice, pen.prod. { φοινίκη } Asiæ regio: sic dicta à Phœnice,Neptuni & Libyes filio, vt Stephanus author est: ad quod accedit Silius lib.1,quum inquit,

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Est autem Iudææ cõtermina. In ea sunt Tyros & Sidon vrbes: Carmelus & Libanus mõ-

tes, in quo thura leguntur. Huius meminit Cic. 11. Philip. Huius regionis incolæ, Phœnices dicuntur, quos Strabo lib. 16, arithmetica & astronomia insignes scribit. Lucanus item lib. 3,

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris. Hoc est, fuerunt primi literarum inuentores. Vide Plin. lib. 5. cap. 12. Ob Syrorum & Phœnicum nimis solertem vafritiē, adagio locus factus est, Aduersum Phœnicas Syri. quo vsi sunt veteres, quoties versutus versuto imponere velle videbatur.

Phœnicum pacta. Phœnices, qui Carthagine potiti sunt, quum primùm ad eam appulissent regionem, postularunt ab iis qui id temporis Libyam incolebant, vt sibi liceret diem & noctem hospitio terræ uti. Quod quum impetrassent, iámque exacto concessi temporis spatio iuberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos vt sibi fas esset illic noctésque ac dies commorari, videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Vnde prouerbiũ esse natum aiunt, de pactis insidiosis & astutis. Author Suidas.

Phœnissus, Adiectiuum {φοινίσσος.} vt Agmina Phœnissa. Silius lib. 17.
Classis Phœnissa. Silius lib. 7.
Cohors. Stat. 9. Thebaid.
Dido. Virg. 6. Æneid.
Tyros. Ouid. 15 Metam.

Phœniceus, Adiectiuum {φοινίκεος} Quod est purpurei coloris, à purpura, quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis syllabis Pœnos appellamus. Plinius lib. 21. cap. 23, Aut enim Phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum.

Chlamys phœnicea. Ouid. 14. Metam.
Color. Luctet. lib. 2.
Vestes. Ouid. 12. Metam.

Phœnicea, Herba. Plin. lib. 21. cap. 25, Est & herba phœnicea appellata à Græcis, à nostris verò hordeum muriuum.

PHOENICE, insula maris Massilitani ad Antipolim, inter Aëria insulas nunc numeratur. Plin. lib. 3. cap. 5.

PHOENICIAS ventus ab ortu solstitiali, media regione inter ortum brumalem & meridiem flat. Plin. lib. 2. cap. 47.

Phœnicopterus, phœnicopteri, pen. corr. masc. g {φοινικόπτερος} Anis rubentes pẽnas habens. Græci vocant φοινίκεον rubrum: & πτερὸν alam. Iuuenal. satyra 11,

Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens. Plin. lib. 10. cap. 48, Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnésque iam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui saporis esse.

Phœnicurus {φοινικοῦρος} auis à caudæ rubedine ita dicta, quæ hyberno tempore Eritacus appellatur. Plin. lib. 10. cap. 29. Vulgò apud nos Coarous dicitur, parúmque à Lusciniola distat. Quandiu fœmina aut ouis, aut pullis incubat (nidificat verò in pertusa arbore) tandiu masculus quasi lugeret pipissat. Auis est, quanuis minima, tamen superbissima, & inuidię plenissima: vnde & locum fecit prouerbio de duobus se inuicem non ferentibus: Vnicum arbustum duos non capit Eritacos.

PHOENIX, huius Phœnicis, pen. prod. {φοῖνιξ} vt nonnulli asserunt, filius fuit Agenoris regis, & frater Cadmi: vel, vt alij etiam ferunt, Agenoris pater, à quo regio in qua habitabat, Phœnicia dicta. Fuit & Phœnix, Amyntoris filius, teste Homero 8. Iliados. Ouidius 8. Metamorphoseos,

Hippothúsque, Dryásque, & eretus Amyntore Phœnix.
Reuerendus Achilli Phœnix Stat. 3. Sylu. 2.

Phœnix se à Peleo parte Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum actorémque rerũ. Cic 3. de Orat.

Phœnix Homericus. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Phœnix, phœnicis, dubij gen. {φοῖνιξ} Auis. Plin. lib 10. cap. 2, Æthiopes atque Indi, discolores maximè & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem: haud scio an fabulosè, vnũ in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleum roscis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, capútque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia soli esse, viuere annis DCLX, senescentem casia thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde è medullis eius nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum, principióque iustа funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Vna est quæ reparet, 'éque ipsa reseminet ales:
Assyrij phœnica vocant. Vide ille plura.
Et viuax phœnix vnica semper auis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

PHOCION, Philosophus ex Peripatetica disciplina, haud sanè ignobilis. Is librum multæ variáque historiæ reliquit compositum: eúmque inscripsit κέρας ἀμάλθειας, quasi dicas, Cornucopiæ. Vide Gellium lib. 1. cap. 8.

PHOLEGANDROS {φολεγάνδρος} insula est vna Sporadum, quam Aratus propter asperitatem ferream vocat. Stephanus à Pholegandro Minois filio nomen accepisse ait.

PHOLOE {φολόη} Mons est Arcadiæ, vt scribit Pomponius. Lucanus libro 7,

Scilicet ipse petet Pholoen, &c.
Vertex Pholoes Stat. 10. Thebaid. ¶Est etiam nomen mulieris. Virg. 5. Æneidos,
Olli seruа datur operum haud ignara Mineruæ
Cressa genus Pholoe, &c.

PHOLVS {φόλος} Vnus fuit ex Centauris Ixionis ex Nube filius. Hic teste Seruio in 8. Æneid. Herculem susceipit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano, lib 6,

Hospes & Alcidæ magni, Phole, &c. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virgilio libro 2. Georgicorum,

-Ietho domuit Rhœtúmque Pholúmque.

Phonascus, phonasci {φωνασκὸς} Vocis, pronuntiationisque magister & moderator. Dictio Græca. Quintil. lib. 11. Sed cura non eadem oratoribus quæ phonasceis. Suetou. de Augusto. cap. 84, Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris sono, dabáque assiduè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. Facto nomine à verbo φωνέω quod significat loquor.

Phonos {φόνος} herba eadem quæ Atractylis, ita dicta ab eo quod sanguinem fundat sucum. Plin lib. 12. cap. 16.

PHORBAS, huius Phorbantis {φόρβας} teste Seruio, pater Ilionei Troiani, Æneæ in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiæ fauente semper pugnauit. Vnde Virgil 5. Æneidos,

-puppique deus consedit in alta
Phorbanti similis, fudítque has ore querelas.

Phorbion, herba est, quam Dioscorides Ormium appellat. Galenus lib. 8. de simplicib. medicam. facultatib. cap. 159, Phorbij (inquit) semina ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant.

PHORCVS {φόρκυς} apud Græcos dicitur Phoreys: filius fuit Thesæ Nymphæ & Neptuni, vt Seruius est author.

Chorus Phorci. Virg. 5. Æneid.
Exercitus Phorci. Virgil. 5. Æneid.

¶Phorcus, pictor ac sculptor egregius: de quo sic Plin. lib. 36. cap. 5, Item Tritones, chorúsque Phorci & Prístes, ac multa alia marina, omnia eiusdem manus, præclarum opus etiam si totius vitæ fuisset,

PHORCYS {φόρκυς} Pater fuit Medusæ, vnde Phorcynis, nomine patronymico, ipsa dicitur. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Dixit: & in partem Phorcynida transtulit illam.

Phoreys, Phoreydos {φορκὺς} Aliud patronymicum. Propertius lib. 3. eleg. 22,

Scelũque Persea Phoreydos ora manu.

Phormio, nis: vel formio. Formiones {φορμίονες} tegetes sunt ex iuncis, aut straminibus contextæ, apud Vlpianum l. 12. §. 12. de instructo & instrumen. legat. in P.

PHORMIO, philosophus, teste Ciceron 2. de Orat. Peripateticus, quũ Annibal Carthaginæ expulsus Ephesum ad Antiochũ venisset exul: próque eo, quòd eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum si vellet, audiret: quúmque is senõ nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquoc horas de Imperatoris officio, & de omni re militari: tum, quum cæteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Annibale quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Pœnus, non optimè Græcè, sed tamen liberè respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Annibali, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hactenus Cicero.

Phormio, Crotoniata dux, bello nauali Lacedæmonios vicit. Huius meminit Theopompus in Philippicis. Fuit item alter hoc nomine dux Athenien sium in bello Peloponnesiaco, vt scribit Thucydides lib. 2.

PHORMVS {φόρμος} Syracusanus comicus, Epicarmi contẽporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor, docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus.

PHORONEVS {φορωνεύς} trium syllabarum, pen. prod. Primus Inachi fluuij filius: hic initio dispersos populos in vibem coegit, appellauitque Phoronicon. Author Volaterranus. Alij dicunt Phoroneum Argiuorum regem, filium habuisse Inachum, qui à se fluuium Inachum denominarit: quem fluuium postea poetæ pro ipso filio Phoronei accipiunt.

Magnus Phoroneus. Stat. 1. Thebaid.

Phoroneus, pen. prod. Adiect. {φορωνέος.} vt Matres Phoroneæ. Stat. 12. Thebaid.

Antra Phoronea. Stat. 3. Sylu. 2.
A Phoroneo dicti sunt Achiui Phoronei.

Phoronides, pen. prod. {φορωνίδης} Patronymicum masc. quo nomine vocatur Inachus fluuius apud Senecam Thyeste, 1.

Phoronis, Phoronidos {φορωνὶς} Patronymicum fœmin. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Nec superum rector mala tanta Phoronidos vltra
Ferre potest. Io puellam intelligit.

PHOSPHORVS, pen. corr. {φωσφόρος} Veneris stella dicitur, quæ Latinè Lucifer, vt restatur Cic. 2. de Nat. deor. Martial. lib. 8. 22,

Phosphore redde diem.

PHOTINVS & Achilla, Pompeij Magni ex acie Pharsalica fugientis, imperio tamen Ptolemæi pueri regis Ægyptiorum, interfectores fuerunt. Alexander libro 1. cap. 2. Hic est enim Ptolemæus ille puer, qui Pompeium Magnum ex Pharsalo fugientẽ ministro Achilla, & Photino miseranda nece affecit.

Phoxon {φοξὸν} figura capitis deprauata, non oblongæ sphæræ similis, sed quæ est acuminato vertice. Galenus lib. singul. de ossibus ad Tyron. cap. 1.

PHRAATES, Rex Parthorum & Persarum fuit: de quo sic Strabo lib. 6, Itaque non tropæa Romam miserunt Parthi, quæ aduersus Romanos quondam erexerant, verumetiam liberos suos Cæsari Augusto eredidit Phraates. Huius meminit & Horat. lib. 1. epist. 12,

-ius, imperiúmque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor, &c.

Phragmitis, radix recens tusaluxatis medetur, & spinæ doloribus ex aceto illita. Phragmis herba est Plin. lib. 32. cap. 10.

PHRANICATES, Parthorum imperator ille, qui cum Ventidio, apud Trapezunta decertauit. Strabo lib. 16.

PHRAORTES {φραόρτης} Rex Indorum, de quo Philostratus in Vita Apollonij.

Phraortes, filius Herodis regis Persarum, occiso patre regnum occupauisse dicitur. Horat. 2. Carm. ode 2,

Redditum Cyri solio Phraorten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus. Quidam tamen hoc loco Phraoten legunt.

Phrasis, huius phrasis, fœm. gen. {φράσις} Eloquentiæ corpus, inquit Quintil. libr. 2. cap. 1, & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τῦ φράζειν, quod est fari & differre.

Phratriæ, de quibus meminit in Politicis Aristoteles, sunt conuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariáque communiter habentium: ab eo dictæ phratriæ, quòd communi puteo vtantur, quod Græcè φρεὰρ dicitur. Quo nomine primùm quas *conspirationes* hodie dicimus, id est communẽ quandam religionem, appellatas esse putant, non autem ab eo quòd fratres fint illi inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit. φρατρία, ας, ἡ, conuenticulum, secta, sodalitas, tribus, contubernium.

Phratores, Græcè dicuntur, qui eiusdem sunt phratriæ: vt tribules, qui eiusdem sunt tribus.

Phrenes {φρένες} dicuntur à Græcis præcordia, quæ exta nuncupant. Galen lib 5. de interioribus, docet diaphragma dici phrenas: eo quòd propter apostema diaphragmatis, gignatur phrenitis. Aristoteles præcordia dici autumat phrenas, à mente & prudẽtia, quæ Græcè dicitur φρὴν. Subtilitas enim mentis, vt ait Plinius, præcordiis accepta fertur.

Phrenitis, pen. prod. huius phrenitidis {φρενῖτις} Morbus lædens mentẽ, & ad insaniam, furorémque deducens. Morbus acutus in febre supereuniens, quum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. Quidã volunt phrenemitidem appellari.

Phrenesis, huius phrenesis, penult. prod. fœm. gen. {φρένησις} Idem. Iuuenal. satyra 14,

Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Plinius libro 9. cap. 9, Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi.

Phreneticus, penult. corr. {φρενητικὸς} Qui phrenesi laborat. Martialis libro 11. 29,

Inuasit medicus sica phreneticus Eueli. Cicero 1. de Diuinatione, Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

PHRICIVS mons Locrensium, à quo Cumus ciuitas Phriconia dicta est. Strabo lib. 12.

PHRIXA {φρίξα} Vrbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans, alio nomine Phestus appellata. Hinc Phrixanus, um, gentile. Stephanus.

Phronesis, huius phronesis, pen. prod. fœm. gen. {φρόνησις} Prudentia. Cicero 1. Offic. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarúmque scientia.

PHRONESIVM {φρονήσιον} meretriculæ nomen est apud Plautum: Latinè prudentulam sonat.

Phryganion, animal quoddam, quod se ignorare Plinius ait, quum tamen remedio esse quartanis ex Chrysippo idem author commemoret lib. 30. cap. 11.

PHRYGIA {φρυγία} regio minoris Asiæ à Phryge amne, qui eam à Caria diuidit. Vel à Phrygia Cecropis filia, vbi Dardania, à Dardano Ioüis filio: Inde à Troe, Erichthonij Dardani filio, Troia: in qua Ilion. Vel à Phrygio oppido Macedoniæ, siue Brygio: vnde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duæ tamen ferunt ur Phrygiæ, maior scilicet & minor, quæ Epicterus dicta fuit. Phrygia ab Aquilonis parte est Galatiæ collimitata, à Meridie Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniáque contermina. In ea est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. Meminit Cic. in Orat.

De Phrygia & Phrygibus scribit Plin. lib. 5. cap. 32.
Pinguis Phrygia. Horat. 2. Carm. ode 12.

Phryx, Phrygis {φρύξ} Qui ex Phrygia est. Dicitur & Phrygius.

Euersi Phryges. Senec. Troad. 6.
Ruricolæ Phryges. Ouid. 11. Metam.

Serò sapiunt Phryges. Hoc prouerbium ex vetustissima tragœdia Liuij Andronici mutuo sumptum est, quæ inscribitur Equus Troianus, Serò sapiunt Phryges. Cic. ad Trebatium lib. 7. 16, In equo Troiano scis esse in extremo, Serò sapiunt. Conuenit in eos, quos stultè factorum serò pœniter. Siquidẽ Troiani tot iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quam si statim initio reposcenti Menelaõ reddidissent, innumerabilibus se se calamitatibus subduxissent. Erasmus.

Phryx plagis emendatur, In barbaros seruilísque ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus reddunturmeliores: quum contrà generosus animus, vt ait Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur. Cicero pro Flacco, in testes Asiaticos, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Ex Erasmo.

Phryges, Barbarorum nomine per quandam velut excellentiam apud antiquos intelligi deprehendas. Cicero 1. Tusculanarum, ex Poeta,

Astante ope Barbarica. Id est, stante Phrygum imperio. Horatius, Græcia Barbariæ lento collisa duello. Id est Phrygiæ. Et apud eundem?

Sonante mixtum tibiis carmen lyra

Hac Lydium, illis Barbarum. Hoc est Phrygium. Virgilius, Barbarico postes auro, spoliísque superbi. Id est Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinió que Græcorum erat eos opulentos fuisse, vt & Persas. Itaque vt Barbarus ætate Demosthenis dicebatur rex Persarum, sic qui de bello Troiano scripsere, aut tragœdias illius argumenti attigerunt per Barbaros, Phryges intellexerunt: quanquam latius barbari nomen patet. Ex Turnebo.

Phrygio, phrygionis, masculini gen. {φρυγίων} Qui acu pingit, vel qui vestes acu intexit. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Plin. lib. 8. cap. 48. Plautus Aulul. 19, Stat fullo, phrygio, aurifex, Iarharius.

Phrygius, Adiect. {φρύγιος} Qui ex Phrygia est. Cic. pro Rosc. Amer. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?

Æquor Phrygium. Virg. 1. Æneid.
Arces Phrygiæ Ouid. 13. Metam.
Cantibus Phrygiis incitari. Cic. 1. de Diuin.
Carerinæ. Lucret. lib. 2.
Clades. Ouid. 13. Metam.
Homo. Cic. Qu. frat. lib 1. 1.
Iudex Phrygius, Paris. Catul in Epithal. 56.
Lapis Phrygius, Marmor. Horat. 3. Carm. ode 1.
Phrygius lapis gentis nomen habet: est autem gleba pumicosa. Plinius lib. 36. cap. 19.
Mater Phrygia, Cybele. Ouid 2. Fast.
Nemus. Catul. de Berecynth. epigr. 58.
Vrbes. Virg. 6. Æneid.

Phrygianus, penul. prod. {φρυγιανὸς} Adiectiuum, vt Phrygianæ vestes: hoc est acu contextæ, & filis aureis decoræ. Plin. lib. 8. cap. 48, Togas rasas, Phrygianáque, Q. Augusti nouissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

PHRYNE {φρύνη} Nomen meretricis apud Athenas, de qua Quintil. lib. 2. cap. 15. Athenæus lib. 13, Thespiensem dicit vsque adeò venustam & eximia forma, vt quum in iudicium capitis adducta esset, phrimisque & grauissimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad absolutionem fuerit fusfragata, quàm formæ præstantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, quum esset hæc opinio, iudices eam condemnaturos, cõstituit eam in eorum conspectu, tunicáque à pectore abscidit, vt nudas eius papillas, & nudum pectus aspicerẽt: tantámque & oratione & hoc facto iudicum misericordiam commouit, quũ eam tanquam Veneri sacerdotem oleo perfunderet, vt iudices religione quadam animis eorum occuparis, ac deterritis, non fint ausi eam condemnare: qua absoluta Euthias accusator iratus, quòd è iudicio victus in re tam aperta discessisset, nullam postea causam dixit. Monuit Lambin.

Phryne, Puellæ nomen libertinæ, apud Horatium Epod. 14.

PHRYNICVS pen. corr. {φρύνιχος} Achenensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus vultum fœminæ protulit in scenam, & retrò tragœdiam reperit: filium habuit Polyphradmonẽ poetam, & ipsum tragicum: docuit tragœdias nouem. Meminit Strabo lib. 14.

Phrynichi lucta. Diogenianus indicat dictitari fuctum de iis qui astu dolóque negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum prodítor. Ex Erasmo.

Phrynion {φρύνιον} herba eadem cum Paronychia, ita dicta quòd τοὺς ὄνυχας, hoc est rubetis adueniens. Plin. lib. 25. cap. 10.

PHRYNIS {φρῦνις} Citharœdus nobilis fuit, patria Myrilenus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis visus est citharœdus, Callia summum magistratum gerente. Vide de eo apud Suidam.

PHRYNONDAS {φρυνώνδας} Viri proprium, qui quum esset hospes Athenis, in negotiis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malarũ rerum artifex: vt hominis vocabulum in rei translerit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynondã appellabant. Hinc prouerbium Phrynondas alter, de Improbo. Huius meminit Lucian. in Pseudomante, inter nobiles facinoriosos.

Phrynos {φρῦνος} à Græcis ranæ genus appellatur omnium maximũ, in vepribus tantùm viuens, vnde & Rubetam Latini appellant. Plinius libro 32. cap. 3, Rubetas huiusmodi plenas veneno malo esse arbitrantur.

PHRYXAGIS, fluuius qui Phrygia, cui & nomen dedit, à Caria disterminata, in Hermum Smyrnæ amnem influit. Plinius lib. 5. cap. 29.

PHRYXVS {φρίξος} Athamantis regis Thebarũ filius, fratérque Helles, vt scribit Hesiodus: qui quum nouercales insidias ferre non possent, & consentiente patre aufugerent, in Asiámque traiicerent, vectí ariete, cuius vellus erat aureum, Helle puellari more ex territa, decidit in Pontum. Lucan. lib. 4,

-delapsæ portitor Helles. Phryxus autem incolumis euasit, Colchósque peruẽnit. De quo lustinus lib. 42.

Æolius Phryxus. Valer. 6. Argon.
Æquoreus. Stat 5 Thebaid.
Graius. Valer. 5. Argon.
Pius Valer. 2. Argon.
Profugus. Valer. 1. Argon.

Phryxeus, pen. prod. Adiectiuum {φριξεῖος.} vt Aries Phryxeus. Seneca Medea, 7.

Mare Phryxeum. Senec. Herc. OEtæo, 7.
Ouis Ouid epist. 6.
Vellera Ouid. 7. Metam.

PHTHIA {φθία} Oppidum est Thessaliæ, Achillis patria, vt scribit Seruius in illud Virgil. 1. Æneidos,

Quam domus Assaraci, Phthiam, clarásque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. Hinc

Phthius {φθῖος} gentile, vt Vir Phthius. Propert. lib. 2. eleg. 14.

Achilles Phthius. Horat. 4. Carm. ode 6.

Phthiota, phthiotæ, penultima producta {φθιώτης} Qui Phthiam habitat Cicero 1. Tusculana, Primo libro loquentes multos facit, duobus Phereceratem quendam Phthiotam senem, quem ait à Deucalione ortum, &c.

Phthiotia {φθιῶτις} Straboni libro 9, vna è quatuor partibus Thessaliæ.

Phthioticus, pen corr. Adiect. {φθιωτικὸς.} Catul. Argonaut. epigram. 59, Deseritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

Phthiriasis, pen.corr. {φθειρίασις} Latinis dicitur morbus pediicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos vocamus. Plin.lib.20. cap.1,Sic & contra phthiriasin bibitur,& hydropises.

PHTHIROPHAGI,pen.corr. {φθειροφάγοι} Populi sunt iuxta Pontum Euxinum,de quibus Strabo lib.11.

Phthisis,huius phthisios,fœm.gen. {φθίσις} Tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite distillãte, ἀπὸ τῆ φθίνειν,quod est tabescere: vnde phthisici vocantur. Sunt qui phthisin,phthonem quoque appellent: sed illud genus maximè quo sanguis reiicitur. Quali morbo laborasse Theopompum,& ab Æsculapio curatum tradunt. Colum.lib.6.cap.14. Iuuenal.satyra 13.

Et phthisis,& vomicæ putres,& dimidium crus.

Phthisis præterea, vt tradit Paulus Ægineta Medicinæ tertio,est pupillæ affectio angustioris factæ debilioriśque,ac etiam rugosioris: in qua paulo maiora sese ostentant obiecta.

Phthongus {φθόγγος} sonus Latinè dicitur: vnde Diphthongus.Plin. de harmonia diapason, lib.2.cap.22, In ea Saturnum dorio moueri, Mercurium phthongo, Iouem phrygio, & in reliquis similia iucunda magis quàm necessaria subtilitate.

Phthongarium {φθογγάριον} Tibiarum genus est, quibus Phonasci modos vocis & tenores regebant, qualis erat fistula Graecchi, quam tonorium vocat Quintilianus. Meminit in pneumaticis Hero. Ex Turnebo.

Phthoria,sunt medicamenta quibus medici vruntur abigendis infantibus in vtero enectis:quæ ecbolia quoque dicuntur,id est eiectoria. Plinius de Scammonite vino,lib 14.cap.16,Hoc vinũ (inquit)phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis ectromatium legatur verbum subdititium.

PHTHVRIS {φθοῦρις} Æthiopiæ oppidum vnum ex his quæ C. Petronius,quum ab Augusto Ægypto præfectus esset,expugnaunt.Plin. lib.6.cap.29.

Phu {φοῦ} vocant aliqui Nardon Agrion, siue Criticũ, folio oleris atri,caule cubitali,geniculato,in purpura albicãte,radice obliqua villosáque,& imitante auium pedes. Dioscorides lib.1. & Plin.lib.12. cap.12. Officinæ *Valerianam maiorem* nominant.

PHVTHEI,Populi Mauritaniæ, quorũ originẽ refert Iosephus ad Puth filium Cham,filij Noe.

Phy {φύ} interiectio mirantis,teste Donato. Terent.Adelph.3.3, Syre,præceptorum plenus istorum ille.

s. Phy: domi habuit vnde disceret?

Phycis,fœm.gen. {φυκὶς} Piscis est verno tempore varius,reliquis anni partibus candidus,ex alga nidificans, & in nido oua parions. Plin. libro 9.cap.26.

Phycites {φυκίτης} gemma algæ colorem habens. Plin.lib.vltimo, capite 10.

Phycos {φῦκος} Frutex. Plin lib.13.cap.25, Non habet lingua alia nomen,quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit,quod quidam prasον vocant, alij zostera. Alterum genus eiusdem capillaceo folio,simile feniculo, in saxis nascitur: Superius in vadis haud procul litrore.

PHYCVS, Phycuntis {φυκοῦς} Cyrenarum promontorium, vt scribit Plin.lib.4.cap.12. Lucan.lib.9,

-tunc ausum classi præcludere portus,

Impulit,ac sæuas meritum Phycunta rapinas Sparsit.

PHYCVSSAE {φυκοῦσσαι} insulæ sunt Libyæ adiacentes, ita dictæ ab algæ copia,quæ φῦκος à Græcis appellatur. Stephanus.

PHYGELA,oppidum in Pannonia à fugitiuis conditum. Plinius libro 5.cap.29.

Phygethlon,pen.corr. {φύγεθλον} Tumor est non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est.Dolor distensióque vehemens est,& maior quàm pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula: sédque tardè maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in vertice,aut in alis,aut in inguinibus,*Panem* ad similitudinem figuræ nostri vocant. Hactenus Celsus lib.5.cap.28.

PHYLACA, phylacæ, penult. corr. {φυλακαὶ} Locus custodiæ, carcer. Plaut.Capt.12,

Illic est abductus recta in phylacam,vt dignus est.

Phylacista,phylacistæ {φυλακιστὴς} Custos carceris. Plaut. Aulular.15, Trecenti constant phylacistæ in atriis. Turnebus artifices intelligit in atriis expectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes,qui quòd in atriis diutius expectant & morantur, custodes & phylacistæ appositi videntur.

Phylaccius,Adiectiuum {φυλακτικὸς.} Ouid.5.Trist.eleg.15,

Vt viuat fama coniux Phylaceia, &c. Id est Laodamia Protesilai vxor,qui ex patria erat Phylaca.

PHYLACAE {φυλάκη} oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homer,in Catalogo nauium. Ouidius libro 3. de Arte amandi,

-Phylacides aberat,&c.

Phylacterium {φυλακτήριον} Græca dictio est ἀπὸ τῦ φυλάττειν,hoc est à custodiendo,asseruando,siue tuendo deducta, significátque modò antidotum,quo nos aduersus venena tuemur & præmunimus,modò locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ,siue membranę Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant,vt eorum oculis nunquá non obuersarentur. Qua de re sic scribit Erasmus in Matthæum:Pharisæi,quò viderentur admodum obseruantes legis, scribebant Decalogum in membranis,seu duobus voluminibus, quorum alterũ fronti coronæ vice circumponebant,alterum brachio, vt siue quò manũ porrigerent, essent in conspectu: siue caput mouissent,ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam vsque ætatem durasse apud Iudæos, Persas,ac Babylonios: atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus iuberet per Mosen,seruari præcepta sua. Hæc Erasmus.

Phylarchus {φύλαρχος} ordinis siue dignitatis nomen in Equestri militia. Erat enim equitatus diuisus in classes quasdã, quas illi φυλὰς appellabant,quibus qui præerant φύλαρχοι appellabantur. Omnes autem vni parebant Hipparcho,hoc est equitatus totius præfecto: quẽ Latini sub Dictatore magistrum equitum appellabant. Fuit item hoc proprium nomen historici cuiusdam Atheniensis, siue Sicyonij, aut,vt alij malunt,Nauctaticæ, qui Pyrrhi Epiroræ bellum aduersus Peloponẽsios,libris vigintiocto conscripsit: item alia complura,quæ recensentur à Suida.

PHYLEVS {φύλεύς} Iouis filius & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Troiano præfuit Dulichiis,Echinadiúmque insularum incolis. Homer.in Catalogo nauium.

Phyllanthes {φυλλάνθης} herba est ex genere aculeatarũ, sed mitioribus aculeis,ab radice tantùm foliata.Plin.lib.21.cap.16.

Phyllanthion {φυλλάνθιον} cognomento dyticon, herba est Democrito,purpuram tingentibus vtilis.Hermol.in Corol.

PHYLLIS,huius Phyllidis,pen.corr. {φύλλις} (inquit Seruius) regina Thracum fuit, & Lycurgi Thracum regis filia. Hæc Demophoontem Thesei filium regem Athenienssium redeuntem de Troiano bello dilexit,& in cõiugium suum rogauit. ille ait ante se ordinaturum rem suam,& sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaque quum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse credebat,laqueo vitam finiuit, & conuersa est in arborẽ sui nominis, id est amygdalum siue foliis. Postea reuersus Demophoon,cognita re,eius amplexus est truncum,qui,velut sponsi sentiret aduentum,folia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebantur.Sic Ouidius in Metamorphoseon libris. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij eclogæ 5,

Incipe Mopse prior,siquos aut Phyllidis ignes,

Aut Alconis habes laudes,aut iurgia Codri.

Rhodopeia Phyllis.Ouid. epist.2.

¶Phyllis, nutrix Domitiani imperatoris. Suet.in Domit.cap.17, Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum,Phyllis nutrix in suburbano suo Larina via funerauit.

¶Phyllis,amnis Bithyniæ,à quo Phylli,Phyllienséq; dicuntur, vt ait Strabo.

Phyllon {φύλλον} Spina est sine caule,sine flore,sine echino, foliis lõgis,aculeatis & lactucæ similibus. Aliis nominibus polygonaton appellatur, & leucacantha. Plin.lib.22.cap.16.

PHYLLVS,li {φύλλος} siue Phyllus, Phylluntis{ωντος Stephano}oppidũ Thessaliæ in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est Strabo lib.9.

Phyma,phymatis,pen.corr.n.gen.Celf.lib.5.cap.28,Phyma est tuberculum furunculo simile,sed rotundius,& planius,sæpe etiam maius. Nã furunculus oui dimidij magnitudinẽ rarò explet, nunquã excedit: Phyma etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolórque sub eo minores sunt. Vbi cuiusmodi est pus,eodem modo apparet ventriculus: quod in furunculo non inuenitur. Verùm omnis corrupta caro in pus vertitur. Idem lib.eodem cap.18, Aristonis malagma etiam recentia phymata,doloréſque omnes discutit.

Physa {φύσα} Piscis quidam ex genere testaceorum Nilo fluuio peculiaris.Strab.lib.vltimo.

PHYSCO,nis,nomen cuiusdam principis Alexandrini, quo dominante Polybius Alexandriam profectus est. Strabo lib.16.

PHYSCVS,sci {φύσκος} Catiæ oppidum è regione Rhodi insulæ.Strabo lib.14. Stephanus aliam eiusdem nominis vrbem collocat in Locride, quam dictam vult à Physco Ætoli filio, Amphyctionis nepote, pronepote verò Deucalionis.

Physemata sunt Conchæ,quæ audito tonitru pauent, ac repentè cõprimuntur. Plin.lib.9.cap.35.

Physes sunt gemmæ,quæ ad naturalium similitudinem effictæ sunt ab artificibus.Plin.lib.37.cap.12.

Physeter,pen.prod.physeteris,pen.prod.m.gen. {φυσητὴρ} Genus piscis marini,admirabili magnitudine. A φυσάω spiro, vel sufflo. Plin. lib.9 cap.4,Maximum animal in Indico mari pristes & balæna est:in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorémque nanium velis diluuiem quandam eructans. Auienus in Arato,Delphinos virides,& physeteres anhelos.

Physcteres aiunt plurimum nauigantibus nocere. De illis ex Nearcho scribit Strabo lib.15.

Physis,fœm,gen. {φύσις} Latinè natura dicitur.

Physicus,pen.corr.Adiectiuum {φυσικὸς} Naturalis.

Ratio physica.Cic.2.de Nat.deor.

Physica,physicæ,pen.corr.{φυσική.} Cic.1.Acad.Sed enitar vt Latinè loquar,nisi in huiusce modi verbis,vt philosophiã,aut rhetoricam, aut physicam,aut dialecticam appellem.

Physica,physicorum,n.g. {φυσικά.} vt Physica Aristotelis, Libri qui de rebus naturalibus tractant.

Ne physicorum quidem ignarum oratorem esse volo. Cicero in Oratore.

In physicis, quibus maximè gloriatur, totus est alienus Epicurus. Cic.1.de Finib.

Explicare aliquid physicum.Cic.2.de Diuin.

Physicus,physici,pen.corr. {φυσικὸς} Qui physicæ dat operam. Cic.1.de Nat.deor.Sed tu hoc physice non vides,quàm blanda conciliatrix,& quàm sui fit lena ipsa natura.

Speculator venatórque naturæ physicus. Cic.1.de Nat.deor.

Physicè,pen.corr.Aduerbium {φυσικῶς.} Cic.3.de Nat.deor.Eodémque tempore illa omnia quæ à te physicè dicta sunt de vi ignea,déque eo calore,&c.

Physiologus,physiologi, penultima corr. {φυσιολόγος} De naturis disserens.

Physiologia, physiologiæ, penultima correp. {φυσιολογία.} Cicero 1. de Natura deor.Hunc censes primis,vt dicitur,labris gustasse physiologiam,id est naturæ rationem,qui quicquam quod ortum sit,puret æternum esse posse?

Rationem

Rationem naturæ physiologiam Græci appellant. Cic.1.de Diuin.

Peruertere physiologiam. Cic.2. de Diuinat. Dum artũ piciniam veram esse vultis,physiologiam peruertitis.

Physiognomia, physiognomiæ {φυσιογνωμία} Naturæ regula: nam id verbum significat morum naturarúmque hominum ex inspectione vultus prædictionem.

Physiognomus, physiognomi, penult.prod. {φυσιογνώμων} vel Physiognomon, physiognomonis, Qui hominum mores ex corpore vultúque cognoscit. Cic.de Fato, Quid Socratem,nónne legimus quẽadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profiterebatur hominum mores, naturáſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.

PHYTEGVSA,legendum Pitheculsa,Vide suo loco,

Phyteuma,herba est amatoria, quam ob id eam contemnunt qui de herbarum viribus aliquid scriptum accurarius reliquerunt. Vide Dioscoridem lib.4 cap.125. Plin.lib.27.cap.12.

Phython, IN PYTHON.

P

I

Piabilis,Piacularis,Piaculum, Vide PIO.

PIALAE,arum,populi in Scythia,qui cum Parthis ex æquo viuunt,ac degunt.Plin.lib.6.cap.17.

Piam, syllabica adiectio, quæ ornatus tantùm causa ponitur: vt Quipiam.

Piamen.Piatrix.Vide PIO.

PIASVS, Pelasgorum dux, de quo sic Strabo scribit: In Larissa Phricónide dicunt Piasum coli, quem tradunt, quum Pelasgorum dux esset, Larissæ filiæ amore captum fuisse: quúmque puellæ violentiam attulisset,contumelię pœnas luisse:nam quum vini dolium pronus inspiceret, puella (quòd iam resciuerat) illum per pedes capiens & attollens in dolium deiecit. Strabo lib.13.

Pica,picæ {πίτα, πικὸς} Auis, magnitudine palumbæ, alis vario colore,& præsertim cæruleo depictis, humana verba proferens. Martialis lib.14.81,

Pica loquax certa dominum te voce saluto:

Si me non videas, esse negabis auem. Plinius lib.10.cap.33, Picæ quum diligentius visum ab homine nidum sensere, oua transferunt alió.

Pica alia est,sub ventre alba, superius nigra, quæ varia appellatur.Ouid 5.Metamorphoseos,

Instituerant ramis imitantes omnia picæ.

¶Pica, est in grauidis languor ille & mollities dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Dictum ab auc pica, quoniam eiusmodi aues varia solent appetere quum sunt prægnantes. Vide MALACIA.

Pica,inquit Paulus Æginetalib.1.cap.1, circa tertium maximè fit impræguationis mensem: eo quòd fœtus tum non possit totum id quod pro alimenti ratione ad vterum affertur consumere, nimirum imbecillior, ita vt ex hoc ipso variæ in stomacho superfluitates redundent. Vnde etiam varia & absurda appetunt, velut carbones extinctos,cimoliam terram, & alia multa.Hæc enim de causa etiam appellationem hanc affectio ipsa adepta est, ob picæ animalis varietatem,aut quòd etiam illa sæpe hac affectione corripitur.

Picæ,apud Festum sunt Sphinges:vnde & apud eum picati.Quanquam & pici, ex se picatos propagare possunt, qui Latinis sunt auidæ illæ volucres feræ griphes vocatæ,aurum è cauernis penitus egerentes. Annotauit Turneb.

Picaria,Picatus, Vide PIX.

PICEN,piceni.PIENT,pienissimus.

Picea,piceæ {πεύκη} Arbor eiusdem cum pinu generis, inquit Dioscorides, sed quandam flagitant specierum differentiam: differe nim à pinu picea,quòd pinguiori ac tenuiori folio est, quódque minus alta, minúsque recta quàm pinus adsurgit: præterea & conum minorem ac magis algentem, nucleos quoque resina perfusos gerit. Virgil.9.Æneidos,

Lucus in arce fuit,summa quò sacra ferebant

Nigranti picea, trabibúsque obscurus acernis. Plinius libro 14. cap.20, Fit è piceæ resina. In Hispania autem è piceastris minimè laudata.

Piceastrum,piceastri {πιτυοπίτυς} Picea syluestris.Vide in PICEA.

PICENVM,penult.prod. {πικηνὸν} Regio Italiæ, in qua est Asculum,à pico Martio aue dicta, cuius ductu & auspicio Sabini, quum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus conspexerat. Nam sicut Strabo lib.5,scribit,conditores Picentium è Sabinorum terra profecti sunt,à quibus orti sunt.Picenum quondam vbertimæ multitudinis. nanque trecenta & sexaginta millia Picentium in fidem Pop. Rom. venere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur: vulgò, *Marcha d'ancona*. Incipit à Truento amne vsque ad Isaurum fluuium, qui nunc Folia dicitur: & hinc Apennino, hinc mari supero terminatur. Habet ciuitates Pisaurum,Fanum Fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Anconam,Camerinum,Firmum & Asculum.

Picentes, siue Picentini {πικῆνται} Qui Picentum inhabitant. Cic.pro Sylla,Aut igitur docebat Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudebat suo generi me meum non anteponere.

Acies Picentum.Silius lib.10.

Picentinus, penult.prod. Adiectiuum {πικηντῖνος} Idem quod Picenus. Martialis lib.13.47,

Picentina Ceres niueo sic nectare crescit, &c. De panibus Picentinis.

Picenus, pen.prod. Possessiuum {πικηνὸς.} vt Picenus ager, pro Picena regione.Cic.de Clar.Orat.Dicitur etiam C.Flaminius,is qui Tribunus pleb. legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulerit,&c.

Tellus Picena.Silius lib.8.

Poma Picena.Horat.2.Serm.saty.3.

Piceus,Pico,picas, Vide PIX.

Picris,huius picridis,fœm.gen. {πίκρις} Genus lactucæ,siue cichorei agrestis,ab amaritudine nomen trahens. Plin.lib.21.cap.17, Amara & aduersus serpentium ictus præsentissima. Quidam hanc Hieracion vocant. Alij Dioscoridis Picridem,quæ picris nominatur,& ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit.

Picrocholi {πικροχόλοι} in quibus abundat flaua bilis,quæ amara esse consueuit.Hippocrates de ratione victus.

Pictatium. Vide PYCTATIVM.

PICTONES,pen.prod. {πίκτονες} Galliæ populi, Ptolemæo lib.2.cap. 7.Vulgò *Poictou*.

Pictor,Pictura, Vide PINGO.

PICVMNVS {πικούμνος} Deus qui in sacris Romanis adhibebatur. Æmylius Macer in Theogonia,

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Picus, huius pici {ἀμφινόμης} Parua auis est, vncorum vnguium: cauat arbores, in quibus pullos educat, & scandit in subrectum, felium modo, dicta à Pico Saturni filio, qui ei nomen dedit. Plin.lib. 10.cap.18.

PICVS {πῖκος} Saturni filius,augur:de quo fabula talis est,Picum amauit Pomona, dea pomorum, & eius volentis est fortita coniugium. Postea Circe quum eum amaret, & sperneretur: irata eum in auem picum Martium conuertit. nam altera est Pica.Hoc autem ideo fingitur,quia augur fuit: & domi habuit picum, per quẽ futura noscebat: quod Pontificales indicant libri. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij 7.Æneidos,

Ipse Quirinali lituo,&c. Vide Ouid 13 Metam. qui Picum canentem filiam Iani & Veniliæ vxorem habuisse ait.

Ausonius Picus.Valer.7.Argon.

Picus est ab læua.Plaut.Asinaria,

Picus & cornix est ab læua,coruos porrò ab dextera:

Consuadent.

Picos,veteres esse voluerunt, quos Græci πίτταις appellant. Plaut. Aulularia,

Pici diuitiis,qui aureos montes colunt, ego solus supero. Nonius.

PIDEN,oppidum in Æthiopia ad sinum maris Rubri ab Arabibus habitarum.Plin.lib.6.cap.29.

PIERES,penult.corr. {πιερὶς} populi olim Macedoniæ finitimi inter Actium & Aliagmonem amnes, quibus pulsis, Macedones loca eorum occuparunt.Plin.lib 4.cap.10. Strabo lib.10.

PIERIA {πιερία} Mons & ciuitas Bœotiæ, quam primus Pierus Lini pater ædificauit,Musis sacer.Plinio lib.4 cap.8,Pierus dicitur. ¶Est & regio Macedoniæ Plinio,eodem lib.cap 10.

PIERIDES, pen.corr. {πιερίδες} inquit Sextus Pompeius, Musæ dicuntur, propter amœnitatem ac foliudinem Pierij montis, quo ex feeretis locis propter studia liberalia delectantur.Hæc Sextus. Pierides etiam,authore Perotto,à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, dictæ. Cic.3.de Nat.deor.Pierias & Pieridas à poetis appellari, quòd Pierio patre ex Antiopa natæ sint, author est. Vide Ouid.lib.5. Metam. Virg 8.eclogа,

Hæc Damonvos,quæ responderit Alphesiboeus,

Dicite Pierides.

Comes Pieridum Martial lib.12.epig 69.

Lumen Pieridum.Ouid.4.de Ponto,eleg.16 Si vocat Cottam Sacris Pieridum imponere manum Ouid.4.Trist.eleg.1.

Studio Pieridum teneri Ouid 2.de Ponto,eleg.5.

Nominatius singularis numeri est Pieris,huius Pieridis: & Pieri in casu vocandi Horat.4.Carm.ode 3. -ô testudinis aureæ

Dulcem quæ strepitum Pieri temperas.

Pierius,Possessiuum {πιέριος.} vnde Pierium carmen.Lucret.lib.1.

Tutela chori Pierij Mecenas.Ouid.ad Pisonem.

Dies Pierij,Quos impendimus literarum studiis.Stat.1.Sylu.3.

Grex Pierius.Martial.lib.9.epigr.88.de filio Silij.

Studiis Pieriis pollere.Claud.5.Paneg.

Via Pieria.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.

Vmbra Pieria.Martial.lib.9 epig.86.

PIERVS, pen corr. {πίερος} Pater nouem puellarum quæ in picas versæ fuerunt.Ouid.5.Metamorphoseos,

Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.

PIERVS,mons est in Thessalia,qui in Macedoniam protenditur. Plin. lib.4.cap 8.

Pietas,pen.corr.pietatis {εὐσέβεια, θεοσέβεια, ὁσιότης} Est (vt ait Cic.2. de Inuent.) per quam sanguine coniunctis, patriáque beneuolis, officium & diligés attributur cultus. Cic ad Lentulum,lib.1.9, Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam,quum illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis,leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Virg.1.Æneidos,

Tum pietate grauem,ac meritis,si forte virum quem

Conspexere,silent.

Pietatem, vt deos cæteros, colebant Romani. Pietati ædem ab Acilio consecratam aiunt, eo loco, quo quondam mulier habitauerit, quæ patrem suum inclusum carcere mammis suis clàm aluerit, ob hoćque factum impunitas ei concessa est. Festus.

Iustitia erga parentes,pietas est.Cic.in Partit.

Pietas,est voluntas grata in parentes.Cic.pro Plancio.

Nimia pietas & summus amor in patriam.Cic.pro Flacco.

¶Pietas, Verus Dei cultus propriè intelligi solet. Cic pro Domo sua, Nec est vlla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio: quum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum ac inhonestum,arbitrere re.Virg.1.Æneid.de Æneа, Insignẽ pietate virum. Pietas,sanctitas,religio purè & castè deo tribuendæ sunt. Cic.1.de Nat.deorum.

Fundamentum virtutum omnium pietas est.Cic.pro Plancio.

¶Egregius pietate. Virg.6 Æneid.

Mira pietate egregius parens Catul.ad Ianuam,epig 62.

Magnus pietate & armis.Virg.1.Æneid.

Potens pietate.Propert.lib.3.eleg.22.

¶Abundans pietatis, Vide ABVNDO.

Honos pietatis.Virg.1.Æneid.

Imago.Virg.6.Æneid.
Solennia.Tacit. in vita Agricolæ, Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola,nuntio,&c. Hoc est ad parentalia.
Notæ pietatis vir.Ouid.14.Metam.
Vmbra mendax.Id est fallax species pietatis.Ouid.9.Metam.
¶Concors pietas.Ouid.ad Liuiam.
Ficta.Stat.5.Sylu 3.
Hilaris.Ouid 2.de Ponto,eleg 1.
Ignaua.Stat.12.Thebaid.
Mitis.Ouid 3.Triſt.eleg.4.
Spectata.Ouid.4.Faſt.
Spreta Cacul.Argonaut.epigr.59.
Trepida.Seneca Medea,7.
Temeraria.Stat.3.Sylu.3.
Velox.Stat.3.Sylu.1.
¶Adhibere pietatem,Vide ADHIBEO.
Cauere pietatem, Vide CAVEO.
Colere pietatem, Vide COLO.
Cole pietatem, quæ quum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt.Cic.in Somnio Scipionis.
Colitur pietate propinquitas.Cic.pro Quintio.
Pietas & ſanctitas deos placatos efficit.Cic.2.Offic.
Euertere pietatem.Lucret.lib.3.
Excidit pietas.Ouid.1.Triſt.eleg.4.
Excitari pietate ad accuſandum.Cic.pro Cluentio.
Frangi pietate alicuius.Ouid.epiſt.1.
Victa iacet.Ouid.1.Metam.
Lædituꝛ ſæpe vultu.Cic.pro Roſc.Amer.Si id quod prælarè à ſapientibus dicitur, Vultu ſæpe lædituꝛ pietas: quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum,ſi res poſtularet,iura diuina atque humana cogebant?
Moner pietas erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officium conſeruare.Cic.2.de Inuent.
Præſtanda parentibus,Cic.in Brutꝛo,Vtinam non tam fratri pietatem,quàm patriæ præſtare voluiſſet.De C.Gracchо loquitur.
Repletum pietate genus.Lucret.lib.2.
Officio omni ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus. Cic.Lentulo,lib.1.1.
Victa pietas cupidine ventris.Ouid.15.Metam.
Victa metu.Ouid.13.Metam.
Victa furore.Horat.3.Carm.ode 27.
Pietas,L.Antonius dictus, quòd eo animo Rempub.tractarit vnà cum Fuluia, quaſi pro Marco Triumuiro fratre laboraret. Vnde à Dione dicitur Ἀντώνιος Ἀντωνίας μέντοι,id eſt διὰ τὴν εὐσέβειαν.quanquam à Glareano mendoſè Pætus nominatur. Sigonius.

Pius,Adiectiuum {ὅσιος,θεοσεβὴς,ὅσιος,θεοσεβὴς,μυησίθεος,δίκαιος} Qui colit Deum,qui Deo fidens viuit ſecundum præcepta ipſius. Vnde Pietas ipſe cultus.Virgil.3.Georgicorum,
Dij meliora piis.
Pius in parentes.Cic.3.Offic.Ipſi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes.
Pij quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt.Cic.pro Roſc.Amer.
Piorum & impiorum deos rationem habere, Vide IMPIVS.
Nemo pius eſt qui pietatem cauet.Cic.2.de Finib.
¶Pius,Miſericors,benignus.Cic.Non ſecus in me pius, quàm pater in filios. Terentius Heeyr.1.2,

Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

Pius & caſtus amor.Quintil.Et pios amores & caſtos.
¶Animæ piæ.Horat.1.Carm.ode 10.
Atæ.Seneca Hippol.4.
Cauſa pia coegit me.Ouid.6.Metam.
Dextra.Horat.2.Serm.ſaty.1.
Dolor pius & iuſta iracundia.Cic.pro Sextio.
Duellum.Liu.1.ab Vrbe.
Fraus.Ouid.9 Metam.
Furtum.Senec.Agamemn.13.
Gens.Horat.Epod.16.
Labor.Ouid.2.Triſt.
Lacrymæ.Ouid.6 Metam.
Lingua.Ouid.epiſt.21.
Manus pias ſcelerare.Virg.3.Æneid.
Mens.Ouid.8.Metam.
Militia.Ouid.7.Metam.
Numina.Virg.4.Æneid.
Officium.Ouid.6.Metam.
Ore pio repoſcere aliquid.Virgil.6.Æneid.
Pax pia & æterna.Cic.pro Corn. Balbo, Nihil eſt aliud in fœdere, niſi vt pia & æterna pax ſit.
Populus.Lucret.lib 6.
Preces Liu.4.bel.Maced.
Rem piam præſtare.Ouid.5.Triſt.eleg.14.
Sacra.Ouid 2.Faſt. Vota.Ouid.1.Metam.
Facto pius & ſceleratus eodem Ouid.3.Metam.
¶Piiſſimus,penult.corr.Cic.13.Philipp.M.Antonium notans quòd verbum nouum protuliſſet,ita dicit, Tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt,id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curtius lib. 9, Vobis quidem ô fidiſſimi piiſſimíque ciuium atque amicorum, grates ago habeóque.

Piè {ὁσίως,θεοσεβῶς} Aduerbium,aliquando Religioſè,& cum maxima in deum fiducia:aliquando Clementer.Terent.Adelph.3.4,
Neque faciam,neque me fatis piè poſſe arbitror.
Piè & humanè facere. Cic.ad Matium,lib.11.27, Alia quæ defendam à te piè fieri & humanè.
Piè & amicè.Cic.5 de Finibus,An obliuiſcimur quantopere in audiendo,legendóque moueamur,quum piè, quum amicè, quum magno animo aliquid factum cognoſcimus?
Iuſtè & piè accuſare. Cic.pro Cluentio.,Sed quum eſſet hæc illi propoſita conditio, vt aut iuſtè, piéque accuſaret, aut acerbè, indignéque moreretur.

Piger,pigra,pigrum {ὀκνὸς,ναυτὸς,βραδὺς,ἀργὸς,ἀκνηρὸς} Tardus.
Mane piger ſtertis.Perſius Saty.5.
Piger ſcribendi ferre laborem.Horat.1.Serm.ſaty.4.
Piger ad.Cælius ad Ciceronem,lib.8.1, Hunc laborem alteri delegaui: non quin mihi ſuauiſſimum ſit & occupato, & ad literas ſcribendas,vt tu noſti,pigerrimo,cuæ memoriæ dare operam.
Ad pœnas piger,ad præmia velox.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.
Piger ad nandum.Ouid.epiſt.17.
Piger in. Cic. Trebatio,lib.8.17,Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare.
Piger frigore.Ouid.2.Metam.
Militiæ piger.Horat.2.epiſt.1.
¶Annus piger.Horat.1.epiſt.1.
Bellum pigrum,Longum.Ouid.2.Faſt.
Bos piger.Horat.1.epiſt.14.
Campi pigri,Frigidi, Præ frigore pigritiem inducentes. Horat.1. Carm.ode 22.
Familia pigra.Plaut.Moſtel.3.
Frigus pigrum dicitur,quia pigros efficit. Author ad Heren.lib.4.
Frigora pigra hybernæ noctis.Propert.lib.1.eleg.7.
Gratia.Ouid.4 de Ponto,eleg.1.
Hyems.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Humor piger,Lentus,maximè fluidus.Colum.lib.2.cap.2.
Piger lapſus.Colum.lib.1.cap.5.
Manus pigra.Ouid.epiſt.20.
Moles.Claudian.3.Paneg.
Obluia.Statius 10.Thebaid.
Palus.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.
Quies.Martial.lib 12 59.
Senectus pigra.Ouid.10.Metam.
Situs piger.Ouid.2.Amor.eleg.3.
Somno pigro torpere.Stat.3 Sylu.2.
Vitia pigra.Claud.2.in Eutropium.
Vita Stat.1 Sylu.4.
Vultus.Martial.lib.2.11.
¶Pigrior.Horat.1.Serm.ſatyra 4, -diſcedet pigrior vltro Muneribus miſſis.
Pigrius, Comparatiuum n.g. Plin.lib.9.epiſt.209, Nihil eſt enim pigrius delicatis,aut curioſius otioſis.
Arar pigerrimus.Situs lib.15.
Pigros, ſine adiecto,vocat pedes Seneca de Benefic.lib.2, Parum enim ſœdè furioſéque inſolens fuerat, qui de capite Conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os Senatoris ingeſſiſſet imperator pigros ſuos.Id eſt pedes. Quum enim illi quocunque nos ferant, in deſidibus & pigris officio videntur deeſſe ſuo quadam ignauia,& pigri pigros & ſegnes reddere, vt in ſtrenuis & gnauis contrà videntur gnaui & ſtrenui eſſe,& prompti ac parati ad viam.

Pigrè, Aduerbium {ὀκνηρῶς.} Plin.lib.10. cap.34, Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigritia,pigritiæ {ὀκνία,ῥᾳθυμία,ἀκηδία} Ignauia,lentitudo.Cic.4.Tuſc. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu,ea ſic definiunt, Pigritiam metum conſequentis laboris. Liu.1 ab Vrbe.
Pigritia & ignauia.Cic.1.Offic.Efficiendum eſt vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant.
Negligentia,pigritia,inertia,aut ſuis ſtudiis quibuſdam, occupationibuſue ſic impediuntur,vt eos quos tutari debeant,deſertos eſſe patiantur.Cic.1.Offic.
Facere me pigritia noli putare,quòd non mea manu ſcribam.Cic. Attico,lib.16.
Incutere pigritiam,Vide INCVTIO.

Pigrities,pigritiei,fœm.g,Idem {ναυτέρεια.}

Pigror,pigrari {ἀργῶ} pigrári, vt grauari. Cic.ad Atticum,lib.14, Tu quæſo quicquid noui (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere. Id eſt ne moreris. Lucretius lib.1,
Quod ſi pigraris,paulúmve receſſeris ab re.

Pigreſco,pigreſcis {ὀκνῶ} pigréſcere, Pigrum fieri & lentum. Plin. libro 18.cap.18, Mox pigreſcit, in Virginem tranſgreſſo. Sub. Sole, De Nilo.

Pigro,pigras {ῥᾳθυμῶ} pigrare, Antiquum,Detinere ac tardare. Accius Chryſi,
Melius pigraſſe,quàm properaſſe eſt nefas. Nonius.

Pigeo,piges,pigui {ἀχθῶ} pigére,Dolere,ſeu moleſtum eſſe.Frequentius tamen imperſonaliter in tertiis perſonis. Plautus Menæch.2.4, Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen, niſi piges. Terent. Phorm.3.3, -quare obſecro,
Nequid plus, minúſve faxit quod nos poſtea pigeat. Idem in Prolog.Heaut. Neque ſe id pigere.

Piget {ἄχθει} Impersonale frequentius legitur. Donatus, Piget in his quæ cum damno ac malo: & ad dolorem refertur. Feſtus, Pigere interdum pro Tardare,interdum pro Pœnitere poni ſolet.
Pigitum eſt.Caſtritius apud Gellium,Pigitum eſt, inquit, cinctos ſaltem eſſe,& penulatos.Vide Noct.Attic lib.13.cap.20.& lib.15.ca.13.
Piget quod dolet. Plaut.Pœn.18, Niſi piget, conſiſtite. Terent. Heaut.5.4,
Pudet dicere hac præſente verbum turpe: at te illud nullo modo
Facere piguit. Martial.lib.2 5,
Te tamen vt videam,duo millia non piget ire.
Quærere non piguit,cur ego,&c.Cic.in Saluſtium.
Piget eſſe pium.Ouid.epiſt.14.
¶Piget,aliquando accuſatiuum rei patientis,cum genitiuo agentis regit.Terent.And.5.3, -ô ingentem confidentiam!

Num cogitat quid dicat? num facti piget? Cic. pro Domo ſua, Vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ,ſed etiam pudeat.
Facti fortaſſe pigebit.Ouid.epiſt.12.
Incœpti piget.Virg.5.Æneid.
Laborum actorum piget.Ouid.2.Metam.
Piguit ſceleris.Lucan.lib.4.
Turpitudinis tuæ nonnullos pigeret.Cic.in Salluſt.
¶Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum. Cic.de Claris Orat.

Pigendus {ἀλγητέον.} vt Error nulla parte pigendus.Ouid.epiſt.7.

PIGMALION {πυγμαλίων} Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis ſui opes appulit,illúmque ſpe potiundi auri ante aras,clàm & dolo interemit.Cuius cædis quum certior in ſomnis à marito Dido facta fuiſſet,ſumptis ſecum theſauris fugit,& Carthaginem condidit. Moris autem erat, vt inquit Seruius, vt de pecunia publica Phœnices miſſo à rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pigmalione ad hûc vſum paratas naues abſtulerat:quam quum fugientem à fratre miſſi perſequerentur, aurum illa præcipitauit in mare. qua re viſa, ſequentes reuerſi ſunt. Meminit huius Virgil.1.Æneidos,
-ſed regna Tyri germanus habebat
Pigmalion,ſcelere ante alios immanior omnes,&c.
Auari opes Pigmalionis.Virg.1.Æneid.

Pigmalioneus,pen.prod.Adiect. {πυγμαλιώνειος.} Silius lib.1,
Pigmalioneis quondam per cærula terris,&c.

Pigmentum,pigmenti {χρῶμα} Vnguentum quo vtuntur puellæ ad venuſtandam faciem. Plaut.Moſtel.4,
Non iſtanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere. Plin.lib. 16.cap.43.
¶Pigmenta aliquando dicuntur colores pictorum: de quibus Plinius lib.35.cap.5. Cic.1.de Diuinat.Aſperſa temerè pigmenta in tabula,oris lineamenta efficere poſſunt. Plaut.Epid.13,
Quem Apelles, Zeuiſíque duo pingent pigmentis vlmeis. Id eſt, qui virgis vlmeis vtentur ad corpus meum ſanguine pingendum.
¶Pigmenta, per tranſlationem, pro coloribus rhetoricis. Cic.ad Atticum,lib.2, Meus autem liber totum Iſocratis μισθῶσεων,atque omnes eius diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit. Pigmenta,id eſt exornationes,quibus oratores vt pigmentis pictores vtuntur.
Pigmenta item per tranſlationem dicuntur mendacia & fraudes: quia is qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis. Cic. lib.2.de Orat.Tam integræ ſententiæ, tam veræ,tam nouæ, tam ſine pigmentis,fucó-que puerili, vt mihi, non ſolùm, tu incendere iudicem,ſed ipſe ardere videaris.

Pigmentarius, pigmentarij {φαρμακοπώλης} Qui pigmenta vendit. Scribonius Largus. Vt pigmentarij inſtitores eius rei compendij cauſa faciunt.

Pignus,pignoris vel pigneris,penult.corr.neut.gen. {ἐνέχυρον,ἔμβολον, ὑποθήκη,χρέος} Quod pignori datur, vt quis ſit ſecurus. Plautus Caſina,2,
Id ni fit,mecum pignus ſiquis volt,dato
In vnam mulſi. Vlpian. de Pignoratitia actione, vel contra, l. Si rem alienam, Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: Hypothecam,quum non tranſit, nec poſſeſſio ad creditorem. Martialis,lib.12.25, Quum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis.
Pignus (inquit Budæus) eſt quod Græci hypotheca,quaſi obligationi ſuppoſitum dicitur,vel quaſi ob fidem debiti ſuppoſitum,quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Terent.Phormione,4.3,
-ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas,
Ædiculæ item ob decem alias.
Pignori accipere aliquid. Pompon.in l.Si rem.D. de pign.actio.Si rem pignori datam vendidit & tradidit, túque ei númos erediditi, quos ille ſoluit ei creditori cui pignus dederat: tibíque cum eo conuenit,vt ea res, quam iam vendiderat, pignori tibi eſſet: nihil te egiſſe conſtat, qui rem alienam pignori acceperis. ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpiſſe. neque ad rem pertinuiſſe,quòd tua pecunia pignus ſit liberatum.
Sub pignoribus mutuas pecunias accipere. Caius in l.Vel vniuerſorum.D.de pig.act.& Scæuola in l.vlt.eod.tit.
Pignora auferre.Cic.lib.3.de Orat. de iurgio Philippi Conſulis in Senatu,& L.Craſſi magni illius oratoris loquens, Hic quum homini & vehementi & diſerto, & in primis forti ad reſiſtendum Philippo, quaſi quaſdam verborum faces admouiſſet: non tulit ille, & grauiter exarſit, pignoribúſque ablatis Craſſum inſtitit coercere. Coercere pignoribus captis dixit Cic. quod nos *Cogere per bonorum captionem* dicimus. Budæus.
Capere pignus, Vide CAPIO.
Cauere ſibi pignoribus.Vlpian. in l.Si rem alienam. D. de pignor. action.
Cedit res aliqua pignori.Paul.in l.Si conuenerit.D.de pig.act.
Ablatis pignoribus aliquem coercere.Cic.3.de Orat.
Pignus contrahitur (inquit Vlpian l.1.de pignorat.actio.) non ſolùm traditione, ſed etiam nuda conuentione, etſi traditum non eſt. Si igitur contractum ſit pignus nuda conuentione: videamus, ſiquis aurum oſtenderit, quaſi pignori daturus, & æs dederit, an obligauit aurum pignori. Et conſequens eſt, vt aurum obligetur, non autem æs: quia in hoc non conſenſerunt. Siquis tamen quum æs pignori daret,affirmauit aurum eſſe, & ita pignori dedit: videndum erit, an æs pignori obligauit: & nunquid, quia in corpore conſenſum eſt, pignori eſſe videatur.
Conualeſcit pignus. Africanus in l.Qui baliueum.D. qui pot. in pignor.
Dare pignus cum aliquo, Vide DO, das.
Dare aliquid pignori, Vide Pignus contrahitur, & Pignòri accipere.
Diſcedere à pignore. Martian. in l.Si debitor.D. Quib. mod.pig. vel hyp.ſol.
Euaneſcit pignus, Vide Teneri pignori.
Pignori eſſe, Vide Pignus contrahitur, & Pignori accipere.
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.Claud.6.Paneg.
Extinguitur pignus. Martianus in l.Sicut.D. Quib. mod. pig. vel hypoth.ſol.
Finitur. Vlpian.in l.Si res diſtracta. D. quibus modis pig. vel hypoth.ſol.
Pignori habere aliquid. Papin.in l. Qui generaliter. D. Qui potiores in.
Liberare pignus, Vide Pignori accipere.l.4.D.qui por.in pig.
Obligare aliquid pignori, Vide Pignus contrahitur.
Opponere pignori, Vide OPPONO.
Perimitur, Vide Teneri pignori.
Ponere pignori. Plaut.Capt.7.
Ponere aliquid pignori.Vlp.in l.Perenti.D.de pignorat.act.Perenti mutuam pecuniam creditori,quum præ manu debitor non haberet,ſpecies auri dedit,vt pignori apud alium creditorem poneret.
Recedere à pignore.Vlp.in l.Si rem alienam D.de pig.act.
Recuperare pignus. Martianus in l. Si creditor. D. de diſtractio. pignor.
Remittere pignus.Modeſtin. in l. Voluntate. D.Quib.mod.pign. vel hyp.ſol.
Soluitur pignus,Vide Finitur pignus.
Suſcipere pignus.Papinianus in l.Fideiuſſor.D.de pig.& hypoth.
Teneri pignori Martian.in l.Grege.D.de pig.& hyp.Grege pignori obligato,quæ poſtea naſcuntur, tenentur. Sed etſi prioribus capitibus decedentibus,totus grex fuerit renouatus, pignori tenebitur. Statuliber quoque dari hypothecæ poterit,licet cõditione exiſtente euaneſcat pignus. Quum pignori rem pignoratam accipi poſſe placuerit:quatenus vtraque pecunia debetur, pignus ſecundo creditori tenetur,& tam exceptio, quàm actio vtilis ei danda eſt. Quòd ſi dominus ſoluerit pecuniam,pignus quoque perimitur.
Malitioſè verſari in pignore. Vlpian.in l. Si rem. D. de pignor.actio.Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitioſè in pignore verſatus ſit.
¶Pignoſa,pignora eo modo,quo Valeſij & Auſelij, Pinoſi, Pileſi dicebantur. Feſtus.
¶Pignus,A pugno dicitur, vt Caius ait de Verborum & rerum ſignificatione,l.Plebs.quia res quæ pignori dantur,manu traduntur.
¶Pignus hoc modo ſæpe dicitur,quum aut munus noſtrũ, aut aliquid ſimile,pignus eſſe amoris & beneuolentiæ volumus:id eſt indicium,ſiue documentum & argumentum idoneum:vel etiam ſignum certum. Virg 3.Æneidos,
Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus,
Dat iuueni,atque animum præſenti pignore firmat. Id eſt ſecurum facit,vt qui dat pignus:inquit Valla lib.6. Curtius lib 9,Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omiſiſtis.
Mutua pignora amoris.Situs lib.17.
Charitatis mutuæ.Quintil.in Procem.lib.1.
Fidei.Ouid.6 Metam.
Hoſpitij.Curtius lib.6,Extulerat & hoſpitij pignora.
Pignus vocis.Ouid.epiſt.19,
Hæc ego compulſus,non eſt mirabile,forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Chara.Virg.eclog.8.
Miſerabile pignus amoris.Ouid.epiſt.11.
Dare pignus.Ouid.2.Metam.
Petis certa pignora Ouid.2.Metam.
Pignus tenemus ſceleris.Senec.Hippol.5.
¶Pignora aliquando pro filiis accipiuntur:quoniam filij videntur tanquam pignora inter virum & vxorem eſſe, tum vinculi, ne alioqui diuortium fiat:ſum charitatis. Ouidius,
Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres. Quintil.lib.6. cap.1, Affert in iis momentum & ætas, & ſexus, & pignora: liberi dico & parentes,& propinqui.
Chariſſima pignorum.Tacit.lib 13.
Nepotes chara pignora.Ouid 3.Metam.
Adſcita pignora,Filij adoptiui Stat.2.Sylu.1.
Gemino natarum pignore fultus Stat.1.Thebaid.
Inauſpicatum pignus ſanguinis mei.Senec OEdipo,14.
Communis filij pignus intereeptum. Sueton. in Tiberio,cap.7, Cum filia primò concorditer, & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuò ſecubaret, intercepto communis filij pignore,qui Aquileiæ natus infans extinctus eſt.
¶Pignora iniuriæ,vitam & fortunas Cic. vocat obnoxias iniuriæ, 13.Philipp.Tu verò ita vitam coniũ-ſque ſeruaꝛb,ita fortunas,ita rem familiarem, vt hæc poſteriora libertate ducas, atque his vti velis, ſi liberare Rempub.poſſis:nec pro iis libertatem, ſed pro libertate hæc proiicias,tanquam pignora iniuriæ,&c. Budæus.
Pignus Reipub Fiducia & ſecuritas Reipub.Cic.pro Sextio,de Piſone,Nam quid ego de ſupercilio dicam,quod tum hominibus non ſupercilium,ſed pignus Reipub videbatur? tanta erat grauitas in oculo,tanta frontis contractio. Hæc Budæus.
Pignus,metaphoricè ſumptum. Cic.13 Philipp Magnis & multis pignoribus M.Lepidum Reſpub.obligatum tenet. Id eſt fidei retinaculis: tranſlatione à fœneratoribus ducta. Budæus.
Obſes & pignus. Cic.pro Cælio.Habet à M. Cælio Reſp.Iudices, duas accuſationes vel obſides periculi,vel pignora voluntatis.
Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit.Cic pro Cluentio.
Mors mea pignus erit coniugij.Ouid.epiſt.9.
Pacis pignus.Ouid.8.Metam.

Libertatis Pop.Roma.pignus D Brutum vocat Cic.11.Philip.

Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates. Cic. de prouinc.Consul.

¶Pignus, Id quod deponitur ab iis qui simul decertant apud sequestrum.Virg.ecloga 3,

-tu dic mecum quo pignore certes.

Contendere pignore.Catul.ad Fundum,epigr.41.

Pigneror,pen.corr.pigneraris { ἐνεχυράζω, ἐνεχυράζεις, ἐνεχύρασα, πεπιγνόρακα } pignerari,Deponens,quod vulgò dicimus *Per executionem capere*,hoc est,pignora capere,inquit Budæus. Liu.Decad.3.lib 9,Postea cõscientia sibimet exilii consciscentes:bona tantum quæ publicari poterãt, pigneranda pœnæ præbebant. Cic.14 Philip.In fuga, fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet. Pignerari dixit,pro eo quod est quasi Pignus accipere,& sibi asserere , quasique obnoxium sibi debitúmque capere. Cuius dicti hic sensus est , Fortissimus enim quisque , primus in prælio occumbere solet. Budæus.

Pignerati animi,In pignus habiti. Liu.4.bel Pun Et quorum propinqui extra vrbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pigneratos haberent animos. Quædam exemplaria habent pignoratos.

Ad modicum æris pignerata res.Vlpian.in l. Siquis in pignore.D. de pignor.act.

¶Pignerare, Actiuum, Dare pignus. Suet in Vitel.cap.7, Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris expensas.

Pigneror, Passiuum,pro Pignero, Vide Gel.lib.18.cap.17.

Pignoratio,onis,Verbale. Caius in l.Sed & D.de pign. & hypoth.

Pignoriscapio , vt Vlusicapio. Gellius ex Catone , Pignoriscapio ob æs militare,quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit,&c.

Pignerator, penult. prod. pigneratoris , Verbale { ἐνεχυραστὴς } Qui pignus accipit. Cic.4.Verr. Quum in his inquam rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator , non creptor , neque possessor soleat esse: tu de optimo,de iustissimo , de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus,ea iura constituebas , quæ omnibus aliis essent contraria. Edixerat enim Verres, vt publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis auctoritate(vt assolet)pignora eorum capere. Budæus.

Pignoratitius,siue Pignoratitius,Adiectiuum { ἐνεχυραστικὸς } Ex supino verbi Pignero nomen deductum , significat quod pignori datum est.vt Res pignoratitia.

Actio pignoratitia.Vlp.in l.1 D.de pig. actione.

Pignoratitius creditor,Cui pignus capere licet. Vlp. Quæritur in pignoratitio creditore,an pignoris persecutio denegetur.

Fundus pignoratitius.Pomp.in l.Quanuis D.de pign.act.

Pigresco,Pigro,pigras,& Pigror,pigratis,Vide PIGER.

Pila,pilæ,priore prod. { πίλη } A pinso, pinsis, Vas concauum,quo antiqui siccata frumenta pinsebant ac contundebant.Cato cap.14,Paululum latam pilam,vbi triticum pinsant vnam. Idem cap.10, Pilam ligneam vnam. Similiter vasa illa concaua medicorum vsui apta in quibus prisanæ fieri solent,pilæ dicuntur.

¶Pila,Columna stans,quam Græci στήλην vocant à stando. Propriè autem stelas Græci appellant stantes columnas in monumentis. Apul.lib.3.Metam. Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila,quæ parietem sustentat , ab opponendo dicitur. Plinius lib.11, Ruentes ceras fulciunt pilarum instar , interius à solo fornicatas, vt sit aditus ad farciendum.

Pilæ lapideæ (inquit Budæus) in ædificiis sunt columnæ structiles,aut structuræ ex lapide cæso,quasi quædam ædificiorum femora: quibus muculi (quos *cornua* vocant) incumbentes, trabes & epistylia sustinent.Vide COLVMNA.

¶Pilæ etiam sunt opera informia quæ in aqua construuntur , cuiusmodi magnifica Genuæ visitur: molem vulgò appellant. Earum vsus est ad cuendas à fluctibus naues intra portus & naualia.De quarum constructione Vitruuius lib.5. Huiusmodi pilam Virg.lib.9.Æneidos,describit his verbis,

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit &c. Huiusmodi autem fiebant ex puluere Puteolano qui in aqua lapidescit. Fiunt & alia ratione intra aquam , circundatis rabulationibus, quas areas Vitruuius appellat , ab arcendis aquis ab opere. Alij aquaria septa vocant. Budæus.

¶Pila { σφῦρα } priore correpta , instrumentum lusorium est , rotundum ad similitudinem sphæræ,ab πάλλω,æquo:quod forma sphærica sit , quæ omni ex parte æqua est. Vel à pilo , quòd pilis impleri solet. Plaut.Bacchid.8,

Ibi cursu,luctando,hasta,circo,pugillatu,pila,
Saliendo se exercebant magis. Quatuor pilarum genera sunt. Est pila trigonalis,omnium minima,prædura,firmo pilo plena:à quo pila nomen haber.Fluentina nunc vulgò dicta , quòd Fluentiæ huiusmodi pilæ optimæ fiant. Trigonalis autem vocitata est à trigone, qui locus erat in thermis triquetra (hoc est triangulari figura,quam Græci τρίγωνον vocant) ad huiusmodi pilæ lusum ædificatus,& paruo calore tepidus teneri per hyemem solitus : ne exuti ad ludendum homines, statim rigorem conciperent, néve ludendo exerciti nimis æstuarent. Mittitur pila ad vnum angulum , ita vt vtrunque parietem contingat, redditur non minus siniſtra quàm dextra manu, miráque corporis agilitatem requirit. Martialis de pila trigonali,libro 14,

Si me mobilibus scis expulsare siniſtris,
Sum tuæ:si nescis,rustice redde pilam. Est pila paganica,à pagis, hoc est villis, ita dicta, quòd pagani ea vterentur , Hæc crassior est, laxiórque,& pluma plena : nec ad lusum tam agilis , vt quæ nec tam leuis est,nec tactata facilè resilit. Martialis lib.14,

Hæc quæ difficilis surget paganica pluma,
Folle minus laxa est , & minus arcta pila. Quasi dicat , Est laxior quàm pila trigonalis,& arctior,firmiórque quàm follis. Nam follis

tertium pilæ genus est:hic ex pelle fit , spiritúque inflatur : crassior cæteris, sed non multo grauior : pugno redditur , non palma, vt reliquæ pilæ. A flatu nomen habet. Est præterea quartum pilæ genus, quod vocant harpastum,siue sphennidem: crassior est quàm pila paganica , tenuior quàm follis. E panno ferè fit , aliquando ex pelle, lana, tomentóve impletur: non repercutitur. Sed quum multi sint ludentes,& in duas partes diuisi , ita vt vtrinque è regione sibi inuicem oppositi sint,ad suos quisque transmittere pilam conatur,quam aduersarij nituntur arripere. Sic magno labore luditur : decidit sæpe in terram pila: ad quam cæteruatim currentes , se inuicem prosternunt, puluerémque & sudore infecti flaueſcunt. Laboriosum ludi genus, & ideo grandioribus tantum conueniens. Hæc ex Sipontino.

Terra pilæ similis.Ouid.6 Fast.
Iactus pilarum.Ouid.2.Trist.
Pila lusoria.Plin.lib.7.cap.56.
Perpictæ.Ouid.10.Metam.
Velox.Horat.2.Serm.saty.2.

Ad pilam se,aut ad talos,aut ad tesseras se conferunt homines labore assiduo & quotidiano assueti , quum tempestatis causa opere prohibentur.Cic 3.de Orat.

Pilam scitè ac diligenter excipere, & Aptè & expeditè remittere. Senec.de Benefic.lib.2.cap.32.

Pila se exercere. Celsus lib.1.cap.6,Quem frequẽrer cita aluus exercet, huic opus est pila,similibúsque superiores partes exercere.

Volantem pilam geminare.Ouid.ad Pisonem.

Pila ludere. Cic.5.Tuscul. Is quum pila ludere vellet (studiosè enim id facitabat) tuuicámque poneret,adolescentulo, quem amabat,tradidisse gladium dicitur.

Tollere,& mouere pilam.Ouid.3.de Arte.

Claudi more tenere pilam. Cicero in Pisonem , Græcus primò distinguere atque diuidere illa , quemadmodum dicerentur : iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere,quod acceperat testificari. Hactenus Cicero. Prouerbium conuenit in eos qui quicquid à præceptoribus acceperint, siue id doctum sit , siue indoctum , nullo delectu,nullóque iudicio tenere solent ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus , & ob id pertinaciter columnis innitente.

Mea pila est,si repudiatur miles. Plaut. Truculi.15. Prouerbialiter hoc dictum est , id est in mea potestate est ludus : tanquam cuius est pila. arbitrarii meo res geritur. Iam meæ erunt primæ partes apud mulierem.

¶Pila lanuginis,Lanuginosa quædam rotunditas in formam pilæ. Plin.lib 12.cap.10.

Pilula,pilulæ,pen.corr.Diminutiuum { σφαῖρα } Globulus , & sphæricum quiddam ac rotundum. Plin.lib.16.cap.7, Nascitur in eo & pilulæ, nucibus non absimiles. Gal. *Crottes de cheual.* Quinetiam pharmaca illa in globulos conformata quæ hac forma sumimus , vulgò pilulas nominamus. Plin.lib 28.cap.9, Vetus axungia phthisim in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπόσια dicuntur. Ab absorbendo : non enim comminuendæ dentibus , aut gustandæ sunt pilulæ.

Pilarius,pilarij. Dicuntur pilarij præstigiatores, qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas videntur emittere , aut in vas inijcere , quum secus faciant. Quintil.lib.10.cap.7, Quo vsu constant miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas,& qua iubentur decurrere.

Pilatim,pen.prod.Aduerb. { σπαδὸν } A pila columna: significat per columnas.Vitruuius,Pilatim struuntur ædificia.

Pilicrepus,pen.corr. { σφαιριστὴς } apud Sen.lib.7. epist penult.ad Lucilium, vbi notatur balneorum luxuria , intelligendus est is qui pilas, hoc est sphæras aut glomos pice illitos in ignem balneorum siue vaporarij coniiceret,sicubi fortè restingueretur. A superiori interpretatione dissentit Turnebus , atque pilicrepum esse qui pilas crepat, aut pila crepante lusitat (nam pila crepitum facit) quod facere solebant paulò ante balneum , vel dum hypocausta & sudationes calefacerent. Martialis,

Redde pilam, sonat æs thermarum:ludere pergis? Quo etiam sensu accepit illud Papinij, Quid nunc strata solo referam tabulata , crepantes Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat, &c. In mittẽda autem & remittenda pila,quum pilicrepus plures quàm essent manus & vices numerarat,maximus excitabatur clamor ab aduersariis. Hæc ille. Meminit huiusmodi pilarum Vitruuius lib.5.cap.10.

Pilates,pilatæ { πιλάτης } Genus lapidis candidissimi.Cato lib.5,Lapis candidior quàm pilates.

Pilatus,Vide PILVM.

Pilentum,pilenti,inquit Festus { ἐζώματος γένος } Vehiculi genus , quo matronæ ferebantur.Idem videtur esse quod petoritum. Estque eius formæ,qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur,ita libratum,vt considentes,in puluinis in aere suspendi agitatæ videantur. Virg.lib 8.Æneidos,

-castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus. Id est, pensilibus. Liu. 5.ab Vrbe, Honorémque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum : vt pilento ad sacra, ludósque,carpentis festo profestóque vterentur.

Sacra pilenta.Claud.de Nupt.Honorij.

Pileus,pilei,masc.gen.vel pileum,n.g. { πῖλος,πίλιον } Tegmen capitis. Plaut.Amphitr.4,

Vt ego hodie raso capite caluos capiam pileum. Id est, vt caluus, seu raso capite,liber fiam. Seruius in lib.8.Æneidos,

Feronia,nympha Campaniæ. Hæc etiam libertorum dea est,in cuius templo raso capite pileum accipiebant.

Suta pilea de cæsis lacernis.Stat.4.Sylu.9.

Pilea Castori & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est. Paulus.

¶Pileus,quandoque ponitur pro libertate. vnde legimus apud historicos

storicos ad pileum seruos fuisse vocatos : quod significat ad libertatem , cuius insigne est pileus. Liu.4.bell.Punic.Postero die serui ad pileum vocati & carcere vincti emissi. Accipiebant enim serui pileum raso capite,qui manumittebantur.

Ad pileum vocare,pro eo quod est Ad libertatem inuitare,aut promissis ingentibus seditionem commouere , prouerbiali figura dixit Macrobius lib.1.Saturn. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio deiicere, & quodammodo ad pileum seruos vocare. Metaphora ducta à veterum cõsuetudine , qua serui quum statum mutarent ac manumitterentur,capite raso pileum accipiebant.

Pileolus, Diminutiuum, vel pileolum, pen.corr. { πιλίσκος.} Horat.1.epist.13,

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Colum.de Arboribus, cap. 25,Pileolos inducre. Ouid.1.de Arte,

-nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pileatus,pen.prod.Adiect. { πιλωτὸς } Pileo tectus.Liu.4.bel.Pun.Pileati,aut lana alba velatis capitibus Volones epulati sunt.

Fratres pileati.Catul.ad Contubernales,epigr.35.

Roma pileata.Martial.lib.11.epigr.7,

Versu ludere non laborioso
Permittis puto pileata Roma. Quem locum explicans Turnebus: Romani, inquit,Saturnalibus pileum gerebant,aliis diebus nudo capite erant , aut caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuæ cum pileo visuntur. Eustarchius libro 1.Odyss.de Latinis, ἅπας δὲ καὶ τὰ τῶν κεφαλῶν ἀκαλύπτους ἔχειν. Differit enim fortasse eos nudi capitis consuetudinem à prisca Græcia fuisse , quum apud Homerum nec pilei nec causiæ vllæ mentio fit,& heroico seculo videantur ea capitis operimenta vitata non fuisse.

Pileati serui. Gellius lib.7 cap 4, Pileatos seruos vænum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sabinus Iurisperitus scriptum reliquit.

Pilicrepus,Pilula.Vide PILA.

Pilo,pilas,pilare:vnde & Compilare,Furto aliquid subtrahere. Huius meminit quodã loco Turnebus, & à verbo Græco deduci putat Æolicon πιλνάω,id est fur,qui μναστὴς ab Hesiodo vocatur:sed Æolum est aspirationes in tenues mutare,vt pro σφῆξ,Doricè φῆξ,& Æolicè πῆξ, vnde Latinum verbum pica & picatus. Simplex parum est in vsu.

Pilosella , herba est Holostio persimilis , vnde à quibusdam imperitè cum Holostio confunditur. Cæterùm quia Pilosellæ variæ sunt species, ac de illis earúmq; virtutibus copiosè tractat Matthiolus apud Dioscoridem lib.4.cap.10.eò lectorem relegandum censuimus.

Pilum , pili, priore producta {πῖλος} Armorum genus , hastile pedum quinque & semis, ferro triangulo vncinatum nouem : ad cuius vsum præcipuè exercebantur milites:quod arte & virtute directum,& scutatos pedites, & loricatos equites sæpe transuerberat. Hæc Vegetius libro 2.cap.15. Generaliter,authore Varrone,pila tela Romana sunt. Cic.in Pison. Vt semper Macedonibus imperatoribus iidẽfines prouinciæ fuerint,qui gladiorum atque pilorum.

Adugilantia pila regum somnis.Stat.1.Thebaid.
Catapultarium pilum,Vide CATAPVLTA.
Excubiæ,& circunstantia pila.Claud.7.Paneg.
Curuata pila cuspide.Lucan lib.1.
Exesa rubigine.Virg.1.Georg.
Agmina horrentia pilis.Horat.2.Serm.satyr.1.
Infixa tergis hostium,Vide INFIGO.
Pila minantia pilis.Lucan.lib.1.
Muralia,Vide MVRVS.
Sæua.Stat.10. Thebaid.
Torquere pila.Lucan.lib.1.

¶Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos:quòd circa signa grauis armatura constituta esset , in qua inter cætera armorum genera,hastile erat pedum quinque semis,quod pilum nominabant. Cæsar 5.bel.Gall. Tum T.Baluentio , qui superiore anno primum pilũ duxerat , viro forti , & magnæ authoritatis, vtrunque femur tragula traiicitur.

¶Pilum , Instrumentum quo aliquid pinsitur seu tunditur in pila. Varro de Lingua Latina libro 4,Pilum , quòd eo far pinsunt. Plinius libro 18.capite 10, Pistura omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intus denticulata,vt nisi intenti pinsant,concidantur grana,ferróque frangantur. Cato de Re rustic.cap.12,Pilum fabarium vnum , farrearium vnum,seminarium vnum, qui nucleos succernat vnum. Pistillum etiam vocatur.

Pilum Græcum. Plaut.in Astrab.

Quasi tollenonem aut pilum Græcum reciproces plana via. Est autem pilum Græcum , vt interpretatur Turnebus , quod in pinsendo tritico vna deprimitur parte,altera attollitur more celonij.De eo loquitur Hesiodus,

ἅμαρ μὲν τετράδιλλα τάμνειν, ὕπνῳ δὲ τρίπηχυ.

Pilum,Alia significatione. Plautus.

Posteà ibo lauarum in pilum. Turnebus,Hîc quid pilum sit,inquit, equidem comminisci non possum,nisi sit insigne balnearum, vt malum punicum apud Suetonium,insigne domus est. Alij interpretantur coactilia , quasi intelligeret coactilibus se munitura & foturum, eáque hoi pro balneo fore. Hactenus Turnebus,arbitrio intelligentium relinquens vtram sequi malint.

Pilatus,pen.prod. Adiect.Pilo armatus. Martial.lib.10.48,

Et pilata redit ianque,tubitque cohors.

Pilanus, pen.prod. Vario de Ling.Latin.libro 4,Pilani,qui pilis pugnabant.Ouid.3 Fastorum,

Et totidem princeps,totidem pilanus habebat
Corporaleg:timo quisque merebat equo.

PILVMNVS { πιλεμνὸς } Iouis fuit filius. Hic, teste Seruio , fratrem habuit Pithumnum , qui primus stercorandorum agrorum vsum inuenit,vnde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus verò,pinsendi frumenti: vnde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dictum est.

Pilumnus,pater Turni.Virg.9.Æneid. Ibid.lib.10,

Cui Pilumnus auus,cui diua Venilia mater.

Pilus, pili,priore correpta { πάμφιλος } Nomen generale est. Plin.lib. 11.cap.37, In capite cunctorum animalium , hominis plurimus pilus. Idem lib.8.cap.21,Pilo in contrarium verso.De tauris.

Vallum pilorum. Cic.2.de Nat.deor. Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis siquid intraret, repelleretur,&c.

Inordinatissimi pili,Vide INORDINATVS.

Pilus frequens.Celsus lib.6.cap.4.

¶Fruticante pilo neglecta & squalida cruta.Iuuen. Satyr.9.

Ad pilum vlcera reducere,Vide ANA præpositionem.

Vellere pilos caudæ equinæ.Horat.2.epist.1.

Pilus in medio.Minimum discriminis significãtes, dicimus pilum interfecisse vehementius est quàm si dicas culmum latum.Consimili tropo Plautus dixit in Mostellaria,

Pluma haud interest patronus an cliens probior siet , &c. pro Nihil omnino refert. Erasm.

¶Pili nõ facio,est Latinis hæc familiaris hyperbole, Non facio pili,Ne pilo quidem melior: quasi minimum quiddam momẽti significant. Cic.ad Quint.frat.lib.2.16,Nihil est quod vereare : ego enim ne pilo quidem minus me amabo.

Viri boni pilum vllum non habere. Cic.pro Rosc.Comœdo , Qui ideirco capite & superciliis semper est rasis,ne vllum pilum viri boni habere dicatur.

Nullum esse pilum omnibus rebus talẽ qualis sit pilus alius , Stoicum est quidem,nec admodum credibile.Cic.4.Acad.

Pilo,pilas { πιλάω } pilare,Pilos emittere. Accius,Tum primùm pilabant genæ.Nonius.

¶Pilare,Pilos detrahere. Martial.lib.6.56,

Extirpa(mihi crede)pilos de corpore toto:
Téque pilare tuas testificare nates.

¶Pilat,Pilos habere incipit.ahàs pro detrahit pilos, à quo & Depilati. Festus.

Pilosus,penult.prod.Adiect. { πιλήματος } Pilis abundans. Cic.in Pison. Non enim nos color iste ferulis, non pilosæ genæ,non dentes putridi deceperunt.

Pilosiora folia , quæ in ipsa superficie exteriori vel interiori velut adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin.lib.20.cap 16.

Pimpinella,herba notißima,etiam mulieribus. Eius duo sunt genera,de quibus vide Matthiolum apud Dioscoridem lib.4.cap.45.

PIMPLA { πίμπλα } Thraciæ mons est & locus , vt scribit Strabo lib.10.

Pimpleus, pen.prod.Adiect. { πίμπλεια. } Martial.lib.12.12, Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

Mons Pimpleus.Catull in Mentulam,epigr.106.

Dulcis Pimplea.Horat 1.Carm.ode 26.

Pimpleis, pen.prod.Pimpleidis, penult.corr.Patronymicum, fœm.gen. {πιμπλεὶς.} vt Pimpleides Musæ.Martial.libro 11.4. Pimpleides Musæ à fonte Macedoniæ dictæ propter liquoris eius vnicam subtilitatem. Festus.

Pina,piscis,Vide PINNA.

Pinacotheca,pen.prod {πινακοθήκη} Tablinum. In pinacotheeis autem tabulæ pictæ, cælarum argentum, stragula vestis , signa & ornamenta reponebantur.Plin.lib.35.cap.2,Et inter hæc pinacotheeas vẽteribus tabulis confusunt, alienásque effigies colunt. Varro 1.de Rustic.cap.2.

PINARIVS & Potitius { πινάριος καὶ ποτίτιος } duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet vt mane & vesperi ei sacrificaretur. Perfectóque itaque matutino sacrificio , quum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit,Pinarius postea extis iam redditis.Vnde tratus Hercules statuit, vt Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitiis & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνης,id est à fame. Nam tenẽ illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hæc Seruius explicans illud Virg.8.Æneidos,

-primúsque Potitius author,

Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.

Pinaria gens Patricia Romæ fuit , sic dicta à Pino Numæ regis filiè , vt author est Plutarchus in Numa:vel à Pinariis, qui Herculi faciebant sacra anniuersaria.Liuius.Dionysius.Virg.lib.8.

Pinaster,Vide PINVS.

Pincerna,pincernæ, masc.gen.Pocillator qui stat ad cyathos,poculorum minister. Pincerna (inquit Budæus) non ausim affirmare probum esse vocabulum , etiamsi Afconius in Prætura vrbana vsus est,si vera sunt eo in loco exemplaria. Pincerna à Græco deducitur, cui conuiuæ dicunt identidem πῖνον πίνω,id est misce vinum,vel tempera vinum,vt bibam. Hæc Budæus.

PINDARVS, pen.corr. { πίνδαρος } genere Thebanus , temporibus fuit Æschyli poetæ,& Persarum expeditionis in Græciam: Duas tulerit filias: à parte tibiam primùm , mox ab Hermione lyram edoctus est. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia , vt ait Quintilianus : grauitate arduus , constructionéque ac ordine immensus ac prolixus. Quẽ etiam non imitabilem Horatius scribit 4 Carm.ode 2,

Immensus Pindarus profundo ruit ore Horat.4.Carm.ode 2.

Pindaricus,penultima correpta,Adiectiuum { πινδαρικὸς.} Propert.lib.3. eleg 17,

Qualis Pindarico spiritus ore tonat.
Fons Pindaricus.Horat.1.epist.3.
Lyræ Pindaricæ fidicen.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.
Plectris Pindaricis contendere Stat.1.Sylu.3.

PINDASVS { πίνδασος } mons Troadis in quo Cetius fluuius nascitur, qui Pergamum præterfluit.Plin lib.5.cap.30.

PINDENISSVM,Oppidũ quod M. Cicero Imperator quum esset oppugnauit, nomenque ex eo oppido sibi datũ,sicuti ex Numãtia deuicta dictus est Numãtinus Scipio,exoptauit.Cic.ad M.Cælũ,Oppugnauit

quinque & viginti diebus aggeribus, vineis, turribus Oppidum pindenissum munitissimum tantis operibus, vt mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi.

PINDVS {πίνδος} Lapithaum sedes, mons Thessaliæ. Apollini Massiliensi sacer. Acarnaniam ab Æolia diuidit, vt ait Solinus. Sunt tamen qui hoc nomen cum y psilo scribunt. Est & nomen vrbis Thessalicæ, à Pindo mõte appellatæ, iuxta quã est fluuius eiusdem nominis.

Iuga Pindi. Virg. 10. eclog.
Vertex Pindi. Lucan. lib. 1.
Ingens Pindus. Senec. Medea. 9.
Niualis. Senec. Medea. 6.
Perrhebi tremuere cacumina Pindi. Propert. lib. 3. eleg. 5.

Pinea, Pinetum, & Pineus, Vide PINVS.

Pingo, pingis, pinxi, pictum {γράφω, ζωγραφέω, κανκάω, ὑπογράφω} pingere, Formam alicuius rei ductis lineis repræsentare. Plin. lib. 35. cap. 8, Adeó iam colorũ vsus increbuerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur.

Pingere & fingere. Cic. Lucceio, lib. 5. 12, Neque Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat.

Pingere formam hominis. Cic. 2. de Orat. Vt in pictura, qui hominis speciẽ pingere perdidicerit, posse eũ cuiusuis vel formæ vel ætatis, etiam si non didicerit, pingere.

Moris sanguineis pingit frontem. Virg. 6. eclog.
Castra pingere mero in mensa. Tibull. lib. 1. eleg. 10.
Pingere humum variis floribus: Est verficolorem florum varietatem humo aspergere. Plaut. Sticho, 6.
Iuuenile decus mihi pingere malas Cœpit. Ouid. ad Pison.
Membra pingere ferro. Claud 1. in Ruffin.
Palloribus omnia pingunt. Lucret. lib. 4.
Indiscretè pingere imaginũ similitudines, Vide INDISCRETVS.
Tabulas pingere. Cic 2 de Inuent.
Tempora anni pingebant viridates floribus herbas. Id est vernum tempus. Lucret. lib. 5.
Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis. Ouid. 5. Fast.
Mollia lutheola pingit vacinia caltha. Virg. 2. eclog.
Acu pingere. Ouid. 6. Metam.
Pingere suis orationibus. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 11, Totum hunc locum, quem in Atistocratia ego variè meis orationibus soleo pingere, de flãma, de ferro, grauiter pertexuit. hoc est, admodum exornare: quia varietas in pictura delectat. Vide LECYTHVS.

¶Pingere, per translationem, pro Describere. Cic. ad Attic. libro 4, Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione, & sittybis: eos velim laudes. hoc est, Tui librarij Dionysius & Menophilus bibliothecam meam ita scienter & aptè disposuerunt, vt quasi picta tabula intuentium oculos delectare possit: idque non solùm constructione, id est ordine, sed etiam sittybis, id est membranulis: quarum integumẽto libri à pulueris temporisque iniuria integri diutius conseruantur. Omnes igitur & aptè constructi, & suis quisque sittybis inserti.

¶In verbis pingendis & illuminandis sententiis. Cicero de Claris Orator.

¶Pingere coloribus. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16, Quoniam scribis poema ab eo nostrum probari, quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.

Pictus, Participium {γραπτὸς, ζωγρηθείς.} vt Pictæ tabulæ. Cicero pro Rosc. Amer.

Adonis pictus, Vide ADONIS.
Arma. Virg. 8. Æneid.
Cauda. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Picta ad eximiam pulchritudinem forma. Plin. epist. 10. lib. 5.
Frigora picta. Martial. lib. 1. 51,
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi, &c. Hoc est, ædes potentiorum ornatas marmore Laconico, quod esse viride tradit Plin. lib. 36. cap. 7.
Geloni, Vide GELONI.
Lacerti picti terga squalentia. Virg. 4. Georg.
Pantheræ. Ouid. 3. Metam.
Philosophus. Cic. 5. de Finib. Quæ quidem dicunt, qui nunquã philosophum, vt dicitur, pictum viderunt.
Prælia picta rubrica. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Purpura. Virg. 7. Æneid.
Stragulum textile magnificis operibus pictum. Cic. 5. Tusc.
Strata. Ouid. 8. Metam.
Tabellæ. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Tapera. Virg 7. Æneid.
Toga. Propert. lib. 4. eleg 4.
Vestes pictæ vnde triumphales natæ. Plin. lib. 8. cap. 48.
Volucres. Virg. 3. Georg.

¶Pictus, Nomen, Ornatus. Cic. de Clar. Orat. Quo nihi potest esse pictius.

Pictura, huius picturæ, pen. prod. {ζωγραφία, ὑπόγραμμος} Actus vel ars ipsa pingendi. Plin. lib. 35. cap. 9, Quinimo certamen picturæ etiam florente eo instituтum est Corinthi.

In picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca: cõtrà, alios nitida, læta, collustrata delectant. Cic. in Orat.
Collustrata pictura, Vide COLLVSTRO.
Inanis, Vide INANIS.
Textiles. Lucret. lib. 2.
Textilis pictura, & in tabulis. Cic. 6. Verr. Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit.

¶Inest pictura in hac tabula, Vide INSVM.
Inani pictura pascit animum. Virg. 1. Æneid.
Tenentur pictura oculi, aures cantibus. Cic. 4. Acad.

¶Pictura, per metaphoram transfertur ad poetas. Cic. 5. Tusc. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse, at eius picturam non poesim videmus.

Picturarus, penult. prod. Adiect. {πολυγράφος.} Variis coloribus distinctus: vt

Opus picturatũ metallis. Claud. 7. Paneg. Seruius huiusmodi nomina, Participia appellat sine origine verbi.
Agger picturatus morituris floribus. Stat. 6. Thebaid.
Limbus. Stat. 1 Achil.
Vestes. Virg. 3. Æneid.
Volucres. Claud. ad Serenam, 17.

Pictor, pictoris, Verbale {γραφεὺς, ζωγράφος.} Plin. libro 13. cap. 11, Fit & ex sarcocolla gummi vtilissimũ pictoribus ac medicis. Cic. 6. Verr. Alterum esse pictorem.

Vident multa pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. Cic. 4. Acad.

Pinguis, & hoc pingue {πίων, παχὺς, πυκνὸς, λιπαρὸς, παχὺς, βίαιος, σίμαιος} Notæ significationis. Plin. lib. 10. cap. 50, Fœminæ quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute.

Pingues & valentes Thebani. Cic. de Fato.
¶Pingue, Fœcundum. Virg. 4. Georg. Et pingues hortos.
Agri pingues. Lucret. lib. 5.
Pinguis ager ac putris. Colum. lib. 2. cap. 2.
Agni. Virg. 1. Georg.
Amnis. Valer. 5. Argon.
Aruum. Virg. 5. eclog.
Pingue & concretum cælum, Tenue & purum, contraria Cic. 1. de Diuinat. Si obscurior quasi caliginosa stella exciterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit: sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue purúmque, & propterea salubre.
Campus. Virg. 2. Georg.
Campus pinguior sanguine. Horat. 2. Carm. ode 1.
Corpus non pingue. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.
Culta. Virg. 4. Æneid.
Digiti. Ouid. 3. de Arte.
Equi pingues sanguine humano. Ouid. 9. Metam.
Ferina. Virg. 1. Æneid.
Fici. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Fimo pingui saturare sola. Virg. 1. Georg.
Flammæ pingues. Ouid. 5. Trist. eleg. 6.
Flumen Nili. Virg. 9. Æneid.
Fumus. Lucan. lib. 8.
Horti. Virg. 4. Georg.
Humus. Virg. 2. Georg.
Lardum. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Mensæ. Catul. in Carm. Nupt.
Merum. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Musta. Tibull. lib. 1. eleg. 1.
Oliuum. Stat 6. Thebaid.
Omaso tentus. Horat. 2. Serm. satyr. 5. Ad contemptum dicitur de eo qui obsoniis se saturat vilibus: vt alio loco,

-Tabulas cœnabat omasi. Turneb.

Oues. Virg. eclog. 6.
Pabula. Lucret. lib. 1.
Rami. Horat. Epod 2.
Solum. Virg. 1. Georg.
Terræ pingues. Virg 2 Georg.
Toga pinguis, pro Crassa, apud Tranquillum in Augusto, cap. 82,
-pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ. Iuuen. satyr 9.
Vapor pinguis. Senec. Here. fur. 11.

¶Vitiis pinguis. Horat. 2. Serm. satyr. 2.

¶Pingui Minerua aliquid facere. Colum. in Præfat. lib. 1.
Pinguiores rusticorum literæ. Colum. lib. 9. cap. 14.
Pinguis doctor. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Ingenium. Ouid. 11. Metam.
Amor. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Pingue otium. Plin. iun. lib. 6. epist. 15, Nam super illa quæ retuli, altius ibi otium & pinguius, eóque securius.
Somni pingues. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

¶Pingue, Impeditum, & ineptũ, inquit Nonius. Cic. 4. Acad. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, & sibiipsi contrarium.

Pingue quiddam & peregrinum sonare. Cic. pro Archia, Qui præsertim vsque eo de suis rebus scribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet.

¶Pingue, Substãtiuum, neut. gen. dicitur quod inter carnem & cutem est, succo liquidum. Author Plin. lib. 11. cap. 37. Virg. 3. Georgicorum, -& omnes

Impendunt curas, denso distendere pingui.

Pinguiter, pen. corr. Aduerb. {παχέως.} Colum. lib. 2. cap. 2, Proximum deinde huic pinguiter densum. Sub. solum. Plin. lib. 12. cap. 25, Colos in quacunque natione præferetur ruffus, & pinguiter lentus.

Pinguius, Aduerbium comparat. pro Plenius & largius. Vlpian. in l. Et an eadem. §. 1. D. De except. rei iudic. Sed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Paulus in l. Et exhæredatũ. D. De re iudic. Pinguius enim donatori succurrere debemus, quàm ei qui verum debitũ persoluere compellitur.

Pinguedo, pen. prod. pinguedinis, fœm. gen. {πιμελὴ, λίπος.} Plin. lib. 23. ca. 8, Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm sit verisimile.

Pinguitudo, pen. prod. pinguitudinis {πίότης} Idem. Varro 3. de Re rustic cap. 9, Et lux pinguitudini inimica. De gallinis. Colum. lib. 2. cap. 15, Ea res admonet non inesse tali materiæ naturalem pinguitudinem & succum.

Laborare nimia pinguitudine. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Literarum nimia pinguitudo. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Pinguiarius,

Pinguiarius {ὀλιγόμαλος} Qui pinguia amat. Martial. lib. 11. 94, Carnarius sum, pinguiarius non sum. Quod significat carnosam, hoc est corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pingueo, pingues, siue

Pinguesco, pinguescis {παχύνομαι} pinguéscere, Pinguem fieri. Colum. lib. 2. cap. 11, Omne emaciatum armentum ex medica pinguescit.

Campi pinguescunt. Virgil. 1. Georg. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Congestóque auidum pinguescere corpore corpus.

Pinguefacio, pinguefacis, pen. corr. pinguefeci, penult. prod. pinguefactum {παχύνω} pinguefácere. Plinius libro 16. capite 44, Dein ea pinguefacit.

Pinifer, Vide PINVS.

Pinna, pinnæ {πτερὸν, πτερὸν} Propriè penna est, quæ pluma, id est mollior, & exigua penna non est nam pennæ genus à nomen est ad plumas & pinnas. Hæc Sipontinus. Varro libro 3. de Re rustic. capite 7, de columbis, Qui iam pinnas habere incipiũt, in nido relinquunt illis cruribus.

Breuibus insurgere pinnis. Valer. 7. Argon.
Talaria pinnarum affingunt Mineruæ. Cic. 3. de Nat. deor.

¶Pinnæ, Quibus innatant pisces, & quarum adminiculis veluti remis innatando vtuntur. Plin. libro 9. cap. 20, Pinnarum quoque fiunt discrimina, quæ pedum vice datæ sunt piscibus.

¶Pinna {πτέρυξ} Acutum quiddam significat. Vnde & Pinnæ murorum, id est summitates. Vart lib. 4. de ling. Latin. Muri summa pinnæ, ab his, quas infigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatoribus Samnites. Liuius 10. bell. Macedon. Muri pinnæ aliquot locis decussæ.

Summas prensabat in aggere pinnas. Silius lib. 7.
Vitreus pinna. Silius lib. 8.

¶Pinna, Conchæ genus. Plin. lib. 9. cap. 42, Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alij pinnophylacem: is est squilla parua, alibi canceр dapis affectator. Pandit se pinna, luminibus orbũ corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus, & vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu leui significat: illa ore compresso quicquid inclusit, exanimat, partémque socio tribuit. Meminit Cic 2. de Nat. deor. Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi.

Pinnula, pinnulæ, penult. corr. Diminut. {πτέρυξ} Summa pars auris, ab acuitate dicta.

¶Pinnula, Qua innatant pisces. Plin. libro 9. cap. 57, Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

¶Pinnula, parua penna, vel pinna. Colum. lib. 8. cap. 5, Inhibeturq; cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta.

Pinnaculum, pinnaculi, pen. corr. {πτερύγιον} Fastigium & summitas ædificij in acumen tendentis: siue quòd veteres pinnam acutum dicebant: siue quòd pinnaculis addi pinna cõsueuit, quæ facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nunc vulgò *pennaculum* dicimus. Sipontinus.

Pinnatus, pen. prod. Adiect. {πτερωτὸς} Quod pinnas habet.

Cauda pinnata. Cic. 2. Tusc. De aquila. Ex poeta.
Pinnatus Cupido, Hoc est alatus. Cic 3. de Natur. deor. Idem 1. de Diuinat. Hic Iouis altisoni subitò pinnata satelles. De aquila. Ex poeta.
Pinnata folia modo concisa. Plin. lib. 27. cap. 9.
Pinnatus fulgor. Plin. lib. 37. cap. 7.

Pinniger, penult. corr. Adiectiuum. vt Piscis pinniger. Ouid. 13. Metamorph.

Pinnirapus, pen. corr. Retiarius, qui pinnam & summitatem galeæ myrmillonis appetebat, & se piscem, qui in ea erat, petere clamabat. Iuuen. Satyr. 3,

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes. Alij, quosdam, inquiunt, fuisse gladiatores auis quadam figura in arenam prodeuntes, quibus cum Pinnirapi componerentur. A qua sententia est Turneb. quanquam priorem interpretationem non improbat.

PINNA {πίννα} Oppidum est Vestinorum, qui sunt populi in quarta regione Italiæ, Præguttiis ad ortum finitimi, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pinnesium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12. Vulgò hodie *Penna*.

Pinnotheres, pinnotheris, piscis Vide PINNA pro concha.

PINSIVM, Palatium Romæ est, ad Collatinam portam, quæ & ob id Pinsiana porta dicta est. Alexander lib. 4. cap. 16.

Pinso, pinsis, pinsui, pistum & pinsitum, pen. corr. apud Columellam, & pinsum apud Vitruuium Sæpius, teste Budæo {πάσσω, μαγάσσω} pínsere, Pilo tundere, vel molis frangere: nam veteres vsu molarum carentes, frumenta torrebant, & ea in pilas missa, pistillis tundebant & terebant. Nunc accipimus pro Panem facere. Columel. lib. 2. cap. 9, Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & millium quoque pultem, quauis inopia, maximè cum lacte non fastidiendam præbet. Pomponius, Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. Persius Satyr. 1,

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. Id est tundit & percutit: hoc est irridet.

Hordea pinsere. Ouid. ad Pisonem.
Album panem pinso tibi. Dici solitum vbi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Græcis enim album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello De mercede seruientibus. Vide Erasm.

Pistus, Partic {μασσάω.} Plin. lib. 18. cap. 10, Si pistæ serantur.

¶Pistum, à Pinsendo, pro Politum antiqui frequẽtius vsurpabant, quàm nunc nos dicimus Festus.

Pinso, pinsas {μάσσω} pinsáre, Idem. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 63, Promendo diem, vt in pistrino pinsetur, ac torreatur. Nunc verò sic legitur: Promendum hyeme, vt in pistrino pisetur, ac torreatur.

Pinsare humum, est terram ferire, vt faciunt qui interficiuntur, calcánteque in terram. Ennius apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina, In terram cadentes (dicit) cubitis pinsabant humum. Sic enim in manuscriptis libris reperitur. Alij pinsebant legunt, alij pinsibant.

Pinsito, pinsitas, pen. corr. {μασσάομαι} pinsitáre, Frequent. à Pinso, pinsis, quidam probant ex Plauto in Asin. 3, Qui poleutã pinsitant. quum ibi legatur pransitant.

Pinsor, pinsoris, masc. gen. {μασσητὴς} quem nunc pistorem dicimus. Varro, Nec pinsorem vllum nosse, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.

Pistor, pistoris {ἀρτοπώλης, ἀρτοκόπος} Qui frumenta contundebat pilis.

Pistor nunc dicitur qui panem facit. Plin. lib. 18. cap. 11, Pistores Romæ non fuerunt ad Perficum vsque bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta. Plaut. Asin. 5,

Quum à pistore panem petimus.

Coqui, pistores, lesticatij, artes vulgares, Cic. pro Rosc. Amer.
Pistor dulciarius. Martial. lib. 14. 223.

Pistoricus, pen. corr. Adiect. {ἀρτοκοπικὸς} Quod ad pistorem pertinet. Vlpian. in l. Seruos autem suos. D. de legat. tertio, Siquis seruos habuerit proprios, sed quorũ operas locabat vel pistonicas vel histrionicas, seruorũ appellatione hos legasse videtur. Alij legũt pistorias.

Pistorius, aliud Adiect. Idem {ἀρτοκοπικὸς} vt Ars pistoria. Plin. lib. 18. cap. 11, Ad operis pistorij genera transeunte cura.

Pistorium forum Romæ in Auctino, & Vpium & Paladium. Alex. lib. 2. cap. 12.

Instrumentum pistorium. Paul. in l. Quum de lanionis. D. de fund. instr. vel instrum leg.

Opus pistorium. *Pastificerie*. Celsus lib. 2. cap. 18, Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex fruméto, adipe, melle, caseo constat. Ibidem cap. 28, Facilè autem intus corrumpuntur lac, mel, idcóque lactantia, atque omne pistorium opus.

Pistura, pisturæ, penult. prod. {μασσητική} Pinsendi artificium & ratio. Plin. lib. 18. cap. 10, Pistura non omnium facilis. Ibidem, 8, Et ipsa autem quæ enelluntur, variam pisturatum rationem habent.

Pistrinum, pistrini, & Pistrina, pistrinæ, pen. prod. {ἀρτοκοπεῖον, μάκελλον, μυλῶνες} Locus in quo panis pinsitur & fit. Varr. de Ling. Latin. lib. 4, Pilum, quod eo far pinsunt: id vbi fit, pistrinum: & à pinsendo frequentatiuum pinsitant. Plin. lib. 18. cap. 9, E siligine lautissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima.

In pistrinum autem antiquitus à dominis trudebantur serui obnoxam. Vnde Terent. in Heaut. 3. 2,
Pistrino dignus.

Dedere aliquem in pistrinum, Vide DEDO.
Detrudere & compingere aliquem in quoddam pistrinum. Cic. 1. de Orat.
Molendum in pistrino Terent. Phorm. Act. 2. scen. 1.
Tradere aliquem in pistrinum. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 2.
Viuere in eodem pistrino cum aliquo. Cic. 2. de Orat.

Pistrinensis, & hoc pistrinense, Quod ad pistrinum pertinet. Apuleius in asinum transformatus molas pistrinenses, per circuitus multuios circumegisse se festinter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi cõcubernio. Sueton. in Caligula, cap. 39, Quicquid instrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus iumentis.

Pistrinarius, Pistrini custos, vel exercitor. Vlpian. l. 1. D. Depositi. §. Si quis seruum custodiendum conieceрit forte in pistrinum: si quidem merces interuenit custodiæ, puto actionem esse aduersus pistrinarium ex conducto.

Pistrilla, pistrillæ, Diminutiuum à Pistrina. Terent. Adelph. Act. 4. scen. 2, Apud ipsum lacum est pistrilla, & exaduorsum est fabrica. Veteres (inquit ibi Donatus) absolutè dicebant pistrinam, vt furrinam, & medicinam, ad tabernam referentes. Charis. lib. 1, Pistrinum neutro genere dicitur. sed Lucilius decimosexto fœmininé extulit, Media è pistrina, ad tabernam referens, vt Caupona dicitur. Nam & Terent. diminutiuè pistrillam dixit, Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pinta, pintæ, Vini mensura, quæ duabus cheopinis apud nos constat. Budæus lib. 5. de Asse: Prima mensurarum nostrarum deorsum aspiciendo, Cheopina à nobis dicitur, ex eo (vt arbitror) dicta, quòd in ea tãtum fonditur, vel hauritur vini, quantũ homo sitibundus vno haustu absumere possit. Hæc duplex, Pinam efficit, ex eo vocabulo detortam, quod Græci Pityam appellant, vas quoddam vinarium significantes. Ex pityna enim per syncopen pitna, deinde transpositione Pinta dicta Pino enim Græcè bibo significat.

PINTIA {πινία} Ptolemæo libro 2. cap 6, Vallis, Oletana alio nomine dicta, vrbs Hispaniæ, vulgò *Valladolit*.

Pinus, fœm. gen. tam quartæ quàm secundæ declinationis {πίτυς} Arbor nota. Plin. lib. 16. cap. 10, Ex iis pinus atque pinaster folium habẽt capillamenti modo prætenue longúmque, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum ex nucibus ipsis. Virgilius 7. eclog,

Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis.

Pinus erat Cybele sacra, quòd, vt ait Ouidius, -Cybeleius Atys
Exiit hac hominem, truncóque induruit illo. Et Arnob. Pinus illa fuerit arboris, sub qua sibi Atys virum demessis genitalibus abstulit? Vnde apud Virgilium, inquit Cybele,

Pinea sylua mihi multos dilecta per annos. In Ida enim monte, vbi sanctissimè colebatur, pinus abundabat, & ei pineus ibi lucus sacer erat.

Syluarum gloria pinus. Stat 3. Sylu. 1.
Pinus sita nobilis syluæ. Horat. 1. Carm. ode 14.
Acuta, Vide ACVO.
Acura pinu præcinctus caput Pan. Ouid. 1. Metam.
Alta Virg. 2. Georg.
Annosam pinum reuellere dumo. Ouid. 12. Metam.
Cæsa montibus. Ouid 1. Metam.
ruta radicibus. Virg 5. Æneid.

Hammiferæ.Ouid.5.Metam.
Gallinaria.Iuuenal.Satyr.3.
Grata deûm matri.Ouid.10.Metam.
Ingens.Horat.2.Carm.ode 3.
Pinus loquens.Virg.8.eclog.
Nautica.Virg.4.eclog.
Pontica.Horatius,
Quanuis Pontica pinus
Syluæ filia nobilis
Iactes & genus & nomen inutile. Hoc ideò dixit Horatius, quia in Ponto fuit optima materia nualis,vel Catullo teste.
Sacra pendebit fistula.Virg.7.eclog.
Succincta comas,hirsutáque vertice.Ouid.10.Metam.
Trunca.Virg.3.Æneid.
Vberrima.Virg.4.Georg.
¶Syluis euertere pinum.Virg.1.Georg.
¶Caua pinus, per synecdochen pro ipsa naui, quæ ex pinu constructa est.Valer.1.Argon.
Operta.Stat.5.Sylu.
Tarda pinus pondere.Virg.5.Æneid.

Pinea,pineæ,etiam dicitur {πίτυς.} Columella libro 5.capite 10,Eodem tempore iuglandem,& pineam,& castaneam serere oportet.

Pineus, Adiectiuum {πιτυώδης} Quod ex pinu est.Plin.lib.15.cap.10,Pinea corona victores apud Isthmum coronantur.
Ardor pineus.Virg.11.Æneid.
Claustra.Virg.2.Æneid.
Cortex.Colum.lib.6.cap.16.
Frondes.Colum.lib.2.cap.2.
Robora.Stat.2.Thebaid.
Sylua.Virg.9.Æneid.
Tæda.Ouid.2.Fast.
Tecta pinea vocat naues Ouid.14.Metam.
Pinea velamina.Lucret.lib.4.
Virga.Ouid.2.Fast.

Pinaster, pinastri, masc.gen. {ἀγριελαία} Pinus syluestris, miræ altitudinis.Plin.lib.16.cap.10. Idem lib.15.cap.10,Quartum Pityida vocant è pinastris.

Pinifer,penult.corr.Adiectiuum {πιτυοφόρος.} vt Pinifer mons. Virg.10. Æneidos, Vesulus pinifer. Id est in quo crescunt pinus.
Caput piniferum Atlantis.Virg.4.Æneid.
Mænalus pinifer.Virg.16.eclog.
Rupes piniferæ.Lucan.lib.2.

Pinetum, pineti, pen.prod. {πιτυών} Locus pinis consitus. Plin.lib.27. cap.8,Chrysolachanum in pineto lactucæ simile nascitur.
Succincta pineta.Ouid.15.Metam.

Pio ,pias,piaui,piatum {θεοτβάς ἁγαπάω} piare, Colere. Plaut.Asin.10, Vbi piem pietatem,&c.
¶Piare,aliquando pro Contaminare & polluere ponitur.
¶Piare, Piè amare, inquit Nonius.Næuius , Nemo est qui magis suos piet liberos.
¶Piare {καθαίρειν, ἁγνίζειν, ἀφοσιοῦσθαι} Purgare. Virg.2.Æneidos, -& culpam miserorum morte piabunt. Cic.pro Domo , Siquid tibi aut piandum,aut instituendum fuisset religione domestica.
Aras piare thure.Propert.lib.3.eleg.10.
Hostilia busta piasti. Ouid.13 Metam.
Clades piare.Propert.lib.3.eleg.4.
Corpora piantur.Ouid.2.Fast.
Delicta piare.Silius lib.17.
Delubra piantur cædibus.Silius lib.4.
Fontes piandi.Propert.lib.4 eleg.10.
Fulgura atque ostenta piare.Cic.2.de Legib.
Iram piauit cæde.Propert.lib.3.eleg.19.
Mors morte pianda est.Ouid.8.Metam.
Nefas piare.Virg.2.Æneid.
Ossa piare.Virg.6.Æneid.
Ritum piandi tradere.Ouid.3 Fast.
Piari eos, veluti proprio verbo,ait Verrius,qui parum sint animati,quum mentis suæ nõ sint: & per quædam verba liberantur incommodo.Festus,& Verrius.

Piatio, piationis, fœm.gen.Verbale. Plin.lib.28 cap 2, Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti,in mensa vtique id reponi adoleríque ad larem,piatio est.

Piatrix,dicebatur sacerdos quæ expiare erat solita,quam quidam simulatricem,alij sagam,alij expiatricem vocant.Festus.

Piamen , pen.prod.seu Piamentum {πρόθυσις, προκάθαρσις} Erat id quo in expiando vtebantur,inquit Festus. Dictio poetica magis,quàm oratoria,Plin.lib.25.cap 4,Hac cuulsa scrobem repleri vario genere frugum,religio est,ac terræ piamentum.
Februa Romani dixere piamina partes. Ouid.2.Fast.

Piaculum , piaculi , penultima corr. {ἀφοσιωτικόν} Sacrificium , cultus, & quicquid agitur seu præbetur pro satisfactione peccati. Virgilius 6 Æneidos,
-ea prima piacula sunto. Horat.1.Carm.ode 28,
Tèque piacula nulla resoluent. Hoc est,nullis hostiis te expiabis.
Infert piacula manibus.Ouid.6.Metam.
Miseranda piacula spretæ pœnæ.Silius lib.1.
¶Piaculum,Aliquando dicitur peccatum,crimen,flagitium. Virg. lib.6.Æneidos,
Distulit in seram commissa piacula mortem. Seruius,Piacula,commissa,propter quæ expiatio debetur. Plaut.Truc.5.12,
-piaculum est miserèri nos hominum
Rem malè gerentium.
Hortenda piacula.Stat.1.Achill.
Contrahere piaculum,Vide CONTRAHO.

Piaculus,piacula,piaculum, Adiectiuum, Cato de re rustica,Porco piaculo facito.Id est,piaculari.Turnebus.

Piaculo , piaculas,Expio.Cato de Re rustic.Te hisce solitaurilibus piaculo,&c.

Piacularis,& hoc piaculare, pen.prod. {ἀφοσιωτικός} Quod ad satisfactionem peccati pertinet vel datur.Liu.rab Vrbe, Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis , quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plaut.Epid 3,
Méne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? Id est,oporténe tuam stultitiam meis scapulis expiari?
Piacularia, Tristia.per quæ malum fieri opinabantur.Nam à superis fœlicitatem,ab inferis diis infœlicia dari censebant.
Piacularia auspicia appellabant quæ sacrificantibus tristia portendebãt,quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset,aut in aliam partem corporis, quã oportereț,cecidisset. Festus.

PIACVLARIS,Romę porta appellatur propter aliqua piacula quæ ibidem fiebant, vel,vt ait Cloatius,quum ex sacro per aliquem piaculo soluitur vt aliqua piandi propitiandíque causa immolatur.Festus.

Piabilis , & hoc piabile, penultima correpta {ἀφοσιωτός} Quod purgati potest.
Fulmen piabile.Ouid.3.Fast.

Piper , piperis, pen.corr.neut.gen. {πέπερι} Arbor parum nobis nota, cuius fructus condimentis aptus & calidus ex Arabia ad nos affertur. Plin.lib.12.cap.7,Passim verò quæ piger gignunt , iuniperis nostris similes,quanquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere,&c.
Album piper.Horat.2.Serm.satyr.4.
Asperum,Vide ASPER.
Candidum,Vide Candidus,in CANDEO.
Longum,Vide LONGVS.
Rugosum.Pers.Satyr.5.

Piperatus,pen.prod.Adiectiuum {πεπερίτης.} vt Piperatũ vinum, Quod pipere & melle condi tum est. Et Piperatum acetum, apud Columel. lib.12 cap.47.

Piperitis, huius piperitis , pen.prod.fœm.gen. {πεπερίτις} Herba, de qua Plin.lib.20.cap.17. Genuinũ fecit piperitidis. Panax , inquit, piperis saporem reddit,magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

Pipilo, pipilas,pen.corr. {πιππίζω} pipilare, dicitur passer. Catullus de passere Lesbiæ,3,
Sed circumsiliens modò huc, modò illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.

Pipio, pipionis. mascul.gen. {πιππεγενέτης} Pullus columborum, apud Lampridium in Alexandri vita. *Pipron.*

Pipio,pipis,pipiui,pipitum, pen.prod. {πιππίω} pipire, Propriè dicuntur pulli gallinacei , & huiusmodi. Colum.lib.8.cap.5,Die vndecimo decimoue animaduertat an pulli tostillis ova peruederint , & auscultetur si pipiant.

Pipo, pipas {πίππω} pipâre , dicuntur gallinæ quum vocem emittunt. Varro in Originibus,Mugit bos,ouis balat,equi hinniunt,gallina pipat. Nonius.

Pipulum, pen corr. {ἠχεῖσθαι} pro conuitio,à pipatu gallinarum, dixit Plaut.Aulul.16,
Ita me bene amet Lauerna,te iam nisi reddi
Mihi vasa iubes,pipulo hic differam ante ædes. Nonius. Varr.lib. 6.de Ling.Latin.legit,Pipulo te differam,&c.Alij pipolo.

PIQVENTVM {πεπηγὸς} Ptolemæo libro 3.cap.1, Vrbs Istriæ. Vulgò *Pinguento*.

PIRAEA,ciuitas est insignis, Aminsus olim dicta : vt testatur Strab.lib. 12:Post Gadilonem,inquit,est Saramena,& Aminsus ciuitas insignis à Sinope distans ad stadia noningẽta.Refert Theopompus prius Milesios,postea Cappadocum principem eam condidisse : deinde ab Athenocle & Atheniensibus habitatam,& Piræa nominatam.

PIRAEVM,& Piræus,vel Piræeus, Athenarum portus. prima syllaba per *ei* diphthongum Græcam scribitur. Donatus in illud Eunuch. Terent.Act.2.scen.2.versu penultim.Miror quid ex Peræo abierit : Peræum,inquit,vt Sunio,est maritima & accessu litoris pars clemẽtior. Hæc ille. Raphael Regius in illud Metamorph. Ouid.lib.6,
-iubet ille carinas
In freta deduci,velóque & remige portus
Cecropios intrat,Pyræáque littora tangit. Pyræa littora, inquit, Attica. nam Pyreus promontorium est Atticæ,vt scribit Ptolemæus. At Raphaëlem his verbis reprehendit Micyllus : Ego verò Pirææque littora legendum puto, sic postulante versu. Nam & Stephanus author est,veteres Piræum dixisse,& inde possessiuum Pitræus,pirææ,piræum,tribus syllabis,pro quo posteriores Piræeus fecerũt, etiam trisyllabum,sed cum diphthõgo in tertia syllaba.sic enim apud Suidam passim scribitur πειραιεύς,& apud Strabonem. Et apud Terentium legitur in Eunuch.Act.3.scen.4,
Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum, sine(vt commentator vult)Piræo. Nam neque hic versus quadrisyllabũ Piræeum recipit, quum sit tetrameter catalecticus. Quanquam vulgò in epistolis ad Attic.libro 7. epist.3, vbi idem hic locus Terentij citatur , Piræeum passim quatuor syllabis,pro Piræum legitur. Sed illic propriũ est,hic possessiuum,siue gentile. A Piræeus autẽ, cuius obliqui quatuor syllabarum sunt,Stephanus formar gentilia Piræates, & Piræẽtes , item Piraicus : nusquam autem πειραιέυς , aut Piræeus. Sed tamen & Piræáque littora si diceretur,in versu defendi poterat,siquis συναιρόντων admittat : nisi quòd cõpositio durior aliquanto fiet , & ab Ouidiana facilitate alienior. Cæterùm de significatione vocis πειραιεύς,etiã apud Ciceronem quæritur loco suprà citato. De portu tamen Atheniensi plerunque intelligitur , in eáque significatione potissimum vsurpatur. Pro monte autem , quod hîc Regius ait , non facilè apud idoneos authores positum alibi inuenies. Hæc Micyllus. Obliquos esse quatuor syllabarum , docet illud Statij libro 12. Thebaidos,
Qui gelidum Braurona viri,qui rura lacessunt

Munychia,

Munychia,& trepidis stabilem Piræa nautis. Ouid. Fastorum lib. 4.plurali numero, & genere neutro vsurpauit,hoc versu,
Sunion expósitum,Piræáque tuta recessu

Linquit,& in dextrum quæ iacet ora latus. Strabo lib.9,Piræeus Athenarum portus & emporium,abest à Schœnunte Isthmi initio ad stadia CCC L,ab Sunio autem stad.XXX,supra CCC. Paufanias in Atticis : Piræeus,inquit, municipium quondam fuit. Nam antequam Athenienſibus imperaret Themistocles, nauale ibi nullum extabat. Phalerum autem (hoc enim loco , minimo interuallo mare ab vrbe distat) nauale ea ætate fuit.Inde Mnestheum Troiam versus soluisse fama est:& ante hunc,Theseum,quum ob Androgei necem daturus Minoi pœnas abiret. Postquam verò rerũ est potitus Themistocles, ęque Piræi situs commodior ad nauigandum est visus (quippe qui tres portus pro vnico illo Phalereo haberet) hunc illis , quò naues subduceret,apparuit. Idem etiam memoriæ prodidit in Themistoclis vita Plutarchus : sed & Thucydides libro primo, ex cuius narratione possis hanc velut epitomen colligere. Principio Athenienses Phalerum portum habebant,muro coniunctum vrbi , qua parte mare minimùm ab vrbe aberat. Postea quum Medi in Atticam imperũ facerent, Themistocles Athenienſium dux, prudentia & audacia vir singulari , animaduertẽs Piræeum longè commodiorem esse Phalero , vtpote qui pro vna tres stationes nauium haberet : ciuibus persuasit,vt relicto Phalero,Piræeum portum exædificaret. Huius sententia à populo approbata, muro à portu ad vrbem densissimo deducto , Piræeum vrbis instar munierunt : atque vno eodémque muro Phalerum,Piræum,Munychiámque conclusérunt. Non fuit hic murus,vt alij,è calce aut laterítio opere factus : sed ingentes lapides figura quadrangula scitissimè inter se coaptati , ferreis lamiuis connectebantur. Tantáque latitudo eius erat, vt onusti duo currus obuiam sibi facti,liberè,nullo impedimento aut mora,progrederentur. Erat autem Munychia ad orientem iuxta Athenas oppidulum,muro mœnibúsque cinctum , cum elegantissimo portu. Erátque locus omnis quadringentarum nauium capax. Cicero ad Attic.lib.7. epistol.3,Venio ad Piræea. in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea scripserim,non Piræeum (sic enim omnes nostri loquuti sunt) quàm quod IN addiderim. Non enim hoc vt oppido præposui,sed vt loco. Et tamen Dionysius noster,qui est nobiscum,& Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræea. Sed de re videro. Nostrum quidem si est peccatum,in eo est, quòd non vt de oppido loquutus sum , sed vt de loco : secutúsque sum , non dico Cæcilium,
Manè vt ex portu in Piræeum (malus enim author Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis,putabãtur à C.Lælio scribi:
Heri aliquot adolescentuli coimus in Pitræum. Et idem,
Mercator hoc addebat,captum è Sunio. Quòd si δῆμος oppida volumus esse,tam est oppidum Sunium, quàm Piræeus. Hactenus Cicero. Gellius lib.2.cap.21, Ab Ægina in Piræeũ compluſculi eorundem disciplinarum sectatores Græci Romanique homines eadem in naui transmittebamus.Portũ hic significat. Idem lib.15.cap.1,In eo igitur libro scriptum inueni,quum oppugnaret L.Sylla in terra Attica,Piræeum, & contrà Archelaus regis Mithridatis præfectus ex eo oppido propugnaret : turrim ligneam defendendi gratia structam, quum ex omni latere circũsplexa igni foret, ardere non quisse,quòd ab Archelao alumine oblita fuisset. Piræeum hîc oppidum vocati, nihil attinet admonere. Plin. libr. 4.cap.7. Piræus & Phalera portus, quinque M.pass.muro recedentibus Athenis iuncti. Cælius lib. 28.cap.12.in fine,Fuit in Piræo forum nomine Hippodamia, à Milesio Hippodamo,qui Piræum struxit: meminit Demosthenes. Porrò, vt horum portuum luculentior habeatur historia, visum est hîc quoque apponere Strabonis lib.9.verba, Munychia,inquit, tumulus est curuus,in Cherronesifaciem,cauernosus,tum natura,tum opera dedita,magna ex parte vt habitationes admittat. Ingressum angusto habet ore,cui quidem portus terni subiacent. Quondam muro vallata Munychia erat,& iunctis domiciliis referta,circuitu complectens & Piræum,& alios portus naualibus plenos , in quibus & armamentarium Philonis opus. Statio ibi nauium dignitate insignis quadringẽtarum capax nauium , quum non pauciores ab Athenieñsibus emitterentur. Hoc autem muro,duo ex oppido protracta cruta,vrbem Piræo coniungunt. Hi fuere longi muri stadiorum quadraginta longitudine. At murum istum bella plurima diruerunt, & Munychiæ munimentum.Piræum quoque portum in habitaculorum angustias cõtraxerunt. Cæterùm longi muri dissipati fuerunt , ptimùm quidem Lacedæmoniis amolientibus, postea verò Romanis, qua tempestate Sylla & Piræum & oppidum per obsidionem expugnauit. Vrbs ipsa saxum est in plano quaquauersum habitato : quo in saxo vetustum Mineruæ templum Poliadis surgit, in quo lucis inextinctæ lychnus est. Hæc Strabo. Harpocration Munychiam conditam esse scribit à Munychio rege: Stephanus à Munychio,qui templum quoque Diannæ Munychiæ illic ædificauit. Piræus nunc dicitur Portus Ieonis, vulgò *Porteleon*.

Piræus,Adiect. {πειραϊκός.} vt Littora Piræa. Ouid.6.Metam,
Portus Piræus.Propert.lib.3.eleg.21,
Inde vbi Piræi capient me littora portus,
Scandã ego Theseæ brachia longa viæ. Quo in loco si Piræi adiectiuum non est, oportet appositionem esse. Theseus Athenarum rex fuit.Brachia vocat,quæ Strabo cruta, longos illos vtique muros,qui vrbem Piræo iungunt:de quibus suprà.

Pirata,piratæ,pen.prod.masc.gen. {πειρατής} Nomen latronis qui primus mare infestauit,à quo omnes spoliatores & prædones,piratæ dicti sunt. Alij piratã,à πείρω transeo deducunt, quia scilicet ex transuerso sinu ac piratæ viderent insulam,in eam transfundo mare impetum facientes, illam deprædabantur. Pirata Græcè, Latinè prædo dicitur. Cic.7. Verr.istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse.
Barbarus pirata,& nefarius prædo.Cic.pro Rosc.Amer.

Piratica,piraticæ,pen.corr. {πειρατικὴ} Ars ipsa. Cic.Post red.in Senatu,Prof.Cùm egestate & improbitate coactus, piraticam ipse fecisset. Quintil.lib.8.cap.3, Piraticam quoque vt musicam & fabricam dici, adhuc dubitabant mei præceptores.

Piraticus,pen.corr. Adiect. {πειρατικός} Quod ad piratam pertinet. vt Piraticum bellum. Cic.7. Verr.Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi.
Puppis piratica.Claud.4.Paneg.
Nauis piratica.Quintil.lib.2.cap.14.

Piraterium {πειρατήριον} Habitaculum piratarum.

PIRITHOVS,pen.corr. {πειρίθους} Ixionis filius non ex Nube, sed ex coniuge,fuit rex Lapitharum: qui quum ad inferos cum Theseo descendisset,à Cerbero cane tricipiti deuoratus poetis fingitur,vt scribit Seneca in Hercule furente. Alij dicunt quum ad inferos descendisset vt illinc raperet Proserpinã , cuius amore tenebatur,iussu Plutonis catenis alligatum fuisse in perpetuum supplicium. Horatius 4.Carm.ode 7,
Non Lethæa valet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo,
Ardor temerarius Pirithoi.Stat.8.Thebaid.
Fides Pirithoi.Ouid.2.de Ponto,eleg 6.
Amator Pirithous.Horat.3.Carm.ode 4.

Pirum,Vide PYRVM.

PISA {πίσα} Ciuitas in summo montis vertice condita,inter Ossam & Olympũ,iuxta quam Iouis sacra dicta Olympia celebrantur. ¶Est & hoc nomine oppidum Arcadię,prope Alpheum amnem: à qua hi qui Pisas in Italia condiderunt, venére: dictas à ciuitate pristina. Vnde Virgilius lib.10.Æneidos,
-Alphææ ab origine Pisæ
Vrbs Hetrusca solo. Hinc

Pisæus,Possessiuum {πισαῖος.} vt Iuuentus Pisæa. Stat.6.Thebaid.
Manus Pisææ.Lucan.lib.3.

PISAE,Pisarum {πίσαι} ciuitas Tusciæ: à qua Pisani dicuntur. Lucan. libro 2,
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ. Meminit huius Cic. ad Qu.frat.lib.2.8.
Alphææ Pisæ Claud.de bello Gildon. Virg 10.Æneid.

Pisatilis,Pisanus.Pisatilem appellat Nævius Pantalecontẽ à Pisis oriundum tyrannum : quum alioqui inde profecti , nunc Pisani dicantur. Festus.

PISANDER,filius fuit Bellerophontis,quem in Solimo bello cecidisse Homerus ait Iliad.9,
At natum occidit Pisandrum Bellerophontis
Pugnantem Solimos contra,in certamine Mauros.
Pisandro timidior. Dicebatur olim in immodicè formidolosos. Aiunt enim Pisandrum hunc fuisse prodigiosa timiditate , adeò vt anxius esset ne suam ipsius animam alicubi videret,quę se viuum reliquisset. Idem videtur esse cum illo Ciceronis,Vmbrã tuã metuere.

PISANDRVS Camirеus,(Camirus autem ciuitas est Rhodi) Eumolpi tempore poeta,vt nonnullis placet,antiquior Hesiodo. Pisandrus alter Lycaonius sub Alexandro Mammeæ verificator : scripsit variam historiam. Pisandrus etiam tertius, Nestoris filius. Suidas.

PISAVRVS {πίσαυρος} fluuius Piceni , à quo Pisaurum ciuitas ei superpositа,nominata est. Seruius verò scribit Pisaurum dictum, quòd illic aurum pensatum sit. Nam quum Camillus Gallos interemisset, aurúmque , quod Galli à Romanis acceperant pro Capitolio non euerso,recepisset, & signa ciuitati appendisset , ciuitati nomen dedit. Plin.lib.3.cap.14. Huius meminit Cic.ad Tironem, lib.16.11, Nunc vulgò dicitur *Pesaro*.
Sedes moribunda Pisauri.Catul.ad Iuuentium,epigr.76.

Pisaurensis {πισαυρήνος} Qui Pisaurum habitat,aut ex eo natus est.Cic. de Clar.Orat. T.Accium Pisaurensem.

Piscis, huius piscis, m.gen. {ἰχθύς} Animal in aquis degens : propriè autem qui squamis tegitur,vt ex Plinio apparet,libro 9.cap.11,quum ait,Aquatiliũ tegmenta plura sunt,alia corio & pilis teguntur, vt vituli,hippotami:alia corio tantùm,vt delphini: cortice,vt testudines: filicum duritia,vt ostreæ,& conchæ: crustis,vt locusta:crustis & spinis,vt echini:squamis,vt pisces.
Æquorei pisces.Ouid.10.Metam.
Captiui.Ouid.13.Metam.
Litorales,Vide LITVS.
Molles,Vide MOLLIS.
Muti.Horat.4.Carm.ode 3.
Nitidi.Ouid.1.Metam.
Taciti.Ouid.4 Metam.
Obscœnus, Vide OBSCOENVS.
¶Capiuntur hamo.Cic.de Senect.
Captare pisces arundine.Ouid.8.Metam.
Corrumpere pisces,Vide GORGVMPO.

Ducere piscem hamo.Ouid.epist.18.
Euocare esca piscem è penetralibus liquidis.Sil.lib.7.
Generant ouа.Cic.2.de Nat.deor.
Ludit piscis in aqua,Vide LVDVS.
Nactus sum pisces ex sententia , hi ne corrumpantur:cautio est, Vide NANCISCOR.
Suspendere piscem hamo.Ouid.15.Metam.
Extructa non conchylis aut piscibus,sed multa carne subrancida mensa.Cic.in Pisonem.
Pisces eget sale. De re absurda & incredibili.Nec enim verisimile est,pisces in mari agentes egere sale.Hoc videtur à populo reclamatum Androcli Pitensi,quum legem quandam reprehendens diuisset, Egent leges lege correctrice: nam & pisces sale. Leges enim in hoc datæ sunt,vt ad harum regulam corrigatur hominum actiones:quòd si ipsæ leges indigent correctione, leges non sunt. Idque non minus absurdum sit , quàm si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

Magis mutus quàm piſcis. Prouerbialis metaphora de vehemẽter infantibus atque infacundis. Conueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horat. 4. Carm. ode 3,

O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni ſi libeat, ſonum. Piſces enim nullam edunt vocem, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Eraſmus.

Piſcis nequam eſt niſi recens, manet in hunc vſque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hoſpitẽ aut vulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus eſt, cæterũm ante triduum exactum puret. Plautus,

Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ: nequam eſt niſi recens. Eraſm.

¶Piſces, pro ſigno cæleſti, frequentius pluraliter declinatur. Col. lib. 11. cap. 2, Quintodecimo Cal. Martij Sol in Piſces tranſitum facit. Virg. 4. Georgicorum,

Aut eadem ſidus fugiens vbi Piſcis aquoſi.

Piſcis Aquilonius tertio Idus Martij deſinit oriri. Col. lib. 11. cap. 2.

Piſcis Auſtrinus quarto Nonas Septembris deſinit occidere. Col. lib. 11. cap. 2.

Piſciculus, piſcicoli, pen. corr. Diminut. { ἰχθύδιον. } Terẽtius Andr. 2 2.

Varro 3 de Re ruſt. cap. 5.

Piſciculi parui. Cic. 2. de Nat. deor.

Piſciceps. Varro de Ling. Lat. lib. 7, Si ab auibus capiendis auceps dicatur, debuit, aiunt, ex piſcibus capiendis piſciceps, vt aucupem, ſic piſicipem dici. &c.

Piſcor, piſcaris { ἁλιεύομαι } piſcári, Inſidiari piſcibus. Plin. lib. 19. cap. 1, Retia in piſcando ductantia. Cic. 3 Offic.

Piſcari in aere. Plaut. Aſin. 3. Prouerbium, pro Operam ludere.

Piſcatus, huius piſcatus, penult. prod. maſculini gen. { ἁλιευτικὸς } Plinius,

Quo venatus, aucupia, piſcatúſque alebant. Plaut. Rud. 8. 9,
-hamatilem piſcatum,
Et ſaxatilem aggredimur. Plin. lib. 6. cap. 22, Eſſe in piſcatu voluptatem teſtudinum maximé.

¶Piſcatus, per tranſlationem dixit Plautus in Bacchid. 1, Piſcatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.

Piſcator. pen. corr. Verbale { ἁλιεὺς, ἰχθυοβολεύς } Qui piſcatur. Terentius Eunuch 2. 2. Cic. 3. Offic. Piſcatores ad ſe conuocauit, & ab his petiuit vt ante ſuos hortulos poſtridie piſcarentur.

Piſcatorius, Adiect. { ἁλιευτικὸς } Quod ad piſcatorem pertinet. vt Ludi piſcatorij, qui fiebant pro quæſtu piſcantium.

Piſcatoria nauis Cæſar 2. bel. Ciuil.

Piſcatoria linea. Plin. lib. 24. cap. 9.

Piſcatorium forum. Colum. lib. 8. cap 17.

Piſcatorij ludi vocantur, qui quotannis, menſe Iunio trans Tyberim fieri ſolent à Prætore Vrbano pro piſcatoribus Tyberinis, quorum quæſtus non in macellum peruenit, ſed ferè in aream Vulcani, quòd id genus piſciculorum viuorum datur ei deo pro animis humanis. Feſtus.

Piſcatorium æs vetuſto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piſcibus. Feſtus.

Inſtrumentum piſcatorium. Martian. in l. Itempictoris. D. De fund. inſtruct.

Piſcatrix. pen prod. Verbale fœmin. { ἁλιεύτρια. } Plin. lib. 9. cap. 42, Nec minor ſolertia ranæ quæ in mari piſcatrix vocatur.

Piſcarius, Adiect. { ἰχθυοβολικὸς } Idem quod piſcatorius: vt

Hamus piſcarius. Plaut. Stich. 5.

Piſcaria copia, Abundantia piſcium. Plaut. Caſin. 10.

Piſcarium forum, Vbi piſces venduntur. Plaut. Curcul. 9.

Piſcarius, Subſtantiuum { ἰχθυοπώλης } Qui piſces vendit. Varro, Inter piſcarios nemo vendebat.

Piſcaria, piſcariæ { ἰχθυοπωλεῖον } Locus in quo piſces venduntur. Varro. Nullus in piſcaria piſcis erat. Vlpian. (teſte Budæo) vulgari ſignificatione vſus eſt in l. Inter publ. De verb. ſignif. Saliaarum, metallorũ, piſcariatum, inquit.

Piſcoſus, pen. prod. { ἰχθυώδης. } vt Piſcoſus amnis, In quo piſcari facile eſt Ouid. 3. Faſt.

Piſcoſus, diquando dicitur Piſcibus plenus. Martial. lib. 10. 37,

Illic piſcoſo modò vix educta profundo.

Piſcoſus Tagus. Martial. lib. 10. epig. 78.

Vada piſcoſa Ouid. 2. de Arte.

Piſculentus, Adiect. { ἰχθυώδης } Locus piſculentus, Vbi multi piſces morantur, vel in quo eſt facile piſcari. Cato, Fluuium magnum, pulchrũ, piſculentum. Nonius.

Piſcina, huius piſcinæ, penult. prod. { ἰχθυοτροφεῖον, μακμβιδρα } Lacus vel ſtagnum in quo viui piſces conſeruantur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 3, Piſcinas dico eas quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad villam.

In piſcinis ſunt muli barbati. Cic. Att. lib. 2.

Viuaria & piſcinæ. Plin. lib. 9. cap. 17, de mulis, Nec in viuariis piſcinísque creſcunt.

Publica piſcina. Cic. Qu. frat. lib. 3 23.

Piſcinæ publicæ hodie nomen manet, ipſa non exrat. Ad quam & natatum & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus. Vnde Lucilius ait, -pro obtuſo ore pugil Piſcinenſis res eſt. Feſtus.

¶Piſcinæ vocantur omnes aquæ ſiue frigidæ ſiue calidæ collectæ ad natandum: quòd homines piſcibus ſimiles natando fiunt. Cic. Latiorem piſcinam voluiſſem, vbi iactata brachia non offenderentur. Plin. iunior epiſt. 6. lib. 5, ad Apollinarem, Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt: in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus abſtergi, ſi pœniteat teporis.

Loculatæ piſcinæ, Vide Loculatus in LOCVS.

¶Piſcinæ pecorum. Colum. lib. 1. cap 6, Piſcinas minimum duas: alteram quæ anſeribus ac pecoribus ſeruiat: alteram in qua lupinũ, vimina, & virgas, atque alia quæ ſunt vſui noſtris apta, maceremus.

¶Piſcinæ, dicuntur etiam vaſa lignea ampliora ad tenendã aquã. Plin. lib. 34. c. 12, Decoquitur in aqua, & in piſcinas ligneas funditur.

Piſcinalis, & hoc piſcinale, pen. prod. { ἰχθυοτροφεῖος } Quod eſt piſcinæ, ſiue quod ad piſcinam pertinet. Vnde apud Palladium Piſcinales cellæ leguntur.

Piſcinarius, piſcinarij { ἰχθυοτροφεῖος } Qui loca piſcibus referta habet, vel qui piſcinis delectatur, & earum eſt ſtudioſus. Vnde Cic. Lucullum & Hortenſium piſcinarios appellat: ad Atticum, lib. 1. 14.

PISIDIA, Piſidiæ { πισίδια } Regio eſt in Aſia Minori: de qua apud Cic. 1. de Diuinatione, Eadémque & Piſidiæ cauſa fuit, & huic noſtræ Vmbriæ.

PISIDAE, pen. indiff. Piſidarum { πισίδαι } antea Solymi vocati, à Solymo Iouis & Chalenæ filio: populus eſt barbarus iuxta Aſpendam & Ciliciam habitans: vt ait Stephanus. Claud. 2. in Eutropium, de Phrygia, -vtrinque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Piſidæque feroces
Continuant Auſtrale latus. Priſcianus in Perihegeſi corripuit, Poſt hos Piſidũm pinguiſſima tura coluntur. Piſidũm, pro Piſidarum.

Piſidæ, Phtyges, Cilices & Arabum natio auium ſignificationibus plurimum obtemperant Cic. 1. de Diuinat.

PISISTRATVS, pen. corr. { πισίστρατος } Athenienſis tyrannus, clarus genere, eloquentia verò tanta, vt ea deliniti Athenienſes, libertate qua nihil charius habebãt, ſe ſponte exuerẽt, illiúſque facundiæ ſanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, poſthabuerent. Regnauit annos triginta tres, quo tempore Seruius Tullus Romæ, vt author eſt Gellius. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus ſit, vide apud Trogum lib. 2. Meminit & huius Cic. ad Att. lib. 7.

Piſiſtratus alter, Lariſſæus hiſtoricus commemoratur à Suida.

Piſo, piſis { μίσσω } piſere, pen. corr. Id ſignificare videtur Budæo, quod Græcis πίσσειν, hoc eſt purgare, decorticare: quod prudendo fit in ordeo & aliis frugibus. Plin lib. 18. cap. 10, Vt niſi intenti piſant, concidantur grana, ferróque frangantur. Legitur & piſnare. Varro de Re ruſt. Alij ficum & vuam paſſam quum piſerunt, affundunt ſapam. Legitur & liſe piuſerunt. Plin. lib. 18. cap. 10, Lentem torreri prius iubet: deinde cum furfuribus leuiter piſi. Vbi quidam legunt pinſi. Budæus.

Piſo, piſas { πίσσω } piſare. Frangere, vel tundere. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 63, Vt in piſtrino piſetur ac torreatur. Noniius.

Piſus, piſa, piſum. Plin lib 20. cap 5. ad finem, Varro, quæ ſale aut aceto piſa eſt arefactáque, vermiculis non infeſtari author eſt.

PISONES { πίσωνες } appellati ſunt quidam Romani nobiles, quòd optimè piſa ſerererent: ſicut à lente Lentuli. Plinius tamen aliter lib. 18. cap 3, Cognomina, inquit, etiam prima in ſe, Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerat: Piſonis, à piſendo. Sic etiam Ouid. in carmine ad Piſonem, -nam quid memorare neceſſe eſt
Vt domus à Calpo nomen Calphurnia ducat?
Claráque Piſonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra?

Piſones, Calpurnioram é proſapia fuere, quæ à Numa rege deſcẽdit. Calpurnius enim Numæ filius fuit, vt ait Feſtus. Horatius item in Arte poetica ad Piſones,

-vos ô Pompilius ſanguis, &c.
Triumphi clari Piſonum. Ouid. ad Piſonem.

Piſſa { πίσσα } Latinè dicitur pix.

Piſſaſphaltus { πισάσφαλτος } Pix miſta bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur. Plin. lib. 35. cap. 15, Liquidum eſt & Apolloniaticum, quæ omnia Græci piſſaſphalton appellant ex argumẽto piſcis & bituminis. De ſulphure.

Piſſelæon { πισσέλαιον } Oleum quod ex pice fit. Plin lib. 24. cap. 5, Galen. lib. 8. de ſimplic. medicament. facultat. cap. 51. Vide Flos picis, in PIX.

Piſſoceros, pen. prod. { πισόκηρος } Melliginis genus ex cera & pice, ſiue gummi, ſiue reſina miſtum. Plin. lib. 11 cap. 7, Prima fundamenta operis comoſin vocant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin.

Piſtacium { πιστάκιον } Nucis genus. Plin. lib. 13. cap. 5, In nucum genere piſtacia nota. Vulgus pharmacopolarũ vocat *phyſticorum*. Plantam aſſerit Galen. lib. 8. de ſimplicib. medicamen. facultat. cap. 52.

Piſtana, herba ex viuarum genere. Plin. lib. 21. cap. 17, Item Piſtanam dicit à Græcis vocari, quam inter viuas ſagittam appellamus.

Piſtillum, piſtilli { ὔπτερος } Inſtrumentum quo in mortario quædam tunduntur Plaut. Aulul. 5,

Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,
Quæ vtenda vaſa, ſemper vicini rogant. Colum. lib. 12. capite 55,
Aut bene emundatum conijcito, & piſtillis conterito.

Piſtillo caluior. Prouerbialis hyperbole, de magnopere glabris. nam ima piſtilli pars calui cranium referre videtur. Transferri poteſt ad inſignitos egenos, ac ſimplices, ac diſſimulandi ignaros. Ex Eraſmo.

Piſtillus, Idem quod piſtillum. Virgil. in Moreto,

Procedebat opus, nec tam talebroſus vt ante,
Sed grauior lentos ibat piſtillus in orbes.

Piſtis, Latinè dicitur fides, & perſuaſio, πίστις.

Piſtolochia { πισσολόχη } quartum Ariſtolochiæ genus, tenuius quã clematitis, denſis radicis capillamentis (vnde & Polyrhizos nominatur) iunci plenioris craſſitudine odorem habens, vt reliquæ Ariſtolochiæ ſpecies medicarum. Plin. lib. 25. cap. 8.

Piſtor, piſtoris, Vide PINSO, pinſis.

PISTORIVM { πιστώριον } Italiæ ciuitas, quam Prolemæus lib. 3. cap. 1, ponit inter Mediterraneas Tuſciæ. Eſt enim inter Florentiam & Lucam, à qua Piſtorienſes dicti. Plin. lib. 3. cap. 4.

Piſtrilla, Piſtrinum, Piſtrix, Vide PINSO, pinſis.

PISTRIS, hujus piſtris, f. gen. { πίστρις } Nomen nauis apud Virgilium libro 5. Æneidos,

Parte prior, partem roſtro premit æmula Piſtris.

Piſtris { φάλαινα } Sidus cæleſte. Dicitur & Cetus, & Piſtrix, vt paulo póſt. Germanicus in Arato,

Auſter Piſtris agit duo ſidera, perleg it vnum, &c.

Piſtrix, piſtricis, f. g. { κῆτος } Piſcis marinus: aliàs cetus. Cic. in Arato,

Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Fora

Fera piſtrix. Cic. in Arato, -& fera piſtrix
Labitur, horribiles epulas funeſta requirens.

Neptunia piſtrix. Cic. in Arato.

¶Piſtrix, Sidus cæleſte. Cic. in Arato,

Hîc vna ſtellæ nectuntur, quam iacit ex ſe
Piſtrix è ſpina valida cum luce refulgens.

Piſum, piſi { πίσον } Genus leguminis notum: cuius caules ſparguntur in terram, niſi habeant adminicula. Plin. lib. 18. cap. 12, Piſum in apricis ſeri debet, frigorum impatientiſſimum. Ideò & in Italia & in auſteriore cælo, nonniſi verno tempore, terra facili ac ſoluta.

PITANE, pen. corr. { πιτάνη } Vrbs Æolidis in Aſia, quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanei, & Pitanitæ nominantur. Fama eſt, apud Pitanã lateres inuentos eſſe, qui ſuper aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum eſt.

Æolia Pitane. Ouid. 7. Metam.

Pitane ſum Zenodotus indicat dici ſolitum de iis qui in extremas redacti calamitates, ab iiſdem deinò in priſtinam fœlicitatem reſtituuntur. Sic enim euenìſſe quondam Pitanæ Æoliæ ciuitati. nam hanc à Pelaſgis in ſeruitutem redactam, Erythræi in libertatem priſtinam vindicarunt. Eraſmus.

Pithecus, pitheci, pen. prod. m. gen. { πίθηκος } ſimia Latinè dicitur. A quibus inſulæ vbi earum maxima copia, Pithecinæ, ſiue Pitheculæ dictæ ſunt. Vide PITHECVSA.

Pithecium { πίθιον } deformem mulierem vocat Plautus in Milit. 13,

-ædepol equidem
Bellula eſt. PA. pithecium hæc eſt præ illa & ſpinthurnicium. Pithecium, hoc eſt ſimiolam, per diminutionem Græco verbo effinxit.

PITHECVSA, pen. prod. { πιθηκοῦσα } Inſula eſt in mari Tuſco, ſinũque Campano ſita, in cuius quodam colle oppidum fuit Pitheculæ, numero multitudinis. Hæc inſula, Ænaria quoque dicta eſt à ſtatione nauium Æneæ, & Homero Inarime dicta: hodie Iſchia ab oppido, cui coxendicis ſimilitudo, vt Hermolaus lib 31. Plinij, cap. 2. docet. Græcis verò Pithecuſa (inquit Plinius) non à ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere, ſed à figlinis doliariorum. Hæc Plin. lib. 3. cap. 6. Sanè πίθοι Græcis, dolium ſignificat Latinis. Ouidius tamẽ Pithecuſas vrbem, non à doliis, ſed à pithecis, id eſt ſimiis nomen habere putat, lib. 14. Metam. in Cercopum fabula, quos tradit fuiſſe mutatos in ſimias.

PITHEVS, Vir quidam fuit Xerxis temporibus, omnium ſuæ ætatisditiſſimus, qui auro ſemper inhians, aurifodinas ingiter exercebat. Is quum aliquando ex peregrinatione domum eſſet reuerſus, & cœnam parari poſtulaſſet, eius vxor auream menſam illi apponi iuſſit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obſonia: ac primo quidem aſpectu gauiſus eſt Pitheus: quo tandem ſatiatus, quum eſurire ſe vociferaretur, neque ſe autum id temporis expoſcere diceret: inquit vxor, Tu nullius rei, præter hanc vnam, habendæ facultatem præbes. Hiſtoriam narrat pluribus Plutarchus. Plin. vocat Pithicũ lib. 33. cap. 10.

Pitheius, Adiect. { πιθήϊος } vt Regna Pitheia, Ouid. epiſt. 4.

PITHO { πειθὼ } Mulier flexanima illa dicendi præſes, quam Ennius Suadam, Quintilianus Perſuadendi deam. Horatius Suadelã. & Poetica mella: Cicero, Lepõrem. Plin. Colebatur & Diana cognomine Pitho Corinthi. Hæc in Plinium lib. 34. cap. 8. Hermolaus. Fauorinus. lib. 2, Templum Dianæ cognomento πειθοῦς (Pauſaniæ interpres vertit Suadelæ) Hypermneſtra dedicauit, quum in iudicio rea ob Lynceũ à parente facta, euaſiſſet. Vna eſt ex Atlantidibus Hermeſianarũ & Proclus, Pitho vnã ex Gratiis dixerunt. Sappho (vt legitur in ſcholiis in Heſiodum) Pitho ait ſuam eſſe Veneris: quo loco in ἔρωτες ſcribit Pandoram à Gratiis & Pitho ornari. Cicero de Clar. Orat. Pitho quam vocant Græci, cuius effector eſt orator, hanc Suadã appellauit Ennius: eius autem Cerhegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Pericli labris ſcripſit Eupolis feſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. Et lib. 3. de Orat.

PITHODEMVS, pen. prod. { πειθόδημος } Luctator egregius, cuius imaginem Dinomenes ex ære expreſſit. Plin. lib. 34. cap. 8.

Pithœgia { πιθήγια } inquit Proclus, feſtum veteribus erat, quo in vini participatum & ſeruos aduocabant & mercenarios. Relinebantur enim tunc primùm dolia. Proinde facta re diuina, vini communicatio omnibus patebat. Comprecabantur verò, vt Plutarchus inquit, innoxiam ſalubrémque ipſis fieri medicamenti potionem. Vndecima menſis die factitari hoc Athenis conſueuiſſe, produnt authores. Aliubi etiam ſexta eius qui Proſtaterius vocaretur, bono Dæmoni diuina re peracta, definente iam Zephyri flatu, qui oblædere viuum ac commouere præcipuè creditur. Ioannes Grammaticus Heſiodi interpres Pithœgia tradit celebrari ſolita menſe Ianuario. Dicitur autem à πίθος dolium & ἄγω aperio.

PITHOLEON, pen. corr. huius Pitholeontis { πιθολέων } Rhodius, Poeta triuialis & abiectus, qui quum in cõſinio vtriuſque linguæ natus eſſet, confuſo ſermone epigrammata quædã futilia conſcripſit, in quibus perquàm ridiculè Græca Latinis miſcuit, cuius meminit Horat. 1. Serm. ſatyr. 10.

PITHONOS COMAE { πίθωνος κώμη } locus eſt in Aſia in campis patentibus, vbi primo aduentus ſui tempore Ciconiæ congregantur, & eã quæ vltima aduenerit lancinant vniuerſæ, atque ita abeunt. Plinius libro 10. cap. 23.

Pitiſſo, pitiſſas { πιτυίζω, πιτύσσομαι } pitiſſare, Paulatim deguſtare. Terentius Heaut. 3. 1, -pitiſſando modo mihi
Quid vini abſumpſiſti?

Pittacium, pittacij { πιττάκιον } pro modico panno accipi ſolet, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum. Cell. lib. 3. cap. 10, Si capitis dolores ſunt, roſam cum aceto miſcere oporter, & in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quæ latitudinẽ frontis, longitudinẽmq; æquent.

PITTACVS, pen. corr. { πιττακὸς } Mitylenæus, vnus è ſeptem ſapientibus tempore Croeſi regis. Fuit altei Pittacus legiſlator (vt Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor eſt appellatus. Ælianus autem de Varia hiſtoria, Pittacum quendã commemorat, qui de mola piſtrina Encomiũ conſcripſit, vt in paruo argumento vim dicendo oſtentaret. Idem de ſapiente dicit, eũ in templo Fortunæ ſcalam conſtituiſſe, vt eius exprimeret effectum, quum multi in vita mortales aſcendant, deſcendántque.

Pituita, pituitæ, pen. prod. { φλέγμα } tametſi quidam corripi contendant, ſed falſò: idem ſignificat (vt ait Valla in Raudenſem) quod Græcè catarrhus: hoc eſt, quilibet humor redundans, qui ex ore naribúſque fluit: vel etiam ſi non flueret, etiam ſi non redundaret. Eſt tamẽ pituita, ex quatuor corporis noſtri humoribus, is potiſſimum qui magis ſeroſus eſt, & aqueus, ac magis fluxilis: vulgus medicorum cum Græcis phlegma appellat, Cic. 4. Tuſcul. Quemadmodum quũ ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes naſcuntur. Vide Celſum lib. 6. cap 6, de pituita craſſa, alba, molli, ſicca & arida, calida, liuida, & aliis generibus.

Lenta pituita ſtomacho fert tumultum. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2.

Leues curſus pituitæ. Celſ. lib 7. cap. 7.

Mala pituita naſi. Catul. ad Furium, epigr. 4.

Moleſta eſt pituita. Horat. 1. epiſt. 1.

Extenuant pituitam omnia ſalſa atque acria & arida. Celſus lib. 2, capite 23.

Subſtitit pituita. Celſus lib. 6. cap. 6.

Suſtinere pituitam. Celſus lib. 5. cap. 28.

¶Pituita, per ſynæreſim, vox eſt triſyllaba, apud Perſium Satyr. 2,

Somnia pituitã qui purgatiſſima mittunt. Alij tamen legunt,

Somnia qui pituitã purgatiſſima mittunt.

¶Pituita in arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27.

Pituita, in gallinis. Colum. lib. 8.

Pituitoſus, pen. prod Adiect. { φλεγματώδης } Qui Græcè dicitur phlegmaticus. Cic. de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtiléres, in aliis pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos.

Pituitaria, pituitariæ { σφὶς ἀγρία } herba quæ & aſtaphiſagria dicitur, hoc eſt vua agreſtis: dicta pituitaria, quòd pituitam oris ſiccet, ſed tamen fauces lædit. Plin. lib. 23. cap. 1, Quidam eam pituitariam vocant. De aſtaphiſagria loquitur.

Pityliſma, ris { πτύλισμα } genus exercitationis maximè quidem velox, ſed citra intentionem & violentiam. Galen. lib. 2. de tuenda bona valet. Politianus Miſcellaneorum cap. 38. Vide Cornarium in Galenum, pag. 514. & 515.

Pityocampæ { πιτυοκάμπαι } vermes ſiue erucæ è pinu arbore naſcentes. Plinius lib 23. cap. 2, Pinorum erucas, quas pityocampas vocant.

Pityonices, pen. prod. { πιτυώνικαι } dicitur qui eſt victor in ludis Græciæ, in quibus victores donabantur pinu, qui in Archemori honorẽ celebrabantur.

Pityrias { πιτυρίας } Græcis panis genus eſt, cui nihil furfuris ademptũ eſt, quem noſtri furfuraceum vertunt. Galen. lib. 1. de alimen. facultatibus, cap. 2.

PITYVS, Oppidum opulentiſſimum in regione Colchica, è regione Sarmatarum, qui Caucaſi montis iuga incolunt. Plin. lib 6. cap. 5.

Pityuſa, genus tithymali. Plin. lib. 24. cap. 6.

PITYVSAE { πιτυοῦσσαι } inſulæ duæ ſunt in mari Balearico à pineorum fruticum vbertate dictæ, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. Ex his quę maior eſt Ptolemæo Ebuſus, quæ minor Ophiuſa, hoc eſt colubraria, appellatur. Plinius ramen vtranque Ebuſum videtur appellare: & Ophiuſam inſulam ab hiſce diuerſam facere. Eſt item Pityuſa inſula è regione Ioniæ ſita, quæ notiore nomine Chios appellatur. Plin. lib. 5. cap. 31. Eſt & alia eiuſdem nominis inſula in ſinu Argolico ex aduerſo Hermioni agri. Plin. lib. 4. cap. 12.

Pius, In PIETAS.

PIVS, Metellus nominatus, quòd à Furio Tribuno patris reditum exorauit. Antoninus quoque imp. pius dictus eſt, quòd animum à belli ferocitate alienatum haberet: mallétque vnum (vt inquiebat) ciuẽ ſeruare, quàm mille hoſtes trucidare. Dion. Alexander lib. 1. cap. 9.

Pix, picis, f. gen. { πίσσα, πίττα } nihil aliud eſt, inquit Ruellius, quàm fluxus combuſtæ in tæda ſua reſinæ: de pinu ferè omnis, vt Theophraſtus inquit. quãquam in Syria terebinthi quoque picem ferunt, quia deſint ibi pinus. Cæterùm pix liquida coquitur ad nauium, & ad multos alios vſus. Plin. lib. 14. cap. 19, Italiæ pars aliqua rabultana picem: ac reſina condire muſta vulgare eſt ei, prouinciíque finitimis. Colum lib. 6. cap. 32, Atque ita factis vlceribus mederi liquida pice atque oleo.

De generibus picis vide Plin. lib. 16. cap. 12.

Flos picis. Scribon. Largus, Picis flos, quod piſſelæon appellant. Paulo póſt, Florem picis autem appello, quod excipitur dum ea coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori.

Atræ picis maſſa. Virg. 1. Georg.

Illyrica pice nigrior. Ouid. 2. de Arte.

Cælum pice nigrius. Ouid. epiſt. 17.

Induere poſtes pice, Vide INDVO.

Lenteſcit tellus in morem picis. Virg. 2. Georg.

Arbores manantes picem, Vide MANO, manas.

Piceus, Adiect. { πισσώδης } Quod eſt pice, ſiue nigrum, & viſcoſum, ac tenax vt pix. Martialis lib. 2. 41,

Et tres ſunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceíque, buxeíque.

Caligo picea. Virg. 2. Georg.

Imber. Plin. lib. 16. cap. 33.

Lumen. Virg. 9. Æneid.

Nimbus. Stat. 1. Thebaid.

Nubes. Ouid. 11. Metam.

Nubila. Sil. lib. 5.

Turbo. Virg. 3. Æneid.

Piceatus, penul. prod. Aliud adiect. { πισόχρους } Pice illitum ſignificat. Martial. lib. 8. 59, in furem,

Non fuit Autolyci tam piceata manus. Quia capit & auſert quicquid attingit, vt pix.

Picaria,æ:& Picariæ,arum, Picis fodinæ,quales populus Rom.in reditu habuit,l.17. in fin de verbor.signif.in P.Cic.in Bruto. Nam quum in sylua Scantia cædes facta esset, nonsque homines interfecti, insimularetúrque familia, partim etiam liberi societatis eius, quæ picarias de P.Cornelio & L.Mummio Censorib.redemisset.

Pico,picas { *πισσάω* } picáre,Pice inducere,vel illinere. Pin.lib.11.cap.7. Pissoceros super eam venit picantium modo ceu dilutior. Columel. lib.12.cap.18, Cæteráque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. Paulo pòst, Et feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo & scopula picatur.

Picatus,Particip. { *πισσώδης.* } Plinius lib.15.cap.17, Picata vasa fictilia. Colum.lib.11.cap.2,Dolia partim picata,partim defricata.
Picatum etiam dicitur quod picem resipit: vt Picatum vinũ. Plin. lib.23.cap.1. Martial.lib 13.107,
Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna
Ne dubites: miſit Romulus ipſe mihi.
¶Pix,genus tormenti seu cruciatus. pice enim torquebant homi num corpora. Lucretius pœnas mortalium tormentáque breui exponens,libro 3,
Verbera,carnifices,robur,pix,lamina,tedę. Plaut.in Captiuis,Act.3. scen.4,inducit Aristophanem refellentem asturam vocem ferui, qui dixerat in eum: Atra bilis agitat hominem. ait enim,
At pol te,ſi hic ſapiat ſenex,
Atra pix agiter apud carnificem,ac tuo capiti illuceat. Baptiſta Pius tuuicam pice illitã intelligit,qua induebantur qui flãmis cremabantur viui ob inſigne delictum. Hanc tunicam moleſtam dicebant: de qua vide in TVNICA.

Pixacanthum, In PYXACANTHVM.

PIXODORVS, Vnus ex filiis Hecatomni Cariæ regis, frater Artemiſiæ eius quæ Mauſolũ conſtruxit,de quo ſuo loco dictũ eſt. Strab.lib.14.

PIXVS, Pyxuntis { *πυξοῦς* } Oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentum appellatum.Plin.lib.3.cap.5.

P L

Placabilis, Placatus, Vide PLACO.

Placenta,placentæ { *πλακοῦς* } Libum farinaceum, quod fit ex farina ſiligineà,caſeo & melle. Dicta quòd nobis placeat: vel quòd ea ſolerent deos placare. Vel dicitur à Græco *πλακοῦς*. Plin.lib.7.cap.53, de moribus repentinis, Iam Manlius Torquatus Conſularis quum in cœna placentam appeteret,&c.
Melliæ placentæ.Horat.1.epiſt.10.
Abſorbere totas placentas.Horat.2.Serm.ſatyr 8.

PLACENTIA { *πλακεντία* } vrbs Italiæ ad Trebiam amnem, nec procul à Pado,vt ſcribit Plin lib.3.cap.15.

Placentinus,pen.prod. { *πλακεντῖνος* } Gentile nomen. Cicero de Claris Oratoribus.

PLACENTINVS, I.C. apud Montem Peſſulanum ius Ciuile ſatis prudenter docuit,circiter annum 1200. Sed qui illum ſequuti ſunt, barbarie fœdiſſima Romanorum ius conſpurcarunt.

Placeo,places,placui,placitum, pen.corr. { *ἀρέσκω,ἀδέω,ἱκανοποιέω,αἰδέομαι* } placére,Gratum eſſe. Colum.lib.9.cap.7, Quoniam pleriſque videtur operoſum iſtud, qualiacunque vaſa placuerint colłocari.
Placet amaritudine piper.Plin.lib.12.cap.7.
Omni tibi dote placebam.Ouid.4.Triſt.eleg.3.
Facie placere.Ouid.epiſt.6.
Factis Ouid.11 Metam.
Illa placet geſtu.Ouid.2.Amor.eleg.4.
Meritis.Ouid.epiſt 6.
Moribus.Ouid.2.Amor.eleg.4.
Ratione aliqua.Claud.1.in Eutropium.
Placere & Diſplicere,contraria.Cic.pro Domo,Nónne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis diſpliceret?
Agam ſic,vt ipſi authori huius diſciplinæ placeat.Cic.1.de Finib.
Pius iuſto.Horat.3.Carm.ode 7.
Medico quid placeat videbis.Cic.Tironi,lib.16.1,
Nec carmina nobis Ipſa placent. Virg.eclog.10.
Cœpta placent.Ouid.8 Metam.
Meum mihi placebat,illi ſuum.Cic.Att.lib.14.
Otia ſemper placuerunt meæ menti.Ouid.4.Triſt.eleg.7.
Rura mihi,& rigui placeant in vallibus amnes. Virgil.2.Georgic.
Sententia iſta tibi placuit.Propert.lib.2.eleg.10.
¶Placet,ferè in tertiis perſonis,pro Videtur,cẽſet,eſt eius opinionis,& quod vulgus dicit,*melius viſum eſt*. Cic.3.Philip.Et vt pro tantis eorum in Remp meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur,Senatui placere. Idem Lentulo,lib.12, Itaque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. Sic.1.de Diuinat.Vt doctiſſimis ſapientiſſimiſque placuit. Budæus,Placere,verbum eſt cenſentis: verbum item apponi ſolitum in Senatuſcõſultis. Cic.6.Philip.Tumultum eſſe decerni, iuſtitium edici, ſaga ſumi,dixi placere.
Inter nos placuit. Vlpian.in l.Si rem D.De præſcrip.verb.Si quum vnum bouem haberem,& vicinus vnum, placuerit inter nos, vt per denos dies ego ei, & ille mihi bouem commodaremus, vt opus faceret,&c.
Non ita dis placuit. Ouid.4.Triſt.eleg.11.
Placet de. Cic.ad Atticum,lib.13, Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem.
Plácitum eſt mihi,vel Plácitum eſt vt: hoc eſt, viſum eſt. Decius Brutus Bruto & Caſſio,lib.11.1,Quum in his angustiis verſarer,placitum eſt mihi,vt poſtularem legationem liberam mihi.
Placuit & placitum eſt: ſicut licuit & licitum eſt,dicimus,ait Seru. Sic placitum.Virgil.1.Æneidos,
Conſilia in melius referet,mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos,gentémque togatam.
Sic placitum. Vbi Seruius, Placitum,vel fatis,vel mihi: nam impersonale eſt.
¶ Placere ſibi,Eſt efferri,gloriari. Cicero 2.de Orat.Ego enim (vt quemadmodum ſentio loquar) nunquam mihi minus,quàm heſter no die placui.
Cura placendi tibi eſt.Ouid.13.Metam.
Studioſa mulier placendi.Ouid.3.de Arte.

Placens,Particip. { *ἀρέσκων.* } vt Vxor placens. Horat.2.Carm.ode 14.

Placitus,pen.corr.Aliud particip. { *ἱκετηρίδιος* } Quod placuit. Terent.in Prologo Hecyræ, -vbi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt. Colum.in Præfatione lib.1.Placita diſciplina.
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.Ouid.epiſt.16.
Forma placita.Ouid.2.Faſt.

Placitum,placiti,pen.corr. { *ἄρεσκον,ἀδέσιον* } Decretum: quòd quæ decreta ſunt, ea ſic Senatui vel maioribus placuiſſe videntur. Plin.lib.14. cap.22, Medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium.
Si tibi per tutum,placiúmque negabitur ire.Ouid.1.de Arte.
¶Placitũ,pro Pacto & conuento. Hermogenianus in l.Incertis. D. De iudiciis, Sed & ſiqui nummis redemptos ſe, & non manumiſſos contra placiti fidem aſſeuerent.
¶ Placere,pro Blandiri. Tacit.de Orat.Satis multos offendit: qui ſi forte hoc audirent, ſatis ſcio dicturos, me,dum iuris & philoſophiæ ſcientiã tanquam oratori neceſſariam laudo, ineptiis meis placuiſſe.

Placiturus,pen.prod. { *ἀέσων* } Similiter participium: vt
Dicta haud placitura referre. Virg.12.Æneid.

Placendus,Adiect. { *ἀρεστέος* } Quod placere debet,& acceptũ eſſe.Plaut. Trinum.17, -ſi illa tibi placet,
Placenda dos quoque eſt,quam dat tibi.

Placito,placitas,pen.corr.placitare,Frequentatiuum { *ἀρέσκομαι.* } Plaut. Bacchid.21,Neque placitant mores.

Placidus, pen.corr.Adiect. { *ἄδεσιος,ἡδὺς,ἐπιτερπὴς,ἥσυχος,ἡμερόφρων,ἀνεπαχθὴς,ἀνεπαχθέως* } Mitis,ſedatus: quòd illa quæ quieta ſunt,omnibus placent. Donatus,Clemens, eſt circa rectè agentes: Placidus etiam circa delinquẽtes.Clemẽs, animo: Placidus,vultu. Terent.Adelph. 5.4, Clemens,placidus, nulli lædere os,arridere omnibus. Plautus Merc.2.4,Vxor tibi placida & placata eſt.
Feruere,& Placidum eſſe,contraria. Terent.Adelph.4.1.
Dare ſe placidum alicui.Ouid.1.Faſt.
Placidum mollémque aliquem reddere.Cic.pro Cecinna.
Placida & Immitia,contraria.Horat.in Arte.
¶Æuum placidum degere.Lucret.lib.2.
Amnis placidus.Ouid.1.Metam.
Amor.Virg.4.Æneid.
Animalia placida,quibus Fera opponuntur. Plin.lib.8.cap.53.
Arbor placida,cui Syluestris opponitur,Plin.lib.16.cap.5.
Aures.Virg.4.Æneid,
Cælum.Sil.lib.12.
Canis.Plaut.Moſtel.10.
Caput.Virg.1.Æneid.
Columba.Ouid.7.Metam.'
Placida & quieta tranquillitas. Cic.2.Tuſcul.In participe rationis ponunt tranquilliratem,id eſt placidam quietámque conſtantiam.
Deus.Ouid.4.Triſt.eleg.5.
Dictis placidis miſcere fortia.Ouid.4.Metam.
Dies.Ouid.11.Metam.
Dies placidus & ſerenus.Plin.iun.lib.6.epiſt.15.
Fœdus placidum.Virg.10.Æneid.
Hyems.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.
Iter.Plin.in Paneg.
Lector.Ouid.3 de Ponto.eleg.4.
Lumen.Horat.4.Carm.ode 3.
Manum dare placidam alicui.Ouid.3.Triſt.eleg.1.
Mare ſtat.Virg.eclog.2.
Mens placid. & alta. Quintil.in Proœm.lib.6.
Mente placida ferre aliquid.Ouid.13.Metam.
Mores.Colum.lib.6.cap.20.
Mors.Virg 6.Æneid.
Placida,ſummiſſa,lenis oratio.Cic.2.de Orat.
Ore placido edere aliquid.Virg.7.Æneid.Edere,loqui.
Quis.Ouid.1.Faſt.
Palus.Virg.8.Æneid.
Pax.Virg.1.Æneid.
¶Placidiſſima pax in animo. Cic.5.Tuſcul.An delectationis & otij conſumendi cauſa locuti ſumus,ſapientem ab omni concitatione animi,quam perturbationem voco, ſemper vacare, ſemper in animo eius eſſe placidiſſimam pacem?
Pectus.Virg.1.Æneid.
Portus æterna placidus quiete.Senec.Agamemn.7.1.
Quies.Plin.lib.10.cap.75.
Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam. Virg.6.Æneid.
Senectus.Horat.in Carm.ſeculari.
Placida & lenis ſenectus.Cic.de Senect.
Somnus.Ouid.3.Faſt.
Somnus placidiſſimus deorum.Ouid.11.Metam.
Sopor.Virg.4.Æneid.
Venti.Virg.5.Æneid.
Vitam placidam ac pacatam degere.Lucret.lib.3.
Vndis placidis natare.Ouid.13.Metam.
Vrbes placidæ,Experres tumultus bellici.Virg.7.Æneid.
Vultus.Claud.5.Paneg.
Vultu placido videre aliquem.Propert.lib.2.eleg.4.
¶Nihil placidius aut quietius.Liu.3.ab Vrbe.

Placidè,pen corr.Aduerb. { *ἀρεστῶς,ἡδέως,ἀφόβως* } Quietè,ſine tumultu.Plaut. Bacchid.15,
Accepta eſt placidè oratio.Liu.2.ab Vrbe.
Accubare placidé.Plaut Moſtel.10.
Agere aliquid placidè & otioſé.Plaut.Pœn.3.
Amplecti placidè aliquid.Virg.5.Æneid.
Aperire placidè forem.Plaut Bacchid.18.
Placidè pultare fores.Idem Menæch.4.
Currere placidé.Plaut.Rud.28.

Exquirere

Exquirere placidé.Plaut.Merc.4.
Ferre placidè ſedatéque dolorem.Cic.2.Tuſcul. Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat: Prætoris iniurias tacitè, hoſpitis placidè ferendas arbitrabatur.
Ferre placidè iniuriam.Cic.4.Verr.
Loqui placidè ſedatéque.Cic.in Orat.
Sequi placidè aliquem.Plaut.Milite,18.
Regere feruidam mentem,& placidè tractare.Sen.Medea,7.
Viuere placidé.Ouid.2.Amor.eleg.9.

Placiditas,pen.corr.placiditatis { *ἡσυχότης.* } Gell.lib.13 cap.21,ex commentario Seruilij Claudij, Nerio dictum quaſi Neirio, hoc eſt ſine ira, & cum placiditate: vt eo nomine mitem, tranquillúmque fieri Martem precemur. Varro de Re ruſt. lib.2.cap.1, In queis primùm non ſine cauſa putant oues aſſumptas, & propter vtilitatem, & propter placiditatem.

Placo,placas { *ἱλάσκομαι,ἐξιλάσκομαι,παραίνω,διαλύω* } placãre, Mitem ac placidum facere, ſedare, tranquilliorem facere. Terent.Heaut.5.4, Neque quod principium inueniam ad placandum,ſcio.
Pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit temperantia.Cic.1.de Fin.
Sanare, & placare aliquos Reipub.Cic.2.in Catil.De his qui diſſimulant,qui Romæ remanẽt,qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo quàm ſanare,& ipſos placare Reipub.
Placare,& lenire ſe alicui. Cic.7.Philipp Iam verò ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ,à qua exclusus & repudiatus eſt.
Sibi aliquem placare.Cic.Memnio,l.b 13.1.
¶Æquora tumida placat Iuppiter.Virg 1.Æneid.
Eſt honor & tumulis animas placare paternas.Ouid.2.Faſt.
Placare & mitigare animum.Cic.10.Philipp.Quamobrem collige te,placáque animum aliquando,& mitiga.
Animos iudicum.Cic.pro Fonteio.
Tauro niueo placatur Cyllenius.Sil.lib.3.
Carmine di ſuperi placantur Horat.2.epiſt.1.
Deuotionibus deos. Cic.3.de Nat.deor. Tu autem etiam Deiorum deuotionibus placatos deos eſſe cenſes.
Heſtiis humanis placant deos Galli.Cic.pro Fonteio.
Deos thure.Horat.1.Carm.ode 36.
Dinos placaui ſanguine.Horat 2.Serm.ſaty.3.
Munera (crede mihi) placant hominéſque déóſque. Ouidius 3.de Arte.
Iciunia ventris voracis placare,Famem ſedare. Ouid.15.Metam.
Iram dei donis.Cic.2.de Legib. Impius ne audeto placare donis iram deorum.
Iram deũm ſaeris.Ouid.10.Metam.
Iras diſcordiáſque noſtras inter nos.Cic.de Aruſp.reſp.
Lares thure & horna fruge.Horat.3.Carm.ode 23.
Numina deorum.Ouid.1.Faſt.
Obiurgatores benenolos.Cic.1.de Nat.deor.
Odia improborum.Cic.pro Domo ſua.
Eſca placauit iratum ventrem Horat.2.Serm.ſaty.8.
Verbis ſupplicibus aliquem.Ouid.4.Faſt.
¶Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei.Ouid.5.Triſt.eleg.9.
Ira placanda iudicis.Tibull.lib.4 ad Meſſalam.
¶Placare,pro Gratias agere.Horat.lib.1.Carm.ode 36,
Et thure & fidibus iuuat
Placare,& vituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidæ deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima,&c. Hîc (ait Acron) non irata aut mitigare,aut reconciliare numina parat, ſed aut grates referre, aut vota perſoluere. Propitij enim dei reduxerunt Numidam ſoſpitem. Placare (inquit Porphyr.)pro eo quod eſt gratiã referre intelligendum,non vt placari irati dicuntur. Quum enim Numidam dicat ſoſpitem rediiſſe, apparet eum deos propitios & ante ſacrificia habuiſſe. Cuſtodes autem pro conſeruatoribus accipiamus. Hæc ille. Aſcenſ.ſic exponit:Placare,id eſt placidos,&(vt dicunt) contéros facere:quia dum diis vouemus,non ſunt placati donec vota reddideriмus. Propterea dixit debito,ſcilicet ex voto.

Placatus,penult.prod. { *ἱλασμὸς,ἵλεως* } Participium, ſiue Nomen ex participio. Plin.lib.12.cap.18, Nec minus propitij erant mola falſa ſupplicantibus,imò verò (vt palàm eſt) placatiores.
Æquus & placatus. Qu.Cic.de Petit.Conſul. Quibus propter aliquod officium neceſſitudinis aſſuturum negatis, tamen ij poſſunt abs te placati,æquíque diſcedere.
Placatus & Ira incenſus, contraria. Cic.Attic.lib.6, In hac autem peregrinatione militiáve noſtra ſæpe incenſum ira vidi ſæpe placatum.
Placatum & mite. Cic.Attic.lib.5, Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum,quàm tum meus frater erat in fororem tuam.
Quietus & placatus. Cic.5.Tuſcul. Animi quietus & placatus ſtatus cernitur,quum perturbatio nulla eſt qua moueri queat.
Placatus & ſatiatus,Cic.pro Marcello, Vt mihi quidem videantur dij immortales,etiam ſi pœnas à Pop. Romano ob aliquod delictum expetiuerint, qui ciuile bellum tantum & tam luctuoſum excitauerunt,vel placati iam,vel etiam ſatiati aliquando, omnem ſpem ſalutis,ad clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe.
Deus placatus.Ouid.1.Triſt.eleg.3.
Deos placatos pietas efficit & ſanctitas.Cic.2.Offic.
Gurges.Valer.4.Argon.
Maria.Virg.3.Æneid.
Mens.Lucret.lib.5.
Ore placato annuit Ouid.14.Metam.
Procella.Propert.lib.1.eleg.16.
Placatæ res & minimè turbulentæ.Cic.in Orat.
Sepulcra.Ouid.2.Faſt.
Vita. Cic.1,de Finibus, Vt omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ,quietæ,beatæ vitæ deducerent.
Placatiſſima quies.Cic.1.Tuſcul.

Placatè,pen.prod.Aduerb. { *ἀπροφάτως* } Intrabaté.Cic.ad Torquatum, lib.6.1,Omnia humana placatè & humanè feramus. Idem ad Ligarium,lib.6.13. Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius, & placatius ferre.

Placatio,Verbale { *ἱλασμὸς.* } Cic.4.Tuſcul. Sed omnis eiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur.
Deorum immortalium placatio.Cic 3.de Nat.deor.

Placabilis,& hoc placabile,pen.corr. { *ἱλαστὸς* } Quod facilè placatur. Cic.4.Verr. Hic qui Romam veniſſet, fatíſque feliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, omniáque habuiſſet æquiora & placabiliora quàm animum Prætoris atque hoſpitis, rem ad amicos ſuos detulit.
Placabilis & Irritabilis, contraria. Cic.ad Attic.lib 1.12, Si ita ſtatueris,& irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles.&c.
Æquus & placabilis.Cic.in Orat.Vt eos ipſos quos contra ſtatuas, æquos,placabiléſque dimittas.Legitur & placatos.
Placabilis & Inexorabilis,contraria. Auctor ad Herenn.lib.4,Inimicis te placabilem,amicis inexorabilem præbes.
Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ. Ouidius 3.Triſt. eleg.5.
Præbere ſe placabilem alicui.Cic.ad Attic.lib.10.
Placabile ingenium ad preces.Liu.4.ab Vrbe.
Ira deorum.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.
Numen ſoler ſieri placabile Ouid 2.Triſt.
Æqua & placabilia omnia habere.Cic.4.Verr.
Placabilius eſt. Terent.Adelph.4.3, Quapropter reipſum purgare ipſis cerum, placabilius eſt.Hoc eſt,res erit placabilior.

Placabilitas,pen.corr. placabilitatis { *τὸ ἱλάσιμον.* } Cic.1.Offic. Nihil enim laudabilius,nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

Placamen,pen.prod.ſiue Placamentum { *ἵλασμὸς* } Quo quis placatur. Liu.7.ab Vrbe, Et quum vis morbi nec humanis conſiliis, nec ope diuina leuaretur, victus ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, noua res bellicoſo populo (nam circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia cælestis iræ placamina inſtituti dicuntur.

PLACIA, Myſiæ oppidum iuxta Cyzicum Milleſiorum oppidum, vt ſcribit Plin.lib.5 cap.vltimo.

PLACIADAE, Vici cuiuſdam Atticæ regionis incolæ vocantur, apud quos moris erat vt qui fuiſſet in adulterio deprehenſus,ignominioſas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis eſſe dicuntur. Quòd ſi raphani forte non fuiſſent ad manum,ſtelæo vtebantur, id eſt ligonis ligno. Hinc Placiadæ,prouerbium, quod dici refert Plutarchus de deprehenſis adulteris,& contumelioſè,ſicut meretrur,tractatis.

PLACIDIANVS,ſeu Pacidianus, (vtunque enim ſcriptum reperitur) fuit gladiator, & quidem præſtantiſſimus, vt ex Lucilij verſibus apparet, quos profert Nonius Marcellus in declaratione verbi Compono. Verſus ſunt hi,
Samnis ſpurcus homo vita illa dignus locóque,
Cum Placideiano componitur optimus longè
Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus. Eundem cõmemorat Cic.lib 3 epiſt.ad Qu.fratrem,& pluribus aliis locis. Meminit huius & Horat.2.Serm.ſatyra 7,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia,&c.

Placitis { *πλακοῦς* } Cadmi ſpecies, quæ velut fuligo quædam, aut fauilla ex fornacibus ærarij egeſta,parietibus adhæret: nam propter ſui grauitatem, ad teſtudinem euolare non poteſt. Dicta Placitis ab eo quod ſpeciem referat cruſtæ, quam Græci *πλακοῦς* vocant. Galen. lib 9.Simplic.& Plin.lib.34 cap 9.& 10.

Pladarotis { *πλαδαρώτης.* } Pladarotes,ſunt mollia,veluti corpora vetuſta, & maximè decolora, palpebrarum parte interna nondum aſpredinem habentia.Galen.in Medic.

Plados { *πλάδος* } eſt ſuperfluа, ſiue nimia humiditas. Hippocr.lib.1. de morb.vulgar.n.11. Galen.Com.11.in lib.1.Hippoc. de morb.vulg. Omnibus vndequaque multus Plados.

Plaga, plagæ, priore producta { *πληγὴ* } Percuſſio, vulnus. Terentius Eunucho,2.2,
-neque plagas pati Poſſum.
Nodi plagarum,Tubera ex plagis.Stat.4.Thebaid.de tauro.
Dolor,crepitúſque plagarum.Cic 7.Ver.Cædebatur virgis in medio foro Meſſanæ ciuis Romanus, Iudices, quum interea nullus gemitus,nulla vox alia iſtius miſeri inter dolorem crepitúſque plagarum audiebatur,niſi hæc,Ciuis Romanus ſum.
Expertia plagarum corpora.Lucret.lib.3.
Plaga ab. Cic.in Tuſcul. Hæc leuior eſt plaga ab amico, quàm à debitore.
Ex retuſo telo plaga.Celſus lib.5.cap.26.
¶Altæ plagæ,Profundum vulnus.Senec.OEdipo,4.11.
Exigua.Celſus lib.5.cap.vlt.De phygethlo.
Luculenta,Vide LVCVLENTVS.
Lunata.Celſus lib.7.cap.26.
Odioſa,Vide ODIVM.
Vehementior. Cic 2.Tuſcul.Pugiles etiam quum ferunt aduerſarium,in iactandis cæſtibus ingemiſcunt: non quòd doleant, animóve ſuccumbãt, ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur, veníque plaga vehementior.
¶Accipere plagam. Cic.2.Tuſc. Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt,quàm turpiter vitare? Et 1.de Nat.deor.Grauiorem enim plagam accipiebat,vt leuiorem repelleret.
Adhibere plagas,Vide ADHIBEO.
Conſumere hoſtem plagis.Horat.2.epiſt 2.
Diſſoluere corpora valida plaga.Lucret.lib.3.

Domare corpora plagis. Lucret. lib. 2.
Facere grauem plagam. Cic. in Orat. Sic oratio, nec plagam grauem facit, nisi, &c.
Facta plaga. Celsus, de incisione inguinis vel feroti loquens, Plaga facta deorsum versus subest.
Ferre plagam, Virg. 10. Æneid.
Fieri meliorem plagis Phrygem. Cic. pro Flacco, Verum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem?
Hiat plaga. Columel. lib. 4. cap. 29, Ne quum scalpro factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet.
Imponere plagam insanabilem alicui. Cic. pro Sextio.
Infligere plagam mortiferam alicui. Cic. in Varin. Si ad cętera vulnera quibus putasti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam infixissles.
Iniicere plagam. Cic. pro Murena, Illa plaga est iniecta petitioni tuæ maxima.
Efflantes plagas internecłere. Stat. 8. Thebaid.
Leuare plagam, Vide LEVIS.
Obducere plagam limo, Vide OBDVCO.
Perferre plagas. Cic. Pæto, lib. 9. 16, Gladiatores, aut perditi homines, aut barbari quas plagas perferunt?
Peremptus plagis vitulus. Virg. 4. Georg.
Corpus plagis prębere. Quid. de Nuce.
Plaga sedere dicitur, apud Ouidium 3. Metam.
Externis succumbunt omnia plagis. Lucret. lib. 2.
Suere plagam. Celf. lib. 5. cap. 26.
¶Plaga, Incisio arboris. Plinius lib. 12. cap. 25, Succus è plaga manat.
¶Plagæ, priore cor. Retia dicuntur tatiora, ad capiędas feras: quòd plagis, id est foraminibus plena sint. Cic. 3. Offic. Sùntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis nec agitaturus? Virg. 4. Æneidos,
Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro. Seruius in hūc locum scribit, Plagas proprię illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem.
Aucupes, & plagæ. Vlpian. in l. Quæsitum. §. Si in agro. D. de fund. instruct.
Densæ plagæ. Horatius 3. Carm. ode 5.
Dispositæ. Seneca Thyeste, 6.
Nodosæ. Ouid. 6. Fast.
Rarę. Senec. Hippol. 1.
¶Plagis nexilibus ambire syluas Ouid. 2. Metam.
Cadere in plagas. Ouid. 3. de Arte.
Sepire saltum plagis. Lucret. lib. 5.
Tendere plagas, Disponere retia. Ouid. 1. de Arte.
Trudere apros in obstantes plagas multa cane. Horat. Epod. 2.
¶Incidere in plagas, per translationem, pro Incidere in periculum. Cic. in Verrem, Si mehercules (id quod fore intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione expliçaris: in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici & concidi necesse est.
Iaci in plagas amoris. Lucret. lib. 4.
Conticere se in plagas. Vide CONTICTO.
Texere plagas contra se. Cic. 4. Acad. Quum plus vno verum esse non possit, facere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quàm de oculorum sensuúmque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.
¶Plaga, priore similiter correpta {πυραγγίον, κιλίμα} Cæli vel terræ spatium amplissimum, quod etiam tractus & clima à Græcis dicitur. Virg. 7. Æneidos,
& siquem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Plin. lib. 16. cap. 2, In eadem Septentrionali plaga Hercyniæ syluæ.
Cæli plagas scrutari. Cic. 2. de Diuinat. Ex poeta.
Extra pondus & plagam motus. Cic. de Fato, Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, quum declinat atomus interuallo minimo: id appellat ἐλάχιστον.
Mundi plaga, Id est pars. Senec. Herc. furente, 13.
¶Ætheria. Virg. 1 Æneid.
Ardens plaga, Regio ardentior Africæ. Claud. 1. in Eutrop.
Cælestes. Ouid. 12. Metam.
Diuitis aruæ plagæ. Valer. 1. Argon.
Feruida. Senec. Herc. OEtæo, 9. Intelligit Zonam torridam.
Lactea cæli. Stat. 1. Sylu. 2.
Marmorata plaga ingenti dorso. Stat 4. Sylu. 3. Intelligit viam stratam marmoribus. Loquitur enim de via Domitiana.
Mitis. Silius lib 1.
Solifera plaga, Plaga Orientis. Seneca Herc. OEtæo, 2.
¶Plagæ, Tapetes, vel tapetia Græcè dicuntur, stragula Latinè. Varro de vita Pop. Romani. Chlamydes, plagæ, vasa aurea. Idem, Eburneis lectis & plagis sigillatis. Nonius.
¶Plagæ, plagarum, Grāde linteum, tegmen, seu velamen, quale est quod nobiliores viduæ nostrates gestant. Plagulæ, diminutiuum, velamē planctus ex lino aut canabo. Vlpian. l. 23. §. 2. de auro & argen. leg. plagulas inter muliebres vestes recensēt.
Plagula, plagulæ, pen. corr. Diminutiuum, Stragulum. Plin. lib. 13 cap. 12, docens quomodo fiant chartæ, Premitur deinde prelis, & siccantur in sole plagulæ, atque inter se iungūtur. Ita legit Bud. Liu 9. bel. Maced Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est. Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæcum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam aduexerunt. Turnebus in hunc locum, Plagulæ, inquit, sunt vela & textilia, quibus lectiçæ & lecti intendebantur aut inuoluebantur: vt apud Tranquillum in Tit. Lectica dimotis plagulis. Nonius plagas interpretatur grandia lintea, &

toral, & lectiçariam sindonem, vnde per diminutionem plagulæ, inquit, dicuntur. Hæc ille.
Plagiarius {ἀνδραποδιστὴς} Qui liberum emit, vel vendit. Item qui seruo aut ferue persuadet, vt à domino domináve fugiat: vel cum eámve inuito vel nesciente domino celat, vinctum habet, emit vel vendit. Dictus plagiarius, quòd lege Fabia plagis damnatus esset. Lex ipsa, Plagiaria {ἀνδραποδισεὼς} crimen, Plagium vocatur. Martial. lib. 1. 48. Plagiarium vocat furē librorum suorum. Callistratus in l. Non ſtatim. D. Ad legē Fab. de Plagiariis, Seruos alienos qui sollicitauerit, aut interceperit, crimine plagij quod illi intenditur, teneatur nēcne, facit quæstionem. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2.
Plagosus, pen. prod. Adiectiuum {πληγώδης} Plagis plenus. vt Plagosa crura, apud Apuleium, lib. 8. Et Dorsum plagosum, apud eundem lib. 9. Ab Horatio plagosus dicitur Orbilius grammaticus, qui sępe plagas infert, 2. epist. 1,
Non equidem insector, delendáque carmina Liui
Esse reor, memini quæ plagosum mihi paruo
Orbilium dictare. Hinc est illud Domitij Marsi,
Siques Orbilius ferula scuticáque ecciđit. Vide libellum Suetonij de Claris grammaticis.
Plagiger {πληγοφόρος} Ad ferendas plagas quasi natus. Plaut. in Pseudolo, Plagigera genera hominum.
Plagiaton, Tibiæ genus ex loto. fuerunt enim tibiarum multæ species: Elymos, ex buxo & lauro: Calami, ex auena, aut hordeo apud Gallos: Et veræ tibiæ, quæ ex auium maiorum aut mortuorum tibiis, vnde & nomen habuerunt, fiebant. Alexand. lib. 4. cap. 17. Nos ferè eo verbo vtimur, *flageolet*.
Plagusia, Genus piscis. Plaut. Rudente, 8,
Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam,
Musculos, plagusias, striatas, &c. Turnebus plagusias conchas esse putat, eas hoc nomine venire dicens, quæ crustam tegumenti latam patulámque habent, quasi πλακόεσσαν dicantur. Nam à πλακοῦς deducitur, quo nomine quum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placusius vocatur. Hæc ille.
PLANARIA, Vna ex fortunatis insulis, à planitie dicta. Plinius lib. 6. cap. 32.
Planarius a, um. Planaria interpellatio magistratus, quæ de plano fit, seu in plano non pro tribunali. Constantinus in l. 4. C. de Dilation. Et cognitio causæ, non interpellatione planaria: sed considente magis iudice colligatur.
PLANASIA {πλανασία} insula est in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, vt author est Ptolemæus lib. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3 cap. 6.
Planca, plancæ {πλάξ} Tabula plana, à planitie ita appellata. Plin. lib. 8. cap. 43, Nec pontes asini transeant, per raritatem plancarum translucentibus fluuiis. Legitur &, Per rariratem eorum, &c.
Plancianus, a, um, ex nomine proprio, (quod sępe fit) attributum confictum. Plancianum S. C. de liberis agnoscendis. l. j. §. Eleganter. de lib. agnoscend. in P.
Planctus Vide PLANGO.
Plancus, planci {πλάγκος} inquit Festus, qui supra modum planis pedibus est, qui pedes imos graciles habet, planósque æqualiter, quasi tabellas quæ planeæ vocantur. Plin. lib. 11. cap. 45, Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Nanque & hinc cognomina inuēta Planci, Plauti, &c.
PLANCVS {πλάγκος} dictus est Romanus quidam, cuius extant epistolæ luculenter scriptæ. Qui (teste Eusebio) quum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit: quæ ciuitas Senecæ temporibus deflagrauit incendio.
Plancus, est aquila tertij generis, quam nōnulli Morphnon, Homerus Pernon, aliqui Anatariā appellant: huic vita circa lacus, secunda magnitudine & vi. Plin. lib. 10. cap. 3.
Plane, Vide PLANVS.
Planeta, planetæ, pen. prod. m. g. ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore. πλανήτης, id est erraticus & vagus. Latini ab incessu vocant errantia, & erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Vnde Virg. 3. Georg. de Mercurio,
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem septem planetæ, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.
Plango, plangis, planxi, planctū {κόπτομαι} plángere, Tundere, vel percutere. Ouid. 2., Metamorphoseos,
Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Lucilius,
-plangunt littora fluctus.
Lacertos suos planxit. Ouid. 9. Metam.
Pectora plangere manu. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5.
Humum pectore plangere, Percutere. Ouid. 1. Fast.
Venti plangunt pestem per auras. Lucret. lib. 6.
Fluctus plangentes saxa. Lucret. lib. 3.
¶Plangere {ὀλοφύρεσθαι} Plorare & deflere: quia in ipso luctu pectora plangere solemus.
Carmine plangere aliquem. Stat. 5. Sylu. 3.
Plangunt sua damna coloni. Stat. 12. Thebaid.
Magno planxit diuortia luctu. Claud. 1. in Eutropium.
Funera alicuius plangere. Stat. 12. Thebaid.
¶Plangunt littora. Virg. 1. Georg.
Planctus, huius planctus {κοπτικὸς} Percussio. Lucan. lib. 2,
Exigit ad sęuos famularum brachia planctus.
¶Planctus, Lamentatio & luctus.
Priuigil planctus. Valer. 3. Argon.
Sæuo planctu concrepere pectora. Stat. Syluar. lib. 5. Sylu. 1,
Parce precor lacrymis, sęuo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbram.
Tristes planctus. Claud. 2. in Eutrop.
Dare planctus. Seneca Troade, 1.
Ingentes iterasti pectore planctus. Stat. 3. Sylu. 5.
Fœmineo cum planctu mistus clamor Senec. Octau. 6.
Mollem planctum pepulere brachia. Stat. 6. Thebaid.

Ponere

Ponere planctus, Linquere mœrorem. Seneca Herc. OEtæo, 16.
Tympana reddunt planctum. Claud. 3. de Raptu Proserp.
Immensus planctus resonat per vrbes. Seneca Herc. OEtæo, 12.
Vno planctu sonant tria regna. Seneca Herc. furente, 12.
Vallantur planctibus aræ. Stat. 10. Theb.
Plangor, plangoris, Verbale {κόπτω} Percussio. Catul. Argon. 59,
Procedunt, leuitérque sonant plangore cachinni.
Præcipiti plangore ruunt. Valer. 3. Argon.
Sonitus plangoris. Ouid. 3. Metam.
¶Plangor {ὀλοφυρμὸς} pro Planctu & vociferatione. Cic. 2. Philip.
Tum diadema imponebas cum plangore populi.
Plangor & lamentatio. Cic. in Orat. Vt alia in causa excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione compleremus forum.
Sonus plangoris. Ouid. 14. Metam.
Clarus plangor. Ouid. 4. Metam.
Dare plangorem. Ouid. 4. Metam.
Consonus plangor exit in auras. Ouid. 13. Metam.
Magnis plangoribus æther resonat. Virgil. 4. Æneid.
Domus plangore sonat. Ouid. ad Liuiam.
Fœmineis plangoribus ædes vlulant. Virgil. 2. Æneid.
Planipes, Planities, Planitudo, Vide PLANVS.
Planta, plantæ {πατέλαμμα} Tota pars inferior pedum, digitíque & vngues. Plin. lib. 7 cap. 2, Eudoxus in Meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales: fœminis adeò paruas, vt struthopodes appellentur. Lactantius de Opif. Dei, cap. 13, Plantæ quoniam totius operis fundamenta sunt, mirificus eas artifex non rotunda specie, ne homo stare non posset, aut aliis ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes: sed porrectiores longioréque formauit, vt stabile corpus effice rent planicie sua. vnde illis inditum nomen est.
Alatæ plantæ. Virgil. 4. Æneid. De Mercurio.
Ancipiti figens vestigia planta. Iuuenal. Satyr. 14.
Auersæ plantæ, Vide AVERTO.
Ferratæ. Claud. 3. de Raptu Proserp.
Læua. Cic. in Arato.
Niueæ. Claud. de Nupt. Honorij.
Pernices. Virgil. 11. Æneid.
Timidæ. Ouid. 6. Metam.
Tremulis insistere. Iuuenal. Satyr. 6.
Velocis gloria. Iuuenal. Satyr. 13.
Volueris. Silius lib. 13.
¶Contingere fidi ra plantis. Propert. lib. 1. eleg. 8.
Celeres plantas tingere æquore. Virgil. 8. Æneid. Id est mergere.
Ægra planta euadere lubrica. Silius lib. 7.
¶Planta {φυτὸν, κλῆμα} de arboribus dicitur ea, quæ transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vt ait Seruius, vel ex seminibus est orta: & de herbis quoque dicitur. Virgil. 2. Georgicorum,
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis. Plin. lib. 17. cap. 15, Satiuæ plantæ syluestrium radicibus inseruntur natura siccioribus.
Feraces. Virg. 2. Georg.
Teneræ. Virgil. 10. eclog.
Summas plantas defringere ex arbore. Virgil. 6. Georg.
Deponere sulcis plantas. Virgil. 2. Georg.
Euellere plantam cœno. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Plantæ, femina olerum, quòd plana sunt. & appellantur etiam ex simili plantæ nostrorum pedum. Paulus.
Plantarium, plantarij {φυτάριον} Ipsa planta in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de vno loco ad alium: vt ait Seruius. Virgil. 2. Georgicorum,
Syluarúmque aliæ pressos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Plantaria, pro pilis. Persius Satyr. 4,
Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellāt, &c. Hoc est, extirpēt & eradicēt hos pilos, qui tanquā plantæ ex terra, sic ex cute pullulāt.
¶Plantarium, Plantarum locus. Plin. lib. 17, Quædam in plantario insita eodem die transferūtur. Idem lib. 13. cap. 4, Ergo plantaria instituunt. Dicitur & Seminarium, teste Budæo.
Plantarius, Adiectiuum {φυτώριος.} Colum. lib. 5 cap. 9, Antequā plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem eius, quæ Meridiem spectat. Nunc verò ex emendatis codicibus sic legitur, Antè quàm explantes arbusculam, rubrica notato, &c.
Plantaris, & hoc plantare, penult. prod. {πεζὸς πεδὸς} Quod est plantæ pedis, siue quod pertinet ad plantam pedis. Stat. lib. 1. Theb.
Summa pedum properē plantaribus illigat alis. De Mercurio.
Plantiger, penult. corr. Adiectiuum {φυτοφόρος} Plantas gerens: vt Plantigeræ arbores, Quæ ex se pullulando plantas emittunt. Plin. lib. 13, cap. 8, Siliqua plantigera est in imis partibus.
Planto, plantas {φυτεύω} plantare. Plin. lib. 17. cap. 10, Hoc modo plantantur punicæ.
Plantatio, verbale {φυτεία.} Plin. lib. 21. cap. 4, Vnde accolæ transferentes conferunt, ipsáque plantatione proficiunt.
Plantago, penult. prod. plantaginis, fœm. gen. {ἀρνόγλωσσον.} Plin. lib. 25. cap. 8, Celebrauit & Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus linguæ pecorum simillimis, caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens: altera maior, foliis laterum modo inclusāque quia septena sunt, quidam eam He ptapleuron vocauere. Huius & caulis cubitalis est, & napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis mira in siccando, densandóque corpore, cauterij vicem obtinens.
Planus, plani, priore correpta {πλάτος} Aul. Gellius lib. 16. cap. 7, commemorat inter verba inusitata, quibus vsus sit Mimus Laberius, atque significare sycophantam. Budæus, Impostores à Græcis etiam plani dicuntur, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni versutia prædicti: quo vocabulo potius quàm Latino Cic. pro Cluentio vsus est, Hic ille planus (inquit) improbissimus, quæstu iudiciario partus. &c. Horat. lib. 1. epist. 18.
Nec semel irrisus triuris attollere curat
Fracto crure planum, &c. Planus (vt in hunc locum inquit Acron) nomē est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula voluisset tolli, vt fingerer se crus fregisse: qui quum postea verè se crus fregisset, & idem rogasset, non est ei credtum. Eustathius Homeri interpres in Odyss. sic inquit (interprete Budæo) Planus est qui artem quandam profiteturimponendi etiam spectantibus, quales fuerunt Ciphissodorus & Pantaleon, & Mæreas apud Alexandriā. Huiusmodi autem impostores in deliciis olim regum fuisse, ex Plinij verbis conijcere licet, lib. 35. cap. 10, Non fuerat (inquit) Apelli gratiain comitatu Alexandri cū Ptolemęo, quo regnante Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio inuitatus, ad regis cœnam venit: indignantíque Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret à quo eorum inuitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege exinchoato protinus. Budæus.
Planus, plana, planum, priore producta {πλατὺς, ἰσόπεδος, ὁμαλὴς, ὁμοιὸς} Cuius figura æqualis est. Cic. de Vniuersitate, Quòd si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur, neque in eo quicquam esset requisitum. Martial. lib. 1. 170,
Et planus modico tumore vertex.
Ager planus. Id est inculus. Varro de Ling. Lat. lib. 4, Quod primùm ex agro plano fructus capiebant, campus dictus.
Ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. Cic. 2. de Nat. deor. Quum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis.
Planior aditus: Hoc est facilior & parentior. Liuius 4. bel. Maced.
Area planissima campi. Ouid. 10. Metam.
Campi plani æquora. Lucret. lib. 3.
Planus & æquus locus. Cic. pro Cecin. Sed ne æquo quidem & plano loco.
Spatia plana. Horat. 1. epist. 7.
Via plana. Ouid. 3. Fastor.
¶Cadere in plano. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4.
In planum tota versari dicitur à Vitruuio lib. 10. vt differat ab ea quæ in cultrum versatur. Ea autem rota in planum versatur, cuius axis perpendiculariter situs est: in cultrum verò versatur ea, cuius axis in porrectum collocatus est. Budæus.
Ad planum, Vide AD.
Ad planum reducere cicatrices, Vide AD.
Decurrunt in plana arbores, Vide DECVRRO.
Deducti in planum. Varro lib. de Ling. Lat. 4.
De, vel è plano. Paul. de Quæst. in l. Vnus, in fine, Custodiæ non solùm pro Tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. Suet. in Tiberio, Iudicésque aut è plano, aut è Quæstoris Tribunali admonebat. Id est è solo in quo populus stabat. Papinian. in l. Miles. § Quidam. D. ad Legem Iul. de Adulteriis, De plano quoque libellus dari poterit. Id est iudice non sedente, & diebus feriatis. Budæus.
De plano prømittere. Lucret. lib. 1,
Hoc tibi de plano possum promittere Memmi. Id est quasi ex æquo loco, non è superiore, vt qui concionantur. vel de plano. Id est liquidò, & sine dubio, & non multa opera insumpta, magnáve cura adhibita. Ducta translatio est à prætoribus, qui lites & controuersias faciles de plano diiudicabant: difficiles autem atque implicatas è loco superiore, atque è tribunali. Vide Vlpianum lib. 2. D. de offic. proconſ. Lambinus.
Plani pedis ædificium dicitur à Vitruuio, ad differentiam concamerationis & hypogei: lib. 6. cap. 10, Et plano pede ad differentiam contignationum, lib. 7. cap. 1. & 4. Budæus.
¶Planos pisces dicimus, Qui superficiem planā, non rotundam habent. Plin. lib. 9. cap. 24, Planorum piscium alterū est genus, quod pro spina cartilaginem habet, vt raiæ, &c.
Plani dentes piscium. Plin. lib. 11. cap. 37.
Planum & æquabile corpus. Cic. de Vniuers.
Venter planus, Non rugosus. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
¶Planus, pro Aperto & manifesto aliquando ponitur, quòd quæ plana sunt, nullum impedimentum habeant, quin vndecunque videri possint. Plaut. Persa, 6.
Satin' hæc tibi sunt plana & certa?
Narrationes planæ sint, breues, euidentes, credibiles, moderatæ, & cum dignitate. Cic. in Topic.
¶Planum facere {ὁμολογῶ, ἐξομολογοῦμαι} Declarare: & rem difficilem aut dubiam soluere, & ante oculos verbis explanare & patefacere. Translatio à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cic. 2. Verr. Hoc planum factum est. Ibidem, 5, Quum planum fieret decumis contra instituta legis, consuetudinémque omnium venditis, &c.
Facere planum, atque probare aliquid. Lucret. lib. 2.
¶Præceps & lubrica via, Plana & stabilis, contraria. Cic. pro Flacco, Quem posthac tam amentem fore putaris, qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur?
Planam viam facere ad honores quærendos. Plaut. Trinum. 10.
Planè, planius, planissimè, Aduerbium {σαφῶς, σαφέστατα} Clarè, apertè. Plaut Trinum. 14,
Satin' ego oculis planè video? ēstne ipsius, an non est?
Planè & apertè loqui. Cic 2. de Finib. Epicurus, vt opinor, me non vult si possit planè & apertè loqui: nec de re obscura, vt physici.
Parum planè dicere aliquid. Cic. 2. de Finib. Memini verò, inquā, sed tu istuc dixti bene Latinè, parum planè.
Planè & perspicuè dicere aliquid. Cic. 3. de Finib.
Explicari mihi tuum consilium planè volo, vt penitus intelligam. Cic. Attico, lib. 8.
Intelligere planè aliquem. Cic. Gallo, lib. 7.

Planè & dilucidè loqui. Cic 1.de Orat.
Planè & Latinè loqui. Cic.7 Philipp. Quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari soler, sed vt appellant ij qui planè & Latinè loquuntur.
Planius commemorare. Cic.3. Verr. Non possum illa planius commemorare, quàm ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis.
Planius vsurpanda. Varr. de Ling. Lat. lib. 7, Hæc apertius dixissem, nisi breuius eo nunc mallem, quæ infrà sunt planius vsurpanda.
Apertissimè & planissimè aliquid explicare. Cic. 4. Verr.
Scribi quàm planissimè illa res potuit. Cic. Trebatio, lib. 7. 20.
¶Planè, Certè. Terent. Heaut. 5. 1.
Sed te miror qui alia ram planè scias. Idem Phorm. 5. 2,
Vt sit quî viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
¶Planissimè & his nunc præmium est qui recta praua faciunt.
¶Verissimè.
¶Planè { πάντως, παντελῶς } Omnino, Funditus & penitus. Terent. Phorm 4. 4. -opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissimè. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4, Vnum hoc scito, si te habebo, non m hi videbor planè periisse.
Planè & omnino. Cic. de Clar. Orat. Nec verò Sulpitio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono oratori, rem vllam ex illis quinque partibus planè atque omnino defuisse.
Planè mane, Vide MANE, Aduerbium.
Perfectè, planéque eruditus P. Crassus. Cic. de Clar. Orat.
Penitus cognitæ, planeque perspectæ res. Cic. 1. de Orat.
Planius demonstrare. Gell. lib. 16. cap. 6.
Propemodum vel planè aliquid efficere. Cic. de Clar. Orat. Continere te in ruis perennibus studiis, & effice id quod iam propemodum vel planè potius effeceras.

Planiloquus, pen. corr. Adiect. { φαντοκόπος } Qui planè & aperrè dicit quod sentit, & liberè. Plaut. Trucul. 18,
Planiloqua est: paucis vt rem ipsam attigit!

Planipes, penult. corr. planipedis, pen. corr. omn. g. { γυμνόπους, ὑμαλόπους } Qui pedes planos habet. Vnde Comœdiæ siue fabulæ genus dicitur Planipedia. Diomedes scribit planipedem Græcè mimum significare: quòd ardores planis pedibus, id est nudis intrarent proscenium. Donatus, Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vtilitatem actorum, qui non cothurno, aut socco vtuntur in scena aut pulpito: sed plano pede. Vel ideo quòd non ea negotia continet quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Gellius lib 1. cap. 11, Quid enim foret ea re ineptius, si vt planipedi saltanti, ita & Graccho concionanti numeros & modos, & frequentamenta quædam varia, tibicè incinerer? Quintil. lib. 5. cap. 11, Vt Cassius quis iltâ faciem planipedis senis torquens.
Planipes, Nihil candoris venustatísve habens. Comœdia planipes, nihil quod placeat, oblectet, commoueátve habens: sed argumento & actione humilis. Budæus.

Planities, planitiei, fœm. g. { ὑμαλότης, πεδιὰς, πεδίον } Loci æqualitas, siue complanatio. Cic. 1. de Diuin. Principio Assyrij, vt ab vltimis authoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinémque regionum quas incolebant, &c. Liu. 7. ab Vrbe, Duûm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat.
Æquata agri planities. Cic. 6. Verr.
Aprica. Claud. 2. in Eutrop.
Circunciſa, Vide CIRCVNCIDO.
Curuata paruo tumore. Claud. 2. de raptu Proserp.
Lata & diffusa. Plin. iunior lib. 5. epist. 6. ad Apollinarem.
Panditur planities, Vide PANDO.
Vincere cursu planitiem. Claud. 6. Paneg.
Speculi planities. Lucret. lib. 4.

Planitas, pen. corr. planitatis. Tacit. de Orat. Is compositionis decor, sententiarum planitas. Fortasse legendum plenitas.

Planitudo, dinis, Idem quod planities { ὑμαλότης. } Colum. lib. 4. cap 30, Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè pangunturque.

Plasea, siue Palasea, Omenti pars quædam, quo receptacula ventrium circunretita finiuntur. Arnobius, Vobis cauda est Plasea, siligine & sanguine delibuta.

Plasma, plasmatis, penult. corr. neut. gen. & Plasmatum, plasmati, { πλάσμα } Figmentum, figlinum opus,
Plasma, pro quodam genere potionis. à πλάττω, fingo, compono. Persius Sat. 1, -liquido quum plasmate guttur
Mobile collueris. Antiqui enim nonnulli potionem ex pluribus liquidioribus rebus commistis vocem adiuuantibus faciebant.
Plasma, inquit Turnebus, aiunt Persij interpretes genus esse potionis ad vocis cómendationẽ facíens, vt liquidior exeat. Ego verò quum Plasma pro potione nunquam legerim, putem esse quandam vocis fictionem & flectionem, quæ quòd liquida exeat, colluere gutur videatur. Huius rei fidem faciunt verba Theophrasti libro 4. de histor. planta. cap. 12. Cædi, air, tempestiuè solitas, vsque ad Antigenidam, quum adhuc simplicius tibia vterentur, sub Arcturo mense Septembri. Plin. lib. 16. cap. 36, Cædi solebant tempestiuè vsque ad Antigenidam tibicinem, quum adhuc simplici musica vterentur, sub Arcturo. Simplicem musicam dicit, quum adhuc sine plasmate & delicata varietate canerent. Iterum Theophr. Sed postquam varietas fictióque accessit, cæsura mutata est. cædunt enim nostra ætate, mense Maio, & Iunio, quasi paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio: & fieri vrles in trimatu referunt, & breui exercitatione egere, linguáſque disiectu deflecti: quod his necessarium est, qui sonos fingant, & multifariam flectant. Plinius loco antè citato: Postquam varietas accessit, & cantus quoque luxuria, cædi ante solstitia cœptæ, & fieri vrles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos. Quintil. lib. 1, Lectio sit virilis, & cum suauitate quadam grauis, non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate, vt nunc à plerísque fit, effœminata, hoc est, inclinatione & flexione non sit delicata. Itaque modorum flectiones & vocis apud Ciceronem sunt, quæ Persius & Quintil. vocant Plasmata.

Plastes, plastæ, m. g. { πλάστης } Fictor, qui figlinam artem exercet, qui & figulus dicitur. Plin. lib. 35. cap. 12, Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus.

Plasticus, pen. corr. Idem quod Plastes. Firmicus lib. 7. cap 25, Si enim Venus sic fuerit inuenta, faciet pictores, plasticos, aurifices.

Plastice, plastices, penult. corr. fœm. gen. { πλαστικὴ } Fictoria vel figlina ars, qua finguntur imagines ex argilla. Plin. lib. 35. cap. 12, De pictura saris supérque. Contexuisse his & plasticen conueniat, ciusdem operæ rerræ fingere ex argilla similitudines. Piura toro capite.

Plastra { πλάστρα } Commemorata inter ornamenta muliebria Pollucilib. 7. cap. 22.

PLATAGE, insula inter Eubœam & Andrum, quondam Patage, nunc Amorgos appellatur Plin. lib. 4. cap. 12.

Platalea, auis quæ & Platea dicitur. Vide paulo pòst in PLATEA.

Plataniſta, plataniſtæ, Piscis est in Gange Indiæ fluuio nascens, Delphino rostro & cauda similis, sed multo maior: vt qui in longitudinem x v. cubitorum excrescat. Plin. lib. 9. cap. 15.

Plataniſtinos { πλατανίστινος } Pomi genus aqueum, qualitatis fermè expers, ita que contemnitur, suibúsque proiicitur. πλατανίστινα vocant, quòd renera platanorum gustum quodammodo repræsentet. Galen. de Alimentor. facultatib. lib. 2. cap. 21.

PLATANISTVS { πλατάνιστος } promontorium est Peloponnesi, non procul à Leprio: cuius meminit Plin. lib 4. cap. 5.

Platanus, platani, pen. corr. fœm. gen aliquando quartæ, sed frequentius secundæ declinationis { πλάτανος } Arbor latè spargens ramos: à πλάτος, latum. Nomine apud nos caret, rarior in Gallia: omnibus inuisam arboris speciem demirantibus, & nomen eius & naturam ignorantibus, alioqui peregrina est, & vmbræ duntaxat gratia expetita. Hæc Ruellius. Virg. in Culice, Aeriæ platanus. Idem. 2. Georg. Et steriles platani. Vide Plinium lib. 12. cap. 1. Cic. 1. de Orat. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hûc locum patulis est diffusa ramis, &c.
Alta. Ouid. 13. Metam.
Platanus cælebs. Horat. 2. Carm. ode 15. Dicta autem cælebs, quia non soler adhiberi ad vites sustentandas, vt vlmus, sed ad vmbram comparandam. Lambinus.
Genialis. Ouid. 10. Metam. Sic vocat illam, quòd sub ea conuiuari veteribus nos esset. Vnde etiam Virgil. 4. Georgicorum,
Iámque ministrantem platanum potantibus vmbram.
Nutans. Catull. Argon. epigr. 59.
Vmbrifera. Cic. 2. de Diuinat. Ex Homero.

Platanetum, plataneti, penultima prod. { πλατανὼν } Locus platanis consitus.

Plataninus, pen. corr. Adiectiuum { πλατανῖνος } Quod ex platano est. Colum lib. 12. cap. 16, Alij foliis vitiginicis, nonnulli plataninis semiuietas vuas contegunt.

Platanon, pen. corr. platanonis, penult. prod. masc. gen. Idem quod platanetum. Plin. iunior lib. 1. epist. 3, ad Caninium, Quid πλατανὼν opacissimus.

Platea, plateæ, penult. indiff. { πλατεῖα } Via latior, ferèque militaris, Prætoria, Consularisque dicitur. Terent. And. 4. 6,
In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.
¶Platea { πεδίον } Area in quam populus conuenire solet. Lampridius in Heliogabalo, Plateas in palatio strauit Lacedæmoniis & porphireis saxis.
Concelebrare plateam hymenæo, Vide CONCELEBRO.
¶Platea { πλατεῖαι } Auis. Plin. lib. 10. cap 40, Platea nominatur aduolans ad eas quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem quum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens. Cic. platalea vocat, 2. de Natur. deorum, Legi etiam scriptum esse auem quandam, quæ platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ se in mari mergerent: quæ quum emersissent, piscémque cepissent, vsque eo premere earum capita mordicus, dum capturn illæ amitterent, id quod ipsa inuaderet. Eadémque hæc auis scrutitur conchis se solere complere, eásque quum stomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.

PLATEAE, pen. prod. numero plurali { πλαταιῶν } ciuitas in Bœotia, vt ait Homerus lib. 1. Iliados, sub Citherone monte, non longè à Thebis: dicta à latitudine remorum, vt inquit Strabo lib. 9. Nam Græcè πλάτη remus, πλάτος latitudo. Inde platea, quia lata. Hic Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superauere. Hinc Plateenses, populi dicti. Stat. lib. 7. Thebaidos,
Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plateas. Eodem nomine est insula in mari Libyco quasi opposita ad Cyrenen, vt scribit Herodotus libro 4.

Plateſſæ, Pisces sunt lati. Ausonius,
Carrochos, lætaíque trygon, molléſque plateſſæ. Sic explicat Turnebus.

Platice, platices, fœm. gen. pen. corr. Firmicus lib. 2. cap. 16, Nunc ad platicen, locorúmque definitionem reuertamur. Cælius lib. 19. cap. 4, Platicen appellant eruditiores, tractatum quo vniuersim ac pinguius imbuuntur rudes, informantúrque, vt mox partiliter subtexatur doctrinæ ratio. Vide PLATICE, aduerbium.

Platicus, Adiectiuum. Firmicus lib. 3. cap. 2, Et quanuis quidam putent platicam istam dispositionem esse: discentis tamen ingenium facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus mathematicus, caduca erroris confusione turbetur. Sed licet platicè definita hæc à quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur.
Platicus aspectus, nono sed proprio tamen nomine appellari potest sepositus, ac remotus, quinetiam laxus, aut latus: quod Græcis πλάτος significat. Nam in eo non ex ipsa signi parte, vt in partili, verùm sepositis atque interiectis compluribus eiusdem signi partibus, se inuicem aspiciunt stellæ. Vnde longiusculè à parte in similem partem sui aspectus dilatátur: ex quo fit, vt minorum planè virium hic aspectus esse cẽseatur. Partilis aspectus, exactè fit à parte in similem partè, vnde nomen habet: cuius vires sunt maximæ, atque efficacissimæ. Vide Iouian. Pont. lib. 10. cap. 1. De rebus cælestibus. Vtrunque aspectum facili exemplo sic demonstro, Si stella aliqua cum prima Arietis parte, orientalem angulum teneat, se ab occasu in hemispærium inferius præcipitante altera cum prima parte Libræ, aspectus partilis erit, nimirum à parte simili in aliam partẽ similem: qui vulgò oppositus dici solet. Si verò ascendente eadem parte Arietis cum sua stella, inueniatur à 25 Libræ parte altera stella descendens, quia à prima longiusculè distat & dilatatur, nec à parte in partem radios proiicit, aspectus & re & nomine platicus esse censebitur.

Platicè, Aduerbium. Firmicus lib. 2. cap. 16, Sed interim platicè: nam paulo pòst partiliter ostendemus rationem, qua possint loca singula secretis inquisitionibus colligi. Debet enim is qui instituitur, primùm platicè institui: vt his apertioribus leuioribúsque compositus atque formatus, secretiora deinceps genituræ confidentius consequatur. Idem cap. 17. & in fine 23. vt videre poteris.

PLATINA, nomine Ioannes, Homo doctus, & antiquitatum studiosus, scripsit de vita & moribus Pontificum Romanorum, quos Papas dicunt, librum satis lepidum. Alexand. lib. 3. cap. 9.

PLATO { πλάτων } philosophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic antea, ex aui paterni nomine, Aristocles vocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonẽ palæstritá, à quo primũ cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Athenis primũ Socrati dedit operã. Deinde dũ licuit per ætatem, in Italiam profectus est, vt Pythagoreos audiret, vbi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Ægyptum deinde, vt audiret Gymnosophistas, vbi libros Mosens legisse creditur. Decessit annos natus octoginta vnum, morbo, vti fertur, pediculari. Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, vt diuinus Plato, & philosophorum Homerus vocatus sit. De quo Cic. in libris Tusculquæst. Platonicæ maiestatis maximus est buccinator, adeò vt ipsum deum appellet, quem Labeo inter semideos commemorandum putauit, cui defuncto magi vti deo immolauerunt. Vide Quintil. lib. 10. cap. 1. Vita fuit cælebs, ac castus, vt scribit Augustinus. De quo plura vide apud Plutarchum.
Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore. Cicero 1. de Diuin.
Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem iniquitate Dionysij Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidíque esse versatum accepimus. Cicero pro Rabirio Posthumo.
Quasi deus quidam philosophorum Plato. Cic. 2. de Nat. deor.
Deus ille noster Plato. Cic. Attico, lib. 4.
Princeps ingenij & doctrinæ Plato. Cic Q. fratri, lib. 1. 1.
Exagitator omnium rhetorum. Cic. in Orat.
Longè omnium, quicunque scripserunt, aut locuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat.
Vberior quis in dicendo Platone? Iouem siquidem, aiunt philosophi, si Græcè loquatur, sic loqui. Cic. de Clar. Orat.
Grauissimus author & magister intelligendi & dicendi Plato. Cicero in Orat.
Diuinus author Plato. Cic. de Opt. gen. Orat
Doctus Plato. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Errare se malle cum Platone, quàm cum aliis bene sentire, ait Cicero 1. Tuscul.
¶Plato alter, Athenienſis poeta priscæ Comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis. Cuius fabulas Suidas & Athenæus commemorant in Dipnosophistis. Tres item alios, Diogenes Laertius commemorat: vnum Rhodium philosophum discipulum Panætij: Alium Peripateticum de Aristotelis ludo: Tertium Praxiphanis discipulum.

Platonicus, penultima correpta, Adiectiuum { πλατωνικὸς } Quod est Platonis.
Numeris Platonicis obscurius. Prouerbialis hyperbole videtur, quam vsurpat Cic. in epist. ad Attic. lib. 7, Ænigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi. est enim numero Platonis obscurius. Id ideò dictum, quòd Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdã offundit, præcipuè in Timæo. Nam Pythagoras omnem ferè philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis quos edidit in Somnium Scipionis.

Platycerotes { πλατυκέρατος } animalia sunt latis armata cornibus. Plinius lib. 11. cap. 37, Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitósque emisit ex iis, vnde platycerotas vocant.

Platyophthalmon. Plin. lib. 33. cap. 6, In iisdem argenti metallis inuenitur, vt propriè dicamus, spumæ lapis candidæ nitentísque, non tamen transluccntis, stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbason. Duo eius genera, mas & fœmina: magis probant fœminam, horridior est mas, fcabriórque, & minus ponderosus, minúsque radians, & arenosior. Fœmina contrà nitet, friabilis, fissurísque non globis dehiscens. Vis eius adstringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Nanque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationésque. Vulgus appellat *Antimonium*.

Platyphyllon { πλατύφυλλα } Genus tithymali, à latitudine foliorum dictum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Plaudo, plaudis, plausi, plausum { ῥοπτέω, ἐπικροτέω } plaudere, Est manibus pulsare, & strepitum facere: quod vel lætitiæ, vel derisionis causa fieri solet, quoties alicui pro re bene gesta congratulamur, lætitiámque ostendimus. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. 2, Te curaturum fumo vt comburoretur tota plaudente prouincia.
His in theatro plaudebatur. Cic. pro Sextio.
Pennis plausit perdix. Ouid. 8. Metam. Id est, alas concussit.
Ciconia sibi plaudit crepitante rostro. Ouid. 6. Metam.
Pedibus plaudunt choreas, & catmina dicunt. Virgil 6. Æneid.
Aquas plaudere natatu. Stat. 1. Sylu. 3.
Plaudere sibi, Sibi blandiri & placere, sua nimium amare. Plinius Iunior lib. 4. epist. 46.
Domi sibi plaudere. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
¶Plaudite, Verbum addi solitum in fine Comœdiarum. Quintil. lib. 2. cap. 2. Horat. in Arte,
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Budæus.
¶Plaudere aliquem, Cum plausu laudare. Stat. 5. Sylu 3.
¶Plaudere equum, Plausibus excitare, ait Lactant. Stat. 4. Theb.
Plaudit equos, vocat ad portas, &c.

Plaudi, Passiuè { κροτοῦμαι } Cic. ad Atticum, Populum verò præclarum, quod propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur. Id est plausu excipitur, propter imminens malum. Budæus. Ouidius 4. Trist. eleg. 2,
Quáque ibis manibus circum plaudère tuorum.

Plauditur, pen. corr. Impersonale { κροτοῦσιν. } Ouid. 2. Trist.
Quúmque fefellit amans aliqua nouitate marítum,
Plauditur, & magno palma fauore datur.

Plaudens, Participiũ { κροτῶν. } Ouid. 3. Amor. eleg. 11, Plaudente populo.
Alis plaudens columba. Virgil. 5. Æneid.
Chorus plaudens. Stat. 1. Sylu. 2.

Plausus, Aliud participium { κρουσὶς } vt
Cerucis plausæ sonitus. Hoc est, tactæ per illecebras. Virgilius 3. Georgicorum.
Alis plausis circunuolat remos agmen voluerum. Ouidius lib. 14. Metamorph. Id est cum quodam strepitu motis.
Colla plausa. Ouid. 1. de Arte.

Plausus, huius plausus, masc. gen. { κρότος. } Cic. de Senectute, Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Sic ad Atticum 2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.
Plausus, Sonora percussio. Plin. lib. 10. cap. 21, de gallinaceis, Diémque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum.
Hoc est, alarum concussu.
Plangor & Plausus, contraria. Cic. 3. Philip.
Plausus & approbatio aliquorum. Cic Attic. lib. 14.
Populi plausus. Ouid. 3. de Pont. eleg. 4.
Ambitiosus in plausus. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.
¶Æquabilis, Vide AEQVO.
Clarus, Vide CLARVS.
Lætifici. Stat. 12. Theb.
Mortuus. Cic. Attico, lib. 2, Cæsar quùm venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus, huic ita plausum est, vt salua Republica Pompeio plaudi solebat. Mortuo plausu, id est plausu ita tenui, vix vt exaudiretur.
¶Plausus acuunt equum. Stat. 5. Sylu 2.
Affectare plausum. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Lætos attollunt agmina plausus. Stat. 6. Theb.
Captare plausus, Vide Capio in CAPIO.
Comprobare plausu & clamore aliquid. Cic. 1. de Diuinat. Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum.
Consonat nemus plausu, fremitúque virûm. Virgil. 5. Æneid.
Dat plausum pennis columba. Virgil. 6. Æneid.
Dare plausum in recitando. Cic. Attico, lib. 4, Quo s. c. recitato, continuò populus more hoc insulso & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concionem.
Dare plausum in theatro. Horat. 1. Carm. ode 20.
Excipere aliquem plausu. Virgil. 5. Æneid.
Excitatus est ex omnibus spectaculis plausus tantus, vt, &c. Cicero pro Sextio.
Impertiri plausus alicui. Cic. Attico, lib. 2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea benevolentiæ permulta à bonis impertiuntur.
Ingeminant plausum Tyrij. Virgil. 1. Æneid.
Moritur plausu, Vide MORIOR.
Perfequi plausu effrænatos furores alicuius. Cic. de Arusp. resp.
Petere plausum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Quærere vel captare plausum. Cic. 2. Tuscul.
Resonant spectacula plausu. Ouid. 10. Metam.
Sonat æther plausibus. Stat. 9. Theb.
Ingenti sonuerunt omnia plausu. Virgil. 5. Æneid.

Plausibilis, & hoc plausibile, penultima correpta. Iucundum, populare, quod plausu populi excipi potest. Cicero libro 3. Tusculan. Quoniam hęc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, glorioſe loqui desinant.
Plausibile atque populare. Cicero 1. Verrin. Iudicium culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare atque plausibile factum est.
Lætus atque plausibilis locus. Quintil. lib 4 cap 3.

Plausor, Verbale { κροτητὴς. } Quintil. Assiduus plausor. Horat. 2. epist. 2. Et in Arte poet.

Plaudus, plauda, plaudum: vnde plaudi canes appellantur, quorum aures languidæ sunt, ac flaccidæ, & latius videntur patere. Festus.

Plausito, plausitas, pen. corr. { πλαυσιτεύω } Verbum fictitium à voce palumbis. Author Philomelæ,
Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.

Plaustrum, plaustri { ἅμαξα } Currus. Vide PLOSTRVM. Plaut. Epid. 2. 2, Perij, plaustrum perculi. Cicero 1. de Diuinat. Se interfectum

in plaustrum à caupone esse eonicctum.
Plaustrum. Varro de Ling. Lat. lib. 4. Plaustrum ab eo, quod non, vt in his quæ suprà dixi, sed ex omni parte palàm est quæ in eo vehuntur, quòd perluent, lapides, asseres, rignum.
Plaustrum erat matronarum vehiculum, vt carpentum. Liuius 5. ab Vrbe, Honorémque matronis ob eam munificentiam habitum, vt plaustro ad sacra ludósque, carpentis festo profestóque traherentur. Vetus exemplar habet pilento, non plaustro.
Vnda hospita plaustris. Virgil. 3. Georg.
Grauia. Virgil 3 Georg.
Leuia. Claud 8. Paneg.
Robusta. Horat. 2. epist. 2.
Volentia. Virgil. 1. Georg.
¶Decedunt domum plaustra ex æquore. Virgil. 2. Georgic. Ex æquore, ex agro.
Trementi plaustro fertur præda. Senec. Hippol. 1.
Impellere plaustrum in tertiam, Vide IMPELLO.
Stridentia plaustra ceruice trahunt boues. Virgil. 3. Georg.
Vehere plaustris. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Vehere poemata plaustris. Horat. in Arte. Id est (inquit Acrō) tam multa scribere, quæ quis possit plaustris aduchere.
¶Plaustrum, pro sidere cæleſti, nempe Vrſa maiore: vt Geminum plaustrum. Senec. OEdip. 5.
De plaustro loqui. Libertas veteris comœdiæ eousque progressa est, vt non solùm ciuium primates, verumetiam deos nominatim taxaret: id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Iouem, Mercurium, Æsculapium, reliquósque deos omnes contumelioſè tractat. Quoniam autem apud priscos illos huiusmodi fabulæ in plaustris agebantur à iuuenibus ore fæce collito, ne possent agnosci, qui magna licentia in obuium quenque dicteria iaciebant, inde natum ada gium, De plaustro loqui: de iis qui palàm ac liberè conuiciantur. Ex Erasmo.
Plaustrarius, Qui plaustrum regit. Vlpian. in l. si seruus. § si cum. D ad lege Aquil. Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet.
PLAVTIA gens plebeia Romæ fuit, ex qua C. Plautius P. F. P. N. Proculus cos. cum M. Fabio, anno CCC. X CV. Cassiodorus. Diodorus lib. 16, Hernicos vicit. Liuius lib. 7. Mag. Eq. C. Marcio Dictat. anno CCC X CV. Idem.
Plautus, plauti, m. g. Idem quod Planeus. Festus, Plauti appellantur qui sunt planis pedibus: vnde & poeta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, à pedū planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Turnebus credit è Græco per antisthœchum esse deductum, à calcei genere, qui ab illis βλαύτη & βλαυτίον dicitur, quod sandalium est. Sed & à Latinis solæ dimidiatæ, quibus vtebantur in venando, quò planius pedem ponerent, semiplotia dicebantur, quod est tanquam ἡμίεν αὐτα. In antiquo tamen lexico Plautus exponitur βαρύωτος, ab aurium latitudine: & Festus scribit, Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ sunt & flaccidæ & latius videntur patere.
PLAVTVS {πλαύτος} poeta Comicus, siquando à mola asinaria vacabat, cui addictus ob paupertatē erat, fabulas componebat quas venditarer. Vide Gellium lib. 1. cap. 24. Hic cæteris Comicis præferetur, sententia multorum, præsertim Varronis, qui ait, Si Musæ Latinè loquerentur, Plautino sermone loquerentur.
Plautus vrbano, ingenioso, & faceto genere iocandi refertus. Cicero 1. Offic.
Plautus P. Claudio, L. Portio Consulibus mortuus est. Cicero de Clar. Orat.
Plaurinus, pen. prod. A diectiuum {πλαυτῖνος.} vt Numeri Plautini, Versus Plautini. Horat. in Arte.
¶Plautinissimus, Superlatiuum, quo vsus est Gell. lib 3 cap. 3.
PLEB. vel PLE. Plebis. PLEBS VRB. ET HONOR. Plebs vrbana & honore vsi.
Plebs, plebis, f. g. vel Plebes, plebei, pen. cor. {λαὸς, πλῆθος, στάθμιον, δῆμος.} Idem quod Vulgus, hoc est vilior pars populi. Plinius lib. 10. cap. 43. Tanta plebei consternatione, vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. Salustius in oratione Marci ad plebem, Ne vos ad virilia illa vocem, quò Tribuni plebei modò Patricium magistratū. Ibidem, Docendúmque quas iniurias & quoties à Patribus armata plebes fecerit. Plebs κατ' ἐξοχήν. hoc est à pluribus dicitur: quòd plures sint plebei, quàm patricij.
Plebem Capito seorsum à populo diuisit, apud Gell. lib. 10. cap. 20. Institutionum quoque lib. 1. De iustit. & iure §. Plebs à populo eo differt, quo species à genere. Nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiā patriciis & Senatoribus. Plebis autē appellatione, sine patriciis & Senatoribus, cæteri ciues significātur.
Ab infima plebe, Vide INFERVS.
Accusator de plebe. Cic. de Clar. Orat.
Plebs & infima multitudo. Cic. pro Milone.
¶Antiqua plebs Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Anxia. Stat. 2. Sylu 1.
Caducæ plebis interitus. Stat. 2. Sylu. 1.
Confusa. Ouid 6. Fastor.
Humilis de plebe pars. Claud. 2. in Eutrop.
Iciuna. Lucan. lib. 3.
Immensa ac nimia, Iuuenal, Satyr. 11.
Infima. Cic. Attico, lib 4.
Ingenua. Ouid. 9. Metam.
Misera. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
Scelesta. Horat. 2. Carm. ode 3.
Scenica. Stat. 1. Sylu. 6.
Ventosa. Horat. 1. epist. 20. Hoc est leuis & instabilis.
Plebs vrbana. Cic. Attico. lib. 7. epist. 3. Omnem illam vrbanam ac perditam plebem. Rursus epist. 7, Plebs vrbana, tot Tribuniplebis, tam perdita iuuentus, &c. Plebs rustica (ait Paulus Manutius) laudatur, vrbana nó item: vt rustiœ tribus ingenuorum, vrbanæ libertinorum. Plebs igitur vrbana, infima videlicet, & perdita, ex vrbanis tribubus quatuor, in quas transferri ignominiæ fuit. Plin. lib. 18. cap. 3. Rusticæ tribus laudatissimæ eorum qui rura haberent. Vrbanæ verò, in quas transferri ignominiæ esset, d. fidiæ probro. Itaque quatuor solæ erant à pari bus vrbis, in queis habitabant, suburrana, palatina, collina, exquilina. Pædianus in Verr. 2, Tribus vrbanæ rusticæque omnes XXXV numerantur: ex quibus aliquam necesse est, cuiuscunque ordinis fuerit, ciuis Romanus obtineat.
Agere plebem, Vide AGO.
Amplecti, Vide AMPLECTOR.
Concidere, Vide CONCIDO.
Mansuefacere, Vide MANSVETVS.
Permulcere & tractare, Vide PERMVLCEO.
¶Vos quoque plebs superūm, Fauni, Satyrique, Larésque. Ouidius in Ibin.
¶Plebs, de vno tantum. Horat. 1. epist. 1,
Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidésque
Plebs estis. Id est (inquit Acron) in duodecim ordinibus non sedebis. Hoc est plebeius eris. Quadringētis, id est censui equestri. Sex septem, id est sex septémve.
Plebecula, læ, pen. corr. Dimin. {λαΐδιον.} Cic. Attic. lib. 1. 11. Perſ. Saty. 4.
Ergo vbi commota feruet plebecula bile. Horat. 2. epist 1.
Plebiscitum, sciti, pen. prod. {πλήθεσπισμα} Plebis statutum. Scisscere enim, statuere est. Vide Gell. lib. 5. cap. 27. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Omnū primum, quum veluti in controuersiam iure esset, tenerentúrne Patres plebiscitis: legem Centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebes iussisset, populum teneret: qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod nulla authoritate Patrum constitutum est. Gell. lib 10. cap. 20, Plebiscitum est, secundum Capitonem, lex quā plebes non populus accipit. Et paulo pòst, Et plebiscita & priuilegia transl ato nomine leges appellauerunt. Cic. Attico, lib. 1, Per leges plebisve scita.
Plebiscitum, lex, rogatio. Cic. pro Domo.
Decreta est plebiscito à Senatu Consuli quæstio. Cic. 2. de Finib.
Ex plebiscito verari facere aliquid. Author ad Herennium, lib. 1,
In rem conferttur, vt si quis ex testamento, quod facere iussus sit, ex plebiscito vtetur. De remotione criminis.
Minuere plebiscitis dignitatem Senatoriam. Cic. 2. de Orat.
Plebeius, A diect. {δημώδης, πλήθειος} Quod est plebis. Liuius 6. ab Vrbe, Criminando Patres, alliciendo ad se plebeiam aurā, nō consilio ferri: &c. Correctiora exemplaria legunt, plebem, iam aura non, &c.
PLEBEII Romæ multi fiebant ex patritiis, sicuti contrà ex plebeijs patritij. id quū fiebat adoptione, nomen mutabatur. quod opinor satis constare. quum verò non adoptione, sed aliquo priuilegio aut à plebe ad patres, aut à patribus ad plebem transibant: conseruabatur nomen: quod Octauiæ gentis exemplo Suetonius ostendit: air enim, modò patritiā, modò plebeiam fuisse, nomine conseruato. & Dio lib. 42, P. Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem, tradit. ex quo postea tribunus plebis factus est Dolabella: nec desiit esse Cornelius, sed desiit esse patritius. nam lib 13 Epist. Fam. Cicero P. Cornelium vocari dicit eum qui Dolabellæ beneficio ciuitate à Cęsare, victo iam Pompeio, donatus erat. quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. video etiam in historiis tribunum plebis nominari Minutium Augurinum; factum videlicet ex patritio plebeium, nomine conseruato. nam antea Minutios omnes patritios vidimus. Ex Manutij commentario in Epist. ad Q. Fratrem.
¶Plebeius, Vulgaris. Plin. lib. 13. cap. 4, Ex reliquo genere plebeiæ videntur.
¶Plebeiæ, Pudicitiæ sacellum in vico longo est. Festus.
¶Plebeus, siue plebeius, Pauper. Plaut Pœnul. 7,
Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei & pauperes, &c.
Amictus plebeius. Propert. lib. 2. eleg 26.
Domus plebeia. Stat. 4. Sylu 6.
Gēmæ. Plin. lib. 37. cap. 12, Indicatis mobilibus gēmis etiā plebeiis.
Iura plebeia. Stat. 3. Sylu.
Olla Martial. lib. 13. 8.
Philosophi. Cic. 1. Tusc. Licet concurrant plebei omnes philosophi (sic enim ij qui à Platone & Socrate & ab ea familia dissident, appellandi videntur) &c.
Purpurá plebeia, ac penè fusca. Cic. pro Sextio, Vestitus asper nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca.
Rogus. Ouid. in Ibin.
Senex. Seneca Thyeste, 4.
Sermo. Cic. Papyrio, lib. 9. 21, Nónne plebeio sermone agere tecum videor in epistolis? nec enim semper eodem modo.
Vestis. Lucret. lib. 2.
Plebicola, plebicolæ, penul. corr. {δημοτικὸς} Qui plebem colit, & plebi seruit. Cicero pro Sextio, Qui (vt credo) non libidinis causa, sed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem. Liuius 3. ab Vrbe, Adeóque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repentè atque omnis auræ popularis captator euaderet, pro truci infectatore plebis.
Plecto, plexui, plexum, plectere, à verbo Græco πλέκω deductum videtur, quod est Implico, Necto, Texo: quanuis Sipontinus contradicat. Ouid. ad Pisonem,
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis, & obliquis fugientem cursibus vrges. Hinc
Plexus {πλῆξις} Nomen participiale: vt Coronæ plexæ. Id est vario genere florum implexæ. Lucret lib. 5,
Tum caput atque humeros plexis redimire coronis.
Plexa, Colligata significat ex Græco, cui nos etiam præpositionem adiecimus, quum dicimus perplexa. Festus.
Plecto, plectis, planè Græcum est, πλέκτω, inquit Budæus: plexi, plectum, secundum Priscianum: vel, vt alij volunt, plexui, plexum, plectere,

plectere, Punire, supplicio afficere. Terent. Phorm. 1. 4,
-tu iam lites audies, Ego plectar pendens. Cic. pro Cluent. Vt in iudiciis & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.
Iisdem de causis alios plectere, & alios ne appellare quidem. Cicero 1. Offic. Cauendum est etiam ne maior pœna quàm culpa sit, & ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.
Plecti, Dare pœnas. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Horat. 1. epist. 2.
Plecti capite. Cic. 3 de Legib.
Tergo plecti. Horat. 2. Serm. satyra 7.
Iure plecti. Cic. 2. Offic. Iure igitur plectimur: nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad vnum tanta peruenisset licentia.
Plectrum, plectri {πλῆκτρον} Instrumentum quo citharœdi fides plectunt, id est percutiunt. Martial. lib. 14. 172.
Exornent docilem garrula plectra lyram.
Aureo plectro sonans Horat. 2. Carm. ode 13.
Degenerum. Stat. 3 Sylu. 2.
Eburnum. Tibul. lib 3. eleg. 4.
Grauc. Ouid. 10. Metam.
Imbelle. Ouid. 5. Metam.
Modulans. Seneca Medea, 8.
Noua plectra mouere. Stat. 1. Sylu. 2.
Smyrnea. Silius lib. 8.
Plectra linguæ titubantia. Suet in Claudio Cæsare, cap. 39.
¶Plectrum etiam quandoque dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter se pugnarent. Sipont.
PLEIAS, trium syllabarum, huius Pleiadis, pen. corr. {πλειάς} dicta est Maia septem stellarum splendidissima, de quibus infrà dicemus.
Madida cadens Pleias. Claud. 7. Paneg.
Imbrifera Pleias. Luc. lib. 8.
Lucida. Ouid. 1. Metam.
Vtque sub occidua iactatis Pleiade nautis. Id est quum occidunt Pleiades. Claud. de bel. Getic.
Pleiades, penult. corr. {πλειάδες} Pherecydes tradit, septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula. Et quia Liberum educauerunt, eas à Ioue inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur Electra, Alcinoe, Celeno, Merope, Sterope, Taigeta, Maia: quarum septima (vt ait Aratus) vix cerni potest, propterea quidam existimant vocatam Electram. Sunt qui pudore occultasse se dixerint, quòd quum aliæ diis nupsissent, sola Electra nupsit mortali. Alij quòd Electra nō tulerit spectare ruinas Troiæ, manúmque ante oculos opposuerit. Vide Ouid. 4. Fastorum,
Pleiades incipient humeros réleuare paternos, &c. Alij has Atlantis filias esse dixere, ex Pleione Nympha genitas, vnde sint Pleiades appellatæ. Seruius, Pleiades (inquit) signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. Vnde Græcè Pleiades dicūtur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν. Latinè Vergilij, à verni temporis significatione quo oriuntur. Hæc Seruius. Vulgò *La poulssiniere*. Fit autem quandoque hæc dictio tetrasyllaba. Propertius,
Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Aliquando abiicitur e, & dicimus Pliades. Stat. lib. 1. Sylu. 3,
Nec per & Ægeas Hyades, Pliadúmque niuosum
Sydus, &c.
Chorus Pleiadum. Horat. 4. Carm. ode 14.
Densi latitant Pleiadum greges. Seneca Medea, 2.
Signa Pleiadum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Aquosæ. Stat. 4. Theb.
Atlanteæ. Ouid. 3. Fastor.
Densæ. Valer. 5. Argon.
PLEIONE, pen. corr. {πλειόνη} Nympha, Oceani filia, & vxor Atlantis, ex qua Pleiades susceptæ. Ouid. 5, Fastor.
Nepos Atlantis & Pleiones, Mercurius. Ouid. 5. Metam.
Magnæ Pleiones nepos. Valer. 1. Argon.
PLEMMYRIVM {πλημμύριον} Fluuius est Siciliæ, quem Virgilius vndosum appellauit, verbum de verbo exprimens. Idem enim Vndosum, quod Plemmyrium. Author Seruius enarrans illud Virgilij 3. Æneidos,
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores Ortygiam: &c.
Plenus {ἔμπλεως, θρίπλεως, ἐμπίπλεος, πάμπλεως, μεστὸς, πλέως, πλάος, πλήρης, ἔκπλεως, πλάρης} Adiectiuum, quod est Vacuo cōtrarium. Plaut. Truc. 16, Integrum & plenum adorta est thesaurum.
Cadus à summo plenus. Plaut. Milite, 11.
Lacus plenus ad marginem. Plin. lib. 2. cap. 103.
Plenus & Inanis, contraria. Cic. 1. de Orat. Sed deinceps omnia, vónne plena consiliorum, inania verborum videmus?
Iciunus & Plenus orator, contraria. Cic. 3. de Orat. Quòd si quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium iciuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, quàm quomodo, &c.
Plenus & Exilis, contraria. Cic. 2. de Diuin. Sed si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atque plenū est, aliæ horridum & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore?
Plenum & Imminutum verbum, contraria. Cic. in Orat. Quasi verò nesciamus in hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè.
Plenus & Enectus, contraria. Cic. de Diuin. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt: nonnullas etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum pleni enectíve simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt.
Plenus ac refertus. Cic. 1. Acad. Sed vtrique Platonis vbertate compleri, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.
Plenum, cumulatúmque, Id est copiosum. Liuius lib. 2. Decad. 5.
¶Acerra plena. Virgil. 5. Æneid.
Fluere pleno alueo. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Amator plenus. Horat. 1. epist 21, -& scis
In breue te cogi, quum plenus languet amator. Hoc est, satur languidè te amat.
Annus plenus, Completus. Horat. 3 Carm. ode 18.
Annis plenis nubilis filia. Virgil. 7. Æneid.
Plenum atque integrum annum habere ad Præturam gerendam. Cic. pro Milone.
Perfecta & plena argumentatio ex quinque partibus constat. Author ad Herennium, lib. 2.
Atria plena rotarum. Ouid. 2. Metam.
Auro pleno se protulit Virgil. 1. Æneid.
Campus. Virgil. 3. Georg.
Canistri. Virgil. 3 Georg.
Graue & plenum carmen. Cic. 1. Tusc. Mihi verò ne hæc nocturna quidem & illustriora carere vi diuina videtur, vt ego aut poetam graue, plenúmque carmen sine cæleſti aliquo mentis instinctu putem fundere: aut, &c.
Corpus plenum, Repletum cibo. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Flumina. Virgil. 2, Georg.
Perpetuis plenísque gaudiis vita beata existit. Cic. 5. Tusc.
Gradu pleno ingredi. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16, Illum paratum vt video, & ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus. Erasmus, Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contrà qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Vide GRADVS.
Luna plena. Virgil. 3. Æneid. Ouid. 7. Metam.
Manu plena, pro eo quod est Ampliter, copiosè, prolixè, minimé-que malignè. Transtatum ab iis qui non minurim & parcè, sed plena manu largiuntur. Cic ad Attic. lib. 2, At hercule alter tuus familiaris Hortensius quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra tustulit? Erasmus.
Manibus plenis dare aliquid. Virgil. 7. Æneid.
Merces plenior fuo officio. Ouid epist. 19.
Obsequium plenius. Quintil. in Procem. lib. 1.
Demereri pleniori obsequio. Quintil. in Procem. lib. 1.
Orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorem. Cicero 1. Officiorum.
Plenus & perfectus orator. Cic. 1. de Orat.
Ore pleniore laudare. Cic. 1. Offic. Contráque in laudibus, quæ magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus.
Pectus plenum. Horat. de Arte.
Pecunia. Cic. pro Roscio Amer. Vt quoniam in alienā pecuniam tam plenam atque præclaram nullo iure inuaserit.
Plagæ. Mart. lib. 1. 51.
Pocula. Virgil. 4. Georg.
Præsepia. Virgil. 3. Georg.
Saeculus plenus araneārum. Catullus, Plenus faceulus est araneārum. Homerum imitatus est, qui lib. Odyss. scribit,
-δύσπαιος δ' ἀτέλεστος ἐπὶ χθονὶ δῖον ἀλήτη
πάντα ἐπιδινήσας κεῖται ἐρίηρες ἱστία νηός. Nam araneis obsidentur & operiuntur, quæ inania tolàque sunt, vt loculi incosè dicuntur araneosi, & cubilia Homerus dixit vidua & deserta. Turnebus.
Curtæ sententiæ opponitur Perfecta atque plena. Cic. 4. de Finib. Eorum omnium multa prætermittentium dum eligāt aliquid quod sequantur, quasi curta sententia. At verò illa perfecta atque plena eorum qui quum de hominis summo bono, &c.
Testimonium plenissimum. Plin. Iunior lib. 10. epist. 8.
Vber. Ouid. 15. Metam.
Velum. Virgil. 1. Æneid.
Velis plenissimis nauigare. Cic pro Domo.
Viis plenissimis portari. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Villa plenissima. Horat. 1. Serm satyr. 5. Subauditur hominibus.
Voluptas. Cic. 1. de Finib. Diligi & charum esse iucúndum est, propterea quia tutiorem vitam, & voluptatem efficit pleniorem.
Votum. Ouid. 5. Trist. eleg. 10.
Grandiorem & pleniorem vocem subsellia desiderant. Cicero de Clar. Orat.
¶Plenus genitiuo iungitur aliquando, aliquando ablatiuo.
Ætatis plenus. Plaut. Mere. 11, Id est senex.
Plenum adhortatione. Liuius 6. bel. Punici.
Amoris plenus. Plaut. Trinum. 11.
Animi plenus. Liuius 4. ab Vrbe.
Animorum & irarum. Liuius 6. ab Vrbe.
Annis plenus, plenus honoribus. Plin. Iunior lib. 2. epist. 1.
Apparatu bellico plena vrbs. Liu. 6. bel. Pun. Carthaginem nouam interim oppugnare statuit, vrbem tum ipsam opulētam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam.
Spongia plena aquæ. Lucret. lib 4.
Argenti cælati optimi multæque stragulæ vestis, pretiosissimosúmque mancipiorum domus plena. Cic. 4. Verr.
Artis plenum & peracutum genus orationis. Cic. de Clar. Orat.
Plenus corporis & externis bonis. Cic. 3. de Finib. Eo beatior quisque sit, quo sit corporis, aut externis bonis plenior.
Consilij plenus. Plaut. Epid. 3.
Copia plenior iusto Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Crapulæ plenus. Liuius 9. ab Vrbe.
Dedecore plenus. Plaut. Amphit. 15.
Expectatione plenus. Cicero Attico, libro 3, Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio quidnam de nobis velit, aut ostendat.
Festinationis plena epistola. Cic. Attico, lib. 5.
Fidei plenus. Cic. de Senect.
Frigoris domus plenissima. Ouid 2. Metam.
Gaudiorum plena omnia honesta sunt. Cicero lib. 5. Tusc.

Gloriarum plenus. Plaut. Milit. 3.
Ingenij plenus. Cic. pro L. Flac. Sic adoleſcens ingenij plenus, locupletes metu, tenues præmio, ſtultos errore permouit.
Inimicorum plenus. Cic. de Prouinc. Conſul. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?
Iræ plenus. Liuius 3. ab Vrbe.
Laboris immenſi plenus. Plin. lib 6. cap. 19.
Regio plena laboris, Virgil. 1. Æneid.
Lacrymarum plenus. Liuius 10. bell. Punic.
Lætitiæ plenus. Horat. de Arte
Litium. Plaut. Menæch. 1 4.
Loca plena metus. Ouid. 4. Metam.
Verba plena minarum. Horat. de Arte.
Nauium pleniſſimus portus. Cic. pro Lege Manilia.
Negotij plenus, Valde occupatus. Cic. 1. de Nat. deor. Curioſum & plenum negotij deum? Vide NEGOTIVM.
Officij plenus. Cic. Attic. lib. 7, Quem quidem cognoui cum doctum, tum ſanctum, plenum officij, ſtudioſum etiam meæ laudis.
Perſuaſionis plenus. Sueton. in Tiber. Cæ ære, cap. 69.
Piſcium pleniſſimus fons Arethuſa. Cic. 6. Verrina.
Præceptorum plenus. Terent. Adelph. 3. 3.
Nauis plena puellarum. Ouid. 2. de Remed. amor.
Salutis plena. Lucret. lib. 3.
Sanguinis plenus, Homicida. Plaut. Bacch. 2.
Sceleris plenum conſilium. Cic. pro Roſc. Amerino.
Somni plenus. Cic. 7. Verrina, Lucebat iam ferè: procedit in medium, vini, ſomni, ſtupri plenus.
Aures plenæ ſonoribus. Lucret. lib 6.
Spei plenus. Cic. pro Cælio, Ne aut ſenectutem iam propè deſperatam contempſiſſe, aut adoleſcẽtiam plenam ſpei maximæ, non modò nõ aluiſſe vos, ſed etiam perculiſſe atque afflixiſſe videamini.
Splendore plenum cælum. Plaut. Merc. 2 2.
Stultorum plena ſunt omnia. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 22.
Temeritatis pleniſſimus. Cic. 4. Acad. Id turpiſſimum eſſe dicas, & pleniſſimum temeritatis.
Amor, res timoris plena. Ouid. Epiſt 1.
Noctem timoribus plenam habui. Cic. Tironi, lib. 16. 14.
Oratio plena veneni. Catul. ad Fundum, epigr 41.
Venuſtatis plenior. Terent. Hecyr. 5. 4.
Quis me eſt fortunatior, venuſtatiſque adeò plenior?
Vini plenus. Terent. Hecyr. 5. 3.
Vitæ plenus Lucret. lib. 3.
Vita voluptatibus referta & plena. Cic pro Sextio.
Voce pleniorem aut ſuauiorem audiſſe mihi videor neminem. Cicero 1. de Oratore.
¶Plenus, pro Referto, ſiue diuitiis onuſto. Cic. 4. Verr. Prætorem verò cohortémque totam ſic ſtudioſam, vt facilè appareret nõ tam illis Siciliam, quam in anem offenderant, quàm Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, prouinciam fuiſſe. Horat 2 epiſt. 2.
Domus plena, Diues, referta opibus. Horat. 2. Carm. ode 12.
Plenior & vberior ad dicendum nemo fuit. Cic. de Clar. Orat. Noli putare quenquam Brute pleniorem & vberiorem ad dicendum fuiſſe. De C. Graccho.
¶Plena proprietas, Hoc eſt qua vſufructus cõtinetur. Paulus in l. Si ita ſtipulatus. De verb. obligat. Et ibidem, Fundum pleno iure promittere, hoc eſt non detracto vſufructu, & pleno iure ſtipulatoris fundum efficere. Budæus.
¶Plenum, pro Integro & iuſto. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nec ſum adeò ætatum imprudẽs, vt inſtandum teneris protinus acerbè putem, exigendámque plenam operam. Budæus.
¶In plenum dicere. Plin. lib. 13. cap. 4.
Ad plenum, Vide AD.
Ad plenum manare. Horat. 1. Carm. ode 17.
Calcare vndas à fontibus ad plenum. Id eſt optimè. Virgilius lib. 2. Georgicorum.

Plenè, Aduerbium {πλεκτῶς, ἐκπεπλεγμένως} Planè, perfectè, cumulatè. Horatius 1. epiſt. 11. - furnos & balnea laudat
Vt fortunatam plenè præſtantia vitam.
Alere plenius. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Pleniſſimè dicere, Hoc eſt ampliſſimè & abundanter. Cic. 4. de Finibus, Quum ſuperiores, è quibus pleniſſimè Polemo, ſecundum naturam viuerre, ſummum bonum eſſe dixiſſet.
Plenè facere. Plin. Iunior lib. 10. epiſt. 26.
Laudare aliquid plenius æquo. Horat 2. epiſt. 2.
Plenè & cumulatè perfectum. Cic. 2. de Diuinat Quę vt plenè, cumulatéq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.
Referre gratiam plenius. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Perfecti homines pleneque ſapientes. Cic. 1. Offic.
Plenè ſcribere. Cic. ad Attic. lib. 3, Te oro, vt ſiquid erit quod perſpicias quancunque in partem, quàm pleniſſimè ad me ſcribas.
Vitare plenè aliquid. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1, Te illud admoneo, vt ſi hoc plenè vitare non pores, quantè occupatur animus ab iracundia, quã prouidere ratio potuit, ne occuparetur, vt te antè cõpares, &c.
Pleniſſimè & Reſtrictiſſimè, contraria. Plin. Iunior lib. 5. ad Capitonem. Vide Reſtrictè in RESTRINGO.

Plenitudo, penult. prod. plenitudinis {πλήρωμα, πλησμονή, κόρος, κόρεσις, κόρωσις} Plinius lib. 11. cap. 37, Homo creſcit in longitudinem ad annos vſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. Author ad Herennium, lib. 4, In altero longior, aut longiores, plenior aut pleniores ſyllabæ erunt, vt longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alcerius æquetur & exæquet.

Plenitudo & Craſſitudo, pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 30.
Creſcere ad plenitudinem, Vide CRESCO.

Plenilunium, huius plenilunij {πανσέληνος, πλησιφαὲς} Plin. lib. 18. cap. 32, Quum verò occidente Sole orietur Luna ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Colum. lib. 11. cap. 2, Sed & prò
Domus plena, Diues, referta opibus. Horat. 2. Carm. ode 12.
Plenior & vberior ad dicendum nemo fuit. Cic. de Clar. Orat. Noli putare quenquam Brute pleniorem & vberiorem ad dicendum fuiſſe. De C. Graccho.
¶Plena proprietas, Hoc eſt qua vſufructus cõtinetur. Paulus in l. Si ita ſtipulatus. De verb. obligat. Et ibidem, Fundum pleno iure promittere, hoc eſt non detracto vſufructu, & pleno iure ſtipulatoris fundum efficere. Budæus.
¶Plenum, pro Integro & iuſto. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nec ſum adeò ætatum imprudẽs, vt inſtandum teneris protinus acerbè putem, exigendámque plenam operam. Budæus.
¶In plenum dicere. Plin. lib. 13. cap. 4.
Ad plenum, Vide AD.
Ad plenum manare. Horat. 1. Carm. ode 17.
Calcare vndas à fontibus ad plenum. Id eſt optimè. Virgilius lib. 2. Georgicorum.

Plenè, Aduerbium {πλεκτῶς, ἐκπεπλεγμένως} Planè, perfectè, cumulatè. Horatius 1. epiſt. 11. - furnos & balnea laudat
Vt fortunatam plenè præſtantia vitam.
Alere plenius. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Pleniſſimè dicere, Hoc eſt ampliſſimè & abundanter. Cic. 4. de Finibus, Quum ſuperiores, è quibus pleniſſimè Polemo, ſecundum naturam viuerre, ſummum bonum eſſe dixiſſet.
Plenè facere. Plin. Iunior lib. 10. epiſt. 26.
Laudare aliquid plenius æquo. Horat 2. epiſt. 2.
Plenè & cumulatè perfectum. Cic. 2. de Diuinat Quę vt plenè, cumulatéq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.
Referre gratiam plenius. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Perfecti homines pleneque ſapientes. Cic. 1. Offic.
Plenè ſcribere. Cic. ad Attic. lib. 3, Te oro, vt ſiquid erit quod perſpicias quancunque in partem, quàm pleniſſimè ad me ſcribas.
Vitare plenè aliquid. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1, Te illud admoneo, vt ſi hoc plenè vitare non pores, quantè occupatur animus ab iracundia, quã prouidere ratio potuit, ne occuparetur, vt te antè cõpares, &c.
Pleniſſimè & Reſtrictiſſimè, contraria. Plin. Iunior lib. 5. ad Capitonem. Vide Reſtrictè in RESTRINGO.

Plenitudo, penult. prod. plenitudinis {πλήρωμα, πλησμονή, κόρος, κόρεσις, κόρωσις} Plinius lib. 11. cap. 37, Homo creſcit in longitudinem ad annos vſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. Author ad Herennium, lib. 4, In altero longior, aut longiores, plenior aut pleniores ſyllabæ erunt, vt longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alcerius æquetur & exæquet.

Plenitudo & Craſſitudo, pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 30.
Creſcere ad plenitudinem, Vide CRESCO.

Plenilunium, huius plenilunij {πανσέληνος, πλησιφαὲς} Plin. lib. 18. cap. 32, Quum verò occidente Sole orietur Luna ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Colum. lib. 11. cap. 2, Sed & prò

Plicari. Lucretius libro 4,
-ideo faſtigia poſſe
Surarum, at feminum pedibus fundata plicari.

Plicatilis, & hoc plicatile, pen. corr. {πλεκτὸς} Quod plicari facilè poteſt: vt Nauis plicatilis, quum facta eſt ex cortice. Plin. libro 5. cap. 9. Idem lib. 10. cap. 29, Vpupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigéníque per longitudinem capitis.

Plicatura, Ipſe plicandi actus. Plin. lib. 7. cap. 51, Iam fimbriarum curam & ſtraguláe veſtis plicaturas. Loquitur de ſignis morris.

PLINIVS {πλίνιος} Secundus Veronenſis, temporibus Veſpaſiani vixit, cuius negotia adminiſtrabat: noctibus verò & ſuccinctus (vt ipſe inquit) temporibus, opus De rerum natura conſcripſit, vnus omniũ parciſſimus temporis. Periit in montis Veſeui incendio, dum eius cauſam indagare cupit. Eius vitam diligentius narrat nepos eius ex ſorore, Cæcilius Plinius, cuius extat liber Epiſtolarum, & Panegyricus Traiano Cæſari dictus, quo gratias agit Conſul ab eo factus: qui & Quintiliani filiam dote iuuit, & Martialem poetam ſecedentem viatico proſecutus eſt, vt teſtatur ipſe in Epiſtolis.

Plinthides quid ſit, Hygenus in libro de limitibus declarat his verbis, Quæſtorij dicuntur agri, quos populus Romanus, deuictis pulſiſque hoſtibus, poſſedit, mandauitque quæſtoribus vt eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides, id eſt latercula: eaſdem in quinquagenis iugeribus quadratas cluſerũt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. Idem in eodem libro ſic, Sunt plinthides, id eſt latercoli quadrati, vti centuriæ per ſena millia pedum L. limitibus incluſi, habentes ſinguli latercoli iugera numero I. CC. L.

Plinthis, Inſtrumẽtum, cuius meminit Vitruuius in catapultæ deſcriptione lib. 1. Eſt autẽ Plinthis, id eſt latercuius, quadratum ſuperius ipſius baſis, qui latercolus quam accipit colomellam, quæ ἐπωλένιον vocatur ſuo cauo, eam habere debet quam dicit ipſe idem Vitruuius latitudinem. Ex Turnebo.

PLISTHENES {πλεισθένης} Impudicus à poetis dicitur. Quintil. libro 3. cap. 7. Vnde Piſthenius vir Agamemnon, Ouidio, 2. de Remedio amoris.

PLISTOANAX, Piſtoanactis {πλειστοάναξ} Pauſaniæ filius, & Lacedæmoniorum rex, cuius res geſtas vide apud Thucydidem.

Piſtolochia, æ {πιστολοχία} Herba eſt ex maluarũ genere, quam & hibiſcum & molochen agrian, hoc eſt maluam ſylueſtrem appellant. Plin. lib. 20. cap. 4.

PLISTONICVS {πλειστόνικος} Medici nomen apud Plinium ſæpius repetitum. Fuit & Appiõ quidam cognominatus Piſtonicus, nõ multo tempore Plinio ſuperior, vt idem vltimo volumine teſtatur. Quãdoque Piſtonices ſcriptum legitur ſicut Olympionices.

Plocamos Iſidis {πλόκαμος ἰσίδος} Frutex eſt in mari naſcens, circa Troglodytarum inſulas Corallio ſimilis, ſine foliis, qui præcipuus lapideſcit, colore in nigrum commutato, vt ex Iubæ ſententia refert Plin. lib. 13. cap. 25. Latinè vertere poſſumus Iſidis capillum.

Plocion {πλοκιὸν} Ornamentum, tricha, inauris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib. 5. cap. 16, dicit id eſſe ex colli ornamentis.

Plodo, plodis, ploſi, ploſum {κροτέω} plódere, Idem quod Plaudere, Quatere, ſiue collidere, & manibus pedibúſve ſonum aliquẽ facere. Hinc compoſita, Applodo, Complodo, Explodo. Vide PLAVDO.

Ploiaria {πλοιάρια} Calceorum muliebrium ſpecies, quæ ἀκάτινα vocat Ariſtophanes, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

Ploro, ploras {ὀδύρομαι, κωκύω, αἰμύζω} plorare, Notæ ſignificationis. Feſtus, Plorare, flere, inclamare. Quintil. lib. 6. cap. 2, Date puero pauẽ, ne ploret.
In funere plorare. Horat. in Arte.
Prohibere aliquem pro alio plorare. Cic. pro Domo.
Plorare aliquid. Horat 4. Carm. ode 2,
Flebilis ſponſæ iuuenémve raptum Plorat.
Funera ſua plorare. Stat. 5. Sylu. 3.
Iubeo plorare. Horat. 1. Serm. ſatyr. vlt. Id eſt illi malè opto. Phraſis eſt Græca, quemadmodum enim, quibus bene cupiunt, eos iubẽt χαίρειν, id eſt gaudere: ſic, quibus malum precãtur, eos iubẽt αἰμύζειν, id eſt plorare. Lambinus.
Plorare, cum infinitiuo. Horat. 2. epiſt. 1,
Ploraueré ſuis non reſpondere fauorem
Speratum meritis.
Amore ſollicitus plorat. Horat. 12. Serm. ſatyr. 3.
Feſſus ſum plorando. Cic. Attic. lib. 15.
Plorare, maius eſt quàm lacrymari. Senec. epiſt. 64, Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec fluant: lacrymandum eſt. non plorandum.

Plorandus, Particip. vt Bella ploranda. Stat. 1. Thebaid.

Ploratus, penult. prod. Nomen ex participio, vt Domus plorata. Stat. 5. Sylu. 3.
Adonis ploratus, Vide ADONIS.
Rogus ploratus. Ouid. 4. Faſt.

Ploratus, huius ploratus, pen. prod. maſc. gen. {εἰμαγή, κλαῦθμα, κώκυμα.} Cic. 2. Tuſculana,
Heu virginalem me ore ploratum edere. Ex poeta. Idem ad Atticum, libro 5, Ciuitatum gemitus, ploratus, &c.
Miſti ploratus argis vagitibus. Lucret. lib. 2.

Plorator, pen. prod. Verbale {κλαυκτής.} Martial. lib. 14. 59,
Siquis plorator collo tibi vernula pendet.

Plorabundus {κλαυθμώδης} Qui multum plorat. Plautus Aulul. 9,
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit, &c.

Ploſtrum, ploſtri {ἅμαξα} Idem quod Plauſtrum Cato de Re ruſtic. cap. 2, Vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam, pelles, ploſtrum vetus. Cicero 3. Verrina, Omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm ſpectantibus omnibus, ploſtris euecta, aſportátaque eſſe.

Ploſtrarius, Adiect. {ἁμαξικὸς} Quod pertinet ad plauſtrum: vt Aſinus ploſtrarius. Vide in PLAVSTRVM.

Ploſtellum, ploſtelli, Diminut. {κυρβεῖδιον.}
Ploſtellum, Paruum plauſtrum, quo pueri ludunt. Horat. 2. Serm. ſatyra 3,
Ædificare caſas, ploſtello adiungere mures, &c.
Ploſtellum Pœnicum. Varro lib. 1. de Re ruſt cap. 52, E ſpicis in areã excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit è tabula, lapidibus, aut ferro exaſperata, quo impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt diſcutiat è ſpica grana: aut fit ex aſſibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum Pœnicum.

PLOTAE {πλῶτες} Inſulæ duæ ſunt Æoliæ, alio nomine Strophades dictæ, ſupra Zacynthum in Meridiem ſitæ. Plin. lib. 4. cap. 12.

Ploti appellantur qui ſunt planis pedibus, vnde Attius quia Vmber Sarſinas erat, à pedi planitie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus vtebantur in venãdo, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant. Paulus ex Feſto.

PLOTINA, pen. prod. {πλωτῖνα} Traiani Cæſaris vxor, ſanctitate, probitate, & omnibus quæ in mulierem ſexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonſo capillo virum mentita, coniugem comitata in exilium exeuntem, imperterrita, & quaſi quædam virago, tolerans ærumnas acerbas.

PLOTINVS, pen. prod. {πλωτῖνος} Philoſophus Platonicus, Ægyptius natione, fuit è ciuitate Lyco, diſcipulus Ammonij, præceptor Porphyrij, Galeni, Taciti, & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morbóque ſacro obnoxius. Hæc Suidas.

Plotium, Menandri Comœdia, quam Latinè vertit Cæcilius, vt author eſt Gellius lib. 2. cap. 23.

PLOTIVS {πλώτιος} Gallus, patria Lugdunenſis, dicendi præceptor, Romæ profitebatur, à quo ſe Cicero in libro de Oratore vnà cum Q. fratre Latinas literas edoctum fuiſſe teſtatur: à Tranquillo autem inter rhetores ponitur.
Plotius inſignis dicendi præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Plotius, vt pleraque alia, multorum appellatio eſt hominum. Ludimur autem pleruque ambiguorum verborum ignorãtia: quæ res efficit, vt ſtudioſius debeamus & nomina annotare, & res ipſas deſignare. Præterquam quod M. Cicero Plotium Oratorem, dicendíque magiſtrum commemorat, cui & Fabius ſubſcribit, fuit Plotius prænomine Lucius, L. Planci bis conſulis Cenſoriſque frater, quẽ proſcriptionem paſſum à Triumuiris, inque Salernitana latebra latitantem, odore vnguenti proditum fuiſſe narrat Plin. lib. 13. cap. 3.
¶Plotius Criſpinus, quem Arretalogum fuiſſe cognominatum, quòd garrula ſcripſerit carmina, Porphyrio author eſt.

PLOXEMVS, pen. corr. {πλόξημος} aliis eſt viri proprium, aliis lingua Tranſpadanorum ſignificat capſam. Catullus de Æmylio, epigrammate 92,
-hoc dentes ſeſquipedales,
Gingiuas vero Ploxemi habet veteris. Meminit & Quintil. libro 1, cap. De virtutibus & vitiis orationis.

Pluma, plumæ {πῖλος} Mollior & exigua penna. Plautus Menæch. 11,
Pluma leuior. Martial. lib. 14. 166,
Laſſus Amyclea poteris requieſcere pluma.
Aurum plumæ. Lucret. lib. 3.
Albæ plumæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.
Canæ. Ouid. 2. Metam.
Pluma elata. Varr. de Ling. Lat. lib. 4.
Horrida. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Leuibus plumis velati corpora. Ouid. 15. Metam.
Mollis. Virg. 10. Æneid.
Penſilibus plumis vehi. Iuuenal. ſatyr. 1.
Rutila pluma fulgens præueruolat ales. Cic. in Arato.
Variæ. Horat, de Arte.
Verſicolores plumæ columbis ad ornatum ſunt. Cicero 3. de Finibus.
Verſicolore pluma fultum caput. Propert lib. 3. eleg. 7.
Volucres. Senec. Herc. OEtæo, 3.
Vulſæ. Virg. 11. Æneid.
Moueri facilius pluma aut folio. Cic. Att. lib. 8.
Nantes plumæ colludunt in aqua. Virg. 1. Georg.
Obductæ plumis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. deorum,
¶Inſperata tuæ quũ veniet pluma ſuperbiæ. Id eſt, Quum euolarint aut effluxerint ea bona tibi, propter quæ nunc ſuperbis. Horat. 4. Carm. ode 10.

Plumula, plumulæ, pen. corr. Diminutiuum {πῖλιον.} Colum. lib. 8. cap. 5, Plumulæque ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant, & naturalia præcludant.

Plumeus, Adiectiuum {πίλινος} Quod eſt ex pluma. vt Plumea culcitra. Cicero 3. Tuſculanarum quæſt. Plinius libro 10. capite 2, Plumeus apex.
Pectora plumea. Stat. 3. Thebaid.
Torus plumeus. Ouid. 11. Metam.

Plumarius, Aliud adiectiuum, Idem {πιλινός.} Vnde Plumariam culcitram dicimus, quæ pluma plena eſt. Plumarium dicitur opus acu factum, quod Græci à liciorum varietate multiplici, polymitarium appellant. Plumarium opus alij vocant opus Phrygionis.

Plumiger, pen. corr. plumigera, plumigerum, pen. corr. Plin. lib. 10. cap. 22, Velluntur quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiuntur. De anſeribus.

Plumarius, plumarij {πιλουργὸς} Qui acu aliquid depingit ſuper culcitris plumeis aut puluinaribus plagis. Cato de liberis educandis. Etenim nulla quę non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis. Ex Nonio. Firmic. lib. 3. cap. 7.

Plumatilis, & hoc plumatile, pen. corr. n. g. {πίλινος} Quod ex plumis factum eſt. Plaut. Epid 5,
Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

Plumo,plumas {πτιλόω} plumare, Plumas emittere: vnde Plumatum esse, Pennarum dicimus. Gellius libro 2. cap.29, Pullis iamiam plumantibus. Cic.2.de Natura deorum,

-nitens plumato corpore coruus. Ex poeta.

Plumare,Acu pingere. Flauius Vopiscus, Laneas tunicas purpura micantes & plumandi difficultate pernobiles. Sed quid fit plumare propriè, Turnebus in hunc locum exponit his verbis, Quòd autem scribit plumandi difficultate nobiles, interpretatur texendi à quibusdam,ab aliis acu pingendi: & sanè videri potest pro acu pingere interdum accipi, vt à Diuo Hieronymo. Species tamen quædam propriè est acu pingendi,cum claui, aut patagia, aut segmenta, aut scutulæ, aut tessellæ sic aliæ aliis in veste superassuuntur, vt plumam auium referant: vnde & plumariorum & plumandi nomen ortum est per similitudinem traductum: aut quum sine assumento acu pingendo,plumæ auium referuntur. Id indicat Prudent.his versibus,

Hunc videas lasciuas præpete cursu,
Venantem tunicas,auium quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis. Hæc ille.

Pars auro plumata nitet. Lucan.lib.10.

Plumesco,plumescis {πτιλοῶσιμι} pluméscere.Pennarum fieri. Plin.lib. 10.cap.53,Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plumosus,pen.prod {πτιλώδης} Adiectiuum.vt

Pectora plumosa plangere pennis.Ouid.ad Liuiam.
Aucupium plumosum.Propert.lib.4.eleg.2.
Folia plumosa.Plin.lib 25.cap.6,Id est lanuginosa.

Plumipes.pen.corr. Adiectiuum {πτιλόπους.} Catul.in Camerium,epigram. 51,Adde huc plumipedes,volatilésque. Antea dixerat, pennipésve Perseus.

Plumbum,plumbi {μόλυβδος} Metalli genus notissimum. Plin.libro 34.cap.16,Sequitur natura plumbi. Eius duo sunt genera,nigrum atque candidum, pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum est cassiterō. Et in fine capitis,Plumbi nigri origo duplex est,Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur,mistísque venis conflatur. Horat.1.epist.10,

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, &c. Intelligit fistulam plumbeam.

Plumba,numero plurali non dicimus, inquit Varro de Ling.Lat. lib.8.quòd quæ sub mensuram,ac pondera potius, quàm sub numerum succedant, multitudinis vocabulo efferri non debeant. Vide plura ibidem.

Liquidum plumbum.Horat.1.Carm.ode 35.
Vitiatum.Ouid.4 Metam.

¶Plumbum,pro Pila plumbea.Ouid.2.Metamorphoseos,

-quàm quum balearica plumbum
Funda iacit. Virg 5.Æneid.

Audax Stat.1.Sylu.3.
Vulnificum.Valer.1.Argon.

¶Plumbū, Genus vitij in oculis. Plin.lib.25.cap 13,Hæc commanducata,si oculus subinde liniatur,plumbum quod est genus vitij, ex oculo tollitur.

Plumbeus, Adiectiuum {μολυβδινὸς} Quod est ex plumbo. Plautus Trinum.13,

Cui si capiti res sier,nummum nunquam credam plumbeum. In quē locum sic Erasmus,Nummum plumbeum hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniæ posuit.

Canalis plumbeus Colum.lib.8.cap.7.
Color plumbeus. Plin.lib 11.cap.52, Igitur vitæ breuis signa ponit Aristoteles raros dentes,plumbeum colorem. Hoc est plumbum referentem,qualis apparet in iis qui ictu eo nigro laborant.
Glans plumbea.Lucret.lib.6.
Mortarium plumbeum,apud Plinium lib.34.cap.18.
Pondera plumbea.Propert.lib.4.eleg.3.
Plumbeus thorax.Plin.lib.7.cap.20.

Auster plumbeus. Horat.2.Serm.satyr.6. Hoc est grauis.Mortales enim aggrauat more plumbi.

Plumbeo iugulare gladio,est futili leuíque argumento conuincere quempiam. Cic.ad Attic.lib.11, Quum illum plumbeum gladio iugulatum iri tamen diceret. Idem lib.4.de Finibus, Frigidum argumentum,plumbeum vocat pugionem.

Plumbeum hominem Plautus appellat liuidum. Terentius verò obtusum & stupidum: in Heaut.5.1,

In me quidvis harum rerum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum,caudex,stipes,asinus,plumbeus.

Plumbeæ iræ. Plaut. Pœnulo,12. Id est quæ diu insidēt pectoribus.

Plumbeum ingenium, per translationē,dicitur obtusum, & quod cogitando penetrare non potest.

Plumbeum esse in re aliqua. Cic.1.de Finib. In animi cognitione dubitare non possumus,nisi planè in physicis plumbei simus,quin nihil sit animis admistum.

Plumbago, penultima prod.plumbaginis, fœminini gen. {μολύβδαινα} Metalli genus, plumbi & argenti naturam referens. Plin. lib. 34. cap.18, Quidam limatum plumbum sic terunt: quidam etiam plumbaginem admiscent.

¶Plumbago,Vitium gemmarum. Plin.libro 37.cap.5,Hæc coloris vitia: illa corporis,capillamentum,sal, plumbago. Paulo pòst, Frequens & iis plumbago,hoc est,vt in sole plumbei videantur.

¶Plumbago, Herba: de qua sic Plin.lib.25. cap.13, Nascitur vulgo molybdena,id est plumbago,etiam in arua,folio lapathi, crassa radice,hispida.

Plumbarius,Adiect. {μολυδικὸς} Quod ad plumbū pertinet: vt Plumbaria officina.Plin.lib 34.cap.18.

Plumbarius {μολυβδοῦργος} Qui facit opera ex plūbo. Aurelius Arcad. in l.vlt.D.De iur.immunit.Plumbarij,ferrarij,lapidarij.

Plumbósus,pen.prod.Adiectiuum {μολυδώδης} Quod plurimum plumbi habet admistum. Plin.lib.34.cap.18, Est & molybdena quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Melior hæc,quanto magis aurei coloris, quantóque minus plumbosa, friabilis,& modicè grauis. Idem lib.33.cap.6,Fæ. eius intelligitur plūbosissima.

Plumbo, plumbas {μολυβδόω} plumbare, Ferruminare, vel plumbo conglutinare. Plin.lib.10.cap.33, Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ.

Plumbatura,plūbaturæ,pen.prod. {μολύβδωσις} Ferruminatio, & quæcunque coniunctura plumbo facta. Cassius apud Paulum in l.In tem actio.§. Item quæcunque.D. De rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura non efficit.

Plumbata,plumbatæ {μολυβδοῦν} inquit Sipontinus,Pila plumbea,quā veteres peregrino vocabulo martiobarbulum vocabant. A quo & milites qui his vtebantur,martiobarbuli appellati sunt. Vegetius de Re militari,lib.1.cap.17, Plumbatarū quoque exercitatio,quas martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus, &c. Alcitarus verò, Plumbatæ, inquit, sunt iaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein vndique tribuli plumbo affixi, vnde nomen datum. Iacuntur manu. Earum duo genera,tribuitæ,& mamillatæ: quarum formam diffusius leges in Theodosij officiis.

Pluo,pluis, pluui & plui, pluitum {ὕω, ὑμβέω, βρέχω} plúere, dicitur Deus Cic 2.de Nat.deorum,

Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt à pluendo. Ver enim est pluere. Plin.lib.16.cap.26,Etiam si non pluat.

Nec de concussa tantum pluit ilice glaudis. Virg.4.Georg.
In terris pluere Virg.10.Æneid.

Pluit. Varro lib.8.de Ling.Lat.Quidam reprehendunt,quòd pluit & luit dicamus in præterito,& præsenti tempore,quum analogiæ sui cuiusque temporis verba debeant discriminare: falluntur, nam est, ac putant,aliter,quòd in præteritis v dicimus longum luit,pluit: in præsenti breue luit,pluit.

Aliquando id quod deus pluit,ponitur in accusatiuo.Valerius Maximus,lib.1 cap.6,de Caio Volumnio,In Piceno lapides pluisse.

Aliquando in ablatiuo. Liu.lib 6.de bello Maced. Tarracinæ & Amiterni nuntiatum est aliquando lapidibus pluisse. Sic Cicer.2.de Diuinat. Sanguine pluisse Senatui nūtiatum est. Alia exemplaria legunt sanguinem.

Pluit terra. Liuius 10.ab Vrbe, Nam & terra multifariam pluuisse, & in exercitu Appij Claudij plerosque fulminibus ictos nuntiatum est.

Pluuia,pluuiæ {ὗα, ὑετὸς, βροχή} Notum.

Vis & incursus pluuiarum,Vide INCVRRO.
Ingens pluuia.Virg.1.Georg.
Tenues.Virg 1.Georg.

¶Nox pluuiam colligit.Virg.9.eclog.

Cæruleus pluuiam denuntiat,igneus Euros. Virgil.1.Georgicor.

De Sole.

Fiunt pluuiæ.Lucret.lib.6.
Grauari pluuia. Virg.9.Æneid.
Impendet pluuia.Virg 4.Georg.
Metuere pluuias.Cic.Attico,lib.15.

Nubila rarescunt pluuiis Stat 1.Sylu.2.

Pluuius , Adiectiuum {ὑμβρεῖος.} vt Aqua pluuia,quæ pluta est. Plinius lib.10.cap 43.

Aquæ pluuiæ arcentur Cic.pro Murena.
Aer pluuius,Hoc est pluuiosus.Stat.5.Sylu.1.
Arcus pluuius,Iris Horat.de Arte.
Auster pluuius,Pluuiam inferens.Ouid 1.Metam.
Cælum pluuium.Varro 1.de Re rust.cap.13.
Frigus.Colum.lib 6.cap 27.
Hyades pluuiæ Virg 2.Æneid.
Imber.Ouid.6.Fast.
Rores.Horat 3.Carm ode 3.
Status cæli pluuius.Colum.lib.2.cap.10.

Ventos pluuios vocat Horat.1. Carm.ode 17. hoc est pluuiam inducentes. Columella Ver pluuium nominat, in quo sæpe fit pluuia: in Præfat.lib 1.

Pluuialis,& hoc pluuiale,pen.prod.Idem {ὑετὸς,ὑμβρεῖος.}

Aqua pluuialis.Colum.lib.1.cap.5.
Austri pluuiales.Virg 3.Georg.
Dies.Columel.lib.2 cap.13.
Frigus.Claud.de Nilo,6.
Fungi.Ouid.7 Metam.
Signum pluuiale Capellæ.Ouid.5.Fast.
Vndis pluuialibus auctus torrens.Ouid.2 Fast.

¶Hœdi pluuiales.Stellæ duæ sunt,quas Auriga (quod signum cæleste est super cornua Tauri) in manu tenet. Virgil.9. Æneidos,

Quantus ab occasu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum. Dicti sunt autem pluuiales, quòd eorum ortus & occasus tempestates grauissimas facit.

Pluuiatilis,& hoc pluuiatile, pen.corr. Idem {ὑετῶδες.} Columel.libr.9. cap.1, Infossi lacus signino construuntur, qui receptam pluuiatilem contineant.

Pluuiosus,pen.prod.Adiect. {ὑετώδης.} vt Annus pluuiosus,In quo fuerunt frequentes pluuiæ.Plin.lib.18.cap.25,Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat.

Plus, cum compositis & deriuatis, Vide MVLTVS.

PLVTARCHVS {πλούταρχος} Chæronęus,Traiani temporibus, à quo in Illyricum missus Consulari potestate, iussúmque omnibus Illyricis magistratibus vt absque eo nihil agerent, multis libris editis notissimus est. ¶Plutarchus alter, Nestorij filius, Athenensis sophista, præceptor Syriani,qui scholæ præsidebat Athenēsi sub Iuliano principe. Author virisque Suidas.

Pluteus,plutei,m.g Machina ad expugnandos muros ad similitudinē cassidis facta: contegitúrque vimine, & coriis protegitur, ternisque rotulis,quarū vna in medio,duæ in capitibus apponuntur: in quancunque partē voluerīs,admouetur. Hos obsidentes muris admouēt, applicántque

applicántque,& eorum munitione sagittis seu aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbant,vt scalis ascendendi præsteturocasio,vt ait Vegetius. Cæsar, Sempérque hostibus spes victoriæ redintegrabatur, eò magis quòd deustos pluteos turrium videbant,nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant.

Inter pluteos & vineas interest. Nam plutei, vt quidam volunt, erant similes illis appendicibus quas ædificiis applicamus, & tectum in vnam partem deuexū habebant, vt & plutei, in quibus scribimus: vineæ in vtranque partem deuexi tatem tecti habebant. Ex Turneb.

Expedire pluteos. Tacit.lib.18.

¶Plutei,etiam tabulæ quibus aliquid præsepiretur, dictæ sunt,inquit Festus. Liuius,Cratibus,pluteísque, & linteis contectus.

¶Plutei, Suetonius in Caligula,cap.26,accipere videtur pro sulcro tori discubitorij,quum inquit,Quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia: & cœnāri,modò ad pluteum,modo ad pedes stare succinctos linteo, passus est. Martialis lib.3.49,

Excidúntque senem,sponda̅sque parte iacebat:
Nanque puer pluteo vindice tutus erat.

¶Plutei,Librorum & tabularum,signoriūmque repositoria. Iuuenalis Satyra 2,

Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.

¶Pluteus,Tabula qua vtuntur ij qui literis dant operā, & scribūt. Persius Satyra 1,

Nec pluteum cædit,nec demorsos sapit vngues. Vbi interpres,Qui moram stylo, iudiciúmque adhibent, in ipso limæ labore irati interdum,aut solicitè cogitabundi vel pluteum cædunt, vel vngues arodunt,vel caput scabunt.

¶Pluteum etiam dicebant spatium id quod inferiores columnas à superioribus, pro longitudine in fronte discernebat. Vlpianus in l. Fundi nihil.§.Quæ pictæ.D. De actionib.empti,Reticuli circa columnias,plutei circa parietes,Item cilicia vela,ædium non sunt.

Plutealis, & hoc pluteale, pen.prod. Vnde à Cicerone figilla plutealia, Imagunculæ pluteis,id est tabulis inclusæ dicebantur: ad Attic.lib.1. 6. Legitur & Putealia.

PLVTO vel Pluton,huius Plutonis,pen.prod. {πλούτων,ᾅδης, ἀΐδωνεύς} Saturni filius ex Ope coniuge,& frater Iouis atque Neptuni: ab opibus nomen habet. Græcè enim πλοῦτος opulentia est. Qui quum ad regni diuisionēm venisset,Plutoni qui natu minor erat,& Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secus inferum mare: Iouis plaga Orientalis: Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, vt Iouis imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigerit, Statio teste. Pluto autem,Sumanus,Dis,Orcus,Vragus ab vrgendo, Vedius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis est appellatus,quasi mors quies sit æ rumnarum. Huius vxorem fuisse Proserpinam Cereris filiam ex Claudiano poeta satis constat.

Dis quare Pluton dictus,notat Cic.2.de Nat.deor. Terrena autē vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui Dis,vt apud Græcos πλούτων,quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris,

Illacrymabilem Plutona placare.Horat.2.Carm.ode 14.
Superbus Pluton.Seneca Herc.OEtæo,9.
Toruus.Iuuenal.satyr.13.

Plutonius,a,um,attributum ex Plutone deductum.Horatius lib.1.Carminum,

Et domus exilis Plutonia

Quo simul mearis,&c. Dicitur exilis,quòd inanis & vacua sit,vt apud Virgilium,

Pérque domos Ditis vacuas & inania regna. Sic & Horatius alioco,

Exilis domus est,cui non & multa supersunt. Turneb.

Plutonia,Plutoniorum,n.gen.Loca quædam pestifera in Asia. Cic.lib. 1.de Diuinat.Quid enim? non videmus quàm sint varia terrarum genera: ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Turnebus,Plutonia,inquit, specus sunt in Asia, tetrum & pestiferum halitum euomētes, omniáque accedentia animalia statim enecantes, vt ad Hierapolim Plutonium describitur à Strabone, & Charonium ad Thymbriam vicum Cariæ.Spiracula Ditis Maro vocat,vt quodā loco dicimus. Hæc ille.

Plutonium,est os in parvo quodam imminentis montis supercilio, ita commensuratum, vt hominem suscipere possit, mira profunditate. Strabo lib.13. vbi singularia multa circa pluteum foramen recenset. Est autem in Laodicea regione Asiæ ad Hierapolim.

PLVTVS {πλοῦτος} à Græcis fingitur esse diuitiarum deus, quem in aduentu claudum esse volunt,in recessu alatum: hoc nimirum innuentes, quòd serius quidem opes contrahantur, parræ autem nisi frugaliter dispensēs velocissimè dilabantur. Eundem & cæcum faciunt, & iudicij expertem, propterea quòd indignissimum quenque opibus affluere videamus: probos autem & condignos in re tenuissima versari. Huius domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eo quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Est item huius nominis comœdia apud Aristophanem.

Pluuia,Pluuialis, Vide PLVO.

PLVVIALIA,Pluuialiæ,f.gen.Vna ex insulis fortunatis. Plin.lib.6.cap. 32,Ab ea tantundem ad Occasum versus,Pluuialiam Capratiámque, in Pluuialia non esse aquam nisi ex imbribus.

PLVNTERIA,orum {πλυντήρια} Dies festi erant apud Athenienses Cereri sacri,qui inter nefastos numerabantur. Cælius Rhod.lib.14. cap.9.

P N

Pneuma,pneumatis,penult.correp. neutri generis {πνεῦμα} Spiritus, flatus.

Pneumaticus,pen.corr. Adiectiuum {πνευματικὸς.} vt Organa pneumatica,Id est spiritualia, vel spiritalia: hoc est quæ vi flatus vel spiritus aliquid hauriunt & attrahunt. Plin.lib.19.cap.4,E puteo pertica, organísve pneumaticis, vel tollenonum hausturigandos. Dicitur & in Musica,Ratio pneumatica. Idem lib.7.cap.37. Ctesibius laudatus pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis.

Pneumon,pneumonis, masc.gen. {πνεύμων} Latinè pulmo dicitur,à πνέω spiro. Vnde pneumonia,quæ & peripneumonia,inflāmatio pūlmonis,cum ex aliis causis,tum ex distillatione vehementi vel synanchia,vel suspirio,vel pleuritide prouenīens,vt sanguis inde copiosus excreari soleat. Hunc morbum & αἱματοπνευμονικὸν Græci appellāt, teste Celso lib.4.cap.7. Hinc pneumonici, qui laborant ex pulmone, qui Latinè dici possunt pulmonarij:sicut à Columella,Ouis pulmonaria dicta est,cuius pulmo afficitur.

Pneumophalon, dilatatio est in vmbilico. Galenus in Finition. Medic.

PNIGEVS vicus in Ægypto, prope Phœnicum portum è regione Pedoniæ insulæ,iuxta Parætonium. Strabo lib.16.

Pnigitis, aliàs Pignitis, terra est Eretriæ similima,grandioribus tantùm glebis,& glutinosa,cui effectus idem, qui Cimoliæ, infirmior tamen.Plin.lib.35.cap.16.& 17.

P O

POBLICIA tribus, Vide TRIBVS.

POM. Pomponius. PONT. MAX. Pontifex Maximus. POP. Populus. POSTH. Posthumius,vel Posthumus. POT. Potestas.

Pocerium {μαγείρειον} ab Hermolao Barbaro eleganter fictū nomen,pro cœmessatione quæ fit post cœnam.

Poculum,poculi,pen.corr. {πῶμα,ἄκπωμα,πετάσμα,κύλιξ} Vas in quo bibitur. Cic.6.Verr. In his poculis duo quædam,quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Idem pro Cluentio, Quæ deinde interceptio poculi?

Poculà,à potione: vnde potatio,& etiam poma, quòd hæc possūt potum. Ἀπὸ τῦ πότου, Græca origo potionis. Varro libro 4. de Ling. Latina.

Mensæ plenæ pocula.Virg.11.Æneid.

¶Poculum, Quandoque sumitur pro eo quod bibimus. Virgil.2. Georg.Pocula siquando sæuæ insecere nouercæ. Cic.7.Verr.Illis diligenter legibus quæ in poculis ponebantur,obtemperabat:

Et sedare sitim prius est,quàm pocula,natum.Lucret.lib.4.
Amoris poculum,Philtron.Horat.Epod.5.
Desyderij poculum,Philtron.Horat.Epod.17.

¶Aurea pocula.Horat.1.Serm.satyr.2.

Blanda.Valer.2.Argon.
Ducentia somnos.Horat.Epod.14.
Fagina.Virg.3.eclog.
Fictilia.Tibul.lib.1.eleg.1.
Immania,Cic.2.Philip.
Insidiosa Circes.Ouid.14.Metam.
Lactea pocula,Repleta lacte.Stat.1.Achil.
Læuia.Virg.5.Æneid.
Marcentia.Stat.4.Sylu.6.
Medicata, Vide MEDICOR.
Plena.Virg.4.Georg.
Plena meri.Ouid.9.Metam.
Sobria pocula suppositaaqua.Tibul.lib.1.eleg.6.
Vitea.Virg.3.Georg.

¶Administrare pocula,Vide ADMINISTRO.

Collucent pocula mensæ.Carul.Argon.
Componete pocula de luto. Tibul.lib.1:eleg.1.
Oras circum pocula contingere liquore aliquo, Imbuere. Lucretius libro 4.
Dare poculum alicui.Cic.pro Cluentio.
Demissa ferta in pocula.Propert.lib.2.eleg.34.
Ducere pocula,Exhaurire,vel Ad nutum tractare. Horat.1:Carm. ode 17,

Hîc innocentis pocula Lesbij
Duces sub vmbra.

Exhaurire poculum mortis. Cic.pro Cluentio.
Fabricata fago pocula.Ouid.8.Metam.
Finguntur pocula de humo. Ouid.2.Trist.
Inficere pocula veneno,Vide INFICIO.
Infundere poculum.Horat.Epod.5,

Mauis parabo,maius infundam tibi
Fastidienti poculum.

Inuitare aliquem poculis,Vide INVITO.
Poculáque Eoa luxum irritantia gemma.Sillus lib.13.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi.Virg.3.Æneid.
Ministrare pocula,Vide MINISTRO.
Miscere pocula,Minist rare.Ouid.10.Metam.
Lactis pocula mista mero.Tibul.lib.3.eleg 5.
Negare porrecta pocula.Horat.1.epist.19.
Perfecta argento,atque aspera signis pocula. Virg.9.Æneid.
Ponere pocula. Virg.1.Æneid.
Poscunt maioribus poculis. Cic.3. Verr. Discumbitur: sit sermo inter eos,& inuitatio vt Græco more biberetur: hospes hortatur:poscunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiáque conuiuium, Sunt,inquit Asconius, qui producta scilicet o littera poscunt legunt, quasi sæpe porant. sed poscunt prouocant intelligendum est. vt sit sensus: prouocant se inuicem. Maioribus autem poculis poscunt, id est petunt: vt subaudiatur bibere. Hæc Asconius.

Reponere pocula mensis. Virg.4.Georg.
Restinguere pocula ardentis Falerni lympha. Horatius 2. Carm. ode 11.
Spumantia lacte pocula.Virg.eclog.5.
Sumere pocula.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Magnitudine poculorum bibendóque superare. Cicero pro Flacco.

Lapis sustinet pocula. Horatius, -& lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet. Veteres, inquit Turnebus, solebant delphicam mensam multis onerare poculis, numeróque semper pari: duobus contentus est Horatius,& cyatho,quo modum potionis metiebantur,& certis cyathis vini certos aquæ cyathos miscebant, quod qui faciebat ad cyathum stare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam é vasis,& in pocula fundebãt, quod κυαθίζειν Græci appellant. Vnde Marcellus, cuius naues machinis Archimedis leuatæ in puppim,aut prorã,deinde illisę mari,aquam quũ plurimam hauirent, aut grauibus libramentis depressæ acciperent aquam, ludens dixit, Archimedem suis manibus pro cyathis vti. Solitos autem esse veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agretius, sic scribens, Cicero, iubeo promi vtrosque binos vt habeam: quia in delphica comparia vasa semper sunt. vnde ipse Cicero dicebat, scyphorum paria complura. Hæc ideo tam multis, ne quid antiquitatis te lateat.
Tangere labellis pocula. Ouid.1 de Arte.
Temperare pocula. Horat.1.Carm.ode 20.
Tinguere aliquẽ poculis, Irrigare aliquem mero. Horat.4.Carm. ode 12.
Pocula adorandæ Rubiginis Iuuenal.satyr.13.
Torquere pocula, Proiicere in aliquem. Iuuenal.satyr.5.
Trahere pocula arenti fauce. Horat.Epod.14.
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Virg.8.eclog.

Pocillum, pocilli, Diminutiuum {ποτίσκιον} Paruum poculũ. Cato cap. 156, Per linteum exugeto succum, quasi heminam, in pocillum fictile. Liu.10.ab Vrbe.

Pocillator, pen.prod. {οἰνοχόος} aliàs dicitur A cyathis, qui pocula meæ ingerit. Apuleius lib.6, Adfuit rapax aquila: memórque veteris obsequij, quo, ductu Cupidinis, Ioui pocillatorem Phrygium sustulerat,&c. Rursus eodem libro, Tunc poculum nectaris, quod vinũ deorum est, Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris verò Liber ministrabat. Vtrobique Ganymedem intelligit, qui (ait Beroaldus) elegantissimo vocabulo pocillator dicitur, quasi poculorum minister.

Poculentus, Adiectiuum {πότιμος} Quicquid potari potest. Quidam dicunt potulentum scribendum esse. Cic.2.de Nat. deor. Habitat in ea parte oris quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Legitur & potulentis. De gustatu. Gell.lib.4.cap.1, Penus est, inquit, quod esculentum aut poculentum est. Sunt qui potulẽtum scribãt, vt apud Vlpianum in l.3.§ potulenta. D. De penu legata.

Podagra, podagræ, pen corr. {ποδάγρα} Pedum dolor, ποὺς, pes: ἄγρα, atrocitas Martialis lib.1.93,
Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. Plin.libro 26.cap.10, Podagræ morbus rarior solebat esse, non modò patrum auorúmque memoria, verùm etiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quando in multis & sponte desinit, & in pluribus curatur.
Corpora fœda podagrâ. Tibul.lib.1.eleg 9.
Fera podagra. Seneca De vita beata, capite 17, Delinimenta magis quàm remedia podagræ meæ compono, contentus si rarius accedit, & si minus fera minatur.
Locuples. Iuuen.13.Satyr.10.
Nodosa. Ouid.1.de Ponto, eleg.4.
Tarda. Horat.1.Serm.satyr.9.
Turpes. Virg.3.Georg.
¶Ardere podagræ doloribus. Cic.5.de Finib.
Doloribus podagræ complures annos cruciari. Cic. Tusc.ul.
Fomenta iuuant podagram Horat.1.epist.2.

Podagricus, pen.corr. Adiect. {ποδάγρικος} Qui podagra laborat. Plinius libro 20. cap.8, Omnes hæ & podagricis vtiles, & sanguinem reicientibus.

Podagrosus, pen. prod. {ποδαγρώδης} Aliud adiectiuum, Idem. Plautus Merc.12, Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutycus, &c.

Podager, pen.corr. {ποδαγρικὸν} Aliud similiter adiect. Idem.
Atque nihil prorsus stare putat podager. Claud.epigr.39.

PODAGRVS à pernicitate dictus est: Aethon & Podagrus duo aurigæ Hectoris apud Homerum. Pro flagrante cupiditate à Budæo,& præcipiti celeritate vsurpantur.

PODALIRIVS {ποδαλίριος} teste Homero lib.2.Iliados, Filius fuit Æsculapij & frater Machaonis, qui ob solertiam medicinæ artis vnà cum fratre ex Creta ad Troianum bellum conuocatus fuit. De quo Ouid.1.de Arte amandi.

PODARGES, ces {ποδάργη} Equæ velocissimæ nomen, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit, vt cõminiscitur Homerus 16.Iliad. Dicta Podarge, à pedum velocitate.

Podex, huius podicis, pen.corr. mascul. generis {πρωκτὸς} Posterior pars corporis pudenda. Iuuenal.satyr.2,
-sed podice læui,
Cæduntur tumidæ, medico ridente, marisc æ.
Turpis podex. Horat.Epod.8.

Podissmus, podissmi, m.gen. est dimẽsio pedibus facta. Budæus. Veget. lib.1.cap.7, Mensores sunt, qui ad podissmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant.

Podium, podij, Locus ad spectandum habilis, à Pede nomen habens: siue quia pedis modo proiectura illa, quæ podium facit, procedat: siue quòd ad pedes ædificiorum strui consueuisset, siue quòd in eo pedibus hæreamus. Nunc vulgò dicitur menianum. Solet enim fieri extra domus parietem, locus porrectus instar pulpiti, mutulis è marmore suppositis. Iuuenal.Satyra 2, Omnibus ad podiũ spectantibus. Sueton. de Nerone, cap.12, Cæterũm accubans primùm paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.
Podio tenus. Plinius iunior lib.5.epist.10. Apollinari, Est & aliud cubiculum à proxima platano, viride & vmbrosum, marmore exculpto podio tenus, &c.

POEAN, antis {πόιος} pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantides à poetis appellatur. Ouid.lib.5. Triste,
Penè decem totis alluit Pœantius amnis
Post fœuum tumido virus ab angue datum. Et 13. Metamorphos. -non te Pœantia proles
Expositum Lemno, nostro cum crimine haberet.

POECILASIVM {ποικιλάσιον} Vibs Cretæ, Ptolemæo libro 3. cap.17. vulgò *Peulalo*.

POECILE, huius Pœciles, pen.corr.f.gen. {ποικίλη} Fuit porticus Athenis, in qua Stoici philosophabantur. Latinè dici potest Varia, siue Variegata, à multiplici pictura. Græci enim ποικίλον varium dicunt, ποικιλίαν varietatem. Vnde & lapis Simites vocatus est Pyrrhopœcilos, à varietate rubentium macularum. In hac autem porticu Zenon philosophus discipulos docebat. Plin.lib.35 cap 9 Hic & Athenis pinxit Pœcilen, quæ Pœcile vocatur, gratuitò, quum partem eius Mycon iam cœpisset pingere. De Polygnoto Thasio. Fuit & in Helide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphanos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

POEESSA {ποιήσσα} insula est in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Plin.lib.5.cap.31.

Poema, Vide POETA.

POEMENIS, pen. corr. {ποίμανις} Canis fœmina ex canum eorum numero, qui Acteonem laceruerunt, dicta à fidelitate quam gregi obseruat, vigilantioris pastoris officio defuncta. ποιμὴν enim pastore significat. Ouid.lib.3.Metamorphoseos,
-pecudésque sequuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pœna, pœnæ {ποινὴ, τίσις, τιμὴ, κρέσσιμον, ὀδυνήρευμα, πόλυμεμα} Supplicium quo quis ob delictum efficitur. Vlpianus in l.Si quis forte. D. De pœnis, Et sunt pœnæ, quæ quidem vitam aut adimant, aut seruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium, aut coercitionẽ corporis contineant.
Pœna, à puniendo, vel à pœnitendo, quòd post peccatum sequitur. Varro lib.5.de Ling.Lat.
Animaduersio & pœna Cic.Bruto, 15, Tu hoc: fortasse quòd in animaduersione pœnáque durior, nisi fortasse vtrunque tu.
Mulcta pœna. Cic.3.de Legib. Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum mulctæ pœnæ certatio esto.
Ne maior pœna quàm culpa sit, cauendum est. Cic.1.Offic.
Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus. Cicero 2. de Legibus.
Mors naturæ pœna est: iracundiæ tormentum atque cruciatus. Cic.11.Philip.
Scelerum pœnæ. Virg.8.Æneid.
Arbiter pœnarum alicuius. Seneca Theb.1.
Causa pœnæ cruenta. Ouid.3.Trist.eleg.5.
Imago pœnæ. Silius lib.16.
Inter pœnas, Vide INTER.
¶Amara. Iuuenal.satyr.13.
Crudeles, Vide CRVDELIS.
Debitæ. Senec. Herc.fur.9.
Grauissimæ legum. Cic.in Pison.
Hilaris. Martialis lib.3.epigr.22,
Sirenas hilarem nauigantium pœnam,
Blandásque mortes, gaudiúmque crudele.
Indeprecabilis pœna. Gell.lib.1.cap.13.
Ingens. Senec. Thyeste, 1.
Lætæ. Ouid.epist.22.
Leuis. Quintil.lib.7.cap.3.
Meritæ. Ouid.4.Fast.
Pœna minor merito, nocuit mala lingua duobus. Ouid.2.Amor. eleg.2.
Mitior. Quintil.lib.6.cap.4.
Præsens. Senec.Hippol.2.
Tardior. Quintil.lib.7.cap.3.
Tristis. Ouid.2.Trist.
Vehemens. Iuuenal.satyr.13.
¶Accipere pœnas, Vide ACCIPIO.
Accipe quas merui pœnas: en ora fatiscunt, &c. Claud.3.de raptu Proserpinæ.
Addere pœnam, Vide ADDO.
Afficere pœna. Cic.2.Offic.
Agere pœnam, Vide AGO.
Ascribere pœnam, Vide ASCRIBO.
Audere pœnam. Tacit.lib.2.
Capere pœnam, Vide CAPIO.
Capere pœnas. Sallust.in Iugurtha, Dum pro ciuibus suis viris fortissimis atque miserrimis pœnas caperent. Caperent, id est ferrent, subirent.
Capere pœnas verborum. Ouid.2.Metam.
Capere pœnam in hostem, Hoc est hostem afficere supplicio. Curtius lib.4.
Cogere in pœnam. Plin.lib.8.cap.16.
Commeruisse pœnam. Ouid.2.Trist.
Committere pœnam. Quintil.lib.7.cap.5.
Compescere aliquem pœnis. Horat.1.Serm.satyr.8.
Conscripserunt edictum Prætores cum pœna & iudicio. Cicero 3. Officiorum.
Constituere pœnam, Vide CONSTITVO.
Reticentiæ pœna etiam est à Iurisconsultis constituta. Cicero 3. Officiorum.
Consurgere in pœnam. Plin.lib.8.cap.16.
Præmio & pœna contineri Rempublicam dixit Solon. Cicero Bruto, 15.
Contrahere pœnam, Vide CONTRAHO.

Decerni

Decerni potuit pœna decentior. Senec. Thyeste, 2.
Dependere pœnas. Cic.pro Sextio, Omnes ferè Reipub.pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt.
Differre pœnas. Ouid.2.Metam.
Dare pœnas. Cic.de Claris Orat. Nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedisset.
Crudeles pœnas dare. Virg.6.Æneid.
Dare pœnas meritas sanguine. Ouid.lib.4.Fast.
Morte dare pœnas alicui, Occidi ab eo. Ouid.9.Metam.
Dare pœnas temeritatis suæ. Cic.Attic.lib.9.
Capite dare pœnas alicui. Patercul.lib.2, non ita procul ab initio, M.Aquilio, capite pœnas dedit, quum initio belli Crassum Mutianũ Proconsulem interemisset. De Aristonico loquitur.
Dare pœnas quas pati meruimus. Ouid.1.Metam.
Dedi satis supérque pœnarum tibi. Horat.Epod.17.
Heu quantum pœnæ mísero mens conscia donat. Lucan.lib.7.
Effugere pœnam. Cic.Tironi, lib.16.26, Non potes effugere huius culpæ pœnam me patrono: Marcus est adhibendus, &c.
Ire in pœnas. Ouid.5.Metam.
Exerceri pœnis. Virg.6.Æneid.
Exhaustum est satis pœnarum. Virg.9.Æneid.
Exigere pœnas de aliquo. Ouid.8.Metam.
Exigere pœnam. Plin.lib.7.cap.44.
Eximere aliquem pœnæ, Vide EXIMO.
Exoluere pœnas. Catul. Argon.epigr.59.
Exoluere aliquem pœna. Tacit.lib.14.
Expendere pœnas alicui Cic.2.Tusc.
Expetere domestici sanguinis pœnam. Cic.de Aruspic.respon. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit.
Ferre pœnam. Cic.pro Domo, Pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, vt, &c.
Finire pœnas. Ouid.1.Metam.
Grauior fit pœna longa mora. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.
Frangere pœnas, Mitigare. Lucret.lib.4.
Habere pœnas. Cic.2.de Legibus, Plus pœnarum habeo, quàm petiui.
Imponere pœnas sontibus. Ouid.2.Metam.
Inire pœnam. Ouid.lib.1.Amor.eleg.7.
Factorum pœnæ instant. Ouid.8.Metam.
Interponere pœnas, Vide INTERPONO.
Irrogare pœnam alicui. Quintil.lib.6.cap.4.
Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat. Senec. Herc.OEtæo, 7.
Irrogare pœnas æquas peccatis. Horat.1.Serm.satyr.3.
Leuari à pœna, Vide LEVIS.
Liberare pœna iudiciorum innocentiam. Cic.1.de Orat.
Luere pœnas, Puniri. Suet.in Vesp.Augusto, cap.1.
Luere pœnas iustas. Horat.Epod.17.
Luere pœnas facinorum. Senec. Octau.5.
Manet cunctos generis pœna vna. Claud.2.in Eutrop.
Meditari pœnam in fratrem, Vide MEDITOR.
Mouere pœnas immeritas. Claud.3.de raptu Proserp.
Multare aliquem multa & pœna. Cic.pro Corn.Balbo.
Offerre pœnam. Liuius libro 6. Decad.1, Pœnam oblatam oculis deorum.
Omitte pœnas languidas longæ moræ. Senec. Thebaid.1.
Patior sine crimine pœnam. Ouid.9.Metam.
Pati pœnam culpa. Ouid.3.de Ponto, eleg.6.
Genus nouum pœnæ pati. Ouid.in Ibin.
Pendere pœnas, Multam soluere. Cic.in Pisonem, Nisi pœnas patriæ diisque immortalibus eas quæ grauissimæ sunt, furore atque insania penderet.
Haud mediocres pœnas pendere, Vide Mediocris in MEDIVS.
Pendere pœnam exilio. Ouid.10.Metam.
Pendere pœnas pro scelere. Lucret.lib.5.
Pendere pœnas grauissimas stultitiæ suæ. Cic.ad Attic.lib.11.
Perferre pœnam. Cic.pro Sextio, Si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis.
Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. Cicero 2. de Lege agrar.
Perpeti pœnas pro crimine. Valer.4.Argon.
Persequi pœnas alicuius, pro Vlcisci. Cic.5.Verr. Pœnam octupli sine vlla dubitatione commissam non persequebatur.
Persoluere pœnas scelestis. Cic.11.Philipp. Pœnas diis hominibúsq; meritas, debitásque persoluat.
Iustas & graues pœnas Reip.is persoluit. Cic.de Amic.
Persoluere pœnas capite suo. Senec. Agamemn.13.
Peruenire pœnam ad aliquem. Cic.ad Brut.
Petere pœnas in imperatorem, pro Exigere pœnas de imperatore. Sallust.in Iugurtha.
Petere pœnam ab aliquo. Cic.1.de Inuent.
Placere pœnæ. Senec. Troade, 11.
Pœnitere crudelis pœnæ. Ouid.2.Metam.
Poscere pœnas cum sanguine. Virg.2.Æneid.
Magnas pœnas præcepit. Hoc est, de hostibus cepit antè quàm ab eis caperetur. Silius lib.6.
Præstare pœnam. Vlpian.in l.1.§.si plures. D. De eo per quem factũ erit, &c. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: sed si vnus præstiterit pœnam, cæteri liberabuntur.
Culpam pœna premit comes. Horat.4.Carm.ode 5.
Procedere vlterius in pœnã. Vlpian.in l.1.§. Quum patronus. D. De offic.præfect.vrb. Præfectus vrbi aditus, pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut vlterius procedere in pœnam eius solet.
Promerere pœnam. Ouid.1.Tristium, eleg.2.
Proponere pœnam alicui. Catul.epigr.94.

Nouámque pœnam sceleribus quærit parem. Senec. Thebaid.1.
Recipere pœnas ab aliquo. Virg.4.Æneid.
Recusare pœnam. Quintil.lib.4.cap.2.
Reddere pœnas. Sallust.in Iugurth. Id est grauissimè punire.
Reddere aliquem pœnæ, Vide REDDO.
Relictus pœnæ. Ouid.14.Metam. Solus, inops, expes, læto pœnæ; relictus.
Remanet pœna. Cic.in Pisonem, Nó in eo cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit.
Remittere pœnam. Quintil.lib.7.cap.2.
Repetere pœnas ab aliquo. Cic.pro Rosc. Amerino, Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctésque parentum pœnas à consceleratissimis filiis repetant.
Reposcere aliquem ad pœnas. Virg.2.Æneid.
Pœna reuertura est in caput ista tuum. Ouid.1.de Arte.
Ruere in pœnam suam. Senec. Octauia, 17.
Veterum malorum pœnas sancire aliquibus. Stat.3.Thebaid.
Sancire pœna obseruantiam. Cic.pro Plancio.
Sequitur pœna scelus. Cic.de Aruisp.resp.
Seruare pœnam. Ouid.lib.2.de Arte.
Soluere pœnas. Ouid.1.Metam.
Soluere pœnas breues tam magnis sceleribus. Senec. OEdip.12, -magnis iniuria pœnis
Soluitur. Ouid.5.Fast.
Seræ, sed tamen iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt. Cic.pro Mil.
Statui in eum pœna metalli debet. Vlpian.in l.1.§. Quum patronus. D. de Offic.præf.vrb.
Subire pœnam. Cic.in Pisonem, Neque vllam pœnam, quæ tandò facinori deberetur, non maluisti subire, quàm, &c.
Sufferre pœnam. Cic.pro Hac. Summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sustentamus.
Esse in pœna. Cic.pro Ligario, Vt ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamur esse contenti.
In pœnas non satis vnus eris. Ouid.epist.2.
Pœna est. Cic.pro Flacc. Pœna est, vt opinor, Dorylensium grauior.
Sumere pœnas. Cic.2.de Inuent.
Sumere merentes pœnas. Virg.2.Æneid.
Sceleratas pœnas sumere, Ob perpetratum scelus commeritas. Virg.2.Æneid.
Suscipere pœnam. Cic.pro Lege Manil. Non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit.
Suscitare pœnas alicui. Virg.4.Georg.
Sustinere pœnam. Cic.pro Domo, Grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustinere.
Sempiternam pœnam sustinerem mea voluntate suscepturus. Cic. Post.red.ad Quirites.
Teneri pœna. Cic.ad Quint.fratr.
Trahere aliquem per omnem pœnam. Virg.5.Æneid.
Transfigere aliquod scelus leui pœna. Quintil.lib.7.cap.3.
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit. Ouid.epist.5.
Viuere in pœnas alicuius. Seneca Troade, 10.
Vrgeri pœnis. Virg.6.Æneid.
Pœna ad tritemes, antiquissima, vsu verò apud nos frequentissima. Valerius scribit, quendam iussu Augusti, quòd se Octauiæ sororis vtero genitum simularet, remo publicæ triremis affixum esse. Sudas quoque & Iosephus lib.17, scripserunt de illa pœna.

POENA & Beneficium pro diis habitos apud quosdam Æthiopiæ populos legimus. Sunt qui non ab Æthiopis, sed ab Assyriis & Persis Pœnam & Beneficium cultos fuisse adserani, illam, quòd malorum: hunc quòd bonorum largitorem esse opinentur. Alexand. Alexandrinus lib.6.cap.vltimo.

Pœnalis, & hoc pœnale, pen.prod. vt Pœnalis opera, Quæ ad pœnã pertinet. Plin.lib.18.cap.11.

Pœnarius, Adiectiuum {ποινερμικὸς.} vt Pœnaria actio. Quintil.libro 4. capite 3.

POENICVS, à Deliis dictus Apollo. apud enim quoscunque populos, sui dij nomen nouum accipiebant, quo de Alexandrinus Alexander Genial.dierum lib.6.cap.4.

Pœnitet, pen.corr.pœnitebat, pœnituit {μετανοέω, μεταμελέω, μετεμέλομαι} Pœnitère dicimur, quum quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate nostróque consilio facta sunt, ea nobis pœst displicere incipiunt, & molesta esse, sentẽtiámque in iis nostrã demutamus. Vide Gellium lib.17.cap.1. Et regit accusatiuum patientis rei cum genitiuo agẽtis. Cic.ad Attic.lib.3, Alterum non potes, vt me non nostri consilij vitæque pœniteat.
Pœnitet, Aliquando pro Tædet, pudet, seu dolet accipitur, & tunc interdum præsenti infinitiui iungitur. Terent.Phorm.1.3, Ita plerique ingenio fumus omnes, nostri nosmet pœnitet. Id est, nostra contemnimus, inquit Donatus. Virg.eclog.2, Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Cic. Pœnitet defendere. Idem de Senect. Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? Id est tæderet.
Tædet & pœnitet. Cic.Attic.lib.2, Sed quod facilè sentias, tædet ipsum Pompeium, vehementérque pœnitet.
Nihil pœnitet. Cic.5.Tusc. Satis est in virtute vt fortiter viuamus: si fortiter, etiam & magno animo, & quidem vt nulla re vnquam terreamur, sempérque simus inuictis: sequitur vt nihil pœniteat, nihil desit, nihil obsit.
Quod te offenderim, me pœnitet. Cic.Attic.lib.11.
Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Cic.pro Murena.
Sapientis proprium est, nihil, quod pœnitere possit, facere. Cic.5. Tusc.ul.
Facinus pœnitere. Cic.2.de Inuent. Deinde vtrum id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse.
Mihi haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitores, &c.

Liu.1.ab Vrbe, Id est, Non nolo, inquit Budæus.
Ne suppliciis quidem moueri, viri fortis est, vt fortiter feciſſe pœniteat. Cic. pro Milone.
Iurasſe pœnitet. Ouid. 2. Metam.
Pœnituit eum illa ſenſiſſe. Cic. 4. Acad.
Nihil me pœniteat ſanũ patris huius. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6. Id est, Quãdiu ſanus ſim, nunquam mihi doleat, aut nunquam mihi parum beatus videar, quòd tali patre natus ſim. Lambinus.
¶ Pœniter. Cic. pro Cluent. Neque me pœnitet hoc potius tempore, quàm illo cauſam A. Cluentij defendere. cauſa enim manet eadem. Id est, non minus cõmodè nunc & opportunè agere puto, quàm ſi in re recenti egiſſem. Budæus.
¶ Acti vos pœnitet. Valer. 5. Argon.
Authoritatis alicuius pœnitere. Cic. de Aruſp. reſp. Et eo feciſſe authore ſe diceret, cuius authoritatis neminem poſſet pœnitere.
Belli iniuſti. Ouid. 5. Metam.
Conuiuiorum. Horat. Epod. 11.
Dignitatis ruæ non me pœnitet. Cic. 3. Philip.
Facti pœnitere aliquem. Catull. epigr. 28.
Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ num pœnitebat? Cic. 1. Philip. Curtius, Malo me fortunæ pœniteat, quàm victoriæ pudeat. Id est, Malo me dolore affici propter calamitoſam offenſionem, quàm pudore ob victoriam. Budæus.
Meæ fortunæ pœnitet me. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1, Eſti ea perturbatio eſt omnium rerum vt ſuæ quenque fortunæ maximè pœniteat: nemóque ſit, quin vbiuis, quàm ibi vbi eſt, eſſe malit: tamen, &c.
Pœniteret me hominis, Id est non magnificato hominẽ. Cic. 4. Acad.
Quid eum Mneſarchi pœnitebat, quid Dardani, qui erant Athenis tum principes Stoicorum? Budæus.
Imperij pœnitere. Cic. in Somn. Scip. Iam ipſa terra ita parua mihi viſa eſt, vt me imperij noſtri, quo quaſi punctum eius attigimus, pœniteret.
Induſtriæ noſtræ neque eos, neque alios pœnitebit. Cicero 2. de Inuent.
Ineptiarum ſuarum eos pœnitet. Cic. Cæcilio, lib. 2. 8.
Inſtituti. Cic. 1. Verr. Cuius conſuetudinis atque inſtituti patres maiorésque noſtros non pœnitebat.
Laudis me meæ pœnitet. Cic. ad Lent. lib. 1. 7, Multum intereſt, vtrũ laus imminuatur, an ſalus deferatur: me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum eſt.
Memet mei pœnitet. Cic. 3. de Orat.
Muneris ſui pœnitere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 1.
Pacis pœnitet. Liu. 5. bell. Maced.
Pœnitet me pecoris. Virg. 10. eclog.
Pœnitet rei, pro Nolle ita rem euenisſe, & ob id dolere. Cicero pro Domo, Quarum rerum ſiquem pœniteat, eum victoriæ Populi Romani pœnitere. Id est, quas res ſiquis non euenisſe velit, & ob id dolore afficitur. Budæus.
Scelerum pœnitet. Horat. 3. Carm. ode 24.
Vehementer ſui ſtatus pœnitet. Cic. Attic. lib. 2.
Pœnitet me verbi tui. Cic. pro Planc. Vide quàm me verbi tui pœniteat. Id est, quàm mihi non ſatis ſit hoc verbum. Budæus.
Virium pœniter. Liu. 1. ab Vrbe.
¶ Pœnitet, Parum videtur. Terent. Eunuch. 5. 7,
An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet
Adoleſcẽs, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Donatus. Cæſar lib. 2. bell. Ciuil. An pœnitet vos, quòd ſaluum atque incolumem exercitum nulla naue deſiderata traduxerim.
Pœnitens, pen. corr. pœnitentis, omn gen. {μετανοῶν.} Sueton. in Vitell. cap. 15, Non multo pòſt pœnitens facti.
Portus optimus pœnitenti, mutatio conſilij. Cic. 12. Philip.
Pœnitens de matrimonio Sueton. in Claud. Cæſare, cap. 43.
Pœnitendus {μεταμελητέος} Adiect. nomen, à Pœnitet verbo, id est Pudendus, & parui æſtimãdus. Liu. 1. ab Vrbe, Sub haud pœnitendo magiſtro. Colum. lib. 2. cap. 2, Itaque hic ager ſiue exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus.
Pœnitendum {μεταμελητέον} Gerundium legitur. vt, Non eſt eius præceptoris pœnitendum. Salluſt. in Iugurtha, Num eorum pœnitendum ſit.
Ad pœnitendum. Tacit. lib. 3.
Pœnitendi, Aliud gerundium {τῷ μεταμελεῖσθαι.} Cic. 4. Tuſc. Alexandrum regem videmus: qui quum interemiſſet Clutum familiarem ſuum, à ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit pœnitendi.
Pœniturus, pen. prod. {μετανοήσων} Accius,
Quod ſi procedit, neque te, neque quenquam arbitror pœniturum laudis:
Quam vt ſerues vide. Quintil. libro 9. cap. 3, Eouſque proceſſum eſt, vt non pœnituerum, pro non actuum pœnitentiam: & viſuros, ad videndum miſſos, Salluſtius dixerit.
Pœnitentia {μετάνοια, μεταμέλεια.} Plin. auunculus lib. 17. cap. 12, Nihil eſt fœdius agricolis, quàm geſtæ rei pœnitentia. Liu. 1. bell. Maced. Celerem enim pœnitentiam, ſed tandem ſeram & inutilem ſequi.
Agere pœnitentiam, Vide AGO.
¶ Pœnitentia, pro Contemptu & aſpernatione. Plin. lib. 5. cap. 17, de Eſſenis, Gens æterna in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt. Budæus.
Pœnitudo, pœnitudinis, Idem quod Pœnitentia. Pacuu. Teucro,
Quæ deſideria alumnûm, pœnitudines,
Squales, ſcapréſque, & incultas vaſtitudines. Nonius.
POENVLVS, diminutiuum eſt à Pœnus: vnde Plautina fabula nomen ſumpſit, in qua Pœnus Hanno Punicè loquens introducitur.
POENVS {Λίβυς} Carthaginienſis, à Phœnix, ſed aſpiratio detrahitur: & œ in u mutatur in deriuatiuo, Punicus, Punica, Punicum, non Pœnicus. Vide infrà in dictione PVNICVS.
Pœni {Λίβυες} (inquit Seruius) ἀπὸ τοῦ φοίνικος eſt, quaſi Phœni, quia à Phœnicibus orti. Virg. 1. Æneidos, -ponúntque ferocia Pœni

Corda volente deo.
Callidítate Pœnos Romani non ſuperarunt. Cic. de Aruſp. reſp.
Acutus vt Pœnus, & valde ſtudioſus ac diligens Clitomachus. Cic. 4. Academ.
Crudelitati Pœnorũ corpus Reguli præbitũ. Cic. 3. de Natur. deor.
Ductor Pœnorum, Annibal. Silius lib. 7.
Ferox Pœnus. Claud. 5. Paneg.
Fulmineus. Claud. de bel. Getico.
Pœnus Adiect. {Φοινικικὸς.} Stat. lib. 4. Sylu. 3,
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.
Leones Pœni. Virg 5. eclog.
Sermo. Stat. 4. Sylu. 4.
Poeta, poetæ, pen prod. maſc. gen. {ποιητὴς} ἀπὸ τοῦ ποιέω, quod est facio, effingo: quaſi fictor. Est enim qui elegantia carmina fingit. Horat. in Arte, -pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Manus multa poetarum. Horat. 1. Serm. ſatyr. 4.
Antiquiſſimum è doctis apud Græcos est genus poetarum. Cic. 1. Tuſculan.
Finitimus oratori poeta, numeris aſtrictior paulo, verborum autem licentia vberior. Cic. 1. de Orat.
Neminem adhuc cognoui poetam qui ſibi nõ optimus videretur. Cic. 5. Tuſc.
¶ Arguti poetæ. Horat. 2. epiſt. 2.
Aſtrictior verſu poeta, oratoris virtutes perſequitur. Cic. in Orat.
Poeta barbarus apud Plautum, Latinus eſt: vt, Marcus vertit barbarè, id est Latinè: & in eodem poeta, lex barbarica, Romana eſt. Turneb.
Bonus poeta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Cic. 2. de Orat.
Caſtum eſſe decet pium poetam. Catull. ad Aurelium, epigr. 16.
Clariſſimi. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Creſcens. Virg. 7. eclog.
Diſiecti membra. Horat. 1. Serm ſatyr. 4.
Diuinus. Virg. eclog 5.
Docti veteres poetæ Graiũm. Lucret. lib. 2.
Græci. Cic. 2. de Orat.
Grauis & ingenioſus. Cic. pro Plancio.
Illuſtres. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Magnum poetam quenquam ſine furore eſſe poſſe negat Democritus. Cic. 1. de Diuinat.
Seeli incommoda peſſimi poetæ. Catull. ad Caluum, epigr. 14.
Sãctos poetas tuo iure appellat Ennius, quòd quaſi deorum aliquo dono & munere commendati nobis eſſe videantur. Cic. pro Archia.
Seniorum poetarum turba. Horat. 1. Serm. ſatyr. 10.
Tener. Catull. ad Libellum, epigr. 33.
Veſanus. Horat. de Arte.
¶ Alere & formare poetam. Horat. de Arte.
Canunt poetæ, Vide CANO.
Confinguntur hæc poetæ. Cic. pro Roſc. Amer.
Valet natura ipſa poeta, & mentis viribus excitatur, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur. Cic. pro Archia.
Poema, pen. prod. poematis, pen. corr. neut. gen. {ποίημα.} Poetarũ opus, hoc eſt figmentum ſeu fictio. Plin. lib. 7. cap. 56, De poematum origine magna quæſtio eſt. Plaut. Aſinar. 5, Nam neque viſquam fictum, nec pictum, neque ſcriptum in poematis.
Auſtera poemata. Horat. de Arte.
Dulcia. Horat. de Arte.
Egregium. Cic. 1. de Orat.
Feſtiuum, concinnum, & elegans. Cic. in Piſonem.
Immodulata. Horat. de Arte.
Lacrymoſa. Horat. 1. epiſt. 1.
Legitimum, Vide LEX.
Pulchra. Horat. de Arte.
Ridenda. Iuuen. Satyr. 10.
Ridiculum. Horat. 2. epiſt. 1.
Sanctum. Horat. 2. epiſt. 1.
Tenerum, moratum, atque molle. Cic. 1. de Diuinat.
Tragicum, comicum, epicum, melicum ac dithyrambicum. Cic. de Opt. gen. Orat.
¶ Attingere poemata. Catul. ad Varum, epigr. 19.
Componere, Vide COMPONO.
Componere poema ad aliquem. Cic. Quint. fratr. lib. 3. 17.
Condere poema, Vide CONDO.
Condere poema Græcum. Cic. Attic. lib. 1. 11.
Tenui deducta poemata filo. Horat. 2. epiſt. 1.
Facere bona poemata. Horat. de Arte.
Varium & elegans omni ferè numero poema feciſti. Cic. 1. Acad.
Legere libentius poemata. Cic. Q. fratri, lib. 2. 12.
Natum inuentúmque poema iuuandis animis. Horat. de Arte.
Mira poemata pangere. Horat. de Arte.
Poeſis, huius poeſis, pen. prod. fœm. gen. Nonius, Poeſis & Poema hanc habent diſtantiam: Poeſis eſt textus ſcriptorum: Poema inuentio partua, quæ paucis verbis expeditur. Lucil. Satyr. lib. 8. Cic. 3. de Orat.
Quanuis claris ſit coloribus picta vel poeſis vel oratio.
Homeri picturam, non poeſim videmus. Cic. 5. Tuſc.
Poema Græci volunt à poeſi differre: quòd poeſis ſit totum opus poetæ, vt Ilias, Odyſſea. vnde Cic. 4. Tuſcul. dixit: Anacreontis tota poeſis amatoria eſt: hoc eſt, totum opus quod ſcripſit Anacreon. Poema verò ſit pars quædam operis: vt ſinguli Iliadis libri poemata dici poſſunt. Quam differentiam videtur Nonius agnouiſſe: ſed perpetua non eſt. Cic. in Orat. Itaque video viſum eſſe nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etſi abſit à verſu, tamen quod incitatius feratur, & clariſſimis verborum luminibus vtatur, potius poema putandum, quàm Comicorum poetarum: apud quos, niſi quòd verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Hoc loco poema pro

pro omni ſcriptione Platonis & Democriti Cicero poſuit. Proinde ſunt qui dicant, poema potius illud eſſe, quod poetis naturam exprimit.
Carcini poemata. Dicebantur ea quæ viderentur obſcurius, & inſtar ænigmatis dicta. Carcinus enim poeta quiſpiam fuit, qui finxit Oreſtem ab Ilio coactum vt matricidium confiteretur, per ænigmata reſpondiſſe, vt author est Suidas, qui teſtatur prouerbium à Menandro vſurpatum in falſo Hercule. Eraſm.
Poeticus, pen. corr. Adiect. {ποιητικὸς} Quod ad poetam pertinet: vt Ars poetica, & Verba poetica. Cic. 3. de Orat. Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Quintil. lib. 1, At in eadem vitij geminatione Metier, Sufficier, dicens Ennius, poetico iure defenditur. Id est authoritate poetica. Cic. 1. de Orat. Poeticus numerus.
Poetici dij. Cic. 3. de Nat. deor.
Licentia. Quintil. lib. 2 cap. 4.
Mella manare. Horat. 1. epiſt. 20.
Themata. Quintil. libro 2. cap. 10, Et poetica (vt verè dixerim) themata iuuenibus pertractare permittemus.
Voluptates. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Poetice, pen. corr. Aduerb. {ποιητικῶς} More poetico. Cic. 5. de Finib. Vt poeticè loquar.
Poetica, poeticæ, & Poetice, poetices, pen. corr. {ποιητικὴ} Ars ipſa conſcribendorum verſuum. Cic. 1. Tuſc. Serius poeticam nos accepimus.
De dignitate Poeticæ vide Strabonem lib. 1.
O præclaram emendatricem vitæ poeticam! Cic 3. de Orat.
Poetor, pen ult. prod. poetaris {ποιέω} poetári, In poetica ſe exercere, ſiue poetam agere. Ennius,
Nunquam poetor niſi podager.
Poetria, poetriæ, pen. corr. & Poetis, pen. prod. poetidis {ποιήτρια} Id est mulier poetices perita. Cic. pro M. Cælio, Verùm hæc tota fabella vetereis, & plurimarum fabularum poetriæ, quàm eſt ſine argumento, quàm nullum inuenire exitum poteſt! Perſius in Proœm.
Poeticus, pen. corr. {ποιητοποιὸς} Adiect. quo vſus eſt Ennius, qui Caballinum fontem poeticum nominauit.
Pogonia, vel Pogonias, pogoniæ, pen. corr. {πωγωνία} Dici poteſt barbata, Genus cometæ. πώγων enim barba Græcis dicitur. Plin. libro 2. cap. 25, Pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.
Pol, Aduerb. iurantis {τὸ τὸν πολυδεύκεα} per Pollucem. Cic. 3. Tuſc. Pol mi fortuna magis nunc defit, quàm genus. Ex poeta. Horat. 1. epiſt. 7, -pol me miſerum patrone vocares.
Certè pol. Terent. Eunuch. 4. 5,
Certè tu quidem pol multò hilarior.
POLA {πόλαι} Iſtriæ ciuitas, quondam à Colchis condita. Pietas Iulia Plinio dicitur lib. 3. cap. 19. in deſcriptione Iſtriæ.
Polea {πῶλος} ſimus pulli aſininus, quem equa initio partionis ante fœtum effundit, vt ait Ariſtoteles, qui polion: Plinius verò lib. 28. cap. 13, polean vocat.
Polemarchi {πολέμαρχοι} ſunt apud quos ſumma rei militaris & agitur & refertur: & Polemarchia munus ipſum, & magiſtratus vocatur. Hodie apud nos hi Mareſcali vocantur, quaſi maiores iudices, hoc eſt iudices in Cabalo ſedentes, vno tantùm magiſtro equitum, id est Connestabulo inferiores. Siquis Latinè dicere velit, eos Tribunos militum poſſit appellare. Sic etiam vocantur in cap. Officium. de re milit. in P. Hæc Budæus in notis Id Pandectas. l. vltima. ad finem. De muneribus in Pand.
Polemarchus {πολέμαρχος} à belli ductu, quaſi belli dux. Ætolis verò Polemarchus, claudendarum portarum, & vrbis curam gerebat, claúſque noctu detinebat: interdiu autem, cuſtodiis portarum aſſidebat. Alexand. Alexandrinus lib. 3. cap. 16.
Polemarchia, In POLEMARCHI.
POLEMON, pen. corr. {πολέμων} Athenienſis philoſophus, prima adoleſcentia laſciuus, & voluptatibus deditus, quum patẽtem Xenocratis ſcholam intraſſet, déque modeſtia & moribus ſermo haberetur, ita demum ad eum flexit animum, vt reiecta incontinentia, ſe totum philoſophiæ addixerit: ex quo poſtea eius ſchola ſucceſſit. Author Gellius. Diogenes eũ multa ſcripſiſſe teſtatur. Suidas nihil ſcripti reliquiſſe aſſerit.
Mutarus Polemon. Horat 2. Serm. Satyr. 3.
¶ Polemon, cognomento Helladicus, genere Iliæus, hiſtoricus nobiliſſimus, æqualis Ariſtophanis grammatici, Panætij, diſcipulus, ſertpſit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ geographiam, & de curſu orbis libros tres. Suidas.
¶ Polemon alius è Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac præcepit, æqualis Herodis Attici, ſub Adriano principe, ad quem legatus quãdoque Smyrnæorũ miſſus, ab eóque honorificè exceptus, & muſæo Ægyptio adſcriptus eſt.
Polemonia, polemoniæ, pen. corr. {πολεμώνιον} Herba. Plin. lib. 25. cap. 6, Polemoniam, alij philetæriam, à certamine regum inuentionis appellant.
POLEMONIVM {πολεμώνιον} Ptolemæo libro 5. cap. 6, Cappadociæ vrbs: vulgò *Leona*.
Polenta, polentæ {ἀλφιτον} Dicitur & pulenta. Sic fiebat, Perfosum aqua hordeum ſiccabant nocte vna, poſtero die frigebant, deinde molis frangebant, feruabántque in multos dies. Cato de Re ruſt. cap. 108, Tum id percolato, polentã adiicito. Ruell. libro 2. cap. 16, Polentam Græci alphita nominant torrefacti hordei farinam, quæ nunc tota Gallia, ſicca criothe, vel grio ſiccum, quaſi torrida & tefficata crithe vel cri vocatur. Vænalis ea circumfertur ſpiſſandis carnium iuribus quanquam & ex auena retorrida cœpit fieri, & eadem nominis ambage proferri. Chariſius lib. 1, Polenta dici debet per omnium rei Verrius Flaccus rationem reddit, quòd vſu omnium poliatur. Hæc ille. Non immeritò ridentur quidam Grammatici ſcribere auſi, polenta eſſe generis neutri, decepti ex non intellecto carmine Ouidij libro 5. Metamorphoſeos,
Dulce dedit teſta, quod coxerat antè polenta. Quum ſenſus & ordo ſit, Dedit ei dulce, quod antè coxerat de polenta. Quod ex quinto inde verſu eodem in loco ſatis aduerti poterat,
Cum liquido miſta perfudit diua polenta.
Grandis polenta. Perſius Satyr. 3.
Polentarius, Adiect. {ἀλφιτικὸς} Quod pertinet ad polentam, ſeu quod eſt ex polenta. Plaut. Curcul. 7,
Eiiciam crepitum polentarium.
POLENTIA {πολεντία} Vrbs Liguriæ Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *Polanza*. ¶ Eſt etiam apud Melam lib. 2. cap. 7. caſtellũ in maioribus Balearibus nomine Polentia, nunc vulgò *Polenſa*, vt ſcribit Ortelius.
POLETES, interuentius Epidauriorum ad Illyrices: de quo audi Alexãdrum Alexand. lib. 4. cap. 10, Prodítum eſt de Epidauriis mirum, quòd quum Illyricos mores oſos haberent, nec illorum commercia vitare poſſent, vt ſe à contagione accolarum ſeruarent immunes, ita caniſſe, vt vnum ſeligerent ætate grauem, qui ſolus ad illos penetraret, cum quo commercium habeerent, quem Poletem dixerunt.
Polia, gemma quædam. Plin. libro 37. cap. 11, Polia canitiem quandam ſparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios.
Polia, poliæ, Grex equorum. Vlpian. in l. Ædiles aiunt D. de ædil. edict. Nam ſi polia venierit: dicemus vnum equũm, qui vicioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere. Catellianus Cotta putat poliam eſſe equitium, hoc eſt equorum mandram, ſeu armentum equinum: deſcendereque nõ à pluralitate, vt Accurſius voluit, ſed potius à Græco nomine πῶλος, quod pullum & maximè equinum ſignificat. vnde πωλοδαμάζειν, eſt equos domare.
Polimenta, polimentorum {ὄσχεα} Teſticuli porcorum dicuntur, quum caſtrantur: à politione veſtimentorum, quòd ſimiliter vt illâ curantur, inquit Feſtus. Plaut. Menæch. 5,
-pernam itidem, aut ſinciput,
Aut polimenta porcina.
Polio, polis, poliui, politum, pen. prod {ξέω, ξύω, λευκαίνω, λευκόω, κτενίζω} politre, Colere, ornare, & quaſi vrbano & politico more (qui ruſtico contrarius eſt) componere, vt ait Sipontinus. Virg. 8. Æneidos,
Certatim ſquamis ſerpentum, auróque polibant. Cic. 2. de Legib.
Hoc plus, inquit, ne facito togum, aſcia ne polito.
Arma polire deorum. Stat. 4. Sylu. 6.
Signa Dædala polire. Lucret. lib. 5.
Tigna. Claud. 3. Paneg.
Pumice poliantur geminæ frontes. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1.
Carmina polire ſollicita cura. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Cic. 1. de Orat.
Politus, pen. prod. {ξυστὸς, ξέστος, ξέσις, κλίσις, λαφυρὸς} politior, politiſſimus. Plin. lib. 13. cap. 4.
Fronte politus. Perſius Satyr. 5,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Aſturam rapido ſeruas ſub pectore vulpem.
Politus, vrbanus, elegans. Cic. de Clar. Orat. Sinatrem ineruditerii & ſiccitatem & inopiam, dummodo ſit polita, dum vrbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc rectè duntaxat.
Politus è ſchola. Cic. in Piſonem, Dices, enim, vt es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus è ſchola; Quid eſt Cæſar? &c.
Politus artibus. Cic. 1. de Finib. Et ad Memmium, lib. 13. 1, Eſt enim omni liberali doctrina politiſſimus.
Pictus & politus omnibus artis coloribus. Cic. Attic. lib. 2, Sic hunc omnibus à me pictum & politũ artis coloribus ſubitò deformatum, non ſine magno dolore vidi.
Doctrina politos conſtituit quóſlam pariter. Lucret. lib. 3.
Politus omnibus virtutibus. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2.
Politum quid & perfectum proferre. Cic. 1. de Orat.
Nihil acutius, nihil politius Ariſtotele. Cic. 4. Acad.
Arte politiſſima perfecit caput Veneris Apelles. Cicero Lentul libro 1. 9.
Politæ columnæ. Cic. ad Q. fratr. libro 3. 17, Quod mihi nunc denique apparuit, poſteaquam & ipſa tota patet, & columnæ politæ ſunt.
Politior elegantia. Cic. 3. de Finib. Quinetiam agricultura quæ abhorret ab omni politione elegantia, &c.
Politæ facetiæ, Elegantes & ornatæ. Cic. 1. de Orat. Multò maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepõre & politiſſimis facetiis pellexiſti.
Politioris humanitatis expers. Cic. 1. de Orat.
Accurata & polita oratio. Cic. de Clar. Orat.
Politiſſimus & acutiſſimus noſtræ memoriæ philoſophus. Cic. 4. Acad. De Antiocho.
Sermo politus. Claud. 8. Paneg.
Politulus, penultima corr. {ὑπομελάνθρωπος} Adiectiuum diminutiuum. Cic. ad Volumnium, libro 7 34, Opus eſt huc limatulo & politulo tuo iudicio.
Politè, pen. prod. Aduerb. {γλαφυρῶς.} Cic. 1. Acad. Quæ & ſunt magna ſanè, & limantur à me politius.
Politè & ſubtiliter. Cic. 4. Acad. Negatis hæc tam politè, támque ſubtiliter effici potuiſſe, ſine diuina aliqua ſolertia.
Ornatè politéque dicere. Cic. pro Cælio.
Eloqui politè. Cic. 1. Tuſc. Fieri autem poteſt vt rectè quis ſentiat, & id quòd ſentit, politè eloqui non poſſit.
Scribere politè. Cic. de Clar. Orat. Et luculenter quidem ſcripſerũt, etiam ſi minus quàm tu, politè.
Politor, pen. prod. politoris, Verbale. Vlpian. in l. Cum duobus. D. pro ſocio, Veluti quum pecus in commune paſcẽdum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. Erant autem politores, qui agros excolere atque polire conſueuerant. Nonius enim Marcellus ſic ait, Politiones agrorum cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta; & ad nitorẽ deducta. Ennius Satyr. lib. 3, Teſtes ſunt lati cãpi, quos gerit Africa terra politos. Et Annal. 8, Raſtros dentefabres capſit cauſa poliendi agri. Varro, Quid mirũ, ſi ex

Metamorphoſeos,

agri depolitionibus eiiciũtur, quum hîc in cœnaculo polito recipiuntur? Hæc Nonius. Hoc etiam significato politionem & politorem dixit Cato de re rustic.cap.136.

Politores gemmarum.Firmicus lib.4.cap.7.ad finem.

Politio, politionis, Dicitur illa cultura quæ pactione certæ frugis pro mercede fit, atque adeò ipsa merces. Cato de re rustica, Politionem quo pacto dari oporteat? in agro Casinate & Venusio in loco bono parte octaua corbi diuidat:satis bono septima,tertio loco sexta,&c.

Politura, polituræ,pen.prod. {πόλανσις.} Plin.lib.11.cap.24, Quàm non ad hoc videtur pertinere etibaratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte,ipsa per se tenax ratio tramæ? Idem lib.36.cap 6, Thebaica polituris accommodatur.

Ad polituram sarcire, Vide AD.

Polio, polionis, masc gen.Qui arma polit.Firmicus lib.2,Mars & Mercurius in decimo ab horoscopo loco poliones faciunt.Meminit Callistratus lib.50.D.de Iure immunit.Iquibusdam.

Polion {πόλιον} Vide POLEA.

Polion,siue polium,est etiam herbæ nomen, quam Plinius describit lib 21.cap.7,Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus,ad omnia vtilem prædicantium, supérque cæteras ad famam etiam dignitatis:prorsúsque miram,si modò(vt traditi) folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur.

POLISMA est ciuitas in Rhetia ad Simoentis ripas. Strabo lib.13,Astypalienses itaque, qui Rhetium tenuerunt, primi oppidum iuxta Simoentem habitauere, quod nunc Polisma nominatur, in loco non valde idoneo,&c.

POLITES, penult.prod. Priami filius ex Hecuba vxore à Pyrrho, capta Troia interfectus. Virg.lib.2.Æneidos,

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cede Polites
Vnus natorum Priami per tela per hostes
Porticibus longis fugit & vacua atria lustrat
Saucius,illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur,iam iámque manu tenet & premit hasta.

Politia,politiæ,Respub.quo nomine inscriptus est liber Platonis.Cic. 1.de Diuinat.

Politicus,pen.corr.Adiect. {πολιτικὸς} Quod est ciuile. Cic.Mario,lib.7. 1,Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quũ aut homo imbecillis à valentissima bestia laniatur? Quædam exemplaria legunt polito. Idem ad Attic.lib.9, Sumpsi mihi quasdam tanquam thesseras, quæ & politicæ sunt,& temporum horum.

POLIVCHI {πολιοῦχοι} Dij tutelares,quos cuique loco præsse antiquitas existimabat. Poliuchos Minerua apud Spartanos cognominata est,quòd eorum ciuitati imperaret. Herodotus.

POLLA {πόλλα} vxor Lucani poetæ,cuius meminit Stat.2.Sylu.7,

Tu castæ titulum,decúsque Pollæ
Iucunda dabis allocutione. Paulóque infrà eam commendat ab eruditione.

Pollen,pollinis,pen.corr.neut.gen.vel Pollis,pollinis,masc gen.{γύρις, παιπάλη} A polleo deduci videtur,Flos tritici. Terent.Adelph.5.3,

-ego istuc videro:
Atque illi,fauillæ plena,fumi,ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo. Marcellus Dioscoridis interpres dicit esse pollinem,tenuissimum pulcrem magis quàm farinã, qualis circa molas plerunque & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens,inuenitur,vnde sit panis omnium infirmissimus. Colum.lib. 6.cap.30,Et thuris polline cum eo qui prosluit,sanguine immisto,armi linantur.

Pollis polentæ.Cato cap.157.

Pollinarius,Adiect. {γυρικὸς} Quod ad pollinem pertinet: vt Cribrum pollinarium, Quod lino, non setis equorum sit ad pollinem purgandum. nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plin.lib.18.cap.11. Plaut.Pœn.7,

Nam iste quidem gradus sucreetus est cribro pollinario.

Pollintor, pollintotis, masc.gen. {γυρεφόρος.} Curator pistrini, qui farinã facit, & pollinem, quíque pollinario cribro pollinem excutit. Cato cap.5,Operarium mercenarium,pollintorem, dixius eundem ne habeat die. Alij politorem legunt.

Pollinceo, pollinces, pollincui,pollincêre, Farinam in pistrino lucrifactam diuidere,inquit Sipontinus.

Pollintio,Verbale.Cato cap.136,Pollintionem in agro Casinate & Venafio sic dare oportet. In loco bono parte octaua corbi diuidat, fatis bona septima,tertio loco sexta,si granum modio diuidet,parti quinta in Venafio ager optimus, IX. parti corbi diuidat. Alij legunt politionem.

Polleo,polles {ἰσχύω,δύναμαι,ἰσχύομαι} pollêre,Posse,valere. Cic.in Parad. Nec est vlla res quæ plus apud eum polleat,quàm ipsius voluntas atque iudicium.

Polleat moderatione & constantia.Cic.4.Tusc.Is,quisquis est, qui moderatione & cõstantia polleat,quietus animo est,sibíque ipse placatus,vt nec tabescat molestiis,&c. In quibusdam exemplaribus desideratur polleat.

Pollere quæstu dicitur, quod est pretiosum. Plin.lib.19.cap.3,Sunt etiamnum duo genera, nonnisi sordido nota vulgo, quum quæstu nullo polleant.

Scientia pollet virtus.Cic.in Partit.

Posse & pollere.Liu.1 ab Vrbe.

Pollere ad,vel aduersum. Plin.lib.16.cap.22, Cur ergo non eadem causa aduersum omnes polleat, iure miremur. Cic.2.Offic. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet.

Pollet contra.Plin.lib.24.cap.19, Herba quæ gignitur supra fimeta ruris,contra anginas efficacissimè pollet ex aqua pota.

Pollere in remediis aurum.Plin lib.33.cap.4.

Pollere in Rep.Cæsar 1.bell.Ciuil.

Pollet eius authoritas, Id est valet, in pretio est,& magni est ponderis.Sallust.in Iugurtha.

Facundia pollet tuis ingeniis.Claud.4.Paneg.

Plurimum pollet oratio in peroratione.Cic.de Clar.Orat.

¶Pollere, Præstare, vtilius esse.Plin.libro 36.cap.22,de cotibus,Ex oleo & aqua Ciliciæ pollentiex aqua Arsinoiticæ. Hoc est quod vulgus dicit, *Melius valent*,vel *Bene valent*.

Plus pollet potiórque est filius patre.Cic.4.Tusc.

Pollens, pollentis {δυνατός} Partic. siue Nomen ex participio. Plaut. Capt.6,

Quod genus illic vnum est pollens,atque honoratissimum.

Auis pollens,Silius lib.8.

Hostis equo pollens Ouid.3.Trist.eleg.10.

Fulmine pollens regia Iouis.Ouid.ad Liuiam.

Opibus pollens.Lucret.lib.1.

Corpora pollentia simplicitate.Lucret.lib.1.

Venenis gelidis pollens Ophiusa.Valer.6.Argon.

Matrona.Ouid.5.Metam.

Herbæ.Ouid.7.Metam.

Pollens vini.Plaut.Curcul.3.

Pollentia,pollentiæ {δυνάμις} Potentia. Plaut.Rud.16,

Vindicate,ne impiorum potior sit pollentia.

POLLENTIA {πολλαντία} Plinio authore, oppidum fuit in maiore Balearium insula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes inclyta lanarum nobilitate:de qua Sylius lib.8,

-fuscíque ferax Pollentia villi.

Pollentinus,pen.prod.Adiect. {πολλαντῖνος.} vt

Campus Pollentinus.Claud.4.Paneg.

¶Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum distantes à Tolentinatibus,vt indicat Plin.lib.3.

Pollex,pollicis,pen corr.masc.gen. {αὐτίχειρ} Primus in manu digitus: sic vocatus quòd cæteris potentior sit.Macrob.lib.7.Saturnal.cap.13, Pollex, qui nomen ab eo quod poller, accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quàm tota manus in officio est. Vnde & apud Græcos αὐτίχειρ vocatur,quasi manus altera. Plin.lib.11.cap.43,Hominis pollex articulos habet binos. Cic.3.Offic.Durius etiam Athenienses, qui sciuerunt vt Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur,hoc visum est vtile.

Ictus pollicis.Horat.4.Carm.ode 6.

Festiuus.Claud.in Præfat.lib.2.de raptu Proserpinæ.

Honestus.Persius Satyr.6.

Ignauus.Stat.4.Sylu.4.

Sollicitus.Claud.8.Paneg.

Tener.Ouid.1.Amor.eleg.4.

¶Leui deducens pollice filum.Ouid.4.Metam.

Et reliquum nitido detersit pollice somnum. Claud.in Epithalamio Palladij.

Artificémque tuo ducit sub pollice vultum.Pers.Satyr.5.

Pollice primo metere.Martial.lib.10.

Mouere chordas pollice.Stat.1.Achil.

Impresso pollice nentes stamina.Ouid.8.Metam.

Habili pollice prætentat chordas.Ouid.1.Amor.eleg.4.

Irresectum pollicem dente rodere.Horat.Epod.5.

Tremulo pollice siccare lacrymas.Ouid.epist.18.

Docto pollice solicitat stamina.Ouid.11.Metam.

Tentauit impulsas chordas pollice.Ouid.10.Metam.

¶Pollex, etiam in pede.Plin.libro 7.cap.53, Qu.Æmylius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.

Premere pollicem.conuertere pollicem. Antiquitus in pollice fauoris erat,studíque significatio.Qui faueret,pollicem premebat:qui minus faueret,pollicem cõuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt,vt iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto faueri:conuertere, qui malè vult. Plin lib.28.cap.2, Pollices quum faucamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuenalis Satyr.3,

-& verso pollice vulgi,
Quemliber occidunt populariter. Horatius vtroque pollice dixit, pro summo fauore,1.epist.19,

Consentire suis studiis,qui crediderit te,
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. Porphyrion enarrat hunc ad modum: Vtroque pollice, id est vtraque manu,συναμφοτέραις. Synecdoche à parte totum. An qui vehementius laudat, manus iungens,iungit pollicem cum proximo? Acron hoc pacto, vtroque pollice,συναμφοτέροις, manu vtraque ,sublatáque pariter ac sæpius mota. Hic enim gestus valde laudantium est. Sanè vtrunque , sicut ex iis conijci licet,prouerbij origo fugit.Erasmus.

¶Pollex,in arborum corticibus.Plin.lib.13.cap.4,de palmis arboribus,Reliquæ teretes atque proceræ, défis gradatísque corticum pollicibus vt orbibus , faciles se ad scandendum Orientis populis præbent,&c.

Pollicaris,& hoc pollicare, pen.prod. {αὐτιχειριαῖος} Quod pollicis latitudinem siue crassitudinem habet. Plin.lib.15.cap.24,Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcara pollicari latitudine. Est autem pollex duodecima pars pedis , digitus sextadecima. Vide VNCIA.

POLLEX,Viri proprium. Cicero Attic libro 13.Pollex quidem, vt dixerat, ad Id.Sextil.ita mihi Lauinij pridie Id.præsto fuit,sed planè pollex,non index:cognosces igitur ex ipso.

POLLIA tribus Romana ex loco Pollio denominata. Alexandrinus Alexander lib.1.cap.17.Vide TRIBVS.

Πολλὰ κρᾶσθαι: prouerbium nobile , quod non omittendum eò duximus , quia non apud Græcos modò vsui esse debeat : sed multo magis apud nos,si Christiani sumus. Sed vt rem intelligas : Græcis ad sacrificium accessurus , hoc præfatur primùm, Τίς πρᾶσις? hoc est: Quis hîc? Qui verò intersunt sacris, referunt , πολλὰ κρᾶσθαι : quod est dicere , Multi & boni : Nam polluti homicidio , aut sanguine infecti humano,hominésque turpissimarum sordium, sacris arcebantur,néve aras contingerent,aut sacrificio interessent, lege vetabantur. Alexander lib.4.cap.17.

Polliceor,

Polliceor,polliceris, pen.prod.pollicitus sum, pen.corr. {ὑπισχνέομαι, κατανεύω, καταμαντεύω} polliceri, Promittere, Verbum commune secundum Prisicianum: nam in significatione passiua vsus est Ouidius 1.de Arte,

Pollicitis dines quilibet esse potest. Polliceri igitur, est Vltro, seu ex pactione aliquid promittere. Terent.Andr.3.5,

Negabón' velle me,modo qui sum pollicitus ducere?

Polliceri & promittere. Cic. pro Plancio, Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar,sed horum erga me beneuolentiam promittebam.

Benignè polliceri aliquid Cic.Figulo,lib.4.13.

Liberalissimè polliceri,Vide LIBER,liberi.

Prolixè aliquid, Cic pro Domo sua, Neque ille tot suspicionibus certorum hominum exulceratus,quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi polliceretur.

Vltro. Cic 4.Verr, Quando id quod opus esse putaret, non vltro pollicita est?

Offerre se,& vltro polliceri Cic pro Plancio.

Alicui operam suam. Cic.1.Verr.Tamen his operam tuam pollicebere,qui te neque velle sua causa, nec si cupias, posse arbitrantur.

Præsidium suum alicui.Cic.10.Philipp.

Profiteri alicui & polliceri studium suum singulare. Cicero Licinio,libro 5.8.

Se memorem alicuius facti.Cæsar 1.bell.Ciuil.

Te buccinatorem fore existimationis meæ pollicetis. Cic.ad Tironem,lib.16.21.

Quantum velit quis pollicẽri,Cic.2.Verr. Deinde esse pollicitum quantum vellent pecuniæ,si me Ædilitate eiecissent.

Tantum vobis quantum facere possum polliceor. Cic. Post reditum ad Quirites.

Reduci aliquid polliceri.Virg.9.Æneid.

Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo. Cicero 2.de Lege Agraria.

Per alium alicui polliceri. Cic.Attic.lib.13, Erat, si meministi, in Consulatus petitione per te mihi pollicitus,si quid opus esset.

Quod nos de eo pollicemur, ille summa fide perficiet. Cic.pro Domo sua.

Bene polliceri,Salluſt.in Catilin.

¶Polliceri,pro Affirmare aliquando accipitur.

Tantum tibi polliceor de Annio , te maioris, &c. Cic.ad Curionem,libro 2.5,De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor,te maioris animi,grauitatis,constantiæ, beneuolentiæque erga te, si complecti hominem volueris,habiturum esse neminem.

Illud tibi pollicebar.Cælius ad Cic.lib.8.10,Quod ad tuum discessum attinet,illud tibi possum polliceri , me curaturum vt tibi succedatur:illud certè præstabo,ne amplius prorogetur.

Habeo polliceri,Id est,hoc pollicendum est mihi,vt ait Valla.Cic. Lentulo,lib.5.5, De Alexandrina re, causáque regia tantum habeo polliceri: me tibi absenti , tuíque præsentibus cumulatè satisfacturum.

¶Polliceri,passiuè.Vlpian.in l.1.§.est autem.D.de exerc.action.Est autem nobis electio, vtrum exercitorem,an magistrũ conuenire velimus: sed ex contrario,exercenti nauem aduersus eos qui cum magistro contraxerunt,actio non pollicetur : quòd non eodem auxilio indigebat.

Pollicitus,pen.corr.Participium {ὑποσχεθείς.} vt

Fidem pollicitam dictis addere.Ouid.3.Fast.

Torus pollicitus.Ouid.epist.20.

Pollicitum, polliciti, pen.corr. {ὑπισχνούμενον} Promissio. Colum.lib.11. cap.3,Memores polliciti nostri,subiungemus cultus horrorum.

Dies pollicitis.Ouid.1.de Arte.

Pignora polliciti dare.Ouid.epist.17.

Pollicitor,pen.corr.pollicitaris {καταφατίζω} pollicitári , Frequentatiuum.Plaut.Milit.12,

-insipientia,non fallacia hæc sit,
Me ire in opus alienum,aut tibi meam operam pollicitari. Terent. Andr.5.4,

Sollicitando & pollicitando,eorum animos lactas?

Pauxillatim pollicitari,Vide Pauxillatim,in PAVCVS.

Pollicitatio, pollicitationis, Verbale {ὑπόσχεσις.} Budæus, Pollicitatio, offerentis solius promissum. Plin.ad Traianum,lib.10.epist.39,Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur,vt basilicæ circa, vt porticus supra caueam. De iis verò quæ in contractibus promittuntur,pollicitationem dici,vel promissorem pollicitatorem vocari, nusquam lectum est: licet polliceri verbum ad omnia promiscuum sit. Cæsar in fine Comment. Hunc incitatum suis,& regis inflatum pollicitationibus , quæ fieri vellet Photinus , nuntiis literísque edocuit. Vlpianus in l. Pactum.D.de Pollicitat. Pactum est duorum consensus,atque conuentio.Pollicitatio verò offerentis solius promissum,& ideo illud est constitutum,vt si ob honorem pollicitatio fuerit facta,quasi debitum exigatur.

Accessere ad se aliquos pollicitatione aliqua. Asinius Pollio Ciceroni,lib.10.32.

Auferre pollicitationes,Vide AVFERO.

Pollinarius,Vide POLLEN.

Pollincio,pollincis,pollinxi,pollinctum {κεφαλαιόω} pollíncere,pen. corr.Est curare,vngeréque cadauera.Plaut.in Prologo Fœnuli,

Eorum alter viuit,alter est mortuus.
Propterea apud vos dico confidentius,
Quòd mihi pollinctor dixit,qui eum pollinxerat.

Pollinctor, pollinctoris {νεκροκόμος,σοφιστὴς} Curator funerum , & vnctor cadauerum. Apul. Pollinctor eius funeri dum vnctionem parauit. Plaut.Asin.16,

Ecquis currit pollinctorem accersere?

Pollinctura,pollinctuæ,pen.prod. Ipsa curatio.Plaut.Sticho,14,

-nam hinc quidem
Hodie pollinctura,præter nos,iam dabitur nemini. Alij legunt pollictura.& certè hîc de conuiuio agitur,nihil de cadauere.

Pollintor,Vide POLLEN.

POLLIO {πολλίων} Vide in dictione ASINIVS.Constat ex Seruio hunc Virgilij fuisse patronum: cuius ipse Virgilius meminit sæpius eclog. 3. Horat.quoque 2. Carm. ode 1, hunc tragœdiarum & historiarum fuisse scriptorem testatur his versibus,

Periculosæ plenum opus aleæ,
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paulum seueræ Musa tragœdiæ
Desit Theatris. Idem 1.Serm.satyra 10,
Pollio regum
Facta canit,pede ter percusso.

Pollucco,polluces, pen.prod, polluxi, pollúctum {κοσμέω,κοσμίω} polluere,pen.prod.Verbum ad sacra pertinens. Cato cap 132,

Ioui dapali culignam vini quatumuis polluceto. Ibidem,

Dape polluecnda.

Polluere,pro Pellucere,Nitidum, lucidum & splendidum ac politum esse,posse videtur Columella lib.10,

Quàm nitidis hilares polluent fœtibus horti. Alij habent, colluent.

Polluere,Opiparè apparare conuiuium & lautè: quia lautè fieri solebat sacrificium Herculi.

Pollúctus, Participium,vt Pollúctus virgis, apud Plautum, Id est virgis expositus , sicut in pollucto Herculis omnia exponebantur obuiis. Sic & idem Plaut.Rudente,

Non ego sum pollucta pago. Id est,communis & publica pago. Ex Turnebo.

Pollucibilis & hoc pollucibile,pen.corr. {πολυτελὴς.} Pollucibilis cœna à Macrobio pro opipara & spiendida vsurpatur. Sic enim lib.3. Saturnal cap.17, Cleopatra pertentans Antonium pollucibilem sanè cœnam parauit.

Pollúctum,pollúcti, Cœna est pollucibilis & opipara.Plin.lib.32. cap.2, Numa constituit vt pisces qui squamosi non essent , ni pollucerent patrimonia,commentus, vt coniuia publica & priuata , cœnæque ad pulmaria facilius compararentur,ni qui ad pollúctum concrent pretio minus parcerent,eáque præmercarentur. Hunc locum ita restituit Budæus, vbi corrupte legebatur, polliucerent, & pollinctum. Plaut.Rud.ad finem, Spectatores vos quoque ad cœnam vocem , ni daturus nihil sim, neque sit quicquam pollucti domi. Id est,si nobis esset cœna tam lautè apparata , quàm esse solet eorum qui votiuum epulum faciunt,hoc est pollúctum:ad cœnam vos vocassem. Ex Budæo. Veitut & Macrob.lib 3.Saturnal cap.16.ad finem.

Pollucibiliter, penult.corr. Aduerbium {πολυτελῶς} Lautè & splendidè.Plaut.Mostel.2,

-pascite
Parasitos,opsonate pollucibiliter.

Pólulus,pen.corr.Adiect.pro Paululus, vel paruulus: antiquum.Cato cap. 10, Vrceos tres, labellum polulum , amphoras olearias duas. Idem cap.21,Sublaminas polulas minutas supponito.

Pollulus,Paruus,Exiguus.Varro 4.de Ling.Lat.vt legit Turnebus,Pulluinar,inquit, vel à pluribus , vel à pollulis declinatum. Puluinaria enim pollula & exigua sunt culcitris comparata:sed & ea habere plura patresfamiliás solent. Cato,labellum pollulum pro paruo eodem modo dixit. Potest & dici sic vocatum vel à pluribus hominibus, vel à pollulis: idque consentaneum magis eius voluntati videbitur. Pro pluribus plumis edunt alij, & pro pollulis,pellulis.

Polluo,polluis,pollui,pollutum,pen.prod. {χραίνω, μολύνω,μιαίνω} polláere,Quasi porrò lauare: sed per contrarium sæpe numero ponitur pro Inquinare.Ouid.2.Metamorphoseos,

Afflatúque suo populos,vrbéque,domósque Polluit.

Aquas castas.Ouid 2.Fast.

Cæremonias incesto stupro & flagitio.Cic.pro Domo sua.

Dapes orc.Virg.3.Æneid.

Domus casta polluitur stupris.Horat.4.Carm.ode 5.

Fœdus naturæ polluere concubitu vetito.Ouid.10.Metam.

Formam auro.Tibul.lib.1.eleg 9.

Iura scelere nefario. Cic pro Rosc.io Amer. Nemo putabat quenquam esse,qui quum omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset,somnum ullum capere potuisse.

Inexpiabili scelere omnia iura deorum hominúmque. Cicero 11. Philipp.

Flagitio omni ludos. Cic.de Aruſp.resp.

Lues impura ludos polluit.Cic.de Aruſp.resp.

Macula pollui.Claud.2.Paneg.

Ora cruore polluit.Ouid.15 Metam.

Sacra.Cic.6.Verr.

Sacra marita polluere nouo toro.Propert.lib.3.eleg.20.

Pollutus,pen.prod. {μολυνθείς,μιανθείς} Participium, vt Sanguine pollutus.Lucan.lib.1.

Amor.Virg.5.Æneid.

Corpus.Catul.in Carm.Nupt.57.

Dextra.Lucan.lib.2.

Domus.Lucan.lib.2.

Enses.Lucan.lib.2.

Fœdera dolis.Silius lib.11.

Hospitium.Virg.3.Æneid.

Licentia.Salluſt.in Iugurtha.

Mensa nullo cruore.Silius lib.7.

Pollura & violata sacra.Cic 7.Verr.

¶Pollutus, Abluté. Salluſt.in Iugurtha , Et iam tum alios magistratus plebs, Consulatum nobilitas , inter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus,neque tam egregius factis erat , quin is indignus illo honore,& quasi pollutus haberetur.

Pollutum. Varro de Ling.Lat.lib.5, Pollutum quod à porriciendo est factum. Quum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in

ara,tum pollutum est, vt quum profanum dicitur, id est proinde vt sit fani factum.

POLLVS,historio apud Græcos, nulli Græcorum in sua arte secundus: supra enim omnem memoriam absolutissimè munum agebat: itaque qui post illum excelluerunt histriones, Pollu non semel nuncupati sunt:sicuti quum virtute præcipuum, & artibus præcellentem videbant Romani,Roscium (fuit Roscius Gallus histrio) hoc est miræ & perfectæ probitatis nuncupabant. Alexandrinus Alexander lib.2.cap.9.

POLLVSTINI, populi sunt in Latio non procul ab Albano monte. Plin.lib.3.cap.5.

POLLVX {πολυδεύκης} Iulius Naucratira grammaticus sub Commodo principe præcipiebat Athenis.Decessit annos natus LVIII. Scripsit ad Commodum Onomasticon libris decem: scripsit & alia quædam,quæ non extant,vt author est Suidas.

Pollux,Castoris frater, Vide CASTOR. Horat.2.epist.1,

Romulus,& Liber pater,& cum Castore Pollux,

Post ingentia facta,deorum in templa recepti.

Amyclæus Pollux. Virg.3.Georg.

Aprior cæstibus. Senec.Medea,2.

Polubrum,polubri {ποδήρεσ} Vas pelluuium, quod nos peluim vocamus,inquit Festus. Liuius,Argēteo polubro, & aureo gutto. Fabius pictor lib.16,Aquam manibus pedibúsque dato,polubrum sinistra manu tenēto,dextera vasum cum aqua.

Polus.poli.masc.gen. {πόλος} Quasi cæli cardo.Duo autem sunt poli: arcticus,id est Borealis:& antarcticus,Australis. Et ab altero in alterum protenditur axis à quibus sustinetur. Borealis altissimus his qui sunt in nostro hemisphærio: Australis,imus & depressus,& qui à nobis videri non possit. Plin.lib.2.cap.15, Quoniam terra à verticibus duobus,quos appellauerunt polos,centrum cæli est, necnon signiferi,obliquè inter eos siti. Cic.2.de Nat.deor.

¶Polus interdum pro cælo ipso sumitur. vt

Regna poli.Senec.Octauia,7.

Ardens flammis.Lucan.lib.1.

Ater.Senec.Here.furen.13.

Australis.Ouid 2.Metam.

Australium polum Indi Dramasa vocant.Plin,lib.6.cap.19.

Calidus.Lucan.lib.1.

Deuius.Senec.Hippol.10.

Extremi.Senec.Agam.6.

Gelidus.Ouid.epist.17.

Glacialis.Ouid.2.Metam.

Lucidus.Virg.3 Æneid.

Nigrans.Senec.Agam.8.

Nitidus.Senec.Herc.furen.9.

Niualis.Senec.Agamem.2.

Occultus & conspicuus.Ouid.4.Trist.eleg.9.

Rotati.Ouid.2.Metam.

Rotundus.Horat.1.Carm.ode 28.

Signifer polus,Plaga circuli Zodiaci.Lucan.lib.3.

Stellifer.Senec.Hippol.6.

Stelligeri iubar poli.Stat.12.Thebaid.

Sidereus.Valer.3 Argon.

Vmbrans.Senec.Hippol.7.1.

¶Humēdémque Aurora polo dimouerat vmbram. Virg.3.Æneid.

Picei fulsere poli.Valer.1.Argon.

Inhorresceit polus atra nube.Senec.Here. OEtæo,9.

Intonuēre poli,& crebris micat ignibus æther. Virg.1.Æneid.

Inuoluens vmbra magna,terránque polúmque.Virg.1.Æneid.

Nube polum pater occupato. Horat.3.Carm.ode 29.

Pafcit sydera conuexa polus. Virg.1.Æneid.

Percurrere polum animo Horat.1.Carm.ode 28.

Subtexit nox atra polos Stat.1.Theb.

Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.Virg.5.Æneid.

POLVS,Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione inuenisse dicitur parisa, & antitheta, & similiter desinentia: quod minimè verum: sed iam inuentis sæpe vsum fuisse constat.Philostratus.Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Troiam profecti sunt,scripsisse, simul & nauium catalogum.

¶Polus,poli:Poli polorum,numi Corinthiaci, qui altera parte insculptum Pegasum habent. Alexander lib.4.cap.15.

Polyacanthos,herba, cuius Plin.meminit lib.21.cap.16, Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chaleeos,cegnidos,poiyacanthos.

POLYAEGOS {πολύαιγος} insula vna ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.Plin.lib.4.cap.12.

POLYAENVS {πολύαινος} Sophista quidam Sardianus,temporibus Cæsaris Dictatoris & M.Antonij Triumuiri. Scripsit orationes iudiciales, triumphi Parthici M. Antonij libros tres. ¶Fuit & alter eiusdem generis Macedo, qui de Thebis scripsit, & de Re militari. Author Suidas.

Polyandrion {πολυάνδριον} in Græcis ciuitatibus dicebatur commune hospitum sepulcrum, ita dictum à multitudine sepultorum. πολυάνδριον enim significat populosum.

POLYANI,à Polyano quodam dicti sunt Pindi accolæ. Strabo lib.7, Ea tempestate (inquit) licet aspera & montibus plena Thamaro & Polyano,alisque compluribus,egregiè tamen populosa Epirus tota erat,& Illyricumihoc verò tempore, magna ex parte solitudo tenet. Habitatur autem per pagos ruderúmque reliquias.

Polyanthemum,herba, quam quidam barrachion appellant, cauſtica vi: exulcerat cicatrices,& ad colorem reducit. Plinius libro 27. capite 12.

Polyarna,polyarnæ,masc.gen. {πολύαρνις} Multorum agnorum, Qui possidet multos agnos. Varro de Re rust.lib.2.cap.1, Origo quā dixi, & dignitas quam dicā,de antiquis illustrissimus quisque pastor erat, vt ostendit Græce & Latina lingua,& veteres poetæ,qui alios vocant

πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβότας, qui ipsas pecudes, propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt,vt Argis Atreus.

POLYBIVS {πολύβιος} è Megalopoli ciuitate Arcadiæ,præceptor Scipionis Africani.Ptolemæo Euergetæ apud Ægyptum regnante,scripsit: Romanam historiam libris quadraginta. Incipit à fuga Cleomenis Spartiatæ,& Perfei Philippi filij Macedonum regis Posthæc Romam attigit. Author Suidas. Meminit huius Cic.3 Offic.

POLYBVS,discipulus Hippocratis,cuius fuccessor in iuuenibus instituendis. Galen.in.lib.Hip.de natur.human.Com.1 in princip.

POLYCARPVS {πολύκαρπος} Ioannis Apostoli (vt fertur) discipulus, & Smyrnæorum episcopus. Latinè vertere possis fructuosum. Irenæus.

Polychrestos {πολύχρηστος} Lupinus, à frequenti vsu sic nominatus. Galen.lib.1.de alimentor.facultat.cap.23

Polychronius.polychronij {πολυχρόνιος} Diuturnus,longæuus. Firmic.lib.8.cap.28, In coniunctione spinæ & colli Sagittarij qui nati fuerint,nobiles erunt,polychronij quoque, sed qui biorhanati moriantur. Et cap 29,Prima pars Aquarij si in horoscopo fuerit inuenta,reges magnos faciet.& glorioſos.polychronios quoque.

POLYCLETVS,pen.prod. {πολύκλυτος} Statuarius eximius, diligentia & decore supra cæteros.vt air Quintilianus. Nam ex ære signa fecit,nobilitas scriptorum præconio. Cum primis fecit astragalizontes,hoc est talis ludentes,quo opere nullum absolutius iudicāt. Fuit Sithonius, & discipulus Ageladæ. Meminit huius Cic.2.de Orat. Item de Claris Orat. Et 6.Verr.Hic duas eodem argumento statuas fecit:alteram arte su ,alteram verò de vulgi opinione,quam de sententia comitis præterennis cælauerat. Quibus perfectis turbam admittit:ac primùm sua ostensa magnopere laudatur. Altera deinde non æquè. Atqui scitote quòd hanc quam tantopere laudatis, ego feci: quam verò vituperatis, vos fecistis. Author Ælianus de varia historia.

Polycleteus.pen.prod.Adiect. {πολυκλείτειος.} Statius 2.Sylu.2,

-quod ab arte Myronis,

Aut Polycleteo iussum est quod viuere cælo. Idem 4.Sylu.6,

Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

Polycnemon,pen.prod. {πολύκνημος} Herbæ nomen:de qua Plin.lib. 26.cap.14. & Galen.lib.8 De simplic.medic.fac cap.62.

POLYCRATA {πολυκράτα} Nobilis fuit quædam fœmina,è Naxo insula,quam præmimio gaudio & insperato expirasse refert Aristoteles,teste Gellio Noct.Attic.lib.3.cap.15.

POLYCRATES,pen.corr. {πολυκράτης} & Sylosontes, fratres, Samiorum tyranni.Quorū alter Polycrates,fortuna opibúsque clarus: perpetua vsus fœlicitate, præterquam ad extremum, quam vt temperaret annulum sibi charissimum in mare proiecit, quem deinde à piscatore recepit e pto pisce qui eum deuorauerat.Ad postremum à Persarum satrape Oronte dolo captus ac suspensus est. Ex Strabonis lib.14. Huius item meminit Cic.5 de Fin. Polycratem Samium fœlicem appellant, nihil enim acciderat ei quod nollet: nisi quòd annulum quo delectabatur, in mare abiecit.ergo infœlix vna molestiæ fœlix rursus,quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. Fuit & Polycrates,Ephesiorum præsul,temporibus Seueri Principis, vt scribit Hieronymus.

POLYDAMAS,pen.corr.huius Polydamantis {πολυδάμας} pancratiastes,æmulatus Herculem,leonem inermis amplexus superauit:taurū ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: currum agitatū sese opponendo altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equósque insiliebat deiecto auriga.Accersitus à Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, quum saxum à vertice ruinā minaretur,diffugientibus conuiuis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere,oppressus est. Author Pausanias.

Polydamas Troianus,Panthoi filius,socius & magister,& æqualis Hectoris, vt est author Ælianus. Homerus scribit Iliados lib. 18. hunc eloquentia, Hectorem armis valuisse. Dares historicus hunc dicit ad castra Græcorum noctu profectum Troiam prodidisse. Ouid.12 Metam.

POLYDECTES {πολυδέκτης} Magneti filius, rex Seriphi insulæ. Hic Perseum Iouis & Danaes filium educauit.Cuius tandem ingeniū veritus,audaciámque & fœlicitatē, sub prætextu æternæ gloriæ illum ad superandū Gorgonem Medusam compulit:qua deuicta, redeunti Perseo quum semper detraheret, cōuertus est ab illo in silicem, mōstrato capite Medusæ,vt ostendit Ouid.lib.5.Metam.

POLYDORVS,pen.prod. {πολύδωρος} Priami filius,missus à patre initio belli cum magna vi auri,ad Polymnestorem Thraciæ regem conseruandus nutriendúsque: vt si contingeret Troiam capi,ipse genus & vrbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit,vt testatur Virgil.3.Æneidos,

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno,&c.

Polydoreus,pen.prod.Adiect. {πολυδώρειος.} Ouid.13.Metamor. Phoſeos,

Et Polydoreo manantem sanguine terram.

Polygalon,vel Polygala {πολύγαλον} Herba palmi altitudine,in caule summo foliis lenticulæ, quæ potata lactis vberem facit item inducit, à quo effectu nomen accepit.Plin.lib.27.cap.12. Dioscor.lib 4 cap.14.

POLYGNOTVS,pen.prod. {πολύγνωτος} pictor antiquissimus, cuius meminit Quintil.lib.12.de Institor.orat. & Plin.lib.7 & lib.35.cap.6. Is in picturæ tenuitate valebat, plicas vestium, mollitiásque signorum imitabatur,vt est author Ælianus. Pausanias lib.10,de eodē sic scribit,Polygnotus pinxit Ocnum torquentem spartum, & asinam propè rodentem Quod sanè ænigma est eius,qui frustra laborat, si vxorem habet prodigam. Vide Erasmum in prouerbio, Ocnus torquet spartum. Meminit & huius Plin.lib.35.cap.9.

Polygona,figura est ex pluribus triangulis. Euclid.6. Elementorum Theor.14, Similia polygona, insimilia triāgula diuidūtur,& inæqualia numero,& æqua ratione totis, & polygonū ad polygonū duplicé rationem habet,quam simlis rationis latus ad simlis rationis latus.

Polygonaron,pen.corr. {πολυγόναιον} Herba sine foliis,asparagi cau

le,in cacumine aculeum habens,eadem quæ polygonum,à frequentia geniculorum,teste Plin.lib.27.cap.12. Aliam tamen videbis polygonati descriptionem in Dioscoride lib.4 cap.7.

Polygonoides {πολυγονοειδὲς} Herba est folio lauri, longa tenuisque, aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Ægyptia, ab aliis daphnoides appellatur.Plin. lib.24.cap.15.

Polygonum,polygoni,pen.corr. {πολύγονον} Herba quam nos sanguinariam dicimus.& geniculatam à multis geniculis,& seminalem à multo semine. Vulgò *Centinodia* dicitur, Parisiis *herba sanctī Innocentis*.Plin.lib.27.cap.12.Polygonon Græci vocant, quam nos sangui nariam: non attollitur à terra, foliis ruræ, semine graminis. succus eius infusus naribus supprimit sanguinē,& potus cum vino, cuiusliber partis profluuium, excreationésque cruentas inhibet. Colum. lib.7,Sanguinalis herba,quam Græci polygona appellant.

Polygrammos {πολύγραμμος} gemma est smaragdo similis,per trāsuersum multis albis lineis distincta.Plin.lib.37.cap.9.

Polygynæcon, Mulierum frequentia {πολυγυναικεῖον.} Plin. lib. 35. cap.11,Pinxit in templo Eleusinæ Phylarchum,Athenis frequentiam quam vocauere polygynæcon. Alij tamen legunt gynæconitim:hoc est,senatulum mulierum.

Polyhedrum, circulus est in sphæra maiori, cuius diameter secat centrum ipsius ad angulos rectos sphærales. Euclid.12.Elemen. Binis sphæris circum idem centrum existentibus, in maiori sphæra solidū polyhedrum inscribere, non tangens sphæram minorē in superficie.

Polyhistor {πολυΐστωρ} multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion,de quo Gellius lib.5.cap.14. Solinus quoque ob variarum rerum commemorationem,eo nomine dictus est.

POLYMESTOR, Milesius puer quum à matre locatus esset ad caprarios pastus,iudicio leporem consecutus est: & ob id statim prodūctus à gregis domino Olympiade sexta & quadragesima(vt Bocchus author est)victor in stadio meruit coronam. Hæc Solinus cap.6.πολύ, multum: μῆσαρ,bellicosus:Polymestor, multum validus.

Polymitus,pen.corr. {πολύμιτος} Adiect.à πολύ, & μίτος,filum, quod nos licium dicimus: à liciorum multiplici varietate. Vnde Vestis polymita,quæ versicoloribus licijs contexta est. Plin.lib 8.cap.48, Plurimis verò licijs texere,quæ polymita appellant, Alexādria instituit. De polymita cubicularia est epigramma Martialis lib.14.155.

Polymitarius, huiusce vestis textor, cuius fit mentio 2. Regum, capite 21.

POLYMNASTVS, poeta quidam primæuæ ætatis,de quo sic Pindarus,Nosti quicquid dixit Polymnastus vir Colophonius. Sunt qui Homerum hunc faciant Strabo lib.14.

POLYMNESTOR, huius Polymnestoris, pen.corr. {πολυμνήστωρ} rex Thracum rempore belli Troiani, ad quem Priamus dubitans de statu Troiæ & belli euentu,filium Polydorum cum magno auri pondere conseruandum nutriendúmque misit,vt si cōringeret Troiam capi,ipse genus & vrbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit.Quod quum cognouisset Hecuba, finxit se illi aliud auri pōdus velle secretò indicare. Quæ suarus rex vera esse credens, & in conspectum Hecubæ veniens, ab illa vnguibus occæcatus est, vt elegantissimè scribit Euripides in Hecuba: & Ouidius testigit lib 13.Metam.

Regia diues Polymnestoris.Ouid.13.Metam.

Thrax Polymnestor.Propert.lib.3.eleg.13.

Polymyxos {πολύμυξος} Lucerna quæ multos habet angulos, & in his funiculos,illustrandis conuiuiis accōmodata.Martialis lib.14.41, Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,

Tórque geram myxos,vna lucerna vocor.

POLYMNIA, pen.indiff sine Polymneia {πολύμνεια.} Horat 1. Carm. ode 1,diuisit diphthongum, Euterpe cohibet nec Polymneia. Vbi etiam y sequentibus m & n more Græco corripitur. Fuit vna ex Musis:fic dicta, quia cantus suauitate poetas reddit gloria immortales. Vel à πολὺ multum,μνεῖα memoria. Vnde præsse rhetoribus dicitur, quibus opus est multa memoria. Sunt qui à πολὺ & hymnos deducunt,quod est laudatio,quia laudationibus præsit, & scribunt Polyhymnia:vt apud Ouid.lib.5.Fastorum,

Dissensere Deæ,quarum Polyhymnia cœpit.

POLYNICES,pen.prod. {πολυνείκης} OEdipi Thebanorū regis filius, & Eteoclis frater,qui OEdipo mortuo,de hæreditate & ditione dissidentes,contractis vtrinque copiis,ambo se mutuis vulneribus interfecerunt.id quod restatur Virgilius in Culice.

POLYPHEMVS, pen.prod. {πολύφημος} teste Homero in Odyssea, Neptuni filius,Cyclops.De quo Seruius,Multi Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum,alij duos,alij tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudētissimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur [illegible] iuxta cerebrum , quia prudentia pus videbat. Verùm Vlyssem [illegible] prudētia superauit, & ob hoc eum cæcasse fingitur.Hæc Seruius in illud Virgilij 3.Æneidos,

-& telo lumen terebramus acuto,&c. Cicero quoque de Polyphemo lib.5.Tusculq.quæst.sic scribit, At verò Polyphemum Homerus, quum immanem ferúmque fingeret, cum ariete etiam colloquentem facit,cuíusque laudare fortunas: quòd quò veller ingredi, posset,& quæ vellet, attingeret. Rectè hic quidem.nihilo enim erat ipse Cyclops,quàm aries ille prudentior.

Pastor Polyphemus.Virg.3.Æneid.

POLYPHONTES {πολυφόντης} Rex quidam fuit,qui apud Euripidem, fratrem se ideò interfecisse dicit, quòd ipse antè consilium de nece eius cepisset.Meminit Gellius lib.7.cap.3.

Polyplusios {πολυπλόκιος} Latinè bene nummatus dicitur,siue diues, nam πολὺς multus,& πλόκος,diues.Plautus Capt.6,

Quo de genere natus est illic Philocrates?

P.Polyplusio.

Polypodium,polypodij {πολυπόδιον} Herba. Plin.lib.26. cap.8, Detrahic bilem polypodion,quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici.Radix in vsu,pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi,acetabulis cauernosa ceu polyporum citri,subdulcis, & in petris nascens,aut sub arboribus vetustis.

Polyptoton.pen.prod. {πολυπτωτον} dicitur quod multiplicem habet casum:ex πολὺ quod est multiplex,& πτῶσις casus: vt dominus,domini,domino, dominum,domine.

Polyptoton, Figura ex pluribus casibus. Hanc figuram vulgò nominauerūt, quòd quum sæpius initio ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus,aut numeris im mutatur.Casuum declinationibus hoc modo,Senatus est summi imperij consilium:Senatui Reipub cura mādatur:ad Senatum in dubiis periculosisque rebus omnis ciuitas respicit. Generibus autem hoc modo, Pulchra autem hæc fama cōcigit ciuitati. si optimè meritum ciuem damnauerimus, pulchrum erat exteras nationes existimare infestiores nos esse bonis quàm malis: pulchrè communibus vtilitatibus consulemus,siquos oppressos & hostes cupiere, nos circunuenerimus.Numeris autem sic,Grata semper singulis fuerunt,quæ cōmodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior Africanus Senatoribus fecit,qui primus eius ordinis subsellia à populo liberauit Hæc Aquila Romanus in libro de figurarum nominibus.

Polyptyca,in l 13 de indulgen.debit.in C.Theod. Cassiodorus lib.5. Var.epistola ad Seuerianum & epistola ad Aurelium.

Polypus,polypi,pen.corr.vel polypodis,pen.corr.masc.g. {πολύπους} Piscis est,ex mollium genere, à multis pedibus sic appellatus. Plin. lib.9.cap.29, Polyporum multa genera. Terreni maiores quàm pelagij, omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtuntur: cauda verò, quæ est bisulca, & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eam modò in dexteram partem, modò in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput:quod prædrum est suffiatione viuentibus.Cæterùm per brachia velut acetabulis dispersis, eo hausto quodammodo cui adhæresceunt, renent supini, vt auelli non queant,&c.

Polypus fœmina. Plin.lib.9.cap.51.

¶Polypi prouerbio dicebantur olim,vel stupidi,stolidíque,vel rapaces,& vncis vnguibus homines. Erasmus.

¶Polypus,Id genus vermis quod vulgus Gallicum vocat *Cloporte*, Scribonius Largus, Bestiolæ multorum pedum, quæ tactæ conduplicant se in orbem pillulæ rotundissimæ similem (πεντεπέδαις ὁμοίως,aut πολύποδας Græci hoc genus animalium vocant) oleo domestico cum pluresinferuefactæ vase ferreo,&c.

¶Polypus,Genus morbi. Celsus lib.6.cap.8, Polypus est caruncula modò alba,modò subrubra,quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens,narem implet, modò retro per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit,adeò increscit,vti post vuam conspici possit,strangulátque hominem, maximè Austro aut Euro flante:fertque mollis est, tarò dura: eáque magis spiritum impedit, & nares dilatat,quæ ferè περιπνεύσεις est, traque attingi non debet. Horat.Epod.12,

Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Idem 1. Sermon. satyra 3.

Polyposus,pen.prod.Adiectiuum {πολυποδίης} Qui eo morbo laborat. Martial.lib.12.33.

Polyrrhizon.Herba, quam circuitione Melampodion nigrum vocant.Plin.de ea quisque viribus lib.25.cap.5.

POLYSTEPHANVS,Græcus fuit historicus, non paruæ authoritatis inter scriptores veteres,de quo vide Gellium lib.9.cap. 4.

Polysyndeton,pen.corr. {πολυσύνδετον} à πολὺς,multus: & σύνδεσμος, coniunctum,quasi multipliciter coniunctum. Figura, quum sermo multis coniunctionibus concatenatur.Virg.3.Georgicorum,

-tectúmque, laremque,

Armáque,Amycleúmque canem,Cressámque pharetram.

Polysyntheton, pen.corr. {πολυσύνθετον} Figura, quum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt Ille hunc pœna constrictum trahebat,hic autem vociferabatur: concursus verò non mediocris, quum tandem omnes opitulari vellent, sed nemo auderet, neque ibi magistratus aderat, neque circunspicientes quò potissimum confugeremus,reperiebamus.Rutilius Lupus.

POLYTES, Vide POLITES.

Polytrichon,pen.corr. {πολύτριχον} Herba sic dicta, quòd multitudinem capillorum faciat.Plin.lib.22.cap.21. Dicitur etiam polytrix. Plin.lib.26.cap.12,Polytrix in vino data.

Polytrix gemma,quæ quum in viridi capilletur, desluuia tamen capillorum facere ea dicitur.Plin.lib.37.cap.11.

POLYXENA,pen.corr. {πολυξένη} Priami regis filia ex Hecuba coniuge,quæ à Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata est, & in Troade. Vide Seruium in illud Virgilij 3.Æneidos,

O fœlix vna ante alias Priameia virgo,&c. Ouid.13.Metamorph.

Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Euripides autem eam in Cherroneso scribit ad inanem & honorarium Achillis tumulum immolatam fuisse. Philostratus contrà in Heroicis dicit, eam vltrò ad sepulcrum Achillis sponsi sui gladio incubuisse. Sic inter se discrepāt de Polyxena cædes authores. Græcè dicitur multorum peregrina,seu quòd amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo: seu quòd apud multos libido vt peregrinabunda vagetur.

Polyxenius,Adiectiuum {πολυξένειος.} vt Cædes Polyxenia. Catul.Argonaut.59.

POLYXO,Polyxūs {πολυξώ} vna Amazonum,& Apollinis vates, quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix extitit. Quum enim Lemniacæ mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, marití earum tantam odoris fœditatem execrantes, Lemno deserta, Thracas petiuerunt: ibíque filias eorum sibi coniugio asciuerunt. Quod vbi Lemniadibus compertum est, Polyxus impulsu & Venere stimulante, in omne genus virile coniurarunt: remeantésque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Polyxo ducem fingit Statius 5. Thebaidos,

Quum subitò horrendas æui matura Polyxo,&c. Valer.2.Argon.

Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.

POLYZELVS {πολύζηλος} penult.prod. Poeta Comicus, Græcus, cuius fabulas enumerat Suidas.

Polyzonos, Gemma nigra, à multiplicitate zonarum sic dicta, candicat enim zonis. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pomarium, Vide POMVM.

Pomeridianus, pen. prod. {μεσημβρινός} Adiectiuum, A post & meridie: quod post meridiem sit. vt Pomeridiana ambulatio. Cic. 5. de Finib. Et 3. de Orat. Atque huius ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis.

Scholæ pomeridianæ. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Pomifer, Vide POMVM.

Pomilio, pomilionis, masc. g. vel Pomilius pomilij {νάνος} Nanus, id est homo paruæ staturæ, paulum supra terram extans. Habet quandoque membra enormia, qualem Martialis describit in illo disticho, cui est nomen Pomilio, lib. 14. 211,

Si tantum species hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes. Plin. lib. 11. cap. 49, Pomilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres.

Pumilio à quibusdam scribitur, o in u conuersa.

¶Pomilius, Adiectiuè dixit Martialis, quum titulū fecit epigrammati, Pomiliæ mulæ, lib. 14. 203.

Pomœrium, pomœrij, Tam intra quàm extra murum est, dictum quasi post mœrium, hoc est post murum, vt inquit Varro de Lingua Latina. Liu. 1. ab Vrbe, Pomœrium verbi vim solam intuentes, postmœnium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci, quà murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant. Et paulo pòst, Hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quòd post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt, & in vrbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati prosrebantur. Gellius lib. 13. cap. 14, Pomœrium quid esset, augures Populi Romani qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt, Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius vrbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem vrbani auspicij. Cic 2. de Nat. deor. Quod quum pomœrium postea intrasset habendi Senatus causa, in redeūdo, quum idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Lucan. lib. 1,

Longa per extremos pomœria cingere fines, &c.

Ius pomœrij. Cic. 2. de Diuin.

POMONA {πομώνα} Pomorum dea. Vide Ouid. 14. Metam.

POMONALIS, flamen Pomonæ pomorum deæ erat. Alexand. Alexandrinus lib. 6. cap. 12, Post aliquot verò tempestates aucta ciuitate, quum augeri sacerdotia oporteret, quindecim flamines constituti fuere, qui omnes à diis, quibus sacra faciebant cognomenta sortiti sunt, quorum primus Dialis, vltimus Pomonalis.

Pompa, pompæ {πομπή} Omne spectaculum & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi, tam in aduersis, quàm in prosperis & lætis. à Græco πέμπω, mitto. Ex Valla lib. 4. Terent. Heaut. 4. 4,

Transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa
Eò traducenda est. Cic. 1. Offic. Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pomparum ferculis similes esse videamur.

Pompa, Longus incedentium ordo in supplicatione, quam nos *processionem* appellamus.

Lictorum pompa. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum.

Rhetorum. Cic. 4. Tuscul. Illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, cotésque virtutum.

Bellorum. Iuuen. Saty. 10.

Pompa nuptiarum dicitur, Pompa sacrorum, Pompa funerum. Cic. Sed iam è pompa in veram aciem descendamus.

Circus erit pompa celebris, numeróque deorum. Ouid. 4. Fast.

Decus pompæ. Ouid. 2. Metam.

¶Aurea. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Eximiæ. Ouid. epist. 9.

Feralis pompa, Funus. Lucan. lib. 8.

Flebilis. Ouid. 14. Metam.

Nigræ solennia pompæ. Stat. 2. Sylu. 1.

Solennes. Virgil. 3. Georg.

¶Ducere pompam. Ouid. epist. 12.

Exequi ordine solennes pompas. Virg. 5. Æneid.

Parare pompam triumphis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.

Spoliatum exequiis & pompa caduer. Cic. pro Milone.

In pompa partim eorum, partim acie illustres esse voluerunt. Cic. 2. de Orat.

¶Adhibere speciem atque pompam in dicēdo. Cic. 2. de Orat. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam.

Ad pompam, vel ostentationem. Vlpian. in l. 3. §. vltim. D. commodati. Non potest commodari id, quod vsu consumitur: nisi fortè ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.

Pompæ plena petitio, Hoc est fastus. Qu. Cic. de Petit. Consul. Postremò tota petitio cura vt pompæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt popularis, vt habeat summam spem ac dignitatem.

Detrahere pompam muneri suo, Absque fastu dare. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 12.

POMPAEA, Ciuitas in Neapolitana Græciæ finitima regione, quam præterlabitur Sarnus fluuius. Strabo lib. 5.

POMPEIA gens Plebeiæ Romæ. Velleius Paterculus author antiquitatis sanè luculentus, tres Pompeiæ gentis fuisse familias libro 2. tradit: quæ verò hæ sint non explicat. Mihi diligentissimè hæc perpendenti, duæ omnino huiusce gentis familiæ diuersæ occurrunt. Prima Ruforum est, quorum quidem tres ante bellum ciuile Sullanum: tres post Pompeianum, curules gessisse magistratus reperio. Neque tamen iguoro quosdam ex his Bithynicos appellari.

eos enim, quia eiusdem planè sunt stirpis, cum cæteris coniunximus. Huius familiæ author est & princeps Qu. Pompeius, is qui rem ad Numantiam malè gessit, vnde à Cicerone de Claris Orat. homo per se cognitus: pro Murena, nouus homo appellatur: atque etiam in accusationis quinto humili & obscuro loco natus dicitur. Altera familia Pompeij Magni est, cuius pater, quia peruersis esset oculis, Strabo nominatus: ipse verò propter res in prima ætate præclarè fortitérque gestas, primus omnium Magni cognomine est à Sulla decoratus, cuius extat monumentum apud Plinium lib. 7. & in libro Epigr. vrbis. Hic à Cicerone in epistolis ad Attic. variis nominibus subobscurè nuncupatur: vt libro 2. epist. 3. Epicrates, qui omnia teneret, qui dominaretur, & principatum teneret in Repub. Rursus epist. 7, Megabocchus, quasi magnus Africæ rex, quia Domitium & Iubam Syllanis temporibus in Africa vicerat. Bocchus autem in Mauritania Africæ parte regnauerat. Et epist. 9, Hierosolymarius, ab Hierosolymis scilicet captis. Epist. 14, Sampsiceramus, à regulo Sampsiceramo in Syria deuicto. Meminit Strabo. Et epistola 17, Arabarches, quòd Arabiæ partem adiunctam Syriæ domuisset. Vide ARABARCHES.

Pompeius, Adiectiuum {πομπήϊος} vt Vmbra Pompeia. Propertius libro 4. eleg. 9. Apud Ouidium libro 4. de Ponto, elegia 5, Domus Pompeia.

Pompeianus, pen. prod. aliud Adiect. {πομπηϊανός.} vt Triumphi Pompeiani. Lucan. lib. 3.

Signa Pompeiana. Lucan. lib. 1.

POMPEII {πομπήϊ} oppidum Campaniæ, non procul à Puteolis & Neapoli, vt scribit Pompon. Mela lib. 2.

Pompeianum, id est prædium circa Pompeios.

Pompeiana vitis, ab insitore dicta. Colum. lib. 3 cap. 2.

POMPEIOPOLIS, penult. corr. {πομπηϊόπολις} Ciliciæ vrbs, dicente Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ, Deinde vrbs est à Rhodiis, Argiuísque, pòst Piratis, Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Quæ etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato cædere Traianus coactus est.

POMPELONENSES, populi Hispaniæ Segiensibus contermini, qui adhuc Pompelonam (quam *Pampelonam* dicimus) inhabitant. Plin. lib. 3. cap. 3. Vide in dictione POMPELON.

POMPELON, hodie *Pampelona*, Vasconum ciuitas in Hispaniæ finibus. Strabo lib. 3. Hanc Nauarriæ caput fuisse paucis ab hinc annis nemo est qui nesciat. Romani eam Pompeiopolim appellarunt. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Pompholyx, huius pompholygos {πομφόλυξ} author Dioscoride libro 5, specie sola, non genere à spodio distat. Siquidem spodos (dicimus enim & spodium, & spodos) nigricat, & plerunque ponderosior est, palearum pilorúmque plena, quasi purgamentum quoddam, quod ab ærariarum officinarum pauimentis & fornacibus euerritur. Pompholyx verò pinguis est, & candida, vsqueadeò leuis, vt in auras euolare possit. Cuius duo fluxerunt genera: vnum ad aeris colorem vergens, subpingue: alterum magnopere candidum, summámque leuitatem nactum. Candida fit pompholyx, quoties in perficiendo ære, fabri præstantiorem facere volentes, derritam cadmiam cumulatius inspserint. nanque tenuissima fauilla quæ efferatur, in pompholygem coit. Cæterùm pompholyx non ex æris modò materia, & fabrili industria factitatur, sed ex cadmia quoque, ad gignendam ipsam eximiè follibus proflata. Cuius faciundæ ratio hæc est. Vide cætera. Meminit tum pompholygis, tum etiam spodij Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, sit inquiens: Pompholyx fit in æris fornace, velut & Cadmia: fitque & dum in fornacibus Cadmia vritur, vt in Cypro. Quum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari, præsentibus atque inspectantibus nobis, pompholyga, videlicet minutis Cadmiæ fragmentis in ignem coniectis, qui ante ærarium iacebat follem. Camera erat incurua, nusquam pertusa, sed integra, quæ egestam ab vsta Cadmia fauillam excipiebat: quam vbi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens infrà in pauimentum recidebat, Spodos est quam vocant, quæ plurima, vbi æs in fornacibus vritur, colligi assolet. Pompholygen, inquit Matthiolus interpres Dioscoridis, officinæ Mauricanos secutæ Tutiam dicunt. ita enim pompholyx appellatur Serapioni & Auicennæ. Verùm quam seplasiarij Tutiam existimant, legitima non est, sed Cadmiæ potius species. Cætera sunt prolixiora quàm vt hîc adscribi queant. Meminit & Plin. lib. 34. cap. 13.

POMPILIA gens patricia Romæ, cuius author fuit Pomponius vel Pompo, homo in primis nobilis & clarus, vrbe Sabinorum oriundus, authore Plutarcho.

POMPILIVS, Theophrasti peripatetici seruus fuit [illegible] lustres philosophos est habitus. De hoc Gell. lib. 2. ca[illegible]

POMPILIVS {πομπίλιος} secundus Romanorum rex, [illegible] NVMA.

Regnum quietum Pompili. Horat. 1. Carm. ode 12.

Pompilius, Adiectiuum {πομπίλιος.} vt Sanguis Pompilius. Horatius de Arte. Hoc est, Pisones qui à Numa Pompilio originem ducunt.

Pompiliana tribus, de qua Alexandrinus Alexander lib. 1. cap. 16.

Pompilus, Piscis genus, qui alio nomine vocatur nautilos, quòd nauis speciem præ se ferat {ναυτίλος.} Plin. lib. 9. cap. 29.

POMPONIA {πομπωνία} mater Scipionis, à Ioue in anguem mutato compressa. Vide Silium lib. 13.

POMPONIANA, alio nomine *Mesen*, insula vna ex Stœchadibus ante Massiliam sita. Plin. lib 3. cap. 5.

POMPONIVS {πομπώνιος} Atticus nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: vnde Atticus Ciceronis est appellatus. Qui postquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, vbi longo tempore moratus, & ciuitatem & omnium gratiam moribus eleganti[illegible] promeruit linguam

linguam ita probè didicit, vt Attici nomen adsequeretur. Humanitate diuitiísque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebar. Nam & Ciceronem ab Vrbe pulsum H-S CC & quinquaginta millibus donauit: & Bruto abiecto, Italiáque cedenti H-S C millia muneri misit. Erat alioqui grauissimus, vt quæ religiosè polliceretur, præstare uiteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos.

Pomponius Iurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus.

Præter hos Pomp. Mela insigni opere de situ orbis clarissimus.

Pomponiana pira, attributum ex Pomponio cōfictum, quòd ea primus inseruerit Pomponius. hæc & māmosa dicuntur. Plin. lib. 15. cap. 15.

POMPTINA palus, in extrema Italia est, iuxta Circeos. Plinius libro 3. capite 5.

Pomptina tribus, tum adiecta quum lex de ambitu à Gaio Petilio lata est. Alexand. lib. 1. cap. 17. Vide TRIBVS.

Pomptinus ager. Liu. Decad. 6. lib. 1, De agro Pōptino ab L. Sicinio Tribunoplebis actum. Paulo pòst, Fugientium ex agro Pomptino agmen repentè illatum in vrbem.

Pomum, pomi {ὀπώριον, ἀκρόδρυον} Generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti prouenīunt, siue mollium, siue durorum. Plin. lib. 15. cap. 22, nuces pomorum genere comprehendit: Solùm, inquit, hoc pomum natura compactili operimento clausit. De nuce iuglande.

Nuces pineæ, apud Martialem lib. 13. 25,

Poma sumus Cybeles, &c.

Mora etiam Plinius appellat poma lib. 15. cap. 24: glandes non ité. Sic enim ait ibidē, Glandes inter poma numerati non possunt: quamobrem in sua natura dicentur. Quod autem vulgus Gallorum *pomū* vocat, id Latini mālum appellant.

Mitibus pomis decorum caput Autumni. Horat. Epod. 2.

Arbor fertilis pomis aureis, Senec. Agamemn. 9.

Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos. Virg. 2. Georg.

¶Acerba Ouid. 2. Amor. eleg. 14.

Agrestia. Virg 7. Æneid.

Annua. Ouid. de Nuce.

Cadiua, Vide Cadiuus in CADO.

Conditiua, Vide Conditiuus in CONDO.

Cruda, Vide CRVDVS.

Decerpta. Ouid. 10. Metam.

Diuitia. Seneca Herc. furente, 7.

Dulcia. Horat. 2. Serm. satyr. 5.

Felicia. Ouid. 9. Metam.

Generosissimum. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Gregalia. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 12.

Immitia, Vide IMMITIS.

Intacta omnibus pomum propter asperitatem, Vide INTACTVS.

Lapidosa, Vide LAPIS.

Mitia. Horat. Epod. 2.

Nitidum. Ouid. 10. Metam.

Punica. Ouid. 4. Fast.

Putria. Ouid. 7. Metam.

Rubens. Ouid. 10. Metam.

Victa. Gell. lib. 13. cap. 2, Poma quæ dura & acerba nascuntur, pòst fiunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur sta:im victa & mollia, atque in principio sunt viuida:non matura mox fiunt, sed putria.

Vilia. Virg. 1. Georg.

¶Poma cadunt mensis non interdicta secundis. Ouid. de Nuce.

Carpere poma. Virg 9. eclog.

Puniceum curua decerpserat arbore pomum. Ouid, 5. Metam.

Demptum pomum arbore. Ouid. 11. Metam.

Detrahere arboribus. Tibul. lib. 1. eleg. 5.

Excussa syluis. Senec. Hippol. 4.

Annus exuberat pomis. Virg. 2. Georg.

Grauantia ramos. Ouid. 13. Metam.

Arbos induit se pomis. Virg. 4. Georg.

Nascentia & florentia. Ouid. 14. Metam.

Rubenti pomo onerata arbutus. Ouid. 10. Metam.

Cui pendēre sua patereris in arbore poma. Virg. 2. eclog.

Strata iacent passim sua quæque sub arbore pōma. Virg. 7. eclog.

¶Pomum vnde dictum, docet Varro libro 1. de Re rust. cap. 31, Item poma quæ insita erunt sicciatibus, aquam addi quotidie vesperi: à quo quòd indigent potu, poma dicta esse possunt.

¶Pomum, pro ficu. Colum. lib. 8. cap. 17, Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus.

Pomus, pomi, f. gen. Arbor pomifera. Plin. lib. 17. cap. 1, Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo additō binis millis nummūm, maiore singularū reditu, quàm erat apud antiquos. prædiorum.

Consita pomus. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Pomarium, pomarij, locus arboribus pomiferis consitus. Græci paradisum vocant. Colum. lib. 1. cap. 6, Pomaria quoque & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atque in ea parte, quò possit omnis stercorata colluuies cortis, balineorúmque, & oleis expressa amurcæ sanies influere.

Locum pomarij, priusquam semina seras, circummunire maceriis oportet, vel sepe, vel fossa præcipiti. Colum. lib. 5. cap. 10.

Horti & pomaria. Cic. de Senect. Nec verò segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ latæ sunt, sed etiam hortis & pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate.

Vda pomaria mobilibus riuis. Horat. 1. Carm. ode 7.

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis. Ouid. epist. 4.

Pomarium oleagineum. Cato cap. 48.

Ponere pomaria. Plin. lib. 34. cap. 14.

¶Pomarium, Locus in quo poma reponuntur. Plin. lib. 15. cap. 16, In vniuersum verò de pomis seruandis præcipitur: pomaria in loco

frigido ac sicco contabulari, Septentrionalibus fenestris sereno die patere. Austros specularibus arcere.

Pomarius, pomarij, pomorum venditor. Horat. 2. Serm. satyra 3,

Edicit piscator vti, pomarius, anceps,
Vnguentarius, &c.

Pomifer, penult. corr. Adiect: Ferens poma. vt Arbor pomifera. Colum. lib. 5. cap. 9.

Arinus pomifer. Horat. 3. Carm. ode 23.

Autumnus. Ouid. ad Pisonem.

Montes. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9.

Rami. Senec. Herc. fur. 9.

Pomosus, penul. prod. Adiectiuum. vt Pomosa corona. Propertius lib. eleg. 2.

Pomosus hortus. Tibul. lib. 1. eleg. 1,

Pomosíque ruber custos ponatur in hortis,

Terreat vt sæua falce Priapus aues.

Pondero, Ponderosus, Vide PONDVS.

Pondo, indeclinabile, n. gen. {μνᾶ, λίτρα, ὀλκή} Idem quod libra. Plaut. Asin. 7, Quot pondo te esse censes nudum? Dicimus duo millia pondo, ibiléft genitiui casus. Mille pondo: nominatiui est. Bis mille pondo, nominatiuus est, quia mille adiectiuum est. Tamē non dicimus, bina, terna pondo: sed duo, tria.

In numerato pondo sexcenta millia, Vide NVMERO.

Auri quinque pondo abstulit. Cic. pro Cluent.

Duo pondo. Liuius 5. Decad. lib. 4. Quintil. lib. 6. cap. 4, Torquē aureum centum pondo.

Decem pondo auri. Cic. in Parad. An virum bonum dices qui depositum nullo teste, quum lucrari impunè posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit?

Centum pondo vasorum argenteorum. Cic. 2. de Inuent.

Pependere pondo DCC. Plin. lib. 9. cap. 30.

Mellis pondo decem. Colum. lib. 12. cap. 41. Ibidem, cap. 51, Cum olei pondo octoginta.

¶Pondo, Pondus duodecim librarum. Liu. Decad. 3. lib. 2, Argenti pondo bina, & sex libras in militem præstaret. Sic docet Calepinus: sed legendum est selibras: nec illic pondo aliud significat quàm libram. Locus Liuij est Decad. 3. lib. 2.

¶Pondo, Idem quod pondus. Apud Liuium 4. ab Vrbe, Scribitur coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse.

Pondo ducentūm, nouē. Varro de vita Pop. Romani, Delphos Apollini munera missa, cornua aurea pondo ducentūm. Idem lib. 4, Itaque retulit auri pondo mille octingentūm septuagintaquinque, Græci enim herona mille dixerunt. Nonius.

Dodrans pondo, quadrans pondo, libra pondo. Colum. lib. 12. cap. 22, Sextariū aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt. Ibidem, cap. 20, Amomi pondo quadrans. Ibidem cap. 33, Adde pondo libram.

Plus pondo. Gellius lib. 2. cap. 24, Neque argenti in conuiuio plus pondo quàm libras centum illaturos.

Pondus, ponderis, penul. corr. n. gen. {βάρος, ῥοπή, σταθμός} Quod graue est. Cic. in Somn. Scip. In terram feruntur omnia nutu suo pōdera. Plin. lib. 12. cap. 5, Ficus ramis diffunditur vastis, quorum pondera in terram curuantur.

Pondus infectæ materiæ: Numerus signatæ: Species factæ dicitur. l. 6. de Rei vendic. in Pand.

Saxi pondus. Lucret. lib. 1.

¶Pondus, pro Onere. Virgil. 6. Æneidos,

-gemuit sub pondere cymba.

Pinus tarda pondere. Virg. 5. Æneid.

Extra pondus & plagam motus oritur. Cic. de Fato, Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat: itaque tertius quidā motus oritur extra pondus & plagam: quum declinat atomus interuallo minimo, id appellat ἐλάχιστον.

¶Breue. Horat. 2. Serm. satyr. 2.

Flagellata. Stat. 3. Thebaidos,

Ima flagellatis signum lugubre malorum

Ponderibus trepidauit humus. Physici dicunt quòd suis fixa ponderibus in aëre librata pendeat tellus: & omne graue quum pendet, si motum habeat, flagellatur: flagellatur ergo terra. quum enim in medio fuerat aëre librata, motum passa est, suis flagellata pōderibus.

Graue. Ouid. 7. Metam.

Iaculabile. Stat. 6. Thebaid.

Immane, Vide IMMANIS.

Immensum. Horat. 1. Serm. satyr. 1.

Iners. Ouid. 1. Metam.

Ingens. Ouid. 13. Metam.

Iniquum. Virg. 1. Georg.

Irreuocabile pondus anchoræ, Vide IRREVOCABILIS.

Iustum. Ouid. 1. Metam.

Leue. Ouid. 2. Metam.

Magnum, Vide MAGNVS.

Maturo pondere grauis venter. Ouid. 9. Metam.

Muralia pondera vasti saxi. Lucan. lib. 6.

Pondera rara. Martialis lib. 12. epigr. 67,

Et Mauritiaci pondera rara citri.

Reuolubile. Ouid. in Ibin.

Ruitura. Claud. 7. Paneg.

Solida. Lucret. lib. 1.

Vix tractabile. Stat. 5. Sylu. 1.

¶Aggrauare pondus, Vide AGGRAVO.

Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ. Lucretius libr. 6,

Quidam legunt abrupto, & pressi.

Cedere ponderi, Vide CEDO.

Vasto pondere ad terram concidit. Virg. 5. Æneid.

Deducere pondera deorsum. Lucret. lib. 2.

Rostrata ora nauiū graui pondere ducuntur contra latrones. Horat. Epod. 4.

Exuere pondus. Senec. epist. 92, Cæsura omnia extár, omnes exitus manet, siue interna vis, statúsque præclusi violenti pondus, sub quo tenentur, excussetint, siue tortentium, &c.

Pondera cælesti manare paterna feret. Ouid. 1. Fast. Id est patrem ipsum. de Ænea qui patrem tulit.

Æquis ponderibus ferri. Lucret. lib. 2.

Concita ponderibus suis feruntur. Lucret. lib. 5.

Et grauius iusto pallia pondus habent. Ouid. 20. epist.

Moueatur, & feratur nulla re impediére omne pondus necesse est. Cic. de Fato.

Niti valido sub pondere. Virg. 3. Georg.

Aspice conuexo nutantem pondere mundum. Virg. 4. eclog.

Subito pondere procubuit turris. Virg. 9. Æneid.

Ictáque subsedit pondere mollis humus. Ouid. 1. Fast.

Tolerare pondus tauri ruentis in venerem. Horat. 2. Carm. ode 5.

Saxa quoque infesto voluebant pondere. Virg. 9. Æneid.

Grauitas & pondus. Cic. de Fato, Ita dicendum ipsius indiuidui hanc esse naturam, vt pondere & grauitate moueatur.

¶ **Pondus**, Quod librando ad stateram ponderatur. Cic. de Senect. **Magnum auri pondus.**

Grande pondus argenti. Cic. de Senect.

Magnum optimi argenti. Cic. 2. Philip.

Magnum auri. Virg. 3. Æneid.

Ignorum argenti. Virg. 1. Æneid.

¶ Pondus, pro numero aliquando ponitur, Nonio teste. Varro de vita Populi Romani, E Græcia comportasse magnum pondus omniú artificum.

¶ Pondus, pro Libra. Cic. pro Cn. Plancio, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque interfit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Idem 1. Tusculan. Quum enim sui similem & leuitatem & calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in parte mouetur.

Tellus ponderibus suis librata. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Nec circunfuso pendebat in aëre tellus

Ponderibus librata suis. Quem locum explicans Turnebus, Cui, inquit, nó videatur incredibile telluré suo pondere suspensam teneri, quum suo pondere potius in præceps, & abruptum ire debeat? Sed nec pondere, verum ponderibus dixit. Existimo ab eo significari ita in medio vniuersi cardine pendere terram, vt quum tantundem vndique ponderú habeat, nulla propensio ei in hanc vel illam cæli partem, nullaque inclinatio sit: quam & quietis terræ causam Plato existimat esse, & ἰσορροπίαν Græci vocant. Nam sic vndique examinata ponderibus suis, neque in mediæ noctis metam, neque in medij diei punctum feretur, nutu ponderum æqualiter vtrinque resistente. obnituntur enim & repugnant: nec in ortum vel occasum propendebit, quum tantundem ponderis retrahentis vndique sit. Itaque si in ortum inclinetur, repugnabunt pondera eius in occasum vergentia.

¶ Senectæ amara pondera. Ouid. 9. Metam.

Et pondus veteris triste supercilij. Hoc est vultus seueritas. Senec. Hippol. 6.

Pondus conscientiæ graue. Cic. 3. de Nat. deor. Graue ipsius conscientiæ pondus esset.

Nouitas adiecit calamitatibus pŏdus. Senec. epist. 92, Nouitas adiicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalíú non magis quod etiam miratus est doluit.

¶ Imponere pondus alicui. Ouid. 2. Fast.

Nec potui cœpti pondera ferre mei. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.

¶ Pondus, pro Authoritate siue existimatione.

Grauior omni pondere habēda est honestas, quàm cætera omnia. Cic. 3. Offic.

Dulce loquendi pondus. Claud. 8. Paneg.

Amabile mentis. Silius lib. 8. de Bruto.

Testimonij. Cic. in Topic. Persona autem non qualiscunque testimonij pondus habet: ad faciendam enim fidem authoritas quæritur.

Pondera verborum. Cic. 2. de Orat. Omnium sententiarum grauitate, omnium verborum ponderibus est ærendum.

¶ Accedit mágnum pondus ad tollendam dubitationem, Vide ACCEDO.

Addere pondus nugis. Horat. 1. epist. 20.

Afferre pondus, Vide AFFERO.

Habere pondus, pro Grauem esse, & non leuem. Cic. ad Atticum, lib. 11, Addis etiam, cæteris quoque, id est qui pondus habeant, factú nostrum probari.

Habere pondus apud aliquem. Cic. 3. Verr. M. Marcelli tuforis authoritas apud te ponderis nihil habebat.

Immurabile & graue pondus ineſt sanctis verbis. Stat. 1. Thebaid.

Eodem esse pondere apud. Cic. ad Attic. lib. 10, Eius igitur mihi viuit authoritas, & simillimus eius filius eodem est apud me pondere quo fuit ille.

Magni ponderis esse. Cic. Cælio, lib. 2. 18, Sed tuæ literæ maximi sunt apud me ponderis.

Momentum & pondus. Cic. in Vatinium, Quid quisque nostrûm de se ipse loquatur, non est sanè requirendum: boni viri iudicent: id est, maximi momenti & ponderis.

Ponduſculum, ponduſculi, pen. corr. Diminut. { βαρύδιον. } Plin. lib. 14. cap. 16, Inter flores ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum colatis cum ponduſculo vt sidat, &c.

Ponderoſus, penultima producta, Adiectiuum { βαρὺς, ὑπερβολικῶς } Quod est grauis ponderis. Varro 1. de Re ruſt. cap. 11, Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore.

Ponderosa epistola, pro Longa & multa continente. Cicero ad Atticum, libro 2. 26, Quare quanquam iam teipsum expecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionú suarum.

Ponderitas, ponderitatis. Acc. Pragmatic. libro 2, Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatémque hominis. Nonius.

Pondero, ponderas, penult. corr. { ἰσόω, ἴσημι, σταθμῶ, σταθμίζω } ponderare, Librare. Plinius libro 18. capite 7, Siquis granum ipsum ponderet.

Sinus ponderare amatorum. Propert. lib. 2. eleg 17.

¶ Ponderare, per translationem, pro Consyderare & examinare. Cic. 2. Offic. Graui verò homini, & ea quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo.

Æstimare, & suo momento ponderare vnamquanque rem. Cicero pro Fonteio, Sinautem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquanque rem æstimandam, momentóque suo ponderandam sapientia iudicis tenet, &c.

Iudex non solùm quid possit, sed etiam quid deceat, pŏderare debet. Cic. pro Rab. Posthumo.

Causas ponderare. Cic. pro Plancio.

Causas vocibus, non ratione. Cic. pro Cecin.

Consilia euentis. Cic. pro Rab. Posth. Quanquam hoc plerunque facimus, vt consilia euentis ponderemus: & cui bene quid processerit, multum illum prouidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus.

Crimina magnitudine rerum ipsarum. Cic. 3. Verr.

Fidem ex fortuna. Cic. in Partit. Atque etiam si obscuri testes eruut, & tenues, dicendum erit non esse fidem ex fortuna ponderandam.

Fortunam cuiusque non euentis, sed factis ponderari. Cicero in Pisonem.

Officia alicuius. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5, Ego si mea in te essent officia solùm Curio tanta, quanta magis à teipso prædicari, quàm à me ponderari solent: verecundius à te, siqua magna res mihi petenda esset, contenderem.

Re, non verbis ponderantur diuitiæ, bona valetudo, cæteráque generis eiusdem. Cic. 5. Tuscul.

Voluptatibus & doloribus omnia ponderant Epicurei. Cicero 1. de Legib.

Non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandũ est. Cic. de Clar. Orat.

In hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus. Cic. 3. de Orat.

Pone, Præpositio antiqua { ὀπίσω } pro Post: accusatiuo iungitur, contrarium habet Ante. Plaut. Pœn. 8, Pone nos recede. Liu. 10 bell. Maced. Pone castra vetrique pabulatum & lignatum ibant.

Pone & ante. Cic. de Vniuers. Quumque inter se penè contingant, eos qui prope copulentur, contrariáque regione, aut pone quos, aut ante labantur, quisque temporibus à nostro aspectu obliteſcunt.

Ponè, Aduerb. { ὄπισθεν } Retro significat, siue à tergo, cum accentu in vltima. Virg. 2. Æneidos,

Ponè subit coniunx, feímur per opaca locorum. Seruius. Valerius Max. lib. 1, Mox humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi, ponè respicienς animaduertit immensæ magnitudinis serpentẽ, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem.

PONERO POLIS, pen. prod. { πονηρόπολις } Thraciæ ciuitas sub Rhodope mõte sita, deinde Philippopolis ab instauratore, & postremò Tri montium, à situ dicta. Plin. lib. 4. cap. 11.

Pono, ponis, posui, positum, pen. corr. { τίθημι, τίθω } pónere, Collocare & constituere. Variat autem significationem pro sibi adiuncto nomine, aut pro varia constructione.

Accusatorem ponere. Cælius ad Cic. lib. 8. 12, Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorem.

Posita ad fores arbor. Plin. lib. 16. cap. 10.

Ponere ante. Plin. lib. 9. cap. 35, Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti.

Contra legem loquendi sunt posita. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Collocare & ponere. Cic. 7. Verr. Sed quia sic oporuerit, rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse videatur.

· Ponere & defigere. Cic. pro Flacco, Totum statum eiuitatis, omnẽ memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis in hoc vno iudicio positam esse & defixam putetis.

· Ponere in admirandis, pro Inter admiranda. Plin. lib 31. cap. 2.

· Ponere aliquid in admiratione, pro Admirari. Plinius libro 28. capite 8.

· Ponere in æqualitate. Cic. 1. de Legib. Vt virtutibus exceptis atque vitiis, cætera in summa æqualitate ponerent.

Ponere aliquem in æquo duobus summis. Liu. 9. bel. Maced.

Positus extra omnem ingenij aleam Cicero. Plinius in Præfat. libri 3.

· Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. Cicero Lentulo, libro 1. 5.

· Animum, curam, cogitationémque suam in omnium laude vndique colligenda ponere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1.

Aras ponere. Virg. 3. Æneid.

Argumentum. Cic. 2. de Orat.

Et sale tabentes artus in littore ponunt. Virg. 1. Æneid.

· Posita in auribus omnium virtus alicuius. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum potest, quàm istam virtutem, moderationem animi, temperantiam non latére in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ prouinciæ, atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam?

· Beneficium apud aliquem bene ponere, quod & Collocare dicitur. Cicero ad Sulpitium, libro 13. 27, Scriberem quàm id beneficium bene apud Mescinium posituras esses, nisi & te scire confiderem.

· Præclarissimè apud aliquem. Cicero pro Silio, libro 13. 65, Hoc in genere, si eum adiueris eo studio quo ostendisti, apud ipsum præclarissimè posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris.

Ponere beneficium in Repub. Cicero pro Syll. Ego tantis à me beneficiis in Repub. positis, si nullum aliud mihi præmiũ à Senatu Populóque Romano, nisi honestum otium postulatem, quis non concederet?

Calculum. Colum. lib. 3. cap. 3.

Capillos ponere sine arte. Ouid. 4. epist. 16.

Caput ponere. Virgilius 5. Æneid. Id est Componere ad quiescendum.

Carinas. Curtius lib. 10. Hoc est extruere.

Castella. Cæsar 3. bel. Ciuil. Castelláque his locis posuit.

Castra ponere, Castrametari. Cic. Octauiano, In vrbe milites vagantur, in campo castra ponuntur.

Ponere castra apud Corfinium. Cic. ad Att. lib. 8.

Ponere castra in aperto. Liu. 6. bell. Maced.

Ponere castra in plano. Liu. 5. ab Vrbe.

Ponere castra ad murum. Cic. Attic. lib. 9.

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. Hoc est signum ad iaculandum. Virg. 3 Georg.

· Pro certo ponere. Liu. 10. ab Vrbe, Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium author Piso efficit.

Cruicem inflexam ponere. Virg. 3. Æneid.

Collum posuit puluere. Horat. 4. Carm. ode 6.

Comas suas ponere in statione. Ouid. 3. de Arte.

· Posita in coniectura. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5, Quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere.

Consilium in fortuna positum. Cic. ad Attic. lib. 14, Vt omne consilium in fortuna positum videretur.

· Ponere in conspectu. Cic. 4. Tusc. Continet autem sedationem omnem animi humana in conspectu posita natura.

· In conspectu animi aliqua ponere. Cic. 3. de Orat. Continet autem sedationem omnem animi humana in conspectu posita natura.

· Ponere sub conspectu. Senec. de Benefic. Volo sub conspectu meo ponere, quæ gentium oculos regúmque perstringunt.

· Ponere in contentione rem aliquam. Cic. pro Cælio, Vt res minimè dubitanda in contentione ponatur, vtram temeraria, procax, irata mulier fuxisse crimen: an grauis, sapiens, &c.

Ponere in caput vel in capite coronam. Gellius lib. 3 cap. 15.

Ingenuum dura ponere corpus humo. Ouid 3. Amor. eleg 10.

Crimen in testibus positum. Cic. 4. Verr. De quo crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus?

Ponere in crimen. Plaut. Trinum. 11.

· In nefario crimine, atque fraude capitali aliquid alicui ponere. Cicero 2. de Orat. Non continuò siquis motus populi factus esset, id C. Nerbano in nefario crimine, atque in fraude capitali esse ponendum.

Cubilia ponere. Virg. 6. Æneidos,

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci,

Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ.

· Ponere in culpa & suspicione. Cic. pro Cluentio, Omnes qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi.

Extra omnem culpam causámque se ponere. Cic. de Vniuers.

· Curam in re aliqua. Cic. 1. de Diuin. Omnem curam in sideram cognitione posuerunt.

Custodes & limina alicui. Propert. lib. 2. eleg. 6.

Custodias portis. Hirtius lib. 5. bel. Africani.

Positus custos in frumento publico. Cic. pro Flacco, Custos T. Ausidio Prætore in frumento publico est positus.

Custodia posita est nostræ puellæ. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

· Diem tecum libentius posuerim, quàm omne tempus cum plerisque eorum quibuscum viuo necessario. Cic. Mescino, lib. 5. 21.

Diem totum in consyderanda aliqua re. Cic. de Clar. Orat.

· Dies multos in rem aliquam. Cic. ad Att. lib. 11.

Ponere in discrimine, pro Alicuius momenti facere. Liu. in Præf. lib. 1. ab Vrbe, Sed hæc & his similia, vtcunque animaduersa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine.

Domos ponere sub terris. Virg. 1. Georg.

In dubio. Liu. 4. bel. Maced.

Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam. Cic. in Orat.

Epulas ponere. Ouid. 4. Fast.

Exemplum. Cic pro Cluentio, Neque in re nota consumam tempus exemplis: ponam illud vnum, &c.

In extremo. Cicero ad Brutum, lib. 11. 16, Ponam in extremo quod sentio.

Positus in excelsissimo fastigio humani generis. Plin. in Præfat. 4.

Fidem pignori Plautus Captiuis,

· Et meam esse fidem hîc pro re positam pignori. Hoc est fidem meá propter te obligatam esse.

Finem ponere scelerum. Lucan. lib. 5.

· Finem vitæ sibi posuit. Tacit. lib. 5. De Tiberio.

Fœdera sunt ponenda prius, signandáque iura. Propertius libro 3. eleg. 20.

Formidinem improbis. Cic. 4. Catil.

· In fortuna positæ res. Cic. 2. de Diuin.

Fructum ponere. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25, Cuius est hæc summa, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione: maiorémque fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate Præturæ.

Fundamenta. Cic. in Pisonem, Ergo his fundamentis positis Consulatus tui, triduo pòst inspectante & tacente te, &c.

Ponere fundamenta alicuius rei in voluptate. Cic. 2. de Fin. Quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquã in aqua ponitis.

Fundamina prima fauis ponere. Virg. 4. Georg.

· Positi in extremis & vltimis gentibus. Cicero 7. Verr. Apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis atque vltimis gentibus positos nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis prosuisset.

Suppliciter posito procubuere genu. Ouid. 2. Fast.

Ponere in gloria, Ad gloriam, vel pro gloria referre. Liuius 6. bel. Pun. Et vt ad mœnia vrbis Romæ nullo prohibente se peruenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti inceptí.

Ponere in gloriam. Sallust. contra Cic. Qui ciuitatis incommodũ in gloriam suam ponit. Id est, conuertit: hoc est, ex incommodo ciuitatis parit sibi gloriam.

Ponere aliquem in gratia, vel gratiam apud alterum. Cic. ad Attic. lib. 5, Apud Lentulum ponam te in gratiam.

Posita in oculis gratia. Cic. pro Murena, Mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse gratiam.

Hastam in foro. Cic. 2. Offic. Sic par est agere cum ciuibus, non vt bis iam vidimus, hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiicere præconis.

Humi positus. Ouid. 3. Metam.

Intelligentiam in audiendi fastidio. Cic. de Opt. gen. Orat.

· Initia vt malè posuimus, sic cætera sequentur. Cicero Attico, libro 10.

Insidias. Cic. pro Rosc. Amer. Non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem à cœna videtis? non positas insidias? non impetum repentinum?

Insidias ponere cõtra aliquem. Cic. 2. de Lege agrar. Dum patefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatem.

Hîc iuuenem agrestí sublimem in stramine ponunt. Virgilius 11. Æneidos.

Ius in natura positum est. Cic. 1. de Legib.

· Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate. Cic. Qui frat. lib 1. 1.

Latus saxo ponere. Valer. 4. Argon.

Ponere in laude alicuius. Cic. 5. Verr. Num quæ in tuo imperio peccuniæ cellæ nomine coactæ sunt? neque ego hoc in tua laude ponoz alia sunt tua facta, atque consilia summa laude digna.

Ponere in æqua, vel pari laude. Cic. in Topicis, Si cõsilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponendum est, pari gloria debent esse ij qui consulunt, & ij qui defendunt. Idem pro Murena, Summa in vtroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Seruium liceat, pari atque in eadem laude ponam.

· Leges ponere, Condere. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

· Ponere in legibus, pro Statuere. Cato de Re ruſt. in Prooem.

Legiones. Cic. ad Att. lib. 9, Legiones singulas posuit Brundusij, Tarenti, Siponti.

Libertatem in aliqua re. Cic. pro Plancio.

Limina. Martial. lib. 9. 49.

Loco alterius poni. Cic. Octauio, Cui hostis relinquitur? ciuis hostis loco ponitur?

· Ponere loco contumeliæ, vel criminis aliquid alteri. Cic. in Pison. Túne etiam immanissimum ac fœdissimum monstrum ausus es meũ discessum illum testem sceleris & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere?

· Ponere in beneficij loco. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4.

Ponere celebri loco. Plin. epist. 6. lib. 3.

Ponere primo loco. Quintil. lib. 15. cap. 12.

· Ponere in lucro, Modus loquẽdi, quum aliquid boni præter spem euenit. Cic. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur.

· Ponere in manu alicuius. Liu. 8. ab Vrbe.

Medicinam in vsu & experimentis. Celsus libro 1. in Prœm. Post quos Serapion primus omnium nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in vsu & experimentis eam posuit.

Ponere in medio sententias philosophorum. Cic. 1. de Nat. deor. Sed iam vt omni me inuidia liberem, ponã in medio sententias philosophorum de natura deorum.

· Posita in medio, pro Manifesta. Cic. 1. Verr. Atque ego hæc quæ in medio posita sunt, commemoro: sunt alia magis occulta furta, quæ ille, &c.

Mensam poni iubet. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Merum ponere in gemma. Ouid. 8. Metam. Id est in poculo gemmis ornato.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. 1. Æneid.

· Ponere aliquid in metu. Cic. ad Attic. lib. 12, Hoc metuere, alterũ in metu non ponere.

· Ponere res suas in minimis, Id est, In minimis rebus habere, vel minimi æstimare. Cic. Marcello, lib. 4. 9, At erat tuę virtutis, in minimis tuas res ponere, de Rep. vehementius laborare.

Modum crescendi ponere. Lucan. lib. 1.

· Modum ponere exitiis. Virg. 7. Æneid.

Modum orationi. Tacit. lib. 4.

Morésque viris, & mœnia ponet. Virg. 1. Æneid.

· Positum in more & instituto maiorum. Cic. 2. de Lege agrar. Et si hoc in more positum Quirites, institutóque maiorum, vt ij qui beneficio vestro, &c.

Mortem in malis. Cic. 3. de Fin.

Multum in arte. Cic. 4. Acad. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata sit.

· Ponere multum in fortuna. Cic. 5. de Fin. Qui multũ in fortuna secunda aut aduersa, multum in bonis aut malis corporis ponerent.

Ponere multum in fide alicuius. Cic. ad Att. lib. 2.

Multum quoque in tua fide ac diligentia positum est. Quintilian. Tryphoni, 3.

Multum ponere in alicuius misericordia. Curtius lib. 5.

Munus ponere. Liu. 4. bel. Maced. Vt Pop. Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret.

Dum bene ponendi munera tempus habes. Ouid. 2. Amor. eleg. 3, 4

Gruma posuit niues. Seneca Theb. 2.

Niues positæ.Horat.3.Carm.ode 10,
-& positas vt glaciet niues
Puro numine Iuppiter? Id est(inquit Acron) deorsum missas,post niues enim missas si flat Aquilo,eius frigore solidantur.
Nomen alicuius ponere.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.
Nomen ponere alicui.Virg.7 Æneid.
Nomen alicui ponere insano,Quendam nomine insani appellare. Horat.2.Serm.satyr.3.
Nomina rebus ponere. Cic.1.de Nat.deor. Sunt rebus nouis noua ponenda nomina.
In numero oratorum aliquem ponere.Cic.de Clar.Orat.
Nummos in fœnore ponere.Horat.1.Serm.satyr.2.
Ante oculos ponere rem aliquam. Cic. in Parad.Ponite ante oculos vnumquenque regum.
De rebus ante oculos positis disputare.Cic.1.Acad.
Ante oculos positũ. Cic.7.Verr.Præsertim quum statuisses, vt ais, tibi causam esse dicendam, vt ille Archipirata non potius securi feriretur,quàm quod erat ante oculos positum,tuo periculo viueret.
Positum in oculis & aspectu.Cic.3.Verr. Quod templum in oculis quotidianóque aspectu Populi Rom.positum.
Omnia in voluptate. Cic.2.de Finib.
Operam ponere. Cic.Primùm enim stante Rep.facere solebamus, vt in agendo, plus quàm in scribendo operæ ponneremus.
Ponere operam & studium in philosophia. Cic.1.de Fin. Quidam autem non id tam reprehendunt,si remissius agatur: sed tantum studium,támque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Ponere operam alicui.Cic.ad Atticum,lib.13, Quicquid erit,operam Faberio ponamus.
Opus aliquod ponere,Conficere.Horat.de Arte,
Infelix operis summa,quia ponere totum Nesciet.
Opus ponere,Extruere.Ouid,8 Metam.
Orationem lõgam in aliqua re ponere. Cic.de Vniuersit.Reliquorum siderum, quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio,in sermonem alium differendum est, ne in eo quod attingendũ fuit,quàm in eo cuius causa id attigimus,longior ponatur oratio.
Ponere in oratione sua aliquid,pro Scribere & dicere. Cic 1. Verr. In quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe reliquere,quàm in oratione mea ponere.
Ponere ordine,Vide ORDO.
Ponere in ordinem.Varro 3.de Re rust.cap 13.
Procul ab ostentatione positum.Quintil.in Procem.lib.1.
Otia rectè ponere,Id est ordinare,disponere.Horat.2.Serm.sat.7.
Oua ponere dicitur gallina.Colum.lib.8.cap.2. Ouid.8.Metam. Propter humum volitat,ponitque in sepibus oua.
Partem deo ponere.Plin.lib.12.cap.19.
In patria omnia nostra ponere,& quasi consecrare debemus. Cic. 2.de Legib.
Pecuniam in aliquo oppido.Cic.pro Flacco,Delectum est oppidũ, quo in oppido vno pecunia à tota Asia ad honores L. Flacci poneretur.
Pecuniam ponere,Dare fœnori. Horat.Epod.2. Quintil.Declamat.9,Nusquam melius ponitur pecunia,quàm vbi fœnus bonitatis extenditur.
Tunc gruibus pedicas,& ponere retia ceruis.Virg.1.Georg.
Pedem ponere.Cic.3.Verr.Ecquo in oppido pedem posuit,vbi,&c.
Pedem ponere in possessionem libertatis. Cic.3.Philip.Hodierno die primùm p. c. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus.
Pedem vbi ponat,in suo non habet. Cicer.ad Attic.lib.13. Idem 4.de Finib. Sapientia pedem vbi poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus.
Ante pedes ponere.Propert.lib.2.eleg.11.
Pignori ponere vestem,Id est in pignus dare. Scæuola in l. Vxori. §. vlt.D. De legat.tertio.
Poni post aliquem,Posthaberi alicui.Ouid.2.Metam.
Potestatem dicendi in honore atque in beneficio ponere. Cic.pro Cluentio,Itaque tum ille inopia & necessitate coactus,in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit.homines industrios,atque eo animo,vt quæcunque dicẽdi potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent.
Positus in potestate illius.Cic.pro Lege Manil.Non vt in illius potestate fortunam positam esse dicam.
In potestate sapientis totum ponere.Cic.2.de Fin.
Inuitat pretiis animos,& præmia ponit. Virg.3.Æneid.
Pretiũ ponere alicui rei.Senec.in Consol.ad Albinam,Ponere magna præmia virtutibus & vitiis.
Præmia ponere circum compita.Virg.2.Georg.
Præsidium in loco aliquo.Cæs.2.bel.Gal.
Principem aliquem. Cic.4.Acad. Quem facilè Græciæ principem ponimus. De Themistocle.
Ponere in promptu,& Contegere siue abdere,contraria.Cicero 1. Offic.Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem,quæ formam nostram reliquámque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ,aspectum essent deformem habituræ atque formam,eas contexit atque abdidit.
Quantum in prudentia tua & fide ponam,credibile non est. Cic. Attico,lib.2.
In publico tabulas obsignatas lex poni voluit.Cic.pro Flacco.
Rationem ponere cum Orco.Colum,lib.1.cap.3.
Retia ponere.Ouid lib.1.de Arte.
Rudimenta virtutis.Quintil.Declamat.3, Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere,quanuis asperrimo bello,vt sub te virtutis rudimenta ponere contingeret.
Salutem in pecunia. Cic.2.Verr. Ea spe istum fuisse prædituin, vt omnem rationem salutis in pecunia poneret.
Salus nostra in vno te posita est.Ouid.3.Metam.
Bene se ponere.Q. Cic.de Petit. Consul. Modò intelligite magni æstimare,ex animo agere,bene se ponere,fore ex eo nõ breuẽ & suffragatoriam,sed firmam & perpetuam amicitiam.
Se extra culpam ponere.Cic.de Vniuers. Quæ quum ita designasset,se{que} si quid postea fraudis aut vitij euenisset, extra omnẽ culpam,causámque posuisset,alios,&c.
Se totum in re aliqua. Cic 1.Tusc.Totósque nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus.
Toro se ponere.Ouid.11.Metam.
Semina ponere humo.Propert.lib 2.eleg. 12.
Sententiam suam. Quintil lib.3.cap.1.
Positus in sententiis hominum.Plaut.Epid.10.
Signa ponere nouis præceptis,Scribere & configuare. Horatius 2. Serm.satyr.4.
In solem ponere.Cato cap.7.
Sortes ponere.pro Facere sortem.Plaut.Casin.9.
Spem ponere,Sperare.Plaut.Capt.18,
-neque spem ponas me bonæ frugi fore.
Spem ponere in. Cic.ad Attic.lib.6, In Pompeio te spem omnem otij ponere non mitor.
Spem ponere in armis.Virg.2.Æneid.
Ponere sibi aliquid in spe optima.Cic.ad Attic.lib.13, Sed id quidẽ mihi in optima spe pono.
Studium suum & officium apud aliquem ponere,Collocare & cõferre. Cic. Thermo,lib.13.56, Iam apud ipsum gratissimum hominẽ atque optimum virum quàm bene positurus sis studium tuum atque officium,dubitare te non existimo.
Studium ponere in.Cic.1.de Fin.Sed tantũ studium,támque multã operam in eo ponendam non arbitrantur.
Studium suum omne in aliquibus artibus cognoscendis atque tractandis ponere.Cic.1.de Orat.
Subsidium ponere in.Cæs.2.bel.Gal.Omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Cic.1.de Orat.Vt non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant, multitudine esse ponendum,sed &c.
Summum bonum in animo.Cic.3.de Fin.
Ponere summum bonum in virtute. Cic.de Amic. Qui in virtute summum bonum ponunt, præclarè illi quidem. Id est qui asserunt virtutem esse summum bonum.
Sumptum ponere,quod & Facere dicitur. Cic.ad Qu.fratrem,lib. 3.17,Sed præstabo,sumptum nusquam melius posse poni.
Templum ponere, Condere.Virg.3.Georg.
Templa,statuas ponere alicui.Virg.6.Æneidos,
-posuitque immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus, BENEMERENTI POSVIT. Plin.epist.17.Neque enim magis decorum& insigne est,statuam in foro Populi Romani habere,quàm ponere. Cic pro Domo sua,Qui Titi ob eam legem statuam in ædibus meis posuit.
Tempus ponere in re aliqua. Cic.Senatui, lib.15.2, Tempus eius tridui quod in his castris morabar,in magno officio & necessario mihi ponendum putaui.
Tempus in aliqua cogitatione.Cic.3.de Orat.
Tempus & diem ponere. Cic.Mescino,lib.5.21, Vnum mediusfidius diem tecum libentius posuerim,quàm hoc omne tempus cum plerisque eorum quibuscum viuo necessario.
Ponere multum tẽporis in aliquo loco. Cic.ad Attr.lib.1.8,Neque tamen idipsum certum habeo,quando ad Antonium proficiscare,aut quid in Epiro temporis ponas.
Posita sub niue terra later.Ouid.2.Fast.
Ponere in transuersum.Plin.lib.16.cap.42,Pondus sustinere validę abies,larix etiam in transuersum positæ.
Tumulo in eodem poni.Ouid.ad Liuiam.
Tyrocinium ponere. Liuius Decad.5. libro 5. Sic Iustin.lib.12.
Venenum alicui cum cibo.Liu.6.ab Vrbe.
Verbum aliquod in oratione.Cic.in Orat.
Verba in vsu quotidiano posita minus timeremus. Quintilianus lib.2.cap.10.
Verbum diuitis in aliquo. Cic.in Parad. Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus?
Ponere verba alicuius in re aliqua, pro Adducere in testimoniũ. Plin.lib.13.cap.13.
Nunc itaque & versus & cætera ludicra pono. Horat.1.epist.1.
Vestigia.Horat.1.epist.20. Cic.3.Philippica,Quas fecit strages,vbicunque posuit vestigia?
Ponere vestigium in aliquam historiam. Cic.5.de Finib. Quacunque ingredimur,in aliquam historiam vestigium ponimus.
In vi & armis posita est potentia.Cic.Bruto, 10.
Vim omnem dicendi in arte. Cic.1.de Orat.
Vitam in administratione Reipub.Cic.ad Papyrium,lib.9.24,Hoc animo sum, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit,præclarè actum mecum putem,etiam atque etiam.
Posita vita in manu alterius.Cic.pro Quintio.
Vitem ponere, Id est deponere, & depangere. Colum.lib.4.cap.1.
Vites ordine.Virg.eclog.2.
Ponere in vitio dictionem aliquam. Cic.3.Tusc.Quoniam CONFIDENS,mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo,quod laudis est.
Grauius vituperationem ponere: cui Leuius opponitur. Quintil. lib.6.cap.3.
In vltimis ponere.Plin.lib.17.cap.12.
Vrbem.Ouid.3 Metamorphoseos,
Quum posuit iussam Phœbeis sortibus vrbem.
Vrbem in montibus.Virg 8.Æneid.
In vsu positum. Cic.pro Lege Manil. Nullam rem esse declarant in vsu militari positam,quæ huius viri scientiam fugere possit.

Positus

Positus extra vulgarem vsum.Quintil.lib.9.cap.3.
Pacem sumere & ponere.Propert.lib.2.eleg.1.
Quæstionem ponere,Id est proponere.Senec.epist.50.
¶Ponere,pro Proponere.Cic.1.Tusc.Ponere iubebã de quo quis audire veller,& id aut sedens,aut ambulans disputabam.
Breuiter,quæ erunt satis aperta,ponemus.Cic.in Partit.
Exempli causa aliquid.Cic.3.Offic.
Sub vno aspectu ratione & distributione, omnia quæ in re dispersa atque infinita videntur esse ponere. Cic.de Petit.Conf.
Ad scribendum poni.Cic.Pæto,lib.9.15,Et quidem quum in mentem venit,ponor ad scribendum: & antè audio,& c,&c.
Ponere quæstionem. Id est proponere. Senec.epist.50,Sederem otiosus,& eiusmodi quæstiones ponerem.
Ponere quæstiunculã,pro Proponere,vel opponere. Cic.1.de Orat. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci,& fortasse docto atque erudito,quæstiunculam,de qua meo arbitratu loquar,ponitis?
¶Ponere, Desinere: quoniam quum cessamus ab opere,collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. Virgilius 7. Æneidos,
Quum venti posuere, omnisque repentè resedit Flatus. Hoc est quieuere. Seruius.
¶Ponere,Deponere.Virg.1.Æneidos,
-ponúntque ferocia Pœni
Corda volente deo.
Ponere de manibus. Cic.ad Quint.fratrem,lib.1.1, Quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat.
Ambages.Ouid.10.Metam.
Amorem ponere,Omittere.Ouid.1.de Remed.amor.
Feroces animos.Liu.8.ab Vrbe.
Arma poni iubet, fatentes se victos.Liu.4.ab Vrbe.
Armis positis substitit pars vtraque.Ouid.12.Metam.
Barbam.Suet.in Calig.cap.5.
Barbam & vngues.Horat.in Arte.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.Virg 1.Æneid.
Ponere caput,Demittere.Horat.2.Serm.satyr.8.
Muli ponunt clitellas.Hgrat.1.Serm.satyr.5.
Colorem nigrum.Ouid.7.Metam.
Comas.Virg.12.Æneid.
Consilium ponere,Desistere à consilio.Plin.epist.22.lib.1.
Coronam ponere,luctus gratia.Cic.ad Attic.lib.14.
Curam ponere,pro Deponere.Liu.1.ab Vrbe.
Curas graues.Ouid.9.Metam.
Curæ positæ pectore. Silius lib.11.
Decorem.Ouid.2. de Arte.
Dolorem. Cic.3.Tusc. Quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quàm quum est intellectum,nihil profici, & frustra esse susceptum?
Exuuias.Virg.3.Georg.
Fastus.Ouid.14.Metam.
Et varios ponit fœtus Autumnus.Virg.1.Georg.
Et iam olim seras posuit quum vinea frondes.Virg.2.Georg.
Grauitatem.Ouid.ad Pisonem.
Imaginem alicuius Ouid.3.Metam.
Imperium.Martial.lib.11.6.
Inuidiam.Cic.pro Cluentio, Vt in iudiciis & sine inuidia culpa plectatur,& sine culpa inuidia ponatur.
Iras fideliter.Ouid.6.Fast.
Equi posuere iubas.Stat.3.Thebaid.
Labores.Ouid.6.Fast.
Librum. Cic.1.Tusc.
Metum.Plin.epist.101.lib.5.
Minas ponit mare.Lucret.lib.5.
Verùm pone moras.Horat.4.Carm.ode 12.
Odium ponere.Cic.in Pisonem,Tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna,amissque ponant.
Onus veteri positum est,pro Peperit.Ouid.epist.11.
Dracones posuêre pellem senectæ. Ouid.7.Metam.
Personam amici. Cic.3.Offic.Ponit personam amici,quum induit iudicis.
Pudorem.Martial.lib.11.28.
Querelis positis requiescunt ora. Propert.lib.3.eleg.10.
Questus ponere.Ouid 9.Metam.
Sensum.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.
Spem.Ouid.ad Liuiam.
Studium lucri.Horat.4.Carm.ode 12.
Superbiam ponere,Exuere.Horat.3.Carm.ode 10.
Timorem.Ouid.10.Metam.
Tunicam.Cic.5.Tusc.
Velamina.Ouid.2.Fast.
Verecundiam.Plin.lib.7.epist.15.
Veste posita,nuda ferunt corpora.Ouid.2.Fast.
Incendia posuere vires indomitas.Virg.5.Æneid.
Virginitas posita.Ouid.6.Fast.
Vitam ponere,Mori.Propert.lib.2.eleg.17.
Vitia ponere. Cic.3.de Orat. Idque si feceris,multa (vt arbitror) hic hodie vitia ponemus.
¶Pono,pro Duco,arbitror. Cic.in Brut.Hoc loco ipsum Domitiũ non relinquo. Nam etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono fatis in eo fuisse orationis atque ingenij,quo & magistratus personã, & consularem dignitatem tueretur.
¶Ponere,pro Componere & temperare. Horat.1.Carm.ode 3,
-quo non arbiter Adriæ
Maior,tollere seu ponere vult freta.
¶Ponere,Apponere. Martial.lib.8.23,
Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum. Sic lib.1. Hinc poetæ fabulas & scripta sua ponere dicebantur, quòd ea in scena spectatoribus,quasi in conuiuio apponebãt. Iuuen.satyr.1,Pone Tigillinũ. Id est affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum.
¶Ponere,Pingere.Horat.4.Carm.ode 8,
Hic saxo,liquidis ille coloribus
Solers nunc hominem ponere, nunc deum. Id est formare, pingere. Acron. Turnebus,Ponere,more Græco dixit,pro facere. Nam in eo sensu fæpenumero ποιεῖν ab Homero vsurpatur. Sic alio loco idẽ Flaccus,
Quia ponere totum Nesciet. Id est facere.
¶Ponere pallium, aut aliquid aliud, quod & Deponere dicitur. Plautus Curcul.7.
Ponere fagina pocula. Id est Deponere in sponsionem. Virgilius 4.ecloga.
¶Pone eum esse victum. Terentius Phorm.4.3. Iulianus in l.Si in qualitate.D.De act.empt.& vend. Pone enim dixisse eum, quinquaginta iugera vineæ esse,&c.
¶Ponunt philosophi, Id est statuunt, censent,decernunt,scribunt. Plin.lib. 11.cap. 52, Aristoteles vitæ breuis signa ponit raros dentes. Cic.4.de Fin. Sed primùm positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis.
¶Longè & retro ponenda omnia,quæ sine honestate sunt. Cicero 5.Tusculan.
¶Positum est in te vt,&c. Id est In te situm est. Cic. Att.lib.12,Sed si perficitur de hortis Silij,hoc est,si perficis(est enim totum positum in te) nihil est feliciter quod de Cotta cogitemus.
¶Positum sit. Cic.in Orat.Positum sic igitur in primis (quod pòst magis intelligetur) sine philosophia nõ posse effici quem quærimus eloquentem. Idem lib.4.de Finib.Sed primùm positum sit,nosmetipsos commendatos esse nobis, &c. Philosophica locutio est: nam positiones vocant philosophi,eas propositiones,quæ sine probatione ponuntur, & quarum in aliud tempus probatio differtur. Græci θέσεις vocant.

Positus,pen.corr.Particip. {πόθεν.} vt
Positis omnium aliarum rerum curis.Liu.7.ab Vrbe.
¶Positus,Exanimatus.Virg.4.Æneidos,
-sic te vt posita,crudelis abessem? Seruius. Ouidius,
Téne ego sustinco positum scelerata videre? Id est mortuum.
-Corpus positum,id est humatum.Lucret.lib.3,
Proinde vbi se videas hominem indignarier ipsum
Post mortem fore,vt aut putrescat corpore posito,&c. Posito,posito.
¶Positus super armamentarium, Præfectus armamentario. Curtius libro 6.
¶Posita,pro Posita.Lucret.lib.3,
Semina sæpe in eodem, vt nunc sunt ordine posita.

Positurus,pen.prod. {θέσων.} Ouid.3.Metamorphoseos,
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.

Positor,pen.corr. {κτίστης.} Ouid.9.Metamorphoseos,
-& in Aside terra
Mœnia constituis,positoris habentia nomen. Id est conditoris.
Templorum positor.Ouid.2.Fast.

Positus,huius positus,pen.corr.masc.gen. {θέσις} Id est positio, siue situs.Ouid.4.Fastorum,
Trinacria,à positu nomen adepta loci. Celsus in principio libri 8,
Prius positus ossium,figuráque indicabo.
Locorum positus. Tacit.lib.4, Quæ positu regionis à tergo illis.
Idem lib.5,Ille positus siderum,ac spatia dimensus.
Verbs melius defensa positu.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.
Mœnibus,& positu vix adeunda loci.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.
Variare capillos positu.Ouid de Medicamine faciei.
Variare comas positu.Ouid.2.Metam.

Positiuus, pen.prod. Adiectiuum {θετικὸς} Quod primò positum est, nec aliunde deriuatum.à quo Grammatici Positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguunt, quòd illud sit quasi fundamentum istorum.

Positura,posituræ,penul.prod. {θέσις.} Nota qua sensus in oratione distinguitur.Lucret.lib.1.
Dissoluuntur enim posituræ principiorum.Lucret.lib.2.
Positura, Situs,siue positio.Gellius lib.14.cap.1,Vt animadverteretur quo habitu,quáque forma, quáque positura stellarum aliquis natus esset.Sic syllabam esse longam positura dicimus.

Positio,Verbale {θέσις,θέσεως.} Plin.lib.18.cap.5, Vt solum sua virtute valeat, qua dictum est,positione.
Loci positio.Quintil.lib.3.cap.7.
Positio cæli,pro Situ,regione, vel statu alicuius rei ad aliquam cęli vel solis partem: quidam aspectum vocant. Colum.lib.1.cap.6.
Positio verbis.Cic.pro Flacco, De quorum verbis positione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est. De Athenis.
Positio campestris.Colum.lib.1.cap.2.
Positionis arbustiuæ exemplo.Colum.lib.4.cap.1.
¶Positio,apud Oratores. Quintilianus lib.9.cap.4,Tempus enim solùm (alij sonum legunt) metitur, vt à sublatione ad positionem iisdem sit spatiis pedum. Quem locum sic explicat Diomedes lib.3, Pes est subiatio & positio duarum aut trium amplíue syllabarum, spatio comprehensa. Pes est poeticæ dictionis duarum amplíusve syllabarum cum certa temporum obseruatione modus, recipiés ἄρσιν & θέσιν.Id est,qui incipit elatione,& finitur positione. Hæc ille.
Positio Sublationi opponitur,éstque syllabę inter pronuntiandum depositio,seu depressio,Vide ARSIS.
Vitia positionum.Quintil. lib.2.cap.10.
Inconueniens positio.Quintil.lib.1.cap.5.
Positio dictionis.Quintil.lib.1.cap.5,Simplices voces positione,id est natura sua constant.compositæ autem præpositionibus subiungũtur: vt Innocens,&c. Budæus.

Fœminina positio. Quintil.lib.1.cap.4. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. De nominum generibus. Positionem hic interpretor, quam Grammatici vulgò *terminationem* vocant.

Positio, pro Thesi seu argumento. Quintil.lib.1. cap.3, Taceo de positionibus & declamationibus rhetorum.

POns,pontis,m.g. {πόντος} Per quod super aquas transimus. A pendeo dicitur, quòd veluti in aere pendeat. Plin.lib.8.cap.3, Territos spatio procul pontis à continente porrecti, vt sese longinquitatis æstimatione fallerent, auersos retrorsus isse.

Ignotus pons.Virg.3 Georg.
Naumachiarius, Vide NAVIS.
Saxeus.Lucan.lib 4.
Solutus. Claud.7.Paneg.
¶Angusto ponte pars oppidi adiungitur & continetur. Cic.6.Ver.
Crebris pontibus consistere.Virg.4.Georg.
Deiicere de ponte in Tyberim aliquem. Cic.pro Rosc.Amer.
Distendere pontem in agros.Lucan.lib.4.
Disturbare pontes.Author ad Herenn.lib.1.
Facere pontem.Cic.in Vatin.
Indere pontes.Tacit.lib.12.
Iniicere pontem, Vide INIICIO.
Interrupi pontes quos feceram.Plancus Cic.lib.10.23.
Interscindere pontem à tergo.Cic.2.de Legib.
Iungere ponte fluuium,Fluuio pontem imponere.Curtius lib.4.
Ludere ponte magno.Catul.ad Colonium,epigr.17.
Reuellere pontes.Claud.lib.1.in Ruffinum.
Rupti torrentibus pontes.Quintil.lib.2.cap.13.
Vellere pontem.Virg.8.Æneid.
¶Pons,pro Scala nauium.Virg.10. Æneidos,
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.
¶De ponte deiicere fexagenarios solebant antiquitus, teste Festo, in integris codicibus. Cic.pro Rosc.Amer.Habeo etiam dicere,quę contra morem maiorum, minorem annis fexaginta de ponte in Tybetim deiecerit. Budæus.
¶Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat. Catul.epigr.17.
¶Pons aliud significat apud Cic.ad Attic.lib.1.epist.11, Operæ, inquit,Clodianæ pontes occuparãt. tabellæ ministrabantur,ita vt nulla daretur, Vti rogas. Pontes (ait Paulus Manutius) quibus cistæ suffragiorum superimpositæ. Pontes igitur occuparant operæ Clodianæ, vt ex iis quas vellent tabellas suffragium laturis ministrarẽt, eas inquam duntaxat, quæ inscriptæ essent,Vti rogas Lib.1. Rhetor. ad Herennium: Cepio,vt Saturninum contra Senatusconsultum,intercedentibus collegis, legem de semissibus & trientibus aduersus Rempub.vidit ferre: cum viris bonis impetum facit: pontes disturbat: cistas deiicit: impedimento est: quò serius feratur lex. Et lib.3. de Legib.Pontes etiã lex Martia fecit angustos. Ouid.lib.5.Fastorũ, Pars putat,vt ferrent iuuenes suffragia soli

Pontibus infirmos præcipitasse senes. Pontes puto fuisse mensulas angustissimas pedibus altioribus , pontes ad similitudinẽ dictas, non ad veritatem. & singulas coniicio singulis tribubus aut curiis appositas , cistis superstratas , suffragiorum tabellas continentibus. Hæc Manutius. Vide Erasmum in Prouerb. Sexagenarios de ponte deiicere.

Ponticulus,ponticuli,pen.corr.m gen.Diminutiuum.{γεφυρίδιον.} Cic. lib.5.Tusc. Et quum fossam latam cubiculari lecto circundedisset,eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset,&c.

Ponto, pontonis,pen.prod.m.gen. {πορθμεῖον.} Pontones , naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur. Paulus in l.vlt.D. De seruit.rust.præd.Flumine interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest,aut pontem habet,diuersum, si põtonibus traiiciatur. Cæs.3.bel.Ciuil.Pontones,quod est genus nauium Gallicarum, Lysi relinquit.

PONTIA {πόντια} Insula Tyrrheni maris, teste Ptolemæo lib.3.cap.1, Vulgò *Ponce*. Ex hac fuit Pontius Pilatus. Pontiæ item , insulæ sunt in mari Tusco, vt scribit Plinius lib.3.cap.6, Ab his vltra Tiberina ostia in Antiano,Astura,mox Palmaria,Sinonia,& aduersum Formias Pontiæ.

PONTIA tribus,ab oppido Pontio, cuius ciues in vrbem asciti fuerãt, dicta nominatá que est.Alexander Alexand.lib.1.cap.17.Vide TRIBVS.

PONTIAE,insulæ sunt aduersum Formias,ad ostia Tiberina. Plin.libro 3.capite 6.

Pontica gemma. Ponticarum plura sunt genera. Est stellata , nunc sanguin.is,nunc atris guttis,quæ inter sacras habetur.alia pro stellis eiusdem coloris lineas habet,alia montium conuallúmque effigies. Plin.lib.37.cap.10.

Ponticulus,Vide PONS.

PONTICVS {πόντικος} Poeta quidam qui de bello Thebano scripsit,vt inquit Propert.lib.1.eleg.7. Ouidius quoque lib.4. Trist.eleg.9,huius meminit,

Ponticus heroo,Bartus quoque clarus iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.

Pontifex,p.corr.põtificis,p.corr.m.g. {γεφυροποιὸς,γέφυραι,ἐπέρχομαι} Sacer magistratus,vt apud Varr.lib.4.de Ling.Lat.ait Sæuola, A posse & facere dictus:vel,vt ait Varro,à ponte:quia sublicius pons à pontificibus factus est primùm,& deinde restitutus. A posse & facere deriuat Sæuola,quia ius illis erat sacrificandi. Facere enim apud veteres, sacrificare est. Cic.Att.lib.4, Calendis Octobris habetur Senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant Senatores,&c.

Præsunt sacris pontifices, auspiciis augures. Cicero 1.de Natura deorum.

Sacerdotes alij diuis aliis, omnibus pontifices , singulis flamines sunt.o.Cic.2.de Legib.

In pontificum libris & in XII tabulis plurima est antiquitatis effigies.Cic.in Orat.

Cœnæ pontificum.Horat.lib.2.Carm.ode 14.
Libri pontificum.Horat.2.epist.1.

Religio pontificum. Cic.pro Domo,Si cuius fortè pontificis animum (quod certo scio aliter esse)mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione pontificum,aut de Republ.&c.

Secures pontificum.Horat.3.Carm.ode 23.
Dicite pontifices , in sacro quid facit aurum?Persius satyra 2.

Erant maiores & minores põtifices:Inter quos summus,qui põtifex maxim⁹ dictus est:quòd maximarũ rerũ,quæ ad sacra & religionem pertinent,iudex sit, vindex contumaciæ priuatorum magistratuum. Numa enim pontificem fecit,eíque sacra omnia attribuit : eiúsque scitis sacra omnia priuata & publica subiecit : instituítque vt idem pontifex non cælestes modò cæremonias,sed iusta quoque funebria,placandósque manes edoceret. Author Liuius Decad.1.lib.1. Alex.lib 2.cap.8.

Maximus pontifex Metellus viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit Cic.de Senect.

Minores pontifices,Vide Minor in PARVVS.

Pontificatus,huius pontificatus, pen.prod. {ἀρχιερωσύνη} Pontificis dignitas,sicut Consulatus. Cic. de Arusp.resp.Qui statas solennésque cæremonias,pontificatu,&c.contineri putauerunt.

Pontificius, Adiectiuum, Quod est pontificis. Cic.3.de Nat.deor. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio & moremaiorum. Idque cum multis aliis rebus,tum è pontificio iure,& cæremoniis sepulcrorũ intelligi licet. Item in Bruto. Audiui enim nuper studiosè,& frequenter Sami,quum ex eo ius nostrum pontificium,qua ex parte cum iure ciuili coniunctũ esset, vellem cognoscere. Sanè ius pontificium , quod hodie ius canonicum vocant,etiam nunc cum iure ciuili coniunctum est.

Pontificia,pontificiorum,plur.num.Libri pontificij.Cic.1.de Nat.deor. Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris,deorum autem innumerabilis.

Pontificium,Substantiuè, pro Iure & potestate faciendi. Gell.lib.1.cap. 13.Sunt enim non pauci qui sentẽtiam suam in vna parte defixerint, & re semel statuta , deliberatáque ab eo , cuius negotium id , pontificiúmque esset , nequaquam putauerint contra dictum eius faciendum esse.

Pontificalis,& hoc pontificale,penult.producta , Quod ad pontificem pertinet. Vnde Pontificales libri , in quibus sacræ cæremoniæ continẽntur.

Pontificalis authoritas.Cic.2.de Leg.
Caput pontificale. Ouid.3.Fast.
Pontificales cœnas , olim appellabant cœnas sumptuosas , opiparáque. Ad quod alludit Horat.2.Carm.ode 14, -& mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis. Macrobius libro Saturnalium tertio, vetustissimam quandam pontificis cœnam describit,summo apparatu,& omnigenis lautitiis affatim instructam. Id inde natum apparet, quòd solennes,sacraéque cœnæ exquisitissimis epulis soleant instrui. Erasmus.

Honor pontificalis.Oui 1.3.Fast.
Pontificalia aeque auguralia insignia.Liu.10.ab Vrbe.
Ius pontificale.Cic.2.de Legib.
Sacrum pontificale.Ouid.1.Fast.

PONTINA, pen.prod. {πόντινα} Palus Volscorũ est iuxta viam Appiã, quam Plin.lib.3.cap.5,non longè fuisse à Circeis dicit, quem locum XXIIII vrbium fuisse Mutianus ter Consul prodidit. Exsiccata est à Corn. Cethego cos. cui ea prouincia obuenerat : agéraque ex ea factus,vt ait Liuius lib.47. Insequentibus deinde seculis iterum exsiccata à Theodorico Gothorum rege, vt ex eius inscriptione in eo loco cernitur. Latrunculorum autem fuisse sedem ait Iuuenal.satyr.3. Lucan.lib.3. Quintil.lib.3 cap.8.

PONTINA tribus, Vide TRIBVS.

PONTINVS,penult.prod. {πόντιος} Vir fortissimus: laborum,periculorum , consiliorum Ciceronis socius : vt ipse testatur de Prouinc. Consul. Modò ille meorum laborum,periculorum,consiliorum socius C. Pontinus fortissimus vir , ortum repentè bellum Allobrogum, atque hac scelerata coniuratione excitatum , præliis fregit , eóque domuit qui lacessierant: & ea victoria contentus, Repub. metu.liberata quieuit.

Pontones, Vide PONS.

PONTVS {πόντος} Insula est, de qua Virg 1.Georgicorum,

-viroſáque Põtus Castorea. Est & prouincia Asiæ Minoris,à Põto rege sic cognominata,nobilis crudelitate Medeæ. Hæc (vt Strabo refert lib.11.8.9.) ab Occidente Hali fluuiae claudítur,ab Oriẽte Colchide, à Meridie Minori Armenia. Ptolemæus verò aliter libro 5.ait enim, Pontus ab Occasu ore Ponti & Thracio Bosphoro: à Meridie,regione quæ propriè Asia dicitur: à Septentrione parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedon,Nicomedia,Nicea. Hic regnauit Mithridates , Eupator , & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila,veteris testamenti translator & interpres.

Pontus,Nerei filius & Nepturi,vt Eusebius lib.1.Præparat.scribit. Vnde Pontus mare dici videtur. Alij Pontum dici existimant mare, ab πονέω,quod est mergo. Vel à πόντος, id est labor, quia sit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur , quòd careat ponte. Propriè autem id mare Pontus appellatur, quod à palude Mæotidis vsque in Tenedum protenditur : sed vbi primùm se arctat, à Tenedo incipiens , post Helles casum , Hellespontus vocatur : vbi expandit, Propontis : vbi iterum premit , Thracius Bosphorus : vbi iterum effundit,Pontus Euxinus, qui paludi committitur. Palus ipsa, Mæotis in Ponto iuxta Phasidis ostium : Tomos ei loco proxima insula est,Medeæ crudelitate memoranda , quæ ibi fratrem suum Absyrtũ interfecit,nec minus Nasonis exilio nota. Ouid.Tristiũ lib.1, Inde Tomos locus est,&c.

Freta Ponti.Virg.1.Georg.

Gurges

Gurges Ponti.Cic.1.de Diuinat.Ex poeta.
Hyems aspera Ponti.Virg.2.Æneid.
Imago tristis Ponti.Ouid.11.Metam.
Os Ponti & angustiæ.Cic.6.Verr.
¶Angustus Pontus Nepheleidos Helles.Ouid.11.Metam.
Apertus Pontus,Id est latus,latè patens.Ouid.11.Metam.
Arduus.Valer.5.Argon.
Cæruleus.Virg.12.Æneid.
Curuati Ponti littora.Senec.Hippol.1.
Euxinus.Cic.1.de Orat.
Ingens.Virg.1.Æneid.
Mobilis Ponti vaga vnda.Senec.Here.fur.12.
Niger.Valer.1.Argon.
Niualis.Stat.12.Theb.
Profundus.Virg.5.Æneid.
Tranquillus.Stat.6.Theb.
Vastus.Virg.4.Georg.
Ventosi mulcere pericula Ponti.Stat.3.Sylu.2.
¶Bruma astringit Pontum frigore.Lucan.lib.1.
Consistit glacie Pontus.Ouid 3.Trist.eleg.10.
Credere se Ponto.Ouid.13.Metam.
Nomina dare Ponto.Horat.4.Carm.ode 2.
Ferri Ponto.Virg.9.Æneid.
Arctatus rapido feruet quà gurgite Pontus.Lucan.lib.5.
Feruet vertigine Pontus.Ouid.11.Metam.
Legere Pontum ponẽ.Virg.2.Æneid.Id est Transire. Seru.
Mergere Ponto,Vide MERGO.
Miscetur Pontus magno murmure.Virg.1.Æneid.
Obruerat tumulos immensa licentia Ponti.Ouid.1.Metam.
Perertare Pontum.Senec Medea,8.
Subdola quum ridet Placidi pellacia Ponti.Lucret.lib.2.
Sæuit Pontus.Horat.lib.3.Carm.ode 3.
Sæuit Pontus minaci murmure.Lucret.lib.1.
Transire Pontum per vada.Lucret.lib.1.
Transcurrere Pontum. Stat.3.Sylu.4.
Crastina nanque dies trucis ad confiuia Ponti
Cyaneáſque vocat.
Vitus Pontus ab assiduo frigore.Ouid.3.Trist.eleg.2.

Ponticus,pen.corr.Adiectiuum {ποντικός.} Vnde Ponticum absynthium, apud Columel.libro 12.cap.35,Pontici absynthij pondo libram, &c.

Freti Pontici fauces.Senec.Medea,7.
Humus Pontica.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.
Mare.Horat.3.Carm.ode 24.
Nux Pontica,quæ & Prænestina dicitur,& Auellana.Macrob.lib.3. Saturn.cap.18.
Prælia.Lucan.lib.1.
Terra.Ouid.1.Trist.eleg.2.
Verba.Ouid.3.Trist.eleg.14.

Popa, popæ. Popæ dicebantur qui victimas habebant vænales , & qui ligabant eas ad altare,feriebántque. Propert.lib.4.eleg.3,

Succinctæque calent ad noua lucra popæ. Spartianus in vita Getæ,

Percussit hostiam popa nomine Antonius.

Popæ, qui victimas immolabant , alio corpore nudo, ab vmbilico ad pedes inuoluti erant veste, quæ limus dicebatur. Hinc succincti Suetonio dicuntur,Succinctus, inquit,popatum habitu. Seruius,Limus,vestis est,qua ab vmbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum.

Venter popa.Persius Satyr.6.Id est,phago & gulosus, quales erant popæ victimarij.

Popanum, popani,penult.corr. {πόπανον} Placenta lata,tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: sed & pro quocunque libo capitur.Iuuen. Satyr.6,Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. Iulius autem Pollux ait placentam esse, qua in sacrificiis antiqui vtebantur. cuius dictionis frequens est vsus apud Aristophanem.

Popellus,Vide POPVLVS,masc.gen.

POPILIA gens Plebeia Romæ fuit , ex qua M.Popilius M.F.C.N. Lænas Fl.Carmentalis c o s.cum C.Manlio ANN.CCCXCIV. Liu.lib.7. Diodorus 16. Hic quum c o s. esset , eodémque tempore sacrificium cum læna faceret , quòd erat flamen Carmentalis , plebis contra patres concitatione nuntiata,vt erat læna amictus, ita venit in concionem,seditionémque cum authoritate, tum oratione sedauit. Cic.de Clar.orat.

Popilius , legatus ad Antiochum,qui Ptolemæum regem,amicum populo Romano obsederat, missus nuntiatum vt à sociis populi Romani abstineret : cunctantem,responsúmque differentem, virga circunscripsit , ne vltra spatium illud differendo exiret:ex quo territus Antiochus bellum omisit.Liu.lib.45.& Valerius.

Popilius Lanatus, siue Lænas , qui Ciceronem occidit patronum suum in causa capitis.Author Valerius.

Popilia tribus,Vide TRIBVS.

Popina,popinæ,pen.prod.à Popa {κρεπωλεῖον,ὀπτανεῖον} Locus vbi publicè opsonia, caróque cocta, ac delicatè confecta venditatur,comeditúrq; : vel priuatim vbi gulosa familia extraordinariè ligurire & helluari consueuit,authore Valla in Raudẽsem. Cic.3.Philip.Sed quum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi & seuera? vino & epulis retentus , & alea est? si epulæ potius , quàm popinæ nominandæ sunt. Hîc pro epulis ganeæ accipitur. Horat.1.epist.14,

-fornix tibi & vncta popina

Incutiunt vrbis desyderium. Cic.2.in Catilin. Quorum æs alienum contractum in popinam, nullum Reipublicæ motum afferre poterat.

Arcana popina.Vide ARCANVS.
Pro triclinio popinæ, pro cubiculis stabula in sedibus huius sunt. Cic.2.Philip.
Calida.Iuuen.Satyr.11.

Dies.Martial.lib.5.45.
Immundæ.Horat.2.Serm.satyr.4.
Nigra.Martial.lib.7.60.

Tenebricosa. Cic.in Pison. Tu ex tenebricosa popina Consul extractus , cum illa saltatrice tonsa , Senatum Reipublicæ occasum atque interitum lugere vetuisti.

Tepidæ.Martial.lib.1.125.

Vncta popina,Id est in qua coquuntur omnis generis opsonia.Horat.1.epist.ad Villicum suum.

Inhalare popinam. Cic.in Pison. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Popino , penult.prod.popinonis, mascul.gen. {λιχνεύτης, ἄκοιτος} Qui in popinis versatur,& helluatur. Suet.de Claris Grammat. Lurconem, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita scriptíſque mõstrosum. Horat.2.Serm.satyr.7,

Imbecillus,iners:sim quiduis,adde popino.

Popino, Tabernarius, qui popinariam exercet.Varr.Modio, Quis poculis argenteis in chorum introibit? popino.

Popinor, pen.prod.popinaris {λιχνεύομαι,ἀκοιτεύομαι} popinári, Helluari & indulgere popinis. Iulius Capitol. Dum Galienus popinatur , & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Popinarius , popinarij. Firmicus libro 4. capite 6 , Faciet pharmacopolas , aut popinarios. Et cap.15,Faciet hospites,popinarios,tabernarios.

Popinatio , popinationis { ἀκοιτία } Nunc upata est à Gellio libro 10.capite 17. quæ alio nomine dicitur helluatio , quam Græci asotiam vocant.

Popinalis,& hoc popinale,pen.prod.{ἐμπορικὸς} Quod ad popinam spectat.Colum.lib.8.cap.16,Iam enim celebres erant deliciæ popinales, quum ab mari defertentur viuaria.

Poples,poplitis, pen.corr.masc.gen. {γόνυ,ιγνύη} Pars opposita genu. Dicta quòd plicetur & curuetur.Colum.libro 6 cap.12,Si dolore nervorum claudicat, oleo & sale genua,poplitéſque, & crura confricanda sunt,donec sanetur.

Defectus poples.Ouid.13.Metam.
Firmus.Ouid.15.Metam.
Lapsus Lucan.lib.3.
Mollia nodosus facit internodia poples Ouid.6.Metam.
Succiduus.Ouid.10.Metam.
Suspensus.Stat.5.Sylu.4.
Tensus.Stat.9.Theb.
¶Contendere poplitem,Vide CONTENDO.
Depositio victum præbebat poplite collum.Lucan.lib.1.
Duplicato poplite ad terram incidit.Virg.12.Æneid.
Excipere se poplitibus.Curtius lib 6.
Flexo poplite sidunt.Stat.6.Theb.
Proiiciet truncum submisso poplite corpus.Catul.Arg 59.

POPPEA, Poppeæ {ποππαία} Secunda Neronis Claudij Cæsaris vxor. Suet.in Nerone,cap 35.

Poppeanus , pen.prod.Adiect. {ποππαιανὸς} Quod ad Poppeam spectat, vel quo Poppea vti solebat. Iuuen.Satyr.6,

-ridendáque multo
Pane tumet facies,aut pinguia poppeana
Spirat, & hinc miseri vitcantur labra mariti. Sic legendum , non vt corruptè Calepinus popana: & sunt vnguenta ex asinæ lacte composita ad conciliandum faciei decorem , quibus Poppea vxor Neronis, vt inquit Plin.lib.11.cap.41,vtebatur.

Poppysma , poppysmatis, pen.corr.neut.gen. {πόππυσμα} Dicitur sibilus tenuis ore emissus,vel vocis blandimentum : quod fit equis indomitis, cum tractatione manuum. Vnde & quæ fit manibus palpatio interpretari potest,vt apud Iuuenalem Satyr.6,Præbebit vati crebrum poppysma roganti. Id est,metoscopo & chiromãti roganti sibi manum ostendi & frontem,vt facere solent, præbebit crebrũ poppysma,quod est adulabitur,assentabitur, captans eius beneuolẽtiam, vt sibi fata sua canat , & eum prope adorabit : vel potius , præbebit manum & frontem vati petenti & roganti se pro diuino obseruari & haberi,& dum fata loquetur , cum admiratione & veneratione metúque poppysmis excipiet frequentibus.

Poppysmus,poppysmi { ποππυσμὸς } à ποππύζειν, quod est illi sis manibus inter se,& palma cum palma collata plausum edere. Plin.lib.28 cap. 2,Fulgetras poppysmis adorare , consensus gentium est. Poppysmis adorare fulgetras , id est eas adorare leuiter complosis manibus cauis , velut ad deliniendum louem iratum. Manus enim cauæ complosæ poppysmum efficiunt , quæ vox fictitia est ad soni expressionem. Turneb Vide Alexand.ab Alexandr.lib.15.cap.13.

Poppyzon,poppyzontis,Demulcens,blandè attrectans,sibilans.Plinius libro 35.capite 10,Quum pingeret poppyzonta retinentem equum.

Populnus,Vide POPVLVS, fœm.gen.

POPVLONIA {πολιὰ ἐν} Hetruriæ ciuitas iuxta Pisas, authore Pomponio Melâ lib.2.Hodie *Piumbinum*.Vulgò *Piombino*.

POPVLONIVM {πολώνιον} Tuscorum promontorium , Ptolemæo lib. 3.cap.1.*Baratellus* portus hodie.

Populus, populi, prima corr.mascul.gen. {δῆμος, λαὸς, λεὼς, κῖτος} Singulari numero vnius ciuitatis multitudinem significat. Virgilius 5. Æneidos,

Hinc populum latè regem,bellóque superbum. Populus , Multitudo hominum,iuris consensu & concordi communione sociata.

Populus princeps terrarum,Romani dicuntur.Plin.lib.22.cap.3.
Populi,in plurali,diuersarum ciuitatum multitudo. Virg.1.Æneid.
Populi Æthiopum.Ouid.2.Metam.
Scultorum regum,& populorum continet æstus.Horat.1.epist.2.
Fauor populi.Ouid.4.Fast.
Stultáque pars populi quæ sit sua curia nescit.Ouid.2.Fast.
Rector populorum.Ouid.7.Metam.
Regnator.Horat.3.Carm.ode 30.
¶Acres populi.Silius lib.13.

Armati.Claud.de bello Gildon.
Æger.Senec.OEdipo,10.
Audax.Virg.4.Æneid.
Auritus,Vide AVRIS.
Contumax.Senec.Thyest.8.
Degener.Lucan.lib.2.
Exanguis.Stat.12.Theb.
Frequens.Horat.1.Carm.ode 35.
Furens.Lucan.lib.1.
Hilaris.Ouid.3.de Arte.
Indomiti.Lucan.lib.4.
Innumerus.Silius lib.13.
Integerrimi diuturna pace,Vide INTEGER.
Lati.Virg.1.Æneid.
Leuis.Horat.2.epist.1.
Magnus,Vide MAGNVS.
Nobilis.Iuuen.satyr.15.
Potens.Lucan.lib.1.
Præceps.Lucan.lib.1.
Rudis.Ouid.1.Fast.
Silens populus,Inferi.Claud.2.de raptu Proserp.
Populus tributus. Horat.2.Serm.satyr.1, -atqui
Primores populi arripuit,populúmque tributum. Id est,summi & infimi à Lucilio styli satyrici acerbitate vulnerari sunt. Plerique omnes legũt tributim:at quum primores dixerit,& plebem significare proximo cæso debuerit, tributum Turnebus legendum censet. Tribus enim ignobiliorum erant : & Plinius quodã loco tribus pro pauperioribus dixit,& ab eodem Horatio conuiua tribulis appellatur,nõ diues. Idem tamen sensus efficitur tributim legenti,sed non tã commodè respondet.
Trux.Stat.10.Theb.
¶Compescere populos tumentes,Vide COMPESCO.
Concedere populo vsum loquendi.Cic.in Orat.
Concionari apud populum,Vide Concionor,in CONCIO.
Conscribere populum,Vide CONSCRIBO.
Voces populi contemnere.Horat.1.Serm.satyr.1.
Contundere populos feroces.Virg.1.Æneid.
Conuocare populum in tribus,Vide CONVOCO.
Inspectante populo,Vide INSPECTO.
Feroces populos lenire.Claud.7.Paneg.
Pascere populum frumenti copia.Horat.1.epist.15.
Profectus ad bella.Ouid.1.Fast.
Regere populos imperio.Virg.6.Æneid.
Spectaret populum ludis attentius ipsis.Horat.2.epist.1.
Tueri populum sub religione.Virg.2.Æneid.
Téne magis saluum populus velit,an populum tu.Horat.1.epist.17.
Integros atque florentes populos vici,Vide INTEGER.
Populus fundus factus. Festus, Populus fundus dicitur ei rei quã alienat: id est author. Ex quo intelligimus apud Ciceronem in orat. pro Cornel.Balbo,fundum populum fieri,qui author fit.Negat enim eo loco Cicero in mutanda ciuitate opus esse populi authoritate, quum ita cuique sua cõstet libertas, VTER vrbe cuius est ciuis,si velit demigret, alióque domicilium sedémque cõferat & collocet,&,si in ciuitatem aliquam adsciscatur,ei se dicare possit relicta germana patria: quod idé iuris Romanis ait esse comparatum. Meminit Gellius, & fusius Turnebus,quem vide.
¶Populus, de apibus.Colum.lib.9.cap.13,de remediis apum laborantium morbo, Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.
Popellus.popelli,Diminutiuũ {δημίδιον} Paruus populus. Pers.Satyr.4, Ante diem blando caudam iactare popello.
Tunicatus popellus.Horat.1.epist.7,
-Vulteius mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat.
Popularis,& hoc populare,pen.prod. {δημοτικὸς,ἰδιωτικὸς,κομψὸς,δημοκοπικὸς} Quod est populi Horat.de Arte, -& populares
Vincentem strepitus,& natus rebus agendis.
Animus verè popularis,& saluti populi consulens.Cic.4.Catil.
Ars popularis rhetorum.Cic.3.de Finib.Item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses atque populares.
Aura. Horat.3.Carm. ode 2.Cic.de Aruſp.resp. Sulpitiũ ab optima causa profectum, Caióque Tuscio Consulatum contra leges petenti resistentem,longius quàm voluit,popularis aura prouexit.
Auris popularibus gaudens.Virg 6.Æneid.
Auris popularibus impelli.Lucan.lib.1.
Cædes.Ouid.12.Metam.
Cœtus popularis & forensis.Cic.4.Acad.
Commemoratio Quintil.lib.4 cap.3.
Delectatio.Quintil.lib.2.cap.10.
Dictio.Cic.in Bruto,Et verò fuit in hoc & popularis dictio excellens. Id est, ad conciones populares maximè accommodata. De L. Crasso loquitur.
Popularegenus dicendi. Cic.in Brut.Sp. Torius satis valuit in popularigenere dicendi : id est,ad popularem sensum accommodato, grato, iucundo, quo populus in primis delectatur : in quo versantur mediocres oratores,& qui populo gratificari volunt.
Fama popularis.Cic.2.de Finib.Vt consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum,quod est popularifama gloriosum.
Flumen popularе.Ouid.12.Metam.
Iactario,Vide IACTO.
Imperium popularе & semper extraordinarium atque ventosum est.Cic.11.Philip.
Ingenium.Liu.2.ab Vrbe,Cui ingenium magis populare erat.
Lex popularis,Id est quam populus sanxit.Cic.2.de Leg.
Nomine populari appellari.Plin.lib.13.cap.4. Id est nomine vulgò vsurpato à populo.

Persuasio.Quintil.lib.2.cap.15.
Ratio.Cic.1.de Leg.
Sacra popularia, vt Labeo ait, sunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa sunt, vt Fornacalia, Parilia, Laralia, Porca, Precidiana.Hæc Festus. Sic dicta,quòd populo grata essent,quum in populum missio fieret ab iis qui gratiam plebis quærebant: & hoc duplici modo : aut de Repub.bene sentiendo: & ea quæ ad populi salutem spectant, recta cum ratione agendo : aut largiendo & adulando,vel aliis corruptelis beneuolentiam captando.
Populare sacrum.Martial.lib.10.epigr.41.
Ad vulgarem popularémque sensum accommodata oratio. Cic.1. de Orat.
Sermo.Senec.Here fur.6.
Studiis popularibus munitus.Claud.3.Paneg.
Turbæ Quintil.lib.2.cap.16.
Popularis & ciuilis vsus.Cic.3.de Legib.Non ad hunc vsum popularem atque ciuilem de Republica differebant.
¶Popularis {ἐμπάθημα,πάθος} Ciuis,& vnus ex populo. Terentius Adelph.2.1,Obsecro populares ferre misero atque innocenti auxilium.Cic.4.Acad. At hoc Anaximandro populari, & sodali suo non persuasit.
Impleuit populares laudibus & meritis Scipionis, Vide IMPLEO.
Popularis ciuis.Cic.3.de Legib.Sapientis autem ciuis fuit,causam nec perniciosam, & ita popularem, vt non posset obsisti perniciosè, populari ciui non relinquere.
Fieri popularem. Cic.de Aruſp.resp. Saturninum quòd in annonæ caritate Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, eíque rei M. Scaurum præfecit, scimus dolore factum esse popularem. Id est quod prius dixerar,A grauitate patrum defecisse.
¶Popularis,de gliribus.Plin.lib.8.cap.57, Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem syluæ : & si miscеantur alienigenæ,&c.
¶Popularis,pro Subdito.Liuius Decad 4.lib.2,Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos. Id est suorum subditorum. De Philippo loquẽs. Saluſtius,Dubitare,virtuti an fidei popularium minus crederet.De Iugurtha.Budæus.
¶Popularis,inquit Donatus,A fortuna eiusdem conditionis, gentisque, sortis, & fortunæ. Terent.Phorm.1.1, Amicus summus meus & popularis Geta.
¶Popularis,pro Consciо,vel participe,socio,consorte,vel fautore. Saluſt.in Catil.Igitur comitiis habitis Consules declarantur M.Tullius, & C.Antonius. Quod factum primò populares coniurationis concusserat. Paulo antè,Fuere ea tempestate qui dicerẽt Catilinam oratione habita quum ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse,&c.
¶Populares, quos vulgus vocat Cõpatriotas. Suet.in Nerone, capite 44,Initio statim tumultus, multa & immania creditur destinasse:quicquid vbique exulum,quicquid in Vrbe hominum Gallicanorũ esset,contrucidare: illos,ne defeiscentibus aggregarentur: hos,vt consciospopularium suorum atque fautores:Gallias exercitibus diripiendas permittere,&c.
¶Popularis, Populo amatus & charus, authore Donato.Cic.Nihil tam popularе,quàm bonitas. Qui sint populares, Vide Optimas,in BONVS.
Popularе atque plausibile nomen Censoriũ factum est. Cic.1.Verr. Popularе,quod populo valde placet.
Maximè popularis homo Quintius, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset.Cic.pro Cluent.
Popularis,id est assentator,& leuis ciuis: Constans,seuerus & grauis:contraria.Cic.de Amic.
¶Popularis,humilis, vilis,è populóque factus, interpretatur Donatus. Plautus, Præstat diuitem esse ac popularem, quàm nobilem & mendicum.
¶Popularia,gen.neut.numeri pluralis, loca erant in quibus populus sedebat in theatro, siue sedilia in quibus populus sedens spectare consueuera : sicut Equestria dicuntur, loca in quibus Equites sedentes spectabant.Sueton.in Domitian.cap.4,Die proximo omne genus rerum missilia sparsit. & quia pars maior intra popularia decideret, quinquagenas tesseras in singulos cu neos equestris ac senatorij ordinis pronuntiauit.
¶Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum.Nonius.
Popularitas,pen.corr.popularitatis{δημότης} Populi coniunctio,Amicitia quæ eiusdem patriæ habitatione contrahitur. Plin.libro 33.capite 2, Iudicum autem appellatione separati eum ordinem primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate in contumeliam Senatus.
¶Popularitas{δημαγωγία} gratia in populo. Plin.lib.6.epist.31,Dixit causam Claudius Aristiõ princeps Ephesiorũ,homo munificus,& innoxiæ popularitatis.Id est populo gratus sine dãno alicuius. Quintil.lib.5.cap.9, Vnde Spurij Melij, M.que Manlij popularitas signum affectati regni fuit existimatum.
Popularitеr, pen.corr.Aduerbium, Affabiliter, humaniter,& cum gratia populi. Iuuuen.Satyr.3,
-& verso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt popularitеr.
Popularitеr,& Moderatè,contraria.Cic.pro Sextio.
Popularitеr, More populi. Cic.in Somnio Scip. Homines enim popularitеr annum tantummodo Solis, id est vnius astri reditum metiuntur.
Popularitеr agere.Cic 3.Verr. Et me popularitеr agere,atque inuidiam commouere,quod puerũ producerem,clamitauit. Id est, seditiosè & inuidiosè in ordinem Senatorium.
Popularitеr loqui. Cic 2.de Finib.Sed hæc,rhetorica philosophorum,non nostra illa forensi, quam necesse est quum popularitеr loquatur,

¶Potestas & facultas. Cic.2. de Inuent.Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur,aut potestas aliis defuisse demonstranda est,aut facultas,aut voluntas.
Potestas adipiscendi,&c.Plaut.Epid.2.
Quocunque tẽpore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c. Cic.Lentulo,lib.1.9.
Quidlibet audendi æqua poetis & pictoribus potestas. Horat.de Arte.
Plumbi potestas,pro plumbo.Lucret.lib.5,
Et simul argenti pondus,plumbíque potestas. Sic Virgilius,
-odora canum vis,pro canibus potuit. Turneb.
Nutus atque potestas.Cic.3.in Catil.Hanc vrbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari.
Optio & potestas.Cic.in Vatinium, An erit hæc optio & potestas tua,vt,&c.
Vis omnis ac potestas deorum.Cic.3.de Nat.deor.
¶Potestas & dominatus.Cic.2.de Nat.deor.Itaque necesse est illud etiam in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniúmque rerum potestate dominatúque dignissimum.
Dominatio & potestas. Cic.2.de Lege agrar. Hoc paruum argumentum vobis erit,à certis hominibus dominationem potestatémq; omnium rerum quæri,quum videatis eum,&c.
Imperium & potestas.Cic.2.de Lege agraria, Si hoc fieri potest, vt in hac ciuitate,quæ longè iure libertatis cæteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit:quid,&c.
Magistratus & potestas. Cic.1.Tusculi.Sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit.De Catone.
Præditus summa potestate homo.Cic.pro Domo.
¶Compacta potestas Centaurorum ex membris alienigenis. Lucret.libro 5.
Decemuiralis.Tacit.lib.1.
Extraordinariæ.Cic.pro Domo.
Firma rerum.Valer.4.Argon.
Fracta & penè translata.Claud.3.Paneg.
Immensa.deũm.Lucret.lib.5.
Inuidiosa.Claud.2.Paneg.
Iusta potestas est illi in ambos.Horat.2.Serm.satyr.7.
Iusta & legitima,Vide LEX.
Lenis.Claud.2.Paneg.
Naturalis potestas,pro Natura. Virtuuius lib.9,Nanque in his locis ita naturalis potestas architectata est. Quo genere circuitionis Lucretius vtitur:& ferri potestatem,pro ferro dicit.Turneb.
Regia.Cic.3.de Legib.
Summa.Seneca Thyeste,5.
Tranquilla.Claud.8.Paneg.
Violenta.Claud.8.Paneg.
Vinata corporis atque animi.Lucret.lib.3. Alij legunt, animaï innata potestas.
¶Abrogare potestatem,Vide ABROGO.
Accipere,Vide ACCIPIO.
Adimere,Vide ADIMO.
Per potestatem auferre aliquid alicui.Cic.6.Verr.
Cadere in potestatem,Vide CADO.
Peccandi potestatem alicui concedere.Cic.11.Philip.
Continere in sua potestate aliquos.Cic.2.in Catil.
Deducere alicuius potestatem,Vide DEDVCO.
Deferre potestatem alicui tribuendorum beneficiorum. Cic.pro Corn.Balbo,Potest esse vlla denique maiestas,si impedimur,quo minus per Pop.Rom. beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?
Spatio diuisa potestas.Lucret.lib.3.
Dare potestatem.Cic.Planco,lib.10.13,Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ,nihil prætermisi,&c.
Respirandi potestatem dare.Cic.pro Quintio.
Eligendi potestatem dare.Cic.2.de Inuent.
Esse prædítum potestate.Cic.pro Domo.
Eripere potestatem.Cic.in Vatin.
Exisse de potestate propriè iratos dicimus,id est de consilio,de ratione,de mente.Cic.4.Tuscul.
Facere potestatẽ. Cic.1.in Catil. Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem.
Conueniendi sui potestatem omnibus facere.Cic.8.Philip.
Interpellandi facio tibi potestatem. Cic.pro Rosc.Amer.
Libera facta est mihi potestas loquendi. Cicero Antequam iret in exilium.
Potestatẽ sui facere.Cic.ad Q.fratr.lib.1, Quod quum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque Prætores diebus aliquot adiri possent,vel potestatem sui facerent,in concionem ascendit.
Gerere potestates. Author ad Herennium, lib.3,In diuitiis qualis, aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum.
Gliscit potestas.Tacit.lib.3.
Habere potestatem. Cic.pro Corn.Balbo,Si præmij tribuendi potestatem nullam haberemus.
Regalem habuit potestatem.Cic.de Aruspic.respon.De Sylla.
Habere summam potestatem in aliquo loco. Cicero Quint.fratri, libro 1.1.
Habere potestatem alicuius. Cic.in Saluſt. Qui eo tempore summam tui potestatem habuit.
Habere aliquẽ in sua potestate.Brut.Cic 4.3. Et 4.Verr.Quadruplatorum quicquid erat,habebat in potestate.
Vitæ necessuæ potestatem habere in aliquem.Cic.pro Domo.
Ducendi liberum spiritum nullam habeo potestatem. Cic.Antequam iret in exilium.

Jùs potestatémque imperandi habere.Cic 11.Philip.
Nacti summam potestatem, Vide NANCISCOR.
Obsidere potestatem. Cic.1.Philip. Dictatura quæ vim iam regiæ potestatis obsederat,funditus ex Repub.sustulit.
Ostendere suam potestatem in aliquem, Vide OSTENDO.
Pater latè potestas eius.Cic.Marcello,lib.4.7.
Permittere potestatem. Cic. Quint.fratri, lib.1.1, Vt ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses,ad quæstum vteretur.
Decernendi potestatem aliquibus permittere. Cic.Post reditum in Senatu.
Permissa potestas.Valer.8.Argon.
Peruenire in potestatem alicuius. Cic.pro L.Manilia,Quum duodecim fecures in prædonum potestatem peruenerint.
Poni in potestate alicuius. Cic.2.de Finib. Si modò sit aliquid esse beatum,id oportere rotum poni in potestate sapientis.
Priuare aliquem potestate faciendi aliquid.Cic.Metello,lib.5.2.
Cum potestate proficisci in prouinciam. Cic.6. Verr. Neminem qui cum potestate aut legatione in prouinciam esset profectus, tam amentem fore putauerunt.
Fortunæ potestas in nos prorogata.Cic.Q.fratr.lib.1.1.
Recisa orandi potestas.Quintil.lib.2.cap.16.
Reddere potestatem certaminis victo.Quintil.lib.1 cap.2.
Redigere aliquos in suam potestatem.Cic.5.Philip.Equites, sagittarios,elephantos in suam Populíque Rom.potestatem redegerit.
Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem.Cic.2.de Lege agraria.
Redire in suam potestatem dicitur, qui è potestate exierat: apud Gellium lib.7.cap 3,ex Catonis oratione ita legitur,Suadéq; vti hæc res dies aliquot proferatur, dum tanto ex interuallo in potestatem nostram redeamus.
Retinere in potestate.Cic.Fam.12.
In potestate alicuius esse.Plaut.Mostell.3.
In ditione ac potestate alicuius esse. Cic.pro Quint.Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant quid possit is,in cuius ditione ac potestate sunt,facere,quàm,&c.
In potestate alicuius esse, Ex eius consilio pendère, ei obtemperare. Cic.ad Q.fratrẽ,lib.2.10, Totum ei negotium permisi, méque in eius potestate dixi fore.
In potestate tua est. Cic.4.Verr. Petis à me quod in tua potestate est,vt id tibi facere ne liceat?
In potestatem esse,Vide IN.
Cum potestate esse,Vide CVM.
Sub potestate alicuius esse.Liu.4.bell.Pun.
Malefaciendi est mihi potestas.Plaut.Stich.3.
Potestas tibi est seruandi illum.Terent.Andr.3.3.
Potestas fuit liberius viuendi.Terent.And.1.1.
Potestas tibi fuit quotidie hominis admonendi.Cic.pro Quintio.
Quòd potestas mittendi non fuit.Cic.ad Attic.lib.11.
Potestas certorum hominum est, hoc est Habeo certos homines ad manum.Cic.ad Lentul.lib.1.7,Quoties mihi certorum hominum potestas erit,quibus rectè dem,non prætermittam,&c.
Integra nobis est iudicandi potestas.Cic.4.Acad.
Sita est in eorum potestate nostra salus. Cicero Antequam iret in exilium.
Potestas ea tua est,pro Potes. Terent.Heaut.4.3,
-quasi non ea potestas sit tua,
Quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palám. Cic.ad Atticum,libro 16,Præsertim quum tota potestas huius rei tua sit.
Quæ tũ erat potestas: Id est quod tũ fieri poterat. Cic.pro Cluent.
Consurgitur in consilium,quum sententias Oppianicus, quæ tum erat potestas, palám ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique deberetur.
Subiicere se sub potestatem.Cic.ad Heren.
Summa omnium rerum potestas Populi Romani est.Cic.de Aruſp. respon.
Suscipere in potestatem,& Dimittere ex potestate.Cic.pro Cecin. Si pater vendidit eum,quem in suam potestatem susceperat,ex potestate dimittit.
Tenere aliquem in sua potestate & ditione. Cic.3. Verr. Et ad Q. fratrem,lib.1.1,Tenere motum animi in sua potestate.
Tradere potestatem alicui. Cic.1.de Orat. Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidit.
Venire in arbitrium ac potestatem alicuius.Cic.3.Verr.
Versari cum imperio & potestate in Repub.Cic.1.Philip.
¶Potestas,sine adiũcto,pro Magistratu,vel,vt vocãt, Officio,quod quis sub principe gerit. Plin in Panegyr.142,Ciuile hoc erat,& parẽti publico conuenientissimum nihil cogere: semperque meminisse, nullam tantam potestatem cuidam dari posse, vt non sit gratior potestate liberras.
Possibilis,& hoc possibile, pen.corr. {δυνατὸς} Quod fieri potest. Plaut. Sticho.16, -possibile est tandem,
Stantem stanti sauium dare,amicum amicæ? Turnebus citra interrogationem pronuntiatiuè legit, prostibile: alij,prostibuli. Quintil. lib.3.cap.8, Melius ergo qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν. Nostri possibile nominant,quæ vt dura videatur appellatio,sola tamen est.
Possibilis cõditio,cui opponitur Impossibilis.Põponius in l.Quum in secundo.D.de iniusto,rupo,&c.
Possibilitas, pen.corr.Arnobius libro 1.aduersus gentes, Atqui constitit Christum sine vllis adminiculis rerum,omnia illa quæ fecit,nominis sui possibilitate fecisse.
Post {μετὰ, ὕστερον, ὕστερος} Præpositio, accusatiuo casui iungitur. Virg.1.ecloga,
Post aliquot,mea regna videns,mirabor,aristas.
Annum post quintumdecimum creati Consules: Id est,cum interuallo x v.annorum fuissent Tribuni militum Consulari potestate. Liu.5.ab Vrbe. Budæus.

Post hunc diem. Plaut. Rud. 31.

Post diem tertium eius diei. Cic. ad Attic lib. 3. epist. 7. in princip. Eo die pueri tui mihi à te literas teddidêrũt: & alij pueri post diẽ tertium eius diei literas alias attulerunt. hoc est, tertio die postquã priores acceperam. antiqua figura, vt Pridie eius diei, Postridie eius diei, post diem tertium, & post diem quartum eius diei.

Post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Cic. ad Attic. lib 9, Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus.

Castra pauceos post dies habuimus. Cic. ad Attic. libro 5. Quædam exemplaria hoc loco omittunt POST.

Post genus humanum natũ pauci reperti sunt, qui nullis præmiis propositis vitam suam hostium telis pro patria obiecerint. Cic. pro Corn. Balbo.

Post id locorum, pro Postea. Plaut. Trucul. 13.

Post iudicia hæc constituta. Id est, ex quo iudicia constituta sunt. Cic. in Verrem. Ex Budæo.

Prætereo, atque aliis post me memorãda relinquo. Virg. 4. Æneid.

Post hominum memoriam, Ab hominum recordatione. Cic. in Pisonem, Instant post hominum memoriam paratissimi, magnificentissimíque ludi.

Post homines natos, Idem. Cic. de Optimo genere Orat. Optimus longè post homines natos.

Aliquot post menses is occisus est. Cic. pro Rosc. Amer.

Póstque breuem rescribe moram. Ouid. 3. de Arte.

Post omnia orationem concludere. Cic. in Orat.

Post tẽpus venis. Plaut. Capt. Cic. pro P. Quintio, Ego pro te nũc hoc consulo, post tempus, in aliena re, quod tu in tua re, quum tempus erat, consulere oblitus es.

Post terga. Virg. 11 Æneid.

¶Post, pro Pone. Galli dicunt *Derriere*. Virgil. eclog. 3,

-tu post carecta latebas.

Post tergum, A tergo. Cæsar 7. bel. Gal. Repentè post tergum equitatus cernitur.

¶Pòst, suo casui non seruiens, Aduerbium est. Terent. Hecyr. 4. 4, In culpa non est: pòst de matre videro. Virg. 1. Æneidos, Pòst mihi non simili, &c.

Pòst vbi confecti cursus, & dona peregit. Virg. 5. Æneid.

Respexit tamen, & longo pòst tempore venit. Virg. 2. eclog.

Pòst viderimus de Capitone, si, &c. Cic. pro Rosc. Amer.

Consequens est, & pòst oritur. Cic. 3. de Finib. Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio, consequens enim est, & pòst oritur.

Initio & pòst. Cic. Cæsari, lib 7. 5, Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

Primò & pòst. Cic 2. Verr. Quæ res primò Iudices pertenui nobis argumento, indicióque patefacta est: pòst aperto suspicionis, &c.

Pòst aliquãto. Cic. in Orat. Quæ nequaquam satis deferbuisse pòst aliquanto sentire cœpimus.

Anno pòst, & deinceps reliquis annis. Cic. de Claris Orat. Reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno pòst, & deinceps singulis annis administrauisset in Galiia.

Multis pòst annis pecunia recuperata est. Cic. pro Flacco.

Pòst deinde. Terent. And. 3. 2,

Nunc primùm fac istæc vt lauet: pòst deinde

Quod iussi ei dare bibere, &c. Virg. 5. Æneidos,

-spatio pòst deinde relicto

Tertius Eurytus.

Pòst demum. Plaut. Asin. 16,

Pòst demum huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas Bi det.

Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Plaut. Menæch. 2.

Paucis pòst diebus quàm Luca discesserat. Cic. Lent. lib. 1. 9.

Hora pòst, Antonium Gabinium nescio quem, &c. condemnarunt. Cic. ad Attic. lib 4.

Multo pòst, & Pòst multo. Plaut Mere. 5,

Ea simia adeò pòst haud multò ad me venit. Cic. 1. in Catil. Ac iam illa omitto: neque enim sunt, aut obscura, aut non multo pòst commissa. Vide MVLTVS.

Non ita multo pòst, Vide NON aduerbium.

Pòst paulo. Cæsar 1. bell. Ciuil. Pòst paulo tamen internuntiis vltro citróque missis, quæ, &c.

Pòst paulo fugies inaudax. Horat. 3. Carm. ode 20.

Pòst principio denique. Plaut. Persa, 13.

Tanto pòst cur potius quàm continuo queri maluit? Cicero pro Cælio.

Postea, pen. corr. {ἔπειτα, ὕστερον, μετέπειτα, μετὰ τοῦτο} compositum ex post, & ea. Aduerbium est idem significans quod Exinde. Salustius, Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor Proprætor missus est. Terent. Hecyra, 4. 1,

Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret

Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum postea,

Si modestè ac rarò hoc fecit? Item Adelph 4. 5,

Eho nónne hæc iusta tibi videntur postea? Hoc loco abundat POSTEA, authore Donato.

Primùm, & postea deinceps Cic. de Clar. Orat. Post Cannensem illam calamitatem primùm Marcelli ad Nolam prælio Populus se Romanus erexit, posteáq; prosperæ res deinceps multæ cõsecutæ sunt.

Postea verò quàm profectus es, velim recordere quæ ego de te in Senatu egerim. Cic. F. Metello, l. b. 5. 2.

Quid postea? & quid tũ inde? Cic. pro Murena, Cedo, quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu consertum voco.

Posteaquam {ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ} pen. corr. Vna dictio est, quam nonnulli diuidunt, idem significans quod Postquam. Cic. Planco, lib. 10. 1, Et abfui profectus eens in Græciam: & posteaquam de meo cursu Reipub. sum voce euocatus, nunquam per M. Antoniũ quietus fui.

Posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni, repentè Letilij aduentu, istius non modò amicus, verumetiam cognatus factus est. Cic. 4. Verr.

Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sanè quàm pro eo ac debui, grauiter ac molestè tuli. Seruius Ciceroni, libro 4. 5.

Aliquando inter POSTEA & QVAM, interponitur VERO, & significat Sed posteaquam. Cicero Appio, libro 3. 7, Postea verò quàm ita & cœpi, &c.

Posterus, pen. corr. {ἐπιοῦσα, ὑστεραία, ὑστεραίη} Adiectiuum, Quod aliquid sequitur: vt Postera dies. Cic. 4. Verr. Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia fortiri dicas oportere. Plin. lib. 7. cap. 24, Postero die quàm aduenerat.

Annus posterus. Cic. 4. Verr. Postero anno L. Metellus mẽtionem tui census fieri verat.

Postera iámque dies primo surgebat Eoo. Virg. 3. Æneid.

Postero Iduum die. Tacit. lib. 17.

Diem posterum commorari alicubi. Cic. pro Cluent.

Laude postera crescere, Id est in posteritatem propagata. Horat. 3. Carm. ode 30.

Secla postera. Lucret. lib. 3.

Temporis posteri prouisio Cic. in Partit.

In posterum tempus, Vide IN.

Ad posterũ, In futurum, In posterum. Cic. Attic. lib. 9. epist. 12, Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore. sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ἀσπασιώτερον ístui existimo.

Posterum & consequens tempus. Cic. 1. de Finib. Quibus nõ solùm præsentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. Ibidem, lib 3, Sed in cæteris artibus quum dicitur artificiosè, posterum quodammodo & consequens putandum est, quod illi ἐπιγινόμενον appellant.

In posterum diem differre. Cic. pro Deiotaro, In posterum, inquit, diem distulit. Et ad Attic. lib. 10, Dilatum omnino sermonem in posterum. Contrarium est illi In præsens.

Pugna in posterum extracta. Tacit. lib. 14.

In posterum prospicere, Sub. tempus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 7, Ego nec præterira, nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterum prospiciente, futura expecto.

Valescit labor in posterum. Tacit. lib 4.

¶Postero, absolutè, pro Postero die. Tacit. lib. 4, Idémq; quum postero ad quæstionem traheretur.

¶Posteri, posterorum {ἐπίγονοι, μεταγενέστεροι} qui etiam minores appellantur, sunt quicunque ex nobis & post nos nati sunt: vt filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos, & cæteri qui nomine carent, posteriores seu minores vocantur. Cicero 3. de Nat. deor. Vt etiam siquis morte pœnas scelenis effugerit, expetantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus ac posteris.

Degenerarunt horum posteri. Cic. 5. de Finib.

Aptid posteros nostros non vt extinctor coniurationis & sceleris, sed author & dux fuisse videar. Cic. pro Domo.

Iudicare posteris aliquid. Cic. de Claris Orat.

Posterior, Comparatiuũ, cuius Superlatiuum est Postremus, pen. prod. {ἐπιόντος, ὑστέρου, μεταγενέστερος} Cic. 4. Acad. Itaque quæ contra sensus, contráque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem diuisionem, contra posteriorem nihil dici oportere.

Non posteriores feram. Terent. Adelph 5. 4. Vbi Donatus, Non posteriores feram. Subaudiur PARTES, ut, Nõ paruificã, id est, Non vincar à Mitione. Et translatio est à partibus histrionum in fabula.

Posterior ætate. Cic de Claris Orat. Quem Thucydides, qui & Athenienfis erat, & summo loco natus, summúsque vir, & paulò ætate posterior, tantùm mortuum scripsit.

Posteriores cogitationes, vt aiunt, sapientiores solent esse. Cicero 12. Philip.

Omnes res posteriores ponere, atque operam alicui dare. Plautus Milite, 13. Idem significat quod Posthabere omnes res.

Salus patriæ posterior illi suis cõmodis. Cic. ad Attic. lib. 10, Quorum vtrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Hoc est sua commoda præposuit saluti Reipublicæ.

Suam saluem posteriorem salute communi ducere. Cic. pro Rab. perduel. reo. Id est posthabere.

Posteriora & superiora. Cic. 4. Acad. Ita priori posterius, posteriori superius coniungitur.

Vitam, corpus, fortunas, tem familiarem posteriora libertate ducere. Cic. 13. Philip. Tu verò ita vitam, corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas. Hoc est posthabeas.

Pars prior apparet, posteriora latent. Ouid. 4. Fast.

Non conuenit posterius priori, Vide CONVENIO.

Facere posterius quod prius est ordine. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

¶Posterius & nequius isto nihil est. Cic. in Pisonem.

Postremus, pen. prod. {ὕστατος, ὑστάτιος} Superlatiuum à Posterior. Terent. in Phorm. 4. 3,

Hæc denique eius fuit postrema oratio,

Ego inquit, &c. Cic. Attico, lib. 6, Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ.

Primus & postremus. Cic. in Orat. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabíque leuiora.

Non in postremis esse. Cic. Lent. lib. 1 9, Ego autem cum illa sequor quæ paulo antè proposui, tum hoc nõ in postremis, de quo cœperam exponere.

¶Postremi homines, pro Nequissimis. Brut. Ciceroni in Epistolis ad Brutum, 16, Quòd si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominati cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus.

¶Munus postremum mortis. Catul. epigr. 96.

Ad

Ad postremum, Vide AD.

Postremus in. Cic. 7. Verr. Tum vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Princeps, id est primus.

Postremior, Comparatiuum. Apuleius de deo Socratis, Vt possit videri nullum animal in terris homine postremius.

Postremissimus, pen. corr. Superlatiuum. Tertull. in principio libri, De cultu fœminarum, Quo iure deputor vobiscum, postremissimus omnium, id est vltimus, & infimus. Vsus est & Gracchus in oratione quadam, cuius meminit Gell. lib. 15. cap. 12.

Posterius, Aduerbium comparatiuum {ὕστερον.} Terent. Andr. 3. 2,

Renuntio here futurum vt sis sciens,

Ne tu posterius dicas, Daui factum consilio aut dolis. Cic. 6. Verr. Tum mittit rex ad istum: si sibi videatur, vt reddat. iubet iste posterius ad se reuerti.

Quæ tibi posterius Memmi faciemus aperta. Lucret. lib. 2.

Non posterius esse. Cic. de Claris Orat. Ipse Thucydides si posterius fuisset, multò maturior fuisset & mitior.

¶Posterius, pro Minus, interprete Nonio. Plaut. Asin. 3,

Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.

Postremum, pen. prod. {ὕστατα} Superlatiuum aduerbium, vt Vltimum. Terent. And. 2. 1,

Si id facis, hodie postremùm me vides. Dicitur pro eodem & postremò. Vitur & hoc Cicero in Verrem, & pro Cluent. Et 3. de Orat. Vt vestigium illud ipsum in quo ille postremùm institisset, contueremur.

Postremò, pen. prod. Aduerbium {ὕστατον, τὸ τέλος, τὸ πέρας, τὸ ἔσχατον.} Terent. Eunuch. 2. 2,

Negat quis, nego: air, aio. postremò imperaui egomet mihi

Omnia assentari. Saluftius in Iugurtha, post varia enarrata inquit: Postremò, de omnibus rebus legatos Romam breui se esse missurum.

Posteritas, pen. corr. posteritatis {ἔσχατον, ὀλέθριον, ὕστατον} Posterum seculum, siue homines qui post nos nascentur. Cic. de Amicit. Quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælij. notam posteritati fore. Sic. 1. Tusculan. Quum optimus quisque maximè posteritati seruiat.

Omnium seculorũ posteritas huius rei immemor non erit. Cic. 2. Philipp.

Memoria posteritatis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Infinita. Cic. Attico, lib. 12, Sed iucunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt, in infinita posteritate (si modò hæ stabunt) illud quasi consecratum remanere possit.

Memor. Ouid. 6. Fast.

Sera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.

Crescere posteritate. Propert. lib. 3. eleg. 1.

Spe & fructu posteritatis duci. Cic. pro Rab. perduel. reo.

In posteritatem, Vide IN præpositionem.

Postero, posteras, pen. corr. {ὑστερίω} posterare, Palladius, Oliua quum varia cœpit esse, colligitur. nam quum tota nigrescet, quod specie meritò posterauit, fundendi vbertate compensat. Ex Calepino.

Postfero, penult. corr. postfers, postuli, postlatum {ὕστερον τίθημι} postferre, Postponere. Plin. lib. 4. cap. 4, Haud vlli terræ nobilitate postferenda. Liu. 3. ab Vrbe,

Qui libertati plebis suas opes postferrent.

Postfuit {ὕστερον ἐτέθη} Posthabitum est. Saluft. in Catil. Sed vbi periculum adũenit, inuidia atque superbia postfuere. Budæus.

Postgeniti, pen. corr. {ἔπιγονοι} Posteri.

Clarus postgenitis. Horat. 3. Carm. ode 24.

Posthabeo, posthabes, pen. corr. posthabui, posthabitum, penult. corr. {ὕστερον τίθημι} posthabêre, Postponere. Terent. Phorm. 5. 8,

Nam omnes posthabui mihi res, vti par fuit,

Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Cic. 5. Tusc. Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.

Seria ludo posthabere. Virgil. 7. eclog.

Samus posthabita. Virg. 1. Æneid.

Colere aliquem posthabito altero. Stat. 4. Sylu. 4.

Posthac, Aduerbium {εἰσαῦθις, τὸ λοιπὸν, μετὰ ταῦτα} Deinceps, In futurũ, Post hoc tempus, vt ait Valla lib. 2. Terent. Hecyra, 3. 3,

Lacrymo, quæ posthac futura est vita quum in mentem venit,

Solitudóque. Idem Eunuch. 5. 2,

-hunc tu in ædes cogitas

Recipere posthac?

Posthac & Antea, cõtraria. Cic. Attic. lib. 7, Sed in hoc genere, si modò per Rempublicam licebit, non accusabitur posthac: neque hercle antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati.

Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Virg. 3. eclog.

Scribam posthac ad te planius. Cic. Attic lib. 2.

Posthinc, Aduerb. {ἔξῆς} Deinceps. Virg. 8. Æneidos,

Posthinc ad naues graditur, sociósque reuisit. Vbi Seruius, Vnum vacat, aut POST, aut HINC: vt Posthinc digressus iubeo frondẽtia ca pris. id est, quum hoc feceris. 3. Georg.

POSTHVMIA {ποσθουμία} mulier bibaciſſima, cuius meminit Catullus ad puerum suum, epigr. 24,

Vt lex Posthumiæ iubet magistræ

Ebriosa acina ebriosioris. Vide ACINVS.

Posthumia lex, Vino rogum ne respergito, Numæ Pompilij octaui Regis Romanorum fuit. Plin. lib. 14. cap. 12.

Posthumia, Vestalis virgo de incestu causam dixit, crimini obnoxia, ob suspicionem cultus elegantioris, ingeniúmque liberius quàm virginem deceret, parum abhorrens famam. Tandem sententia Pontificis Max absoluta, qui eam abstinere iocis, colíque sanctè potius, quàm scitè iussit. Liu. lib. 4. 1. Decad.

Posthumia item Seruij Sulpitij vxor, cuius sæpe meminit Cic. epistolar. lib. 4.

Posthumia, gens patricia Romæ, ex qua P. Posthumius Q. F. Tubertus, cos. cum M. Valerio ANN. CCXLIX. Cassiodorus. Dionysius libro 5. & 6. Meminit Cic. de legib. 2. Valer. libro 1. cap. 2. Plutarch in Poplicola. COS. II. cum Agrippa Menenio ANN. CCCI. primus vrbem ouans est ingressus. Idem author, & Plin. lib. 6 cap. 29.

POSTHVMIVS, prænominis Aulus, P. F. Q. N. Albus COS. cum T. Virginio, ANN. CCCLVII. Cassiodorus. Dict. R. G. C. cum T. Æbutio Mag. Eq. eodem anno. Latinos ad lacum Regillum acerrimo prælio vicit, de iis triumphum nobilissimum egit, primúsque coronam auream ei qui castra Latinorũ expugnasset, dedit. Liu. lib. 2. Dionysius 6. Plin. lib. 33 cap. 3.

Posthumus, nomine Lucius, post Cannensem pugnã Cõsul in Galliam profectus, Boiorum fraude occubuit. Liu. lib 33.

Posthumius, prænomine Spurius, cum Tito Veturio Romæ Consul fuit eo tempore quo Romani aduersus Samnites bellum gerebãt. Liu. lib 9.

Posthumius Albinus Consul aduersus Iugurtham missus, pecuniáque ab eo corruptus insignem ex prouincia ignominiam reportauit. Saluftius in Iugurtha. Liu. lib. 64.

Posthumus, posthumi, penult. corr. masc. gen. Ex Post & humus compositum, Qui post mortem parẽtis natus est, quasi post humatum patrẽ. Plaut. Aulul. 6. Cic. 2. de Orat. Nisi forte existimaris à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum atrulisse, quamobrem posthumo nõ nato Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret.

Posthumus, penult. corr. A dicitium: pro futuro, sequenti, & postero, & eo qui post factum testamentum natus est, etiam viuo patre familiàs. Turneb. Apuleius Posthumam spem dixit. Virg. 6. Æneidos,

-tua posthuma proles.

Filius posthumus. Cic. pro Cecin.

Posthumæ rationes sunt, quæ post mortem reddantur in ratiocinio dimisso. Budæus.

POSTHVMVS {ποσθούμιος} qui & Syluius, filius fuit Æneæ ex Liuinia, quæ vt inquit Seruius, Æneæ mortuo, Ascanij insidias, grauida cõfugit ad syluas, & illic enixa est Syluiũ, qui Posthumus quòd patre mortuo natus esset, dictus est. Sed quum Ascanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei concessit Laurolauinum: sibi verò Albam cõstituit: qui quoniam sine liberis perit, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, tunc reliquit imperiũ. Vnde apud Liuium est error, quia Ascanius Albam condidit. Hactenus ex Seruio. Liuius quoque hunc Syluium non Æneæ, sed Ascanij filium asserit, lib. 1. ab Vrbe. Meminit etiam huius Ouid. 4 Fastorum.

Posthumus hinc, qui quòd syluis fuit ortus in altis,

Syluius in Latia gente vocatus erat. Vide in dictione SYLVIVS.

Posthumus, prænomine C. Rabirius, natura C. Curtij (Curtius enim in Cicerone non Curius legendum) filius, adoptione Rabirij, reperundarum accusatus est, aduentitio quo tam iudicio & subsidiario, quod dicebatur, quòd ea pecunia peruenisset. Hoc genus iudicij proditum erat in alios, quum de alicuius rei repetũdarum bonis summa litium æstimatarum non poterat redigi, ad quos ea peruenisse videbatur, vt ex orat. Ciceronis pro Rabir. & epistolis ad Atticum apparet. Manifestatis tamen crimen obiectum Rabirio dicit Trãquillus, quòd Ptolemæum secutus esset. Annotauit Turneb.

Posthumus Cornelianus, qui post captiuitatem patris, quæ morti comparatur, nascitur. Iex enim Cornelia mortis & captiuitatis tempora coniungit. l. Lege Cornelia D Qui testam fac. poss.

Posticum, postici, pen. prod. {ἐπιθυρίτιον} A post, & stando, Ostium in posteriori parte ædium. Plaut. Mostel. 11,

Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam.

Postico recedere dicitur qui furtim abit, aliis inscriis sese subducens. Sic Horat. 1. epist. 5,

-postico falleclientem.

Postica, posticæ {ἐπιθυρίδες} Idem. Varro, Perrexit interiores partes domus posticæ (vt ait Plautus) penitissimé. Nonius. Idem Varr. de Lingua Latina, lib. 6, Eius tẽpli partes quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem.

Posticulum, posticuli, pen. corr. {θυρίδιον} Diminutiuum. Plaut. Trin. 14,

-vbi nunc filius meus habitat?

s. hic in hoc posticulo.

Posticus, pen. prod. adiect. {ἐπίθυρος.} Posticum inquit Festus, vicinum habitantem ad posteriorem partem ædium appellarunt. Denique & quæ ante nos sunt, antica: & post nos sunt, postica dicuntur. Er dextram, anticam: sinistram, posticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ sole illustratur ad Meridiem, antica nominatur: quæ ad Septentrionem est, postica. Rursum quæ diuiduntur in duas, partem Orientem, atque Occidentem. Hactenus Festus. Liu. 3. bel. Pun. Hortus erat posticis ædium partibus. Sic. Plin. Postica pars mundi.

Postica linea. Posticam lineam Seruius Sulpitius in agris dividendis appellauit quæ ab oriente ad occasum spectat. Paul. ex Festo.

Postica fanna. Perfius Satyr. 1, Posticam fannam prouerbialiter appellat clancularium irrisionem, à gesta ridentium aliquem à tergo,

-posticæ occurrite fannæ. Erasmus.

Postilena, postilenæ, pen. prod. {ὕστατος} A post, & stando: quòd stet à parte posteriori. Est enim incuruum lignum, siue crassius lorũ, quod sub iumenti cauda ponitur. Plaut. Casin. 3,

Ita te aggerunda curuum aqua faciam probè,

Vt ex te postilena possiet fieri. Hinc per contrarium, Antilena, qua pectus cingitur: Gallicè, *Vn poitral*: Postilena, *Vne croupiere*.

Post-illa {μετὰ ταῦτα} Duæ dictiones in vnam cõiunctæ per subunionẽ, Aduerbium est significans Postea, authore Donato. Plaut. Pœn. 11, Iis explicaui meam rem post-illa lucro. Terent. And. 5. 4,

Tum illam hic relinquere, est veritus. post-illa nunc primùm audio

Quid illo sit factum.

Postidea {ὕστατα} pro Post id, siue deinde, seu postea, legitur apud Plaurum in Sticho, 3,

Quom æquius est nos potiorem habere te, postidea viros

Nostros, quibus voluisti nos esse matres familiàs.

Postis, huius postis, masc. gen. {πρόθυρα} A post, & stando deducitur

& significat valuâ ostij, siue latus portæ. Dictus quòd post fores stet. Cic. Attic. libro 3, Astrure scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, sæve dici liceret.

Aurati postes. Ouid. 15. Metam.
Craffi, Vide CRASSVS.
Ferrati. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Fumosi. Silius lib. 7.
Humiles. Ouid. 8. Metam.
Improbi, Vide IMPROBVS.
Inuidendi, Id est nimis ornati. Horat. 3. Carm. ode 1.
Laureati, Vide LAVREA.
Nigri fuligine. Virg. 7. eclog.
Resupinati. Claud. 3. de rapt. Proserp.
Saligni. Claud. 7. Paneg.
Superbi. Virg. 8 Æneid.

¶Altos dificcit postes. Silius lib. 7.
Excutere feram poste. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Frangere postes. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Patientibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. Cic. pro Domo.
Emoti procumbunt cardine postes. Virg. 2. Æneid.
Pulsare postes. Ouid. 2. Metam.
Clauso poste se recepit. Stat. 3. Sylu. 1.
Requiescunt postes. Propert. lib. 1. eleg. 15.
Rumpere postes. Senec. Herc. fur. 11.

Tenere postem. Cic. pro Domo, Verbóne Pontifices putaris, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domum vniuscuiusque consecrare posse?

Vellere postes à cardine. Virg. 2. Æneid.

Postes, pereleganter pro foribus posuit Lucretius, quia postibus vtrinque fulciuntur. Sic enim scribit,

Cernere res animus sublatis postibus ipsis. Id est sublatis oculis, qui sunt animi fores. Eodem sensu etiam respondent apud Varronem aruspices, Deûm manium posti leonem postulari: id est, ciuem fortissimum eò demitti. Nam deûm manium postis appellatur, terræ hiatus, qui censebatur orci ianua. Scio postulionem semper apud Varronem edi, & grammaticos postulionem mordicus retinere: sed ea vox idoneam non interpretatur sententiam, & leonem Varro per inuersionem ciuem fortissimum adumbrare vult. In postulione autem nullum figuræ inuolucrum huius significationis reperias. Ex Turnebo.

Postliminium, postliminij {ὑπερόριον} Ex post & limen componitur. Paulus, De captiuis, & De postliminio, l. Postliminiũ. Postliminiũ est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos, regésque, legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: sdque naturali æquitate introductum est, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet. Cic. pro Corn. Balbo, Quòd si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis. Idem in Topic. Sed quum ipsius postliminij vis quæritur, & verbum ipsum notatur, io quo Seruius noster, vt opinor, nihil putat esse notandum, nisi post, & liminium illud productionem esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in mediullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat esse verbum, vt sit in eo & post, & limen: vt quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostẽ peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, hinc quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse.

Redeunt postliminio hæc, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ fræna recipere solet. Cic. in Topic.

Postmeridianus, pen. prod. {μεταμεσημβρινός} Adiectiuum, quod & pomeridianus dicitur, Quod post meridiem fit. Cic. ad Atticum, lib. 12, Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortasse alteræ postmeridianæ.

Tempus postmeridianum. Cic 3. de Orat Deinde quum omnes inclinato iam in postmeridianum tẽpus die venissent ad Crassum, &c.

Postmitto, tis, Posthabeo, negligo, parui aut nihili habeo. Cic. pro Cælio, Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret?

Postmodum, pen. corr. Aduerb. {μετέπειτα} Ex post & modum, significat Postea, siue postremo, Quasi post modum rei datum. Terentius Hecyr. 2. 1,

Méque abs te immeritò esse accusatam postmodum rescisces. Liu. 1. ab Vrbe, Sæpe ex iniuria postmodum gratiam ortam.

Postmodo, pen. corr. Idem {μετὰ ταῦτα.} Liu. lib. 4, Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriúmque Senatui leuãdæ iniuriæ suæ permittant, fore vt postmodo gaudeant se iræ moderatos. Ouid. de Arte, lib. 3. Postmodo riualem, partitísque fœdera lecti Sentiat.

Postpartores, dicuntur nostri successores & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possident. Plaut. in Truculento,

Vnde anteparta demus postpartoribus. Videtur deductum à Post, & Pario, quod est acquiro. Turneb.

Postpono, postponis, pen. prod. postposui, postpositum, penult. corr. {ὑστερογενῶς τίθημι} postpónere, Retro ponere, posthabere.

Natis suis postponere aliquos. Ouid. 6. Metam.
Postponere honestum officium scorto. Horat. 1. epist. 19.
Pudore postposito referre aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Postponere, Omittere. Cic. F. ad Tironem, libro 16. 21, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem.

Postprincipium {μετὰ τὴν ἀρχήν} Verbum quo Varro apud Gellium vtitur lib. 16. cap. 18, pro progressu vel absolutione rei, quod principio opponitur: ipse tamen in plurali vtitur, quum ait, Voluptas autẽ, vel vtilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis verò ipsis ineptæ & insuaues videntur.

Postquam, Aduerbium {ἐπεὶ, ἐπεὶ ἄν, ἐπειδή, ἐπειπερ, ἐπειδήπερ, ἐπείπερ} Conne-

xiua particula est. Terent. And. 3. 1,

Hui tam citò tridiculum, postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. Cic. de Prouin. Consul. Quò ille, postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miseris extorquere potuit, cohortes in hybernà misit.

Multo postquam, Vide MVLTVS.

¶Postquam, pro eo quod barbari dicunt *Depostquam*. Terent. Adelph. 5. 1,

-sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est. Cic. Mario, lib. 7. 3, Me voluisse etiam, reliquis omnibus postquam non potuerim, mihi ipse finem fecisse belli.

Biennio postquam. Cic. Attic. lib. 12, Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui egrediens è villa.

Biennium iam factum est, postquam abij domo. Plaut. Mere. 3.

Hic annus sextus est postquam rei huic operam damus. Plautus Menæch. 7.

Tum postquam ad te venit, mensis hic agitur iam septimus. Terent. Hecyra, 3. 3.

Inter POST & QVAM, dictiones aliquando interponuntur. Cic. ad Atticum, Nil sanè habebã noui quod post accidisse, quàm dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas.

¶Postquam, pro Quoniam apud Terentium, interprete Donato, in Prologo Adelphorum,

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, &c.

Postscænium, postscænij, neutr. gen Locus erat post scænã, vbi multa fiebant, quæ à spectatoribus audiebantur tantùm, non autem cernebantur: quale erat βουτεῖον apud Græcos, in quo, vt scribit Iulius Pollux, calculis compluribus in vtres coniectis, & illis vtribus per aëra versatis atque agitatis, tonitru similitudo referebatur. Hinc per translationem, Vitæ postscænia, dixit Lucret. lib. 4, absconditam illam & intimam puellarum, seu meretricum consuetudinem viuendi, & omnia quæ domi faciũt, quum solæ sunt, quæ suis amantibus occulta esse volunt. Monuit Lambinus.

Postremus, Adiectiuum, & **Postremò**, Aduerbium, Vide POSTERVS.

Postridie, Aduerbium {τῇ ὑστεραίᾳ} Idem quod Postero die significat. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Cato de Re rust. cap. 65, Oleũ viride sic facito, oleam quamprimùm ex terra tollito: si inquinata erit, lauito: à foliis, & stercore purgato: postridie, aut post diem tertium quàm lecta erit, facito.

Tãtum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset postridie vomere. Cic. 2. Philip.

¶Postridie, aliquando genitiuo iungitur. Cato cap. 2, Postridie eius diei villicum vocet. Seruius Sulpitius Cic. libro 4. 12, Postridie eius diei quum ab Athenis proficisci in animo haberem.

Postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit. Cælius Ciceroni, lib 8. 2.

¶Accusatiuo. Cic. Attic. lib. 16, Itaque sese scripturũ aiebat, vt venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Sueton. Postridie nundinas.

Dies postridie Calẽdas, Nonas, & Idus appellati atri, quòd per eos dies noui inciperent. Varr. de Ling. Latin lib. 5.

¶Postridie, quãm. Cic. ad Terentiam, lib 14. 7, Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi quàm à vobis discessi.

Postriduo {τῇ ὑστεραίᾳ} dixit Plautus, pro Postridie, in Milite, 14,

Postriduo natus sum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus est.

Postuenio, postuenis, pen. corr. postueni, pen. prod. postuentum {ὕστερος εἰμί} postuenire, contrarium habet Anteuenire. Plin. lib. 18. cap. 25, Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrẽte, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod prochemasin Græci vocant: nunc postueniente, quod epichemasin.

POSTVERTA, dea apud Romanos, vna ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat, vt & Prosa altera: à recti peruersíque partus & potestate & nomine. Vide Gellium lib. 16. cap. 16. sub finem.

Postulo, postulas, pen. corr. {αἰτῶ, ἀπαιτῶ} postulare, Requirere: quẽ admodum dicimus, Rem, locum, personam, tempus, causam postulare. Terent. Eunuch. 1. 1,

-incerta hæc, si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm, &c.

Postulamus iure, inquit Donatus. Cic. pro P. Quiatio, Verùm his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit cõmemorare, tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Vide Vallam lib. 5. cap. 58.

Vis ingenij & copia dicendi postulatur. Quintil. in Procem. lib. 1. capite 10.

Postulare, Cupere, Velle, Expectare. Terent. Adelph. 2. 2,

Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet? Id est velit, aut speret, inquit Donatus.

Postulare & petere. Cic. Anteq. iret in exil. Illud ab vniuersis postulo petóque, si dum in ciuitate manere licitum est, &c.

Postulare & expectare omnia ab aliquo. Cic. Appio, lib. 3. 10, Omnia volo à me & postules & expectes.

Familiariter postulare. Quint. in Procem. lib. 1.

Postulo abs te, Pero abs te vehementer. Terent. And. 5. 1,

Imò enim quammaximè abs te postulo, atque oro Chreme,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Cum solo accusatiuo. Cicero pro Ligario, Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certè natura breuiorẽ. Cæsar 1. bell. Gall.

Postulare de. Cæsar primo bell. Gall. Ariouistus legatos ad Cæsarem mittit, quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere.

Postulare iudicium in aliquem. Cic. 5. Verr. Vt quisque contra eius voluntatem dixerat, ita in eum iudicium de professione iugerum postulabatur.

Animam

Animam postulare. Ouid. 3. Fast.

Postulare sidem publicam. Cic. ad Attic. lib. 2, Statim fidem publicam postulauit. reclamatum est.

Posco & postulo. Cic. 6. Verr. Nemo tam audax qui poscere: nemo tam imprudens, qui postularet vt venderet.

Efflagitare, postulare, poscere. Cic. 1. Verr. Iudiciorũ desiderio Tribunitia potestas efflagitata est: iudiciorũ leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur, iudicum culpa atque dedecore etiam, Censorium nomen quod asperius antea videri solebat, id nunc posceitur.

Amicitia & fides postulat. Cic. Cælio, libro 2. 15, Te tamen oramus, quibuscunque erimus in terris, vt nos, liberósque nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit.

Vt causæ natura & temporis ratio postulabit, aliquid facere. Cic. in Orat.

Ratio postulat. Cæsar 2. bell. Gall. Instructo exercitu, magis vt loci natura, deiectúsque collis & necessitas temporis, quàm vt rei militaris ratio atque ordo postulabat.

Ratio & opinio hominum aliquem postulat qui præsit prouinciæ. Cic. Attic lib. 6, Quem relinquam qui prouinciæ præsit? ratio quidem & opinio hominum postulat fratrem: primùm quòd, &c.

Longius quàm res postulat, repetita est. Cic. 1. de Inuent.

Tempus postulat & necessitas. Cic. 1. Offic. Sed quum tempus, necessitásque postulat, decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudiníque anteponenda.

¶Postulare, Accusare, seu querelam dicere de altero apud alterum, vt ait Donatus: & modò genitiuo, modò ablatiuo cum præpositione iungitur. Suetonius in Cæsare, capite 4, Cæterum Cornelium Dolabellam Consularem & triumphalem virum repetundarum postulauit.

Gabinium tres adhuc factiones postulant. Cicero Quint. fratri, libro 3. 17.

Lege aliquem postulare. Cælius Cic. lib. 8. 12, Insolentissimi hominesque summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant.

Repetundis aliquem postulare. Tacit. lib. 3.

Postulare de. Cic. Q. fratri, lib. 2. 7, Ad IIII. Idus Feb. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus.

Reum postulare, Accusare. Plin. lib. 33. cap. 2, Vt apud C. Cæsarem in Censura eius vnus ex Equitibus Flauius Proculus CCCC ex ea causa reos postularet.

¶Postulare quæstionem, eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Liu. 2. ab Vrbe, Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consultus: quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant: decernente ferocissimo quoque nõ sententiis magis, quàm clamore & strepitu. tandem quum ità resedissent, ordine consuli cœpit. Budæus.

Postulare seruos in quæstionem. Cic. pro Milone, Sed quæstiones vrgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis, quibusnam de seruis? rogas? de P. Clodij. quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius.

Delationem nominis in aliquẽ postulare. Cic. 1. Verr. Nuper quum in P. Gabinium vir fortissimus & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet.

Iudicem postulare. Cic. 5. Verr. Cœpit Scandilius Recuperatores aut iudicem postulare.

Iudicium postulare. Cic. Attico, lib. 2, Et quum esset damnatus, erat iudicium postulaturus.

¶Postulari, Passiuum. Vlpianus in l. 1. D. De suspectis tutoribus vel curatoribus, Primùm igitur tractemus vnde descendat suspecti crimen, & apud quos postulari quis possit suspectus tutor, vel curator.

¶Postulare, inquit Vlpian. in l. prima. D. De postulando. Est desyderium suum vel amici sui in iure, apud eum qui iurisdictioni præest, exponere: vel alterius desyderio contradicere.

Postulo pro te. Gellius lib. 7. cap. 19, P. Scipio Africanus postulauit pro L. Scipione Asiatico, fratre, quum cõtra leges, contráque morem maiorum Trib. pleb. hominibus accitis per vim inauspicato sententiam de eo tulerit. Vbi, Postulauit pro fratre, id est Pro fratre in iudicio intercessit. Nam paulo antè legitur, Scipio Africanus fratris nomine ad collegium Tribunorum prouocabat.

De fœdere ab aliquo postulare. Cic. pro Corn. Balbo, Quod quum magis fide illius populi, iustitia vestra, vetustate denique ipsa, quàm aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines & publici iuris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo COSS. à Senatu de fœdere postulauerunt.

¶Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur. Cicero Lentulo, libro 1. 3.

Postulatus, pen. prod. Participium vsitatissimum {αἰτηθείς.}

Postulatus, huius postulatus, pen. prod. {αἴτησις.} Liu. 4. ab Vrbe, Postulatu audito matris, tutorúmque, magistratus secundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum.

Postulatum, postulati, pen. prod. {αἴτημα} Ipsa postulatio. Cic. Attic. libro 7, Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum, postulatáque hæc ab eo interposita esse, quominus quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur.

Impotens postulatum. Liu. Decad. 1. lib. 7. sub finem, Æquè impotens postulatum fuit, vt de stipendio equitum (merebant autem triplex ea tempestate) æra demerentur, quòd aduersari coniurationi fuissent.

Accipere & remittere postulata. Cic. 12. Philip.

Postulata interponere, Vide INTERPONO.

¶Postulatum, Accusatio. Cicero 4. Verr. Hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deplorarunt. hoc commoti dolore, postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt.

Intolerabilia postulata referre. Cic. Cassio, lib. 12. 4, Quum essent missi vt Antonio ex Senatus sententia certas res nuntiarent, quum ille earum rerum nulli paruisset, vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt.

Postulatio, Verbale, Idem {αἴτησις} Cæsar 8. bell. Gall. Quam postulationem Antonius quum iudicaret ab iusto nasci timore, veniam petenti dedit, obsides accepit.

Æqua postulatio. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Æqua & honesta. Cic. pro Rosc. Amer.
Impudens, Vide IMPVDENS.

¶Abiicere postulationem triumphi, Vide ABIICIO.

Concessit postulationi tuæ Senatus. Cic. pro Murena.

¶Postulatio, pro *Supplicatione*, vt volgò dicunt. Cic. de Arusp. resp. De ea re scriptũ est, postulationes decretas esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cælestibus.

¶Postulationibus vacare, Expedire. Plin. libro 7. epistola vltima ad Tacitum. Budæus.

Respondere postulationibus, Idem. Sueton. in Nerone, cap. 15. Alia exemplaria habent postulatoribus.

¶Postulatio. Donatus, Propriè expostulatio est apud illum ipsum qui peccauerit: postulatio, de illo apud alterum. Itẽ postulatio, querela, & quasi iusta interpositio querelarum. Plaut. Bacch. 8,

Acris postulatio hæc est, quum huius dicta intelligo. Terent. Hecyra, 1. 2,

Neque lites vllæ inter eas, postulatio Nunquam.

¶Postulationes, Absolutè, vocantur quum ob monstrũ, ostentum, prodigium, errorem in ceremonia, sacrificium vel expiationem postulare dij videntur. Hoc verbo vtitur M. Tullius: sed & Arnobius ita scribens, In ceremoniis vestris rebúsque diuinis postulationibus locus est, & piaculi dicitur esse contracta commissio. Monuit Turnebus.

¶Postulationes, aduocatorum sunt & patronorum in foro. Suetonius in Nerone, Celeberrimis patronis non-tranſlatitias & breues, vt assoler, sed maximas, plurimásque postulationes certatim ingerentibus.

Resistere postulationi alicuius. Cic. Q. fratri, lib 2. 13.

Postulator, pen. prod. {αἰτητής} Verbale masculi. Suet. in Nerone, cap. 15, In iurisdictione postulatoribus nisi sequẽti die, &c. Legitur & postulationibus.

Postularia {αἰτήματα} fulgura, inquit Festus, quæ votorum aut sacrificiorum spretam religionem deligant. Apud Senecam 2. Natur. quæst. cap. 49, vocantur postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non ritè facta repetuntur.

Postulatitius {αἰτήματα τινός.} Seneca epist. 7, Hæc plerique ordinariis paribus & postulatitiis præferunt. Paria gladiatorum intelligit Seneca. Erant autem ordinarij gladiatores, gladiaturæ in primis periti, qui ex consuetudine exhiberi soliti erant Postulatiuj, qui postulante populo, præter ordinarios & consuetos exhiberi principis benignitate consueuerant. Vide Cælium, lib. 11. cap. 10.

POSTVORTA, Dea fuit apud Romanos, ita dicta quòd futura prospiceret. Macrob. lib. 1. Saturn.

Potamantis, alio nomine Thalassegles, herba, qua pora homines fieri lymphaticos narrat Plinius libro 24. capite 17. Nascitur circa Indum.

Potamogeton, herbæ nomẽ, apud Galen. lib. 8. de simplic. medicam. facultat. cap. 63. Dioscor. lib. 4. cap. 96.

Potatio, **Potator**. Vide POTO.

Pote, Vide POTIS.

Potens, **Potenter**, **Potentatus**, **Potentia**, Vide POSSVM.

POTENTIA {ποτωτεία} Vrbs in agro Piceno, Ciceroni de Aruſp. respon. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nũtiatur terræ motus horribilis cum quibusdam multis metuendíque rebus. Plin. libro 3. capite 1. Vulgò *S. Maria de Loret*. Alius *Loreto* dicitur.

POTENTINI, Populi Lucanorum Plin. lib. 3. cap. 11.

Poterio, herba, quæ alio nomine phrymõ, vel neurada appellatur. Plinius libro 25. cap. 10, Sunt & ranis venena, ruberis maximè: vidimúsque psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ocyore etiam quam aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrynion in vino potæ: aliqui neurade appellãt, alij poterion, floribus paruis, radicibus multis, neruosis, bene olentibus.

¶Poterium, poterij {ποτήριον} dicitur à Græcis, quod nos Poculum dicimus. Gallicè *Vn gobelet*. Plaut. Stich. 1. 4,

-quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis
Bibunt: nos nostro famulo poterio, tamen viuimus.

Potessum, Vide POSSVM.

Potestas, **Potestur**, Vide POSSVM.

Pothos, herba, cuius vim & species enumerat explicãtque Plin. lib. 21, cap. 17.

POTIDAEA {ποτίδαια} Macedoniæ vrbs, antè Cassandria dicta, vt scribit Plinius libro 2. cap. 58. & lib. 4. cap. 10. Cassandria etiam nunc vocatur, vt scribit Oliuarius in Melam.

POTIDONIA, æ {ποτιδωνία} vrbs Ætoliæ apud Stephanum, cuius incolæ dicti sunt Potidoniates.

POTINA, teste Nonio, deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorundem alimentis. Varro.

Potio, potionis, fœm. gen. Vide POTO.

Potior, & hoc potius {κρείττων} Comparatiua, pro Melior & melius: quasi potentior & potentius. Vide POTIS.

Potiorem nominare is videtur, qui causam qua fit potior exprimit. l. 2. de fideiussor. & nominat tutor. in P. Paulus libro 2. Sententiarum, titulo 28.

Potior, potiris, pen. prod. potitus sum vel fui {τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω} potíri, à Potis deducitur, vt ait Valla libro 3. Est tenere, & quasi in potestate habere. Item obtinere, & in potestatem venire. Apud

Poetas in quibuſdam perſonis interdum inuenitur tertiæ coniugationis. Virg 3. Æneidos,
-fas omne abrumpit,& auro
Vi potitur. Ouid.13.Metam.apud Priſcianum,
Tuque tuis armis,nos te potiremur Achille.
Tenere & potiri.Cic.Attico,lib.7, An cunctèr & tergiuerſer, & iis me dem qui tenent,qui potiuntur?
Potiri in tempore.Lucret.lib.4.
¶Genitiuo aliquando iungitur:vt Potiri hoſtium:quod aliquando ſignificat Venire in hoſtium poteſtatem, aliquando Redigere hoſtes in poteſtatem.Plaut.Capt.3,
Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium. Hoc eſt,captus eſt ab hoſtibus,ſiue hoſtium præda factus eſt. De Philopolemo enim captiuo loquitur. Ibidem,4,
Tum denique omnes noſtra intelligimus bona,
Quum quæ in poteſtate habuimus,ea amiſimus.
Ego,poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium,
Expertus quanti fuerit, nunc deſidero. Verba ſunt Ergaſili paraſiti ad Ægionem Philopolemi captiui patrem.
Potitus mortis, letſque, pro eo quod eſt, in poteſtatem mortis redactus. Lucret.lib.4,
Nec diſſentit eum mortis,letſque potitum.
Potiri voluptatum. Cic.1.de Finib.Nullas conſequuntur voluptates,quarum potiendi ſpe inflammati,multos labores magnósque ſuſceperant.
Potitus voti. Id eſt Voti compos. Silius lib.15, -votique potitus Euicto Fabius Pœno,&c.
Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Author ad Heren.lib.4.
Potiri regni.Cic.Lentulo, lib.1.7, Si exploratum tibi ſit,poſſe illius regni potiri.
Potiri rerum,Imperium tenere,inquit Valla.Cic.4.Acad.Cleantes qui quaſi maiorum eſt gentium,Stoicus Zenonis auditor, ſolem dominari,& rerum potiri putat.
Dominari & rerum potiri.Cic.4.Acad.
In aliis nominibus, inquit Valla, quàm in hoc RERVM, ſignificatio magis exponitur per OBTINVERVNT, quàm per TENVERVNT:vt Potitus ſum victoria,Sum potitus amica: id eſt,Pugnãdo vel laborando obtinui victoriam,vel amicam.
¶Accuſatiuo: Potiri bonum,laborem,legiones, &c. Plaut.Aſin.7. Idẽ Rud.5. Idem Aſin.11. Cic.13.Philip.ſiquæ ſi receptis illis,poſſumus eſſe liberi, vincamus odium, pacemque potiamur. Legitur & pace,in ablatiuo. Terent.Adelph.5.4,
Ille alter ſine labore patria potitur commoda.
Sceptra potitus.Lucret.lib.3.
¶Ablatiuo.Virg.1.Æneidos,
Egreſſi optata potiuntur Troes arena. Lucret.lib.1,
Deficit ægra Ceres:nec plebes pane potitur. Id eſt,nec habet panẽ.
Amore potiri.Ouid.10.Metam.
Auſo potiri.Virg.6.Æneid.
Corpore & armis.Virg.12.Æneid.
Et potitur capta Maurus Iarba domo.Ouid.3.Faſt.
Gaza omni Macedonum,quę fuit maxima,potitus eſt Paulus.Cic. 2.Offic.
Lacrymis alicuius potiri.Stat.11.Theb.
Morte potiri.Auſonius in ecloga de vita humana,
Optima Graiorum ſententia:quippe homini aiunt
Non naſci eſſe bonum, natũ aut citò morte potiri. Hoc eſt in mortis venire poteſtatem. Sic enim exponit Aleiat.Parerg.lib.1.cap.35.
¶Potior,in præſenti tempore,plerunque pro Fruor.Cic.de Senect. Quòd ſi iſtis ipſis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus,vt diximus: deinde iis quibus ſenectus, etiam ſi non abundè potirur,non omnino caret. Pro eodem poſuit Fruitur & Potitur. Hæc Valla lib.3.
Potitus ſum,vel fui,Præteritum. Lucret.lib.4,
Vſqueadèo, certè vt videamur cernere eum,quem
Reddita vitaï iam mors,& terra potita ſt. Quem terra potita eſt, id eſt quem terra humatum tenet. Lambinus.
¶In potiundo,Vide IN.
¶Ad potiundum temerè & effrænatè incitantur auidæ voluptatis libidines. Cic.de Senect. Nullam capitaliorem peſtem quàm voluptatem corporis dicebat à natura datam,cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Potiens,Participium {ὑποτυχαίνων.} Cic.3.Tuſcul.Natura iis potiens,

Potis,& hoc pote {εἷς πᾶς,εἷσα,ἕν} potior, potiſſimus, Integrum eſt, authore Donato,pro Bonus,melior,optimus,& quaſi Potens,potẽtior, potentiſſimus. Plaut.Amphit.7,
Qui,malùm, intelligere quiſquam potis eſt? Id eſt poteſt, vt ait Donatus, Terent.Heaut.2.3.
Multis modis iniurius Clitiphio eſt,neque ferri potis eſt.
Cur non diuitiis Cræſum ſuperare potis ſit. Catullus. in Mentulam,110.
Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt, neque reſicere. Varro ex Pacuuio,lib.6.de Ling.Latin.
Nec potis eſt dulces muſarum expromere fœtus. Catull.ad Ortalum,epigr.60.
Potis es,pro Potes.Lucrer.lib.3,
Siue aliud quiduis potis es coniunctius eij
Fingere,&c.

Potior {κρείττων} & hoc potius,potiſſimum,Melior,præſtantior. Terent. Phorm.3.2,
Mea lege vtar,vt potior ſit,qui prior ad dandum eſt. Cic.de Amic. Itaque ciues potiores ſunt quàm peregrini: & propinqui quàm alieni.
Potior ad legendũ.Cic.1.de Finib.Tamen qui diligenter hæc quæ de philoſophia literis mandamus, legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora.

Plus pollere & potiorem eſſe.Cic.4.Tuſculana,
Patri dicere audet,ſe coniugem habuiſſe
Illum,amor quem dederat, qui plus poller potiórque eſt patre. Ex poeta.
Æra potiora auro.Stat.2.Sylu.2.
Merum potius cœnis Pontificum.Horat.2.Carm.ode 14.
Mors ciuibus Romanis ſemper fuit ſeruitute potior. Cic.10. Philippica.
Honeſta mors turpi vita potior.Tacit.in vita Agricolæ.
Pars potior.Quintil.in Procem.lib.1.
Prudentia potior acri dextra.Valer.4.Argon.
Res oratione potior. Mattius Ciceroni, lib.11.28, Quare maiorem in modum te rogo,vt rem potiorem oratione ducas: mihíque ſi ſentis expedire,recte fieri,credas nullam communionem cum improbis eſſe poſſe.
Sententia potior.Horat.1.epiſt.18.
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt.Virg.4.Æneid.
Nihil mihi potius,quàm vt Maſiniſſam conuenirem.hoc eſt Nihil exoptatius,charius. Cic.in Somn.Scip. Quum in Africam veniſſem, &c.nihil mihi potius fuit,quàm vt Maſiniſſam conuenirem.
Ducere potiora,quæ ad ſapientiam ſpectarent.Cic.3.de Orat.
Potior,Quem pluris facimus. Horat.3.Carm.ode 13,
Donec gratus eram tibi,
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat,&c. Lambinus.
Cura potiſſima.Stat.4.Sylu.4.
Potiſſima nobilitas.Plin.lib.14.cap.2.
Potiſſima oratio. Cic.ad Attic.lib.2.24, Vt ſciat hic noſter Ieroſolymitarius traductor ad plebem quàm bonam meis potiſſimis orationibus gratiam retulerit.Vetuſta exemplaria legunt puriſſimis.
Potiſſimum opus,Præcipuum,exquiſitum.Plin.iun.lib.4.epiſt.34.
Quod eſt potiſſimũ. Quintil.lib.10.cap.3, Denique vt ſemel quod eſt potiſſimum,dicam.
¶Pote,pro Potis,id eſt poſſibile,accipitur metri cauſa.Propert.lib. 2.eleg.1,
Qua pote quiſque,in ea conterat arte diem. Id eſt,quantum quiſque poteſt. Terent.Adelph.2.3,
Maledicta,famam,meum amorem,& peccatum in ſe tranſtulit,
Nihil pote ſuprà. Pote pro Potis inquit Donatus. Cicero de Claris Orat.Hoſpes non pote minoris.
Nec deuitari letum pote,quin obeamus.Lucret.lib.3.
¶Pote eſt, pro poteſt.Arnobius libro 2.aduerſus gentes, Quî fieri pote eſt?

Potius {μᾶλλον,μᾶλλον} potiſſimum, vel potiſſimè, Aduerbia. Plautus Amphit.4,
Nam ſi me irritaſſis,hodie lumbi fragium hinc auferes.
s.Abeo potius. Hoc eſt,Abire ſatius duco. Terent.Eunuch.2.3,
An potius hæc pati æquum eſt fieri,vt à me ludatur dolis?
Quin tu aliquid ſaltem potius,quorum indiget vſus,&c. Virg.2. ecloga.
Depugna potius quàm ſeruias.Cic.Attico,lib.7.
Perpeſſus eſt omnia potius Zeno Eleates,quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret.Cic.2. Tuſc.
Vtrum potius, aut quid potiſſimum in comparatione quæritur. Cic.1.de Inuent.
Munus potius centum ſignis.Horat.4.Carm.ode 2.
¶Potiſſimum {μᾶλιστα} pro eo quod vulgò dicitur *Et principaliter*. Terent.And.5 5,
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi,cui hæc narrem, dari? Cic 4.Acad.Næ ille longè aberit, vt argumentis credat philoſophorum:aut ſi eſt crediturus,quorum potiſſimum?
Ordienda eſt nobis potiſſimum cauſa à Deo.Cic.1.de Leg.

Potiſſimè {μᾶλιστα} Idem. Cic.libro 2. de Orat. Non potiſſimè confirmo. Sic apud eundem ſæpius inuenies:tametſi ſint qui mendum putent eſſe,legendúmque dicant potiſſimum. Idem pro Murena,Is potiſſimè honore affecto defenſor daretur,qui,&c.

POTITIVS {ποτίτιος} à potando cognominatus eſt, qui Herculi ſacra faciebat.A quo Potitia familia,quam antiquiorem origine vrbis nominat Liuius,à Potitio illo ſene,qui ad tempus affuit epulis.

Potito,Vide POTO.

POTNIA {ποτνία} Vrbs in Bœotia,non longè à Thebis,vbi Glaucus Siſyphi filius & Meropes habuit equas,quas conſueuerat humana carne alere,quo cupidius in hoſtem irruerent. Ipſum autem, quum alimenta defeciſſent, deuorauerunt. Item quadrigæ quibus vtebatur, ποτνιάδες dictæ ſunt.
Equæ Potniades.Ouid.in Ibin.
Potniades deæ dictæ fuerunt furorem facientes, hoc eſt μαινομέναι. Non procul à Potniis Bœotiæ ciuitate puteum fuiſſe legimus, ex quo ſi aqua hauſta fuiſſet,ab equis indigenis,furore agitabantur, vnde deatum nomen. Sed Heſychius Baccas & Mænadas hoc vocari nomine ſcribit. à Potnis autem, vel Potnia ciuitate Potniades Equæ dictæ ſunt. Virgil.in Georgicis,
Scilicet ante omnes furor eſt inſignis Equarum,
Et mentem Venus ipſa dedit,quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. Sic & Baccæ,Mænæque Potniades ab eodem ipſo loco appellantur. Heſychius & Liuius Grego.Giraldus primo ſuo Syntagmate,de hiſtoria deorum.

Poto, potas, potaui, potatum : vel potus ſum, potum {πίνω} potâre,Bibere. Virg.7.ecloga,
Huc ipſi potum venient per prata iuuenci. Terent.Phormione,
Nam apud me potaturus eſt.
Acetum acre potare.Horat.2.Serm.ſatyr.3.
Aquam potare galea.Tibul lib.2.eleg.7.
Flumina limoſa potat.Ouid.1.Metam.
Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Virgilius 3. Georgicorum.

Merum

Merum potare.Martial.lib.1.
Totos dies.Cic.2 Philip.
De medio die Horat.2.Serm.ſatyr 8.
Arbores vina potare docuimus,inquit Plin.lib.12.cap.1.
Lanæ potant.Plin.lib.9 cap.38.
Potus ium,Præterium perfectum à Poto. Aulus Gell.ex Vatronis 8.lib.de Ling.Latin.Quúmque,inquit,à Cœno,& Prãdeo, & pranſus ſum,& cœnatus ſum, & potus ſum dicamus, &c. Vide Noct. Attic. lib.2 cap.25.
¶Potor,potaris,Paſſiuum.Plin.libro 11.cap 37,Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit,aquarum quæ potantur,plerunque vitio.
¶Dare potatum bobus.Colum.lib.12.cap.51.
¶Voluptare potandi fruatur aliquis pariter cum aliis: aut ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat,antè diſcedat.Cic.5.Tuſc.

Potans,Participium {πίνων.} Cic.2. de Finib.
Vellera potantia ſuccum Aquinatẽ. Horat.1.epiſt.10. Intelligit de Aquinatibus purpuris,quæ ſimiles ſunt Tyrijs.

Potandus,pen.prod.Aliud participium {ποτέος.} Ouid.2.Faſtorum,
Dúmque parant epulas potandáque vina miniſtri.
Nectar potandum.Ouid.epiſt.15.

Potatus, pen.prod.Aliud participium {ποθείς.} vt Potata aqua Plin.lib. 2.cap.103.

Potator, penult.prod.potatoris {ῥοιμοπότης} Qui potationibus indulget. Plaut.Menæch.7,
Voluptarij, atque potatores maximi. Plin lib.20.cap.23,Radix cuiuſque ex aqua decocta,potatoribus ſitim facere narratur.Legitur & pototibus.

Potatio,potationis,Verbale {πόσις.} Plaut.Sticho,4,
Quot potationes muſi,quot autem prandia, &c Cic.1 de Diuin.
Si modò temperatis eicis, modicíque potationibus ira eſt affectus, vt ſopito corpore ipſe vigilet. Correctiora exemplaria legunt potionibus.

Potus,Participium {πεπωκώς} actiuè & paſſiuè accipitur.
¶Actiuè. Terent.Hecyr.1.2,
Quid ais?cum virgine vnà adoleſcens cubuerit
Plus potus,ſeſe illa abſtinere vt potuerit?
Bene potus.Varr.libro 6.de Ling.Latin. Apud Plautum in Paraſito Pigro:
Inde hic bene potus primo crepuſculo.
Potus, ſine adiecto, Idem quod Bene potus, & qui vino incaluit. Horat.1.Serm.Satyr.4,
-poſt hunc quoque potus.
¶Paſſiuè {πεποιωμένος.} Ouid.1.Faſtorum,
Quo plus ſunt potæ,pius ſitiuntur aquæ.
Cadus potus.Horat.3 Carm.ode 15.
Flumina pota Getis.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.
Sanguine tauri poto mortuus concidit Themiſtocles. Cic.de Claris Orat.
Vada pota Valer.6.Argon.

Poturus, pen.prod Aliud partic.{πόσων.} vt Terra potura cruores.Stat. 12.Theb.
Oues poturæ.Propert.lib.4.eleg 4.

Potus,huius potus {πόσις.πόσιμος,ποτός.} Plin.lib.10.cap.72,Serpentes exiguo indigent potu. Hoc eſt potatione.
Potus lactis herbidus.Plin.lib.24.cap.6.
Immoderatus potus,Vide IMMODERATVS.
Inexplebilis potu,Vide INEXPLEBILIS.
Obſtupefieri potu & paſtu. Cic.1 de Diuin. Dicit enim quum dormientibus ea pars animi quæ mentis & rationis ſit particeps, ſopita langueat, illa autem in qua feritas quædam atque agreſtis immanitas,quum ſit immoderato obſtupefacta potu atque paſto,exultare eã in ſomno, immoderatéque iactari.
In medio potu,Vide MEDIVS.
Potui dare medicamentum.Celſus lib.2.cap.13.

Potio, potionis {πόσις,πῶμα,πόσις, ποτός} pro potu & potatione.Cic.de Senect.Tantum cibi & potionis adhibendum,vt reficiantur vires, non opprimantur. Sic 1.de Finib.Quum cibo,potionéque,fames,ſitíſque depulſa eſt. Idem 5.Tuſc.Quid,quod ne mẽte quidem rectè vti poſſumus,multo cibo & potione completi?
Sumere magnam potionem.Celſus lib.1.cap.9.
Poculum & potio.Cic.pro Cluentio,Quàm nouum, in pane datũ venenum facilíúſne potuit, quàm in poculo? late tius potuit abditum aliqua in parte panis, quàm ſi totum colliquefactum in potione eſſet?
Vſitatæ potiones.Horat.Epod 5.
Dulciculæ potionis ſcutelam date.Cic.3.Tuſc.Collocemus in culcitra plumea,plaſtriam abducamus,hedychrum incendamus,demus ſcutelam dulciculæ potionis,aliquid videamus & cibi.
Potio medicorum, Sorbitiuncula eſt quæ ægrotis datur, Græci pharmacum vocant.Plaut.Menæch.20.
Efficaces potiones ad id.Celſus lib.4.cap.8.
Mortifera potio.Quintil.lib 7.cap.4.
¶Accipere potionem.Quintil.lib.7.cap.3.
Adiucere potioni,Vide ADIICIO.
Bibere potionem.Quintil.lib.7 cap.3.
Potio circunfertur.Varr de Ling.Latin.lib.4.
Dare potionem.Quintil.lib.7.cap.3.
Suſtulit mulierum prima potione medicus.Cic.pro Cluent.
Potio vincea. Plautus,
Nã mihi iam intus potione vincea onerabo gulam. Lepidè laqueũ potionem vocat vineã, ac potionem quidem,quòd quum potũ guttur ſoleat tranſmittere ipſi inditum, inditur & induitur ei laqueus, quaſi tranſmiſſuro: vinceam autem à vinciendo venuſtè deflexit, & ad potionem vineam vel vinaceam interim eleganter alluſit, quòd laqueo collum vinciatur.Turneb.

Potor, potoris, pen.prod. {πότης} Idem quod Potator. Titulus eſt apud

Martial.ad Sextilianum potorem,lib.1.41. Plin.libro 23.cap.8, Aiunt quinis ferè præſumptis,ebrietatem non ſentire potores.
Aquæ potores.Horat.1.epiſt.20.
Acer potor,Vide ACER adiectiuum.
Marcens potor.Horat.1.Serm.ſatyr.4.

Potorius,Adiect.{ποτικός.} Quod ad potandum pertinet vt Ampulla potoria,apud Martial.lib.14.115. Plin.lib.33 cap.10, Ptolemæum Vatro tradit Pompeio rei gerente circa Iudæam octona millia equitum ſua pecunia toleraſſe: mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem vaſa eum ferculis ſaginaſſe.
Argentum potorium. Pomponius in l.In argento.D.de aur.& arg. legato.
Vitrea eſcaria & potoria in ſupellectile ſunt,ſicut fictilia.Paulus in l.3.D.de ſupellectile legata.

Potulentus {ποτός.} Sueton.in Othone, cap.2,Ferrur & noctibus vagari ſolitus: atque inualidum quenque obuiorum aut potulentum corripere. Vide Poculentus,in POCVLVM.

Potura,poturæ.Varr.de Ling.Latin.lib.4,Sic potura à potu,non vt nunc à πόσις.

Potito,potitas,penult.corr.{πίνημι} potitâre,Frequentatiuum. Plautus Aſin.13,
Tecum vnà poſtea æquè pocula potiter.

Potionor,penult.prod.potionaris {ποτίζω,πιπόσκω} potionâri,Paſſiuum. Suet in Cæſare Caligula,cap 50,Creditur potionatus à Cæſonia vxore,amatorio quidem medicamento:ſed quod in furorem verterit. Id eſt veneno affectus.

P R

Practicus,Adiectiuum,Vide PRAXIS.

Practores {πρᾶκτορες} in nouellis Iuſtiniani ſunt exactores tributorum. Suidas,φορολόγος ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, ὃς καρκίτορας καλοῦσι τοῦς πολλοῦς.

Præ,Præpoſitio,ablatiuo caſui ſeruit,ſignificat Ante {πρό.} Liu.lib.1.ab Vrbe, Prope Tyberim fluuium, qua præ ſe armentum agens nando traiecerat. Aliquando abſolutè ponitur.Terent.And.1.1,
I præ,ſequar. Plaurus datiuo iunxit,in Pœnulo,9,
Trecentos nummos philippeos portat præ ſibi.
¶Præ {πρός} comparationem aliquando inducit. Cic Seruio Sulp. lib.4.4,Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus. Terent.Adelph.2.3, -illius opera Syre nunc viuo:feſtiuum caput,
Qui omnia ſibi pòſt putarit eſſe præ meo commodo. Id eſt,mei cõmodi comparatione, inquit Donatus. Hoc eſt, Nihil pluris illi eſſe curandum putat,quàm meum commodum.
¶Præ {πρὸς,ὑπέρ} nonnunquam abundantiam notat: vt Præ multitudine. Cic.Attic.libro 2. Quidam dicunt ſignificare Propter, in huiuſmodi exemplis vt paulo pòſt videbis.
Præ ira.Liu.1.bel.Maced.
Præ lacrymis.Cic.Attic.lib.9,Non mediuſſidius præ lacrymis poſſem reliqua nec cogitare nec ſcribere.
¶Præ ſe ferre,Eſt dicto,factóve, & ipſa ſtatim fronte, qualem opinionem de aliqua re aut homine habeas,confiteri. Quintil.lib.5.cap. 13,Fiduciam igitur præ ſe ferat orator,ſempérque ita dicat,tanquam de cauſa optimè ſentiat. Id eſt, Ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce,ex ipſa tota oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi ſunt, in vultu & geſtu indicant tacitam vel formidinem, vel fiduciam, hoc eſt Præ ſe ferunt fiduciam vel formidinem. Hæc Valla lib.5. Cic.pro Rab.perduel.reo, Quamobrem fateor,atque etiã Tite Labiene profiteor,& præ me fero,te ex illa crudeli,importuna, nõ Tribunitia actione,ſed regia,meo conſilio,virtute, authoritate, eſſe depulſum.
Præ ſe gerere,Idem quod præ ſe ferre. Cic.2.de Inuent.Nam affectionis quidem ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere coniecturam: vt amor,iracundia,moleſtia. Ibidem,Præ ſe gerit quandam vtilitatem, quo magis experatur.
Præ ſe propellere.Lucret.lib.4.
¶Præ te,pro Quàm te.Plaut.Merc.8,Sanus ſi ſim, præ te medicum mihi experam.
¶Præ quod. Plaut.Sticho,6,
Imò res omnes relictas habeo præ quod tu velis.
Præ quám. Plaut.Amph.8,
-parua res eſt voluptatum in vita,atque in ætate
Agunda præ quàm quod moleſtum eſt. Gell.lib.16. cap.11.
Præ vt. Plaut.Milite,Act.1.ſcen.1,
Nihil hercle hoc quidem præ vt alia dicam.
¶Præ,Propter.vt Præ formidine. Terent.Eunuch.1.2,
Credo,vt fit,miſera præ amore excluſit hunc foras. Idẽ Heaut.2.2, Præ gaudio(ita me di ament)vbi ſim,neſcio:
Ita timui.
Præ manu,vel Præ manibus,Vide MANVS.

Præcutus,pen.prod.Adiectiuum {πολυεξὺς} Valde acutum ſignificat. Cæſar 2.bel. Gal.Tum magni ponderis ſaxa, & præacutas trabes in muro collocarant.
Præacuta aſperitas.Plin.lib.11.cap.26.
Præacuta bipennis.Plin.lib 8.cap.8.
Cuſpis præacuta.Ouid.7.Metam.
Præacutus ſcopulus.Plin.lib.9.cap.10.

Præaltus {ὑπερυψηλὸς} Valde altus.Liuius 10.ab Vrbe,Oſtium fluminis præalti quo circumagi naues in ſtationem tutam poſſint.
Præaltus alueus.Liu.5.ab Vrbe.
Præalta rupes.Liu.10.bel.Maced.

Præauditus, pen.prod.Anté auditus. Vlp.in l.Solet.in princ.D.de offic.Proconſ.Solet etiam cuſtodiarum cognitionem mandare legatis: ſcilicet vt præauditas cuſtodias ad ſe remittant.

Præbeo, præbes, præbui,præbitum,pen corr. {παρέχω, χορηγέω,παρέχω,παρέχω, παρέζω, ἐγχειρίζω, ὑπουργέω, ὑπηρετέω} præbêre, Ex præ & habeo

compoſitum,abiectis a & li,ſignificat Dare, exhibere. Nam qui aliquid præbet,id præ habere ratione dicitur. Cic.6.Verr.Nemine qui cum poteſtate,& legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amẽtem fore putauerunt,vt emeret argentum(dabatur enim de publico) vt veſtem(præbebatur enim legibus)mancipium putauerunt.

Præbere & impertire ſe alicui.Cic.pro Roſc.Amer.Te quoque ma gnopere M.Fanni quæſo: vt qualem te iam antea Populo Rom.præbuiſti,quum huic quæſtioni iudex præeſſes,talem te & nobis & Pop. Romano hoc tempore impertias.

Præbere de manu cibos, Manu ipſa cibum in os ingetere. Colum. lib.9.cap.1.

Acceſſum præbere.Liu.10.bel.Pun.

Alimenta furori.Ouid.3.Metam.

Animum ad pernicicm alicuius moderatum,& ad rerum euentum leniſſimum præbere.Cic.Q.fratr.lib.3.19.

Appetitum rationi obedientem præbeamus.Cic.1.Offic.

Aquam præbere.Horatius,

Præter eum qui præbet aquam. Grammatici hunc locum vix concoquere poſſunt,mirũmque eis videtur cõiuratorem,aquæ præbitorem appellari. Primus Dionyſius Lambinus vidit conuiuatorem ſolitum balneum præbere conuiuiis:quam interpretationem nemo iure reprehendat. Turnebus aliter, cuius hæc ſunt verba, Quid, ſi dicat hominem tam eſſe procacem & petulantem in iocando, vt nec conuiuiis nec miniſtris abſtineat vllis, quin eos perſtringat, præter eum, qui ipſi pocula miſceat, miniſtrátque aquam?ait enim Martialis,

Iam defeciſſet portantes calda miniſtros,

Si non potares Tongiliane merum. Sed omnino præſtiterit locum per allegoriam interpretari,inflexione verborum & inuerſione ducta à luſu, quo aliquo in ſitula aut vrceo nobis aquam miniſtrante, alios ea aſpergimus,aut perfundimus per laſciuiam, quod quum facimus, eo qui aquam nobis præbet, interim abſtinemus. Aquæ igitur præbitori ſimilem eſſe voluit Flaccus conuiuatorem. Huic inuerſioni, aſpergere,& aqua,fauere videntur. Hæc ille.vtramuis ſequere. Sunt qui volunt hoc loco legi, præbet,aqua, vt præbet per ſe & ſeparatim legatur,& ſubaudiatur cœnam,ſed hæc lectio à doctis reiicitur.

Aurem,Auſcultare.Plin.epiſt.14.lib.2,Nihil quod præbeas aurem.

Aures ambagibus.Ouid.3.Metam.

Aures conuitiis.Liu.8.bel.Maced.

Aures non obtuſas criminatione, ſed vacuas præbere. Cic.Antequam iret in exil.

Auxilium.Plin.lib.21.cap.32.

Præbueram ſceleri brachia noſtra tuo.Ouid.epiſt.7.

Caſum pugnæ.Tacit.lib.12.

Cauſam.Liu.10.bel.Pun. Quæ peropportunè cupienti tollere inducias,Scipioni cauſam præbuere.

Cauſam necis.Ouid.epiſt.2.

Ceruices.Cic.Antequã iret in exil.Crimen diluere non licere: ore oppreſſo ceruices eſſe præbendas.

Cibum alicui.Lucret.lib.3.

Collum cultris.Iuuen.Satyr.10.

Copiam verborum populo cum multa concurſatione, magnóque clamore præbebat.Cic.de Claris Orat.

Corpora præbemus plagis,vt ſæpe ſagittis.Ouid.de Nuce.

Crudelitati Pœnorum corpus Reguli præbitum eſt.Cic.3.de Nat. deor.

Curam præbere, pro Solicitum habere, vel ſolicitudinem afferre. Liu.lib.3.Decad.5.

Domum alicui.Horat.3.Carm.ode 19.

Erroſem.Liu.4.ab Vrbe.

Honorem. Plin.libro 35.cap.10, Alexander ei honorem clariſſimo præbuit exemplo.

Imaginem antiquitatis Senatui præbebat.Tacit.lib.3.

Indignationem.Liu.6.bel.Pun.

Infamiam. Vlp.in l.Item apud Labeonem.§. Aliud eſt.D.de iniur. & famoſ.libell.

Iter.Colum.lib.3.cap.16.

Iuſta.Cic.1.Offic.Eſt infima conditio & fortuna ſeruorum: quibus non malè præcipiunt qui ita iubent vti vt mercenariis, operam exigendam,iuſta præbenda.

Iuſiurandum alteri.Plin.in Paneg.

Creta ſerpentibus præbet latebras.Virg.2.Georg.

Locum peccandi.Colum.lib.11.cap 1.

Ludos.Terent.Eunuch.5.7.

Lumen præbet feneſtra.Varro 3.de Re ruſt.cap.9.

Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti.Ouid.epiſt.17.

Manus verberibus.Ouid.1.de Arte.

Materiam. Liu.3.ab Vrbe, Quum Appius non Virgilium defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem, & Tribunatum etiam nunc ſpirantem,locum ſeditionis quærere diceret: non præbiturum ſe illi eo die materiam.

Materiam præbere ſuo damno.Ouid.2.Metam.

Materiam igni.Liu.1.bel.Pun.

Metum.Liu.5.bel.Pun. Vtrique parti parẽ metum præbuit, ne hoſtes noui aduentarent.

Metus.Ouid.1.de Arte.

Miraculum,Plin.lib.28.cap.3.

Munimenta.Cæſar 2.bel.Gal.

Nomen.Tacit.lib.13.

Notitiam.Lucret.lib.5.

Præberi alicui nudum.Ouid.2.Amor.eleg.9.

Operam præbere,Iuuare.Plaut.Milite,9.

Operam Reip.Liu.5.ab Vrbe.

Orationem. Plaut.Pœn.18,

Vt modeſtè orationem præbuit.

Os. Terent.Adelph.2.2,

Quid potui melius,qui hodie vſque os præbuit Cic.5.Verr.Qui teſtes interrogari priore actione noluerit, & iis tacitum oſtuum præbere maluerit,quanuis & te & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito.

Os præbere ad contumeliam.Liu.4.ab Vrbe.

Os ad malè audiendum.Cic.ad Attic.libro 1.13, Quàm dignus qui Palicano,ſicut facit,os ad malè audiendum cotidie præbeat.

Pabula.Lucret.lib.2.

Pectora præbent ferro.Stat.9.Theb.

Perfugium & ſolatium aduerſis rebus præbent ſtudia. Cicero pro Archia.

Pigneranda pœnæ præbere bona.Liu.9.bel.Pun.

Poppyſma præbere.Iuuenalis,

-frontémq; manúmque

Præbebit vari crebrum poppyſma roganti. Vide in POPPYSMA.

Prandium alicui.Cic.ad Attic.lib.5, Quòd anteceſſerat Statius, vt prandium nobis præberet.Quædam exemplaria legunt viderer.

Quàm ſe præbuerãt ferro patienter & igni. Ouid.1.Amor.eleg.14.

Se præbere,Eſt ſe oſtendere. Terent.Phorm.3.1,

Tum Phormio itidem hac re,vt in aliis,ſtrenuum hominem præbuit.

Se æquum.Cic.ad Curionem,lib.2.1,Sin me id facere noles,te mihi æquum præbere debebis.

Se æquabilem.Cic.2.Tuſcul.Atque in primis meditemur illud, vt hæc patientia dolorum, quam ſæpe iam animi intẽtione dixi eſſe firmandam,in omni genere ſe æquabilem præbeat.

Se attentum auditorem.Cic.3.de Nat.deor.

Authorem ſe alicui rei.Tacit.lib.19. Hoc eſt ducem.

Se credulum.Cic.ad Attic.lib.15, Vel verba dari mihi facilè patior in hoc,méque libenter præbeo credulum.

Dignum ſe ſuis maioribus.Cic.Thermo,lib.2.

Se docilem.Cic.2.Tuſcul.

Se duriorem alicuius aſflictæ fortunæ.Cic.ad Attic.lib.14,Quòd ſi duriorem re miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduerſus te.

Præbere ſe dictis, Id eſt attentum eſſe iis quæ dicuntur. Lucretius libro 2.

Nimium ſe exorabilem.Cic.Q.fratri,lib.1.2.

Se facilem præbere dicitur res aliqua.Plin.lib.13.cap.4. Cic.ad Atticum,lib.14.309,Ego autem Antonio facillimum me præbui.

Se facilem præbere in hominibus audiendis, admittendiſque.Cic. ad Q.fratr.lib.1.1.

Gratum ſe de bene meritis.Cic.pro Plancio.

Se iudicem acrem.Cic.1 Offic.Suum quiſque noſcat ingenium, acrémque ſe & bonorum & vitiorum ſuorum iudicem præbeat.

Leniſſimum ſe.Cæſar Oppio in Epiſt.ad Attic.lib.9.

Miniſtros ſe præbent oratoribus infimi homines apud Græcos mercedula adducti.Cic.1.de Orat.

Miſericordem in re, in teſtimonio religioſum ſe præbere. Cic.pro Cecinna.

Moderatum ſe in aliqua re.Cic.2.Offic.

Obſequentem ſe.Senec.Hippol.2.

Patientem & impigrum ſe.Cic.7.Verr,

Placabilem ſe alicui.Cic.Attic.lib.10.

Se quoquomodo in re aliqua. Cic.4.Verr. Atqui eo etiam magis, quòd iſte quoquo modo ſe in ea quæſtione præbebat, tamen in conſilio habebat homines honeſtos è conuentu Syracuſano.

Spectatores ſe otioſos alicuius calamitatis.Cic.2.Offic.

Se ſuperbum in fortuna. Cic.ad Attic.lib.8, Superbum ſe præbuit in fortuna,quam putauit noſtram fore.

Vegetum acrémque ad aliquid agendum ſe præbere. Cicero 1.de Diuinar.

Se virum in re aliqua.Cic.Fabio, libro 5.18,Pro amore noſtro rogo atque oro,te colligas,virúmque præbeas.

Silentia præbent ſomnum.Ouid.5.Faſt.

Sonitum.Liu.7.ab Vrbe.

Speciem. Plin.lib.24.cap.15,Naſcitur in petroſis, orbiculato florũ ambitu,ſpeciem lecti pedum præbens.

Speciem extinctæ animæ.Plin.lib.20.cap.9.

Speciem erroris.Liu.4.bel.Pun.

Speciem triumpho.Liu.4.bel.Maced.

Spectaculum lætum.Liu.10.bel.Pun.

Spem.Liu.4.bel.Pun.

Spiritum vitalem & ſalutarem præbet animantibus aer temperatus.Cic.2.de Nat.deor.

Sponſalia alicui præbere, pro Celebrare ſponſalia, & deſponderefiliam. Cic.ad Q.fratr.lib.2.8, Ad VIII Idus Aprilis ſponſalia Craſſipedi præbui. Id eſt celebraui conuiuium ſponſaliorum.

Sumptus præbetur mihi ex re auita.Horat.1.Serm.ſatyr.6.

Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.Ouid.1.Amor.eleg.12.

Suſpicionem.Tacit.lib.17.

Tempora mollia præbuerunt mihi.Ouid.4.Trift.eleg.7.

Terga.Tacit.lib.14.

Terrorem.Liu.3.ab Vrbe.

Tyrannum,aut alium quenuis. Cic.3.Verr.Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum Populi Rom.ſed tyrannum libidinoſum,crudelémque præbueris.Id eſt,gefferis te non tanquam legatus,ſed potius vt ſolent ſe gerere tyranni libidinoſi. Idem ad Trebatium,lib.7.16,Deinde quòd in Britannia nõ minus quàm Philotheron te præbuiſti.

Rima paret,præbétque viam lethalibus vndis.Ouid.11.Metam.

Vicem.Plin.lib.16.cap.36.

Vim.Plin.lib.13.cap.12.

Hyems præbebat vires fluuio.Lucan.lib.1.

Vſum.Plin.lib.13.cap.22.

Præbitus, penultima correpta, Participium {ικπεφασ&ικ.} Columell.lib. 1.cap.8, Tantóque curioſior inquiſitio patrisfamiliãs debet eſſe prorali genere ſeruorum, ne aut in veſtiariis, aut in cæteris præbitis iniurioſè tractentur.

Præbenda, præbendorum {προσοδια.} Gell.lib.15. cap.4, Comparandis mulis, & vehiculis magiſtratibus, qui fortiti prouincias forent,præbenda publicè conduxiſſe. Vbi interpres, Præbenda publicè conduxiſſe: Id eſt ea quæ à parochis præbenda erant. de quibus Horatius 1.Serm.ſatyra 5,

Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, falémque. Erant autem in exercitu copiarij,quibus erat præceptum, vt præbenda, id eſt ſalem & ligna publicè miſſis exhiberent. Vt verò annotauit Bebelius,in plurali tantùm legimus,idque in neutro genere.

Præbitor,penult corr.præbitoris,Verbale {προσοδικ.} Cic.2.Offic.An tu id agis vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent?

Præbitio, præbitionis, Aliud verbale. Vlpian.D.de offic. præfect.vrb.l. omnia.§.Cura carnis. Cura carnis omnis,vt iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt: ſed & cæterorum,ſiue pecorum,ſiue armentorum,quod ad hu iuſmodi præbitionem ſpectat,ad ipſius curam pertinent.

Præbia,remedia.Feſtus,Ea verò præcipuè præbia appellarunt,quę amuleti vim habebant, cuiuſmodi erant lora, quæ de puerorum collo ſuſpendebantur.

Præbia. Varr.lib.6. de Ling.Lat. Nænius in Stigmatia: Præbia à præbendo vt ſit tutum, quòd ſint remedia in collo pueris.

Præbitere {υπηρετῶ} pro Perimere,vſurpauit Plaut.Pſeud.12,

Interminatus eſt à minimo ad maximum,

Siquis non hodie munus miſiſſet ſibi,

Eum eas cruciatu maximo ſe præbitere.

Præbitere item dixit Plautus pro Præterire,in Pœnulo,17,

Quid ſi eamus illis obuiam?r. at ne inter vias

Præbiteramus eas mutuo.

Præcaluus {προφαλακρος} Caluus in anteriore capitis parte. Sueton. de Galba,cap.21,Statura fuit iuſta,capite præcaluo.

Præcantatio, præcantationis {προεπαδη} Verbale à Præcantando. Quintil.Declamat.14, Diris vtique carminibus,& feralium præcantationum terrore permiſſum.

Præcantrix,præcantricis,pen.prod.fœm.g. {προεπαοδικ.} Varro de liberis educandis, Vt faciunt pleræque, vt adhibeant præcantrices, nec medico oſtendunt. Plaut.in Milit.Act.2.ſcen.1,

Præcantrici,collectrici,atiolę,atque haruſpicæ. Sunt tamen qui legant,Precatrici,coniectrici,&c.

Præcantatrix (quod verbum apud Plautum reperitur in Truculento) mulier ea dicitur,quæ cãtionibus vritur, id eſt carminibus & incantamentis,quibus plurimum ſuperſtitioſi veteres tribuebãt. Turneb.

Præcanus,pen prod.Adiectiuum {προπαλαιὸς} Qui ante annos iuſtos canus eſſe incipit. Horat.1.epiſt.21,

Corporis exigui,præcanum,ſolibus aptum.

Præcarus,pen.prod.Adiectiuum,Nimis,ſiue multum carus. Terent. Phorm.3.3,

Quantum opus eſt tibi argentiteloquere.r.ſolæ triginta minæ.

6.Triginta?hui, præcara eſt. r.iſtæc verò vilis eſt. Quædam exemplaria percara legunt.

Præcaueo,præcaues,pen.corr.præcaui,pen.prod.præcautum {προφυλάττομαι} præcauère, Antè cauere. Terent.And.3.5,

Nanque hocce tempus præcauere mihi me,haud te vlciſci ſinit.

Præcauere ab inſidiis.Liu.9.ab Vrbe.

Præcauere peccata.Cic.pro Roſc.Amer. Atqui ea ſunt animaduer tenda peccata maximè quæ difficillimè præcauentur.

Præcautum eſt à me. Cic. ad Atticum,lib.2, Quòd à me ita præcautum atque ita prouiſum eſt,non vt ego de optima illa mea ratione decederem.

Aſtutia intelligendi ad præcauendum quibus abeſt, ſibi iniecto terrore mortis,horreſcunt.Cic.5.de Finib.Ex Pacuuio.

Præcauens,pen.corr.Participium {προφυλάττων.} Cic.pro Plancio, Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem antè & præcauentem nunquam certè mouebunt.

Præcautus,Participium {προφυλαχθὲις.} vt Prouiſa,& præcauta res. Cic. 6.Verr.Veruntamen ita res mihi tota prouiſa atque præcauta eſt,vti ſi maximè eſſet inuentus,qui,&c.

Præcauto opus eſt.Plaut.Merc.6.

Præcautor,præcautoris,Verbale {προφυλακτὴς.} Plaut.Pſeud.9,

Nam ego præcautor,& patronus foribus proceſſi foras.

Præcedo, præcedis, pen. prod.præceſſi, præceſſum {προάγω, προβαίνω, προτρέχω} præcédere, Antecedere. Plin.lib.11.cap.37, Nulla præcedente iniuria.

Præceſſi,Præteritum.Varr.de Ling.Latina,lib.5,Vt enim ceſſit atque receſſit,ſic ſucceſſit,& deceſſit,& conceſſit,& præceſſit.

Agmen præcedere.Virg.9.Æneid.

¶Præcedere,per tranſlationem,pro Præcellere.Plaut.Aſin.12,

Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Litanę longè,&c.

Præcedere authoritate,ſapore,ſuauitate, & ſimilibus. Plin.lib.29. cap.1. Idem lib.4.cap.6, Vinum aliud alterũ germanitate præcedit. Colum.lib.3.cap.2.

Armorum decus præcedere actis forenſibus.Ouid.ad Piſonem.

Famæ priſcæ titulos præcedere.Stat.2.Sylu.2.

Præcedere in re aliqua.Plin.lib.18.cap.3.

Longè præcedere,Vide LONGVS.

Præcedens,pen.prod.Participium {προτρέχων.} Vt Inſtare præcedentibus.Horat.1.epiſt.2.

Præceler, penult.corr.præceleris, & hoc præcelere, penultima corr. {πολυπαχὺς} Valde celerem ſignificat. Plin.lib.9.cap.46,Vt prope carinam ventum eſt,niſi præceleri vi repente rapiant,abſumi ſpectant.

Viri præceleres.Stat.6.Theb.

Præcelero,præceleras, pen.corr. {προπέμπω} præcelerâte, Præcurrere. Stat.4.Thebaidos,

-pars arcta plebe ſequuntur,

Præcelerántque ducem,medium ſubit illa per agmen.

Præcello, præcellis,præcellui,præcelſum {προέχω, διαφέρω} præcélle-re, Præcedere & ſuperare. Plin.lib.12.cap.3,Malus Aſſyria odore præcellit foliorum.

Mobilitate præcellere.Lucret.lib.2.

Robore mentis.Silius lib.3.

Præcellere alicui,pro Imperare,& dominari.Tacit.lib.12.

Præcellens,Adiectiuum {προέχων.} Plin.lib.12.cap.6,Maior alia pomo & ſuauitate præcellentior,quo ſapientes Indorum viuunt.

Omnibus rebus præcellentiſſimus vir.Cic.6.Verr.

Præceliſus,Adiectiuum {ὑπερυψωδὴς} Valde excelſum ſignificat. Cic.6. Verr. Enna autem vbi ea quę dico geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito.

Moles præcelſę.Stat.1.Sylu.5.

Rubes.Virg.3.Æneid.

Fortuna.Stat.3.Sylu.3.

Præcentio,præcentionis,Vide PRAECINO.

Præceps, præcipitis, pen.corr. omn.gen. {προπετὴς, κεφαλόπτωτος, κρημνοβάθρος, παρακρημνίς, κατηφὴς} A præ & capio componitur, ſignificátque propriè eum, qui ſine conſyderatione aliqua, aut modo quid agit, & quaſi rem & tempus præoccupat. vt apud Martialem, quum de verſo loquitur,libro 1.11,

Præceps ſanguinea dum ſe rotat verſus arena. Virg.3.Æneidos,

-mox ſeſe ad littora præceps

Cum ſletu,precibúſque tulit. Hoc eſt ſine reſpectu ſalutis, inquit Seruius.

Præceps in auaritiam & crudelitatem animus.Liu.6.bel.Pun.Hoc eſt,promptus & procliuis.

Præceps ingenio in iram.Liu.3.bel.Pun.

Amentiá præceps aliquis.Cic.pro Milone, Albanorum obrutę aræ ſacrorum populi Rom.ſociæ & æquales: quas ille præceps amentia, cæſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat,&c.

Conſiliis omnibus præceps & demus homo.Cic.5.Phil.

Præceps animi,Figuratè.Virg.9.Æneid.

¶Præceps,Nimis feſtinus.Virg.2.Æneidos,

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Terent.Andr.1.3,

Quo iure,quáque iniuria,præcipitem me in piſtrinum dabit.

In præceps rapere,pro Deorſum.Virg.1.Georg.

Ad pœnam extitiſſmque præceps. Cic. de Aruſp.reſp. An ille demens,& iam pridem ad pœnam, extitiúmque præceps, fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accuſando, quàm in vniuerſo Senatu vituperando fuit?

In omnia præceps.Lucan.lib.2.

¶Ex præcipiti leuari,E magno periculo.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Petere aliquid ex præcipiti.Ouid.13.Metam.

In præcipiti eſt ægrotus.Id eſt,in ſummo diſcrimine. Celſus lib.2. cap.6,de indiciis mortis quæ ex aluo ſumuntur.

¶Præceps,Locus altus,vnde quis ſe præcipitem dare facilè poſſit. Virg.2.Æneidos, Turrim in præcipiti ſtantem. Seruius.

¶Alea præceps.Horat.1.epiſt.19.Hoc eſt ſubita.

Amentia.Stat.12.Theb.

Annus.Senec.Here.fur.3.

Audacia.Claud.1.in Ruff.

Celeritate quadã dicendi præcipiti volubilis homo. Cic.pro Flac.

Certamen.Virg.3.Georg.

Currus.Virg.3.Georg.

Curſus.Lucan.lib.3.

Præceps dies.Liu.4.ab Vrbe.

Præceps in noctem diei tempus cauſatus eſt. Curtius lib.4. non procul à fine.

Præcipites foſſæ,In quas quis poteſt præcipitari, Profundæ.Virg. 11.Æneidos.

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ.Ouid.1.Metam.

Fragor.Valer.3.Argon.

Furor.Cic.pro Domo ſua,Nullo labore,tuo præcipiti furori atque impio ſceleri reſtitiſſem.

Gloria.Stat.10.Theb.

Gradu præcipiti ſecreta mentis exerere.Sen.Herc.OEth.4.

Ira.Senec.Hippol.4.

Ardua per præceps gloria vadit iter.Ouid.4.Trift.eleg.3.

Lethum.Senec.Hippol.2.

Locus.Celſus lib.3.cap.23.

Decliuis & præceps locus.Cæſar 4.bel.Gall.

In præcipitem locum ſe committere.Cic.4.Acad. Vt tamẽ in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere.

Locos præcipites vitare.Lucret.lib.4.

Præceps in ſalum murus pedeſtre interceperat iter.Curt.lib.4.

Nimbus.Valer.1.Argon.

Nox fuit præceps.Ouid.9.Metam.

Palmites præcipites (inquit Colum.lib.5. cap.6) dicuntur qui de hornotinis virgis enati,in duro alligantur.

Periculum.Celſus lib.2.cap.11.

Procellæ.Stat.5.Thebaid.

Subitus diſceſſus,& præceps profectio.Cic.Attic.lib.9.

Saxum.Ouid.in Ibin.

Senectus præceps, Id eſt decrepita. Cicero Octauiano, O meam calamitoſam & præcipitem ſenectutem!

Sententiæ præcipites vel obſcurę.Quintil.lib.7.cap.2,

Præceps in Occaſum ſol.Liu.10.ab Vrbe.

In tam præcipiti tempore ferret opem.Ouid.2.Faſt.

Via.Quintil.in Procem.lib.6.

Præceps & lubrica via,Plana & ſtabilis,contraria. Cic.pro Flacco, Quem poſthac fore tam amentem putatis, qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem & lubricam eſſe ducebat,huic planę & ſtabili præponendam eſſe arbitretur?

Vnda.Stat.6.Theb.

¶Abire præcipitem.Salluſt.in Catil.

Adigere præcipitem, Virg.6.Æneid.
Præcipitem agere. Cic.3.Verr. Agunt enim præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit.
Præcipitémque Daten ardens agit æquore toto. Virg.5.Æneid.
Agere aliquem de fundo præcipitem. Cic. pro Cecin.
Apes præcipites cadunt. Virg.4.Georg.
Capessere se præcipitem ad malos viros, Vide Capesso, in CAPIO.
Currimus præcipites. Iuuen. Saty.10.
Decidere in præceps. Ouid.12.Metam.
Deferor præceps. Virg.9.eclog.
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virg.5.Æneid.
Præcipitem dare, pro Eiicere & excludere. Terent. Fhorm.4.3,
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò,
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret.
Præcipitem in tertam dare. Liu.1.bell.Maced.
Dare præcipitem è turre. Seneca Troade,6.
Dedit se præcipitem tecto. Horat.1.Serm.saty.2.
Deiicere præcipitem. Cic.6.Verr. Quum iste imperat lictoribus vt Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, præcipitem in forum deiiciant.
Ire præcipitem. Catul. ad Coloniam, epigr.17,
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputque, pedésque.
Imus præcipites. Persius Saty.3.
Exturbatus è prouincia præceps. Cic.6.Verr.
Præcipitem ferri. Cic. de Amic. Obsequiú multo molestius, quòd peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.
Fertur præceps in hostem. Virg.3.Georg.
Cæcum & præcipitem me ferri cõsiteat in causa. Cic. pro Plancio.
Præcipitem amentia ferri. Cic 7.Verr. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare, præceps amentia ferebare, qui te existimares auaritiæ vulnera crudelitatis remediis posse sanare.
Fugit præceps in exilium Iuuen. Saty.10.
Facere aliquem in præceps. Tacit. lib.4.
Stellæ præcipites cælo labuntur. Virg.1.Georg.
Mittere præcipitem de muro, Vide MITTO.
Mittere se toto corpore præcipitem ad vndas. Vigil.4.Æneid.
Patet in præceps. Virg.6.Æneid.
Perturbare aliquem præcipitem ex ciuitate. Author ad Herennium, libro 4.
Proiicere præcipitem in vndas. Virg.5.Æneid.
Rapere aliquem præcipitem. Ouid.3.Metam.
Præcipites pariterque ruunt. Virg.11.Æneid.
Præcipitem trahere. Virg.2.Æneid. Præcipitésque trahit syluas. Id est secum deorsum rapit arbores.
In præceps volui. Ouid.2.Metam. Voluitur in præceps.
Populum præcipitem vrgere. Lucan lib.1.
¶Præcipes, pro præceps, & pro Anceps, aucipes olim dicebatur. Plaut. Rudente,
Quin scelestus sacerdotem anum præcipes. Sic legit Turnebus ex veteri codice.

Præcipito, præcipitas, penult. corr. { κρημίζω, κατακρημίζω, καταβαρίζω } præcipitáre, In præceps deiicere. Terent. Adelph.4.2,
-vbi eò veneris,
Cliuos deorsum vorsum est, hac te præcipitato.
Pondera præcipitant ex supeio. Lucret.lib.2. Hoc est præcipitanter ruunt.
Imbres præcipitare in gremium matris Terræ. Lucret.lib.1.
Quum verò deorsum per fauces præcipitauit. Lucretius lib. 4. De cibo.
Viuus in occultas præcipitèris aquas. Ouid. in Ibin.
Cedentem iuuenem retro præcipitat. Stat.6.Theb.
Ad terram se præcipitare de montibus. Lucret.lib.4
Præcipitare sese de turri. Liu 3.bell.Pun.
Præcipitare se ex aliqua rupe. Plin.lib.8.cap.36.
Præcipitare se in flumen. Cæs.4.bel.Gall.
¶Præcipitare palmitem, flagellum, & huiusmodi, pro Deorsum reflectere. Colum.lib.4.cap.24. Cato cap.32, Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto, ne vitem præcipites, & ne nimium persfringas.
¶Præcipitare, Præcipitem agere. Celsus lib.6.cap.7.non procul ab initio, Autium inflammationes doloréque interdum etiam ad dementiam, mortémque præcipitant. Budæus.
Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo sua.
Præcipitare ad exitium. Cic.ad Atticum, lib.3, Quod si fuisset, fidem eandem, curam maiorem adhibuisses: me certè ad exitium præcipitantem retinuisses.
Præcipitari in insidias. Liu.5.bel.Pun.
Præcipitant curæ. Virg.11.Æneid. Id est vrgent.
Cursum præcipitare. Iuuen. Saty.15.
Fata sua. Lucan.lib.7.
Ira & furor mentem præcipitant. Virg.2.Æneidos,
Præcipitate moras. Virg.8.Æneid. Præcipitanter, id est festinanter abiicite. Seruius.
Spem Ouid.3.de Ponto, eleg.1.
¶Præcipitat hyems. Cæsar 3 bel. Ciuil. Hoc est ad finem vergit.
Lux præcipitatur aquis. Ouid.4.Metam.
Præcipitat Nilus, Præceps ruit, & ex alto dilabitur. Cic. in Somnio, Nec est vllus hebetior sensus in vobis, sicut vbi Nilus ad illa quæ Caradupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Hoc est, præcipitanter & festinanter cadit: vt est apud Virg.2.Æneidos,

-& iam nox humida cælo
Præcipitat, suadéntque cadentia sidera somnos.
Præcipitare, Inconsideratè agere. Plaut. Trinum.5,
Nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quàm si saxo saliat.
Præcipitare, cum infinitiuo. Silius lib.3,
-priscósque referre labores
Præcipitat. Hoc est festinat.

Præcipitans, pen. corr. præcipitantis { κρημίζων } Participium, siue Nomen ex participio.
Discrimine nullo se præcipitans. Valer.4.Argon.
Impellere præcipitantes, aut vrgere iacêtes, certè est inhumanum. Cic. pro Rab. Post. Hoc est ruentes in præceps.
Amuis præcipitans. Cic.3.de Orat. Quem in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus, in amni præcipitante non possumus. De Numero.
Præcipitante Republic. Cicero pro P. Sylla. Improbi ac perditi ciues, re domiti ac victi, præcipitante Republica vehementem me fuisse atque fortem: conseruata mitem ac misericordem fateri. en tur. Id est corruente.
Præcipitans iam & debilitatus Tribunatus. Cic. pro Domo sua, Tu tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu, auspiciorum patronus subitò extitisti.

Præcipitandus, Participium { καταβρογγίσας } vt Dare pectora præcipitanda saxis. Ouid. epist.21.

Præcipitanter, Aduerbium { κρημνωδῶς } Temerè, inconsideratè. Lucretius libro 3,
Currit agens mannos ad villam præcipitanter.

Præcipitantia, huius præcipitantiæ { καταβάσεως } Gell.lib.6.cap.2, Sicut lapidem cyliudrum si per spatia terræ prona atque derupta iacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps vo uitur.

Præcipitatus, pen prod. Participium { κρατακρημνισθεὶς } vt Præcipitata ætas, Nutata & ad senium inclinata. C. Mattius ad Cic.lib.11.28, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam? Id est decrepita.
Iámque moræ spatium nox præcipitata negabat. Ouidius 1.Trist. elegia 3.

Præcipitatio, Verb. { κρατακρήμνισις. } Seneca lib.1. de Ira, Sed consilium omne & pœnitentiam irreuocabilis præcipitatio abscondit.

Præcipitium, præcipitij { κρημνὸς } Locus præruptus vnde præcipitari facilè potest.
Deferri per præcipitia. Quintil.lib.1.cap.10.

Præceptio, Præceptor. Præceptum, Vide PRÆCIPIO.

Præcerpo, præcerpis, præcerpsi, præcerptum { φοσβόπτω } præcérpere, Antè carpere. Plinius libro 18.cap.19, Ne germinum tenera præcerpant. Valer.lib.2.cap.3, Nimirum non plura præcerpens quàm acciderant.
Præcerpunt iubas leoni. Stat.9.Theb.
Præcerpere fructum. Cic.6.Verr Non præcerpo fructum officij tui, non alienam mihi laudem appeto.

Præcertatio { κατρμία } Verbale à Præcerto, Author ad Heren.lib.4,
Mihi tecum præcertatio non est, &c.

Præciamitatores, dicuntur, qui flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedunt, exclamántque feriis publicis, vt homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre irreligiosum est. Festus. Quidam præclamitatores legunt, Vide infrá.

Præcido, præcidis, præcidi, præcísum, penult. prod. { ὑποτέμνω, ὑποτάμνω, ὑπακόπτω } præcídere, Antè cædere, antè immolare, inquit Festus. Amputare, obtruncare. Plin.lib.16.cap.30, Etsi infra quàm rami fuere, præcidatur, quod supersit, viuit. Cic. pro Rab. perduel. reo, Etsi C. Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus præcidi imperarat, &c.
Anchoras præcidi imperat Cleomenes. Cic.7.Verr.
Cotem nouacula præcidere. Cic.1.de Diuinat.
Manum alicui, gladio præcidere. Cic.2.de Inuent.
Præcidere aliquem medium. Lucret.lib.3.
Præcidere amicitias, per translationem. Cic.1.Offic. Vt amicitias, quæ minus delectent & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere.
Causam belli. Horat.1.epist.2.
Defensionem alicui. Cic.5.Verr. Postremò illa quidem certè tibi præcisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta atque flagitia latere posse arbitratus es.
Dubitationem. Cic.2.de Orat. Et simul præcisa, inquis, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque domi imperaram, &c.
Securi libertatem. Cic. Qu. fratri, lib.2.13, Tenediorum igitur libertas securi Tenedia præcisa est, quum eos præter me & Bibulum, & Callidium, & Fauonium nemo defenderet.
Licentiam libertatémque viuendi sibi. Cic.5.Verr.
Partem maximam defensionis alicui. Cic.4.Ver. Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis præcideris.
Spem alicuius rei præcidere, Auferre. Cic. in Pisonem, De reditu Gabinij omittamus: quem, etsi sibi præcidit, ego tamen os vt videam hominis expecto.
¶Præcidere, Id significat quod vulgus *Quottare* appellat, id est designare quotum quenque articulum, quotum quodque caput oppugnare velit litigator, ne in vniuersum admissus licenter tergiuersari, & identidem variare possit. Cicero 4. Academ. Placet Stoicis omnia peccata esse paria: at hoc Antiocho vehementissimè displicet. Liceat tandem mihi considerare vtram sententiam sequar. Præcide, inquit, statue aliquando quid libet. Id est signanter & præcisè desume vtrum magis probes. Translatio sumpta à fabrili more: nam fabri quod desecare serra volunt, prius linea ducta signant & præcidunt. Vel à more vestem lineam sarciámve venditantium, quod enim emptori addixerunt & admensi sunt, prius leuiter incidunt,

dunt, quatenus mensura procedit, deinde abrumpunt. Præcidere igitur non est simpliciter & vniuersum aliquid dicere, sed designarè & præcisè: quod Græci ἀφορίζειν, dicunt Budæus.
Præcidere sua authoritate aliquid ex oratione alterius. Cicero 4. Verrin. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi & authoritate mihi ex hac oratione præciderit.
¶Præcidere. Cic. Attico, lib.10, Quod quia planè quum in Formianum venisset præciderat, aspertius ad te de eo scribere solebam. Vide paulo pòst, PRAECISE, Duré.

Præcisus, pen. prod. Participium { κατατετμημένος, κεκόπτομαι. } vt, Præcisum caput. Plin.lib.11.cap.37.
Corpus præcisum. Claud. de bello Get.
Præcisa narratio, Concisa, & quod vulgus dicit *abbreuiata*. Quint. libro 4.cap.2.
Præcisa, interruptáque verba. Gell.lib.7.cap.2.ad finem.
Præcisa opitulandi potestas. Cic.ad Brutum, 15, Oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate præcisa.
¶Præcisum, abruptum, & absciissum. Quintil.lib.10. De imitatione, cap.2, Qui præcisis cõclusionibus obscuri, Salustium atque Thucydidem superant. Et lib.7. Præcisam verborum comprehensionem appellant diffinitionem dialecticam, quæ difficilior est tractatu oratoria finitione. Metaphora inde tracta, quòd quæ præcisa sunt, ea sunt iusto concisiora & breuiora, indéque obscuriora. Vel à saxis præruptis, quæ Κατάρρυτα dicuntur, vnde descensus durior est. Bud.
¶Præcisum, Dicitur pars carnis visceribus, hoc est, circa quod viscera inuoluta sunt, quòd oras circuncisas habeat. Lucilius lib.20,
Illi præciso atque epulis capiuntur opimis. Nam omasum dicitur intestinum pingue. Sipontinus ex Nonio.
¶Præcisus etiam dicitur muliebria patiens. Seneca de Prouidentia. Quid portò non est iniquum, fortes arma sumere, & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in vrbe securos esse præcisos, & professos impudicitiam? In quo sensu & verbum Præcido frequenter vsurpatur Martiali, vt lib.7.61,
Reclusus foribus grandes præcidis Amille:
Et te deprendi, quum facis ista, cupis.

Præcisè, pen. prod. { Κατατόμως } Aduerbium, Abruptè & absciissè. Gellius lib.3.cap.16. Obscurè hoc & præcisè dictum.
Præcisè alicui negare. Duré. Cic.ad Atticum, lib.8.epist.4. Quibus literis ita respondit, vt ego memini, cuius causam non recipiebam, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine vlla exceptione præcidit, nihil cognoui ingratius. Bud.
Præcisè dicere. Id est, compendio sermonis & per defectum & aliquid subintelligendum, inquit Budæus. Cic.2. de Nat. deor. Sed id præcisè dicitur, vt si quis dicat Athenien sium Remp. consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcisio, Verbale { Κατατομὴ, ὑποτομὴ. } Cic.3. de Orator. Et huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum; quàm dixeris, significatio, & distinctè concisa breuitas.
Præcisio est, quum dictis quibusdam, reliquum quod cœptum est dici relinquitur inchoatum, sic: Mihi tecum præcertatio non est, ideo quòd Pop. Rom. me: nolo dicere, ne cui fortè arrogans videar: te autem semper ignominia dignum putauit. Author ad Heren. li.4.

Præcidaneus, Adiectiuum, Præcidendum, inquit Nonius. Varro de vita Populi Romani lib.3, Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri, aliter familia pura non est. Est autem porca præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœperas, immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aüt non purgauerant, aut aliter eam rem quàm oportuerat procurauerant. Ex Gell.lib.4. cap.6. Festus, Præcidaneam porcam dicebant veteres, quam immolare erant soliti anteà, quàm nouam frugem præciderent.
Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alias cædebatur. Festus.
Feriæ præcidaneæ. Gellius lib.4.cap.6, Feriás præcidaneas dici, id (opinor) à vulgo remotum est: propterea verba Atteij Capitonis ex quinto librorum, quos de Pontificio iure compofuit, scripsi. Ibi Cornucatio Pont. Max. Feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ sunt, Collegium decreuit, non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ essent. Hæc ille.

Præcimitator, præco qui præite ante sacrorum regem solebat, is præmonebat populum, ne dum sacra fierent, opus faceret quisquam. Alexander Alexandrinus lib.6.cap.12, Cùm Flamen sacra Diis dare, & hostiam immolare vult, flamineum puerum, aut puellam iuxta habebat, qui parati intentíque ministerio, & sacrificanti præsto forent, quæque exequenda, quæ partij moris & ritus erant, sacris minis traret, quos non nisi ingenuos patrimos & matrimos esse decebat. Cui ad sacra eunti, præco præcimitator dictus, præite, & præmonere soliebat populum, vt dum sacra fiunt ab opere cessarent, qui si contumacius parerent pignoribus & multa plectebantur, neque enim flaminem, aut regem sacrorum religiosis diebus, opus facientem videre fas erat. Festus Præciamitatores vocat, Vide suprá.

Præcingo, præcingis, præcinxi, præcinctum { ὑποζωννύω, περιζωννύω } præcingere, Cingere, vel anteriora cingere. Sueton. in Cæsare, cap. 45, Vnde emanasse Syllæ dictum constat, optimates sæpius admonentis, vt malè præcinctum puerum caueret.
Ense præcingi. Ouid.2.Trist.
Auro fuluo præcingitur ceruix. Ouid.14.Metam.
Castris præcingere fluuium. Claud. de bello Get.
Littora muro. Silius lib.3.
¶Præcingere, Præparare. Plaut. Milite 16,
Idem & connexu in humero, læuo expapillato brachio,
Præcinctus: aliquid simulato, quasi gubernátor sies.

Præcinctus, Participium { περιζωσμένος. } Horat.1.Serm.saty.5.
Capilli præcincti flore. Ouid.epist 4.
Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem. Ouid.1.de Arte:
Præcincti parietes opere testaceo, Obducti. Plin.iun.li.10.epist.39.
Pueri præcincti. Horat.2.Serm.saty 8.

Præcino, præcinis, penult. corr. præcinui, præcentum { φοιβάζω } præcinere, Antè canere, prædicere, prædiuinare. Cic.4. Tusc. Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, quòd & deorum puluinaribus, & epulis magistratuum fides præcinunt. Tibul. lib.1.eleg.5,
Carmine cum magico præcinuisset anus.
Gemitum præcinere. Stat.5.Sylu.3,
Præmonstrare & præcinere. Cic. de Arusp. respon. Quis est ex gigantibus illis, quos poetæ ferunt bellum diis immortalibus intulisse tam impius, qui hoc tam nouo tantóque motu non magnum aliquid deos Populo Romano præmonstrare & præcinere fateatur?

Præcentio, Verbale { φοίβασμα } Modulatio illa vocum quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. Cicero de Arusp. respon. Tui sacerdotij sunt tensæ curricula, procentio, ludi, libationes, epulæque ludorum. Gellius lib.1.cap.11, Tibicines inter exercitum positi canere incœpebant. Ea illi præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalarique prorurrent, cohibebatur. Quapropter & exordium, siue initium siue principium, siue proloquium, siue antiloquium, quidam præludium, alij præcentionem ad similitudinem Græcorum, qui id proœmium nominant: propterea quod ὅμοιον cantus est.

Præcipio, præcipis, pen. corr. præcepi, penult. prod. præceptum { φοιβαμβάνω } præcipere, Antè capere, præuenire, præoccupare. Virgil. in Bucol.3.eclog,
Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Vbi Seruius. Colum. de Arboribus, cap.6, Quamobrem neque fructum vberem præcipies & nihilominus celeriter consenescet.
Debitum, vel dorem, & similia præcipere. Vlpian. in I. Si filia. D. Famil. herciscund. Si filiusfamilias iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere. Sed etsi in rem patris versit, idem placet. Et si de peculio: peculium præcipiet. Hoc amplius filiusfamilias hæres institutus, dotem vxoris suæ præcipit, nec immerito: quia ipse onera matrimonij sustinet: integram igitur dotem præcipiet.
Fata præcipere, id est mortem. Florus lib.3. cap.9, Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit.
Gaudia præcipere. Cic.13 Philip.
Iter præcipere. Liu. Decad.1.lib.3, Icilius sedulò tempus terens, dum præciperent iter nuntij missi in castra, &c.
Mortem præcipere. Florus lib.4.cap.vltim. de Cantabris loquens. Postquam extrema Barbari vident, certatim igne ferro inter epulas, venenóque quod ibi vulgò ex arboribus Taxis exprimitur, præcepere mortem: séque pars maior à capiuitate, quæ videbatur vindicauere.
Pœnas. Silius lib.6.
Præcipere anté. Lucretius lib.6,
Carbonumque grauis vis, atque odor insinuatur
Quàm facilè in cerebrum, nisi aquam præcepimus antè? Id est ante hausimus & bibimus.
¶Præcipere, Antè videre. Virg.6 Æneidos,
Omnia præcepi, atque animo mecũ antè peregi. Legitur & percepi.
Præcipere animo, vel animis. Liuius 8.bell. Macedon. Consul quia non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo.
Præcipere cogitatione futura. Cicero 1. Offic. Quanquam hoc animi, illud etiam ingenij magni est; præcipere cogitatione futura, & aliquantò antè cõstituere quid accidere possit in vtráque partem.
Opinione aliquid. Cæs. libro 7, Quod hæc de Vercingentorigæ vsu ventura opinione præceperat.
Spem vniuersæ victoriæ, tentato paulatim euentu certaminum, præcipere. Liu. Decad.1.lib.4.

¶Præcipere { ὑποδιδάσκω; παραγγέλλω } est tum magistrorum, quod est præcepta tradere: tum magistratuum, & superiorum personarum. Salust. in Iugurth. Micipsa pater meus moriens mihi præcipit. Terent. Adelph 3.3,
Conseruis ad eundem illis præcipio modum.
Præcipere atque interdicere. Cæsar 5 bell. Gall.

¶Præcipere { κρατηγεῖσθαι } Præmonere, instruere, docere. Plin.lib.18.ca. 24, Hesiodus qui princeps omnium de agricultura præcepit.
Facilè de aliqua re præcipere. Cic.1. de Orat.
Præcipere aliquid operosè, Vide Operosus, in OPVS.
Præcipere artem oratoriam. Quintil.lib.3 cap.1.
Hic artem nandi præcipit, ille trochi: Id est docet. Ouid.2. Trist.
Hortari & præcipere. Cic. Luceio, lib 5.13, Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, vt tu tamen idem & hortaris & præcipis.
Præcipe lugubres cantus Melpomene Hora.1: Cãm.ode 24. Id est præmonstra, & doce, nõn vt vulgus putat, *Iube & impera*. Lambinus.
Præcipere ne. Cic. de Amicit. Rectè etiam præcipi potest in amicitiis, nequis intemperata quadam beneuolentia (quod persæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum.
Præcipere vt. Cic. de Amicit. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, &c.
¶Præcepsi, Antiquum præteritum pro præcepi. Cato de Re rust. Villici officia quæ sunt? quæ dominus præcepsit. Quod quidem vadet, quæ dominus præceperit, vt capsit pro cepertit à veteribus est sæpe vsurpatum. Turnebus.
¶Præcipitur, pen. corr. Impersonale. Plin.lib.15 cap.16, In vniuersum de pomis seruandis præcipitur:

Præcepto, præceptas { ὑπόδειγμα } præceptare, Frequentatiuum, Sæpe præcipere. Festus. Præceptat in Saliari carmine.

Præceptus, Participium { παραγγελθείς } Ante captum, prævenatum. Liuius lib.1, Tempore illi præcepto. Cic. lib 3. Tusc. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si & antè præceptis bonis contentus esset, nec mortem, nec deos extimesceret.

Præceptum, huius præcepti {πρόσταγμα,ἐντολή,ὑποθήκη, ὑποτύπωσις} Substantiuum, Monitum, admonitio, institutum, via, ratio. Cicero 1. Offic. Neque vlla officij præcepta firma, stabilia, &c.
Monita & præcepta. Cic. Lucceio, lib. 5 13, Tuis monitis præceptisque omnis est abiiciendus dolor.
Arcana præcepta, Vide ARCANVS.
Mira. Horat. 2. Serm. Saty. 3.
Patria. Lucret. lib. 3. Id est paterna.
Ratio & præceptum dicendi. Cic. de Claris Orator. Hermagoræ disciplina ea dat rationes certas & præcepta dicendi, quæ si minorem habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias.
Præcepta & instituta philosophiæ. Cic. 1. Offic. Abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ.
Periculosissimum præceptum. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Vniuersalia vel perpetualia. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Contrita præcepta, Vide CONTERO.
Præcepta artium. Cic. de Fato, Etenim si est diuinatio quælibet natura, à præceptis artis proficiscitur. Præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Sunt igitur astrologorum præcepta huiusmodi: siquis, verbi gratia, oriente Canicula natus est, in mari non morietur. Alia exemplaria legunt percepta.
Abundare præceptis & institutis philosophiæ, Vide ABVNDO.
Accelerare præcepta, Vide ACCELERO.
Accipere præcepta, Vide ACCIPIO.
Adiuuare nequitiam præceptis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Agitare præcepta, Vide Agito, in AGO.
Alligare præceptis. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Amplecti præcepta. Claud. de bello Gildon.
Contrahere præcepta in vnum. Ouid. lib. 2. de Remed. amor.
Curare præcepta, Vide CVRO.
Demonstrare aliquid præceptis. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Contrita & communia præcepta dicere. Cic. 1. de Orat.
Dare præcepta. Virg. 4. Georg.
Dare præcepta alicuius rei. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Dare præcepta de aliqua re. Cic. 2. Tuscul.
Viuendi præcepta dare. Cic. pro Flacco.
Edocere præcepta. Virg. 5. Æneid.
Exequi præcepta alicuius. Virg. 6. Æneid.
Facessere præcepta alicuius, Facere, Frequentatiuum pro principali. Virg. 4. Georg.
Amicis præceptis formare pectus alicuius. Horat. 2. epist. 1.
Horrere præcepta alicuius. Catul. Argon. epig. 59.
Instillare præceptum auriculis. Horat. 1. epist. 8.
Præceptis nihil opus est. Varr. de Ling. Lat. lib. 7.
Ponere signa nouis præceptis. Horat. 2. Serm. Saty. 4.
Veterum præcepta referre. Virg. 1. Georg.
Respuere præcepta alicuius. Claud. 4. Paneg.
Sancire præcepta. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Sequi præcepta deûm. Virg. 4. Georg.
Suppeditare præcepta. Lucan. lib. 3.
Tenendum est hoc officij præceptum, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis accersas. Cic. 2. Offic.
Tradere præcepta differendi. Cic. in Orat. Aristoteles tradidit præcepta plurima differendi.
Præcepta & quasi vias quæ ad eloquentiam ferrent, tradere. Cic. in Orator.
Tradere præcepta volandi. Ouid. 8. Metam.
Vti præceptis alicuius. Ouid. 3. de Arte.

Præceptio, præceptionis {ὑποθήκη} pro Præcepto. Cic. 3. Offic. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, &c.
Præceptio, (pro, vt ita dicam) antecaptione. Plin. iunior libro 5. epist. 7. ad Caluisium. Saturninus qui nos reliquit heredes, quadrantem Reipublicæ nostræ deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. Hoc est, vt in primis, & (quod aiunt) ante omnia daretur Reipublicę summa quadringentorum millium. Papinian. in l. 2. D. de fundo instruct. & Vlpian. in l. Item Labeo. D. Fam. ercisc. und.

Præceptor, Verbale {καθηγητής, διδάσκαλος} Doctor, institutor. Cic. 3. de Orat. Neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi. Ouid. 1. de Arte,
Æacidæ Chiron, ego sum præceptor Amoris.
Arandi præceptor. Ouid. 6. Fast.
Magistros artium liberalium & viuendi præceptores habere. Cic. 1. de Inuent.
Authorem & præceptorem omnium consiliorum aliquem habere. Cic. 2. Philip.
Eloquentiæ præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 8.
¶Acer & subtilis. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Assiduus potius, quàm immodicus. Quintil. lib. 2. cap. 24.
Domesticus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Effusus. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Latini dicendi præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Malignus. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Peridoneus, Vide PERIDONEVS.
Publici. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Sanctissimus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Turpis præceptor, hoc est flagitiosus. Quintil. lib 1. cap. 2.
Abducere discipulum à præceptore, Vide ABDVCO.
Conducere præceptores. Plin. iunior lib. 4. epist. 13. ad Tacit. Quantulum est ergo collata pecunia conducere præceptores? Paulo post, Præceptores publicè conducuntur: id est, publico stipendio merces & salarium constituitur.

Præceptrix, Verbale, fœm. gen. {καθηγητής.} Cic. 1 de Finib. Sapientia enim est vna, quę mœstitiam pellat ex animis, quę nos exhorrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate viui potest.

Præceptorius, Adiectiuum. vt Præceptoria epistola. Plin. iunior lib 4. epist 78. ad Tacitum. Interim nequid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præceptoria epistola rogo: sed prius, &c.

Præcipuus, Adiectiuum {ἐξαίρετος, ἀπροσδόκητος, παράδοξος} Quod antè captum est, inquit Festus. Sumitur etiam pro magno & singulari, & nõ communi cum aliis. Terent. Adelph. 2. 3,
Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.
Vir in eloquentia præcipuus. Quintil. lib. 6. cap. 3. De Cicerone.
Circunueniendi præcipuus. Tacit. lib. 5.
Præpositum, vel præcipuum. Cic. 3. de Fin. Quoniam autem omne quod est bonum, primũ locum tenere dicimus, necesse est nec bonũ esse, nec malum, hoc quod præpositum vel præcipuum nominamus.
Commune & Præcipuum, contraria. Cic. 5. Verr. Quum ab omnibus non solùm id quod commune est propter imperium, sed etiam (id quod iustius præcipuum est) propter crudelitatem metueretur.
Præter cæteros præcipuum quod mihi Consuli fuit, priuato cum cæteris commune est. Cic. pro Sylla.
Par aliquid cum alio esse, & Præcipuum, contraria. Cic. pro Ligario, Vt cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, (quæ nequaquam fuerunt) hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd iusto cum imperio, ex S.C. in prouinciam suam venerat.
¶Amorem quendam præcipuum in eos qui procreati sunt ingenerat natura. Cic. 1 Offic.
Artis præcipuæ opus Ouid. 1. de Arte.
Bonitas præcipua, Singularis. Plin. lib. 12. cap. 19.
Præcipua cœnationum, id est Præcipua cœnatio. Suet. in Nerone,
Decus præcipuum. Ouid. 14. Metam. (cap. 31.
Dolor in hoc casu præcipuus est. Celsus lib. 8. cap. 20.
Dolore quodam præcipuo angi. Cic. Seruio, lib. 4. 3.
Incommodum præcipuum. Cic. ad Atticum, lib. 11, Quod negas præcipuum mihi vllum incommodum impendere, etsi ista res nihil habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt, quæ tu profectò vides & grauissima esse.
Idem ius cum cæteris, & Præcipuum, contraria. Cic. ad Atticum, lib. 6, Decreuit Senatus, vt ius diceretur ista syngrapha, nunc ista habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui.
Præcipuum veniæ ius habet ille liber. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Laborem præcipuum impendere. Virg 3. Georg.
Obses præcipuus animi. Cic. Aure quàm iret in exil. Neque verò M. Tullius suum animum à vestra abalienauit potestate, quum præcipuum vobis obsidem animi sui vestram reliquerit libertatem.
Singularis & præcipua opera. Plancus Cic. lib. 10. 9.
Partes meæ in ea causa præcipuæ fuerunt. Cic. pro Domo.
Præcipua remedia, Omnium longè vtilissima. Plin. lib. 11. cap. 49.
Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris, vnde etiam calculo humano remedia præcipua. De genitalibus.
Præcipuus & proprius sensus. Cic. de Prouin. Consul. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, &c. ad vleiscendi tempora reseruabo.
Præcipuum ad serpentis ictus, Optimum. Plin. lib. 8. cap. 27.
Præcipuum contra morsus remedium, Salubertimum. Plin. libro 8. capite 12.
Rerum præcipua. Tacit. lib. 4.
Præcipuum, Absolutè, Iurisconsulteis nominatur, quod alias per præceptionem legatum dicunt. Scæuol. in princ. l. vlt. D. de legat. 2. Testamento filium, &c. & adiecit, se præcipua suique iuris, & post mortem suam habere velle. Sidon. Apollinar. lib. 6. epist. vltim. Illud autem deberi tibi quodam, vt Iurisconsulti dicunt, præcipui titulo, &c. Sueton. Nanque quingenties H-S. cùm præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata non perscripserat summa.

Præcipuè, Aduerbium {ἐξαιρέτως, προηγουμένως} Ante alia, potissimùm. Cic. ad Curionem, libro 2. 5, Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda.
Decorus præcipuè est deo color albus. Cic. 2. de Leg.
Infœlix præcipuè. Virg. 1 Æneid.
Diligentia præcipuè nobis colenda est. Cic. 2. de Orat.
Commendare præcipuè quosdam alicui. Cic. Acilio, lib. 13. 33.
Nihil datum præcipuè esse homini à natura dicemus. Cicero 2. de Finib.
Debere præcipuè isti generi hominum videmur. Cic. Quinto fratri, libro 11.
Obseruare præcipuè aliquem. Brutus Cic. lib. 11. 19.
Vnum illud te præcipuè rogo. Cic. Appio, lib. 3 8.
Nequid tibi præcipuè timendum putes, eo animo sis velim. Cic. Plancio, lib 4. 14.
Præcipuè aliquid appetere, & In communi iure viuere, contraria. Cicero pro Rabyr. perduel. reo, Labor in hoc defendendo præcipuè meus est, studium verò conseruandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.

Præcipitatio, Præcipitium, Præcipito, Vide PRAECEPS.
PRAECIPITES, Milites à Mario constituti, qui illius custodiam studiosè faciebant. Mos enim regum hic fuit, & est, vt ad sui corporis custodiam fideliores quosdam homines deputarent, de quo vide Alex. Alexandrinum lib. 6. cap. 22.

Præcisus, Vide PRAECIDO.

Præclamitatores dicebantur, qui flaminem Dialem, hoc est, sacerdotem Iouis antecedebant, clamantes, vt homines ab operibus abstinerent: quia ei opus facientem videre irreligiosum videbatur. Hæc Sipontinus, Ex Festo, apud quem corruptè legitur Præclamitatores, de quo suprà.

Præclarus, penult. prod. Adiectiuum {περιφανής, πολυτίμητος} Valde clarum significat.

Clarus

Clarus & præclarus, figuratè accipiũtur pro eo qui tanquam fulgore quodam famæ & gloriæ resplendet. vnde Clarissima & præclarissima gesta dicimus. Sed præclarus nonnunquam pro bono reperitur apud Ciceronem, sicut Philipp. 3. O præclarum custodem ouiũ (vt aiunt) lupum? Non claritas in custode desyderatur, sed probitas. Ergo præclarum pro bono posuit. Idem de Amicit. Cum illo vero quis neget actum esse præclarè? Et paulo pòst. Cum illo quidem (vt suprà dixi) actum est optimè, mecum incommodius. Nam non suprà dixerat, actum cum illo optimè, sed præclarè. Verùm ideo sic dixit, quia præclarè & optimè idem roboris & virium in significatione obtinent. Hæc Valla lib. 4.
Commemorandus & præclarus. Cic. 2. Verr. O commemoranda iudicia, præclarámque existimationem nostri ordinis!
Præclarus & luculentus. Cic. 4. Philipp. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimũ Martialiũ comprobauistis.
Præclari & nobiles in philosophia. Cic. 1. de Orat.
Armis præclari. Stat. 3 Theb.
Eloquentiæ, ac fidei præclarus. Tacit. lib. 4.
Eximia plerisque & præclara, parua ducere, eáque ratione stabili firmáque contẽnere, fortis animi magnique ducendũest. Cic. 1. Off.
Præclarus ad aspectum. Cic. 6. Verr. Et situ est cùm munito, tum ex omni adicu vel terra vel mari præclaro ad aspectum.
¶Conscientia præclara. Cic. ad Atticum, lib. 10, Præclara conscientia sustentor, quum cogito me de Repub. aut meruisse optimè, quum poterim, &c.
Defensio. Cic. 6. Verr. O dij immortales præclaram defensionem!
Facies. Lucret. lib. 5.
Fama. Claud. de Nupt. Honorij.
Fama præclara de Afranio. Cic. ad Atticum, lib. 7.
Funus. Ouid. 3. Trist. eleg 5.
Magnificum & præclarum genus dicendi. Cic. 2. de Orat.
Egregia quædam & præclara indoles. Cic. 1. de Orat.
Indole præclara iuuenis, admirabilisque constantia. Cic. ad Brut. lib. 10. 3.
Laudatio. Cic. 4. Verr.
Lux. Lucret. lib. 2.
Nomen. Lucret. lib. 6.
Operibus suis præclaris lætari. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.
Plena & præclara pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. Is à vobis iudices, hoc postulat, vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque præclaram nullo iure inuaserit, quoniam ei pecuniæ vita, &c.
Opima & præclara præda. Cic. pro Rosc. Amer.
Prædium præclarum & propinquum. Cic. pro Rosc. Amer. Plura præterea prædia, neque tamẽ vllum nisi præclarum & propinquum.
Proles. Valer. 2. Argon.
Res. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Ad discendum iuuentuti præclara res. Cic. pro Sextio.
Senator. Horat. 1. Serm. saty. 6.
Sol. Lucret. lib. 5.
Stirps. Virg. 4. Georg.
Triumphus. Claud. 3. de raptu Proserp.
Vrbem præclaram statuere. Virg. 4. Æneid.
Vultus. Lucret. lib. 4.

Præclarior {περιφανέστερος} Comparatiuum. vt, Præclarior laus. Plin. in Panegyr. Ideóque ille parens hominum, deorúmque optimi prius, deinde maximi nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus constat optimum esse, quàm maximum.
Præclarius, n. g. Compar. Lucret. lib. 1,
Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se. De Empedocle.

Præclarè, penult. prod. Aduerbium {περιφανῶς} Cic. 6. Verr. In eo Chriæ est simulachrum, præclarè factum è marmore.
Præclarè actum nobiscum. Cic. 3. Verr. Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si Populus Rom. ictius vnius supplicio contentus erit?
Dicitur præclarè à sapientibus, Vultu sæpe læditur pietas. Cic. pro Rosc. Amer.
Præclarè datur, Præclarè medetur. Hoc est, commodè, optimè. Plin. lib. 26 cap. 15.
Præclarè explicare. Cic. 1. Acad.
Præclarè facere. Cic. 3. de Fin. Præclarè inquit, facis, quum & eorum memoriam tenes, quorum vterque tibi testamento liberos suos commendauit.
Præclarè gessit suum negotium. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Præclarè se habere. Cicero 4. Verr. Omnino præclarè te habes, quum is ordo, atque id genus hominum, quod optimum & honestissimum est, & quo vno & summa Reip. &c.
Præclarè intelligere aliquid. Cic. Cluuio, libro 13. 8. Etsi non sum nescius & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit, tibique negotium datum esse à Cæsare, non iudicium præclarè intelligo.
Meminisse præclarè. Cic. Marcello, libro 4. 7. Ego eum te esse qui horum malorum initia multò antè videris, Conciliatum magnificentissimè atque optimè gesseris, præclarè memini.
Præclarè, Approbantis vocabulum, & annuentis. Cic. 13. Philipp. Pacem vult M. Lepidus. Præclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit.

Præclauum {περιπλανίσμιον} Pars vestis, quæ ante clauum texebatur. Afranius,
Totum diem præclauum vnum texere. Nonius.

Præcludo, præcludis, penult. prod. præclusi, præclusum, penul. prod. {ἀναχαίτω} præcludere, Antè cludere. Cic. pro Plancio, Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo.
Aditum custodi patriæ. Cic. Ante quàm iret in exil.
Animus ad exponendam rei indignitatem præcluditur. Cic. Ante quàm iret in exil.
Præcludere sibi curiam. Cic. in Piso. Quòd si non tuis nefariis in hunc ordinẽ contumeliis, in perpetuum tibi curiã præclusisses, &c.
Effugium alicui. Lucret. lib. 1. Id est effugiendi viam interludere. Lambinus.
Iter. Ouid. 14. Metam.
Omnia præcludere effugio. Ouid. 2. de Arte
Præcludere omnem orbem terrarum alicui. Cic. 7. Verr. Iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuibus Romanis ista defensione præcluseris.
Portus præcludere classi. Lucan. lib. 9.
Speciem viuendi Lucret. lib. 1,
Inuida præclusit speciem natura viuendi. Alij minus rectè Præcludit legunt.
Transitum præcludere. Colum. lib. 6. cap. 18.
Visus vocis præcluditur. Ouid. 2. Metam.

Præclusus, penult. prod. Participium {διακεκλεισμένος} vt Fores præclusæ. Propert. lib. 2. eleg. 5.
Præclusos esse alicui aditus misericordiæ iudicum, Per translationem. Cic. 7. Verr. Facilè ostendam tua crudelitate in alios, omnes tibi aditus misericordiæ iudicum iampridem esse præclusos.
Præclusa ciuibus expectatio incolumitatis. Cicero Ante quàm iret in exil.
Foramina præclusa. Quint. lib. 1. cap. 11.
Ianua. Ouid. 1. Metam.
Vox. Claud. 4 Paneg.

Præco, præconis, m. g. {κήρυξ, βραχύς} Præcones à præcinendo dicti sunt, quasi præcanes, quòd ante canant & annuntient quod est faciendum. Vel, vt ait Priscianus, à præ, id est valde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicebant. Plaut. Pœn. 2. 11,
Exurge præco, fac populo audientiam. Cic. 3, Verr. 53. Tum repentè iste testes citari iubet. dicit vnus & alter breuiter. nihil interrogantur. præco dixisse pronuntiat.
Præconis munus erat in comitiis tribus citare: qui magistratus essent creati renunciare: leges, quæ suadebantur, pronuntiare: in iud. ciis iudices, testes, reos citare: in auctionibus rerum pretia declarare. Exempla passim occurrunt. Ex Lambino in Horat.
Citat præco maxima voce legatos Æmonenses. Cic. pro Flac.
Declarare victorem voce præconis. Virg 5. Æneid.
Præco prædicat. Cic. pro Quintio, De quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit.
Sub præcone subiici. Cic. pro Sext. Præconi publico subiiceretur.
Subiicere sub præcone non soldm fortunas, sed etiam victum vestitúmque necessarium alicuius. Cic. pro Quintio,
Voci præconis bona ciuium subiicere, & hastam in foro ponere. Cic. 2. Off.
Per præconem vendere aliquid. Cic. 3 de Nat. deor.
Actionum præco Iurisconsultus. Cic. 1. de Orat.
Ludorum præcones. Cicer. Luceio, lib. 5. 12. Nulli denique deprehendant, & dicant vere cundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, quum cæteris coronas imposuerint victoribus, &c.
Præco virtutum alicuius. Cic. pro Archia, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris?

Præconium præconij {κήρυγμα, ἀπαγόρευσις} Præconis vox. Sueton. de Nerone, Et præconio vbique contendit. Cic. Leptæ, lib. 6. 18. Rescripsit eos, qui facerent præconium, vetari esse in Decurionibus: qui fecissent, non vetari.
Acerbum præconium. Cic. pro Rab. Posth.
Deferre alicui præconium. Cic. ad Attic. lib. 13, Ligarianam præclarè vendidisti potthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam. Vide Vendere, pro Laudare, in VENDO.
Præconium laborum. Cic. pro Archia, Qui non mendari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur.
Domestico præconio stultitiæ fuæ quamplurimos testes colligere. Cic. 2. de Orat.
Magna quidem de te tumor præconia fecit. Ouid. epist 15.
Homeri præconio Achillis hasta nobilitata. Plin. lib. 16. cap. 13.
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum. Ouidius 4. de Ponto eleg 8.
Tributre præconium. Cicero Luceio, lib. 5. 12, Vt mihi non solùm præconium quod quum in Sigæum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixitis id etiam graue testimonium impertitum clari hominis magnique videatur.
Præconium, Merces præconis qui auctionem facit. Vsus est Cato de Re rustic. in capite De oleæ pendentis lege, vt admonet Torn.

PRAECONIVS L. Ælius Stilo ob id cognominatus, quòd Præco purpura latiore tunicæ vsus fuerit. Plin. lib 33 cap 1.

Præcognosco, præcognoscis, præcognoui, penul. prod. præcognitum, penult. corr. {προγινώσκω} præcognoscere, Antè cognoscere. Rarum est, A quo

Præcognitus, penultima correpta, Adiectiuum. Plancus ad Ciceronem, libro 10 15, Quòd si latro præcognito nostro aduentu, turlus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.

Præcolo, præcolis, penul. corr. præcolui, præcultum {προσμελέτω} præcolere, Antè colere. præparare. Cicero in Partit. Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad virtutem, quasi præculti & præparati rectis studiis & artibus.

Præcompositus, penul. corr. {προπαρασκευάζω} Participium, sine Nomen ex participio, Præparatus. vt Præcompositum os. Ouidius 6. Fastorum,

Præconceptus, Adiectiuum {προσυνηθισμένος} Antè conceptus. Plinius libro 2. capite 82. de spectbus, Præconceptum enim spiritum exalant, quod, &c.

Præconsumo, præconsumis, penultima produ {προαναλίσκω} præconsumere, Antè consumere. Ouidius pro Consumere posuit, libro 7 Metam. -vtilius bellum putat esse minari,
Quàm gerere, atque suas ibi præconsumere vires.

Præconsumptus,Participium {φθαιομενος} Ouidius 4. Triſt.eleg. 5,
Eſt quoque non minimum vires afferre recentes,
Nec præconſumptum temporis eſſe malis.

Præcontrecto,præcontrectas {φιλοψαφω} præcontrectare. Ante contrectare.Ouid.6.Metam.
Spectat eam Tereus:præcontrectâque videndo.

Præcoquo,præcoquis,penul.corr. præcoxi, præcoctum {φθειρω} præcoquere,Ante coquere,ſeu maturare.Plin.lib.18.cap. 29. Acinique præcoquuntur in callum.Idem lib.14.cap 9.Quidam è quacunque dulci,dum præcocta alba faciunt ſiccantes ſole.

Præcoquus,Vide PRAECOX.

Præcordia,præcordiorum,neut.ge.pluralis numeri {φρενιτις} Plinius libro 11.cap.37. Extra homini ab infetiore viſcerum parte ſeparantur membranis , quæ præcordia appellant , quia cordi prætenduntur,quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viſcera membranis propriis , ac velut vaginis incluſit prouidens natura.Cic.5.de Fin. 15. Fœlix rurſus quum is ipſe annulus in præcordiis piſcis inuentus eſt.De Polycrate.
Præcordia(inquit Plin.lib.30.cap. 5.) vocamus vno nomine exta in homine, quorũ in dolore cuiuſcunq; partis ſi catulus lactens admouetur,apprimatúrq; his partibus , tráſire in eũ morbus dicitur.
Subter præcordia cupiditatem locauit Plato.Cic.1.Tuſc.
Ferrea.Ouid.epiſt.10.
Flagrantia.Iuuen.Saty.13 Id eſt,commota,& irata.
Inquieta.Horat.Epod.5.
Mollia.Ouid.1.Metam.
¶Aperit præcordia Liber.Horat.1.Serm.ſaty.2.
Excutienda date alicui ſua præcordia.Perſ.Saty.5.
Intima mouere.Ouid.4.Metam.
Mutare præcordia,Mutare animum.Propert.lib.2.eleg 4.
Genibus premere præcordia alicuius.Ouid.12. Metam.
Virtus redit in præcordia.Virg.2.Æneid.
Sternere cotis præcordiis.Quint.lib.4.cap.2.
Ligno fiſſo tranſit præcordia.Virg.9.Æneid.
Vincta præcordia duro ferro.Tibul.lib.1 eleg.1.

Præcorrumpo,præcorrumpis {φθειρω} præcorrumpere , Antea corrumpere.Ouid.14. Metam.
Dum tamen hanc ſperat,dum præcorrumpere donis
Me cupit, &c.

Præcorruptus {φθορος} Participium , vel Nomen ex participio. Ouid 9.Metamorphoſos.
Illa quidem venit:ſed præcorrupta,meúmque.
Quæ donare caput Iunoni vellet iniquæ.

Præcox,præcocis,penul.prod.& vt in quibuſdam legitur exemplaribus,præcoquis,pen.corr.om. gen.{πρωϊμος} Præcox ficus , Præcocia poma , quæ ante ſolitum tempus matureſcunt. Valla , Præcox fructus , præter morem cæterorum coctus, ſiue ante cæteros.1.Plin. lib.15.cap.12.poſt Autumnum matureſcunt perſica, ætate præcocia intra trigintà annos repertà, & primò denariis ſingula vænundata. Colum.lib.3. cap.2.Præcoques vites.
Præcocis genitiuus quantam habeat penultimam , variant ſcriptores.Gell.lib.10.cap.11,Afranius in Togata,cui titulus νόμος eſt, Adpetis Dominatum demens præmaturè præcocem. In quo verſu animaduertendum eſt quòd præcocem inquit,non præcoquem, eſt enim caſus eius rectus,non præcoquis , ſed præcox. Hæc ille. In quem locum hæc annotat Aſcenſius : Præcox præcocis ſecundam producit,Præcoquis corripit : & ita pro quantitate varia, ſcribetur variè. Maſerius tamen contendit ſecundam in obliquis nominis præcocis etiam corripi , quia ſic ſcriptum comperit : quod mirum non eſt,quùm c & q ſæpe confundantur,vt coquus & cocus, loquutus & locutus , ſeruata eadem quantitate. itaque præcocibus pro præcoquibus ſcriptum ſecunda correpta legitur. nec admirandum, quum deriuatiua ad primogenita reducantur:vt aquilex ad verbum lego , exlex ad nomen lex. ſic præcox vtcunque ſcribatur, ad verbum coquo reſpiciens eo corripiat. Verba Maſerij ſunt : Calphurnius ecloga ſecunda ait,
Inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis. ergo corripitur. & apud Afranium quem Gellius citat,ſi rectè inſpicitur ſecunda corripitur. Nam clauditur Iambicus verſus hîc Iambo. poſt enim cretícum & anapæſtum ſequuntur quatuor ſpondei, inde Iambus. Item Baptiſta Mantuanus in morte Alexandri Cortheſij:
-mors ingeniis eſt inuida ſemper
Præcocibus.ſic Lucanum,ſic dura Tibullum,
Sic alios fudit innumeros. Hæc in Gellium Aſcenſius. Nebriſſenſis libro ſuæ grammatices quinto:
Cappadocis breuias: & præcox iungitur illi. In commentario citat carmen Calphurnij pro teſtimonio. Quintianus Epographia ſecunda ſub finem:Si nomina in os aut ox terminabunt, producimus : vt cuſtodis, velocis. Demito Cappadocis, bouis,præcocis. Deſpauerius corripiendam cenſet mediam, hoc inſuper addés, Malè quidũ, Quum referata fuit præcocis ianua lethi. Michyllus libro ſecundo:o ante c,produciturvt vox vocis &c. Excipiuntur Præcox præcocis,à Præcoquo , quod originis ſuæ naturam ſequitur. Calphurnius ecloga ſecunda, -& modò cogit
Inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis. Et Afranius citante Gellio,
Appetis dominatum demens præmaturè præcocem. Trochaicus eſt tetrameter catalecticus.Hæc Michyllus.Ante hos etiam Neſtor lib. 8.diſertè tradit in præcocis mediam ſyllabam corripi, teſtem adducens Calphurnium. Nequid tamen lectores celem , meus Calphurnius Bononiæ excuſus habet præcoquibus.
Præcoquem maturitatem contrahere.Colum.lib.1.cap.6.
Fatum præcox.Senec.Theb.1.
Ingenium præcox , Quod nimis citò maturitatem conſecutum eſt,nimiſque citò videtur adoleuiſſe.Quint.lib.1,cap.3.
Modeſtia præcox.Stat.2.Sylu.1.

Riſus præcox Plin.lib.7.in Præf.
¶Præcox,Immaturus.Ennius Annalium lib.8. Præcox pugna eſt.

Præcoquus,penul.corr.Idem {πρωϊος} Mart.lib.13.46,
Vilia maternis fiert mus præcoqua ramis , &c.
Præcoqua mala .Auampeches.Columel.lib.12.cap.37.
Vuas præcoquas quàm maturiſſimas legito.

Præcraſſus,Adiect {πολυπαχὴς} Valde craſſum ſignificat. Plin. lib. 16.cap.8 Cortex præcraſſus ac renaſcens.

Præcurro præcurris,præcurri , præcurſum {φθανω , φθαζω} præcurrere,Antè currere,ſiue Citò antè ire.Terent.Eunuch.3.2,
-abi,præcurre,vt ſint domi
Parata omnia. Cæſar 6.bel. Gall. Præcurrunt equites : quanto res ſit in periculo cognoſcunt.
¶Præcurrere,Præcedere,antegredi. Cice.1.de Diuinat. Sed ita à principio inchoatum eſſe mundum,vt certis rebus certa ſigna præcurrerent.Budæus.
Appetitus ne præcurrant rationem.Cic.1.Off.Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant propter temeritatem,nec propter pigritiam,aut ignauiam deſerant.
Neque hoc quicquam eſſet turpius , quàm cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationémque præcurrere. Cic.1. Academ.
Præcurrit hyemem maturitas eius.Colum.lib.3.cap.1.
Ætate aliquem præcurrere.Cic.in Orat. Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit vt eos moderatione , non inuentione vicerit. Id eſt,præceſſit.
Albis equis aliquem.Horat.1.Serm.ſaty.7.
Vita præcurrere aliquem,Id eſt,vitam, quàm alius, meliorem & fœliciorem agere.Horat.1.epiſt.10.
Præcurrere alicui,pro Antéuertere , occupare.Cic.de Ora.Vobis verò illum tanto minorem præcurrere vix honeſtum eſt.Budæus.
Hominém plurimorum ſtudio , atque omnium bona exiſtimatione munitum , vt homo iners ſine officio,ſine ingenio,cum infamia, nullis amicis ſeptus præcurrat , ſine magna quidẽ negligentiæ fieri non poteſt.Qu.Cic.de Petit.Conſul.
Amor votis ſuis plerunque præcurrit,Id eſt,vota ſua ſpe & feſtinatione præuenit.Plin.iunior.lib.4.epiſt.15.ad Fundanum. Budæus.
Iudicium præcurrit amicitia , tolliſque experiendi poteſtatem Cic.de Amicit.
Præcurrere aduentum alicuius in aliquem locum.Plin.iun. lib.6. epiſt.28.Hoc eſt,præcedere.
Præcurrere,pro Præoccurrere,ac præoccupare quod Græci φθαναν dicunt.Lucret.
Illud in his rebus ne te deducere vero
Poſſit,quod quidam dicunt præcurrere cogor. Turneb.

Præcurrens,huius præcurrentis {φθαρτικὸν} Præcurſio,quam Boetius Præcurſoriam cauſam vocat. Cic. in Partit. Vt primordia rerum & quaſi præcurrentia,in quibus ineſt aliquid argumenti.

Præcurſus,huius præcurſus {φθοδρομος} Plin.lib. 16. cap. 25. Omnia intra VIII. Iulij Idus Eteſiarum præcurſu.

Præcurſio,Verbale , Idem {φθορμία} Cice. de Fato Idémque illi qui ab hoc diſſentiunt,confitentes non fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum.
Præcurſio,pro Præcurſoria cauſa, & præcurrente. Cic. in Topic. Alia autem præcuiſionem quandam adhibent ad efficiendum , & quædam aſſerunt per ſe adiumenta,&c.Vulgò vocant, .Auprædiable. Budæus,

Præcurſor {προδρομος} Aliud verbale Cice.7.Verr.Quem iſte in decumis , in rebus capitalibus , in omni calumnia præcurſorem habere ſolebat & emiſſarium.

Præcurſorius,Adiectiuum.Plin.Iunior.lib.4.epiſt.13. ad Cornel. Tacitum.Interim quod ſum præſens petiturus, hac quaſi præcurſoria epiſtola rogo:id eſt,aduentum ad te meum præcurrente.

Præda,huius prædæ {λεία,ληϊς,λαπαξία,βλακεία,σκυλευμα,σκυλευμάτα} Dicitur à pariendo,vt ait Varro,quaſi parida,quòd manu parta ſit.Vide libr. 5. de ling. Latin. Aliter paulò lib.7.vbi à prædando prædam deduci ſcribit.
Præda & Manubiæ differunt : Nam Præda dicuntur corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt : Manubiæ verò appellatæ ſunt, pecunia per Quæſt. Pop. Rom ex præda vendita contracta. Eſt tamen , inquit Gellius non nuſquam inuenire ita ſcripſiſſe quoſdam non ignobiles ſcriptores, vt aut temerè, aut curioſe prædam pro manubiis , & manubias pro præda poſuerint, & tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint quod facere conceſſum eſt , ſcitè id peritéque facientibus. Sed enim qui propriè atque ſignatè loquuti ſunt, manubias pecuniam dixerunt.Hæc Gellius lib. 13. cap.23.ad finem.
Victor erat prædæ,præda pudenda ſuæ.Ouid.2.de Arte.
Ceruus præda eſt canum.Ouid.11.Metam.
Præda & rapinæ.Caſſius Cic lib.12.12. Quas ob res milites tuere, ſi eos mirificè de Repub. meritos eſſe animaduertis : & effice , ne quem pœniteat,Remp.quàm ſpem prædæ & rapinarum , ſequi maluiſſe.
Copia prædæ.Ouid.1 Faſt.
Cupido cæca prædæ.Ouid.3.Metam.
¶Captiua.Claud.3.de raptu Proſerp.
Facilis.Claud.2.in Eutrop.
Fera.Ouid.7.Metam.
Feralis Claud.de bello Getico.
Genialis.Ouid.1.de Arte
Humiles.Claud.2.Paneg.
Ingens.Stat.10.Theb.
Nefanda.Ouid.8.Metam.
Opima.Horat.Epod.10.5.
Onerоſa,Vide Oneroſus,in ONVS.
Perpetua,Vide PERPETVVS.
Recens.Ouid.1.Amor.eleg.2.
Sordida.Martial.lib.10.epigr.37.

Tenera

Tenera.Horat.3.Carm.ode 27.
¶Accingere ſe prædæ,Id eſt ad prædam.Virgil.1,Æneidos,
Illi ſe prædæ accingunt, dapibúſque futuris. Id eſt ſtudioſe parant.
Seruius.
Spe prædæ adduci.Cæſar 4.bel.Gal.
Adſeruare prædam.Stat.10.Theb.
Agere,Vide AGO.
Agitare.Salluſt.in Iugurth.
Amittere,Vide AMITTO.
Ardere amore prædæ & ſpoliorum.Vigil.11.Æneid.
Auertere,Vide AVERTO.
Auctus præda,Vide AVGEO.
Capta crudeliſſimè ex fortunis alicuius præda.Cic.pro Domo.
Cohibere à præda.Cæſar 5.de bel.Ciuil
Conuectare prædas, Vide Conuecto in CONVEHO.
Corrumpere,Vide CORRVMPO.
Diteſcere prædâ.Lucret.lib.5.
Diuiſa præda eſt. Senec.Agamemn.6.
Heu,terra ignota,canibus data præda Latinis,
Alit:búſque iaces.Virgil 9.Æneid.de Euryalo.
Sortem ducere prædæ.Virgil.9 Æneid.
Facere prædam. Cic.5.Verr.Maximos quæſtus,prædáſque feciſſe.
Frui præda.Valer.4.Argon.
Habere prædam cum cura. Tacit.lib.15.
Non habet cuentus ſordida præda bonos. Ouidius 1. Amorum, elegia 10.
Munificè largiri prædam,Vide MVNVS.
Nanciſci prædam,Vide NANCISCOR.
Nactus prædam.Ouid.3.Metam.
Parta præda. Cic.1.de Finib.Quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atque inflammat.
Ex præda,ex manubiis aurum & argentum ad eos peruenit. Cic. 2.de Lege agrar.
Potiri præda.Virgil.9.Æneid.
Victores præda,ſpoliſque potiti.Virgil.9.Æneid.
Proponere ad prædam vibem, bona, & fortunas ciuium. Cicero 4.Philipp.
Quærunt prædam ſanguine.Ouid.4.Triſt.eleg.4.
Raptæ prædæ.Virgil.1.Æneid.
Prædæ eſſe. Cic.7.Vertin. Quum ea res non ſolùm prouinciæ ſaluti,verumetiam ipſi prædæ eſſe poſſet.

Prædaceus,Adiectiuum {λειτὸς} vt Pecunia prædacea.Gell.lib.4.

Prædatitius,aliud Adiectiuum, Idem. {λειτικὸς} Gellius lib.13.cap.23, Ex manubiis nõ res corporáque ipſa prædæ demonſtrat (nihil enim captum eſt horum à Troiano ex hoſtibus) ſed facta eſſe hæc comparatáque ex manubiis,id eſt pecunia prædatitia,declarat.Manubiæ enim ſunt, ſicuti iam dixi , non præda, ſed pecunia per Quæſt.Popu lo Rom.ex præda vendita contracta.

Prædor,prædaris {λεϊζομαι, λαπαξεύω, λαπτυρτεύω, σκυλεύω, συλάω} prædari,à Præda, vt ait Varro,Diripere,& vi auferre, quemadmodum prædæ in bello ſolent.Cic.3. Offic.Ex quo intelligitur,quoniam iuris natura fons ſit,hoc ſecundum naturam eſſe, neminem id agere,vt ex alterius prædetur inſcitia.
Ad multas lupa tendit oues prædetur vt vnam.Ouid.3.de Arte.
Arces prædari.Valer.5.Argon.
Dapes prædantur ab ore.Valer 4.Argon.
Piſces calamo prædabor.Propert.lib.4.eleg.2.
Puella eſt me prædata. Ouid.1.Amor.eleg.5.

Prædator , penultima producta , Verbale {λειστὴς} Cicero 2.in Catil. Quos ego vtroſque Quirites , in eodem genere prædatorum , direptorúmque pono.
Ioui deprædatori templum fuiſſe legimus , non quòd prædę , ſed quòd ei aliquid ex præda in partem prædę debebatur. Nam mos Romanorum fuit , vt bella gesturi, de parte prædæ, aliquid numinibus pollicerentur.
Aprorum prædator.Ouid.12.Metam.

Prædatrix,penult.prod.Verbale fœmininum {λῃστὶς.} vt
Herculei alumni prædatrix.Stat.lib.1.Sylu.5.

Prædatorius, Adiectiuum {ληϊκὸς.} vt Naues prædatoriæ. Liuius 9. bell.Pun.Aanis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant præter prædatorias claſſes.

Prædabundus,aliud Adiectiuum,Qui prædatur.Saluſtius in Iugurtha, Vbi ſtipendium & commeatum locauerat,ire iubet:dátque ſe pręda bundum poſt paucos dies eodem venturum.

Prædo, prædonis, penultima producta {λῃστὴς} Qui prædatur. Plinius libro 16. capite 40, Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis nauigant.
Templorum omnium atque tectorum totiúſque vibis prædo. Cicero pro Domo.
Liber à prædonibus,Vide LIBER,liberi.
Acerbus prædo.Claud.7.Panegyr.
Decidere prædonum in turbam. Horat.1.Serm.ſatyr.2.
Nefarius.Cic.3.de Orat.
¶Prædo.Vlpian.in l.ſed etſi. De petitione hæreditatis,Quod autem ait Senatus eos qui bona inuaſiſſent : loquitur de prædonibus, id eſt de iis qui quum ſcirent ad ſe non pertinere hæreditatem, inuaſerũt bona, ſcilicet quum nullam cauſam haberent poſſidendi. Et paulo pòſt, De eo autem loquitur Senatus , qui ab initio mente prædonis res hæreditarias apprehendit. Budæus.

Prædonulus, prædonuli, pen.corr. {λῃστίδιον} Diminutiuum à Catone vſurpatum.
Prædonulos ὑποκοριστικῶς Cato dixit in Epiſtolis : quia ſæpe vtiles videntur prædonuli.Feſtus.

Prędamno,prædamnas {καταψηφίζω} prædamnare, Prius damnare,ſiue iudicare,aut condemnare. Sueton.in Auguſto,cap.56,Sin deeſſet:deſtituere ac prædamnare amicum exiſtimaretur.

Prædamnata ſpe dimicandi , Id eſt præciſa. Liuius libro 7.bell. Punici.

Prædelaſſo,prædelaſſas {καταπονῶ} prædelaſſare,Aatè delaſſare. Ouid.11.Metamorphoſeos,
-quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incurſus quæ prædelaſſat aquarum.

Prædenſus,Adiectiuum {πολυπυκνὸς} Valde denſus. Plinius libro 18. capite 18,Culter vocatur, prædenſam prius quàm proſcindatur,terram ſecans.

Prædes,Vide PRAES.

Prædeſtino,prædeſtinas, penultima correpta, prædeſtinâre, Præordinare. Æmylius Probus in Eumene , Primus Leonatus Macedoniam præoccupare prædeſtinauerat.

Prædeſtinatio,prædeſtinationis,fœminini generis, Verbale. Definitur autem, vt ſacræ Scripturæ docent, liberum eſſe Dei conſilium , quo & humanum genus , & ſingulas mundi partes pro immenſa ſua ſapientia & iuſtitia incomprehenſibili moderatur. Vide Auguſtinum lib.de Prædeſt.ſanct.

Prædico,prædicas,pen.corr. {κηρύττω,ἀποφαίνομαι,ὁμολογῶ} prædicâre,Apertè,ſeu publicè dicere,celebrare, vulgare, palàm commemorare, laudare.Terent.Andr.3.1,
Actum eſt,ſiquidem hæc vera prædicat. Cic.pro Lege Manil.Quam prædicant in fuga,fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur,diſſipauiſſe. De Medea.
Prædicare palàm. Cicero ad Atticum,libro 9, Prædicat palàm,& militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, quàm hunc fore.
Prædicat præco , dum aliquid palàm promulgat & pronuntiat ex Senatuſconſulto. Vide PRAECO.
Prædicare ex Tribunali.Cæſar 2.bel.Ciuil.
Victores ſe ſua voce prædicare.Cic.Luccio,lib.5.12.
Repulſam alicuius alterí.Cic.pro Plancio.
Monere & prædicare.Liuius lib.2.
Ferre & prædicare. Cicero pro Archia, Noſtra ſemper feretur & prædicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis , & incredibilis apud Tenedum pugna illa nauali.
Prædicari & nominari. Cicero pro Archia , Et in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatémque deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt.
Dicere & prædicare.Cic.pro Cecin. In Ebutium hoc dicit, armatos homines fuiſſe : de ſe autem hoc prædicat, Antiocho Ebutij ſeruo imperaſſe,vt,&c.
Prædicare de aliquo. Cic.1.Offic. Deforme etiam eſt, de ſe ipſo prędicare falſa præſertim,& cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.
Glorioſius de ſeipſo prædicare.Cic.pro Domo.
De ſe vera cum gloria aliquid prędicare.Cic in Piſon.
Honoratè, & honorificè , & grauiter multa de aliquo. Cicero in Philippica.
Virtutem alicuius optimè prędicare.Cic.pro Archia.
Prædicare miris laudibus.Plin.lib.25.cap.5.
Glorianda.prædicanda,& prę ſe ferenda beata vita. Cicero 5.Tuſculanar.

Prædicatus , penultima producta , Participium {καταγγελθεὶς.} vt Arbor hiſtoriis alicuius prędicata.Plinius lib.12.cap.17.

Prædicatio,Verbale. Plin.lib.35.cap.3, Affirmant vana prędicatione, vt palàm eſt. Idem lib.20. cap.10, Radix quoque plurimorum prædicatione trita, &c.
Factum eſt tua prædicatione,vt tantum ei debere videréris. Cicero Attico,lib.9.
Prædicatio,Palàm commemoratio facta. Cic.2.Verr. Homo vita atque factis,omnium iam hominũ opinione damnatus, pecuniæ magnitudine,ſua ſpe ac prædicatione abſolutus. Budæus.
Beneficiorum alicuius prædicatio non grata potius quàm arrogans. Cic.de Aruſp.reſp.
Societatis nefarię prædicatio.Cic 5.Verr.Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam, prædicationémque nefarię ſocietatis , HS v millia mercedis nomine , ac præmii dare.
In ſtatu mediocri ſermonis ac prædicationis res alicuius eſſe.Cic. Quin.frat.lib.11,Quod ſi in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis noſtræ res eſſent,nihil abs te exiuium, nihil præter aliorum conſuetudinem poſtularetur.
Acerba prædicatio præconi futura eſt.Cic.2.de Lege agrar.
Deſpiciunt prædicationem nobilitatémque philoſophi. Cicero pro Archia.

Prædicator,penultima producta {κηρυκὶς}Aliud verbale.Cic.pro Cornelio Balbo, Qui ſui facti, ſui iudicij, ſui beneficij voluit me eſſe,vt apud eoſdem vos iudices nuper in alia cauſa fuerim , & prædicatorem, & authorem.
Te prædicatore & teſte. Cic.Lentulo,lib.1.9,Quanquam & Pompeio plurimum te quidem ipſo prædicatore ac teſte debebam.

Prædicabilis,& hoc prædicabile,pen.corr. {κηρυκτὸς} Palàm dicendum & gloriandum. Cic.5.Tuſc.Nec in miſera vita quicquam eſt prædicabile,aut gloriandum,nec in ea quæ nec miſera ſit,nec beata.

Prædicamenta {κατηγορίαι} vulgò vocantur,quę Quintilianus elementa docem appellat , circa quę verſari videtur omnis quæſtio: libro 3. capite 7.

Prædico,prædicis,penultima producta,prædixi,prædictum {προφαίνω,προλέγω,προφημι,προτείνω} prædicere, Antè,ſiue prius dicere. Terentius Andr.1.1,
-hoc primùm in hac re prędico tibi,
Quas credis eſſe has non ſunt veræ nuptię. Cic.2.Verrina, Moneo, prædico,ante denuncio,&c.
Id temporis illos ad me venturos aliquibus prædixeram. Cicero 2.in Catilinam.

Prædicere aliquid prę omnibus. Virgil. 3. Æneid.
Prædicere & respondere. Cic. de Aruſp. resp. Quis est qui id non totum in istius ludos prædictum & responsum esse fateatur?
Monere, prædicere, portendere. Cic. de Aruſp. resp. Quum dij immortales monent de optimatium discordia, de clarissimorum & optimè meritorum ciuium dissensione prædicunt: quum principibus periculum cædémque portendunt, in tuto locant, &c.
Bellum non obscurè nobis paulo antè prædixerunt aruspices. Cicero de Aruſp. resp.
In multos annos Solis defectiones prædicuntur. Cicero libro 2. de Diuinat.
Futura prædicere & intelligere. Cic. 1. de Diuin.
Hos mihi prædixit luctus. Virgil. 3 Æneid.
Necem prædico tibi. Tibul. lib. 2. eleg. 6.
Genus prædicendi Chaldaicum repudiauit Scylax. Cic lib. 2. de Diuinat.
¶ Prædicere, pro Denuntiare, & proteſtari. Pomponius in l. ſi tamen. § penult. D. de ædil. edict. Quum redhibitoria actione de ſanitate agitur, permittendum eſt de vno vitio agere, & prędicere, vt ſi quid aliud poſtea de eo apparuiſſet, de eo iterum ageretur.

Prædicens, penultima producta, Participium { προλέγων. } Cicero Cecinnę, libro 6. 6, Quo in bello nihil aduerſi accidit, non prædicente me.

Prædictus, Participium { προῤῥηθείς. } vt Defectiones Solis & Lunę in omne poſterum tempus cognitę prædictæque ſunt. Cicero 2. de Natura deorum.
Prædictus, pro Suprà dicto, Quintilianus libro 10, Theopompus his proximus, vt in hiſtoria prædictis minor, ita oratori magis ſimilis.
Prædicta cœnę hora, Hoc eſt præſtituta. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 8.
Prædicto, abſolutè. Tacitus lib. 16, Montanus patri conceſſus eſt, prædicto, ue in Republ. haberetur. Subauditur exiſtente: hoc eſt, Quum prædictum eſſet.

Prædictum, prędicti { φάσμα } pro Prędictione. Cicero libro ſecundo de Legibus, Augurum prędictis multa incredibiliter vera cecidiſſe.
Natalitia prædicta. Cicero libro 2. de Diuinat. Sic iſti diſputant, qui hęc Chaldęorum natalitia prędicta defendunt. Vide Tetartemorion, in TETARA.
Vatum prędicta interpretari. Cic. 2. de Legib.
Vatum prędicta terribili monitu horriſicant. Virgilius libro 4. Æneidos.

Prædictio, prędictionis, Verbale { προῤῥήσις, προαγόρευσις } Quod prędicitur, ſiue prænuntiatur, vel prędiuinatur. Cicero lib. 1. de Diuinat. Ex quo genere ſæpe hariolorum etiam & vatum furibundas prędictiones. Idem 2. de Nat. deor. Prædictiones verò & pręſenſiones rerum futurarum.
Prædictio & notatio cuiuſque vitę ex natali die. Cicero libro 2. de Diuinat.
Mali prædictio tum probatur, quum ad prędictionem cautio adiungitur. Cic. 2. de Diuin.
Fatorum veteres prędictiones. Cic. de Aruſp. reſpon.
Prædictiones diuinę. Plin. lib. 7. cap. 37.
Diuina prędictione qui non vteretur, quis rex vnquam fuit? Cic. 1. de Diuinat.
Habet fidem noſtra prędictio. Cic. Cecin. lib. 6. 6.

Prædiſco, prædiſcis, prædidici, penult. corr. { προμανθάνω } prædiſcere, Antè diſcere. Plin. lib. 18. cap. 24, Et confitendum eſt cælo maximè conſtare ea, quippe Virgilio iubente prædiſci ventos ante omnia. Vigil. 1. Georgicorum,
Ventos & varium cæli prædiſcere morem,
Cura ſit. Hos verſus citat Colum. lib. 1. cap. 4.
Prædiſcere & meditari aliqua. Cic. 1. de Orat.

Prædītus, penultima correpta, Id eſt habeo. Quaſi affectus: de quo ſic Valla, Prædītus ſum (inquit) bono dicitur, & prędītus ſum malo: ſicut Affectus ſum malo, & affectus ſum bono. Id eſt (vt breuiter magis, quàm optimè dicam) habeo bonum, & habeo malum. vt Prædītus ſum humanitate, virtute, diuitiis, dignitate, viribus: qui ſermo eſt vſitatiſſimus. Nunquam tamen cum ablatiuo & præpoſitione à vel ab, vt ſit in Affectus. veluti, Ego ſum à rege magnis honoribus affectus: non autem, Sum prædītus à deo magnis viribus. De malo rarius. Cic. pro Sylla, Niſi verò me vnum vis ferum præter cæteros, me aſperum, me inhumanum exiſtimari, me ſingulari immanitate, & crudelitate prædītum. Idem pro Rabir. perduel. reo, Confectus ſenectute, morbo prędītus. Correctiora autem exemplaria habent præpeditus. Hactenus Valla lib. 5.
Ætate prædītus. Cic. 5. Verrin. Homo quid ageret, taceret, reſponderet, quid faceret denique illa authoritate, & ætate prædītus neſciebat.
Amentia & audacia. Cic. 4. Verr.
Animo & ſenſibus prædītus mundus. Cic. 1. de Nat. deor.
Nulla, aut humili aliqua arte prædītus, & mediocris homo. Cicero pro Cluentio.
Audacia. Cic. pro Roſc. Comœdo.
Authoritate & miſeria. Cic. 7. Verr.
Prædītus authoritate & poteſtate. Cic. pro Roſc. Amer.
Beneficiis ſummis maximiſque rebus geſtis, ſummo ingenio & prudentia prædītus C. Curio. Cic. pro Lege Manil.
Bonitate ſingulari & modeſtia. Cic. pro Domo.
Cupiditate ſingulari, audacia, ſcelere prædītus homo. Cicero 1. Verrina.
Dignitate magna prædītus puer. Cic. 2. de Inuent.
Diuinitate prędītę imagines. Cic. 1. de Nat. deor.
Gloria ingenij ſumma. Cic. pro Archia.
Iudicio minus firmo. Cic. in Orat.

Leuitate prædītus, egeſtate, perfidia. Cic. pro Flacco.
Luctu prædītus miſer. Cic. pro Roſcio Amer.
Magiſtratu ſummo prædītus vir. Cic. 6. Verr.
Medicamentis prædītum cornu. Plinius libro 8. capite 32. De cornu cerui.
Mente prædītus. Cic. 4. Acad.
Diuina mente & conſilio prædīti homines. Cicero 2. de Lege agraria.
Sapiens & alta mente prædītus homo. Cic. pro Milone.
Metu paruo prædītus. Cic. 5. Tuſcul.
Multitudine infinita, varietate admirabili prædīti ſiderum errores. Cic. de Vniuerſ.
Natura immortali. Lucret. lib. 1.
Paruis opibus ac facultatibus. Cic. 1. Verr.
Ornamentis honoris, fortunę, virtutis, ingenij prædītus vir. Cicero pro Lege Manil.
Poteſtate ſumma prædītus vir. Cic. pro Domo.
Prudentia & exercitatione prędītus vir. Cic pro Cluentio.
Religione ſumma & authoritate prædītus homo. Cicero pro Cluentio.
Sacerdotio ampliſſimo. Cic. ad Attic. lib 8.
Sapientia prędītus propè ſingulari. Cic. Scruio, lib. 4. 3.
Scelere prędītus homo. Cic. 1. Verr.
Senſu diuino. Lucret. lib. 5.
Spe optima. Cic. pro Flacco, Vnum illud intelligo, quod Prætor in reiectione iudicū iudicauit, ea ſpe iſtum fuiſſe prędītum, vt omnem rationem ſalutis in pecunia poneret.
Spe ſumma & animi & ingenij prędītus adoleſcens. Cicero 2. Philippica.
Studio optimo, iudicio minus firmo prędītos docere, nō alienum eſt. Cic. in Orat.
Rectiſſimis ſtudiis atque optimis artibus prędītus adoleſcens. Cicero pro Cœlio.
Studio venandi, vel pilę prædītus. Cic. de Amic.
Studiis literarum doctrináque. Cic. Acilio, lib. 13. 31.
Tumore prędītum, deformatum & decoloratum corpore mortuum conſtat eſſe. Author ad Heren. lib. 2.
Singulari virtute, conſtātia, grauitate prędītus vir. Cic. pro Domo.
Vitio perſpicuo & grandi prędītum poſſumus exemplum. Cic. 1. de Inuent.

Prædium, pen. prod. prædiuitis, pen. corr. omnis generis { πολυτελέσπις } Valde dium. Plin. lib. 34. cap. 3, Prędium numinum vice illud candelabrum coluit.
Aula prędium. Claud. 2. in Ruffinum.
Cornu prędium. Ouid. 9. Metam.

Prædiuino, prædiuinas, penultima producta { προμαντεύομαι } prædiuinare. Plin. lib. 11. cap. 10, Prędiuinant enim apes ventos, imbręſque. Plaut. in Truculi. Act. 2. ſcen. 3,
Iam quaſi vulturij, triduo potius prędiuinant quo die eſuri ſient.

Prædiuinandus, Participium. Varro de Ling. Lat. lib. 5, Qui futura prędiuinando ſolent fari, fatidici dicti, &c.

Prædiuinatio, Verbale { προμάντευσις. } Plinius libro 8. cap. 25. de Nilo, Parit oua quanta anſeres, eáque extra eum locum tranſferens ſemper incubat prædiuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

Prædiuinus, penultima producta, Adiectiuum { ξάνθος } Valde diuinum ſignificat. Plinius lib. 37. cap. 10, Promittitur prędiuina ſomnia repræſentare.

Prædium, huius prædij { χωρίον, κτίαρ } A' prędo: eo quòd capti ab hoſtibus agri mittibus diuitibuebātur. Vel dicitur à præſtando, vt ait Varro lib. 4. de Ling. Lat. quòd ea pignore data publicè mancupes fidem præſtent. Alijà prius, ſeu valde dando. Eſt ruſtica & vrbana poſſeſſio. Cic. 3. Offic. Ac de iure quidem prædiorum ſanctum eſt apud nos iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur, quę nota eſſent venditori.
Prædium & fundum idem eſſe. Vide FVNDVS.
Bona prædia, Vide BONVS.
Continentia prędia fundo, Vide CONTINEO.
Culta. Claud. 1. in Ruffin.
Dotalia. Cic. Attic. lib. 15.
Libera, Vide LIBER, liberi.
Paterna. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ruſtica. Cic pro Roſc. Amer.
Triquetra. Horatius 2. Sermonum, ſatyra 6. Triquetra (inquit Acron) Græcè Trinacria dicitur. Porphyrio verò dicit Triquetra prædia Sicula dici, quòd in tres partes, id eſt promontoria diducta ſit, vel quadras.
Vrbana prædia, Vlpianus l. 198. D. de verbor. ſignific. Vrbana prędia omnia ædificia accipimus: non ſolùm ea quę ſunt in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & vicis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruientia. quia vrbanum prædium non locus facit, ſed materia. Proinde horros quoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum in vrbanorum appellatione contineri. Planè ſi plurium horti in reditu ſunt (vinearij forte, vel etiam olitorij) magis hæc non ſunt vrbana. Quo in loco ſtabula dicuntur, diuerſoria, & quas tabernas vocamus. Prætoria ſunt, ornatiores domus, in quibus patreſſamiliās ruri habitant.
¶ Accipere prædia in æſtimationem ab aliquo, Vide ACCIPIO.
Fructus prædiorum abeunt in ſumptus. Cicero Attico, libro vndecimo.
Ædificare prædia, Vide AEDIFICO.
Fructuoſa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Cicero pro Roſc. Amer.
Diuidere prædia. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3.
Emere ab aliquo. Cic. Rutilio, lib. 13. 9.
Mancipare paterna prædia, Quintil. lib. 6. cap. 3.

Vendere

Vendere. Cic. 3. Verr.

Prædiolum, huius prædioli, pen. corr. Diminut. { κτιαρίδιον. } Cic. M. Cælio, lib. 2. 15, Sed mea prædiola tibi nota ſunt.
Ædificata bellè prædiola noſtra, & ſatis amœna. Cicero Attico, libro 16.

Prædiatus, pen. prod. Adiect. Prædiis munitus. Apul. lib. Flo. Ipſe bene veſtitus, bene prædiatus.

Prædiatores { κτηματίαι } Homines in iure prædiatorio periti. Cic. Att. lib. 12, Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV ſpopondiſſe dicit Flauius, etſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam, vt inueſtiges ex conſponſorum tabulis ſtne ita. Budæus.

Prædiator, Qui prædiorum & prædum iura nouit.

Prædiatorius, Adiect. { κτηματικὸς } Quod ad prædium pertinet. vt Prædiatorium ius. Cic. pro Cornel. Balbo, Etenim ſi Q. Scæuola ille augur, quum de iure prædiatorio conſuleretur, homo iuriſperitiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſellium prædiatores reijciebat. Sic. Val. Max. lib. 8. cap. 13. De Q. Scæuola.

Prædo, prædonis, Vide PRAEDA.

Prædomo, prædomas, pen. corr. { προσπαμάζω } prædomāre, Antè domare, ſedare, comprimere. Senec. epiſt. 114, Et omnes caſus antequā exciperet, prædomuit meditando.

Prædor, prædaris, Vide PRAEDA.

Prædūco, præducis, pen. prod. prædūxi, prædūctum { ὑποτείνω πολύ } prædūcere, Antè ducere. Plinius lib. 35. cap. 16, Probatur mollitie, & quòd ſi æra prædūcantur, violaceum reddit colorem.
Foſſam prædūcere. Tacit. lib. 14.
Prædūcere foſſam homini obſeſſo, pro Foſſa circunuallare. Seneca lib. 2. de Ira.
Vallum prædūcere. Tacit. lib. 14.

Prædulcis, & hoc prædulce { πολυγλυκὺς } Valde dulcis. Plin. libro 12. cap. 5, Fructus per ſolia ſolibus coctus prædulci ſapore.
Luxuries prædulce malum. Claud. 2. Paneg.
Eſſe aliis quidpiam prædulce. Lucret. lib. 4.
Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur. Stat. 5. Sylu. 5.

Prædūro, prædūras, pen. prod. { σκληραίνω } prædūrare, Valde durum facere. Colum. lib. 3. cap. 11, ad finem, de rubrica, Verūm, eſt in opere difficilior, quòd neque humentem ſodere poſſis, quòd ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam, quia nimium prædūratur. Vetus exemplar habet prædura. Plin. lib. 23. cap. 7, Aliqui myrrha adiecta & cupreſſo prædūratum vas ſole torrebant.

Prædūrus, pen. prod. Adiect. { ἰσχνόκαρπος } Valde durus, vt
Prædura gemma. Plin. lib. 37. cap. 10.
Viribus prædurus. Virg. 10. Æneid.
Corpora. Virg. 2. Georg.
Labor. Valer. 1. Argon.
Tempora prædura fregit nodoſo robore. Ouid. 12. Metam.
Prædura ætas, cui opponitur Tenera. Colum. lib. 6. cap. 2.

Præco, præis, præiui, pen. prod. præitum, pen. corr. { κηρύσσω, κηρύττομαι, κηρυκεύομαι } præire, Antè ire. Liu. 2. ab Vrbe, Præierat Aruns Tarquinius filius regis, re- ipſe cum legionibus ſequebatur.
Præi verbis quod vis, Id eſt dic primùm verba quæ vis me refere. Plaut. Rud. 30.
Mihi præire digneris quid me putes obſeruare debere. Plin. iun. lib. 10. epiſt. 47.
Præire verba dicebant veteres, quum carmen aliquod canendum antè quàm vel fœdus feriretur, aut execratio piaculi gratia per Pontificem vel ſacrificulum, aut alium magiſtratum fieret, magiſtratus primò pronuntiabat. Budæus, Præire, eſt verba præfari, & ſubſequi, & dictata verba pronuntiare. Liu. 8. ab Vrbe, Agedum Pontifex publicus Populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus deuoueā. Idem de bel. Maced. Præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus.
Præire carmine. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1, de Africano poſteriore, Qui Cenſor quū luſtrum conderet, inque ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenni eius precationis carmine præiret, quo dij immortales vt Populi Rom. res meliores ampliorēſque facerent, rogabantur: ſatis (inquit) bonæ ac magnæ ſunt: itaque precor vt eas perpetuò incolumes ſeruent. Præiret, id eſt recitaret, & quaſi prælegeret.
Præire iure. Varr. de Ling. Lat. lib. 4, Prætor dictus, qui præiret iure & exercitu, &c.
Præire obſecrationem, pro Dictare. Suetonius in Claud. Cæſar. capite 22.
Præire voce alicui quid iudicet. Cic. pro Milone.
Præire de ſcripto. Budæus, Præire hodie verba damnationis actuarij, aut eorum vicarij carnifici ſolent, quum damnati facinoroſi ad ſupplicia trahuntur, ſed de ſcripto id faciunt. Id enim De ſcripto præire dicitur. Plin. lib. 28 cap. 2, Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & nequid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem. Budæus.
Præire alicui de re aliqua. Gellius lib 14. cap. 2. Id eſt pronuntiare quod ſequatur.
Præeunt diſcipulis præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 5, Non videntur ſuffectura tempora, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi velint. Hoc eſt, antè pronuntiare, & prædictare & prælegere. Nam ſtatim ſequitur, Et hercle prælectio.

Præiens, præeuntis { προηγούμενος, προηγούμενος } Participium. Ouidius ad Liuiam,
Et venit ſtella non præeunte dies.
Præeunte natura deduci ad cognitionem aliquam. Cicero 2. de Finibus.

Præfacilis, & hoc præfacile, pen. correp. { πάνυ ῥᾴδιος } Valde facilé.
Plautus Epid. 1. 4.
-te profecto Apoecides
Nihil moror mihi. p. de præfacili exoras Epidice.

Præfamino, propræfator. Cato de Re ruſt. Ianu Ioue mque vino præ-

famino. Quod autem ſequitur, ſic dicito, delendum eſt. Huc enim ab illis ſummiſſum eſt, qui præfaminum vinum adiectionis more dici cenſuere, aut interpretationem adſcripſere. Turneb.

Præfāris, vel præfare, penult. prod. præfatus ſum { προλογίζομαι, προαιμολογέω } præfāri, Ante fari, proloqui. Colum. in Præfat. Quas ordine ſuo tunc demū perſequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad vniuerſam diſciplinam maximè pertinere. Cic. de Vniuerſ. Sed hæc ſatis ſunt dicta nobis, quę de deorum qui cernuntur, quíque ſunt orti, natura præfati ſumus, habeant hunc terminum. Hîc pro ſimplici videtur poſitum, id eſt fari & locuti.
Præfari honorem, Eſt quum quid turpe dicturi, ſolemus duobus aut tribus verbis præfari, hoc pacto, Si commemorare fas eſt, Honore dicto, Honore ſit auribus, & huiuſmodi. Cicero Papyrio Pæto, lib. 9. 22, Nos autem ridiculè ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfatur. ſin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos prædandus eſt.
Pacem præfari. Stat. 2. Achil.
Præfari Africam. Plin. lib. 28. cap. 2, Attalus affirmat ſcorpione viſo, ſiquis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus. Et quouiam ſcorpio admonuit, in Africa nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Africam. In cæteris verò gentibus deos antè obteſtatur vt velint. His poſtremis verbis declarat ſeipſum Plin.
Præfari carmen. Liu. 5. ab Vrbe.
Præfatus diuos ſolio rex inſit ab alto. Virgil. 11. Æneid. More antiquo: nam maiores nullam orationem niſi inuocatis numinibus, inchoabant. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum cenſeo, quibus orationes auſpicari ſolebāt veteres oratores, vt, Deos immortales iudices precor, deáſque omnes, &c. Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in ſenatu loquerentur, ſolebant. Id ex ea concione intelligi poteſt, in qua Gracchus occiſus eſt, de qua ſic Cornificius ſcribit, Quum Gracchus deos incipere precari, curſim iſti impetum faciunt. Id eſt, quum antequam populum alloqueretur, precaretur deos.
Præfari aliquem in ſcribendo opere. Plin. lib. 8. cap. 16.

Præfans, Participium. { προλογίζων. } Catul. Argon. epigr. 59,
Talia præfantes quondam felicia Pelei
Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcæ.

Præfatio, Verbale { προλογισμός, προοίμιον } Id quod præloquimur antè quàm ad rem veniamus. Cic. 5. Verr. Quæ portò præfatio tuæ donationis fuit?
Adhibere præfationem. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 25.
Dare præfationem. Quintil. lib 4. cap. 1.
Præfationes. Caius in L. 1. D. De origin. iuris.
¶ Præfatio, Alia ſignificatione. Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Oſtendit à præfatione præficam dictam.

Præfectus, Vide PRAEFICIO.

Præfĕro, pen. corr. præfers, prætuli, pen. corr. prælatum, penult. prod. { προτιμάζω } præferre, Antè ferre. Ouid. 2. Faſtorum,
Et præfert cauras, fubleguitúrque manus. Id eſt, ante ſe manus fert, vt ſolent ij qui in tenebris ambulant.
Facem præferre. Cic. 6. Verr. Siniſtra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat.
Præferre facem ad libidinē. Cic. 1. in Catil. Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, num ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætuliſti?
Tædas præferre. Cic. 6. Verr.
Præferre lumen. Cic. Antequam iret in exilium, Vos vos obteſtor dij immortales, qui meæ menti lumina prætuliſtis, quum cōſenſum extinxi coniurationis.
Senſus apertè præferre. Plācus Cic. lib. 10. 8, Muniēdi verò noſmetipſi fuimus auctu exercitu auxiliiſque multiplicatis: vt quum præferremus ſenſus apertè, tum etiam inuitis quibuſdam, ſciiri quid defenſuri eſſemus non eſſet periculoſum.
Opēpræferre. Stat. 6. Theb. PRAE hoc loco nihil ſignificare videtur, ſed augere tantùm.
Præfertur opinio, pro Iactatur. Cæſar 1. bel. Ciuil.
¶ Præferre { προτιμᾶν, πρὸ χθονὸς, προϊστάσθαι } Præponere. Liuius 1. ab Vrbe, Turnus rex Rutulorum, cui pacta Latinia ante aduentum Æneæ fuerat: prælatū ſibi aduenam ægrè patiens, ſimul Æneæ, Latinóque bellum intulerat. Cicero pro Roſcio Amer. Auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipiis, cognatique fortunis cum alienſſimo. Ouidius 4. Metamorphoſeos,
Altera quas Oriens habuit, prælata puellis
Se alis præferre. Cic. 2. de Orat.
Ios imperij amori patrio præferre. Cic. 1. de Finib.
Saluteim Reipublicæ ſuis commodis præferre. Cicero pro Lege Manilia.
Hominem à ſe ortum hominibus nobiliſſimis, omnibus honoribus præferre. Cic. 6. Philip.
Bonitate præfertur. Plin. lib. 12. cap. 21.
Præferre, cum infinitiuo. Colum. lib. 1. cap. 3, Vt multi prætulerint carere poematibus.
¶ Præferre { προϊσταμαι } pro Præſe ferre, Oſtendere. Plin. epiſt. 22. lib. 1. In ſumma, non facilè quis quenquam ex iſtis qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt, huic viro comparauit.

Præfericulum, præfericuli, penultima correpta, Vas æneum ſine anſa patens, veluti peluis, quod præferre in ſacrificiis ſolebant veteres. Feſtus.

Præferox, pen. corr præferocis, pen. prod. Adiect. { πολυάρατος } Valde ferocem ſignificat. Liu. 5. ab Vrbe, Mitis legationi præferoces legatos, Gallíſque magis quàm Romanis ſimiles habuiſſet. Ibidem, lib. 3. Præferocis animi.

Præferratus, pen. prod. Adiectiuum { προσπεπερονωμένος } Quod ferrum habet in cacumine. Plin. lib 18. cap. 10, Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, ſiſtula ferrata, & ſteila intus denticulata, vt niſi intenti pinſant, cōcidantur grana, ferróque fragantur.

¶Præferratus,Ferro vinctus.Plaut.Perſa,2
-plusculum annum fui
Præferratus apud molas Tribunus vapularis.

Præferuidus,pen.corr. Adiect. {πυρώδης} Valde feruidum ſignificat.Colum.lib.3.cap.1, Et omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali,vel præferuida,curæ mortalium reſpondet.

Præfeſtino,præfeſtinas,pen.prod. {σπουδάζω} præfeſtinare,Ante tẽpus feſtinare.Gallicè,*ſurhaſter*. Plaut.Rudente,4.
Qui præfeſtinet, vbi herus adſit, præloqui. Liu.3. bel.Pun. Concedendo plebi Senatum, vbi velint,defecturos ſe, ne deficere præfeſtinarent,effeciſſe.

Præfeſtinatus,penul.prod. {σπουδῆ,βίᾳ} Participium,aut Nomen ex participio.Ouid.de Nuce,
Et tamen inuenias qui me iaculetur,& ictu
Præfeſtinato munus inane petat.

Præfeſtinẽ,pen.prod.Aduerb. {σπουδαστικῶς} Celeriter. Plaut.Rud.12,
Vt ſine labore extraxi hanc præfeſtinẽ ſatis!

Præfeſtinatim,penul.prod. Aduerbium, Idem {σπουδῆ,βίᾳ} Siſenna Hiſtor. libro 4, Iidémque perſeuerauerunt vti lex perueniret ad Quæſtorem , ac iudices quos vellent inſtituerent præfeſtinatim & cupidé.

Præfica,præficæ,pen.corr. {ὁ θρηνῶδης τῶν νέκυων.} Nonius,Præficæ dicebantur apud veteres quæ adhiberi ſolebant funeri , mercede conductæ,vt flerent,& fortia facta laudarent.Plautus Truculento,
Præfica,quæ alios collaudare, à ſe verò non poteſt. Lucilius lib.22,
Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ
Multo,& capillos ſcindunt,& clamant magis. Varro lib.6.de Ling. Lat.Præfica vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu,quæ conducereturr, quæ ante domum mortui laudes eius caneret. Et paulo pòſt, Claudius ſcribit, quæ præficeretur ancillis,quemadmodum lamentarentur , præfica eſt dicta. Verunque oſtendit à præfatione præficam dictam.

Præficio,præficis,pen.corr,præfeci,penult.prod,præfectum {ἐφίστημι, προτάσσω} præficere , Ex præ & facio, Eſt quod vulgò dicitur, *Committere alicuem & ordinare*. Columel.lib.1.cap.7, Ne talis præficiatur negotio. Ouid.1.de Arte,
Me Venus artificem tenero præfecit Amori.
Præficere curatorem qui præſit. Cic.4.Verr.An aliquem curatoré præficere,qui ſtatuis faciundis præeſſet?
Cuſtodem prærogatiuæ aliquem comitiis præficere.Cic.Poſt red. in Senatu.
Cuſtos præficitur lateri.Claud.8.Paneg.
Deum præfecit mundo Ariſtoteles.Cic.1.de Nat.deor.
Ducem populo.Cic.pro Domo.
Imperatorem alicui bello.Cic.pro Lege Manil.
Præficere legatos legionibus.Cæſar 5.bel.Gall.
Præficere magiſtratum procurationi. Cic.2.de Legib. Hunc procurationi certum magiſtratum præfecerit.
Pecori aliquem.Cic.pro Plancio.
Regioni alicui, aut negotio præficere aliquem. Cicero Attico, libro 10.
Reipublicæ ſeditioſos homines.Cic.pro Flacco.
Præficere aliquem ſtationibus viarum.Stat.4.Sylu.9.

Præfectus , præfecti {στρατάρχης, ὕπαρχος} Qui alicui rei gerendæ præficitur.
Præfectus moribus, Qui ad mores componendos , & quod vulgò dicitur *reformandos*, ordinatus eſt. Cic.ad Papyrium, lib.9.15, Quandiu hic erit noſter hic præfectus moribus, parebo authoritati tuæ.
Sacris præfecta maritis Iuno.Ouid.epiſt.2.
Præfectus Prætorio,qui & præfectus Prætorianorum dicitur apud Sueton.in Claudio Cæſare.
Vt clarius intelligatur quis olim Præfectus Prætorio diceretur,& quod eſſet eius officium,ſciendum eſt , olim regnante Romulo cum qui præerat Prætorio , id eſt militibus cohortibúſque Prætorianis circa palatium principis, ſolitum fuiſſe etiam in bella prodire,& dictum Magiſtrum equitum. Sed vbi Romanorum opes creuerunt,diſtincta fuere officia: vt hic exeubias ageret ad tuendam principis ſalutem : ille verò contra hoſtes imperium tueretur. Meminit Iuſtinianus,C.De Præfecto Præt.l.1.Neque tacendum eſt,à paulo recentioribus Cæſaribus,præfectos Prætorio miſſos quandoque ad regendas prouincias. Cuius teſtimonium affert l.pen.& l.vlt. C.De offic. Præf Præt.vbi legitur,Præfect' Prætorio Africæ,& Præf.Præt. Orientis.Quanta autẽ fit huius magiſtratus dignitas,oſtendit Caſſiodorus epiſt lib 6,Poteſtati præfecti Prætorio nulla dignitas eſt æqualis.Vice ſacra iudicat. Nullus ei miles fori authoritate præſcribit,excepto Officiali Magiſtri militum. Curiales etiam verberat. In officio ſuo ius retinet ſingulare. Secundum poſt Imperatorem locum obtinebat. Ab eo ex Cæſarum priuilegio prouocare non licebat. Alciatus.
Præfectus vrbi.Gellius lib.13.cap.16.
Præfecti regij Liu 6.bel Maced.
Præfectus ærarij, Vide Ærarius præfectus,in AES,eris.
Præfectus annonæ.Liu 4. ab Vrbe.
Præfectus claſſis. Plin.lin.6.cap.17. & cap.29.
Dux præfectúſque claſſis. Cic.7. Verr.
Gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas pénderes. Plautus Bacch.8.
Præfectus libidinum.Cic.Poſt reditum in Senatu, His vtitur quaſi præfectis libidinum ſuarum.
Præfectus oræ Ponticæ.Plin.iun. lib.10.epiſt.21.
Præfecti prouinciarum,inquit Budæus,ſunt quos *ballinos* & *ſeneſcalos* vulgò dicimus.
Præfectus vigilum.Paulus, D.De offic.præfect.vigil.

Præfectiani , norum , Apparitores præfecti prætorio,l.2.& 3.C.De apparit.præfecti prætor. Ammianus Marcellinus lib.17, Vt nec præfectianus, nec præſidialis apparitor ad ſoluendum quenquam vrgeret.

Præfectura,præfecturæ,pen.prod. {ἐπαρχία,στρατία.} Præfecturæ eæ appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur , & nundinæ agebantur:& erat quædam earum Reſpub neque tamẽ magiſtratus ſuos habebant,in quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent Quarum genera fuere duo: alterũ,in quas ſolebant ire præfecti quatuor ſéxve pro populi ſuffragio creati erant in hæc oppida, Capuam,Cumas,Caſininum,Vulturnum,Liternum, Puteolos,Acerras.Sueſolam,Atellam, Calatiam. Alterum,in quas ibant quos Prætor vrbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus , vt Fundos, Formias,Cere,Venafrum,aliàs Priuernum, Anagninm , Fruſionem, Reate,Saturniam,Nurſiam,Arpinum,aliáque compl.ura. Hactenus Feſtus. Plin.lib 5.cap.9, Diuiditur in præfecturas oppidorum quas nomos vocant. Cic.pro Sextio,Nullum erat Italiæ municipiũ,nulla colonia, nulla præfectura , nulla Romæ ſocieras vectigalium, &c. Sunt etiam præfecturæ, quum coloniæ territorio, quod colonis non ſufficiat,ager aut agri pars attribuitur : vt Campus Mantuanus Cremonenſi coloniæ attributus eſt. Proinde ſcribit in Bucolicis Virgilius,
Mantua, væ,miſeræ nimium vicina Cremonæ. Ex Turnebo.
Dare præfecturas alicui. Cic.Att.lib.6.
Præfecturæ dabantur honoris gratia. Cic.ad Att.lib.5,Præfecturã petiuit: negaui me cuiquam negotianti dare : quod idem tibi oſtenderam.
Promittere præfecturam alicui. Cic.Art.lib.6.

Præfectorius, Adiect. {στρατηγικός.} vt Præfectorius vir. Vlpian.D.De Senatoribus.l.1, Conſulari fœminæ vti que Conſularem virum præferendum eſſe nemo ambigit. Sed vir præfectorius au fœminæ Conſulari præferatur,videndum eſt.

Præfido,præfidis,pen.prod, -fi,præfium, pen.prod. {μετάλλων πίστιν} præſidere,Valde fid- -ic.1.Offic.Sic homines ſecundis rebus effrænatos , ſibíque præſidentes , tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Præfigo,præfigis,pen.prod.præfixi,præfixum {προπηγνύω} præfigere, Ante figere.Plin.lib.33.cap.4,Lineas itineri præfigunt.
Arma præfigere puppibus.Virg.10.Æneid.
Capita in haſtis præfigere.Virg.9.Æneid.
¶Præfigere,Præcludere.Virg 3.Georgicorum,
Multi iam exceros prohibent à matribus hœdos,
Primáque ferratis præfigunt ora capiſtris.

Præfixum,Præcluſum. Caius,l.6.de Seruitut. vrban.prædiorum.Si ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero.

Præfixus,Particip. {προπηγής.} Plin.lib.26.cap.4,Antea roſtra nauium Tribunali præfixa foro decus erant.
Veru præfixa ſarus Tibul.lib.1.eleg.6.
Haſtilia præfixa ferro.Virg.5.Æneid.
Præfixa ferro iacula,Quibus affixum eſt ferrum acutum.Liuius 6. bel.Pun.
Feneſtras præfixas habere vel obturare. Caius in l.Hæc autem.D. De ſeruit.vrban prædior.

Præfinio,præfinis,pen.prod,præfiniui,præfinitũ,pen.prod. {προορίζω} præfinire,Præſcribere,præſtituere. Cic.ad Marium,lib.7.2,Sed eo vidiſti multum, quòd præfiniſti quo ne pluris emerem.
Præfinire aliquid de aliquo. Cic.7.Verr.Neque de illo quicquam tibi præfinio,quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas.
Præfinire diem. Cic.de Prouinc.Conſul. Legem quam non putat, eam quoque ſeruat: præfinit enim ſucceſſori diem.
Præfinire reſtrictè. Cic.2.de Legib. Sed ego cætera non tam reſtrictè præfinio,vel hominum vitiis,vel ſubſidiis temporum victus.
Præfinire ſumptum funerum ex cenſibus. Cic.2. de Legib.
Præfinium & Infinitum,contraria.Cic.1.de Lege agrar. Quod ſuperiore parte legis præfinitum fuit,Sylla & Pompeio Conſulibus,id rurſus liberum infinitúmque fecerunt.

Præfinitio,præfinitionis. Iulianus in l.Quum ſine. D.Quand.dies leg. vel fideicom.ced. Quum ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit, Vxori meæ penum hæres dato. Marcellus in l.proxima, Si cum præfinitione annorum legatum fuerit , velut Titio dena ad annos decem,&c.

Præfinito,penult.prod. Aduerbium {προωρισμένως.} vt Præfinitò loqui. Donatus dicit deeſſe TEMPORE: vt dicamus Præfinito tempore. Terentius Heeyra,1.2,
Nam illic haud licebat,niſi præfinito loqui.

Præfiſcine,Veteres ad faſcinum depellendum dicere ſolebãt. Afranius, Paula mea amabo,pol tu ad laudẽ addito præfiſcine, ne puella faſcinetur. Ex Turnebo.

Præfloreo,præflores,pen.prod.præflorui {προανθῶ} præflorêre, Antè florere. Plin.lib.16.cap.29, Ideóque & præflorent talia , & prægerminant.

Præfloro,præfloras,pen prod. {προφύτευω} præflorâre,Quaſi prælibare,vt ait Budæus. Gell. Et futuri gaudij fructum ſpes tibi iam præfloruerit. Plin in Paneg.

Præfluo,præfluis,præfluxi,præfluxum {προρρέω} præflúere,Antè fluere. Plin.lib 4.cap 5,Præfluente Alpheo amne. Idem libro 5.cap.30, Pergamum quod intermeat Silenus,præſtuit Cetius profuſus Pindaſo monte.

Præfoco,præfocas,pen.prod. {ἄγχω} præfocare , Spiritum faucibus claudere.Ouid.in Ibin,
Præfocent animæ Guoſia mella viam.

Præfocatio,onis,Verbale. Scribonius Largus, Facit hoc medicamentũ ad ſubitas præfocationes. Vide INGVBO, incubonis.

Præfodio,præfodis,penult.corr.præfodi,pen.prod.præfoſſum {προορύττω} præfódere,Idem quod Fodere ſignificat,ſiue altè fodere. Plin.lib.17.cap.11,Præfodere ſcrobes anté.
Præfodiunt portas. Virgil.11.Æneid. Seruius , Id eſt ante portas, foſſas faciunt,quæ res nimiam indicat deſperationem. Ouid.13.Metamorphoſeos,
-fictúmque probauit
Crimen,

Crimen , & oſtendit quod iam præfoderat aurum. Id eſt quod iam antea abſconderat,ſeu defoderat.

Præfœcundus,Adiectiuum {προγόνιμος} Valde fœcundum ſignificat. Plinius lib.16.cap.27, Omnia autem celerius ſeneſcunt præfœcunda.

Præfor,non dicimus,Vide PRAEFARI.

Præformido,præformidas,pen.prod. {προπροβοῦμαι} præformidâre, Valde formidare. Quintilianus libro 4.cap.5, Quam iudex ſi prouideret,non aliter præformidat,quàm qui ferrum medici antè quàm ceretur,aſpexit.

Præformo, præformas {προμορφόω} præformâre,Antè vel prius formare.Quintilian.lib.2.cap.2,Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia ſecundum cuiuſque vires. Id eſt declamationis formam dare debet præceptor , diuidendo , & dictionem inciendo.

Præfrigidus, penultima correpta , Adiectiuum {πολύψυχρος} Valde frigidus. Plinius libro 17. capite 20, Septentrionali & præfrigido ſitu.
Auſter præfrigidus.Ouid.4.de Ponto,eleg.12.

Præfringo,præfringis,præfregi,penul.prod.præfractum {προαγνύω} præfringere,Prius frangere.Colum lib.2,Et præfractas ſtirpes,ſummáſque radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnis refodiat ac perſequatur.
¶Præfringere, Frangere,vel effringere.Liu.8.ab Vrbe,
Et haſtas aut præfregiſſent,aut hebetaſſent.

Præfractus {προπαταγνύμενος} Participium, ſiue Nomen ex participio. Celſus libro 5,Surculus corpori infixus ſi præfractus eſt,vel altius deſcendit quàm vt manu aut ferro eiici poſſit , medicamento euocandus eſt.
Ligna præfracta. Id eſt in prima fronte,& in ſummo quaſi cortice fracta. Ex quo præfracti dicuntur per tranſlationem,duri,contumaces,peruicaces.Lucretius lib 1,
Poſtremò in lignis cinerem,fumúmque videri
Quum præfracta forent. Lambinus.
Pinus præfracta Ouid.12.Metam.
¶Præfractus, Durus & inflexibilis. Cic.in Orat.Thucydides autem præfractior,nec latis vt ita dicam,rotundus. Præfractior,id eſt aſperior & durior. Præfractus enim eſt, qui flecti non poteſt,ſed potius frangitur:vnde pro obſtinato ponitur. Hinc etiam factum eſt,vt homo durus & inexorabilis dicatur rubo arefacto præfractior: quoniam rubus quum exaruit, flecti non poteſt, ſed potius frangitur, rumpitúrque.

Præfractè,Aduerb. {αὐθαδῶς} Obſtinatè.Cic.3.Offic. Nimis mihi præfractè videbatur ærarium vectigalia defendere.

Præfulcio,præfulcis,præfulſi,præfultum {προστηρίζω} præfulcire,Prœmunire,fortificare,ſuſtentare. Plaut.Pſeud.12,
-vbi ego omnibus
Paruis,magniſque miſeriis præfulciot.
Præfulcire & præmunire,per tranſlationem. Cic.ad Atticum,lib. 5,Per fortunas (quoniam Romæ manes) primum illud præfulci atque præmuni quæſo,vt ſimus annui,ne intercaleetur quidem.

Præfulgeo,præfulges,præfulſi { περιαυγάζω} præfulgêre,Præter modum fulgere. Author ad Herennium,lib.3, Tum nec nimis illuſtres, nec veheme- obſcuros locos haberi oportet , ne aut obcæcentur tenebris imagines,aut ſplendore præfulgeant.

Præfulgens,Participium {ἀστραπαχίω.} vt
Murice aurato præfulgens.Silius lib.4.
Pellis præfulgens vnguibus aureis.Virg 8.Æneid.

Præfulguro,præfulguras,pen.corr. {προαστράπτω} præfulgurâre,Antè fulgurare.Valer.3.Argonaut.
-ſtrictóque vias præfulgurat enſe. Hoc eſt coruſcare facit.

Præfurnium, præfurnij {προπυρτάνιον} Os patens fornacis , quo ligna in fornacem induntur,& deinde obſtruitur,vt ait Budæus. Cato cap. 38, Ventus ad præfurnium caueto ne accedat. Sic cap.38. & Vitruius lib.5.cap.10.

Præfuro,ris,pen.corr.præfurere,Antè vel valde furere. Stat.4. Thebaidos, -agmina bello
Decertare putes,iuſtúmque in gurgite Martem
Præfurere.

Prægelidus,pen.corr.Adiect. {πανυπερψυχής} Qui multum aut nimis frigidus eſt. Colum.lib 2,Ea locis prægelidis ac niuoſis,vbi æſtas humida & ſine vaporibus,rectè committitur. Idem lib.11.cap.2,Prægelidum & pluuium cælum.
Riui prægelidi.Silius lib.4.

Prægermino, prægerminas, pen.corr. {προβλαστάνω} prægerminâre, Antè germinare. Plin.lib.16.cap.29, Ideóque & præflorent talia , & prægerminant.

Prægeſtio,prægeſtis,prægeſtiui,prægeſtitum, pen.prod. {ὑπερφυῶς θυμοῦμαι} prægeſtire,Valde geſtire. Cic.pro M.Cælio, Prægeſtit animus tam videre,primùm lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobis familiares.
Animus prægeſtit apiſci aliquid.Catul.Argon.epigr.59.

Prægeſtiens,Particip. {ὑπερφυῶς θυμούμενος.} Horat.2.Carm.ode 5,
-nunc in vdo
Ludere cum vitulis falſicto
Prægeſtientis. De puella innubili , quam iuuencæ comparat. Porphyrio Prægeſtientis,interpretatur Properantis,creſcentis. Priſcianus,Magnopere cupientis.

Prægigno,prægigais, prægenui, prægenitum,pen.corr. {προγεννάω} prægignere,Antè gignere.Plautus Pſeud.7,
Quia nolebam ex me morem prægigni malum. Id eſt nolebam eſſe author mali moris.

Prægnans {ἐγκυος, ἐγκύμων, κυῶν} Quæ iam occupata eſt in generando quod conceperit. Cicero 1. de Diuinatione , Quum prægnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret , ſomniauit ſe peperiſſe ſatyriſcum.
Bos prægnans.Varr.de Ling.Lat.lib.5.
Canis.Horat.3.Carm.ode 27.
Folia.Plin.lib.25.cap.13.
Nitrariæ prægnantes,ſed nondum parientes.Plin.lib.31.cap.10.
Sus.Varro 2. de Re ruſt.cap.4.
Vxor. Cic pro Clent.
Prægnans arbor , quæ etiam fœta dicitur, tunc ſcilicet quum humorem & ſuccum ſibi familiarem exuxit,necdum in folia aut flores propagauit.Plin.lib.12.cap.14.

Prægnatio,prægnationis,Denominatiuum {κύησις.} Varro de Re ruſt. lib 2. cap.1,Hi enim primi prægnationis,& extremi fines. Plin.lib.8. epiſt.10.ad Fabaium, Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit , ac per hoc quædam cuſtodienda prægnationibus omittit,facit omittẽda. Caſtigatiora exemplaria habent prægnantibus.

Prægrandis,& hoc prægrande {πολυμεγὴς} Valde grandis. Cicero 6. Verr.Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Legitur & pergrandi.

Prægrauis,& hoc prægraue, penult.corr. {πολυβαρὴς} Valde graue. Plinius lib.10.cap.33,Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta,prægraue aut delumbem ſeſe ſimulans.
Prægraue caput.Plin.lib.8.cap.21.
Prægraue ſeruitium.Plin.lib.7.cap.8.

Prægrauo,prægrauas,pen.corr. {προβαρέω} prægrauâre , Grauem admodum facere , valde grauare,& moleſtum eſſe. Plin. libro 17.cap. 22,Ne prægrauet fructus parte aliqua. Liuius 5. ab Vrbe, Prægrauante turba,&c. Ibidem libro 7.Onerata & prægrauata corpora.
Artes prægrauare.Horat.2 epiſt.1, Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes Infra ſe poſitas. Hoc eſt, grauis eſt inferioribꝰ, & infra poſitis nocet,qui bonis artibus cæteros vincit. Ei ſiquidem inuident inferiores. Porphyr.
Corpus prægrauat animum vitiis.Horat.2. Serm.ſatyr.2.
Prægrauatum caput. Colum.lib.6.cap.7. Idem lib.7. cap.6, Flacidis & prægrauantibus auribus.
¶Prægrauare {προβρέμω} Id eſt præponderare. Senec.1. de Clementia,Citò apparebit pars deterior ciuitatis quanto prægrauet.
Prægrauari alium non oportet ex ſententia pro alio habita.Paulus in l.Lucius D.De iis qui notant.infam.

Prægredior , prægrederis, penult. corr.prægreſſus ſum {προπορεύομαι} prægredi,penult.corr. Antè venire,inquit Nonius, dictum à gradu. Pacuuius,
Extremum intra canterem ipſum prægrediar Parthemorem. Liu. 10.ab Vrbe,Qui vt lictores prægredi viderunt, &c.
Sequi & Prægredi,contraria. Cic.13.Philip.Ora vobis eorum ponite p.c. ante oculos , & maximè Antoniorum, inceſſum , aſpectum, vultum, ſpiritum, latera tegentes alios, ſequentes alios , alios prægredientes amicos.
Prægredi ad vrbem. Liu 5 bel.Pun.
Prægredi gregi.Varro 2.de Re ruſt.cap.7.
¶Prægredi,Præter gredi. Plin.lib.28 cap.8, Quum fugiant venantem declinare ad dextram , vt prægreſſi hominis veſtigia occupent. De pantheris.
Prægredi nuntios & famam aduentus ſui in aliquem locum , hoc eſt Anteuertere.Liu.8.bel.Pun.
Prægredi alios, Antecellere. Saluſt.in Oratione ad Cæſarem de Repub.ordinanda.

Prægrediens, Participium {προπορεύων} Præcedens. Suet. in Tiberio, cap.7,Druſum in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens,Romam vſque peruexit.

Prægreſſus {προπορευτὴς} Aliud particip. vt Fama prægreſſa diem. Statius 5. Sylu.1.

Prægreſſio, Verbale {προπόρευσις.} Cic.de Fato, Dicent,ſi omnia fato fierent eiuſmodi , vt nihil fieret niſi prægreſſione cauſæ , conſtitendum eſſe fato fieri omnia.

Præguſto,præguſtas {προγεύομαι} præguſtâre,Antè guſtare. Plin.lib. 21.capite 3, Gratificationem ipſius reginæ Antonio timente, nec niſi præguſtatos cibos ſumente,&c.
Cibos præguſtauit ipſe.Ouid,1.Amor.eleg.4.
Timidus prægueſtet pocula papas. Iuuenal. ſatyr.6. non procul à fine.

Prægustator, pen prod. Verbale {προγευστὴς} Qui cibos principis prægustat.Suet.in Claud.Cæſare,cap.44.
Prægustator libidinum. Cic pro Domo, Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo,prægustatori libidinum tuarum,homini egentiſſimo & facinoroſiſſimo Sext. Clodio,&c.

PRAEGVTII {προμεγυτῖται} Italiæ populi , qui Marſis magis Orientales ſunt,Ptolemæo authore libro 3 capite 1. hodie Præcutini, *Abruzzi* vulgò.

Præiaceo,præiaces,pen.corr.præiacui {προβάλλομαι} præiacêre,Antè iacêre. Plinius lib.3.cap.4, Oppida de cætero rara,præiacentibus ſtagnis.
Caſtra præiacêre.Tacit.lib.12.

Præiudico,præiudicas,pen.corr. {προδιαγινώσκω} præiudicâre, Ante tempus iudicare, inquit Budæus. Brutus ad Cic. Quod enim nondum Senatus cenſuit,nec Populo Rom.iuſſit,id arroganter non præiudico, nec reuoco ad arbitrium meum.
¶Præiudicare, Præiudicium facere. Cic.3.de Legib. Apud eoſdem qui magiſtratu abierint,edam & exponant quid in magiſtratu geſſerint,déque iis Cenſores præiudicent. Bud.
Præiudicari de re aliqua.Cic pro Cluentio,Cur non Habiti exemplo vius es,vt per illum qui attuliſſet venenum , de hoc præiudicaretur? Id eſt præiudicium fieret:hoc eſt, Vt ſi iudicatum eſſet venenum eſſe huic Habito allatum , præiudicium eſſet factum in accuſatione veneficij ſecuturam Budæus.
De aliquo maleficio præiudicare.Cic.2.de Inuent. Quare dum de ea iudicetur,de aliquo maiore maleficio,de quo iudicium comparatum ſit,præiudicatur.

Præiudicare alicui, pro Nocere. Vlpian. in l.1.§. Si inter. D. De magistr. conuent. & eorum, &c. Si inter magistratus hoc conuenerit, vt alterius tantùm periculo tutores darentur: conuentiones pupillo nó præiudicare Diuus Hadrianus rescripsit.

Præiudicatus, pen. prod. Particip. {προδιακριθείς} vt Euentus belli præiudicatus, apud Liuium lib.2. Decad.5.

Semel atque iterum præiudicata res. Cic. pro Cluētio, Cognoscere nunc ita reum ciratum esse illum, vt re semel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit.

Opinio præiudicata. Cic.1. de Nat. deor. Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret authoritas. De Pythagoreis.

Præiudicatio, Verbale {προδιάκρισις.} vt

Damnari præiudicatione Senatus. Quintil. lib.4 cap.2.

Præiudicium, præiudicij {πρόκρισις} Quo à iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, vel paribus causis: vt clarè in oratione Ciceronis pro Cluentio, colligitur: qui duobus præiudiciis, vno in Scamandrum, altero in Fabricium eadem veneficij causa factis, Oppianicum damnatum esse demonstrat. Eius hæc sunt verba, Quum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudiciis videret. Curtius lib.6, Sine præiudicio dicimus causam liberis corporibus, animísque: habitum etiam in quo te comitari solemus, reddidisti. Verba sunt Amyntæ (inquit Budæus) causam dicentis, ac si diceret, Si ex vinculis causam diceremus, præiudicatū quodammodo videretur nos esse comperros & conuictos sceleris. Quū verò vinculis exemptos nos voluisti, significasti te liberum iudicium integrúmque suspendere voluisse, quoad defensionem nostram audieris.

Præiudicium dicitur etiam quasi sententia quædam ante iudiciū, ac sententiæ lationem, siue pro me, siue contra me. Vt si essent duo de officio aliquo contendentes, quia lis in longū procedit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterum officio fungi: quasi iudicans iam nunc se pro ea parte sentire, penes quam vult esse rem de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur quod possidentem adiuuat, & obest excluso. Hæc ex Valla in Raudensem. Plin. epist. 96. lib 5. Curianus orabat vt sibi donaré portionem meam, séque præiudicio iuuarem: eandem tacita cōuentione saluam mihi polliceabatur.

Facere præiudicia. Quintil lib. 4. cap. 5.

Præiudicia sunt animaduersiones Censorum, & primæ assertiones: irem prioris Centumuiralium iudicum partis sententia, posterioris verò iudicium.

Præiudicium dicitur pronuntiatum secundū Claudium Cantiunculam in locis legalibus. Quid autem sit pronuntiatum, habes apud apud Rodolphum Agric. lib.1. cap.4.

Præiudicium, pro Damno & iactura. Vlpian. in l.1.§. Quemadmodum. D. De agnoscendis vel alendis lib. Si quaritus vxore denuntiante custodes miserit, nullum præiudicium facit.

Præiuro, præiuras, penult. product. {προόμνυμι} præiurāre, Ante alios iurare.

Præiuratio {προόμοσις} inquit Festus, quam ij facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis iurant. post quos alij in eadem verba iurantes tantummodo dicebant, Idem in me. Huic igitur præiurationi, quæ species est iurisiurandi conceptis verbis, addebatur, vt apparet, execratio. eam enim verbum, Idem in me, continet. Annotauit Turnebus.

Præiuuo, præiuuas, pen. corr. præiuui. pen. prod. {προσφορέω} præiuuāre, Antè iuuare. Tacit. lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo, agrisque pignori acceptis.

Prælabor, pen. prod. prælaberis, prælabi {προσυδίω} Antè labi. Colum. lib. 11. cap. 1. Prælabentis verò temporis fuga, quàm sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Nat. deor. Pisces quorū alter paulùm prælabitur anté. Ex poeta.

Tybris prælapsus mœnia Romæ. Lucan. lib. 6.

Prælambo, prælambis {προσιχμάω} prælámbere, Idē quod Antè lambere. Horat. 2. Serm. satyr. 6,

Continuátque dapes, necnon vernaliter ipsis

Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.

Prælego, prælegas, pen. prod. prælegāre. Paulus in l. Titia Seio. D. De legat. 2.

Prælego, prælegis, pen. corr. prælegi, pen. prod. prælectum {προαναγνώσκω} prælégere, Antè legere: vt solent præceptores pueris suis. Quintilianus lib. 1. cap. 14, Sed pueris quæ maximè ingenium alant, prælegenda, atque animum augeant.

Prælegere Campaniam, Præterire. Tacit. lib. 5.

Prælectio, Verbale {προανάγνωσις} Quintil. lib. 1. cap. 3, Attamen emendationi, prælectionique numerus obstat.

Prælector, Aliud verb. {προαναγνώστης} Gellius lib. 18. cap. 5, Si magistrum, prælectorémque habuisset alicuius æris.

Prælibo, prælibas, penult. prod. {προγεύομαι} prælibāre, Antè libare & degustare. Stat. 3. Sylu. 4,

Chare puer, superis qui prælibare verendum

Nectar, & ingentem, &c.

Vultus ac pectora alicuius prælibare visu. Stat. 2. Achil.

Prælicenter, Aduerb. {παρυδρίστως} Nimis licenter. Gell. lib. 14. cap. 7, Oppidoquàm verba finxit prælicenter.

Præliganeum vinum, A prælegendo dictum: Estque illud quod vel præmaturum est, vel præ omnibus legitur: quod & precium Virgilio dicitur. Cato de Re rustic. cap. 23, Vuas miscellas ad vinum præliganeum, quod operarij bibant, vbi tempus erit, legito: succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

Præligo, prælligas, penul. corr. {προσπλέκω} præligāre, Antè vel ab anteriori parte ligare. Liu. 2. bel. Pun. Fascésque virgatum, atque arida sarmenta præligantur cornibus boum. Cic. 2. de Inuent. Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.

Prælium, prælij {μάχη, ἀλκὴ, σύμβολον} Conflictus in bello. Plautus Menæchmis, 1.4, Prælíis factis plurimis. Descriptionem prælij vide apud

Plautum in Amphit. 4.

Prælium. bellum, excursus, & pugna. Tacit. de Morib. German.

Prælium & Bellum, quid inter se differant. Liu. 10. bel. Pun. Fassus in curia est non prælio modò se esse, sed bello victum.

Bellum & prælium. Cic. in Orat. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia, grauiter & probé.

Certamen & prælium. Cic. 2. in Catil. In huiusmodi certamine ac prælio nónne, etiam si hominum studia deficiant, dij ipsi immortales cogent ab iis præclarissimis virtutibus tot & tanta vitia superari?

Exitus prælíorum sunt incerti. Cic. Torquato, lib. 6. 4.

¶ Audax prælíis Liber. Horat. 1. Carm. ode 12.

¶ Aduersum prælium, Vide ADVERTO.

Cruda prælia. Stat. 12. Thebaid.

Dubium. Liu. lib. 5. Decad. 4. Martem incertum vocat Tacit. lib. 20.

Fatale. Cic. Cassio, lib. 15. 15.

Feruida. Claud. in Gigantomachia.

Fortunatissimo prælio decertare. Paterculus lib. 2.

Impia. Horat. 2. Carm. ode 1.

Iustum, Vide IVSTVS.

Maritimum, Vide MARE.

Modicum, Vide MODVS.

Natalia. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Scelerata. Lucan. lib. 2.

Secundum. Tacit. lib. 20.

Singulare prælium conferre. Ausonius in Periocha, lib. 7 Iliados, Fortissimus Græcorum ab Hectore prouocatur. Ab Aiace Telamonio prælium singulare conferitur.

Vlulata. Stat. 9. Thebaid.

¶ Abstinere prælio vel pugna, Vide ABSTINEO.

Audere prælium. Tacit. lib. 4.

Audere in prælia. Virg. 2. Æneid.

Cessare à prælíis, Vide CESSO.

Ciere prælium, Vide CIEO.

Committere prælium, Vide COMMITTO.

Concurrunt prælia ventorum. Virg. 1. Georg.

Conficere prælium. Cæsar 8. de bell. Gall.

Conflígere prælio. Cæs. 5. de bel. Gall.

Conferere prælia. Virg. 2. Æneid.

Contendere. Cæsar 1. de bel. Gal.

Decertare prælio. Vide DECERTO.

Defungi prælio. Liu. lib. 1.

Detrectare prælia. Silius lib. 7.

Differre. Silius lib. 7.

Dimicare prælio cum aliquo. Cic. 2. de Nat. deor.

Dirimere. Virg. 5. Æneid.

Dare. Idem 3. Georg.

Edere prælia & pugnas æterno certamine. Lucret. lib. 2.

Elabi ex prælio. Cæs. 5. de bel. Gal.

Elicere ad prælium. Liu. lib. 2.

Excedere ex prælio. Cæs. 3. de bell. Gall.

Manibus prælium facere, Vide MANVS.

Præclara prælia facere. Cic. 2. de Orat. Quum Tarento amisso arcē tamē Liuius retinuisset, multáque ex ea prælia præclara fecisset, quū aliquot post annos, &c.

Facere secundum prælium. Liu. lib. 8. Decad. 4, In agro eorum pluribus prælíis secundis factis.

Frangere prælíis aliquos. Cic. de Prouinc. Consul.

Incessítque itineri & prælio. Tacitus libro 1. Hoc est, Ad iter, & prælium.

Incipere prælium. Sallust. in Iugurtha.

Inducere in prælium cohortes, Vide INDVCO.

Inire prælium. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Inire & finire, Vide INEO.

Inire prælium cum aliquo. Liu. Decad. 3. lib. 5. non ita procul à fine, Cum his tam securis solutísque Romani calentes adhuc ab recēti pugna, ferocésque victoria prælium ineunt.

Hispida prælia ineunt vrsi. Stat. 6. Thebaid.

Inferre prælium in castra, Vide INFERO.

Instaurare prælia. Lucan. lib. 3.

Instaurata. Virg. 2. Æneid.

Intermittere, Vide INTERMITTO.

Inuadere, Vide INVADO.

Lacessere prælio. Cæs. de bel. Gall.

Ludere prælia. Stat. 9. Thebaid.

Horrida miscere. Virg. 2. Georg.

Miscere prælia multa vi. Virg. 3. Georg.

Moliri. Silius lib. 13.

Obire. Lucret. lib. 4.

Atrox prælium oritur. Liu Decad. 3. lib. 5. non ita procul à fine.

Dura prælia pati. Virg. 7. Æneid.

Profligare prælia. Tacit. lib. 14.

Pronuntiare prælium. Liu. de bel. Pun.

Mutuis prælíis inter se pugnare, Vide MVTVVM.

Redintegrare. Cæs. 2. de bel. Gal.

Renouare. Cæs. 2. de bel. Gal.

Restituere. Cæs. 1. de bel. Gall.

Scrutari. Silius lib. 7.

Serere. Tacit. lib. 21, Et sequentibus diebus crebra portis prælia ferebant.

Serere prælia cum aliquo. Silius lib. 8.

Sumere prælium. Tacit. lib. 20.

Supersedere prælio. Cæs. 2. de bel. Gal.

Sustinere alicuūs causa prælia. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 11,

Tentare. Virg. 2. Æneid.

Texunt fugas & prælia ludo. Virg. 5. Æneid.

Caput altum in prælia tollit. Idem 5. Æneid.

Tractare

Tractare prælia. Sil lib. 15.

Ventum est ad prælia. Virgil. 3. Georg.

Secundis prælíis vti. Cic. pro Lege Manilia.

¶ Prælium à prelo quidam deducunt: quia sicut in prelo humor vuarum, ita in prelio sanguis hominis fluit.

Prælior, prælíaris, prælíari {μάχομαι, ἀλκίμαχέω} Dimicare. Cæsar libro 2. belli Gallici, Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis prælíabantur.

Prælíari cum equitibus. Cæs. 1. bel. Ciuil.

¶ Prælíari, per translationem, pro Dimicare, & contendere verbis. Cicero ad Atticum, libro 1. 11, Ego enim, quandiu Senatus authoritas mihi defendenda fuit, sic acriter & vehementer prælíatus sum, &c.

Prælians, Participium {μαχόμενος.} vt Eudemus prælians ad Syracusas óccidit. Cic 1. de Diuinat.

Prælíatus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 7. cap 28.

Prælíaris, & hoc prælíare, pen. prod. {μαχετός} Ad prælium pertinens: vt Prælíares pugnæ, apud Plaut. in Curc. 12.

Prælíares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. Paulus.

Prælongus, Adiectiuum {μῆκιστος} Valde longum significat. Liuius 2. belli Pun. Dispares ac dissimiles gladij: Gallis prælongi, ac sine mucronibus.

Cornua prælonga. Lucret. lib. 3.

Homo. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Prælongo, prælongas {μακρυνω} prælongare, Longum facere. nam Longo non dicitur. Plin. libro 11. cap. 2, Qua subtilitate pedum crura prælongauit?

Præloquor. penult. corr. præloqueris, præloquutus sum {προφθέγγομαι} præloqui, Præfari. Plin. lun. lib. 8. epist. 21, Fortè accidit vt eo die manē in aduocationem subitam rogarer: quod mihi causam præloquēdi dedit. Cæl. Cic. lib. 8. 12, Vix hoc erat præloquutus, quum ego Appium Censorem eadem lege postulaui.

Præluceo, præluces, pen. prod. præluxi {φαεσφορέω} prælucēre, Valde lucere. Martial. lib. 12. 38,

Præluxere faces, velarunt flamea vultus.

Alicui prælucere, Præferre facem. Suet. in Octauio August. cap. 29. Plin. de Viris illustr. Duillio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.

Maioribus suis prælucere virtute sua. Cic. in Sallustium, Ego meis maioribus virtute mea prælúxi: vt si ptius noti non fuerint, à me initium accipiant memoriæ suæ.

Bona spe prælucere in posterum. Cic. de Amic. Quum plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quòd bona spe prælucet in posterum.

Pectora prælucent filo Sidonio. Lucan. lib. 10. Vbi rectius legēdum est, perlucent.

Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis. Horat. 1. epist. 1. Hoc est præpolleat, siue amœnior est.

Præluciduus, pen. corr. Adiectiuum {παυγηρός} Plin. lib. 37. cap. 6, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili.

Præludo, præludis, penultima prod. præsúi, prælúsum, penult. prod. {προσπαίζω, ἀκροδολίζω} prælúdere, Antè ludere. Virgilius libro 3. Georgicorum,

& sparsa ad pugnam præludit arena. Legitur & proludit.

Præludere, cum datiuo. Seneca epist. 103, Illi meliori vitæ longioríque præluditur.

Prælúdium, præludij {προοίμιον} dicitur illa modulatio vocum, quæ ante initium cantus fieri solet, quæ & præcentio dicitur.

Prælúdium, & portentum, metaphoricè, & in malam partem. Cic. 14. Philipp. Quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hunc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate: quos optimos viros, honestissimósq; homines, maximè cum authoritate huius ordinis, populíque Rom. dignitate coniunctos, erudelissimè interfecit, præludium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominū, vel si etiam dij oderint quos oportet, omnium deorum.

Prælusio, prælusionis, Verbale. Idem {προπαιδισμός.} Plin. epist. 99. lib. 6, Tu tamen existima quantum nos in ipsa pugna prælij & certaminis maneat, cuius quasi prælusio atque præcursio has contentiones exercuit.

Prælum, prœli {πτύον.} Sunt propriè præla, trabes in toreulari, quibus vua calcata premitur. Vide Catonem & Varronem de Re rust. Sunt qui absque diphthongo scribant, & à premendo deducant. Vide PRELVM.

Falerna præla. Stat. 2. Sylu. 2.

Prælumbo, prælumbas, prælumbare, Lumbos præfringere. Næuius, Cœpit vnumquenque prælumbare fustibus. Nonius.

Prælustris, Adiectiuum {πολύλαμπρος.} Ouid. 3. Trist. eleg. 4,

Viue tibi: quantúmque potes, prælustria vita:

Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Præmacero, præmaceras, pen. cor. præmacerāre. Scribonius Largus, Præmacerantur autem mala cydonia.

Præmando. præmandas {προπαρακελεύω} præmādare, Antè, siue prius mandare, & mittere. Varinius ad Ciceronē, lib. 5. 9, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mandastiego tamen terra marique vt conquireretur, præmandaui. Plautus Trucul 8. Præmandare & quærere puerum.

Præmaturus, pen. prod. Adiectiuum {πρώϊμος} Nondum maturus. vt Segetes præmaturæ, Fumenta præmatura. Valla lib. 4.

Præmaturus fructus, Ante alios maturus. Columella libro 11. capite 3.

¶ Præmaturus, per translationem, dicitur pro immaturo, & quod ante tempus venit, aut accidit: vt Præmatura mors. Plinius libro 7. capite 51.

Hyems præmatura. Tacit. lib. 1.

Præmaturum & Serum, contraria. Plinius lib. 8. cap. 45, Domitura boum in trimatu, postea fera, antè præmatura.

Præmatura denuntiatio. Plancus ad Senatum, lib. 10. 8. Nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore: quòd præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quàm periculosa esset, ex casu Collegæ videbam.

Labor præmaturus. Sil. lib. 15.

Præmaturè, penult. prod. Aduerbium {πρωΐως} Immaturé. Plautus Mostel. 7,

Quia præmaturè vita careo. Hoc est, Quia mortuus sum ante tēpus. Gell. lib. 10. cap. 11.

Præmedicatus, pen. prod. Participium {προφαρμακευθείς} siue Nomen ex participio. Ouid. epist. 12,

Iffet anhelatos non præmedicatus in ignes,

Immemor Æsonides, oráque adunca boum. Id est, non iussit Iasón ad domandos tauros qui naribus ignem efflabant, antè à me, Medea scilicet, instructus medicamentis quibus hi possent vinci.

Præmeditor, penul. corr. præmeditaris, præmeditatus sum {προμελετάω} præmeditári, Antè meditari, Præcogitare. Cicero ad Atticum, lib. 6. Ex qua me fingere possim, & præmeditari quo animo accedam ad vrbem.

Quid sibi vsu venturum sit præmeditari. Author ad Herennium, lib. 2.

Præmeditator vitare errorem. Lucret. lib. 4,

& illum,

Effugere errorem, vitaréque præmeditator. Sic hunc locum non minus doctè, quàm feliciter restituit Lambinus, quum antè mirum quàm corruptus esset.

Præmeditatio, Verbale {προμελέτημα.} Cic. 3. Tusc. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum, leuit eorum aduentum, quę veniēt: ia longè antè videris.

Præmensus, Vide PRAEMETIOR.

Præmercor, præmercaris {προεμπορεύομαι} præmercári, Prius mercari, siue, vt ait Budæus, In emptione præuenire, & licitaturo præripere. Plaut. Epid. 9,

Ædepol næ istam tempore suo gnato tuo

Sumus præmercati. Plin. lib. 32. cap. 2, Ni qui ad pollūctum emerent, pretio minus parcerent, cáque præmercarentur.

Præmessum, præmessi {προθέρεια} Sacrificij genus, quòd de spicis quas primum messuissent, sacrificabant Cereri. Hæc Festus. Quidam legunt Præmessium.

Præmetior, præmetiris {προμετρέω} præmetíri, pen. prod. Antè metiri. Vnde participium Præmensus: vt

Lucis præmensæ tempora. Tibul. lib. 3. eleg. 3,

Tunc quum præmensæ defunctus tempora lucis

Nudus Lethæa cogerer ire rate. Alij legunt permensæ. Portionem vitæ appellat Ouenalis sat. 9,

-miseráque breuissima vitæ Portio.

Præmetuo, præmetuis {προφοβέομαι} præmetúere, Antè metuere. Lucretius lib. 3,

-at mens sibi conscia facti

Præmetuens, adhibet stimulos, torrétque flagellis.

Præmigro, præmigras, penult. correp. {προαπαίρω} præmigrāre, Antè migrare. Plinius libro 8. cap. 28, Ruinis imminentibus musculi præmigrant.

Præminens, pro Præeminens. Solent enim Latini non raro vocales coniungere, & in vnum confundere: vt Prærogare, pro Præerogare. & sic in cæteris. Prudentius,

Insignis ipse & præminens. Turnebus.

Præmitto, præmittis, præmisi, pen. prod. præmissum {προεκπέμπω} præmíttere, Antè mittere. Construitur ferè cum ad vel in præpositionibus. Cic. 2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis qui scrutarentur arcułas muliebres.

Literas odiosas præmittere. Cic. Att. lib. 10.

Cum equitatu in aliquem locum præmittere aliquem. Brutus Ciceroni, 15.

Præmíserat in Hispaniam legiones. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Præmittitur in Siciliam cum imperio. Cic. ad Attic. lib. 7.

Præmittere edictum. Cæs. 2. bel. Ciuil.

Præmissus, Participium {προπεμφθείς.} vt

Equites præmissi ibant. Virgil. 9 Æneid.

Præmissa, præmissorum, neut. gen. Substantiuum. Plinius lib 12. cap. 1, Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias, hanc primum habuisse causam superfundendi sese Italiæ, quòd Elico ex Helueriis ciuis earum, fabriicm ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & vuam, oleúsque ac vini præmissa remeans secum tulisset. Quem locum emendans Hermolaus, promissa reponit, publica lectione expuncta. Cælius tamen lib. 6. cap. 6. mauult præmissa, interpretatúrque primitias quasdam, sicuti præmissa sacrorum dicuntur. Contendit etiam Ciceronem hoc vocabulo fuisse vsum libro 10. epist. 12. ad Plancum, Et tuarum literarum ad me missarum præmissa meminisse m: vbi vulgò legitur promissa.

Præmium, præmij {χάρις, τίμιον, ὄφλημα, ἆθλον, κήρυγμα, γέρας, σύνταξις} Quod in ludis proponitur iis qui se strenuè gesserint, & victores euaserint. Terent. Eunuch. 5. 9,

Quod vis donum & præmium à me optato, id optatum feres.

Præmium, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 5 à præda, quod ob rectè quid factum concessum.

Pro euersæ Reipub. præmiis prouincias aliquas occuparunt. Cic. de Prouinc. Consul.

¶ Præmium, pro mercede ob laborem. Plinius epistol. 17. libro 3. Ego viaticum, ego etiam præmium dabo. Id est mercedem præter viaticum.

¶Ampla præmia.Stat.6.Thebaid.
Amplissimum præmium ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum,gloria est.Cic.pro Milone.
Exitialia.Stat.2.Achil.
Frondentia præmia vatum,laurus vel hedera.Stat.5.Sylu.3.
Opimum præmium.Plin.lib.14.cap.1.
¶Accipere præmia.Virgil.5.Æneid.
Affici præmio.Quintil.lib.3.cap.6.
Auferre præmium, Vide AVFERO.
Capere præmia.Virgil.5.Æneid.
Commoueri amplis præmiis ad perdiscendum.Cic. 1.de Orat.
Periculorum præmia & laborum fructum contemnere. Cicero in Pisonem.
Præmio & pœna Rempublicam contineri Solon dixit. Cicero ad Brutum,15.
Decorarur honoribus, præmiis,atque splendore verus, iustus,& honestus labor.Cic 1.de Orat.
Dignitatis præmium alicui deferre, alteri denegare. Cicero pro Flacco.
Amplissima præmia alicui dare.Cic.4.in Catil.
Data sunt mihi pro hac industria præmia tanta, quanta antea nemini.Cic.pro Murena.
Donare aliquem præmiis.Cic.pro Archia.
Donari præmio studij sui.Quintil.lib.2.cap.7.
Elicere aliquem præmiis ad faciendum aliquid. Cicero pro Corn. Balbo.
Euocari præmiis.Quintil.lib.1.cap.1.
Expectare præmia meritæ palmæ.Virgil.5.Æneid.
Extant rectè factis præmia, peccatis supplicia. Cicero 3.de Natura deorum.
Ferre præmia multa laborum.Horat.2.Serm.sat.1.
Ferre grandia præmia meritorum.Horat.2.epist.2.
Digna præmia ferre.Virgil.1.Æneid.
Improba præmia fert dura libido.Seneca Octau.6.
Peruersa præmia tulit tristis virtus.Seneca Hippol 9.
Inuitare aliquem præmiis ad aliquid agendum.Cic.pro Ligario.
Legis præmio licet, Id est beneficio legis. Cic.4.Acad. Absens factus Ædilis, continuò Prætor (licebat enim celerius legis præmio) post in Africam,&c.
Quæsita præmia linquere alicui.Lucret.lib.5.
Metus pœnarum maculat vitæ præmia.Lucret.lib.5.
Merere præmia,Vide MERE O.
Oppugnare aliquem suis præmiis. Cic.Anteq.iret in exil.Non satis est,necui iniuriam facias, prouidere:si tamen sunt voluntarij inimici,qui tuis præmiis te oppugnent.
Pensare præmia.Stat.1.Achil.
Persoluere præmium alicui.Cic.pro Cælio.
Persoluit præmia morum.Stat.1.Sylu.4.
Præmia magna quidem,sed non indebita posco.Ouid.epist.15.
Postulare præmium.Cic.pro Rab.perd.reo.
Virtutis præmium,insigne honoris, monimentum laudis pro tantis rebus nullum postulo.Cic.3 in Catil.
Propoluit præmium Xerxes qui inuenisset nouam voluptatem. Cic.5.Tusc.
Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis. Cicero 1. de Oratore.
Reddere præmia.Catul.Argon.epig.59.
Referens præmia seruati ciuis.Lucan.lib.1.
Rependere digna præmia.Stat.9.Thebaid.
Præmium & fructum officij repetere.Cic.Anteq.iret in exil.
Soluere præmia digna.Virgil.9.Æneid.
Inuidiosa trahunt victores præmia Graij. Ouidius 13.Metamorphoseos.
Tribuere alicui præmium sub aliqua conditione.Cic.pro Arch.
Vendere præmio prouinciæ totam Remp.Cic.in Pisonem.
Venire frustra ad præmia.Virgil.5.Æneid.
Venire ad præmia legis. Cic.pro Cluent. Sed quòd iudicibus probarint, quòd in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent,se ad præmia legis venire oportere.
¶Præmium,pro Pecunia posuit Næuius,
Sine præmio sum,marsupium reliqui domum. Nonius.
Præmia dici apud Tibullum legimus, quæ nocturni fures & grassatores capiunt. Sic enim scribit,
-& rapta præmia veste petat. Turnebus.

Præmior,præmiatis {χραμεῦν} præmiári. Suet.in Tit.Vesp.cap.7, Suspecta & rapacitas, quòd constabat in concionibus patris nundinari, præmiarique solitum. Præmiari, inquit Budæus, hoc loco Lucrari significat.

Præmiosus,pen.prod.Adiectiuum {χραματώδης} Pecuniosus, interpretibus Nonio & Festo. Accius,
Diuitem ac præmiosum auum.

Præmiator,pen.prod.{χραστὴς} præmiatoris,Qui præmia soluit.
Præmiatorem,pro prædone dixit Næuius,authore Nonio,
Nam in scena nos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Præmoderor,penult.corr.præmoderaris {προδιαιτῶμαι} præmoderári, Ante moderari. Gellius libro 1. cap.11, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memori datum est præcinente ac præmoderante cithara gressibus.

Præmodum,penult.corr. Auderbium {ὑπερμέτρως.} Gell.lib.7.cap.7. Liuius in Odyssea, præmodum dicit quasi admodum, Parcentes,inquit,præmodum. Quod significat Supra modũ: dictúmque est quasi præter modum.in quo scilicet prima syllaba acui debet.

Præmoleſtia,præmoleſtiæ {προδυσχέρεια.} Cicero 4.Tuscul. Alij metum præmoleſtiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Præmolior,præmoliris,pen.prod.præmolitus sum {προπηδῶμαι} præmoliri, Antè moliri, præparare, inquit Budæus. Liuius 8.bel.Pun. Iraque præmoliendas ibi ratus iam res, conciliandósq; regum, gentiúmque animos, Syphacem primum regem statuit tentare.

Præmollis, & hoc præmolle {πολυμελικὸς} Valde mollis. Plinius libro 11.cap.37, Cor palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intrà præmolli firmóque opertum membranæ inuoluero.

Præmollio,præmollis {προμηκαλῶμαι} præmollíre, Antè mollire. Vnde

Præmollitus,pen.prod. {προμηκαλητὸς} Participium,siue nomen ex participio. Quintil.lib.2.cap.9,Et frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus fouerit sulcus.
Mentes præmollitæ.Quintil.lib.6.cap.5.

Præmoneo,præmones,penult.corr.præmonui,præmonitum,penult. corr. {προπαρῳδῶ,προεπιπλήττω} præmonére, Antè monere: prius quàm aliquid fiat, & ante periculum monere. Cic. Ideò præmoneo, ne villicum ex eo genere seruorum qui corpore placuerunt, instituamus.
Animo sanè beneuolo, vt magnopere cauerem,præmonebat. Cic. 2.Verr.
Ab impendentibus periculis maximis voce alicuius prægmoneri. Cic.de Aruſp.resp.
Nefas præmonere.Ouid.15.Metam.
Pericula præmonent.Plin.lib.8.cap.28.

Præmonitus, pen.corr. Participium {προπαρῳδηθείς.} vt Vrbs præmonita oraculo.Plin.lib.16.cap.39.

Præmonitus,huius præmonitus,pen.corr. Verbale {προπαρῳδήμα} pro Prædictione. Valer.Max.lib.1.cap.6, Sic deorum spreti præmonitus excandescunt.

Præmonſtro,præmonstras {ὑποδεικνύω} præmonstrâre,Antè mõstrare, Docere, Ostendere.Plaut.Perſa.4,
Permonstra docte:præcipe astu filiæ
Quid fabuletur,vbi se natam prædicet. Cic.1.de Diuinatione,
Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare. Ex poeta.

Præmonſtrans.Participium {ὑποδεικνύων.} Stat.1.Thebaidos,
-si Sphyngos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolui.

Præmonſtrator, penult. prod. præmonstratoris, Verbale {ὑποδεικτὴς} Qui præmonstrat, & docet quid faciendum sit ante periculum. Terent.Heaut.5.1,
Sed hic adiutor meus,& monitor,& præmonstrator Chremes,
Hoc mihi præstat.

Præmordeo, præmordes, præmordi, præmorsum {προδάκνω} præmordére. Gellius lib.7.cap.9, Plautus in Trigemmis, non præmordisset,neque præmomordisset dixit,sed præmorsisset,
Ni fugissem,inquit,medium credo præmortuſſet.

Præmorior,præmoritis,penult.prod.vel præmoreris,penult.correp. {προτελεύτάω} præmori, pen.corr. Quasi ante tempus mori. Ouidius epist.8,
Aut ego præmoriar,primóque extinguar in æuo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero. Plin.libro 29.cap.2,Tradúntque quod extra nodum sit,è cauda præmori.
Membra præmortua.Ouid.3.Amor.eleg.6.
Præmortuus pudor. Liu. 1. ab Vrbe, ad finem, Sceptium ipsum id quidem, etsi præmortui iam sit pudoris, non facturum. Sic autem fortè vocat, vt notet in sene decrepito paulo ante vitam extinctum esse pudorem.

Præmunio, præmunis, pen. prod. præmuniui vel præmunij,præmunitum,penult.prod. {προπαρασκευάζω,προεκχωμόω} præmunire,Prius munire. Cæs.3.bel.Ciuil.Isthmum præmunire instituit.
¶Præmunire,per translationem. Cic.pro Cælio, Quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia Iudices non pertimesco.
Antè præmunire. Cic.in Orat. Vt diuidat in partes, vt aliquid relinquat ac negligat, vt antè præmuniat, vt in eo ipso in quo reprehendatur,culpam in aduersarium transferat.
Præfulcire & præmunire. Cicero Attico, libro 5. Primum illud præfulci atque præmuni, quæso, vt simus annui, ne intercaletur quidem.

Præmunitio, Verbale {προεκχώμωμα.} Cic.2.de Orat. Quid? si in hominesne charos, iudicibúsque iucundos, sine vlla præmunitione orationis acerbius, & contumeliosius inuehãre, nónne abs te iudices abalienes?

Prænarro,prænarras {προδιηγέομαι} prænarrâre,Antè natrare.Terent. Eunuch.5.6,
-rectè sanè interrogasti,oportuit
Rem prænarrasse me.

Prænato, prænatas, penult.correp. {προνήχομαι} prænatâre,Antè natare. Plinius libro 9. capite 45, Prænatante pisciculo frondem suam spargit.
Prænatat amnis domos.Virgi.6.Æneid.Seruius,Prænatat,præterfluit. Et contrariè dictum est:nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus.Ennium igitur sequutus est,qui ait,
-fluctúsque natantes.

Prænauigo,præuauigas, penultima correpta {προπλέω} prænauigâre, Præternauigare, vel vltra nauigare.Plinius libro. 6.cap.23, Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, vt x x dierum spatio prænauigauerint.

Prænauigatio, Verbale f.g. Plin.lib.6.cap.31, A.Gorgonum insulis prænauigatione Atlantis dierum quadraginta,&c.

PRAENESTE, gen.neu. & hæc Prænestis {πρῆστις} nomen vrbis in Latio, non longè ab Vrbe, quòd locus in quo sita est,montibus præsteſt. Et sic cum diphthongo scribitur. Seruius τὸ πρῖνος,hoc est ab ilice, quæ ibi abundat,deducit. Solinus, à Prænestе Vlyssis nepote,& Latini regis filio. Olim Polystephanos dicta: id est,mustarum coronarum.Lege Plutarchum.Quidam à Cæculo Vulcani filio conditam ferunt super Aretino monte.quod sequitur Virg.Vide CAECVLVS.

In hac

In hac fuit Fortunæ templum illustre: vnde certa edebantur oracula. Silius,
-sacrísque dicatum
Fortunæ Præneste iugis. Huius meminit Cic.2.de Diuinat. Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum nusquam se fortunatiorem,quàm Præneste,vidisse Fortunam.
Altum Præneste. Virgil.7.Æneid.
Frigidum.Horat.3.Carm.ode 4.
Sacrum.Stat.4.Sylu.4.

Præneſtini, pen.prod. Prænestinorum {πρηστινὸς} Habitatores Prænestе. Cic. 2. de Diuinat. Numerium Suffustium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem somniis crebris.&c.
Prænestinos,refert Gellius, maximo opere à Tyberio imperatore petisse orasséque, vt ex Colonia in municipij statum redigerentur: idque illis Tyberium pro referenda gratia tribuisse, quòd in eorum finibus sub ipso oppido,ex capitali morbo reualuisset. Hæc ille lib. 16.cap.13.

Prænestinus,pen.prod.{πρηστινὸς} Possessiuum. vt Prænestinæ bracteæ. Plin.lib.33.cap.3.
Dea Prænestina.Ouid.6.Fast.
Fortuna.Lucan.lib.2.
Montes.Liu.3.ab Vrbe.
Nucum Prænestinarũ meminit Cato sæpius, cap.143. & cap.8. Eæ sunt quæ & Ponticæ vocantur, & Auellanæ. Author Macrob. lib.3. Saturn.cap.18.
Sorores.Stat.1.Sylu.3.
Sortes. Cic. 2. de Diuinat. Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiamnum retinet fortium nomen,atque id in vulgus.
Vrbs.Virgil.7.Æneid.

Prænimis,penult.corr.{μάγα λίαν} quasi dicas Valde nimis.Gell.lib.19. cap.10,Hoc prænimis plebeium est.

Præniteo,prænites, pen.corr. prænitui {πρηστεύω,λάμπω} prænitére, Valde nitere & resplendere: vt Prænitens luna.Plin.lib.2.cap.9.

Prænomen,pen. prod prænominis,pen.corr.{πρόσθετον ὄνομα} Quod honoris causa præponitur nomini,vt Marcus Publius, Titus, Quintius. Et rarò plenè scribitur, sed aut vnica litera, vt A, id est Aulus. C, id est Caius:vbi scribitur C,& pronuntiatur G: vt in Cn,duabus literis, id est Cneus. Sic Sex. id est Sextus. Cic. ad Volumnium, lib. 7. 33, Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, epistolam misisti ad me,primùm addubitaui,num à,&c.
In præsominibus non seruari analogiam vt in nominibus, scribit Varro,quòd sint institutа ad vsum singularia, quibus discerneretur nomina gentilitia,vt à numero in fœminis, Prima, Secunda, Tertia. In viris,Quintus, Sextus, Decimus. Sic ab aliis rebus, quum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent,notabant: fortasse ab eo,qui mane natus diceretur, vt is Manius esset:qui luci,Lucius,&c. Vide lib.de Ling.Lat.8.

PRAENOMINA Romana ad triginta fuisse,ex Varronis sententia tradit Valerius.hæc autem fuisse videntur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Caius, Cneus. Decimus, Hostus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Posthumus, Proculus, Publius, Quinctius, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vibus, Volero, Vopiscus. Peregrina verò prænomina fuere, Ancus, Aruns, Lar, Lucumo, Metius, Numa, Petro, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus, Volusus. de quorum prænominum origine,ac significatione, quoniam qui de nominibus modò scripsere, nihil dixerunt, nos ea scribemus,quæ à veteribus tradita, à nobis, quanta maxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa, Festo authore, vocatus,qui cum labore matris sit natus, exempli causa in pedes contra naturam, & non in caput, id est ab ægro partu. item Nonius Marcellus, & Quinctilianus lib.9. Appius ex Sabinorum prænomine Actio venit, vt ait Valerius:idque Romæ Claudiorum fuit; quorum princeps Appius Claussus dictus est. de quo Liuius lib. 2, Auli dicti, qui dis alentibus nascerẽtur,vt ait Valerius. Cæso,qui ex vtero matris exectus est:quod tradunt Festus, Valerius, Plinius libro 7. cap. 9, Caius à gaudio partum appellatus,vt ait Valerius. Cneos vel ab insigni aliqua re,quasi γνῶμος,vel à γίγνεσθαι,id est generatione futura dictos tradit Valerius, & Festus. Quinctus,Sextus, Decimus,à numero dicti sunt,teste Varrone; vt,qui quinto, sexto,& decimo quoque loco esset natus, is demum primis temporibus Quinctus, Sextus, & Decimus diceretur. Hostus, inquit Valerius,fuit prænomen in eo, qui peregrè apud hospitem natus est; fuitque prænomen Lucretij Tricipitini,collegæ L. Sergij consulis. Macrob. libro 1.Sat. qui in hostico procreatus esset, eum Hostum fuisse vocatum scribit. est autem mendum apud Valerium:Hospes enim legitur,non Hostus.quòd autem legendũ sit Hostus, ex eo intelligi potest, quòd Liuius Lucretium Tricipitinum, cuius meminit Valerius,Hostum vocat & in Consulibus Capitolinis scriptũ est, P. LVCRETIVS HOSTI F. Macrobius etiã lib.1,Hosti Hostilij mentionem facit.Lucij duplex origo traditur à Valerio.aut enim à Lucumonibus Etruscis dictus est,vt Lucumo Tarquiniensis, qui se L. Tarquinium appellauit; aut is demũ Lucius appellatus est, qui lucis initio natus est. quod scribit etiã Festus, & Varro. Mamercus prænomen gentis Æmiliæ fuit, de quo Plutarchus in Numa, & Æmilio sic, Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominauit,qui author,& princeps gentis Æmiliæ fuit. Festus autem prænomen Oscum esse putat,quòd Osci Martem Mamercũ appellauerint.Manius dictus est qui mane est ortus; aut ominis causa,quasi bonus:manum enim antiqui bonũ dicebant. quæ tradit Varro lib.2. de analogia, Valerius, Festus, Macrob. lib.1 Sat. Zosimus auté, Græcus historiarum author,lib.1.tradit,Manium in gentem Valeriam profectum esse à quodam Valerio,qui primus sacra diis Manibus fecit.Marcus dictus est,qui mẽse Martio natus est,vt ait Valerius. De Numerio sic Festus:Numerius prænomen nunquã antea fuisse in patricia familia dicitur, quàm Q.Fabius, qui vnus post sex & trecentos ab Etruscis interfectos superfuit,inductus magnitudine diuitiarum vxorem duxit Otacilij Maleuẽtani, vt tum dicebantur,filiam, ea cõditione, vt qui primus natus esset,prænomine aui materni Numerius appellaretur.& Valerius ita:Numerio sola patricia familia vsa est Fabia. ICCICO quòd CCCVI apud Ciemetam flumen cæsis, qui vnus ex ea stirpe extiterat, ductа in matrimonium vxore filia Numerij Otacilij Maleuentani sub eo pacto, vt, quẽ primum filium sustulisset, ei Numerij prænomen imponeret,obtẽperarit.hinc mendosè apud Cicer.lib.1.de Diuinatione legitur ita: His adiungatur etiam somnium Ænex, quod innumerum Fabij Pictoris Græcis annalibus scriptum est.quum sit legẽdum,Quod in Numerij Fabij Pictoris. fuit enim alter Fabius Pictor prænomine Quinctus, qui de rebus Romanis Latinè scripsit, Gellio,& Nonio testibus, qui eius sæpe verba Latina proferunt,itémque Cicerone de Legibus lib. 1.qui eum inter historicos Latinos numerat.at qui Græcè iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse Numerius nominatus, quem tamen lib.1. Dionysius Quinctum nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio Numerios Aurios legimus,& lib.3.de Oratore Numerium Furium,& lib.2.de Diuin.Numerium Suffucium,& apud Pedianum Numerium Quinctium. Opiter dictus, cuius pater, auo viuo, mortuus est: quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem auum habeat. quod prænomen Virginio Tricosto consuli fuit. Valerius,& Festus. Posthumus,qui post humatũ patrẽ est natus. Varro lib.2.de analogia, & Plutarchus in Coriolano,vt Posthumus Cominius,& Posthumus Ebutius: de quibus Valerius. Proculus,qui natus sit patre peregrinante patria procul, vt ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem,qui patre sene natus sit, quasi procul ætate progressо,eum Proculum esse vocatum dicit. Publij, ait Valerius, qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent. alij, omnis causa à pube. Seruius is primùm dictus est, quem seruiens mulier peperisset,vt de Ser.Tullio rege scribit Dionysius. at Valerius, qui,mortua matre,in vtero seruatus est. Spurius dictus,qui sine patre esset.antiqui enim iisdem literis S.P.Spurium,& sine patre,scripserunt. quod à Plutarcho in quæstionibus, & Valerio traditum est. Tiberij, ait Valerius,dicti qui ad Tiberim nascerẽtur. De Tito controuersia est. Valerius à Sabino quodam, nomine Tito,manasse ait: Festus à titulo: titulos autem milites fuisse,quod patriam tuerentur, quasi tutulos. Tullus ominis causa dictus est,quasi tollendus,o littera in u versa:quod à Valerio proditum. Volero,inquit Valerius, in prænomen abiit, quia volentibus nasci liberis parentibus videbatur. quo vsus est Publius Philo,qui nominatur in anno CCCLIII Capitolino. Vibum prænomen esse, indicat annus CCC Capitolinus, vbi est ita: PAESTIVS Q.f. VIBI N. CAPITOLINVS; itémque Liu.lib. 26, Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis vno abortu excluso ad partum legitimum deduceretur: quo prænomine præcipue Iulia gens vsa est. Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plinius libro 6.cap.9. Hactenus de Romanorum prænominum vi,ac significatione:nunc de peregrinis,quorum est ratio,& significatio. Ancum scribit Varro à Sabinis ortum. Valerius autem tradit eum Romæ esse appellatum,qui vitiosum habuit cubitum, qui ἄγκων Græcè dicitur,eui etiam Festus assentitur. Ancus enim, inquit, ille vocatur,qui aduncum habet brachium, ita vt regi non possit. hinc Ancus Martius Rex, & Ancus Publicius Imperator Lanuuinus cõtra Hostilium regem,Dionysio authore. Aruntem,& Lucumonem Etrusca prænomina fuisse,scribit Dionysius. itaque Aruntem Tarquinium, Superbi regis filium, & Aruntem Tolumnium, Porsenæ filium, legimus. Volusius Sabinum fuit: cóque vsus est pater P.Valerij Poplicolæ,Liuio, & Capitolinis lapidibus auctoribus. quanquam Græci βάλσιον vocant. Lartes prænomen, vt tradit Valerius,à laribus fuit petum est. Tuscum autem ante creditum est esse, fuitque consulis Herminij. idem ferè Caristus, & Priscianus lib.5, Lar, si familiaris est, facit Laris; si Tolumnij Porsenæ, Lartis. & Seruius in 6. Æneidos, Lar Tolumnius,à Cosso occisus, à loco dictus est,flectitur autem, Lar Lartis. & Liuius libro 4, Daturos, quod Lar Tolumnius dedisset. & Cicero Philippica 9, Lar Tolumnius, Veientium Rex. de Larte Porsena ita Dionysius lib.5, Βασιλεὺς ἐπὶ πλουσιωτάτῃ κρίσει ὄντωμα, πορσίνας ἐπικλησιν. Quòd autem hoc prænomen Herminij consulis fuerit, vt ait Valerius,id etiã ex Dionysij lib.9. cognoscitur: à quo ita anno CCCIIII consul scribitur κατ' ἐξοχὴν; & à Diodoro κατ' ἐξοχὴν. Ex his autem intelligi potest, quàm verè scripserint quidam in libro de nominibus,ita: Posteа quàm in vrbem migrarunt Sabini,duplicari nomina cœperunt, vt Numa Pompilius, Ser.Tullius, Lartes Porsena. quanuis hoc nomen Etruscum fuerit. in quo prænomine Lartes seiendum eo veluti prænomine vsos veteres. Seruius interpres Vergilianus ab oppido dictum putat. itidem Plutarchus in Publicola existimat, qui tamen λάρτα scribit, sed malè. Hæc illi. quàm autem verè, ipsi viderint. neque enim Lartes Porsena duobus tantum nominibus vsus est, quum ex Tolumnia gente fuerit, Seruio, quem ante nominaui, authore: nec Lartes in recto casu dicitur, sed Lar: quod superioribus testimoniis comprobatum est: nec Seruius Lartem ab oppido dictum ait, sed à loco: nec item Plutarchus vllo in libro, nedum in Publicola, ab oppido dictum scripsit: neque item est apud Plutarchum λάρτιος, sed λάρσιος, quanquam mendosè: inquit enim, ἐπὶ τοῦτο κλάσαν παρῆνει; quum sit legendum ex Dionysio, τὸν λάρσιον παρῆνει. Cur igitur hoc illi dixerunt? quia interpretem legerunt, qui ita vertit:Supplex ad Laertem Porsenam confugit.illi verò in Græcis libris versati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud, quod non erat,esse affirmarunt. Metius Albanorum prænomen fuit, vt in Metio Fufetio; & Sabinorum, vt in Metio Curtio; & Latinorum, vt in Metio Geminio, & Metio Octauio, de quibus Liuius. Numa Sabinorum fuit,vt in Numa Pompilio rege.& in Numa Marcio pontifice maximo. Pomponis prænomine vsus est Pompo Pompilius,Numæ regis pater: quod scripsit Dionysius in Numa, & Liuius lib. 41. itaque Numa filium etiam habuit nomine Pomponem, qui ex ea gentem Pomponiam propagauit,authore Plutarcho. quãquam quidam imperitè Pompilij filium Numam esse scripserunt. Tallus Sabinorum prænomẽ fuit: de quo Festus. Dionysius etiam cum Tatio

rege Sabinorum Romam commigrasse ait Tallum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit, vt in Turno Herdonio Aricino. Sertor, authore Valerio, dictus est, qui per fationem natus esset: eóque prænomine Sertor Resius vsus est, is, qui primus ius feciale instituit. Festus autem, Sertorem à prendendo dictum à quibusdam, ait; quia, quû cuipiam afferat manum educendi eius gratia ex seruitute in libertatem vocetur adsertor: quû verisimilius sit, dictû, quòd sereret quid; ac potius adsertorem à ferendo accepisse nomen, cum aliquem ferat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit, id est iungat, quia fruges, quum seruntur, terræ iungit. Statium prænomen à stabilitate dictum, tradit Festus: seruile autem nomen fuisse, Gellius. Nunc ostendamus, qua ratione hæc ipsa prænomina scriberentur. Romanorum prænominum alia singulis, alia binis, alia ternis literis scribi solita. cum à veteribus traditum, tum ab antiquissimo quoque tapide, nummóq; ita retentum est, vt nihil ea re possit esse illustrius, authores sunt Plutarchus in quæstionibus. Sosipater. Donatus, & Priscianus. singulis literis scribebantur, Aulus, Cæso, Caius, Quinctus, Decimus, Lucius, Marcus, Manius, Numerius. Publius, Titus, vt A. Posthumius, C. Iulius, K. Fabius, Q. Cæcilius, D. Iunius, L. Licinius, M'. Valerius, M'. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Manlius: binis literis, Appius, Cneus, Spurius, Tiberius, Opiter, vt Ap. Claudius, Cn. Pompeius, Sp. Veturius, Ti. Æmilius, Op. Virginius: ternis, Mamercus, Sextus, Seruius, Tullus: vt Mam Æmilius, Sex. Iulius, Ser. Cornelius, Tul. Hostilius. Fuisse præterea aliquot prænomina, quæ longo pôst tempore pro cognominibus vsurpari cœpta sint, ex veteribus nô solùm grammaticis, sed etiam annalibus intelligitur. quod ipsum in Agrippa, Voluso, Mamerco, Proculo, & Tullo facilè perspici potest: quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Voluso, M. Æmilio Mamerco, C. Plautio Proculo, L. Volcatio Tullo, viris consularibus, cognomina esse, perspicuum est: quod etiam tradit Valerius his verbis: Quæ olim prænomina fuerunt, nûc cognomina sunt, vt Posthumus, Agrippa, Proculus, itémque Priscianus lib. 2. sic: Inueniuntur multa, quæ in aliis personis sunt prænomina, loco cognominû accipi. Mulieres quoque prænominibus vtæ sunt: de quo Valerius ita. Antiquarum mulierum frequenti in vsu prænomina fuerunt, Rutilla, Cæcilia, Rodocilla, Mutrulla, Burra. itta prænomina à viris tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Mania. Festus verò sic, Prænominibus fœminas vsas esse, testimonio sunt Cæcilia, & Terétia, quæ ambæ Caiæ solitæ sint appellari: pari modo Lucia, & Tita. Varro autem lib. 1. de Analogia sic: In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, Analogia necessaria. itaque ibi apparet Analogia: ac dicitur, Terentius vir, Terentia fœmina, Terentium genus. in prænominibus ideo non fit item, quòd hæc instituta ad vsum singularia, quibus discernerentur, nomina gentilitia, vt à numero, Secunda, Tertia, Quartarin viris, vt, Quinctus, Sextus, Decimus, sic ab aliis rebus, quû essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent. notabant forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, vt is Manius esset; qui luci, Lucius; qui pôst patris mortem, Posthumus, è quibus quædam item cecidisse in fœminis, declarant prænomina antiqua mulierum, Mania, Lucia, Posthuma. videmus enim, Maniam mattem Larum dici, Luciam Volaminiam Saliorum carminibus appellari, Posthumam à multis pôst patris mortem etiam nunc appellari. Postremò Plutarchus in Mario Posidonium reprehendit, qui, quum primum nomen proprium, esse diceret, nulli tamen mulieri primum nomen esse dicebat. ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. itaque idem in quæstionibus apertè scribit, mulieres duobus, viros tribus nominibus esse vsos. Sunt etiam lapides, in quibus hæc prænomina leguntur. Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quincta, & Quinctula, Lucia, Mania, Tita, quibus ipsis in lapidibus animaduertitur, prænomina quandoque postponi consueuisse: nominatur enim Saluia Prima, Liuia Quarta, Nonia Quinctula. quod idem in viris Liuius etiá fecit; qui, Accius Tullus, Accius Nauius, Manlius Cneus, Octauius Metius; & Cicero, Malugmensis M. Scipio; & Suetonius, Claudius Appius Regillanus, & alia eiusmodi dixerunt. Caiam præterea, quod commune omnibus mulieribus prænomen fuit, o inuersa notatam fuisse, contráque Caium in viris, satis est ex Probo, alíssque veteribus grammaticis, atque lapidibus perspicuum. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum: in quo & alia leguntur sane præclara, admodúmque scitu digna.

Eximere prænomen alicuius è familia. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Gaudere prænomine. Horat. 2. Serm. sat. 5.
Mutare prænomen. Tacit. lib. 3.

Prænosco, prænoscis, prænoui, prænotum, penult. prod. {προγινώσκω} prænóscere, Antè noscere. Plin. lib. 19. cap. 12, Vera autem cuiusque natura nonnisi medicoe effectu prænosci potest. Idem lib. 18. cap. 24, Quæ futura prænosci non possunt. Vetera exemplaria in his duobus Plinij exemplis pernosci habent.

Laborem venturum prænosse. Stat. 3. Thebaid.
Signum hoc veniens poterunt prænoscere nautæ. Cic. in Arato.
Omnia prænoscens mater. Sil. lib. 16.

Prænotio, Verbale {προλήψεως.} Cic. 1. de Nat. deor. Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, vt antè dixi: siue prænotionem deorum.

Prænubilus, pen. corr. Adiectiuum {σωτηρικὸς} significat idem quod Valde nubilus & obscurus. Ouid. 3. Amor. eleg. 13,
Stat vetus, & densa prænubilus arbore lucus.

Prænuntio, prænuntias {προαγγέλλω} prænuntiâre, Antè nuntiare. Terentius Phorm. 5. 2, Geta, abi, prænuntia hanc venturam. Cic. 1. de Diuinat. Inflatíque diuino futura prænuntiat.

Prænuntius, Adiectiuum {προαγγελτικὸς.} Cic. 2. de Nat. deor. Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ. De cometis. Plin. lib. 2. cap. 27, Quippe ingentium malorum fuere prænuntia.

Ales lucis prænuntius, gallus. Ouid. 2. Fast.
Solis prænuntia Aurora. Cic. in Arato.
Clamor prænuntius. Plin. in Paneg.
Hirundo Veris prænuntia. Ouid. 2. Fast.
Ortus prænuntius solis. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.
Veneris prænuntius Zephyrus. Lucret. lib. 5.
Verba prænuntia cladis futuræ. Ouid. 3. Metam.

Prænuntiatiuus, pen. prod. Adiectiuum. vt Ignes prænuntiatiui. Plinius lib. 2. cap. 71. de ignibus loquitur, qui accenduntur in turribus, siue speculis ad maris littus extructis.

Præoccido, præoccidis, pen. corr. præoccidi, præoccasum {προκατακόπτω} præoccidere, Antè occidere. Plin. lib. 18. cap. 29, Cui præoccidere Caniculam necesse sit.

Præoccupo, præoccupas, pen. corr. {προφθάνω, προεπιλαμβάνω} præoccupâre, Præuenire. Cæs. 2. bel. Ciuil. Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio teneri obstrictum fide. Est autem in hoc Cæsaris exemplo, Hominem beneficio irretire. Loquitur de Varrone, quem Pomponius sibi per eam legationem obligauerat, antequam bellum foret. Liu. 4. ab Vrbe, Vbi videant Collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauisse, nec locum in ea relictum sibi.

Præoccupauit animos timor. Cæs. 6. bel Gall.
Præoccupare partes alterius. Cicero 10. Philipp. Quas partes mihi sumpferam, eas præoccupauit oratio tua.
Præoccupauit ferre legem. Liu. 4. ab Vrbe.
Præoccupari vicetibus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Præoccupatus, pen. prod. cum infinitiuo {προληφθείς.} Seneca epist. 51,
Omnes præoccupati sumus virtutes discere, vitia dedicere.

Præoccupatio, præoccupationis {πρόληψις} Verbale, apud Rhetores schema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare maiorem reticendo volumus: à Græcis dicitur Aposiopesis.

Præopto, præoptas {προαιροῦμαι} præoptâre, Potius optare, vel valde optare. Terent. Hecy. 4. 1.
Adeón' pertinaci esse animo, vt puerum præoptares perire? Liuius 3. bel. Punici, Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præoptandam esse.

Præoptare, quám. Liu. 8. bel Pun. Mortem in certamine, quàm vt alter alterius subigeretur imperio, præoptantes.

Præpando, præpandis, præpandi, præpassum {προπετίζω} præpándere, Prætendere. Plin. lib. 11. cap. 24, Maiores aranei in terra cauernarum exigua vestibula præpandunt. Budæus.

Præpandere, Præaperite. Lucret. lib. 1,
-quo carmine demum
Clara tuæ possim præpandere lumina menti, &c. Lambinus, Præferendo faces lumen aperire.

Præparcus, Adiectiuum {πάνυ φειδωλὸς} Valde parcus. Plin. lib. 11. cap. 19, Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi cautas, quum senseie eximi mella, aute vorantes. Cætero præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras, & ignauas protorbent.

Præparo, præparas, pen. corr. {κατασκευάζω, παρασκευάζω, παρεσκευάζω, προετοιμάζω} præparâre, Antè parare quæ nobis vtilia credimus. Cic. lib. 1. Offic. Facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias.

Causa aliorum alia præparare. Cic. 1. de Legib. Sunt hæc maiora, quæ aliorum causa fortasse complecteris, quàm illa ipsa, quorum hæc causa præparantur.

Amicitias præparare. Cic. de Amic.
Animos ad aliquid. Cic. 2. Tusc. Cultura animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad fatus accipiendos.
Arma. Claud. 6. Paneg.
Hyemi cibos. Plin. lib. 8. cap. 37.
Hortos certo loco diligenter. Cic. pro Cælio.
Puppes. Lucret. lib 3.

Præparare se aduersarium alicui. Paulus in l. 3. §. si seruus. D. de acquir. possess.

Vlmos. Horat. 1. epist. 7.
Præparo te huic. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Victu atque cultu præparati. Cicero 2. de Diuinat. Pythagoras & Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent.

Præparatus, penult. prod. Participium {προπαρασκευάζω, προπαρεσκευασμένος.} vt
Pectus bene præparatum. Horat 2. Carm. ode 10.
Animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui se ita quieti tradet, certa & vera cernit in somniis. Cic. 1. de Diuinat.
Auribus non præparatis qui inflammare rem cœpit, furere videtur. Cic. in Orat.
Otio nisi præparato institui historia nec potest, nec exiguo tempore absolui. Cic. 1. de Legib.
Pœnæ apud inferos sunt impiis præparatæ. Cic. 1. de Inuent.

¶Præparato, Ablatiuus: vt, Præparato facere. Quintil. lib. 4. cap. 42. Id est, ex præparatione.

Præparatus, huius præparatus, penult. prod. Substantiuum {παρασκευή} Gell. lib. 10. cap. 11, Naaque in præparatu rei rusticæ, per tempestates pluuiásque, quum otium est, maturari potest.

Præparatorius, Adiectiuum. Vlpianus in l. deinde. D. de liber. exhib. Itaque prius interdictum, quod est de liberis exhibendis, præparatorium est huius interdicti.

Præparatio, Verbale {προπαρασκευή.} Quintil. lib. 4. cap. 2, Narrabimus cum præparatione quadam.

Diligens præparatio in omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est. Cic. 1. Offic.
Prouisio animi & præparatio multum potest ad minuendum dolorem. Cic. 3. Tusc.

Præparatio

Præparatio bibendi. Pomponius in l. In argento. D. De aur. & arg. leg. In argento potorio vtrum id duntaxat sit, in quo bibi possit: an etiam id, quod ad præparationem bibendi comparatû est, veluti colum niuarium, & vrceoli: dubitari potest.

Præpedio, præpedis, pen. corr. præpedíui, præpeditum, pen. prod. {ἐμποδίζω, ἐμποδίζομαι} præpedire, Ex præ & pedio cõpositum, significat Prius pedibus deuincire. Per translationem verò, quasi pedibus vehementer obligare, Impedire Terent. Heaut. 3. 1,
-an eo fit, quia in re nostra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Præpeditus latera forti farro, apud Plaut. in Pœnulo. Liu. 8. ab Vrbe, Sine modo inquit sese præda præpediant.

Crura præpediuntur vacillanti. Lucret. lib. 3.
Lumina luminibus præpediuntur. Lucret. lib. 3.
Tremor subitus præpedit ossa. Ouid. epist. 14.
Morbo præpeditus. Cic. pro Rab. Confectus senectute, præpeditus morbo, &c.
Mentes præpedire timore. Apud Hirtium lib. 6. bell. Hisp.

Præpedimentum, præpedimenti {ἐμπόδιον} Impedimentû. Plautus, Ne fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Præpendeo, præpendes, præpendi, præpensum {προκρεμάζω} præpendére, Antè pendere. Martial. lib. 9. 50,
Præpendet mento nec tibi barba minor. Cæsar 2. bel. Ciuil. Circum turrem præpendentes.

Præpes, præpetis, penult. corr. om. gen. {ὠκυπέτης} Velox. Cicero 1. de Diuinatione,
-præpetibus pennis, lapsúque volantem. Ex poeta.
Alæ præpetis plausus. Stat. 2. Thebaid.
Adunca præpes Iouis, Aquila. Ouid. 6. Fast.
Auis præpes. Cic. 1. de Diuinat.

Præpes, Poetis est sæpenumero, qui à Græcis vocatur οἰωνὸς, id est auis rapax, vt aquila & accipiter, quòd volatu valeant. Virgilius,
-quem præpes ab Ida
Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis. Id est auis armigera: sed & in Marone tantùm accipi & exponi potest armiger volans. At multo clarius ita à Valerio vsurpatur lib. 8,
Ecce autem pauidæ virgo de more columbæ
Quæ super ingenti circundata præpetis vmbra
In quencunque tremens hominem cadit, &c. Nomen habere videntur præpetes à πρόπτασθαι, quod est præuolare. Hæ aues à Latinis magnæ vocantur. Plautus,
Téque ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum. Ex Turnebo.

Præpetes aues, inquit Festus, quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciunt. Alij, quòd antea quàm petamus, indicent: aut quòd præueruolent. Aut ex Græco tractum putant, quòd ante conspectum volent nostrum: inepté scilicet, ex præpositione Latina componentes, & Græco vocabulo. Cæterùm poetæ promiscuè omnes aues ita appellant.

Cursus præpes. Claud. 1. in Ruffinum,

¶Loci præpetes metaphoricè dicuntur ab Auguribus, quòd velut aues, quæ prosperius præuolant, præpetes vocantur, sic loci, quos capiunt, quòd idonei felicésque sunt. Ennius,
Præpetibus hilares fese, pulchrísque locis dant. Vide Gellium libro 6. cap. 6.

Subitæ præpetes. Ouid. 13. Metam.
Pennæ præpetes. Virg. 3. Æneidos,
-& præpetis omina pennæ. Quem locum Seruius exponens sic ait: Aues aut oscines sunt, aut præpetes. Oscines, ore futura prædicunt, ab os & cano: Præpetes, volatu significant. Sed præpetes aut superiora renent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur inferæ. Præpetes autem ideò, quia omnes aues superiora petunt volantes. In illud verò lib. 6. Æneid. sic: Præpetibus pennis, Hoc est felicibus. Præpetes enim sunt aues boni augurij: quod huic dat, quia peruênit. De Dædalo loquitur.

Portus præpes. Ennius in Annalibus,
Brundusium pulchro præcinctum præpete portu?
Victoria præpes, id est volucris. Trimatius apud Gellium in secundo Iliados,
Dum dat vincenti præpes victoria palmam.

Præpeto, præpetis, præpetiui, præpetitum, pen. prod. {προάγω} præpétere. Antè, vel prius petere, id est ire. Festus, Præpetere diebant veteres pro anteire.

Præpilatus, penultima correpta, Adiectiuum. Præpilatæ hastæ sunt, quæ ferreas habent cuspides, quasi præferratæ. Præpilatum etiam dicitur vbi non est ferrum, si modò in mucronem acutum sit, vt cornua locustarum quibus natant. Plinius libro 8. capite 6, Ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. Plinius libro 9. capite 30, de locustis, Si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c.

Exerceri præpilatis. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Præpinguis, & hoc præpingue {πολυτιμῶν} Valde pinguis. Columel. lib. 3, Itaque non est vineis apta: vix etiam arbusto, nisi præpingui & viuida terra.

Solum præpingue. Virg. 3. Æneid.

Præpolleo, præpolles, præpollui {πάλαι δύναμαι} præpollêre, Ante alios vel plurimum pollere. Liuius 1. ab Vrbe, Ardeam Rutuli habebãt, gens vt in ea regione, atque in ea ætate diuitiis præpollens.

Præpondero, præponderas, penult. corr. {προτανύσμαι} præponderâre, Prius ponderare, seu examinare. Stat. 8. Thebaidos,
Quem vicissé velint tacitè præponderat exul.

¶Præponderare, per transtationem, Pluris esse, siue pluris æstimari debere. Gell. lib. 1. cap. 3, Nam quum in rebus aut paribus, aut non longè secus, vtilitas amici, aut honestas nostra consistit, honestas proculdubio præponderat. Cicero 3. Offic. Qui autem omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honestate. Accipitur & pro Anteferre. Quintil. Declam. 8. Inter duos filios pari desperatione languentes da bonum patrem: non præponderabit alterutrum, non eliget. Alia constructione apud Senec. 1. de Elementis. Quicquid plus æquo futurum est, in partem humaniorem præponderet.

Præpono, præponis, pen. prod. præposui, præpositum, pen. corr. {προτίθημι} præpónere, Ponere ante. Salust. in Iugurt. Vbicunque res postulabat, præsidium est præpositum.

Aditus ædibus præponere, Vide Aditus, in ADEO, adis.
Seruitium scenæ præponi. Cic. de Arusp. resp. Quid magis inquinatum, deformatum, peruersum, conturbatum dici potest, quàm omne seruitium permissu magistratus liberatum in alteram scenam immissum, alteri præpositum, &c.
Vltima primis præponere. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Via præposita. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Verbum præpositum, appellatum ex eo credo, quòd præponatur aliis. Cic. 4. de finib.

¶Præponere {προκρίνειν, προτιμᾶν, προείσθαι} Anteponere, Præferre. Terent. And. 1. 1,
Nunquam præponens se aliis. Idem Eunuch. 1. 2,
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi Apud me.
Amicitiam patriæ præponere. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Multos sibi. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Hominem Ioui. Ouid. 2. Fast.
Vis tu homines, vrbémque feris præponere syluis. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Salutem Pop. Rom. vitæ suæ præposuit. Cic. 9. Philipp.

¶Præponere aliquem negotio, pro Præficere. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4, Qu. frat. negotio præposui, vt in vicis aut captis, aut malè patis exercitus collocaretur.

Præpositus bello imperator. Cic. pro Lege Manilia.
Imperatorem sapientem & callidum exercitui præponere. Cic. 1. de Inuent.
Muneri alicui quendam. Cic. 2. de Orat.
Nauibus aliquem. Cic. 7. Verr.
Publico negotio præponi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 5.
Oraculo præposita sacerdos. Cic. 1. de Diuin.
Quæstioni præpositus qui hæc iustè sapienterque discepter. Cicero pro Milone.

Præposta, per synæresin pro Præposita, & vt vulgus loquitur, præmissa. Lucret. lib. 6,
Quapropter bene vbi hæc confirmata, atque locata
Omnia constiterint nobis præposta, parata: &c.

Præpositio, Verbale {πρόθεσις} Actus ipse præponendi. Vlpianus in l. 1. §. Igitur. D. de exercit. actio. Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. quare si eum præposuit naui ad hoc solum, vt vecturas exigat, &c.

Præpositio, pars orationis apud Grammaticos: de qua abundè apud Priscianum & alios. Cicero in Topicis, Præpositio enim IN, priuat verbum ea vi quam haberet, si IN præpositum non fuisset.

Abs præpositio vna est, eáque nunc tantùm in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Cicer. in Orat.

Corrumpere præpositiones. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Præporto, præportas {προφέρω} præportâre, Ante se ferre vel portare. Cic. in Arato,
E quibus ingenti existit cum corpore præ se
Scorpios, infesta præportans flebile acumen.
Teláque præportant violenti signa furoris. Lucret lib. 2.

Præpossum, præpotes, penult. corr. præpotui {κρείττων} præposse, Præpollêre, Præualêre. Tacit. lib. 21, Postquam Macedones præpotuere, rex Antiochus demere superstitionem & mores Græcorum dare adnixus.

Præpotens, pen. corr. om. gen. {πολὺ δυνάμενος} Valdè potens. vt Præpotens Deus. Cic. 2. de Nat. deor.

Præpotens & gloriosa philosophia. Cic. 1. de Orat.
Præpotens, Diues. Cicero 2. de Finibus, Præpotentem vt M. Crassus fuit.
Domus præpotens. Seneca Octau. 2.
Imperia præpotentia. Valerius Maxim. libro 7. capite 2. de Appio Claudio.
Opibus præpotens. Plin. lib. 36. cap. 5.
Terra præpotens, maríque Carthago. Cicero pro Cornelio Balbo.

Præposterus, pen. corr. Adiectiuum {ὑστεροπρεπὴς} Quasi peruersus & inuersus. Cic. ad Cassium, lib. 15. 17, Præposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas.

Præposterus, confusus, perturbatus. Cic. 3. de Orat. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.

Præposterus atque peruersus. Cic. pro Cluentio, Vt erat semper præposterus & peruersus, initium facit à Balbo.

Peruersum & præposterum. Cicero pro Rab. Posthumo, Quid tam insolens, tam peruersum præposterúmve dici, aut excogitari potest?

Omnia peruersa præpostera sunt ratione. Lucret. lib. 4.
Perturbatum ac discrepans, aut præposterum nequid sit conseruemus. Cic. 3. de Orat. De ordine orationis.
Ambitio præpostera. Tacit. lib. 16.
Consilia præpostera, Quæ ad tempus non dantur. Cicero de Amicit. Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligẽdis & colendis. præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus, quod veramur vetere prouerbio.

Gratulatio præpostera. Cic.pro Sylla, O præposteram gratulationem : quàm citò illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrymas reciderunt!

Imperator præposterus. Cic.in Pisonem, Quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia & monimenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator amissorum oppidorum, Cæsarum legionum,prouinciæ præsidio & reliquis militibus orbatæ ad sempiternum dedecus fui generis & nominis indicia constituit.

Præpostero obsequio crimen meruit. Id est, importuno & exitioso. Budæus. Tacitus.

Ordo præposterus. Lucret.lib.3.

Verbis præposteris quædam pronuntiare. Cicero pro Domo.

¶Præposterus, Contrarius, vel aduersus. Ouid.1.Trist.eleg.7,

Omnia naturæ præpostera legibus ibunt.

Præposterè, penultima correpta, Aduerbium {ὑστεροπροτέρως} Ordine contrario. Cicero 4.Acad. Quod quoniam à te probatur, vt præposterè tecum agam:nam enim referam me ad ordinem.

Præposterè & Ordine, contraria inter se. Cicero ad Atticum, libro 7, Omneis arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine quo sunt missæ per Terentiam.

Præposterè & monstrosè. Cic.2.de Diuinat. Nihil tam præposterè, tam incondité, tam monstrosè cogitari potest, quod non possimus somniare.

Præposterè inducere calcem. Plin.lib.2.cap.7.

Præpotens, Vide in PRAEPOSSVM.

Præproperus, pen.corr.Adiect. {ὑπέρλιαν σπουδαῖος} Valde celer. Cic.ad Trebatium, lib.7.8, Sed, ex tuis literis cognoui præproperam quandã festinationem tuam.

Celeritas præpropera. Liu.1.bel.Maced.

Hastam præpropero nisu iacit. Silius lib.15.

Præproperum ingenium. Liu.2.bell.Pun.

Præpropera ac feruida ingenia. Liu.7.bel.Pun.

Præproperè, penult corr. Aduerb. {λίαν σπουδαίως} Nimium celeriter. Liu.2.bel.Pun. Itaque satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præproperè acturum.

Præproperanter, Aliud aduerbium idem significans. Lucretius libro 3,

Innumero numero, certaréque præproperanter, &c.

Præputium, præputij {ἀκροβυστία, πόσθη} Pellis quæ glandem, hoc est summam colis partè tegit. Dictum quòd membris pudentibus præeminear. Vel à præputando: nam illam Iudæi præputant: quam quia retinebant Gentiles, præputium dicebantur, quasi præputiati. Iuuenal.sat.14, de Iudæis loquens,

-mox & præputia ponunt. Idem sat.6,

Impatiénsque moræ pauet, & præputia ducit.

Præquam, Vide Præ quàm, in PRAE.

Præquestus, Participium, Antè questus. Ouidius lib.4.Metamorphoseos,

Multáque præquestus, tanges tamen æthera dixit. Alij legunt, Multáque conquestus, &c.

Præradio, præradias {σφηκοῦλω} præradiare. Ouid.epist.6,

Præradiant stellis signa minora suis. Id est prælucent. Budæus.

Prærado, præradis, pen.prod. prærasi, prærasum, pen.prod. {ὑπερξύω} præradere, Idem quod Radere significat : nisi quid addat præpositio. Cato cap.41, Si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum præradito obliquè, & inter sese medullam cum medulla libro colligato.

Prærancidus, pen.corr.Adiect. {πολύσαπρος} Valde rancidum significat. vt Prærancida caro.

¶Prærancidus, per translationem, pro Exoleto & iã ingrato. Gell. lib.13.cap.19, Non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaueris. Budæus.

Prærapidus, pen.corr. Adiectiuum {πάνυ δοὺ} Valde celer. vt Fuga præ rapida. Silius lib.16.

Prærĭpio, præripis, penultima correpta, præripui, præreptum {φθάνω, φθημαίνω} præripere, Antè capere, Præoccupare. Plaut. Casina,

Huc venisti sponsam præreptum meam?

Præripere alicui ne sit primus. Valla, Qui aliquid alteri erlpit, potest non in suos vsus eripere : vt Eripuit, illi vitam. Qui verò præripit, in suos proprios vsus rapit : neque præpositio illa antecessionem temporis declarat. Cicero pro Gallo, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator : tu illi, ne solus. Non hoc intelligit Cicero, quòd Demosthenes huic aut aliquid eripuerit (vt qui auferre nihil posset nondum nato) aut priorem se fecerit. Non enim Demosthenes primus oratorum antiquitate temporis dicitur, sed facultate: neque hunc solus Demosthenes ætate antecessit, eo quidem magis, quòd hic ipse æqualis Ciceroni non potuisset inuicem antiquissimo illi aliquid auferre. Ergo ille præripuit tibi, id est rapuit tibi istam dignitatem, vt summus orator esse videatur : futurus etiam solus, nisi tu partem in te illius laudis transtulisses, essésque tu dignus nomine oratoris, quanuis non æquandus Demostheni : quo nomine adhuc post illum præter te dignum vidimus neminem. Hactenus Valla lib.5.cap.83.

Coniugem præripere. Virg.9. Æneid.

Consilia hostium præripere. Cic.1.Offic. Facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. Id est, præoccupare, siue præuoscere, aut præuenire.

Alicui præripere popularem gratiam. Cicero 3. Offic. Vt Mario præripere Collegis & Trib. pleb. popularem gratiam, non ita turpe.

Iter præripere, Præoccupare. Liuius 3.ab Vrbe.

Laudem alteri. Cicero de Arusp. resp. Cui me præripere desponsam iam, & destinatam laudẽ, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Oscula. Lucret.lib.3.

Viaticum alicui. Cicero Attico, lib. 4, Viaticum Crassipes præripit, tu de via recta in hortos.

Præreptus, Participium {σφαπτώδης} vt Præreptus immatura morte. Plin.de Viris illust.

Virtus prærepta. Silius lib.4.

Prærŏdo, prærodis, penult. prod. prærosi, prærosum, penultima prod. {κατακεφάλαιον} præ rodere, Vehementer rodere, aut etiam rodere tantúm. Columella libro 2. Nam si sæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore præsa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Idem de Arboribus, capite 15, Genus est animalis, volucra appellatur, id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vuas. Ibidem, libro 5.capite 6, Ne prodeuntia cacumina feminum ab auibus prærodantur.

Prærosus, pen. prod. Participium {κατακεφάλις} vt Hamus prærosus. Horat.2.Serm.sat.5.

Prĕrogo, prærogas, penult.corr. {προτείνω} prærogàre, Notæ significationis.

Prærogare, pro Repræsentare aliquando accipitur, & Ante tempus soluere. Vlpianus, Locati & conducti.l.Sed addes, Nam inter eum qui per errorem soluit, & eum qui pensionem integram prærogauit, multum interest. Budæus. Prærogauit, Id est prærogauit. Turnebus.

Prærogatiuus, penult. prod. Adiectiuum. vt Prærogatiua tribus dicebatur, quæ prima ferebat suffragia: & Prærogatiua centuria, itidem. Liuius 6. bell. Pun. Fuluius Romam comitiorum causa accersitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, prærogatiua centuria iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum, & T. Octacilium. Cicero pro Plancio, An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet authoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit?

Dicuntur & comitia comitiis prærogatiua. Cicero pro Plancio, Cuius in honore non vnius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerunt prærogatiua? Et datiuo iunxit, hoc est præiudicatam opinionem authoritatémque afferentia : quod ideo dixit, quia populus alijs comitijs suam voluntatem erga Plancium declaraueret. Budæus.

Omen prærogatiuum. Cic. pro Murena, Si tanta in illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum : quid mirum est in hoc felicitatis famam, sermonémque valuisse?

Prærogatiuum suffragium dicitur, vt Prærogatiua tribus. In Comitiis enim Romanis prærogatiua tribus dicebatur, cui sorte obuenerat, vt prima rogaretur, hoc est suffragium ferret. Sic Budæus prærogatiuum eorum hominum sententia dicitur, qui primi censere iubentur à principe de vnoquoque præficiendo.

¶Prærogatiua, penult. prod. Substantiuè etiam dicitur, pro authoritate & præiudicio quodam : quia plerunque reliquæ centuriæ & tribus authoritatem sequebantur prærogatiuæ. Cicero verumque eleganter coniunxit, 2. Verr. Qu.autem Metellus quàm isti sit amicus, attendite. Dedit enim prærogatiuam suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis eam reddidisse videatur. Id est aperté fauere se ostendit Verri, vt hoc beneficium rependere videatur pro pecunia à Verre accepta, ex qua tribus corrupit vt Consul crearetur ambitu. Iocus autem est Ciceronis á dilogia ductus, id est ab ambigua significatione prærogatiuæ. Prærogatiua in superiore loco, pro Præiudicio suffragatio ponitur : at in posteriore, est nomen adiectiuum: subintelligitur enim centuria. Budæus.

Sortitio prærogatiuæ. Cic.2.Philipp.

Comitiorum iustorum prærogatiua. Cicero 1. de Diuinat. Prærogatiuam etiam maiores omnes iustorum comitiorum esse voluerunt.

Prærogatiua triumphi. Cato ad Cic.lib.15.5, Quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem, & idcirco casum potius, quàm te laudari mauis : neque supplicationem sequitur semper triumphus, & triumpho multo clarius est Senatum iudicare potius manſuetudine & innocẽtia imperatoris prouinciam, quàm vi militium, aut benignitate deorum, retentam atque conseruatam esse, quod ego mea sententia censebam.

Custodem prærogatiuæ comitiis præficere. Cicero Post reditum in Senatu.

Referre prærogatiuam. Cicero 2.de Diuinat. At aruspices diuini, quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius qui in prærogatiua referenda subitò concidisset, in Senatum introduxisset, &c.

¶Prærogatiua, pro Eminentia ponitur, inquit Budæus, siue excellentia & antelatione, vt ait Sipontinus. Vlpian.in l. Obseruare. de Offic.Proconſ. Magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas.

Prærumpo, prærumpis, prærupi, penult.prod.præruptum {κατάῤῥηγνυμι} prærúmpere, Corrumpere, disrumpere. Ouidius 14. Metamorphoseos,

Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis.

Præruptus, Adiectiuum {κρημνώδης, ὀκάρπιμος} Columel.lib.3, Præruptior verò collis, vel in quatuor pedes vertendus.

Cæli prærupti vertex. Valer.2. Argon.

Imber præruptus. Claud.2.Paneg.

Moles. Ouid.epist.2.

Montes. Catul. Argon. epigr.59.

Mons aquæ præruptus. Virg.1.Æneid.

Oppidum. Cæsar 8.bel.Gall.

Rupes. Ouid.1.Metam.

Saxum. Cicero 7.Verr. Sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. Præruptũ hoc loco arduum significat, non sensim accliue, quod ὀπότομον Græcè dicitur. Budæus.

Vertices prærupti. Catul. Argon. epigr.59.

Præruptissima vrbis pars. Cæsar 8.bel.Gal.

Præruptà,

Præruptà, pro rupibus. Plin.lib.8.cap.32, Ad prærupta ducunt, saltúmque demonstrant.

Præruptè, Aduerbium {κρημνωδῶς} Abruptè, & sine cliuo. Plin.lib.34. cap.14, Mons præruptè altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est.

Præs, prædis, masc. gen. {ἐγγυητὴς} Est, inquit Festus, qui populo se obligat, interrogatus à magistratu. Idem alibi manifestius etiam prædem dici ait, quia tam debet (inquit) populo præstare, quod promisit, quàm is qui pro eo præs factus est. Cicero Caninio, lib.2. 16, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi, & populo cautum sit sine vecturæ periculo. Gellius libro 7, Si Lucius Cornelius Scipio Asiaticus Collegæ arbitratu prædes dabit, Collega ne cum in vincula ducat, intercedemus. Varro de Ling.Latina lib.5, Sponsor, inquit, & præs, & vas, neque iidem, neque res, à quibus ij, sed dissimiles. Itaque præs est, qui à magistratu interrogatur in publicum vt præstet, à quo quum respõderit, dicitur præs. Vas appellatus est, qui pro altero vadimonio promittebat. Hæc Budæus.

¶Prædes hodie sunt, qui sponsores Reipub.vel principi facti sunt pro iis qui pecuniam publicam dispensant. Eorúmque bona prædia dici possunt : id est, vt Græci dicunt, ὑπάγυα. Ii etiam qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes testificari vocant) prædes dici propterea possunt, quòd locupletes eos esse ipsi præstare debent. Budæus.

Prædes, à præstando. Varr.de Ling.Lat.lib.4.

Cautum est populo prædibus & prædiis, Vide CAVNO.

Accipere prædes. Cic 3.Verr.

Dare per prædem aliquid. Cicero Attico, lib.9, Egi, per prædem ille daret.

Factus aliquando præs in quibusdam tabulis ille est. Cicero Attico, lib.13.

Prædes etiam, interdum pro bonis prædiis accipiuntur. Cicero 2. Philipp. Et domi quidem causam amoris habuit, foris etiam turpiorem ne Lucius Plancus prædes tuos venderet. Id est bona tua sponsioni obnoxia. Possumus etiam hic prædes pro sponsoribus intelligere: vt sit Sponsorum bona prædia auctioni addicere. Idem Cicero ad Attic.lib.6. μισθοφορικὸς vsus est : Itaque, inquit, irascatur qui volet, patiar. τὸ δὲ δῦ μετ' ἐμοῦ, præsertim quum sex libris tanquam prædibus meipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. Budæus.

Præsagio, præsagis, penult.prod. {προαισθάνομαι, προφαίνω} præsagire, Ex præ & sagio, Præmuntio, Portendo. Plinius lib.10.cap.21, Habent ostenta & præpostori eorum vespertinique cantus. Nanque totis noctibus canendo, Bœotiis nobilem illam aduersus Lacedæmonios præsagiuere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. De gallis gallinaceis.

Præsagibunt. Plin.lib.18.cap.vlt.

Præsagient. Plin.lib.18.cap.vlt.

Præsagire quid significet, & eius etymologiam dat Cic.1.de Diuinat. Sagire enim, inquit, sentire acutè est, ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt : & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est futura antè sentire. Idem 1. de Diuinat. Præsagiebat animus frustra me ire quum exirem domo.

Dicimus, Præsagit animus, vt ex superioribus exemplis ostenditur: & Præsagio animo. Liuius 10.bel.Pun. Iam hoc ipsum præsagiẽs animo, præparauerat antè naues.

Animus præsagit magna mala. Senec. Theb.1.

Corpus præsagit gaudia. Lucret.lib.4.

Voluptatem præsagit multa cupido. Lucan.lib.4.

Exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Cælius Cic.lib.8.10.

Venturam melius præsagit nauita mortem. Propert. libro 3. eleg.11.

¶Præsagire, Præsignificare. Lucret.lib.3,

Et quoniam mentem sanari, corpus vt ægrum

Cernimus, &c. Id quoque præsagit mortalem viuere mentem.

Præsagior, præsagiris, penult. prod. {προαισθάνομαι} Deponens, legitur apud Plautum in Bacchid.15,

Occidi iam animus istoc dicto plus præsagitur mali.

Præsagitio, Verbale {προμαντία.} Cicero 1. de Diuinat. Inest igitur animis præsagitio intrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus.

Præsagitio dicta, quòd præsagire est acutè sentire. vnde sagæ dictæ anus, quæ multa sciunt. & sagaces canes, qui ferarum cubilia præsentiunt. Festus.

Diuina præsagitio. Cic.1.de Diuin. Non paruisti mihi reuocanti, quum vterer qua soleo præsagitione diuina.

Præsagium, præsagij {προαίσθησις} Præsensio, diuinatio. Columel.lib. 11. cap. 1, Quantumuis vtile contingat villico tempestatis futuræ præsagium.

Mentis præsagia. Ouid.2.de Ponto, eleg.8.

Somni. Stat.2.Achill.

Irrita. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.

¶Noctes canunt præsagia. Claud.de bel.Gildon.

Capere præsagium, Vide CAPIO.

Docta spirant præsagia rupes. Claud.4.Paneg.

Præsagus, penultima producta {προαισθητικὸς} Qui præsagire nouit. Claudianus,

-heu mens præsaga futuri.

Malorum præsagus. Lucan.lib.2.

Ars. Valer.5.Argon.

Fulmina. Valer.3.Argon.

Mens mali. Virg.10.Æneid.

Nares, Vide NARIS.

Pectora præsaga mœrent. Quid.10.Metam.

Quies præsaga, Somnium. Stat.10.Theb.

Suspiria præsaga luctus. Ouid.1.Metam.

Præsanatus, pen.prod. {προυγιασθὶς} Adiectiuũ. Plin.lib.26.cap.14, Vulneribus præsanatis asphodeli radix decocta efficacissima est. Ita legit Hermolaus: licet vulgò Persanatus legatur, & ita in antiquo legimus, inquit Budæus.

Præsanasco, præsanascis {προυγιαίνομαι} præsanáscere, Antè sanum fieri. Plin.lib.24.cap.10, Cortex eius interior cicatrices quæ præsanauere, aperit. Budæus.

Præscăteo, præscates, pen.corr.præscatui {προεκρύω} præscatère. Gell. lib.14.cap.6, Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat, præscatentem.

Præscio, præscis, præscíui, præscítũ {προγινώσκω} præscíre, pen.prod. Antè scire. Terent. And.1 5,

-nónne oportuit

Præscisse me antè? nónne prius communicatum oportuit?

Præsciscо, præscíscis {προγινώσκομαι} præscíscere. Liu. 7.bel.Pun. Quamprimum eos forsturi prouincias, & præsciscere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet, volebant.

Longè præsciscere. Virg.4 Georg.

Præscita, pen.prod. Plinius identidem vocat, quæ Græci προγνωστικὰ, inquit Budæus. Plin.lib.10.cap.18, Vnum eorum præscitum eranthire non queo. Id est augurium & ostentum. Ibidem, cap.75, Vtrúmne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscius, præscia, præscium, pen.corr. {προγνωστικὸς, προμηθὴς.} vt Præscia venturi vates. Virg.6.Æneid.

Cæli venturi præscius. Valer.5.Argon.

Lingua præscia. Ouid.1.Fast.

Mens. Silius lib.16.

Vox. Valer.5.Argon.

Præscribo, præscribis, penultima producta, præscripsi, præscriptum, {προγράφομαι} præscríbere, Antè, siue prius scribere. Cicero ad Seruium, lib.13.28, Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus.

Præscribere, Inscribere. Virg.6.ecloga,

-nec Phœbo gratior vlla est,

Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. Gellius libro 11. capite 16.

¶Præscribere {ὑπογράφω} Præcipere, determinare, legem ponere. Cicero 3.Officiorum, Atque si etiam hoc natura præscribit, vt homo homini quicunque sit, ob eam causam, quòd is homo sit, consultum velit.

Præscribere quæ sunt gerenda. Cic.de Senect. At Senatui quæ sunt gerenda præscribo: & quomodo Carthagini malè iam diu cogitanti, bellum inferatur, multo antè denuntio.

Quid faciam? præscribe. Horat.2.Serm.sat.1.

Quemadmodum ius suum persequatur, alicui præscribere. Cicero pro Cecin.

Qualis debeat esse ciuis, alicui præscribere. Cic.pro Flac.

Aliquid præscribere necessitudine. Ad Herennium, lib.2, Eadem omnia videntur considerandа, quæ necessitudine præscripta sunt.

Constituere & præscribere aliquid. Cic.pro Cecin. Vestra authoritate hoc constituetur, hoc præscribetur.

Iudicare & præscribere. Cicero pro Lege Manilia, Facilè intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis.

Præscribere & imperare. Cicero 4. Academ. Nec vt omnia quæ præscripta & quasi imperata sunt, defendamus, necessitate vlla cogimur.

Curationem valetudinis per somnium præscribere an potest Æsculapius? Cic.2.de Diuinat.

Præscribere finem rei alicui. Terent. And.1.1.

Gyro præscripto seuecta est pagina. Propert.lib.3.eleg.3.

Iura ciuitatibus præscribere. Cic.de Senect.

Iura morésque maiorum præscribunt. Cicero pro Fonteio, Denique vt oportet bello Gallico, vt maiorum iura morésque præscribũt, nemo est ciuis Rom. qui sibi vlla excusatione vtendum putet.

Præscribere leges & instituta. Cicero 4. de Finibus, Omnium rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam & instituta ac mores ciuitatum præscripsimus.

Lege præscribitur. Cic.2. de Legib. Dummodo ea moderata sint, vt lege præscribitur.

Lege & officio præscriptum est, testibus credere. Cicero pro Fonteio.

Modum præscribere. Quintil.lib.4.cap.1.

Munia præscripta. Horat.2.Serm.sat.2.

Natura præscripsit homini, vt nihil pulchrius quàm hominem putaret. Cic.1.de Nat.deor.

Ratio & doctrina præscribit. Cicero 1. de Natura deorum, Arbitramur nos & publicis & priuatis in rebus ea præstitisse quæ ratio & doctrina præscripserit.

Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit. Cicero Torquato, lib 6.1.

¶Præscribere, Prænuntiare, siue prædicere. Cic.in Vatinium, At ibi idem præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

¶Præscribere, pro Excipere, exceptionem summotoriam obiicere agenti: cum datiuo iungitur. Quintil.lib.7, Iguominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Marcellus l.3.D. De præuaricatoribus, Nam si reus accusatori ideo præscribit, quòd dicat se ab alio accusatum & absolutum. Budæus.

Præscriptio, Verbale {διαγραφὴ.} Cic.1.Offic. Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatum dicatur : Tusculanus, Tusculanorum, simillíque priuatarum possessionum præscriptio. Quædam exemplaria hic legunt descriptio.

Præscriptio {ὑπογραφὴ, προσταγμα} Præceptum, ordo, lex, forma, regula. Cic.4. Tusc. Omnium autem perturbationum fonte esse dicunt

intemperantiam, quæ est à tota mente, ac recta ratione defectio: sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Norma, regula, præscriptio naturæ. Cic. 4. Acad. Hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. Hoc loco, inquit Budæus, præscriptio non quidem significat quod Græci παγγραφὴν, hoc est translationem: sed quod illi ὑπογραφὴν, hoc est formam, siue informationem vocant.

Præscriptio & moderatio. Cic. pro Cælio, Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatióque teneatur.

Legis præscriptio. Cic. 2. de Lege agrar.

¶Præscriptio {παγγραφή} Cic. ad Atticum, lib. 4, Hæc pactio nó verbis, sed nominibus. & præscriptionibus, multorum tabulis, quum esse facta dicerentur, &c. Præscriptio, exceptio, & translatio (inquit Budæus) vnum & idem in re forensi significant. Præscribere etiam, perscribere, subscribere, verba sunt propria fori & iudiciaria, vnde hoc verbum vtraque lingua tractum est. Cicero 2. de Inuentione, Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, & quia parricidij causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum, &c. Quintilianus libro 7. capite 6, De quæstione actionis loquens, Quum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Actionis quæstionem eo loco & præscriptionis litem Quintilianus vocat, quam libro 3. capite 6, translationem vocauerat. Turisconsulti in Pandectis promiscuè excipiendi verbo & præscribendi vsi sunt: licet præscriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud iuris Pontificij conditores, ad præscriptionis exceptionisque temporis significationem coarctatum sit & præfinitum. Hactenus Budæus.

Inducere præscriptionem. Cic. 1. de Inuent. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, vt apertè intellecta generali partitione, pauciras generum in partitione seruari possit.

Præscriptionem à translatione differre ait Fortunatianus: quòd illa excludat actionem, hæc differat. Quibus verbis ostenditur latius patere exceptionis quàm præscriptionis nomen. Nam præscriptio ad peremptorias tantùm, exceptio verò etiam ad dilatorias refertur. Et ita sumi debet in Rub. D. De exceptionibus & præscriptionibus, vt sit differentia inter hæc duo, licet vulgò doctores aliter sentiant.

¶Præscriptio, Prætextus. Cæsar 3. bell. Ciuil. Vt honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.

Præscriptum, præscripti {ὑπόγραμμα} Certa regula quâ si qui deceat. Cic. 2. de Orat. Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Idem pro Cluentio, Omnia legum imperio & præscripto fieri videbitis. Quintilianus libro 2. cap. 14, Erat enim rhetorice, res prorsus facilis ac parua, si vno breui proscripto contineretur.

Præscriptum & formula. Cic. in Orat. Quid est quo præscriptum aliquod, aut formulam exprimas, quum in suo quodque genere præstet, & genera plura sint? Hanc metaphoram aiunt à ludimagistris sumptam esse, qui pueris dictant, & præscribunt quod edisceant. Vnde Seneca, Pueri, inquit, ad præscriptum discunt.

Certum præscriptum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Ad præscriptum agere, Vide in præpositione AD.

Ex præscripto aliquid agere, Vide EX.

Communi ex præscripto ciuitatis vnamquanque rem administrare. Cic. 2. de Inuent.

Præscripta ad candida currere. Lucretius,

Tu mihi supremæ præscripta ad candida callis
Currenti, spatium præmonstra callida musa. Quo loco Turnebus, Putem potius, inquit, calcis legi debere, vt à Cicerone scriptum est, Nunc video calcem ad quem quú peruenerum sit, &c. Ex eo autem sic curriculi finis vocatus est, quòd creta, aut etiam calce notaretur: quod & Lucretius indicauit quú præscripta candida dixit, intelligens præscriptum, velut cretatum finem.

Dare certum quiddam præscriptum alicuius rei in perpetuũ. Cic. 2. de Inuent.

Seruare præscripta. Cic. 1. Offic.

Præseco, præsecas, penultima correpta, præsecui, præsectum {ὑποτέμνω, ὑποκόπτω} præsecare, Præcidere. Columel. de Arboribus, cap. 29, Radicem arundinis acuta falce præsectam impendenti pluuia disponito. Varro 3. de Re rustica, capite 16, Fauorum qui eximuntur, siqua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præsecatur.

Manu celeri aliquid præsecare. Ouid. 1. de Remed. amoris.

Qua læsus fuerat, partem Pæantius heros
Debuerat celeri præsecuisse manu. Id est antè resecuisse, quàm sacer ignis partem illam inuaderet.

Præsectus vnguis. Horat. de Arte poetica, atque
Præsectum, decies non castigauit, ad vnguem. Id est, non perfectissimè, accuratissimèque poliuit, à marmorariis opificibus ducta tralatio est. Præsectum autem legendum, non perfectum vt vulgò: præsecare enim vngues proprie dicimus, ex quo præsegmina. Lambinus.

¶Præsecare, accommodatur aliquando immolationi. Liuius lib. 5, Inseritur huic loco fabula immolante rege Veientium, vocem aruspicis dicentis, Qui eius hostiæ exta præsecuisset, ei victoriam dari, exauditam.

Præseca, præsecæ, Nomen. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Brassica vt præseca, quòd ex huius scapo minutatim præsecatur.

Præsegmen, præsegminis. pen. corr. neut. gen. {κοπή, τμῆμα} Pars corporis incisa, amputatio rerum superfluarum. Vnde quæ ex vnguibus feinduntur, præsegmina dicuntur. Plaut. Aulul. 9,

Quin ipsi pridem tonsor vngues dempserat,
Collegit, omnia abstulit præsegmina. Nonius.

Præsens, Præsento, Vide PRÆSVM.

Præsentio, præsentis, præsensi, præsensum {προαισθάνομαι} præsentire, Antè, vel prius sentire. Plautus Trinum. 4,

Ni hæc præsensissent canes.

Præsentire, per translationem. Terent. And. 5. 1,

Quum ibi me adesse neuter tum præsenserat. Ouid. epist. 11,

Prima malum nutrix animo præsensit anili.

Animo prouidere, & præsentire. Cæsar 7. bel. Gal.

Certa notione animi præsentire deum esse. Cic. 2. de Nat. deor.

Dolos. Virg. 4. Æneid.

Futura. Cic. 2. de Diuin. Censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant.

Præsentire sermones de se aurium tinnitu. Plin. lib. 28 cap. 2.

Præsentire vtilitatem. Lucret. lib. 4.

Præsentire in posterum. Cic. pro Rab. perduel. reo, Optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur.

Præsentisco, præsentiscis {προαισθάνομαι} præsentiscere, Idem. Terent. Heaut.

Et ea gratia secum adduxisse ne id tu præsentiscere.

Præsensus {προαισθάνομαι} Participium, vel Nomen ex participio. Cic. 1. de Diuin. Satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè præsensa & prædicta reperiri.

Præsensio, Verbale {προαίσθησις} Cicero 2. de Natura deorum, Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi, &c.

Præsepe, Vide PRÆSEPIO.

Præsepelio, præsepelis, pen. corr. præsepeliui, præsepultum {προθάπτω} præsepelire. Quintil. Declamat. 9, Video senẽ meliore sui parte præsepultum.

Præsepio, præsepis, pen. prod. præsepiui, præsepitum {περιφράττω} præsepire, Circundare, circummunire septis, vel circunsepire. Cæsar 1. belli Ciuilis, Aditus autem, atque itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis desixis trabibus, atque eis præcutis præsepit.

Præsepe, præsepis, penult. prod. neut. gener. {φάτνη} Stabulum dicitur equorum, mularum, & cæterorum animalium. Virgilius 4. Georgicorum,

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Alta præsepia. Virg. 7. Æneid.

Olida. Iuuen. sat. 8.

Vipera delituit sub præsepibus. Virg. 3. Georg.

Ferre herbas præsepibus. Virg. 3. Georgicorum,

Quum primùm pasti repetent præsepia tauri. Virg. eclog. 7.

Sæuiunt vrsi in præsepibus. Virg. 7. Æneid.

¶Præsepe, metaphoricè pro mensa accipitur. Horat. lib. 1. epist. 16,

Menius vt nobis maternis atque paternis
Fortuter absumptis vrbanus cœpit haberi
Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret
Impransus, &c. Porphyr. Satyricè pro mensa dixit præsepe. Menium scurram voracissimum notat, vt qui non vnam sectaretur mensam. Sic Plaut. in Curculion. 5, de parasito quodam,

Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad præsepem suam. Quasi diceret, *A son auge, A son rattelier, A sa mangeoire.* quibus verbis exprimitur voracitas hominis cibum more brutorum animalium deuorantis.

¶Præsepe, Lupanar. Cicero in Pisonem, Verùm audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino.

¶Præsepes, præsepis, penult. prod. fœm. gen. Idem. Varro 1. de Re rustica, cap. 13, Illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, præsepes laxas. Ex antiquo codice legitur præsepias. Cato cap. 14, Præsepes bubus hybernas & æstiuas falisicas, & equile, &c. Præsepes in Catone Turnebus interpretatur, vbi pabulum bobus ponitur quod minutum est, vt hordeum, lupinum, eruum, vitia, fronis, quæ in canali obiicere solemus iumentis: falisicas autem, in quibus ponitur pabulum gramineũ & herbaceum, vt fœnum, farrago, reliqua. quod quidem præsepis genus *rastellatum* vulgò vocamus.

Præsepium, præsepij {περιφράγμα} Locus in quo pabulum animalibus porrigitur. Apulcius lib. 6. Metam. Præsepium meum hordeo passim repleri iubet, fœnúmque Bactriano camelo sufficiens apponi. Colum. In stabulo sint ampla præsepia.

Plena præsepia. Virg. 3. Georg.

Satura. Virg. 3. Georg.

Boues stant ad præsepia. Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Præsepiola, siue alueoli, sunt cauitates ossiũ, in quibus dentes firmãtur. Galen. in finition. medic.

Præsero, præseris, pen. corr. præseui, præsatum, pen. corr. {προσπνέω} præserere, Prius ferere. Colum. lib. 7. cap. 9, At vbi penuria est arborũ, terrenum pabulum confectabimur, & sicco limosum præferemus, vt paludem rimentur. Castigata exemplaria rectè habent Præferemus. Hoc est, pluris faciemus.

Præsertim {περὶ τούτου, ἐξαίρετως, συγχωρουμένως} Aduerbium, significat Præcipuè, ante alia. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 8, Sed te non præterit quàm sit difficile sensum in Rep. præsertim rectum, & confirmatum deponere.

Tantam fuisse obliuionem, in scripto præsertim, admirari. Cic. de Claris Orat.

Hæc præsertim imbecillitate magistratuũ, præstare nihil possum. Cic. Lentulo, lib. 1. 4.

Præsertim quum, Id est hac de causa potissimum. Terentius Eunuch. 5. 2,

-debeam
Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim,
Præsertim quum se seruum fateatur tuum?

Præsertim quód. Cic. pro Flac. Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro

nostro viuere tuos contubernales, præsertim quòd tua negligentia factum arbitremur.

Præsertim si, cum indicatiuo. Cic. Curioni, lib. 2. 6, Sera gratulatio reprehendi non solet: præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Id est per aliquam negligentiam.

Præsertim vt. Terent. Phorm. 1. 2,

D. Præsertim vt nunc sunt mores, adeò res rediit.

Siquis quid reddit, magna habenda est gratia.

Præseruio, præseruis, præseruiui, præseruitum {προυπηρετέω} præseruire, penult. prod. Inseruire. Plaut. Amphit. 3,

Vt præseruire amanti meo possem patri.

Præseruo, præseruas {προφυλάττω} præseruare. Huius nullum exempium reperi apud idoneos authores.

Præses, Vide PRÆSIDEO.

Præsideo, præsides, penult. correp. præsedi, penult. prod. præsessum {προέστημι, προστατέω, ἡγεμονεύω, προστάττω} præsidère, Ad opem præstandam præsse, quam præstant propriè vel dij precantibus hominibus, vel homines ipsi aliis hominibus iniuriam patientibus, vel in discrimen adductis, vt ait Valla lib. 5. Cic. 7. Verr. Vos etiam atque etiam imploro sanctissimæ deæ, quæ illos Ennenses lacus lucósque colitis: cunctæ Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis. Idem 13. Philipp. Testor & vos & Populum Romanum & omnes deos, qui hunc vrbi præsident.

Præsidere, Præesse. Sueton. in Tib. cap. 6, Præsedit & Acciacis ludis. Hoc est præfuit.

Aruis præsidet Iupiter. Virg. 7. Æneid.

Foribus cæli Ianus. Ouid. 1. Fast.

Imperio huic & libertati, communi præsidet atque præsedit Gallia. Cic. 5. Philipp.

Iudicio alicui. Cic. pro Milone.

Lætitiæ publicæ. Plin. in Paneg.

Ludis. Modest. in l. Annuam. D. De ann. legat.

Orbi terrarum. Cic. 2. Philipp.

Præsidere rebus vrbanis. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Templo præsident dij. Cic. pro Lege Manilia.

¶Præsideo, cum accusatiuo. Tacit. lib. 4. Et haud spernenda illic ciuium, sociorúmque manus litora Oceani præsidebat.

Præses, præsidis, penult. correp. comm. gen. {προστάτης, ἡγεμὼν, ὑπηρέτης, ὑπατικὸς} Tam dij quàm homines præsides dicti sunt: illi, in suo quisque numine, huáque vi: hi verò, in sua quisque prouincia, aut ab rege, aut à populo sibi commissa, vt ait Valla. Quintil. lib. 3. cap. 9, Quòd omnia sic egerit, vt genium præsidemque bellorum deo incredibile non sit. Vlpian. in l. 4. D. de Officio præsidis, Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Hæc ex Valla lib. 5.

Rerum præses Cæsar. Ouid. 15. Metam.

Custos & præses iuuentutis Mercurius. Cic. 7. Verr.

Dea præses terræ. Seneca Hippol. 2.

Libertatis præses & custos Tribunus plebis. Cic. 2. de Lege agrar.

Vrbi & Reipublicæ præsides sunt penates patrij. Cicero pro Domo sua.

Senatus Reipublicæ custos, præses & propugnator. Cicero pro Sextio.

Caruerunt præside Delphi. Ouid. 10. Metam.

¶Præses. pro Auxiliatore. Liuius lib. 6. ab Vrbe, Dij, deæque, qui Capitolium arcémq; incolitis, siccine vestrum militem ac præsidem fiuitis vexari ab inimicis?

¶Præses locus, pro Tuto. Plaut. Casin. 2. 1.

¶Præsides, qui vulgò patriarum gubernatores dicuntur: inter eos etiam sunt legati regis, qui & vicarij dici possunt. Ex Budæo.

Præsidium, præsidij {ἄκρα, ὀχυρὸν, φρούριον} Dicitur principale auxilium: vt milites qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt, præsidium esse dicuntur, vt ait Valla libro 5. Cæsar, Eo opere facto præsidia disponit, castella communit, quo facilius si se inuito transire conarentur, prohibere possit.

Præsidium est dictum, quia extra castra præsidebãt in loco aliquo quo tutior regio esset. Varro de Ling. Lat. lib. 4.

¶Præsidia, pro Castris. Cic. pro Ligario, Tantummodo in præsidiis eratis, animi verò à causa abhorrebant.

Collocare armatos in præsidiis. Cic. 1. Philipp.

Castra & præsidia. Cic. 2. de Orat. Quidillud quod suprà dixi, solere me cedere (vt planius dicam) fugere ea quæ etiam valde causam meam premerent? quum id non faciunt alij, versántúrq; in hostium castris, ac sua præsidia dimittunt, mediocritérne causis nocẽt, quum aduersariorum adumenta confirmant?

Propugnacula & præsidium prouinciæ. Cic. 5. Verr. Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidiúmque prouinciæ piratarum manibus incensa est.

Cassa præsidia. Seneca Troade, 8.

Nocturnum præsidium palatij. Cic. 1. in Catilin.

Præsidium regale. Horat. lib. 2. epist. ad Iulium Florum.

Salutare præsidium. Firmic. lib. 6. in præfat.

Præsidium statiuum, quod datur vt aliquis stet in loco aliquo. Cic. 12. Philipp. Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hoc præsidium statuum.

¶Agitare præsidium. Tacit. lib. 1.

Cingere aliquem præsidiis. Claud. 2. Paneg.

Collocare præsidium, Vide COLLOCO.

Comparare vel quærere præsidium. Cic. pro Sextio.

Confirmare præsidiis aliquam prouinciam. Cicero pro Lege Manilia.

Contrahere præsidia. Cn. Magnus Domitio in Epistolis ad Atticum, lib. 8.

Constituere præsidia in arce, Vide CONSTITVO.

Decedere de præsidio & statione vitæ iniussu imperatoris, hoc est Dei, vt ait Pythagoras. Cic. de Senectute.

Deducere præsidia in aliquem locum. Cn. Mag. Domit. lib. 8.

De locis deducere præsidia, Vide DEDVCO.

Præsidio & copijs vitam defendere. Cic. pro Sextio.

Deiicere præsidium. Cic. 8. Philipp.

Deiici de præsidio vrbis, & de custodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Murena.

Dimittere præsidia. Cic. Fam. 2.

Disponere præsidia. Cæsar 1. de bel. Gall.

Præsidium ferre, vel afferre. Cic. ad Brutum.

Inutile præsidium ferri. Claud. 3. Paneg.

Firmare præsidia aliquem locum. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.

Gerere præsidium, Ferre. Plinius lib. 22. cap. 12.

Habet firmum præsidium locus ille. Cic. pro Lege Manil.

Imponere præsidium ciuitati, Vide IMPONO.

Introducere præsidium in oppidum, Vide INTRODVCO.

Locatus in præsidio, Vide Locatus, in LOCVS.

Mittere in præsidium. Liuius de bel. Pun.

Munire se præsidio. Cic. pro Sextio.

Munire frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidiis classibúsque. Cic. pro Lege Manil.

Nudata vrbs præsidio, Vide NVDVS.

Obsidere & occupare Italiam præsidiis. Cicero 2. de Lege agraria.

Occupare præsidia. Seneca Troade, 6.

Opponere præsidium, Vide OPPONO.

Parare præsidia, & Dimittere, contraria. Cicero Salluſt. lib. 2. 16, Omnia præsidia, quæ magna & firma parauerant, commotus hominum non dubio sermone, dimisi.

Ponere præsidia. Cæsar 2. de bel. Gall.

Præponere præsidium alicui vrbi, & Opponere. Cicero de Lege agraria, Si præsidium non præponitur huic vrbi ista colonia, sed opponitur?

Præsidiis redundare. Cic. Præsertim quum tu omnibus vel ornamentis vel præsidiis redundares.

Relinquere præsidium. Cæsar 1. de bel. Gall.

Interclusam præsidiis Italiam tenere. Cic. 2. de Lege agraria.

Tenetur armis præsidisque tota Italia. Cic. Attico, lib. 9.

Tutari aliquo præsidio caput, ceruices, & iugulum. Cicero pro Sextio.

Venire ad iudicium cum præsidio. Cic. pro Rosc. Amer.

¶In præsidiis meis versaris. Cic. pro Cecinna, In meis castris, præsidiisque versaris, mea est ista defensio.

¶Præsidium, interdum est locus ipse, vbi præsidiarij milites collocati sunt. Lucret. lib. 5,

Condere cœperunt vrbes, arcémque locare
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiúmque. Et apud Cic. Tusc. 1. 3,
Nec, qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignauiæ.

¶Præsidium, per translationem, omne auxilium dicimus & salutis propugnaculum. Terent. Andr. 5. 2,

-præsidio meo atque hospitis.

Naturæ vel doctrinæ præsidiis omnibus ad dicendum parati viri. Cic. 1. de Orat.

Perfugium & præsidium salutis. Cicero pro Rabirio perduel. reo, Agitur nihil aliud in hac causa, Quirites, nisi vt nullum sit posthac in Repub. publicum consilium, &c. nullum extremis Reipub. temporibus perfugium & præsidium salutis.

Tutela & præsidium bellicæ virtutis. Cicero pro Murena, Omnes vrbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus & industria, latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis.

Innocentiæ leue est præsidium, vbi lubido dominatur. Cicero in Oratore.

Fortissimum præsidium pudoris. Cicero pro Sylla, Quot præsidia quàm munita pudoris & pudicitæ vi & audacia ceperit, quid me attinet dicere aut coniungere cum istius flagitio cuiusquam præterea dedecus?

Præsidium contra feras. Cicero 1. Tusc. Omnes magni etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras inuenerunt.

Fida præsidia amici. Seneca Agamemn. 11.

Grande. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.

Insigne mœstis reis. Horat. 2. Carm. ode 1.

Magnum in pecunia. Cicero 2. Verr. Vt hoc palàm dicitet, non sine causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam tantum in pecunia præsidium experiatur esse.

¶Vltima præsidia discriminis afferre. Iuuen. sat. 12.

Comparat magnum is sibi præsidium ad beatam vitam, qui mortem non timet. Cic. 2. Tusc.

Firmo præsidio aliquem defendere. Cic. pro Rosc. Amer.

Ferre præsidium labenti & inclinatæ penè Reipublicæ. Cicero Bruto, 18.

Munire præsidia Reipub. Cic. pro Rab. perduel. reo.

Oppugnat omnium commune præsidium, qui fidem lædit. Cicero pro Roscio Amerino.

Petere sibi præsidium ex aliqua honesta re, quam ne inimici quidem criminari possint. Author ad Herenn. lib. 4.

Præsidia periculis, aut adiumenta honoribus ex cuiusquam amplitudine sibi quærere. Cic. pro Lege Manilia.

Præsidium esse alicui. Terent. Heauton. 5. 2,

Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Chitipho.

Præsidio esse. Cic. 7. Verr. Sed quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram.

Parentibus esse præsidio & decori. Lucret. lib. 2.

Esse præsidio solitudini atque inopiæ contra vim & gratiam. Cic. pro Quintio.

Tegi firmo præsidio amicorum. Cic. pro Sylla.

Præsidiarius, Adiectiuum {φρουράριος} Quod paratum est vt præsidio sit. vt Præsidiarij milites, apud Liuium lib. 9. bel. Pun.

Præsidiarij, in vitibus, qui & custodes. Columella lib. 4. capite 15,

Et præsidiarij malleoli propagandi sunt. Ibidem,cap.21,Sed nouellis palmis semper vitis renouetur: quæ si satis excreuerint, iugo superponantur:sin aliqua earum vel præfracta, vel parum procera fuerit,locúmque idoneum obtinebit, vnde vitis anno sequenti renouari debeat,in pollicem tódetur,quem quidam custodem,alij resecem, nonnulli præsidiarium appellant, id est armétum gemmarum duarum vel trium. Vide CVSTOS.

Præsidero, præsideras, penult.correp. præsiderâre dicitur,quum maturius hyberna tẽpestas mouetur,quasi ante sideris tempus. Paulus.

Præsignifico, præsignificas,penult.corr. {προσημαίνω} præsignificâre, Prædicere, Præostendere. Cic.de Diuinar. Aut non censent esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.

Præsignis, & hoc præsigne {ἐπίσημος} vt Insignis. Ouidius 1.Fastorum, Præsignis facie Corniculana fuit. Id est præstans, vel præ aliis insignis. Budæus.

Gaudeat & Lybica præsignis aununculus hasta.Stat.4.Sylu.8.

Facie præsignis multer.Ou.d.6 Fast.

Vertice præsignis. Stat.4.Sylu.4.

Draco præsignis tribus linguis.Ouid.6.Metam.

Præsigno, præsignas {προσημειῶμαι} præsignâre, Prius signare. Cato capite 154, Et ad summum, qua fini culeum capiet, præsignato. Plinius libro 28. cap. 4, Incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua.

Præsilio, præsilis,penult.corr. præsilui,præsultum {προσπηδάω} præsilire, Antè salire. Plaut.Stich.8,

Vt præ lætitia lacrymæ præsiliunt mih.!

Præspargo,præspargis,præspargere. Antè spargere. Lucret.lib.5,

Flora quibus mater præspargens ante viai

Cuncta coloribus egregiis,& odoribus opplet.

Præstabilis,Præstantia. Vide PRAESTO.

Præstega, præst-gæ, penult.correp. {στεγαστρον} Locus vbi otij causa simus sub tecto tantum, patula reliqua parte tanquam sub porticu. Plaut.Pseud.4.

-facite vt offendam parata omnia,

Vorsa præstega,strata,lauáque,coctáque omnia vti sint.

Præster,masc.gen. Genus serpentis venenati,Vide PRESTER.

Præsterno,præsternis,præstraui,præstratum,pen.prod. {προστρωννύω} præsternere,Antè sternere. Stat.3 Sylu.2,Quæ tibi præsternat viuax altaria phœnix.

Præsternere, Præparare. Plin.epist.103.lib.5, ad Capitonem,Illud peto præsternas ad quod hortaris,cligásque materiam,&c.

Præstes, præstitis, penult. correp. masc.gen. {προστάτης} Idem quod Præses, antistes: Nam antiqui sic præstites dixerunt, nunc antistites,inquit Festus.

PRAESTES Minerua,quòd præiret,& se velut ducem homini exhiberet:ducit enim hominẽ sapientia, cúmq; per vniuersum terrarum orbem tutissimè comitetur. Itaque non solùm Præstes:sed & Astes Minerua dicebatur:præstat enim viro bono, lateríque eius hæret fidus comes.Macrobius,Martianus & Festus.

Præstites Lares,dicti fuerunt,inquit Ouid.5 Fastorum,quòd præstent oculis omnia tuta suis. Id est quòd res omnes conseruent, & tueantur in ædibus. His ara constituta fuit Calendis Maij.

Præstigiator,penult.prod.præstigiatoris,masc.g. {θαυματοποιός,γόης} Qui circunstantibus ita oculorum aciem præstringit,vt non aduertant dolum. Plaut.Pœn.17,

Præstig ator hic quidem Pœnus probus est,&c.

Præstigiator,à scientia dictus. Varro de lingua Latina,libro 4,Similis causa, quæ ab scientia vocantur aliqua,vt præstigiator,monitor,nomenclator.

Præstigiatrix,penult.prod.præstigiatricis,fœm.gen. {γοητεύτρια.} Plautus Amphit.8,

Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est,&c.

Præstigiæ, præstigiarum {γοητεία, γοητεύματα, θαυματοποιία} Incantationes, delusiones: quæ quadam manuum dexteritate aliæ apparent, quam re vera sint. Cic.6.Verr.Qui præteriens,lectica paulisper deposita, non per præstigias, sed palam per potestatem, vno imperio ostiarium totum oppidum compilarit. Quædam exemplaria hic legunt præstigia,neutro genere.

Præstigiæ & fallaciæ. Cicero 3. de Natura deorum, Quid ergo isti doli,quid machinæ,quid fallaciæ, præstigiæque, num sine ratione esse potuerunt?

Præstigiæ & captiones. Cicero 4. Academic. Ne ab iis quæ clara sint ipsa per sese, quasi præstigijs quibusdam& captionibus depellamur.

Præstigiæ verborum.Cic.4.de Fin.

Petere plausum præstigiæ.Quintil.lib.4.cap.1.

Præstingo, præstinguis, Compositum à præ & stinguo (quo verbo vtitur Lucretius libro 2) Obtenebro,obscuro.vt Præstinguere oculos, Cicero in Vatin. Hoc verbum tamen in omnibus libris impressis corruptum est. Nam vbicunque legitur perstringere,seu præstrinxit oculos,seu aciem oculorum apud M. Tull.& cæteros,legendum præstinguere,vt rectissimè Lambinus adnotauit.

Præstinxi,Præteritum à Præstingo. Lucret.lib.3,

-& omnes

Præstinxit stellas,exortus vti ætherius sol. De Epicuro.

Præstino,præstinas,penul.corr. {φείδομαι} præstinâre,A præ & stino, Emere est,inquit Fest.id est emendo tenere. Plaut.Pseud.4,

Ego eo in macellum,vt piscium quicquid est,pretio præstinem.

Idem Capt.13,

Alium pisces præstinatum abire?

Præstituo,præstituis, præstitui,præstitutum, pen. prod. {προορίζω} præstituere,Prius statuere,præscribere. Terent.Phorm.3.2,

Certè hercle si satis commemini,tibi quidem olim est dies

Quam ad dares hunc præstituta.

Tempus quandiu dicat,alicui præstituere.Cic.pro Quintio.

Diem præstituere. Cic.1.Tusc.Quod tempus?naturæne?at ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ,nulla præstituta die.

Præsto,præstas,præstiti, præstitum,penult.corr.& præstatum,penult. prod. {παρέχω, ὑπηρετῶ} præstâre, significat Exhibere, vel dare. Datiuum cum accusatiuo regit. Plin.Plura hic mihi præstitit,quàm parentes.Id est fecit.

Præstaui.Vlp.in l.Et in contraria.D.De vsur.

Actiones suas alteri præstare aduersus debitorem. Africanus in l. Si seruus legatus,§.Qui margarita.D.De legat.1.

Almoniam parenti relegato præstare. Paulus in l. Mutus. D. De iure dotium.

Per seipsum præstare aliquid.Cic.4.in Catilin.Habetis consulem, qui & patêre vestris decretis nõ dubitet:& ea quæ statueritis,quoad viuet,defendere,& per seipsum præstare possit.

Ad quendam modum aliquid præstare.Quintil.lib.1.cap.11.

¶Amorem præstare, Præbere amoris occasionẽ, vel potius amorem re ipsa ostendere,siue amicum se exhibere.Ouidius 3.Tristium, elegia 4.

Animum debitum præstare.Cic.Lentulo,lib.1.9.

Beneuolentiam. Cic.ad Attic.lib.9.Nam non mediocriter laboro,vtrique vt vis,tuam beneuolẽtiam præstare possis,quam me hercule te præstaturum confido.

Beneuolentiam memoriámque, quam debet, tibi præstat Pontinus.Cic.Appio,lib.3.10.

Fulminibus & ruinæ præstare caput. Id est vitam exponere, &c. Lucanus lib.5.

Consilium suum fidémque in Senatu,& apud populum,& in causis amicorum,& domi & militiæ præstare.Cic.3.de Orat.

Dignum præstabo me etiam pro laude merentis. Horat.1.epist.7.

Diligentiam alicui.Cicero ad Terentiam,lib.14.3,Pudet me vxori meæ optimæ, suauissimis liberis, virtutem & diligentiam non præstitisse.

Fauorem præstare & voce & mente.Ouid.15.Metam.

Idem.Ouid.3.Fast.

Idem suam negotijs alicuius. Cic. ad Attic.lib.9, Nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro,sustineo, meúmq; officium, fidem, pietatem iis præsto.

Præstare gaudium. Plinius in Paneg.Præstabísq; gaudium quantum ipse percipiet,&c.

Honorem alicui.Ouid.6.Fast.

Debitum honorem patri.Cic.9.Philipp.

Indemnis aliquem. African.in l.Tutor.in princ.D.ad Senatusc. Velleian.& in l.Si à pluribus.D.De legat.1.

Intellectum eudentiorem præstare. Caius in l. 1. in fine. D. De orig.iur.Id est,rem euidentius explicare.

Iter tutum alicui.Cic.pro Plancio.

Iustum audum.Plin.epist.269.

Mare tutum. Cic.pro Flacco, Qui quum prædonem nullum cepissent,mare tamen tutum præstiterunt.

Mors omnia præstat.Lucret.lib.3.Id est,mors omnia relinquit integra,nihil demit,nihil detrahit.

Munus suum.Cic.in Orat.

Obsequium alicuius præstare. Plin.Iun.lib.10. epist.2,ad Traianum,Et eius,& senatoris boni partibus functus es,obsequium amplissimi ordinis,quod iustissimè exigebat,præstando.

Officium præstare. Cicero Terentiæ,libro 14.4,Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij & amicitiæ ius, officiúmque præstaret.

Operam in re militari. Sallust.3.belli Ciuil. Qui Romæ remansissent,neque inter præsidia Pompeij fuissent, neque operam in re militari præstitissent.

Otia.Ouid.2. Trist.

Pacem.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.

Pietatem non tam fratri quam patriæ.Cic.de Claris Orat.

Principem præstare, Facere quæ sunt principis, exhibere se principem.Suetonius in Tiberio,cap.33.

Quæstum præstare dicitur res aliqua.Cic.pro Quintio,Funestum est à forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo cuius vox in præconio quæstum præstitit.

Quæ ratio & doctrina præscripserit,arbitrabamur ea nos præstitisse.Cic.1.de Nat.deor.

Quod peteba præstiti.Plin.epist.205.

Quod promisi,vix videor præstare posse.Cic.Bruto,18.

Præstare quod factum est impensæ in bellum.Liuius 2.ab Vrbe.

Satis id magnum est quod potes præstare.Cic.1.de Orat.

Reuerentiam marito præstare, Reuereri maritum. Plinius epistola 158.

Robur præstare alicui.Claud.8.Paneg.

Salutem præstare.Lucret.lib.4.

Salutem integram in periculo alterius communem præstare.Cic. Anteq.iret in exil.

Sapientiam & grauitatem. Cic. Titio,lib.5.16, In qua non est iam grauitatis & sapientiæ tuæ,quam tu à puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum.

Se præstare, Vide In latenti,in præpositione IN.

Se incolumem præstare. Cicero ad Tironem,libro 16.9, In hoc omnem diligentiam si adhibueris, téque nobis incolumem præstiteris,omnia à te habebo.

Præstare se propugnatorem acerrimum. Brutus ad Ciceron. 11.1. Veteris Ant.sti talis animus est in Rempub.vt non dubitem quin & in Cæsare & Antonio se præstaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis.

Sedulitatem præstare alicui,Sedulò alicuius negotium agere. Plinius epist.62.

Sententiam suam Senatui.Cic.in Pisonem.

Silentium.Liuius 9.bel.Pun.

Eximia est virtus præstare silentia rebus.Ouid.2.de Arte.

Saluos

Saluos sociis suos authoritate nominis sui præstabant Romani. Cic.pro Lege Manilia.

Solicitudinem præstare.Plin.epist.29.lib.1.

Spem suam præstare deis.Lucanus lib.5.

Præsta te eum qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus.Cic.ad Lentulum,lib.1.6.

Vicem alicuius rei præstare, pro Esse vice alicuius rei. Plin.libro 20.cap.27.

Vim omnem cui resisti non potest,dominus colono præstare debet.Vlp.in l.Ex conducto.§.1.D.Locat.

Vires præstare.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.

Vitam præstare.Ouid.1.epist.11.

Vltima præstare iucunda, Id est efficere. Cicero ad Trebatium, libro 7.17, Perferto, & vltima expectato, quæ ego tibi & iucunda & honesta præstabo.

Voluntatem suam alicui rei præstare.Cic.Lentulo,lib.1.9.

Voluptatem illam quis potest præstare sapienti? Cic.2.de Finibus.

¶Præstare plus significat quàm Dare.Seneca 1.de Clementia,cap. 10,Hoc est non dare tantùm salutem,sed præstare.

¶Præstare aliquem ante ædes. Plautus Mostel.15. Id est ante ostium adducere.

Præstare aliquem alicui negotio,Præficere. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1.1, Quanta sit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis,quos antè præcripsi.

¶Præstare {αἰσθήσεσθαι, ὑπογράφειν} interdum accipitur à Iurisperitis pro Exitum rei in se recipere, vel alienæ culpæ dispendium velle luere:vt Præstare eucntum, Præstare promissum alienum. Valla lib. 6.cap.16, Præstare, est prohibere ne alicui fiat aliquid incommodi: & si non prohibuerint,satisfacere:vt venditor debet præstare vitium rei quam vendit, id est prohibere atque efficere ne emptor damni quid faciat,alioqui satisfacere. Cic.ad Vatinium,lib.5.11,De Dionysio,si me amas,confice:quancunque ei fidẽ dederis,præstabo. Idem 1.de Orat.Defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor fecisset,neque declarasset,præstare debere.

Præstare periculum. Cæsar in Commentariis, Neque periculum præstare eorum,sed totam rem ad Pompeium reiicere.

Communem & incertum casum neque vitare quisquam nostrum neque præstare vllo pacto potest. Cic.Sextio,lib.5.17.

Præstare culpam.Cic.1.de Orat. Perge verò Crasse,inquit Mutius. Iftam enim culpam quam vereris,ego præstabo.

Damnum præstare.Cic.3.Offic.

Fidem præstare.Cic.2.de Diuin. Virtutis auspiciis video esse vsum Deiotarum,quæ vetat spectare fortunam,dum præsteur fides.

Fidem promissi.Liuius 10.bel.Pun.

Fidem præstare publicam.Liuius 2.ab Vrbe.

Fœlicitatem de se præstare nemo potest.Cic.pro Lege Manil.

Periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Cicero pro Murena.

Promissum præstare.Liuius 3.bel.Maced.

Sumptum nusquam melius poste poni præstabo. Cicero Quinto fratri,lib.3.17.

Præstare vsuram.Iuuenalis.

Non possum præstare quid quisque nos dixisse dicat. Cicero ad Pætum,lib.9.16,Cætera verò quid quisque me dixisse dicat,aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum viuant ij qui me assidue colunt & obseruant,præstare non possum.

Prædones nullos fore quis præstare poterat?Cic.pro Flacco.

Me non ingratum esse præstabo.Cic.de Prouinc.Consul.

Quod de te sperare,de me præstare possum.Cic.Planc.lib.5.15.

Præstare nihil debeo, Id est culpa non est mea. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3.17, Ego Trebatium ad Cæsarem misi,qui mihi iam satisfecit:si ipsi minus,præstare nihil debeo.

Ego Messalam Cæsari præstabo, Quasi fide iubebo Cæsari pro Messala.Cic.ad Q.frat.lib.3.epist.8.

Præstare aliquem dicimus, quum efficimus ne quid is committat, secus quàm volumus.Cicero ad Quintum fratrem,lib.1.epist.1, Iam te vsus ipse eruditum nequaquam satis esse, ipsum hasce habere virtutes,sed esse circunspiciendum diligenter,vt in hac custodia prouinciæ non te vnum, sed omnes ministros imperij tui sociis & ciuibus,& Reipub. præstare videare. Idem Attico,lib.6. epist.3, Quem tamen ego præstare non poteram.

Præstare alios,simili loquendi forma vsus est Plin.in Panegyr.vbi inquit,Quantò enim magis arduum est alios præstare,quàm fe:tantò laudabilibus,quòd quum ipse sis optimus,omnes circa te similes tui effecisti.

Præstare Rempub. Id est incolumem ab omni incommodo conseruare. Cicero ad Atticum,libro 10,Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut propter fratrem meum, quorum iam acta ætas, quam propter pueros quibus interdum videmur præstare etiam Rempublicam debuisse.

¶Præstare {διαφέρειν, ὑπερέχειν, κρατεῖν, κρατεῖσθαι, προφέρεσθαι} cum solo datiuo,Melius esse,vel antecellere significat. Terent.Eun.2.2, Di immortales,homini homo quid præstat?stulto intelligens

Quid interest?

Virtus præstat cæteris rebus.Cic.4.de Finibus.

Culta inculti præstant.Lucret.lib.1.

Intelligens præstat imperito.Cic.de Claris Orat.

Imperatoribus minutis præstat orator.Cic.de Claris Orat.

Contemplatio rerum cogitatióque longè omnibus studiis in vita præstat.Cic.5.Tusc.

Doctus auditor indocto præstat.Cic.de Claris Orat.

¶Datiuum aliquando regit rei quæ superatur,& ablatiuum rei in qua quis excellit:vt, Præsto tibi scientia. Cic.pro Deiotaro, Tanto ille superiores gloria vicerat,quanto tu omnibus præstitisti. Quintil. lib.1,Eloquentia cæteris præstet.

Ætate alteri præstare. Cic.de Claris Orat. Hęc Crassi quum edita oratio est, quam te sæpe legisse certò scio, quatuor & triginta tum habebat annos,totidémque annis mihi ætate præstabat.

Lepõre & humanitate omnibus præstitit Socrates. Cicero 2. de Oratore.

Prudentia cæteris præstare.Cic.1.de Orat.

Res præstant rebus pondere.Lucret.lib.1.

Suauitate & breuitate dicendi aliis præstitit Aristoteles.Cicero 2. de Inuentione.

¶Ablatiuus aliquando omittitur. Cic.1.Offic.Difficile autem est quum præstare omnibus concupieris,seruare æquitatem,quę est iustitiæ maximè propria.Hoc loco,pro Præesse vel præsidere nonnulli interpretantur.Plaut.Bacchid.20,

Sed Priamus hic multo illi præstat.

¶Datiuus nonnunquã tacetur. Cic.1.Offic.Quorum verò patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ij studeut plerunque eodem in genere laudis excellere.

Arte bellandi præstabat Claudius.Silius lib.13.

Patria charitate præstat.Cic.2.de Legibus.

Facie præstare.Horat.2.Serm.sat.4.

Fortunis præstare, Absolutè, pro Longè fortunatissimum, & beatissimum esse.Lucret.lib.5.

Honore & ætate præstare.Cic.Q.frat.lib.1.1.

Ingenio præstare.Lucret.lib.5.

Iuris Ciuilis intelligentia, aque omni prudentiæ genere Mutius præstitit.Cic.de Claris Orat.

Literis doctrinâque præstare.Cic.3.de Orat.

Mobilitate.Lucret.lib.3.

Præstabant numero militum.Cæsar 3.bel.Ciuil.

¶Accusatiuum cum ablatiuo aliquando regit. Liuius 5.ab Vrbe, Vt nuntiare domum possint, quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent.

Ablatiuum subiicuit Virgil.11.Æneid. dicens, Ibo animis contrà, vel magnum præster Achillem. Id est antecellat: vel, vt quidam volunt,repræsentet,exhibeat,vel æqualis sit.

In arte aliqua præstare.Lucret.lib.5.

Præstat inter. Cæsar 2.bel.Gall. Quòd ciuitas magna & inter Belgas authoritate,ac hominum multitudine præstabat.

Inter suos æquales longè præstare.Cic.de Claris Orat.

Longè multúmque præstat mens atque ratio.Cic.5.de Finibus.

¶Præstat {κρείττων} Impersonaliter,pro Melius est,& datiuo constituitur. Cic.pro P.Sextio,Si hoc nõ est satis quòd hęc omnia delara videntur reditu meo,multo mihi,multo inquam Iudices præstat, in eandem illam recidere fortunam,quàm tantam importare meis defensoribus & conseruatoribus calamitatem. Datiuus rarò exprimitur.Virg.1.Æneidos,

-sed motos præstat componere fluctus.

Emori potius,quàm seruire præstat.Cic.in Pisonem.

Mori millies præstitit quàm hæc pati.Cic.Attico,lib.14.

Tacere præstat philosophis,quàm loqui.Cic.3.de Nat.deor.

Longè multúmque præstat,Vide LONGVS.

Multò præstat,Vide MVLTVS.

¶Vires præstandi habere.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.

Præstandus, Participium: vt Amor præstandus. Ouidius 4.de Ponto, elegia 10.

Inuidia capitis periculo præstanda.Cicero pro Sextio,Designatus Tribunus plebis obtulit in diserimen vitam suam:dixit eam sententiam cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam videbat.

Præstans, Participium {ὑπερέχων.} vt Præstans virtute homo. Virgilius 8.Æneid.

Corpore & armis præstans,Silius lib.5.

Grauitate & prudentia præstans homo.Cic.pro Corn.Balbo.

Longè præstans omnibus ingenio & doctrina.Cic.2.Tusc.

Ingenio,iustitia,integritate omnibus præstans vir.Cic.pro Planc.

Literis doctrináque præstans vir.Cic.3.de Orat.

Præstans valetudine. Cicero 5. Tusc. An dubitas quin præstans valetudine,viribus,forma,acerrimis,&c.

In oculis præstans,Vide OCVLVS.

Præstans, Nomen {ἔξοχος, ὑπέροχος.} vt Præstans animi, Cui est animi præstantia.Virg.12.Æneid. Idem 6.Æneidos,

-quo non præstantior alter

Ære ciere viros,Martémque accendere cantu.

Sapientiæ præstantissimus. Tacit.lib.5.

Præstantissimus ingenio.Cic.de Amicit.Quo mortuo,me ad Pontificem Scæuolam contuli, quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere.

Numero præstantior omni.Stat.1.Achil.

Studio ac doctrina præstantissimi Xenocrates & Aristoteles. Cicero 1.Academ.

Victoria & fide præstans alicuius manus.Cic.Cæcil.lib.7.5.

Virginibus præstantior omnibus Herse.Ouid.2.Metam.

Præstantissima fœminarum. Cicero ad Licinium, libro 5.8, Itaque & præstantissima omnium fœminarum vxor tua, & eximia pietate,&c.

Hoc certè præstantioribus,quo nihil nouere nisi commune.Plin. lib.11.cap.5.

Nihil præstantius.Cic.3.de Finibus.

Aliis aliud præstantius.Lucret.lib.2.

Solidæ laudis ac veræ dignitatis præstantius quid mihi potuit accidere?Cic.in Varinium.

Præstantia debent ea dici,quæ habent aliquam comparationem. Cic.5.Tusc.

¶Amor præstantior.Ouid.13.Metam.

Virtute & consilio præstanti extiterunt.Cic.pro Sextio.

Corpore præstanti Nymphæ. Virg. 1. Æneid.
Labor præstans. Lucret. lib. 2.
Munere præstanti donare aliquem. Virg. 5. Æneid.
Excellens & præstans natura. Cic. 1. de Nat. deor.
Nomina præstantia. Ouid. 2. Trist.
Odium præstans. Ouid. 13. Metam.
Ordo præstantior. Sat. 5. Syl. 1.
Victima labe carens, & præstantissima forma. Ouid. 15. Metam.
Viri præstantes. Stat. 6. Thebaid.

Præstantia, præstantiæ {ἐξετὴ, ὑπεροχή} Excellentia, A præstans fit. Cic. de Amicitia, Fructus enim ingenij & virtutis omnisque præstantiæ, tum maximus accipitur, quum in proximum quenque conferrur.
Excellentia & præstantia. Cicero 1. Officiorum, Nobis personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiáq; animam tium reliquorum.
Excellens in animorum laude præstantia. Cic. 5. de Finibus.
Animi præstantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Dignitatis aut fortunæ sue præstantia, æquabilitatem communis iuris transeunt quidam, & intolerantius se iactant. Cic. 2. de Orat.
Ingenij præstantia. Cic. 4. de Finibus, Quum summum bonum posuisset in ingenij præstantia, quam virtutem vocamus.
Mentis præstantiam habet homo, cui tota illius natura pareat. Cic. 5. de Finibus.
Partium præstantia. Cic. 1. Academ. Valetudinem, vires, pulchritudinem in toto: in partibus autem, sensus integros & præstantiam aliquam partium singularum, vt in pedibus celeritatem, &c.
Præstantia remedij. Plin. lib. 12. cap. 3.
Excellentes rerum omnium præstantia dij immortales. Cic. 2. de Diuinatione.
Virtutis, ingenij, fortunæ præstantiam consequi. Cic. de Amicit.

Præstaturus, penult. prod. Participium. Vlpian. in l. Planè vbi. §. Quod si rem. D. De legat. 1.

Præstatio, Verbale {παροχὴ} Paulus de legatis 3. l. Si plures gradus sint hæredum, & scriptum sit, Hæres meus daro: ad omnes gradus hic sermo pertinet: sicuti hæc verba, Quisquis mihi hæres erit. Itaque si quis velit, non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquot ex his, nominatim damnare debet.
Fiscalium præstationum exactores. Firmicus libro 4. capite 3. Et lib. 6. cap. 3.
Familiæ erciscundæ iudicio ex duobus constat, id est, rebus, atque præstationibus: quæ sunt personales actiones. Vlp. in l. Item Labeo. §. Famil. erciscund. D. Famil. erciscund.

Præstabilis, & hoc præstabile, penult. corr. {ἔξοχος} Excellens. Gellius, Chilo præstabilis homo sapientiæ. Cic. 1. de Finibus. Quem tandem hoc statu præstabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere?
Nil melius mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius. Cicero 2. de Nat. deor.
Dignitas præstabilis. Cic. de Prouinc. Consul.
Præstabiles, primæ, & singulares res, quibus Paruæ, vsitatæ & vulgares opponuntur. Cicero 2. de Oratore, Sumendæ res erunt aut magnitudine præstabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares. neque enim paruæ, neque vsitatæ, neque vulgares admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent.
Præstabilis & insignis alicuius virtus. Cic. de Arusp. resp. Nil mente præstabilius natura homini dedit.
¶Præstabile, Quod præstari potest, aliquando significare, dicit Sipontinus.

Præsto, Aduerbium, vt vult Sipontinus: alij nomen indeclinabile omnis generis esse volunt: significat Præsens sum {παρέιμι} Verbo SVM, ES, EST, iungitur. Plaut. Epid. 13,
Tibi quidem quod ames, domi præsto est. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 5, Tralleis veni ad VI. Calend. Sextiles: ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisque tuis. Id est mihi occurrit.
Adire præsto, Vide ADEO, adis.
Præsto adesse. Terent. Eunucho, 5. 9,
Sed vbi est frater? c. præsto adest. Poeticè, pro Præsto est.
Præsto domi. Terent. Heaut. 1. 1,
-iandudum domi
Præsto apud me esse aiunt.
Præsto esse alicui, Præsidio esse, fauere, iuuare. Cic. pro Murena, Ius Ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, præsto multis fuit.
Præsto esse, Aduenire, comparêre. Author ad Herenn. lib. 4, Hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt.
Præsto esse ad horam certam. Cic. 4. Verr. Iste homo certus, & diligens ad horam octauam præsto est.
Præsto est ad nutum, & paret. Cicero 3. Verrina, Túne quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præsto fuerit, nisi libidini tuæ, cupiditatíque paruerit.
Locus est præsto. Lucret. lib. 2.
Præsto est vt ancillula. Cic. 2. de Finibus, Præsto esse virtutes vt ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarentur.

Præstolor, penult. prod. præstolaris {ὑπολῦω, περιμένω} præstolári, Manere, expectare. Festus, Præstolari is dicitur, qui antè stando ibi, quò venturum excipere vult, moratur. Terent. Eun. 5. 6,
Quem præstolare Parmeno hîc ante hostium? Sic Cæsar 2. belli Ciuil. Huius aduentum L. Cæsar filius cum decem longis nauibus præstolans, &c.
Præstolor. Datiuo iunxit Cic. 1. in Catil. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.
Præstolari (inquit Donatus) Præsto esse, & apparere, hoc est obsequi.

Præstringo, præstringis, præstrinxi, præstrictum {νωθρύνω, ἀπαμβλύνω} præstríngere, Valde stringere: & aliquando leuiter lædere, attingere. Plinius lib. 18. cap. 34. Præstringit enim atque percellit hic radices arborum. De borea vento loquitur.

Tempora præstrinxit sertis. Stat. 5. Sylu. 3.
Fauce præstricta laqueo. Ouid. in Ibin.
¶Præstringere {ἀποκαθίστημι} Obtenebrare. Vnde Præstigiæ, & Præstigiatores. Budæus. Liuius. 10. belli Maced. Cum ingenti fragore cæli tonitribúsque & fulgoribus præstringentibus aciem oculorum. Cic. in Vatinium, Cuius dignitas & splendor præstringebat credo oculos Vatinij. Vide Perstringo, & PRAESTINGO.
Lux ahena præstringit oculos. Claud. 6. Paneg.
Præstringere præstigias. Cic. 3. de Nat. deorum,
-ita omnes meos dolos, fallacias,
Præstigias præstrinxit commodras patris. Ex poeta.
Aciem oculorum vel ingenij, Vide ACIES.
Præstringere aciem ingenij, per translationem, pro Imponere. Cic. 1. Verr. Mihi videtur periculum fore ne ille non modò verbis te obruat, sed g. stu ipso ac motu corporis præstringat aciem ingenij tui, téque ab institutis tuis cogitationibúsque abducat.
Aciem mentis præstringere. Cic. 1. de Diuinat.
Præstringitur acies ferri, eboríssq; nitor. Plin. lib. 7. cap. 15. De menstruis. Id est obtunditur & hebetatur. Idem lib. 15. cap. 14, de pomis acerbis, Vis, inquit, tanta, vt aciem gladij præstringat.

Præstruo, præstruis, præstruxi, præstructum {προτειχίζω, προχαρακόω} præstrúere, Prius ordinare, ædificaréve. Colum. lib. 1. cap. 5, Quippe ab imo præstructa, valenter resistent contra ea quæ postmodum superposita incumbent.
Præstruere sibi fidem. Liuius lib. 8 bel. Pun.
¶Præstruo, pro Obstruo. vt Aditum montis præstruere obiice. Ouid. 1. Fast. De Caco.

Præstructus, Participium {προχαρακωθείς} vt Hostis præstructus bellis ciuilibus. Claud. de bello Getico.
Præstructus, Arte præparatus, & ex-composito siue ex-industria factus. Suetonius in Tiberio, cap. 53, Quondam verò inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans se veneni crimine accusatum: quum præstructum veruque consulto esset, vt & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exemtum caueret.

Præsudo, præsudas, penult. prod. {προπίδω} præsudáre, Antè sudare, antè exercere se. Stat. 6. Thebaidos,
-ludúmque super quo Martia bellis
Præsudare paret, seséque accendere virtus.

Præsul, præsulis, penult. corr. masc. g. {προεδρίτης} teste Phoca, A Præsilio, præsilis fit, quod est Antè salio: Is appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis sacerdotes, à saliendo dictos, in portandis ancilibus. Valla lib. 5.

Præsultor, pra saltoris, masc. ul. gen. {προλήπτωρ} Idem qui & Præsultator. Cicero 1. de Diuinatione, Exin quidam rustico Romano dormienti visus est venire qui diceret, præsultorem sibi non placuisse ludis, &c.

Præsulto, præsultas {προπηδάω} præsultare, Antè saltare. Liuius 7. ab Vrbe, Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeò feriox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

Præsultator, penult. prod. Verbale. Liuius lib. 2. ab Vrbe, Visus Iupiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse. Præsultatorem vocat eum, qui quasi ludorum prima pars fuerit: qui antequam ludi committerentur, saltauerit.

Præsulsus, Adiectiuum {πολυάλατος} Valde salsus, vel antè salsus. Columella libro 6. capite 2, Libraléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.

Præsum, præes, præst, præfui {προΐστημι, ἡγέομαι} præesse, Præfectum esse. Cic. 4. de Finibus, Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam quę communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio præsunt, debent habere.
Præesse agro colendo. Cic. pro Rosc. Amer. Qui præesse agro colendo flagitium putes.
Facienda æ al. cui rei publicè præesse. Cic. 7. Verr.
Interesse alicui rei & præesse. Cic. Lentulo, lib. 1. 2.
¶Exercitui præesse. Plancus Senatui, lib. 10. 8.
Ignibus æternis. Ouid. 3 Fast.
Imperio Prætorio. Cic. 1. de Diuinat.
Magistratibus leges, populo magistratus præsunt. Cicero 3. de Legibus.
Nautbus & classi. Cic. 7. Verr.
Officiis alicuius. Ouid. 4. Fast.
Prouinciæ. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Præesse quæstioni dicitur iudex. Cic. pro Rosc. Amer. Quum huic idem quæstioni iudex præesses.
Reipublicæ. Cic. 1. Offic.
Sacerdotiis. Cic. pro Domo.
Sacris. Cic. de Arusp. resp.
Studio alicui. Cic. 1. de Orat.
Temeritati alicuius. Cic. de Amicit. Non paruit ille T. Gracchi temeritati, sed præfuit.
Templo. Ouid. 3. de Ponto eleg. 2.

Præsens, præsentis, om. gen. {παρὼν, ἐνδημῶν} Qui adest. Plautus, Agite si vultis, præda erit præsentium. Id est eorú qui hîc adsunt.
Præsens & Absens, contraria. Terent. Eun. 1. 2,
Cum milite isto præsens absens vt fies. Idem Adelph. 1. 1,
Præsens, absénsque idem erit. Id est, te absente aut præsente.
Præsens præsenti adsum. Plaut. Mostel. 15. Terent. Adelph. 4. 5,
Quum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis.
Præsente absente. Terent. Eun. 5. 9,
-postulo vt mihi tua domus
Te præsente absente pateat.
Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquam à tuis consiliis discreparem. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4.

Cognoscent

Cognoscent omnes tui præsentes, tui absentis amorem. Cic. Lentulo, lib. 1. 1.
Præsentem atque audientem, vita priuandum esse dixit. Cic. 4. in Catil.
Viui & præsentes. Cic. 1. Offic. Neque solùm viui atque præsentes studiosos discendi eruditos atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.
Memoria viuorum & præsentium teste aliquem commendare. Cic. 2. de Orat. Duos summos viros, iis qui neutrum illorú viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, viuorú & præsentium memoria teste, commendemus.
Præsente hoc, nolebam dicere. Terent. Hec. 4. 4.
Dicerem de eius virtute eo præsente timidius. Cicero pro Cecinna.
Agere gestum præsente Roscio. Prouerbialis locutio, in eos qui doctiores se præsentes docere volunt. Cic. 2. de Orat. Quanquam soles, inquit, sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio.
Hic est vnus homo ex omnibus, quo præsente minimè ineptus esse vellem. Cic. 1. de Orat.
Præsente nobis, pro Præsentibus dixerunt veteres. Plaut. Amph. 8, Nec nobis præsente, aliquis, nisi seruos Africanus adest. Póponius, Qui apud forum præsente testibus mihi vendidit. Idem, Siue ergo istuc præsente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum, Id præsente legatis omnibus, exercitu pronuntiat. Ex Donato.
Adesse, & præsentem esse. Cic. 1. Offic. Ad id solum quod adest, quódque præsens est, se accommódat. De bellua.
Adest præsens, Vide ADSVM.
Præsens non ades. Plaut. Amphit. 11.
Præsens tecum egi, itémque petiui sæpe per literas. Cic. Curioni, lib. 2. 6.
Exponere commodius aliquid præsenti. Cic. Attico, lib. 1. 12.
Præsens hortatur. Horat. lib. 1. epist.
Interfuit, & præsens vidit. Cic. 1. de Inuent.
Præsens inuisit. Liu. 1. ab Vrbe, Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimúsque præsentes nostrarum ingenia?
Præsens succurre. Virgil. 9. Æneidos,
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. Vbi Seruius, Non dicit quæ præsens es, sed præsens succurre: id est, illico, statim.
¶Præsens tanquam in manú aliquid dare. Cic. 2. Offic. Quanquá quod præsens tanquam in manum datur, iucundius est: tamen hæc in posterum gratiora.
¶Præsens ingenio. Plin. lib. 17. cap 1.
¶Ætas præsens. Horat. 2. epist. 1.
Animus præsens {παρόρμητος} Terent. Phorm. 5 8,
Animo virili præsentíque vt sis, para. Virgil. 5. Æneidos,
Nunc sicui virtus, animúsque in pectore præsens. Vbi Seruius, Præsens, fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi. Cic. 2. de Orat. Sed animus acer & præsens, & acutus, idem atque versutus inuictos viros efficit.
Præsenti animo vti. Cic. 1. Offic. Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti & consilio, &c.
Presenti animo dicere. Terent. Eunuch. 4 6. Hoc est confidenti.
Præsenti argéto, vel pecunia mercari vel vendere. Plaut. Pœnul. 2. Idem Menæch. 2 4.
Casus præsentis immemor. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Dolor præsens. Lucret. lib. 6.
Forma dei præsens. Stat. 1. Sylu. 1.
Gratiam præsentem refero. Cic. pro Plancio.
Hora præsens. Horat. 3. Carm. ode 8.
Præsens malum. Terent. 5. 2,
-præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,
Nisi prospicis.
Mors præsens. Virgil. 1. Æneid.
Ad præsentem pastum mendicitatis suæ agros populari. Cic. 11. Philipp.
Præsentem pecuniam soluere. Cic. ad Attic. lib. 2, Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres.
Pecuniam præsentem non debitam soluit mulieri. Cic. pro Cluent.
Pestis. Cic. 3. Philip. Nimirum rectè veneficum appellas à quo tibi præsentem pestem vides comparatam.
Pignore præsenti firmat animum. Virgil. 3. Æneid.
Pœna. Cic. 2. de Diuinat. Atqui ne si nauigare quidem velim, ita gubernarem vt somniauerim: præsens enim pœna sit.
In re præsenti. Liu. 10. bel. Maced.
Venire in rem præsentem. Cic. 1. de Orat. An verò si de re ipsa, si de finibus, quum in rem præsentem non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controuersia est, &c.
In præsens tempus, vel in posteritatem hæc impendent. Cic. 1. in Catil. Quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat.
Ad præsens tempus dissimulato dolore, odium regis in vindictæ occasionem distulit. Iustinus lib. 1. de Harpago.
Testibus præsentibus liberam eretionem cognoscere. Cic. Attico, libro 13.
Vires ad nocendum præsentes habere. Cic. Attico, lib. 15.
¶Præsens & Futurus {ἀπὸ τοῦ μέλλοντος} contraria. Cic. pro Domo, Erat igitur & præsens earitas, & futura fames.
Præteritorum meminit, præsentia cernit, futura præuidet animus. Cic. 1. de Diuinat.
In præsens, In præsenti, Ad præsens, Vide IN & AD.
¶Præsens, non in præteritú modó accipitur, verumetiam in futurum. vt Horatius in Arte,
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. In præsens, id est in suum tempus, & quãdo tempus dicendæ rei aderit: nisi accipiatur pro impræsentiarum. vt idem 2. Carm. ode 16,
Lætus in præsens animus, quod vltra est
Oderit curare. Valla lib. 4.
Constituere se cuipiam aduocatumin rem præsentem esse venturum. Cic. 1. Offic.
¶Præsens quandoque dicitur, non quod nunc sit, sed quod tunc fiebat: id est tempore illo tunc præsenti. Cicero, Ego incolumitati ciuiú primùm, & postea dignitati: ille præsenti potius, quàm futuræ dignitati consulebat. De mortuo loquitur. Hæc Sipont. ex Valla lib. 4. de Finib. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 9, Sed cæterа (vt tu scribis) præsenti sermoni reseruantur: hoc tamen non queo differre. Id est, coràm quo erimus.
Præsens iracundia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1, Exarsi non solùm præsenti credo iracundia. Hoc est, quæ mihi tunc ex re præsenti obuenerat.
¶Præsens, Potens. Horat. 1. Carm. ode 35. de Fortunæ potentia,
O diua, gratum quæ colis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus: vel superbos
Vertere funeribus triumphos. Præsens, potens mutare status hominum. Action. Idcirco autem præsens pro potente positum est, vel quòd is, qui præsto est, maiorem vim habet, quàm qui abest: vel quòd vsitato loquendi more deos præsentes appellamus, qui in nostris dubiis, ac difficilibus tempotibus statim nobis auxilium ferunt. Iam hoc genus loquendi, præsens tollere, tale est, qualia sunt illa, pertinax ludere, durus componere, nobilis superare, de quibus vide in NOBILIS. Lambinus.
¶Præsens {ἵλεως} Propitius: quoniam is qui præsens est nobis, propitiatur facilè, si inuocetur, & citius quàm is qui præsens non est. Virgil. 1. Georgicorum,
Et vos agrestũ præsentia numina Fauni. Seruius. Terent. Phor. 2. 2,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem deum? Donatus, Præsentes dij sunt vel qui statim præstant: vel qui colantur, & videntur, vt Sol & Luna.
Auxilium præsens. Cic. 6. Verr. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatum est.
Auxilium præsentius. Virgil. 2. Georg.
Præsens ac præpotens deus. Cic. 2. de Nat. deor.
Deos præsentes videre. Cic. 3. de Nat. deor.
Numen præsentius. Quintil. in Procem. lib. 4.
Præsentior. Ouid. 2. Amor. eleg 8,
Ar quanto, si forte refert, præsentior ipse
Per Veneris fœci numina magna fidem?
Præsentissimum, Præstantissimum, vt apud Virgil. 12. Æneidos,
Dat signum cælo, quæ non præsentius vllum
Turbauit mentes Italas. Id est efficacius. Vnde præsentissimum periculum, Præsentissima medicina, Præsentissimum venenum, id est potens, & in primis efficax.
Præsens medicina: hoc est, quæ præsens & festinum remedium adfert. Colum lib. 2. cap. 14.
Præsentissimum remedium, sanguis de aure emissus. Colum. lib. 6. capite 14.

Præsentia, præsentiæ {παρουσία.} Terent. Heaut. 3. 3,
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia.
In præsentia, Vide IN.
In præsentia: sed post, Vide IN.
In præsentia & ante oculos proponere periculum. Cic. pro Domo.
Desyderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Cic. Licinio, lib. 5. 8.
Deorum præsentiæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Declarant præsentiam suam sæpe diui. Cic. 2. de Nat. deor.
Formæ aberat præsentia. Ouid. 2. Fast.
Præsentiam sui facere. Paulus in l. de vnoquoque. D. de re iudicat. Si sæpe conuenti, præsentiam sui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia. eod. tit. Præsentiam sui facere contemnit.
Præsentia animi {παρόντος} Græci παρόντα vocant: Latini præsidentiam, & robur animi. Cic. pro Milone, Neque verò sine ratione certa causa Milonis semper à Senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines, facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam.

Præsento, præsentas {παρίστημι, προσδίδωμι} præsentare, Quasi præsens facere. Quintil. lib. 11. cap. 2, Frustra docemur, si quicquid audiuimus, præterfluat: & exemplorum, legum, respõsorum, dictorum, benèque factorum velut quasdam copias, quibus abũdare, quáque in promptu semper habere debet Orator, eadem illa vis non præsentat. Alij legunt repræsentat: nec adhibent negationem NON. Plin. de Viris illustr. Caput ab Achilla Ptolemæi sarellite, Ægyptio velamine inuolutum, cum annulo Cæsari præsentatum est.
¶Præsentare, Referre, speciem præbere, & quod repræsentare dicitur. Plin. lib. 30. cap. 10, Sarcites bubulas carnes præsentat.

Præsentaneus, Adiectiuum {παραχρῆμα} Quod in præsens subitò fit: seu potius quod præsentem habet efficaciam. vt Præsentanei boleti, apud Senecam lib. 15, qui citò enecant.
Remedium præsentaneum ad dentium mobiles firmandos. Plin. lib. 21. cap. 31.
Venenum præsentaneum. Gell. lib. 6. cap. 4, Id quoque addidisse venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, &c. De Regulo loquitur.

Præsentarius, Aliud adiectiuum. Præsentarium argentum. Plaut. Pœn. 9,
Quid ait? L. quia aurum poscunt præsentarium.

Præsumo, præsumis, pen. prod. præsumpsi præsumptum {προαναλίσκω} præsúmere, Prius sumere. Plin. lib. 36. cap. 11, Theophrastus author est, potores in certamine bibendi præsumere farinam eius. Scilicet lapidis.
Dapes præsumere. Ouid. 3. de Arte.
¶Præsumere animo. Valer. Max. lib. 1.

Præsumere spe bellum. Virgil. 1. Æneidos,
Arma parate animis, & spe præsumite bellum. Vbi Seruius, Aut hypallage est, pro Armis parate animos. aut certè est mutanda distinctio, vt sit, -animis & spe præsumite bellum, mêtre præoccupate.
Fortunam præsumere. Tacit. lib. 12.
Gaudium præsumere. Plin. epist. 10. lib. 2, Vt tãdem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temerè præsumo. Id est quibusdam signis intelligo ante tempus.
Ingenium iudicio præsumi. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Lætitiam præsumere. Plin. in Paneg.
Mollitiem. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Officia hæredum præsumere, pro Agere, dum superstites sumus, quod hæredum esset. Plin. epist. 96.
Remedia præsumere. Tacit. lib. 14.
Supplicium in aliquem. Tacit. lib. 1. Hoc est, antè sumere.

Præsumptus, Participium {προνοηθείς.} vt
Piacula præsumpta. Sil. lib. 5.
Præsumpta opinio. Quintil. lib. 2. cap. 17, Nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud Tacitũ, Præsumpta suspicio, pro eodem dicitur, teste Budæo.
Quies præsumpta. Tacit. in vita Agricolæ.
Spes præsumpta. Tacit. lib 3.
Præsumptum est enim ea mancipia quæ rudia sunt, simpliciora esse. Vlpian. in l. præcipiunt. D. de ædil. edict.

Præsumptio, præsumptionis, Verbale {προνόημα} Autè sumptio, vel anticipatio. Plin. epist. 3. lib. 9, ad Paulinum, Alius alium: ego beatissimũ existimo, qui bonæ, mansuræque famæ præsumptione perfruitur, certúsque posteritatis eum futura gloria viuit.
Præsumptio, apud Rhetores, dicitur quum id quod in aduersarij causa, vel in iudicis opinione contrarium nobis esse aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione dissoluere. Quintil. libro 9, Mirè verò in causis valet præsumptio, quæ προλημψις dicitur, quum id quod obstet, potest occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit.

Præsuo, præsuis, præsui, præsurum, pen. prod. {προῤῥάπτω} præsuere, Antè fuere. Plin. lib. 11. cap. 19, Cõsecant furculos longitudine binũm cubitorum. Mox præsunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptarum, &c.
Hasta præsuta foliis. Ouid. 11 Metam.

Prætego, prætegis, pen. corr. prætexi, prætectum {προκαταλύω} prætẽgere, Idem quod Tegere. Plinius in Panegyr. Veniet ergo tempus, quo posteri visere, vilendúmque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod denique tectũ magnus hospes impleueris.

Prætendo, prætendis, prætendi, prætentum & prætensum {προβάλλομαι, προφασίζομαι} prætẽndere, Antè tendere, opponere. Virgil. 9. Æneidos,
-& marti prætendere muros.
Vestem prætendere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Prætendere auribus. Plin epist. 17. lib. 7. ad Suram, Initio quale vbique silentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed affirmare animum, auribúsque prætendere, tum crebrescere fragor, aduentare, & iam, &c. Alij codices habent, Auribúsque manum prætendere. id est, opponere, ne spectri aduentantis tumultum audiret.
Prætendere rerua Plinius lib. 9. cap. 8, Qua de causa prætendi non queunt rerua, quæ mollem ponderis vllo modo tolerent.
Prætendere sepem segeti. Virgil. 1. Georg. Seruius, Circundare, & opponere.
¶Prætendo, pro Obtendo, & prætexo: dativo aliquando iungitur, nonnunquam accusatiuo cum præpositione Aduersus. Plinius Iunior epist. 16. libro 4, ad Valerium Paulinum, Studeamus ergo: nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. Quintil. in Præfat. libri 1, de falsis philosophis, Sed vultum & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant.
Ignorantia prætendi non potest. Quintil. lib 7 cap. 2.
Nomen alicuius prætendere. Cic. in Vatinium, Volo vt mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætendere, quæ te tanta, &c.
Speciem læram prætendere fraudi. Claud. 2 Paneg.
Verba culpæ prætendere. Ouid. 2. de Remed. amor.
¶Prægendere, Præmonstrare, exhibere, vel præ se ferre. Quintil. lib. 8 cap 3, Qui quum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere.
Amicitiam, ac studium alicuius prætendere. Tacit. lib. 20.
¶Prætendunt duo vnum debitum, Hoc est contendunt vterque suum esse. Paul. in l. si plures. D. de pact. Vnus tutor plurium pupillorum nomine, vnum debitum prætendentium.
¶Prætendere, Præferre. Virgil. 4. Georgicorum,
-fumósque manu prætende fesquaces. Seruius.

Prætentus, Participium {προβεβλημένος.} vt Cuspis prætenta. Ouid. lib. 3. Metam.
Veste prætenta lacrymas coortas obtegis. Seneca Hippol. 8.
Locus prætentus aquis. Claud. 1. in Ruffin.

Prætentura, prætenturæ, & Prætenturæ, num. plur. à prætendendo, id est, ante tendendo & præsidendo dictæ, sunt tanquam quædam castra ante tendentia, vel stationes ante tendentes. Ammianus Marcell. libro 1, ibíque densis inter obsidentium itinera prætenturis, prouincialium & viatorum opibus pascebantur. Iterum, Et quia Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti, prætenturis & stationibus seruabantur agrariis. Rursus, Salubriter & cautè castra metata, prætenturæ stationésque agrariæ totis rationibus ordinatæ. Meminit Higenus. Verbum militare est. Vide plura apud Turnebum.

Prætener, pen. corr. prætenera, prætenerum, penult. corr. {πολυτρίβω} Valde tenerum. Plin. lib. 25. cap. 13, Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos, fruticosa, prætenera, foliis coriandri.

Prætento, prætentas, {προπειρόμαι} prætentãre, Prius tentare. Plin. lib. 11. cap. 37, Cornua sunt cochleis ad prætentandum iter.
Calliope querulas prætentat pollice chordas. Ouid. 5. Metam.
Vires prætentare. Ouid. 8. Metam.
Misericordiam iudicis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Prætentata & perspecta causa. Cic. 2. de Orat. Ideirco tota causa prætẽtata atque perspecta, locis omnibus inuentis atque instructis, consyderandum est quo principio sit vtendum.

Prætentatus, huius prætentatus, pen. prod. {προπειρασία.} Plin. lib. 11. capite 37, Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.

Prætenuis, & hoc prætenue {πολυπτὸς} Valde tenue significat. Plin. lib. 11. cap. 15, Mel thymosum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. cap. 50, Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit, in ponte prætenui. De capris.

Prætrepeo, prætrepes, penult. corr. prætrepui {προκροτέω} prætrepẽre, Idem quod Antè tepere. Ouid. 2. Amor. eleg. 3,
Mollis in obsequium, facilísque rogantibus esses,
Si tuus in quauis prætrepuisset amor.

Prætor, Præpositio {πλὴν, ἐκτὸς, πλὴ} accusatiuo semper iũgitur, & excipiendi vim habet. Cic. ad Attic. lib. 7, Qui omnes prætor eum de quo per te egimus, reum me facere rentur.
Ante, & Prætor, contraria. Author ad Heren. lib. 4, In superioribus libris nihil, neque ante rem, neque prætor rem locuti sumus.
¶Prætor, Vltra. Quintilianus, Multa erant prætor hæc, quæ obiici meritò potuissent. Terent. Adelph. 2. 3,
Itaque vnam hanc rem me habere prætor alios præcipuam arbitror.
¶Prætor ripam ire. Liu. 8. bel. Maced.
Prætor mœnia ipsa fluere, Prætor Caralliten paludem agmen ductum, Prætor Thebas Demetriadem cursum dirigerẽt. Prætor oram Hersusci maris Neapolim transmisit, dixit Liuius Decad. 4.
¶Prætor, pro Vlterius. Lucret. lib. 4,
Quæ manet in statione, ea prætor creditur ire. De naui.
¶Prætor æquum. Terent. Hecyr. 2. 1,
Meo labori haud parcens prætor æquum atque ætatem meam.
Prætor æquum & bonum nimium durus. Terent. Adelph. 1. 1.
Prætor ætatem, Id est Contra, vt ait Donatus. Plaut. Epid. 3,
Prætor ætatem & virtutem fluitus es. Hoc est, Dedecet ætatẽ tuam te stultum esse, Non conuenit ætati tuæ, Contra ætatem facis.
Prætor cætera, Plus quàm cætera. Terent. And. 1. 1,
Horum ille nihil egregiè prætor cætera
Studebat. Cic. 2. Offic. Testis est Phalaris: cuius est, prætor cæteros, crudelitas nobilitata. Pro eo quod est, prætor cæterorum crudelitatem.
Hoc mihi præcipuum est prætor cæteros. Cic. pro Sylla.
Prætor consuetudinem. Cic. ad Atticum, lib. 3, In altera epistola, prætor consuetudinem tuam, diem non adscribis, sed satis significas tempus.
Prætor consuetudinem si acciderit aliquid, prætor naturam tamen non possit existere. Cic. 2. de Diuinat.
Nihil magis ridetur, quàm quod est prætor expectationem. Cic. 2. de Orat.
Prætor fatum, Vide paulo pòst, Prætor naturam.
Prætor communem fidem quæ omnibus debetur, prætereа nos isti hominum generi præcipuè debemus. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.
Prætor hæc, Id est Vltra, Amphus. Plaut. Sticho, 6.
Prætor hac, apud Plautum sæpius legitur, pro Posthac. In Rud. 2. 4,
-si prætor hac
Tu verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Prætor libidinem. Terent. Heaut. 1. 2,
Fortasse aliquanto insuetior erat prætor eius libidinem.
Prætor modum gratum est. Cic. pro Plancio, Quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quòd gratum prætor modum dicat esse.
Prætor modum iustus. Cic. 5. Tusc. Aristides nónne ob eam causam expulsus est patria, quòd prætor modum iustus esset?
Prætor modum creuit lacus albanus. Cic. 1. de Diuinat.
Prætor modum exterreri. Cic. 2. Offic. Voluptates blandissimæ dominæ, maiores partes animi à virtute detorquent: & dolorum quum admonentur faces, prætor modum plerique exterrentur.
Prætor morem atque legem ciuium, Contra consuetudinem, inquit Donatus. Terent. And. 5. 3.
Prætor naturam. Cic. 1. Philip. Multa autem impendêre videbãtur prætor naturam etiam, prætérque fatum. Id est violenta morte & inopinata. Vide Gell. in hæc verba, lib. 13. cap. 1.
Prætor opinionem, Contra, inquit Donatus. Terent. Heeyr. 5. 1,
Nunc quum ego te esse prætor nostram opinionem comperi:
Fac eadem vt sis porrò. Id est aliam quàm credebamus.
Prætor opinionem aliquid accidere. Cic. pro Plancio.
Prætor optatum illud accidit. Cic. in Pisonem, Vt amitteretis exercitum, nunquam mehercule optauissetis illud & iam accidit prætor optatum meum, sed valde ex voluntate.
Prætor sententiam omnia euenunt. Plaut. Merc. 19.
Prætor solitum lætus. Virgil. 1. Georg.
Prætor spem. Terent. And. 2. 6,
Prætor spem euenit, sentio: hoc malè habet virum.
Prætor spem siquid erit, facies vt sciam. Cic. Attico, lib. 15.
Prætor spem aliquid dicere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4.
¶Prætor. Ante. Cic. 5. Verr. Serui autem eius qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem genere ac loco nati, prætor oculos Lolij hæc omnia ferebant.
Prætor ora. Tacit. lib. 20.
Montibus anteire, & solem succedere prætor. Lucret. lib. 4. Id est, ante solem, vel è regione solis. Lambinus.
¶Prætor, Aduerbium, pro Prætorquam. Colum lib. 3. cap. 2, Omnis incommodi patientes prætèr caloris. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Arquieciam è Græcis ipsis diligenter cauendæ sunt quædam familiaritates, prætèr hominũ perpaucorum, siqui sunt vetere Græcia digni. Hæc Budæus.
Prætor propter. Gell. ex Ennij Iphigenia lib. 19. cap. 10,
Otio qui nescit vti, plus negotij habet
Quàm quum est negotium in negotio
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet,
Incertè errat animus, prætor propter vitam viuitur. Est autem prætor propter vitam viuere, non soli inseruire vitæ, sed multa conquirere quæ nõ desyderat vita, sed superuacanea sint & voluptuaria, miniméque necessaria: quibus tamen occupati impeditíque tenemur, quum eis plus temporis & studij, quàm rebus seriis & necessariis impendamus. Turnebus.
Prætor, Insuper. Plin. lib. 8. cap. 42. ad finem, Equo ferè qui homini morbi, prætérque veficæ conuertio. Idem lib. 11. cap. 4. ad finem, Habent autem oculos, prætérque è sensibus tactum atque gustatum.

Prætergere {πάρεμι ἔχω.} vt Circumagere. Horat. 1. epist. 15,
Mutandus locus est, & diuersoria nota
Prætergendus equus. Id est, inquit interpres, agendus est equus prætor diuersoria nota, id est vltra: quod equi inuitissimi solent facere.

Prætorbito, prætorbitas, Vide PRÆTEREO.

Prætercaputsaxi, ex tribus verbis vnum nomen, quo iter ad Garamantas apud Plinium appellatur, lib. 5. cap. 5.

Prætorduco, prætorducis, pen. prod. prætorduxi, prætorductum {παράγω} prætorducere, Ducere, vel anteducere. Plaut. Milit. 3,
Vt te hodie quasi pompam illàc prætorducerem.

Prætorea, Aduerbium {περαίτερω} Id est prætor hæc quæ dicta sunt. Terent. Adelph. 2 2,
Age, noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ,
Dum huic obsequare, prætorea aurem te aiunt proficiscí Cyprum.
Vbi Donatus, Prætorea autem ἀφαίρετικὸς figura. nam vereres libenter coniunctiones multiplicabant. Virgil. 1. Æneidos,
-& quisquam numen Iunonis adoret
Prætoreа? aut supplex aris imponat honorem? Hoc est postea, ait Seruius.
Addebant prætorea Rempublicam conuenturam Calendis Sextilibus. Cic. 1. Philip.
Prudentiam tuam mihi exposuit, & prætorea mihi non ignotam, in consuetudine & familiaritate tuauitatem tuam adiunxit: prætorea summam erga se liberalitatem. Cic. Planco, lib. 10. 3.
Lysiadem Atheniensem plerique nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo prætorea festiuus. Cic. 5. Philip.
¶Prætorea, interdum habet pronomen tam singularis quàm pluralis numeri inclusum.
De singulari. Virgil. 11. Æneidos,
Si duo prætorea tales Idæa tulisset
Terra viros. Id est, prætor eum Æneam. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. 3, A me verò sic diligitur, vt tibi vni concedam, prætorea nemini. Id est, prætor te.
Sic Populus Rom. deligit magistratus, quasi Reip. villicos, in quibus siqua prætorea est ars, facilè patitur. Cic. pro Plancio.
Non possumus huius ciuitatis & ciuisuis prætorea esse ciues. Cic. pro Corn. Balbo,
Expedito homine nobis opus est, & eo qui imperium legitimum habeat, qui prætorea authoritatem, nomen, exercitum, &c. Cic. 1. Philip.
Nihilne vobis in mentem venit, quod prætorea à Crasso requiratis? Cic. 1. de Orat.
De plurali. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Prætorea quidem de Consularibus, nemini possum aut studij animi erga te, aut officij, aut amici esse testis. Id est, prætor eos.
Duo prætorea testes nihil dixerunt. Cic. pro Cecinna.
¶Prætorea, pro prætérito tempore & anteacto, non consuera sanè significatione. Agretius Sallustij interpres in Catilina, Prætorea, inquit, prætériti temporis: Sallustius, nunquam Hispanos prætorea tale facinus facere ausos. Ex Turnebo.

Prætereo, prætẽris, pen. corr. prætẽriui vel prætẽrij, prætẽritum, pen. corr. {παρέρχομαι, μεταβαίνω, παρέρπω, παρεῖμι, παρέσομαι, παραίνω} prætẽrire, Vltra ire. Terent. Eunuch. 4. 2, -dum hæc puto,
Prætẽrij imprudens villam. Idem Adelph. 4. 2,
Prætẽrito hac recta platea sursum.
Prætẽrire verbum est antiquum. Et prætẽriti Senatores dicebantur, quorum nomina tacebantur, in recensendo Senatu. Et prætẽriti Candidati, in Comitiis apud Ciceronem & Plinium leguntur, quorum ratio in Comitiis non habebatur, & qui repulsam tulerant. Budæus pro iis accipit quorum fama supprimitur ab iis qui eorum merita cognouerunt & virtutem.
Prætẽrire per vias Plaut. Merc. 2. 4.
In platea modò huc, modò illuc prætẽrire. Catul. ad Aurel. 15.
Ætas prætẽrit. Virgil. 2. Georg.
Ætas prætẽrijt ad ducendum. Terent. Phorm. 2. 3.
Dies prætẽriit. Terent. Phorm. 3. 2.
Tempus non legis, fed libidinis tuæ prætẽriit. Cic. Attico, lib. 7.
Vnda prætẽrijt. Ouid. 3. de Arte.
¶Prætẽrire malum, Effugere, vitare. Terent. Heeyr. 3. 4.
¶Prætẽrire aliquid, Nullã de re aliqua facere mentionem, & quasi obliuiſci. Terent. in Prolog. Adelphorum, -pernoscite,
Furrúmne factum existimetis, an locum
Reprehensum, qui prætẽritus negligentia est.
Omittere, relinquere, prætẽrire. Cic. de Prouinc. Consul. Omitto iurisdictionem in libera otiitate contra leges, Senatúsque consulta, ædes relinquo, libidines prætẽreo, &c.
Et, quod penè prætẽrij, Bruti tui causa feci omnia. Cic. Att. lib. 6.
Non prætẽreundum est ne id quidem. Cic. 3. Verr.
De hoc iure nulla prætẽreo. Cic. pro Cecinna.
Prætẽrire silentio aliquid. Cic. ad Brut. 15, Tantum omnium laudum excellentian non queo silentio prætẽrire.
Prætẽrire non potui quin. Cic. ad Attic. lib. 9, Prætẽrire tamen non potui quin & scriberem ad te, & illum mitterem.
Prætẽriit me hæc res. Terent. Heeyra, 5. 4, An temerè quicquam Parmenonem prætereat quod facto vlus sit?
Non te prætẽrit, Hoc est, scis. Cic. ad Attic. lib. 8, Etsi conuenirent, quantum iis committendum sit, quòd inter se ne noti sint, cõtra legiones, non te prætẽrit. Idem ad Silium, lib. 13. 66, Non me prætẽrit, nos eam rem Ephesi expertos esse.
¶Animo prætẽrire suos annos, Animum annis maiorem habere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
¶Suffragijs prætẽrirí, & repulsam ferre. Cic. 5. Tusc. Sed quum sapiens, & bonus vir, qualis fuit ille, suffragijs prætẽritur, non populus à bono Consule potius, quàm ille à bono populo repulsam fert, suffragijs prætẽritur?
Dignos prætẽrire nonnunquam populus solet. Cic. pro Planc.
Filium fratris prætẽrire, pro Nihil ei in testamento relinquere. Cic. 2. Philipp. Vide quàm te amarit is, qui albus atérve fueris ignorans, fratris fi iũ prætẽriit Q. furij honestissimi Equitis Romani suique amicissimi: quem palàm hæredem semper factitarat; ne nomen quidem perscripsit: quem nunquam viderat, ac nunquam salutauerat, fecit hæredem.
¶Prẽterire, pro Antecellere, Vincere. Varro 1. de Re rust. cap. 1, Hos nobilitate Mago Carthaginiensis prætẽriit Pœnica lingua. Cic. in Sallust. Neque ab alio vinci potest, neque ipse se omnino reliqua ætate prætẽrire.
¶Prætereor, Passiuum. Cic. 2. de Legib. Ne sumptuosa respersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.
¶Prætẽrit, pro Prætẽriit, vel prætẽriuit, syncopa poetica. Ouidius 1. Fastorum,
At Numa, nec Ianũ, nec auitas prætẽrit vmbras. Id est, prætermisit.

Prætẽriens, prætereuntis {παρερχόμενος} Participium. Cic. 1. Verr. Quasi prætẽriens satisfaciam vniuersis.
Vno aspectu, & prætẽriens de aliquo indicat. Cic. de Clar. Orat.
Populus prætẽriens. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Currus prætẽriens. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

Prætẽritus, pen. corr. {παρελθών} Aliud participium.
Ætas prætẽrita quanuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Cic. de Senect.
O mihi prætẽritos referat si Iuppiter annos. Virgil. 8. Æneid.
Labores prætẽritos meminisse. Sil. lib. 3.
Opus prætẽritum retexere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Spatium temporis prætẽritum. Lucret. lib. 3.
Tempus prætẽritum nunquam reuertitur. Cic. de Senect.
Nihil relinquere in prætẽritis. Cic. 4. Acad. Quæ ab his dicuntur sic persequamur, vt nihil in prætẽritis relinquamus.
¶Prætẽriti dicuntur etiam extincti. Propert. lib. 2. eleg. 14,
Fas est prætẽritos semper amare viros.
¶Prætẽriti {κεκοιμημένοι, ἀπεληλυθότες} Qui in petitione magistratuum repulsam habuerunt, vt sæpe apud Ciceronem inuenies. Festus, Prætẽriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quòd vt reges sibi legebant, sublegebántque quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos, Consules quoque, & Tribunos militum Consulari potestate coniunctissimos, sibi quosque patriciorum & deinde plebeiorum legebant, donec potestas Tribunitia interuẽnit, quã sancitum est vt Censores ex omni ordine optimum quenque curiatim in Senatu legerent: quo factum est, vt qui prætẽriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi.
Ædilitate prætẽritos scimus Consules esse factos. Cic. pro Planc.
Prætẽrita & futura. Cic. 1. de Diuin. Tum meminit prætẽritorum, præsentia cernit, futura præuidet.
Memoria prætẽritorum, futurorum prudentia. Cic. de Senect.
Conuerti prætẽrita in falsum è vero non possunt. Cic. de Fato.
Mutare prætẽrita non possumus. Cic. in Pisonem.
In prætẽritum, Vide 1 N.
Prætẽritus dolus est ante litem contra commissus, Præsens verò est post litem commissus. Vlp. in l. apud Celsum. §. quæsitum est an. D. de doli mali & metus except.
Prætẽritus venter, Vide VENTER.

Prætẽriturus, penul. prod. Participium {παρελθησόμενος.} Ouid. 3. de Arte amandi,
Quáque vigil custos prætẽriturus eram.

Prætẽrbito, prætẽrbitas, penult. corr. {παρεμπίπτομαι} prætẽrbitãre, Frequentatiuum, Frequenter ire. Interponitur b, quasi prætẽrito, prætẽritas. Plaud. Epid. 10,
Caue prætẽrbites illas ædes, quin roges,
Senex hic vbi habitat Periphanes Ptæntius?

Prætẽrequito, prætẽrequitas, pen. corr. {παρεμπαίζομαι} prætẽrequitare, Equitando prætẽrgredi, vel currere. Liu 3. ab Vrbe, Prætẽrequitantéque absterrent.

Prætẽrferor, penult. corr. prætẽrfertis, prætẽrlatus sum {παρεφέρομαι} prætẽrferri, Prætẽrgredi. Liu. 1. bel. Pun. Sed & Baleares pulso equite iaculabantur in latera, & elephanti iam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago Numidæque, simul latebras eorum improuida prætẽrlata acies est, exorti à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecêre.

Prætẽrlatus, pen prod. Participium {παρεφερόμενος.} Lucret. lib. 4,
At quæ pars vocum non aures accidit ipsas,
Prætẽrlata perit, frustra diffusa per auras.

Prætẽrfluo, prætẽrfluis, prætẽrfluxi, prætẽrfluxum {παρέρρυτον, παρρέω} prætẽrfluere, Vltra, vel iuxta fluere. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Cibi

pars quod potio , & ea iis aqua liquida , vnde bibant , esse oportet: eámque propinquam , quæ præterfluat, aut in aliquem locũ influat.

¶Præterfluere, per metaphoram, pro Elabi, pertranſire. Cicero 5. Tuſcul. Quocirca corpus gaudere tandiu , dum præſentem ſentiret voluptatem : animum & præſentem percipere pariter cum corpore, & proſpicere venientem,nec præteritam præterfluere ſinere. Id eſt, Non negligere præteritam.

Prætergeo, prætergeris, prætergi, prætergeris, prætergeris, prætergère. Lucret.lib.4, de aere,

Isque ita per noſtras acies perlabitur omneis,
Et quaſi præterget pupillas, atque ita tranſit. Ibidem,
Et noſtros oculos præterget longior aura. Hoc eſt, præſtringit, prælambit,& ſenſum titillando ſenſim pertranſit.

Prætergredior, prætergrederis.pen. corr.prætergreſſus ſum {παραβαίνω} prætérgredi.pen.corr. Vltra tráſire.Cic.ad Appium Pulchrum, lib. 3. 7. Currens Lepta venit, mihíque nunciauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe.

Prætériens. Præteritus, Vide PRAETEREO.

Prætérlabor. penult. prod.prætérlaberis,pen.corr.prætérlapſus ſum {παροχλοδύρομαι} prætérlábi, luxta labi. Cic. 2. de Orat. Tum & in ſenſum & in mentem iudicis intrare non poteſt : antè enim prætérlabitur quàm perceptа eſt.

Tumulum prætérlabi.Virgil.6.Æneid.

Prætermeo, p. ætermeas {παραπερβαίνω} prætermeare , luxta meare. Lucretius,

Sæpe ſalutantum tactu,prætérque meantum. Pro prætermeãtium, cauſa metri.

Prætermitto, prætermittis,prætermiſi, pen.prod prætermiſſum {παραλιμπάνω, παρακλείπω} prætermittere, Intactum relinquere, omittere, prætérire. Terent.Adelph.3 3,

Nihil prætermitto:conſuefacio,&c. Cic.de Aruſp.reſponſis,

Siquid eſt prætermiſſum aut commiſſum afferunt.

Prętermitti dicitur,quod aut ignorantia,aut obliuione,aut negligentia prætéritur.Omitti verò,quod de induſtria relinquitur.Cic 3. Offic. Minimè verò aſſentior iis , qui negant eum locum à Panætio prætermiſſum,ſed conſulto relictum.

Prętermittere & relinquere.Cic.2.de Orat.Quare Craſſe neque tu tua ſuauitate nos priuabis , vt ſiquid ab Antonio aut prætermiſſum, aut relictum ſit,non explices.

Prætermittere ſilentio, quod & Prætérire dicitur. Cic. 13 Philipp. Ne ne illud quidem ſilentio,p.e prætermittendum puto,quod,&c.

Sine nefario ſcelere quædam prætermitti non poſſunt. Cic. Lentulo,lib.1.9. De ſtudiis ergà amicum.

Nihil quod ad rem pertinet,prætermittere.Cic. Lentulo,lib.1.5.

Ne hoc quidem prætermittendum duxi, te vt hortarer, vt, &c. Cic. Sextio,lib 5.17.

Prætermittere & deſerere officium. Cic. 1. Offic. Prætermittendæ defenſionis,deſerendíque officij plures ſolent eſſe cauſæ.

Ne illud quidem prætermittam, Hortenſius filius fuit, &c. Cicero Attico,lib.6.

Hæreditatem prætermittere. Neratius in l.qui patri.D. de acquir. vel omit.hæred. Qui patri hæres extitit, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſt,non poteſt hæreditatem eius prætermittere.

Nullum locum laudandi tui prætermitto.Cic.Cornif.lib.12.24.

Neminem prætermittere cui,&c. Cic.ad Brutum,lib.11.21,Quid? tu illum tecum ſolum,aut cum Cæſare,qui neminem prętermiſerit, quicum loqui poſſet,cui non eadem iſta dixeris?

Nihil prætermiſi in te ornando. Cic. ad Plancum,lib.10.13, Vt primum poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ,nihil prætermiſi in te ornando , quod poſitum eſt aut in præmio virtutis , aut honore verborum.

Nihil prætermiſi quantum eniti potui, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem.Cic.2.Philip.

Occaſionem prætermittere.Liu.5.bel.Pun.

Neque vllum officium erga te homini amantiſſimi prætermiſit. Cic.Lentulo,lib.1 8.

Pœnam prætermittere.Cic.ad Brutum,15, Sed ſceleris pœnã prætermittere(id enim eſt quod vocatur ignoſcere) etiam ſi in rebus tolerabile eſt,in hoc bello perniciſum puto.

Prætermittere ſcelus.Cic. ad Att. lib 9.Quid tu illue Scipionem, quid Fauſtum , quid Libonem prætermiſſarum ſceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur. quid eos autem,quum vicerint, in ciues effeturos?

Vitia animi prætermittere. Lucret.lib.4.

Voluptates prætermittere.Cic.3.de Nat.deor.

Prætermiſſio,Verbale {παραλειψις.} Cic.in Topic.Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus,ſine vllius prætermiſſione diuiditur.

Prætérnauigo,prætérnauigas,pen.cor. {παραπλέω} prætérnauigáre, luxta, vel vitra nauigare.

Prætérnauigatio, Verbale {παραπλοῦς.} Plinius libro 4. cap.12, Ab hac Ægina liberæ conditionis XVII M.P. cuius XX M.P. prætérnauigatio eſt.

Prætero præteris, pen. corr. prætriui,prætrirum,pen.prod.prætérere. Plin.lib.11. cap. 37, Timarchus Nicoclis filius Paphij , duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores , ideóque prætruit.

Prætérpropter, vna dictio eſt, ſignificans Prætérquam propter,hoc eſt propter aliam cauſam , quàm propter eam de qua loquimur : vt, Prætérpropter vitam viuitur , hoc eſt propter aliam cauſam viuitur quàm vt viuatur, vtpura propter laudem, propter virtutem,propter gloriam. Sipontinus. Vide PRAETER.

Prætérquam {πλὴν, πλὴ ἀπὸ, ἀπ' ἐ} Vnica dictio eſt , quæ requirit ſemper præcedentem caſum , quia idem verbum ſubintelligitur. vt, Nemo id dixit prætérquam Cicero. Nullius id intereſt prætérquam patris. Nulli id placuit,prætérquam Cæſari. Neminem prætérquam Prætorem timeo.O vos omnes prætérquam Plato,legite. A nemine,

prætérquam à Socrate didici. Terent.And.4.5,

-verbum ſi mihi

Vnum prætérquam quod te rogo,faxis:caue.

Nullas iis prætérquam ad te dedi literas.Cic.Appio,lib 3.7.

Pro tantis rebus nullum à vobis præmium poſtulo , prætérquam huius diei memoriam ſempiternam Cic.3 in Catil.

Prætérquam, Aliter quàm.Liu.lib.1,Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re prætérquam legibus poterat,iura dedit.

Præter quàm diſiunxit Plautus , interpoſita altera dictione , in Perſa,10,

Virgo atque mulier nulla erit,quin ſit mala,

Quæ præter ſapiet, quàm placet parentibus.

Prætérquam quòd , nonnulli vnam dictionem exiſtimant eſſe , ſignificárque Niſi quòd. Terent.Heaut.2.4.

Nam,dum abs te abſum,omnes mihi labores fuere, quos cepi leues: Prætérquam tui carendum quòd erat.

Prætérquam quòd Reipubl.conſulere debemus,tamen tuæ dignitati ita fauemus, vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam , laborem , diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Cic.Planco,lib.10.1.

Prætérquam quòd , & prætérea. Cic. 5. de Finib. Hoc autem loco tantum explicemus , hæc honeſta quæ dico , præter quam quòd noſmetipſos diligamus:prætérea ſuapte natura per ſe eſſe expetenda indicant pueri,in quibus vt in ſpeculis natura cernitur.

Prætérquam qui.Terent.Eunuch.1.1,

Neque prætérquam quas ipſe amor moleſtias

Habet,addas.

Prætérquam ſi. Plin.lib 8.cap.25,Tergoris ad ſcuta,galeáſque impenetrabilis,prætér quam ſi humore madeat.

Prætérquam ſemper,pro Quum ſemper. Gell. lib.15. cap.1, Declamauerat Antonius Iulianus rhetor , prætérquam ſemper alias , tum verò minimum quàm delectabiliter & fœliciter.

Prætérquam,ſequente Etiam. Cell.lib.1.cap.9,A qua verò frigida infuſa,prætérquam capiti,etiam ſtomacho prodeſt. Id eſt,non tantùm caput,ſed etiam,vel prætérquam quod capiti prodeſt.

Prætérrado, prætéradis, prætérradi,pen. prod. {παρασύρω} prætérráde.Id.in quod Radere ſimplex Lucret.lib.4,

Prætérradit enim vox fauces ſæpe. Legitur & Prætérea radit vox,&c.

Prætéruecho,prætéruehis,pen.corr.prætéruexi, prætéruectum {παραλαύνω} prætéruéhere, Trans, vel vitra vehere. Cic.7.Verr. Tandem in imperio ſuo claſſem iſte Prætor diligens vidit , quandiu communium eius flagitioſiſſimum prætéructa eſt. Idem 5. de Finib.Neque enim vocum ſuauitate videntur , aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocare eos ſolitæ , qui prætéruehebantur : ſed quia multa ſe ferè profitebantur. De Sirenum cantibus.

Littora prætéruectus aquis Stat.5.Thebaid.

Oſtia prætéruehi.Virgil.4.Æneid.

Prætéruehere,pro Prætéruehi. Sueton.in Augusto,cap.93, C. Nepotem, quòd Iudæam prætéruehens, apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet,collaudauit.

Prætéructa ſcopulos oratio , per tranſlationem , pro Difficiliora explicauit,& peracutè. Cic. pro Cælio , Sed quoniam emerſiſti iam è vadis, & ſcopulos prætéructa videtur oratio mea, perfectis mihi reliquus curſus oſtendite.

Prætéructa eſt oratio mea aures veſtras. Cic. pro Corn. Balbo, Etenim ei ſuccedo orationi , quæ non prætéructa ſit aures veſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit.

Prætéruehere aliquid ſilentio,Idem quod Prætérire ſilentio. Cic. 7.Philip.Magna ſpe ingredior in reliquam orationem,p. c. quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum prætéructus.

Prætéructio, Verbale. Cic.7.Verr. Monimentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ ,veſtibulo Siciliæ prætéructione omnium,qui vltrò citróque nauigarent.

Prætéructo, prætéructis,prætéructi,prætéructum,prætéructúrus, prætéructére, Ante vt rere:& per tranſlationem,pro Prius dicere. Cicero 1.de Diuinat. De quibus quid ipſe ſentiam,ſi placet,exponam : ita tamen ſi vacas animo , neque habes aliquid quod huic ſermoni prætéructendum putes. Quidam hîc legunt prætéruertendum.

Prætéruolo, prætéruolas,pen.corr. {παρίπταμαι} prætéruolare,Celeriter prætérire, & quaſi vitra volando effugere. Cic. 3. de Orat. Sententiæque ſæpe acutæ, non ſcitorum hominum ſenſus prætéruolãt. Idem 4.Acad.Hæc duo prope poſita non prætéruolant, ſed ita dilatant, vt non mediocrem curam adhibeant & diligentiam.

Ales prætéruolat.Cic.in Arato,

Hic ſe iam totum cæcus Equus abdit in vmbras,

Quem rutila fulgens pluma prætéruolat Ales.

Parua puppe lacum prætéruolat ocyus.Claud.de bel.Get.

Haſta prætéruolat auras.Sil lib.10.

Prætexo, prætexis, prætexui , prætextum {παραπλέκω ὑφαίνω, σπείρω} prætéxere. Auſonius in gratiarum actione ad Gratianum imperatorem pro Conſulatu,Tu Auguſte venerabilis,diſtrictus maximo bello,aſſultantibus tot millibus Barbarorum , quibus Danubij ora prætexitur. Id eſt cooperta. Ouid.1.de Arte,

Quid referam Baias , prætextáque littora velis? Plinius quoque prætexta tuguriorum poſuit lib.16.cap 9,Cortex è fago,tilia,abiete, picea in magno vſu agreſtium. Vaſa corbéique , ac patentiora quædam,meſſibus conuehendis , vindemiſque faciunt , atque prætexta tuguriorum. Hoc eſt,*borda* tecti ipſorum tuguriorum. Bayfius.

Littora prætexere. Virgil 6.Æneid.

¶Prætexere {περιέχω, περιβάλλω} Prius ordinare & componere. Cic. 2. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè ieuioribus principijs natura ipſa prætexuit.

Prætexere retia.Plin.lib.16. cap.1.

¶Prætexere, Cooperire. Plinius libro 6.cap. 25, Semper fuit Parthia

thia in radicibus montium ſæpius dictorum , qui omnes eas gentes prætexunt.

¶Prætexere authores quos ſequamur , pro nominatim & ordine nominare.Plin.lib.18.cap.3.

¶Prætexere {ἐφοφαντάζω} Obtendere , colorem quærere, inquit Budæus.Virg.4.Æneidos,

Non tamen Anna nouis prætexere funera ſactis

Germani credit. Vbi Seruius,Prætexere, Prætendere,abſeondere. Ibidem, Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam. Cicero in Piſonem, Neque enim quiſquam poteſt exercitum cupere , aperteque,vt non prætexat cupiditatem triumphi.

Prætexens,Participium {ἐφοπλισάμενος.} Tibul.lib.1.eleg.4,

Quanuis prætexens picta ferrugine cælum.

Prætextus,Aliud participium {ἐφοπλισθείς.} vt Templum prætextum Auguſto nomine : Id eſt inſcriptum nomine Auguſti Cæſaris , ſiue Auguſto dicatum.Ouid 5.Faſt.

Calumnia prætexta.Cic.2.in Catil.Tongillum mihi eduxit,quem amare in prætexta calumnia cœperat.

Prætextus,huius prætextus {ἐφόπλισις} pro Obtentu ponitur,quod Cicero Per cauſam,& per ſimulationem dicere ſoler. Suet.in Tiberio, cap.28,Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur.

Prætextum etiam neutro genere dicitur. Sueton. de Cæſare,cap. 30,Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit:cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Seneca epiſt.72, Sed illud pulcherrimum capi prætextum optimates,&c.

Prætexta,prætextæ {ἐφεστρίς} Subſtantiuum eſt, ſiue Prætexta toga,Genus veſtimenti oblongum ac talare,quo pueri vtebãtur vſque ad annum decimumſeptimum : quo tempore togam virilem ſumebant,depoſita prætexta puerili.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.

Prætexta quatuor hominum genera vtebantur , pueri, ad vſque tirocinij diem , hoc eſt ad annum ætatis 17. magiſtratus omnes vrbani: quo vtrunque nemo , vt opinor, paulo humanior ignorat: prætérea, quod obſeruatum non ita vulgo credimus , magiſtri collegiorum, dum ludos compitalicios faciebant; & Senatores omnes, quum deorum feſtos celebrabãt dies, de magiſtris collegiorum docuit me locus in oratione in Piſonem, quo in loco ſunt hæc:Qu.Metellus deſignatus conſul, quum quidam tribunus pl. ſuo auxilio magiſtros ludorũ ludos facere iuſſiſſet,priuatus fieri vetuit. tum, quum in calendas Ianuar.compitaliciorum dies incidiſſent,Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuiſſet , ludos facere , & prætextam volitare paſſus es. quibus verbis Pedianus hæc ſubiungit, Solebant magiſtri collegiorum ludos facere, faciebant compitalicios prætextati. Erat autem ſatis turpe mendum in iis verbis, Magiſtros ludorum ludos facere. nam eſt in omnibus , qui ad hanc diem impreſſi leguntur, libris, Magnos ludos facere. quum loquatur Cicero non de magnis ludis,ſed de compitaliciis,vt omittam duo argumenta, vnum , quòd illud , Facere iuſſiſſet, aliquid omnino deſiderabat. quem enim tribunus ille ludos facere iuſſiſſet? alterum,quòd Pedianus ita loquitur,vt ſignificet magiſtrorum in oratione fieri mentionem.quàm facile autem ex,magiſtros, fieri potuerit,magnos, literarum declarat ſimilitudo,præſertim ſi,magiſtros, paucioribus literis, apice ſuperimpoſito, ſcribatur. De ſenatoribus autem ex iis verbis, quæ ſunt oratione 2. in Antonium,conieci:Neſcis, heri quartum in circo diem ludo Romanorum fuiſſe ? te autem ipſum ad populum tuliſſe, vt quintus prætérea dies Cæſari tribueretur ? cur non ſumus prætextati? cur honorem Cæſaris tua lege datum,deſeri patimur?Ex commentario Pauli Manutij in orationem pro Sextio.

Prætexta pulla , nulli alij licebat vti , quàm ei qui funus faciebat. Paulus.

Prætexta toga.Cic.3.Verr. Neque te tam commouebat , quòd ille cum toga prætexta,quàm quòd ſine bulla veneret.

Facibus maritis ceſſit prætexta. Propertius lib.4.eleg.12. Hoc eſt, prætexta qua in ætate induebar puerili,ceſſit nuptiis,in quibus faces adhibebantur.

Demiſſa prætexta ad talos.Quintil.lib.5.cap.13.

Mutare prætextam paludamento, Vide MVTO.

Prætextæ actiones ſeu comœdiæ,dictæ à prætexta,quòd in his ferè regum aut magiſtratuum acta comprehenduntur , qui principio prætexta toga vtebantur.

Prætextæ appellantur,quę res geſtas Romanorum continent ſcriptas. Feſtus.

Docere prætextas. Horatius in Arte, Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Id eſt,inquit Acron, Et qui prætextatas fabulas fecerunt, vel togatas , meruerunt minimum decus. Prætextatam dicunt Tragœdiam , Comœdiam togatam. Alij autem dicunt prætextaram & togatam Comœdias eſſe , ſed togatas in quibus Græca argumenta ſunt,in quibus Latina,prætextatas. Hactenus Acron.

Inſectari prætextam. Quintil.lib.5 cap.13, Habitus rectè incuſari ſolet. Vt aduerſus Quintium Cicero , non hæc ſolùm , ſed ipſam & prætextam demiſſam ad talos inſectatus eſt.

Prætexta dicta eſt , quòd purpura circuntexta erat. Pedianus in Prætoram Vrbanam,author eſt,prætextam nobilium fuiſſe tam mulierum quàm virorum. Cic.3. Verr. Etipies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non ſolùm fortunæ , ſed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit,quam nubentes deponebant,inquit Feſtus. Rurſus Cic.3.Verr. de pupillo quodam , Neque te tam commouebar,quòd ille cum toga prætexta , quàm quòd ſine bulla veneret. Ex Budæo.

Erat ſua magiſtratuum prætexta. Tacit. lib.19, Sed vbi Cecinna prætexta & lictoribus inſignis dimota turba Conſul inceſſit, exarſere victores. Sic apud Cic.pro Domo, Videre prætextatos inimicos. Id eſt in magiſtratu poſitos. Ad ea quæ dicta ſunt pertinet illud Plinianum in nono,cap.36, de purpura loquentis, Huic faſces ſecuréſque Romanæ viam faciunt : idémque pro maieſtate in puritia eſt: diſtinguit ab equite curiam : diis aduocatur placandis , omnémque veſtem illuminat:in triumphali miſcetur auro. Alluſit enim his verbis Plinius ad purpuram magiſtratuum : & ad eam quæ pudor ingenuitatis ſignificatur,vt inquit Macrob.lib.5.Saturnal.cap.6: & ad lacerdotalem prætextam,qua ſactis operantes vtebantur:& ad triumphalem, & ad laticlauium ; quod inſigne eſt Senatoriæ dignitatis, diſcrimináns Senatum ab equeſtri ordine: eráſque non toga, ſed tunica. De triumphali Suetonius in Tiberio , cap.17, Triumphum, inquit, ipſe diſtulit, mœſta ciuitate clade Variana : nihilominus vrbem prætextatus & laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius apud Liuium lib.4. de bello Macedon. in oratione quam habuit pro fœminis ius auri ac purpuræ poſtulantibus à Senatu, M. Catone reclamante, Purpurã, inquit, viri vtemur, prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtris prætextis purpura togis vtentur : magiſtratibus in coloniis , municipiſque, hîc Romæ infimo genere magiſtris vicorum , togæ prætextæ habendæ ius permittemus : nec id vt viui ſolùm habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crethentur mortui. fœminis duntaxat purpuræ vſum interdicemus? Quibus verbis omnem prætextæ vſum complexus Liuius , eò etiam ampliùs docuit eos,qui in magiſtratu moriebantur , prætextatos in rogum ferri ; cum prætextáque creinari ſolitos eſſe Romæ. Ex Valeſio item intelligere datur hunc morem fuiſſe, vt Prætor qui iudex quæſtionis, & quæſitor rerum capitalium dicebatur , non antè ſententiam in reum noxæ capitalis pronuntiaret , quàm prætexta exuta. Sic enim inquit lib.9.cap.12. Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir Prætorius,Repetundarum reus:dum ſententiæ dicerentur , in Meniánum conſcendit. Siquidem quum M. Cicero nomi, qui id iudicium cogebat , prætextam ponentem vidiſſet : miſit ad eum qui diceret ſe non damnatum , ſed reum periiſſe , nec ſua bona haſtæ poſſe ſubiicíae protinus ſudário,quod fortè in manu tenebat, ore & faucibus ſuis coactatis , incluſo ſpiritu , morte pœnam præcurrit. Ex Budæo.

Prætexta etiam pro honore & dignitate faſtigióque ponitur. Val. Max.lib.7.cap 5, Sed vt comitiorum maximum crimen referam, M. Porticus Cato plus moribus ſuis Præturæ decoris adiecturus, quàm prætexta eius ſplendoris ipſe laturus , conſequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia , quæ quidem ſatis graues pœnas erroris ſui penderunt: quoniam quem honorem Catoni negauerãt,Vatinio dare coacti ſunt.Ergo ſi verè æſtimare volumus,non Catoni tunc Prætura,ſed Præturæ Cato negatus eſt.

Prætextatus, pen.prod. Adiectiuum {πεπροφοβόλος} Prætextati pueri dicebantur,qui prætexta adhuc & bulla vtebãtur, quod fiebat vſque ad annum decimumſeptimum : quo tempore togam virilem ſumebant,depoſita prætexta puerili,vt meminit Cicero de Amic.Ego autem, inquit, à patre ita eram deductus ad Scæuolam , ſumpta virili toga. Bud.

Amicitia prætextatã dicta, iam inde à puero cœpta, apud Martialem.Bayf.

Filij triumphantium prætextati.Cic.pro Murenã.

Prætextati & prætextatæ,Pueri & puellæ,Ingenui & ingenuæ:quã dictione vſus eſt author Inſtitutionũ iuris,in tractatu De iniuriis,Sique quis matremfamiliãs,aut prætextatum,prętextatámve aſſectatus fuerit. Iuuen.Saty.10, Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel Strumoſum. Budæus.

Prætextatæ puellæ dicebantur à prætextis quas nubentes deponebant.Budæus. Catul epigr 58.

Pupillus prætextatus.Cic.3.Verr.

Prætextati anni à Plinio dicuntur lib 33.cap.1, prò Anthis puerilibus. Et ætas prætextata, Gellio lib.1.cap.23. Noct.Attic. dicitur.Budæus.

Prætextati mores, etiam Feſto dicuntur, in integris codicibus, & Macrobio:& Iuuenali Saty.2. Budæus.

Prætextatus ſermo. Feſtus in integris codicibus,Prætextatum ſermonem ab eo dictum putant , quòd prætextatis nefas ſit obſcœno verbo vti. Alij dici putant , quòd nubentibus depoſitis prætextis , à multitudine puerorum obſcœna clamentur. Ideóque prætextatum ſermonem appellabant,qui nihil obſcœnitatis haberet. Contra hanc tamen Feſti opinionem Suetonius,Gellius,Macrobius prætextatum ſermonem acceperunt, pro eo qui apertè rem obſcœnam ſignificat. Sueton. in Veſpaſiano,cap.22, Erat enim dicacitatis plurimæ , & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne prætextatis quidẽ verbis abſtineret. Macrobius lib.2. Saturnal.Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cauillatio vice planipedis & ſubulonis impudici , & prætextata verba iacientis. Ex Budæo.

Aſſectari prætextatum aut prætextatam à Iuſtiniano dictum eſt, pro eo quod eſt,Pudorem pueri ingenui,aut puellę ſuggillare:& notam infamiæ , tanquam ſcorto maſculo , fœminiónóque inurere. Ex Budæo.

PRAETEXTATVS,cognomen Papyrij fuit,quòd in ætate prætextata ſummam prudentiam oſtenderit.Macrobius.

Prætimeo. prætimes, penult. corr.prætimui { προμηθέομαι} prætimére, Valde timere.Plaut.Amphitr 2,

Mirari non eſt æquum ſi ſibi prætimet.

Prætor,Prætoris { στρατηλάτης, στρατηγός } Omnis magiſtratus appellabatur,cui parêret exercitus. Victorinus, Notare debemus, omnes magiſtratus Prætores appellatos : ſed Patres , quo tempore L. Sextius primus ex plebe Conſul éteatus, Furium Camillum primum Prætorem vrbanum,qui ius in vrbe diceret,creauerunt.Mox vnico Prætore non ſufficiente,quòd multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus eſt peregrinus : eo quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliiſque prouinciis , totidem Prætores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt,patrim qui vrbanis rebus,patrim qui prouincialibus præeſſent. Hactenus Victorinus. quæ omnia deſumpſiſſe videtur ex Pomponio Iureconſ. De origine iuris.l. Neceſſarium. Et paulo pòſt. §. Capta deinde Sardinia. Liuius libro 5,ſcribit primum Prætorem ex Patribus,qui ius in vrbe diceret, creatum fuiſſe: penes quem magiſtratum omnis publici priuatíque iuris poteſtas , vt & nouum ius condere , & vetera abrogare facultas eſſet. idque ob magiſtratus honorem , ius hono-

zarium appellatum est: quum tamen regia illi essent insignia, vt apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Cic.ad Attic.lib.9. Prætores ius dicunt? Ædiles ludos parant? Idem pro Murena, Sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi.

Prætor dicitur, vt Liu.innuit, à præessendo: vt Varro, à præeundo, quasi Prætitor, quòd præiret iure & exercitu. Idem sentit Cic.3.de Legib. ex l.x i i.Tab. Nonius, Consulum & Prætorum proprietas, quòd consulant, & præeant populis, authoritate Varronis ostenditur de vita Pop.Rom.lib.2.

Honoratus Prætor. Ouid.1.Fast.

Iustissimus. Cic.pro Flacco.

Magnus, vel Maximus, Vide MAGNVS

Mercenarij Prætoris decretum, Vide MERCES.

Palæstricus Prætor, Vide Palæstricus, in PALAESTRA.

Vrbani Prætores iurati debent optimum quenque in selectos iudices referre. Cic.pro Cluentio.

Per Prætorem citare, Vide CITO.

Prætor de capitalibus ciminibus quærebat, non omnibus tamen, sed tantùm de maiestate, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, de veneficio: de incestu verò, & perduellione populus. prætores autem, quæ cuiusque futura esset quæstio, antè sortiebantur: vt deinde singulis de criminibus singuli, provt sors tulisset, cum consilio quærerent, esti de crimine inter sicarios, quum in iudicium quando que ita multi vocarentur, vt prætor vnus minimè sufficeret, non vnus, sed duo prætores cognoscebant. quod in oratione pro Cluentio animaduertimus. idémque eandem ob causam in aliis criminibus interdum esse factum, licet existimare. nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pl. qui cogendi ad iudicium populi ius haberet, non prætor, sed populus ipse de maiestate quæstionem exercebat. itaque Cn. Domitius tribunus pl. is, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusauit M. Syllanum, quòd iniusu populi bellum cum Cimbris consul gessisset, quum in eo bello graues ob eam causam calamitates acceptas esse diceret. qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, prætores de criminibus quæsisse: vnum excipio prætorem vrb. qui nullo de crimine publico quærebat; itaque nec quæstor dicebatur; tantum, ciuilibus controuersiis ad eum delatis, ius dicebat. hoc est iudices, & iudicij formulam, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed, quum iudices. ab ipso dati, de controuersia cognouissent, ac iudicassent, exequebatur. ideo in omnibus fermè edictis prætorum legitur, Iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, ius dicere; aliud, iudicare: contra quàm qui veterum Iurisconsultorum libros ignorant, opinantur. &, quemadmodum ciuilibus in rebus prætor nõ cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicãt. hinc recuperatores. hinc centum viri, hinc arbitri, quos prætor dabat vt iudicarent. atque hoc & Cicero sensit in Epist. ad Quintum Fratrem. Prætor, inquit, solet iudicare, deberi? Quædam tamen erant, in quibus non modò non iudicabat, verùm nec ius dicebat prætor vrb. sed, omissa iurisdictione, imperio prætorio exequebatur; vt, quum bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat; item, quum restituebat in integrum, & huius generis nonnulla. Porrò, cuius prætoris erat iurisdictio, eius non erat quæstio publica: neque, cuius quæstio publica, eius iurisdictio. vnus tamẽ de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo, & iuris dicendi, & quærendi potestatem habebat is, qui prætor inter peregrinos vocabatur. nã & ius inter peregrinos ab eo dictum, satis cõstat: & quæsitum, sociorum, hoc est peregrinorum, causa de repetundis, Pedianus demonstrat in orationis commentario aduersus competitores. Hæc de iurisdictione prætorum. nunc de origine primùm, deinde de numero eorum subiungemus. esti videri potest ὕστερον πρότερον. sed hic doctrinam quærimus: de ordine nõ ita laboramus. Scriptum est igitur in Digestis Iustiniani lib.1.ſic, ex Pomponio de origine iuris. Quum consules auocarentur bellis finitimis; aeque esset, qui in ciuitate ius reddere posset; factum est, vt prætor crearetur; qui vrbanus appellatus est, quòd in vrbe ius redderet. post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alter prætor; qui peregrinus appellatus est ab eo, quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deiade Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit; veluti de falso, de parricidio, de sicariis; & prætores quatuor adiecit. deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumẽto præessent, à Cerere Cereales, constituit. itaque duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. dinus deinde Augustus sedecim prætores constituit. post diuus Claudius duos adiecit, qui de fideicommissis ius dicerent. ex quibus vnum diuus Titus detraxit: & adiecit vnum diuus Nerua: qui inter fiscum & priuatos ius dicerent. ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Sic in digestis Pomponius. nos autem, quod sentimus de numero prætorum, quod quidem legendis veterum libris obseruare licuerit, exponemus, de numero, inquam, eorum prætorũ, qui fuerunt extremis Reip. temporibus. nam, euersa Rep. tota ratio magistratuum arbitrio Imperatorum perturbata. Octo igitur prætores. nunquam plures, vt nos opinamur, stante Rep. fuerunt. argumentis, quibus adducor, vt ita esse credam, hæc sunt. Prætores, gesto magistratu, exibant in prouincias. hoc in dubium vocari nõ potest. plenia exemplorum omnia. videtur igitur esse rationi consentaneum, vt earum prouinciarum numerus cum prætorum numero congrueret, has porrò in S.C. quod M. Cœlius ad Ciceronem misit, octo video nominari. Itémque, inquit, senatui placere, in Ciliciam prouinciam, finque octo reliquas prouincias, quas prætorij pro prætore obtinerẽt: & quæ sequuntur. & in oratione pro Milone, Erat, inquit, id temporis consul P. Lentulus, septem prætores, octo tribuni pl. defensores mei. Septem nominat, vno Appio de omnibus excepto: quod apertè indicat in oratione in Pisonẽ, his verbis: De me quum omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, prætérque duos de lapide emptos tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegæ Q. Metelli sententia. & pro Sextio sic, Collegas Milo adiutores habebat, consulis alterius summum studium, alterius animus pene placatus. de prætoribus vnus alienus. quod siquis putet, vnum quidem Appium ex vniuerso prætorum collegio à collegis in Ciceronẽ reuocando dissensisse, collegas tamen ipsos non planè septem fuisse, locúmque, iam à nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare; quod in nouis numerorum facilè solet euenire: huic, opinor, hanc suspicionem eripiam, ipsius Ciceronis testimonio. nam in oratione post reditum in senatu, vbi commemorat eos magistratus, quorũ ope redierat ab exilio, nomina ponit octo tribunorum pl. & septem prætorum, eorum scilicet omnium, quos in ea pro Milone significauerat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. 42. de prætoribus à C. Cæsare, post Cn. Pompeium in Pharsalia deuictum, decem creasis, vt gratiam bene de se meritis referrer, ἵνα γάρ, inquit, πλείους αὐτὸν ἀμείψωσι χαριτας τε δίκας τε ἔλαττον ἕνὸς ἑκάστου λαχοῦσι, καὶ ἐκ τούτου ὑπὸ τῶν ἀμειφθέντων. quòd si, plures vt remunerari possit, decem pegrores, & plures, quàm antea fuerant, facerdotes creauit: nimirum constat, prætores non antea decem fuisse. Nam quod in Pomponio de origine iuris legitur, Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falsõ, de parricidio, de sicariis, de iniuriis; & prætores quatuor adiecit: deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumẽto præessent, à Cerere Cereales constituit: id me minimè conturbat. non enim dixit, adiecit quatuor prætores ad numerum veterum prætorũ; sed, adiecit quatuor de iis, qui prætores erant, ad publicas quæstiones; vt quatuor ab ipso quæstionibus institutis quatuor item prætores præessent. quos autem duos air prætores à C. Cæsare adiectos, eos, opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerum absoluerunt. Patet igitur de prætoribus octo vsque ad tertium C. Cæsaris consulatum. quid enim dubias cõiecturas colligere opus est, in ea re, quę satis manifestè probatur, & ex eo S.C. cuius verba recitauimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, vt decem prætores ostendat, hoc modo. Prætores publicis quæstionibus præerant: vbicæ quæstiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de maiestate, de vi, de falso; quæ crimen veneficij, & alia quædam complectebatur. ergo, quum septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis autem singuli prætores: fuisse prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter ciues, alter inter peregrinos ius diceret, necessarium videtur. dixi iam, non esse agendum coniecturis, aut argumentis, vbi veterum testimonia perspicua sunt. nec verò illa, quæ iam attuli, obscura videri possunt. Quod verò ad numerum quæstionum attinet, diuersa ratio est. nam si numerum prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus; non modò plures quàm octo, sed plures etiam quàm decem creari prętores necesse erit. est enim quæstio de falso, est de parricidio inter sicarios, de iniuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de maiestate, de repetudis, de peculatu, de incestu, aliæ. ego autem ad argumẽtum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respõdeo: primùm, præesse potuisse vnum prætorem quæstionibus pluribus, ſicuti non vnus prętor, sed duo quæstioni inter sicarios quãdoque præfuerunt. possunt, exempli gratia, sex prætores ita distineri crebritate iudiciorum, vt nouis exortientibus quæstionibus vacare non liceat. potest eo tempore septimus prætor (reliquus erat vnus vrbanus, qui non quærebat, sed ius dicebat) in ea quæstione minimè occupatus esse, quæ forte illi contigerat. hic, non dubito, quin ad eas quæstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquos prætores non potuisse iam dixi. non enim committendum, vt impunita crimina differantur, nec ſit locus quò nocentes rei adducantur. Age verò, concedatur quæstiones ab vno prætore plures exerceri non licuisse; sequitúrne necessariò, vt ideo plures, quàm octo, fuerint? non sanè, mihi quidem vt videtur: nisi ſi mihi illud antè rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab aliis, quàm à prætoribus, exerceri. quod ſi quis aggrediatur probare, fortasse hęrebit. At nostra ratio quomodo procedit? optimè videlicet: nititur enim testimonio veterum: à quo ego, quantum in me est, do operam vt ne discedam. quid igitur veteres testantur? præfuisse & publicis quæſtionibus, & capitalibus, qui prætores non essent: qui iudices quæſtionis dicebãtur. nam quæſtionem de veneficio, quam exercuit prętor Q. Voconius Naſo, apud quem Cicero Cluentij causſam egit, exercuerat antè C. Iunius, nõ vt prætor, ſed vt iudex quæſtionis, qui & quæſitor vocabatur. patet ex oratione pro Cluentio: paret etiam ex Aſconij commentariis. iudicum autem quæſtionis duo fuiſſe genera, alios prætores vt Qu. Voconium Naſonem in cauſſa Cluentij, alios non prætores, vt C. Iunium in cauſſa Oppianici, multis verbis demonſtratum eſt à nobis in libro de legibus. Atque hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, in quo ſex prætores quum nominaſſet Cicero, Q. Voconium Naſonem, M. Pietorium, C. Flaminium, ſeipſum, C. Aquilium, ſubiunxit, Quid reliquæ quæſtiones? quibus ex verbis reliquos prætores intelligi, falſò coniecit is, quem ſuprà ſignificatione tantùm, ne cui videamur voluiſſe detrahere, appellauimus. vel enim, vt dixi, de iiſdem prætoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæſtiones exercere poſſent, licet intelligere; vel, quod iam probaui, de illis quæſtionum iudicibus, qui quũ prætores non eſſent, quæſtionibus tamen non modò publicis, verùm etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erãt) interdũ præerant. Reliqui duo prætores, Ciceronis collegæ, P. Caſſius, & C. Antonius fuere. Caſſius de maieſtate quæſuit: Antoniũ quum reliqui ſeptem, quos nominauimus, omnes quæſierint, prætorem vrbanum fuiſſe, iuſque dixiſſe, neceſſe prorſus eſt. Hic reneris, inquit, octo prætores nominaſti, & peregrinum omiſiſti: quem adiũgi neceſſe eſt: &, ſi adiungitur, plures erunt, quàm octo. Explico me Pediani ope: cuius elegãtem, plenúmque antiquitatis, ac verè aureum libellum non me pœnitebit vnquã legendo contriuiſſe. is igitur in commentario orationis aduerſus Antonium, & Catilinam, prætorem eum, qui de repetundis quæreret, eundem ius inter peregrinos dixiſſe demonſtrat. quod nec à ratione videtur diſcrepare. non enim ciuium, ſed ſociorum, hoc eſt peregrinorum, cauſſa iudicia repetundarum ſunt inſtituta. iure igitur idem prætor & ius dicebat inter peregrinos, & iis petentibus, de repetundis quærebat. quod quum ita ſit: ius inter peregrinos prætorem Ciceronem dixiſſe, qui de repetundis quæſuit, pro certo putandum eſt. verùm Pediani verba, vt eius teſtimonio res pateat, ſubſcribamus. Antonius, inquit, multos in Achaia ſpoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. deinde Græci, quos ſpoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. & quum Lucullus id, quod Græci poſtulabant, decreuiſſet; appellauit tribunos Antonius, iuraułque ſe ideo appellare, quòd æquo iure vti non poſſet. quem locum & Plutarchus attigit in vita Cæſaris, ſed ita mendoſè, vt mirer eum in rebus Romanis tam turpiter eſſe lapſum. primùm P. Antonium nominat, qui Caius fuit; deinde Macedoniæ prætorem appellat M. Lucullum, qui prætor Romæ fuit: tertiò, de corruptis iudiciis accuſatum ait Antonium, qui accuſatus eſt de repetundis: poſtremò, tradit eum ideo tribunos pl. appellaſſe, quòd ſibi non licere cum Græcis diceret æquo iure in Græcia contendere: quum appellare in prouincia ad tribunos pl. qui Romæ erant, nemo ſoleret. quæſtum potius ad ſenatum ſocij veniebant, nec de corruptis iudiciis, ſed de pecuniis ereptis aut de nece iniuſta, aut huiuſmodi ſlagitiis: de quibus aut ad prætorem, aut etiã ad populum quandoque agebat accuſator. quare Plutarchum hoc in loco non puto poſſe ab inſerentiæ culpa vindicari. Hæc paulo fuſius tractauimus, non ambitione adducti, ſed ſtudio veritatis; ne confirmaretur opinio illa de decem prætoribus ante bellum ciuile Cæſaris & Pompeij. Ex P. Manutij commentariis in Epiſt. ad Q. Frat.

Prætorius, Adiectiuum { πρατωριακὸς } Quod eſt Prætoris, ſeu quod ad Prætorem pertinet: vt Prætorium ius, Prætoria cohors, quæ à Prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quenque delegit, qui ab eo in bello non diſcederetent, & certo munere militiæ vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent. Feſtus.

Author Prætorius. Horat.2.Serm.ſat.2, Donec vos author docuit Prætorius. Rufus Prætorius, inquit Porphyrio, inſtituiſſe creditur, vt ciconiarum pulli manducarentur: iſque quum in Prætura repulſam retuliſſet, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Hic eſt duobus elegantior Plancis.

Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.

Ciconiarum populus vltus eſt mortem. Acron Aſellium vocat, dicítque alios Sempronium velle, qui poſt multa etiam ex ciconiis docuit.

Candidatus Prætorius, Vide CANDEO.

Claſſica prætoria. Propert.lib.3.eleg.3.

Cognitio. Quintil.lib.3.cap.6.

Cohors. Cic.2.in Catil.

Collegium Prætorium. Cic.3.Offic. Legunt & hîc alij Prætorum.

Domus. Cic.7.Verr.

Imperium. Cic.7.Verr. Vt quum penes te Prætorium imperium ac nomen eſſet, ad illam paruam manum extinguendam, ducem te principémque præberes.

Ius. Cic.1.Offic.

Prætorium ius ad legem, cenſorium iudicium ad æquum æſtimabatur. Varr.de Ling.Latin.lib.5.

Nauis Prætoria, qua dux belli ſiue imperator vehebatur. Liu.lib.7.bell.Pun.

Vir Prætorius, Qui Præturam geſſit. Cic.pro Plancio, Cedat Conſulari generi Prætorius, nec contendat cum Prætorio Equeſter locus.

Viri Conſulares & Prætorij. Cic.Attic.lib.16.

Prætoria porta, Qua exercitus in prælium educitur: quia initio Prætores erant, qui nunc Conſules, & ij bella adminiſtrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Feſtus.

Prætorium, prætorij { σκηνὴ ἡγεμονικὴ } Domus vel tabernacum in quo Prætor habitat, ſiue dux: quia, vt dictum eſt, omnis magiſtratus cui paręret exercitus, Prætor dictus eſt. Liu.lib.3, Quercus, ingens arbor, Prætorio imminebat: cuius vmbra opaca ſedes erat. Hoc alio nomine à Capitolio, quinimo ex aduerſa. Cic.de Aruſp.reſp. A Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſimè prævaricaretur. Et ad Atticum, lib.4.85, Omnino accuſatorum incredibilis infantia, id eſt L. Lentuli, L.F. quem fremunt omnes prævaricatum.

Prævaricari accuſatori. Cic.pro Cluentio, Hoc quanquam ſedulò faciebat, tamen interdum non defendere, ſed prævaricari accuſatori videbatur. Id eſt prævaricando ſubſeruire. Budæus.

Prævaricator, penult.prod. prævaricatoris { κακουργὸς, ἐξαπατῶν } Qui ab officij ſui præſcripto deflectit atque aberrat. Martianus, D. Ad S.C. Turpillianum, l.1. Prævaricatorem eſſe eum oſtendimus, inquit, qui colludit cum reo, & tranſlatitiè munere accuſandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò rei excuſationes admitteret. Vlpianus in l. Athletas. D. De his qui notantur infamia, ſic definit, Prævaricator autem eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua: allegátque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum ſenſit. Cicero 1.Verrina, Verum te perfidioſum, an prævaricatorem exiſtimari mauis?

Prævaricator publicæ cauſæ. Cælius ad Ciceronem, lib.8.ep.8. Ne quod furore Pauli adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe; & prævaricator cauſæ publicæ exiſtimaretur.

Apponere ſibi prævaricatorẽ dicebant antiqui, pro eo quod dici-

habita. creati M. Ponponius Matho, & P. Furius Philus. Alia exemplaria habent Prætoria comitia.

Prætoritius, aliud Adiect. Mart.lib.8.34, Prætoritia corona.

Prætura, Præturę, penultima prod. { ἐξαπρία } Ipſa Prætoris dignitas. Plinius lib.14. cap.22, Ad Proconſularum vſque è Prætura honoribus geſtis.

Calamitoſa Prætura, Vide CALAMITAS.

Continua, Vide CONTINVVS.

Manca & debilis, Vide MANCVS.

Probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia Prætura Murenę. Cic.pro Murena.

¶ Abdicare ſe Prætura, Vide ABDICO.

Conſequi aliquem in Prætura, Vide CONSEQVOR.

Egredi Prætoram. Tacit.lib.3.

Prætortus, Adiect. { πολυτρήβολος } Valde tortum ſignificat. Colum.lib.3.cap.18, ſulius Atticus prætorto capite & recuruato.

Prætrepidans, pen.corr. Particip. { πολυπτόησις. } Catul.epigr.43, Iam mens prætrepidans auet vagari.

Prætrunco, prætruncas { κατακόπτω } prætruncare, Idem quod ſimplex Trunco. Plaut.Capt.15,

Arripuit gladium, prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem Milit. 6,

Nónne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam iubes?

Prætumidus, pen.corr. Adiectiuum { πολυφλόισβος. } vt

Furor prætumidus. Claud.1.in Ruffinum.

PRAETVTVM, Ptolemæo, oppidum eſt in Piceno. Silius lib.15,

Tum quà vitiferos domitat Prætutia pubes
Læta laboris agros.

Prætutiana regio, Plinio lib.3.cap.13.

Prævaleo, prævales, pen.corr. prævalui { ὑπερτερέω } prævalère, Antecellere, & quaſi in maiori pretio eſſe, vel meliorẽ eſſe. Plinius, Vtræque in pretio ſunt, ſed tamen prævalent margaritæ. Idem libro 10. cap.6, Vulturum prævalet nigri.

Arcu prævalere. Stat.2.Achilleidos,

Quiſquis equo, iaculóque potens, qui prævalet arcu.

Sententia Seruij prævaluit. Vlpian.in l. Etſi forte. §. Etiam. D. Si ſeruit. vindicet.

Sexus prævaler. Vlpian. in l. Quæritur. D. De ſtatu hominum. Quæritur, hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius ſexus exiſtimandum, qui in eo prævalet.

Prævalet, penult. corr. Impersonale. Catul.epigram.6,

Nam mi prævalet iſta nil tacere.

Prævalet, cum infinitiuo. Paulus in l. Eum qui. §. Si iniuria. D. De iniuriis. Si iniuria mihi fiat ab eo, cui ſim ignotus: aut ſiquis putat me Lucium Titium eſſe, quum ſim Caius Seius: prævalet (quod principale eſt) iniuriam eum mihi facere velle.

Prævalentia, prævalentiæ. Paulus in l. In rem actio. D. De rei vindicatione.

Prævalesco, prævaleſcis, prævaleſcere, pro Inualeſcere. Colum.lib.5. cap.6, Vitem quoque antè quàm ex toto prævaleſcat arbor, conſerere conuenit.

Prævalidus, penultima corr. Adiectiuum: vt Prævalida vrbs, quæ & præpotens dicitur. Liuius 6. bell. Punici. Et libro 7, Prævalidus iuuenis.

Manus prævalidæ. Ouid.epiſt.9.

Tellus. Virg.2.Georg.

Vites. Virgil.2.Georg.

Vitia prævalida & adulta. Tacit.lib.3.

Prævalidi prouincialium, pro Prævalidi prouinciales. Tacitus libro 15.

Prævalidè, penult.corr. Aduerbium { πολυκρατῶς. } Plin.lib.17.cap.14, Hoc maximè præcauendum vt prævalidè accipientis trunco in media fiſſura relinquatur.

Prequaricor, penult.corr. prævaricaris { καταφρίσσω, ὑβριστάλλω, ὑπερτάλλω, περίειμι } prævaricări, Ex præ & varicor, eſt à recto diſcedere. Plin.lib.18.cap.19, Arator, niſi incuruus prævaricatur. Inde tranſlatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, vbi inuentum eſt. Hactenus Plinius. Prævaricari, inquit Eraſm.in prouerb. eſt à recto ſulco diuertere. Vnde & in cauſis prævaricari dicuntur, qui cauſam diuerſam adiuuant. Videlicet hoc eſt quod ait Plinius, Inde tranſlatum, &c.

Prævaricari, Quocunque modo à præſcripto officij ſui deflectere, vt ait Valla lib.9, Et in ritibus forenſibus eſt Colludere. Vlpianus De iis qui notantur infamia. l. Athletas, Qui prævaricatur, ex vtraque parte conſtitit, quinimo ex aduerſa. Cic.de Aruſp.reſp. A Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſimè prævaricaretur. Et ad Atticum, lib.4.85, Omnino accuſatorum incredibilis infantia, id eſt L. Lentuli, L.F. quem fremunt omnes prævaricatum.

Prævaricari accuſatori. Cic.pro Cluentio, Hoc quanquam ſedulò faciebat, tamen interdum non defendere, ſed prævaricari accuſatori videbatur. Id eſt prævaricando ſubſeruire. Budæus.

Prævaricator, penult.prod. prævaricatoris { κακουργὸς, ἐξαπατῶν } Qui ab officij ſui præſcripto deflectit atque aberrat. Martianus, D. Ad S.C. Turpillianum, l.1. Prævaricatorem eſſe eum oſtendimus, inquit, qui colludit cum reo, & tranſlatitiè munere accuſandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò rei excuſationes admitteret. Vlpianus in l. Athletas. D. De his qui notantur infamia, ſic definit, Prævaricator autem eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua: allegátque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum ſenſit. Cicero 1.Verrina, Verum te perfidioſum, an prævaricatorem exiſtimari mauis?

Prævaricator publicæ cauſæ. Cælius ad Ciceronem, lib.8.ep.8. Ne quod furore Pauli adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe; & prævaricator cauſæ publicæ exiſtimaretur.

Apponere ſibi prævaricatorẽ dicebant antiqui, pro eo quod dici-

mus, *Curauit se per tertium adiornandum*, vt colluderet scilicet. Cicero 2. Philip. Iam vereor Patres Conscripti, ne (quod turpissimum est) præuaricatorem mihi apposuisse videar. Budæus.

Præuaricatio, præuaricationis, Verbale {κατηγορία.} Plinius iunior ad Corn. Tacitum lib.1.epist.20, Alioqui præuaricatio est transire dicenda: præuaricatio etiam cursim & breuiter attingere, quæ sint inculcanda, infigenda, reperenda.

Præuaricatio, in iure. Cic. in Partit. Vt si in reo pecunia absoluto, rursúsque reuocato, præuaricatione m accusator esse definiat omnem iudicij corruptelam ab reo: defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. Idem ad Qu. fratrem, lib.2.16, Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione à Tribus ærarij absolutus.

Præuaricationis nomen, significat eum qui in contrariis causis, quasi variè esse positus videatur. Cic. in Partit.

Crimina præuaricationum. Quintil. lib.2.

Absoluere de præuaricatione. Vide ABSOLVO.

Concedere quadam præuaricatione aliquid quibusdam. Cic.2.de Diuin. At ego idipsum quod vir optimus Diogenes Chaldæis quasi quadam præuaricatione concedit, nego posse intelligi.

Damnare aliquem præuaricationis, Vide DAMNO.

Causam præuaricationis dicere. Cælius Cic. lib.8.8.

Liberari præuaricatione. Cic. pro Cælio, At præuaricatione est Ascitius liberatus.

Præuecho, præuehis, præuexi, præuectum {προάγω} præuéhere, Prius ducere. Liu.9.ab Vrbe, Sed Equites Romani præuecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent.

Equo præuectus. Silius lib.7.

Impetu quodam & flumine præuehi dicitur oratio, translaté. Plin. iunior lib.1.epist.16, Omnia hæc mirè placent, cum impetu quodam, & flumine præuehuntur, placent si retractentur.

Præuelo, præuelas, pen. prod. {προκαλύπτω} præuelare, Prius operire. Claud.2.de rapt. Proserpinæ,

Flammea sollicitum præuelatura pudorem.

Præuelox, pen. prod. præuelocis, omn. gen. Valde velocem significat. Plin. lib.11.cap.31, Formicę odore solicitatæ prouolant, crebróque lacerant, quanuis præuelocibus camelis fugientes.

Præuenio, præuenis, penult. corr. præueni, penult. prod. præuentum {φθάνω, προφθάνω, ὑπερφθάνω, ὑποτίμαω, προλαμβάνω} præuenîre, Antè venire. Liu.4.bel.Pun. Cæterùm præuenerat non fama solùm, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuntius etiam ex regiis seruis.

Præuenire desyderium alicuius. Liu 8.ab Vrbe.

Præuenit germinatione arbor. Plin.lib.16.cap.26.

Præueniri nota malitię. Plin.lib.11.cap.52, Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant. Qui carnosos à naribus angulos habent, malitię nota præuenti. Candidi pars extenta notam impudentiæ habet. Prioribus & posterioribus verbis declarat Plinius, quid sit præueniri nota malitię. Correctiora tamen exemplaria habent, malitiæ notam præbent.

¶Præuenio, interposita dictione. Virg 8.ecloga,

Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum.

Præuentus. Tacit. lib.17, Præuentámque gratiam intelligit.

Præuerbia, sunt quas vulgò Præpositiones vocamus. Varro lib.5.de Lingua Latina, Spectare, dictum ab antiquo specio, &c. Consuetudo autem communis, quę cum præuerbiis coniuncta sunt, etiam nunc seruant: vt aspicio, conspicio, respicio, suspicio, despicio. Sic alibi frequenter.

Præuerto, præuertis, præuerti, præuersum, præuértere, Actiuum, & Præuertor, præueriteris, præuerti, Deponens, Præcerire, præcedere, anteuertere. Virg.1.Æneidos,

-voluerémque fuga præuertitur Hebrum. Pro Præuertit, id est Transit, vt aut Seruius. Tacit.lib.4, Aut siquando ad interna præuerterent.

Præuerti foras. Plaut. Amphit.15.

Aliquem præuertere. Cic. pro Sylla, Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim.

Præuertere aliquem præ Repub. Plaut. Amphitr.6. Id est præferre Reipublicę.

Cursu pedum præuertere ventos. Virg.7.Æneid.

Ipse pedes præuertit volantem equum. Silius lib.8.

Fata præuertunt me. Ouid.2.Metam.

Præuertere alicui poculum. Plaut. Milit.10.

Præuertere animos amore, Præoccupare. Virg.1.Æneid.

Præuertere metum supplicij fuga. Liu.4.bel.Pun.

Luctum metus præuertit. Ouid.ad Liuiam.

Nefas præuertere morte. Senec. Hippol.2.

¶Præuerti aliquid rebus omnibus. Plaut. Mercatore, 7,

Ergo ædepol, si sapias, eas, ac decumbas domi.

c.Otium non est: mandatis rebus præuorti volo. Id est, Transigere volo prius quæ mihi mandata sunt, quàm vt meum procurem corpus. Familiare est Plauto verbum. Significat autem præuertere, Aliquid cæteris rebus anteponere, vel magis alicui rei operam dare. Hadrianus Cardinalis, Præuertere & prøuerti, non id significat quod præcedere, sed id quod præponere, præuenire, sed non suo, imò potius præpostero ac peruerso ordine: id est vt quod erat in animo, vt postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed Id quoque præcipuè notandum est, dariuum post se plerunque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. Liuius 2.ab Vrbe, Nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello prøuertisse quicquam. Ibidem, Ægrè impetratum à Tribunis, vt bellum prøuerti finerent.

Præuertere serio, quod dictum est ioco. Plaut. Amphit.10. Id est, existimare dictum esse serio.

Prøuorti pigritię. Plaut. Mere.4.

Illuc præuertamur dixit Horatius lib.1.Serm.saty.3, quum vellet notare, vitia amicarum corrumpere amatores, ac si dixisset, Prius erat notandum amatores decipere amicas: sed prøposterè dicam de vitiis amicarum. Lambinus sic: Illuc præuertamur, id est ad illud prius veniamus: illud prius loco explicemus de amatoribus, qui amicarum suarum vitiis ita blandiuntur, & ignoscunt, vt etiam interdum iis delectentur, aut certè ea non animaduertant, quam de amicorum officio dicamus. Colum.lib.3.cap.7, Non intempestiuum est nos ad ea præuerti, quæ videntur hunc publicum errorem corrigere posse.

¶Præuertere, Præponere. Gell.lib.4.cap.3, Iusiurandi religionem animo atque amori præuertisse, quòd iurare à Censoribus coactus esset, vxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum.

Sermoni aliquid peruertere. Cic.1.de Diuin. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni prøuertendum putes.

Prøuersum fulgur, inquit Festus, quod ignoratur, noctu, an interdiu sit factum.

Prøuecto, prøuectas, pen. corr. prøuectui, prøuectitum, penult. corr. prøuectáre, Antè vetare. Silius lib.13,

Prøuectitum capitis pœna committere Martem,

Sponte viris. Vetitum enim antè fuerat, ne quis iniussu ducis pugnaret sub pœna capitis.

Prøuideo, prøuides, pen. corr. prøuidi, prøuisum, pen. prod. {προορῶ} prøuidêre, Antè videre. Terent. And.1.2,

Herus est, neque prøuideram. Cic.1.de Diuin. Tum meminit prøteritorum, præsentia cernit, futura prøuidet.

Idum venientem prøuidit. Virg.5.Æneid.

Eloquentiam futuram in infante prøuidere. Cic.1.de Diuinat. Ita futura eloquentia prøuisa in infante est. In quibusdam exemplaribus legitur prouisa.

Cunctáque mens oculis prøuidet illa suis. Ouidius 1. de Ponto, elegia 9.

Prøusus, pen. prod. Participium {προορᾶτε.} vt

Cultros prøusos timet hostia. Ouid.1.Fast.

Prøuincio, prøuincis, prøuinxi, prøuinctum {προσπαίω} prøuincîre. Gellius lib.15.cap.10, Cum eodem laqueo, qui essent prøuincti, effertentur.

Prøuitio, prøuitias {προεμπορεύω} prøuitiâre, Antè vitiare. Ouid. 14.Metamorphoseos,

Hunc dea prøuitiat, portentificísque venenis

Inquinat. Hoc est, Circe gurgitem venenis inficit antè quàm Scylla in eum sese lotura descendat.

Prøuius, Adiectiuum {πρόοδος} Quod antecedit. Cicero,

Alcion genuit claris delapsus ab astris,

Prøuius Auroræ, Solis, Noctísque fatelles. Ex poeta. Ouid.11.Metamorphoseos,

Nunc præcedentem sequitur, nunc prøuius anteit.

Agmina prøuia. Stat.2.Sylu 1.

Turba prøuia. Ouid.1.de Arte.

Prøumbro, prøumbras {προσκιάζω} prøumbrâre, Tegere, caligine offundere, & inuoluere, inquit Budæus. Tacitus, Fama, inquantum prøumbrante imperatoris fastigio datur, clarus. Hic prøumbrare dicitur imperatoris fastigium: quia primatium magnitudine superius, splendorem eius obfuscat: quemadmodum præcelsę arbores fulgore in se recepto, alias obscurant inferiores.

Prøuolo, prøuolas, penult. corr. {προπέτομαι} prøuolâre, Antè volare. Plautus Milite, 3.

Curámque adhibere vt prøuolet mihi quò tu velis. Cic.2. de Nat. deorum, Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam à puppi ventis adiuuatur, eaque in tergo prøuolantium colla & capita reponunt.

Prøuro, prøuris, penult. prod. prøusti, prøustum {προκαταυλῶ} prøurere, Antè, vel prius vrere. Plinius libro 3. cap.20, Cæteri ferè Leopontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, prøustis intra sinus Alpium niue membris. Hoc est, valde vel admodum vstis: vel quorum primores partes erant vstę.

Prøustum {προκαυθὲς} Antè vstum. Liuius 1. ab Vrbe, Vt Fæcialis hastam ferratam, aut sanguineam prøustam ad fines eorum ferret. Hoc est, cuius extremitas erat vstulata.

Prøut, Vide Præ vt, in PRAE.

Pragma, pragmatis, penult. corr. n.g. {πρᾶγμα} Latinè dicitur actio, siue negotiatio.

Pragmaticus, pragmatici, penult. corr. {πραγματικὸς} Negotialis dicitur. Pragmatici erant homines quidam forensis professionis, qui causarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulásque actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorúmque suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. Quintil.lib.12. Cic.1.de Orat. Itaque non vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ij qui apud illos πραγματικοὶ vocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Inde illud Iuuenal Satyra 7,

-si contigit aureus vnus:

Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Olim igitur pragmaticis forum Romanum nõ vtebatur: postea vt cœpit: vt ex Satyrici dicto ostenditur. Hactenus Budęus. Martial.lib.12.69,

Frumentum, milium, pisanámque, fabámque solebas

Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. Cic.1.de Orat. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis Iurisperitos, quum ipsi sint peritissimi, qui vt abs te paulo antè dictum est, pragmatici vocantur.

Pragmatica sanctio, est quę à principe conceditur, adhibita causæ cognitione, in modum sententię, vel ad alicuius vniuersitatis preces. l. vltim. De diuers. rescript. lib.1.C. Dicta autem est pragmatica sanctio, quòd per eam à supremo atque ordinario iudice disceptatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. Sipontinus.

Pragma-

Pragmatici homines, hoc est rebus gerendis exercitati. Cic. ad Attic. lib.2.epist.20, Pompeius amat nos, charósque habet. Credis? inquies. Credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, versibus denique cauere iubent, & vetant credere: alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, facere non possum. Pragmaticus ad verbum Negotialis dicitur à Quintil. lib.3.cap.8. Apud Dionysiũ Halicarnas. differt à theoretico.

Pragmaticum, pragmatici {πραγματικόν.} Cic. ad Attic. lib.14, Tu siquid pragmaticon habes, scribe. Hoc est, quod in Repub. gestum sit, inquit Budæus.

Pramnium vinum {πραμνίου οἶνος} Generosi vini genus, quod in Smyrnæorum agro nascebatur iuxta delubrum matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. Author Plin. lib.14.cap.4.

Prandium, prandij {ἄριστον} Ab edendo dicitur, quasi peredium: Cibus qui antè meridiem sumitur. Vel dicitur quasi parandium, quia debemus accipere quod paratum est. Cic. ad Attic. lib.5, Quod antecesserat Stathius, vt prandiũ nobis videret. Suet. in Vitellio, cap.13, Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientaculũ, & prandia, & cœnas, comessationésque.

Apparatus prandiorum. Cic.2.Philip.

Prandium abstemium, In quo nihil vini potatur. Gell.lib.13.cap.29.

Canimum, Vide CANIS.

Plebeia. Pers. Satyr.5.

¶Accurare prandium, Vide ACCVRO.

Adducere ad prandium, Vide ADDVCO.

Prandia & cœnas alicuius commemorare. Cic.3.Verr.

Conficere, Vide CONFICIO.

Curare, Vide CVRO.

Finire prandia nigris moris. Horat.1.Serm.satyr.4.

Opsonare, Vide OPSONO.

Ornare, Vide ORNO.

Calidum prandere, Vide CALIDVS.

Magno honori prandia Orestì fuerunt. Cic.2.Offic.

Vocare vulgò ad prandium aliquos. Cic.pro Murena.

¶Prandium, non fuisse præcipuum cibum antiquis, ex sequentibus apparet. Celsus lib.4, Famem facilius fert adolescens quàm puer, & vno cibo quàm prandio quoque assuetus. Eodem pertinet id quod dicit lib.7, de hyeme loquens, Si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere.

Prandiolum, prandioli, pen. corr. Diminut. {ἀριστίον.}

Prandiculum, prandiculi, pen. corr. {ἀριστίον.} Festus, Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.

Prandeo, prandes, prandi, & pransus sum {ἀριστάω} prandêre, Prandium sumere. Plaut. Rud.22,

Sed hic rex cum aceto pransurus est atque sale. Cic. ad Attic. lib.5, Sed prandimus in Arcano.

Luscinias soliti impenso prãdere coemptas. Horat.2.Serm.satyr.3.

Olus prandere. Horat.1.epist.18.

Pransus {ἠριστικὸς.} Horat.1.Serm.satyr.6, Pransus non auidé.

Ducis pransi, poti, oscitantis inscitia. Cic. pro Milone.

¶Pransi, inquit Nonius, non solùm qui prandierent, dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro, Quare ô Marce, prãsum, ac paratum esset hoc minimè oportet.

Pransito, pransitas, penult. corr. {ἀριστᾶμαι} pransitare, Frequentatiuum. Plautus Asin.3, Vbi flent nequam homines qui polentam pransitant. Eruditi ferè omnes contra fidem exemplarium, pinsitant esse scriben dum contendunt: quum præfertim sequatur,

Vbi sit polenta te fortasse dicere. Turnebus contrà, pransitant, retinet: hac ratione quòd putet molitores seruos non pane, sed polenta nutritos fuisse in pistrino: vel potius miseros illos pistores, inter agendas molas, quum famelici essent, furtim solitos esse de polẽta, id est de hordei farina edere. Quæ causa frequentationis Plauto fuit, vt pransitare potius, quàm prandere diceret: etsi desiderandi potius videri possit, vt sit Pransitare, Prandere cupere. Hæc ille, & pluribus, vt videre poteris.

Pransor, pransoris {ἀριστητὴς} Qui prandet, aut qui inuitatus est ad prandium. Plaut. Menæch.3, Bonum anteponam prandium pransoribus.

Pransorius, Adiect. {ἀριστητήριος.} Vnde Pransorium candelabrum, apud Quintil. lib.6.cap.3.

PRASIAE {πρασιαὶ} oppidum maritimum fuit in ora Laconica, non procul ab ostio Inachi fluminis. Thucydides lib.2. belli Pelopon. Prasiana gens. Plin. lib.6.cap.22.

PRASINVS, equus Commodi, cui mortuo, sepulcrum in Vaticano sumptuosissimum fecit princeps: sicut olim Bucephalo suo fecerat Alexander, aut Octauius Augustus. Alexandrinus lib.6.cap.14.

Prasinus, pen. corr. Adiect. {πράσινος.} vt Prasinus color, viridis ad similitudinem porri. Nam πράσον, Latinè porrum dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicũtur. Martial. lib.10.29, De nostra prasina est synthesis empta toga. Plaut. Prasina, coccina, tyria, focale, focos, monilia amisit.

Prasianus {πρασιανὸς} Adiectiuum, Qui Prasinæ factioni fauet. Erant enim posteremis Imperatorum temporibus qui in certamen aliquod descendebant, per factiones diuisi, quas suo quanque nomine vocabant. Antoninus Imperator in vita sua, παρὰ τὸ πρόσφατος, τὸ μετὰ πρασιανὸς, μετὰ βενετιανὸς, μετὰ παρμιλάριος, ἢ στρατήγιος γενέσθαι. Ex Turneb. Meminit etiam Plinius Secundus eorum, qui in Circensibus panno & coloribus fauent, his verbis, Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipso cursu, medióque certamine, hic color illuc, ille huc transfertur. Vide epist.183.

Prasium, herbæ nomen Galeno lib.8. de simplicium medicam. faculc. cap.65. Marrubij speciem Dioscorides statuit lib.3.

Prasius {πράσιος} Gemma quædam è viridantium genere. Plinius libro 37.cap.8.

Prasoides, penult. product. {πρασοειδὴς} gemma est ex genere Topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς Græcis idem est quod porraceus. Plin. lib.37.cap.8.

Prason, aliis nominibus Phycos, Zostera frutex est marinus, foliis latis, colore viridi, de quo Plin. lib.14.cap. vltimo.

PRASOPIVS pagus, quem præterlabitur Phisus fluuius, non procul ab Heraclea Trachinia. Strabo lib.8.

Pratum, prati {λειμών} dicitur (authore Vlpiano, De verbor. significa.) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo quòd paratum sit ad fructum capiendum. Colum. lib.2.cap.17, Et ideo necessarius ei cultus est agri, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, quòd protinus esset paratum, nec magnum laborem desyderaret.

Prata dicta ab eo, quòd sine opere parata. Varro de Lingua Latina, libro 4.

Prata etiam dicuntur quæ nunc viridia, vt plurimùm buxo & lauro frequentata.

Viriditas pratorum. Cic. de Senect.

Floridior prato. Ouid.13 Metam.

Instar triginta iugera prati. Catul. epigr.110.

¶Arida, Vide ARIDVS.

Asia. Virg.1.Georg.

Crocea. Claud.5.Paneg.

Florida & gemmea. Plin.lib.5.epist.6.ad Apollinarem.

Mollia. Virg.2.Georg.

Nouella. Ouid.2.de Arte.

Viride pratum. Ouid.1.Metam.

¶Nec prata canis albicant pruinis. Horat.1.Carm.ode 4.

Cædere vel secare prata. Plinius libro 8.capite 128. & Varr.1.de Re rustica.

Carpere prata fuga, Vide CARPO.

Consuescunt herbis prata, Vide CONVERTO.

Cratire pratum. Plin.lib.18.cap.18.

Non prata viridi facie læta germinant. Senec. Herc.fur.9.

Iugera prati irrigare. Cic. Q. fratri, lib.3.17.

Aperto prato ludere. Senec. Herc.fur.2.

Obducta sint vetustatis prata, Vide OBDVCO.

Ouis pascit pratum. Ouid.1.Fast.

Renouare vel restituere pratum. Colum.lib.2.cap.18.& Plin.lib.18. capite 28.

Rigent prata. Horat 4.Carm.ode 12.

Antè nouis rubeant quàm prata colotibus. Virg.4.Georg.

Sicilire pratum. Varr.1.de Re rustic.

Area gramineo subetat viridissima prato. Ouid.in Fragmento.

Subsecare prata tenetrima. Ouid.1.de Arte.

Vetrere pratum pectine. Ouid.4.Fast. Hæc modò verrebat cum taro pectine pratum. Aldinum exemplar legit, Hæc modò verrebat stantem tibicine villam.

Pratulum, pratuli, pen. corr. {λειμώνιον} Diminutiuum, apud Plin.iunior. lib.5.epist.6.ad Apollinarem. Cic.ad Attic.libro 12, Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo.

Pratensis, & hoc pratense {λειμώνιος} Quod est ex prato. Colum.libro 6. capite 3, Pratense fœnum. Plinius libro 21.cap.8, Prątenses flores.

Fungi Pratenses. Horat.2.Serm.satyr.4.

Prauus, Adiect. {σκολιὸς, στρεβλὸς} Quod non est rectum.

Rectum & Prauum, contraria. Cic.1.Acad. Quid rectum in oratione, prauúmve.

Artus in prauum elapsi, Vide ARTVS.

Distortum & prauum. Cic.4.Tuscul. Non omne vitium partes habet dissentientes: vt eorum qui non longè à sapientia absunt, affectio est illa quidem diserepans sibi ipsa dum est inspiens, sed non distorta, nec prava.

Talis prauis fultus. Horat.1.Serm.satyr.3.

Prauo naso viuere. Horat.in Arte.

Regula prava. Lucret.lib.4.

¶Prauus, ad animum refertur, Prauimores. Terent. Adelp.5.8, Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum atque alienum à vita mea Videatur.

Malus, prauúsque. Plin.epist.9.lib.3.

Prauus & peruersus. Cic.pro Rosc. Comœdo, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur.

Ambitio prava. Horat.1.Serm.satyr.6.

Stultitia. Horat.2.Serm.satyr.3.

Prauus homo, dicitur Senecæ nõ improbus, hęc malus: sed præfractus: lib.1.de Ira, Cn. Piso vir fuit memoria nostra integerrimi prauus, & cui placebat pro constantia rigor.

Prauus maius est quàm Deprauatus. Cic.2.de Finib. Bestiarum verò nullum iudicium puto. quãquis enim depraua te nõ sint, prauæ tamen esse possunt. Depraua tus enim est tantùm animi, quo bestiæ carent: prauus autem & corporis & animi.

Tenax prauitas. Virg.4.Æneid.

Prava iubens ardor ciuium. Horat.3.Carm.ode 3.

Obnoxius prauis. Horat.2.Serm.satyr.7.

Prauissimus, pen. corr. Superlatiuum. Tacitus lib.15, Prævalúerãt ea tẽpestate prauissimus mos.

Prauè, Aduerbium {πονηρῶς, στρεβλῶς} cui Rectè opponitur. Cic.2.de Finib. Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat.

Prauè colere religiones. Liu.1.ab Vrbe.

Prauè facta, Peccata. Cic.1.Acad. Rectè facta sola in bonis actionibus ponens: prauè, id est peccata, in malis.

Prauitas, pen. corr. prauitátis. fœm. gen. {πονηρία, σκολιότης} Obliquitas, mala & peruersa alicuius rei constitutio & compositio. Colum libro 4. cap.20, Prauitas staturinum. Cic.4.Tuscul. Vitium, quum partes corporis inter se diffident: ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas.

Corporis prauitates si erunt perinsignes, an habebũt aliquid offen-

fionis:animi deformitas non habebit?Cic.1.de Leg.
Prauitas & imminutio corporis Cic.5.de Finib.Si prauitatem imminutionémq; corporis propter se fugiendam putamus,cur non eiúsdem ac fortassè magis propter se formæ dignitatem sequamur?
Deformitas & prauitas.Cic.1.de Orat.Iuuendi nobis sunt non solùm oratores,sed etiam actores: ne mala cõsuetudine ad aliquam deformitatem prauitatémque veniamus.
Prauitatem oris alicuius imitari. Cic.2.de Orat. Fúsius neruos in dicendo C.Fimbriæ,quos tamen habuit ille,non assequitur:oris prauitatem,& verborum latitudinem imitatur.
Inemendabilis prauitas.Quintil.lib 1.cap.1.
¶Prauitas {κακία} pro Malitia.Cic.4.Acad.Taméane in ista prauitate perstabitis?
Prauitatis patroni.Varr.de Ling.Latin lib.8,Inductis non tam irascendum, quàm huiusce prauitatis patronis. De iis qui veterem loquendi vsum contaminant.
Animi prauitas. Qu.Cic.de Petit. Consul.Dans operam, vt de illa animi prauitate deducas.
Animi prauitates rectè vitia dicuntur.Cic.in Parad.
Affertæ prauitati interitu. Cic.2.de Finib Qualis ista philosophia est,quæ non interitum afferat prauitati, sed sit contenta mediocritate vitiorum?
Erroribus prauitatis mentes Ægyptiorum imburæ.Cic.5.Tusc.
Perstare in prauitate sua,Vide PERSTO.

PRAXASPES {πραξάσπης} nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem iussu regis occidit, cuius facinoris conscientia adactus, postea in maximo Persarum cõuentu, ex editissima turre se præcipitem dedit.Herodot.lib 3.

Praxibulus,li, lo {πραξίβουλος} Athenienſium magistratus, cuius meminit Plin.lib.33.cap.7.

PRAXIDICE,es {πραξιδίκη} Deæ nomen, cuius non statuam integri, sed caput tantùm in templis dedicabant.Hinc Manaceas Soteris vxorem facit, eandémque sororem, Concordiæ & virtutis matrem Suidas. Stephanus Praxidicem Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit,à quo Liciæ mons nomen accepit.

PRAXIS,praxeos {πρᾶξις, πράξεως} fœm.gen. actionem significat : vnde Practicus,pen.co r.Adrectiuũ, quasi actiuus, & qui actu ipso aliquid perficit. Hinc artes dictæ sunt quædam practicæ,quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt:diuersæ ab illis quæ theoricæ,id est speculatiuæ dicuntur. De versique Quintil.lib.2.cap.18.

PRAXITELES,pen.corr. {πραξιτέλης} statuarius, marmore nobilitatus duplici Venere,Gnidia & Coa : Natus est in Græcia Italæ ora, ciuitate Romana donatus. Scripsit,teste Varrone,quinque volumina nobilium operum in toto orbe. Vide Plinium lib.36.cap.5. Propert.lib. 3.eleg.9,Praxitelem Parius vindicat arte lapis.
Laborifer Praxiteles.Stat.4.Sylu.6.

Praxitelius,Adiectiuum {πραξιτέλειος.} Cic.2.de Diuinat.Quasi non potuerit id euenire casu , & non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelis capita illa enim ipsa efficiuntur detractione , neque quicquam illuc affertur à Praxitele,&c.

Preciæ {ἐφέσιαι ἑορταί} vuæ apud Virgilium leguntur , 2. Georgicorum,
Purpureæ,preciæque,& quo te carmine dicam
Rhetica? Vbi Seruius,Preciæque:hæ citò matureſcunt:vnde & preciæ dictæ sunt,quasi præcoquæ,quòd ante alias coquantur.
Precias dicebant, qui à Haminibus præmittebantur , vt denuntiarent opificibus,manus abstinerent ab opere, ne si vidisset sacerdos facientem opus,sacra polluerentur. Festus.'

Precium,Vide PRETIVM.

PRECIVS,Lacus est Ciceroni pro Milone, Qui cum ab equite Romano splendidissimo & forti viro,T.Pacanio,non impetrasset, vt insulã in lacu Precio venderet, repẽtè lyntribus in eam insulam materiam, calcem,cæmenta atque arma conuexit.

Precor,precaris {λίσσομαι,δέομαι,ἱκετεύω,κεκτημένος} precari,accusatiuo iunctum , significat Orare. Plin.in Paneg. Atque hoc magis incensi sumus vt precaremur, nequando tibi nõ eadem causa lacrymarum.
Colere,precari,veneratique deos solemus.Cic.1.de Nat.deor.
Deos precari,atque ab eis auxilium petere.Cic.6.Verr.
Precari,implorare,& venerari deos vt vrbem defendant.Cicero 2. in Catil.
Numen cæleſte precari.Ouid.1.Metam.
Numina Palladis.Virg.3.Æneid.
Precor,quæso,& obtestor vos.Cic.pro Domo.'
Precari bonas preces.Cato cap.134.
Parce precor precor.Horat.4.Carm.ode 1.
Pro aliquo precari.Ouid.3.Metam.
Precari ad deos.Liu.8.bell.Maced.Quos adorent,ad quos precentur & supplicent,Ambracienſibus superesse.
Animo & voce precari.Ouid.lib.2.de Ponto,eleg 6.
Scientia peregrina & externa, mente domestica & ciuili deos precari.Cic.pro Corn.Balbo,Sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt, vt deos immortales scientia peregrina & externa, mente domestica & ciuili precarentur. De sacris Cereris.
Sonis blandis.Ouid.1.de Remed.amor.
Voce grata.Senec.Agamemn.6.
Voce timida.Ouid.epist.18.
Vultu pro verbis precari,id est signis & indiciis.Ouid.2.Fast.
Experere de aliquo,optare, precari aliqua. Cic.in Pison. Hæc ego semper de vobis expetiui,hæc optaui,hæc precatus sum.
Bona à quibus precamur,ab iis dantibus nolle sumere,stultitia est. Cic.3.de Nat.deor.
Precari ab aliquo. Cic.de Amic. Quàm multa quæ nostra causa nunquam faceremus,facimus causa amicorum:precari amicis ab indigno , supplicare , tum acerbius in aliquem inuehi infectaríque vehementius.
Vtres aliqua faustè,fœliciter,prosperéque euenirent, precari. Cicero pro Murena.
Veniam precari.Virg 3.Æneid.
Mortem precari,Optare.Ouid.1.de Ponto,eleg.2,
Sæpe precor mortem,mortem quoque depreeor idem,&c.
Salutem,incolumitatem, & reditum.Cic.in Pison. Vtrum tandem bono viro & sapienti optabilius putas,sic exire à patria,vt omnes sui cines salutem , incolumitatem , reditum precentur , quod mihi accidit.
Precari alicui bonam vel malam fortunam. Quintil.in epistola ad Tryphonem,Et oram soluentibus bene precemur.
Dira precari alicui.Tibull.lib.2.eleg.7.
Mala precari alicui.Cic.in Pison.
Malè precari alicui,Vide MALVE.
Execrari & malè precari. Cic.in Pison. An quod tibi proficiscenti euenit , vt omnes execrarentur , malè precarentur , vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent?
¶Tentare iterum precando.Virg.4.Æneid.

Precans,Participium {λιτάμενος,} vt
Mitis precanti.Stat.1.Thebaid.
Dextra precans.Virg 12.Æneid.
Verba precantia.Ouid.7.Metam.

Precandus,Aliud participium {λιταϛέος.} vt
Modestia precanda.Tacit.lib.4.

Precaturus,penult.prod. {λιτησόμενος} Similiter participium.Ouidius ad Liuiam.
Larga precaturi sumite vina manu.Ouid.2.Fast.

Precatio Verbale {λιτή, ἀῤῥητ.} Cic.pro Murena , Quòd si illa solennis comitiorum precatio Consularibus auspiciis consecrata,&c. Idem 3.de Nat.deor.Itaque in ea dea,quòd est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est.
Vti noua precatione Quintil.in Procem.lib.4.
Precatione rem transigere.Liu.9.ab Vrbe.

Precator, pen.prod.precatoris {λιτητής, λιτῆτος} Aliud verbale,Qui pro altero intercedit,vel postulat. Terent.Heaut.5.2,
Nemo accusat Syre te,nec tu aram tibi,neque precatorem parabis.

Precatrix, pen.prod.precatricis,Aliud verbale, gen.fœm.Aconius in 3. Verr.De nominibus Sabinarum plures tribus factæ,quibus precatricibus bellum parentum maritorúmque finitum.

Precis,preci.precem,prece {λίτομαι,λιτανεύω} Pluraliter preces,precum,precibus.Quintil.lib.3.cap.10,Hac illi opus est occasione,ne cum talium precum pudeat.
Nullus locus preci. Terent Andr.3.4,
Nihil est preci loci relictum:iam perturbaui omnia.
Tempus aptum precibus.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,
Preces & vota.Cic.pro Plancio , Eorum preces & vota de meo reditu exaudiés,Dyrrhachium,quod erat in fide mea, petere contendi.
Preces & gratulationes. Cic.6.Verr.In precibus & gratulationibus non solùm id venerari , verumetiam id osculari solent. De simulacro Herculis.
¶Blandæ iuuenum preces.Horat.4.Carm.ode 1.
Docta prece blandus.Horat.2.epist.1.
Exiguæ preces.Ouid.1.de Arte.
Graues.Propert.lib.1.eleg 6.
Humiles.Claud.3.de raptu Proserp.
Infructuosæ,Vide INFRVCTVOSVS.
Irritæ,Vide IRRITVS.
Longæ.Brutus Ciceroni,13,Noli expectare longas preces, intuere meipsum,qui,&c.
Omnibus precibus aliquid petere,Vide OMNIS.
Pudicæ.Ouid.epist.1.
Sacrificæ.Senec.Medea,2.
Spretæ.Ouid.1.Metam.
¶Accipere preces,Vide ACCIPIO.
Accipere superbius aliquius preces.Tacit.lib.2.
Addere precibus lacrymas.Ouid.epist.4.
Addere minas precibus.Ouid.2.Metam.
Adduci precibus,Vide ADDVCO.
Castis precibus adire templa.Senec.Hippol.2.
Adhibere preces,Vide ADHIBEO.
Admittere preces,Vide ADMITTO.
Admouere,Vide ADMOVEO.
Agitare aliquius animum precibus.Quintil.lib.4.cap.1,Cuius animus spe,metu,admonitione, precibus, vanitate denique,si id profuturum credimus,agitandus est. De iudice.
Sollicita prece ambire aliquem.Horat.1.Carm.ode 35.
Annuere precibus.Ouid.8 Metam.
Iustis precibus assentire.Ouid.3.Metam.
Audire preces.Cic.in Pison.
Auersari preces,Vide AVERSOR.
Blandiri alicui precibus.Ouid.2.de Arte.
Vanæ preces sine carent.Ouid.3 de Ponto,eleg.7.
Cedere precibus alicuius,Vide CEDO.
Cogere aliquem prece.Horat.1.epist.9.
Complecti preces.Ouid.10.Metamorphoseos,

Atque inter mortísque metus,& tædia vitæ,
Est tales complexa preces : O si qua patetis , &c. Id est,tales preces concepit,sic orauit.

Concipit illa preces,& verba precantia dicit. Ouid.14. Metam.
Concipere preces per noua vota.Ouid.3.Amor.eleg.6.
Caducas preces concipere.Ouid.1.Fast.
Consumptis precibus violentam transit in iram. Ouid.8. Metam.
Decurrere ad miseras preces.Horat.3.Carm.ode 29.
Nec prece,nec pretio,nec gratia, nec simulatæ à via recta ostendi mus oportere deduci.Author ad Heren.lib.3.
Demittere se in preces humiles.Claud.de raptu Proserp.
Descendere ad preces.Seneca Hippol.5.

Descendere

Descendere in preces.Virgil.5.Æneid.
Despuere preces alicuius,Contemnere.Catul.ad Licinium, 47.
Hostili prece detestari aliquem.Ouid.15.Metam.
Dare preces. Valer.2.Argonaut.
-date vina precéque.
Dare preces alicui.Quintil.lib.6.cap.1.
Dare manus precibus.Ouid.3.Fast.
Erubescere preces , dicitur quem pudet precari. Claud.1.de raptu Proserpinæ.
Excipere preces blandas molliter.Ouid.1.de Arte.
Pacem precibus exposcere.Virg.3.Æneid.
Extendere preces,Vide EXTENDO.
Fatigare aliquem prece.Horat.1.Carm.ode 2.
Ferre preces alicui,Precari aliquem.Virg.8.Æneid.
Supplici prece flectere.Seneca Herc.furen.7.
Flecti precibus.Virg.2.Æneid.
Frangi precibus.Ouid.epist.1.
Fundere preces.Virg.5.Æneid.
Immiscere preces.Virg.10.Æneid.
Impetrare precibus salutem alicui.Brut.Cic.16.5.
Implorata prece Pollucis.Catull.ad Mallium,epig.63.
Indulgere precibus,Vide INDVLGEO.
Solennes satis est voce mouere preces.Ouid.6.Fast.
Moueri prece.Ouid epist.7.
Obliquare preces , Est per ambages aliquid rogare , vt solent qui rem vel inhonestam, vel factu difficilem impetrare volunt. Statius 3. Thebaid.
In precibus occurrere.Cic.1.de Nat.deor.Nihil sentiens deus , qui nunquam nobis occurrit neque in precibus,neque in optatis, neque in votis.
Per precem orare.Plaut.Capt.5.
Peragere preces.Ouid.5.Fastorum.
Et peragit solita fallere voce preces. Hoc est , Eadem voce preces peragit & precatur mercator Deum , qua & fallere consueuit emptorem.
Petere precibus vt aliquid fiat. Cic.pro Sylla , Literæ sunt Fausti, per quas ille precibus à Sylla petit,vt emat gladiatores.
Infimis precibus aliquid petere,Vide INFERVS.
Tacita prece petere aliquid.Horat.1.epist.14.
Placare prece cælites.Senec.Agamemn.7.
Placare precibus diuinum numẽ feelere violatum.Cic.pro Domo.
Emaci prece poscere aliquid.Pers.Satyr.2.
Profequi aliquem prece.Horat.4.Carm.ode 5.
Repugnare precibus.Ouid.11.Metam.
Resistere precibus.Senec.Hippol.8.
Retentare preces,Iterum precari.Ouid.14.Metam.
Cum magna prece scribere. Cic ad Attic.lib.11, Quintus non modò non eum magna prece ad me,sed acerbissimè scripsit.
Succumbere precibus.Ouid.epist.3.
Totus est in prece.Ouid.6.Fast.
Tentare precibus.Ouid.2.Amor.eleg.3.
Tollere preces,Desinere precari.Ouid.3 Fast.
Vinci precibus.Senec.Hippol.2.
Vocare aliquem precibus.Virg.7.Æneid.
Prece vti.Cicero 1.de Inuent. Si prece & obseruatione humili ac supplici vtemur.
¶Preces,pro execrationibus diris.Cæs.6.bell.Gall.Catiuulcus rex dimidiæ partis Eburonũ omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilij author fuisset,taxo se exanimauit.
Iratis precibus vrgere.Horat.2.Serm.satyr.6.

Precarius , Adiect.{ἐπικαιρικός} Est,vt ait Vlpianus De verbor.significe.l. Pratum,quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu,quandiu is qui concessit,patitur. Vide eundem Vlpianum.D.de precario.
Anima precaria. Tacit.lib.1,Méque precariam animam inter infensos trahere.
Auxilium precarium , non iustum ferre. Id est precari pro aliquo, non patrocinari.Sic exponit Budæus.Liu.8.ab Vrbe.
Castitas precaria.Senec.in 2.Declamat.
Forma.Ouid.lib 9.Metam.De Achelooo sub anguis forma certante cum Hercule,
-quem forma precaria celat. Id est aliena.Precarium enim dicitur, quod precibus alicui vtendum conceditur tantisper,dum is qui concessit,repetat.*Forme emprunteé.*
Precarius honor est , qui ad arbitrium eius admittitur , qui donauit.Budæus.
Imperium.Tacit.lib.17.
Ius.Tacit.de Suionibus Germanis.
Libertas.Liu lib.9.belli Maced.
Opem orare precariam.Liu.3.ab Vrbe.
Quæstus.Cic.Octauiano,14,Cuius auus fuerit argentarius, astipulator pater,vterque verò precarium fecerit quæstum.
Salus.Brutus ad Ciceronem,1.6,Nempe quia postulabat hæc, salutem abs se peti precariam,nos,&c.
Precarij spiritus dicitur esse homo à Seneca,lib.De consolation.ad Martiam,cap.11,quasi cõmodati, & quem ea lege accepimus , vt reddamus quum primùm reposcet qui commodauit.
Vita.Tacit.lib.20.
Si precariam vocis vsuram sumeres. Apuleius lib.7. non procul à fine. verba fiunt ad asinum. hoc est , si vsus vocis tibi ad tempus concederetur vt loqui posses?

Precario {τῷ λιτήματι} nomen,ipsa terminatione ablatiui , pro aduerbio accipitur. Paulus, Precario habere videtur , qui possessionem corporis vel iuris adeptus , ex hac solùm modò causa , quòd adhibuit preces,& impetrauit, quod sibi possidere aut vti liceat : veluti si me precario rogaueris per fundum meũ ire, vel agere liceat : vel vt in tectũ meum stillicidium,vel tignum in parietem immissum habeas. Plin. de Vitis illust.Seruius Tullius quasi precario regnare cœpit,sed rectè imperium administrauit. Cic.pro A Cecin. Ne id quidem satis est, nisi docet ita se posse disse,vt nec vi,nec clàm,nec precario possederit.
Precario rogare.Cic.7.Verr. Quo tempore in tãta inopia nauium, tantáque calamitate prouinciæ, etiamsi precario effert rogandi , tamen ab his impetraretur.

Precatiuus , Adiect.pen.prod. Vlpian. titulo vigesimoquarto eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani , Legatum , est quod legis modo,id est imperatiuè,testamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur,fideicommissa vocantur.

Precariuè, Aduerbiũ,pen.prod. Vlpian.titulo vigesimoquinto eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani,Fideicommissum,est quod non ciuilibus verbis,sed precariuè relinquitur:nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur,sed ex voluntate datur relinquentis.

Prehendo,prehendis,prehendi,prehensum {λαμβάνομαι,συλλαμβάνω} prehẽndere , Capere. Dicimus & prendo per syncopam. Cic.1.de Legibus, Quid diuinum æternúmque sit viderit, ipsúmque ea moderantem & regentem penè prehenderit. Idem 1.Acad. Sed quum acceptum iam & approbatum esset,comprehensionem appellabat,similem iis rebus quæ manu prenderentur:ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Prehẽdere tribus digitis.Plin.lib.20.cap.17,Et orchopnoicis,quod ternis digitis prehenderit seminis , tantundem hyoscyami cum lacte asinino.
Prehendere dextram. Cic.1.de Diuinat. Quúmque te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dextram tuam, & bono animo te iussisse esse.
Manu prehendere aliquem.Cic.1.de Orat.
Fugientia prehendere poma.Ouid.epist.17.
Stirpes tellus amplexa prehendit.Cic.in Arato.
Oras prendimus fugientis Italiæ.Virg.6.Æneid.
Stylum prehẽdere. Cic.de Claris Orat. Dein quum otiosus stylum prehenderat,morásque omnis animi,tanquam ventus hominem defecerat,flaccescebat oratio.
Prendo amicos, supplico , ambio, domos stationésque circumeo: quantúmque vel authoritate , vel gratia valeam , precibus experior. Plin.epist.9.lib.2,ad Apollinarem. Sic Terent.Phorm.4.3,
Visum est mihi vt eius tentarem sententiam.
Prehendo hominem solum. Hic prehendo , significat Hominem accipio,colloqui causa.

Prendendus , Participium {ληπτέος} Ouid.2.de Ponto , eleg.6,Brachia da lasso potius prendenda natanti.

Prensus,siue Prehensus,Aliud participium {ληφθείς.} Seneca Troade,12,
Sic ille dextera prensus hostili puer ferox.
Prehensus manifesto furto.Gellius lib.11.cap.18.
Prehensus furti manifesti.Gellius lib.11.cap.18.
Corpora prensa manu.Virg.3.Æneid.

Prensurus , pen.prod. {λαμβάνειν} Similiter participium.Ouid.epist.10, Incertum vigilans,an somno languida,moui
Theſea prensurus semisopita manus.

Prehensio,prehensionis,Verbale,Ius quoddam erat magistratibus concessum.Varro apud Gellium,In magistratu,inquit, habent alij vocationem,alij prehensionem,alij nutum:vocationem,VT COSS.& cæteri qui habent imperium : prehensionem , vt trib. pleb. & alij , qui habent viatorem: neque vocationem,neque prehensionẽ , vt Quæst. & cæteri,qui neque lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidẽ prehẽdere,temere,abducere possunt: & hæc omnia, siue adsunt quos vocant,siue acciri iusserunt:Trib.Pleb.vocationem habent nullam. Neque minus multi imperiti , perinde atque haberent,ea sunt vsi.Hæc Varro. Cur autem Tribuni,qui habebant summam coercendi potestatem , ius vocandi non habuerint , vide apud Gellium lib.13.cap.12.sub finem.

Prehenso,prehensas,prehensare:siue Prenso,prensas, prensare,per syncopã,Frequentatiuum.Liu.ab Vrbe,lib.1,His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire, & prehensare minorum maximè gentium patres , admonere paterni beneficij. Cic.ad Attic.lib.1, Prensat vnus P.Galba,sine fuco ac fallaciis more maiorum. In his prehensare est ambitiosè petere : quia præ studio,manus cuiusque suffragatoris prehendebatur à candidatis.
Manu prensare brachia.Horat.1.Serm.satyr.9.
Genua circunstantium.Tacit.lib.1.
Prensant fastigia dextris.Virg.2.Æneid.
Prensare consilium.Liu.2.bell.Pun.
¶Prensare significat etiam id quod nos corpore prehendere dicimus,teste Budæo.
¶Initium prensandi.Cic.Attico,lib 1.

Prensans,Participium. Virg.4.Georgicorum,
Prensantem nequicquam vmbras.
Tumulos prensans.Ouid.13.Metam.
Lubrica prensantes effugit vmbra manus.Ouid.5.Fast.

Prensatio,Verbale. Cic.ad Atticum, libro 1, Fuit illius hæc præpropera prensatio.

Prelum, preli {πιεστὴς, πιεστήριον, πρεσὴς} trabs est qua vua vel oliua premitur,authore Seruio,à premendo dictum. Virg.2.Georgicorum,
-tu spisso viminequallos,
Colláque prelorum . & reliqua. Nostri hodie in torcularibus cochleis vruntur , per quarum capreolatos anfractus tollitur , demittitúrque prelum,aut suculæ,aut rotæ versatione.Hæc Budæus. Martial.lib.1.110,
Non hæc pelignis agitur vindemia prelis.
Prela,etiã dicuntur instrumenta pressoria,quibus pannarij, chartarij,& librorum impressores vruntur. Plin.lib.lib.13.cap.12,de chartis loquens , Premitur deinde prelis,& siccantur sole plagulæ , atque inter se iunguntur. Hæc Budæus.
Prela temperata. Caro libro de Re rustica , capite 12 , In torcularium quæ opus sunt vasis quinis ? Prela temperata quinque , superuacanea tria. Prela tẽperata vocat,quæ apta sunt & accommodata ad

torquẽdum & premendum: superuacanea verò, nihil agentia & cessantia: quæ si superiora illa deficiant, operosa esse possint, & in vicem succedere. Ex Turnebo.

PREMA, Dea mater, culta, vt subacta virgo non se commoueret, quum premitur. Lilius primo syntagmate Historiæ deorum.

Premellere, litem promouere. Paulus, apud Festum.

Premo, premis, pressi, pressum {πιέζω, θλίβω} prémere, Calcare, & alicui rei inuiti cum ponere, vt ait Nonius. Virg. 10. Æneidos,
-& læuo pressit pede talia fatus,
Exanimum rapiens immanta pondera baltei. Plin. lib. 28. cap. 2, Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur.
Arctè premere. Lucret. lib. 4.
Premere omnia deorsum. Lucret. lib. 1.
Premere & vrgere. Cic. 1. de Lege agraria, Ne vrbẽ hanc vrbe alia premere, atque vrgere possitis?
Premo & Defendo cõtraria. Quintil. Ex aduerso vnum est quo defendimur, reliquum est quo premimur.
¶Premere, Aduersari. Virg. 10. Æneidos,
Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoste
Mortales.
¶Premere, Cincius in libro de verbis priscis, ait significari idem quod prohibere. At Cato. lib. qui est de Re militari, pro Viriare vsus est, quum ait, Quum magistratus nihil audeat imperare, ne quid Cõsul auspicij premat. Festus.
¶Premere, pro Instare, & dicendo immorari. Plinius epist. 9. lib. 3, Quum Castam accusarem, nihil magis pressi, quàm quòd accusator eius, prævaricationis crimine corruisset.
¶Premere, Insequi, fugare. Virg. 1. Æneid. Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.
¶Premere, pro Reprehendere, maledicere. Quintil. lib. 12, de Ciceronc, Præcipuè verò pressurunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Budæus.
¶Premere, Verbum venatorium, vt & agitare & excitare. Virgilius, Vt spumantis apri cursum clamore prementem. Et alio loco, Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
¶Premere habenas, & adducere, est equos à liberiore retinere coercereq; impetu & curtu. Dare habenas, & immittere, est equis liberũ campum cursúmque permittere. Turnebus in illud Virgil. lib. 1. Æneidos, -currúque volans dat lora secundo.
¶Pressa est insignis gloria facti, Id est author ignoratur, vt ait Budæus. Virg. 12. Æneid.
Premere aliquid in annum nonum vel decimum. Horat. de Arte.
Aliquem ab ẽptibus premere. Varro, Inuitúmque pressit ab ædibus.
Ære alieno premi. Cic. ad Attic. lib. 7, Omnes qui ære alieno premantur.
Alas premunt cantu plausúque galli. Cic. 2. de Diuinat.
Facta premunt annos, Id est Superant. Ouid. 7. Metam.
Angustiis premi. Cæsar 3. bel. Gal.
Arte sua premi. Ouid. 2 Trist.
Arua aliena iugo premere. Virg. 10 Æneid.
Arua premere dicitur pelagus. Virg. 1. Æneid. Id est aquarũ abundantia populari & vastare. Seruius.
Bello premi. Cic. pro Lege Manilia, Tertis est iterũ, & sæpius Italia, quæ quum seruili bello tetro periculoſóque premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit
Caseus pinguis premitur vrbi ingratæ. Virg. eclog. 1.
Causam ipsa facie premi. Quintil. lib 4. cap. 1.
Causam premere testibus. Cic. pro Cluentio, Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur.
Collum laqueo. Horat. 1. epist. 17.
Confessionem. Quintil. lib 7. cap. 2.
Corticem premere, Contundere, & succum ex cortice exprimere. Plin. lib. 12. cap. 21.
Crimen eleuare & Premere, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Fronde crinem premere. Virg. 4. Æneid.
Cursum ingenij premit hæc importuna clades ciuitatis. Cicero de Claris Orat.
Dentes in vite. Ouid. 1. Fast.
Desyderio rerum omnium & luctu premi. Cic. Attic. lib. 3.
Dolorem premere. Virg. 1. Æneidos,
Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem.
Doloribus premi. Cic. 2. Tusc. Quis autem non miser non modò tunc quum premetur summis doloribus, si in his est summum malum: sed etiam quum sciet id sibi posse euenire?
Famam alicuius premere. Tacit. lib. 15.
Fame premi & rempestate. Plin. lib. 37. cap. 8.
Lingua aspera premit fauces obsessas. Virg. 3. Georg.
Fauces defensionis alicuius premere, per translationem, pro Corrumpere, & quasi iugulare ac infirmare. Cic. 5. Verr. Timarchides columen familiæ vestræ premit fauces defensionis tuæ.
Premi faucibus, Ita premi, vt elabendi locus nullus sit. Cicero pro Cluẽtio, Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re, quum faucibus premeretur, excogitauit.
Infesta fortuna premi Varro ex Pompilio lib. 6. de Ling. Latina,
Heu qua me causa fortuna infesta premis?
Frigore quũ premitur porrò omnis terra, cosq;, &c. Lucret. lib. 6.
Frigoribus premimur. Ouid. 2. de Arte.
Gradum pressere attonitii. Valer. 2. Argon. Hoc est represserunt.
Grana presserat ore. Ouid. 5. Metam.
Hastâ aliquem. Virg. 2. Æneid.
Imperio ventos. Virg. 1. Æneid.
Impetu hostium premi. Liu. 2. bel. Maced.
Inopia premi. Colum. lib. 5. cap. 12.
Inuidia & odio premi. Cic. 1. de Orat. Quum & inuidia & odio populi rũ Galla premeretur, his quoque eũ tragœdiis libérátũ ferebat.
Iras premere. Tacit. lib. 20. Cerialis à metu infamiæ, si licentia, sæ-

uitiáque imbuere militem crederetur, pressit iras.
Iras graues. Lucan. lib. 2.
Faunique premunt te iussa parentis. Virg. 7. Æneid.
Luxuriem. Ouid 14. Metam.
Mammam. Plin. lib. 11. cap. 40.
Manu premere. Lucret. lib. 4.
Necessitas te tanta premebat Cic. pro Roscio Amer.
Nec finis ingenium nobilitate premi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Nocte premi. Virg. 6. Æneid.
Obsidione premi. Ouid. 6 Fast.
Vrbem obsidione premebat Virg. 8 Æneid.
Oppugnationibus premere Cæsar 3. bel. Ciuil.
Oculos premere Virg. 9. Æneidos,
-pressíve oculos, aut vulnera laui
Veste tegens. Nonius
Quies pressit oculos Virg. 12. Æneid.
Odium premere. Plin in Paneg.
Odio premi. Cic. Ante quàm iret in exil. Non odio bonorũ, sed inuidia premor malorum. Idẽ ad Q. fratr. lib. 3. 19, Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum.
Onere premi, Vide ONVS.
Pedem premere, Figere. Liu. 8. ab Vrbe.
Propositum premere, Non desistere ab incœpto. Ouid. 2. Metam.
Sedilia premere, Sedere. Ouid. 5. Metam.
Seruitio premere vibem. Virg. 1. Æneid.
Seruitute premi. Cic. 4. Philip. Qui quum seruitute premeremur, & indies malum cresceret, præsidij nihil haberemus.
Silentia premere. Silius lib. 12.
Sonus remorum premitur clamore, Id est præ clamore remorum sonus non auditur. Lucan. lib 3.
Sulcum premere dicitur carina. Virg. 10. Æneidos,
-sulcumque sibi premat ipsa carina.
Tumentia premere, humilia extollere, luxuriãtia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, &c. Quintil. lib. 10 cap. 4.
Verbo premere aliquem. Cic. 1. Tusc. Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam miseros esse, sed tantùm miseros ob id ipsum quia non sunt.
Vestigia premere, pro Consistere, siue pedem figere. Virgilius 6. Æneidos, -sic effatus vestigia pressit. Poeticum est.
Vestigia premere, Proxime sequi. Tacit. lib. 2.
Virgulta per agros premere. Virg. 2. Geo. gicorum,
Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros. Alij hoc loco exponunt Demergere, infodere.
Vi premi Lucret. lib 6
Vitem premere falce. Horat. 1. Carm. ode 31.
Vitio premi. Cic. 4 de Fi ib. Hoc vno vitio maximè mihi premi videntur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sentẽtias obtinere.
Vmbras premere falce, Id est resecare frondes, vel herbas, aut frutices vmbram facientes. Virg. 1. Geo. g.
Vocem premere, Tacere. Virg. 9 Æneid.

Pressus {πιεστὸς, πεπιεσμένος.} Particip. siue Nomen ex participio. vt
Pressus manu calceus. Colum. lib. 7. cap 8.
Humi pressus vtroque genu. Stat. 6. Thebaid.
Grauitate soporis. Ouid. 15. Metam.
Mentem formidine. Virg. 3. Æneid.
Bello inquo. Valer. 5. Argon.
Pressus orator & Redundans, contraria. Cic. de Claris orat. Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi & nimis redundantes.
Pressa & tenuia. Quintil. lib. 10 cap. 1.
Pressus ac lætus. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Homero, Lętus ac pressus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis.
¶Boues pressi detrectant iuga. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Clamor pressus subtitit. Ouid 1. Metam.
Coma pressa sustinere galeam. Ouid. epist. 3.
Cubito presso remanere. Horat. 1. Carm. ode 27.
Pressus cultus orationis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Dolor pressus sub corde. Stat. 9. Thebaid.
Plenum eloquentiæ genus, & Pressum, contraria. Quintil. lib. 12. capite 1.
Presso gradu incedere, hoc est firmo, nec tamẽ celeri: sed quo cautos incedere videmus. Liu. 8. bel. Pun.
Pressus homo in explicanda re aliqua. Cic. in Hortensio, Quis te autem est, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis sententiis pressior?
Lactis pressi copia. Virg. eclog. 1. Circunloquutione poetica à Virgilio significatur caseus, qui & coagulo cogitur & premitur: sed & ipsa interdum manu premitur, formatur, atque figuratur. Tranquill. Et caseum bubulum manu pressum. Premitur autem, authore Columella, ne sit fistulosus, quod ei accidit, qui laxius remissiúsque in formis suis habetur, nec satis cogitur. Hæc Turneb.
Mammis pressis manabunt flumina. Virg. 3. Georg.
Pressus & flebilibus modis concinere. Cic. 1. Tusc. Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sunt, miseros iudicare.
Pressa narratio. Quintil. lib 9. cap. 4.
Pressa narrationis gracilitas. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Oratio pressa, & In qua ineſt luxuries quædam, contraria. Cic. 2. de Oratore.
Ornatus pressus & seuerus. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Ore presso obmutuit. Virg. 6. Æneid.
Oscula pressa iungere. Ouid. epist. 2.
Ponere vestigia pressis signis. Lucret. lib. 3.
Solo presso tenuit vestigia. Virg. 5. Æneid.

Sonus

Sonus pressus. Cic. 2. de Nat. deor. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus, & ea vocem immoderatè profusam fingit & terminat, quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit.
Verba pressa. Plin. epist. 19. lib. 2.
Verbis aptus & pressus Thucydides. Cic. 2. de Orat.
Vina pressa Torquato Consule. Horat. Epod. 13.
¶Pressum vocat Ouidius, quod est quasi impressa nota signatum, lib. 6. Fastorum,
(Certa fides facti est) dictus sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Pressior, Comparatiuum. vt Vis pressior. Plin. iun. lib. 1. epist. 16, Nam in concionibus eadem quæ in orationibus vis est: pressior tamen, & circunscriptior. & adductior.

Pressus, huius pressus {πίεσις} Ipse premendi actus. Cic 3. de Orat. Nemo est quin literatissimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facilè vincat. Vide Vrbanius recinere & resonare, in VRBS.

Pressura, pressuræ, penul. prod. {πιεστὸς.} Plin. lib. 18. cap. 31, Pressura vna culeos xx implere debet. Colum. lib. 12. cap. 36.
¶Pressura, pro depressione. Vlpian. in l. Si arborem. D. De seruit. vrban. prædior. Interdum dici potest, cum quoque qui tollit ædificiũ, vel deprimit, luminibus officere: si fortè κατ' ἀντανάκλασιν, vel pressura quadam lumen in eas ædes deuoluatur.
Pressura croci, Succus est croco expressus, vnguentúmque è croco. Lucanus,
Vtque solet pariter totis effundere signis
Corycij pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virtus. Turneb.

Presse, Aduerbium {πιεστικῶς} contrarium habet Abundanter. Quintilian. lib. 8 cap. 3, Primum est, vt liqueat augere quod velimus, an minuere: concitatè dicere, an moderatè: latè, an seuerè: abundanter, an presse: asperè, an leniter.
Presse & angustè definire aliquid. Cic. in Orat.
Presse & æquabiliter loqui. Cic. 3. de Orat. Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi: non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed presse & æquabiliter, & leniter.
Presse & leniter loqui. Cic 1. Offic. In voce duo sequamur, vt clara sit, vt suauis: vtrunque omnino à natura petendum est: verùm alterũ exercitatio augebit, alterum imitatio præsse loquentium & leniter.
Pressius agere, Id est subtilius. Cicer. 4. de Finib. Sed vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt, pressius agamus: eáque quæ modò dixisti, cum his conferamus, quæ tuis antepono.
Pressius audire. Paterculus lib. 2. sub finem, Cum quanta grauitate vt Senatór & iudex, non vt princeps, & causas pressius audit.
Pressius definire perturbationes. id est subtilius. Cicero Tusculana 4.
Pressius intueri. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. vlt. Sed illud pressius intuendum est, &c.

Presso, pressas {πιέζουσα} præssare, Frequentatiuum Virg. eclogа 3,
-frustra pressabimus vbera palmis. Propert. lib. 3. eleg. 17.
Et noua pressantes inquinet vua pedes.
Parce pressare, Id est Vide ne premas. Plaut. Persa, 9.

Pressans {πιεζόμενος} Particip. Lucret. lib. 4,
-& inspirant pressantes dentibus ora.

Pressatus, penultima producta, Participium {πιεσθείς.} Plautus Asinaria. 12,
Quin tradis hac crumena pressarum herum?

Pressorius, Adiect. {πιεστικὸς.} vt Pressorium vas, in quo quid premitur. Colum. lib. 12. cap. 18.

Prendo, prendis, prendi, prensum {πρίω} prẽndere, per syncopam dicitur pro Prehendere, Vide PREHENDO.

Prendidi, præterium trisyllabum, pen. corr. Silius lib. 15,
-hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicunque viro quem prendidit ictus.

Prensare, Frequentatiuum, Vide Prehensare in PREHENDO.

PRENESTE, Vide PRAENESTE.

PRENVSSVM {πρηνύσσουσα} alio nomine Athenæum, id est Mineruid; non procul à Vesuuio monte, in cuius flammis extinctum fuisse Plinium Secundum. Plinius Cæcilius nepos Secundi in quadam Epistola testatur. Strabo lib. 5.

Presbyter, pen. corr. presbyteri, pen. prod. {πρεσβύτερος} Latinè dicitur senior, ætate maior.

Prester, prestẽris, penul. prod. m. gen. {πρηστὴρ} serpentis venenati genus, qui alio nomine dicitur dipsas. Plinius lib. 20. cap. 20, Sagittarum venena & serpẽtium hæmorrhoidum & presterum restringi. Lucanus lib. 9,
Oráque distendens auidus spumantia prester. Nomen habet à sitis ardore. πρήθω, incendo, ardeo. Vide DIPSAS.
¶Prester genus vorticis, quem typhon; id est vibratam ecnephian vocant. Idem ardentior accensúsque dum furit, prester vocatur, ambirens contacta pariter & proterens, vt author est Plinius lib. 2. cap. 48, Sequenti autem capite tradit eum à fulmine differre, vt ignem à flamma. Meminit huius Lucretius lib. 6, πρηστῆρας, Graij, quos ab re nominitarunt: In mare qua missi veniant ratione superné. Et paulo pòst, Et quasi demissum cælo prestera inuitetur, &c.

PRETIDES, Vide PROETIDES.

Pretium {πρὰ} Quòd datur pro re empta. Terent. Heaut. 1. 1,
-agrum in his regionibus
Meliorem neque preti maioris nemo habet.
Pretium, est valor rei à venditore in eius compensationem petitus, conuentúsque: videturque ab antiquo verbo Procire dictum, quod petere significat: licet recentiores grammatici quasi præitium dici sentiãt: quibus ratio syllabæ, itémque scripturæ aduersatur, per e. enim scribendum videtur. Hæc Alciatus libro 3. Parerg. capite vndecimo.
Pretium, inquit Varro lib. 3. de Ling. Latin. quod æstimationis, emptionisue causa constituitur, dictum à peritis, quòd hi solum possunt facere restè id.
Pretium in libras sex. Sub denariorum. Plinius lib. 12. cap. 7. Idem lib. 12. cap 24, Quod genitiuus Denariorum subintelligendus sit, manifestum est ex lib. 12. cap. 12. & 13.
Emitur x. LX. Id est denariis LX. Et Pretium vuæ in libras x. LX. Vbi notabis per x literam, denarios significari.
Pretia ei à XXXV, ad x. CCC. Plin. lib. 13 cap. 1.
Pretiũ, Merces, præmium. Terent. And. 3. 5, Ego pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet.
Pretium & merces. Cic. 7. Verr. Pretio atque mercede minuisti maiestatem Reipub.
Mors pretium tardis. Ouid. 10. Metam.
Deforme pretium moræ. Stat. 11. Thebaid.
Iniquum pretium pietatis Ouid. epist. 14.
Pugnæ pretium, coniux. Ouid. 9. Metam.
Sceleris pretium, crux. Iuuen. satyr. 13.
Sententiæ pretium. Plin. in Paneg. Non locupletando fisco sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ pretium, quàm bene iudicasse.
Grande. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Immensum, Vide IMMENSVS.
Leuius. Ouid. 3. de Arte.
Pretiosum pretium, Vide paulo pòst in Pretiosus.
Pretij magni homo, vel pretij parui. Terent. Adelph. 5. 6. Cic. ad Qu. fratr. lib. 1, Noli spectare quanti homo sit: parui enim pretij est, qui iam nihil sit.
Maximo pretio, Vide MAGNVS.
Minimi pretij. Vide Minor in PARVVS.
Par pretium, Vide PAR. Senec. Thyeste, 6.
Pretium non vile. Martial. lib. 1. 72, ad Flaccum.
¶Pretium, pro Periculo, nonnulli interpretãtur, teste Donato. Terent. in Prologo Heeyræ,
Vt libeat scribere aliis, mihique vt discere
Nouas expediat posthac, pretio emptas meo.
¶Abiit retro pretium, Vide ABEO.
Accendere pretium rei alicuius, Vide ACCENDO.
Addicere pretio, Vide ADDICO.
Adduci pretio. Cic. pro Cecin.
Æquare pretium, Vide AEQVO.
Æstimare pretium, Vide AESTIMO.
Amplificare pretium, Vide AMPLIFICO.
Antecedere pretio. Vide ANTECEDO.
Arridet pretium, Id est placet. Plinius iunior lib. 1. epist. vlt.
Arrogare pretium alicui rei. Horatius.
Auellere pretium antè, quàm mereem ostendere. Horat. 1. Serm. satyra 2.
Nefandum pretium augere. Claud. 1. in Eutropium.
Capi pretio. Tibul. lib. 3 eleg. 1.
Coemere pretio. Cic. 2. de Lege agrar. Hic ager omnis quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Componere pretio, Vide COMPONO.
Concedere partem pretij, Vide CONCEDO.
Consistit pretium. Varr. de Ling. Lat. lib. 4.
Constituere certum pretium. Cic. ad Att. lib. 14.
Corrumpere pretio, Vide CORRVMPO.
Deduci à recta via nec precc, nec pretio, nec gratia, nec simultate oportet. Author ad Heren. lib. 3.
Dicere pretiũ mũneris. Horat. 4. Carm. ode 8. Id est, ostẽdere quàm pretiosum sit munus. Porphyr.
Dare pretium. Cic. pro Fonteio, Falsum est, & ob vacationem pretium datum, quum immunis nemo fuerit.
Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum. Cic. 2. Offic.
Emere aliquid pretio. Propert. lib. 3 eleg. 16.
Meo pretio emptus, Vide MEVS.
Pretium facere alicui rei, pro Imponere & statuere. Plinius libro 9. capite 35.
Facere finem pretio difficile est, nisi libidini feceris. Cic. 6. Verr.
Flagitare pretium. Tibul lib 2. eleg. 4.
Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Cicero 5. Verrina.
Iacent pretia prædiorum. Cic. pro Qu. Roscio.
Impẽndere pretium, Vide Impensus, in IMPENDO.
Imponere pretium, Vide IMPONO.
Inficiari pretium Ouid. 11. Metam.
Largiri pretium alicui. Ouid. ad Pisonem.
Mercari pretio. Cic. 4 Verr. Ab isto & præco qui voluit, istum obiicem pretio mercatus est.
Mercari aliquid tanto pretio. Cic. pro Sext. Roscio.
Mercari minori pretio, Vide MERCOR.
Metiri pretio, Æstimare pretio. Iuuen. satyr. 9.
Pactum pretium. Cic. 3. Offic.
Parcere pretio, Vide PARCO.
Pendere pretium. Cic. ad Attic.
Persoluere pretium. Cic. pro Domo.
Pertimere pretium alicuius rei. Cicero Attico, lib. 12, Nec tamẽ ista pretia horrorum pertimueris: nec mihi iam argento, nec veste opus est.
Posci pretium. Ouid. 1. Amor. eleg 10.
Vrbem exiguam pretio posuit. Virg. 4. Æneid.
Præstare pretio. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.
Redemptus pretio. Virg. 9. Æneid.
Sarcire pretium. Claud. 2. in Eutrop.
Pretium statuere atti suæ. Terent in Prologo Heeyræ.
Magno pretio stare. Horat. 1, Serm. satyr. 2. Stare, Constare. Esse in pretio, Vide IN præpositionem.
In pretio pretium nunc est. Ouid. 1. Fast.

Pretium est. Plin.lib.12.cap.25, Corticis ad medicamenta pretium est. Id est, valet cortex ad medicamenta, & est in pretio.
Vendere aliquid paruo pretio. Cic.6.Verr.
¶Pretium, pro Operæ pretium. Tacit.lib.1, Germanico pretiũ fuit conuertere agmen.
¶Pretium, pro Pœna. Virgil.lib.12,
Illum Tydei dis alio pro talibus auſis
Affecit pretio. Id est pœna, inquit Seruius: nam pretium est Terentius.
Ego pretium ob ſtultitiam fero. Vnde & Græci τιμωρίαν, pœnam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium. Hæc ille.
Pretium operæ, & Pretium cutæ, adnotatu dignæ locutiones. Posterior apud Plin.epiſt.159.libro 8, ad Montanum, Poſtea mihi viſum est pretium curæ, ipſum Senatuſconſultum quærere.
Operæ pretium. Iuuenal.satyr.9.
Exitus pretium. Tibul.lib.2o.
Conſcientiæ pretium. Tacit.in vita Agricolæ.

Pretioſus, pen.prod. Adiect. {πίμιος, πιμίεις, ἐν πίμιος} Quod est multi pretij. Plaut.Bacch.1,
Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretioſa operaria es.
Pretioſum & Vile, contraria. Cic.lib.3.Offic. Quærit ſi in mari iactura facienda ſit, equine pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui vilis.
Æra pretioſa Corinthi. Senec.Medea,1o.
Dona pretioſa Seneca Medea,1o.
Emptor pretioſus, Sũptuoſus, qui magno pretio aliquid emit. Horat.3.Carm.ode 6,
Seu natis Hiſpanæ magiſter
Dedecorum pretioſus emptor.
Ingenium quondam fuerat pretioſius auro. Ouid.3.Amor.eleg.7.
Pretioſo linteo veſtes Plin.lib.12.cap.1o.
Loca pretioſa metallo. Ouid.3.de Ponto,eleg.8.
Nox pretioſa, Quæ emitur pretio. Propert.lib.3.eleg 13.
Pretioſus ſapor. Colum.lib.3.cap.7.
Textа pretioſa. Ouid.epiſt.16.
Veſtis. Lucan lib.2.
Veſtimenta. Horat.1.epiſt.19.
Vinitor pretioſus. Colum.lib.3.cap.3.
¶Pretioſior. Ouid.1.Metamorphoſeos,
-ſubitúque argentea proles
Auro deterior, fuluo pretioſior ære.

Pretioſè, pen.prod. {πιμίως} Delicatè, eleganter. Cic.2.de Inuent. Vaſa magnificè, & pretioſè celata.

PRIAMVS, pen.corr. {πριάμος} fuit Laomedontis Troiani regis filius, ſic παρὰ τὸ πρίασθαι emo, dictus, authore Seruio. Nam puer ab Hercule captus cum Heſiona ſorore ſolus pecunia redimi potuit. Eum à Ioue originem traxiſſe ferunt. Vide Ouid.4.Faſt. Priamus patre ab Hercule interfecto, eſt auro redemptus: Ilion reformauit & exornauit. Habuitque teſte Cicerone 1. Tuſcul filios quinquaginta: quorum decem & ſeptem ex iuſta vxore ſunt nati. At verò ex altero latere Aſſaracus Capyn genuit, ex quo Anchiſes, & ex illo Æneas. Quam ſanè genealogiam Ouid.lib. 4. Faſt. verrimè expreſſit.
Priamum tota progenie orbarum, quæ [illegible]ram conſugiſſet, hoſtilis manus interemit. Cic.1.Tuſcul.
Regna Priami. Virg 2. Æneid.
Dites Priamus Horat.1.Carm. ode 1o.

Priamẽius, Adiectiuum quinque ſyllabarum {πριαμήϊος} Virgilius 7. Æneidos, Sceptra Priameia.
Coniux Priameia, Hecuba. Ouid.13.Metam.

Priamides, penult.corr. {πριαμίδης} Patronymicum maſculinum. Virgilius 6.Æneidos,
Atque hîc Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit.

PRIAPVS, penult.prod. {πρίαπος, φαλλὸς} inquit Seruius, Dionyſij ac Veneris filius, deus Lampſacenus Helleſponti, qui hortos tuetur. Is ob membri virilis magnitudinem immoderatam, ex Helleſponto primùm eiectus, deinde pro deo habitus eſt. Vnde Virgil.lib.4.Georg. Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Alij eundem eſſe Priapum volunt & Bacchum: quod ex vtroque uli ratione ac veritate probari poteſt. πρίαπος enim eſſe vi[illegible] quaſi βριήπους, id eſt clamoſus, propter eos qui in poculis immoderatis, & bacchationibus eduntur, clamores: aut πρίαπος dictus eſt, quaſi σπερμάδιος τὸ σπέρμα, id eſt ſemen profundens. Aſſerunt etiam nonnulli priſcos illos, quum vellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixiſſe. Author Diodorus libro 5.
At cubér hortorum deus & tutela Priapus. Ouid.1.Faſt.
¶Eſt & Priapus, Helleſponti vrbs, teſte Plinio lib 5. cap.32. à Priapo ſuperiore, Liberi & Veneris filio condita: cœpit eſt enim ibi colli ob vineta vberrima, quæ iuxta ia Pariana & Lampſacena regione ſunt, authore Strabone.

Priapeia {πριαπεία} carmen obſcœnum, quod nonnulli Virgilio, alij Ouidio aſcribunt, quanquam veriſimilius eſt multorum id opus eſſe ob argumenti ſimilitudinem, vnum in volumen conjectum.

Priapiſmus {πριαπισμὸς, σπασμὸς πέος} Morbus eſt quũ genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumeſcit ſine veneris appetitu: quod viri genus iis potiſſimum ſolet vitio venire, qui ſupini cubare conſueuerunt. Galen.lib.6.de locis affect.

Pridem, Aduerbium {πάλαι} Quaſi prius die: de poſteriori tempore dicitur, decem aut viginti dierum, aut menſis, [illegible]mve, & nonnunquam annorum, pro conditione materiæ, iuxta Valla. Plautus Pſeud.5,
Non ædepol habeo profectò: nam eam pridem vendidi. Cicero Sextio, lib.5.6. Quòd ad me pridem ſcripſeras.
Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti? Cic.pro Qu.Roſcio.
Non pridem. Terent.Heaut.2.1,

Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiamdum ſcit pater.
Non ita pridem. Cicero in Bruto, de Themiſtocle loquens, Fuit enim regnante iam Græcia, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. Id est, Non multo ante id tempus, inquit Budæus.

Pridie, Aduerb. {πρὸ ἡμέρας. ſub. ἡμέρᾳ} Id est priori ſiue præcedẽti die. Caro de Re ruſtica, Siquem purgare voles, pridie ne cœnet. Cicero Attico, libro 12, De Terentia autem ſcripſi ad te eis literis quas dederam pridie.
Pridie & Poſtridie, contraria. Cic.7.Philip. Cui quum pridie frequentes effetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.
Vſque ad pridie Calendas. Cic.ad Attic.lib.2, Ibi eſſe vſque ad pridie Calend. Maias volo.
A pridie Idus Septembres gignitur. Plin.lib.11.cap.16.
¶Pridie, cum genitiuo. Cic.ad Lentulum, lib.14, Quòd iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Pridie eius diei venit. Cic. Att. lib.11.
¶Accuſatiuo etiam iungitur. Cic. Appio, lib.3.4, Pridie Nonas Iunias quum eſſem Brundiſij.
Pridie quàm. Cic.de Amic. Pridie quàm exceſſit è vita. Idem ad Lentulum, lib.12, De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, Senatus authoritas grauiſſima interceſſerat.

Pridianus, pen.prod. {προεσπερῖος} Adiectiuum, pro Heſterno. Tranquil. in Caligula, cap.58, Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Hæc Bud. Vide Vallam lib.2.

PRIENE, pen.prod. {πριήνη} Ioniæ vrbs, Biante alumno nobilis. Meminit Cic in Paradoxis. Priſcianus in Periheget.
Per quas Mæander pinguis deſcendit in æquor,
Inter Miletum currens, latámque Prienem. Hinc

Prieneus, pen.prod. Adiect. {πριηνεύς} Sidonius 1. Paneg. Prienee Bia, quòd plus tibi turba malorum eſt.

Primneſius, palus ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonſillam dicunt. Paulus.

Primarius, Primates, Primitiæ, Primipara, Primipilus, Primogenitus. Primordium, Vide PRIMVS.

Primus, Adiect {πρῶτος, πρῶτιστος, πρώτιστος} Quandoque ad numerum, ſeu ordinem refertur. Terent. Phorm. 2.3,
At ſi talentũm rem reliquiſſet decem.
1o. Di tibi malefaciant, primus eſſes memoriter
Progeniem veſtram vſque ab auo atque auano proferens. Idem Adelph.5.9, -& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammã dedit hæc. Hoc est, ipſa prima dedit mammam. Terent. Adelph.4.2,
Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia.
Extremi primorum. Horat.2.epiſt.2.
Primus ante omnes. Virgil.2.Æneid.
Primus ad extremum ſimilis ſibi. Horatius in Arte, De pede Iambo.
Decemprimi viri. Cic.pro Sex. Roſc. Amer. Itaque Decurionum decretum ſtatim fit, vt Decemprimi proficiſcantur ad L.Syllam.
Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Cic. Appio, lib 3.8.
Primæ & poſteriores ſententiæ. Plancus Cic. lib.1o. 11. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cum muneribus, poſteriores ad tẽpus arbitriúmque amicorum meorum compoſitæ.
Primus ſentẽtiam dicere. Cic.5.Philip. Primus in hoc ordine, quo ad magiſtratum iniret, ſententiam dicere. Solebant enim Conſules deſignati primi omnium in Senatu ſententiam rogari, vt & apud Saluſtium, & multis aliis in locis videre eſt. Ex Turnebo.
¶Primus, de duobus. Cic.2.de Inuent. Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expoſitũ eſt.
Primus & alter libellus. Cic.4.Verr. Recita mihi, quæſo, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Cauuleij.
¶Primus, Princeps. Virg 1.Æneidos,
Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.
Ciuitatis primus Tyrrachinus. Cic.5.Verr.
Genere & nobilitate ſui municipij facilè primus. Cic. pro Roſc. Amerino.
¶Primus, Optimus. Virgilius,
-primos iuuenum tot miſerit Orco. Terent. Adelph.5.4,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Vbi Donatus, Prima, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima.
Prima & ſumma, habentur vtilia. Cic.3.Offic.
Homo primus. Cic 6.Verr.
Primus apud te eſt. Terent. Eunuch.1.2. Hoc eſt, Supra alios amas illum. Ibidem, 2.2, Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt.
Primam dices, ſcio, ſi videris: Hoc eſt, pulchriorem cæteris omnibus. Terent. Eunuch. 3.5.
Laus prima illis eſt. Plin.lib.12.cap.23, Laus prima candidiſſimis ſphagnis atque altiſſimis, ſecunda rutilis, nulla nigris. Id eſt pluris æſtimantur.
Honos primus virtutis. Horat.1.Serm.ſatyr.6.
¶Primus de. Cic.ad Qu frat.lib.2.5, Poſtea Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit.
Primus ex omnibus philoſophis. Cicero 4.de Finibus, Primi ex omnibus philoſophis natura tributum eſſe docuerunt, vt hi qui procreati eſſent, à procreatoribus amarentur.
¶Prima, plurali numero, pro principiis. Liuius lib.8, Quod bellũ ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubiè peruenisſet ad Romanos. Curtius lib.4.
Prima viai. pro Primæ viæ. Vſitatum eſt loquendi genus Lucretio: Sic enim alibi, Vltima naturaï, abdita templi, acuta belli, & cætera genus. Eſt autem verſus hic lib.1.de Rer. natur.
Amplexi quod habent naturæ prima viaï. Id est, quia tenent perueſtè prima elementa, & primas vias naturæ inueſtigandæ. Lambinus.
Prima conſiliorum, Hoc eſt prima conſilia. Tacit.lib.18.
Primæ ceræ dicuntur, quos Iureconſulti primos gradus inſtitutionum vocant. Erant enim ceratæ tabulæ teſtamentorum. Bud.
¶Primus, dicitur aliquando pro eo ante quem nullus eſt. Virgilius 1.ecloga,
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Saluſt.in Iugurtha.
¶Primo acceſſu. Liuius 8.bell.Punic.M. Attilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Attilius primo acceſſu ad Africam offenderit.
Aditus primi difficiles. Horat.1.Serm.ſatyr.9.
Prima adoleſcentia, Vide ADOLEO.
Primo ſtatim aduentu. Liu.4.ab Vrbe, Impigre primo ſtatim aduentu deiectis qui in præſidio erant, arcem recepit.
Ætas prima incœperat. Virg 3.Æneid.
Ætas. Virg.2.Georg.
Anni. Virg.2.Æneid.
Annus primus ab honorum perfunctione. Cic.3. de Orat. Qui ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam authoritatem dabat.
Aſpectu primo. Liu 5.bel.Maced. Nihil primo aſpectu contemptius, equi hominéſque paululi & graciles.
Aſpectu primo obſtupuit. Virg.1.Æneid.
Barba prima. Seneca Hippol.5.
Prima chorda Varr.de Ling Lat.lib.9.
Corpora prima, & ſemina rerum vocat Lucretius elementa, libro primo.
Primo quoque die. Colum.lib.8.cap.5. Pompeius ad I.Domitiũ, Vt primo quoque die Lucciam aduenires.
Primo diluculo, apud Suetonium in Vitellio, cap.15.
Prima ab infantia. Tacit.lib.1.
Prima facie. Caius in I.Aliquando. D ad Senat. Conſ. Velleianum.
Prima fax noctis. Aul.Gell.lib.18.cap.1.in fine.
Prima fronte, Vide FRONS, frontis.
Primo introitu. Plin.lib.12.cap.8.
Prima inuenta. Plin.lib.1o.cap.55.
Prima luna. Varr.de Ling Lat.lib.5.
Labes prima mali. Virg.2.Æneid.
Primis labris aliquid guſtare. Cic.1.de Nat.deor. Hunc ſenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturæ rationem, qui quicquam quod ortum ſit, puter æternum eſſe poſſe? Eſt, inquit Erasmus, breuiter quippiam attingere. ductum ab iis qui cibum aut potum tenuiter prægustant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes.
Primus lictor. Cic.ad Qu.frat. Apud quem primus lictor quieuit, tacuit accenſus. Vide infra, Proximus lictor.
Prima lux, pro Summo diluculo. Sulpitius Ciceroni, lib.4.12, Eò ſum profectus prima luce. Sic. Cic. Attico, lib.4.72. Cæſar 1.bell. Gall. Et Liu.9.ab Vrbe. Tacit.lib.19.
A prima luce, Vide A præpoſitionem.
Prima mamma, Vide MAMMA.
Primo mane cum familia prodeundum eſt. Colum.lib.12.cap.1. dicitur & Summo mane.
Primam quanque particulam venti ſentire. Lucret.lib.4.
Prima quaque occaſione. Plin.iun. Proinde prima quaque occaſione mitte.
Primo progreſſu. Cic 4.A cad. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videre ne contra vos tota nata ſit, quæ primo progreſſu feſtiuè tradit elementa dicendi.
Prima ſpecie. Cicero 4.de Finib. Nominibus vterentur his quæ prima ſpecie admirationem, re explicata riſum mouerent.
Prima tellus. Horatius,
-tellus me prima tuliſſet. Quem locum exponẽs Turnebus, Cuipiam, inquit, forteſſe videatur ſignificari tellus illa, quæ antiquorum ætate erat, non tellus ſeculi Horatiani: nec culpari forte is ſenſus poſſit. Veruntamen tellus prima videtur eſſe, quæ è chao prima ante elementa omnia, etiam ante cælum (ſi Heſiodo in Theogonia credimus) extitit. Sic Virgil.4.Æneidos,
-prima & tellus & pronuba Iuno
Dant ſignum. Et lib.1.Georgicorũ, -túque ô cui prima frementẽ
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti. Etſi enim in Attica hoc factum fuiſſe legimus, quam antiquiſſimam terram indigenarũ altricem audiuimus: tamen abſolutè de terra accipiendum exiſtimamus, cui primatus originis tribuitur. At lib.3,
Quæ vos prima tulit tellus. Aliter exponitur, & rectè: poſſet tamẽ etiam eodem ſenſu commodè conſeruari.
Primo quoque tempore, Id est ſtatim, ſiue quum dabitur occaſio. Cic.6.Verr. Primo quoque tempore afferretur. Idem Attico, lib.8, Omnes copias primo quoque tempore in vnum locum conuenire.
Primis tenebris mouit. Hoc eſt cœpta nocte. Liuius 1.belli Macedonici.
Prima veſpera. Liuius libro 4.bell.Maced. Tabellas conſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedem quotidianam magiſtratuum prima ve ſpera ſuſpendit.
Primo veſpere. Tacit.lib.5, Primo veſpere vt lumina in caſtris hoſtium conſpexere, &c.
Prima vrna addita. Varr.de Ling.Lat.lib.5.
Primus aduentu. Plin.lib.15.cap.14. ad finem, de variis maiorum generibus, Dacis fermè viliſſimis nomen, quan quam primis aduentu decerpique properantibus.
¶A primo, pro Ab initio. Cicero Attico, libro 8, Hoc à primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. Terentius Phormione, 4.3,
A primo homo inſanibat.
A primo, deinde póſt. Cic.in Orat. In illa pro Cteſiphonte oratione longè optima, ſummiſſius à primo: deinde dum de legibus diſputat, preſſius: pòſt ſenſim incedens, iudices vt vidit ardentes, in reliquis exultauit audacius.
A primo lucis, Vide A.
¶In primum, pro In primam aciem. Liuius Decad.1.lib.2, Sic in primum infeſtis haſtis inuolant duo Fabij, totámque mouerunt ſecum aciem. Et libro 3, Equites dextrum legionum ſexcenti ferè exequis deſiliunt: cedentibúſque iam ſuis prouolant in primum: ſimúlque & hoſti ſe opponunt, &c.
In primo viget, facet in extremo. Cic. in Orat.
Cum primis, Vide CVM præpoſitionem.
Cum primis domi ſuæ locuples & honeſtus homo Soparet. Cic. 4.Verr.
Sapiens cum primis noſtræ ciuitatis homo. Cicero 2. de Oratore.
In primis, Vide IN præpoſitionem.
Clarum & oraatum in primis Siciliæ oppidum Himera. Cicer.4. Verrina.
Homo in primis improbiſſimus. Cic.5.Verr.
In primis ſplendidus Minutius Eques Rom. Cic.4.Verr.
Primum, pro Primordio, vel Principio. Lucret.lib.4,
Proprerea quia ſunt è primis facta minutis. Id eſt, principiis. Lambinus.
¶Primas dare alicui, Sub. partes. Item Primas ferre aut tenere. Et Primas ferre alicui. Cic.de Clar.Orat. Ex his Cotta & Sulpitius, cũ meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. Id eſt ſapientiſſimi & doctiſſimi habiti ſunt. Ibidem, Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat adoleſcens.
Agere primas, Vide AGO.
Agebat primas in cauſis Hortenſius. Cic.de Clar.Orat.
Concedere alicui primas, Vide CONCEDO.
Concedere ingenio primas. Cic.2.de Orat.
Primas deferre alicui, Pálmam & primum locum tribuere. Cic.ad Attic.lib.1.12, Amoris erga me, quum à fraterno amore domeſticóque diſceſſi, tibi primas defero. Id eſt, pòſt eos ille es quem magis amem.
Primarium partium eſſe, Vide PARS.

Primùm, Aduerb. {πρῶτον, πρώτιστα, πρωτίστως} ferè ſequitur Præterea, vel Deinde. Terent. Adelph.4.2,
Næ ego homo ſum infelix primùm fratrem nuſquã inueniò gentiũ: Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium
Vidi. Idem in Prologo Heaut.
Id primùm dicam: deinde quod veni, eloquar.
Nunc primùm, Vide NVNC.
Primùm, deinde, poſtremò. Cic.5.Verr. Primùm eam, quum poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt. deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino. poſtremò ſicut ciuitati ſoluit, tantum detraxit, quantũ commodum fuit.
Primùm, deinde, deinde. Cic.4.Verr. Primùm auerti pecuniam domum non placere: deinde ipſarum ſtatuarum modum quendam eſſe oportere: deinde illud certè ab inuitis exigi non oportere.
¶Primùm. Plaut. Capt.7,
Sequere, te vt amittam: ei rei primùm præuorti volo.
¶Primùm omnium. Terent. Heaut.2.3,
Mane. hoc quod cœpi primùm, enarrem, ô Clitipho:
Pòſt iſtuc veniam. CLIT. propera. S. iàm primùm omnium
Vbi ventum ad ædes eſt, Dromo pultat fores: &c.
¶Vt primùm illam vidi, nunquam vidi poſtea. Hoc eſt, Nunquam niſi ſemel vidi. Plaut. Epid.12.
Vt primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi in te ornando, quod poſitum eſt in præmio virtutis, aut in honore verborum. Cic. Planco, lib.1o.13.
Vt primùm forum attigi, ſpectaui ſemper vt tibi poſſem quammaximè eſſe coniunctus. Cic. Licinio, lib.5.8.
¶Primùm, pro Præcipuè. Plin.lib.15.cap.18, Quid primùm in eo miremur? curam ingenij, an occaſionem fortuitam? celeritatémque curſus, an vehementiam viri?

Primò, Aduerb. {πρῶτον} Hoc eſt Prima fronte, prima ſpecie, primo aditu. Terent. Eunuch.5.7,
At etiam primò callidum & diſertum credidi hominem. Ouidius 2. Metamorphoſeos,
Et timuit primò ne Iuppiter eſſet in illa.
Primò & mox. Plin.lib.19.cap.3, Veſci pecora ſolita, primóque purgare, mox pingueſcere.

Primulus, pen. corr. Adiectiuum, diminutiuum à Primus. Plautus Amphitryone, 8,
Primulo diluculo abiiſti ad legiones.

Primulum, penultima correp. Aduerbium diminutiuum. Terentius Adelph.5.6,
Paulatim plebem primulùm facio meam. Ibidem.3.1,
Modò dolores mea tu occipiunt primulùm. Vbi Donatus, Initium & ipſa origo dolorum diminutiuè demonſtrata eſt. Non enim primùm, ſed primulùm dicit.

Primarius, Adiectiuum {πρωτεῖος, πρῶτος, πρωτεύων, πρωτεῖδης} Quod aliunde originem non habet. Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarius vir, primus in ciuitate. Cic. de Senect. In quem illud elogium vnicum plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Hoc eſt, primum inter populum & veluti eminentiorem. Idem 7.Verr. Vir primarius, homo nobiliſſimus, dicit. Et 2 de Fin.
Adoleſcens primarius, Vide ADOLEO.
Bellator primarius. Plin.lib.7.cap.43.
Conditio. Plaut. Stich.3.
Fœmina primaria. Terent. Phorm.5.8. Cic.3.Verr. Scilicet magno præſidio fuit Anniæ pupillæ mater fœmina primaria.

Senator vir primarius. Cic. pro Flacco.
Primario loco esse, & Secundum locum obtinere, contraria. Cic. 3. de Finib. Sic in vita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, πρωτεῖα, δεύτερα, id est producta nominantur.

Primas, primatis, pen. prod. { ἄριστος. } Primates dicti sunt, qui & summates siue optimates, hoc est primi in ciuitate.

Primatus, huius primatus, pen. prod. masc. ul. generis { πρωτεῖον, πρωτεῖου } Ipsa authoritas primatum. Plinius libro 13. cap. 12, Primatum mutauit Cæsar.
Primatum dare alicui rei. Vatro 1. de Re rust. cap. 7.

Primanus, primani { πρωτεῖος } Tribunus qui primæ legioni tributum scribebat, vt apud Catonem, in ea quæ est contra Thermum de suis virtutibus. Hæc Festus. Tacit. lib. 18, Primani stratis vnà & vicesimanorum principibus Aquilam abstulêre.

Primoris, pen. prod. { ἄκρου } genitiuus, cuius nominatiuus non reperitur. Pluraliter, Primores, primorum, &c.
Primores, Dicuntur summæ quæque res, inquit Nonius. Lucilius, Quum gallus digitos, primoréque erigit vngues. Cato cap. 51, Pulos in terram deprimito, extollitóque primorem partem.
Nasi primoris acumen. Lucret. lib. 6.
Primores digiti. Cato de Re rustica, Surculum atidum præacutum inter libram & stipem artito primores digitos duos. Hic primores digiti tenues intelliguntur, quòd digiti primore sui parte minus crassi sint. Itaque Cato his crassos opponit, ita scribens, Stirpem oblinito digitos crassos tres.
Primoribus labris gustare, Est leuiter quidpiam attingere, Ductũ ab iis qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cic. pro Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigissent. Idem 1 de Orat. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.
¶Primores, pro Primis accipitur: vt Primores imbres. Varro 2. de Re rust. cap. 2.
Anni primores. Silius lib. 15.
Primores dentes, Qui primi patent. Plin. lib. 11. cap. 37.
Partem domus primorem esse atrium. Gell. lib. 16. cap. 5.
Primori in acie versabantur. Tacit. lib. 19.
¶Primores { ἄριστοι } pro Optimatibus. Virg. 9. Æneidos,
Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenúmque senúmque
Prosequitur votis. Vbi Seruius, Primorum, genitiuus hic venit ab eo quod est, hi primores, sicut hi proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus huius primoris.
Populi primores. Horat. 2. Serm. satyr. 1.
Socium primores. Silius lib. 13.

Primæuus, pen. prod. Adiectiuum { πρωτεῖος } Quod est primæ ætatis: vt Grandæuus, grandioris ætatis. Virg. 9. Æneidos,
-vix vnus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor, &c. Idem lib. 10,
-primæuo corpore Lausus.
Coniux primæuus. Stat. 5. Sylu. 3.
Natus primæuus. Catul. Argon. epigr. 59.
Primæuo flore iuuentus. Virg. 7. Æneid.

Primicerium, existimat Accursius dictum { πρωτοκήριον } quòd primus ferat cereum. Quæ etymologia planè ridicula est. Nam Primicerius notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: sicut sequens dicitur Secundicerius: κηρὸς enim ceram significat: κήρωμα tabulam ceratam, in qua antiqui scribebant. Ab huiusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerij. Vegetius libro 2, Primicerius inquit in officio præfectorum Prætorio, ad honestum quæstuosúmque militiæ peruenit finem. Dicitur autem Primicerius non solùm notariorum, vt apud Renatum Frigiridum in historia Honorij & Theodosij: Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multíque nobiles apud Aruernos capti: sed etiam primus aliarum dignitatum. Amianus Marcellinus libro 18, Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum, Tribunus. Quæ autem huius officij sit dignitas, ostendit Cassiodorus Epistolarum libro 6, in forma comitiuæ sacratum & primiceriatus, vbi, Ad publicæ, inquit, festiuitatis indicium, locum quoque primiceriatus adiungimus. Parum est autem, quòd prouinciarum iudices tuæ subiaceant dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum, &c. Ex Alciato.

Primigenius, Adiectiuum { ἀρχαῖος, προγονικός, ἀρχέγονος, πρωτότοκος, πρωτόπλαστος } Idem quod Primitiuus, Quod aliunde non habet originẽ. Et propriè Primigenia semina, quæ dedit natura: quæ Cic. prima naturæ: & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteráque huiusmodi.
Verba primigenia, vt lego, scribo, quæ non sunt ab alio verbo, sed suas habent radices.
Primigenius sulcus (inquit Festus) dicitur qui in condenda noua vrbe, tauro & vacca, designationis causa imprimitur.
Primigenia fortuna à gignendo. Cicero 2. de Legibus, Fortuna sit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies. vel respiciens ad opem ferendam: vel, forum, in quo incerti casus significantur magis: vel primigeniam à gignendo. Liu. 4. bel. Maced. Et ædem Fortunæ primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla Duũmuir ad idipsum creatus.
Primigenia noxa, peccatum est & lapsus primi parentis. Budæus.
Semina primigenia. Varro 1. de Re rustica, capite 40, Dicam de primigenia pecuaria. Id est, de ouibus quales sint ad fœturam viles.

Primigenus, penultima correpta, Aliud adiectiuum { πρωτογόνος. } Lucretius libro 2,
Multáque post mundi tempus genitale, diémque
Primigenum maris & terræ, solísque coortum, &c.

Primitiuus, penult. prod. Similiter adiectiuum { πρωτότυπος } Quod aliunde non habet originem, siue quod per se inuentum est. Vnde & Primitiua verba, quæ per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur: vt Amo.
Primitiui anni. Colum. de Arboribus, cap. 23, Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos, fructum vinosum, poſtea verò etiam dulcem, & apyrenum. Fortasse legendum, primitiuis annis, siue primis: vt idem lib. 5. cap. 10, Ea res & fertilem arborem reddit, & primis annis fructum vinosum, & post quinquennium dulcem & apyrenum facit.

Primipara, primiparæ, pen. corr. { πρωτοτόκος. } Primiparæ dicuntur matres quæ primo genuerunt. Plin. lib. 8. cap. 40, Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita citius cerni.

Primipilus, primipili, pen. prod. { πρωτόπιλος } Centurio primæ cohortis, vt Liuius scribit libro 7, Id propter P. Solonium postulatum est à coniuratis, qui alternis propè annis & Tribunus militum & primus Centurio erat: quem nunc primipilum appellant. Innominatus Græcè legum interpres, primipilum tradit militarem annonam esse. Id quod non omnino absurdum putat Alciatus. nam quum primipilus in legione primus esset, consequebatur omnia legionis commoda, vt docet Vegetius lib. 2. cap. 8. Proinde annona quoque militaris illi concedebatur diuidẽda per capita militũ. Vide ANTEPILANI. Sueton. in Caligula, cap. 44, At in exercitu recensendo, plerísque Centurionum maturis iam, & nonnullis ante paucissimos quàm consummaturi essent dies, primos pilos ademit, causatus senium cuiusque & imbecillitatem. Cicero Attico, lib. 5, At ille cohortem illam primam totam perdidit, Centurionémque primipili nobilem sui generis.
De primipilo vide Alex. Alexand. lib. 1. cap. 3.
Aquila primipili. Cic. 12. Philip.
Primipilum ducere. Cæsar 5 bel. Gal.

Primipilaris, huius primipilaris, pen. prod. { πρωτοπλοῦς } Dici videtur non tam miles qui fuerat sub Centurione primipili, quàm ipse Centurio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur primipilaris qua Consularis. Quintil. lib. 6. cap. 3, An primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia.

Primiter, Aduerbium { πρώτως } Id est primò. Pomponius Macchis gemmis, Quin bono animo es vide:o, eripis primiter dapes. Nonius.

Primitus, pen. corr. Aliud aduerbium { πρωτίστως } Idem. Lucilius lib. 5, Sicuti quum primiter ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitùs paucos. Ita Nonius. Varro 2. de Re rust. cap. 2, Primitùs oritur herba imbribus primoribus euocata.
Insinuari primitus. Lucret. lib. 4.

Primitius, Adiectiuum, Quod in aliqua re primum & principale est. Ouidius 12. Metamorphoseos,
Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris
Primitium torrem. Alij legunt Prunitium, à pruna scilicet.

Primitiæ, primitiarum, fœm. gener. pluralis numeri { ἀπαρχαί, ἀπαρχή, κατάρχματα } Primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Plinius libro 4. capite 12, Frugum primitias solitos Delon mittere Apollini.
Frugum primitiæ. Ouid. 10. Metam.
Operum primitiæ. Stat. 2. Thebaid.
Primitias vitis resecare censuerunt, Id est prima flagella. Colum. lib. 4. cap. 10.
Armorum primitiæ. Stat. 11. Thebaid.
Lacrymarum primitiæ. Stat. 6. Theb.

Primodum, pro Primò. Plautus Capt. 45, Primodum opus est pistoribus.

Primogenitus, primogeniti, penultima correpta { πρωτότοκος } Qui primò genitus est, etiam si alij non sint geniti. Plinius libro 11. cap. 40, Primogeniti in quacunque parte sues primas premunt. Vetus codex habet Primis genitis in quoque partu sues primas præbẽt. Subaudi mammas.

Primordium, primordij { ἀρχαιγονία, πρωτόγονικόν } Principium, inquit Festus, quòd primò ordimur. Cicero in Partit. Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. Idem 2. de Legibus, A Ioue Musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus.
Belli primordia. Stat. 2. Achil.
Dicendi primordia. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Gentis primordia. Ouid. 5. Metam.
Mundi primordia. Ouid 15. Metam.
Operum primordium. Curtius lib. 9.
Principiorum primordia. Lucret. lib. 3.
Prima primordia rerum. Lucret. lib. 2.
A primordio sui, Vide A præpositionem.
Capere primordia, Vide CAPIO.
Ducere primordia generis ex aliis. Ouid. 15 Metam.

Princeps, principis, penult. corr. communis generis { ἀρχός, ἀρχηγός, ἀρχιστράτηγος, ἀρχιστράτης, ἀρχηγέτης } Qui vel quæ principatum tenet, quasi primum caput. Cic. 8. Philip. O dij immortales, quàm magnum est personam in Republica tueri principis: quæ non animis solùm debet, sed oculis seruire ciuium.
Princeps, Primus. Cicero 2. de Orat. Nanque & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit. Liuius, Princeps prælium iniebat. Budæus.
Postremus & Princeps, contraria. Cic. 7. Verr. Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps.
Ad pericula princeps. Plancus Cic. lib. 10. 17, Ad omnia pericula princeps esse non recusabat.
Exordium princeps omnium debet esse. Cic. 1. de Inuent.
In principibus, Vide IN præpositionem.

¶Princeps

¶Princeps, pro Ordine inter principes, Id est qui sunt in principiis aciei. Cicero ad Brutum, 8. 2, Cretensi bello Metello imperatore octauum principem duxit. Id est octauum ordinem inter principes. Budæus.
¶Princeps in. Cicero 7. Verrin. Totum enim tua libidine & scelere, ex sua patria, in qua multis virtutibus & beneficiis floruit princeps, fustulisti.
In astrologia princeps Eudoxus. Cic. 2. de Diuinat. De quibus Eudoxus Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, hic opinatur, &c.
In iure Ciuili longè omnium princeps Seruius. Cic. de Claris Oratoribus.
Longè princeps, Vide LONGVS.
Consilij publici princeps plurimos annos fuit Pericles. Cicero 1. de Orat.
Author consilij publici, dux regendæ ciuitatis, sententiq; atque eloquentiæ princeps in Senatu. Cic. 3. de Orat.
Princeps delicti. Paulus in Lin hoc. D. de seruo corrupto. Iustius est eum teneri, qui princeps fuerit delicti.
Princeps tragici cothurni. Plin. lib. 7. cap. 29.
Deorum princeps Iuno. Ouid. 6. Fast.
Ingenij & doctrinæ princeps Plato. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1.
Nunc iuuenum princeps, deinde future senum. Ouid. 1. de Arte.
Princeps legis Agrariæ P. Rullus, Id est author. Cicero 2. de Lege agraria.
Princeps Latini nominis. Liuius 1. ab Vrbe.
Philosophorum princeps Socrates. Cic. 2. de Nat. deor.
Princeps philosophorum & authoritate & antiquitate Socraticus Aristippus. Cic 2. Tusc.
Salutis mentísque publicæ princeps, Senatus. Cic. de Aruſp. resp.
Princeps atque architectus sceleris. Cic pro Cluent.
Princeps sceleris & concitator belli. Cæsar 8. bel. Gal.
Princeps Senatus, Qui primus in Senatu sententiam rogabatur. nam, vt Gellius lib. 4. cap. 10. scribit, primus rogabatur, qui à Censoribus princeps in Senatu lectus erat. Val. Maxim. lib. 4. cap. 4. in fin. M. Scaurum vocat Senatus principem. Cicero quoque in Bruto de eodem Scauro sic ait, Hoc dicendi genus ad patrociniа mediocriter aptum videbatur: ad Senatoriam verò sententiam, cuius erat ille princeps, vel maximé.
Princeps sermonis ordiendi fuit, Id est author. Cic. 1. de Orat. Et quontam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.
Stoicorum princeps Zeno. Cic. 4. Acad.
Princeps terrarum Populus Romanus. Plin. lib. 22. cap. 3.
Consilio & lingua princeps aliquis. Cic. 1. de Orat.
Longè omnium quicunque fuerunt grauitate dicendi princeps Plato. Cic. in Orat.
Studiis doctrinæ, & regenda ciuitate princeps Demetrius. Cic. 3. de Legib.
¶Princeps, Vir primarius. Plin. epist. 7. lib. 3, Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia.
Quales in Republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Ciuitatis longè princeps Pompeius. Cic. pro Domo.
Orbis terrę princeps. Cic. pro Domo.
Principum princeps. Cic. pro Flacco, Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius.
¶Altissimus princeps. Claud. de muneribus Honorio imperatori à Stilicone missis, 20.
Egregius princeps. Claud. 3. Paneg.
Honoratus homo & princeps. Cic. 1. Offic.
Immensus. Claud. 7. Paneg.
Iustus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Nefandus. Seneca Octauia, 5.
Venerandus. Claud. 4. Paneg.
¶Colere principem donis, Vide COLO.
Exercere principem, & præstare. Sueton. in Tiberio, cap. 33.
Principibus placuisse viris non vltima laus est. Horatius 1. epistol. 18.
Profiteri se principem in Senatu. Cic. Cornif. lib. 12. 24.
Personam principis in Republ. tueri, magnum est. Cic. 8. Philip.
Seruire principi. Cic. Pæto, lib. 9. 17.
¶Princeps, f. g. Plin. lib. 8. cap. 32, Quasdam nos principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus.
¶Princeps, A diectiuum, Primum significat, & aliquando præcipuum; Terent. Adelph. 2. 3,
Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminẽ esse primarium artium magis principem.
Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ nunc appellatur sapientia. Lucret. lib. 4.
Amor princeps ad benevolentiam coniungendam. Cicero de Amicitia.
Ciuem principem se putat. Cic. 2. de Nat. deor.
Dies imperij princeps, vitæ supremus. Tacit. lib. 1.
Locum principem authoritatémque in salute mea tenuistis. Cicero pro Domo.
Princeps mensis, Ianuarius. Colum. lib. 11. cap. 2.
Natura princeps huius boni. Cic. 2. de Orat. De his qui memoria vigent.
Patroni principes. Cicero de Clar. Orat. Quum igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium ferè versatus, tum, &c.
Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 1. Acad.
Roma princeps vrbium. Horat. 4. Carmi ode 3.

Princeps vox in Republ. Cic. in Catilinam, Sed vt mea vox, quæ debet esse in Republica princeps, officio functa Consulari videretur.
Principem habere aliquem. Cic. Ampio, lib. 6. 12, Principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimũ, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus authoritate quàm gratia. Id est præcipuum adiutorem. Budæus.

Principatus, huius principatus, penul. prod. masc. gen. Imperium { ἀρχή, πρωτεῖον, ἡγεμονία. } Cæsar 5. bel. Gal. In ea ciuitate de principatu inter se contendebant.
Principatus est apibus. Plin. lib. 11. cap. 5.
Regius principatus. Cic. 3. de Finibus, Quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum.
Appetitio quædam principatus cupiditati veri videndi adiuncta est. Cic 1. Offic.
Deferre principatum alicui. Cic. 2. Philip.
Delere principatum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Dare principatum homini. Cic. 11. Philipp. Cassio verò sententia mea dominatum & principatum dari.
Dare principatum alicui rei, pro Eam præferre aliis. Plinius lib. 9. cap. 17, Nunc scaro datur principatus.
Penes ipsum est principatus. Cic. ad Attic. lib. 13, Quæ autem his temporibus scripsi, αὐτοσχέδιον morem habent, in quo fermo ita induciturcæterorum, vt penes ipsum sit principatus.
Ferre principatum alicuius belli, Moderati, administrare. Cic. in Philip. 13. Qui huius belli ferret principatum.
Pertinacia & nimia cupiditas principatus facillimè in elatione animi innascitur. Cic. 1. Offic.
Tenere principatum sententiæ. Cicero 12. Philippica, Illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet.
Diuinum tribuit principatum menti Theophrastus. Cicero 1. de Nat. deor.

Principalis, & hoc principale, pen. prod. { ἀρχικός, ἡγεμονικός } Quod primum & præcipuum est: aut quod principis est. Plin. in Paneg. Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos. Liuius 4. ab Vrbe, Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextera principali cum triariis reperit inuadit.
Arrogantia principalis, Id est qua vt plurimùm principes abundant. Plin. in Paneg.
Principales & perfectæ causæ, Adiuuantes & proximæ. Cic. de Fato, Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, vt omnia causis fiant antepositis: verùm non principalibus causis & perfectis, sed adiuuantibus & proximis.
Constitutiones principales, Id est principis. Caius in l. 1. in princ. D. Quod cuiusque vniuersitatis nomine.
Copiæ principales. Plin. in Paneg. Nec verò laudauerim per se diritiem corporis, ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad segnitiem, luxúmque detorqueant.
Maiestas principalis, Id est principis. Modestinus in l. famosi. D. ad legem Iuliam maiestatis, Ob principalis maiestatis venerationem.
Opes principales Plin. lun. epist. 159.
Paratus principalis. Tacit. lib. 18.
Principalis porta (inquit Festus) Castrorum nominatur, quòd in eo loco est, in quo principes ordines tendunt.
Quæstio principalis. Quintil. lib. 3. cap. 13, Hanc quæstionem veteres principalem vocant ζήτημα.
Tabulæ principales, Id est primæ & præcipuæ. Paulus in l. penult. D. quemadmodum testamenta aperiantur, Sicut codicilli pars intelliguntur testamenti, ità secundæ tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntur.
Principales viri, pro Primis & præcipuis. l. 2. de orig. iur.
Principalitas, penultima correpta, huius principalitatis. Macrob. in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 3, Tria illa quę sola probabilia sunt genera principalitatis ampléctitur.

Principaliter, penult. correpta, Aduerbium { ἡγεμονικῶς, πρωτικῶς } Vt decet principem. Plin. in Paneg. Quid vitam, quid mores iuuentutis, quàm principaliter formas?
¶Principaliter, pro Præcipuè. Vlpianus in Lathletas. §. 1. D. de iis qui notantur infamia. Siue principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vratur.

Principium, principij { ἀρχή } Initium alicuius rei: & modò ad numerum, modò ad tempus, modò ad fundamentum refertur. Terent. Phorm. 1. 3,
Neu me cupidum eò compulisset, quod mihi principium est mali:
Ibidem 2. 3, Bene habent tibi principia.
Origo principij nulla est: nam ex principio oriũtur omnia. ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Cic 1. Tusc.
Principium & Extremum, cõtraria. Cic. 1. de Nat deor.
Principium & exitus, contraria. Cic pro Cælio, Reliquum est igitur crimen de veneno, cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum.
Principium & Finis, cõtraria. Cic. de Senect. Quũ animus semper agiteur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat, ne finem quidem habiturum esse motus qui nunquam se ipse sit relicturus.
Data à natura principia. Cic. 4. de Finib.
Ex albis principiis alba esse. Lucret. lib. 4.
Corporea principia. Lucret. lib. 4.
Bellorum & imperiorum principium. Cic. pro Corn. Balbo.
Iuris principia. Cic. 1. de Legib.
Lucis principium Lucina habet. Ouid. 2. Fast.
Fons & principium mouendi. Cic. in Somn. Scip.
Parêre principiis naturę debemus. Cic. 3. Offic.

Philosophię principium est scientia. Cic. 1. de Nat. deor.
Pugnæ principium. Virgil. 9. Æneid.
¶Rerum omnium principia parua, sed suis progressionibus vsa augentur. Cic. 5. de Finib.
Capessere principium. Tacit. lib. 15.
Constant ex principiis rerum omnia. Cic. 4. Acad.
Cognitis principiis multo facilius extrema intelliguntur. Cicero pro Cluentio.
Ducenda sunt omnium rerum magnarum principia à diis immortalibus. Cic. in Vatin.
Ducere principium à sanguine Teucri. Ouid. 13. Metam.
Flebile principium melior fortuna secuta est. Ouid. 7. Metam.
Fœdum anni principium incessit. Tacit. lib. 4.
¶Abrupta principia. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Acutum principium, Vide ACVO.
Exalbescere in principiis dicendi. Cic. 1. de Orat.
Ferri à principio ad exitum, & à capite ita fluere vt ad extremum veniens consistas. Cic. in Orat.
Habere principium. Cic. pro Corn. Balbo.
Negare principia. Cic. pro Cecinna, Potestis igitur principia negare, quum extrema conceditis?
Prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cicero 1. de Legibus.
Tarda principia in omni genere dicendi sunt, exitus spissi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat.
¶Principia, principiorum, plur. num. Locus in castris, à principibus militibus sic appellatus. Inde Post principia esse, id est In tuto, citráque periculum. Sumptum à bellis in quibus tutissimus locus est post principia: siquidem in prima acie stabant hastati, in secunda principes, robustior ætas: hos sequebantur scutati omnes, maximè insignes armis. Post hos triarij & rorarij, quemadmodum indicat Liuius Decad. 1. lib. 8, Itaque nullus in acie locus tutior quàm post principia. Terent. Eunuch. 4. 7,
Tu hosce instrue, hîc ego ero post principia:
Inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timido nebulonibus conueniens. Donatus admonet eum vsum verbo militari. Liuius Decad. 3. lib. 8, Forma tamen Romanorum castrorum constabat vna ea spe, quòd Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis finebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac vigilias ordine ibant, &c. Erupit deinde seditio, &c. Fugatis itaque ex principiis, ac paulo pòst è castris Tribunis, ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum & C. Atrium Vmbrum, delatum omnium consensu imperium est. Budæus hic principia dici putat locum in castris vbi ius reddebatur. Iustinus lib. 11, Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit: vt si principia castrorum cernueres, Senatum te alicuius priscæ Reipublicæ videre diceres. Turnebus, ex Taciti lib. 4. Principia, ea castrorum loca sunt, vbi tendebant magistratus, erántque signa legionum. Ἀρχεῖα vocat Plutarchus in Galba, Καὶ διαθέσεις ἐν τοῖς ἀρχείοις, ὅ σημαίνει κυρίως ἀρχάς. Varro de Re rustic. Ego verò, vt aiunt, post principia in castris, id est, ab his potius me impendum temporibus, quàm superioribus. Nam in castris metandis principia primùm designabantur, vt prætorium & tabernacula tribunorum militum & legatorum, postea reliqua castra, vbi milites & equites tenderent: principiáque quod latus occupabant, primùm muniebatur parabatúrque. Hæc ille. Veget. lib. de Re militari 2. testatur, principales in acie milites, propriè dici Principia: sic enim ait, Antiqua ordinatione legionis expolita, principalium militum, & vt proprio verbo vtar, principiorum nomina, ac dignitates, secundum præsentes matriculas indicabo. Accius apud Varronem, Ego verò, vt aiúnt, post principia in castris. Hæc Erasmus. Liuius 2. ab Vrbe, Quia ab tergo erant clivi, in quos post principia, integris ordinibus tutus receptus fuit.
Principia in acie, pro Principibus: sæpe apud Liuium. Cic. ad Brutum, epist. 10, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principiis est. Alij legunt, in vestrorum castrorum præsidiis. De castris Bruti & Cassij loquitur. Marcellinus, Præsentibus Iouianorum & Herculianorum principiis & tribunis, causas vehementius æquo bonóque spectauerunt.
¶A principio. Terent. Andr. 1. 1,
Rem omnem à principio audies.
Audire à principio admonentem. Cic. Attico, lib. 7.
In principio, Vide IN.
¶Principio, pro In principio. Cicero lib. 1. Officiorum, Principio generi animantium omni est à natura tributum. Subauditur præpositio IN.
Principio lucis. Tacit. lib 19.
Principiò, Aduerbium, Id est primùm. Terent. Eunuch 5. 9,
Principiò ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim
Me, &c.
Principiò & postea. Cic. 2. de Diuinat Existimóque ius augurum, etsi diuinationis principiò opinione constitutum sit, tamen postea Reipublicæ causa conseruatum ac retentum.
Principiò & primùm. Cicero 1. de Finibus, Principiò, inquam, in physicis, quibus maximè gloriatur, primùm totus est alienus. De Epicuro.
Principiò atque animus ephebis ætate exiit. Plaut. Merc. 3. Id est, Quum primùm, vel statim postquam.
Principialis, & hoc principiale, penultima producta {ἀρχικός} Quod primam est. Lucret. lib. 2,
Aut sine principiali aliquo æuore creata est.
Principiale tempus. Lucret. lib. 5.
Prior, & hoc prius {πρότερος} Comparatiuum, non solùm ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Terent. Phorm. 3. 2,
Mea lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandum est. Apuleius lib. 2. Flor. Vt Hippias é numero sophistarũ est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus.
Artibus in dubio est, hæc sit, an illa, prior. Ouid 2. Amor. eleg. 10,
Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ. Horatius 4. Carminum, ode 10.
Officio prior est ille. Horat. 2. Serm. satyr 6.
Ætate priore conficere aliquid non potuisse. Cicero Lentulo, libro 1. 9.
Priore libro. Colum. lib. 4. cap. 22. Id est præcedenti.
Loco priore causam dicere. Cic pro Quintio.
Prior puertitia, pro Inconte ætate. Vtitur Taurus philosophus apud Gell. lib. 10. cap. 19.
Priora tempora. Plin. in Paneg.
Prior Siciliæ tyrannus Dionysius. Plin. lib 12. cap. 1.
Priores nostri, Id est maiores. Plin. epist. 4. lib. 3.
Priora & terga. Plin. lib. 11. cap. 37.
Primas etsi vtique, priores tamen libenter deferunt Lælio. Cic. de Clar. Orat.
Prior, pro Superior, Maior, præstantior. vt Bellante prior. Horat. Epod. ode vltima,
-Veneríque sanguis
Imperet bellante prior, iacentem
Lenis in hostem.
Causa quis prior. Horat. Satyr. 5. lib 2.
Priorsum, Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 13, Sed libris anatomicorum posita consultis, verum reperi, nervum quendam de corde natum priorsum pergere vsque ad digitum manus finistræ minimo proximum. Et capite 9, Septem corporei motus sunt. Aut enim accedit prorsum, aut retrorsum recedit, &c. Id est *In dextram*.
PRISCIANVS, pen. prod. {πρισκιανός} Cæsariensis, claruit Athenis tempore Iustiniani principis: scripsit de Arte Grammarica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen verò Persarum regem librum de Naturalibus quæstionibus. Conuertit in Latinum sermonem Dionysij de situ orbis carmina. Sunt qui scribant hunc ab initio Christianum, demde fidei defertorem fuisse. Volaterranus.
Priscus, Adiectiuum {πρότερος, πρότερον, πρεσβύτερος} Qui superiore ætate fuit. vt Priscí Latini, qui fuêre antequam Roma conderetur.
Credendum nimirum est veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebãt, itáque eorum vocabula nobis prodiderunt. Cic. de Vniuers.
Itaque vnum illud erat insitum priscis illis, quos Casos appellat Ennius, esse in morte sensum. Cic. 1. Tusc.
Agricolæ prisci. Horat. 2. epist. 1.
Annales. Ouid. 1. Fastor.
Addere arti priscæ morum & luxuriam. Horat. in Arte.
Aurum. Horat. 4. Carm. ode 2.
Fides Virg. 1. 9. Æneidos,
Dicite, priscа fides facto, sed fama perennis.
Gens prisca mortalium. Horat. Epod. 2.
Græcorum priscæ literæ. Cic. 3. de Nat. deor. Iones quoque plures in priscis Græcorum literis inuenimus.
Moneta prisca concessit nouæ. Ouid. 1. Fast.
More prisco Ouid. 2. Fastorum,
Flaminis ad hæc prisco more Dialis erat.
Nomen priscum mutare. Ouid. 14. Metam.
Progenies. Claud. 1. in Ruffin.
Religio. Ouid. 10. Metam.
Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant. Ouid. 1. Fast.
Ritus. Plin. lib. 12. cap. 1.
Secula. Mart. lib. 1. 27.
Senes. Ouid. 10. Metam.
Seueritas. Cic. de Aruisp. resp. Cuius priscam illam seueritatem sacrificij mirifica tua soror existimatur imitata.
Tempus. Ouid 1. Fast.
Verborum priscorum affectator, apud Suetonium in libello de Clar. Gramm.
Vetustas. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 1.
Verborum prisca vetustas. Cic. 1. de Orat.
Verbis priscis, & pene solennibus bona alicuius consecrare. Cic. pro Domo.
Vocabula. Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum.
PRISCAE, Latinæ Colonæ appellatæ sunt, vt distinguerentur à Troianis, quæ postea à populo dabantur. Festus.
PRISCI Latini propriè appellati sunt ij qui prius, quàm conderetur Roma fuerunt. Festus.
Prisce, Aduerbium {ἀρχαϊκῶς} vt Priscè agere, Id est Prisco & antiquo more. Cic. pro M. Cælio, Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrum me secum seuere & grauiter & priscè agere malit, an remissè ac leniter & vrbanè.
PRISCVS Eluidius, sub Nerone Quæstor Achaiam administrauit, Quæstoriúsq; adhuc à Patro Thrasea gener adscitus, è moribus socri nihil æquè ac libertatem hausit, opũ contemptor, recti peruicax, constans aduersus metus. Tacitus. Vide Probum Grammaticum de eodem, & Ruell. ¶Priscus alter, Planites genere, sophista, Theodosij Iunioris epistolarum magister fuit. Vide Suidam de hoc Prisco atque eius monumentis.
Prisma, figura est solida, quæ planis continetur, quorum aduersa duo sunt, & æqualia & similia & parallela, alia verò parallelogramma. Euclid. 2. Elem.
Pristinus, penult. corr. Adiectiuum {ὁ πάλαι} Quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit. vt Pristina nostra beneuolentia. Venit autem ab eo quod est Prius, authore Festo. Cic. 2. de Diuinat. Quod quum accidisset nostræ Reipubl. tum pristinis ornamentis, hæc studia renouare cœpimus.
Ætas pristina. Claud. 3. Paneg.
Bonitas pristina & misericordia. Cic. pro Rosc. Amer.

Coniux

Coniux pristinus. Virgil. 6. Æneid.
Dignitas. Cic. Lentulo, lib. 1. 5.
Gloria. Virgil. 10. Æneid.
Labor pristinus. Cic. pro Sylla, Si ille labor meus pristinus, si solicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, præsto sunt omnibus.
Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum. Cic. pro Mil.
Odio pristino incensa mulier. Cic. pro Cluent.
Recidere ad pristinũ statum. Cic. Antequã iret in exilium, Quamobrem nolo me duce, supplicij vos ad fraudem deduci, vt ego ad pristinum statum recidam casus.
Pristinalis, & hoc pristinale. Colum. lib. 7. cap. 9, Si temperata atque aprica, glabrum pecus, vel etiam pristinale album pasci potest. Quo in loco melius quidam legunt pistrinalis.
Pristis, huius pristis, fœm gen. {πρίστις} Genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3, Plutima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternũm iugerum: prisces ducenũm cubitorum.
Pristis, Scylla, maris monstrum dicitur. Virgil. 3. Æneidos,
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pristis. Non tamen ita legendum putat Seruius: sic enim ait, Si nauem intelligas, hæc pistris, huius pistris facit: si de bellua, hæc pistrix, pistricis. Vide PISTRIX.
Ab huius similitudine, nauis oblõga dicta est pistris. Virgilius 5. Æneid. Velocem Mnestheus agit acri remige pristim. Pristis autem à sectione vndarũ dicta est, vt ait Seruius: scindit enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem. Græci autem πρίειν, sectionem: πριστὴν, sectorem dicunt.
PRITANEVM, Vide PRYTANEVM.
Privatus, Vide PRIVVS.
Priuercæ, Mulieres priuatæ. Festus.
PRIVERNVM {πρεσβύτερον} Vrbs Volscorum in Latio. Vnde
Priuernates, penultima prod. vt notat Seruius apud Virgil. 7. Æneid. explicans carmen illud,
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.
Priuignus, priuigni {πρόγονος} Filius mariti vxorísve, cuius prior coniux discessit. Brutus Ciceroni, 16. 8, Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quàm Cicero qui alieno tribuat?
Carentes matre priuigni. Horat. 3. Carm. ode 24.
Pocula priuigno non nocitura suo. Propert. lib. 2. eleg. 1.
Nubere in familiæ luctum, atque in priuignorum funus. Cic. pro Cluentio.
¶Priuigna. Cic. ad Attic. lib. 13, De vxore Tuberonis & priuigna, neque possum iam abdere (est enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere.
Priuignus dictus. Colum. lib. 10.
¶Priuignus dictus, quòd prius quàm mater secundò nuberet, est genitus. Pri enim antiqui pro præ, dixerunt. Festus.
Priuilegium, & Priuo, Vide PRIVVS.
Prius {πρότερος} Comparatiuum, Prior & hoc prius. Terent. Eun. 1. 1, Siquidem hercle possis, nihil prius, neque fortius. Hoc est, nihil excellentius.
Æui prioris exempla. Ouid. in Ibin.
Prius & Posterius, contraria. Horat. 1, Serm. satyr. 4.
Priori posterius, posteriori superius coniungere. Cic. 4. Acad.
Nil prius fide. Propert. lib. 4 eleg. 1.
Prius {πρότερον, πρόσθεν, πρόσθιον, πρώτιστα, πάλαι} Aduerbium temporis. Terent. Heautont. 5. 2,
-prius quæso dice quid sit viuere:
Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.
Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. Cic. Attico, lib 4.
Vt prius, sic prius. Cic. de Amicit. Quem fuerat æquius, vt prius intro ieram, sic prius exire de vita.
¶Prius orto Sole, Id est ante Solis ortum. Horat. 2, epist. 1,
Priusquam, Subcontinuatiua coniunctio, quam nonnulli disiungunt, prius quám. Aliquando indicatiuo, aliquando subiunctiuo iungitur.
¶Indicatiuo. Terent. Heaut. 3. 1.
Prius quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. Cic. 1. Philip. Prius quàm de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonij iniuria.
Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, &c. Cic. 2. Philip.
¶Coniunctiuo. Virgil. 3. Georgicorum,
Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Ac priusquam aggrediar ad causam. Cic. pro Corn. Balbo.
Præclarè enim vixero, siquid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Cic pro Milone.
Tamen quid potius faciam priusquam me dormitum conferam, non reperio. Cic Pæto, lib. 9. 26.
Priuus, priua, priuum {ἴδιος} Priui, priuæ, priua, Id est singuli. Nonius, Priuum est proprium vniuscuiusque. Festus, Priuos, priuásque anti qui dicebant pro singulis. Ob quam causam & priuata dicuntur, quę vniuscuiusque sint. Hinc & priuilegium. Cato cap. 26, Priuásque scopulas in dolio facito habeas illi rei, quas labro doliorum circunfrices. Idem cap. 3, Trapetos bonos, priuos, impares esse oportet. Et cap. 10, Labra aquaria quinque, opercula doliis & seriis priua plura.
Abdomina priua. Lucil. lib. 1, Satyrarum,
Abdomina Thynnia venientibus priua
Dabo, cephalemque carnem. Refert Gell. lib. 10. cap. 20.
Aures priuæ. Lucret. lib. 4,
In multas igitur voces vox vna repentè
Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aures.
Priuá triremis. Horat. 1. Carm. ode 6,
-quem ducit priua triremis.
Priuæ verbenæ. Liuius lib. 30, Senatus consultum in hæc verba factum est, vt priuos lapides silices, priuásque verbenas secũ ferrent.
Priua pedum vestigia. Lucret. lib. 3.
Priuatus, penul. prod. Adiectiuum {ἴδιος, ἰδιωτικὸς} Quod vniuscuiusque proprium est. Cic. de Amicit. Quia cum Scipione vixerim: quoeum mihi coniuncta cura de Rep & de priuata fuit. Idem de Senect. Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiã priuata & quieta. Idem 3. de Finib. Verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis.
Priuatum & Commune, contraria. Cic. 1. Offic. Deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt.
Census priuatus. Horat. 2. Carm. ode 15.
Consensu priuato. Cic. pro Sextio, Quid quisquã potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm pro vno ciue, & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum Senatũ publico consilio mutasse vestis?
Consilium priuatum. Plin. de Viris illustr.
Disputationes priuatæ. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Dolor. Silius lib. 5.
Domus. Cic. pro Quintio.
Priuato liceat delituisse loco. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Odium. Brutus ad Cic. lib. 16, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium?
Opes priuatæ, Sibi propriæ. Horat. 1. epist. 3.
Pecunia. Quintil. lib 3. cap. 6.
Senectus. Lucan. lib. 1.
Vita. Lucan. lib. 7.
¶Priuatæ etiam feriæ, vocabantur sacrorum propriorum, vel sui dies natales, vt ait Festus. Fulgurum procurationes, & huiusmodi priuatæ, quæ fiebant pro familiis singulis & hominibus.
¶Priuatus, Qui nõ est constitutus in aliqua dignitate. Cic. 1. Offic.
Priuatum autem oportet æquo & pari ciuibus iure viuere.
Priuatus, cui opponitur Cum potestate. Cic. 1. de Inuent. In fortuna quæritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, priuatus an cum potestate.
Vetant XII Tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. Cicero pro Domo.
Priuati Iudices sunt, quos vocant *subalternos*. Tacit. lib. 14, Qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, ciuidem pecuniæ periculum fecerunt, cuius ij, qui Imperatorem appellauêre.
In priuato, & In publico, contraria. Vide IN præpositionem.
Priuatim, penultima prod. Aduerbium, Quod non est publicè factum. Plaut. Bacchid. 5.
Priuatim & Publicè, contraria. Cic. de Inuen. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidem & priuatim & publicè perutilè abutuntur.
Siquæ beneficia singulis ciuibus, priuatímque dantur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta. Cic. Anteq. iret in exil.
Priuatim aliquid gerere, Nõ fungi munere publico. Cic. 5. de Finibus, Aut priuatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo sunt, capessunt Rempub. honoribus, imperijsque adipiscendis.
Nulla enim meipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Cic. Figulo, lib. 4. 13.
¶Priuatim {ἰδίᾳ, ἰδίως} pro eo quod vulgò dicitur *Particulariter*, vel *In particulari*, vel *Specialiter*. Cic. pro Quintio, Neque interea verbũ vllum interposuit Næuius, aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse. Plin. lib. 24. cap. 17, Piscis natura excalfacit, explet, aduersatur priuatim cerasæ morbus cũ polenta. Peculiariter pro eodem, ibidem dixit, Peculiariter renibus vtilis est.
Mandare alicui rem priuatim. Cic. pro Sext. Rosc.
Priuatè, pen. prod. aliud Aduerbium, Idem. Cicero ad Atticum, lib. 7, Illud priuatè non ascribis, & tibi gratias egit. Ex vetusto codice legendum, Illud puto non, &c.
Priuo, priuas {ἀφαιρεῖσθαι, στέρεσκω, ἀπαυρέω, ἀθέω, ἀθίω, ἀμείρω} priuare, Adimere & spoliare significat. Plaut. Trucul. 11,
Miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.
Spoliare & priuare. Cic. 4. Acad. Spoliat nos iudicio, priuat appropositione omni, orbat sensibus.
Præpositio enim IN priuat verbum ea vi, quã haberet, si IN præpositum non fuisset, vt dignitas, indignitas. Cic. in Topic.
Patriam priuare alpectu suo. Cic. Marcel. lib. 4. 9.
Dolore priuari. Cic. 1. de Finib.
Fide priuauere eum fata. Stat. 2. Theb. Fata monentẽ priuauere fide. Id est, fidem derogauere monenti.
Fructu liberalitatis aliquem priuare. Cic. Rufo, lib. 5. 20.
Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, sed priuatur iniuria. Cic. 1. de Lege agraria.
Priuare communi luce, Occidere. Cic. pro Quintio, Vt per se affectum atque euersum propinquum suum non modò honestè partis bonis, verùm etiam communi luce priuaret.
Priuare oculis. Cic. 5. de Finib. Cur hæc eadem Democritus, qui, &c. dicitur oculis se priuasse?
Ægritudo me somno priuat. Cic. Attic lib. 9.
Priuare testimonio. Cic. 4. Acad. Itaque priuabo potius illum debito testimonio, quàm id cum mea laude communicem. Idem ad Curionem, lib. 2. 2, Grauis iste priuatus sum amoris summi erga me tui.
Priuare vita patrem. Cic. in Parad. Patrem vita priuare, si per se scelus est, &c.
Priuandum {στερητικὸν} est, corpora motu. Lucret. lib 1.
Priuans, Participium {στερῶν} Cic. in Topic. Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græcè appellantur στερητικά.

riuatus {ερημος} Cui quid est ademptum, inquit Festus. Plin. de Viris Illustr. Priuatus stipendio.

Lumine priuatus, Id est oculis. Ouid. 1. de Pont. eleg. 1.

Aer priuatus lumine. Lucret. lib 4.

Priuatio, verbale {στερησις.} Cic 2. de Fin. Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio.

Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. Cic. 1. de Fin.

Priuilegium, priuilegij, {σωτηριαι, σωτηριαι} Lex ad priuatos homines, singulósque pertinens. Quod de reditu M. Ciceronis, & de imperio Pompeij staturum est, non lex, sed priuilegium dicitur. Priuilegium enim hoc differt à lege, quòd lex ad multos, priuilegium ad paucos pertinet. Cic. in Parad. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertū Bonæ deæ accessisses, exulares. Idem pro Domo sua. Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti: verant leges sacratæ, verant duodecim Tabularum leges priuatis in hominibus irrogari: id est enim priuilegium.

Priuilegia, sunt iussa nō generalia, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis conceptaque dicta, quia veteres priua dixerunt, quę nos singula dicimus. Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 10. cap. 20.

Quum & sacratis legibus, & XII Tabulis sanctum esset, vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite, &c. Cicero pro Sextio.

Vim & crudelitatem priuilegij, authoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. Cic. Post red. in Senatu.

Priuilegio subnixus. Aurel. Arcadius in l. 1. in fine. D. de offic. præfect. prætor.

¶Priuilegium, pro Prærogatiua. Senec. li 2. de Tranquil. vitæ, Nam si dieis illum æquo animo saturum, nullum habet priuilegium.

Priuilegiarius, Adiectiuum. Vlpian. in l. Rescriptum. D. De pactis, Rescriptum autem diui Marci hic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo si quidam eorum absentes sint? nunquid exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & priuilegiariis absentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur: si modò valet pactio & contra absentes.

Priuilegiarius dicitur, cui aliquod priuilegiū concessum est. Vulgò ab indoctis *priulegiatus* nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarii dicti, qui vacabant officio. Vlpianus lib. 14. Digest. tiul. Quod cum eo qui in aliena potestate. l. Sed an hic, Rectè, inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi si quis priuilegiarius veniat.

Pro {ω} Interiectio indignantis, Nominatiuo aliquando, seu vocatiuo potius, aliquando accusatiuo iungitur. Terent. Adelph. 3.3.

-prō Iuppiter,
Hominis stultitiam. Aliquando admirantis. Cic. 1. Tusc. Prō dii immortales, quàm illud, &c. Et Liuius 2. bel. Pun. Tantum (prō dolor) degeneramus à parentibus nostris, vt, &c.

Quæ res prō sanctè Iupiter in terris est gesta maior! Cic. 2. Philip. (Prō curia, inuersique mores!) Horat. 3. Carm. ode 5.

¶Accusatiuo. Terent. Heaut. 1. 1,
Nam prō deūm atque hominum fidem, quid vis tibi? Cic. de Amicit. Nam quis est, prō deūm fidem atque hominum, qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur?

Prō sacinus. Ouid. epist. 10.

¶Prō, circumlectitur, aut grauatur. Sunt qui proh scribunt, adsciti præaspiratione.

Pro {πρός} Præpositio, ablatiuo casui seruiens. Terent. Eunuch. 1.2,
Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem Aud. 5.3, -an
Vt pro huius peccatis, ego supplicium sufferam?

¶ Pro, Præpositio notanda in genere loquendi, quale est hoc, Iuit emptum pro me panem: quod vsitatius dicitur, Iuit emptum mihi panem. Plautus in Rudente,
Ex vrbe ad mare huc prodīmus pabulatum pro exercitu gymnastico. Id est eis qui in gymnasiis corpora exercent.

Pro omnibus, & contra omnia disputare. Cic. 3. de Orat. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor ante quàm illorum ancipites vias rationésque & pro omnibus, & contra omnia disputandi, percepero.

Hoc non modò nō pro me, sed cōtra me est potius. Cic. 3. de Orat.

Partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc esse. Cic. pro Cluentio.

Pro mea parte, Pro sua parte. Cicer. Metello, lib. 5. 2, Fieri non molestè tuli, atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui.

Pro sua parte loqui. Plaut. Rud. 2.4,
-si ille loquitur, sine me mea pro parte loqui. Id est, Sine vt meipsum defendam.

¶Pro, Causa, vel propter. Terent. Eun. 5. 4,
Ego pol te pro istis dictis & factis scelus Vleiscar.

¶Pro {επι} hoc est Loco, vel in locum, vt Pro illo, & pro imbre. Terent. Eunuch. 2.3
Quid tum postea? P. pro illo te ducam. Plautus Mostel. 3,
Continuò pro imbre amor aduenit.

Eduxit eam mater pro sua. Terent. Eun. 1.2.

Habere pro absoluto aliquem. Cælius Ciceroni, lib. 8.8.

Pro ancilla habere. Plaut. Persa, 12.

Pro argumento. Liu. lib. 5. bel. Pun. Pro argumento id fuit Annibalem castris non mouisse.

Ponere aliquid pro argumento. Cic. de Claris Orat. Hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quòd ille qui, &c. tam solutè egisset.

Sicilia non solùm pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. Cic. 4 Verr.

An hoc pro beneficio est habendum? Brutus Cicer. 16. 4.

Pro beneficio aliquid alicui dare. Cælius Cicer. lib. 8. 8. Totum Sempronium vsque eò petago, vt Vestorium quoque interponam, & illam fabulam narrem quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si quid iniuriis suis esset, quod Vestorius teneret.

Gerere se pro ciue. Cic. pro Archia.

Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere. Cicero 3. Officiorum.

Putare pro decreto. Cic. 11. Phil. Itaque si nihil ad nos referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem.

Pro derelicto aliquid habere. Cic. Attico, lib. 8.

Noctem pro die, cauponam pro oppido alicui esse. Cicer. in Pison.

Pro diis habent obscœna. Plin. lib. 2. cap. 7.

Pro deliciis crudelitas illi fuit. Cic. 11. Phil.

Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curam pro Senatu, campum pro comitiis, &c. Cicer. 3. de Oratore.

Patre non mortuo omnia gerere pro hærede. Cic. in Salust.

Pro hoste habere. Liu. 2. ab Vrbe.

Incerta pro certis habere, falsa pro veris. Cic. de Senect.

Etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nōnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Cic. Attico, lib. 1. 11.

Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Cic. Attic. lib. 2.

Pro monstro eam vocem accepit, Id est, tanquam monstrum detestatus est. Valerius lib. 4. cap. de Abstinentia.

Pro oceiso relictus est Sextius. Cic. pro Sextio.

Pro parente colere. Liu. 6 bel. Pun.

Tradere aliquid pro pignore. Cic. de Prouinc. Consul.

Pro socio damnatus est. Cic. pro Flacco.

Ornamentis alicuius pro spoliis abuti. Cic. pro Quintio.

Habere rationes relictas pro latis. Cic. Rufo, lib. 5. 20.

Sui, ne putrescat, animā pro sale data est. Cic. 2. de Natura deor.

Pro stercore aliquid habere, Nihili facere. Plaut. Truc. 11.

Verbum pro verbo reddere. Cic. de Optimo gen. Orat.

Verba pro verbis summittere. Cicer. in Orat. In quibus pro verbo proprio subiicitur aliud.

Pro virgine nuptum dari non potest. Terent. Adelph. 3.2.

¶Pro, Tanquam, siue perinde ac si. Terent. Adelph. 1.1,
Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.

Pro certo. Vlpian. in l. 3. §. Is qui nescit D. de libero homine exhib. Etenim rectè placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro certo liber est.

Pro certo est. Quintilian. lib. 5. cap. 12, Prius de adulterio conuincendum est, vt quum id certe esse pro certo, fiat incerti argumentum.

Pro certo ponere. Cæsar 7. bel. Gal.

Pro certo affirmare. Liu. 1 ab Vrbe.

Ambiguum pro certo concedere. Cic 1. de Inuent.

Pro certo negare. Cic. Attico, lib. 5, Sed posthac omnia quæ certa non erunt, pro certis negato.

Pro certo dicere. Terent. Adelph. 3.4.

Pro certo habere. Cic. 8. Auto, 5. 2, Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Perscribere ad aliquem pro certis ea quæ certa sunt. Cic. Ampio, lib 6. 12.

Pro comperto. Liu. 5. bel. Maced. Vnum de auxiliaribus specie transfugæ mittit ad eum: qui pro comperto afferret, Achæos statuisse postero die, &c.

Dubia pro certis & concessis sumuntur. Cic. 2. de Diuin.

Pro concesso & probato sumere. Cic. 5. Tusc. Geometræ quum aliquid docere volunt, fiquid ad eam rem pertinet eorum quæ antè docuerunt, id sumunt pro concesso & probato.

Pro damnato esse. Cic. 6. Verr. Quum iam pro damnato mortuóque esset.

Pro explorato esse. Cic. Attico, lib. 11, De omnibus rebus velim ad me scribas, & maximè quid scribas de ea: in quo tuo consilio ego, etiamsi nihil excogitassiā enim mihi erit pro explorato. Aliqua exemplaria habent, pro desperato.

Pro emptore sacrificare. Varro de Ling. Latin. lib. 5.

Pro facto habere. Cic. Art. lib. 13, Itaque istud iam pro facto habeo.

Pro firmato stare. Liu. 4. ab Vrbe,

Pro indiuiso. Cato cap. 137.

Et id quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere. Cic. 2. de Inuent.

Pro insano sit reprehendendus. Varr. lib. de Ling. Latin. 7.

In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Cic. Attico, lib. 11, P. Terentius meus necessarius operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit.

Pro malis. Cic. Attic. lib. 12, Solitudo aliquid adiuuat: sed multò plus proficeret, si tu tamen interesses. quæ mihi vna causa est hinc discedendi: nam pro malis, rectè habebat. Idem ad Torquatum, lib. 6. epist. 2, Quòd maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quàm homines aut volebāt, aut opinabantur: mihi crede, nō est pro malis temporum, quod molestè feras. Dixit etiam non dissimili sententia in epistola ad Marcellum lib. 4. epist. 9, Nam adhuc & factum tuum probatur: & vt in tali re, etiam fortuna laudatur.

Pro meliore fuit, effugere hostes, &c. Tacit. lib. 12.

Pro nihilo ducere. Cic. 4. Verr. Tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere?

Pro nihilo putare. Cic. 1. Verr.

Pro nihilo videri. Cic. 2. de Finib. Quæ quum Aristoni & Pyrrhoni omnia visa sunt pro nihilo, vt inter optimè valere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus diceret interesse.

Ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo vis, si ita esset ignoscerem. Cic. 2. Phil.

Pro parte. Paulus in l. Vsus. D. De vsu & hab. Nam frui quidem pro parte possumus, vti pro parte non possumus. Pomponius in L. Si pœnæ. §. Si falsō. D. De condict. indeb. Si falsō existimans debere, tibi nummos soluero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt, &c.

Pro rata

Pro rata. Vlpian. in l. in his verō. D. De solut. & liberation. Si verò summa vsurarum debitarum & non debitarum non eadem sit: ad veranque causam æqualiter proficit, quod solutum est, non pro rata, vt verba rescripti ostendunt.

Pro ridiculo ac delectamento putare aliquem. Terent. Heaut. 5. 1.

Pro rudi atque indocto despicitur. Gell. lib. 10. cap. 24.

Pro rupto fœdus habere. Liu. 2. ab Vrbe.

Pro victis abiere. Liu. 2. ab Vrbe.

¶Pro, Secundum. Terent. Phorm. 2. 2,
Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Salust. in Catilin. Hisq; permissum est, vti pro tempore atque periculo exercitum compararent.

Pro conditione. Quintil. lib. 3. cap. 6, Et accidit pro conditione causarum.

Pro mea consuetudine. Cic. ad Atticum, lib. 1. 3, Pro nostra consuetudine tu existimare potes.

Tribuere cuique pro dignitate. Cic. 1. Offic.

Pro facultatibus. Colum. lib. 9 cap. 1, Modus syluæ pro cuiusque facultatibus occupatur.

Pro nostra facultate. Quintil. lib. 6 cap. 5.

Hæc pro tuo ingenio consydera. Cic. Tironi, lib. 16. 3.

Nunquam te mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum putabas. Cic. 2. Philipp.

Præstare se dignum pro laude merentis. Id est iuxta laudem merentis. Horat. 1. epist. 7.

Pro modo crassitudinis. Colum. lib. 12. cap. 46.

Pro modo virium & exigendum & corrigendum opus. Quintil. lib. 2. cap 4.

Cuiusque pro numero militum pecuniarum summas describere. Cic. 7. Verr.

Cæsar nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione, in me liberalis fuit. Cic. Attico, lib. 7.

Nemo fuit qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. Cic. pro Domo sua.

Hæc nequaquam pro opinione vulgi extimescenda sunt. Cicero 3. Tusc.

Pro se, siue altero rationem dari. Varr. lib. de Ling. Latin. 5.

Conficere negotium pro causæ veritate, & pro sua dignitate. Cic. The. mo, lib. 13.

Pro virili parte. Cic. 13. Philipp. Tum me eius beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Pro rata parte. Cicero 1. Tusc. Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata parte à vita, longa aut breui a dicuntur.

Pro portione. Varro de Re rustica, cap. 3, Vt & lac multum, & pingue habeant pro portione. Cic. 2. d. Orat. Sed oportet vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere.

Pro rata portione. Cic. in Som. Scipionis, Hic est inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sic tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.

Pro virili portione. Tacit. in vita Agricolæ.

Pro scapulis, quum dixit Cato, significauit pro iniuria verberum. Paulus.

Pro spe nihil contigit. Liu. 8. bel. Pun.

Pro tempore, Pro re, Pro loco, significat quod ineptè dicitur, *Pro qualitate temporis, rei, loci.* Cæsar in Comment. Consilium pro tempore & pro re caperet. Salust. Ipse pro re ac loco paulatim procedere.

Pro malis. Cic. Attico, lib. 12, Nam pro malis rectè habebat.

Pro horum temporum perturbatione, Id est vt est temporum perturbatio. Cic. ad Seruium Sulpitium, lib. 13. 29, Itaque sic velim existimes, me omnes Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quòd his tu præsis.

¶Pro, Aliter. Plaut. Pœn. 4,
Nam pro heri nostri quæstu satis bene ornatæ sumus. Hoc est Si reputes quàm exiguè lucrum faciat herus. Terent. Heaut. 5. 1,
Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis.

Pro charitate Reip. Cic. 3. Philipp. Sunt impij ciues, pro charitate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentientium, admodum pauci. Hoc est, si Reip. charitatem spectes.

Pro mea authoritate videor posse. Cic. pro Fonteio, Quare si etiam monendi estis à me, quod non estis Iudices, videor hoc leniter pro mea authoritate vobis præcipere posse.

Pro singulari eius humanitate. Cic. Attico, lib. 9.

Pro tua singulari prudentia. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12, Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias.

Quorum vobis pro vestra sapientia Quirites, habenda est ratio diligenter. Cic. pro Lege Manil.

¶Pro re nata. Cic. Attico, lib. 7, Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram posse pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire III Non. Ian.

Pro suo iure esse in aliquo loco. Cic. Attico, lib. 3, Itineris nostri causa fuit, quòd non habebam locum, vbi pro meo iure diutius esse possem, quàm fundum Sicæ, præsertim nondum rogitatione correcta.

Pro meo iure dico. Cic. pro Flacco, Oppressus est C. Antonius. esto. habuit quandam ille infamiam suam: neque tamen ille ipse (pro meo iure dico) vobis iudicibus damnatus esset.

Pro iure meo imperitabam. Plaut. Capt. 5.

Pro tuo iure oras. Plaut. Rud. 3.

Pro suo iure agere omnia. Terent. Adelph. 1.1,
-non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere. Vbi Donatus, Hic est sensus, Non necesse est, etiam si liceat, sæuum esse patrem.

Pro cætera reuerentia. Plin. lib. 3 epist. 8, Facis pro cætera reuerentia, quam mihi præstas, quòd tam solicitè petis, vt Tribunatum, &c.

Id est præter reuerentiam, quam mihi præstas in cæteris rebus, hoc quoque facis.

Pro cætera diligentia. Plin. lib. 2. epist. 16.

Satis pro imperio. Terent. Phorm. 1.4. Id est imperiosè. Budæus.

¶Pro, significat In: vt pro Rostris, pro æde, pro tribunali. Pro, ponitur etiam amplificando, ac palàm faciendo, vt prodi, pronoco, protrahe, propelle. Aliàs pro priuandi facultate, vt in propudio, prohibendo: quia vtrunque abnuit in his esse pudorem potestatémque. Aliàs aliud pro alio, vt pro pecunia, pro prædio. pro Consule. Aliàs pro admiratione, vt pro Iupiter. Aliàs pro ante, vt pro ostio. Aliàs pro in, vt promittere barbam, capillum. Paulus ex Festo.

¶Pro, In etiam significat in hoc exemplo & aliquot sequentibus. Salustius in Iugurth. Ac Numidæ sæpe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli mœnibus se tutabantur: sed pro muro dies noctésque agitare, maledicere Romanis.

Pro sententia, In sententia. Festus.

Pro concione aliquid agere. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Pro suggestu. Cæsar 6. bel. Gall.

Pro tribunali cognoscit iudex. Vlpian. in l. 2. D. de re iudic.

¶Pro, Ante. Salust. Qui ni maturasset, pro curia sociis signum dare. Cic. 2. Philipp. Hasta posita pro æde Iouis statoris.

Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis. Cic. pro Milone.

Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.

¶Pro, De. Terent. Hecyr. 3. 1,
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt?

¶Pro se quisque, Id est quisque pro virili. Terent. Heaut. 1. 1,
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare, pro se quisque sedulò
Faciebat.

Pro se quisque quod ceperat, asserebat. Cic. 3. Offic.

Pro se quisque conferunt aurum, &c. Liu. 6. bel. Pun.

Pro se quisque omnes. Liuius 5. bel. Pun. Itaque pro se quisque omnes per æqua atque iniqua loca, quum vndique tela coniicerentur, armáque & corpora hostes obiicerent, peruadunt, irrumpúntque.

Pro sua quisque facultate. Cic. 1. Tusc.

¶Pro testimonio dicere. Cic. 6. Verr. Posteaquam Cordius pro testimonio dixit te sibi reddidisse, finem reddendi fecisti.

Mentiri pro testimonio. Cic. in Vatin.

¶Pro fano loqueris, qui me meo appellas nomine? Plautus Menæch. 8.

Maior quàm pro numero hominum editur pugna. Liuius. 5. bel. Punici.

¶Pro agricola, Id est è re agricolæ, atque vtile agricolæ. Columel. lib. 3. cap. 5, Quod minimè reor esse pro agricola.

Pro me est. Quintil. lib. 7. cap. 2.

¶Pro eo ac, vel Pro eo atque, legitur pro Ita vt, vel perinde vt. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5, Sanequam pro eo ac debui, grauiter, molestéque tuli.

Pro eo atque. Vlpian. in l. Ad testium. §. Siquis. D. Qui testamenta facere possint, Siquis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signauerit: pro eo est, atque si adhibitus non esset.

Pro eo est, quasi. Pompon. in l. Legatarius. D. de leg. 1, Si legatum nobis relictum constituerimus nolle ad nos pertinere, pro eo erit, quasi ne legatum quidem sit.

¶Pro aliquo stare, Defendere aliquem, & partes alicuius tueri. Terent. Phorm. 2. 1.

Decernere pro sodali, & pro fama, fortunísque. Cic. 2. de Orat.

Deprecari aliquid pro amicis, & non pro se. Cic. 2. de Orat.

Pro vniuersa analogia dicam. Varr. de Ling. Lat. lib. 8.

¶Pro, repetitum. Cicero pro Murena, Ego vos pro mea summa & vobis cognita in Rempub. diligentia moneo, pro authoritate Consulari horter, pro magnitudine periculi obtestor, vt, &c.

Proædificatum, dicitur quod ex priuato loco in publicum solum processit. Festus.

PROAERESIVS {προαιρεσιος} insignis sophista fuit ex Cæsarea Cappadociæ, Vlpiani discipulus, & Libanij sophistæ contemporaneus. Suidas.

Proagogia {προαγωγια} sunt aquarum deductiones, pori, meatúsque. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 6.

Proagogium, proagogij {προαγωγιον} Stuprum, perductio, à Græco verbo προαγειν, quod nos perducere dicimus, id est lenocinari, lenocinium facere. Suet. in Neron. cap. 28, Super ingenuorum proagogia, & nuptarum cōcubinatus, Vestali virgini Rubriævim intulit.

Proagorus, Dorica ratione, quam Latini æmulantur, & Siculorum lingua (nam ab aliis Græcis προηγορος dicitur) significat eum qui princeps est, & ante alios verba facit. Vsus est Cic. in Verr. Annotauit Turnebus.

Proamita, proamitæ, pen. corr. f. g. Proaui mei soror. Caius in l. 1. D. de Gradibus.

Proaries, proarieris, pen. corr. m. g. Instrumentum quo vice arietis vtimur ad adigendam materiam. Cæsar bell. Gall. comm. 4, Ac nihilo secius sublicæ, & ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ proariete subactæ, & cum omni opere coniunctæ, vim fluminis exciperent. Vide Bayfium in lib. de vasculis. Alij legunt, pro ariete subiectæ.

Proasma in epode est tanquam cantilenæ prooemium. Cælius libro 9. cap. 10, Proasma, & Epilodema, item Epode esse videtur tanquam cantilenæ prooemium, &c.

Proastia, proastiorum {προαστια} Suburbana, quæ pulcherrimè consita à domino, non tam vtilitatis quàm voluptatis causa habentur. Alciatus lib. 2. Parergon, cap. 4.

Proauctor, proauctoris {προαυξητης} Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 24. Appium cæcum generis sui proauctorem. Alij legunt proauthorem, id est authorem & principem. Ex Budæo. Qua forma proauum dicimus, eadem proauthorem, quasi procul & longa origine authorem dixit.

Proauunculus, & Promatertera, id est proaui frater & soror. l. Iurisconsultus. & l.1. de Gradib. & affinib. Imper. in tit. de gradib. lib. 2. instit. Ciuilium.

Proauus, proaui, pen. corr. {προπάππος, προπάππου} Aui paterni vel materni pater. Huius relativum est Pronepos. A quo fœminium est pronepti. A proauo, fœminium proauia. Cic. de Claris Orat. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso, & de tribus proauis.

Atauí proauorum. Iuuenal. sat. 3.

Fœlices proauorum atauos.

Genus à proauis ingens. Virg. 12. Æneidos,

Cui genus à proauis ingens, clarúmque paternæ

Nomen erat virtutis. Id est, Cuius authoritatem commendabat & origo maiorum, & paterna virtus. Seruius.

Petere proauos, Ad proauos visendos ire. Virg. 3. Æneid.

Proauitus, pen. prod. Adiectiuum {προπαππῶος} Quod est proaui: vt Rura proauita. Stat. 4. Sylu. 4.

Facta proauita. Sil. lib. 11.

Regna proauita. Ouid. 13. Metam.

Pugnæ proauitæ insignia ostentare. Silius lib. 5.

Probabile, Vide PROBVS.

Probatica, probaticæ, pen. corr. {προβατικὴ} Latinè ouilis dicitur. Erat piscina vbi oues lauari solebant, quam sacerdotes eas litare vellent. προβάτιον Græcè, Latinè dicitur ouis.

Probè, Probitas, Probiter, Vide PROBVS.

Problema, pen. prod. problematis, pen. corr. n. g. {πρόβλημα} Est propositio interrogationem annexam habens. Cic. Attico, lib. 12, Iam explicandum est προβλήματα, siquid acturus es.

Probo, Vide PROBVS.

Proboscis, proboscidis, pen. corr. fœm. gen. {προμυκτηρία, προβοσκὶς} Græcum nomen est, dictum quòd antè depascat: & est porrecta corporis pars inhærens naribus: quæ, excepto homine, in aliis animalibus inuenitur. Varro Sexagesi. Inuenisse se quum dormire cœpisset, tam glaber quàm Socrates, caluum esse factum ericium è pilis albis cum proboscide. Hæc Nonius. In elephanto dicitur manus: quòd ea tanquam manu vtatur. Plin. lib. 8. cap. 12, Resoluunt elephanti manu dra conum nodos. Idem proboscidem vocat, lib. 8. cap. 7.

Probrum, probri {κακὸς, ἀγαθὸς} Valla dicit significare crimen, vt est adulterium, stuprum, & huiusmodi. Sueton. in Cæs. cap. 43, Diremit nuptias Prætorij viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanuis sine probri suspicione. Vnde lex fuit apud Romanos, vt probrum virginis Vestalis capite puniretur.

Probrum virginis Vestalis, vt capite puniretur, vir qui eam incestauisset, verberibus necaretur lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio consumpta est. Festus.

Nefanda probra. Senec. Hipp. 2.

¶ Probrum, Maledictum, contumelia, infamia, dedecus, quod ex scelere consequi solet: vt Datum est probro, id est ignominiæ adscriptum. Cic. Attico, lib. 11, epistolas plenas probrorum appellat, id est contumeliarum.

Cum probro, Vide CVM.

¶ Accusare probri, Vide ACCVSO.

Arguere probri, Vide ARGVO.

Canere probra. Ouid. 3. Fast.

Dicere multa probra alicui. Ouid. 2. de Remed. amor.

Sumptus effusi cum probro atque dedecore. Cicero pro Sexto Roscio.

Emergere ex paternis probris ac vitiis. Cic. 5. Verr.

Iácere probra in insontem, Vide IACIO.

Iactare probra in aliquem, Vide Iacto in IACIO.

Terras probris implere. Ouid. epist. 16.

Increpare probris, Vide INCREPO.

Incusábo te probri, Vide INCVSO.

Inferre probrum alicui. Cic. pro Cælio.

Ingerere probra alicui. Liu. Decad. 1. lib. 2.

Insimulare probri mulierem, Accusare. Cic. 2. Philipp. Non est satis: probri insimulasti pudicissimam fœminam. Accipitur autem hic pro adulterio.

Intendere probra alicui. Tacit. lib. 3.

Lucre sanguine probra. Ouid. in Ibin.

Obiicere probrum. Cicero pro Domo sua, In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam.

Obiicere vt probrum. Cic. 1. Tusc. Honorem tamen huic generi non defuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum, Marco nobiliori, quòd is in prouinciam poetas duxisset.

Tuum scelus, meum probrum putas esse oportere. Cicero pro Domo sua.

Esse probro & crimini. Cicero pro Rosc. Amer. Vitam hanc rusticam, quá tu probro & crimini putas esse oportere, & honestissimam & suauissimam esse arbitrantur.

Esse in probro, Vide IN præpositionem.

Vetito probro sacraria temerare. Ouid. 10. Metam.

Vacare probro. Senec. Herc. fur. 1.

Vexare probris. Cic. pro Domo sua.

Et fuerint oculis probra videnda meis. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.

¶ Animal probrum Gel. lib. 9. cap. 2, dicit pro probroso, quemadmodum apud Terentium, scelus, pro homine scelesto.

Probrosus, pen. prod. Adiectiuum {ὀνείδεος} Ignominiosus. Cicero pro Fonteio, De quo vos homine Iudices, ne ab inimicis quidem vllum fictum probrosum non modò crimen, sed ne maledictum quidem audistis.

Ruinæ probrosæ, Dedecus afferentes. Horat. 3. Carm. ode 5.

Carmina probrosa. Tacit. lib. 16.

PROBVS {σοφὸς} Berytius, Grammaticus, Romæ docuit, non tamen vt magistri personam sustineret, vnum aut alterum, vel complurium tres aut quatuor admittere solebat horis pomeridianis, cubáni que inter longos & vulgares sermones legere quædam, idque perraró. Nimiis parua & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem fyluam obseruationum sermonis antiqui. ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militiam diu centuriatum frustra petisset. Tranquillus.

Probus, Adiectiuum {δόκιμος, εὐδόκιμος, ἀγαθὸς} Bonus, quasi probibus, quòd se à delinquendo prohibeat: inquit Festus. Terentius Phorm. 2. 1,

O artificem probum!

Sanctus & probus. Cic. pro Cluentio, Neque enim hoc nomine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest.

Non probus. Vide NON.

Probus ad ista res. Plaut. Pœn. 9.

Argentum probum. Liu. 2 bel. Maced.

Claua proba. Plaut. Rud. 19.

Color. Columel. lib. 8. cap. 2.

Probus hic conger frigidus. Plaut. Milit. 10.

Probus faber. Plaut. Pœnul. 14.

Facinus. Plaut. Menæch. 4.

Ingenium. Cic. 1. Offic. In ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.

Materia. Plaut. Pœn. 14.

Merx. Plaut. Pœn. 4.

Mores. Horat. in Carm. secul.

Moribus probus. Plin. epist. 17.

Nummi. Plaut. Pers. 12.

Occasio. Plaut. Casina. 25.

Pauperies. Horat. 3. Carm. ode 29.

Sapor. Columel. de Arboribus, cap. 3, Sed firmum, probúmque saporem vini præbent.

Probè, Aduerbium {δοκίμως} Bene, rectè, eleganter. Terentius Andria, 2. 5,

D. Quasi de improuiso respice ad eum. P. hem pater.

D. Probè. Hoc est rectè, & vt volebam.

¶ Oculus conturbatus non probè affectus ad munus suum fungendum. Cic. 3. Tusc.

Appotus probè. Plaut. Amphit. 4.

Curare probè. Terent. And. 5. 2.

Decipere probè. Plaut. Amphit. 4.

Discere probè. Plin. epist. 18. lib. 2, Nisi sperare te vellem, posse fratris tui liberos probè discere.

Intelligere probè. Terent. Eunuch. 4. 6, Si vim faciet, in ius ducito hominem, intellextin? c. probé.

Iudicas probè. Cic. Attico, lib. 7.

Memini probè. Terent. And. 5. 4,

Ni meruam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probé.

Nosse probè. Cic. 1. de Orat. Hominem probè nosse, & commeminisse se aiebat.

Percutere probè, hoc est fortiter. Plaut. Amphit. 4.

Sentire probé. Cic. 1. de Legib. Probè quidem sentis, si re ac non verbis dissiderent.

Stabilire probé. Cic. 1. Tusc. Hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excutiendum est, vt sciatur quid sit carere.

Tenere aliquid probè, Scire. Cic. 1. de Inuent.

Viuere probè. Plaut. Amphit. 9.

Probissimè. Terent. Adelph. 3. 3.

¶ Hoc aduerbium, vt ex præcedentibus exéplis apertissimè liquet, omnibus ferè verbis iungitur. vt Probè appotus, Probè curare, Probè decipere, Probè memini, Probè commeministi, Probè monere, Probè ornatus, &c.

De aquæductu probè fecisti. Cic. ad Atticum, lib. 13.

De Seruio probè dicis. Cic. de Claris Orat.

Ornatus probé. Cic. ad Cælium, lib. 2. 9, Ad Amanum exercitum adduxi satis probè ornatum auxiliis.

Probitas, pen. corr. probitatis {ἠθικὴ ἕξις} Bonitas. Cicero de Amic. Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel quod maius est, in hoste etiã diligamus: quid mirum est, si animi hominum mouentur? &c.

Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Cic. pro Plancio.

Dissimilis est tibi probitate. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11.

Dulcis probitas. Stat. 1. Sylu. 2.

Exercita probitas rebus aduersis. Ouid. 5. Trist. eleg. 6.

Æuo tenero maturior probitas. Stat. 2. Sylu. 1.

Inops iacet probitas. Claud. 2. Paneg.

Probitas cum paupertate iacebit. id est negligetur ac contemnetur. Ouid. ad Pisonem.

Probitas laudatur & alget. Iuuenal. sat. 1.

Commendatione probitatis boni viri speciem tueri. Cicero 2. de Oratore.

Perdurat probitas in longum æuum. Ouidius de Medicamine faciei.

Probiter, pen. corr. {εὐδοκίμως} pro Probè, apud antiquos. Varro Octogesi. Postquam auida libido rapere ac concidere cœpit, séque opificè, non probiter strepere.

Probo, probas {δοκιμάζω, εὐδοκίω, βεβαιόω} probare, Efficere vt probum, rectúmque iudicetur id quod quis facit vel dicit. vnde & pro Laudare accipitur, inquit Budæus. Cicero 6. Verr. Non vereor ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem. Id est scio eum omnino hanc meam accusationem Verris non improbaturum. Idé de Senectute, Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido. Id est, nullo modo persuaderi mihi potuit, vt bonam dicerem & laudarem tantam libidinem.

Est enim mihi vtcũm quibusdam rebus ex iis libris, ad eos quos in manibus

sn manibus habeo: quos, vt spero, tibi valde probãbo. Cic. Att. lib. 4.

Laudare & probare. Cic. ad Marium, lib. 7. 1, Téque & istam rationem otij tui & laudo vehementer, & probo.

Probare aliquid in aliquo. Cic. 2. de Finib. Quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vnquam probaui.

In vulgus probari. Cicero in Parad. Ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus. Id est quæ nec ipsum quidem vulgus probat, neque laudat.

Oculis hominum probari. Ouid. epist. 16.

Probare concilium. Cæs. 8. bell. Gall.

Video meliora, proboque. Ouid. 7. Metam.

Diligentiam suam alicui probare. Papinian. in l. Labeo. D. de statuliberis.

Indolem generosam factis probare. Senec. Theb. 2.

Probare sententiam. Cic. 4. Acad.

Probare & Improbare, opponuntur. Quintil. lib. 2. cap. 2.

¶ Probare, Demonstrare, & argumentando planum facere: quòd ea laude digna videantur, quæ probari rationibus possunt. Plautus Bacchid. 15,

Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo?

Lacrymis probare. Plaut. Pseud. 3,

Quod tu istis lacrymis te probare postulas.

Dialectice probare. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Huic satis illud erit planum facere atque probare. Lucret. lib. 2.

Plus iusto probare aliquid. Ouid. 9. de Ponto, eleg. 9.

Exitus acta probat. Ouid. epist. 2.

Causam suam probare alteri. Cic. pro Quintio, Si causam cum causa contenderet, nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus.

Culpa non probatur ex facili. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Dicta alicuius voce probare. Ouid. 1. Metam.

Probare diligentiam suam in re aliqua. Cic. 1. Verr. Vt si in hac causa nostrum officium, ac diligentiam probauerimus, hæc quæ dixi, retinere per Pop. Rom. incolumia, ac salua possimus.

Pactum dea probauit. Ouid. 6. Fast.

Probare atque deligere iudices. Cic. 7. Verr. Nolo eos iudices quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos, isto absoluto ambulare, vt non cæratæ cœno obliti esse videantur.

Auribus puris scripta probare. Propert. lib. 2. eleg. 14.

Quibus de meo celeri reditu non probabam. Cic. Att. lib. 16. Id est, non persuadebam.

Se probare. Cic. pro Ligario, Qua in legatione & ciuibus, & sociis ita se probauit, vt decedens, &c. Id est probitate & integritate vitæ se talem præstitit ac demonstrauit.

Sese probare alicui, quominus, &c. impediri. Cic. Cornificio, lib. 12. 29, A magistris quum contenderem de proferendo die, probarũt mihi sese, quominus id facerent, & compromisso, & iureiurando impediri.

Se probare pro eunucho, Id est persuadere, interprete Donato, aut fingere. Terent. Eunuch. 2. 3.

Nemini probatur, Id est nemo approbat, siue laudat, aut nemini placet. Cic. 3. Verr. Tametsi probatur nemini.

Probare ingenium vnius ex aliorum ingenio. Plaut. Trin. 14.

Non nimium probare, Vide NIMIS.

Lentè & fastidiosè probare aliquem, Vide LENTVS.

Vulgus amicitias vtilitate probat. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

¶ Probare, Rem experiri & tentare: vt Amicos probato. Et apud Columellam, Probare boues: pro eo quod Gallicè dicimus *Essayer, Esprouuer.*

Animos probare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.

Probandus, Participium {δοκιμαστέος} Cæsar 5. bell. Gall. Quem locum probandæ virtutis tuæ expectas?

Causa probanda. Ouid. 6. Fast.

Forma probanda operis. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Probatus, pen. prod. {εὐδοκιμούμενος} Aliud participium, siue Nomen ex participio. Cic. in Topic. Nam & ingeniosos & opulentos, & ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putant.

Crimen patens sine teste probatum. Ouid. 15. Metam.

Fides probata. Claud. 6. Paneg.

Opera probata homo. Cic. 3. Verr. Homo scilicet aut industria, aut opera probata, aut frugalitatis existimatione præclara.

Probatior. Liu. 7. bel. Pun. Ita repentè exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrũ, suis pariter alienísque esset.

Homo probatissimus. Cic. 4. Verr. Et Probatissima fœmina, Idem pro Cecinna.

Probator, pen. prod. Verbale {δοκιμαστὴς} Cic. pro Cecin. Deinde huius rationis non modò non inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me.

Ingenij probator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. Id est, approbator & laudator.

Rationis alicuius non modò non inuentor, sed ne probator quidem. Cic. pro Cecinna.

Probatio, probationis, Verbale, fœm. gen. {ἀποδεικτικὸν, δοκιμασία, δοκιμή.} Plin. epist. 35, Huius actionem vespera incluit, non tamen sic vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Cic. 3. Verr. Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua, qui locas: prædibus & prædiis populo cautum est. Id est, tuum est Prætoris, qui locasti, exigere vt opus tradam approbatum: & mihi acceptum ferre quum probatum fuerit. Budæus.

Artificialis. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Firma. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Implere probationem, est quod quis intendit, seu agendo, siue excipiendo plenè probare. Vlpian. in l. In exceptionibus, in fine. D. De probationibus & præsumpt. Si iudicatæ rei vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo quod tunc peritur, siue in ălea gestum esse contendatur; eam implere probationes oportet.

Inexpugnabiles probationes. Quintil. lib 5. cap. 10.

Lineares. Quintil. lib. 1. cap. 10. De Geometria.

Potentissimæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Probationem non habere. Senec. lib. 3. cap. 16.

Probabilis, & hoc probabile, pen. corr. {πιθανὸς} Dicitur quod licet nõ sit verũ, videtur tamen rationibus probari posse. Cic. 4. Acad. Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, & quæ non impediatur, vt Carneades volebat, &c.

Iusta & probabilis causa. Vlpian. in l. 3 §. Si mecum. D. ad exhibẽd.

Probabilis re aliqua. Cic. de Claris Orat. Erat eius æqualis P. Antronius voce peracuta atque magna, nec alia re vlla probabilis.

Specie & odore probabilis. Plin. lib. 21. cap. 4.

Orator probabilis. Cic. in Orat.

Copia. Quintil. lib. 1. cap. 8. De verbis.

Nonnunquam honesto ac probabili nomine, bono viro iudici error obiici solet. Cic. pro Cecin.

Sumptus probabilis. Vlpian. in l. Apud Celsum, §. Si minor. D. de doli mali exceptione.

Probabile. Cic. 1. de Inuent. Probabile autem est id, quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, siue id falsum est, siue verum.

Probabile & Non probabile, siue (vt in præcedentibus exemplis) improbabile, contraria. Cic. 4. Acad.

Non est probabile. Cic. 4. Verr.

Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Cic. in Parad.

Probabiliter, pen. corr. Aduerbium {πιθανῶς.} Cic. 2. de Orat. Ad consilium autem de Repub. dandum caput est, nosse Remp. ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis.

Probabiliter acti ratio reddi potest. Cic. 3 de Finib.

Probabiliter quid posse defendi. Cic. 4. Academ.

Probabilitas, pen. cor. probabilitatis {πιθανότης.} Cic. 4. Acad. Certè tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna, nisi videret his resisti non facile posse.

Captiosa probabilitas, Vide Captiosus in CAPIO.

Procalare, prouocare, ex Græco κραλῶ, id est vocare, vnde Calendæ, calumnia, calones, caculæ, & calatores. Procalato, prouocato. Festus.

Procapis, progenies quæ ab vno capite procedit. Paulus, in Festo.

PROCAS {πρόκας} rex Albanorum fuit, pater Amulij & Numitoris, auus Romuli & Remi, cuius meminit Liuius lib. 1. ab Vrbe condita. Virg. 6. Æneidos,

Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

Procax, procacis, Vide PROCO, procas.

Procedo, procedis, pen. prod. processi, processum {προβαίνω, προέρχομαι, προπορεύομαι, προκόπτω, προκαλοῦμαι} procédere, Vlterius ire & progredi.

Huc procede, vel illuc. Terent. Eunuch. 3. 2.

¶ Procedere dicebant interdum pro succedere: interdum pro porro cedere. Festus.

Procedere propriè dicitur, qui pompa quapiam procedit in publicũ: veluti si sponsus procedat, aut sponsa: quod Virg. 4. Æneid. dicit, Tandem progreditur. Hæc Erasmus. Cic. 1. de Diuinat. In sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit.

Lentè & paulatim. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Leniter placidéque, Vide LENIS.

Longius. Cic. de Arusp. resp.

Nimium procedere. Virg. 3. eclog.

Obliquè, Vide OBLIQVVS.

Vltra. Propert. lib. 1. eleg. 19.

Vltra procedere, quàm comes possit. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Aliquantum viæ procedere. Cic. Attico, lib. 6, Velim, etsi (vt spero) te hæc legente, aliquantum tamen viæ processero, tamen obuias mihi literas quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas.

Trecenta circiter stadia procedere. Cic. Attico, lib. 16.

Foras procedere. Plaut. Pseud. 9.

Obuiam procedere. Cic. pro Sextio, Huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas cum lacrymis gemitúque processerat.

Obuiam morti procedere. Cic. 5. Tusc. Cum accipere, quàm facere præstat iniuriam, tum morti iam ipsi aduentanti paulum procedere obuiam, &c.

Procedere à, vel ex. Cæs. 4. bel. Gall. Quum paulo longius à castris processisset. Ibidem, lib. 8. Paulatim ex sylua instructa multitudo procedit militum. Cic. 7. Verr. Procedit iste repentè è Prætorio.

Ad forum procedere. Plaut. Casin. 14.

Extra mœnia processit. Lucret. lib. 1.

In aliquem locum procedere. Cic. pro Cælio.

Castris procedere. Virg. 12. Æneid.

Tectis procedere. Valer. 7. Argon.

Passu tacito. Valer. 5. Argon.

Pedibus æquis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5.

Cultus procedit adulter. Ouid. 2. Trist.

Subducto vultu grauior volo procedere. Propert. lib. 2. eleg. 11.

Testis pusillus processit. Cic. 2. de Orat.

¶ Procedit funus. Terent. And. 1. 1.

Classis procedit velis æquatis. Virg. 4. Æneid.

In aciem procedere, Vide ACIES.

¶ Procedere ad aliquid agendum. Caius de Verb. signific.

Ad opus procedere. Plin. lib. 11. cap. 10.

Ad pabula noctibus procedunt. Plin. lib. 8. cap. 32.

Ad pugnam procedere. Liuius 7. ab Vrbe.

In latera obliquè procedere. Plin. lib. 9. cap. 30.

In infinitum. Columel. lib. 5. cap. 3.

In medium. Cic. 4. Verr. Procedite in medium, explicate descriptionem, imaginémque tabularum.

In multum vini proceſſerat. Liu.7.bel.Maced. Hoc eſt, probè appotus erat.
In pedes procedere,& Pedibus gigni, ſignificant fœtum ita naſci, vt pedes ex vtero priores emergant. Plin.lib.7.cap.8.
In publicum. Liu.4.bel.Maced.
In ſolem ex vmbraculis. Cic.de Claris Orat.
In ſublime vites procedunt. Columel.de Arb.cap.4.
Cubitum nullum proceſſit. Cic. ad Att.lib.13, Biennium præteriit quum ille κρωκτίσας aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.
¶ Temere proceſſit. Cic.4. Acad.Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio,ne præcipitet,ſi temere proceſſerit.
¶ Procedunt ſtipendia militibus. Liu. 5.bel.Pun. Tribuniplebis, ſi iis videretur, ad populum ferrent: vt qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, acſi ſeptem & viginti annorum,aut maiores,milites facti eſſent.
¶ Proceſſit aliquantum ad virtutis aditum. Cic. 3. de Finib. Qui proceſſit aliquantum ad virtutis adirum,nihilominus in miſeria eſt, quàm ille qui nihil proceſſit.
Longè ad virtutem procedere. Cic. 4. de Fin. Eos qui natura doctrináque longè ad virtutem proceſſiſſent, niſi eam planè conſecuti eſſent, ſummè eſſe miſeros.
In virtute procedere & progredi.Cic.4.de Fin.
In multum honorem formæ procedere. Propert.lib.3.eleg.4.
In philoſophia procedere, Proficere. Cic. 3. de Finib. Qui tum in philoſophia,tum in optimo genere philoſophiæ tantum proceſſeris.
Ad opes procedere,Diuitem fieri.Plin.epiſt.44.
Ætate proceſſit.Cicero de Senect. Num igitur cenſetis eum,quum ætate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſſet, Lyſimachum ſalutare ſolitum? Id eſt ſenex factus eſſet. Idem 5. Philipp. An hoc vidit puer ſi ætate proceſſerit,non videbit?
Proceſſit eò inſolentiæ vt iram, &c. Plin.in Paneg.
Proceſſit eò ira. Liu.9.ab Vrbe.
Honoribus longius procedere. Cic.de Claris Orat. Is proceſſiſſet honoribus longius,niſi ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuiſſet.
Studiis procedere, pro Ad honores emergere adminiculo literarum. Plin.epiſt.89.
Conſuetudine procedere. Liu.9.bel.Maced.
Opere. Cæſar 1.bel.Ciuil.
Ratione & via procedat oratio. Cic.1.de Fin.
Cum ea voluntate proceſſit vt. Cic.pro Flacco, Græcus teſtis cum ea voluntate proceſſit, vt lædat.
Aliquid procedit noui. Plaut.Moſtel.14. Id eſt accidit.
¶ Dies alter & alter proceſſit. Virg.3. Æneid.
Dies procedunt emptori. Cato cap.148, Quot dies per dominum mora fuerit, quominus vinum deguſtet, totidem dies procedent emptori.
Sed vbi plerunque noctis proceſſit, obſcuro etiá tú lumine milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt.Saluſt.in Iugurtha.
Tempus procedit domino. Vlpian. in l. In acceſſione.D. de diuerſis temporal. præſcription. In acceſſione temporis & id tempus quo in fuga ſit ſeruus,domino eius procedere,verum eſt.
Tempus proceſſit. Cæſar 2.bel.Ciuil.
Tempora tardè procedunt. Ouid.5. Triſt.eleg.11.
Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. Virg.9.eclog. Quum Auguſtus Cęſar ludos funebres patri celebraret,die medio ſtella apparuit: ille eam eſſe confirmauit parentis. Seruius.
¶ Iræ longius procedunt. Virg.5. Æneid.
Hoc procedit. Id eſt locum habet. Pomponius in l.Si mulier.6. Ité ſi mulier.D. ad Senatuſcon. Velleian. Et hoc procedit, ſiue ipſe creditor emerit,ſiue,&c.
¶ Procedere, Benè vel malè cadere, ſiue accidere, ſiue cedere. Terent.Adelph.5.6,
-meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit.
Omnia,vt ſpero,proſperè procedent.. Cic.Caſſio,lib.12.9.
Conſilia procedunt. Liu.4.bel.Pun.
Parum proceſſit. Liu.1.ab Vrbe. Terent.And.4.1,
Niſi id putas,qua primò proceſſit parum, Non poſſe,&c.
Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accuſatorem,&c. Cælius Ciceroni,lib.8.12.
Nihil procedit. Liu.4.bel.Pun.

Procedens, pen. prod. {προϊσάν} Participium, ſiue Nomen ex participio.
Dies procedens. Cic.3.Tuſcul. Quod ita eſſe dies declarat: quæ procedens ita mitigat,vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo,ſed in pleriſque tollatur.
Die procedente. Liu.8.bel.Pun.
Nox procedens. Silius lib.13.
Tempore procedente, pro eo quod dicimus Succeſſu temporis. Plin.epiſt.64,Sed vereor ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur.

Proceſſus,huius proceſſus {προϊσμα, προηγμός} Progreſſus. Cic.pro Lege Manil. Vt ex his locis à militibus noſtris reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæreretur.
Proceſſus ætatis. Firmicus lib.3. cap. vlt. Sed tamen ipſis proceſſu ætatis, & felicitas & patrimonij augmenta conferuntur. Paulo pòſt, Sed proceſſu ætatis, poſt graues iacturas largitur ſubſtantiæ facultatem.
Proceſſus temporis. Firmicus lib.3.cap.4, Si verò per noctem ſic fuerit inuentus, mediocres in ſubſtantia faciet homines, & proceſſu temporis etiam feliciores redder. Et capite 6. ſub finem, Proceſſu temporis, augmenta felicitatis & dignitatis accipient. Sic alibi frequenter.
Tardi proceſſus. Firmicus lib.5.cap.1,Sed quibus felicitas, tardis proceſſibus conferatur.

Efficere proceſſus. Cic.de Claris Orat. Itaque tantos proceſſus efficiebat,vt cuolare,non excurrere videretur.
Officiorum proceſſus per officia. Senec.epiſt.102.
¶ Proceſſus, Succeſſus & euentus. Seneca epiſtol.116, Quæruntur & de conſilus, & de proceſſibus ſuis: malúntque ſemper, quæ reliquerunt.
Proceſſibus ſuis inimicus homo dicitur,qui eas artes negligit quibus homines locupletantur & creſcunt. Budæus.
Habere proceſſum in literis,pro Facere progreſſum. Suetonius de Claris Grammat.
¶ Proceſſus, Auctus, plurali numero. Cic.de Claris Orat. Gradus tuos,& quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere.

Procelcumaticus, pen. corr. {προκελευματικὸς} Pes eſt conſtans è duobus pyrrhichijs, id eſt è quatuor ſyllabis breuibus, temporum quatuor:vt philoſophus. Dictus παρὰ τὸ παρακελεύειν, id eſt à cohortatione & iuſſu nautico:cui ob celeritatem eſt aptiſſimus.

Procello,proceſſis,proculi,pen.corr.proculſum {πλήττω} procéllere, Percutere, euertere. Plin.in Paneg. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo proculerat. Alij legunt perculerat.
Procellere fati fines. Lucret.lib.5,
Nec ſanctum numen fati procellere fines
Poſſe? Sic legit Lambinus, quum quidam partim protellere, partim protelere.

Procella,procellæ {ἄτακτος, ἄθυρος, καταιγὶς, λαῖλαψ, ῥαθάμη} Vehementior quidam venti impetus,nec ita durans,authore Valla in Rauden ſem: in mari potius, quàm in terra. Dicta ab eo quòd omnia procellat.id eſt mouet & percutiat. Virg.1.Æneidos,
-creberque procellis
Africus. Plinius lib.2. cap. 48, Flatus vagi & ruentes torrentium modo, tonitrua & fulgura edunt. maiore verò illati pondere, incurſuque,ſi latè ficcam rupemue nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis καταιγὶς.
Timidus procellæ. Horat.in Arte.
¶ Aduerſa. Ouid.11.Metam.
Immanis. Silius lib.3.
Impendentis procellæ ſigna. Claud.de bello Gildon.
Infima. Senec.Hipp.6.
Nigrans. Silius lib.12.
Præcipites. Stat.4.Thebaid.
Subitæ. Ouid.de Nuce.
Triſtis. Senec. Troade,9.
Turbida rapacior procella. Catul.ad Thallum,epigr.22.
Vndans. Silius lib.5.
Volucres. Ouid.2.Amor.eleg.11.
¶ Abruptæ. Vide ABRVMPO.
Credere ſe veloci procellæ. Horat.3.Carm.ode 27.
Inceſſit procella, Vide Inceſſo, in INCEDO.
Collecta procella venti intorquet ſe nubibus. Lucret.lib.6.
Subitæ ſaliunt in vela procellæ. Stat.10. Thebaid.
Talia iactanti ſtridens Aquilone procella. Virg.1.Æneid.
Tolerate ſænas procellas. Silius lib.3.
Inæquales procellæ vexant mare. Horat.2.Carm.ode 9.
¶ Procella, per tranſlationem. Liu.10.bel.Pun. Equeſtrem procellam excitemus oportet,ſi turbare,ac ſtatu mouere volumus.
Circunſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi prouidetis. Cic.4.in Catil.
Impotens fortunæ procella, Id eſt ſuperba,& ſe cohibere nequiés. Senec.Agamemn.
Temporis deuitare procellam. Cic. 2.Verr. Quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.
Iuuidiarum procellæ. Cic. pro Cluentio, Vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorum anfractu ſequi maluiſſe.
Irarum procellæ. Silius lib.11.
Patriæ procella, turbo ac tempeſtas pacis. Cic.pro Domo ſua.

Procelloſus, pen. prod. Adiectiuum {καταιγώδης} Plenum procellis. Colum.lib.7.cap.6, Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cælí ſtatu: nam procelloſo atque imbrifero cornuta ſemper. Liu.10.bell. Maced. Ver procelloſum eo anno fuit.
Æquor procelloſum. Valer.3.Argon.
Mare. Senec. Medea,6.
Noti. Ouid.epiſt.2.
Venti. Liu.8.bel.Pun.

PROCERASTIS {προκεραστὶς} Oppidum Bithyniæ ad Boſphorum Thracium è regione Bizátij quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Plin.lib.5.cap.vlt.

Procerus,procera,procerum, pen.prod. {ἐξαίρετος, προμήκης} Prolixum, & in longitudinem productum: quaſi ex cera, ob eius facilitatem, inquit Feſtus. Horat.2.Serm.ſat.2,
-quo pertinet ergo Proceros odiſſe lupos? Varro 2. de Re ruſt. cap.1,Sues procero corpore,capitibus vt ſint paruis.
Alni proceræ. Virg.eclog.7.
Arundo. Ouid.13.Metam.
Cacumina procera nemoris celſi. Silius lib.7.
Cohors. Claud.1.Paneg.
Corpus. Lucret.lib.3.
Fraxini. Horat.3.Carm.ode 25,
Proceras manibus vertere fraxinos.
Membra. Stat.1.Theb.
Palmæ. Catul. Argon. epigr.59.
Proferre proceros paſſus viæ. Lucret.lib.4.
Syluæ. Ouid.epiſt.15.
Procerior numerus. Cic.3.de Orat. Poſt anapeſtum procerior quidam numerus efforuit.

Proceriſſimus

Proceriſſimus homo. Plin.lib.7.cap.16.
Proceriſſima populus. Cic.1.de Legib.

Procere, pen prod. Aduerbium {προμηκῶς} Cic.3. de Orat. Brachium procerius proiectum quaſi quoddam relum orationis.

Proceritas,pen.corr proceritatis {μῆκος} Prolixitas. Cic.de Senect. Quũ autem miraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. Plin.lib.6. cap. 32, Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adoleſcere.
Breuitas & proceritas pedum in oratione. Cic. in Orat. Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius.

Proceres, procerum, pen.cor.maſc.gen.plur.num. {πρεσβεῖς, βουλευταί} Capita trabium, hoc eſt mutuli quidam extantes, vt ait Seruius. Per tranſlationem etiam accipitur pro maioribus ciuitatis: quòd ij ita in ciuitate emineant, ſicut illi in ædificiis. Liuius 1.ab Vrbe, Quum conſenſum, deóque conſociatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latiorum. Virgil.10. Æneidos,
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subſidio Troiæ.
Referre aliquid ad delectos populi proceres. Virgil.3.Æneid.
Caſtrorum proceres. Lucan.lib.7.
Pullari proceres. Iuuen.ſat.3.
Rerum proceres Paulus & Flaminius. Sil.lib.11.
Proceres gulæ. Plin.lib.9.cap.17.
Procerem, protulit Iuuenalis ſat.8,
Agnoſco procerem. A procer, proceris.

Proceritus, penult.prod. Adiectiuum {ὑψηφόντος} Malo ſpiritu afflatus.
Proceriti lapides. Plaut.Pœn.7.

Proceſſus, Vide PROCEDO.

Proceſtrium, proceſtrij, Locus apertus ac patulus in ædificio vel domo, per quem proceditur in cubiculum, cœnacula, & reliquas partes ſuperiores. Plin. Iunior Gallo, lib.2. epiſt.17, Poſt hanc, cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum. Sunt qui legant procœtone, qui locus eſt ante cubiculum, ab excubando nomen ex Græco ſibi vendicans.
Proceſtrium fit æqualibus columnarum interuallis patulum, ſupra quarum epiſtylia arcus curuantur.
Proceſtria, à caſtro, ſiue caſtris, dicta ſunt munimenta quædam, quæ ſiunt ante mœnia caſtrorum, ſiue ante caſtra. Quidam etiá proceſtria aditum, & veluti portam caſtrorum appellarunt.

Prochemaſis {προχεμασὶς} Præcedés tempeſtatum ſignificatio. Plin. lib.18.cap.26, Accedit confeſtarum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus tempeſtatum ſignificatione, quod προχείμασιν Græci vocant, &c. Sunt qui ſcribant prochimaſis.

Prochirus, ſcriba expeditè notans. Meloprochirus, exercitio & cura promptus. Alciatus ad legem peculiari. De proxim. fact. ſcrini. libro 12.C.

PROCHYTA, Prochytæ, pen.corr. & Prochyte, Prochytes {προχύτη} Inſula in Puteolano ſinu Dicta quaſi profuſa. Emerſit enim prouolutis in mare montibus, quum prius non foret. Nam προχύσις ſignificat effundo. Inatimes enim mons terræ motum paſſus hanc inſulam fudit. At Dionyſius lib.1, ſcribit Prochytam dictã eſſe à nuttice Æneæ eiuſdem nominis. De hac Virgil.9.Æneidos,
Tum ſonitu Prochyta alta tremit.
¶ Prochyte etiam vaſis genus eſt.

Procido, procidis, pen.corr. procidi, procaſum {προσπίπτω, παραπίπτω, προσπαύω} procídere, Ex pro & cado cõpoſitum, ſignificat Pronum cadere, procumbere. Gellius, Nam quum multis annis poſtea ſcena quæ prociderat, refecta eſſet.
Cupreſſus latè procidit. Horat.4.Carm.ode 6.
Ad pedes alicuius procidere. Horat.Epod.17.
Procidere ante. Liu.6.bel.Pun. Ille atque præceps cum armis procidit ante proram, &c.

Procidens, penult.corr. procidentis, Participium {προσπαύων} Plinius lib.16.cap.5, Cautum eſt præterea lege duodecim Tabularũ, vt glandem in alienum fundum procidentem, liceret colligere.

Procidentia, procidentiæ {προσπτωσις} Plinius libro 34.capite 18, Vſus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maximè contra procidentiam eorum, & inanitatem, & vicerum excreſcentiam, &c.
Procidentia ſedis. Plin.lib.24.cap.11.
Procidentia vuluæ. Plin.lib.23.cap.9.

Procidus, Adiectiuum {προσπτωτικὸς} Quod procidit. Plinius libro 20. cap.20, Infantium cerebro imponitur, vmbilicóque prociduo. Idem libro 21. cap.20, Teſtes verò, & ſedem procidua, quæque illi ſunt vitia, &c.

Procieo, prima corr. procies, procíui, pen.prod. procitum, pen. corr. {μετακαλῶ} procíere, Petere. Liu. Matrem procitum plurimi venerunt. Id eſt petitum, vt Feſtus exponit.

PROCILIVS, grammaticus, cuius meminit Seneca, vir ſuis temporibus doctiſſimus fuit, qui in itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Ægyptijs literis ſcr prius fuiſſe, tunc demum Ægyptum liberam fore, quũ in eam veniſſent Romani faſces. Lampridius.

Procinctus, Adiectiuum {ὁ προζωσθεὶς πρὸς μάχην} Paratus, Expeditus. Feſtus, Procincta claſſis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confeſtim pugnaturus. Veruſtius enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, claſſem appellari. Idem alio loco, Procinctam claſſem, Id eſt paratam ad bellum, militum multitudinem Diali flamini videre non licuit. Hactenus Feſtus. Gell.lib.1.cap.11, Quum procinctæ igitur claſſes erant, & inſtructa acies.

Procinctus, huius procinctus, m.g. {προζωσμὸς, παρασκευὴ} Apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Plin.lib.23.cap.1, Curas, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. Cic.1.de Nat.deor. Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt.
In procinctu facere, Expeditè, & celeriter. Ouidius 1. de Ponto, elegia 9.
Teſtamentum in procinctu facere ſine libra atque tabulis. Cic.1. de Orat.
In procinctu ſtare; Eſt accinctum eſſe. Quintil.lib.12.cap.9.
In procinctu habere. Quintil.lib.10 cap.1.
In procinctu verſari. Vlpian.in l.non dubium eſt. D.de bon. poſſeſſ. ex teſt. milit. Quanquam enim diſtet conditio militum ab his perſonis,quas conſtitutiones princip ales ſeparant:tamen qui in procinctu verſantur,quum eadem pericula expenãtur, iura quoque eadem meritò ſibi vendicant.

Procio, procis, procíui, procitum, pen. prod. procire, à Cio, Rumpere atque irritum facere. Hinc Turcoconſultus Irritum & ruptum teſtamentum procitum dicit, authore Feſto.

Procito, tas, pen.corr. Idem quod vocito {προκαλοῦμαι.} Feſtus. Citare enim vocitare eſt, vnde procer & procier.

Proclamo, proclamas, penult.prod. {κατακράζω} proclamáre, Palàm & valde clamare, vociferari. Liu. 1. ab Vrbe, Moti homines ſunt in eo iudicio maximè, Pub. Horatio parre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare: ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurũ fuiſſe. Cic.7. Verr. Adſunt, defendunt, proclamant: fidem tuam quæ nuſquã erat, nec vnquam fuit, implorant.
Proclamare in libertatem. Paulus in l 3 §. quod ſi ſeruus. D. de acquir. poſſeſſ. Alioquin ſi ex poſſeſſione ſeruitutis in libertatem proclamauerit, & liberale iudicium imploraverit, nihilominus in poſſeſſione mea eſt. Pandect. Florentinæ & Haloander habent, reclamauerit.

Proclamator, penult.prod. Verbale {κατακραγάτης.} Cicero 1.de Orat. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus, ſed eum virum qui primùm ſit eius artis antiſtes.

Proclino, proclinas. pen prod. {προκλίνω} proclinàre, Idem quod Inclinare ſignificat. Columel.lib.7.cap.10, Earum notanda ſunt capita quam in partem proclinentur.

Proclinatus, pen.prod. Participium {προκεκλιμένος.} vt
Partes proclinatæ. Ouid.2. Triſt.

Proclinatio, Verbale. Vitruu.lib.7, Non minus etiam obſeruandum eſt vti omnes ſtructuræ perpendiculo reſpõdeant, neque habeant in vlla parte proclinationes.

Procliuis, & hoc procliue, pen.prod. ſiue procliuus {ἐπίρροος, ἀνηφόρος, ὀλισθηρὸς, κατωφερὴς} Prono inclinatus, vel pronus, inclinatúſque, vt ait Donatus. Columella libro 9.cap.5, Cum onere per procliuia non ægrè deuolent. De apibus. Varro 2. de Re ruſtica, cap.2, Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum, vt euerri facilè poſſit, ac fieri purum.
Sceleri procliuis egeſtas. Sil.lib.13.
Ingenium procliue ad libidinem. Terent. And. 1.1.
Adoleſcentia procliuior. Cic. in Partit. Vt adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem.
Circa aliquid procliuior. Quintil lib.4.cap.5.
Procliuiores alij ad alios morbos. Cic.4.Tuſcul.
¶ Procliue, Quod facilè factu eſt. Plaut. Aſin.12,
Nam iſtud procliue eſt, quod iubes planè collocare.
Dictu procliue. Cicero 2. Offic Quum in hominibus iuuandis aũt mores ſpectari, aut fortuna ſolear, dictu quidem eſt procliue. itaque vulgò loquuntur, ſe in beneficiis col ocandis, mores hominum, non fortunam ſequi.
In procliui eſſe, in promptu, promptum, & facile. Terentius Andr.4.2,
Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat.
Vitia ſemel incitata in procliue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. Cic.4. Tuſcul.

Procliuus, Adiectiuum, vt Procliuus impetus. Lucret.lib.6,
Quo ſit vti pacto liber minus exitus amni,
Et procliuus ité fiat minus impetus vndis. Sic enim ex manuſcriptis legit Lambinus.

Procliuè, Aduerbium. Lucret.lib.2,
Et procurſus item procliuè volubilis extat. Neque eſt quod quenquam moueat ſyllaba vltima, nam breuem eſſe licet, cuiuſmodi eſt, ſublimè volantes, &c. Alij legunt, In procliue, vt ſit nomen.

Procliuiter, pen.corr. procliuius, procliuiſſimè, Aduerbium {ἐπιρρόως.} Cic. Antequam iret in exilium, Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris, non deſpoliabuntur honore: qui ſperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.
Multo procliuius. Lucret.lib.2.
Decurrere ad iras procliuius. Lucret.lib.3.
Verba procliuius labuntur breuitate & celeritate ſyllabarum. Cic. in Orat.

Procliuitas, penultima correp. procliuitatis {κατωφέρεια.} Cicero 4. Tuſculana, Hæc igitur procliuitas ad ſuum quodque genus à ſimilitudine corporis ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum procliuitas. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem.

PROCLVS {Πρόκλος} Lycius, diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus, præfuit ſcholæ Athenienſi, cuius diſcipulus & ſucceſſor fuit Marinus Neapolitanus. Scripſit plura in Grammatica & Philoſophia; Author Suidas. Is etiam eſt, cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor item M. Antonini, quem ad Conſulatum vſque prouexit, vt ſcribit Spartianus.
¶ Proclus, alter, Malleotes patria, qui ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & cõtra Epicurum. ¶ Proclus itẽ cognomẽto Proculeius è Laodicea Syriæ, qui ſcripſit theologicũ in Pandoræ fabulam Heſiodi, in Aurea carmina, Iſagogẽ in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædã Geometrica. ¶ Proclũ Naucratitam his Philoſtratus addit, qui dicit vnum fuiſſe ex ſuis præceptoribus, ac docuiſſe Athenis, filiumq;

habuisse luxui deditum, in quem non modò non severus fuit, sed vsqueadeò indulgens, vt in alendis canibus auibúsque adesset, dictitàs, has nugas eum citius cum senibus dimissurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino seruasse morem, vt ab initio à discipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata, vt illi solùm lectioni intenti, dum cogerentur, minimè per otium, vti moris est in ludo, inter se sibilent aut iurgentur, pueris cum pædagogis, ac adolescentibus in medio constitutis. Hæc ex Philostrato, apud Volaterranum.

Proco, procas {κωμᾷσθαι} procare, Poscere, inquit Festus. Liuius Ægystho, Quin quod parere vos maiestas mea procat, toleratis, templo hanc deducitis? Vade procaces meretrices ab assiduè poscendo, & proci, vxorem poscentes in matrimonium.

Procax, procacis, pen. prod. {ὑβριστὴς} Id est petax. Hinc Meretrix procax, Petulans, impudens, inuerecunda. Terent. Hecy. 1.2,
Maligna multo, & magis procax facta illicò est. Idem Heaut. 2. 1,
Mea est potès, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. pro Cælio, Vt non solùm meretrix, sed etiam procax videatur. De Clodia.
Odij procax Tacit. lib. 13.
Procax & superbus fastus. Plin. lib. 9. cap. 35.
¶Procax, de inanimantibus etiam dici potest. Virg. 1. Æneidos,
-penitúsque procacibus Austris. Id est, sæuientibus procellis.
Dicta procacia. Claud. 4 Paneg.
Epistola procax. Plin. in Præfat.
Lingua. Sil. lib. 8.
Locutio. Catul. in Epithalam. Iuliæ.
Manus. Plin. lib. 22. cap. 6.
Manum procacem armare, Id est Exercitum improbè aliquid repetentem. Seneca Agamem. 3.
Musa. Horat 2. Carm. ode 1.
Vernæ. Horat. 2. Serm. sat. 6.
¶Procacior {ὑβριστότερος} Comparatiuum. Ouid. 2. Tristium,
Cinna quoque his comes est, Cinnáque procacior Anser.
In fœminas procacior. Colum. lib 7. cap. 3.

Procacitas, penult. corr. procacitatis {ὕβρεις} Licentia turpium conuitiorum, qua meretrices & scurræ vtuntur. Cic. lib. 4. de Repub. A procãdo, id est poscendo, procacitas nominata est. Idẽ in Sallust. Aut si huius facta, mores, omnem ætatem mudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio.
Lepida procacitas. Martial. lib. 2, in Maximinam, cui tres tantùm erant dentes, idémque rubiginosi,
Mimos ridiculi Philistionis,
Et conuiuia nequiora vita,
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu. Id est, risu sic aperto vt perspiciantur dentes.
Stolida procacitate ludere. Martial. lib. 1. 125, in Cæcilium, Hoc est, impudenter & stolidè iocari.
¶Procacitas, Mordacitas. Cic. in Sallust. Nõ enim procacitate linguæ, vitæ sordes eluuntur.

Procax, pen. prod. procacius, procacissimè {ὑβριστικῶς.} Liu. 8. belli Pun. Flagitatum quoque stipẽdium procacius quàm ex more & modestia militari erat, & à custodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos iacta.

Procus, proci {κωμαστὴς, ωιητὴς} Matrimonij appetitor. Virg. 4. Æneidos,
-rursúsve procos irrita priores
Experiar? Ouid. epist 1,
Turba ruunt in me luxuriosa proci.
Diuites proci. Ouid. 2. Metam.
Spes procorum inuidiosa. Ouid. 4. Metam.
Ignoti & impudentes proci. Cic. de Claris Orat.

Procœton, procœtonis, pen. prod. m. g. {κοιτωνίτης} Antecubiculum & quasi excubitorium. Plin. Iun. ad Gallum, lib. 2. epist. 17, Post hanc, cubiculum eum procœtone, altitudine æstiuum, munimentis hybernum. Alij tamen Procœtium, procœtij dicunt genere neutro.

Procomion {κοσμίμιον} Id est, vt interpretatur Theodorus, coma apposititia. Hoc autem inter ornamenta mulierbria ponit Pollux libro 7. cap. 22.

PROCOMESIA, ancilla quædam, quam ex eiusdem diei coitu, alterũ domino similem partum, alterum procuratori eius enixam, refert Plin. lib. 7. cap. 11.

PROCONNESVS, penult. prod. {κοννήσσος} Insula est in Propontide. Plinius libro 5. cap. vltimo, Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonesus, vnde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris & Proconnesus dicta.

Proconsul, proconsulis, pen. corr. m. g. {ἀνθύπατος} non qui pro alio Consule præest prouinciæ, sed qui cum potestate consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur. Huius dictionis crebra est mentio apud historicos.

Proconsule, Vide EXCONSVLE. Diuus Augustinus in eo libello quem de grammatica scripsit, Ab e litera vocali, inquit, nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur: vt Proconsule, Proprætore. Ergo iuncta præpositione fiunt Latina, vt dixi, Proprætore & Proquæstore. Nam veteres nominatiuo casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen virilis generis apud Latinos in e exire. Hæc Augustinus. Cic. Verr. 5, C. Marcelle te appello, Siciliæ prouinciæ, quum esses Procõsule, præfuisti. Asconius in 2. Verr. Pompeius autem Proconsule de Hispania, Sertorio victo, nuper venerat. Plin. Iun. lib. 2. epist. 11. ad Arrianum, Marius Priscus accusantibus Afris, quibus Proconsule præfuit, omissa defensione iudices petiit. Budæus in Pandect. aliud esse Procõsulem, aliud pro Consule putat. Dicebant, inquit, veteres Proconsulem aliquem esse, & pro Consule esse. licet frequentius pro Consule dicerent, id est Consulari potestate. Cic. pro Lege Manil. Quid tam inusitatum, quàm quũ duo Cõsules clarissimi fortissimíque essent, vt eques Romanus ad belli maximum formidolosissimúmque pro Consule mitteretur? missus est.

Quo quidem tempore quũ esset non nemo in Senatu, qui diceret nõ oportere mitti hominem priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo Reip. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorum Consulum munus vnius adolescentis virtuti committeretur.

Proconsulatus, huius proconsulatus, penult. prod. {ἀνθυπατεία} Proconsulis dignitas. Plinius epistol. 12. libro 2, Summorum à Proconsulatu: quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare?

Proconsularis, & hoc Proconsulare, penult. prod. {ἀνθυπατικὸς} Quod ad Proconsulem pertinet. Gell. lib. 5. cap. 14, Quum prouinciam Africam Proconsulari imperio meus dominus obtineret.

PROCOPIVS {προκόπιος} è Cæsarea Palæstinæ orator & sophista, scripsit res Iustiniani, quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium patricium gesserat. cuius scriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Conposuit item alterum librum, quem inscripsit ἀνέκδοτα, id est non editas: vbi Comœdia quæ dã Iustiniani, & eius vxoris Theodoræ vituperationẽ continentem. Suidas.
Procopius alius fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem, in eius potestatẽ cum exercitu venit, proditus à duobus militibus: alligatúsq; deinde duabus per vim reflexis arboribus, discerptus est. De proditoribus etiam sumptum supplicium. Ex tripartita Historia.

Procrago, procraxi {πράξω} procraxisse, & per syncopen procrare, Palàm apertisse atque indicasse, & quasi in publico garrisse. Verbum est è Græco detortum κράζω, quod valet clamo, & vociferor. Lucretius lib. 5,
Quippe vbi se multi per somnia sæpe loquentes
Aut morbo delirantes procraxe ferantur:
Et celata diu in medium peccata dedisse. Quidam malũt legi, protraxe, vt habent plerique libri vulgati: sed Lambinus cum Hermolao hoc aptius & significantius esse contendunt. Adde quòd in aliquot manuscriptis ita reperitur scriptum.

Procrastino, procrastinas, pen. cor. {προτίθεμαι} procrastinãre, Diem de die trahere, differre. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Ac primò tem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt: deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere.

Procrastinatio, Verbale {ἀνάθεσις} Dilatio. Cicero 6 Philipp. Nam eum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Procreo, procreas {παιδοποιῶ} procreãre. Liberis operam dare. Liu. 1. ab Vrbe, Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Cic. pro Rosc. Amer. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procrearat.
Procreati ex gaudio lenones. Plaut. Rud. 2. 9.
Sic enim ab initio fui animatus, vt non magis me mea causa putarem esse natum, quàm Reipub. procreatum. Cic. Antequam iret in exilium.
Mente dura aliquem procreare. Catul. epig 55.
Procreare alicui periculum. Cic. ad Attic. lib. 2, Quum diceret in summa se perfidiæ & scelcris infamia fore, si mihi periculum procrearetur ab eo quem ipse armasset, quẽ plebeium fieri passus esset. Vetus codex habet Crederetur periculum.
Vtum procreare. Lucret. lib 4.

Procreor, procrearis, Passiuum. Varro lib. 8. de Ling. Lat. Non in volucribus generatim seruatur analogia? nõ ex aquilis, aquilæ, atque ex turdis, qui procreantur, turdi, &c.

Procreatio, Verbale {παιδοποίησις, παιδογονία.} Cic. 1. Tusc. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis?
Dissimilitudo locorum, nónne dissimiles hominũ procreationes habet? Cic. 2. de Diuinat.

Procreator, pen. prod. Verbale {παιδοποιητὴς.} Cic. 4. de Finib. Vt ij qui procreari essent, à procreatoribus amarentur.
Procreator mundi Deus. Cic. de Vniuers. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & voluntate genuisset.

Procreatrix, pen. prod. Verbale fœm. {παιδοποιήτρια.} Cic. 1. de Orat. Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricẽ quandam, & quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant.

Procresco, procrescis {γηθοσύνομαι} procrescere. Lucret. libro 2, Et res progigni, & genitas procrescere posse,
Ex quatuor rebus omnia procrescere. Lucret. lib. 1,
Vnde queat vis immensi procrescere morbi. Lucret. lib. 6.

PROCRIS {πρόκρις} inquit Seruius, filia Iphidi, vxor Cephali, quum audisset à rustico quodam amare eum Auram, quam inuocare consueuerat, ad syluas profecta est, & in fruticis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more solito Auram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commouit. Sperans Cephalus feram, hastam incuitabilem iecit, & ignarus interemit vxorem. Hæc & plura Seruius enarrans illud Virgilij 6. Æneid. His Phædram, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen. Vide Ouidium lib. 7. Metam. non procul à fine, vbi Procrin facit Erechthei filiam, & Orithyiæ sororem. Vnde & Erechthis vocatur.

Procubo, procubas, pen. corr. procubui, procubitum, pen. corr. {κατάκειμαι} procubãre, Vigilare: quasi porrò, hoc est longè esse à cubando. Sipontius. Virg. 3. Georgicorum,
-muscus vbi, & viridissima gramine ripa
Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra. Hoc est cubet. Sabinus legit protegat, exponitque defendat.

Procubitor, pen. corr. procubitoris {προφύλαξ} qui noctu, custodiæ causa ante castra excubat, authore Festo.

Procudo, procudis, procudi, procusum, pen. prod. {ἐπικόπτω, ἐπικαλκεύω} procũdere, Prolatare, cudendo extenuare, inquit Seruius, seu probè cudere, exacuerève. Virg. 1. Georgicorum,
-durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem.

Ira

Ira procudit enses. Horat. 4. Carm. ode 15.
Ignes procudunt ignem. Lucret. lib. 2. Alij legunt, producunt.
Procudere dolos Plaut Pseud. 9.
Linguam procudere. Cic. 3. de Orat. Non enim solùm acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum complendúmque pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, varietate.
Prolem propagando procudere. Id est procreare, producere. Lucret. lib 5. Et paulo antè, Secla propagando producere.
Volupras procuditur viuendo. Lucret. lib 3.

Procudendo {εἰς τὸ ὑπικοδόμησιν.} Lucret. lib. 5.

Procul, Aduerbium {ἄπωθεν, πόρρω, εἰς μακρὰν, πολλὸν, ὑπερβόλως, ἀπήλιωτον} Videtur componi ex porrò & longè, quasi Longè ab oculis. Plautus Curcul. 3,
Amabò, cuia vox auribus sonat procul? Cæs. 5. bel. Gall. Tum fumi incendiorum procul videbantur. Terent. Adelph. 3. 3,
Sed quis illic est, quem procul video?
Procul hinc. Terent. Eunuch. 4. 7,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugam. Idem Hecyra, 4. 3,
Quem cum istoc sermonẽ habueris, procul hinc stans accepi vxor. Ouid. 2. Metamorphoseos,
I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes.
Non procul, sed hîc. Cic. 2. in Catil. Qui iam non procul, vt quondam solebant, ab extero hoste & longinquo, sed hîc præsentes suo numine, atque auxilio, sua templa atque vrbis tecta defendunt.
Abscedere procul, Vide ABSCEDO.
Errare procul. Sallust. in Iugurtha, Cæterùm homines superbissimi procul errant. Hoc est, vehementer falluntur, & longè à vero iudicio abertant.
Procul esse. Ouid. 2. Metamorphoseos,
His quoque laudatis, procul est ait, arbiter omnis.
Procul, ô procul este profani. Virgil. 6. Æneid.
Procul alicunde quærere. Cic. 4. Verr. Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non quæsiuit procul alicunde.
Procul à. Terent. Adelph. 3. 2,
Postremò, quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hãc procul. Ouid. epist 4.
Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina compti.
Procul à conspectu imperij. Cic. de Lege agraria, Hæc quæ procul erant à conspectu imperij, non solùm afflixerunt, sed etiam, &c.
Procul à iudicio remota. Cicero pro Cluentio, Altera autem quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm trãquillis moderatísque iudiciis. Subauditur aliquando ipsa præpositio.
Procul à literis. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Cælestia procul esse à naturæ cognitione. Cic. 1. Acad.
Procul à patria. Virgil. 10. eclog.
Procul longè à. Plaut. Curcul. 6,
Hac noctu in somnis visus sum videriet
Procul ſedere longè à me Æsculapium.
Procul ab ostentatione posita res. Quintil. in Procem. lib. 1.
De procul, Vide DE.
¶Procul, aliquando præpositio est, & interdum ablatiuo, nonnunquam accusatiuo iungitur: si Grammaticis credimus.
Accusatiuo. Curtius, Procul vrbem. Liu. Decad. 3. lib. 14. de obsidione Sagunti, Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit. Nunc passim legitur, procul muro.
Ablatiuo. Tacitus, Nec procul cæde aberant. Id est propè interficiebantur.
Procul mari incolebant. Liu. 8. bel. Maced.
Non procul Oceano habet. Plin. lib. 5. cap 9.
Procul patria. Cic. ad Trebat. lib. 7. 6, Multi suam rem bene gesserc, & publicam patria procul.
Haud procul Neapoli. Plin. lib. 9. cap. 53.
Ambitione procul. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Procul discordibus armis. Virgil. 2. Georg.
Procul dubio, Id est certè. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 3.
Procul vero, sic dicitur vt Procul dubio. Columella in Præfatione libro 1, Nam illud procul vero est, quod plerique crediderunt, &c.

Proculco, proculcas {κατασκάλλω} proculcãre, Progrediendo, vel aliud agendo conculcare. Columella libro 2. cap. 20, Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam atteruntur vngulis, &c. Idem libro 2, capite 15, Tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant.
Segetes crescentes proculcat aper. Ouid. 8. Metam.
Vngula equorum proculcat eum crebro pulsu. Virgilius 12. Æneidos.
Fata proculcare, Mortem non curare, spernere. Seneca Theb. 1.

PROCVLEIVS, vt scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem & Murenam fuit, vt spoliatis bello ciuili patrimonium suũ ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiserat. Hæc Acron apud Horat. lib. 2. Carm. ode 2. Huius meminit & Plutarchus in vita Antonij.

Proculio, promitto: proculiunt, promittunt: proculinant, promittũt. Antistius de iure Pontificali lib. 9. Festus.

PROCVLVS, penult. corr. {προκλῆς} cognomen eius qui natus sit patre peregrinante à patria procul. Plaut. Menæchmis,
Iubeas Proculum afferri tibi. Sunt qui credant Proculos ideò dictos, quia patribus senibus, quasi procul progressis ætate nati sunt. Festus.

Procumbo, procumbis, procubui, procubitum, penultima correpta. {προκατάπτω, κατάκλιμαι} procũmbere, Prosterni, procliuem iacère. Liuius 1. ab Vrbe, Ipsum sessum via procubuisse. Columella lib. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes x. vel vt minimum IX. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugatio ad circumeundum laxa ministeria præbeat.
Soluti vino procubuere. Virgil. 9. Æneid.
Lassus studio venandi procubuit. Ouid. 3. Metam.
In terram toto procumbere vultu. Ouid. 14. Metam.
Terræ procumbere, hoc est in terram. Ouid. 2. Metam.
Pede offenso. Ouid. 2. Fast.
Genu succiduo. Ouid. epist. 13.
Genu posito suppliciter. Ouid. 2. Fast.
Genibus alicuius procumbere: Hoc est ad genua. Ouidius 13. Metamorph.
Procumbere ad genua, vel ad pedes alicuius. Liu. 5. bel. Pun.
Ante pedes alicuius. Ouid. epist. 12.
Procumbere ad arborem. Plin. lib. 8. cap. 16.
Procumbere in armos. Martial. lib. 1. 56,

Alta iuuenecrum vulnera figet vbi?
Procubuit lupa. Virgil. 8. Æneid.
Culmus procumbit grauidis aristis. Virgil. 1. Georg.
Domus lapsa in domini procubuit caput. Ouidius lib. 1. de Ponto, eleg. 10.
Nemora omnia latè procumbunt. Lucan. lib. 3.
Poplites procumbunt. Lucret. lib. 4.
Procubuere segetes imbribus. Cæs. 6. bel. Gall.
Tectum thalami procumbit. Ouid. 4. Fast.
Tecta super habitantes procubuere. Quintil. lib. 2. cap 16.
Turris procubuit pondere. Virgil. 9. Æneid.
Procumbunt milites, pro Cadunt. Cæs. 2. bel. Ciuil.
Procumbit humi bos. Virgil. 5. Æneid.
Metu procubuere feræ. Stat. 4. Thebaid.
Bello & armis procubuisse. Valer. 4. Argon.
Certamine summo procumbunt. Virgil. 5. Æneid.
Procubuere pares fatis. Stat. 2. Thebaid.
Ictu saxi procumbit. Sil. lib 8.
Manu nostra procubuere. Ouid. 13. Metam.
Strage hac me vellem procubuisse. Valer. 3. Argon.
¶Procumbere, Demitti. Plin. lib. 16. cap. 36. de arundinibus, Omnibus verò folia à nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque à medio internodio, cum plurimum, desinunt vestire, procumbúntque. Hoc est, in terram inclinantur.
Taxi procumbentes Lucan. lib 3.
¶Procumbere, Inclinari. Alfenus in l. si quando. D. si seruit. vendicet. Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum semipedem aut amplius procumberet: agi oporteret, &c.

Procuro, procuras, pen. prod. {ἐπιμελοῦμαι} procurãre, Administrationem alienarum rerum gerere, diligenter rem suam vel alienam administrare. Cicero ad Cornificium, libro 12. 24, Is procurat rationes negotiáque Dionysij nostri. Idem 1. Academica, Procurante cælestia maximè, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines.
Procurare prouinciam. Plin. lib. 7. cap. 16.
¶Procurare {ἐφιστῶδαι} Expiare. Gell. lib. 4. cap. 6, Vt terram moiusse nuntiari solet, eáque res procuratur. Et paulo pòst, De ea re ita censuerunt, vt M. Antonius Cõsul hostiis maioribus Ioui & Marti consecraret.
Procurare & expiare. Cic. 2. de Diuinat. Officium autem esse eius, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quídque significent, quemadmodúmque ea procurentur, atque expientur.
Procurare sacrificia. Cæs. 6. bel. Gall.
Magna vis est in monstris interpretandis ac procurandis, in Aruspicum disciplina. Cic. 1. de Diuinat.
¶Procurare, Simpliciter curare. Plaut. Pœn. 2,

Nutrices pueros, infantes minutulos
Domi procurent. Apuleius, Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inueni.
Ædes procurare. Varro de Ling. Lat. lib. 4, Ædilis, qui ædes sacras & priuatas procuraret.
Corpora procurare. Virgil. 9. Æneid.
Stabulis procurans otia pastor. Sil. lib. 6.
¶Procurare arbores, Adhibita diligentia excolere, & prouidere vt crescant. Cato de Re rust. cap. 43, Eodem modo cæteras arbores procurato.

Procuratio, Verbale {ἐπιμέλεια.} Varro 1. de Re rustica, cap. 1, Adueneror Mineruam & Venerem, quarum vnius procuratio oleti, alterius hortorum.
Negotij publici procuratio. Cic. pro Sextio.
Adferere sibi procurationem. Vlpian. in l. quæ omnia. D. de procurat. Nec ferẽdus est procurator, qui sibi adferit procurationem. Nam hoc ipso suspectus est, quòd operam suam ingerit inuito: nisi fortè purgare magis conuicium, quam procurationem exequi maluerit.
Habere procurationem alicuius rei. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Sunt philosophi & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos.
Procuratio & authoritas. Cic. pro Rosc. Amer. Qui postea, quàm magistratus creauit, legésque constituit, sua cuique procuratio authoritásque est restituta.
Suscipere procurationem rei alicuius. Vlpian. in l. si verò. 5. si filiofamiliãs. D. mandati, vel contrá.
Procurationem committere. Cic. 7. Verr. Mihi sacrarum ædiũ procurationem, mihi totam vrbem tuendam esse commissam.
Cura & procuratio. Cicero 1. Academica, Dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipublicæ non solùm cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum & constrictum tenebat, &c.
¶Procuratio, Expiatio. Cic. 1. de Diuinat. Atque etiam scriptum à multis est, quum terræmotus factus esset, vt sue plena procuratio fieret.

Procuratio & expiatio. Cic. 2. de Legib. Iam de aruſpicum religione, de expiationibus & procurationibus ſatis ſupérque in ipſa lege dictum puto.

Procurator, pen. prod. procuratoris, Verbale {ἐπιτροπος, διαμελητὴς, διοικητὴς, ἐπανδρωτὴς.} Vlpianus De procuratoribus & defenſoribus, l.1. Procurator eſt qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. Cic. pro Quintio, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij familiaris & propinquus Sex. Nævij deiicit.

Procurator ducenarius, apud Tranquillum in vita Claudij, eſt qui ducenariæ, id eſt ducenteſimæ colligendæ præerat, quam ἑκατοστὴν appellat Dio. Fortaſſe quis à numero vocari cenſeat: alius à ſalario ducenario, quæ videtur ſententia eſſe Dionis lib. 1.

Procurator, Ciceroni dicitur in Oratione pro Cecinna, legitimè eſſe, qui noſtri negotij aliquid gerit, alieno præpoſitus negotio penè dominus, & alieni iuris vicarius, præſertim bonorum illius qui Reipub. cauſa abeſt. Hos hodie *factores* appellamus.

Mandare aliquid procuratori de agricultura. Cic. 1. de Orat.

Agere per procuratores. Cic. Att. lib. 4, Mihi mehercule nihil videbatur eſſe in quo tãculum intereſſet vtrum per procuratores ageres an per teipſum.

Procurator regni. Cæſ. 3. bel. Ciuil.

Voluntarius procurator. Cic. de Clar. Orat. Ego à te huius voluntarius procurator petam.

Procurator dromi, in miniſterio quod ad factiones circi, & ludos circenſes pertinebat, dicebatur olim, qui eius loci procurationem gerebat, vbi equos ſuos veneti aut alia factio exercere ſolebant. Dromus enim hîc locum ſignificat, éſtque planè hippodromus. Hoc ex priſcis titulis eruit Turnebus, vt in illa epigrapha, Procuratori domi factionis venetæ, &c.

Procuratrix, pen prod. Verbale fœm. {ἐπιτροπος.} Cicero 4. de Finib. Sed quum ſapientiam totius hominis cuſtodem & procuratricem eſſe vellent, quæ eſſet naturæ comes, &c.

Procuratorius, Adiectiuum. Vlpian. in l. ſiquis quum procuratorio nomine condemnatus eſſet, hęres exſtiterit domino litis, &c. D. de procuratoribus. Caius in l. ſi quis in rem ſuam procuratorio nomine agat. eod. tit.

Exceptio procuratoria. Pomponius in l. ad legatum. D. de procuratoribus.

Procurro, procurris, procurri, procurſum {προ τρέχω, προδίδωμι} procúrrere, Vltra, ſiue longè currere. Colum. lib 6, Ex domitis bubus, valentiſſimum, cundémque placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrabat, & cunctantem producat. Cæſ. 5. belli Gall. Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Sic apud Virgilium 9. Æneid. Procurrere longius.

Procurrere ad mortem. Plin. Iun. lib 1. epiſt. 22.
Procurrere ad oras. Lucret. lib. 1.
Procurrere in vias. Liu. 4. ab Vrbe.
Procurrere in publicum. Liu. 4. bel. Maced.
In pugnam. Colum. lib. 7. cap. 3.
In aciem, Vide ACIES.
Vitæ ſpatium pede inoffenſo. Ouid. 3. Triſt. eleg 4.
Procurrere in Occidentem. Colum. lib. 6. cap. 27,
Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris, &c. Id eſt, protenditur. Ouid. 4. Faſt.
In mare procurrit Apeninus. Horat. Epod. 16.

Procurrens, Participium {προτρέχων.} vt Procurrens ſinus inter duo maria. Plin. lib. 4. cap. 11.

Saxa procurrentia. Virgil. 5. Æneidos,
Inſœlix ſaxis in procurrentibus hæſit. Id eſt præminentibus; & veluti obuiam venientibus. Seruius.

Procurrens in longitudinem radix. Plin. lib. 18. cap. 13.

Procurſus, huius procurſus {προσδρόμημα.} Liu. 2. bel. Pun. Tumultuario prælio, ac procurſu magis militum, quàm ex præparato, aut iuſſu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit.

Rapidus procurſus. Virgil. 12. Æneid.
Magno procurſu agebat equos. Stat. 9. Thebaid.
Faciles ſternit procurſibus herbas. Stat. 4. Thebaid.
Procurſus angulosus. Plin. lib. 5. cap. 10.

Procurſus, Lucretio lib. 2, Curſus productus, & porrotenus continuatus,
Et procurſus item in procliue volubilis extat. Quidam habent percurſus.

Procurſio, Verbale {προσδρομὴ} Excurſio, vel digreſſio à cauſa. Quintil. lib. 4. cap. 3, Non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationẽ illa procurſio. Vide Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

Procurſio, Aliquantus progreſſus. Quintil. lib. 11. cap. vlt. vbi de pedum geſtibus loquitur: Varicare pedes ſupra modum, & in ſtando deforme eſt, & accedente motu propè obſcœnum. Procurſio opportuna, breuis, moderata, rara: conuenit etiam & ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat. Diſcurſare verò ineptiſſimum, &c.

Procurſo, procurſas {προτρέχω} procurſare, Frequentatiuum. Liu. 7. bel. Pun. Ibi per dies aliquot quum ab ſtationibus procurſaretur. Plin. lib. 8. cap. 5, Procurſantibus inter eos qui laceſſerent, non potuiſſe cẽſici, &c.

Procurſator, pen. prod. procurſatóris, Verbale. Liuius Decad. 5. libro 2, Breue certamen lenis armaturæ maximè cum procurſatoribus fuit.

Procurſatio, Verbale {ἐπιδρομὴ.} Liu. 8. bel. Pun. A quibus vbi per procurſationem commiſſa pugna eſſet, &c.

Procurſus, Adiectiuum {πολυκαμπύλος} Valde curuũ ſignificat. Virg. 2. Georgicorum,
Contrà non vlla eſt oleis cultura, neque illæ
Procuruam expectant falcem.
Littora procurua. Virgil. 5. Æneid.

Procus, Vide PROCO, procas.

Procus, & plural. proci, dicebantur proceres in claſſibus, iam inde à Seruio Tullio. De his intelligendus eſt locus ille apud Ciceronem in orat. ad Brutum, vbi inquit, Iam, vt Cenſoriæ tabulæ loquuntur, Fabrũm & procũm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Feſtus, Procũm patriciũm in deſcriptione claſſium, quam fecit Seruius Tullius, ſignificat procerum: ij enim ſunt principes.

PROCVSTES, vel Procruſtes {προκόπτω} vt author eſt Plutarchus in Romulo, Latro inſignis in Attica regione, qui hoſpites interimere ſolitus, ab Hercule hoſpite interfectus eſt. Hic ſuper Cephiſum flumen habitans, & nocte ſuos hoſpites trucidans, à Theſeo Ægei filio, vt ait Bocatius, ſuperatus atque interemptus eſt.

Immitis Procuſtes. Ouid. 7. Metam.

PROCYON, pen. corr. {προκύων} teſte Plin lib. 18. cap 38, ſtella eſt, quæ alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante maiorem Canem exoritur. Caniculæ enim exortu, accendi ſolis vapores quis ignorat? cuius ſideris effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur: feruent maria, exoriente eo: fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna, canes etiam in rabiem agitantur. Colum. lib. 12, ſcribit, quòd Idib. Iuliis Procyon exoritur mane, & tẽpeſtatem ſignificat. Poſtea inquit, V II. Cal. Auguſti, Canicula apparet, éſtque caligo æſtuoſa.

Latinis autem Anticanis, Græcis Procyon dicitur & Sirius. Cic. 2. de Nat. deorum,
Anticanis Procyon Graio qui nomine fertur. Ex poeta.

Prodeambulo, prodeambulas. pen. corr. {ἐκπεριπατῶ} prodeambulãre, quaſi foris deambulare. Terent. Adelph. 5. 1,
Prodeambulare huc libitum eſt.

Prodeo, prodis, prodiui vel prodij, proditum. penult. corr. {προέρχομαι, παρέρχομαι} prodíre, Vltrà ire, ſiue foras ire, quaſi portò ire. Ex pro, & eo, is. d, interpoſita. Terent. Eunuch. 5. 7,
Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. Id eſt, ob id exeo, vt, &c.
Prodire ad aliquem. Plaut. Caſin. 19,
Atque illi ad me prodeunt.
Prodire ad colloquium. Cæſ. 5. bel. Gall.
E limine. Tibull. lib. 3. eleg. 3.
Ex portu. Cæſ. 3. bel. Ciuil.
Extra modum. Cic. 1. Offic. Cauendum eſt, præſertim ſi ipſe ædificeS, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas.
In aciem, Vide ACIES.
In conſpectum alterius. Terent. Phorm. 2. 4.
In forus. Varro 1. de Re ruſt. cap. 69.
In hoſtem. Lucan. lib. 7.
Prodeunt in paſcua pecudes. Colum. lib. 7. cap. 10.
In prælium. Cæſ. 3. bel. Ciuil.
In publicum. Cic. 3. Verr. Prodeundi tibi in publicum poteſtatem factam negas.
In ſcenam. Cicero 1. Officior. In ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.
Intus prodire, Vide INTVS.
Obuiam alicui. Cic. 4. Verr. Eiuſmodi literas ad eos miſit, vt huic frequentes obuiam prodirent.
Obuium prodire réduci. Ouid. epiſt. 8.
¶ Prodire Procedere. Virgil. 6. Æneidos,
-illæ tantum prodire volando,
Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum.
Infans prodit vtero matris. Ouid 1. Faſt.
¶ Proditur, pen. prod. Imperſonale. Cic. 1. de Inuent. Ne ab vltimo repetatur: ne ad extremum prodeatur.

Prodico, prodicis, prodicere, Antè dicere. Varro libro 5. de Lingua Latina, Hinc illa, Indicit illum: indixit funus, prodixit diem, &c. Alij prædixit legunt.

Prodictator, peręt. prod. Prodictatoris {ὑπατικὸς πάτερ} Qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liuius 2. bel. Pun. Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum.

PRODICVS, pen. prod. {προδίκος} Cous, cuius quanta fuerit authoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In cõcilio Athenienſium magnam eſt laudem adeptus, quanquam voce grauiore atque abſona. Conatúſque eſt in ea ciuitate primarios ex quaque nobili familia adoleſcentes ſibi deuincire, quorum hoſpitium vſui ſibi & voluptati foret. Hæc è Philoſtrato. Suidas autem dicit eum Cium fuiſſe, nimirum è Ceo inſula, & Democriti ac Gorgiæ temporibus, libríſque ediditſſe, qui inſcribitur θῆρας, in quo finxit Herculem, virtuti pariter ac voluptati congreſſum, & vtraque adhortante, tandem à virtute perſuaſum alteram ipſi ſequiſſe.

Prodicus dici poteſt & verti præiudicator, qui antè de lite pronuntiet, quàm ad Iudices delata ſit. Vide Eraſmum in Adagio, Prodico doctior.

Prodigium, prodigij {τέρας, προκατάδυμα, προφήτευμα} Quaſi porrodicium, quòd porrò dicat, porrò ſignificet, & aliquid futurum eſſe portẽdat. Feſtus, Prodigia, quòd prędicunt futura, permutatione c literæ: nam quæ nunc c appellatur, ab antiquis o vocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virgil. 3. Æneidos,
Sola nouum dictúſque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit. Cic. 6. Verr. Etenim multa ſæpe prodigia, vim eius numénque declarant Cereris.

Prodigia, quia prædicunt aliquid. Cic. 1. de Diuinat. Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, mõſtra, prodigia dicuntur.

Heu prodigia ventis. Plin. lib. 19. cap. 4.
Prodigio ſimile. Plin. lib. 12. cap. 26.
Locus notus prodigio. Ouid. 6. Metam.
P. Clodius fatale portentum, prodigiúmque Reip. Cic. in Piſon.
Factum diuinitùs prodigium. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Lætum, Vide LAETVS.

Miſerabile

Miſerabile diuum. Stat. 11. Thebaid.
Prodigiis acti cæleſtibus oſſa piabunt. Virg 6. Æneid.
Implere prodigium. Plin. lib. 10. cap. 18, de Pico Martio, Reſpondere vates, exitium imperio portendi ſi dimitteretur: at ſi examinaretur, Prætori. Et ille auem protinus concerpſit, nec multo pòſt impleuit prodigium. Id eſt, mortuus eſt.

Prodigiator, penult. prod. prodigiatoris {προφητοπόπος} Qui ex prodigio futura prænuntiat. Feſtus, Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes.

Prodigioſus, pen. prod. Adiectiuum {προφητώδης, προφητικός} Quod prodigium facit, vel quod præter naturam eſt & conſuetudinem. Plin. lib. 10. cap. 63, Partus aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant. De canibus.

Aſtra prodigioſa. Stat. 3. Thebaid.
Corpora. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prodigioſi & longiores ſolis defectus. Plin. lib. 2. cap. 30.
Honor. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutrop.
Mendacia veterum vatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.

Prodigioſè, pen. prod. Aduerbium {προφητώδως} Præter naturam vel morem. Plin. lib. 11. cap. 37, Lien cum iecinore locum aliquando permutat, ſed prodigioſè.

Prodigioſe vitam ludificari. Plin. lib. 30. cap. 11, Bubonis certè oculorum cinerem inter ea quibus prodigioſè vitam ludificantur, acceperim.

Prodigialis, & hoc prodigiale, pen. prod. {προφήτικος} Quod prodigium procurat. Plaut. Amphit. 8,
Sed mulier poſtquam experrecta eſt, prodigiali Ioui
Aut mola ſalſa hodie, aut thure compręcatum oportuit.
Rubens prodigiale cometes: Hoc eſt prodigialiter, nomen pro aduerbio. Claud. 1. de Rapt. Proſerp.

Prodigialiter, pen. corr. Aduerbium {προφητικῶς} Idem quod Prodigioſè. Colum. lib. 3. cap. 3, Nam illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis accidiſſe.

Variare rem vnam prodigialiter. Horat. in Arte.

Prodigæ hoſtiæ, Vide paulo pòſt in PRODIGVVS.

Prodigo, prodigis, pen. corr. prodegi, pen. prod. {ἀποδίδωμι, ἀσωτεύομαι} prodigere, Conſumere, vltra modum erogare. Compoſitum ex Pro, & Ago, agis. Plaut. Aulul. 13,
-feſto die ſiquid prodégeris,
Profeſto egere liceat, niſi peperceris. Modeſtinus in l. plebiſcito. D. de offic Præſid. Plebiſcito cõtinetur, vt nequis præſidum munus donúmve caperet, niſi eſculentum potulen úmve, quod intra dies proximos prodigatur. id eſt conſumatur.

¶ Prodigere, Procul adigere. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4, Admiſſuras quum faciunt, prodigunt in lutoſos limites. De ſuibus. Idem lib. 3. cap. 9, Prodigendi in ſolem & ſterquilinium, vt ſe volutare poſſint, quòd ita albiores fiunt.

Prodigus, pen. corr. Adiectiuum {ἄσωτος, ἀκόλαστος, χρῆστος} Præter modum liberalis & profuſus. Cic. 2. Offic. Omniso duo genera ſunt largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationúmque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino ſunt relicturi. Plaut. Moſtel. 12, Prodigus ſui peculij.

Prodigus, ex eo appellatus eſt, quòd ſua foras agat, propellat, & protrudat. nam prodigere eſt id propriè: atque in hac ſignificatione vſurpatum reperimus, quæ eius vis primigenia eſt: inde enim factum vt prodigere ſit conſumere. Turnebus.

Prodigus, pro Liberali aliquando ponitur. Horat. 1. Carm. ode 12,
animæque magnæ
Prodigum Paulum ſuperante Pœno
Gratus inſigni referam camœna

Fabritiúmque. Acron tamen hoc loco interpretatur pro contemptore vitæ: idémque ſentit Porphyrio.

Homo largitor & prodigus. Cic. 4. in Catil.
Æris prodigus Horat. in Arte.
Animæ prodigus, pro Contemptore vitæ. Horat. 1. Carm. ode 12.
Auri prodigus. Claud. 2. Paneg.
Prodiga gens animæ. Sil. Ital. lib. 1.
Lucri neglecti. Claud. de bel. Get.
Nocendi. Stat. 6. Thebaid.
Sanguinis atque animæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Prodigus re aliqua. Plin. lib. 9. cap. 17.

Prodigus in honoribus decernendis. Cic. ad Brut. 15, Quòd in honoribus decernendis eſſem nimius, & tanquam prodigus.

Fides prodiga arcani. Horat. 1. Carm. ode 18.
Locus prodigus multæ herbæ. Horat. 1. epiſt. 7.
Mens prodiga. Plin. lib. 36. cap. 15.
Odor. Plin. lib. 13. cap. 3.
Pectora prodiga vitæ. Stat. 3. Thebaid.
Tellus prodiga diuitias & alimenta ſuggerit. Ouid. 15. Metam.

Prodigè, pen. corr. Aduerbium {ἀσώτως} Effuſè. Cic. 11. Philipp. Sed non poſſunt non prodigè viuere, qui noſtra bona ſperant, quum effundunt ſua.

Prodigitas, pen. corr. prodigitatis, antiquum {ἀσωτία} Profuſio. Lucil. lib. 6. Satyrarum,
Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitáſque. Ex Nonio.

Prodigentia, prodigentiæ {ἀκολασία.} Tacit. lib. 13, Cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigentiam mirè congruebat.

Prodiguus, prodigua, prodiguum. Vnde & Prodiguæ hoſtiæ vocantur, vt ait Veranius, quæ conſumuntur: vnde homines quoque luxurioſi, prodigi. Feſtus.

Prodiunt, prodeunt, vt Ennius Annalium lib. 3,
Prodiunt famuli, tum candida lumina lucent. Prodit, non ſolùm in apertum exit, ſignificat: ſed etiam porrò it. Prodit, memoriæ porrò dat, & fallit. Item ex interiore loco procedit. Item perdit, vt Ennius,

Non in ſperando cupidè rem prodere ſummam. Feſtus.

Prodiqui {προέθηκα} qui alterius tutelam curámve ſuſcipiunt apud Lacedæmonios appellantur. Alexand. lib. 6. cap. 10.

Proditio, Vide PRODO.

Prodius {ὑβρίστης} dictum eſt interius, longius, inquit Nonius, A prodeundo, quaſi porrò eundo. Varro Virgula diuina, Primùm venit in vrbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introiit domum. Id eſt intra priuatos muros.

Prodo, prodis, prodidi, proditum, pen. corr. {προβάλλω, προεκτίθημι, παραπροδίδωμι} pródere, Longè proiicere, porrò dare, ait Seruius, excludere, propellere. Virgil. 1. Æneidos,
Nauibus, infandum, amiſſis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris. Seipſum interpretatur Virgilius, quum ait, Longè diſiungimur oris. Donat. in Terentium, Deſerimur, proiicimur, decipimur, exponit.

Proditur extrà, Id eſt foras editur. Lucret. lib. 2,
-ſed mobilitate
Ante aliqua tangi partum, quàm proditur extrà. Alij aliter legunt. Lambinus.

Conamen alarum proditur. Lucret. lib. 6,
Et conamen vtrinque alarum proditur omne.

¶ Prodere, Deferre, oſtendere, patefacere. Virgil. 2. Æneidos,
Prodere voce ſua quenquam, aut apponere morti. Terent. Heaut. 4. 3. Tu quidem illum planè prodis.

Conſcios prodere. Cic. 2. Tuſcul. An colli inſtitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios, multa officia relinquente?

Furor próditur vultu Seneca Hippol. 4.
Indicio ſuo próditur. Ouid. epiſt. 11.
Inſidias prodere. Ouid. 13. Metam.

Dogma prodere. Cic. 4. Academ. Scelus enim dicebas eſſe, Luculle dogma prodere.

Artes ſuas prodere. Ouid. 1. de Remed. amor.

¶ Prodere interregem, pro Nominare, renuntiare, vt ait Budæus. Liu. 6. ab Vrbe. Sic Prodere flaminem, apud Ciceronem pro Milone. Pomponius in l. 2. D. de orig. iuris. Itaque Dictatores prodíti ſunt.

¶ Prodere, Decipere, deferete, authore Donato. Terent. Adel. 4. 5,
Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum. Idem Hecyr 4. 4,
-eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæſo potius? Donatus, Deſeremus, proiiciemus, portò dabimus.

Coniugium prodere, Decipere. Virgil. 4. Æneid. Seruius.
Amici partim me deſeruerunt, partim prodiderunt. Cic. Q. fratri, libro 1. 3,
Otio prodimur Plin. in Paneg.

¶ Prodere, Proferre, prolatare, differre, interprete Donato. Terent. Andr. 2. 1,
Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. Lucil. lib. 5. Satyrarum,
Poſſíſne elabi, an prodenda dies. Sic Nonius etiam interpretatur, & legit hunc Terentij locum: licet vulgata exemplaria legant protrahat.

Prodidiſſe, non ſolùm dicitur in illis qui patriam hoſtibus prodiderunt, ſed etiam tempus longius feciſſe. Cato: Te C. Cæcili diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, quum proditionem non haberent. Feſtus.

¶ Prodere, Propagare. Virgil. 4. Æneidos,
Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri
Proderet. Cic. 7. Verr. Imagines ad memoriam, poſteritatémque prodendam.

¶ Prodere, Dare. Salluſt. Antequam arcem proderent hoſtibus.

¶ Caput & ſalutem alicuius mercede prodere. Cic. in Piſon.

Claſſem prodere prædonibus. Cic. 7. Verr. Tunc iſte hoc cauſæ dicit, quòd claſſem prædonibus prodidiſſent.

Exemplum prodere. Liu. 1. ab Vrbe. Tacitus, Non tamen adeò ſterile virtutum ſeculum, vt non & bona exempla prodiderit. Hoc eſt ediderit.

Fidem prodere, Iureiurando non ſtare. Saluſt. in Catil. Budæus.

Imitationem prodere exempli. Cic. pro Flacco, Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum prodereris.

Legem prodere, Deſtituere. Vlpianus ad legem Iuliam, De adulteriis. l legem.

Mentiendi licentiam prodere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Officium prodere, Contra officium facere. Cic. 4. Acad. Qui ſtatuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officium prodat, aut fidem.

Parentes. Lucret. lib. 3.

Patriam, Quaſi antè dare, inquit Seruius. Cicero, In eum pœnam qui prodere hoſtibus patriam cogitaret.

Etiphyla ſalutem viri prodidit. Cic. 6. Verr.

Vitam prodere, Exponere ſe vitæ periculo. Terent. Heaut. 3. 1.

¶ Prodere poſteris, & Accipere à maioribus, contraria. Cic. de Senectute, Non accipere modò hæc à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere.

Prodere gloriam & laudem poſteris. Cic. in Somn. Scip. Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vaiuſcuiuſque noſtrum à patribus acceptas poſteris prodere, tamen, &c.

¶ Prodere, pro Scribere & componere, quod poſteri legant, quaſi dare poſteris. Plin. lib. 6. cap. 23, Regnabat ibi quum hæc proderem, Celebrotas.

Prodere literis. Cic. pro Archia, Quæret quiſpiam, Quid illi ipſi ſummi viri, quorum virtutes literis proditæ ſunt, iſtâne doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?

Prodere memoriæ, Idem Cic. pro Milone, Itaque hoc Iudices, non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt.

Sermonem memoriæ.Cic.3.de Orat.
Prodidit memoria.Colum.lib.1.cap.4.
Prodere memoriam alicuius facti dicitur loti nomen.Cæsar 1. bell.Gall. Ne committeret vt is locus vbi consistissent,ex calamitate Pop. Romani, & internecione exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet. Id est ad posteros transmitteret,vt perpetua esset memoria.
Prodere memoriam posteris. Cic.2. Offic. Danda opera est,vt his beneficiis quàm plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur.
Prodere monumentis. Cic.1. de Legib. Factáque & consulta fortium & sapientum cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere.
Prodit fama,pro Refert.Celsus lib.2,cap.6.
Prodiderunt poetæ. Cic 3. Offic. Vtile videbatur Vlyssi, vt quidam poetæ Tragici prodiderunt.
Produnt vix quinto anno reuerti negotiatores.Sub.authores.Plin. lib.12.cap.19.
¶Proditur. pen.cor.Impersonale. Plin.lib.8.cap. vlt.Iam quædam animalia indigenis innoxia,aduenas interimunt:sicut serpentes parui in Tyrinthe,quos terra nasci proditur.
Proditum est memoriæ,ac literis.Cic.3.Verr.Quum in ea ipsa loca veniisti, potuisti accipere id quod est proditum memoriæ ac literis.
Proditum memoria.Cæs.5.bell.Gal.Quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt.

Proditus pen.corr. Participium {προδιδωμι, προδοτος} Deceptus, circumuentus. Cic.ad Attic.lib.3. Quandoquidem ego proditus, inductus,coniectus in fraudem,omnia mea præsidia neglexi.
A socio proditus.Ouid.13 Metam.
Proditus ac nudatus Consul.Cic.2.Verr.
Dies prodita,qua quid agatur. Cic.pro Domo, Quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die qua die iudicium sit futurum. Hoc est,edita,de clarata.
Ira prodita turbato vultu. Lucanus lib 3. Id est manifestata.
Proditio nobis prodita est, & prodita à duce,quærimus proditorem.Quinti.lib 7.cap 2.
Vox prodita.Valer 5.Argon.
¶Proditus,Foras editus,& prolatus.Lucret.lib 3,
Quid dubitas tandem quin extrà prodita corpus,
Imbecilla foras,&c. De anima.

Proditor,pen.corr.Verbale {προδοτης.} Cic 3 de Finib Nec magis virtute randus est proditor patriæ, quàm communis vtilitatis aut salutis desertor.
Culpæ proditor.Ouid 2.Amor.eleg.8.
Conseruator patriæ,& Proditor,contraria.Cic.Cassio,lib.12.3,Sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus.
Proditor aut desertor salutis meæ.Cic.Post redit ad Quirites.
Risus proditor puellæ latentis ab angulo.Horat.1.Carm.ode 9.
Initio proditor,deinde perfuga.Cic pro Rosc.Amer.
Occultus proditor.Claud.1.Paneg.
Induere proditorem.Tacit.lib.16.

Proditio {προδοσια} Aliud verbale.Liuius 4. ab Vrbe, Quum ab Tribunis parari c o s s.vnius ex collegio proditione excepissent,&c.
Arcanorum proditio Plin.lib 7.cap.45.
Proditiones amicitiarum & Rerump.Cic.4.Acad.
Infida proditio.Ouid.3.de Arte.
Potens proditione.Ouid.8.Metam.
Merces proditionis.Lucan.lib.4.
Falsa sub proditione aliquem neci demittere.Virg.2.Æneid. Gallicè,*Trasstreusement par,ou en trahison.*

Prodoceo, prodoces, prodocui, prodocêre, Foris,palàm,& publicè docere.Pro enim in cõpositione sæpe idem valet, quod foris, seu foras & palám.Horat.lib.1.epist.1,
O ciues,ciues:quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos:hæc Ianus summus ab imo
Prodocet:hæc recinunt iuuenes dictata senésque,&c. Sic enim legit Lambinus,& rectè meo quidem iudicio.

Prodromus, prodromi, penult.corr. masc.gen. {προδρομος} Latinè præcursor dicitur. Cicero Attico,lib.1.7,Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperrè Pompeium acturum. Eidem, lib. 16, Ego adhuc(peruéni enim Vibonem ad Siccam)magis commodè,quàm strenuè nauigaui: remis enim magnam partem, prodromi nulli. Manutius hunc locum de prodromis Aquilonibus putat intelligendum.
Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. Plin, lib.16.8.
Prodromi,Aquilones venti, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt: ideo prodromi dicti,à præcurrendo.Columella lib. 11. cap. 2, Sexto Idus Iulias prodromi flare incipiunt. Vide Plisium libro secundo,cap.47.

Produco,producis,pen.pro.produxi,productũ {τεινω,εκτεινω,εκτεινω, εκτανυω,επεκτεινω,προτεινω,παρεκτεινω,παρεκτεινω,παρελκω,μακυνω} producere,In longum ducere,Prolongare. Et tam de tempore, quàm de corporeis rebus dicitur.Cic.de Senect. Conuiuiúmque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem , quàm maximè possumus, vario sermone producimus.
Cœnam producere.Horat.1.Serm.saty.5.
Diem. Terent.Adelph.4.2.
Ignem longius produxit subita vis venti. Paulus in l.Qui occidit in fine.D.ad leg.Aquil.
Lectum producere.Varr.de Ling.Latin.lib.8.
Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatare, inquit Donatus. Terent.And.3.5.
Noctem vino.Martial.lib.2.88.
Pelles dentibus producere,Extendere.Martial.lib.9.77.

Rem producere,Differre.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Sermonem longius.Cic.de Claris Orat.Tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum obliuionem quærens,hunc ipsum sermonem produxi longius.
Sermonem in multam noctem.Cic.in Som.Scip.
Spem vitæ.Tacit.lib.12.
Vitam.Cic. de Senect. Marcum quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse.
¶Producere,Extrà ducere.Galba Ciceroni,lib.10.30,Repentè Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit.
Producere cunctantem bouem indomitum. Columella libro 6.cap 2.
Producere longius. Columel. lib. 6. cap 2, Post eiusmodi experimenta vicino plaustro subiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi sunt.
Ad solem producere.Colum.lib.11.cap.3.
Ad necem.Cic. 7. Ver. Capitibus inuolutis ciues Romanos ad necem producere instituit.
E carcere. Cic. 7. Ver. Producuntur è carcere, & deliguntur ad palum.
In aciem, Vide ACIES.
Producere aliquem in concionem.Cic in Pison.
In prospectum populi. Cic.3.Ver. Quum eum,quem virgis iste ecciderat,in prospectum populi Romani produxit.
Nomen producere. Horatius,
Signatum præsente nota producere nomen. Periphrasis est, significatque vocabulum innouare, ea tanquam forma monetæ percussum, quæ in vsu est: vt, quum armatura diceretur ab armo, vectura à veho, Terentius curaturam eadem forma dixit à curo: Plautus cursuram,à curro. Atque hoc est signare & cudere. velut nummum vsitata & recepta forma.Turnebus.
Coràm productus.Cic.pro Flacco.
Authorem vel testem.Cic.4. Verr. Producam testes,& producam plures eodem tempore. Idem 7. Verr. Harum rerum omnium authores testésque produco.
In iudicium producere,Vocare,vel cogere.Cic.7.Ver.Grauiorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quàm si viuus in iudicium produceretur.
Aliquem producere, Absolutè, pro In ius producere. Cic.6. Verr. Producam cæteros, reticebunt quæ poterunt, libenter: dicent quæ necesse erit,gratis.
¶Producere aliquem rus,pro Ablegare.Terent.Adelph.4.2.
Producere aliquem, pro Detinere, & verbis remorari. Cicero pro Quintio, Annum & sex menses nihil peti: quiescit: conditionibus hunc quoad potest producit. Dicitur & Trahere. Vide TRAHO.
Producere aliquem falsa spe, Deludere & detinere. Terentius Andr.4.1.
¶Producere aliquem ad aliquid, pro Inducere. Plinius libro 9. capite 35.
Amator me duce productus.Ouid.3.Amor.eleg.11.
Nubila producere.Stat.5 Sylu.3.
Sed vt productus studio & viribus vltra facilè procurras, Author ad Heren.lib.4.
¶Producere aliquem, Promouere hominem, & in mediũ honorificè proferre.cui opponitur Subducere.Cic.pro Domo,de Catone in Syriam ablegato, Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras?Budæus. Aliquando cum adiectione. Liu. 10. bel. Maced. Ab hoc sermone omni genere honoris promouere eum non destitit.
¶Produci propriè vænales dicuntur, authore Donato. Plautus Mercat.19,
Hanc resciscens pater produxit,vænalem præbuit.
¶Producere filiam,Prostituere.Plaut.Asin.10. Iuuenal.satyr.6,
-vtile porrò
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
¶Producere filios,Gignere.Plaut.Capt.12.
Partus producere.Sil.lib.1.
Sobolem.Horat.in Carm.secul.
¶Multa cura sata producuntur ad segetem. Seneca de Benefic. lib.2.cap.11.
Exemplum.Iuuenal.satyr.15.
Scelus.Terent.Adelph.3.2. Id est committere.
Memoriam alicuius scriptorum monumento producere, Id est propagare.Seneca in Consolatione frat.ad Polybium.
¶Producere,Prosequi.Virgil.9.Æneidos,
-nec tua funera mater Produxi.
Funus producere ad tumulum.Lucan.lib.2.
¶Produci, Impelli & adduci. Author Rhetor.ad Herennium,Producti sumus vt de orationis partibus loqueremur. Id est, impulsi & adducti sumus. Id quidem Græcorum cõsuetudine factũ arbitror, apud quos sic προαγεσθαι etiam vsurpatur,vt sciunt,qui mediocriter in eorum literis versati sunt. Turneb.

Productus,productior,productissimus.Cic.3.de Orat.Et principia tarda sunt, & exitus tamen ipsi & producti esse debent.
Commoditates temporibus productæ. Cic. 4. de Finib. Non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, támque productæ temporibus,támque multæ.
Dolores longinquitate producti, vehementius torquent. Cic. 5. Tuscul.
Nomen productum.Cic.2. de Nat.deor. Datum est igitur Neptuno alterum, Iouis vt volunt fratri, maritimum omne regnum: nomẽq; productum,vt Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paulùm primis literis immutatis.
Syllaba producta atque longa.Cic.3.de Orat.
¶Productior,Comparatiuum.Horat.de Arte poetica,

Néve

Néve minor,neu sit quinto productior actu,
Fabula,&c.
Longior & productior status.Colum lib.7.cap.12.
Flagellum vitis productissimum. Columel. lib.3. cap. 10. Hoc est longissimum.

Productè, Aduerbium: cui Breuiter opponitur. Cic.in Orat. Inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta: inhumanus breui, infœlix longa.& ne multis,quibus in verbis eæ primæ literæ sunt,quæ in sapiente atque fœlice, productè dicitur: in cæteris omnibus breuiter. Vide Correptè,in CORRIPIO.

Productio, Verbale {παρεκτασις,επεκτασις,επεκτασις} Prolongatio. Cicero in Topic. Nihil putat esse notandum nisi POST, & LIMINIVM illud, productionem esse verbi vult.
Productio,cui opponitur Contractio. Cic.3.de Orat. In his si paulùm modò offensum est, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius,theatra tota reclamant.
Productio temporis. Cic.3.de Finib. Quemadmodũ opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum quæque opportuna dicuntur.

Proedri, apud Athenienses dicebantur, quasi Præsides, magistratus quidam primi subsellij, quibus cæteri omnes sedẽdi loco cedebant. Sudas. & Budæus in notis ad Pandect.

PROETVS {προιτος} fuit Abantis Argiuorum regis filius, cui successit in regno.Hic,teste Homero lib.11.Odysseæ,Antiam habuit vxorem, ex qua filias quatuor habuit, quæ, teste Pherecide, quum in forma seu pulchritudine se Iunoni prætulissent,offensa dea eis furorem talem immisit,vt vaccas se esse arbitrarentur,& aratra timentes,syluas peterent,dicente Virgilio 6.ecloga,
Prætides implerunt falsis mugitibus agros. Postea autem helleboro sanatæ à Melampode perhibentur, à cuius nomine vnum hellebori genus appellatur melampodion.

Profanus,penult.prod. Adiectiuum {βεβηλος} Irreligiosum significat, non sanctum: quasi sit porrò à fano: impium, scelestum, aduersum omni religione. Plautus,
Sacrum, an profanum habeas, paruipenditur. Festus, Profanum, quod fani religione non tenetur.
Profanum dictum id, quod, quum sanctum fuisset, postea in vsu hominum factum, hoc est extra fanum. Ex Aggeno de limitibus agrorum.
Error profanus.Claud.1.in Ruffin.
Mistáque erat flammæ flamma profana piæ.Ouid.6.Fast.
Locus profanus,& Consecratus, contraria.Cic.in Partit.
Loca sacra & religiosa profana habere.Cic.de Arusp.resp.
Manus.Claud.1.in Ruffin.
Mens. Ouid.2.Metam.
Oculi.Ouid.3.Metam.
Pagina.Claud.2.Paneg.
Testus.Ouid.5.Metam.
Verba profana,Ominosa,infausta.Tacit.lib.4.
Verba profana lapsa nimio mero. Ouid.3.Trist.eleg.5.
Vsus profanus, Communis & vulgaris,non sanctus. Plin. libro 15. capite 30.
Vulgus profanum.Horat.3.Carm.ode 1.
Profanum bellorum ciuilium. Plin.lib.16. cap.4, Hinc ciuicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum: iampridem verò & clementiæ imperatorum, postquam ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri ciuem non occidere.
¶Profanum,simpliciter, Vsu vulgatum significat. Tacitus lib. 13, Tegmina corpori direpta iniiciunt, quantum magis profana & vsu polluta,tanto magis oppressura ignes.
Profanum facere, cui Colere opponitur. Cic.6. Verr. Has tabulas M. Marcellus, quum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. Virgil.12.Æneidos,
-colui vestros si semper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.
¶Profanus, Sacris non initiatus,inquit Seruius,qui fanum intrare non poterat.Virgil.6.Æneidos,
-procul ô procul este profani
Conclamat vates. Nunc laicum vocamus quasi popularem, teste Budæo.
¶Profanum Varro interpretatur quod est ante fanum, fano coniunctum.Vide lib.de Ling.Lat.5.

Profano,profanas,pen. prod. {βεβηλόω} profanàre,Ex sacro humanis vsibus promiscuum facere. Liu.1.bel.Maced. Dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius maiorúmve eius honoris causa instituti essent, omnia profanarentur.
Mors profanat omne sacrum.Ouid.3.Amor.eleg.8.

Profanatus,pen.prod.Participium {βεβηλωσις.}
Funus profanatum acerbo vulnere.Stat.9.Thebaid.
Chaos profanatum.Stat.8.Thebaid.
Manus.Ouid.2.Metam.
Terræ.Stat.3.Sylu.3.

Profanatum, Substantiuum. Varro de Lingua Lat. lib.5,Hinc fana, &c. Et paulo pòst, Hinc profanatum,quod in sacrario pollutum.

Profanatio {βεβηλωσις} Verbale.Plin.lib.16.cap.4, Postquam ciuiliũ bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuem non occidere. Alia exemplaria habent profano.

Profaris, vel profare, profatur {φημι,εφαναι,εξειπειν} profári, pen. prod. Latinè dicitur quod Græci Prophetare dicunt, id est Futura prædicere. Vlp. de Ædil. ædict. l.prima.§.exempli, Apud Viuianum quæritur, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset,an nihilominus sanus videretur?
Breuiter profari.Virgil.1.Æneid.
Clamore magno profatur.Sil.lib.11.
Voce sacra profari.Ouid.2.Metam.
Monte læta profatur.Sil.lib.3.

Demissa vultum Dido profatur.Virgil.1.Æneid.
Pythia profatur.Lucret.lib.1.
Volo profari.Actius apud Varronem,lib.6.de Ling.Latina,
Veteres casmenas cascas res volo profari.

Profatus,huius profatus,pen. prod. {εφασκω.} Gell.lib.18.cap.11, Quæ voces mihi quidem neque abhorrere à poetica facultate vitæ sunt, neque dictu,profatúque ipso tetræ aut insuaues esse.
Effræsus profatus.Stat.5.Sylu 3.

Profectio, Vide PROFICISCOR.

Profectò {ἀληθῶς,ὄντως} Aduerbium confirmantis,dictum quasi pro facto, & significat Nimirum, sanè,certè. Et plerunque ad responsionem adhibetur. Terent.Adelph.1.1,
Profectò hoc verè dicunt,si absis vspiam,&c. Cicero, Quis hæc renuntiat? is profectò qui interfuit. Idem de Senect.Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.
Profectò enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse.Cic.4.Verr.
Profectò non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul Iudices audissem.Cic.pro Fonteio.
Non est ita Iudices,non est profectò.Cic.pro Flacco.
Profectò,Certè.Cic.1.de Nat.deor.Alterum profectò fieri non potest,vt earum nulla:alterum certè non potest,vt plus vna vera sit.

Profectus, Vide PROFICIO, & PROFICISCOR.

Profero,pen.corr.profers,protuli, pen. corr. prolatum,penult. prod. {προφερω,εκφερω} proferre,Extra ferre,Exterre.Plaut.Asin.14,
-ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat.
Proferre audaciam,Ostendere.Cic pro Quintio.
Caput proferre.Ouid.6.Metam.
Digitum proferre. Cic.pro Cœlina,Quid agat,quomodo aggrediatur iudicem,qua denique digitum proferat,non habet.
Ex arca pecuniam.Cic.pro Rosc.Comœdo.
Imaginem.Quintil.lib.6.cap.1.
Libellos.Tacit.lib.2.
Proferrem libros,si negares.Cic.1.de Nat.deor.
Dolum proferre.Plaut.Casin.16.
Gaudium oculis.Plin.in Paneg.
Proferre passus.Lucret.lib.4.
Verba proferre.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.
¶Proferre,Extra portare. Cæsar 2. bel. Ciuil. Arma tormentáque ex oppido,vt est imperatum,proferant.
Proferre corporis robur in macia.Plin.in Paneg.
In solem proferre. Plin.lib.21.cap.17.
¶Beneficium in aliquem proferre,pro Conferre.Cic.pro Murena, Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerẽdi, aut proferendi beneficij locum: hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem.
¶Gradum proferre.Stat.12.Thebaidos,
Vix primo proferre gradum,& munimina valli
Soluere.
Gradum proferre,Festinare.Plaut.Menæh.17.
Passus viæ proferre,Incedere.Lucret.lib. 4.
Pedem proferre.Horat.in Arte.
¶Proferre {ἐξαγορεύειν} Palàm facere,prodere,vulgare, pronũtiare. Terent.Heeyr.1.2,
Hoc ego proferre,incommodum esse mihi arbitror.
Proferre palám.Terent.Adelph.3.2.
Nominatim proferre, Vide NOMEN.
Custodire & Proferre, contraria. Cic. Attico, lib. 15,Orationem tibi misi:eius custodiendæ & proferendæ,arbitrium tuum.
Patefacere & proferre aliquid.Cic.pro Flacco.
Dicerem fortasse,& facilè & libenter dicerem,si paulò etiam longius, quàm finis quotidiani officij postulat, pietas & fraternus amor L.Cæcilium protulissent.Cic.pro Sylla.
Indicia communis exitij indagaui, patefeci,protuli, extinxi. Cic. pro Milone.
Aliquid foras proferre. Cic.pro Cælio, In eiusmodi domo in qua materfamiliàs meretricio more viuat, in qua nihil geratur quod foras proferendum sit.
In aspectum,lucémque proferre. Cic. pro Archia poeta, Cæteros pudeat,siqui ita se literis abdiderunt,vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucémq; proferre.
In auras aeris proferri,Creari.Lucret.lib.1.
In conspectum proferre.Cæsar 7.bel.Gall.
In lucem proferre,Edere in publicum.Horat.2.epist.2.
Aperire & in lucem proferre res occultissimas. Cic.4.Acad. An tu quum res occultissimas aperueris, in lucémque protuleris, iuratúsque dixeris ea te comperisse,&c.
Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Cic. 1.de Orat.
In medium proferre.Cic.7.Verr.Non aghãda res erit? non in medium proferenda?
Commemorare, & Proferre in medium. Cic. 6.Verr.Vnius etiam vrbis omnium pulcherrimæ atque ornatissimæ Syracusarum direptionem commemorabo,& in medium proferam,Iudices.
Profiteri,& In medium proferre. Cic.2.de Finib.Eámue rationem sequare, qua tecum ipse & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas?
Proferre in medium literas,palámque recitare.Cic.2.Philip.
Scelus in medium proferre. Cic.2. Verr.
Neque ea eò profero,quò,&c.Cic.pro Rosc.Amerino,Neque ego hæc eò profero, quò conferenda sint cum hisce de quibus nunc quærimus.
Vis enim aliquid iisdem de rebus politius à nobis perfectiúsque proferri.Cic.1.de Orat.

Dolorés proferre Propert.lib.1.eleg.17.

¶Proferre se. Budæus, Qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt, proferre se dicuntur.

Proferre sua studia, In medium producere. Plin.epist.145.

¶Proferre, Pio endere, & prolatare, vt ait Nonius: vel differre. Cic. lib. 3 de Repub. Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias.

Munitioner proferre. Cæsar 1.bel. Ciuil.

Fines officiorum Stoici videntur longius protulisse, quàm natura veller. Cic. pro Murena.

Imperium proferre. Tacit lib.12.

Imperium protulit in terras nouas. Ouid ad Liuiam.

Imperium proferet super & Garamantbas & Indos. Virgil. lib. 6. Æneid.

¶Proferre auctionem. Cic. ad Atticum, libro 13, Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohæredi meo, vel Labeoni nostro, paulùm proferant auctionem: me circiter Nonas in Tusculano fore cum Pisone.

Diem proferre. Cic.ad Attic.lib.13, Quòd si laxius volent proferre diem, poterunt biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim interest. Terent. And.2.1,

Saltem aliquot dies profer, dum proficiscor aliquò.

Honorem proferre. Tacit.lib.3.

Proferre beatam vitam vsque ad rogum. Cic.3.de Finib. Si beatus vnquam fuisset, beatam vitam vsque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset.

¶Proferre pro eo quod Plinius Iunior Allegare dixit, ponit Cicero 2. de Inuent. Oportebit igitur eum, qui sibi vt ignoscatur, postulabit, commemorare si qua sua potest beneficia, &c. deinde maiorum suorum beneficia, si qua extabunt, proferre. Item Allegare, citare; eáq; leges, est Ciceroni Proferre: vt in eodem libro, Deinde postulabit vt legem, qua lege fecerit, proferat. Plin. ad Traianũ vtroque eodem in loco vsus est, de Archippo philosopho loquens lib.10.epist.58. Ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret: allegabat tamen pro restitutione libellum à se Domitiano datum. Budæus.

Fabritios authores proferre. Cic.2.de Orat.

Testes & legatos. Cic. pro Corn. Balbo.

Proferre exempla. Cic.1.de Duinat. Ego exempla omnium nora proferam.

Probationem apud iudicem. Quintil. lib 6 cap.4.

¶Proferre, pro Obiicere. Cic. pro Murena, sic à me Consul designatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Bud.

¶Proferre, apud Iureconl est quod nos *Producere* dicimus, id est Apud acta deponere. Cic.5.Verr. Scio te edicta superiorũ omnium correxisse: & possessiones hęreditatum non secundũ eos qui protulerant, sed secundum eos qui dicerent testamentum factum, dedisse. Bud.

Prolatus, pen. prod. Participium. Lucan. lib.2,

-vt conspicit amne soluto

Rumpi Cæsar iter, calida prolatus ab ira, &c. Id est, multum commotus propter iram feruentem.

Auro prolato nõ deest venditor. Id est, ostenso ab emptore. Lucan. lib.4.

Res prolatæ, Vide Res prolatæ, in RES.

Prolatus de re rumor. Cic. ad Attic lib.10, Nisi te valde amarem, & multò quidem plus quàm tu putas, non extimuissem rumorem qui de te prolatus est, quum præsertim falsum existimarem.

Somnia multa ex historiis prolata. Cic.2.de Diuinat.

Prolatio, Verbale {προφορά.} Plaut. Milit.5,

Quantum vis prolationum, dummodo, &c.

Commemoratio antiquitatis exemplorúmque prolatio. Cic. in Oratore.

Prolatio, Protensio. Liu.1.bel. Maced. Lætáque exta fuisse: & prolationem finium, victoriámque triumphum portendi.

Iudicij prolatio. Cic. pro Rabir perduel. reo, Quum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur.

Rerum prolatio, Vide Res prolatæ, in RES.

Professio, Professor, Vide PROFITEOR.

Professus, Adiectiuum {εἰδώς} Professi dies, qui hominibus, ad rem vel priuatam vel publicam administrandam concessi erant. Nonius, Professi dies, sunt à festiuitate vacui. Afranius, Quæ festi nos facere solemus, de quotidiano opere promiscuè, atque professo concelebras focum. Plaut. Aulul.13,

-festo die si quid prodegeris,

Professo egere liceat, nisi peperceris. Plinius lib.18.cap.6, Peiorem qui professis diebus ageret, quod feriatis deberet.

Dies professi. Horat.2.Serm.satyr 3.

Lucibus professis deos adprecati. Horat.4.Carm.ode 15.

Professum facere, inquit Festus, dicebatur, qui ferias vitiabat, & profanabat, inauspicatáque reddebat & profanas.

Proficio, proficis, pen. cor. profeci, penul prod. profectum {προκόπτω, προβαίνω, προκω, ὠφελέω} proficere, Ex Pro & Facio compositum: Procedere, & perficere significat. Cic. ad Toranum, lib. 6. 21, Nunc verò enetsis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quicquid eueniet, ferè moderatè. Idem 6. Verr. Vei si maximè esset inuentus, qui in se suscipere vllius culpam crimenq; cuperet: tamen is proficere nihil posset.

Authoritate proficere. Cic. pro Lege Manilia, Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus sit, qui tantum authoritate profecerit?

Celeritate proficere. Cæsar 6. bel. Gall. Si quid celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere possit, moner.

Minus. Cic pro Fonteio, Quod si in turpi reo patiendum nõ esset, vt quicquam illi se minus profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitramini?

Querelis quotidianis nihil Luceius Ciceroni, lib.5.14.

Nihil testibus illi profeci. Virgil.8 eclog.

Gazæ non proficiunt in nostro corpore. Lucret. lib.2.

In aliquo nihil proficere. Cic pro Planctio, Nihil in Crispio profecisti? Absolutæ iam sunt preces tuæ.

Proficere ad. Cic 3 de finib. Multúmque ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.

Magnificentia & virtus in qua gravitas & authoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quàm humilitas & obsecratio. Cic.1.de Inuent.

Ad bonitatem proficere, Vide in præpositione AD.

Vsque ad montes proficere. Quintil. lib.1.cap.1.

In summam. Quintil lib 1.cap.1. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. Hoc est, summæ ac fini & perfectioni confert. Summa enim dicitur cumulus ac finis vnuscuiusque rei.

In summam spei proficere. Liu 3.ab Vrbe.

¶Proficere, Prodesse. Vlpianus Iurisconsultus Prætor. De iureiurando, Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, etsi mater detulerit.

Prodesse, ait Valla in Raudensem, ad alios quoque spectat: Proficere verò ad se tantum. Nos contrà vt Proficere credamus ad alios quoque spectare, facit Plinius lib 28 cap.17, Adeps, inquit, è lupis illitus, in his quæ rumpere opus est, plurimum proficit. Et cap.18, Similiter proficit ad cacoethe hœdi feminum cinis è lacte mulieris. Quam significationem reperias in sexcentis apud eundem scriptorem locis.

¶Proficitur, pen. corr. Impersonale. Cic. Artico, lib.16, Aut proderimus aliquid Ciceroni, aut quantum profici possit, iudicabimus. Plin lib.17.cap.13, Adeò excellitate proficitur.

Proficiens, Participium {προκόπτων.} vt

Fræna non proficientia equo rigidæ cervicis remittere. Ouid. 1. Trist.eleg.3.

Herba nihil proficiente curari. Horat 2 epist 2.

Verba miser frustra non proficientia perdo Ouid.1.Trist.eleg 2.

Profecturus, pen. prod. {προκόψων} Aliud participium. Ouid.3 de Pōto, eleg.1,

Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idem epist.5,

Non profecturis littora bobus aras. Idem de Nuce,

Non profectura dextra lauatur aqua.

Profectus, huius profectus, profectui, masc. gen. {προκοπή, ὑπίδοσις} Vtilitas quæ ex alicuius rei tractatione nobis prouenit. Plinius Iunior, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Quintil. lib.10.cap.2, Vt terra alrius effossa generandis alendísque seminibus fœcundior fit: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit vberius. & fidelius continet.

Puer magni profectus in ea arte obiit. Plin.lib.35.cap.4.

Tenere profectus. Quintil lib.2 cap.3.

Sat profectus: admirato decrescit. Quintil lib.1.cap.3.

Proficiscor, proficisceris, pen. corr. profectus sum {πορεύομαι, εἶμι, ἔρχομαι} proficisci, Eundi, & redeundi, vel veniendi significationem habet, secundum eos casus cum quibus iungitur: vt si accusatiuo iungatur, Proficiscor Romam, hoc est, Eo: si verò ablatiuo, vt Proficiscor Roma, significat Venio, vel redeo. Interdum autem cum suis casibus varias adiunctas habet sibi præpositiones, quemadmodum sequentia exempla docebunt. Terent. Adelph.2.2,

Præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.

Proficiscor quæsitum Plaut. Merc.2.2.

Quò profectus sum, ibo. Plaut. Aulul. Act.1.scen.2.ad finem. Id est, quò cœperam. Simile est illud Terentij in Eunucho, Act.2. scen.2, Detineo te: forsan te profectus alió fueras. quo in loco sunt qui legant profecturus. Profectus alió fueras, hoc est, domo fueras profectus, erásque in itinere, vt alió quàm huc peruenires.

Profecta est iliine grandiuscula. Terent. And.4.6.

Et si poteram remanere, tamen vt scripsi tibi, proficiscar hinc. ne relictus videar. Cic. Attico, lib.13.

Copiosè aliquo proficisci, Vide COPIA.

Ad doctas Athenas proficisci Propert.lib.3.eleg.21.

Populus profectus ad bella. Ouid.1.Fastorum.

Profectus ad Capuam. Cic. de Senect. Adolescentulus miles profectus fum ad Capuam.

Proficiscitur ad Catonem. Cicero de Senectute, Proficiscar non ad eos solùm viros, de quibus antè dixi, verùm etiam ad Catonem meum.

Proficisci ad domum. Cic.3.Verr.

Proficisci ad somnum. Cic.1.de Diuin. Iubet Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil fit quod errorem animis, perturbationémque afferat.

Proficisci de. Cic.ad Atticum, lib.2.23, Calend. Maiis de Formiano proficiscemur.

Proficisci ex. Cic.4.Acad. Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, &c.

Ex Asia Romam versus proficisci. Cic. Curioni, lib.2.5.

In exilium proficisci. Cic. 2. de Finib. Profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus erat enim res aperta.

In animorum concilium cœrúmque proficisci. Cic. de Senect.

Proficisci ciuitates. Cæsar 8.bel.Gal. C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquáque proficiscitur ciuitates. Alia exemplatia habent in Carnutes.

Proficisci naui. Cic.ad Q. fratrem, lib.3 18, Ad VI Idus Octobris, Saluius Ostiam vesperi naui profectus erat cum his rebus, quas tibi dono mitti volueras.

Proficisci obuiam. Cæsar 7.bel.Gal.

¶Proficisci ad reliqua, pro Pergere. Cic. 5. Verr. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca antè erimus à vobis, Iudices, deprecati.

¶Proficisci, pro Originem habere. Cic.1.Offic. Atque illæ quidem iniuriæ quæ nocendi causa de-industria inferũtur, sæpè à metu proficiscuntur.

Omnia

Omnia enim à me in te profecta sunt, quę ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Cicero ad Antonium, lib.5.6.

A falsis initiis proficisci. Cic.1.de Finibus.

Profectus amor ab his initiis. Cic. Planco, lib.13.30, Ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternã necessitudinem, & eo magis quòd intellexi vt primum per ætatẽ iudicium facere potueris, &c.

Siquæ beneficia singulis ciuibus, priuatímque dantur, ea solent iis esse fructuosa à quibus sunt profecta. Cic. Anteq. iret in exil.

Profecta causa à natura. Cic. de Amicit. An esset hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa.

Proficiscitur à meis consiliis tua laus. Cic.ad Dolabellam in Epist. ad Atticum, lib.14, Neque planè assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videatur, neque valde nego. Hoc est, meo consilio eam tibi laudem pararis.

Nerui sicut venæ & arteriæ à corde tractæ & profectæ in corpus omne ducuntur. Cic.2.de Nat. deor.

Quæcunque à me ornamenta ad te proficiscuntur. Cicero Cælio, libro 2.18.

Proficiscitur oratio. Cic. pro Lege Manilia, Atque vt inde oratio mea proficiscatur, vnde hæc omnis causa ducitur: &c.

Xenophon Socraticus profectus à philosophia. Cic.2.de Orat.

¶Proficiscitur ius cinnamomi à, Adfertur, habetur, venit. Plin. lib. 12. capite 19.

Proficiscens, Participium {πορευόμενος.} Horat.1.epist.13,

Vt proficiscentem docui te sæpe, &c.

Profectio, Verbale {πορεία.} Cic.ad Q.frat. lib.3. 14, Recordere consilium nostrum, quod fuerit profectionis nostræ.

Profectio & Reuersio, cõtraria. Cic.1.Philip. Exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ.

Ducere lentum profectionis ordinem. Quintil. lib.4.cap.2.

Intermittere profectionem, Vide INTERMITTO.

Parare profectionem, Vide PARO, paras.

Profectitius, Adiect. {ὑποδοχεῖος.} Vnde Dos profectitia, Vide DOS.

Profundo, profundis, profudi, penult. corr. profũsum {διατρέφω} profundere, Profundere. Stat.10. Thebaidos,

-quanta pariter ceruice gementes

Profundunt inarata diu Pangæa iuuenci. *Pourfendre.*

Profiteor, profiteris, penult. prod. professus sum {ὁμολογέω, ὑπαγορεύομαι, ὑπισχνέομαι} profiteri, Latè, seu palàm polliceri. Cic.1.Acad. Qui philosophiam iam professus sim populo nostro exhibiturum? Liuius, Palàm professi, nusquam inde nisi in patriam, vestigium esse moturos. Id est voluntarię & liberé.

Quum tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent. Cicero 2.de Orat.

Impudentiæ est, profiteri quod non possis implere. Cicero pro Cluentio.

Profiteri, & non posse satisfacere. Cic. pro Plancio.

Ducem profitetur primus in annis. Ouid.1.de Arte.

Profiteri operam suam, Pollicori. Cic. pro Rosc. Amer. Quòd si id vos suscipitis, & eadem in re operam vestram profitemini.

Potentiam aut impudentiam suam ad aliquid profiteri. Cicero 2. Verr. Qui sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse: quísque ad hanc rem, aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt. Id est, vltrò obtulerunt.

Profiteri suum studium ad defendendum aliquem. Cicero de Lege agraria, Quòd si vos vestrum mihi studium P.c. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profectò id quod maximè Respub. desyderat.

Suum studium in omni genere officij alicui profiteri atque polliceri. Cic. Licinio, lib.5.8.

Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Cicero Quinto fratri, lib.1.2.

¶Profiteri, Apertè ac voluntariè confiteri & affirmare. Cicero de Amicit. Illos autem qui quiduis ab amico audorent postulare: postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Idem pro C. Rab. perduel. reo, Quamobrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te, &c. authoritate esse depulsum.

Profiteri apud Prætorem. Cic. pro Archia.

Me principem Senatui, Populóque Rom. professus sum. Cicero Cornificio, lib.2.24.

Studia sua profiteri. Curtius lib.7, Tum verò neque lacrymis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperauerunt.

Confiteri, fateri, & profiteri. Cic. pro Cecinna, Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, vt non solùm fateri, sed etiam profiteri videatur? Recuperatores?

Profiteri & affirmare. Cic.1.Acad. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quenquam, neque assertione approbare, cohibereque semper, & ab omni lapsu continere temeritatem.

Eámne rationem sequare, qua tecum ipse, & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? Cic.2.de Finibus.

Verum profiteri. Ouid 9. Metam.

Profiteri nomen. Liuius 6.bel.Pun. Primò expectauerant, vt qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur.

Profiteri æs alienum, pro Sua debita tuitari. Senec. de Benefic. lib. 6, Siquis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius esse debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor.

Amores furtiuos timidè profiteri. Ouid.6.Fast.

¶Profiteri, Apud antiquos id significat quod vulgò dicunt *Assignare* vel *insinuare* quantum numerum vini, olei, frumenti, iugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cicero 2.de Lege agraria, In posterum verò lex hæc imperatoribus vestris constituitur, vt quicunque de prouincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. Idem 5. Verrina, Edixerat, vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. Varro libro 2.de Re rustica, capite 1, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium, æstiuatum: atque ad publicanum profitentur.

Profiteri, ait Budęus, est publicè & apud acta aliquid vltrò denuntiare: quod vulgò *Insinuare* vocant. Curtius lib.10, Alexander priusquam secerneret quos erat retenturus, edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur. Graue esse plerisque compererat. Et quanquam ipsorum luxu contractum erat, dissoluere tamen ipse decreuerat. Illi tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumptuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni æris pudorem, non cõsuetudinem obstare, mensas totis castris poni iussit & decem millia talentorum proferri: tum demum fide facta professio est. Hebat etiam professio in censu peragendo. Vlpian. in l.2. D. de censibus, Vitia priorum censuum editis nouis professionibus euanescunt. Profiteri etiam merces dicimus: hoc est Vectigales facere, & publicanis nõ subducere. Vnde merces improfessæ à Martiano dicuntur in l. Interdum. De publicanis, quarum nomine negotiatores vectigal nõ pependerunt. Antiqui porrò liberos natos sibi profitebantur apud acta. Iuuen. sat.9,

Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes

Argumenta viri: foribus suspende coronas:

Iam pater es. Capitolinus in Marco philosopho, Inter hæc liberales causas ita muniuit, vt primas haberet apud prætectos ærarij Saturni vnumquenque ciuiũ natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine impositio. Per prouincias tabularium publicorum vsum instituit: apud quos idẽ de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: vt si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret. Hebat autem professio addito die & Consule, propterea professione ætas facilè probari poterat. Vt in l. 1. C. Si minor se maiorem dixerit. quod mirum est Accursio excidisse.

¶Profiteri, Loqui. Plaut. Capt.8,

Quis agit hoc, aut quis profitetur inquam? quasi muti sitẽt. Id est, Quis hic respondet? Sequitur autem, silent. Cic.4.Academ. Qui ita sit ausus ordiri, Hæc loquor de vniuersis. Nihil excipit de quo non profiteatur.

¶Profiteri indicium, Sponte indicare rem aliquam: vltro esse, confortésque criminis deferre. Plin.epist.60.

¶Profiteri, Publicè legere, vel docere. Cicero de Amicitia, Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur.

Disciplinam profiteri. Liuius 9.belli Maced.

Ius. Ouid.3.de Arte.

Partes teneri profitemur amoris. Ouid.2.Amor.eleg.18.

Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. Cicero in Pisonem.

Profiteri se Iurisconsultum, Hoc est, Iurisconsulti nomen, & iuris prudentiam sibi vendicare. Cic. pro Murena, Triduo me Iurisconsultum esse professebor.

Se profiteri grammaticum. Cic.2.Tusc.ul.

Suscipere atque profiteri onus. Cic.1.de Orat.

Profitens, penul. corr. Participium {ὑπαγορεύων.} Cic. Bruto in Epist. ad Brutum, 15, Italiæ sua vobis studia profitenti remisistis.

Profitendus {ὑπαγορευτέος} Aliud participium. Cic.1.de Nat.deor. Ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.

Professus {ὑπαγορεύμενος} Similiter participium. Ouid.2.Fastorum,

Sumunt Gentiles arma professa manus.

Incœpta grauia & magna professa. Ouid.5.Fastorum,

Non est de tetricis, non est de magna professis.

Culpa professa. Ouid.3.Amor.eleg.13.

Vota aperta & professa, pro Manifesta. Seneca epist.68.

Professio, Verbale {ὑπαγορία} Confessio palàm facta. Cic.5.Verr. Professio est agri Leontini ad iugera XXX.

Iugerum subscriptio ac professio. Cic.5.Verr.

Conficere professionem. Cicero Tironi, libro 16 23, Tu confice professionem, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat.

Vices professionum diuidere. Quintil.in Procem.lib.1.

Bene dicendi professio. Cic.1. de Orat. Quanquam vis oratoris, professióque ipsa bene dicendi.

Professio, collegiúmque Prætorum. Cicero pro Archia. At non est professus. Imò verò his tabulis professus, quæ olim ex illa professione, collegióque Prætorum obtinent publicarum tabularum authoritatem.

Professor, professoris, masc. gen. {ὑπαγορία} Qui liberales artes publicè docet, qui artes illas se scire, & posse publicè tradere fatetur, inquit Valla in Raudensem. Sueton. de Claris Grammat. Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Plin.epist 76, Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus Senatores, ex Senatoribus professores.

Sapientiæ professores. Quintil.in Procem.lib.12.

Magni nominis professores. Quintil.lib.2.cap.11.

Consummati professores. Quintil.lib.1.cap.9.

Professorius, Adiectiuum {ὑπαγορευτικός.} vt Lingua professoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tacit.lib.13.

Professum, professi. Vnde Ex professo aliquid agere. Vide Ex professo, in EX.

Profligo, profligas, penult. prod. {κατακόπτω} profligare, Deiicere, depellere, deperdere, & ad perniciem deducere. Cicero pro C. Rabirio Postu. Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare vrbes, aciem hostium profligare.

Profligo, ab affligendo & ad perniciem interitúmque deducendo

inclinatum tractúmque est: quo verbo, qui diligenter loquuti sunt, ita sunt usi, vt profligare dicerent prodigere, & deperdere: profligatásque res, quasi profligatas & perditas appellarent. Nunc verò significatio eius versa & corrupta est. Nam & ædificia & templa, & alia ferè multa, quæ propè absoluta affectáque sunt, in profligato esse, & ipsa iam profligata dici cœperunt. Quapropter vrbanissimè respondisse prætorem non indoctum cuidam ex aduocatorum turba, Sulpitius Apollinaris scriptum reliquit. Nam quú ille, inquit, rabula ita postulasset, verbáque ita fecisset, Omnia vir clarissime negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia & velocitate tua profligata sunt. vnum id solùm reiictú est, de quo rogo audias. Tum Prætor satis ridiculè: An illa negotia, de quibus iam cognouisse me dicis, profligata sint, equidem nescio: hoc autem negotium, quod in te incidit, proculdubiò, siue id audiam, siue nó audiam, profligatum est. Vide plura de verbi huius proprietate & etymo apud Gellium libro 15 cap. 5.

Hostium copias profligare, occidere. Cic. 4. Philipp.

Profligare Remp. Cic. 3. de Orat. Quum ipse consiliis suis Remp. profligasset.

¶ Profligare, Absoluere, & vincendo perficere. Tacit. lib. 18, Profligauerat bellum Iudaicum Vespasianus.

Profligandus, Participium { καταπονητέος. } vt Acies profligandæ. Silius libro 11.

Profligatus, pen. prod. { καταπονητὸς } Aliud participium, siue Nomen ex participio, Prostratus, deiectus, afflictus, perditus. Cic. pro Roscio Amer. Et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita?

Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? Cic. 2. in Catil.

¶ Profligati homines, Perditi, & in quibus nihil est salubre, nihil integrum. Cicero 5. Verr. Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Idem pro Rab. perduel. reo, Nemo est inquam, inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, &c.

Tu omnium profligatissime & perditissime. Cic. 5. Verr.

Iudicia perdita & profligata. Cic. 2. Verr.

¶ Profligare, dicuntur etiam quæ propè absoluta sunt. Cicero 5. Tuscul. Atqui si ita est, profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Idem ad Cornificium, lib. 12. 29, Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato renouatum bellum gerere conamur.

Quæstio profligata, Dissoluta. Seneca de Benefic. 7.

Profligator, penultima prod. { καταπονητὴς } Verbale. Tacitus, Habebatúrque non ganeo & profligator, vt plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

Profligo, profligas, profligaui, profligatum, penult. prod. { χωρίδιον, ἐπιταγίδιον } profligare, Idem quod Flare, & flando resoluere. Plin. lib. 34. cap. 9, Massa profligatur in primis: mox in profligatum additur tertia portio æris collectanei, &c.

Taurus immani profligauit turbine flammas. Valer. 7. Argonaut.

Rinos sanguineos profligans pectore. Stat. 11. Thebaid.

Profligare pectore somnum. Hoc est statu quodam pectus somno implere, per translationem. Virg. 9. Æneid.

Noctem tartaream profligantes pectore tauri. Valer. 6. Argonaut.

Hoc est ignem & fumum ingentem tenebris & flammis tartareis non absimilem.

Profligare iras, Concitare & vehementer commouere. Plinius libro 8. capite 1.

Profligatus, huius profligatus, penult. prod. { καταπονὴ } Ipse profligandi actus. Colum. lib. 5. cap. 9, Æstiuo profligatu refrigerentur.

Profluo, profluis, profluxi, profluxum { κατηγέω, ἐφίημι } profluere, Deorsum, siue à longè fluere: & propriè de aqua dicitur. Plautus Asinaria, 13,

Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat.

Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. Cicero 1. de Diuinatione.

Humor profluit. Virg. 4. Georg.

Profluere ab fonte. Varro de Ling. Lat. lib. 7.

Profluunt lacrymæ ab oculis. Colum. lib. 6. cap. 7.

Profluit sanguis ex vulnere. Plin. lib. 8. cap. 16.

Græcia profluit ore Romano. Ouid. ad Pisonem.

Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. Ad Herenn. lib. 4.

¶ Profluere ad hominum famam, per translationem, pro Delabi & deuenire. Cic. pro Cælio, Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum.

Profluens, profluentis { κατηγῶν } Participium. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam viberem.

Genus orationis liquidum, fusum ac profluens: cui opponitur, Exile, aridum, concisum ac minutum. Cic. 2. de Orat.

Loquacitas perennis & profluens. Cic. 3. de Orat.

Expedita ac profluens celeritas. Cic. de Claris Orat.

¶ Profluens, Aliquando nomen est substantiuum, masc. g. pro flumine. Author ad Herenn. lib. 1, Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluentem. Id est fluminis procursum.

Deferri in profluentem. Cic. 2. de Inuent. Deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus in quem cõiectus in profluentem deferretur, compararetur.

Profluenter, Aduerbium { ἀφθόνως } Abundanter. Cic. 5. Tuscul. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè: igitur beatè.

Profluentius, Comparatiuum aduerbium. Gellius libro 14. capite 1, At Phauorinus, &c. latius ea & amœnius, & splendidius, & profluentius exequebatur.

Profluentia, profluentiæ { ἀφθία. } Cic. in Partition. Et hanc oratoriam

vim inanis quædam profluentia loquendi. Sub. imitatur.

Profluus, Adiectiuum { ἀφθίτων } Quod profluit: vt Profluus amnis, qui perpetuò fluit. Plin. lib. 19. cap. 4. Colum. lib. 8. cap. 17, Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quę profluo recessu nunquam destituitur.

Flumina proflua in alias syluas. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Profluuium, profluuij { ἀφέδρασις } Fluxus: vt Profluuium alui. Colum. lib. 9. cap. 12.

Profluuium sanguinis. Colum. lib. 6. cap. 26.

Acre profluuium terri sanguinis. Lucret. lib. 6.

Profluuium genitalę. Plin. lib. 7. cap. 14.

Profluuium mulierũ, siue fœminarum. Plin. lib. 7. cap. 15. De menstruis. Et lib. 34. cap. 12, Fœminarum profluuium sistit.

Profluuium genituræ. Plin. lib. 22. cap. 22.

Profluuium narium. Plin. lib. 32. cap. 10.

Inhibere profluuium sanguinis, Vide INHIBEO.

Reprimere profluuium sanguinis. Colum. lib. 6. cap. 33.

Proforem, profores, proforet { ὠφελία } profore, penult. corr. Profuturum esse. coniugatur vt Forem. Horat. 1. epist. 8,

Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam.

Profugio, profugis, penult. corr. profugi, penult. prod. profugitum, penult. corr. { ἐκπεδήσω, φεύγω } profugere, Procul fugere, aut quantum quis possit fugere. Cic. de Senect. Hac itaque amentia quæstione nona perterritus, in Asiam profugit. Cic. 3. Verr. Quòd si illime inanis profugisses, tamen, &c.

Anima profugit. Lucret. lib. 3,

Sin ita sinceris membris ablata profugit.

Profugerunt metu perterriti. Seruius Cic. lib. 4. 12.

Hinc centum triginta septem patresfamiliâs extorres profugerunt. Cic. 5. Verr.

Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. Cic. pro L. Manil.

Inanem ex aliquo loco profugere, Vide INANIS.

Ad aliquem profugere. Cic. Attico, lib. 15.

Profugere à. Cic. de Senect. Libenter verò istinc, tanquam à domino agresti, ac furioso profugi.

Profugere in exilium. Cic. pro Domo.

Profugere domo. Cic. de Claris Orat. Eodem tẽpore quum princeps Academiæ Philo cum Athenien sium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, &c.

Pedibus profugere. Cæsar 2. bel. Ciuil.

Ex tempestatum periculis. Cic. 7. Verr. Qui ex prædonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia securi ferirentur, quum se iam domum venisse arbitrarentur?

Ad otium. Cicero 1. Offic. Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis se remouerint, ad otiúmque profugerint.

¶ Profugio, cum accusatiuo. Curtius lib. 10, Nec serui quidem vno grege profugiunt dominos.

Profugus, penult. corr. Adiectiuum { φυγὰς } Qui longè aliquò fugit, procul à finibus suis vagus, quasi porro fugatus. Salust. in bel. Catil. Troiani qui Æneæ duce profugi sedibus incertis vagabantur.

Castra profuga. Claud de bel. Getico.

Classis profuga. Ouid. 13. Metam.

Currus. Ouid. 15. Metam.

Pedem profugum referre. Ouid. epist. 21.

Pudor. Ouid. epist. 4.

Puppis. Ouid. 5. Trist. eleg. 3.

Stirps. Ouid. 2. Fast.

Profugus, cum genitiuo. Plinius lib. 7. cap. 28, Bis ab Annibale captus, bis vinculorum eius profugus.

¶ Profugus, Qui diuersa petit loca, etiam si non fugatus. Vnde Horatius 1. Carm. ode 35. Profugos Scythas appellat, quòd crebrò domicilia mutent.

Profugium, profugij, dicitur quum longè aliquò fugitur, vbi se quis tutum putat. Cic. 1. Tusc. Portum potius paratum nobis profugium putemus, quò vtinam velis passis prouchi liceat. De morte.

Exilium, non supplicium est, sed profugium, portúsque supplicij. Cic. pro Cecinna.

Profundo, profundis, profudi, profusum, penult. prod. { ἐφχέω, καταχέω, σπαδάω, φεύμιμι } profundere, Largè fundere. Plautus Aulularia, 9,

Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere.

Animam profundere. Cic. pro Marcello.

Clamorem. Cic. pro Flacco, Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, neque authoritatibus declarata, nec iureiurando constricta sed porrigenda manu, profundendóq; clamore multitudinis concitatæ.

Ignes. Lucret. lib. 6. Id est emittere.

Laborem profundere & perdere. Cic. Antonio, lib. 5. 5.

Lacrymas profundere. Cic. in Somnio Scip. Quem vt vidi, equidem vim lacrymarum profudi.

Lacrymas oculis profundere. Virg. 12. Æneid.

Membra profudit somnus. Lucret. lib. 4.

Odium inclusum profundere in aliquem. Cic. in Pisonem, Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis.

Palmites profundere dicitur vinea, quum vbertim fructicat. Columella lib. 5. cap. 5.

Sed vt ad ea quæ clariora sunt veniam, res iam vniuersas profundam. Cic. 4. Academ.

Sanguinem profundere. Cic. pro Cluentio, Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum huius antè videat.

Sanguinem pro patria. Cic. 2. de Finibus.

Se in aliquem. Cic. ad Attic. lib. 7, Quæ si secus essent, totúmque se ille in me profudisset, tamen, &c.

Sonitus profundere. Lucret. lib. 6.

Nihil est in natura rerum omniũ, quod se vniuersum profundat, & quod

& quod totum repentè euolet. Cic. 2. de Orat.

Verba profundere ventis. Lucret. lib. 4.

Vires animi & ingenij profundere, pro Omnes neruos intẽdere, & omnem ingenij vim applicare. Cic. ad Att. lib. 1. 13, In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecandæ libidinis, & coercendæ iuuentutis, vehemens fui: & omnes profudi vires animi atque ingenij mei.

Vtram. Cic. 1. Offic. Inuenti autem multi sunt, qui non modò pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent.

Vocem. Cic. 2. Tusc. Sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venísque plaga vehementior.

Voces profudit pectore. Catul. Argonaut. epigr. 59.

Voluptates quum inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subitò sese aonnunquam profundunt atque eiciunt vniuersæ. Cic. pro Cælio.

¶ Profundere { καταναίσκειν } Supra modum exponere, siue insumere. Terent. Adelph. 1. 2, -tibi si istuc placet,

Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verr. Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere. Idem in Catilin. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.

Profusus, penult. prod. Participium { κατάχυσις } siue Nomen ex participio. Supra modum sumptuosus. Plin. lib. 11. cap. 41, Mulieri ante septimum mensem profusum lac, inutile.

Sin ea quæ fructus cunque es, periere profusa. Lucret. lib. 3.

Fletus super ora profusus. Ouid. 11. Metam.

Lachrymis vultum lauere profusis. Ouid. 9. Metam.

Profusus Nilus. Plin. lib. 5. cap. 9.

Claustris profusi Caspiadæ. Valer. 6. Argonaut.

Profusus vsque ad. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Bonis clunibus, coda profusa vsque ad calces, &c. Id est protensa.

Profusus { ἀκπανηρὸς, περίῤῥυτος } Supra modum sumptuosus, inquit Festus. Cic. pro Murena, Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes & inhumanitatem multo minus.

Profusa luxuries. Cic. pro Cælio.

Sumptibus profusis viuere. Cic. pro Quintio.

Profusus homo. Cic. 3. Verr. Pecuniosus, profusus, perditus.

Perditus ac profusus nepos. Cic. pro Quintio.

Profusus sui. Salust. in bel. Catil. Alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus.

Profusa hilaritas. Cic. 4. Tuscul. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi, & fugam, lætitia profusam hilaritatem.

Mens profusa. Stat. 3. Sylu. 1.

Ipsúmque genus iocandi non profusum neque immoderatum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Offic.

¶ Profusus, Abiectus, iacens. Pacuuius, Profusus gemitu murmuro. Festus.

Profuse, penult. prod. Aduerbium { καταναλωμένως } Liuius 10. ab Vrbe, Hæc ipsa minitans obstitit profusè tendentibus suis in castra.

Profundus, Adiectiuum { βαθὺς, βύθιος } Dictum est quòd porrò, id est longè habeat fundum.

Acheron fundus, Vide ACHERON.

Fornax. Ouid. 2. Metam.

Fretum. Seneca Hippol. 12.

Inane. Lucret. lib. 1.

Mare profundum & immensum. Cic. pro Plancio.

Pontus. Virg. 5. Æneid.

Sinus. Seneca Troade, 6.

Stagna. Ouid. ad Liuiam.

Tartara. Seneca Hippol. 8.

Valles. Stat. 10. Thebaid.

¶ Profundus, Altus. Virg. 1. Æneidos,

-cælúmque profundum. Sic apud Liuium, lib. 8. bel. Maced.

Profunda altitudo.

Cæli profundi latus. Valer 7. Argonaut.

Syluæ. Lucret. lib. 5.

¶ Profundus, sæpe per translationem capitur: vt Profunda auaritia, Immensa & magna. Salust. in Iugurtha.

Cædes. Stat. 10. Thebaid.

Cupido profunda imperij & diuitiarum. Salust. in Iugurtha.

Gula. Sueton. in Vitellio, cap. 7.

Libido. Salust. de Rep. ordinanda.

Mero profundo caluere nubigenæ. Stat. 5. Thebaid.

Nox. Virg. 4. Æneid.

Os profundum, Exuberans. Horat. 4. Carm. ode 2.

Tempestas. Stat. 1. Achil.

Venter. Curtius lib. 10.

Summum & Profundum, contraria. Cic. 3 de Finibus, Vt qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longè absunt à summo, vt iam iámque possint emergere, quàm si etiam quum essent in profundo.

¶ Profundum { βύθος, βύθον, βύσσα, βάθος ἄγριον } Substantiuum, Mare. Pater Profundi, Neptunus. Valer. 2. Argonaut.

Gelidum. Ouid. epist. 17.

Latum. Senec. Herc. fur. 11.

Penetrale. Claud. 2. Paneg.

Rubrum profundum, Mare Erythræum. Lucan. lib. 8.

Sæuum. Silius lib. 13.

Summum. Ouid. 2. Metam.

¶ In profundum abiicere. Cic. 6. Verr.

Natura veritatem in profundo abstrusit. Cic. 4. Acad.

Iacere se in profundum, Vide IACIO.

Indomito profundo iactari. Ouid. 1. Trist. eleg. 10.

Mergere multos profundo. Seneca Octau. 6.

Profundum, Plautus parasitum eleganter ad fundum alludens vocat, quasi mare quoddam sit, quo omnia forbeantur & hauriantur. Sic enim scribit in Captiuis,

Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. Vide locum integrum.

Profundum, Absolutè, apud Caprum grammaticum significat ventrem, nec iniuria, quum eodem sensu gurges vsurpetur. Exemplum autem vt ex antiquo sermone proferr, In profundum, inquit, nummi, vel in arcam conduntur. Hoc est, vel in ventrem mittuntur, vel in arcam. Ex Turnebo.

Progemmo, progemmas { βλαστάω } progemmare, Gemmas trudere. De vinea dicitur. Columel. libro 4. cap. 27, Si palmis incipientibus, progemmantibúsque fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris.

Progener, penult. corr. progeneri, masc. gen. { διγαμβρος } Progenerum dicit auus, neptis suæ virum.

Progener, Generi pater. Suetonius in Augusto, capite 19, Luciliśque Pauli progeneri sui, &c. Modestinus in l. 4. D. De gradibus & affinibus.

Progenero, progeneras, penult. corr. { παιδοποιέω, παιδοποιΐα } progenerare, Generationem ex se producere. Plinius libro 11. capite 16, Fœtus quonammodo progenerarent, magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio.

Aquilæ non progenerant columbam. Horat. 4. Carm. ode 4.

¶ Progeneror. Varro de ling. Lat. lib. 8, Non bos ad boucm conlata est similis? & qui ex his progenerantur inter se vitulæ &c.

Progeneratio, Verbale { παιδοποίησις } Plin. lib. 8. cap. 43, Opera fiue dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maximè progeneratione. De asinis.

Progenies, penult. corr. progeniei, penul. prod. fœm. gen. { γένεα, γένος } Genus atque familia. Cic. 9. Philipp. Reddita est ei tum à maioribus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem eius honestaret.

Certa progenies. Seneca Troade, 6.

Dignissima cæli. Stat. 2. Achil.

Egregia progenies virtute. Virg. 7. Æneid.

Ferrea. Virg. 2. Georg.

Impia progenies Tantali. Seneca Thyeste, 2.

Progenies Phaethon haud inficianda parenti. Ouid. 2. Metam.

Magna Iouis. Catul. in Carm. seculari, epigr. 32.

Parua. Virg. 1. Georg. De coruis.

Prisca. Claud. 1. in Ruff.

Regia. Ouid. 11. Metam.

Vesana. Claud. de bel. Gild.

Viua. Lucret. lib. 2.

Vitiosiorem progeniem dare. Horat. 3. Carm. ode 6.

Propius abesse ab ortu, & diuina progenie. Cic. 1. Tusc.

Orbatus progenie. Cic. 1. Tuscul.

Terræ progenies, Vide TERRA.

Progenies vitis. Colum. lib. 3. cap. 9.

Progenitor, Vide PROGIGNO.

Progermino, progerminas, penult. corr. { κατασκάφω } progerminare, Vberrimum germen ex se producere dicitur surculus. Colum. lib. 4 cap. 10, Putandi autem duo sunt tempora: melius autem (vt ait Mago) vernum, antè quàm surculus progerminet.

Progero, progeris, penult. corr. progessi, progestum { ἐκκομίζω, φορομίζω } progerere, Extra gerere, Efferre. Plin. lib. 11. cap. 18, Quum defunctas progerunt, funerantiúmque more comitantur exequias. Columella libro 12. capite 50, Vrcei quibus oleum progeritur.

Progerens, Participium. Plin. lib. 18. cap. vlt. ad finem, Formicæ vel concursantes, aut oua progerentes.

Progigneon, Vide PROPNIGEON.

Progigno, progignis, penult. prod. progenui, progenitum, penult. corr. { γεννάω } progignere, Notæ significationis. Cic. 3. Offic. Sic hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Idem 1. de Diuinatione, Atque vt in seminibus vis ineft earum rerum quæ ex his progignuntur, sic in causis conditæ sunt res futuræ.

Progignere nouos rerum motus. Lucret. lib. 2.

Vt enim cæteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Cic. 3. Offic.

Feræ te progenuere. Ouid. epist. 18.

Terra parens illam progenuit. Virg. 4. Æneid.

¶ Progigni, Infinit. passiuæ significationis. Lucret. lib. 2.

Vnde ea progigni possit concepta, &c.

Progenitor, pen. corr. { προγεννήτωρ } Auus. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Quid peperisse duos, & dis placuisse duobus,

Et forti genitore, & progenitore Tonante

Esse satam prodest?

Prognarè, penult. prod. Aduerbium, Id est apertè, authore Festo.

Prognariter, penult. corr. { γνησίως } Aliud aduerbium, Audacter, strenuè. Plaut. Pœn. 16,

Ego scio hercle vtrunque velle. D. age. indica prognariter. Nonius.

Prognatus, penult. prod. Adiectiuum { γνησιος } Natus. Terentius Phormione, 1. 2,

Bonam, bonis prognatam. Cic. 3. Tuscul. Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus?

A se prognatus. Horat. 1. Serm. sat. 6,

Artes, quas doceat quibus Eques atque Senator

A se prognatos. Hoc est liberos suos.

Quo prognatus eodem. Horat. 2. Serm. sat. 1.

Pinus prognatæ vertice Peliaco. Catul. Argonaut. epigr. 59.

¶ Prognati { γνησίως } Liberi. Plaut. Amphit. 8,

Res, parentes, patria & prognati, tutantur, seruantur.

PROGNE { φάσκων } Pandionis Athenien sium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym suscepit, quem patri postea comedendum dedit, propter Philomelam sororem ab eo violatam. Quid. 6. Metamor. dicit eam fuisse versam in

hirúdinem,Item verò in phasianum: quo in loco tota fabula describitur. Vide etiam in dictione TEREVS. Virg.4.Georgicorum,

Et manibus Progne pectus signata cruentis.

Prognosis,penult.prod. {προγνωσις} præscientia,prouidentia dicitur.

Prognosticon,penult.corr. {προγνωστικὸν} Rei futuræ signum.A Græco verbo προγινώσκω, quod facit in futuro προγνώσομαι, quod præscio, siue præcognosco significat.Vnde Hippocratis prognostica,quibus facilè ægrotorum salus mórsve à medicis prædici solet. Cic.2.de Diuinatione.Ex eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas,& genera herbarum.Ibidem,lib.1.22,Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt.

Si prognostica nostra vera sunt. Cicero Attico, libro 15, Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt.ranæ enim βρεκεκέκτην.

Programma programmatis, pen.corr. neut.gen. Scriptura in frontispicio.Inscriptio alicuius rei vænalis.Tabula pendula publicè proposita ac suspensa, in qua edicta scribi cõsueuerunt. Vnde pro edicto aliquando ponitur.

Progredior, progrederis, penult. corr. progressus sum {προπάσχω, προϊσταμαι,προάγω} prógredi,pen.corr.Vltra procedere.Plaut.Casin.19,

Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus socer. Cæsar 4.belli Gallici.Quum illi aut ex aciebus, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti,&c.

Regredi & Progredi,opposita. Cicero 1.Offic. Atque vt regredi quàm progredi mallent.

Nihil progredi,Cic.pro Sextio.
Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu.Brutus Cic.lib.1.14.
Pedetentim progredi. Lucret.lib.5.
Incessu tacito progredi.Virg.12.Æneid.
Progredi magnis itineribus.Cæsar 2.bel.Ciuil.
Duos duntaxat pedes progredi.Cic.3.de Orat.
Tridui viam progressi,rursus reuerterunt.Cæsar 4.bel.Gall.
Progredi obuiam.Liuius 7.ab Vrbe.

¶Progredi longius, per translationem, pro Sermonem extendere.Cic.5.Verr. Non dubito quin vobis satisfecerim Iudices, veruntamen progrediar longius.

Vltrà progredi.Cic.1.Tusc.ul. Vltrà quò progrediar,quàm vt verisimilia videam,non habeo.

In adulationem progredi.Tacit.lib.3.

Progredi aliquid. Liuius 1.belli Macedon.Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti maie pedibus ingrediuntur: quicquid progrediar,in valtiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi.

Suis viribus sine adminiculo progredi.Quintil.lib.2.cap.6.

Ad omnia progredi. Cic. de Aruſp. resp. Repulſi sunt ij,quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissimè largientes, non solùm alieni, sed etiam sui vicini,tribules,vrbani,rustici repulerunt.

De aliquo progredi aliquò. Cic. 6. Verr. Videret quid ageret,de Diodoro quò progrederetur.

Ne digitum quidem progredi, Prouerbialis formula, pro Ne minimum quidem.Cic.4.Acad.Non quero ex his illa initia mathematicorum,quibus non concessis,digitum progredi non possunt.

Vltra primas literas paulum aliquid progredi.Quintil.lib.1.cap.1.

In virtute procedere & progredi.Cic.4 de Finibus.

In cum locum progredi,vt,&c. Cicero 3.Verrina,Vt perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniuriæ, tanta vis sceleris fuisset, vt Lampsacenus moriendum sibi potius, quàm perpetiendum putarent: nunquam illos in eum locũ progressuros fuisse,vt vehementius odio libidinis tuæ,quàm metu legationis mouerentur.

Progressus eò,Hoc est Eò peruenit,vel decidit.Cic.Attico,lib.10, Indulgentia videlicet nostra deprauatus,eò progressus est, quò non audeo dicere.

Neque eò deducam,aut progredi patiar,vt opera mea manus inter vos conseratis.Cic.Antequam iret in exil.

Peruenit quoad fieri hominis amentia progredi potest. Cicero 11. Philippica.

Quamobrem id primùm videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat.Cic.de Amicit.

Vix vltrà quò iam progrediatur habet. Ouidius 1. Fastorum. De amore.

Serpere longius atque progredi dicitur calumnia.Cic.Anteq.

Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non potest. Cic.1.de Diuinat.

Progreditur rationibus philosophia.Cic.4.Acad.Ipsa philosophia quæ rationibus progredi debet,quem habebit exitum?

Progrediens {προάγων} Participium, siue Nomen ex participio. Cicero 3. Tusculan. Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.

Progrediente ætate,Hoc est in ipso ætatis cursu.Cic.5.de Finibus, Natura corpus quidem hominis sic genuit & formauit,vt alia in primo ortu perficeret,alia progrediente ætate fingeret.

Progredi via. Cic.2.de Nat.deor.Alij autem vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem. De natura.

Progrediens vsus. Cic.1.de Finib.Quum autem vsus progrediens familiaritatem effecerit,tum amorem effloresce tantum.

Progressus,Aliud participium {προαγών}. Cic.de Senectute,Nisi fortè adolescentes pueritiam paululum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere.

Viam multorum dierum progressus. Cicero 1.de Diuinat.Itaque vt ex ipso audiebam,perfæpe reuertit ex itinere, quum iam progressus esset multorum dierum viam.

Ex hac domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit?Cic.pro Cælio.

Progressus,huius progressus {προπομπή} Processus,progressio.

Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Truẽinum venisse.

Cn.Magnus Domitio Proconsi.in Epist.famil.Cic.lib.8.

Progressus & regressus quinque stellarum errantium constantes & rati.Cic.2.de Nat.deor.

Arcere à progressu.& à reditu refrænare.Cic.11.Philipp.

Antecessio & progressus. Cic.1.Offic.Homo autem quoniam rationis est particeps,consequẽtia cernit, causas rerum videt,earúmq; progressus & quasi antecessiones non ignorat. Id est,futuros exitus, & quò res progrediatur & tendat.

Progressus ætatis. Cicero 5.Philipp. C.Cæsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiáque virtute, progressum ætatis expectari non oportere.

Facere progressum in studiis, quod Plinius Iunior Profectum facere dicit. Cicero 4. Tusculana, Philosophiæ ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus fine flagranti cupiditate facere potuissent.

Habere progressum in Stoicis,Idem. Cic. 1. de Natura deorum, Lucilius Balbus qui tantos progressus habebat in Stoicis. Gallicè, *Qui auoit tant profité.*

Progressio {προπόδισμα.} Cic. 3. Offic. Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur,& progressione dicendi.

Progressio ad virtutem. Cicero 1.Academ. In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur.

Origo & progressio virtutum. Cic.4.de Finibus,Atque ab iis initiis profecti, omnium virtutum & originem & progressionem persecuti sunt.

Progymnasius, progymnasij. Seneca epist.84, Minimum exercitationi corporis datum. & hoc nomine ago gratias senectuti, non magno mihi constat:quum me moui, lassus sum. Hic autem est exercitationis, etiam fortissimis, finis. Progymnasios meos queris: vnus mihi sufficit,Eurinus,puer(vt scis).amabilis.sed mutabitur.iam aliquem teneriorem quæroniam vix illum assequor currentem,& intra paucissimos dies non potero.

Progymnasmata {προγυμνάσματα} Latinè dici possunt præexercitamenta,vel præexercitationes. Vt Aphtonij opusculum, quod hoc nomine inscripsit.

Proh {ὦ} Interiectio,Vide PRO. Pròh Iuppiter.Virg.4.Æneid. Pròh scelus.Virg.5.Æneid.

Prohibeo,prohibes, penult.corr. prohibui,prohibitum,penult.corr. {κωλύω,ἀποτρέπω,διείργω,ἀπρίσσω,διαγκυλόω,εἴργω,κωλύσιν,ἐπιτρέχω} prohibere, Ex pro & habeo compositum, Vetare, seu impedire nequid fiat aut incipiatur.Virg.1.Æneidos,

Quod genus hoc hominum:quæve hunc tam babara morem
Permittit patriahospitio prohibemur arenæ. Terent.Heaut.3.3,
Multa fert libido,ea prohibet facere tua præsentia.

Prohibere minaciter,Vide MINACIAE.

Prohiberi & impedri.Cic.4.Verr.Qui quum à Prætore prohiberentur,à quatuor Questoribus impedirentur,omnium minas atque omnia pericula pro salute sua leuia duxerunt.

Coram aliquid facere prohiberi.Cic.Octauiano.

Prohibentur adire ad filios suos.Cic.7.Verr.

Lacrymæ dolórque prohibent loqui.Ouid.9.Metam.

Prohibere peregrinos vti vrbibus.Cic.3.Offic.Malè etiam qui peregrinos vrbibus vti prohibent,cósque exterminant.

Prohibere ne.Cic.1.Verr.Daturus es huic crimini,quod & potuisti prohibere ne fieret,& debuisti?

Prohibere quo minus. Colum.lib.2.cap.4,Nihi prohibet quo minus mense Iulio veruacta subigantur.

Prohibere & vetare quin.Plaut.Curcul.2.

¶Accusatiuo & ablatiuo cum præpositione.Cæsar 1.bel.Gall.Cæsarem certiorem faciunt, sese dej opulatis agris non facilè ab oppidis vim hostium prohibere. Virg.1.Æneidos,

-prohibe infandos à nauibus ignes.

Prohiberi commeatu, aqua, &c. Hoc est, Detineri quo minus aquam, commeatum, & alia necessaria habere possimus. Lentulus ad Senatum,lib.12.15.

¶Accessum prohibere,Vide ACCEDO.

Accessus prohibet refugíque viriles.Ouid.14.Metam.

Aditum prohibere,Vide ADEO, adis.

Prohibere operas aditu.Cic.ad Attic.lib.4,Qui erant mecum,facilè operas aditu prohibuerunt.

Agricultura prohiberi. Cæsar 4.bel.Gall.

Calamitate prohibere. Cic.pro Lege Manil.Erit humanitatis vestræ,magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.

Prohibere à conuitiis. Cæsar 1.bel.Ciuil.

Cibo prohiberi & tecto.Cic.5.Verr.

Detrimento aliquem prohibere.Author ad Herenn.lib.2.

¶Dolorem dentium prohiber,Occurrit dentium dolori,Impedit ne oriatur,Arcet.Plin.lib.20.cap.7.

Domo prohibere. Terent.Phorm.2.3.

Exitu prohibere.Cic.ad Attic.lib 9.

Fuga.Cicero ad Atticum, libro 9, Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunsidet,fossa & vallo septum tenet,fuga prohibet.

Aliquem ab iniuria.Salluſt.in Iugurtha.

Ab insula procul prædones prohibere,& Intra insulam recipere, contraria.Cic.6.Verr.

Itinere.Cæsar 1.bel.Gall.

Ludo inani prohibere animos instabiles. Virgilius 4.Georgic.De apibus.

Motus & conatus alicuius prohibere.Cic.2.in Catil.

Nefas.Virg.5.Æneid.

Periculo prohiberi. Cic.4.Verr.Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse,&c.

A periculo Rempub.Cic.pro Lege Manil.

Potione prohibere per triduum.Colum.lib.6.cap.7.

Aliquem prouincia.Plancus Cic.lib.10.15.

A pugna

A pugna.Cæsar 4 bel.Gal.

Bacchum rixis. Horat.1. Carm.ode 27. Hypallage, quasi diceret, prohibere rixas à Baccho : vel propriè & vsitato more loquutus est. Sic enim Cicer. pro Leg.Manil. Erit igitur humanitatis vestræ tantum ciuium Rom.numerum calamitate prohibere. Lambinus.

Sepultura aliquem.Author ad Heren.lib.4.

Seruitio.Liu.1.ab Vrbe.

Prohibere à se vim. Plaut.Capt.13.

Voce prohibere aliquem,Impedire nequis loquatur. Cic. pro Ligario, Id ne impetremus, pugnabis, & in nostrum fletum irrumpes,& nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Vrbe prohibere aliquem.Ouid.15.Metam.

¶Prohibere,datiuo & accusatiuo iunctum.Plaut.Curc.14,

Obsecro parentésne meos mihi prohibeas? Idem Mil.10.

Prohibessis {ἀπόφθις} pro Prohibueris, antiqué. Plaut.Pseud.3,

-id te Iuppiter

Prohibessit. Cato cap.141,Vti in morbo visos,inuisosq;,viduertatem,vastitudinemque,calamitates,intemperiasque prohibessis.

Prohibens,pen.corr.Particip.{ἀπείργων.} vt Lex naturę recta imperans, prohibensque contraria.Cic.1.de Nat.deor.

Egredi deo prohibente. Tibul.lib.1.eleg.3.

Vento prohibente reuerti.Ouid.epist.26.

Prohibitus,pen.corr.Participium.Cic.5.Verr. Equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum.

Prohibendus,Aliud participium {κωλυτέος.} vt

Ira maximè prohibenda in puniendo.Cic.1.Offic.

Prohibitorius,Adiectiuum:vt Auis prohibitoria, apud Plinium lib. 10. capite 14.

Edictum prohibitorium. Paulus in l. Mutus & surdus. D. De procur.Quia hoc edictum prohibitorium est.

Interdictum prohibitorium. Vipian.in l. Ait prætor. D. de arbor. cædend.& in l.certum.D.de confess.

Proiicio,proiicis,penult.correp.proieci,penult.prod. proiectum {ἀποβάλλω,ῥοθίζομαι, καταβάλλω, σφάλλω} proiícere, Porrò iácere.Virgil. 6.Æneidos,

-proiice tela manu. Ouid.epist.20,

Proiicit ipse suas deducta fronte coronas.

Ante pedes proiicere aliquid.Virg.5.Æneidos.

Arma proiicere. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Ampullas proiicere & sesquipedalia verba. Horat. in Arte.Id est, Irata verba,inflata,grandia:emittere orationem tumidam.Adhuc enim ampullas vocamus quasi inflata vasa.

Animas proiicere.Virgilius 6. Æneidos. quasi rem vilem, inquit Seruius.

Strato proiecerat arcus.Valer.7.Argon.

Aurum proiicere.Horat.2.Serm.saty.3.

Diem proiicere,Opperere.Stat.1.Thebaidos,

Ille tamen superis æterna piacula soluit,
Proiecitque diem,nec iam amplius æthere nostro Vescitur.

Proiicere in altum.Cato apud Gellium lib.4.cap.17.

In exilium proiici.Cic.Antequam iret in exil.

Foras proiicere. Cicer.in Catil.Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem euomuerit,forasque proiecerit.

Fructus amoris proiicere, A se reiicere. Catul. in Camerium, epigram.51.

Lacrymas proiicere,pro Effundere.Hirtius 4.bel.Alex.

Libertatem suam,Cic.pro C.Rabirio Posthumo.

¶Proiicere rem viliore pretio, Id est vendere tam vili pretio, vt eam proiicere & abiicere videamur. Vipian. in l. Si pignora. D. de euiction.

Se proiicere. Cic.ad Atticum,lib. 9, Tuas nunc epistolas à primo lego.Hæ me paulum recreant.primæ mouent & rogant, ne me proiiciam,Hoc est,despondeam animum.

Diogenes proiici se iussit inhumatum. Cicero 1. Tusculana. Hoc est abiici.

Se ad pedes proiicere, Humilitatis signum. Cicero pro Sextio, Vos inquam, pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis.

Se ex naui.Cæsar.5.bel.Gal.

Se ex vrbe,Subtrahere.Cic.4.Philip.

Se in forum,Proripere.Liu.2.ab Vrbe.

Se in iudicium.Cic.pro Cælio, Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium fortè proiecerint,excluditote eorum cupiditatem, Iudices, sapientia vestra.

Se in muliebres fletus.Liu.5.bel.Pun.

Super amicum exanimem sese. Virg.9.Æneid.

Proiicit se libido ac proripit. Cic. 2. de Fin. Quod stuprum, quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate,aut licentia?

Tectum proiicitur, pro Extenditur. Cic. in Topicis, Quoniam P. Scæuola id solùm esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur.

Virtutem patriam proiicere. Cæsar 2.bel. Gal.

Proiicere, inquit Nonius, effundere, honestè posicum. Sisenn. Histor. lib.4, Tum postquam apud Æginos, ac Perusinos eius facti mentionem proiecit.

Proiectus {ἀπορριμμένος, ῥοθιλὸς} Participium, siue Nomen ex participio. Colum.lib.12.cap.2, Quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod desyderatur.

Cibum proiectum odorari.Horat.Epod.6.

Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset,humauit.Cic.1.de Diuinat.

Ex naufragio ad saxa proiectus. Cicero duodecima Philipp. Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana saxa proiectus est.

In puluere proiectus. Valer.4.Argon.

Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Virgilius duodecimo Æneidos.

Amor lucis proiectus. Silius lib.10,

Per medios agitur,proiecto lucis amore,
Annibalem lustratus Paulus.

Cadauera proiecta.Varr.de Ling.Latin.lib.4.

Corpus proiectum. Lucret.lib 3.

Enses proiectos reddidit. Lucan.lib 9.

Pudore proiecto loquar tua facta.Ouid.6.Metam.

¶Proiectus puer,dicitur expositus.Plaut.Ciſtel 3,

Paruulam puellam proiectam ex angiportu sustuli.

¶Proiectus {ῥοθιτικὸς} Extensus. Cic.1.de Orat. Brachium procerius proiectum,quasi quoddam telum orationis.

In antro viridi proiectus. Virg.eclog 2.

Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ.Cic.in Arato.

In æquor proiectus. Ouid.2.de Ponto,eleg.7.

Proiecta insula. Cic.6. Verr. Quarum vna est ea quam dixi,insulaquæ duobus portubus cincta,in vtriusque portus ostium aditúmque proiecta est.

Proiectæ humi vineæ. Colum.lib.de Arborib.cap.4.

Vrbs proiecta in altum. Cic 6.Verr.

¶Proiecta audacia atque eminens. Cic.pro Cluentio, Quòd aut hi qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi quorum eminet audacia,atque proiecta est, à consiliis malitiæ deferuntur. Sic Proiecta cupiditas, apud eundem pro Domo sua.

Proiectus ad audendum. Cicer. 3. Verr. Est idem Verres qui fuit semper: vt ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum præsto est.

Ad libidinem gens proiectissima. Tacit. lib.21,de Iudæis.

Proiectas ac proditas ad inconsultam atque impronidam pugnam legiones dixit Liuius.

¶Proiectus,pro Contempto & vili. Tacit.lib. 1, An ciues,quibus iam proiecta Senatus authoritas?

Proiecta, Partes sunt domus prominentes, qualia sunt meniana, & podia pensilia : vnde aspectus est nobis in vicos & plateas. Budæus.

Proiectus,huius proiectus {προβολὴ} Ipsa proiectio.Plin.lib.17. cap. 12. Omnium quę proiecta fr ontis ita diffunduntur,vt per ipsas non defluant imbres,stilla sæua est.

Corporis proiectus immanis. Lucret.lib.3.

Proiectio,Verbale {πόσις.} Cic in Orat. Brachij proiectio in contentionibus,contractio in remissis.

Proiecto,proiectas {ῥιπτίζω} proiectáre,Frequenter proiicere.

Proiectare aliquem probris,Iniuriis afficere.Plaut.Bacch.11.

Proiectura,proiecturæ, penult. prod. {προβολὴ.} Proiecturæ Vitruuio sunt prominentiæ, & velut supercilia quædam parietum arcendis stillicidiis inuenta: fabri *larmeros* appellant & *intabulamenta*. Quanquam etiam proprio nomine Coroux vocentur: siue structura, siue intestino opere constent. Vitruuius lib. 2. cap. 8, Summis parietibus structura testacea sub regula subiiciatur altitudine circiter sesquipedali:habeatque proiecturas coronarum. Ita verari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.

Proiectitius, Adiectiuum, Qui proiectus nutritur.Plautus Ciſtel.1,

Lemníque natam despondit adolescentulo amore capto illius proiectitiæ.

Proin,Aduerbium {διὰ ταῦτα} Propterea,ideò,propter hoc. Terentius Eunucho, 1.1,

Proin tu, dum est tempus,etiam atque etiam cogita.Idem Andr.2.4,

-orationem speratinueniſſe se,

Qua differat te:proin face,apud te vt sies.

Proinde,Aliud aduerbium {διὸ, τοίνυν,διόπερ} Idem significans. Terentius Andr.4.2,

-ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.

Proinde hinc vos amolimini. Liuius lib.1,Satis scire,origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem : proinde ne grauarentur.

Proinde isti licet faciant quos volent Consules.Cic.Attico,2.

Proinde bono animo sis.Cic.Attico,lib.1.

Proinde fac magnum animum habeas.Cic.Cassio,lib.12.

Proinde,si sapis vide.Cic.4.Verr.

Proinde si qui sunt,qui,&c.Cic.7.Verr.

Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. Lepidus Ciroui,libro 11.35.

¶Proinde {ὁμοίως} pro aduerbio similitudinis aliquando ponitur, eandemque significationem habere videtur cum Perinde. Terent. Phorm.2.3,

Proinde expiscare quasi non nosses. Cic. pro Domo, Proinde quasi isti aut de Cn.Pompeio aliter atque ego existimo,sentiant,&c. Colum. lib.11.cap.52, Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentauerunt,vt siue dulcis esset sapor vuæ, siue acidus,proinde æstimarent.Tacit.lib.12, Decreraque eorum proinde haberi iusserat,acsi magistratus Romani constituissent.De Augusto loquitur.

Proinde ac. Lucret.lib.3,

Scipiades belli fulmen,Carthaginis horror
Ossa dedit terræ,proinde ac famul improbus esset. Id est tanquam, proinde ac si.

Proinde ac debeat.Varr.de Ling.Latin.lib.9.

Proinde vt.Varr.lib.de Ling Latin.5 & 18.

Prolabor,penult.prod.prolaberis,penult.corr. prolapsus sum {ῥοθέω} prolábi,Vltra labi.Cic.2.de Nat.deorum,

At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo. Ex Poeta.

Prolapsus cecidit.Liu.5.ab Vrbe.

Prolabi in caput. Liuius septimo bel. Punici Vetus codex habet

Per caput.
Prolabi ex arbore. Plin.lib.27.cap.8. Et apud Liuium,lib. 7. bel. Pun.Prolabi ex equo.
Matris prolapſus ab aluo.Ouid.in Ibin.
¶Prolabi timore. Cicero pro Quintio, Fore vti permultis in rebus timore prolaberer.
Prolabi longius. Cic.pro Cecin. Non me prætexerit, Recuperatores, tametſi de hoc iure multa prætereo, tamen me longius prolapſum eſſe,quàm ratio veſtri iudicij poſtulauit.
Prolabi in miſericordiam.Liu.10.bel.Pun.
Prolabi cupiditate. Cicer. ad Atticum, lib. 1.12, Aſiani qui de Cenſoribus conduxerunt,queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos,nimium magno conduxiſſe.

Prolapſus,Participium{πεσὼν,βεβὼς,κατηρεφὴς,κατερείπων.} vt
Equus prolapſus.Propert.lib.4.eleg 1.
Pergama prolapſa.Virg.2.Æneid.
Prolapſa iuuentus refrænanda & coercenda: In malos mores deuoluta.Cic. 2.de Diuinat. His præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrænanda atque coercenda ſit.
Prolapſa hæc libido,vt.Cic. pro Cælio, Huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam,vt ea non modò ſolitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum tegumenta non quærat.
Verbum prolapſum ab aliqua cupiditate.Cic.pro Fonteio.

Prolapſio,Verb.{κατηρεφὴς.} Cic.pro Cælio, Et interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas offendit,quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet.

Prolatio,Prolatus,Vide PROFERO.

Prolato,prolatas,penult.prod.{μακρύνω,πλατύνω} prolatâre, Ex pro, & latus adiectiuo compoſitum,Idem quod Dilatare, & aliquando differre in aliquod tempus, & protrahere. Cic. in Catil. Id opprimi ſuſtentando ac prolatando nullo pacto poteſt. Sic 1. bel. Pun. Nihil prolatandum ratus.
Agros prolatare. Tacit.lib.18.
Diem prolatare. Saluſt. in Catil.Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum: illos,dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.
Diem ex die prolatare.Tacit.lib.5.
Rem ruſticam prolatare.Columel.in præfat. lib. 1, Largius tamen condidere quàm nos, quibus duturna permittente pace, prolatare licuit rem ruſticam. Id eſt,ampliorem facere.
Vitam prolatare. Tacit. lib. 11, Interim Meſſalina Lucullianis in hortis prolatare vitam. Id eſt producere,prorogare.
Prolatare, Portotenus latius facere, & amplificare. Lucretius libro primo,
Effugiumque fugæ prolaret copia ſemper. Id eſt fiet vt ſpatij infinitas perpetuum telo effugiendi atque euolandi locum præbeat. Lambinus.

Prolatatus,pen.prod. Participium {μακρυνθείς.} vt Bellum prolatatum. Tacit. lib. 13, Prolatatum inter Parthos Romanoſque de obtinenda Armenia bellum acriter ſumitur.

Prolatatio,prolatationis.Verb. {μακρυσμός.} Tacit. lib.19, Sed omnem prolationem vt inimicam victoriæ ſuſpectabant.

Prolecto,prolectas{ἑλκύω} prolectâre,Illectare ſignificat.Cic.pro Flacco,ſtigentes,& leues ſpe largitionis,& viatico publico,priuata etiam benignitate prolectat.

Prolectibile, Quod alliciendi incitandíque vim habet. Sidon. ad Vectionem, Nemo ita naturæ firmæ eſt, vt prolectibilibus careat occultis.

Prolepſis,huius prolepſis {προλῆψις} dici poteſt Latinè præſumptio: Ex πρὸ ante, & λῆψις ſumptio, ſiue acceptio: ſiue ἀπὸ τῶν προλαμβάνειν, hoc eſt à præſumendo. Fitque in oratione,quum id quod in aduerſarij aut iudicis opinione eſſe aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere,& ratione diſſoluere. Cic.1.de Nat.deor. Quæ eſt enim gens,aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quandam informationem.

Proles, prolis, fœm. gen. {ἔκγονη} Progenies. Colum. libr. 7, de caprino pecore, Paſcit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quintil. lib.8.cap.3, Proles ducenda, tragicum.
Proles & Soboles, verba à Cicerone non euitata, vt ipſe teſtatur lib.3.de Orat. Neque illud fugerim dicere, vt Cælius, Qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit, nec Prolem aut Sobolem, aut Effari, aut Nuncupari.
Tura diu volucrum proles, tum denique cæſa eſt. Ouidius primo Faſtorum.
Oliuæ proles. Virg.2.Georg.
Hominum futurorum.Cic.in Som.Scip.
Fœlix vrbs prole virûm.Virg.6.Æneid.
Achilles Thetidis proles,Vide ACHILLES.
Degener.Senec.Agamemn.6.
Duellica equorum.Lucret.lib.2. Alij Iegunt Bellica.
Effera. Lucret.lib.2.
Fœda.Senec.Medea,7.
Fœlix.Claud.2.de rapt.Proſ.
Ignara parentis.Ouid.2.Metam.
Incerta.Seneca Thyeſte,4.
Inclyta. Seneca Medea,7.
Maſcula ruſticorum militum.Horat.3.Carm,ode 6.
Noua Lucret.lib.1.
Poſthuma.Virg.6.Æneid.
Præclara.Valer.2.Argon.
Pulcherrima.Virg.6.Æneid.
Scelerata.Ouid.1.Metam.

Virilis.Virgil.7.Æneid.
¶Ambiguam prolem agnoſcere.Virgil.3.Æneid.
Proles ſine matre creata.Ouid.2.Metam.
Equitum,peditumque prolem deſcribunto.Cic.3.de Leg.
Geminam dare.Virg.1.Æneid.
Gemellam eniti.Ouid.9.Metam.
Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt. Cicer. 2. de Natura deorum.
Procudere prolem.Lucret.lib.5.
Pulchra prole parentem facere.Virg.1.Æneid.
Producere prolem teneram à nido in aera. Ouidius libro octauo Metamorphoſeos.
Propagare prolem.Lucret.lib.2.

Proletarius,Adiectiuum {δημώδης, ἀνοβιωτικὸς} à Prole dictum eſt. Proletarij dicti ſunt qui in plebe Romana pauperrimi erant,& non amplius quàm mille & quingentos æris in cenſum deferebant,vt ait Nonius. Ennius Annalibus, Proletarij, vt publicitus, ſcutaque ferrique ornatus. Vide Gellium lib. 16, cap.10. Feſtus Proletarium, capite cenſum dictum ait, quòd his ciuitas conſtet, quaſi proles progenie. iidem & proletanei. Nonius,Proletarij dicti ſunt plebeij,qui nihil Reip. exhibeant, ſed tantum prolem ſufficiant. Alexander Alexandrinus lib. 6. cap. 2, Etiam proletarios & capite cenſos quandoque munera feciſſe, & Reip. operam nauaſſe competimus. Quibus ex verbis dormitaſſe Nonium apparet.
Proletarius ſermo. Plautus Milite, 10. Id eſt vilis & plebeius.
¶Proletarij dicebantur homines inopes, & nullo cenſu in claſſes redacti. Hoc verbum eleganter vſurpauit Budæus, pro iis qui nulla animi dote, nulla ingenij ac ciuilis prudentiæ facultate cenſentur, & commendabiles ſunt.

Prolibo,prolibas,penult. prod.{προσπάλλω} prolibâre, Antè libare. Plin lib. 35. cap. 12, In facris quidem etiam inter has opes non myrrhinis cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſympulis. Idem lib.28. cap. 4, Alij è tribus puteis pari menſura aquas miſcent, & prolibant nouo ſcitili.

Prolicio,prolicis,pen.cor. prolexi,prolectum{ἑλκύω} prolícere,Inducere. Antiquum.Plaut Curcul.3,
Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Prolixus,Adiectiuum {μακρὸς,ἱκανὸς,πλουσιόκαρπος} A laxum ſit, quaſi porrò laxum,quod longum,laxumque eſt.Terent.Heaut.2.3.
Capillus paſſus, prolixus,circum caput
Reiectus negligenter. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 9, Licet videre fructuoſas ſegetes ac reſtibiles,& arbores prolixas.
Barba prolixa.Virg.eclog.8.
Comæ prolixæ. Ouid.4.Triſt.eleg.2.
Ictu prolixo prouolat.Lucret. lib. 4. Hoc eſt, velocitate maxima.
Prolixus animus, Optimus: quòd quæ prolixa ſunt, eò meliora: vel Prolixus animus, Liberalis. Cicer. ad Atticum, lib. 16, Quod quum ita ſit, tamen intereſt noſtra, Plancum hoc animo libenti prolixeque facere. Vbi interpres, Prolixus, In cauſam propentus.
Natura prolixa & benefica. Cicer. Appio lib. 3. epiſtol. Famil. 8, Liberalitas tua, vt hominis nobiliſſimi, latius in prouincia patuit. Noſtra ſi anguſtior (etſi de tua prolixa beneficaque natura limauit aliquid poſterior annus,propter quædam triſtitiam temporum) non debent mirari homines, quum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior,&c.
Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum. Id eſt propenſior, facilior, liberalior.Cic.Attic.lib. 6.epiſtol.3.
¶Prolixus,Promptus,facilis.Cic.Attic.lib.1.epiſt.1,Quum perſpexero voluntates nobilium, ſcribam ad te. Cætera ſpero prolixa eſſe his duntaxat vrbanis competitoribus.
¶Prolixus, Superfluus aliquando dicitur. Vnde prolixa oratio, Prolixum iter, Prolixa verba dicimus. Sipontinus.

Prolixè, Aduerbium,Longè,lateque. Terent.Adelph.5.8,
-vis eſt hæc quidem. D. age prolixè Mitio. Vbi Donatus, Aut age prolixè, id eſt age benignè, vt ſit prolixè, benignè, ſecundum veteres,aut.&c.
Prolixè aliquem accipere,Id eſt largè & lautè. Ter. Eunucho.5.9, Accipit hominem nemo melius priorius, neque prolixius.
Prolixè promittere, Largè, copioſè, liberaliter. Cicero ad Cæſarem,libro 7.5, Neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promiſi,quàm eram ſolitus de mea polliceri.
Prolixè & cumulatè. Cicer.pro L.Flacco,Adductus huius pudore, & non ampliſſimis patrimonij copiis,id non ſolùm fecit, ſed etiam prolixè,cumulatéque fecit.
Libenter,prolixè,& celeriter facere. Cic. ad Attic. lib. 16, Id autem eſt,vt hoc,quod de tua ſponte facturum eſſe certò ſcio,honoris noſtri cauſa libenter,prolixè,celeriter facias.
Parum prolixè reſpondere. Cic. ad Attic. lib. 7, Me Pompeius Capuam venire voluit,& adiuuare delectum: in quo parum prolixè reſpondent Campani coloni. Id eſt,inuiti. Nec mirum eſt lege Iulia in agrum Campanum deductos,propenſiores in Cæſarem eſſe.

Prolixitudo,pen.prod.prolixitudinis{μάκος.}Pacuuius Duloreſte,
Oro mi ne flectas fandi mi prolixitudinem.
Prolixitas, penult. corr. Vlp. in l.2.§. vtrum.D. Quemadm.teſtam. aper. Secundum locorum anguſtias ſeu prolixitates.
Prolixo, prolixas, prolixare, Prolixum facere. Columella lib.4. cap.24.ad finem, Magnopere monendus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti,& quantum poſſit,nouaculæ ſimilem reddat.

Prologus,prologi.penult.cor.rep.maſcul.gen.{προλογος} Proloquium, ſiue præfatio, vbi aut poeta excuſatur, aut fabula commendatur. Prologus etiam narranda proponit.Terent.in Prologo Phormionis, Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret.

Prologus,

Prologus,aliquando ipſum hominem, prologum referentem ſignificat.Terent.in Prologo Heaut.
Oratorem voluit eſſe me,non prologum.

Prologium prologi {προοίμιον} Principium, proloquium Pacuuius,
Quid eſt?nam examinaſti me prologio tuo. Feſt.

Prolongo,prolongas {μακύνω} prolongâre, Longum facere. Plin. lib. 13.cap. 3, Veſtes prolongant tempus. Ex veruſto exemplari legitur prorogant. Id eſt, in longum tempus durant. Seneca lib. 5. de Benefic. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem.

Proloquor, penult. correp. proloqueris, proloquutus ſum {προφέρω, προφθέγγομαι, προπαίζομαι} prôloqui, Eſt quum quod in animo habemus, loquendo efferimus. Varr.lib.5. de Ling. Latina, Prolocutum dicimus, quum animo quod habuit,extulit loquendo. Terent.And.1.5, Cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui? Idem Phorm.2.1,
-poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non poruit cogitata proloqui. Cicer. in Oratore, Me autem ſiue pertiagatiſsimus ille verſus, qui verat artem pudere proloqui quam factites,diſſimulare non ſinit quin delecter.
¶Proloqui, Multum,ſiue plus loqui quàm par eſt. Plaut. Epid.10,
-nam quid ego apud te proloqui parem? &c.

Proloquium , proloquij {ῥῆσις} Sententia in qua nihil deſyderatur. Varr. de Ling. Lat. lib. 18, Exemplum, vt Annibal Pœnus fuit, Scipio Numantiam deleuit. Et omnino quicquid ita dicitur, plena atque perfecta verborum ſententia, vt id neceſſe ſit aut verum aut falſum eſſe, id à Dialecticis appellatum eſt ἀξίωμα: à M.Varr. proloquium: à Cicer. pronuntiatum. Hæc Gell. lib. 16. cap. 8. Etiam pro exordio ponitur.
Proloquium diſiunctiuum, pro Diſiuncto genere argumenti, vel Propoſitione diſiunctiua, vt vulgò loquuntur.Gellius lib. 5. cap. 11, Non ratum id, neque iuſtum, diſiunctum eſſe ait, quoniam non neceſſum eſt alterum ex duobus, quæ diſiunguntur, verum eſſe: quod in proloquio diſiunctiuo neceſſarium eſt.

Prolubium,prolubij {ἡδυσμάτα} Cupiditas & voluptas. Gellius lib, 16.cap.19, Feros & immanes nauitas prolubium tum audiendi ſubit. Aliter Donatus. Vide in PROLVVIVM.

Proluceo, proluces, penult.prod.proluxi, proluc̃re. Seneca De vita beata,cap.32, Sena per diem,ſena per noctem ſigna proluerent.

Proludo,proludis,pen.prod.proluſi,proluſum,penult. prod. {προπαίζω, προλέγομαι} proludere, Eſt futurum certamen meditari, & exercendarum virium cauſa, confirmandíque animi veluti ſimulacrum quoddam certaminis inire. Varr. de Ling. Latin. lib. 5, Pro,idem valet quod ante,vt in hoc proludit. Virgil.lib.3.Georgicorum,
Et tentat ſeſe,atque iraſci in cornua diſcit,
Arboris obnixus trunco:ventoſque laceſſit
Ictibus,& ſparſa ad pugnam proludit arena.
Iurgia proludunt.Iuuen.Saty.5,
Iurgia proludunt,ſed mox & pocula torques
Saucius.
Proludere, inquit Budæus, eſt aliquid agere quod ad iuſtum certamen pertineat: quaſique exordium legitimi, pleniáque certaminis auſpicari.Cic.2. de Orat. Sed vt ipſis ſententiis quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint.
In armis leuibus proludit.Ouid.ad Piſon.
Dolor proludit per ſcelera.Seneca Medea,12.

Proluſio proluſionis,Verbale{προπαίγνισμα.}Cicero 2.de Orat. Atque eiuſmodi illa proluſio debet eſſe,non vt,&c.
Proluſionis vocabulum ad cauſas tranſlatum eſt. Sic Cicero diuinationem ſuam,proluſionem Verrinæ accuſationis vocat,1. Verr. Sin mecum in hac proluſione nihil fueris: quê te in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus?

Proludium,proludij {προαύλιον} Id eſt Præludium, & initium orandi cauſas,ſed per tranſlationem.Gellius lib.5.cap.10,Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt, quum te non in cauſa tantùm, ſed in argumento quoque iſto vinco.

Proluſorius, Adiectiuum. vt Proluſorium iudicium, id eſt Præiudicialis cauſa.Vlpian.in l. Si proluſorio iudicio.D.de appellation.

Prolugeo, proluges, penult. prod. proluxi, proluctum {ὑπηθρεύω} prolugêre. Feſtus,Prolugere dicuntur,qui ſolito diutius lugent.

Proluo,proluis, prolui, prolutum, pen.prod.{βρίζω} prolúere, Ex pro & lauo compoſitum, Multum,ſiue multo tempore lauare. Perſius in Prologo,
Nec fonte labra prolui Caballino. Non enim omnino negat, ſed negat multùm labra lauiſſe,humilitatis cauſa. Colum.lib.2.cap.18, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatiſque radicibus germina non patitur coaleſcere. Virg.1.Æneidos,
-& pleno ſe proluit auro.
Cruor faucia proluit pectora.Stat.8.Theb.
Præcordia melius proluere leni mulſo.Hor.2.Ser.ſaty.4.
Eridanus proluit ſyluas inſano contorquens vortice. Virgil. 1. Georg.

Prolutus,penul.prod.Participium{βεβρεγμένος.} vt
Multa prolutus vappa nauta, atque viator. Horat. 1. Serm. ſatyr.5.

Proluuies,penult.corr.proluuiei,penult.prod.fœm.gen.{ῥυπαρία} Immundities cuiuſcunque rei ſordidæ.Virg.3. Æneidos,
-fœdiſſima ventris
Proluuies. Id eſt ſordis effuſio,inquit Seruius. Cicer.ad Qu. fratrem,lib.3. 23, Romæ, & maximè Appia,ad Martis, mira proluuies. Nonnulla exemplaria habent Alluuies. Colum.lib. 12.cap. 38, Et ad alui proluuiem.
Larga proluuie lauere ſaxa.Lucret.lib.5.

Proluuium,proluuij,Idem{κατάπλυσμα} Profuſio & prodigalitas,quum quis more aquæ opes profundit. Terentius Adelph.5.9,
Quod proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Proluuium legit Donatus, interpretaturque promptum ad largiendum animum, & προθυμίαν.

Prolytæ, à Tribuniano appellantur, qui in quintum iam in annum iuri Ciuili operam dederant, ſicut Lytæ, qui quatuor. Iuſtinian. in Proœmio Pandectarum iuris Ciuilis. Turnebus vt lytas interpretatur ſolutores, quaſi qui iam tantos progreſſus habent in iure, vt de eo reſpondere propè poſſint & quæſtiones ſoluere: ſic prolytæ illi ſunt, quos tanquam præſolutores dixeris, quòd etiam ſolutoribus qui lytæ dicuntur, antecellant. Vulgus interpretum iuris lytas ſolutos vocat,magno ſanè flagitio.

PROMACHVS Macedo, & Nouellius Tricongius,raræ gloriæ inter bibaciſſimos fuerunt, ille enim quòd quatuor ingurgitaſſet cantharos vno actu, ab Alexandro corona donatus eſt, hic tres vini congios prandiolo vno ebibiſſe commemoratur. Promachum Macedonem triduo poſt vini furor enecauit. Alexander libro quinto, cap.22. 12.

Promagiſter ſcripturæ. Cic. Attic. lib 5. epiſt. 15. in fine. *Le commis ou ſubſtitut du, &c.* Dicitur & Pro magiſtro. Vide Scriptura, pro Vectigali,&c. in SCRIBO.

Promatertera, teræ, penul. corr. Proauiæ meæ ſoror. Caius in l.1. D. de gradib.

Promellere, Verbum antiquum, quod Litem promouere interpretatur. Feſtus.

Promercalis & hoc promercale, penult prod. {ὠνικὸς} Dicitur quod paterfamiliàs vænale habet extra ea quæ vſui ſuo ſeruat, vt ait Budæus. Colum.lib. 1. cap. 8, Néve negotietur ſibi, pecuniámque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet. Suet. de Claris Grammaticis, Quum & officinas promercalium veſtium exerceret. Gellius lib.4. cap.1, Ex iis autem quæ promercalia & vſuaria in locis hiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putet,quæ ſint vſu annuo.
Promercale,in vænalium ratione dicitur,quod extra domeſticum vſum redundans vænui proponitur. Cælius lib. 28. capite decimo, in fine.
Aurum promercale,Suetonius vocat id, quod Cæſar vendidit ſuperans ſibi,reſeruata tanta auri copia,quanta ſuo vſui ſatis eſſet. Vide in Cæſare,cap.54.

Promercium, promercij. Paulus in l.cætera. D. De legat.1, Sed & ſi quis ad opus Reip.faciendũ legauit, puto valere legatũ. Nam & Papinianus libro vndecimo Reſpoſtorum refert. Imperatorem noſtrum & Diuum Seuerum conſtituiſſe, eos qui Reipublicæ ad opus promiſerunt, poſſe quid detrahere ex ædibus ſuis vrbanis atque ruſticis,eóque ad id opus vti:quia hi quoque nõ promercij cauſa id haberent. Promercium, inquit Turnebus,à Paulo dicitur ea ratione, qua commercium. Illo autem verbo continentur ea, quæ paterfamiliàs promercalia habet & vaſa alia, id eſt quæ non ſuæ vſioni & penori,vt conſumet,ſeruat,ſed vt pecunia mutet.

Promereo, promeres, penult.corr. promerui, promeritum, penult. corr. {προσόφλημι} promerêre: & Promereor, promereris, promeritus ſum, promeréri, Deponens, Idem quod Mereri. Terentius Phorm.3 2,
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris,conduplicauerit. Cicero ad Quint.fratrem,lib.1.1, Etenim ſi in promerẽdo vt tibi tanti honores haberentur, quanti haud ſcio an nemini, fuiſti omnium diligentiſſimus. Terent.Adelph.2.1,
Verùm enim quando bene promeruit,fiat:ſuum ius poſtulat.
Vota tua promerucre deos dextros marito. Stat.5.Syl.1.
Officium promerere. Cic. Antequam iret in exil. Non conueniret,quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores.
Pœnam promerui.Ouid,1.Triſt.eleg.2.
Curæ teſtimonium promeruiſſe contentus. Quintil. libro tertio, capite primo.
Promereri de aliquo.Plaut.Menæh.2.4.
Promereri malum.Plaut.Amph.7.
Reus leuius punitus quàm ſit promẽritus.Cic.2.de Inuen.
Promereri principem,pro Principatum.Plin. in Paneg. Quiſquis probatos Senatui viros ſuſcipit, hic maximè principem promeretur.
¶Promereri {εὐποιεῖν} Beneficium præſtare,adiuuare,prodeſſe,Do nato interprete.Virg.4.Æneidos,
-nunquam regina negabo
Promeritam. Terent.And.2 1,
Ego Charine,neutiquam officium eſſe liberi puto,
Quum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Id eſt, nihil meretur,inquit Donatus:vel,vt idem ait,cum nihil præſtet.
Promereri de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Plautus Capt.16.
Bene promereri de multis.Cic.2.Offic. Deinde conſuetudine beneficentiæ parationes erunt, & tanquam exercitationes ad bene de multis promerendum.
Optimè de Repub.promereri.Cic.3.Philip.
Occaſionem promerendi non amittere. Qu. Cicero de Petitione Conſul.
Diligentiſſimum eſſe in promerendo. Cic.Qu.frat.lib.1.1.

Promerens,penult.corr.promerentis{εὐποιῶν} Qui bene de aliquo meretur. Plaut.Aſin.4.2, Promerenti optimè hoccine pretij redditur?

Promeritum,promeriti, penult. correp. {εὐποίημα.} Cicer. Poſt reditum ad Quirites, lib. 6, Quare hoc maius eſt in nos veſtrum promeritum, quod non multitudini propinquorum, ſed nobismetipſis reddidiſtis.
Nec benè promeritis capitur,nec tangitur ira. Luer.lib.1. De deorum natura loquitur.

PROMETHEVS, pen. prod. {προμηθὶς} trium ſyllabarum, teſte Ouidio lib. 1.Metam. Iapeti filius ex Aſia Nympha coniuge. Poſt factos à ſe homines,dicitur auxilio Mineruæ cælum aſcendiſſe, & adhibita facula ad rotam Solis,ignem furatus:quem hominibus indicauit. Ob

quam causam irati dij, duo mala immiserunt terris, febres & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorant. Quod tangit & Horatius lib.1. Carm. ode 3. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religauerunt ad saxum: & adhibita aquila est, quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus, vir prudentissimus fuit, dictus Ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est à prouidentia. Hic primus astrologiam Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine deprehenderat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quòd ἄχος est solicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectum de Tullo Hostilio, qui eo igne exustus est cum omnibus suis. Numa verò Pompilius impunè eo vsus est tantùm in sacris deorum. Hinc est quòd igne tacto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. Vide Seruium in illud Virg. 6. ecloga.

Caucaseaſque refert volucres, furtumque Promethei.

Prometheus quũ homines limo fingeret, iussus est ex omnibus animalibus particula prout erat eorũ natura, hominí apponere. Vnde leonis vim stomacho appositam: ideo iracundia magis accendimur. Timorem à lepore positum, à vulpe astutiã: cæteraque à reliquis. Hæc Acron in illud Horatij lib.1 Carm. ode 16,

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam vndique
Deiectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro. Scribit Eusebius quòd anno mundi MMM. CCCCX. Argis regnante Argo, fuit Prometheus, à quo homines factos esse commemorant, eo quòd quũ sapiens esset, feritatem eorum & imperitiam ad humanitatem & scientiam reducebat. Lactanc. lib.2. Diuinar. instit. cap. 11, tradit primum omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui & rasili luto, ab eoque natam primo artem statuas & simulacra fingendi.

Scopuli Promethei. Seneca Hercule fur.13.

Callidus Prometheus. Horat.2. Carm. ode 18.

Dixi Prometheos artes. Stat.11. Theb.

Prometheus, penult. prod. {προμήθευς} Adiectiuum quatuor syllabarum.

Prometha festa. Alexander lib.5. cap.8.

Promethea iuga. Propertius, -an quæ

Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Promethea autem iuga vocat Caucasum, vbi nascebatur è cruore Promethei aconitum. Etsi enim è vomitu Cerberi prope Heraclean plerique natum ferunt, alij tamen è rabe & sanie Promethei, cuius iecur tundebat aquila, exortum fabulantur. Herbam igitur lectam in Promethei is iugis quum dicit, veneficia intelligit. Ausonius,

Vnde Promethæo de corpore sanguineus ros,

Asperigit cautes, & dura aconita creat eos. Turneb.

Promethemi futum. Martial. lib.10. epigr.39. in Lesbiam,

-nauque vt tua fecula narrant

Ficta Promethæo diceris esse luto.

Promethides, penult. prod. Patronymicum, masc. gen. {προμηθίδης} Ouid.1. Metamorph. hoseos,

Inde Promethides placidis Epimarhida dictis

Mulcent. De Deucalione.

Promico, promicas, pen. corr. {προμήκω} promicare, Extendere, vel longè iacere. Nænius, Si quidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio est. Nonius.

Promilite, Vide EXCONSVLE.

Prominco, promines, penult. corr. prominui, {προβλάω} prominẽre, Vltra aliquid eminere, inquit Sipontinus. Plin. lib.11. cap. 37, Simiæ dentes vt homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent.

Vulgus prominet excelsis tectis. Stat.11. Theb.

Prominere ante. Plin. lib 8. cap.32, Aut enim paucos, aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus.

Prominere à cætera acie, pro Eminere vltra reliquam aciem. Liu. 2. bel Pun.

Collis prominet in Pontum. Ouid 13. Metam.

Prominere in memoriam ac posteritatem, pro Extendi. Liuius 8. bel. Pun.

Prominens, penultima correp. {προβάλλων} Participium, siue Nomen ex participio. Liu. 7. bel. Pun. Gallos prominens collis tegebat.

Prominens Nomen substantiuum {προβάλλων.} vt Littoris prominens. Tacit. lib.1.

Promontorium {ἄκρα, ἀκρωτήριον} promontorij, Quasi præminens mons dictum, significat montem in mari prominentem, aut aliquid simile. Plinius, Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Cic.6. Verr. Ab eo oppido non longè, in promontorium fanum est Iunonis antiquum.

Promontorium vulgo vocatur *Cap*, vel *Cabo*, quasi caput.

Promiscam, dicebant veteres pro Promiscuè. Festus.

Promiscuus, Adiectiuum {ἐπίκοινος, ἀδιάκριτος} Mistum, confusum, incertum. Salustius in Catilin. Diuina atque humana habere promiscua, nihil pensi neque moderati habere. Liu. 2. ab Vrbe, Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quàm in ipsa dimicatione factum.

Connubia promiscua. Liu. 4. ab Vrbe, Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis, parrumque?

Victus promiscuus. Plin. lib.5. cap.1.

In promiscuo aliquid habere. Plin. lib.33. cap.1.

In vsum promiscuum venire. Plin. lib.9. cap 35.

Operam promiscuam dare, Mutuam operam tradere. Plautus Rud.2.4.

¶Promiscuum genus apud Grammaticos, Genus epicœnum, & quasi incertum siue confusum. Quintil. lib.1. cap.4.

Promiscuè Aduerbium, Mistè, confusè, incertè. Plin. lib.11. cap. 37, In capite cunctorum animalium hominí plurimus pilus, iam quidem promiscuè maribus ac fœminis. Liuius ab Vrbe, lib. 3, Placet pecudum, ferarumque ritu promiscuè in concubitus ruere?

Magis promiscuè quàm diligenter. Varr. lib. 5. de ling. Latin.

Promiscuè & Propriè, cõtraria. Cic.2. de Lege agrar. Tamen promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis.

Promiscuè & communiter. Cic. pro Fonteio, Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscuè & communiter stultis ac sapientibus ab natura datum.

Promiscuè fungi aduocationi. Plin. iunior epistol. 220, Vt primùm me domine indulgentia vestra promouit ad præfecturam ærarij Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiscuè functus, renuntiaui, vt toto animo delegato mihi officio vacarem.

Haurire promiscuè ex aliquo loco. Cic.3. de Orat.

Ruere promiscuè in concubitus. Liu. ab Vrbe, lib. 3, Placet pecudum, ferarúmque ritu promiscuè in concubitus ruere?

Promiscuè vti aliqua re. Vlpian in l. vestis. ff. de aur. & arg. legat. Communia sunt vestimenta, quibus promiscuè vtitur mulier cum viro.

Promitto, promittis, promisi, pen nul. prod. promissum {ὑπισχνέομαι, ὑπίσχομαι, ὑπίσχνημαι, ὑπόσχομαι, ὑπόσχημαι} promittere, Polliceri. Terent. Adelph. 5.8,

Fac: promisi ego illis. Cicero, Iam enim totum quod tibi promiseram, præstiti.

Dij faxint vt faciat ea quæ promittit. Cic. Attico, lib.16.

Vix videbar quod promiseram, præstare posse. Cic. ad Brut. 18.

Promittere ad cœnam, Hoc est Promittere se iturum ad cœnam. Plaut. Menæch. 17.

Promittere foras ad cœnam. Plaut. Sticho, 10.

Promittere ad fratrem, Hoc est Se iturum ad fratrem. Cicer. 2. de Orat.

De re aliqua. Quintil. lib.3. cap.9, Nec esse vtilis potest, nisi constituit, quid debeat de probatione promittere.

Promittere prolixè de re aliqua. Cic. Cæsari, lib.7.5, Nec mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea pollicere.

Bene promittere. Ouid.3. de Arte.

Quæ autem inconstantia deorum, vt primis minuntur extis, bene promittant secundis? Cic.2. de Diuinat.

Difficulter promittere. Senec. epist.1, Aut timidè negauit, aut promisit, sed difficulter.

Timidè promittere. Ouid.1. de Arte.

Verè promittere. Catul. ad Lesbiam, epig.104.

Promittere & affirmare. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14, Præterea mihi promiserũt Pansa & Hircius coràm, & absenti mihi scripserũt.

Promittere atque confirmare. Cic ad Sulpitiũ, lib.13. 28, Quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Idem Appio Pulch. lib.3.10, De me tibi sic contestans omnes deos promitto atque cõfirmo, me, &c.

Promittere ac spondere. Cic. pro Cælio, Promitto hoc vobis, & Reipub. spondeo.

Promitto, recipio, spondeo P. c. C. Cæsarem talem semper fore ciuem, &c. Cic.5. Philip.

Promittere, & in se recipere. Cic. ad Brutum, lib.13, Sed tamen seperatim promitto, in meque recipio fore eũ tibi & voluptari & vsui.

Damni infecti promittere. Cicero in Topicis, At siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix vitij fecerit.

Auxilium promittere alicui. Ouid.13. Metam.

Auidi promittere bellum. Stat.3. Theb.

Promisi mea fide. Plaut. Menæch.19.

Promittere se facturum aliquid. Plaut. Asin.16.

Promitto fore. Plaut. Aulul.7.

Magna promittere. Silius lib.8.

Opem promittere. Ouid.5. Fast.

Torum promisit illi. Ouid.7. Metam.

Vana. Ouid. epist.15.

Vadimonium. Cicer.5. Verr. Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur.

Promittit se arbor. Plin. lib.16. cap.26, In maxima tamen admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum auidius se promittit, id est (vt ego quidem interpretor) porrò mittit, profert se, & in fructum effert. Nisi fortè quis putet idem esse ac si diceret, fructum de se pollicetur: quippe in annum tertiũ promittit. Cæsar 8. bel. Gal. Quo tutius altitudine esset, hoc audacius longiúsque tela promitteret.

¶ Promittere barbam. Tacit. lib. 2, Donec crinem barbamque promitteret.

Promittere, Profiteri. Qui enim sunt professores artium, promittere dicuntur. Perronius, Et ego, ne quæstibus tuis obstem, aliquid aliud promitteam. Id est aliquam aliam artem pollicebor, & profitebor. Turneb.

Promissus, Participium {ὑπεσχημένος, ὑποσχόμενος.} Cic. pro Q. Rosc. Quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostentata.

Corpus mihi promissum. Ouid. epist.19.

Dies

Dies promissa aderat. Virg. 9. Æneid.

Dona promissa reddere. Ouid.4. Trist. eleg.2.

Donum Ioui dicatum atque promissum. Cic.7. Verr.

Fides promissa. Virg.6. Æneid.

Fœdera. Ouid.2. Fast.

Munus. Ouid.3. Fast.

Nox. Tibul. lib.3. eleg.7.

Soluere promissa præmia alicui. Ouid.14. Metam.

Salus promissa tibi est. Lucan. lib.4.

¶Promissa barba, Prolixa & dependens, siue longa. Virgil. eclog.8. Plinius epist.147. lib.7, ad Suram, Mox apparebat idolum senex macie & squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Festus, Promissum capillum dicunt lõgum. Item, Barba promissa, velut porrò missa.

Capillus promissus. Liu. lib.4. Decad.5.

Comæ promissæ. Liu. lib.8. bel. Maced. Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladij. De Gallis.

Promisso vente arietes. Colum. lib.7. cap.3.

Promissum, Substantiuum {ὑπόσχημα} Quod pollicemur. Plin. lib.12. cap.1, Elico ex Heluetiis Romæ commoratus, olei ac vini promissa remeans secum tulit. Vetus codex habet Præmissa.

Promissum ac receptum interuertere. Cic.2. Philip. Ille induxit vt peteret, promissum ac receptũ interuertit, ad se que transtulit.

Constantia promissi. Cic. ad Atticum, lib.4, O constãtiam promissi & fidem miram!

Sponsor promissorum alicuius. Cic. Dolabellæ in Epistolis ad Atticum, lib.15.

Dextra non tam in bellis & in præliis, quàm in promissis & fide firmior. Cic. pro Deiotaro.

Infida promissa. Valer.2. Argon.

Superba. Valer.4. Argon.

Vberius. Cic.5. Tuscul. Vllúmve esse philosophiæ promissum vberius aut maius.

¶Absoluere promissum, Vide ABSOLVO.

Admouere promissis spem recursus. Ouid.11. Metam.

Ditibus promissis commouere. Silius lib.3.

Complere promissum, Vide COMPLEO.

Conficere munus promissi. Cic. in Partit. Eo exposito munus promissi omne confecero.

Consequi promissa. Cic.1. Tuscul. Si antè mors aduentet, quàm Chaldæorum promissa consecuti sumus.

Dignum promissis dicere aliquid. Horat.2. Serm. satyr.3.

Dare blanda promissa. Catul. Argon.59.

Efficere promissum & conuentum cuipiam. Cic.1. Offic.

Exigere promissa. Cic.3. Offic. Theseus exegit promissum à Neptuno.

Expetere promissa. Cic Bithynico, lib.6.

Exuere promissa. Tacit. lib.13.

Facere promissum alicui. Cic.1. Philip. Multis multa promissa non fecerit. De Cæsare.

Ferre munera vberiora promissis. Ouid.3. Amor. eleg.5.

Firmare promissa. Ouid.10. Metam.

Flagitare promissum. Cic. Appio Pulchro, lib.3.11, Quum tua promissa per literas flagitabam.

Implere promissum, Vide IMPLEO.

Inducere aliquem promissis, Vide INDVCO.

Inani promisso ludere aliquem. Ouid.3. Fast.

Manere promissis, & seruare fidem. Virg.2. Æneid.

Morari aliquem plura in promissis. Lucret. lib.5.

Largis promissis onerare pectora alicuius. Silius lib.17.

Parere promissis, Facere quod promisisti. Ouid.5. Fast.

Patrare promissa, Vide PATRO.

Pendere promissis. Cic. ad Qu. frat. lib.3.21, Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè delector: promissis iis quæ ostendit, non valde pendeo.

Perficere, Vide PERFICIO.

Reddere. Virg.5. Æneid.

Referre. Ouid.14. Metam.

Repetere. Cic. pro Plancio, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?

Satisfacere promisso. Cic.7. Verr. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini, Iudices, satis promisso nostro ac recepto.

Seruare. Cic.1. Offic. Nec promissa seruanda sunt ea, quæ sint iis quibus promiseris inutilia.

Soluere militibus. Cic. Cornificio, lib.12.29.

Stare. Cic.1. Offic. Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit?

Teneri voto & promisso. Cic. Attico, lib.12, Iam quasi voto quodã & promisso me teneri puto.

Trahunt promissa puellas. Ouid.1. de Arte.

Promissio, Verbale, Idem {ὑπογραφὴ, ὑπαγγελία, ὑπόσχεσις.} Cic.3. de Orat. Promissio, deprecatio, obsecratio. Idem ad Attic. lib.8, Cum literis, cũ mandatis, cum promissione prouinciæ.

Scelerum promissio. Cic.8. Philip. Scelerũ promissio, & iis qui expectant perniciosa est, & iis qui promittunt.

Promneſtria, Proxenestria est, seu nuptiarum conciliatrix. Id enim munus per fœminas iam olim expediri solebat. Alciat. lib.1. disputation. cap.22. Latinè Pronuba dicitur. προμνήστρια.

Promo, promis, prompsi, promptũ {ἐκφέρω, προβάλλω, προσδείξομαι} prómere, Proferre, exponere, educere. Virg.2. Æneidos,

-illos patefactus ad auras

Reddit equus, lætique cauo se robore promunt.

Vina horna promere dolio. Horat. Epod.2.

Nisi idcirco molestè pateris, quòd HS I D D D tu ex area proferebas, HS. C C C I D D D, e: disciplina & attificio Roscius promebat. Cic. pro Roscio Comœdo.

Ex armario aurum promere. Cic. pro Cælio.

Pecuniam ex ærario. Cic.5. Verr.

Promere è sacrario. Plin. lib.33. cap.1.

Promere & exercere iustitiam, Vacare causis & litibus diiudicandis. Plin. iun. lib.1. epist.10.

Libros è bibliotheca. Cic.3, de Finib.

Promere de narthecio medicamenta. Cic.2. de Fin.

Spicula promit de pharetra. Ouid.3. de Arte.

Promere in vsus. Colum. lib.2. cap.10.

Æstus promit Titan. Senec. Herc. Oetæo, 12.

Diem promit & celat sol. Horat. in Carm. secul.2.

Gemitus de pectore. Martial. lib.10.85.

Voces. Cic.1. de Diuinat.

¶Promere, Eloqui. Plin. in Paneg. Iubes quæ sentimus promere in medium.

In publicum aliquid. Quintil. lib.1. cap.1.

Promere à se, Vide A vel AB.

Animus eruditus qui semper aliquid promat quod alios delectet. Lucius Ciceroni, lib.5.14.

Aliquid ex scientia obscuriore promere & assumere. Cic.1. de Orat.

Loci sunt quasi sedes è quibus argumenta promuntur. Cicero in Topicis.

Promere consilia, Aperire, palàm facere. Cic. ad Attic. lib.9.

Obscura promere. Horat.2. Carm. ode 34.

Orationem de se. Tacit. lib.18.

Prompto, prompras {προσδέξῃ} promptare, Frequentat. Plaut. Baccch. 8, Quia malum si prompteat, in dies faciat minus.

Promptus {προπεφασμένος} Participium siue Nomen ex participio.

Clausum, & Promptum, contraria. Salust. in bel. Catil. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

¶Promptus {πρόχειρος, ἑτοῖμος, ἕτοιμος, ἐπιτήδειος, ἕτοιμος ἐκ παρασκευῆς, ἕτοιμος ἐκ παντὸς} Qui iam paratus est ad agendũ, & in quo nulla mora est, quasi iam productus: expeditus, alacer, ardẽs, Salustius, Natura ferox, vehemẽs, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.

Paratus & promptus. Cic.1. Verr.

Promptus ingenio, Qui ingenium ad omnia paratum habet. Liu. 5 ab Vrbe, Is tum iam non promptus ingenio tantùm, sed vsu etiam exercitatus, talem orationem habuit.

Promptus lingua. Liu.2. ab Vrbe.

Promptor manu. Liu.2. ab Vrbe.

Promptus seruitio, pro Ad seruitium. Tacit. lib.1.

Promptus ad. Liu.1. bel. Maced. Quòd promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metuin, pigritiámque incussit.

Ad arma promptior Ouid.1. Metam.

Quirites prompti ad bella. Ouid.3 Fast.

Promptus & non inexercitatus ad dicendum. Cic. de Clar. Orat.

Ad discendum promptus. Quintil. lib.1. cap.1.

Promptior ad pericula Cic.1. Offic.

Ad pugnam promptus. Cic. pro Milone.

Ad vim promptus. Cic.2. de Lege agrar.

¶Aditus ad honores capessendos prompti. Tacit. lib.3.

Te esse hilari animo & prompto ad iocandũ valde me iuuat. Cic. Qu. fratr. lib.2.15.

Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempub. Cic. Appio, lib.3.

Prompta & parata in respondendo celeritas. Cic. de Clar. Orat.

Promptissimus homo & experiens. Cic.6. Verr.

Ingenium promptum ad asperiora Druso erat. Tacit. lib.1.

Promptum in adulationes ingenium. Tacit. lib.15.

Lingua prompta. Salust. de Republ. ordinanda, ad Cæsarem, Vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ dicta pectore euoluat.

Lingua prompta ad sonos rigidos. Ouid.4. Fast.

Manus promptas in fata alicuius continere. Ouidius 1. de Ponto, eleg.10.

Alacri & prompto ore ac vultu, huc atque illuc intueri. Cicero 1. de Orat.

Pectus promptum ad vulnera. Lucan. lib.5.

Rabies in ferrum promptissima Lucan. lib.7.

Facilis & prompta responsio. Cic.1. de Orat.

Studia prompta. Tacit. lib.1, Prompta illi legionum studia.

¶Promptus, per translationem, dicitur manifestus, & apertus, quũ res à secretiore loco educitur, vt parata nobis & ad manus sit.

Prompta & aperta, quibus Occulta & reconditа opponuntur. Cic. 1. de Finib. Altera occulta quædam & quasi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta iudicari.

Promptissimum & apertissimum, quibus item clausum & reconditum opponuntur. Cic.6. Verr. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non iustus cupiditati apertissimum, promptissimúmque esset.

Eminentia & prompta. Cic.3 de Orat.

Loca prompta, Publica, & in propatulo. Lucret. lib.6.

Prompta & expolita fides. Cic pro Cecin.

In promptu rem esse dicimus, Id est manifestum. Cic.4. Acad. Ame enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desydero.

Sed hæc quoque in promptu fuerunt, nunc interiora videamus. Cic.2. de Diuin.

Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. Cic.1. Offic.

In promptu gerunt ova pauones fœminæ. Colum. lib.8. cap.11.

In promptu habere. Cic.3. Tusc.

Patere & in promptu esse omnibus. Cic.1. de Orat.

Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aliis. Cicero pro Murena.

In promptu aliquid ponere, cui opponitur Contegere & abdere. Cicero 1. Off. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem quæ formam nostram reliquámque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent, deformem habituræ atque formam, eas contexit, atque abdidit.

Cognita in promptu. Lucret. lib. 2.

¶ Promptum est. Quintil. lib. 9. cap. 1, Neque enim me mouent nomina illa quæ fingere vtique Græcis promptissimum est. Id est facillimum. Idem lib. 10. cap. 7, Promptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola continetur.

Nom est promptum cognoscere vnde, &c. Ouid. 3. Metam.

Haud promptum, Non facile inuentu. Plin. lib. 9. cap. 35.

¶ Promptus, cum genitiuo. Gel. lib. 10. cap. 22, Plato veritatis homo amicissimus, cuíusque omnibus exhibendæ promptissimus.

Promptum, Substantiuum { πρόχειρον. } Lucret. lib. 6,

Expirátque foras in aperta promptáque cæli.

Promptissimè, Aduerbium { σφοδρότατα } Confestim. Plin. epist. 82, Quare ego verò Corelliæ adero promptissimè: nec subitæ offensas recusabo.

Promptuarius, Adiectiuum { ταμίειος. } vt Promptuaria cella, Ex qua aliquid depromitur. Plaut. Amphit. 4. 4,

Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Hic, pro carcere posuit.

Promptuarium, promptuarij { ταμίου } Locus in quo res ad vsum necessariæ ita repositæ sunt, vt statim promi ac proferri possint: vt ait Sipontinus. Cato cap. 11, Armarium, promptuarium vnum, scamna longa sex. Paulus in l. Nã quod. §. 1. D. de penu legata, Sicui, quæ in promptuario sunt, legata fuerint: non omnis penus legata est.

Promus, promi, masc. gen. Cellarius. Plaut. Pœn. 10, Ædepol fecisti pro digum promum tibi. Colum. lib. 12. cap. 3. Promis quoque & cellariis aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire.

Per translationem dixit Plautus in Trin. 4, -ne admittam
Culpam. ego meo sum promus pectori.

Promonstra, Prodigia, inquit Festus.

Promontorium, Vide PROMINEO.

PROMONTORIVM Mineruæ { κεκλῆσθαι ἄκρον } est iuxta Surreatum, in quo olim Sirenes habitasse feruntur. In illius autem extremo est Athenæum, hoc est Mineruæ sacellum, quod Vlysses ædificasse narratur. Huius meminit Ouid. 15 Metamorphoseos,

Inde legit Capreas, Promontoriúmque Mineruæ.

Promoueo, promoues, pen. corr. promoui, promotum, penult. prod. { προκόπτω, προτρέπω, ἐξωτικὸν, ἐξωθῶ, παραγωγεύω } promouére, Vltra mouere, prouehere. Terent. Eunuch. 5. 2,

Moue verò ocyus te nutrix. s. moueo. c. video, at nihil promoues. Cic. ad Qu. frat. libro 3. 17, Assa in alterum apodyterij angulum promoui.

Promouere castra. Cæsar 1. bel. Gal. Eodem die castra promouit, & millibus passuum sex à Cæsaris castris sub monte consedit.

Promouere onera & portare. Colum. lib. 11. cap 1.

Scalas. & machinamenta promouere. Tacit. lib. 15.

Gradum promouere ab aliquo loco. Stat. 12. Thebaid.

Promouere loco aliquid, est Deducere quod non expedit. Horat. Epod. 11.

Promouere aliquem. Cic. Att. lib. 4, Inde domum, cœnatus, vt sim præsto Miloni: ibi igitur te videbo & promouebo.

Promouere aliquem, Aliter. Plin. in Paneg. Habuerat hunc honorem periculis nostris diuus Nerua, vt nos, est minus vt bonos, tamé promouere vellet.

¶ Promouere { ἐκτείνω } Extendere. Plin. epist. 173. lib. 8. ad Gallum, Rursus omnes in eundem locum depulsæ, quà steterunt, promouent terram: & modò hâc, modò illâc lacum reddunt, auferúntque.

Aciem promouere, Vide ACIES.

Cornua aciei vtrinque promouere. Quint. lib. 2. cap. 13.

Imperium. Ouid. 2 de Ponto, eleg. 2.

¶ Promosse, pro Promouisse. Ouid. 2. Amor. eleg 9,

Roma, nisi immensum vires promosset in orbem, &c.

¶ Promouere, Prolongare, producere tempus. Terent. Andr. 4. 2,

Eho tu impudens, non satis habes quòd tibi dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias? hoc est, Differo. Donatus.

¶ Promouere, Proficere. Terent. Hecyr. 4. 4,

Abibo hinc, præsens quando promoueo parum. Vlpianus in l. Si quis mihi. in princip. D. De acquir. hæred. Si quis mihi bona fide seruiat seruus alienus: iussu meo hæreditatem adeundo nihil promouebit.

Promotus, pen. prod. Particip. { προκεχόφως } Vltra motus.

Classis promota ab oris. Ouid. 13. Metam.

Promota & remota. Cic. 3. de Finib. Sic in vita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προκεχόφως, id est producta nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) vel promota & remota, vel (vt dudum diximus) præpolita vel præcipua, & illa reiecta.

Promotus ad dignitates. Plin. epist. 151.

Promotio, promotionis, Verbale. Firmicus lib. 3. cap. 7, In palatiis regũ, vel potentum virorum domibus perseuerant, & promotionibus aliquibus adornantur.

Promulco agi nauis dicitur, quum scaphæ ducitur fune. Paulus.

Promulgo. promulgas, promulgâre, Publicare, palàm pronuntiare: quasi Promulgare. Festus, Leges promulgari dicuntur, quum primũ in vulgus eduntur. Alij sic: Promulgatur lex quum propalàm constituitur, seu proponitur, vt interceedat qui velit: nemine interceden-te, lex feratur. etiam ob eam causam, vt quiuis è populo, rogatione inspecta, per otium examinare posset, antiquanda mox esset, an sciscenda. Antiquat autem populus latam rogationem, quum perferri non sinit: abrogat verò iam perlatam. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando.

De meo reditu octo Tribuni promulgarunt Cic. pro Sext.

Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad vos sæpe referrent.

Cic. Post red. in Senatu.

Qui de Cæsare monstra promulgarũt, quibus intercederet nemo.

Cic. Qu. frat. lib. 2, 10.

Quæstionem promulgare. Cic. in Vatin. Id est ad populũ ferre rogatiuam. Bud.

Rogationem promulgare. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Promulgatus, penult. prod. Particip. vt Prælia promulgata. Cicero pro Murena.

Re multos dies promulgata & cognita. Cic. pro Flacco.

Promulgata, proposita, in ærario cognita, aguuto. Cicero 3. de Legibus.

Promulgatio, Verbale. Cic. ad Lentulum, lib. 1, 5, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio.

Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. Cic. 2. Philip.

Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Phil.

Promulsis, promulsidis, fœm. gen. { ὄψωμα } Potio ex mulso condita. Cic. Papyrio Pæto, lib. 9. 16, Neque est quòd in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Eidem, lib. 9. 20, Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non cum, qué tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ouum affero, itaque vsque ad assum virulinum opera perducitur. Promulsidé Turnebus eos cibos vocari scribit, quibus ante primum haustum vescebantur, quem è multo ducebant, quòd vacuis & inanibus venis initio dulcem esse potionem putarent infundendam. Itaque ex austero vino mulsum conditum reprehenditur. Horatius,

Aufidius forti miscebat mella falerno,
Mendosé. Alij Promulsidem interpretantur, quod vice mulsi conuiuis ad appetentiam prouocandam dabatur.

Promulsidaria, vasa dicuntur, quibus promulsis cõtinetur. Pomponius. Legatis vasis scutellas, & promulsidaria contineri. in titul. de auro & argento legat. in P.

Promuntoria, quum prominentes sint in mari rupes, vnde per ui scri bi hæc vox debet, vt verisloquium demonstrat. non enim à monte, sed à prominendo deducitur: in Limo tamen eminens & edituſſimã in Alpibus iugum promuntorium appellatur. Prægressus, inquit, Hannibal in promũtorio quodam, vnde longè ac late prospectus erat, constitere iussis militibus Italiam ostentat. Vide Promuntoria, in PROMINEO.

Promus, Vide PROMO.

Promuscis, promuscidis, fœm. gen. { προβοσκὶς } Manus siue proboscis elephantorum aliàs dicitur. Plin. lib. 8. cap 7, Promuscidem elephantorum facillimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Vetus exemplar proboscidem legit.

Promutuum, mutuum, mutua pecunia. Scæuola l. 40. §. 3. de Statulib. in P. Quod neque à conductoribus prædiorum, neque à villicis pensiones exegerit, & insuper etiam promutuum eis dederit.

Pronaus. pronai, pen. corr. masc. gen. verti potest Protemplum, quasi ante templum. Vitruuius lib. 3. cap. 1, Dipteros autem octastychos, & pronao & postico. Id est, *tant en son principal rencontre que en son fons.* Rursus cap 3, Spiris perfectis & collocatis, columnæ sunt mediannæ in pronao & postico ad perpendiculũ medij centri collocãdæ. Id est, *tant au front comme au derriere.* Budæus etiam pronaũ vocat, quod vulgus *Le paruis, Comme le paruis de nostre dame de Paris.*

Pronecto, pronectis, pronexi & pronexui, pronexũ { κατασκλίνω } pronéctere. Stat. 4. Sylu. 3,

Vidi quam seriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ sorores. Hoc est in longum tempus nectant.

Pronepos pen. corr pronepotis, pen. prod. masc. gen. { ἔκγονος } Nepotis filius. Cic. 13. Philip. Hæc si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem ad Att. lib. 16, Quintus tui pronepos scribit ad patris mei neporem.

Iouis pronepos, Aiax. Ouid. 13. Metam.

Proneptis, huius pronepotis { ἔκγονος } Neptis filia. Caius in l. 1. D. De grad. & affin.

Pronœa { πρόνοια } Prouidentia. Budæus in notis ad Pand. Mentem enim mundi Stoici προόνοιαν, id est prouidentiam appellauerunt, quem deum esse putabant, vt docet Cicero libro 2. de Natura deorum. Vnde Quintilianus de deo loquens, prouidentiam ferè dicit: vt primo libro: Oratione (inquit) nihil præstantius homini dedit prouidẽtia. Et alibi de Cicerone loquens, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo omnes suas vires eloquentia experiretur. Ex ea autem mente diuina, quæ & prouidentia dicitur, animos humanos defluxisse aiebant, quasi que distillasse.

Pronomen. pen. prod. pronominis, neutri gen. { ἀντωνυμία } Pars est orationis Grammaticis, dicta quòd vice nominis ponatur. Vt enim quum nomen ponimus, explicamus personam: sic ponendo pronomen, tacito nomine. vt quum dicimus, Hic legit, ille scribit. De hoc consule Priscianum & alios grammaticos.

Pronomina quadruplicia sunt, Infinita, vt infinita, vt effinita, finita. Vide Varr. de Ling. Lat. lib 7.

Pronuba. pronubæ, pen. corr. { πρωτωνυμφεύσασα, γυμφεύτρια } Pronubæ dicẽtur quæ in obsequio nubentis sunt, inquit Donatus, quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur. Pronuba dicitur, quæ nuptiis celebrandis præest, & ea ex parte vxoris: sicut auspex ex parte viri. Inde pronuba suno dicitur. Virg. 4. Æneid.

Flamma pronuba. Claud. 1. de raptu Proserpinæ,
-tenerum iam pronuba flãma pudorem Sollicitat. Hoc est ingenitus ardor quidã qui ætate matura virgines ad nuptias prouocat. aut certè connubij tempus, quippe nouam nuptam faces præibant.

Pronubo, is, ere, Nuptiis præsum. Festus.

Pronuntio, pronuntias { ἐκφωνῶ, ἐκφέρω } pronuntiáre, Est id quod vulgò memoriter recitare dicitur. Plinius libro 7. cap. 48, Lucia mima centum

centum annis in scena pronuntiauit.

Acriter, aptè, decenter. Plin. epist. 11 4.

Intentè, instantérque pronuntiare. Plin. iunior epist. 11 4, Nam ante aliquot annos dum intẽtè, instantérque pronuntiat, sanguinem reiecit.

Perperam, Vide PERPERAM.

Memoriter pronuntiare. Cicero 2 de Diuinat. In quo nostra quædam Aratea memoriter à te pronuntiata sunt.

Ad comicum morem aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Epistolas pronuntiare versiculis facetis. Cicero ad Att. libro 13.

Vno spiritu multos versus pronuntiare. Cicero 1. de Orat.

¶ Pronuntiare (inquit Budæus) verbum est iuris in alio significatu, pro eo quod est Expressè & nominatim præcipere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. in l. prima, De Ædilitio edicto, sæpe in ea significatione vsus est. & in l. Quòd si nolit, Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debẽt. Hoc Græci ἐκφωνεῖν, dicũt. Cic. 3. Off. Is igitur Cato iudex ita pronuntiauit, quum in vendendo rem eam sciisset, & non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. Hoc etiam nuncupari dicitur.

¶ Pronuntiare, Nominare. Liuius 4. bel. Pun. Postremò victi consensu, & seditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores.

¶ Pronuntiatum & statutum (inquit Vlpianus in l. Pronuntiatum. D. de Verb. signif.) idem dici potest: promiscuè enim & pronuntiasse, & statuisse solemus eos dicere qui ius habent cognoscendi.

Pronuntiare per præconem. Plin. de Viris illust.

Pronuntiare sententiam. Cic. 2. de Fin.

Pronuntiare de. Plin. epist. 15. lib. 3, Non temere iam nunc de vniuersitate pronuntio.

De se sententiam ferre, & iudicium pronuntiare. Cic. in Pis.

Amplius pronuntiare. Cic. 3. Verr.

¶ Pronuntiare, Dicere. Plin. epist. 113. libro 5, ad Macrum, Nec tamen adhuc possum pronuntiare, vtrum sit difficilius, capere aliquid, an scribere.

Seorsum de re aliqua. Quintil. lib. 7. cap. 3.

¶ Pronuntiare, Iudicare. Quintil. lib. 2, Sed ij qui sint, non cuiusuis est pronuntiare. Hæc Budæus.

Ex animi sensu ac dolore pronuntiare. Cicero pro Rosc. Amerin. Quæ enim mihiipsi indigna & intolerabilia videntur, quæque ad omnes, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro meipso, ex animi mei sensu ac dolore pronuntio.

¶ Pronuntiare, Palàm & classico nuntiare. Curtius libro 4, Imminénsque Dario, iter ad Euphratem pronuntiauit.

Nomina victorum. Cic. Luceio, lib. 5. 12.

Pronuntiare palàm in posterum diem, Indicere. Liuius 4. bel. Pun.

De tribunali Prætor pronuntiat, siquis, &c. Cic. 4. Verr.

¶ Pronuntiare, Palàm promittere. Cic. pro Cluentio Suppressam esse ab eo pecuniam quam pro reo pronuntiasset: qui erant in concione non intelligebant. Hæc Budæus.

Pronuntiare aduersus aliquem. Plin. lib. 17. cap. 9.

¶ Pronuntiatur, Impersonale. Plin. lib. 16. cap. 4, Patriam ab eo coronari pronuntiatur.

Pronuntiatus, pen. prod. Participium { ἐκφωνηθέις. } vt Pronuntiata sententia.

Versus pronuntiatus syllaba vna breuior aut longior. Cicero in Partitionib.

Pronuntiatum, pronuntiati, pen. prod. Substantiuum { ἀξίωμα. } Cic. 1. Tusc. Omne prosũtiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit vt appellarem ἀξίωμα, vtar pòst alio, si inuenero melius) Id ergo est pronuntiatum quod est verum aut falsum. De hoc vide Gell. libro 16. cap. 8.

Pronuntiatus, huius pronuntiatus, penultima producta { ἐκφώνησις } Pro ipsa pronuntiatione. Gellius libro 4. cap. 17, Ratio in pronuntiatu manet.

Pronuntiatio, pronuntiationis, Verbale { ἐκφώνησις, ἐκφορὰ } Est vocis, & vultus, & gestus moderatio cum venustate, inquit author ad Herennium, lib. 1. Idem de Fato, Quod quum ita sit, quid est quod non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit?

Indecora vel voce, vel gestu pronuntiatio. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Quis enim cantus moderatæ orationis pronũtiatione dulcior inueniri potest? Cic. 1. de Orat.

Lex & pronuntiatio. Cic. pro Cluentio, Lege & pronuntiatione nondum condemnato, tantum Habitus Oppianicum reum statim non fecit.

Pronuntiator, pen. prod. Verbale, masc. gen. { ἐκφωνητὴς. } Cicero de Claris Orat. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus & grandis etiam fuit.

Pronuper, pen. prod. Aduerbium { νεωστὶ } Quasi dicas valde nuper. Plaut. Trinum. 8,

-qua sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente.

Pronurus, huius pronurus, pen. corr. pronurui, fœm. gen. { σφύτευσις } Nepotis vxor. Ouid. epist. 16,

Pronurus & magni Laomedontis ero. Modestinus in l. Nurus. D. de gradib. & affinib.

Pronus, Adiectiuum { πρανὴς, κατάφορος, κατάντης } In anteriorem partem flexus. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Pronáque quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, &c.

Supinus & Pronus, contraria. Plin. libro 7. cap. 17, Virorum eadauera supina fluitare, fœminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura.

Pronus & Superus, contraria. Cic. 1. Tusc.

Pronus puluinus. Plin. iunior epist. 101. libro 5, Demissus inde pronúsque puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersa buxus inscripsit.

Proni decurrere monte parabant. Silius lib. 7.

Pronus ad Meridiem locus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16.

Pronus soli, & ad solem. Colum. lib. 2. cap. 9.

Pronus in ventrem. Varr. 2. de Re rust. cap. 7.

Pronus bibis aquam. Mart. lib. 1. 88.

Aurigæ pendent proni in verbera. Virg. 5. Æneid.

Mittere aliquem pronum. Catul. ad Coloniam, epig. 17. Id est præcipitem dare.

In pronum iaculari, Vide IACVLOR.

¶ Pronus, Facilis. Plin. epist. 163 Quibus video à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus.

¶ Pronus, pro Vicino. Virg. 5. Æneidos,

-ventíque vocatis
Prona petit maria. Id est litori vicina. Seruius. Prona maria, inquit, quasi non ipsa essent per quæ transierant: aut possit fieri, vt sint maria deuexa. Non hoc sensit, sed facilitatem reditus voluit demonstrare. Pronum enim dicimus, quicquid difficultatẽ non habet: & Arduum, quicquid difficulter superatur. Donatus.

¶ Pronus, per translationem, Inclinatus ad virtutes, vel ad vitia. Plin. in Paneg. Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim.

Pronior huic rei, pro In hanc rem, apud Suetonium in Nerone, cap. 40, Cui spei pronior, Britannia Armeniáque amissa, ac rursus recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat.

Honori alicuius pronior. Stat. 3. Sylu. 3.

Proniores pacì. Valer. lib. 7. cap. 3.

Pronus ad hæc, apud Sueton. in Vitellio, cap. 7. & in superioribus exemplis.

Ad omne nefas pronus. Lucan. lib. 6.

Proniores ad iracundiam. Plin. lib. 22. cap. 24.

Pronus ad fidem. Liu. 1. bel. Pun. Id est credibilis.

In aliquid pronior. Quintil. lib. 2. cap. 8.

In bellum pronus. Lucan. lib. 1.

In obsequium plus æquo pronus. Horat. 1. epist. 19.

¶ Aer pronus. Ouid. 14 Metamorphoseos,

-proináque per aera lapsus, &c. Id est, cedentem & transitũ facilem.

Ætas ad vitia maximè prona. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis. Ouid. 5. Fast.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. Virg. 1. Georg.

Anni proni, Volubiles & decliui, instabiles & citò labentes. Acron. Horat. in Arte.

Aqua. Virg. 8. Æneid.

Aures pronas accommodare. Claud. de bel. Gildon.

Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 17.

Aures superbæ, & offensioni proniores. Tacit. lib. 4.

Crateres, Fuersi. Strat. 5. Theb.

Currus. Stat. 10. Theb.

Decursu prono agitur malum. Catul. ad Ortalum, epig. 69.

Dies. Stat. 2. Theb.

Fides prona venit. Ouid. 3. de Arte.

Iuuentus Satyrorum prona in venerem. Ouid. 1. Fast.

Lapsus. Claud. in Ruff. 1.

Pronus lapsus fidei. Plin. lib. 5. cap. 1.

Largitor. Claud. 7. Paneg.

Manu prona fundere falerna. Tibul. lib. 3. eleg. 6.

Mens prona in ferrum. Lucan. lib. 1.

Menses pronos voluere. Horat. 4. Carm. ode 6.

Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Cic. 1. de Diuin.

Sententia prona. Valer. 8. Argon.

Solum oriẽti pronum. Columell. lib. 1. cap. 5, Quantóque fuerit æ-
difici solum pronius orienti, tantò & æstate liberius capere perflatus, &c.

Via prona. Ouid. 2. Metam.

Pronitas, penultim. corr. { τὸ προχείρως } Seneca in Præfat. declam. Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retorquerit.

Procœconomia, procœconomiæ { προοικονομία } Figura: de qua sic Seruius in illum versum Virg. 1. Æneidos,

-& libyæ defixit lumina regnis. Pulchra procœconomia, id est dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat si ex abrupto transitum faceret. Rursus Virg. 2. Æneidos,

Diuerso interea miscentur mœnia luctu. Vbi Seruius, Hæc est procœconomia. ait enim Æneam non fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus & tarda bella cognouisse, & facilius euitasse discrimen.

Procœmium, procœmij { προοίμιον, προοίμιος } Latinè dicitur initium vel exordium, siue præfatio. Dictum procœmium, quòd οἶμη cantus dicitur: componitúrque ex προ, id est ante: & οἶμη, cantus, quasi ante cantum. Nam sicut citharœdi pauca illa quæ antequam legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procœmium cognominauere: sic oratores ea quæ priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt. Suot tamen qui Prohœmiũ appellatum velint, quod Græci οἶμον viam nominant: quòd prohœmium ante rei ingressum ponatur, atque ideo scribendum eum h putant. Cic. ad Atticum, lib. 10 16, De gloria librum ad te misi, & in eo procœmium, id est quod in Academico tertio. id enénit ob eam rem, quòd habeo volumen procœmiorum: ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα instituo.

Libera procœmia. Quintil lib. 3. cap. 8.

Vitiosum. Quintil lib. 4. cap. 1.

Dicere. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Longo & altè petito procœmio respondere. Cic pro Cluent.

Scribere. Quintil lib. 3. cap 9.

In singulis libris vtor procœmiis. Cic. Attico, lib. 4.

Prœmia philosophiç. Cic. 1. Acad. In iis ipsis antiq̃tatum prœmiis philosophiæ scribere voluimus.
Habes prœmium legis hoc. Cic. 2. de Legib.
Affictum prœmium eitharœdi. Cic. 2. de Orat.
Rixæ prœmia. Iuuen. Saty. 3.
Prœmium mercenarium. Cic. 3. Vert.

Prœmior, prœmiaris { προτιμάζω } prœmiári, Exordiri. Plin. iun. lib. 2. epist. 3, Prœmiarur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excellé. Postremò docet, delectat, afficit.

Propædeumata { προγυμνάσματα } sunt ea documenta, quæ præsciscere nos oportet prius, quàm accedamus ad rerum grandiorum arcanarúmque cognitionem. Bud. lib. 5. de Asse.

Propago, propaginis, pen. prod. fœm. gen. { ἀπογονὴ, πυθμὴν, παφυὰς, ἀπόφυσις, βλάστη } Vitis vetula, & suppressa, vt ex vna plures fiant: dicta quòd portò pangatur, id est, longè figatur. Festus. Virg. 2. Georgicor.
-pressos propaginis arcus. Et prima producitur. Cic. de Senect.
Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines.
Vitis vitium deprimitur in propagines. Plin. lib. 14. cap. 1.
Vites melius respondent propagine. Virg. 2. Georg.
Disciplinæ propagines. Varr. de Ling. Lat. lib. 7.
Vitium propago. Horat. Epod. 2.
¶Propago, prima cortep. Genus. Virg. 12. Æneidos,
Si Romana potens Itala virtute propago.
Author propaginis. Ouid. 3. Fast.
Auidissima cædis. Ouid. 1. Metam.
Blanda catulorum. Lucret. lib. 4.
Clara. Lucret. lib. 1.
Versura propago, Autolycus. Ouid. 11. Metam.
Propago, priore nunc corr. nunc prod. In vtraque enim significatione credendum est nunc produci, nunc corripi: nam in posteriore primam produxit Lucretius lib. 5,
Vt propagando possit producere secla. Quanuis in priore significatu neminem sciam ex antiquis qui contraxerit. Sunt autem qui putant, Probi authoritatem secuti, in nominatiuo primam corripi, in ablatiuo produci.
Propago librorum. Plin. lib. 7. cap. 14, Qua de causa aliorum eius librorum propago, Liciniani sunt cognominati.
Propages (inquit Nonius) est series & affixio continua, vel longè ducta. Pages enim compactio. vnde Compages, & Propagare genus, id est Longè mittere. Pacuuius, Saluete gemina mea propages sanguinis. Ennius,
Vnde florent fructus, vitaque propaginem.

Propago, propagas, pen. prod. { καταπήγνυμι } propagáre, Vitem vetulam supprimere. vt ex ea vna plures fiant. Cato cap. 32, Vites propages in sulcos. Huius verbi primâ syllabâ Lucretius modò producit, modò corripit, præpositionem pro in plerisque compositis faciens anticipitem.
¶Propagare, per translationẽ, ponitur pro Extendere, & dilatare. Cicero 7. Verrina, Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni & propagari vellet, hominum potentissimorum susceptit inimicitias.
Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Cic. pro Sextio.
Arbitria propagare. Paulus de Arbitris, vocat quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reiiciendam. Bud.
Ex quibus plura bona propageatur. Cic in Topicis.
Commeatum propagare, Producere & proferre. Suetonius in Caligulam, cap. 29.
Animantum genus propagare. Lucret. lib. 1.
Imperium in annum. Liu. lib. 3. bel. Pun.
Laudem propagare ad sempiternam memoriam. Cicero pro Domo sua, Huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit.
Prolem. Lucret. lib. 2.
Radices agere & propagari. Cic. 2. Offic.
Religionem propagare. Cic. 2. de Diuin.
Secla propagare. Lucret. lib. 1.
Stirpem propagare in propè quingentesimum annum. Cicero 1. Philippica.
Tempora. Cic. in Catil.
Vrbis terminos. Tacit. lib. 12.
Vitam propagare. Cic. 1. de Inuent. Nam fuit quoddã tempus quũ in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant.

Propagandus, Participium, vt Soboles propaganda. Cic. pro Marcel.
Religio propaganda quæ est iuncta cum cognatione naturæ. Cic. 2. de Diuinat.

Propagatus, pen. prod. Aliud particip. vt Memoria Consulatus mei propagata. Cic. 4. in Catil.
Verissimè memoriam propagata, fabulæ similia existimare. Cic. ad Octauium.

Propagatio, Verbale { κατάστασις } Colum. de Arboribus, cap. 7, Propagationum genera tria sunt in vsu maximé.
Vitium propagatio. Cic. de Senect.
Finium imperij propagatio. Cic. de Prouinc. Consul.
Vita in qua nihil inest nisi propagatio miserrimi temporis. Cic.
Lucceio, lib. 5. 15, Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpub.
Propagatio nominis. Cic. 1. Tusc.

Propagator, pen. prod. Aliud verbale, masc. gen. Cic. ad Att. lib. 8. 1, Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior, ille prouinciæ propagator, ille absentis in omnibus adiutor. De Pompeio.

Propala, propalæ, Est qui merces propalam velut ante palum, aut de palo pendentes habet, & vendit: quam vocem in propolam depranauerunt, quum apud Græcos (quorum vocabulum videri volunt) hæc vox proxeneram significet, venditionisque conciliatorem, vt scribit Pellux. Plautus,

Panis & vinũ à propala & de cupa. Sic enim legit Turnebus. Quin & ea vox integra hodiéque apud Varronem remanet, sic scribentẽ, Denique ipsæ exruminantes ad propalam vitam diu producunt: id est apud propalam. Quo sanè Varronis in loco non dubitem ruminantes emendare refragantibus libris omnibus, in quibus exgrumantes legitur. Cochleas enim dicit apud propalam ruminando suo sibi fucco, & exiguo cibo vitam diu producere. Apud Nonium denique Lucilius ipso syllabæ modulo satis indicat vocabulum Latinũ esse, cuius verba sunt,
Vt cum primitiis ficos propala recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos. Ex Turnebo.

Propalam, penult. correp. Aduerbium { ὑποπροφαινόμενος } Id est clarè, apertè, & in propatulo. Cicero 1. de Oratore, Non explicata velle, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalam collocatis.
Ponere libellos propalam. Tacit. lib. 4.
Respondere propalam. Tacit. lib. 12.

Propalo, propalas, pen. corr. propalare, probat Calepinus ex Columella lib. 13. cap. 7, Vbi nunc propagare legitur, hoc modo, Per quos vti quæque virga postulauerit, propagetur.

Propatruus, propatrui, Maximus patruus, frater proaui. Caius in l. 1. D. De gradib.

Propatulus, pen. corr. Adiectiuum { πρόφαυλος } Latè patens, atque apertum, quasi portò patulum. Cic. 6. Verr. Ac tamen eo contentus non fuit, ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris vnum, alterũ Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.
In propatulo, Aduerbialis formula, pro Palám. Colum. libro 12. in Prœm. Quum victus & cultus humanus non vti feris in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat.
In propatulo habere. Salustius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Prope, Præpositio { ἐγγὺς, ἀγχοῦ, ἐγγύθεν, ἐγγύς, σύνεγγυς } accusatiuo casui seruiens, significat iuxta. Curtius, Quum prope id oppidum copias constituissent.
Vbi non modò prope me, sed planè mecum habitares. Liu. 1. ab Vrbe, Horatium accipiũt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.
Cubat is prope Cæsaris hortos. Horat. 1. Serm. saty. 9.
Prope à. Plin. lib. 15. cap. 18, Tam prope à muris habemus hostem, hoc est, muris nostris tam propinquum.
Prope dolum. Vlpian. in l. Si fideiussor. in princ. D. Mãdat. Dissoluta negligentia prope dolum est.
Prope adgreditur. Varr. ex poeta in Peribœa, lib. 6. de Lingua Latin.
Scrupea saxa Bacchi templa prope adgrediuntur.
Prope montes consistere. Liu. 1. ab Vrbe.
Quum plebs prope ripam Anienis ad III milliarum consedisset. Cic. de Claris Orat.
Prope seditionem ventum. Tacit. lib. 19.
Bellum prope à Sicilia. Cic. 7. Verr. At quum in Italia bellum tam prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit?
Prope ab. Plin. lib. 4 cap. 4, Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ prætextatam prope ab origine rerũ sumus. Hoc est tam sumus propinqui post rerum originem.
Prope ab domo detineri. Cic. 4. Verr. Quod commodum non mediocre Pop. Romano est, tantum ciuium Rom. numerum, tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. Idem in Pisonem, Prope à meis ædibus, &c. fedebas.
Ab exule prope esse, Vide A vel AB.
Prope ab incesto. Quint. in Infami in matrem, 1.

Propè { πλησίον, πλησίων, πέλας } sine casu, Est aduerbium idem significans. Terent. Adelph. 4. 1,
Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia Propè est.
Propè adest, quum alieno more viuendum est mihi. Sub. tempus. Terent. And. 1. 1.
Propè adest vt. Plaut. Aulul. 8.
Tu aduentare ac propè adesse iam debes. Cic. Attic. lib. 4.
Propè aduenat. Plaut. Trucul. 8.
Alterius gladium propè appositum è vagina eduxit. Cicero 2. de Inuentione.
Propè intueri, & Procul spectare, contraria. Cic. de Senect.
Volebam propè alicubi esses. Cic. Varroni, lib. 9. 7.
Propè est quando. Plautus Menæh. 2. 1. Hoc est, appropinquat tempus.
Propè est vt omnes sint. Seneca epist. 121. Id est parum abest quin omnes sint.
¶Propè, Quasi, ferè. Terent. Heaut. 1. 1,
Eius filiam ille amare cœpit propè ita vt pro vxore haberet.
Annos propè quinquaginta continuos. Cic. 2. Verr.
Iam tu potes discedere liberatus molestia propè dicam non minore, quàm Quintius. Cic. pro Quintio.
Propè desperatis rebus. Cic Curio, lib. 7. 29.
Propè diuinitus. Cic. 2. Verr. Id non humano cõsilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipublicæ tempore videtur.
Propè nouum genus dicendi. Cic. pro Archia.
Propè singularis Aristoteles in philosophia. Cic. 4. Acad.
Sapientia præditus propè singulari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.
Propè solus. Cic. 4. Verr.
Funeratus propè ictu arboris. Horat. 3. Carm. ode 8.
Propè est factum vt iniussu Prætoris signis conuulsis in aciem exirent Liu. 5. bel. Pun.
Iam prope erat vt sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset. Liuius 10. bel. Maced.

Propior, & hoc propius, huius propioris, pen. prod. Comparatiuum { ἐγγύτερος } Terent. Heaut. 5. 2,

Dum

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset te, indulgebant. Cic. 1. Tusc. Veniunt inde ad propiora.
Propior, cum genitiuo: vt Aer propior caliginis. Lucret. lib. 4,
-quia quum propior caliginis aer
Ater init oculos prior, & possedit apertos: Insequitur, &c.
Funeri propior. Horat. 3. Carm. ode 15.
Gradu sanguinis propior. Ouid. epist. 3.
Tibi propior me nemo est. Cic. pro Quintio.
Propior vero. Liu. 3. bel. Pun.
Quod propius vero est, per parenthesin. Liu. 4. ab Vrbe, Capuámq; ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) à Campestri agro appellatam. Id est magis ad veritatem accedens.
Propius fidem est. Liu. 2. ab Vrbe. Id est, magis credendum.
Quicquam propius. Cic. 7. Verr.
Propius nihil factum, quàm vt occideretur. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. 2.
Hoc est, parum abfuit.
Vocari ad propiora. Ouid. 6. Fast.
¶Cura propior deam angit. Ouid. 13. Metam.
Exemplo tangi non propiore potes. Ouid. epist. 15.
Fides ad fallendum propior. Tacit. lib. 18.
Interuallum multo tanto propius nobis. Varr. de Lingua Latina libro 6.
Mors propior venit. Tibul. lib. 2. eleg 3.
Omnia sua sibi propiora esse pericula quàm aliena. Cicero pro Sextio.
Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. Cic. de Claris Oratoribus.
Nos autem alium portum propiorem huic ætati habebamus. Cic. Attico, lib. 14.
Res virtuti propiores. Cic. 2. Offic.
Ætas aliquem insequitur propioribus spatiis. Virg. 9. Æneid.
Tunica propior pallio est. Prouerbium, quo nihil vsitatius. Plaut. Trinum. 17,
-hunc priorem
Æquo'est me habere. tunica propior pallio est.

Propius, Cõparatiuum aduerbium { ἐγγυτέρω, ἐγγύτερον, πλησιέστερον, ἐγγυτέρω } quod barbaris dicitur *Magis iuxta*, vel *De prope*. Terentius Adelph. 3. 2, Propius obsecro accedamus.
Propius aliquid esse dicimus, ait Budęus, pro verisimilius esse. Callistratus l. Semper. D. de iure immunit. §. Conductores, Quod propius est defendere, nisi paria cum fisco fecisse dicantur.
Propius vrbem. Cic. 6. Philip. Dum ne propius vrbem Romam cc. mil. admoueret.
¶Abesse propius ab ortu & diuina progenie. Cic. 1. Tusc.
Abesse propius mortem, Vide ABSVM.
Accedere propius. Ouid. 2. Metam.
Itineribus nocturnis propius aliquem accedere. Cic. Attico, lib. 11.
Propius accedere. Cic. 4. de Finib. Sed vt propius ad ea Cato accedam quæ à te dicta sunt.
Accedere propius ad sensum alicuius. Cic. in Partit.
Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quàm figura. Cic. 1. de Nat. deor.
Aspicere res alicuius propius. Virg. 1. Æneid.
Stellæ aliæ propius à terris, aliæ remotius, ab eisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. Cic. 1. de Nat. deor.
Consistere propius. Ouid. 3. de Arte.
Propius ire. Terent. 4. 2, Sanè hâc multò propius ibis.
Cur castra longius aduersariorũ castris, & propius vrbem mouentur? Cic. in epistola ad Octauium.
Propius petas licebit, quod petis. Martial. lib. 1. 118.
Propius ab aliquo loco stare. Seneca epist. 121.
Quò propius nunc es, flamma propiore caleſco. Ouid. epist. 17.
Subsequi propius aliquem. Plaut. Bacch. 15,
Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores.
Vt propius ventum est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.

Proximus, penult. corr. Superlatiuum { ἐγγύατω, } Terent. Eunuch. 2. 3.
Proximæ fundo ædes. Terent. Heaut. 4. 4.
Sedere proximum ad aliquem. Ouid. 1. de Arte.
In proximum annum transferre. Cic. pro Milone.
Mare dissimile proximo ei continenti. Cic. 4. Acad.
Cura proxima. Ouid. 2. de Arte. ad finem.
Primo & proximo die. Cic. 4. Tusc.
Proximis superioribus diebus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Proximus huic labor est, placidâ exorare puellam. Ouid. 1. de Arte.
Proximis mensibus illum non vidi. Terent. Eunuch. 2. 3. Id est præteritis, inquit Donatus. Proxima enim nobis, aut præterita, aut præsentia sunt.
Quid proxima, quid superiore nocte egeris. Cic. 1. Philip.
Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est. Cic. de Claris Oratoribus.
In proximum Senatum differre, Vide IN.
Proximus vicinus. Cic. Attic. lib. 2, C. Attius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis.
Proximi, veteres dixere pro Proximo. Cato contra Furium, Die proximi hoc dicit, id est proximo. Nonius. Vide etiam Gell.
¶Proximus, Simillimus. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 6, Quinetiam dubitem, an hîc Antij confidam, & hoc tempus omne consumam: vbi quidem ego mallem diu nimirum, quàm Romæ fuisse. Tu verò sapientior Buthroti domum parastis sed mihi crede, proxima est illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Proxima, id est simillima, quod ad solitudinem & amœnitatem attinet. Iterat idem lib. 4. epist. 8. his verbis: Hoc scito, Antium Buthrotũ esse Romæ, vt Corcyræ illud tuum. Nihil quietius, nihil alíus, nihil amœnius.
¶Proximus, superior, primus: In his tribus est obseruatio digna scitu, de rebus ordine relatis ad tria tempora præterita, retro tamen numerando. Cic. pro Archia, Est enim obscurum proximis cõsoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitũ fuisse: superioribus, cum eodem Quæstore fuisse in Asia: primis Iulio & Crasso nullam populi partem esse censam.
Optimus, proximus, tertius. Plin. lib. 12. cap. 13, Asarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.
Proximus, sed longo interuallo proximus. Cic. de Clar. Orat. Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus.
¶Proximus, secũdo loco positum. Cic. 2. de Inuent. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leuissima commoditatis.
¶Proximus ante aliquem. Cic. de Senect.
Proximus à postremo. Cic. in Orat.
Proximus ab eo. Quintil. lib. 3. cap. 10. circa finem.
Ab aliquo proximus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Proxima ab Ægypto Campania est copia rosæ. Plin. lib. 13. cap. 3. In veteri codice non legitur proxima.
Proximus à vino somnus. Plin. lib. 10. cap. 75.
Proximus post. Cic. 1. Offic. Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit.
Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi cõpendiariam dicebat esse, siquis, &c. Cic. 2. Offic.
De proximo, Vide DE.
Amore tibi proximus. Cic. ad Attic. lib. 1. 14.
Eques dignitate Senatori proximus. Cic. pro Cluentio.
Genere mihi proximus. Terent. Adelph. 4. 5.
Proximum vino gustu semen. Plin. lib. 12. cap. 25.
Interuallo longo proximus. Virg. 5. Æneid.
Titulis proximus. Ouid. 4. Fast.
Vsu longo alicui proximus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6.
¶Proximus optimis. Plaut. Trin. 8.
Optimis proximum numerari. Cic. de Clar. Orat.
Carmina proxima Phœbi versibus. Virg. 7. eclog.
Laudem Planco proximam consecutus es. Cic. Furnio, lib. 10. 25.
Proximus lictor. In officio magistratuum lictores quidam dicebantur proximi, qui quàm alij chariores magistratui erant, eíq; semper præstò erant, & apparebant ante alios sui ordinis: vt in inscriptione peruetusta, L. Valerius Achilleus lictor proximus. Fortè quispiam interpretabitur primo adiunctum, & secundum, quod verum non putem. Sallustius quoque eodẽ locutus modo est in bello Iugurthino: Sed Hiẽpsal in oppido Thumida fortè eius domo vtebatur, qui proximus lictor Iugurthæ, charus acceptúsque ei semper fuerat. Turnebus.
Vero proximum. Horat. in Arte.
Veritati proximum. Quintil. lib. 2. cap. 10.
¶Habere aliquem proximum. Cic. Attic. lib. 1. 1, Dies nullus ferè est, quin hic Satyrus domum meam ventitet: obseruat L. Domitium maximè, me habet proximum.
Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. Cic. 2. de Legibus.
Qua cuique proximum erat. Liu. 10. bel. Pun.
¶Inferioris ætatis proximus. Cic. de Claris Orat.
Seruorum proximi. Tacit. lib. 15.
¶Proximus mihi fuit. Terent. Andr. 4. 1.
¶Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Cic. Q. fratri, lib. 1. 4.
¶Proximus te fuit, apud Plautũ in Pœn. 17. Cic, Attic. lib. 1. 9, Proximus Pompeium sedebam.
¶Proximum, Substantiuum. Terent. Eunuch. 3. 5,
Eamus ad me: ibi proximum est vbi mutes. Hoc est, Nullus est propior locus, vbi possis mutare vestem.
In proximo, Non procul hinc. Cic. Tironi, lib. 16. 12. 1.
¶Proximus, Maximè propitius aliquando dicitur. Martialis,
Nec propior quem Phœbus amet.
¶Proximiorem, comparatiuum vsurpat Senec. epist. 109, Ita tamen vt modum seruem, & quidem continentiæ proximiorem.

Proximè, pen. corr. { ἐγγύατα, ἄγχιστα } Superlatiuum aduerbium. Plin. iunior lib. 4. epist. 13. ad Cornel. Tacit. Proximè quum in patria mea fui, venit ad me, &c.
Literæ, quas à te proximè accepi. Cic. Lucceio, lib. 5. 15.
Is quem proximè nominaui. Cic. 1. de Nat. deor.
Eíque proximè adiunctus Drusus fuit. Cic. de Claris Orat.
Habere exercitum quàm proximè hostem. Cic. Attic. lib. 6.
Proximus ianuam, Romam, &c. Varro de Re rustica lib. 1. cap. 13, Villici proximè ianuã cellam esse oportet. Cic. Metello, lib. 5. 2. Idem Attic. libro 6, Tamen esse officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hostem.
Quam proximè Italiam. Cic. ad Attic. lib. 3.
Ego huic tuæ virtuti proxime accedo. Cic. Bruto, lib. 11. 21.
Proximè morem. Liu. 4. bel. Pun.
Proximè periculum. Quintil. libro 8. cap. 6. quo loco de tropis agit.
Præcipuéque ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci & proximè periculum trãslatione tolluntur, quum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus: qualis est,
Pontem indignatus Araxes
Proximè à. Cic. 4. Acad. Proximè à Lacyde solo retenta est: pòst autem, &c.
Proximè ab. Colum. lib. 1. cap. 6, Omnes tamen quamproximè alter ab altero debent habitare, ne villici diuersas partes circumeuntis sedulitas distendatur, & vt inter se diligentiæ & negligentiæ cuiusque testes sint.
Proxime atque. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 18, Non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æquè laborare.
Proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime vtiles esse possunt. Cic. 2. Offic.

Proxime accedere ad verum. Cic. 4. Acad.
Proxime, mox, tertio. Plin libro 12. cap. 12, In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum.
¶Proxime. Quintil. libro 6, Et vt proxime vtriusque differentiam signem: Id est, vt quantum prope fieri potest, accedam ad vtriusque differentiam.

Proximitas, pen. corr. proximitatis {πλησιότης} Primus cognationis gradus, vt nonnulli volunt. Ouid. 2. de Arte,
Et lateat vitium proximitate boni.
Méque ream nimiæ proximitatis agi. Ouid. de Nuce.
Damno est ipsa proximitas. Ouid. 10. Metam.
Proximitate niti. Quintil. lib 3. cap. 6.
Requirere proximitatem, aut primum hæredem. Ouid. 13. Metam.

Proximò, Aduerbium, Proximè. Cic. ad Att. lib. 4, Ab Qu. Fratre accepi literas datas à litoribus Britanniæ, proximò. Id est proximis diebus. Sic Arcanò & arcanè, Commodò & commodè, indifferenter veteres dixere.

Proximo, proximas, pen. corr. {πλησιάζω} proximare, Proximum esse. Cic. 2. de Nat. deor. Capiti autem equi proximat Aquarij dextra, totúsque deinceps Aquarius. Solinus cap. 70. non procul à fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap. 65, Indo flumini proximantes, versa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore.

Propecto, propectis, propexui, vel propexi, vel propectiui, propexum {κατακτικῶς} propéctere, In longum pectere.

Propexus, Nomen ex participio {κατάπηκτος.} vt Propexa barba. Ouid. 1. Fastor.
Barba propexa in pectore. Virg. 10. Æneid.
Canities mento propexa. Stat. 2. Thebaid.
Crinis propexus ac rutilatus. Tacit. lib. 20.

Propedièm, Aduerbium temporis {ἐν βραχεῖ, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ} Breui: quasi prope sit dies quando aliquid futurum sit. Terent. Heaut. 1. 1,
-at porrò rectè spero illum tibi
Saluum affuturum esse: hic confido propediem. Cic. 3. Offic. Tum & præsens tecum propediem, vt spero, & dum aberis, præsens loquar. Idem 1. de Diuinat.
Obsaturari propediem. Terent. Heaut. 4. 8,
-næ tu propediem
(Vt istam rem video) istius obsaturabere.
Propediem te videbo. Cic. Attic. lib. 16.

PROPEDIVS, Marsorum dux fuit ac princeps, illo Marsico bello quod cum Romanis gessêrunt, sic dicto, quòd Marsi populi defectionis illius fuerint authores. Vide Strabon. lib. 5.

Propello, propellis, propuli, penult. corr. propulsum {ἀπωθῶ, ῥίπτω, ἀπωθέω, ὑποτρέβω} propéllere, Longè pellere, procul amouere. Plin. lib. 9. cap. 6, Dum faginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, &c.
Propellere à castris. Liu. 7. ab Vrbe.
Agmina voce. Silius lib. 7.
Annum cædibus. Stat. 1. Thebaid.
Classem. Lucan. lib. 3.
Hastam vicinam metæ. Silius lib. 16.
Impetum inimicorum. Cic. Antequam iret in exil.
Inimicos. Cæsar 5. bel. Gal.
Iniurias hominum. Colum lib. 7. cap. 12.
Anima propellit membra. Lucret. lib. 3.
Pactione. Salust. in Catilinam, Collegam suum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne cõtra Rempublicam dissentiret. Alij legunt, perpulerat.
Pecus pastum. Liu. 5. bel. Pun.
Orationem alicuius propellere remis. Translatione sumpta à nauigantibus, qui remis vndas propellunt. Cic. 4. Tusc.
Periculum propellere Pop. Rom. Fugare. Cic. pro Fonteio, Hoc est, à Rom. Populo.
Periculum vitæ propellere. Liuius 10. bell. Maced. Periculum vitæ propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendum ferrum sumpserunt.
¶Propellere, Vltra ducere. Colum. lib. 2. cap. 2, Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat.

Propellens {ὠσάμενος} Participium. Lucret. lib. 4,
Atque alium præ se propellens aera voluit.

Propulsus, Participium {πεφυσᾶσθαι.} vt Flumina propulsa cruore. Lucan. libro 7.

Propulsus, huius propulsus, Verbale {πεφύσησε.} Seneca 6. Natur. quæst.
Ventum propulsu suo concitare.

Propulso, propulsas {διακρύω} propulsare, Frequentatiuum. Cic. 5. de Finib. Cœptárque & ea quæ naturæ sentit apta, appetere: & propulsare contraria.
Bellum mœnibus propulsare. Liu. 1. ab Vrbe.
Frigus, famem, & similia. Cic. 4. de Finib.
Hostem. Cæsar 1. bel. Gall.
Propulsare ac propellere impetum inimicorum. Cic. Antequam iret in exilium.
Iniurias. Cæsar 6. bell. Gal.
Morbi exquisitis remediis propulsandi. Colum. lib. 6. cap. 5.
Periculum à capite. Cic. pro Cluent.
Periculum quod in omnes inteditur. Cic. 3. pro Roscio Amer.
Sic ab ingressione fori populum propulsari videres. Cic. 5. Philip.
Suspitionem. Cic. 5. Verr.
Vindicationem. Cic. 2. de Inuent.

Propulsatio, Verb. {ἀδίκημα.} Cic. pro Sylla, Cum huius periculi propulsatio ne coniungam defensionem officij mei.

Propulsator, penult. prod. Aliud verbale {διακρυσὶς} Valer. libro 7. capite 9, Authorem harum rerum beneuolentia, propulsatorem odio insecutus.

Propemodum, pen corr. Aduerb. {ὀλίγου δεῖν, σχεδόν} Penè, quasi prope mensuram. Terent. Adelph. 1. 2,
-nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. Idem And. 3. 4, Propemodum habeo iam tibi fidem.
Verba componere, & syllabas propemodum dinumerare. Cic. in Oratore.
Alteros propemodum iam sumus experti. Cic. Torquato, lib. 6 4.
Vt propemodum iustioribus vtamur illis, qui omnino auocent à philosophia, quàm iis, &c. Cic. 1. de Finib.

Propemptícus, penult. corr. Adiectiuum. Vnde Propempticum carmen, quo prosequimur abeuntem & discedêtem. προπέμπτος, comitor, cum pompa assequor, honoris gratia deduco. *Connuyer.* Statius libro 3. Sylu. 2.

Propendeo, propendes, propendi, propensum, propendêre, pen. prod. {ῥέπω, ὑπερέχω} In anteriorem partem pendêre: sicut Dependêre, retrouersum, siue in posteriorem partem. Cic. 5. Tusculan. Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendêre illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat.
Propendêre in aliquem inclinatione volũtatis. Cic. 2. de Orat. Hoc necesse est, vt is qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.
Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Cicero 5. Tusculan.

Propendens, propendentis, Participium {ῥέπων} Demissus. Colum. lib. 7. cap. 12, Probatur quadratus potius quàm longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus De cane villatico.

Propendulus, pen. corr. Adiectiuum. vt Propenduli crines, apud Apuleium lib 1. Floridorum.

Propensus {κατάῤῥοπος, ὑπῆρτος} Aliud participium, siue Nomen ex participio: Vehementer inclinatus. Plaut. Bacchid. 9,
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentiis
Rameuta fiat grauior aut propensior,
Mori me malim.
Propensa munera, Id est multa & magna. Plaut. Truc. 1.
Hortandus, cui Sua sponte propensus opponitur. Cic. 5. de Finibus,
Sed vtrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua sponte propensus es?
Ad turpem causam propensior. Cic. Attic. lib. 7.
Ad discendum. Cic. 3. de Finib.
Ad ignoscendum. Cic. 2. de Inuent.
Ad lenitatem. Cic. pro Murena.
Ad similitudinem veritatis. Cic. 3. de Nat. deor.
Ad voluptatem. Cic. 1. Offic. Quinetiã si quis est paulo ad voluptates propensior.
In aliquid propensior. Quintil. lib 4. cap. 1.
In alteram partem. Cic. ad Attic. lib. 8, Multitudo & infimus quisque propensus in alteram partem.
Animus propensus ad salutem alicuius. Cic. Figulo, lib. 4. 13.
Vt natura ad aliquem morbum procluior, sic animus alius ad alia vitia propensior. Cic. 5. Tusc.
Propensus animo aliquid facere. Liu. 7. bel. Maced.
Propensior benignitas esse debebit in calamitosos. Cic. 2. Offic.
Dei propensi ad vota. Ouid. 1. Fast.
Disputatio ad veritatem. Cic. 1. de Diuinat.
Fauor. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Fauorem propensum petiit voce sollicita. Ouid. 14. Metam.
Propensior voluntas in aliquem. Cic. 2. Offic. A quo expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior.

Propensè, Aduerb. {ἑτοίμως} Ex animo. Lentulus ad Senatum, libro 12. 15, Vt hanc concordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propensè non crederent esse factam.

Propensio, Verbale {ὑπόῤῥοπη} Animi inclinatio. Cic. 4. de Finib. Qui nullam in re nisi in virtute aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

Propero, properas, pen. corr. {σπεύδω, κατεπείγω, κατεπείγομαι} properâre, A propetes, & significat Festinare, celeriter ire. Nam qui in aliquem properat, id agit vt illi propinquior sit. Terent. Andr. 1. 5,
-obstetricem accerso. P. propera.
Festinare & Properare, quid differant, Vide FESTINO, & Gellium lib. 16. cap. 14.
Maturatè properare, Vide MATVRVS.
Pergere & properare Romam. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3.
In campum. Cic. 1. de Orat.
In Cyprum. Terent. Adelph. 2. 4.
Atque inde ventis, remisque in patriam omni festinatione properaui. Cic. Cornificio, lib. 10. 25.
Properare ad exitum. Brutus ad Attic. 16.
Ad meram vnam. Ouid. ad Liuiam.
Sedem properamus ad vnam. Ouid. 10. Metam.
Dudum properare. Plaut. Amph. 8,
-nam quid ille reuertitur,
Qui dudum properare se aiebat.
Propera ocyus. Plaut. Ciftel. 8.
Quo properas? Plaut. Asin. 12.
Retractare & Properare, contraria. Cic. 1. Tusc.
¶Properare, cum infinitiuo. Virg. 7. Æneidos,
-quem regia coniux,
Adiungi generum miro properabat amore.
Properabat adire. Ouid. 4. Metam.
Sed odio ductus rem properauit deducere in iudicium. Cic. Attic. libro 1. 11.
Propera ire in vrbem. Plaut. Rud. 26.
Properare hominem inuenire. Terent. Phorm. 5. 6.
Properare proficisci. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Properare propero domum. Plaut. Aulul. 7.
Properare venire ad aliquem. Cic. in Somnio Scip.
¶Properare aliquid, pro Festinanter aliquid agere vel dicere. Frequens enim est huius verbi vsus in voce agente. Virgilius 1. Georgicorum,
Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur.
Deditionem properare. Tacit. lib. 2.
Iter. Tacit. lib. 1.
Laborem. Propert. lib. 3. eleg. 21.
Mortem. Tacit. lib. 2.
Mortem per vulnera. Virg. 9. Æneid.
Quidquid agit, properat omnia. Plaut. Pœnul. 7. Id est omnia properantèr agit.
Pecuniam indigno hæredi properare, pro Rapaciter colligere. Horat. 3. Carm. ode 24.
Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli. Horat. 1. epist. ad Iul. Florum.
¶Properantur, passiué. Plin. in Paneg. At quàm magnificus in publicum es! hinc porticus, tũc delubra occulta celeritate properantur.
Lanæ cui properabantur? Id est citò parabantur. Horat. Epod. 12.
Amores teneri properentur. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Properans, penult. corr. properantis, Participium {ἐπείγων.} Terentius Eunuch. 2. 2,
Non temerè est, & properans venit.
At ille properans festinánsque. Cic. 9. Philip.
Ad alia properans. Cic. pro Cluentio, Longum est mihi dicere præsertim ad alia properanti.
Properantes hæc scripsimus. Cic. Attico, lib. 4.
¶Properantes aquæ, Rapidè & concitatè fluentes. Plin. lib. 5. cap. 9.
Properantis aquæ per amœnos ambitus agros. Horat. in Arte.
Bellum properans. Lucan. lib. 1.
Vix operi eunctæ dextra properante sorores
Sufficiunt. Lucan. lib. 3.
Falce properanti dolatus acernus stipes. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Gradum properantem sistè. Senec. Herc. fur. 9.
Legere aliquid lingua properante. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.
Oculus properans. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Pede properante adire locum aliquem. Catul. de Berecyn. 58.
Remis properantibus æquora impellere. Ouid. 3. Metam.

Properandus, Participium {ἐπειγόμενος.} Virg. 1. Georgicorum,
Multa forent quæ mox cælo properanda sereno. Hoc est properanter agenda.
Fuga properanda. Valer. 4. Argon.
Veneris non est properanda voluptas. Ouid. 2. de Arte.

Properatus, penultima prod. {ἐπειγόμενος} Aliud participium. Ouidius 5. Metamorphoseos,
Vsqueadeo est properatus amor.
Accusatio properata. Tacit. lib. 4.
Carmina. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Fata retexere. Ouid. 10. Metam.
Gloria rerum. Ouid. 15. Metam.
Gressu properato mœnia repetere. Silius lib. 3.
Mors. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Opus properatum breui tempore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim. Ouid. epist. 17.
Stylus. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Tela agreitia ad subitum vsum. Tacit. lib. 2.
Voluptas. Ouid. 1. Amor. eleg 4.
Vox. Ouid. 3. Metam.

Properatio, Verbale {ἐπείγει.} Cic. ad Tiron. libro 16. 27, Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione.

Properantia, properantiæ {κατάπτωσις} Festinatio. Salustius in Iugurtha, Neque ex tanta properãtia tam facile tractum bellum, socordia magis quàm dolo crederent.

Properato, penultima producta, Aduerbium {ἐπειγομένως.} Tacitus libro 13, Neque nimis properatò Narcissus Claudij libertus ad mortem agitur.
Properatò opus est, pro Properare. Cic. pro Milone, Primum erat nihil cur properatò opus esset.

Properatim, penultima prod. {κατεπειγόντως} Aliud aduerbium. Celeriter. Cæcilius,
Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius. Meminit & Gell. lib. 12. cap. 15.

Properiter, pen. corr. {ἐπειγόντως} Idem. Catullus,
Animalia miserula properiter abit. Nonius.

Properanter {κατεπειγομένως} Idem. Accius,
Remisque nixi properanter nauim in fugam vertunt.
Vsque adeò properanter. Lucret. lib. 5.

Properus, pen. corr. Adiectiuum {πρόῤῥος} Idem quod Celer, festinus. Festus, Properus antiquos dixisse pro celer, testimonio est qualitatis aduerbium, quod est properé. & properam, pro celeri ac strenua, testimonio est Cato, quum ait in libro de re Militari: Tertia è castris eductio celeris, properáque est. Festus.
Iræ properus. Tacit. lib. 11.
Oblatæ occasionis propera. Tacit. lib. 12. De Agrippina.
Pergit properus. Tacit. lib. 5.
Cursus properus. Ouid. epist. 16.
Gressus properi. Valer. 4. Argon.
Pede propero sequuntur ducem. Catul. de Berecynth. 58.
Properam videò ancillam venientem. Plaut.

Properè, pen. corr. {ταχέως} Aduerb. Terent. Heaut. 2. 3,
-abi dum tu Dromo illis obuiam
Properè: quid stas?
Subitò, Properé. Plaut. Amphit. 17,
Vt subitò, vt properè, vt tonuit validè!
Properè celeriter. Plaut. Rud. 30,
Eloquere properè celeriter.
Properè currere. Terent. Hecyr. 5. 3.
Properè exequi præcepta alicuius. Virg. 6. Æneid.
Impertire properè aliquem malo. Terent. Adelph. 3. 2.
Speculatores properè missi. Liu. lib. 4. bell. Punic.
Cumas se properè recepit. Liu. 3. bell. Punic.
Sequere properè me ad macellum strenuè. Plaut. Aulul. 7.

PROPERTIVS {προπέτιος} Elegiarum poeta ex Meuania oppido oriundus: quod in Vmbria est, vt ipse author copiosè testatur. Sunt qui scribãt eius patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumuirali potestate fuisse. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod illis versibus apparet,
Aspice me, cui parua domus fortuna relicta est:
Nullus & antiquo Marte triumphus aui. Ex Crinito.
Blandus. Ouid. 2. Trist.
Tener. Ouid. 3. de Arte.

Propes, propedis, Funis est, vt ait Isidorus, quo pes, id est imum veli tenditur: Profértque Turpilij testimonium,
Quasi quum ventus fert nauem in mare secundus,
Si quis propedem misit in veli sinistrum.

Propetrare, mandare quod perficiatur: nam impetrare est exorare: & peipetrare, perficere. Paulus, apud Festum.

Propexus, Vide PROPECTO.

Prophanus, Vide PROFANVS.

Propheta, prophetæ, vel Prophetes. propheræ, pen. prod. mascul. gen. {προφήτης} Qui futura prædicit. à φοίβομαι, prædico. Veteres (vt ait Festus) antistites fanorum, oraculorúmque interpretes, prophetas dicebant. Propheta in sacris literis appellatur videns.

Prophetis, prophetidis: & Prophetissa, prophetissæ {προφῆτις} Quæ futura prædicit.

Prophetia, prophetiæ, pen. prod. {προφητεία} Inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians.

Propheto, prophetas {προφητεύω} prophetâre, Prædicere.

PROPHTHASIA, oppidum in Drape Indiæ regione, nõ procul à Persis. Strabo lib. 11.

Propilo, propilas, propilare, Acuere. Vnde Propilatum, acuminatum, & quasi ad pilæ formam factum. Sipontinus.

Propingo, propingis, propingere. Lucret. lib. 4,
Quæ penetrata queunt sensum propingere acerbum. Id est impellere, vrgere, versare, impingere.

Propino, propinas, pen. prod. {προπίνω} propinâre, Propriè est prægustato leuiter vino poculum alteri offerre. Quæ consuetudo inde initium habuit: quòd principes Græciæ solenni die, quem Philotesiam vocant, miscere aureis atque argenteis poculis vina solebant, quæ è manu gestantium sumentes, ori parumper admouebant, deinde alteri quem vellent, offerebant, ingens hoc argumentum benevolentiæ existimantes. Hoc verò, προπίνειν siue propinare, quod significat præbibere dicebatur. Hinc ergo factum est, vt προπίνειν, siue propinare, sit cibum potúmque extraordinarium voluptatis gratia cum amicis sumere, & quod vulgò dicitur *compotare*: quod etiam coronati facere solebant, prægustantes, vt diximus, & sibi inuicem pocula præbentes. Quin etiam in abfentium memoriam idem factitantes: Socrates apud Platonem, Hoc poculum Critiæ propino. Martialis libro 5. 119,
Si tristi domicœnio laboras,
Torani potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles cappadocæ, grauéfque porri. Hæc Sipontinus. Cic. 1. Tusc. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis solent nominare, cui poculum traditurí sint. Martial. lib. 6. 44,
Nemo propinabit Calliodoræ tibi. Idem lib. 1. 64,
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit.
Multa propinare. Ouid. 1. de Arte.
¶Propinare, Porrigere simpliciter aliquando significat. Terentius Eunuch. 5. 9,
Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Hoc est, hunc vobis do. Ab antiquorum consuetudine regum, qui phialas interdum compororibus propinabant, quas illi auferebant. Suidas, προπιόντες, αὐτὶ τῦ παραδιδόντες, ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. προπινόμενα δὲ παρὰ τοῖς συνοῦσι πολλὰ ἐδῷ ἀγγεῖα μετὰ τῦ προεκπίνειν, πολλὰ δὲ χρυσώματα τῆ ὡραιότητι. Quiddam etiam apud Demosthenem & Athenæum reperire licet.
Salutem propinare. Plaut. Stich. 8.
Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est propinare hostibus dicebat.

Propinator, pen. prod. Verb. {προπότης.} Ouid. 1. de Arte,
Inde propinator nimirum multa propinet.

Propinatio, Aliud verbale {πρόποσις, προπόμα.} Seneca epist. 94, Quum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati & vacuitates recusauerint, tamen à dolio vinceris. Gellius lib. 10. cap. 17, Est enim persona quæ hoc apud Laberium dicit, diuitis auari & parci, sumptum plurimum, ἀσωτίαν, & propinationem adolescentis filij deplorantis. Hîc comessationem significare videtur. Apud Senecam verò libro 2. de Beneficiis, capite 21, pro ipso actu porrigendi poculum accipitur, Ego ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem acceptarus non sim?

Propinquus, Adiectiuum {πλάνος, πλησίος, ὑπόγαιος} Qui prope est. Terent. Heaut. 1. 1,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.
Clamor propinquus. Silius lib. 13.
Exilium propinquius orare. Ouid. 4. Trist. eleg 4.
Mors. Cic. 1. de Diuinat.
Motus, qui finitimi sunt & propinqui his. Cic. 2. de Orat.

Prædium.Cic.pro Roscio Amer.
Prouinciæ propinquæ & finitimæ.Cic.11.Philip.
Spes propinqui reditus.Cic.Attico,lib.9.
Regio.Ouid.3.Trist.eleg.12.
Rus propinquum.Terent.5.6.
Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.
Signa.Ouid.2.Fast.
Spem alicuius rei propinquam facere.Liu.8.bel.Pun.
Verbis propinquis abuti.Cic.in Orat.
Vespera.Tacit.lib.15.
¶In propinquo sunt castra.Liu.4.bel.Pun.
In propinquo certamen erat, Vide IN præpositionem.
¶Propinquus {ἀγχίστροφος} Affinis.Cic.de Amic.Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini,& propinqui quàm alieni.
Consanguinitate propinquus.Virg.2.Æneid.
Propinquus & necessarius.Cic.pro Mur.Virgo Vestalis huius propinqua & necessaria.
Longinqui & Propinqui, contraria.Cic.pro Mil. Etsi æquabiliter in rempublicam,in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos,in suos irrnebat.
Arctior verò colligatio est societas propinquorum.Cic.1.Offic.
Chari propinqui.Horat.1.Serm.satyr.11.
Propinqui cognatíque optimè conuenientes.Cic.pro Rosc.Amer.
Tutela abeat ad sanos propinquos Horat.2.Serm.satyr.3.

Propinquitas,pen.corr.propinquitatis,fœm.gen.Coniunctio,vicinitas. Cic.3.Offic.Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo. Liu.8.bell.Maced.Ipse (id enim medium Autumni erat)locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans,&c.
Propinquitas loci,& Longinquitas,contraria.Cic.1.de Inuent.
¶Propinquitas{ἀγχιστεία} Affinitas. Cic.de Amic.Vt bonos boni diligant,adsciscantq; sibi quasi propinquitate cõiunctos atque natura.
Propinquitas,& affinitas.Cæsar 2.bel.Gal.
Municipium propinquitate penè finitimum.Cic.3.Philip.
Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius sit necesse est.Cic.pro Quintio.
Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.Cic.pro Plancio.

Propinquè,Aduerbium {πλησίως.} Plaut.True.11,
Atat eccam adest propinquè:credo audiusse hæc me loqui.

Propinquo,propinquas{πελάζω,πλησιάζω}propinquâre,Vicinum & proximum fieri,aut prope accedere. Virg.2.Æneidos,
-heu fuge nate propinquant.
Foribus propinquare Virg.5.Æneid.
Scopulo.Virg.5.Æneid.
Acies legionum propinquat,Vide ACIES.
Supplicium propinquat.Stat.5.Thebaid.
Animis propinquare alicui.Stat.10.Thebaid.

Propior,Vide PROPE.

Propitius,Adiectiuum {ἵλαος,ἵλεως} Placidum,fauens, A prope,& ito, itas, vt quidam aiunt: nam qui fauent,prope nos ire consueuerunt, vt ait Sipontinus. Vel dicitur propitius,prorsus pius:aut porrò,id est valde pius:authore Nonio. Terent.Adelph.1.1,
Vbi si cesses,euenire ea satius est,
Quæ in te vxor dicit,& quæ in animo cogitat
Irata,quàm illa quæ parentes propitij. Cic.1.de Nat.deorum,Quid enim dicã, propitius sit:esse enim propitius potest nemini,quoniam, vt dicitis,omnis in imbecillitate est & gratia & charitas.
Iratus & Propitius,cõtraria.Cic.pro Cælio,Huic homini ego fortasse,& pauci deos propitios,plerique autem iratos putabunt.
Dei propitij,sed lenti.Seneca Agamemn.6.
Fortuna propitia,cui opponitur Infesta.Cic.in epist.ad Octau.
Tam propitiã reddam, quàm quum propitia est Iuno Ioui. Plaut. Merc.22.

Propitio, propitias {ἱλάσκω, ἱλάω} propitiâre: & Propitior, propitiaris, propitiâri,Propitium reddere,placare. Plaut.Pœn.4,
Quò te agis?AD. egónein Veneris. AG.
Quid eò tu?AD. vt Venerem propitiem.
Propitiare aliquid,pro Conciliare,seu dare.Curtius lib.4.
Propitiare solicitudinem animi.Plin.lib.28.cap.2.

Propitiabilis, & hoc propitiabile, pen.corr. {ἱλαστὸς} Quod est ad propitiandum aptum. Ennius capeduncul. Huic est animus propitiabilis. Nonius.

Propitiatorium, propitiatorij {ἱλαστήριον} Locus in quo placari solet Deus. Est & tabula quædam in Exodo,posita super arcam.

Propius, Vide PROPE.
Propius sobrino mihi est,cõsobrini mei filius, & consobrinæ meæ filia:& patris mei consobrinus & matris meæ consobrinus.Festus.

Proplastice,proplastices,pen.corr.{φορπλαστικὴ} Ars faciendi typos,id est formas,quibus,formandis figulinis operibus figuli vruntur. Vide Plinium lib.35.cap.12.
Proplastice, Ipsa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plin.lib.35.cap.12,Archesilai proplasticen pluris vænire solitã constat artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Castigata exemplaria habent proplasmata,vtique à proplasma,proplasmatis.

Propnigeon {φορπνιγεὼν} Os patens furni, præfurnium. Plin.epist.41. lib.2.ad Gallum, Adiacet vnctorium hypocaustum, adiacet propnigeon balinei:inox duæ cellæ magis elegantes quàm sumptuosæ. Alij legunt prognigeon. πρόμυδις caminum significat, & furnum siue fornacem.

PROPOETIDES, penult.corr. {φροποιητίδες} Filiæ Amathunthæ aspernatæ Venerem, triuiis vulgauêre corpora, ob eiusdem deæ iram: quia verò pudore indurauerant, nouissimè in lapidem sunt transfiguratæ, vt inquit Lactantius. Ouid.quoque lib.10.Metam. fabulam pulchrè describit,
Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ,&c.

Propola,propolæ,pen.prod.masc.gen. {φροπώλης,μεταβολεύς} Negotiator, qui merces præmit minoris, vt postea pluris vendat. πρὸ enim ante,πωλέω vendo. Plaut.Aulul.19,
Propolæ, linteones, calceolarij. Cic.in Pison Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola, atque decupa. Vide supra PROPALA.

Propolis,huius propolis, pen.corr.fœm gen. {πρόπολις} Quasi suburbanum. Dicitur quod apes ante alueum faciunt,maximè æstate.Varro 3.de Re rustic.cap.16. Plin.lib.11.cap.7, Ceræ initium plerunque è mitiore gummi. Propolis crassioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera,sed fauorum stabilimentum, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur.

Propoma,pen.corr.propomatis,neut.gen.Propinatio. Apud medicos veteres potio est mellita, ex vino & melle despumato, ita vt in vini sextarios quatuor,vnus mellis adderetur,atque sic mistura fiebat cita cocturam,quæ tamen sufficiẽti tempore insolabatur. Huiusmodi ferè est,qui vulgò syrupus nominatur. Palladius in Februario,capite 32,Vt propomata sponte nascantur. Cælius lib.7.cap.26,Sunt & propomata,velut antecedẽtia pocula,vt sint bibendi proœmia. Est apud Palladium caput libro tertio, quo pacto sponte nascantur propomata,id est vina condita, cuius est modi rosatum & violatum. Idem libro 21.cap.7,Proœmium cœnæ legimus apud Athenæum: quo nomine intelligi videntur, quæ inferuntur primùm. Ipsum id indicat ferè propoma quoque.

Propono,proponis, pen.prod.proposui,propositum, pen.corr.propõnere {φροτίθημι,προβάλλω, ὑπόκειμαι,ὑποτίθημι,προτείνω} Extra ponere, siue palàm ostendere dictum aut factum. Plinius libro 35. capite 10, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus.
Quod dicturus sis,proponere.Cic.in Orat.
Digredi ab eo quod proposueris.Cic.2.de Orat.
Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit,ostendere. Cicero 2.de Orat.
Et quum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Cic.pro Cælio.
Animo proponere.Liu.10.bel.Pun.Quum tuas vires,tum vim fortunæ Martémque belli communem propone animo.
Animo suo multa ferenda.Ouid. 2.de Arte.
Quæ aliis tute præcipere soles,ea tute tibi subiice,atque apud animum tuum propone.Seruius Ciceroni,lib.4.5.
Animis proponere.Liu.1.bell.Maced.
Argentum, Id est explicare & proferre.Cic.1.de Orat. Et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste,neque proposito argento,neque tabulis & signis propalam collocatis,&c.
Auctionem.Quintil.lib.6.cap.4.
Bona ciuium sibi ad prædam.Cic.4.Philip.
Causam belli gerendi sibi.Cic.13.Philip.
Conditionem alicui.Cæsar 8.bell.Gall.
Locus vbi edicta proponuntur.Cic.Attic.lib.2.
Ediscendum.Cic.pro Mur.
Exemplar sibi. Cic.de Vniuers. Quo circa si is qui aliquod munus efficere molitur,eam speciem quæ semper eadem est,intuebitur, atque eam sibi proponet exẽplar, præclarum opus efficiat necesse est.
Exemplum propositum.Quintil.lib.10.cap.1.
In exemplum aliquid.Quintil.lib.7 cap.2.
Exercitationem aliquam sibi.Cic.1.de Orat.
Proposueram illud mihi extremum.Cic.pro Lege Manilia.
Finem sibi.Cic.2.Tusc.
Quæcunque mihi fortuna proponetur,subeatur.Cic.4.in Catil.
Proponere edicto fraudem alicuius rei, aut periculum. Cicero 3. Verrina.
Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in cõtemnendis & despiciendis doloribus, vnam esse omnium rem pulcherrimam.Cic.2.Tusc.
Honorem geminum pugnæ.Virg.5.Æneid.
Aliquem sibi ad imitandum.Cic.2.de Orat.
Impunitatem.Cic.2.de Finib.
Iudices.Cic.4.Verr.
Legem in publicum.Cic.2.de Lege agraria.
Legum leges voce proponam.Idem 2.de Legib.
Libellos de aliquo in celebertimis locis.Cic.pro Quintio.
Magna sibi.Cic.1.Offic.
Memoriam atque imaginem alicuius sibi.Cic.de Amic.
Mercedem alicui.Cic.Q.fratr.lib.3.17.
Proposuit sua in illos merita.Cæsar 7.bel.Gall.
Minas proponere,Minari.Cic.Attic.lib.2.
Mortem.Cic.pro Plancio.
Mortem omnibus natura proposuit.Cic.4.Philip.
Mortem acerbam.Cic.7.Verr.
Ante oculos.Cic.1.de Nat.deor.
Ora alicuius oculis.Cic.pro Sextio.
Ad versus Ennij se exercere, aut Gracchi orationem sibi proponere.Cic.1.de Orat.
Periculum ante oculos.Cic.pro Cluentio.
Pœnam.Cic.2.de Finib.
Pœnam amori.Catull.ad Inuentium,epigr.94.
Præmium.Cæsar 1.bel.Ciuil.
In publico epistolam.Cic.Attic.lib.8.
Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis Iudices,& lubrica defensionis ratio proponitur.Cic.pro Plancio.
Propone tibi duos reges, idque animo contemplare, quod oculis non potes.Cic.pro Deiot.
Rem in medio.Cic.3.Verr.
Sententiam alicuius.Plin.lib.18.cap.10.

Signum

Signum pugnæ.Liu.7.bell.Pun.
Spem proponere.Cæs.3.bel.Ciuil. Quibus quotidie melius succedere tempus, maioremque spem maturitate frumentorum proponi videbant.Cic.4.Verr.
Ad timorem aliquid alicui.Cic.Cælio,lib.2.15.
Vænale aliquid.Cic.4.Verr.
Proponere vexillum.Cæsar 2.de bell.Gall.Cæsari omnia vno tempore erant agenda,vexillum proponendum,quod erat insigne quum ad arma curri oporteret, signum tuba dandum. Vexillum imperatores habebant penes se in tabernaculo:itaque quum prælium erat cõmittendum,proponebatur tollebatúrque vexillum.
Voluntatem alicuius alteri.Cæsar 1.bell.Ciuil.
Qui leges scribunt,vtilitatem Reipub.sibi proponere debent.Cic. 1.de Inuent.
¶Proponere,Promulgare.Sueton.in Caligula,cap.41,Tandem flagitante Pop.Rom.proposuit quidem legem,sed & minutissimis literis,& angustissimo loco,vt ne cui describere liceret.
¶Propositum est mihi. Cic.de Clar.Orat.Laudare igitur eloquentiam,& quanta vis sit eius exprimere, quantámque sis qui sint eam consecuti,dignitatem afferat,neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium.
Nobis propositum est,naturas rerum manifestas indicare,nõ causas iudicare dubias.Plin.lib 11.cap.3.
Omni huic sermoni propositum est,vt laborem meum perspicias. Cic.de Claris Orat.
¶Tametsi hoc minimè latet, quod ita promptum & propositum est,vt,&c.Cic.pro Rosc.Amer.

Propositus,pen.corr.Participium {ὑποτεταμένος,ὑπόκειμαι} Cic. ad Titium, lib.5.16,In animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus ea lege natos,vt omnibus telis fortunę propósita sit vita nostra. Id est exposita.
Propositus, Expositus, explicatus & prolatus. Cic.5.Verr. Sed est hic ordo quasi propositus & editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circunflari posse videatur. Budæus.
Causa alicuius perditis ciuibus proposita ad inuidiam. Cic. pro Domo sua.
Exemplum propositum ad imitandum.Cic.pro Mureha.
Peruenire ad exitum sibi propositum.Cic.12.Philip.
Quidam propositis malorum & bonorum finibus,officium omne peruertunt.Cic.1.Offic.
Aut fuga turpis,aut gloriosa mors proposita.Cic.2.de Finib.
Gloria Scipioni proposita.Cic.2.de Finib.
Gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Cic.pro Flacco.
Iniuriis ab aliquo propositis resistere.Cic.Lent.lib.1.5.
Iter propositum peragere.Horat.2.Serm.saty.6.
Ex itinere proposito & iam constituto reuerti.Cic.1.de Diuin.
Laqueos legum & conditionum sibi propositos esse oportere putandum.Cic.pro Cluentio.
Officium propositum.Propert.lib.1.eleg.19.
Opus propositum perficere Ouid.1.de Remed.amor.
Neque mihi in omni vita res tam erit vlla proposita, quàm vt quotidie vehementius te de me optimè meritum esse, lætère. Cic. Lentulo,lib.19.
Quem de suscepta causa propositáque sententia nulla vis,nullum periculum posset depellere.Cic.pro Ligario.
Serui,qui libertatis spem propositam non habent.Cic.pro C.Rab.
Vita maximis præmiis proposita & penè addicta. Cicero pro Milone.

Propositum,propositi,pen.corr. {προαίρεσις,προθέσις,ὑπόθεσις,βούλημα,σκόπησις} Quod mente statutum est, & quæ intentio hominis dicitur. Plinius,Hoc ei propositum erat,vel superare,vel cedere.
Academiæ consuetudo contra propositum disputãdi.Cic.de Fato.
Tenax propositi.Ouid.10.Metam.
Reditus ad propositum.Cic.3.de Orat.
Graue propositum.Iuuen.Saty.10.
¶Aberro proposito,& à proposito,Id est longius digredior, & defecto ab eo quò ire contendo.Cic.1.Tusc.
Assequi propositum,Vide ASSEQVOR.
Auerti à proposito.Liu.2.ab Vrbe.
Conducit hoc proposito.Horat.in Arte.
Declinare à proposito.Cic.in Orat.
Deerrare,Vide DEERRO.
Destituere.Ouid.3.Amor.eleg.6.
Nulla re deterreri à proposito potest.Brutus Ciceroni,11.
Egredi à.Cic.de Clar.Orat.
Lumina propositi facta ministra tui.Ouid.epist.20.
Proposito rapinæ aliquid facere.Plin.lib.11.cap.17, Quòd si defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito.
Fugare à.Quintil.lib.2.cap.2.
Non fui hoc proposito,vt venderem. Id est hac voluntate.Vlpian. in l.Rogasti.D.Si cert.petat.
Habere propositum.Labeo in l. Quum in plures.§.locator.D.Locat.Locator horrei propositum habuit,se aurum,argentum, margaritam non recipere suo periculo.
Propositum habet ostendere.Varr.de Ling.Lat.lib.8.
Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. Cicero pro Cælio.
Manere in proposito,Vide MANEO.
Permanere in.Cic.1.Offic. Catoni quum incredibiliter tribuisset natura grauitatem, eámque ipse perpetua constantia roborauisset, sempérque in proposito permansisset: moriendum potius, quàm tyranni vultus aspiciendus erat.
Pertinet ad.Quintil.lib.9.cap.1.
Premere propositum suum.Ouid.2.Metam.
Redire ad.Cic.1.Tuscul.
Reuerti ad.Senec.de benefic.lib.1.cap.14.
In proposito.Aphricanus in l.Stichus habet: D.De peculio leg. At in proposito,quia Stichus nil debeat,&c.
Superare aliquem proposito.Quintil.lib.2.cap.5.

Propositio, propositionis {πρόθεσις, πρόθεσις} Verbale. Dicitur, inquit author ad Herenn.lib.2, per quam ostendimus summatim quid fit quod probare volumus. Cic.3.de Orat. Propositióque quid sis dicturus,& ab eo quod est dictum,seiunctio,& reditus ad propositum.
Cum animi ampla quadam & splendida propositione. Cicero 2. de Inuent.
Confessa propositio Quintil.lib.5.cap.14.
Dura.Quintil.lib.4.cap.5.
Nuda.Quintil.lib.4.cap.4.
Vitæ propositio & cogitatio.Cic.3.Tusc.

PROPONTIS,Propontidis, pen.corr.fœm.gen.vulgò *Le canal de Constantinople.* {προποντὶς} Æquor patens & diffusum.Dicitur Propontis, quasi ante Pontum. Hæc angustiis Bosphori Thracij cum Euxino Ponto coniungitur. Nam Geographi primas angustias matis se coarctantis, Hellespontum vocant. Inde expatiatur æquor: quæ laxitas,Propontis appellatur.Vbi iterum in arctum coit,& stringitur, illæ angustiæ, Bosphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur,Pontus Euxinus: qui curuatus in figu.am Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis: idque ostium,Cimmerius Bosphorus appellatur.
Vndæ Propontidis.Ouid.3.Trist.eleg.12.
Læua Propontidos,Id est sinistra pars.Ouid.5.Fast.
Longa Propontis.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.

Propontiacus,pen.corr.Adiectiuum {προποντιακὸς.} Ouid.1. Trist.eleg.9.2
Hinc que Propontiacis hærentem Cyzicon oris.
Aqua Propontiaca.Propert.lib.3.eleg.22.

Proporro {πόρρω} Vlterius,præterea.Lucret.lib.2,
Et sibi proporro quæ sint primordia quærunt.
Proporro lacessere.Lucretius,
Ipsáque proporro paulo maiora lacessunt. Turnebus, Proporro supatur à Latinis,vt Græci solent conguminare προποροποιεῖσθαι.

Proportio, proportionis, fœm.gen. {ἀναλογία} Est duarum rerum, quarenus ad quantitatem pertinet, inuicem facta comparatio. Cic. pro Flacco,Qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset. Idem 6.Verr. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos pereequa proportione cætera. Sic de Vniuersitate,17.
Proportionem reddere.Varr.de Ling.Latin.lib.7.

Propositio,Vide PROPONO.

Proprætor,Propræturis {ἀνθυπατικὸς} Qui cum authoritate Prætoria aliquò mittitur: non autem qui pro Prætore prouinciam tenet. Cic. de Prouinc.Consul. Res in Sardinia cum maftrucatis latrunculis,à Propræture vna cohorte auxiliaria gesta.

Proprius,Adiect. {ἴδιος, οἰκεῖος} Quod peculiare est vniuscuiusque.A prope fit: hoc enim maximè prope est, quod proprium est. Virgil.7. Æneidos,
Hunc mihi da propriũ virgo sata nocte laborem. Terent.Phor.5.5,
Curaui propria ea vt potirentur.
Vt quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat. Cicero pro Roscio Amer.
Certum & proprium: vt Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. Cic.pro Cecin. Et 3.de Orat.Ergo vtemur verbis quæ propria sunt & certa quasi vocabula rerum, penè vnà nata cum rebus ipsis.
Proprium & suum.Cic.5.Tuscul.Propriis & suis argumentis & admonitionibus tractanda quæque res est.
Proprium & Commune, contraria. Cic.de Senect. Ar id quidem non proprium senectutis est vitium,sed commune valetudinis.
Proprium & peculiare.Plin.lib.7.cap.25.
Quod autem meum erat proprium, vt alaiis transpadanis vti negarem,id etiam populo se remisisse scribit.Cic.Cæl.lib.2.16.
Præcipuum & proprium.Cic.de Prouinc.Consul.
Amor proprius.Lucret.lib.4.
Aliunde assumpto vti bono,non proprio,nec suo.Cic.2.de Orat.
Consilium proprium auferre alicui.Horat.1.Serm.saty.4.
Consuetudo communis vel tua solius & propria. Luceius Ciceroni,libro 5.14.
Crimen proprium.Cic.3.Verr.
Proprius suus, tuus, meus. Paulus in l. Si seruo.D. De hæredibus instituendis.Idem & in eo, qui propria sua data pecunia emptus est ab aliquo. Idem Paulus in l.Vt tantum.§.J.D.De seruo corrupto,Si seruus communis meus & tuus proprium meum seruum corruperit: Sabinus ait,non posse agi cum socio:perinde acsi proprius meus seruus corrupisset conseruum.
Culpa mea propria.Cic.ad Terent.lib.14.3.
Animæ propria natura atque vis est, moueri motu interiore & suo.Cic.de Somn.Scip.
Excuti propriis negotiis.Horat.2.Serm.saty.3.
Certa & propria nota.Cic.4.Acad.
Proprium habere.Varr.de Ling Latin.lib.9.
In propria pelle non quiescere.Horat.1.Serm.saty.6.
Periculum proprium.Cic.Torquato,lib.6.1.
Prædia propria tradere alicui, In proprietatem alicuius. Cic.pro Rosc.Amer.
Ritus proprius.Plin.lib.10.cap.58.
Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris. Cicero pro Sylla.
Translata & aliena verba, quibus opponuntur Propria & sua.Cic, 3.de Orat.
Vi propria nituntur.Virgil.2.Georg.

¶Proprium est eius, per translationem, hoc est Illi adscribitur. Cic.pro Rosc.Amer.

Aper, aut cernus proprius domini. Triphoninus in l. vsufructuarium venari.D. De vsufruct. Pompon. in l. Vel inutilium. D. eodem titulo.

Propria est ea præceptio Stoicorum. Cic.1.Offic.

Varietas est propria Fortunæ. Cic.2.de Diuin.

¶Proprium Oratorum. Proprium epistolæ hoc est Quod maximè conuenit, & obseruari debet ab Oratore, & in epistola. Cic. Qu.fratri.lib.1.1, Illud quod epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat. Idem 3.de Orat.

Proprium propitium, id est valde proprium, vt Nouum nouitium dicimus, augere atque intendere volentes noui & proprij significationem Gell.lib.6.cap 5.

Animum iudicis impellere quocunque res postulat, hoc est vnum Oratoris maximè proprium. Cic.de Clar.Orat.

Artis maximè proprium est creare & gignere. Cicero 2.de Natura deorum.

Postremò quum hoc proprium sit animantium, vt aliquid appetant quod sit naturæ accommodatum. Cic 1 de Nat.deor.

¶Proprius, cum genitiuo. Cic 3.Philip. Aut libertatem propriam Romani generis, & nominis recuperemus, aut mortem seruituti anteponamus.

Cum datiuo. Quintil.lib.1, Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia, vnde origo animi cælestis creditur.

¶Proprium, Perpetuum. Terent.Andr.4.3,

Nihilne esse proprium cuiquam? dij vestram fidem! Vbi Donatus, Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo proprij, perpetuum. Virg.6.Æneidos,

-propria hæc si dona fuissent. Terent.And.5.5,

Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quòd voluptates eorum propriæ sunt.

Propriam dicare. Id est perpetuam. Virg.1.Æneidos,

Connubio iungam stabili, propriámque dicabo. Seruius.

Proprium aliquid euenire cuipiam. Plaut.Mercat.7.

Homo me miserior nullus est æquè opinor, neque aduersa Cui plura sint sempiterna. fatín' est vt quicquid agere occœpi, Proprium nequit mihi euenire quod cupio?

Perenne & proprium. Cic. Post red.in Senatu, Si illud de duobus Consulibus, quod antè in Republica non fuerat, perène ac proprium manere potuisset.

Propriasceit, proprium fecerit. Festus.

Proprietas, pen.corr. proprietatis { ἰδιότης, ἰδιότητος } Quod alicuius rei proprium est. Plin lib.13.cap.1, Huius proprietas, vt ventilerur in coquendo donec desinat olere. Cic.1.Acad. Singularum rerum singulas proprietates esse.

Proprietas terræ & cæli, pro Ingenio. Liu.lib.8.bel.Maced.

Habere proprietatem. Plin.lib.13.cap.22, Proprietatẽ habet fructũ emittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli dij arbori euenit.

¶Proprietas, pro Diffinitione. Cic.in Topic. Proprietas sic in hominem ne solùm cadat, atque etiam in beluas ægritudo.

Proprietarius, arij. Pomponius in l. Diuus Hadrianus. D. De vsu & habitat. Licet tam angustus est legatarius, cui domus vsus legatus est, vt non possit occupare totius domus vsum: tamen eis quæ vacabunt, proprietatius non vtetur, quia licebit vsuario & aliis temporibus tota domo vti.

Propriè, Aduerbium { ἰδίᾳ, ἰδίως, κυρίως } Cic. Pæto, lib.9 15, Quod me amas, &c. est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: tibi commune cum multis: quòd tu ipse tam amandus es, &c. id est, propriè tuum.

Promiscuè & propriè, contraria. Cic.2.de Lege agrar.

Propriè & Publicè, contraria. Cic pro Sextio, Neque Senatus publicè, neque vllus ordo propriè, neque suis decretis Italia tota susceperat.

Propriè & Vniuersè, contraria Cic.ad Attic.lib.5.epist.2.

Communis persona, & Propriè singulis attributa, contraria. Cic. 1.Offic.

Propriè & verè honestum. Cic.de Offic.

Dicere propriè. Cic.2.de Orat. Quàm propriè de vnoquoque dixit. Idem 1.Philip. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.

Et propriè, pro Et maximè. Cic.1.Offic. A peregrino enim recessit, & propriè in eo qui arma contrà ferret, remansit.

Proprium, pen.prod. Aduerbium { ἰδίᾳ. } Lucret.lib.2,

Quid? genus humanum propritim de quibus factum'st. Id est propriè. Nonius. Restituit Lambinus.

Propter { διά, ἕνεκα, ὕστερα } Præpositio, accusatiuo casui seruit, & significat Alicuius causa. Terent.Phorm.2.1,

Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti.

Qui propter acumen occultissima perspicis. Luceius Tullio, M.F. libro 5.14.

Propter tuum in me amorem. Cic. Lentulo, lib.1.3.

Indicere ventri bellum propter aquam. Horat.1.Serm.saty.5.

Eáque suspicio propter eam causam fuit, quòd, &c. Cic.de Claris Oratoribus.

Habemus hæc omnia: bonorum studium, propter nostram causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. Cic. Curioni, lib.2.5.

Tironem propter humanitatem & modestiã mal'o saluum, quàm propter vsum meum. Cic. Attic. lib.7.

Propter reliquæ ætatis infamiam pœnas lege & iure persoluere. Cic. Antè quàm iret in exilium.

Legibus non propter metum parêre. Cic.in Parad.

Ex se & propter se expeti. Cic.2.de Finib.

Vnum illud dico, si propter partium studium potens erat Alphenus, potentissimus Næuius. Cic.pro Quintio.

Nam nec castra propter anni tempus facere possum. Cu. Magnus Domitio in Epist.ad Atticum, lib.8.

¶Propter, pro Prope, iuxta, Aliquando aduerbiũ est sine casu. Terent. Adelph.4.2, postea

Est ad hanc manum facellum: ibi angiportum propter est.

Propter moribundus. Lucret.lib.3,

Inde alius conatur adempto surgere crure, Quum digitos agitat propter moribundus humi pes.

Iungitur & accusatiuo æpissime in eadem significatione. Terent. Adelph.2.1, Nimium istoc abisti, hîc propter hunc assiste. Cic.de Clar.Orat. Propter Platonis statuam statuam constedimus.

Propter ædem Saturni. Tacit lib 2. Hoc est prope.

Propter aquam. Ouid 8.Metam.

Propter ædem Vulcani. Cic 4.Verr.

Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonẽ fluit. Cic.2.de Inuent.

Duo filij propter patrem cubantes. Cic.pro Rosc.Amer.

In pratulo propter Platonis statuã consedimus. Cic.de Clar.Orat.

Stat propter fortem virum. Plaut.Milit 3.9,

-hîc est, stat propter virum Fortem.

Propter quod. Paulus in l. Qui in. D. De adopt. Vxor mea illi matris loco non est, nec enim agnoscitur ei: propter quod nec ei cognatus fit.

Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia Herculi, aut Sanco, qui scilicet idem est deus. Festus.

Propterea. Aduerbium { διὰτοῦτο, τοῦνεκα, διὸτι } Ob eam causam. Terent.Hecyra, 4.4, Amatæ mulieres sunt, non facilè hæc ferunt: Propterea hæc ira est.

Propterea quòd. Terent.Andria, 1 1,

-feci è seruo vt esses liberens mihi

Propterea quod seruiebas liberaliter.

Quum essem otiosus in Tusculano, propterea quòd discipulos obuiam mitterem, vt, &.Cic.Paro, lib 9.18.

Si nouionem veri & falsi, propterea quòd ea non possunt internosci, nullam habemus. Cic.4.Acad.

Propterea quia. Seruius Cic.lib.4.5, Etsi genus hoc consolationis acerbum est propterea quia per quas, &c.

Propterea quia. Lucret.lib.1.

Propterea vt. Cic.pro Ligario, Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, quum de se eadem diceret, ignosceret.

Proptosis, procidentia oculorum, vbi cum inflammatione moti, sede sua procidunt. Galen.in Medico.

Propudium, propudij { ἀπαίσχυντος } A quo pudor & pudicitia procul sint, inquit Festus. Plautus Curcul.4,

Iam huic voluptati hoc adiunctum odium est. PA. quid ais propudium? Budæus, Propudium rem pudendam significat. Plin.lib.28. cap.8, Hoc cinere poro propudia virorum: eiusdem aspersu fœminarum libidines inhiberi. Propudium pro obscœnitate posuit pudenda.

Propudianus porcus dictus est, vt ait Capito Ateius, qui in sacrificio gentis Claudiæ, velut piamentum & exolutio omnis contractæ religionis est. Festus.

Propudiosus, penult.prod. Adiectiuum { ἀναιδυντώδης } Idem. Plautus Truculent 6,

Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam. Gell.lib.2.cap.7, Sed enim si imperet vxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam

Propugno, propugnas { ὑπερμαχίζω } propugnare. Aduersus pugnantes pugnare, siue pugnando resistere. Plin.lib 12. cap.19, Casia circa paludes propugnante vnguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus, his commentis augentes rerum pretia.

Propugnare absentium alicuius. Sueton.in Cæsare, cap 23, Qui sibi perpetuo essent propugnatores absentium suam.

Propugnare commoda patriæ, pro Tueri & defendere aduersus hostium impetum. Cic.1.de Inuent. Qui verò ita se armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm propugnare possit is mihi vir & suis & publicis rationibus vtilissimus. Vt non oppugnare commoda patriæ, verùm propugnare possit, vetus codex legit, Pro his pugnare.

Propugnare pro. Cic.pro Rabirio, Testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare. Sic.1.Offic. Propugnare pro æquitate.

Pro innocentibus propugnare, & Nocentes oppugnare, opposita. Cic. Antè quàm iret in exil.

Propugnare pro suo partu. Cic.5.Tuscul. Non pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident?

Acerrimè propugnare pro salute alicuius. Cic. Bruto, lib.11.16.

Armatus nugis propugnat. Horat.1.epist.19.

Propugnatio, Verbale fœm. { ὑπερασπισμός. } Cic.ad Lentulum, lib.1.7, Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui fortasse plerisque officij maiorem authoritatem habere videatur. Et Licinio, lib.5.8, Susceptque mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur. Cic.pro Sextio.

Propugnator, pen.prod. { ὑπερασπιστὴς } Verbale masc. Cæsar 7.bel.Gall. Nec ille prius est à propugnatoribus vacuus relictus locus.

Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cic.7.Verr.

Propugnator & defensor. Cic 6.Verr. Non est pudoris mei P.Scipione florentissimo adolescente viuo & incolumi, me propugnatorem monimentorum P.Scipionis, defensorémque profiteri,

Propugnator fortunarum, & defensor assiduus. Cic. Post reditum in Senatu.

Senatus propugnator. Cic.pro Milone.

Acerrimus propugnator communis libertatis. Cic.ad Brutum, 11.

Defensor

Defensor & quasi propugnator patrimonij sui. Cic.1. de Orat.

Propugnator studiosissimus. Cic.4.Verr.

Propugnaculum, propugnaculi, penult. corr. { προβολὴ, ἔπαλξις, ἔρυμα, φρούριον, χαράκωμα } Locus munitus, vnde vehementer certari possit, & defendi procul. Virg.4.Æneidos,

-& propugnacula bello

Tuta parant. Cic.pro Fonteio, Est in eadem prouincia Narbo Martius colonia nostrorum ciuium, specula Populi Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum.

Pontésque & propugnacula iungunt. Virgil.9.Æneid.

Æquoris propugnacula. Stat.3.Sylu.3.

Propugnacula murorum. Virg.lib.9.Æneid.

Propugnacula nauium. Horat.Epod.1,

Ibis Liburnis inter alta nauium

Amice propugnacula.

Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præsidium prouinciæ. Cic.5.Verr.

Propugnaculo esse alicui. Cic.7.Verr.

Propugnaculis imperij, sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Cic.pro Lege Manilia.

Propugnaculum contra hostium impetus. Cic.5.Verr.

Propugnaculum & præsidium. Cic.ad Terentiam, lib.14.18.

Propugnaculum firmissimum. Liu.lib.4.bel.Maced.

Lex Ælia & Fusia, propugnacula, murique tranquillitatis. Cicero in Pisonem.

Propulso, Vide PROPELLO.

Propylæum, propylæi { προπύλαιον } Latinè vestibulum vel porticus ante domum. Cic.lib.2.Offic. Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ vituperat, quòd tãtam pecuniam in præclara illa propylæa conieceric. Plin.lib.35.cap.10, Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæon pingeret.

Proquæstor, Proquæstoris, masc.g. { ἀνθύπατος } Qui Quæstoria authoritate accepta mittitur in aliquam regionem. Cic.4 Acad. Nec verò inesse ætate solùm, sed & Proquæstor aliquot annos. Alius codex hîc Quæstor legit. alius, pro Quæstore.

Quum Alexandriæ Proquæstor essem. Cic.4.Acad.

Proquæstore, Vide EXCONSVLE.

Proquiritata, Promulgata: verbum ll.12.tab. Sidon. Apollinar.lib.8. epistola ad Nammatium: Per ipsum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar lex de præscriptione triceníj fuerat proquiritata. Quiritare, fidem populi Rom. implorare.

Prora, proræ { πρῷρα } Anterior pars nauis. Liu.4.bel.Pun. Fertea manus fimiæ catenæ illigata, quum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recellerer ad solum: suspensa prora, nauim in puppim stacuebat.

In nauigio, latera, carinæ, prora, puppis. Cic.3.de Orat.

Ærata prora. Stat.5.Thebaid.

Rostrata. Plin.lib.9.cap.30.

¶Terris aduertere proram. Virg.3.Georg.

Proræ astitit. Plaut.Merc.4.

Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas. Virg.3.Æneid.

Detorquet proram ad vndas. Virg.5.Æneid.

Proræ erectæ. Cæs.3 bel. Gall. Proræ admodum erectæ.

Obtorquet proram in vndas dextras. Stat.5.Thebaid.

Obuertunt pelago proras. Virg.6.Æneid.

Illisa prora pependit. Virg.5.Æneid.

Perfringere proras. Liu.lib.2.bell.Pun. Quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis.

Æratæ steterant ad littora proræ. Virg.9.Æneid.

Torquent proras ad littora. Virg.3.Æneid.

Vertere proras à littore. Lucan.lib.9.

¶Prora & puppis. Cic.lib.Epist.16.24, scribens ad Tironem suum, parœmiam hanc refert his verbis, Mihi prora & puppis (vt Græcorum prouerbium est) fuit à me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Prora itaque & puppi summam consilij nostri significamus, propterea quòd à prora & puppi, tanquam à capite & calce pendeat tota nauis. Erasm. Adagium est, quo totum significatur.

Proreta, proretæ, pen.prod. { πρωρεύς, πρωρεάτης } custos & gubernator in prora nauis. Plaut.Rudente, 2,3,

Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.

Proreus, duarum syllabarum vox, proprium nautæ apud Ouid.3. Metam. Dicitur autem πρωρεὺς Græcis qui & proreta, id est proræ gubernator, vt dictum est.

Prorepo, prorepis, pen.prod. prorepsi, proreptum { ἐρπύζω } prorépere, Vltra repere. Colum.lib.3.cap.5, Vt mota æqualiter humus, nouelli seminis radicibus, quancunque in partem prorepserint, molliter cedat.

Quum prorepserunt primis animalia terris. Horat.1.Serm.saty.3.

Prorepere è cauis. Plin.lib.8.cap.39.

Prorepere è tenero. Colum.cap.10.lib.3, Illæ fertiles ac firmæ, quia è tenero prorepunt, &c.

Prorepere in luxuriem dicuntur radices vitium, Prorependo luxuriari & diuagari. Colum.lib.5.cap.5.

Prorepentes oculi vitium. Colum.lib.11.cap.2.

Proreta, & Proreus, disyllabum, Vide PRORA.

Proripio, proripis, penult. corr. proripui, proreptum { ἁρπάζω, ἁρπαγῇ, αὐτομάτῃ } prorípere, Latenter & furtim rapere. vt Proripere sese domo. Liu 9.bel.Pun. Virgilius eclog.3,

Et quum clamarem, quò nunc se proripit ille?

Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

Vsquam proripere. Horat.1.Serm.saty.1.

Proripere se ex ædibus. Plaut.Capciuis, 11,

Quò illum nunc hominem foras proripuisse se dicam ex ædibus?

Proripuit se domum ex curia. Salust.

Proripere sese è manibus alicuius. Liu.lib.2.bell.Pun.

Proripere se repentè, vel subitò. Cic.de Aruspi.resp. Attamen ignaſus ille qui Consules essent, exanguis atque exẽstuans se ex curia repentè proripuit, cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis.

Cæsar 1.bell.Ciuil.

Sese porta foras vniuersi proripiunt. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Solio se proripit alto. Valer.5.Argon.

Proripere sese ab vestibulo templi. Liu.8.ab Vrbe.

Proripere se ex curia. Liu.3.ab Vrbe.

Proripere se in publicum. Liu.8.ab Vrbe.

Proripere se in cœnas. Plin.lib.8.cap.46.

¶Proripere aliquem, Rapere. Cic.7. Verr. Deinde iubẽt vndique hominem proripi, vehementissiméque verberari.

Cæteruas proripere in cædem. Horat.1 Carm.ode 8.

¶Proripiet se libido ac proiiciet occultatione proposita. Cic.2.de Finibus.

Prorito, proritas, pen.prod. { παροξύνω } proritare, Prouocare. Colum. lib.10, Vt Pelusiaci proriter pocula zythi. Plin.lib.26.cap 8.ad finem, Anagallis cærulea procidentia sedis retro agit: ediuerso rubens proritat. Id est extimulat & acuit. Colum.lib.2.cap.10, Lini semen, nisi magnus est eius in ea regione quam eolis prouentus, & pretium proritat, serendum non est. Id est allicit & inuitat.

Prorogo, prorogas, pen.corr. { παρατείνω, ὑποβάλλομαι } prorogare, Protrahere, prolongare. Cic.Appio, lib 3.10, Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur.

Per singulos annos aliquid. Quintil.lib.1.cap.1.

Ætatem. Plin.lib 15.cap.13.

Æuum. Horat.in Carm.secul.

Bellum. Cic.12.Philip.

Dies paucos propter inopiam ad soluendum, alicui prorogare. Cic.2.Philip.

Impetrant à Senatu vt dies sibi prorogaretur. Cic.3.Verr.

Prorogat æternam feritas tibi Punica famam. Claud.7.Paneg.

Famam nominis prorogare. Plin.iunior epist.196, Victuráque nominis famam, supremis etiam titulis prorogare nituntur.

Horam tecte viuendi. Horat.1.epist.2.

Imperium prorogare, Noua rogatione in longiora tempora proferre. Cic.ad Q.fratrem, lib.1.1, Quòd si tibi bellum aliquod magnũ & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo: quòd eodem tempore esse inelligerem, etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam. Idem ad Attic.lib.5 89, Ne pateretur quantum-esset in ipso, prorogari nobis prouincias.

Morã. Plin.lib.16.cap.22.

Numerum annorum prouinciis prorogauit. Cic.2. Philip.

¶Prorogare nummos, De suo fœnore. Vlp.l.4.D. De manumissionibus, Proinde est si nummos prorogauit emptor, quum ei pariauerit: poterit ad libertatem peruenire. Dixerat autem Vlp.paulo antè, Proinde si ex aduentitio lucro, siue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemptus sit: credendum est, suis nummis eum redemptum.

Prorogare prouincias. Cic.ad Attic.lib.5.

Spes prorogatur militi in alium diem. Plaut.Aulul.15.

Rogo atque oro ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Cic.Curioni, lib.2.6.

Tempus prorogare. Plin.lib.13. cap.3, Margaritæ gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes prorogant tempus: vngueã illico expirant, ac snis moriuntur horis. Prorogant tempus, id est in longum tempus durant.

Vitam prorogare. Colum.lib.1, Quis enim dubiter eam maximè probatam haberi, sine qua nemo nostrũm vel prosperæ vel aduersæ valetudinis vitam prorogat?

Prorogatio, Verbale { ἀναβολὴ, ὑπερθεσία. } Cic.ad Attic.lib.13, Ego verò vtar prorogatione diei. Liu.4.bell.Maced. Tum L. Valerius prorogatione ab se promulgata, ita disseruit, &c.

Prorogatio imperij. Liu.8 ab Vrbe, Duo singularia hæc ei viro primùm contigere: prorogatio imperij, non antè in vllo facta: & acto honore triumphus.

Prorogatio legis, Dilatio promulgandæ legis. Cic.pro Mur.

Prorsi limites, Vide PRORSVS.

Prorsus, vel prorsum, Aduerbium { πάντως, πάντῃ, μήν, ἦν, τὸ πάνυ } Quasi porrò versus. inquit Festus: significat Omnino. Terent.Eunucho, 2.3, Ego nescio hercule neque vnde eam, neque quorsum eam, Ita prorsum oblitus sum mei. Cic.2.de Orat. Verbum prorsus nullum intelligo.

De summa agi prorsus vehementer & seuerè volo. Cicero Atticus libro 16.

Prorsus perij. Plaut.Aulul.13,

Sed cessò prius quàm prorsus perij currere?

Prorsus hæc diuina mihi videtur vis, &c. Cic.1.Tusc.

Satis affatim prorsus. Cic.Attico, lib.16.

Prorsus iocundè. Horat.1.Serm.saty.5.

Prorsus omnino omnia obsequor. Terent.Adelph.5.9.

Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestque. Lucret.lib.3.

¶Prorsus, cum negatione, pro Nullò modo. Terent.Hecy.4.4,

Enimuero prorsus iam tacere non queo. Idem Andr,2.6, Nihilne? hem.n.nihil prorsus. Item Adelph.4.1.

Nullo modo prorsus assentior. Cic.de Nat.deor.

Nullo modo potest fieri prorsus. Plaut.Trin.11.

Prorsum non. Terent.Eunucho, 2.3,

Illum liquet mihi deierare his mensibus

Sex, vel septem prorsum non vidisse proximis.

¶Prorsus, pro eo quod *Generaliter* vulgò dicitur. Cic.ad Marcel.lib. 4.10, Venies enim, mihi crede, expectatus: neque solùm nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus.

¶Prorsum, Recta ad locum aliquem. Plaut.Milit.163

-ego adeò, vt tu scias,

Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem Persa, 17,

Simulato quasi eas prorsum in nauem.

¶Rursum prorsum. Terent. Hecy. 3.1,

Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Vbi Donatus, Rursum propriè Retro: Prorsum Antè significat. & est prouerbiale, vt dicimus Sursum deorsum, intrò foras, hac, illac, & similia.

¶Prorsum, Certè, rectè, verè, inquit Donatus. Terent. Adelph. 5.3, Eo pacto prorsum illic alligaris filium. Cic. ad Attic. lib. 13, Prorsus ex his libris non videtur esse dubium, quin, &c.

¶Prorsus, nomen, Rectum significat. Inde Prorsi limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad Orientem directi sunt: vt ait Festus.

Prorsi limites dicti, qui spectabant ad Orientem: transuersi, qui ad Meridianum. Ex Hygeno.

Prorumpo, prorúpis, prorupi, pen. prod. proruptum { ἐκρηγνύω } prorúmpere, Valde rúpere, vel cum impetu ferri. Virg. 1. Georgicorum, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. Cæsar 5. bell. Gall. Nouo genere pugnæ perterritis nostris per medios audacissimè proruperunt. Virgil. 10. Æneidos,

Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.

In aciem prorumpere, Vide ACIES.

Prorumpere munitiones. Cæsar lib 3. bell. Gall. non procul à fine, Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hostiũ castris constiterunt, quàm planè ab his videri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Alij legunt Prorutis, à verbo Proruo.

Prorumpere pestis quà poterit. Cic. pro Murena.

Vox prorumpit in auras. Silius lib. 3.

Eò prorumpit hominum cupiditas, & scelus, & audacia, vt non modò clam, verùm etiam hîc in foro cædes futuræ sint. Cicero pro Roscio Amer.

¶Prorumpere, Actiuum, Vltra emittere, euomere. vnde Proruptũ mare, Effusum fluéntsque, inquit Seruius. Virg 3. Æneidos,

-horrificis iuxta tonat Ætna ruinis,
Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem. Seruius accipit pro euomit, asserens nouam hanc esse loquutionem. Non enim dicimus, Ego prorumpo hanc rem. Hoc modo vsus est Terent. in Eunucho, Iámne erumpere licet hoc mihi gaudium?

Prorumpit fons ab vna parte. Hoc est magno impetu profluit & oritur. Cæsar 8. bell. Gall. Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ ferè pedum c c c interuallo fluminis circuitu vacabat.

¶Prorumpor, Forma passiua. Lucret. lib. 6,

-hinc prorumpitur in mare venti
Vis, & feruore mirum concinnat in vndis.

Proruptus { κατάῤῥηγμα, κατάῤῥαξις } Participium, siue Nomen ex participio: vt Proruptus murus: Prorupta audacia, Temeraria. Cic. pro Roscio Amer. Nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania.

Aditus proruptus, Vide ADITUS, adis.

Mare proruptum. Virg. 1. Æneid.

Proruo, proruis, prorui, prorutum, pen. corr. { κατάῤῥηγνυμι, κατάῤῥαξις } prosternere, Proiicere, facere vt aliquid cadat. Liu. Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem 6. bel. Pun. Albam, vnde ipsi oriundi erant, à fundamentis prorueruntne stirpis, ne memoria originum suarum extaret. Colum. lib. 12. cap. 43, Tum vinaceorum pes bene prælo expressus, prorutur.

In caput prorui. Valer. 7. Argon.

In trituram proruere. Varr. 1. de Re rustic. cap. 13.

Proruere se foras, Prorumpere. Terent Eunuc. 3.5.

Aciem hostilem prouere, Vide ACIES.

Vallum proruere. Liu. 9. ab Vrbe cond. Quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas prouerrent.

¶Proruere, pro lõgè latéque percellere, & peruertere. Lucret. lib. 3, Ex infinito quæ possint fortè coorta

Proruere hanc mentis violento turbine molem. Horat. 1. Carm. ode 35, Iniurioso ne pede prorues stantem columnam.

Proruere hanc rerum violento turbine summam. Lucret. lib. 5.

Proruus, pen. corr. Participium { κατάῤῥηκτος } Liu. 4. ab Vrbe, Dictator proruto vallo, iam in castra prælium intulerat. Quidam legunt prorupto.

Grámina prorupta. Stat. 4. Thebaid.

PROSA, dea: de qua Gell. lib. 16. cap. 16, ex Varrone, Quando, inquit, contra naturam, fortè conuersi in pedes pueri, brachiis plerunque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres eniuntur. Huius periculi deprecandi graria, aræ statutę sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum altera Postuerta nominata est, Prosa altera, à recti peruersúque partus & potestate & nomine.

Prosa, prosæ { πεζὸς λόγος } dicitur oratio soluta, quasi profusa. Gell. lib. 10. cap. 18, Extat nunc quoque Theodori tragœdia, quæ inscribitur Mausolus: in qua eũ magis, quàm in prosa placuisse Higinus refert. Quintil. lib. 1. cap. 10, Sed in prosa quoque quædam iam recepta immutatio.

Prosa eloquentia. Paterculus lib. 1, Oratio ac vis forensis, perfectúmque prosæ eloquentiæ decus.

Prosa oratione prioribus subnectentur exordiis. Columel. lib. 10. in Præfat.

Prosaicus, pen. corr. Adiect. { πεζικὸς } Plin. lib. 7. cap 56, Prosaicam orationem condere Pherecydes Syrius instituit. Idem lib. 5. cap. 29, Cadmus primus prosaicam orationem condere instituit. Alij codices habent prosam.

Prosapia, prosapiæ { εὐγονία, κλῆρος } Generis longitudo, siue progenies antiqua. Dicta à Prosupero, prosuperas, quod est Superabundo, quòd prosuperent, hoc est supersint & superabundent liberi. Cato, veteres prosapiæ. Plaut. Curcul. 8,

De coclitum prosapia te esse arbitror. Cic. de Vniuers. Deinceps Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se, agnatósque vsurpare atque appellare solemus, & eorũ, vt vtamur veteri verbo, prosapiã. Quintil. lib. 1. cap. 11, testatur prosapia esse verbum inusitatũ. Et lib. 8. cap. 3. Festus, Prosapia, progeniesid est porrò sparsis, & quasi iactis liberis: quia sipare, significat iacere & dissicere.

Magna & vetere prosapia. Sueton. in Galba, cap 2.

Veteris prosapiæ & multarũ imaginum homo. Salust. in Iugurth. in oratione Marij.

Proscenium, proscenij { προσκήνιον } Locus ante scenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat, quò actores fabularum prodirent, ita vt scena altior esset pulpito: pulpitum autem altius orchestra, quæ ipsa locus erat saltantium. Hæc Budæus Plaut. Amphitr. 3,

Etiam histriones Nannico in proscenio hîc

Iouem inuocarunt. Liu. 10 bel. Maced. Theatrum vt proscenium ad Apollinis ædem, Iouis in Capitolio, &c.

Vt hoc est proscenium. Plaut. Trucul. 2,

Athenis tracto ira, vt hoc est proscenium,

Tamisper dum transigimus hanc comœdiam.

Ineunt proscenia ludi. Virg 2. Georg.

Proscindo, proscindis, proscidi, pen. corr. proscissum, prosfundere, Valde, seu vltra, vel subtus scindere. Vnde dicimus Proscindere terram, quum primùm eam aramus. Varr. de Re rust lib. 1. cap 29. Columb. lib. 2. cap. 2, Antiquissimi ferè omnes formam huius operis conscripsere, quam velut scita legémque in proscindendis agris sequantur agricolæ.

Æquor rostro carina proscindit. Carul. Argon. 59.

Campum ferro proscindere. Ouid. 7. Metam.

Glebas proscindere. Varr. de Ling. Lat. lib. 6.

Littus aratro. Ouid epist. 16.

Quercum ferro. Lucan. lib. 3.

Solum terræ. Lucret. lib. 5.

Terram aratris. Lucret. lib. 5.

Iuuencis validis terram. Virg. 2. Georg.

¶Proscindere aliquem, per transitionem, pro Infamare, contumeliis lacessere & lacerare. Sueton. in Aug. cap. 13, Hunc fœdissimo conuitio coràm prosciderunt.

Aurum proscissum conuitiis. Plin. lib. 33. cap. 1, Vtinámque posset è vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi authores dixere, proscissum conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum.

Summotum aliquem patria Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.

Prosciſſus, Participium: vt Prosciſſa terra.

Æquor prosciſſum. Virg. 1. Georg. Id est terra quam iam arauerat. Seruius.

Armi prosciſſi natant palearibus. Stat. 3. Thebaid.

Pectus prosciſſum vulnere. Stat. 10. Thebaid.

Prosciſſum, Substantiuum, pro Terra prosciſſa. Colum. lib. 2. cap. 2, Bubulcum autem per prosciſſum ingredi oportet.

Prosciſſio, Verbale. Colum lib. 6. cap. 26, Néve adhuc tenera colla dura prosciſſione terræ contundant.

A prosciſſione. Colum. lib. 2. cap. 13, Sesami sextarij sex tribus iugis à prosciſſione coluntur.

Proscribo, proscribis, pen. prod. proscripsi, proscriptum { προγράφω, κατηγορέω } proscribere, Aliquid per scripturam vænale proponere & publicare. Nam proscribi domus dicuntur, quando apposita inscriptione, vænales, vel locandæ significantur. Cic. 3. Offic. Itaque Calphurnius quum demolitus esset, cognosséque Claudium ædes postea proscripsisse, &c. Idem 3. Offic. Ille quod non placebat, proscripsit: tu quod placebat, emisti.

Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. Cic. Qu. fratri, lib 2. 10.

Proscribere agros hæreditarios. Plin. iunior epist. 131, Miraris quòd Hermes libertus meus, hæreditarios agros, quos ego iussetam proscribi, non expectata auctione, pro quincunce, ex septingentis millibus Corelliæ addixerit.

Bona proscribere. Cic. pro Quint.

Proscribere se auctionem facturum. Cic. pro Quint. Quum æris alieni aliquãtum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romę curari oporteret, auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone se facturum esse proscribit earum rerum quæ ipsius erant priuatæ.

Proscribere vænale. Curius ad Cic. lib. 7. 30, Ergo fructus est tuus, mancipium est illius: quod quidem si inter senes coemptionales vænale proscripserit, egerit non multum. Locus est perdifficilis, quem Turnebus explicat his verbis. Videtur, inquit, hic proscribere vænale inter senes coemptionales, esse in tabula auctionis proponere seem hæ conditione venditurum, vt proprietas tantùm penes emptorem sit, nec res tota proscribatur aut alienetur: quòd si Atticus, (inquit Curius) faceret, non multum suis rebus adderet, quòd magni pretij mancipium non sit. Senes autem coemptionales dicit, qui ad coemptiones libenter accedunt, & libentes emunt. Plaut. Bacch. Coemptionalem sedem vendam ego. Iurisconsulti etiã, vt ad interimenda sacra rationes quasdam excogitauerãt, & ad liberandas tutela mulieres: sic ad perimendum in seruitiis vsumfructum, coemptionem quandam senum fortassis inuenerant. Cur autem senes adhibebantur? an quòd ob eorum ætatem, res plus authoritatis habitura esset? an ob priuilegium & vacationẽ ætatis? an quòd à senibus emptiones & coemptiones potius moribus Romanis tractarentur, quàm à iunioribus, quibus vsu rerum saperet, minúsque deciperẽtur: & si quid in mãcipio cõtra ius fieret, callidi veteratoréque ita obtegerent, ne in fraude deprehendi possent? An denique ob aliam causam? parum, vt ne quid dissimulem mihi compertum est, & aliis quærendum relinquo. Hæc ille.

Itaque sese scripturum agebat, vt venationẽ etiam quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Cic. Attic. lib. 16.

¶Proscribere aliquem, Damnare, relegare. Cic. pro Domo, Hanc vos igitur Pontif. iudicio atq; authoritate vestra Tribunoplebis porro statẽ dabitis, vt proscribere possit quos velit? Quæro enim, quid sit aliud, proscribere, Velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne sit, bonáq; eius vt mea sint: ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Vlp. in l. Sed etsi pupillus.

pupillus. D. De institoria actione, Proscribere palàm, sic accipimus, claris literis, vt de plano rectè legi possint, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, nec in loco remoto, sed in euidenti.

Quum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur. Cic. pro Rosc. Amer.

Proscriptus, Participium { προγεγραμμένος } vt Ager proscriptus. Cic. Attico lib. 16.

Ifte locare incipit non proscripta neque edicta die. Cic. 3. Verr.

Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Cicero Attico, lib. 12.

Possessiones vænales ac proscriptas hac lege video. Cic. 3. de Lege agraria.

¶Proscriptus, Relegatus. Cic. ad Attic. lib. 2, Quinta de proscriptorum filiis.

Lex Cornelia proscriptum iuuare vetat. Cic. 3. Verr.

Rex proscriptus. Horat. 1. Serm. sat. 7.

Proscriptio, proscriptionis, Verbale { προγραφή, ἀπογραφή } Damnatio. Cic. pro Cluentio, Ne subscriptio Censoria non minus calamitatis ciuibus quàm illa acerbissima proscriptio possit afferre.

Proscriptionis miserrimum nomen. Cic. pro Domo sua.

Proscriptiones locupletum. Cic. in Paradox.

Capitis proscriptio. Cic. de Prouinc. Consul.

Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. Cic. Attico, lib. 11.

Facere proscriptiones prædiorum. Cicero pro Flacco, Emptiones falsas, prædiorum proscriptiones cum mulierculis aperta circunscriptione fecisti.

Quum de capite ciuis & de bonis proscriptio fertur. Cicero pro Sextio.

Cauete per deos immortales, ne noua & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Cic. pro Rosc. Amer.

Quum caput meæ proscriptionis recitaretur. Cic. Post reditum in Senatu.

Proscriptor, Aliud verbale { προγραφεύς } Plinius libro 7. capite 12, Adeóque tempestiuam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in censu maius, & in fortuna sua duceret.

Proscripturio, proscripturis, penult. corr. proscripturiui, proscripturitum, proscripturire, Desyderatiuum verbum. Cicero Attico, lib. 9, Sed mediastinus turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit: ita Sullaturit animus eius, & proscripturit iandiu. Sullaturire, est cupere Sullam, siue Syllam imitari. Proscripturire, proscriptiones ciuium meditari ac moliri: id quod fecerat L. Sylla, qui & Sulla dicitur, cuius exemplum imitari Cæsar conabatur. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nec à verbis modò, sed à nominibus quoque deriuata sunt quædam: vt à Cicerone Sullaturit, & ab Asinio Fimbriatum, & Fibulatum.

Prosĕco, prosecas, penult. corr. prosecui, prosectum, prosecare, Secare. Plaut. Pœnulo, 6,

-vtinam exta prosecarier. Liuius 5. ab Vrbe, Qui eius hostiæ exta prosecuissent. Exta cocta solebant prosecare veteres, ac partem adolebant: partem conserebant, sacerdotibúsque dabant: partem sibi apponebant: sic lustralibus extis vescuntur apud Maronem. Turnebus.

Prosecta, dicta sunt ab antiquis viscera quæ in sacrificiis prosecuissent. Lucanus lib. 6,

-si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido prosecta cerebro. Nonius, Prosecta, exta quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta: sunt generis neutri. Licinius Macer Ornithogonia,

-vulgari tosta vapore
Cum virgis prosecta ferunt.

Fœmininum. Lucilius lib. 14,

Cœnam inquit nullam neque diuo prosectam vllam.

Imponere prosecta aris calentibus. Ouid. 12. Metam.

Prosĕda, prosedæ, penult. corr. { πέρη } Merettix dicitur, authore Festo, quòd ante stabula sedeat. Plaut. Pœn. 4,

-an ibi vis inter istas versarier
Prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias?

Prosedamum, prosedami, penult. corr. Vitium est arietibus & hircis circa coitum prouenies ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrij, quod crategonon appellant, quum in cibum porrigitur. Plin. lib. 26. cap. 10, Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant.

Proselenus { προσέληνος } penult. prod. Arcadum epitheton est, qui se πρὸς τῆς σελήνης, id est ante Lunam fuisse gloriabantur. Statius 4. Thebaidos,

Arcades huic veteres astris Lunáque priores,
Agmina fida datis.

Proselytus, proselyti { προσήλυτος } Aduena, nouus, peregrinus. à verbo Græco προσερχέσθαι, quod est aduenio. Proselyti Hebræis, qui ex Ethnicis, legibus Mosis & cæremonijs initiati Iudaismum profitebantur, non illi quidem gente, sed adoptione Iudæi. Lucas in rebus gestis Apostolorum: Iudæi quoque & Proselyti.

Prosemino, prosemináre, penultima correpta { κατασπείρω } prosemináre, Disseminare. Cicero 3. de Orarore, Nam quum essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius variis & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderit, prosemináque sunt quasi familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctæ & dispares.

Prosequor, penultima correpta, prosequeris, prosequutus sum { κατακολουθέω, διέρχομαι } prósequi, Vltra, siue post sequi. Cæsar belli Gallici, libro 5, Longius prosequi veritus, quòd syluæ paludésque intercedebant.

Prosequi vsque ad locum aliquem. Cic. 6. Verr. Thure, odoribúsq; incensis vsque ad agri fines prosequutus esse?

Prosequi decedentem domum. Liuius 2. ab Vrbe.

Rus prosequi aliquem. Plaut. Casin. 19,

Nam nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo
Rus prosequi.

Prosequi, & domum reducere. Martial. lib. 11. 25.

Cum equis aliquem prosequi. Cic. Q. frat. lib. 2. 15.

Dictis prosequi aliquem. Virg. 6. Æneid.

Prosequi cum donis. Liuius 9. bel. Maced.

Lacrymis aliquem. Cic. pro Plancio, Is me in discessu meo non lacrymis solùm suis, sed animo, corpore, copiis prosequutus est.

Abeuntia vela prosequi oculis. Ouid. epist. 5.

Odore prosequitur. Plin. lib. 11. cap. 17. Alij legunt persequitur.

Visu prosequimur illos. Stat. 5. Thebaid.

Ventus prosequitur euntes à tergo. Virg. 3. Æneid.

Exequias alicuius prosequi. Ouid 1. Trist. eleg. 6.

Prosequi funus, vel exequias funeris alicuius. Cic. pro Cluentio, Postremò etiam fortassis mater exquias illius funeris prosequuta, mortem se filij lugere simulasset.

Ab vltimo repetere, & longè prosequi. Author ad Herenn. 1.

Altius prosequi, Vide ALTVS.

Latius, quæ cuiusque affectus natura sit, prosequamur. Quintil. lib. 5. cap. 8.

Et id non prosequar longius quàm mea fides postulabit. Cic. pro Roscio Amer.

Ne hæc difficiliora esse ad prosequendum videantur. Cicero 3. de Oratore.

Ne plures prosequar. Cic. 1. Tuscul. Quid, totum propè cælum, ne plures prosequar, nonne humano genere complectum est? Id est, Vt alios taceam.

Prosequi vsque ad extremum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 11.

¶Prosequi atque imitari antiquitatem, Vide IMITOR.

¶Prosequi aliquem, Est etiam cum affectu animi sequi: vt Prosequor te amore, Id est amo. Prosequor te odio, Odio habeo, Prosequor te laude, honore, contumeliis, & huiusce modi.

Prosequuntur cibos voluptate carentes blandioribus alloquiis medici. Plin. epist. 8.

Amore prosequi profectionem alicuius. Cicero Trebonio, libro 15. 21.

Prosequi aliquem beneficiis. Cicero 5. Verr. Quencunque equitem Romanum in prouincia viderant, beneficus ac liberalitate prosequebantur.

Opportunitatem verò mortis illius beneuolentia potius quàm misericordia prosequamur. Cic. de Claris Orat.

Mirabilis eum omnium beneuolentia prosequuta est. Cicero Cassio, lib. 15. 15.

Dicto improbum factum alicuius prosequi. Colum. lib 8. cap. 16. Id est, improbo facto dictum non minus improbum adiicere.

Vt eum bona existimatio vsque ad rogum prosequatur. Cicero pro Quintio.

Fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur. Quintil. lib. 5. cap. 11. De quibusdam nationibus.

Prosequitur eos honos amicorum. Cicero de Amicitia, Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu est) mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, desyderium prosequitur amicorum.

Impudentia prosequi. Cicero Silio, libro 13. 63, Itaque primùm tibi ago gratias, quòd me omni molestia liberas. deinde impudentia prosequor. Sed idem faciam.

Inuidia aliquid prosequi. Patercul. lib. 2, Præsentia inuidia, præterita veneratione prosequimur.

Lacrymis prosequi mortuos. Liuius 5. bel. Pun.

Prosequi lamentis, lacrymísq; aliquos tanquam extinctos. Liuius 5. belli Punici.

Prosequi lacrymis linquentem terram. Cic. pro Plancio.

Laudibus prosequi. Colum. lib. 12. cap. 3, Horum erat officium, eos qui legibus parérent, laudibus prosequi.

Laudes alicuius ad cantum prosequi. Cic. 2. de Legibus.

Laureatis gesta prosequi. Tacit. in vita Agricolæ.

Libello prosequi memoriam alicuius. Plin. epist. 10. lib. 3. Id est honestis scriptis memorare.

Memoria prosequi aliquid. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Alicuius virtutem grata memoria prosequi. Cic. 14. Philipp.

Memoria immortalitatis prosequi aliquorum gloriam dicuntur literæ: Hoc est scripta aliquorum laudes complectentia. Cicero 2. Philippica.

Mentionem alicuius cum honore summo. Plin. epist. 159.

Nomen alicuius prosequi animis clarissimis. Cic. 3. Philipp.

Officiis omnibus aliquem. Cic. Marcello, lib. 15. 10.

Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosequuti sunt. Bithynicus Ciceroni, 6. 16.

Facta alicuius prosequi suo officio. Ouid. 4. Fast.

Liberaliter aliquem oratione. Cæsar 2. bel. Gall.

Ordinem rerum. Cic. in Partit.

Memoriam alicuius plausu & clamore. Cic. 10. Philipp.

Ac rursus præmio prosequuntur eos qui strenuè atque industriè se gesserunt. Colum. lib. 8. cap. 14.

Prosequare reliquias aui. Cicero de Senectute. Alia exemplaria habent persequare.

Spes prosequitur nos: quasi persequitur. Cic. ad Attic. lib. 3. Quid enim est quod me retineat, præsertim si spes ea nõ est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? Id est, quam habebamus.

Stylo prosequi rationem munificentiæ. Plin. epist. 8.

Veneratione aliquid prosequi. Vide paulo antè, Inuidia prosequi.

Prosequi aliquem verbis honorificiis. Cic. 2. Tuscul.

Prosequi aliquem verbis, Conuitiis obiurgare, vel insectari. Cicero in Catil.
Verbis vehementioribus aliquem. Cic. 4. Verr.
Versu prosequi pascua. Virg. 3. Georg. Hoc est describere carmine.
Voto & suffragio prosequi aliquem. Plin. epist. 307.
Prosequium à prosequendo: obsequium ab obsequendo dicuntur. Festus.

Proserpo, proserpis, proserpsi, proserptum {ἐρπύζω} proserpere, Propriè draconum siue serpentium est, dum nullis pedibus innixi per terram deuoluuntur. Plaut. Asin. 12, Fac proserpentem bestiam duplicem vt habeam lingam.
Serpere & Proserpere idem dicebant: vt Plautus qui scribit, quasi proserpens bestia. Varro de Lingua Lat. lib. 4.
Proserpit herba. Plin. Hæc herba, nisi sata sit, mirè proserpit.

PROSERPINA, pen. corr. {προερπύω, βεκμὸν προερπύσας, προερπύσεια, φερεσφόνη} Luna, Iouis ex Cerere filia. Ouid. lib. 4. Fast. At neque Persephone digna est prædone marito. A proserpendo dicta Proserpinam Augustinus lib. 7. de Ciuitate Dei, significaréque fœcúditatem scribit: quæ quum aliquando non esset, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc cessarunt instrumenta ruralia. Qua redeunte, instituta sunt solennia apud Athenas. Serpere enim videtur veluti serpês, dum modò in dextram, modò in sinistram mouetur: propter quod & omniuaga dicitur. Dicta est Libera, Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca. Huius raptum describit Cic. 6. Verr. Cuius fabulã sic scribit Seruius, Ceres, inquit, quum raptam à Plutone Proserpinam filiam diu quæsisset: tandem aliquãdo eam esse apud inferos comperit: pro qua re quum Iouis imploraſſet auxilium, ille respondit posse eam reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam punici mali in Elysio grana gustauerat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare nõ potuit. Hinc ait Lucan. lib. 6. Eloquar immensõ terræ sub pondere quæ te Detineant Ennæa dapes. Sanè Ceres à Ioue postea meruisse dicitur, vt Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cũ marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: vt cæsceans apud superos, deficiens apud inferos esse videatur. Hæc Seruius apud Virgil. lib. 1. Georgicorum,

Quanuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.
Regna Proserpinæ, Inferi. Horat. Epod. 17.
Casta Proserpina. Horat. 2. Carm. ode 13.
Imperiosa. Horat. 2. Serm. sat. 5.
Pulchra. Virg. 6. Æneid.
Sæua. Horat. 1. Carm. ode 28.
Siculæ regna Proserpinæ. Seneca Herc. fur. 7.

Proserpinaca, herba est notissima & vulgaris, eximij aduersus scorpiones remedij. Plin. lib. 27. cap. 12. & lib 26. cap. 4.

Prosero, proseris, penult. corr. proserere, Proferre, producere. Lucanus libro 4, -non proserit vllam
Flaua Ceres segetem.

Proseuche {προσεύχομαι} obsecratio, vel oratio quæ ad Deum funditur, dicta quòd attentione opus habeat: προσέχω, attendo, vel intendo, vel adhibeo. Iuuenalis sat. 3, proseuchã Latina declinatione videtur posuisse pro eo loco, vbi precibus & obsecrationibus mendici à transeuntibus stipem mendicabant, vel victitabant. ait enim,

Ede vbi consistas, in qua te quæro proseucha. Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebant, vnde à prætereuntibus mendicarent stipem. Turnebus multò aliter, & rectius. Ait enim, Proseuchæ, fana erant Iudæorum, vt Alexandriæ, Romæ, & in aliis vrbibus: sic nomen adepta, quòd oracula quædam essent, vel vt Christiani loquũtur, oratoria. Philo de proseuchis quas Romę Iudæi habebant, ὑπὸς ἀπο γ. ὧν καὶ προσευὰς καὶ ἔχοντας καὶ συναύλους εἰς αὐτὰς καὶ μάλιστα τῆς ἱερᾶς ἐδδόμης. De Alexandrinis, προσευχὰς ἐστὰς μὲ ἐν παντὶ πόλει ἀποφέσεσι, καὶ κατασκαφὰς ἀφανίσεις, διὰ τὸ πολλὰς ἀδρὰς πλουσίου οἰκεῖν ἐν αὐτῆς, ἕνεκα τῶν ἐλαιῶν. Quum autem ad eleemosynam Iudæi dandam essent propensissimi, eò ceu mendicorum conuentus coibant: sed & Iudæi, & ipsi mendici, inuisi erant omnibus: & mendici ea loca, quòd domicilia non haberent, diuersores interdum occupabant, in eisq; cubabant, ideóque proseuches nomen in contemptum abierat. Cleomedes Epicuri ineptias in philosophia illudens dicit, τὰ δὲ λοιπὰ μέσης φορεῖν γόες, καὶ ἐπὶ ἐν αὐτῆς φορεσεῖν τὸν, ἐνδεικὴ πὰ καὶ παρακαταγελάσια. Hæc ille ad eundum Iuuenalis locum.

Prosferari, Imperari, Nonius, Verbum antiquum. Lucil. lib. 26,

Nec minimo & prosferatur pax quòd Cassandram signo deripuit.

Prosiciæ. Vide Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12.

Proficium, proficij, Quod profecatũ proiicitur, inquit Paulus apud Festum. Turnebus ex Varrone Prosicies declinat, huius proficiei, atque proficiem vsurpasse antiquos pro prosectis, id est pro extis sectis, quæ aris inferuntur. Varro, Proficiem extorum, vel in mensam prõiicere. Sed & proficias dicebant. Arnobius, Quòd si omnes has partes, quas proficias dicimus, accipere dij amãt, &c. Præficias enim quod in eo scribitur, vitiosum est.

Prosilio, prosilis, penult. corr. prosilui, prosiliui, & prosilij, prosultum {ἐκπηδάω, προπηδάω} prosilire, Vltra seu foras vel antè salire, prorumpere. Terent. Eunucho, 5, 8,

Hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnã properans prosilit.
Repentè prosilire. Cic. pro Cælio.
Temeré Cic. pro Cælio.
Prosilire à sede. Liuius lib. 2.
Prosilire ad certamen. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 25.
Ad accusationem vltrò prosilire. Vlp. in l. 3. §. vtrum. D. de Senatusconsl. Sillaniano, & in l. Si cui. in princ. D. De accusat.
Prosilire ex tabernaculo. Liuius 8 bel. Pun.
In campos prosiliit. Stat. 10. Thebaid.
In apertos campos hostes prosiliunt. Ouid. 2. Fast.
In freta prosilit attonito pede. Valer. 8. Argonaut.
In concionem prosilire. Liuius 5. ab Vrbe.
In altitudinem prosilire dicuntur fictices, pro Exurgere & erumpere. Colum. lib. 7. cap. 6.
Stratis prosiluit. Valer. lib. 6. Argonaut.
Toris altis prosilit. Valer. lib. 6. Argonaut.
Acies prosiliunt. Lucan. lib. 2,
-ipsæ tua signa reuellent,
Prosilientque acies.
Prosiliunt lacrymæ. Martialis lib. 1. 117,
Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem:
Siquis adest, iussæ prosiliunt lacrymæ.
Natura vaga prosiliet frænis remotis. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Scintillam subitò prosiluisse ferunt. Ouid. 4. Fast.

Prosimurium, aut **Postmurium**, Põtificale pomœrium, vbi Pontifices auspicabãtur. dictum autem pomœrium, quasi promurum, id est proximum muro. Paulus apud Festum.

Prosita. Proposita. Paulus apud Festum.

Prosocer, penultima correpta, prosoceri, masculini generis {πενθερός} Plinus epist. 110. lib. 5. Eram cum prosocero meo, eram cum amica vxoris, eram cum amicis diu desyderatis, circunibam agellos. Ouidius epist. 3.
Cúrque senex Nereus prosocer esse velit.

Prosocrus, huius prosocrus, penult. corr. fg. Modest. l. 4. D. De grãdibus. Prosocrus mihi vxoris meæ auia est: ego illius sum progener.

Prosodia, prosodiæ, penult. corr. {προσῳδία} Latinè accentus dicitur: Estque lex, siue regula ad eleuandam deprimendámve syllabam vnuscuiusque particulæ orationis accommodata: Also nomine apud Græcos τόνος dicta. Fit autẽ prosodia à πρὸς Græca præpositione, quæ significat ad: & ᾠδὴ cantus. Gell. lib. 13. cap. 6, Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum vocalationes appellabant.

Prosonomasia {προσωνομασία} annuntiatio: quæ sit aliqua vocum similitudine, & verborum quadam affinitate. vt Quis locus, aut lacus: Ex ararore orator: Deligere oportet, quẽ velis diligere: Amentium aut amantium: Amor amaror.

Prosopis {προσωπὶς} & Prosopeion {προσωπεῖον} Apud Aristophanem in Danaidibus idem est quod larua & laruula, adscripta instrumentis muliebribus à Polluce lib. 10. cap. 28.

Prosopites. Ægypti præfectura. Plin. lib. 5. cap. 9.

PROSOPOPITES, Prosopopitidis {προσωποπίτης} Insula est in Delta Nili, nouem schœnorum ambitu, vrbem habens Atarbechim, ex qua naues proficiscuntur ad tollenda tota Ægypto boum, aliorúmve pecorum ossa, quæ religiosè apud Ægyptios sepeliuntur. Herodot. lib. 2. Alij Prosopis legunt.

PROSOPON {πρόσωπον} Insula non longè à Carthagine: cuius incolæ Prosopi dicuntur, vel Prosopitæ. Stephanus.

Prosopopœia {προσωποποιΐα} ad verbum, dicitur personæ fictio: Hoc est figura personam inducens. Componitur enim ex πρόσωπον, quod personam significat: & ποιέω, facio vel fingo. Figura est quum persona aliqua fingitur, vt quum inanimatum loquitur ad animatum, vel è conuerso. Horat. Epod. 17,

Quid amplius vis? ô mare & terra, ardeo. Quintil. His præcipuè locis vtiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarum orationes. Idem libro 6. cap. 2, Illa adhuc audaciora, & maiorum, vt Cicero existimat, laterum, fictiones personarum quæ prosopopœiæ dicuntur: mirè nanque tum variant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes velut secum loquentium, protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter inducimus: & suadendo, obiurgãdo, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam, populíque, voces accipiunt. Ac sunt quidam qui has demum prosopopœias dicant, in quibus & corpora & verba fingimus: sermones hominum assimulatos, dicere dialogos malunt.

Prospecto, prospectas, & **Prospectus**. Vide PROSPICIO.

Prospeculor, penult. corr. ep. Prospeculari, procul speculari. Liuius Decad. 1. lib. 3, L. Siccium prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt.

Prosper, prospera, prosperum, penult. corr. {εὔμοιρος, ὄλβιος} Qui dat prosperitatem, & spem nostram implet. Vnde Prosperos deos dicimus, Prospera fidera, loca, fines, actiones, successus.
Acies prospera. Tacit. lib. 20.
Exitus. Cic. ad Attic. lib. 9, Ego non iam id ago (mihi crede) vt prosperos exitus consequar.
Fama prospera. Tacit. lib. 17.
Fatum prosperius. Ouid. 3. Fast.
Vti prospero flatu fortunæ. Cic. 2. Offic.
Prospera fortuna. Horat. 4. Carm. ode 14.
Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam, &c. Ouidius 3. Trist. eleg. 5.
Prospera & aduersa fortuna. Cicero 3. de Natura deorum, Ad prosperam aduersámve fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil interfit.
Fortuna prospera, æquabilis, perpetuáque. Cicero Post reditum ad Quirites.
Ino prospera populo adest. Ouid. 6. Fast.
Frugum prospera Luna. Horat. 4. Carm. ode 6. Id est, inquit Acron, rore nocturno nutriens. Luna enim (vt inquit Mancinellus) nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur.
Lux prospera. Ouid. 1. Fast.
Sors. Catul. Argonaut. 59.
Successus prosperos dare, hoc est Fœlicem exitum. Liuius 1. ab Vrbe.
Tempora. Claud. 7. Paneg

Frui

Frui terra prosperiore. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.
Verba prospera. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
¶ Prosper, Sæpe etiã pro eo qui prosperitatem recipit, hoc est, qui spe sua potitus est, accipitur. Hinc Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 45, Cæsarem scribit fuisse prospera valetudine, Id est fœlici.

Prosperitas, penult. corr. prosperitatis, fœm. gen. {εὐημερία} Fœlicitas, & ad votum successus. Cic. 2. de Finibus, Vt Aristoteles, qui virtutis vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit.
Improborum igitur prosperitates secundæq; res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. Cicero 3. de Natura deorum.
Commoditatem, prosperitatémque vitæ à diis habemus, virtutem deo acceptam nemo refert. Cic. 3. de Nat. deor.

Prosperè, penult. correp. Aduerbium {εὐμοίρως} Quasi pro spe, inquit Nonius. Cicero 2. de Natura deorum, Magna dij curant, parua negligunt, magnis autem viris prosperè semper omnes res. Subeuenirunt.
Euenire prosperé. Cic. Appio, lib. 3. 12, Ego verò velim mihi Tullíæque meæ prosperè euenire ea quæ me insciente facta sunt à meis.
Fortuna prosperè functus. Cic. de Claris Orat.

Prospero, prosperas, penult. correp. {εὐημερῶ πιτῶ} prosperare, Prosperum facere. Plaut. Persa, 7,
-nunc & amico meo
Prosperabo, & genio meo multa bona faciam. Liuius 8. ab Vrbe, Dij Manes vos precor, veneror, veniam peto, feróque, vti Pop. Rom. Quiritium vim victoriámque prosperetis.
Consilia Reipub. prosperare. Tacit. lib. 3.

Prospergo, prospergis, prospersi, prospersum {ἐπιῤῥαίνω} prospergere, Aspergere. Tacit. lib. 15, Vnde hausta aqua, templum & simulacrum dex prospersum est.

Prospicio, prospicis, penultima correpta, prospexi, prospectum {σκοπέω, σκοπιάζω, ἐπισκοπέω, φυλάττω} prospicere, Longè videre, quasi porrò specire: pro Videre, aliquando accipitur. Terentius Phormione, 5, 1,
Certo ædepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt) Meæ nutricem gnatæ video.
Prospicit à tergo. Ouid. 6. Fast.
Ab rupe prospicere. Virg. 3. Æneid.
Ad agentem ex turba prospexit. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Ex specula. Cic. Sulpitio, lib. 4 3, Multo antè tanquam ex specula prospexi tempestatem futuram.
Prospicere ex loco aliquo in alium. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Prospicere in craſtinum. Plaut. Stich. 10,
Nunquam ædepol viuum quisquam in craſtinum prospiciet diem. Id est videbit.
Prospicere per vmbram. Virg. 2. Æneid.
Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda. Cic. pro Sylla.
Prospicere oculis. Plaut. Amphit. 17.
Prospicio parum. Plaut. Curcul. 7, -perij, prospicio parum.
Os amarum habeo.
¶ Prospicere, Antè, siue à longe videre, hoc est prouidere & præcauere. Terent. Adelph. 3. 3,
Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre: sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere.
Prospicions in annum fructus. Varro 1. de Re rust. cap. 23.
Prospicere in posterum. Cic. pro Murena, Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus vniuersus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt.
Longè in posterum futura prospicere. Cic. Cælio, lib. 2. 7.
In dextrum prospicere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prospicere animo, Consyderare. Cic. pro Quintio, Et tu C. Aquili iam antè animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis.
Longè animo prospicere. Cic. pro Cluentio, Quid Oppianicus fecerit cognoscite, vt illum Magium intelligatis lõgè animo prospexisse morientem.
Prospicere mente & cogitatione. Cic. 1. Verr. Iam nunc mente & cogitatione prospicio quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sunt.
Coniectura aliquid prospicere. Cic. pro Domo.
Prospicere multo antè. Cic. ad Brutum, 10.
Longè prospicere futuros casus. Cic. de Amicit.
Insidias. Cic. 2. Verr.
Propè infinitum mihi laborẽ prospicio. Quintil. in Procem. lib. 4.
Prospicere senectutẽ, pro Esse propinquũ senectuti. Senec. epist. 33.
Prospicere sibi, alicui, saluti suæ: hoc est, Sibi cauere. Terentius Adelph. 4. 2,
Cesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciã mihi. Idem Eunucho, 4. 6,
Malo ego nos prospicere, quàm hunc vlciſci accepta iniuria. Sub. nobis. Cic. 3. Verr. Hoc modo iste sibi, & saluti suę prospicere didicit.
Multum prospexeris si, &c. Cic. Trebatio, lib. 7. 21, Nec Papyrianã domum deseres, quanquam illa quidem habet lotum, à quo etiam aduenæ teneri solent: quem tamen si excideris, multùm prospexeris.
Prospicere bonum alicui. Liuius lib. 5. ab Vrbe.
Petis, vt fratris tui filiæ prospiciam maritum: id est, deligam. Plin. Iunior libro 1. epist. 14. ad Mauricum.
Prospicere immortalitati alicuius. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17.
Alicui malo. Cic. de Arusp. resp.
Consulere filiis ac prospicere. Cic. 3. Verr.
Patriæ. Cic. 4. in Catil.
Rationibus aliquius quibuscunque rebus prospicere & consulere. Cic. Appio, lib. 3. 2.
Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertæ viuimus. Terentius Heauton. 2. 4.

Prospecturus, pen. prod. Participium {σκοπούμενος} Claud. 7. Panegyr.
Mandatricem operum prospecturámque labori.

Prospectus, huius prospectus, m. g. {σκόπεσις, σκοπιάζω} Plaut. Mil. 103
Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimam plateam probè est.
Adimere prospectum. Liuius 10. ab Vrbe.
Capere prospectum, Consyderando prospicere. Liuius 1. ab Vrbe.
Corrumpere prospectum alicui. Silius lib. 5.
Prospectum oculis eripere. Virg. 8. Æneid.
Prospectum impedire, Quod vulgò dicitur *Visum auferre*. Cæsar 4. belli Gall.
Petebat prospectum ex summa arce. Catul. Argonaut. 59.
Petere prospectum pelago. Virg. 1. Æneid.
In prospectum populi producere. Cic. 3. Verr.
¶ Maris prospectus. Cic. Attico, lib. 12.
Arborum. Plin. lib. 12. cap. 6. ad finem.
O præclarum prospectum! Puteolos videmus, at familiarem nõstrum Auianum forte in porticu Neptuni ambulantem non videmus. Cic. 4. Acad.
Porticus in palatio pulcherrimo prospectu. Cic. pro Domo.

Prospecto, prospectas {σκοπιάζω, σκοπέω, σκοπέομαι} prospectare, Frequentatiuum. Liuius 4. bel. Pun. Pars in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrísque prospectant. Virg. 7. Æneidos;
Turbáque miratur matrum, & prospectat euntem.
Nauis omnibus qui eam aspexerant, prospectare iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. Cic. 7. Verr.

Prospectans, Participium {σκοπεύων} Catul. Argonaut. 59,
Quæ tum prospectans cedentem mœsta carinam, &c.
Astra prospectantia, Id est noctu lucentia. Stat. 5. Sylu. 1.

Prospices, prospice. Festus.

Prospicienter, Aduerbium {σκοπευτικῶς} Circunspectè. Gell. lib. 2. cap. 29, Res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes, animósque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.

Prospicientia, Cura, prouidentia.

Prospicuus {ἀξιοφανὴς} pro Cõspicuo aut visendo. Seneca epist. 111, Hinc prospicuos puerorum cultu atque forma greges.

Prospica, & despica, Intenta & contempla. Næuius,
Ac sibi prospica ac despica. Potest ergo prospicus ac despicus dici. Nonius.

Prospiro, as, are, penul. prod. Spiritum longè latéque diffundo. Cato. Nam venæ eorum vbi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt prospirare in toto corpore.

Prostasis, siue prostasia {προστασία} Præfectura vel præsidentia Latinè dicitur. Est item prostasia, quũ quis pro altero liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentúmque præstat. Budæus in Commentar.

Prostates {προστάτης} modò præsidem adiutorémve in bello, aut vicarium, aut defensorem significat. in lib. posterioribus C. de muneribus patrimon.

Prosterno, prosternis, prostraui, prostratum, penult. prod. {κατασφενδονίζω} prosternere, Antè sternere, vincere, profligare: quod fit quum hostes in acie sternuntur. Terent. Adelph. 3. 2,
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem.
Humi aliquem prosternere. Ouid. 5. Metam.
Telo prostrauit virum. Valer. 3. Argonaut.
Prosternunt acies, proterunt armatos. Plin. lib. 8. cap. 9.
Vtranque aciem prosternere. Liuius 8. ab Vrbe, Ibi in conciliis Numisius imperator eorum, affirmando communem verè Martem, vtranque aciem pari cæde prostrauisse.
Corpus. Silius lib. 17.
Prosternere corpora humi. Liuius 9. ab Vrbe.
Flores. Stat. 5. Sylu. 1.
Hostes prosternere, fundere, occidere. Cic. 14 Philipp.
Hostem ferro. Silius lib. 7.
Legio prosternitur latis aruis. Valer. 6. Argonaut.
Prosternere milites. Saluſt. Prostratísque militibus fugæ se dedit. Oppida prosternere fragore. Silius lib. 3.
Nutantíque ruens prostrauit vertice syluas Garganus. Sil. lib. 8. Syluam pondere aliquo. Ouid. 8. Metam.
¶ Prosternere in terram vineas. Colum. lib. 11. cap. 3.
Viribus suis prosterni. Quintil. lib. 2. cap. 12.
¶ Prosternere, interdum datiuum habet cum accusatiuo. Sueton. in Iulio, cap. 2, Non sine suspicione prostratæ regi pudicitiæ.
¶ Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore. Cicero pro Cluentio.
¶ Prosterni materiem & campum gloriæ alicuius, pro Explicari & complanari. Plin. in Paneg.
Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Cicero pro Cluentio.
Opes regni prosternere. Silius lib. 17.
Prosternere atque obterere obtrectationes maleuolorum. Vatinius ad Cicer. lib. 5. 9, An verear, ne qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo pusillorum ac maleuolorũ obtrectationes & inuidias non prosternat atque obterat?
Ille se ad meos pedes prostrauit lacrymans. Cic. 2. Philipp.
Abiicere se atque prosternere, pro Parui æstimare & sese demittere. Cic. in Parad. Sic te ipse abiicies atque prosternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse?

Prostratus, penult. prod. Participium {κατασφενδονήθεις} vt Humi prostratus. Lucret. lib. 4.
Prostratus in gramine. Lucret. lib. 1.
Iacére prostratum. Cic. 2. in Catil.
Ense adacto prostratus. Silius lib. 17.
Mole. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.
Morte. Lucret. lib. 6.
Siti. Lucret. lib. 6.
Affecta & prostrata Respub. Cic. in epist. ad Octauium.
Prostratæ religiones, Dirutæ, euersæ. Cicero 2. de Legibus, Quo

scelere religiones tam prostratæ afflictæque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent.
Virtus afflicta & prostrata. Cic. 2. de Orat.

Prostituo, prostituis, prostitui, penult. corr. prostitutum. penult. prod. {προπόλλω, προαγαγεῖν, ἐπιτίθημι} prostituere, Antè, siue publicè statuere, Meretricię arti sese dedere. Vnde prostituere pudicitiam dicimus, Sui corporis potestatem facere. Sueton. in Nerone, cap. 29, Suam pudicitiam vsque adeò prostituit, vt contaminaris, &c.
Toto corpore sese prostituere. Catul. epigr. 105.
Faciem suam lucro prostituere. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.
Voces prostituere ingrato foro. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Prostitutus, penult. prod. Participium {προαγωγός.} Plin. lib. 30. capite 2, Vtinámque inferos potius & quoscunque de suspicionibus suis deos consuluisset Nero, quàm lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas.

Prostibulum, prostibuli, penult. corr. {πορνεῖον, ἐρασταγώγιον} Ipsum scortum aliquando dicitur. Plaut. Aulul. 9,
Bellum, & pudicum verò prostibulum populi.
¶Prostibulum, prostibili, Idem. Plautus,
Prostibili est, stantem stanti suauium dare. Id est meretriculæ vilissimæ & prostantis. Nisi fortè prostibuli legendum sit, vt aliis in locis. tu videris. Turnebus.
¶Prostibulum, Lupanar aliquando significat.

Prostibula, prostibulæ, penult. corr. {πόρνη} Meretrix. Festus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ. Plaut. Perfa, 23,
-nam hercle si absque me
Fores & meo præsidio, hic faceret te prostibulam propediem.

Prosto, prostas, prostiti, prostitum, penult. corr. {προΐστημι} prostâre, A longè stare. Plaut. Curculione,
Hæ saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso.
Anguli prostantes. Lucret. lib. 2. Hoc est prominentes, extantes.
¶Prostare {κεκτῆσθαι} pro Pretio stare, seu viuere, siue prostitui. Iuuenalis sat. 1,
Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira,
Quum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli prostantis?
Pretio prostare. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. Quintilian. in Milite Mariano, Iuberet prostare gladio cinctum. Hoc est prostitui ad venerem patiendam.
Ingenio alicuius prostare. Ouid. 3. Amor. eleg. 11,
Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?
Sic est, ingenio prostitit illa meo. Id est, meis carminibus eam inuulgaui, & famam ei conciliaui.

Prostomis, Vide PASTOMIS.

Prosubigo, prosubigis, pen. corr. prosubegi, pen. prod. prosubactum {ὑπορύττω} prosubigere, Vehementer suffodere. Virg. 3. Georgicorum, Ipse ruit, dentéque Sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas:
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat. Vbi Seruius, Prosubigit, fodit, & pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere consueuerunt ad acquirendum robur. Hæc ille. Videtur tamen potius poeta significare, apros lutum facere, in quo quû sæpe se voluterint, deindéque exaruerint, ita durius ac crassius tergum, cutémque impenetrabiliorem reddunt, sic se amantes & quasi loricam induentes. Proinde eleganter vsus est verbo subigere: intelligere enim debemus terram eam fuisse madidam. in paludibus nanque, stagnantibúsque locis ferè degunt apri. Quam aprorum naturâ his verbis tradit Aristoteles lib. 6. historiæ animalium, cap. 18. Sues quoque feri acerrimè fæuiunt. Dimicant inter se mirum in modum armantes sese, & cutem quamcrassissimam præparantes, indurantésque attritu arborum. Sæpè etiam luto obducto, ac reficcato, tergus inuitum contra ictus efficiunt.
Fulmina Cyclops prosubigit. Valer. 4. Argonaut.

Prosum, prodes, profui {ὠφελῶ, λυσιτελῶ, συμφέρω, σωτηρίαν, χρεμμέω} prodesse, Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse. Terent. Eun. 5. 5,
-neque illi prosis, & tu pereas. Idem Hecyra 3. 5,
Quicquid est id quod reliquit, profuit. Vbi Donatus, Profuit, pro nobis fuit, ac per hoc nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius. Cic. 7. Verr. Nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis profuisset.
Sin à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Cic. Canio, lib. 2. 16.
Metuo ne artificium tuû tibi parum prosit. Cic. Trebatio, lib. 7. 13.
Ære multum profuit ei Bithynia. Catul. de Varro, epigr. 10.
Æquè prodest pauperibus, locupletibus æquè Horat. 1. epist. 1.
Prodesse plurimis. Cic. 4. Academ. Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam vt plurimis prosimus enitimur.
Constantia multum prodest in amore. Propert. lib. 2. eleg. 27.
In commune prodesse. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Prodesse ad concordiam. Liuius 2. ab Vrbe.
Prodest contra. Plin. lib. 37. cap. 10, Putant eam contra aranearum & scorpionum ictus prodesse.

Prosumia, prosumiæ {πολυλογία} Genus nauigij, speculatorium parum. Plaut. Amphitryone,
De nocte ad portâ sum prouectus prosumia. Cæcilius Meretrice,
Qui pro gubernatore se gerens, propè euertit prosumiam. Festus. Meminit Gell. lib. 10. cap. 25.

PROSVMNVS, index inferorum, de quo sic scribit Arnobius lib. 5. aduersus gentes, Quû (inquit) inter homines esset adhuc Nysius & Semeleius Liber, nosse inferos expetiuit, & sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur inquirere. Sed cupiditas hęc eius nonnullis difficultatibus impediebatur, quòd quà iret, ac pergeret, insciti a itineris, nesciebat. Prosumnus quidâ exoritur, ignominiosus amator dei, atque in nefarias libidines satis pronus, qui se ianuam Ditis, atque Acherusios aditus pollicetur indicaturû, si sibi legeret morem deus, atque vxorias voluptates paterentur ex se capi. Deus facilis, iuit ac potestatis futurum, ac voluntatis se eius: sed quum primûm ab inferis compos voti, atque expeditionis redisset. Viam comiter prosumnus edisserit, atque in limine ipso prostituit inferorum. Cætera referre puder. Arnobius. Lilius Syntagmate 7. Histor. deorum.

Prosuperare, Superabundare, apud Sipontinum.

PROSYMNA {προσύμνια} nomen ciuitatis est, in qua Iuno colitur: cuius situm vide apud Strabonem lib. 8.
Celsa Prosymna. Stat. 1. Thebaid.

PROTAGORAS, penult. corr. {πρωταγόρας} Abderites, domi Democriti auditor fuit, natus Menandro patre Thracû locupletissimo, qui & Xerxem aduersus Græcos proficiscentem, domo, muneribúsque excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, eius filium Protagoram tunc adolescentem sua disciplinâ eruditerunt. Nam iniussu regis eam communicare non licet: quòd de diis haud bene sentiant, dubitaréq; se dicant eos esse. Illis quoque clàm sacrificant, ne clara religionis professione illis seruire, aut per illos aliquid posse videantur. Ex hac igitur cõsuetudine & ritu Protagoras ab Atheniensibus condemnatus: vt autem placet nonnullis, tantum accusatus, sponte exulauit. Quúmque sparsas toto orbe triremes Atheniensium videret, paruo se naugio credens, insulas lustrauit, vbi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quum videret eum arte rhetorica intumescentem, verbáque ex poetica plus iusto ostentantem, eius ideam longo sermone expressit. Hæc ex Philostrato. De eodem secus scribit Gell. lib. 5 cap. 3. ¶Protagoras alius fuit astrologus, in quem Euphorion Epicœdium scripsit. ¶Alius item Stoicus, Diogeni Laertio.

Protagorius, & Protagoricus, penult. corr. Possessiua: vt Protagorium responsum. Gellius lib. 5. cap. 11.

PROTARCHVS {πρώταρχος} Epicureus philosophus Demetrij præceptor qui Lacon appellatus est. Hic Bargylianus patria fuit, vt refert Strabo lib. 14.

Protasis, huius protasis, penult. corr. {πρότασις} dicitur Propositio. Donatus in Prologo Terentij, Protasis, primus actus est, ininiúmque dramatis.

PROTEAS, bibendi certamine clarus: hunc in conuiuio Alexander poculo bicongio prouocauit. Quúmq; Alexander bibisset: Proteas rege multum laudato, qui egregiè tantum calicem exorbuerat, & ipse quoque ea fide atque integritate bibit, vt ab omnibus plausu excipereretur. Mox Proteas eodem poculo, quû regem prouocasset, bibisse: que, Alexander generosè conatus iterum calicem eundem ducere, quû partem iam traxisset, resupinata in lecti puluinar cernice, poculum manibus emisit, quo ex certamine in valetudinem incidit, à qua tandé extinctus est. Ephippius. Budæus 5. de Asse non Proteam, sed Medum dixit. Plutarchus in libello de Tuenda bona valetudine.

Protego, protegis, penult. corr. protexi, protectum {σκεπάζω, σκέπω, σκέπασμα, ὑπερασπίζω} protégere, Tegendo tueri. Plin. lib. 12. cap. 1, Arbor se vastis protegens ramis. De platano arbore.
Protegere ab. Plin. lib. 10. cap. 33, Cameráque ab imbri aut fronde protegere densa.
Ego iacentem & spoliatum defendo & protego. Cic. pro Sylla.
Qua vicit, victos protegit ille manu. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Armis protegere aliquem. Ouid. 8 Metam.
Ora equi saucia protegere. Propert. lib. 4. eleg. 1.
¶Protegere, per transflationem, Tegere. Quintil. Decad. 8. Capteę licet crudelissimus senex parricidij immanitatem metu maiore protegere, &c.

Protectus {σκεπαδής} Participium, siue Nomen ex participio. Ouidius 12. Metamorphoseos,
-dextráque à parte Charaxi
Tempora perfregit fuluo protecta capillo. Hoc est tecta.
Protectus humeros capillis. Ouid. 2. Metam. Hoc est humeros habens tectos capillis.
Sapientia protectior omni ratione. Cic. 13. Philipp. Quid sapientiæ cautioribus vtitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione protectior.
¶Protecta & Proiecta, Partes sunt domus prominentes: qualia sunt Meniana & podia pensilia: vnde aspectus est nobis in vicos & plateas. Protecta à protegendo dicta sunt. Est enim Protegere, Tectum proiicere. Cic. in Topic. Quoniam Publius Scæuola id solum ambitus ędium esse dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur: ex quo in tectum eius ædis qui protexisset, aqua destueret: id ius tibi videri. & reliqua. Budæus.

Protectum, protecti, Substantiuum. Vlpianus in l. Quemadmodum. D. Ad legem Aquiliam, Si protectum meum, quod supra domum tuam & nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere, Proculus scribit.

Protelo, protelas, penult. prod. {ἐλαύνω, μεταπέμπω, πάλλω} protelâre, Protrahere, præuenire, exagitare, inquit Donatus. A τηλοῦ, & ἐλαύνω dictum est, quod est ante & trahere. Alij ab assiduo telorum iactu existimant dici. Hæc Donatus. Terent. Phorm. 1. 4,
Ne te iratus suis fœuis dictis protelet. Alij legunt, fœuidicis dictis. Plaut. Merc. 2,
Vicini scortum insimulat, protelat virum. Festus, Protelare longè propellere, ex Græco videlicet τηλόθι, quod significat Longé. Apuleius lib. 8, Non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus. Id est propulsamus & longè propellimus, ne scilicet vos de nobis spolia auferatis.
Protelare (inquit Nonius) Percutere, perturbare. Sisenna Histor. lib. 3, Romanos impetu suo protelant, prolectos persequuntur.
Protelare (inquit idem Nonius alio loco) est excludere. Turpilius Lemnius, Propter peccatum pauxillum indignissimè patria protelatum esse fœuitia patris. Sisenna Histor. lib. 4, Duæ cohortes de subsidio

de subsidio procedunt, atque equites protelant.
¶Protelare, Differre, prorogare. Vlpian. l. 4. D. De damno infect. Dies cautioni præstitutus si finitur, Prætoris vel Præsidis officij erit, ex causa vel renouare, vel protelare eam.

Protelum, proteli, Tenor pugnandi, continua certatio. Lucret. lib. 2,
Vndique proteli plagarum continuato. Donatus, Id est tenore & impulsu vicissitudinario. Lucilius Satyrarum libro sexto, apud Nonium,
Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere protelo validis cernicibus possent. Idem libro 12,
Hanc iuga mulorum protelo ducere centum
Non possunt. Cato Originum libro quinto, Sed protelo trini bóues vnum aratrum ducent. Plin. lib. 9. cap. 15, Protelis boum & in Danubio mario extrahitur, porculo marino simillimus. Paulo antè de ingenti alio pisce dixerat, Catenato captus hamo, nec nisi boum iugis extractus. Neque verò me latet quid legerit Hermolaus, quid Beatus Rhenanus, quid alij. Sequendum tamen mihi putaui Plinium meum membranaceum manu scriptum,
Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur. Lucret. lib. 4. Id est impulsu producto, perpetuo & continuo. Lambinus.

Protendo, protendis, protendi, protensum & protentum {προτείνω, ἐκτείνω} protendere, Vltra tendere, porrigere. Plin. lib. 11. cap. 43. Inter digitos medius longissimè protenditur. Idem lib. 9. cap. 32, In eodem genere cochleæ, aquatiles terrestrésque: exerentes se domicilio, binâque ceu cornua protendentes contrahentésque, &c.
Aciem protendere in æstus pelagi. Catul. Argon. epig. 59.
Brachia alterna Virg. 5. Æneid.
Dextram precantem. Virg 12. Æneid.
Famam alicuius. Claud. 1. Paneg.
Iuga protendit Cithæron. Senec. Theb. 1.
Lacrymas. Claud. 2. in Eutropium.
Nanti protendere manum. Ouid. ad Pisón.
¶Protendere, Proferre, Differre. Cic. ad Furnium, lib. 10. 26, Comitia tamen, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis Reipublicæ arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protendimus. Vetus codex habet protrudimus.

Protendens, Participium {προτείνων.} vt
Brachia protendens. Catul. epig 61.

Protentus, Aliud Particip. {προτεταμένος.} Silius lib. 16,
-vsque ad colla repentè
Cornipedum prorentus.
Temo protentus in octo pedes. Virg. lib. 1. Georg.
Hastæ protentæ. Tacit. lib. 14.
Tela protenta. Ouid. 8. Metam.

Protenus, pen. corr. {πόρω} Aduerbium, quasi porrò tenus, & longe à finibus, interprete Seruio. Virg. ecloga 1,
-en ipse capellas
Protenus æger ago. Per e scribi debere testatur Caper grammaticus. Sipont. hoc loco per i, pro Valde interpretatur. Vide PROTINVS.
Protenus vt. Horat. lib. epist. ad Lollium, 2,
Protenus vt moneam (si quid monitoris eges tu) Id est deinceps, consequenter. Alij legunt protinus. Vide Lambinum in Horat.

Protermino, proterminas, pen. corr. {προμηκύνω} proterminâre, Propagare, Fines promouere. A termino promouendo ductum verbum. Apul. lib. 9, Fines vsque & vsque proterminaueris.

Protero, proteris, pen. corr. prorrui, protritum, pen. prod. {καταπατέω, κατασπάω} protérere, Vehementer terere, & quasi pedibus conculcare. Plin. lib. 8. cap. 9, Prosternunt acies, proterunt armatos. De elephantis. Cæsar 8. bell. Gall. Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur.
Agmina curru proterere. Virg. 12. Æneid.
Pedibus proterere. Plaut. Trucul. 6,
-ego hîc te mulier, quasi sus catulos, pedibus
Proteram.
Pedibus arua proterit. Claud. 1. de raptu Proserp.
Vlmus labens proterit vuas. Stat. 8 Theb.
Ætas proterit Ver. Horat. 4. Carm ode 7.
Proterere hostium copias. Plaut. Amphitr. 4.
Proterere leonem. Plaut. Menæh. 17,
-vt ego hunc proteram leonem.
Vmbram inanem. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Proterere aliquem & conculcare. Cic. pro Flacco, Sin illi ipsi domi proterendum esse & conculcandum putauerunt, desinant putare authoritatem esse in eo testimonio, cuius author inuentus est nemo.
Proteri & conculcari. Author ad Heren. lib. 4.

Protrius, pen. prod. Participium {προτετριβώς.} vt Protrita acies, Vide ACIES.
Protritum & corruptum frumentum. Liu. 4. bel. Maced.

Protrimentum, protrimenti, Apuleius libro 8, Asini aurei, ad finem, Accuratius in protrimentis sapidissimè decoctum. Protrimenta, inquit Beroaldus, dicuntur edulia minutim trita concisáque, qualia hodiéque in pulmentariis plurima concinnantur ex carnibus frustillatim sectis. A tritura dicta protrimenta, quasi à proterendo.

Proterreo, proterres, proterrui, proterritum, pen. corr. {καταπλήσσω} proterrêre, A longe terrere. Plaut. Trinum. 10,
Mea opera hinc proterritum te, méque auaritia autument. Terent. Heaut. 3. 1, Proterruisti hinc me.
Aduersò equo aliquem proterrere. Virg. 12. Æneid.
Proterrere aliquem iaculo parmáque Stat. 2. Thebaidos,
Protinus idem vltrò iaculo parmáque Menœtem
Proterrebat agens.

Proteruus, Adiectiuum {προπετής, ἀπόδικος} Qui dum alius obuius est, proterit: quod faciunt tauri in appetitu coitus fœminarum in quas calent. Superbus. Plaut. Bacchid 14,
Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Terent. Heaut. 3. 3, Ne ineptus, ne proteruus videar. Cic. 1. de Finib. lib. 1, Alij audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui.
Si vidua liberè, proterua peruolanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, siquis hanc paulo liberius salutasset? Cic. pro Cælio.
Africus proteruus. Horat. Epod. 16.
Proteruum dictum aut factum. Cic. 2. de Finib.
Damnaret nati facta proterua patet. Ouid. epist. 6.
Frons proterua, Impudens. Horat. 2. Carm. ode 5.
Proterui homines. Cic. 5. de Finib. Et flexi fractíque mortis, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra hastiram sunt.
Iuuenes proterui. Horat. 1. Carm. ode 25.
Lingua: Ouid. in Ibin.
Manus. Ouid. 12. Metam.
Noctis lusus. Stat 9. Theb.
Oculi. Ouid. epist. 16.
Ora canum Ouid. 14. Metam.
Rixa. Horat. 3. Carm. ode 14.
Sales. Stat. 1. Sylu. 6.
Stella Canis Icarij. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.
Tuba. Ouid. epist. 5.
Venti. Horat. 1. Carm. ode 26.
Verba proterua dicere in aliquem. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.

Proterue, Aduerbium {προπετῶς} Immoderatè, & superbè. Terentius Heautont. 4. 4,
Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt. Idem Hecy. 3. 5, Ecce autem tu quoque proterue iracundus es.
Facere & dicere aliquid æquo proteruius. Ouid. 1. de Arte.
Multa miser timeo, quia feci multa proterue. Ouid. 1. Amor. ele. 4.
Facere alicui proterue iniuriam. Plaut. Rudent. 11.
Proterue loqui. Plaut. Amphitr. 8,
-quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se & proterue loqui.

Proteritas, pen. corr. proteritatis, fœm. gen. {προπέτεια} Superbia, petulantia. Terent. Heaut. 4. 6, Quàm penè tua me perdidit proteritas. Cic. pro Cælio, De corruptelis, de adulteriis, de proteritate, de sumptibus, immensa oratio est.
Grata proteritas. Horat. 1. Carm. ode 19.

Proteruia, proteruiæ, Idem {πόπτασις.} Lucretius;
Captipedes agitat quum læta proteruia Panas.
Proteruiam facere. Erat hoc religiosum in nonnullis hostiis apud veteres, nequid ex sacris epulis relinqueretur, aut siquid reliquum esset, id igni absumeretur, quemadmodum Moyses tradit de agno paschali. Porrò id genus sacrificij, Romani proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium vniuersum luxu absumpserat, vnis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrant. Proteruiam, inquit, fecit: properera quòd ea quæ comesse non potuerit, quasi combussisset. Author Macrobius lib. Saturn. 2. Erasmus.

Proteruio, proteruis {ἀσελγαίνω} proteruîre, Peculanter agere.

PROTESILAVS, pen. prod. {πρωτοστάτης} vnus è Græcorum ducibus, qui ad Troiam profecti sunt: quum primus ex nauibus in litus prosiliret, ab Hectore est interfectus. Fuit ex Phylace Thessaliæ oppido. Inde Phylacides dictus. Eius vxor Laodamia, quum interitum resciisset, in solatium mœroris optauit vt mortui vmbram videret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus expirauit. Propert. lib. 1. eleg. 18. Illic Phylacides, &c.

Protesilaeus, pen. prod. Adiectiuum {πρωτοστάτειος.} vt Protesilaea domus. Catul. epig. 63.
Protesilaeum Delubrum, in quo Protesilai ossa cõsecrata sunt, non procul à Cherroneso. Strabo lib. 13. & Pomponius libro 2. cap. 2. in Thraciæ rebus.

PROTEVS, duarum syllabarum vox {πρωτεύς} filius Oceani & Tethyos, marinus deus, pastor Phocarum: & vates, sed nisi coactus, nulla (dans) responsa. Virgil. 4. Georg. Fuit autem rex Ægypti temporibus Priami regis Troiani. Quum Ægyptus rege careret, ait Diodorus libro 2, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Ægyptij Cetea, Græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuisse traduut, & in varias se formas vertere solitum, vt nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Vide Virgil. 4. Georg. Consuetudo autem regibus Ægyptiis, causam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam Ægyptiis mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre insignia principatus, quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem spectant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebat, &c. Proteum aliquando in Carpatho insula regnasse, Pallene vrbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen reuersus est postea, Seruius author est enarrans carmen illud Virg. 4. Georgicorum,
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, &c.
Protei columnæ. Virgilius,
Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exulat. Id est, ad fines Ægypti peruenit: ex eo, quòd in confiniis, columnæ, quæ dirimerent terras, ponerentur, vt Pollux & Strabo plerisque locis scribunt. Annotauit Turneb.
Senex Proteus. Ouid. 11. Metam.
Mutabilior Proteo, In vafrum & versipellem competit: aut in eos qui facilè vertunt sententiam. Horat. 1. epist. 1,
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? Idem 2. Sermonum, satyra 3,
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Protea vocat tergiuersantem, & quem Græci vocant δυσμεταχείριστον, id est deprehensu difficilem.

Sceleratus Proteus, pro astuto & versipelli. Horat. 2. Serm. saty. 3,
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus. Lambinus pro tergiuersatore & fugaci debitore accepit.
Proteus, Philosophi cuiusdam cognomentum fuit, qui de nomine Peregrinus dicebatur. Hic fuit vir grauis atque constans, sempérque dicere solitus, Virum sapientem non peccaturum esse, etiamsi peccasse eum dij atque homines ignoraturi forent. Vide plura apud Gel. lib. 12. cap. 11.

Prothesis, pen. corr. f gen. { προθέσεως } Latinè dicitur Præpositum, siue præpositio. Figura est Grammaticis propria, quoties litera quædam vel syllaba apponitur ad principium dictionis: vt gnate, pro nate: retulit, pro tulit. Ex Donato.

PROTHOVS { προθόους } Tanthredonis filius, dux eorum qui ex Manesia ad Troiam venerunt. Homer. lib. 2. Iliad.

Prothymata { προθύματα } sunt quæ ante sacrificium fieri consueuere. vt est vaporatio thuris: aut id genus primitiæ quæcunque, vt siligo, vel etiam placentulæ, quæ ante sacrificium offerentur.

Prothymia, prothymiæ { προθυμία } Promptitudo, alacritas Latinè dicitur. Plaut. Sticho, 10,
Vides benignitates hominum perire & prothymias. Ibidem, 12,
-proh dij immortales, quot ego
Voluptates fero, quot risiones, quot iocos, quot suauia, saltationes,
Blanditias, prothymias.

Prothyrum, prothyri, pen. corr. { προθύρον } Vestibulum in ianua domus, ita de priuatis ædibus dictum, vt propylæum de vestibulo vrbis, vel templi, vel regiæ. Author Virtuuius lib. 6. cap. 10, Item prothyra, inquit, Græcè dicuntur, quæ sunt ante in ianuis vestibula. Nos autem appellamus prothyra, quæ Græcè dicuntur Diathyra. Prothyrum, *Vn auant portail.* Diathyrum, *Vne barriere de charpenterie deuant la porte.* Dixi autem penult. corr. quia Dithyrambus, quod ab eadem est origine, secundam corripit apud Horatium, lib 4. Carm. ode 2.

Protinus, pen. corr. Aduerbium { αὐτίκα } Id est statim, quasi porrò tenus. Virg. 4. Æneidos,
Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam. Cic. 1. de Diuinat.
Præcepisséque vt pergeret protinus: quid retro atque à tergo fieret, ne laboraret.
Protinus quàm. Plin. lib. 15. cap. 17, In cinere lixiuio tinguntur protinus quàm detraxere vitibus. Id est, protinus postquam.
Rogo te vt Romam protinus pergas. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3.
¶Protinus, Simul, siue etiam. Virg. 6. Æneidos,
-quin protinus omnem
Perlegerent oculis. Quintil. in Ægro redempto, Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra constantiam. Etenim quod statim fit, quasi simul fit. Sic Valla,
¶Protinus, Deinceps, exinde, vt ait Seruius. Virg. 4. Georg.
Protinus aerij mellis cælestia dona Exequar.
¶Protinus etiam id significat, quod vulgò *Directe & immediate* dicunt. { εὐθέως } Vlpianus, Etenim partui refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam. Budæus.
¶Protinus, Statim à principio. Vlpianus in l. Sed etsi. Ad Senat. Macedon. Videri pecuniam à donatore profectam protinus ad creditorem, & fieri nummos accipientis. Budæus.
Protinus subsistere. Quintil. in Prooemio lib. 1, Altius tamen ibunt qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione quò velint euadendi, protinus circa ima subsisterint.
Principium est oratio prospicuè & protinus perficiens auditorem attentum. Cic. 1. de Inuent.
¶Protinus, Iugiter, continué. Virg. 10. Æneidos,
-traiecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, seruátque cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9, Originem in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem.
¶Protinus, Longè porro. Virg. 7. Æneidos,
-cornúque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus.
¶Quando autem huic aduerbio additur negatio, significat non ideo: quemadmodum fit in Continuò & Statim. Quintil. lib. 10. cap. 1, Non autem vt quicque præcipuè necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.
¶Protinus continuó. Plaut. Pseud, 8,
Pòst ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum
Protinus abducam.
¶Protinus, Vno, eodémque tempore. Virg. 8. Æneidos,
Protinus Arcadiæ gelidos inuísere fines. Seruius.
¶Protinus interdum præ se, & ante se, & prorsum significat. Virg. ecloga 1,
-en ipse capellas
Protinus æger ago. Id est præ me, & ante me ago, & prorsum ago. Cic. 1. de Diuinat. Præcepisséque vt pergeret protinus: quid retro atque à tergo fieret, ne laboraret. Id est iret prorsum. Turnebus. Alij legunt protenus.
¶Protinus, cum accusatiuo. Suet. in Octauio, cap. 38, Liberis Senatorum, quò celerius Reipub. assuescerent, protinus virilem togam, latumclauum inducere, & curiæ interesse permisit. Id est, continuò post sumptam virilem togam. Nisi quis fortè referri putet ad infinitiuum inducere.

Protinàm, Aduerbium { εὐθὺς } Idem apud veteres significabat. Plaut. Casin. 25,
Etsi malum merui, hâc dabo protinam, & fugiam. Et apud Terentium in Phorm. 4. 13, Atque hinc me conijcerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit: & sic Nigidius legit. Varr. de Lingua Latina, lib. 6, Protinam à protinus continuitatem significans.
Protinam permutare aliquid. Plaut. Perf. 17,
At ne cum argento protinam permutes domum.

Protocollum, protocolli { πρωτόκολλον } Quasi prima concinnatio. Est enim propriè protocollum, quod breuiter & sine circite notarut à tabellione, vt extendi deinde, atque absolui possit. κόλλα Græcè glutten, siue colla dicitur. Ex Hermolao.

PROTOGENES, pen. corr. { πρωτογένης } Pictor nobilissimus, cuius patria fuit Caunus, gens Rhodiis subiecta. Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romæ. dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret, & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorē induxit subsidio miniræ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet. Hæc Plinius, & alia multa de Protogene, lib. 35. cap. 10. Fab. libro 12. cap. 10. & Gell. Vide IALYSVS.

Protogenes, protogenis, masc. gen. { πρωτογένης } Significat aliquem primi generis, siue à quo genus incipit: vt ostendit Dionysius in principio historiarum: & à poetis sumitur pro eo qui se talem confingit. Iuuenalis Saty. 3,
Non est Romano cuiquam locus hîc vbi regnat
Protogenes aliquis. Vbi interpres, Protogenes, id est pictor qualis Protogenes.

PROTOGENIA { πρωτογένεια } nomen filiæ Deucalionis & Pyrrhæ. Aristarchus in 10. lib. Odysseæ. ¶Fuit præterea hoc nomine vna ex filiabus Erichthæi Athenienium regis, quæ se pro patriæ salute iugulandas præbuerunt.

Protogonos { πρωτόγονος } Primogenitus, quo nomine ab Orpheo dictus est Deus, quòd ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.

Protollo, protollis, prosustuli, prosublatum { προαίρω } protóllere, Vtra tollere. Plaut. Pseud. 13,
Manum si protoller, & pariter proferto manum.
Protollere { ἀναβαλλέσθαι } Differre, prolongare. Plaut. Casina, 16,
Neque viri vitam sinet io crastinum protolli. Gell. lib. 3. cap. 16, Neque vltra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest.
Protollere mortem alicui. Plaut. Casin. 10,
Protollo mortem mihi.

Protologia, protologiæ { πρωτολογία } Prima locutio, antiloquium.

Protomysta { πρωτομύστης } Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur, qui mysteria & ecclesiæ secreta regunt, & administrant.

Protono, protonas, pen. corr. { προτονόω } protonare, Antè tonare. Valer. 4. Argonaut.
Deuolat inde furens, nec qua via, curue profecti,
Nec genus antè rogat. sed tali protonat ira,
Incipite ô iuuenes, &c.

Protoplastes, protoplastæ, masc. gen. { πρωτοπλάστης } Qui primò fingit. Et Protoplastus, Primò formatus. Vnde & Adam protoplastus dictus est.

Protospatarius, rij, rio. Protospatarij, orum, Officiarij, ac iustitiæ reddendæ præfecti, apud Constantinopolim. Hermenopul. lib. 1. Epit. Luitprandus lib. 3 de reb. per Europam gest. cap. 7.

Protostasia, æ. Protostasiæ munus, in l. 8. C. de munerib. patr. l. 3. de finiisfam. & quemad. pro his par. tenean. lib. 10. C. l j. & toto tit. de Protostasia in C. Theod.

Prototocos { πρωτοτόκος } Quæ primùm peperit: quod nomen ipsi Heuæ proprium est.

Prototomus, prototomi, penult. corr. masc. gen. { πρωτότμος } Primæ sectionis.
Primus caulis qui succiditur, vel cyma brassicæ, à prima sectione, prototomus appellatus est, quæ Vere fit: estque ipsorum caulium delicatior, tenuiórque cauliculus. Colum. lib. 10, Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martial. lib. 10. 48,
Et faba fabrorum, prototomíque rudes. Idem lib. 14. 106,
Prototomis, pudet heu, seruio coliculis.

Prototypus, huius prototypi, pen. corr. { πρωτότυπος } Primum exemplar: archetypus aliàs dicitur.

Protraho, protrahis, pen. corr. protraxi, protractum { παρέλκω } protráhere, Palàm trahere. Liu. 8. bel. Pun. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. Cic. 6. Verr.
Hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit.
Omnia protrahere in lucem. Lucret. lib. 4.
Caput alicunde protrahere. Propert. lib. 3. eleg. 18.
Latitantes protrahere indicio. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
In medios aliquem protrahere, Statuere coram omnibus. Virgil. 2. Æneid.
Ad operas mercenarias protrahi. Cic. 1. Phil. Quis reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?
Protrahere ad indicium. Liu. 3. bel. Maced.
Verum protrahere alicunde, Elicere. Lucret. lib. 1.
¶Protrahere, Augere. Valer. lib. 1. cap. 5. de Caio Cassio, Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret.
¶Protrahere { ἀναβάλλεσθαι } Differre, prolongare. Terent. And. 2. 1, Credo impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Hoc loco Donatus legit prodat.
Protrahere & differre. Sueton. in Nerone, cap. 32.
Mors lenta protrahatur longa fame. Senec. Herc. fur. 6.

Protractus, Particip. { ἐπιχθείς } vt Ad arma protractus. Silius lib. 16.

Protrepticus { προτρεπτικός } Institutiuus & exhortatiuus. Symmachus in epistol. Indulge stylo, aliquidque didascalicum seu protrepticum scribe. Ausonius, Libellum inscribit protreptici luseram. Capitolinus ait librum cui titulus est Hortensius, scriptum esse à Ciceronē ad exemplar protreptici.

Protrimentum, Protritus, Vide PROTERO.

PROTROPII populi, alio nomine Abellinates in Apulia non procul à Beneuento. Plin. lib. 3. cap. 11.

Protropum, protropi, pen. corr. { πρότροπον } Genus potus. Plin. lib. 14. cap. 9, Sed inter hæc genera potum ponere debeo & protropum. ita appellatur à quibusdam multum sponte defluens antè quàm calcentur vuæ.

Protropum

Protropum vinum, dicitur à Columella lib. 12. cap. 41, mustum lixiuium Latiné. Mustum, inquit, lixiuium de lacu statim tollito. hoc autem erit quod distillauerit antè quàm nimium calcetur vua.
Protropi appellatio Græcis ab eo deducta apparet, quòd calcaturā & prælium sponte effluendo præuertat: διὰ τὸ προτρέπειν τὸ ἐκπιέζεσθαι. quod ipsum ex Plinij verbis clarum est.

Protrudo, protrudis, pen. prod. protrusi, protrusum, pen. prod. { προωθέω } protrúdere, Porrò, siue vltra trudere. Cic. de Fato, Vt igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit: sic, &c.
Protrudere aera. Lucret. lib. 4.
Paulatim moles protruditur atque moue tur. Lucret. lib. 4.
Protrudere opus, apud Vitruuium, Vide ORTHOSTRATA.

Proturbo, proturbas { ἐκπερίστασις } proturbare, Porrò, siue vltra, & à se, aut extra turbare, Repellere. Liu. 5. ab Vrbe, Iámque & alij congregati telis, missilibúsque saxis proturbare hostes, ruinág; tota prolapsa, acies in præceps deferri. Plin. lib. 11. cap. 19, Apes pigras & ignauas proturbant.
Calcibus proturbare. Colum. lib. 6. cap. 37, Nisi ea prius marem cognouit, adsilientem admissarium calcibus proturbat.
Proturbare aliquem. Tacit. lib. 11.
Hostem eminus missilibus proturbare. Virgil. 10. Æneid.
Hinc cominus atque hinc proturbare. Virgil 9. Æneid.
A solio proturbare aliquem. Valer. 1. Argon.
Proturbare extra tecta. Colum. lib. 9. cap. 15.

PROTVS { πρωτεύς } illustris cuiusdam Phocensis nomen, qui à Gallis benignè exceptus Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit. Plutarch. in Solone.

Protutor, nisi distinctè malis legere, est qui aut se ingerit in tutelam, aut pro ipsomet tutore occupato, tuetur. l. 1. §. 1. de eo qui pro tutor. l. vltima. de tutel. & rat. distrahen. l. 3. §. pen. de contrah. iudic. tutel. & multis aliis locis, in P. Hinc Protutelæ actio, quæ in Protutorem datur, l. 4. de testam. tutel. l. penult. de tut. & rat. distr. in P.

Protypum, protypi, pen. corr. { πρότυπον } Quod in typi vicem formatum est. Plin. lib. 35. cap. 12, Priusque personas regularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit: postea idem ectypa fecit. Vide Cælium.

Proueho, prouehis, pen. corr. prouexi, prouectum { προάγω, προβιβάζω } prouéhere, Producere. Plaut. Rud. 20,
Quia pol prouexi, auchere non quiui miser. Liu. lib. 2. belli Punici, Itaque ad Honestam classe prouecti, excensu è nauibus in terram facto, quū vrbem vi cepissent, &c. Cic. 7. Verr. Posteaquam paulum prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est.
Vltrà prouehi. Virgil. 3. Æneid.
Vlterius prouehere. Propert. lib. 2. eleg. 16.
Ratem prouehere per freta. Valer. 4. Argon.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Virgil. 5. Æneid.
Atque etiam homines agrestes inani spe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur. Cic. 8. Philip.
Prouehi equo. Liu. 3. bel. Pun.
Prouehere mulis. Plin lib. 21. cap. 13.
¶Prouehi amore, per translationem. Cic. ad Brutum, 15, Sed prouehor amore: non enim id propositum est, huic epistolæ Messalam vt laudem. Id est rapior.
Longius in amicitia prouecti, Vide LONGVS.
Eò vsque corruptionis prouectus est. Tacit. lib. 2.
Vnde & quousque iā prouecta sit orādi facultas. Quint. lib. 2. c. 16.
Prouehi longius in scribendo, vel orando, Procedere. Cicero 3. de Finib. Sed iam sentio me esse longius prouectum quàm proposita ratio postularet, verùm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo.
Paulo longius oratio mea prouecta est. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Paruula causa, Est satis, à tergo quæ prouehat, &c. Lucret. lib. 4.
Vitam in altum prouehere Lucret. lib. 5.
In maius prouchere. Horat. 3. Carm. ode 4.
Prouehi in maledicta. Liu. 5. bel. Maced.
Prouehere vitam suam in periculum. Cic. pro Milone.
Prouehi ad optatos exitus. Cic. 2. Offic.
Paulatímque per altercationem ad continuas & infestas orationes prouecti sunt. Tacit. lib. 20.
Prouecta prudentia vsque ad extremum. Cic. de Senect.
Prouexit orationem meam vestra benignitas. Cic. pro Domo, Sed quum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attentè audiēdo benignitas prouexit orationem meam: sed hoc compensabo breuitate, &c.
Prouexit me hæc spes. Liu. 2. ab Vrbe.
Prouehere aliquem ad dignitatem. Plin. epist. 230.
Prouehere studiosos. Plin. epist. 163, Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit.
Sulpitium longius quàm voluit, popularis aura prouexit. Cic. de Arusp. resp.
Vltra, quàm homini datum est, prouehi. Quintil. in Procem. lib. 6.
Ecquò te tua virtus prouexisset? Cic. 13. Philip.

Prouehens, pen. corr. Participium { προάγων. } Liu. 10. bel. Maced. Illo etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente, quòd, &c.

Prouectus, Aliud participium { προηγμένος } siue Nomen ex participio. Cic. de Senect. Ignoscetis autem: nam studio rusticarum rerum prouectus sum, & senectus est natura loquacior.
Prouectus & delapsus in flumen. Cic. 1. de Diuinat.
Prouectus ætate, vel Prouecta ætate homo. Cic. de Senect. Quanquam eum colere cœpi, non admodum grādem natu, sed tamen iam ætate prouectum.
Ætate prouecta mortua est. Cic. 1. Tuscul.
Longius prouectus ætate. Cic. de Claris Orat.
Nox erat prouecta. Tacit. lib. 13.
Senectus prouecta. Tacit. lib. 1.

Prouenio, prouenis, pen. corr. proueni, pen. prod. prouentum { προέρχομαι } prouenire, Porrò venire. Plaut. Pseud. 7,
-nam qui in scenam prouenit
Nouo modo, aliquid nouum inuentum afferre addecet.
¶Prouenire { φύεσθαι } Crescere, fructificare. Plaut. Trucul. 10,
Quum tu rectè prouenísti, quúmque es aucta
Liberis, gratulor.
Studia hilaritate proueniunt. Plin. epist. 172. Id est contingunt.
¶Prouenire { φύεσθαι } Produci, nasci. Plin. lib. 9. cap. 105, Neque aliud ibi animal prouenit.
Carmina prouenium animo deducta sereno. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
Prouenisse orationes nouas, stultas, &c. Cic. de Senect. Ex Næuio.
¶Prouenire, Contingere. Plaut. Menæch. 20,
-nimis prouentum est nequiter. Id est pessimè res cadit. Cicero 1. de Finibus, Nec quid prouenturum sit prouident.
Annus fœcundior prouenit. Ouid. 4. Fast.
Prouenisse medij sic mihi sæpe dies. Ouid. 1. Amor. eleg 5.

Prouentus, prouenta, prouentum, Participium. Macrob. lib. 7. Saturn: cap. 12. ad finē, Ideo ex aspiratione oris prouēca suauiras excluditur.

Prouentus, huius prouentus, m. g. { προέρχεσθαι, προβαίνω } Reditus non tantùm bonarum, sed etiam malarum rerum. Plautus,
Calamitatum & miseriarum tot prouentus.
Prouentus cuniculorum. Plin. lib. 8. cap. 55, Certum est Balearicos aduersus prouentum eorum, auxilium militare à Diuo Augusto petisse. De cuniculis loquitur.
Prouentus lactis. Plin. lib. 20. cap. 12.
Poetarum prouentus. Plin. epist. 13. lib. 1.
Prouentus dapsilis, Vide DAPS.
Onerare sulcos prouentu. Virg. 3. Georg.
Triferus prouentus. Plin. lib. 15. cap. 18.
¶Prouentus, pro Successu. Cæsar lib. 2. bel. Ciuil. Multum ad hanc rem adiuuat adolescētia, magnitudo animi, superioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendæ.
Prouentus fœlicitatis. Valer. Max. lib. 5. cap. 10. de Æmylio Paulo, Quū in maximo prouentu fœlicitatis vestræ Quirites timerem, nequid mali fortuna moliretur, &c.

Prouerbium, prouerbij { παροιμία } Dicitur quasi commune omnium verbum: est enim sententia quæ in ore omnium versatur.
Prouerbij loco. Cic. 13. Philipp. Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei cura fracta essent.
Opportunè aptata prouerbia. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Cessit in prouerbium, Vide CEDO.
Contrium vetustate prouerbium, Vide CONTERO.
In prouerbio est. Cic. 4. Acad. Videsne vt in prouerbio sit, quorum inter se similitudo?
Quod est Græcis hominibus in prouerbio. Cic. 3. Verr.
Tangunt eum prouerbia. Ouid. 5. Fast.
Tritum sermone prouerbium. Cic. 1. Offic.
Venit in consuetudinem prouerbij. Cic. 2. Offic.
In communi prouerbio versari. Cic. 3. Verr.
Vertere in ludicrum prouerbij, Vide LVDICRVS.
Veteri prouerbio. Cic. de Senect. Pares enim cum paribus, veteri prouerbio facillimè congregantur.

Prouersus. Varro de Ling. Lat. lib 6, Apud Plautum, vt transuersus, non prouersus cedit, quasi cancer solet. Dicitur ab eo, qui in id quod est versus: & ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire & procedere dicitur. Quod quū leno non faceret, sed secundùm parietem trāsuersus iret, dixit: vt transuersus cedit, quasi cancer: non prouersus, vt homo. Hæc Varro.

Prouideo, prouides, pen. corr. prouidi, prouisum, pen. prod. { προνοέω, προμηθέομαι } prouidére, Antè vel à longè, & futurum aliquid videre, antequam fit factum. Cic. 2. de Diuin. Medicus morbū ingruescentem ratione prouidet, infidias imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. Idem 1. Tusc. Quod & præterita teneat, & futura prouideat.
Est boni Consulis nō solùm videre quid agatur, verumetiam prouidere quid futurum sit. Cic. pro Murena.
Prouidere in posterum. Cic. 3. de Legib.
Prouidere exitus. Cic. ad Torquat. lib. 6. 4.
Prouidere tempus. Plin. Iun. epist. 92, Quod quidem semper quasi prouideret hoc tempus, sedulò facit.
Prouidere animo. Cæsar 7. belli Gal. Plúsque animo prouidere & præsentire existimabatur, quòd, &c.
Coniectura aliquid prouidere. Cic. Attico, lib. 1. 1.
Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. Cic. Q. fratri. lib. 1.
Celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. Cic. pro Lege Manilia.
¶Prouidere { φυλάττω } Cauere. Terent. And. 1. 3,
Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Idem Heaut. 1. 1, -putauit me ætate & beneuolentia
Plus scire & prouidere, quàm ipsum sibi.
Fortuitos casus nullum humanum consilium prouidere potest. Vlp. in l. 2. §. si eo. D. de administr. rer. ad Remp. pertinent.
Nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. Cic. 3. Verr.
Prouidere & præcauere. Cic. pro Plancio.
In posterum quàm longissimè prouidere. Cic. 7. Philip.
Quum videtur præcaueri potuisse, si prouisum esset. Cic 3. Tusc.
Actum est de te, nisi prouides. Cic. Pæto, lib. 9. 18.
Prouidere ne. Cic. 1. Tusc. Sed, ne accidat prouidebo.
Quicquid prouideri potest prouide, ne, &c. Cic. Attico, lib. 5.
Quid in quaque parte prouideri opus esset, &c. Cæs. bel. Gal. 2.
Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Cic. Attico, lib. 11.
Iam socij ne spoliarentur, fide ac officiis prouiderunt. Cic. 7. Verr.

Prouidere animo saluti alicuius. Cic. in Catil.
Prouidere sibi ex iniuria alterius. Cic. 3. Verr.
Prouidere consilio. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 4. Quantum viribus eniti, consilio prouidere, authoritate mouere potuero.
Cætera, quæ consilio prouideri poterunt, cauebuntur. Cic. Attico, libro 10.
Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere saluti. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.
Ex aliorum euentibus, rationibus suis prouidere. Author ad Herennium, lib. 4.
Prouidere alicui contra aliquem. Cic. pro Cælio.
Huic loco, per deos immortales, Iudices, consulite & prouidete. Cic. 2. Verr.
Publicè prouidere. Cic. Anteq. iret in exil. Id est, communi saluti consulere.
Magnopere prouidendum, Vide MAGNVS.
Sanè multum in eo Reip. prouisum est. Cic. Attico, lib. 7.
A me ira præcautum & prouisum est. Cic. Attico, lib. 2.
¶Prouidere rebus necessariis, Res necessarias comparare. Cicero, Satis iam omnibus quæ necessaria erant, prouisum putabant.
Prouidere rei frumentariæ. Cæsar 5. bel. Gal.
Prouidere rem frumentariam. Cæsar 6. bel. Gal.
Prouidere in hyemes pabulum. Plin. lib. 8. cap. 38.
Prouidere authorem industrium. Colum. lib. 6. cap. 27.
¶Prouisum hoc legibus, Id est cautum. Plin. epist. 9. lib. 3.
Prouisum à diis immortalibus. Cic. 2. de Nat. deor.
Prouisum est rationibus multis ne noceri possit Verri. Cic. 2. Verr.
Terent. Phorm. 5. 2.
Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat.
¶Prouidere, Mouere, ferre. Pacuuius Teucro,
Aut me occide illa, hinc sine vsquam prouideam gradum. Nonius.

Prouisus, prouisa, prouisum, pen. prod. {προνοητικός.} Columella lib. 9. capite 8.
Paratus, & prouisus. Plin. Iunior lib. 1. epist. 14.
Frugis prouisæ copia in annum. Horat. 1. epist. 19.
Frumentum prouisum. Cæsar lib. 1. de bel. Ciuil. Multum erat frumentum prouisum, & conuectum superioribus temporibus.
Verbáque prouisam rem non inuita sequentur. Horat. in Arte.
Explorata & prouisa ratio. Cic. 3. Verr.
Cui viuendi via consyderata atque prouisa est. Cic. in Parad.
Prouisa fiunt leuiora. Cic. 3. Tusc.

Prouisus, pen. prod. prouisus, prouisui, Verbale {προοίκησις.} Tacit. lib. 18, Dispositu prouisuque ciuilium rerum peritus.

Prouisio, Verbale {προνόησις.} Cic. 3. Tusc. Tamen quoniam multum potest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Idem in Orat. Vitiosum genus, & longa animi prouisione fugiendum.
Cautio & prouisio. Cic. de Amic.
Posteri temporis prouisio. Cic. in Partit.

Prouisor, pen. prod. prouisoris {προνοητής} Aliud verbale. Horat. in Arte, Vtilium tardus prouisor, prodigus æris. De iuuenc.

Prouiso, prouisis, pen. prod. prouisi, prouisum {ἐφορᾶν τὸ ἐφ' ἑαυτῷ ἔσεσθαι} prouisse, Duo significat, inquit Donatus: Procedere, & videre. Terent. Eunuch. 3. 1,
-hoc prouiso, vt vbi tempus fiet,
Deducam. Idem Adelph. 5. 6.
Prouisi, Præteritum. Horat. lib. 1. epist. ad Mœcenatem,
-denique quod non
Prouisisset eum. Mendosè in nonnullis libris legitur præuidisset, vt docet Lambinus, & verè.
Prouisere aliquem, Id est spectare num veniat. Plaut. Stich. 11,
More hoc fit, atque est ita mea sententia: si quem hominem expectât, Eum solent prouisere, qui hercle illa causa nihil ocyus venit:
Idem ego nunc facio, qui prouiso Sagarinum, qui nihil ocyus venit.

Prouidens, pen. corr. {προορατικός} prouidentior, prouidentissimus, Prudens, qui præuidet futura & cauet. Plin. epist. 82, Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, nequa parte videar hanc de me fiduciam prouidentissimi viri destituisse. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. Homo valde est acutus & multum prouidens.
Prouidentius ad. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 1. Id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius.
Prouidentissimus Imperator. Plin. epist. 110.

Prouidenter {προνοητικῶς} prouidentius, prouidentissimè. Cic. 3. de Nat. deor. Quæ de prouidentia deorum ab illis sanctissimè & prouidentissimè constituta est.

Prouidenter efficere. Vlpian. l. 1. D. de tign. iunct. Quod prouidenter lex effecit, ne vel ædificia, &c.

Prouidentia, prouidentiæ {προόρασις, προμήθεια, πρόγνωσις, προνοητικὴ} Prudentia prouidendi futura. Cicero, Id enim sapientis est, prouidere: ex quo sapientia appellata est prouidentia. Idem 2. de Inuentione, Prouidentia, est per quam futurum aliquid videtur, antè quàm factum sit.
Segnis prouidentia. Paterculus lib. 2, Nec temerario consilio, nec segni prouidẽtia vsi, speculatíque opportunitatem, ferro sibi ad suos peperere reditum.
Prouidentia, pro Deo. Quintil. de Cicerone, libro 10. capite 1, Donо quodam prouidentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experirerur.
Materiæ rerum ex qua & in qua omnia sint, fictrix & moderatrix diuina prouidentia. Cic. 3. de Nat. deor.
Mundus diuina prouidentia constitutus. Cic. de Vniuers.
Nullam terras despicere prouidentiam tester. Quintil. in Prœem. libri 6.
Prouidentia, quæ θεότης Græcè dicitur, hæc potissimum prouidet, & in his maximè est occupata, primùm, vt, &c. Cic. 2. de Natura deorum.

Deorum prouidentia mundum administrari. Cic. 1. de Diuinat.
Regatúrne prouidentia mundus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
¶Prouidentia, Passiuè. Ponponius in l. Quintus Mutius. in fine. D. de annuis leg. & fideic. Et magis enim est, vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur.

Prouidus, penult. corr. Adiectiuum {προορατικὸς} Diligens, solers. Plinius Iunior, Sed dispice ne sit parum prouidum, sperare ex aliis, quod tu ipse non præstes.
Cautus & prouidus. Cic. pro Rosc. Amer. Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putãtur cauti prouidíque fuisse.
Prouidus & solers. Cic. 2. de Nat. deor. Atque vt intelligamus nihil horum esse fortuitum, & hæc omnia esse opera prouidæ solertíque naturæ: quæ multiplices fœtus procreant, vt sues, vt canes: iis mammarum data est multitudo.
Astu prouidus. Stat. 6. Thebaid.
Rerum vestrarum prouidus. Tacit. lib. 4.
Multorum prouidus. Horat. 1. epist. 2. de Vlysse.
¶Actor prouidus. Stat. 10. Thebaid.
Augur, Ouid. 12. Metam.
Auspex. Horat. 3. Carm. ode 27.
Cura. Ouid. 2. Fast.
Homo animal prouidum, sagax, &c. Cic. 1. de Legib.
Labor. Sil. lib. 7.
Mens. Horat. 3. Carm. ode 5.
Mens prouida rerum futurarum. Cic. 2. de Diuinat.
Consultrix & prouida natura Cic. 2. de Nat. deor.
Orator prudens & prouidus. Cic. in Partit.
Virtus prouida. Claud. 1. in Eutrop.

Prouidè, pen. corr. Aduerbium {προορατικῶς} Diligenter. Plin. lib. 10. cap. 33, Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido prouidè eligere.

Prouincia, prouinciæ {ἐπαρχία} Dici videtur quòd procul vincatur. Propriè enim prouinciæ dictæ sunt regiones longè ab Italia bello acquisitæ, quòd eas Romanus Populus prouiterit, id est antè vicerit, inquit Festus. Prima omnium prouincia Sicilia est appellata, sicut docet Cic. 4. Verr. Et prouinciarum aliæ erant Consulares, aliæ Prætoriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud est quàm Regionem subiicere imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere præfectum. Cic. 4. Verr. Primùm quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidémq; Pop. Rom. applicuit, id quod ornamentum imperij est, prouincia est appellata.
Prouincia. exponemus quot omnino in ditione populi Rom. prouinciæ fuerint, & à quibus quóve anno captæ, tum, quæ consulares, quæque prætoriæ. Quo anno M. Cicero Ciliciam pro consule administrauit, qui fuit ab vrbe condita DCCII, M. Marcello Ser. Sulpicio COSS. prouinciæ XV fuerũt in ditione populi Rom. Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniæ, citerior, vlteriori; Asia, Ætolia, Macedonia, Illyrium, Dalmatia, Africa, Achaia, Galliæ duæ, cisalpina, trãsalpina; Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus. quibus ex omnibus prouinciis vectigal capiebat annuũ resp. vt à Plutarcho traditum est, octuagies quinquies decies centena millia. Sardiniam cepit, inter primum & secundũ Punicum bellum, cõsul T. Manlius Torquatus; de qua triũphauit: cáque prima, anno vrbis DXVIII, prouincia populi Rom. facta est, missis ad eam componẽdam x legatis: quod in faciẽdis prouinciis seruatum est. Corsicam vicit, ac prouinciam fecit C. Papyrius Maso cõsul, &, à senatu triumpho nõ impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphauit, anno DXXII. & hanc vna cum Sardinia semper vnus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnáque ex parte prouinciam fecit Q. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, captis Syracusis, vniuersam in prouinciæ formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certè, qui ei successit, M. Læuinus. nam de Marcello Velleius tradit: debellatũ verò in Sicilia à Læuino potius prætore, quàm à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Liuius significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papyrij Masonis, in Albano mõte triumphum egit, vrbémque oũs et ingressus. Hispaniæ tum à Scipione Africano maiore, secundo Punico bello, tum, aliquot pòst annis, M. Catonis Censorij virtute, multis victoriis domitæ: & in eas magistratus Romani modò pro consulibus, modò pro prætoribus ierunt. variè tamen possessæ, &, vt ait Velleius, sæpe partibus amissæ, certa ac stabilis esse populi Rom. possessio, stipendiúmque pendere nõ ptius, quàm Augusto principe cœperunt. Asiam cis Taurũ montem bello Antiochino L. Scipio, maioris Africani frater, profectus in eam cõsul, ad imperium adiunxit, annóque pòst consulatum proximo triũphauit, ab vrbe condita DLXIIII. pòst eam possedere beneficio senatus populúsque Rom. reges Attali, donec M. Perpenna cõsul Aristonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupauerat, deuicit, accepit. eam tamen in prouinciæ formam non Perpenna, sed, qui ei successit, M. Aquilius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphauit, anno DXXIIII. Ætoliam M. Fuluius Nobilior subegit. bellum gerere cœpit cõsul, proconsul confecit, & triũphauit biennio pòst, anno vrbis DLXVI. Macedoniam XL diebus deuicit cõsul iterum L. Æmilius Paulus, anno DXXXVI, neque tamen prouinciam fecit, sed de sententia x legatorum, quos ad componendam Macedoniam atque Illyricum senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse iussit, &, vt suis legibus viuerent, suas vrbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permisit; veteris etiam stipendij, quod regibus pependerant, dimidia parte releuauit: anno proximo. Perse rege inter captiuos Romam ducto, triũphauit. prouinciam verò Macedoniam fecit anno vrbis DCVII Q. Metellus, is, qui ex ea pro prætore triumphauit, & Macedonici cognomen est adeptus. hãc prouinciam postea cum Achaia coniunxit, éque duabus vnam fecit, rogatione perlata, P. Clodius tribunus pl. & vtranque L. Pisoni, quasi præmium, quòd in Cicerone eiiciendo consensisset, dedit administrandam.

strandam. Illyrium, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paulus, L. Anicius prætor debellauit, & vnâ prouinciam fecit, triumphauítque, post Paulum aliquot diebus, rege Illyriorum Gẽtio cum fratre, coniuge, & liberis ante currum ducto. Carthaginem & Numantiam, illam Africę, hanc Achaiæ caput, exciderunt eodem anno, & triumpharunt, Scipio Æmilianus, & L. Mummius; tulítque indè Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici. factæ sunt prouincię duæ Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regionem vniuersam, quam Carthaginienses possederant. nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Masinissæ regnum fuit, Syphace superato; parufque regibus, & à C. Cæsare demum, post Scipionem, & Iubam Mauritaniæ regem, deuictos, in formam prouinciæ redacta. Mauritaniam verò, & ipsam in Africa, multis post annis Caligula Imperator in duas prouincias diuisit. Galliam cisalpinam puto prouinciam esse factam eo tempore, quum M. Marcellus, is, qui Consul quinquies fuit, primúsque Annibalem acie vicit. Viridomarum Gallorum regem singulari certamine occidit, déque Gallis Insubribus triumphauit, anno DXXXII. paret enim prouinciam esse factam, quia coloniæ plures annis sequentibus eò deductæ. Transalpinam verò Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Q. Fabius, L. Paulinepos, deuictis Allobrogibus, vnde cognomen sumpsit, in prouinciæ formam redegit, anno DCXXXII. Ciliciam perdomuit P. Seruilius pro cõsule; qui, quòd Isauron, Ciliciæ arcem, euertit, Isauricus est dictus; triumphauítque anno DCLXXIX. ex eo tempore Ciiicia prouincia fuit. Bithyniam populo Rom. Rex Nicomedes, vt antea Rex Attalus Asiã, testamento reliquit: eáque simul cum Ponto, in quo Mithridates regnauit, vna prouincia fuit, Bithyniæque nomine appellata. vtranque verò prouinciam fecit, Mithridate victo, Pompeius Magnus pro cõsule, triumphauítque anno DCXII. eiusdem Pompeij lex à Plinio Iuniore in epistolis memoratur, Bithynis, & Ponticis data: ne quis annis XXX minor magistratum caperet, néve in senatu esset; qui verò magistratum cepisset, ei liceret in senatu esse: ne decuriones, in curiã à censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent: item, vt senatores certis de causis à censoribus ordine mouerentur: vt Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis essent alienæ, sed harum quisque ciuitarum, quæ essent in Bithynia. atque hæc à Pompeio sunt ad exemplum Romanæ ciuitatis instituta. Cretam Debellauit Q. Metellus pro consule, & triumphauit anno DCCI: Creticúsque postea nominatus. Syria, Pompeij Magni singulari virtute, vltimo bello Mithridatico victa, leges accepit, prouinciarúmque populi Rom. numerum auxit. triumphauit ex ea Põpeius pro consule, item ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Creta, Bastẽnis, præterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno DCXII. Cyprus vltima, stante Repub. in prouinciæ formam redacta, missо in eam M. Catone quæstore cum iure prætorio, lege P. Clodij tribuni pleb. Pisone & Gabinio COSS. anno DCXCV. sed primùm ea simul cum Cilicia, tanquam vna prouincia, s. c. tradita est P. Lentulo pro consule, quod illa verba Ciceronis in epistola ad Lentulum significant: Te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprúmque teneas, quid efficere, & quid consequi possis postea quæstores in eam missi, quod ab eodem Cicerone didicimus; qui ad C. Sextilium Rufum in quadam epistola ita scribit: Tuæ laudi conducere arbitror, quum primus in eam insulam quæstor veneris, ea instruere quæ sequantur alij. Tertia pars supereſt, quæ prouinciæ consulares, quæve prætoriæ dicerentur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit. nõ enim hæc, vel illa prouincia semper aut consularis, aut prætoria, sed ita nomen mutabat, vt variè modò à consularibus, modò à prætoriis administrabatur. quam testatam senatus habebat, vt, quos veller, in quas veller mitteret, administrationе annua: quod lege Sempronia C. Gracchi tribuni pleb. sanctum erat. Cæsari tamen Galliæ in quinquennium contra legem Gracchi, & lege Vatinia tribunicia, & s. c. mandatæ sunt, posteáque in alterum quinquennium lege Trebonia item tribunicia, Pompeio Magno & Crasso II COSS. confirmatæ. qua de re sic ad Lentulũ Cicero: Stipendium Cæsari decretum; &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Decerni autem solitas lege Gracchi, non à populo, sed à senatu prouincias, idem in oratione pro Domo, in P. Clodium inuehens, planè demonstrat. Iráne verò? inquit, tu prouincias consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maxime popularis fuit, non modò non abstulit ab senatu, sed etiam, vt necesse esset quotannis constitui per senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per senatũ decretas, refsidistiſ extra ordinem sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed Reip. pestibus? Erat igitur eadem prouincia, ex voluntate senatus, modò consularis, modò prætoria. itaque Macedoniã (vt hæc exempli causſa nominetur) Cn. Dolabella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes consulares administrarunt: tum C. Octauius prætorius, pater Augusti naturalis: rursus consularis L. Piso, &, Pisone reuocato, Q. Ancharius prætorius. idémque patet in cæteris. Quo autem anno s. c. illud Cælius in epistola sua ad Ciceronem misit; in quo s. c. hæc sunt; senatui placere, in Ciliciam prouinciam, ínque octo reliquas prætorias mitti: regebantur octo prouinciæ, quæ in eo s. c. prætoriæ vocãtur, à magistratibus octo prætoriis, Cypro excepta. quam quæstor, vt proximè ostendi, cum iure, vt opinor prætorio, administrabat: quia, lege Clodia missum esse in eam M. Catonem cum iure prætorio, adiecto etiã quæstore, Velleius prodidit. propterea, Cyprum inter prætorias esse memoratam, facilè credo. reliquę septem fuere, Sicilia, Sardinia, Asia, Macedonia, Bithynia, Creta, Africa, & cum Sardinia Corsicam simul fuisse, cum Bithynia Ponrum, paulo antè dictum est. Sed quæratur fortasse, quot fuerint, & quæ fuerint, & à quibus administratæ eo anno prouinciæ consulares. Septem fuerunt: hæ, duæ Galliæ, Illyricũ & Dalmatia, quas vnus C. Cæsar tres regebat; duæ Hispaniæ, quas Cn. Põpeius per legatos absens administrabat; Syria, cui M. Bibulus, Cilicia, cui M. Cicero præerat. ita fuerunt hoc anno XV prouinciæ, consulares VII, prætoriæ VIII. & in vnam consularem Ciliciam, in præcorias autẽ omnes eo s. c. successores mitti placere, decretum est. Neque verò mitetur quisquam, si Ætoliam, Græciam, Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lycaoniam, Lydiam, Ioniam, Cariam, Mysiam, Gallogræciam, siue Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam; Armeniam non nominauerim. nam Ætolia Græcię pars fuit: Græcia verò cum Achaia, Thessalia, Bœotia ad Iurisdictionem Macedoniæ pertinuit; omnéque simul ab vno regebantur. id seruatum est post consulatum Pisonis & Gabinij: nam eo anno legem tulit P. Clodius, vt omnes illæ prouinciæ ab eo, qui Macedoniæ præesset, regerentur. non enim tulit vt à Pisone nominatim regerentur, (nam fuisset priuilegium, non lex) sed, vt ab eo cui Macedonia daretur. is autem fuit eo anno L. Piso; cuius causſa lata lex est. Pamphyliam verò, Phrygiã, Lycaoniam, qui Ciliciam, idé administrabat. at Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ. nec mirum est, Phrygiam in duas Iurisdictiones dispertiam fuisse, vt vna pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. nam etiam ipsius Asiæ tres dicœses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, alíque prodiderunt. Galatiam regebat Deiotarus Rex socius fidelissimus populi Rom. Pisidiæ, & Lycij inter socios erant, fuíssque legibus sine magistratu Romano vrebantur. itaque Cicero eas gentes appellat auxilia, quod nomen de sociis vsurpari solitum est, in epistola ad Atticum. Exercitum, inquit, infitmum habebam, auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. hęc enim sunt nostra robora. Cappadociæ Rex erat Ariobarzanes, ipse quoque socius populi Rom. nam Põpeius reges multos, à Mithridate pulsos, in regnum restituit, & fœdere ac societate Reip. obstrinxit: Armeniam Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuuerat, venia data, concessit: nationes quasdã prouincias fecit populi Rom. aliis, vt sui iuris essent, fuíssque legibus viuerent, permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania vlteriore, extrema ad Occidentẽ provincia, ad Euphratem, qui terminus ad Orientem imperij fuit, descriptio quædã, breuiter à nobis informata. nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propria non est: quia tamen disiuncta non videtur, & afferre potest legentibus vtilitatem eum iucunditate, hæc attigimus. In prouincias ibant vel consulares cum duodecim fascibus, vel prætorij cum sex, totidem vtique, quot in vrbe habebant. interdum etiam prætorios cum iure consulari, & duodecim fascibus, senatus in prouincias mittebat, vt Q. Ciceronem in Asiam, de quo Suetonius, Extant, inquit, Ciceronis epistolæ, quibus Quinctum fratrem, parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur, & moner, imiteur in promerendis sociis vicinum suum Octauium. proconsulatum vocat hominis prætorij administrationem. eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri proconſ. in duabus epistolis, quæ libro quinto fam. primæ leguntur: qui tamen consulatum non gesserat, sed ex prætura in Galliam cisalpinã profectus erat. & in oratione pro Flacco notauimus hæc. Quum prouinciam Asiam proconsulari imperio obtineres: quum tamen prætorio de homine loquatur. Primis temporibus, quũ prouinciæ tuendæ armis essent, & in discrimine versarentur, exibant in eas, inito statim magistratu, cõsules, & prætores; vel vt quæque cuique sorte obtigerat, vel etiam quandoque consulibus inter ipsos comparantibus. sic enim loquebantur, quũ inter eos de duabus consularibus prouinciis conueniſſet. nam comparandi consuetudinem apud prætores non video fuisse. quod si bellum produceretur; imperium in iisdem prouinciis proconsulibus, aut proprætoribus à senatu prorogabatur. postea L. Sylla lege cauit, ne quis plus anno prouinciæ præesset, qui viderit, opinor, in Rep. diuturnis imperiis assuescere, tutum non esse. itaque Galliarum illa per decennium Cęsaris administratio libertatis exitium fuit. hac de lege Cicero in epistola ad Appium his verbis: Eò discessisti, quò ego te ne persequi quidẽ possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, vt opinor, Cornelia constituti essent. Et in eadem: Vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias; in prouinciam veni pridie Cal. Sext. Tulerat iã ante Syllam C. Gracchus tribunus pleb. Tiberij frater, vt consulares prouinciæ quotannis per senatum decernerentur. Post Syllam verò C. Cæsar, qui dictator fuit, legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ plus, quàm annum, neu plus, quàm biennium, consulares obtinerentur. tulit autem hanc legem victo Pompeio; quum ipse iam per nouem annos Galliam contra C. Gracchi, & L. Syllæ leges obtinuisset, consecutus id, quod nemo antea, & s. c. & lege. Leges verò, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant, duæ fuerunt. curiata dabat imperium populus, vt Liuius indicat lib. 9. Cornelia senatus. nam, quũ s. c. esset factum, vt prouincias magistratus sortirentur; aut compararent inter se, tum, si ij, vel sine lege curiata in prouincias proficiscerentur, imperium habere dicebãtur, donec in vrbem reuertissent. ideo, quod in epistola Ciceronis ad Lẽtulum scripta est, Ap. Claudius, frater P. Clodij, cupidus prouinciæ dictitabat, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam; si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, Lentulõ quæ Spintheri, Ciliciam pro consule administranti, successurum: legem curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex s. c. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introiisset. Quod autem in agraria 2 scriptum est, Rem militarem sine curiata lege attingere non licet; propterea dictum, quia sumptu publico ibant in prouincias, quorum de imperio lata curiata lex esset. poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. at sine curiata lege poterat quidem aliquis priuato sumptu in prouinciam ire; exercitum verò habere, bellúmque de suo gerere, cui tantæ opes erant, vt liceret? non igitur sine curiata lege, quæ pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. nam, quum ad Atticum Cicero ita scribit; Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat; non intelligit de pecunia in stipendia militum erogãda (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortisque viatico. ipse enim Cicero, viaticum dari solitum comitibus eorum, qui irent in prouincias, significat in epistola ad Cassium his verbis: Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. Hæc ex P. Manut. de leg. Romanis.

Mari cincta prouincia, Vide CINGO.

¶Prouincia, pro Onere. Quoniam enim præfecti ad prouincias gubernandas cum officio mitti solebant, factú est etiam vt ipsi magistratus, & omne onus nobis impositum, prouincia appelletur. Terentius Phorm.1.2,

-ô Geta prouinciam
Cepisti duram. Idem Heauton.3.2,
Idcirco huic nostro tradita est prouincia.

Hanc omnes fugitant prouinciam, Id est hoc onus. Plautus Captiu.4,
Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam
Posteaquam captus est Philopolemus tuus.

Animorum prouinciæ prudens. Tacit. in vita Agricolæ.
Annuæ prouinciæ. Cic. de prouinc. Consul.
Aquatria prouincia, Vide AQVA.
Illustris, Vide ILLVSTRIS.
Infesta, Vide INFESTVS.
Legataria, Vide LEGO, legas.
Libera à prædonibus, Vide LIBER, liberi.
Loculpes ac referta prouincia, Vide Loculpes, in LOCVS.
Pacatissima prouincia, Vide PACATVS.
¶Accedere in prouinciam, Vide ACCEDO.
Quum aliquantum ex prouincia, atque ex imperio laudis accessesit. Cic. Lentulo, lib.1.7.
Accipere prouinciam, Vide ACCIPIO.
Adiungere prouincias ad imperium, Vide ADIVNGO.
Administrare prouinciam, Vide ADMINISTRO.
Capere prouinciam, Vide CAPIO.
Communicare prouinciam, Vide COMMVNICO.
Decernere prouinciam, est dicere sententiam vt quis mittatur in prouinciam administrandam. Cicero in ipso statim initio orationis De prouinciis Consularibus.
Deponere prouinciam. Cic. in Pisonem, Ego prouinciam Galliam Senatus authoritate, &c. in concione deposui.
Deposcere sibi prouinciam. Cicero pro Sylla, Illam sibi officiosam prouinciam depoposcit, vt prima luce Consulem salutatum veniret.
Describere in prouincias. Cicero pro Flacco, Qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset. De L. Sylla.
Dare prouinciam vel negotium alicui. Cic.6. Verr. Illam sibi ab isto prouinciam datam.
Ducere prouincias. Tacit. lib.3.
Habere prouinciam authoritate Senatus, & sorte. Cicero in Pisonem.
Obtinere prouinciam. Cic. pro Flacco, Quum prouinciam Asiam Consulari imperio obtineres.
Perdomare prouinciam aliquam, Vide PERDOMO.
Petere ambitiosissimè prouinciam. Quintil. lib.6. cap.3.
Præsse alicui prouinciæ. Cic. pro Fonteio.
Referebarur de prouinciis Quæstorum, & de ornandis Prætoribus. Cic. Q. frat. lib.2.7.
Suscipere prouinciam. Cic. pro Cælio, Deinde eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur.

Prouinciatim, pen. prod. Aduerbium {κατ' ἐπαρχίας} Per prouincias. Suetonius in Augusto, cap.49, Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit.

Prouincialis, & hoc prouinciale, penult. prod. {ἐπαρχιώτης.} Prouinciales dicti sunt qui ex prouinciis sunt, siue vt ait Vlp. de Verb. signific. qui in prouinciis domicilium habent.

Prouincialium nomine omnes præter Italos appellabantur. Vnde Colum. lib.5. cap.4, tradit vineatum prouincialium culturam, quum alibi de Italicarum cultura scribat. Plinius Iunior lib.8. epist. Italicus es, an prouincialis?

Hospitia prouincialia. Cic 4. in Catil.
Molestia. Cicero Curioni, lib.2.6, Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.
Negotia. Cicero ad Atticum, libro 2, Neque ista negotia prouincialia esse putabam, neque te in Tocullionibus (id est pusillis seu minutis fœneratoribus) habebam: sed scripsi vt debui diligenter.
Ornamenta prouincialia. Cic. Post reditum in Senatu.
Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum administratione est. Cic. ad Quintum fratrem, lib.1.1, In qua scientiæ præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est.
Solitudo prouincialis. Martialis lib.12.1.
Viri prouinciales. Cic. ad Q. frat. lib.2.1.

Prouiso, Prouiso, Prouisus, Vide PROVIDEO.

Prouiuo, prouiui, penult. prod. prouixi, prouictum {βιόω} prouiuere, Vltrà & amplius viuere. Tacit. lib.5, Nondum is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor.

Prouocabulum, prouocabuli, neutri generis. Varro libro 7. de Lingua Latina, Appellandi partes sunt quatuor: è queis dicta à quibusdam prouocabula, quæ sunt, vt quisque vocabula, vt scutum, &c.

Prouoco, prouocas, penult. corr. {παρακαλέω, φωνηλίζω, παρακαλέομαι} prouocâre, Propriè significat A longe vocare. Plaut. Pseud.9,
Herus si domi est tuus, quin prouocas? Idem Bacchid.4,
Prouocatur prædagôgus, Eho senex minimi pretij, &c.
¶Prouocare, In certamen aliquod vocare, siue ludendi, siue lædendi gratia. Terent. Eun.3.1, -Pamphilam
Cantarum prouocemus. Idem Adelph.5.4,
Quando eô prouocat. Cicero, Tuis literis amantissimis sum prouocatus.
Respondere & prouocare. Cic. Cornificio, lib.12.20, Ego respondere facilius possum, quàm prouocare.
Hostem clamore prouocat. Silius lib.17.
Prouocare ad certamen. Liuius 4. bel. Pun.
Prouocare ad pugnam. Cic.4. Tusc.

Prouocare in aleam. Plaut. Curcul.7.
Prouocare minino. Subaudi digito. Horatius 1. Serm sat.4, Solemus enim dicere nos tantum digito valere, quantum alius brachio. Budæus.
Auras cursibus. Virg.3 Georg.
Prouocare aliquem per interpretem. Liu. 7. ab Vrbe, Gallus processit magnitudine atque armis insignis: quatiénsque scutum hasta, quum silentium fecisset, prouocat per interpretem vnum ex Romanis, qui secum ferro decernat.
¶Prouocare virtute. Plin. epist.7. lib.2.
Respondere in amore iis à quibus prouocêre. Cic. Bruto, 1.2.
¶Prouocare, Irritare: vt Prouocare iniuriis. hoc est Lacessere. Cic. 2. Philipp. Hæc tu quum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses?
Bellum prouocare dicit Plin. in Paneg.
¶Prouocare, Vincere. Quintil. lib.10, Elegia quoque Græcos prouocamus. Plinius lib 33. in Procem. Accessit ars picturæ, & aurum argentúmque cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Quo modo intelligi potest illud Lucani lib.9,
-qui nuda fusus arena
Excubat, atque omni fortunam prouocat hora. Budæus.
Naturam pictura prouocare. Plin. lib.35. cap.10, Pinxit & heroa nudum, éáque pictura naturam ipsam prouocauit.
Omnes tamen has eius dotes ilex solo prouocat cocco. Id est vincit. Plin. lib.16. cap.8.
¶Prouocare, Profugere, & fermè idē est quod Appellare: nisi quòd prouocare maius est. Et propriè ad maiores, potentioréſque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet prouocatio.
Prouocare ad. Cicero, Quum alter ad Senatum prouocasset, alter verò appellasset Tribunos. Idem 3. de Legibus, Iudicia, vt esset populi potestas ad quam prouocaretur.
Ad populum prouocare. Cic. 1. Philipp.
Appellare & prouocare. Liuius 8. ab Vrbe, Tribunos plebis appello & prouoco ad populum.
Aduersus sententiam prouocare. Papinian, in l. Tutores §. Tutor. D. De adminis. tutor.
Prouocare iudicium ad populum, Valer. lib 8. cap.1.
Prouocare à Duumuiris. Liuius lib.1. ab Vrbe, A Duumuiris prouocarit, prouocatione certato.
Prouocare in integrum. Brutus Ciceroni, 16. 15, De Cæsare verò quod fieri potuit ac debuit, transactum est: neque jam prouocari in integrum potest. Hoc est, Integrum iam non est illi vt prouocare possit iure.
Prouocare aduersus creationem. Papinianus in l. Tutores qui §. Tutor. D. De administrat. & peric. tut.

Prouocatus, penult. prod. Participium {προκαλεσθείς, προβληθείς.} Cic. r. de Finibus, Quanquam à te ipso id quidem facio prouocatus gratissimo mihi libro, &c.
Qui mecum sæpissime non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. Cic. Lentulo, lib.1.7.
Prouocatus cum Gallo depugnauit. Cic.2. de Finib.
Prouocatus beneficio. Cic.1. Offic.
Studio & beneficio prouocatus. Cic. ad Attic. lib.14, Nam quum semper te amaui, primùm tuo studio, pòst etiã beneficio prouocatus.

Prouocatio, Verbale, fœm. gen. {προβλησις, παρακλησις.} vt Prouocatione certare. Liu. 1. ab Vrbe.
Ex prouocatione interfecit eum. Plin. lib.37. cap.1.
¶Prouocatio, Appellatio. Cic. 4. Acad. Commemorant reliquos qui leges populares de prouocationibus tulerunt.
Quid turpius quàm Senator siue prouocatione? Cic. 3. de Legib.
Prouocatio patrona illa ciuitatis, ac vindex libertatis Pop. Rom. dari sine nobilium dissensione non potuit. Cic. 2. de Orat.
Dare alicui prouocationem. Cic. 1. Philipp. Quibus quum prouocatio datur, nónne acta Cæsaris rescinduntur?
Dare pœnam sine prouocatione. Cic. 2. de Lege agraria.

Prouocator, penult. prod. prouocatoris, Verbale masc. ul. {προκλητής.} Cic. pro Sextio, Quum verò ne de vænalibus quidem nomines electos, sed ex ergastulis empros, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c.
Procedere aduersus prouocatorem. Plin. de Viris illustr.

Prouocatorius, Adiectiuum {προκλητικός.} vt Prouocatoria dona militaria, id est quę meruit prouocatus: quod humanius est quàm prouocasse. Gell. lib.2. cap.11.

Prouolo, prouolas, penult. corr. {προσπίπτω} prouolâre, Procul volare, Auolare. Plin. lib.11. cap.10, Tunc voluerſæ prouolant, si dies mitis futurus est. De apibus.
Prouolat in medium. Ouid.6. Fast.
Prouolare, per translationem posuit Liuius 2. ab Vrbe, Sic in primum infensis hastis prouolant duo Fabij, totámq; mouerunt secum aciem. Id est procurrunt.
Sonitus prouolat. Lucret. lib.6.
Prouolare ad. Liuius primo ab Vrbe, Ipse ad primores Romulus prouolat.
Prouolare ante. Liuius lib.7. ab Vrbe, Relictis equis clamore ingenti prouolant ante signa.
Prolixo prouolat ictu. Lucret. lib.4. De semine.
Prouolare in locum & vicem alterius. Liuius 3. ab Vrbe.

Prouolo, prouoluis, prouolui, prouolutum, pen. prod. {προκυλίω} prouóluere, Porrò voluere. Terent. Andr.4.5,
-iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam. Lucret. lib.2,
Prouolui simul vt possint, & lædere sensus.
Subter iuga & loca prouoluere aliquem. Virg.12. Æneid.
Gleba prouoluitur. Lucret. lib.6.
Prouoluere se ad genua, ad pedes alicuius. Liu.4. bel. Mac. d.
Genibúsque eius prouolutus Mithridates, &c. Tacit. lib.12.

Prouomo

Prouomo, prouomis, prouomere {ἐξεμέω} ex Pro, & Vomo, Valde vomo. Lucret. lib.6,
Hic vbi se in terras demisit, dissoluitque:
Turbinis immanem vim prouomit, atque procellæ. De prestere.

Prouorsum, fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. Itaque Ioui fulguri & Summano fit, quod diurna Iouis, nocturna Summani fulgura habentur. Festus.

Prout, Aduerbium {ὥσπερ} id est, Sicut, vel vt: aut quod vulgò dicunt *Secundum quod*. Plaut. Bacchid.20,
Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum.
Subaudi sic, in priore mẽbro: vt sit sensus, Non sic Pelides tormento fuit, prout (id est vt) ego expugnabo herum meum. Horat.2. Serm. saty.6,
-vernaſque procaces
Pasco libatis dapibus prout cuique libido est. Hoc est, vt cuique libido est. Ex quo apparet eũ, merti causa PROVT dixisse prò VT. Quintil. lib. 4. cap. 1, Prout asperi, leues, iucundi, &c. Cic. ad Att. lib.11, Tuas literas, prout res postulat, expecto.
Prout Thermitani hominis facultates ferebant. Cic. 4. Verr.
Prout haberi licerer, si anno superiore Quæstor fuissem. Cicero pri ma Philipp.
Prout tempus patiebatur. Liu. 9. ab Vrbe. Raptim collatæ sarcinæ in medium, & prout tempus patiebatur, instructa acies.
Perinde, prout. Quintil. lib. 9. cap. 4, Perinde asperiores erũt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur.
Prout, ita. Plinius lib. 28. cap. 2, Ac prout quæque accepta sunt, ita valere.

Prox, bona vox, velut quidam putant significare videtur, vt ait Labeo de iure Pontificio libro vndecimo. Festus.

Proxeneta, proxenetæ, pen. prod. masc. gen. {προξενητής.} Proxenetæ (inquit Budæus) sunt conciliatores & interuentores, quasíque conglutinatores hominum inter se stipulantium & spondentium, aut quemuis contractum, conuentumque ineuntium. Martial. lib.10.3,
Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Proxenetria, Prontuba, nuptiarum conciliatrix. Alciat. lib. 1. Disputat. cap.22.

Proxeneticum, merces, quæ pro opera, proxenetis datur, quæ & licito iure peti potest. Vlpian. l. j. & ij. De proxenet.

Proxenia {προξενία} Munus erat in oppidis Græciæ quoddã recipiendorum hospitio senatorum, legatorum, magistratuum: & qui eos recipiebant, qui hospitio publico cum ciuitate erant coniuncti, προξένοι dicebantur. Hoc munus significat Cicero quũ scribit, Ostẽdit munus illud suum non esse: se, quũ suæ partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tãtùm Prætores & Consules, non legatorum assẽclas recipere solere. Turneb.

Proximi, factorum scriniorum sunt, qui seruant scrinia, & libellos principis. Budæus.

Proximus, Vide PROPE.

Prudens, prudẽtis, o. g. {φρόνιμος, σοφὸς, γνώμων, ἔμπειρος, ἔμφρων, ἀγχίνους, σύνετος, δεξιός} Quasi prouidens: interdum sapiens, aut sciens dicitur. Vnde iurisprudentes vocantur, qui ius sciunt. Prudens, inquit Donatus, qui intelligentia sua aliquid sentit. Vide infrà Prudens & sciens. Plaut. Capt.2,
Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni.
Prudens declinatum ab animo. Dicitur enim à prudentia, prudens: vt ab ingenio, ingeniosus. Varr. de Ling. Latin. lib.7.
Omitto prudens, id est Sciens, & de-industria. Plin. lib.10. cap.29.
Prudens, pro Sciens, cum infinitiuo. Plin. lib.8. cap.cap.31, de vitulo marino, Euomit fel sũum ad multa medicamenta vtile: item coagulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens.
Prudens & sciens. Terent. Eun.1.1,
-& prudens, sciens,
Viuus, videnſque pereo. Prudens, inquit Donatus, est, qui intelligẽtia sua aliquid sentit. Sciens, qui alicuius iudicio rẽ cognoscit. Ergo prudens per sese: sciens per alios. Cic. in quadam epist. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos posítam sum profectus.
Prudens & sciens ad interitum ruebam. Cic. pro Marcello.
Ad consilia prudens. Cic. pro Fonteio.
Guarus & prudens impendentium malorum. Cic. pro Sextio. Vetus codex habet, Ignarus & imprudens.
Prudens ingenio. Cic. pro Cluentio, Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentiorſiure peritior?
Prudens in. Cic. de Amic. L. Acilius quia prudens esse in iure Ciuili putabatur.
Prudens administrandi. Cic. 5. de Fin. Deinde Rerump. administratio, aut administrandi, sciendique prudens, temperata, fortis, & iusta ratio.
Admodum prudens. Cic. de Clar. Orat.
Destituor prudens artis, ab arte mea. Ouid. epist.5.
Gens adulandi prudentissima, Iuuen. Saty.3.
Moderandi prudens. Tacit. lib 3.
Iuris mouendi prudens. Claud.2. in Eutropium,
Prudens agricolationis vir. Colum. lib.2. cap.2.
Prudens locorum. Liu.4. bel. Maced.
Animus prudens rerum. Horat.4. Carm. ode 9.
Sententia prudens animi. Ouid. epist.20.
Ciuitas Athenienſium prudentissima. Quintil. lib.5. cap.11.

Prudentia, prudentiæ {φρόνησις, ἔμφρονσύνη, ἐμβριθεία, σοφία, σύνεσις.} Cic. 1. de Leg. Quæ virtus ex prouidendo est appellata prudẽtia. Idem 2. de Inuen. Prudentia est rerum bonarum & malarum & vtrarumque scientia. Idem 5. de Finib. Prudentia in delectu bonorum & malorum. Subaeernitur. Idem 3. de Natur. deor. Prudentiam Deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest?

Prudentia, quam Græci φρόνησιν dicunt, est rerum expetendarum fugiendarúmve scientia. Cic. 1. Offic.
Vt medicina valetudinis, sic viuendi ars est prudentia. Cicero 5. de Finib.
Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cic. de Sen.
Prudentia in iudicando. Cic. 10. Philipp.
Prudentia iuris Ciuilis. Cic. 1. de Orat.
¶Altissima. Quintil. lib.2. cap.13.
Communis. Cic. 5. de Finib. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quę communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere.
Domestica & ciuilis. Cic. in Partit. Prudentia, in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellatur.
Aut rerum fato prudentia maior. Virg. 1. Georg.
Velox. Perſ. Saty.4.
Vulgaris. Cic. 2. de Orat. Perſpicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita.
¶Acuere prudentiam, Vide ACVO.
Adhibere prudentiam, Vide ADHIBEO.
Malitia imitatur prudentiam. Cic. in Partit.
Adeón' ego non perſpexeram prudentiam literarum tuarum? Cic. Attico, lib.6.
Impertire prudẽtiam suam ad salutem alicuius, Vide IMPERTIO.
Adde quòd est illis operum prudentia maior. Ouid. 2. de Arte.
Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis. Cic pro Sext.
Pro tua prudentia. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Atticum, lib. 8, Non pro tua prudentia debes illud solùm animaduertere quod in præsentia, &c.

Prudenter, Aduerbium {φρονίμως, σοφῶς, γνωμόνως} Sapienter, prouidẽ. Cic. 5. de Fin. Tacit igitur L. noſter prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit.
Aliquid in causa prudenter intexere. Cic. 2. de Orat.
Multa prudenter prouisa. Cic. de Amicit.

Pruina, pruinæ, pen. prod. {πάχνη} Ex rore gelido inaſcitur. A perurẽdo dicta, quòd fruges & virgulta perurat. Budæus, Pruina est quæ lapſa perſidet & gelat, nec fit nisi immoto aere & sereno. Author Plin. lib.17 cap. 24. Hoc genere alternis propè annis in Gallia vites, arbores, & frumenta interdum præcocia vitiantur. Etenim pruina à perurendo dicta est, quasi perurina: vtit enim germina, quum solẽ liquefacta est, vt sæpe vidimus. Vulgò *gelee* vocamus. Aristoteles in libro de Mundo, Gelu, inquit, est aqua conferta, à serenitate cæli concreta. Pruina verò, ros concretus. Gelu igitur est glacies: pruina, est quod gelu vulgò dicitur. Colum. lib.11. cap. vlt. non procul à fine, Locis frigidis, vbi timor est ne autumnalis satio hyemis gelicidiis perutatur, arundinibus humiles cantheri fiunt, iísque virgæ transuersæ imponuntur, & virgis stramenta supraiacuntur, & sic à pruinis semina defenduntur. Cic. 1. de Natur. deorum, Quòd parsi earum appulſu solis exarſerit, pars obriguerit niue, pruináve longinquo solis abſcessu. Plin. lib. 2. cap. 60, Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelidò. Vertit & Apuleius libellum Aristotelis de Mundo. in eã versione sic ait: Glaciem dicimus humorem sereno frigoré concretum. Huic est pruina consimilis, si mollities roris matutinis frigoribus incanuit.
Aeris pruina. Lucret. lib.3.
Algentes. Stat.3. Theb.
Cana. Virg.2. Georg.
Canens. Silius lib.3.
Candentes. Claud. de Nupt. Honorij.
Gelidæ. Virg 2. Georg.
Matutina. Propert. lib.2. eleg.10.
Rorata. Ouid.3. Fast.
Tristes. Valer.2. Argon.
Vitrea. Ouid. epist.10.
¶Corpora circunfusa pruinis. Virg.3. Georg. De bobus.
Obrigere pruina. Cic. in Somn. Scip.
Pruinas ac niues perferre. Cic.2. in Catil.

Pruinosus, penult. prod. Adiectiuum {παχυώδης} Pruinæ obnoxius. Coã lumella lib.3. cap.20, Seu frigidus & pruinosus, quod non est patiens vredinis.
Longa pruinosa frigora nocte pati. Ouid.2. Amor. eleg.19.
Herbæ. Ouid.4. Metam.
Pruinosa regio. Colum. lib.7. cap. 9, Si regio frigida & pruinosa est, quàm durissimæ & nigræ fetæ grex eligendus est.
Tenebræ. Ouid.5 Metam.

Pruna, prunæ {αἰθαλὶς, αἰθαλίδια} A carbone ita distinguitur, quòd illa quandiu ardet, pruna dicitur: carbo, quum extincta fuerit. Virgilius in Moreto,
Et cinis obdũctæ celabat lumina prunæ. Prũna dicta à perurendo.
Prunæ batillus. Horat.1. Serm. Satyr.5,
Prætextam, & latum clauum, prunæque batillum. Venustè ridet Aufidium, qui quũ Fundis in oppido exiguo Præturam gereret, insana arrogantia insignibus magistratus Consules superabat, quũ tamen Romæ tantùm scriba esset. Itaque non prætextam solùm & latum clauũ, vt Prætor aut Consul Romanus gerebat, sed etiam ignis ei præferebatur (id enim est quod scribit, Prunæque batillum) quod supra humanam propè conditionem erat, & diuinum religiosumque habebatur. Sic imperatoribus eorumque vxoribus & interdum sororibus ignis præferri solebat, quod ab Herodiano est adnotatum. Ex Turnebo.
Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent. Virg.5. Æneid.

Prunus, pruni, fœm. gen. {κοκκύμηλος} Arbor pruna producens. Prunum, fructus. Colum. lib.2. cap.2, Multa sunt quæ & dulcem terram, & frumẽtis habilem significent, vt juncus, vt calamus, vt gramen & trifolium, ebulum, tubi, pruni sylvestres.
Globus prunorum. Stat.4. Sylu.9.

Spini ferentes pruna. Virg. 4. Georg.
Corna lapidosa rubescunt prunis, Insita scilicet. Virg. 4. Georg.
¶ Asinina. Vide ASINVS.
Autumnalia. Propert. lib. 4. eleg. 2.
Cerea. Vide CERA.
De prunis Damascenis, est epigramma Martialis lib. 13. 29.
Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume: solent duri soluere ventris onus.
Onychina pruna, Vide Onychinus in ONYX.

Prunetum, Locus prunis consitus. Calep.
Pruriga, prurigæ, Est qui admissarios ad veneris pruritum excitat. Var. lib. 2. de Re rustic. Admittere oportet, quum tempus anni venerit, bis die mane & vespere prurigam. Is sic appellatur. Iterum, Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque vt ineant equas, per prurigas curamus. Senec. lib. de Benefic. Laceratúmque prurigam inuenimus. In quibusdam proriga scribitur.

Prurio, pruris, pruriui, pruritum, pen. prod. {πρυθρίαω, κνησιάω} prurire, Libidine scalpendi ardere. Plaut. Bacch. 23,
Te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit. Idem Pœnulo,
An dentes pruriunt?
In pugnam prurire. Mart. lib. 5. 103.
Versus pruriunt. Mart. lib. 1. 120,
Lex hæc carminibus data est iocosis,
Ne possint, nisi pruriunt, iuuare.

Pruritus, huius pruritus, penult. prod. masc. g. {πρυθμὸς} Est excursus humoris spirabilis incluſi contra naturam. Plin. lib. 9. cap. 45, Contacti pisces, attrituque petræ scalpentes pruritum inuadit.

Prurigo, penult. prod. prurigínis, fœm. g. Idem {κνησμός.} Colum. lib. 7. cap. 5, Nam subest aspera cutis, & velut quædam prurigo. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. Vetus codex habet porriginem.

Pruriginosus, penultima prod. Adiectiuum. Paul. in l. 3. D. de ædilit. edict.

PRVSA {πρῦσα} oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusia rege, qui cum Cyro bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Strab. lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32, ab Annibale id conditum esse putat. Hinc Prusienses populi Prusiam inhabitantes.

PRVSA, Vetusta sedes regum Bithyniæ fuit. Verbs est, quæ nunc *Burſia* dicitur.

PRVSIAS {πρυσίας} vrbs Bithyniæ olim Cius dicta, à Prusia rege condita, cognomento Zela, ad Arganthonium montem. Strabo lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32.

PRVSIAS {πρησίας} de quo multa Liuius, Bithyniæ rex, qui Annibalem huc concedentem susceperit, post Antiochum superatum, & Phrygiæ Hellespontię seditionem, aduersum Attalicos ex-composito factam. Vide Strabonem lib. 12.

Prymnesium, prymnesij {πρυμνήσιον} funis nauticus. Apud Festum Pompeium palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonsillam nominant.

PRYTANEVM, pen. prod {πρυτάνειον} Locus erat Athenis in arce dignissimus, vbi iudices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui bene meriti erant de Rep. qui honos habebatur maximus. Cicero 1. de Orat. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictũ quasi πυρὸ πνέουσι, tritici promptuarium, velut horreum publicũ. Dionysius Prytanea vocat curias, in quibus sacra fiebant ab iis, qui maximam in vrbe habent potestatem Prytanis, magistratus, præfectus, administrator, vt Consulatus: quem publici consilij principem appellabant. A verbo πρυτανίω, quod est guberno, & magistratũ exerceo. Liu. 5. Decade, lib. 1, Cyzici in Prytaneum: id est penetrale vrbis, vbi publicè quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensæ vnius posuit.

P S

Psalis {ψαλὶς} & **Psalidion** {ψαλίδιον} Forfex, quam Pollux lib. 7. cap. 22, & iterum lib. 10. cap. 28, ponit inter instrumenta muliebria.

Psalma, {ψάλμα} Quod psallitur. Diapsalma {διάψαλμα} silẽtiũ & quies quædam inter psallendum interposita. Nam vt symphalma dicitur vocum copulatio in cãtando, ita diapsalma disiunctio, vbi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur.

Psalmus {ψαλμὸς} Canticum. à ψάλλω, canto, quòd ad Psalterium cantaretur.

Psalmodia, psalmodiæ, pen. cor. {ψαλμῳδία} Cantus mistus: quum aliquis canit ad musicum instrumentum.

Psaltes, psaltis, m. g {ψάλτης} Latinè cantor dicitur.

Psaltrius, Idem. Cic. de Aruſp. resp. P. Clodius à crocota, à mitra, à mulieribus soleis purpureisque fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis.

Psaltria, psaltriæ {ψάλτρια} Cantatrix. Terent. Adelph. 3. 3,
Isthæc iam penes vos psaltria est? Cic. pro Sextio, Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur.

Psallocitharistæ {ψαλλοκιθαρισταὶ} apud Tranquillum in Domitiano, cap. 4, Certabat etiam & prosa oratione Græcè Latineque, ac præter citharœdos corocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Psallo, psallis, psalli {ψάλλω} psállere, Canere, cantare. Gellius lib. 19. cap. 9, Qui caneret voce, & qui psallerent. Id est, citharam pulsarent, inquit Budæus. Horat. 2. epist. 1,
-pingimus, atque
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.
Doctus psallere. Horat. 4. Carm. ode 13.

Psalterium, psalterij {ψαλτήριον} Græca dictio, Hebraicè NABLON dicitur, Genus organi musici, dulcius & amœnius sonans quàm cithara, cuius similitudinem quidem habet, ipsa tamen non est.
Psalterium, non solùm organum musicum significat: sed ipsum quoque canticum aut psalmum denotat. Paul. lib. 5. Sententiarum tit. 4, Psalterium, quod vulgò dicitur canticum in alterius infamiam compositum, & publicè cantatum, tam in eos qui hoc cantauerint, quàm in eos qui cõposuerint, extra ordinem vindicatur: eó acrius,

si personæ dignitas ab hac iniuria defendenda sit.

Psalteria, psalteriorum {ψαλτήρια.} Quintil. lib. 1. cap. 10, Nec psalteria & spadicas, etiam virginibus probis recusanda, sed cognitionem rationis, &c. De Musica.
Arguta psalteria. Virgil. in Cyri,
Non arguta sonant tenui psalteria chorda.

PSAMATE, penult. corr. {ψαμάθη} fons apud Thebas. Valer. 1. Argon. Qui tenet vndisonam Psamaten. Ponitur etiam pro vrbe & monte, ¶ Fuit & Psamate, Crotopi Argiuorum regis filia, ex qua compressa Apollo Linum filium sustulit, quem inter feras à matre occultatum canes diuerterunt, vt latè prosequitur. Stat. 1. Theb. ¶ Alia Psamate Nympha fuit, Nerei filia & Phori mater, de qua Ouidius vndecimo Metamorphoseos,
Cæruleam Peleus Psamaten, vt finiat iram Orat, &c. Hinc

Psammathus, untis: & **Psammathunitius**, siue **Psammathusius**. Steph.

PSAMMENITVS, Herodoto lib. 3, Amasis filius, & Ægyptiorum rex, qui à Cambyse victus, epoto sanguine taurino expirauit.

PSAMMETICHVS {ψαμμήτιχος} rex Ægypti, cuius tempore, teste Herodoto lib. 2, ducenta & octo millia Ægyptiorum ad Æthiopes transiere.

PSAPHIS, Oropiorum ciuitas in confinio Atticę & Bœotiæ. Hic strũ erat Amphiarai oraculum quoddam venerabile, vbi Amphiaraum fugitantem (vt Sophocles ait) scissa Thebana tellus hausit ipsis cum armis currúque quadrijugo. Strabo lib. 9.

PSAPHON, Libycorũ deus. Is Psaphon quum desperatissimus esset, & vltimæ notæ, vocales aues edocuit hæc verba eloqui: Magnus deus Psaphon: Quibus dimissis in lucos audita voce apud rudes populos, est pro deo habitus. Alexander Alexandrius libro sexto, capite quarto.

Psaronius, lapidis genus, quem Thebaicum & Pyrrhopœcilon appellari dicit Plin. lib. 36 cap. 22.

PSEBOA, Lacus ingens in Ægypto supra Meroen, qui insulam (vt Strabo lib. 17. scribit) habet satis amplam & habitatam.

Psecas, dis {ψεκὰς} Gutta, siue stilla dici potest. Apul. lib. De mundo ex Aristotele, Psecadas interpretatur stillicidia. Micæ quoque auri inter arenas lucentes Psecades dicuntur. Quinerium ancillæ, quæ delicatarum marronarum capillos medicamento fuco conspergunt, à Græcis hoc nomine appellatæ sunt.

Psegma, psegmaris, penult. correp. n. g. {ψῆγμα} Idem ferè quod flos æris. Plin. lib. 34 cap. 12, In ærariis officinis & plegma fit, tam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus. paulatimque accensis, ac repentè vehementiori flatu exponitur æris palea quædam. Ex veteri codice legendum smegma.
Psegma quoque pro ramento auri vsurpatur, vt apud Herodotum in Thalia, Indi, inquit, vt sunt multitudine multo numerosissima omnium quos nouimus hominum, ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum: trecenta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est aurei ramẽti. Ramentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem authore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur lib. x 1. codicis Iustiniani. Aurum autem ramentitium, inquit ille, inueniturę esse talentũm Euboicorum quatuor millium (excentorum & octoginta, si ita ratio incatur vt psegma ter decies tãto argenti rependatur. Strabo lib. 3, Ac ne aurum quidem solùm effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes aureum arenam: quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est scobs aurea resplendescit. Budæus.

Pselion {ψέλιον} Armilla, ornamentum manuum, apud Xenophontem lib. 1. παιδείας, & apud Plutarchum in Cimone, recẽsentem spolia Persica. Traditque Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita. Porrò nota est historia Brenni Gallorum regis, qui quũ depopulatus Asiam Ephesum aduentasset, plebeiam puellam adamauit, quæ ei & concubitum, & Ephesi proditionẽ pollicita est, si mundum sibi muliebrem & pselliatraderet: quod annuit Brennus, & oranit milites, vt in auariſsimæ puellæ gremium, aurum quod gestabant, immitterent: quo ea obruta periit, vt scripsit Clitophon lib. 1. rerũ Gallicarũ, & ex eius authoritate Plutarch. in Parallelis, cap. 30. Pselliõ autem inter ornamenta carpi, hoc est iunctararum manuum ponit Pollux lib. 5. cap. 16. Hinc Pselliophori, id est armillati, Herodoto dicuntur lib. 2.

Psephisma, psephismatis, penult. correp. n. g. {ψήφισμα} dictio Græca, quæ decretum significat. Cicero pro Flacco, Sic sunt expressa ista præclara quę recitantur psephismata, non sententiis, nec authoritatibus declarata. Ibidem, Possem recitare psephismata Smyrnæorum quæ fecerunt in Castritium mortuum.

Pseudos {ψεῦδος} Latinè dicitur falsus. vt Pseudolus, falsus seruus. Pseudologus, falsidicus. Pseudopropheta, falsus propheta, & multa alia id genus.

Pseudaechusa, pen. prod. {ψευδαγχοῦσα} quasi falsò anchusa dicta, de qua Plin. lib. 22. cap. 20.

Pseudobunion {ψευδοβούνιον} herba, quæ vt Plinius lib. 24. capite 16, ait, napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatissima in Creta.

Pseudocato, penult. correp. pseudocatonis {ψευδοκάτων} Cic. ad Atticum, lib. 1. 9.

Pseudocorasium {ψευδοκεράσιον} Litus magnũ inter Coryceum & Seleuciam Isauricam tria stadia longum, & in Lunæ similitudinem curuatum. Strephan.

Pseudodamasippus. Cicero ad Gallum, lib. 7. 24, Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem pseudodamasippum vel cum tactu reperiemus.

Pseudodecimianus, Pyri genus, quasi falsus Decimianus. Plinius libro 15. capite 15.

Pseudodictamnum {ψευδοδίκταμνος} falsum dictamnum, genus herbæ, quæ in Creta similis pulegio nascitur. Plin. lib. 26. cap. 9.

Pseudenedrus

Pseudenedrus, pen. corr. Iul. Firmic. lib. 3 cap. 8, Mercurius pseudenedros sæpius facit. Cælius lib. 11. cap. 7, Insidiatores fictos Firmicus pseudenedros nuncupat. Nam & apud Xenophontem, pseudenedram legimus pro fictis insidiis.

Pseudographiæ {ψευδογραφίαι} Quintil. lib. 1. cap. 10, Fit hoc & in numeris per quasdam, quas pseudographias vocant, quibus pueri ludere solebamus.

Pseudomenos, penult. corr. {ψευδόμενος.} Cicero 2. de Diuinat. Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissoluas? Sic 4. Academ.

Pseudomelanthium, quasi falsum melanthium, apud Dioscoridem in Marthiolo lib. 3. cap. 78, herba est, quæ sponte sua nascitur inter segetes: flores habet cæruleos: erigitur ad spicarum altitudinem culmis hirsutè nodatis.

Pseudonardos, herba nardum falsò referens. Plin. lib. 12. cap. 12.

Pseudopenias, promontorium est in quo est sita Berenice, iuxta lacum Tritoniadem, in quo insula est, quæ Veneris templum habuit. Strab. libro 17.

Pseudophilippus. Cic. 2. de Lege agrar.

Pseudophilosophia, falsa sapientia, quæ non veritate, id est Dei verbo nititur, sed humana & fallaci ratione, qualis est Gentilium philosophia. Budæus.

Pseudoporticus, falsa porticus. Nam in ædificiis partes, quæ fiunt ad imitationem, nec integrum nec principalem: sed precarium, aut temporarium vsum præbẽt, quasi alienum opus mentientia, hoc nomine insigniri solent: vt Pseudothyrum, & Pseudoancæ, similiaque his complura apud Vitruuium.

Pseudopylæ, insulæ iuxta portum Isidis apud Troglodytas. Plin. lib. 6. capite 29.

Pseudothyrum, pseudothyri, pen. corr. {ψευδόθυρον} Falsum ostium: vnde pro postico sumitur. Cicero in Verrem, Ea quemadmodum ad istum postea pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis, & testibus Iudices planum faciam.

Pseudoutbana ædificia, dicuntur à Vitruuio ædificia rustica, vrbana ele gantia extructa. Budæus.

PSILE, insula circa Ephesum. Plin. lib. 5. cap. 31.

Psilothrum, psilothri, pen. prod. {ψίλωθρον.} Plin. lib. 23. cap. 1, Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alij ophiostaphylon, alij melothron, alij psilothrum. Huius sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pamposa, ad magnitudinem hederæ diuiduntur, vt vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caules asparagi simi, tudine exeunt. Et paulo pòst, Semen in vna racis acinis dependet, succo rubenti, postea croci. Et paulo pòst, Vitia cutis in facie, vatósque & lentigines & fugillata emendat & cicatrices.
Psilothrum, Vnguentum depilatorium, quo mulieres vtebantur: à ψιλόω nudo. Martialis lib. 6. 93,
Psilothro niteat, aut acida lateat oblita creta.

Psimmythium, psimmythij {ψιμμύθιον.} Plin. lib. 34. cap. 18, Psimmythium quoque, hoc est cerusam, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autẽ ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus, &c.

Psimythus {ψίμυθος} Idem. De hac vide Vitruu. lib. 7. cap. 12. & Dioscor. lib. 5. cap. 94.

Psitta {ψίττα} piscis plani genus, quem nos passerem vocamus, vt vertit Theodorus ex Aristotele De natura animalium. Plinius libro 9. capite 16.

Psittacus, psittaci, penult. corr. masc. gen. {ψιττάκη, καὶ ψιττάκου, καὶ ψιττάκος} Auis Indica, vocem humanam miro naturæ artificio effingens. Martial. lib. 14. 76,
Psittacus a vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere, Cæsar aue. Plin. li. 10. ca. 42, Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem etiam sermocinantes. India autem hanc mittit, psittacem vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba pronuntiat. In vino præcipuè lasciua. Capiti eius duritia eadem quæ rostro, &c. Persius in Prologo,
Quis expediuit psittaco suum χαῖρε,
Picásque docuit nostra verba conari?
Imitator solers humanæ linguæ psittacus. Stat. 2. Sylu. 4.
Dux volucrum psittacus. Stat. 2. Sylu. 4,
Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis
Psittacus, ille plagæ viridis regnator eoæ. Stat. 2. Sylu. 4.

Psittacinus, pen. prod. Adiect. Scribon. Largus, Collyrium Psittacinum à colore ita dictum.

PSOPHIS, dis {ψωφὶς} Arcadiæ ciuitas, à Psophide Lycaonis filio, aut, vt alij malunt, à Psophide Erycis Sicula filia condita. Ouidius lib. 5. Metamorphoseos,
Vsque sub Orchomenon, & Psophida, Cyllenénque. In insula quoque Venetorum Zacyntho arx ipsa vocabatur Psophis: & aliæ multis locis. Hermol. in Plin. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arcadia. ¶ Item tertium in Achaia.

Psora {ψώρα} Lepra. Plin. lib. 20. cap. 1, scabiem psoram appellat: quam tusis cæpis sanari posse eodem libro cap. 5. ait. Idem Plinius eodem ipso libro, cap 9, lepram à psora separat. Lepras (inquit) & psoras cum alumine rotundo ex aceto. Et paulo pòst: Item (inquit) psoras & lepras veteres, ipsius tribus partibus, cum duabus alumini in aceto acri illitis. loquitur de brassicæ crispatæ viribus. multis quoque eiusdem libri insequentibus capitulis psoram à lepra distinguit, vt verear ne non author Lexici Græci aberrauerit in expositione eiusdẽ dictionis. Vide Cælium lib. 6. cap. 6.
Psora fit à ψάω scalpo. Nam qui psora laborant, vlcera siue pustulas supramodum contingere, palpare, & scalpere cupiunt.

Psoricus, pen. corr. Adiectiuum. Celsus lib. 6. cap. 6. vbi docet ad oculos scabros collyria.
Psoricum medicamentum. Plin. lib. 34 cap. 12.

Psychomantium, psychomantij. pen. prod. {ψυχομαντεῖον} Locus vaticinij, vbi fiebat manium euocatio. Cic. 1. Tusc. Ait enim Termanetum quendam Elysium, quum grauiter filij mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa, &c. Idem 1. de Diuinat. Neque eos qui quæstus causa ariolentur, nec psychomantia quidem quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere.

Psychotrophum {ψυχότροφον} herba duorum cubitorum altitudine angulosum habens caulem, à radice spargens folia ferè lapathi, serrata, semine purpureo: in Italia Serratula dicitur, in Gallia verò Vettonica. Plin. lib. 25. cap. 8. Psychotrophon inde dictũ, quòd locis potissimum gaudeat alcioſis.

Psychotrophi item pisces quidam appellantur, quòd vmbrosos fectentur recessus, ac humido frigidóque delectentur elemento.

Psychrologus {ψυχρόλογος} pen. corr. Psychrologi, Qui frigida loquitur & absurda, nec plausu excipienda, Qui boni nihil profert: Cuiusmodi sermo rectè Psychrologia vocatur.

Psychrolutes, psychrolutæ, vel Psychroluta, lutæ, pen. prod. {ψυχρολούτης} Qui frigida lauatur. Veteres enim frigida tantùm vtebantur: calida verò balnea valetudinariis deseruiebant. Seneca epist. 84. Memor artificij mei veteris, frigidæ cultor, mitto in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. Idem epist. 84. Ille tantus psychrolutes, qui Calendis Ianuariis in Euripum saltabam, qui anno nouo auspicabar in virginem desilire, &c.

Psydracion {ψυδράκιον} genus pustularum durarum & subalbidarum acutarúmque, caput præcipuè infestantium. Paul. Ægineta.

Psydrax, cis, {ψύδραξ} Morbus, vlcus in capite, de quo Galen. lib. 2. de compos. phar. cap. 9.

PSYGNVM, portus ingens est ad radices Elephantis montis, apud Cynocephalos. Strabo lib. 16.

PSYLLI {ψύλλοι} Populi sunt Libyæ in Africa, à Psyllo rege dicti, quibus vt scribit Plinius lib. 7. cap. 2, virus exitiale serpentibus ingenitum fuit, vt cuius odore eas sopirent. Mos verò illis fuit liberos genitos protinus obiiciendi seruissimis earum: eóque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hactenus Plinius. Meminit & Herodotus libro 4. Silius itẽ de Atyro Psyllo libro 1. Lucanus libro 9. Gellius etiam lib. 16. cap. 11. Crinitus lib. 1. cap. 3. & Solinus. Plutarchus in Catone, scribit Catonem per deserta Libyæ iter facientem secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, ore trahentes venenum, & ipsos serpentes cantibus mitigantes. Vide Cælium lib. 5. capite 27. de curationibus communibus aduersus omnes morsus serpentium.
Marmaridæ Psylli. Lucan. lib. 9.

Psyllion {ψύλλιον} radice tenui, superuacua, sarmentosum, fabæ grænis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem duplici, vnde & nomen. hoc in baccis: ipsa herba in vinetis inuenitur, &c. Plin. lib. 26. cap. 7. 8. 10. 11. & 12. & lib. 26. cap. 11. ad fin. Vulgus nostrum *herbam pulicarem* vocat.

PSYLLVS, fluuius in Bosphoro ponti Euxinj. Plin. lib 6. cap. 1.

PSYLLIVM {ψύλλιον} Ptolemæo libro 5. cap. 1, vrbs Bithyniæ: vulgò *Picello*.

Psythia, vua {ψυθία.} Virg. 2. Georgicorum,
Et passo psythia vtilior. Columel. lib. 3. cap. 2, Nam quæ Græculæ vites sunt, vt marcoticæ, thasiæ, psythiæ, sophortiæ, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus, & raritate vuarum, & acinorum exigunt minus fluunt. Macrobius quoque in enumeratione generum vuarum meminit lib. 3. Satur. cap. 19, Numantana, precia, prannia, psythia, pilliolata, &c.
Psythium passum. Plin. lib. 14. cap. 9, Psythium & melampsythium passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.

P T

Ptarmica, exiguus frutex est, surculos habens paruos, multos & rotundos, abrotono non dissimiles, & circa eos folia oleæ similia, longa multa, & in cacumine capitulum, vti Anthemidis, parcum, rotundum, quod acri suo odore sternutationem excitat, vnde & nomen accepit. Dioscorides lib. 2. cap. 156.

Pte {πῆ} syllaba adiecto ablatiuis aliquando iungi solita. vt Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. Vt Meapte culpa. Curtius, Sabinus suopte ingenio mitis.

PTELEON {πτέλεον} Ioniæ oppidum iuxta Erythras, & Mimantem mõtem. Plin. lib. 5. cap. 29. Est & aliud eiusdẽ nominis oppidum in ora Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

Ptera, pteræ, siue vt Vitruuius lib. 3. cap. 2, appellat, pteromata, in templis muri duo sunt, vt ait Strabo lib. 17, de templo Heliopolitano, ad altitudinem ipsorum templorum, vtrinque surgentes: ita dicti, quòd alarum specie quasi protegant. Ex Hermolao.

Pteris, herba, prima species est filicis herbæ nobilis, quam Plinius describit, eiusdémque vires monstrat, lib. 27. cap. 9.

Pterna {πτέρνα} Pars inferior naualis mali: circa mediam ferè trachelos: summa pars carchesium nominatur.

Pternica, caulis est herbæ quæ vocatur cactos: de qua Plinius libro 21. cap. 16.

Pteron, ædificij moles maior solitis. Plin. lib. 36. cap. 13, Maiore autem in parte transtius est per tenebras: aliæque rursus extra murum labyrinthi ædificiorum moles, pteron appellant. Et lib. eodem cap. 5, Nanque supra pteron pyramis, &c.

PTEROPHOROS {πτεροφόρος} Est regio apud Riphæos mõtes: sic dicta ab assidua niue, quæ ibi pennarum similitudine continuò decidit. Plin. lib. 4. cap. 13. Pterophori itẽ dicti sunt cursores Pegasarij: quòd peregrè proficiscentes, furrectas in capite pinnas gestare solebant. Dionysius.

Pteroti, duo Neronis calices ex vitro. Plin. lib. 36. cap. 26. Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte quę modicos calices duos, quos appellabant pteros, H S. sex milibus venderet.

Pterygium, pterygij {πτέρυγιον} In oculis vocatur membranula quædam neruosa, quæ oriens ab angulo, vel à narium vel temporum parte ad coronam vsque, interim & pupillam operit. Plin.lib.34.cap. 20, Cadmiæ efficatus, siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, sordes oculorum purgare, scabriciem extenuare. Ex Hermolao.

Pterygium in digitis apud Paulum Æginetam est, quum caro excrescit, partem illam contegens, quæ in vngue, pterygion (inquit) appellatur, quod vitium ex paronychia ferè nascitur. At Celsus lib. 7, dicit esse pterygium, quum recedit ab vngue caruncula non sine magno dolore. Hæc Hermolaus. Videtur enim diminutiuum esse ab πτερὸν, id est ab ala, quam tunc videtur efficere caro ab vngulis discedens. Plin.lib.23.cap.1, Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum.

Ptisana, prisanæ, pen.corr. {πτισανη} Pultis genus est ex farina hordeacea: veruntamẽ fit & ex aliis frugibus. Plin.lib.18.cap.7, Prisanæ ex hordeo vsus validissimus, saluberrimúsque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, clarissimus medicinæ scientiæ. Prisanæ bonitas præcipua Vticensi. In Ægypto verò ea est, quæ fit ex hordeo cui sunt bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum appellat Turannius. Idem lib.22. cap.25, Ptisanæ, quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine cõdidit Hippocrates, quæ nunc omnes in alicam transeunt. Contrà quanto innocentior est alica? Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniá in aluo non intumesceret, quoniam facilè redderetur, & assuetis hic solus cibus in febri, bis die posset dari, tantum remotus ab istis qui medicinam fame exercent.

Ptisanam medici hodie quum absolutè proferùt, hordeaceam intelligunt: fit enim & triticea prisana ex tritico vel farina triticea aqua elota, de qua Galenus lib.1.alimentorum.

Ptisanarium {πτισανάριον} oryzæ vocauit Horat.2.Serm.sat.3, oryzam coctam vel ptisanam, aut sorbitionem ex oryza, Quid cessas? aggredium sume hoc ptisanarium oryzæ. Accipiendum est, inquit Lambinus, ptisanæ nomen hoc loco, nõ pro oryzæ succo, qui in potionem præbeatur, cuiusmodi hodie fieri consuevit ex hordeo, in qua nihil inest præter aquam, & hordei cremorem, sed pro pulte, in qua solidæ partes ipsius oryzæ maneant, quæ detur in cibum.

Ptochia {πτωχεῖα} Domus alendis pauperibus destinata, idem quod Prochodochium.l.vlt.C.de Sacrosanct.Eccles.

Ptochotrophia, pen.prod. {πτωχοτροφεῖα} diuersoria siue domus in quibus medici nutriuntur. πτωχὸς enim Græci mendicum dicunt, & τρέφω nutrio. Iustinianus lib.1. C. multis in legib. maximè sub tit. de Episcopis & clericis, & de sacrosanct. Eccles.

Ptoembari, Aphricæ populi, qui nullum regem præter canem habẽt. Eum illi studiosè ac mirificè obseruant, ex illius motu & nutu imperia &, quæ fiat placita, augurantes. Alexander Alexandrinus lib. 6.cap.2.

Ptoemphanæ, populi in Africa, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, sicut & Ptoembari. Plin.lib.6.cap.30.

Ptolemæum (quidam scribunt Ptolemæiũ) Nomen est gymnasij apud Athenas. Cic.in ipso statim initio lib.5.de finibus, Quum audissem Antiochum Brute, vt solebam, cum M. Pisone in eo gymnasio, quod Ptolemæum vocatur, &c. Pausan.in Att.In gymnasio, quod à foro non procul abest, & à cõditore Ptolemæum appellatur, statuæ Mercuriales lapideæ visuntur, spectatu dignæ. Adest & Ptolemæi æneæ statuæ.

Ptolemæus {πτολεμαῖος} Nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximæ authoritatis fuit apud Alexãdrum Macedonem. Post cuius mortem, Ægypto & Africa & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Ægyptij reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum vtebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere, regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Et est nomen à Græco deductum. Græci quippe πτολεμίειν, & πτολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur: sicut ab μιμέομαι, quod est honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quę vsque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duranit. Regnauit annis triginta octo: cui successit Ptolemæus cognomento Euergetes, quod Latinè dici beneficus potest. Hic viginti sex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, decem & septem annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis vigintiquatuor regnauit. Tum Ptolemæus Philomater, qui triginta quinque. Deinde Ptolemæus Euergetes vigintinouem. Postea Ptolemæus Phiton, qui & Soter, decem & septem annis regnans. Postremò Ptolemæus Dionysius qui caput Magno Pompeio abscidi fecit. Fuerunt & alij hoc nomine, vt Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui suis diuitiis Romanum locupletauit ærarium. Item astrologus, natione Ægyptius, quem Traiani & Hadriani temporibus floruisse constat.

Manes Ptolemæorum. Lucan.lib.8.

Ptolemæus, pen.prod. {πτολεμαῖος} Adiectiuum quinque syllabarum. Propert.lib.2.eleg.1,

Et Ptolemææ littora capta Phari.

Ptolemais, pen.prod. huius Ptolemaidis, pen.cor. Patronymicum, fœm. gen. {πτολεμαὶς.} Lucan.lib.10, Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. De Cleopatra.

Ptolemais {πτολεμαὶς} oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum est in regione Troglodytarum. Author Plinius lib.2.cap.73.

Ptolemais, Ptolemaidis vel Ptolemaidos, & Ptolemaida, Ptolemaidæ, pen.cor. nomen quinque virbiũ, quarũ vna est in Ægypto, de qua Hieronymus ad Eustochium, Per arenas Syriæ peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur. Altera est in Æthiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Africæ.

Ptolemæus, fluuius in Troglodytico sinu. Plin.lib.6.cap.29, Eæ viæ omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho: qui primus Troglodyticen excussit, & amnem, qui Arsinoen præfluit Ptolemæum appellauit.

Ptous, mons triuertex in Græcia. Homerus in Catalogo nauium, Olim tricipitem Ptoi cauernam tenuit. Strabo lib.9, Ptous autem mons campo Tenerico lacuique Copaidi ad Actæphium incumbit. Erat autem Thebanorum mons simul & oraculum.

Ptyades, Aspidum genus quoddam, quod sputum homini lethale in oculos expuit. Plin.lib.28.cap.6, Verùm ex his quæ referre fas sit, impubium puerorum contra saliuas aspidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum expuant: contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, & cum erui farina contra adustiones, contra aurium pura, vermiculósque, si decoquatur ad dimidias partes, cum porro capitato nouo fictili.

Ptynge {πτύγγη} Auis rapax, quæ chalcis aliquibus dicitur Aristot.de historia anim.lib.9.cap.12. Quidam Ptynx.

Ptysis, sputum. vnde & Ptysici, qui nimio humore repleti semper sputum mittunt.

P V

Pvb. Publicus.

Pubes, pubis, fœm.gen. {ἥβη, ἀκμὴ πυρὸς, θρὸς, ποόσπυος} Propriè lanugo, quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis est signum, factum est, vt mas pubes siue puber vocaretur, quamprimùm ad generãdum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Salustius, Puberes omnes interfici iubet. Cic.1.Offic. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Cic.pro Rabirio perduel.reo, Neminem esse dico, ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint (quem tu diem in iudicium vocas) pubẽsque tum fuerit, quin arma ceperit.

Pater filium puberem habens. Cic.2.de Orat.

Puber ætas. Liu.1.ab Vrbe.

Pubera folia, Id est adulta. Virg.12.Æneid.Seruius. Sic in lib.4, Pubentes herbæ. Et est reciproca inter herbas & homines translatio. nam & pubertatem herbarum, & florem inuenturis vocamus.

¶Pubes, pro Parte pudenda aliquando accipitur. Virgilius 3.Æneidos,

Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo
Pube tenus. Inde os pubis medici vocant illud super quo pubes crescit circa pudenda.

¶Pubes, Iuuenum multitudo. Virg.1.Æneidos,

Haud aliter puppésque tuæ, pubésque tuorum. Cic.pro Milon. Cui Senatus totam Remp. omnem Italiæ pubem, cũcta Pop.Rom. arma commisit.

Agrestis. Virg.1.Georg.
Armata. Valer.7.Argon.
Captiua. Horat.3.Carm.ode 5.
Delecta Stat.4.Theb.
Effœmina. Stat.5.Sylu.2.
Electa. Claud.de bel.Gild.
Fortissima. Lucan.lib.2.
Generosa. Stat.5.Sylu.3.
Indomita. Virg.3.Georg.
Nautica. Silius lib.6.
Numerosa. Valer.5.Argon.
Rustica. Tibullus lib.1.eleg.1.
Sobria. Silius lib.11.

Pube præsente est populo præsente συμπαρόντος, ab iis qui puberes sunt, omnem populum significans. Paulus.

Pubens, pubentis {ἡφῶσα, θάλλουσα.} vt Pubentes herbæ, per translationẽ. Virg.4.Georgicorum,

Pubentésque secant herbas. Vbi Seruius, Pubentes, adultas, macriores, quibus robur acquiritur. Quidam legunt Florentes. Claud.5. Paneg.

Sunt mihi pubentes atro de semine fratres.
Genæ pubentes. Virg.12.Æneid.
Herbæ. Virg.4.Æneid.
Rosæ. Stat.3.Sylu.3.

Pubeo, pubes, pubẽre. Vlpianus in l. Carbonianum. §. Plane si mater. D. De Carbon.edicto, Si duo impuberes patiantur status controuersiam. & alter eorum puberit, expectari alterius quoque pubertas debet.

Pubesco, pubescis {ἡφῶ, ἡβάσκω, θάσκω, γονεάω, χροιάζω} pubẽscere, Lanuginem emittere. Cic.1.Offic. Nanque Herculem Prodicium dicunt, vt est apud Xenophontem, quum primùm pubesceret.

Iuuentus pubescens. Silius lib.16.
Pubescunt malæ. Valer.7.Argon.
Ora pubescentia. Stat.3.Syl.3.
Ætas pubescit. Silius lib.3.

¶Pubescere, de stirpibus dictum, pro Adolescere, & maturitatem assequi. Virg.2.Georgicorum,

Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. Id est exuberat. Cic. 2. de Nat.deor. Quum is efficiat vt omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. De sole.

Vites pampinis pubescunt. Cic.1.Tuscul.

Hîc autem vbi habitamus, non intermittit suo tempore
Cælum nitescere, arbores frondescere,
Vites lætificæ pampinis pubescere. Ex poeta.
Virgulta pubescunt fœtu. Claud.2.de raptu Proserp.
Prata pubescunt flore. Ouid.3.Trist.eleg.12.

Pubertas, pubertatis, pen.prod. {ἥβη, ἀκμὴ πυρὸς} Ætas in maribus, qui est annus XIIII. in fœminis XII.

Pubertas

Pubertas plena, XVIII annis est. Modestinus, De adoptionibus, l. Arrogato.

¶Pubertas, Est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicti sunt. Columel.lib.4, At citra naturæ quandam pubertatem. Cicero 2.de Natura deorum, Vt siquis dentes & pubertatem natura dicat existere.

Vuæ pubertas. Plin.lib.23.

Publicius cliuus appellatur, quem duo fratres, L.M. Publicij Malleoli Ædiles Curules pecuariis condemnatis ex pecunia quam ceperãt, munierunt, vt in Auentinum vehiculo Velia, veniri possit. Festus. Sic enim emendandum Festum puto.

Publicius, vnde & Publiciana actio, vide in Actione Publiciana. Est titulus in Pandectis de Publiciana in rem act. Fuit Prætor apud Romanos, qui ad instãr domini, nõ dominum agere actione sua voluit. Vlpian.in l.fed & fi.D.de Publician.

Publicus, penult.corr. Adiectiuum {δημόσιος, ἴδιος} Quod non est priuatum alicuius, sed populo commune. Hinc Respublica, res populi. Plaut.Rud.1,4,

Istic vbi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est. Idem Trinum.4,

Hoc ita si fiat, publico fiat bono. Vlpianus, De tabulis exhibendis, l.Prætor ait, Publici loci appellatio quemadmodũ accipiatur, Labeo definit, vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineráque publica pertineat.

Publica sacra, quæ publico sumptu pro populo fiunt: quæque pro montibus, pagis, curiis, sacellis. At priuata, quæ pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. Festus.

Publica religione confectratus is dicitur, quem Pontificum vulgus *Canonizatum* vocat. Id est, inter deos relatum. Budæus.

Conuiuari de publico, Vide CONVIVOR.

Publicum, commune, singulare. Cic.1.de Inuent.

Publicum & Priuatum, opponũtur. Cic.pro Muren. Odit populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.

Publica priuatis secernere. Horat.de Arte.

Iam publicum quidem omnium est, tabulata, &c. Hoc est, omnibus commune. Plin.lib.10.cap.33.

¶Æs publicum. Tacit.lib.12.

Assertor. Ouid.1.de Remed.amor.

Antea causam publicam nullam dixi. Cic.pro Rosc.Amer.

Commoda. Horat.2.epist.1.

Publicum consilium dictus est Senatus. Cic.1.de Orat. Quare nõ etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idémque in ea ciuitate plurimos annos princeps consilij publici fuit.

Cura publica iuuenum. Horat.2.Carm.ode 8.
Custodia. Tacit.lib.3.
Fauor. Ouid.4.de Ponto, eleg.14.
Fides. Salustius.
Furor. Claud.2.Paneg.
Litora omnia publica esse. Cic.in Topicis.
Loca vrbis. Cic.2.de Lege agrar.
Luctus. Ouid.ad Liuiam.
Ludus vrbis. Horat.4.Carm.ode 2.
Lux publica immensi mundi. Ouid.2.Metam.
Munera. Ouid.6.Metam.
Maiestas. Claud.1.in Eutrop.

Pecunia. Cic.6.Verr. Neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publicè datam.

Sidera. Ouid.epist.17.
Spes. Ouid.ad Liuiam.
Sumptus. Horat.2.Carm.ode 15.

Vectigalia publica, Ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel vænalium rerum, item salinarum, & metallorum, & piscariarum. Vlpianus de Verb.sign.l.Inter publica.

Verba publica, Quibus vtuntur omnes, tam vulgus quàm etiam docti. Ouid.3.de Arte.

Via publica, Quæ in solo populi est, cuius solum publicum est, siue quà iter publicum est.

Vias publicas, partim Prætorias, partim Consulares Romani appellauerunt. Ouid.4.Trist.eleg.3.

Nemo quenquá ire prohibet publica via. Erasmus, Prouerbij specie habet illud Plautinum ex Curculione. Quo significant rerum communium æqualem omnibus vsum esse, neque cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit.

Vsus publicus. Horat.2.epist.1.

Vtilitates publicæ. Tacit.lib.1.

Publicum & Commune, differunt. Publicum dictum est, quasi populicum, nimirum quod est totius populi, vt campus Martius, ager Campanus, qui lege agraria lata publicatus est. Prætor, Consul, & cæteri magistratus, & leges sunt publicæ personæ. nam totius populi personam sustinent. Commune duobus modis accipitur: vno modo commune appellamus, quod est duorum aut plurium, vt paries communis, communis domus, &c. atque harum rerum communium causa competit actio communi diuidundo: à quarum similitudine dicimus Martem communem, vitam communem, mortem communem: & ita accipe illud Cic.pro Rosc.Amer. Quid tam commune quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Altero modo communia dicimus, quæ à nemine sunt occupata, neque possessa, & possunt fieri occupãtis, vt aqua profluens, aer, littus maris, lapilli, & gemmæ in littore maris: quarum rerum causa non datur actio communi diuidundo apud Iurisconsultos. Opponitur autem commune proprio, vt Cic.pro Sylla, Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris: doloris verò & periculi fuit illa causa communis. Ex Lambino.

Publicum omnium est, Omnibus est cõmune. Plin.lib.10.cap.33.

¶Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat. Cic.1.de Inuent.

Consulere in publicum, Vide CONSVLO.

¶Publicum, pro Conspectu publico. Liu.9.ab Vrbe, de Caudina pace loquens, Vt postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet. Budæus.

In publico, Vide IN.

Abstinere publico, Vide ABSTINEO.

Carere publico, Non prodire in publicum. Cic. Cæterùm proximis Censoribus adeò omnibus notis ignominiisque confectos esse, vt nõ foro solùm omni, deinde vita, sed propè luce ac publico caruerint. Iisdem verbis vtitur Liuius 2.bel.Pun.

Egredi in publicum. Tacit.lib.20.

Prodire in publicum. Sueton.in Nerone, cap.51.

Proponere literas in publico. Cic.Attico, lib.7.

In publicum redigere bona, Vide IN præpositionem.

Non audere esse in publico. Cic.7.Verr. Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi.

Per publicum vectus. Sueton.in Neron.cap.9, Iisdem sæpe lectica per publicum simul vectus est. De Nerone & eius matre.

Versari in publico. Tacit.lib.15.

¶Publicum, aliquando significat vectigal: vnde & Publicani dicti sunt. Cic.ad Qu.frat.lib.1.1, Hic te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemptis, & socios perire nõ sinas, diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuæ. Tranquillus in Caligula, cap.40, Additúmque ad caput legis, vt cenerentur publico, & quæ meretricium & quæ lenocinium fecissent. Vlpianus etiam alicubi vsus est. Budæus.

Publico, publicas, pen.corr. {δημεύω, δημοσιόω, διαγραφὴν, ἐπιδίδωμι} publicãre, Omnibus palàm facere, manifestare. Iustinus, Non contentus voluptatum suarum tacita cõscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret. Plin.lib.33.cap.3.

Publicare, Præconi publico subiicere, Publicum facere. Cic.2.de Inuent. Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit, Quæstor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Idem 2.de Finibus, Secutus est qui in causa impia, victoria etiam fœdiore, non singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias, regionésque vno calamitatis genere comprehenderet.

¶Publicare hominem, Populo communem facere: cui opponitur Reuocare in seruitutem. Sueton.in Claud.Cæsare, cap.25.

Agros publicare. Cic.1.de Lege agrar.

Bona. Cic.4.in Catil.

Priuata publicare, Publica liberare. Cic.2.de Lege agrar.

Librum publicare, Edere in publicum. Plin.epist.27.lib.4, Ad hunc gustum totum librum repromitto: quem tibi, vt primùm publicauerit, exhibebo.

Oratiunculam publicare. Plin.iunior lib.5.epist.108.

Fortunam suam publicare, pro Passim communicare. Seneca 1.de Clementia.

Se publicare. Suet.in Nerone, cap.21. Id est copiam sui publicè facere, & publicè cantare.

Publicat vulgo corpus suum meretrix. Plaut.Bacchid.19.

¶Publicare crimen, interdum non pro Diuulgare, aut palàm facere: sed pro Deriuare in totam ciuitatem, vel totam ciuitatem eius insimulare. Liuius 4.bel.Maced.Scriptum erat: Aristonem priuatim ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæstio erat.

¶Publicari, Fisco acquiri. Paulus in l.Via.D. de seruit.rustic.præd. Si fundus seruiens, vel is cui seruitus debetur, publicetur: vtroque casu durant seruitutes: quia cum sua quisque conditione fundus publicatur.

Publicata pudicitia. Vide Pudicitia, in PVDEO.

Publicatio, Verbale {δήμευσις.} Cic.in Catil. Adiungit etiam publicationem bonorum.

Proponere publicationem bonorum. Cic.pro Plancio.

Publicanus, publicani, pen.prod. {τέλωνης, τελώνης.} Publicanos appellarunt maiores nostri eos qui vectigalia, & alios Pop.Rom. reditus exigendos certo constituto pretio redimebant. Horum ordinem & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Cic.pro Plancio, Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur. Vlpianus De publicanis & vectigalibus, l.1. Publicani sunt qui publico fruuntur. nam inde nomen habent: siue fisco vectigal pẽdant, vel tributum consequantur: & omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè vocantur publicani.

Familiæ maximæ publicanorum. Cic.pro Lege Manil.

Aspernari nomen publicani. Cic. Qu.frat.lib.1.1, Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pẽdere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt.

Cato publicanos tertium iam mensem vexat. Cic.Att.lib.1.13.

Mulier publicana. Cic.5.Verr. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Publicola, quasi cultor & obseruator populi {δημοκτίστης.} hoc cognomine dictus est Publius Valerius, qui in locum Tarquinij Collatini consul à populo suffectus est. Plutarchus.

Publicè, pen.corr. Aduerbium {δημοσίᾳ, παδημεί} Vulgò, palàm. Terent. Adelph.3.3,

Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. Id est, nunquam obfuturus Reipub.

Publicè custos, Publicè præsse. Terent. Eunuch.2.2. *Cic.6.Verr.* Qui nauis istius ædificandæ publicè præfuit.

Socij publicè. Cicero 5. de Finib. Serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòst vicinitatibus cum ciuibus & iis qui publicè socij atque amici sunt, deinde to-

tius complexũ generis humanæ.

¶Dicere publicé. Cic.5.Verr.Itaque quum Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens & domi nobilis,de calamitate aratorum, & de fuga & de reliquorum paucitate publicè diceret.

Dare causam publicé.Cic.5.Verr.Cui Senatus dederat publicè causam,vt mihi fratríque meo gratias ageret.

Dati ei sumptus publicé.Plinius de Viris illust. Id est ex ærario.

Gratulari sibi publicé. Plinius lib.5.epist.15,His ex causis vt illi, sic mihi gratulor,nec priuatim magis quàm publicè, quòd tandem hominem,&c.

Illac publicè itur. Vlpian.in l.1.D.Nequid in loco publico fiat.

Locantur publicè cibaria auseribus. Cic.pro Rosc.Amer.Hoc est ex publico aluntur.

Possidere bona publicè,Vide POSSIDEO.

Maximam publicè putant esse laudem, quàm latissimè à suis finibus vacare agros. Cæsar 4 bel.Gal.

Redimere publicé.Cic.7.Verr Quem ab illis prædonibus Locrenses postea publicè redemerunt. Id est,sumptibus publicis

Scribere publicé.Cic.Attico,lib.16.Publicè tamen scripsi,si vti vellet iis Valerius,aut mihi nomina mitteret.

Publicè & priuatim oneri esse. Cic.3 Verr.Neque meus aduentus labori aut sumptui,neque publicè,neque priuatim fuit. Id est neque meis amicis,neque prouinciæ,aut vrbi.

Valere publicé. Tacit.lib.12,Publicè valebant.

Venire publicè,Palám. Cic.1.Verr.Cuncti ad me publicè sæpe venerunt, vt suarum fortunarum omnium causam defensionémque susciperem.

Venire publicè,& Priuatim, contraria. Cic.4.Verr.Primúmque,publicè primúmque venerunt.

Publicitus, pen.corr.Aduerbium {δημοσίως} Idem quod publicé. Terent.Phorm.5 8.

Nónne hoc publicitus scelus hinc deportarier

In solas terras? Vbi Donatus, Publicitus, publica cura & consilio. Gell l.b.6 cap.14. Plaut.Amphit.4.8,

Hospitio publicitus accipiar. Id est carcere publico.

Publicius, Adiectiuum {πουβλίκιος.} vt

Iter publicium. Ouid 5 Fast.

Ædiles publicij.Ouid.5.Fast.

Publipor,pen.corr.publiporis, pen. corr. {πουβλίου τοῦς} Publij puer siue seruus Vide MARCIPOR. Alexander Alexandrinus, cum in ea re plus fidei habendũ est,quàm Budæo, aliquin admirabilis ingenij nostrati Gallo, Publipores, Marcipores,&c. huiusmodi fuisse testatur lib.5. cap.4 Cúmque mancipiis & seruis (inquit) nullum cognomen, aut prænomen vereres impertirent, solóque appellarẽt nomine: si quando tamen manu emissi libertatem meruissent, vt inter seruilem personam & liberam discrimen nominis foret, quũ illis ordo, honos & locus accesserit, prænomina patronorum ac disciplina & cultu Romano essent educati, sæpissime sibi arrogarunt Marcipores, Lucipores,Publipores. à Marco,Lucio, & Publio, multi seruitute exẽpti, nuncupat sunt. Vide in Quintipor ex Festo.

PVBLIVS & Laberius {πόπλιος καὶ λάβειρος} poetæ mimorum, Iulij Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberij maledicẽtia,simul & arrogãtia Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius genere Syrus fuit,conditione seruus: puer enim & forma & ingenio a Domitio manumitti & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris,vbi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Authores Gellius & Macrobius. Plin.lib.8 cap.51.

Publius item,prænomen eius qui populo gratus fuit.

Publij, qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent: alij omnis causa,ex pube. Probus in Epitome.

PVCINVM, pen.prod. {πούκινον.} Ptolemæo lib.3. cap.1, Oppidum est Histriæ in mediterraneis.

Pucinum, castellum in Venetia decima regione Italiæ, in Carnorum agro,nobilitatum ob vina elegantia quæ ibidem nascũtur. Plin. lib.3.cap.18.

Pucinum vinum {πουκινὸς οἶνος} ab oppido Pucino in quo nascitur. Plin.lib.14.cap.6, de vinis generosis,Iulia, inquit, Augusta LXXXII annos viæ Pucino retulit acceptos, non alio vsa. Gignitur in sinu Adriatici maris,non procul à Timauo fonte, saxeo colle, maritimo affluru paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse credíderim quod Græci celebrantes miris laudibus pyctanon appellauerunt ex Adriatico sinu.

Pudeo,pudes.pudui,puditum,pen.corr. {αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, ἐμπυρτάω} pudẽre. Ferè semper in tertiis tantùm personis legitur. Plautus Casina,3,

Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo fumus ambo. Donatus.Pudere,est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum malo,damnóque.

Cum accusatiuo. Lucan.lib.8,

-semper metuit,quem sæua pudebunt. Terent.Adelph 4,

Non te hæc pudent?

¶Impersonale sæpius legitur,vt dictum est: Aliquando cum infinitiuo,& subaud.tur accusatiuus ME vel TE: interdum etiam effertur. Terent.Heaut.5.4. -pudet

Dicere hæc præsente verbum turpe.

Non me hoc iam dicere pudebit. Cic.Qu.frat.lib.1.1.

¶Cum accusatiuo. Terent.Adelph.1.2,

-quem neque pudet

Quicquam,neque metuit quenquam.

Quem non pudet,hunc pœna dignum puto. Cic.1.de Orat.

Me autem quid pudeat? qui,&c. Cic.pro Archia.

Me pudet quòd,vel quia. Plautus Capt.5.

¶Cum genitiuo. Terent.Heaut.2.3,

Cuius nunc pudet me & miseret, qui harum mores cantabat mihi. Cic. 2. Verr. Quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat.

Crasse pudet me tui. Cic.in Pison.

Cuius eos non pudere miror. Cic.10.Philipp.

Non te huiusce modi criminis maxime eius pudet? Cic.7.Verr.

Pudet incœpti.Stat.3.Theb.

Pudet tanti mali. Horat.Epod.11.

Patris mei meũm factũm pudet, Pro meorum factorum. Cicero in Orat.

Sceleris pudet. Horat.1.Carm.ode 35.

¶Piget,minus quàm Pudet. Cic.pro Domo sua, Me non solùm piget stultitiæ meæ,sed etiam pudet.

¶Púditum esset. Cic. pro L.Flacco, Nónne esset puditum si hanc causam agerent seuerè,&c.

¶Puditurum esset. Plin.lib.36.cap.15,Quum pudereat viuos,tanquã puditurum esset extinctos.

¶Non enim pudendo,sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus.Cic.1.de Orat.

Induci ad pudendum. Cic.de Claris Orat.

Pudens {αἰδήμων} Participium, siue Nomen ex participio. Cicero 5. Verr Metelli est filius in prouincia: non puer, sed adolescens bonus ac pudens.

Pecudans,& Pudens,contraria. Ouid.1.de Arte.

Pudens animus. Terent.Heaut.1.1.

Hominem pudentem & officiosum cognosces,& dignum qui à te diligatur. Cic.ad Sulpitium,lib.13.22.

Risus pudens & liberalis. Author ad Herennium,lib.3.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum,nihil pudẽs,nihil pudicum. Cic.3.Philipp.

Pudentissimus. Cic.pro Cluentio,Homines totius ignari negotij, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, & hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur? Vetus codex habet prudentissimum.

Pudentissimus atque optimus vir. Cic.pro Flacco.

Pudentissima lectissimáque fœmina. Cic.3.Verr.

Pudenter,Aduerbium {αἰδημόνως} Cum verecundia,vel verecundè: cui contrarium Impudenter. Cic.pro Quintio, Quem nunc interficere nefariè cupis,eum tum pudenter appellare nolebas?

Appellare aliquem pudenter. Cic.pro Plancio.

Rogare aliquem parum pudenter. Cic.Gallo,lib.7.28.

Sumere pudenter aliquid. Horat.1.ep.ist.18.

Licentia sumpta pudenter. Horat.de Arte.

Viuere pudenter.Cic.in Vatinium.

Pudendus,Adiectiuum {αἰδῖος,αἰσχυντός.} Plin.lib.17.cap.12,Illam inscitiam pudendam esse conueniet.

Amor pudendus. Ouid.epist.5.

Causa pudenda tua est. Ouid.epist.5.

Lucra. Ouid 3.de Arte.

Luxus. Tacit.lib.3.

Strages. Claud.de bello Getico.

Vita. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.

Vulnera. Virg.11.Æneid.& lib.12.

Vt iam pudendum sit,honestiora esse legionum decreta quàm Senatus. Cic.5.Philipp.

Dictu pudenda. Quintil.lib.1.cap.2.

Multa pudenda pati. Ouid.2. Trist.

Pudibundus {αἰσχυντηλός} Aliud adiectiuum, Idem quod Pudens. Plin. lib.10.cap.20,Idem cauda annuis vicibus amissa cũ foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. De pauonibus. Colum.lib.10.

Amplexus pudibundi. Claud.3.de rapt.Proserp.

Dies pudibunda exoritur, Purpurea. Stat.5.Thebaid. Descriptio Auroræ.

Matrona Horat.de Arte.

Ora. Ouid 2.Fast.

Pars pudibunda nostri, Genitalia membra. Ouid.3.Amor.eleg.6.

Pudefio,penult.prod.pudefis,pen.indiff. {αἰσχύνομαι} pudefieri,à Pudefacio fit. Gell.l.b.15.cap.17, Traditas sibi tabias quum ad os adhibuisset, inflasséque,pudefactus oris deformitate abiecit,infregíque. De Alcibiade.

Pudicus, penult.prod.Adiectiuum {σώφρων, σπουδαῖος, πάντως} Notæ significationis: vt Pudicum ingenium Pamphili,apud Terentium in Hecyra,1.2.

Pudicus à,Vide A.

Amicitia pudica.Stat.2.Sylu.2.

Animus. Ouid.epist.7.

Aures. Senec.Hippol.8.

Coniuges. Horat.4.Carm.ode 9.

Crines. Ouid.3.de Ponto,eleg.3.

Fidem pudicam sollicitare donis. Ouid.7.Metam.

Fraus. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Frons. Claud.8.Paneg.

Iuuenis. Senec.Hipp.12,

Miles. Cic.in epist.ad Octauium,Audiet C.Marius impudico domino parère nos,qui ne militem habere voluit nisi pudicum:

Mores. Ouid.3.Trist.eleg 7.

Mulier. Horat.Epod.2.

Nupta. Ouid 2.Fast.

Preces.Ouid.epist.1.

Thalamos violare pudicos. Ouid.1.Amor.eleg.8.

Vota. Ouid.epist.9.

Pudicus, Qui alienam libidinem non est perpessus, qui muliebria non est passus: Impudicus contrà, qui alienæ libidini obtemperauit,siue mas sit,siue fœmina. Notum est maledictũ illud in nescio quem,auersus & aduersus impudicus es. quo arguebatur ille τοῦ φυσικοῦ καὶ φύσει quid est parte postica,& ea, quæ totius corporis dignissima est, alterius libidinem pertulisse. Esse autem hanc pudici & impudici apud Latinos significationem, testimonio mihi erit Plaut. Amphitr.

Amphitryone,

Ego tibi istam hodie, sceleste, comprimam linguam. A.Haud potes. bene pudicéque custoditur. Horatius Satyra 5.lib.1,

-quid multa? pudicum,

Qui primus virtutis honos, seruauit ab omni

Non solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi. Vide plura apud Lambinum in Horatium.

¶Pudicus, Nonnũquam pro eo qui alterius pudicitiã non violat: & qui alterum non efficit impudicum. Hoc sensu accipiendum est quod ab Horatio de Hippolyto dicitur,quum ait 4.Carm.ode 7,

Inferius neque enim tenebris Diana pudicum

Liberat Hippolytum.

¶Pudicior,Comparatiuum.Ouid.in Ibin,

Nec tibi contingat matrona pudicior illa,&c.

Pudicè,pen.prod.Aduerbium {σωφρόνως.} vt

Actum pudicè omne æuum.Ouid.ad Liuiam,9.

Pudicius, Aduerbium comparandi {σωφρονεστέρως.} Plin.lib.4. epist. 78, Vbi enim iucundius morarentur,quàm in patria: aut pudicius continerentur,quàm sub oculis parentum,&c.

Pudicitia,pudicitiæ {τὸ σώφρον,σωφροσύνη.} Plin.lib.17. cap.25,A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis author tradidit.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.Ouid.epist.15.

Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia.Tacit.lib.4.

Inuiolata.Ouid.ad Liuiam,9, -nulla reparabilis arte

Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Obstinata,Vide OBSTINO.

Prostrata.Sueton.in Tiber.cap.35.

Publicata pudicitia,Id est prostituta. Tacitus lib.de Moribus Germanorum,vbi de animaduersione in adulteros loquitur.

¶Attentatur pudicitia,Vide ATTENTO.

Colere pudicitiam,Vide COLO.

Eripere pudicitiam alicui. Cic.pro Mil.

Imminuere pudicitiam virginis,Vide IMMINVO.

Non parcere suæ nec alienæ pudicitiæ.Cic.pro C.Rabirio.

Parcat iuuentus pudicitiæ suæ ne spoliet alienam. Cic.pro Cælio.

¶Pudicitia,religiosa munditia,ac puritas.Virg.2.Georgicorum,

Casta pudicitiam seruat domus.

PVDICITIAM,pro dea coluerunt Romani. Festus, Plebeiæ Pudicitiæ facellum in vico longo est.Liuius lib.10.

Pudor,pudoris, pen.prod. {αἰδώς,αἰσχύνη} Dicitur ob aliquam rem sordidam timor,vt ait Sipontinus. Cic.pro Cluentio,Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia,non pietas reuocaret.

Claustra pudoris & reuerentiæ refracta. Plin.iunior lib.2.epist.14. ad Maximum.

Insigne pudoris. Ouid.1.de Arte.

Pudoris naufragium. Firmic.lib.6.cap.12.

Pudoris significatio.Cic.2.de Orat.

Plena pudoris libertas Ouid.ad Pison.

Moderator cupiditatis pudor.Cic.2.de Finib.

Paupertatis pudor & fuga.Horat.1.epist.19.

Famæ pudor.Cic.de Prouinc.Consul.

Pudor patris,Reuerentia.Terent.And.1.5.

¶Pudor etiam,pro Scelere,& probro, vel dedecore sumitur, quia sunt pudoris causa. Ouid.epist.11, Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem.

¶Æger pudor.Valer.7.Argon.

Afflictus.Stat.11.Thebaid.

Castus.Ouid.1.de Arte.

Dirus.Senec.Herc.OEtæo,9.

Famosus.Ouid.3.Amor.eleg.5.

Fœdus.Ouid.3.de Arte.

Infans.Horat.1.Serm.satyr.6.

Ingenuus.Iuuen.satyr.11.

Pudor malus,Id est vitiosus.Δυσπάθεια Græci vocant,de quo scripsit Plutarchus libellum vtilissimum.Horatius satyra 3.lib.2,

-pudor te malus vrget,

Insanos qui inter vereare insanus haberi. Annotauit Lambinus.

Miser.Ouid.epist.9.

Profugus.Ouid.epist.4.

Proiectus.Ouid.6.Metam.

Pulcher.Claud.5.Paneg.

Rigidus.Claud.8.Paneg.

Sanctus.Tibul.lib.1.eleg.3.

Tener.Ouid.epist.2.

Timidus.Ouid.1.Amor.eleg.5.

Turpis.Ouid.11.Metam.

Verecundus.Ouid.2.de Arte.

Virginei pudoris flos intemeratus.Ouid.14.Metam.

¶Nominibus adest pudor,Id est Nomina sunt turpia. Ouidius 2. Tristium.

Ingens pudor æstuat in imo corde.Virg.11.Æneid.

Afferre pudorem.Ouid.3.Trist.eleg 6.

Affici pudore,Vide AFFICIO.

Atterere pudorem alicuius,Vide ATTERO.

Auferre pudorem virgini.Ouid.6.Metam.

Celat vlcera malus pudor.Horat.lib.1.epist.17.

Cessit pudor.Ouid.10.Metam.

Non vnquam reuocabilis pudor ab ore cessit.Valer.7.Argon.

Coactus pudore, Vide COGO.

Colere pudorem,Vide COLO.

Confusa pudore.Ouid.epist.20.

Rubor pudorem consequitur.Cic.4.Tusc.

Confulere pudori, Vide CONSVLO.

Custodire pudorem.Quintil.lib.1.cap.2.

Decet ora pudor.Ouid.5.Amor.eleg.8.

Defendere pudorem pudicitiámque.Cic.de Aruſp.resp.

Tristi pudore deiecta oculos.Valer.2.Argon.

Vultus deiecti pudore.Seneca Troade,12.

Depositus.Horat.1.epist.9.

Explicare pudorem.Quintil.lib.6.cap.3.

Extinctus.Virg.4.Æneid.

Tristia cum magno damna pudore tuli.Ouid.3.Amor.eleg.6.

Formare pudorem.Quintil.lib.1.cap.2.

Fugit ab ore pudor.Ouid.2.Trist.

Fugiens ex vrbe.Iuuen.satyra 11.

Habere pudorem.Stat.10.Thebaid.

Imponere plagiario pudorem,Vide IMPONO.

Tum pudor incendit vires,& conscia virtus.Virg.5.Æneid.

Incutere pudorem alicui.Horat.1.epist.19.

Intrat pudor aliquem.Tacit.lib.1.

Temperies iusta misceat pudorem.Claud.de Nupt.Honorij.

Miscendus est amori pudor.Ouid.epist.4.

Mordet pudor.Quintil.lib.6.cap.4.

Notat ora pudor.Ouid 3.Amor.eleg.5.

Nundinarus. Firmic.lib.6.cap.31. Ibidem sub finem, Quæstus & libidinis causa,pudorem suum etiam duobus fratribus nundinabit.

Digna pudore obiicere alicui.Ouid.13.Metam.

Obsequi pudori, Vide OBSEQVOR.

Pudor,qui ornat ætatem.Cic.pro Roscio Amer.

Quantum illius ætatis patiebatur pudor.Cic.2.de Orat.

Prostituti pudoris scelerata commercia.Firmic. lib.6.cap.12.& 17.

Prostituti pudoris meretrix.Firmic lib.6.cap.31.

Pulsus.Ouid.6.Metam.

Pensare pudorem necc.Ouid.epist.2.

Periit pudor,Vide PEREO.

Ponere pudorem.Stat.10.Thebaid.

Postposito pudore referre aliquid.Ouid.3.Amor.eleg.1.

Rapere pudorem puellæ.Ouid.1.Metam.

Refugere pudore à dicendo.Cic.2.de Orat.

Relictus.Stat.3.Thebaid.

Reprimere cupiditatem pudore. Senec.de Benef.lib.2.cap.7.

Sollicitare tenerum pudorem.Claud.1.de raptu Proserp.

Soluere pudorem.Virg.4.Æneid.

Suggillare pudorem alicuius,Vlpian.in l.Sed si hac lege §.Prætor ait.D.De in ius vocan.

Pudori esse res dicitur, quæ verecundari nos cogit, quia dedecus aliquod afferat. Liu 4.bell.Maced. Amicitiam Romanos Antiochum petere: sed quæ impetrata,gloriæ sibi, non pudori sit. Gloriam his pudori opponit.

Pudor est mihi dicere.Ouid.1.de Remed.amor.

Pudor est vlteriora loqui.Ouid.5.Fast.

Pudor est referre promissa precésque,&c.Ouid.14.Metam.

Suscipere pudorem alicuius.Vide Suscipere famam,in FAMA.

Tegere pudorem.Lucan.lib.2.

Tener ora pudor.Ouid.9.Metam.

Tines transire pudoris.Ouid.epist.16.

Vexare pudorem.Lucret.lib.3.

Victus amore pudor.Ouid.3.Amor.eleg.9.

Puer,pueri,pen.corr.masc.gen. {παῖς, παῖδος.} Paulus de Verb.significat. Puer. Pueri appellatio tres significationes habet:Vnam quum omnes seruos,pueros appellaremus: alteram, quum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, quum ætatem puerilem demonstraremus.Virg.1.Æneidos,

At puer Ascanius.

Improuida ætas puerorum.Lucret.lib.1.

Centum artium. Horat.4.Carm.ode 1. Hoc est multarum artium.

Acron.

Puer duri oris & audax.Ouid.5.Metam.

¶Adulti.Quintil.lib.2.cap.2.

Æternus.Ouid.4.Metam.De Baccho.

Cæsar.Cic.Bruto,3,Cæsaris pueri mirifica indoles.

Casti.Horat.in Carm.secul.

Consuerus,Vide CONSVESCO.

Dulcis.Catull.de Acme,epigr.42.

Egregius.Stat.3.Sylu.4.

Ferox.Claud.de Nupt.Honorij.

Feruidus puer,Amor.Horat.1.Carm.ode 30.

Formosus.Virg.2.eclog.

Gracilis puer.Horat.1.Carm.ode 5.

Immaturus.Iustinus lib.1.de Nino iuniore.Id est nondum idoneus regno gubernando.

Improbus.Virg 8.eclog.

Infantium puerorum incunabula.Cic.pro Rosc.Amer.

Ingenuus.Horat.3.Carm.ode 24.

Integri pueri,Incorrupti,casti.Catul.in Carm.secul.

Lasciui.Horat.1.Serm.satyr.3.

Magnanimus.Pers.satyr 6.

Magni pueri, Diuites, ex magna familia nati. Horatius 1. Serm. satyra 6.

Meritorius,Vide MEREO.

Molles.Horat.Epod.11.

Nescij fari.Horat.4.Carm.ode 6.

Orti pueri magnis è Centurionibus.Horat.1.Serm.satyr.6.

Parui.Horat.1.epist.7.

Præstantes.Claud.2.de rap.Proserp.

Pulcher.Horat.1.epist.19.

Regij pueri,apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi.Liu.5.Decad.lib.5.

Robustus acri militia puer.Horat.3.Carm.ode 2.

Teneri.Celsi lib.2.cap.1.

Teres.Horat.Epod.11.

Trux puer, Achilles. Senec. Troade. 9.
¶Creandis pueris beata vxor. Horat. 2. epist. 2.
Deerrat à patre puer, Vide DEERRO.
Florent vrbes pueris. Lucret. lib. 1.
Inclamatus à puero, Vide INCLAMO.
Periclitari pueros & experiri, Vide PERICLITOR.
Vagit puer. Ouid. 10. Metam.
Puer, Græcorum more pro filio. nam παῖς significat filium & puerum. Horat. de Arte,
Nec pueros coram populo Medea trucider. Sic 1. Carm. ode 12,
Dicam & Alciden, puerósque Ledæ, &c. & aliis pluribus in locis. Lambinus.
¶A puero. & A pueris, A puero paruulo, & A puero pusillo, Vide A præpositionem.
Vt primum ex pueris excessit Archias. Cic. pro Archia.
¶Puer, seruus Terent. And. 2. 2,
Certa res est, etiam puerum inde abiens conueni Chremis.
Eo die pueri tui mihi à re literas reddiderunt, & alij pueri post dié tertium eius diei literas alias attulerunt. Cic. Att. lib. 3.
Puer & ancilla. Varr. Eudæmonib. Vix vulgus cõfuit, non furiarũ, sed puerorum atque ancillarum. Nonius.

Puerus, pueri, pen. corr. { παῖδος } etiam declinatur antiqué. Plaut. Merc.
Tu puere abi hinc intrò ocyus.

Puera, pueræ, pen. corr. { παιδίσκη, κοράσιον } Id est puella. Varro, Properate viuere pueræ, quas finit ætatula ludere & amare, & Veneris tenere leges. Nonius.

Puerpera, puerperæ, pen. corr. { λεχὼ } Mulier quæ recens peperit. Terent. Adelph. 5. 7, -multo rectius est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Ægrotam. Plin. lib 7. cap. 4.

Puerporus, pen. corr. Adiect. { λεχῶδες } vt
Verba puerpera. Ouid. 10. Metam.

Puerperium, puerperij { λοχεία } Tempus quo puerpera ex dolore partus recumbit, vel etiam tempus ipsum quo parit mulier. Plin. lib. 28. cap. 8, Lingua adalligata, pericula puerperij tolli. Sic Columel. lib. 3. capite 21.
Cubare puerperio, Vide CVBRO.
Puerperium, Proles ipsa. Gell. lib. 10. cap. 2, Diuo Augusto imperante, ancillam Cæsaris Augusti in agro Laurẽte peperisse quinque pueros dicunt, eósque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum non multo pòst, quàm peperit, mortuam: monumentúmque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse constat numerum puerperij eius. Plin. lib. 18. cap. 29, Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 15, Vno abortu duodecim puerperia egesta.
Cruda puerperia. Stat. 4. Thebaid.

Puerulus, pueruli, pen. corr. m. g. { παιδάριον } Diminutiuum à puerus. Cic. in Topic. Adiungitur enim vt secundum seruorum, secundum exulum, secundú puerulorũ tabulas possessio videatur ex edicto dari.

Puerilis, & hoc puerile, penultima prod. { παιδικὸς, παιδαριώδης } Quod est pueri, vel quod puerorum proprium esse solet. Terentius Phormione, 5 8,
Quid vos, malùm, ergo me sic iudificamini,
Ineptæ vestra puerili sententia?
Acta puerilia. Stat 5. Thebaid.
Ætas. Cic. pro Archia, Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.
Aginen. Virg. 5. Æneid.
Anni. Ouid. 2. Metam.
Blanditiæ. Ouid. 6 Metam.
Carmina Fauni Stat. 1. Achil.
Consilium. Cic. ad Att. lib. 14, Acta illa res est animo virili, consilio puerili.
Decus. Claud. 7. Paneg.
Delectatio. Cic. 1. de Finib.
Facies. Ouid. 7. Metam.
Flos. Claud. 1. in Eutrop.
Imago. Propert. lib. 2. eleg. 23.
Infirmitas. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Regnum Liu. 1. ab Vrbe.
Specie puerili dicitur visus. Cic. 2. de Diuin.
Puerile est, Inconsultũ & vanum. Cic. 3. de Fin. Istiusmodi autẽ res dicere ornatè velle, puerile est: planè autem & perspicuè expedire posse, docti & intelligentis viri.

Puerilitas, pen. corr. puerilitatis, fœmin. generis { τὸ παιδαριῶδες } Actus puerilis. Seneca epist. 4, Adhuc non pueritia in nobis, sed, quod grauius est, puerilitas remanet: & hoc quidem peius est, quòd authoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantùm, sed infantium.
Puerilitas, Pueritia. Varro de Liberis educandis, Velim me hercules, inquit, ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.

Puerliter, penult. prod. Aduerbium { παιδαριωδῶς } More puerorum. Cic. 1. de Finibus, Quæ quum res tota ficta sit puerliter, tum ne efficit quod vult.
Puerliter blandiri. Liu. 1. bel. Pun.
Puerliter facere. Cic. 4. Acad.
Puerliter confectari aliquid. Cic. 4. Acad.

Pueritia, pueritiæ { παῖδος ἡλικία } Ætas puerilis. Cic. 3 Verr. Si in puericia non his artibus & disciplinis institutus eras.
A puericia legimus & discimus. Cic. 2. Tusc.
Qui me à puericia sua semper obseruauit. Cic. Licinio, lib. 5. 8.
Ornamentum puericiæ. Cic. 3. Verr.
Extrema puericia. Cic. pro Lege Manilia, Qui extrema puericia mi les fuit summi Imperatoris.
Adolescit puericia. Tacit. lib. 12.
¶Puericia, Puritas. Varro, Ea erat matronæ simplicitas & puericia & honestas.

Puellus, puelli, Diminutiuum à Puer { παιδίσκιον } Lucilius, Cúmque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus. Ennius, Pœni soliti suos sacrificare puellos. Paul.

Puella, puellæ { κοράσιον } Diminutiuum à puera. Cic. Attic. lib. 1. 3. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi potest. Virgilius 1. Georgicorum,
Ferte simul, Faunique pedem, Dryadésque puellæ.
Idoneus puellis. Horat. 3. Carm. ode 26.
Turba puellarum si mea verba colit. Propert. lib. 1. eleg. 2.
Verba puellarum foliis leuiora caducis. Ouidius 2. Amor. elegia 16.
Bella. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Blanda. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Candida. Horat. Epod. 11.
Casta. Ouid 2. Metam.
Compta longas comas. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Delicatior hœdo. Catul. ad Coloniam, epigr. 17.
Diues. Horat. 4. Carm. ode 11.
Sunt tamen & doctæ ratissima turba puellæ. Ouid. 2. de Arte.
Flaua. Iuuenal. satyr. 6.
Formosa. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Aut non formosa est, aut non bene culta puella. Ouid. 3. Amor, eleg. 6.
Infans. Horat. 2. epist. 1.
Ingenua. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Innupta. Virg. 2. Æneid.
Lacteola. Catul. in Camerium, epigr. 51.
Lasciua. Virg 4 eclog.
Sapiens. Ouid. 10. Metam.
Scelerata. Ouid. 1. de Remed. amor.
Tenera. Ouid. 14 epist.
Vaga. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Verecunda. Ouid. 1. Amor. eleg 1.
Flore viridissimo Catul. ad Coloniam, epigr. 17.
¶Duræ puellæ blanditi precibus. Ouid. 2. de Arte.
Candida me capiet, capiet me flaua puella. Ouidius 2. Amor. elegia 4.
Placidam exorare. Ouid. 1. de Arte.
Experta virum. Horat 3. Carm. ode 14.
Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ. Ouid. 1. de Arte.
Nónne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ? Ouidius 1. Amor. elegia 7.
Laborantes vtero puellæ, Prægnantes. Horat. 3. Carm. ode. 22.
Misereri dignæ puellæ. Ouid. epist. 5.
Nata puella magno patre. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
¶Puella etiam dicitur, quæ matrimonio iuncta est. Scæuola in l. Vxorem 5. testamento. D. De legat. 3, Postea marito defuncto puella dore recepta, nupsit alij. Rursus ibidem paulo póst. Ouid. in fine epistolæ Penelopes,
Certè ego quæ fueram te discedente puella,
Protinus vt redeas, facta videbor anus. Idem lib. 2. Fastorum,
Dum tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ. Id est, Dum fiunt feralia, vos nuptæ cessate à concubitu, quasi viduæ, & illis diebus à viris diuisæ.

Puellula, pen. corr. { πόρτον, κοράσιον } Alterum diminutiuum. Catullus in Epithal. Iul. 56,
Floridam ipse puellulam
Matris è gremio suæ Dedis.
Socij puellularum. Catul. in Mamurram, epigr. 53.

Puellaris, & hoc puellare, penultima producta { κορασιώδης, κορικὸς } Quod puellarum proprium est, vel quod puellarum est. Quintilianus in Procem. lib. 6, de vxore defuncta, Tum ætate ea puellari, præsertim meæ comparata. Apud Plinium libro 10. cap. 55, Puellare augurium.
Ætas puellaris. Quintil. in Procem. lib. 6.
Animi Ouid. 4. Fast.
Anni. Claud. de laudibus Serenæ, 22.
Furor. Seneca Medea, 12.

Puellariter, pen. corr. Aduerb. { κορικῶς } Plin. epistol. 163, Dum se prægnantem puellariter nescit, ac per hoc, &c.

Puellasco, puellascis { παιδίσκομαι } puellascere, Effœminari. Pacuius,
Puellascunt lasciuia adulescentes.
Puellascere, Reflorere, & quasi ad puellarem ætatem redire. Varro Lais, Quòd non solùm innubæ fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt.

Puellatorius, a, um, Quod est puellarum, aut simile huic rei, quam faciunt puellæ. Tibiæ puellatoriæ, quæ sonum puellarem mittunt, id est clariorem. Alexander Alexand. lib. 4. cap. 2.

Puellitari verbum, vt multa alia, Laberius finxit, de iis agens qui cum vetulis rem habent, quarum naturam cugium canum vocauit. Quẽnam mens, inquit, quæ deliritas vos suppolitores facit cum cano eugio puellitari?

Pugil, pugilis, communis generis { πύκτης, πύγμαχος, ἀγωνιστὴς } A pugna, dicitur, vt ait Donatus: vel à Pugno: Qui vel quæ pugnandi artem nouit. Terent. Eunuch. 2. 3,
Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt. Cicero de Clar. Orat. Pugiles inexercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt.
Pugiles etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis cestibus ingemiscunt Cic. 2. Tusculo.
Inexercitati. Cic. de Clar. Orat.

Pugilatio, Denominatiuum { πυγμαχία } Pugilum exercitatio. Cic. 2. de Legibus, Iam ludi publici quoniam sunt cauea circóque diuisi, sunt corporũ certationes cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisque equorum.

Pugilatus, pen. prod. huius pugilatus, pugilatui, in m. g. { πυγμὴ } Pugilum ludus. Plaut. Capt. 13,
Hic homo pugilatum incipit. Idem Bacch. 8.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo se exercebant magis, quàm scorto, aut fauiis.

Pugilicè, pen. corr. Aduerb. { πυκτικῶς } Firmiter, valenter, quemadmodum pugiles solent. Plautus Epid. 2,
Quid, herilis noster filius valet? T. pugilicè, atque athleticé.

Pugillaris, Pugillus, Vide PVGNVS.

Pugio, pugionis, m. gen. { ἐγχειρίδιον } Genus teli, à pugno dictus, quòd facile prehenditur, vel quòd eo præsentius pugnetur. Festus, Pugio dictus est, quòd eo punctim pugnatur. Nonius, Pugio, est gladius breuis. Saluſt. Histor. lib. 3, At Oppius postquam orans nihil proficiebat, & timidè veste tectum pugionem expedire conatus, à Cotta, Vulsciónque impeditur. Martial. lib. 14. 33.
A pugione, Vide A vel AB præpositiones.
Stillans pugio. Cic. 2. Philip. Qui stillantem præ se pugionẽ tulit.
Exolutum à latere pugionem, velut ius necis, vitæque ciuium, red debat. Tacit. lib. 19. De Cæcilio Simplici.
Pugionem plumbeum vocat Cicero inualidum argumentum, lib. 4. de Finib. O plumbeum pugionem.

Pugiunculus, pugiunculi, penul. corr. { ἐγχειριδίσκος } Diminutiuum. Cicero Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat. Idem in Orat. In iis quibus vt pugiunculis vti oporter, breuitas facit ipsa liberiores pedes.

Pugna, pugnæ { μάχη, μάχαιρα, δῃότης, ὕβρις, χάρμη, φύλοπις } Lucta vel prælium. A pugno dicta est. Veteres enim, inquit Donatus, ante vsum ferri & armorum, pugnis & calcibus, & morsibus, corporúmque luctatione certabant.
Arena sparsa ad pugnam. Virg. 3. Georg.
Amor pugnæ. Horat. 4. Carm. ode 4.
Certamen. Ouid. 12. Metam.
Euentus. Virg. 8. Æneid.
Incerti exitus pugnarum, Marsique communis. Cic. pro Milone.
Facies pugnæ. Tacit. lib. 18.
Fortuna pugnæ anceps. Virg. 4. Æneid.
¶Ardens. Virg. 3. Georg.
Auida. Silius lib. 12.
Cæca. Valer. 5. Argon.
Clara, Vide CLARVS.
Decertatoria. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Dura. Valer. 6. Argon.
Equestris. Silius lib. 13.
Forensis. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Impeditior, Vide IMPEDIO.
Inermis. Stat. 6. Thebaid.
Ingens. Virg. 2. Æneid.
Iniqua, Vide INIQVVS.
Lenta, Vide LENTVS.
Magna pugna bis victi. Virg. 12. Æneid.
Mala Lacedæmoniorum in Leuctris. Cic. 2. de Diuin.
Nobilis. Senec. Herc. fur. 9.
Obnixa. Valer. 6. Argon.
Optata. Silius lib. 16.
Pedestris. Virg. 11. Æneid.
Pedestres naualésque pugnæ, Vide Pedestris in PES.
Sæua. Valer. 4. Argon.
Simplicior contra tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Pugna singularis Æneæ & Turni, Achillis & Hectoris. Macrob. lib. 5. Saturnal. lib. 2.
Tristis. Virg. 11. Æneid.
¶Miseras abrumpere. Valer. 3. Argon.
Absistere pugna, Vide ABSISTO.
Accingere se pugnæ. Virg. 11. Æneid.
Æquare pugnas. Virg. 5. Æneid.
Æquatæ. Silius lib. 4,
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ.
Viriles capere. Stat. 1. Sylu. 6.
Capessere pugnam manu. Tacit. lib. 12.
Ciere pugnam. Tacit. lib. 20, Suis quisque locis pugnam ciebant.
Committere. Cic. 3. in Catil. Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna quæ erat commissa, sedatur.
Committere pugnas sanguine. Stat. 6. Thebaid.
Committere cæstu. Virg. 5. Æneid.
Iniqua pugna congredi. Virg. 10. Æneid.
Conserere, Vide CONSERO.
Conseritur pugna. Valer. 6. Argon.
Conspirare, Vide CONSPIRO.
Constituere pugnæ diem. Cæs. 3. de bel. Gal.
Continere à pugna. Cæsar 4. de bel. Gal.
Cooiri in pugnam, Vide COORIOR.
Crudescit pugna, Vide CRVDVS.
Forti decernere pugna. Valer. 4. Argon.
Decertare pugna. Cæs. 3. de bell. Gal.
Infanas deposcere. Stat. 10. Thebaid.
Deposcite pugnam votis. Lucan. lib. 2.
Dirimere. Liuius de bel. Pun.
Pugnam dare. Terent.
Edere pugnas. Lucret. lib. 2.
Elicere ad pugnam. Liu. de bel. Pun.
Ereptus pugnæ Annibal. Silius lib. 17.
Euocare ad pugnam. Cæsar 5. de bel. Gal.
Excedere cunctos pugna. Virg. 5. Æneid.
Exire ad pugnam. Virg. 4. Georg.
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ. Virg. 7. Æneid.

Exrendere pugnam. Liu. de bel. Pun.
Extracta in posterum pugna. Tacit. lib. 4.
Facere pugnam. Tacit. lib. 3.
Facere pugnæ potestatem vel copiam, Liuius de bel. Pun.
Gerere pugnas innumeras. Claud. 3. Paneg.
Imponere finem pugnæ. Virg. 5. Æneid.
Inclinari pugnam. Liu. de bell. Pun.
Indipisci pugnam, Vide INDIPISCOR.
Inducere in pugnam equites, Vide INDVCO.
Indulgere pugnæ. Stat. 11. Thebaid.
Inire pugnam & prælium, Vide INEO inis.
Inire pugnam forensium certaminum. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Instaurare pugnam, Vide INSTAVRO.
Iterare pugnam. Liu. 6. ab Vrbe condita.
Lacessere pugnam. Lucan. lib. 3.
Lacessere ad pugnam, Vide LACESSO.
Laxare pugnam. Liu. de bel. Pun.
Arma mouent pugnam. Ouid. 3. Fast.
Obire pugnas lituo & hasta. Virg. 6. Æneid.
Parare membra pugnæ. Ouid. 9. Metam.
Pauere pugnam. Lucan. lib. 7.
Perpetrare. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Præbere pectora pugnæ. Ouid. 10. Metam.
Procedere ad pugnam. Liu. lib. 5. ab Vrbe.
Procurrere in pugnam. Liu. de bel. Pun.
Prohibere à pugna. Cæs. 4. de bel. Gal.
Quærere pugnæ locum. Saluſt. in Iugurtha.
Remittere pugnam. Saluſt. in Iugurth.
Restituere. Liu. 2. ab Vrbe condit.
Ruere in pugnam magno feruore. Silius lib. 15.
Subducere aliquem pugnæ. Virg. 10. Æneid.
Pugna est de peupere regno. Stat. 1. Thebaid.
Quanta pugna est doctissimorum hominum. Cic. 2. de Diuin.
Sumere pugnam. Silius lib. 8.
Aspera pugna surgit. Virg. 11. Æneid.
Venire ad pugnam. Horat. 1. Serm. satyr. 5.
Venit res ad pugnam. Cic. 7. Verr. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam venisset.
Venire in pugnas. Silius lib. 15.
Pugna vocet. Virg. 12. Æneid.
Versare pugnam in pectore. Lucan. lib. 7.
Pũctatoriolas leuis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histricimilitari. Festus.

Pugno, pugnas { μάχομαι, μάχαιραν σπαίρω, σπαραγμὸν ἐμποιῶ, δῄομαι, πάλλομαι } pugnare, Pugnam committere. De quacunque re dicitur de qua cõtrouersia est. Plaut. Amphit. 4,
Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximé.
Pugnare amori. Virg. 4. Æneidos,
-placitóne etiam pugnabis amori? Ac si diceret: Cõtempsisti eos qui displicebant: nunquid etiam placito amori repugnabis? Et est Græcum, Pugno tibi. Nam nos, Pugno tecum dicimus. Seruius. Alij legunt placido.
Noli pugnare duobus. Catullus.
Acriter pugnare. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Bene pugnare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Cautè pugnare. Ouid. epist. 13.
Pugnare bella. Horat. lib. 1. epist. ad Quinctium.
Pugnare pugnam. Plaut. Pseud. 7.
Pugnare prælia. Horat. 4. Carm. ode 9.
Acie directa. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Manu. Ouid. 13. Metam.
Odiis. Stat. 3. Thebaid.
Pugnare pugnis. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Viribus cum aliquo. Cic. ad Messenium, lib. 5. 21, Quauis tuta conditione pacé accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare.
¶Aduersus latrones canem pro domino pugnare accepimus. Plin. lib. 8. cap. 40.
Contra aliquem. Plin. lib. 8. cap. 7.
Contra naturam. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Pugnare cum. Cic. Att. lib. 7, Nisi fortè hæc illi tũ arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus.
Cum senectute, Id est aduersus senectutem. Plin. epist. 1. lib. 3.
De possessione hominis. Gel. lib. 12. c. 15. Terent. in Prolog. Heeyr.
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ex equo. Cic. 2. de Nat. deor. In nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt.
Ex causa pari pugnat vterque. Ouid. 5. Fast.
E muris. Plin. lib. 32. cap. 1.
In aliquem pugnare, Contra aliquem. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
In hostem. Liu. 8. ab Vrbe.
In frontem & latera. Tacit. in vita Agricolæ.
Inter se cornibus pugnant, Vide INTER.
Pugnare pro aliquo. Cic. pro Quintio, Omnésque pro P. Quintio pugnent. Id est defendant P. Quintium.
Pro causa iniqua. Ouid. epist. 19.
Pro commodo patriæ pugnare, cui opponitur Patriæ commoda oppugnare. Cic. 1. de Inuent.
¶Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. Cic. 2. Tusc. Id est contraria est oratio vitæ illorum.
Contra pugnare. Lucret. lib. 2, -tamen est in pectore nostro
Quiddam, quod contra pugnare, obstaréque possit.
Pugnare inter se. Quintil. lib. 3. cap. 10. Id est contraria esse.
Sententia mea pugnat secum. Horat. 1. epist. 1.
¶Pugnare aliquid, pro Cõtendere de re aliqua. Cic. 1. de Nat. deor. Illud video pugnare te, species vt quædam sit deorum, quæ nihil cõcreti habeat, &c.

Hic pugnes licet,non repugnabo.Cic.4.Acad.
Pugnant Stoici cum Peripateticis.Cic.2.de Finib.
Non magnopere pugnare, pro Non valde laborare. Cic.de Nat. deorum.
¶Pugnare , per translationẽ de rebus inanimatis. vt Pondera pugnant deducere deorsum,Id est contendunt.Lucret.lib.3,
-quanquam Pondera quantum in se est , deorsum deducere pugnent. Lambinus.
¶Pugnare, pro Conari.Ouid.1.de Remedio amoris,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Illud pugna,& enitere.Cic.Appio,lib.3.
¶Pugnaueris,Id est magnam rem feceris,inquit Donatus. Terentius Adelph.5.5, -& istam psaltriam
Vnà illuc mecum hinc abstraham. M.pugnauerit.
¶Pugnatur, Impersonale. Cæsar 4.bell.Gall. Quum ab hora ferè quarta vsque ad solis occasum pugnaretur.
Gladiis pugnatur acutis,Ouid.3.de Arte.
Quum malè pugnatum apud Caudium esset. Cic.3.Offic.
¶Libido præua pugnandi.Silius lib.7.
Superare pugnando.Ouid.9.Metam.
Vinci pugnando.Ouid.1.de Arte.
Arte pugnandum est.Quintil.lib.2.cap.17.
¶Hoc pugnatur,pro Hoc contenditur. Cic.pro Rosc.Amer.Hoc solum hoc tempore pugnatur , vt ad illam optimam præclarámque prædam damnatio Sexti Roscij,velut cumulus accedat.

Pugnans,pugnantis {μαχόμενος} Particip. siue Nomen ex participio,vt Domare pugnantem.Ouid.13.Metam.
Vincetur fœmina pugnans.Ouid.2.Fast.
Cum frigore pugnans.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.
Anima pugnans.Stat.3.Sylu.5.
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis Oscula. Tibull. lib.1.eleg.8.
Pugnantes sententiæ, Hoc est inter se contrariæ. Plin.epist.167. lib.8,ad Aristonem.
Pugnantia & contraria studia. Cic.1.de Finib. Atqui pugnantibus & contrariis studiis consilijsque semper vtẽs,nihil quieti videre, nihil tranquilli potest.
Venti pugnantes contra.Lucret.lib.6.
Loqui pugnantia.Cic.1.Tusc.ul.

Pugnatus,pen.prod. {μεμαχημένος} Participium. Salustius,Quæ negotia multo magis quàm prælium malè pugnatum à suis , regem terrebant.
Bella pugnata.Horat.3.Carm.ode 10. Et 1.epist.17,
Siquis bella tibi terra pugnata marique Dicat.
Bella pugnata in ordine.Virg.8.Æneid.
Pugnata summa contẽtione pugna. Cic.pro Mur.Cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est,& summa contentione pugnata.

Pugnax,pugnacis,pen.prod.omn.gen. {μάχιμος} Bellicosus. Plin.lib. 22.cap.21,Perdices & gallinaceos pugnatiores fieri putant, in cibum eorum additis.
In vitiis pugnax.Cælius Ciceroni,lib.8.13.
Pugnax contra. Cic.in Pisonem,Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem Pop.Rom.esse noluit.
Arma pugnantia.Ouid.2.Fast.
Centurio pugnax & lacertosus.Cic.8.Philip.
Vehemens & pugnax exordium dicendi.Cic.3.de Orat.Neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens & pugnax non sæpe esse debeat.
Fera.Ouid.5.Fast.
Hostes.Propert.lib.3.eleg.9.
Ignis aquæ.Ouid.1 Metam.Hoc est aquæ repugnans.
Mustum.Plin.lib.14.cap.20.
Pugnatior oratio. Cic.de Claris Orat.Sed & huius oratio in philosophiam translata pugnatior (vt ita dicam) videtur , & illorum in iudicia pacatior.
Pugnax oratio & contentiosa dicitur à Plinio lib.2.epist.19. Id est quæ est in genere iudiciali,& in qua opus est contra aduersarium vocem intendere.
Quid ferri duritia pugnacius?Plin.lib.36.cap.16.

Pugnacitas,penultima correp.pugnacitatis {τὸ μάχιμον} Pugnandi vis. Plinius libro 10.cap.33, Perdices capiũtur quoque pugnacitate eiusdem libidinis.

Pugnaciter,penult.corr. Aduerbium {μαχίμως} Pertinaciter,instanter. Cic.4.Acad. Sed nescio quomodo plerique errare malunt , eámque sententiam quam ad mauerunt, pugnacissimè defendere,quàm sine pertinacia quid constantissimè dicatur , exquirere. Quintil.lib.9. cap.4,Vbicunque acriter erit,& instanter, pugnacitérque dicẽdum, membratim cæsimque dicemus.

Pugnator,pen.prod.pugnatoris,Verbale {μαχητής.} Liu.4.bel.Punici, Deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat.
Pugnator gallus gallinaceus.Plin.lib.30.cap.15.

Pugnaculum,pugnaculi,pen.corr. {προμαχὼν} Locus vnde pugnatur. Plaut.Milit.6.Antiqua dictio.

Pugnus,pugni,m.gen. {σφαῖρ,κόνδυλος} A punctione,id est percussione dicitur,authore Festo. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna sit dictus,an ab illo pugna. Cic.in Orat.Nam quum compresserat digitos,pugnúmque fecerat,dialecticam aiebat eiusmodi esse. Hic clarissimè docet Cicero quid sit pugnus.
Pleni pugni sanguine.Iuuen.satyr.15.
¶Cædere Pugnis, Vide CAEDO.
Cæsus pugnis.Horat.1.Serm.satyr.2.
Confeindere aliquem pugnis & calcibus.Cic.5.Verr.
Contendere,vel certare pugnis,Cic.in Parad. Quoniã verbis contendimus inter nos,non pugnis.

Contundere aliquem pugnis,Vide CONTVNDO.
Facere pugnum , & pugnum arctè vehementérque comprimere. Cic.4.Acad.
Pugnos & plagas ferre.Cic.de Claris Orat. Pugiles inexercitati,etiamsi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt.
Fœdans pectora pugnis.Virg.11.Æneid.
Impingere pugnum, Vide IMPINGO.
Incursare aliquem pugnis,Vide Incurso in INCVRRO.
Ingerere pugnos in ventrem alicuius,Vide INGERO.
Obserere pugnos,Vide OBSERO.
Obtusus pugnis,Vide OBTVNDO.
Onerare pugnis,Vide Onero in ONVS.
Is mihi dũ resto,iuuenili guttura pugno Rupit.Ouid.3.Metam.
Victus pugno.Horat.3.Carm.ode 12.

Pugillus,pugilli,m.gen. {δρίμμα} Diminutiuum à Pugnus.

Pugillaris,& hoc pugillare,pen.prod. Adiect. {βραχεῖα} Quod pugillũ siue pugnum implere potest,Quantum pugnus potest continere.Iuuenal.satyr.11,
Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos,nec vellendas iam præbuit alas.

Pugillaris,pen. prod.masc.gen. vel hoc pugillare, siue pugillar {πτυκτίον} Substantiuum. Pugillares, tabellæ cereæ, vel alterius materiæ, in quibus stylo scribimus: dictæ quòd pugno comprehendantur. Vel à pungendo , quòd stylo in his pungendo scribatur. Plin.epist.129, Quin ergo pugillares fumis , & aliquid ex his, vel istud ipsum quod cœperas,scribis? Apul.lib.6,Dolebam me hercle, quòd pugillares & stylum non habebam,qui tam bellam fabellam pernotarem. Catull. de Acme,epigr.39,
Et negat mihi vestra redditurum
Pugillaria,si pati potestis. Ausonius Sectione 3,in notarium,
Biparens pugillar expedi. Plin.lib.13.cap.11,Pugillarium enim vsum fuisse etiam ante Troiana tempora inueni mus apud Homerum.

Pugillatorius,Adiect. {βρακτικὸς} Quod pugno percutitur. Plautus Rudente,18,
-extemplò hercle cho te follem pugillatorium
Faciam,& pendentem incursabo pugnis periurissume.
Follis pugillatorius,Pilæ genus,quod ex pelle fit, spiritúque inflatur,grossior cæteris: pugno redditur,non palma. Sipontinus.

Pulcher, pulchra, pulchrum {καλὸς, δυσειδὴς, δύμορφος, ἀρᾴος, ἀσύμμετρος.} Antiqui polcrum dixere , Quod non est deforme , sed formosum & decorum. Vnde pulchritudo. Cic.1.Offic.O puerum pulchrum Pericle. Idem pro Murena,Ne pulchrum se,ac beatum putaret.
Pulcher à pollendo dicitur,quòd polleat forma. Non igitur aspiratione scribenda dictio erat , nisi vsus vicisset , qui vix expugnari potest.
Pulcher bos appellatur , ad eximiam pinguitudinem perductus. Festus.
Nimis pulcher, Vide NIMIS.
Visus pulcher.Stat.5.Sylu.2.
¶Pulchrior,pulcherrimus,Comparatiuus & superlatiuus. Virg.9. Æneidos,
-quo pulchrior alter
Non fuit Æneadũm.
Vua quid potest esse tum fructu lætius,tum aspectu pulchrius?Cicero de Senect.
Iuuenum pulcherrimus.Ouid.4.Metam.
Pulcherrimus poetarum. Gellius lib.19.cap.8. Id est optimus & peritissimus.
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. Virgilius 3.Georgicorum.
¶Pulcher,Fortis.Virgil.7.Æneidos,
-fatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.
¶Cohors pulchra.Claud.2.de rap.Proserp.
Color.Lucret.lib.4.
Consilia pulcherrima.Virg.5.Æneid.
Cura pulcherrima dolori meo nata.Propert.lib.2.eleg.26.
Dies.Horat.1.Carm.ode 36.
Diuitiæ.Horat.2.Serm.satyr.3.
Dos.Plaut.Epid.4.
Facinus.Plaut.Menæch.4.
Genæ.Horat.4.Carm.ode 13,
Gens pulcherrima.Silius lib.13.
Ignis pulchrior.Horat.Epod.14,
Vteris ipse miser: quòd si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion,gaude sorte tua. Id est, inquit Porphyrio, Si non fuit Helena speciosior Terentia scilicet amica tua , iucunda hæc miseria est. Amor,ignis solet dici.
Liber pulcher.Plin.epist.151.
Libertas.Virg.6.Æneid.
Materia. Plinius epistol.190 , Occiso Domitiano statui mecum ac deliberaui esse magnam pulchrámque materiam insectandi nocentes.
Mors.Virg.4.Georg.Id est glorioſa. Seruius.
Nympha pulcherrima forma.Virg.1.Æneid.
Origo.Virg.1.Æneid.
Panis.Horat.1.Serm.satyr.5.
Pectore pulchro virgo.Virg.3.Æneid.
Poemata.Horat.in Arte.
Postes.Plaut.Mostel.10.
Prædia pulchra & fructuosa.Cic.pro Rosc.Amer.Tot prædia,tam pulchra,tam fructuosa.
Proles.Virg.1.Æneid.
Puer.Horat.1.epist.19.
Pulchritudo pulchra.Plaut.Milit.13.
Sol.Horat.4.Carm.ode 2.

Tecta

Testa Horat.3.Carm.ode 10.
Tunicæ.Horat.1.epist.19.
Virgo pulcherrima Delanira Ouid.9.Metam.
Verbs.Virg.4.Æneid.
¶Pulchralibus,atque cupidiis.Pulchralibus , pro pulchris. Festus, & Paulus apud eundem Festum.

Pulchrè, Aduerbium {εὐσχημόνως} Decorè: vt Pulchrè ædificare.Plautus Merc.22,
Sicut vera dicis,& pulchrè ædificatas arbitror.
¶Pulchrè,Sapienter,interprete Donato. Terent.Eunucho,2.3,
Dixti pulchrè:nunquam vidi melius consilium dari. Ibidem, 3.1, Pulchrè mehercle dictum , & sapienter. Cic. 2. de Finib. At quum pulchrè dicere videbare,quum ex altera parte ponebas,&c.
¶Pulchrè,Valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terent.Eunucho,4.5,
Ac dum accubabam,quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius! Cato cap.74, Aquæ paulatim addito,subigitoque pulchrè.
¶Pulchrè locare operam, Bene. Plautus Amphit.4,
Optumè optumo optumam operam das , datam pulchrè locas. Idem Trinum.4,
Ædepol mandatum pulchrè,& curatum probè.
Pulchrè notus.Plin.lib.21.cap.26.
Pulchrè possum. Cic.ad Att.lib.13,Sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare , & tamen non curare pulchrè possum, sicuti facio.
Pulchrè est.Cic.1.de Natur.deor. Propone ante oculos deum nihil aliud in omni æternitate,nisi mihi pulchrè est,&ego beatus sum, cogitantem.
Tibi pulchrè est. Horat 2.Serm.satyr.8.
Est pulchrè tibi cum tuo parente.Catul.epigr.20.
Pulchrè valet Charinus,& tamen pallet. Martial.lib.1.73.
Degere æuum pulchrè. Lucret lib.5.
Pulcherrimè factum. Cic.3. Verr. Hunc ipsum inquam Tenem pulcherrimè factum , quem quondam in comitio vidistis , abstulit magno cum gemitu ciuitatis.

Pulchellus,Diminutiuũ. Cic.Attico,lib 1.11, Redeo ad altercationem: surgit pulchellus puer. Idem ad Gallum,lib,7.24,At pulchellæ sunt, non optimè:& sæpe vidi.

Pulchritudo,penult.prod.pulchritudinis,fœm.gen.{ὑγιάσεια,εὐμορφία,ὥρα, κοσμιότης,ἁρμονία} Species,venustas,decor,elegantia. Cic.1.Offic.Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos & delectat hoc ipso , quòd inter se omnes partes quodam lepõre consentiunt.
Oris pulchritudo.Cic.3.Offic.
Excellens mu iebris formæ pulchritudo.Cic.1.de Inuent.
Eximia pulchritudine fœmina.Cic.1.de Diuin.
Ingenua pulchritudo. Plin.iunior lib.1.epist.14,ad Mauricum,Est illi facies liberalis,est ingenua totius corporis pulchritudo.
Species & pulchritudo.Cic.3. de Orat. Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis Idem in Pisonem , Haber hoc virtus , vt viros fortes species eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet.
Splendor & pulchritudo virtutis. Cic.2. Offic. Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis?
Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine.Cic.1.Offic.
Pulchritudinis duo genera sunt:quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus:dignitatem virilem.Cic.1.Offic.
Pulchritudo rei nos trahit vel ea consectandi quæ propter infirmitatem,&c.Colum.lib.3.cap.20.
Illuminare pulchritudinem rerum.Quintil.lib.2.cap.16.
Prosequi honore verborum pulchritudinem.Quintil.lib.3. cap.7.
Pulchritudo,cum gerundio.Plin.epist.19.lib.3,ad Caluisium,Solicitat primùm ipsa pulchritudo iungendi.Id est decorum aspectus agrorum perpetuorum.Iungendi agrum agro.

Pulchritas,tis,Pulchritudo.Nonius. Cæcilius,Dij boni quid illud est pulchritatis.

Pulegium,huius pulegij{γλήχων,πολίων} Herba hortensis vulgo nota. Plin.lib.20.cap.14, Magna societas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio,cum furculis suis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. Qua de causa dignior è pulegio corona vertigini, quàm è rosis,cubiculis nostris pronuntiata est.
Pulegiũ,pro Suauitate sermonis. Cic.ad Tironem,lib.16.23,Cras expecto Leptam:etenim ad cuius tutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.

Puleium, puleij, siue g, pro eodem dicitur {βλήχωνιον.} Columel. lib. 12.cap.7, Silentem florem vitis albæ & asparagi,&c. & puleij, & neptæ,&c. Martial.lib.12.28,
Quadrima nigri nec corona puleij. Cic.2.de Diuinat. Nam & musculorum iecuscula bruma dicũtur augeri,& puleium aridum florescere brumali ipso die.

Pulex,pulicis,pen.corr.masc.gen. {ψύλλα} Animal notum : sic dictum quòd ex puluere generetur. Plin.lib.30.cap. 10, Aliud est cuculo miraculum,quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circunsceribatur,ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices vbicunque spargatur.
Pulex apud Columellam vermiculus est hortensia infestans: sic enim ait in horto,
Tu quoque prosciſſo riguoque insperſa nouali
Ozyma comprimite,& grauibus denſate cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti puluneris æſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat,
Neu formica rapax populari ſemina poſſit. Fortè est vermiculus ille qui vulgò dicitur *Puceron*.

Pulicosus,pen.prod.Adiect. {ψυλλώδης} Pulicibus plenum.Col.lib.7.cap.

13, Pulicosæ cani remedia sunt:fume cyminum tritum pari pondere cum veratro,aquáque misſum & illitum,seu cucumeris anguinei succum.Vel si hæc non sunt,vetus amurca per totum corpus infusa.

Pulla,terra tenera.Plin.lib.17.cap.5.
PVLLARIAE,arum,Insula in Illyrico.Plin.lib.3.cap.vltimo,Clarę ante ostia Timaui calidorum fontium,cum æstu maris crescentium:iuxta Istrorum agrum,Cissa,Pullariæ & Absyrtides.

Pullariam,Plautus dixit manum dextram. Paulus.

Pullarius,Pullaster,Vide PVLLVS subſtantiuum.

Pullatus,Vide PVLLVS adiectiuum.

Pullescо,Pullicenus,Pullities,Vide PVLLVS subſtantiuum.

Pullasco,Pullulo,Vide PVLLVS subſtantiuum.

Pullus,pulli,masc.g. {παιδάριον} Quidam per syncopam à puellus dici volunt.Significat nouellum,id est partum puerum &partum filium, aut etiam fœtum,pro quo pulleiacem Augustus dicere solebat , vt ait Tranquillus,cap.87.
Antiqui(inquit Festus)puerum quem quis amabat,pullum eius dicebant.Inde pullus Iouis dicebatur Q. Fabius , cui Eburno cognomen erat,propter candorem,quòd eius naris fulmine icta erat.
Pullos{πάππους}dicimus paruos fœtus quoruncunque animalium: vt Pullus hirundinis,Pullus asini, Pulli ranarũ. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus. Horat.2.Serm.saty.3,
Absentis ranæ pullis vituli pede pressis.
Pullos aquilæ vocat Plin lib.10. cap.3. & cap.7. Coccyeis,lib.10. cap.9. Cornicis.ibidem,cap.12. Hirundinis,ibidem,cap.33 & 60.
Columbæ,cap.34.& cap.58. Anseris,cap.59.
Equæ pullus.Lucret.lib.3.
Generosi pecoris.Virg.3.Georg.
Animales pulli.Lucret.lib.2.
Asinus,Vide ASINVS.
Columbinus.Cic.Pæto,lib.9 18.
Equinus Quintil.lib.8.cap.2.
De pullis gallinaceis est epigramma apud Martial.lib.13.45.
Infantes auium pulli. Plin.lib.10.cap.33.
Miluinus,Vide MILVVS.
Nothi,Vide NOTHVS.
Viles.Iuuenal.Saty.13.
Cauea liberati.Cic.2 de Nat.deor.
Pullus onagri.Plin lib.8 cap 44.
Pulli apum.Colum.lib 9.cap.3.
Pulli arborum {μοσχία.} Plin.lib.17.cap. 10, Nullis verò tales pulli prouenium,nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Cato cap.51,Ab arbore,abs terra pulli qui nascentur,eos in terram deprimito.

Pullulo,pullulas,pen.corr.{πεφυτεύω} pullulare , Quasi pullulos emittere.Nam pullulare dicimus arbores,quum à radice nouæ plantæ surgunt.Plin.lib 17.cap.10, Natura & plantaria demõstrauit, multarum radicibus pullulante fobole denſa.& pariente matre quos enecet.
Sylua pullulat ab radice.Virgil 2.Georg.

Pullulasco,pullulascis{βλαστάνω}pullulascere, Pullulantem fieri. Colum. lib.4.cap.21, Et ita ex nouello palmite vitis pullulascit . Legitur & pullescit.

Pullesco,pullescis{μοσχεύω}pullescere,Idem quod Pullulascere.Colum. lib.4.cap.21, Quicquid est suprà vetusti brachij,amputatur,& ita ex nouello palmite vitis pullescit Legitur & pullulascit.

Pullaster,vel Pullastra {ἱρίβιον} significat gallũ siue gallinam adolescentes.Sic à M.Varrone lib.3.de Re rust.cap.9,pullastræ dicuntur iuuencæ gallinæ.

Pullicenus,pulliceni,pen.prod.m.gen.{παιδάριον,παιδίον} Diminutiuum à Pullus.Lampridius de Alexandro Seuero,Et ne earum pastus grauaret annonam,ferous habuit vectigales , qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

Pullinus,pen.prod.Adiect. {παιδικὸς} Quod est pulli. Vnde Pullini dẽtes, quos primùm equi iaciunt. Plin.lib.8.44, Quæ non prius quàm dentes quos pullinos appellant , iaciat, conceperit , sterilis intelligitur. De mula.

Pullarius,pullarij{παιδοκόμος} Qui pullorum curam habet.
Pullarius, Qui è pastu pullorum captat auspicia.Cic.ad Plancum, lib. 10. 12, Recitatis literis oblata religio Cornuto est , pullariorum admonitu non satis diligenter eum auspiciis operã dedisse. Idem 2. de Diuin. Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius.

Pullatio,pullationis{παιδοποιΐα} Fœtura pullorum. Colum. lib. 8. cap.5, Plerique tamen etiam ab æstiuo solstitio non putant bonam pullationem.

Pullities,pullitiei,fœm.gen. {πεφυτὰ} Ipsa pullatio, vel pulli ipsi. Colum. lib.9.cap.11,Itaque quum primo Vere in eo vase nata est pullities,nouus rex eliditur. De apibus. Et lib. 8. cap. 14, Et eapropter etiam tenerrima pullities sæpe quadraginta diebus redditur opima. De anseribus.

Pullus, Adiectiuum {φαιὸς} Quod est natiui coloris , id est non plenè obscurum, Leucopo contrarium : quòd pulli ouium ferè eo colore nascuntur. Virg.3.Georgicorum,
-ne maculis infuscet vellera pullis. Id est nigris , inquit Seruius. Tibul.lib.1.eleg 2,
Concidit ad magicos hostia pulla deos. Sunt qui dicunt hunc colorem, Hispanicum,siue Bæticum dici. A quo Pullari,etiam Bæticati dicuntur. Martial.lib.1.91,
Et Bæticatus atque leucopæatus. Cuius rei rationem adferunt, quòd natiuus color in Hispania subnigrior est, ideoque minus vilis. Sipontinus.
Agna pulla.Horat.1.Serm.saty.8.
Aqua.Tibul.lib.2.eleg.5.
Ficus.Horat.Epod.16.
Myrtus.Horat.1.Carm.ode 25.
Pulla paupertas.Calpurnius,
-sed mihi sordes

Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu
Obfuerant. Pullam paupertatem dixit, quia lautissimus quisque apud antiquos albatus erat, præsertim diebus festis, pauperes potius pullati.

Pulli oleris radix, Hoc est olusatri. Colum. lib. 10.
Putre solum & pullum. Colum. lib. 2. cap. 10.
Pulla terra. Colum. in Præfac. lib. 1, In aliis regionibus nigra terra, quam terram pullam vocant. Sic lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 17. cap. 4, Nec pulla, qualem habet Campania, vbique optima vitibus. Cato cap. 34, Ager rubicosus, & terra pulla.
Pulla turba Calpurn. de popularibus,
Venimus ad sedes, vbi pulla sordida veste
Inter fœmineas spectabat turba cathedras.
Vestis pulla, Fusca, atra, qua quis in luctu induitur. Cic in Vatiniũ, Quis in funere familiari cœnauit cũ toga pulla? Idem 6. Ver. In hac officina maiorẽ partem diei cũ tunica pulla sedere solebat & pallio.

Pullatus, pen. prod. Adiect. {μελανείμων} Pulla veste indutus, hoc est Lugubrem habitum ferens, vel ex parentum morte, vel alia quauis ratione. Idẽ & atratus dicitur: qui mos à Lydis cœptus est. Cic. in Vatinium, Quis vnquam cœnauit atratus? Et paulo pòst, Quum ipse epuli dominus Q. Arrius albatus esset.

Pullata turba. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Circulus pullatus, pro Imperitorum turba. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Pullatus, pro Vili persona, siue rudi & imperita. Suetonius in Augusto, cap. 44, Militem secreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines assignauit, prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis, tanxitque nequis pullatorum media cauea federet.

Pulligo, pen. prod. pulliginis, fœm. gen. {ῥυπάσμα} Idẽ quod Pullus color. Plin. lib. 8. cap. 48, de lanarũ generibus, Hispania nigri velleris præcipuas habet: Polentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythræas vocant: item Bætica: Canusium fului: Tarentum & suæ pulliginis.

Pulmentum, pulmẽti {ὄψον} Ipsa puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. Apuleius, Ius porcorum, pullorum, piscium, & ius pulmentorum largissimas epulas. Plaut. Aulul. 9,
Pulmentum pridem ei eripuit miluius.
Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta. Hor. 1. epist. 19.
Minuere in singula pulmenta mulum. Horat. 2. Serm. sat. 2.

Pulmentaris, & hoc pulmentare, pen. prod. {ὀψοποιός} Quod pertinet ad pulmentum. Plinius libro 18. cap. 12, Prædualens pulmentari cibo.

Pulmentarium, pulmentarij {προσφάγιον, ὄψον} Dicitur quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factum, hoc est quod pulmenti vicem præbet. Iuuen. Saty. 7,
-veniet qui pulmentaria condit. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte autem non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur.
Vncta pulmentaria. Persius Saty. 3.

Pulmo, pulmonis, mascul gener. {πνεύμων} Notæ significationis. Plin. lib. 11. cap. 37, Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cauus.
Pulmo diuiditur in similitudinem vuguiæ bouis: atque eius quidem partes, fibræ vocantur: sicut in omnibus visceribus, vnde etiam pulmones plurali numero pro tota pulmonis substantia. Plautus Curcul. 5,
-lien necat, renes dolent,
Pulmones diftrahuntur, cruciatur iecur. Cic. 2. Tusculana,
Lateri inhærens morsu lacerat viscera,
Vrgensque grauiter pulmonum haurit spiritus. Ex Poeta.
In pulmonibus inest raritas quædam & assimilis spongiæ mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima, qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.
Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri, nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterúmve & pulmonum vi & figura potest. Cic. 1. Tusc.
Anheli pulmonis fibra. Lucan. lib. 1.
Mollis Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.
Sanguineus. Seneca OEdipo, 4,
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras Distendit. Seneca Hercule OEtæo, 9.
Ignis edax errat imis pulmonibus. Ouid. 9. Metam.
Rumpere pulmonem ventis. Persius Saty. 3.
Pulmo prius veniſſet, quàm tu mihi aduenisti. Antiquum prouerbium in tardos. Plaut. Epid. 13.
Ex pulmone nascitur tabes, quam Græci phthisin vocant: tunc enim pulmo tabescit, atque adeò totũ corpus. Ouid. 1. de Pont. eleg. 4,
Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus
Ad Stygias certo limite ducat aquas.

Pulmunculus, pulmunculi, pen. corr. mascul. gen. Diminutiuum, Parnus pulmo, vel aliquid paruo pulmoni simile. Solinus cap. 62, Sunt enim illis reciprocis quibuſdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.

Pulmonarius, Adiectiuum {πλευμονικός} Quod laborat pulmonis morbo: vt Ouis pulmonaria, apud Columell. lib. 7. cap. 5.

Pulmonea, Poma quædam pulmonis instar tumentia. Plin. lib. 15. cap. 14, Stolidè tument pulmonea. Perottus ea esse existimat, quæ Itali sua lingua *Centum solda* appellant.

Pulmones pisces, ad instar pulmonis. Plin. lib. 18. cap. 35, Pulmones marini in Pelago, plurium dierum hyemem portendũt. Et libro 32. cap. 10, Pulmonis marini cinis adalligatus, egregiè profluuia purgat.

Pulpa, pulpæ, Pars in arboribus, & fruticibus, carne, neruo, venis & filamentis constans, qui musculus in humanis atque adeò aliorum animalium corporibus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 38, In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores (vel vt quidam legunt lætiores, vel potius altiores) candidioresque, pulpæ fistilibus insunt. Ideo fit, vt aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphij sentiatur, penetrante rectis meatibus sono. De succis arborum loquitur, & natura materiarum.

In pulpam, & In orbem arboris secari, differunt. Plin. lib. 16, Cætera mensurum genera fissis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem arboris cæsa. Budæus.

¶Pulpa, inquit Donatus, caro ea quæ manducatur, eò quod pulsetur & conscindatur. Persius Saty. 2,
Quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores,
Et bona diis ex hac scelerata ducere pulpa?
Et pulpam dubio de petasone vorat. Martial. lib. 3. 35.

Pulpamentum, pulpamenti, A pulpa dictum est, & accipitur pro cibo lautiore. Terent. Eunuch. 3. 1, -tute
Lepus es, & pulpamentum quæris. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, caseo, carne vescor.

Pulpitum, pulpiti, penult. correp. {αἰθέθυρον, ἀκροστόλιον, ἐκρίβας, θυμέλη, μογγόν} Locus ante scenam editior, in quo omnis comœdia recitabatur. Plin. epistol. 90. lib. 4, Inde ista ludibria, scena & pulpito digna. Iuuen. Sary. 6,
Longa per anguſtos figamus pulpita vicos.
Rubra pulpita. Ouid. 1. de Arte.
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum? Ouid. 2. Triſt.
Pulpita solennes non oluere crocos. Propert. lib. 4. eleg. 1.
¶Pulpitum, pro Suggesto, id est pro quocunque loco edito, vnde sermo habeatur ad populum. Sueton. de Claris Grammat. Remoto pulpito declamare solitum.

Puls, pultis, fœm. gen. {πολτός} Victus antiquissimus ex farina, aqua, melle seu caseo, ouo decocto factus. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte autem non pane, longo tempore vixisse Romanos manifestum: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur. Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fritilla cõficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuisse, quàm Italiæ polenta.
Puls potissimũ dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id est terripauiũ. Pauire enim, ferire est. Bonum enim augurium esse putabant si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, præsertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc Festus. Cic. 2. de Diuinat. Nunc verò inclusa in cauea, & fame enecta, si in offam pultis inuadit, & si aliquid ex ore cecidit, hoc tu auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas?
Fœnisecæ pultes. Persius Satyra 6.

Pulticula, pulticulæ, penult. correp. Diminutiuum {πολτάριον} Plin. lib. 26. cap. 8. Columel. lib. 8. cap. 11, Nec minus quolibet frumento cocta pulticula.

Pultarius, pultarij {ὑδρηγέον} Vas in quo puls decoquebatur. Cornelius Celsus lib. 2. cap. 11, Si cætera defecerint, calliculus quoque aut pultarius oris compressioris, ei rei commodè aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53, Ædita cœna calidam potionem in pultario poposcit.

Pultificus, pen. corr. Adiectiuum. Auson. in Monosyllabis,
Mox ador, atque adoris de polline pultificum fac.

Pultiphagus opifex {πολτοπώλης} qui pultem vorat, apud Plautum legitur in Mostel. 10. Nomen ioco fictum: per poeticam licentiam ex Latino & Græco deductum.

Pultiphagonides, Plaut. Pœnul. Latinè Plautus patruus pultiphagonides. Id est, Romanus, vt Turnebus explicat. Nam olim non pane, sed pulte viuebant Itali: atque vt ait Plinius, videtur olim tam puls ignota Græciæ, quàm polenta Italiæ.

Pulso, Pulſula, Pulſus, Pulto, Vide PELLO.

Puluinar, pen. prod. puluinaris, pen. prod. n. g. {κοσκινοκάλαμον} Est quod capiti dormituri supponimus. Iuuen. Saty. 6,
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Incolumis cõiux sua puluinaria seruat. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Geniale puluinar. Catul. Argon. 59.
¶Puluinar. Lectus qui in templis sterni consueuit, numini dicatus. Cic. pro Domo, Aram & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicauit. Idem 4. Tuscul. Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, quod & deorum puluinaribus & epulis magis, stratuum fides præcinunt.
Puluinar, simulacrum, fastigium, flamen. Cic. 2. Philipp.
Alta puluinaria. Ouid. 14. Metam.
¶Puluinar, abusiuè pro Templo ponitur. Inde apud Liuium legitur, Ad omnia puluinaria sacrificati fuisse. Cic. in Catil. Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Puluinaria dicebantur aut lectiçæ diuorum, aut tabularia in quibus stabãt numina, vt emi nentiora viderentur. Aeron.
Ornare puluinar deorum. Horat. 1. Carm. od. 37. Solebant Romani vel deuictis hostibus, vel quouis alio modo Republica bene gesta, & periculo communi propulsato, ad omnia puluinaria deorum sacrificia decernere, atque aliquot dies festos lætitia publica celebrandos indicere. Hinc Horatius sodales suos ad lætitiam exhortatur ob victoriam Actiacam. Lambinus.

Puluinarium, puluinarij, Idem quod puluinar, id est lectus qui in templis sterni consueuerat. Liu. 1. bell. Pun. Et coruum in ædem Iunonis deuolasse, atque in ipso puluinario consedisse.

Puluinus, puluini, pen. prod. masc. gen. seu puluillus, à pluma, quasi pluminus, quòd plumis pullorum fiat. Est autem quasi lectulus quidam exiguus, lana, vel tomẽto, vel pluma, aut alio genere huiusmodi plenus, quo vtimur in sedendo. Plaut. Trucul. 19, Opus est puluinis, cunis, incunabulis. Cic. 1. de Orat. Tum Crassum, imò verò commodius etiam puluinoſque poposciſſe, & omnes in iis sedibus, quæ erãt sub platano, consedisse dicebat.
Equestris puluinus. Iuuen. Saty. 3.
¶Puluinus, pro Lectulo quandoque accipitur. Cic. 7. Ver. Nam (vt mos fuit Bithynis regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitensi rosa farctus. Apul. Quatuor eunuchi confestim puluinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata terrestrem nobis cubitum perstruunt.

¶Puluini, Areolæ terra elata inter duos sulcos in hortis, quæ poscæ à porrigẽdo, in agris appellãtur. Habet enim veluti puluinorũ, in quibus sedemus, similitudinẽ: propter quod & torus à quibusdam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 4, Areis distingui, easque resupinis puluinorum toris, ambire singulas tramirum sulcis, qua detur accessus homini scatebrisque decursus.

¶Puluinum, pro loco, vbi homines sub dio in hortis, deliciarum causa iacent, vsurpare videtur Plin. epistol. 101. lib. 5, Ante porticum, xystus concisus in plurimas species, districtusque buxo: demissus inde, pronusque puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersas buxus inscripsit.

¶Puluinus, Arena durior, quæ in modũ saxi lapidescit. Vitruuius lib. 5. cap. 12, Tunc ab ipsa terra sine crepidine puluinus firmissimè struatur.
Puluini testacei, Vide Fibulo, las, in FIBVLA.
¶Puluinus, Machina qua naues in portum subducuntur.

Puluinatus, pen. pro. Adiect. Quod est ad similtudinem puluini, molle ac conuexum. Plin. Lanuginoso ac puluinato calyce. Et lib. 17. ca. 22, Cluiosa loca altiores poscunt scrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris.

Puluinulus, pen. corr. Diminutiuum. Colum. de Arboribus, cap. 10, Sed quæcunque in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt à superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem puluinuli altiores excitentur.

Puluillus, Aliud diminutiũ: vt Serici puluilli, Serico panno obducti. Hor. at. Epod. 8.

Puluis, puluẽris, pen. corr. communis generis {κονιορτός, κονίσματα} Notæ significationis. Propertius lib. 1. eleg. 21,
Sit mihi præcipuè puluis Herrusca dolor. Idem lib. 2. eleg. 147,
Et duo sint versus, qui nunc iacet arida puluis, &c. Plin. lib. 35. ca. 13,
Quis enim satis miretur pestimã eius partem, ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, &c.

Nebula pulueris. Lucr. lib. 5.
Æstiuus. Claud. 4. Paneg.
Altus. Virg. 4. Georg.
Ater. Horat. 2. Serm. saty. 8.
Cæcus. Virg. 12. Æneid.
Canus. Claud. 1. de rap. Pros.
Hyberno lætissima puluere farra. Virg. 1. Georg.
Immundus. Virg. 10. Æneid.
Inanis. Ouid. 5. Fast.
Indecoro puluere fordidus. Horat. 2. Carm. ode 1.
Leuis. Catul. de coma Berenicis, 61.
Littoreus. Stat. 6. Theb.
Niger. Virg. 9. Æneid.
Obscurus. Stat. 2. Sylu. 2.
¶Commoto puluere nubes. Silius lib. 4.
Turbine collectus. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Crines collinere puluere. Horat. 1. Carm. ode 15.
Excitare puluerem. Columel. lib. De arborib. cap. 12.
Excutere puluerem. Ouid. 1. de Arte.
Cantitiem terra, atque infuso puluere fœdans. Catul. Argonaut. 59.
Glomerato puluere vndans nubes. Silius lib. 13.
Haustus. Ouid. 14. Metam.
Monere puluerem. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Lumina obruere hausto puluere. Stat. 5. Syl. 3.
Roribus, & scissi respersus puluere campi. Stat. 8. Theb.
Puluis & vmbra sumus. Horat. 4. Carm. ode 7.
Siccus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4.
Sordidus. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.
Turbidus. Virg. 11. Æneid.
¶Puluis, pro Loco certaminis. Cic. 3. de Legib. Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otioque non modò in solem atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Idem 1. de Oratore, Educenda inde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra, atque aciem forensem. Virg. 7. Æneid.
Eruditus. Cic. 2. Nat. deor. Sed si hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum puluerem attigistis.
In suo puluere currere, Id est in sua materia scribere. Ouid. Fast.
¶Citra puluerem Græci dicunt contingere, quo quis facilè, citráque negotium potitur: transtatum vel ab aphe, id est à puluere contactu, quo se spargebat, in palæstrico certamine congressurus: vel certè à puluere, quo non indecorè fordidari scripsit Horatius eos qui certant Olympia, quive bellum gerunt. Plin. lib. 35. cap. 11, Alcimachus Dioxippum qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum, (quod vocant ἀκονητί) vicit. Gell. lib. 5, Ouandi, inquit, causa est, quum deditione repentè facta, sine puluere, vt dici solet, incruentaque victoria obuenit. Horat. 1. epist. 1,
Cui sit conditio dulcis, sine puluere palmæ?
¶Puluer apud antiquos dicebatur: vnde genitiuus puluris. Verùm in vsu tantùm est puluis in recto, puluris in obliquis.

Puluis, huius puluis in genit. {κόνις} apud Catul. in Epithal. Iul. 56,
Ille puluis Erithræi
Siderumque micantium
Subducat numerum prius.

Puluiſculus, puluiſculi, penult. correp. mascul. gener. {κονιορτάριον} vel Puluiſculum, neutro genere, Diminutiua: generaliter de omni puluere dicuntur: & præcipuè quo mulieres vtuntur ad munditiem dentium. Apuleius in Apologia de Magia,
Missi, vt periſti, munditias dentium,
Nitellas oris, ex Arabicis frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ relliquiæ,
Nequa visatur terra labes sordium,
Restrictis fortè si labellis riseris.
Cum puluiſculo dicimus quoties omnia sic tolluntur, vt nihil sit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. Trucul. 2,
Quo citius rem ab eo auferat cum puluiſculo.

Puluereus, Adiectiuum {κονιορτώδης} Plenum puluere ibus. Plin. lib. 18. cap. 11, Gratia terræ eius puluerea summa.
Æquor puluereum, pro Cirro vbi pugnatur. Stat. 11. Theb.
Circus. Stat. 6. Theb.
Crinis. Stat. 6. Theb.
Farina. Ouid. de Medicamine faciei.
Nubes. Virg. 8. Æneid.
Palla Ouid 7. Metam.
Solum. Ouid. 7. Metam.
Turbo. Claud. de bel. Getico.

Puluerulentus, Aliud adiectiuum {κονιορτώδης} Idem. Martial. lib. 7. 31,
Non harpasta vagus puluerulenta rapis. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16, Minus valentium signa, si sunt pilosæ & horridæ, vt puluerulentæ, nisi opificij eas vrgeat tempus.
Æstas puluerulenta. Virg. 1. Georg.
Agmina puluerulenta cerui glomerant fugà. Virg. 4. Æneid.
Puluerulenta Ceres. Lucret. lib. 5.
Iter puluerulentum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Præmia militiæ puluerulenta sequi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Terga. Virg. 12. Æneid.
Via puluerulenta & æstuosa. Ouid. de Nuce. Cicero Attico, lib. 5.

Puluero, pulueras, penult. correp. {κονιορτόω, κονίω} puluerare, Resoluere in puluerem. Colum. lib. 11. cap. 2, Hoc eodem tempore prius quàm vineæ puluerentur, &c.
Puluerare fœcus accepit Plin. lib. 17. cap. 9, Sunt, air, qui puluere quoque vuas ali indicent, pubescente sque puluerent, & vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi prouinciæ. & vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi, quàm sol, confert. Est igitur puluerare Plinio, puluerem ex glebis super vuas excitare, vt inde maturescant. Nam & Puluerem excitare dixit Columel. lib. De arborib. cap. 12, Vites, inquit, post meridiem fodito, puluerémque excitato, ea res & à sole & à nebula maximè vuam defendit. Virg. quoque lib. 2. Georgic. Sollicitanda tamẽ tellus, puluisque mouendus. Puluerationis meminit & Palladius in Martio, cap. 7. Vide Theophrastum lib. 2. De historia plantar. cap. 8. & lib. 3. cap. 22, De causis plantarum.
Puluerare se, In puluere se volutare, vt gallinæ faciunt. Plin. lib. 11. cap. 33. de morbo pediculari. Phasianas verò interimit, nisi puluerantes sese.
Puluerariam, siue puluerariæ, honorarium est quod quasi pro labore & puluere agrimensoribus datur. Frontinus. Cassiodor. lib. 12. Varr. Puluerariæ quoque iudicis funditus amputantes trium tantũ etiam dierum præsulibus annonas præberi secundum veterem constituta decernimus.

Puluerario, Verbale {κονίστρωσις} Genus culturæ, vt ait Seruius in secundum Georgicorum, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur, Colum. lib. 11. cap 2, Sed frigidioribus regionibus puluerationẽ faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, & resoluitur in puluerem.

Pumex, pumicis, pen. corr. m. g. {πλωτὸς} Lapis cauernosus ad corpora læuiganda laudatissimus, in mari ereſcens. Plin. lib. 36. cap. 21, Sed & ij pumices, qui sunt in vsu corporum læuigandorũ fœminis, iam qui dem & viris, atque, vt ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, Æoliis insulis. Probatio in candore, & in minimo pondere, & vt quammaximè spongiosi, aridique sint, ac teri faciles, nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare. Plaut. Aulul. 9. 18, Pumex non æquè est aridus, atque hic est senex.
Cauus pumex. Virg. 4. Georg.
Exesus. Ouid. 4. Fast.
Latebrosus. Virg. 5. Æneid.
Mordax. Ouid. 1. de Arte.
Multicauus. Ouid. 8. Metam.
Niueo de pumice fontes. Claud. 2. de raptu Proserp.
Viuus. Ouid. 3. Metam.
Æquata pumice omnia. Catul. ad Varum, epig. 19.
Nec fragili geminæ poliãtur pumice frõtes. Ouid. 1. Triſt. elegg. 11
Læuis pumice, pro Molli & effœminato. Iuuenal. Saty. 9.
Quòd neq; sim cedro flauus, nec pumice læuis. Ouid. 3. Triſt. ele. 1.
¶A pumice aquã quærere. Plaut. Persa, 2. Erasmus pro eo quod est, Frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus. Nihil enim pumice lapide sictius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consiliũ expecter, ab egeno munus, ab inope præsidiũ: denique ab auaro ac tenaci pecuniam. Est autem pumex lapis cauernosus quo solent poliri codices, naturæ adeò siccæ, vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguat, non solùm ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quòd vehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur.
¶Pumex, fœminino genere etiã reperitur. Catull. ad Corn. epig. 1, Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modò pumice expolitum Corneli?

Pumicosus, pen. prod. Adiectiuum {πωρώδης} Quod pumicis vel naturam vel similitudinem habet. Hoc est, rarum & cauernosum, Plin. lib. 17. cap. 5, Pumicosa terra. Idem lib. 32. cap. 8, Quartum pumicosius, spongiæque putri simile, penè purpureum.

Pumiceus, Aliud Adiect. Idem {πωρώδης.} Plaut. Pseud. 3.
-pumiceos oculos habeo, non queo
Lachrumam exorare. Martial. lib. 1. 63,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent.
Antra pumicea. Stat. lib. 3. Syl. 1.
Sedes pumiceæ. Silius lib. 7.

Pumico, pumicas, pen. corr. {πωρόω, ξύω} pumicare, Pumice polire, læui-

gare. Tibul.lib.3.eleg.1, Pumicet,& canas tondeat antè comas.
Pumicatus,a,um,pumice politus. Plin.epist.35, Qui titulus à vita hominis compti semper & pumicati non abhorrebat.
Pumilio,pumilionis {νάνος} Qui nanus aliàs dicitur. Colum.lib.8. cap.2, Pumiliones aues,nisi quem humilitas earũ delectat, nec propter fœcunditatem,nec propter alium reditum nimium probo.Plin. lib.10.cap.56,de gallinis,Est & pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum,sed quibus certa fœcunditas rara,& incubatio ouis noxia. De pumilione est epigramma apud Martialem,lib.14.

Pumilio,de fœmina.Lucret.lib.4,
Paruula,pumilio,χαρίεσσα puella tota,merũ sal. Id est,nana,& humilis staturæ.Lambin.

Pumilo,penul.corr.pumilonis{αἰθροπιόκαυς}legitur apud Statium pro Pumilione,lib.1.Sylu.6,

Hic audax subit ordo pumilonum, &c. Producit hîc primam, quum alibi contrahat.
Pumilus,pumili,penult.corr.{αἰθροπιόκαυς} ab eodem Statio, pro Pumilione vsurpatur,lib.1.Sylu.6,

Casuræque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores. Contrahitque primam,quum alibi producat.
Pumilius,pumilij,Idem {αἰθροπιδιον.}Suetonius in Augusto, capite 83, Nam pumilios, & distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ,malique ominis,abhorrebat.
Punctus,masculini generis {στιγμὴ,στίγμα} & punctum neutro genere frequẽtius. Tradunt Geometræ punctum esse corpus indiuiduum, in quo neque longitudo,neque latitudo, neque altitudo deprehenditur,& ob incomprehẽsibilem breuitatem sui,in partes diuidi non posse:quod protractum lineam efficit,id est corpus vnius dimensionis. Plinius libro 2. cap. 68, Non aliud est terra in vniuerso, quàm mundi punctus.

Punctum est,cuius pars nulla est.Euel.1.Elem.
¶Punctum temporis. Cic.3. Verr. Quum iste punctum temporis nullum vacuum peccato præterire passus sit. Idem pro P. Sextio, Illo inquam ipso die : die dico imò hora , atque etiam puncto temporis eodem,mihi,Reipub.pernicies,Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Terent.Phorm.1.4,

-rum temporis punctum mihi Ad hanc rem est. Donatus, Punctum,angustissimum spatium. Lucret.lib.4,
Temporis in puncto,rerum simulacra feruntur.
Omnibus minimis temporum punctis. Cic.1.de Natura deor.
Eodem puncto temporis quo,&c.Cic.pro Domo.
Hunc diem , hoc punctum temporis quo loquor defendo si potes.Cic.2.Philip.
Ciuium Romanorum vno puncto cædes.Cic.pro Flacco.
Attende enim paulisper, cogitationemque sobrij hominis ad punctum temporis suscipe.Cic.2.Philipp.
Leges vno versiculo Senatus puncto temporis sublatæ. Cic.2.de Leg.
Diei punctum .Lucret.lib.4, -hæc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese.
Horæ puncto. Horat.2.epist.2.
In punctum, Vide IN.
Tempore puncto,pro Puncto temporis.Lucret.lib.2,
Nónne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus,non posse tamen,&c. Id est,breuissimo tempore. Puncto participium est Lambinus.
¶Punctum, Suffragium, & fauor : quoniam vetereς suffragia non scribebant,sed puncto notabant.Vnde Expuncti dicebantur viles, electi.siue fauore priuati.Horat.in Arte,
Omne tulit punctum,qui miscuit vtile dulci. Id est , Solus suffragia iudicum tulit , qui & vtile & dulce scripsit. Nam qui iucunda modò scribunt,iis duntaxat placent,quivoluptatem appetunt.cõtrà qui vtilia,ab iis tantùm probantur quibus vtilitas quæritur. At qui voluptatẽ cum vtilitate coniunxit,is omnium suffragio laudabitur. Idem in epigrammate Choliambico, quod refertur à Porphyrione.
Ciceroniarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem. Cic.2.Tuscul.Quæ flamma est per quam non concurrerint hi qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus qui singulorum ciuium suffragiis mandabantur. Hæc ex Erasmo. Idem Cicer. pro Murena, Tamen admonitus re ipsa,recordor quantũ hæ quæstiones in Senatu habitæ pũctorũ nobis detraxerint. Id est,suffragiorũ in comitiis.
Argumentorum puncta occulere.Cic.2.de Orat.
¶Punctus etiam verbale à pungo.Vide paulo póst.

Punctim,Aduerbium,per Punctiones, instictionesque gladij, siue pungendo.Liu.2.bell.Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem.
Pungo,pungis pupugi,penult.corr.punctum{στίζω,στιγματίζω,νύσσω}pũngere, Non solùm de ferro , sed etiam de quacunque alia re dicitur. Varro,Admota aspis quum pupugerit,si non occidat,sciat ex psyllorũ esse stirpe. Cic.3.Tusc.Si ignominia pupugit,siquid tenebrarum offudit exilium. Idem pro Rosc.Amer. Hunc sibi ex animo scrupulum , qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis,postulat.
¶Pepugi,pro pupugi, Præteritum quo vti sunt veteres. Accius in Ædilitia,Sed si pepugero,metuet. Vide Gell.lib.7.cap.9.
Gladius qui per se pungere non potest.Cic.pro Sextio.
Leuiter pungit eos animi dolor,Vide LEVIS.
Suspiria pungere.Propert.lib.3.eleg 8.
Primùm epistola illa ita me pupugit , vt somnum mihi ademerit. Cic.Att.lib.2.

Pungens, Participium {νύσσων} Plin. lib.16. cap. 24, Pungentia folia piro,&c. Idem lib.8.cap.57.
Punctus,Aliud particip.{στιχθείς.} vt Vulnus punctum acu.Cic.pro Mil.
Punctura,punctur æ,penult.prod.Firmic.lib.8. cap 21, Duodecima pars Geminorum si in horoscopo fuerit inuenta , Marte præsente , viri punctura teli morientur,mulieres verò in partu deficient.
Punctio,Verbale{στίξις.}Plin.lib 25.cap.13, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesque,ne sentiantur.
Punctum,puncti,neutri generis{στίγμα}Idem.Plin.lib.8.cap.50, Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi.
Punctus,huius punctus{στίξις.} Plin.lib.29.cap.6,Mustelæ etiam oculis punctu erutis,aiunt visum reuerti.
Punctiuncula, pen.cor.Diminutiuum {στιξάριον.} Senec 3.de Ira, Magis ignosco ei qui vulnus inimici, quàm qui punctiunculam cõcupiscit.
Punicus, penult. correp. Adiect. {λιβυκὸς} Quasi pœnicus, à Pœnus qui à Phœnicia , detracta aspiratione , deducitur. Virgilius primo Æneidos,Punica regna vides.

Punici dicuntur,non Pœni , quanuis à Phœnice sint oriundi.Paulus.Punicum,probum,Punicum libi genus,Festus.
Bellum Punicum.Cic.3.Tuscul.
Gloria Punica,Gloria Pœnorum.Virgil.4.Æneid.
Punica sub lento cortice grana rubent. Ouid.4. de Ponto, eleg.15.
Humus Punica.Ouid epist.7. Prælia.Iuuenal,Saty.14.
Mala.Martial.lib.1.127. Regna.Virgil.11.Æneid.
Poma.Ouid.4.Fast. Sagum.Horat.Epod.9.
Tempora. Lucanus libro secundo,
O miseræ sortis,quòd non in Punica nati
Tempora,Cannarum fuimus,Trebiæque iuuentus.
¶Punica fides, Pœnorum perfidia in prouerbium abiit : quòd ea gens peculiariter periurij, vanitatisque notata sit: quemadmodum abunde testatur Liuius bel. Pun. 1. Has tantas viri virtutes ingenia vitia æquabantinhumana crudelitas,perfidia plus quàm Punica, nihil veri,nihil sancti,nullus deûm metus,nullum iusurandum, nulla religio. Salustius in Iugurtha , Comperio Bochum magis Punica fide , quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse.Plaut. Pœnulo,2.
Et is omnes linguas scit,sed dissimulat sciens,
Se scire,Pœnus planè est,quid verbis opus'st? Erasmus.

Puniceus, Aliud adiectiuum,Idem.{φοινίκεος.}Ouid.in Ibin,
A duce Puniceo pertulit ipse fetas.
Puniceus color,siue Puniceus, Qui est coloris rubentis,qui Græcè phœnicos dicitur.Virg.2.Æneidos,
Puniceis inuecta rotis. Nam exuberãtissimum colorem,teste Gellio lib.3.cap.9,significat. Plaut.Rud.2.3,
Fiet tibi puniceum corium,postea atrum denuo.
Aqua punicea Getico sanguine.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.
Colore puniceo matura arbuta Lucret.lib.5.
Punicea depexa coma,sed lactea crure est.Colum.lib.10.
Crocus.Ouid.5.Fast. Pennæ.Virgil.3.Georg.
Cruor.Ouid.12.Metam. Pomum.Ouid.5.Metam.
Color flore rosæ puniceæ prior.Horat.4.Carm.ode 10.
Rosera.Virg.eclog.5. Sanguis.Stat.1.Achilleid.

Punicanus , penult. prod. {φοινίκεος} Similiter adiectiuum.vt Punicani lecti, ex Phœnicia , vel qualibus Carthaginienses vti solebant. Cic. pro Murena, Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos,& exposuit vasa Samia.
Punicanæ fenestræ.Varr.3.de Re rust.cap.7.

Punio,punis,punui,punitum,penult.prod.{κολάζω,τιμωρέομαι,τίθημι} punire Castigare,supplicio afficere.Cic.1. Offic. Prohibenda autem est maximè ira in puniendo.
Dolorem aut odium punire,est odio ac dolori satisfacere . Hinc illud Cic.Att.lib.14, O mi Attice, vereor ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiã,& odij pœnam ac doloris.quasi diceret, Nostrum dolorem & indignationem , nostrumque in Cæsarem odium puniuimus nos quidem illius interitu,sed Rempublicam tamen in libertatem minimè vindicauimus.
Punire maleficium,peccatum.Cic.pro Cecin. & 2.de Inuent.
Punire capite.Plin.epist.167.
Punire supplicio.Cicero pro Domo, Tu supplicio puniendum putasti.
Pœnire dixit Lucret. more antiquo,pro Punire : vt lib.6,de rerum natura,
Pœnibat paullo post turpi morte,malaque
Desertos,&c. Sic mœrus,pro murus,mœnire pro munire,vt suprà etiam annotauimus.

Punior{τίνω,δοτίνω}Deponens.Cic.pro Mil. Tu me iratum Sexte putas tibi,cuius tu inimicissimum multò crudeliùs etiam punitus es,quàm erat humanitatis meæ postulare?Quintil.lib.9.cap.3, Fiunt & in verbis,inquit,figuræ:vt Fabricatus est gladium,& Inimicos punitus est: quod mirum minus est , quòd in natura verborum est , & quæ facimus,patiendi modo sæpe dicere:vt Arbitror,Suspicor : & contrà faciendi quæ patimur:vt Vapulo.Ideoque frequens permutatio est.
¶Punior,Passiuum.Ouid.9.Metamorphoseos,
Quòd videt hæc lucem,quòd non ego punior ipsa,&c.

Puniendus,Particip. {κολαστέος.} vt Facinus puniẽdum.Cic.pro Milone.
Senatus meam domum à magistratibus defendendam , à iudicibus puniendam putauit.Cic.de Aruspicum respon.
Iracundia est cupiditas puniendi doloris.Cic.1.de Orat.

Punitio,Verbale.{κόλασις.}
Punitor,pen.prod.Verbale,m.g. {κολαστὴς.} Cic.pro Mil.At valuit odiũ, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriæ,punitor doloris sui.

Pupa , pupæ{κοράσιον}Puella.Ausonius,
Barbara quæ Latias vincis alumna pupas. Martial.lib.4.20,
Pupam se dicit Gellia,quum sit anus.
Pupa,A similitudine,paruula puellaris imago dicitur.Varro in Orig. Itaque breui tempore magna pars in desyderium puparum & figillorum veniebat : Moris autem fuit veterum puellarum , paruula quædam puellaria simulacra ex linteo insuere : deinde tomento infarcire , tum vestibus amicire. Hæc virgines pueritiam ingressæ Veneri tanquam virginitatis suæ insignia condonabant , vt faustum futurum

futurum matrimonium cederet. Persius Saty.2,
Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ. Declinatur & Pupus,pupi,teste Nonio.
Pupillus,& Pupilla,Diminutiua sunt à pupa,& significant partum puerum vel puellam.Horat.lib.2. satyr.3,
Pupam,aut pupillam appellet,fortique marito Destinet vxorem.
Sic restituit hunc locũ Lambinus , quum antea legeretur Rufam aut pusillam,contra legem carminis. Prima enim syllaba nominis pusillam breuis est.Vide plura apud eundem.
Pupilla,pupillæ {κόρη,γλήνη} Foramen vnius ex tunicis quæ in oculis sunt, quam rhagoidem Græci vocant , per quod foramen transfunditur spiritus visorius in res externas. Plin.lib.28.cap.6,Augurijs ex homine ipso est nõ timendi mortẽ in ægritudine,quãdiu oculorum pupillæ imaginem reddãt. Idem lib.7.cap.2, Notabilius esse quòd pupillas binas in oculis singulis habeant. Cic.2.de Nat.deor.Acies ipsa qua cernimus,quæ pupilla,&c. Vetus exemplar habet Pupula.

PVPILLA,tribus Romana. Alexander Alexandrinus lib.1.cap.17, Papyria quoque,Pupinia & Pupilla ex suis progenitoribus vocantur.

Pupula.pupulæ,pen.corr.Idem {κόρη.}Lucret.lib.3,
Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolumis , stat cernendi viuata potestas. Cic. 2.de Natura deor. Palpebræ quæ sunt tegmenta oculorum,mollissimæ tactu , ne læderent aciem, aptissimè factæ,& ad claudendas pupulas , nequid incideret,& ad aperiendas.
Paruula sic totum peruisit pupula cælum.Manilius lib.4.
Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
Pupula,quum sentire colorem dicitur album.Lucret.lib.2.

Pupillo , pupillas, pupillare , Verbum fictitium à voce pauonis. Author Philomelæ, Pupillat pauo,trinsat hirundo vaga.

Pupillus , pupilli , & hæc Pupilla , pupillæ {ὀρφανὸς} A pupus deriuatur,pro impube, qui desiit esse in patris potestate , vel morte , vel emancipatione, vt ait Pomponius,de verb.significe.l. Pupillus. Plin. epist.176, Modò desiguratus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem,orbam matrem, viduam vxorem , filiam pupillam ignaram aui,ignarámque patris reliquit. Cic.in Topic.Non quemadmodum quod mulieri debeas,rectè ipsi mulieri sine tutore soluas, ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas , rectè possis eodem modo soluere. Horat.1.epist.1.
Pupillus ad tutorem refertur.Colum.lib.8.cap.16, Maximè laudabatur fides ueritas Catonis, qui nihilominus & ipse tutor Luculli grandi ære piscinas pupilli sui venditabat.
Pupillũ fraudare qui in tutelam peruenit. Cic. pro Rosc.Comœd.
Infans pupilla. Cicero 3.Verr.Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

Pupillaris, & hoc pupillare, pen.prod. {ὀρφανικὸς} Quod ad pupillum pertinet. Liu.4.bel.Pun. Pecuniæ quoque pupillares primò , deinde viduarum cœptæ conferri. Plin.lib.7.cap.18.

PVPINIA. Festus Pompeius libro 14, Pupinia tribus , ab agro Pupinio prope Tybur. Vide TRIBVS. Tradunt autem rerum scriptores, Tybur ciuitatem esse sextodecimo lapide ab vrbe Roma distantem, vocarique hodie Τιβολι. Liuius Decad.3.libro 6, Infra Thusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso , octo millia passuum à Roma posuit castra. De Annibale ad vrbem ducente exercitum loquitur. Columel.lib.1.cap.4, In vniuersum tamen quasi testificandum , atque sæpius prædicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytissimus M. Attilius regulus dixisse memoratur , fundum , sicuti ne fœcundissimi quidem soli, quum sit infalubris , ita nec effœti , si vel salubernmus sit, parandum. quod Attilius ætatis suæ agricolis , maiore cum authoritate suadebat peritus vsu. Nam Pupiniæ , pestilentis simul & exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ. Valerius Maximus libro 4.cap.4, Attilius Regulus, primi belli Punici gloria,'eladésque maxima , quum in Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet , ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognouisset : Consulibus scripsit , vilicum in agello quem septem iugerum in Pupinia habebat , mortuum esse: occasionémque nactum mercenarium , amoto inde rustico instrumento discessisse : ideóque petere vt sibi successor mitteretur , ne deserto agro non esset vnde vxor ac liberi sui alerentur. Varro de Re rustica lib.1.cap.9, Itaque in iis,vt in Pupinia,neque arbores prolixas , neque vites feraces , neque stramenta videre crassa possis. Cicero quoque secunda in Rullum oratione docet Pupiniam esse agrum ad Vrbem,eundémque macrum & sterilem. Agros verò, inquit, Vaticanum & Pupiniam, cum suis optimis atque vberibus campis cõferendos scilicet putabunt. De Campanis loquitur.

Puppis,huius puppis,f.g.{πρύμνα,καὶπρῳρεύς} Posterior pars nauis.Liu. 2.bel.Pun. Naues omnes quæ non aut perfregerant proras litore illisas,aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altũ extraxere.
Sedere in puppi.Cic.de Senect.
A puppi religatus,Id est ad puppim,Vide A præpositionem.
Puppis,pro Tota naui,apud poetas.Ouid.4.de Ponto,eleg.3,
Dum mea puppis erat valida fundata carina. Virg.10.Æneidos,
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. Id prosa oratio nõ recipit,teste Quintil.lib.8.c.6.

¶Adunca puppis.Ouid.3.Met.	Celeris.Ouid.epist.18.
Ærata.Ouid.8.Metam.	Celsa.Virg.1.Æneid.
Ærea.Virg.5.Æneid.	Cita.Horat. Epod.9.
Alta.Virg.5.Æneid.	Concaua.Ouid.1.de Arte.
Cærulea.Virg.6.Æneid.	Curua.Virg.6.Æneid.
Emerita.Stat.2.Sylu.2,	-nec vnquam

Emeritam in nostras puppem demitte procellas.

Fractæ.Valer.6.Argon.	Laertia.Stat.2.Achil.
Incæsta.Stat.2.Achilleid.	Naufraga.Ouid.epist.2.
Inflexa,Vide INFLECTO.	Patulæ.Virg.3.Georg.
Laboratæ arte.Ouid.epist.18.	Pictæ. Horat.1.Carm.ode 14.
Pronæ.Claud.4.Paneg.	Trunca.Iuuen.Saty.12.
Recurua.Ouid.8.Metam.	Turritæ. Virg.8.Æneid.

¶Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,Ouid.epist.12.
Applicare puppim littori.Senec.Herc.fur.9.
Auferor vt rapida concita puppis aqua.Ouid.2.Amor.eleg.4.
Consertis puppibus coit agmen.Lucan.lib.5.
Dirigit huc puppim fluctus.Lucan.lib.3.
Euertit puppim fluctus.Lucan.lib.5.
In littora exire puppibus fessis.Ouid.6.Meram.
Ignaua puppe facere iter.Ouid.epist.20.
Clámque per immensas puppe ferunture aquas. Ouid.3. de Ponto,eleg.2.
Iamque per Ægeos ibat Laertia fluctus Puppis.Stat.2.Achilleidos,
Hostilíumque nauium portu latent.
Puppes sinistrorsum citæ.Horat.Epod.9.
Summersas obrue puppes.Virg.1.Æneid.
Laceras puppes refeci.Ouid,epist.2.
Et Scythicũ profuga scindere puppe fretum. Ouid.5.Trist.eleg.3.
Non puppis vmbras furua transuexit meas. Senec. Herc.OEtæo, 16. Intelligit nigram cymbam Charontis.
¶Puppis,metaphoricè vsus est Plaut.in Epid.2,
Hæccine vbi scibit senex,istæc puppis pereunda est probè?
¶Puppis,pro Loco honoratissimo in Repub. Cicero ad Papyrium Pætum,lib.9.15, Sedebamus enim in puppi , & clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. Id est Rempub. ciuitatis principe tenebamus.

PVPPIVS {πόππυσος} Poeta Tragœdiographus (inquit Acron apud Horatium) ita affectus spectantium mouit,vt eos flere compelleret. Inde huius poemata,lacrymosa vocauit Horatius 1.epist.1,
Vt propius spectes lacrymosa poemata Puppi.

Pupula. Vide PVPILLA.

PVPVLVM {πούπουλον} Vrbs est in latere Meridionalis Sardiniæ.Ptolemæus lib.3.cap.3.

Pupus,pupi,masc.gen. {βαυβὼν} Paruulus tenerior.Varro,
Mammam lactantis fugentem pascere pupum.

Pupulus,pupuli,penult. corr.Diminutiuum {βαυβώνιον.} Catul.ad Catonem,epig.52,Deprehendi modò pupulum puellæ Trusantem.

Purgo,purgas {καθαίρω,καθαρίζω,ἀγνίζω} purgare , Mundare , quasi purum agere.Colum.de Arboribus,cap. 8. Itaque cauatum foramen quum purgauimus,vndique ad rasos circulos inferimus.
Purgare à.Cato cap.63,Si inquinata erit, lauito , à foliis & stercore purgato.
Vomitione canis purgare aluos ibes Ægyptiæ curaut. Cic.2. de Natura deorum.
Agros & agrestes purgare.Tibul.lib.2.eleg.1.
Nec dubitẽ lõgis purgare ligonibus arua. Ouid.1.de Põto, eleg.9.
Purgare bilem. Horat.de Arte Poetica. Sic reposuit Lambinus, quum antè legeretur purgor bilem , nec Græcis , nec Latinis loquendi genere vsitato.
Aqua proiecta corpus purgare.Ouid.in Ibin.
Immisti cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cic. 5.Tuscul.
Omnia purgat edax ignis Ouid.4.Fast.
Purgare pisces.Terent.Adelph.3.5.
Vngues cultello.Horat.1.epist.7.
¶Purgare cum genitiuo.Horat.2.Serm.saty.5, -nouí,
Et morbi miror purgatum te illius. Sic
Purgare ciuitatem omnis facti. Liu.lib.37, Quibus purgantibus ciuitatem omnis facti,dictáque hostilis aduersus Roman.&c.
¶Purgare se apud aliquem , vel alicui, de re aliqua. Id est se excusare.Terent.Eunucho,3.1,
Sed heus tu,purgón' ego me de istac,Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? Cic.ad Attic. lib.10, De altero ei me purgaui.
Se alicui de aliquo purgare.Cic.Cornificio.lib.12.25,Quòd te mihi de Sempronio purgas,accipio excusationem.
Siquis tibi se purgare volet , quòd suspectum esse arbitretur.Quis Cicero de Petit.Consul.
Ab aliquo cui te purges,veniam petere.Cic.in Orat.
Arguere & Purgare , contraria. Cic.pro Rosc.Amer.Seruos ipsos, quod ad me attinet,neque arguo,neque purgo.
Crimen purgare , Eluere, vel diluere. Cic. pro Cluentio , Vt non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere , quàm quantum defensor purgandis criminibus consequi , & dicendo probare potuerit.
Fastidiũ purgare, Curare, & ei remediũ adhibere. Plin.lib.8. c.27.
Fidem purgare letho.Claud.de bello Getico.
Pectora purgauit dictis.Lucret.lib.6.
Nefas purgare ferro.Silius lib.11.

Purgans,Particip. {καθαίρων.} Ouid.4.de Ponto,eleg.3,
I,bibe dixissem purgantes pectora succos.

Purgatus,pen.prod.Aliud participium {καθαρεύειν.} vt Æther purgatus nitet dicussis nubibus.Silius lib.12.
Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.Horat.1.epist.1.
Si parum vobis essem sine defensione,purgatus.Cic.14.Philip.

Purgatio,Verbale {καθαρμὸς,καθαρσία,καθαρσις.} Plin. Suffimentum cædis hostium & purgatio.
Purgatio , pro Curationibus quæ medicamentis fiunt.Cic.ad Tironem,lib.16.12, Ego verò cupio te ad me venire , sed viam timeo, grauissimè ægrotatitinedia,& purgationibus, & vi ipsius morbi contumptus es.
Æsculapius primus alui purgationem inuẽnit. Cicero 3.de Natura deorum.
Purgationes fœminarum,pro Menstruis.Plin.lib.20.cap.4.
¶Purgatio {παραίτησις} Excusatio.Terent.Heaut.4.1,
Nescio quid peccati portet hæc purgatio.

Purgatio est quum factum conceditur, cu'pa remouetur. Cic.1.de Inuentione.

Purgator, purgatoris, penultima prod. Aliud verbale. Firmicus libro 8.capite 20, Secunda pars Tauri si in horoscopo fuerit inuenta, stercorum faciet baiulos, latrinarum cloacarúmque purgatores.

Purgamen.penult.prod. purgaminis, siue Purgamentum, purgamenti {ἐκκρίμα} Sordes quæ ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur. Colum.lib.1.cap.6, Sterquilinia quoque duo sint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet. Liu.1.ab Vrbe, Cloacámque maximam receptaculum omnium purgamentorum vrbis, sub terram agendam.

Latius etiam patet significatio. Senec. epist.75, Non aliter quàm simus sterilis ac palustris bona semina necat, ac deinde purgamenta pro frugibus cient. Id est herbas inutiles & quæ sint proiiciendæ, vel res nihili.

Vrbium purgamenta, pro hominibus nihili. Curtius lib.8, Agis quidam Argiuus pessimorum carminum post Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo, hic quidem non ingenij solùm, sed etiam nationis vitio adulator, & cætera vrbium istarum purgamenta. Idem lib.10, Igitur exules finibus eiiciunt, omnia potius toleraturi, quàm purgamenta quondam vrbis suæ, tunc etiam exilij, admitterent.

Purgabilis, & hoc purgabile, pen.corr. {διεκθυστος} Quod facilè purgatur. Plin.lib.15.cap.23, Rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè & sponte prosiliens.

Purifico, Puritas, Vide P V R V S.

Purpura, purpuræ, penult.corr. {πορφύρα} Pisces ex conchærum genere annos septenos viuens. Congregatur verno tempore, mutuóque attritu lentorem quendam veluti ceræ emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas vestes in mediis faucibus habet: reliquo corpore ferè sterilis. Cum vita succum emittit, & ideo viuas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ splendore sublucet, cæterorum omnium gratissimus, & tingendis vestibus maximè expetitus. Hæc ferè ex Plinio, lib.9. cap.36, vbi plura leges.

Purpura, vt Vitruuius ait, lib.7.cap.13, pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem proereat Africa, id est quasi violaceum colorem: Tyros autem, rubeum.

Purpura antiquitus erat insigne Romanorum magistratuũ, quod Martialis affirmat, quum ait, Diuisit nostras purpura vestra togas. Bayfius.

Ardens. Iuuen. Saty. 11.
Coæ purpuræ. Horat. 4. Carm. ode 13.
Ignea. Valer. 1. Argon.
Laconicæ. Horat. 2. Carm. ode 18.
Melibœa. Lucret. lib. 2.
OEbalis. Stat. 1. Sylu. 2.
Picta. Virg. 7. Æneid.
Tyria purpura. Cic. pro Flacco.

Violacea. Plinius, Nepos Cornelius qui diui Augusti principatu obiit, Me (inquit) iuuene, violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum vænibat. Id est, decem aureis solatis. Hæc Bayfius, apud quem plura legito de purpuræ pretio & vsu.

Vsque ad talos demissa. Cic. pro Cluentio.
Illius è rosco flammatur purpura vultu. Stat. 1. Achil.
Fulgere purpura. Cic. 2. in Catil. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.

Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri. Cic. in Orat.

¶Purpura, pro Magistratibus. Martialis,

Purpura te felix, te colit omnis honos. Plin. lib. 10. cap. 21, Romana purpura. Id est Romani magistratus.

Regum purpura. Virg. 2. Georg.
Iámque noui præeunt fasces, noua purpura fulget. Ouid. 1. Fast.
Per hoc inane purpuræ decus precor. Horat. Epod. 5.

Purpureus, Adiectiuum {πορφύρεος, πορφυρέος, πόικιλος} Quod purpuræ colorem refert. Plin. lib. 10. cap. 32, Tantum purpureis & candidis, admistis pennis. Purpureum autem colorem ab Hercule primum inuentum pulchrè docet Bayfius in libello De re vestiaria, ex Iulio Polluce.

¶Purpureus, Pulcher. Virg. 1. Georg. Hinc Horat. 4. Carm. 1, olores vocat purpureos. Quem locum exponens Porphyrio sic ait: Quomodo purpurei dicuntur, quum albi sint potius? Sed purpureum pro pulchro poetæ dicere assueuerunt. vt Virgilius,

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Aer purpureus. Ouid. 6. Metam.
Amictus. Virg. 3. Æneid.
Anima. Virg. 9. Æneid.
Aurora. Ouid. 3. Metam.

Color purpureus, est niger rubore quodam admisto. Quandoque dicitur cæruleus, quando de mari vel flumine dicitur. Virg. 4. Georg. In mare purpureum violentior influit amnis.

Purpureus quondam color ossa reliquit. Virg. 11. Æneid.
Colore purpureo cassa. Plin. lib. 12. cap. 19.
Coma. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Cultus. Stat. 6. Thebaid.
Purpureum rapido qui vehit axe diem. Ouid. 3. Fast.
Ensis. Pers. Saty. 3.
Flores. Virg. 4. Georg.
Flore purpureo asarum. Plin. lib. 12. cap. 13.
Genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Ignis. Stat. 1. Achilleidos.
-niueo natat ignis in ore

Purpureus, fuluóque nitet coma gratior auro.
Labella. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.
Lætáque purpurea luce refulsit humus. Ouid. 6. Fast.
Lumen. Virg. 1. Æneid.
Plenáque purpureo subrubet vua mero. Ouid. 2. de Arte.

Nam modò purpureo vires capit Eurus ab Ortu. Ouid. 1. Trist. elegia 2.
Os. Horat. 3. Carm. ode 3.
Pallium. Cic. 7. Verr.
Panis. Plaut. Menæch. 20.
Pudor. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.
Inter pyra generosissima recensetur purpurea Colum. lib. 5. cap. 10.

Item Pruna purpurea, lib. 12. cap. 10.
Rubor. Senec. Hippol. 4.
Sanguis purpureus Homero cur dictus. Plin. lib. 9. cap. 38.
Torus. Ouid. epist. 5.
Ver. Virg. 9. eclog.
Vestes. Virg. 6. Æneid.

Vestes purpureæ dictæ sunt Tyriæ, à loco vbi purpura fit. Plinius libro 11.

Vestitus. Cic. 2. de Diuinat.
Vuæ. Ouid. 13. Metam.
Purpureus Luæ sanguine vultus erat. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

¶Purpureus, pro Purpurato. Horat. 1. Carm. ode 35,

Et purpurei metuunt tyranni.
Reges purpurei. Claud. de raptu Proserp. lib. 2.

Purpuro, purpuras, pen.corr. {πορφυρέζω} purpurâre, Purpuræ colorem habere, siue reddere. Colum. lib. 10,

Tum quæ paller humi, quæ frondens purpurat auro,

Ponatur viola, & nimium rosa plena pudoris.
Purpurare, Purpureum facere. Furius Antias apud Gellium libro 18. capite 11,
Spiritus Eurorum virides quum purpurat vndas.

Purpurasco, purpurascis {πορφυρέζομαι} purpurâscere, Purpureum fieri. Cic. in Acad. Quid mare, nónne cæruleum: aut eius vnda, quum est pulsa remis, purpurascit?

Purpuratus, pen. prod. Adiect. {πορφυρεοβοστὸς} Quod est purpura ornatum. Vnde Purpurati, dicuntur ij qui apud principes dignitate antecellunt. Cic. 1. Tusc. Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 10. bel. Pun. Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis esse.

Purpurarius, aliud Adiectiuum {ἁλουργικὸς} Quod ad purpurã pertinet: vt Officina purpuraria, in qua purpura fit. Plin. lib. 35. cap. 6.
Taberna purpuraria. Paulus in l. Prædiis. §. Pater. D. De legat. 3.

Purpurarij, orum: Purpuræ diuenditores, l. negotiantes. de excusat. munerum, lib. 10. Cod.

Purpurificium, apud Strabonis interpretem, ex Græco verbo cõfictum, est locus in quo purpura conficitur, vel paratur. Strabo lib. 17, Post Syrtim est lacus, nomine Zuchis, c c c c. ferè stadiorum, habens ingressum arctum, ad quem vrbs est eodem nomine: ea Purpurificium & varias piscium condituras habet.

Purpurissum, purpurissi {πόρφυρεος} Genus coloris factitij, quo vtuntur pictores, fitque è creta argentaria, & cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius quàm lanæ. Plin. lib. 35. cap. 6. Plaut. Mostel. 4,

Tum tu igitur cedo purpurissum-s. non do: Scita es tu quidem,
Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.

Purpurissum, quo buccas inficiebant suas meretriculæ, rubricam dixit Plautus Latinè. Nam quum scripsisset,

Istas buccas tam bellè purpurissatas habes, subiecit non multo pòst,
Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi. Turneb.

Purpurisso, purpurissas {πόρφυρεόω} purpurissare, Purpurisso inficere. Plaut. Trucul. 6,

-quiáque istas buccas tam bellè purpurissatas habes. Purpurisso enim vtebantur mulieres ad labra & genas tingẽdas, quemadmodum hodie plerunque apud Italos fieri videmus.

PVRPVRARIAE, insulæ in Æthiopico mari, non procul à Fortunatis insulis. Plin. lib. 6. cap. 30.

Purrhicharij, qui dicantur in l. Aut damnum, De pœnis, Vide in dictione PYRRHICHA.

Purus, Adiectiuum {καθαρὸς, καθάριος} Mundus, sine sorde.
Ad cibum purus. Vide in præpositione AD.
Purus ab. Liu. 1. ab Vrbe cond. Et extrinsecus puri aliquid ab humano patet cultu. Id est vacui. Intelligit de pomœriis.
Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est. Cic. de Arusp. resp.
Purus & liquidus. Cic. pro Cecin. Quicquid inde haurias, purum, liquidúmque te haurire sentias.
Purus & insons. Horat. 1. Serm. saty. 6.
Purus & religiosus. Cic. de Arusp. respon.

Sceleris purus. Horat. 1. Carm. ode 22. Sceleris purum, inquit hîc Lambinus, accipio eum, qui castas & puras à sanguine manus habet: quales Hippolyti dicit esse Phedræ nutrix apud Euripidem. Notanda est & constructio, Græcanicæ prorsus respondens. dicunt enim καθαρὸς ἀδικίας.

¶Aer purus. Lucret. lib. 4.
Aer purus ac tenuis, cui opponitur Crassus & concretus. Cicero 2. de Nat. deor.
Amnis. Horat. 2. epist. 2.
Electro purior amnis. Virg. 3. Georg.

Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse coepit. Cic. de Senect.

Castus animus & purus. Cic. 1. de Diuinat.
Aqua. Horat. 3. Carm. ode 16.
Argentum. Cic. 6. Verr.
Argenti vascula puri. Iuuenal. Saty. 9.
Aurum purum, inquit Festus, in sacris dicitur quod in vsu spurco non fuerit. aliàs Purum aurum, quod expurgatum, excoctúmque est.
Campus purus ac patens. Liu. 4. bel. Pun. Id est non impeditus, & vacuus.
Charta pura, Vlpiano, In qua nihil scriptum est. Budæus.

Et purum

Et purum est vitio tibi, quum tumidum est cor? Horatius 2. Serm. satyra 2.
Dies. Claud. 2. de Raptu Proserp.
Domus hac nec purior vlla est. Horat. 2. Serm. saty. 9.
Duellum purum & pium. Liu. 1. ab Vrbe.
Fides. Ouid. 1. Amor. eleg 3.
Genæ. Senec. Hippol. 5.

Hasta pura, id est Sine ferro: præmium fuit apud antiquos eorum qui prælio vicissent: author Seruius. Virg. 6. Æneidos,

Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta.

Historia pura & illustris. Cic. de Clar Orat.
Hostia. Plin. lib. 8. cap. 51.
Humus subacta atque pura. Cic. de Senect.

Iudicium purum postulare. Cic. 2. de Inuent. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum: postulat is quicum agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum postulat: ille quicum agitur, exceptionem addi ait oportere.

Libertas. Claud. 2. Paneg.

Locum purũ Vlpianus esse definit, qui nec sanctus, nec sæcer, nec religiosus est. De religiosis & sumptibus funerum. l. Locum.

Luna. Horat. 2. Carm. ode 5.
Lux. Virg. 2. Æneid.
Mella purissima. Virg. 4. Georg.
Pura atque integra mens. Cic. pro Mil.
Nox. Virg. 9. eclog.

Oratio. Terent. in Prologo Heaut. Id est, quæ facilè assensum auditorum imeat.

Orbis. Ouid. 1. Amorum. eleg. 8,

Quum voluit, puro fulget in orbe dies.

Pectus. Horat. 1. epist. 2.

Puræ plateæ, Id est non impeditæ, sed patentes, & latè explicatæ, & vacuæ. Horat. lib. 2. epist. ad Iulium Florum, -verùm

Puræ sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet. Hanc scripturam quidam corruperant, & plures supposuerant, quam restituit fœliciter Lambinus.

Concha salis puri. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Sol. Horat. 3. Carm. ode 29.
Syncerias. Plin. lib. 15. cap. 6.
Thus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Toga. Plin. lib. 8. cap. 48.

Vasa pura, Sine emblemate, cælatura, aut incrustatione. Paulus in l. Si in rem. De rei vendicatione, Quanuis & in vasis occurrat difficultas, pura an cælata sint dici oporteat.

Non satis est puris versum perscribere verbis. Horatius 1. Serm. satyra 4.
Vesper. Horat. 3. Carm. ode 19.
Vestis. Virg. 12. Æneid.

Vestimenta pura, à veteribus dicebantur, quæ sacerdotes ad sacrificia sumebant, id est non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia. Festus.

Vinum. Ouid. 7. Metam.
Vir purus, pudens. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Vnda. Virg. 7. Æneid.

Puri menstrio esse dicuntur, qui sacrorum causa toto mense in cæremoniis sunt, id est puri sint, certis rebus carendo. Festus.

Purus, Simplex, sine conditione, aut vlla exceptione. Paul. in l. 4. D. De annuis legat. & fideicom. Si in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus plura legata esse ait: & primi anni purum, sequentium conditionale. videri enim hanc ineísse conditionem, Si viuat.

Purè, Aduerbium {καθαρῶς.} Plaut. Aulul. 8,

Vascula intus purè, propera, atque elue.
Purè lautum, aqua pura lauatum. Paul.
Quicrè, purè, & eleganter acta ætas. Cic. de Senect.
Apparet tibi purè res. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Lauari purè. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Loqui purè & emendatè. Cic. de Opt. gen. Orat.
Loqui Latinè & purè. Cic. 1. de Orat.
Purè & castè deos venerati. Cic. 1. de Nat. deor.

¶Purè, Simpliciter & absolutè, sine conditione aut exceptione. Vlpian. l. 4. D. De in diem addict. Quum igitur tunc recedatur ab emptione, vbi purè contrahitur: vel tunc non impleatur, vbi sub conditione fit, &c.

¶Purè & Conditionaliter, contraria. Vlpian. in l. Etsi conditionalis contractus cum pupillo fiat, tutor debet purè author fieri. Nam authoritas non conditionaliter, sed purè interponenda est, vt conditionalis contractus confirmetur.

Puriter, pen corr. {καθαρίως} Aliud aduerbium, Idem. Cato cap. 23, Sue cum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito:

Puritas, pen.corr. puritatis. f.g. {καθαρότης} Munditia.

Purifico, purificas, pen.corr. {καθαιρομαῖω} purificare, Purum facere. Suet. in Octauio, cap. 94, Paulóque post egressum, illámque expergefactam, quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore eius extitisse maculam depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41, Villaribus gallinis & religio inest. Inhorrescunt edito ouo, excutiúntque sese, & circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & oua lustrant. Idem lib. 8. cap. 11.

Purificatio, Verbale {καθαρμὸς.} Plin. lib. 15. cap. 30, Eadem purificationibus adhiberi. Sic Martialis lib. 8. 1. Vide LVSTRVM.

Pus, puris. n. gen. {πῦον} Sanies est, & quicunque humor in putredinem versus. Plin. Ad puris & sanguinis excreationes. Idem lib. 23. cap. 4, Vtiliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat.

Pus à sanie distinguit Celsus his verbis, lib. 5. cap. 26, Sanguis omnibus notus est: sanies tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albidissimúmque, glutinosus & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam senescente:

Sanies est inter vtrunque tempus. Pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante.
Maturum pus. Celsus lib. 5. cap. 18.
Effunditur pus. Celsus lib. 2. cap. 8.
Exit pus ex iecinore. Celsus lib. 2. cap. 8.
Exempto pure, si leuis plaga est. Cels. lib. 6. cap. 12.
Exprimere pus. Cels. lib. 5. cap. 28. De furunculo.
Extussire pus. Celsus lib. 2. cap. 8.
Fertur pus ex vomica. Celsus lib. 2. cap. 8.
Maturare pus. Celsus lib. 5. cap. 18.

Mouere pus dicitur emplastrum. Celsus, Aliud emplastrum eodem nomine puri mouendo est. Hoc est, valet ad excitandum & extrahendum pus. Idem lib. 5. cap. 3, Concoquunt & mouent pus.
Mouendo puri accommodatum, Vide ACCOMMODO.
Ortum pus. Celsus lib. 5. cap. 19.

Pura, numero plurali. Plin. lib. 35. cap. 8, Explet vulnera si coquatur, ad siccanda præcipuè vtilis, & capitis doloribus, & ad deprehendenda pura. Subesse enim illa intelligitur, si ex aqua illita non arescat.

Purulentus, Adiectiuum {πυόδης} Pure plenum. Plin. lib. 20. cap. 13, Multi verò & contra purulentas excreationes siccæ drachmas duas, sulphuris vnam & dimidiam sumi censent.

Purulentè, Aduerbium {πυωδῶς.} Plinius lib. 23. in Procem. Cicatricibus marcidis, offibus purulentè limosis plurimum confert. De omphacio.

Purulentia, æ, est ipsa puris tumiditas aut plenitudo, vel vulnus pure plenum.

Pusa, pro Puella, apud antiquos accipiebatur. Festus.

Pusca. Vide POSCA.

Pusillanimis, & hoc pusillanime, pen.corr. {μικρόψυχος} Quod est pusilli animi: cui contrarium Magnanimus.

Pusillus {πανδιεμμικὸς} Diminutiuum à Pusio, pusionis, antiquo vocabulo, id est Paruulus. vt Pusillus homo. Martial. lib. 1. 39,

Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri:
Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est.

Animus pusillus. Horat. 1. Serm. saty 4.
Illud est pusilli animi. Cic. Caninio, lib. 2. 16.
Caput oppidò pusillum. Catul. de quodam & Caluo, epig. 50.
Et firmis causa pusilla nocet. Ouid. 2. de Remed. amor.

Epistola pusilla. Cic. ad Brutum, 14, Videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum.

Homines pusilli. Iuuen. Saty. 15.

Libelli pusilli & contempti. Cic. 4. Verr. Pauculis igitur mensibus, vt hi pusilli & contempti libelli indicant, furta Prætoris, &c.

Mœchi pusilli & semitarij. Catul. ad Contubernales, epig. 35.

Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo. Cic. Attic. lib. 5.

Testis pusillus processit. Cic. 2. de Orat.
Villula valde pusilla. Cic. Attic. lib. 12.
Vxor pusilla. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Pusillum laxamenti, Paululum relaxationis. Trebonius ad Cic. lib. 12. 16, Ego tamen hactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti.

Pusil um intelligere. Plin. epist. 278.

Pusillitas, penult. corr. pusillitatis, penult. prod. f.g. Lactant. De opificio Dei, cap. 1, Tentabo tamen vtriusque rationem, quantum pusillitas intelligentiæ meæ peruideat, explicare.

Pusio, pusionis, masc.gen. {παῖδιον} Paruus puer. Veteres enim pusum & pusam, pro puero & puella vsurpabant. Cic. pro Cælio, Qui propter nescio quam credo timiditatem & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pusio cum maiore sorore cubitauit. Sic Tusc. Iuuen. Satyra 6,

Nónne putas melius quod tecum pusio dormit
Pusio qui noctu non litigat.

PVSIO & Secundilla, prodigiosi corporis homines, apud Plinium libro 7. capite 16.

Pustula, pustulæ, pen.corr. {φλύκτις, φλύκταινα} Tuberculum in summitate cutis nascens. Martialis, lib. 14. 166,

Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. Quidam legunt pulsitula. Plin. lib. 26. cap. 8, Est enim tam feruentis naturæ, vt per se extrà corpori impositum, pustulas ignium modo faciat, & pro cauistico iis vsu sit.

Pustulæ sunt apud Celsum lib. 5, id genus morbi quod variolas & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maximè eueniens, vt inquit ille, rarò in medio corpore, sæpè in eminentibus partibus. Budæus.

Rupta pustula. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

Nec quererer quod sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras pustula rupta manus.

Pustulæ liuentes. Plin. lib. 20. cap. 6.
Lucentes pustulæ. Martial. lib. 11. 92.

Pustulatus, pen. prod. Adiect. {φλυκταινώδης} Pustulis plenus.

Pustulosus, pen. prod. Adiectiuum, Idem. vt Locus pustulosus. Celsus lib. 5. cap. 26. De vlceribus quæ extrinsecus, &c.

Pustulatum argentum, pro Purgatissimo & excoctissimo posuit Tranquillus; cuiusmodi autem obryzum à Græcis appellatur τὸ σκωρίας ἐλαθὲν, hoc est multipliciter excoctum. Tranquilli verba sunt in Nerone, cap. 44, Exegítque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obtusam, vt plerique omnem collationem palàm recusarent. Martialis lib. 7. 85,

Sed causam scio, nulla venit à me
Argenti tibi libra pustulati.

Pustula, pustulæ, penùltima corr. {φλυκτὶς} Est tumefactio illa leuis, quæ vi ignis solet assurgere. Plinius, Est enim tam feruentis naturæ, vt per se extrà corpori impositum, pustulas ignium modo faciat, & pro cauistico in vsu sit.

Pustula, Morbi genus, qui aliò nomine dicitur Sacer ignis. Colum.

lib 7.cap.5. Est etiam insanabilis facer ignis, quam pusulam vocant pastores. Ea nisi compescitur inter primam pecudem quæ tali malo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit.

Pusularum argentum, ab attributo Pusulatus, pusulata, pusulatum, idem quod pustulatum, id est pusula probatum, quam & *copellam* barbari dicunt. Alfenus l.31, Locati, in P. Veluri quum argentum pusularum fabro daretur, vt vasa fierent, aut aurum, vt annuli.

Pusulosus.pen prod. Adiectiuum {φλυκτιώδης} Qui eo morbo laborat: vt Pecus pusulosa. Colum lib.7.cap 5.

Pusus.pusi. Puer à veteribus dicebatur, sicut & Pusio, & Pupus, vt etiam docet Isidorus in voce Pupus. Quin & ex epigrammate quodam Pomponij, quod extat apud Varronem lib.6. de Lingua Latina, Pusum pro puero accipi facilè est intelligere,

Nam verè pusus tu, tua amica puella's.t. Lucret.lib 4,

Pusi sæpe lacum propter, se, ac dolia curta

Somno deuincti credunt extollere vestem, &c.

Puta, Putamen. Putatio, Putator, Vide PVTO.

Puteal, neut.gen. huius putealis pen.prod. Quid sit Puteal, non vna est scribentium opinio. Horat.Serm lib.2.sat.6,

Roscius orabat sibi adesses ad puteal eras. Puteal, ait Acron, Romæ locus, ad quem conueniebant fœneratores. Alij dicunt: in quo tribunal solebat esse Prætoris. hæc Acron. Rursum Horatius Epist.lib.1.epist.20,

-forum, puteálque Libonis

Mandabo siccis. Per forum, inquit Porphyrio, causidicos & iurisconsultos significat. Puteal autem Libonis, sedes Prætoris fuit prope arcum Fabianum, dictum quòd à Libone illic primùm tribunal & subsellia collocata sunt. Hactenus ille. Persius satyra 5,

Si puteal multa cautus vibice flagellas. Quem locum sic interpretantur: Si debitoribus grauis es fœnerator. Puteal, id est debitores. nam locum pro personis posuit. Puteal enim locus erat Romæ, vbi fœneratores vsuras exercebant. Flagellas, torques. Multa vibice, multo & graui fœnore, multis molestiis & exactionibus vsuras multiplices extorquendo. Ouidius de Remedio amoris, libro secundo,

Qui puteal, tanúmque timet, celerésque calendas:

Torqueat hunc æris mutua summa sui. Puteal: fœneratores. Ianum: vel mensem Ianuarium, quo in ius trahebantur debitores à creditoribus: vel forum iudiciale, quod erat propinquum templo Iani. Celerésque calendas: quòd debitori tempus soluendi videtur celerius aduenisse quàm veller. Mensium verò calendis pecuniæ fœnori datæ exigebantur, cogebantúrque debitores calendis pecuniam creditoribus soluere. Vnde & Calendarium, liber rationum fœneratitiarum. Et tristes calendæ, apud Horat. Serm. libro 1.satyra 3,

Odisti, & fugis, vt Drusonem debitor æris:

Qui, nisi quum tristes misero venere calendæ,

Mercedem aut nummos vnde extricat, amaras, &c. Tristes calendæ, quæ debitorem tristem reddunt, quòd debitam pecuniam tunc soluere fœneratori debeat. Drusonem, vel (vt alij legunt) Rufonem, huius nominis fœneratorem. Torqueat hunc æris, &c. hoc est, anxius sit & solicitus de ære quod ab allis mutuò accepit. Est qui interpretetur dici Puteal, quòd ibi creditor debitori dans bona, tanquam in puteum mittit. Dionysius Halicarnasseus libro tertio, sub finem, de Tarquinio Prisco Romanorum rege & Actio Nauio augure peritissimo verba faciens, cuius augurio cotem ipse nouacula disciderat, Tarquinius, inquit, vt Nauio debitum honorem referret, præter magnam comitatem exhibitam, etiam ærea statua hominem dignatus est, quæ memoriam eius sempiternam prorogaret ad posteros: spectátque est in foro vsque ad nostra tempora, ante curiam, prope Ruminalem sicum posita mediocri statura, & operto capite. Cotem quoque ac nouaculam non longè inde sub ara quadam sitas fuisse memorant: qui locus Romanis Puteal dicitur. Sic habet Gelenij versio. Cælius legit Puteus. Cicero de Diuinatione lib.1 rem totam multis verbis executus, tandem sic concludit: Ita cotem in Comitium allatam, in pectante & rege & populo, nouacula esse discissam. Ex eo euenit, vt & Tarquinius augure Actio Nauio vereretur, & populus de suis rebus ad eum referret. Cotem autem illam & nouaculam defossam in Comitio, suprâque impositum puteal accepimus. Plinius quoque lib.34.cap 5, Actij Nauij statua fuit ante Curiam, cuius basis conflagrauit Curia incensa P Clodij funere. Liuius libro 1. ab Vrbe condita, Statua Accij capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio in gradibus ipsis ad lænam Curiæ fuit. Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, vt esset ad posteros miraculi eius monimentum. Est verò Puteal, inquit Cælius, sicuti apud Iureconsultum obseruauimus Pomponium. D. De actionibus empt. & vendit. quo putei operiuntur: hoc est, veluti vmbella quædam aut perasus, qualem pyramidibus impositum Plinius scribit: qualísque in Patauino visitur foro concinnè fastigatus, prætérque plumbeis inductus tabellis. Inibi verò iudicia exercerí solita, neminem puto latere, quum locus is in Comitio foret, quod inde appellatum Varro scribit, quia illuc coirent Comitiis curiatis & litium causæ. Puteal hoc non omisit item Ouidius,

Si puteal, lanúmque times, celerésque calendas. Et Horatius, Roscius orabat, sibi adesses ad Pureal eras. P. Victor in regione Vrbis octaua Puteal constituit Libonis & Ianos duos, qui (inquit) locus erat mercatoribus frequens. Inuenio in Græcorum thesauris, fuisse in Attica iuri dicendo stationem, siue iudiciale forum: quod diceretur ὁ φρέαρ, id est in puteo. In eo causæ reorum agitabantur, qui cædis inuoluntariæ semel accusati, rursum sponte admissi facinoris iudicium subirent. Erat verò in mari locus is & forma iudicij inusitata. Naui illuc vectabatur reus, ex qua etiam causam dicebat ita, vt nusquam terram attingeret. Immo nec vllis anchoris nauigium licebat infrenare, nec pontem mittere. Hæc Cælius lib. 10.cap.17. Horum meminit Pausanias in Attica, inter Athenienſium

iudicia. Porrò Pomponij iureconsulti locus à Cælio citatus sic habet. D. De actionibus empti & venditi. l. Iulianus. in fine. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur: vtputa Puteal. Deinde mox sequitur, Pomponius libro 31 ad Qu Mutium. Id est, quo puteus cooperitur. Scio tamen in Haloandri editione a'iter legi. Nec intempestiuum fuerit hîc adnicere quæ de Puteali Martiano tradit in vrbis Romæ topographia libro 1.cap 4. Arcum fabianum, inquit, à Fabio Censore qui deuicit Allobroges, excitatum esse, ait Asconius: in quo fuerant scuta, & signa eius victoriæ. Ad hunc situm erat tribunal Libonis Prætoris, Puteal dictum, de quo meminerunt Horatius & Ouidius. Fœneratores enim stabant ad lanum: & apud fornicem Fabianum ius dicebant. De hoc arcu Cicero pro Plancio sic inquit: Equidem siquando, vt fit, iactor in turba, non illum accuso qui est in summa sacra via, quum ego ad Fabianum fornicem impellor. Est apud nos numisma argenteum, in cuius altera parte Libonis imago est cælata, cum hac inscriptione, LIBO BONEVEN. In altera verò tribunal, supra quod est, PVTEAL: infra verò, SCRIBONI. Hactenus Marianus. Dicebatur autem hic Prætor, Scribonius Libo.

Puteália sigillata. Cic. Attic. lib.1. epistola cuius initium, Quum essem in Tusculano: Præterea typos tibi mando, quos in rectorio atrioli possim includere, & puteália sigillata duo. Hoc est, vt Manutius quidem interpretatur, puteorum opercula, paruis signis exornata: qualia & hodie videmus, in quibus incisæ delectant imagunculæ. Corradus verò sic: Puteália sigillata, tegumenta, vel tympana quædam puteorum, sigillis ornata. Alij. plutealia sigilla, quòd in ædibus plutei essent marmorei.

Putealis, Vide PVTEVS.

Puteo, putes, putui {πυαθρίζω, βρωμάομαι} putêre, Fœtere, & malí odoris esse. Produxit primam syllabam. Horat. 2. Serm. satyra 2,

Putet aper, rhombúsque recens. Quintil. lib. 6. cap 4, Aliquando desinet putere.

Duumo mero putere. Horat. 1. epist 20.

Putidus, pennúltima corr. Adiectiuum {ἀνόσιος} Quod est mali odoris. Plaut Bacchid. 18,

Tanti est, quanti est fungus putidus. Cicero in Pisonem, Ego istius pecudis ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam?

Palus putida Catul. ad Coloniam, epig. 17.

Cerebrum putidius. Horat. 2 Serm. saty. 3.

¶Putidum (inquit Nonius) non solùm ab odore fœtido & graui, quod naribus præbetur, sed etiam quod auribus triste, insuaue, austerum, & incultum, putidum dici posse authoritas vetustatis admisit. Cicero, Putidas ac pæminosas aures. Putidam orationem dicimus per metaphoram, quæ auribus austera, insuauis, & (vt ita dicam) rancida. Cicero in Orat Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phrygx Athenis, quum etiam Demosthenes exagiterur vt putidus? Putidus dicitur, qui orationem affectat: qua re nihil est odiosius. Ita oratio putida dicitur affectata, quæ ita aures offendit, sicuti quæ putida sunt, nares.

Non dices hodie quorsum hæc tam putida tẽdunt Furciferi? Horat. 2. Serm. saty. 7.

Mœcha putida Catul. de Acme, epig. 39.

Putidum Ciceroni, in quo nimia diligentia reprehendi possit: r. Offic. Literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum.

Putidum, Putre. Varr. Τυφὸ Μοδίωτες, Inde putidas vuas acinis electis & comestis extendit in lectis quondam. Cæcil. Andria, Conducit nauem putidam. Nonius.

Putidè, penult. corr. Aduerbium {σαπρῶς} Insuauiter, austerè, rancidè. Cic. 3. de Orat. Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius.

Putidulus, pennult. corr. {ὑπόσαπρος} Adiectiuum diminutiuum. Martialis libro 4.20,

Ferre nec hanc possis, possis Coline nec illam:

Altera ridicula est, altera putidula.

Putidiusculus, pen. corr. Aliud diminutiuum. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5, Sumus enim putidiusculi, quàm per te vix licet: verùm, vt video, licebit. Nonnulli hoc loco legunt pudentiusculi, & fortasse rectius. Putidiusculi, id est paulò, quàm satis est diligentiores. Vitus Amerpachius hunc locum enarrans, sic ait: Obseruandum est, putidiusculi, retinete constructionem comparatiuam, vt in Terentio est hoc: Thais, quàm ego, maiuscula est. Nec est scribendum pudentiusculi. Extenuat enim se Cicero, & significat propemodum indignum esse, cui tantus honor habeatur, & in quem conferatur hoc beneficium à tanto viro. Et est causa non proximorum verborum præcedentium, sed primorum eius extenuationis: ita vt desint verba, petere tribunatum, aut præfecturam, &c. Ac est horum sensus, vt puto: Sumus enim putidiusculi, hoc est humiliusculi, aut abiectiusculi, quàm vt per te vix liceat, subaudi petere: hoc est, aliter quàm feci, commendare Tiebarium. aut certè, quàm per te, id est prouc excellentia tua requirit, vix liceat, subaudi esse nos tales, putidiusculos inquam, ad petendam à te rem tantam. Sensus tamen eodem redit. Hæc Amerpachius.

Putor, putoris {δυσοσμία} à Puteo, putes, Fœtor. Cato cap. 157, Postea bis in die contrira imponito, ea omnem putorem adimet.

Cæpit putor ob imbres intempestiuos. Lucret. lib. 2.

Detergere putorem. Strat 4. Sylu. 3.

PVTEOLI, orum {ποτίολοι} Stephano, Vulgò *Puzzuoli*, Oppidum maritimum Campaniæ, octauo lapide à Neapoli distans, non procul ab Auerno lacu, à Samiis conditum, teste Eusebio: sub idem ferè tempus quo Tarquinij Roma sunt exacti. Dicti Puteoli, siue à copia puteorum aquis calidis scatentium, siue à putore, hoc est graueolentia aquæ sulphuratæ. Olim etiam, quòd iustissimè regeretur, Dicæarchia dicebatur. Paulus apud Festum.

Puteolanus,

Puteolanus, pen. prod. {ποτιολανὸς} Possessiuum. Cic. Thermo, libro 13. 57, Cluuius Puteolanus valde me obseruat.

Aquæ Puteolanæ. Cic. 8. Philip.

Puteolanus puluis. Seneca Quæstio. natur. lib. 3. cap. 20, Puteolanus puluis, si aquam attigit, saxum est. De hoc Vitruuius fusissimè lib. 2. cap. 6. Vulgò appellatur *Poudre de Pouſſol.*

Puteus, putei, masc. gen. {φρέαρ} Notæ significationis. Plin. lib. 2. cap. 97, Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonáque luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum: aliàs simul cum Oceano augetur, minuitúrque: aliàs verò vtrunque contrariis temporibus. Virg. 3. Georgicorum,

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto

Currentem ilignis potare canalibus vndam.

Capaces putei. Ouid. 7. Metam.

Iugis, Vide Iugis in IVGVM.

Patens. Horat. 2. epist.

Perennis puteus iugis aquæ. Horat. 1. epist. 15.

Abiicere se in puteos. Cic. de Prouinc. Conſ.

Aperire puteum, Excauare. Vlpian. in l. Fluminum. §. finali. D. de damn. infect. In domo mea puteum aperio: quo aperto, venæ putei præcisæ sunt. an tenear?

Haurire aquam de puteo. Cic. 2. de Diuinat.

¶Puteus, à Putore dicitur, authore Varrone lib. 4. de Lingua Latina, quòd putidus sit odoribus, sæpe ex sulphure & alumine: & putearios sæpe necat. Vlpianus quoque in l. Iulianus, in fine. D. De actio. empt. & vend. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, vt puta puteа. Quo loco legitur & pueralia.

¶Puteũ, neut. gen. dixit Varro, De miris secundo de statuis, aquis, vt sunt lacus, & stagna, & putea, & maria. Nonius. Vlpian. in l. Iulian. ad finem. D. De action. empt. & vend. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habẽtur: vtputa putea. Pompon. in l. mox sequẽte: Item quo puteum cooperitur. Alij priore loco legunt puteal, posteriore puteus.

Puteanus, pen. prod. Adiect. {φρεατικὸς} Quod ex puteo est. Vnde Aquæ puteanam dicimus. Plin. lib. 14. cap. 9.

Putealis, & hoc puteale, penult. prod. {φρεάτιος} Eiusdem significationis. Ouid. in Ibin,

Vt quos dux Pœnus mersit putealibus vadis. Columel. lib. 9. cap. 5, Præterfluens vnda vel putealis.

Lymphæ puteales. Lucret. lib. 6.

Putearius, puteárij {φρεατορύκτης} Qui puteos fodit. Plinius lib. 31. cap. 3, Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia, putearios necant.

PVTICVLI sunt appellati à puteis, quòd ibi caduera in puteis obruerentur: vel ab eo quòd in his corpora putrescerent. Romæ vltra Exquilias fuit locus publicus dictus Puticuli, quoniam illic erat commune sepulcrum miseræ plebi. Author Varro de Ling. Latin. lib. 4. Puticuli, inquit Pompon. Festus, sunt appellati, quòd vetustissimum genus sepulturæ, vt puteus fuerit: vel dicti puticuli, quia ibi caduera putrescerent.

Putidus, Vide PVTEO, putes.

Putitus, pro stulto dixit Plaut. Paulus apud Festum.

Puto, putas {καθαρίζω} putare, Falsa & superflua & infructifera ex quacunque re à veris & fertilibus resecare, & purgare. Hinc putari arbores & vites dicuntur. Colum. lib. 2, Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Idem lib. 6, Quinetiam compluribus annis interpositis oliuetum putandum est.

Putare (inquit Varro lib. 5. de Ling. Latin.) est purum facere. Festus, Putum antiqui dicebant pro puro. vnde putatæ vites & arbores, quòd decisis impedimentis remanerent puræ. Hæc ille.

Vitem putando fingit. Virg. 2. Georg.

¶Putare {τεμνίζω, δενδίζω, σὺν μισχολόγημαι} Cogitare, consyderare. Terent. Eunuch. 4. 2, -dum hæc puto,

Præterij imprudens villam.

Multa putans, fortémque animo miseratus iniquam. Virgilius 6. Æneid.

Multáque dura suo tristi cum corde putabant. Virg. 8. Æneid.

Puto vt. Cælius Ciceroni, libro 8. 2, Puto vt suum gaudium gauderemus.

¶Putare, Æstimare, iudicare. Terent. Eunuch. 4. 7,

Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas.

O pater, ánne aliquas ad cælum hinc ire putandum est

Sublimes animas? Virg. 6. Æneid.

In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non iudicium. Cic. pro Plancio.

Præterea quanuis solidæ res esse putentur. Lucret. lib. 1.

Noli putare me, &c. Cic. Attic. lib. 6.

Nunquam putasſem. Cic. 4. Acad. An non videmus hoc vsu venire, vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facilè internoscere mus.

Putare aliquo in numero, Aliquo in pretio vel numero habere. Cic. pro Lege Manil. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu væneant centuriatus, atque vænierint? Simile est Terentij in Heaut. Putare vicinitatem in propinqua parte amicitiæ, pro Æstimando ponere.

Neminem præ se putare. Cic. pro Rosc. Amer. Etiam videtis Iudices, vt omnes despiciat, vt hominem præ se neminem putet, vt se solum beatum, solum potentem putet.

Putare pro certo. Cic. ad Attic. lib. 9, Hæc pro certo putauimus.

Putare pro nihilo, Nihili æstimare aut facere. Cic. 13. Philip. Neque eos solùm præsentes, sed multò magis nos, à quibus illi erant missi, spreuit, & pro nihilo putauit.

Magni putare. Quintil. lib. 6, cap. 2, Alius imaginem mariti pro re proferre magni putauit.

Magni putare honores. Cic. pro Plancio.

Noli spernere, nec putare parui. Catul. epigr. 20.

Tanti putare. Plin. lib. 8. cap. 3, Circumuentique à venantibus primos constituunt quibus sunt minimi, ne tanti præsilim puterur.

Quid, quòd amat, tantíq; putat connubia nostra, Vt pereat? Ouid. 10. Metam.

¶Putemus rem ipsam. Terent. Adelph. 5. 3,

-mitto maledicta omnia,

Rem ipsam putemus. Vbi Donatus, Putemus, Tractemus, purgemus. Idem Phorm. 4,

Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiiciat.

6. Rem ipsam putasti. Vbi Donatus, Putasti, pro Disputasti modò.

Bestia damnationem pro Prætura putat. Cic. 11. Philip. Id est damnationem putat esse Prætu am.

¶Putare cum aliquo argumentis. Plaut. Amph. 7.

Putare rationem cum aliquo, pro Subducere rationem. Plaut. Aulul. 19. Cato cap. 5, Rationem cum domino crebrò putet.

Rationem secum putare, pro Cogitare, cõsyderare. Plaut. Casin. 13.

Putá, Imperatiuum, loco Aduerbij ponitur quandoque, pro Scilicet, vel Verbi gratia. Pomponius in l. Siquis. §. Item si. D. De hæred. insti. Si ille, puta, Consul factus fuerit: tunc, &c. De hoc ita Prisicianus lib. 15. de Aduerbiis, AGitur terminantia vel primitiua sunt, vt Ita, quod solum A correptam habuit, quanuis quidam Puta quoque aduerbium esse accipiant, ideoque Persium id corripuisse: vt,

Hoc puta non iustum est, illud malè, rectius illud.

Vt puta, eodem modo dicitur. Vlpian. in l. Iulianus. §. vlt. D. de Act. empt. & vendi. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, vt puta putea.

¶Putatur prudens, Reputatur & æstimatur. Cic. de Amicit. Sed verte alio quodam modo: Actilius, quia prudens esse in iure Ciuili putatur. Legitur & putabatur.

Putentur. Lucret. lib. 5, Tempore eodem alij facere id non quisſe putentur?

Putator, pen. prod. putatoris {καθαρτὴς} Arborum purgator, inquit Donatus. Plin. lib. 27. cap. 8, Curatum ea fœcundiorem fieri scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem circundata vniuersoque corpori. Martial. lib. 5,

Seras putator horridus refert vuas.

Vitis putator. Ouid. 13. Metam.

Pendulus putator, Vide PENDEO.

Putatorius, Adiectiuum. vt Falces putatoriæ. Vlpianus in l. Instrumenta. D. De instruc. & instr. leg.

Putatio, Verbale fœm. {καθαρίσις} Quæ vulgò in arboribus emundatio, in vitibus resectio dicitur. Cic. 1. de Orat. Vt quid sit fementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat. Colum. lib. 1. in Præfat.

¶Putatio, pro Æstimatione. Paulus in l. Eum qui. §. vlt. D. De iniur. & famos. libel. Nec transferri personæ putatio ex persona filiorum ad eas poteſt.

Putamen, pen. prod. putaminis, neut. gen. {λυσφορμόλυφος.} Nonius, Putamina, non solùm arborũ sunt, verùm omnium rerum purgamentas: nam quicquid ex aliqua re proiicitur, id putamen appellatur. Plaut. Capt. 11,

Nucleum amisi, reliqui pignori putamina. Vide NVCLEVS.

Putamen iuglandis. Cic. 5. Tuscul. Instituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.

Putamina uuorum. Plin. lib. 7. cap. 2.

Testudinum putamina secare in laminas. Plin. lib. 9. cap. 11.

Putor, putoris, Vide PVTEO.

Putreo, Putresco, Putrefactus, Putricauus, Putridus, Vide post PVTRIS.

Putris, & hoc putre {σαπρὸς} Quod est corruptum ac resolutum. Virg. 8. Æneidos,

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Idem 1. Georgicorum,

-& Zephyro putris se gleba resoluit. Quo tempore, inquit Seruius, Fauonij flatu arua laxantur, quæ fuerant præclusa frigoribus. Putris gleba. Solubilis. Hæc ille.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto. Propert. lib. 3. eleg. 6.

Arenæ putres. Stat. 4. Sylu. 3.

Bos. Ouid. 1. Fast.

Chartæ. Stat. 4. Sylu. 3.

Cineres. Stat. 6. Theb.

Coma. Martial. lib. 1. 159.

Corpus. Lucret. lib. 3.

Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ. Horat. 1. epist. 10.

Fungi. Virg. 1. Georg.

Rosus tineis liber, & situ putris. Stat. 4. Sylu. 9.

Lapis putris. Plin. epist. 256, Siue lapis ipse gracilis & putris.

Mammæ. Horat. Epod. 8.

Putris & in vacua requiescit nauis arena. Propert. lib. 2. eleg. 26.

Oculi putres. Horat. 1. Carm. ode 36,

Omnes in Damalim putres

Deponent oculos. Id est nimio potu marcentes, & libidine resolutos. Acron. Huc facit illud Persij, Satyr. 5, -ille

In venerem est putris. Hoc est, ita rei venereæ intentus, vt eneruetur, exhauriatur, & assidua libidine resoluatur. Sic terram solutam vocamus putrem.

Sanies. Stat. 12. Theb.

Saxa. Claud. 2. in Eutrop.

Solum. Virg. 2. Georg.

Spinis putribus atque deciduis. Plin. lib. 8. cap. 37.

Sulci. Virg. 1. Georg.

Tabo putri liquentia corpora. Silius lib. 13.

Tellus. Stat. 6. Theb.

Putris in venerem, Vide Oculi putres.

Putricauus, putricaua, putricauum, Carie exesus & excauatus. Lucret. libro 2, -quæ quum ita sunt tandem, vt mortalia constent, Mollia, lenta, fragosa, putricaua, corpore raro: &c.

Putridus, pen. corr. Adiectiuum {σαπρώδης} Corruptus. Cic. in Pison. Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Antra putrida. Claud. 1. de raptu Proserp.
Membra. Lucan. lib 2.
Pectora. Catul. Argon. 59.

Putredo, penultima producta, putredinis {σαπρότης, σηπεδὼν} Corruptio, resolutio.
Estur, vt occulta vitiata putredine nauis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1.

Putreo, putres, putrui {σαπρόω, νέσσπα} putrêre, Marcere, & impus resolutum esse, vel putridum. Pacuuius Teucro,
Quanquam annis & ætate hoc corpus putret. Ex Nonio.
Non alia, quàm quia Byzantia putruit orca. Horat. 2. Serm. satyr. 4.

Putresco, putrescis {σήπομαι, κατασήπομαι} putrêscere, Putridum fieri. Columel. libro 2, Vt herbarum culmis cæteríque rebus immista putrescant. Cic. 5. de Finibus, Animum illi pecudi datum pro sale ne putresceret.
Cur Aiax heros ab Achille secundus Putrescit. Horatius 2. Serm. satyr. 3.
Vestis putrescit in arca. Horat 2. Serm. satyr. 3.
¶Putrescere, pro In puluerem resolui. Vide Fermentare terram, in FERMENTVM.

Putrefacio, putrefacis, penult. corr. putrefeci, penult. prod. putrefactum {σήπω, κατασήπω} putrefácere, Corrumpere, resoluere, putre aliquid facere. Plaut. Mostel. 3,
Perpluunt tigna, putrefaciúque operam fabri. Colum. lib. 3. cap 12,
Quum se promunt vites, modico tempore euocant humorem terræ iusto maiorem, qui putrefacit deposita semina.

Putrefactus, Participium {σηπτὸς.} Ouid. 15. Metamorphoseos,
Sunt qui quum clauso putrefacta est spina sepulcro, &c.
Mutari credant humanas angue medullas.
Et tamen hæc quum sint quasi putrefacta per imbres. Lucret. lib. 2.

Putror, putroris, pen. prod. {σηπεδὼν} Idem quod Putredo. Lucret. lib. 2,
Quippe videre licet viuos exsitere vermes
Stercore de tetro, putrorem quum sibi nacta est
Intempestiuis ex imbribus humida tellus. Sic enim legendum est, non vt in vulgatis putorem. Lambinus.

Putus, Adiectiuum {καθαρὸς} Purus. Vnde putum argentum, id est purgatum. Iuuenal. satyr. 10, Pauca licet portes argenti vascula puti. Sic Satyr. 9. Alij legunt Puri. Inuenitur apud Gellium lib. 6. cap. 5, Alphenum Iurisconsultum, Seruij Sulpitij discipulum, digestorum lib. 30, scriptum reliquisse in fœdere, quod inter Romanum Populum & Carthaginienses factum est, cautum fuisse, vt Carthaginienses quotannis Populo Romano darent certum pondus argenti puri puti. Vbi purum putum Gellius intelligi voluit expuratum, excoctúmque, atque aliena omni materia carens, omnibúsque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactum: quo verbo antiquos vti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseud. 15, ridiculè ita inquit,
-eho Polymachæroplacides
Purus putus est ipsus: noui. Quasi diceret, Ipse est omnino, & nullus alius prorsus: verus, non adulterinus est: translatione ab argento tracta, quum merum prorsus & omni parte verum est. Verba sunt Ienonis in epistola symbolon militis agnoscentis. Idem alibi in eadem, Purus putus sycophanta est. Hoc est merus sycophanta, in quo nihil probitatis ineſt, ex omni vitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. Festus, Putum antiqui pro puro dicebant: Vnde Putum aurum, putatum dici solet, id est expurgatum. Meminit & Nonius. Budæus.
Orationes putissimæ. Cic. Attico, lib. 2, Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

P Y

PYANEPSION {πυανεψιών} Mensis nomen apud Athenienses, nostro Octobri respondens, si Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepsia festa Apollini sacra: eoquebantur autem fabæ aliáque legumina quæ mensi nomen fecerunt.

Pycnocomon, pen. corr. {πυκνόκομον} Nomen herbæ, quam Plinius libro 26. cap. 8, describit. Sed hodie incognita est. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 169.

Pycnostylon {πυκνόστυλον} Ædificium deambulationi aptũ, cinctum columnis densioribus, modicóque interuallo à se inuicẽ distantibus.

Pycnotica {πυκνωτικὰ} Pharmaca à medicis appellantur, quæ vim habent condensandi: quibus opponuntur Manotica, quæ rarefaciendi habent potestatem.

Pyctatium, pyctatij {λάμμαχος} Apud Lampridium in Alexandri vita, dicitur albũ, hoc est tabella dealbata, in qua nomina iudicum selectorum describebantur. sic enim inquit, Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctatia, & sic faciebat diebus etiam patriter annotatis, & quis & qualis esset in ciuitate promotus. Budæus, Album vulgò *matricula* dicitur, vt album Decurionum, & similia. A quibusdam matrix: à quibusdam recentiorum pyctatium: à Græcis leucoma, quasi album. In I. Actuarij, De erogatione mil. ann. lib. 12, pyctatia pro breuibus commentariolis accipiuntur, quæ eodem in titulo, in l. Excellentia, breues vocantur.

Pyctes, pyctis: siue Pycta, pyctæ {πύκτης} Pugil dicitur. Lamprid. in Heliog. Gladatores ante conuiuium pugnantes sibi & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Columel. lib. 8. cap. 2, gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem, pycten vocat. Plin. lib. 7. cap. 47, Euthymus pycta semper Olympiæ victor.

Pyctomacharius, Idem quod Pyctes, vel pugil. Firmic. lib. 8. cap. 8, Hũc locum si Mars respexerit, stadiodromos facit: si Luna cũ Marte, pyctomacharios.

Pyga, pygæ, Cauda virilis, membrum virile. Horat. lib. 1. Sermon. satyr. 2. ad finem,
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama. De iis loquitur, qui in adulterio deprehendebantur.

Pygargus, pygargi, masc. gen. {πύγαργος} Caprea quædam syluestris, non dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 53, Sunt & damæ & pygargi, & strepsicerotes, multáque alia haud dissimilia. Iuuenal. Satyr. 11,
-apud quem
Sumine eum magno lepus atque aper, atque pygargus,
Et Scythicæ volucres.
Pygargos pro quodam aquilarum genere accipit Plin. lib. 10. cap. 3, Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis manſitat, & in campis, albicante cauda.

PYGELLA, Oppidum in Epheso, quod Dianæ Munychiæ templum habet, Agamemnonis opus, à parte quadam gentium illius habitatum: nam quidam Pygalij nominati iam calamitatibus defatigati, ibi remanserunt, vnde locus nomen ab illis accepit. Postea portus est nomine Panormus. Strabo lib. 14.

PYGMAEI {πυγμαῖοι} Populi sunt ad extremos fines Indiæ. De quibus Plin. lib. 7. cap. 2, sic scribit, Super Astomos extrema in parte mõtium spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, sempérque vernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes arietum capraríúmq; dorsis, armatos sagittis, Veris tempore, vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullósque earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus nõ resisti. Casas eorum luto pennísque, & ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Cætera de his vt reliqui. Hactenus Plinius. In Thracia quoque Pygmæorum gentem fuisse, idem Plinius scribit lib 4. cap. 11. quod secutus videtur Iuuen. Satyr. 13,
Ad subitas Thracum volucres, nubémque sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusque per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

Pygmæus, Adiectiuum {πυγμαῖος.} vt
Sanguis Pygmæus. Ouid. 6. Fastorum,
Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet auis. Id est grus.
Virgo Pygmæa Iuuen. Satyr. 6.

PYGMALION, Vide PIGMALION.

Pyla, pylæ {πύλη} Latinè dicitur porta. Vnde Thermopylæ in augustiis Thessaliæ dictæ sunt. Cic. ad Attic. lib. 5, Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

PYLADES, pen. corr. {πυλάδης} Strophij filius, Agamemnonis amicissimi: nec ipse eius filij Orestis minor amicus, quem nunquam deseruit. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 6,
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati. De Pyladis & Orestis amicitia, scripsit Cic. lib. 2. de Finib.

Pylæa {πυλαία} conuentus Amphictyonum ad Thermopylas, ad quem quotannis è singulis ciuitatibus singuli mittebantur, quos vocabant Pylagoras.

PYLAEMENES {πυλαιμένης} Dux Paphlagonum, qui in bello Troiano Priamo suppetias ferens à Menelao est interfectus.

PYLAEVS, fuit inclyti nominis dux apud Græcos, quem & Pylæo monti nomen communicasse Strabo lib. 13. refert.

PYLAGORAS. nomen eius qui legatione ad Pylæam fungebatur pro Græcorũ ciuitatibus. Pylæa synodus apud Thermopylas quotannis celebrabatur. de ea vide Strabonem lib. 9.

Pylæa synodus Græcarum nationum apud Delphos intra & extra Isthmum, in medio Græciæ vniuersæ, aut potius in medio vniuersæ terræ, de cuius ritu, splendore, & natura vniuersa vide Strabonem lib. 9.

PYLENA, vrbs est in Ætolia, quam posterioribus seculis Proschium vocauere: sita est in superioribus Ætoliæ locis, authore Strabone lib. 10.

Pylorus {πυλωρὸς} intestinum, de quo Galen. lib. 6. de Anato. administrat. Ianitor est ventriculi, qui ad dextram prope iecur situm habet. Galen. de Venar. arteriarumque dissect. Per Pylorum primæ concoctionis excrementa in aluum emittuntur, mox in fecessum.

PYLOS {πύλος} Achaiæ iuxta Thessaliam vetustæ ciuitas in agro Messenio, quem Coryphasium Græci nominauerunt: à Sparta, stadia circiter quadraginta sita, vt Thucydides lib. 4, scribit: Nestore alumno, qui Pylius inde cognominatus est, celebris. Ouid. libro 1. de Ponto, eleg. 5,
Crede mihi, Pylio Nestore maior ero. De Pylo multa Strabo lib. 18. Nestoria Pylos. Senec. Herc. furen. 7.

Pylius. Adiectiuum {πύλιος.} vt
Agri Pylij. Ouid. 2. Metam.
¶Pylius, Idem quod Nestorius: vt
Senecta Pylia. Sylius lib. 15,
Ille foro auditus quum dulcia solueret ora,
Æquabat Pyliæ Neleia verba senectæ.
Æquarint Pylios quũ tua fata dies. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. Vide Strabonem lib. 8. & Melam lib. 2. cap. 3.

Pyr, pyros {πῦρ} Latinè dicitur ignis: à quo multa per compositionem fiunt.

Pyra, pyræ {πυρὰ} Lignorum congeries. Virg. 11. Æneidos,
Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consuerunt.
Accensa pyra. Ouid. in Ibin.
Atra pyra. Silius lib. 8.
Patuaque in extructas munera ferre pyras. Ouid. 2. Fast.
Erigere pyram. Virg. 4. Æneid.
Struere ingentem pyram. Virg. 6. Æneid.

PYRAGMON {πυρήγμων} Inter Cyclopes numeratur. Virg. 8. Æneidos,

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.
Securifer Pyracmon. Ouid. 12. Metam.

Pyralis, huius pyralis, penult. prod. fœm. gen. {πυραλὶς} Pennatum animalculum, magnitudine muscæ, igne prouenies: vnde & nomen ei à quibusdam pyraustæ datum est. Quandiu est in igne, viuit. quũ euasit longiore paulùm volatu, tunc emoritur. Ex Plin. lib. 11. cap. 36.

Pyrama, vt legit Sipontinus, vel potius Phyrama, Lacrymæ genus ex Metopio arbore stillans pingue & resinosum Plin. lib. 12. cap. 28.

Pyramis, est figura solida quæ planis continetur, ab vno plano ad vnũ punctum collecta. Euel. 2. Elemen.

Pyramis, pen corr. pyramidis, fœm. gen. {πυραμὶς} Moles maxima quadrata, ita constructa, vt è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ latior surgens, in acutũ desinit: quales Romæ adhuc extãt duæ, iam vetustate tatiscentes. Dicta pyramis, quòd flammæ similitudinem habeat. Vel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabãtur, ab ignea quadam varietate. πῦρ enim, ignis dicitur: ποικίλος, varius.
Pyramidem nostri metam vocant, quòd termini eorum qui à metiendo, id est mensurãdo metæ dicuntur, forma pyramidum ædificari solent: atque ea figura, pyramidalis vocatur.
Pyramides erant in Ægypto structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ vltra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, vt scribit Solinus. Et sub eis sepulti reges. Vide Plinium libro 36. cap. 5. & cap. 12. Plures in Ægypto passim extiterunt, nullæ tamẽ clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela meminit, quæ orbẽ impleuere fama, conspicuæ vndique aduauigantibus, sitæ ia parte Africæ, mõte saxeo sterilísque inter Memphim oppidum & Delta. Lucanus lib. 9, Non mihi pyramidum tumulis eusſus Amasis.
Forma pyramidis. Cic. 1. de Nat. deor.
Saxa pyramidum. Strat. 5. Sylu. 3.
Nã neque pyramidũ sumptus ad sidera ducti. Propert. lib. 3. eleg. 2.

Pyramidatus, pen. prod. Adiectiuum {πυραμιδωτὸς, πυραμιδοειδὴς} In formam pyramidis factum. Cic. 1. de Natur. deor. Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curuata quædam & quasi aduncа. Vetustiora exemplaria omittunt hæc verba, Et quædam pyramidata.

PYRAMVS, pen. corr. {πύραμος} fuit adolescẽs Memphiticus, qui apud Pyramides amore Thysbes amatæ seipsum interemit, vt pulcherrimè narrauit Ouid. lib. 4. Metam. ¶Est & Pyramus, Ciliciæ fluuius, teste Pomponio Mela libro 1. de quo & Cydno digna sunt lectu in Arriano & Curtio. De hoc quoque extat illud oraculum,
Tunc erit vndisonus latè quum Pyramus olim
Littora perfundens, Cyprum labetur in almam.

PYRANDER {πύραυδρος} Quæstor fuit Athenien sis, qui quum tempore belli frumentum parẽ suppeditaret, à populo saxis est obrutus.

PYRANTHVS {πύραυθος} Oppidulum siue vicus Cretæ non procul à Gortyne. Stephan.

Pyraster, Pyrus syluestris, cuius pyra incredibiliter adstringunt. Vide Dioscoridem lib. 1. cap. 132.

PYRASVS, ciuitas fuit munitissima, quæ & portum habuit munitionis eiusdem. Strabo lib. 9.

PYRASVS {πύραυσος} Viri Troiani nomen, ab Aiace in bello Troiano interfecti, vt placet Homero lib. 12. Iliad. ¶Pyrasus item Stephano vrbs est Phthiotidis, ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

Pyrausta, pyraustæ {πυραυστὴς} Animal in igne viues. Vide PYRALIS. Pyrausta, apud Aristotelem, lib. 8. de Hist. animal. cap. 27, vermiculus est, quem & eleron vocat, aranei specie, nocens satis.

PYRGEICVS, Egregius sculptor in paruis imagunculis fuit. Vnde sic cecinit Propert. lib. 3. eleg. 9,
Pyreicus parua vindicat arte locum. Vide Plinium lib. 35. cap. 10.

Pyren, gemma ab olivæ nucleo sic dicta: huic aliquando ineſſe pisciũ spinæ videntur. Plin. lib. 37. cap. 11.

PYRENE, pen. prod. {πυρήνη} Acrocorinthi fons haud affluentes aquas habens, cæterùm perspicuas ad imum, potúque suauissimas, Strabo. De eo scribit Persius in Prologo, 1, Heliconidésque pallidámque Pyrenen, &c. Plautus Aulul. Interbibere sola si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenea potest.
¶Pyrene, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo mõte ab Hercule compressæ, atque à feris laniatæ, & ibi sepultæ.
¶Pyrene & Pyrenæus {πυρήνη καὶ πυρηναῖος} dicitur, & numero multitudinis Pyrenæi montes, qui Gallias Hispaniásque distẽminant; promõtoriis in duo diuersa maria proiectis. Plin. lib. 3. cap. 3. Strabo lib. 3, Pyrenes (inquit) latus in Hispania vergẽs consitum est ẽ variis arboribus, materiæ multitudine, & quæ semper virens germinet: alterum autem Galliam spectans, nudum omnino. Nomen accepit à fulminum ictu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dici fabulosè tradit lib. 3. Diodorus lib. 6, vbi de Pyrene, Ferũt (inquit) priscis temporibus igne à pastoribus iniecto, mõtanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos.
Pyrenæi multa habent nomina. Nam ea parte quæ Lipusque & Fonti Rabiæ adiacet, Sanctus Adrianus dicitur: progrediendo versus Meridiem, statim est Roncesualles: deinde montes de Iaqua: tum Delempurda: postremò promontorium dictum Templum Veneris, hodie *Cap de creus*, id est Caput crucis. Hæc Oliuarius in Melam.
Populi Pyrenes, Silius lib. 1.
Montis Pyrenæi frondosa cacumina. Silius lib 3.

Pyrenides {πυρηνίδες} vndæ. Senec. Medea, 10.

Pyrenes, pen. prod. sunt cerasorum ossa, seu baccarum, vt apud Aristot. lib. 2. Meteororum, in fine.

PYRENEVS, trium syllabarum, pen. prod. {πυρηνεὺς} rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis vrbẽ occupauit: vbi quum quodam die pluuioso Musas ad Parnasum euntes vidisset, vt domum suam subirent, donec pluuia cessaret, inuitauit. Quum verò iam imber cessaret, Musæque discedere vellent, Pyreneus clausis foribus, illis vim inferre parabat:
At Musæ in aues conuersæ euolauerunt: quas quum persequi vellet; ex arce se dans præcipitem, caput terræ illisit; sicque expirauit. Author Ouid. lib. 5. Metam.

PYRETHI, sunt quidam magi in Cappadocia, qui non cultro, sed stipite mactant. ab his Pyretheia, quæ sunt septa quędam ingentia in quorum medio ara est: in ea Pyrethi & cinerem multum & ignem inextinguibilem seruant. Strabo lib. 15.

Pyrethrum, pyrethri, pen. corr. {πύρεθρον} Herba medicinalis, quam vulgò nunc *draconem* vocant, linguam adurens & mordicans. Eius folia in acetariis probantur, radice vtuntur pigmentarij. Plinius lib. 28. cap. 9.
Flaua pyrethra. Ouid. 2. de Arte.
Pyrethri radicem, quæ tantùm hodie nobis in vsu est, pharmacopolæ vulgò vocant *Pedem Alexandri*, teste Ruellio.

Pyretus, pen. corr. {πυρετὸς} Febris ab incendio appellata: quemadmodum apud nos febris à feruore.

PYRGI, Pyrgorum {πύργοι} Oppidum est Hetruriæ, authore Plinio lib. 3. cap. 5.
Veteres Pyrgi. Virgil. 10. Æneid. Vbi Seruius, Hoc castellũ nobilissimum fuit ex eo tempore, quo Tusci pyraticam exercuerunt. nam illic metropolis fuit.

PYRGOTELES, pen. corr. {πυργοτέλης} gemmatum sculptor artificiosissimus, à quo tantùm Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est, edictóque aliòs vetuit. Vide Plinium libro 37. cap. 1. Rursum lib. 7. cap. 37.

Pyrgus, pyrgi, masc. gen. {πύργος} Turris Latinè dicitur, quòd fulgureis ignibus feriri turres consueuerunt.
¶Pyrgus, Non est tabula lusoria, seu alueus, vt quidam putant: sed vasculum in turriculæ figuram conformatum, ex quo tali in alueum coniiciebantur, ne si manu iacerentur, fraus à lusoribus admitteretur. Itaque turriculam appellat Martialis Latino nomine, quod Græco πύργος fere æqualiter respondet,
Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, nil nisi vota facit. Horat. 2. Serm. satyr. 7,
-qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos. Turricula aliàs dicitur, & orca, & fritillus;
¶Pyrgus, Militaris ordo quadringentos viros continens: & turmæ equestris.

Pyriastes {πυριάστης} lac coactum, sine coagulo tamen, quale est quod edito partu mulgeri potest. Galen. de Alimentorum facultatibus lib. 3. cap. 16.

Pyrites, pen. prod. {πυρίτης} Lapis, sic dictus quòd plurimus illi ignis sit: vnde hunc nos igniarium vocamus. Quidam etiam viuum vocãt, qui clauo, vel altero percussus lapide, scintillas edit.
Pyrites, Lapis molaris, quòd in eo quoque ignis conspiciatur.
Pyrites, Alius est lapis, æris similitudine, in Cypro reperiri solitus; & circa Acarnaniam, cuius vsus in medicina non paruus est. Plinius lib. 36. cap. 19, Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clauo vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis vel foliis, dicto celerius ignem præbent.

Pyrocorax, pen. corr. {πυροκόραξ} Auis luteo rostro, nigra, præcipuo sapore. Nomen habet à colore rostri igneo. Latinè ignitus corvus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 48.

Pyrodes, pen prod. {πυρώδης} Lapis, qui & pyrites dicitur. ¶Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex silice excussisse ignẽ dicitur; quemadmodum asseruasse in ferula Prometheus. Author Plinius lib. 7. cap. 56.

PYROIS, Vide PYROVS.

Pyromantia, penult. acuta {πυρομαντεία} Genus diuinationis, quæ fit per ignem. Vide in dictione MAGIA.

Pyros achnen, frutex Thymelæa, de qua abundè Plin. lib. 13. cap. 21; Et in quo (inquit) nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant. Fruticem verò Thymelæam, alij Chamelæam, alij Pyros Achnen, alij Cnestron, alij Cneoron. Est similis oleastro, foliis angustioribus, gummosis, si mordeantur, Myrti magnitudine, semine, colore, & specie farris, ad medicinæ tantùm vsum.

Pyropus, pyropi, pen. prod. {πύρωπος} Genus carbunculi, vt nonnullis placet. Ouidius 2. Metam. Clara micante auro, flammaſque imitante pyropo.
Inducto pyropo fulgebat parma. Propert. lib. 4. eleg. 11.
Pluma rubro clara pyropo. Lucret. lib. 2.
¶Pyropus, Genus est metalli. Isidorus, pyropum esse ait metalli genus, ex dimidia parte auri & dupla argenti. Plin. lib. 36. cap. 8, Æs in vncias duas additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea igneſcit.

PYROVS {πυρόεις} Nomen vnius ex equis Solis, quasi ardens. nam quatuor esse perhibentur: Pyrous scilicet, Æthon, Phlegon, Eous. Columella lib. 10,
-nec Syrius ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrous, autore coruſco, &c. Sed putarim legendum Pyrois, vt apparet ex productione vltimæ syllabæ: intelligendumque hunc locum, non de Solis equo, sed de Martis stella.

Pyrois, Pyroentis {πυρόεις.} vt Simois, Simoentis, Idem. Ouid. 2. Metam. πυρόεις, Græcè, Igneus, plenus igne.

Pyrois, Pyroẽtis, Martis stella, ab igneo colore. Cic. lib. 2. de Natur. deor. Stellæ Iouis proximũ inferiorẽ orbem tenet πυρόεις, quæ Stella Martis appellatur. Porrò igneum esse Martem testatur his verbis Plinius libro 2. 8. Tertium sydus Martis, quod quidam Herculis vocãt, igneiardentis à Solis vicinitate. Et cap. 18, Suus quidem cuique color est; Saturno candidus, Ioui clarus, Martigneus.

PYRPILVS, es {πύρπιλος} maris Ægei insula, Cycladum omnium clarissima, quæ notiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta eo quòd ibi primùm ignis repertus existimetur. Plin. lib. 4. cap. 12.

PYRRHA {πύῤῥα} Quæ cum Deucalione marito poetis dicitur huma-

nũ genus reparasse, vt latissimè scribit Ouid.1.Metam. Iuuen.satyr. 19. Vide THESSALIA.

Seculum graue Pyrrhæ.Horat.1 Carm.ode 2.

¶Pyrrha, Cariæ ciuitas, iuxta Myrtoum pelagus: & insula circa Mæotin, quam Pontus abstulit.Author Plin.lib.1.cap.92.qui eiusdem nominis plures ciuitates enumerat. ¶Pyrrheum nemus. Plin.libro 16.cap.10.

Pyrrhicha, pyrrhichæ: siue Pyrrhiche, pyrrhiches, pen.corr. {πυρρίχη} Saltatio Græcanica, quam primus in Creta Pyrrhus instituit. Strabo docet pyrrhicham repertam fuisse à Pyrrhicho, pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis. Sueton.in Cæsare, cap.39, Pyrrhicham saltauerunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Plato, Pyrrhicha est, quæ motiones corporis imitatur, ictus iactúsq; declinantis & vitabundi, omnifariámque cedentis, in altum etiam subsilientis, & sese succiduo poplite demittentis: rursúsque contrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos scilicet qui in habitus corporis actuosos feruntur: quales eius sunt qui sagittarum missiliumque iaculationes effingere motu corporis, plagarumque & petitionum multiplicium imitamenta assequi impleréque contendit. Plinius tamen lib 7.cap. 56, videtur pyrrhiché ab enoplia distinguere, his verbis: Saltationem armatam Curetes docuere: pyrrhicen Pyrrhus. Sueton.in Nerone, capite 12, Exhibuit & pyrrhichas quasdam è numero epheborum. Budæus.

Pyrrhichizans, pyrrhicharij {πυρριχιστής} Saltator pyrrhichæ. Legitur & more antiquo putrhicharij.

Pyrrhiachus, pen.corr. Adiectiuum {πυρριάχιος.} Liu.1.bel.Maced. Quum legionis cautum esset, ne de pace, bellóve, nisi in panætolico, & pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet Pylaico.

Pyrrhichius {πυρρίχιος} genus pedis constans è duabus breuibus, vt Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυρρίχης, saltationis genere: vel ἀπὸ τῦ πυρρίχου, Curetum deo, de quo meminit Pausanias lib.3.

PYRRHIDÆ. Molossorum reges à Pyrrho dicti. Alexan. Alexandrinus lib.1.cap.2, Quinetiam à Neoptolemo Achillis filio, qui Pyrrhus dictus est, reges Molossorũ Pyrrhidæ, quum ea loca tenuissent & Ponti, Mithridatis nomina sumpsere.

PYRRHO {πύρρων} Nomẽ proprium philosophi, à quo philosophi Pyrrhonij dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς, id est cõsyderatores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper consyderandóque sunt. Ac ne videre quidem planè quicquam neque audire se putant. Aiuntque veritatem incomprehensibilem videri. Iidem ἀκαταληπτικοὶ, id est ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Hic patria Elidensis fuit, primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhocorax, auis rostrum habens luteum, in Alpibus frequẽs. Plin. lib.10 cap.48.

Pyrrhopœcilus {πυρροποικίλος} marmoris genus, quod & à Syene Thebaidis vrbe, circa quam effodiebatur Syeniticum dicebatur, siue lapis Syenites. Plin.lib.36.cap.8.

PYRRHVS {πύρρος} rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriũdus, Trogo authore lib.17. Quum propter odiũ patris Æacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necem & ipse posceretur, furtim subtractus, in Illyrios defertur, traditúsque Beroæ Glauciæ regis vxori nutriendus fuit. Quúmque natus annos vndecim esset, reuocatus à suis, tanta virtute creuit, vt quum (sicut Cæcilius scribit) imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluerit: Ille ambiguè respondit, Aio te Æacida Romanos vincere posse. Hoc ad se dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit. Pyrrhi res gestas in Italia, cõscripsit Zeno historicus ille, qui etiam Epiromen Romanarum & Carthaginiensium rerum composuit, teste Diogene. Vide & Plutarchum in Pyrrho. ¶Pyrrhus alius (inquit Seruius) à capillorũ qualitate vocitatus est, antè Neoptolemus dictus, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Theridis nepos ex patre: ex matre verò Lycomedis regis Syriæ insulæ. Hactenus Seruius. Horat.3.Carm.ode 6.

Achilleides Pyrrhus. Ouid.epist.8.
Ferox. Lucan.lib.1.
Immanis. Iuuen.Satyr.14.
Pyrrhus ab Achille & ab Hercule oriundus, Vide Oriundus, in ORIOR.

Pyrus, pyri, fœm.gen. {ἄπιος} Arbor nota.

Edura pyrus. Virg.4.Georg.
Inserere pyros. Virg.1.eclog.
Flos pyri. Virg.2.Georg.

Pyrum, pyri {ἄπιον} Fructus, Dictum quòd flammæ similitudinem reddat, è lato in acutum tendens: vt ait Sipontinus. De pyris vide multa apud Plinium lib.15.cap.15.

Autumnalia pyra, Vide AVTVMNVS.
Cucurbitina, Vide CVCVRBITA.
Decumana, Vide Decumanus, in DECEM.
Libralia. Plin.lib.15.cap.11.ad finem.
Mammosa, Vide MAMMA.
Onychina, Vide Onychinus, in ONYX.
Ordeacea, Vide ORDEVM.
Insitiua decerpens pyra. Horat.Epod.2.
Vesci pyris. Horat.1.epist.7.
Ad pyrum, Vide in præpositione AD.

PYSIANACTIA pugna. Alexander Alexandrinus lib.3.cap.23, Athenis verò Porticus Pœcile, & altaria varia, vbi Mercurius æneus erat, celebratissimæ picturæ varietate, miris laudibus feruntur, vbi pugna Marathonia depicta, & alia Pysianactia, & Pœcile in Elide, quam Echum vocabant.

PYTHAGORAS, pen.corr. {Πυθαγόρας} Samius philosophus, patre Demaratho locuplete ac negotiatore, in Ægyptum primò, mox Babyloniam, discendi cursus siderum gratia profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedæmonem peruẽnit, vt Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Deinde in Italiam transmittens, Crotone consedit, vbi populos assuetos luxuriæ, authoritate ac doctrina, ad frugalem cultũ reuocauit. Pythagoras itaque quum multos annos Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibique decessit. Cuius tanta fuit admiratio, vt eius ex domo tẽplum facerent, cumq; pro deo colerent. Hæc ex Trogi lib.20.

Dictus est autem Pythagoras, quòd non minus vera Pythio Apolline loqueretur. Ouid.15.Metamorphoseos,

Mente deos adiit, & quæ natura negauit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Hic in Italia in ea parte quæ Magna Græcia dicta est, maximam iuuenum multitudinẽ philosophiã docuit, vbi vice numinis cultus est. Ex quibus Archita Tarentinus, Alemeon Crotoniata, Hippasis Metapontinus, Philolaus Crotoniata maximè floruerunt, qui dicti sunt Pythagorei. Et Italica philosophia quæ à Pythagora defluxit. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnum obtinente.

Pythagoras quum in Geometria noui quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Cic.3.de Nat.deor.

Renati Pythagoræ arcana Horat.Epod.15. Pythagoras enim dicebat animas post mortem transire in aliena corpora: séque in bello Troiano fuisse Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus à Menelao, iterum reuixit factus Pythagoras. Hic antè & in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem, postremò in Ennium poetã. Acron in Horatium, 1.Carm.ode 28. Vide Laertium.

Faba Pythagoræ cognata. Horat.2. Serm.satyr.6, Pythagoras enim non solùm ab omnibus animalibus, sed etiam à faba abstinuit, quòd viridis in pyxide ærea seruata verteretur in sanguinem. Vnde fertur maluisse in latrones incidere, quàm per fabæ fegetem transire, quum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebat, quòd cocta sanguinis humorẽ ex se emitteret. Hæc Acron. Alij tamen alias afferunt rationes cur Pythagoras ab esu fabarũ abstinerer.

Pythagorei {πυθαγόρειοι} Qui sectam Pythagoræ sequuntur. Quintil. lib.1.cap.12, Non contentus disciplinis, quas præstare poterant Athenæ, non Pythagoræorum, ad quos in Italiam nauigauerat, Ægypti quoque sacerdotes adiit. De Platone.

Referta quondam Italia Pythagoræorum fuit. Cic.2.de Orat.

Pythagoræus, pen.prod. {πυθαγόρειος} Adiectiuum. Horat.2.epist.1, Pythagoræa somnia. Cic.de Senect. Audiebam Pythagoram, Pythagoræósque inco las penè nostros, qui essent Itali philosophi quondam nominati, &c.

Pythagorici, pen.cor. {πυθαγορικὸς.} Cic.1.de Diuinat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur ne faba vescerentur.

PYTHANGELI, locus in Ægypto, quem illi Elephantorum venationem appellant. Strabo lib.16.

PYTHEAS, pen.corr. {πυθέας} Rhetor Athenien sis Demosthenis æqualis supramodum arrogans: qui quum alieni æris causa in carcerem conjectus esset, fractis vinculis ad Macedones transfugit. Scripsit conciones aliquot & orationes in genere iudiciali. Malè audiuit nomine furti, quare quum in Demosthenem cauillãs ei obiecisset, orationes lucernam olere: noui (inquit ille) tibi inuisos esse, qui noctu lucernam habent. ¶Alius Pytheas cælator, Plin.lib.33.cap.12.

PYTHERMVS {πύθερμος} princeps fuit eius legationis, quam Iones Æolésque ad petendum auxiliũ aduersus Cyrum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulissent, purpurea veste indutus in Spartiatarum conuentum processit. Horratúsque est Lacedæmonios ad auxilium Ionibus ferendum. Herodot.

PYTHEVS, Vide PITHEVS.

PYTHIS, eximius quidam sculptor & pictor, quem tamen à Timagora Chalcidense, apud Delphos in picturæ certamine, superatum narrat. Plin.lib.35.cap.9. Idem Plin.lib.36.cap.5. In summo (inquit) est quadriga marmorea, quam fecit Pythis.

PYTHIVS {πύθιος} Cognomen Apollinis à pythone dracone, quẽ ipse in prima infantia sagittis interfecit, Iunonis nutu immissum, vt fingunt poetæ. Alij ἀπὸ τῦ πυνθάνεσθαι, quod est interrogare & consultare. Cic.pro Fonteio, Galli Delphos vsque ad Apollinem Pythium profecti sunt. Horat.1.Carm.ode 16, -non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius.

Inde vaticinantes Phœbades, Pythiæ cognominantur, vt scribit Strabo lib.9. Cic.1.de Diuinat. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. Alij ab πύθεσθαι, putrescere, quod nunquam sine vi caloris efficitur. Lucret.lib.5, -fundere fata
Sanctius, & multo certa ratione magis, quàm
Pythia, quæ tripode à Phœbi, lauróque profatur.

Vates Pythia. Iuuen.Satyr.13.

Pythius, Adiectiuum {πύθιος.} vt Regna Pythia dei intonsi. Propert.lib.3.eleg.13. Id est Apollinis.

Pythia, Pythiorum {πύθια} Ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti, ob eædem pythonis serpentis nocentissimi: aut, vt Strabo lib.9. scripsit, hominis sceleratissimi cognomẽto Draconis. Ouid. 1.Metamorphoseos,

Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Cantare Pythia. Horat.de Arte.

PYTHON {πύθων} Orator Byzantius eloquentissimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cuius meminerint Æschines & Demosthenes in orationibus.

¶Python {πύθων} Serpens, à πυθὸ, quod putredinem significat, quoniam ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natus sit. Et est tam masculini quàm fœminini generis. Claud.7.Paneg.

Cæruleus tali prostratus Apolline python. Tibul.lib.2.eleg.3,
Vbi Delphica python.

Maximus python. Ouid.1.Metam.

Pythonissa {πυθόνισσα} Mulier spiritu Pythonico correpta, quam etiam Tibullus Pythona appellat: Delphica, inquiés, Pythonis tanquam Pythonis vocabulum duobus generibus commune sit.

PYTHONOSCOMES {πυθωνοσκόμης} Locus est in Asia, quo primo aduentus sui tempore conueniunt iconiæ, & eam, quæ vltima aduenit, laniant

laniant vniuersæ. Plin.lib.10 cap.23.

PYTHOPOLIS {πυθόπολις} Ciuitas est in Mysia. Plin.lib.5.cap.32, Est & ciuitas Cariæ à Pythe illo diuite Pythopolis dicta: qui & Xerem cõuiuio excepit, & militibus eius senos Daricos aureos in singula capita distribuit. Stephanus.

Pythius, Adiectiuum, Vide PYTHIVS, & PYTHIA.

Pytisma, pytismatis, pen.corr.neut.gen. {πύτισμα} Lenis sputi irrorãtio: à πτύζω, quod est spuro leni & crebro irroro. Iuuenal.Satyr.11,

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. Id est, qui lubricat annulum sputo. Alij legunt pedemate, non pytismate. Pedema autem genus saltationis esse dicũt Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur. de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Quidam scribunt pityismate, per y psilon in secunda, à πίτυος, spuere. Quàm varia sit huius carminis & lectio & expositio, palã erit ex his quæ subiiciemus. Politianus Miscellaneorum cap.38, Domitius pytisma dicit esse irrorationem è leui sputo. Lacedæmonium verò orbem pro annulo accipit, quoniam, inquit, à Lacedæmoniis annulorum vsus manauit: vt Senatores, & Equites, per annuli mentionem significentur. Porrò alter eruditissimus homo, quem tamen nominare parcimus, saltationem putat esse Lacedæmoniam. sed ingenuè tamen fatetur, nihil adhuc de eo se legisse, nisi tantùm apud Pulucem, mentionem factam Lacedæmoniæ saltationis. Tertius denique vir ipse quoque doctissimus trochum intelligit, de arbore pinu fabricatum, quòd pitys dicatur pinus, vnde sit pityisma. Nos è tribus his opinionibus nullam planè probamus. Principióque negamus orbem Lacedæmonium significare annulum posse, quoniam nusquam legatur annuli originẽ manasse à Lacedæmoniis. Plinius autem, quem Domitius adducit, tantùm ferreo etiam tum annulo Lacedæmonios vti refert. Nihil ergo commentitia illa irroratio valebit. Qui verò saltationem putat esse Lacedæmoniã pityisma, quum de eo nihil inueniat, facilè (vt esse ingenuus confiteatur) potiori sententiæ cesserit. Quod item factum credo, qui trochum putat è pinu factũ pityisma esse: quum nec vsquã lectum, nec ad rem faciat, & syllabæ ratio pugnet, quoniam habeat priorem correptam syllabam, vt ex primo liquet Theocriti versiculo. Nos igitur pityliisma legendum credimus. Pityliisma verò intelligimus excitationem, de qua Galenus in secũdo ὑγιεινῶν libro: quanuis apud eum sit verbum potius πτυλίζειν, quàm nomẽ pityliisma. Cæterũ rectè pityliisma fit inde. Est, inquit Galenus, πτυλίζειν, vel (si mauis) pityliissare, quum quispiam summis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyssimẽque mouet: alteram retrorsum scilicet, alteram prorsum. quo potissimùm gymnasij genere ad parietes exercentur, vt sicubi lapsentur, apprehenso mox pariete facilè resurgant: atque ita exercẽtium lapsus fallunt, & ipsa fit exercitatio imbecillior. Porrò Lacedæmonium orbem, Laconicum ipsum acceperim, vt in quo solerẽt ad eum modum exerceri. Dion historiarum tertio quinquagesimóq; libro, Laconicum in Vrbe vaporarium, aut fudatorium (sic enim interpretamur quod est apud eum pyriaterium) ab Agrippa ædificatum tradit. Dein Laconicum dicit appellatum, quoniam Lacedæmonij per ea tempora nudi vnctiq; præ cunctis exercebãtur. Columel.in lib.de Agricult.primo, Vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam eruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. Ex quibus Columellæ verbis constare cuiuis potest, quos iam potissimum poeta significet, nempe eos qui diem totum in Laconicis istis, gymnasijsque contererent vncti nudióque. Quare etiã lubricat, inquit, propter oleum & vnguen quo defricti exercebantur. Laconica autem fuisse in orbem constructa, pater ex lib.5 Architecturæ Vitruuij. Hæc ibi Politianus. Sed hanc sententiam postea in quadam epistola ad Georgium Merulam retractauit his verbis: Nec tamen fiquid vsquam peccasse ostenderis, defendam: sed agnoscam protinus, agamq; tibi meritò gratias. Nam & ipse posterioribus scriptis non dubitem quædam interdum ex prioribus, exemplo doctissimorum virorum, retractare: sicuti Pityisma illud apud Iuuenalem quoniam pytisma quoque pulchrè videor posse tueri: quo poeta illos innuat, qui conceptos ore aquarum haustus per Laconicum spargãr. Hæc ille. Crinitus in epistola ad Alexandrum Sartium, de Politiano: Iam & illud aliàs ad te scripsi, quòd apud Iuuenalem de pytismate sententiam commutauerat, affirmans in pytismate ludũ magis quendam in Laconicis frequẽtem subinnui, quum quis alter alteri aquulam insp uens colluderet. Britannicus enarrator Iuuenalis legit pedemate, sic inquiens, Qui lubricat, id est qui pedum celeri mobilitate exercet, orbem Lacedæmonium, id est gyros & ambages Lacedæmonias circum tibicinem in medio sedentem, & canentem. Nam circum auletem saltantes agebantur. Pedemate, id est saltu. nam πέδημα saltum significat. Non ignoro ab commentatoribus hunc locum diuersis modis expositum: ego autem ex sententia Luciani contendo intelligi saltationẽ Lacedæmoniam, legendumq; esse pedemate, id est saltu, & nõ pytismate, neque pityliismate. Alciatus lib. 3.Parerg.cap.3, Est alia quoque Laconũ exercitatio, quũ nudi, oleóque vncti in fudatorio exercebantur, quod Laconicum πυριατήριον, seu quod idem est, πυριατήριον dicitur, ab Agrippa fabricatũ, vt Dion lib. 52 author est. Vnde & ego arbitror scripsisse Iuuenalem,

Qui Lacedæmonium pyrysmate lubricat orbem. Iicet alij pytiliismate, alij pytiismate legant.

PYLCOS {πυλκὸς} Chirurgicum instrumẽtum puri eximendo accommodum: ita dictum quasi τὸ πύον ἕλκειν. Galen.lib.5.Methodic.

Pyxacanthum {πυξάκανθος} fructus est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi, vnde & quasi Buxea acanthus dicitur. Plin.lib.12.cap.7.

PYXIRATES Euphrates fluuius versus scaturigines suas, dictus est. Plin.lib 5.cap.34.

Pyxis, pyxidis, pen.corr.fœm.gen. {πυξὶς} Græcum nomen, ἀπὸ τῦ πύξου, quod Latinè buxum significat. Vasculum est exiguum quod vulgus Italorum non ineptè à buxo, buxulum nuncupat, quoniam primò ex eo ligno fieri cœpit. Nam vt docet Quintilianus lib.8.cap.6, de Abusione figura, Pyxides cuiuscũque materię, quarũ vsus variis rebus est accommodatus. Plin.lib.18.cap.11, Primori inest pyxis fertea. Apuleius de Asino, lib.3, Arcula quadam recluſa pyxides plusculas inde depromit. Cic pro Cælio, Eodem Licinium esse venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Martialis lib 9.40,

Et lateas centum cõdita pyxidibus.

Cornea pyxis, Vide CORNV.

Pyxidicula, pyxidiculæ, pen.corr. {πυξίδιον} Diminutiuum, In qua aromata continẽtur. Corn.Celsus lib.6.cap.6, de Cleonis collyrio. Alia exemplaria habent pyxidula.

Pyxidatus, penult.prod. Adiectiuum {πυξιδωτὸς} Quod ad effigiem pyxidis in commissura formatum est. Plinius libro 31. capitte 6, Cæterum à fonte duci fictilibus tubis vtilissimum est, craffitudine binũm digitorum, commissuris pyxidatis, ita vt superior intret, calce viua ex oleo læuigatis.

PYXITES, fluuius in Themiscyrena ad Trapezuntam. Plinius libro 6. capite 4.

Q

QLITERAM, veteres ignorabant: vnde LOCVNTVR, scribebant, non LOQVVNTVR, vt testantur vetustissimi codices. Item OB'LICVM. Nonnulli quia Q nõ literam, sed notã esse putabant, duas in se literas continentem & V.QVIS, QAERET, & QLD scribere instituerunt absque V, vt Velius Longus ait, quod alij CVIS, CVAERET, CVID, scribere malebant. Vide Pierij annotationes in Virgilium, vbi scribit veteres asseueraſſe Q. & C & V præ se ferre. post enim C, vocalem V adplicitam esse parte illa quæ ad instar grauis accentus premitur, adcuruata: altera verò quæ acuti accẽtus in morem surrigebatur, subter lineam deiecta, vel ex librariorum commoditate, vel ne præcedentibus literis esset impedimẽto. Quintil.lib.12.cap.10, Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est vtilis, aliàs superuacua: vt equos ac equum scribimus, quum ipsæ etiam vocales duæ efficiant sonũ, qualis apud Græcos nullus est, idcóque scribi illorum literis non potest. Idem lib 1.cap.6, Et Iz, quæ & ipsa quorundam nominum nota est: & Q, cuius similis effectus speciésque, nisi quòd paulùm à nostris obliquatur. Quasi diceret, Inter IZ & QVA hoc seruandum est discrimen, vt Iz à recto sono, QVA paulùm obliquato proferatur. Sanè qui rectè proferunt, hanc (vt ita dicam) obliquationem seruant in Q literæ prolatione.

Q Quintus, vel Quintius. Q.vel Q.V. Quartus. Q.vel QVINT. Quintilius. QVAES. Quæstor. QVAESTORES. Q.A.M. vel Quemadmodũ. Q.B.F. Quare benè factũ. Quære bonũ factũ. Q.B.M.V. Quæ benè meẽũ vixit. Q.E.R.E. IV. D.A. Quãti ea res erit, iudiciũ dabo. formula est prætoria. Q.F. Quinti filius. Q.L. Quinti libertus, vel liberti. Q.L.F. Quinti Lucij filius. Q.M. Quintus Mutius. vel Quomodo. Q.N.A.N.N. Quando neque ais, neque negas. Q.R.E.S.V. Quod rectè factum esse videbitur. Q.S.S.S. Quæ supra scripta sunt. Q.D.E.R.E.P.D.E.R.I.C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. Notæ quibus Senatusconsulta designabantur. Probus.

Qua, cuius, cui {πῆ} nominatiuo non vtimur nisi in compositione, vt

Quam ad rem. Plaut.Epidico, (aliqua, siqua.
Quam ad rem istuc refert?
Quam rem agis? Terent.Heaut.5.1.
Qua causa. Plaut.Menæch.11.
Qua de causa. Cicero 1.Academ. Qua de causa definiones rerum probabant.
Qua gratia? Id est quamobrem. Terent.Eunuch.1.2,

Ego excludor, ille recipitur qua gratia,
Nisi illum plus amas quàm me?

Qua ratione. Terent.Phorm.2.1,

Qua ratione inopem potius ducebat pomum?

6. Non ratio, verùm argentum deerat.

Qua de re, pro Quam ob rẽ. Cic. Qua de re Iudices vobis magnopere prouidendum est. Terent.And.1.2,

-quid ais? D. qua de re? S. rogas?

Qua de re, aliter, pro De qua re. Varro de Re rust.lib.2.cap.2, Emptor stipulatur illas oues, qua de re agitur, sanas rectè esse. Cic.in primo Rhet. Firmatur similitudine eius rei qua de re agitur, ad eã rẽ qua de re iudicatum est. Verùm hic locus hodie sic legitur lib.1. de Inuentione, Iudicatum firmatur similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iudicatum est. Sic enim Cic.non infrequenter loquitur, vt hoc ipso primo libro, Aut delectationis non alienæ ab eo negotio, quo de agitur. Et lib.2, Negare oportebit de vita eius & moribus quæri, sed de eo crimine, quo de arguatur. Superior tamen lectio etiã Tulliana est. Sic enim ait lib.1.de Inuent. Si locus opportunus ad eandem rem qua de re narrabitur, fuisse ostenderur. Ibidem, Ostendi oportet eius esse rei signum proprium, qua de re agitur: vt &c.

Qua pro re argentum promisit hic tibi? Plaut.Rud.3.1.

¶Qua impudentia est? Vt est impudens, vel quæ est eius impuden-

tia? Cic.pro Rosc.Comœd.Quod si facit,qua impudentia est?eúmne testem improbabit,quem iudicem probarit?

¶Qua,pro Qua ratione. Virg.1.Æneidos,

Qua facere id possis,nostram nunc accipe mentem.

Prædico delectus,qua possit,habiturum.Cic.6.Philipp.

Qua, Aduerbium loci.Per quem locum. Author Priap. Dic mihi quâ sit iter.

Perge modo,& quâ te ducit via dirige gressum.Virg.1.Æneid.

Omnes introitus, quâ aditi poterat in eum fundum. Cicero pro Cecin.

Ipse in templum nescio quâ per cuniculum ascendit.Cicero 3.Philippica.

Licet illi vagari quâ velit.Cic.1.de Orat.

Quâ digitum proferat non habet.Cic.pro Cecin.

Quâ proximum.Tacitus lib.15, Quâ proximum, & commeatibus non egenum,regionem Comagenam,&c.petiuit.

Quâ visus erat.Sallust.in Iugurth.Postremò omnia,quâ visus erat, contrata telis, armis, cadaueribus, & interea humus infecta sanguine.

Eâ quâ, inter se relata. Liu.lib.6.Decad 1, Et Volsci quâ modò simulato metu, eâ in veram fugam effusi. Sic locus ille emendandus est,vt ait Rhenanus in Castigationibus in lib.19. Taciti.

Quâ aut quó Cic.Attic.libro 7,Sin dilecdit,quò,aut quâ,aut quid nobis agendum sit,nescio.

¶Qua, pro Qua ex parte.Vlpian.l.1.§.Si pater.De Silaniano senatusconsl.Attamen vbi decessit, qua extinctum legatum & libertas est, senatusconsulto fore locum. Et alibi sæpe:sicuti Qua,pro Qua ratione vtuntur.

¶Quâ aliquando significat Tum, siue partim. Plaut.Trinum.14, -neque

Istis quicquam lege sanctum est,leges mori seruiunt,mores autem Rapere properant, quâ sacrum, quâ publicum. Id est partim, vel iuxtà potius,aut tum sacrum,tum prophanum, inquit Budæus. Cic. ad Attic.lib.2, Nam gladiatorij quâ dominus, quâ aduocati, sibilis consensi. Id est,dominus iuxtà ac aduocati.

Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera, quâ basim villæ,quâ inter columnia ambulationis.Cic.Q.fratri,lib.3.17.

Quâ itineris,quâ de Bruto: modus est dicendi, pro quo ineptè dicitur, *Ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio sit.* Cicero Attico, Ar quàm honesta,quàm expedita tua consilia,quàm euigilata tuis cogitationibus,quâ itineris,quâ nauigationis, quâ congressus sermonisque cum Cæsare. Eidem,lib.15,Intelligo te distentissimum esse, quâ de Buthrotiis,quâ de Bruto. Id est partim ob Bruti ludos,partim ob Buthrotios ciues,inquit Budæus.

Quâ,pro Quatenus.Paulus, Sed nec ille qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest. Sed in præsentia,non quâ filius alicuius,sed quâ homo æstimatur.Budæus.

Quacunque, Ablatiuus à Quæcunque.Liu.1.ab Vrbe,Is Ascanius, vbicunque, & quacunque matre genitus (certè natum Ænea constat) abundante,&c. Quasi dicat, tametsi incertũ vbi,& qua matre sit genitus,tamen,&c.

Quæcunque,Aduerbium,pro Per quãcunque partem. Cic.3.Verr.Quacunque iter facit,eiusmodi fuit,non vt Legatus Populi Romani, sed vt quædam calamitas peruadere videretur. Idem Attic.lib.14.314, Quacunque nos commouimus.

Quacunque vacat spatium.Lucret.lib.1. Sic & per Tmesim,

-quà porrò cunque tenet se,

Corpus,&c. dixit eodem libro.

Quadantenus,pen.corr.Aduerbium {μέχρι τινός} Vsque ad quandam partem, aliquantulum. Plin.lib.29.cap.10, Tria autem genera eius, latum,& alterum longius,quandantenus rubens.

QVADI{Κάδοι} Dioni,Bohemorum olim gẽs,sicut & Marcomani,Hieronymus,Sarmatæ, Quadi,Vandali, & innumerabiles aliæ gentes equorum & vulpium carnibus delectantur.

Quadra,quadræ {τετράς,τετράδος} Mensarium instrumentũ ex stanno vel argento,super quod dapes scindantur,siue apponuntur scissæ: quòd quadrata forma fieri soleat: veluti rotunda repositoria, orbes dicimus. Fitque aliquando etiam ex pane. Virg.7.Æneidos,

-patulis nec parcere quadris. Iuuenal. Satyr.5,

Vt bona summa putes,aliena viuere quadra.

Quadrãm, Panis fragmentum siue frustum esse nonnulli dicunt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerẽtur. Mart.lib.6.175, Quum mittis turdúmque mihi,quadramque placentæ,

Siue femur leporis,siue quid his simile. Sic apud eundem lib.12.28, Quadra casei Tolosatis.

Quadragenarius, Adiectiuum {τεσσαρακονταέτης} Qui natus est quadraginta annos.

Quadrageni,pen.prod. {τεσσαρακοντα} Aliud adiectiuum.Idem significat quod quadraginta.Colum.lib.5.cap.2,Centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia & octingenti.

Quadragena millia. Cic.ad Attic.libro 4, Vt ambo HS quadragẽa c o s s.darent,si essent ipsi c o s s. facti.

Quadrageni pedes in terga.Plin.lib.17.cap.23.

Quadragenis diebus latent.Plin.lib.8.cap.36.

¶Quadrageni, absolutè aliquando ponitur. Suet.de Claris Gram. Nec sufficeret sumptibus,quãquam ex schola quadragena annua caperet. Subaudi millia nummũm,aut aliquid tale.

Quadragesimus, pen.corr. {τεσσαρακοστός} Aliud item adiectiuum. Plin. lib.14.cap.20,Cocti parte quadragesima. Idem lib.2.cap.8,Quadragesimasecunda Olympiade.

Quadragesima,absolutè dicitur, pro quarta parte. Sueton.in Caligula,cap.40,Quadragesima summæ, de qua litigaretur, exigebatur. Subaudi pars. Idem in Vespasiano,cap.1,Publicanũm quadragesimæ in Asia egit.

Quadragies, Aduerbium {τεσσαρακοντάκις.} Plin.de Viris illust.cap.47, Ipse quadragies quater accusatus glorioſè absolutus. Liu.8.bel.Maced. Cic.pro Flacco,Sestertiũm ter & quadragies.

Quadraginta,indeclinabile {τεσσαράκοντα.} Plin lib.2.cap.8

Annos natus magis quadraginta,Vide MAGIS aduerbium.

Iugera quadraginta arui.Catull.in Mentulam,epigr.110.

Quadrangulus, penult.corr. Adiectiuum {τετράγωνος} Quod quatuor angulos habet. Plin.libro 13.cap.22,Intus granum quadrangula figura.

Quadrangulus homo, pro perfecto,qualem Plato ait esse difficile repetire. Erasmus in Parœmia Quadratus homo. Baptista Pius in 4. Lucretij.

Quadrans,quadrantis,masc.gen.{τετρημόριον} Genus nummi: quòd sit quarta pars assis, hoc est tres unciæ. Quadrans erat (authore Plinio)nummulus, qui & triuncis vel triunx vocatus est à tribus unciis. Vt enim sestertius quarta pars est denarij, ita quadrans quarta pars assis. Iuuenal.Satyr.7,

Nam si Peteria quadrans tibi nullus in arca

Ostendatur. Hæc Budæus. Liu.3.ab Vrbe,In Consulis domum plebes quadrantes vt funere ampliore efferretur, iactasse fertur. Martial.lib.3.7,

Centum miscelli iam valere quadrantes,&c.

Quadrans ratitus, sic dictus,quòd in eo,& triente ratis fuerit effigies,vt nauis in Asse.Paulus.

Quadrantem soluisse videtur ingredientes balneum. Horatius 1. Serm.satyr.3,

-dum tu quadrante lauarum

Rex ibis. Iuuenal.Satyr.6,

Cædere Syluano porcum,quadrante lauari.

Minus locuples vno quadrante.Horat.2.Serm.satyr.3.

¶Quadrans.Quatuor cyathorum mensura.Vide Sextarius Romanus in SEX.Celsus lib.3.cap.15,de curatione quartanæ febris,Si quarto die cum horrore febris reuertitur, vomere, sicut antè præceptum est:deinde post febrem modicum cibum sumere,viniq; quadrantem.

¶Quadrãs,Quarta pars iugeri.Colum.lib.5.cap.1,Pars quarta pedes septem millia & ducentos,hoc est quadrans.

¶Quadrans operæ.Colum lib.2.cap.4. Id est quarta pars operæ.

Quadrans pedis.Gel.lib.3.cap.10.

¶Quadrans.genus ponderis. Plinius libro 27. Et lib.28, Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere, in vini sextariis tribus.

Quadrantalis,& hoc quadrantale, pen.prod. Plin.lib.13.cap.15,Quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali. Id est pedis quartæ partis.

Quadrantarius, Adiectiuum {τετραμορταιος.} Cicero pro M.Cælio, Nisi fortè mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Per contemptum dictum, id est quæ accepto quadrante à balneatore familiaris facta est, more meretricum. Sic Cæcilius Clytemnestram quadrantariã dixisse videtur, apud Quintilianum lib.8.cap.6. id est impudicam. siquidem quadrantes fuisse prostitutarum pretium,innuit Plutarchus in vita M.Tullij, inquiens,adolescentem quendam in Clodij sororis loculos pro argenteis nummis quadrantes immisisse æreos: quam ob rem delusa puella Quadrans siue Quadrantia est cognominata ex concubitus pretio. Est autem,inquit Plutarchus,nummus ex ære minutissimus, quem quadrantem vocant.

Quadrantal,quadrãtalis,pen.prod.neut.gen.{τρυφοδίς.} Festus,Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta sextarios capit. Plaut.Cure.3,

Sitit hæc anus.PA.quantillum sitit?PH. modica est,capit

Quadrantal. Plin.lib.14.cap.2.Nequis vinũ Græcum,Aminæumq; octonis assibus æris singula quadrantalia venderet.Varr.1.de Re rust. cap.57, Quidam ipsum triticum conspergunt, quum addant circiter in M.modium quadrantal amurcæ. Budæus satis multis verbis docet,se nihil aliud potuisse colligere ex verbis authorum,quid significaret quadrantal,quàm amphoram.

Quadrantal,Figura est quę omni ex parte quadrata sit,quales sunt cubi & tesseræ,quibus in alueolo luditur. in quancunque enim partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. Gell.lib.1. cap.20, Vel qualia sunt quadrata vndique, quæ κύβους illi, nos quadrantalia dicimus.

Quadrarius, Adiectiuum {τετραγώνιος.} vt Vas quadrarium, hoc est, ex quadrato lapide factum,vt contractius sit. Cato cap.18, Torcularium si ædificare voles,quadrariis vasis,vti contractiora sient,ad hũc modum vasa componito.

Quadratus,Vide QVADRVM.

QVADRATVS,pen.prod. Apostolorum discipulus,Præsul Atheniensis, vnà cum Philippi filiabus, prophetico spiritu clarus perhibetur. Christianos magnis ea tempestate terroribus dispersos, sua prudentia redintegrauit.Ex Hieronymo & Eusebio.

Quadrata mensa.Meminit Varr.lib.4.de Ling.Lat.multis locis.

Quadridens,pen.corr om.gen.{τετρόδους} Quod quatuor habet dentes. Cato cap.10,Rutra quinque,rastros quadridentes duos. Et cap. 11,Rutra quatuor:rastros quadridentes duos.

Quadriennium, quadriennij {τετραετία} Spatium quatuor annorũ. Cic. 5. Verr. Nam quum quadriennio pòst in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est,&c.

Quadriennis,& hoc quadrienne; Florus lib.2.cap.6, Post primum Punicum bellum vix quadriennis requies.

Quadrifariam, Aduerbium {τετραχῶς} Quadripartito, in quatuor partes.Varro,Et ea quæ ad mortales pertineant,quadrifariam disperti erim. Liu 4.ab Vrbe,Quadrifariam diuiso exercitu.

Quadrifariter,pen.corr.Idem. Paulus in l.Iurisconsultus.D. de gradib. & affinib. Proauus quadrifariter intelligitur. Paulo pòst, Pronepos quoque & Proneptis quadrifariter inteili guntur. Hoc est, quatuor modis,quadrupliciter.

Quadrifidus,

Quadrifidus, pen.corr. Adiectiuum {τετρεχὴς} Quod in quatuor partes findi potest,aut fissum est. Virg.2.Georgicorum,

Quadrifidáſque sudes, & acuto robore vallos. Hoc est ita robustæ, vtin quatuor partes diuidi possint.Colum.lib.4.cap.33.

Trabs quadrifida.Valer.1.Argon.

Labor Solis quadrifidus. Propter quatuor anni partes. Claudius 5. Paneg.

Quadriforis,& hoc quadrifore,penult.corr.{τετράθυρος} Quod quatuor fores siue foramina habet. Plin.lib.11.cap.21, Vespæ nidos Vere faciunt ferè quadrifores.

Quadriforme,Quod habet formas quatuor{τετρόμορφον.}

Quadriga,quadrigæ, pen.prod. {τέθριππον} A quatuor equis quibus iungebatur,appellata est. Gell.lib.19 cap.8,Quadrigas Cæsar etiam si currus vnus, equorum quatuor iunctorum agmen vnum sit,pluratiuo semper numero dicendas putat.

Binæ quadrigæ Latinè loquentibus dicitur,non duæ.Rationẽ pete ex Varr.lib.9.de Ling.Latin.vbi hoc pluribus persequitur.

Quadrigæ initiorum,Per metaphoram. Sunt autem(vt Varro pluribus lib.4.de Ling Latin.)locus,corpus,tempus,& actio.

Aprica quadrigis equa.Horat.1.Carm.ode 16.

Nec enim in quadrigis eum secũdum numerauerim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit.Cic.de Claris Orat.

Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt.Cic.3.de Nat.deor.

Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cic.pro Mutena.

¶Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur etiam equi, qui quadrigas agunt.Colum.lib.3.cap.9, Vnde sacrorum certaminum ſtu diosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti obseruatione custodiũt, & spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti.

Curru quadrigarum vehi.Cic.2.de Diuinat.

Quadrigæ albæ. Plaut.Asinaria,

Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea. Quo loco Turnebus,Ego quadrigas Iouis interpretor,quæ celerrimo per cælum ferri curriculo censebantur.Mouet me Plautus,qui alio loco scribit,

Quadrigas si incendas Iouis, nunquam effugies infortunium. Ad cursum autem Iouis censebant equos niuali candore iunctos esse, vt ex Suetonio videre est. Hæc ille.

Citæ quadrigæ.Virg.8.Æneid.

Infanæ.Claud.7.Paneg.

Niueæ.Claud.de bello Get.

Pernicissimæ quadrigæ,Vide PERNIX.

Pomeridianæ.Cic.in Orat.

Roseæ.Virg.6.Æneid.

Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipub.Cic.de Claris Orat.

Poeticæ.Cic.Q.frat.lib.2.

Agitantur quadrigæ.Varr.de Ling.Latin.lib.5.

Quadrigula,pen.corr.Diminutiuum{τεθριππον.}Cic.de Fato,Aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur? Plin.lib.34.cap.8.

Quadriiugus, penult.corr.Adiectiuum {τετράζυγος.} vt Quadriiugi,siue quadriiuges equi, quaterni ad vnum iugum alligati. Virg.10.Æneidos, -quin ecce Nyphæi

Quadriiuges in equos,aduersáque pectora tendit.

Certamen quadriiugum.Stat.6.Thebaid.

Currus quadriiugus. Virg 3.Georg. Plin.in Paneg.Iã hoc ipsum, quòd ingressus es, quàm mirum, lætumque : nam priores inuehi & importari solebant: non dico quadriiugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum.

Quadriiuges ipsi equi dicuntur,quadrigis iuncti. Ouid.2.Metamorphoseos, -tritumque relinquunt

Quadriiuges spatium:nec quo prius ordine currunt.

Niuei quadriiuges.Stat.12.Thebaid.

Quadrigarius,quadrigarij,Substantiuum{τεθριππολάτης}Qui in Circensibus quadrigas agitabat,inquit Asconius. Varro 2.de Re rust.cap.7, Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, & docet aliter quadrigarius,ac desultor.

Quadrigarius, Adiectiué. Suetonius in Caligula, cap.19, Quadrigario habitu,curriculóque biiugi.

Quadrigatus,pen.prod.Adiectiuum {τεθριππικός.} Plin.lib.33.cap.3,Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ, & inde bigati, quadrigatíque dicti.Liu.2.bel.Pun.

Quadrigeminus, pen.corr. Adiectiuum {τετραπλᾶς.} vt Quadrigemina cornicula. Plin.lib.8.cap.23, Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato solicitent ad se aues.

Quadrilibris,& hoc quadrilibre,penult.prod.{τετράλιτρος} Quod est pondo quatuor librarum. Plaut.Aulul.3?,

Quadrilibrem aulam auro onustam habeo:quis me est diuitior?

Quadrimanus, Adiectiuum, pen.corr. Qui quatuor habet manus, qua forma Virgilio dicitur Centimanus Briareus Iulius Obsequens lib.de Prodigiis,C.Lælio,L.Domitio c o s s.Puella biceps,quadripes, quadrimana,gemina fœminea natura,mortua nata. Hos idẽ author alibi quadrumanes vocat inflexione tertia.T.Graccho,inquit, M.Iuuentio c o s s.pueri quadrupedes & quadrumanes nati.

Quadrimus, pen.prod.Adiectiuum {τετραετὴς} Quod habet quatuor annos. Liu.7.bel.Pun.Frusinone infantem natum esse quadrimo parem. Plin.lib.8.cap.44,Ad tales partus equis neque quadrimis minores,neque decennibus maiores legunt.

Quadrimus Cato.Cic.ad Tironem,libro 16.Epist.Hoc Cymmeriis velut tenebris inuolutũ, sic explicat Turnebus, vt intelligat de quodam loco laudationis Catonis Vticensis,in quo scripserat aliquid factum à puero quatuor annorum Catone, eius laudes & decora à prima vsque infantia ducens. Hæc ille.

Merum quadrimum.Horat.1.Carm.ode 9.

Quadrima dies,pro quarto anno. Alfenus in l. Aliud est.D.De pactis dotalibus, Si pater pro filia dotem promisit, vt annua,bima, trima,quadrima,quinto anno à se redderetur.

Quadrimulus,pen.corr.Diminutiuum. Plaut.Pœn.2,

Altera quinquennis,altera autem quadrimula

Cum nutrice vnà periere.

Quadrimatus,huius quadrimatus, pen.prod. {τετραετία} Ætas quatuor annorum. Plin.lib.19.cap.11,Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum extra quadrimatum vtile est.

Quadrimarum agere.Colum lib.7.cap.9.

Quadringenarius, Adiectiuũ, vt Quadringenariæ cohortes,Quadraginta viros continentes.Liu 7.ab Vrbe.

Quadringenti,quadringentæ, quadriagenta {τετρακόσιοι} Numerale quater centum significans. Plin.lib.8.cap.17, Pompeius Magnus quadringentas decem misit, diuus Augustus quadringentas viginti. Cic.in Pison. Centum propè annos legem Heliam & Fusiam tenueramus:quadringentos iudicium,rationémque Censoriam.

Tali quadringenti iacti.Cic.2.de Diuinat.

Quadringenties, Aduerbium {τετρακοσιάκις.} Cic.4.Verr.H-s quadringenties accepisse te arguo contra leges.

Quadringentesimus,penultima correpta {τετρακοσιοστὸς} Adiectiuum. Plinius libro 8.capite 6,Anno vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo.

Quadringenus,penult.prod.& vt nonnulli leguntquadrigenus, vel quadricenus. Liu 8.ab Vrbe,Vectigal quoque eis Campanus populus iussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille & sexcenti)denarios nummos quadrigenos:nos quinquagenos. Varr.2.de Re rustic.cap.8,Vbi triceuis ac quadrigenis millibus H-s admissarij alicuot varnerunt.

Quadrinus,pen prod. {τετραδικὸς} Adiectiuum, pro Quatuor, quemadmodum Trinus. Plin.lib.11.cap.36, Mutationes,& in alias figuras transitus, triuis aut quadruis diebus. Idem lib.7.cap.50, Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hybernis mensibus incipere.

Quadrinæ copulæ,apud Varr.lib.9.de Ling.Latin.

Quadrinæ molæ dicebantur antiquitus, quæ plurimum farinæ in pistrinis faciebant. Pomponius in Pistore,

Nam plus quæsti facerem, quàm quadrinas si haberem molas. Ex Turnebo.

Quadrina vasa, sunt quadrina torcularia, vt apud Catonem legimus,quæ plus olei viníque premebant.Vide Turneb.

Quadripartitus,pen.prod.Adiectiuum {τετραμερὴς} In quatuor partes diuisum. Plin.lib.15.cap.22, Nucleorumque illis quadripartita distinctio. Cic.3.Verr. Quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Sic 3.de Nat.deor. Legitur & quadripertitus,per e secundum vocalem.

Quadripartitio, quadripartitionis. Verbal.fœm.gen. Varr.de Ling.Lat. lib.4,Quadripartitio magis sic apparebit. Et lib.6,Et si quid excidit ex hac quadripartitione,&c.

Quadriplicatus, Adiectiuũ, legitur apud Varronem lib.8.de Ling. Latin.quanquam nonnulli quadruplicatum malint.

Quadriremis,huius quadriremis, pen.prod.fœm gen. {τετρήρης} Nauis quatuor remorum ordines habens. Liu.4.bel.Pun.Præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus,capitur. Cic.7.Verr.Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

Quadriuium, quadriuij {τετρόδιον} Locus publicus, quo quatuor viæ concurrunt. Iuuenal.Satyr.1,

Nónne libet medio ceras implere capaces

Quadriuio.

Quadro,quadras, Vide QVADRVM.

Quadrum,quadri {τετράγωνον} Quod rectas atque æquales lineas quatuor,& quatuor rectos angulos habet.Colum.lib.8.cap.3,Pertiæ dolantur in quadrum.

In quadrum sententias redigere:Hoc est,æqualiter fundere,& sue numero seruato æqualiter disponere. forma enim quadrata inquit Quintilianus, nulla est ex parte neque longior, neque breuior. Cic. in Orat. Quin redigeret omnes ferè in quadrum numerumque sententias. Vel, in quadrum numerumque, id est in numerum quadratum,siue perfectum & absolutum.

Quadro,quadras {τετραγωνίζω} quadrare,In quadrum redigere. Horat. 1.epist.6, -& quæ pars quadret aceruum. Columel.lib.11.cap.2, Abies arque Populus singulis operis ad vnguem quadrantur.

¶Quadrare, per translationem, pro Consentire, & ex omni parte conuenire, & absolutum esse positur. Tractum à lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter se optimè conueniũt ac consentiunt. Virg 2.Georgicorum,

Arboribus positis secto via limite quadret. Cic.3.de Orat.Et tamen eam coniunctionem, sicuti versum, numerosè cadere & quadrare & perfici volumus.

Quoniã tibi quadrat, omnia in illis fuisse paria. Cic.de Clar.Orat.

Quadrare ad multa.Cic.ad Attic.lib.4,Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

Quadrare in.Cic.pro Cælio, Nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur,in istam quadrare aptè videntur.

Summa rationum quadrans dicitur,in qua nihil excurrit,& in qua nulla sunt reliqua:Id est quum æqualis est summa accepti & expensi. Cic.3.Verr.Expensa Chrysogono seruo sestert.sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies sestert. sexcenta sint facta, quomodo sexcenta eodem modo quadrarint, vt illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua sester.sexcenta facta sint,&c.vos æstimabitis.Budæus.

Quadratus,penult.prod. {τετράγωνος} Participium,siue Nomen. Hoc est, quatuor angulos habens. Liu.6.ab Vrbe, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est. Plinius lib.10.epist.37.de aqueductu Nicomediensium.

Quadratum agmen. Cic.2.Philip.Agmine quadrato cum gladiis

sequuntur scutati milites.
Quadratis angulis palmus. Plin.lib.17.cap 11.
Imago quadrata. Lucret.lib.4.
In quadratum pedem ferantur. Colum.lib.2.cap.10.
Turres quadratæ. Lucret.lib 4.
Quadrata figura ideò perfecta putatur, quoniam ex nulla parte est neque breuior, neque longior. Vnde etiam apud Latinos quadrare, idem est quod conuenire: nam quadratum solidum in quancunque partem cadat, semper sui simile est. Hinc quadratus homo dicitur sapiens & constans, vt Aristoteles Ethicorum primo docet. Quadratū autē & in numero, & in figura, & in corpore dicitur. Numerus enim quilibet in seipsum multiplicatus, dicitur quadratus. Figura verò, quæ lineas quatuor æquales. & rotidem angulos rectos cōtinet, quadrata est. Corpus denique solidum quadratum, qui Cubus etiam dicitur, duodecim habet lineas omnes æquales, octo rectos angulos, sex æquales extremitates: adeò formatum, vt in quācunque partem ceciderit, semper rectum sit. Ex quo facilè potest intelligi, cur quadrum pro re perfecta & absoluta ponatur.
Quadratum, Mathematicis figura est, quod & æquilaterum, & rectangulum est. Euc.l.1.Elemen.
Quadratus numerus, Mathematicis est qui æqualiter æqualis, vel, qui à duobus æqualibus numeris continetur. Euc.l.7.Elemen.
¶Triangula & quadrata. Cic.2.de Diuinat. Quum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eam quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominent. De stellis.
Quadratum & Rotundum, contraria. Cic.2.de Finib. Horatius 1. epist.1, -murat quadrata rotundis.
Dimensio quadrati. Cic.5.Tusc.
Forma quadrati. Cic.1.de Nat.deor.
Efficere quadratum paribus oris. Quintil.lib.1.cap.10.
Quadrati boues, grandibus membris, *Formati, & bene membrati*, quod vulgò dicunt. Colum.lib.6.cap.1.
Quadrata compositio. Quintil.lib.2.cap.5, Quæ lenis & quadrata, sed virilis tamen compositio. Id est æqualiter tusa: forma enim quadrata, nulla est ex parte neque longior, neque breuior. Idem libro 9. cap.4, Id quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit.
Quadrandæ orationis industria. Cic in Orat. hoc est, artificiū quo sic expolitur oratio, sic coagmentatur & constituitur, vt in muro paumentóue quadrati lapides.
Corpus quadratum intelligit Cælius, quod sit staturæ mediæ. Celsus libro 2. capite 1, Corpus habilissimum, quadratum est, neque gracile, neque obesum. Nam longa statura, vt in iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur: gracile corpus, infirmum: obesum, hebes est. Columel. de canibus lib.7.cap.12, Probatur quadratus potius, quàm longus, aut breuis. Idem de gallinis lib.8.cap.2, Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.
Quadrata, simpliciter, aut adiunctè quadrata legio: sex millium & ducentorum hominum primus C. Marius cōscripsit legionem, quum antea quatuor millium fuisset: vnde etiam (inquit Paulus) appellabatur Quadrata.
QVADRATA, Romæ locus in palatio ante templum Apollinis dicitur, vbi repositæ sunt, quæ solent boni omnium gratia in vrbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. Eius loci Ennius meminit quum ait,
Et quis exiterat Romæ regnare quadratæ. Festus.
Quadratarij {πεφραγοποιοὶ} dicuntur marmorarij, qui marmora ad amussim quadrant. Sidonius lib.3, Vide vt vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum siue ab industria, seu per incuriam, mihi magis quàm quadratario liuidus lector adscribet.
Quadratim. Aduerbium qualitatis à quadra, aut quadro. Flauius Sosipater lib.2.Institutionum.
Quadrumanes, Vide QVADRIMANVS.
Quadrupes, penult.corr quadrupedis, pen.corr. {τετράπους, τετραβούιον} Aliquando substantiuum, aliquando adiectiuum: Quod habet quatuor pedes. Terent.And.5.2, -tu tamen
Cura adseruandum vinctum, atque audin'? quadrupedem constringito. Per translationem dixit Terent. Plinius lib.10.cap.33, Vt nulla quadrupes possit accedere. Columel.lib.11.cap.2, Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent.
Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. Cic.in Parad.
Vectio quadrupedum. Cic.2.de Nat.deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.
Animosos quadrupedes regere. Ouid.2.Metam.
Quadrupes cornuta. Varr.de Ling.Latin.lib.6.
Distentæ quadrupedes viridi pabulo. Quintil.lib.2.cap.10.
Quadrupes eques. Ennius lib.7.Annal.
Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti
Proiiciunt sese. In quo loco illud notandum equitem pro equo dici. Vide Gell.lib.18.cap.5.
Infans quadrupes. Ouid.15.Metam.
Vasta. Cic.2.de Nat.deor.
Quadrupedans, penult.corr.quadrupedantis {τετραποδίζον} Quod quatuor pedibus graditur, vt equi, & eiusmodi. Plaut.Capt.13,
Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Virgilius 11. Æneidos, -perfractáque quadrupedantum
Pectora, pectoribus rumpunt. Plin.lib.8.cap.45, Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxtà quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.
Quadrupedans, Adiectiuum {τετραποδίζων.} vt Sonitus quadrupedans. Virg.8.Æneidos,
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.
Quadrupedatim, Aduerbiū qualitatis à nomine Quadrupes, vt Viuere quadrupedatim, ambulare quadrupedatim. Flauius Sosipater libro 2. Instit. Es terminata nomina, videntur ex se duobus modis aduerbia figurare, vt quadrupes, quadrupedatim: miles, militariter.
Quadrupus, quadrupedis {τετράπους} Adultera & meretrix olim vocata est. Plaut.in Truculento,
Quadrupus, venefica, suppostrix puerum.
Quadruplator, pen.prod.quadruplatoris {διπλάσιαστής, τριπλασιαστής} Asconius, Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur. Cic.1.Verr. Putant fore, vti si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit, per homines honestissimos, virósque fortissimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciáque administrentur. In eundem, actio.4, Petit Nævius Turpio quidā istius excursor & emissarius, homo omniū ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu.3.ab Vrbe, Populum Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ personam laturum?
Quadruplatores dicebantur, qui eo quæstu se tuebantur, vt eas res persequerentur quarum ex legibus quadrupli erat actio. Paulus apud Festum.
Quadruplatores nomen inuenere ab illa quarta, quam lex accusatori pro præmio tribuebat. Id ex Cornel. Tacito satis constat, quum scribit, Contra M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis. Monuit Turnebus.
Quadruplator, vt breuiter describam, capitalis est. Author ad Herenn. libro 2.
Quadruplatores beneficiorum vocat Seneca, qui exiguis magna venantur, 7.de Benefic. Malè istis improbis & importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat, qui admonitionem tam bellam inter amicos fustulerunt.
Quadruplor, pen.corr.quadruplaris {διπλάσιον, τριπλάσιον} quadruplari, Quadruplaturam exercere. Plaut.Perſa,3,
Neque quadruplari me volo: neque enim decet
Sine meo periculo abire aliena ereptum bona.
Quadruplari apud fureconsultos id dicitur quod in quadruplum damnatur. Vlpian.in l.Item si quum.§.1.D.De eo quod metus, &c. Siquis non restituat, in quadruplū in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcunque restitui oportuit.
Quadruplex, pen.corr.quadruplicis, pen.corr.om gen. {τετραπλοῦς} Quod quatuor est modorum, specierum, vel ordinum. Plin.lib.12. cap.11, Alia arbor flo.et, albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici. Liu.10.beli.Pun. Onerariarum quadruplicem ordinē pro muro aduersus hostem opposuit.
Quadruplex iudicium. Plin.in epist. Et eram acturus adolescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio. Item lib.4.epistol. Proximè quum apud cētumuiros dixissem, subiit recordatio egisse me iuuenē æquè in quadruplici iudicio: processit animus vt solet, longius: cœpi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo socios habuissem. His locis quid sit quadruplex iudicii omnes inquirunt. Turnebus quadruplex intelligit quod coactum est è quatuor iudicum cōsiliis & decuriis, quæ in basilica Iulia sedebant. Nam in ea quatuor erant tribunalia. Quintil Certè quum in basilica Iulia diceret, primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fiemerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sunt & apud Fabium duplicia iudicia lib.11. in quibus duo consilia ad vnam cogebantur hastam, vnúmque tribunal: in quadruplicibus quatuor. Posset fortasse & centumuirale iudicium quadruplex dici, propter quatuor hastas, quatuorque tribunalia, idq; verius putem. Tu iudices.
Stellæ quadruplices. Cic.in Arato,
Præter quadruplices stellas in fronte locatas.
Quadruplico, quadruplicas, pen.corr. {τετραπλασιάζω} quadruplicâre. Plaut.Stich.7, -qui me in mercimoniis
Iuuit, lucrisque quadruplicauit rem meam.
Quadruplicatio, Verbale. Vlpian.in l.2.D.De exceptionibus, Et contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio.
Quadruplicato, pen.prod.Aduerbium {τετραπλασιαστί.} Plin.lib.14.cap. 4, Emptis quadruplicatò vineis.
Quadruplus, penult.corr. Adiectiuum {τετραπλάσιος.} Plaut.Truc.16, Post id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica. Vbi interpres, Quadruplus, id est veniemus quatuor in te irrumpentes.
Quadruplum aliquid attribuere, Hoc est quater id quod dicitur. Plin.lib.7.cap.48, Cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.
¶Quadruplum, Pœna furis. Quintil.lib.7.cap.5, Quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque an duplum debeat. Cato de Re rustic.in Præfatione, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.
¶Dare iudicium in quadruplum. Cic.5.Verr. Qui in decumanos octupli iudicium se daturum dixit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum daturum.
Quadruplò, Aduerbium. Plin.lib.11.cap.37, Pulmo quadruplo maior bubulo. De elephantis.
QVADRVBIS, Ciuitas quæ ex quatuor vrbibus in vnam coaluit, velut Athenæ. Festus. Quadrurbem Athenas Attius appellauit, quòd scilicet ex quatuor vrbibus, in vnam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Pireæo, & Sunio.
QVADVRCVM, nobile emporium Quadurcorum in Aquitania Galliæ parte tertia. Hodie *Cahors*. patria Poetæ Gallici Clementis Marotti. Plin.lib.4.cap 19, Rursus Narbonensi prouinciæ contermini Ruteni, Quaduci, Antobroges, Tarnéque amne discreti à Tolosanis Petrogori. Sunt qui Cadurcum scribunt.
Quæ {τίς} Pronomen fœmininum à Quis. Interrogatiuè aliquando pronuntiatur. Cic.in Verr. Quæ (malùm) est ista tua audacia, atque amentia? Idem in Philipp.

Quæ

Quæ tua facilitas, & huiusmodi, per parenthesim posita, pro Qua tu es facilitate, humanitate. &c. præditus. Plin.epist.97, Sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quòd se non mereri fatentur. Cic.ad Attic.lib.6, Spero enim (quæ tua prudentia & temperātia est) hercule, vt iubet me Acastus, confido te iam vt volumus valere.
Quæ tua est humanitas, In principio sententiæ, hoc est Pro tua humanitate. Brutus ad Cic.4.4, Quę tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris.
Quæ tua potestas. Cic. Antonio in Epist. ad Attic. lib.14, Quare quoniam hoc à me sic petis, vt (quæ tua potestas est) ea neges te, me inuito vsurum, &c.
Quæ tua virtus. Horat.lib.1.Sat.9,
-velis tantummodo (quæ tua virtus)
Expugnabis. Genus loquendi est obseruatione dignum, quod tantundem valet, quantum si diceret: ea est tua virtus, vt facilè sis expugnaturus: vel, ea, qua præditus es, virtute, facilè ad amicitiam Mœcenatis peruenies. Sic sæpe loquitur Cicero: vt epist. ad Rufum lib.5. ad Trebatium lib.7, & aliis sexcentis locis. Ex Lambino.
Quæ mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda: eadem vestra in iudicanda sit. Cic.7.Verr.
Quæ, neutrum plurale à nominatiuo singulari Quod. Virgilius ecloga 3,
O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est.
¶Inter QVAE relatiuū & infinitū. Audiui quæ dixisti: hîc QVAE relatiuum est, & subauditur pronomen EA: vt sit sensus, Audiui ea quæ dixisti. Audiui quę dixeris: QVAE hoc loco, infinitū nomen est, nec petit quicquam subauditi: est enim quasi tu dicas, Audiui qualia tu dixeris: hoc est qualia sint ea quæ tu dixisti. Cic.ad Lentulum, lib. 1.6, Quę gerantur, accipies ex Pollione. Hoc est, Intelliges ex Pollione qualia gerantur: Id est qualia sint ea quæ geruntur.
Quæcunque {ἅπερ ἂν οὖν, ἅττα} Quædam, Vide Quicunque, Quidam.
Quælibet in quenuis opprobria fingere {ἀπτύω.} Horat.1.epist.16.
Quæque {πάντα.} Lucret.lib.1,
At nunc seminibus, quia certis quæque creantur.
Quæro, quæris, quæsiui, quæsitum, penult.prod. & per syncopam quæstum {ζητέω, δέομαι, μισθόομαι, μισθωτὸν λάω} quærere. Donatus, Non reperitur, nisi quod quæritur: non quæritur, nisi quod præsto non sit. Terent.Eun.2.3,
Vbi quæram: vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viam? Idem Adelph.3.4,
Te quærebam ipsum, salue Demea.
Quærere, inquit Varro de Ling.Lat.lib.5, dictum ab eo quod, quæres vt recuperaretur, datur opera.
Per compita quærere aliquem. Iuuen.sat.9.
Aditum quærere per auia. Virg.9.Æneid.
Quæritur argentum. Horat.1.epist.2.
Argentum quærere in fœnus, vel mutuo. Plaut.Asin.9.
Auribus quærere effigiem perfectæ eloquentiæ. Cic.in Orat.
Causam quærere quamobrem. Terent.Eun.5.6.
Coniugium quærere. Iuuenal.sat.11.
Consilium. Terent.Andr.4.2.
Diuerticula. Cic.5.de Finibus, Quinetiam ipsi voluptarij diuerticula quærant.
Excusationem. Cic.ad Attic.lib.12, Quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansuræ videntur.
Exitum. Cic.3.Verr. Tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur.
Et melius nulla quæritur arte fauor. Ouid.2.de Ponto, eleg.9.
Fidem quærere promisso, In re promissa fidem aliquam & veritatem expetere. Plin.lib.27.cap.9.
Finem amori. Ouid.1.de Remed.amor.
Fugam. Cæsar 8.bel.Gall.
Quærere fugam ex aliquo loco. Cic.ad Atticum, lib.7, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, quū fuga ex Italia quæri videbatur.
Fugam morbi. Horat.1.epist.6.
Gloriam. Cic.1.Offic. Quum verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur. Id est captatur.
Gratiam quærere alicui ad vulgum, dicitur res aliqua. Liuius 6.ab Vrbe, Eáque ipsa affinitas haud spreta, gratiam Fabio ad vulgū quæsierat. Id est comparauerat apud vulgum.
Identidem quærere, Vide IDEM.
Immortalitatem ipsa morte. Cic.2.Tusc.l. Sed videamus Herculem ipsum, qui tam dolore frangebatur, quum immortalitatem ipsa morte quærebat.
Inimicitias. Plaut.Menæch.15.
Inuidiam ex re aliqua alicui quærere, Conflare. Quintilianus libro 6.capite 1.
In aliquem inuidiam. Cic.pro Rabirio Posth.
Latebram periurio. Cicero 3 Officiorum, Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem quæ infideli data sit, videant ne quæratur latebra periurio.
Laudem. Terent.Heauton.2.3.
Liberos. Plaut.Capt.13,
Liberorum quærendorum causa ei credo vxor data est.
Locum iniuriæ. Liuius 5.ab Vrbe.
Locum insidiis. Liuius 5.bel.Maced.
Locum gratiæ apud aliquem Liuius 5.bel.Pun.
Locum seditionis. Liuius 3.ab Vrbe.
Materiam amori. Ouid.1.de Arte.
In medium quærere, In commune, siue in communi victum sibi quærere. Tunc enim omnia erant communia. Virg.1.Georg.
Moras. Ouid.11.Metam.
Moram supplicio. Cic.7.Verr. Illum quòd moram supplicio quæreret, ideò clamitasse se ciuem Romanum, sed speculatorem fuisse.
¶Inter Quærere & Requirere: quoniam Requirere, est diu quærere. Afranius Fratriis,
Proin tutum quæram, ne requiram te vide. Nonius.
Quærere, cum infinitiuo. vt Quæro doceri. Virgil.lib.6.Æneidos, -ne quære doceri
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortunáve mersit. Et Cic.lib. 3.de Finibus, Ego ne, quæris (inquit) scire, quid sentiam? Horatius ode 27.lib.3,
-speciosa quæro
Pascere tigres.
Quærere aliquem, pro Quæstionem habere de aliquo. Liu. 3.bel. Maced. In præsentia placuit comprehēdi eos qui simul fuissent, quæstionémque de his haberi, dum quæruntur, &c.
Quærere aliquem ad necem. Cic.pro Sextio, Vexabatur vxor mea, liberi ad necem quærebantur.
Noua. Propert.lib.1.eleg.12.
Numen & auxilium per sacras quærere sortes. Ouid.1.Metam.
Occasionem. Cæsar 2.bel.Ciuil.
Quámve malis aliam quærere coner opem. Ouid.5.Trist.eleg.8.
Opes & amicitias. Horat.de Arte.
Periculum voce. Ouid.2.Metam.
Quo modo aliquid fiat quærere. Terent.Heauton.5.4,
Quæris id quod habes, parentes: quod habes non quæris, patri
Quomodo obsequare.
Animus quærit rationem. Lucret.lib.2.
Regnum quæritur armis. Lucan.lib.1.
Remedium quærere ab aliquo. Cic.2.Tusc.l. Cogamúsque confiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum esse dixerit.
Remediam ad rem aliquam. Cic. pro Cluentio, Domo sibi quærendum remedium existimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur.
Quærere aliquid in remedio. Plin.lib.25.cap.13.
Requiem quærit sibi. Horat.1.epist.7.
Risus quærere sibi. Horat.1.epist.7.
Salutem alicui malo. Terent.Adelph.3.2.
Seria quæramus amoto ludo. Horat.1.Serm.sat.1.
Sermonem. Terent.Eun.3.3. Id est occasionem colloquendi.
Sitim quærere, Pronocare. Cic.5.Philipp. Ipse interea decem & septem dies de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens: hæc enim ei causa solet esse declamandi. Sic dicitur vt Sermonem quærere. Budæus.
Somnum quærere re aliqua, Conciliare, inducere. Plin.lib.12.cap. 17, Odore strobi arboris somnum ægris quærunt.
Venenum quærere alicui. Cic.pro Cluent. Qui quum venenum priuigno suo quæreret, manifestò sit deprehensus.
Quærebátque viam, qua se genitrice relicta Exereret. Ouid. 10. Metamorph.
Ardua sollicitis victoria quæritur armis. Ouid.14.Metam.
Voluptatem. Cic.1.de Finibus, Sed quia nonnunquam eiusmodi tempora incidunt, vt labore & honore magnam aliquam quærat voluptatem.
Quærere ad vnum exemplum & regulam, Omnes sub vno exemplo comprehendere. Cicero in Sallustium, Primùm igitur, quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quærit, velim mihi respondeat.
¶Quærere, Velle, contendere. Plin.lib.8.c.53, Potissimum è monte aliquo in alium transilire quærentes.
¶Quærere, Est etiam id quod nunc dicimus, *Informationem* facere, & Legibus vindicare. Cic. Decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Idem, Tulit enim de cæde quæ in Appia via facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit nempe vt quæreretur. Quid porrò quærēdum est? factumne sit? an constat. A quo? at patet. Hæc Budæus.
Quærere in aliquem. Cic.pro Cluentio.
Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. Cic.pro Milone.
Quærere de. Cic.2.Verr. Quum prætores designati sortirentur, & M. Mercello obtigisset vt is de pecuniis repetundis quæreret.
Quærere rem, Est agitare causam criminis, vt Prætor quum iudicium cogit. Cic.in Verrem, Illo die rem quæsiturus non esset, quum repentè iuberetur dicere.
Quærere rem tormentis, & per tormenta. Cicero pro Cluentio, Tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Suet. in Tiberio, Acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est.
Nam quum more maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quæri, &c. Cic.pro Deiot.
¶Quærere {ἐπανυσθόμομαι} Percontari, scisciari, petere, interrogare. Plaut. Amphit.3,
Atque vt ne, qui essem, familiares quærerent. Terent.Andr.1.1,
-item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere.
Quæro abs te. Cic.pro Sexto Roscio, Non quęro abs te quare patrem Sex. Roscius occiderit.
Quærere horas ab aliquo. Plin.lib.7.cap.53.
Circa aliquem quidpiam quærere. Quintil.lib.7.cap.1.
Quærere de. Cic.4.Acad. Quæsuit de Zenone fortasse quid futurum esset. Liuius 4.ab Vrbe, Quæro de te, &c. Hoc est abs te.
Quærere de re aliqua. Cæsar 2.bel.Gal. Neruiorum de natura moribúsque Cæsar quum quæreret, sic reperiebat.
Quæro ex te. Cic.in Vatin. Quæro illud etiam ex te quod priuatus admisisti. Terent.Heaut.4.1,
Nescio, nisi vt ex ipsa quæras, vnde hunc habuerit.
Ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas. Quintilianus libro 7.cap.3.
Quærere secreto ab aliquo. Cæsar 1.bel.Gall.

Eruditius aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Subtiliter aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Verum. Horat. 2. epist. 2.

Si verum quæris. Cic. Cassio, lib. 12. 8, Spem omnem in Dæcio Bruto & Planco habemus: si verum quæris, in te, & in meo Bruto, non solùm ad præsens perfugium, sed. &c.

¶ Quæro quid sit, cur, &c. Cic. 1. de Orat.

Et ea res, si quæris, magno ei honori fuit. Cic. 3. Offic.

Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres magi. Plin. lib. 30. cap. 2.

Forsitan quæratis qui iste terror sit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales viros impediat, quo minus, &c. Cic. pro Roscio Amer.

Quærere fortassè quispiam, displiceátne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare. Cic. pro Cluentio.

Quid quæris amplius? Cic. pro Rosc. Amer.

¶ Quærere, pro Captare, vt Quærere furtũ, pro Captare furtum, seu adniti & studere vt furtum committas. Plin. lib. 33. cap. 6, Quapropter id furtum quærentes, oui liquore candido vium eum adulteravere, mox & hydrargyro. De argento viuo & auro loquitur.

¶ Quærere, nonnunquam significat Comparare, siue acquirere. Terent. Adelph. 5. 4,

Contriui in quærũdo vitam atque ætatem meam. Idem Heaut. 1. 1,

Laborans, quærens, parcens, illi seruiens. Ibidem, 3. 1,

Post illa cœpit victum vulgò quærere. Cic. pro Quintio, Nec mirum fuis qui vocem vænalem habuerat, ea quæ voce quæsiuerat, magno sibi quæstui fore putabat.

Quærere rem honestè mercaturis faciendis. Cic. in Parad. Iis qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, quæsito opus est.

Quærere multo labore. Cic. 2. de Finibus.

¶ Quærere, Petere. Plaut. Aulul. 5,

Quid si quispiam ignem quæret?

Non quæro ex his illa initia mathematicorum. Cic. 4. Acad.

¶ Quærere, Disputare, consulere, vel discutere. Cicero Pato, libro 9. 26, Ille baro te putabat quæsiturum num vnum cælum esset, an innumerabilia.

Quærere de. Cic. de Orat. In quibus sæpe non de facto, sed de iure atque æquitate quæritur.

Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ sint vtilissimæ. Plin. lib. 31. cap. 3.

¶ Finis quærendi. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Procumbit quærendo iuuencum, bucula. Virg. ecloga 9.

Quærens, Participium { ζητῶν. } Ouid. 6. Metamorphoseos, Verbáque quærenti satis indignantia lingua Defuerant.

Mihi percunctanti, aut aliquid quærenti nunquam defuisti. Cicero 1. de Orat.

Quærendus { ζητητέος. } Seneca Herc. OEtæo, 3, Quoties genitor quærendus eras? Lucret. lib 3,

hoc tamen est, vt

Quærendum videatur, & in discrimen agendum.

Quæsitus, penult. prod. { ζητηθείς } Participium, siue Nomen ex participio: vt Artes quæsitæ. Virg. 3 Georg.

Labore dulci quæsita dicta. Lucan. lib. 2.

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis. Ouidius 2. de Ponto, elegia 7.

Odium hominum quæsitum est mihi carmine. Ouid. 2. Trist.

Salus quæsita fuga. Ouid. 14. Metam.

Adulatio quæsitior fuit. Tacit. lib 3. Hoc est exquisitior.

Quæsitissimus, pro Exquisitissimo. Tacit. lib. 2, Excepere Græci quæsitissimis honoribus.

¶ Quæsitum. pen. prod. pro Re parta. Ouid. 7. Metamorphoseos,

-parcum genus est, patiénsque laborum,

Quæsitique tenax. Cicero in Parad. Cui quæsito autem opus sit, quis vnquam hunc voce dixerit diuitem?

¶ Quæsitum, Idem quod postulatum. Ouid. 4. Metamorphoseos, Accipe quæsiti causam.

Quæsitus, huius quæsitus, pen. prod. m. g. Verbale. Plin. lib. 5. cap. 9, Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia & immenso longitudinis spatio ambulans, famáque tantùm inermi quæsitu cognitus sine bellis, quæ æneras omnes terras inuenere, originem, &c.

Quærito, quæritas, penult. corr. { ἐπιζητέω } quæritare, Frequentatiuum, Instanter quærere. Terent. Adelph. 3. 3,

-si me senserit

Eum quæritare, nunquam dicet carnufex. Catull. in Camerium, epigramm. 51,

Et multis languoribus peresus

Essem, te mihi amice quæritando.

Quæritare, proprie de iis dicitur, qui quotidie in quærendo vix victum inueniunt, vt ait Donatus. Terent. And. 1. 1,

Lana, ac tela victum quæritans. Plautus,

Qui inops & sordidus quæritando alit familiam.

Quæsito, quæsitas { ἐπιζητέω } quæsitare, Aliud frequentatiuum. Plinius libro 21. cap. 3, Semper tamen authoritas vel ludicro quæsitatum fuit. Vetus codex habet quæsitarum, sub. coronarum, vt sit Nomen participiale. Loquitur autem de coronis.

Quæstio, quæstionis, Verbale { ζήτησις, ζήτημα, σκέψις } A quæstum supino. Plaut. Cistel. 7,

-iube domi opperirier,

Ne quæstioni mihi sit, quid eum velim. Id est, ne cogar eũ quærere.

Quæstio, à quærendo, Varroni lib. 5. de ling. Lat.

Nulla quæstio est, quin. Paulus in l. vlt. D. Quod iussu, Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, iusserit seruo filióve numerari: nulla quæstio est, quin ipsi condici possit.

¶ Quæstio, est aliquando dubitatio & disceptatio. Cic. 2. de Finib. In his primis naturalibus voluptas insit, nécne, magna quæstio est. Plin. lib. 7. cap. 28, Fortitudo in quo maximè extiterit, immensæ quæ-

stionis est. Cic. 4. Acad. Quæstio autem est appetitio cognitionis: quæstionisque finis, inuentio.

Quæstionis est. Vlpianus in l. Sed si damnum. D. De peculio, Sed est quæstionis, vtrum ipsa furti æstimatio, &c. Caius in l. Si noxali. eodem titulo.

Disceptatio & quæstio. Cicero 3. de Oratore, De omni re quæcunque in disceptationem, quæstionémque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteretur.

Quæstio de Cic. 4. Academ. De sapiente loquamur, de quo (vt sæpe iam dixi) omnis hæc quæstio est.

Aspernas quæstionum. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Frigus quæstionum & argumentorum. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Vinculum quæstionis. Quintil. lib. 2. cap. 23.

Dura quæstio, Id est ad dissoluendum difficilis. Quintil. lib. 7. cap. 2, Dura prima fronte quæstio.

Immensa quæstio, Vide IMMENSVS.

Infinitæ, Vide INFINITVS.

Legitimæ. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Lusoria, Vide LVDVS.

Naturales. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Nodosæ & anxiæ. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.

Perdifficilis & perobscura quæstio est de natura deorum. Cic. 1. de Natura deorum.

Quæstiones perpetuæ, Vide PERPETVVS.

Summa quæstio, Vide SVMMVS.

¶ Adiuuare quæstionem. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Afferre quæstionem, Vide AFFERO.

Agitare quæstionem. Martian. in l. Creditor. D. qui pot. in pig. hab. Erit autem facti quæstio agitanda, quid inter eos actum sit.

Conscribere fictam quæstionem, Vide CONSCRIBO.

Decidere. Vlp. in l. Si fundus. D. De lege commiss. Sed iam decisa quæstio est, ex vendito actionem competere.

Deducitur in iudicũ quæstio. Paul. in l. In duobus. D. De iureiur. Si modò eadem quæstio in iudicium deducatur.

Diuidúc nostri totam istam de diis immortalibus quæstionem in partes quatuor: primùm docent esse deos: deinde quales sint: tum mundum ab his administrari: postremò consulere eos rebus humanis. Cic. 2. de Nat. deor.

Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, nunquando, &c. Cic. de Amicitia.

Esse in quæstione. Plin. lib. 10. cap. 22, Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum inuenerit.

Ferre quæstionem, Vide FERO.

Habere aliquid quæstionis dicitur res, quum dubia est & incerta. Cicero in Oratore, Sed id nec dubium est: & siquid habet quæstionis, hoc tamen, &c.

Habere aliquid in magna quæstione. Plin. lib. 10. cap. 7, Sanqualem auem, atque immussulum, augures Romani in magna quæstione habent. Hoc est, Magna est quæstio inter augures quid sit, &c.

Habere quæstionem de aliqua re. Cic. 5. de Fin.

Indicare quæstionem. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Ratiocinatiua, atque collectiua quæstio oritur. Quintilianus libro 7. cap. 2.

Perfoluere quæstionem, Vide PERSOLVO.

Hæc quæstio ita procedit, si de peculio agi non potest. Paul. l. 14. D. De in rem verso.

Quæstio tenet eum, qui in ius vocatus est. Papinian. in l. Iudicatæ. D. De except. rei iudicatæ, Nam & quum alterum ex cohæredibus inofficiosi quæstio tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit.

Variare quæstiones. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Versari in quæstione dicitur res, dum de ea disceptatur & dubitatur. Cic. pro Sylla, Quæ res in quæstione versetur.

¶ Quæstionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, inquit Vlpianus, De iniuriis & famosis libellis, l. Iniuriarum. Idem de S. C. Silaniano l. 1, Quæstionem, inquit, sic accipimus, non tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem, & defensionem mortis.

Facti in oculco quæstio est, iuris in iudicio. Cic. pro Mil.

¶ Abripere ad quæstionem, Vide ABRIPIO.

Quæstioni accipere seruos. Plaut. Mostel. 15.

Habere quæstionem de viri morte. Cic. pro Cluent.

Mortis paternæ habere quæstionem de seruis paternis. Cic. pro Rosc. Amer. Mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet.

Habere quæstionem in caput alterius de furto. Cic. pro Cluent.

Habere quæstionem tormentis. Liuius libro 3. belli Macedonici, De Pisistrato aliquæ quæstiones tormentis habitæ: & sumptum supplicium est.

Polliceri in quæstionem seruos. Cicero pro Roscio Amerino, O dij immortales, rem miseram & calamitosam, quod in tali crimine innocenti saluti esse solet, vt seruos in quæstionem polliceatur, id Sexto Roscio facere non licet?

Postulare quæstionem eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Liu. 2. ab Vrbe cond. Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consulitur: quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant, &c. Hæc Budæus. Cicero pro Roscio Amer. Aliquoties duos seruos paternos in quæstionem ab aduersariis Sextus Roscius postulauit.

Quæstio & tormentum. Cic. pro Sylla, Quæstiones nobis seruorum & tormenta accusator minitatur.

Quæstio & animaduersio. Cicero 2. de Legibus, Quo in genere seueritatem maiorum, Senatus vetus authoritas de Bacchanalibus, & Consulum exercitu adhibito, quæstio animaduersióq; declarant.

¶ Quæstio etiam dicitur quam vulgò *Informationem* dicunt.

Auri Tholosani quæstio. Cic. 3. de Nat. deor.

Potentissimæ

Potentissimæ quæstiones. Quintil. lib. 4. cap. 1.

¶ Quæstionem adhibere. Cic. 1. de Diuinat. Is quæstione adhibita confessus est, paterámque rerulit.

Constituere quæstionem, Vide CONSTITVO.

Constituitur quæstio de furto. Cic. pro Cluent.

Decernere quæstionem, Vide DECERNO.

Exercere quæstionem inter sicarios. Cicero 2. de Finibus, Quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam.

Aspera & vehemens quæstio exoritur de iure belli. Quintilianus lib. 5. cap. 10.

Facere quæstiones iuris. Quintil. lib 5. cap. 10.

Ferre quæstionem, Vide FERO.

Ferre quæstionem de iure, non de facto. Cic. pro Milone.

Habere quæstionem. Quintil. lib. 5. cap. 4.

Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Cic. 2. de Orat.

Inferenda est alia quæstio. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Instituere quæstionem. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Quæstio quãdoque pro publico iudicio vsurpatur, maximè apud Iureconsultos. Hotomanus: Quæstiones sunt publica iudicia, inde ducto nomine, quòd in his reus in iudicium vocatus, nocens sit, an innocens constituto iudicio quæritur. Libro singulari de verborum quæ ad ius pertinent signif. Quæstio numaria, pro iudicio priuato, in quo non de capite: sed de pecunia disceptatur. Callistratus, l. vlt. Ne de stat. defuncto. in Pand. Per quæstionem numariam.

Quæstionem, & Iudicium publicum, eodem sensu dixit Cicero in Bruto, de Caio Galba, ita loquens: Hic, qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam iudicio publico est condemnatus. Paulo pòst, Inuidiosa L. Manilia quæstione Caium Galbam Gracchani iudices sustulerunt.

Quæstiuncula, penult. corr. Diminut. { ζητημάτιον } Parua interrogatio vel dubitatio. Cic. 1. de Orat. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tam quam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito quæstiuncularn, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?

Minutæ quæstiunculæ, Vide MINVO.

Quæsitio. quæsitionis, fœm. g. A supino quæsitum { ζήτησις } Idem quod quæstio. Plaut. Casin. 12,

Caue in quæsitione mihi sis. Antiqué.

Quæstor, quæstoris, masc. gen. { ἐπὶ χρημάτων φοροῦ ὁρος, χρηματιστὴς, ταμίας, ταμιοῦχος } Qui comitandæ rei militari primùm creatus fuit. eũ nunc thesaurarium bellicum vocamus. Cum Imperatoribus enim Populi Rom. mittebantur Quæstores, id est, cum Cõsulibus & Prætoribus, ad administrandam rem pecuniariam & prædam, ac manubias in rationes publicas referẽdas, vt videre est apud Liuium multis locis. Cic. 1. Verr. Sic enim à maioribus nostris accepimus, Prætorẽ Quæstori suo, partẽtis loco esse oportere: nullam neque grauiorem, neque iustiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm cõiunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris societatem. Asconius in Diuinationem, Hæc erat, inquit, prima Senatoris administratio, Quæstorem fieri, & in prouincia curam gerere publicæ pecuniæ in vsus diuersos erogandæ. Inde Cicero in Prætura vrbana, siue Verr. 3, Ne diutius teneam, inquit, pecunia attributa numerata est: profectus est Quæstor in prouinciam: venit in Galliã expectatus ad exercitum Consularem cum pecunia. Hi autem Quæstores, lictores, & vestem & insignia quæstoria habebant: quod Cicero pro Plancio ostendit his verbis, Nam simul ac me Dyrrhachium attigisse audiuit Plancius, statim ad me, lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. Ex Budæo.

Quæstores, ait Varro, à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quæ triumuiri capitales nunc conquirunt: ab his postea qui quæstionum iudicia exercent, quæstores dicti, Vide de ling. Lat. lib. 4.

Quæstor. Creatos, regnante Romulo, quæstores, Vlpianus prodidit à Iunio Graechano traditum in iis libris, quos de potestatibus inscripsit. idem tamen hæc subiungit: Sicuti dubium est, an Romulo & Numa regnantibus, quæstor fuerit, ita Tullo Hostilio rege, quæstores fuisse certum est. & sanè crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in Remp. quæstores induxisse. Fuit autẽ quæstura patricius magistratus, nec à principio, multóq; deinde per annos, nisi solis patriciis datus est. postea non tam quæsturam, quàm reliquos omnes magistratus plebi communicatos animaduerto. Ex libro P. Manut. de legibus Romanis.

Creare Quæstores. Vlpianus in l. 1. D. de Offic. Quæstor. vbi ter eam locutionem vsurpat.

Sortiri alicui prouinciæ Quæstores. Cic. pro Murena.

Quæstores vrbani, ærarium curabant, eiúsque pecunias expensas, & acceptas referre in tabulas publicas consueuerant. Valerius lib. 2. cap. 3, de Lege triumphi loquens, Cæterùm ne tam præclara lex cupiditate laureę obliteraretur, legis alterius adiutorio sulta est: quam L. Marius & M. Cato Trib. pleb. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre. Iubétque eos, quum primùm vrbem intrassent, apud Quæstores vrbanos iurare de vtroque numero verè ab iis Senatui esse scriptum. Hi autem Quæstores signa ex ærario promebant exeuntibus ad bellum Consulibus, aut aliis Imperatoribus. author Liuius lib. 7. Budæus.

Quæstores ærarios hodie vocare possumus, quos multarum, id est *emendarum receptores* vocant. Tacit. lib. 13, Censuit Piso designatus Consul, ne multam à tribunis dictam Quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio temporis contradicere liceret, déque eo Consules statuerent. Budæus.

Quæstor non principis, sed sacri palatij dicitur. Quæstor custos est iustitiæ. Ex Quæstoribus sunt Codicillares, aut qui verè Quæstores fuerunt. Quæstori leges, præces, latereulum minus curæ fuit, ioquimur verò de posteriori temporis Quæstoribus: stante enim Rep. Rom. qui Quæstores dicerentur antea expositum est. Theodosius in Novella De homicid. casu facto. Cuiacius libro 1. Institutionum ciuilium.

Quæstorum itidem sub Imperatoribus munus fuit, orationes Imperatorum in senatu recitare, vt ex Tranquillo colligere est, vbi ait, Orationésq; in Senatu recitaret Quæstoris vice. De Quæstoribus etiam illis, qui candidati principis erant, sic refert Vlpianus, Hi etenim soli libris principalibus in Senatu legendis vacabant. Annotauit Turnebus, quæ nos eo consilio huc transferenda putauimus; tum vt nequid antiquitatis (cuius ductu locos alioqui difficillimos in classicis enodes reperias) ignorares, tum quòd haud passim sint omnibus obuia.

Quæstor, Idem etiam significat quod Quæsitor. Vide QVAESITOR. Cic. 4. in Catilin. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, Quæstori gratulationem, indici præmium decreuit: quid de tota re & causa iudicarit. Quibus verbis Quæstorem coniurationis sese vocat ob decretam sibi Consuli à Senatu quæstionem. Verus tamen codex legit quæsitori.

Quæsitor, penult. prod. quæsitoris, masc. gen. { ζητητὴς } Is dicitur qui quæstionem habet, hoc est qui inquirendum curat de crimine, de eóque iudicium exercendum. Hic quæsitor sedebat pro Tribunali; Iudices autem in subselliis, omniáque fermè in potestate habebat. Cicero in Bruto, Itaque intelligens dicendi existimator, &c. videt ofcitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam circulantem, mittétem ad horas, Quæsitorem vt dimittat rogantem. Quæsitorem vocat Prætorem in ciuius erat potestate soluere conuium quum libuerat, & dare veniam abeundi, coactis iudicibus: quod interdum iudices tædio affecti postulabant, horam non expectantes. Idem in Vatinium, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post vrbem conditam Tribunosplebis appellarit, ne causam diceret: num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eúmque vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem (inquit Asconius) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam Prætor sit rerum capitalium, Quæsitorem appellat. Dat ei sortitionem, vbi vrnam nominat, dat ei electionem iudicum, quum dicit, Conciliúmq; vocat. dat cognitionem facinorum, quum dicit,

Vitásque & crimina discit. Verba Virgilij hæc sunt, 6. Æneidos,

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:

Quæsitor Minos vrnam mouet, ille silentum

Conciliúmque vocat, vitásque & crimina discit. Per syncopam etiam Quæstor dicitur. Hæc Budæus. Cic. pro Fonteio, Quid mihi opus est quæsitore iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore non stulto? Idem ad Quintum fratrem, libro 3. 19, Grauis & firmus quæsitor.

Quæsitor distinguendus est à prætore. iudicum enim quæstionis duo video fuisse genera, vnum eorum, qui quũ prætores essent, quæstionis etiam iudices appellabantur; alterum eorum, qui quum prætores non essent, capitali tamen de crimine quærebant, de iudice quæstionis prætore, patet ex oratione pro Cluentio; in qua ita scriptum est: Iubet lex iudicem quæstionis, hoc est Q Voconium, cóſq; qui illi iudices obtinuerint, quærere de veneno. Voconium autem prætorem fuisse duobus argumẽtis coniicio: primùm quòd in eo loco paulo antè Cicero dixit; Quid sibi illi scribæ? quid lictores? quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt; lictores enim, qui magistratum non gererent, non habebat. iudicem autem quæstionis magistratus nomen fuisse, certè nemo dixerit. Alterum argumentum est, quòd ibidem Cicero subiungit de aliis prætoribus, suam vnoquoque quæstionem exercente. Hæc, inquit, quæstio sola ita gubernatur? quid M. Pletorij, & C. Flaminij inter sicarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilij de ambitu? quid reliquæ quæstiones? quibus ex verbis, prætorem fuisse Voconium, qui iudex quæstionis appellatur, quis non intelligit? nam, etsi prætores non nominat; satis tamen constat, de prætoribus intelligi. à quibus enim & tot quæstiones, nisi à prætoribus, & tam graues exercerentur, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea, se quæsiisse de repetundis, in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in prætura, Valerius, & Plutarchus confirmant. vt omittam, quòd quæsitorem Aquillium nominat: cuius annum fuisse legitimum, eundem, qui Ciceroni, ad percendum consulatum, prima docet ad Atticum epistola. ex quo, fuisse collegas in prætura, licet existimare. quod etiam libro 2. de Officiis manifestum est. collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quæstionis Iunium, qui prætor non erat, quæsisse de veneno in Oppianici causſa, docet Pedianus his verbis: Iunius quæsitor fuit in Cluentij causſa, Verre prætore: in qua Oppianicus damnatus est. & alio loco: Damnato Oppianico, res in inuidia fuit; quòd pecunia reus videretur oppressus: & princeps illorum iudicũ damnatus est, C. Iunius, quòd diceretur alios suppositurum fuisse, qui reum damnarent, non eos, quos prætor Verres fuerat subsortitus. neque hic eum Pedianus, neque supra prætorem nominauit. Cicero autem in oratione pro Cluentio, Condemnatus est, inquit, C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quæstionis. & alio loco: Quinctius tribunus pleb. conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. non fuisse autem prætorem, aperté, sic inquam apertè, vt clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem, his verbis: In hanc stammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini, & illum, hominem ædilitium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum, de ciuitate esse sublatum. ecce, non prætorium, sed prætorem opinionibus hominum constitutum dicit: quòd, eum prætorem fine dubio futurum, homines opinarentur. prætor autem si fuisset, non eum ædilitium, sed prætorium vocasset. laudabant enim veteres, vbi ornare aliquem vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset, itáque, homo ædilitius, prætorius, consularis, dicebant. Præterea, qui prætores in leges non iurauerint, neque sententias tulerint; quod & Cicero & Pedianus docẽt; à Iunio autem iudice

quæstionis ideo multa petita sit, vt in oratione pro Cluētio legimus, quia in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum idem, quod iudicibus, leges omnino se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, Iunium, quum de Oppianico quæsiuit, prætorem nō fuisse. Quòd si quis dixerit, non tam Iunium iudicē quęstionis, quàm Verrem prætorem, in illa Oppianici causſa quæsiisse; quia Pedianus ita dicat; Iunius quæsitor fuit in Cluentij causſa, Verre prætore; & quia idem alio loco sortitionē, & subsortitionem à Verre prętore factam tradiderit: huic ita respōderi poterit: sortitionem, & subsortitionem non illius modò iudicij, verùm etiam aliorum ideo pertinuisse ad C. Verrem, quia prætor vrb. erat. quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. prætor autem vrbanus de criminibus nō quærebat; quare nec vnquam quæsitor dicebatur; sed ius tantùm dicebat, hoc est iudices & formam iudicij dabat. idémque iudices, quibus alij prętores ad cognoscendas capitales causſas vt vterentur, sortiebatur, & subsortiebatur. quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex lib. 1. accusationis in Verrem: quo in loco Q. Curtium iudicem quæstionis appellat Cicero, in causſa Verris repetundarum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat. cúmque Curtium ait Pedianus à Cicerone esse reiectum. Illud addo, quū iam docuerim, iudicem quæstionis, & prætorem, & non prætorem, de crimine capitali cognouisse; tertium genus iudicum quęstionis interdum fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo sortiendi. quod locus de Q. Curtio proximus iam ostēdit, quem cognouisse de repetundis, absurdū est credere: quū, in ea causſa prætorem quæsiisse Glabrionem, ex Cicerone & Pediano satis constet. itaque tertium hoc genus quæsitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniam quidem quærerent, quęsitores & erant, & propriè dicebantur. Ex libro P. Manut. de legibus Romanis.

Edere quæsitorem. Cic. pro Plancio, Istī Quęsitor edendus fuisset, quem potius quàm tunc, &c.

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quæsitor, &c. Cic. pro Sylla.

Quæstorium, quæstorij {τεμένη σκηνῆς} In Castris, Quæstoris tabernaculum erat. Liuius libro 10, Itaque captum quæstorium. Quæstóreque ibi Pansa occisus. Cicero pro Plancio, Thessalonicam me in quæstoriúmque perduxit.

Quæstorius, Adiectiuum {ταμιευτικὸς} Quod ad Quæstorem pertinet. Cicero ad Caninium, lib. 2. 16, Quod ego officio quæstorio te adductum, &c. Idem 3. Verr. Legatus quæstorius.

Persona quæstoria. Cic. pro Plancio.

Quæstorius ager dictus est, qui ex hostibus captus per Quæstores Pop. Romano limitibus actis, diuisus est venditus. Flaccus. Hygenus, Quæstorij agri dicuntur, quos Pop. Rom. deuictis pulsisque hostibus possidit, mandauíque Quæstoribus, vt eos venundarent.

Quæstorius, quæstorij, masc. g. {ταμίας ὁ πικὸς} Qui Quæstor fuit: vt Vir quæstorius. Cic. 3. Philip. Qui ædilitij? qui tribunitij? qui quæstorij?

Sicinius quæstorius mortuus est. Cic. de Claris Orat.

Quæstura, quæsturæ, penult. prod. Quæstoris dignitas, sicut à Prætore prætura. Cic. Acilio, lib. 13. 39. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia, iam inde à quæstura mea Siciliensi.

Sed quæstura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit. Cic. pro L. Murena.

Consedit nomen in quæstura, Vide CONSIDEO.

Consignata literis quæstura, Vide CONSIGNO.

Quæstus, huius quæstus, vel quæsti, antiquè {χρυμματιστικὸς κέρδος} Datium & ablatiuum plurales facit quæstibus per i, teste Valla: significátque lucrum ex nummis. Cic. 5. Verr. Tantum de quæstu ac lucro dicam vnius agri & vnius anni.

¶ Quæsti, pro Quæstus. Varro Prometh. Æmulum illius artis, atque obstrigiatorem, qui per aliquot annos quæsti nihil fecerit. Antiquum. Ex Nonio.

¶ Quæstuis, item genit. antiquus. Nonius, Per deam sanctam Lauernam, quæ cultrix quæstuis sit.

Rem aliquam gerere sui quæstus aut commodi causſa. Cicero pro Roscio Amerino.

Consequi quæstum, Vide CONSEQVOR.

Pecuniam in quæstu relinquere. Cicero in Pisonem, Nónne Sestertiūm centies & octogies, quod, quasi vasarij nomine, in venditione mei capitis asserpseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

¶ Quæstus, pro Actione ipsa atque artificio lucrandæ pecuniæ, teste Vala lib. 3. Cic. 1. Offic. Iam de artificiis & quæstibus, qui liberales habēdi, qui sordidi sint, hæc ferè accepimus. Terent. Eun. 2. 2,

-imperaui egomet mihi
Omnia assentāri: is quæstus nunc est multo vberrimus. Quintilianus in prœmio libri 1, Nam vt lingua primùm esse cœpit in quæstu, instituitúmq; eloquentię bonis malè vti. Quæstu dixit, quasi acquisitione.

Carcerarius quæstus, Vide CARCER.

Vberrimus quæstus. Terent. Eun. 2. 2.

Liberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium. Cicero 1. Officiorum.

Iudiciarius quæstus, Vide IVDICO.

Opimi. Plin. lib. 10. cap. 51.

¶ Abducere à meretricio quæstu, Vide ABDVCO.

Callere ad quæstum, Vide CALLEO.

Colere quæstum, Vide COLO.

Comparare quæstum. Cic. Verr. 7.

Magnos & vberes quæstus sibi constituere. Cic. 4. Verr.

Conterere quæstum, Vide CONTERO.

Duci quæstu & lucro emendi. Cic. 5. Tuscul.

Facere quæstum in aliqua re. Cic. Cassio, lib. 15. 14.

Furtis quæstum facere. Cic. 7. Verr.

Maximos quæstus & prædas facere. Cic. 5. Verr.

Habere Remp. quæstui, turpe. Cic. 2. Offic.

Instituere sibi quæstum, Vide INSTITVO.

Seruire quæstui. Celsus lib. 3. cap. 4.

¶ Quæstus quandoque plus est quàm luerum. Cicero in Pisonem, Quo quidem in spectaculo, &c.

Quæstuosus, penult. prod. Adiectiuum {χρηματιστικὸς} Idem quod Lucrosus. vt Quæstuosus homo, qui quæstus & lucri auidior, vndique lucella quæritat, vt ait Valla. Cicero 4. Verrina, Quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur?

Venio iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Cicero in Paradoxis.

Quæstuosus & Sumptuosus ager, contraria. Cato cap. 1.

Damnum quæstuosum. Cicero ad Atticum, lib. 14. Sed tamen ea ratio ædificandi inter, consiliario quidem & authore Vestorio, vt hoc damnum quæstuosum fiat.

Edictum quæstuosissimum, & vberrimum. Cicero 5. Verrina, Quum illud edictum repentè vberrimum & quæstuosissimum nascitur.

Insula quęstuosa margaritis, Hoc est ex cuius margaritis magnus fit quæstus. Plin. lib. 6. cap. 25.

Mercatura quæstuosa. Cic. 5. de Finibus, Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

Ratio quæstuosissima pascendi. Colum. lib. 6. in Præfat.

Scientiam quæstuosam habere. Cic. 2. Philipp.

¶ Quæstuosus, cum genitiuo. Cic. 2. Philipp. Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum. Id est abundans, vnde maximum quæstum faciat Antonius. Nam mortuo Cæsare commentaria eius, Antonij domum translata sunt, in quibus decreta perscripta erant. Hinc Antonius quodcunque ipsius animo collibuit fer, faciebat: aliis magistratus dabat, aliis immunitates: & hęc omnia faciebat quasi à Cæsare antè decreta, & in commentaria relata.

¶ Quæstuosus, cum ablatiuo. Curtius lib. 4, Nasāmones sunt gens Syrtica, nauigiorum spoliis quæstuosa: quippe obsident litora, & æstu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

Quæsticulus, quæsticuli, penult. correp. {κερδάριον} Diminutiuum, significat paruum lucrum. Cicero 2. de Diuinatione, Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cælo, terra, rerúmque natura?

Quæstuarius, Adiectiuum {κερδῶος.} Seneca libro de Benefic 6. Quum ex adultera in quæstuariam versa, ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret.

Mancipia quæstuaria. Vlp. in l. Athletas. D. De his qui not. infam. Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet.

Quæso {δέομαι} Idem significat quod rogo: ita quæsere ponitur ab antiquis pro quærere, vt est apud Ennium libro 2, Ostia munita est: idem loca nauibus pulchris munda facit, nauisque mari quæsentibus vitam. Et in Cresphonte, Ducit me vxorē liberorum sibi quæsendūm gratia. Festus, Anomalum verbum est, Quæso, quæsumus. Quidam quæsimus, per tertiā vocalem in secunda syllaba scribi volunt, quòd tertiæ essent coniugationis, si integrum reperiretur, vt Légimus. Terent. Eun. 3. 2,

Quæso hercle vt liceat, placet quod fiat tua. Idem Andr. 1. 2,

Vbi vis facilius passus sim, quàm in hac re me deludier.

D. Bona verba quæso. Cic. 1. de Legibus, Quamobrem aggredere quæsumus, & sume ad hanc rem tempus.

Quæso quid hoc est? Cic. Attico, lib. 7.

Quid est, quæso Metelle iudicium corrumpere, si hoc non est? Cicero 2. Verr.

Quæso quid sit mihi faciendum. Cic. Attico, lib. 11.

Fac quæso, qui ego sum, esse te. Cic. Gallo, lib. 7. 24.

Reficite vos quæso Iudices per deos immortales. Cic 6. Verr.

Quæso deos. Terent. Andr. 3. 2,

Deos quæso vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono.

Deos quæsumus consilia tua Reipub. salutaria sint. Brutus Ciceroni, libro 11. 3.

A te maximopere peto & quæso. Cic. Appio, lib. 3. 2.

Quæso à vobis. Cic. pro Archia poeta, Quæso à vobis, vt in hac causſa mihi detis hanc veniam, accōmodatam huic reo, vobis quemadmodum spero, non molestam.

De te quæso etiam, atque etiam vide. Hirtius Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 15.

Quæso, quæsis, quæsi, quæsum {κερτομῶμαι} antiquè declinabatur: vel secundum Probum, quæsiui, quæsitum. Lucret. lib. 5, præsenti vsus est, Non diuūm pacem votis adit & prece quæsit Venturum pauidus paces. Sallust. lib. 1. Hist. Curionem quæsiuit vti adulescentior, & à populi suffragiis integer ætati concederet.

Quæsticulus, Quæstio, Quæstor, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus, Vide QVÆRO.

Qualibet, siue qualubet, penult. corr. Aduerbium, Vbicunque libet, vndecunque. Plaut. Mostel. 10,

Qualibet perambula ædes oppidò tanquam tuas. Quintilianus libro 5. cap. 13, Si vel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet transitum præbent.

Quid vis? qualuber esse notus optas? Catull. epigr. 38.

Qualis, & hoc quale {οἷος, ποῖος, ὁποῖος, πολεῖτε} Relatiuum alicuius rei naturam declarans: vt Qualis pater, talis filius. Cic. de Amicit. Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.

¶ Qualis, interrogatiuè aliquando ponitur. Plaut. Trinum. 15,

Qualine amico mea commendaui bona?

¶ Qualis, Infinité. Cic. pro Fonteio, Quamobrem quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui, &c.

Ac primùm quanta innocentia debent esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? quæ breuiter qualia sint in Cn. Pompeio confyderemus. Cic. pro Lege Manilia.

Nulla

Nulla gens est, quæ non etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum censeat. Cic. 1. de Legib.

Nihil interest ad beatè viuendum, quali vtaris victu. Cicero 2. de Finibus.

Qualis corpore. Cic. 1. de Nat. deor. Concedo esse deos: doce me igitur vnde sint, vbi sint, quales sint corpore, animo, vita.

Qualis & quantus. Cic. 3. Tusc. Nam de ipsius rei natura qualis & quanta sit, quæritur.

Quid, quale, quantum. Cic. 1. Tusc. Si, quid sit hoc, non vides, at quale sit, vides: si ne id quidem, at quantum sit, profectò vides.

Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse, scribere historiam? Cic. 2. de Orat.

Quale, ter repetitū. Cic. 2. de Diuin. Ad aperta & clara veniamus, quale est de illo interfecto à caupone Megaris: quale de Simonide, &c. quale etiam de, &c.

Tale quale. Virg. 5. ecloga,

Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale, &c.

Vt non tales quales antè habitæ sint, habeantur. Cicero 2. de Inuentione.

Præbe te talem hoc tempore, qualem te iam antea præbuisti. Cic. pro Rosc. Amer.

Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis sit pilus alius. Cicero 4. Academ.

Vidi quosdam in te tales, quales tu, &c. Cic. Lent. lib. 1. 9.

Siquis id ageret, vt qualis haberi valet, talis esset. Cic. 2. Offic.

¶ Qualis, pro Qualiter, comparationibus faciendis apta particula. Virg. 4. Georgicorum,

Qualis populea mœrens philomela sub vmbra,
Amissos queritur fœtus, &c. Ouid. 3. Metamorphoseos,
-falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

Qualiscunque {ὁποιοσοῦν.} Cicero in Pisonem, Quum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab vno te improbitate victus Gabinius, colligit ipse se vix. Idem 1. Tusculan. Totúmque hoc leue est, qualecunque est.

Sed homines benevolos qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. Cic. Attico, lib. 14.

Qualescunque summi ciuitatis viri sunt, talis & ciuitas. Cicero 3. de Legib.

Quæ qualiacúque in me sunt (me enim ipsum non pœnitet quāta sint) sed apparent in orationibus. Cic. in Orat.

Scripta qualiacunque. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.

Carmina nostra qualiacunque. Ouid. 1. Trist. eleg. 12.

¶ Qualis enim cunque est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13.

Quale tamen cunque est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.

Qualisqualis, pen. prod. Idē quod qualiscúque. Tryphoninus in l. Reseriptum. De distract. pignor. Quia ex contractu, qualiquali obligatione à debitore interposita.

Qualislibet, pen. corr. {ὁποῖος βούλει, ὁποιοσποτοῦν.} Cic. 2. de Nat. deor. Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum, vel aureæ, vel qualeslibet, aliquò coniiciantur. Legitur & separatis dictionibus, quales libet.

Qualitas, pen. corr. qualitatis {ποιότης} Est secundum quam quales dicimur, vt albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates sunt, quòd secūdum eas, albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, filios esse dicimus. Hæc Sipontinus. Cic. 1. Acad. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci vocant. Ibidem, 36. Sed quod ex vtroque (id est ex materia & vi) id iam corpus, & quah qualitatem quandam nominabant. Et 2. de Nat. deor. Rursum 1. Acad. Et quum ita moueatur illa vis, quam qualitatem esse dicimus, & quum sic vltro citróque versetur, & materiam ipsam totam penitus commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia.

Qualitatum aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 1. Acad.

Cæli qualitas. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Qualitatem literis nostri contemplemur, si vitemus scopulos, an probemus. Colum. lib. 8. cap. 17.

Qualitas materiæ excipientis. Plin. lib. 2. cap. 80.

Qualitatis nomen apud Iureconsultos generale est, vt omne accidens, quicquid est præter substantiam rei, comprehendat. Amplitudo, quæ ipsa quantitatis est & dimensionis nomen à Celso numeratur inter ea, quibus prædia dicuntur qualiter se habere, id est qualia esse. l. quid aliud. 86. De verb. significe. in P. Qualitates autem prædiorum, quoniam quasi à natura insunt, nec possunt ab ipso fundo separari, & qui fundum vendit cum sua illum bonitate, quæcunque est, salubritate, amplitudinéque vendidisse censetur: imò illo vendito, nihil de istis sibi retinere potest. Ideo videntur nihil aliud esse, quàm ipsa prædia qualiter se habentia, id est iis qualitatibus prædita. Celsus, Quid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia ipsa qualiter se habentia? &c.

Qualiter, penultima corr. Aduerbium. Plinius libro 8. cap. 48, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape.

Qualitercunque, Aliud aduerbium, significat Vtcunque. Columel. lib. 11. cap. 3, Potest etiam citra hanc operam fieri crispum, qualitercunque satum.

Qualiterqualiter. pro Qualitercunque. Vlpian. in l. Quo enim. in fine. D. rem ratam haberi, Nam qualiterqualiter quis eundem actum retractat, qui à procuratore actus est, committi stipulationē oportet.

Qualus, quali, m. g. {κάλαθος} Genus vasis viminei, per quod vinum guttatim defluit quum calcatur vua, reliqua verò materia exire prohibetur. Virg. 2. Georgicorum,

-tu spisso vimine qualos,
Colaque prælorum fumosis dirige tectis. Plin. lib. 17. cap. 10, Alij in qualo pedibus in profluente deculcant, &c.

¶ Qualus, In quo gallinæ ova edunt, apud Colum. lib. 8. cap. 3. Idē lib. 9. cap. 15, Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus Sacus inuersæ metæ similis, qualis est quo vinū liquatur, obscuro loco suspenditur.

¶ Qualum, neutro genere etiam legitur. Cato cap. 11, Corbulas amerinas viginti, quala sataria septem, alueos quadraginta. Sunt autem, Turnebo interprete, quibus ad ferendum opus est, id est ad sementem. Columel. lib. 7. cap. 3, Sint quala mundissima, nequa earum valetudo. Quidam hīc legunt caula. Sed fortè legēdum, Sint quammundissima, &c. Loquitur enim de stabulis ouium.

Vindemiatorij quali. Vlpian. in l. Instrumento. D. De instruct. vel instr. leg.

¶ Qualus, Cistula, in qua mulieres reponebant pensa. Horatius 4. Carm. ode 12,

Tibi qualum Cytereæ puer ales.

¶ Qualus, apud Apuleium lib. 4. Metamorphoseos, accipitur pro canistro in quo panis seruatur.

¶ Qualus, Vas quo cæmentarij siue calcarij vtuntur ad portandā calcem vel gypsum. Vlpian. in l. Sed & liquid inæd: ficaverit. in principio. D. De vsufructu, Nam si librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat. Id est calcem in qualo.

Quasillus, quasilli: & Quasillum, quasilli {κανοῦν} Diminut. à Qualus. Festus, Calathos Græci, nos dicimus quasillos. Cic. in Philipp. At verò huius domi inter quasilla pendebatur aurum. quasi diceret, inter mulierculas & lanificia. Quem locum citat & Seruius in illud 2. ecloga,

Ecce ferunt nymphæ calathis. sed corruptum. Tibul. lib. 4. eleg. 10,

Sit tibi curà togæ potior, pressúmque quasillum.

Quasillus, Calathus, vas ipsis lanificiis aptum. Propert. libro 4. eleg. 7,

Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.

Quàm {ὅσον} Dictio, notæ significationis, cui eleganter in oratione præponitur TAM particula. Terent. Eunuch 4. 4,

Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me viuere. Cicero 2. Verr. Quòd si quàm audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, &c.

Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem eum, quicum omnia communicem. Cic. Att. lib. 1. 13.

¶ Quàm {ἤ} eleganter connectit duos comparatiuos. Quintil. lib. 3. cap. 1, Sīque salubrior studiis, quàm dulcior. Liu. de Fabio Maximo, Non timeo Iudices ne odio inimicitiarum mearum inflamma tus. libentius hæc in illum euomere videar, quàm verius.

Comparatiuo positiuum iunxit Colum. lib. vltimo, Idcirco reddit timidiorem, quàm virilem pluribus.

Comparatiuo verbum Cicero ad Marcellum, lib. 15. 8, Maiora erga salutem, dignitatémque meam studia, quàm erant à muliere postulanda.

¶ Quàm, pro Magis, vel potius quàm: apud Iureconsultos frequentissimum: Paulus l. 2. De rebus credit. Mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensura cōsistunt: quoniam earum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quàm specie. Vlpianus l. 2. De iudiciis: Alioquin compelletur iudiciū accipere, quàm inuenire eos, qui satis pro eo dent. Et alibi sæpius.

¶ Quàm, pro Quantum, positiuo iungitur. Cicero, Videte quàm valde malitiæ suæ confidat. Terent. And. 1. 1,

Reiecit se in eum flens quàm familiariter.

Quàm, pro Quantum positum post negationem in priore oratione: Tam, non necessariò sequitur. Liuius 5. bel. Maced. Homo, non quàm isti sunt, gloriosus.

Quàm, cū verbis Possum, Queo, Valeo, & aliis. Terent. Heaut. 3. 1, Haud faciam: nam quàm potero adiutabo senem. Plautus Menæch. 24.

Tam consimilis est, quàm potest.

Quàm, pro Quantum, quibusdam interpositis verbis, cuiusmodi sunt, Possum, Valeo, & synonymis, tum superlatiuis, tum positiuis additur. Superlatiuis. Saluſt. in Iugurth. Quàm maximas potest copias armat. Cæsar in Comment. Re frumentaria quàm celerrimè potuit, comparata. Positiuis. Cic. 2. Philip. Sed reliquum cursum vitæ, quàm quidem possum celeriter, perstringam. Vetus codex legit, quem quidem.

Conuiuium ad multam noctem, quàm maxime possumus, vario sermone producimus. Cic. de Senect.

Aues nidos construunt, cósque quàm possunt mollissimè substernunt. Cic. 2. de Nat. deor.

¶ Quàm, Optantis cum affectu particula, & frequentius cum verbis Volo aut Cupio iungitur. Terent. Adelph.

Quàm vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari. Vbi Donatus, Quàm vellem, præcipuè dicimus in his quæ non videmus fieri. Cicero 3. de Finibus, Quàm vellem, inquit, vt te ad Stoicos inclinauisses.

Quàm magis, & tam magis: vt, Quo magis, eò, vel hoc magis, & Quantò magis, tantò magis, dicunt non parum frequenter Latini. Lucret. lib. 1,

Et quàm quæque magis cohibet res intus inane,
Tam magis his rebus penitus tentata labascit.

Quàm, pro Quantum, interrogatiuum. Terent. Eunuch. 2. 2,

Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?

O rem difficilem, planéque perditam! quàm nihil prætermittis in consilio dando! quàm nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas! Terent. And. 1. 1,

Quàm timeo quorsum euadas!

Quàm, cum indicatiuo. Cic. in Verr. Incredibile est autem, quàm multa & quàm præclara fuerunt.

Quàm, cum Volo, pro eo quod vulgò dicitur *Tantum quantum*. Terent. Hecyr. 4. 4,

Dum ne reducam,tui bêt porrò quàm velint. Cic.pro Cæl.Quàm velit sit potens.

¶Quàm, pro Quanto, comparatiuo datur: quod raro vsu venit. Virg.7.Æneidos,

Tam magis illa fremens,& tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Quintil.libro 1, Quàm in his quoque libris erunt omnia compositiora, & quàm nos poterimus elaborata. Plaut.Pœn.4,

Quàm magis aspecto,tam magis est nimbata.

Quàm,cum superlatiuo. Cato cap.65,Quàm acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Sallust.in Iugurtha, Itaque quàm quisque pessimè fecit,tam maximè cutus est.

Imposititia nomina esse voluerunt quàm paucissima,&c. Varr.de Ling.Latin.lib.7.

Quàm,tam,superlatiuo. Terent.Heaut.5.2,

-nanque adolescens quàm minima in spe situs erit,

Tum maximè patris pacem in leges conficiet suas. Ouid.1.Amor. eleg.8,

Tam fœlix esses,quàm formosissima, vellem.

¶Quàm,pro Valde,elegantissimè superlatiuo datur, & aliquando positiuo.

Superlatiuo. Terent.And.5.1,

Quibus id maximè vsle est, illum esse quàm deterrimum. Idem Heaut 2.3,

Eadémque vt esset apud te ob hoc quàm gratissima. Cic. de Amic. Alienis nimis implicari,molestum esse:commod.issimum esse, quàm laxissimas habere habenas amicitiæ. Idem 2. de Nat. deor. Geram tibi morem,& agam quàm brevissimè potero.

Quàm proximè hostem,& ad hostem. Cic 10. Philipp.Operámq; det,vt cum suis copiis quàm proximè Italiam sit. Liuius 1.ab Vrbe, Is ducit exercitum quàm proximè ad hostem potest. Cicero Attico, libro 6. Officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hostem.

Quàm maturrimè. Tacit.lib.15, Vt templum Diuo quàm maturrimè publica pecunia poneretur.

Quàm maturrimum. Tacit.lib.12, Amplecti Britannicum, robur ætatis quàm maturrimum precari.

Positiuo: vt Quàm longè.Quàm multa, Quàm celeriter. Terent. Eunuch.2.3,

Continuò accurrit ad me quàm longè quidem. Cic. 3. de Nat.deor. Soles ipsi quàm multi à theologis proferuntur? Idem 3. Tusc.Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ! Et Attico, libro 7, Suam in Senatu operam, authoritatémque quàm magni æstimari! Et alibi, Scribit ad me quàm honorificè de restitutione Sexti Clodij. Quintil.lib.12. cap.vltimo, Quàm multa,imò pene omnia tradidit Vatro. Virgil.2.ecloga,

Quàm dives pecoris niuei, quàm lactis abundans. Liu. 6.bel.Pún. Quàm forti animo,&c.

Quàm facilè accipiter columbam consequitur. Virg.11.Æneid.

Liberis dare operam quàm honestè dicitur. Cic.Pæto,lib.9.22.

Suos valde quàm paucos habet. Brut.Cic.11.13.

¶Quinto die quàm, Id est postquam, & sic de aliis. Colum.lib.8. cap.8, Quinto die quàm sustuleris, condire oportebit. Idem lib.12. cap.38,Post nonum diem quàm id factum est.

Tabellarij venerunt post diem XL & sextum,quàm à nobis discesserant. Cic.Tironi,lib.16.21.

Postero die quàm illa erant acta,Catulus venit. Cic.2.de Orat.

Triduo proximo quàm. Plin.lib.8.cap.42, Terram attingere ore triduo proximo quàm sit genitus,negant posse.

Ego autem non commemini, antè quàm natus sum,me miserum. Cic.1. Tusc.ul.

Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt,quàm in iis philosophi garrire cœperunt. Cic.2.de Orat.

Numa sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit,quàm,&c. Cic.2. de Orat.

¶Tandiu,quàm. Plin.epist.16.lib.3,Si tandiu, tantáque concordia vixerit tecum, quàm ego cum Pæto,volo. Cic.de Claris Orat. Vixítque tandiu,quàm licuit in ciuitate bene beatéque viuere.

¶Quàm longa. Virg.4.Æneidos,

Nunc hyemem inter se luxu,quàm longa fouere. Seruius.Id est inquantum longa est hyems. Fecit talem & 8.Æneid.figuram: vt Tybris ea fluuium,quàm longa est,nocte tumentem Lenit.

¶Quàm,geminatum. Terent.Phorm.2.3,

Potius quàm lites secter,aut quàm te audiam.

Te igitur imitabor,quàm multa,quàm paucis.Cic.Bruto,lib.11.

¶Quàm,pro Plus quàm. Colum.lib.1.cap.8, Ferramenta duplicia quàm numerus seruorũ exigit refecta & reposita custodiat. Budæus.

¶Nihil libentius quàm. Cic.pro Cluentio, Quod si fieri posse existimasset,&c. nihil fecisset libentius, quàm omnem illam acerbitatem proscriptionis suæ,&c.

Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te. Cassius Ciceroni,lib.15.19.

¶Quam-de,pro quàm vsos esse antiquos cum multi veteres testimonio sunt,tum est Liuius in primo: Iupiter vt muro fretus magis quam-de manu,&c. Item alibi,Quam-de tuas omneis legiones ac popularis. Et Lucretius,

Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,
Quam-de grauis Graios inter,qui vera requirunt. Festus.

¶Quàm pro. Curtius lib.5,Ne aurium quidem vsus supererat, sylvas quatiente vento,qui concutientibus ramis maiorem quàm pro flatu sonum edebat.

¶Quàm quantum. Cic.3.de Orat. Vt maius quiddam de L.Crasso,quàm quantum à nobis exprimetur,suspicentur.

Sexies tantum, quàm quantum fatum sit,ablatum esse. Cicero 5. Verrina.

Hic maiorem pecuniam Prætori pollicetur, quàm quantam tu dedisti. Cicero 4.Verr.

¶Quàm quoad. Cic.pro Domo sua, Id sperasti Rempub.diutius, quàm quoad mecum expulsa careret his mœnibus esse laturam?

¶Quàm quód. Cic.ad Atticum,lib.11.215, Sed ex omnibus, nihil magis tamen desyderatur,quàm quòd in Africam non ierim. Quàm quòd,sub. id, vt sit:Nihil magis desyderatur, quàm id, quòd scilicet non ierim in Africam.

¶Quàm quomodo. Cic.3.de Orat.Quòd siquis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum pleniorem fuisse putet,quàm quomodo à nobis vterque inductus est.

Multa præclara in eo viro cognoui,sed nihil est admirabilius quàm quomodo ille mortem M filij tulit.Cic.de Senect.

¶Quàm vt. Cic.3.de Orat.Hoc est altius, quàm vt nos humi strati suspicere possimus.

Plerunque dolor vehementior,quàm vt causa sit cur feratur. Cic. 5. Tuscul.

Quàm vt,pro Aliter quàm vt. Suet.in Galba,cap.8, In secessu plurimum vixit,nec ad gestãdum quidem vnquam iter ingressus, quàm vt secum vehiculo proximo decies HS.m auro efferret.

¶Quàm qui. Quintil.lib.12.cap 9.Id oq; ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures,quàm quibus sufficturum se sciat.

Quàm qui,cum superlatiuo. Liu.4.D. cad.lib.4,Nam quid minus conueniret,quàm nos qui pro libertate Græciæ aduersus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? & eo tyranno,quàm qui vnquam fuit,fœdissimo & violentissimo in suos? Verba sunt Quintij de Nabide.

¶Contrà facis,quàm pollicitus es. Cic.2.de Legib.

Factum est enim culpa, contrà quàm tu mecum egeras. Cic.Quint.lib.1.1.

Socrus generi contrà quàm fas erat amore capta. Cicero pro Cluentio.

¶Diuersum quám. Quintil.lib.1.cap. 8, Pransus quoque & potus, diuersum valent quàm indicant.

Extra quàm. Vide EXTRA.

Super quàm quod. Vide SVPER.

¶Multiplex quám. Liu.Quicquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert,multiplex quàm pro numero damnum est.

¶Nulla æquè quàm prædictæ falsuræ pabula. Colum.lib.8.cap.17, Quo quàm minimè multi ex illis de istius nefario scelere audire possent.

Quàm minimè multi.Cic.3.Verr.

¶Quàm facetè, Quàm venustè. Arridétis particula. Plaut.Asin.15, Vt assimulabar Sauriam me esse quàm facetè! Terent.Eunuch.3.2,

quàm venustè!

Quod dedit principium adueniens.

¶Quàm citó. Terent.Eunuch.1.2,

Labascit victus vno verbo quàm citó.

¶Quàm dudum, Aduerbium interrogandi. Plaut.Asin.9,

-hem optime:quàm dudum tu aduenisti? Terent.Eunuch.4.4,

-venit Chærea. PH. Fratérne? DO. ita. PH. quando? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modó. Nonnulli Quamdudum iungunt,pen.prod.

¶Quàm extemplò,sic dicitur,vt Quàm mox,apud Plautum, Nunc dicito quàm extemplò hoc erit factum.

¶Quamlibet,pen.corr.pro Quantumlibet. Plin.lib.36.cap.22, Faciliore multò natura finditur in quamlibet tenues crustas.

Quamlubet esto. Lucret.lib.2,

-quamlubet esto

Vnica res quædam natiuo corpore sola.

Quamlibet parum.Quintil.lib.1. cap.1.

¶Quàm mox,Interrogatiuum cum venustate. Plaut.Asin.9,

Quàm mox mihi operam das? Idem Bacchid.17,

-quid fit? quàm mox nauigo

In Ephesum,vt aurum repetam? Terent. Eunuch. 4.7, Quàm mox irruimus?

Quàm mox, aliquando non interrogat, & significat Quàm citò, vel statim. Terent.Adelph.5.6,

Hera ego hinc ad hos prouisam,quàm mox virginem
Accersant. Cic.pro Rosc.Comœd Expecto quàm mox Chærea hac oratione vtatur.

Quàm mox,significat quàm citó. Sed si per se ponas, mox significabit paulo pòst,vel postea. Festus.

¶Quamobrem {τίνος ἕνεκα, διὰ, παρ' ὅ, ᾧ} Vnica dictio, quibusdam etiam tres,quam ob rem: Interrogantis particula, & rationem alicuius rei petentis. Terent.And.5.2,

-sublimem hunc intrò rape,quantum potes.

DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? Cic.1.de Fin.Quamobrem tandem,inquit,non satisfacit?

Quamobrem,interdú non interrogat, atque idem significat quod Quapropter,vel Quam ob causam. Terent.And.2.3,

-dictum ac factum,inuenerit

Aliquam causam quamobrem eiiciat oppidó. Cic.Appio Pulchro, lib.3.10,Multáque mihi veniebant in mentem,quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Cecinna,Deinde nihil rationis affers quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit,ciuitas possit.

Quamobrem vt maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. Cic.Attico,lib.8.

Verum illud est quamobrem hæc commemorarim, quòd existimare vos volo.&c. Cic.6.Verr.

Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est,vtar,&c. Cic.Curioni,lib.2.3.

Quamobrem quãquam in vno præsio omnis fortuna Reip.discepтat,&c. tamen ipsa fama,&c. Cic.Planco,lib.10.

Quas ob res. Cic.3.Philip. Quas ob res quòd Trib.pleb.verba fecerunt, vt Senatus Cal.Ian. turò haberi, sententiæque de summa Reipub.

Reipub.liberè dici possint,de ea re ita censeo,&c. Lucret.lib.1,

Quas ob res vbi viderimus nil posse creari
De nihilo,&c.

¶Quàm penè tua me perdidit proteruitas! Hoc est, quàm parum abfuit quin,&c. Terent.Heaut.4 6.

¶Quàm nõ multi. Cic.in Bruto, Vt intelligatis,primùm ex omni numero quàm non multi ausi sint dicere, deinde ex iis ipsis quã pauci fuerint laude digni.

¶Quàm plures, A nonnullis negatur esse Latinum: aliis contrà, probantibus id ex locis sequentibus: quod an sit æquum, docti viderint. Plaut.Seich.4,

Sed curiosi suat hic quàm plures mali. Idem,Casina,

Quàm plura sunt mihi quæ velim. Gellius lib. 1. cap.7, Videbatur quàm pluribus. Cæsar lib.1.de bello Ciuili, Hæ permanserunt aquæ dies quàm plures. Cic.lib.5.Tusc.ul.Abacósque quàm plures ornauit argento,auróque.

Quamplurimo vendere. Cic 5.Verr.Quæro si ipse excogitare non poterat quemadmodum quamplurimo venderet,&c.

Quamplurimus.Cato de Re rust. Quamplurimam brassicam edetis,tam citissimum sanus fiet. Illiterati dicunt, Quãto plus,autquanto magis ederis ex brassica, tanto citius sanus fies.

¶Quàm pridem,Quanto tempore antè, Interrogantis particula. Terent.Eunuch.3.3,

Vbi friget,huc euasit,quàm pridem pater
Mihi & mater mortui essent. dico, laudin. Cic. pro Q. Rosc. Illud verò quod ad rem vehementer pertinet, quæro, quàm pridem hoc nomen Fanni, in aduersaria retulisti? Nonnulli iungunt Quamprídem,pen.prod.

¶Quamprimum, pen.prod.vna dictio, Valde citó. Terentius Adelph.2.4,

-obsecro hercle hominem istum impurissimum

Quamprimum absoluitote. Cic.Cælio lib.3.18, Gratissimum mihi feceris,si ad me in Ciliciam quamprimum veneris.

Perferre literas ad aliquem quamprimum. Cicero Curioni,lib.2.5.

Quandiu, Aduerbium temporis {ἕως χρόνου, ἐς ὅσον, ἕως, ἄχρις οὗ, ἄχρις οὗ} Quanto tempore. Cic. 7.Verr.Homo quandiu vixit, domui suæ,non solùm post mortem tora Sicilia clarus & nobilis.

Tandiu, quandiu. Cic.Attico,lib.9, Ego tandiu requiescо, quandiu ad te scribo.

Quandiu,interrogatiué.Cic in Somnio Scipion.Ipsi autem qui de vobis loquuntur, quandiu loquentur? Vetus exemplar legit, Quàm loquentur diu? Idem pro Rosc. Amer. Hæc tu Eruci tot & tanta si nactus esses in reo,quand u diceres? quo te modo iactares?

Quando,Aduerbium temporis {ὅτε, πότε, ὁπότε, ἡνίκα, πηνίκα} significat Quo tempore:& acuitur in prima.

Vtinam tunc essem natus,quando Romani, &c. non essem passus, &c. Cic.2 Offic.

Interrogatiué aliquando ponitur. Terent.Heaut.2.2,Iam aderunt. CLIN. quando istuc erit? Cic.in Pisonem, Quando hoc bellum aut hic ordo,aut populus fuisceperat?

Infinitè aliquando. Cicero ad Varronem, lib 9.1, Ex his literis quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres, & vbi esses, cognouiquando autem te visuri essemus, nihil sanè ex eisdem literis potui suspicari.

¶Quandò, pro Siquidem, vel quoniam positum, coniunctio est causalis,habétque accentum in vltima. Virgil.1.Æneidos,

-quandò hæc te cura remordet. Terent.Adelph.5.3,

Quandò ego tuum non curo,ne cura meum. Idem Eunuch.1.2, Meus fac sis postremò animus, quandò ego sum tuus. Liu. 4. bell. Maced. Bene vertat,inquit,obsideamus Lacedæmonem, quandò ita placet. Cicero Planco, libro 10. 12, Quam quandò complexus es & tenues.

Quando gentium, Id est Quando,absolutè,ea forma qua Vbi locorum,& Nusquam gentium. Plaut.Amphit.15,

-quis te misit

Furcifer? s. qui me rogat. A. quando gentium? s.dudum.

Quandocunque. Aduerbium {ὁπωσοῦν} Id est Quocunque tempore. Columel.lib.2.cap.10,Quandocunque in vsus prompserimus, integram lentem reperiemus. Plin.lib.29.cap.1, Quandocunque ista gens suas literas dabit,omnia corrumpet. De Græcis.

Quandoque,pen.prod.Aduerbium temporis {ἐνίοτε} Aliquo tempore. Cic. Lepæ,lib.6.19, Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum,quoad ille quandoque veniat.

Quandoque,pro Quandocunque. Horat.4.Carm.1,

Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli,
Albanos prope te lacus

Ponet marmoream sub trabe Cypria. Porphyr. Quandoque pro quandocunque positum est. Et est sensus:Quandocunque apud puellam potior riuale suo fuerit,quanuis ille muneribus commendare se ei conatus sit,marmoreum signum ei & templum decorum statuet. Hactenus Porphyr. Idem in Arte poetica,

Sic mihi qui multum cessat fit Chærilus ille,
Quem bis térque bonum cum risu miror:idémque
Indignor,quandoque bonus dormitat Homerus.

Verùm operi longo fas est obrepere somnum. Quemadmodum si fortè aliquid eruditum elegánsque protulit Chærilus malus poeta, vt portenti simile dicit se Flaccus mirari: ita etiam ægrè ferre ac stomachari, ficubi negligentior visus est Homerus, qui tamen excusatione non careat: opere enim in longo fas est obrepere somnum. Vide etiam Antonium Augustinum libro 3. emendation. capite 7. & Hotomanum in Commentario verbor. iuris, & Lambinum in Horatium.

Quandoquidem,pen.corr. {ὅπου, ὁπωσήποτε, ὁπότε δήποτε} Coniunctio causalis,pro Siquidem,vel quoniam. Terent.Hecyra,3.5,

Illíque exopto,vt reliquam vitam exigat

Cum eo viro,me qui sit fortunatior:

Quandoquidem illam à me distrahit necessitas. Cic.4.Ver.Vrbes ac sedes suas relinquerent,quandoquidem iam antè iustus iniurijs exagitati reliquissent.

Quandoquidem tu istos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem,&c. Cic.de Claris Orat.

Quandoquidem honestum ipsa virtus est.Cic 5.de Fin.

Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. Virgilius 4. ecloga.

¶Quandoquidem,Quia. Terent.And.3.2,

Deos quæso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono. Cic.2.Philipp.Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in Populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ fuerebantur.

Quanquam {εἰγάμην, καίπερ} Coniunctio causalis idem significãs quod Tametsi. Virg.2. Æneidos,

Quanquam animus meminisse horret. Terent.Adelph.2.1,

Id quoque possum ferre,si modò reddat,quanquam iniurium est.

Quanquam particulam aliquando subsequitur alia particula TAMEN,& eleganter. Terent.Heaut.1.1,

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es,&c.

Tamé vel virtus tua,&c. Cic.in Partit. Quanquã vterque,tamẽ,&c. Et 1.Offic.Ea quanquam pertinent ad finem bonorum,tamen id minus apparet. Virg.2.Æneid.

Quanquam, sed tamen. Cicero 4.Academic.Parmenides, Xenophanes minus bonis quanquam versibus, sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam.

Quanquam,veruntamen. Terent.Eunuch.1.2,

Quanquam illam cupio abducere,atque hac re arbitror
Id fieri posse maximè,veruntamen
Potius quàm te inimicum habeam,faciam vt iusseris.

Quanquam, cum interrogatione,& sine interrogatione,venustatem quandam habet corrigentis seipsum. Cic.2.de Orat. Quamobrem hoc vos doceo,Sulpiti, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam? qui,&c. Idem 3.de Nat.deor.Quanquam quem potissimum Herculem colamus,scire sanè velim.

In integro res nobis erit, quanquam qui cum loquor? &c. Cic. Cassio,lib.15.16.

¶Quanquam, subiunctiuo additum. Cic. 2. de Orat. Quanquam ita se rem habere arbitrarentur. Idem 1. de Orat.Quanquam vis oratoris,professióque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur. Alij legunt videtur.

Quantus,quanta,quantum {ὅσος,πόσος,ἡλίκος} Modò relatiuum,modò indefinitum,modò interrogatiuum est,referturque ad numerum & pondus & mensuram,inquit Sipontinus. Terent.Heaut.2.3,

Væ misero mihi,quanta de spe decidi! Idem Eunuch.5.4,

Quantam,& quàm veram laudem capiet. Cicero pro Sylla, Quantas audacias, quàm incredibiles furores. Et 1. Tusculana, Is propagatione vitæ, quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates?

Quanta pecunia. Cicero pro Sextio,Ab eo prouincias acciperent quas ipsi vellent: exercitum & pecuniam quantam vellent. Idem pro Cluentio,Quum ipsa pecunia,quæ Scaleno data est, numero ac summa sua,non modò quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit,ostendat.

Quanti interest. Aphricanus in l. Qui vsumfructum.§.vltimo. D. De vsufructu, & quemadmodum, Quanti legatarij interfit moram factam non esse.

Quanti & quàm multi mortales. Sallust. ad Cæsarem de Repub. ordinanda.

Quantis animis ierit in Quintium Lucullus. Sallust. in oratione Marci Trib.pleb.ad plebem.

Quantus homo in dicẽdo. Cic.3.de Orat.Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?

Parit oua quanta anseres.Plin.lib.8.cap.25 De crocodilo.

Quanta potest maxima. Cic. de Amicit.Nisi quod tanta est inter eos,quanta maxima potest esse,morum studiorúmque distantia.

Heus heus,quanta hæc mea paupertas est,tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides. Terentius Phorm.5.8,

Quanta mea sapientia.Plaut.Stich.3.

Tantus & quantus. Cic. ad Atticum,lib.7, Videre mihi videor tantam dimicationem, &c. quanta nunquam fuit. Idem ad Brutum.3,Nam tantæ multitudinis,quantam capit vrbs nostra, concursus est ad me factus.

Quantum,Tam. Liu.9.ab Vrbe, Profecto Qu.Fabij trans Ciminiam syluam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat.

¶Quanti,genitiuus,verbis precij solet addi. Terent.Eunuch.5.6, Emit? peri hercle, quanti? P. viginti minis. Idem Adel, h.5.9,

Ob eam rem? D. ob eam. postremò à me argentum, quanti est,sumito. Id est,quanto pretio valet, inquit Donatus. Cicero 4. Academ. Quanti libertas ista æstimanda est, non mihi necesse esse quod tibi est?

Quanti ea res erit,& Quanti eam rem esse apparet,idem valent:in vtraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri. Ait Vlpianus,l.inter.179. De verb.signif. Hoc est, non ad id quod interest: sed ad verum rei pretium pertinent. vt l. Arbitro. De dolo mal.l. Prætor.4.§. Hæc autem. Vi bon.rap.Interdum autem id etiam quod interest complectitur. vt. l. 4. de Damno infecto. Hinc formula apud Valerium: Q.E.R.E.T.P.I.R.D.T.Q.D.D.D.P.F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo, testibúsque duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam.

Quanti minoris. Vlpianus in l. Iulianus. D. de action. empt. & vendit.Qui pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, siqui-

dem ignorans fecit, id tantum exempto actione præstaturum, quanti minoris esset emperurus, si ita scisset. Paulo pòst, Qui furem vendidit, aut fugitiuum: siquidem sciens, præstare debebit quanti emptoris interfuit non decipi: si verò ignorans, circa fugitiuum quidem tenetur, quanti minoris emperurus esset, si eum fugitiuum scisset. Sed fortè verobique legendum est, quanto minoris.

Pluris Senatus æstimasset quàm quanti esset annona. Cicero 5. Verrina.

Quanti plurimo, & Quanti minimo. Vlpianus in l. Ex empto. D. de act. empt. & vendit. Idem ait, non tradentem quanti interfit condemnari: satis autem non dantem, quanti plurimo authorem periclitari oportet. Paulo pòst, Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit. Quæ locutio sic resoluitur: Tanti damnari debet venditor, quanti periclitari oportet emptorem, quú plurimo periclitatur, id est plurima pecunia. Quanti minimo defungi potuit, id est quanti explicari potest, quum minimo explicatur.

Quanti conductum erit aut locatum. Cato cap. 144.

Sed quanti quantibene emitur quod necesse est. Cicero Attico, libro 12. Subaudi, liceant horti. Sensus est, Etiá si hortos emam quantiuis, non malè emero. quod enim necessarium est, id quanquam magno pretio emptum, bene tamen emptum est: horti autem mihi ad fanum necessarij sunt.

Quanti est negotij? Ironicè, pro Minimi est negotij. Plautus Trucul 11.

Quanti est sapere. Terent. Eunuch. 4.7.

Quanti est ad famam. Cic. pro Murena.

Quanti fuerit. Plaut. Capt 4,

Ego postquam gnatus tuus potitus est hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desydero.

Quanti pénderes illum nunquam ostendisti. Terent. Heaut. 1. 1.

Quanti sit homo. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2, Noli spectare quanti homo sit: parui enim pretij est quicquam nihil sit.

Quanti faciam, quanti sim apud: pro Quanto in pretio & æstimatione. Cic. Cælio lib. 2. 15, An dubitas, quum scias quanti cum illum, tum verò Tullium meam faciamè Idem Trebatio, lib. 7. 20, Vide quanti apud me sis.

Quanti veheres, interrogaui. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Quanti dimiserit. Cic. 7. Verr. In qua docet, quot à ciuitate sua nautas acceperit, quot, & quanti quenque dimiserit. Id est quanta pecunia accepta.

Quantisper, vnde & Aliquantisper. Cæcil. Fallacia,

Velim paulisper experiri te, quantisper non plus triduum. Pompon. Dotata,

Possum exorare te vt recedas à me paulisper modò, quantisper sat habes.

Quantum, Aduerbium temporis vel quantitatis.

Quantum, tantum. Quintil. in Proœm. lib. 4, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aspiret.

Et quantum vertice ad auras Æthereas, tantum, &c. Virgilius 4. Æneid.

¶Quantum animis erroris inest! Ouid. 2. Fast.

Quantum peditum. Tacit. lib. 20. Idem in vita Agricolæ, Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent?

¶Quantum, subintellecto TANTVM. Terent. Phorm. 1. 2,

-accipe, hem
Lectum est, conuenit numerus quantum debui. Et And. 3. 2,
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui, Date.

¶Quantum ad porticus. Plin. epist. 216, Quantum ad porticus, nihil interim occurrit quod videatur illinc esse repetendum. Hoc est, Quod autem attinet ad porticus.

Quantum attinet ad antiquos nostros, ante, &c. Varro 1. de Re rust. cap. 10.

¶Quantum est adhibere hominem amicú, vbi quid geras! Plaut. Perf. 16. Hoc est, quàm confert & præstat.

¶Quantum, Quàm multum. Plaut. Amphit. 4,

Nescio quantum tu familiaris sis: nisi actútum hinc abis, &c.

¶Quantú assequi potui. Cic. pro Cluentio, Sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia, ac perfugia causarum, vt, &c.

Quantum hunc audiui facere verborum. Plaut. Milite, 9.

Quantum coniectura auguramur. Cicero ad Atticum, libro 2, Quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum his Dynastis in gratia.

Quantum ego opinione auguror. Cic. pro Murena.

Quàtum existimare possum. Cic. pro Roscio Amerino, Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quæ obstent hoc tempore Sexto Roscio.

Quantum ego intelligere possum. Terent. Heaut. 5. 2. Cic. Appio lib. 3. 8, Etsi, quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam te hâc epistolam, quum ad vrbem esses, esse lecturum.

Quantum illa ætas capit. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Quantum ex ipsa re coniecturam facio. Terent. Heaut. 2. 3.

Quantum è vultu eius intelligo. Cic. 3. de Legib. Nec mihi placet, nec Attico nostro, quantum è vultu eius intelligo.

Quantum intelligo. Terent. And. 1. 3,

Enimuero Daue, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ,
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis.

Quantum ego sentio. Cic. 4. Acad.

Quantum suspicor. Terent. Eunuch. 1. 2.

Quantum ex tuto poterat. Liuius 6. bel. Punici, Dasius Annibali amicus, Blactius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fouebat.

Quantum proximè coniectura potest. Liuius 5. bel. Pun. Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permensus.

Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera. Terent. Eun. 4. 1. Id est, Quantum intelligere potui ex illius gestibus.

Quantú in me erit. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Idē pro Archia, Huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. Id est, Quantum per nos fieri potest. Sæpius tamen per ecliptin dicimus, Quantum in me est.

¶Quantum importunitatis habent. Velut per parenthesin dictum, Sallustius in Iugurtha, Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum est impune malè feciſle, nisi deinde faciundi licentia eripiatur.

¶Quantum, pro Sicut. Sueton. in Vesp. cap. 4, Id de Imperatore Romano, quantum cuentu postea prædictum patuit, Iudæi ad se trahentes rebellarunt.

¶Quantum potest, Id est Celerrimè, vt ait Donatus. Terentius Eunucho, 5. 1,

Comprehendi iube quantum potest. Idem Phorm. 5. 8,
Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est,
Priusquam, &c.

Quantum potero. Terent. Phorm. 4. 3,

Quantum potes me certiorem inquit, face. Cic. 2. de Finibus, Quantum enim potero minuam contentiones,

¶Quantum maximú potuit. Plin. epist. 65, Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius si potuisset.

Quantum plurimum. Colum. lib. 12. cap. 21, Exploratum habeat quantum plurimum falsæ aquæ vinum quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

¶Quantum queo. Terent. Eunuch. 5. 2,

-vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum. Deest in hoc loquendi genere, citò, aut velociter: vt sit, Quantum citò queo. Sic declarandum, Quantum possum, & quantum pores. Terent. And. 5. 2,
Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Id est, quàm citò poteris. quasi dicas, celerrimè.

Quantò, Aduerbium {ὅσῳ} comparatiuo iungitur, cique respondet TANTO. Terent. Heaut. 3. 1,

-& quanto diutius
Abest, magis cupio tanto, & magis desydero.

Quanto magis. Virg. 4. Georgicorum,

Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto, &c.

Quantò ita, pro Quantò tantúm. Lucret. lib. 3,

-igitur paruissima corpora quantò
Et læuissima sunt, ita mobilitate fruuntur. Loquēdi genus est quod aduerti debet.

Quanto magis, & tam magis. Lucret. lib. 4.

Quanto, absque particula TANTO. Terent. Eunuch. 4. 5,

-vah, quanto nunc formosior
Videre mihi, quàm dudum! Ibidem. 3. 3,
Profectò, quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Cicero 1. Academica, Quanto magis philosophi delectabunt, si vt illi Æschylum, &c.

Quanto plus delectationis habiturus est, quàm ex illis ineruditis voluptatibus. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Quanto minoris actiones in iure Ciuili duæ reperiuntur, quarum altera Ciuilis: altera Ædilitia est. Ciuilis, est quanto minoris empturus erat emptor, si vitium scisset. Iulianus. de Action. empt. in P. Ædilitia, est quanto minoris res fuit contractus tempore, quàm quanti emptor est. l. Quod si nolit. §. si plures. de Ædilit. edicto. in P.

Quantopere, penultima correpta, Aduerbium {εἰς ὅσον} pro Quàm valde. Cicero 3. Tuscul. Quanquam de vniuersa philosophia quantopere expetenda esset & colenda, satis, vt arbitror, dictum est in Hortensio.

Neque enim tantopere desyderabam, &c. quātopere delector, &c. Cic. 1. de Orat.

Dici enim non potest quantopere gaudeant. Cicero Attico, libro 14.

Quantuscuantus, Adiectiuum {ὁποσοσοῦν} Id est Quantuscunque. Terent. Adelph. 3. 3,

Tu quantuscuantus, nihil nisi sapientia es. Hoc est, Totus sapientia es.

Quantuscunque, Aliud adiectiuum, Idem {ὁποσοσοῦν} Id est, Quàm magnus est, vel tantus quantus est. Cic. pro Corn. Balbo, Quæ neque inuidiosa est, & quantacunque est, eiusmodi est, vt conseruata magis, quàm corrupta esse videatur. Idem 2. de Orat. Atque ego is qui sum, quantuscunque sum, &c.

Quantuncunque, Aduerb. {ὁποσονοῦν} Tantum quantum. Cic. 3. de Fin. Nec rursus in malis, quantuncunque eò addideris, in suo genere manebit. Ibidem, lib. 1, Quantuncunque possim.

Quantuslibet, pen. corr. Idem: vel significat Vnum quantum tibi capere licet, non omne, vt Quantumlibet spatium, non omnem quantitatem spatij, sed vnam quam tibi capere libet. Plin. lib. 20. cap. 6, Suppurationes quantaslibet sanat, fractæ incostum fabæ, atque ita in cibo sumptum.

Seruus erat quidam quantolibet ordine dignus. Ouid. 6. Fast.

Quantuslibet, Adiectiuum {ὁπόσος βούλῃ} Idem. Liu. 6. bell. Pun. Tum stratam super portum satis amplum quantæuis classi. De Carthagine.

Sed tamen esto iam quantouis oris honore. Lucret. lib. 4.

Et manus vna regit quantouis impete euntem. De naui. Lucret. libro 4.

Quantiuis pretij homo. Donatus, Ad magnitudinem refertur Quantiuis, non ad paruitatem pretij. Plaut. Perf. 16,

Nomen atque omen quantiuis est pretij. Terent. And. 5. 2,
Quum faciem videas, videtur esse quantiuis pretij.

Quantumuis, Aduerbium {ὁπόσον οὖν ἐστι} Plaut. Milit. 5,

Quantumuis prolationum, dum modò nunc prima via
Inducamus, vera vt esse credat quæ mentibimur.

Quantumuis

Quantumuis rusticus. Horat. 2. epist. 2.

Quantulus, pen. corr. Diminutiuum à Quantus. Cic. 4. Acad. Quantulus nobis videtur? De sole. Idem 2. de Legibus, Id autem quantulum est?

Misit coniectori quantulum visum est de argento. Cicero 2. de Diuinat.

Etenim quantulum interest verum in Massici radices, an in Italiā alióve deducamini? Cic. 2. de Lege agrar.

Vt ne plus nos assequamur, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es. Cic. 1. de Orat.

Sed magni referre ea primùm quantula constent. Lucret. lib. 2.

Quantula, cui respondet tanta. Lucret. lib. 2,

Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora, &c. -tanta
Interualla tenere exordia prima animaï.

Quantulum, pen. corr. Aduerbium. Cic. 5. Verr. Nos qui iam & quid facere, & quantulum iudicare possemus, ostendimus. Horat. 2. Serm. satyra 3,

Quantulum enim summæ currabit quisque dierum.

Quantuluscunque, Adiectiuum diminutiuum à Quantuscunque, significat Quamminimum, vel Quàm parum tibi videbitur. Colum. lib. 2. cap. 11, Nam si nox incessit, quantulocunque humore, prius quàm obruatur, corrumpitur. Cic. Att. lib. 6, Procura, quantulacunque est, Precianā hæreditatem. Idem 1. de Oratore, Sed de hac mea quantulacunque est facultate, quæritis. Martialis lib. 11, 15,

Nam terra est illi quantulacunque grauis

Pars ego sum census quantulacunque tui. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 5.

Inque tuo iaceas quantulacunque toro. Ouid. 3. de Arte.

Quantuluncunque videbitur. Cic. 4. Verr. Sed tamen quicquid erit in his libellis, quantuluncunque videbitur esse, hoc quidem certè manifestum erit.

Quantuluncunque dicere. Cic. in Orat. Ieiunas igitur huius multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus, eásque nos primi, quicunque eramus, & quantuluncunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus.

Quantulum id cunque est. Cic. 2. de Orat.

Quantuslubet, pen. corr. Vlpianus in l. 4. §. vltimo. D. De ædilit. edict. Non denique febriculam quantulamlibet ad causam huius edicti pertinere.

Quantillus, Adiectiuum, diminutiuum à Quantulus. Plaut. Capt. 4,

Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Idem Pseud. 20,
Quantillo argenti te conduxit Pseudolus?

Quantillùm, Aduerbium. Plaut. Curcul. 3,

Sitit hæc anus. P A. quantillùm sitit? P H. modica est, capit
Quadrantal.

Quantitas, pen. corr. quantitatis {ποσότης, ποσεότης} Id quo quantum quid esse dicitur, aut iudicatur. Plin. lib. 17. cap. 24, Laborant & fame & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate.

Quantitas in iure Ciuili quú opponitur corpori, sic definienda videtur. Res cuius vis, ac momentum, vel solum, vel præcipuè spectatur. Corpus verò, res cuius materia vel sola, vel præcipuè spectatur. Vlpianus l. 34. §. 2. de Legatis & fideicommiss. lib. 1. Pandectarum verò libro 30.

Quantitas pro pretio & valore apud Paulum lib. 2. Sententiarum, cap. 32, Seruius qui furtum fecerit, damnúmve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire paratus sit, noxæ dedi potest.

Quanuis {εἰ καί} Coniunctio aduersatiua. Cic. Attico, lib. 12, Quanuis prudens ad cogitandum sis, sicut es: tamen nisi magnæ curæ tibi esset, vt ego consequerer id quod magnopere vellem, &c. Quintilianus lib. 9. cap. 4, Quanuis enim iuncta sit, tamen soluta videri debet oratio.

Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Cic. Attic. lib. 16.

Quanuis licet. Cic. 3. de Legib. At duo Gracchi fuerunt, & præter eos, quanuis enumeres multos licet, quum deni creantur, nullos in omni memoria reperies, &c.

Quanuis ille felix sit, sicut est, tamen, &c. Cic. pro Rosc. Amer.

¶Quanuis, pro Quantúuis. Cic. ad Cælium, lib. 1. 15, Quanuis par uis Italiæ larebris cōtentus essem. Idem pro Rosc. Amer. Quasi verò mihi difficile sit, quanuis multos nominatim proferre.

Quanuis increpitent socij. Virg. 3. Æneid.

Quanuis callidè facere. Cic. 4. Verr. Inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quanuis callidè, quāuis audacter, quanuis impudenter.

Et quanuis subitò, quouis in tempore, quanque
Rem contrà speculum ponas apparet imago. Lucret. lib. 4.

Quapropter {διὰ τί} Aduerbium interrogandi, responsionem quærens cur quid ita factum sit. Terent. And. 1. 1,

-magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. S O. quapropter? S I. rogas? Idem Heauton. 1. 2, -caue faxis, non est opus pater.
CH. Quapropter? CL. quia, &c.

Sed quid est quapropter nobis malum minitemini? Plautus Bacchidibus.

Quapropter {πρός τι} Infinitè positum. Plaut. Pseud. 7,

-animum aduorte nunc iam
Quapropter expertam amoris gnati te habuerim.

¶Quapropter {διὸ ὅπου} Quamobrem. Terent. Adelph. 3. 2,

-non est vtile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto celato est opus.

Quapropter nihil est quod metuas nequid mecum fingam. Cicero 4. Ver.

Quapropter quoniam. Lucret. lib. 1,

Quapropter quoniam, quæ paulo diximus antè

In commutatum veniunt, &c.

Quaqua, Aduerbium {ὁπουσῦν οὖν.} Plaut. Epid. 1. 4,

Quaqua tangit, omne amburit. Hoc est quancunque partem attingit.

Quaqua versus, vel quaqua versum, Idem, Per quēcunque locum. Cæsar in Comment. Legatos quaqua versum dimittere.

Quaque versus. Cic. 9. Philip. Circúmque eam statuam locum gladiatoribus, ludisque liberos, posterósque eius, quaque versus pedes quinque habere. Legitur & quaqua.

Quaquam, Aduerbium per locum. Lucret. lib. 1,

Si nullum foret: haud vsquam sita corpora possent
Esse, neque omnino quaquam diuersa meare. Id est, neque omnino per vllam regionem, siue hanc, siue illam meare. Alij codices habēt quoquam: sed sic legit Lambinus, ex fide manuscriptorum.

Quare {τίνος ἕνεκα} Aduerbium interrogandi, notam significationem habens. Terent. And. 5. 4,

-itáne huc paratus aduenis: C H. quare? S. rogas? Cicer. 1. de Orat. Nanque illud quare Scæuola negasti?

Quare, Infinitè positum. Cicero pro Lege Manilia, Quare quum & bellum necessarium sit, vt negligi non possit. Cn. Magnus ad Domitium, in epist. ad Attic. libro 8. 162, Miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris. Cic. pro Rosc. Amer.

¶Quare, in principio orationis, pro Quamobrem. Cic. pro Quintio, Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat. Idem Seruilio, lib. 12. 72, Quare sic tibi eum commendo, vt, &c.

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris. Virgilius 1. Æneidos.

¶Quare, pro Vt. Plancus ad Cic. lib. 10. 21, Omnia feci quare Lepido coniuncto ad Reipub. defendendam minore solicitudine vestra perditis resisterem.

VARIATES, populi sunt in Gallia Narbonensi, alio nomine Cauaræ, à cauo, opinor, Alpium dicti, quorum metropolis est Auenio, hinc Valentia. nunc inferi Delphinates appellantur. Eos, vti antea diximus, Strabo Quaros appellauit. Plinij verò locus si accuratius inspiciatur, Calepinum mendacio arguet: nam Plinius Cauaras à Quariatibus separauit, eos ad Antipolim referens, Cauaras supra Druentiam collocans. Vide Plin lib. 3. cap. 4.

Quarta, solenne verbum in Ciuili iure, quo illa variarum hæreditatū portio designatur, quæ variis ex causis, variis quoque personis constituto iure debentur.

Quarta Agnatorum,
Quarta Arrogati,
Quarta Curiæ,
Quarta heredis ex lege Falcidia,
Quarta Trebelliana,
Quarta filiatum ex bonis rei maiestatis,
Quarta fiscalis,
Quarta liberorum, quæ in Trientem, aut Quadrantem, pro numero liberorum, commutata est,
Quarta matris, aut auiæ Curialium,
Quarta posthumi,
Quarta fideicommissarij,
Quarta parentum præmortuis liberis, quas ex Pādectarum libris, Ciuilis iuris candidati habent petere, ne nos in messem alienā (ramentsi Encielopædiam cudimus) misisse falcem pronuntient. Collegit & Hotomanus libro singulari, de verb. quæ ad ius pertinent significatione.

Quartus {τέταρτος} Adiect. numerale, proximum à tertio significans. Liu. 4. bel. Pun. Eósque vbi quartæ vigiliæ signum cecinissent, ad eum locum scalas iussit ferre.

Quartus patet, pro Abauo. Virg. 10. Æneidos,

Pilumnúsque illi quartus pater.

Hora quarta. Virg. 3. Georg.

Quartùm, Aduerb. {τὸ τέταρτον} pro Quartó. vt Quartùm Consul. Liu. 3. ab Vrbe, T. Quintio quartùm Consule.

Quartò, Similiter aduerbium, Quartò Consul, & Quartùm Consul inter se differunt. nam Quartò, locum designat, & tres antè factos. Quartùm verò significat tempus, & ter antè factum. Sipontinus, ex Gestio lib. 10. cap. 1.

Quartusdecimus, penult corr. {τεσσαρεσκαιδέκατος} Adiectiuū. vt Quartadecima luna. Plin. lib. 2. cap. 59.

Quartadecimani {τεσσαρεσκαιδεκατῆται} paulum dubitauerant. Tacit. lib. 1. Hoc est quartæ decimæ legionis milites.

Quartanus, pen. prod. {τεταρταῖος} Aliud adiect. vt Quartana febris, quę quarto quoque die nouam accessionem habet & ingraueſcit ac sæuit. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10, Sed quum in quartanam conuersa vis est morbi (sic enim scribit Curius) spero te diligentia adhibita eriā firmiorem fore. Idem Attico, lib. 8, Modò enim audiui quartanam à te discessisse. Et 3. de Natura deor. Vide, quæso, si omnis motus, omniáque quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit, quarum reuersione & motu quid potest esse constantius?

Febri quartana liberari. Plin. liberari. lib. 7. cap. 50.

Quartanas excutere, Hoc est sanare, vel iugulare quod quidam dicunt. Plin. lib. 20. cap. 6.

Frigida quartana. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Vetus quartana. Vlpian. in l. 1. D. De Ædil. edicto.

¶Quartani, Quartæ legionis milites. Tacit. lib. 20, Dein mutati in pœnitētiam primani, quartanique, & duodecimani Voculam sequuntur.

Quartarius, quartarij. Quartarium apud Catonem sic congij quartam partem significare existimo, vt tertiarium tertiam, & sextarium sextam: Amurcæ (inquit ille cap 95) in vas æneum indito cōgios duos: postea igne leui coquito: rudicula agitato crebrò, vsqueadeo dum fiat tam crassum quàm mel. Postea fumito bitumiais tertiarium, &

sulphuris quartarium: conterito in morrario per se vtrunque. Columel.lib.12.cap.5,In sextarios duodequinquaginta fermenti libram fici aridæ pondo quadrantem, salis sextarium: hæc subterito, & subtrita cum quartario mellis aceto diluito. Quartarium autem dicimus, non quartam partem alicuius maioris mensuræ, sed vas quod quatuor mensuras caperet: sic tertiarium, quod tres. Hæc Budæus. Liu.5.ab Vrbe, Cui vniuersi selibras farris, & quartarios vini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt.

¶Quartarius mulio mercenarius dicitur eo, quia quartam partem quæstus capiebat. Festus: Quartarios appellabant antiqui mulliones mercenarios, quòd quartam partem quæstus capiebant. Lucilius, Porrò homines nequam malus, vt quartarius cippos colligere omnes.

Quarticeps, quarticipis. Vox est à Varrone in libris De lingua sæpe vsurpata, significáteque non tam ordinem, quàm collium & ingorum multitudinem. Sic exponit Turneb.

Quasi {ὡς, ὥσπερ, οἷονεί, οἱονεί} Aduerbium similitudinis, significat Ita vt. Plautus Stycho, 9,

Fuit olim, quasi ego sum, senex, & ei filiæ duæ erant,
Quasi nunc meæ sunt: eæ erant duobus nuptæ fratribus,

Quasi nunc sunt meæ vobis. Cic.4. Verr. Reperiè aspicimus lituras eiusmodi, quasi quædam vulnera tabularũ recentia. Idem 4. Acad. Sed prius potestis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Terent. Adelph. 4.7,

Ita vita est hominum quasi quum ludas tesseris. Vbi Donatus, Rectum erat, si diceret, Ita vita est hominum quemadmodum tesseris ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum.

¶Quasi geminatum. Ælius Spartianus in vita Antonij Getæ, Qui quum contenderet, & diceret quasi toco, quasi serio omnes cum liberis occidendos, &c.

¶Quasi, simulationem dicit. Terent. And. 3.2,

Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore. Idem Adelph. 3.1,

Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Cicero 2. de Finib. Quasi me pudeat inquit, istorum, aut non possim quemadmodum ea dicantur ostendere. Idem 7. Verr. Quasi ego excitare filium eius ab inferis possem.

Quasi tu dicas me te velle argento circunducere. Id est, Verba tua eò rendunt, vt dicas, &c. Plaut. Pseud. 9.

Quasi verò. Terent. Eunuch. 4.4,

Tace obsecro: quasi verò paulum interfuer. Cic. Appio Pulchro, lib. 3.7, Non poteram (credo) ante hyemem: sic enim scribis: quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.

Quasi vti. Plaut. Merc. 3,

Qui olim à puero paruulo mihi pædagogus fuerat, quasi vti mihi foret custos.

¶Quasi, pro Penè vel ferè Cic. 4. Acad. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. De sole loquitur. Terent. Heauton.

Quasi talenta ad quindecim coegi.

¶Quasi, Ita. Cic. pro Quintio, Qui quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sext. Nævij studio & cupiditati morem gerunt.

Quasi cõtractus, ex duobus verbis, vna res in Ciuili iure, est cõuectio tacita, nec ciuilibus verbis pacta: sed magis re ipsa in similitudinem contrahentium contracta: qua obligantur, qui se vel alienis negotiis immiscent, vel aliena absque aperto domini consilio auferũt. De illis quasi contractibus, est titulus lib.3, Ciuilium institutionum.

Quasi possellio, Quasi castrêse peculiũ, nobilia quoque verba apud Iureconsultos. Quasi possessione ea retinere dicimur, quæ corpora non sunt: sed iura, vt Prædiorum dotes & onera, quas seruitutes dicimus vrbanorum & rusticorum prædiorum, item ea quæ solo iure consistunt: vt actiones, obligationes, hereditates. Sic quasi castrense peculium est, quod ad exemplum castrensis pecuniæ, filiusfamil. in reipub. gerendi tione acquirit. Est tit. in P. Ciuilib. de Peculio tam castrense, quàm quasi castrensi.

Quasillus, Vide QVALLVS.

Quasso, quassas, Quatefacio, Vide QVATIO.

Quatenus, penult. corr. Aduerbium {ἕως, μέχρι ὅτου, μέχρι οὗ, οὗπερ} significat Quantura, siue ad quem finem. Cic. de Amicit. Quamobrem id primũ videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem 1. Tusculan. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit quatenus esset quodque curandum. Et 2. de Orat. Itaque soli qui memoria vigent, sciunt quid & quatenus, & quomodo dicturi sunt. Idem ad Lentulũ, lib.1.2, Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, Bibulo assensum est. Liuius ab Vrbe condita, Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno.

¶Quatenus, pro Quoniam, vel quandoquidem. Plin. epist. 51. lib. 3. ad Caninium Rufum, Et quatenus nobis denegatur diu viuere, relin quamus aliquid quo nos vixisse testemur. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 26, Confirmauitque pro concione apud Prætorianos, quatenus sibi matrimonia male cederẽt, permansurũ se in cælibatu. Quintil. libro 6. cap. 3, Propria tamen vis nominis, & exprimenda natura est, quatenus appellatione ipsa non satis significari videtur. Festus, Quatenus significat Qua fine, vt Hactenus, Hac fine. At Quatinus, Quoniam. Sed antiqui quatenos dicebant: vt Scipio Africanus in ea oratione quam scribit postquam ex Africa rediit, Vt negotium natum erat quatenos castra nostra ita munita erant, vt posses partem exercitus abducere. Ex his Festi verbis, videtur Quatinus pro Quoniam per i, tertiam vocalem scribendum: & ita obseruari video à doctis. Valla, de Quandoquidem pro Quoniam loquens, Eiusdem significati est quatinus, apud seculum duntaxat Quintiliani. Nam Cicero dixit Quatenus solummodo pro Inquantum, sicut Eatenus pro Inrantum. Seculum autem Quintiliani, à Liuio, Virgilio, Horatio exordior: quorum vltimus, 2. Serm. satyr. 4. sic ait, Quatinus ima petit voluens aliena vitellus. Quo modo hic scripserit Valla, non est certum, quum pro voluntate chalcographi scribatur locus iste, sicut & alij multi.

Quatenus id facit. Horat. Serm.

-iubeas miserum esse libenter

Quatenus id facit. Quem locum explicat Turnebus his verbis, Qui insanabilis est, nec deduci de auiditate studióque nummorum accumulandorum potest, eum quum videas in maxima versari miseria, iubeas eam, quantamcunque auaritia affert, libenter iucundéque ferre. Esse enim puto, quatenus id facit, ad quam vsque miseriã studium lucri perducere solet. Hæc ille.

Quater, Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quaterdeni, Vide QVATVOR.

Quatinus, pen corr. Coniunctio {ὅτι} significat Quoniam, vel Quia, vt ait Festus. Iuuen. satyr. 12,

Quatinus hic noa sunt nec vænales elephãti. Vide QVATENVS pro Quoniam.

Quatinus, pro Vt. Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 5, Nõ semel præceperat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam grauitatémque sermone, quatinus moderaretur profusos cultus, perspicuósque comitarus.

Quatio, quatis, quassi, quassum, quátere {σείειν, σείσειν, τινάσσειν, συσσείειν} Mouere cum violentia, concutere. Liuius, Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Plin. epist. 147, Manibus catenas gerebat, quatiebátque. Virgil. 9. Æneidos, Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. Plin. lib. 26. cap. 4, Non satius fuit Æmylianũ Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quàm machinis claustra per tot annos quatere?

Quatere, suspensum & vicinum rei alicuius morum significat, non vt Verrius putat ferire, quũ id ipsum verbũ concutere ex præpositione, quæ est, con, & quatere sit compositum. Quassare autem, est sæpe quatere. Festus.

Quatere aliquem foras. Terent. Eunuch. 2.3.

Quatere aliquem mente solida, pro Deturbare, excutere. Horat. 3. Carm. ode 3,

Iustum & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida. Hoc est, non excutit, nec dimouet mente firma & constanti, vel à consilio & proposito firmo.

Quatere, Percutere. Virg. 8. Æneidos,

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Nonius.

Quatere, pro Infestare. Virg. 9. Æneidos,

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. Nonius.

Quæ ti ægritudine quasi tempestate. Cic. 3. Tusc. Est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur.

Alas quatere magnis clangoribus. Virg. 3. Æneid.

Animum alicuius quatere, Vide ANIMVS.

Vastos quatit æger anhelitus artus. Virg. 5. Æneid.

Faces quatiunt splendidas comas. Catul. in Epithal. 56.

Cymbala quatere. Virg. 4. Georgicorum,

Tinnitúsque cie, & matris quate cymbala circum.

Cursu quatere armenta Virg. 3. Georg.

Fundamenta quatere. Virg. 2. Æneidos,

Neptunus muros, magnóque emota tridenti
Fundamenta quatit, totámque à sedibus vrbem Eruit.

Certam quatit improbus hastam. Virg. 11. Æneid.

Nudos quatit ille lacertos. Ouid. 2. de Arte.

Horror frigidus membra quatit. Virg. 3. Æneid.

Aridáque ora quatit. Virg. 5. Æneid.

Gemitu quatit pectora. Valer. 5 Argon.

Pennas quatere. Ouid. 4. Metam.

Risu quatere aliquem. Horat. 2. epist. 2.

Tedam quatere manu. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Terrore quatere populos. Senec. Herc. OEtæo, 17.

Tonitru quatiuntur cærula cæli. Lucret. lib. 6.

¶Quatere, pro Excludere. Terent. Eunucho,

Nimirum homo quatietur certè cum dono foras. Ex Nonio.

Quatiens, Participium {σείσας.} vt

Tullâque, & æratam quatiens Tarpeia securim. Virgilius 11. Æneidos.

Quassus {σεσεικώς} Nomen ex participio, Ruptum. Plaut. Curcul. 8.

Quassum, est conuulsum & non integrum. Virg. 4. Æneidos,

Quassatæque rates. Nonius.

Argutatio quassa lecti. Catul. ad Flauium, 6.

Membra quassa. Ouid. in Ibin.

Rates quassæ. Horat. 4. Carm. ode 8.

Vox quassa. Curtius lib. 7.

Quassus, huius quassus, Verbale {σφυμός.} Cic. 2. Tusculana,

Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem. Ex Pacuuio.

Quatefacio, quatefacis, pen. corr. quatefeci, penult. prod. quatefactum {σείσειν} quatefácere, Concutere & expellere. Cic. ad Brutum, 10, Perrexi tamen, Romámque peruenì, nullóque præsidio quatefeci Antonium.

Quasso, quassas {σεισαλεύω} quassare, Frequentatiuum, Sæpe quatere, & mouere. Plaut. Merc. 12,

Tristis incedit, pectus ardet, hæreo: quassat caput. Idem Epid. 9.

Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui vndãtem chlamydem quassando facit? Idem Bacchid. 5,

Subducunt lembum capitibus quassantibus. Vide Gell. lib. 2. cap. 6. & Macrob lib. 6. cap. 7.

Caput quassare. Valer. 1. Argon.

Tussis frequens quassauit me. Catul. ad Fundum, 41.

¶Quassare, Rumpere. Virg. 1. Æneidos,

Quassatam

Quassatam ventis liceat subducere classem. Idem 4. Æneidos,

Quassataque rates, & non tractabile cælum. Plin. epist. 170, Quassata atque etiam decussa monumenta.

Quassans, quassantis, Participium {σεσεικώς.} Lucret. lib 4,

-cum Pan Pinea semiferi capitis velamina quassans, &c.

Quassatus, pen. prod. Participium {σεσεικώς.} Plin. lib. 18. cap. 26, Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassata sarcire. Legitur & quassa.

Homo quassatus tempora Lyæo. Silius lib. 7.

Domus quassata. Ouid. 2. Trist.

Rates quassatæ. Virg. 4. Æneid.

Vasa quassata. Lucret. lib. 3.

Quassata Resp. Afflicta, oppressa. Cic. pro Marcello, Non fuit reeusandum in tanto ciuili bello, tanróque animorum ardore, & armorũ, quin quassata Respub. quicunque belli euentus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ.

Quassanda est {διασειστέον} ista Pelias hasta manu. Ouidius 1. de Arte.

Quassabilis, & hoc quassabile, penult. correp. Quod quassari potest. Lucanus libro 6,

Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

Quassabundus. Macrob. lib 5. Saturnal. cap. 21, Herculem fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, & nonnunquam quassabundum & ebrium. Quassabundum, id est, ex vino vacillantem, & velut cassibundum.

Quatri iuum, Quatriduo. Vide QVATVOR.

Quatrio {τρίμορος} quo verbo Latino Isidorus vtitur, pars est in talo, quam pronam vocant. Galenus in libello de ossibus, cap. 24, Talus (inquit) ab imis tibiæ furaéque processibus comprehenditur. Eius pars, quam Quatrionem vocant, sursum vergit.

Quatuor, vel quatuor {τέσσαρες, τέσσαρα} Nomen numerale indeclinabile.

En quattuor aras. Virg. 5. eclog.

Quatuordecim, pen. corr. {δεκατέσσαρα} Ex quatuor & decem compositum. Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. 32, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Tot enim fecerat ordines equestris loci. Plinius libro 8. capite 36, Præter quatuordecim dies. Sic libro 2. capite 14, Intra quatuordecim partes solis, semper occultam esse. De luna.

Quatuordecies, Aduerb. {τεσσαρεσκαιδεκάκις} Apud Plinium lib 3. cap. 7, Quatuordecies centena.

Quatuóruiri, pen. corr. {οἱ τέσσαρες.} vt Triumuiri. Cic. in quadam epistol. & in 1. 2. de Origine iuris.

Quatuorviratus, pen. prod. {τῶν τεσσάρων ἀρχή, τεσσαρανδρία} Ipsa quatuor virorum dignitas. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32, Quattuorviratum sibi prorogauit.

Quater {τετράκις} Aduerb. numerale. Plaut. Pseud. 5,

Virtum vis, vel quater quinis minis. Colum. lib. 5. cap. 2.

Quater, pro Sæpius. Virg. 2. Æneidos,

-quater ipso in limine portæ
Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere.

O ter quatérque beati. Virg. 1. Æneid. Tibul. lib. 3. eleg 3,

O mihi felicem, térque quatérque diem.

Quater & quadragies, &c. Cic. 3. Verr. Huic HS quater decies P. Tádio numerata Athenis testibus planum faciam. Plinius libro 7. cap. 27, Sic proprium Catonis quater & quadragies causam dixisse.

Quaterni, Adiectiuum {τέσσαρες} Id est quater in numero: vt Quaterni denarij. Cic. pro Fonteio. Horat. 1. Serm. satyr. 4,

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Quaternis diebus latent, Id est quatuor. Plin. lib. 8. cap. 36.

Quaternûm iugerum balenæ, pristes ducenûm cubitorum. Plin. lib 9. cap. 3.

Quaternorum pedum latitudine. Plin. lib. 8. cap. 45.

Quaternûm pedum spatia. Colum. lib. 5. cap. 5.

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Virg. 10. Æneid.

Quaternarius {τετράδικος} Aliud adiectiuum, Numerus qui quater est. Plin. libro 28. capite 6, Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine prodidit, & quare quaterni cyathi, sextarius ve non essent.

Quaternarij scrobes. Colum. lib. 11. cap. 2, Eorum (scilicet scrobium) quaternarij, hoc est quoquo versus pedum quatuor, si est cõmodum terrenum, XIIII ab vno fiunt. Vide SCROBS.

Quaternio, quaternionis, masc. gen. {τετράδιον, τετράς, τετραστύς} Quatuor chartarum, siue alterius cuiuscunque rei compositio ex quatuór. vt Quatuor quaterniones militum.

Quaterdeni, pen. prod. {τετράκις δέκα} Similiter adiect. vt Quaterdeni gradus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.

Anni quaterdeni, Quadraginta. Ouid. 7. Metam.

Quatriduum, quatridui {τετραμερία} Spatium quatuor dierum. Cic. 6. Verr. Non ablata ex vrbibus sociorum quatridui causa per simulationem ædilitatis.

Quatriduum per vastas solitudines absumptum est. Curtius lib. 4.

Quatridui fuit. Liu. 3 ab Vrbe, Sic finem iustitio, quod quattriduum fuit, reditus Quintij Consulis in vrbem fecit.

Quatridui nauigatio. Plin. lib. 6. cap. 22.

Quatridui iter. Lentulus Senatui, lib. 12. 15.

Quatriduo {τετραμερία.} vt Quattriduo ante. Cicero ad Brutum, 3. 2, Triduo verò aut quattriduo ante hanc rem pulcherrimam.

Quattriduo quo. Cic. pro Rosc. Amer. Mors Sext. Roscij quatriduo quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur.

Quaxare ranæ dicuntur, quum vocem emittunt. Sunt qui non Quaxare, sed Quoaxare, alij Coaxare scribant. Festus.

Q V E

Que, absque diphthongo {τέ} Coniunctio enclitica, & adiectio syllabica, quæ nõnisi in compositione reperitur: & modò copulatiua est: vt Virgil. 1. Æneidos,

Arma virúmque cano. Et eclog. 10,

Pérque nues alium, pérque horrida castra secuta est.

Causatiua, pro Quoniam, siue Quia. Cic. 1. Offic. Non nobis solũ nati sumus: ortúsque nostri partem patria vendicat, partem amici.

Expletiua, quando ornatus tantùm causa ponitur. Propertius libro 3. elegia 1,

Deiphobúmque, Helenúmque & Polydamantas in armis.

Que, pro Id est. Plautus, Rudis est, nescitúque quid expediat.

Que, Explanationem quandam præcedentium infert. Virgilius 1. Æneidos,

-manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ. Quasi, nempe iniuria spretæ formæ: vel, id est iniuria spretæ formæ. Grammatici epexegesim vocant.

Que coniunctio, duo membra coniungens. Cic. Curioni, lib 2, Sed tibi & gratulor: &, vt sempiterni laudi sit iste Tribunatus, exoptoténque horror, vt omnia gubernes & moderère prudentia tua.

Que, pro Etiam. Apul. Idque ei ferò colloquenti non crederem. Id est, etiam ferò loquenti.

Que, sæpe repetitum legitur apud Ciceronem, 2. de Natura deorum, Ex quo videlicet quid, ex quibúsque rebus efficiatur: idque ratione concludimus: singulásque res definimus: circumscriptéque complectimur.

¶Que, pro An. Horat. 2. Serm. satyr. 7,

Quid refert vri virgis, ferróque necari?

Au horatus eas, an turpi clausus in arca? Pro eo quod est, Quid refert vri virgis, an ferro necari? Quasi dicat, nihil hoc ab illo differt.

Queis {οἷς} Datiuus vel ablatiuus à quis. Cato cap. 11, Cola quæs ſidem demant tria. Virg. 1 Æneidos,

Quas ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Vbi Seruius, Ab eo quod est à QVI in bus mittit: ab eo quod est à QVO, in is mittit. Sed à tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales. Valerius Probus (inquit Pierius) QVEIS iambũ esse dicit, passimque dariuo & ablatiuo casu pro iambo accipi debere: atque ita aliquot habent marmora.

Quemadmodum, pen. corr. {ὥσπερ, καθάπερ, ὡσεί} Aduerbium similitudinis. Compositum ex quem, & ad, & modum: quæ tres partículæ in vnum iunctæ, idem significant quod Ad quem modum, vel ad eum modum quem, &c. Cic. de Amicit. Pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur, sic de amicitia disputaris quid sentias. Ibidem, Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Quemadmodum, aliquando interrogatiuè ponitur, pro Quo pacto. Plaurus Persa. 2,

-tu tibi me facere potis es
Sempiternum. s. quemadmodum? T. vt des mihi nummos sexcentos. Cic. 7. Verr. Quemadmodum est asseruatus?

Aliquando NAM interponitur, & dicitur Quemnam admodum. Plaur. Bacchid. 4,

Quî scire possum? C. nullus plus. P. quemnam admodum?

Quemadmodum, positum vbi vsitatius poni consueuit vt. Cic. ad Terentiã, lib. 14. 2, Nam ad me P. Valerius homo officiosissimus scripsit, id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad Tabulam Valeriam ducta esses. Idem 4. Acad. Excogitat inquã quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur.

Quemadmodum spero, Quemadmodum dicere audiui, per pareméthesim dicta. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2, Nos in Senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia & iniquitate retinebimus. Idem 5. Verr. Pepercit homini amico, & (quemadmodum ipsum dicere audiui) necessario.

Queo, quis, quiui, quitum {δύναμαι, ἰσχύω} quire, Posse. Terentius Andr. 4. 1,

Nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres. Dictum queo, quasi qui eo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1, Non queo reliqua scribere, tanta vis lachrymarum est. Horat. 2. Serm. satyr. 7, Liber sum, dic age, nẽ quis. Id est nequis, non potes. Vide NON.

Antiqui; nequeunt, Pro non eunt, dicebant.

Quæ tuis careat sacris,
Non queat dare præsides
Terra finibus. Catul. epigr. 56.

Quit. Lucretius lib. 3,

Mobilitate mali non quit sentire dolorem.

Quisse. Lucret. lib. 5,

Disperisse, neque in fructum conuertere quisse.

¶Queor. Lucret. lib. 1,

Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur.

Quirus, Adiect. {ἐνυπνιώδης} à queor. Terent. in Heaut. 4. 1,

Nam quum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est. Sed antiquè, vt ait Donatus. Gell. lib. 20. cap. 1, Sæuitia ista pœnæ contemni non quita est.

Quentiam, pro Potentiam, veteres aliquando scripsere. Sipontinus.

Quercerus, Quercetum, Quercicus, Vide QVERCVS.

Quercus, huius quercus {δρῦς} ablatiuo plurali quercubus, Arbor nota. Cic. 1. de Legib. Quercus glãdifera. Festus, Quercus dicitur quòd id genus arboris graue sit, ac durum: tum etiam in ingentem euadat amplitudinem.

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Virg. 3. Georg.

Aeria. Virg. 3. Æneid.

Annosa. Virg. 4. Æneid.

Auritæ, Vide Auritus, in AVRIS.

Decidua. Ouid. 8. Metam.

Dura. Virg. eglog. 4.

Fatidica. Seneca Herc. OEtæo, 11.

Geminæ consurgunt, Vide CONSVRGO.

Glandifera. Ouid. 12. Metam.
Ingens. Virg. 11. Æneid.
Rigidæ morant cacumina. Virg. 6. eclog.
Sacra, Virg. 7. eclog.
Sublimis. Lucan. lib. 1.
Torta quercu redimitus tempora. Virg. 1. Georg.

Quernus, Adiectiuum { φρυνὸς } Quod est ex quercu. Virgil. 1. Georg. Sed tamen & quernas glandes. Plinius libro 3. cap. 5, Querno folio assimilara.
Corona querna. Ouid. 1. Fast.
Stipes. Ouid. 4. Fast.
Vimen. Virg. 11. Æneid.

Querneus, pen. corr. { φρύνεος } Aliud item adiectiuum, Idem. Colum. lib 6. cap. 3, Probatur maximè vlmea frons, pòst fraxinea, & ab hac pulnea, vlimæ sunt iligneæ, & quernea, & laurea. Idem lib. 9. cap 1, Quernææ glandis & iligneæ. Sic Cato cap. 5.

Quercetus, Aliud similiter adiect. { φρύνος } Idem. Seruius, Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem seruassent.

Quercicus, pen. corr. { φρύνεος } Similiter adiect. Idem. Suet. in Caligula, cap. 19, Primo die phalerato equo insigniq́ue quercica corona & cetra & gladio, aureáque chlamyde.

Querculanus, penultima producta, Adiectiuum. Plinius libro 16. cap. 10, Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & querquetulana.

Quercetum, querceti: vel Querquerum, querquetis, pen. prod. {φηγὸς} Locus vbi consitæ sunt quercus. Varr. 1. de Re rust. cap. 16, Si enim ad limitem quercetum habet, non possis rectè secúdum eam syluam serere oleam.
Querceta Gargani laborant. Horat. 2. Carm. ode 9.

Quercetus, Adiectiuum, vel querquerus, pen. corr. { πέρκεος } Quod est frigidum cum tremore: à Græco πέρκνος. vt Febris quercera. Lucilius,
Iactas me vt febris quercera. Et alibi,
Querquera consequitur febris, capitisq́ue dolores. Plautus,
Is mihi erat bilis querqueratus. Hæc Festus. Gellius lib. vlt. cap. 1, An tu fortè morbum appellari hîc putas ægrotationem cum febri rabida & quercera? Quercetam enim grauem & magnam quidam putant dici.

Querela, Vide QVEROR.

Querinus, Vide QVERCVS.

Queror, quereris, penul. corr. questus sum { μέμφομαι } queri, A quæ & res inquit Sipontinus, componitur, & significat Lamentari. nam lamentando, quæ res sit, quæ nos angat, explicamus. Ideo autem sine diphthongo scribitur, & corripit primam, vt à quæror differat, quod est pathuium huius verbi quæro. Absolutè aliquando ponitur. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Quid multa? questus est grauiter. Cæsar 8. bel. Gall Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitũ contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur.
Aues queruntur in syluis. Horat. Epod. 2.
Bubo visa sæpe queri ferali carmine. Virg. 4. Æneid.
Ore queri. Horat. Epod. 5.
Carmine queri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.
Dulce queruntur aues. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

¶ Queror, cum accusatiuo. Cic. de Amic. Quorũ plerique aut querúntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Cæsar 1. bell. Gall. Abditi in tabernaculis, aut suum factum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Cic. ad Atticum, lib. 5, Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam.
Ibat vt Oceano quereretur facta mariti. Ouid. 5. Fast.
Queri cum aliquo, vel secum, significat Expostulare. Cic. 4. Acad. Neque tam quereretur cum deo quòd parum longè, quàm quòd fal sum videret. Idem ad Atticum, lib 6, Mirificè cõturbatum vidi puerum, lacrymans mecum est questus. Eidem, libro 10, Facilè patior quod scribit, secum Tullium & Seruium questos esse. &c.
Queror de Salustius, Sæpe de luxuria, de auaritia nostrorum ciuiũ questus est. Cæsar 4. bell. Gall. Liceret, si velint, in Vbiorum finibus consídere: quorum sint legati apud se, & de Sueuorum iniuriis querantur.
Queri alicui multa de. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Multa de mea sententia questus est Cæsari. Vetus exemplar habet Cæsar. Idem 3. Verr. Is mihi etiam queritur, quòd à nobis 1 x Solis diebus prima actio fui iudicij transacta sit.
Queri super re aliqua. Horat. 2. epist. 2.
Queri apud, quód. Plin. de Viris illustr. Quo cognito, apud populũ questus quòd de se tale aliquid timuissent.
Querebatur se, tum quum illa videre cœpisset, extingui. Cicero 3. Tusculana.

Querens, Participium { μεμφόμενος. } vt
Multa querens. Virg. 4. Georg.
Fidibus querens. Horat. 2. Carm. ode 13.

Questus, Aliud participium { μεμψάμενος. } Ouid. ad Liuiam,
Oráque nequicquam per modò questa fluunt.
Esse deos Erebi crudeles questus, in altam Se recipit Rhodopen. Ouid. 10. Metam.

Questus, huius questus, masculi gen. { μέμψει } Ablatiuo plurali questubus, vel vt quidam volunt, questibus. Virg. 4. Æneidos,
Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Idem 4. Georgicorum,
-& mœstis latè loca questibus implet. Cic. 2. de Finibus,
Quòd eiulatu, questu, gemitu, &c. Ex poeta. Et pro Quintio, Qui denique questus, qui mœror dignus inueniri, &c.
Acerbus questus. Valer. 5. Argon.
Auiles. Ouid. 9. Metam.
Creber. Tacit. lib. 3.
Fictus. Catul. epig. 57.
Flebilis. Claud. 1. in Ruffinum.

Mœsti. Silius lib. 13.
Secreti. Tacit. lib 3.
Questibus absumptis tristem iam soluere nodum Cœperat. Stat. 11. Thebaid.
Vanis questibus Iras agere, Exercere iras suas tantummodo verbis & lamentationibus sine effectu. Senec. Thyeste, 3.
Flebiles questus ciere. Senec. Thebaid. 2.
Edere questus. Ouid. 4. Metam.
Effundere questus pectore. Virg. 5. Æneid.
Effundi in questus, lacrymas, vota. Tacit. lib. 1.
Tristes questus exaudire. Senec. Octauia, 1.
Sic dura suos parientia questus Exonerat. Lucan. lib. 9.
Inanes questus fundere. Claud. 2. de rap. Proserp.
Implere cælum questibus. Virg. 9. Æneid.
Et mœstis latè loca questibus implet Virg. 4. Georg.
Opprimere questus. Senec. Troade, 6.
Parcere questibus. Senec. Herc. OEtæo, 16.
Rumpere questus pectore. Virg 4. Æneid.
Inexpleto questu rumpere pectora. Stat. lib. 3. Sylu. 3.
Satiari questu. Claud. 1. in Ruffinum,
Nunquam diues eris, nunquam satiabere questu.
Sedare questus. Senec. Herc. OEtæo, 14.
Seponere questus. Senec. Hippol. 4.
Tunc questus tenuere suos. Lucan. lib. 2.
Et tacitos muto volunt in pectore questus. Lucan. lib. 1.

Querit or, pen. corr. queritaris { μεμφίζεται } queritári, Frequentatiuum. Tacit. lib. 16. in fine, Igitur flentes, queritantésque qui aderant, facessere propere iubet Thrasea. Liuius lib. 9. de bel. Maced. Ne vox querentis audiretur. Fortassè pro quiritantis. Apud Tacitum querentes omnino legi debet. Budæus.

Querela, querelæ, pen. prod. { μεμψιμοιρία, μομφὴ } Querimonia. Cic. de Senect. Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium. Idem ad Brutum, lib. 11, Sed tamen prouidendum sit, nequa iusta querela esse possit.
Plena querelarum epistola. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 2. 4.
Querela temporum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Quid in illis fuit præter querelam temporum?
Querelæ eum. Cic. pro Deiotaro, Quanquam cui sunt inauditæ eum Deiotaro querelæ tuæ?
Rustica iudicio nostra querela tuo. Ouid. epist. 16.
In querelis mens, Vide IN præpositionem.
Chordarúmque sonos fieri, dulceisque querelas. Lucretius lib. 4. Et libro 5,
Inde minutatim dulceis didicêre querelas.
Falsa enim est querela, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Fœmineæ. Stat. 10. Thebaid.
Grauissima Cic. pro Marcello.
Inertes, Vide INERS.
Infelix. Lucret. lib. 6.
Inueterata, Vide INVETERO.
Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. Ouidius 4. de Ponto, elegia 3.
Mœstæ. Ouid. 3. Metam.
Molles. Horat. 2. Carm. ode 9.
Supplices. Tibul. lib. 1. eleg. 4.

¶ Abruptæ, Vide ABRVMPO.
Abscindere querelas, Vide ABSCINDO.
Adhibere querelas, Vide ADHIBEO.
Assurgere haud iustis querelis. Virg. 10. Æneid.
Audire miseras. Ouid. 2. Metam.
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. Virg. 1. Georg.
Compescere querelas. Lucret. lib. 3.
Complere querelis nemus. Lucret. lib. 2.
Delata est regi querela à parentibus puerorum. Iustinus lib. 1, vbi de Cyro adhuc puero loquitur.
Deferri querela potuit ad competentem iudicem. Paulus in l. Si ab arbitro. D. Qui satisdare cogan.
Querelæ quas illi deplorare solebant. Cic. de Senect.
Effundunt iustas in numina sæua querelas. Lucan. lib. 2.
Explera est annis ista querela tuis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Multas expromam mente querelas. Catul. Argon. epigr. 59.
Figere querelas intra se. Iuuen. satyr. 9.
Habere querelam dicitur res aliqua. Cic. ad Trebonium, libro 10. 28, Vt vestrum illud diuinum in Rempublicam beneficium nonnullã habeat querelam.
Iacere querelas ore, Vide IACIO.
Incendere querelis. Virg 4. Æneid.
Et non ingratis incessit turba querelis. Lucan. lib. 5.
Geminis incusat fata querelis Stat. 1. Achil.
Interponere querelas, Vide INTERPONO.
Vetereres querelas mitto. Stat. 12. Thebaid.
Párere querelas. Senec. Medea, 2.
Proferre querelas extremis medullis. Catul. Argon. 59.
Tandem vt vox mœstas potuit proferre querelas. Lucanus. libro quinto.
Rabidis querelis pulsare iniustos. Stat. 5. Sylu. 1.
Et nostri memorem sepulcro Scalpe querelam. Horat. 3. Carm. ode 11.
Sistere querelas. Ouid. 7. Metam.
Eorum enim est hæc quærela qui sibi chæri sunt. Cicero 5. de Finibus.
Querela est de. Cic. pro Sextio, His de tot, tantisque iniuriis in socios, &c. Consulum querela esse debuit.
Liquidam tollunt lugubri voce querelam. Lucret. lib. 4.
Tolle querelas. Horat. 1. epist. 12.
¶ Querela, apud Iureconsultos, peculiari significatione, eam quasi actionem

actionem denotat, qua liberi aduersum parentum suorum iudicia inofficiosa, & viceuersa parentes contra insana liberorum testamenta, naturalem portionem, id est trientem, aut semissem & postulant & obtinent. Toto titulo de Inofficioso testamento in Pand. Ciuilibus, & 3. lib. Cod. Iustiniani.

Querimonia, querimoniæ { μεμψιμοιρία } Querela, Lamentatio. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 5, Eo metu iniecto repentè magna querimonia omniũ discessimus.
Versibus impariter iunctis querimonia primùm,
Pòst etiam inclusa est voti sententia cõpos. Horat. in Arte.
Cum querimonia, Vide CVM præpositionem.
Quotidiana querimonia populi. Cic. 1. Verr.
Malis querimoniis diuulsus. Horat. 1. Carm. ode 13.
Querimonias vltro citróque iactare, Vide Iacto in IACTO.
Querimoniam habere de re aliqua. Cic. 7. Verr. Vt si me in ea querimonia quam sum habiturus de iltius crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte, non modò vites, verumetiam vita deficiat.

Querulus, pen. corr. Adiectiuum { μεμψίμοιρος, ὀιμωκτικὸς } Qui conqueritur, siue qui querelis plenus est. Martial. lib. 2. 26,
Quod querulum spirat, quod acerbum Næuia tussit. Idem lib. 4. 44,
Missa nec à querulo mappa cliente fuit.
Caput querulum. Senec. Thyeste, 8.
Et nunquam queruli causa doloris abest. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.
Sub verbum querulas impulit aura fores. Ouid. 3. Fast.
Murmure querulo referens questus. Senec. Herc. OEtæo, 3.
Sono querulo referre aliquid. Propert. lib. 3. eleg. 6.
Vlulatus queruli. Ouid. epist. 5.

¶ Querulus, Canorus aliquando dicitur à poetis. Virg. lib. 3. Georgicorum,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Seruius. Horat. 3 Carm. ode 7,
Sub cantu querulæ despice tibiæ. Sic apud Columellam libro 10, Querula rana.
Chordæ querulæ. Ouid 5. Metamorphoseos,
Calliope querulas præcentat pollice chordas.
Addita da querulo volucrum medicamina nido. Ouid. de Medic. faciei.

Queribundus, Aliud adiectiuum { μεμπτικὸς } Lamentabilis. Cicero pro Sylla, De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebar.
Senectus queribunda. Silius lib. 13.

Querquedula, querquedulæ, penult. corr. Auis semper in aquis natans. Varr. 3. de Re rustic. cap. 3, Altera species eorum quæ non sunt contenta terra solùm, sed etiam aquam requirunt, vt sunt anseres, querquedulæ, anates. Vulgus nostrum corrupte *cercedulam* vocat.

QVERQVERNI, Hispaniæ citerioris sunt populi. Plinius lib. 3. cap 3, Simili modo Bracarum, XXIIII ciuitates COLXXV M. capitum, ex quibus præter ipsos Bracaros Vibali, Celerini, Galleci, Æquesilici, Querquerni citra fastidium nominentur.

Querquerus, querquera, querquerum, aliàs Quercerus, Vide QVERCVS.

QVERQVETVLANA porta Romæ fuit ita dicta à Querceto, quòd intra muros iuxta se habebat. Festus. Plinius lib. 3. cap. 5, Querquetulanos memorat. Vide in dictione Querquetularia.

QVERQVETVLANAE dicebãtur Nymphæ querqueto virescenti præsidentes. Paulus. Festus autem sic, Querquetulanæ viræ putãtur signi ficari Nymphæ, præsidentes querqueto virescenti, quod genus syluæ indicant fuisse intra portam, quæ ab eo dicta sit Querquetularia. Sed fœminas antiqui quas fagas dicimus viras appellabant, vnde adhuc permanent virgines & viragines.

QVERQVETVLANI, populi sunt in prima regione Italiæ, inter Pollustinos & Sicanos. Plin. lib. 3. cap. 5.

QVERQVETVLANVS collis, qui postea Cælius à Cælio Hetrusco, à querceto quoque appellabatur: Alexander Alexandrinus lib. 6. cap. 11.

Querulus, Vide QVEROR.

QVI

Qui, cuius, cui {ὅς} Pronomen relatiuum. Plaut. True. 11,
Qui amat, nequit quin nihili sit. Terent. Heaut. 4. 3,
Audistin' obsecro? s. quidni, qui vsque vnà affuerim?

¶ Qui interrogatiuum, pro Quis. Terent. Phorm. 5. 8,
Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris? Liu. lib. 3. ab Vrbe condita, Qui finis discordiarum? Cicero, Qui deus appellandus est? Idem pro Domo sua, Qui tantus fuit labor? quæ simultas?

¶ Qui, pro Nempe qui, vtpote quisiid est quia. Cic. Attic. lib. 5, Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus. Virg. 1. Æneidos,
Quisquis es, haud credo inuisus cælestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui aduenieris vrbem. Cic. Act. 5. Pueri autè Sisennæ credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, de isto nusquam oculos deiicere, ab argento digitum non discedere. Id est credo quia audiuerant.

¶ Qui, Ques antiqui dixerunt numero plurali, vnde declinatum remanet datiuo casu Quibus. nam Qui adhuc etiam quis facit, vt Isti istis, Illi illis. Hæc Festus. Seruius in illud Virgilij 1. Æneidos,
Quis ante ora patrum. Cato (inquit) in Originibus ait, Si ques sunt populi. Et declinauit Ques, quium: sicut Puppes, puppium.

¶ Qui, pro Qualis. Cic. 1. de Diuin. Xenophon Socraticus qui vir & quantus? Et contra Antonium, Qui vir & quantus fuisses? Sic in Oratore, Et è poetices ne numeris, an ex alio genere quodam. & si è poeticis: quis eorum sit, aut qui. Terent. Adelph. 3. 7, Nescis qui vir siet. Budæus
Fac quæso qui ego sum, esse te. Cic. Gallo, lib. 7. 24.
¶ Talem igitur te esse oportet, qui primum te destingas, &c. Cic. Planco, lib. 10. 6.

Siqui, qui pauci sunt. Cic. Lentulo, libro 1. 1, Regis causa, siqui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt.
¶ Nisi qui (vt scis) Parthicus casus accesserit. Cic. Attic. lib. 7.
¶ Quibus ipsis, siue Quibus in ipsis. Quintil. lib 1, Nec tamẽ ij quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant. Cic. de Senect. Quibus enim nihil opis est in ipsis ad benè beatéque viuendum, eis omnis grauis est ætas. Idem de Amic. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis ineft causa cur diligantur.
¶ Quem te appellem? Cic. 13. Philip. O Spartace: quem enim te potius appellem, cuius propter, &c.
¶ Qui, relatiuum ab antecedente discrepans. Gellius lib. 1. cap. 14, Memoratis multis magnisq́; rebus, quæ bene ac beneuolè post reditam pacem Samnitibus fecisset, &c.
¶ Qui, pro Vt. Cic. ad Sulpitium, libro 4. 3, Me quidem etsi neminẽ concedo qui maiorem ex pernicie & peste Reipub. molestiam traxerit: tamen multa iam consolantur.
¶ Qui. aduerbium, pro Quemadmodũ, vel quomodo, venustè ponitur. Terent. And. 2. 1,
Facite, fingite, inuenite, efficite quî detur tibi. Donatus putat hoc in loco pro Quemadmodum accipi. Non minus tamen rectè pro Vt, exposueris, vt sit sensus, Efficite vt hæc Philumena detur tibi nuptũ ô Charine. Cic. 4. Acad. Quî poterit esse sapiẽtia? Idem pro Cecinna, Qui igitur conuenit, quæ causa fuerit, &c.
Qui vocare? Plaut. Amphit. 4. Et apud Terent. Adelph. 5. 6.
¶ Quî. Quamobrem. Terent. And. 5. 4,
Dauo istuc dedam iam negotij. s. non potest.
P. Quîs? quia habet aliud magis ex sese. Donatus:
¶ Quî. Vnde, vel quomodo? Terent. Hecyr. 4. 1,
-nonne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quàm dare operam? id scire quî nos oderit? Idem And. 3. 2,
Nam quî istæc tibi incidit suspectio? Idem Hecyr. 2 3. Hæc Donatus. Cic. 2. de Fin. Deinde quî fit vt ego nesciam, sciant omnes, quicunque Epicurei esse voluerunt?
¶ Quî, Veniam. Terent. Phorm. 1. 2,
-est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: quî illum di omnes perduint.
D. Quid is fecit? s. hoc consilium quod dicam dedit. Vbi Donatus, Quî illum? Quî, vtinam est: vt Lucilius lib. 2. Satyrarum,
Quî te Momentanæ malum iam cæteta perdat. Aut, qui hoc consilium quòd dicam, dedit. Item, Quî aut expletiuum est, aut pronomen, quo incipiens Phormionem describere, cohorruit consideratione eius, & in hanc vocem, quasi confusus erupit. Hoc autem certum genus est parentheseos. Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 7, De Apollonio quod scribis, quî illi dij irati, homini Græco, &c. In quem sic ait Paulus Manutius, Quî pro Vtinam, dixit more Comicorum.
¶ Quî, pro Vt. Terent. in Prologo Andriæ,
Nam in prologis scribundis operam abuntur:
Non quî argumentum narret, sed quî malcuolî
Veteris poetæ maledictis respondeat. Donatus.
¶ Quî. Quare, cur. Terent. Adelph. 5. 3,
Cur emis amicam Mitio? num quî minus
Mihi idem ius æquum est esse, quàm mecum est tibi? Vbi Donatus, Aut NVM, aut QVI abundat. Et est ordo, Quî minus æquum est esse idem ius mihi, &c. Quî ergo, quare, vel cur significat. Hactenus Donatus. Cic. lib. 5. Tusc. Quî enim beatior Epicurus quòd in patria vixerat, quàm Metrodorus quòd Athenis? Hîc non ineptè posset capi pro Quomodo. Idem ad Attic. lib. 16, Quî minus autem ego istic rectè esse possim quàm est Marcellus?
¶ Quî, Quomodo, qua re, qua ratione. Terent. Adelph. 4. 5,
Si frater aut sodalis esset, quî magis morem gereret? Cic. Quî fieri poterat? Donatus.
¶ Quî ne, pro Vt non. Terent. in Andria, 2. 1,
Facite, fingite, inuenite, efficite, quî detur tibi? Ego id agam mihi quî ne detur. Verba sunt Pamphili ad Charinum; Ego, inquit, agam vt mihi non detur nuptum Philumena.
¶ Quidum, Quare igitur? Plaut. Amph. 1. 4,
Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia: A. quidum?
M. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Terent. Eunuch. 2. 2,
At nunquid aliud? P. quidum? s. quia tristis es.

Quia {ὅτι} Coniunctio causalis. Terent. Heaut. 3. 1,
An eò fit quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Sed quia natura murari non potest, ideirco veræ amicitiæ semper æternæ sunt. Cic. de Amic.
Quia, bis repetitum sequente subiunctiuo, vel indicatiuo. Quintil. lib. 12. cap. 11, Non quia prodesse vnquam satis sit, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid peius quàm fecerit, faciat.
Quia, pro Quòd, subiunctiuo. Cic. 1. de Finib. Neque porrò quisquam est qui dolorem ipsum quia dolor sit, amet.
Quia & quód. Quintil. lib. 1. cap. 4, Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solùm quia nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem, sed quòd studium, discendi voluntate quæ cogi non potest, constat.
Quia, eo. Sallustius in Catil. Sed quia multis & magnis tempestatibus vos cognoui fortes, fidósque mihi, eò animus ausus est maxiãmum atque pulcherrimum facinus incipere.
Quippe quia. Terent. Heaut. 3. 2,
-quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.
Quia enim. Plaut. Amph. 8,
Quî tibi istuc in mentem venit? s. quia enim serò aduenimus. Et Casina, 9,
Quid tu id curas? CH. quia enim metuo ne in aqua summa natet.

Quianam, pen. corr. Interrogatiuum, pro Quare, vel cur, vt annotat Festus, Plaut. Trucul. 4. Virg. 5. Æneidos,

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi? Idem 10.Æneidos,
Cælicolæ magni quianam sententia vobis
Versa retro? Legitur & quænam.
Quiane, Significat cerè, reuera. Author Seruius. Virg. 4. Æneidos,
-quiane auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quicquam, cuiusquam {ni} Id est aliquid. Terent. And. 5.2,
Si quicquam mentitum inueries, occidito. Cic 4. Acad. Nec quicquam aliud videndum est nobis quos Populus Romanus hoc in gradu collocauit, &c. Liu. 6. bel. Pun. Quæs neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam vnquam pensi fuisset.
Ipsum quicquam. Lucret. lib. 1,
Ipsum si quicquam posse in se sistere credis.
Quicque, vel quidque {τὸτιοῦν.} Quintil. lib. 3 cap. 11. Non vt quicque primum dicendum, ita primum cogitandum est. Cic. 3. de Nat deor. Vestri autem non modò hæc non refellunt, verumetiam confirmant, interpretando quorsum quicque pertineat.
Primum quicque videamus. Cic. 3. de Nat. deor.
Quicquid {τὸτιοῦν} Substantiuum, infinitè capitur, nunquam refert. Cic. pro Rosc. Amer. Quicquid maleficij, sceleris, cædis erit, propriù id Rosciorum esse debebit. Terent. Heaut. 1. 1,
Ne lachryma: atque istuc quicquid est, fac me vt sciam. Quintil. lib. 1. cap. De orthographia, Fridigiora his alia: vt quicquid quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie, non cotidie: vt sit, quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Horat. 1. epist. 2.
Quicquid est, pro Quicquid sit, vel quicquid eueniat. Plaut. Curculione, 15,
Quicquid est, ipse ibit potius. Idem Truc. 5,
Sed fores, quicquid est futurum, feriam. Cic. 1. Verr. Aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est.
Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferenteis. Virg. 2. Æneid.
Quicquid sapit. Plaut. Pœn. 18,
Nunc hinc sapit, hinc sentit: quicquid sapit, meo amore sapit.
Quicquid pauxillulum. Plaut. Trucul. 19,
-da tu mihi de tuis deliciis summis
Quicquid pauxillulum.
Quicquid, pro Quicque. Lucret. lib. 4,
Semper enim summum quicquid de rebus abundat
Quod iaculentur, &c. Lambinus.
Quicum {μιθ' οὗ} pro Cum quo. QVI enim ablatiuus est. Terentius Heaut. 1. 2,
Quicum loquitur filius? Idem Eunuch. 4. 6,
Imò hoc cogitato, quicum res tibi est, peregrinus est. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. Nemo est omniũ, quicum potius mihi, quàm tecum, communicandum putem.
Quicunque, quæcũque, quodcunque {ὅστις, ὅστισοῦν.} Cic. 2. de Lege agraria, Vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. Quintil. lib. 10. cap. 4. Ex iis quæ suprà posui, apparet molossum quoque clausulæ conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante se brenem.
Quicunque is est, ei me profiteor inimicum. Asinius Ciceroni, libro 14. 3.
Quicunque, geminatum. Cic. 1. de Orat. Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere, &c.
¶Quicunque, interpositis dictionibus. vt Qui testamentum tradet tibi cunque legendum. Horatius 2. Serm. satyr. 5.
Quem crimnosis cunque voles modum Pones iambis. Horat. 1. Carm. ode 16.
Quæ me cunque vocant terræ. Virg. 1. Æneid.
¶Quodcunque militum contrahere poteritis, contraharis. Cic. ad Atticum, lib. 8.
Quodcunque hoc regni. Virg. 1. Æneid.
¶Omnia quæcunque. Cic. 2. de Orat. Non omnia quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. Idẽ 3. de Lege agrar. Omnia quæcunque ille fecisset, essent rata.
Queiscunque obuertimus oris Id est quibuscunque. Lucret. lib. 4.
Quicunque, pro Qualiscunque. Cic. de Orat. Quicunque in dicendo sumus. Plinius lib. 31. cap. 9, Sed quicunque sal acopis additur. Id est omnis generis, siue nattuus, siue factitius. Hæc Budæus. Cic. pro Rab Posthumo, Quæcunque mens illa fuit, Gabinij fuit. Idem 1. de Orat. Illam ipsam quancunque assequi potuerit in dicendo mediocritatem. Ibidem, Illa ipsa facultate, quamcunque habet, &c.
Quid {ni} Nomen substantiuum, interrogat, aut infinitè capitur, nũquam refert. Terent. And. 3. 4,
Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? Cic. 5. Tusculan. Quid est causæ, quin si Zenonis rationi consentaneum sit, &c.
Quid facerent miseri? aut quid recusarent? Cic 5. Verr.
Quid te fururum? pro Quid de te. Cic. 4. Verr. Vtrum tibi Siculos publicè, priuatimque amicos, an inimicos existimari vis? si inimicos, quid te futurum est?
Quid ætatis. Plaut. Merc. 6,
Quid ego tibi ætatis videor? Id est, cuius ætatis, siue quot annos natus tibi videor?
Quid animi. Plaut. Merc. 7, -quid scio
Quid sit ei animi, vænirémne eam velit, an non velit?
Quid captiuorum ducunt secum? Plaut. Epid. 5.
Quid sui consilij sit, ostendit. Cæsar 1. bel. Gal.
Quid hominis, Cuiusmodi, aut cuius formæ ac naturæ homo. Terent. Heaut. 4. 8,
Quæso, quid tu hominis es? Idem Eunuch. 3. 4,
Quid hoc hominis? qui hic ornatus est? Cic. 4. Verr. Exponam vobis breuiter quid hominis sit.
Quid genrium. Plin. lib. 17. cap. 2. 4, Infestantur & arbores morbis: quid enim gentium caret his malis? Hoc est, quæ natio, quæ gẽs, qui

populi? Vetus autem eodex habet, Quid enim genitum caret, &c.
Quid istud gaudij est? Terentius And. 5. 5. Hoc est, Quid sibi vult gaudium istud?
Quid mulieris. Terent. Hecyr. 4. 4, -sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Quid militum, aut nautarum per triennium dederunt? Cic. 6. Verr. Hoc est, quos, vel quot.
Quid huius sit rei, sciam. Plaut. Aulul. 30. Id est, Quid de hac re futurum sit.
Quid hoc rei est? pro Quæ res, vel Quidnam est? Lin. 1. ab Vrbe.
Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est? Terent. Eunuch. 4. 7.
Quid iuris sit, quæritur. Martianus in l. Filiusfamilias. §. apud D de legat. 1. Et Caius in l. Mortis causa capitur. §. vlt. D. de mort. causf. donatione.
Quid sententiæ. Terent. Phorm. 2. 4,
Quid de hac re dicat, quídve sit sententiæ. Hoc est, quid de hac re sentiat.
Quid signi. Plaut. Amphit. 4.
Quid verbi. Terent. Phorm. 2. 2,
-cœna dubia apponitur?
s. Quid istuc verbi est? Hoc est, Quid sibi volunt hæc verba?
Quid viri. Plaurus Pœn. 1. 4, -apage,
Nescio quid viri sis.
¶Quid, pro Aliquid. Terent. Hecyr. 5. 4,
Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iam patri? Idem Andr. 1. 1,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo.
Quid rerum portant. Terent. Heaut. 2. 3.
Quid rerum gerere, pro Quod negotium, vel quam rem. Plautus Aulul. 4.
¶Ad quid, Vide AD.
¶Quid! admiratiuè dictum à respondente quid factum sit. Terent. And. 1. 1,
-cho quid Pamphilus? quid! symbolum
Dedit, cœnauit.
¶Quid, Ob quid, propter quid. Terent. And. 1 4,
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid siet.
Quid, pro Quamobrem. Virg. 1. Æneidos,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles.
¶Quid sit, quòd, &c. Cic 2. Verr. Quid sit quòd P. Septimo Senatore damnato Q. Hortensio Prætore de pecuniis repetundis.
¶Quid ego nescìam factum? Terent. Heaut. 3. 2,
Scíu' esse factum vt dico? c. quid ego nesciam? Id est, Cur ego nesciam? vel, quid, id est quam rem, quasi dicat, de qua re mihi loqueris, quam me scire oportuerit?
¶Quid est quod. Terent. Eunuch. 3. 5,
Quid est quod lætus sis? quid tibi vis? Cic. 4. Verr. Quid est quod tu alios accuses? Id est, Quid est in causa, quid est quamobrem, vel propter quod.
Quid est cur. Cic. 1. de Finib. Hanc ego quum teneam sententiam, quid est cur verear ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros?
Quid est quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet esse oportere? Cic. pro Cluentio.
¶Quid, quid? Emphasis. Terent. Eunuch. 3. 2,
-quid, quid aliud volui dicere? Donatus, pro, quid aliud? Ibid. 5. 3,
Quid, quid venire in mentem nunc possit mihi, Quidnam?
Quid, quid præterea, quid aliud. Cic. pro Cecin. Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius propinquus Ebutij, se Ebutio cum armatis seruis venisse aduocatum. Quid præterea? fuisse complures armatos. Quid aliud? minatum esse Ebutium Cecinnæ.
¶Quid? senem quoad expectatis vestrum? Terent. Phorm. 1. 2. Donatus, Animaduerte OVID secundum morem quotidianum tum dici, quum sit trãsitus à mentione alterius rei ad alteram. Idem Phormione, 5. 3, -age fiat: quid, illa filia
Amici nostri, quid futurum est? In hoc genere loquendi accipitur QVID, quasi pro AVTEM: vt sit sensus, Senẽ autẽ vestrum quoad expectatis? Et, Illa autem amici nostri filia, quid futurum est? Cic. in Partit. Quid orationis, quot sunt partes? Hoc est, Orationis autem quot sunt partes?
¶Quid, Contemnendi aduerbium, siue interiectio, vel potius ironicè ac iocosè dictum. Cic. ad Marium, lib. 7. 1, Nosti enim reliquos ludos, quid? ne id quidem lepõris habuerunt quod solent medioceres ludi.
Quid? tu me hoc mandasse existimas, vt, &c. Cic. Cælio, lib. 2. 7.
¶Quid est, si non hoc contumelia est? Terent. And. 1. 5. Cic. 2. Verr. Quid est quæso Metelle iudicium corrumpere, si hoc non est?
¶Quid pater, viuítne? Hoc est, Quid de patre? Plaut. Capt. 6. Et paulo pòst,
Quid diuitiæ, sũtne optumæ?
Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine seruntur, quorũmque ita perturbantur animi, vt non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit, omnibus his nullàne est adhibenda curatio? Cic. 3. Tusc.
¶Quid ergo, siue igitur est? Cic. pro Rosc. Amer. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus. Ibidem, Vident omnes qua de causa huic inimicus veniat: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est? &c.
¶Quid amplius vultis? Cic. pro Rosc. Amer. Patrem meum, quum proscriptus nõ esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis, me domo mea per vim expulistis, patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius?
¶Quid mecum est tibi, aut tecum? Plautus Curcul. 15. Cic. pro Cluentio, Quid huic cum Habito? nihil. Idem pro Quint. Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia & summa diligentia?

Quid Antonio cum, &c. Cic. 10. Philip. Cum Illyrico verò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? Id est, quid ad eum pertinebant? Budæus.
¶Quid quidem tibi? pro Quid ad te? Cic. Attic. lib. 4. epist. 7.
¶Quid, quòd. Modus dicendi quum quis interrogatur. verbi gratia, Quid, quòd me etiam occidere vult? Cic. 4. Acad. Quid, quòd eadem illa ars quasi Penelope telam texens, tollit ad extremum superiora: verum ea vestra, aut nostra culpa est? Ibidem, Quid, quòd si ista vera sunt, ratio omnis tollitur?
Quid, quòd, sæpius repetitum. Cic. 1. de Nat. deor. Quid, quòd eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid, quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant, &c.
¶Quid, quum ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus, ab his quos amat Stoicis, nónne indicat non posse illa probanda esse sapientì? Cic. 4. Acad.
¶Quid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum est? Venusta locutio, pro eo quod quidam admirantes, vel accepta aliqua calamitate, aut iactura, dicunt, Quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum est? Plaut. Mercatore,
Sed quid nunc illi fiet? Idem Mostellaria,
Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia?
Quid illo fiet? Cic. Attic. lib. 6. epist. 1, Quid illo fiet, quem reliquero? Idé ad Terentiã, lib. 14. epist. 4, Sed quid Tulliola mea fiet? Idem contra Rullum de Lege agraria, Quæro, si qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet?
¶Quid faceret? Cic. 3. Offic. Stomachari Cannius: sed quid faceret? nondum, &c.
Quid faceret aliud? Cic. de Orat. Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud?
¶Quid sciam? Terent. And. 4. 5,
Eho inepta, nescis quid sit actum? a. quid sciam? Nisi legendum est, Qui sciam, Id est quomodo, aut vnde sciam. aut videtur esse quid sciam, vt illud suprà, Quid ego nescìam factum?
¶Quid si, Venusta locutio, pro eo quod quis dicat, Quid futurum est, si, vel rectúmne fuerit, si. vel, quid dicas, aut censes, si. Plautus Asin. 12,
Quid si optaro? 12. eueniet. Terent. Phorm. 1. 4,
Satín' sic est? o. non. A. quid si sic? o. propemodum. A. quid si sic? o. sat est. Idem Eunuch. 5. 2,
Quid si hoc quíspiam voluit deus?
¶Quid tibi videtur: adeón' ad eum? Terentius And. 2. 1. Plautus Mostel. 11,
Quid tibi visum est hoc mercimonij?
¶Quid vis tibi? aut quid quæris? Terent. Heaut. 1. 1.
¶Quid eó? pro Ad quid? Terent. Hecyr. 5. 3,
-properè curre ad Pamphilum.
P. Quid eó? D. die me orare vt veniat.
¶Quid verbis opus est? Reticentiæ forma, pro eo quod quis dicat, Quid cupis præterea? quid multa? Terent. Phorm. 1. 2,
Cœpi aduorsari primò: quid verbis opus est?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
¶Quid multa? Vtuntur authores hoc interrogãdi genere, quú properant ad euentum rei, & quum multis sigillatim enumeratis & commemoratis, significant longum esse cætera persequi. Cic. libro 1. ad Atticũ, Si vnquam mihi τὰ ἐπιτήδεια suppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores tanti fuerunt, vt ego eò breuior sim, quòd eos vsque ísthinc exauditos putem. Horatius 1. Sermon. satyr. 6. Lambinus.
Quid multa? Cic. 3. Offic. Grauatè ille primó. quid multa? imperat. Idem Attic. lib. 1. 8, Quid multa? vereor, &c.
Quid multa verba? Terent. Eunuch. 3. 5,
-primam dices scio, si videris.
Quid multa verba? amare cœpi.
Quid multis moror? Terent. And. 1. 1.
¶Quid dicam? Cic. 2. de Natur. deor. Quid multitudinem, suauitatémque piscium dicã? Festinátis sunt verba, & exaggerátis. Budæus.
¶Quid ita? Vna pars orationis, inquit Donatus, pro Quamobrem. Terent. And. 2. 1,
Si id facis, hodie postremùm me vides. P. quid ita? c. hei mihi,
Vereor dicere.
Quid ita? quia, &c. Cic. pro Rosc. Amer. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non simillimum? Accusatis Sext. Roscium. Quid ita? quía de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est. Terent. Eunuch. 4. 4,
Thais iam aderit. PY. quid ita? D. quia quum inde abeo, &c.
Quid ita non? Terent. Phorm. 4. 1.
Quid ita tantum? Terent. Eunuch. 5. 5, -qua audacia
Tantum facinus audet? P. quid ita tantum?
¶Quid tibi huc? Plaut. Bacchid. 2. Terent. Heaut. 3. 2,
-c. Syre. s. hem. c. Quid tu istíc? &c.
¶Quid mea refert? Terent. Phorm. 4. 5,
Quid tua (malùm) id refert?
Quid nostra? pro, Quid nobis confert? quid nos iuuat? Brutus ad Attic. in epist. ad Brut.
Quid interest, vtrum Prætor imperet, víq; cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere? an huiusmodi iudiciũ det, &c. Cic. 4. Verr.
Quid postea? Cic. pro Mur.
Quid tum inde? Cic. pro Mur.
¶Quid tum? Terent. Heaut. 3. 3,
-huíc drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.
c. Quid tum? s. ea mortua est. Cic. 5. Tusc. At multantur bonis exules. Quid tum? Parúmne multa de toleranda paupertate dicuntur?
Quid tum si fuscus Amynthas? Virg. eclog. 10.
Quid tum postea? Terent. Adelph. 4. 5,
Neque enim diu huc commigrarunt. AS. quid tum postea?
M. Virgo est cum patre. Idem Hecyr. 4. 1,

-quid tum postea,
Si modestè ac rarò hoc fecit? Vbi Donatus, Idiotismus, quo contemnimus crimina leuiora.
¶Quid deinde? Terentius,
Dicam. quid deinde? Hoc est, quid postea? subaudi dicam.
¶Quid, pro In quo. Cic. de Amic. Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. Quintil. Quid tibi tantum malum feci? quid offendi?
¶Quid istic? Aduerbium est ægrè concedentis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 3,
Quid istic? si certum est facere, facias: verum ne pòst conferas
Culpam in me.
¶Quid nunc agimus? Consilium quærentis est, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 4. 7.
¶Quid quæris? Ornatè dictum, pro Quid vis præterea? Quid plura? Quid vis dicam? Sic loquũtur scriptores, quum paucis rem expedire volunt. Cic. Attic. lib. 1. 9, Quid quæris? nunc vt ad priuata redeam? Eidem, lib. 10, Quid quæris? atque iubebat. Est enim suspicio illa domestici mali & sermonis Lurtiani. Horat. lib. 1. epist. 10.
¶Quid censes eos esse facturos, qui omnino virtutem à bonorum fine segregauerunt, Epicurum, Hieronymum, &c. Cic. 4. de Finib.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque æquum sciunt? Terent. Heaut. 4. 1. Cicero pro Cecin. Quid huic tu homini facias?
Quid facias? vt homo est, ita morem geras. Terent. Adelph. 3. 3.
¶Quid nisi, vsurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistula, Me authore mater abstinebis. quid nisi? Festus.
¶Quid aliud nisi. Cic. 1. Tusc. Num quid aliud agimus, quum, &c. quum a negotio omni seuocamus animum? quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus?
¶Quid dicam, vel Quid loquar, pro Mitto, & Non dico, Prætereo. venusta loquendi forma, quum aliquid nos tacere simulamus, quod tamen exprimimus. Cic. 2. de Nat. deor. Quid dicam quantus amor sit bestiarum in educandis custodiendísque iis quæ procreauerunt? Idem 2. de Natura deorum, Quid loquar quanta ratio in bestiis appareat?
¶Quid, aliquando in oratione vacat. Cic. ad Seruium, lib. 4. 1, Trebatio mandaui, vt siquid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret. Idem Quinto Philippo, lib. 14, Nisi quid existimas in care violari existimationem tuam. Budæus.
¶Quid, pro Quid fecit. Cic. Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid pater? quicum? quid vicini, propinqui, &c.
¶Quid est factus? Varr. Quid funus? quod funus? quid est factũ? Id est, quid est quod accidit?
¶Quid enim? Hac interrogatione Latini vti solẽt, quum significare volunt se rectè sentire, vel verum dicere, neque eum, quicum loquuntur, contrà dicere quícquam posse, vt intelligere licet ex illo loco L. Luceij ad Cic. lib. 5. epist. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis? Sic Horat. Satyr. 1. lib. 1, Militia est potior: quid enim? concurritur, &c. Id est, quid est, quod contrà dici possit, quamobrem ira non sit? Ex Lambino.
¶Quid enim? Cic. 2. de Fin. Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest? Vide ne etiam menses. Vt ἀφ' apud Græcos interrogationi congruit. Budæus.
Quid enim aliud quàm admonendi essetis, vt morem traditum à maioribus seruaretis? Liuius.
Quid enim censes? si L. Mummius videret, &c. Vtrum putaret, &c. Cic. in Parad. Quid enim, ad amicóne confugiam?
Quidam, quædam, quoddam vel quiddam, cuiusdam {εἷς τις, μία τις, ἕν τι.} Personam certam dicit, & singulare potius signum est, quàm particulare. Terent. Eunuch. 3. 2,
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat, neque tibi obstat, quod quidam facit.
Quidam ex aduocatis, homo & honoribus populiornatus, & summa virtute præditus dixit. Cic. pro Cluent.
Quidam de collegis. Cic. Bruto, lib. 11. 21.
Certus quidam. Cic. 1. de Orat. Quæ si iudicarentur certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium.
Cuiusdam modi Cic. 4 de Finib. Sumus igitur homines: ex animo constamus & corpore: quæ sunt cuiusdam modi. Id est, non cuiusuibet.
Magni cuiusdam hominis & persapientis videtur. Quint. Cic. de Prouinc. Consul. Idem 2. de Orat. Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est ingenij, ac singularis.
Quiddam diuinum, quiddam portenti simile: pro Nescio quid vel quiduis. Cic. 1. Acad. Vt in his quiddam diuinum esse diceret. Idem 3. de Legib. Ego enim fateor in ista ipsa poreſtate inesse quiddam mali. Et 2. de Orat. Cui quiddam portenti simile esse visum est. Alia exemplaria legunt, Cui quidam.
Quidem, Aduerbium affirmandi {μὲν, γοῦν, γέ τοι.} Id est certè. Duobus autem tribúsve modis in oratione accipi solet, Vno, ad distinguẽdas res. vt, Ego quidé scribo, tu verò legis, ille autẽ dormit. In quo modo his duabus tãtùm dictionibus iungitur VERO, & AVTEM. Altero, quasi per exceptionẽ eius quod affirmes. Quintil. in Infami, Torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Cic. 3. Offic. Atqui hoc loco philosophi quidam, minimè mali illi quidem, sed non satis acuti, &c. Et sequuntur istæ dictiones, verum, veruntamen, sed tamen, at, attamen, cæterum. Idem Bruto, 15, Suspicor illud tibi minus probarí, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, sed in Republica rudibus non probatur. Vide Vallam lib. 2. cap. 23.
Tertio modo, Quum nulla sequitur ex prædictis coniunctionibus, vt apud Cic. de Amic. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit.
Tu quidem, vt Ille quidem: sequente semper aduersatiua coniunctione. Cic. pro Plancio, Fortius tu quidem quàm nonnulli defuga-ci honoribus, sed apertius quàm, &c.

Non tu quidem, sed.Cic.2.Philip. Collegam quidem de cælo detraxisti: effecistique non tu quidem etiam nunc, vt sit similis tui, sed certè vt dissimilis esset sui.

Vos quidem.Cic.Attico,lib.8,Num igitur peccamus? minimè vos quidem,sed tamen signa conturbantur,quibus voluntas à simulatione distingui posset.

Ille quidem.Cic.de Clar.Orat.Q Mutius enucleatè ille quidem,& politè, vt solebat,dixit, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud causæ postulabat. Idem 2.in Catil.Essent illi quidem desperandi:sed tamen essent ferendi.

Id quidem ago,& tacitus Lycida mecum ipse voluto.Virg.eclog.9.

Ea quidem,vt illa quidem. Cic.ad Attic.lib.10.203, Quæ de fratre meo scribis,sunt ea quidem parum firma,sed habent nihil ὕπουλον. Alij legunt equidem.

Minus quidem illa seuerè,quàm decuit,non tamen omnino dissoluté.Cic.6 Philip.

Nunc quidem.Cic.1.Verr.Hanc habent arcem socij,minus munitam aliquando nunc quidem quàm antea: veruntamen siqua reliqua illis spes est,ea tota posita in lege est.

¶Iungitur etiam dictione NE, sed interiecta semper vna dictione: & hoc, quum aliquid vehementer negare cupientes, id quod minus quoque est,negamus. Vt cupientes negare nos aliquem Romæ pulsasse, nos Romæ fuisse negemus. Tûne illum Romæ pulsasti? Ne fui quidem Romæ. Interdum vna tantum pars negatur: & altera negata intelligitur, vt in exemplo prædicto, Interdum vtraque exprimuntur, vt, Non solùm homines non times,sed ne deum quidem.

Ne, vel nec quidem. Cic.Planco lib.10.2, Quapropter in priuatis rebus,nullum neque officium,neque studium meum desyderabis:ne in publicis quidem, siquid erit in quo me interesse necesse sit, vnquã deero,ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ.

¶Et quidem,vel Ac quidem,pro Atque etiam.Cic.de Claris Orat. Nobis verò,inquit Atticus,& vehementer quidem.Sub.placet. Idem Attico lib.2.34,Tantum doleo,ac mirificè quidem.

Et quidem, pro Et certé.Cic.2.de Diuin.Post Solstitium Canicula exoritur. & quidem aliquot diebus.

¶Quidem certé. Cic.ad Lentulum,lib.19, Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est. Et ad Q.fratr. lib.2, Aliud hoc tempore de Repub.nihil loquebantur: agebatur quidem certè nihil. Et pro Quintio, Qui vt summa habeatem cætera, temporis quidem certè vix satis habui.

Quidem hercle certò,vel certé. Terent.Phorm.1.3,
Nam tua quidem hercle certò vita hæc experenda, optandáque est. Idem And.2.2,
Mea quidem hercle certè in dubio est vita.

Quidem profectò.Cic.ad Attic.lib.6,Nunc quidem profectò Romæ es. Et lib.10.195,Hoc quidem est verum profectò.

Quidnam,Interrogatiuum {τί μήν,} Terent.Phorm.1.4,
Quidnam ille commotus venit? Cic.3.Tuscul. Quidnam dici potest quamobrem,&c.

Quidnam,sine interrogatione,pro Quid. Terent.Eunuch.5.4,
Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic.Attico lib.14.318.

Quidni{πῶς οὐ,πῶς δὲ οὔ,τί μήν,} Cõstirmandi aduerbium,Cur non? Terent.Eunuch.1.3,
Patris cognatum atque æqualem Archidemidem
Nostîn'? vt quidni? Cic.1.Offic.Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens.quidni laudet:sed in illo alia maiora.

Quid ego ni negem, qui egomet sciam? pro Quidni ego negem. Plaut.Amph.4.

Quidpiam,cuiuspiam {τίς} Aliquantulum. Terent.And.2.6,
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ? Quidam scribunt Quippiam.

Quidque,cuiusque {ἕκαστον.} Colum.lib.12 cap.7,Tum quidque vase conditur. Cic.6.Verr.Ede mihi scriptum quid argenti in prouincia Sicilia pararis,vnde quidque aut quanti emeris.

Qui in sua quidque arte optimè faciant, Vide QVIC QVE.

Quidquid, Vide QVIC QVID.

Quiduis, Vide QVIVIS.

Quidum, Vide QVI.

Quies,quietis,pen.prod.Substantiuum,fœm.gen. {ἡσυχία, ἠρεμία, ἀπραγμοσύνη.} Cessatio à quocunque opere:vnde etiam pro somno sumitur.

Potest facere genitiuũ quietis,& quiei quintæ declinationis.Vnde & requies,requiem & requietem accusatiuum facit.

In quiete, & secundum quietem. Cic.1.de Diuinat. Quæ ei secundum quietem visa sunt. Ibidem,Ei visum in quiete egregia facie iuuenem,&c. Silius lib.13,
-medios inter somnos,altámque quietem.

Cura quietis.Ouid.3.Metam.

¶Quies,Requies,tranquillitas, laxamentum,otium, vacatio, cessatio,remissio, finis.

Quies & tranquillitas.Cic.1.de Orat.Qui locus quietis & trãquillitatis plenissimus fore videbatur.

Mors,laborum aut miseriarum quies.Cic.4.in Catil.

Nec eum labor ad quietem reuocauit.Cic.pro Leg.Manil.

Quies & remissio.Cic.pro Cælio, Quem non quies,non remissio, non æqualium studia,non ludi,non conuiuia delectarent.

Animi quies.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.

Omnibus vna quies operum.Virg.4.Georg.

Sub his facta quies,Celsus lib.4.cap.11.

Veniat quies.Celsus lib.6.cap.6, Noctu verò quo cõmodior quies veniat,nõ alienum est, superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam.

¶Quies doctrinarum, Quieta literarum vacatio. Plinius libro 18. capite 28.

¶Quies,Pax.Plin.lib.15.cap.30,Ipsa laurus pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

¶Quies, Tranquillitas, serenitas aeris vel clementia. Virgilius

2. Georgicorum,
Si non tanta quies iret frigúsque calorémque
Inter,& exciperet cæli indulgentia terras.

¶Quies,Otium. Virg.9.Æneidos,
Aut pugnam,aut aliquid iandudum inuadere magnum
Mens agitat mihi:nec placida contenta quiete est. Seruius.

Vobis parta quies,nullum maris æquor arandum.Virg.3.Æneid.

Portus æterna placidus quiete. Senec.Agamemn.7.

¶Quies & Vigilia,opponuntur. Quintil.libro 7.cap.3,Refert enim conuiuium præcesserit an tristitia,labor an otium,vigilia an quies.

Aduersa Silius lib.15.

Amica,Vide AMICVS.

Blanda.Stat.2.Sylu.2.

Dura quies,Mors.Virg.10.Æneid.

Fremebunda.Stat.5.Thebaid.

Grata.Horat.1.epist.18.

Impacata.Claud.1.in Ruffinum.

Imperiosa.Claud.8.Paneg.

Infesta miseris.Lucret.lib.5.

Insidiosa.Stat.1.Sylu.4.

Mira quies pelagi,Stat.2.Sylu.2.

Modica,Vide MODVS.

Nocturna.Senec.Hippol.2.

Obscura quies.Id est Ignoti & humiles homines.Senec.Hippol.11.

Opaca.Stat.10.Thebaid.

Præsaga.Stat.10.Thebaid.

Secura quies,& nescia fallere vita.Virg.2.Georg.

Segnis.Silius lib.3.

Sopira,Vide Sopitus,in SOPOR.

Summa.Lucret.lib.2.

Tranquilla Lucan.lib.1.

Tremefacta.Stat.1.Achilleid.

Et nunquam turbata quies.Stat.3.Sylu.5.

Vesana.Lucan.lib.7.

¶Quietes,Cubilia Lucret.lib.1,
Nunque canes vt montiuagæ persæpe ferai,
Naribus inueniunt intectas fronde quietes.

¶Abrupta,Vide ABRVMPO.

Capere quietem,Vide CAPIO.

Procubuit,feramque dedit per membra quietem.Virg.8.Æneid.

Cura non dat quietem membris.Virg.10.Æneid.

Dare parua tempora quieti.Ouid.3.Amor.eleg.5.

Datur hora quieti.Virg.5.Æneid.

Imus ad quietem integri,cui Onusti cibo opponitur. Cic.1.de Diuinat. Quæ quidem multò plura cuenirent,si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus. De somniis.

Excutitur terrore quies.Ouid.4.Fast.

Expellere quietem.Silius lib.15.

Fugit pigra quies,inérsque somnus.Stat.lib.1.Sylu.6.

Impetrare studiis quietem.Quintil.in Procem.lib.1.

Placidam quietem per membra irrigat.Virg.1.Æneid.

Irrorat quietem oculis somnus.Silius lib 10.

Vix primos inopina quies laxauerat artus.Virg.5.Æneid.

Placidâ laxarant membra quiete.Virg.5.Æneid.

Dulci quiete membra leuare.Ouid.1.de Remed.amor.

Mandare corpus quieti.Lucret.lib.4.

Mitigare febrem quiete & abstinentia Quintil.lib.2.cap.17.

Pati quietem. Claud.2.in Ruffinum.

Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies. Virg.12.Æneid.

Dulcis & alta quies pressit iacentem.Virg 6.Æneid.

Reddere se quieti Seneca Hippol.4.

Retineri quiete.Quintil.lib.1.cap.3.

Rupta quies populis.Lucan.lib.1.

Vina quies sequitur.Ouid.2.Fast.

Sopitus quiete.Lucret.lib.3.

E molli quiete suscitare.Catul.epigr.75.

Tradere se quieti, Quiescere. Cic.1.de Diuinat. At qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte,&c.

Turbare quietem alicuius.Propert.lib.1.eleg.3.

¶Quietes in plurali. Salust.Nanque animus impurus diis hominibúsque infestus,neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat. Cicero 1. Offic. Ioco vti illo quidem licet, sed sicut sommo & quietibus cæteris.

QVIES, Dea apud Romanos, cui fanum extra vrbem via Lauicana sacratum fuit. Alexander libro 2.cap.4.Et lib.4.cap.16,Næniæ quoque facellum, quòd cantu querulo funeribus præesset, pari exemplo ab vrbe semotum,extra portã Viminalem statuerũt: sicut fanum Quietis via Lauicana, & Rediculi extra portam Capenam, quod secundo Punico bello constructum fuisse constat. Item, Collina, inquit,porta eo dicta quòd anfractus multiplices circum haberet, & partim edita,partim decliuia essent loca ad eam: extra eam Veneris Erycinæ, & Quietis templa fuere, & iuxta campus Sceleratus: in quo incesti damnatas,viuas defodere Vestales Romani assueuerant.

QVIETALIS & quietale,à Quiete dea Romanorum, de qua & iam diximus. & scribũt Augustinus lib.4.De ciuitate Dei: & T.Liuius lib.4. Orcus Quietalis.Lilius Syntag.1.

QVIETALVS ab antiquis dicebatur Orcus. Festus.

Quiesco, quiescis, quicui, quietum, pen.prod. {ἡρεμέω, ἀπραγμονῶ, ἡσυχάζω, παύομαι.} quiescere,In otio esse,vacare à labore,cura, officio,negotio: vnde etiam pro Dormire sumitur. Cic.pro.Rosc.Amer. Properea quòd qui tantum facinus commiserunt, non modò sine cura quiescere,sed ne spirare quidẽ sine meru possunt. Idem 6.Verr. Eò quum venio, Prætor quiescebat. Virg.10.ecloga,
ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,&c.

Infœlix

Infœlix,tota quicunque quiescere nocte Sustinet. Ouid.2.Amor. eleg 9.

Bene placidéque quiescas. Tibul.lib.2.eleg 4.

Pulueris exigui iactu compressa quiescent. Virg.4.Georgic. De certaminibus apum.

Placidâ que ibi demum morte quieuit. Virg 9.Æneid.

Quiescere in propria pelle. Horat.
-in propria non pelle quiessem. Prouerbiale est, sumptúmque videtur à vestitu,& calceis,quæ tanquam hominum pellis est. Nam liberrimus latum clauum,senarij ordinis proprium, & calceos lunatos si gerat, intra pellem suam quiescere non putetur. Nisi quis à Cumano asino tractum putet, qui leonem mentiebatur leonis exuuio. Turnebus.

Conticuit tandem,factóque hîc fine quieuit. Virg.4.Æneid.

¶Quiescere dicitur,qui non est insolens & inquietus. Terent.in Prologo And.

Dehinc vt quiescant porrò moneo,& desinant
Maledicere.

Quiescere, Abstinere, & supersedere. Cic.pro Planclo, An si vnquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarum tela cummossem,quę,si viginti quiescem dies, in aliorum iugulum Consulum recidissent. Gellius lib.2. cap.28, Statuere atque edicere quiescebant, Id est, abstinebant, & supersedebant.

¶Quiescas,vel quiescse:Hoc est,sine, vel desine. Terent.And.3.4,
-corrigere mihi gnatum porrò enitere.
D. Faciam hercle sedulo. S. potes nunc dum animus irritatus est. D. Quiescas. Cic.3.Verr.Iste Rabonium quiescere iubet, & simul ei nonnullam spem societatis ostendit.

Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. Author ad Heren.lib.4.

Quiescere per aliquem. Cic.Planco lib.10.1, Nunquam per M Antonium quietus fui. Quasi dicat; semper aduersatus est mihi, & persecutus est me.

¶Alta quiérunt Æquora.Virg 7.Æneid.
Æquora sæua quierant.Virg.4.Æneid.
Arma quierunt. Silius lib.7.
Bella quierunt. Ouid.ad Pisonem.
Postquam collapsi cineres,& flamma quieuit.Virg.6.Æneid.
Mens & corpus sopita quiescunt.Lucret.lib.3.
Pascitur in viuis liuor,post fata quiescit. Ouid.1.Amor.eleg 15.
Opus quieuit tuis humeris. Ouid 2.de Ponto,eleg 9.
Potentia in hoc solo genere quiescit. Cic.pro Cecin.
Voces hominum quiescebant. Ouid.1.Trist eleg.3.

¶Quiescas cætera: Actiuum. Plaut.Milit.12,
-persu' vt hominem
Mihi des? quiescas cætera. Quasi dicat,Ne de cæteris sis solicitus,sine ea. Idem,Quiesce istam remiego certè videro.

Quiesce hunc tumultum qui est ante ostium. Plaut.Most.

¶Quiescere,Permittere,sinere. Cic.ad Att.lib 7. Aut si per Trib. pleb.non pudatur,tamen quiescat rem adduci ad interregnum.

¶Quiesci,Impersonale. Terent.And.4.2,
Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci,si hic quiesset.

Quietus,pen.prod. {ἥσυχος,ἀπράγμων,ἀπράγμονος,ἄπονος.} Participium, siue Nomen ex participio. Plaut.Amphit.4,
Quietus esto, Terent.Phorm.4.5.

Quietus esto,inquam:ego curabo, nequid verborum,&c. Vbi Donatus.Quietus,securus,ab eo quod præcedit,id quod sequitur.

Quietus esto de. Plaut.Curc.10.6,
Memineroːde isto quietus esto:

Quietum aliquem reddere, Efficere vt quietè & securè viuat. Terenc.Eunuch.2.2,
Æquor quietius.Horat.Epod.10.
Æ. quietus.Virg.5 Æneid.
Amnes quietos irritat diluuies. Horat.1.Carm.ode 29.
Animus.Virg 1.Æneid.
-in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentémque benignam.

Solutus & quietus animus.Cic.pro Rosc.Comœd.Hoc ego loco, soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro.

Quieto animo viuere. Cic 2.Tusc.Qui id quod vitari nõ potest, meruit,is viuere animo quieto nullo modo potest.

Annus. Liu.2.ab Vrbe,Bellum indictum, tacitè inducię quietum annum tenuere.

Cœlestium dies quieti. Cic.2.de Leg.

Latus ense quieto, Securum.Stat.1.Sylu.1.

Exilium quietius oro. Ouid.2.Trist.

Gentes agitare quietas.Virg.10.Æneid.

Homo quietissimus. Cic.6.Verr. Primò mirum omnibus videri Diodorum rem hominem quietissimum,&c.

Inane quietum. Lucret.lib.2.

Mente quieta consistere. Cic.2.de Diuinat.

Nox quieta. Valer.6.Argon.

Officio quieto fungi. Ouid.5.Trist.eleg.13.

Ossa quieta precor tuta requiescite in vrna. Ouid.3.Amor.eleg.8.

Pax.Senec.Thyeste 7.

Regnum.Horat.1.Carm.ode 12.

Quieta Respublica,& Turbata,contraria. Cic.2.in Catil.

Sedes.Virg.1.Æneid.

Sermo quietus & remissus. Cic de Senect.

Somni quieti.Senec.Here.furent.10.

Traducere vitam quietam & otiosam, Cic.de Senect.

Vrbs quieta,& immunis belli. Virgil.12. Æneid.

Quietissimus, quietissima, quietissimum. Superlatiuũ, Valde quietus. Plin.lib.10.epist.29,ad Traianum. Ad quam spem alioqui quietis-

simam horratur natalium splendor,&c. De amico loquitur,cui præturam petebat.

Quietus,pen.prod. Participip. {ἡσυχάσαντος.} Cic.2.de Orat. Videmur enim quietori fuisse,nisi essemus lacessiti.

Quietè,pen.pro.Aduerb. {ἡσυχῇ,ἡσύχως,ἀπράγμονος.} Cic.de Senect. Quietè,& pure,& eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus.

Quietissimè recipere. Cæsar 3.bel Ciuil.

Quiescentia, quiescentiæ,Idem quod Quies. Firmic.lib.1.cap.3.

Quilibet,pen.corr {ὁστισοῦν,ὁτιοῦν,ὁστισδήποτε} cuiuslibet,Vnus quem ribi capere libet.Horat.1.Serm.sat.2,
Ilia & Ægeria est,do nomen quodlibet illi. Id est,quodcunque placet,non tamen omne nomen. Ouid.1.de Arte,
Pollicitis diues quilibet esse potest. Sueton.in Tiberio, Non cessauit effligitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis. Iustin.de Hered.instit.cuilibet conditioni obtemperare satis est Cic.4.Acad. Ad vos nunc refero quem sequar: modò nequis illud tam ineruditum absurdúmque respondeat, quemlibet modo aliquem.

Indutus quilibet. Horat 1.epist.18.

Garrire quidlibet. Horat.1 Serm.sat.9.

Arti cuilibet idoneus. Horat.2.epist.2.

Quibuslibet temporibus egregius Senatus.Liu.2.ab Vrb.

Quolibet modo.Plin.lib.11.cap 54.

¶Quidlibet, pro Vili & obsceno, aut etiam imperito. Plin.lib.7. cap.28,Bis ab Annibale captus,neque enim cum quolibet hoste res fuit.

Non quælibet iniuria est,id est,non vulgaris,aut parua,aut leuis. Caius in l.Si verò.D Qui satisdat.cog. Sanè nõ quælibet iniuria est, duci in ius eum,qui satis idoneum fideiussorem det.

Peritus & Quilibet,veluti contraria. Cic.2.de Diuin.Apud maiores adhibebatur peritus,nunc quilibet.

Quimatus, huius quimatus, pen. prod. {πενταετία.} vt Bimatus,& trimatus:hoc est,tempus vel spatium quinque annorum. Plin.lib.8. cap.45,Vrsæ fœminis x v annis longissima,maribus xx robur in quimatu. De bobus.

Quin {ὅπως δ',ὅτι μή,μὴ οὐκ} Aduerb.varia significat,variúsque est eius vius,vt docet Donatus in Terentium. Gell.lib.17 cap.13, Quin particula,inquit, quam Grammatici coniunctionem appellant, variis modis, sententiísque connectere orationem videtur. Perlege caput integrum,vbi multa de hac particula.

Quin,Quòd non.Terent.Adelph 5.4,
Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res,ætas,vsus semper aliquid adporret noui.

Quin,pro Quòd. Cic Non dubito quin eo sis animo, quo ego essem siquid tu me rogares. Terent.And.1.1,
Non dubium est quin vxorem nolit filius.

Non dubitare quin.Cic.pro Domo,Non quòd dubitaret quin ab isto nihil legibus,nihil religionibus, nihil iure esset actum. Idem ad Att.lib.5.98, Non enim dubitabat Zeno quin ab Areopagitis inuito Memmio in:petrari non posset.

Nihil,ab est quin. Cic.ad Attic.lib.11 223,Prorsus nihil abest quin sim miserimus. Idem in Orat.Abesse nõ potest,quin,eiusdẽ hominis fit,probos improbare qui improbos probet. Idem ad Att.lib.9.180.

Facere non possum quin cotidie ad te mittam. Cic.ad Atticum lib.12. Idem pro Quin dixit Vt Non, vt ad Attic.lib.8, Vt ad te nihil dem literarum,facere non possum.

Non possum quin exclamem. Cic 2.de Orat. Ibidem, De musicis rebus non poterit,quin dicat hoc onere suscepto,recusare.

Nemo esset quin hoc se audisse liquidò diceret. Cecin.Ciceroni lib.6.7.Nemo nostrum est quin vota victoriæ suæ fecerit.

Nullum intermisi diem quin,&c. Cic.ad Att.lib.7.

Vt nequis à me dies intermitatur,quin dem ad te literas. Cic.ad Attic lib 8 1.

Nego vllam gemmam aut margaritam fuisse,&c. quin quæsierit, inspexerit,abstulerit. Cic 6.Verr.

Dies ferè nullus est quin hic Satyrus domum meam vẽiret. Cic. ad Attic.lib.11.

Causæ nihil esset,quin secus iudicaret. Cic.pro Quintio.

¶Quin,admiratiuè. Terent.Adelph.2.3,
-festiuum caput,
Quin omnia sibi pòst putarit esse præmeo commodo? Legendum est qui,sine liquida.

¶Quin, Certè,profectò. Plaut.Amphit.8,
-at pol quin certa res
Hanc est obiurgare. Idem Men.9,
Hercle quin tu rectè dicis.

¶Quin,Corripiendi vel imperandi vim habet. Terent.And.2.6, Quidnam est?D. puerile est. S.quid est?D.nihil.S.quin die quid est.

Quin age,siquid habes. Virg.eclog.3.

¶Quin,Cur non,interrogatiuè sumitur. Terent.Phorm.1.4, Quid conterimus operam frustra? quin abeam? Cic.in Som.

Quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem? ibidem.

Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Idem Trebatio,lib.7.8.Quin tu vrges occasionem istam? Et pro Rabirio perduel reo, Quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ? Item Attic.lib.4.85, Quin tu huc aduolas, & inuisis illius nostræ Reipub. germanæ.

Quin potius pacẽ æternam, pactósque hymenæos Exercemus. Virg 4.Æneid.

¶Quin ergo, quod iuuat, quod charum æstimant, id semper faciant,ament,potent. Sallust in Iugurth.

¶Quin,etiam. Terent.Heaut.3.3,
Syre,puder me.s.credo:neque id iniuria:
Quin mihi molestum est.

¶Quin Imò. Terent.Heaut.4.3,

Quid dicam? quam causam afferam? s. quin nolo mentiare:
Apertè ita vt res sese habet, narrato. Idem Eunuch. 5.2,
-non pol credo Chærea,
Nisi si commissum non erit. c. quin Pythias
Tu me seruato. Idem Heaut. 4.4.
Quin, Quin imó. Terent. Adelph. 4.2,
Syte. s. quid ais? e. me quæris? s. Verum. c. petij. s. quin
Tu animo bono es. Virg. 1. Æneid.
-quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat,
Consilia in melius referet. Plaut. Capt. 19,
Quin potius illud adnota, quæ putaueris corrigenda.
¶ Quin, Quamobrem. Plaut. epid. 30, -hic non est locus:
Quin tu alium quæras, cui centones farcias. Terent. And. 1.1,
Quin tu vno verbo dic: quid est, quod me velis.
¶ Quin, Quare non, vel, vt non. Terent. Adelph. 2.2,
Nunquid vis quin abeam. Plaut. Cistel. 2,
Nunquid me vis mater introì quin eam? Donatus.
Quin, Qui non, quæ non. Terent. Hecy. 2.1,
Et merito adeò: nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit Dicere vxorem. Quintil. lib. 7. cap. 2, Quis tam imperitus, quis tam procul à literis, quin sic incipiat? Cic. 7. Verr. Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis: in qua quàm multa sint vulnera, quis est vestrum Iudices quin intelligat. Ibidem.
¶ Quin, Quin etiam, insuper, præterea id. Plaut. Aulul. 9,
Famem hercle vrendam si roges, nunquam dabit:
Quin ipsi pridem tonsor vngues dempserat,
Collegit, omnia abstulit præcegmina.
¶ Quin. Quominus. Terent. Eunuch 5.2,
Apud Antiphonem vterque, mater & pater
Quasi dedita opera domi erant, vt nullo modo
Intiore possem, quin viderent me. Cic. Non ideireo causas Isocrates non defendit, quin id vtile esse & honestum existimaret.
¶ Quin taces? Correptio est silentium præcipientis, & timorem alicui admentis, id est, Esto securus: nam tacere, securi est. Terent. And. 2.3.

Quinarius, Adiectiuum {πεμπάδικος} dicitur quod quinque complectitur. Plin. lib. 31. cap. 6, Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendêre. Vide Octonarius, in OCTO.

Quinarij nummi, quòd quinos æris valebant, sicut denarij, quòd denos. Varr. de Ling. Lat. lib. 5.

Quinarius argenteus, quinque libris æris, id est, assibus quinque valebat, hoc est, denarij dimidium. Budæus.

Quina dena, vulgò *quindena*, l. Qui quadraginta §. qui ducenta. Ad legem Falcid. in Pandectis.

QVINCTIA, gens Patritia Romæ fuit, duabus familiis nobilis, quarum altera Capitolinorum, altera Flaminiorum cognomine vtebantur. De his multa historici.

Quincunx, quincuncis {πεντὰς} Substantiuũ, m. g. Quinque vnciæ. Vncia remota de quincunce. Horat. de Arte.

¶ In quincuncem {εἰς πεντάγιον} arbores dispositæ cur dicantur, facile ex Quint. intelligimus, apud quem hæc verba, lib. 8. cap. 3, Leguntur, Nullúsne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem certáque interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quancunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoque prodest, vt terræ humorem æqualiter trahant. Cic. de Senec. Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus, tum enm dixisse mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius. Colum. lib 3. cap. 15, Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur. Fortasse autem antiqui sic quincuncem appellauerunt exactam plantarum metationem: vt decussem, exactam spatij diuisionem. Hactenus Budæus. Cæsar 7. bel. Gall. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis serobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Varro 1. de Re rust. cap. 7, In quincuncem prope sint ordines atque interualla modica. Bayfius, Arborum ordines dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores paribus interuallis sic disponuntur, vt figuram quincuncialem seruare adinuicem videantur. Glareanus in Commentarios Cæsaris, quincuncialem ordinem putat dictum, quasi quinpunctialem, vt sit Quincuncialis ordo, qui in quouis quadrato centro ipsius quatuor angulorum punctis comparatur. Aspectu enim sic fiunt quinque hoc modo ⁘ Quòd si plura quadrata connecti intelligamus, emerget totius iugeri forma sub ordine & aspectu quincunciali ad hanc formam,



¶ Quincunx, Iugeri pars tertia, & vna duodecima, hoc est, quinq; vnciæ. Diuiditur enim iugerum, vt as, in vncias duodecim. Colum. lib. 5 ca. 1, Pars tertia & vna duodecima, pedes duodecim millia, hoc est, quincunx.

¶ Quincunx, mensuræ genus paulum supra dimidiam heminam continens. Mart. lib. 1,
Hesterna tibi nocte dixeramus
Quincunces puto post decem peractos, hoc est, post epotos decies quinque cyathos. Vide Budæum lib. 5. de Asse. Idem lib. 2,
Te conuiua leget misto quincunce, &c.
Quincunx, Quinque cyathorum mensura, siue quinque cyathi. Martial. lib. 11,
Quincunces & sex cyathos, bellémque bibamus:

Caius vt fiat, Iulius, & Proculus. Vide Budæum lib. 5 de Asse. Bessem porta vocat octo cyathos. Vide Sextarius Romanus in Sex.

¶ Quincunces vsuræ sunt quoties ex centum nummis (vt exempli gratia sit) quinque nummos vsuræ nomine percipimus. Sic Semisses vsuræ, tientes, bessis & huiusmodi.

Modestò quincunce nutrire nummos. Augere nummos suos fœnore quincunciali. Persius sat. 5 Vide Vsura, in VTOR.

Quincuncialis, & hoc quincunciale, pen. prod. vt, Quincũcialis herba: quę minor est sempede, & septenûm ferme digitorum. Plin. lib. 27. cap. 11, Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius: Aliqui ægonychon vocant, alij diospyron: alij heracleos: Herba quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus quàm rutæ. Et paulo pòst, iacere eam, atque hunti serpere authores tradunt. Budæus.

Quincuncialis figura, eius figuræ quæ decussim antiquis significabat, media est. Fiebat verò decussis ad X literæ formam, quæ quietè apud Latinos decem significat. Atque hæc si per medium secetur, remanebit V figura, quæ quinarium numerum, atque adeò quincũcem demonstrat. Sed hæc quidem multorties tum superius, tum etiã inferius multiplicata, figurã facit quæ quincuncialis appellatur.

Quincunx Ordo quincuncialis.



Quincuncialis ordinum ratio. Plin. lib. 17. cap. 11, In disponendis arboribus arbustísque, ac vineis, quincuncialis ordi num ratio vulgata & necessaria, non per flatu modo vtilis, verùm & aspectu grata quocunque modo intueare, in ordinem se porrigente versu.

Didici, inquit Budæus in Asse, duplicem quincuncialis ordinis rationem esse. Alteram nostrates fecerãm, quasi alueolatam appellant, *en reſeticuler* tumpsit enim formam à postica parte aluei in qua serupos hodie lustrantes prominent & reducunt. Altera ratio reticulata dici potest, non in quadras vt prior, sed in rhombos conformata, ea forma quo speculatia apud nos plerunque videntur in fenestris lumen vitro transmittentibus, *en losenges*. Huiusmodi ordinum obseruatiõ Northmannis solennis est in instituendis pomariis: quorum arboratores è seminariis plantulas transferentes, ita stellatim decussare norunt ordines, vt in quancunque partem te vertas, rectam semper seriem videas, nusquam obliquante prospectu in longinquum. Hæc Budæus.

Alueolata.



Reticulata.



Quincupedal, mensura quædam quinque pedum, qua fabri muratij in demetiendis parietibus vti solent. Huius formam & vsum depingit. Mart. lib 14.

Quinceplex, pen. corr. quincuplicis, pen. corr. om g {πενταπλοῦς} vt, Duplex dicitur. Mart. lib. 14.

Quincuplici cæra quum datur altus honor. Quincuplices cæras vocat tabellas, à numero quinque foliorum: his decretus triumphus nuntiabatur Imperatori, vel Consuli.

QVINDA

QVINDA, munitio est Macedonum, non procul ab Anchiale & Tarso Ciliciæ vrbibus, quas bellum illum Sardanapalum vno die condidisse autumant. Strabo lib. 4, Vltra Anchialam est munitio nomine Quinda, in qua olim Macedones thesauros seruabant. Vide Alexand. Alexandrinum lib. 2. cap. 2.

Quindecim, pen. corr. {δεκαπέντε} Numerale nomen indeclinabile. Plaut. Pseud. 5,
Et iam quindecim habeo mnas.
Virorum quindecim preces. Horat. in Carm. seculari.

Quindecies, Aduerb. {δεκαπεντάκις} Quindecim vicibus. Cic. 4. Verr. At illa HS D. millia hæreditaria, accessit ipsius antiqua HS quindecies pecunia. Martialis lib. 7. 9,
Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?

Quindecimvir {ἐκ τῶν πεντεκαίδεκα, πεντεκαιδεκάνδρους} Nomen magistratus apud Romanos. Plin. lib. 7. cap. 43, Qu. Metellus in ea oratione quam habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli, Pontificis, bis Consulis, Dictatoris, Magistri equitum, Quindecimviri agris dandis, &c. Idem lib. 28. cap. 2, Cuius sacri precationem, qua soler præire Quindecimvirûm collegij magister, siquis legat, profectò vim carminum fateatur.

Quindecimviri, erant apud Romanos Pontifices quindecim, qui tam diuinis mysteriis & sacrificiis solennibus, quàm responsis dandis præesse in Algido, in templo Dianæ, iussi sunt per populum. Alexand. lib. 3. cap. 16.

Quindecimviri Sibyllini à Sylla dictatore fuerunt instituti quum ante Syllę dictaturam decem duntaxat fuissent, ad quos Iudorum secularium procuratio pertinebat, vt docet Corn. Tacit. lib. 11. his verbis, Nam Domitianus quoque ediderat ludos sæculares, iisque interius affuit, sacerdotio Quindecimvirali prædituus, ac tum Prætor. quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirûm antiquitus ea cura mandabatur & magistratus potissimum exequebantur officia cæremoniarum. Eodem respexit in carmine Sæculari Horatius, vbi ait,
Quæque Auentinum tenet, Algidiúmque
Quindecim Diana preces virorum
Curet, &c. Lambinus.

Quindeni, pen. prod. {πεντεκαίδεκα} Adiectiuum, Idem significat quod quindecim. Liu. 5 bel. Maced. Quindena iugera agri data in singulos pedites sunt, &c. Quidam legunt, quina dena.

Quinctiam {τὰ δὲ, καὶ τὰ μὴν, καὶ μὴν, καὶ} Coniunctio copulatiua, qua nectimus quæ coniuncta significare volumus. Cic. de Amicit. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? quinetiam necesse erit cupere & optare vt quamfæpissime peccet amicus. Ibidem, Quinetiam siquis asperitate ea est & immanitate naturæ, congressus vt hominum fugiat atque oderit.
Quinetiam cæli regionem in cortice signant. Virg. 2. Georgic.
Quinetiam insuper scelus postquam iudificatus est virginem,
Vestem omnem miserè discidit. Terent. Eunuc. 4.3.

Quingenti, quingentæ, quingenta {πεντακόσιοι} vt Quingenti milites: hoc est quinquies centum. Cic. ad Attic. lib. 16. Nec mirum, quingentos denarios dat. Eidem, lib. 4, Tusculanam villam quingentis millibus, Formianum HS. ducentis quinquaginta millibus.
Quingentis empto drachmis deprenderis. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. Virg. 7 Æneid.

Quingentesimus, pen. corr. Adiectiuum {πεντακοσιοστός} Plin. lib. 15. cap. 1, Anno vrbis quingentesimo quinto.

Quingenties, Aduerb. {πεντακοσιάκις} Cic 4. Verr. Ob eã rem HS quingenties Veneri Erycinæ de Sthenij bonis exacturum.

Quingeni, quingenæ, quingena, pen. prod. {πεντακόσιοι} Idem quod quingenti. Cic. ad Attic. lib. 4. Apud eum HS quingenta deposuerunt, vt qui à Catone damnatus esset, id perderet. Colum. lib. 5. cap. 2, Horum pars dimidia quingeni.
Quingeni, pro Singulis quingenti. Suet. in Cæsare, cap. 38, Populo præter frumenti de. os modios. ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos quos pollicitus olim erat, viritim diuisit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummûm, in Italia non vltra quingenos festertios remisit.

Quingenarius, Adiect. {πεντακοσιαῖος} Plin. lib. 33. cap. 11, Dispensator Hispaniæ Citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. Id est pondo quingentarum librarum.

Quinimo, pen. prod. {ἀλλὰ δὴ, καὶ μὴν} Coniunctio, pro Imò verò, vel Imò etiam. Plaut. Cistel. 5,
Itaque Ops opulenta illius auia. M. quinimò mater quidem. Plin. epist. 74, Præualuit sententia Cepionis. quinimò consurgenti ei ad censendum acclamatum est: quod solet residentibus. Cic. ad Attic. lib. 2, Eius autem Collega & in me perhonorificus, & partium studiosus ac defensor bonarum. quinimò leuiter inter se dissident: sed vereor ne hoc quod infectum est, serpat longius. Vetus codex legit, quin nunc leuiter.

Quinquaginta, indeclinabile {πεντήκοντα.} Virg. 1. Æneidos,
Quinquaginta intus famulæ, &c.

Quinquagies, Aduerbium {πεντηκοντάκις.} Columel. libro 5. cap. 2, Has duas summas in se multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinque millia. Plin. lib. 7. cap. 25, Idem signis collatis quinquagies dimicauit.
Quinquagies bis centena, quindecim, &c. Plin. lib. 2. cap. 108.
Quinquagies centena millia. Plin. lib. 2. cap. 108.

Quinquagenus, pen. prod. Adiectiuum {πεντήκοντα} Idem quod quinquaginta. Plin. lib. 8. cap. 36, Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis. Et lib. 15 cap. 24, Tuba author est quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia esse eas. Cic. 5. Verr. In singulos HS quinquagenis millibus damnari mauultis?

Quinquagesies, Aduerbium. Plaut. Menæh. 2.4,
Vix credo tota auctione capi & quinquagesies. Id est quinquagiuta francos. *Alij* legendum putant quinquagies.

Quinquagenarius, Adiectiuum {πεντηκοντοῦτος} Quod quinquaginta continet. Cato cap. 13, Vrnam quinquagenariam vnam, sextarium olearium vnum. Sic cap. 10.
Quinquagenaria cohors, quæ quinquaginta militibus constat. Curtius lib 5.
Quinquagenarius grex, Hoc est quinquaginta capitum. Varr. 2. de Re rust. cap. 10.

Quinquagesimus, pen. corr. Aliud adiectiuum {πεντηκοστός.}
Quinquagesimus vnus. Plin. lib. 7. cap. 8, Quinquagesimo vno raptus anno.
Quinquagesimas exigere, ea forma qua & Decumas exigere dicitur. Cic. 5. Verr.
Quinquagesima liba, pro religione quadam apud veteres offerebantur Martialis lib. 10 24,
Natales mihi Martiæ Calendæ,
Lux formosior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi nunus & puellæ
Quinquagesima liba, septimámque
Vestris addimus hanc focis acerram.

Quinquatria, Quinquatriorum, neut. gen. {πεντάθλημα} Ab eo quod Quinquatre, in singulari, sicut Bacchanale & Vulcanale. Festa erant quæ quinque diebus Palladi fiebant mense Martio: ita appellata, quoniam quinque diebus post Idus celebrabantur. nam dies post Idus, ater erat. Inde Quinquatria, quasi quinque ab atro die. Primo die fiebant sacrificantibus sequentibus gladiatores in theatro certabant: quinto die erat lustratio. Vide Ouidium lib. 3. Fast. Sunt qui dicant hunc diem munusculorum quoque esse, quo tempore matronæ inter se inuicem munera missitabant, & cœnas seruis apponebãt, vt viri Saturnalibus. Plaut. Milite, 10,
-da quod dem Quinquatribus,
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atque aruspicæ.
Festa Quinquatria. Horat. 2. epist. 2.
¶ Quinquatria, Quinquatriorum, Quinquatribus & Quinquatriis; tam tertiæ quàm secundæ declinationis, sicut cætera festorum nomina. Diomedes verò Quinquatriæ in prima declinatione protulit. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25, Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi non inuita Minerua.

Quinquatrus etiam dicitur, sicut Triatrus, Sexatrus, Septimatrus, decimatrus. Iungitúrque hæc particula ATRVS, nihil significans, supplementi causa. Meminit Gellius lib. 2. cap. 21. Varro lib. 5. de Ling. Latina, Quinquatrum diem vnum festum dicit, sic appellatum, quòd erat post diem quintum Idus Martij, &c. Charisius lib. 1, Quinquatrus antiqui dicebant à quinquando, id est lustrando, quòd eo die arma Ancilia lustrari sint solita.
Dies vocata quinquartus. Ouid. 6. Fast.

Quinquatrus, huius Quinquatrus, penult. prod. pro ipsis Quinquatriis, antiquè. Cic. ad Attic. lib. 9, Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas, qua ego illum vsum puto. Idem Cæcilio, lib. 2. 11, Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatrus afferebantur.
Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierum, qui ferè his celebrantur. qui scilicet errant, tam herculè, quàm qui triduò Saturnalia, & totidem diebus Compitalianã omnibus his singulis diebus fiunt sacra. Forma autem vocabulieius exemplo mulrorum populorum Italicorum enuntiata est, quod post diem quintum Iduum est, is dies festus, vt apud Tusculanos, Triatrus, & Sexatrus, & Septimatrus, & apud Falisc os Decimatrus. Minervæ autem dicatũ eum diẽ existimant, quòd eo die ædis eius in Auentino consecrata est. Festus.
Minores Quinquatrus. Ouid. 6. Fast. Hæc erant mense Iunio.

Quinqué {πέντε} Nomen numerale.
Quinque ter implebat vlnas, Quindecim. Ouid. 8. Metam.

Quinquefolium {πενταφύλλον} herba, à numero foliorum nomen habens, vnde etiam Græcis pentaphyllon dicitur. Plin. lib. 25. cap. 6, Foliis per interualla quinquefolij, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartitò. Ibidem, cap. 9, Quinquefolium nulli ignotum est, quum etiam fraga gignendo cõmendetur. Græci vocant pentapetes, siue chamæzelon, siue pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen à numero foliorum habet: & ipsa herba incipit & desinit cum vite.

Quinquelibralis, & hoc quinquelibrale, pen. vltima prod. {πενταλίτραιος} Pondo quinque librarum. Colum. lib. 3. cap. 15, Dispositis lapidibus paucis, qui singuli non excedant quinquelibrale pondus.

Quinquemestris, & hoc quinquemestre {πενταμηνιαῖος} Quinque mensium. Varro 2. de Re rustica, cap. 7, Quinquemestribus pullis factis, quum redacti sunt in stabulum, obtiçendum, &c. Plinius libro 8. cap. 48, Castrati agnos nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Quinquennis, & hoc quinquenne {πενταετὴς} Quinque annos natus. Plaut. Pœnulo, 2,
-duæ fuere filiæ,
Altera quinquennis, altera autem quadrimula. Colum. lib. 7. cap. 6, Caper quinquennis parum idoneus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.
Quinquennes oleas est, & syluestria cornua. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Vinum quinquenne. Horat. 2. Serm. saty. 8.

Quinquennalis, & hoc quinquennale, pen. prod. {πενταετηρικὸς} Quod fit singulis quinque annis. Cic. 3. de Orat. Ex quibus Helæus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus est, &c.
Quinquennales ludi. Plin. lib 4. cap. 5.
Quinquennalis magistratus, Qui quinque annis continuis geritur. Liuius 4. ab Vrbe.
Tempus quinquennale. Varr. de Ling. Lat. lib. 5.
Quinquennalia, quinquennaliorum, Ludi qui quinto quoque anno fiebant. Liuius 1. bel. Maced. Vouit in eadem verba eo o s. præeunte Max. Pontifice: quibus ante quinquennalia, vota susciþi solita

erant: præterquam quòd tanta pecunia quantam tum, quum soluerentur, Senatus censuisset.

Quinquennium, quinquennij {πενταετία} Spatium quinque annorum. Cic.3.de Leg. Bini sunto, magistratum quinquennium habento. De Censoribus.

Duo quinquennia, Decem anni. Ouid.12. Metam.

In quinquennio, Vide I N.

Quinquepartitus, pen. prod. Adiectiuum {πενταμερὴς} Quod in quinque partes diuisum est. Cic.1. de Inuent. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Legitur etiam Quinquepertitam.

Quinquepartito, pen. prod. Aduerbium {πενταχῶς.} Plin.lib.25.cap.6. Foliis per interualla quinquefolij, aut cannabis, per ambitum fucisis quinquepartitò, nigris & ipsis, stamosisque.

Quinque pedum vsucapio, apud Ciceronem quid sit, lib.1 de Legibus ipsemet rectè explicat. Ex hac (inquit) non rerum: sed verborum discordia controuersia nata est de finibus, in qua (quoniam vsucapionem, XII. tab. intra quinque pedes esse noluerunt) depulsi veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non habemus, nec Manilia lege singuli, sed ex his, tres arbitri fines regemus. Eum locum sic, & rectè explicat Hotomanus: Vt in controuersia vicinorum de finibus, termini requirantur, quibus repertis, quinque quaque versus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro possessi sint, finibus tamen dirimendis referuantur: sic controuersia de finibus bonorum & malorum, quæ philosophos exercet, termini Academicæ disciplinæ à Socrate positi, peruestigandi sunt, & Antiochi arrogantia illius gloriam depascentis regenda & coercenda est. Lex autem Manilia vnicum adigi arbitrum volebat finibus agrorum regundis: sed quum tres tum essent, facetè intulit, nec Manilia lege singuli: sed ex his tres arbitri fines regemus. Aggenus Vrbicus: De fine enim lex Manilia quinque aut sex pedum latitudinem præscribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri quod vsucapi non potest.

Quinque primi, penult. prod. {πενταπρωτεύοντες} qui Græcè, & cap.2. de priuilegiis eorum qui in sacro palatio militant, dicuntur Pentaproti. Cicero Verr.5, Magistratus & Quinqueprimi acciti illius euocantur.

Quinqueremis, huius quinqueremis, penult prod. {πεντήρης} Nauis quinque remorum ordines habens. Liuius 5. Decad. lib 1, de equites, & decem quinqueremes naues, si deducere ex naualibus vellet. Cicero 6 Verr. Certos homines in quinqueremi misisse, qui eos deuites reportarent.

Quinquertium {πένταθλον} exercitium quod quinque certamina complectitur, videlicet luctam, pugillatum, cursum, saltum & praetantium. Festus. Budæus in I. Athletas. de his qui notantur infamia.

Quinquessis, numus apud Romanos. Antonius Augustinus ad Festum. Quinquessis (inquit) quinarius, siue victoriatus dictus est, quòd mitto quinque assibus æstimaretur, postea octo valuit, cuius nota erat victoria. Plinius.

Quinquevir, penultima correp. quinqueviri {ἐκ τῶν πέντε} dicitur vt Triumvir. Cic.4. Acad. Nescio an nec Quinquevirum quidem quenquam, nisi sapientem. Idem 2. de Lege agrar. Tories legibus Agrariis curatores constituti sunt Trium viri, Quinque viri, Decemviri.

Scriba ex Quinqueviro eorum deludet hiantem. Horatius 2. Sermon saty. 5.

Quinqueviratus, huius quinqueviratus, penult. prod. {ἀρχὴ τῶν πέντε, πενταπρωτεύοντες} Officium vel magistratus Quinquevirorum. Cic. ad Attic. lib. 9, Repudiari se totum magis etiam quàm olim in Quinqueviratu putabit. Vetus codex legit, XX viratu. Idem de Prouinciis Consul. Me ille vt Quinqueviratum acciperem, rogauit.

Quinquies, Aduerbium {πεντάκις} Quinque vicibus. Cic. 5. Verr. Reperietis quinquies tanto Iudices, amplius istum, quàm quantum ei in cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Idem 11. Philip. At hic me defendente quinquies absolutus est.

Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23.

Quinquiplico, quinquiplicas, penult. corr. quinquiplicare: vt Quinquiplicare magistratus, apud Tacitum libro 2. pro In annum quintum prorogare.

Quini, Adiectiuum {πέντε.} Cic. 5. Verr. In medimna singula video exire. is publicis tibi Halesinos H-S quinos denos dedisse. Plaut. Pseud. 5, Quater quinis minis.

Quina milia pedum. Liu. 8. ab Vrbe.

Quini deni. Curtius lib. 8, Menses in quinos denos descripserunt dies. De sapientibus Indorum.

Quini vicini nummi. Liu. 2. bel. Pun.

Quinas hic capiti mercedes exigit. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Quintanus, & Quintana porta, Vide QVINTVS.

QVINTI, Populi sunt in Armenia ad Medorum montes. Strabo lib. 11. Has autem montium radices, ad summum vsque à mari incipiendo, Albanorum & Armeniorum nonnulli, quadam ex parte habitant, partem verò maximam Gelæ, Docusini, & Amardi & Quintij, aliàs Quitij, & Auariacæ.

QVINTILIANI dicti sunt iuuenes qui per ludum & lasciuiam currêtes Lupercalia celebrabant. Alexander Alexandrinus libro 4. cap. 12. Sunt qui putent Romulum & Remum, quum Fauno sacra facerent clamore pastorum excitos, quorum oues abactæ erant, in latrones præda onustos incurrisse nudos, prædámque detraxisse: qua postquam potiti sunt, sacra instituisse, vt nudi iuuenes, incincti pellibus, per ludum & lasciuiam curterent: ex quibus alij Fauiani, nonnulli Quintiliani dicti.

QVINTILIANVS, penult. prod. {κατὰ τὸν ῥήτορα} rhetor, ortus in Hispania, in ciuitate Calagurritana, vt Eusebio placet. Ipse Quintilianus Hispanos prouinciales suos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba venisse, breuique tempore postea in familiaritatem Domitiani principis venientem eius nepotes eruditisse. Id quod ipse testatur in Prooemio libri 4. Ludum Romæ aperuit, primúsque è fisco salarium tulit. Laurentius Valla, eum in præceptis Ciceroni præferebat, stylóque eius & doctrinæ magnopere adhærebat. Meminit huius Martialis libro 2,

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ,

Gloria Romanæ Quintiliane togæ. Plinius quoque eius discipulus lib. 2. epist. 14, ad Maximum, Ita certè ex Quintiliano præceptore meo audisse memini. Sic lib. 6. epist. 3. à fine, restatur se quinquaginta millia nummûm dedisse dono nuptuæ Quintiliani filiæ.

Quintilis, huius quintilis, pen. prod. {μὴν πέμπτος.} Quintilis mensis ideò dictus est, quòd quintus in ordine esset: sed postea in honorem Iulij Cæsaris Dictatoris, M. Antonio M filio Consule legem ferente, Iulius appellatus est, inquit Sueton. Cic. Attic. lib. 14, Volo mense Quintili in Græciam.

QVINTILIVS, vt scribit Eusebius, Cremonensis fuit, Virgilij olim & Horatij familiaris, qui obiit ante Virgilij obitum annis sex. Huius meminit Horatius cum alibi, tum 1. Carm. ode 24, vbi ipsius mortem deplorat.

Quintilius, Dictator Romæ veneficis matronis puniendis creatus est. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 6, Post quem quum Romæ de veneficiis quærerent, & aliquot matronæ damnatæ forent, eáque res prodigij haberetur loco: vt mentes alienatæ, sui compotes fierent simili memoria ex annalibus repetita, claui figendi causa dictator creatus Cneus Quintilius fuit, qui fixo item clauo, quum eo paculo ciuium mentes sui compotes fecisset, discordésque animos cõciliasset, dictatura se abdicauit.

Quintipor, seruile nomen frequens apud antiquos erat à prænomine domini ductum, vt Marcipor, Gripor. quanuis sint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Festus.

Quintus, quinta, quintum {πέμπτος} Adiectiuum à Quinque. Liu. 1. bell. Maced. Non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiam peruenit.

Quintæ Calendæ, & quinto Calendas pro eodem apud Iureconsultos vsurpatum vbique comperimus. Et quidni? nam qui dies Nonæ aut Idus non sunt, in mense, Calendæ sunt, illíque diebus celari populus solebat. Fenestella.

Quintidecagonum, Figura est æquilatera & æquiangula, composita ex 15 angulis, & lateribus æqualibus. Euclides 4. Element. Theor. 16, In dato circulo, quintidecagonum & æquilaterum & æquiangulum describere.

Quintusdecimus dies {πεντεκαιδέκατος.} Plin. lib. 9. cap. 51.

Quintùm, Aduerbium: vt Quintùm Consul, tempus designat, & quater ante factum. Liu. 7. bel. Pun. Declarati Consules Qu. Fabius Maximus quintùm, Qu. Flauius Flaccus IIII. Idem 6. ab Vrbe, Vt M. Furius Dictator quintùm diceretur.

Quintanus, penultima prod. Adiectiuum {πεμπτιαῖος.} Plin. lib. 17. cap. 22. Semper verò quintanis semitari, hoc est vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. De limitatione vinearum loquitur.

Quintana febris, apud Galenum sæpe.

Quintana porta, & statio militum quum legiones in castra fuerãt disponitæ. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 12, Quarta post Prætorium Quintana dicitur, quippe per eam commeatus in castra conuehi, & rerum venalium copia venalis exponi: inde etiam merces ad vsum militaris multitudinis, quæque bello vsui forent importari & exportari solita. Sueton. in Nerone. cap. 26. & Liu. 5. Decad. 1.

Quintani, Quintæ cohortis, aut legionis milites. Tacit. lib. 20, Aduentu quintanorum, quintadecimanorúmque auctæ legiones.

Quintarium limitem ita nominauit Hygenus. Quintum quenque quintarium volunt, porro inter quintum & quintarium interest aliquid. quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit. hunc volúr esse quintum qui est sextus. nam & legumlatoribus, quemadmodum perlatum est, sic cauetunt vt à DM. quintus quisque spatio itineris ampliaretur. Erat sane interpretatio legis huius ambigua nisi eorum formæ sextum quêque limitem latiorem haberent, significatione qua & minores. tractemus nunc diligentius quid dixerint à DM. quintum quêque latiorem decumano. quum decumanus erat positus, positi sunt deinde quinque limites, quorum nouissimus factus est latior: his quum decumanus accessit, sex fiunt. eandem obseruationem in reliqua limitum parte esse voluerûr, quêadmodum à DM. quinque limites ducebantur, quorum esset summus latior, sic & ab eo quintario, quum spatium definitum erat, quinque adiectis limitibus, summo, latitudinem suam seruari placuit.

QVINTVS {κόντος} & Quintius cognomina antiquis magno in vsu. Vnde Quintia prata trans Tyberim, à Quinto Cincinnato.

Quintus à principio is dictus est, qui loco natus esset quito: vt Sextus, qui sexto: Septimus, qui septimo: Octauius, qui octauo: Nonius, qui nono: Decimus, qui decimo. Quod & in fœminis est seruatum, vt Claudia Quinta. Posteà tamẽ Quintus cœpit esse prænomen eius etiam quandoque qui secundo, vel tertio, atque adeò primo loco natus esset, vt in Metellis, Catulis, & aliis licet reperire.

Quintij, orum: nobilis apud Romanos familia à Quintio illo consule, qui Pietati ædem, vbi Marcelli postea theatrum fuit, consecrauit. Plin. lib. 7. cap. 36, Pietatis (inquit) exempla infinita quidem toto orbe extitere, sed Romæ vnum cui comparari cuncta non queant. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera supplicij causa carcere inclusa matre, quum impetrasset aditum, à ianitore semper excussa ne quid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Quo miraculo, matris salus donata Pietati est, ambæque perpetuis alimentis, & locus ille eidem consecratus deæ C. Quintio, M. Acilio COSS. Idem lib 33. cap. 1, ait Quintiorum familiam aurum plurimum contempsisse.

Quinus, Vide QVINQVE.

Quippe, rationis reddituæ aduerbium, nempe quo rationem eius quod præcessit, reddimus. Terent. Heaut. 2 4,

Nam

Nam expedit bonas esse vobis: nos quibuscunque est res, non sinunt: Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Cic. 1. de Fin. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriáque perfecto.

Dixisti quippe, iam fixum & statutum est. Cic. pro Mur.

Mouet me quippe lumen curiæ. Cic. pro Mil.

¶Quippe, pro Certè. Cic. pro Cecinna, Rectè igitur diceres te restituisse? quippe. quid enim facilius est quàm probari iis qui Latinè sciant? &c.

¶Quippe quum. Cic. 2. Offic. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia satis habeat authoritatis.

Quippe etenim. Lucret. lib. 2,

Quippe etenim multo procliuius exorientur Candida de pullo, &c.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus. Virg. 1. Georg.

Quippe qui, Vt qui, nempe qui, vel nempe quum. Colum. lib. 12, de cappari, Quippe quæ res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit. Plaut. Amph. 8,

An & id tu scis? AL. quippe quæ ex te audiui, vt vrbem maximam Expugnauisses. Cic. pro Rosc. Amet. Conuiuia cum parre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret.

Quippe quia. Terent. Heaut. 2. 2,

Ego verò lando. S. rectè sanè. C. quippe quia

Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

Quippe quòd. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Vbi de mea sententia quæstus est Cæsar: quippe quòd etiam Rauennæ Crassum antè vidisset. Legitur & quippe qui.

Quippe quoniam. Plin. lib. 26. cap. 10, Infanabilis non est credendus: quippe quoniam & sponte desinit, & in pluribus cura. De podagræ morbo,

Quippe vbi fas versum atque nefas: tot bella per orbem,

Tam multæ scelerum facies. Virg. 1. Georg.

Quippe vbi. Lucretius,

Quippe vbi imaginibus fumi nebulæq; mouẽtur. Græcanicum est: est enim quod Græci scriptores, ὅτι γε dicere solent, quod valet, præsertim quũ. Ait enim principia animæ tenuiora esse fumo & nebula, præsertim quũ fumi & nebulæ imaginibus soleat moueri. Turneb.

¶Quippe in principio clausulæ. Cic. pro Murena. Quippe, inquit, tu mihi summum imperium, summam authoritatem, tu gubernaculа Reip. petas foundis hominum sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus.

Quippini {πῶς γάρ} Cur non, antiquè. Plaut. Menæch. 20,

Ad me face vt efferatur. S. itán' censes? MED. quippini?

QVIR. Quirites.

QVIRIANVS, na, num: ex Quiriis Italiæ populis confictum à Catone attributum. Plinius lib. 15. cap. 14, Cato adiicit Quiriana poma, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana.

QVIRINA tribus, Vide TRIBVS.

QVIRINVS, penult. prod. {κυρῖνος} (inquit Seruius) Romulus dictus est, vel quòd hasta vtebatur, quæ Sabinorum liugua curis dicitur: hasta enim, id est curis, telum longum est, vnde & secutis, quasi semicuris. Vel quòd Græcè κύριος rex dicitur. Constat autem Græcos fuisse Romanos, vel propter generis nobilitatem. Mars enim quũ fœuit, Gradiuus dicitur: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis & tranquilli: aliud in Appia via, extra vrbem, prope portam, quasi bellatoris, vel Gradiui. Hæc Seruius enarrans illud Virg 1. Æneidos,

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus

Iura dabunt, &c. Vide Ouidium lib. 2. Fast.

Genitor vrbis Quirinus. Ouid. 15. Metam.

Victor. Virg. 3. Georg.

Armifer. Silius lib. 16.

Iliacus. Silius lib. 13.

Magnus. Ouid. 4. Fast.

Quirinus Martigena. Ouid. 1. Fast.

Trabeatus. Ouid. 14. Metam.

Collis Quirini. Ouid. 4. Fast.

Quirinalis, & hoc Quirinale, pen. prod. {κυρινάλιος.} Quirinalis collis dictus est Romæ, quòd in eo Quirini templum erat: siue quòd in eum cõmigrauerint Sabini à Curibus veniẽtes. Quirinalis porta etiam Romæ dicta, quòd eâ in collem Quirinalem iretur: vel quòd proxime eam esset Quirini sacellum.

Iugum Quirinale. Ouid. 6. Fast.

Lituus Quirinalis, Qualem Quirinus habuit. Virg. 7. Æneid.

Trabea Quirinalis, Vide TRABEA.

Quirinalia, dies quo Quirino fiebant sacra mẽse Februario. Idem stultorum feriæ appellantur (antè, quàm in eum commigrarent ferè Sabini à Curibus veniẽtes post fœdus inter Romulũ & Tatium) quòd quidam suorum fornacalium sacrorum ignari, eo potissimum die rem diuinam faciunt. Festus.

Quirinalia, Quirinaliorum {κυρινάλια.} Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15, Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius, &c.

Quirites, pen. prod. Romani dicuntur à Quirino, id est Romulo, vrbis Romæ conditore: vel à Curibus, Sabinorum vrbe. Author Seruius enarrans illud Virgilij 7. Æneidos,

-postquam in partem data Roma Sabinis,

Vnà ingẽs Amiterna cohors, priscíq; Quirites. Cic. pro Cecin. Qui enim potestiure Quiritũ liber esse is, qui in numero Quiritũ nõ est?

Bellicosi. Horat. 3 Carm. ode 3.

Mobiles. Horat. 1. Carm. ode 1.

Quirites interdum ignominiæ causa Imperator vocabat milites, nimirũ quũ ob graue aliquod delictum integram legionẽ exauthorare: vt est apud Lampridiũ in Alexãdro, qui de exhauthorata vna legione loquens, ita inquit, Quum nihilominus post illa fremerent, exclamauit, Quirites discedite, atque arma deponite. Mirando exẽplo depositis armis, depositis etiã sagulis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria varia discesserunt. Cui simile illud est Cæsaris apud Lucanum in quinto,

Iam certè mihi bella geram: discedite castris:

Tradite nostra viris ignaui signa Quirites. Quirites enim eos appellans, significabat non esse milites, sed ciues tantùm Romanos, & paganos iam esse. Olim autem quum exercitus vniuersus peccauerat capitaliter, legiones decimabantur.

¶Et quanquam hoc nomen Quirites, quidã tãtùm pluraliter declinari velint, apud poetas tamen reperimus Quiritẽ, à Quiris Quiritis, vel Quirites Quiritis, vel hic & hæc Quiritis. In genitiuo plurali Quiritium, & Quiritum per syncopam. Persius Saty. 5,

-heu steriles veri quibus vna Quiritem

Vertigo facit. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

QVIRITIA Iuno mensalis dicta est apud Romanos. De ea sic Alexãder libro Gen. dierum 1. cap. 17, Rursúsque singulas Curias (Romanus populus in tres tribus Tiliẽsem, Ramnensem, & Lucerem distributus, quinque & triginta postea superauit) in decurias, præfectos illarum Decuriones dixisse, vt in sua quisque Curia sacra faceret, suamque aram haberent: vbi Iuno Mensalis, quæ Quiritia dicta est, colebatur: feriásque obseruarent, ac ex raptarum nominibus, decuriis nomina fuisse multi asseuerant.

Quiritium, quiritij, Fossæ dicuntur, quibus Aneus Marcius circũdedit vrbem, quam secundum Ostium Tiberis posuit. ex quo etiã Ostiam. Et quia populi opera eas fossas fecerat, appellauit Quiritium. Paulus autem genitiuo plurali fossas Quiritium dixit. Festus.

Quiritiũ ius, erat ius Quiritibus, non etiã peregrinis, inter solos Quirites commune, velut Mancipatio. Vsucapio, Cessio in iure, Iusta hereditas, Emptio ex præda sub corona, Emptio in bonis, sectionéve alicuius. Varro lib. 2. de Re rustica, & Vlpian. in fragment.

Quiritо, quiritas, pen. prod. {κυριτάζω, διαμαρτύρομαι} quiritare: & Quiritor, quiritaris, quiritari, Clamare, Romanos commouere, & Quiritũ auxilium inuocare. Var. lib 5. de Ling. Latin. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidẽ clamãs implorat. Et paulo pòst, Vt Quiritare vrbanorum, sic lubilare rusticorũ. Nonius, Quiritare, est clamare: tractũ ab iis qui Quirites inuocant. Lucil. lib. 12. Satyr.

Concursus veluti aurarius, clareéque quiritans. Budæus, Quiritari, deos hominesq; implorare. Liu. 9. bel. Maced & Occulebat vim, quòd præ vlulatibus, tympanorumque & cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra & cædes exaudiri poterat. Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. 32, Quum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergũ reiectis inambularet, & illi misero quiritanti, C. R. natus sum: reſponderet, Abi nunc, fidem populi implora.

Quiritari, Exclamare. Quintil. lib. 3. cap. 8, Si modò est sanus, non quiritet, fed quàm maximé potest, ciuili & humano ingressu mereri assensum deliberantis velit.

Quiritari, Conqueri. Plin. lib. 9. cap. 17, Quæ reputatio aufert trãsl uersum animum ad contemplationem eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris, quàm equos quiritabant.

Quiritatio, Verbale. Liu. 3. bel. Maced. Fuga comitum & quiritatio facta, & tumultus tota vrbe discurrentium factus cum luminibus.

Quiritatus, huius quiritatus, pen. pro. Clamor vrbanorum, Iubilatus rusticorum, vt ostendit Valla ex authoritate Varronis.

Quiritatus infantium. Plin. epist-106. lib. 5, Audires vlulatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.

Quirritare, Vocẽ edere verris. Author Philomelæ, Quirritat verres, pardus rudit, oncat asellus.

Quis, cuius {τίς, τίνος} Interrogatiuè aut infinitè ponitur, nunquam relatiuè. Terent. And. 5 3,

Quis me vule? perij, pater est. Virg. 10. ecloga,

Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.

Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui quũ, &c. Cic. de Amic.

¶Quis, fœminino genere, pro Quæ. Plautus Aulularia,

Dic mihi si audes, quis ea est quam vis ducere vxorem?

Quo facto, id est qua re facta. Vlpian. in l. Pro hærede. §. Papinianus. D. De acquir. vel omit. hære. Qui hæreditatem repudiauit: quo facto statuliber filio nominatim pecuniam dare missus, &c.

¶Infinitè, apud Plinium Iuniorẽ, Tum mihi nescio quis in aurem insusurrauit.

Quis omnium. Sallust. in Iugurtha, At cõtrà, quis est omnium his moribus, qui non diuitiis & sumptibus, &c.

¶Quis, de duobus etiã dictum. Liu. 9. bel. Maced. non ita procul à fine, de Perseo & Demetrio Philippi filiis loquens, Et Philippus (inquit) ipse vix sui arbitrij fore quem heredem regni relinqueret credens, sibi quoque grauiorẽ esse quàm vellet, minorem filiũ censebat?

Quis, & vter. Quintil. lib. 7. cap. 5, Ex duobus vter dignior, ex pluribus quis dignissimus.

¶Quis, pro Qualis. Terent. And. 4. 2,

Quis videor? c. miser æquè atque ego. Cic. ad Curionẽ, lib. 2, Cui scribam video. Hoc est, Video qualis sit is ad quem scribo. In hoc loco datiuus. CVI, non à QVIS declinatur.

Quis ego sum, aut quæ in me est facultas? Cic. de Amic.

¶Quis, pro Quibus, in datiuo vel ablatiuo. Horat. 1. Serm. satyr. 1, Quis humana sibi doluit natura negatis. Plin. lib. 22. cap. 1, Millo præterea sunt vsus earũ, sine quis vita degi non possit. De arboribus.

Quiscum, pro Cum quibus. Plaut. Capt. 19,

Aut anates, aut coturnices dantur, quiscum lusitent.

Equis, pro Ex quibus. Colum. lib. 1. cap. 1, Athenæ verò scriptorum frequentiam pepererunt, è quis probatissimi authores Chereas, Aristandros, &c.

In quis, pro In quibus. Gell. lib. 3 cap. 11, Alij Homerum quàm Hesiodum natu maiorem fuisse scripserunt, in quis Philochorus & Xenophanes: alij minorem, in quos L. Accius poeta.

¶Quem ad finem sese effrænata iactabit audacia? Cic. 1. in Catil. Id est quousque.

Quis quisquam. Plaut. Aulul. 17,

Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui dij sint propitij?

Quisnam {τίς δήποτε} Interrogatiuum est. Terent. And. 5, 6,

Quisnam homo est? P. ego sum. D. ô Pamphile. Cic. 6. Ver. Quisnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui: quis monumenta atque indicia virtutis, si tu ea relinquis ac deseris?

Quisnam igitur liber? Horat. 2. Serm. satyr. 7.

Infinitum aliquando. Plin. lib. 11. cap. 37. Delphini quonam modo audiant, mirum. Gellius lib. 9. cap. 2, Tum Herodes interrogat quisnam esset.

Quispiam, cuispiam {τίς τις} Aliquis. Cic. 1. Offic. Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum. Idem 3. de Nat. deor. Nec si vredo aut grando quidpiam nocuit, id Ioui animadvertendum fuit.

Absoluere quempiam alteri, Vide ABSOLVO.

Abrogare quempiam, Vide ABROGO.

¶Quispiam, pro Quidam. Gellius lib. 2. cap. 21, Tum quispiam ex iis qui eodem in numero Græcas res eruditi erant.

Quisputas, penult. corr. Idem significat quod Quisnam.

Quisquam, cuiusquam, Aliquem, siue vnumquemlibet significat. Negatiuè, interrogatiuè, & subiunctiuè ponitur.

Negatiuè. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1, Nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palàm sic egit causam tuam, vt neque eloquētia maiore quisquam, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit. Id est, vt nemo agere potuerit maiore eloquentia, nec grauitate.

Non ferè quisquam, Vide NON.

¶Interrogat ferè semper, & cum indignatione. Cic. Ver. 3, Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat? Idem pro Lege Manilia, Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus sit, qui tantum authoritate profecerit? Virgil. 1. Æneidos,

-& quisquam numen Iunonis adorat?

¶Subiunctiuè. Terent. in Prolog. Eunuchi,

Si quisquam est qui placere se studeat bonis
Quàm plurimis. Cic. Attico, Quòd si non modò tu, sed quisquam alius fuisset.

¶Quisquam, pro Quiuis. Cic. ad Terent. lib 14, Nisi vos fortiores cognossem, quàm quenquam virum. Pro quenuis virum.

¶Quisquam, pro collectiuo positum. Plautus,

Neque nostrum quisquam sensimus quum peperit.

¶Quisquam, fœmininè. Terent. Eun. 2. 3,

Quandoquidem illarū neque quisquā te nouit, neque scit quis sies.

¶Quisquam gentium. Terent. Hecy. 3. 1,

-an quisquam gentium est æquè miser? Ex emendato exemplari legendum, An quisquam vsquam gentium.

Quisquam vnus. Liu. 2. ab Vrbe, Nec quisquam vnus malis artibus postea tam popularis esset, quàm tum bene imperando, vniuersus Senatus fuit. Ibidem, Quia nondum in quenquam vnum fœnebatur.

Quisquam omnium. Cic. 4. Verr. An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is vænalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?

Quisque, cuiusque {τίς τις} Vniuersale pronomen. Vnico verbo conceptum est. Virg. 6. Æneidos,

Quisque suos patiemur manes. Cic. 2. de Nat. deor. Cæteræ naturæ suis seminibus quæque gignuntur. Idem in Sallustium, Elogium Appij Claudij & L. Pisonis integerrimorum virorum, quo vsus est quisque eorum, pro lege, &c.

Quisque homo. Plaut. Merc. 2. 4.

Cuique, cuique. Cic 3. Philipp. Diuina verò opportunitas vt quę cuique apta esset, ea cuique obueniret. De prouinciis.

Quid quenque cuique præstare oporteret. Cic 3. Offic.

Ego quid ad te tuorum quisque necessariorū scribat, nescio. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

¶Quisque, superlatiuis, vel his quæ horum similem habent naturam iungitur: qualia sunt ex numeralibus nomina ordinalia, cū suo interrogatiuo vel infinito Quotus: vel positiuis his, quæ superlatiua publico vsu non recipiunt: vel duobus pronominibus sui & suus: vel obliquis relatiui substantiæ ferè iunctum inuenias. Hæc ex Valla.

Superlatiuis, vt Doctissimus quisque. Aliquādo in diuerso casu à superlatiuo, vt Maximo quisque animo. Cic. 1. Acad. Cerrè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè. Idem 1. Tuscul. Sed nescio quo modo doctissimus quisque contemnit.

Ordinalibus. Plaut. Pseud. 1. 5,

Nam in foro vix decumus quisque est qui ipsus sese nouerit. Idem Merc. 3, Neque nisi quinto quoque anno posse tum visere vrbem.

Cū QVOTVS. Quotus quisque, id est Nullus vel rarè. Cic. 2. Tusc. Quotus enim quisque philosophorū inuenitur qui ita sit moratus? Idem 2. de Diuin. Quota enim quæque res euenit prædicta ab istis?

Superlatiuis carentibus, Strenuus quisque, Singularis quisque, Principalis quisque.

Cum SVI & SVVS. Terent. in Prolog. Adelphorum,

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsus est, sine superbia. Cic. 5. de Fin. Sua cuiusque animantis natura est. Et paulò pòst, Et sua cuique propria, & ad id apta, quod cuiusque natura desyderat.

Pictores & poetæ suum quisque opus à vulgo consyderari vult. Cic. 1. Offic.

Ex quo quia suum cuiusque sit, eorum quæ natura fuerunt communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Cic. 1. Offic.

Obliqui relatiui substātię. Quintil. Cui quodq; loco sit aptissimū. Rarò absoluris aliis, vel cōparatiuis. Suet. in Othone, cap. 2, Ferebatur & vagari noctibus solitus, atque inualidum quenq; obuiorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Quintil. lib. 2. ca. 3, Erit etiā eo obscurior, quo quisq; deterior.

¶Pro se quisque. Cic. 3. Verr. Pro se quisque, vt in quoque erat au

thoritatis plurimū, ad populum loquebatur. Idem 1. de Lege agrar. Huic pro se quisque nostrum mederi atque hoc omnes sanare velle debemus.

¶Quòque ablatiuus, priore loco. Cic. 4 Ver. Quinto quòque anno Sicilia tota cēsetur. Idē pro Rabirio Posthumo, Modò vobis inspectantibus in iudicio Gabinij terrio quòque verbo excitabantur.

Quid quòque loco quadret. Quintil. lib 9. cap. 4.

¶Quæque, pro Vnaquæque. Cic. de Senect. Earum, si placet, causarum quantū quęque valeat, quantōque iusta sit, vnaquæq; videamus.

¶Quisque, de duobus. Caius in l. Si seruꝰ. §. Si inter. D. De verbor. obligat. Quia possit contingere, vt tam stipulator, quàm promissor, ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit.

¶Quisque cum comparatiuo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Sed quo quisque pedes sunt temporibus pleniores, longisque syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem.

Quisquiliæ, quisquiliarum, pluraliter tantum {σύνολα ἐπίκτητα} Purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis surculorū, foliorūmque & florum cadit, velut quic quid cadit, inquit Festus. Ob id Cæcilius quisquilias volantes dicit.

Quisquilias, homines nihili vocat Cic. ad Atticum lib. 1. Idem pro Sextio, Omitto iam Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias sedytionis Clodianæ.

Quisquilium, quisquilij {πάσσων συνεχῶν} vocant exiguum fruticem inceis producentem coccum: quod granum est ad tingendas vestes gratissimum. Plin. lib. 16. cap. 8, Omnes tamen has eius dotes ilex solo prouocat cocco Granum hoc, primoque ceu scapus fruticis parui aquifoliæ ilicis: quisquilium vocant, pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Vetus codex legit cusculium.

Hinc natū esse putatur, vt vestis coccina, literis per imperitiā interceptis *squallata* vulgò hodie dicatur, pro quisquiliata vel cuiculata.

Quisquis, cuiuscuius {ἕκαστος} significat Quicunque. Duo verba petit, quia per relatiuum declaratur. Plaut. Pseud. 2. 2. 9,

Quisquis es adolescens, operam fac compendi quærere. Liu. 5. Decad. lib. 1, Nam &, ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus in eam conditionē vt manumitterētur, mancipio dabāt, &c.

Quisquis est ille, si modò est aliquis. Cic. de Clar. Orat.

Quisquis, pro Quisque. Cic. 1. Offic. Colendum autē esse ita quenque maximè, vt quisquis his virtutibus erit ornat⁹. Ex vetusto codice legitur, Vt quisque maximè virtutib. his leuioribus erit ornatus.

¶Quisquis, generi etiā fœminino attribui posse veterum authoritas voluit. Liuius, Mulier quisquis es, ce volumus. Cæcilius,

Quæso igitur quisquis es mea mulier. Pacuuius,

Quisquis tu es mulier, quę me insueto nūcupasti nomine. Ex Nonio.

Quis, quæuis, quoduis vel quiduis, cuiusuis {ὁποιοσοῦν} Vnus è multis, sed indifferenter hic vel ille. Terent. Adelph. 2. 3,

Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.
Hoc est, ab hoc, siue ab illo, indifferēter. Cic. pro Quintio, Verumque quiuis intelligere potuisset.

Non quiuis vnus è populo. Cic. de Clar. Orat.

De quauis vna re. Lucret. lib. 1.

Quo suis anni temporibus matura est & tempestiua, pro Quibusuis. Cato cap. 17. Legitur & quiduis.

Quiduis potius quàm. Cic. pro Cluentio, Vis illa fuit, & vt sæpe iam dixi, ruina quædam atque tempestas, & quiduis potius quàm iudicium, aut disceptatio, aut quæstio.

Quiduis perpeti malle, quàm. Cic 5. Verr. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.

Quoduis. Cic. de Opt. gen. Orat. Poematum suum quoduis est diuersum à cæteris.

Vt lutulentus sus cum quouis volutari. Cic. in Sallustium.

Cuiuis tempori homo. Cic. lib. 2. de Orat. Per mihi scitū videtur, C. Publiciū solitum dicere, P. Mummium cuiuis tempori hominem esse. Sēsus est, P. Mummius lepidus & facetus quū esset, homo cuiuis tempori à Publicio dictus est, quòd in otio, in negotio, in rebus lætis, in asperis, iucundus hominibus esset, & cuicunque tempori aptus. Simile quiddā de Asinio Pollione refert Quintil. lib. 6. cap 4. ad finem, hunc in modum: vt de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est, esse cum omnium horarum.

Q V O

Quò {πῆ} Aduerbium interrogandi ad locum. Virg 1. Æneid. Quóve tenetis iter? Cic. ad Torquatū, lib. 6. 2, Tu velim scribas ad me quid agas, & vbi futurus sis, vt aut quò scribā, aut quò veniā, scire possim.

Quò abis? Donatus, Quo abis? sic Virgil. 10. Æneidos,

Quò fugis Æneas? Ibidem,

Quò fugitis socij? Sic enim loquitur, qui vult ostendere conditionem locorum, in qua peruersō modo alius petatur, alius linquatur. Terent. Heeyr. 3. 5,

-quò abis? mane, Mane inquam: quò abis?

Quóne, pro Quo. Horatius,

Quóne malo mentem concussa? &c. Vbi Turnebus, Obseruandum, inquit, arbitror esse, Flaccum in percontatione particulis sua sponte interrogantibus quis & quantus, addere ex superuacuo etiam interrogatricem particulam, ne. vt Quantāne, id est quanta? &c.

Quò te agis? Donatus, Admonitio discedentis. nam à quo discede re desyderamus, admonemus eum quā vadat, aut quò eat. Terent. And. 4. 2,

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis.

P. Ego hanc visam. D. quid tu? quò hinc te agis?

Quò non? Terent. Adelph 4 6,

Perreptani vsque omne oppidum ad portam, ad lacum:
Quò non? Id est, Non est locus vllus quem non adiectim.

Quò, pro Vnde. Terent. Adelph. 2. 1,

Illuc quæso redi quò cœpisti Æschine. Vbi Donatus, Figuratè: rectum enim erat, vnde cœpisti. Nisi fortè, QVO pronomen est modò accipiendum, vt sit A quo.

Quò gen-

Quò gentium fugiam? Plaut. Rud. 1. 9.

Quo, coniunctio, varia significat.

Quo, quare, inquit Donatus. Terent. And. 2. 5,

-forma bona Memini videre: quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit.

Quo vt. Cic. 2. de Orat. Quo etiam feci liberius, vt eum sermonē quem illi quondā inter se de his rebus habuissent, mandarem literis.

Quo bonum est? pro Quam ad rem vtile est? Frequens locutio apud Iureconsul. Gaius in l. aliquando. 13. in fine. ad Velleia. in Pand. Quo bonum est expectare conditionem vel diem, cum, &c. Vlpian. l. 11. §. si quis ex liberis. de bon. possess. contra tab. in P. Quo bonum est ei contra tabulas dari? Idem in l. si post mortem 10. §. liberi. eod. Quo bonum est eis fauere? Scæuola in l. si duo. 93. de solution. Quo bonū est hoc dicere? Similis est nostra loquendi formula eique planè respondet *A quoy sert-il?*

¶Quo, Quod, quoniam, ex quo, aut quare. Terent. Eunuch. 1. 2, Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam
Eo feci. Cic. 6. Verr. Nam rex id celatum voluerat, non quo quicquam metueret aut suspicaretur, sed vt ne multi, &c.

Non quo libenter malè audiam, &c. sed quia, &c. Cic. 2. de Orat.

Quo minus mirum est, si audientium intentio languescat. Plin. epist. 19. lib. 2. Cic. pro Quintio, Nam quo minus ingenio possūm subsidio mihi diligentiam comparaui.

Interpellēt me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellēt quo minus Respub. à me cōmodè administrari possit. Cic. Bruto si. 11. 10.

Quo minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. Cic. Figulo. lib. 4. 13.

Quo minus, interrogatiuum. Cic. 1. de Fin Neque enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus tam mus à se ipse dissidens, secumque discordans, gustare partem vllam liquidæ voluptatis & liberæ potest?

Quo magis, pro Quo minus. Imperator lu l. iij C. de iudic. Nihil prohibet quo magis apud eum quoque disceptatio terminetur. Idē in l. j. C. qui dare tutor. Non ideo oportuit impedire, quo magis liberali causa ordinata curator tibi daretur. id est, quo minus.

Quo, pro Vt. Plin. iunior, Neque enim id feci, quo tibi molestus essem. Terent. Heaut. 3. 2.

¶Quóne, pro Vtnon. Cic. Mario lib. 7. epist. 2, Sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud vænire quamplurimo. Sed eo vidisti multum, quòd præfiniti, quóne pluris emerem.

Eo, quo. Cic. pro Quintio, Non eo dico C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides & constantia, aut quo, &c.

Quo, eo. Cic. pro Quintio, Quæ quo plura sunt, C. Aquili, eo te & hos qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit. Quint. lib. 3. ca 7.

Quo, hoc. Quintil. lib. 2. cap. 2, Nam quo sæpius monuerit, hoc rārius castigabit. De officiis præceptoris.

Quo plus prodest, hoc præstantior. Cic. 4. Acad. Quo plus in negotiis gerendis res quàm verba prosunt, hoc erat memoria illa præstantior.

Quo maximè, ita maximé. Cic. 4. Verr. Quo vsque te maximé cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè hānus tua putabatur.

Quò, Ad quid, in quem vsum. Horat. 1. epist. 5,

Quò mihi fortuna, si non conceditur vti?

Quò tibi tantum opus fuerit, id quæro. Cic. 4. Ver.

Martis verò signum quo mihi pacis author? Cic. Gallo lib. 7. 24.

Quā autem & quò, nihil scimus. Cic. Attic. lib 8.

Quaod, {ἥκει ἕως} Id est, quādiu, vt ait Donatus. Terent. Phor. 1. 2. Senem quoad expectatis vestrum? Cic. de Amic. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta virili togā, vt quoad possem, & liceret, à senis latere nunquam discederem.

¶ Quoad, Quoad vsque. Cæsar 5. bel. Galli. Neque finem insequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, præcipites hostes egerunt.

Videte nunc quoad fecerit iter apertiùs quàm anteā. Cic. 1. de leg. Agraria.

Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse. Cic. Attic. lib. 7.

Quoad vixit. Suet. de Claris Gram. 20.

Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Cic. Bruto lib. 13. 15.

Eatenus quoad. Vlpian. in l. j. D. de peric. & com. rei vend. Quod non designauit tempus, eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur vinum.

¶Nihil differt ita loqui, Quoad vitam, & Quoad moriar: hæc enim quanuis contraria esse videantur, idem tamen significant: quoniam duo tempora, quum inter se opposita sunt, atque ita cohærentia vt alterius finis cum alterius initio misceatur; non refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur. Sipontinus. Vide Gell. lib. 8. cap. 21.

¶Quoad, Quantitatem rerum aliquādo denotat. Cic. de leg. Agr.

Audite vos quàm amplissimo populi, Senatúsque iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quoad quemque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario, Id est quantum.

¶Quoad, pro Quantum, ferè cum verbo Possum.

Quoad potuit restitit. Cic. de Senect.

Quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. Cic. pro Archia.

¶Quoad, pro Quantum ad. Caius in l. iij. D. de acquir. rer. domin. Nec interest (quoad feras bestias & volucres) vtrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno, Id est, quantum ad feras bestias.

Quoad, pro Interim dum. Quint. lib. 10. cap 3, Nisi fortè membranarum vsum vsus infirmior exiget: quæ vt iouant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, & mentis impetum frangunt.

Quoad manus officij exequi & tueri possis. Cic. de Senect.

Quoad per me licitum est, pro Quantum vel quandiu permisi & licuit. Cic 5. Verr. Denique domi tuæ piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt.

Quoad potest. Cic 7. Verr. Tulit hæc ciuitas quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in iudiciis, & in omni Repub. tulit.

Quoad eius fieri potest, hic Eius parelcon est. Autor ad Herenn. lib. 1. Cic. ad Attic lib. 11, Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me. Cato cap. 32.

Quoad eius potest. Liu. 9. bel. Maced.

¶Quoad vsque. Actius,

Nihil te impēdio, quoad vsque rem peragas. Sueton. in Iulio cap. 74.

Quoadusque, eousque. Vlp. in l. 3. Iuliauus. D. de itiner. actu. que priuato. Iulianus ait, quoadusque ingressus est, eousque ei competere interdictum.

¶Quoad seiunxit. Gell. lib. 1. cap. 15, Vlyssem Hometus virum sapienti facundia prædituin, vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore, quo scilicet non ad sonum magis, habitūmque vocis, quam ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret.

Quocirca, {πανθάνει} Coniunctio rationalis, Id est quāobrem. Itaque. Cic. de Senect. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conse qui posset: quocirca nihil esse tam detestabile, tām que pestiferum, quàm voluptatem.

Quocirca bene apud maiores nostros Senatus decreuit, &c. Cic. 1. de Diuinatione.

Quocum, {μεθ' οὗ} ablatiuus à quicū. Cic. 1. de Leg. Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim non audeo dicere, quocū vixi.

Quocunque {ὅπου ποτέ} ablat. à Quicunque. Plin. lib. 27. cap. 12. Quocunque hæc modo se habeant, vis earum est spissare, ac refrigerare.

Sed quocunque tempore mihi potestas tui prætentis fuerit. Cic. Lent. lib. 9.

Quocunque, Aduerb. {ποσαχῇδες} Plin. lib. 15. ca. 27, Numerosis nominibus & nouis quocūque inuedit insignis. Vetus exemplar legit Quacunque.

Eleganter imterponitur dicto, inter quo & cunque, per eam figuram quæ Tmesis dicitur. Cic. 2. Tusc. Vt enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cunque ducet, sequar.

Quod, cuius, adiect. {τὸ πρῶτον} vt, Quod pomum? Interrogatiuum, & relatiuum est. Plautus,

Quod facinus ausi tantum? Idem,

Nec mihi, quod facinus confeitem, inueni.

¶ Quod aliquando appellatiui vicem obtinet, id est, rem multis communem significat. Cic. Attico, Ego ad P. Lupū & C. Coponium Prætores misi, vt se vobis cōiungerent, & militum quod haberent, ad vos deducerent.

Quod biremium. Tacit. lib. 21, Complet & quod biremium, quæque simplici ordine agebantur.

Quod castrorum. Tacit. lib. 1, Et quod proximè castrorum syncerum erat.

Quod floris, quod roboris in iuuentute erat, amiserant. Liu. lib. 7. bel Maced.

Quod militum. Tacit. lib. 18, Et à Flauio Sabino præfecto vrbis quod erat in vrbe militum sacramento Vitellij adactum.

Quod, Prouocabulum, etsi vt plurimum referri solet ad ea quæ antecedunt, interdum tamen ad ea refertur, quæ sequuntur. Cic ad Attic. lib. 2, Pompeius nostri amores, quod mihi summo dolori est; ipse se afflixit. Quorum verborum hic ordo est, Pompeius nostri amores, ipse se afflixit, quod mihi summo dolori est. Sic alibi sæpe. Lambinus.

¶Quod relatiuum, aliquando dissentit à suo antecedente. Cicero Omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant. Sallust. in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

¶Quod, Absolutum, pro Quæ res. Terent. Eunuch 3. 1,

Par pari referto, quod eam mordeat.

¶Quod, propter quod, vel itaque. Terent. Hecy. 2. 3,

Nam (ita me ament di) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiā.

Vbi Donatus. Deest In eo, vt sit, In eo quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam: An Quod, propter quod? Hactenus Donatus. Viderur hoc loco Quod coniunctio esse, pro Quantum pertiner ad. Idem Andr. 1. 5,

Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.

Quod, Propter quod, aliter. Plaut Epid.

Animum aduorte: vt quod ego ad te venio, intelligas. Id est, vt intelligas propter quod ad te venio.

Quod te obsecro, id est propter quod te obsecio. Horat. 1. epist. 17,

Quod te per genium, dextramque, deósque penates,
Obsecro & obtestor, vitæ me redde priori. Lambinus.

¶Quod, pro Quare. vt Quod te oro. qui modus est Latini sermonis quo vtebantur quum aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obsecrabant: & perinde est quasi, Quare te oro: Terent. Hecy. 3 2,

Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat.
Quod te Æsculapi, & te Salus, nequid huius sit, oro.

¶Quod, pro Quæ plurali, inquit Donatus. Terent. Eun. 1. 1,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egone illam, quæ illum, quæ me?

¶Quod attinet ad Terent. Adelph 3. 1,

Quando vitiū oblatū est virgini, quod ad illum attinet potissimum: Cic. pro Rosc. Am. Qui omnes (quod ad me attinet) vellē viuerent.

¶Quod, Aliquando tantum accipitur pro quadam continuatione, siue connexione, quoties Vtinam adiunctum habet. Cic. Terent. li. 14. 4, Quū autem scribo ad vos aut vestra lego, cōficior lachrymis

sic vt ferre non possim: quod vtinam minus vitæ cupidi fuissemus, certè nihil, aut non multũ in vita mali fuissemus. Terent. Phor. 1.3,
Quasi atque vtinam, vel vtinam autem fuissem.

¶Quod, in quo. Terent. And. 4.4,
-sed siquid sit
Quod mea opera opus sit vobis aut tu plus vides, quàm ego, Manebo.

¶Quod, pro Qui, authore Donato. Terent. Eunuch. 2.1,
Ego quoque vnà perco, quod mihi est charius, Id est, qui mihi charior sum. Et apud Plaut. Asin. 13,
Alienum hominem intromittat nemínem,
Quod illa autem amicum aut patronum nominet. Plin. lib. 18 ca. 1. de tempestatum præsagijs, Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit.

¶Quod absque molestia fiat. Quod commodè facere possis, Pace quod fiat tua, &c. Modi sunt loquendi, honoris præfationcula quandam & humanitatis signum denotantes. Cic. Sulpitio li. 13. 24, Atque eum, quod absque molestia fiat, siqua in re opus ei fuerit, nuncias. Idem Terentiæ lib. 4. 5, Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quàm longissimè poteris, obuiam nobis properes. Et: Attic. lib 14. 3 & 4, Et ipse, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere.

Quod bene vertat, Modus bene precandi. Liu. 1. ab vrbe. Tum interrex, concione aduocata, Quod bonum, faustum, fœlíxque sit, inquit, Quirites, regem create.

Quod inter nos liceat dicere. Cic. ad Attic. lib. 2, Serapionis librũ ad me misisti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo. Vulgus dicit *Quod ego nolim alij dicere vel dixi.*

¶Non nouisti me? P. quod quidem veniat in mentem. Hoc est, quod meminerim. Plaut. Bipid. 3. Plin. lib. 12 ca. 14, Nec tamen ab vllo (quod equidem sciam) Latino arborem earum tradita est facies.

¶Quod satis est, pro Quantum satis est. Horat. 2 Serm. saty. 7,
-amicum Mancipium domino, & frugi, quod sit satis. Id est, tantum frugi, quantum sufficiat.

¶Sum quod ille, Id est, talis sum, qualis ille: sum illi similis. Horat. 2. Serm. saty. 7,
Tu cum sis quod ego, & fortassis nequior, vltro.
Insectere? Sensus est, Quum sis id quod ego sum, id est, similiter vitiosus, vt ego: tu me vltro insectéris?

¶Quod, pro Quicquid. Cic. pro Domo sua, Ornamẽtorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, &c. sanè frugaliter domum suam deportauit. Budæus.

¶Quod nunquam ferè. Cic. pro Mil. Nullis Græcis comitibus, vt solebat: sine vxore, quod nunquam ferè.

¶Quod ad quos. Cic. ad Attic. lib. 11, Siquid erit quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, vt soles facias.

¶Quod quũ ita est, ex edicto bona possessa non sunt. Cic. pro Qu.

¶Quod supereſt, Modus est loquendi: quod etiam dicitur. Quod reliquum est, quod restat, Hoc est, cæterum. Virg. 11. Æneidos, Maxima res effecta viri, timor omnis abesto:
Quod supereſt, hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ. Seruius. Id est, de reliquo: & est absoluta locutio. Cic. ad Attic. lib 9, Quod supereſt, scribe quæso quàm accuratissimé.

¶Quod contrà, pro Econtrario verò. Cic. de Amic. Peccasse enim se non anguntur, obiurgari moleſtè ferunt: quod contrà oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. Budæus.

¶Quod genus, pro Quemadmodum, quale est, vel cuius generis est Loquendi genus similitudinem denotans. Lucret. lib. 3,
Quod genus est, Bacchi cum flos euanuit, &c. Ostendit enim à simili animum miuutis admodum primordiis constare, quia quemadmodum cùm odor vini aut vnguenti euanuit, vinum aut vnguẽtum nihilominus est ad speciem atque ad aspectum: ita postquã animus excessit è corpore, ipsa extrema corporis cęsura nulla ex parte videtur deminuta. Lambinus.

¶Quod idem, pro Id quod. Cic. de Aruſp. resp. Quod idem in iudicio capitis durum atque iniquũ est. Idem 3. Phil. p. Quod idẽ fecit L. Philippus, vir auo, patre, maioribúsque suis dign. Illius. Budæus.

Quod idem, pro Quod ipsum, quod etiã, id quod. Cic. pro Domo. Quotiescunque de me cõsultus est, totiens eam nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule vidisti in ea lege, quam de me tulisti. Et 2. de Nat. deor. Quod idem faciunt stellæ superiores. Budæus.

¶Quod ipsum. Cic. in Orat. Nam & grandiloqui fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, varij, ad permouendos, & conuertendos animos instructi & paratiquod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione: alij leni, & instructa sunt consecuti.

¶Quod vnum. Cic. ad Attic. lib. 14, Nunc autem videmur habituri ducem: quod vnum municipia, bonique desyderant.

¶Quod, pro καθότι, vel καθόσον, siue quatenus, aliquando, quantum. Terent. Phorm. 1.2, -omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia, Ego, quod consuetudo obtinuerit, scribendum quicque iudico, quo modo sonat. Pro Quoad, vel Quatenus. Alij legunt Nisi quod.

¶Quod, Cur, quamobrem. Virg. 3 ecloga,
Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Cic. ad Terent. lib. 14. 12, In viam quod te des hoc tempore, nihil est. Idem pro Rosc. Amer. Credo ego vos mirari, quid sit quòd quum is, &c. ego potissimum surrexerim.

¶Quod, pro Vt, inquit Donatus. Terent. Phorm. 5. 9,
Vín primùm hodie facere quod ego gaudeam Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? Cic. 10. Philip. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod vnus aliquis tuam sententiam secutus sit? Verus tamen codex legit Vt vnus.

Quòd Coniunctio {ὅτι} Quia significat, & indicatiuo aliquando, frequentius tamen subiunctiuo iungitur. Indicatiuo. Cic. Attic. lib. 1. 1, Quòd ad me scribis de Hermathena, per mihi gratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ: quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasij. Idem, Vtinam illũ diem videam, quum tibi agũ gratias, quòd me viuere coegisti. Subiunctiuo. Cic. Attic. Et accessam, sed prohibebo, quòd intelligã multo magis inesse tua, te agere quod agendum esset hoc tempore, quàm mea, te adesse comitius.

¶Quòd, Sed, verùm, at: quo modo ferè cum si vel Nisi iungitur. Terent. Phorm. 1.3,
Quòd ni fuissem incogitans. Virg. 1. Georgicon,
Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris. Cicero pro Murena, Quòd si è portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent. Hoc est, si verò,

Quòd quum, pro Sed quum. Cic. 3. de Fin. Quod quum accidisset vt alterum nec opinato videremus, surrexit statim. Budæus.

Quòd quia, pro Sed quia, verùm quando. Cic. 1. de Fin. Quòd quia nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus. Budæus.

Quòd quoniam In Præfat. 2 Rhetoric. Quòd quoniam nobis vocantes accidit vt artem dicendi præscriberemus. Vbi principium est sententiæ, pro Quando verò nobis, vel, Quum verò nobis. Budæus.

Quod, pro ὅπου vt, Scio quòd scribis, vel scribas. Plin. epist. 5. lib. 3, Quòd lectitas, mihi peigratum est.

¶Quòd, aliquando præcedentis verbi significationem determinat. Plin. ad Seruianum li. 6. epist. 26, Gaudeo & gratulor, quòd Fusco Salinatori filium tuam destinasti. Vlp. in l. 3. § denuntiare D. de agnoscendis vel alendis liberis sufficit mulieri, notũ facere, quòd sit prægnans. Mariti est iam aut mittere custodes, aut eidem renuntiare quòd non sit ex eo prægnans. Paulo pòst, Illud notandum est, quòd denuntiatio à marito non incipit, sed à muliere. Ibidem 5. vlt. Quæ causa si fuerit acta apud iudicem, & pronuntiauerit quòd ex eo prægnans fuerit: in ea causa est, vt agnoscí debeat quasi suus.

¶Quòd, pro Quantum ad illud. Terent. Eun. 4.7,
Sanè quòd tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. Idem Adelph. 5. 9,
Vt id ostenderem, quòd te isti facilem & festiuum putant, id non fieri ex vera vita. Cic. Famil. lib. 3 epist. 5. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurúsne me sis in prouincia: ea res sic habet: Brundusij quum loquerer cum liberto tuo Phania, &c ibidem sub finem, Quòd te à Scæuola petiisse dicis, vt dum tu abesses, ante aduentum tuum eum prouinciæ præesse: cum ego Ephesi vixi, fuitque mecum familiariter triduum illud, &c.

Quodammodo, penul. corr. {πως που τις} Aduerbium id significans quod barbarè dicitur Aliqualiter, & aliàs Latinè Aliquo pacto. Cic. de Amic. Quippe quum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Idem ad Sulpitium lib. 13. 27, Literas ad te à M. Lepido Consule, non quæ te aliquid iuberent, sed quodammodo quasi commendaritias sumpsimus.

Quasi quodammodo. Cic. 1. de Orat.

Quodcunque, cuiuscunque {ὁτουοῦν} à quicunque. Virg. 2. Æneidos, Cuncta equidem tibi nox, fuerit quodcunque, fatebor. Cic. 3. de Legib. Quodcunque Senatus decreuerit, agunto.

Quodcunque, Aliquando nomen appellatiuum est: vt, Quodcunque militum, pro quicunque milites. Cic. Attico lib. 8. Vos horror, vt quodcunque militum cõtrahere poteritis, contrahatis. Idem Rufo lib. 5 19, Quodcunque cepissem consilij. Colum. lib. 1. c. 5, Quodcunque rubiginis aut spurcitiæ resedit, siccare.

Quodpiam, ἔτι } à Quispiam. vt, Quodpiam oppidum, pro quoddam, apud Cic. in Verr.

Aliquod quodpiam membrum. Cic. 3. Tusc.

Quoi, pro Cui Cic. de Leg. Quoi auro dentes vincti essent.

Quoius, pro Cuius. Cic. de Leg. Ad finem bonorum quo referuntur, & quorus adipiscendi causa sunt faciendo omnia.

Quominus, pen. corr. {ὡς μὴ, μὴ οὐ, μὴ ὅτι} Id est, vt non. Terentius Andr. 4 2,
Si poteris fieri vt ne pater per me ſtetisse credat,
Quominus hæ fierent nuptiæ, volo. Cicero primo de Oratore,
Nuilis vt terminis circunscribat ius suum, quominus liceat vagari quò velit.
Nihil desyderamus quominus Epitũ ipsam possidere videamur. Cic. Attic. lib. 2. 19.
Illud non perficies quominus tua causa velim. Cic. Lent. lib. 1. 7.
Abstinere quominus, Vide ABSTINEO.
Aduersari quominus, Vide ADVERSOR.

Quomodo, penult. correp. {πῶς, πῶτε, ὅπως, πότε πόθεν} Aduerbium: id est, Qua ratione. quidam volunt esse ablatiui casus & separatim legendum.
Interrogatiuè aliquando ponitur. Plaut. Aulul. 4.8,
Quomodo tibi se res habet? Cic. 5. Verr. Etiámne si plus edidisset, quàm quãtum natum esset? etiam. Quomodo? Magistratus ex ipsius edicto exigere debebant.
Quomodo, Quare. Plaut. Stich 4,
Illa quidem nullum sacrificabit. G. quomodo?
Quid igitur me voit?
Admiratiuè aliquãdo. Cic. de Amic. Quomodo (vt alia omittam) mortem filij tulit?
Infinitè vt plurimùm. Terent. Heaut. 5 3,
Idque adeò miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir. Cato cap. 2, Vbi cognouit, quomodo fundus cultus sit.
Locutus sum cum Cincio quomodo se res habet. Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. 6.
Si Respubl. tibi narrare posset quomodo sese haberet, non facilius, &c. Cic. Appio lib. 3 3.
Ita me fecistis Consulem, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt. Cic. 3. de leg. Agrar.

Vt enim

Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Cic. 2. de Orat.

¶Quomodo, pro Quoquomodo. Cic. 2. de Orat. Verùm hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos Cotta noster & Sulpiti, quomodo nunc se istorũ artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita.
Quomodo potuissem, te conuenissem, si, &c. Cicer. Rufo, lib. 5. 16.
¶Quomodo, pro Vt. Cic. Attic. lib. 13. epist. 1, Ariarathes Ariobarzanis filius Romam venit. vult opinor regnum aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet. Ad Quint. frat. lib. 2. epist. 2, Quomodo res se habet, non est facillima. Idem Attic. lib. 11. epist. 22, Pharnaces autem, quomodo agit, afferet moram. Hoc autem dicit, quia Pharnaces Pũto, quem occupauerat, non discedebat: vt ea res Cæsari in Italiam proficiscenti, moram allatura videretur.

Quomodocunque {ὁποσοῦν} pro Quoquo pacto. Cic. ad Terentiã, lib. 14. 14, Quomodocũque nunc res se habet, modò vt hęc nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet quomodo quidem. Idem lib. 5. de Finib. Quomodocunque dicitur, intelligi tamen quicquid dicatur potest.

Quomodonam {πῶς} Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16, Quomodonam mi frater de nostris versibus Cæsar?

Quonam {πόσε} Aduerb. ad locum. Plaut. Trinum. 14,
-eamus intrò, sequere. s. quò tu te agis? c. quonam, nisi
Domum? Cic. Att. lib. 8, Eum si nunc sequor, quonam?

Quonam {πόσε πῆ} ablatiuus à Quinam: iungitur ablatiuo MODO, estque tanquam vna dictio vice aduerbij posita. Cic. 2. de Finib. Quonã inquit, modo? Quia, &c.
Infinitè. Cic. 4. de Finib. Admirantes quæramus ab vtroque quonam modo vitam agere possimus.

Quondam {πάλαι, πάποτε} Aduerbium temporis, Præteritum tempus aliquando notat, pro Olim vel Aliquando. Cic. Fuit ista quondam in hac Repub. virtus. Idem ad Cælium, lib. 2. 15, Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu simílem quondam habebas. Liuius 1. ab Vrbe, Omnia onera quæ communia quondam fuerint, inclinasse in primores ciuitatis.
Consuetudo mea qua quondam solitus sum vti. Cic. 1. de Orat.
¶Aliquando futurum. Virgilius,
-quondam tua dicere facta Tempus erit.
¶Præsens nonnunquam. Virg. 2. Æneidos,
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
Quondam, Semper. Virg. 3. Georgicorum,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis. Seruius in 2. Æneidos.

Quoniam {ἐπεί, ἐπειδή, ἐπείπερ} Coniunctio causalis. Terent. And. 1. 5,
-ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. Idem Eunuch. 2. 2,
Quid istuc ornati est inquam? quoniam miser quod habui perdidi.
¶Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictũ est, vtar ea clausula, &c. Cic. Curioni, lib. 2. 3. Sic 3. Philip. Quapropter quoniã res ita discrimen adducta est, vtrum ille pœnas Reipluat, &c.
¶Quoniam, aliquando significat Postquàm, authoribus Festo & Donato. Plaut. Asin. 12,
Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis, datísne argentum? Terent. And. 2. 1,
Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non potest, velis id quod possis.
¶Quoniam & Ideirco, veluti relatiua sunt. Propert. lib. 2,
An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Iuppiter, ideirco facta superba dea es?
¶Quoniam quidem susceperi, non deest. pro Quandoquidem. Cic. pro Sext. Rosc. Idem ad Attic. lib. 2, Quoniam quidem ea quæ nos scribimus, &c. re etiam delectant.
Quoniam quidem, secundo loco. Columel. lib. 5. cap. 5, Nos autem præcipimus eadem virgas, quum à matre fuerint præcisæ, sicubi de mortuis vitibus ordines vacent, aut si nouellam quis vineam instituere velit, pro viuiradice ponere: quoniam quidem partes sarmentorum, quæ fuerant obrutæ, satis multas habent radices, quæ depositæ scrobibus confestim comprehendant.
¶Quanquam quoniam, &c. idem Roscius, &c. Cic. 1. de Orat.
¶Quoniam, pro Quòd, vel quia. Plin. lib. 23. cap. 1, Quo certè vocabulo satis consilij dedere prisci, quoniam & in materiis carieni fumus erodit.

Quopiam, Aduerbium ad locum. Terent. Eunuch. 3. 2,
Itúrane Thais quopiam es?

Quoquam, Aduerbium ad locum. Cato cap. 72, Boues ne pedes subterant, prius quàm in viam quoquam agas. Cicero 4. Verr. O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem?
Quoquam resolui. Lucret lib. 1,
Neque quoquam posse resolui.

Quoque {ἴση, ὡσαύτως} Coniunctio, pro Etiam, similiter. Terentius Eunucho, 2. 2,
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negẽt, laudo id quoque. Idem And. 4. 4, -ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo. Cic. pro Rabirio Posthum. Si per eum reductus insidioſè rediſſem, me scilicet maximè, sed proximè illum quoque fefelliſſem.
Quoque enim. Liu. 10. bell. Pun. P. Sempronius (ei quoque enim Proconsuli imperiũ in annum prorogabatur) P. Licinio succederet.
Quoque etiam. Terent. Hecyr. 5. 1,
Nam non sunt solæ arbitratæ hæc ego quoque etiam credidi.
Quoque certè. Curtius lib. 8, Puero quoque certè postea ex ea vxore genito, Alexandro fuit nomen.
Quoque, cum particula &. Plin. 8. cap. 16, Sunt verò & fortuita ecrum quoque clementiæ exempla. De Iconibus.
Quoque in fine sententiæ, venustatem habet in oratione. Quintil. lib. 8. cap. 6, Nam fit longa & inexpedita: vt in quæstionibus eam iudices similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque. Idem lib. 9. cap. 4, Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque.

¶Quoque, pro Quidem veteres dixere. Gellius lib. 17. cap. 2, ex Q. Claudio, cuius hæc refert verba, Sese, ne id quoque quod tum suadebat, factarum esse. Dein Gellius subdit, Ne id quoque dixit, pro Ne id quidem: infrequens nunc ità loquendo, sed in libris veterum crebertimum.

Quoquo {ὁποσοῦν} Aduerbium ad locum, In quancũque partem. Cic. 2. de Diuinat. Ita quòquò sese verterint Stoici, iàceat necesse est omnis eorum sollertia.
Quòquò gentium. Plaut. Merc. 2 2,
Ménsque mihi illam quærere, quoquò hinc abducta est gentium.

Quoquo {ὁποσοῦν} Ablatiuus, Id est quocunque. Cic. ad Att. lib 9. Confido igitur adiecturum nostrum illi quoquo tempore fuerit, vt scribis; ἀκμήτερον fore.
Quoquo consilio fecit, fecit certè suo. Cic. pro Rab. perd. reo.
Hic ager quoquo pretio coemptus sit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Cic 2. de Lege agraria.
¶Quoquomodo. Plaut. Menæch. 17,
-quid nocui
Tibi, aut adeò isti, quæ mihi molesta est quoquomodo? Id est omnibus modis, omnino. Cic. ad Q. frat. libro 1. 2, Tu quoquomodo, quoniam Ephesi est, hominem inuestiges velim: summáque diligentia vel tecum deducas.
Fuit aliquis casus quem tulimus, quoquomodo ferendus fuit. Cic. 6. Philipp.
Quoquomodo ea res huic quidem cecidit. Cic. ad Atticum, lib. 8. Et 7. Verr. Tu quum esses Prætor renuntiatus quoquomodo. Id est quomodocunque, siue vtcunque.
Quoquomodo de me meritus est. Cic. pro Milone.
Quoquomodo, tamen. Cic. 4 Verr. Quoquomodo se in ea quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos è conuentu Syracusano.

¶Quoquopacto. Terent. Adelph. 2. 2,
Quapropter quoquopacto celato est opus. Idem Eunuch. 5. 9,
Mirum, ni illoc homine quoquopacto opus est.
¶Quoquouersum, sine Quoquouersus {ποῖσε} Aduerb. ad locũ, Id est versus quencunque locum. Cæsar in Comm. Eius imperio classem quoquouersum dimittunt. Idem 2. bel. Ciuil. Patebat hæc quoquouersus pedes x x x.
Quum quoquouersus spatium vacet infinitum. Lucret. lib. 2.

Quorsum, Aduerbium ad locum, Versus quem locum: cum interrogatione, & sine interrogatione aliquando ponitur. Terentius Eunucho, 2. 3,
Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam.
Quorsum, Ad quam rem. Terent. Eunuch. 1. 2,
Aut ego nesciebam quorsum tu ires? Hoc est, quid tuis verbis velles? quò tenderes? Idem And. 1. 1,
Quàm timeo quorsum euadas! Id est, ad quem finem perueniat oratio tua. Ibidem, 1. 5,
Misera timeo, hoc NESCIO QVORSVM quorsum accidat. Id est; Vereor ne illud incertũ, quod dixit Pamphilus, malè vertat nobis, & in nostrã pernitiem conuertatur. Cic. pro Rosc. Com. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro.
Quorsum istuc? Quod vulgò dicitur *Ad quod propositum?* Terentius Andr. 2. 2,
Quorsumnam istuc? D. ego me continùò ad Chremem. Cicero de Amic. Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quicquam tale conatur. Idem Post reditum ad Quirites, Quorsum igitur hæc disputatio? quorsum? vt intelligere possitis, neminem, &c.
Verebar quorsum id casurum esset. Cicero Attico, lib. 3. Terent. Andr. 11. 4,
-& heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? Horat. 2. Serm. sat. 7.
Quorsum hæc tandem? hoc est, Ad quid tandem hæc dicis? Horat. 2. Serm. sat. 7.
Quorsum tandem, atut cur ista quæris? Cic. 1. de Legib.

Quorsus, Idem. Cicero de Claris Orat. Quorsus inquam istuc? non enim intelligo. Idem Attic. lib. 2, Nunc repentè tãto in odio est omnibus, vt quorsus eruptura sit, horreamus.

Quot {πόσοι, ὁπόσοι} Nomen numerale. Plaut. Stich. 4,
Quot adeò cœnæ, quas desiderant mortuæ!
Quot potiones mulsi! quot autem prandia! Admiratiuè dictum. Et apud Terentium in Hecyra,
Quot commodas res attulit quot autem ademit curasi
Tot, quot. Terent. Phorm. 2. 4,
-verùm ita est.
Quot homines, tot sententiæ. Hæc eadem verba habet Cicero lib. 1. de Finib.
Quot homines, tot causæ. Cic. 2. de Orat.
Quot, quantæ, quàm incredibiles calamitates. Cic. 1. Tuscul.
Quot sunt? s. totidem quot ego & tu sumus. Plaut. Rud. 1. 4. Cic. in Orat. Quot orationum genera, &c. totidẽ orationes sunt.
Quot modis. Terent. 1. 5,
-quot modis
Contemptus, spretus: facta, tránsacta omnia.
Quot annos nata? H. septendecim. Plaut. Cistel. 10. Idẽ Menæch. 2. 4,
Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit?
ÆN. Septuennis.
Quot mensibus, pro Quoliber mense, siue singulis mẽsibus: quemadmodum Quotannis, pro Singulis annis. Vlpian. in l. Quã ij. §. Sicut

non.D.De transactionibus, Si tamen ita sine prætore transegerit, vt inuicem eorum nummum quotannis vel quot mensibus acciperet, &c. Vide Vallam lib.6.cap.6.

Quotannis {ἔτους ἑκάστου} Singulis annis. Plaut.Epid.5,
Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt nouæ? Cicero 4.Verr.
Quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt? Sic 2.de Finib. Colum.lib.5.cap.9, Omnis deinde soboles quæ ex vno stirpe nata est,quotannis extirpanda est.

Quotenus,pen.prod.{ποσέως πη} Relatiuum diuisiuũ, significat Vsque ad quem numerum. Ad bini, terni, quaterni refertur. Sic docet Priscianus. Cicero ad Atticum,lib.12,Is,opinor,ita partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerum,vt certa pretia constitueret, quæ mihi nota non sunt.Alij tamen dicunt nihil aliud significare quàm quot.

Quotidie,Aduerbium {ἑκάστης ἡμέρας} Singulis diebus.Terent.Heaut.3.1,
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo. Cic. 3. Verr. Quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie aduocationes fiunt. Quintil.lib.1. cap. De orthographia,Frigidiora his aliaːvt quicquid c quartam haberet,ne interrogare bis videremur.Et quotidie,nõ cotidie:vt sit,quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Quotidie, vel potius in singulos dies, breuiores ad te literas mitto.Cic.Att.lib.5.

Quotidianus,penult.prod. Adiectiuum {ἡμερήσιος} Quod quotidie fit. Cic.2.de Diuin.Quia sunt hæc quotidiana,angues non item.
Quotidianum magis quàm vsitatum. Brutus Cicer.16,Audire aliquid de te,non solùm vsitatum,sed etiam quotidianum est.
Cœnam quotidianam alicui apponere.Plin.lib.9.cap.35.
Culpa.Catul.ad Mallium,63.
Cura.Terent.Phorm.1.3.
Epistolæ quotidianæ odiosæ.Cic.Att.lib 8.
Febris. Terent.Hecy.3.2.
Formæ quotidianæ.Id est vulgares & vsitatæ.Terent.Eunuch. 2.3,
O faciem pulchram!deleo omnes deinde ex animo mulieres:
Tædet harum quotidianarum formarum. Vbi Donatus, Quotidianarum, hoc est Leuium & vsitatarum. Est quippe contrarium, Noua figura oris.
Opera quotidiana & peruagata.Cic.3.de Orat.
Querimonia.Cic.1.Verr.
Res.Plin.lib.8.cap.5.
Sermo quotidianus, Qui quotidie habetur. Cic.ad Lentul.lib.7.1. Idem 3. Verr. Nã quid ego de quotidiano sermone querimoniáque Pop.Rom.loquar? Quintil.lib.2.cap.4.
Sermo quotidianus & familiaris. Cic.pro Cecinna, Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur.
Sumptus quotidiani.Terent.Heaut.4.5.
Verba quotidiana. Cic. ad Papyr. lib. 9. 21, Epistolas quotidianis verbis texere solemus. Id est in quibus quotidiano sermone vtimur.
Victus quotidianus.Cic.pro Rosc.Amer.
Vitæ quotidianæ expressa imago.Cic.pro Rosc.Amer.Hæc conficta arbitror à poetis esse, vt efficios nostros mores in alienis personis,expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Vita quotidiana,assidua, & vrbana. Cic.in Pison.

Quotidianò,pro Quotidie. Plinius lib.11.cap.37,Palpebræ in genis hominivtrinque.Mulieribus verò etiam infectæ quotidianó. Tanta est decoris affectatio,vt tingantur oculi quoque.

Quoties {ἑκάστοτε, ἑκάστοτε, ποσάκις} Aduerbium numerale, hoc est Quot vicibus.Terent.Hecy.1.1,
Vel hic Pamphylus iurabat quoties Bacchidi,
Quàm sanctè. Cic.4. Verr. Verùm quoties, & quot nominibus à Syracusanis statuas auferes?
Quoties mihi certorum hominum potestas erit? Cicero Lentulo, libro 1.7.
Apud veteres, quotiens per N scriptum fuisse testatur Pierius his verbis,In omnibus codicibus antiquis quos euoluerim,QVOTIENS per NS scriptum obseruaui.Quibus astipulatur Caper Grammaticus, vbi dicit, Sine N scribenda sunt millies, centies, decies. Totiens & quotiens quum scribuntur, per N scribenda sunt. In cuius sententiam Victorinus etiam descendit, dum ait, Aduerbia verò cum N scribenda sunt,Totiens,Quotiens.
Quoties iam,quoties iam tibi exorta est sica ista de manibus?Cic. 1.in Catil.

Quotiescunque {ποσαπισοῦν.} Cic.pro Cluentio,Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Idem 3.Tusc. Cætera,quotiescunque voletis,& hoc loco & aliis parata vobis erunt.

Quotquot {ὁσοιδήποτε} compositum à quot. Catul.de Acme,epigr.39,
Nec tecum hendecasyllabi,quot estis,
Omnes vndique,quotquot estis omnes.
Quotquot erunt dies,Singulis diebus. Horat.2.Carm.ode 14.
Si duæ leges,si plures,aut quotquot erunt.Cic.2.de Inuent.
Quotquot annis,pro Quotannis. Varro de Ling Lat.lib.4,Quòd in agris quotquot annis rursum facienda eadem,vt rursus capias fructus,appellata rura,&c. Idẽ paulo antè,Ager restibilis, qui restituitur,ac referitur quotquot annis,Id est singulis annis.

Quotquot mensibus,pro Singulis mensibus. Varro de Ling.Latin. lib 4,Quæ pertinet in aream,qua sacra quotquot mensibus feruntur in aream,&c.

Quotuplus,penul.corr. {ποσαπλάσιος} Ad mensuram vel ad pondus refertur. vt
Meus ager reddit decuplum,quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex {ποσαπλοῦς} Quot iugerum.

Quotus,quota,quotum {ποστος, ὁποσοστος,ποσαστός} Relatiuum ordinale, quo significatur cuius numeri, siue in quo numero aut ordine. Vt, Sum primus in ciuitate, quotus es in tua.
Quotus,simpliciter interrogat,& numerum petit. Cic.5. Verrina, Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus? Horat. 2.Serm. satyra 6,
Hora quota est?
At fuit fama,quotus quisque istam potest effugere in tam maledica ciuitate? Cic.pro Cælio.
Quotus,sine interrogatione.Horat.2.epist.1.
Scire velim chartis pretiũ quotus arroget annus. Martial.lib.14.217.
Die quotus es,quanti cupias cœnare. Plaut.Pseud.1.5,
Quotas ædes dixerit,id ego admodum certum scio.
Nequando perturbatione ordinis impediamur, quo secius quoto quoque loco libebit,possimus. Author ad Heren.lib.3.!
Quota pars,id est minima pars. Ouid.1.de Ponto,eleg.10,
Qui quota terroris pars soler esse mei? Idem ad Corinam, lib.2.Amorum,eleg.12,
Ex tot in Atridis pars quota laudis erat? Martial.lib.1.28,
Cæsaris hæc nostri pars est quota? Quasi diceret,minima.

Quotuscunque {ὁσοστοσοῦν.} Tibul.lib.2.eleg.7. ad finem,
Mouerit è votis pars quotacunque deos. Id est minima pars.

Quotuspiam,Nomen numerale,per interrogationem proferturːvt,
Quotuspiam est qui teneat artem numerorũ? Quasi dicat,nullus aut rarus. Cic.5 de Finibus,
Quis est enim,aut quotuspiam,cui mors quum appropinquet,
Non refugiat timido sanguis, atque exalbescat metu? Ex poeta. Idem 2.de Diuin.Quota enim quæque res euenit prædicta ab istis?
Quoto cuique lorica est? quis equum habet? Curtius lib.9.

Quouis,Aduerbium ad locum.
Quouis gentium.Terent.Heaut.5.1,
Imò abeat potius multo quouis gentium,
Quàm hîc per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Quouiscunque loco potes hunc finire libellum.Martial.lib.14.1.

Quousque {ἕως, ἐπ' ἀπερίσχετον τίνος} Id est quandiu, vel vsque ad quod tempus: & ponitur interrogatiuè. Plaut.Asin.3,
Nam quousque? L. vsque ad mortem volo. Cicer.pro Cn. Plancio,
Atque etiam clamitas Laterensis. Quousque ista dicis? Nihil in Cyprio profecisti.
Quousque tandem, primo loco positum,& quasi ex abrupto prolatum. Cic.1.in Catil. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Quandiu, &c.
Quousque,cui respondet Quoad.Cic.ad Att.lib.15,Quousque inquies? quoad erit integrum.
¶Quousque,pro Quatenus. Martian.in 1.1.§.1.D. Quæ res pign. oblig.possunt. Facti tamẽ est quæstio, si quæratur,quousque eis permissum videatur peculium administrare.

Quum {ὅτε} vel Qum,vel Quom,scribebant veteres,quando aduerb. temporis erat. Victorinus in orthographiæ præceptis admonet sic esse scribendum quum est aduerbiũ temporis. Eius hæc sunt verba, C V M autem, si fuerit aduerbium temporis, per Q & V,siue V num,siue duo scribatis,vt Quum primùm, & Qum facerem. Hactenus Victorinus. Scripserunt veteres & Q V O M,per O ante M.Plautus Amphitryone,
Grauidam ego illam reliqui quom abeo. Terentius in Prolog. Andriæ,
Poeta quom primùm animum ad scribendum appulit. Cicero de Amic. Quom sæpe multa,tum memini, &c.sub.narrarat. Quintil. lib 1.cap.De orthographia, Illa quoque seruata est à multis differentia: vt A D, quum esset præpositio, D literam: quum autem coniunctio, T acciperet. Item C V M, si tempus significaret, per Q V O M: si comitem, per CVM: si verò causam, per Q ac duas sequentes V V,scriberetur.
Quum,pro Quo,apthore Donato.Terent.And.1.1,
Prope adest,quum alieno more viuendum est mihi.

Quris,vel Qurina, lingua Sabinorum hasta dicebatur: Vnde & Quirinum,& Quirites,& Quirinalia dixere. Scribebant verò per C. quoniam Q, litera Herrusci in vsu, sicut Romanis non erat. Cato in Originibus: Quirinalis (inquit) collis à Iunone Sabinorum dea, quam illi Curitim,id est hastatam Iunonem vocant,&c.
Quris cœlibaris. Arnobius lib.11.Aduersus gentes, Quum in matrimonia cõeunitis,toga sternitis lectulos, & imaritorum Genios aduocatis, nubentium etiamen cœlibari hasta mulcetis, puellarum iugulas fortunam defertis ad virginalem. Festus,Cœlibari hasta caput nubentis comebatur,quæ in corpore gladiatoris stetisset abiecti,occisíque, vt quemadmodũ illa cõuncta fuerit cum corpore gladiatoris,sic ipsa cum viro sit,&c. Lilius 3 Syntagmate.

LITERA consonans initio Romanis,mediis in dictionib' incognita, cuiusque vice, s literam posuerunt: nam maiosibus,meliosibus,Lasibus, fesiis,Valesiis Fusiis,pro maioribus, melioribus,Laribus,feriis,Valeriis, Furiis,scripserunt. Pomponius in libro singulari Enchiridij relatus in l. 2.§.Idem Appius.de Origine iur.lib. 1.Pandect. Ciuilium. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc processisse, R literã inuenit, vt pro Valesij,Valerij essent, & pro Fusiis Furiis. Vide Festum,& Fabium lib.4.Oratoriarum institutionum.

R litera in cõpositione consequente L liquida, in alterum L itidem permutatur, vt in perluceo,pelluceo:perlucidus,pellucidus. Vlpianus l.19.§ Gemmæ autem. De auro & argento legat. Gemmæ autẽ, inquit,pellucidæ sunt materiæ. In Pandectis Florentinis, perlucidæ legitur.

R litera canina à Persio dicitur, quòd cũ tactu pronũcietur, fragorem enim stridorémque concitat, hærente lingua dentibus, spiritu copiosiore,sonitu verò stridulo: itaque ei L opponitur,quòd tam leniat verbum,quàm R exasperat.

R vel RO. Roma.R.C.Romana ciuitas. R. D. Regis domus. R.F.E.D. Rectè factum esse dicetur. R. F. E. V. Rectè factum esse videbitur. R. FERR ARIN. Rurum Ferrarinorum. R.G.C. Rei gerũdæ causa. R.G.F. Regis filius. R. L. D. Rectè legi possit. R. N. LON. P. X. Retro nõ longe pedes decem. R. P. Respublica, vel Romani principes. R.P.C. vel R. P. C. Reipublicæ constitutor: vel Retro pedes centum. R.R.Rurũ Romanorum. Ruderibus recolligendis. Reiectis rudibus, aliàs ruderibus. R.R.R. F.F.F. Regnum Romæ ruet, ferro,fame,flamma. R. REG. Rurum regiensium. R.S.P. Res sua publica. R. VE. Res Veronenses.

R.R. Actuum solennis nota apud maiores nostros, qua Rationes relatas significabant. Festus, R duobus in compluribus orationibus (quum de actis differitur) etiam perscribi solet,id est Rationum relatarum,quòd iis tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta sint.

RABBATH {ῥαββάθ} Metropolis erat filiorum Ammon, quæ postea à Ptolemæo Philadelpho, qui Arabiam tenuit,cum Iudæa,Philadelphia nominata est.

RABIENVS,antea Lambienus mutato suo nomine, quòd omnes passim laceraret.Celius lib.11.cap.13,In Labieno tanta,& tam impromiscua memoratur libertas,vt libertatis nomen excederet, & quia passim omnes lacerabat, Rabienus vocabatur. In hunc primùm excogitata est noua pœna: effectum enim est per inimicos,vt omnes eius libri comburerentur. Quæ res inusitata fuit,& prorsus mira,supplicium de studiis sumi. Eam contumeliam Labienus non tulit,nec superstes (vt inquit Seneca) ingenio suo esse voluit: sed in monumẽta maiorum suorum se ferri iussit,atque ita includi: veritus (credo) ne ignis,qui nomini subiectus erat,sibi quoque negaretur: nec tantùm finiuit ipse se, sed sepeliuit. Cassius Seuerus Labieni amicissimus, quum ex Senatusconsulto libri eius comburerentur: Nunc (inquit) me viuum vri oportet,qui illos edidici.

Rabies,rabiei,f.gen. {λύσσα} & Rabia,rabiæ,apud antiquos,Morbus canum, quum veluti furore quodam acti,huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt.
Alij rabiem quasi rauiem dici putant, à raucitate vocis, quam rabiosi habent similem latratui canis. Plin.lib.29.cap.5, Multo tamen vtilissimè iecur eius qui in rabie momorderit,datur.
Canum rabies.Ouid.14.Metam.
¶Rabies,transfertur & ad homines. Cic.in Salust.Quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem meam inuasisti. Idem 3. Tusculan. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam.
Edendi rabies ex longo collecta fatigat. Virg 9.Æneid.
¶Rabies,pro Iracundia. Cic.4.Tusc.Definitione fortitudinis aperta,quis est,qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid,neque eos existimet sine rabie quicquã fortiter facere posse?
Horrenda rabies.Horat.2.Serm.satyr.3.
Rabies,Furor. Horat.in Arte,
Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Quoniam qui Iambicis vtebantur,furore quodã correpti primùm videretur,vel quòd propitij sint Iambi furoribus explicandis,vnde tragœdiis primum in vsu fuerunt.
Scelerum rabies.Lucan.lib.5,
-liceat discedere Cæsar
A rabie scelerum.
Noti,siue Austri rabies.Horat.1.Carm.ode 3.
Ciuica rabies,Id est ciuium.Horat.3.Carm.ode 24.
Effrænata Scytharum rabies.Firmic.lib.1.cap.vlt.
Horrenda rabies ferarum.Silius lib.16.
Improba ventris.Virg.2.Æneid.
¶Innata.Claud.1.in Ruffinum.
Promptissima in ferrum.Lucan.lib.7.
Remissa.Stat.11.Thebaid.
Sæua ventorum.Ouid.5.Metam.
¶Addere rabiem in fines Italũm. Silius lib.1.
Dolor rabiem collegerat.Ouid.9.Metam.
Colligit os rabiem.Ouid.1.Metam.
Dissimulare rabiem & minas.Stat.2.Achil.
Cæli rabiem comprimere.Virg.5.Æneid.
Effundit cunctam rabiem,irarũmque procellas.Silius lib.11.
Ventorum rabies exasperat fretum.Ouid.5 Metam.
Inflammantur rabie equi,Vide INFLAMMO.
Leniat & rabiem canis,& momenta leonis.Horat.1.epist.10.
Parare rabiem alicui,Id est furorem bellicũ.Horat.1.Carm.ode 15.
Placata cruore rabies.Stat.10.Thebaid.
Fracta quieuit rabies.Claud.de bello Getico,
Indomitam properat rabiem sedare,Horat.Epod.12.
Sedare rabiem.Silius lib.13.
Irarum rabiem seruat frons.Silius lib.13.
Sparget intentam rabiem draconis.Senec.Herc.OEtæo,12.
Stimulatus vt furenti rabie vagus animus.Catul.de Berecynth.58.
Corda tument rabie fera.Virg 6.Æneid.
Hinc canibus blandis rabies venit.Virg.3.Georg.
Iocus in rabiem apertam vertitur Horat.2.epist.1.

Rabiosus,penult.prod. Adiectiuum {λυσσώδης} Rabie correptus. Plautus Capt.11,
Hic homo rabiosus habitus est in Aulide. Plin.lib.29.cap.5, Est limus faliuæ sub lingua rabiosi canis.
Canis rabiosa.Horat.2.epist.2.
Fortitudo.Cic.4.Tusc.Vide ne fortitudo minimè sit rabiosa,sitque iracundia tota leuitatis.
Iurgia rabiosa fori clamosi.Senec Herc.furen.3.
Signi rabiosi tempora,Dies caniculares. Horat.1.Serm.satyr.6.

Rabiosulus,pen.corr. {ὑποσυλλύσσιος} Adiectiuum diminutiuum. Cic.ad Trebat.lib.7.16, Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti. Intelligit literas asperas & mordaces.

Rabiosè,pen.prod.Aduerbium {λυσσωδῶς.} Cic.4.Tusculan.Atque hi colloquiti,inter se prius quàm manum conferrent, leniter & quietè,nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè,rabiosè ve fecerunt. De Aiace & Hectore.

Rabidus,pen.corr.Adiectiuum {λυσσῶντος,λυσσόων} Qui rabiem habet. Plin.lib.29.cap.5,In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ,capitis canini cinis illitus vulneri. Idem lib.8.cap 9,Domantur autem elephanti rabidi fame & verberibus.
Rabidum & incitatum agere aliquẽm. Catul. de Berecynthia, epigram.58.
Animi rabidi furor.Catul.de Berecynth.epigr.58.
Aspectu rabido circunspectare. Author ad Heren.lib.2.
Canes.Ouid.3.Amor.eleg.11.
Certamen.Silius lib.16.
Corpus.Cic.in Arato,
Ver toto spirans rabido de corpore flammam.
Dens rabidus,Rabie plenus.Martial.lib.1.18.
Dolor.Stat.6.Thebaid.
Fames.Virg.6.Æneid.
Ferarum rabidarum more.Stat.8.Thebaid.
Flatus.Stat.2.Sylu.2.
Ingenium.Claud.1.in Ruffinum.
Ira.Ouid.7.Metam.
Miles.Silius lib.13.
Mores rabidos compescere.Ouid.2.de Arte.
Murmur.Valer.4.Argon.
Os.Virg.6.Æneid.
Tigres.Virg.2.Georg.
Voces.Claud.1.in Ruffinum.

Rabidè,pen.corr.Aduerb. Cic.5.Tusc.Quid verò illum quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate,&c.

Rabere {λυσσᾶν} Verbum dictum à Rabie,Nimia ira & quasi rabie agi. Varro,Quid est quod blateras?quid rabis? quid vis? Cæcilius Hypobolimæo,
Rastraria: Rabere se ait. Ex Nonio.

RABILVS,Arabiæ rex,qui Antigonum Macedonem in vico,cui nomẽ postea factum Motho interfecit. Stephanus in dictione Motho.

RABIRIVS {ῥαβίριος} Eques Romanus,perduellionis,id est læsæ maiestatis accusatus à T. Labieno Tribunoplebis, quòd Saturnium virum sceleratum & hostem patriæ in tumultu occiderit, defensus à Cicerone. cuius extat oratio, quæ inscribitur pro A.Rabirio perduellionis reo.
Rabirius,poeta quidam temporibus Ouidij,vt ipse Ouidius testatur 4.de Ponto,eleg.16,
Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris. Magni oris vocat,id est magniloquum.

Rabo,rabonis,f.gen. {ῥάβδος} pro Arrabone, concisum apud Plaut. Trucul.14, -sequere
Intrò me amabò mea voluptas. 3.tene hoc tibi,rabonem habeto,
Vt mecum hac nocte sies. A. peri,rabonem,quam esse dicam
Hanc beluam?quin tu arrabonem dicis? s. ita facio lucri,
Vt Præneſtinis conia est ciconia.

Rabula,rabulæ,penul.corr.masc.gen. {ὀβριμοργός, ἀνακλητικός} A rabie,vt quidam volunt: & à raui,id est raucitate dicitur: vt is sit rabula,qui in negotiis agendis acer est & rabiosus:quique in multis intentus est negotiis, paratúsque ad radendum quid, auferendúmque. Hæc Festus.Vnde & pro aduocato & causarum patrono accipi solet. Vel dicitur à radendis auribus. nam vt à fando fabula, à nando nabula, à stando stabula,à pascendo pabula,ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, ait Hermolaus in Plinium, quàm quòd suo clamore radant, id est offendant aures: & vt ait Quintilianus,nimia verbositate feriant. Quintil. lib.12.cap.9,Super omnia, perit illa,quæ plurimum oratori & authoritatis & fidei affert,modestia, si à viro bono in rabulam latratorémque conuertitur. Cicero in Orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro,sed doctissimũ & perfectissimum quærimus. Idem 1.de Orat.

Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam, hoc ſermone noſtro conquirimus, &c.
Rabula, inquit Nonius, à rabie dictus eſt, quem nunc aduocatum, vel cauſarum patronum dicimus.
Rabula ſanè probabilis P. Antiſtius. Cic. in Bruto.
Rabulæ, Liuigioſi. Nonius, Ex Varr. πρὸς ὑγκωμίων: Ille ales gallus, qui ſuſcitabat Atticarum muſarum ſcriptores, an hic quia gregem rabularum?

Rabulanus. Vide Radulanus, in RADO.

Racemus, racemi, pen. prod. maſc. gen. {σταφυλὴ} Pars botryonis, ſiue potius ipſe botryon, qui & botrys Græcis, & noſtris botrus, hoc eſt integer vuæ racemus. eſt enim illa teſta vuarum plurima grana continens. Virg. 2. Georgicorum,
Non ego te menſis & diis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia, & tumidis bumaſte racemis.
Extentis racemis tumet vua. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5.
Fulgentes ſole racemi. Silius lib. 7.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis. Propert. lib. 4. eleg. 2.
Liuidi. Horat. 2. Carm. ode 5.
Paſſi. Virg. 4. Georg.
Turpes racemos fert vua. Virg. 2. Georg.
Variis racemis vua. Virg. 3. Metam.
¶Racemus non ſolùm de vite, ſed etiam de aliis plantis dicitur. Plin. lib. 16. de hedera, Aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis.

Racemifer, pen. corr. Adiectiuum {σταφυλοφόρος.} vt
Vuæ racemiferæ. Ouid. 3. Metam.
Bacchus. Ouid. 15. Metam.
Capilli. Ouid. 6. Faſtorum,
Bacche racemiferos edera redimite capillos.

Racemoſus, pen. prod. {σταφυλώδης} Similiter adiect. Racemis plenum. Plin Hederæ modo racemoſa eſt.

Racemarus, penul. prod. Aliud adiectiuum {σταφυλῶδες} Quod racemos haber. Plinius lib. 18. capite 7, de panico, Paruis racemato paniculis.

Racemarius, racemarij {σταφυλοφόρος} Malleolus ex quo pampini pullulant vel ſteriles, vel certè minus feraces. Colum. lib. 3. cap. 18, Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ quæ ſunt infœcundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulant vel ſteriles, vel certè minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios.

Racematio, racemationis {σταφυλοκόπια} Diminutiuũ, Racemorum vindemia. vt quando à vindemiatoribus racemi rari prætereuntur: ſicut in meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpicilegium dicitur.

Racha {ῥακὰ} Interiectio & vox incondita, irati animi commotionẽ ſignificans. Quidam ſine aſpiratione ſcribunt, & dicunt Chaldaicam eſſe vocem, quæ hominem nequam & nullius frugi ſignificet. Vide in dictione RHACHVM.

RACILIVS, Tribunus pleb. qui de Claudianis facinoribus eſt queſtus in Senatu, vt ſcribit Cicero in epiſt. ad Qu. fratrem.

RADAGASVS, Gothorum rex, qui floruit Arcadij & Honorij Cæſarũ temporibus. Dicitur habuiſſe ſub ſignis ſupra ducenta bellatorum millia. Paulus Diaconus.

RADAMANTHVS, Vide RHADAMANTHVS.

Radiatio, Radiatus. Vide RADIVS.

Radicitus, Radico, Radicula, Vide RADIX.

Radius, radij, m. gen. {ἀκτὶς, ἀκτῖνος} Splendorà ſole micans. Varro, O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illuſtras. Cic. 5. de Finib. Ita enim paruæ & exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum, vt quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in virtutũ ſplendore ne cernantur quidem.
Solis radij. Lucret. libro 1,
Non radij ſolis, neque lucida tela diei.
Lumen radiorum. Lucret. lib. 2.
Verbera radiorum. Lucret. lib. 5.
Vires radiorum. Ouid. 4. Metam.
¶Ardentes radij. Lucret. lib. 6.
Coruſcis radiis inſigne iubar. Ouid. 1. Metam.
Micantes. Ouid. 2. Metam.
Tabifici. Lucret. lib. 6.
¶Nubes ardent radiis & auro, Id eſt, inquit Seruius, radiis aureis. Virg. 7. Æneid.
Calere radiis. Ouid. 2. Metam.
Erumpunt radij. Virg. 1. Georg.
Frigora excludunt radios. Stat. 1. Sylu. 2.
Ingruentes ſolis radios ſentit luna. Vide INGRVO.
Inferti fundunt radij per opaca domorũ. Lucret. Inferti autẽ radij dicuntur, qui per domos inſeruntur, & in eas ſubeunt, ſoliſque lumina ſpargunt. Turnebus.
Nubes interrumpunt radios lucis. Lucret. lib. 5.
Titan retexit orbem radiis. Virg. 4. Æneid.
Mare rubeſcebat radiis. Virg. 7. Æneid.
Matutinis radiis ſubdita iuga. Ouid. 1. Metam.
Acutis radiis vallatus ſol. Ouid. epiſt. 4.
¶Radius, Fulgor oculorum. Plinius, Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gell. lib. 5. cap. 16, Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt emiſſionem, aeriſque ſimul intentionem.
¶Radius, Virga qua Geometræ lineas indicant, Virga qua Mathematici formas ſuas in puluere delineabant. Sic Vides in Bucolica. Virgilius 3. ecloga,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.
Inuenta autẽ eſt hæc ars tempore quo Nilus plus æquo creſcens, confudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diuiſerũt agros. Seruius. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 2, Qui obierunt maria & terras, gaudent quũ de ignoto multis vel terrarum ſitu, vel ſinu maris interrogantur: libentérque reſpondent, & deſcribunt modò verbis, modò radio locas gloriоſiſſimum putantes, quæ ipſi videre

rint, aliorum oculis obiicere. Vide Vuillichium in Bucolica. Putat enim radio ſignificari Diopteram, ſeu Ahidadam.
Deſcribere radio cæli meatus. Virg. 6. Æneid.
¶A puluere & radio aliquem excitare. Cic. 5. Tuſcul. Ex eadem vrbe humilem homunculum à puluere & radio excitabo, qui multis pòſt annis fuit, Archimedem.
Radius ferreus. Plin. lib. 10. cap. 42.
¶Radius {κερκὶς, σπεῖον} Textoris inſtrumentum, quo telæ annectuntur. Virg. 9. Æneidos,
Excuſſi manibus radij, reuolutáque penſa. Ouid. 6. Metam.
Inſubula, ac fuſi, radij, ſcapique ſonantes. Lucret. lib. 5.
Acutus radius. Vide ACVO.
Attricti manu. Claud. 3. de raptu Proſerp.
¶Radij {κτένια} quoque rotarum dicuntur, vt apud Virgilium 1. Georgicorum,
Hinc radios triuẽre rotis. Plin. lib. 16. cap. 40, Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum vtile. Virg. 6. Æneidos,
Saxum ingens voluunt alij, radiiſque rotarum
Diſtricti pendent. Ouid. 2. Metam. de curru Solis,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
¶Radius, Inſtrumentum quo raduntur menſuræ, aliàs hoſtorium dicitur. Plautus,
Di deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia ſine radio cumulent.
¶Radij, Oliuæ oblongæ. Virg. 2. Georgicorum,
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ
Orchites. & radij, & amara pauſia bacca. Colum. lib. 5. cap. 8, Orchis quoque & radius medius ad eſcam quàm in liquorem ſtringitur.
¶Radius eſt paſtinacæ piſci pro telo. Plin. lib. 9. cap. 42.
¶Radius, Os minus brachij, & breuius, idémque ſuperius: conſtat enim brachium duobus oſſibus. Vulgus vocat *Le petit focile*. Cornel. Celſus lib. 8 cap. 1. Græci cereida vocant. Videtur etiã ad pedes tranſferri. Plin. lib. 11. cap. 47, Auium quibuſdam grauioribus, in cruribus additi radij.

Radiolus, penult. corr. Diminutiuum, Parua olea oblonga. Colum. lib. 12. cap. 47, Albam pauſeam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primùm quanque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge.

Radio, radias, radiare, Radios emittere, fulgere, & conſpicuum eſſe. Columella libro 10,
Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu. Martial. lib. 8. 45,
Vera minus flauo radiant electra metallo. Ouid. 2. Metamorphoſ.
Argenti bifores radiabant lumine valuæ.
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Ocelli radiant vt ſidus Ouid. 3. Amor. eleg. 3.

Radior, radiaris. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4,
Scuta ſed & galeæ gemmis radientur, & auro.

Radians, Participium {ἀκτινοβολῶν.} Virg. 6. Æneidos,
Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.
Aquarius radians. Cic. in Arato,
Stellas ſub pedibus ſtratas radiantis Aquari.
Aſtra. Ouid. 9. Metam.
Aurum. Ouid. 4. Metam.
Galeæ radianti. nitor ab auro. Ouid. 13. Metam.
Lumina ſolis. Ouid. 2. Triſt.
Lunæ radiantis imago. Virg 8. Æneid.
Sidera. Ouid. 7. Metam.
Templa multo auro. Ouid. 3 de Arte.
Toga radiante decorus. Claud. 4. Paneg.

Radiatus, pen. prod. Participium, vt
Radiatus ſol. Cic. 4. Acad. Solis magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, &c.
Radiatus ſtellæ modo. Plin. lib. 27. cap. 5.
Orbis flammeus radiatus. Cic. 1. de Diuin.
Radiata rota. Varro 3. de re Ruſt. cap. 5.
Splendor radiatus. Silius lib. 7.
Radiatum caput principis vocat Plinius, quod in deos referebatur: qualiter pinguntur hodie diuorum imagines. Sic enim ait in ſuo Panegyrico, Horum vnum ſi præſtitiſſet alius, illi iandudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore.

Radiatio {ἀκτινοβόλησις} Verbale. Plin. lib. 36. cap. 5, Et Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius contemplationem admonent ædi tui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt. Firmicus libro 1. cap. 1. & cap. 4. ſub finem.

Radioſus, pen. prod. Adiectiuum {ἀκτινώδης} Quod multos emittit radios. Plaut. Stich. 6,
Poſtquam me miſiſti ad portum, cum lucu ſimul
Commodum radioſus eſſe ſol ſuperabat ex mari.

Radix, radicis, pen. prod. f. gen. {ῥίζα} Dicta eſt quòd ſæpe effoſſa paramper terra raditur, vt arbor meliùs fruticeſcat. Cicero 5. de Finibus, Videamus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus validè ſeruari.
Ocelli radicis, Vide Ocellus in OCVLVS.
Vltima radix linguæ. Ouid. 6. Metam.
¶Radices montis {κορυφὰς, ὑπώρεια} pro Inferiori parte. Cæſar 1. bel. Ciuil. Ab infimis radicibus montis, intermiſſis circiter paſſibus quadringentis caſtra facere conſtituit. Plin. lib. 9. cap. 18, Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium.
Imæ radices montis, Vide IMVS.
In radice Palatij, Id eſt in ima parte Palatij. Cic. Antequam iret in exil. Cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum Victoria eſt collocatum. De Iouis Statoris templo.
¶Radix faxi, à Lucretio dicitur tranſlatè, veluti ſi diceres ſtirpem faxi: ſed & Græci terram ῥίζαν λίθου non ineleganter ſolent dicere, eam

poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. Hoc eſt, radenda curaſſe.
Genas radere, Id eſt laniare, lacerare. In legibus XII. tabul. de ſumptibus funerum, & ſepuleris, tollendáque lamentatione, Mulieres genas ne radunto, néve leſſum funeris ergò habẽto. Quæ legis verba ſic alij cõcipiunt, Mulier genas ne carpito: vt videre eſt apud Cic. lib. 2. de legib. Plin. lib. 11. cap. 33, Infra oculos malæ homini tãtùm, quas priſci genas vocabant, XII. tabul. interdicto radi à fœminis eas vetantes. Hoc autem ſumptum è Solonis legibus teſtatur Cicero. Solõ, inquit Plutarchus, lacerationes plangentium ſuſtulit, olim autem humanus ſanguis ante rogum effundebatur, vel captiuorum, vt apud Homerum in rogo Patrocli: vel gladiatorum, quos Buſtuarij gladiatores à Romanis vocati: quorum ſi copia deeſſet, fœminæ genas laniantes, cruorem effundebant.
Radere guttur. Iuuenal Saty 6.
Radit coruus terram. Plaut. Aulul. 23.
Arenas radere. Propert. lib. 3 eleg. 3.
Arua radit imbribus Eurus. Horat. Epod. 16.
Scilicet expletis quoque ianua raditur oris. Lucret. lib. 4.
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas. Id eſt, fecat purum aerem. Virg. 5. Æneid.
Proxima Circeæ raduntur littora terræ. Virg. 7. Æneid.
Saxa raduntur impreſſo vomere. Silius lib. 8.
¶Aures radere. Quintil. lib. 3. cap. 1, Quorum ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, & aures præſertim tam delicatas raderet, verebamur. Hoc eſt læderet, offenderet, fatigaret.
¶Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit. Tacit. lib. 3. De Aurelio Cotta. Id eſt, eradendum.

Radens, Participium {ξύων.} Lucret. lib. 6, -quàm de latere ire
Diuerſo motu radentes corporis tractum De nubibus.
Arua radens adhæret humo ſerpens. Stat. 5. Theb.
Flumina radentia ripas. Lucret. lib. 5.

Raſus, Aliud participium {ξυσμένος.} Plaut. Pſeud. 2,
Is riſu & ventre raſo vigilabit ſeduló.
Tabellæ raſæ. Ouid. 1. de Arte.
Tum læues calamos, & raſæ haſtilia virgæ. Virg. 2. Georg.
Terra raſa ſquamis ſerpentis. Ouid. 3. Metam.
Liber raſus lima. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.
Litera raſa in extremo margine. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.

Raſito, raſitas, penult. corr. {ξυρέω} raſitãre, Frequentatiuum, Sæpe radere. Gellius libro 3. capite 4, Compertimus autem cæteros quoque in eiſdem temporibus nobiles viros barbam in eiuſmodi ætate raſitaſſe.

Raſor, raſoris, maſc. gen. {ξυρεύς} Qui radit. Et per tranſlationem ſidicines, qui videntur chordas ictu radere. Feſtus.

Raſura, raſuræ, pen. prod. {ξυρμὸς.} Colum. lib. 4. cap. 29, Calamus autem non amplius tribus digitis debet allæuari æqualiter ex ea parte qua raditur, vt ſit læuis, cáque raſura ita deducitur, vt, &c.

Raſilis, & hoc raſile, pen. corr. {ξυτὸς} Quaſi raſum, nihil extantis aut redundantis plenitudinis habens, inquit Valla lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 23, Nuper repertum, draconem ſerere iuxta arborem: ita appellantis palmitem emeritum, pluribúſque induratum annis. Hunc præciſum quammaxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraſo cortice quatenus obruatur, vnde & raſilem vocant, deprimere ſulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyſſimum in vite.
Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem. Ouid. 8 Metam.
Foris raſilis. Catul. in Epithal. 56.
Haſta raſilis. Silius lib. 4.
¶Raſile, Quaſi raſibile. Virg 2. Georgicorum,
& torno raſile buxum. Valla lib. 1.

Radula, radulæ, pen. corr. {ξύστρα} Inſtrumentum ferreum, quo doliorum veterum pix liquata primùm vel in ſole, vel lampade ardenti educitur, vt deinde iterum picentur ad futuram vindemiam: à radendo dictum. Colum. lib. 12. cap. 18, Nam ea quæ demerſa ſunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: & quum picem in fundum diſtillauit, ſublata lampade rutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducitur quod diſtillauit, aut quod in lateribus hæſit.

Radulanus, penult. prod. Adiectiuum {ξυστρικὸς} Radulana pix, dicta quæ radula educitur è doliis. Plin. lib. 14. ca. 19, Radulana pice ac reſina cõdire muſta. Hermolaus apud Plinium legit Rabulana pice. Sic enim ait in Prioribus caſtigationibus: Quidam ex L. Columella malunt Radulana, quàm Rabulana legere, quòd author is inſtrumentum in pice ducenda Radulam, quaſi à radendo nominauerit. Sed & rabula quoque à radendo flectitur, vt à fando, nando, paſcendo, ſtando, fabula, nabula, pabula, ſtabula, mille huiuſmodi. Nec alia ratione rabulas in foro dictos autumo, quàm quòd radant, id eſt offendant aures, & (vt ait Fabius) nimia verboſitate feriant: quaſi ab inſtrumento illo nuncupati, quod Rabula commodius quàm Radula vocari poſſit. Hodie quoque vulgus ipſum garrulos & linguaces ab alio inſtrumẽto Tudiculas & Piſtilla cognominat. Idem in Poſterioribus: Rabulana pice. Quidam Radulana, quaſi ab inſtrumento Radula, cuius mentionem Columella faciat. Non probaui, cum ob alia, tum quòd inſtrumentum id (ſiquid ad propoſitum pertinere poſſet) non minus bellè Rabula à radẽdo, quàm Radula vocaretur: quãdo & rabulæ forenſes etiam à radendis auribus, quia & Græci quoque garrulos aiunt κνπιᾶσθαι eſſe, & κνπᾶν τὰ ὦτα: vt Iulius Pollux author. vel, vt Feſtus, à radendo, id eſt auferẽdo nomen traxere. quãquam & à rabie, & à raui, hoc eſt raucitate dictos quidam volunt. In Gallia quoque trãſalpina inſtrumentum fabrile quo aſſamẽta læuigãtur & poliuntur, nõ aliter ferè quàm Rabo, quaſi Rabula vocatur, à radẽdo: in aliis locis à cõplanando Planula. Vtcũque, verba Columellæ de Radula nihil omninò ſuffragantur. ea ſunt vltimo eius libro de pice in vniuerſum, non de vna aliqua eius ſpecie Sunt qui Rabulanam picem, à colore quaſi Raualanam ſcribendum autument. eſt enim Rauus color inter flauum & cæſium. vnde, vt Feſtus ait, rauillæ dicantur & rauiſcelli, Plauto. Quidam à loco Iapij ſinus Rhaba, de quo, nõ tamen de pice,

eam ſtabiliter hærentem fundatámque dicere ſtudentes. Ex Turnebo.
¶Altæ radices. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Arborea. Ouid. 8. Metam.
Bibulæ radicis fibræ. Ouid. 14. Metam.
Bulboſa, Vide BVLBVS.
Carnoſa, Vide CARO.
Cauernoſa, Vide CAVERNA.
Lata radice arbor, Vide LATVS adiectiuum.
Latens in locis aſperis. Horat. Epod. 5.
Lenta. Ouid. 11. Metam.
Limoſa, Vide LIMVS.
Nocens. Ouid. 14. Metam.
Nudis radicibus arbores, Vide NVDVS.
Oleagina, Vide Oleaginus in OLEA.
Oleaginea, Vide Oleagineus, in OLEA.
Reuulſa. Claud. 2. in Eutrop.
Vtilis radix medendi. Ouid. epiſt. 5.
Vulſæ. Virg. 3. Æneid.
¶Abeunt ſurſum radices, pro Surſum tendunt, Vide ABEO.
Affigere radicem terræ. Virg. 1. Georg.
Agere radices. Cic. 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Plin. lib. 16. cap. 31.
Capere radices, Vide CAPIO.
Conterere radicem in puluerem, Vide CONTERO.
Deſcendit radice arbor. Plin. lib. 16. cap. 31, Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit.
Deſcendunt radices. Plin. lib. 16. cap. 31, Quidam non altius deſcendere radices, quàm ſolis calor repefaciat, idque natura loci tenuoris craſſioriſve dixere: quod falſum arbitror.
Deſixum radicibus. Cic. 4. Philip. Virtus eſt vna altiſſimis deſixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari poteſt.
Eruta radicibus pinus. Virg. 5. Æneid.
Fibras radicum euellere. Cic. 3. Tuſcul. Nos audeamus non ſolùm ramos amputare miſeriatum, ſed etiam radicum fibras euellere.
Imis ad radicibus expulſa feges. Virg. 1. Georg.
Figere radices. Ouid. 2 Metam.
Malum habiturum fundamentum & radices altiores. Brutus ad Atticum, in Epiſt. ad Brutum, 17. 4.
Inflectere radices in nodum, Vide INFLECTO.
Mittere radicem, Vide MITTO.
Niti radicibus. Cic. pro Cælio, Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.
Niti altis radicibus, Quintil. lib. 1. cap. 1.
Pullulat ab radice ſylua. Virg. 2. Georg.
Ruptis radicibus vellitur arbor ſolo. Virg. 3. Æneid.
¶Radices, Metaphoricè, de incorporeis. Var. de Ling. Lat. lib. 5, Primigenia dicuntur verba, vt lego, ſcribo, ſto, ſedeo: & cætera quæ non ſunt ab aliquo verbo, ſed ſuas habet radices.

Radicula, radiculæ, pen. corr. {ῥίζιον} Diminutiuum. Plinius lib. 20. cap. 9, Laſeris radicula. Cic. 2. de Diuinat. Tum ſecundum quietem viſus ei dicitur draco, is quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre.
Radicula, Herba. Plin. lib. 19. cap. 23, At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis ſuccum habet: mitum quantum conferens cãdori molliciæque. Et paulo pòſt, Struthion Græci vocant, floret æſtate, grata aſpectu, verùm ſine odore, ſpinoſa, & caule lanuginoſo: ſemen ei nullum, radix magna quæ conciditur ad quem dictum eſt vſum. Hactenus Plinius. Hanc à Latinis lanariam herbam appellari Dioſcorides contendit. Quinetiam radiculæ nomen ad raphanum transfertur, quam radicem vocat Dioſcorides.

Radicor, radicaris, pen. prod. {ῥιζόομαι, ῥιζοβολῶ} radicari, Radicem facere, ſeu capere, vel emittere. Plin. lib. 18. cap. 7, Frumenta multis radicantur fibris.
Radicari in fruticem. Plin. lib. 13. cap. 4.
Radicari in rectum. Plin. lib. 19. cap. 6.

Radiceſco, radiceſcis, radiceſcere. Seneca epiſt. 87, Vidi vitem ex arbuſto ſuo annoſam transferri. Huius capillamenta quoque (ſi fieri poteſt) colligenda ſunt, deinde liberalius ſternenda vitis, vt etiam ex corpore radiceſcat.

Radicatus, pen. prod. {ῥιζωθείς} Participium. Colum. de Arboribus, cap. 20, Arbores & radicata ſemina Autumno ſerito.

Radicoſus, pen. prod. Adiectiuum {ῥιζώδης} Quod multas radices habet. Plinius libro 16. cap. 34, Omnium ederarum generi radicoſa brachia.

Radicitus, pen. corr. Aduerbium {ῥιζόθεν} A radice, vel vſque ad radicem. Cato cap. 50, Herbáſque malas omnes radicitus effodito. Plin. lib. 21. cap. 11, Eruitur poſt Æquinoctium vernum radicitus.
Nonacrias atque ille tulit radicitus altas Fagos. Catullus Argonaut. 59.
Huic fluctus viuo radicitus abſtulit vngues. Propertius libro 3. elegia 7.
¶Radicitus, per tranſlationem ponitur pro Omnino. Plautus Moſtellaria, 15,
Nam omnia malefacta veſtra reperi radicitus:
Non radicitus quidem hercle, verùm etiam eradicitus. Cicero 2. de Finibus, An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt atque extrahenda radicitus.
Executere opinionem radicitus. Cic. 2. Tuſcul.

Radix Idæa, Nomen peculiare herbæ cuiuſdam quæ in Ida enaſcitur, eadem folia, quæ ruſcus habet: adhærent iis veluti exigui capreoli, è quibus flos. Dioſcorides lib. 4 cap. 40. Ῥίζα Ἰδαία.

Rado, radis, raſi, raſum {ξύω, ξυέω} rãdere, Complanare, incidere, extirpare. muxdare. Colum. lib. 8, Si tamen nequid radatur.
Tigna læuia radere. Lucret. lib. 5.
Radere caput. Suet. in Caligula, cap. 5, Regulos quoſdam barbam

Stephanus. Non desunt qui pro zopissa rabulanam interpretẽtur. Est autem zopissa, vt ait Plinius, derasa maritimis nauibus pix cum cæra. Hæc Hermolaus.

Ragades, pen. cor. fœm. gen. & ragadia {ῥωγάδες} Fissuræ sunt & rimæ inter sedis virtia annumeratæ, quas Plinius scissuras vocat: Celsus ani fissa. Hoc ipsum & in labris, & in vulua fœminea accidit. ῥαγάδες Græci vocant.

Raia, raiæ {ῥαῖαι, βάτις} Genus piscis plani & cartilaginei. Plin. lib. 9. cap. 42, Simili modo squatina & thombus abditi pinnas exteras mouẽt specie vermiculorum, itémque quæ vocatur raia. Hermolaus dicit Græcè vocari, à rubi similitudine, qui batos Græcis dicitur, quoniam in tergo hamos habeat aculeatos, quos etiam habet pastinaca, sed præterea radium in cauda perniciſſimum & venenoſiſſimum. Est & alia maior raia, quæ Latinis læuiraia, Græcis hiobatos dicitur, quòd vncos non habeat: mucosa etiam hæc appellatur quibusdam.

Ralla, rallæ, Genus vestis à raritate. Nam rarum, diminutiuum facit rallum, authore Nonio. Plaut. Epid. 5,

Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt nouæ?
Tunicam rallam, tunicam spissam, &c.

Rallum, ralli {ξύστρα} Ferramentum est, quo raditur vomer, & inhærente terra liberatur atque purgatur. Nomen habet à radendo. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo. In editis legitur rulla, sed corruptè. Posset & melius ralla legi, quũ præsertim reperiam in antiqui critici lexico rallam esse ξυστρίδα, quod & interpretationem nostram confirmat. Turneb.

Ramale, vide RAMVS.

Ramentum, ramenti {ξύσμα, ῥίσμα} Tenuis cuiusque rei particula, à radendo, quasi rasura. Vnde Ramenta auri, Ramenta argenti, ligi norum & cæterarũ rerum dicimus, quæ ex sectione earum rerum decidũt: sed & Ramenta fluminum dicũtur, minutulæ arenæ partes. Plin. lib. 33. cap. 4, Apud nos tribus modis fluminum ramentis aurum innenitur, nec vllum absolutius est cursu ipso, tritúque perpolitum. Plautus Bacchid. 15,

Patri omne cum ramento reddidi. Subaudi aurum. Columel. lib. 4, cap. 29, Quippe non scobem, sed ramenta facit. De terebra Gallica. Vide PSEGMA.

Ramẽtum dici voluere, inquit Nonius, quasi proiectitium quoddam purgamentum. Q. Fabius Lucul. Epic. carm.

Vilissimum ramentum, proluuiosa pestis.

Ramentum auri (inquit Budæus in lib. 4. de Asse) est arena aurea, Chrysitis, Chrysammos Græcè dicta.

Ramenta, ramentæ, fœminini gen. Plaut. Bacchid. 9,

Verùm quàm vlla vnquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propensior,
Malim, &c. Ex Nonio.

Ramex, ramicis, pen. cor. masc. gen. {κλάδος} Genus herniæ. Ramices has species sub se continent, Porocelam: quæ est quum ex abscessu aliquo circa serotum materia subduruit. Sarcocelam, quum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam, quum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto, vel quum bubonocela dicitur in inguine. Hæc Hermolaus in Glossematis. Plin. lib. 20. cap. 13, Testiũ verò epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeò peculiari in visceribus his effectu, vt syluestri ruta, cum axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Plaut. Merc. 4,

Tua causa rupi ramices, iandudum sputo sanguinem. De ramice vide Celsum lib. 7. cap. 22.

Ramices, dicuntur pulmones (alii perniones) vel hernia. Nonius.

Ramices, Longurii apud Columellam lib. 10. Cælius lib. 5. cap. 14. Lectionum var.

Ramicosus, pen. prod. A diectiuum {κλαδικός} Qui ramice laborat. Plin. lib. 30. cap. 15, Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui albi suco illitus per dies x x x medetur.

RAMISES, Rex quidam Ægypti in Solis vrbe, quo regnante Ilium à Græcis captum & solo adæquatum est. Plin. lib. 36. cap. 8, Ramises quadraginta cubitorum columnas ex alabastrite fecit.

RAMNETES, pen. prod. Tertia pars fuere Populi Romani temporibus Romulide quibus plura vide in dictione LVCERES. Propert. lib. 4. elegia 1,

Hinc Titiens, Ramnésque viri, Lucerésque coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos. Alij Rhamnetes scribũt:

Ramnenses {ῥαμνήσιοι} Iidem qui & Ramnetes. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt, Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses appellati.

Ramus, rami, m. g. {κλάδος, πτέρυξ, κλάν, ὄζος} Est id in arbore (inquit Theophrastus) quod à caudice fissum, multiplexque spargitur: vnde ramos nonnulli nodos appellauẽre, sũntque veluti quædam ipsarum arborum brachia. Vnde Virg. 2. Georgicorum,

Tum fortes latè ramos & brachia tendens. Cic. 3. de Orat. Quid in arboribus in quibus non truncus, non rami, non folia, &c.

Insignis ramis oliuæ. Virg 6. Æneid.
Vmbra ingens ramorum. Virg. 2. Georg.
¶Alti rami. Lucret. lib. 2.
Aureus. Ouid. 7. Metam.
Bifurcus. Ouid. 12. Metam.
Cæcus, Vide CAECVS.
Fortis. Virg. 2. Georg.
Fragilis. Virg. 8. eclog.
Frondens. Virg. 7. Æneid.
Ingens. Virg. 3. Georg.
Laureus, Vide LAVRVS.
Lentus. Virg. 4. Georg.
Longus. Ouid. 2. Metam.
Mutilatus. Ouid. de Nuce.
Nudi rami, Sine frondibus. Lucan. lib. 1.
Pandi rami pondere Autumni. Ouid. 14. Metam.
Patuli, Vide PATVLVS.
Iucundior quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum. Horat. Epod. 2.
Teneri. Ouid. 2. Metam.
Virides. Ouid. 12. Metam.
¶Teneros ramos abrumpit manibus. Ouid. 2. Metam.
Ramus ramum adoptat. Vide ADOPTO.
Inutilésque falce ramos amputans. Horat. Epod. 2.
Vites apprehendunt ramos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fluentes ramos compescere. Virg. 2. Georg.
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos. Virg. 8. eclog.
Decisis ramis quercus. Virg. 11. Æneid.
Defringere ramum arboris. Cic. pro Cecinna, Qui prætereuntes ramum defringerent arboris
Denudar foliis ramos & cortice truncos. Cic. in Arato.
Corpus sub ramis arboris deponere. Virg. 7. Æneid.
Rami latè diffunduntur. Cæsar 6. bel. Gall.
Ramis arborem diffundit Deus. Colum. lib. 3. cap. 10, Truncum deinde superpositi velut quãdam staturam corporis & habitus: mox ramis diffudit quasi brachiis.
Direpti rami arbore. Ouid. 11. Metam.
Neque in vacuum poterunt se extendere rami. Virg. 2. Georg.
Figere ramos humo. Ouid. 2. Fast.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Ouid. 2. de Arte.
Summi rami frondescunt. Lucret. lib. 1.
Non vlla ramos sylua pomiferos habet. Senec. Herc. fur. 9.
Dum rami pondere nutant. Ouid. 2. de Arte.
Nunc auis in ramo tecta laremque parat. Ouid. 3. Fast.
Percussi ventis. Senec. Hippol. 3.
Fugiente pomo nudus stetit ramus. Senec. Thyeste, 2.
Turgescit in arbore. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Ramus montis. Plin. lib. 6. cap. 27, Sub monte Cambalido, qui est Caucási ramus.
¶Ramus in radice arborum dicitur, quod in herbarum radicibus capillamentum. Colum. lib. 5. cap. 10, Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & ex summo duũm ramorum ambas radices emittit De nuce.
¶Amputare ramos miseriarum. Vide AMPVTO.

Ramulus, pen. cor. Diminutiuum {κλαδίσκος} Colum. lib. 5. cap. 5, Nam in brachiatis plerunque fit vt aut erure, aut cornibus boum, ramuli vitium defringantur. Cic. 1. de Diuinatione, Quum ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remissus esset, in oculum recidisse, &c.

Floridi ramuli. Catull epigram. 56.
Nitidissimus ramulus, Vide NITEO.

Ramusculus, pen. cor. {κλαδάριον} Aliud diminutiuum. Plin. lib. 20. cap. 23, E viridi ferula ramusculus, vtilis est ad omnia ea vitia.

Ramosus, pen. prod. {κλαδώδης} Adiectiuum, Ramos habens multos. Plin. lib. 13. cap. 5, Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa & nodis infesta.

Arbor ramosa. Lucret. lib. 5.
Ceruix ramosa colubris. Ouid. 9. Metam. De Hydra Lernæa.
Cornua ramosa cerui. Virg. 7. eclog.
Corpora ramosa. Lucret. lib. 2.
Syluani domus ramosa. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix. Quid. 8. Metam.
Stipes ramosus. Ouid. 3. Fast.

Ramulosus, pen. prod. {κλαδώδης} Adiectiuum à Ramulus. Plin. lib. 16. cap. 24, Ramulosa folia vlmo & cytiso.

Ramale, ramalis, pen. prod. neut. gen. {κλαδίσκιον} Ramus inutilis ex arbore decisus. Ouid. 8. Metamorphoseos,

Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto. Pers. Saty. 1,

Vt ramale vetus vegrandi subere coctum.

Veteris ramalia fagi. Pers. Saty. 5.

Rameus, Adiectiuum {κλάδινος} Quod ex ramo est. Virg. lib. 4. Georg. -& ramea costis

Subiiciunt fragmenta, thymum, casiáſque recentes.

Rana, ranæ {βάτραχος} Animal paluſtre notissimum, quum tamen etiam in rubis & mari inueniantur ranæ, quæ Græcis βάτραχοι appellantur. Ranarum aliæ sunt terrestres, licet in aquis dulcibus degunt: aliæ marinæ. Ex terrestribus quædam in vepribus tantùm viuunt, & rubetæ appellantur, authore Plin. lib. 32. cap. 5. Aliæ inter arundines, fruticésque versantur. Est & rana arborem scandens, & ex ea vociferans, ob id à calamis calamita. Plin. lib. 10. cap. 29, Quum Theophrastus tradat inuectitias esse in Cyrenacia vocales ranas. Cic. 2. de Nat. deor. Ranæ autem marinæ dicuntur obruere sese arena solere.

Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam. Virg. 1. Georg.
Loquaces. Virg. 3. Georg.
Paluſtres. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Turpes. Horat. Epod. 5.
Virides. Ouid. 15. Metam.
Rana Gyrina. Plato, Nihilo rana Gyrina prudentior. In stupidos prouerbium. Gyrini sunt informes ranarum partus. Cæl. lib. 4. cap. 2.
¶Rana, Morbus bobus peculiaris. Colum. lib. 6. cap. 8, Solent etiam faſtidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus, ranunculi, pen. cor. Diminutiuum {βατράχιον.}

Ranunculos per iocum vocat Cicero Vlubrenſes qui sibi obloquentur, eo quòd clamarent tanquam ranæ, quæ præsertim instante vespere, totas paludes coaxationibus implent: ad Trebarium lib. 7. 18. in fine, Nam Vlubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse cõstabat. Alii putant significari homines habitantes in paluſtribus locis, Vlubrenſes.

¶Ranunculus, herba. Plin. lib. 25. cap. 13, Ranunculum vocamus, quem Græci batrachion. Genera eius quatuor, Vnum pinguioribus quàm

quàm coriandri foliis, & ad latitudinem maluæ accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, & radice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimum est, graui odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo, omnibus vis caustica, si eruda folia imponantur, pustuláſque vt ignis faciunt.

Ranceo, ces, ſicut & Ranco, cas, de quo verbo suo ordine dicitur. Budæus posteriore libro Philologiæ, Rancere fictitia voce tunc dicuntur (de ceruis loquitur.) Rancentes autem ololygones (ſic enim tum vocantur) diluculo venator secundo vento exaudiens: decumanúmque esse rancore diiudicans, aut alias memorabili magnitudine, eò decurias canum admouet, indagatore numellato venatus auſpicatum præeunte, vt ferè alias ſoler.

Rancens {σκάμενος} Participium à verbo ranceo, quod non est in vſu: aut Nomen ex Participio, Idem quod rancidus. Lucretius libro 2,

Vnde cadauera rancenti iam viscere vermes
Expirant? Id est, vnde cadauera è viscere rancenti vermes edunt? Lambinus.

Ranco, rãcas, Verbum fictitium, à voce tigridum. Author Philomelæ, Tigrides indomitæ rancant, rugiſúntque leones.

Rancor, rancoris, masc. gen. {σκατώδης} Putor quidam aut odoris grauitas quæ ex vetuſtate & putredine ac corruptione nascitur. Palladius lib. 1. cap. 20, Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant. Idem in Octobri, cap. 10, Canales, & omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni præteriti rancore cuſtodiant. Id est de mucido odore, vt exponit Cælius lib. 7. cap. 27 in fine.

Rancidus, pen. corr. Adiectiuum {σκαφρὸς} Quod est rancore putidum. Horat. lib. 2. Serm. ſatyra 2,

Rancidum aprum antiqui laudabant, &c.
¶Rancidus, pro Infuani aliquando ponitur.
Rancidus aſpectus. Plin. lib. 22. cap. 22.
¶Rancidus, pro Putrido. Lucretius lib. 6,
Rancida quo perolent proiecta cadauera riru, &c.

Rancidè, pen. corr. Aduerbium {σκαφρῶς.} Gellius lib. 18. cap. 8, In collocandis verbis immodicè faciunt & rancidè.

Rancidulus, pen. corr. {ὑπόσκαφρος} Adiectiuum diminutiuum. Iuuen. Satyra 11, -non tamen his illa vnquam opſonia fiunt
Rancidula. Martialis lib. 7. 33,
Qui ſic rancidulo loquatur ore.

Rapã. Vide RAPVM.

Rapacitas, Rapaciter, Rapax, Vide RAPIO.

RAPHAELES, Iuriſconſulti duo, celebrantur: alter Fulgoſius, Commenſis alter, quorum vterque Patauij ius ciuile profeſſus est circiter annum 1420.

RAPHANA, nobilis ciuitas in Decapoli regione Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 18, Plurimi tamen Damaſcum & Optoton riguas amæ Chryſorroa, fertilem Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia, &c.

Raphanus, huius raphani, pen. cor. masc. g. siue Rhaphanus {ῥάφανος} Genus radicis notæ. Plin. lib. 19. cap. 5, Cortice & cartilagine conſtant raphani: multíſque eorum cortex craſſior etiam cuàm quibuſdam arborum. Amaritudo plurima illi est, & pro craſſitudine corticis. Cæterã quoque aliquando ligneſa. Et vis mira colligendi ſpiritum, laxandíque ructum. Ob id cibus illiberalis: vtique ſi proximè olus mandatur: ſi verò cum oliuis drupis, rarior ructus ſit, minúſque fœtidus. Catul. ad Aurelium, 15,

Percurrent raphanique, mugiléque. Quibus verbis innuit adulterorum pœnam, quos deprehenſos cõſtituebant quadrupedes, ac violenter expilatis partibus pudendis, per podicem ſummo cum cruciatu grandiores raphanos aut mugiles immittebant. Iuuen. Saty. 10, -quoſdam mœchos & mugilis intrat. Vide locum Catulli.

Aliud raphani genus agreſte, de quo Plin. lib. 20. cap. 4, Est & ſatiui vſus in Italia, & armoraciam vocant ſatiuam. Sariui verò decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt & eiiciunt calculos.

¶Raphanus, pro braſſica. Hermolaus in librum 19. Plinij, cap. 7, Attica lingua raphanus braſſicam ſignificat, non radicem quam illi propriè raphanida, non raphanũ vocabant. Sed poſtea inoleuit atque obtinuit, vt raphanus pro radice caperetur, nõ pro braſſica. Idem in Corollario, cap. 349. Braſſicam antiqua Græcia non Cramben, ſed Raphanon appellabat: quod & Ariſtoteles, vt Iulius Pollux inquit, & Theophraſtus, ferè ſequitur. Hæc ille. Cornarius in cap. 2. libri 7. Galeni De compoſitione pharmacorum ſecundum locos, Braſſicam, inquit, id est κράμβην, à veteribus fuiſſe item ῥάφανον dictam, Ariſtot. lib. 5. cap. 19, de animalium hiſtoria teſtatur, vbi de braſſicarum erucis ait, αἱ δὲ ἡμερούσαι ἐν τοῖς αὐλῶσι τῶν χωρίων καὶ μάλιστα ἐπὶ ῥαφάνῳ, ὃν ποιοῦσί τινες κράμβην. Et ſic ſanè etiam Theophraſtus vocat. Atque inde natus error videtur eorum, qui cramben & braſſicam, rhaphanum hodiernum eſſe exiſtimant, æquiuoco rhaphani decepti, qui veteribus etiam de braſſica (vt dixi) hodie de ea tantùm quam radicem & radiculam appellamus, vſurpatur, velut etiam Galenus lib. 2. de aliment. teſtatur. Plinius certè lib. 17. cap. 24. in fine, rhaphanum ex Theophraſto vt apparet, itidem rhaphani reddidit, quã braſſicam oportuit, velut ex eodem Theophraſto, lib. 20. cap. 9. manifeſtum fit, vbi de braſſica idem repetit. Hæc & plura Cornarius.

Raphaninus, pen. corr. Adiectiuum {ῥαφάνινος.} vt Raphaninum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. D ſcorides lib. 1. cap. 36.

Raphanides Thaſiæ, apud Cælium, lib. 9. cap. 12.

Raphanitis, huius raphanitis, pen. prod. fœm. g. {ῥαφανῖτις} Genus ireos herbæ. Plin. lib. 21. cap. 7, de iri, Illyrica quoque duorum generum est, Raphanitis à ſimilitudine, quæ & melior: & rhizotomos ſubtuſa. Optima, quæ ſternutamenta tactu mouet. Caulem habet cubitalem & rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arquus cælestis, vnde & nomen.

RAPHIA, locus in Arabia poſt Gazam, vbi Ptolemæus quartus cum Antiocho magno, prælium commiſit. Strabo lib. 16.

Rapicium, Vide Rapicia in RAPVM.

Rapio, rapis, raptui, raprum {ἁρπάζω} rápere, Per vim, aut cum feſtinantia, ſiue cum furore trahere, euellere, auferre. Terent. And. 5. 2, Sublimem hunc intrò rape quantum potes. Virg. 1. Georgicorum, Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Terent. Adel. 3. 2, Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem.

Campum rapit acrior ſonipes. Stat. 5. Theb.
Venti rapuere carinas. Lucan. lib. 3.

Ad cognitionem rerum rapi. Cic. 1. de Diuin. Rarum est quoddam genus eorum qui ſe à corpore auocent, & ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudióque rapiantur.

De complexu parentum ad mortem rapere. Cic. 7. Verr. Nauium præfectos ſine vlla cauſa de complexu parentum ſuorum, hoſpitúmque tuorum, ad mortem, cruciatúmque rapuiſti.

In crucem. Cic. 7. Verr. Ille quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi effet ignotus, quum, &c.

Cupiditate, auiditate, & ſimilibus rapi. Cic. 3. Verr. Iſte qui vnà cupiditate raperetur, torum illius poſtulatum, cauſámque neglexit.

Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. Cic. in Piſon.

Equi rapiunt currum per auia. Ouid. 2. Metam.

Aliquem ad ſuam diſciplinam rapere, Attrahere & impellere ad diſciplinæ ſuæ cognitionem. Cic. 4. Acad. Neque verò tu ſolus, ſed me ad ſuam diſciplinam quiſque rapiet.

In errorem rapi. Cic. 2. de Leg. Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus.

Fatis rapi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
In ſomite flammam rapere. Virg. 1. Æneid.
Flammæ equales rapuere te. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Fortuna rapit inuentes. Ouid. ad Liuiam.

Aliquem in fraudem rapere. Cic. 2. de Inuent. Eam cauſam putare quæ homines audaces in fraudem rapere ſoleat.

Fugam rapere. Valer. 5. Argon.
Ὁρμή, quæ hominem huc & illuc rapit. Cic. 1. Offic.
Rapit huc, rapit impetus illuc. Stat. 12. Theb.
Rapi ad id quod bonum videtur. Cic. 4. Tuſc.
Inops mentis rapitur. Ouid. 4. Fast.
Imperium rapere. Tacitus lib. 19.

Aliquem in inuidiam rapere, Inuiſum eſſe. Cic. 4. Acad. Sed quum rapior in inuidiam, ſicêne per vos nescire quod nescio?

Inuitum rapere aliquem. Ouid. 7. Metam.

Aliquem in ius rapere, quod & Trahere, & vocare dicitur. Plaut. Pœnul. 19, Idem Aſin. 9,

Nam vidi hunc ipſum adducere, & rapere in ius Exærambum.

Quum rapies in iura malis ridentem alienis. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Rapiunt ſibi quiſque laborem. Silius lib. 13.

Limis rapere. Sub oculis. Horat. 2. Serm. saty. 5,

Sic tamen vt limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu. Id est, obliquis oculis raptim legas.

De luce rapi. Statius 8. Thebaid.

Rapit me in mœrorem ſtultitia mea. Plaut. Ciſt. 2.

Ad mortem rapi. Cic. 1. in Catil. Nónne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?

Nauem aliquam ad Italiam. Cic. pro Lege Manil. Ab eodem imperatore claſſem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam.

Ocellos alicuius. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.

Oculis in fraudem rapi. Cicero de Aruſp. reſp. Quare miſerior es quum in omnem fraudem raperis oculis, quàm ſi omnino oculos non haberes.

In odium aliquem. Author ad Heren. lib. 1.
Oſcula rapere. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
In partéſque rapit varias. Virg. 4. Æneid.

In peiorem partem. Terent. in Prologo Adelph. Vbi Donatus, Id est vitio dare, Vituperare.

Tractus rapitur pauore equi. Silius lib. 4.

I, pedes quò te rapiunt, & auræ. Horat. 3. Carm. ode 11.

Rapere ad pœnam. Cic. pro Flacco, Rapitur ad pœnam qui indicia communis exitij cepit.

Præcipitem rapere aliquem. Ouid. 3. Metam.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. Virg. 1. Georg.

Rapere aliquem ad Prætorem. Plaut. Aul. 3. 6.

Aliquando ſe rapere ocyus. Horat. 2. Serm. saty. 7.

Rapere ſe aliquò. Ouid. in Fragmento, 6, de vacca.

Rapere ſe ad. Cic. 13. Philip. Inde ſe quo furore, quo ardore, ad vrbem, id est ad cædem optimi cuiuſque rapiebat?

Rapere ad ſe. Cicero 2. de Natura deorum, Quum autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, eóque ſeptum fingit animal.

Ad ſe conuertere & rapere. Cic. 2. Offic.
Senſu & coniectura rapi. Cic. de Aruſp. reſp.
Virgines ad ſtuprum. Liu. 6. bel. Pun.

In ſublime. Plin. lib. 35. cap. 10.

Ad ſupplicium rapi, quod & Trahi dicitur. Cic. 3. Ver. Rapiunt eum ad ſupplicium diſj patrij, quòd iſte inuentus est qui, &c.

Ad tortorem rapi. Cic. 5. Tuſcul.
Viam rapere aliquò. Silius lib. 8.
Virginem rapere, Est ei vim inferre, & violare. Plin. lib. 15. cap. 29, Propter raptas virgines.

Vis rapuit, rapiérque genteis. Horat. 2. Carm. ode 13.
Prælia rapuerunt vrbes. Claud. 2. in Eutrop.
Vultus alicuius rapere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.

¶Rapere, pro Raptim ac feſtinanter ducere. Plin. in Paneg. Per hoc omne ſpatiũ quum legiones ducerес, vel potius (tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum vnquam, non equum reſpexiſti.

Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, quum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit. Rapi solet fax, qua prælucente noua nupta deducta est ab vtrisque amicis, ne aut vxor eam sub lecto viri, ea nocte ponat, aut vir in sepulchro comburendam curet, quo vtroque mors propinqua alterius vtrius captari putatur. Festus.

¶Rapsere antiquum verbum, pro Rapere. Cicero 2.de Legibus, Sacrum sacróve commendatum qui eleps erit rapsersítque, parricida esto.

Rapiens.Participium { ἁρπάζων. } Horat.3.Carm.ode 3,
Omne sacrum rapiente dextra.
Flamma rapiente cursum ocyor.Senec.Hippol.6.
Ventus rapiens incendia.Lucan.lib.3.

Rapiendus, Aliud participium { ἁρπακτέον. } vt Pignora rapienda manu. Ouid 6.Fast.
Ad arces rapiendas tendit.Lucan.lib.6.
¶Spes rapiendi & prædandi occæcat animos.Cic.4.Philip.

Raptus,Similiter participium { ἁρπασθείς. } vt Raptus à diis Ganymedes.Cic 1.Tusculi.
Sublime raptus.Tacit.lib.20.
Amore cæco raptus furit,Ouid.2.Fast.
Auribus raptis populata tempora.Virg.6.Æneid.
Fortuna rapta ex oculis.Liu.8.bel.Pun.
Lingua rapta.Ouid.6.Metam.
Nuptiæ raptæ. Cic.3. Tusculan. Qualis tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam à socero OEnomao rege Hippodamiam raptis nactus est nuptiis?
Occasio rapta.Liu.7.bell.Pun.
Aut raptas ad littora vertere prædas.Virg.1.Æneid.
Tecta rapta.Ouid.3.Trist.eleg.10.
Virginitas rapta.Ouid.8 Meram.de filia Erisichthonis.

Raptum,Substantiuum { ἁρπαθὲν } Res rapta. Liu.7.ab Vrbe, Quos rapto viuere necessitas cogeret. Martial.lib.7.46.
Potiri rapto.Virg.4.Æneid.
Viuere de rapto.Ouid.5.Trist.eleg.11.
Viuitur ex rapto.Ouid.1.Metam.

Raptus,huius raptus { ἁρπαγμὸς. } Cic.6.Verr. Locus vt ipse raptum illum virginis quem iam à pueris accepimus, declarare videatur. Idem 4.Tusculi.Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ velint? Claud.2.de raptu Proserpinæ,
It Venus,& raptus metitur corde futuros.

Raptura, rapturæ, penultima prod. Idem { ἁρπαγὴ. } Plin.lib.11.cap.24, Quum verò raptura incidit, quàm vigilans & paratus ad cursum? Castigatum exemplar habet captura.Hoc est præda. De araneo.

Raptor,raptoris,Verbale { ἁρπαστὴρ. } Plaut.Epid.5,
-raptor hostium
Gloriosus. Idem Trinum.5,
Raptores panis & peni. Colum.lib.7.cap.12, Quum & lupi repellere insidias,& raptorem ferum consequi fugientem, prædámque exutere atque auferre debeat.
Audax raptor.Horat.3.Carm.ode 20.

Rapo,raponis,masc.g. { αἱρακτὴς } Idem quod raptor.Pomponius,
Ne vos conturbent auri argentíque rapones. Vide Nonium.

Rapturus,pen.prod.Particip. { ἁρπάσων. } Lucanus lib.3,
-nanque ignibus atris
Creditur vt captæ rapturus mœnia Romæ.

Rapto,raptas { διαρπάζω } raptare,Frequenter rapere. Virg.1.Æneidos,
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Cic. pro Sextio,
Fortunæ vexatæ,dissipati liberi,raptata coniunx.
Æthere raptauit toto.Lucret.lib.5.
In crimina raptare aliquem.Propert.lib.3.eleg.11.
Captus raptatur manu.Stat.9.Theb.
Quadriiugo curru raptari.Cic.1.Tusc.
Equorum arbitrio raptatur.Ouid.2.Metam.
Per vim raptari.Ouid.12.Metam.
Ac subito vexantia turbine raptant. Lucretius libro 1.De ventis loquitur.

Raptatus, penult. prod.Participium { διαρπασθὲις. } vt Bigis raptatus. Virg.2.Æneid.

Rapax,rapacis,pen.prod.omn.gen. { ἁρπακτικὸς } Auidus,& rapinis semper intentus.Plaut.Pers.12,
Procax,rapax,trahax, Suetonius, Inopia rapax, metu sæuus. Sallust.in Cic.Rapacissimæ manus. Colum.lib.8.cap.17,Rapax lupus.
Olim furunculus,nunc rapax.Cic.in Pisonem.
Falces rapaces.Lucret.lib.3.
Fata rapacia.Seneca Hercule OEtæo,1.
Fluuij.Virg 3.Georg.
Ignis.Ouid.8.Metam.
Mors.Tibul.lib.1.eleg.3.
Torrens.Seneca Thebaid.1.
Ventus.Valer.4.Argon.
Vndis rapacibus committere se.Ouid.8.Metam.
Idémque Thalle turbida rapacior procella. Catull. ad Thallum, epigr.22.
Rapax virtutis ingenium.Senec.epist.96.
Nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius quàm natura.Cic.de Amicit.

Rapacida,rapacidæ,& Rapacidæ, rapacidarum, Imitatione Patronymicorum homines rapaces appellantur, ioco comico ficti,vt Æacidæ dicuntur ab Æaco. Plautus,
Rapacidarum vbi tantum siet in ædibus. Turnebus.

Rapacitas, penultima corr. rapacitatis,fœm.gen. { τὸ ἁρπακτικὸν. } Colum.lib.1.7,Nisi si maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Martialis,lib.12.49,
Diræ filius est rapacitatis.
Quis in rapacitate auarior?Cic.pro Cælio.De Catilina.

Rapidus,pen.corr.Adiectiuum { ὁρμητικὸς } Id est velox, Ab eorum, qui rapiunt, celeritate.Plin.lib.16. cap.39, Tantum tempestiuitas etiam in rapida celeritate pollet.
Corripiunt,rapidísque rotanti turbine portant.Lucret.lib.1.
Æquor rapidum.Valer.4.Argonaut.
Æstus.Virg.eclog.2.
Alæ.Claud.3.de raptu Proserp.
Amnis.Virg.6.Æneid.
Et rapidos tranant amnes.Lucret.lib.1.
Arma.Silius lib.5.
Arua rapida velocius.Ouid.3.Metam.
Bella.Claud.1.Paneg.
Canes.Lucret.lib.5.
Clamores rapidi.Stat.5.Thebaid. Alia exemplaria habent rabidi.
Currus.Virg.10.Æneid.
Cursus.Virg.5.Æneid.
Decursus.Virg.12.Æneid.
Equi.Ouid.epist.9.
Feræ.Ouid.epist.11.
Flamen.Virg.4.Æneid.
Flamma.Ouid.2.Meram.
Flumen.Horat.2.Serm.saty.3.
Gurges.Cic.2.de Nat.deor.
Ignis.Virg.4.Georg.
Iræ.Stat.3.Thebaid.
Lapsus rapidi fluminum.Horat.1.Carm.ode 12.
Leones.Horat.de Arte.
Lupa.Ouid.3.de Arte.
Mare.Tibull.lib.1.eleg 2.
Oratio rapida,Concitata. Cic.2.de Fin. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quanuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas,nihil apprehendas,nusquam orationem rapidam coerceas.
Passus.Virg.7.Æneid.
Rotis rapidis insistere.Virg.3.Georg.
Sol.Virg.1.Georg.
Torrens.Virg.2.Æneid.
Turbo.Lucret.lib.1.
Venti.Virg.6.Æneid.
Volucris rapidissima.Ouid.2.Metam.
Vortex.Virg.1.Æneid.

Rapidè,pen.corr.Aduerbium { ὁρμητικῶς. } Cic.2.de Legib. Rapidéque dilapsus citò in vnum confluit.De Fibreno fluuio.
Ferri rapidè Cic.in Orat.Quod quum rapidè fertur,sustineri nullo pacto potest.De argumento quod vocatur παραπικόν.

Rapiditas,pen.corr.rapiditatis { τὸ ὁρμητικόν. } Cæsar 1.bell.Ciuil. Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur.

Raptim,Aduerbium { ἁρπαγδὸν } Velociter, citò, quasi rapto tempore, non accepto.Plin.lib.17.cap.14, Semine raptim auium fame deuorato. Liu.3.ab Vrbe,Fabius omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium conuehit. Cic.ad Attic.lib.1.15,Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt. Cæsar 1.bell.Ciuil.His de causis aguntur omnia raptim atque turbatè. Lucretius lib.3,
-& plani raptim petit æquora campi.
Iste se raptim domum suam coniicit. Author ad Herennium libro quarto.
Imperia raptim mutata.Silius lib.7.
Raptim mittere.Lucret.lib.1.
Raptim scribere.Cic.ad Atticum,lib.2,Subitò quum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romam mittere,hæc scripsi raptim.

Raptio, huius raptionis { ἁρπαξὶς } Verbale,Ad personam refertur. Terent.Adelph.3.3,
Disperij,Ctesiphonem audiui filium vnà fuisse in raptione cum Æschino.

Rapina,rapinæ,penult.prod. { ἁρπάγμα } Ad rem refertur. Cicero 1.Verr. Quas res luxuries in flagitiis,crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis,superbia in contumeliis efficere potuisset. Cæsar 1. bell. Gall. Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibúsque prohibere.
Spes prædæ ac rapinarum.Cassius Ciceroni,lib.12.12.
Auida rapina.Ouid.1.Trist.eleg.10.
Ingens.Stat.10.Thebaid.
Inuidiosa.Ouid.1.Amor.eleg.8.
¶Rapina,Pro loco vbi rapum seritur,Vide RAPVM.

Rapinator,oris: antiquum, pro raptor vsurpatum { ἁρπακτὴς. } Nonius ex Lucilio libro secundo,
Homo impudicus impunè est rapinator.

RAPSA,oppidum in Pentapoli seu Cyrenaica regione, apud Plinium, libro 5.cap.5.

Rapum,rapi { ῥαφὺς } Radicis escariæ genus.Plin.lib.18.cap.13,Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum,fœmininúmque, & ea serendi modo ex eodé semine. Densiore enim satu masculescere, item in terra difficili. Semen præstantius quo subtilius. Species verò omnium tres. Aut enim in latitudinẽ fundi, aut in rotúditatem globari. Tertiam speciem sylueſtrem appellauere, in longitudinem radice procurrẽte,raphani similitudine,&folio anguloso scabróque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purgat, medetur caligini admisto lacte mulierum. Martialis lib.13.16.
Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.
Quæ damus,in cælo Romulus esse solet. Varr.de Re rust.lib.1.cap. 11,Nam ex semine brassicæ fato nasci aiunt rapa: & contrà ex raporum,brassicam. Colum.lib.2. cap.10, Rapa campis in locis humidis lætantur.
Rapum Seneca dixit, quod in capite radicis hæret, nempe fibras, quibus arboris radix inuoluitur: epist.87, Magnarum, inquit, arborum truncos circuncisis ramis & ad vnum redactis pedem cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantùm capite ipso,
ex quo

ex quo illæ pependerant. Loquitur de modo transplantandi arbores
Rapa, rapæ, Idem { ῥαφὶς. } Colum.lib.11.cap.vltimo, Napus & rapa duas sationes habent, & eandem culturam quam Raphanus. Paulo pòst, Rapæ semina Hyginus putat post triturã iacentibus adhuc in area paleis inspergi debere.
Rapa, dicta est, authore Varrone lib.4.de Ling.Latin.quasi ruapa, quòd rueret è rure.
Lutosa rapa,Vide LVTVM.

Rapulum,rapuli,pen.corr. Diminutiuum { ῥαφύλιον. }Horat.2.Sermon. satyr.8,
In primis Lucanus aper leni fuit Austro
Captus,vt aiebat cœnæ pater,acria circum Rapula.

Rapunculus,rapunculi,pen.corr.masc.gen. { ῥαφανύλιον } Aliud diminutiuum,Radicula, quæ comeditur in acetaris.

Rapicia,rapiciorum,siue Rapacia,rapaciorum,Raporum frondes,quas homines decoctas in cibum sumunt. Plin.lib. 18. cap. 13, Quadrupedes & fronde eorum gaudent:& homini non minor rapiciorum suis horis gratia,quàm cymarum,&c. Cato cap.35,Rapinam & coles rapicij vnde fiant, & raphanum in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.

Rapina,rapinæ,pen.prod.Vbi seminatur rapũ.Colum.lib.11.cap.2,Nam & napinæ,itemque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt. Sic Cato cap.35.

Rarus,Adiectiuum { ἀραιὸς,μανὸς, σπάνιος } Propriè dicitur quod non est densum:vt Rari capilli. Virg.4.Æneidos,
Retia rara,plagæ.& lato venabula ferro.
Rarum,vt vult Nonius,cõsuetudine infrequens significat. Virgil. Æneid.lib.9,
Quã rara est acies,interlucẽte corona. Cic.1.de Offic. Si ad hoc genus castigandi raró,inuitíque veniamus.
¶Rarum, Quod non vbique reperitur, vnde etiam pro præstanti sumitur. Cic.de Amic.Rarum genus(& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quàm reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Plinius in Paneg.Sed in principe rarum ac propè insolitum est,vt se putet obligatum.
¶Rarum, Electum.Nonius ex Virg.lib.4.Georgicorum,
Hîc rarum tamen in dumis olus,&c.
Rarum & Vulgare,contraria.Cic.in Topicis.
Solitarium & rarum.Cic.1.de Inuent.Oportet animaduertere, ne quum aliter multa sint iudicata,solitarium aliquod, aut rarum iudicatum afferatur.
Rarus in poru,Qui raró potat.Plin.lib.8.cap.16.
Rarum dictu,esse aliquid cui prosit negligentia.Plin.lib.18.cap.16. Sic.lib.9.cap.17,Rarus inuentu.
Rarũ est enim vt se quisque vereatur.Hoc est, Raró accidit quin. Quintil.lib.10.cap.vltimo.
Iuuenum rarissimus.Stat.4.Sylu.8.
Facie rarus.Ouid.14.Metam.de Nympha canente,
Rara quidem facie,sed rarior arte canendi. Locutio propter ablatiuum annotanda.
¶Acies rarior.Tacit.lib.19.
Aer rarus.Lucret.lib.2.
Animalia.Virg.eclog.6.
Audentia.Tacitus de Germanis, Rara & priuata cuiusque audentia apud Cattos in consensum vertit.
Coniux rarissima.Stat.5 Sylu.1.
Cribrum.Ouid.12.Metam.
Fides.Horat.1.Carm.ode 35.
Frutices rari apparent in vertice.Ouid.epist.10.
Gratia fratrum rara est.Ouid.1.Metam.
Lacryma.Horat.4.Carm.ode 1.
Lanugo.Plin.lib.8.cap.37.
Raras tuas quidem, sed suaues accipio literas. Cic.Cælio,lib.2.12.
Locus rarus & angustus. Cic.in Somnio Scip.Vides habitari in terra raris & angustis in locis.
Racemi.Virg.eclog.5.
Retia.Virg 4.Æneid.
Salus.Plin.lib.7.cap.4.
Tectis raris habitata mapalia.Virg.3.Georg.
Textum tenue atque rarum.Quintil.libro 9.cap.4,Neque illud in Lysia dicẽdi textum tenue atque rarum lętioribus numeris corrumpendum erat.
Turba rarissima.Ouid.2.de Arte,
Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ.
Vmbra.Virg.eclog.7.
Vocibus raris hisce.Virg.3.Æneid.
¶Rarior { σπανιώτερος } Comparatiuum.vt Aer rarior. Lucret.lib.6, Quod simul à fronte est aunelli rarior aer
Factus,&c. De magnete lapide.

Rarè,rarius,rarissimè, Aduerbium { μανῶς } Non densè neque spissè.Columel.lib.2.cap.9,Nam nisi rarè conseritur, vanam & minutam spicam facit. Plin.lib.17.cap.27,Cæteræ rarius tondentur.Hoc est infrequentius.
Rarius facere. Cic.ad Lentul.lib.1.7, Quod si rarius fiet quàm tu expectabis, id erit causæ,quòd non eius generis meæ literæ sunt, vt eas non audeam temerè committere.

Rarò,Aliud aduerbium { σπανίως,ὀλιγάκις } Insolenter, Non sæpe, Minus sæpe. Cic.pro Rosc.Amer. In hoc tanto, tam attroci, tam singulari maleficio, quod ita rarò exstitit, vt siquando audirum sit, portenti ac prodigij simile numeretur. Horat.3.Carm.ode 2.
Insolenter & rarò.Cicero 1.de Inuent.Deinde natura eius euenire vulgò soleat,an insolenter ac rarò.

Raritas,pen.corr.raritatis, fœm.gen. { σπάνις,μανότης. } Plin.lib.2.cap.18, Nanque modò multitudo conferta inest circa dimidios orbes lunæ,placida nocte leniter illustrante eas:modò raritas.Hic confertam

multitudinem opposuit raritati.
Mirabilis raritate, Vide Mirabilis,in MIROR.
Raritas arborum. Plin.lib.11.cap.27, Cicadæ non nascuntur in raritate arborum. Id est vbi raræ sunt arbores,& non densè consitæ.
Raritas in pulmonibus,Laxitas, mollities spongiosa. Cic.2.de Nat. deor.In pulmonibus inest raritas quædam,& assimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima.

Raritudo, pen.prod.raritudinis { ῥαιότης } Idem quod raritas.Columel. de Arboribus, capite 3, Et mediocri raritudine optima est vitibus terra.

Rarenter,Aduerbium { σπανίως } Idem quod raró.Gellius lib.12.cap.25, A rarus non dicitur rarè,sed alij raró dicunt,alij rarenter. Cato cap. 103,Dato rarenter bibere. Macrob.lib.7.Saturn.cap.12.

Raro, raras { ἀραιῶ } rarare, Rarum facere. Cuius composita sunt disraro, & interraro, quod est in medio rarum facio; quo Columella lib. 4.vtitur.

Rarefacio,rarefacis,pen.corr. { ἀραιοποιῶ } rarefácere, Idem Colum.lib. 3.capite 9,Hoc autem facilè contingit, si prius rarefeceris eas partes quas supra ramum secaturus es,fœno aut stramentis texeris. Ex vetusto codice legendum,si prius varam feceris, & eam partem quam, &c. Lucret.lib.6,
Et rarefecit calido misceute vapore.
¶Rarefacit,Per tmesim dixit Lucret.lib.6,
-raréque facit laxeramina vasis.

Rarefio,penult.prod. { ἀραιοποιέομαι } Rarus fio. Lucret.lib.1,
Nil prodesset enim calidum denserier ignem,
Nec rarefieri,si partes ignis,&c.

Rarefactus { ἀραιωθὲις } Participium.Lucret lib.2.ad finem,
Iure igitur pereunt,cuim rarefacta fluendo
Sunt,&c.

Rarefactum { ἀραιωθὲν.} Lucret.lib.3, -conquassatum ex aliqua re
Ac rarefactum.

Rarefco,rarefcis { ἀραιοῦμαι } rarésceere, Significat rarum fieri,siue deficare. Colum.lib.3.cap.16, Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim seminum cætera quæ virent,rarescunt. Idem lib.5.cap.6, Vetustate rarescit. Virg 3.Æneidos,
Aſt vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus,& angusti rarescent claustra Pelori. Vbi Seruius,Rarescent ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam litorum clausæ videntur angustiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur.
Colles paulatim rarescunt.Tacitus de Germanis.
Rarescere dicitur quod fit subtilius & minus densum. Ouidius 15. Metamorphoseos, -resolutáque tellus
In liquidas rarescit aquas.
Rarescit corpus.Lucret.lib.4.
Lanæ rarescunt. Plin.lib.11.cap.39 , Pili quadrupedibus senectute crassescunt,lanæque rarescunt.
Miles rarescit.Silius lib.17,
Rarescit multo laxatus vulnere miles,
Atque aperit patulas prostrato corpore latè
Inter tela vias.
Nubila rarescunt pluuiis.Stat.1.Sylu.2.
Sonitus rarescit arenæ.Propert.lib.3.eleg.15.
Tenebræ profundæ rarescunt.Stat.11.Thebaid.
Phocis,& Aoniæ iaculis rarescitis vmbræ.Stat.1.Achil.
Vmbræ rarescentes.Stat.1.Thebaid.

Ratipilus, pen.corr. Adiectiuum { ψιλὸς } Quod habet raros pilos.Columel.in Præfat.libro 1,Et idipsum aliter curatur mutilum,& ratipilum,aliter cornutum & setosum,quale est in Sicilia.

Rasilis,Rasito, Vide RADO.

Rasis { ῥατὸν } vt ait Colum.lib.12.cap.20,genus est crudæ picis: eáq; quanto est vetustior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, quum est contusa, in puluerem redigitur, & his medicaminibus admiscetur.

RASIS,nobilis & antiquus medicus,notus ex scripturis suis, à medicis sæpissime aliàs allegatus,refertur à Cælio Rhodig.lib.3.cap.17, Illud item obseruatione dignum, ossa in homine comperiri numero exactissimo, & in summa, vt dicitur, summarum ducenta quadraginta octo: sicuti in digitos misere diligentia præfigui Hippocrates,Galenus,Rasis,Auicenna & Auerrois quoque.

Rastrum,rastri,Quod in plurali hi rasti,& hæc rastra dicimus:instrumentum rusticum ad glebas confringendas:dictum quòd terram radat,& fodiendo conculcet. Terent.Heaut.1.1,
-istos rastros interea tamen
Depone,ne labora. Ibidem,5.1,
Menedeme, mihi illæc verò ad rastros res redit. Colum.lib.2.cap. 10,Subactum solum pluribus iterationibus aratri vel rastri,largóque stercore satiatum postulant.
Rastra,rastrorum. Cornel.Celsus apud Nonium:
Omnes rastra & attollunt,& adigunt.
Rastri,quibus dentalibus penitus eradunt terram,atque eruunt,à quo & rutabri dicti. Author Varr.de Ling.Latin.lib.4.
Arua obnoxia rastris.Virg.2.Georg.
Intacta rastro tellus.Ouid.1 Metam.
Graues.Ouid.11.Metam.
Quadridens.Cato cap.10.
Tenaces.Virg.2.Georg.
Vulnera rastrorum fert tellus.Ouid.2.Metam.
Frangere glebas rastris.Virgil 1.Georg.
Assiduis terram insectabere rastris.Virg.1.Georg.
Humus patitur rastros.Virg.eclog.4.
Rimari terram rastris.Virg.3.Georg.

Rastellum,Diminutiuum.Varro 1.de Re rust.cap.49, Tum de pratis,inquit,stipulam rastellis eradi,atque addere fœniciæ cumulum. Colum.lib.2.cap.13,Mediça obruitur non aratro,sed ligneis rastellis.

Rastelli, inquit Varr.de Ling.Latin.vt irpices, ferræ leues: itaque homo in pratis per fœnisecia eo festucas abradit: quo abrasu,rastelli dicti.Vide lib.4.

Rastellis & stabularij vruntur, iisdémque terram effodiunt. Suet. in Nerone, Tubáque signo dato primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit.

Rasura.Rasus, Vide RADO.

Ratariæ,Genus quoddam nauium,de quibus meminit Gellius lib.10. cap.25.

Ratiarius,Vide RATIS.

RATIASTVM (authore Ptolemæo,libro 2.cap 3)Lemouicum vrbs est, quam Galli vulgari nostro sermone *Limoges* nuncupamus.

Ratifico,Vide Ratus participium,in REOR.

Ratio,rationis, fœm.gen. {λόγος, τὸ λογιστικὸν} A supino Ratum, Est illa vis animi qua à cæteris animalibus homo disiungitur,iisque præpollet atque imperat. Cic.1.Offic. Duplex est enim vis animorum atque naturæ. Vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque. Ita fit vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Idem 3.de Natur.deor. Sic haud scio an melius fuerit,humano generi morum istum celerem cogitationis, acumen, solertiã quam rationem vocamus,quoniam pestifera sint multis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari.

Ratio quasi quædam lux,luménque vitæ.Cic.4.Acad.

Ratio cœpit.Lucret.lib.3,

Nam simul ac ratio tua cœpit vociferari

Naturam rerum,&c.

Omni ratione valentior amor patriæ.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.

Homines rationis egentes.Ouid.15.Metam.

Expers rationis,& Vrens ratione,contraria.Cic.in Topic.

Particeps rationis,Quod rationale dicimus.Cic.1.Offic.Homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, causas rerum videt, earúmque progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebúsque præsentibus adiungit atque annectit futuras.

Tenor rationis. Vide Ius singulare,in IVS.

¶Abstrusa ratio,Vide ABSTRVDO.

Aucns. Lucret.lib 3.

Naturalis.Lucret.lib.6.

Omnia peruersa præpostera sunt ratione.Lucret.lib.4.

Sagax.Lucret.lib.1.

Scrupos.Lucret.lib.4.

Vitalis.Plin.lib.11.cap.4.

¶Abstrahere à ratione, Vide ABSTRAHO.

Carere ratione.Seneca Troade,10.

Confirmare quicquam animi ratione,Id est intelligentia. Lucret. lib.1.Vtitur autem hoc loquendi genere frequenter.

Bona ratio configit cum perdita.Cic.2.in Catil.

Vsum rationis demere alicui.Ouid 3.de Ponto,eleg.6.

Animi ratione exoluere aliquid.Lucret.lib.2.

Expuere ex animo rationem.Lucret.lib.2.

Inire impia elementa rationis. Lucret.lib.1.

Labi à vera ratione.Lucret.lib 2.

Obtendere rationem turpitudini,Vide OBTENDO.

Orta ratio ab sensu falso an valeat.Lucret.lib.4.

Tentat enim dubiam mentem rationis egestas.Lucret lib.5.

Somnia,quæ vitæ rationes vertere possint.Lucret.lib.1.

Vincere furorem ratione.Ouid 7.Metam.

¶Ratio pro Respectu & cura.Cic.Planco, libro 10.2, Peto à te, vt mei rationem habere velis,& salutis & dignitatis meæ. Sic 2.Offic. Habenda autem est ratio rei familiaris.Vide Habeo rationem.

Ratio prior,Id est potior respectus. Quintil.lib.1, Et morum quidem in his haud dubiè prior ratio est:rectè tamen etiam loquantur. Hoc est,in his morum potius,quàm sermonis habenda est ratio.

Domesticæ rationes.Quintil.lib.1.cap.12.

Rationes expunctæ & subscriptæ,Vide EXPVNGO.

Familiares.Tacitus lib.5.

Ventosa ratio vani fauoris.Claud.de bel.Get.

Lunaris ratio,Vide Lunaris,in LVNA.

Rationem commodi ducere. Cic.ad Trebatium, libro 7.17,Ego si mei commodi rationem ducerem,te mecum esse maximè vellem.

Habere rationem officij in socios.Cic.4.Verr.

Rationem habere cum aliquo. Lucret.lib.1,

Quapropter bene cum superis de rebus habenda

Est ratio.

Habenda authoritatis ratio.Quintil.lib.6.cap.1.

Habere rationem si. Cic.7.Verr. Neque illud rationis habuisti, si fortè expergefacere te posses.

Habere rationem alicuius,Vide HABEO.

Ratio sua habeatur,pro Sui.Liu.4.ab Vrbe,Principes plebis ea comitia malebant,quibus non haberetur ratio sua,quàm quibus vt indigni præteriretur. Alij legunt sui.

Rationem habere cum terra.Vide HABEO.

Rationem habere cum Musis,Vide HABEO.

Omnes quibuscum ratio mihi aut est,aut fuit.Cic.pro Quint.

Populari ratione alicui se anteponere.Cic.pro Domo.

Quæ ratio tibi cum illo intercedit?Vide INTERCEDO.

Laboriosissima vitæ ratio.Cic.pro Lege Manil.

Varia & commutabilis vitæ ratio.Cic.pro Mil.

¶Ratio, Causa.Cic.ad Catonem, lib.15.4, Quum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. Cæsar 8. bell.Gall. Quantum hybernorum opportunitas, bellíque ratio postulabat.

Non est ratio. Cic.2.Verr. Minari denique diuisoribus ratio non erat propterea quòd,&c.

Nulla est ratio,amittere eiusmodi occasionem.Cic.pro Cecin.

Rationis est. Colum.lib 3.cap 5, Tenuissimo solo vitiarium facere minimè rationis est,quoniam,&c.

Ratio parua. Terent.Heaut.3.5,

Nam parua causa aut parua ratio est?traditus sum mulieri.

Potens ratio.Iuuen.Satyr.14.

Operta ratio,Obscura,difficilis.Ouid.3.Fast.

Sordidissima & inquinatissima,Vide INQVINO.

¶Quid habuit argumenti aut rationis res,quamobrem,&c.Cic.4. Verr.Vidi argenteum Cupidinem cum lampade, quid tádem habuit argumenti aut rationis res,quamobrem in eo potissimum Sthenianũ præmium poneretur?

Poscitur ab aliquo ratio.Varr.de Ling Latin.lib.5.

¶Ratio, Modus,via & forma, mos,consuetudo. Sallustius, At ego vobis(inquit)si modò vultis esse viri,rationem ostendam, qua tanta ista fugiatis. Cic.ad Attic.lib.6, Tatummodo dissimilitudo meæ rationis offendit hominem. Id est viæ quam sequor in administranda prouincia.

Ratio dicendi.Cic.in Partit. Studeo mi pater Latinè ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti.

Assumpta tamen à dialecticis argumentandi ratione. Quintil.lib.

Artificialis ratio.Quintil.lib.6.cap.4. (2.cap.4.

Fusa latius.Quintil.lib.3.cap.6.

Insolita ratio dicendi,Vide INSOLITVS.

Alia ratione.Cic.pro Quintio, Negat se alia ratione facturum.

Multis rationibus prouisum. Cic.2.Verr. Verri ne noceri possit, multis rationibus esse prouisum.

Nulla ratione, Vide NVLLVS.

Pari ratione.Lucret.lib.6.

¶In rationem eandem,Vide in præpositione IN.

Duæ epistolæ in eandem rationem scriptæ.Cic.Attic.lib.1.7.

¶Ad rationem,Id est comparatione.Cic.de Claris Orat.Et Græciæ quidem oratorum partus, atque fontes vides ad nostrorum annaliũ rationem veteres,ad ipsorum sanè recentes. Et infra,Ad nostrorum temporum rationem vetus.Budæus.

¶Ratio,interdum Consilium,& propositum significat.Cic.4.Verr. Vt ego istum accusarem,à quo mea longissimè ratio, voluntásq; abhorrebat. Et ad Trebat.lib.7.17, Posteaquam mea mutata ratio est.

Ratio & consilium Cic.2.Verr. Tua ratio est vt secundum binos ludos mihi respõdere incipias:mea,vt ante primos ludos comperendinem, ita fiet vt tua ista ratio existimetur astuta: meum hoc consilium necessarium.

Vestram nequeo mirari satis rationem. Terent.Adelph.3.3. Cic. 10.Philip. Quæ(malùm)est ista ratio, semper optimis causis, veteranorum nomen opponere?

¶Adduci rationibus, Vide ADDVCO.

Adhibere rationem,Vide ADHIBEO.

Admittere.Iuuenal.Satyr.1.

Afferre rationem quamobrem,&c.Cic.pro Cecin.

Agitare rationes,Vide Agito,in AGO.

Augere rem bonis & honestis rationibus.Cic.pro Rabir.Posth.

Capere rationem oculis,Vide OCVLVS.

Cognoscere rationem facti.Quintil.lib.4.cap.2..

Colligere rationem & rationes, Vide COLLIGO.

Confligere ratione,Vide CONFLIGO.

Consulere rationibus,Vide CONSVLO.

Dicere rationem.Plaut.Trucul.4.

Coramque cõtra istã rationem meam dicam.Cic.Curioni,lib.2.2.

Nimis ratione bona,nimiumq; aptè tu multa vides. Plaut.Mil.10.

Dictare rationem.Plaut.Amphit.8.

Dictat ratio. Vide Dicto,as,in DICO,dicis.

Disputare rationibus conquisitis,Vide CONQVIRO.

Dare rationem.Quintil.lib.4.cap.2, Alias causas,aliã,atque aliam rationem dabo.

Dare rationem suarum fabricarum.Plaut.Milite,10.

Certa ratio remedij dabatur.Lucret.lib.6.

Rationem dare,pro Referre.Cic.

Duci aliqua ratione.Lucret.lib.4.

Ducere rationẽ.Cælius ad Cic.lib.8.Fam.epist.5,Tuus porrò exercitus vix vnum saltum tueri potest. Hãc autem nemo ducit rationẽ. Id est, nemo hanc habet consideratione m de paucitate tui exercitus.Vide DVCO.

Exacta ratio.Horat.2.Serm.satyr.4.

Exponere rationem suam alicui.Lucret.lib.1.

Ad rationem antiquæ religionis exquirere facta alicuius. Cic.6. Verr.Noli isto modo agere cum Verre,noli eius facta ad antiqua religionis rationem exquirere.

Facere ratione,Vide FACIO.

Facere aliquid certum ratione.Terent.Eunuch.1.1.

Mala ratione facere rem.Horat.2.Serm.satyr.6.

Celeri ratione fieri.Lucret.lib.3.

Vt videant,qua quidque geratur cum ratione.Lucret.lib.2.

Rationes iacent,Vide IACEO.

Improba nauigij ratio tum cæca iacebat.Lucret.lib.5.

Incumbere toto animo & studio omni in aliquam rationem. Cic. Q.frat.lib.1.1.

Inire rationem,Inuenire modum.Terent.Heaut.4.2.

Inire rationem de,quomodo,vt,vtrum,&c.Vide INEO,inis.

Ratione aliquid inire.Terent.Phorm.2.2.

Instituere rationem operis,Vide INSTITVO.

Certa ratione insanire.Horat.2.Serm.satyr.3.

Inuenire rationem cur,Vide INVENIO.

Vaga & mutabili ratione labuntur fidera.Cic.de Vniuers.

Limat ratio.Quintil.lib.2.cap.4.

Pendent rationes ex coniecturis,Vide PENDEO.

Et sapere,& doctis rationem reddere dictis.Lucret.lib.2.

Perfacilè exemplo rationem reddere possis.Lucret.lib.2.

Repetere altius rationem.Quintil.lib.6.cap.2.

Scrutari aliquid ratione.Quintil.lib.5.cap.10.

Certa quadam ratione non seruat.Cic.Caninio,lib.2.16.

Ratione bene subducta esse ad vitã. Terent.Adelph.5.4.Donatus, Bene disposita, bene computata. Ducere enim,est digitis computare:sed ducere,est apud aliũ & palàm: subducere,apud seipsum & secreto. quo magis in verbo isto maioris attentionis & diligentiæ signum est.

Subducere rationes,Vide SVBDVCO.

Subiicere & supponere rationem.Cic.2.de Inuent.

Timere aut cupere aliquid ratione.Iuuenal.Sat.10.

Tractare rem aliquam ratione modóque.Horat.2.Serm.satyr.3.

Rationes tractare.Cic.ad Attic.7.

Trahere rationem, Vide TRAHO.

Videre rationem opinionis suæ.Quintil.lib.2.cap.15.

¶Ratio,Supputatio aliquando dicitur, vel calculus, siue expensa. Plaut.Aulularia,

Supputatur ratio cum argentario. Plin.lib.12.cap.14, Schœnus pater Eratosthenis ratione, stadia XL. Colum.lib.1.cap.3,Ne maiorem agrum quàm ratio calculorum patiatur,emere velit.

Rationum summa quadrans,in qua nulla sunt reliqua: illi contraria est,Summa excurrens.Cic.in Prætor.Vrban.

¶Castrensis ratio,Vide CASTRVM.

Ratio implicita,apud Iurisconsultos,est quotiens ex multis & variis causis,vltro citróque facta sunt nomina,qua computata, vel soluitur quod deberi apparet, vel constituitur summæ chirographũ datur.Iacob.Cuiacius ad l.Emptor.5.Lucius.de pactis.in Pandect.

Longæ rationes.Horat.de Arte.

Numaria,Vide NVMVS.

Sumptuariæ.Cic.Attic.lib.13.

¶Accipere rationem,Vide ACCIPIO.

Accipere rationes à colono.Cic.pro Cecin.

Apparet ratio, Vide Non compâret ratio argenti, in COMPAREO.

Non compâret ratio argenti,Vide COMPAREO.

Componere rationes.Tacit.lib.5.

Computare rationem.Colum.lib.5.cap.1.

Conferre,Vide CONFERO.

Conficere, vt Tabulas conficere. Cic.7.Verr. Cedo rationem carceris,quæ diligentissimè conficitur quo quisque die datus in custodiam,quo mortuus,quo necatus sit.

Conficere rationes in ordinem,Vide CONFICIO.

Confingere rationes,Vide CONFINGO.

Ratio constat,Vide CONSTO.

Pergami non multum auri ratio constat.Cic.pro Flacco.

Conuenit inter eos ratio accepti & expensi,Vide CONVENIO.

Rationes deponere.Cic.Fam.2.8.5.

Exponere facti sui rationem alicui.Cic.de Arusp.resp.

Habere rationem cum Orco, Vide ORCVS.

Habeo rationem quid à Pop.Rom.acceperim.Cic.7.Verr.

Inducere pecuniam in rationem,Vide INDVCO.

Rationibus inferre,apud Latinè ac ex formula loquẽtes, est in rationario perscribere, quid cui sit erogatum .Cælius Rhodiginus lib. Lect.Antiq.12.cap.21. Suet.in Cæsare.

Inferre rationes falsas.Cic.pro Flacco.

Onerare rationes,Vide Onero,in ONVS.

Ponere rationem cum Orco,Vide ORCVS.

Facti sui rationem alicui probare.Cic.pro Mur.

Putare rationes cum aliquo.Cic.Attic.lib.4.

Putare rationem argentariam,frumentariam,olearíam,vinariam. Vulgò dicunt, *Audire computum vini*,olei,&c. Cato de Re rustic.cap.2.

Reddere rationem, Vide REDDO.

Reddere rationem de factis aliorum.Cic.4.Verr.

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. Cic.4.Verr.

Reddere rationes,Reliqua soluere. Africanus,l.32.D.de condit.& demonstrat.Quanuis (inquit) rationes reddere, nihil aliud sit quàm reliqua soluere,&c.

Referre rationes.Cic.3.Verr.

Rationes ad ærarium & Quæstores & Imperatores exercituum ex prouinciis decedentes referre dicebantur, pro eo quod nunc *Computum reddere* dicunt. Cic.in Pisonem,Rationem ad ærarium retuli cõtinuò Cæsar,sicut lex tua iubebat: neque alia vlla in re legi tuæ parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quàm mihi, literas profuisse. Budæus.

Rationem conficere ad denarium, Phrasis elegans,& aliquantum subdifficilis propter antiquitatis ignorationem. Significat verò,vt ex Turnebo didici,quum summa quædam quæ in ære debebatur(vt puta si centum millia æris debita sint) in argento solui desiderabatur: quod sæpe fit,quum nemo non magnam summam in argento,quàm in minuto ære habere malit. Et hoc est quod ad denarium rationem conficere,siue soluere dicimus. Erat enim denarius argenteus, & in argento ratio vel ad denarium fiebat,vel ad sestertiũ. Volusius,Quare si ad denarium rationem cõficies. Et paulo pòst,Quum ad denariũ ratio conficeretur. Rursum Volusius,Si prius inspexeris ad quẽ modum sestertiaria ratio conficiatur.

Rationem vitæ & magistratus gesti reposcere vocat Cic.1.Verr. item Edere & exponere quod in magistratu quisque gesserit: quod nunc Iurisperiti,nullo antiqui iuris exẽplo,*ſgndicare* dicunt. Budæus.

Rationibus referre,est Inter recepta computare, hoc est *Receptam facere*,vt vulgus loquitur. Tranquillus in Vespasiano. Budæus. Vide REFERO.

Ad veritatem rationem reuocare.Cic.3.Offic.

¶Rationes Galliæ procurare. Plin.libro 7.cap.16, In filio Cornelij Taciti Equitis Rom.Belgicæ Galliæ rationes procurantis.

¶Ratio, pro eo quod recentiores quantitatem dicunt. Cato de Re rustica,Ad villam quum venies,videto, vasa,torcula,& dolia mulsa ne sient. vbi non erunt,scito pro ratione fructuum esse. Id est secundum quantitatem.

¶Ratio Mathematicis,pro magnitudine & quantitate.Eucl.5.Elemen.Ratio,est duarum magnitudinum eiusdem generis mutua quædam secundum quantitatem habitudo.

Pro ratione pecuniæ liberius est Brutus tractarus, quàm Pópeius. Cic.Attico,lib.6.

Ad rationem loci & temporis.Plin.epist.62.

Ratiuncula,pen.corr.Diminutiuum.Cic.2.Tusc.Concludunt ratiunculis Stoici,cur non sit malum:quasi de verbo, nõ de re laboretur. Sic 4.Tusc.ul.

Suggerere ratiunculas.Cic.3.de Nat.deor.

¶Ratiuncula,Supputatio. Terent.Phorm.1.1,

erat ei de ratiuncula

Iam pridem apud me reliquum pauxillulum

Nummorum:id vt conficerem:confeci,affero.

Rationalis,& hoc rationale,penult.prod. {λογικὸς} Siue Rationabilis,& hoc rationabile, penult.corr. Idem significant, Quod ratione vtitur. Quintil.lib.6.cap.4,Falsa est finitio,si dicas, Equus est animal rationale. Nam equus est animal,sed irrationabile.

Causa rationalis. Author ad Heren.libro 2, In causa rationali primùm quæreretur, ecquid,&c.

Rationalis quæstio,quæ in re,non in scripto versatur. Quintilian. lib.3.cap.5.

¶Rationales,& procuratores Cæsaris iidem erant, vt ait Lampridius in Alexandro,teste Budæo.

Rationales,officiales dicuntur à Constantino,pro iis qui quum in aliqua potestate curationéque fuerint, nondum rerum à se administratarum rationem retulerunt. ὑπεύθυνοι à Græcis appellantur, id est reddendis rationibus obnoxij l.4.C.de Episc.& Cleric. Lampridius in Alexandro à fisci procuratoribus nihil differre Rationales putat. Hunc Budæus sequitur,cui ego adstipulor:nam nos quoque eos,qui rationum cognoscendarum susceperunt officium, seu reddiderint, seu non reddiderint,Rationales dicimus, *Maistres rationaulx, ou Gens des comptes*. Primum illud aduotat Hotomanus, lib.singulari de verborum quæ ad ius attinent significatione.

Rationabilis,pen.corr.Adiect.Vlpian.in l.2.§.Ei quoque.D.de iudiciis. Et hæc sententia vera & rationabilis est.

Rationarius,Adiect. {λογιστικὸς.} vt Rationarius codex, in quo rationes rerum gestarum continentur. Suet.in Augusto,cap.28, Rursus tædio diuturnę valetudinis,magistratibus ac Senatu domum accitis,rationarium imperij tradidit.

¶Rationarius,substant.Qui rationarium conficit,vel qui rationibus præest. Marcellinus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Rationator,penult.prod.rationatoris. Vlpianus,in l.Procuratoris.D.de tribur.action.Sed etsi duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, & ego fui tabernæ(verbi gratia) quam ad Bucinum habuit, rationatorialius eius,quam trans Tyberim:æquissimum puto,&c.

Ratiocinor,pen.corr.ratiocinaris {συλλογίζομαι, συλλογίζῃ} ratiocinári, Ratione colligere & deprehendere, vel etiam *computare* quod dicitur. Cic.1.Tusc. At nos metiendi ratiocinandíque vtilitate, huius artis terminauimus modum.

Cuius illi conatus,vt ille ratiocinabatur,nec si cuperent, reprimere possent.Cic.pro Mil.

De pecunia ratiocinari. Cic.2.de Inuen. De pecunia ratiocinari fordidum est,quum de gratia referenda deliberetur.

Ratiocinator,pen.prod.ratiocinatoris, masc.gen. {λογιστὴς} Calculator, Cic.ad Attic.libro 1, Libertum ego habeo sanè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem,& clientem tuum.

Ratiocinatores officiorum. Cic.1.Offic. Et consuetudo exercitatióque capienda,vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo,deducendóque videre quæ reliqui summa fiat.

Ratiocinatio, Verbale {συλλογισμὸς.} Cic.2. de Inuent. Ratiocinatio autem, est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio,&c.

Ratiocinatiuus, pen.prod. Adiectiuum {συλλογιστικὸς} Quod ad ratiocinationem pertinet. vt Ratiocinatiuum genus orationis. Cicero 1.de Inuent.

Ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur.Quintil.lib.7.cap. 6,Et ratiocinatiuus status,id est syllogismus.Quintil.lib.3.cap.6.

Ratiocinium,Ipse ratiocinandi actus. Colum.lib.5.cap.1,Hæc non alicna, nec procul à ratiocinio, quod tradituri sumus, breuiter præfari oportuit.

Ratis,huius ratis,fœm.gen.vel Rates,ratis,secundum Probum{γενέθλια} Nauigium temerè factum & inconditum,vt trabes connexæ, & sine fabrica compactæ,quæ nauigij vicem præbent.*Rafeau Flotte*.

Ratis & nauis. Cic.7.Verr. Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere.

Membra ratis.Ouid.lib.1.Trist.eleg.2,

Dij maris & cæli(quid enim nisi vota supersunt?)

Parcite quassatæ soluere membra ratis.

Scirpea ratis.Plaut.Aulul 21.

¶Ratis,abusiuè vsurpatur pro naue. Virg.1.Æneidos,

Dissectúque ratres. Cic.ad Attic.libro 9,Circumuallatum esse Pompeium,ratibus etiam exitus portus teneri.

¶Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. Cicero 1,Tusc.ul.

¶Ratis dicta nauis longa propter remos: quòd hi quum per aquã sublati sub dextra & sinistra, duas partes efficere videntur, ratis, vnde hoc translatum,illic vbi plures mali aut asseres. Varro de Lingua Latina,lib.6.

Rates duplices.Cæsar.1.bel.Ciuil.

¶Cauæ.Ouid.epist.17.

Celsa.Valerius 5.Argon.
Ceratæ.Ouid.epist.5.
Excelsæ Silius lib.17.
Fractarum ratium subita ruina.Lucan.lib.2.
Frugiferæ.Claud.de bello Gildonico.
Insana.Valer.1.Argon.
Intrepida.Seneca OEdipo,II.
Laceræ ratis naufraga membra.Ouid.1.de Arte.
Laceræ ratis fracta membra.Ouid.in Ibin.
Opitergina.Quintil.lib.3.cap.8.
Pronæ.Ouid.14.Metam.
Quassatæ.Virg.4.Æneid.
Turbata.Claud.7.Paneg.
Veliuolæ.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.
Victrices.Claud.de Nuptiis Honorij & Mariæ.
Ratibus aduehi.Varr.de Ling.Latin.lib.4.
¶Armare rates.Virg.10.Æneid.
Committere ratem vento.Ouid.3.Fast.
Fragilem ratem committere pelago.Horat.1.Carm.ode 3.
Credita est vento ratis.Seneca Agamemn.6.
Nondum credenda periclis ratis.Stat.4.Sylu.4.
Dedere fluctibus ratem.Senec.Agamemn.3.
Flectere ratem.Ouid.epist.10.
Frænare ratem Senec.Medea,1.
Auster implicuit rates.Stat.11.Thebaid.
Aura impulerat ratem.Ouid.15.Metam.
Mergere ratem in ima.Ouid.11.Metam.
Mersa ratis.Iuuen.Satyr.14.
Nauigare ratibus,Vide Nauigo,in NAVIS.
Carinas ponere ratibus.Virg.2.Georg.
Prouecta ratis fertur in altum.Senec.Octau.6.
Læua recurrit ratis.Valer.1.Argon.
Quassas rates reficere.Horat.1.Carm.ode 1.
Regere ratem in vndis nocturnis.Virg.5.Æneid.
Dubiam ratem regere.Ouid.1.de Arte.
Repens ratis in alto.Pacuu.apud Varr.lib.6.de Ling.Latin. Æges fermè aderant in æquore in alto nauibus repentibus.
Mare repletum cuersis ratibus.Senec.Agamemn.13.
Submersis ratibus saturata Charybdis.Ouid.2.Amor.eleg.16.
Soluere ratem.Ouid.epist.21.
Subigere ratem conto.Virg.6.Æneid.
Temperare ratem.Ouid.13.Metam.
Altum tenuere rates.Virg.3.Æneid.
Tentare Thetin ratibus.Virg.eclog.4.
Transnare rates vidit.Stat.1.Achil.
Parua rate vectus.Ouid.1.Metam.
Celeri rate vectus.Catull.de Berecynthia,58.
Vexare rates.Virg.eclog.6.

Ratiarius,ratiarij,masc.gen. {σχεδιαρὸς} dicitur vt Nauicularius, non opifex,sed negotiator. Paulus de Pignorat.act.l.Qui ratiario crediderat,quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua authoritate detinuit:posteaque flumen creuit,& inde ratem abstulit. *Si* inuito ratiario retinuisset,eius periculo ratem fuisse,respondi.

Ratitus,ta,tumiattributum ex rate verbo confictum.
Ratitus quadraus.Paulus apud Festum,Ratitum quadrantē dictum putant,quòd in eo,& triente,atis fuerit effigies,vt nauis in Asse.

RATOVS, fluuius in Ionia Asiæ regione in Austrum fluitans, donec in sinum Ionium influat.Strabo lib.7.

RATVMENNA,Auriga fuit, qui quū in ludis Circēsibus excussus fuisset, equi eius cum corona & palma in Capitolium peruenerunt, sedémque ter lustrarunt. Ex quo factum est, vt porta per quam intrauerant,Ratumenna diceretur.
Ratumēna porta,à nomine eius appellata est,qui ludicro certamine quadrigis victor Etrusci generis iuuenis Veiis,consternatis equis excussus Romæ periit: qui equi feruntur non antè constitisse, quàm peruenirent in Capitolium, conspectámque fictilium quadrigarum molem,quæ erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerāt Romani Veienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello sunt reciperatæ,quia in fornace adeò creuerant, vt eximi nequirent. Idque prodigium portendere videbatur,in qua ciuitate eæ fuissent, omniū eam futuram potentissimam. Festus.

Raua vox, Rauca:& parum liquida,proximè canum latratum sonans. vnde etiam Causidicus pugnaciter loquens rabula appellatur.
Raua frumenta, nimium sicca, torrida & arida appellata esse scribit Festus:ex eo,vt suspicatur Turnebus,quòd quemadmodum rauci ab ariditate vocis & gutturis appellantur, ab eadem nominatæ sunt spicarum aristæ,& frumenta raua: nisi quis in Festo stramenta legat, eodem sensu,quanquam alterum magis illi probetur.

Rauca, rauēæ,Vermis est.Plin.lib.17.cap.18,Olea, vbi quercus effossa sit,malè ponitur:quoniā vermes qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt.Vlpian.in l. Ex conducto.D.Locati & cōducti,Si raucis,aut herbis segetes corruptæ sint. Alciatus tamē 7.Parerg.cap.5,legendum putat apud Vlpianum,erucis.

Raucus, Adiectiuum {βεκχεῖος} Qui nimio clamore vel ob aliam causam,vocem habet compressam & impeditam. Virg.11.Æneidos,
Dant sonitum rauci per saxa silentia cygni. Raucos cygnos vocat, non quidem canoros, sed alarum concussione inter volandum, raucum per aera sonum efficientes,qualis est tubarum. Talis enim auditur cygnorum volantium sonus,qualis tubarum clangor.
Raucus,pro Fesso & defatigato: vt Rauca fama. Cic.ad Varr.lib.9.2,Tē verò nolo,nisi ipse rumor iam raucus erit factus,ad Baias venire. Id est,nisi quum ipse rumor iam defecerit.Budæus.
Sonare raucum quiddam.Ouid.3.de Arte.
¶Æris rauci canor. Virg.4.Georg.
Aquis raucis feruet mare.Ouid.epist.17.
Aquilo raucus.Martial.lib.1.46.

Bombus.Lucret.lib.4.
Bubones.Ouid 1.Amor.eleg.12.
Chartæ raucæ.Id est libelli forenses.Martial.lib 8.61.
Cicacidis rauci resonant arbusta. Id est clamosis & multum strepentibus.Virg.eclog.2.
Concentus rauci, Dissoni.Stat.6.Thebaid.
Cornices.Lucret.lib.6.
Cornua rauca sonant.Claud.2.in Ruffinum.
Fragor.Claud.2.in Eutropium.
Fremitus.Valer.2.Argon.
Garrulitas.Ouid.5.Metam.
Gurtur.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Littus.Stat.5.Thebaid.
Malè rauci. Horat.1.Serm.Satyr.4. Id est admodum rauci, ex quo significat eos admodum vocales & clamosos fuisse.Lambinus.
Mugitus raucos edere.Ouid.14.Metam.
Murmur.Virg.1.Georg.
Ora.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Orator. Cic.1.de Orat. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audirā video.
Palumbes.Virg.eclog.1.
Pectus.Seneca Agamemn.7.
Postes Propert.lib.4.eleg.9.
Querela longa raucus.Propert.lib.1.eleg.15.
Riui.Claud.5.Paneg.
Sono rauco dedēre mugitum.Ouid.1.Fast.
Stridor.Ouid.8.Metam.
Tympana.Ouid.in Ibin.
Vallis rauca sonat.Stat.4.Thebaid.
Vnda.Ouid.11.Metam.
Vox.Ouid.6.Metam.

Raucisonus, penultima corr. Adiectiuum {βεκχιζων.} Lucret.lib.2,
Concaua raucisonóque minantur cornua cantu. Catul.Argon.59,
Multi raucisonis efflabant cornua bombis.

Raucitas,pen.corr.raucitatis {βεκχος} Vocis obtusitas. Plin.lib.11.cap.51,Elephas per nares tubarum raucitati similem elidit sonum. Sic libro 22. capite 23, In tussi, rua, fellis veteri suffusione, hydropicis, raucitatibus.

Raucio,raucis,rausi,rausum,raucīre.Raucum esse.

Rauceo,rauces,raucui {βεκχεάω} raucēre,Idem. A quo Raucesco,rauceseris.

Raudus, vel Rodus {ἀνέργυρος} significat(inquit Festus)rem rudem & imperfectam. nam saxum quoque raudum appellant poetæ.Æs raudum veteribus dictum. Vnde in venditionibus mancupi, scriptum erat,Rauduscvlo libram ferito.
Rodus modò est adiectiuum, vt suprà: modò substantiuum, vt & rudus in architectura:& quum molem,glebam,massam significat.vt, Hinc rapere manibus rodus saxeū grāde & graue. Et apud Lucilium, Plumbi pauxillum rodus liniqne maraxam. Hīc rodus est pondus.

Rauduscvlum,pen.corr.Diminutiuum.Cic.Attic.lib.4.epist.8,Nam de rauduscvlo quod scribis, &c. id est, modico illi ære. Raudum enim pro ære apud veteres. Cic.hīc vsurpat pro minimo sumptu. Eidem libro 14,Nec mehercule me rauduscvlum mouet.id est pecunia.

RAVDVSCVLA,Porta Romæ appellata est, à Raudo, id est ære, quòd ærata sit. Vide Val.Maxim.loco mox citato.

Rauduscvlanus,penult.prod.Adiect.Vnde Rauduscvlana porta Romæ. Val.Maxim.lib.5.cap.6, Genitio Cippo Prætori paludato portam egredienti,nouī & inauditi generis prodigium incidit.Nanque in capite eius subitò velut cornua emerserunt,responsumque est,eum regem fore,si in vrbem reuertisset. quod ne accideret,voluntarium ac perpetuum sibimet indixit exilium. Cuius testandæ rei gratia, capitis effigies æreæ portæ qua exesserat,inclusa est:dictáque Rauduscvlana,quòd olim rauda æra dicebantur.

RAVENNA {βένβαννα} Vrbs in octaua regione Italiæ, Sabinorum oppidum,in ora litoris Adriatici,olim tota ligneis compacta ædificiis,aquis diffusa, pontibúsque ac lembis peragrata. à Thessalis cōdita perhibetur. Alij post excisam Troiam, alij post confusa hominum labia in Babylone constructam fabulantur. Et quum à mari fiunt inundationes,nō mediocrem accipit partem cœni palustris. De hac Silius lib.8. Hāc vrbem vetustam esse,res ab Ostrogotis gestæ commemorant,qui eam regiam posuere. Liuius author est,ab Augusto muris cinctam fuisse, quos Valentinianus imperator postea ampliauit, eiusque archiepiscopo duodecim ciuitatum episcopos subiecit, Arimini,Cæsenæ,Fori Liuij, Fori Cornelij, Fauentiæ Briuci, Bononiæ,Mutinæ,Rhegij,Parmæ,& Placentiæ:quæ ciuitates deinceps sub Exarchatu fuere. Et Alaricus subinde eam magnificauit, sic Theodoricus,qui in ea octo & triginta annis regni sedem habuit.

Rauennas,huius Rauennatis,pen.prod.omn.gen. {βενβαννάτης} Rauennæ incola,aut ad Rauennam pertinens. Martial.lib.3.51,
Meliúsque ranæ garriant Rauennates.

Rauis, huius rauis, fœm.gen. {βρέγχος} Raucēdo vocatur,quæ fit aut nimia siccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locū fluente, ex quibus vox homini plerunque negatur. Plaut.Aulul.10,
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi siquid poscamus,ad rauim poscamus prius
Quàm quicquā detur? Id est Improbè, sæpius,clamosè, adeò vt vox etiam toties vociferāti rauescat,inquit Erasmus. Idem Cistellaria,
Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

Rauus {ἀμβλυσημαντόπους} Adiectiuum, veteres dixerunt Obtusum. Vnde Raua vox,Obtusa,& parum sonora.
Rauus color,Obtusus, id est mistus niger cū fuluo,color inter flauum & cæsium.Nonius,Rauū,Fuluum.Cic.4.Acad.Quia nobismetipsis modò cæruleum videbatur,mane rauum. Legitur hīc in nostris exemplaribus Flauum. Varr.2.de Re rustic.cap.9, Facie debent esse formosi,magnitudine ampla,oculis nigricāribus,aut rauis. Quidam legūt Glaucis. Ibid.cap.2,Cornibus pronis ad rostrum,rauis oculis.

Lupa

Lupa raua.Horat.3.Carm.ode 27.

Rauidus, pen. corr. {μελανόπους} Aliud adiectiuum, vt Rauidi oculi, Nigro & fuluo misti, qui color est inter flauum & cæsium. Colum. lib.8.cap.2.

Rauilius,a,um. Rauiliæ mulieres à rauis oculis dictæ, quemadmodum à tæsiis,cæsillæ. Festus.

Rauisellus,Similiter adiect.à Rauo. Plautus,
Quia inquit hæc mulier,& ille rauisellus qui venit? Legitur & rauistellus.

RAVRACI, Galliæ Belgicæ populi, vt scribit Cæsar in Comment. & Plinius lib. 4.cap.17. Plinio Rauraci dicuntur lib.2.cap.9:quos nunc Basilienses esse coniectura est.

R E

Re {ἀνὰ} Præpositio, à Retro per apocopen facta videtur. Vnde Respicio,retrò aspicio. Reuertor,retrouertor. & non nisi composita reperitur.
Re cum Rursum. Plin.lib.8. cap.22, Homines in lupos verti,rursúmque restitui sibi. Ibidem,cap.32, Quum prope ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes.
Re cum iterum. Plin lib.2.epist.14,Iterum clamor. Iterū reticuit.
¶Re,ablatiuus à res. Vide suo loco. Cic.pro Milone,Quum diceret Senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, re decernere. Id est exitu. Vetus codex non habet RE.

REA,vel Rhea,aliis nominibus Ops,Dēūm mater, Cybele,Magna mater.Dea Phrygia,Vesta,Idæa,Dindymene,Pylena,Pessinūtia,Enthea, aliisque compluribus nomin-bus vocitata,re vera (vt author est Orpheus in hymnis) Protogenis cuiusdam filia. Hanc fabulantur Cæli & Terræ filiam, Saturni vxorem, denique terram esse. Cui quantum religiosē olim sacra Galli facerent,authores sunt Festus, Arnobius,Augustinus, & plerique alij viri sapientissimi. Huius Semiuiri, id est execti sacerdotes,se castrabant furentes, quæ res nobis vitio vertitur à Solino. Rhea Syluia,filia Numitoris,Vestæ sacerdos Romulum & Remum (si diis placet) de deo Marte, aut potius furtiuo quopiam adolescente,vti adfolent monachæ, & concepit & peperit. Vide Lilium,4.Syntagmate Historiæ deorum,& Liuium libro 1.

Readopto, Vide RE ADOPTO.

Reædificare {ἀνοικοδομέω} Rursum vel denuo ædificare.
Reædificare meritum,pro Refarcire. Cic.ad Att.lib.6,Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Reapse {τῷ ὄντι} significat Reipsa. Pacuuius,
Si non est ingratum reapse quod feci. Cic.1. de Diuin. Formæ quæ reapse nullæ sunt,speciem autem offerunt.

REATE,hoius Reatis,pen.prod.n.gen. {ῥεάτης} oppidum Sabinorum, Italiæ vmbilicus. vnde Reatini populi. Plin lib.3.cap.12. Varro 2. de Re rust.cap.6,Ego,inquit, de asinis potissimum dicam qui sum Reatinus,vbi oprimi & maximi fiunt. Silius lib.8,
-magnæque Reate dicatum
Cælicolūm matri.

REATINI,à Reate oppido quartæ regionis Italicæ inter Nomentanos & Trebulanos.Plin.lib.3.cap.12.

Reatus, pen. prod.huius reatus,reatui,m.gen. {ἐνόχων τιμάτων} Status & conditio reorum,hoc est habitus demissus, pannosus, squalidus,& misericordiæ aucupator. Vnde reorum sordes, sordidatique rei dicebantur. Modestinus,D. De pœnis,in l.Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,aliquatenus pœna eius subleuanda erit. Id est, In eum mitius animaduertendū qui diu sordidatus fuerit:id quod euenire solet,aut iudicū consilio in diem longiorē iudicium reiicientium: aut pro re nata,si qua de causa planè non liquebat,reus sæpius ampliatus est. Pars enim pœnæ visa est, longa temporis intercapedo in conspicua calamitate & miseranda. Paulus. D. De bonis damnat. l.Cum ratio. Fraudis autem causa adoptio facta videtur,etiam si non reatu,sed in desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusatoris quis adoptet. Hodie in reatu sunt, qui vel carcere detenti,squalore,& illuuie conficiuntur: aut qui honoris causa, custodiæ suæ,aut apparitorum cōmissi,aut vadimonio,aut vadibus obstricti sunt,aut expromissoribus. Iustinus lib.4.Histor. Renocato igitur ad reatum Alcibiade, duoprælia secunda Niceas & Lamachus faciunt. Ad reatum,inquit,id est ad causam dicendam. Budæus.
Errore autem miro hæc opinio inter Iurisperitos, aliósque inualuit,vt reatus pro crimine exaudiatur. Budæus. Quintil. lib.8.cap.3, Messala primus reatum, muneratium Augustus primus dixerunt. Martial.lib.2.24,
Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo,pallidióque reo.

Rebar,Vide REOR,reris.

Rebello,rebellas {ἀνθεστημι,ἀνθιστάζω} rebellāre, Ex re & bello, bellas,compositum,significat Iterum bellare. Ouid.13.Metamorph.de Memnoniis auibus, -quum sol duodena peregit
Signa,parentali morituræ more rebellant. Id est bellum instaurant, bellum iterum in se suscipiunt, more eorum qui inferis parentant.
¶Rebellare,Repugnare, & quasi bellando aut certando contrà venire & contendere. Cæsar 8.bel.Gal Si tali ratione diuersis in locis plures rebellare cœpissent. Liu.ab Vrbe lib.8,Quia cum Latinis rebellare nolluissent.
¶Rebellare vulnera,seu alia vitia dicuntur, quando semel curata repullulant. Plin.libro 25.cap.13,Creduntque ea rursus sæpe rebellare quæ curauerit vitia: quo scelere & plantagine vtuntur.
Rebellat humor. Plin.lib.13.cap.12, Minus sorber politura chartæ, magis splēdet. Rebellat sæpe humor incuriosē datus,primóque malleo deprehenditur,aut etiam odore,quum fuerit indiligentior.

Rebellatio, Valer.libro 7.cap.3,Quum crebris rebellationibus metuissent vt eorum vrbem funditus Romani euertere vellent.

Rebellator,& Rebellatrix,penultima productā{ἀνθιστητὴς} Qui vel quæ rebellat.Liu.10.bel.Macedon.Dictu quàm re facilius sit,prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Ouid. 3. Trist. eleg.12,
Téque rebellatrix,&c.

Rebellis,& hoc rebelle {πολεμικὸς} Adiect. vt Flammæ rebelles. Stat. 1.Thebaid.

Rebellio,rebellionis {ἀθλιωτερός.} Cæsar 3.bel.Gal. Rebellio facta post obsidionem.
Cœptare rebellionem.Tacit.lib.3.

Rebellium, rebellij,Idem {πόλεμος.} Liuius 5.Decad.lib.2, Qui deditis contra ius & fas bellum inculsset, & pacatos ad rebellium incitasset.

Rebito,rebitas,pen.corr. {εἶμι} rebitāre,à re, & ito frequentatiuo verbi Eo is,compositum, Reuerti significat, & redire. Interpositum est autem b, tantùm euphoniæ causa. Plautus Capt.7,
Ac si non rebitas huc,vt viginti minas Dem pro te. Ibidem,12,
At vnum hoc te quæso,si huc rebitet & Philocrates,&c. Antiquum.

REBLATA,Vide ANTIOCHIA.

Reboo,reboas {ἀναβοάω} reboāre, Ex re & boare. Virgilius 3.Georgicorum,
-reboant syluæque & magnus Olympus. Id est resonant, remugiunt. Est autem Græcum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalem,habeat o, excepto inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant,aspirationem interponentes duabus vocalibus,& dicebant incoho. Seruius.
Laqueata templa cithatis reboant.Lucret.lib.2.
Tympana reboant. Catul.de Berecynth.58.
¶Reboare,cum accusatiuo.Silius lib.3.de Hercule,
-mœsto clamore ciebat
Pyrenen: scopulique omnes,ac lustra ferarum
Pyrenes reboant.

Recalcitro, recalcitras,penul.corr. {ἀντιλακτίζω} recalcitrāre. Idem quod Calcitro.Horat.1.Serm.satyr.1,
-nisi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem:
Cui malè si palpēre,recalcitrat vndique tutus.

Recalco, recalcas {παλιμπατέω} recalcāre,Rursum calcare. Colum. lib.2.cap 2,Si velis scrobibus egestam humum recondere,& recalcare,quum aliquo quasi fermento abundauerit.

Recaleo, recales,pen.corr.recalui {ἀναθέρμομαι} recalēre, Idem quod simplex Caleo. Virg.12.Æneidos,
-vix vrbe tuemur
Spes Italas,recalent nostro Tyberina fluenta Sanguine.
Actius multo atque vehementius Thessalici incendij cineres recaluere.Florus lib.4.cap.2.

Recalesco,recalescis,recalēscere {ἀναθερμαίνομαι} Rursus calescere.Cic. 2.de Nat.deor. Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouidius 2. de Remedio amoris,
Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

Recalfacio,recalfacis,penultima correp.recalfeci,penult.producta, recalfactum {ἀναθερμαίνω} recalfacere,Rursus calidum facere.Ouidius 8.Metamorphoseos,
-calidúmque prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

Recalfio,pen.prod.recalfis,recalfieri,pen.corr. Scribonius Largus cap. vlt.Rursus recalfiunt,& colantur per linteum.

Recalwaster,recalwastri{ἀναφαλαντίας} Qui fronte caluus est,non toto corpore,quasi racalwatulus,quod est diminutiuum. Valla libro 1.capite 5.

Recaluus,Adiectiuum,Idem {ἀναφαλαντίας.} Plautus Rudente,9,
-equem
Recaluom ac silonem senem statutum,ventriosum,&c.

Re-candeo, recandes, recandui {ἀναπυρσεύομαι} recandēre,Idem quod Candeo.Ouid.4.Metamorphoseos,
Séque super Pontum nullo tardata timore
Mittit, onúsque suum: percussa recanduit vnda. Id est Candida & alba facta est propter spumam, quam concitatum mare emittere solet.
Ira recanduit,Iterum inflammata est.Ouid.3.Metam.
¶Recandescere, pro Vehementer incalescere. Ouidius 1. Metamorphoseos,
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus ætherei altóque recanduit æstu.

Recandens,recandentis {ἀναπυρσεύων} Valde candens significat. Plin. lib.37.cap.9,Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt, in sole aperto proiectas,radios in se recandentes discurrere. Veteres exemplar legit candentes.

Recano,recanis,pen.corr.recinui,recentum {ἀνακρούω} recānere,Iterum canere. Plin.lib.10.cap.33, Adeóque vincit libido etiam fœtus charitatem,vt illa furtiua & in occulto incubans, quum sensit fœminam accupis accedentē ad marem,recauat,reuocétque. De perdice.
¶Recanere,pro Incantationem retorquere ac dissoluere. Plin.lib. 26.cap.2.vt legit Turnebus, Non pauci etiam serpentes ipsos recanere,&c. Sensus est,vt cantu angues rūpi prisci censebant,sic angues ipsos existimabant,si id præsentirent,recanere,& incantationem referre ac diluere. Quidam legunt recantare,Vide RECANTO.

Recanto,recantas {παλινῳδέω} recantare, Est rem incantatam alio carmine liberare. Plin.lib.28.cap.2,Non pauci etiam serpentes ipsos recantari credunt.
Recantare,Iterum cantare.Martial.lib.2.85,
Nusquam Græcula quod recantat Echo. Hoc est,cantanti vel loquenti respondet.

Recantatus, penultima prod. Participium {παλινῳδηθείς.} Horatius 1. Carm.ode 16,
-nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia,dum mihi
Fias recantatis amica
Obprobriis, animúmque reddas. Recantatis, Id est meliore car-

mine deletis. Recătantur autem obprobria, quum mutato carmine laudibus corrigantur, ait Acron. Porphyrio verò, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina fiunt in eum cui maledicermus.

Curæ recantatæ. Ouid.1.de Remed.amoris,

Nulla recantatas deponêt pectora curas. Id est amores magicis carminibus repressos.

Recaſiturus, Vide RECIDO.

Recanta, vno verbo, apochæ species in Nouel. De transitu militum, in qua Iustinianus ostendit de recaute de more facta τοῦ ἐπὶ τὰ ὄπλα τοῖς ὑποτέλεσιν ὑπὲρ τὸν παρ' αὐτῷ δεσπαναρίθμον. Brissonius lib.16. De verborum quæ ad ius pertinent significat.

Recedo, recedis, pen. prod. recessi, recessum {ἀναχωρῶ, ἀπαίρω} recedere, Quasi retro cedere. Plin.libro 3.cap.23, Recedens à mari M passuum.

Recedere ab aliquo procul. Plaut. Capt. 11.

Accedere ad aliquem, & Recedere ab aliquo, contraria. Cicero pro Plancio.

Ab hoste recedere. Ouid.3.de Ponto, eleg.1.

Ex acie, Vide ACIES.

Longius. Virg.4.Georg.

Recede illuc. Plautus Rud.19,

Tube dum recedere istos ambo illuc modo.

¶Domus recessit. Virg.2.Æneidos,

Et magis atque magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit.) Id est, inquit Seruius, à frequentia se remouit. & est speciosa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, vel econtra transfertur officium.

Flammæ recedunt. Virg 2. Æneid.

Turpiter victa Venus sæpe recessit. Ouid.1.de Remed.amor.

¶Recedere ab armis, pro Cessare, & desistere. Cic. pro Rosc. Amer.

Posteaquam ab armis recesserunt, in summo otio, rediens à cœna Romæ occisus est.

A causa alicuius paululum recedere. Cic. Post red. in Senat. Quastrage nõnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipub. paululum à mea causa recesserunt.

Recedere à conditione, à persona, à statu, Est quod Immutare conditionem, personam, statum dicimus.

Recedere ab vsitata consuetudine. Cic. pro Quintio, Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet.

Sic vt mater amas, sic nunquam corde recedit
Nata tuo. Strat.3.Sylu.5.

Recedere à lege. Cic.4.Verr. Sin illud dices, te Heraclij voluntate ab lege recessisse: ipse te impedies.

Procul à natura. Quintil.lib.2.cap.10.

¶Recedere ab oculis, Mori. Plin.epist.25, Viuit enim, viuétque semper, atque etiam latius in memoria hominũ & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit.

Recedere ab officio, Non facere officium. Cic.3.Offic. Quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.

Nullo dolore cogi vt ab officio recedatur. Ad Heren.3.

Aiuis à vera longè ratione recedit. Lucret.lib.2.

Recedere à sententiis alicuius, pro Illas taxare. Cic. Attico, lib.12, Si à sententiis eius dictis, si ab omni voluntate consiliisque, quæ de Repub. habuit, recedam, &c.

Recessit dictio à significatione. Cic.1. Offic. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinũ dicimus, &c. quanquam id nomen durius iam effecit vetustas: à peregrino enim recessit, & propriè in eo qui arma contrà ferret, remansit.

De statu dignitatis recedere. Cic. Attic. lib.1.15, Neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, neque, &c.

A vita recedere, Mori. Cic.4.Tusc. Quippe qui ob eam causam à vita recesserit.

Vita recessit patrio corpore, Id est mortuus est pater. Plautus Merc.3.

A vitio recedere. Plin.epist.182.

¶Recedere, pro Reuerti. Salustius in Iugurtha, Albinus Aulo fratre in castris Prætore relicto, Romam recessit.

In otia tuta. Horat.1.Serm.satyr.1.

Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit. Virg.4.Æneid.

¶Recedo, pro Discedo. Cic. Attic. lib.2, Tu si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, vnde nos pridie Non. Maij recedere eo giramus.

Ante finem recedere, Quod nos totidem verbis, *S'en aller devant la fin.* Plin.iun.lib.1.epist.13.

In auras tenues recedere. Virg.2.Æneid.

De medio. Cic. pro Rosc. Amer. Recede de medio, per alium transigam.

Quid furis: aut quónam nostri tibi cura recessit? Virg.2.Æneid.

Ille, vt opes fractæ Teucrum, & fortuna recessit. Virg.3.Æneid.

¶Recedere, pro Diminui. Plin.epist.6.lib.3, Recessit venter.

Rarescunt tenebræ, tantum de luce recessit. Stat.11.Theb.

¶Recedere, pro Disiungi. Celsus lib.8.cap.7, Sed in aliis quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit: maxillæ verò semper ossa etiam vexata aliqua parte cohærent.

Membra cæsa recesserunt à cute. Ouid.6.Fastorum,

Antè recessisset caput hoc ceruice cruenta,
Quàm tu, &c.

Illa etiam siquando in tergum pulsa recessit. Virg.11.Æneid.

¶Recedere, Remotum esse. Curtius libro 4, Matritimam tamen oram & pleraque longius etiam à mari recedêtia rex eius insulæ Strato possidebat.

Recedens, pen. prod. Participium {ἀναχωρῶν.} vt Anni venientes & recedentes. Horat. de Arte.

Rursus recedens hospes. Valer.7.Argon.

Recessurus, penultima prod. {ἀναχωρήσων, ὑποίξων} Aliud participium. Ouid.in Ibin.

Recessus, huius recessus {ἀναχώρησις, ὑπαιξις.} Cic 2. de Nat.deor. Bestiis autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum.

Tacitus recessus. Stat 1.Sylu 2.

Accessus & Recessus lunæ, contraria. Cic.2.de Diuin Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus, Lunæ motu gubernantur.

¶Recessus in oculo, pro Cauitate, siue profunditate quam vocãt. Plin.lib.8.cap.33, Oculi in recessu cauo, tenui discrimine, prægrãdes, & corpori concolores.

Recessus collium. Martial.lib.1.170, Lati collibus eminẽt recessus.

Solitudo & recessus. Cic.Att.lib.12, Mihi solitudo & recessus prouincia est.

In recessu, & Fronte, contraria. Quintil.lib.1.

Anguloſi recessus, Vide ANGVLVS.

Apricus, Vide APRICVS.

Longis recessibus ingens spelunca. Ouid.1.Fast.

Magni recessus & amœni. Curtius lib.7.

Marmoreo superi sedere recessu. Ouid.1.Metam.

Seducti. Ouid.13 Metam.

Tenebroso recessu carceris obtecta. Claud.3.de rap.Proserp.

Oris recessus. Quintil.lib.1.cap.5, Quum vox quasi in recessu oris auditur.

Latebræ & recessus in animis hominum. Plin.epist.3.lib.3, Vita hominum altos recessus, magnáque latebras habet. Id est reconditissima arcana Bud.

Vmbra aliqua aut recessus. Cicero 3.de Orat. Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus, vmbram aliquam aut recessum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

Recessim, Aduerbium {ἀναχωρητόν} Retrò cedendo. Plautus Amphitryone, 17,

Ego cunas recessim rursum prorsum trahere.

Recello, recellis, recellui {ἀπωκίνω} recẽllere, Reducere, &, vt ait Festus, reclinare. Apuleius lib 10.de Asino, Illa enim quoties ei parcens nares recellebam accedens, toties nisu rabido & spinam prehendens ad eam appliciore nexu inhærebat. Liu.4.bel.Punic. Ferrea manus quum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa prora nauim in puppim statuebat. Id est, deprimeret, inquit Budæus.

Terra retrò recellit, id est reclinat. Lucret.lib.6.

Recens, recentis, om.gen. {νεαρὸς, πρόσφατος} Nouum quod nuper accidit. Terent.Adelph.3.2,

Vt iram hanc in eos cuomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.

Recens nouus. Cic.Bruto, lib.11.21, Quocirca Segulium negligamus qui res nouas quærit: non quo veterem comederit (nullam enimh abuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit.

Recens & Inueteratus, contraria. Cic.de Senect. Omnis conglutinatio recens, ægrè: inueterata facilè diuellitur.

Recens, & Lassus, contraria. Curtius lib.3, Timere ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes inde successuros, si laxius stare potuissent. Hinc dicuntur equi recentes Ouidio 2.Metam. vt paulo pòst videbis adnotatum.

Pullus à partu recens. Varro 2.de Re rust. cap.8.

Dido recens à vulnere. Virg.6.Æneid.

Recens, ab. Cic.3.de Nat.deor. Et quos Homerus qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos dicit Lacedæmone.

Recens è prouincia. Cic.2.Verr. Quum è prouincia recens esset, inuidiáque & infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret.

¶Recentior, recentissimus. Cic.2.de Finib. Horum recentiorum nunquam dictum ab ipso vllo quod sciam. Nonius in hunc locum, Recentiorum, id est nouorum.

Alius alio recentior est in dolore. Author ad Heren.lib.2.

Recentiores ex authoribus. Plin.lib.12.cap.17.

Recens à diis, qui nuper à diis profectus est. Senec. epist.91, Non tamen negauerim fuisse alti spiritus viros, &c. vt ita dicam, à diis recentes.

¶Animæ recentes. Ouid.8.Metam.

Cædes. Virg.2.Æneid.

Locus tepidus recenti cæde. Virg.9.Æneid.

Candore recenti sol irrigat cælum. Lucret.lib.5.

Causa recens accessit ad iras. Ouid.3.Metam.

Crimen. Ouid.epist.9.

Cura. Ouid.3.Amor.eleg.8.

Dolor. Quintil.lib.6.cap.2.

Equi recentes, Non lassi, vel à lassitudine recreati. Ouidius 2.Metamorph.

Exemplum. Claud.2.in Eutrop.

Factum. Ouid.1.Metam.

Fama. Plin.lib.10.cap.43.

Flores recentes carpere. Horat.3.Carm.ode 27.

Fluuios recentes pro Aqua statim hausta dixit Virgilius libro 3. Georgic. Seruius.

Folio velata recenti. Ouid.3.Fast.

Homines recentes, Nuper nati. Horat.1.Carm.ode 10.

Laudes. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.

Lectus recens, Hoc est delectus recens. Tacit.lib.20.

Literæ recentissimæ. Cic. ad Att.lib.6, Recentissimas à Cybistris meas literas habere ais ad x.Cal.Oct.datas.

Malum. Ouid.4.Trist.eleg 5.

Maritus. Plin.epist.176. Plautus Nouum dixit.

Memoria recentiore. Cic.2. de Nat.deor. Et recentiore memoria iidem Tyndaridæ Persen victum nuntiauerunt. Id est, haud ita multo antè.

Metu recenti trepidat mens. Horat.2.Carm.ode 19.

Negotio

Negotio recenti. Cic.3.Verr. Datam quidem esse tum inter omnes recenti negotio facilè constabat.

Pede recenti recurrere. Plaut. Trinum.14.

Incolere recentia prata riuis. Virg.6.Æneid.

Re recenti, Id est eo tẽpore quo res contigit, quod etiam E re nata dicitur. Cic.7.Verr. An recenti re Syracusis apud notos, inspectante Sicilia penè tota, fecuri ferire?

Rore recenti gemmantes herbæ. Lucret.lib.2.

Seditio recens. Ouid.12.Metam.

Recens hominum sermo, & Vetustas annalium, contraria. Cic. pro Murena, Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.

Tempore recenti illo tu omnia, &c. Cic.ad Brutum.

Vestigia recentia. Cic.5.Verr. Præsertim quum in lectulo Decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseuerandum intelligebant?

Vires recentes. Ouid.4.Trist.eleg.5.

Vmbræ recentes, Quarum corpora nuper erant mortua. Ouid 10. Metam. de Orpheo.

Recens {πρωτόγονος} Aduerbium est aliquando, idem quod Recenter significans. Virg.3.Georg. Sole recens orto. Plin.lib.18.cap.22, Quã recentissimè stercorato solo.

Recens condita Roma, Hoc est nuper. Suet. in Tiberio Cæs.cap.1.

Recẽtes Romã venerunt. Cic.Att.lib.16, Rhegyni quidam illustres homines eò venerunt Romã fanè recentes.

Recens natus, apud Plautum in Ciste 1.3.

Recens dues. Ouid.3.Amor.eleg.7.

Recenter, Aduerbium, cuius nullum exemplum reperi.

Recentor, recentaris {νεμοῦμαι} recentari, Renouari, & denuo recens fieri. Matius,

Iamiam albicascit Phœbus, & recentatur,
Commune lumen hominibus & voluptas. Nonius.

Recenseo, recenses, recensui, recensum {κατακρίνω, ἀπαριθμέω} recensẽre, Recognoscere, summam totius populi colligere. Liuius, Inter hæc recenset exercitum militem instruit.

Captiuos recensere. Liu.6.bel.Pun.

Numerum. Virg.4.Georg.

Numerum porcorum. Colum.lib.7.cap.9.

Vellera ad numerum pecoris. Colum.lib.12.cap.3.

¶Recensere, Narrare. Cic.Att.lib.16, Quius enim recenset multa, quæ vellem. Aliqui legunt, Ob ius enim recessis multa.

Facta fortia recensere. Ouid.epist.9.

Dinumera fastos, nec parua exempla recense. Strat.4.Sylu.7.

Recensus {κατακριθείς} Participium à Recenseo, recenses, secundæ coniugationis. Suet.in Vesp.cap 9, Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit, suppleuitque recensu Senatu & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto.

Recensus {ἀπαριθμὸς} huius recensus, Ipse recensendi actus, ac recognitio. Sueton.in Cæsare Dictatore, cap.41, Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit.

Recensio, recensionis {κατάλογος} Idem. Cic.pro Milone, Eum qui ædẽ Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Suet.in Iulio Cæsare, cap.41, Ne qui noui cœtus recensionis causa moueri quandoque possent.

Recensitio, Idem Vlpian.in l.3.§ Si quis noxali.D. Ad exhibend. Recensitione seruorum facta. Sic habent Pandectæ Florentinæ, & Haloander.

Recensitus, pen.prod. {ἀπαριθμηθείς} Participium, à Recensio, recensis, quartæ coniugationis verbo antiquo, vt docet Georgius Valla. Idem quod Recensus, siue recognitus. Suet.in Iul. Cæs.cap.41, Instituit quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Claud.in Eutropium, lib.2, Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Recepto. Vide RECIPIO.

Receſsim, Aduerbium, Recessus, Vide RECEDO.

Rechedipna, Erant vestes peregrinæ, quibus in gymnasiis vtebantur. Iuuenal.satyr.3.

Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirine. Quo in loco volunt docti legendum esse trachedipna.

Recido, recidis, recidi, pen.corr.recasum, pen. prod. {κατατέμνω} recĩdere, Ex re & cado compositum, Recidere siue iterum cadere. Iungitur præpositionibus AD vel IN. Cic.2.de Nat.deor. Quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.

¶Recido, e geminato productionis gratia interdum dixerunt poetæ. Lucret.lib.1,

At neque recidere ad nihilum res posse. Idem lib.5. Propert.lib.4. elegia 9,

Recidit inque suos mensa supina pedes. Legitur & Decidit.

¶Recidere in caput. Curtius lib.9.

Incassum recidit omnis impensa. Colum.lib.4.cap.13.

Eò recidit, Quorsum recidat. Liu.4.ab Vrbe, Ne id Iupiter Opt. Max. sineret, regiæ maiestatis imperiũ eò recidere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro.

Recidit ad paucas familias attenuata bellis ciuitas. Plinius libro 5.capite 2.

Récidunt fabres, Redeunt. Plin.lib 28 cap.16, Quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent: & ne recidant, non remoueri septeno circuitu.

In fortunam recidere. Quintil.lib.6.cap.1.

Tela in iugulum Consulum recidissent. Cic. pro Plancio.

Ad luctum receiderunt ex lætitia. Cic.pro Sylla, Quàm citò illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrymas receiderunt?

Ad ludibrium recidit. Curtius lib.9.

Hoc in memoriam recidit. Cic.13.Philip.

In grauiorem morbum recidere. Liuius 4.bel.Pun.

Ad nihilum recidere. Cicer.7.Philip. Hunc tuum tantum apparãtum, támque præclarum ne ad nihilum recidere patiare.

Ramulus adductus vt remissus esset, in oculum suum recidit. Cic. 1.de Diuin.

Ad paucos recidit ars musica. Terent.in Prolog. Heeyr.

In te recident hæ contumeliæ. Plaut. Menæch.11. Liu.6.bel. Maced. Ætolorum praua consilia, atque in ipsorum caput semper recidentia accusauit.

In pristinam causam recidere, Id est in pristinam conditionẽ. Neratius in l.Quod in littore. D. De acquir.rer.domin.

In tenebras recidere. Cic.ad Brutum, 16, Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse?

Recasurus, pen prod. Particip. {ἀπαπτοησόμενος.} Cicero ad Att.lib.4, Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum.

Recidiuus, pen.prod. {ὑπότροπος, ὑπόστροφος} Adiectiuum, quod post casum renascitur. Virg 4 Æneidos,

Et recidiua manu posuissem Pergama victis. Id est quæ reciderunt, quasi Didoni se purgãs Æneas, Si mihi inquit licuisset, ruinas Troiæ protinus instaurassem: non tot, tantisque laboribus ac periculis conderenouam quæsissem. Seruius Recidiua post casum restituta interpretatur.

Recidiuæ febres. Plin.lib.30.cap.11. Charisius lib 1, Redíuiua dicimus, quæ post interitum redeunt: recidiua, quæ ex suo casu restituuntur.

Recido, recidis, recidi, recisum, pen.prod. {κόπτω} recĩdere, Ex re & cædo compositum, Incidere. Vnde Recisos ramos dicimus. Catò cap.2, Viam publicam muniri, vepres recidi. Martial.lib.1.115,

Quàm primum longas Phœbe recide comas.

Barbam recidere falce. Ouid.13 Metam.

Vulnus ense recidendum est Ouid.1.Metam.

Ornamenta ambitiosa recidere. Horat.de Arte.

Culpa recidit ut supplicio. Horat.3 Carm.ode 24.

Recisus, penul.prod.Particip. {κεκοπτημένος.} Plin.lib.16.cap.34, Itaque quum trunco inaruit recisa, etiam lætius fruticat.

Ab omni parte recisum. Ouid.3.Fast.

Caput recisum est. Ouid.9.Metam.

Recisæ columnæ. Horat.2.Carm.ode 18.

Iustes recisi. Horat.3.Carm.ode 6.

Vultus à ceruice recisus. Lucan.lib.2.

Nationes partim recisæ, partim repressæ. Cic.de Prouin.Consul.

Opus recisum, Breue & contractum. Paterc.lib.2, Quæ magnificentia triumphorum Cæsaris, quæ fuerit munerum, ne in operis quidem iusti materia, nedum huius tam recisi dignè exprimi potest.

Coloni ense recisi, Interfecti. Lucan.lib.2.

Vitia recisa à stirpe. Claud.1 in Ruffinum.

¶Recisus, Comparatiuum. Callistrat.l.2. D. De termino moto. Possunt ad tempus, vt cuiusque ætas patietur, relegari: & si iunior, in lõgius: si senior, recisius.

Recisurus, penult. producta, Participium {κοντημοσόμενος.} Horatius in Serm. satyra 3,

-quum dicas esse pares res
Furta latrociniis, & magnis parua, mineris
Falce recisurum simili te.

Recisio, Verbale {κόντημοσις.} Plin.lib.22.cap.4, Omnis autem recisione atque vstione proficit.

Recisamentum, recisamenti {κόντημα} Paruum fruſtum & quasi ramentum ex re aliqua recisum. Plin.lib.34 cap.11, Ocyssimè verò coronarium æruginem contrahit recisamentis in acetum additis. De ære.

Recingo, recingis, recinxi, recinctũ {ἀναζωννύω} recĩngere, Idẽ quod Discingere, quemadmodum Reuincio, & multa alia, significationem habent suis simplicibus contrariam. Plin.lib 17.cap.28, Priuatim autem contra erucas ambiti arbores singulas à muliere incitati immensis nudis pedibus recincta. Sub.multi iubent. Hoc est discincta, & vestem recinctam habente, vt menses fluant super humo. Ouidius 4. Metamorphoseos,

-sumptúmque recingitur anguem. Id est iterum deponit anguẽ, quo se antea velut cingulo præcinxerat.

Recinctus, Participium {ἀναζωσάμενος.} vt Vestis recincta. Virgilius 4. Æneid.

Tunica recincta. Ouid.1.Amor.eleg.5.

Castáque fallaci zona recincta manu. Ouid.epist.2.

Recinium, tr cinij, siue Recinus, Vestis antiquissima quadrata, vt ait Varro, cuius mediam partem retro incidebant, vnde Recinniati numi. Seruius in primum Comment. Æneid. Recinus dicitur, ab eo quòd post tergum reiicitur.

Reciniũ, omne vestimẽtum quadratum. ij qui l.12.tabul. interpretati sunt, esse dixerunt virilem rogam, qua mulieres vtebantur, prætextam clauo purpureo. Vnde recinati mimi planipedes. Quãm rem diligenter exequitur Sentra libro secundo de antiquitate verborum. Festus.

Recino, recinis, penult.correp, recinui, recentum {ἀνᾴδω} recinere, Rursus canere. Cic.de Clar. Orat. Illud est maius, quòd in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat vrbanius. Horatius 1.epist.1,

-hæc recinunt iuuenes dictata, senésque.

Nomen alicuius recinere. Horat.1.Carm ode 12.

Partæ recinentis omen. Horat.3.Carm.ode 27.

Recinere vrbanius. Vide Vrbanius recinere, in VRBS.

Recipio, recipis, pen.corr. recepi, pen.prod. receptum {ἀναδέχομαι, ἀναδέξομαι, ὑποδέχομαι} recĩpere, Ex re & capio, Rursum capere significat. Liu.lib.9, Recipiant arma quæ per pactionem tradiderũt. Plin.de Viris illustr. Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulsas redire, & locum recipere iussit.

Frænum recipit equus. Horat.1.epist.10.

Anhelitum recipere. Plaut Epid. 5.
Animam. Quintil. in Procem. lib. 6, Animam recipere, aurámque communem haurire amplius potui?
Animum. Terent. Adelph. 3. 2.
Animum vultúmque. Ouid. 4. Fast.
Recipere animum vel animos à vel ex pauore. Liu. 2. ab Vrbe.
Libertatem pristinam recipere, Id est recuperare. Caius in l. Adeó. in princ D De acquir. rer. domin.
Mentem. Virg. 11. Æneid.
Ossa receperunt frigus. Ouid. 11. Metam.
¶Recipere vrbem aliquam, Recuperare. Cic. de Senect. Tarentú verò qua vigilantia, quo consilio recepit?
Res amissas. Liu. 3. ab Vrbe.
¶Pœnas ab aliquo. Virg. 4. Æneidos,
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi. Bene recepi, inquit Seruius, quasi debitas.
¶Recipere se in aliquem locum, pro Conferre se, & proficisci. Cic. Attico, lib. 1. 15, Me Romam recepissem. Terent. Phorm. 2. 4,
Percunctatum ibo ad portum quoad se recipiat.
Recipere se ad aliquem fuga. Cæsar 1. bel. Gall.
Recipe te ad me. Plaut. Persa, 2.
Recipere se ad cœnam ad aliquem, Ire ad cœnam. Plaut. Capt. 13.
Ad diem se recipere. Cic. 3. Offic. Qui quum ad diem se recepisset, &c.
Recipe te ad dominum domum. Plaut. Trinum. 1. 4.
Domum se recipere. Terent. Phorm. 5. 4,
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa.
Recipio tempore me domo. Cic. Attic. lib. 11.
Gressum recipere ad limina. Virg. 11 Æneid.
Ex loco aliquo se recipere. Cic. 6. Verr. Et quum ex hisce se locis reciperent, eodem deferrentur.
Ex opere se recipere. Plaut. Menæch. 18.
In portum. Cic. 5. de Finibus, Ex quo tantus error consequitur, vt quem in portum se recipiant, scire non possint.
In montem sese. Cæsar 1. bell. Gal.
Sub murum se. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Se recipere ab vndis. Virg. 4. Georg.
Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Suet. in Augusto, cap. 17.
¶Ad frugem se. Cic. pro Cælio, Sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquando, & sese ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse.
Ad ingenium suum se. Plaut. Asin. 6.
¶Recipere se, pro Ad se redire, & animum ac vires resumere. Cic. in Somnio, Quæ quum intuerer stupens, vt me recepi, Quis hic, inquam, quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus?
¶Recipere se in principem. Plin. in Paneg.
¶Recipere, Capere vel accipere: vt Recipere in custodiam. Plautus Rud 17, -in custodiam nos vt tuam
Recipias & tutère. Et apud Plin. in Paneg. Recipere in turelam.
Recipere epistolas. Cic. ad Attic. lib. 12, A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die à tabellario.
Recipere sinu. Cic. de Vniuers. Ita orientur animantes, quos & vinos alatis, & consumptos sinu recipiatis.
Recipere in se omnia. Cic. 4. Acad. Plato ex materia in se omnia recipiente, mundum esse factum censet à deo sempiternum.
Recipere in aures, Audire. Plaut. Cistel. 5.
Recipere animis consilia alicuius. Liu. 2. bel. Pun.
Austeritatem recipere dicuntur vina. Plin. lib. 14 cap. 2, Vina primò dulcia austeritatem annis recipiunt, & rubra fiunt. In vetusto exemplari legitur accipiunt.
Casum recipere res aliqua dicitur. Cæs. 3. bel. Ciuil. Quæ res tamè fortasse aliquem reciperet casum, ne imperatorias sibi partes sumpsisse videretur.
Non recipit cunctationem hæc res. Liu. 9. bel. Pun.
Recipere domum custodiendam. Liu. 9. bel. Maced.
Detrimentum. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Recipere ignem dicitur lignum, & similia. Plin. lib. 14. cap. 20, Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.
Incrementum. Colum. lib. 5. cap. 6.
Sonum recipiunt aures. Cic. 2. de Nat. deor. Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime feruntur, rectè in aliis corporũ partibus collocatæ sunt.
¶Recipere aliquem, Admittere, accipere, honoris vel beneficij aut humanitatis causa suscipere. Cic. 3. Offic. Cyrsillum quendam suaden tem vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperẽt, lapidibus obruerũt.
Recipere hospites. Cic. 3. Verr. Quum suæ partes essent hospitum recipiendorum.
Recipere hospitem in domum. Cic. 1. Offic. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo.
Recipere aliquẽ mensa, lare, tecto, &c. Liu. 6. bel. Pun. Cic. 4. Verr. Idem pro Cluentio, Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, &c.
Recipere adytis suis. Colum. lib. 1. in Præf.
Recipere ciuitate. Cic. pro Cornel. Balbo, Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, nequem Populus Romanus Gaditanum recipiat ciuitate?
Recipere in sedem, & Recipere dorso dicitur equus hominem. Plin. lib 8. cap. 42, Neminem hic alium quàm Alexandrum, regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciens. De equo Alexandri. Idem lib. 8. cap. 42, Nec Cæsaris Dictatoris quenquam aliũ recepisse dorso, equus traditur.
Hospitio recipere aliquem. Ouid. 5. Metam.
Neu recipi portis, aut duci in mœnia possint. Virg. 2. Æneid.
Tectis ac sedibus suis aliquem recipere. Cic. 2. de Lege agrar.

Vrbe virum vidi, tectóque animóque recepi. Ouid. epist. 6.
Aliquem animo & thalamo recipere. Ouid. 2. de Arte.
Ad sese aliquem. Virg. 2. Æneid.
In eandem nauem. Cic. 3. de Nat. deor. Non iniuria sibi illud accidere, qui illum in eandem nauem recepissent.
In secundam aciem aliquem, Vide ACIES.
In ornithona aliquem, Vide ORNITHON.
In amicitiam. Cic. Attico, lib. 2, Numestium ex literis tuis studiosè scripsis libenter in amicitiam recepi.
In cœlum. Ouid. 2. Metam.
In deditionem. Cæsar 3. bel. Gal.
Recipi ad deos. Liu. 4. ab Vrbe.
Aliquem in familiaritatem. Cic. 2. Philip. Si eundem nequam hominem, audacémque cognouerat, hunc in familiaritatem libentissimè recipiebat.
Ciuitatem in fidem. Plin. lib. 7. cap. 26. Cæsar 2. bel. Gall. Cæsar honoris Diuitiaci causa atque Heduorum, sese eas in fidem recepturũ, & conseruaturum dixit. Ibidem, lib. 8. Cic. 1. Offic. Vt ij qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more maiorum.
In fidem suam aliquem. Cic. Seruilio, lib. 13. 70, Vt igitur eum recipias in fidem, habeásque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo.
In fidem & necessitudinem. Cic. Sulpitio, lib. 13 20, Sed eò vehementius à te contendimus, vt Lysonem in fidem, necessitudinémque tuam recipias.
In gratiam. Cic. pro Rab. Posthumo, Quem ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.
Ignorantiam alicuius recipere, Id est excusationẽ admittere. Vlp. in l. Si fideiussor. §. 1. D. Mandati, vel contrá.
Recepta est cognitio, Id est admissa est actio causæ. Plin. epist. 108.
Recipere aliquem domum ad se hospitio. Cæs. lib. 2. bel. Ciuil.
¶Recipere seruum (inquit Vlpianus. D. De seruo corrupto, l. 1) est abscondendi causa seruo refugium præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco, ædificióve.
¶Recipere, Excipere ad vsum suũ, & reseruare: quod fit quũ quis venditis cæteris, sibi quippiam reseruat. Plaut. Trinum. 4,
-vbi nunc adolescens habet? c. posticulum
Hoc recepit quum ædes vendidit. Nonius, Recipere, est exceptum facere. Budæus, Recipere, antiquum verbum iuris. Gellius lib. 17. cap. 6, Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum transmittebat, ea recipere dicebatur: sicuti nunc quoque in venditionibus quæ excipiũtur, neque væneunt. Receptitius ergo seruus mulieris est proprius, quem cum pecunia reliqua mulier receperat, neque dixerat doti, sed retinuerat.
¶Recipere, In tutum reducere, liberare. Virg. 6. Æneidos,
-medióque ex hoste recepi.
In tutum recipi. Liu. 2. ab Vrbe.
Aliquem in periculo recipere. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9, Non puto repudiabis in honore, quem in periculo receposti.
¶Nomen absentis recipere. Cic. 4. Verr. Et hac actione quàm voletis multi dicent, & qui ex isto ipso audierint viri primarij nostri ordinis, & alij qui interfuerint quum absentis nomen reciperetur. Id est, inter reos recipereturr, inquit Budæus. Valer. lib. 3. cap. 7. de M. Antonio, Lex Memia eorum, qui Reipub. causa abessent, recipi nomina vetabat.
¶Recipere corpore telum. Virg. 9. Æneid. Hoc est educere, inquit Seruius. vt -hastámque receptat
Ossibus hærentem. Cic. pro Rosc. Amer. Aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, quòd non totũ telum corpore recepisset. Hoc est, admisisset, seu intrare permisisset.
¶Recipere, Facienda suscipere, & cum obligatione promittere. Cic. Crasso, lib. 5 8, Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum. Terent. Phorm. 5. 8,
An verebamini ne non id faceremus, quod recepissem semel?
Recipere ad se, In suam fidem & periculum accipere. Terentius Heaut. 5. 5,
-ad me recipio, Faciet.
Recipere in se. Cic. ad Brut. lib. 13. 11, Sed tamen seperatim promitto, in méque recipio, fore eum tibi & voluptari & vsui.
Tibi spondeo, in méque recipio. Cic. Sulpitio, lib. 13. 18.
Recipere causam capitis. Cic. post Reditum ad Quirites. Id est defendendam suscipere. Idem 4. Verr. Recepi enim causam Siciliæ.
De aliquo fidem recipere. Cic. Att. lib. 2.
Recipere mandatum. Cic. pro Rosc. Amer. Quid recipis mandatũ, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es?
Receptum officium persoluere. Cic. 7. Verr. Quum & Populo Romano satisfactum, & receptum officium Siculis necessariis meis erit persolutum.
Recipere onus aliquod. Cicero in Orat. Volo mihi tecum commune esse crimen, vt si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti.
¶Recipere, Promittere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7, Sed tamen ego filio dixerã, librum tibi legeret & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum.
Thermus omnia se factum recepit. Cic. Att. lib. 5.
Recipere alicui. Cic. ad Att. lib. 5, Vt ego ei coràm dixeram, mihíque ille receperat. Idem ad Memmium, lib. 13. 3, Velim ita tractes, vt mihi coràm recepisti.
¶Inter recipere, & suscipere. Recipimus partem, Suscipimus totũ, vt ait Asconius in Diuinationem. Cicero, Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receperam, Populi Rom. susceptam esse arbitror. Idem 2 de Orat. In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ suscepris rebus, vel perfidiæ recepris.
Recipere & Respuere, contraria. Quintil. lib. 6. cap. 5.

¶Recipere,

¶Recipere, Approbare. Quintil. lib. 8, de Meronymia loquens, Ex eo quod continetur, vsus recepit bene moratas vrbes, & poculum epotum, seculum fœlix. Budæus.
Cognoscere & recipere. Cic. 1. Tusc. Serò igitur à nostris poetæ vel cogniti vel recepti.
¶Recipere, Extinguere, prosternere. Virgil. lib. 9,
Pectore in aduerso totum cui comiuus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit. Nonius.
¶Recipere, Renocare. Lucil. lib. 29,
Primum ex aduorso, si quod est cœnaculum, quò recipiat te. Virg. Æneid. lib. 2,
Sic ore effata recepit. Ad sese. Cic. 3. Offic. Qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus.
Recipi in cibum, vel in mensas, dicitur herba, vel auis, quum recipitur pro cibo. Plin. lib. 22. cap. 22, Scolymon quoque in cibos recipit Oriens. Et lib. 10. cap. 26, Africæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ propter ingratum virus.
Recipere in mores, Obseruatione quadam, non legibus confirmare. Quintil. lib. 5. cap. 10.
¶Receptum est, Impersonale, pro Approbatum est, vt ait Budæus. Plin. lib. 28. cap. 2, Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est.
Ratione falsa receptum est. Lucret. lib. 1.
Receptus, Participium {πεποιθὼς, μάτην.} Recepti in ciuitatem dicuntur, qui cum suffragio ciues sunt effecti, vt apud Liuium sæpe legitur. Et Receptus mos est, quem sponte ciuitas alienum asciuit.
Ex facili nulloque vrgente receptus. Lucan. lib. 4.
Cælo receptus. Quintil. lib. 3 cap. 7.
Sede cælesti receptus. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 5.
Amans receptus tota nocte. Propert. lib. 2. eleg. 15.
Ensis receptus pectore. Senec. Thyeste, 8,
-frugesque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Id est, liberatas, inquit Seruius, vt Medioque ex hoste recepit. Virg. 1. Æneid.
Receptus mos, est, quem sua sponte ciuitas alienum adsciuit. Festus.
Persuasio publicè recepta. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Preces receptæ. Stat. 4. Sylu. 1.
Somnus receptus parte oculorum. Ouid. 1. Metam.
Verba aure recepta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Receptum {αἱρεθὲν} Substantiuum. Cic. 2. Philipp. Promissum & receptum interuertit, ad seque transtulit.
Promisso ac recepto suo satisfacere. Cic. 7. Verr.
Receptus, huius receptus {εἰσδοχή.} Liu. 4. ab Vrbe, Breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus.
Receptui canere, Est tuba è prælio exercitum remouere {ἀνάκλησις} Cic. 12. Philipp. Quis enim reuocante & receptui canente Senatu pro peret dimicare?
Per transfationem, pro Discedere & abire. Cic. 3. Tusc. Vetat igitur tatio tueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetẽ aciem ad miserias contemplandas: à quibus quum cecinit receptui, impellit rursum & incitat ad conspiciendas, totaque mente contrectandas varias voluptates.
Receptui signum dare. Liu. 2. ab Vrbe.
Receptui signum, aut reuocationem à bello audire. Cic. 13. Philip.
Receptus pertinacis sententiæ, apud Liuium lib. 4, pro Resipiscentia à sententia pertinaci. Alia constructione, lib. 8. bell. Punici, Receptus à malis consiliis.
¶Receptus {καταφυγὴ} Locus in quo se tutò recipit exercitus, & sine periculo hostem expectare potest. Virg. 11. Æneidos,
Planities ignota iacet, tutíque receptus.
Habere aliquem receptum. Plancus Ciceroni, lib. 10.
Amittere receptum. Cic. Attic. lib. 8, Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam.
Receptio, Verbale, fœm. gen. {ἔκκλησις.} Plaut. Asin. 16, Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? Id est, Quare recipis ad te virum meum?
Reciperatio est, vt ait Gallus Ælius, quũ inter populum, & reges, nationésque & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, tesque priuatas inter se persequantur. Festus.
Reciperationem Turnebus esse dicit, quũ inter pópulos lex conuenit, quomodo res repetantur recuperenturque. συμβολα, si credimus Suidæ, appellat Demosthenes 7. Philipp. quæ pacta conuenta sunt ciuitatum inter se, quibus iura ciuibus vltro citroque redduntur. Hæc ille.
Receptor, Aliud verbale {ὑποδέκτης} Qui latrones, eorumque furrepta recipit, occultatque. Cic. pro Mil. Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator & receptor locus, dum neque multa so litudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Misenum. Metius Iuriscons. tit. De receptoribus, Pessimum, inquit, genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest.
Receptrix, Verbale fœm. {ὑποδέκτρια.} Cic. 6. Ver. Tua inquam, tua Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum teitis, prædarum ac furtorum receptrix.
Receptitius, Adiectium, Quod reseruatur. Vnde Receptitius seruus appellatus est nuptæ mulieris proprius, quem scilicet quum dotem marito daret, sibi reseruauit. Quoties enim mulier in danda viro dote, aliqua ex suis bonis retinet, nec ea ad virum transmittit, recipere ea dicitur. Vide Receptus, pro Excipere ad vsum suum.
Receptitia dos apud Caium l. 31. §. 2. D. de mort. caus. donat.
Recepto, receptas {ὑποδέχομαι} receptare, Frequentatiuum. Terent. Heaut. 5. 2,
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,
Victus, vestitus, quò in tectum te receptes. Idem Heaut. 5. 2,

Meum receptas filium ad te Pamphilum. Liu. 5. ab Vrbe.
Animam receptare. Lucret. lib. 3.
Sinu suo cuncta receptat natura. Lucan. lib. 7.
¶Receptare, Concedere, probare. Lucret. lib. 1,
Scilicet ex vlla facere id si parte receptent,
Occider ad nihilum, &c. Codices veteres habent reparcent, planè mendosè, vt ait Lambinus.
Receptator, penult. prod. receptatoris, Verbale, Qui fures, eorumque furta domi suæ receptat, seu recipit & occultat. Vulgus *Recelatorem* vocat. Vlpian. ff. de incend. ruin. naufrag. &c. Non tantùm autẽ qui rapuit, verùm is quoque qui recepit, ex causis suprà scriptis teneturiquia receptatores nõ minus delinquunt, quàm aggressores.
Receptaculum, receptaculi, pen. corr. {ὑποδοχεῖον, ἐνδοχεῖον, ἀποθήκη} Confugium. Cic. 7. Verr. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ.
Receptaculum omnium purgamentorum vrbis. Liuius 1. ab Vrb.
Nisi illud & rei frumentariæ subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. Cic. 4. Verr.
Receptaculum animi corpus. Cic. 1. Tusc. Corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum.
Mors æternum nihil sentienti receptaculum. Cic. 5. Tusc.
Cibi receptaculum ventriculus. Lactant. de opific. Dei, cap. 11.
Reciprocus, pen. cor. Adiect. {παλινδρομος, ἀντίστροφος} Dicitur quod eò redit vnde prodiit. Spiritus reciprocatur quum rursum resorbetur. Et vnda à litore excussa, rursus litus alluens, reciprocari dicitur. Et horæ reciprocantur, quum expleto legitimo cursu, rursum ad pristinum ordinem redeunt. Haud aliter pronomina reciproca ad id vnde prodierant reuocantur. Hæc Erasmus. Varro de Ling. Lat. lib. 3 à recipiendo deriuat reciprocum, qui esse asserit, id quod aliunde profectum, redit eò vnde profectum est.
Reciproca argumenta, Græcis ἀντιστρέφοντα dicta, vitium sunt in oratione longè maximum, quũ scilicet argumentum propositum referri contrà cõuertique in eum potest, à quo dictum est, & vtrunque pariter valet, quale est illud pernulgatum Protagoræ, de quo Gellius lib. 5. cap. 10. Vide & lib. 9. cap. 16.
Motus reciproci. Senec. Herc. fur. 12.
Reciprocus amnis, Refluus. Plin. lib. 9. cap. 57. Idem lib. 5. cap. 4, Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros.
Reciproca tela. Varro, Reciproca tendens neruo equino concita tela. Quod sic accipit Turnebus, quũ arcus tenditur, sagitta ad nos versus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partem, vnde trahebatur redit, idque est quod reciprocum appellat.
Tethys reciproca. Silius lib. 3.
Reciproco, reciprocas, pen. corr. {ἀντιστρέφω, παλινδρομέω} reciprocare, reperire, reflectere, remittere, retrogredi. Liu. 1. bel. Pun. Quum iam spiritum inter cluderet, nec reciprocate animã fineret, aueisi à vento parũper consedere. Cic. 1. de Diuin. Siquidẽ ista sic reciprocãtur, vt si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, sit diuinatio. Idẽ 3. de Nat. deor. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? Liu. 8. bel. Pun. Quinqueremem satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum æstum reciprocari non posse.
Reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante profundo salo mersas. Curt. lib. 9.
Reciprocare manu telum. Gellius lib. 9. cap. 50.
Reciprocantes aquæ. Florus lib. 2. cap. 8.
Reciprocata vicissitudo. Arnobius lib. 2. Aduers. gent. Cuius est autem pudoris, maledicti & criminis loco dare ea, quæ in te possint reciprocata vicissitudine retorqueiis?
¶Reciprocare item, pro Recipere. Nonius,
Reciproca animum, inquam, odiosè. Ennius Andromeda,
Riseus (alij risus) prorsus reciprocat, fructus feram.
Reciprocatio, Verbale {ὑπαναστροφὴ} Retrogressio. Plin. lib. 8. cap. 52, Quũ circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationẽ longitudo in exilitate cæca. Idem lib. 9. cap. 8, Obseruata æstus reciprocatione. Idem lib. 9. 11 cap. 24, Longitudo fili à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum velox reciprocatio.
Recisamentum, Recisio, Recisus, Vide RECIDO, pen. prod.
Recito, recitas, pen. corr. {λέγω, ἀναγιγνώσκω, ἀναγνώσκω} recitare, Exire & cito. citas, compositum, Scripturam clara voce, vt alij audiant, intelligantque, legere. Cic. 4. Verr. Quid ego nunc hîc Sext. Pompeij Chlori testimonium recitem?
Recitare identidem, Vide IDEM.
Clarè recitare. Plaut. in Persa, 15.
Carmen recitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.
Edictum recitare. Cic. pro Quintio.
Literas in senatu. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12, Caue putes vllas literas vnquam grauiores, quàm tuas in Senatu esse recitatas.
Scripta recitant in medio foro. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Recitare de, vel ex. Cic. pro Cluentio, Cui loco respondere possevix videor, quòd elogium recitasti de testamento Ch. Egnatij patris.
Idem 5. Verrina, Da quæso scribæ, recitet ex codice.
De rabulis publicis recitare. Cic. pro Flacco.
¶Recitatus hæres testamẽto, Factus, pronuntiatus, scriptus. Plin. lib. 7. cap. 52, Apertóque testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse.
Recitare Senatum, aut Senatorem. Cicero pro Domo, Patremtuum, &c. L. Philippus Censor aũnculum suum præteriit in recitando Senatu.
¶Recitare, Memoriter enuntiare. Quintil. Declamat. 6, At ista legem recitat. De muliere cæca. Celsi lib. 3. cap. 18, Quineriam recitare, siqua memiherunt, cogẽndi sunt. De phrenecticis.
Recitatio, Verbale {ἀνάγνωσις.} Cic. pro Cluent. Crassus tum ita Brutum vultus est, vt illum recitationis suæ pœniteret.
Literarum recitatio. Cic. pro Domo.

Recitator, pen. prod. {ἀναγνώστης} Aliud verbale masc. Cic. 2. de Inuen. Neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putauit. Idem pro Cluentio, Tres ἐξ ipse excitauit recitatores cum singulis libellis.

Acerbus recitator. Horat. de Arte.

Reclamo, reclamas, pen. prod. {κατακραυγάζω πρὸς ἀντιβοάω, ἀντεβόησα} reclamâre, Clamore aduersari, non acquiescere, repugnare, refragari. Cic. 6. Verr. Reclamat Sicilia tota, propter exlati argenti cupiditatem, reos fieri rerum capitalium. Ibidem, Res agitur in Senatu, vehementer ab omnibus reclamatur.

Ager canenti domino reclamat, Respondet ad vocem. Stat. 4. Sylu. 5.

Feruet iter gemitu, & plangoribus arua reclamant. Stat. 3. Theb. Æquora scopulis illisa reclamant. Virg. 2. Georg.

Ratio vera reclamat. Id est contradicit. Lucret. lib. 1.

Theatra tota reclamant. Cic. 3. de Orat. At in his si paulum modò offensum est, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.

Reclamare in libertatem, Vide PROCLAMO.

Reclamo tibi pro reo, Id est Reprobo tum clamore quæ in reum dicis. Plin. epist. 3. lib. 9.

¶Reclamari, Passiuum, pro Obiici. Quintil lib. 12. cap. 1, Nunc de iis dicendum, quæ mihi quasi conspitatione quadam vulgi reclamari videntur.

Ab vniuerso Senatu reclamatum est. Cic. pro Domo.

Reclamatio, Verbale {ἀντίκλησις}. Cic. 4. Philipp. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis. Hoc est, noua acclamatione, iterato clamore. Re, enim (ait Cælius Secundus) hîc repetit, non contrarium dicit.

Reclamito, reclamitas, pen. corr. {ἀντικράζω} reclamitare, Frequentatiuum. Cic. pro Rosc. Amer. Magna est enim vis humanitatis, multumvalet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclino, reclinas, pen. prod. {ἀνακλίνω, κατακλίνω} reclinâre, ad Aliquid flexum esse, incuruari & reflecti. Cic. in Arato, At Cepheus caput atque humeros, palmasque reclinat. Plin. lib. 29. cap. 3, Candido ouo rum in oculis & pili reclinantur ammoniaco trito, admistoque. Cornarius in Dioscorid. lib. 2. cap. 41, ex Galeno reclinantur exponit agglutinantur.

Reclino, neutrum est apud Senecam in Consolatione ad Mariam, In quem onus imperij reclinaret.

Reclinatus, pen. prod. Participium {ἀνακλιθείς.} Horat. 2. Carm. ode 3,

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum beatis
Interiore nota Falerni. Hoc est, resupinum, recumbentẽ. Porphyr.

Recliuis, & hoc recliue, pen. prod. {κάταντης} Idem quod Accliuis, propendens, prominens. Martial lib. 9. 95,

Sic in gramine floreo recliuis,
Quà gemmantibus hinc & inde riuis
Curua calculus excitatur vnda.

Cubili recliuis. Stat. 1. Sylu. 2.

Pectus recline. Seneca Herc. Oet æo, 13:

Recliuis in sinu iuuenis. Hoc est, reclinata. De Venere in sinu Adonidis recumbente.

Recliuis, & nescio similis. Tacit. lib. 13.

Recludo, recludis, pen. prod recluſi, recluſum, pen. prod. {ἀνοίγω} reclúdere, Aperire. Plaut. Capt. 15,

Cellas refregit omnes intus, recluſitque armariũ. Virg. 8. Æneidos,

Infernas reserat sedes, & regna recludat Pallida.

Artus recludere. Silius lib. 1.

Cælum luce æstiua. Virg. 4. Georg.

Ensem. Virg. 4. Æneid.

Iugulum recludere, Aperire. Ouid. 7. Metam.

Occulta recludere, Prodere. Stat. 1. Achil.

Operta. Horat. 1. epist. 5.

Ora fontana recludere, Fonti dare cursum. Ouid. 1. Fast.

Portas. Propert. lib. 3. eleg. 19.

Tellus recluditur dente vnco. Virg. 2. Georg.

Tellure recludere thesauros. Virg. 1. Æneid.

¶Recludere, pro Claudere. Iustinus lib. 1. Orthanes per internuntios quærit à filia, quæ inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. At illa nec se scire, nec ex alia posse cognoscere, quia singulæ seperatim recludantur.

Recludens, Participium {ἀνοίγων.} vt Virtus recludens cælum. Horat. 3. Carm. ode 2,

Recluſus, pen. prod. Participium {ἀνεῳγμένος} Apertus. vt Fores recluſæ. Ouid. 7. Metam.

Domo recluſa vigilare. Horat. 2. epist. 1.

Recogito, recogitas, pen. cor. {ἀναπολῶ, ἀναλογίζομαι} recogitâre, Iterum atque iterum cogitare. Cic. Qu. frat. lib. 2. 6, Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana & nominibus Pompeianis in otio recogitasse. Colum. lib. 1. in Præfat. Quæ quum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris.

Recognosco, recognoscis, recognoui, pen. prod. recognitum, penult. corr. {ἀναγνωρίζω, ἀναγνώρισις} recognóscere, Æstimare significat, & considerare, tractareque, inquit Budæus: In memoriam reuocare, vel etiam agnoscere. Cic. ad Atticum, lib. 8, Tuas literas libenter legi: recognoui enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. Item 4. Verr. Quum ibi tius in Quæstura fugam & furtum recognouerat.

Aliquem penitus recognoscere. Cic. pro Dejot. Perturbat me C. Cæsar etiam illud interdum: quod tamen, quum te penitus recognoui, timere desino.

Amorem alicuius erga se in literis. Cassius Cic. lib. 12. 12.

Dona. Virg. 8. Æneid.

Plura. Ouid. 4. Fast.

Sacra recognoscees annalibus eruta priscis. Ouid. 1. Fast.

Verba recognoscere. Brutus Ciceroni, 16. 2, Verba tua ree ognosce, & aude negare seruientis aduersus regem istas esse preces.

Vetera. Cic. in Sallust Quòd nullum vos sciatis nouum primen in Sallustium auduros, sed omnia vetera recognituros.

Recognoscere ex. Cic. 3. Verr. Quæ qualis fuerit, aut meminisse, aut ex eo quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis.

Reminiscendo recognoscere. Cic. 1. Tusc. Bene interroganti respondentem, declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere.

Recognoscere cum aliquo. Cic. in Catil. Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem: iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem, quàm te ad perniciem Reipub.

Recognosci ab omnibus. Cognosci, vel iterum cognosci. Cic. 7. Verr. Alij quum à multis ciuibus Romanis recognoscerentur, ab omnibus defenderentur, securi feriebantur.

¶Recognoscere, Opus compositum emendandi aut limandi, aut reprehendendi causa reuidere, inquit Sipontinus. Cic. 3. de Legib. Quamobrem quoniam non recognoscimus nunc leges R. P. sed aut repetimus erepras, aut nouas scribimus. Idem 4. Verr. Hæc omnia summa cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt.

Decretum recognoscere, Retractandi, vel emendandi causa cognoscere & videre. Cic. pro Cornelio Balbo, Nos Cn. Pompeij decretum, iudicium de consilij sententia pronuntiatum recognoscemus?

Recognoscere in consilio. Cic. 4. Verr. Quum hos sibi quæstus constituisse magnos, atque vberes ex iis causis, quas ipse instituerat in cõsilio, hoc est cum sua cohorte recognoscere. Alij legunt cognoscere.

¶Explorare & recognoscere. Colum. lib. 1. cap. 8 Panis, potionisq; bonitatem gustu suo explorent: vestem, manicas, pedumque tegmina recognoscat. Id est recenseat.

Supellectilem pecuniamque omnem recognouit. Cuttius lib. 1.

¶Recognoscere equitum turmas, pro Recensere. Suet. in Octau. cap. 37. Idem in Calig. cap. 16, Equites Romanos seuerè curioseque, nec sine moderatione recognouit, paùm adempto equo quibus aut probri aliquid, aut ignominiæ inesset.

Recognitio {ἀνάγνωσις, ἀναγνώρισις.} Verbale. Plin. lib. 11. cap. 30, Et quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. De formicis.

Recognitio eorum quæ in familia sunt. Colum. lib. 11. cap. 1.

Recognitio scelerum suorum. Cic. 6. Ver. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum, quum ego ipse in commemoratione eorum non solùm commouear, verumetiam cor pore perhorrescam?

Recognitio rei iudicatæ. Gall. *Reuision de proces.* Reuisio processus à barbaris dicitur. Budæus in forensibus, Instauratium (inquit) iudicium & instauratitium dici potest, quæ *Reuisio* vulgò dicitur.

Recolligo, recolligis, pen. corr. recollegi, pen. prod. recollectum {ἀναλέγομαι} recolligere, In vnum colligere. Colum. lib. 8. cap. 5, Constim circumire oportebit cubilia, vt quæ mota sunt oua, recolligantur. Plin. epist. 190. lib. 9, ad Quadratum, Postea actionem meam vtcunque potui, recollegi, addidi multa.

Sparsos ignes recolligit. Lucan. lib. 1.

Annos primos recolligere. Ouid. 7. Metam.

Recolligere animum alicuius, qui est in alterum offensior {ἐξαποστέλλειν.} Cic. Attic. lib. 1. 3, Quòd scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere: quid dicas, neque id neglexi, sed est miro quodam modo affectus. Id est, corrigi, reuocari ab ira, inquit interpres.

Recolligere se dicitur æger {ἀναλαμβάνειν.} Plin. lib. 20. cap. 5, Heraclides contra argẽtum viuum dedit, & Veneri subinde offensanti, ægritúque se recolligentibus.

Recolligere se à longa valetudine, Refumere & recipere vires. Plin. lib. 23 cap. 7.

Recolligere vires longa ægritudine. Plin. lib. 24. cap. 6.

Recolo, recolas, pen. prod. recolare, Iterum colare. Scribon. Largus, Postea recolare per linteum duplex.

Recolo, recolis, pen. cor. recolui, recultum {ἀναχωρίζω} recolere, Rursum colere, Desertum agrum rursus colere. Liu. lib. 7. bell. Punic. Omnes in vibes, in agros suos reductos, arare, serere, desertam recoli tertam. Tacit. lib. 3, Quo tum exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. Hoc est restituit, renouauit. Idem lib. 17, Et recens ab exilio reuersos nobileis adolescentulos auitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. Hoc est rursus coluit, decorauit, honorauit.

¶Recolere {ἀναλογίζεσθαι, ἀναμιμνήσκεσθαι} Repetere, meditari, & mente tractare. Diomedes, Supereſt vt singula recolendo, memoria tenus mandentur, ne frustra cum tempore euanescant. Cic. pro Archia, Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum egomet mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. Idem 13. Philipp. Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo, & maiore consolatione moriere.

Studio recolere, Virg. 6. Æneidos,

Inclusas animas, superumque ad lumen ituras
Lustrabat studio recolens. Id est circumibat studioſè retractans. Seruius.

Intermissa recolere. Liuius 9. bel. Maced. Vestigalia regni non fructibus tantùm agrorum, portoriisque maritimis auxit, sed metalla etiam & cætera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit.

Artes inter se recolere, Exercere. Cic. 1. de Orat. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otij datus est ad eas artes quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolẽdas.

Ingenia recolere. Plin. epist. 12. 9, Vt enim terræ variis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac nunc illac meditatione reco-

luntur. Id est poliuntur, renouantur.

Reculsus, Participium {ἀναχωρηθείς} vt Humus reculta. Ouid 6. Metam.

Recomminiscor, recommineris, pen. corr. {ἀναμιμνήσκομαι} recommiſcei, Reducere in memoriam. Plaut. Trin. 13, Literis recommiscar.

Recompono, recomponis, pen. prod. recomponere, Iterum componere & colligere. Vlpian. in l. Argumento. §. Margarita, Sed si in hoc sunt soluti, vt recomponantur: ornamentorum loco sunt. De lapillis & margaritis.

Recompositus, pen. corr. Participium {ἀναπεπλεγμένος} Idem quod Rursus compositus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7,

Pone recompositas in statione comas.

Reconcilio, reconcilias {κατὰ δεύτερον διαλλάττομαι} reconciliare, In gratiam restituere. Liu. 5. bel. Maced. Non mouit modò talis oratio regem: sed etiam reconciliauit Annibali. Cic. Attic. lib. 6, Cicero Q. filius piè sanè, me quidem certè multum hortante, sed currentem ãũmum patris sui, sorori tuæ reconciliauit.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cic. de Prouinc. Conſ. Tuus pater Philippe, nónne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit, quibuscum omnibus eadem Respub. reconciliauit quæ alienarat?

Reconciliare ciuitates. Plin. in Paneg. O verè Principis, atque etiam Consulis, reconciliare æmulas ciuitates.

Existimationem reconciliare, pro eo quod est Recuperare. Cic. 2. Verr. In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam possetis.

Animos populi sibi reconciliare. Liu. 1. ab Vrbe.

Veterem gratiam. Cic. Attic. lib. 1. 7, Eò accedebat hortator assiduus Sallustius, vt agerem quàm diligentissimè cum Luccio de vestra vetere gratia reconciliandà.

Gratiam cum aliquo. Curt. lib. 10.

Reconciliare filium domum, Hoc est, tantum efficere vt reducatur filius domum. Plaut. Capt. 2.

In gratiam reconciliari. Cic. pro Domo, Inimici in gratiam reconciliabantur.

Reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Cic. de Prouinc. Conſ. Hic me meus animus in Rempub. pristinus cum C. Cæsare, reducit, reconciliat, restituit in gratiam.

In libertatem reconciliare. Plaut. Cap. 11.

Conciliantur noui, Reconciliantur antiqui, inquit Festus.

Reconciliatus, pen. prod. Participium {κατακεχλειδωμένος.} Cic. Lentulo, lib. 12, Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus esse.

Fructus libertatis reconciliatus. Cic. Anteq. iret in exil. Etsi maiores vestri eos imperatores qui militum virtute, hostium fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solùm statuis dignos putauerunt.

Reconciliata & Nunquam imminuta gratia, contraria. Cic. Q. Metello lib. 5. 2, Quod scribis de reconciliata nostra gratia, non intelligo cur reconciliatam esse dicas, quæ nunquam imminuta est.

Reconciliatio {κατακλεῖσις, ἀνάλυσις} Verbale. Cic. pro Cluentio, Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona viri boni suscepta.

Reconciliatio gratiæ, vel concordiæ. Cic. in Catil. At illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium Reipub. quęsiuit, eiusmo di fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, sed internicione ciuium diiudicatæ sint.

Gratiarum reconciliationes. Cic. Post reditum ad Quirit.

Reconciliator, pen. prod. {κατακλειδωτὴς, διαλλακτὴς} Verbale. Liu. 5. bel. Maced. Phaneas reconciliatore pacis & disceptatore de iis, quæ in controuersia cum Pop. Rom. essent, vtendum potius Antiocho censebat, quàm duce belli.

Reconcinno, reconcinnas {ἀναπεπλέκω, ἀνάλογίζομαι} reconcinnâre, Denuo vel rursum concinnare, hoc est Expolire. Plaut. Menæch. 9,

-ad phrygionem vt referam,
Vt reconcinnetur. Cic. ad Qu. fratrem. lib. 2. 10, Tribus locis ædificatoreliqua reconcinno. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16, Hoc faciundum secundum aluos, vt reconcinnatæ ad suum quæque opus & domicilium redeant.

¶Reconcinnatur, Passiué. Cæsar 2. bell. Ciuil. Diuturni laboris detrimentum solertia & virtute militum breui reconcinnatur.

Recondo, recondis, recondidi, reconditum, pen. corr. {κατατίθεμαι} recóndere, Reponere, conteg ere. Cic. 2. de Nat. deor. Hoc caput hîc paulum seſe subitoque recondit. Ex Arato. Plin. lib. 7 cap. 53, Flammæ vi è rogo ciectus, recondi propter ardorem non potuisset.

Caput strato recondere. Ouid. 11. Metam.

Recondere gladium in vaginam. Cic 2. de Inuent. Gladium propè oppositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentum in vaginam recondidit.

In vasis aliquid recondere. Colum. lib. 12. cap. 15.

Gladium lateri. Ouid. 12. Metam.

Glandem recondere tabulatis fumo, vel cisternis in aquam. Columell. lib. 7 cap. 9.

Nummos aurumque. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Oculos erigere, & Recondere, opposita. Ouid. 4. Metam.

Opes recondere. Ouid. 1. de Arte.

In aliquem locum se recondere. Quintil. lib. 10. cap 3.

Interius recondere venerem. Virg. 3. Georg.

Vuas recondere in amphoras. Plin. lib. 12. cap. 16, Vuas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Mens aliqua sic recondidit, è quibus memoria oritur. Cic. 4. Acad.

Multi præterea, quos fama obscura recondit. Virg. 5. Æneid.

Reconditus, pen. corr. {κατάθετος, κατακείμενος} Particip. siue Nomen ex participio. Plin. lib. 10. cap. 33, Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens.

Clausum & reconditum. Cic. 6. Verr. Statuerũt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quòd non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset.

Quod cælari oportebat, habebant sepositum & reconditum. Cic. 6. Verr.

Ægyptus recondita. Cic. de Lege agrar. Quid Alexandria, cunctáque Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita est?

Angulus reconditus ac derelictus. Cic. 5. Verr. Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ reconditum ac derelictum.

Studia quæ reconditis in artibus versantur. Cic. 1. de Orat.

Prome reconditum Cæcubum. Horat. 3. Carm. ode 28.

Literæ reconditæ. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21, Multæ erant & reconditæ literæ. Idem de Claris Orat. Erãt in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ.

Mores reconditi. Cic. 1. de Legib. Tum specimen ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.

Natura recondita. Cic. pro Quintio, Vixit enim semper inculpatè atque horridè: natura tristi ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est.

Saltus reconditi. Catul. epigr. 32.

Reconditiõra. Cic. 4. Acad. A me enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desydero. Brutus ad Ciceronem lib. 11. 20, Ad has literas statim mihi reſcribe: tuorumque aliquem mitte, siquid reconditum magis erit.

Reconduco, reconducis, pen. prod. reconducere, Iterum conducere. Vlpian. in l. Item quæritur. §. Qui impleto. D. Locati & conducti, Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione: non solùm reconduxisse videbitur, sed etiam pignora vidętur durare obligata.

Reconflor, reconflaris {σὺν ἐκπνέω μόνος} recõflâti, Rursus cõflari. Lucret. lib. 4, Vnde reconflari sensus per membra repentè Possit? Hoc est resuscitari.

Recoquo, recoquis, pen. cor. recoxi, recoctum {ἀνεψέω} recóquere, Iterum coquere. Martial. lib. 11. 46,

Altera non deerunt tenui versata fauilla,
Et Velabrensi massa recocta foco.

¶Recoquere, per transl ationem, Rursus polire & formare, tanquàm ea quæ iterum coquuntur, vt meliora fiant. Quintil. lib. 12. cap. 6, de Cicerone, Quum iam clarum meruisset inter patronos, qui tunc erant, nomen, in Asiam nauigauit: seque & aliis sine dubio eloquẽtiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit. Cic. de Senect. Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, nève tanquam Peliam recoxerit.

Spicula recoxit. Lucan. lib. 7.

Recoctus, Participium {ἀνεψημένος.} vt Passum recoctum. Stat. 4. Sylu. 9.

Recocti aulici, Id est (inquit Budæus) veteratores, & consummati. Budæus.

Senex recoctus. Catul. epigr. 50. Id est, qui sæpius eundem magistratum gessit. Victorius in Variis lectionibus significari putat, senem illum studio & artificio quodam senectam exuisse, & quasi iterum iuuenem factum exquisito cultu corporis.

Scriba recoctus. Horat. 2. ferm. sat. 5.

Recocti dicuntur scribæ, qui sæpius pro Cõsulibus ad prouincias missi, exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia & ipso vsu. Acron. Lambinus verò sic: Recoctum scribam appellat, vel quòd ex quinqueviro refectus erat scriba, quod munus ante quinqueviratum gesserat: vel quia hic Coranus, quanuis aliquantùm esset ætate prouecta, ita firmus erat tamen, & validus, vt recoctus esse videretur. Nota autem est omnibus de Æsone à Medea recocto fabula. Alij recoctum, vafrum & callidum interpretantur, per translationẽ. Hæc illi.

Recordor, recordaris, recordatus sum {ἀναμιμνήσκομαι} recordâri, Rursus in cor reuocare, vel iterum rem cordi dare, hoc est in mentem reuocare, reminisci. Cic. 1. Tusc. Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quàm recordari. Horat. 2. epist. 2,

Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor.

Inde recordati Teucros à sanguine Teucri Ducere principium. Ouid. 13. Metam.

Recordor huius rei. Cic pro Plancio, Huius meriti in me recorder.

Recordor hanc rem. Cic. de Senect. Vt pedestres nauales que pugnas, vt bella à se gesta, triumphosque recordentur. Idem 2. de Lege agrar. Est operæ pretium diligentiam maiorum recordari.

Si rite audita recordor. Virg. 3. Æneid.

Benefacta priora recordari. Catul epig. 71.

Verbera, secures, & cruces recordari. Cic. 5. Verr. Is non tibi plus etiam, quàm inimicus esse debeat, quum tua verbera, quum secures, quum cruces ad ciuium Romanorum supplicia fixas recorderur?

Recordor vocem, vultumque. Virg. Æneid. lib. 8,

Et vocem Anchisæ magni, vultumque recordor.

Recordari cum animo suo vitam alicuius. Cic. pro Cluent. Atque hæc Iudices, quæ verè dicuntur à nobis, facilius credetis, si cum animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitam & naturam volueritis.

Recordor anteferre, pro Recordor me antetulisse. Cic. in Orat. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel vt hortarer alios, vel quòd amarem meos, recordor longè omnibus vnum anteferre Demosthenem.

Recordari de. Cic. pro Plancio, Quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas, &c. Idem 1. Tusc. Tu si meliore memoria es, velim scire ecquid de te recordere.

Recordatur quantum. Cic. Verr. 6, Hinc colligere potestis, si recordari voluerit is, quanta religione fuerit, eadem specie atque forma signum illud, &c.

Vt recordor, per parenthesin. Cic. Attic. lib. 13, Et (vt recordor) vna, &c.

Recordanda & cogitanda. Cic. pro Sylla. Mihi ne ad ea quidem quæ pro salute omnium gessi recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis.

Recordans, Participium {αἰσθημονικὸμενος.} Cic. Attic. lib. 4, O nauigationem amandam, quam me hercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Recordatio, Verbale {ἀνάμνησις} Reminiscentia. Cic. ad Lentulum, lib. 2.6, Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum.

Conscientia bene actæ vitæ, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est. Cic. de Senect.

Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. Cic. de Prouinc. Consul.

Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiamque renouauit. Cic. 3. de Orat.

Assidua recordatio, Vide ASSIDVVS.

Doloris præteriti secura recordatio. Cic. Luceio, lib. 5. 12.

Veteris memoriæ non satis explicata recordatio. Cic. 1. de Orat.

Fugere recordationes. Cic. ad Attic. lib. 12, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Subit recordatio. Plin. Iunior lib. 1. epist. 9. ad Fundanum.

Recordo, recordas, recordaui, ab antiquis vsurpatum. Quadrigar. Annal. lib. 5, Is vbi Darium cognouit, & patria (alij patriæ) cum recordauit. Ex Nonio.

Recorrigo, recorrigis, pen. corr. recorrigere. Senec epist. 51, Si modò ante incipimus formare animum nostrum & recorrigere, quàm indurescat prauitas eius.

Recrastino, rectastinas, pen. corr. {αὐτοβούλομαι} recrastinare, Idem quod Procrastinare, & in diem crastinum differre. Colum. lib. 2. cap. 21, Propter quę recrastinari non debet, sed æqualiter flauentibus iam satis antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est.

Recrementum, Vide RECRESCO.

Recreo, recreas {αἰσθανομίζω, αἰσθητόμαι, αἰσθησιοῦμαι} recreare, Iterū creare. Cic. 2. de Nat. deor. Atqui & nostrorum augurum, & Hetruscorum, & aruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo cos. res ipsa probauit, quos quum T. Gracchus cos. iterum recrearet, primus rogatorum, vt eos retulit, ibidem est repente mortuus.

Recreare carnes, Rursus creare. Plin. lib. 34. cap. 15, Præcipua tamen commendatio eius in hygrempiastro ad purganda vulnera fistulasque, & omnem callum erodendum, & rasis ossibus carnes recreandas.

Recreari eum recipit res. Lucret. lib. 5.

¶Recreare {αἰσθανόζομαι} per translationem, pro Instaurare, & quasi nouum facere. Plinius, Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Hoc est, restaurantur & reficiuntur. Idem lib. 12. cap. 1, Ex arboribus recreans membra olei liquor, viresque potus vini.

Viribus recreandis, ore, stomachoque mulcendo, &c. Plin. lib. 22. cap. 24.

Recreari & confirmari. Cic. 7. Verr. Posteaquam iste recreari & confirmari visus est, lex statim promulgata est.

Recreari & restitui. Cic. pro Rosc. Amer. Tum verò in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus, oppressusque Populus Rom. est.

Recreor eius nomine. Cic. in Somn. Scip. Cuius ego nomine ipse recreor.

Afflictos bonorum animos recreare. Cic. Attico, lib. 1.

Arbor, æstiua recreatur aura. Horat. 1. Carm. ode 22.

Vento leni recreare humerum. Horat. 3. Carm. ode 20.

Amicorum literis recreari. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6.

Recreari & sustentari literis. Cic. ad Attic. lib. 4.

Conspectus vester reficit & recreat mentem meam. Cicero pro Plancio.

Recreatus è morbo. Cic. post reditum, ad Quirites, Tanquam bona valetudo iucundior est eis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum verigere, perditum recreare. Cic. pro Lege Man.

Afflictam & perditam prouinciam erigere & recreare. Cicero 5. Verr.

Colligere & recreare se. Cic. 1. Tusc. Quum se collegit atque recreauit, tum agnouit illa reminiscendo.

Ex magno timore se recreare. Cic. 3. in Catil.

Recreatur veritas debilitata. Cic. pro Quintio, Vt multis in eorum modis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur.

Vitam recreare. Lucret. lib. 6.

Recreare vocem. Cic. ad Attic. lib. 2, Et quum recreandæ vocis causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans.

Dirutæ ac penè desertæ vrbes per aliquem recreatæ. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.

Ex vulnere recreatus Cic. 2. de Inuent.

Recreatio, Verbale. Plin. lib. 22. cap. 23, Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Recrepo, recrepas, penult. correp. recrepare. Catul. 58, Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant. Id est, crepitum reddunt.

Recresco, recrescis, recreui, pen. prod. {αὐτοφόμομαι} recrescere, Rursum crescere. Plin. lib. 11. cap. 37, Cartilago rupta non solidescit. Nec præcisa ossa recrescunt. Liu. 6. bel. Pun. Vos modò milites fauete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.

Terra aucta recrescit Lucret. lib. 5.

Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Ouid. epist. 2.

Recrementum, recrementi {σκωρία} Idipsum quod recreuit: hoc est, veluti purgamentum & retrimentum alicuius rei. Plin. lib. 18. cap. 16, Farrago ex recremētis farris prædēsa seritur. Celsus lib. 6. cap. 8, Vlcera, illinenda sunt aut plumbi recremento, aut cerussa, Id est scoria.

Recrementum argenti. Dioscorides lib. 5. cap. 61,

Recrudesco, recrudescis, recrudui, recrudēscere, Renouari. Tractum à vulneribus, quæ agitatione nimia, vel malè purgata, interdum peiora & crudeliora, id est cruda & noua fiunt. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 6, Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt.

Recrudescere dicitur morbus qui denno repetit. Curtius lib. 7. non procul ab initio. Recrudui soporatus dolor. Hoc est, sopitus.

Nefas recrudescit. Senec. Thebaid. 1.

Recrudescit seditio. Liu. 6. ab Vrbe.

Recruduit pugna. Liu. 10. ab Vrbe.

Recta, Recte, Rectio, Rector, Rectus, Vide REGO.

Recubo, recubas, pen. corr. recubui, recubitum, penult. cor. {αὐτόκειμαι} recubare, Quiescere, iacēre. Virg. eclog. 1,

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Cic. 1. de Diuin. Eum primò pertexitum somnio surrexisse: dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. Hoc est, rursus cubuisse.

Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. Ouid. 2. de Arte.

Toro Tyrio recubare, Tibul. lib. 2. eleg. 2.

¶Recubare & considere. Colum. lib. 7. cap. 3.

Recubans, pen. cor. Participium {αἰσκεκίμενος.} Cic. 3. de Orat Sed in hortulis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter & delicatè nos auocat à Rostris, &c.

Solo recubans. Virg. 3. Æneid.

Recudo, recudis, recudi, recusum, pen. prod. {αὐτοκαλάπτω} recudere, Denuo cudere. Varro, Vt hi solent qui vetera metalla recudunt.

Recumbo, recumbis, recubui, recubitum, pen. corr. {αὐτοπίπτω} recumbere. Propriè est toto corpore iacēre, ita scilicet compositō, vt facilius somnum capere possis. Interdum tamen pro accumbendi verbo vsurpatur. Horat. epist. ad Torquat. lib. 1,

Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis, &c. Plin. epist. 87. lib. 4, Cœnabat Nerua cum paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Martial. lib. 2. 19,

Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,

Quem tua fœlicem Zoile cœna facit.

Recumbere mecum, tecum, secum. Plin. epist. 200, Recumbebat mecum vir egregius Fidius Rufinus, super eum municeps ipsius.

¶Recumbere, pro Recubare, & iacēre. Plin. lib. 17. cap. 22, Adeò non recumbat in eo, nec delicatè se spargat. Cic. 2. de Orat. Vt M. Lepidus quum cæteris in campo exercentibus in herba ipsa recubuisset, Vellem hoc esse, inquit, laborare.

Humo recumbere. Ouid. Epist. 14.

Ceruix collapsa in humeros recumbit. Virg. 9. Æneid.

Ipsa sibi est oneri ceruix, humeroque recumbit. Ouid. 10. Metam.

Onus recumbit in partes proclinatas. Ouid. 2. Trist.

Recumbunt iugera. Mart. lib. 1. 170.

Recubitus, huius recubitus, pen. corr. {αὐτόπτωσις.} Plin. lib. 24. cap. 13, Item-que baculum ex ea factum, in quoduis animal emissum, etiam si citrà cecideric defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi.

Recupero, recuperas, pen. corr. {αὐτακτόομαι, αὐτακτίζομαι, αὐτακταλύω} recuperare, A recipio deriuatur, vt ait Sipontinus: & significat Rem amissam rursus acquirere. Cæsar 3. bel. Ciuil. Quo confecto, ille suam dignitatem, & nos nostram libertatem recuperabimus. Cic. 4. Verr. Victoriam recuperare. Liu. 1. ab Vrbe, Recuperare imperium.

Consumpta replere, & erepta recuperare. Cic. pro Murena.

Iudicio suum recuperare. Cic. 5. Verr. Ille autem vnde oblatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest.

Gloriam. Tacit. lib. 19.

Veterem belli gloriam. Cæsar 7. bel. Gall.

Ius suum. Cic. ad Atticum, lib. 15.

Aliquem honestatis suæ partem recuperare. Cic. pro Cluen.

Libertatem. Corn. Tacit. lib. 2.

Somnum interruptum. Suet. in August. cap. 78.

Vires. Tacit. lib. 19, Et recuperatis cibo somnoque viribus, confectum algore, &c.

Recuperare aliquem per. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. Idem ad Sulpitium, lib. 13, Ego si hominem per te recuperaro, summo me beneficio affectum arbitrabor.

Recuperare se, &c. Cic. ad Terent. lib. 14. 1, Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos & me ipsum recuperaro.

Respub. se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit. Cic. 2. Philipp.

Recuperatio, Verbale {αἰσκτησις, αἰσκτομαι.} Cic. 10. Philip. Ita præclara est recuperatio libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.

Recuperatio, quæ & Reciperatio, Vide Reciperatio, in RECIPIO.

Recuperator, pen. prod. recuperatoris, dicebatur ille cui Prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum, qui Delegari iudices postea appellari cœpti sunt à recentioribus, vt ait Budæus. Plaut. Bacchid. 5. Postquam quidem Prætor recuperatores dedit. Quintilianus, Etenim recuperatoris non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitamque pertinet, sed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum, loco, spe & statu certo dimouet.

Sublatus è numero recuperatorum. Cic. pro Flacc.

Sumere recuperatores. Liu. 5. Decad. lib. 3.

Recuperator à Iudice distinguitur propriè loqui volentibus. Cic. 5. Verr. De cōuentu nullum vnquam iudicem, neque recuperatorem dedit. Idem pro Cecinna, At si quis mihi hoc iudex, recuperatórve dicat, Potuisti enim, &c.

Recuperatores (inquit Budæus in Forensibus) hodie iudices commissarij vocantur.

Recuperato-

Recuperatorius, A dictiuum, Quod ad recuperatorem pertinet. Cic. 2. de Iuuent. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter sicarios quæritur, prædiudicium fieri.

Recuperatorium iudicium, Id est commissariorum cognitio. Bud. in Forens.

Recupio, recupis, pen. corr. recupiui, recupitum, pen. prod. {ὑπερμόλω} recupere, Valde cupere. Plaut. Capt. 13,

Quin ita faciam, vt recupias facere sumptum, etsi ego vetem.

Recuro, recuras, pen. prod. {αὐτακμίζω} recurare, Diligenter curare. Plin. lib. 13. cap. 12, Quæ non esset ita recurata, in suo mansit amphitheatrica.

Ocymo se recurare. Catul. epig. 41.

Recuratoria, portio quædā gymnastices, quam Græci Σκοθεραπείαν nuncupant, ea arte præparantur quæ ad exercendum corpora pertinent. Author Cælius libro 11. cap. 3.

Recurro, recurris, recurri, recursum {αὐτατρέχω πάλιν δρομέω} recurrere, Rursum currere. Terent. Adelph. 4. 1,

Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. Cic. ad Terent. lib. 14. 3, Desippo quoque ita imperaui, statim vt recurreret.

Recurrere cursum ad aliquem. Plaut. Cist. 7.

Recurrere ad. Cic. ad Attic. lib. 2. 26, Quare quanquam iam tepsum expecto, tamen isti puero quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam.

Ad suos auctores recurrere, quod vulgò dicunt, *Auoir recours contre son auctieur, ou vendeur*. Papyrius Iustus in l. Imperator. §. 1. D. de administr. rer. ad Remp. pertinent.

Recurrere in arcem. Liu. 4. ab Vrbe. Cic. ad Atticum, lib. 13, Eadem Cal. in Tusculanum recurram.

Recurrere eodem. Colum. lib. 8. cap. 14.

Recurrere in contrarium dicuntur argumenta, quæ retrorsum aut reciprocè valent. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Ad eam rationem recurrunt. Quintil. lib. 1. cap. 6.

In contrarium recurrere. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Aqua versa recurrere ad fontem. Ouid. epist. 5.

Et metuit, nequa versa recurrat hyems. Ouid. 2. Fast.

Luna recurrit. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Ad initia recurrere Luna dicitur, quum renouatur. Cic. 2. de Nat. deor. Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

Opus incœptum sæpe recurrit. Ouid. 3. de Arte.

¶Recurrere, cum datiuo. vt Recurrit memoriæ hominum. Plin. in Panegyr. Etenim vt nomine Augusti admonemur eius, cui primùm dicatum est: ita hæc optimi appellatio, nunquam memoriæ hominum sine te recurret.

¶Recurrere, cum ablatiuo. vt Recurrere rure. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Recurrens {αὐτατρέχων} Participium: vt Sol recurrens. Virg. 8. Æneid.

Anni recurrentes. Horat. 2. epist. 1.

Recursus, huius recursus {αὐτάδρομή.} Plin. lib. 16. cap. 25, Natales pomorum recursus annuos versicolori iuuentio promittunt. Liu. 6. bel. Pun. Vt subeunti sæpe ad mœnia vrbis recursus pateret.

Cursus & recursus aduersis spatiis inire. Virg. 5. Æneid.

Lydia perfusa Mæandri recursibus. Plin. lib. 5. cap. 29.

Celeres recursus spondere. Ouid. 6. Metam.

Insperati recursus. Claud. 1. in Ruffin.

Dare fata recursum. Ouid. ep. 5. 6.

Recursus facilis ad bonam valetudinem. Cels. lib. 4. cap. 4, Si verò his morbus leuatus, iamque fauces & cibum & spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est.

Recursus ad pristinum militiæ ordinem. Val. Max. lib. 2. cap. 2. de Senatu Romano.

Recurso, recursas {αὐτατρέχομαι} recursare, Frequentatiuum. Plautus Mostel. 8.

Quid ego recursem? aut operam sumam, aut conteram? Virgilius 4. Æneidos,

-multusque recursat Gentis honos.

Huc & huc recursare. Senec. Medea, 6.

Cura sub noctem recursat. Virg. 1. Æneid.

Cura dies noctesque recursans. Stat. 1. Thebaid.

Longè recursant. Lucret. lib. 2.

Recuruus, Adiectiuum {αὐτακεκαμπύλος} Idem quod curuus: nisi ipsa prępositio aliquid augeat. Colum. lib. 3. cap. 18, Quicquid recuruum & sursum versus spectās, demersum est, quum tempestiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti fossori. Idem lib. 9. cap. 33, Ad plausum apertis, ad buccinam recuruis.

Æra recurua, Hami. Ouid. 1. de Remed. amor.

Cornu recuruum. Ouid. 3. Amor. eleg. 12.

Hasta. Ouid. 2. Fast.

Pedes. Ouid. 2. Fast.

Puppis. Ouid. 8. Metam.

Rostrum. Claud. 2. in Eutrop.

Tectum. Ouid. epist. 10.

Recuruo, recuruas, recuruare {αὐτακεκαμπύλόω.} Colum. lib. 5. cap. 10, Quū ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & ex summo duūm ramorum ambas radices emittit. De arboribus pomiferis.

Horrentesque situ gladios in sæua recuruant Vulnera. Statius 3. Thebaid.

Aquas recuruare in caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Recuruatus, pen. prod. Participium {αὐτακεκαμπυλασθεὶς} Quod recuruum factum est. Colum. lib. 3. cap. 18, Prętorto capite & recuruato semen. Cels. lib. 5.

Vndis recuruatis ludit Mæander. Ouid. 2. Metam.

Recuso, recusas, pen. prod. {αὐτάσομαι, αὐτασθόμην} recusare, Renuere. Plin. de Viris illust. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu trium phum recusauit oblatum. Tractum ab his qui ad causam actitandam asciti onus reiiciunt. Cic. 4. Verr. Quando id quod imperatur, recusauit? Virgil. 1. Georgicorum,

Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.

Vires recusant ferre rem illam. Horat. 2. epist. 1.

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. Virg. 6. Æneid.

Longè recusare. Virg. 5. Æneid.

Deprecari & recusare. Cic. 7. Verr. Seruilius & recusare & deprecari.

Amicitiam alicuius recusare. Cæs. 1. bel. Gal.

Arma. Virg. 5. Æneid.

Iussa. Virg. 5. Æneid.

Munus legationis. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Periculum. Cæsar 7. bel. Gall.

Sortem. Cæsar 8. bel. Gall.

Verbera. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Recusabant animo vetera omnia. Tacit. lib. 18.

Leones vincla recusantes. Virg. 7. Æneid.

Filius vxorem grandi cum dote recusat. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Recusare, Negare, negationemque tueri. Celsus in l. 48. D. mandati, Quintus Mutius Scævola ait: Si quis sub vsuris creditam pecuniam fideiussisset, & reus in iudicio cōuentus, quū recusare vellet sub vsuris creditam esse pecuniam, & fideiussor soluendo vsuras, protestatem recusandi eas reo fuisse tulisset, eam pecuniam à reo non petiturum.

¶Recusare actionē, Id est exceptione depellere. Vlpian. in l. Quod ad hæredem. D. de magistrat. conuen. Idem l. 4. in princip. D. de re iudicat. vbi etiam paulo post dicitur, Rem iudicatam recusare.

Recusare de. Cic. 2. Verr. Sin absolutur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare.

Non recuso quin, pro Non abnuo, non inficias eo. Cic. ad Attic. lib. 2, Neque recusas quin non modò, si opus sit, sed etiam si velim, accurras.

Non possumus quin alij à nobis dissentiant, recusare. Cic. 4. Acad.

Non recuso quominus. Cic. 1. de Fin. Nec vero, vt noster Lucilius, recusabo quominus omnes mea legant.

¶Recusare, pro Reiicere iudicem. Cic. pro Flac. Populum Rom. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposco.

Recusare, pro Accusationem depellere. Cic. de Clar. Orator. Tum igitur Galba recusans pro sese. Budæus.

¶Recusatur, Passiuum. Liu. 1. ab Vrbe, Cum Trigeminis agunt reges, vt pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, vnde victoria fuerit: nihil recusatur: tempus & locus conuenit.

Recusans, penult. prod. Participium {αὐτανήνεμος.} Cic. 4. Verr. Itaque sit omnibus recusantibus & implorantibus.

Rogatus & recusans hoc feci. Cic. in Orat.

Recusatio, Verbale {αὐτάνθησις.} Cæsar 3 bel. Ciuil. Quod vbi sine recusatione fecerunt, &c. Cic. 2. de Orat. Nam hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem periucunda.

¶Recusatio, pro Defensione seu exceptione. Cic. 2. de Legib. Pœna verò violatæ religionis, iusta recusationem non habet. Idem 2. de Inuent. Aliud accusatio aut recusatio conficere debet. Idem 2. de Orat. Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui.

Recussus, Particip. {αὐτακεκόπτης.} Virg. 2. Æneidos, -vteroque recusso Insonuere cauæ gemitumque dedere cauernæ. Recusso pro concusso, inquit Seruius, præpositio pro præpositione.

Æquor recussum. Valer. 6. Argon.

Recussus, huius recussus. Plinius lib. 8. cap. 53, In hæc se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimum è monte aliquo in alium transilire quærentes, atque recussu pernicius quò libuerit exultant. De ibicibus.

Recutitus, pen. prod. Adiectiuum {λειπόδερμος, πέτερμος} Curtatus, & cui resecta est cutis glandem tegens. Quo nomine dicti sunt Iudæi, à verendorum cute summa recisa. Martial. lib. 7. 29,

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum:

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

¶Recutitus, Ruptus & exulceratus. Martial. lib. 9. 59,

Nec ruptæ recutita colla mulæ. Id est, noua pelle restituta.

Reda, Vide RHEDA.

Redabsoluo, redabsoluis, redabsolui, redabsolutum, pen. prod. {πάλιν λύω} redabsoluere, Idē quod Absoluere, vel soluere. Plaut. Curc. 8, Sequere hac, te redabsoluam qua aduenisti gratia. Componitur ex re, & absoluo, d litera interposita.

Redadopto, redadoptas, redadoptare, Iterum siue denuò adoptare. Modestinus in l. si pater filium. D. de adopt. Sed nec is in patris potestatem (inquit Iurisconsultus) reuertitur, quem auus retinuerat, filio dato in adoptionem, quem denuò redadoptauit. Nam etsi in vulgaribus legitur Readoptauit, in Pandectis tamen Florentinis legitur Redadoptauit, ac rectius.

Redambulo, redambulas, pen. cor. {αὐτανατίζω} redambulare, Reuerti. Plaut. Capt. 13,

Cura quàm optimè potes, ER. bene ambula, & redambula.

Redamo, redamas, pen. corr. {αὐτοφιλῶ} redamare, In amore respondere, Contrà, vel similiter, siue me amātem amare. Cic. de Amic. Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus: vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari?

Redandruo, redandruas, redandruare, Antiquum, dicitur in Saliorum exultationibus, quū Præsul ampiruauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem iidem motus. Nonius, Redandruare, Redire. Lucilius libro nono Satyr. vt vulgus redandruet inde. Pacuuius Chryse,

Græcos nihil mediocriter redandruare.

Redardesco, redardescis {αὐτανηρέμας} redardescere, Iterum ardescere, recandescere. Ouid. 2. de Remed. amoris,

Sic nisi vitaris quicquid reuocabit amorem,

Flamma redardeſcet, quæ modò nulla fuit.

Redarguo, redarguis, redargui, redargutum, penult. prod. {ἐλέγχω ἔλεγξα} redarguere, Accuſare cum reprehenſione. Cic. 2. Tuſc. Philoſophia naſcatur Latinis quidem literis ex his temporibus, eamq́ue nos adiuuemus, noſq; ipſos redargui refelliq́ue patiamur. Idem 3. de Natur. deor. Improborum igitur proſperitates, ſecundæq́ue res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum, ac poteſtatem.

Poterat autem impunè, quis enim redargueret? Cic. 2. de Finib.

Redargue me ſi mentior. Cic. pro Cluentio.

Inconſtantiam alicuius. Cic pro Domo.

Verba alicuius redarguere armis. Virg. 11. Æneid.

Redarguere, partem refutationis facit Quintil. lib. 6. cap. 4. Refutatio, inquit, non ſit in negando, redarguendo, defendendo, eleuãdo.

Redauſpico, redauſpicas, pen. cor. {ἐπαναφρομαι} redauſpicâre: & Redauſpicor, redauſpicaris, redauſpicâri. Incipere ſignificat, & denuo auſpicium ſumere vel auſpicari. Plaut. Capt. 12,

Exauſpicaui ex vinculis, nunc intelligo

Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. Id eſt, Cœpi ego illum è catenis eximere, núc quoque volo vt rurſus in catenas redeat.

Reddo, reddis, reddidi, reddirum, pen corr. {ἀπο δίδωμι, ἀπέναντι δίδωμι, ἀμείβω, ἀντίον} reddere, Propriè eſt ablatum vel acceptum reſtituere. Terent. Adelph. 2. 4,

-reddetur, ne time.

SA. At vt omne reddat. s. omne reddet.

Mutuari aliquid ab aliquo, & ei viciſſim reddere aliquid aliud. Cic. de Fato.

¶Reddere, pro Dare. Celſus. De verb. ſignif. l. Verbum, Reddendi (inquit) verbum, quanquam ſignificatum habet retrodandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

¶Reddere, Facere, vt Reddo te certiorẽ. &, Tu me reddidiſti probum virum.

¶Reddere, Reponere. Plaut. Moſtel. 3, -tempeſtas venit,

Confringit tegulas, imbriceſq́ue. ibi dominus indiligens

Reddere alias ne volt. Vide Nonium.

¶Reddere, pro Referre, ſiue recenſere. Plin. in Præf. Tria non amplius, vt opinor, abſolutè quæ traduntur inſcripta, ille fecit, quæ ſuis locis reddam.

Redde age, quæ deinceps riſiſti, &c. Horat. 2. Serm. ſatyr. 8. Id eſt renuntia. Tralatio eſt.

Perge Pomponi de Cæſare, & redde quæ reſtant. Cic. de Claris Orat.

¶Aliquem ſibi ipſi reddere. Cic. Poſt redit. in Senatu, Qui denique noſmetipſos nobis reddidiſtis.

¶Aliquem reddere, pro Referre, æquare, repræſentare. Plin. epiſt. 139, Tantæ fœminæ matrem rurſus videor amittere, quam hæc vt reddit ac refert nobis, ſic, &c.

Clodius omnes Catilinas reddidit. Cic. Attic. lib. 4.

¶Vt charitas liberorum, amiciores Reipub. parẽtes redderet. Cic. Bruto, 12. 3.

Anhelitum reddere, ac per vices recipere, Reſpirare. Plinius lib. 9. cap. 7.

Animam reddere, Reſpirare. Cic. 2. de Natur. deor. Excipiatq́ue animam, eam quæ ducta ſit ſpiritu, eandemq́ue à pulmonibus reſpiret, ac reddat. Plin. lib. 11. cap. 37, Sub corde pulmo eſt, ſpirandiq́ue officina, attrahens ac reddens animam.

Animam reddere, Mori, expirare. vt Animas dulces reddunt ad præſepia. Virg. 3. Georg.

Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11.

Animam tandem poſt fera triſtem vulnera reddidit. Tacit. lib. 4.

Reddere ſuis authoribus. Celſ. lib. 2. cap. 14, Oportet autem neque recentiores vitros in his fraudare, quæ vel repererũt, vel rectè ſecuti ſunt: & tamen ea quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt, authoribus ſuis reddere.

Truncam reddere arborem. Colum. lib. 2.

¶Reddere, Retorquere, Reuibrare, Reiicere. Stat. li. 9. Thebaidos,

Tandem intermiſſa iaculantum nube, poteſtas

Reddere tela fuit. Id eſt, in ſe ab hoſtibus miſſa in ipſos retorquere.

¶Reddere, Egerere. Plin. lib. 10. cap. 47, Inter aquaticas Mergi ſoliti ſunt deuorare quæ cæteræ reddunt.

Animum reddere, pro Reconciliari alicui, intelligi videtur debere apud Horatium. 1. Carm. ode 16,

-dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animumq́ue reddas. Hoc eſt ſpem mihi redintegrandi amoris facias. Acron.

Animum reddere, Aliter. Terentius,

Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier. CHAR. Reddidiſti animum.

Beneficium reddere, Referre. Terent. Phor. 2, 2,

Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere. Quintil. lib. 7. cap. 5. In paupere gratior liberalitas, quàm in diuite: dante beneficium, quàm reddente. Cic. 1. Officiorũ, Nam quum duo genera liberalitatis ſint, vnum dandi beneficij, alterum reddendi.

Cauſas reddere. Horat. 1. Serm. ſatyr. 4,

-ſapiens vitatu quidq́ue petitu

Sit melius, cauſas redder tibi.

Clamorem. Liu. 5. ab Vrbe.

Colorem vini. Plin. lib. 27. cap. 12.

Colori reddere. Plin. lib. 20. cap. 11, Si foueantur ſemine decocto, ſugillata reddit colori.

Commotum reddere. Terent. And. 5. 2. Vbi Donatus, Commotum, citum, celerem.

Conciliatum reddere animum alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 14, Puero quoque hoc à me dabis, ſi tibi videbitur, vt animum eius conciliatum reddas.

Se conuiuio reddere. Liu. 3 bel. Pun.

Crepitum. Plin. lib. 27. cap. 12. Hoc eſt pedere.

Data reddere nolunt. Ouid. 1. de Arte.

Delibutum gaudio reddere, Vide DELIBVTVS.

Depoſitum. Cic. 1. Offic.

Dicta reddere. Id eſt reſpondere. Lucret. lib. 4.

Dictum ac factum. Terent. Heaut. 4. 5.

Dubia omnia. Cic. 4. Acad. Et ſi vna fefellerit ſimilitudo, dubia omnia reddiderit.

Eloquentiam alicuius eloquẽtiorem reddere. Quintil. lib. 1. cap. 1, Et Lælij filia reddidiſſe in eloquendo paternam eloquentiam eloquentiorem dicitur. Id eſt, dicitur ita retuliſſe paternam eloquentiam, vt etiam elegantius patre loqueretur.

Epiſtolã reddere. Cic. Attic. lib. 1. 15, Cincius noſter eam mihi abs te epiſtolam reddidit, quam tu Idib. Feb. dederas.

Epulis reddere ſeſe. Silius lib. 11.

Excrementa. Plin lib. 9. cap. 43.

Exemplum ac effigiem virtutis alicuius reddere, Repræſentare. Liu. 6 bel. Pun.

Exequias reddere, Soluere. Ouid. ad Liuiam.

Exercitatum te reddam, Vide EXERCITOR.

Quas hominum reddunt facies, qualeſq́ue colores? Lucret. lib. 6.

Farinam reddere dicuntur quæ moluntur. Plin. lib. 18. cap. 9.

Ferociorem & impotentiorem aliquem reddere. Cic. Marcello, libro 4. 9.

Ferro reddere vitam. Cic. 7. Ver. Quod reliquum vitæ virium q́ue fames fecerat, id ferro potiſſimum reddere volebant. Id eſt, reliquum vitæ pugnando finire.

Fimum reddere, pro Cacare. Plin. lib. 8 cap. 15.

Flores reddit arbor. Plin. lib. 16. cap. 26, Abies flores eroci colore circa ſoſtitium, ſemen reddit poſt vergiliarum occaſum.

Brachia reddunt geſtus. Ouid. 6. Metam.

Gratiam reddere. Colum. lib. 4. cap. 3, Experto mihi crede Syluine, bene poſitam vineam, boniq́ue generis, & bono cultore, nũquam non cum magno fœnore gratiam reddidiſſe.

Vxores grauidas reddere. Lucret. lib. 4.

Suum cuique honorem & gradum reddere. Cic. pro Roſc. Amer.

Humorem reddere, pro Meiere. Plin. lib. 11. cap. 26.

Imaginem reddere. Plin. lib. 11. cap. 37, Adeoq́ue iis abſoluta vis ſpeculi, vt tam parua pupilla totam imaginem reddat hominis.

Redditis veris imaginibus. Plin. lib. 35. cap. 7.

Impendiam reddere vſque ad aſſem, Vide AD aſſem.

Impetratum reddere aliquid alicui, Id eſt impetrare. Plaut. Epid. 2.

Incerta omnia reddere. Cic. 4. Acad. Itaque non metuit ne confundere omnia videatur, & incerta reddere.

Infectum. Horat. 3. Carm. ode 29.

Arte multa inſignem reddere aliquem. Virg. 5. Æneid.

Iura reddere. Ouid. 1. Faſt.

Iura reddere foro. Stat. 1. Sylu. 4.

Ius vel iudicium reddere populo. Terent. Phorm. 2. 3. Cæſar 7. bel. Gal. Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, iura, legeſq́ue reddiderat.

Iuſta reddere funeri. Plin. lib. 10. cap. 2.

Labori ſe reddere. Claud. 8. Paneg.

Latinè reddere, Vertere. Cic. 1. de Orat. Vt quum ea quæ legerim Græcè, Latinè redderem, non ſolùm optimis verbis vterer, &c.

Literas reddere. Cic. ad Brutum, 2. 1, Scripta & obſignata iam epiſtola, literæ mihi redditæ ſunt à te.

Lucem reddere. Horat. 4. Carm. ode 5.

Ludos reddere, Vide LVDVS.

Meliorem aliquem reddere. Cic. Attic. lib. 2.

Merces reddita mihi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.

O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimùm reddita. Cic. 14. Philipp.

Reddita vitaï iam mors. Lucretius libro quarto. Mors vitæ reddita. hoc eſt (vt opinor) vita cum morte commutata, inquit Lambinus.

Motus genitales. Lucret. lib. 2.

Nitorem. Plin. lib. 28. cap. 8.

Nomen. Plin. lib. 7. cap. 21.

Reddere aliquem nomine, Habere idem nomen. Virg. 6. Æneid.

Odorem reddere, pro Odorem emittere, ſiue ſpirare. Plin. lib. 36. cap. 23.

Onera ciborum, Vide ONVS.

Operam. Plaut. Epid. 2, -re volo

Perconntari, operam da, opera redetur tibi.

Operas reddere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12, Tu Muſis noſtris para vt operas reddas. Id eſt, abſoluas penſum.

Ornamenta reddere. Cic. 2. Verr.

Otioſum aliquem reddere. Cic. Pæto, lib. 9. 25, Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius: quid multa? nõ me hercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris.

Paria reddere in vtranque partem. Cic. 3. de Finib. Qui omnia ſic exæquauerunt, vt in vtranque partem ita paria redderent, nulla ſelectione vterentur eius, virtutem ipſam ſuſtulerunt. Hîc Cicero exponit quid ſit paria reddere, quum ait omnia exæquauerunt.

Partum reddere, Párere. Vide Partus, in PARIO

Perfectum reddere aliquid, Perficere. Plaut. Aſin. 3.

Pœnas reddere, Vide POENA.

Pœnæ reddere aliquem. Plin. epiſt. 275, Reddendumq́ue pœnæ, quam fractis vinculis euaſit.

Pondo reddere. Plin. lib. 18. cap. 7, Modio tritici panis pondo triginta reddit.

Promiſſa reddere alicui. Virg. 5, Æneid.

Quies nulla reddita eſt corporibus. Lucret. lib. 2.

Quieti

Quieti ſe reddere. Senec. Hippol. 4.

Rationem reddere. Plaut. Aulul. 4,

Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?

Ratio reddunda eſt. Lucret lib. 5.

Rationem reddere acti, vel ſuæ vitæ. Cic 3. de Fin. Idem 1. Verr. Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum qui non poſſit ſuæ reddere.

Sententiæ ſuæ rationem reddere. Cic. 1. Tuſc.

Rationem reddere cur. Cic. 4. Acad. Vt etiam ſi poſſis rationem reddere cur id eueniat, tamen, &c.

Rationem reddere quare. Quintil. lib 7. cap. 2.

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates. Virg. 3. Georg.

Rurſus reddere. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3.

Sanguinem reddidit. Plin epiſt. 114.

Saporem reddere. Plin. lib. 19. cap. 12.

Segniorem reddere ad reſpondendum, &c. Cic. 1. de Finib.

Semen reddit arbor. Plin. lib. 16 cap. 26.

Sepulcro corpus reddere. Virg. 2. Æneid.

Seruum reddere in poteſtatem domini. Vlpian. in l. Aut damnum. §. vlt. D de pœnis.

Omnem locum, quò adis, exilij ſimillimũ reddis. Cic. pro Domo.

Solatia reddita confuſæ menti. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Sonum reddere, pro Facere & exciere. Plin. lib. 11. cap. 51.

Sonitum reddere. Cic. 1. Tuſc. Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat reterrimus.

Sonitum plangoris reddere. Ouid. 3. Metam. De Echo.

Spiritum reddere alicui. Liu. 8. bel. Pun. Vt aut (ſi ita videatur) reddant ſpiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptum: aut ſeruati bis vni debitam vitam pro eo in perpetuum denoueant. Id eſt, pro Scipione fundant, quibus vt ne funderetur, defendit Scipio.

Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita. Cic. 9. Philipp.

Stridorem reddit ianua. Ouid. 11. Metam.

Titulum reddere meritis. Ouid. 13. Metam.

Tranſactum reddere aliquid, Tranſigere. Plaut. Capt. 6.

Vacuum ſe reddere alicui. Cic. ad Attic. lib. 12, Sed, quæſo, confice, & te vacuum redde nobis. Sub. ab omni ſolicitudine.

Reddere verbum pro verbo: Hoc in telligitur interpretando. Cic. de Opt. gen. Orat.

Vicem reddere meritis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

Vicem alterius reddere, Aliter. Plin. lib. 2. cap. 8.

Vim alicuius herbæ reddere, Saporis vires referre guſtu. Plin. lib. 21. cap. 18.

Vitæ me redde priori. Horat. 1. epiſt. 7.

Vitam reddere pro aliquo. Ouid. 10. Metamorphoſeos,

Atque vtinam pro te vitam, tecumq́ue liceret Reddere.

Vitam reddere pro Republica. Cic. pro Cn. Plancio, Qui pro Repub. vitam reddiderunt, licet me deſpere dicatis, nunquam me hercule eos mortem potius, quàm immortalitatem aſſequutos putaui. Id eſt mortui non ſunt.

Vocem humanam reddit pſittacus. Plinius lib. 10. cap 42.

Audire, & reddere voces, Humaniter loqui, inquit Seruius. Virg. 1. Æneid.

Vota reddere. Cic. 3. de Legib. Cautè vota reddunto. Curtius lib. 3, Vota deinde pro ſalute ſuſcepta per ludum atque otium reddens, &c.

Vrinam reddere. Plin. lib. 8. cap. 42.

Reddere, Interdum eſt id, quod ab aliquo acceperis, ac didiceris vel recitare, vel cantare. Horat. 4. Carm. ode 6,

Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati. Et epiſt. ad Lollium 2. lib. 1,

Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro Reddere, &c.

¶Reddere aliquid ſine ſcripto. Cic. de Clar. Orat. Primùm memoria tanta, quantã in nullo cognouiſſe me arbitror, vt quæ ſecum commẽtatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus excogitauiſſet. De Hortenſio loquitur. Cuius rei meminit his verbis Quintilianus lib. 10. cap. 6, Ciceio certè Græcorũ Metrodorum Scepticum, & Eriphylum Rhodium, noſtrorumq́ue Hortẽſium tradidit, quæ cogitauerant, ad verbum in agendo retuliſſe. Paulo antè capite eodem dixerat, Aſſumendus vſus paulatim, vt pauca primùm complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint.

Reddere pro pietate. Catullus,

O dij reddite mi hoc pietate mea. Ex antiquorum conſuetudine id dixit, qui ſæpe à diis pietatis ſuæ in ipſos præmia mercedemq́ue petebant, quod æquum eſſe videretur, à diis eos facilius aliquid impetrare, qui numina piè colerent, veneraretur q́ue. Sic apud Plaut. Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam? Ex Turnebo.

¶Reddibo, futurum antiquum, pro reddam. Plaut. Menæchmis, Saluum tibi ita, vt mihi dediſti, reddibo. Idem Vidular.

Ego ſeruabo, quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo. Nonius.

¶Reddere aliquem inter philoſophos, Referre, & connumerare, Quintil. lib. 10. cap. 1.

¶Reddit ager, Id eſt fructum affert. Varro 3. de Re ruſt. cap. 3, Vt LX. eo anno reddiderit ea pars villæ bis tantum quantum tuus fundus reddit. Terent. Phorm. 4. 3.

Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia.

Redditus, pen. corr. Participium: vt Reddita literæ. cuius generis infinita exempla reperies.

Redditurus, pen. prod. {ἀποδώσων} Aliud participium. Catul. de Acme,

Et negat mihi veſtra redditurum

Pugillaria, ſi pati poteſtis.

Redditio, Verbale {ἀπόδοσις.} Quintil. lib. 8. cap. 3, Redditio illa rem vtrãque comparat.

Redemptio, Redemptor, Redemptura, Vide REDIMO.

Redeo, redis, rediui, & frequentius redij, reditum, penult. corr. {ἐπανακάμπτω, ἐπανέρχομαι, πάλιν ἔρχομαι, ἐπάνειμι} redire, Retroire, ſiue reuerti. Terent. Andr. 1. 1,

Redeo inde iratus atque ægrè ferens. Virg. 9. eclogâ,

Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.

Redire actutum. Plaut. Pſeud. 7.

Redire rurſum. Terent. Eunuch. 4 2.

Redire retrorſum. Plin. lib. 9. cap. 31.

Inde domum redeunt ſub prima creſpula mœſti. Ouid. 5. Faſt.

Non vnquam grauis æræ domũ mihi dextra redibat. Virg. eclog 1.

Maturè redire. Horat. 1. epiſt. 7.

Tardius. Ouid. 10. Metam.

Redire à foro. Plaut. Aulul. 8.

Redire è ſuburbano. Plin. lib. 8. cap. 40.

Redire ad. Plaut. Amphit. 8,

Redire ad nauim melius eſt. Terent. Heaut. 2. 3,

Ad lanam redit.

Itq́ue reditq́ue viam totiẽs. Virg. 6. Æneid.

Rediit victor ſeu victus. Cic. ad Atticum, lib. 10, Et dubita ſi potes, quin ille, ſeu victus, ſeu victor redierit, cædem facturus ſit.

Redire pedibus. Plaut. Menæch. 2,

Nunc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi.

Pedibus inuitis redit. Propert. lib. 2. eleg 26.

¶Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, Quid ſi nunc cælum ruat? Terent. Heaut. 4. 3.

Atque (vt ad me redeam) meminiſtis, Q. Maximo fratre Scipionis, &c. Cic. de Amic. Id eſt, Vt redeam ad propoſitum.

Sed redeamus illuc vnde diuertimus. Cic. ad Cornificiũ, lib. 12. 25.

Illuc quæſo redi quo cœpiſti. Terent. Adelph. 2. 1.

Illuc, vnde abij, redeo. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1.

¶Redire in amicitiam alicuius. Liu. 5. bel. Pun.

Redeunt amores vel cum odio depoſiti. Plin. lib. 24. cap. 17.

Redit mihi animus. Terent. Heeyr. 3. 2.

Animi rediere viris. Valer 3. Argon.

Redit animo hæc res, Id eſt, In memoriam redit. Plin. epiſt. 176.

Ad animum alicuius redire. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Aut redit à nobis Aurora, diemq́ue reducit. Virg. 1. Georg.

Calor Vere redit oſſibus. Virg. 3. Georg.

Carbaſa redierunt aduerſo vento. Ouid. epiſt. 15.

Ad cibos viribus conſeruandis idoneos redeunt. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Redit color. Plinius libro 13. cap. 25, Reſtinctis colore ſuo redeunte.

Color rediit in ora. Ouid. 3. de Arte.

In concordiam redire. Plaut. Amph. 11.

In conſpectum. Cic. 7. Verr. Nunquam te in horum conſpectum rediturum, nunquam in forum Populi Rom. rediit.

In deditionem. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 25.

In familiam. Quintil. lib. 3. cap. 6, In adoptionem dato redire in familiam licet.

In fidem alicuius. Liu. 5. bel. Pun.

Gramina iam redeunt ſampis. Horat. 4. Carm. ode 7.

In gratiam cum aliquo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Vt cum Craſſo reditem in gratiam. Terent. Phor. 5. 9,

Redeat ſanè in gratiam, iam ſupplicij ſatis eſt mihi.

In gratiam redire cum libris. Cic. ad Varronem, lib. 9. 1, Scirto enim me poſteaquam in vrbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris in gratiam.

Redit in rugas. Perſius,

Iam decies redit in rugas. Id eſt, Eum tanta ſumma non ſatiat, ſed corrugat & iratum reddit, adducturnq́ue vultum. Vulgò tamen exponitur, decies crumenam non explet, & eam adhuc rugoſam, neccum diſtentam relinquit. Turnebo prior magis arridet.

Redit ad te hæreditas. Terent. Heeyr. 1. 2. Idem Adelph. 2. 2,

Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

Ad ineptias redire. Cic. 2. Tuſc. Ad ineptias redis: illud enim quod me augebat, non eximis.

Ad ingenium. Terent. Adelph. 1. 1.

Redire, pro Referri, reuocari. Lucil. lib. 27,

Si tamen non ad te hoc rediuit, hoc catebis commodo. Virg. lib. 2. Georg.

Redit agricolis labor actus in orbem. Ex Nonio.

In memoriam redire. Reminiſci. Terent. Phorm. 5. 3,

Non temerè dico, redi mecum in memoriam. Id eſt, memineris vt ego. Cic. de Senect. His enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum.

Menti ſingula redeunt, Id eſt reminiſcor ſingula. Valerius 8. Argonaut.

Mens rediit. Ouid. 14. Metam.

In metum redire. Plin. epiſt. 164.

In mores patrios. Liu 9. bel. Pun.

Redit mos. Liu. 2. ab Vrbe.

Ad nilum redeunt res funditus omnes. Lucret. lib. 2.

Nihil ad me redit ex his. Cic. 2. de Finib. Id eſt, Nullum ex his percipio commodum.

Redire in ordines, dicuntur milites. Liu. 5. bel. Maced. Obſtabãt duces, haſtilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes.

Vt ad pauca redeam, Vt in pauca conferam. Terent. Phorm. 4. 3,

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Hoc eſt, vt breuibus agam. Idem Heeyra, 1. 2.

Ad præcedentia redire. Cic. de Amic. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamq́ue ipſam concludamus aliquando.

Ad propoſitum. Cic. 1. Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malimus, an ad propoſitum redire?

Ad pugnam. Virg 5. Æneid.

Rabies eadem redit. Lucret. lib. 4.

Ad rationem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ad rem. Terent. Heaut. 2. 3,

Syre verum hic dicit: mitte, ad rem redi. Cic 1.de Finib. Sed ad rem redeamus, de omnibus dici necesse est.

Sed vt ad rem redeam, legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla cõditione ad te posse perduci. Cic. ad Brut. lib. 11. 14.

Redire res in locum. Terent. Adelph. 2. 4,
Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse, & penè in eum locum
Redisse, vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.

Adeò res rediit. Terent. Phor. 1. 2,
Præsertim vt nunc sunt mores: adeò res rediit.

Siquis quid reddit, magna habenda est gratia. Vbi Donatus, Figuratè, pro Ita vt loqueris, adeò res rediit dixit. Et propriè res redisse dicitur, quum aliquid peius expectatione contigit.

Redire mihi res ad restim, siue ad laetros, Prouerbium, de re desperata. Terent. Phorm. 4. 4.

In saporem redire. Plin. lib. 11. cap. 42, Caseos redire in musteum saporem, aceto & thymo maceratos, certũ est. Hoc est, recipere easdem saporis vires quas mustum, vel musteum, Id est recentem & nouum.

Sæpe in magistrum scelera rediere sua. Senec. Thyeste, 4.

Ad se redire, Animum recipere, animam colligere. Cic. ad Attic. lib. 7, Et id quod animum induxerat, paulisper non tenuit, sed citò ad se rediit. Terent. And. 3. 5,
Sed paululum sine ad me vt redeam. Idem Adel. 5. 3,
Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

Ad se redeunt diffusis terroribus. Lucret. lib. 4.

Ad se, & ad mores suos redire, Pristinos mores resumere. Cic. 1. Verr. Sed repente è vestigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos.

Febres redeunt. Plin. lib. 28. cap. 16.

Primordia redeunt in antiquas sedes. Lucret. lib. 6.

Redire in rectam semitam, siue in viam. Cic. 12. Philip. Quod si est errarum p. c. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam: optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.

Ad summum res redit. Lucret. lib 3.

In veram redijt speciem, solitumque nitorem. Ouid. 4. Metamor. De Apolline, qui in fœminam mutatus fuerat.

In antiquum statum redire. Liu. 3. ab Vrbe.

Redit ad te summa imperij. Cæsar 1. bell. Ciuil.

Tumultus redeunt in corda. Claud. de bel. Get.

Ad suum vestitum. Cic. pro Sextio, Quum subitò edicunt duo COSS. vt ad suum vestitum Senatores redirent. Id est, deposita luctus veste, Senatorium suam acciperent.

Redire viam, & Inire viam apud Iurisconsultos. Cic. pro Murena, Præter interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque ipse aliquid sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tum verò nullo vsui, vtrisque superstitibus præsentibus, istam viam dico, Inite viam. Præsto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret. Redite viam, eodem duce redibant.

Vires redierè mihi. Valer. 4. Argon.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Virg. 2. Æneid.

Vultus ardore remisso rediit. Stat. 8. Thebaid.

¶ Redire, Prouenire. vnde fit Reditus, pen. corr. Prouentus. Plin. lib. 14. cap. 4. Varro 1. de Re rust. cap. 44. Vt ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo: vt in Hetruria, & locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiam cum centesimo redire solitum.

¶ Reditur, penult. prod. Impersonale. Liuius 3. ab Vrbe, Romam reditum est, iustitium remissum est. Cic. 3. de Legib. Sed iam si placet, de prouinciis discedatur, in vrbemque redeatur.

Rediens, redeũtis, Participi. {ἐπανιὼν,} vt Annus rediens. Horat 3. Carm. ode 8.

Lunæ redeuntis cornua. Ouid. 10. Metam.

Redituru, pen. prod. Aliud participi. {ἐπανελεύσω.} Cic. Attic. lib. 13, Ad quos dies rediturus sim, ad te scribam. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5,
Fluminaque in fontes cursu reditura supino.

Dies non reditura. Propert. lib. 2. eleg. 16.

Vela reditura tenebat Eurus. Ouid. 7. Metam.

Reditus, pen. corr. m. g. substantiuum {ἐπάνοδος, ἀναχωρησις, κάθοδος} Reuersio. Cic. de Amic. Idem dicebat semper animos hominum esse diuinos, iisque, qui è corporibus excessissent, reditum ad cælũ patere.

Aditus & Reditus, opponuntur. Cic. pro Cluen. Hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset.

Itus & Reditus, opponuntur. Cic. Attic. lib. 15, Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos?

Profectio & Reditus, contraria. Cic. de Clar. Orat. Inter profectionem & reditum. L. Syllæ.

Ad meum reditum, Vide AD præpositionem.

¶ Dulces reditus abscindere. Horat. Epod. 16. Id est, impedire quominus reuertamur.

Aperire reditum, Vide APERIO.

Arcere reditu, Vide ARCEO.

Cessare ex reditu, Vide CESSO.

Conficere reditum, Vide CONFICIO.

Excusare reditus. Ouid. epist. 23.

Ferre reditum, Redire. Catull. de Coma Berenicis, 61,
Si reditum reuulisset is.

Ferre reditum in nemora. Catul. de Berecynth. 58.

Morari reditus. Horat. 3. Carm. ode 5.

Parare reditum sibi. Horat. 1. epist. 2.

Párere sibi reditum, Vide Segnis prouidentia, in PROVIDEO.

Patent reditus populo. Ouid. 1. Fast.

Perimere reditum, Vide PERIMO.

Maturum reditum pollicitus. Horat. 4. Carm. ode 5.

Prohibere reditum. Cic. Philip. 8.

Inanes reditus sibi promittere. Ouid. 11. Metam.

Referre reditum. Catull. de Berecynth. 58.

Animo æstuante rursus reditum ad vada retulit. Alij legunt detulit.

Ad reditum reseruare, Vide AD.

Rupêre reditum Parcæ. Horat. Epod 14.

Non erit emisso reditus tibi. Horat. 1. epist. 21.

Solis anfractus, reditusque. Cic. de Somnio Scip.

Reditus in gratiam. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 50, Quid illa tandem popularia? reditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspicione perfidiæ.

Gratiæ reditus ei patet. Cic. de Aruſp. resp. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum?

¶ Reditus, Prouentus, eo quòd singulis annis redeat. Ouid. 2. de Ponto, eleg 3,
At reditus iam quisque suos amat: & sibi quid sit
Vtile, sollicitis computat articulis. Plin lib. 17. cap. 1.
Populi reditus. Ouid. lib 4. de Ponto, eleg 5,
Aut populi reditus positam componet ad hastam,
Et minui magnæ non sinet vrbis opes.

Tutior reditus. Plin. lib. 16. cap. 37. Nullius quippe turior est reditus minorisve impendij, aut tempestatum securior. De salice loquitur.

Vberiores reditus. Pateculus lib. 2.

Reditus pecuniæ, Id est vsuræ. Scæuola in l. 30 D. de adimen. vel transferen. legat. §. 1, Et si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam, ita viginti auri libras ei reddere, quũ morieris, interim tamen reditus eius, id est vsuras semisses ei præstes.

Reditio, reditionis, Verbale. Cic. 3. Verr. Cæs. 1. bel. Gal. Vt domum reditionis spe sublata, parationes ad omnia pericula subeunda essent.

Redito, reditas, pen. cor. {ἐπανοδεύω} reditare. Frequent. Statim, siue continuò redire. Plaut. Capt. 7,
Ac si non reditas huc, &c.
Exemplaria quæ legimus, rebitas hoc loco legunt.

Redhibeo, redhibes, pen. cor. redhibui, redhibitum, pen. cor. redhibêre, Ex re & habeo compositum, & interposita, causa melioris soni. Est (inquit Vlpian. De ædilitio edicto, l. Redhibere) facere vt rursus habeat vẽditor quod habuerat: quia id reddendo fiebat, ideirco redhibitio est appellata, quasi redditio. Festus, Redhiberi dicitur, id quod redditum est, improbatumque. Plaut. Merc. 7, Quid si igitur reddatur illi vnde empta est? D. minimè gentium. C. Dixit se redhibere, si non placeat. De venditore loquitur. Id est, pretium restituere, re reddita scilicet. Idem Menæch. Saluum tibi, vt mihi dedisti, redhibeo marsupium. Id est restituo, reddo. Vlp. in l. Pomponius, De acqui. vel amit. poss. Præterea quæritur, si quis hominum venditori redhibuerit, an accessione vti possit venditio ex persona eius. Cic. 3. Offic. In mancipio vendendo dicendáne vitia, non ea quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium?

Redhiberi, tum id propriè dicitur quod redditum est, improbatumque, & qui dedit, idemque rursus coactus est habere id quod ante habuit. Nonius.

Redhibito, Verbale. Quintil. lib. 8. cap. 3, An nõ pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, aut in mancipij redhibitione sudare? Hoc est in agendo tanta vti vehementia, vt sudorem emittas. Est autem redhibitio actionis nomen, quæ & redhibitoria actio vocatur. Ea verò actio contra eum intentatur, qui quid corrupti vitio commutauerit siue vendiderit, vt cogatur & restituere prætiũ, & retrò quod tradiderat accipere: hoc est enim redhibere, vt ex titulo De ædilitio edicto colligi potest. Hæc interpres.

Redhibitorius, a, um, Ad. ect. vt Actio redhibitoria, Exceptio redhibitoria. Pompon. in l. Si tamen. D. de Ædilit. edict. & Papinianus ibidem in l. Actioni redhibitoriæ.

Redhibitorium iudicium. Caius in l. Si quid venditor. D. de Ædilit. edict. & alibi sæpius eodem titulo.

Redhostio, redhostis, redhostire, Antiquũ, Reddere. Accius, Amphit.
Cedo ecquid hic redhostit eam, quũ mi assem obhiet facilius. Sic enim legit Iunius medicus apud Nonium, & rectius, vt opinor, quàm vt hactenus est excussum.

REDICVLVS, deus extra portam Capenam à Romanis tum excogitatus, quando Hannibal dimissa vrbis obsidione ex illo loco castra mouit, quibusdam præstigiis perterritus. Alex. Alexãdrinus libro Genialium dierum 2. cap. 4, Næniæ quoque facellum, quod cantu querulo funeribus præesset, pari exemplo ab vrbe semotum, extra portam Viminalem statuerunt: sicut phanum Quietis via Lauicana & Redieuli extra portam Capenam, quod secũdo Punico bello constructũ fuisse cõstat. Quum enim Hannibal vrbem oppugnaturus, inter Anienẽ & mœnia Romana castrametatus foret, quòd nulla bene gerendæ rei occasione data, & spe vrbis potiundæ abscissa, fatum vrbis & propitij dij illius mentem ab oppugnanda vrbe auertissent, & inde parum feliciter rediisset, Rediculo deo phanum ibi constructum ferunt: dictumque est Rediculi, quòd visis infecto negotio redierit.

Redigo, redigis, pen. cor. redegi, pen. prod. redactum {κάθιστῶ} redigere, Ex re & ago compositum, a in i conuersa, & d interposita: Est vi quadam vel industria ducere ad aliquid vel aliquó. & semper accusatiuum postulat cum præpositione, multisque accommodatur actibus, & in vtranque partem sumi solet.

¶ Redigere bona alicuius: Accumulare, in vnum reducere. Cic. 4. Verr. Syracusani, qui præfuerant his Heraclij bonis verbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu. Idem 1. Verrina, Deinde bona vendit, pecuniam redigit.

Redigere penes aliquem copiam frumenti. Cic. 5. Verr. Quum omnis frumenti copia decimarum nomine penes istum esset redacta.

Pecuniam ex bonis patriis in prædæ dissipatione redigere. Cic. 13. Philipp.

Quæstum totum ad se redigere. Cic. de Aruſp. resp. Vnde vt rediit, quæstum illum maximè fœcundum, vberemque campestrẽ, totũ ad se ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbissimè populũ.

¶ Redactus

¶ Redactus eò, & In id loci redactus, Hoc est eò deueni, ac perductus sum. Terent. Eunuch. 4. 4,
Eò redigis me, vt quid egerim, egomet nesciam.

¶ Redigere ad æqualitatem. Plin. lib. 30. cap. 13, Carnésque excrescentes, ad æqualitatem redigit.

In ærarium redigere venditum sub hasta. Liu. 4. ab Vrbe.

Ad assem redigere. Plin. lib. 18. cap. 3.

In concordiam redigere. Plaut. Amphit. 5.

In deditionem imperij redigere, Cogere vt se dedant. Cic. 4. Philip. Potentissimos reges, bellicosissimas gentes in deditionem huius imperij redegerunt.

In ditionem suam. Cic. pro Cornel. Balbo, Quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus.

In gratiam redigere aliquos. Terent. Phorm. 5. 8.

Sub imperium Romanum. Cæsar 5. bel. Gall.

Ad interitum. Lucret. lib. 5.

Ad vanum & irritum victoriam redigere, Irritam victoriam facere. Liu. 6. bel. Pun.

In iura sua. Ouid. 3. Fast.

Ad sex libros redigere. Varro 1. de Re rust. cap. 1.

Ad vltimam maciem. Colum. lib. 4. cap. 3.

In antiqua mala. Liu. 3. ab Vrbe.

In memoriam redigere, Id est reducere. Terent. Phorm. 2. 3. Cic. 2. Philip. Quî autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi Publij Lentuli esse educatum?

Ad miseriam redigere aliquem. Terent. Heaut. 5. 1, Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Ad necessitatem. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Ad nihilum redigi. Lucret. lib 1.

Ad numerum duorum redigi. Ouid. 6. Metam.

Ad onus minimum. Ouid. 14. Metam.

In ordinem, Vide ORDO.

In ordinem aliquem authorem redigere, alium omnino eximere numero. Quintil. lib. 1. cap. 43.

Ad paucos. Cic. pro Marcello.

Ad, velin peregrinitatem redigere. Sueton. in Claudio, capite 16. Vlpianus De in ius vocando, Sed si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Pomponius eum amisisse honorem.

In potestatem, vel in seruitium redigere, Sibi subditum & seruum facere. Plaut. Aulul. 6, Nihil moror quæ in seruitutem sumptibus redigunt vitos. Cic. 3. Offic. Si se Consulem fecissent, breui tempore, aut viuum aut mortuum Iugurtham se in potestatem Pop. Romani redacturum.

In prouinciam. Cæsar 1. bel. Gal.

Rem ad pristinam belli rationem. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Rem ex difficillima facilem redigere. Id est facilem reddere. Cæs. 2. bel. Gal.

In seruitutem redigere. Vide Redigere in potestatem.

In speciem. Plin. lib. 14. cap. 4, Duránque adhuc vina ducentis ferè annis, iam in speciem redacta mellis asperi.

In testatum redigere. Vlp. in l. 1 §. Cauere. D. Vsufruct. quemadm. caueat.

In tranquillum. Liu. 3. ab Vrbe.

In turbam sordidissimam. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15.

In vnum. Cicero 5. Philip. Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata est, vt si hoc genus in vnum redigatur, non sit pecunia Pop. Rom. defutura.

¶ Redigere, pro Agere, siue ducere. Liu. 6. bel. Pun. Hi supra XXX. cõprehẽsi, & cum transfugis nouis multati virgis, manibúsque præcisis Capuam rediguntur.

In vrbem redigere, Reducere. Plin. de Viris illust.

Monte redigere. Ouid. 4. Fastorum,
Filia parua duas redigebat monte capellas. Hoc est reducebat.

Hostem in castra redigere, Vi agere. Liu. 1. bel. Pun.

Redactus, redactus, redactui, quartę inflexionis substantiuum, Id est pecunia ex frugibus venditis redacta. Scæuola, l. 58. §. 1. D. De vsufructu, Sempronio do lego ex redactu fructuum oleris & potrinæ, partem sextam. sic enim in Pandectis Flor. & manuscriptis codicibus legitur, non reditu.

Redimio, redimis, pen. corr. redimiui, redimitum, pen. prod. {αἰκίζω, περιτείνω} redimire, Ex re & emio, d interposita compositum, & e in i mutata, significat Ornare, coronare, circundare. Claud. de rapt. Proserpinæ, lib. 2,
Hic lauro redimita comas, & candida vultu, &c. Ibidem, 70,
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famæ nec dare vela suæ. Cic. 3. Tusc. Incẽdes odores, & sertis redimiri iubebis & rosa. Idem in Somnio, Cernis autẽ terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis
Coronis redimire caput. Lucret lib. 5.
Ceruix redimita iacebat. Claud. de rap. Proserp. lib. 3.
Intonsáque comas viridi redimita corona. Sil. lib. 16.
Iam mea votiua puppis redimita corona. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.
Crinem redimire corymbis. Stat. 1. Sylu. 5.
Frons redimita corymbis. Tibul. lib. 1. eleg 17.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos. Ouid. epist. 9.
Frondibus redimita capillos. Ouid. 1. Fast.
Loca redimita syluis. Catul. de Berecynth. 58.
Tintinnabulis fastigium ædis redimiuit. Sueton. in August. cap. 91.
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro. Virg. 3. Æneid.

Redimiculum, redimiculi, pen. corr. {περιτείχισμα} Ornamentum capitis mulierum, & vittarum teniæ pendentes à posteriore parte mitræ. Iuuen. satyr. 2, -accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo. Cic. 5. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculũ præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Virg. 9. Æneidos, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Redimiculum vocãt mulieres catellam, qua maximè tuntur ornatus causa. Festus.

Aurea redimicula demere collo. Ouid. 4. Fast.

Redimicula longa. Iuuen. satyr. 2.

Auferre collo redimicula. Ouid. epist. 9.

Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent. Ouid. 10. Metam.

¶ Redimiculum, per translationem. Plautus,
Vt esset aliquis laqueus & redimiculum. Quum enim redimiculo innexi implexique teneantur crines mulierum, redimiculum pro quodam vinculo & nodo, quo velut alligatus teneretur Babylonien-sis miles, id est miles Græcus, qui Babylone stipendia meruerat, ibicũda suauique translatione dixit.

Redimitus, huius redimitus, pen. prod. Verbale. Solinus cap. 46, Pluri-mis crines intonsi, mitrata capita, redimitu pari.

Redimo, redimis, pen. corr. redemi, penult. prod. redemptum {κωφεύω, κατακωφεύω, ἐξωνέομαι} redimere, Ex re & emo, d interposita, euphoniæ causa, compositum: pro simplici accipitur. Plaut. Menæch. 15,
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam.

Paululo redimere, Vide PAVLVLVM.

Domum redimere. Cic. 13. Philip. Eámque nõ minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeij domum filius.

Hostias redimere. Cic. 2. de Inuent.

Redimere sibi amicos. Cæsar 1. bel. Gal. Quorum omnium gratiã atque amicitiam eius morte redimere posset.

Pacem redimere re aliqua. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1, Æquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat, atque otium.

Voluntates militum redimere largitione. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Redimere pretio sepeliendi potestatem. Cic. 7. Verr.

Auro redimere ius sepulchri. Ouid. 13. Metamorph.

¶ Qui ab hostibus capti sunt, vel alicui pœnæ obnoxij, soluto prætio redimuntur. Item qui iniustè vexãtur, si per solutionem pecuniæ liberati fuerint, redemisse vexationem dicuntur. Terent. Eunuch. 1. 1, Quid agas nisi vt te redimas captum quàm queas

Minimo: si nequeas paululo, at quanti queat. Curtius, Sed medici quoque grauiores morbos asperis remediis curant: & gubernator si naufragium timet, iactura quicquid seruati potest, redimit.

Redimere captos. Cic. 2. Offic. Liberales qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorũ.

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes. Ouidius 1. de Remedio amor.

Redimere præteritam culpam. Cic. ad Senat. lib. 10. 8, Ille præteritã culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compensat.

Acerbitatem à Repub. suis priuatis & domesticis incommodis redimere. Cic. Cælio, lib 2. 15.

Redimere pretio virgarum metum. Cic 7. Verr. Metum virgarum nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit.

Vt sua per nostram redimat periuria pœnam. Ouidius 3. Amor. elegia 3.

Morte mortem redimere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.

¶ Redimere dicitur qui pretio accepto aliquid faciendum suscipit, quod & Conducere dicimus. Cic. 3. Verr. Si pupillo opus redimi, mihi præda de manibus eripitur. Ibidem, Etenim qua stultitia fuissem, siquam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione vi derunt, &c. Redemerunt (inquit) id est, qui susceperũt procurationẽ corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Budæus.

Conducere & Redimere, pro eodem. Vlpian. in l. Plenum. D. De vsu & habitation. Quare etsi lanam conduxerit vsuarius expediendã, poterit etiam per vsuarias ancillas opus perficere. Itémque si vestimenta texenda redemerit, vel insulam vel nauem fabricandam: poterit ad hæc operis vti vsuarius.

Redimere vectigalia. Cic. 5. Verr. Ne fortè ab nocturno suo quæstu animum ad vectigalia redimenda transferret.

Redimere opus faciendum. Cicero 5. Verr. Eundémque te memini Censorias quoque leges in sartis tectis exigẽdis tollere & commutare, ne is redimeret cuia res esset.

¶ Redimere, pro Corrumpere, vt Redimere delatorem, pecunia eũ à delatione deducere. Vlp. l. 26. D. De iure fisci.

Redimendus, Participi. {λυτρωτέος.} Ouid. epist. 3, Si tibi ab Atrida prætio redimenda fuissem.

Redemptus, Aliud participi. {λυτρωθείς} Virg. 9. Æneidos,
Sit qui me raptum pugna, pretióve redemptum Mandet humo.

Mercede capitis redemptus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Redemptio, redemptionis, Verbale {λύτρωσις, κατάξύνσις.} Cic. 2. Verr. Vt primùm è prouincia rediit, est redemptio huius iudicij facta grandi pecunia.

Temeritas redemptionis. Cic. de Prouinc. Consi. Itaque p.c. videtis non temeritate redemptionis aut negotij gerendi inscitia, sed auaritia, superbia, &c. penè afflictos iam atque euersos publicanos.

¶ Redemptio, Quod pro liberatione datur. Plin. de Viris illust. His facilè victis, inter captiuas vxor Regis Ortiagontis Centurioni cuidam in custodiam data, à quo vi stuprata de iniuria tacuit. Et pòst, impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem interficiẽdum tradidit. Sic loquitur & Valer. Maxim. lib. 4. cap 3 de Scipione, Aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat, &c.

Redemptor, redemptoris {λυτρωτὴς} Vectigalium emptor.

Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. Horat 1. epist. 2.

¶ Redemptor, Qui certo pretio conducit vniuersum aliquod opus faciendum. Cic. 2. de Diuin. Et redemptor qui columnã illã de Cotta & de Torquato conduxerat faciendã, non inertia aut inopia tardior fuit, sed à diis immortalibus ad istam rem reseruatus est. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 8, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.

¶ Redemptores (inquit Festus) propriè atque antiqua consuetudine dicebantur, qui quum ad faciendum aut præbendũ conduxerant,

effecerántque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ij nunc dicuntur redemptores qui quid conduxere præbendum, vtendúmque.

Redemptor pontis portorium ab eo exigebat. Labeo in l. Cum in plures. § Vehiculum. D. Locati & cond.

Redemptor syluæ. Qui conduxit operas ad syluam cuſtodiendam, vulgò syluanas dicitur. Alpheus in l. Lege. D. Locati & cond.

Redemptor litium, ſeu cauſarum quis dicatur pulchrè explicat Alexandrinus Alexand. lib. 4 cap. 16, Redemptor cauſarum is dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercati, illáſque pactionibus muneribúſque pellicere conantur, haud ſecus quàm qui domos ædificiúmque faciendum, vtendúmve pretio conducit: qui etiam quadruplatores, & intercepror alienæ litis dictus eſt, quos homines tanquam inciuiles, & malarum artium artifices, Iureconſulti iure inceſſere.

Redempto, redemptas, redemptare, Frequent. A quo

Redemptito, redemptitas, penult. correpta {λυτρεῦμαι} redemptitare. Plaurus,

Redemptitauere ad vnum captos. Cato apud Feſtum, Lege facta benefactis non redemptitauere.

Redemptura, redempturæ, penult. prod. Quæ ſit per mancipes. Gallicè *Ferme*. Liu. lib. 3. bel. Pun. Exhortandos qui redempturis auxiſſent patrimonia, vt Reipub. ex qua creuiſſent, ad tempus cõmodarent. Vlp. in l. Quicunque, §. 1 D. De inſtitoria actione, Labeo quoque ſcribit, Siquis ſis pecuniis fœnerandis, agris coleadis, mercaturis, redempturiſque faciendis præpoſuerit &c.

Redinteger, redintegra, redintegrum, pen. corr. Ex re & integer cõpoſitum, Rurſus integrum & renouatum ſignificat. Liu. 8 ab Vrbe, Tunc Papyrius redintegrata ſpoliarii Magiſtrum equitum ac virgas & ſecures expediri iuſſit. Vetus exemplar habet redintegrata.

Redintegro, redintegras, penultima correpta, redintegrãre, Rurſus inchoare, inſtaurare, ſiue innouare & integrum facere. Plinius in Panegyr. Hominíne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam, nullámque requiem gratulationis dare? Componitur à re, & integro, integras, d interpoſita, euphoniæ cauſa.

Acies redintegrata, Vide ACIES.

Animum redintegrare, Inſtaurare, reſumere. Cæſ. 2. bel. Gal.

Bellum redintegrare, Redintegrare prælium Brutus ad Ciceronẽ, lib. 11. 9. Ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniũcto.

Iram redintegrare, Vide REDINTEGER.

Legatum redintegratur. Vlp. in l. 4. D. De adimend. legat.

Locatio redintegratur. Vlp. in l. Qui ad certum. D. Locati.

Memoriam redintegrare. Liu. 3. ab Vrbe.

Pacem. Liu. 2. ab Vrbe.

Redintegrari ſeditionem. Tacitus lib. 1, Horum aduentu redintegratur ſeditio.

Spem victoriæ. Cæſar 7. bel. Cal.

Vires. Cæſar 3. bel. Gal.

¶Redintegro, aliud quàm Renouo. Author ad Herenn. lib. 2, Vt renouetur, non redintegretur oratio.

Redintegratio, Verbale, Renouatio. Terent. And. 3. 3.

Amantiũ ire, amoris redintegratio eſt Cic. Antè quàm iret in exil. Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros?

Redinunt, pro Redeunt ſcripſerunt veteres. Feſtus.

Redipiſcor, redipiſcéris, pen. corr. redeptus ſum {ἀναλαμβάνομαι} redipiſci, Recuperare, Aſſequi. Plaut. Trinum. 14,

-inter eóſne homines condalium te

Redipiſci poſtulas quorum eorum vnus furripuit currenti, Curſori ſolum?

Reditio. Reditus, Vide REDEO.

Rediuia, rediuiæ {πλαγγόνες} Morbus eſt quum cutis extra vngues ſe ſoluit, quia rediuire, ſoluere eſt, inquit Feſtus. Plin. lib. 29. c. 2, Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Peritiores dicunt Reduuia per quintam vocalem.

Reduuiæ eſcarum. Solin. cap. 45, Trochilos auis eſt paruula. Ea dum reduuias eſcarum affectat, os belluæ huiuſce paulatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in vſque fauces facit, &c. Reduuias eſcarum vocat reliquias ciborum inter crocodili dentes hærentium. Has dormiẽte crocodilo appetit Trochilus, inde victum ſibi parans, vt ſcribit etiam Plin. lib 8. cap. 25.

Reduuiam curare. Cic. pro Roſc. Amer. Intelligo me ante tempus Iudices hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sext. Roſcij mederi debeam, reduuiam curem. Hoc eſt, qui res maximi momenti & præcipuas negligam, ſecundarias & infinitis partibus minoris æſtimandas conſecter. Narrat Plutarchus quendam conſuliſſe medicum de vitio vaguium, quum color argueret illum eſſe vitiato hepate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, Nihil, inquit, tibi periculi eſt à reduuia, ſed grauius malum vrget te. Inde natum prouerbium, De reduuia queritur, quo vtimur, vbi quis ptauo pudore, leuiſſimis malis quærit remedium, diſſimulans maiora.

Rediuius, rediui {κρίνω} Vermiculus, ſeu animalculum quoddam quod infixo ſemper ſanguini capite viuit, cui vni ex omnibus, cibi exitus non eſt, ſed vſque adeò intumeſcit ſatietate, vt ipſo alimento moriatur. Hoc Græci κρίνωνα vocant. Latini rediuium à rediuiendo, id eſt ſoluendo, quòd carnem animalium ſuctu reſoluat. Columella lib. 6. cap. 2, Ventri quoque & ſub femina manum ſubiicere conuenit, ne ad eiuſmodi tactum poſtmodum pauẽcant, & vt rediui, qui plerunque feminibus inhærent, eximantur. Alia exemplaria habent ricini. Vide Plin. lib. 11. cap. 34. Ricinus aliàs dicitur.

Rediuiuus, pen. prod. Adiect. {παλιγγενής} Quod ex vetuſto renouatur. Iuuen. ſatyr. 6,

Prodiga non ſentit pereuntem ſemina cenſum,
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo,

Non vnquam reputat quanti ſibi gaudia conſtent. Id eſt, reuiuiſcẽs ac renaſcens, poſtquam extinctus eſt. Cic. 3. Verr. Verum exiſtimatis minus operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Et paulo pòſt, REDIVIVA SIBI HABETO. Quaſi quicquam rediuiui ex opere illo toleretur: ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur.

Bella rediuiua, Renouata. Silius lib. 10.

Gens rediuiua. Silius lib. 1.

Redoleo, redoles, penultima correp. redolui vel redoleui, redolitum vel redoletum {ὄζω} redolẽre, Multum olere. Virgilius 4. Georgicorum,

Feruet opus, redolẽtque thymo fragrantia mella.

Antiquitatem redolet, Per tranſlationem. Cic. de Clar. Orat. Sed neſcio quomodo huius quem conſtat eloquẽtia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælij, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis.

Nihil igitur illa vicinitas redolet? Cic. pro Cælio.

Fœtorem redolet. Colum. lib. 12. cap. 18.

Sermonem eius redolet. Cic. pro Sextio, Et quòd ita domus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis iudicia redoleret.

Situm redolet. Plin. lib 12 cap. 12.

Solitudinem redolere. Plin. lib. 12. cap. 17.

Vinum. Cic. 2. Philip. Is vomens fructis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit.

Virus. Plin. lib. 12. cap. 12.

Redolens, pen. corr. Participium {ὄζων.} vt

Mella redolentia thymi flore. Ouid. 15. Metam.

Mala redolentia. Ouid. 8. Metam.

REDONES, Galliæ populi, Vide RHEDONES.

Redono, redonas, pen. prod. {ἀναδίδωμι} redonãre, Reddere. Horat. 2. Carm. ode 7,

Quis te redonauit Quiritem
Diis patriis, Italóque cælo?
Inuiſum nepotem Marti redonabo. Horat. 3. Carm. ode 3.

Redordior, redordiris, penultima producta, redorſus ſum {ἀνυφαίνω} redordiri, Retexere: Quod orſum eſt & textum, filatim explicare, & diſſoluere. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rurſum teximus, & pannum conficimus. Plinius libro 9. cap. 17, Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi ſila, rurſúmque texendi. Et libro 11. cap. 22, Prima eas redordiri, rurſúſque texere inuenit.

Redormio, redormis, redormiui, redormitum {ἀναπαυῶμαι} redormíre, pen. prod. Rurſum dormire. Plin epiſt. 213, Paulum redormio: dein ambulo, mox orationem Græcam Latináuue clarè & intentè, non tam vocis cauſa, quàm ſtomachi lego.

Redormitio, redormitionis, Verbale {ἀναπαύομαι.} Plin. lib. 10. cap. 73, In redormitione vana eſſe viſa, propè conuenit.

Redoſtio, redoſtis, redoſtiui, redoſtitum {ἀναχωρέω} redoſtire, pen. prod. antiquum, Gratiam referre. Næuius in Lupo, Vel veniens regem ſalutat, iube Albanum millium comitem, ſenem, ſapientem contrà redoſtis menulus. Et Accius in Amphitryone,

Cedò ecquid te redoſtitum, quum meaſſem obiectet facilius? Hæc Feſtus.

Redoſtit, Rediit, inquit Nonius. Accius in Amphitryone,

Quid hic redoſtit viam?

Reduco, reducis, pen. prod. reduxi, reductum {ἀνάγω, ἀποκάγω, κατάγω} reducere, Retroducere, retrahere. Sueton in Caligula, cap. 27, Equitem Romanum obiectum feris quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: abſciſſáque lingua rurſus induxit.

E conuiuio reducere. Cicero 7. Verrina, Curritur ad Prætorium, quò iſtum è conuiuio illo præclaro reduxerant paulo antè mulieres cum cantu atque ſymphonia.

Domum reducere aliquem. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10, Craſſum cos. ex Senatu domum reduci.

Reducere ad. Cic. 1. Acad. Satis eum longo interuallo ad ſuam villã reduximus.

Veſper vbi è paſtu vitulos ad recta reducit. Virgilius 4. Georgic.

In viam reducere. Plaut. Pſeud. 10.

¶Dum mox frondoſa reducitur æſtas. Virg. 3. Georg.

Amicitiam errantem reducere. Plin. in Paneg.

Amorem ſcelerum reduxit. Lucan. lib. 4.

¶Animum alicuius ad miſericordiam reducere. Terent. And. 3. 3.

¶Ad colorẽ reducere. Plin. lib. 27. cap. 12, Cauſtica vi exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit.

Ad vitæ concilium reducere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 9.

In priſtinam concordiam diſtractos reducere. Balbus Ciceroni in Epiſt. ad Atticum, lib. 8, Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, vt Cæſarem & Pompeium perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas.

Aura reducit diem. Virg. 1. Georg.

Ad diuitias reducere & reuocare. Plaut. Ciſtel. 7.

Variè & multipliciter ad etymum verba reducere. Quintilianus lib. 1. cap. 6.

Exemplum reducere, libertatem, morem. Plin. in Paneg. Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces ac reducas.

Exules reducere. Cic. 7. Verr. Vincti ſoluantur, exules reducantur. Febrim reducere. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3.

In gratiam. Terent. And. 5. 4,

Iandudum reduxit me ipſa in gratiam.

In gratiam cum aliquo reduci. Cicero pro Rabirio Poſthumo.

Aurora reducit lucem, inuecta croceis rotis. Ouidius 3. Metam.

Fortuna iterum reduxit luctus. Claud. 2. in Eutropium.

Ad maciem reducere obeſum corpus. Plinius lib. 24. cap. 8.

In memoriã reducere, quod & Reuocare dicitur. Cic. 1. de Inuent. Et reducere in memoriam quibus rationibus vnamquanque partem confirmaris.

A morte

A morte aliquem. Virg. 4. Æneid.

Paſſus reducere, Retrocedere. Valer. 5. Argon.

Ad planum cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Collectáſque fugat nubes, ſolémque reducit. Virg. 1. Æneid.

Somnum. Horat. 3. Carm. ode 1.

Spem mentibus anxiis. Horat. 3. Carm. ode 21.

Ad ſalutem reducere aliquem medicina. Cicero Poſt reditum ad Quirites.

Reducere ſe vndique, pro Contrahere. Senec. epiſt. 14.

Reducere liberalitatem dicit Seneca de Benef. 1. pro Contrahere, vel in anguſtum redigere.

¶Reducere, Liberare, & ſine periculo recipere. Apuleius, Méque oppidò in arcem reduco.

¶Reducere, Reconciliare. Virg. 2. Æneidos,

-numénque reducant. Seruius.

¶Reducere, Attenuare, vel Refrænare, Contrahere, In anguſtum redigere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14, Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam libertatem, & frænis arctioribus reprimam.

¶Redduco, duplici d propter carmen, apud Lucret. lib. 4, -& crebras redducunt naribus auras.

Reducens, Particip. {ἀναπάγων.} vt Sinum nitidum reducens, Id eſt aperiens veſte vtrinque reducta. Catul. in Camerium, epigr. 51.

Reductus, Aliud particip. {ἀναχωρῶν.} vt Reductus in gratiam. Cic. pro Cluentio.

Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ. Cic. pro Rab. Poſthumo.

Reductus de exilio. Cic. ad Att. lib. 9.

Producta & reducta. Cic. 5. de Finib. Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & cõmentitiis, vt iſta, producta & reducta: partim idem ſignificantibus, &c.

Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. Id eſt remotum. Horat. 1. epiſt. 19.

¶Reductus ſinus, Replicabilis. Virg. 1. Æneid. Seruius.

Vallis reducta. Virg. 6. Æneid. Hoc eſt ſecreta. Acron. Lambinus verò in illud Horatij,

Hic in reducta valle, &c. reductã vallem appellat, quæ ſinus quoſdam flexuoſos & receſſus habeat, in quibus quis à ventis & iniuria cæli tutus eſſe queat. Hæc ille.

Reductus & Eminens, oppoſita. Quintilian. lib. 11. cap. 3, Vt qui ſingulis pinxerant colo ribus, alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt.

Reductio, Verbale {ἀναγωγή.} Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7, Quoniam Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit.

Reductor {καταγωγεύς} Aliud verbale maſcul. Liu. 2. ab Vrbe, Reductori plebis Romanæ in vrbem, ſumptus funeri defuit.

Literarum ſeneſcentium reductor. Plin. lib. 8. epiſt. 165.

Redux, reducis, pen. corr. omn. gen. {πολίσσως, πολίορκος} Qui à periculis in tutum, ab exilio ſiue captiuitate reducitur in patriam. Cic. pro Milone, Quid me reducem eſſe voluiſtis? an vt ſpectante me expelle rentur hi, per quos eſſem reſtitutus? Virg. 1. Æneidos,

Nanque tibi reduces ſocios, claſſémque relatam Nuntio.

Reducem facere. Terent. Hecyra, 5. 4,

Egóne qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris? Idem Heauton. 2. 4,

Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis.

Gratari aliquem reducem. Virg. 5. Æneid.

Carina redux. Ouid. epiſt. 6.

¶Redux fortuna, Quòd è bello, aut lõginqua peregrinatione, exilióve reduceret appellata, eóque nomine illi ſacrum in vrbe fabricatum referunt ex veterum monumentis. Lilius & Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 13.

¶Reduces, pro Redeuntibus, ſimpliciter. Plin. lib. 8. cap. 5, Initur autem biennio, quinis (vt ferunt) cuiuſque anni diebus, nec amplius: ſexto perfunduntur amne, non antè reduces ad agmen.

Reduces choreæ, Multitudo comitum diuitem aliquem reducentium. Martial. lib. 10. 70.

Redulcero, redulceras, pen. corr. {αὐλακόω} redulcerãre, Ab vlcere fit. vt Cutis redulceratur, hoc eſt Rurſus vlceroſa fit: vel etiam Plaga redulceratur, hoc eſt Redintegratur. Colum. lib. 7. cap. 5, Tepefactúmque medicamentum linitur ſcabræ parti, quæ prius aſpera teſta vel pumice defricata redulceratur. Nempe vt facilius medicamẽtum penetret.

Reduncus, Adiectiuum {ἀγκιστρώδης} contrarium eſt Adunco. Plin. lib. 11. cap. 37, Aliis aduncæ, aliis reduncæ.

Roſtrum reduncum. Ouid. 12. Metam.

Redundo, redundas {κυμαίνω, πλεονάζω, πλεονεκτέω, περισσεύω} redundãre, penul. prod. Ex re & vnda compoſitum, ſignificat Superabundare. Cic. 3. Verr. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamẽ aliqua ex particula inueſtigamus, redundarunt.

Si lacus Albanus redundaſſet, iſque in mare fluxiſſet, Romam perituram. Cic. 2. de Diuinat.

Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua. Ouid. 2. de Remed.

Redundat pituita. Cic. 4. Tuſcul.

Redundare ſanguine. Cic. pro Lege Manil. Teſtis eſt Africa, quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorũ ſanguine redundauit.

Heſterna cœna redũdare. Plin. in Paneg. Non alij marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur?

Omnibus ornamentis redundare. Cic. ad Appium, lib. 3 10, Præſertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel præſidiis redundares.

Eloquio. Claud. 5. Paneg.

Vno digito. Cic. 1. de Nat. deor. Tuus autem deus non digito vno redundat, ſed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus. Id eſt plus habet, & ſuperuacaneum, vt ipſe Cicero ibidem dicit.

Non complere verbis quod propoſueris, & Redundare, contraria. Cic. in Partit. Numeros aures ipſæ metiuntur, ne aut compleas verbis quod propoſueris, aut redundes.

Nihil prætermittatur, cui opponitur Nihil redundet. Cic. in Orat. Nulla neque prætermittatur, neque redundet.

Deeſſe & Redundare, contraria. Cic. 3. de Orat. Neque in Antonio deſuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundauit.

Seta redundauit veteris vindictæ libelli. Ouid. 2. Triſt.

Oratio redũdat. Cic. 5. de Finib. Critolaus imitari antiquos voluit, & quidem eſt grauitate proximus, & redundat oratio.

Redundat ex. Cic. 5. Verr. Quibus quod tum aut remiſſum, aut relictum fit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius auaritia contẽta fuit, redundarit.

Redundare de. Cicero 5. Verr. Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumentario quæſtu, ad illum potiſſimum, per quem agebatis, deſtuxiſſe.

Infamia redundat ad amicos. Cic de Amicit. Erumpunt ſæpe vitia amicorum tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorum tamẽ ad amicos redundet infamia.

Ex neceſſitate redundabit onus legatorum ad hæredem. Vlpian. in l. Si ſeruus plurium ſit. §. Si quis ante. D. De legatis 1.

Damni periculum ad te non redundat. Imp. Alexand. l. Et ſi ſciſſes. C. De adminiſt. tut.

Redundat ad. Cic. pro Ligario, Quòd laudem adoleſcentis propin qui etiam exiſtimo ad meum aliquem fructum redũdare. Id eſt, Referri, & pertinere. Budæus.

Redundat in. Plautus,

Hoc facinus in tuum redundabit caput. Cic. in Catil. Certè verendum mihi non erat, nequid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret.

In annum redundare. Cic. pro Murena, Sed quid tandem fieri, ſi hæc elapſa de manibus noſtris, in eum annum qui conſequitur, redundarint?

Captio redundat in eum, qui ſuſcepit mandatum. Paulus in l. Si mandauero tibi. § vlt. D. Mandati.

In genus author is miſeri fortuna redundat. Ouidius 3. Triſtium, elegia 1,

Si ſcelus eſt, in me commiſſi pœna redundet. Ouid. 6. Faſt.

¶Redundare, Abundare, ſuperesſe. Lucret. lib. 2 8,

Primò redundat aurum, ac theſauri patent. Cicer. 3. Offic. Nunc fugientes conſpectum ſceleratorũ, quibus omnia redundant. Et Hortenſ. Tum intelligas, quàm illud non ſit neceſſarium, quod redundat. Ex Nonio.

Redundans {πλεονάζων} Participium, ſiue Nomen ex participio: vt Redundans homo. Cic. de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit videmus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis excitatos & aridos.

Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia repreſſit. Cic. de Claris Orat.

Redundatus, pen. prod. {πλεονασθείς} Aliud participium. Ouidius 6. Faſtorum,

Amne redundatis foſſa madebat aquis.

Redundatio, Verbale {πλεονασμὸς} quam Superfluitatem appellamus. Cicero in Oratore, Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Redundanter, Aduerbium. Plinius iunior libro 1. ad Cornelium Tacitum epiſt. 20, Vt illud immodicè & redundanter, ita hoc icunè & infirmè.

Reduuiæ, Vide REDIVIA.

Refectio. Refectus, Vide REFICIO.

Refello, refellis, refelli {ἀναιρέω, κατανικάζομαι} refẽllere, Ex re & fallere, Quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendere, inquit Donatus. Terent. Phorm. 1. 2,

Quum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet. Id eſt, quum factũ non negabis. Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cic. lib 2. Tuſcul. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracũdia parati ſumus. Virg. 4. Æneidos,

-neque te teneo, neque dicta refello.

Fortunam refellere. Stat. 2. Sylu. 2.

Senſus non poſſunt refelli. Lucret. lib. 4.

Refello & Approbo, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Ex re ipſa refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Refellere aliquem, Alicuius ſententiam oppugnare. Cic. 4. Acad. Socrates autem de ſe ipſe detrahens in diſputatione plus tribuebat eis quos volebat refellere.

Ita enim viuunt quidam, vt eorum vitã refellatur oratio. Cic. 2. de Finibus.

Refellere dicta alicuius. Cic. 4. de Finib. Vt audias me quæ à te dicta ſunt refellentem.

Mendacium alicuius refellere & coarguere. Cicero pro Ligario.

Opprobria non poſſunt refelli. Ouid. 1. Metam.

Refellere teſtimonia, & teſtes, & tabulas dicebant veteres. Cicero pro Flacco, Nam aut oratio teſtium refelli ſolet, aut vita lædi. Tranquillus in Auguſto, cap. 56, Teſtem ſe in iudiciis & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur. Dicitur & Eleuare, apud Quintil. Budæus.

Refercio, refercis, referſi, refertum {πλήθω} refercîre, Ex re & farcio, ſignificat Implere. Cic. de Senect Semper enim boni, aſſiduíque domini referta cella vinaria, olearia, & penaria eſt, villáque tota locuples eſt.

Complere & refercire. Cicero pro Sextio, Meminiſtis tum Iudices, corporibus ciuium Tybetim compleri, cloacas refarciri.

Referserunt omnia libris. Cic.pro Corn.Balbo, Quòd eis rebus vrbem Italiámque referserunt.

Refercire in. Cic.1. de Orat. Sed hoc nobis illa Scæuola & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè referfit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

Superstitione vitam hominum refercire. Cic 2 de Nat.deor. Poetæ hominum vitam superstitione omni referserunt.

Refercire hominum aures sermonibus. Cic.pro Rab. Posthumo, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomẽ propter opinionem pecuniæ nescio quam, æstatem vnam complures aures referfit istis sermonibus.

Refertus {ὑπερπλεωσμένος} Participium, siue Nomen ex participio, vt Referræ suauitate literæ, Host est omni officio plenæ. Cic.ad Qu.fratr. lib.2.16, Accepi tuas literas datas Placentiæ. Deinde alteras postridie datas Blandenouæ, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suauitate.

Plenus ac refertus. Cic.1.Acad. Sed vtrique Platonis hubertate cõpleti, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.

Locuples ac refertus. Cic.5.Verr. Cum prouincia tam locupleto ac referta, non modò rem, sed ne spem quidem vllam reliquam cuiquam feceris.

Refertius ærarium. Cic.5.Verr. Tum refertius erit ærarium Populi Romani quàm vnquam fuit.

Domus referta, Plena, diues. Senec. Medea, 17.

Locuples & referta domus. Cic.1.de Orat.

Refertissimus, quod & Confertissimus dicitur. Cic.ad Qu.fratrẽ, lib.1.1, Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, &c.

¶ Genitiuo aliquando iungitur. Gellius, Is librum multæ variéque historiæ refertũ composuit. Cic.pro Fonteio, Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum. Idem ad Articum, lib.8. 145, Etsi propediem video bonorum, id est laurorum & locupletum vrbem refertam fore.

Mare refertum prædonum. Cic.pro Rab. Posthumo.

Oppida referta hominum. Varr.de vita Populi Rom. Ipsa Italiæ oppida sunt vastata, quæ prius fuerunt hominum referta. Ex Nonio.

Saltus referti elephantorum. Plin.lib.5.cap.1.

¶ Ablatiuo frequentius. Cic 3.Verr. Domus erat meretricio conuentu, sed Prætoria turba referta. Et 7, Referta piratarum præda nauis.

Annus refertus pecunia. Cic.6.Verr. Primus annus erat prouinciæ: non vt in Sthenio iam refertus pecunia.

Puppis referta diuitiis. Claud.4.Paneg.

Referina faba, Vide REFRINA.

Refério, referis, pen.corr. {αὐτιτυπέω} referre, Repercutere. Terentius Adelph.4.2,

-quia miseram mulierem, & me seruolum
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter!
Phœbus referitur imagine speculi oppositi. Ouid.4.Metam.

Refero, pen.corr. refers, retuli, penult.corr. relatum, pen.prod. & metri causa rettuli, rellatum {αὐτιφέρω, αὐτάγω, αὐτικομίζω, ἐπαναφέρω} referre, Reportare, quasi retrò ferre. Quintil. Ad patrem arma non retulit. Tacitus, Quum ex agris segetes domum referrent.

Humeris suis pecunias alicui referre. Cic.Att.lib.6, Itaque sine vlla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt.

Sub tectum referre. Colum.lib.11.cap 3.

Pateram referre, pro Restituere. Cic. 1.de Diuin. Is paterã retulit.

¶ Ad aliquem referre, In consultationem illius ponere, vt ait Valla lib.3. Plaut. Curcul 6,

Ture ipse, siquid somniasti, ad me refers. Cic.1.de Diuin. Ex eo euenit, vt & Tarquinius augure Attio Nauio vteretur, & populus de suis rebus ad eum referret.

Ad Senatum de re aliqua Consules referre, & ij quibus Senatum cogere licebat, dicebantur, quum rem in Senatu agitandam, deliberandam, decernendámque proponebant, rogantes Senatorum sententias. Cic.2.in Catil. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, tam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. Virg. 3.Æneidos,

Delectos populi ad proceres, primúmque parentem
Monstra deûm refero. Et ne dubitares de seusu sermonis, more suo aperuit, subiungens,

-& quæ sit sententia posco. Cic. in Pison. An tum eratis Consules, quum quacunque de re verbum facere cœperatis, referre ad Senatũ, cunctus ordo reclamabat? ostendebátque nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? Ex Budæo.

Rem omnem ad Patres Conscriptos retuli. Cic.2.in Catil.

De rebus obscuris & incertis ad Apollinem, censeo referendum. Cic 1.de Diuin.

Consulere se, & ad se referre. Cic.pro Quintio, Sed ne ipse quidẽ te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti.

¶ Ad aliquid referre. Quintil.lib.3.cap.11, Theodori scholia (vt dixi) omnia refert ad capita.

¶ Ad seipsum aliquid referre, id est Perpendere, & quasi de suo facto, alicuius metiri. Cic.pro Deiotar. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actióque causæ maximè debilitarunt loco: tuum est Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad teipsum referre.

¶ Referre acceptum alicui, est fateri se ab eo accepisse: idque in eo dicem accepti referre: denique est quasi debitorem se profiteri. Significat etiam interdum fateri, sibi pecuniam à se creditam, à debitore esse solutam. Cic.pro Cecinna, Se habere ait argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata. Per tralationem autem dicimus Acceptum referre alicui bonum, vel malum, & tam rei, quàm personæ, pro eo quod est, ingenuè fateri ac prædicare sibi illius opera ac beneficio id boni euenisse, vel mali. Exempla passim reperies. Vide ACCIPIO.

¶ Acceptam referre {αὐτευχάριστέω} salutem suam beneuolentiæ alicuius, pro Fateri accepisse. Cic.ad Attic.lib.11, Te etiam atque etiam oro, vt me totum tuendum suscipias: vt si ij salui erunt, quibuscum sum, vnà cum iis possim incolumis esse, salutémque meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre.

Acceptum refero versibus esse nocens. Ouid.2.Trist.

In acceptum referre. Cic.3.Verr. Posteaquam reus factus est, primò negabat opus in acceptum referre posse. Referre in acceptum, inquit Budæus, est scribere opus esse præbitum & probatum, quod Prætoris munus erat in sanctis tectis.

Referre, Adscribere. Varr. Eumen. Forenses decernũt, vt existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. Nonius.

In acta referri Iuuen.satyr.2.

In ærarios referre, Vide Ærarius adiectiuum, in AES, æris.

In album referre. Liu.1.ab Vrbe.

Aliquem ore referre, Id est ore similem esse. Virg.4.Æneid.

Animum referre ad rem aliquam. Cic.pro Rosc. Amer. Age nunc, refer animum sis ad veritatem, & considera.

Sed licet à paruis animum ad maiora referre. Ouidius 3. de Arte amandi.

Animum ad mala sua referre. Ouid.2.de Remed.amor.

Animum & oculos ad aliquem. Cic.pro Rosc. Amer.

Ænean animo nóxque dièsque refert. Ouid.epist.7.

In apertum referre opus. Cic.in Parad.

Ad arbitrium alicuius. Cic.5.Tuscul. Omnia ad suum arbitrium referre, suis stare iudiciis.

Ad vos nunc refero quem sequar. Cic.4.Acad.

Aspectum referre in curiam. Cic.de Prouinciis Consul. Qui si ex illa iactatione, cursúque populari, bene gesta Repub. referunt aspectũ in curiam, atque huic amplissimę dignitari commendari esse volunt, non modò non repellendi sunt, verùm etiam expetendi.

In censum aliquid referre. Liu.9.bel.Maced.

In codicem referre. Cic.pro Sylla, Tibi meo familiari & contubernali prius etiam ædituri fuerint indiciũ scribę mei, si voluisses, quàm in codicem retulerint?

Colorem paternum referre. Colum.lib.7.cap.2.

In commentarium. Cic.ad Attic.lib.7, Quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit.

Referre, Recensere. Virg.Bucol.

Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre
Iussit. Nonius.

Ad conscientiam referre omnia. Plin.epist.22.

Consilia referre aliquò. Cic.1.de Finib. Quid vltimum, quò sint omnia bene à viuendi, rectéque faciendi consilium referenda?

Consilia in melius. Virg.1.Æneid.

Consuetudinem repetere atque referre. Cic.1.Verr. Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Id est in vsum restituta, quæ desita & antiquata fuisset.

Referre ad aliquem omnes curas, & in eum consumere, Id est illũ solum curare, de eo solo solicitum esse. Cic.ad Brutum, 18, Rogatus sum à prudentissima & diligentissima fœmina matre tua, cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te consumũtur, vt venirem ad se ad VIII. Calend.Sext.

Dexteram ad osculum referre. Plin.lib.28.cap.2.

In deterius referre. Tacit.lib.13.

In deos cœlum & terram refert Heraclides. Cicero 2.de Nat.deor.

Diem referre dicitur sol. Virg.1.Georgicorum,

At si quum referétque diem, condétque relatum,

Ensem vaginæ referre. Silius lib.7.

Eodem referri, Reportari. Cicero 1.Tusculan. Si reflantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paulò tardius referamur necesse est.

Epistolam referre. Cic.ad Att.lib.4, Statim vt sit qui à te mihi epistolam referat.

Expensum referre, Vide Expensum in EXPENDO.

Facta referre quæ mandata sunt. Plaut. Capt.7.

Figuras prouaorum. Lucret.lib.4.

Ad finem aliquem referre omnia. Cicero 4. Academ. Nempe fines constituendi sunt, ad quos & bonorum & malorum summa referatur.

Fructum diligentiæ referre alicui. Cicero 3. Verrina, Quum in eo vestra mihi dignitas fructum diligentiæ referret, id sum assecutus vt, &c. Id est Reciperem à vestra dignitate fructum ob diligentiam meam.

Gradum referre, quod & Pedem referre dicitur. Liu.ab Vrbe lib.1, Et quum velut inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu pedes quoque referret gradum, plenis repentè portis effusi hostes.

¶ Rettulit ille gradus. Ouid.2.Fast.

Referre, Ostendere. Lucret.lib.1,

Vnde refer nobis victor quid possit oriri
Quid nequeat. Ex Nonio.

Gratiam referre: Est facto, vt si tu à me subleuatus aut pecunia aut patrocinio, aut manu, alióve subsidio, vicissim me aliquo modo subleuaueris: gratias retulisti, reddidistique, vt ait Valla libro 5. Liu.7. bel.Maced. Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quàm vt suadeam non antè in aciem descẽdat, quàm in castra me rediisse audierit. Cic.in Salustium, Non enim me speraſti mutuam tibi gratiã relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Referre gratiã hoc loco, etiam verbo dicitur. Cic.2.Offic. Nimirum enim inops ille si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certè potest. Terent.Eunuch.2.3,

Nunc referam gratiam: atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur.

Seipsum exponit Terent. Vbi Donatus, Referam gratiam, non eas, inquit, lacessam; sed quod iustum est, vicem reddam.

Gratia referenda est emeritis. Ouid.1.de Ponto, eleg.8.

Gratia referatur factis. Ouid.5.Trist.eleg.5.

Gratiam referre in aliquo, Vide IN præpositionem.

Gratiam plenius referre. Quintil.lib.2.cap.6.

Referre gratiam in maius, pro Maiorem gratiã. Seaec.de Benef.3.

Bonam, vel præclaram gratiam referre. Cicero ad Attic.lib.2, Vt sciat hic noster Ierosolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit, quarum expecto diuinam παλιγῳδίαν.

Gratias referre, Idem. Plaut. Amphit. 4.

Referre introrsus liberalitatem, pro Coarctare, vel in arctum cogere. Senec.1.de Benefic.

Honorem officij. Ouid.2 Metam.

Reiicere iudices, & Referre, contraria. Cic.pro Plancio, An verò nuper clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt, quum ex CXXV iudicibus principibus Equestris ordinis, v, & LXX reus reiiceret, 1.referret?

In selectos iudices referre. Cic.pro Cluentio, Deinde Prætores vrbani, qui iurati debent optimum quenque in selectos iudices referre.

Laudem referre familiæ alicuius, Desitam & antiquatam indignitatem restituere, siue reuocare. Cic.pro Flacco, Quum L.Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingentesimo anno Reipub. retulisset?

In libellum referre. Cic.1.Philip. Nisi fortè siquid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis.

Introrsus referre liberalitatem, pro Coarctare, vel in arctum cogere. Senec.lib.1.de Benefic.

In libros referre. Macrob.lib.7.Saturnal.cap.15, Quod tantum virum in libros retulisse, mirandum est. De Platone loquitur.

In literas publicas referri. Cic.6.Verr. Turpitudinem summam esse arbitrantur referri in literas publicas, pretio adductam ciuitatem.

Mandata referre ad aliquem. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Mandata referre alicui. Virg.7.Æneid.

Manubias referre. Cic.2.de Lege agrar. Is excipitur vnus ne manubias referre debeat.

Manum ad poplitem referre. Plin.lib.28.cap.4.

Referre in melius, Id est conuertere. Virg.11.Æneid.

Ad memoriam vetustatis referre omnia. Cic.7.Verr. Atque hæc omnia ad memoriam vetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri volo. Id est, accipiantur in eam partem vt dicta sint quo vetustas reducatur in memoriam, non vt ciuitati quicquam exprobretur.

Morem referre, Reuocare, & quasi rursus ferre. Virg.5.Æneidos,

Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Rettulit.

Mores patris referre, id est Exprimere, & imitari. Plin.epist.III, Amisit enim filiam, quæ non minus mores eius, quàm os vultúmque referebat: totúmque patrem mira similitudine exscripserat.

Inter nefastos referre diem. Plin.de Viris illust.

In Nouocomenses retulit, id est adscripsit. Cic.ad Acilium, lib.13, Quem Cæsar meo beneficio in Nouocomenses retulit.

Referre numerum, Numerare. Virg.eclog.6.

In numeros referre. Plinius epist.52, Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est. Id est, tuum nomen nondum relatum est in ordinem Tribunorum: erat enim integrum, alium subrogare.

In numerum deorum referre, Id est adscribere. Suet.

Omnia referre ad vnum, Id est In vnum omnia conferre. Cic. Si ad vnum omnia referenda sunt, dignissimum esse Pompeium. De re intelligitur, non de oratione. Valla lib.3.cap.38.

Referre oculos ad aliquem, vel ad terrã. Cic.pro Quintio, Quum autem ad te C.Aquili oculos animumque retuli. Idem in Somnio Scipionis, Hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.

Ora & oculos in aliquem referre. Virg.12.Ænied.

Opem referre. Cic.1.de Diuinatione.

Ciues referte opẽ, & restinguite. Ex poeta. Idem 3.de Legib. Quibus sæpe referre opem possit. Id est, auxilio esse.

Os referre in se. Ouid.2.Metam.

Rettulit ora ad iuuenem, Aspexit iuuenem. Valer.7.Argon.

Par referre. Terent. Adelph.11. Donatus, Par referre, id est benefacere.

Pedem referre, Quod ineptè dicitur *Retrahere se*. Virgilius 10.Æneidos,

Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus Cedebat. Cæs.1.bel.Ciuil. Pedem ferre, & loco excedere, non turpe existimarent. Liu.3. ab Vrbe, Inde signum obseruare iussit, vt pariter & socij rem inciperẽt, referentéque pedem, si receptui cecinissent.

Iámque pedem referens casus euaserat omnes. Virg.4.Georg.

Quàm mollissimè pedem referre. Quintil.lib.6.cap.4.

Rettulit ad me pedem. Plaut. Epid.10.

Referunt me pedes in locum aliquem. Cic.ad Atticum, lib.15.

Primas referre ad aliquem. Cic.1.de Nat. deor. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus referebant. Vetus exemplar habet deferebant.

Quæstum maiorem referre. Colum.lib.1.cap.3.

Rationes referre, pro eo quod vulgò *Computum reddere* dicunt. Cæs. 2.bel.Ciuil. Relatis ad eum publicis rationibus cum fide, quod penes eum est pecuniæ, tradit. Cic.3. Verr. Vt hoc pacto rationem referre liceret, eo Syllanus repentè factus est.

Rationes referre ad ærarium, Vide ærarium, in AES, æris.

Referre rationibus, & in rationes, Est rationibus adscribere, hoc est *Impensam vel receptam facere*, vt vulgus loquitur. Tranquillus in Vespasiano, capite 22, Expugnatus autem à quadam, quasi amore sui deperiret, quum perductæ pro concubitu sestert. quadraginta donasset, admonente dispensatore quemadmodum summam rationibus referri vellet, Vespasiano, inquit, adamato. Alij legunt, inferri.

Dicitur & Referre in rationes, vt Referre in publicas literas, quod Iuuenalis Referre in acta dixit. Budæus. Paulus in I. Nesennius, ad finem. D. de negot. gestis, Maximè si etiam in rationes impẽsam eam retulisse auiam apparebit.

Referunt hæc ad rem. Plaut. Persa, 16. Id est pertinent.

Repulsam referre, quod & Ferre repulsam simpliciter dicitur, & Pati repulsam, hoc est Repelli, reiici. Cic.1.Offic. Hic summi & clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solùm retulit, sed ignominiam etiam & calamitatem.

Respõsum referre, quod & Reddere dicitur: siue quod responsum est referre & recensere. Cic.ad Atticum, libro 6, Deiotarus etiam mihi narrauit se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere. Cæsar 1.bel.Gal. His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit.

In, vel inter reos referre, opponitur ei quod dicitur Ex reis eximere. Cic.2.Philip. Absentem credo in reos relatum, rem iudicta causa iudicatam.

Absentem aliquem referre in reos. Cic.7.Verr.

Salutem alicui referre, pro Resalutare. Cic.ad Atticum, libro 16, Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam salutem.

In peius rugre, ac retro sublapsa referri. Virg.1.Georg.

Saporem salis. Virg.3.Georg.

Se referre, pro Redire domum. Virg.4.Georg.

Domum se referre, Redire. Horat.1.Serm.satyr.6.

Romam iterum se referre. Cic.pro Flacco.

Ab æstu se referre. Ouid.14.Metam.

Se in gregem suum veterem referre. Cic.ad Atticum, lib.6, Velim te in tuum veterem gregem retulisses.

Se ad ordinem referre. Cic.4.Acad. Iam enim referam me ad ordinem. Id est, Ordine omnia agam vt cœperam.

Se ad studia referre, ad philosophiam. Cic.2.Offic. Existimani honestissimè posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Id est recepissem.

Senium parentis referre. Columel. libro 7.cap.3. Hoc est imitari, reddere.

Similitudinem referre. Plin.lib.22.cap 8.

Sonum eundem referre in cadendo. Cic.in Orat.

Spem referre. Cic.pro Rosc. Amer. Pro re certa spem falsam domum retulerunt. Hoc est reportarunt.

In spem sibi aliquid referre. Plaut. Epid.8.

Referre omnia ad vnam summam. Cic.4.de Finib. Introduci enim virtus nullo modo potest, nisi omnia quæ leget, quæq; reiiciet, vnam referantur ad summam. Id est, conferantur in vnum.

In tabulas, siue tabellas referre. Cic.7.Verr. Ille in tabellas refert, obsignat signis amicorum prouidens homo.

In tectum referre. Varro 3.de Re tust.cap.6, Præterea oua emit, ac supponit gallinis: ex quibus ex his excussos pullos refert in id tectũ in quo pauones habet.

Rettulit me ventus ad vel in Italiam. Cic. Cornificio, lib.12.25.

Vicem referre, Rependere. Ouid.1.de Arte.

Victoriam. Liu.4.ab Vrbe.

Theatrum Asiæ ita resonans, vt vsque Romam significationes, vocésque referantur. Cic.Q.frat.lib.1.1.

¶ Referre omnia ad voluptatem, vel ad ventrem, & similia, Est omnia propter voluptatem facere, videlicet vt quis aliquando possit voluptate frui: id est summam fœlicitatem in ea re constituere. Cic. de Amic. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus.

¶ Referre, Reddere. Virg.lib.8.Æneidos,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos
Qualis eram.

¶ Referre, Narrare, indicare. Virg.2.Æneidos,

-referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori. Cic. Bruto, At illa retulit, quæsiustque quidnam mihi videretur.

Ordine referre. Ouid.9.Metam.

Horresco referens. Virg.2.Æneid.

Acta memoranda referre. Ouid.13.Metam.

Dicta referre. Ouid.1.Metam.

Facta. Horat.2.epist.1.

Palàm facta. Ouid.3.Amor.eleg.13.

Magna facta. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.

Pauca referre. Virg.4.Æneid.

Pugnas referre. Recensere. Ouid.12.Metam.

In ordine referre versus. Virg.7.eclog.

Vera referre. Ouid 3.Metam.

Tum senior tales referebat pectore voces. Virg.5.Æneid.

Referre voce. Virg.1.Æneid. Seruius, Pleonasmos est.

Ad aures alicuius referre aliquid. Virgil.3.ecloga,

O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est!
Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures. Id est vtinam referatis.

¶ Refertur, pro Narratur. Plin.lib.7.cap.41, Vna fœminarũ in omni æuo Lampido Lacedæmonia refertur.

¶ Referre, pro Perferre. Cic.ad Cæsar. iuniorem lib.1. ex Nonio, Sed hæc videbimus, cum legati responsa retulerint.

¶ Referre, Conuertere. Virg.lib.9.Æneidos,

Multa dies, variúsque labor mutabilis æui,
Rettulit in melius. Ex Nonio.

¶ Referre, pro Respondere. Cic.pro Cecinna, Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus, &c. Id est respõdeo. Idem pro Quintio, Quid autem à nobis refertur?

¶ Referre, Reuocare. Senec. de Benef. lib.1.cap.14, Quare siquis existimat nos, quũ ista præcipimus, benignitatis fines introrsus referre,

& illi minus laxum limitem aperire.
Referre rem iudicatam, Rerractare. Cic. pro Domo sua, Si decem viri sacramẽtum in libertatem iniustum iudicassent, tamen quotiescunque vellet, hoc in genere se rem iudicatam referre posse voluerũt. Sic referre mysteria dixit lib.3.de Orat.pro Iterare. Et Terent. in prologo Hecyræ,
Referre comœdiam, pro Denuò agere.
Referre in reos, Reum facere. Relatus inter reos quid sit ex Iureconsultis & Asconio Pediano discε. Vlpianus in l.15.§.j. D. ad legem Iul.de adult. Legis (inquit) Iuliæ de adulteris cap.7. ita cauetur, ne quis inter reos referat eum, qui tum sine derrectatione Reip. causa aberit: neque enim æquum visum est absentem reipublicæ causa inter reos referri, dum Reipub.operatur. Asconius, Quid est reum fieri, nisi apud prætorẽ legibus interrogari? quum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud Prætorem reo, Aio te Siculos spoliasse. Si racuisset, his ei æstimabatur, vt victo: si negasset, petebatur à magistratu dies inquirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio. Hæc ille. Interea autem eius nomẽ in reorum album referebatur, vt causa ex ordine ageretur, dicebatúrque in reos receptus, vel relatus. Vide l.3.D.de accusat.

Refert, prima prod. Impersonale {διαφέρει} Vtile est significat, & genitiuo iungitur. Saluſtius in Iugurtha, Faciendum aliquid quod illorum magis, quàm sua retulisse videretur.
Refert quum dicimus, errare nos Verrius ait. esse enim rectũ reiert, datiuo scilicet, non ablatiuo casu. Sed esse iam vsu possessum.
¶Cum genitiuis pretij frequentissimè construitur, Magni, parui. Cic. P. Seruilio, lib.13 69. Vt habeamus aliquam Rempub. cuius consiliis magni referebat te interesse. Terent. Phorm. 4.3.
-parui retulit
Non suscepisse: inuenta est quæ dorem perat. Cic.ad Q.fratr.lib.1.
1, Parui refert abs te ipso ius dici æqualiter & diligenter, uisi, &c.
Permagni referre eadem primordia fæpe. Lucret. lib.1.
¶Cum ablatiuis his, Mea, tua, sua nostra, vestra. Plaut. Curcul. 8,
-nam quid id refert mea
An aula quassa cum cinere effosus siet? Hoc est, Non magnopere laboro Et Amphit. 8,
Tua istuc refert si curaueris. Hoc est, Tuo sit commodo. Terent. Phorm. 4 5,
Quid tua, malùm, id refert?
Nihil referre iniquitatis. Hoc est, vt ego quidem opinor, Nihil interesse quod ad iniquitatem attinet. Plin. iunior in Panegyr. Vetuisti exigi, quod deberi non tuo seculo cœperat. Alius vt contumacibus iratcereturr, tarditatémque soluendi dupli, vel & quadrupli irrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oporteriat, an constituas vt debeatur.
Nihil mea refert verum tu, &c. Cic. in Pison.
Non adscripsit id quod tua nihil referebat. Cic. Rufo, lib.5.20.
¶Aliquando his adiuerbiis iungitur. Multum, plus, plurimum, parum, paulum, pauxillũ, nihil, aliquid, & similibus. Martial. lib.9.104, Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur.
Quæ fluit, an pigro quæ stupet vnda lacu. Quintil. lib.9.cap.4, Plurimum refert compositionis, quæ quibus anteponas. Cic.5.de Fin. Tantum refert quàm magna dicam.
¶Refert, cum infinitiuo. Cic. de Clar. Orat. Neque enim refert videre quid dicendum sit, nisi, &c. Terent. And. 3.2,
Interminarus sum ne faceres? nũ veritus? quid retulit? Vbi Donatus, Retulit, profuit, vel interfuit.
Magnopere. Cic. pro Cælio, At quibus seruis? refert enim magnopere idipsum.
¶Refert {συμφέρει} Ad rem pertinet. Plin. lib.14. cap.6, Quibus exẽplis, nisi fallor, manifestum est, patriam, solumque referre, nõ vuam. Id est ad vini præstantiam maximè pertinet, eligere solum & regionem. Idem lib.16.cap.30, de arboribus cædendis, Infinitum refert lunaris ratio, nec nisi à vicesima in tricesimam cædi volunt. Hæc Budæus. Varro 1.de Re rustica, cap.8, Refert inquam quod genus vineæ sit, quòd sunt multæ species eius.
Plurimum referre. Plin. libro 21.cap.11, Diximus & terram referre plurimum.
Refert in ea re. Cic.2.de Diuin. Fac in puero referre ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit.
Aues pascantur, nécne, quid refert? Cic.2.de Diuin.
Non multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces sint. Colum. lib.8. De canibus loquens.
Nihil refert. Plaut. Rudente,
Quomodo habeas, nihil id refert, iure, ánne iniuria?
Sed refert quomodo adhibeatur. Cic.3. Tusc.
Nec terræ tantum natura circa has refert. Plin. lib.16.cap.33. Id est ad rem non tantum pertinet.
Adeóne est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quàm qui sim magis referat? Liu. lib.2.
¶Refert, Necesse est. Saluſtius, Quare vanum quidem hoc consilium est, si periculum ex illis timuit, si in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert me mihi atque nobis timere. Virg. lib.2. Georgicorum, -neque enim numero comprehendere refert.

Relatum, relatu, pen. prod. Supinum à refero. Plin. lib.32.cap.11, Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda, quàm animalibus.
Digna relatu. Ouid.4. Metam.
Fœdum relatu. Ouid.9. Metam.
Horrenda relatu res. Ouid.15. Metam.

Relatus, pen. prod. Partic. {διαφερόμενος.} Cic.2.de Nat.deor. Sed duros, & quasi corneolos habent introitus, multíque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus. De auribus.
Causa relata mea est. Ouid.3. Fast.

Relatus, relatus, relatui, Verbale. Tacit. lib.17, Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est.

Relatio, Aliud verbale {ἀναφορά, ἀπαγγελία.} Cic. in Pison. Nam relatio illa salutaris & diligens fuerat Cõsulis animaduersio quidem & iudicium, Senatus. Verustum exemplar legit delatio. Plin. epist. 190, Et relationem quidem de eo Cæsar ad Senatum non remisit. Hic propositionem criminis & rei apud Senatum significat.
Criminis relatio. Vlpian. in l.1s qui reus. D. de publ. iudiciis. Is qui reus factus est, purgare se debet: nec antè potest accusare, quàm fuerit excusatus. Constitutionibus enim obseruatur, vt non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.
Gratiæ relatio. Senec. lib.5. de Benefic. cap.11.
Meritorum relatio. Quintil. lib.4. cap.1.
Ius quintæ relationis, est ius de quinque rebus quoties senatus haberetur, referendi. Scribit Iulius Capitolinus ominosum Pertinaci Imperatori fuisse, quòd ei pro iure quintæ relationis, ius quartæ relationis decretum fuisset: par enim numerus infaustus est. Nam Probo Imperatori ius tertiæ relationis decretũ est, nec ominosum fuit. Initio autem ius vnius relationis dabatur, vt Augusto Cæsari. Dion, Et quandocunque senatus haberetur, ius esse ei vnius relationis, de quacunque re vellet.
Relator, penult. prod. Verbale masc. {μεσίτης} Balbus ad Ciceronem in Epist. ad Attic. lib.8, Incipiam sperare, etiam consilio Senatus authore te, illo relatore, Pompeium & Cæsarem coniungi posse.
Referendarij apud veteres Imperatores dicebantur per quos ipsi facilius singulorum desideria perdiscebant, teste Cassiodoro, qui libro 6. Epistolarum, quibus verbis hæc dignitas solebat concedi, indicat. Horum funguntur ministerio, qui hodie in aulis Principum Cancellarij appellantur. Nominat autẽ eos ipse Iustinianus spectabiles, qui mox suum post illustres obtinebant locum. Vide Nu. De Referend. sacri palatij. Alciatus libro 3. Disputct. & Iureconsulti in l. Eos C. de Excusationib. munerum. lib.10.C. Cocleus hãc vocem ad barbaros relegauit.
Referor. Festus, Referri diem proditam, id est anteferri, religiosum est, vt ait Veranius in eo, qui est auspiciorum de Comitiis, idque exemplo comprobat L. Iulij, & P. Licinij Censorum, qui id fecerunt sine vllo decreto augurum, & ob id lustrum parum felix fuerit.
Refibulo, refibulas, pen. corr. refibulare {ἀναπορπατῶ} Fibulam tollere, vel soluere. Martial. lib.9.28,
Refibulauit turgidum faber penem. Vide INFIBVLO.
Refertueo, referues, referbui {ἀναζῶ} referuêre, Valde feruere. Plin. libro 16.cap.11, Item terebinthinam in sartagine referuenti.
Referuens crimen. Cic. pro Rosc. Comœdo, Nónne vt ignis in aquam coniectus continuò restinguitur, & refrigeratur: sic referuens falsum crimen in puriſſimam & castiſſimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur?
¶Referuere, aliquando contrarium significat. Cic. de Claris Orat. Nam & contentio nimia vocis recideret, & quasi referbuerat oratio. Hoc est refrixerat.
Referuesco, referuescis {ἀναζῶ} referuêscere, Idem quod referuere. Cic.1.de Diuin. Ex his Mercurium ex patera quam dextera manu teneret, sanguinem visum esse fundere: qui quum terram attigisset, referuescere videretur, sic vt tota domus sanguine redundaret.
Reficio, reficis, pen. corr. refeci, pen. prod. refectũ {ἀνακτίζω, ἀναπληρόω} reficere, Instaurare, renouare, quod corruptum erat, in statum pristinum instaurare. Verbo item reficiendi tegere, substruere, sarcire, ædificare, & aduehere, apportaréque ea quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. Hæc Vlpianus, De riuis, l.1. Cic.1.de Diuinat. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ, L. Iulius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit.
Ædes reficere quæ vitium fecerunt. Cic. in Topic.
Reficere breui repetitione rerum iudicum memoriã, pro Recolligere. Quintil. in Procem. lib.4.
Pecuniam reficere ex vẽditionibus. Papin. in l. Tutores. §. Patruus. D. de administr. tutor.
Puppes laceras refeci. Ouid. epist.2.
Rates quassas reficere. Horat.1.Carm. ode 1.
Templa ædésque labantes reficere. Horat.2.Carm. ode 6.
Reficere testamẽtum. Vlpian. in l. Idémque erit. D. de militari testamento.
Villam reficere, vel stabulum. Vlpian. in l. Ex conducto. in princ. D. Locati.
Reficere aliquid ex pecunia alicuius. Cic.3.Verr. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur.
¶Reficitur ei tantum ex suis possessionibus. Cic. in Parad. Hoc proposito nunquam eris dines, antè quàm tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt eo tueri sex legiones & magna equitum ac peditum auxilia possis. Id est redeat.
¶Reficere Tribunos, & alios magistratus, pro Recreare & iterum creare. Cic. de Amic. Papyrius legem ferebat de Tribunis reficiẽdis.
Salutem communem reficere. Cic. pro Sextio.
Reficere tribum. Cic. pro Plãcio, Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne deligant, ne reficere necessariis suis suam tribum possint.
¶Reficere, Recreare, delectare, & animum oblectare. Plin. Quum reficiendi animi gratia id feciſſet. Idem in Paneg. Adhæc tam assiduus in Tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. Cicero ad Gallum, lib.7.27, Ego hîc cogito cõmorari, quoad me reficiam: nã & vires & corpus amisi. Hîc pro Restaurare sumitur, & vires recipere.
Refectus sum quum tua lego. Plin. epist.68.
Consilium Cn. Pompeij me recreat, & reficit. Cic. pro Mil.
Reficere exercitum ex labore & inopia, Cibo & potu reparare, atque etiam quiete, ne labore victus deficiat. Cæsar 7.bel.Gal.
Aurora refecit teneras herbas. Ouid.3.Fast.
Memoriam iudicum reficere breui repetitione rerum. Quintil. in Procemio lib.4.
Reficere se ab imbecillitate. Plin. lib.26.cap.11, Reficientibus se ab imbecillitate vtilissima,

Reficere

Reficere se ex caloribus, Post multos calores defessas vires & animum recipere. Cic. ad Q. fratr. lib.3.17, Ego ex magnis caloribus (non enim me minimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus.
Reficere se ad audiendum. Cic.6.Verr. Ad ea autem quæ dicturus sum, reficite vos, quæso iudices, per deos immortales.
Reficere vires cibo, Reparare. Liu.7.bel.Maced.
Vultum reficere. Cic. Attico, lib.12.
Refici dicitur qui conualescit. Plin. epist 164, Quanquam vereor ne post gratulationem quoque in metum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, vt simul quòd periclitata sit, perhorrescas. iam hilaris, iam sibi, iam mihi reddita, incipit refici, transmissumque discrimen conualescendo remetiri.
Arte Æmonia refectus Thelephus, Sanatus. Stat.1.Sylu.4.
Opibus curisque amici refectus. Horat.2.epist.2.
Furiis refecti ardebãt. Virg.3.Georg. Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualescere.
Refici, In pristinum statum reponi. Lucret. lib.1, (re. Seruius. Nam quidquid citius dissolui posse videmus,
Quàm rursus refici.
Refectus, Participium. Cic. Attico, lib.16, Sed tamen idem αὐτάρκημα misi ad te retractius, & quidem ἀγχίστροφον ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Ouid.4.Fast.
Refectus, huius refectus {ἀνάκτησις} Ipsa refectio. Plin. lib.18.cap.7, Panem ex hordeo antiquis vsitatum vita damnauit, quadrupedũmque tradidit refectibus.
Refectio, Verbale {ἀνάκτησις} Ipse reficiendi & restaurandi actus. Columella lib.12.cap.3. Cæteráque, si refectionem desyderant, fabris concinnanda tradantur.
Quies & refectio. Quintil. lib.10.cap.3, Tempora ab ipsa rerum natura ad quietem, refectionémque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus.
Instar refectionis. Plin. in Panegyr. Quod si quando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris.
Refectioni valere. Celsus lib.3.cap.15.
Dicitur etiam ciborum refectio. Celsl. lib.4.cap.6, Si in refectione quoque manserit tussis, intermittere oportebit vno die.
Refector, refectoris, Verbale, masc. gen. Sueton. in Vespasiano, cap.18, Item colossi refectorẽ insigni congiario magnáq; mercede donauit.
Refacio, refacis {ἀνακαινίζω} antiquum, apud Plautum legitur in Truculent.18,
Nam refacere si velim, non est locus.
Refigo, refigis, pen. prod. refixi, refixum {κατασφίγγυμι} refigere, Rursus, siue valde figere. Colum. lib.4, Nam siue prope truncum defigitur palus, pedali tamẽ spatio refigendus est. Virg. lib.4. Georgicorũ, -aulásque & cerea regna refigunt. Id est figunt, inquit Seruius.
¶Refigere {ἀπαγχονίζω} Aliquando contrarium significat: nempe Quod fixum est educere. Inde Refigere tabulas, & leges, id est Rescindere. Cic. Philip. 13, Acta Antonij rescidistis, leges refixistis per vim. Leges enim in tabulis æneis inciſæ erãt. Horat.1.Carm. ode 28,
-quanuis clypeo Troiano refixo
Tempora testatus. Pythagoras enim in templo clypeum fixum muro columnæ, detraxit, dicẽs se illum illic fixisse olim quú anima sua habitaret in Euphorbo, tempore belli Troiani.
Æra refigere. Cic. Cassio, lib.12.1, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. Horat.1.epist.19,
Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.
Leges figere & refigere. Virg.6.Æneid.
Sidera refixa cælo. Virg.5.Æneid.
Reflagito, reflagitas, pen. corr. {ἀναιτίζω} reflagitâre, Iterum flagitare. Catull. de Acme, epigram.39,
Persequamur eam, & reflagitemus.
Reflecto, reflectis, reflexi, reflexum {ἀναπλέκω} reflectere, Retro flectere. Plinius lib.11. capite 50, Canum degeneres caudam sub aluum reflectunt.
Aciem reflectere. Senec. Here. furente, 8. Acié oculorum intelligit.
Caput leuiter reflectens. Catul. de Acme, epigram.42.
Colla mollia ei reflectunt. Virg.11.Æneid.
Oculos reflectere. Ouid.7.Metam.
Pedem reflexit inde. Catull. Argonaut. epigram.59.
Visus reflectere. Valer.5.Argon.
Auis reflectitur in longos vagues. Ouid.5 Metam. De ascalapho in bubonem verso.
¶Reflectere, per translationem, pro Reuocare.
Reuocare & reflectere animum ad aliquid. Cic. pro Sylla, Fero ego te Torquate iam dudum, fero: & nõ vnquam animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco ipse & reflecto.
Reprimere atque reflectere. Terent. Adelph.3.2.
Incitare & Reflectere, contraria. Cic.1.de Orat. Quæ nisi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, cautáque eas quibus mentes aut incitantur aut reflectantur, penitus perspexerit, dicendo quod voler, perficere non poterit.
Animum reflexit. Virg.2.Æneid.
Reflexus, Participium {ἀνάκαμπτικός} vt Ceruix reflexa. Strat.1.Achill.
Telum reflexum rotabat obliquo marte. Silius lib.16.
Reflexum & Rectum, contraria. Plin. lib.11.cap.37.
Reflo, reflas {ἀντιπνέω} reflare, Retro, vel contrà spirare. Cic.2.Offic. Nam & quũ prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit, affligimur. Idem ad Attic. libro 6, Inde quam primum Athenas, etsi Etesiæ valde reflarint.
¶Reflor, passiuum. Lucret. lib.4,
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat hic idem quum ducitur, atque reflatur.
Reflatus, huius reflatus, pen. prod. masc. gen. {ἀντίπνοια.} Plin. lib.9.cap.6, Quorum vnum mergi vidimus reflatu beluæ expletum vnda. Cic.

ad Attic. lib.12, Hic rumor est T. Marcũ periisse naufragio, Afinium delatum vnum in manus militum. 12 naues delatas in Vticam reflatu hoc.
Refloreo, reflores, pen. prod. reflorui {ἐξανθῶ} reflorêre, siue Refloresco, reflorescis, reflorescere, Rursum florere. Plin. lib.18.cap.16, Secatur incipiens florere, & quoties reflouit, &c. Idem lib.19.cap.8, Cuius natura in carnatiis reflorescens sæpius dicta est.
Iuuenta reflorescere ibat ouans. Silius lib.15.
Refluo, refluis, refluxi, refluxum {ἀναρρέω} refluêre, Rursum fluere. Plinius libro 2.cap.87, Nec vnquam eodem tempore quo prídie refluit. Virg.9.Æneid.
Vndis refluentibus stridet mare. Virg.4.Georg.
Refluus, Adiectiuum {παλιρρόθιος, παλίρρους} vt Refluum mare, Quod refluit. Plin. lib.2.cap.97.
Gurges refluus. Stat.5.Sylu.1.
Refocillo, refocillas {ἀναπαύομαι, ἀναψύχω} refocillâre, Idem quod focillare, Recreare, reparare, instaurare. Plinius epist.58, Ipse paucis diebus ægrè refocillatus, non sine vltionis solatio decessit, ita vinus vindicatus, vt occisi solent. Verbum ex focillo, quod calefacio significat, compositum: quod ex focillo diminutino huius nemnis focus, deriuatur.
Lugentem efficacibus remediis refocillare. Senec. de Benefic. lib.3.cap.9.
Refodio, refodis, pen. prod. refodi, pen. prod. refossum {ἀνασκάπτω, ἀνορύσσω} refódere, Contrariam habet significationem suo primitiuo: significat enim Extra terram educere, fodiendo eruere. Plin. libro 15. cap.18, Quæ mitiore cælo refossæ cum arbore, atque in lucem remissæ, nouos soles recipiunt. Idem lib 2. cap.63, Si vlli essent inferi, iam profectò illos auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Columel. lib.4 cap.32, Sed illud de integro refodi debet.
Reformido, reformidas, penult. prod. {ἀποπτύω} reformidâre, Idem quod simplex formidare, siue valde formidare. Cic.3.de Finibus, Quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidemus, in ipsa curia soleret legere sæpe. De Catone. Idem pro Cecinna, Istũ locum fugis & reformidas.
Amicitiæ etiamen reformidare. Cic. pro Cælio.
Frondes reformidant ferrum Virg.2.Georg.
Humus reformidat vulnus. Ouid.1.Fast.
Lumina reformidant infuetum solem Ouid.3 de Ponto, eleg.4.
Membra saucia reformidant tactum. Ouid.2.de Ponto, eleg 7.
Mens reformidat tempus illud. Ouid.3. Trist eleg 6.
Reformidatio, Verbale {ἀποπτύσις.} Cic. in Pison. In suasione autem aut spem, aut reformidationem deliberantis.
Reformo, reformas {ἀναπλάττω, ἀνανεόω} reformâre, In priorem vel meliorem formam redigere. Plin. in Paneg. Vt offendam quàm longa consuetudine corruptos deprauatósque mores principatus parẽs noster reformet & corrigat. Ouid.11.Metam.
¶Reformare, & velut recoquere. Quintil. lib.12.cap.6, de Cicerone, Qui postquam egit pro Sestio, tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi cursus r, formandum ac velut recoquendum se dedit. Legitur &, rursus formandum.
Reformare ad exemplum. Senec. epist.94, Deinde iubetur finitari proposita, & ad illa reformare chirographum.
¶Reformare, hoc est Constituere denuò. Hermogenianus, De publicanis & vectigalibus. l. Vectigalia, Vectigalia siue imperatorũ præcepto, neque præsidi, neque curatori, neque curiæ constituere, neque præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere licet. Budæus.
Reformator, pen. prod. reformatoris, Verbale {ἀνακαινιστής.} Plin. epist. 165. lib.8. ad Minicianum, Ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.
Refouco, refoues, pen. corr. refoui, refotum, pen. prod. {ἀναθάλπω} refouêre, Rursum fouere, siue nutrire. Colum libro 2. cap.1, Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tempestiua & modica stercoratione terra refoueatur.
Complexibus refouet artus. Lucan. lib.8.
Corpus refouentque fouentque. Ouid.8. Metam.
Membra refouere quiete. Silius lib.3.
Inungere ac refouere oculos. Plin. lib.8.cap.27. Quod vulgus dicit *fomentare*.
Absumptas vites refouere stercore. Colum. lib.2.cap.14.
Vires dare refouêque deus. Stat.6 Thebaid.
¶Refouere, per translationem. Plin. in Paneg. Siquid vsquam stirpis antiquæ, siquid reliquæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vsum Reipub. promit. Ibidem, Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam extinctámque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia.
Ignes tepidos refouerat. Ouid.2.Amor.eleg.19.
Refractarius, Vide REFRINGO.
Refræno, refrænas, pen. prod. {ἀνακρατίζω, ἀναχαλινόω} refrænâre, A fræno deductum verbum, significat Valde frænare, cohibere, coercere: vt Refrænare libidines. Cic. in Parad. Et de Lege agraria, O libidinem refrænandam.
Refrænare atque coercere omnium opibus iuuenturem prolapsam. Cic.2.de Diuinat. His præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda ac coercenda sit.
Licentiam indomitam refrænare. Horat.3.Carm. ode 24.
Voluptas refrænat mortus, Id est mitigat. Lucret. lib.4.
A gloria refrænare, cui Incitare opponitur. Cic. pro Cælio, Semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi fuerunt.
A reditu refrænare. Cic.11.Philipp A progressu arcuit, à reditu refrænauit.
Illa refrænat aquas, obliquaque flumina sistit. De Medea. Ouidius epist.6.
Refrænare ab exitio, Id est tueri, defendere. Lucret. lib.15,

neque ab exitio res vlla refrænat. Metaphora est.

¶Refrænor, refrænaris, Passiuum. Vsus est Lucret.lib.2,

Et proiecta refrænatur, rettoque resedit? Id est reprimitur. Lambinus.

Refrænatus, pen.prod.{ἀναχαιτιδίζει} Participium: vt Relligione refræna-tus. Lucret.lib.5.

Refrænatio, Verbale. Senec.3.de Ira, Necessaria est ista doloris refræna-tio, vtique hoc fortitis vitæ genus, & ad regiam mensam adhibitis.

Refragor, penult.prod.refragaris {ἀντιφάσκω, ἀντιλογίαν ποιοῦμαι} refragári, Re-sistere, repugnare. Plin.epist.63, Próinde hoc te non moueat, si cæ-tera non refragantur, quæ velim quàm diligétissimè examines. Plin. libro 19.cap.8, Quidam eunuchion, quoniam hæc maximè refrage-tur veneri.

¶Refragari, Repugnare, sed propriè verbis. Cic.11.Philip. Etsi quis poterit refragari non modò non petenti, verumetiam recusanti?

Refragatur illi ingenium. Quintil.lib.10.cap.6.

¶Refragare, Suffragari. Sisenna lib.12, Multi populi, plurimæ cõ-cionis Dictaturam omnibus animis & studiis refragauere. Id est fuf fragati sunt. Author est Nonius.

Refrico, refricas, penult.corr. {ἀναμάσσω} refricâre, Rursum, vel valde fricare. Cato cap.87, Id in linteum nouum indito, exprimito cremo-rem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, & re-fricato denuo.

¶Refricare {ἀνανεοῦν} Renouare. Tractum à vulneribus, quæ ple-runque fricando renouantur. Cic.ad.Sestium, lib.5.17, Sin autem o-mnia quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis desiderũ ac dolorem tuum. Idem 3.de Lege agrar. Refricare obductam Reipub. cicatricem.

Nec hæc quæ refricant, hîc me magis angunt. Cic.Attico, lib.12.

Refricare vulnera. Cic. Attico, lib.5, Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt.

Animũ memoria refricat cinis patriæ. Cic.pro Sylla, Quum cinis patriæ versari ante oculos, atque animũ memoria refricare cœperat.

¶Refricare, neutrum. Cic.ad Atticum, lib.10, Crebrò refricat lip-pitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptio-nem meam.

Refrigeo, refriges, penult prod.refrixi, sine supino {ἀναψύχομαι} refrigêre: vel potius Refrigesco, refrigescis, refrigescere, Frigidum fieri: Cato cap.105, Vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colum.lib.2.cap.2, Et boues inhibeat, vt colla eorum re-frigescant, quæ celeriter conflagrant, nisi assiduè refrigerentur: & ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt.

Refrixit cor. Ouid.12.Metam.

Refrigescit enim cunctando plaga per auras. Lucret.lib.4.

¶Refrigescit res, per translationem. Cic.Q.fratri, lib.3.24, Sed tota res & timetur & refrigescit. Idem ad Dolabellam, lib 9.10, Ego cætera qui animo æquo fero, vnum vereor ne hasta Cæsaris refrixerit.

Refrixerit res, pro Refrigescit: vt ait Donatus. Ter.Adelph.2.2, Nihil est, refrixerit res. Id est, Tacẽ de hac re, nulla amplius mentio fit. Cic.Q.fratri, lib.2.10, Nã quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit.

Non refrixit amor. Plin.epist.94.lib.6, Mansit hic postea, nec refrixit iudicio, sed inualuit.

Refrigero, refrigeras, pen.corr. {ἀναψύχω, καταψύχω} refrigerâre, Frigus inducere, rem calidam frigidam facere. Cicero de Senect. Vbi enim potest illa ætas, aut æquè calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius?

Refrigerare æstum. Plin.lib.20.cap.7.

Refrigerare piscinas. Varro 3.de Rust.cap.17.

Refrigerare thermas. Martial.lib.5.28.

Refrigerare & extinguere calorem. Cic.2.de Nat.deor. Refrige-rato autem & extincto calore, occidimur ipsi & extinguimur.

Refrigerare & incendere, contraria. Cic.2.de Nat.deor. Quarum tantus est cõcentus ex dissimillimis motibus, vt quum summa Satur ni refrigeret, media Martis incendat. De stellis.

Frigus refrigerat aliquem. Vatinius ad Ciceronem, lib.5.10, Et eo minus quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic re-frigerauit.

Membra refrigerat vnda. Ouid.13.Metam.

¶Refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium. Cic Appio Pul.lib.3 8.

Defessa ac refrigerata accusatio. Cic.2.Verr. Ita defessa ac refrige-rata accusatione rem integram ad M.Metellum prætorem esse ven-turam.

Refrigerare testẽ, Ad frigus redigere, id est attonitum reddere, & perturbare, & penè explodere. Quintil. De testibus interrogandis, lib.5.cap.7, Testis, inquit, breui interlocutione patroni refutandus est, aut aliquo, si contingat, vrbanè dicto refrigerandus. Budæus.

Refrigeratus, pen.prod. Participium {ἀναψυχθείς.} Plin.libro 12.cap.15, Myrrha melior radice refrigerata.

Refrigeratus, Refocillatus. Suetonius in Claudio Cæs.cap.41, Et quum primùm frequenti auditorio commisisset, ægrè perlegit, refri-geratus sæpe à semetipso.

Ardens & Refrigeratus, contraria. Cic.1.de Nat.deor Quæ si mun-dus est deus, quoniam mundi partes sunt, dei membra partim ar-dentia, partim refrigerata dicenda sunt.

Amor inuentionis refrigeratus. Quintil. Tryphoni.

Refrigeratio, Verbale {ἀναψύξις, ψυχμός.} Plinius libro 34.cap.13, Addi-tur & in emplastra, quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Colum.lib.11.cap.1, Qui quum sit vnà profectus, vmbras arborum, fonticulorumque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captauit. Cic. de Senect. Et refrigeratio æstate, & vicissim aut sol, aut ignis hybernus.

Refrigerator, & Refrigeratrix, pen.prod. {ἀναψυκτής} Verbalia. Plin.libro 19.cap.8, Est quidem natura omnibus refrigeratrix.

Refrigeratorius, Adiectiuum {ἀναψυκτικός.} vt Vis refrigeratoria. Plin.

libro 22.capite 2.

Refrina, Faba dicitur, vt ait Cincius quoque, quæ ad sacrificium re-ferri solet domum ex segete causa auspicij, quasi reo ocent fruges, vt domum datantes te virtuto ad rem diuinam faciendam. Ælius dubi-tat an ea sit quę prolata in segetem, domum referatur: an quæ refrin-gatur, quod est teratur: sed opinionem Cincij adiuuat, quòd in sacri-ficiis publicis quum puls fabata diis datur, nominatur refrina. Hæc Festus. Turnebus quũ illud te virtito nihil significet, scribendũ pu-tat è tritico, hoc sensu, Quum obseuerãt segetem, quia in agrum fru-ges tulerant, quod inauspicatum videbatur domo eas exportasse, vt non rediturae, solebant è segete aut statim sementi facta, aut postea auspicij causa domum fabam referre, pro tritico & frugibus. Retu-lisseque fabam periode erat ac retulisse fruges, & auspicati eatum re-dirum, ominarique eas domum reuersuras, non in agro semper re-mansuras. Plin.lib.18 cap.12, Nanque fabam vtique è frugibus re-ferre mos est auspicij causa, quæ ideo refrina appellatur. Turnebus in quibusdam legit referinæ ego referuia.

Refringo, refringis, refregi, pen.prod. refractum {ἀνακλάω, κλάσμα} refrin-gere, Rumpendo aperire. Plaut.Capt.15,

Cellas refregit omnes iurus. Plin.epist.24, Enotuerunt quidam tui versus, & inuito te claustra tua refregerunt.

Aculei iudicij delinimentis refringuntur. Plin.lib.3.epist.59, Con-fido tamen, me non sic auribus duci, vt omnes aculei iudicij mei il-larum delinimentis refringantur, &c.

Refringere carcerem. Liu.4.bel.Maced.

Aditus. Valer.1.Argon.

Domos. Valer.8.Argon.

Discordia refregit hostes. Horat.1 Serm.satyr.4.

Syluas refringens pectore. Stat.4.Thebaid.

Ref.ingit virgulta pede vago. Catul.de Berecynth.8.

Refringere & hebetare vnguium mucronem. Plin.lib 8.cap.15.

¶Refringere vim fortunæ, per translationem. Liu 5.ab Vrbe.

Clau tra nobilitatis. Cic.pro Mur. Quum verò ego tanto interual-lo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad Consulatum post-hac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quàm vir-turi pateret.

Gloriam alicuius. Cic.pro Mil. Nunquam existimaui spem vllam esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modò extin-guendam, sed etiam gloriam per tales viros refringendam.

Ingeniorum impetus angustissimo gyro refringere. Plin. iunior li-bro 9.ad Lupercum, epist.26, Sed hoc intelligi volo laxandos esse elo-quentiæ frænos, nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refrin-gendos.

Opes alicuius. Propert.lib.3.eleg 3.

Refringere portas. Cæs.2.bell.Gall.

Radius solis refringitur. Plin.lib.2. cap.59.

Refractus, Participium {ἀνακεκλασμένος.} vt Aquilo refractus. Statius 4. Sylu.5.

Refractis pudoris claustris. Plin.epist.38.

Refracta gubernacula. Lucret.lib.4.

Refractarius, Adiectiuum {κωλυόμενος} A refringo, quasi repercutiens ad tactum & reluctans: Significat contumacem, & nimis in sua senten-tia tenacem. Senec.epist.74, Errant si qui existimant philosophiæ fi-deliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratuum.

Refractariolus, penult. corr. Adiectiuum diminutiuum. Cic. Attico, lib. 2.epist 1, Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enitueram ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, vt συμπότης τε & πολιτικώτερος videretur, curare vt meæ quoque essent o-rationes, quæ Consulares nominarentur.

Refugio, refugis, pen.corr.refugi, pen.prod.refugitum {κατοδιδράσκω, κατοφεύγω, κατοφεύγω} refugere, Retro fugere. Plin.lib.9, Venantes re-fugere (nempe pisces ipsos) in suas cauernas. Gellius, Postea quum prælio victus in vltima regione refugisset.

Trepidúsque repente refugit. Virg.2 Æneid.

Ad vrbem refugere Liu.3 bel.Pun.

Ad aliquem refugere. Cic.pro Deiot. Nónne quum esset productus testis, & quum tecum fuisset, refugit ad legatos?

A mari refugere. Colum.lib.1.cap.5.

Refugere ex. Cic.7.Verr. Qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerant.

Nemo ex cæde refugit. Cæsar 8.bell.Gall. Magnæ fœlicitatis esse arbitrabatur, neminem ex cæde refugisse.

In secundam aciem refugere, Vide ACIES.

Refugit Romam. Liu.5.ab Vrbe.

A pestiferis & nocentibus refugere, Cic.2.de Nat.deor. Quinetiã à caulibus brassicis, si propter fati sint, vt à pestiferis & nocentibus re fugere dicuntur. De viribus.

Refugere à cõsuetudine. Cic.ad Atticum, lib.1.1, Et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit.

Ad planctus refugit. Stat.5.Syl.1.

¶Refugiunt memoriam nostram ista, Id est non meminimus illo-rum. Colum.lib.12.cap.50.

¶Refugere, Deuitare, valde fugere. Colum.lib.3, Idque adeò pluri-mi dubitant, vt multi refugiant & reformident talem positionem ruris.

Procul hæc fortuna refugit. Ouid.ad Pisonem.

Mors ipsa refugit virum. Lucan.lib.2.

Animus refugit, eaque reformidat dicere, quæ, &c. Cicero 14. Phi-lippica.

Refugere inuidiam muneris, Munus recusare propter maleuolam inuidiorum calumniam. Senec.de Benef.lib.2.cap.16.

Iurgia vicina refugit. Horat 2.epist 2.

Periculum refugere ac deprecari. Afinius Ciceroni, lib.10.31.

Refugere tela. Cicero pro Cœsina, Vt iam ingredienis intra finem eius

eius loci quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, cæte-rorúmque tela atque incursus refugit.

Omnem Venerem refugerat Orpheus. Ouid.10.Metam.

¶Refugere, Recusare. Cic.pro Rosc. Comœdo, Quem ego si fer-rem iudicem, refugere non deberet: quum testem producam, repre-hendere audebit?

Refugere ab admonendo. Cic.Attico, lib.12, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te ad-monendo.

Refugere à dicendo. Cic.2.de Orat. Pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugisti.

Refugiens, Participium {καταφεύγων.} Plin.de Viris illustrib. Qua re au-dita Seruius, dum ad curiam properat, iussu Tarquinij gradibus de-iectus, & domum refugiens, interfectus est.

Refuga, refugæ, pen.corr.com.gen. {φυγάς} Qui aliorum dominium refugit. Vlpianus in l. Aut damnum, De pœnis, Quisque refugæ ex opere metalli in metallum damnatur. Marcellus, De re militari, in lege, Milites agrum, Quia custodiæ refuga, non desertor milita-ris est.

Vmbra refuga. Valer.4.Argon.

Refugus {καταφεύγων} Qui se fuga subducit. Tacit.lib.13, Quibus iusse-rat, vt instantibus cominus resisterent, refugos non sequerẽtur. Hoc est refugientes.

Refugus, Adiectiuum, Quod est recliue, aut reiectum. Sidonius, Capi-tis apex rotundus, in patulum à planitie frontis verticem cæsaries refuga crispatur.

Mare refugum. Stat.12.Thebaid.

Capilli refugi à fronte, Hoc est reflexi, & velut refugientes, qua-les sunt crispi Maurorum capilli. Lucan.lib.10.

Refugus dicitur is, qui periculo effugit. Tacit.lib.19, Quidam in castra refugi, omnia formidine implebant. Item qui se fuga subduc-cit. Ouid.epist.17, Spémque suo refugi fluminis ore sequi. Sic Plin. in Paneg. vocat Nilum amnem refugum.

Refugium, refugij {καταφυγή} Locus ad quem confugimus. Cic.2.Offic. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Sueton. in Tiberio, Ne refugium in tali fraude cuiquam esset.

Refugia, sunt loca domus abditiora, & penitiora, in quæ imminen te vi maiore, vel hostium, vel incendij, bona sua refugiendi incendij vel hostium impetus causa, paterfamiliàs conijcere solet. Huiusmo-di loca aperire, & peruia facere, vsufructuario non licet. Vlpian. in l.Si cuius rei D.De vsufr. & quemad. quis vtat. fruat. Sed neque diæ-tas transformare, vel coniungere, cæsve separare ei permittitur: vel aditus, posticásve vertere, vel refugia aperire, vel atrium muta-re, &c.

Refulgeo, refulges, refulsi, refultum {καταλάμπω} refulgêre, Valde ful gere. Plin.lib.11.cap.28, Nunc pennarum hiatu refulgentes.

Clara in luce refulsit. Virg.1.Æneid.

Rosea ceruice refulsit. Virg.1.Æneid.

Humus refulsit luce purpurea. Ouid.6.Fast.

Refulgens ab Occasu Lucifer. Plin.lib.2.cap.8.

Longè refulget nubes. Virg 8.Æneid.

Sol refulget in liquida aqua. Ouid.2.de Arte.

Refulget radiis aduersa. Virg.lib.9.Æneid.

Refulgere suspectu. Plin.lib.9.cap.38, Color sanguinis concreti, ni-gricans aspectu, idémque suspectu refulgens.

Spes refulsit, Vide SPES.

Vmbris refulgere. Plin.lib.37.cap.5.

Fama splendida refulget. Propert.lib.3.eleg.20.

Refundo, refundis, refudi, refusum, pen.prod. {ἀναχέω} refúndere, Idem quod fundere. Plin.lib.2.cap.101, Glaciem refundat, cunctáque humifico spiritu laxet. De luna. Refundat, id est regeler, resoluat, li-quefaciat. Cic.2.de Nat.deor. Quibus altæ, renouatæque stellæ, at-que omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt indidem. Re-fundunt, hoc est remittunt, reiiciunt, rursus fundunt, regerunt.

Vrna refudit aquas. Propert.lib.2.eleg.27.

Æquor refundit in æquor. Ouid.11.Metam.

Vnda refunditur Stat 9 Thebaid.

Refundere alicui sanguinem & bona, pro Reddere. Liu.

¶Refundere, Reddere, restituere. Vlpian. in l.Si pecuniam. D.De condit. caus.dat. Consequens est, vt dicamus eum refundere quod accepit.

Refusus, pen.prod. Participium {ἀναχυθείς.} vt Refusum mare, Redun-dans. Plin.lib.36 cap.26.

Oceanus refusus. Virg.7.Æneid.

Ponto sonat vnda refuso. Virg.2.Georg. Hoc est retro fuso, & mo-libus oppositis repulso.

Stagna refusa vadis. Virg.1.Æneid. Id est effusa.

Valles refusæ. Silius lib.17.

Refusè, pen.prod. refusius, refusissimè, Aduerbium {ἀναχυμένως} Re-dundanter. Colum.lib.4.cap.1, Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quàm gradus soli crudi.

Refuto, refutas, pen prod. {ἀνασκευάζω, κατασκευάζουσι} refutáre. Festus, Refutare, redarguere, compositum à fando, versa a litera in u. vnde Confutare, & Refutare, id est redarguere, siue non ita esse ostendere, reprehẽdere. Cic.in Vatinium testem, Nemo enim horum te ita re-futandum vt grauem aduersarium: aut ita rogandum vt religiosum testem arbitrabatur.

Manifesta refutare id. Lucret.lib.2.

Res verò refutat id. Lucret.lib.2.

Testes refutare. Cic.pro Fonteio, Plus ego in hac causa laboris & operæ confumo in poscendis testibus, quàm cæteri defensores in re-futandis.

Testibus refutare. Cic.2.de Orat. Quos tũ vt pueri, refutare do-mesticis testibus, parce, & C.Aculeone propinquo nostro & L. Cice-rone patruo solebamus.

Refutare & re & verbis. Cic.pro Lege Manilia, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quàm verbis refutata.

Refutare bello. Cic.de Prouinc.Consul. Semper illas nationes no-stri imperatores refutandas potius bello, quàm lacessendas puta-uerunt.

Refutare ac reiicere. Cic.2.Tusc.ul. In primísque refutetur ac reii-ciatur Philoctetes ille clamor.

Oratione feroci refutando plebem. Liu.2 ab Vrbe.

Conatum alicuius refutare, Reprimere aut verbis, aut etiam fa-cto. Cic.de Arusp.resp. Et aut concedente, aut etiam adiuuante Mi-lone, eius conatum refutabo.

Aspernari & refutare, Complecti & augere, contraria. Cicero pro Rab.posth. Quam quidem vos Iudices, in nouo genere bonitatem, inusitatam claris ac præpotentibus viris, non modò non aspernari ac refutare, sed complecti etiam & augere debetis.

Refutatus, huius refutatus, pen.prod. {κατασκευή} Verbale, Refutatio. vt

Ancipiti refutatu conuincere falsum. Lucret.lib.3.

Refutatio, Verbale {ἀνασκευή.} Cic in Topicis, Refutatio autem accu-sationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur status, in quo primùm insistit quasi ad repugnandum con gressa defensio.

Firma refutatio. Quintil.lib.5.cap.10.

Refutatorius, a, um Refutatoriæ preces, l.j.C.de relat.l.18. C.de appell. & Refutatorij libelli, l.37.§ j.C.eodem tit.l.8 eod. in C. Theod. Iu-dex à quo prouocatum erat opinionis suæ exemplum litigatoribus dare debebat & acta edere. Quòd si cui minus plena, vel cõtraria vi-derentur, is refutatorias preces offerebat, quæ simul mittebantur. l. 18.C.de appellat. Symmach.lib.1.Epist.31, Cuius meritum perennitas vestra lectis gestis ac refutatoriis cohærentibus æstimabit.

REGIO. Regio. REGIM. Rei militaris. REGIT.P.XX. Retro pedum vigiuti.

Regaliolus, regalioli, pen.corr.masc.gen. {ἔπαυρος} Auis, quam Plin. lib.10 scribit appellati regem auium in Italia, propter diffidia & bel-la quæ sunt inter eam & aquilam. Alij putant galgulum, quæ auis Græcè dicitur Ictheros, à colore. Suet.in Iulio Cæsare, cap.81, Pridie autem eas dem Idus, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeia-næ curiæ se inferẽtem, volucres varij generis proximo nemore pro-secutæ ibidem discerpserunt.

Regalis, & hoc regale, Vide REGO.

Regelo, regelas, pen.corr. regelâre. Contrarium est suo simplici, Gelu refoluere. Colum.lib.1.cap.5. Idem lib.2.cap.16, Alter quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. Idem lib.10,

Post vbi Rypheæ torpentia frigora brumæ

Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Regenero, regeneras {ἀναγεννάω} regenerâre, Iterum siue rursum generare. Plin.lib.12.cap.1, Platani sate regenerauere vitium. Idem libro 7.cap.11, Signa quædam, næuósque & cicatrices etiam rege-nerari.

Regenerare auum, Similem auo gigni. Plin.lib.7.cap.12, Indubita-tum exemplum est Nycæi nobilis Pythæ Byzantij geniti, qui adulte-rio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipse auum regenerauit Æthiopem. Hoc est, Niger natus est, qualis fuerat auus, quum tamen alba esset mater.

¶Regenero, Idem etiam significat, quod Repræsento, seu naturam & mores refero. Plin.lib.14.cap.22, Nec alio magis Drusus Cæsar re-generasse patrem Tiberium ferebatur.

Regermino, regerminas, pen.corr. {ἀναβλαστάνω} regerminâre, Ite-rùm germinare. Plinius libro 16.cap.33, Et in Æmaria succisa reger-minat.

Regerminatio, Verbale {ἀναβλάστησις.} Plin.lib.17.cap.20, Regermina-tione cædua, vel salice lætior.

Regero, regeris, pen.corr. regessi, regestum {ἀναβάλλω} regérere, Re-tro portare, reducere, reiicere. Plin.lib.2.cap.9, In coitu quidem non cerni, quoniam hausti um omnem lucis auersa illò regerat, vnde acce perit. De Luna. Colum.lib.2.cap.10, Deinde quum ad alteram par-tem aræ peruenerint, in acerruum culmos regerant.

Communem culpam regerere in aliquem. Plin iunior libro 10. epist.236.

Contagia regerere. Plin.lib.28.cap.4.

Crimen alicui regerere, Id est in aliquem reiicere. Senec. Hipp.5.

Inuidiam regerere in aliquem. Quintil.lib.11.cap.1.

Alicui regerere alterum, pro Obiicere, vel opponere. Cassius ad Ciceronem, lib.15.19, Pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoi-cos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas.

¶Regerere {ἀναπαίζειν} In librum referre quæ audiendo excepi-mus. Quintil.lib.3. cap 8, Sunt enim velut res regestæ in hos com-mentarios, quas adolescens deduxerat schola. Budæus. De rhetori-cis Ciceronis.

Regestus, Participium. vt

Tellus regesta. Ouid.11.Metam.

Regestum, regesti, Latinè dici potest, quod vulgò *registrum* vocamus, te-ste Budæo.

Regestum, siue Regesta terra, Est terra ex sulco egesta, vt ait Bu-dæus. Colum.lib.3.cap.13, Quum à superiore parte in inferiorem de-trahitur humus, vix iustum pastinationi præbet regestum.

Regia, regiæ, Vide REGO.

Regiesco, Cresco. Festus: & apud eum Paulus: Regiescit, apud Plau-tum, significat crescit. Sed quum glires, inquit Turnebus, indidem nomen habere in fragmento significare videatur, regliscit esse feri-bendum affirmo, pro regliscit à gliscо.

Regifugium, festus dies apud Romanos 6.Cal.April. quo die fugisse Tarquinios Historia antiquitatis testis meminit. Lilius Syntag.17. Historiæ deorum.

Regigno, regignis {ἀναγεννάω} regígnere, Iterum gignere. Hinc passi-uum Regignor, apud Lucretium lib.5,

-quapropter maxima mundi

Quum videam membra, ac partes consumpta regigni.

Regilla, regillæ {βασιλική} Vestis quæ & basilica, & trabea dicitur,

quoniam ea reges vterentur,auro & purpura intexta.Plaut.Epid.5,
An regillam induculam,an mendiculam? Meminit Nonius.

REGILLIANVS, imperator Romanus fuit miro fortunæ fudibrio ad tantæ dignitatis fastigium euectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipsum cœnarent,exortáque esset quæstio vnde Regilliani nomen deductum forer,quibusdam ad Regillum lacum, aliis aliò originem eius referentibus,Grammatista,qui fortè aderat, deflectere hoc nomẽ à rege exorsus est: Regi,Regillianus.qua voce veluti omine quodam excepta fucclamatum est protinus à militibus: Meritò itaque rex eris. Quum itaque postridie in publicum prodisset, ab vniuersis imperator est consalutatus.

REGILLVS {βασιλικὸς} Lacus est in Algidæ syluæ ingressu, ad quem Aulus Posthumius dictator prosperè aduersum Tarquinium Superbum patria ciectum & Latinos bellum inferentes pugnauit. Liuius lib.2.ab Vrbe.

Regillis,tunicis albis,& reticulis luteis,vtrilque rectis, rectis sursum versum à fantibus pridie nuptiarum virgines indutæ cubitum ibant ominis causa, vt etiam in togis virilibus dandis obseruari solet. Festus.

Regimen,Regina,Regio,Vide REGO.

Regindalia,Ludus, vel potius ea fors qua ducta rex creatur. Vide Cælium Rhodiginum, & Lilium Geraldum,13. Syntagmate Histor. deorum.

REGIS-VILA, Vrbs exigua in extrema Italia, non procul ab Ostia. Strabo lib.5,A Cossis Ostiam nauigantibus exiguæ occurrunt vrbes, Trauiscium,Pyrgi,Halium,Fregenia.ad Trauiscos e.c.c.sunt stadiis. inter hæc locus est,quem Regis vilam vocant.

Registrum,Legitur apud Flauium Vopiscum in Probo. Vsus, inquit, etiam ex registris scribarum porticus porphyreticæ.

REGIVM LEPIDI {βασιλικὸν Λεπίδου} Galliæ Cisalpinæ oppidum, à quo Regienses. Author Plin.lib.3.cap.15. ¶Est & Rhegium aliud, cum aspiratione,promontorium Siciliæ.Vide suo ioco.

Reglutino,reglutinas, pen.corr. {ἀναπλάττω} reglutinâre, contrarium suo simplici Gluinare. Catull.ad Thallum,22,
Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina & remitte.

Reglutinosus, pen.prod.Adiectiuum {κολλώδης} Valde glutinosum significat. Plin. libro 11.cap.15, Sequens probatio vt sit odoratum ex dulci acre, reglutinosum, perlucidum. Vetus exemplar habet glutinosum.

Regno,Regnum,Vide REGO.

Rego,regis,rexi,rectum {ἰθύνω,εὐθύνω} régere,Gubernare:quasi rem populi agere.Virgil.4.ecloga,
Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.
Regere & moderari.Cic.in Somnio, Siquidem deus est qui viget, qui sentit,qui meminit,qui prouidet, qui tam regit & moderatur,& mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus.
Lapis regit arua certis finibus.Tibul.lib.1.eleg.3.
Animum regere.Horat.1.epist.2.
Animos dictis regere.Virg.1.Æneid.
Bella regere.Silius lib.7.
Consilio rem aliquam.Terent.Eunuch.1.1.
Cursus.Virg.6.Æneid.
Disciplina regere aliquem.Cic.ad Attic.lib.10,Hoc autem vitium puto te existimare non nostra indulgentia, sed à natura profectum, quem tamen nos disciplina reginus.
Lunáque nocturnos alta regebat equos Ouid.1.Trist.eleg.3.
Vines regere. Cic.pro Murena, Ille exercitatus est in propagandis finibus,tu in regendis.
Fines regi dicuntur (inquit Boethius lib.2.Topic.) quando agri propositis terminis finiuntur. Nam Regere antiquæ legis XII. Tab. significatione, est Suis finibus terminatum habere & statuere. Iustinian.lib.4.tit.De officio iud.§.vltimo,Si finium regundorum actum fuerit,&c.
Habenas regere.Ouid.1.Fast.
Imperium regere.Virg 1.Æneid.
Res imperio.Lucret.lib.5.
Italiam imperiis grauidam.Virg.4.Æneid.
Ingenium alicuius.Plaut.Bacchid.8.
Iter rexit lino Theseus.Propert.lib.2.eleg.15.
Mentem suam.Ouid.ad Pisonem.
Mores regere suo exemplo.Ouid.15.Metam.
Versare suam naturam & regere ad tempus.Cic.pro Cælio.
Opes.Ouid.14.Metam.
Ora equi.Ouid.8.Metam.
Imperio populos.Virg.6.Æneidos,
-O,qui res hominúmque deúmque
Æternis regis imperiis. Virg.1.Æneid.
Ratem aere.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Rates gubernacula regunt,Hoc est dirigunt.Plin.lib.12,cap.19.
Remo reguntur rates.Ouid.1.de Arte.
Rempublicam.Cic.1.Offic.Illud autem est iudicandum maximas geri res & maximi animi ab iis qui Respub.regunt: quòd earum administratio latissimè pateat.
Semetipsum.Cic.Plancio,lib.4.14.
Senatum consiliis.Quintil.lib.2.cap.16.
Vrbes regere in longa pace.Virg.7.Æneid.
Vrbes consiliis.Quintil.in Procem.lib.1.

Regendus, Participium {ἰθυντέος.} Senec.Octau.8, Regenda magis est feruida adolescentia.
Iuuenem susceipere regendum.Cic.ad Attic.lib.10.

Regito,regitas,pen.corr. {ἰθυντικῶς} regitare, Frequentatiuum. Varro 1.de Re rust.cap.57,Granaria in agro quidam sublimia faciunt, vt in Hispania citeriore,& in Apulia: ita vt non solùm à lateribus per fenestras,sed etiam subtus à solo ventus regitare possit. Vetus exemplar habet regelare.

Rectus,Participium {εὐθυντέος.}
Rectus ad ingenium bonum.Plaut.Bacchid.8.

Rectus,rectior,rectissimus,Nomen ex participio {ὀρθός,ὀρθότερος, ὀρθότατος, εὐθύς,εὐθύτερος, εὐθύτατος.}
Rectus.Qui stat & rectus est.
¶Rectus, Qui nullam in partem inflectitur, cuius contrarium est, Obliquus.Plin. lib.12.cap.19.Recto cursu.
Acies recta oculorum,Vide ACIES.
Cœna recta,Vide CŒNA.
Recta coena,id est pressa,Crispæ opponitur.Senec.epist.96.
Ius rectæ cœnæ habere,Id est *buccam ad curiam*,inquit Budæus. Vide SPORTVLA.
Conscientia recta.Cic.ad Attic.lib.13, In omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere.
Consilium rectum & tutum capere. Terentius Heaut.2.3. Idem Andria,2.1,
Quum valemus,recta consilia ægrotis damus.
Ipse ego te ripis & recto flumine dicam. Virg.8.Æneid.
Indoles recta,Id est bonæ naturæ.Senec.Hippol.20.
Ingenia recta,Id est non deprauata.Senec.Hipp.21.
Lux recta aut obliqua.Lucret.lib.2.
More recto seruat munia vitæ.Horat 2.epist.2.
Ore recto voces emittere foras.Lucret.lib.4.
Platea recta,Via recta.Terent.Phorm 2.1, -eo
Recta via quidem illuc. Cic.1.in Catil.Recta perge in exilium.
Stare recto talo.Horat.2 epist.ad Augustum, -post hoc
Securus cadat,an recto stet fabula talo. Id est,parum sollicitus post hoc verum exibiturus,arque explodatur comœdia,an probetur. Recto talo dixit per tralarionem, quia qui stant, recto sunt talo. Ita dicebant stare fabulam,quæ attentè audiretur,& quæ placeret: cadere & excidere histriones,qui explodebantur.Lambinus.
Truncus rectus.Ouid 2 Metam.
Tunica recta dicebatur,quæ ita contexta erat,vt veluti rigens staret. Vel quæ astantibus ab imo in altum texebatur. Hac tyrones & nouæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis causa.Ex Festo.
Via recta rem narrare, Narrare rem vt est, nihil mentiri. Terent. Heaut.4.3,imò vt recta via rem narret ordine.
Via recta animi.Propert.lib.3.eleg.5.
Rationem rectæ, honestæque vitæ (vt quidam putauerunt) ad philosophos relegandam non concesserim. Quintil. in Proœmio libri primi.
Rectior,& rectius,comparatiuum.Horat.1.Serm.saty.2,
Sit licet hoc Chærinte tuum,tenerum est femur,aut eius
Rectius:atque etiam melius persæpe togatæ.
Longa trabe rectior.Ouid.3.Metam.
Rectissimus in dicendo. Cic.2 de Orat. Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri rectissimum.
¶Rectus, cum genitiuo: vt Rectus iudicij animus.Seneca de Vita beata.

Rectangulus, a, um: quod habet lineas in rectum productas, itaque coeuntes,vt nulla sit quæ magis promineat quàm altera.ὀρθογώνιος.

Rectum, Substantiuum,n.gen.per translationem, pro eo quod est cum virtute coniunctum:& pro bono ponitur:& rectè, pro benè. vt Curuo dignoscere rectum.Horat.2.epist.2.Hoc est,quid sit vitium, quid virtus.Porphyrio.
Non agere iter in rectum. Ouid.2.Metamorph. Id est non rectà pergere.
¶Rectum est. Cic.Attic.lib.6, Saufeium sine meis literis ad te venire vix rectum erat.Id est honestum.
Videre rectum.Horat.2.epist.1,Interdum vulgus rectum videt,est vbi peccat.
Rectum in oratione, & Prauum,contraria. Cic.1.Acad. Tertia de differendo,& quid verum, & quid falsum, quid rectum in oratione, prauúmve,quid consentiens,quid repugnet iudicando.
¶Amor recti.Stat.5.Sylu.3.
Conscia mens recti.Virg.1.Æneid.
Capessere recta.Horat.2.Serm.saty.7.
Colere rectum.Ouid.1.Metam.
Defendere rectum,Vide DEFENDO.
Præponere rectum vtilibus.Claud.2.Paneg.
Animi rectum seruare.Horat.2.Serm.saty.3.Hoc est(vt ita dicam) rectitudinem.
Quisque ad amicitias,vsus,rectúmne trahat nos.Horatius 2.Serm. satyra 6.

Rectà,Aduerbium {ἰθύ, εὐθύ.} Terent. Eunuch.1.2, Cur non rectà introibas? Cic.5.de Finib.Sed tempus est, si videtur, & rectà quidem ad me. Idem 7.Verr.Si rectà iter esse Romam,Verri se præsto adesse nienti futurum. Et ad Attic.lib.4,Tu de via rectà in hortos.
E naui rectà ad me venit.Cic.Attic.lib.6.

Rectè,Aduerbium {ὀρθῶς,κρατίστως} Id est bene.Cic.4.Acad.Rectè conclusit,teneo:sin vitiosè,minam Diogenes reddet.
Rectè auguraris de me,bene enim tibi cognitus sum. Cicero Attico,libro 9.
Rectè an secus,nihil ad nos.Cic.in Pisonem.
Rectè atque ordine facere.Vide ORDO.
Rectè,Non obliquè.Cic.1.de Finib.Siue aliæ declinabunt,aliæ suo nutu rectè ferentur.
Rectè & Obliquè,opposita.Cic.1.de Finib. Hoc erit quasi prouincias atomis dare,quæ rectè,quæ obliquè ferantur.
¶Rectè,in responsione.Terent.Hecyra,3.2,
Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam tristis? PA. rectè mater. Vbi Donatus, Rectè mater, Sic dicimus quum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Alij rectè sic accipiunt,vt intelligãt, nihil est mali. Hæc Donatus.

¶Rectè,

¶Rectè,pro Nihil,authore Donato.Terent.Eunuch.2.3,
Dum hæc dicit,abiit hora,rogo nunquid velit,
Rectè inquit,abeo. Idem in Heautont.2.1,
Tum quod dem ei, rectè est. hoc est,nihil. Quare autem rectè pro nihil dixerit,ostendit subdens:nam nihil esse mihi,religio est dicere. Id est,dicere quòd nihil mihi sit quod dem amicæ, est religio,id est, metus mali ominis cauendi. Putabant enim superstitiosi illi mortales, si dixissent sibi nihil esse,nihil etiam futurum: & si interroganti Quis me petiit? puer respondisset, nullus, sc à nullo deinceps expetendos.vnde respondere solebat,bona fortuna here.id est nullus.
¶Rectè,pro Sic est,etiam.Terent.Adelph.3.3,
s. Tu rus hinc abis?D.rectè.
¶Rectè facitis,Gratiarum actio est,interprete Donato. Terentius Eunucho,5.9,
Mirum ni illoc homine quoq uo pacto opus est.c. idem arbitror.
6.Rectè facitis.
¶Rectè párere,Id est non monstrum párere, inquit Donatus.Terent.Hecyra,4.1,
-præsertim quum & rectè,& tempore suo pepererit.
¶Rectè,pro Iustè.Terent.Andr.5.4, -vinctus est.
D.Pater,non rectè vinctus est. Et Andr.4.5,
Rectè ego semper fugi has nuptias.
Lata rectè,& Vitio lata,contraria. Cic.de Arusp.resp. Augures interrogabant,quæ ita lata essent recténe lata essent: illi vitio lata esse dicebant.
Rectè abuti. Quintil.lib.5.cap.10, Potest videri hoc nomine rectè abusus.
Tabernaculum rectè captum.Cic.2.de Diuin.
¶Rectè apud Iurisco.maximè in stipulationibus,idem quod arbitratu boni viri.I.hæc verba.73.D.De Verb.sign.I.iam tamen.5.§.3. D. iud.sol. Cato de Re rust.cap.144.& cap.146. Varr.lib.2.cap.4.
¶Rectè,Responsio ad Quid fit? Terent.Adelph.5.5,
Quis homoiò Syre noster,salue:quid fit?quid agitur?
s,Rectè.D.optimè est.
¶Rectè,Tutò.Cic.ad Terentiam,lib.14.14, Si ille Romam modestè venturus,rectè in præsentia domi esse potestis.
¶Non rectè dicere alicui,pro Maledicere.Plaut.Pseud.19.
Rectè dicis. Terent.Adelph.4.3,
Et rectè & verum dicis. Plaut.Capt.17,
Rectè & vera loquere:sed neque tu verè neque rectè adhuc
Fecisti vnquam.
Rectè admones.Cic.6.Verr. Sed earum artificem quemnam?rectè admones,Polycletum esse dicebant.
Rectè dare literas. Cic.Lentulo, lib.1.7, Quoties mihi certorum hominum potestas erit,quibus rectè dem:non prætermittam. Id est, quibus tutò & citra periculum dare possim literas.
Rectè dare fundum.Cic.Attico,lib.13, Vt ipse ei Puteolis fundum rectè mancipio dare posset.
Rectè esse alicui, pro Rectè valere. Cic.ad Attic. De Attica pergratum mihi fecisti,quòd curasti antè scirem ei rectè esse,quàm non bellè fuisse. Idem de Claris Orat.Quæ si rectè esset. Id est si omnia bene & commodè cederent. Budæus.
Rectè esse alicubi, pro Sine reprehensione manere. Cic.ad Attic. lib.16,Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus?
Apud matrem rectè est.Cic.Attic.lib.1.
Est rectè,pro Satis est.Terent.Heaut.2.1, Tum quod dem ei,rectè est:nam nihil esse mihi,religio est dicere.
Facere alicui rectè.Plaut.Aulul.10.
Factum rectè,& peccatum. Cic.1.Academ. Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & contra officium, media locabat quædam:rectè sola,&c.
Ferre molestias rectè,id est patienter. Terent.Eunuch.1.1.
Meministi rectè.Terent.Heaut.5.2,
-fat rectè hoc mihi
In mentem venit.
Ministrare rectè.Horat.2.Serm.saty 8.
Olere rectè,Bene olere.Plaut.Mostel.4.
Oneratus rectè.Plaut.Bacchid.5,
Ille est oneratus rectè,& plus iusto secum vehit.
Otia ponere rectè.Horat.2.Serm.saty.7.
Sperare rectè.Cic.ad Atticum,lib.13, Attica nostra quid agat scire cupio, etsi tuæ literæ (sed iam nimis veteres sunt) rectè sperare iubent.
Valere rectè.Plaut.Bacchid.4,
Quia si illa inuenta est quam amat,viuit,rectè valet.
Viuere rectè.Horat.1.epist.6.
¶Epicurus circuitione quadam deos tollens,rectè non dubitat diuinationem tollere.Cic.2.de Diuin. Hoc est apertè,non dissimulanter,nec per circuitionem.
¶Rectius, Comparatiuum aduerbium, Rectius cœnauerimus. Plaut.Mercat.16,
Eadem licebit mox cœnare rectius.
Rectius rem meminisse.Plaut.Epid.11.
Rectius rem tenere.Plaut.Amphit.3.
Rectius valere.Plaut. Trinum.4.
Perspicere rectius.Lucret.lib.1.

Rectio,Verbale {ἴθυνσις.} Cic.5. de Finib. Quum autem tertia pars bene viuendi præcepta quæreret, ea quoque est ab iisdem, non solùm ad priuatæ vitę rationem,sed etiam ad Rerumpub.rectionem relata.

Rector,& Rectrix {εὐθυντήρ,εὐθυντῆρ,εὐθυντικὸς} Qui vel quæ regit. Cic. 2.de Nat.deor.Intelligere ineśse aliquem non solùm habitatorem in hac cælesti ac diuina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. Colum.lib.3. cap.10,Videmus hominibus inspiratam velut aurigam, rectricémque membrorum animam. Plin.lib.37.cap.13,Italia rectrix parénsque mundi altera.
Maiestas rectoris.Silius lib.15.
Iuppiter diuûm maximus rector.Virg.8.Æneid.
Iuuenum rectores.Virg.9.Æneid.
Olympi rector.Ouid.9 Metam.
Pelagi.Ouid.1.Metam.
Centum populorum.Ouid.7.Metam.
Regum rector maximus.Senec.Troade,10.
Superûm.Ouid.1.Metam.

Regimen,pen.corr.regiminis {ἴθυνσις} Ipsa rectio. Liu.3.ab Vrbe, Regimen totius magistratus penes Appium erat. fauore plebis. Plin. lib.7.cap.16, Vocis,sermonisque regimen primores tenent dentes.
In quo consilium vitæ,regiménque locatum est.Lucret.lib.3.
Cruentum regimen manu tractare, Regere in Tyrannide. Statius 11.Thebaid.
Lentum regimen nauis.Senec.Agamem.6.

Regimentum, regimenti, Idem quod Regimen. Arcad. in l.1.§.1. De offic.præf.præt.Regimentis Reipub.ad Imperatores perpetuò translatis,&c.

Regula,regulæ,pen.corr. {κανὼν} Norma qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regens. Colum.lib.3.cap.13, Nam duas regulas eius latitudinis qua pastinator sulcum facturus est,in speciem Græcæ literæ x decussauimus:atque ita mediæ parti,qua regulæ committuntur,antiquam illam ciconiam infiximus.
Regula prima.Lucret.lib.4,
Denique vt in fabrica,si praua est regula prima. Quo loco Lambinus,Regula,lignum est rectum,oblongum,& latum, quo fabri vtuntur ad exigendas rectitudines, & parietes ædificiorum dirigendas. Fiunt etiam è ferro regulæ. Hæc ille.
Regula & Norma quid differant,Vide NORMA.
Regula philosophiæ.Cic 4.Acad Hanc esse regulam totius philosophiæ,confitutionem veri,falsi,cogniti,incogniti.
Habere regulam qua vera & falsa iudicentur.Cic.de Clar.Orat.
Mediocritatis regula optima. Cic.2.Offic. In his autem ipsis mediocritatis regula optima est.
Norma,regula,& præscriptio naturæ. Plin.iunior lib.9, ad Lupercum,Sed Demosthenes ipse ille norma oratoris & regula.
Omnium vna regula est, quam cupio tibi esse notissimam, &c. Cic.3.Offic.
Exemplum & regula. Cic. in Salust. Primum igitur quoniam omnium Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quærit.
Aberrare à regula & præscriptione vitæ,Vide ABERRO.
Ad regulam loqui. Quintil.lib.9.cap.4, Neque enim loquuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines.
Dirigere ad regulam.Cic.1.de Fin. Seruata illa, quæ quasi delapsa de cælo est ad cognitionem omnium,regula,ad quam omnia iudicia rerum dirigentur.
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas.Horat.1.Serm.saty.3.
¶Regula,Baculus quo aliquid rectũ tenetur. Colum.lib.6.cap.19, Deinde prius quàm ferrum admoueas,duabus angustis ligneis regulis (veluti forcipibus) apprehendere restium neruos,&c.
Prima regula in fabrica.Lucret.lib.4.
¶Regula, Instrumentum, eundem vsum præbens in factura olei, quem fiscus. Vide FISCVS loco suo. Columel.lib.12.cap.50,Aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscis sampsæ exprimi.

Regularis,pen.prod.Adiectiuum {κανονικὸς} Quod secundum regulam est,vel quod in regulam trahi potest.
Regulare æs, quod obsequitur malleis, & quasi in vtranque partem regi potest, quod etiam ab aliis ductile appellatur. Plin.lib.34. cap.8,In Cypro coronarium æs & regulare est,vtrunque ductile.

Regulariter, pen.corr.Aduerbium. Vlpian.in l. Quod si seruus.6. 2 D. De in rem verso,Et regulariter dicimus toties de in rem verso esse actionem. Idem in l.Regulariter definiendum est.De petit.hæred.

Rex, regis {βασιλεύς,ἄναξ} Qui regnum possidet & regit. Cic.1.Offic. Mihi quidem non apud Medos solùm, vt ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iustitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Idem 3. de Finib. Rectius enim appellabitur rex quàm Tarquinius,qui nec se, nec suos regere potuit. Terent. Phorm.Regem me esse oportuit.
Triumphi regum.Ouid.1.Amor.eleg.15.
Cælicolûm rex.Virg 3.Æneid.
Deorum.Horat.4.Carm.ode 4.
Pater diuûm,& rex hominum,Iuppiter.Virg.1.Æneid.
Rex fluuiorum,Eridanus.Virg.1.Georg.
Magnus rex Olympi.Virg.5.Æneid.
Ingentis nominis,Vide INGENS.
Rex regum.Horat.1.epist.1.
Æquæuus.Virg 2.Æneid.
Fortissimus gentis Sidoniæ.Silius lib.8.
Indomitus.Lucan.lib.2.
Infernus.Virg 6.Æneid.
Magni.Horat.2.Serm.saty.3.
Minantes.Horat.2.Carm.ode 12.
Nemorensis,Vide NEMVS.
Purpureus,Id est purpuratus, seu purpura ornatus. Ouidius 7. Metamorph.
Semidei.Stat.2.Achilleid.
Superbus.Virg.11.Æneid.
Timendi.Horat.3.Carm.ode 1.
Tremendus.Virg.4.Georg.
¶Pauperies abacta epulis regum.Horat.2.Serm.saty.2.
Colere reges,non regna.Senec.Herc.OEtæo,5.
Constituere regem populis,Vide CONSTITVO.
Atauis editus regibus.Horat.1.Carm.ode 1.
Reges expugnant,capiuntur,prælia miscent.Lucret.lib.4.

Imminent duo reges toti Asiæ, Vide IMMINEO.
Imponere regem alicui regioni, Vide IMPONO.
Inducere regem in regnum, Vide INDVCO.
Interceptus mortalitate rex, Vide INTERCIPIO.
Imperia regum pati. Seneca Herc. furen. 6.
Pati famulum & regem, Id est infimam & summam conditionem. Senec. Herc. OEtæo, 3.
Instaurati animi regis succurrere tectis. Virg. 2. Æneid.
Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, opertos
Inspiciunt. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Hinc populum latè regem, belloque superbum
Venturum excidio Libyæ. Virg. 1. Æneid.
¶Rex, pro Rectore. Horat. 1. Carm. ode 36, -memor
Actæ non alio rege puertiæ. Id est moderatore ac magistro.
¶Rex (ait Donatus) aliàs regnatorem, aliàs dominum, aliàs diuitem significat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum parasitum. Vt enim parasitus regis est, & libertus patroni: sic econtrario rex parasiti est, & patronus liberti. Hæc ille in illud Terentij in Phorm. 2. 2,
Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.
¶Rex, Potentior: & is quem nobis veluti in patronum eligimus quem sequamur. Martialis, lib. 2. 18,
Capro tuam, pudet heu, sed capro Maxime cœnam,
Tu captas alias: iam sumus ergo pares.
Mane salutatum venio, tu diceris esse
Antè salutatum: iam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidisque anteambulo regis,
Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.
Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse.
Qui rex est, regem Maxime non habeat. Captare, est blanditiis & seruilibus officiis aliquid quærere, vt scurræ & parasiti. Vicarius, est serui seruus.
¶Rex, Diues, qui à clientibus colitur & parasitis. Horat. 2. Carm. ode 14, -sive reges
Sive inopes erimus coloni. Iuuenal. Satyra 1,
Vestibulis abeunt veteres lassique clientes,
Votaque deponunt, quanuis longissima, cœnæ:
(Spes hominum) caules miseris, atque ignis emendus.
Optima syluarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantùm ipse iacebit.
Nullus iam parasitus erit. Spes hominum: acclamatio est poetæ in miseriam clientum, qui diu sperauerant se apud diuitem cœnaturos. Plautus in Captiuis, Act. 1. scen. 1,
Nam postquam meus rex est potitus hostium, &c. Verba sunt Ergasili parasiti, Philopolemum ob id regem suum appellantis, quòd sæpe apud eum cœnaret.
¶Rex mensæ, qui & Dominus conuiuij. Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 1, Ipse rex mensæ, nec in moribus Socrate minor. Varro apud Gellium lib. 13. cap. 11, Dominum autem conuiuij esse oportet, non tam lautum, quàm sine sordibus.
¶Reges ærarij, Qui præsunt ærario. Cic. 2. de Lege agrar. Atque ego à primo capite legis vsque extremum reperio Quirites, nihil aliud cogitarum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi vti decem reges ærarij, vectigalium prouinciarum omnium, totius Reip. regnorum, liberorum, populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur, legis Agrariæ simulatione atque nomine.
Rex sacrorum. Cic. de Aruſp. resp. L. Claudius rex sacrorum. Plin. lib. 11. cap. 37.

Regina, reginæ, pen. prod. {βασιλὶς, βασιλίνα, βασίλειρα, αὐθοσα} Regis vxor. Cic. ad Attic. lib. 14, Reginæ fuga mihi non molesta.
Téque particeps connubij, socia regni, regina Iuno. Cic. Antequam iret in exil.
Regina deûm, Iuno. Virg. 1. Æneid.
¶Regina, Domina. Plaut. Trucul. 10,
Sed reginæ domi suæ fuêre ambæ.
Pecunia regina. Horat. 1. epist. 6.
Omnium regina rerum oratio. Cic. 2. de Orat.
Syderum regina bicornis Luna. Horat. in Carm. secul.
¶Regina, Quæ prouinciæ alicui præest & eam regit: quemadmodum Dido apud Carthaginienses, & Cleopatra in Ponto.
¶Reginæ, Diuites, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 1. 2,
-eunuchum porrò dixti velle te,
Quia solæ vtuntur his reginæ: repperi.

Regulus, reguli, pen. corr. masc. gen. {Ἐπιτομὴ} Diminutiuum, quasi paruus rex, non quòd paruæ staturæ, sed quod alicuius vrbis aut oppidi dominus sit: qui generali vocabulo dominus aut princeps dicitur. Quanuis propriè reguli sint filij aut nepotes regum. Plin. lib. 18. cap. 3, Vt quum regulis Africæ bibliothecas donaret. Liuius 2. bell. Punici.
¶Regulus, Auis minima, à quibusdam regaliolus dicta: alio nomine trochilus. vt Plin. lib. 10. cap. 74, docet. Et ab Aristotele ὀρίσβιος, quasi rex & præses auium dicitur.
¶Regulus, Serpentis genus est, quem Græci basiliscum dicunt.

Regius, Adiectiuum {βασιλικὸς} Quod est regis: siue quod rege dignum est. Cic. 3. Offic. Erat autem regius pastor. De Gyge.
Bellum regium. Cic. pro Lege Manilia, Cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui cætera summa cum salute Reipub. commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?
Ales regia, Aquila. Ouid. 4 Metam.
Acceptus apparatu regio. Cic. de Somn Scipionis.
Chartæ regiæ. Catul. ad Varum, 19.
Conditio. Cic. ad Attic. lib. 12, Balbi regia conditio est delegandi.
Coniux. Virg. 2. Æneid.
Consuetudo. Cic. 5. Verr.
Dona. Virg. 1. Æneid.
Honos. Virg. 7. Æneid.
Regium imperium pati. Senec. Medea, 4.
Insigne. Tacit. lib. 5.
Iuuenis. Ouid. 2. Fast.
Moles. Horat. 2. Carm. ode 15.
Morbus regius, qui & arquatus. Plin. lib. 22. cap. 24, Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam mulso curetur. Horat. in Arte, Aut mala quem scabies, aut morbus regius vrget. Aliàs aurigo dicitur hic morbus. Celsus lib. 3. cap. 24, Æquè notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant.
Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Cicero Cassio, libro 12. 1.
Olea regia. Colum. lib. 5. cap. 8.
Ornatus. Cic. 1. Tuscul. Codrum qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio.
Parens. Ouid. 13. Metam.
Potestas. Cic. 1. Philip.
Principatus. Cic. 3. de Fin. Sed eos qui in aliquo honore sunt, quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum.
Progenies. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.
Puer. Virg. 1. Æneid.
Pyra regia, apud Columellam lib. 5. cap. 10. Et lib. 12. cap. 10.
Sanguis. Horat. 3. Carm. ode 27.
Virgo. Ouid. 2. Metam.
Vrbs. Plin. lib. 12. cap. 1.
Ciuitatem regiam Ægyptios inuenisse, popularem Atticos scribit Plin. lib. 7 cap. 56.

Regia, regiæ {βασίλειον} Domicilium & aula regis. Cic. 3. de Finibus, Vt enim inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem.
Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Ouid. 2. Metam.
Iampridem nobis cæli te regia Cæsar
Inuidet. Virg. 2. Georg.
Aurea regia cæli. Virg. 7. Æneid.
Celsa regia Priami. Ouid. epist. 1.
Opulenta. Catull. Argon. epig. 59.
Hic fuit antiqui regia parua Numæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Festâque confusa resonabat regia turba. Ouid. 12. Metam.
Contingere regiam affinitate, Vide CONTINGO.

Regiè, Aduerb. {βασιλικῶς} Vt decet regem, vel vt solet rex. Cic. 1. in Catil. Si in hunc animaduertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregiè factum.
Regiè statuere. Cic. 5. Verr. Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.
Politum regiè ædificium. Varr. 1. de Re rust. cap. 2.

Regificus, pen. corr. Adiectiuum {βασιλικός.} vt
Luxus regificus. Virgil. lib. 6. Æneidos,
-epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu.
Paratus regificus. Valer. 2. Argon.

Regificè, pen. corr. Aduerbium {βασιλικῶς.} Cic. 3. Tuscul.
Vidi ego te, astante ope Barbarica
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructam regificè. Ex poeta.
Regificè extructis celebrant conuiuia mensis. Silius lib. 11.

Regalis, & hoc regale, pen. prod. {βασιλικὸς} Ad excellentiam & eminentiam pertinet, & significat Dignum rege. Cic. de Senect. Nihil ei tam regale videri, quàm studium agri colendi.
Animus regalis. Liu. 7. bell. Pun.
Arma. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Armentum. Ouid. 2. Metam.
Atria. Ouid. 5. Metam.
Aula regalis. Senec. Troade, 8.
Carmen. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Cultus. Horat. 4. Carm. ode 9.
Diuitiæ. Horat. 1. epist. 12.
Domus. Ouid. 1. Metam.
Epulæ. Ouid. 6. Metam.
Gaza regali splendida domus. Catul. Argon. epig. 59.
Genus ciuitatis regale. Cic. 3. de Legib.
Imago Iouis. Ouid. 6. Metam.
Impendia. Plin. lib. 36. cap. 15.
Luxus. Virg. 1. Æneid.
Mensæ. Virg. 1. Æneid.
Nomen. Cic. pro Lege Manilia.
A Senatu regali nomine dignus existimatus Deiotarus. Cicero de Aruſp. resp.
Ornatus. Cic. 2. de Finib.
Potestas. Cic. de Aruſp. resp.
Sceptrum. Ouid. 5. Metam.
Et dedimus tragicis scripturn regale cothurnis. Ouid. 2. Trist.
Sententia. Cic. 1. Offic. Regalis sanè, & digna Æacidarum genere sententia.
Solium. Liu. 1. ab Vrbe, Dij te penates patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale solium, & nomen Tarquinium creat, vocátque regem. Ouid. 6. Fast.
Tecta. Ouid. 6. Metam.
Virgo. Ouid. 1. de Arte.

Regalia, orum: dicta sunt, quæ multum fœlicitatis & fortunæ pollicentur. Alexandrinus Alexander lib. 5. cap. 25.
Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæreditates, filiofamiliæ dominationem. Festus.

Regaliter, pen. corr. Aduerbium {βασιλικῶς} Idem quod regiè. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-precibúsque minas regaliter addit.

Regio, regionis, fœm. g. {χώρα, πολίτεια} Dicta à rego, quòd prius quàm prouinciæ

prouinciæ fierêt, regiones sub regibus erant, atque ab his regebâtur.
Regio & ora. Cic. pro Sextio, Quæ regio, oráve terrarum erat latior, in qua non, &c.
Certa regio loci. Lucret. lib 2.
Terræ regio. Cic. 1. de Nat. deor. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus. Id est fines & terminos.
Agrorum regiones. Iustinian. lib. 4. tit. 17. De officio iud. §. vltim. Quòd si de vna re, veluti de fundo: si quidem iste fundus commodè regionibus diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet.
Deserta siti regio. Virg 4. Æneid.
Montosa, Vide Montosus, in MONS.
Ignota. Ouid. 2. Metam.
Cultu vacantes, Vide COLO.
¶Apprehendere regionem, Vide APPREHENDO.
Attingere regionem, Vide ATTINGO.
Defendere regiones suas & fines. Cic. in Orat.
Obire pedibus regiones, Vide OBEO.
Peragrare mente regiones, Vide PERAGRO.
Euryale infelix qua te regione reliqui? Virg. 9. Æneid.
¶Regiones cæli quatuor, Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio. Ortus & Occasus, mobilia ac varia sunt: Meridies & Septentrio perpetuo statu permanent. oritur quippe sol non itidem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut solstitialis, aut brumalis. Idem non in eundem semper óccidit locum: sed occasus eius similiter fit aut æquinoctialis, aut brumalis. Ab his quatuor regionibus, quatuor venti flare dicûntur, qui sunt Eurus, Auster, Fauonius, Aquilo. Cic. 2. de Nat. deor. Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. De regione Lunæ.
Lituo Romulus regiones direxit, tum quum vrbem condidit. Cic. 1. de Diuin.
Ara locata sub media cæli regione. Cic. in Arato.
Australis regio, Vide AVSTER.
Vespertina. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Arctis regionibus exire. Lucret. lib. 6.
¶Regio, inquit Budæus, vulgò *quartarium* dicitur, apud Ciceronem pro Plancio, qui etiam tractum vocat, Totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Alifranus: tota denique nostra illa aspera & montuosa & fidelis & simplex & fautrix suorum regio, &c.
Viarum regio nota. Virg 2. Æneid.
Recta regione viæ declinare. Lucret. lib. 2.
Regiones, Maiores vrbis partes appellari postea cœptæ à similitudine earum regionum, in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones: è quibus prima regio suburrana: secunda, Exquilina: tertia, Colina: quarta, Palatina.
Natura & regio prouinciæ, Hoc est natura partis & regionis eius prouinciæ quam incolis, vel cui præficeris. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Eâ esse naturam & regionem prouinciæ tuæ, vt, &c.
¶Regiones vineæ, Fines & limites. Cicero 2. de Nat. deorum, An Attij Nauij lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones vineæ terminauit, contemnendus est?
¶Regionibus officij sese continere. Cic. 2. de Leg. agrar. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix facilè sese regionibus officij, magnis in fortunis & copiis continet.
Modicæ regiones orationis. Cic. 2. de Orat. Sed ita vt sit circunscripta modicis regionibus.
Regionibus circunscriptum vitæ spatium, Id est finibus & terminis, vt ait Budæus. Cic. pro Archia, Si nihil animus præsentiret in posterum, &, siquibus regionibus vitæ spatium circunscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas.
Regiones & fines eloquentiæ. Cicer. in Orat. de Iuris scientia loquens, Ea verò, inquit, repugnante eloquentia vix suas regiones finésque defenderet.
¶Regio, pro Orbita & linea. Cic. 7. Verr. De omnibus nobis siquis tantulùm de recta regione destexerit. Ibidem, Hæc eadem est nostræ rationis regio & via, horum nos hominũ sectam atque institura persequimur. Inde E regione idem pro Rectis lineis accipit. Budæus.
E regione, tanquam aduerb. ponitur in oratione, pro In conspectu, quasi rectis lineis. Vide E præpositionem. Cæsar 7. bel. Gal. Quum vterque virique esset exercitui in conspectu, ferèque è regione castris castra ponerent. Cic. 4. Acad. Nónne eriã dicitis esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?

Regionatim, pen. prod. aduerb. {κατὰ χώρας} Per singulas vrbis regiones. Suet. in Cæs. cap. 39, Ludos etiam regionatim vrbe tota & quidè per omnium linguarum histriones. Liu. 10. bel. Maced.

Regnum, regni {Ἐπιτομὴ} Regio quæ à rege possidetur. Cic. ad Cassiũ, lib. 12. 1, Nam vt adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur.
Regnum regionibus continerur. Cic. 1. de Lege agrar. Nullum regnum fuit vnquam, quod non si minus iure alique, at regionibus tamen certis contineretur.
Regnum etiam dici potest quicquid à quoquam possidetur. Cic. 2. de Oratore, Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem. Id est in Tusculano.
¶Regnum, pro Dominatu, siue dominatione. Plaut. Pseud. 3,
Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis.
Aut dominatus, aut regnum. Cic. de Aruſp. resp.
Regnum ac ditio. Cic. 6. Verr. Nationes quæ in eorum regno ac ditione sunt.
Custos regni peruigil canis. Senec. Herc. fur. 9.
Euersor regnorum Priami Achilles. Virg. 12. Æneid.
Fructus regni feritas. Sil. lib. 1.
Nouitas regni. Virg 1. Æneid.
¶Adusta regna, Zona torrida. Senec. Herc. fur. 4.
Alterna. Stat. 1. Thebaid.
Barbara. Horat. 2. epist. 1.
Cælestia. Ouid. 1. Metam.
Continua, Vide CONTINEO.
Dissona regna, Linguis diuersis vtentia. Valer. 5. Argon.
Famosa. Lucan. lib. 7.
Furentia. Sil. lib. 3.
Hubertima. Virg 3. Æneid.
Humida. Virgil. 4. Georg. Intelligit regna Cyrenes Nymphæ sub aquis.
Ignobile. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Inamabile Plutonis. Ouid. 14. Metam.
Inamœna Plutonis. Ouid. 10. Metam.
Inferna. Seneca Herc. fur. 11.
Infelix Erebi. Stat. 8. Thebaid.
Inhospita regna. Ouid. 11. Metam.
Iniusta. Valer. 2. Argon.
Inuia viuis. Virg. 6. Æneid. Orcum intelligit.
Iudiciale. Cic. ad Att. lib. 1. epist. 1, Aquilius illud suum regnum iudiciale opposuit. hoc est, iuris interpretandi munus: in quo ita excellebat Aquilius, vt quasi regnare videretur, omnibus qui maiore aliqua de causa in iudicium irent, ad vnum consilij causa confluentibus.
Lacerum. Claud. 2. Paneg.
Lamentabile. Virg. 2. Æneid.
Lara. Virg 4. Æneid.
Liberale regnum, Munificum, Vide LIBER adiectiuum.
Magni regni potentia. Ouid. 6. Metam.
Nobile. Ouid. epist. 16.
Opulenta. Senec. Thebaid. 1.
Pallida Ditis. Lucan. lib. 1.
Piceum Ditis. Claud. 3. de raptu Proserp.
Potentia. Ouid 1. Amor. eleg 1.
Stabile. Seneca Herc. fur. 6.
Tristia regna, Inferorum regna. Horat. 3. Carm. ode 4.
Trux regnum. Senec. Herc. fur. 9.
Vasti regni silentia. Ouid. 10. Metam.
Viduata lumine, Orcus. Sil. lib. 3.
Vndosa regna, Naiadum. Silius lib. 1.
¶Abuti regno & licentia ad omnia, Vide ABVTOR.
Affectare regnum. Ouid. 1. Metam.
Appetere regnum. Cic pro Milone, Incidere in suspicionem regni appetendi. Idem de Senectute, C. Ser. Ahala Sp. Melium regnum appetentem & occupare volentem interemit.
Capessere regna. Virg 8. Æneid.
Concutere regna Iouis. Senec. Medea, 10.
Vultis & his mecum pariter considere regnis? Virg 1. Æneid.
Contribuere in regna, Vide CONTRIBVO.
Decernere regnum, Vide DECERNO.
Deducere aliquem ex regno, Vide DEDVCO.
Deferre regnum alicui. Cic. 2. Philip. Ad Lupercalia C. Cæsari Dictatori perpetuo M. Antonium Consulem populi iussu regnum detulisse, Cæsarem vti noluisse.
Superis regnis Iouem detrudere, Id est Cælo. Virgilius 6. Æneid.
Diuidutur ferro regnum. Lucan. lib. 1.
Dare & Adimere regna, contraria. Cic. pro Milone.
Dominari regno capaci. Senec. Herc. fur. 9.
Exercere regnum. Plin. lib. 10. cap. 21.
Fœdant mea regna suis ruinis. Sil. lib. 15.
Indeserta regna pectore gerere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Regna superba gerere. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Habere regna, Regnare. Virg. 1. Æneid.
Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna. Virg. 6. Æneid.
Impendere regnum. Ouid. 6. Metam.
Inducere regem in regnum, Vide INDVCO.
Instituere regnum, Vide INSTITVO.
Insurgere regnis alicuius. Ouid. 9. Metam.
Intercipere regnum, Vide INTERCIPIO.
Inuadere regnum aliquod. Ouid. 3. Fast.
Locare aliquem in parte regni. Virg. 4. Æneid.
Occupare regnum. Cic. 5. Philip. Neque ij, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt.
Optare locum regno. Vide OPTO.
Permittere regnum alicui. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Permittere regnum alicui in aliquos. Horat. 4. Carm. ode 4.
Pollutum regnum sanguine. Sil. lib. 1.
Possidere regna. Senec. Herc. fur. 9.
Prodere regna alicuius. Ouid. 7. Metam.
Pulsata gemino mari regna Pelopis. Senec. Herc. fur. 13.
Pulsi regnis. Virg. 7. Æneid.
Regere regnum. Ouid. 11. Metam.
Resurgunt regna. Virg. 1. Æneid.
Sancire regnum. Tacit. lib. 21.
Sortiri regna vini talis. Horat. 1. Carm. ode 4. Hoc, inquit Porphyr. ad magisteriorum conuiuia pertinet. Vide Talus pro ludo, in TALVS. Lambinus in hunc locum. Regna vini ea (inquit) appellat, quæ in cõuiuiis constituebantur, in quibus is è conuiuis, cui tale regnum sorte obtigisset, leges bibendi ferebat, quibus cæteros omnes parêre erat necesse. Huiusmodi regem, arbitrum bibendi nominat idem Horat. lib. 2. ode 7.
Sub regno esse. Cic. Att. lib. 7, Nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt.
Tenere regna. Lucret. lib 5.
Iniusta regna tenere. Ouid. 5. Metam.
Torpent regna. Virg. 1. Georg.
Ad auxilium trahere septem regna. Senec. Thebaid. 12.
Viget regnum consiliis. Virg 2. Æneid.

¶Regnum,In quo quis eminet,vt in eo regnare videatur. Cicero Attico,libro 1.1,Aquilium non arbitrabamur, qui denegat & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale opposuit. Item ad Attic. lib.14,Post in Cumana & Puteolana regna renauigare.

Regno,regnas {Σκηπτῶμαι,κράτω} regnâre, Regnum possidere & administrare. Priscianus,Rex solum quod à regendo nascitur,peperit ex se aliud verbum quod est regno. Cic.Senatui, lib.14.2,Illum cohortatus sum,vt in vita sua cõseruanda primùm regnare disceret:à quibus perspexisset sibi insidias pararas,in eo vteretur iure regio. Idem pro Lege Manilia,Sed ab illo tempore annum iam tertium & vicesimum regnat,& ita regnat,&c.

Si indicas,cognosce:si regnas,iube. Senec.Medea,4.

Meditatus est regnare,Vide MEDITOR.

Impotenter regnare,Vide IMPOTENS.

Latius regnare.Horat.2.Carm.ode 2.

In orio.Senec.Herc furen.7.

Cælo regnare.Horat.3.Carm.ode 5.

Mundo vacuo.Senec.Herc.furen.1.

Regnare alicui oppido.Cic.in Verr.Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse.

Per vrbes Graias.Virg.3 Æneid.

Regnare in centuriis equitum. Cic.Bruto,lib.11.16, Quum equitũ centurias tenes,in quis regnas.

Ardor edendi regnat per fauces & viscera.Ouid.8.Metam.

Ebrietas geminata libidine regnat.Ouid.12.Metam.

In hoc vno regnat oratio.Cic.in Orat.

Regnauit populorum,pro Rex fuit.Horat.3.Carm.ode 3,

Et quâ pauper aquæ Daunus agrestium

Regnauit populorũ. Sic emendauit hunc locum Lambinus, idque optimé. Soler enim Horatius structuram Græcam seruare etiam in sermone Latino, vt Desine mollium querelarum, Abstineto irarum, & cætera id genus. Dicerent autem Græci, ἐβασίλευσεν πρὸς λαόν.

¶Regnare,pro In authoritate esse. Cic.ad Gallum, lib.7.25, Olim quum regnare existimabamur,&c.

¶Regnatur,pen.prod. Impersonale.Virg.1.Æneidos,

Hic iam tercentum totos regnabitur annos

Gente sub Hectorea. Sil.lib.3,

Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.

Regnatum est.Liu.1.ab Vrbe.

¶Regnor,regnaris,Passiuum. vt

Gentes regnantur. Tacit.lib.17. Idem de Germanis, Trans Lygios Gothones regnãtur,paulò iam addictius,quàm cæteræ Germanorum gentes,nondum tamen supra libertatem.

Regnata fœminis gens. Plin.lib.6.cap.20, Ab iis gens Pandæ sola Indorum regnata fœminis. Id est quibus imperauerunt fœminæ.

Terra regnata Philippo.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.

Cupido dira regnandi.Virg.1.Geor.

Accipere Albam regnandam.Virg.6.Æneid.

Regnatus.pen.prod.Particip. {Σκηπτοῦχος.} Horat.2.Carm.ode 6,

-& regnata peram Laconi

Rura Phalanto.

Regnator,pen.prod.Verbale {Σκηπτοῦχος} Qui regnat.Plautus,

Regnator dicũm,architectus omnibus Iuppiter.

Olympi superi regnator.Virg.2.Æneid.

Regnator agelli,pro Possessore.Martial.lib.10.61.

Regnatrix,pen prod. {βασιλεύτειρα} Verbale,f.gen.vt Domus regnatrix. Tacit.lib.1.

Regredior,regrederis, penul.corr.regressus sum {αὖθις βαίνω,ἀναχωρῶ} regredi.pen.corr.Retro gradi,reuerti.Plaut.Aulul.4,

Illuc regredere ab ostio. Cicero ad Attic.libro 8,Quamobrem nolito commoueri si audieris me regredi, si fortè Cæsar ad me venier.

Regredi & Progredi,contraria. Cicer.1.Offic.Cum vtrisque separatim locutum, ne cupidè quid agerent,nec appeterent, atque vt regredi quàm progredi mallent.

Ad formandos animos, statuendáſque vitæ leges regressi, partem quidem potiorem (si diuidi posset) retinuerunt. Quintilianus in Procœm.lib.1.

In memoriam regredi.Plaut.Capt.19.

Regredo, regredis, regredere, legitur apud antiquos pro Reuocare. Ennius Achille,

Quò nunc incerta re,atque inorata,gradum regredere conare? Vide de Nonium.

Regressus,huius regressus {ἀναχώρησις.} Liu.4.bel.Pun.Neque locus pœnitendi,aut regressus ab ira relictus esset. Tacit.lib.1, Et Drusus nõ expectato legatorum regressu,quia præsentia satis consyderat,in vrbem rediit.

Progressus & Regressus,contraria. Cic.2.de Nat.deor. Nihil errat quod in omni æternitate cõseruat progressus & regressus, reliquósque motus constantes & ratos.

Regressus ad aliam actionem. Vlp.in l.Quod in hærede.D.De tributor.action. Eligere quis debet, qua actione experiatur: vtrum de peculio,an tributoria,quum scit sibi regressum ad aliã non futurum.

Mandati regressum habere. Vlp.in l.Sed si paterfamiliãs,§. vlt.D. ad Senatusconf.Maced.Quia & ipsi mandati habent regressum.

Regressio,regressionis,Verbale {ἀναχώρησις.} Cic.1.Philip.Exponam vobis breuiter consilium profectionis,& regressionis meæ.

Regula,Regulus,Vide REGO.

REGVLVS Atilius,de quo Gell.lib.6.cap.4,sic scribit,Eundem Regulum Tubero in historiis rediisse Carthaginem, nouisque exemplorũ modis excruciatum à Pœnis dicit. In arcas (inquit)& profundas tenebras eum claudebant,ac diu pòst, vbi erat visus sol ardentissimus, repentè educebant, & aduersus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conniuere posset,sursum ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autem,somno diu prohibitum, atque ita vita priuatum refert. Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos,liberis Reguli à Senatu deditos,& ab iis in armario muricibus præfixo destitutos,eadémque in somnia cruciatos interisse. Hactenus Tubero apud Gellium. Cic.in Pisonem,M.Regulus,quem Carthaginienses resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt. De rebus ab eo gestis vide Plin. de Viris illustr. & Valer.Maximum lib.4.cap.4.

Mens prouida Reguli Horat.3 Carm.ode 5.

Regusto,regustas {αὖθις γεύομαι} regustãre,Iterum gustare.Cic.ad Attic. lib.4, Nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus ἀπὸ παντὸς ex interuallo regustandus. Eidem,lib.13, Sed crebrò regusto tuas literas: in his acquiesco, tamen expecto nouas. Id est, crebrò tuas literas in manus sumo: iis legendis acquiesco, quia scribis te de Attica ægrotante bene sperare.

Laudationem alicuius regustare. Id est orationẽ scriptam de laude. Cic.Att.lib.13, Velim M. Varronis & Ollij mittas laudationem, Ollij vtique: nam illam legi: volo tamen regustare.

Rehalo,rehalas,rehalare {ἀὖξω,αὐξήσω} ex Re & Halo,Iterum halo, & spiro. Lucret.lib.6,

Terráque quum fumans humorem tota rehalat. Id est,humorem è cælo delapsum iterum atque iterum sursum halat. Lambinus.

Reiicio,reiicis, pen. corr.reiici,pen. prod.reiectum {ἀπόῤῥιπτω,ἀπωθῶ,ἀποπέμπω,ἀποβάλλω,ἀποπίπτω,ἀποπτύω} reiicere,Retro iácere. Virg.11.Æneidos, Reiiciunt parmas,& equos ad mœnia vertunt. Cæsar 1.bel.Gallici, Suisque imperauit nequod omnino telum in hostem reiicerent.Hoc est vicissim iácerent,retorquerent.

E gremio reiicere aliquid.Ouid.1.Trist eleg.1.

Amictum reiecit ex humeris.Virg.5.Æneid.

Lictores togulis acceptis sagula reiecerunt.Cic.in Pisonem.

Vestem de corpore reiicere.Ouid.9.Metam.

Reiicere ex humeris vestem.Ouid.2.Metam.

Reiectis ad tergum manibus. Pollio ad Cic.lib.10.32, Quum quidem prantus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambularet.

Reiicere se in aliquem.Terent.And.1.1.

Hostem ab aliquo loco.Cic.Cælio,lib.2.9.

Vt domus eorum fores extrà aperirentur, & ianua in publicũ reiiceretur.Plin.lib.36.cap.15.

Reiici à vento ad,vel in Macedoniam. Cic.ad Att.lib.16, Quum à Leucopetra profectus stadia circiter trecẽta processisse,reiectus sum Austro vehementi ad eandem Leucopetram.

¶Reiicere,Repellere.Virg.eclog.3,

Tityre,pascentes à flumine reiice capellas.

¶Reiicere,Refutare,abiicere,& pro vili habere. Ter.Phorm.4.5, Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiiciat. Idem in Prologo Phormionis,

Ille ad famem hunc ab studio studuit reiicere.

Spernere & reiicere.Cic.1.de Finib.

Aliquid à se reiicere & aspernari.Cic.pro Rosc.Amer.

Refutetur ac reiiciatur clamor. Cic.2.Tusc.

Deligere bona,& Reiicere,contraria.Cic.2.de Leg.

¶Reiicere iudices {ἀποδέχεσθαι,ἀπωθεῖσθαι} Aliquando pro eligere & accipere iudices. Cic.5.Verr.Quid prætor? iubet Recuperatores reiicere Decurias?scribamus quas Decurias de cohorte mea reiicies,inquit,Reiecti enim,electi dicũtur,inquit Asconius. Alibi pro iniquũ dicere,& alium subsortiri cupere,vt ibidem,Sic habuisti statutũcum animo ac deliberatum,omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigissent,iudices reiicere. Hoc ipse in eadem iniquum ciurare appellat.Cur autem vtranque significationem habeat, ex loco eiusdem orationis intelligi potest, Apronio permittis vt quos velit de cohorte sumat Recuperatores. Indignum, vni potius ex iniquis sumendi, quàm vtrisque ex æquis reiiciendi fieri potestate. Qui enim reiicit,is quasi electos sumit. Bud. Vide SVBSORTITIO.

Reiicere ex albo, significat iudicem vt suspectum & iniquum recusare & auersari. Bud.

¶Reiicere,pro Remittere & differre. Cic.ad Plancum, lib.10.16, Tu quanquam consilio non eges,vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reiicias: néve in rebus tam subitis,támque angustis à Senatu consilium petendum putes.

In mensem Quintilem reiecti sumus.Cic.Att.lib.1.2.

Reiicere aliquem ad,Remittere. Cic.ad Attic.lib.9,Sed ne bis eadem legas,ad ipsam te epistolam reiicio.

¶Reiicere causam ad Senatum,pro Referre ad Senatum,quod vulgus dicit *Remittere*.Liuius 3.ab Vrbe,Summam pecuniæ quantam æquum esset promitti veniebar in dubium, id ad Senatum reiicitur. Idem 9.bel.Maced. De ea re consultationem integram Senatus ad nouos magistratus reiecit.

¶Reiicere sanguinem. Plin.lib 8.epist.1,ad Septitium, Encolpius quidam lector ille seria nostra,ille deliciæ, exasperatis faucibus puluere sanguinem reiecit, Idem lib.5,ad Paulinum, Hic dum intentè, instantérque pronũtiat,sanguinẽ reiicit. Paulo pòst, Reddidit dixit.

¶Reiicere,pro Reponere seu reclinare.Curtius lib.10,Velut omni vitæ debito liberatus,fatigata membra reiecit.

Reiectus, Participium {ἀποπεπτωκώς.} Cicero 2. Verr. Vt primùm è prouincia rediit,redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia, manisc in conditione atque pacto vsque ad eum finem,dum iudices reiecti sunt.

Reiectus capillus circum caput, Hoc est proiectus. Terentius Heauton.2.3.

Capillus passus,prolixus,circum caput

Reiectus negligenter.

Os reiectum terræ quemadmodum obtegatur.Cic.2.de Leg.

Minæ reiectæ retrorsum.Horat.4.Carm.ode 8.

Milo de rheda penula reiecta resiluit.Cic.pro Milon.

Præda reiecta.Horat.2.Serm.satyr.3.

Reiecturus,pen.prod.Aliud partic. {ἀποπεπτωκώς.} Ouid.9. Metamorphos.

Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem, Ipsa petam?

Reiectio

Reiectio,Verbale {ἀποβολή,ἀπόπτωσις,ἀποβολὴ} Ipse reiiciendi actus.

Selectio & Reiectio,contraria. Cic 3.de Finib. Deinceps vt ea teneat quæ secundum naturam sint,pellátque contraria, quæ inuenta selectione,& item reiectione sequuntur.

Reiectio ciuitatis. Cic.pro Corn.Balb. Quòd si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis.

Reiectio iudicum,cui Selectio contraria est. Cic.2.Verr.Posteaquam reiectio iudicũ facta est,quòd & in sortitione, istius spem fortuna Pop.Romani,& in reiiciendis iudicibus,mea diligentia istorum impudentiam vicerat,renuntiata est tota conductio.

Reiectio sanguinis,pro Fluxu.Plin.lib.25.cap.13.

¶Reiectio, Vomitus. Plinius, Et vernatio vtilis erat,si postquam sorpta fuerat,statim reiectio sequatur.

Reiectus,huius reiectus,m.g. {ἀκόρεστος} Idem quod vomitio.Celsus,Et reiectus cibi non erit inutilis,si rarò fiat.

Reiecto,reiectas,Frequent. {ἀπόπτυστος.} Lucret.lib.2,

-clamoréque montes

Icti reiectant voces ad sydera mundi. Id est referunt voces. Lamb.

Reiectaneus, Adiect. {ἀποφορητὸς.} Reiectanea à philosophis dicuntur mala: vt morbus,dolor,&c. quòd ab omnibus reiiciantur,vel reiici debeant.Cic.4.de Fin.Illa autem, morbum,egestatem,dolorem, non appello mala,sed si liber,reiectanea.

Reiiculus,penul.corr.Aliud adiectiuum {πόπανος} Reiiculæ oues, dicuntur quæ propter ætatem vel morbum reiiciuntur. Varro 2.de Re rust.cap.1,Scire oportet in grege,quot reiiculæ sint alienandæ. Ibidem, Reiiculæ soboles. Cato capite 2, Vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam, pelles. Nonius Reiculas scribit.

Reiteratio {ἀνάληψις} Verbale à verbo Reitero,reiteras,reiterare,de quo nullum exemplum reperi,repetitionem significat. Quintil.lib. 2.1.cap.2,Sola qua exciderunt, retractãtur, vt crebra reiteratione firmentur.

Relabor,pen.prod.relaberis,pen.corr.relapsus sum {πάλιν ὀλισθαίνω} relãbi,Verbum deponens,Iterum labi significat.Ouid.epist.21,

Huc ades,inque sinus formosè relabere nostros.

In præcepta alicuius relabi.Horat.1.epist.1.

¶Relabi dicuntur flumina,quum eò refluunt & reuertuntur, vnde fluxerant. Horat.1.Carm.ode 29,

-quis neget arduis

Pronos relabi posse riuos

Montibus,& Tyberim reuerti,

Quũ tu,&c. Hoc est in montes arduos,vnde descendunt; posse referri & refluere,quum tu vitæ studia in cõtrarium verteris, quòd nemo speraueret posse fieri.

Relangueo,relangues,relangui {πάλιν ἀπόκαμνω} relanguêre,siue Relangueco,relanguescis,relanguescere. Valde languêro. Ouidius 6.Metamorphoseos,

Posito fratri moribunda relanguit ore.

Relanguit. Cicero ad Atticum, libro 13, Quòd autem ille relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis σποδιᾷ ἀπαντᾷς significaui me non fore.

Relanguescit animus.Cæs.2.bel.Gal.Quòd his rebus relanguescere animos,corúmque remitti virtutem existimarent.

Impetus relanguescit.Liu.5.bel.Maced.Vt tædio,& impetus relanguescat regis,& Romani tempus ad comparandum habeant.

Relatio,Relator,Relatus,Vide REFERO.

Relauo,relauas,pen.corr.relaui,relotum,pen.prod.relauãre, Frequẽter lauare.Lucret.lib.6,

Denique si calidis etiam quum te relauaris,

Plenior efflueris solio feruentis aquai.

Relaxus, Adiectiuum {πολύχαυνος} Valde laxum & solutum significat. Columella libro 11. cap.3, Relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix.

Relaxo,relaxas {χαύνω} relaxâre,Laxum facere, aperire, liberare,dissoluere. Cic.de Senect. Ex quo intelligitur quales futuri sint, quum se planè corporis vinculis relaxauerint.

Vincula tunicarum relaxat.Ouid.2.Fast.

Agmina deturbat gladio,campúmque relaxat.Sil.lib.7.

Densa relaxare,& laxa densare.Virg.1.Georg.

Ora fontibus relaxare.Ouid.1.Metam.

Pelagus relaxans fontes Oceani.Sil.lib.3.

Calor relaxat cæca spiramenta, Aperit breues & occultas cauernulas. Seruius. Virg.1 Georg.

Aluum astringere, & Relaxare,contraria. Cic.2.de Nat.deor. Aluus tum astringitur,tum relaxatur.

Relaxare & Astringere,contraria. Cicero Attic.lib.10,Pater enim nimis indulgens,quicquid ego astrinxi, relaxat.

Dat interualla & relaxat dolor.Cic.2.de Finib.Si longus,leuis: dat enim interualla & relaxat.

Relaxantur insani. Cic.4.Acad. Quod idem contingit insanis, vt & incipientes furere,sentiant,& dicant aliquid quod non sit,id videri sibi:& quum relaxentur,sentiant,atque illa dicant Alemeonis,Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorũ aspectu.

Relaxare animum,& Relaxari animis,Recreari. Cic.1. Offic.Atque etiam quũ relaxare animos,& dare se iucunditati volent. Idem 2.Philipp. Veruntamen homines quanuis in turbidis rebus sint, tamen si modò homines sunt, interdum animis relaxantur. Sic de Claris Oratoribus, Relaxa modò paulum animum: aut sanè, si potes, libera.

Mentem relaxare. Senec.Hippol.4.

Relaxatus somno animus,Hoc est Resolutus sopore. Cic.2.de Diuinat. Hæc me Peripateticorum ratio magis mouebat,&c. qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant,si aut furore diuino incitatus animus,aut somno relaxatus solutè mouetur ac liberé.

Relaxare se occupatione. Cic.Att.lib.16,Cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris. Id est,remiseris occupationem istam: planè te illa exolueris,& omnino reliqueris.

A nimia necessitate aliquid faciendi se relaxare.Cic.in Orat.

Relaxatio,Verbale {χάλασις} Cic.ad Gallũ,lib.7.27, Visa est mihi vel loci muratio,vel animi etiam relaxatio, vel ipse forsasse iam senescentis morbi remissio profuisse. Idem 2. de Orat. Verùm otij fructus est,non contentio animi,sed relaxatio.

Relego,relegas,pen.prod. {ἀποπέμπω,ἀποδιοπομποῦμαι} relegãre,Separare,semouere. Virg.3.Georgicorum,

Atque ideo tauros procul arque in sola relegant Pascua. Cicer.3. Offic.Criminabatur etiam quod Titum filium qui postea est Torquatus appellatus,ab omnibus relegasset,& rure habitare iussisset. Cæs. 5.bel.Gal.Ne reiecti & longè relegati ab cæteris, aut ferro,aut fame intereant.

Relegare alicui causas alicuius rei, Id est præexere illum esse in causa. Tibul.lib.4.eleg 6,

Illa quidem ornandi causas tibi diua relegat. Id est,assignat causam sui ornatus,quòd te colere voluerit.

Relegare,Remittere. Plin.lib.7.cap.1,Nec tamen ego in plerisque eorum obstringã fidem meam, potiúsque ad authores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus.

¶Relegare {ἐξελαύνω} In exilium mittere. Plin.epist.35,Assenserũt Consules designati,Martianum in quinquennium relegant. Cic.ad Att.lib.2, Narro tibi, planè relegatus mihi videor postquam in Formiano sum. Ouidius 2.Trist. Vnde precor supplex vt nos in tuta releges.

In concione aliquem relegare. Cic pro Sext.L.Lamiam, qui,&c. in concione relegauit: edixitque vt ab Vrbe abesset millia passuum ducenta.

Verba alicuius relegare.Ouid.2 de Ponto,eleg 2.

Relegari in exilium.Liu.5.bel.Pun.

¶Relegare in alio significato. Vide Vlp.in l.1.& 2.D.De dot.prælc.

Relegatus,pen.prod.Particip. {ἀποπεμπτὸς,ἐξεπεμπόμενος.} vt

Ambitio relegata.Horat.1 Serm.satyr.10.Hoc est remota.

Relegatus,In exilium missus.Ouid.4 de Ponto,eleg.13,

-sed me iam Care niuali Sexta relegatum bruma sub axe vider.

Non fœua terris gens relegata vltimis.Cic.2.Tusc Ex poeta.

Relegati dicuntur propriè,quibus ignominiæ,aut pœnæ causa necesse est ab vrbe Roma,aliróve quo loco abesse lege,Senatúsque consulto,aut edicto magistratus,vt etiam Ælius Gallus indicat. Festus.

Relegatio, relegationis, Verbale {ἐξελασμὸς} Est exterminatio, quum quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero Sedibus expellere interpretatur. Liuius 3.ab Vrbe,Exilio & relegatione ciuium vlciscentes Tribunos.

Relegatio ac supplicium. Cic pro Roscio Amer.Tot prædia,tam pulchra,tam fructuosa Sext. Roscius filio suo relegationis ac supplicij gratia colenda ac tuenda tradiderat?

Relegatio atque amandatio. Cic.pro Rosc.Amer. Taménne hæc attenta vita & rusticana,relegatio atque amandatio appellabitur?

Ieiuna & bella relegatio.Cic.ad Att.lib.2, Hæc ieiuna ac bella relegatio datur ei cuius Tribunatus ad istorum tempora reseruatur. Emendatiores codices legunt,ieiuna tabellarij legatio,&c.

Relegationem semper exilio minorem facit Ouidius, vt 2.Trist.

Quippe relegatus,non exul dicor in illo.

Relego,relegis,pen.corr.relegi,pen.prod.relectum {ἀναγιγνώσκω} relégere,Rursus legere. Cic.2.de Nat.deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent,& tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo.

Scripta relegere,& Scripta relecta.Ouid.2.de Remed.amor.

Pecuniam Idibus relegere,Recolligere.Horat.Epod.2,

Iamiam futurus rusticus

Omnem relegit Idibus pecuniam,

Quærit Calendis ponere. Tanquam enim eum, inquit Acron, prò, fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret,ita recollectã Idibus, Calendis properat commodare.

Iter relegere,Redigere per eandem viam.Stat.1.Achil.

Littora errata retrorsum relegens.Virg.3.Æneid.

Sæpe relegendo feci plura.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.

Relenteſco,relenteſcis,relentéſcere,Iterum lenteſcere. Ouid.1.Amor.eleg.8,Néve relenteſcat sæpe repulſus amor. Id est,lentus fiat, & imminuatur.

Releuo,releuas,pen.corr. {ἀναπαύω} releuâre,Rursum leuare.

E terra corpus releuare. Ouid.9.Metam.

Humeros paternos releuare.Ouid.4.Fast.

¶Per translationem ad multa alia transfertur. vt

Æstus releuare.Ouid.3.de Arte.

Aliquem releuare,Excusare, & quasi noxæ eximere. Cic.Att.lib. 3,Hæc eo scripsi, vt potius releuares me,quod facis, quàm aut castigatione,aut obiurgatione dignum putares.

Animũ releuare alicui.Hoc est suscitare& erigere.Ter.Adelph.4.3.

Caput releuare.Plin.iun.lib.1.epist.vlt.

Casus alicuius releuare. Ouid.5.Trist.eleg.4.

Casum cõmunem.Cic.ad Qu.frat.lib.1.4,Si releuare potes cõmunem casum miserieordia hominum: scilicet incredibile quiddã assequêris. Verus exemplar legit,A se leuare potest,&c.

Famem copia nulla releuat Ouid.11.Metam.

Fructus dotis releuat onera matrimonij.Paulus in l.Quæris.D.De pactis dotalibus.

Releuare labores,Minuere.Plin.in Paneg.

Laborem longum requie releuare.Ouid.15.Metam.

Mulier pro parte dimidia releuatur.Papinianus in l. Quum pater. § Quum existimaret.D.De leg.2.

Mulier per senatusconsultum releuatur. Vlp.in l. Quanuis.§.Interdum.D. ad senatusconsultum Velleianum.

Et releuant multo pectora ſicca mero. Ouid. 3. Faſt.

Cibi fatietas atque faſtidium releuatur. Cic. 1 de Inuent. Cibi fatietas atque faſtidium aut ſub amara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur.

Sitim releuare. Ouid 6. Metam.

¶Releuari moleſtiis, Liberari. Cic. 2. de Diuinat. Vt animus moleſtiis potiſſimum releuaretur. Vetus codex habet, Vt & animus moleſtiis hac potiſſimũ re leuaretur. Idem in Catil. Videbimur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura & metu eſſe releuati.

Dolore releuari. Ouid 9 Metam.

Nõ eſt in medico ſẽper releuetur vt æger. Ouid. 1. de Põto, eleg. 4.

Releuare aliquem ſatisfactione. Modeſtinus in l. Si procuratorem. D De procurat.

Releuari in aliquo. Vlp. in l. poſt rem. D De tranſactionib. Etſi trãſactio non perimit rem iudicatam, tamen in eo quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet.

¶Releuari, pro Exonerari. Vlp. in l. 4. in princ. D. De cenſibus. Illam enim æquitatem debet admittere cenſitor, vt officio eius congruat, releuari eum qui &in publicas tabulas delato modo frui certis ex cauſis non potuit. quare & ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari.

¶Releuari, In ſenſu illo vulgari, qui eſt, In integrum reſtitui. Modeſtinus in l. Etiam. §. 1. D. De minoribus. Ex cauſa curationis condemnata pupilla, aduerſus vnũ caput ſententiæ reſtitui volebat: quia videbatur in cæteris litis ſpeciebus releuata fuiſſe.

Releuatus, pen. prod. Particip. {ἀνακουφισθείς.} vt

Mens releuata cura. Ouid. 1. Triſt eleg. 10.

Relicinus, pen. prod. Antiquum vocabulum, Significat in occiput refugiente capillamento recriſpum. Nomen (vt quidã putant) à Recello deductum, quod ſignificat Retraho, reuibro, reclino, & cæſim reduco. Et quoniã ad cranium capillitiũ retorquetur, inde relicin' vel-uti recellinus crinis appellatus, euphoniæ cauſa. Apul. lib. 1. Florid. Laudauit ſeſe quòd erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. Et Relicina frons dicitur, vt idẽ paulo pòſt, & tabulis & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingeniũ maximi bellatoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Idem etiam frontem relicinam in Alexandro magno fuiſſe laudat, quæ ſcilicet lata, aperta, ſpectabilis, & à capillorum tegmento libera viſeretur. Alij deduci putant à participio relictus: vt ſit frons relicina, capillitio denudata, & velut relicta.

Relictus, Vide RELINQVO.

Religio, religionis, f. gen. {θρησκεία, ἀκατάθετον, ἀναχωρησις.} Eſt, vt ait Cic. 2. de Inuent quæ ſuperioris cuiuſdam naturę (quam diuinã vocant) curam cæremoniámque affert.

Religio quid à ſuperſtitione differat. Cic. 2. de Nat deor. Non enim philoſophi tantùm, verumetiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerẽt: ſunt dicti religioſi ex relegendo, vt eligẽtes ex eligendo, tanquã à deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus ineſt vis legendi eadem quæ in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo: alterũ vitij nomen, alterum laudis. Lactantius lib. 4. cap. 28, à religando dici religionem tradit, carpitque interpretationẽ Cicer. Idẽ Cic lib. 1. de Nat. deor. de atheis loquens, Horũ enim ſententię (inquit) non modò ſuperſtitionẽ tollunt, in qua ineſt timor inanis deorũ, ſed etiam religionem: quæ deorum cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Auguſtinus lib. 4. de Ciuitate, cap. 30. Idem ibidem, lib. 6. cap. 9. Quale autem illud eſt, quod Varro religioſum à ſuperſtitioſo ea diſtinctione diſcernit, vt à ſuperſtitioſo dicat timeri deos: à religioſo autem tantùm vereri, vt parẽtes: non vt hoſtes timeri?

Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt. Cic 2 de Nat. deor.

Religio eſt iuſtitia erga deos. Cic. in Partit.

Superſtitio imitatur religionem. Cic. in Partit.

Diuũm religio, Id eſt religio erga deos. Lucret. lib. 6.

Cæleſtes religiones. Tacit. lib. 1.

Peiſca religione facer receſſus. Ouid. 10. Metam.

Ætheris alti religio. Virg. 2. Æneid.

Non ſum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur. Cic 1. de Inuent.

Labefacta cadit religio. Claud. 1. in Ruffinum.

Colere religionem. Cic. pro Plancio, Qui ſancti, qui religionum colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt?

Summa religione, cæremoniáque conficere ſacra Cereris. Cic. pro Corn Balbo.

Omnium religione conſecrata, Vide CONSECRO.

Expere religionem è domo Pontificis. Cic. pro Domo. Publiũſne Clodius qui ex Pontificis Maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit?

Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius. Cic. pro Mil.

Expiabo religionem ædium mearum. Cic. de Aruſpic. reſpon.

Habere religionem. Cic. pro Domo.

Implicare religionem. Cic. pro Domo.

Interponere religionem. Cic. in Piſon.

Manere in religione. Virg 3. Æneid.

Polluere religionem. Cic. Quid te impurius, qui religiones omnes pollueris, &c.

Poſſidere religionem. Cic. pro Roſc. Amer.

Religare religione. Cic. pro Domo.

Suſcipere cultum deorum, & puram religionem. Cicero 1. de Legibus.

Gentes pro ſuis religionibus bella ſuſcipiunt. Cic. pro Fonteio.

Tollere religionem. Cic. de Diuin.

Trahere in religionem. Liu. lib. 5.

Antiqua ſub religione tueri populum. Virg. 2. Æneid.

Venire in religionem res aliqua dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. Gracchus quum comitia nihilominus peregiſſet, rémque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, rem ad Senatum retulit.

Violare religionem. Cic Verr. 6.

¶Religio, eſt Latinè loquentibus, id quod vulgò *Debitum officij*, hoc eſt iuſtam muneris functionem appellant. Cicero 7. Verr. Nam qui ſibi hoc ſumpſit, vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit? Budæus.

¶Religio. Plinius in epiſtolis libro 4, ad Cornelium Tacitum, Si parentibus ſolis ius præceptoris conducendi relinquatur, iiſdémque religio rectè iudicãdi neceſſitate collationis addatur. Id eſt, ſolicita, & anxia cura probos præceptores idoneóſque deligendi liberis ſuis. Budæus.

¶Religio, Diligentia, & Vehemens cura. Cic. in Orat. Athenienſiũ religioni quum ſeruiret orator, nullum verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat. Religionem vocat eam diligentiam, qua vtebantur Attici, ne quod inſolens verbum aut loquerentur aut auditent.

Adhibere religionem, Vide ADHIBEO.

Oratio nimia religione attenuata. Cic. de Claris Orat.

¶Religio, Conſcientiæ ſcrupulus. Cic. de Aruſp. reſp. Quæ tanta religio eſt, qua non in noſtris dubitationibus, atque in maximis ſuperſtitionibus vnius Publ. Seruilij ac Marci Luculli reſponſo ac verbo libueremus? Hæc Budæus. Terent. Andr. 5 4,

At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. p. dignus es Cum tua religione, odio. nodum in ſcirpo quæris.

Arcti nodi religionum. Lucret. lib. 4.

Liber religione animus, Vide LIBER adiectiuum.

Afferre religionem, Vide AFFERO.

Cepit quoſdam religio, Vide CAPIO.

Conſtringi religione. Curtius lib. 6.

Religio iudicis, Integritas, vel anxia cura. Calliſtratus in l. diuus Adrianus. D. De re iud. Conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem iudicis circunuentam eſſe.

Religio eſt mihi Plautus Curcul. 7,

Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui. Budæus. Terentius Heaut. 2. 1,

Tum quod dem ei, rectè eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere. Apud Sueton. in Auguſto, cap. 6, Huc introire, niſi neceſſariò & caſtè, religio eſt. Id eſt nefas non licet.

Religio mihi non eſt quo minus hoc faciam. Cic. 3. in Catil.

Eximere religionem. Liu. lib. 4. Id eſt ſcrupulum, & vanum metum adimere. Budæus.

Exoluere religione, Vide EXOLVO.

Habere religioni, pro Vereri, & auerſari. Cic. 1. Offic. Nec tamẽ vt hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando & nefarium defendere impiúmque. Budæus.

Impediri religione, Vide IMPEDIO.

Inceſſit dein religio. Tacit. lib. 3.

Incutere religionem, Vide INCVTIO.

Inducere religiones inexpiabiles in Rempub. Id eſt anxietates & formidines impendentes, quaſique aduentantis iræ diuinæ. Cicero 1. Philip. Vt inexpiabiles religiones in Rempub. inducerentur?

Infixa animis religio, Vide INFIGO.

Inſticere religionem alicuius rei, Vide INSTICIO.

Mederi religioni, Vide MEDEOR.

Obligare religione vel obſtringere dicebant veteres, pro eo quod dicimus Conſcientiæ metum incutere. Cic. 2. Philip. Obſtrinxiſti Populum Romanum religione, augur auguri, Conſul Conſuli obnuntiaſti. Id eſt, de cælo ſeruaſſe te dixiſti ne populus eo die comitia haberet. & vitium obtuliſſe dixiſti (verba ſunt auguralia) vt comitia diſturbares, & populum adalligares, & morareris hac obnuntiatione. Verebantur enim Romani aliquid agere vetãtibus auſpiciis, ne malè cederet, ſi contra deorum monita ageretur.

Offerre religionem, Vide OFFERO.

Graui ſub religione oppreſſa vita. Lucret. lib. 1.

Ciuitatem religione ſoluere. Cic. pro Cecinna.

Tangi religione. Liu. 1. ab Vrbe.

Vertere in religionem. Liu. lib. 6. bel. Pun. Et poſtero die eodem loco acies inſtructas eadem tempeſtas diremit. vbi recepiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos verſa eſt. Id eſt, Pœni interpretati ſunt id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda confligerent, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur. Budæus.

¶Religio, quam vulgò *Conſcientiam rectam* dicunt. Cic. pro Cecinn. Splendor Equeſtris ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis. Budæus.

¶Religio, Fides. Cicero pro Flacco, de teſtibus, Itaque videte quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis qua religione dicant. Budæus.

Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. Cic. pro Flacco.

¶Religio, Metus, & ſolicitudo, inquit Seruius. Virg. 8. Æneidos,

Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci.

Religio ſceleroſa. Lucret. lib. 1.

Refrænatus religione. Lucretius lib. 5.

Numinum religiones introſpicere. Tacit. lib. 3.

Religioſus, pen. prod. Adiectiuum {θεοσεβὴς, δίοτος, δικαθὴς.} Gellius ex Nigidio Figulo, Quocirca religioſus is appellabatur, qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſeſe alligauerat: eáque res vitio affingnabatur. Sed præter iſta quæ Nigidius dicit, alio quodam diuerticulo ſignificationis, religioſus pro caſto atque obſeruanti, cohibentíque ſeſe certis

certis legibus, finibuſq; dici cœptus. Simili autem modo illa quoque vocabula ab eadem profecta origine, diuerſum ſignificare videntur, religioſi dies, & religioſa delubra. Religioſi enim dies dicuntur triſti omine infames, impeditiq;, in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandũ eſt: quos multitudo imperitorum prauè & perperã nefaſtos appellant. Itaque M. Cicero in lib. epiſt. 9. ad Atticum, Maiores, inquit, noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerũt Allienſis pugnæ, quàm vrbis captæ, quòd hoc malum ex illo. Itaque alter religioſus etiã nunc dies, alter in vulgus ignotus. Idem tamen M. T. in Oratione de accuſatore conſtituendo, religioſa delubra dicit, non ominoſa nec triſtia, ſed maie ſtatis venerationiſque plena. Maſſurius autem Sabinus in cõmentariis quos de indigenis cõpoſuit, Religioſum, inquit, eſt quod propter ſanctitatem aliquam remotũ ac ſepoſitum à nobis eſt. Verbum à relinquendo dictum, tanquam ceremoniæ à carendo. Hactenus Gellius lib. 4. cap. 9.

Religioſi, vt Nonio placet dicti ſunt, quaſi relinquoſi cæterorum omnium, ſacrificiis deſeruiant.

Religioſus & Impius, contraria, Vide IMPIVS.

Iuſtus, integer, religioſus, timidus, perferens iniuriarum. Cic. 2. de Orat.

Ita non religioſus, vt edat de patella. Cic. 2. de Fin. Atqui reperiemus aſotos ita non religioſos vt edant de patella.

Atticorum aures tereres & religioſæ. Cic. in Orat.

Dedicatio eſt religioſa. Cic. pro Domo.

Religioſum delubrum. Cic 6. Ver. Herculis templũ eſt apud Agrigentinos, non lõgè à foro, ſanè ſanctum, apud illos & religioſum.

Religioſi dies, Vide paulo antè ex Gellio. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8, Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi.

Facere aliquam domum religioſam. Cic. de Aruſp. reſp.

Limina religioſa deorum. Virg. 2. Æneid.

Res religioſiſſimæ, & Nefas, contraria. Cic. 2. de Inuent.

Religioſum eſt quod iurati legibus indicauerunt. Cic. 1. de Inuent.

Religioſum eſt id facere, Vulgus dicit *Facienda eſt conſecutudo*. Liuius 2. ab Vrbe.

Religioſum habere. Plin, lib. 28. cap. 4.

¶Religioſus, Fidelis. Cic. pro Cecin. Huic ego teſti gratias agam quòd & in te miſericordem ſe præbuit, & teſtimonio religioſum. Ita Budæus. Rurſum Cic. lib. 4. de Fin. Religioſiſſimus teſtis.

¶Religioſus, aliquãdo pro Superſtitioſo ponitur. Terẽt. Heaut. 4. 1, -vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus Religioſæ.

Religioſè, pen. prod. Aduerbium {θεοσεβῶς.} Id eſt ſolicitè & accuratè, inquit Budæus. Colum. lib. 3. cap. 10, Nihil curioſè, nihil religioſè adminiſtrant.

Religioſiſſimè colere templum aliquod. Cic. 2. de Inuent. Templum Iunonis, quod religioſiſſimè colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt.

Religioſè teſtimonium dicere, Fideliter. Cic. pro Cælio, Verum temeraria, procax, irata mulier finxiſſe crimen: an grauis, ſapiens, moderatúſque vir religioſè teſtimonium dixiſſe videatur.

¶Religioſè, pro Subtimidè & verecundè. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 28, Faciamque id quod debent facere hi qui religioſè & ſine ambitione commendant.

Religo, religas, pen. cor. {ἀναδέω} religãre, Ligare ſignificat, aut fortius ligare. Colum. lib. 2, Diutiuſque perennat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata eſt.

Claſſem religauit ab aggere. Virg. 7. Æneid.

Funiculus à puppi religatus. Cic. 2. de Inuent.

Ab humeris religatus funis. Plin. lib. 9.

Religatus ad. Cic. 1. Tuſcul. Trahit Hectorẽ ad currum religatum Achilles. Colum. lib. 12. cap. 44.

Religare ex. Caius, D. de diuiſione rerum. l. riparum, Funes ex arboribus religare.

Religare in. Plin. lib. 2. cap. 65, Religetur in mali cacumine.

Funem religare in querno ſtipite. Ouid. 4. Faſt.

Catena religari. Ouid. epiſt. 10.

Claſſem religauit littore, Alligauit. Ouid. 13. Metam.

Robora catenis religare. Lucan. lib. 2.

Religare lineo funiculo. Colum. lib. 7. cap. 10.

Iuſſu ipſius quadrigis religatus, ac in diuerſa diſtractus eſt. Plin. de Viris illuſt.

¶Religare religionibus bona alicuius, pro Conſecrare alicui deo. Cic. pro Domo, Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum plebis facere. nũquid igitur is bona Lentuli religionib. religauit? &c.

Religatus, pen. prod. Participium {ἀναδεδεμένος.} Horat. 4. Carm. ode 11,

-eſt hederæ vis

Multa, qua crines religata fulges.

Nodo religatus brachia. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Si prudentia extrinſecus religata pendeat. Cic. 3. Tuſc.

Somno religata agmina. Claud. 4. Paneg.

Religatio, religationis, Verbale {ἀναδεσμος.} Cic. de Senect. Et ipſa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum cõiugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque.

Relino, relinis, pen. corr. releui & relini, pen. prod. relitum, pen. corr. {ἀπαλείφω} relinere, Quod obturatũ erat aperire. Terent. Heaut. 3. 1, Releui dolia omnia, omnes ſerias. Plaut. Sticho, 1, 4,

Nolo ego nos pro ſummo bibere: nulli relerimus poſtea. Pro releuerimus. Id eſt, nulli deinceps vinum deprompſerimus. Cic. ad Attic. lib. 1, Quotus enim quiſque eſt qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit?

Relinquo, relinquis, reliqui, pen. prod. relictum {λείπω, λιμπάνω, ἀπολείπω ἀποκλιμπάνω, μετα είπω, μεταλιμπάνω, ὑπολείπω ὑπολιμπάνω} relinquere, Notæ ſignificationis. Plaut. Moſtel. 4,

Reliquit, deſeruitque me. Cæſar 5. belli Gall. In litore molli atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat.

Relinquere ab ſe aliquem. Plaut. Trucul.

Prætereo ac relinquo. Cic. 5 Verr.

¶Relinquere, Eſt aliquid pro ſuo alicui dimittere ſeu legare. Plautus Aulul. 3,

Agri reliquit ei non magnum modum, &c. Terent. Phor. 2. 3,

At ſi talentùm rem reliquiſſet decem, primus eſſes, &c.

¶Relinquere aliquẽ, pro Nolle iuuare. Cic. ad Silium, lib. 13, Tantum à te petimus vt agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quæſtum.

Aculeos relinquere in animis auditorum, Vide ACVLEVS.

Æs alienũ relinquere. Cic. pro Quintio, Propterea quòd C. frater aliquantum eris alieni reliquerat. Id eſt, mortuus fuerat non perſoluto ære alieno.

Sublimis, cupiduſque, & amara relinquere pernix. Horat. in Arte.

Amicitiam relinquere. Cic. 2. de Finib. Quid ages tandem, ſi vtilitas ab amicitia (vt fit ſæpe) defeceritne relinquẽs?

Animam relinquam potius, quàm illas deſeram. Id eſt, Moriar potius, ſiue mori me malim. Terent. Adeph 3. 4.

Relinquit eam animus, pro Deficit, ſiue cõcidit animo. Plaut. Mil. 2. 0. Et in Menæch. 17, Reliquêre vires.

Arraboni relinquere. Terent. Heaut. 3. 3,

Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. Id eſt in pignus.

Certatio relinquitur mihi cum aliquo. Cic. 2. de Finib. Ita cæterorum ſententiis ſemotis relinquitur, non mihi cum Torquato, ſed cum virtute certatio.

Comites in valle reliquit. Ouid. 3. de Arte.

In commentariis relinquere. Plin. lib. 29. cap 4. Sub. ſcriptum.

Curionem quondam concio reliquit. Cic. de Claris. Orat.

Confectum relinquere. Cic. ad Attic. lib. 5, Illud tamen non deſinam, dum adeſſe putabo, de Cæſaris nomine rogare, vt confectum relinquas.

Conſolationem alicui relinquere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21, Vt vnam mihi conſolationem relinquas.

Conſuetudinem relinquere. Cic. 1. Acad. Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita, con ſuetudinem diſſerendi reliquerunt.

Relinquere conſultationi. Liuius lib. 5. bel. Pun. pro Remittere ad conſultationem.

Direptioni vrbem relinquere. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 1, Vrbem ſine legibus, ſine iudicijs, ſine iure, ſine fide relictam direptioni & incendiis.

Diis votiſque relinquere. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit

Fræna ſuus rector, quã dis, votiſq; reliquit. Pinus, Id eſt nauis pinea.

Dominos relinques, vt famulis ſolent. Catul. de Berecyn. 68.

Dubitationem relinquere apud aliquem. Cic. ad Trebonium, lib. 15 21, Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amaris.

In egeſtate relinquere. Cic. 3. Verr. Nemo iam Dolabella, neque tui, neque tuorum liberũm quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri poteſt.

Excuſationem relinquere ad aliquem. Cic. ad Attic. lib. 9, Etſi Ciceroni meo togam puram quum dare Arpini vellẽ, hanc eram ipſam excuſationem reliſturus ad Cæſarem.

A febre quartana relinqui. Cic. Attico, lib. 8.

Gaudia relinquere. Ouid. epiſt. 16.

Hæredem teſtamento. Cic. pro Quintio, Hæredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium.

Incertam relinquere aliquam, & vulnere mentis turbatam. Virg. 12. Æneid.

Incœpta ſila relinquit. Ouid. 6. Meram.

Infecta ſacra relinquunt. Ouid. 6. Metam.

Ita relinquitur, vt ea formata diuinari poſſint, quæ nulla nec arte, nec ſapientia prouideri poſſunt. Cic. 2. de Diuinat.

Limen. Virg. 5. Æneid.

Locũ admonitionibus. Cic. ad Lentul. lib. 1. 1, Sed planè nec precibus noſtris, nec admonitionibus relinquit locum. Id eſt, Nec ſe orari, nec ſe admoneri ſinit: adeò præſtat omnem diligentiam in tuo negotio.

Locum ſubtilitati nullum relinquere. Plin. lib. 35. cap. 10.

Locum vituperandi. Cic. ad Q. frat. lib. 2 8, Necui iniquo relinqueremus vituperandi locum. Id eſt, daremus anſam, &c.

Lucem. Virg. 4. Æneid.

Maturè relinquere aliquid. Horat. 2. epiſt. 1.

In medio relinquere. Cic. pro Cælio, Hîc ego iam rem deſiniam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam.

Memoriam alicuius rei. Cic. 2. Offic. Prodigi qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino ſunt relicturi.

Acrem ſui memoriam relinquit. Tacit. lib. 15, De aſperis facetiis.

Monimentum æternum audaciæ relinquere in ſermone hominũ. Cic. 3. Verr. Quo maximarum rerum frequentiſſimæ quotidie aduocationes fiunt: in eo loco, in ſermone hominum, audaciæ ſuæ monimentum æternum relinquere?

Negotia longa relinquere. Horat. 3. Carm. ode 5.

De tanto patrimonio nihil relinquere. Cic. pro Roſcio Amer.

Obſeſſionem alicuius oppidi. Pollio ad Cic. lib. 10. 33, Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionem reliquiſſet.

In opinione alicuius relinquere. Cic. 1. Verr. Verùm non id mihi ſumo Iudices, & hoc non modò in oratione mea non pono, ſed ne in opinione cuiuſquã relinquo, me omnibus patronis eſſe præpoſitum.

Incœptum dextra reliquit opus. Ouid. 2. de Arte.

Pauor oſſa reliquit. Virg. 3. Æneid.

Filio meo ſatis amplum patrimonium in memoria nominis mei relinquam. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15.

Pecuniam in quæſtu. Cic. pro Lege Manilia, Quid hunc hominem, magnum aut amplum de Repub. cogitare, qui pecuniam ex æ-

rario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem prouinciæ magistratibus diuiserit, aut propter auaritiam Romæ in quæstu reliquerit?

Præsidiũ relinquere castris. Cæs.1.bel.Gallici, Postridie eius diei Cæsar præsidium vtrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit.

Scriptum relinquere. Cic. de Claris Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis cõuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato. Id est, scripsit.

Spem relinquere. Cic 1.Tusc. Quam(nisi quid dicis)prætermittamus, & hanc totam spem immortalitatis relinquamus. Sic Cæsar 1.bel.Gall. Nequa spes in fuga relinqueretur.

In spe aliorum relinquere. Cic. 1. Verr. In quo quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe, quàm in oratione mea relinquere.

Studium rei alicuius. Cic.4.Academica, Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

In suspenso. Plin.ep st.248.

Suspicionem alicui. Suet.in Cæsare, cap.86.

Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras. Virg.4.Æneid.

Testamento aliquid alicui. Cic.3. Offic. Quum ei testamento sesterium millies relinquatur.

Verbum in ambiguo. Lucret.lib.4.

Verba imperfecta reliquit. Ouid.epist.13.

Vestigium amoris. Plin.lib.36.cap.5.

Vitam. Virg.4 Georg. Tacit.lib.4, Relinquendæ vitæ certus.

Vita reliquit eum. Lucret.lib.5.

¶Mihi ne vt dubitem quidem relinquitur. Cic.4.Acad.

¶Relinquitur, pro restat, siue reliquum est. Cic. ad Atticum, Relinquitur, vt si vincimur in Hispania, quiescamus.

¶Relinquendo. Ouid.3 Trist.eleg.13,

Inque relinquendo, quod idem fecere sodales,
Tu quoque dixisse tristis in vrbe vale.

Relictus, Participium {κατελειφθὼς} Terent. Eunuch 2.2,

-eho numnam tu hîc relictus custos,
Nequis fortè internuncius clàm à milite ad istam curritet?

Omnibus relictis mihi frequentem operam dedistis. Hoc est præter alios, vel præ aliis omnibus.

Relictus sum mihi. Plin.epist.213, Ab his quæ auocant abductus, & liber, & mihi relictus, nõ oculos animo, sed animũ oculis sequor.

Solus, inops, expes, letho, pœnaque relictus. Ouid.14.Metam.

At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ, Virg 9.Æneid.

Relictus ab omni honestate, Inhonestus. Cic.pro Rab.perdu.reo, Nemo est ioquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni nõ modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur.

Quid faciat? multum cæli post terga relictum. Ouid. 2. Metam. De Phaethonte.

¶Relictum æs alienum. Cic.pro Quintio.

Dissimilemque animum subiit, ætate relicta. Ouid. 7. Metam. De Æsone sene pristinæ iuuentuti restituto.

Relictum cuique arbitrium intelligendi. Plin.lib.6.cap.29.

Cursus relictos iterare. Horat.1.Carm.ode 34.

Fides relicta. Ouid.3 de Arte,

loci relicti. Horat.2.Carm.ode 1.

Siqua mei tamen est in te pia cura relicti. Ouid.2.Amor.eleg.16.

Officiis omnibus relictis. Horat.2.epist.2.

Rebus relictis, Vsitatum loquendi genus veteribus, quod idem valet atque rebus aliis omnibus relictis. Plaut. Epidico,

Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo. Lucret.lib.3,
-iam rebus quisque relictis
Naturam primùm studeat cognoscere rerum. Lambin.

Postes à tergo relicti. Virg.2.Æneid.

Insequitur Saliius: spatio post deinde relicto Tertius Euryalus. Virg.5.Æneid.

Inuidiam placare paras virtute relicta. Horat.2.Serm.satyr.3.

Vita tantummodo relicta est mihi. Ouid.4.de Ponto, eleg.16.

Reperere relicta. Horat.1.epist.7.

¶Relicta, loca sunt quæ limites non acceperũt, vt ait Frontinus de limitibus. Cic. in Rul. Vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet.

Relictio{ἐγκατάλειψις.} Verbale. Cic.3. Verr. Quibus illam relictionem proditionemq; Consulis, &c. Paulo antè dixerat, Consulem, exercitum, prouinciamque deseruit. Idem ad Atticum, lib.16, Quòd effugissem duas maximas vi uperationes. Vnam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere desperationis ac relictionis Reip. Aliqui legunt religionis, sed inepte.

Reliquus, pen cor. Adiectiuum{λοιπὸς, ὑπόλοιπος} Quod superest. Cæsar lib.1. Comment. Demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Cic.Curio, lib. 7 32, Reliquũ est vt officiis certemus inter nos.

Terent.Adelph.3.2, -hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus.

Perge reliqua, Vide PERGO.

Reliqua dies. Cic.pro P.Sestio, O reliquas omnes dies, noctesque eas, quibus iste à me non recedens Thessalonicam me, in Quæstoriumque perduxit.

Qualis in reliqua Græcia nemo. Cic. de Amic. Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.

Erant mihi oppida complura etiã reliqua, quæ adire vellem. Cic. 4.Verrina.

Operam reliquam dare. Plaut. Trucul.2.

Spes reliqua. Terent.Eun.2.2,

Itáne parasti te, vt spes nulla reliqua in te siet tibi? Cic, ad Brutum, lib.11.5, Spem reliquam nullam video salutis.

Tempus reliquum. Cic.3.Ver. Menses mihi tres quum eripuisse-

tis, ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis.

In reliquum tempus fa: cit Cic 1 de Lege agrar.

Spe reliquæ tranquillitatis, luctus fugere, Id est futuræ. Cic. pro Sextio.

Reliquum vitæ. Cic. 7. Verr. Et quod reliquum vitæ vitiumque fames fecerat, id ferro potissimum reddere volebat.

Reliqua vaticinationis breui confecta sunt. Cic.1.de Diuin.

Reliqui nihil fecit. Cic.5. Verr. Et quibus nihil non modò de fructu, sed ne de bonis quidẽ suis reliqui fecit. Id est, omnia absumpsit.

Reliqui nihil est ei. Cic. 5. Verr. Quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modò frumentum omne amittere, sed etiam omne instrumentum vendere cogeretur?

De reliquo velim tibi persuadeas, &c. Cic. 1. de Orat. Quoniam id quod difficillimum nobis videbatur, vt omnino de his rebus Crassum loqueremur, assecuti sumus: de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia quæ percunctati erimus explicaris, dimiserimus.

Reliquum est, vt de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero, & malo cognoscere. Cic.in quadam epistola.

In reliquum. Quintil. lib. 4. cap. 5, Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur.

Præter te neminem habeo reliquum, in quo, &c. Cicero Pæto, libro 9.15.

Reliquos facere, pro Relinquere: vt Missos facere. Cic. in Verr. Quos belli calamitas reliquos fecerat. Budæus.

¶Reliqui, pluraliter. Cic. 4. Acad. Sunt enim multi, qui omnino Græcas non ament literas, plures qui philosophiam, reliqui quietiamsi hæc non improbent, tamen, &c.

¶Reliqua, pluraliter{τὰ λοιπά.} vt Reliquorum ratio, Hoc est debitorum ab aliquo. Cic.ad Atticum, lib.16, Maximè autem meangit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata sunt, tamen quòd & Dolabellæ nomen in iis est, & attributio est mihi nominum ignota, contubor. Id est, quanquam sint soluendo qui mihi debent, vel non sit cõtrouersia persecutio. Idem ad eundem, lib.16. Plaut. Cist.4, Nunc quod reliquũ restat, volo persoluere, Vt expungatur nomen, nequid debeant. Plin.epistol. 37. lib 9, ad Pauliuum, Nam priore lustro, quanquam post magnas remissiones, reliqua creuerũt. Idem epist. 19. lib.3, Reliqua colonorum minuit ad tempus. Id est, debita contracta colonis. Budæus.

Reliqua. Subductis rationibus, & collatis creditorum debitorúmque nominibus, quũ eam pecuniam quam ipsi debemus, & quam alij nobis, redigimus in summam: id quod superat à nobis, reliqua dicuntur.

Reliqua mea Camillus scribit se accepisse. Cic. Attic. lib.6.epist.1. Id est, quæ mihi reliqua debentur.

Reliqua cõtrahere. Paulus De administratione tutorũ, l.L. Titius, Curator C. Seij tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio, qui Sempronius reliqua contraxit. Pandectæ Florent. & Haloander habent, traxit.

Reliqua trahere, quod alij contrahere dicunt. Paulus, ff. de administratione & periculo tutorũ. l. Lucius Titius, Curator Caij Seij tẽpore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio: qui Sempronius reliqua traxit. Sic enim habẽt Pandectæ Flor. & Haloander. Ibidem paulo pòst, Ex quibus quidam, quum reliqua traherent, idonei ipso tempore administrationis esse desierunt. Papinianus in l. Seruus si hæredi. § 1. D. De statuliberis, Quod rescriptum ita accipi debet: vt si reliqua non trahat, liber sit. Quòd si trahantia demum, si obtulerit eam quantitatem, quæ refundi debuit, ex fide veritatis. Est igitur Reliqua trahere, idem quod Reliquari.

Reliquatio, Verbale. Paulus in l. Qui nominibus. D. De administ. & peric. tut. Sed & si pupillus post puberitatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus vsuras acceptauerit: priuilegium suum non amittit in bonis tutoris venditis.

Reliquor. pen cor. reliquar:s{λοιπάζομαι} reliquári, Deponens, Æs alienum ex reliquis rationum contrahere. Paulus de administratione tutorum, l.L. Titius, Paulus respondit, non ex eo quòd adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conditione reliquatus est, agnouisse eum videri. Vlpianus de Muneribus & honoribus, l. Rescripto, Eos demũ debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione. Reip. reliquantur. Bud.

Reliquator, pen. prod. reliquatoris, Verbale, Qui reliqua cõtraxit: Qui integrum non soluit, sed partem æris alieni seruat sibi. Scæuola, De solutionibus & liberat. l. Creditor, Valerius L. Titij seruus scripsit, Accepi à Marino Materno ex summa maiore tot aureos. Quæro an hæc summa in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator? Budæus.

Reliquiæ, reliquiarum, pluraliter tantùm {λείψανα, κατάλειμμα.} Tametsi singulariter apud Plaut. legatur in Milite, 3,

At pedites tibi reliquia erant, si viuerent. tamen frequentius idem etiam author plurali vsus est: vt in Persa, 3,

Nunc huc intrò ibo, visam hesternas reliquias Qui euenerint.
Nihil reliquiarum extat. Lucret lib.1.

Reddere omnes animæ reliquias. Lucret.lib.3.

Cibi reliquiæ. Cic 2.de Nat.deor. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus.

Cœnæ vel prandij reliquiæ. Cic. ad Cassium, lib.12.4, Vellem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset.

Coniurationis reliquiæ. Cic. in Parad. Et reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuum scelus furoremque conuersæ.

Exercitus reliquiæ. Liuius, Reliquias duorum exercituum cura colligerent.

Febrium reliquiæ. Celsus lib.3.cap.4.

Reliquias flagitiorum colligere. Cic.4.Verrina, de Timarchide, Non solùm nummos siqui isti exciderant, tollere solebant, ex quibus pecuniam maximam fecit: sed etiam voluptatum, flagitiorúmque istius ipse reliquias colligebat.

Reliquiæ

Reliquiæ huius generis. Terent. Adelph. 3.3.

Motus vitalis reliquiæ. Lucret. lib. 2.

Reliquias vitæ membris ex omnibus aufert. Lucret. lib. 6.

Lacerare reliquias vitæ alicuius & distrahere, Vide LACER.

Reliquias persequi. Cic. de Senect. de Carthaginis euersione loquens, Quam palmam vtinam dij immortales Scipio tibi reseruent, & aui reliquias persequare. Id est, superioris Africani præscriptum sequare, & peragas incœptum. Bud.

¶Reliquiæ, pro Cineribus. Modestinus in l. Quidam. De cond. instit. Quidam testamento suo hæredem scripserat tali conditione, si reliquias eius in mare proiiciat. Plinius ad Traianum, de reliquiis sepultorum transferendis epistolam scripsit. Budæus.

Legere reliquias, & legere ossa: apud Sueton. in Augusto. Idem in Domitiano, capite 8, Monimentum, quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossáque & reliquias quæ inerant, mari mersit.

Receptæ reliquiæ ex ardente Troia. Virg.7.Æneid.

Colere reliquias suorum. Virg.4.Æneid.

Reloco, relocas, penult. corr. relocãre, Rursus locare. Vlpian. in l. Item quæritur. §. Si lege. D. Locati & conducti, Si in lege operis locandi comprehensum esset, vt si ad diem effectum non esset, alij relocare id liceret.

Reloquor, reloqueris, reloqui, Idem quod Eloqui. Var. lib. 5. de Ling. Latin. Hinc etiam amplius dicuntur eloqui ac reloqui in fanis Sabinis è cella dei, qui reloquuntur, &c.

Reluceo, reluces, penult. prod. reluxi{στίλβω, λευκαίνομαι} relucère, Valde lucere. Virg. 2. Æneidos,

-Sigæa igni fecta late relucent. Cic.2, de Nat.deorum,

Huic non vna modo caput ornans stella reluceat. Ex poeta. Liuius bel. Pun. lib.2, Relucens flamma.

Dies reluxit cæco. Hoc est, visum recepit. Tacit. lib.20.

Barba reluxit flammis. Virg.12.Æneid.

Focus reluxit viuo torre. Valer.3 Argon.

Vestis fulgore reluxit. Ouid.11.Metam.

Reluctor, reluctaris{ἀντιπαλαίω} reluctari, Repugnare, reniti siue obniti.

Dracones reluctantes. Horat.4.Carm.ode 4.

Hostis reluctans. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.

Ore reluctanti it equus. Ouid.3. Amor. eleg.4.

Reluctatus, penult. prod. Participium{ἀντιπαλαισθείς.} Claud. 1. de rapt. Proserpinæ,

Penè reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem. Id est, connuissis. Passiuè enim accipitur.

Reluo, reluis, relui, reluére, Est, inquit Festus, resoluere, repignerare. Cæcil. in Carine, Vt aurum & vestẽ, quod matris fuit, Reluat, quod viua ipsi opposuit pigneri. A Luo, luis, compositũ, quod est persoluo. Plautus Repignorat, reluit, vendit. Vsus est Cicero in Sallustiũ, vt in optimo codice legit Turnebus. Vnde tu, inquit, qui modò ne paternam quidem domum reluere potueris, repentè tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam in Tiburti C. Cæsaris, reliquasque possessiones paraueris?

Reluuia, reluuię, fœm. gen. à reluẽdo dicitur, grammaticis authoribus, quũ se cutis reluit, quod est resoluit circa vngues. Vnde Turnebus quam reduuiam dicunt, ipsa vocabuli origine adductus, cõtra fidem librorum omnium & famam, reluuiam libenter appellaret. Quod probaris, sequere.

Remacresco, remacresceis, remacrescere. Suet. in Domitiano, cap. 18, Postea calutio quoque deformis ventris obesitate, crurum gracilitate, quæ tamen ei longa valetudine remacruerant.

Remaledico, remaledicis, pen. prod. remaledixi, remaledictum{κατηχολογῶ} remaledícere, Maledictum maledicto retaliare. Sueton. in Vespasiano, cap. 9, de iurgio quodam Senatoris Equitisque Romani ita pronuntiauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fasque esse.

Remancipo, remancipas, penultima corr. {ἀναχειρόω} remancipâre, pro Mancipatam rem reddere, & iterum mancipare, hoc est redhibere. Boethius, Fiduciam inquit accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet.

Remancipatam Gallus Ælius esse ait quæ mancipata sit ab eo cui in manum conuenerit. Festus.

Remando, remandis, remandi, remansum, remándere. pen. corr. {ἀναμασσάομαι} Ruminare, rursus mandere. Plin. lib. 10. cap. 73, Pontici mures simili modo remandunt. Quintilianus lib. 11. cap 2, Deuoret initio tædium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eandem cibum remandendi.

Remaneo, remanes, penult. correp. remansi, remansum{μεταμένω, ὑπολείπομαι} Retro manere, persistere. Cic. 1. Tusculan. Exponegitur, nisi molestum est, primum si potes, animos remanere post mortem. Cæsar 3. bell. Ciuilis, An non auditis ex iis qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brunduſij factas?

Recedere ab aliquo, & Remanere in aliquo, contraria. Cic. 1. Offic. A peregrino recessit, & propriè in eo qui contrà ferret arma, remansit. De verbo HOSTIS loquitur, quod peregrinum olim significabat.

Remansit in mente. Varr. lib. 5. de Ling. Latin.

Cubito remanere presso. Horat. 1. Carm. ode 27.

Amicus remanens in duris rebus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.

Causa iniuriæ remanet. Cic. 1. Verr.

Effigies remansit non cognoscenda. Ouid. 9. Metam.

At manet in vita, cui mens animusque remansit. Lucret. lib. 3,

Incolumi remanent res corpore. Lucret. lib. 1.

Vestigia antiqui officij in illo remanent. Cic. pro Ros. Amer.

Remansio, remansionis, Verbale{μονή} Mansio. Cic. pro Ligario, Profectio certè animum tuum non debet offendere. non igitur remansio? multò minus.

Remansor, oris: pro Emansore dixit Arrius in l. 4. §. 13, de re milit.

Edicta faciebant, qui diu abfuisset, vt is inter remansores haberetur. Et l. 5. § 6, Si remansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei.

Remano, remanas, pen. prod. {ἀναῤῥέω} remanâre, Repetere, inquit Festus. Ennius lib. 5,

-deserunt riuos, campósque remanant.

¶Remanare, Refluere, Lucret. lib. 5,

Percolatur enim virus, retroque remanat Materies humoris. Id est, retrocedit.

Remant, Repetant, Ennius libro primo, -desunt riuos, campósq; remant. Certè eo verbo, eáque significatione vtimur Vocontini. Remere enim pignora, pro Repetere dicimus. Festus.

Remedium, remedij, à Medeor, mederis {ἀλεξιφάρμακον, αὐτοφάρμακον} Id quod medendi causa alicui morbo adhibetur. Terent. Heaut. 3.2,

-quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est. Idem. Aud. 3.1,

Quod remedium nunc huic malo inueniam? Cic. 3. Verr. Quod est igitur remedium?

Ratio certa remedij. Lucret. lib. 6.

Acre remedium. Cic. pro Cluentio, Acrioribus sa'uti suæ remediis subueniendum putauit.

Aspera. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Lene. Liu. 2. ab Vrbe.

Remedium & alleuamentum. Cic. pro Sylla, In aduersis fortunis sine vllo remedio atque alleuamento permanere.

Incommodorum remedia Cic. Luceio, lib. 5. 12.

Remedium vnum incommodis. Cic. 1. Verr. Quum hoc vnum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, vt homines idonei atque integri causam Reipub. legumque susciperent.

Remedium contra tonitrum, clauus ferreus sub stramine uuorum positus. Plin. lib. 10. cap. 54.

Efficax remedium. Celsi lib. 3. cap. 18.

Eximium remedium Plin. lib. 27. cap. 12.

Salutare. Firmicus lib. 6. cap. 34.

Singulare. Plin. lib. 26. cap. 8.

Scatet remediis vrtica. Plin. lib. 22. cap. 13.

Tentare remedia. Celsus in præfatione lib. 1, Quòd si iam incidat mali genus aliquod ignotum: non ideò tamen fore medico de rebus cognitandum obscuris, sed eum protinus visurum, cui morbo proximum sit, tentaturumque remedia similia istis, quæ vicino malo sæpe succurrerunt: & per eius similitudinem opem reperturum,

Adhibere remedium, Vide ADHIBEO.

Cedere remediis, Vide CEDO.

Comparare remedium ad frigorum magnitudinem. Cic. 7. Ver. Primum temporibus hybernis, ad magnitudinem frigorũ, & ad tempestatum vim ac fluminum præclarum sibi hoc remedium cõparat.

Habere remedium, & vti remedio. Cic. 2. de Natur. deor. Auditum est pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperuntur, remedium quoddam habere, quo quum essent vsæ, non morerentur.

Inuenire remedium alicui rei. Cic. 13 Philipp. Veneficium audes appellare cum virum qui tuis veneficiis remedia inuenit?

Lenire molli & leui manu remedia aspera. Quintilianus lib. 2. cap. 4.

Pati remedium. Liuius 1. ab Vrbe, in Præfat.

Quærere remedium. Cic. 5. Verr. Non inquam, perpetrèrè, vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac suspendio quærerent.

Quærere remedium ad aliquam rem. Cic. pro Cluentio.

Reperire remedium. Cæsar. 3. bel. Ciuil.

Remedio, remedias, remediãre, Curare, Sanare. Scribonius Largus, Constat inter plures, & crocodili testiculum ex aquæ cyathis tribus sumptum multos remediasse. Idem, Illud non oportet ignorare, sanari hoc vitium quum cognitum est, aliquibus: viros facilius mulieribus remediari.

Remediatus, penult. prod. Participium. Scribonius Largus, Oportet tamen non indifferẽter remediatos in futurum viuere. Paulo pòst, Antè quàm remediati erunt.

Remediatio, remediationis, Verbale. Scribonius Largus, Quod signum est remediationis.

Remedialis, & hoc remediale, penult. prod. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorẽ, Perunctus vnguentis remedialibus. Macrob. lib. 7. Saturn. ad finem, Inest æri vis quædam remedialis & siccifica, quam dimittit in vulnere.

Remeligines, & remoræ à morando dictæ sunt. Plautus in Casina, Nam quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines. Iranius in Prodito,

Remeligo à laribus missa sum. Lucilius,

Quænam vox ex te resonans, meo gradu remoram facit. Festus.

Remeo, remeas, pen. cor. {ἀναπορεύομαι} remeâre, Retrromeare, redire, reuerti. Plaut. Asin. 5,

Remeato audacter, mercedem si eris nactus. Martial. lib. 1. 99.

Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.

¶Remeare, redire, vt Commeare, vltro citroque ire. vnde Cõmeatus dari dicitur, id est tempus, quo ire, redireque possit. Afranius in Emancipato,

Vetuit me sine mercede prosum paucis remeare in Iudum. Festus.

Remeare ad. Virg. 2. Æneidos.

Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos.

Remeare ex. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Idemque faciunt, quum ex Italia trans mare remeant.

Vrbem remeare. Virg. 11. Æneid.

Remeat aer. Cic. 2, de Nat. deor. Neque remearet aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset.

Remeat pestifer calor. Plin. lib. 7. cap. 50.

Dies remeat. Tibul. lib. 1, eleg 4.

¶Remeare in se, pro Replicari, siue reuolui. Seneca epist. 36, Obserua orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil

extingui, sed vicibus descendere ac resurgere.
Remeant aquæ. Plin. lib 6. cap. 27.

Remeans, Participium {ἀναπορθούμενος.} Tacit. lib. 1, Caium remeantem Armenia, & vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercæ Liuiæ dolus abstulit.

Remeandi, remeando, remeandum, Gerundium. Lucret. lib. 4,
-aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Lædere ne possint, &c. Id est, in redeundo.

Remeatus, huius remeatus, pen. prod. Martianus in l. Relegati, in fine. D. de pœnis, Nemo potest commeatum remeatúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. *Rappel de ban.* Bud.

Remetior, remetiris, pen. prod. remensus sum {ἀναμετρῶ} remetíri, Rursum metiri. Aliquando etiam reddere. Plin. epist. 164, Iam mihi reddita incipit resici, transmissúmque discrimen conualescendo remetiri.
Astra feruata remetior. Virg. 5. Æneid.
Iter remensus. Stat. 3. Thebaid.
Mari remenso ire. Virg. 3. Æneid.
Remetiri pelagus. Virg. 2. Æneid.
¶Remetiri, pro Recognoscere. Seneca 3. de Ira, Quum sublatum è conspectu lumen est, & conticuit vxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum seruitor, facta ac dicta mea remetior.
¶Remetiri, pro Pensare vel remunerari. Quintilian. Declamat. 12, Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus.

Remensus, Participium. Martial. lib. 6. 89,
Ille fide summa restæ sua vitæ remensus.
Remensum spatium. Lucret. lib. 2,
Finitu'est, retroque pari ratione remensum'st.

Remex, Vide REMVS.

Remigero, remigeras, remigerâre, Reuerti. Plaut. Perf. 18,
Crucienam hanc emere aut facere, vt remigeret domum. Antiquè pro Remigrare.

Remigium, Remigo, Vide REMVS.

Remigro, remigras, pen. cor. {ἀναπορεύεσθαι} remigrâre, Iterum migrare, reuerti. Cic. 1, Tusc. In nostram domum remigremus. Idem 1. Acad. Remigrare in domum veterem è noua.
In locum remigrant. Lucret. lib. 2.
Romam tibi remigrandum est Cic. Pæto. lib. 9. 18.
Atque ei ne integrum quidem erat vt ad iustitiam remigraret. Cic. 5. Tusc.
Remigrare, ad alia translatum. Plautus Pœnulo, 2,
Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. Idem Epid. 11,
Remigrat animus nunc demum mihi.

Reminiscor, remiuiscerís, pen. cor. {ἀναμιμνήσκομαι, μεμνημαι} reminíscí, Recordari: quod sit quum ea quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro lib. 5. de Ling. Lat. quasi iterum rem in mentem reuocare. Iungitur aliquando genitiuo, aliquando etiam accusatiuo.
Genitiuo. Cic. ad Atticum, lib. 4, Reminiscebantur enim Calendarum Ianu.
Accusatiuo. Cic. Antequam iret in exilium, In nostro euentu aliorum reminiscentes casus.
Animo reminiscí aliquem. Ouid. de Ponto, eleg. 9,
Nam modò vos animo dulces reminiscor amici.
Actus miseros reminiscitur. Stat. 12. Thebaid.
Reminiscor illis dies. Accius apud Nonium, Heu me miserum, quum hæc recordor, quum illos reminiscor dies.
Tempus illud reminiscitur mœrens. Ouid. 5. Trist. eleg. 5.
Reminisci & recordari aliquid. Cic. de Senect. Magno esse argumẽto homines scire pleraque antè quàm nati sint: quòd iam pueri quum artes difficiles discunt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci & recordari.
Reminisci de re aliqua. Cic. pro Ligario, Quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenij tui, te aliquid de huius Quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam Quæstoribus reminiscentem recordari.
Reminiscendo recognoscere. Cic. 1. Tusc. Declarate se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere.

Remisceo, remiscees, remiscui {ἀναμίγνυμι} remiscére, Idem quod simplex Misceo. Horat. in Arte,
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet.

Remistus, remista, remistum, Participium. vt Venenum remistum. Seneca lib. 2. de Tranquil. vitæ, Venenum mihi dedit aliquis, sed vim suam remistam cibo perdidit.

Remitto, remittis, remisi, penult. prod. remissum {ἀναπέμπω, ἀναστέλλω, ἀίημι, ὑφίημι, χαλάω, ἐνδίδωμι} remittere, Retro mittere, vt ait Sipontinus. Plautus,
Munera accipit frequens, remittit nunquam.
Dona remittunt non leuiora datis. Ouid. 13. Metam.
Remittere, primo loco: & Mittere, secundo. Cic. Tironi lib. 16. 1, Volebam ad te Marionem remittere, quem quum meliusculè tibi esset, ad me mitteres.
Ablatiuo pretij aliquando iungitur. Curtius libro 4, Captiuos si placet reddi, honestius dono dabimus, quàm pretio remittemus.
¶Remittere, Rursus mittere, Reddere. Colum. lib. 1. cap. 6. Plin. lib. 9. cap. 18, His aquam acceptam ore remittunt.
¶Remittere, Concedere, condonare, dimittere, ignoscere, datiuo construitur. Cic. 5, Verr. Verùm hoc quoque vobis remitto, negligite præterita stultitias.
Remitto & condono. Varinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Meam animaduersionem & supplicium quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono.
¶Remitto, Permitto, sino, concedo. Ouidius 11. Metamorphoseos,
Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.

Remittere alicui aliquid, Concedere. Cic. 4. Acad. Sed tibi aut concedendum est ita esse, quod minimè vis: aut memoriam mihi remittas oportet, & facile esse ei locum, etiam si comprehensio, perceptioque nulla sit. Id est, Concedas mihi memoriam esse.
Vrgere, & nihil remittere. Cic. 4 de Fin.
¶Remittere, Demittere: cui contrarium est Erigere. Plinius lib. 8. cap. 32, Quum erexere aures, acerrimi auditus: quum remisere, surdi.
¶Remittere, pro simplici mittere apud antiquos. Lucilius,
Cobibet domi mœstus se Albinus: repudium quod filiæ remisit. Nonius.
Remittere aliquem sub furca. Plaut. Casina,
Sine modo rus veniat, remittam ad te virum
Sub furca in vrbem, tanquam carbonarium. Quo loco Turnebus, Furca apratigestabantur carbones, & furciferi serui sub furca plectebantur, & in exemplum traducebantur. Æruminæ etiam furculæ erant, quibus onera rollebantur ferebanturque. Hæc ille.
¶Remittere, Cessare. Terent. And. 5. 1, Nam si cogites, remittas iam me onerare iniuriis.
¶Remittere ædes quas emeris. Plaut. Mostel. 10.
Remittere annum alicui. Plin. epist. 155, Rursus ergo iis qui soluerant, eius quod soluerant, decimam remisi.
Animum remittere, Delectare, inquit Nonius: cui contrarium est Intendere. Cic. in Hortensio, Quæro enim non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem, ac remittam.
Remittere animum à. Liuius 9. bel. Maced. Nunquam tamen remisit animum à colligendis in pace viribus, quibus quandocunque data fortuna esset, ad bellum veteretur. Id est, nunquam cessauit colligere vires, &c.
Remittere & contrahere animos dicitur cantus. Cic. 2. de Legib. Et incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.
Ardorem pugnæ remittere. Liu. 5. bel. Maced. Hoc est minuere.
Beneficium. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Integramque causam ad Senatum remittit. Tacit. lib. 3.
Contentionem. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Culpam remittens. Valer. 3. Argon. Id est condonans.
Curas remittens. Stat. 4. Sylu. 6.
Curam animi remittere. Cic 6. Verr. Quum diutius in eo negotio, curaque fueram, vt requiescerem, curamque animi remitterem, ad Carpinati prælaras tabulas reuertebar.
De supplicio remittere. Cic. 7. Verr. Aliquid de summo supplicio remitteres. Id est, minueres supplicium.
De suo remittere. Cic. pro Rab. Posth. Neque fuit Gabinij, remittere tantum de suo, nec regis imponere tantum pati suis.
De custodia remittere, Negligentiorẽ fieri. Col. lib. 1. ca. 8. ad finẽ.
De voluntate nihil remittere. Brutus Attico in Epist. ad Brutum, 17. 10, Persuade tibi de voluntate mea nihil esse remissum, de iudicio largiter.
Debitum remittere. Cic. Attic. lib. 13, Ne existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros.
Dolores pedum remiserunt, Id est remissiores sunt. Vide DOLOR.
Remittere ex. Plin. epist. 194, Vis tu remittere aliquid ex rugis? Ex virtute priscina remittere aliquid. Cæsar 3 bel. Ciuil.
Ex pecunia remittere. Cic. 5. Verr. In illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remiserit, quam ipse quæsierat.
Febres ex toto remittuntur. Celsus lib. 3. cap. 12, Horror autem eas ferè febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur.
Fila incœpta remisit. Ouid. 2. Fast.
Fræna remittere equo, Laxare. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Frænos remittere dolori, per translationem. Plinius epistol. 104. libro 5.
Frontem remittere. Minus seuerum effici. Plin. Iunior lib. 2. ad Lupercum, epist. 5, Idem tamen qui à te hanc austeritatem exigo, cogor id quod diuersum est postulare, vt in plerisque frontem remittas.
Furor ille se remisit. Ouid. epist. 4.
Habenas adducere & Remittere, contraria. Cic. de Amic.
Horam remittere de suis legitimis horis, Prætermittere, præterire. Cic 3. Verr. Hic tu fortasse eris diligens, nequam ego horam de meis legitimis horis remittam.
Hyems se remittit Vere. Tibul. lib. 3. eleg. 5.
Remittere adolescentiæ alicuius, remittere lacrymis. Plinius epist. 198.
Imbres remiserunt. Liu. lib. 10. bel. Maced. Hoc est cessarunt, vel minores fuerunt.
Inimicitias suas remittere Reip. Liu. 9. bel. Maced.
Intercessionem remittere, Cessare ab intercessione. Liuius 8. bel. Maced.
Iracundiam. Cicero 8. Philippica, Quotidie aliquid iracundiæ remittebat.
Iras. Virg. 4. Georg.
Ius alicui. Martial. lib. 1. 96.
Labores remittere. Cessare à laboribus, siue minus & parcius laborare. Martial. lib. 10 82.
Legem. Curtius lib. 6, Legem se supplicio coniunctis sontium remittere edixit.
Librum remittere dicitur arbor, quando librum sua sponte relinquit. Colum. lib. 11. cap. 2, Possuntque si iam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari.
Mandata remittere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.
Memoriam remittere. Cæs. 6. bel. Gall. Quod ferè plerisque accidit, vt præsidio literarum diligentiá in perdiscendo ac memoriam remittant,

remittant. Id est, memoriam non curent, & negligant meminisse.
Multam remittere, Vide multam dicere, in DICO.
Neruos remittere, & Intendere, contraria. Plin. lib. 26. cap. 10.
Nomen remittere. Tacitus libro 20, Vim principis complecti, nomen remittere.
Numeros in cantu. Cic. 1. de Leg. Quemadmodum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu remiserat.
Nuntium ad aliquem. Plaut. Capt. 7.
Nuntium remittere vxori, Repudiare vxorem. Cicero in Topic. Si mulier quum fuisset nupta cum eo cui connubij ius non esset, nuntium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur.
Officium alicui remittere, cui opponitur Exigere. Plin. epist. 143. Id est condonare.
Opera remittere Liu. 10 bel. Pun.
Opinionem. Cic. pro Cluent. Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis: si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eámque animis vestris aut libẽtibus aut æquis remittatis. Id est, discedatis ab ea.
Pœnam. Liu. 10. bel. Maced.
Repudium remittere, Repudiare. Terent. Phorm. 5. 8.
Remittere saporem, pro Mitiorem reddere vel temperare. Seneca de Prouident. Non mutant saporem maris, neque remittit quidem.
Sonum vocis intendere & Remittere, contraria. Cic. in Orat.
Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam. Cic pro Flacco.
Nullum remittis tempus, neque te respicis. Id est non cessas. Terent. Heaut. 1. 1.
Aspera verba remittere alicui, Id est non acrius obiurgare aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6.
Vincula sæua. Ouid. 2. de Arte.
Voluntate remittere. Liu. 5. bel. Maced.
Vulrum. Ouid. 2. de Ponto, eleg 2.
Lege remissum, Concessum lege. Ouid. 3. de Arte.
Thyades membra remissæ. Senec. OEdipo, 5.

Remittor, remitteris, Passiuum, pro Interquiesco, occupationes intermitto, & animum remitto. Plin. iunior lib. 1. epist. 16. Erucio, Est ergo meeum per diem totum: eundem antequam scribam, eundem quum scripsi, eundem etiam quum remittor, non tanquam eundem lego.

Remissus {ἀνειμένος, ἀνετος} Participium, siue Nomen ex participio, Laxus, negligens.
Tritus & Remissus, contraria. Cic. pro Cælio, Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè: cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter: cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere.
Remissus & Acris, contraria. Cic. 3. de Finib. Quanquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamen hæc acrior est cum Stoicis parata contentio.
Remissiorem esse, & summo iure contendere. Cic. ad Attic. lib. 16, Ego, si me non improbissimè Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, vtrum remissior essem, an summo iure contenderem.
In vicissendo remissior. Cic. Post reditum ad Quirites.
Remissus animo. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Mente remissus. Claud. 2. Paneg.
Remissior æstimatio, quàm annona. Cic 5. Ver. Remissior aliquanto eius fuit æstimatio, quàm annona.
Ambage remissa. Ouid. epist. 7, Hos populos potius in dotem ambage remissa Accipe. Id est, omissa. Alij legunt, ambage remota.
Remissus animus. Cic. 2. de Diuinat. Hæc scilicet in imbecillo, remissóque animo multa omnibus modis confusa & variata versantur.
Leni animo & remisso esse. Cic. 2. de Orat.
Contentum & Remissum corpus, contraria. Cic. 2. Tusc. Quæst. Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.
Digitos inter remissos cecidere pocula. Propert. lib. 4. eleg. 9.
Remissius dicendi genus. Cic. pro Sextio, Facit, Iudices, vester iste in me animorum oculorúmque contuitus, vt mihi iam liceat putem remissiore vti genere dicendi.
Remissius frigus. Cæsar 5. bel. Gall.
Opus remissum, Humile & non magnæ artis, aut magni laboris. Ouid. 2. Trist.
Pectus remissum, Vide PECTVS.
Ramus adductus, quum remissus esset, in oculum recidit. Cic. 1. de Diuinat.
Sanguis è pulmone remissus, Id est eiectus. Ouidius 1. de Ponto, elegia 4.
Remissa temporibus studia. Cic. 1. Tusc.
Remissus, Solutus febri. Plin. iunior li. 7. epist. 1, Quinetiam quum perustus ardentissima febri, tandem remissus vnctúsque, acciperem à medico potionem, &c.

Remissio, remissionis {ἴνδυσις, ἄνεσις, πάρεσις, ἄνεσις} Verbale. Plin. iunior lib. 4. epist. 3. ad Hadrianum, Ego tamen te vel magis in remissionibus miror. nam, &c. Alij legunt remissoribus, id est leuioribus, & hilarioribus. Sic apud Cic. 4. in Catil. Remissio pœnæ.
Remissio, Relaxatio & dissolutio. Cic. Metello, lib. 5. 2, Si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.
Quies & remissio. Cic. pro Cælio, Quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectarent.
Danda tamen est omnibus aliqua remissio. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Non inutilis laborum remissio. Quintil. lib. 3 cap. 8.
Remissio morbi senescentis. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27, Visa est mihi vel loci mutatio, vel animi æterna relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse.
Remissio animorum. Cic. ad Patrum, lib. 9 24, Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus, remissionémque animorum, quæ maximè efficitur sermone familiari qui est in conuiuiis dulcissimus.
Remissio & moderatio vocis. Cic. de Clar. Orat.
Contentio vocis & Remissio, contraria. Cic. 2. de Orat.
Remissio & contractio superciliorum. Cic. 1. Offic. Ex oculorum obtutu, ex elevatione, aut superciliorum remissione, aut contractione.
Remissio pensionis. Suet. in Iulio, cap. 20.
¶Remissiones. Tacit. in vita Agricolæ, Iam verò tempora curarum remissionúmque diuisa.
¶Remissio, aliter. Colum. lib. 1. cap. 7, Nam vbi sedulò colitur ager, plerunque compendium, nunquam detrimentum affert, eóque remissionem petere colonus non audet. *Rabais de son marché.*

Remisse. Aduerbium {ἀνειμένως.} Leniter vel laxè. Sallustius, Pauca timidè, remisséque locutus absceſſit.
Remissè, Lentè, & veluti remisso, id est laxato animo. Cic. 3. de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractarit? Nonius remissè hoc loco, læto animo interpretatur.
Remissè disserere, & Neruosè, contraria. Cic. 3. Offic. Neruosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit: qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere.
Remissius agere. Cic. 1. de Finib. Quidam autem non id tam reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, támque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Agere versum leniter, remissè, non actuosè. Cic. 3. de Orat.
Remissè, leniter, vrbanè agere cum aliquo, cui opponitur Grauiter, seuerè, prisce. Cic. pro Cælio.
Remissè & Vehementer, contraria. Cic. 6. Verr. Quum iste nihilo remissius atque etiam multo vehementius instaret quotidie.

Remissarius, Adiectiuum {ἀνετικός.} vt Remissarius vectis in fuscula torcularis, qui frequenter remittitur: vel qui ad remissionem factus est. Cato cap. 19, Vectes longissimos pedum decem & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim.

REMOBOTH, monachorum genus apud Ægyptios deterrimum. Rhodiginus libro 10 antiquarum lectionum cap. 4, Quia verò Antonij anachoritæ facta mentio est, ambigéntque forsan multi, quæ sit cognominis eius ratio: sciendum in Ægypto tria fuisse monachorum genera. Quidam cœnobitæ dicebantur, vel eius gentis lingua *Sauites*. Alij anachoritæ, qui deserta ferè incolebant: vnde & nominis profluit ratio, ex Græcæ linguæ interpretamento. Tertios Remoboth appellant, deterrimos, negligentióſque: quibus mos est, vt bini terníve habitent simul, suóque viuant arbitrio, conquisita in medium conferentes. Verùm apud eos omnia affectata, laxæ manicæ, follicantes caligæ, vestis crassior, crebra suspiria, inquit Hieronymus.

Remolior, remoliris, pen. prod. {ἐκκινῶ} remoliri, De suo loco pellere. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáque & magnos deuoluere corpore montes. De Typhoeo. Hoc est, excutere: vel decutere & demoliri.
Arma remolitur. Silius lib. 1. Id est retractat, & instaurat.

Remolitus, pen. prod. Participium: vt Orbis remolitus. Seneca Hercul. furent. 6.

Remollio, remollis, remolliui, remollitum {ἀναμαλάττω} remollíre, pen. prod. Valde, vel rursus mollire. Colum. lib. 2. cap. 12, Nihil itaque amplius in iteratione, quàm remolliri terra debet æqualiter.
Artus tactos remollit Salmacis. Ouid. 4. Metam.

Remollitus, pen. prod. Participium {ἀναμαλακηθείς.} Suet. in Augusto, cap. 79, Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeò tranquillo serenóque, vt quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quominus vt destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquij propius admissus, in præcipitium propelleret.

Remolleſco, remolleſcis {ἀναμαλάττομαι} remolléscere, Molle fieri. Cæsar 4. bell. Gall. Vinum ad se importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effœminari arbitrantur.
Cera remolleſcit sole. Ouid. 10. Metam.
Sole remolleſcit, quæ frigore constitit vnda. Ouid. 9. Metam. ad finem fabulæ Byblidis.
¶Remolleſcere, per translationem, Mitem & placatum fieri. Ouid. 1, Metamorphoseos,
-precibus si numina iustis
Victa remolleſcunt, si flectitur ira deorum.

REMONIVM, locus iuxta vrbem, quem ad inauguranda templa Remus cepit. Alexander libro 6. Genialium dierum, cap. 11.

REMORA, A Remo, Romuli fratre, appellatio. Ennius apud Ciceron. Curabant vrbem Romam Remorámne vocarent. Sic in manuscriptis. Editi habent Romámne Remámne vocarent. Turnebus priorem scripturam magis probat.

Remora, Vide REMOROR.

Remorbeſcere {ἀναπάσχω} In morbum recidere, inquit Festus. Verbum antiquum.

Remordeo, remordes, remordi, remorsum {ἀνατίθεμαι} remordẽre, Mordere eum à quo quis est morsus.
Remordere, Cruciare, sollicitare. Virg. 1. Æneidos,
-quando hæc te cura remordet.
Cura remordet me. Claud. de bello Getico.
Præteritísque admissa malis peccata remordent. Lucret, lib. 1,
Animus conscius remordet. Lucret. lib. 4.

Remorsurus, pen. prod. Participium {ἀνατίθεμαι} Horat. Epod. 6,
Quin huc inanes, si potes, vertis minas,
Et me remorsurum petis?

Remores, pen. corr. Aues in auspicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Festus.

Remoror, pen. corr. remoraris {ἀναβάλλω, ἀνέχω, ἀίσσω, παρέχω} remorári, Retardare. A remora piscẽ, vt ait Donatus. Terent. And 4. 4,

-nequod vestrum remorer commodum, Idem Eunucho,2.3,
Vt illum di,deæque senium perdant,qui me hodie remoratus est.
Ituros remorati.Ouid.12 Metam.
Verba & preces puellæ me remorantur. Propert.lib.1. ad Tullum, elegia 6.
Remorari aliquem à re aliqua. Cic. 1.in Catil. Num vnum diem postea L. Saturninum Trib.pleb.& C.Seruilium mors à Reipub.pœna remorata est?
Remorari gradum.Plaut.Perſa,3.
Irer. Ouid.11.Metam.
Pœnam. Vlpian.in l.Si quis filio.§. Quid tamen.D. De iniusto testamento.
Spes alicuius. Cic.ad Attic.lib.3,Scito te me iis epistolis potius, & meas spes solitum esse remorari.
Remorari,sine casu. Liuius 7.Bell.Maced. In deteriore sua fortuna pacem faciet rex,quia serius facit,quàm facere potuit.si nunc remoratus fuerit,&c. Vetus codex habet moratus. Plaut.Casin.19, Nam quid illæc nunc tam diu intus remoratur,quasi ob industriam?
Non diu remoratus es.Catul.in Epithal Mallij,56.

Remoratus,pen.prod.Participium {ἀναβεβλημένος.} vt
Calamitas remorata longius serpit.Cic.Anteq iret in exil.

Remorans,pen.corr. {ἀναβαίλων} Aliud participium.Ouid.6.Fastorum, Et fugiunt fræno non remorante dies.

Remora,remoræ,pen.corr. {παρίλυσις} Retardatio dicitur.Lucilius, Quæ vox ex te resonans meo gradu remorâ facit? Plaut.Trinum.3, Quæ in rebus multis obstant,odioſæque sunt, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remora {ἴχενηὶς} Animal aquatile,admodum breue: à remorando nomen trahens, quòd nauem cui adnixum sit, remoretur. Plin.lib.32. cap.1, Tamen omnia hæc paritérque eodem impellétia vnus ac parvus admodum piſciculus echeneis appellatus in se tenet.Ruant venti licet,& sæuiant procellæ,imperat furori,vitéſque tãtas compeſcit, & cogit stare nauigia:quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. Et paulo pòſt,E noſtris quidam Latinis remorã appellauere eum.

Remoueo,remoues,pen.corr.remoui,remotum,pen.prod. {ἀπωθέω, ἀναχωρίζω, ἀπὸ ζεύγνυμι, μετάγω} remouêre,Amouere, abducere, auferre, Cic.ad Tironem,lib 16 11,Accepimus conditiones, sed ita vt remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit.
Remouere aliquem à legibus, Deiicere eum à spe legum ferendarum.Cic.ad Qu.fratrem lib.2.10,Hunc Catonem Lentulus à legibus remouit.
Remouere aliquem à Rep. Cæsar 3.bel.Ciuil. Senatus Cælium ab Repub.remouendum censuit.
Remouere ab oculis,& Occultare,Idem.Cic.1.Offic. Quæ natura occultauit,eadem omnes qui sana mente sunt,remouent ab oculis.
Artem remouere.Cic.in Bruto,Lysiam primò profiteri solitum artem esse dicendi:deinde quòd Theodorus esset in arte subtilior,in orationibus autem iciunior,orationes eum scribere aliis cœpisse, artem remouisse.similiter Isocratem primò artẽ dicendi esse negauisse, scribere autem solitum aliis orationes, quibus in iudiciis vterentur. Artem remouisse,hoc est negauisse vllam esse artem dicendi,vt multi alij negarunt:quod Cic.lib.1.de Orat.scripsit. Ita verò interpretandum docet particula, similiter, quæ sequitur: Et Quintil. qui lib.2, cap.18.scribit Lysiam negasse artem esse.
Remouere de medio,Clàm auferre.Cic.pro Roscio Amer. Multa palàm domum suam auferebat,plura clàm de medio remouebat.
Ex vibe me remoui in montes.Horat.2.Serm.saty.6.
A vulgo & scena in secreta se remouere.Horat.2.Serm.saty.1.
Causas desidiæ remouere.Ouid.3.Trist.eleg.7.
Infantem remouere,A lacte depellere,Vide INFANS.
A se remouere inuidiam.Ouid.12 Metam.
Manus remouere ex oculis.Ouid 9 Metam.
Ministerio sceleris me remoui.Ouid.3.Metam.
Metum.Liu.lib.2.ab Vrbe.
Moram.Plaut.Stich.5.
Nubem animi remouit ipse dolor.Ouid 1.Trist.eleg.3.
Oculos remouere,& se totum auertere.Cic.pro Corn.Balb.Fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis grauissimis viris neminem quin remoueret oculos,& se totum auerteret.
Operam suam à populari cœtu.Cic.4.Acad. Quòd si quum fungi munere debeamus,non medò operam nostram nunquam à populari cœtu remouemus, sed ne literam quidem vllam facimus nisi forensem.
Pudorem.Ouid.8.Metam.
¶Se remouere ab aliquo,pro Alienare.Cic.ad Attic.lib.4,Quid sit quòd se à me remouit,si modò remouit,ignoro.
Remouere se à negotiis publicis,Extricare se. Cic.1. Offic. Multi & sunt & fuerunt,qui eam quam dico tranquillitatem expetentes,à negotiis publicis se remouerunt. Id est Abdicauerunt se muneribus publicis.
Ab amicitia alicuius se remonere.Cic.de Amic.
A suspicione alicuius commodi se.Cic.de Lege agrar.
Remouere se arte sua, Non eam exercere amplius. Cic.in Orat. Ne opifices quidem se artibus suis remouerunt, quæ aut Ialysi (quem Rhodi vidimus) non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari.
Cura remouens soporem.Ouic.6.Metam.
Suspicionem leuare, atque ab se remouere. Cic.5.Verr. Tum iste homo innocens,qui illam suspicionem leuare, atque ab ea se remouere cuperet.
Vim procul hinc remoue.Ouid.1.Amor.eleg.14.
¶Remosse,pro Remouisse,Lucretius lib.3,
-falso terrore coacti
Effugisse volunt longè,longéque remosse.
A vulgo remorant se in secreta,Id est remouerant,se cesserãt. Horat.2.Serm.saty.1. Syncope est. Silius lib.11,
-hi sunt qui iura dedere
Terrore expulso,Sidicináque bella remorant.

Remotus,pen.prod. Participium,siue Nomen ex participio, Qui longius abest. Cic.7.Verr. Remoto atque ablegato viro, non liberius quàm antè,&c.
Remotum procul.Cic.5.Ver.Etiámne hæc tam parua ciuitas,tam procul à manibus tuis atque à conspectu remota?
Procul vbe remotus.Ouid 4 de Ponto,eleg.9.
Longa regione remotus.Ouid 3.Trist.eleg.4.
Longè remotus homo ab ambitione,Vide LONGVS.
A culpa remotus,Qui caret culpa.Cic.pro Murena.
A cupiditate remotus. Cic.3.Verr. Quis tam remotus fuit à cupiditate?
Remotus homo à dialecticis,Id est alienus,nõ exercitatus in dialecticis. Cic.ad Attic.lib.14, Hæc conscripsi x. Cal. accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.
Ab iniuriis remotissimus. Cic.4.Verr.Homines quietissimi, qui maximè ab iniuriis noſtrorum magiſtratuum remotissimi, consueuerant esse præsidio fœderis,&c.
Remotus ab inani laude & sermonibus vulgi.Cic.Catoni,lib.15.4, Si quisquam fuit vnquam remotus ab inani laude, & sermonibus vulgi,ego profectò is fum.
Procul remotus ab oratoris officio.Cic.1.de Inuent.
A pudore remotus longissimé.Cic.2.de Lege agrar.
A religione remotus. Cic.pro Fonteio, Testibus, Iudices,non credere cupidis, & iratis,& coniuratis,& ab religione remotis, non solùm potestis,sed etiam debetis.
A sensibus remotum.Lucret.lib.5.
A suspicione minimi errati remotissimus.Cic.6.Verr.
Vitio ab omni remotus Horat.de Arte.
¶Ambage remota verum abdidit.Ouid.3.Fast.
Antrum remotius.Ouid 9.Fast.
Dicit esse quæ secreto agere de Repub. velit arbitris remotis, &c. Liu.2.ab Vibe.
Custos remotus.Horat.de Arte.
Officia autem tollebantur delectu omni & discrimine remoto. Cic.4.de Finibus.
Fœmina à viris remotissima, Non dedita libidini. Columel. libro 12.capite 1.
Ioco remoto tibi hæc amicissimo animo præcipio. Cic.ad Trebatium,lib.7.11. Quod & amoto ioco dicitur.
Locus arbitris remotus.Cic.7.Verr.
Postquam exempta fames epulis,mẽsæque remotæ.Virg.1.Æneid.
Nimbi remoti.Horat.4.Carm.ode 4.
Pietas remota.Lucan.lib.6.
A memoria remota res. Cic.1.de Inuent. Quum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis repetere instituo,&c.
Remota res à Lentulo. Cic.ad Qu.frat. lib.2.6, Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse.
Sermo à strepitu forensi remotissimus.Cic.in Orat.

Remotio,Verbale {ἀποκίνησις.} Cic.1.de Inuent. Eius partes sunt quatuor,concessio,remotio criminis,relatio criminis.comparatio.
Criminis remotio apud Cic 2. de Inuent,est, quum eius intentio facti,quod ab aduersario infertur,in alium,aut in aliud dimouetur.

Remugio,remugis, pen prod.remugiui vel remugij, remugitũ, pen. prod. {ἀντιμυκάομαι, ἀπηχέω} remugire,Resonare.Virg.3.Georgic. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit,
Cælum remugit Virg 9.Æneid.
Mons totus circum remugit.Virg.12.Æneid.
Nemus remugit ventis.Horat.3.Carm.ode 10.
Nemus remugit bellatore.Stat.12.Thebaid.
Sinus Ionius remugiens Noto.Horat.Epod.10.
Tympanum remugit.Catul.de Beicoynch epigr.58.
Vox remugit assensu nemorum ingeminata.Virg.3.Georg.
Antro remugit Sibylla.Virg.6.Æneid.
Ad mea verba remugis.Ouid.1.Metam.Verba Inachi ad filiam mutatam in vaccam Hoc est mugitum reddis,non verba.
Insanis vlulatibus remugit.Stat.12.Thebaid.

Remulceo,remulces {αἰκαλίζω} remulcére.vt
Corda stimulata remulcere Stat.8.Thebaid.
Minas remulcere,Stat.8.Thebaid.
¶Remulcere,pro Reflectere.Virg.11.Æneidos,
Ac velut ille prius,quàm tela inimica sequantur
Continuò in montes se se aduis abdidit altos
Occiso pastore lupus,magnóque iuuenco,
Conscius audacis facti,caudámque remulcens
Subiecit pauitantem vtero,&c. Caudam remulcens, inquit Turnebus,id est reflectens: sic enim lupi & canes timentes reflectũt caudam, vt eam sub verenda reducant. Sic & demulcere aures pro demittere dixit Lactantius. Vide DEMVLCEO.

Remulco, Ablatiuus est, quum scaphæ remis magna nauis trahitur,ait Festus. Cæsar 3.bell. Ciuil.Ad Oricum venit, submersámque nauim remulco, multísque contendens funibus reduxit. Liuius 5. bell.Pun.Itaque Marcellus nocte nauim onerariam eum armatis remulco quadriremis, trahi ad Acradinam iussit. Idem 7.bell.Macedon.Contemplatus Eudamus hostes,claudas,mutilásque naues apertis nautibus remulco trahentes, vigiti paulò amplius integras abscedentes,&c. Qui locus apertè docet, Remulcum non esse parvam nauem, aut scapham, vt quidam sunt interpretati. Quas enim naues apertas Liuius vocat,quis tam stupidus, vt scaphas intelligat? Quis rarsum in superioribus, vbi scribit nauim onerariam remulco quadriremis tractam, quadriremem dici putet, aut parvam nauem aut scapham? Certè nihil aliud est, nauim remulco trahi, quàm remigio

migio siue remigatione. Naues enim vel plus æquo oneratæ, vel fractæ,vel mutilæ, aliis nauibus remigum plenis alligatæ ducuntur: vt quò simpliciter à nautis duci non possunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant. Itaque quemadmodum nauis oneraria quadriremi alligata, eorum qui in ea quadriremi erant remigio trahebatur,sic & naues claudæ mutilæque nauibus apertis alligatæ. Sunt qui putent remulcum esse funem, ad quem nauis alligata remorum vice trahitur. Sunt qui putent hastam esse prælongam vnco ferreo præfixam,quo nauis grandior è minore scapha attrahebatur.

Remulco,remulcas {ῥυμουλκέω} remulcâre. Latinis minus in vsu. Propriè est remigando è scapha grandiorem nauim trahere, quod aliquando non solùm necessitatis gratia fit, sed vt nauis quietius agatur.Hinc remulcare aliquando dicimus, molli ac leni tractu ad progressum mulcere:vt ait Nonius. Sisenna lib.2, Siqua celeriter solui poterat,in altum remulcando trahitur.Et à remulcendo fit.

Remunculus, Nauigium piscatorium, inquit Nonius. Sallust.Histor. lib.2,Primo indicit fortè super (alij per) noctem in remunculo piscantis. Meminit & Gell lib.10.cap.25.

Remunero,remuneras, pen.corr. {ἀντιμισθόω, ἀντιχαρίζομαι} remunerâre: & Remuneror,remuneraris,remunerâri, Deponens, Retribuere,compensare,beneficium reddere, mutuam gratiam referre. Hoc est munere aliquo,munus aliud compensare. Plin.epist.16 5,Remunerãda est igitur probitas eorum,&c. Cicero Post reditum in Senatu, Quibus autem officiis T. Annij beneficia remunerabor? Idem ad Atticum,lib.8, Tu si tibi eadem causa est, me remunerare sanè velim.
Officio aliquem remunerare.Qu.Cic.de Petit.Consul.
Remunerare præmio.Cæsar 1.bell.Gall.
Remunerari aliquem munere. Cic. ad Varr.lib.9.8, Vt possem te remunerari quàm simillimo munere.
Suppliciis his te remunerabor.Catul.ad Caluum,epig.14.
Ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem. Cicero L. Paulo,lib.15.13.

Remuneratio,remunerationis {ἀντιδωρεά, ἀπόχαρις} Verbale. Cic.de Amicit. Nihil est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius. Idem 2. Offic. A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas noſtra propensior.

REMVRIA, Remi occisi funesti dies. Alexandrinus Alexander lib.4. cap.20,Etiam mense Maio,dies quibus Remuria celebrantur, vt occisi Remi vmbra placaretur: & Nonis Iulij, quæ Caprotinæ dictæ sunt,qua die Romulus apparere desiit.

REMVRINVS ager dictus,quia possessus est à Remo.& Remi habitatio Remora: sed & locus in summo Auentino Remoria dicitur, vbi Remus de vibe condenda fuerat auspicatus.Paulus apud Festum.

Remurmuro, remurmuras, pen.corr. {ἀντιμορμύρω} remurmurâre, Contra murmurare.Stat.5.Syl.1,
Qualiter alta comam syluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo,seu iam radice soluta
Deficit,& nulli spoliata remurmurat auræ.

REMVS {δῆμος,δῆμις} filius Martis & Iliæ, à fratre Romulo interemptus, vt scribit Liuius. Post cuius mortem, oborta pestilentia, consulto oraculo responsum est, placandos esse manes fratris extincti: ob quam rem sella curulis cum sceptro & corona, & cæteris regni insignibus semper iuxta sancientem aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare videretur: vnde est illud Virgilij 1.Æneidos,
-Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt Hæc Seruius. Tibul.lib.2,eleg.5,
Romulus æternæ nondum firmauerat orbis
Mœnia,consorti non habitanda Remo.

Remus,remi,masc.gen. {κώπη,πλάτη,ἐρετμός} Instrumentum quo naues aguntur. Cic.3.Verr.Quàm multos esse oporteret, ex ipso nauigio quod erat factum sex remorum numero, coniiciebant.
Remi,sunt nauales pedes,sicuti plerunque remus remigis. Virgil. Æneidos 5,
-quam deinde Cloanthus
Consequitur melior remis,sed pondere pinus
Tarda tenet. Ex Nonio.
Remi breues.Iuuen.Saty.15.
Lenti remi.Senec.Hippol.3.
Inflexus. Cic.4.Acad. Neque verò hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo,aut de collo columbæ respondeam. Id est cur in aqua inflexus videatur.
Validi.Valer.2.Argon.
Adiicere vela remis.Ouid.2.de Remed.amor.
Admotum fretum remis.Ouid.6.Metam.
Aptare remos.Virg.5.Æneid.
Vertimus & proni certantibus æquora remis.Virg.3.Æneid.
Minutis remis confisa cymba.Propert.lib.1.eleg.11.
Ordine terno consurgunt remi.Virg.5.Æneid.
Contorsit remum in hostem.Lucan.lib.3.
Conuulsum remis dehiscit æquor.Virg 5.Æneid.
Ad remum dare aliquem,Vide in Præpositione AD.
Ducere remos.Ouid.1.Metam.
Franguntur remi.Virg.1.Æneid.
Impellere remos.Virg.4.Æneid.
Nauim remis impellere,Id est remigare.Cic.4.Tusc.
Properantibus remis impellit æquora.Ouid.3.Metam.
Incumbere remis.Ouid.2.de Arte.
Validis incumbere remis.Virg 5.Æneid.
Lentos incuruans gurgite remos.Catul.Argon.59.
Inhibere remos,Vide INHIBEO.
Grauibus ineunt certamina remis.Virg.5.Æneid.
¶Alarum remis insistere.Ouid.5.Metamorphoseos,
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis. Id est posse volare.
Insurgere remis.Virg.3.Æneid.
Intenta remis brachia.Virg.5 Æneid.
Lentandus remus in vnda.Virg.3.Æneid.
Obsistunt remis freta.Ouid.epist.13.
Agili remo peragit freta,Ouid.epist.11.
In verbere remorum perstant.Ouid.3.Metam.
Agmine remorum celeri petit maria.Virg.5.Æneid.
Freta pulsata remis resonant.Senec.Octau.6.
Reducere remum ad pectora.Ouid.11.Metam.
Rates reguntur remo.Ouid.1.de Arte.
Sollicitare freta remis.Virg.2.Georg.
Stringere remos.Virg.1.Æneid.
Subducere remos.Ouid.11.Metam.
Torsit aquas remis.Ouid.5 Fast.
Verrunt vada remis.Virg 6.Æneid.
Demissi remi verrebant freta Ouid.3.Amor.eleg.7.
¶Remis ventisque læuam cuncta cohors petiit.Virg.3.Æneid.
¶Ventis remisque, Idem quod Remis ac velis, hoc est citissimè, prouerbialis est locutio. Cic.ad Cornificium,lib.12.25, Atque inde ventis remisque in patriam omni festinatione properaui. Vetus codex legit ventis remis.
A remo ad tribunal,Vide A vel AB præpositiones.
Corporis remos,pro brachiis natantis dixit Ouid.epist.17.

Remigo, remigas, penult.corr. {ἐρέσσω, ἐρέσσομαι, κωπηλατέω} remigâre, Remis nauigare.Cic.lib.4.Tusculan.Vtrum igitur mauis:statímne nos vela facere,an quasi è portu egredientes, paululum remigare? Plin. lib.32.cap.1,Tenuit & noſtra memoria Caij principis ab Astura Antium remigantis. Liuius 6.ab Vrbe,Qui non remigasset Romam.

Remigatio,Verbale {ἐρεσία.} Cic.ad Attic. lib.13, Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Remex, remigis, pen.corr. masc.gen. {ἐρέτης, κωπηλάτης, ναυβάτης} Qui remos agit & remigandi ministerio mancipatus est. Plaut.Mercat. 14, -sed coquos quasi in mari
Solitus est horrator remiges hortarier. Cic.2.de Diuin. Quid, inquies,vemex ille de classe Coponij,nónne ea prædixit quę facta sunt? Cæsar 3.bell.Gall.Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum,remiges ex prouincia institui, nautas, gubernatoréſque comparari iubet.
Ictus remigis.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Officium remigis.Ouid.13.Metam.
Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cic.7.Verr.
Opem remigis addere velo.Ouid.1.de Arte.
Acri remige velocem agit pristin.Virg.5.Æneid.
Remige iter carpere.Ouid.1.Trist.eleg.9.
Imperare remiges.Cic.2.de Orat.
Extructi remigis ordo quater surgens.Lucan.lib.3.

Remigium,remigij {ἐρεσία} Ipsa remorum agitatio & remigatio. Virgil.lib.1.Georgicorum,
Non aliter,quàm qui adueꝛso vix flumine lembum
Remigiis subigit.
Vitiosum remigium Vlyssis.Horat.1.epist.6. Per metonymiam socios Vlyssis intelligit nequam & voluptabilus addictos, vt qui nec à Circes poculis temperarint, nec à Lotophagis auelli potuerint. Prouerbij speciem habet.Vide Erasmum.
Aptæ remigio aquæ.Ouid.2.de Arte.
Nudum remigio latus nauis.Horat.1.Carm-ode 14.
Aptat remigio biremes.Virg.8.Æneid.
Findere aquas remigio. Ouid.3.Fast.
Meo remigio rem gero. Plaut. Prouerbiale est, húncque sensum continet,Illis velint nolint parendum est,quum mei sint. Aliis enim fortasse remigibus imperare quod vellem inuitis non possem: nunc verò meis remigibus & seruis rem gero, qui mihi dicto audientes esse coguntur. Turneb.
¶Remigium, ad aues transfertur, quoniam alis veluti remis quibusdam ad diffindendum aerem vtuntur. Virg.1.Æneidos,
-volat ille per aera magnum
Remigio alarum.
Pennarum remigium.Lucret.lib 6.
¶Remigium,Remigum multitudo.Virg.3.Æneidos,
Remigium supplet,socios simul instruit armis. Cic.5.Tuscul.Quæ pugna,quæ acies,quod remigium,qui motus hominum,&c.

Remuto,remutas,pen.prod.remutâre. Tacit.in Dialogo de Orat.Vidit nanque conditionem temporum & diuersitates authorum, formam quoque ac speciem orationis remutandam.

Ren, renis,masc.gen. {νεφρός} Renes sunt qui lumbis summis coxis inhærent. Νεῖν τὸ ῥεῖν, fluere, quòd riui spermatis ab his oriantur. Plaut.Curcul.5,
Sed quid tibi est? e.lien necat,renes dolent,
Pulmones distrahuntur.
Humores qui ex renibus vesicáque profunduntur. Id est vrina. Cic.2.de Nat.deor.
Laborare è renibus.Cic.2.Tusc.Quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quæ,&c.
Tentantur renes morbo acuto.Horat.2.Serm.saty.3.
¶Renes,pro lumbis ipsis.Nemesianus in Cynegeticis,
Renibus ampla satis validis,diductáque costas. Vsus est & ea in significatione Ausonius.

Renanciscor,Deprehẽdo. Festus,Renanciscitur significat deprehendit: Vnde adhuc nos dicimus nanciscitur,& nactus,id est adeptus.

Renarro,renarras {ἀνέκφημι} renarrâre, Idem quod narrare. Virgil.3. Æneidos,
Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm,cursúsque docebat.
Facta renarrare.Ouid.6.Metamorphoseos.

Vtque fit,à facto propiore priora renarrant.

Renascor,renasceris,pen.corr.renatus sum {ἀναφύω} renasci,Iterum nasci. Plin.lib.11.cap.29, Deinde ad Canis ortum obire , & aliàs renasci. Ibidem,cap.37, Equus septimo anno dentes omnes habet & renatos & immutabiles. Liu.6.bell.Pun. Vt reuixisse , aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. Cicero 1.Tuscul.Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur , nec à se aliud creabit.

Ardor occultus renascitur sub corde.Stat.2.Achil.

Renascitur malum.Cic.ad Brutum,4.4, Neu semper primi cuiusque mali excidendi causa fit,vt aliud renascatur illo peius.

Renascens,Participium {ἀναφύων.} vt Renascens annus,pro Primo Verę.Plin.lib.16.cap.25.

Renatus,pen.prod. {ἀναπεφυκώς} Aliud participium: vt Flumen rursus renatum nouo fonte.Lucan.lib.3.

Dies renatus.Senec.Troade,1.

Renatum bellum: Cic. ad Brutum,13, Renatum bellum est , idque non paruo scelere Lepidi.

Renata vrbs.Liu.6.ab Vrbe.

De nihilóque renata forent quæcunque videmus.Lucret.lib.1.

Renauigo,renauigas,pen.corr. {ἀναπλέω} renauigâre, A nauigatione redire.Cic.ad Atticum,lib.14, Pòst in Puteolana & Cumana regna renauigare. Plin.lib.6.cap.23,Ex India renauigant mense Ægyptio Tybi incipiente.

Renauo,renauas,renauâre.vt Renauare operam. Cic.Attico,lib.1.9, Renauabo operam.Hoc est,diligẽter ac celeriter prǽstabo. Sunt qui sciunctim legant,re nauabo: sunt qui renouabo. Manutius legit,Video hominem valde pœnitere.nauabo operam.

Renideo,renides,pen.prod.renidui {σίλβω} renidere , Resplendere. Proprium est æris,quum politum & lætificatum fuerit.Stat.10.Theb.

Emicat effigies,& sparsa orichalca renident. Horat.2.Carm.ode 18,

Non ebur,neque aureum

Mea renidet in domo lacunar. Hoc est fulget.Porphyrio.

Oratio renider.Quintil.lib.12.cap.10.

¶Renidere,pro Ridere {μειδᾷν μειδιᾷν.} Catul.in Egnatium, Egnatius,quòd candidos habet dentes,

Renidet vsquequaque.seu ad rei ventum est

Subsellium,quum orator excitat fletum,

Renidet ille:seu pij ad rogum fili

Lugetur,orba quum flet vnicum mater,

Renidet ille. Paulo pòst,

Nam risu inepto res turpior nulla est. Renidet, ridet. Renidere dititur,quicquid hilarem aliquam speciem præ se fert.quo sensu transfertur etiam ad inanimata.

¶Renidere,Lætari,gaudere.Horat.3.Carm.ode 6,

-& adiecisse prædam

Torquibus exiguis renidet.Lambinus.

Renidens,pen.prod.Participium {σίλβων} Resplendens:vt Domus auro renidens.Lucret.lib.2.

Falsum vultu renidens. Tacit.lib.4.

Ære renidenti fluctuat tellus. Id est splendet armis rutilantibus. Virg.2.Georg.

Lares renidentes. Horat.Epod.2. Hoc est splendentes, aut vultu, aut garrulitate.Acron.

Os renidens.Ouid.8.Metamorphoseos, -puer Icarus vna

Stabat,& ignarus sua se tractare pericla,

Ore renidenti modò quas vaga mouerat aura

Caprabat plumas. Hoc est,ore hilari,læto,& ridenti. Acro in illud Horat.2.Sermon.7, -nasum nidore supinor: Nidor,inquit,à nimio odore tractum,seu risu: vnde & renidet. Ibidem Porphyr. Nidorem pro risu posuit,à quo verbum fit Renideo.

Puer renidens. Stat.4. Thebaid. Hoc est, labra contrahens. Lactantius.

Renideſco,renideſcis {ἀναφλέβω} renidéſcere,Inchoatiuũ.Lucan.lib.2, Fulgur ibi ad cælum se tollit:totáque circùm

Ære renideſcit tellus. Hoc est, splendore armorum perfusa hilaritatem quandam præ se fert, & quasi risu diffundit spectatorẽ. Lamb.

Reniteo,renites,pen.corr.renitui {κατοπτρίζω} renitére, Valde nitere. Plin.lib.37.cap.6, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atque non gracili , neque in recessu gemmæ aut in deiectu renitente , sed in ipsis vmbonibus nitente , præterea substrato nigerrimi coloris.

Renitor,pen.prod. reniteris,pen.corr. renisus vel renixus sum {ἀντερείδω} renísi,Contra,vel aduersum niti.Liu.5 ab Vrbe,Quum illi renitẽtes pactos dicerent sese,negat eam pactionem ratam esse. Plin. lib 2.cap.82,Postéſque alterno pulsu renitentes.

Renixus,huius renixus,Verbale {ἀντέρεισις.} Celsus lib.5. cap.28. de fistulis, At cartilago vbi subhæsit,ipsa sedes docet, peruenturúmque esse ad eam ex renixu patet.

Reno,renas,renaui {ἀναπέτομαι} renâre,Iterum nare, aut natando redire Ouid.ad Liuiam,

Nulláque per Stygias vmbra renauit aquas. Horat.Epod.16,

-simul imis saxa renarint Vadis leuata.

Renodo,renodas,pen.prod. renodare, In nodum constringere. Horat.Epod.11,

Aut teretis pueri longam renodantis comam. Valer.5.Argon.

Téque renodatam pharetris,ac pace fruentem.

Renouo, renouas, pen.corr. {ἀνανέω,ἀνακτίζω} renouâre , Notæ significationis.

Vetera renouare.Cic.1.Acad.Imò verò & istam,& totam veterem Academiam aqua absorptã diu,renouari à te,nisi molestũ est,velim.

Ager renouatur aratro.Ouid.5.Trist.eleg.13.

Amicitia ac societas renouata.Liu.Decad.4.lib.4.

Amores veteres renouamus desyderio.Catul.ad Caluum,91.

Animum renouare.Cæsar,At cohortes suis ex terrore firmatis,rursúsque renouatis animis,legionarios conuersis equitibus,&c.

Animum alicuius renouare,& reuocare ad.Cic.2.de Orat. Animos Equitum Romanorum , apud quos tum iudices causa agebatur , ad Qu. Cæpionis odium , à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam , atque reuocabam. Idem 2.de Inuent. Animus aut renouatur ad ea quæ restant,aut omnibus iam dictis exsuscitatur.

Annos renouauerat Titan.Tibul.lib.4.ad Mœcenatem.

Aratrum renouans terram.Ouid.4.Trist.eleg.5.

Aruum renouauerat taurus.Ouid.15.Metam.

Bellum renouare.Cæsar 3.bel.Gal.

Campus renouatur aratris Ouid.1.Amor.eleg 3.

Casus omnes renouare.Virg.2.Æneid.

Clamorem renouare.Liu.Decad.4.lib.4.

Commendationem.Cic.Trebatio,lib.7.18,Multa mihi crede,asseqûere:ego enim renouabo commendationem,sed tempore.

Consilia belli.Cæsar 8.bell.Gal.

Desyderium. Cic.Post red.ad Quirites, Frater erat vnus qui suo squalore vestros oculos inflecteret: qui suo fletu desyderium mei, memoriámque renouaret.

Dictum renouare,pro Iterum dicere.Cic.2. de Lege agr.Hic quoniam video vos hominis dignitate,& contumelia legis esse commotos,renouabo illud quod initio dixi,regnum comparari , libertatem vestram hac lege funditus tolli.

Dolorem.Virg.2.Æneid.

Fœdus.Liu.lib.1, Fœdus inter Romam Lauiniúmque vrbes renouatum est.

Honores.Cic.Qu.fratri,lib 2.14.

Hospitium.Cic.pro Deiot.Tu vetus hospitium renouare voluisti.

Humum.Martial.lib.2.74.

Instituta referre ac renouare.Cic.1.Verr.Hoc institui,atque adeò institutum referri atque renouari molestè ferunt.

Legendo renouare.Cic 1.Acad.Hæc inclusa habebam,& ne obsolescerent,renouabam,quum licebat,legendo.

Locationem.Vlp.in l.Item quæritur.§.vlt.D.Locati.

Luctus renouabantur acerbi.Tibul.lib.2.eleg.7.

Memoriam.Cic.pro Murena,Et vt Scaurus,memoriam propè intermortuam generis sui,virtute renouare.

Militiam. Cic.7.Verr.Renouabitur prima illa militia , quum iste è foro abduci,non vt ipse prædicat,perduci solebat.

Operam.Cic.Attic.lib.1.9.

Nouis opibus se renouare. Cic.pro Murena, Tantum tamen consilio atque authoritate valuit,vt se,rege Armeniorum adiuncto, nouis opibus copiísque renouarit.

Nuptias.Papin.in l.Inter.§.vlt.D.De pact.dotalib.

Orationem.Cic.1.de Inuent.

Prælium.Cæsar 3.bel.Gall.

Recordatione, vel commemorando rem aliquam renouare. Cic. 1.de Finib.Stulti malorum memoria torquentur,sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant.

Scelus pristinum in aliquem renouare & instaurare. Cic.2. Verr. Quum in Cn.Dolabellam scelus suum illud pristinum renouauit, & instaurauit Quæstorium.

Seruitutem.Iabolen.in l.Si locus.D.Quemad.seruit.amit.

Societatem.Cic.Cornificio,lib.12.27,Quòd societatem Reip.conseruandæ tibi mecum à patre acceptam renouas,gratum est.

Studia. Cic.2.de Diuin. Quod quum accidisset nostræ Reip. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cœpimus, vt & animus molestus hac potissimum re leuaretur , & prodessemus ciuibus nostris qua re cunque possemus.

Vulnera alicuius.Ouid.2.Trist.

¶Renouare à.Quintil.lib.6.cap.4, Animũ à satietate vel à fatigatione renouat.Hoc est,recreat vel instaurat,& reficit.De risu.

Renouatus,pen.prod.Partic. {ἀνανεωθείς.} Quintil.lib.1.cap.3,Itaque & virium plus afferunt ad discendum renouati ac recentes. De pueris.

Ager renouatus.Ouid.1 Metam.

Lucifer renouatus vnda Oceani.Silius lib.7.

Senecta renouata in florem redit.Ouid.7.Metam.

Altæ & renouatæ stellæ.Cic.2.de Nat.deor.

Templum Honoris à M.Marcello renouatum.Cic.2.de Nat.deor.

Testamentum renouatum.Vlp.in l.In fraudem.§.j.D.De milit.testam.Sic enim habent Pandectæ Florentinæ , quanuis renouatum legat Haloander.

Renouatiuum fulgur vocatur,quum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit,si factum est simile fulgur,quod idem significet. Festus.

Renouatio {ἀνανέωσις,ἀνακτίσωσις} Verbale.Cic.ad Attic.lib.6, Confeceram vt soluerent contestimis sexennij ductis,cum renouatione singulorum annorum. Idem de Clar. Orat. Vsurpatione & renouatione doctrinæ.

Renouatio timoris.Cic.Bruto,lib.11.18.

Renouamẽ,pen.prod.renouaminis,Idem {ἀνακαινισμός.} Ouid.8.Metam. Forma semel mota est,& in hoc renouamine mansit.

Renouello,renouellas {ἀναπαινέω} renouellare, Rursus nouellum facere. Colum.de Arboribus,cap.6, Eiusmodi itaque vinea si non aridos in corpore habet truncos , & flecti potest , factis sulcis optimè sternitur,atque ita renouellatur.

Renumero, renumeras, pen.corr. {ἀναπαριθμέω} renumerâre , Reddere quod ante nobis numeratum fuerat, vt aurum,dotem, &c. Terent.Hecyra,3.5,

Sin alio est animo,renumeret dorem huc,eat.

Renuntio,renuntias {ἀπαγγέλλω} renuntiâre , Referre quid actum sit , aut velit aliquis : quemadmodum nuntios referre dicimus , de his ad quæ missi sunt. Cic.5.Verr.Fremebat tota prouincia , nemo id tibi renuntiabat? Idem pro Cluentio , Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renuntiari , me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere.

Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ. Seruius Ciceroni,lib.4.5.

Renuntiare

Renuntiare ad Senatum acta. Cic.5.Verr. Qua de re Agyrinenses magistratus , & Quinqueprimi,quos rui quæstus causa euocas, acta & imperia tua domum ad Senatum suum renuntiauerunt : quorum renuntiatio legibus illorum literis publicis mandata est.

¶Renuntiare, Deferre arcanum, vel rem nouam narrare. Cic.pro Cluentio , Quisnam tibi hoc renuntiauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narrauit?Budæus.

Vt nobis renuntiatur.Cic.pro Cluentio.

¶Renuntiare,Apertè nuntiare,significare. Terent.And.3.2, Id ego iam nunc tibi renuntio here fœturum,vt fis sciens,

Ne tu mihi hoc posterius dicas , Daui factum consilio , aut dolis.

Cicero 2.Verr.Renuntio,inquit,tibi,te hodiernis comitiis esse absolutum.

Renuntiare alicui de re aliqua.Plaut.Menæch.9.

Renuntiare ad patrem dixit Plaut.Bacchid.2.

¶Renũtiare amicitiam, redemptionem, repudium, Denuntiare amicitiam diffisam, testari se non esse redemptorem, & repudiare vxorem. Tacit.lib.2., Componit epistolas , quîs amicitiam ei renuntiabat. Terent.Phorm.4.3,

-illis repudium renuntiet,

Hanc ducat. Cic.3.Verr.Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus. accurrunt tamen ad tempus tutores , digitum tollit Iunius patruus. Id est,significat se esse redemptorem.

Renuntiare conductionem,est irritam nunciare.Asconius.

Exceptionibus renuntiare. Vlpian.in l. Sed & si quis.§.Quæsitum est.D.Si quis caution.

Excusationi renuntiare. Vlpian.in l.Prætor.§.vlt.D.de vacation. muner.

Legationi renuntiare Paulus in l.Si absenti.D.de legation.

Societati renũtiare. Vlpian.in l. Si cõuenerit. & Paulus in l.Actione.D.pro Socio.

Renuntiare alicui hospitium dicebatur is quem contracti hospitij pœnitebat,ne hospitij ius violaret.Cic.4.Verr. Iraque iste vehementer Sthenio infenso,hospitiũ ei renũtiat,domo eius emigrat. Id est, denũtiat sese nolle amplius hospitari in domo eius. Liu.5.bel.Pun.

Societatem alicui renuntiare.Liu.lib 8 bel Maced.

¶Renũtiare , pro Nuntium remittere,& salutem vltimùm dicere. Quintil.libro 10.capite 7, Mea quidem sententia , ciuilibus officiis renuntiabit.

Stoicis renũtiare. Cic.1.de Orat. Pedem nemo in illo iudicio supposuit,credo ne Stoicis renuntiaretur.

Viræ.Suet.in Sergio Galba,cap.11.

¶Renunciatur Consul , Tribunus , aliúsve magistratus, Id est declaratur factus Consul,Tribunus,&c.

Consulem renunciare aliquem.Cic.2.de Orat.

Renunciatur in tribus illis sacerdotibus. Cic.4.Verr.de sacerdotibus Iouis, Perfecerat iste imperio,vt pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur.

¶Renũtiare,aliter,& quod vulgò dicitur *Contremander*. Senec.1.de Clement. Renuntiari exemplo amicis quos in consilium rogauerat, imperauit. Id est, indicauit mutato consilio nihil se eorum opera in præsens vsurum.

Renuntiare depositò , est rerum depositarum curam & custodiam deponere.Vlpian.in l.Si hominem.§.Quoties.D.Depositi vel cõtra.

Renuntiatus,Participium. Plinius in Paneg.Tuo iudicio Cõsules facti, tua voce renuntiati sumus. Id est declarati.

Renuntiatio, Verbale {ἀπαγγελτέα} Relatio. Cic.5.Verr.Cæsio renuntiat se dedisse:cognoscite renuntiationem ex literis.

Renuntiatio dicitur recusatio eius rei , quæ in pactum & promissionem venerat.Asconius.

Renuntiatio , Testimonij genus , quod *rapportum* vulgò dicunt: cuiusmodi ædere solent architecti & magistri vniuscuiusque opificij , quum opus est : qui propterea publicè sacramento adiguntur. Budæus. Vlpian.in l.1.in prine.D. Si mensor falsum modum dixerit, Aduersus mẽsorem agrorum Prætor in factum actionem proposuit, à quo falli nos non oportet.nam interest nostra ne fallamur in modi renuntiatione.

¶Renuntiatio , ea significatione vulgari, *Renoncement,ou Renonciation*.Vlpian.in l.Verum est.in fine D.Pro socio, Voluntate distrahitur societas renuntiatione. *Par y renoncer,ou y renonceant.*

Suffragiorum renuntiatio.Cic.pro Plancio.

Renuntius , renuntij,mascul.gen. {ἀπάγγελος} Qui aliquid iterum nuntiat.Plaut.Trinum.5,Cantrices,cistellatrices,nuntij,renuntij.

Renuo, renuis, renui,renutum,pen.prod. {ἀνανεύω, ἀπαρνέομαι} renúere , Respuere, & quasi signo aliquo ostendere aliquid sibi displicere. Martial.lib.2.14.

Nullum conuiuium renuere.Cic.pro Cælio.

Fato renuente nouos furores.Silius lib.10.

Oculo renuente negaui.Ouid.epist.16.

Quibus superciliis renuentes , huic decem millium crimini? Cic. pro Rabirio Posthumo.

Renutus, huius renutus , pen.prod.masc.gen.{ἀνάνευσις.} Plin.iunior libro 1.epist.7,Nam ego quoque simili nutu ac renutu respõdere voto tuo possum. Nutu, id est assensu , dum promitto non agere aduersus Gallum.Renutu,dum nolo adesse Gallo aduersus Beticos.

Renuto, renutas {ἀπαρνέομαι} renutâre, Negare,renuere,non velle. Lucret.lib.3,

Quod supersit,siquis corpus sentire renutat.

Simulachra renutant. Lucret.lib.4.

Incolumis transire potest,simulachra renutant.

Reor,reris,ratus sum {νομίζω,δοκέω} reri, Existimare, opinari, Cic.3.de Nat.deor.Rebantur enim fore, vt exercitus imperatorem equo incitato se in hostem immittẽtem persequeretur,id quod euẽnit. Sallustius in Catil.Optimum factu ratus,in tali re fortunam belli tentare.

Illos in quibus eas virtutes esse remur,à natura ipsa diligere cogimur.Cic.2.Offic.

Quod minimè reris.Virg.6.Æneid.

Ducebam animo,rebarque.Virg.6.Æneid.

Tum restitutas fratribus rebor meis Animas. Senec.Hercule furente,20.

Vti tenebras omnes Acherunta reamur Liquisse. Lucret.lib.4.

Ratus,rata, ratum {τὸ μέτρος} Participium, Significat idem quod Puto, imaginor.Prisc ianus,Reor quoque ratus facit participium, vt puto, differentiæ causa:quia Ritus aliud significat & Retus pro Reatus dicebant,quomodo Saucius pro Sauciatus,Lassus pro Lassatus. Plautus Amphitryone,

Victis hostibus quos nemo superari posse ratus est. Festus , Ratus sum,significat putaui: sed aliquãdo pro firmo certoq; ponitur ratus.

Abundè ratus,pro Satis ratus.Tacit.lib.18.

Obsidionem flagitij ratus.Tacit.lib.3.

¶Ratum {μέτρον} Firmum,constans,certum,fixum.Terent.Hecyra, Ne quod egissem,esset ratum.

Certus & ratus.Cic.2.de Nat.deor.Qui quum tam certos cæli motus,tam ratos astrorum ordines , támque inter se omnia connexa & apta viderit.

Constans & ratum.Cic.2.de Nat.deor. Nihil errat quod in omni æternitate cõseruat progressus & regressus,reliquósque motus constantes & ratos.

Ratum & immutabile. Cic.2.de Nat. deor. Astrorum in omni æternitate rati & immutabiles cursus.

Iussum, ratum atque firmum.Cic. pro Cecin. Si populus iusserit me ruum,aut item te meum seruum esse,id iussum , ratum atque firmum futurum?

Verum illud certum,comprehensum,perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis.Cic.4.Acad.

Ratum & Irritum,contraria. Cic.de Prouinc. Consul. Cuius Tribunatus si ratus est , nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possit esse.

Raptum & Ratum, contraria. Cic.1. de Orat. Testamentum ruptum aut ratum.

¶Dicta rata.Ouid.2.Fast.

Fides.Ouid.3.Trist.eleg 10.

Leges natura.Senec OEdipo,12.

Opus.Ouid in Ibin,

Quæque ratum triplici pollice netis opus.

¶Ratum habere aliquid {δοκιμάζειν} Approbare, confirmare. Cic. pro Roscio Com. Quis hoc frater fratri,quis parens filio tribuit, vt quodcunque retulisset,id ratum haberet?

Iudicium habere ratum,& Rescindere iudicium,contraria.Cic.in Partition.

Ratum habere aliquid.pro Comperto & constituto.Cic.1.de Nat. deor. Id habent ratum quod ab eo quem probant,iudicatum vident. De Pythagoreis.

Ratum facere augurium.Cic.1. de Diuinat. Quid habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Quid augur, cur à dextra coruus,à sinistra cornix faciat ratum? Subaudi augurium.

Ratum mihi est: hoc est,Probo vel approbo. Cic.ad Gallum,lib.7. 24,Attamen ista ipsa quæ te emisse scribis,non solùm mihi rata erũt, sed etiam grata.

Rato tempore aliquid facere. Cic.2.de Diuin.Si nihil fieri potest, nihil accidere , nihil euenire , nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore,quæ potest esse fortuna?

Pro rata, siue Pro rata parte , quod vulgus nostrum *Ad equipollentiam*,& etiam Pro rata dicit,Latinam vocem vsurpãs.Vlpianus in l. In his verò.de Soluti.Si verò summa vsurarum debitarum non eadem sit,æqualiter ad vtráque causam proficit,non pro rata. Idẽ ibidem, Siquis ita cauerit debitori in sortem & in vsuras eius se accipere: vtrum pro rata & sortis & vsurarũ decedat. Cic.1.Tusc.Omnia ista perinde vt cuique data sunt pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur.

Pro rata portione,Vide Ad portionem,in præpositione AD.

Ratæ preces,Id est exanditæ.Ouid.1.Fast. Budæus.

Ratissimus,a,um,Superlatiuum à Ratus.Festus,Ratissima quoque ab iis quæ rata dicimus: vnde etiam rationes dictæ. Cato in Q.Thermum, Erga Rempublicam multa beneficia ratissima atque gratissima.

Ratifico,ratificas,pen.corr. {πιστόω} ratificare, Approbare,quod actum est confirmare. Veteres Ratare pro Ratificare dicebant:vnde est Irritare contrarium.Sipontinus.

Repagulum , repaguli , pen.corr. {μοχλὸς} quod & Repáges dicitur fœminino genere, Obex dici potest, ex re & pago compositum. Festus,Repagula sunt,vt Verrius ait,quæ patefaciendi gratia ita figuntur , vt ex contrario oppagantur , vt Cic.6.Verr.Postea connulsis repagulis,effractísque valuis,demoliri signum,ac vectibus labefactare conantur. quæ poetæ interdum repáges appellant. Hactenus Festus. Plaut.Cistel.8,

Occluditæ ædes postulis,repagulis.

Portæ repagula ceciderunt.Ouid.14.Metam.

Conuellere repagula,vide CONVELLO.

Laxare repagula.Lucan.lib.1.

Perfringere repagula iuris,Vide PERFRINGO.

Pedibúsque repagula pulsant.Ouid.2.Metam.

Robusta repagula rapta de poste.Ouid.5.Metam.

Recludere iram repagulis. Cic.de Nat.deor. Illa versa mente mihi hodie tradidit repagula,quibus ego iram omnem recludam.

Repagularij iudices, seu disceptatores, commissarij sunt, ad fores Curiæ ius dicentes. Et sententiæ eorum vel interfata, seu interlocutiones,acta repagularia vocantur Budæus in forensibus.

Repandus,Adiectiuum {ἀνάκυρτος} Quod est recuruum & sinuosum, quódque retrorsum patet. Plin libro 14.cap.22, Ad hæc pertinet pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Cic.1.de Nat deor. Quam tu nunquam ne in somnis quidem vides , nisi cum pelle caprina, cum

hasta,cum scutulo,cum calceolis repandis.

Repandirostrum.Cælius lib.7.cap.26, Sed & erectam ceruicem non tacuit.Repandus verò, nunc retrò patentem significat,nunc reflexum: vnde repandirostrum concinnauit Pacuuius,quanquam durè, Quintiliano teste.

Repango,repangis,repegi & repanxi,repactum,repángere,Idé quod Pangere.Colum.lib.de Arboribus, cap.22,In quo scrobe destinaueris nucem serere,terram minutam in modum semipedis ponito, ibiique semen ferulæ repangito.

Reparco,reparcis,reparsi,reparsum {ἀναφείδομαι} repárcere, Idé quod Parcere. Plaut.Truc 8,

-vtinam à principio

Rei item parsissem meæ,vt nunc reparcis sauiis. Antiquum est.

¶Reparcere,ex contrario sensu,pro Non parcere,vt in Claudere & Recludere. Lucretius,

Scilicet ex vlla facere id si parte reparcent. Sic enim legit Lambinus.alij aliter,vt annotauit Turnebus.

Reparo,reparas,pen.corr. {ἀναπάσσομαι,ἀναλαμβάνω,ἀνασαυλίζω, ἀνάκτομαι} reparáre,Instaurare, & in statum pristinum redigere, quasi rursus parare. Plinius epist,291,Sed quæ sunt vetustate sublapsa,reparentur in melius.

Perdere & Reparare contraria.Cic.5.Verr.Quibus iniuriis grauissimis tamẽ illud erat miserum solatium, quod id perdere videbatur, quod alio Prætore,eodem ex agro reparare posset.

Reparare quod amiseris.Plin.epist.94.lib.6.

Amissas res reparare.Horat.2.Serm.satyr.5.

Exercitum.Plaut.Capt.4.

Reparare bellum.Liu.10.bel.Pun.

Requies reparat vires.Ouid.epist.4.

¶Reparare,pro Repetere, requirere, recuperare. Vt enim Parare, est quærere: sic Reparare, requirere, recuperare. Horatius 1. Carm. ode 37, -quæ generosius

Perire quærens,nec muliebriter

Expauit ensem,nec latentes

Classe cita reparauit oras. Monuit Turneb.

¶Reparare,Redimere,rursus emere.Alfenus in l.Quidam.D.de in rem verso,Quidam fundum colendum seruo suo locauerat,& boues ei dederat. Quum hi boues non essent idonei, iusserat eos vænire,& his numis, qui recepti essent alios reparari. Seruus boues vendiderat:alios redemerat:numos venditori non solucrat,&c.

¶Reparari,Passiuè,Refarciri.Lucret.lib.1,

Vnde amissa solent reparari in tempore quoque.

Reparari labore,ac refici.Plin.in Paneg.

Reparatus, Participium.vt Vina Syra reparata merce. Horat.1.Carm. ode 31. Hoc est, vt interpretatur Duarenus lib.1.anniuersf.disput.vina, quæ sint empta nummis ex vendítione Syræ mercis refectis. Iurisconsulteis autem,parare,pro emendi verbo in vsu est.Reparare igitur,pro parandi verbo ab Horatio est vsurpatum,quemadmodum & redimere,pro eo quod est emere,ponere solemus. Lambinus.

Reparator,pen.prod.Verbale {ἀναπαυδατής.} Stat.4.Sylu.1,

Ipse etiam imminenti reparator maximus æui

Attollit vultus,&c.

Reparatio,Verbale {ἀναπαυδία} Sallustius in Iugurtha,Sed sanè fuerit regni reparatio,plebi sua iura restituere.

Reparabilis , & hoc reparabile, pen.corr. {ἀναπαυδατὸς} Adiectiuum: vt Damnum reparabile.Ouid.1.Amor.eleg.14,Pudicitia nulla arte reparabilis.Ouid.epist.5.

Repastino , repastinas , pen.corr. {ἀνορύσσω} repastinâre. Repastinari dicebant veteres vineas quæ refodiebantur. Festus, Repastinari iseger dicitur , vt Vertius existimat , cuius natura mutatur fodiendo, quum aut syluester excodicatur , aut lapis molitur frangendo , vt fiat pascui , vel pecoribus herba , vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum , Ego iam à principio in parsimonia , atque in duritia , omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo , saxis Sabinis silicibus repastinandis , atque conserendis.Hactenus Festus. Colum.lib.4.cap.32 , Quum deinde ebitus consenuit,repastinandũ est. Idem lib.2.cap.15,Æstiuis deinde mensibus non aliter ac si repastines , totum sterquilinium rastris permisceri oportet. Plin.lib.12 cap.13,Cn.Terentium scribam agrum suum in Iuniculo repastinantem offendisse arcam.

Repastinatio, Verbale.Cic.de Senect.Quid agri fossiones repastinationésque proferam?

Repatrio,repatrias,repatriâre,Redire.Solinus cap.46.ad finem,Hoc Arabiæ sat est,hinc ad Pelusium repatriemus. Idem cap.40,Assiduis denique exemplis patet eos pepercisse quum multi capriuorum aliquot leonibus obuiis intacti repatriauerint. Hoc est in patriam reuersi sint.

Repecto, repectis,repexi vel repexui, repexum {ἀναπτύσσω} repéctere,Rursum pectere. Vnde

Repexus,Participium {ἀναπτυδὸς.} Claud.5.Paneg.

Sparge diem meliore coma:crinémque repexi

Blandius elato surgent temone iugales.

Coma repexa modó.Ouid.3.de Arte.

¶Repecto,Quod pexum erat & compositum dissoluo. Stat.lib.6. Thebaidos,

Colla toris crinita tument,stantésque repectit

Aura iubas. Hoc est dispergit , dissoluit. Lactantius. De equis loquitur.

Repedo, repedas , pen.corr. {ἀναπηδάω} repedáre , Pedem retrahere, recedere,inquit Festus,siue reuerti. Lucilius lib.26,Rediisse ac repedasse , vt Roma viret gladiatoribus. Cic.3.de Legib.Domum cum laude repedandum.Correctius exemplar legit redeunto.

Repello, repellis, repuli, pen.corr.repulsum {ἀπωθέω,ἀναπάλλω} repélere,Retro pellere quod ingruit,reiicere, propellere siue propulsare. Plaut.Bacch.20,

Conflixi, atque hominem repuli. Cicero 6,Verr.Qui primò quum

obsistere ac defendere conarentur malè multati clauis ac fustibus repelluntur.

Armis repellere,fugare,& auertere aliquem.Cic.pro Cecin.

Repellere à vel ab. Cic.Post reditum in Senatu,Tu meum generũ propinquum tuum, tu affinem tuam , meam filiam superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Idem pro Domo sua, Homines audaces ab eius templi aditu atque aspectu repulisti?

Bellum repellere. Cic.de Prouinc.Consul. Bellum Gallicum p.c. C. Cæsare imperatore gestum est , anteà tantummodo repulsum, semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quàm lacessendas putauerunt.

Causam repellere.Cic.3 de Finib.Nec qui defendunt eam,versuti sunt in differendo : nec qui contrà dicunt , causam difficilem repellunt.

Vt seueritas adhibeatur,contumelia repellatur.Cic.1.Offic.

Dolorem à se.Cic.1 de Finib.Dolorem aspernari vt summum malum,& quantum possit à se repellere.

Facinus.Ouid.15 Metam.

Arte humili reppulit famem.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.

Fraus concessa est repellere fraudem.Ouid.3.de Arte.

Ver repellit hyemem.Ouid.10 Metam.

Imperium ægrè repellere.Cic.de Prouinc.Consul.

Validos cute reppulit ictus.Ouid.3.Metam.

Iugum seruitutis à corpore suo. Cic.Anteq.iret in exilium , Sit is vestris animis acceptissimus , qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis.

Legatum à se.Iulian.in l.Si hæreditatem.D.Mandati.

Nefas reppulit ille.Ouid.2.Fast.

Preces alicuius.Ouid.14.Metam.

Sanguinem repellere , pro Depellere, vel extrahere. Plin.libro 18. capite 16.

Seruitutem à ciuibus. Cic.ad Brut.14, Tibi persuade non te Idib. Martiis , quibus seruitutem à tuis ciuibus repulisti , plus profuisse patriæ,quàm si maturè veneris,profuturum.

Telluremhasta.Ouid.2.Metam.

Verba fastidita.Ouid.4 de Ponto,eleg.1.

Vim vi.Cic.pro Sextio , Non verebar nequis aut vim vi repulsam reprehenderet,aut,&c.

Vim repellere,& Inferre vim,contraria.Cic.pro Mil.

Repellere ab impediendo & lædendo.Cic.de Petit.Consulatus.

Repellere & excludere. Cic.1.de Orat. Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles , à quibus omnibus vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatũ , excludi ab omni doctrina, rerúmque maiorum scientia,&c.videbam.

Quum te à Consulatu repuli.Cic.1.in Catil.

Repulsus, Participium {ἀπωδὸς.} vt

Repulsus foribus,pro A foribus,apud Horat.2.Serm.satyr.7.

A vera ratione repulsum.Lucret.lib.6.

Æra repulsa totes. Tibul.lib.1.eleg.3.

Æra repulsa sonant. Tibul.lib.2.eleg.8.Hoc est frequenter pulsata seu percussa.

Amor sæpe repulsus.Ouid.1.Amor.eleg.8.

Hostis repulsus Ouid.6.Fast.

Noxa repulsa effugiat meis stabulis.Ouid.4.Fast.

Tellus repulsa est.Ouid.6.Metam.

Telum repulsum ære.Virg.2.Æneid.

Repulsus,huius repulsus {ἀπώθησις} Ipse repellendi actus.Plinius lib.34. cap.8,Ceruumque vnà ita vestigiis suspendit , vt linum subter pedes trahatur alterno morsu digitis calcéque retinentibus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus,vt à repulsu per vices resiliat. Idé lib.11.cap.37,Vipera prægnans veneno impresso,dentium repulsu virus fundit in morsus.

Repulsus scopulorum.Cic.1.de Diuinat.

Rauci repulsus vmbonum Claud.de bello Gildon.

Assiduus crebérque repulsus.Lucret.lib.4.

¶Repulsus,pro Repercussu.Plin.lib.8.cap.43,de asinis,Repulsu durioris materiæ clauditatem ilico affert. Lucret.lib.4.

Repulsior secũda conlatione dixit Cato in ea quæ est contra Cornelium apud populum.Nec quis(inquit)incultior,religiosior, desertior, publicis negotiis repulsior. Repulsior comparatiuè dixit à repulso.Festus.

Repulsa , repulsæ, Reiectio ab honore vel magistratu. Dicimus autem Accipere repulsam , & Ferre repulsam. Cic.ad Attic.libro 5, Quòd scribis, libẽter repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filij patruo certaret , hoc magni amoris signum. Idem pro Plancio, C.Marius duabus Ædilitatis acceptis repulsis septies Consul est factus.

Grauior mihi morte repulsa est.Ouid.epist.19.

Offensiones & repulsas quasi quandam ignominiam & infamiam timere.Cic.1.Offic.

Rara repulsa.Ouid.2.Amor.eleg.19.

Sordida.Horat.3.Carm.ode 2.

Tristes.Claud.4.Paneg.

Turpis.Horat.1.epist.1.

¶Afferre repulsam,Vide AFFERO.

Sine repulsa assequi magistratum.Cic.in Pison.

Ferre repulsam.Cic.2.de Orat.

Ferre repulsam & præteriti.Cic.11.Philip.

Pati repulsam.Ouid.2.Metam.

Referre repulsam. Cic.1. Offic. Hic summi & clarissimi viri filius in domum multiplicatam non solùm repulsam retulit , sed ignominiam,&c.

Dolore repulsæ crescit amor.Ouid.3.Metam.

Repulso, repulsas {ἀπωθίζω} repulsáre,Frequentatiuum:vnde

Repulsans,Participium {ἀπωθίζων.} Lucret.lib.4,

-ita colles collibus ipsis

Verbare pulsantes iterabant dicta referre.

Pectus

Pectus repulsans vera. Lucret.lib.4,

Vera repulsanti discedas pectore dicta.

Rependo,rependis,rependi,repensum {ἀντιπαθίδωμι,ἀμείβω,ἀμείβομαι, ἀντιποινάω,ἀντιπαλαίω} repéndere,Rerribuere,compensare. Virgilius 1. Æneidos, -fatis contraria fata rependens. Plaut.Pseud.4,

Sine modò,rependam ego cuncta ob hæc hercle vna opera.

Rependere argento.Plin.lib.12.cap.25,de opobalsamo, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstiuo vnam concham impleri iussũ erat.Omni verò fœcunditate è maiori horto congios senos, minore singulos,cum duplo rependebatur argento.

Ingenio formæ damna rependo meæ.Ouid.epist.21.

Dona rependere alicui.Stat.9.Thebaid.

Gratia rependatur facto,Reddatur,Referatur.Ouid.2.Metam.

Pœnas sceleribus rependere pares.Senec.OEdipo,14.

Præmia digna.Stat.9.Thebaid.

Pretium pro officiis.Ouid.2.Amor.eleg.8.

Vices.Propert.lib.4.eleg.4.

Vota alicui rependere pro re aliqua.Stat.3.Sylu.3.

Repensus {ἀντιποίμι,δὸς} Participium : vt Repensum aurum pro capite alicuius,& Repensum auro caput,Idem. Cic.2.de Orat. Plin.lib.33. cap.3, Quum Septimuleius C.Gracchi familiaris,auro repensum caput eius excisum ad Opimium tulerit.

Repensurus,pen.prod.Aliud participium {ἀμείψων.} vt

Magna repensurus.Silius lib.17.

Repenso, repensas {ἀντιποιέμαι} repensáre, Frequentatiuum.Columel. lib.3.cap.2, Id tamen incommodum repensat vuarum multitudine. Patercul.lib.2.quem vide.

Repens,priore correpta , repentis {αἰφνίδιος, ἐξαίφνιος, ἐξαπτὴς} Subitus & repentinus. Tacitus libro 5,Quid repens , aut vetustate obscurum?

Repens aduentus hostium,& Expectatus, contraria.Cic.3.Tuscul. Quanquam hostium repens aduentus magis aliquando conturbat, quàm expectatus:& magis subita tempestas,quàm antè prouisa,terret nauigantes vehementius.

Bellum repens. Liuius libro 10. ab Vrbe, Siquod repens bellum oriatur.

Causa.Tacit.lib.15.

Clamor.Silius lib.3.

Clamor repens per mœnia tollitur.Claud.de bell.Get.

Cogitatio.Tacit.lib.17.

Consternatio.Curtius lib.10.

Cura repens.Cic.3.Tusculana,

Ne me imparatum cura laceraret repens. Ex Poeta.

Defectio Lucanorum.Liu.8.ab Vrbe.

Discordia.Virg.12..Æneid.

Repens fama allata.Liu.6.ab Vrbe.

Repentes lacrymas fuderunt simulacra.Tibul.lib.2.eleg.6.

Metus.Senec.Troade,6.

Perfidia.Tacit.lib.20.

Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat.Liuius 9.bel.Pun.

Sonus.Seneca Medea,12.

Terror.Liu.1.bel.Pun.

Tumultus.Liu.1.ab Vrbe.

Vox.Valer.2.Argon.

Repentè,Aduerbium {αἰφνίδιον,ἐξάφνης,ἄφνω,αἰφνιδίως} Subitò,statim.Cic. ad Dolabellam, lib.9.12. Gratulor Baiis nostris , siquidem vt scribis, salubres repentè factæ sunt.

Sensim & Repentè,contraria.Cic.1.Offic.Magis decere censent sapientes sensim diffluere,quàm repentè præcidere.

Repentè præter spem dixit.Cic.Sulpitio,lib.4.4.

Sed repente, è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo,factus est verres.Cic.1.Verr.

Repentè tanquam somnio.Cic.in Sallustium.

Modò egens,repentè dives.Cic.2.Philip.

Quere omnia visa repentè.Virg.8.Æneid.

Lapsa repentè turris.Virg.2.Æneid.

De-repentè,Vide DE præpositionem.

Repẽtinus,pen.prod.Adiectiuum {αἰφνίδιος,ἐξαφνίδιος, ἐξαπτὴς} Res subita, & à nemine prouisa, seu de qua nemo cogitauerat. Terentius And.5.4,

-vix sum apud me,ita animus commotus est metu,

Spe,gaudio,mirando hoc tanto,tam repentino bono.

Expectatus & repentinus.Cic 2.de Orat.

Aquas repentinas eiaculatus est.Ouid.1.Fast.

Exoritur peculiare edictum repentinum.Cic.5.Verr.

Exitus repentinus & informis.Tacit.lib.5.

Fragor.Claud.5.Paneg.

Homines.Cic.de Claris Orat.Ignoti homines & repentini, Quæstores celeriter facti sunt,oppidano quodam & incondito genere dicendi. Turnebus,Homo repẽtinus dicitur, homo nouus,qui subitò repentéque in hominum cognitionem,famam, commendationémque peruenit.

Mala.Cic.3.Tusc.

Mors.Cic.2.de Diuinat.

Motu repentino accidentia,& Quæ meditata inferuntur,contraria.Cic.1.Offic.Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidũt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Nuntius.Cic.7.Verr. Veniunt Syracusas parentes , propinquíque miserorum adolescentium,hoc repentino calamitatis suæ commoti nuntio.

Tumultus.Ouid.5.Metam.

Repentino, pen.prod.Aduerb. {αἰφνιδίως.} Plaut.Pseud.3,

Repentè exortus sum,repentinò ecidi. Cic.pro Quintio,Moritur in Gallia Quintius quum adesset Næuius,& repentinò.

Repercutio,repercutis,pen.corr.repercussi, repercussum {ἀνταπτύω} repercútere , Percutientem ferire. Plinius epistol.95,An vt flumina, quæ in mari deferuntur, aduersantibus ventis,obuióque æstu retorquentur: ita est aliquid , quod huius fontis excursum per momenta repercutiat?

Repercussus sol. Virg 8.Æneidos,

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis

Sole repercusso,aut radiantis imagine Lunæ,

Omnia peruolitat latè loca. Vbi Seruius,Repercusso,aut vacat Re. aut bene repercussum,quia primò aquam fecit,inde postea tendit ad tecta. Ouid.2.Metamorphoseos,

-positæque ex ordine gemmæ

Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Imaginis repercussæ vmbra.Ouid.3.Metam.

Repercussæ clamoribus valles.Liu.1.bell.Pun.

Repercutere aciem oculi dicit Seneca lib.21.epist.1.pro Repercutiendo perstringere.

Repercutere alicuius dicta. Quintil.lib.6.cap.3. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus,aut eleuamus , aut repercutimus, aut eludimus. Id est refellimus.

Repercutere fasciniationes,Discutere.Plin.lib.28.cap.4.

Repercussus,Participium {ἀνταπτυσμένος.} Plin.lib.17.cap.21,Quum verò concreti ademêre transitum,repercussa erumpit.

Repercussus , huius repercussus, Verbale {ἀνταπτὼς} Ipse repercutiendi actus. Plin.epist.282, Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere,repercussus maris seruabit,& reprimet quicquid è lacu veniet.

Repercussus colorum. Plin.libro 37.cap.2, Sunt qui maximè in iis laudent extremitates , & quosdam colorum repercussus , quales in cælesti arcu spectantur.*La reuerberation des couleurs.*

Repercussus solis,quæ vulgò *Reuerberatio* dicitur.Plin.lib.5.cap.5.

Repercussus ventorum.Plin.lib.5.cap.9.

Reperio,reperis, pen.corr.reperi,vel poeticè,repperi,repertum {εὑρίσκω,ἀλφάω} reperire,Est casu offendere non quæsitum aliquid.Plautus Aulul.31,

Reperi.1.t.quid reperisti?s.non quod pueri clamitant

In faba se reperisse. Ouid.lib.1.Metam.

-tu non inuenta reperta es.

Reperire,non est aliquando fortunæ. Terent.Phorm.1.4,

Sed vbi Antiphonem reperiam?aut qua quærere insistam via?

Reperiri dicitur aliquis,aut aliqua, quum palàm & comperta nobis est. Cic.pro Quintio, Tamen in ista populatione & proscriptione bonorum,improbissimus reperiebare.

Repertus es ingratus. Plautus Persa,13, Id est palàm visus & compertus es esse ingratus.

Aditum sibi reperire, Vide Aditus,in ADEO.

Auxilium alicui rei.Cæsar 3.bel.Gal.

Causam reperire , Inuenire rationem quapropter aliquid fieri aut minus fieri debeat.Terent.Phorm.2.1,

Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? Idem Eunuch.3.3. Vbi veni,causam vt ibi manerem,repperit.

Reperio causas cur senectus misera esse videatur. Cic.de Senect. Quum complector animo, quatuor causas reperio cur senectus misera videatur.

Consilium reperire. Terent.Phorm.1.4,

Nullus es.Geta,nisi aliquod iam tibi consilium celere repéreris.

Exitum.Cic.1.de Nat.Deor.Nec vos exitum reperitis, résque tota vacillat & claudicat.

Gloriam armis.Terent.Heaut.1.1.

Malefacta vestra repperi radicitus.Plaut.Mostel.15.

Medicinam alicui rei.Cic.1.Verr.Profectò nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur.

Negotium reppert in hac re.Plaut.Rud.12.

Aliquid noui.Cic.4.Acad. Posteaquam Archesilas Zenoni , vt putatur obtrectans , nihil noui reperienti , sed emendanti superiores immutationes verborum,&c.

Occasionem.Plaut.Pseud.17.

Periculum suum.Ouid 8.Metam.

Rationes bellandi. Cæsar 3.bel.Ciuil. In nouo genere belli nouæ ab vtrisque bellandi rationes reperiebantur.

Viam.Cic.ad Atticum , lib.2., Quòd si in eam me partem incitarẽ, profectò iam aliquam reperirem resistendi viam.

Mihimet ineunda ratio & via reperiẽda est,qua,&c.Virg.5.Æneid.

¶Reperire parentes.Terent.And.4 6.

¶Hoc non secus reperies.Plaut.Capt 11.

¶Non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa censentium. Cic.de Claris Orat. Quibus armis quemadmodum vterentur,non reperiebant.

Quid ad hæc reperiris?soluamus inquis.Cic.ad Attic.lib.7.

Reperire quamobrem.Terent.Adelph.4.3.

¶Reperibitur, pen.corr.in futuro aliquando dixit Plautus in Epidico,3,

Quid illa fiet fidicina igitur?aliqua res reperibitur.

¶Reperio eum venisse Tarentum. Cic.de Senect. Quem Tarentũ venisse L.Æmylio,App.Claudio Consulibus reperio.

Non reperitur vllo vestigio.Cic.pro Cluentio , Cluentij nummus nullus iudici datus vllo vestigio reperitur.

Reperitur de quodam. Plin.lib.10.cap.54, Scitum de quodam potore reperitur,Syracusis tandiu potare solitum, donec cooperta terra fœtum ederent ona.

Reperiam multos,vel potius innumerabiles , non tam , &c.Cic.2. de Finib.

¶Reperibo,in futuro antiqui dixerunt. Cæcil.Obolostate,

Nunc enimuero est , quum meæ morti remedium reperibit nemo. Author Nonius.

¶Reperio,Ex re & patio componitur:vt Repertum sit quasi reparatum,& in lucem proditum.

¶Reperirier,pro Reperiri. Lucret.lib.4,

Nam maiore fide debet reperirier illud,&c.

Repertus, Participium: vt Labore reperta carmina. Lucret. lib. 3.
Diuina antiqua reperta. Lucret. lib. 5.
Diuitiis repertis incumbere. Virg. 6. Æneid.
Obscura reperta Graiorum. Lucret. lib. 1.

Repertum, reperti {εὕρημα} Substantiuum, neut. gen. Lucret. lib. 1,
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferâtur, & exponunt præclara reperta. Id est inuenta, quæ ipse Empedocles (de quo hîc fit mentio) primus adinuenit.

Repertitius, Adiectiuum, Quod repertum est. Sallust. in Cic. Repertitius, acciteus, & paulo antè insitus huic vrbi ciuis. Repertitius autem appellatur ciuis, Turnebo authore, qui non est origine ciuis, sed iure, vt in ciuitate receptus, quasi repertus ciuis & quæsitus. Alij ramen reptitius legunt eleganter: quidam irreptitius. non deest etiam qui repetitius, quasi is sit, qui quum se ciuem Romanum ferat, ab aliis repetatur. Sed repertitius, quod in veteribus libris perscribitur, vt ingenuum & verum libentius retinuerim.

Repertor, Verbale, Qui reperit. Ouid. 3. Fast.
Doctrinarum repertores. Lucret. lib. 3.
Legum. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Opis medicæ repertor Phœbus. Ouid. 1. de Remed.
Mirandus repertor pœnæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Tormentorum. Claud. 1. in Eutropium.
Vitis repertor, Bacchus. Ouid. 2. Fast.

Repertorium quid sit, declarat Vlpianus De administratione & periculo tutorum, l. Tutor, his verbis, Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò *tumentarium* appellatur, dolo fecisse videtur, nisi fortè aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit cur id factum non sit.

Repeto, reperis, penult. corr. repetiui vel repetij, repetitum, penult. prod. {ἀναιτέω, μετατέω, ἀναπαλαμβάνω} repétere, Propriè restituendum petere. Author ad Herennium, lib. 2, Id quod argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Terent. Eunuch. 4. 6,
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij.
Cic. 6. Verr. Repetere res suas.
Dare & repetere. Cic. 1. Tuscul. At ea quidem dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ nulla præstituta die. Quid est igitur quod queramur, si repetit quum vult?
Beneficium repetere. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 15.
Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio. Cic. 5. Verr.
Fructum repetere, Dictum de rebus ad animum pertinentibus. Cic. pro Archia, Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Hoc dixit Cicero post commemoratum ingenium suum, & dicendi exercitationem, & optimas artes. Est autem metaphora à villico, à quo dominus villæ rationem fructuum solet exigere.
Officij præmium & fructum repetere. Cicero Antequam iret in exilium.
Gratiam pro beneficio repetere. Liu. 1. ab Vrbe.
In seruitutem vbes. Liu. 4. bel. Maced.
Ius. Cic. 1. Verr. Ecquid authoritatis apud vos in suo iure repetundo socij Populi Romani supplices vestri habere debeant.
Pœnas ab aliquo. Cic. 7. Verr. Verebatur ne Populus Romanus ab isto eas pœnas vi repetisse videretur, quas veritus esset, ne iſtis legibus & vestro iudicio non esset persoluturus.
¶Repetere, Reuocare. Plaut. Trucul. 17,
Bene agis mecum, filium istinc tute melius est repetere. Terentius And. 1. 5, -hem
Repudiatus repetor.
¶Repetere, Sæpius petere. Cic. pro Plácio, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras?
¶Repetere, Iterare. Colum. lib. 4. cap. 28, Postea licet eandem pampinationem repetere.
Audita repetens. Ouid. epist. 19.
Omina repetere, Id est auspicia. Virg. 2. Æneidos,
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec posse Argolicis excindi
Pergama telis
Omina ni repetant Argis. Sumptum ex disciplina Roman. apud quos duces è prouincia & exercitu auspiciorum repetendorum causa Romam sæpe aduolabant. Liuius, Nanque Papyrius Dictator à pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro Equitum denuntiauit, vt sese loco teneret. Ex Turnebo.
Sermonem de re aliqua. Plin. lib. 33. cap. 1.
Somnum. Cic. Attico, lib. 13. Deinde somno repetito simul cum sole experrectus sum.
Verba. Ouid. epist. 19.
Repetere per iudicem. Vlpian. l. 3. §. Si liber. D. De cõdict. caus. dat.
¶Repetere reũ. Paulus in l. Reum. D. de accusat. Quòd si libelli inscriptione legitimè ordinati non fuerint: rei nomen aboletur: & ex integro rep tendi reum potestas fiet. Id est, rursus accusandi.
¶Repetere {ἀναιτέω} Reuerti: vt Repetere castra. Liuius 1. bell. Maced.
Domum. Ouid. 3. Metam.
Tauri repetunt præsepia. Virg. eclog. 7.
Vrbem. Virg. 2. Æneid.
Iter. Ouid. 3. de Arte.
Repetere in Africam. Liu. 5. bel. Pun.
¶Repetere solita ministeria, Redire ad consuetum opus. Plinius epist. 200.
Opus propositum. Ouid. 3. Metam.
Relicta repetere, Redire ad intermissa negotia. Horat. 1. epist. 7.
Studia. Cicero in Verrem, Comitiis factis eadem illa vetera consilia pecunia maiore reperuntur. Id est renouantur. Budæus.
¶Repetere, Petere. Tibul. lib. 1. eleg. 3,
Nec vagus ignotis repetens compendia terris, &c.
¶Repetere, Est retrorsum petere; vt quum Altè repetitam orationẽ dicimus. Cic. 3. de Orat. Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa, & tam altè repetita oratio? Alibi repetita, pro A principiis rerum exorsa dixit: quod ipsum interdum vitiosum est. Ibidem, Repetam, & nõ ab incunabulis nostræ veteris puerilísque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Budæus.
Repetita longius interrogatio, apud Quintilianum, libro 5. cap. 7, Vulgò dicimus, *Longissimè rem quærere*, vel *longissimè vestigare*. Hæc Budæus.
Altius repetere. Cic. pro Cluent. Repetam paulo altius Iudices, & omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.
Altius omnis rei repetenda oratio est. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Altè & à capite repetere. Cic. 1. de Legib. Altè verò, & vt oportet, à capite frater repetis quod quærimus.
Ab initiis Vrbis. Caius in l. 1. D. de orig. iuris.
Ab origine prima repetens expediam omnem famam. Virgilius 4. Georgic.
Ab vltimis, vel Ab vltima antiquitate repetere. Cic. 1. de Diuinat.
Principio Assyrij, vt ab vltimis authoritatem repetam.
Ab vltimo aliquid repetere, Id est ab initio, Author ad Heren. lib 1.
Ex literarum monumẽtis res repetere Cic. 1. de Inuent. Quum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas, ex literarum monumentis repetere instituo, &c.
Repetere longè principia. Cic. 1. de Legib. Dij immortales, quàm tu longè iuris principia repetis!
Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr De quo si paulo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite.
Memoriam alicuius temporis. Cic. pro Deiotaro.
Originem repetere. Caius in l. 1. D. de orig. iuris.
Rem repetere supra annos duos. Liu. 1. ab Vrbe, in Præfat.
Repetita consuetudo & institutum dicitur, hoc est Longo interuallo relata, id est, vt clarius dicam, A longissimis retrorsum temporibus petita. Cic. 1. Verr. Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Hæc Budæus.
¶Repetita die, Locutio à Iurisconsultis vsurpata pro eo quod *intidatam* appellant. Vlpianus De fide instrumentorum, Repetita quidẽ die cautionem interponi non debuisse. Id est, die retrorsum ementita. Vbi dies pro rẽpore intelligi debet, quum fœminino genere sit positum, vt in illa locutione, Annua, bima, trima die. Idẽ de damno infecto, Videamus si cautio ei offeratur postquam missus est in possessionem, an prius decedere debeat, quàm si ei caueatur, etiam de eo damno quod ei contigerit postea quam missus est in possessionem: quod quidem magis probatur: repetita igitur die cauendum erit. Id est referẽda retrorsus cautio & in præteritum. Huic opponitur, Prolata die, in titulo De edendo Ex Budæo.
¶Repetere, pro Referre. Vnde Repetere mulá calcibus, & canem morsu, Senec. lib. 3. de Ira, cap. 27. Id est vicissim impetere mulam, & canem remordere. *Refrapper des pieds, & remordre.* Idem ibidem lib. 2. cap. 34.
¶Repetere {ἀναμιμνῄσκομαι} pro Recordari. Suet. de Claris Grammat. Me quidem adolescentulo, repeto quædam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare. Subauditur memoriâ. Plin. epist. 5. lib 3, Reputo me correptum ab eo cur ambularem.
Repetere memoriâ. Cic. 1. de Orat. Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater, illi videri solent, qui, &c.
Inde vsque repetens. Cic. pro Archia, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens hunc video, &c.
Repetere vsque à. Cic. 1. de Orat. Quum repeteret vsque à Corace nescio quo, &c.
¶Repetere, pro eo quod Galli *Regretter* dicunt. Sic enim quidam exponunt. Cic. 4. Acad. Repetunt iam P. Valerium, qui exactis regibus primo anno Consul fuit: commemorant reliquos, qui leges populares, &c. Repetunt & commemorãt videtur eodem sensu dixisse.

Repetendus {ἀναιτητέος} Participium: vt Terra nunquam repetenda. Ouid. 12. Metam.
Vulnera repetenda. Silius lib. 6.

Repetitus, pen. prod. {ἀναπαλαμβάνειος} Aliud participium. vt Repetita altè oratio. Cic. 3. de Orat.
Per arma repetitus. Ouid. epist. 15.
Clades repetita. Claud. de bello Getico.
Diuinatio est ab omni æternitate repetita. Cic. 1. de Diuin.
Exordia reperita. Silius lib. 7.
Loci ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetiti. Quintilianus lib. 1. cap. 4.
Repetita memoria. Cic. in Parad. Esset iuris & æquitatis (quæ vincula sunt ciuitatis) reperita memoria.
Repetita emptio dicitur retrorsum perita: vt si re vendita & pretio soluto conueniat inter contrahentes, vt discedatur ab ea venditione, & consistat secunda, & quasi alia non præcesserit. Certè ex quo res non est integra (quia pretium solutum est) non potest consistere illa posterior venditio, sed prior censetur repetita: & sic discedit à secunda, & recurritur ad priorem. Pompon. in l. 2. De rescind. vend.
Repetita possessio per interdictum. Cic. pro Cecin.
Repetito somno. Cic. ad Attic. lib. 13, Deinde quũ somno repetito, simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio.
Semicremóque nouat repetitum stipite vulnus. Ouid. 10. Metam.

Repetitor, pen. prod. Verbale {ἀναπαλαμβάνειος.} vt Ademptæ nuptæ repetitor. Ouid. epist. 8.

Repetentia, repetétiæ {ἀνάμνησις} Recordatio, & memoria. Lucret. lib. 3,
Interrupta semel quum sit repetentia nostra. Sic legit Lábinus. Quidam verò repentia: sed prior magis placet.

Repetitio, Aliud verbale {ἀπαίτησις, ἀναπαλαμβάνειος.} Cic. 3. de Orat. Et eiusdẽ verbi

verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.

Repetundarum, repetundis, hos duos tantũ casus habet. Repetundarũ, vel de repetundis pecuniis à prouincialibus accusatur is, qui præses prouinciæ alienas pecunias aut vi, aut dolo expilauit. Vnde Marcellus lib. 48. Digestorũ, Lex Iulia repetundarũ pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, ministerióve acceperit. Sed postea latiùs patuit, vt hoc nomine, omnia quibus diuitiæ constant, cõtineantur, vt vasa preciosa, vestes, frumentum, nauigia, vt etiam si quis populus alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorum, aut incendij, aut prædæ, qui iniuriã repeteret, diceretur agere repetundarũ rerum. Ergo quum repetuntur quæ sunt ablata, tunc repetundarũ rerum agitur, vel de repetundis. Hæc ferè omnia ex Marcello, Ad legem Iuliã repetundarum. Plin. epist. 35, Marium repetundarum pœnæ, quam iam passus esset, censuit relinquendũ. Cic. 2. Off. Nondum centum & decẽ anni sunt, quum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata est lex. Valla, Repetundarũ, & de pecuniis repetundis, non habet alios casus: & dubitari potest participúmne sit, siue nomen, an gerundiũ. Verres accusatus est repetundarum, vel de pecuniis repetendis. Quũ dico repetũdarum, subintelligo pecuniarum: quo nomine, pecuniæ & omnia quibus ditiiæ constant, contineri dicimus. Et paulo pòst. Hoc autẽ siue participium, siue nomen, siue gerundiũ à tertia coniugatione natum, mutauit e in u, vel ob hoc faitem vt differret ab illo quod dicitur ad res repetendas, vt sunt missi legati ad res repetendas: quo significatur aut principi aut populo erepta esse vel pecorũ, vel hominũ, vel loco rum, aut terrarum, agrorúmq; corpora.

Repetundæ, crimen capitale nécne fuerit, dubitatur à doctis. verũ omnem dubitationẽ tollit vna distinctio. prioribus enim tẽporibus capitale nõ fuit: postea, cũ auaritia magistratuum haud paulò latius manare iam in prouinciis cœpisset, visum est, vt actoribus remediis obuiã iretur. itaque, lege lata, capitale crimen factũ est. vtrunq; probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis dãnatum, postea cum L. Martio Cẽsorino censorẽ esse factũ, tradit Valerius lib. vi. quo pater, damnatione, ius Romæ manendi ademptum illi non esse, siquidem censuram sit assecutus, quam gessit anno ab vrbe cõdita D C V I. idem illa confirmant, quæ scripta sunt lib. 1, Rhetoricorum ad Herennium: Lex vetat eum, qui de repetundis dãnatus sit, in cõcione orationem habere. Augur quidam dãuatus de repetundis, in demortuiocũ qui petat, nominauit veteris enim legis, non eius, quæ posteremis Reip. tẽporibus lata esset, exemplũ videtur attulisse: cùm libro de officiis 2. ita loquatur Cicero: Proximæ quæque leges de repetundis duriores. Hæc, manssisse Romæ primis illis tẽporibus, qui iã de repetundis dãnati essent, facilè demonstrant. Rutilius, capitale crimẽ fuisse, cóque dãnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A. Gabinij, & C. Verris exemplo cognoscitur. Quod si quis dixerit, non eos lege exulasse, sed quia, cũ soluendo non esset, aut omnino cùm nollẽt soluere, voluntarium in exiliũ profecti sint: adiungemus de C. Catone: quẽ & esse dãnatũ de repetendis, Cic. in Verr. Velleiúsq; tradit, & exulasse Tarracone, ex oratione pro Balbo perspicuũ sit, cùm tamẽ æstimata ei lis esset tãtummodo HS XVIII millibus, vt exulasse videatur: non quod fortasse posset aliquis de Gabinio & Verre suspicari, ne soluerent quæ æstimatũ erat, quod minimũ sanè pecuniæ fuit, sed quia legi, quæ repetundarum dãnatis aqua & igni interdiceret, parére cogeretur. Est etiã apud Velleium P. Rutilij exemplũ, repetundarum lege damnati, quem exulasse & Cicero in oratione pro Balbo, & epitome Liuiana lib. 70. declarat, Verùm, vt hęc sint dubia, quæ tamẽ satis aperta mihi quidem videtur, Pediani testimonio nihil certius, nihil illustrius. is, vbi exposuit illud Cic. in Verr. lib. 1, Auaritiæ supplicio cõmuni; subiungit, Æstimatione litis, & exilio satis manifestè exilium cum pecuniaria pœna in repetundarum crimine coniungens. Actionẽ fuisse in hoc crimine aduersus heredes, nisi si rei in reatu, vt Iurisconsulti loquebãtur, perissent. cum ex ipsis cognoscitur Iurisconsultis, tũ Valerius indicat his verbis: C. Licinius Macer, vir prætorius, Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerẽtur, in Manianũ conscendit: deinde M. Cicero nem, qui id iudiciũ cogebat, prætextam ponentem quũ vidisset, misit ad eum, qui diceret, se nõ damnatum, sed reũ periisse, nec sua bona hastæ posse subiici: ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronuntiauit. Igitur illustris ingenij orator ab inopia rei familiaris, inusitato paterni fati genere, vindicatus est. Pœna verò dãnatis de repetũdis, quod ex Pediano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos nec hoc de crimine lata Romæ nulla est: consulibúsque Censorino & Manilio L. Piso Frugi tribunus pl. primũ de repetũdis rogationẽ tulit, vt Cic. lib. 1. de Offic. & in Bruto docet. eodémque anno, aut certè proximo, Alia lex à Cæcilio tribuno pl. lata est: qua damnatum L. Lentulum, eum, de quo proximè meminimus, qui postea censor fuit, prodidit Valerius lib. 6. Aliæ deinde leges de repetundis, Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quibus singulis aliquandiu iudicia sunt administrata. nã posteriores quæque proximam superiorẽ abrogauit, sic tamen, vt quædam retineret, atque adeò interdum multa. non enim dubito, quin quod in rebus crimen repetundarum Seruilius constituit, iisdem in rebus, aut omnibus, aut plerisque idem crimen Acilius, quum suam legem ferret, esse voluerit: pœnam verò semper ferè auxit posterior lex, & iudicij rationem aliqua re mulcæ mutarunt. Itaque C. Seruilius Glaucia, (redeo enim ad quatuor leges, quas proximè nominaui) is qui cum Saturnino tribuno pl. prætor est occisus, quũ de repetundis rogationem ferret, nouum de comperendinatione caput primus tulit, intráque spatium hoc iudicij tempus conclusit, vt accusatori dies viginti ad agendum, totidem defensori ad defendendum darentur. Ante hanc legem ampliari quidem licebat, comperẽdinari verò in iudicio repetundarum non licebat. quorum alterũ lege Seruilia constirmatum: alterum, nulla in vetcri lege scriptum, sed nouũ inductum, Acilia sustulit. qua de re Pedianus sic ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut státim sententia dicebatur, si absoluendus esset reus: aut amplius pronunciabatur, si videretur esse damnandus, quum dixissent iudices, Non liquet, hoc est, obscura causa est. itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius pcrorationc videbatur obscuritas. comperendinatio verò vtriusque partis recitatio est. Aciliam legem, quam tulit M. Acilius Glabrio, pater eius, qui Verris in caussa prætor fuit, seueríssimam fuisse, Cicero lib. 1. in Verrem, & Pedianus tradant. nec enim ea lege comperendinari, aut ampliari reum dicebat. itaque multi, nulla omnino, neque comperendinationis, neque ampliationis, dilatione interposita, semel accusati, semel dicta caussa, semel auditis testibus, ea lege damnati sunt. Quod autem eo in loco Cicero dixit, Ego tibi illam Aciliam legem restituo, non dixit, restituo, quasi de lege ante Seruiliam lata, sed habuit rationem præsentis temporis, cùm ex lege Cornelia, non iam ex Acilia, de repetundis quæreb atur. Acilia enim tollebat omnino & comperendinationem, & ampliationem: quæ vtraque, comperendinatio quidem certè, lege Cornelia permittebatur. id Cicero significauit satis apertè, quũ dixit: Adimo enim comperendinatum: quod habet lex in se molestissimum, bis vt caussa dicatur. & in eo. Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus. nam si primus Glaucia, ergo aliquis post eum idem de comperendinatione tulit. Eũ autem Acilium constat non fuisse, id quod ostendimus. Fuit igitur L. Sylla, cuius ex lege eo tempore iudicia de repetundis administrabantur. idémque declarat Pedianus, quũ ait, ideò testibus vsum esse Ciceronem, vt si posset, comperendinationem tolleret. frustra enim Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quidem esset, si necessaria fuisset. Quum autem subiunxit, Ita mittam in consilium, vt etiam si lex ampliandi faciat potestatẽ, tamen isti turpe sibi existimeut. non primo iudicare: hoc dicit: Ita testes interrogabo, ita scelera Verris patefaciam, vt etiam si lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi restituo, (adimo enim comperendinatum) permittat id, quod minimè permittit, dilationem videlicet, iudices tamen haudquaquam ampliantes, (comperendinationem non nominat, quia comperendinatio, non iudicium, sed accusatoris & defensoris erat, cùm, eorum alterutro petente, fieret, ampliatio verò iudicem) magnitudine criminum, & vi probationum inspecta, sibi turpe arbitrentur non primo iud. ca. e. Et quòd Aciliam Cicero mitissimã vocat, quam Asconius seuerissimam; vterque rectè: seuerissimam, si cum veteribus: mitissimam, si cum Cornelia conferatur. Hæc pluribus verbis, quia locus Ciceronis in Verrem satis habet obscuritatis: & in eo interpretes omnes implicati, tanquam in salebra hæserunt. Cornelia, L. Syllæ dictatoris fuit, vt posterior quæque lex durior, quàm Acilia: etsi comperendinationem concedebat, quam Acilia tollebat. sicuti lex Glauciæ durior, quàm vetus: cùm tamen Glauciæ lege cõperendinari posset reus, veteri lege non posset. id Cicero significat his verbis: Vtram putas legem molliorem? opinor, illam veterem: eodémque modo seuerior, quæ confecuta est, Iulia, quàm Cornelia! quod idem Cicero scripsit in oratione pro Posthumo. Sunt autem lege Cornelia iudicia de repetundis omnia vsque ad C. Cæsaris qui postea dictator fuit, primum consulatum administrata. Consul enim Cæsar nouam de repetundis legem rogauit: cuius quidem capita, quæ ex veterum scripti. licebat colligere, hæc maximè fuerunt: vt repetere iatur pecuniæ, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere ministerióve publico cepisset, vel aliquis ex cohorte ipsius: vt vrbani magistratus ab omni sorde se abstinerent, néve plus domi munerisve in anno acciperent, quàm quod esset aureorum centum: néve quis ob iudicem arbitrúmve dandum, mutandum, iubendúmve, vt iudicaret; néve ob hominẽ in vinculis publica coniiciendum, vinciendum, vincirúve iubendum, vel ex vinculis dimittendum, néve quis ob hominem condemnandum, absoluendúmve, néve ob litem æstimandam, iudiciúmve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acciperet. quæ verba non minus pertinebant ad prouinciales, quàm ad vrbanos magistratus. item, ne quis omnino ob negotium faciendum, vel non faciendum, per calumniam pecuniam acciperet. Cautum præterea, ne prouinciæ præsidum auaritia premerentur, aut exhaurirentur: ne illi, qui prouincias regebant, quíve circa eos erant, negotiarentur, nec mutuam pecuniam darent, fœnúsve exercerent: neque hoc tantum, sed ne vxorem quidem ducere cuiſquam posset ex ea provincia oriundam, vel domicilium ibi habentem; néve filio vxorem ducenti consentiret: ne iis in liberos populos ius de pecuniis crediris dicere liceret: item, ne quis de prouincia exiret, aut exercitum inde sua authoritate educeret, bellum sua sponte gereret, in regnum alienum iniussu senatus ac populi accederet, vt libertas sociis, ac præmia, ob merita in Rempubl. data, integra, essent: ne cuiquam aurum coronarium aut imperare, aut acciperе liceret, nisi cui decretus esset à senatu triumphus: ne dona quæstores acciperent, aut xenia: vt rectores prouinciarum, rationes, prius quàm decederent, apud duas in prouincia ciuitates deponerent: ne quis pro consule, aut pro prætore legatum suum ante se de prouincia dimitteret: quod ab Vlpiano in lege meminisse, traditú est. Spectauit hæc lex non modo ad eos, qui cũ aliqua potestate erant, verũ etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publicè faciendũ, frumentũ comparandũ, vel viam reficiendam: itẽ ad legatos, qui prouinciarũ rectoribus à senatu dabantur, præfectósq;, & tribunos, quæstores etiã, totámq; cohortem prærorią, siquid accepisse à prouincialibus conuicti essent. Eadẽ lege illud etiam sanciti erat, quid rectoribus prouinciarum, dũ in prouinciam irent, à socijs pop. Rom. liceret accipere. quæ de lege Cicero, dum in prouinciam profici scitur, ita scribit ad Attic. li. 5. Adhuc sumptus nec in me, aut publicè aut priuatim, nec in quẽquam comitum, nihil accipitur in lege Iulia, nihil ab hospite. postea verò quàm in prouinciam peruenit, eodem libro sic: Scito nõ modo nos fœnum, aut quod lege Iulia, dari solet, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & rectum, quenquam accipere quidquam. Ad hanc legem posteа Cæsar, rerum positus, fortasse caput hoc addidit, vt repetundarum conuicti etiã ordine senatorio mouerẽtur. id quidem ab eo factũ, Suetonius narrat. quod vel aucta, vt dixi, sua vetere lege potuit, vel noua lege lata, vel etiã, lege nulla, pro ea, quã omnium rerum vnus habebat, potestate. Scripsit etiam apud Martianũ Iurisconsultum inuenio, lege Iulia repetundarũ cautum esse, ne iudicare;

néve testimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset. Ex P. Manutij libro de legibus Romanis.

Repetundarum iudicium inde dictum est, quòd eo iudicio socij pecunias sibi contra leges ereptas repetebãt, quas ex condẽnatorum litibus æstimatis, domum reportarent. Cic. 7. Verr.

Crimina repetundarum. Tacit. lib 4.

Ferre legem de pecuniis repetundis. Cic. 6, Verr.

Insimulari repetundarum. Quintil. lib 4. cap. 2.

Postulare aliquem reperundis. Tacit lib. 4.

Ab aliquo ratione repetere de pecuniis repetũdis. Cic. pro Cluẽt.

Teneri lege pecuniarum repetundarum. Cic. pro Cluent.

Repetitius, Vide Reptitius, in REPO.

Repignero, repigneras, pen. corr. {ἀνεγγυάζω} repignerare, pignus recipere soluto pretio. Vlpian. tit. Commodati. l. Si vt certo. §. Nunc videndum, in quibus speciebus commodati actio locum habeat: & est apud veteres de huiusmodi speciebus dubitatum. Rem tibi dedi, vt creditori tuo pignori dares: dedisti, nõ repigneras, vt mihi reddas. Paulo pòst, Si à me culpa absit repignerãdi, creditor autem nolit reddere pignus, &c. Alij legunt repignoras, & repignorandi. Est autem repignorare, pignus luere.

Repleo, reples, repleui, repletum, pen. prod. {ἀναπλήθω} replere, implere. Plaut. Pœn. 9,

Ibi te replebo vsque vnguentorum è Zeugmatis.

Corpora replere tosta carne. Ouid. 12. Metam.

Mors replerat delubra corporibus exanimis. Lucret. lib. 6.

Dolia replere. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Exhaustas domos. Cic. de Prouin. Conf.

Fossa repletur humo. Ouid. 4. Fast.

Lacte repletur fœmina quæ peperit. Lucret. lib. 5.

Lagenam replere vino. Martial. lib. 7. epigr. 19,

Misto lagenam repler ad pedes vino.

Repletur ex lege, quod sententiæ iudicis deest. Vlpian. in l. 4 §. Si quis condemnatus. D. de re iudicata.

Littora voce replet. Ouid. 1. Metam.

Locum humore. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 4.

Gemitu nemora ac montes sylnáque replebat Lucret. lib. 5.

Gemitu tectum omne replebat. Virg. 2. Æneid.

Fama replebat populos multiplici sermone. Virg. 4. Æneid.

Repleri. Lucret. lib. 2,

Multa licet genere esse in eo numerúmque repleri.

Repletus, pen. prod. Participium {ἀναπλησθείς.} vt,

Repleta syluis insula Plin. lib. 12. cap. 10.

Eruditione repletus. Suet. in Augusto, cap. 89.

Repletum aleé. Cels. lib 7. cap. 8.

Referto foro, repletisque omnibus templis. Cic. pro L. Man.

Terrore trepido repletus. Lucret. lib 5.

Cornu repletum pomis & flore. Ouid 9. Metam.

Pietate repletum genus. Lucret lib. 2.

Mare repletum ratibus cuersis. Seneca Agamem. 13.

Vox replera. Stat. 2. Thebaid.

Replico, replicas, pen. corr. {ἀναπτύσσω} replicare, contrarium est sui simplicis Plico. Plautus,

Replica cricam, atque extende.

¶Replicari in rugas. pro Plicari. Plin. lib. 17. cap. 14.

In se replicari. Seneca lib. de Benefic. 1. cap. 4. Chrysippi acumen tenue retunditur, & in se sæpe replicatur.

Replicare ad. Cato cap. 4, Eos in terram demittito, replicatóq; ad vitis caput.

Replicata ceruix. Plin. lib. 34. cap. 8.

Replicatum intus. Plin. lib. 9. cap. 33.

In se replicari Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 4. Chrysippi acumẽ nimis tenue retunditur, & in se sæpe replicatur.

¶Replicare, per translationem, pro Rursus explicare, dicere. Plin. Quum sæpius ille replicasset, tandem persuasit.

Replicare memoriam annalium vel temporum. Cic. pro Sylla, Si queris qui sunt Romę regnũ occupare conati, vt ne replices annalũ memoriã, ex domesticis imaginib⁹ inuenies. Id est euoluas annales.

Replicans tempus, Explicans, proferens, ostendens, patefaciens, quod vulgus *deplicans* dicit. Cic. 1. de Diuin. Non illa quæ futura sunt subitò existunt: sed est quasi rudẽtis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficiens, & primum quisque replicantis.

¶Replicare, pro Inuertere. Plin. lib. 8. cap. 27, de angue membranam exuente, Exuit autem à capite primùm, nec celerius quàm vno die ac nocte, replicans, vt extra fiat membranæ quod fuerat intus.

Replicatus, Particip. vt, Tunicæ bulborum replicatæ. Stat. 4. Sylu 9. Vide Tunicæ bulborum, in BVLBVS.

Replicatio, replicationis, Verbale. Cic. 1. de Nat. deor. Modò aliũ quendam præficit mundo, eíque eas partes tribuit, vt replicatione quadã mundi motum regat.

Est & replicatio verbum Iurisconsultis frequens, ad eas allegationes pertinens quæ intentionem sustentant aduersum exceptionis iniquitatem. De qua tractatus est lib 4. Instit. Iustiniani. inde dicta replicatio, quòd implicatam & tectam exceptionis iniquitatem replicet, atque patefaciat.

Replum. repli, n. g operimentum quoddam. Vitruu. Item replum, inquit, de impage dimidia & sexta parte. Et alio loco, Chelonij, inquit, replum, quod est operimentum. In quibus tamen locis peplum legi debere suspicatur Turnebus, vt tanquam ornamentum & vestimentum esse videatur. Auget cõiecturam quòd hæc dictio vix apud aliũ Latinè loquentem reperiatur.

Replumbo, replumbas {κατακολλάω} replumbare. Dissoluere. Vlpia. in l. Cum aurum. D. de aur. argent. mundo legatis. Celsus libro decimo octauo Quæstionum quærit, si centum pondo argẽti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt sic adpendantur? Et Proculus & Celsus aiunt, exempto plumbo adpendi debere. Nam & emptoribus replũbatæ assignantur, & in rationes argenti põdus sic defertur. Senec.

Nat. Quæst. li. 4. Argentũ replũbatur. De calorib. Æthiopiæ loquitur.

Repo, repis, repsi, reptum {ἕρπω} repere, Propriè dicitur de animalibus quæ pedibus & ventre gradiuntur, vt sunt vermes: quamuis & ea quæ paruos pedes habeut, repere dicãtur, vt sunt lacertæ & similia. Plaut. Amph. 15,

Cum Veneris filia angues repsisse tellus Epirotica vidit.

Vulpecula per rimam repserat in cumeram. Horat. 1. epist. 7.

In purpuris repere Quintil. lib. 1. cap. 2.

Per iter longum repsere. Lucan. lib. 3. Horat. 1. Serm. satyr. 5, Milliatum pransi tria repsimus. Id est, lentè processimus.

Repere genibus. Plin. lib. 8. cap. 7.

¶Repere etiam radices dicuntur. Colum. lib. 8, Spatium autem radicibus qua repant, lapides præbent.

Repit in altitudinem vinea. Colum. de Arboribus, cap. 16.

Repens, repentis {ἕρπων} Participium: vt, Repens humi. Plin. li. 16. ca. 34.

Animantis repentis itus. Lucret. lib. 3.

Sermones repentes per humum. Id est, humiles, siue styli humiliores. Horat. 2. epist. 1.

Repens, pro celeri & subito, Vide REPENS paulo antè alphabetico ordine.

Reptitius, Adiectiuum {ἑρπυστικός.} Sallust. in Ciceronem, Vbi M. Tullius leges, iudicia Populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia virt clarissimi Scipiones Africani, ac non reptitius, accitus, ac paulo antè insitus huic vrbi ciuis. Reptitius, Id est, qui velut elanculum irrepsit in hanc vrbẽ nouus homo. Sunt qui legant repetitius, quàm rectè ipsi viderint.

Repto, reptas {ἑρπύζω} reptare, Frequentat. uũ, Sæpe seu cõtinuè repere.

Pecudes reptãr in colli tondẽtes pabula. Tralatio est. Lucret. lib. 2.

Per vada reptabat pronus. Claud. 2. in Eutropium.

Solo nostro reptasti. Stat. 1. Sylu 3.

¶Reptare, per translationem, dicimus eum qui segniter & quasi testudineo passu incedit, quales sunt qui in hortis aut vineis spatiantur. Horat. 1. epist. 4, An tacitum syluas inter reptare salubres.

Sine cruribus & pennis reptare. Plin. lib. 11. cap. 29.

Reptare cum accusatiuo. Tacit. lib. 4, Et adhuc reptabat Africa Tacfarinas.

Reptant caput. Plaut. Merc 18. 9.

Niue effossa reptans. Stat. 1. Achilleid.

Reptabundus, Adiectiuum, Idem quod reptans. Senec. de Vita beata, cap 18 Ex ingenti intervallo reptabundus sequar.

Reptatus, pen. prod. Participium {ἑρπυσθείς.} vt,

Ager reptatus. Stat. 5. Thebaid.

Reptatus, huius reptatus, pen. prod. {ἑρπυσμός.} Plinius lib. 14. cap. 1, Aliæ improbo reptatu aëria media complentes.

Reptilis, & hoc repile, pen. corr. {ἑρπυστικός} Quiequid repit.

Repolio, repolis, pen. corr. repoliui, repolitum, penult. prod. repolire,

Rursus polire. Colum. lib. 2. cap. 21, Sin protinus vsui destinantur (nẽpe frumenta) nihil attinet repoliri: satisque est in vmbra refrigerari, & in granario inferri.

Repono, reponis, pen. prod. reposui, repositum, pen. corr. {κατατίθημι, τιμωρέω, διατυγχάνω} reponere, Rursus ponere. Virg. 3. Æneidos,

-arsique reponimus ignem. Id est, rursus adhibemus ignem, & sacrificamus. Liu. 1. ab Vrbe, Rursus velut ministerio diuinitus missa capiti aptè reponit.

Insigne regium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit. Cic. pro Sextio, Grues in tergo præuolantium capita reponunt.

In libris aliquem reponere pro alio. Cic. Attico lib. 12.

Ligna largè reponere super foco. Horat. 1. Carm. ode 9.

Pocula reponere. Virg 4. Georg.

Vina reponite mensis. Virg. 7. Æneid.

¶Reponere, Aggerare. Virg. 3. Georgicorum,

-arquí non Massica Bacchi

Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. Id est, abundantes aut variæ, vt ait Seruius.

¶Reponere, Recondere, collocare. Virg. 1. Æneidos,

-manet alta mente repostum

Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ.

Condere ac reponere fructus. Cic. 2. de Nat. deor. Neque serendi neque colendi, neque tempestiuè demetẽdi, percipiendíque fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est.

Alimenta in hyemem. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Tecto reponunt acerrum farris. Virg 4. Æneid.

In horreum siccissimum vasa reponi conuenit. Colum. lib. 12. cap. 15 Paulo pòst, Religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in crates. Ibidem, Siccatam in tabulatum reponunt. Quam locutionẽ idem author semel & iterũ vsurpauit lib. cod. cap. 12, Rursus cap. 16, Quum deinde modicè aruerint, in vasa noua sicco loco reponito.

Seorsum reponere. Colum. lib. 9. cap. 15.

Prouisa antè reponere. Virg. 1. Georg.

Hyemi reponere aliquid, Reseruare in hyemem. Virg. 3. Georg.

¶Reponere omnia in aliquo. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14, Intelligere debes in te repositam esse Remp. id est, in te fixam, & ex te pendere, in te spem habere.

Nec vera virtus quum semel excidit,

Curat reponi deterioribus, Horat. 3. Carm. ode 5. Id est, restitui.

¶Reponere, Reddere quod ablatum est. Cic. ad Attic. lib. 13, Catullo & Luculio aiibi reponemus: ita tamen si tu hoc probas, déque eo mihi rescribas velim. Budæus.

¶Reponere alicui {ἀνταποδίδωμι} pro vicissim obiicere, quasi replicare, recriminari. Cic. ad Lent. lib. 1. 9, Cùm autem laudatim, pero à te vt id à me, néue in hoc reo, néue in alis requiras, ne tibi idem reponam quũ veneris: tamesti possim vel absenti, id est, ne te vicissim rogem, ne tibi idem obiiciam. Budæus.

Semper ego auditor tantum? nunquámne reponam? Iuuenal. satyr. 1. Id est, semper ero auditor, & nunquam scribam, aut mea opera recitabo? Nãquam poetis sua recitantibus, me auditore, vicem

vicem repẽdam mea recitans? Nunquam illis patia faciam, aut quod debeo & ab illis accepi reddam?

¶Reponere. Reuocare, reprimere, cohibere. Statius,

-quoties iam torta reponam

Fulmina, quàm rarus terris hic imperet ignis.

¶Animas lætis fœdibus reponere. Horat. 1. Carm. ode 10.

Animum suum omniáque sua in aliquem reponere. Valerius 5. Argonaut.

Capillum reponere. Quintil. lib. 8. cap. 1.

Ceruicem reponere, pro Reprimere, contrahere. Quintilianus libro 4. cap. 2.

Causam reponere in manfuetudine iudicũ. Cic. pro Sylla, Vestræ iam sunt partes iudices: in vestra manfuetudine atque humanitate causam totam repono.

In causa eadem reponere aliquem. Cic. 10. Philip. Siqua tuos exercitus, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro populi Rom. libertate arma ceperunt, quid est cur M. Bruti exercitus non in eadem causa reponantur?

Cœnam reponere, Dare cœnam ei qui prior dederat. Martial. li. 2, Vllus si pudor est, repone cœnam. Vel potius, Repone cœnam, Id est, refer quæ sustulisti è mensa.

In coronamenta reponere, pro Inter herbas quibus coronæ fiunt. Plinius lib. 22. cap. 21.

In deos reponere aliquem, pro Inter deos collocare. Cic. 1. de Nadeorum. Quo quid absurdius, quàm aut res sordidas atque deformes deorum honore afficere: aut homines iam morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu?

Donata reponere. Horat 3. epist. 7.

¶Fabulas & scripta sua reponere poetæ dicuntur, quum secundò hæc in scena apponunt, id est, quum rursus recitant. Solebant enim (vt Porphyrio meminit) qui ludis apud veteres præerant, scriptores quum primum in scenam prodirent, benignè excipere: vt si fortè nõ rectè egissent, iterum ad scribendum audientium benignitate alliceréut: propterea inquit Horatius in Arte,

Fabula quæ posci vult & spectata reponi. Id est, primò & secundò in scena recitari. Ibidem, -honoratúsi forte reponis Achillem. Hoc est, si fabulam semel de Achille positam, rursus ponere in animo est.

Iiduciam suam reponere in aliquo. Plinius epistol. 53. lib. 3, ad Minutianum.

In gradum reponi. Quintil. lib. 5. cap. 7.

In gremio reponere aliquid Liu. 6. bel. Pun.

Reponere iniuriam, pro Rependere. Senec. de Ira, lib. 2.

Lacrymas reponere Stat. 5. Sylu 5.

Loco suo reponere omnia. Cic. 3 Ver. Quid erat quod rescinderet, quum suo quemque loco lapidem reponeret?

In locum alicuius reponi. Brutus ad Ciceronem 16, Scilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum qui se in eius locũ reponi pateretur.

In medium quærita reponunt. Quæsita & patta in commune conferunt. De apibus. Seruius. Virg. 4. Georg.

Membra reponunt stratis. Virg. 4. Æneid.

Mentem reponere, Reddere animum. Valer. 7. Argo.

In numero aliquem reponere. Cic. de Optimo genere Oratorum, Tamen hunc in numero non repono. Sic 1. de Orat. Reponere in numero eloquentium.

In numero deorum reponere. Cic. pro Sextio, Quos equidem in deorum immortalium cœtu ac numero repono.

In numerum fabularum reponere aliquid. Cic. 1. de Inuen.

Nummos reponere, Reddere, restituere. Plaut. Persa 2.

Odium reponere. Tacit. in vita Agricolæ.

Mens reponit onus, Graues curas deponit. Catul. ad Sirmionẽ 29.

In ordinem aliquorum. Colum. lib. 9. cap. 12.

Remum reponere, Cessare à remigando. Plaut. Asin. 10. 16.

In sceptra reponere aliquem. Virg. 1. Æneid.

Sensibus imis reponere. Virg. eclog. 3.

In silentio reponere rectè facta alterius Plin. epist. 8.

Spem suam in aliquo reponere. Cic. 5 Philipp. Magnam spem in eius virtute, authoritate, fœlicitate reponere, otij, pacis, concordiæ libertatis.

Spem sui in scipso reponere. Cic. 5. Tusc.

In optima spe repositus puer. Antonius Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 14, Et voles P. Claudium in optima spe puerum repositum, existimare, non te insectatum esse, quum potueris amicos paretnos.

Spem vitiã senectutis in aliquo reponere. Quintilianus in Procemio, lib. 6.

In suis aliquem reponere, pro Inter amicos. Antonius Ciceroni in Epist. ad Atticum lib 10, Sic volo te tibi persuadere, mihi neminem esse chariorem te excepto Cæsare meo, méque illud vnà iudicare, Cæsarem maximè in suis M. Ciceronem reponere.

In thesauris repositæ pecuniæ. Liu. 1 bel. Maced.

In vetustatem reponere aliquid. Colum. lib. 12. cap. 44 Hoc est, vt diu seruetur.

In vicem alicuius rei aliud reponere. Colum. lib. 4. cap. 26.

Vitæ suæ partem in vita alterius reponere. Cic. ad Qu. fratrem lib. 1. 3, Testor omnes deos, me hac vna voce à morte esse reuocarum, quod omnes in mea vita partem aliquam tuæ repositam esse dicebãt.

Repositus, pen corr. {κατακείμενος} Participium: vt, Repositi & frigidi cibi. Quintil. lib. 2. Hoc est, rursum appositi mensæ.

Tereti ceruice reposta. Lucret. lib. 1.

Tellure repostí, Sepulti. Virg. 6. Æneid.

Epulæ repostæ. Virg 3. Georg.

Terras tentare repositas. Virgil. 3. Æneid. Id est, longè positas. Seruius.

Repositorium, repositorij, id quod super antiquorum mensa reponebatur ad fercula collocanda, quæ subinde vnà cum ipso repositorio adferebantur & auferebantur, vel dictum fortassis quòd super eo fercula & mensæ reponerentur. Plin. lib. 28. cap. 2, Bibente conuiua

mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur.

Reporto, reportas {ἀναμάχω} reportare, Notæ significationis. Virg. 1. Georg.

-aut atræ massam picis vrbe reportat.

Reportare dorso vel collo. Columel. lib. 7. cap. 1.

Reportare humeris suis exulem Italia. Salust. in Catil.

Ad aures alcuius reportare aliquid, Nũciare. Virg. 7. Æneid.

Frigidissimè reportare. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Beneuolentiam de prouincia. Cic. ad Attic. lib. 6, Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolentiam reportassem, mihi id satis esse. Verus exemplar legit deportassem.

Cõmodum reportare. Cic. ad Attic. Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Adytis hæc tristia dicta reportat. Virg. 2. Æneid.

Exercium reportare Britannia. Cæsar 5. bell. Gal. Duobus cõmeatibus exercitus reportare constituit.

Gaudia mente reportare. Stat. lib. 1. Syl. 3.

Gloriam reportare ex Proconsulatu. Plin. epist. 51.

Laudem ex hostibus. Cic. 3. de Legib. Nihil præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque à sociis reportandum.

Mandata. Propert. lib. 3. eleg. 6.

Pedem reportat ex hoste. Virg. 11. Æneid.

Prædas ac manubias reportare ad Decẽuiros. Cic. de Leg. Agrar. Si est æquum prædas ac manubias suas imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad decemuiros tanquam ad dominos reportare, nihil apperit sibi præcipuè Pompeius, nihil.

Victoriam ab aliquo rege. Cic. pro Lege Manilia, Adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo insignia victoriæ non victoriam reportarent.

Equis & curru reportatus. Cic. post reditum in Senatu.

Reposco, reposcis, reposposci, repoſcitum, pen. corr. {ἀναιτέω} reposcere, Ab aliquo petere quod nobis debet, vel quod à nobis accepit. Virgil. 7. Æneid.

-Parthósque reposcere signa. Terent. Adel. 1. 2,

-nam ambos curate, propemodum

Reposcere illum est, quem dedisti.

Reposcere, duobus accusatiuis iungitur, vt apud Plaut. in Curc. 13. Quam virginem me reposcis? Cicer. 6. Ver. Sete à suis ciuibus hęc habere mandata, vt ad Verrem adirent, & eũ simulacrũ Ceretis & Victoriæ reposcerent.

Reposcere aliquid ab aliquo. Cic. Post reditum in Senatu, Quorum alter à me Catilinam amatorem suum multis audientibus, alter Cethegum confobrinum reposcebat.

Datum auxilium reposcere. Liu. 3. ab Vrbe.

Fœdus reposcere flammis. Virg. 12. Æneid.

Clamore magno fratrem reposcit. Silius lib. 17.

Pacta reposcere. Stat. 11. Thebaid.

Pœnas. Virg 6. Æneid.

-dii talia Graiis

Instaurate, pio si pœnas ore reposco.

Pœnas ab aliquo. Catul. ad Licinium.

Promissa sua reposci videt. Virg. 12. Æneid.

Rationem. Cæsar 5. bel. Gal.

Rationem vitæ ab altero. Cic. 5. Verr. Legem sibi ipsi indicũt inno cẽtię, cõtinẽtię, virtutũq; omniũ qui ab altero vitæ rationẽ reposcũt.

Vos rationem reposcitis quid Achæi Lacedæmonijs bello victis fecerimus? Liu. 9. bel. Maced.

Vicem. Mart. lib. 8 35.

Reposcere per iudicem, Callistratus in l. Extat. D. de eo quod metus causa, &c.

Reposcit causa, Exigit. Vlpian. in l. in eos. D. Ad legem Iul. maie.

¶Reposco, pro posco. Lucret. lib. 6.

Quo magis attentas aures, animúsque reposco,

Ad pœnas reposcere aliquem. Virg. 2. Æneid.

Aliquem ad supplicium reposcere. Virg. 8. Æneid.

Propensiores ad benemerendum, quàm ad reposcendum. Cic. de Amicitia.

Repositorium, Vide REPONO.

Repotia, repotiorum, plur. num. {ἐπαύλια} dicta sunt quòd postridie nuptiarum apud nouum maritum fiunt, nempe cœna & comportationes, quia quasi reficitur potatio. Hoc Festus. Horat. 2. Ser. satyr. 3,

Cuius odorem olei nequeas perferre, licebit

Ille repotia, natales, aliósue dierum

Festos albatus celebret. Vbi Porphyrio, Repotia dicebatur dies post nuptias. Acron verò, Repotia, inquit, dicuntur septimus dies, quo noua solet nupta redire ad parentes suos. Hic pro festis diebus. Gellius libr. 2. cap. 24, Nuptiis autem & repotiis H-S. millies esse. Turnebus hunc Horatij locum aliter explicat his verbis, Sed crediderim etiam repotia celebrari solita liberis natis, & cum maritis nouis quotannis propè soboles nascatur, vt renouanda sit epulatio, id cit eo ea conuiuia repotia appellata. Nec verò Auidieni personæ conuenit nuptiale conuiuium. Ea, nisi me fallit augurium, dicere voluit Acron Grammaticus παιδοτρόφια Græcè vocati, veluti sublatis & susceptis liberis & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum potestate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem ita repotia interpreter, mihi persuader Ausonius sic scribens,

Coniugióque dapes, & sacrá repotia patrum. Ecce eorũ epulas dicit, qui susceptis liberis facti sunt parentes. Hactenus ille.

Repotatio, Varro de ling. Lat. lib. 5. Ab eadem lingua ποτο, vnde Potio, vnde poculum, potatio, reporatio, &c.

Repræsaliæ, Verbum quod ex tyrannide in ius ciuile irrepsit, vt Cornata quæ diutna opera est, Prendere est manu iniecta trahere, ducere. Hinc reprehendere, quasi quod euaserat, ita volente fato, recarpere, recuperare. Hinc & Repræsaliæ elicitum à Barbaris verbũ, pro Remãcipatiõe. At Barbaros de re omnino nõ Barbara, sed quę in

vsu frequens sit audiamus: Repræsaliæ sunt pignorationes hominũ, quæ concedi solent ob damna, vel iniurias aduersus quoslibet habitatores loci, in quo fuerint admissa huiusmodi delicta. c. 1. de iniuriis lib. 6. No. Ne personæ, vel rei, vel auri alterius, pro alio oppignerationes fiant: sed oppignerationes oblæso, eius quadruplum restituatur. Constat. 52, Nouis fœderibus inter potentissimum Galliarum principem & Allobrogum ducem Repræsaliæ funditus sublatæ sunt edicto, anno 1558.

Repræsento, repræsentas {παραφαίνω, ὑποτυπόω, παρέχομαι} repræsentâre, Velut Præsens aliquid ostendere vel offerre oculis. Plin. epist. 159, Astruitur his, quum Senatui, Populóque Romano liberalitatis gratior repræsentari nulla materia posset, quàm si, &c.

Repræsentare, propriè locum habet in pecunia in diem debita, die præsenti soluenda: & diem promissi repræsentare, est promissum, antequam dies aduenerit, vel certè quum aduenerit, exoluere. Ex quo repræsentandi verbo vtimur pro eo quod est, rem, quæ abest, præsentem constituere, vt Cic. pro Sextio. Horat. 1. epist. ad Mœcen. Virtutémne repræsentet, &c. Ex Lambino.

Repræsentare ab aliquo, Vide A vel A B præpositiones.

Repræsentare aliquid animo, In memoriam reuocare. Curtius libro 3.

Faciem veri maris repræsentare. Colum. lib. 8. cap. 17. Hoc est facere vt stagnum quàm proximè accedat ad similitudinem maris.

Imaginem sceleris repræsentare. Hoc est, Tanquam præsens ostẽdere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Improbitatem suam repræsentare. Cic. Attic. libro 16 epist. 2, Mihi quidem videntur istorum animi incendi ad repræsentandam improbitatem suam, id est, citius aliquantò, quàm fecissent, ostendendam. Sic exponit Paulus Manutius.

Iram deorum repræsentare. Liu. 8. ab Vrbe.

Libertatem ciuitatis morte sua. Cic. 2. Philip. Quinetiam corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis potest, id est dari nunc & statim.

Libertatem. Vlpian. in l. Si puré. D. de fideicom. libert. & Scæuol. in l. Thais. §. 1. cod. tit.

Memoriam alicuius rei. Cic. pro Sextio, Erat eodem tempore Senatus in æde Concordiæ, quod ipsum templum repræsentabat memoriam consulatus mei.

Pecuniam ab aliquo repræsentare, Vide PECVNIA.

Se repræsentare. Colum. lib. 11. cap. 1, Iraque non ægrè consequetur, si semper se repræsentauerit. Id est, præsentem se ostenderit, inquit Budæus, neque discesserit.

Spectaculum repræsentare, pro Rursus exhibere. Suet. in Caligula, capite 58.

Tormenta repræsentare. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 34. Tormenta quæstionum, pœnásque parricidarum repræsentabat, exigebátque coràm.

Vicem alicuius rei repræsentare. Plin. lib. 28. cap. 10, Nam si oleum non sit, vicem eius repræsentat.

Virtutem & mores alicuius. Horat. 1. epist. 20.

¶Repræsentare, pro Accelerare: Propriè edere. Cic. ad Attic. lib. 16, Mihi quidem videntur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam. Sic apud Quintil. lib. 10. cap. 7, Innumerabiles incidunt subitæ necessitates, vel apud magistratus, vel repræsentatis iudiciis continuò agendi. Budæus.

¶Repræsentare pretium rei emptæ, est Præsenti pecunia soluere, non autem ante diem soluere. Cic. ad Attic. lib. 12, Reliquæ pecuniæ vel vsuram Silio pendemus, dum à Faberio, vel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus. Hæc Budæus. Paulus Manutius huuc Ciceronis locum exponens dissentit à Budæo. Sic enim ait, Repræsentare, Budæus hoc loco dicit esse, præsenti pecunia soluere, non, vt aliis locis, ante diem soluere. Non improbo eruditi hominis opinionem: quanquam ne cur probem quidem est. Cur enim vsitatam verbi significationem sine causa negligimus? Sanè mihi placet, ac vehementer quidem placet, vt hîc Repræsentare valeat ante diem soluere: contra Budæi sententiam, fateor: sed nunquid apud me pluris esse debet vllius authoritas, quàm ratio & veritas ipsa? Neque tamen illum, quem omnibus nostræ ætatis hominibus eruditione video præstitisse, vt malè sentientem reprehendo: sed quando interpretis partes suscepi, & præter communem vtilitatem nihil specto, quod meũ officium est, quódque mihi à principio ad hoc opus aggredienti propositum fuit, id facio, vt omnia liberè exponam, quum hoc tamen ne quid temerè affirmem. Sensum igitur consyderemus, & enodatũ quàm planissimè poterit exponamus. Siliani, inquit, horti, de quibus ad me scripsisti, placent: sed ita, vt numerato eos malim accipere, quàm æstimatione. Si autem numerato accipimus, vnde pecuniam ha bebimus infert, HS DC, ab Hermogene expressa: & DC item, quæ domi sunt. erit igitur vnde sumamus HS MCC. quæ autem reliqua pecunia erit, quæ scilicet à nobis supra HS MCC Silio debebitur, ei pecuniæ soluẽdæ diem, puta annuam, vel bimam, præstituemus. interea Silio vel versuram pendemus. Quoniam autem hoc posuerat, Versuram pendemus, veritus ne Attico videretur insanire, qui hortos eo vsque cuperet, vt etiam vsuras subire vellet: quasi se excusans adiecit, dum à Faberio repræsentabimus: hoc significãs, diuturniorem vsuram non futuram: quum putet se, pecunia à Faberio debitore sumpta, repræsentaturum, hoc est solutionem facturum ante diem reliquæ pecuniæ soluendæ præfinitam. Certè enim hortos, nisi præsenti pecunia potuisset, vel pendendis vsuris emere cogitabat: quas putabat fore vt non diu penderet, quum speraret, hortorum pretium, pecunia à debitoribus suis exacta, breui se posse totũ persoluere. Quod confirmat illud aliquanto antè vt vsuram ei pendam à quo emero, non plus annum possum assequi, si tu me adiuuas. Simili sententia dixit, repræsentare medicinam, in epistola ad Titium: &, repræsentare diem, ad Tironem: &, repræsentare libertatẽ, Philip. 11: &, repræsentare improbitatem, lib. 16, ad hunc ipsum Atticum. Quibus ex locis quum de significatione huius verbi liqueat vnicuique vel negli-

genter consyderanti: quúmque in eum, quẽ ostendimus, sensum accipi hoc in loco nõ absurdè possit vox illa repræsentabimus: non video cur assentiar Budæo, docto alioqui viro, & de literis optimè merito: quum præsertim Repræsentare pro præsentem pecuniam soluere, quo modo ipse exponit, nusquam apud eos quos ego authores in Latina lingua vehementer sequor, positum reperiam. Hæc Paulus.

Diem promissorum repræsentare, Id est præstare promissum. Cic. ad Tironem, libro 16. 14, Conserua te mihi: dies promissorum adest, quem etiam repræsentabo, si aduenerix.

Legata repræsentare. Suet. in Caligula, cap. 16.

Mercedem repræsentare. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 18. Hoc est exhibere.

Repræsentatio, Verbale {ὑποτύπωσις.} Plin. lib. 9. cap. 6, Hoc scire orcas, infestam his beluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ.

¶Repræsentatio, pro Ipsa pecuniarũ solutione. Cic. ad Attic. libro 12, Si enim Faberianum venderem, explicare vel repræsentatione nõ dubitarem de Silianis, si modò adduceretur vt venderet. Sensus est: Non dubitarem Silij hortos emere, vel si repræsentandum sit: hoc est, vel si pretium nunc numerandum sit, nulla temporis dilatione. Est enim repræsentare, quod aliquando futurum est, id præripere, vt nulla interposita mora, statim fiat. Quoniam autem constituerat hortos ita emere, vt partem pecuniæ solueret, reliquæ pecuniæ vsuram penderet: nunc si Faberianum nomen possit vendere, dicit se non cogitare de die, neque solutionis tempus velle differre, sed repræsentaturũ, hoc est, non expectaturum diem quam constituerat, vniuersúmque pretium statim persoluturum.

Concludere repræsentatione. Cic. Attic. lib. 13, Nomen Dolabellæ iam expeditum videtur, vt etiam repræsentatione concludam.

Reprehendo, reprehendis, reprehendi, reprehensum {ἀναπαμβάνω, μέμφομαι, ἐπιτιμάω, ἐπιτιμάω} reprehendere, vel per syncopen reprẽdere, Retrahere, quasi retro prehendere, & corripere. Plaut. 5. 20, Reprehende hominem, adsequere. Propert. lib. 3. eleg. 19,

Quàm possit nostros quisquam reprehendere cursus.

Pergrauiter reprehendere, Vide PER GRAVITER.

Reprehendere manu. Cic. 4. Acad. Reuocat virtus, vel potius reprehendit manu, pecudũ illos motus esse dicit, hominẽ iungit Deo.

Reprehendi fugitiui dicuntur, Id est, retrahi è fuga. Curtius lib. 4, Reprehẽlósque ex fuga Persas, pugnaturos, quia fugere non possent. Suet. in Caligula, cap. 45. Budæus.

Verba elapsa reprendere. Ouid. epist. 11.

Vires cupiunt reprendere vinclum extremum. Lucret. lib. 3.

¶Reprehendere, Arguere, increpare. Terent. Adelph. 4. 4,

Sensi illico id illas suspicari, sed me reprehendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fierer palám. Cic. 4. Acad. Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.

Reprehendere & exagitare aliquem. Cic. in Orat.

Discessum alicuius reprehendere & subaccusare. Cic. pro Plancio.

Iustius reprehendi. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Studia aliena. Horat. 1. epist. 19.

Factum alicuius. Ouid. epist. 19.

In aliquo vitio reprehendi. Cic. in Partit.

Reprehensio, Verbale {ἐπιτίμησις.} Cic. 1. de Finib. Quamobrem differentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ.

Leuis reprehensio, Vide LEVIS.

Non indigna laude. Quintil. lib. 3. cap. 11.

A reprehensione temeritatis abesse, Vide ABSVM. Plancus Ciceroni, lib. 10.

Capere reprehensionem. Quintil. lib. 5. cap. 7, Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. De testib.

Fugere reprehensionem. Cic. Attic. lib. 10.

Incurrere in varias reprehensiones. Cic. 1. de Finibus.

Vereri reprehensionem doctorum atque prudentium. Cic. in Orat.

Reprehensor, reprehensoris, Aliud verbale {ἐπιτιμητής.} Cic. 2. de Nat. deor. Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur.

Delicti reprehensor. Ouid. epist. 16.

¶Reprehẽsor, pro emendatore & correctore. Cic. de Opt. gen. Orat. Duo genera reprehensorum.

Reprehenso, reprehensas {ἐπιτιμάω, ἐλέγχω} reprehensare, Frequẽtatiuum. Liu. 2. ab Vrbe, Reprehensans singulos, obsistens, obtestánsque deũm & hominũ fidem, testabatur, nequicquã deserto præsidio eos fugere.

Repressor, Repressus, Vide REPRIMO.

Reprimo, reprimis, penultima corr. repressi, repressum {ἀναχαλάω, κατασιγάω, ἐπιστομίζω} reprehendere, Continere, cohibere. Terent. Adel. 5. 3, Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

D. Repressi, redij: mitto maledicta omnia. Cic. 2. de Legib. Reprimam iam me, nec insequar longius, eoque minus, quo plus pœnarum habeo quàm petiui.

Coercere & reprimere. Cic. 1. de Fin. Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum coerceri, reprimíque non potest.

Hæc Reipub. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum cõprimi potest. Cic. 1. in Catil.

Bella nascentia repressit. Claud. de bello Getico.

Conatus hominum reprimere. Cic. 4. Verr.

Consuetudinem peccandi. Cic. 4. Ver.

Cursum. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Dextram. Virg. 12. Æneid.

Ensem. Stat. 11. Thebaid.

Famam, siue sermones. Cic. 11. Philipp. Hanc quæso pro tua singulari sapientia reprime famam, atque efficе ne id quod non curas, cupere videare.

Ferocitatem alicuius. Cic. 2. Offic.

Fletu

Fletu reprimi nequit scribamus. Cic. ad Attic. lib. 11.

Fluuium redundantem. Cic. 2. de Diuin.

Furorem exultantem. Cic. pro Sext.

Gemitum virtute. Ouid. 9. Metam.

Impetum populi. Cic. 3. de Legib.

Iram repressit pudore. Ouid. 1. Metam.

Itinera. Cic. ad Attic. lib. 10, dubitauerat nostrum nemo, quin Cæsar itinera repressisset.

Obiurgationem susceptam. Cic. ad Attic. lib. 4, Nunc reprimam susceptam obiurgationem.

Repressit pedem retro. Virg. 2. Æneid.

Cõtinere se & reprimere à supplicio. Cic. 7. Verr. Fit in eo gemitus omniũ & clamor, cũ tamẽ à presenti supplicio tuo se continuit populus. & repressit, & salutis suæ rationem Iudicũ celeritati reseruauit.

Reprimere se ab omni contagione vitiorum. Plin. in Panegyr. Est magnificum, quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac reuocas: sed magnificentius, quòd tuos.

Repressus, Participium {κατασιγασμένος.} Cic. pro Lege Manil. Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos.

Repressor, repressoris, Verbale {κατασιγαστής.} Cic. pro Sext. Extinctorem domestici latrocinij, repressorem cædis quotidianæ, defensoré templorum atque tectorum, &c.

Reprobo, reprobas, pen. corr. {ἀποδοκιμάζω} reprobare, Improbare, reiicere, Notæ significationis. Cic. 4. Acad. Qui quum Zenonis fuisset auditor, reprobauit ea quæ ille verbis, Nihil esse bonum, nisi virtutem. Legendum existimo, Re probauit, disiunctim.

Asciscere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Finib. Constirmat autẽ illud vel maximè, quòd ipsa natura, vt ait ille, asciscat & reprobet, id est voluptatem & dolorem.

Repromitto, repromittis, repromisi, pen. prod. repromissum, repromittere, Spondere stipulanti. Plaut. Asin. 9,

Verùm istuc argentum tamen mihi fi vis denumerare, Repromittam istoc nomine solutam rem futuram. Id est, stipulatione à te facta me obstringam. Cic. de Claris Orat. Non me hercule, inquit, tibi repromittere istuc quidem ausus sim. Plin. de Viris illust. 2. Illa petiit, quod illi in sinistris manibus gerebant videlicet annulos, armillas: quibus dolotè repromissis, Sabinos in arcem perduxit. Ibidem 12. necem regis repromittens. Cic. pro Qu. Rosc. Repromittis tu abhinc trientium Roscio? quid recita istam restipulationem clarius. Bud.

Repromittere, inquit Alciatus, qui nuda stipulatione se obligat.

Repromittere differt à Satisdare, inquit Budæus, vt ex exemplo sequenti Pauli patet, De operis noui nuntiatione, L. Non solum, Si quum iure possem te prohibere nuntiauero tibi opus nouum, non ahàs ædificandi ius habebis, quàm si satis dederis, Quòd si nuntiauero tibi nequid contra leges in loco publico facias, repromittere debebis: quoniam de eo opere, alieno iure contendo, non meo: & tanquam alieni iuris petitor, repromissione contentus esse debeo.

Repromittere, pro simplici promittere. Suet. in Claudio, cap. 20, quum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterẽt, si sibi siccati agri concederentur.

Repromissio, repromissionis, Verbale. Cic. pro Rosc. Comœd. Roscius, qui ex iurisperitorum consilio & authoritate restipularetur à Fannio diligenter, vt quod is exegisset à Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, si quidem sine cautione & repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat.

Reptabundus, Reptile, Repto, Vide REPO.

Repubesco, repubescis {αὐξάνω} repubescere, Rursum pubescere, iuuenem fieri, retumescere, quod vulgò dicitur. Colum. lib. 2. cap. 1, Nõ ergo est exiguarum causarum frugum terræ vetustas, si modo quum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, nec repubescere potest.

Repudium, repudij {κατάκαιρος, κατάμομφος} propriè dicitur recusatio eà qua vir vxorem à se reiicit ob rem aliquam pudendam. Quintil. lib. 7. cap. 5, Simpliciores illæ quæstiones iniusti repudij. Caius de diuortiis, L. Diuortium. In repudiis, id est renuntiationibus comprobata sunt hæc verba, Res tuas tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito.

Repudium Verrius ait dictum quod sit ob rem pudendam. Festus.

Repudium alicui remittere. Terent. Phorm. 5. 8, Dicitur & Mittere repudium. Vide pòst in REPVDIO.

Repudium renuntiare. Terent. Phorm. 4. 3.

Repudio, repudias {κατάκαιρος, ἀποδοκιμάζω} repudiare. Matrimonium dirimere, & quasi ob rem pudendam aliquam vxorem repellere. Sueton. in Cæsare, cap. 1, Neque vt repudiaret illam compelli à Dictatore Sylla vllo modo potuit.

Repudiat etiam maritum vxor. Quintil. lib. 7. cap. 9, Sæpe se eubanti amatorium dedit, repudiauit. Vlpian. De diuortiis, Iulianus lib. 8, Digestorũ, quærit, an furiosa repudiũ mittere, vel repudiari possit: scribit furiosum repudiari posse.

¶Repudiare, Non accipere, recusare, respuere, aspernari. Terent. And. 4. 4,

Repudio consilium quod primùm intenderam. Idem Adelph. 5. 4,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Idem. And. 1. 5, -quot modis
Contemptus, spretus, facta, transfacta omnia: hem

Repudiatus repetor.

Repudiare & Recipere, contraria. Vatinius ad Ciceronem lib. 5. 9, Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti.

Repudiare & Assumere, contraria. Cic. in Orat.

Beneficium repudiare. Cic. 2. de Fin. Metrodorũ non putant ipsum professum: sed quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse.

Conditionem repudiare æquissimam. Cic. pro Quintio.

Gratiam alicuius repudiare. Cæsar 1. bell. Gall.

Iracundia omnibus in rebus repudianda est. Cic. 1. Offic.

Repudiare contumaciter morem patrium, Vide CONTVMAX.

Obsecrationem alicuius repudiare & aspernari. Cicero pro Fonteio, Cauete, ne periculosum superbúmque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, hæc salua esse non possent.

Hoc non repudio. Cic. ad Atticum lib. 2, Honestior hæc declinatio periculi, sed ego hoc non repudio.

Voluntatem alicuius. Cic. 3. Verr. Eorum ego voluntatem omniũ repudiaui: nõ modò proditori, sed ne perfugæ quidem locus in meis castris cuiquam fuit.

Repudiata alicuius authoritas: Hoc est, neglecta & violata. Cic. 3. Verrina.

Funditus repudiare aliquid. Cic. in Orat.

Repudiatus, pro repulso in comitiis. Cic. pro Plancio, Nunquam enim nobilitas, præsertim integra atque innocens, Populo Rom. supplex repudiata fuit.

Repudiatio, Verbale {κατάκαιρος.} Cic. ad Attic. lib. 12, Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit.

Repudiosus, pen. prod. Adiectiuum. Plaut. Pers. 10,

Verùm videto, me vbi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosas nuptias. Id est, vt nemo velit mo habere in vxorem propter hanc famam.

Repuerasco, repuerascis {ἀναπάομαι} repuerascere, Quasi in pueriliem ætatẽ ceuerti, & in contẽptum ferè semper sumitur. Plaut. Mere. 6, De senibus ferè semper dicitur, quũ desipere vitio ætatis incipiũt. Cic. de Sen. Et si quis deus largiatur vt ex hac ætate repuerascã, & in cunis vagiã, Valde recusem. Vetus exẽplar legit Repueriscã. Idem 2. de Orat. Quum is diceret socerum suũ Lælium semper ferè cũ Scipione solitũ rusticari, eósque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolauissent.

Repugno, repugnas {ἀντιπράττω, ἐναντιόομαι, αὐτεπαίρω, αὐτεπιζεύγνυμι, αὐτεπιφέρομαι, αὐτοπαλτάω} repugnare, Resistere, cõ radicere, refragari, obsistere. Cic. de Amic. Cùm omnium rerum simulatio est vitiosa (tollit enim iudicium veri, sdque adulteratur) tum amicitiæ repugnat maximé.

Non pugnare, sed repugnare. Cn. Magnus Domitio in epistol. ad Atticum lib. 8.

Oppugnare & repugnare alicui. Cic. Metello lib. 5. 2, Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui.

Dictis & factis repugnare & resistere crudelitati. Cic. pro Rabirio perduellionis reo.

Repugnare & Concedere, contraria. Cic. ad Lentulum lib. 1. 2, Cõsules neque concedebant neque valdè repugnabant.

Nimium repugnare. Ouid. 1. de Arte.

Repugnare alicui rei. Cic. 3. Tusc. Quam autem pertubationibus, quas in vira hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est.

Amori fœdo. Ouid. 10. Metam.

Dictis Ouid. 2. Metam.

In vna parte repugnare. Ouid. 15. Metam.

Repugnant hæc interse. Cic. 3. Tusc.

Resistere & repugnare contra veritatem. Cic. pro Rosc. Comœd. Hoc consentit Satierius esse apertum, resistere & repugnare contra veritatem non audet.

Repugnare circa. Quintil. in Procem. lib. 8, Circa quæ si is qui instituitur, non repugnarit, primũ ad cætera habiturus est cursum.

Cum sæpe obnitens repugnasset. Paterc. lib. 2.

Repugnans, Participium {ἀντιμαχόμενος.} Plin. lib. 8. cap. 16, Ita vt deuinciatur non repugnans.

Aduersans & repugnans natura. Cic. 3. Offic.

Cede repugnanti. Ouid. 2. de Arte.

Repugnantia, repugnantiæ {ἐναντίωσις.} Cic. 2. Philipp. Sed qui tantarũ rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis.

Repugnax, repugnacis, pen. prod. {αὐτεπάγωγος} Qui obsistit & reluctatur. Cic. 1. de Ora. Quibus dicere Carneades solebat, ingenium tuũ Crassi se vehemẽter admirãs, me sibi perfacilem in audiendo, te repugnacẽ in disputando esse visum. Vetus exemplar legit, perpugnacem.

Repugnanter, Aduerbium {ἐναντιωματικῶς} cui contrarium est Patienter. Cic. de Amic. Vt igitur & monere, & moneri, proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non asperè: alterum, patienter accipere, non repugnanter.

Repullulo, repullulas, pen. corr. {ἀναβλαστάνω} repullulare, Iterũ pullulare. Plin. lib. 16. cap. 20, Larix vstis radicibus non repullulat, picea repullulat.

Repullulare è radicibus. Plin. lib. 16. cap. 44.

Repullulasco, repullulascis {ἀναβλαστάνω} repullulascere, Rursum pullulascere, & nouos pullos emittere: & de arboribus ac plantis ferè semper dicitur. Col. lib. 4. cap. 22, Quoniã ferè plurimarum stirpiũ natura sic se commodat, vt iuxta cicatricẽ nouellis frondibus repullulascãt. Ibidem, cap. 24, Nam præstat ex vulnere sobolem repullulascentem vellere, quàm nodosam & scabram plagam relinquere.

Repulsa, Vide REPELLO.

Repumicare, videtur à pumice deduci, vt sit quasi pumice expolire. Vnde

Repumicatio, Verbale, in arboribus dicitur, quando gẽme hirsutæ propter frigus, expoliuntur ipso Vere. Plin. lib. 17. cap. 26, de remediis arborũ, Item succo emisso quibusdam veluti detractio sanguinis circumrasi corticis, vitium extenuatio, & domitura palmium. Gemmas si frigus retortridas hirsutásque fecerit, repumicatio, & quædam politura.

Repungo, repungis, repupugi, pen. cor. & repũxi, repunctũ {ἀναπείρω} repungere, Vicissim pungere. Cic. Lentul. lib. 1. 9, Quoniámq; illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publiũ, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus leuiter repungere.

Repurgo, repurgas {ἀναμερίζω} repurgare, Idem quod purgare, vel diligenter emundare. Plin. lib. 19. cap. 10, Enecatur cyminum ab imo dorso, nisi repurgetur.

Horum repurgare. Ouid. de Nuce.
Repurgare nomas. Plin. lib. 23 cap. 4.
Cælum repurgatum. Ouid. 5. Metam.
Repurgatus in synceriſſimum nitorem. Senec. epiſt. 67.

Repurgium à repurgando, vtuntur Iuſtinianus, C. de aquæ ductibus, & Ambroſius ad Theodoſium, Non audiſti Imperator, quia quum iuſſiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis, diuino qui faciebant repurgium igne cremarunt.

Reputo, reputas, pen. corr. {λογίζομαι, ἀναλογίζομαι, ὑπολογίζομαι} reputare, Diligenter putare.
¶Reputare, per tranſlationem, pro Multum ac diu cogitare, conſyderare, ſecum voluere. Terent. Eunuch. 3. 5,
Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum interea virgo. Idem Andr. 2. 6, Etenim eam ſecum rem recta reputabit via. Cic. ad Lent. lib. 1. 9, Tamen non reputans quid ille veller. Idem 2. de Nat. deor. huac horum nihil vnquam reputauiſſe certò ſcio.
Tecum ipſe reputa furores Sidonios. Silius lib. 17.
Non facile eſt reputare, virum, &c. Cic. in Salluſt.
Reputare, pro Imputare. Modeſtinus in l. Nihil intereſt. §. Si quum filius. D. de inofficioſo teſtamento, Tamen eſt aliquid quod teſtatoris vitio reputetur vt meritò repellendus non ſit.
¶Reputare, Computare, compenſare. Vlpian in l. 1. §. Si pupillus. D. de tutel. & rationibus diſtrah. Item ſumptus litis tutor reputabit, & viatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquò exire vel proficiſci. Papin. in l. Sed ſi nondum. D. de relig & ſumpt. funer. ſed ſi nondum pater dorem recuperauerit: vir ſolus conuenietur, reputaturus patri, quod eo nomine præſtiterit.

Reputatio, Verbale {ἀναλογισμὸς} conſyderatio. Plin. lib. 10. cap. 37. Gel. lib. 12. cap. 5, Per incrementa ætatis exorta è ſeminibus ſuis ratio eſt, & vrendi conſilij reputatio, & honeſti contemplatio.
¶Reputatio, pro Computatione. Caius in l. Item ex diuerſo. D. familiæ erciſcundæ. Si iudex aut reputationes inter eos fecerit, aut curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda & incommoda. Marcellus in l. Titia. D. de ſolutionibus. Titia, quum propter dotem bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit: reditus exegit, & mouentia diſtraxit. quæro an ea quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus reſpondit, reputationem eius quod proponeretur, non iniquam videri.

Requies, requiei, vel requietis, requiem, vel requietem, Ablatiuo, requie vel requiete {ἀνάπαυλα, ἀνάπαυσις, κατάπαυσις, ἡσυχία, ἀνεσις, ἠρεμία} Ipſe quieſcendi actus. Cic. de Senect. Vt meæ ſenectutis requietem, obleſtamentúmque noſcatis. Chariſius lib. 1. Cicero requietem dixit, ad Hoſtilium.
Labori requies hæc erat. Ouid. 7 Metam.
Requietis interualla. Cic. 1. de Fin. Et ad dolores ita paratus eſt, vt meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis.
In amicitia Scipionis, requies plena obleſtationis mihi fuit. Cic. de Amicit.
Requies ſpatiúmque. Virg. 4. Æneid.
Tantum temporis quantum ad animi & corporis requiem conceditur. Cic. pro Archia.
Bellorum requies, Id eſt à bellis. Stat. 3. Thebaid.
Doloris feri requies. Ouid. 2. de Arte.
Obleſtatio animi, requies curarum. Cic. 2. Offic.
Medicina & requies curæ. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9.
Laborum certa requies. Virg. 3. Æneid.
Laboris grata requies. Ouid. ad Liuiam.
Mali nulla requies erat. Lucret. lib. 6.
Pugnæ requiem ſperabant. Virg. 12. Æneid.
Sera requies meæ ſenectæ Virg. 9. Æneid.
¶Alterna requies, Ouid. epiſt. 4,
Quod caret alterna requie durabile non eſt.
Mœſta. Stat. 8. Thebaid.
Tutior. Ouid. 8. Metam.
¶Attulit pugna requiem multorum dierum. Ouid. 10. Metam.
Dare requiem ab opere. Colum. lib. 6. cap. 14.
Dare voce requiem & modum. Ouid. 3. Metam.
Habere requietem. Cic. Attico, lib. 1. 13, Ita ſum ab hominibus deſtiturus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore & filiola & mellito Cicerone conſumitur.
Negare requiem. Ouid. 10. Metam.
Exiguámque petit requiem. Ouid. 4 Metam.
Poſcunt requiem ſocij. Ouid. epiſt. 7.
Requietem quærere. Cic. 5. de Fin. Itaque ſi aut requietem natura non quæreret, aut eam poſſet alia quadam ratione conſequi.
Requiem ex occupationibus quærere. Lucius Ciceroni, lib. 5. 14, vel animo defatigato tuo qui nunc requiem quærat ex magnis occupationibus.

Requieſco, requieſcis, requieui, requietum, pen. prod. {ἀναπαύομαι, ἡσυχάζω} requieſcere, Dormire. Virg. 1. eccloga,
Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi.
Lecto requieſcere. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Humo. Ouid. 10. Metam.
Somno molli. Catul. ad Mallium 63.
Noctes longas. Tibul. lib. 3. eleg. 7.
¶Requieſcere, pro Conquieſcere, vel quietem accipere, & tranquillè viuere, ſine vllo animi aut corporis impedimento.
Requieſcere, & curam animi leuare. Cic. 6. Verr. Quum diutius in eo negotio curáque fueram, vt requieſcerem, curámque animi remitterem, ad Carpinatij prælaras tabulas reuertebar.
A malis. Cic. 1. Tuſcul. Vbi remiſſa humana vita corpus requieſcat à malis. Ex Ennio.
A turba rerum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5.
In ſella. Cic. 1. de Diuin. Quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu vlla vox extitiſſet, puellam defatigaram petiiſſe à matertera vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requieſceret.
In ſpe alicuius adoleſcentis. Cic. pro Cælio. Hoc eſt, Ex ſpe futuræ illius probitatis, quietem ſibi polliceri.
In miſeriis. Cic. Attic. lib. 8, Et ſimul (crede mihi) requieſco pauſum in his miſeriis, quum quaſi tecum loquor.
In ſermone alicuius. Cic. 2. de Orat. Sed tamen deſeſſus in labore, atque itinere diſputationis meæ requieſcam in Cæſaris ſermone, tanquam in aliquo peropportuno diuerſorio.
In lectione poetarum. Quintil. lib. 10 cap. 1.
Non requieſcere conſilio cuiuſquam. Cic. Attico, libro 1. 13, Non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident & vrgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.
Arua requieſcunt mutatis fœtibus. Virg. 1. Georg.
Aures requierant omnibus. Catul. de Ario.
Cum tot ſyderibus cælum requieuit in illo. Ouid. 4. Metam.
Pectora requierunt. Stat. 12. Thebaid.
¶Requieſcere, Quietum facere, ſiue retardare, cum accuſatiuo, teſte Seruio. Virg. eclog. 8,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Requietus, pen. prod. Adiectiuum {ἀναπαυμένος} Qui requieuit. Salluſt. Paululum requietis militibus.
Ager requietus. Ouid. 2. de Arte. Id eſt, ager qui aliquantulum requieuit.
Requietum arum. Colum. lib. 2. cap. 9.
Lac requietum. Colum. lib. 7. cap. 8.
Requietior. Colum. lib. 2. cap. 1, Neque enim idcirco rudis & modo ex ſylueſtri habitu in aruum tranſducta fœcundior haberi terra debet, quòd ſit requietior & iunior.

Requiro, requiris, pen prod. requiſiui, requiſitú, pen. prod. {ἀναζητῶ} requirere, Sæpius vel rurſum quærere. Terent. Phor. 2. 1,
Abi Phædria, eum require, atque adduce huc. Cic. 3. de Fin. Tu autem quum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris?
Requirere & Quærere hoc differunt: quoniam Requirere, eſt diu quærere. Afranius Fratriis:
Proin tutum quæram, ne requiram te vide. Ex Nonio.
Aliquem vocibus, vel ſermone requirere. Plin. epiſt. 106. Virgilius 1. Æneid.
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt.
Oculis requirere aliquid. Currius lib. 4.
Animo & oculis aliquem. Ouid. 4. Metamorph.
¶Requirere ab aliquo, Quærere ab aliquo, interrogare aliquem. Cic. Att. lib. 12, Siquis requirit à te cur Romæ non ſim: quia diſceſſus eſt. Idem 1. Acad. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere.
Requirere ex. Cic. pro Cælio, Ex quibus requiram, quonammodo latuerint.
Requiſiuit rex, quis ſupremum diem Athenis obiiſſet. Plin. libro 7. cap. 29.
Illud quoque requiſiui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contradicat. Cic. pro Quintio.
Studioſè requirere. Ouid. 1. de Arte.
Cauſam. Ouid. 13. Metam.
Cauſas requirit inſcius. Virg. 6. Æneid.
Domum alicuius. Cic. 6. Verr.
¶Requirere, Poſtulare, flagitare, depoſcere. Cic. pro Lege Manilia, Quibus amiſſis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. De Vectigalibus.
Requirere & flagitare. Cic. 7. Ver. Abs te officium tuum debitum generi & nomini requiro & flagito.
Requirere auxilium. Cic. 7. Verr. Omnes hoc loco ciues Romani & qui adſunt, & qui vbicunque ſunt, veſtram ſeueritatem deſiderant, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt.
Diuitias. Tibul lib. 1. eleg. 1.
¶Requirere, pro Inſpicere, animaduertere, inquirere. Caius in l. 4. D. de teſtamen. Si quæramus an valeat teſtamentú: in primis animaduertere debemus, an is qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit, requiremus an ſecundum regulas iuris ciuilis teſtatus ſit.
¶Requiri, pro Neceſſarium eſſe: & Requirere, pro Opus habere. Cic. 1. de Finib. Virtutem autem nixam hoc honeſto, nullam requirere voluptatem, atque ad beatè viuendum ſeipſa eſſe contentam.
¶Requirere, pro Deſiderare quod non adeſt. Cic. ad Cecinnã, lib. 6. 6, Vereor ne literarum à me officium requiras. Nam ſuprà dixerat, Vereor ne deſideres officium meum. Idem in Parad. In quo equidem continentiſſimorũ hominum maiorum noſtrorũ prudentiã requiro.
¶Requirere, pro Deſiderio rei amiſſæ teneri vel præteritæ, vel abſentis, vel eam poſcere. Cic. de Senect. Denique iſto bono vrare dum adſit: quum abſit, ne requiras: niſi forte adoleſcentes, pueritiam: paulum ætate progreſſi adoleſcentiam debeant requirere.
Poſt requiſitum etiam, niſi eiuſmodi eſſet viſum verum, quale falſum. Cic. 4. Acad.
¶Requiſita naturæ dixit Salluſtius per periphraſin, vt notat Quintilianus lib. 8 cap. 6. pro Exonerate aluum.

Requirito, requiritas {ἀναζητῶμαι} requiritare, Frequentatiuum. Plaut. Moſt. 1 4. 11,
Quid tu otioſus res nouas requiritas?

Res, rei, fœm. gen. {χρῆμα, πρᾶγμα, πρᾶξις} generalem habet ſignificationem. Nam, vt Caius inquit in l. 1. D. de rerum diuiſione, ſiue corporalia ſiue incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ tangi poſſunt, vt fundus, homo, veſtis: incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea quæ in iure conſiſtunt, ſicut hæreditas, vſusfructus, obligationes.
Abdita rerum. Horat. in Arte.
Rerum aſperitas. Cicero, Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, & cætera.

Caput & fons rerum. Horat. 1. epiſt. 18.
Cauſas rerum cognoſcere. Virg. 2. Georg.
Concordia rerum diſcors. Horat. 1. epiſt. 12.
Creatrix rerum natura. Lucret. lib. 2.
Rerum curſus. Cic. Fam. 4.
Deſyderium rerum. Lucret. lib. 3.
Tempus edax rerum. Ouid. 5. Metam.
Fama rerum incredibilis. Virg. 3. Æneid.
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit. Ouid. 15. Metam.
Rerum grauitas. Cic. ad Brut.
Verſus inopes rerum. Horat. in Arte.
Inſcitia rerum. Horat. 1. epiſt. 3.
Rerum interitus. Cic. Fam. 6.
Maieſtas rerum. Lucret. lib. 5.
In rerum natura. Cic. 4. Acad. Negas tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe.
Nouatrix rerum natura. Ouid. 15. Metam.
Opifex rerum. Ouid. 1. Metam.
Rerum perturbatio vel confuſio. Cic. Fam. 1.
Animus rerum prudens. Horat. 4. Carm. ode 9.
Prudentia rerum. Virg. 1. Georg.
Sepulchrum commune rerum, terra. Lucret. lib. 5.
Rerum ſtatus. Cic. Fam. 12.
Trepidus rerum. Virg. 12. Æneid.
Rerum tumor. Cic. Ne deſerere viderer hunc rerum tumorem.
Rerum turba. Cic. Expone rem etiam quemadmodũ hîc, & quanta in turba, quantáque in confuſione rerum viuerẽmus.
Turbine rerum miſerarum attonitus. Ouid. 7. Metam.
Rerum varietas. Cic. Fam. 2.
Aqua rerum viliſſima. Horat. 1. Serm. ſaty. 5.
¶Abſurda res, Vide ABSVRDVS.
Acerba. Lucret. lib. 4.
Res ampliſſimæ. Cic. Fam. 5.
Anguſtæ res, Exiguæ, non magni momenti. Virg. 3. Georg.
Res animales. Vlp. in l. à diuo. D. De re iud.
Ad faciendam fidem res appoſitæ. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Arcana. Ouid. 4. Metam.
Ardua, Vide ARDVVS.
Bona, Vide BONVS.
Res bonæ, vel optimæ. Cic. Fam. 4.
Res calamitoſæ. Cic. pro Lege Manil.
Certa, Vide CERTVS.
Communis. Horat. 1. Serm. ſaty. 6.
Res comperendinata ſignificat iudicium in diem tertium conſtitutum. Feſtus.
Confeſſa, Vide CONFITEOR.
Contorta, Vide CONTORQVEO.
Res contractæ. Cic. Fam. 7.
Res conuerſæ. Cic. Fam. 1.
Res corporales, Vide CORPVS.
Corporea. Lucret. lib. 2.
Credula res amor eſt. Ouid. epiſt. 6.
Declamatoria res. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Res deſperatæ. Cic. Fam. 4.
Res deteriores. Cic. Quanto deteriores offenſurus ſis, &c.
Diuina. Cic. Att. lib. 4, Senex ad rem diuinã dicit ſe velle diſcedere.
Res euerſæ. Cic. Fam. 6.
Facilis. Lucret. lib. 2.
Furtiua. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Relatu horrenda. Ouid. 15. Metam.
Non illiberalis ad cognoſcendum, Vide ILLIBERALIS.
Immoderata res eſt Cupido. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.
Implicata res controuerſiis, Vide IMPLICO.
Incognita res turbat animos. Virg. 1. Æneid.
Res incommodæ. Cic. Fam. 6.
Res incorporales, Vide CORPVS.
Res dictu incredibilis. Quintil. in Gladiatore, non procul à fine.
Infirma & nugatoria ad probandum, Vide INFIRMVS.
Ingenioſa res eſt. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Inquiſita & comperta, Vide INQVIRO.
Inſolitam rem apportare auribus, Referre aliquid inauditum antea. Lucret. lib. 5.
Inuidioſa, Vide INVIDEO.
Inuoluræ & occultæ res, Vide INVOLVO.
Res luculenta. Cic. Eſt enim res luculenta.
Ludicra. Horat. 2. epiſt. 1.
Manifeſtæ, Vide MANIFESTVS.
Manifeſtas contra res & veras repugnare. Lucret. lib. 3.
Manifeſtaria res eſt, Vide MANIFESTVS.
Medicatiſſima, Vide MEDICO, medicas.
Miſſiles res, Vide Miſſilis, in MITTO.
Moleſta & odioſa. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Nec-opinata, Vide NEC.
Negotioſa, Vide NEGOTIVM.
Nouæ res, Vide NOVVS.
Nudæ atque inornatæ. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Res operoſa. Cic. Res operoſa eſt, & hominis, &c.
Res plurimi otij. Cic. ad Attic. 4.
Otioſa, Vide Otioſus, in OTIVM.
Res eſt non parua. Virg. 3. eclog.
Penſitata, Vide PENSO.
Res perditæ. Cic. Fam. 12.
Res periculoſa. Cic. In magnis, periculoſiſque rebus, &c.
Res perturbatæ. Cic. Fam. 6.
Ridicula & iocoſa. Catul. ad Catonem, 83.
Suaues. Horat. 2. Serm. ſaty. 8.

Teſtata, Vide TESTOR.
Res turbulentæ. Cic. Fam 9.
¶Abducere à re aliqua ad aliam, Vide ABDVCO.
In rem aliquam abire, Vide ABEO.
Rem abiicere. Cicero, Quin nunc ipſum non dubito rem tantam abiicere.
Abrumpere ex re aliqua, Vide ABRVMPO.
Abſtinere rebus vrbanis, Vide ABSTINEO.
Abeſſe res videtur, Vide ABSVM.
Frigidis rebus dies aliquot abſumere. Plin. iunior lib. 1. epiſt. 9. ad Fundanum.
Abundare in re aliqua, Vide ABVNDO.
Accedere alicui rei, Vide ACCEDO.
Accipere ab aliquo rem aliquam, Vide ACCIPIO.
Accommodare in rem aliquam, Vide ACCOMMODO.
Acquieſcere alicui rei, Vide ACQVIESCO.
Addere nomina rebus. Ouid. 5. Metam.
Rem in locum adducere, vel deducere. Cic. Fam. 16.
Rem adducere in diſcrimen. Cic. Fam. 5.
Rebus adhibere cautionem. Cic. ad Attic. 1.
Alias res agere. Cic. Ita furebat, vt mirarer tam alias res agere populum, &c.
Agere res aliquas, Vide AGO.
Cedit illi res, Vide CEDO.
Cogitare rem aliam ex alia, Vide COGITO.
Conferre rem in pauca, Vide CONFERO.
Conſolatur me hæc res, Vide CONSOLOR.
Rei capitalis damnatus, Vide DAMNO.
Deducere rem aliquò. Horat. 1. Serm. ſaty. 1.
Res eò deducta eſt, Vide DEDVCO.
Rem aliquam in diuerſas partes deducere, Vide DEDVCO.
Rem ad aliquem deferre, vel alicui committere. Cic. Fam. 1.
Rem differre. Cic. Fam. 10.
Rem familiarem diminui, vel re familiari comminui. Cic. ad Att. 4. Et Matius Cic. Fam. 11.
Rem familiarem diſſipare. Cic. Fam. 4.
Rem in motu eſſe. Cic. ad Qu. frat.
Rem eſſe in integro. Cic. Fam. 5.
Rem eſſe loco, id eſt ſtatu. Cic. Fam. 12.
Exaſperare rem verbis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exponere rem verbis. Lucret. lib. 1.
Facere rem diuinam alicui deo. Cic. 3. de Nat. deor.
Rem habere ſe. Cic. Fam. 3.
Iactare rem ſermonibus, Vide Iacto in IACIO.
Imperitare rem æquam. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.
De re familiari impertire. Cic. Offic. 2.
Rem inclinari. Cic. Fam. 1.
Increbuit res prouerbio, Vide INCREBRESCO.
Chaos rebus inducere. Senec. Agamemn. 6.
Honeſtis rebus animum intendere. Horat. 1. epiſt. 2.
Rem ire, pro Expediri. Cic. Incipit res melius ire quàm putaram.
Prorſus ibat res. Cic. lib. 14. Id eſt, erat cũ bene ſperaremus. *Tout alloit bientout l'affaire ſe portoit bien.*
Magnis de rebus loqui. Lucret. lib. 4.
Res mouere. Cic. ad Qu. frat.
Rem naſci. Terent. in Hecyr.
Notare res nominibus nouis, Vide NOTA.
Inſigni aliqua & nota re notare quippiam, Vide INSIGNIS.
Ordine rem pando. Virg. 3. Æneid.
Rem procurare. Cic. ad Attic. 6.
Reddere rationem rei. Lucret. lib. 6.
Rem refrigere. Cic. ad Attic. 1.
Rem reiicere. Cic. Fam. 5.
Rem ad manus reuocare, Vide MANVS.
Apertas res ſecernere à dubiis. Lucret. lib. 4.
Summa ſequar faſtigia rerum. Virg. 1. Æneid.
Rem ſuſcipere. Cic. ad Qu. frat.
Tentare rem, Horat. 2. epiſt. 1.
In rem præſentem venire. Totum ad rem iudiciam pertinet, neque admodum abſimile eſt, A iuſto ſacramento contendere. Budæus.
¶Res, Negotium, cauſa ipſa. Terent. Adelph. 5. 3,
Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc fuit. Vbi Donatus, Res, cauſa litis. Terent. Hecyra, 3. 5,
Omnem rem ſcio, vt ſit geſta. Idem Heaut. 1. 1,
Chreme, tantúmne eſt ab re tua otij tibi,
Aliena vt cures, eáque quæ ad te nihil attinent? Hoc eſt, præter familiaria negotia tua, éſtne tantum tibi otij vt, &c.
Integra res, Vide INTEGER.
Paruula, Vide PARVVS.
In inuidia res eſt, Vide INVIDEO.
Accingi ad rem aliquam, Vide ACCINGO.
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur. Horat. in Arte.
Agere rem quaſi alienam. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Agitare res, Vide AGITO.
Res tua agitur. Cic 5. Verr. Quòd ſi res tua nõ ageretur, à te potius poſtularent, ne amplius, &c.
Attinet ad rem. Horat. 2. Serm. ſaty. 2.
Tanti ſceleris res nemini fuit credenda. Cic. pro Cælio.
In rem præſentem ire, Vide IN præpoſitionem.
Malè rem gerere. Horat. 2. Serm. ſaty. 3.
In rebus gerendis acer, Vide ACER-adiectiuum.
A rebus gerendis abſtrahere, Vide ABSTRAHO.
Gerendis rebus minus apta. Ouid. 1. de Arte.
In eam rem ſiquid habebo, Vide IN præpoſitionem.
In re incipiunda, Vide IN præpoſitionem.

Nihil interest ad rem, Vide INTEREST.
Nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. Author ad Herennium, lib. 4.
Ministrare res timidè gelidéque. Horat. in Arte.
Monet res, Vide MONEO.
Mouentur res magnæ, Vide MOVEO.
Natus rebus agendis. Horat. in Arte.
Noui rem omnem, Vide NOSCO.
Salua res est. Terent. Eunuch. 2.2.
¶Bellica res. Horat. 4. Carm. ode 3.
Militaris res diuinitus constituta, Vide CONSTITVO:
Rei militaris scientia. Cic. pro Lege Manilia.
Rem militarem discere, Vide MILES.
Res naualis, siue nautica. Cic. 7. Verr.
Numaria res, Vide NVMVS.
Pastoria, Vide PASTOR.
Pecuniaria, Vide PECVNIA.
Res prolatæ, & Rerum prolatio, significat tempus illud quum homines feriarentur. Declarat maximè Plautus in Captiuis Act. 1, ex persona parasiti.
Vbi res prolatæ sunt, quum rus homines eunt.
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Quasi quum caletur, cochleæ in occulto latent:
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:
Item parasiti rebus prolaris latent,
In occulto miseri victant succo suo. Cic. pro Murena, Sapiens existimari nemo potest in ea prudẽtia, quæ neque extra Romam vsquã, neque Romæ, rebus prolatis, quidquam valet. Idem ad Attic. lib. 14. epist. 5, Meam stultam verecũdiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deferere viderer hunc rerum tumorem. Ad Q. frat. lib. 3. epist. 2. à fine, Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta. Ad Attic. lib. 7. epist. 11, Istum quidem, cuius phalarismum times, omnia terrimè facturum puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magistratuúmque discessus, nec æratiũ clausum tardabit. Rerum igitur prolatio, siue Res prolatæ, idem est ac si dicas, vacatio à muneribus: quæ maximè erat ludorum diebus. Ludorum autem nomina, Votiui, Romani, Victoriæ, Plebeij. quorum primi Votiui XVII. Cal. Sept. commissi, per quindecim dies celebrabantur: & continuò Romani per decem dies: quum interea res prolatæ dicebantur. Confectis Votiuis & Romanis, rursus ad negotia: iudicia fiebant: senatus habebatur: tum publicè, tum priuatim quisque satagebat in sua re: hoc vsque ad VIII. Cal. Nouembris. Nam quum inter ludos Romanos & ludos victoriæ dies interfint XLV. quod apertè ipse declarat lib. 4. in Verrem: rectè subducẽti perspicuum fiet, ludorum Victoriæ commissionem incidere in diem VIII. Cal. Nouembris. iterum igitur res prolatæ. Victoriæ autem ludi, quúmque his Plebeij cõiuncti, dies auferebãt octo: vt ad IIII. Nonas Nouembreis, & magistratus, & cuiusuis ordinis homines intermissam rei suæ publicæ siue priuatæ administrationem repeterent. Itaque lib. 4. epist. 15. non procul à fine, Pontinus vult ad IIII. Nonas Nouembris triumphare. ex quo patet, non fuisse diem festum IIII. Nonas Nouembris. Quocunque igitur tempore ad Vibem Cæsar venerit, statim aget quæ putabit è re sua. non eum tardabit rerum prolatio, quo tempore nihil neque publicè fit, neque priuatim: contemnet antiquum morem: sine senatu, sine magistratibus decernet ipse ex libidine: refinget ærarium, publicáſque pecunias ad vsum Reipublicæ seruatas, ad Reipublicæ oppugnationem conuertet.
¶Res ipsa, Vide IPSE.
In re ipsa, Vide IN præpositionem.
E re, & Ex re, Vide E & EX præpositiones.
Ex re ipsa. Quintil. lib. 5. cap. 13, Accusator dat testem, patronus ex re ipsa refellit.
Ex re ipsa natus, Id est temporalis. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Reque eapse, pro Re ipsa. Scipio Africanus Pauli filius, quum pro æde Castoris dixit, hac compositione vsus est: Quibus de hominibus ego sæpe, atque in multis locis opera, factis, cõsiliis, reque eapse (sæpe) benemeritis spem, &c. Festus.
E re nata, Id est occasione, vt ait Donatus. Terent. Adelph. 3.1.
Consulere ex re. Tacit. lib. 1. Hoc est, prout occasio tulerit.
Pro re pauca loquar. Virg. 4. Æneid.
Pro re nata, Pro euentu rei & occasione. Cic. Attic. lib. 14, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Id est, quantum ad præsens tempus attinet. *Pour le temps.*
Cum re præsenti deliberare, Vide CVM præpositionem.
Ob rem, Vide OB præpositionem.
¶Ab re, Vide A & AB præpositiones.
Ab re, Id est Ab euentu. Liu. 1. ab Vrbe, Id ab re (quod nunc quoque tenet nomen) interregnum appellatum.
¶Res, Veritas. Terent. Adelph. 4.7,
-si non re ipsa tibi istuc dolet,
Simulare certe est hominis. Item Hecy. 5.2,
Hæc res hîc agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor,
Oportet. Vbi Donatus, Aut sic intelligendum est, quasi dicat, Hoc agebamus quum tu aduenires. aut cum assueratione pronuntiandum est, vt sit RES, veritas: quasi dicat, Hîc non verba sunt, sed res agitur.
Res ipsa atque veritas. Cic. pro Rosc. Amer. Vides Eruci quantum distet argumentatio tua à re ipsa atque à veritate.
Res ipsa indicat, Vide IN DICO, indicas.
Res ipsa loquitur, Vide LOQVOR.
¶Verba ad rem conferre. Terent. Eunuch. 4.6. Vbi Donatus, Verba ad rem contulit, hoc est Agere quod dicebat, aggressus est. Idem Andr. 5.1,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Re iuuare. Terent. Heaut. 1.1, -crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.

Dictu quàm re facilius. Liu. 1. bel. Maced.
¶Res, pro sumptu. Martianus in l. Quum vir. D. De doli ma. & me. excepit. Quum vir in area ab vxore sibi donata aliquid ædificasset, plérisque placet, doli mali exceptione posita rem seruari posse.
¶Res, Vtilitas. Terent. Hecy. 1.2,
Ita di deæque faxint, si in rem est Bacchidis. Idem Phorm. 2.4,
Ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias.
In rem nostram est, Vide IN.
In re mea est, Vide IN.
Cogitatè rem suam tractare, Vide COGITO.
In rem suam aliquid conuertere. Cic. pro Rosc. Amer.
E re, Ex vtilitate, Vtiliter. Papin. in l. Donationes. in §. 1. D. De donationib. Nec matrem offensam è re petitionem habere. Hoc est, matrem ex leui offensione eas res vtiliter repetere non posse.
¶Res, aliquando relatiuum est, referens præcedẽtia. Terent. Phor. 2.1, Si est patruus, culpam vt Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. Vbi Donatus, RES ad CVLPAM relatum.
¶Alicui rei esse. Terent. Adelph 3.3,
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Vbi Donatus, Rectè: de hoc enim suprà dixit, 1.2, -non fratrem videt
Rei dare operam, turi esse parcum ac fobrium?
¶Res est mihi cum illo. Terent. Phorm. 1.3. Cic. Sulpit. lib. 13. 27, Siqui difficiliores erunt, vt rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum Senatore res est, Romam reieceris.
Habere rem cum aliquo, Id est consuetudinem, amorem. Terentius Eunuch. 1.2.
¶Res, Hæreditas. Terent. Phorm. 2.3,
At si talentûm rem reliquisset decem. Donatus.
¶Res, Patrimonium. Terent. Adelph. 5.3,
-at enim metuas ne ab re sint tamen
Omissiores pauló. Id est, negligant curare rem domesticam. Idem Adelph. 5.3, Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Vbi Donatus, Pro re, Pro patrimonij tui qualitate.
¶Res, Pecunia, & etiam fortunæ bona. Terent. Eunuch. 1.2,
Eius frater aliquantum ad rem est auidior. Idem Adelph. 5.3,
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad res omnes, quàm sat est. Cic. 2. in Catil. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.
Res & aurum. Lucret. lib. 5.
Accisæ res, Vide ACCIDO, pen. prod.
Ampla res domi. Iuuen. Saty. 12.
Arctis in rebus absit pudor, In magna rerũ angustia. Valer. 5. Argõ.
Auita res & patria, Vide Auitus in AVVS.
Cibaria re copiosus, Vide COPIA.
Contemptæ rei dominus splendidior. Horat. 3. Carm. ode 16.
Contracta res, Vide CONTRAHO.
Curtæ nescio quid semper abest rei. Horat. 3. Carm. ode 24.
Res familiaris ministra & famula corporis. Cic. 1. Tusc.
Familiaris res mea. Cic. 2. de Orat.
Rei familiaris naufragia. Cic. Fam. 1.
Frumentaria res. Cic. Attic. lib. 8.
Res mobiles. Vlp. in l. à diuo. D. De re iud.
Modica. Iuuen. Saty. 13.
Mouentes res, pro Mobilibus, Vide MOVEO.
Paruis rebus alta præstatur quies. Seneca Thyeste, 5:
Paupera res, apud Plautum, Vide PAVPER.
Res pauperculæ, modicæ & modestæ, Vide MODVS.
Pecuaria, Vide Pecuarius, in PECVS.
Præclara filius in re sublatus malè alitur. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Res salua & Perdita, contraria. Terent. Eunuch. 2.2.
¶Ampliare rem. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Amplificare rem familiarem, Vide AMPLIFICO.
Aug-re rem, Locupletari. Cic. pro Rab. Post. Ita vt in augenda re, non auaritiæ prædam, sed instrumẽtum bonitati quærere videretur.
Comminuti re familiari, Vide COMMINVO.
Conficere rem, Vide CONFICIO.
Confringere rem, Vide CONFRINGO.
Corrumpere rem familiarem, Vide CORRVMPO.
Curare rebus alienis suo vestimento & cibo. Plaut. Truc. 4.
Facere rem, Lucrari. Terent. Adelph. 2.2,
Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines. Ex Donato.
Habere rem, Non inopem esse. Cic. 2. Offic. Illud malè dixit, non esse in ciuitate duo millia hominum qui rem haberent.
Intercipere res alicuius. Ouid. 9. Metam.
Copia rerum mersat membra. Lucret. lib. 5.
Res vbi magna niter domino sene. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Multæ tibi tum officient res. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Res sanguine partæ. Ouid. 1. epist.
Patriam rem perdere. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Quærere rem honestè mercaturis faciendis. Cic. in Parad.
Præclaram ingrata stringat malus ingluuie rem. Horat. 1. Sermon. satyra 2.
Vir haud magna cum re. Cic. de Senect. Licet versibus eisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus.
¶Res, Status, conditio. vt Res publica, Res priuata, Res familiaris, Res vxoria. Cicero, Id enim rebus nostris minimè cõducebat. Id est, statui nostro. Virg. 6. Æneidos,
Hic rem Romanam magno turbante tumultu,
Siſtet equus. Vbi Seruius, Rem Romanam, Statum Reip.
Tueri armis res Italas. Horat. 2. epist. 1.
Forensis res. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Reuocare se ad curam rei domsticæ, rei forensis, Reipublicæ. Cicero pro Cælio.

In re

In re præsenti, Vide IN præpositionem.
Res priuatæ, Id est bona priuatorum. Cic. Attic. lib. 9.
Priuatæ ac domesticæ res. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Administrare rem familiarem, Vide ADMINISTRO.
Obire rem priuatam vel publicam, Vide OBEO.
Ordinare publicas res. Horat. 2. Carm. ode 1.
Conficere rem suam non minus strenuè quàm publicam. Cic. Post reditum in Senat.
Inuisere res rusticas vel fructus causa, vel delectationis. Cic. 1. de Orat.
¶Res {ἐν ὕλῃ} Imperium. Virg. 3. Æneidos,
Postquam res Asiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam visum superis. Ibidem,
Res Agamemnonias, victriciáque arma secutus. Seruius.
Dissociabilis res. Tacit. in vita Agric. De principatu ac libertate.
Adepta rerum, Vide ADIPISCOR.
Domina rerum Roma. Ouid. 15. Metam.
Caput rerum. Tacit. lib. 1.
Custos rerum Cæsar. Horat. 4. Carm. ode 15.
Imperia rerum. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Origo rerum & molitio, Vide ORIGO.
Pulcherrima rerum Roma. Virg. 2. Georg.
Potestas summa rerum. Virg. 10. Æneid.
¶Rem, vel res gerere, pro Pugnare apud Iurisconsultos, & alios. Liuius, Malletque aduersus singulos separatim, quàm aduersus duos simul rem gerere. Plin. lib. 2. cap. 67, In Arabico sinu res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispanien sibus naufragiis feruntur agnita. Id est belligerante.
Bene gestæ res. Virg. 9. Æneid.
Maxima res effecta. Virg. 11. Æneid.
Res Romana, pro Acie. Liuius, Sed res Romana erat superior. Et sic sæpe. Budæus.
Naualis res. Tacitus lib. 15.
Rem bellicam administrare. Cic. 2. de Diuin.
Euentus rerum. Lucan, lib. 5.
¶Absciſſa res erat, Vide ABSCINDO.
Tunc res immenso placuit statura labore. Lucan, lib. 3.
Dare rem in casum. Tacit. lib. 12.
Rem de manibus emittere, Vide MANVS.
Rebus suis diffidere. Liu. 1. ab Vrbe
Fessi rerum. Virg. 1. Æneid.
Inclinationes rerum & temporum, Vide INCLINO.
Forma rerum. Ouid. 1. de Ponto eleg. 11.
Summæ rerum consulere. Ouid. 2. Metam.
Aduersæ res, Vide ADVERTO.
Afflictæ. Virg. 1. Æneid.
Angustæ. Horat. 2. Carm. ode 10.
Dubiis rebus non deficere. Virg. 6. Æneid.
Dura. Virg. 1. Æneid.
Duris vrgens in rebus egestas. Virg. 1. Georg.
Egenis in rebus. Virg. 6. Æneid.
Extremæ. Tacit. lib. 17.
Fessis rebus ferre finem. Virg. 3. Æneid.
Fluxæ. Silius lib. 7.
Fractæ. Virg. 4. Georg.
Humanæ. Virg. 10. Æneid.
Inclinata, Vide INCLINO.
Infracta, Vide INFRINGO.
Iucundæ. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Secundæ. Virg. 9. Æneid.
Secundis rebus mersus, Vide MERGO.
¶Rem miseram, Aduerbium dolentis. Cic. Attic. lib. 7.
O rem lugubrem! Vide LVGEO.
¶Res, Modus. Plaut. Rud. 23,
Iam repperi rem, quo pacto nec fur, nec socius sies.
¶Res {πεῖρα} Experientia. Terent. Adelph. 5.4,
Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui. Donar.
¶Re vera {ὄντως} Duæ dictiones sunt, aut vnica Reuera, vice aduerbij. Cic. pro Quintio, Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo Sex. Nœuiũ, re vera huiusce ætatis homines disertissimos. Idem pro Cluentio, Verbo ille reus erat: re quidem vera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus.
¶Reipsa. Cic. pro Roscio Amer. Qui recuset, eum profectò, tametsi verbo non audeat, tamen reipsa de maleficio suo confiteri.
Nomine, & Reuera, contraria. Cic. 3. Verr. Quòd iste M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, reuera Pop. Rom. & erant, & habebantur.
Verbo & simulatione, & Reuera, contraria. Cic. 5 Verr.
Re vera pugnare: quod vulgus dicit, *De facto*. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
¶Respublica, reipublicæ, pen. cor. {πολιτεία} ex duobus integris cõposita dictio, quam nonnulli disiungunt, Res populi dicitur, & negotium publicum.
Sed necesse est, charitatem eam præstare, qua R. P. nomen vniuersæ ciuitatis est: pro qua mori, & cui nos totos dẽdere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cicero secundo de Legibus.
Conuersiones Rerumpublicarum. Cic. 2. de Diuin. Id ipsum à Platone, philosophiáque didiceram, naturales esse quasdam conuersiones Rerumpub. vt eæ tum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando à singulis.
Reip. forma. Cic. Fam. 2.
Reip. interitus. Cic. Fam. 6.
Reip. salus. Cic. Fam. 11.
Reip. status. Cic. Fam. 6.

Reip. summa. Cic. Fam. 13.
Ægra Resp. Vide AEGER.
Beata, Vide BEATVS.
Castrata, Vide CASTRO.
Commutabilis, Vide COMMVTO.
Constitura, Vide CONSTITVO.
Nuda à magistratibus Resp. Vide NVDVS.
Inclinata. Vide INCLINO.
Summa Resp. & municipalis. Cic. 3. de Legibus, Vtinam, inquit, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa Rep. nobiscũ versari, quàm in municipali mal uisses.
¶A Repub. aliquem abducere, Vide ABDVCO.
Accedere ad Remp. Vide ACCEDO.
Accipere Rempub. Vide ACCIPIO.
Accommodare se ad Remp. Vide ACCOMMODO.
Adire ad Rempub. Vide ADEO.
Eo censu nullius ciuitatis Respubl. potuit administrari, Cic. 4. Verrina.
Ædificare Remp. Vide AEDIFICO.
Remp. agere. Paulus l. 35. §. 3. D. ex quib. cauſ. maior.
Amplificare Remp. vide AMPLIFICO.
Arrodere, Vide ARRODO.
Attingere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Atque hanc quidem ille causam sibi ait nõ attingendæ Reip. fuisse, quòd quum offendisset populum Athenien sem propè iam desipientem tenecture, &c.
Remp. cadere, vel occidere. Cic. Fam. 6.
Remp. capere, pro Occupare. Sall. in Catil.
Capessere Remp. Vide Capesso in CAPIO.
Cedere de Rep. Vide CEDO.
Celebrare Remp. Vide CELEBRO.
Cenſere è Rep. Tacit. lib. 3.
Conferre se ad Rempub. Vide CONFERO.
Conflictare Rempub. Tacit. lib. 5.
Consultare Reipub. Vide CONSVLTO.
Continere Remp. Vide CONTINEO.
Remp. constituere, pro Stabilire vel confirmare. Cic. Fam. 6.
Remp. conuellere. Cic. in Pisonem.
Cruentare Remp. vulneribus, Vide CRVENTO.
A Rep. deficere. Cic. Fam. 12.
Remp. delere. Cic. ad Attic. 10.
Remp. erigere. Cic. ad Attic. 8.
Remp. excitare. Cic. pro Sext.
Rem. exurgere. Cic. Fam. 12.
Facere contra Rempub. Cic. Q. frat. lib. 2. 5.
Remp gerere. Cic. Fam. 2.
Remp. gubernare. Cic. Fam. 1.
Habere Remp. Cic. Bruto, 15, Hoc bello victores quam Remp. simus habituri, nescio, victis certè nulla vnquam erit.
In remp. incumbere. Cic. Fam. 10.
Remp. interire. Cic. Fam. 6.
Labefactare & euertere Remp. Vide LABES.
Lugere Remp. Vide LVGEO.
Mederi Reipub. Vide MEDEOR.
Benè mereri de Rep. Cic. Planco, lib. 10. 5, Nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstãtius, quàm de Republica bene mereri.
Remp. obruere. Sall. Et quam remp. seruitio non potuerat obruere, &c.
Remp. opprimere. Cic. Fam. 4.
Remp. oppugnare. Cic. pro Sext.
Pendet Resp. è Bruto, Vide PENDEO.
Remp. perturbare. Cic. Fam. 9.
Remp. præcipitare. Cic. pro Syll.
Remp. prostigare. Cic. 3. de Orat.
Remp. regere. Cic. ad Attic. 7.
Remp. reuiuiscere. Cic. Fam. 6.
Remp. saluare. Cic. in Pison.
Remp. ferere. Cic. Tusc. quæst. 1.
Remp. stabilire. Cic. pro Sext.
Remp. sustinere. Cic. pro Murena.
Remp temperare. Cic. Tusc. quæst. 1.
Temperare respublicas, Vide Tempero.
Remp tenere, pro Occupare. Cic. Fam. 1.
Remp tenere, pro Gubernare. Cic. Fam. 4.
Remp. tractare. Cic. Fam. 6.
Trahere Remp. funditus. Tacitus lib. 3.
Remp. vastare. Sall. Profectò neque Respub. sicuti nunc vastaretur,
Remp. violare. Cic. Fam. 1.
Respublicas multarum ciuitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea quam conscripsit de lege P. Ennij & peregrinis, quũ ait: Eæ nationes, cum aliis rebus, per auaritiam atque stultitiam, Respublicas suas amiserunt. Festus.

Resacro, resacras, pen. corr. Vide RESECRO.

Resæuio, resæuis, resæuíre, Iterum sæuire. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1,
Quæque quiescebat, ne mora resæuiat ira.

Resaluto, resalutas, pen. prod. {ἀνασπασμῷδία} resalutãre, Salutantem salutare. Plaut. Pseud. 11, Dic vtrum spémne an matrem resalutem Pseudole? Cic. 2. Philip. Sed tum minis inter omnes constabat, neminem esse resalutatum. Martial. lib. 4. 39,
Securus nullum resalutas, despicis omnes.

Resano, nas, pen. prod. resanare. Lact. lib. 4. cap. 20, Ne adduceret eos in pœnitentiam, atque resanaret.

Resarcio, resarcis, resarsi, resartum {ἀνάλημμα} resarcire, Instaurare, & quasi nouam formam inducere. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 6, Quod decretum abolitum est excusante Tiberio imbecillitatẽ eius, ac damnũ liberalitate sua resarturum pollicente. Terentius Adelph. 1.2,

Fores effregit?restituentur:discidit
Vestem?resarcietur. Hæc eadem verba habet Cicero pro Cælio.
Damna resarcire.Cic.Lentulo,lib.1.9.
Quæstum resarcire.Colum.lib.11.cap.1.

Resarrio,resarris,resarriui,resarritum{αἰσκαλάω}resarrire,pen.prod. Rursum sarrire. Plin.lib.18.cap.20, Quum hyeme prægelida captæ segetes essent,reseuerunt,resarrientes campos.
Resarrite,inquit Varro,ab serra dictum,id est aperite.Hinc etiam seræ,quibus remotis fores panduntur. Quidam Reserate legunt.Vide lib.6.de Ling. Latin.

Rescindo,rescindis,rescidi,pen.corr. rescissum{αἰσχίζω,αἰσχύνω} rescíndere,Tollere,auferre,destruere. Cæsar 1.bel.Gal.Pontem qui erat ad Geneuam,iuber rescindi. Virg.1.Georgicorum,
Et coniuratos cælum rescindere fratres.
Locum aliquem rescindere.Cic.2.de Lege agrar.
Vias.Senec.Theb.1.
Rescindere,ad omnia quæ researi & scindi possunt aut ferro,aut alio quouis instrumento,pertinet. Colum.lib.2.cap.14,Et quod falx reliquerit,prius quàm inarescat,vomis rescindat,atque obruat:id enim cedit pro stercore. Virg 3.Georgicorum,
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os:alitur vitium,vinitque tegendo. Id est,aperire.
Pectora ferro rescindere.Stat.11.Thebaid.
Terram rescindere,quod & Proscindere dictum est. Colum.lib.2. cap.2.
Vtem rescindere.Colum.lib.4.cap 29.
¶Rescindere,pro Abolere,siue abrogare accipitur, per transfationem. Terent.Phorm 2 4,
Mihi non videtur quod sit factum legibus,
Rescindi posse.
Acta alicuius. Cic.13.Philipp.Acta Antonij rescidistis , leges rescissistis per vim.
Beneficium.Senec.de Benef.lib.3.cap 13.
Concilia. Cic.2.de Legib.Quid enim maius est , si de iure quærimus,quàm posse à summis imperiis & summis potestatibus comitatus tollere,& concilia vel institura dimittere,vel habita rescindere?
Crimina rescindere,Renouare,Reficare,Iterum commemorare. Ouid.3.Trist.eleg.11.
Damnationem.Cic.4.Verr.
Fœdus.Patercul.lib.2.
Iniurias rescindere,& irritas facere. Cic.4.Verr.Fecerat hæc egre giè primo aduẽtu Metellus,vt omnes illius iniurias,quas modò posset,rescinderet & irritas faceret.
Iudicia rescindere,siue rem iudicatam.Cic.pro Cluentio.
Iudicium rescindere,& Ratum habere,contraria. Cic. in Partit. Negat probari oportere,eos qui leges scripserunt, ratum habere iudicium,si totum corruptum sit:si vnus accusator corruptus sit,rescindere nititur æquitate.
Iussa Iouis.Ouid.2.Meram.
Annis obductos luctus rescindere, Id est Renouare luctus multitudine annorum obrutos & oblitos.Ouid.12.Metam.
Pactiones. Cic.de Prouinciis Conf. Pactiones sine vlla iniuria factas rescidit.
Venditio rescindenda est. Scæuola in l. Tutor.D. De minoribus. Pandectarum lib 18.titulus quintus est, De rescindenda venditione.
Voluntatem mortui rescindere. Cic.3. Verr.Solus tu inuentus es cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorum,nisi etiam rescinderes mortuorum.

Rescissus,Partic.{αἰσχύνω,τέτοκα}vt
Palatum rescissum. Lucan.lib.4,
Rescissoque nocent suspiria dura palato.
Gloria rescissa cunctis.Claud.de bello Getico.
Fac mea rescisso pectora nuda sinu.Propert.lib.3.eleg.8.

Rescissorius,Adiect.vt Actio rescissoria. Vlpian.in l.Exẽplo.D.Ex quibus caus.maior.&c.

Rescissio,rescissionis,Verbale. Vlpian. in l. Sed etsi. D. Ex quibus caus. maior.in integr.rest.
Rescissio prioris decreti. Callistratus in l. pen. D. de decret.ab ordin.faciend.
Rescissio,præcisè pro rescissio matrimonij, quum scilicet Prætor matrimonium in danda possessione pro nihilo ducens,tacitè illud rescindit,& quantum ad ius impetrandæ possessionis pertinet , extinguit.Vlpianus,l.3 § 5.D.De bonor.poss.contra tab.Si emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta,filium fuerit sortitus, deinde nepos,patre iam mortuo,ad bonorum possessionem aui velit venire: admittendus est ad eam. Non enim per rescissionem is, qui filius iustus est,efficietur non filius.quũ rescissio quo magis,non quo minus adhibeatur.

Rescio,rescis,rescisti,rescitum{μανθάνω}rescíre,pen.prod.Factum aliquod occultius,aut inopinatum,insperatumque cognoscere:vel potius rem postquam gesta est, scire,quam nescichas quum gereretur. Sic enim interpretatur Valla carpens Gellium,lib.6.cap.23. Terent. Adelph.5.3,
Rescisti omnem rem. Cic.3.Offic.Quærit etiam,si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis,quum id rescierit, soluturúsne sit eos,sicui debeat,pro bonis? Cælius Ciceroni, lib.8.12,
Id postquam rescit, excanduit.
Furtum rescire.Ouid 2.Meram.

Rescisco,rescisces{ἐπιγινώσκω}rescíscere.Terent.Hecyr.5.4,
Omnia omnes vbi rescisceunt hi,quos parfuerat rescíscere, Sciunt.

Rescribo,rescribis,pen.prod.rescripsi,rescriptum{ἀντιγράφω,ἀντιτίθημι} rescríbere, Rursus scribere , vel alterius scripto respondere. Ouid.1.epist.1,
Nil mihi rescribas,attamen ipse veni. Sueton.in Iulio,cap.56,Existimatque rescripturum,& correcturum fuisse.
Manu trepida rescribere.Ouid.2.amor.eleg.2.

Cui rei fugerat me rescribere. Cic. Attic. lib. 5, Nostra negotia (quoniam Romæ commoratis)amabo te explica,cui rei fugerat me rescribere.
Alicui rescribere ad,Brutus ad Antonium, lib.11.2, Rescribas nobis ad omnia,rogamus.
Ad omnia quæ quærentur rescribere.Cic.Lentulo,lib.1. 9.
Rescribere de aliquo. Cic.Attic.lib.2.20, Tu tamen de Curtio ad me rescribe certius.
Epistolæ alicuius rescribere. Cic.ad Attic. lib 7, Vni tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi.Id est, Non respondi.
¶Rescribere , pro Econtrario scribere. Quintil.lib.10.cap.5,Melius hoc quàm rescribere veteribus orationibus.
Rescribere legionem ad equum,est eam quæ peditum erat, in numerum equitum transcribere.Cæsar lib.1.bell.Gall.
¶Argentum alicui rescribere.Terent.Phor.5.8,
Sed transi sodes ad forum,atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio. Vbi Donatus , Rescribi, reddi,seu per mensæ scripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura , rescribere dicebant pro renumerare. Horat.2.Serm.satyr.3,
Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.
Rescribere nummos. Plautus,
Adducit domum etiam vltrò , & rescribit nummos. Est autem rescribere nummos,non præsentes soluere,sed pro his in certum diem soluendis apud Trapezitam se obligare , & per argentarium in certam diem cauere redditum iri nummos qui debeantur. Quæritur enim pro pecunia præsenti cautionem soluendæ per mensam pecuniæ apud argentarium factam:& ante dictum erat,
Nam vidi huc ipsum adducere ad Trapezitam Exærabum. Hæc Turneb.

Rescriptus , Participium. Cic. 4. Tusculan. vbi scribit cantus rescriptos fuisse sonis , id est notatos & scriptos suis sonis , nec antiquis defuisse musicam.Vide Turneb.

Rescriptum,rescripti{αἰτιογραφέω}significare videtur id genus epistolæ qua imperatores,aut summi Pontifices consulentibus eos responderint:cuiusmodi sunt quas decretales vocant. Vlpianus in l.1.De appellationibus , Quæritum est an aduersus rescriptum principis prouocari possit:si fortè Præses prouinciæ,vel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptum.
Immite rescriptum.Tacit.lib.5, Immiti rescripto venas resoluit.

Reseco,resecas,pen.corr.resecui,resectum{ἀποτέμνω}resecáre, Rescindere , de aliquo excindere. Colum. de Arboribus, cap. 6, Veterem vineam,si in summo radices habebit , resecare nolito : alioqui etiam nouella vinea,quæ ex resectione enata fuerit, vim inutilem habebit.
Alas resecare.Ouid.2.de Remed.amor.
Ferro resecare capillos.Ouid.11.Metam.
Linguam. Cic.2.de Diuin.Aut quorum linguæ sic inhærerent, vt loqui non possent,hæ scalpello resectæ liberarentur?
Palpebras. Cic. in Pison. Quem Carthaginienses resectis palpebris,illigatum in machina vigilando necauerunt. De Regulo.
Reseco spem longam spatio breui.Horat.1,Carm.ode 11.
Vngues resecare,apud Valerium.
Ad viuum resecare.Colum.lib.6.cap.12.
¶Resecare,per translationem. Cic. 4. Tusculan. Hæc tamen ita disputant, vt resecanda esse fateatur: euelli penitus dicant nec posse nec opus esse. Idem 2. in Catil. Quæ sanari poterunt , quacunque ratione sanabo:quæ resecanda erunt , non patiar ad perniciem ciuitatis manare.
Libidinem resecare. Cic.ad Attic.lib.1. 13, In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis, vehemens fui. Sic 5.Verrina,Resecare audacias ac libidines.

Resecandus,Partic.{αἰσχυντέος.}vt Seges falce resecanda. Ouid.1.epist.

Resectus, Aliud participium{αἰσχυντμένος.}vt Farra resecta. Ouidius 2. Fastorum.
Barba resecta.Ouid.4.Trist.eleg.9.
Lingua ense resecta.Ouid.in Ibin,
¶Resecatior. Apuleius de deo Socratis, Sic enim fermè assolet apud prudentes viros esse in operibus iudicatio resecatior , in rebus subitariis venia prolixior.

Resectio,Verbale{αἰσχυντέον.}Vide paulo antè in primo exemplo,in verbo Reseco. Colum.lib.4.cap.29, Is nodus etiã si quatuor digitis à resectione abfuerit,illigari tamẽ eũ prius quàm vitis findatur,cõuenier.

Resegmen,resegminis, n. g. {ἀποτόμιος} Quod ex aliquo resecatur: vt Resegmina vnguium.Plin.lib.28.cap.1.

Resex,resecis,pen.cor.Custos dicitur in vitibus,Vide CVSTOS. Dicitur & præsidiarius palmes & subsidiarius. Colum.lib.3.cap.10,Nam conditor pampinarios quoque quum è duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fœcunditatem , & ideo in resecem submitti, vt progenerare possit. Verùm eiusmodi partum comperimus , non tam ipsius resecis,quàm materni esse muneris. Pampinum resecem vocat Columella,qui resectus,recisusque melius prouenit,fitque fructuosior. Idem lib.4.cap.21,vocat cuitodem & præsidiarium. Dicitur & subsidiarius,ibid.cap.24.

Resecro,reseeras,pen.cor.{αἰκλιπαρέω}resecrâre , Est aut easdem preces iterare,aut contrarias facere. Plaut.Aulul.2,7,
-nunc te obsecro,
Fac mentionem cum auunculo mater mea,
Resecroque mater quod dudum obsecraueram. Festus, Resecrare, soluere religione,vtique quum reus populum comitiis orauerat per deos vt eo periculo liberaretur , iubebat magistratus eum resecrare. Æmylius Probus in Alcibiade , Restitura ergo Alcibiadi sunt publicè bona.Iidem illi Eumolpidæ facerdotes resacrare sunt coacti , qui eum deuouerant: pilæque illæ in quibus deuotio fuerat scripta,in mare præcipitatæ. Resacrare enim ibi legitur per primam vocalem.

Reseda,pen.prod. Plin.lib.27.cap.12, Circa Ariminum nota est herba,quam

ba,quam resedam vocant.Discutit collectiones inflammationesque omnes.Qui curant ea,addunt hæc verba:Reseda morbos reseda,sesine sesinne quis hic pullos egerit:radices,nec caput,nec pedes habeãt.
Hæc ter dicunt, totiésque despuunt.

Resedo,resedas,pen.prod.{αἰσχυντόω} resedare, Idem quod Sedo significat.Vide RESEDA.

Resegmen, Vide RESECO.

Resemino,reseminas, p.cor.reseminare.Ouid.15.Metamorphoseos,
Vna est quæ reparet,seque ipsa reseminet ales.

Resequor,pen.cor.resequeris,resecutus sum{αἰσχυνολογέω,αἰσχυντέω} resequi,Sequi. Ouid.8.Metamorphoseos,
Illa dei munus bene cedere sensit,& à se
Se quæri gaudens , his est resecuta rogantem. Id est, sic respondit interroganti. Ouid.13.Metamorphoseos,
Nereis his contra resecuta Crateide natam est.

Resero,reseras,pen.cor.{αἰσχύνω}reserare,Aperire. Cic.2.Offic.Quãobrem nec ita claudenda est res familiaris,vt eam benignitas aperire non possit:nec ita reseranda,vt pateat omnibus.
Reserare,inquit Nonius,aperire,à sera dictum,qua remota valuæ patefiunt. Virg.8.Æneidos,
Nõ secus , ac si qua penitus vi terra dehiscẽs Infernas reseret sedes.
Claudere,& Reserare,contraria.Plin.lib.10.cap.21.
Fores reserare,Ouid. 10.Metam.
Mœnia.Ouid.8.Metam.
Vrbem reserare,& pandere portas.Virg.12.Æneid.
Reserare Italiam exteris gentibus. Cic.7.Philipp.Vt conditiones ferret,leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiã iuberet.
Vt reseret,pelagus,spargatque per æquora bellum.Lucanus lib.2.
Annum longum reserat Ianus.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.
Oracula reserabo augustæ mentis.Id est diuinæ. Ouid.15.Metam.
Secreta reserans.Valer.2.Argon.

Reseratus, pen.prod. Partic. {ἀνοιγμένος} vt, Ianua reserata patet.Ouid. 2.Fast.
Carcere reserato patent postes.Ouid.3.amor.eleg.2.
Pectore reserato egerere dapes.Ouid.6.Metam.

Refero,referis,pen.cor.resui,pen.prod.resarum,pen.cor.{ἀναφυτεύω} reserere,Rursus serere,seu rursus plantare. Plin.lib 18.cap.20,Nam quum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseuerunt, resarrientes campos mense Martio. Colum.lib.3.cap.11,Nam de vinetis quæ longo vsu exoleuerant,inter omnes authores constitit pessima esse fi reserere velimus.

Reseruo,reseruas{φυλακίζω,φυλάττω}reseruare,Retro seruare, vel in futurum seruare. Plin.epist.2.21,Sed hoc votum meum bonitati tuæ reseruatum est.
Vsum loquendi populo concessi,scientiam mihi reseruaui.Cic.in Orat.
Rem totam vobis integram reseruaui.Cic.Bruto,lib.11.21.
Quæsita reseruare.Ouid.7.Metam.
Iudici reseruare. Cic.7. Verr. Quum tamen à præsenti supplicio tuo se continuit Populus Rom.& repressit & salutis tuæ rationem iudicum seueritati reseruauit.
Præsenti sermoni reseruentur cætera.Cic.Q. frat.lib.2.9.
Supplicia reseruare alicui.Stat.8.Thebaid.
Ad aliam tem aliquem.Cic.pro Rosc.Amer.
Reseruabo in congressum nostrum. Cic. ad Attic. lib.1,Mihi verò vt inuideãt piscinarij nostri,vt scribam ad te aliàs,aut in congressum nostrum reseruabo.
Pœnas in diem. Cic.pro Cælio,Prò dij immortales,cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conniuetis,aut præsentis fraudis pœnas in diem reseruatis.
Ad extremum.Cæsar 3.bell.Gall.
Ad maiora reseruare se.Virg.4.Æneid.
Ad meliora sese.Sil.lib.10.
Ad pœnam vel ad periculum. Cic. 7. Verr. Quos (vt mihi videtur) ab illorum innocentium pœna , fortuna ad hanc causam reseruauit.
Quartam partem agri in pratum reseruare.Cato cap.29.
Ad spem aliquam. Cic. 3. Verr. Ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis?
Ad tempora dubia. Cic.pro Fonteio , Nónne & hominem ipsum ad dubia Reipub.tempora reseruandum , & cæteros studio laudis ac virtutis inflammandos putaris?
In aliud tempus. Cic. 3. de Nat. deor. Quare & mundus vniuersus,& sol,& luna,& stellæ sensum ac mentem haberent,in idem tempus reseruabo.

Reses, Vide RESIDEO.

Resex, Vide RESECO.

Resideo,resides,pen.corr.resedi,pen.prod. {ἀναπαύω, ἀναπαύομαι, καθίζω} residere, pen.prod. Quiescere,sedere,sine motu ac firmum stare.Virg.7.Æneidos,
Quum venti posuere,omnisque repentè resedit Flatus.
Residere,deinde spatiari.Cic.pro Roscio Amer.
In rupe residere.Virg.5.Æneid.
In solio.Ouid.6.Fast.
Aselli tergo.Ouid.3.Fast.
Humo.Ouid.3.Fast.
Saxo resedit pastor.Ouid.4.Trist.eleg.1.
Monte.Ouid.5.Metam.
Residere in clunes dicuntur quædam animalia. Plin.lib.8.cap.37, Similiter resident in clunes,& binis pedibus gradiuntur.Alij legunt, residunt.
Residet acies hoc campo,Vide ACIES,pro exercitu.
Residere in odiis,pro Odio haberi.Plaut.Trucul.2,5.
In corpore mortui nullus residet sensus.Cic.1.Tusculan.
Siquid residet in te amoris erga me.Cic.Antonio,lib.5.5.
Residet in nuru auctoritas. Cic. de Senect.Quorum non in sententia solùm,sed etiam in nutu residebat auctoritas.
Residet eius rei in te culpa. Brutus Cic. 16.5, Cuius culpa non magis in te resident,quàm in omnibus aliis.
Culpa in nobis resedit.Lucret.lib.5.
Residere per artus. Lucret.lib.3,
Namsine mente,animoque nequit residere per artus
Temporis exiguam partem pars vlla animai.
Residet culpa penes eum. Alphenus in l. Si ex plagis. §. 2. D. ad l. Aquiliam.
Residet apud eum pecunia publica , Id est, in debitos vsus ab eo non erogata Martianus in l.4.D. ad legem Iuliam peculatus.
Residet periculum. Cic. in Catil. Videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura,& metu esse releuati : periculum autem residebit , & erit inclusum penitus in venenis , atque in visceribus Reipublicæ.
O misera vitæ ratio quæ tandiu resides in voluptate? Cic. Antequàm iret in exil.
Residet spes in virtute tua. Cic.ad Cassium, lib.12. 3, Etiam nunc residet spes in virtute tua.
Residet reliquis spes. Cic. Antequàm iret in exilium,Quomodo spes salutis reliquis residebit,quum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis?
Res gestæ in quibus nulla potest residere inertiæ suspitio. Cic. Q. frat.lib 1.1.
Residet iræ,Residet tumor.Liu.2.ab Vrbe,id est quiescit.
Residet horum tectis ac sedibus bellum.Cic.pro Domo.
Resideamus,si placet.Cic.3.de Fin.Hoc est,sedeamus.
¶Residere esuriales ferias. Plaut.Capt 8.
Ita venter , gutturque resident esuriales fe . Id est , otiantur aguntque ferias esuritione plenissimas,feriantur, quiescunt. Residere enim feriari est. Sic dicimus vino vitam,seruio seruitutem.
¶Resideor,Passiuum. Cic. 2. de Legib. Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt,quia residentur mortui,quàm cæterorum cælestium quieti dies , Feriæ nominarentur , nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent,in deorum numero esse voluissent. Hoc est,quia feriamur mortuis. Residere enim feriari est , à quiete feriatum ducto vocabulo. Quidam codices habent residunt.

Residens,pen.corr.Partic.Post factum aliquod sedens, quiescens. Plin. lib.34.cap.14, Aristonides artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis , & præcipitato illo residentis pœnitentiam,&c. Alia exemplaria sic habent, Quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentem,pœnitentiamque,ferrum & æs miscuit : vt rubigine eius per nitrorem æris relucente,exprimeretur verecundiæ rubor.
Vertice residens.Sil.lib.7.
In vertice residens.Sil.lib.5.

Reses , residis, penult. corr. omn. gen. {ἀπαλάμων} Qui remanet otiosus à labore, seu opere quod exercere solebat. Liu. 2. ab Vrbe, Timere patres residem in vrbe plebem , incerti manere eam , an abire mallent.
Viros resides in arma mouere.Virg.6.Æneid.
Reses aqua.Varr. 3. de Re rust. cap. 17, Piscinas eius despiciebat, quòd æstuaria idonea non haberet , ac in residem aquam & locis pestilentibus habitarent pisces eius.
Curas resides soluere.Valer.8.Argon.
Reses animus,Piger. Virg.1.Æneidos,
Iampridem resides animos , desuetaque corda. Vbi Seruius , Resides,pigros,& ad amandum inertes.

Residuus{ὑπόλοιπος.}Adiect.Quod resider & supereſt,siue reliquum est. Liu.3.bel.Maced.Omnibus residuis pecuniis exactis , tributo priuatis remisso,&c. Plancus Ciceroni,lib.10. 11,Cupio mehercules,nullam residuam solicitudinem esse.
Quid relatum,quid residuum sit.Cic.2.de Leg.agrar.
Residua & vetus simultas.Liu.9.bel.Pun.
¶Residuus, pro Relictus.Sueton. in Augusto cap. 73, Instrumenti eius & supellectilis patrimonia appareat etiam nunc residuis lectis, atque mensis.
Residuus pœnæ homo.Qui tantum in pœnam viuit. Quintil. in Gladiatore, Cum confectum cladibus senem , & tantum pœnæ suæ residuum considero.

Residuum,residui, Substantiuum. Paulus in l. Sacrilegi. D. ad l.Iuliam peculat. Lex Iulia residuorum.Papin.ibidem l.vltim.Publica iudicia peculatus , & de residuis , & repetundarum. Martianus ibidem l.4. Lege Iulia de residuis tenetur is , apud quem ex locatione , emptione,alimentaria ratione , ex pecunia quam accepit , aliáve qua causa pecunia publica resedit.

Resido,residis,pen.prod.resedi,pen.prod.{ἀναχωρίζομαι} residere,pen. cor.Motum significat. Plin. epist. 87. lib. 4, ad Sempronium , Nam Viennensium vitia inter ipsos residunt , nostra latè vagantur. Plin. auunculus lib.28.cap.9, Datur & phthisicis vnciatim cum vini veteris hemina decocta,donec tres vnciæ è toto residant.Id est supersint & remaneant,residuæ sint.
Si montes resedissent,amnes exaruissent.Cic. in Pisonem.
Retro residere.Lucret.lib.2. Id est, quiescere.
Residunt in clunes.Plin.lib.8.cap 37. De muribus ponticis. Vide supra in RESIDEO.
Corda ex ira residunt.Virg.6.Æneid.
Omnia quæ commouerat, pace & otio resederunt.Cic in Salu.

Refigno,refignas {ἀποσφραγίζω} refignare, Quod signatum erat,aperire,relaxare,patefacere:vt,Refignare literas.Plaut.Trinum.
Iam si obfignatas non feret, dici non potest apud portitorem
Eas res refignatas tibi , inspectásque esse. Cic.ad Atticum, lib.11, Quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi,reddes:nihil me lædet. nam quòd refignatæ sunt,habet,opinor, eius signum Pomponia.
Testamenta refignare.Horat.1.epist.7.
¶Refignare {ἀποσφραγίζειν} Perfectè signare. Col.lib.de Arboribus,

cap.20. Prius quàm arbusculas transferas, rubrica resignato, vt hisdē quibus antè steterūt constitutas eas. Qui locus ex castigato exemplari sic legitur, Rubrica, vel alia qualibet re signato, vt illidē ventis quibus antè steterunt, constitutas eas.

¶Resignare. Claudere. Virg. 4. Æneid.

Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

¶Fara venientia resignare. Ouid. 6. Fast.

¶Resignare, pro Referibere dicebant antiqui, sicuti Subsignare, pro Subscribere: & Resignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Festus.

¶Resignare, Reddere, vt aiunt Acron & Porphyrio: quod fit quum in libris datorum & acceptorum, pecuniam quam acceptam signauimus, reddiram demonstramus. Horat. 3. Carm. ode 29.

-si celeres quatit

Pennas, resigno quæ dedit. De Fortuna, Idem 1. epist. 7.

Hæc ego si compellar imagine, cuncta resigno. Hoc est, reddo, restituo.

¶Resignare {ὀπισωρυεῖν} pro Dissoluere, perimere, abrogare. Cic. pro Archia. Nam quum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinij, quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. Bud.

Sic Parem rationem resignare. Senec. lib. de Benef. 6.

Periuria resignare. Sil. lib. 17.

-irrumpit mole ruinæ

Ausonius globus, & periuria Graia resignat. Hoc est, aperit & laxat Macedonum periurorum phalangem densam, & quasi signatam & clausam.

Resilio, resilis, pen. corr. resiliui, vel resilij, resultum {ἀναπήδαω} resilire, In contrarium agi, rebellare inquit Sipontinus. Plin. Quandoque resilit vulnus, & curare scalpello oportet. Lucret. lib. 4,

Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.

Grando resilit à culmine tecti. Ouid. 12. Metam.

In spatium breue resilire manus. Ouid. 3. Metamorph.

Resilire dixit pro Retrahi, seu potius contrahi.

¶Resilire dicitur mamma quando sterilescit: quasi retro saliat, siue intro lac ipsum quod in mamma est. Plin. lib. 11. cap. 40. Detracto mā ma alumno suo sterilescit ilico, ac resilit.

¶Resilire, Non hærere, non conuenire. Cic. pro Rosc. Amer. Vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspitionem in vosmetipsos recidere intelligas.

¶Resilire, A ptiore emptione discedere, siue abire. Vlpian. in l. Sabinus. D. de in diem addiction. Quid tamen, si hoc erat nominatim actum, vt liceret emptori resilire, melioreve condritione allata? Dicendum erit dissolutam priorem emptionem.

Resulto, resultas {ἀναπηδάω} resultare, Frequentatiuum, Sæpe resilire, inquit Festus.

Resultant colles Virg. 5. Æneid.

-pulsati colles clamore resultant.

Imago vocis resultat. Id est, Echo. Virg. 4. Georg.

Oranti vox & iuga longo resultant. Stat. 2. Thebaid.

Resultant tecta vocibus. Plin. in Paneg.

Resultans sonus. Plin. lib. 11. cap. 19.

Resimus, penul. prod. {ἀνάπτυξις} Adiect. Ex re & simus compositum, Qui sursum versus reductas habet nares. Columel. libr. 6. cap. 1, Naribus resimis, patulisque. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus. Plin. lib 8. cap. 25 Rostro resimo, cauda & dentibus aprorum aduncis, &c. Celsus lib. 8, 1. amina ferrea est, ænea, firma, paulum resima. Id est, panda.

Resina, resinæ, pen. prod. {ῥητίνη} Humor ex arboribus defluens in iisdémque residens. Plin. lib. 16. cap. 10, Pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis. &c. Plaut. Merc. 4,

Resinam ex melle Ægyptiam vorato, salutem feceris.

Resina terebinthina. Col. lib. 12. cap 20. Plin. lib. 23. cap. 1, Resina cōdita, frigidis stomachis vtilia existimātur. Hoc est, quæ resina condita sint, vt vinum resinatum, & huiusmodi.

Resinaceus, Adiectiuum {ῥητινώδης} Quod resinam refert. Plin. lib. 24. cap. 11, Alterum sterile, alterum cui & caulis & semen resinaceum, quod canchrys vocatur.

Resinatus {ῥητινωτὸς} Aliud adiect. Quod est resina illitum. Iuue. Saty. 8,

-quid resinata iuuentus?

Resinatum vinum, Cui resina admista est. Plin. lib. 23. cap. 1. Martial. lib 3,

Resinata bibis vina, Talerna fugis.

Resinosus, pen. prod. Adiectiuū {ῥητινώδης} Quod resina abundat. Plin. lib. 15. cap. 7, Est enim pinguissima & resinosissima.

Resipio, resipis, pen. corr. resipiui, & resipui, {νοσέω} resipere, Ex re, & sapio compositum, Idem quod Valde oleo, vel redoleo. Vnde dicimus Resipit picem. Plin. lib. 14. cap. 1, Iam inuenta vitis per se in vino picem resipiens.

Resipisco, resipiscis, resipui {ἀνανήφω, ἐπινήφω} resipiscere, Est (vt ait Valla lib. 5.) ad priorem mentis statum vel ad meliorem mentem redire. Terent. And. 4. 2,

Resipisco. r. non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est. Idem Heaut. 4. 8,

Quum te intelligo,
Resipisse. Cic. pro Sestio, An quòd, quum esset ablatus, primúmque resipuisset, non se referri iussit? Idem ad Atticum, lib. 4. Vir aliquando te authore resipui. Liu. 6. bell. Maced. Vt tunc saltem experti regiam vanitatem resipiscerent.

Resipiscunt ægroti, quasi respirantes à defectione vel animi deliquio. Suet. in Tiberio, cap. 73, Quum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.

Resipiscentia, resipiscentiæ. Budæus in libro 2, De transitu Hell Resipiscentiam autem nemo nescius est (opinor) meritam & veluti scalentem recordationem esse, ob errorem admissum in vita instituenda, atque in ratione comparāda ad functiones animæ commodas, naturæq; rationali consentaneas & congruentes.

Resisto, resistis, restiti, restitum, pen. corr {ἀνθίστημι, ἀντίστημι} resistere. Liu. 1. ab Vrbe, Restitere Romani, tanquam cælesti voce iussi.

Restitit ad nostras fessa labore fores. Ouid. 5. Fast.

Ad fores talami resistere. Ouid. 2. de Arte.

Resistere in re aliqua. Cic. 4. de Finib. Quod bonum sit, id esse optabile: quod optabile, id esse expetēdum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus: sed ego in hoc resisto.

In voce media. Virg. 4. Æneid.

Nihil est iam vade nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. Cicer. pro Muræna.

¶Resistere, Permanere. Liu. 6. bel. Maced. Bebius restitit ad Pelineū oppugnandum.

¶Resistere, Aduersari, Repugnare. Cæsar 2. bell. Gal. Quum diuersis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterent. Cic. 5. Verr. Q. Septitio, honestissimo homine, equitéque Rom. resistente Apronio, & affirmante se plus decima non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum.

Resistere & pertinacere. Cic. Attico, lib 2. 16.

Age restitero Peripateticis. Cic. 4. Acad.

Robur restitit amori. Lucan. lib. 2.

Resistere armis. Cic. 2. Tusc.

Malo resistere. Ouid. 1. Metam.

Resistere alicui clamore hominum. Cic 3. Ver. Cui ego nisi vi populi & hominum clamore, atque conuitio restitissem.

Arbor resistit ventis. Ouid. 2. de Arte.

Serò resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos! Cic. Attic. lib. 7.

Resistere immobilem. Plin. lib. 12. cap. 9.

Resistere contra. Col. lib. 1. cap. 5, Præstructa valenter resistent cōtra ea quæ postmodum superposita incumbent.

Resistere & repugnare contra veritatem. Cic. pro Rosc. Posth.

Contumaciter resistere, Vide CONTVMAX.

Fortiter resistere dolori. Cic. Sestio, lib. 5. 17.

Obstirmatè resistere, Vide OBSTIRMO.

Paulisper resistere, Vide Paulisper in PARVM.

Resistere dicitur venenatis pabulis herba aliqua. Plin. lib. 8. cap. 27, Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit.

¶Resistens oratio. Quintil. lib. 11. cap. 2, Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac falebrosa oratio. Hoc est, intersistēs, nō perpetuo tenore fluens, sed interdum subsistens & hærens.

Species resistentes, Vide ADHAERO, adhæras.

Resistitur, pen corr. Impersonale. Cæsar. 1. bell. Ciuil. Omnibus his resistitur, omnibusque oratio COS. Scipionis, Catonis apponitur. Liu. 3. ab Vrbe, Tamen legi resistebatur.

Resoluo, resoluis, resolui, resolutum, penult. prod. {λύω} resoluere, Quod ligatum erat dissoluere. Ouid. 1. Metamorph.

Et velate caput, cinctáque resoluite vestes. Plinius maior, lib. 8. cap. 12 Resoluunt illi nodos manu.

Vincere & Resoluere, contraria. Col. lib. 11. cap. 1.

Colligere & resoluere, contraria. Quintil. lib. 12. cap. 2, Proprietates vocis cuiusque nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de falsis iudicare. & colligere ac resoluere quæ velis.

Ab amplexu resolui. Ouid epist. 22.

Nexos artus resoluere Virg. 4. Æneid.

Artus & animam. Virg. 4. Æneid.

Bella. Sil. lib. 8.

Claustra vitæ resoluere. Id est, animam à corpore separare. Lucretius libro 1.

Crines. Liu. 4 bel. Punic.

Arida nec vinclis crura resolue tuis. Ouid. 3. de Arte.

Cuncas. Virg 1. Georg.

Resoluitur empti sub conditione, Ad nihilum redigitur. Vlp. in l. 2. D. de in diem addictione.

Iauces resoluere in verba, Aperire fauces ad loquendum. Ouidius 2. Metamorph.

Fila. Ouid. 2. Metamorph.

Fraudes. Sil. lib. 7.

Alicui galeam. Ouid. epist. 13.

Gleba se resoluit Zephyro. Virg. 1. Georg.

Humum resoluere, Mollire, subigere. Columell. libro 2. capite 2,

Neque enim aliud est colere, quàm resoluere & fermentare terram,

Iugulum ferro. Ouid 6 Metam.

Iura sacrata. Virg. 2. Æneid.

Ense latus. Ouid. ad Pisonem.

Literas. Liu 6. bel. Pun.

Nebulæ ventis ac sole resoluuntur. Ouid. 14. Metam.

Obligatio resoluitur. Paulus in l. 3, & 4. D. de rescind. vendit.

Ora sono. Ouid. 13. Metam.

Vesta fave, tibi nunc operata resoluimus ora. Ouid. 6. Fast.

Tenebras. Virgil. 8. Æneid.

Tristitiam animi. Plin. lib. 24. cap. 6.

Poplites summicruntur, viréque resoluunt. Luc. lib. 4,

Vittas capitis. Virg. 3. Æneid.

Vocem atque ora. Virg 3. Æneid.

Vulnera. Stat. 5. Sylu. 5.

Vulnera resolui. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Resoluere corruptam partem à viua. Celsi. lib. 5. cap. 28.

¶Resoluere in puluerem, Reducere. Col. lib. 11. cap. 2.

Resoluere in tabem margaritas. Plin. lib. 9. cap. 35.

In desidiam nimia quiete resolui. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2, de Appio Claudio.

¶Resoluere

¶Resoluere, pro Numerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promisimus. Plautus Epid. 8,

Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolui. Cic. 14. Philip. Senatū quæ sit antea pollicitus legionibus exercitibúsque nostris, ea summo studio Reip. recuperata resoluturum.

Resoluere & Componere, contraria. Senec. epist. 30.

¶Resoluere, Refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13, Resoluere ex parte diuersa dicta difficile erit.

¶Resoluere, pro Absoluere piaculo & flagitio. Horatius 1. Carm. ode 28,

Tēque piacula nulla resoluent. Hoc est, Nullis hostiis expiaberis. Piacula enim dicebantur quibus facinus expiabatur admissum. Acron.

¶Mollire & resoluere hominem: pro effœminare. Senec. epist. 36.

Resolutus, pen. prod. Particip. {ἀνακεκυμβάσας.} vt Comas resoluta puella. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Quiete resolutus, Dormiens. Ouid. 9. Metam.

Amore resolutus, Liber ab amore. Tibul. lib. 1. eleg. 9.

Brachia resoluta somno. Ouid. 1. Fast.

Corpore resoluto nec similis. Ouid. 7. Metam.

Corpora fluxa & resoluta. Colum. lib. 1. cap. 1.

Gaudia resoluta. Silius lib. 11.

Ira resoluta frœnis legum. Lucan. lib. 2.

Dat gemitum patiens resoluto pōdere moles. Hoc est saxo putrefacto igni & aceto. Sil. lib. 3.

Tellus resoluta rarescit in aquas. Ouid. 15. Metam.

Tranfactio resoluta. Vlp. in l. Eleganter. in princ. D. de condiction. indebit.

Vincla resoluta. Sil. lib. 3.

Resono, resonas, pen. corr. {ἀντηχέω, κατηχέω, συναπηχέω, ἀντιφωνέω} resonare, Contra sonantem sonare. Virg. eclog. 1,

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Æther clamoribus resonat. Virg. 5. Æneid.

Æther resonat latratibus. Ouid. 3. Metam.

Gloria virtuti resonat tanquam imago gloriæ. Cic. 3. Tusc.

¶Resonare, Sonum reddere. Cic. 1. Tusc. Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc, &c.

Cornua, quæ ad neruos resonant in cantibus. Cicero 2. de Natura deor.

Cantu assiduo. Virg. 7. Æneid.

Ore superbo. Sil. lib. 3.

Arbusta resonant cicadis. Virg. 2. ecloga,

At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Hic Virgilius è cicadarū cantu maximum æstum significat, perinde ac si diceret, at nunc meridiano tempore solis vapore omnia torrentur, quod arbusta cicadis resonantia ostendunt. Per æstum enim cicadæ vehementius canunt. Turnebus.

Auia tum resonant auibus virgulta canoris. Virg. 2. Georg.

Spectacula plausu resonant. Ouid. 10. Metam.

Acutum resonant vmbræ. Horat. 1. Serm. satyr. 8.

Triste resonant vmbræ. Horat. 1. Serm. satyr. 8.

Recinere & resonare, per translationem. Cic. de Clar. Orat. Illud est maius, quòd in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat vrbanius. Vide Vrbanius recinere & resonare in VRBS.

In fidibus testudine resonatur, aut cornu. Cic. 2. de Nat. deor.

Resono, resonis, resonit, per tertiam coniugationem ab antiquis reperitur vsurpatum. Acc. Æneadis, aut Decio:

Clamore & gemitu templum resonit cælitum. Pacuuius,

Hymenæum fremunt æquales, aura resonit crepitu musico. Non.

Resonans, penult. corr. Participium {ἠχέων, κτυπέων.} vt Saxa resonantia. Virg. 3 Æneid.

Carmina resonantia chordis Romanis. Ouid. ad Pison.

Theatrum. Cicer. ad Quint. frat. lib. 1. Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes vocésque referantur.

Vnda resonante tunditur litus. Catul. ad Furium 11.

Resonabilis, & hoc Resonabile, pen. corr. Ouid. lib. 3. Metamorphoseos, Vocalis nymphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo. Verbum de verbo expressit. Nam Echo dici potest resonantia. Resonabilis, id est resonans.

Resonus, pen. corr. Adiect. {κατηχές.} vt

Voces resonæ. Ouid. 3. Metam.

Ictus resoni. Valer. 1. Argon.

Resorbeo, resorbes, resorbui, & resorpsi, resorptum {ἀναῤῥοφέω, ἀναῤῥοπτέω} resorbere, Rursum sorbere. Plin. lib. 4. epist. vlt. An quæ Oceano natura, fonti quoque? quáque ille ratione aut impellitur, aut resorbetur, hac modicus hic humor, vicibus alternis supprimitur, vel egeritur?

Vomere & Resorbere, contraria. Ouid. epist. 12,

Quæque vomit totidem fluctus, totidémque resorbet.

Resorbere quæ euomimus. Plin. lib. 9. cap. 43.

Æstum resorbere. Lucret. lib. 6.

Lactymas resorbere. Stat. 5. Theb.

Pontus saxa reuoluta resorbet. Virg. 11. Æneid.

Vocem resorbere. Plin. lib. 18. cap. 35.

Resortior, resortiris {ἀναλαγχάνω} à quo verbum Resortus elicuerūt pragmatici, quo territorium aut iurisditionem significant. Budæus in notis ad Pandectas adnotauit, κατὰ χάριν ἄτιλον (inquit) Græcis dicitur, quasi sortiri iudicium. Sorte enim cognoscendarū causarū diem capiebant, authore Seruio lib. 6. Æneid. in illum locum Virgilij: Nec verò hæ sine sorte datæ, sine indice sedes. Cuius moris reliquias lingua vernacula retinet. resortiri enim in curiam eos dicimus qui curiam appellant, hoc est quorum disceptationes in curia per prouocationem agitantur.

Respecto, & Respectus, Vide RESPICIO.

Respergo, respergis, respersi, respersum {ἀναῤῥαίνω} respergere, Circum circa spargere. Colum. lib. 1, Deinde quum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur. Cic. 7. Verr. Quum Prætoris nequissimi inertissimique oculos prædonum remi respergerēt.

Sanguine respergere dextram. Catull. Argon. 59.

Mero respergere tergora. Colum. lib. 6. cap. 2.

Respersus, Participium {ἀναῤῥαντὸς.} vt Respersæ matris cruore virgines. Liu. 4. bel. Punic.

Iuuenis respersus cæde fraterna. Catull. Argon. 59.

Puluere respersus. Stat 8. Thebaid.

Manus respersæ sanguine. Cic. pro Rosc. Amer.

Mensa respersa cruore. Liu. 9. bel. Maced.

Comæ respersæ sanguine. Ouid. 3. Fast.

Respersum vinum dixerunt antiqui, quia vino sepulcrum spargebatur. Festus.

Respersus, huius respersus {ἀναῤῥαντὸς.} Plin. lib. 10. cap. 3, Hæc causa est gregatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur, respersu pinnarum hostem obcæcantes.

Respersio, Verbale, Idem {ἀναῤῥαντὸς.} Cic. 2. de Diuinat. Habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta.

Respicio, respicis. pen. cor. respexi, respectum {ἀναβλέπω, ἀναπτύσσω} respicere, Retro aspicere, siue flexis in terram oculis aspicere, vt ait Erasmus. Terent. Eunuch. 2. 3,

-quum huc respicio ad virginem. Cic. 1. de Diuinat. Tum ei ducem illum præcepisse ne respiceret.

Inter Respicere & Prospicere. Prospicere enim aduorsum videre significat: Respicere verò, quasi retrò aspicere. Varr. Manio,

Sedens altus alieno sumptu, neque pòst respiciens, neque antè prospiciens. Ex Nonio.

Respicit Æneas subitò. Virg. 6. Æneid.

Instantem tergo Cloanthum respicit. Virg. 5. Æneid.

Tellus respicitur. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.

Tam longè retro respicere non possunt. Cic. 5. Tusc.

A tergo respicere. Virg. 8. Æneid.

Respicere ad. Terent. And. 2. 5,

Quasi de improuiso respice ad eum. Cic. 1. de Diuinat. Et noctu ad oppidum respicientes.

Ad altiquid respicere. Quintil. lib. 2. cap. 12, Et quum Latinis studebimus literis, non respiciamus ad Græcas.

Periculum rei vendite ad venditorem debet respicere. Vlpian. in l. Si quis vina vendiderit. D. de pericul. & comm. rei vendit. Idem ibidem, Periculum acoris & mucoris ad venditorem pertinebit.

Mala sua respicere, Confyderare. Lucret. lib. 4.

Vitæ exemplar respicere. Horat. in Arte.

Respicere aliquem, pro Iuuare. Terent. And. 5. 6,

Age, me in tuis secundis rebus respice. Idem Adelph. 5. 8. Cic. ad Cæsium, lib. 2. 15, Vt respiciam generum meum adolescentem optimum, mihíque charissimum.

Lucina respexit domum nullo vlulata dolore. Stat. 3. Theb.

Rempub. respicere. Cic. ad Brut. 14, Quod ipsum, si Rempublic. cui susceptus es, respicis, tibi iam fámque faciendum est.

Respicit nos Deus, Id est, custodit, vel diligit. Terent. Phorm. 5. 3, Di nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. Cicero ad Attic. lib. 1. 11, Nisi quis nos Deus respexerit.

Pietas respicit labores humanos. Virg. 5. Æneid.

Cauere alicui, & respicere eum. Cic. 5. Verr.

Respicere Cæsarem, Iuuare, fauere, vel obsequi. Cæsar 1. bell. Ciuil.

¶Se respicere, pro Sui rationem habere. Plaut. Pseud. 9.

Se respicere, Sibi prospicere, vel rebus suis consulere. Terentius Heaut. 1. 1,

Nullum remittis tempus, neque te respicis. Cic 2. de Finib. Ne tum quidem te respicies, & cogitabis sibi quenque natum esse & suis voluptatibus?

Ætatem suam respicere, Prospicere ætati suæ. Terentius Phormion. 2. 3.

Homo aptissimus ad iocādum miniméque respiciēs patriam. Cic. 2. de Nat. deor.

Summa imperij ad me respicit, Id est ad me spectat, ad me pertinet. Cæsar lib. 3 bel. Ciuil.

¶Respicere, Retrorsum aspicere & in præteritum. Cic. pro Archia, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari.

Respiciens, Participium {ἀναβλέπων.} Ouid. 1. Trist. eleg. 3,

Respiciens oculis pignora chara meis.

Respiciens Fortuna. Notum est literatis omnibus, antiquos eidololatras, varias Fortunæ finxisse functiones, & numina, quæ & illi varia quoque nomina pepererunt. Respicienti, id est prosperæ fortunæ fanum Romæ ædificatum atque sacratum scimus, non procul à fano Iouis victoris. vide Alexandrum Alexandrinum, libro 1. Genialium dierum, cap. 13.

Respiciendus, Aliud participium {ἀναπτυκτέος.} Ouid. 1. Amor. eleg. 8,

Quantum quisque ferat, respiciendus erit.

Respectus, huius respectus, masc. gen. {ἀναβλεψις} Respectio ipsa, & oculorum coniectus. Plautus,

Et me respectu terruit.

Respectus honesti. Lucanus, lib. 8.

Effusè ac sine respectu fugit rex Philippus. Liuius Decad. 4. lib. 2.

Respectus, Id quod respicitur. Cicero 1. de Diuinat. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. Id est horrendum spectaculum.

¶Respectus {λόγος} Ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Mart.lib.11,

Sit pudor,& tandem veri respectus & æqui. Cic.ad Brutum,Meus quidem animus in acie est, neque respectum vllum quærit, nisi me vtilitas ciuitatis forte conuerterit.

Respectum habere ad aliquem. Cic.5.Philip. Itaque quum respectum ad Senatum.& ad bonos non haberet. Liuius 2.ab Vrbe,Sed factione,respectúque rerū priuatarum quæ semper offecere,officiántque publ cis consiliis, Appius vicit.

Abscindere rerum omnium respectum, Vide ABSCINDO.

Respectu mei,Ouid.1.Trist.eleg.2.

Respectu cupiunt hîc tamen esse tui.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.

Respecto,respectas {αἰκαπαφάσκω} respectare,Frequentatiuum. Terentius Adelph.2.1, Quid respectas?nihil periclí est. Cic.pro Plancio, Ne par ab his munus in sua petitione respectent.

Lumine obliquo respectare aliquem.Stat.3.Thebaid.

Siqua pios respectant numina.Virg.1.Æneid.

Sed patet immani,& vasto respectat hiatu. Lucret.lib.5.Id est ianua leti valde latè,& vastè retrorsum patefacta est Lambinus.

Respectans,Participium {ἀναπαφάσκων} Lucret.lib.6,

Funera respectans animam & mittebat ibidem,&c.

Respiro,respiras,pen.prod. {ἀναπνέω, ἀναβρέχω, ἐμπνευμα} respirare,Recipere interò anhelitum. Terent. Heaut.2.2,

-ô Clitipho, Timeo.Clit.respira Plaut.Epid.5.2t,

Mane,sine respirē quæso p.imò acquiesce.2.animo malè est,

Recipiam anhelitum. Cic.pro Roscio Amerino, Quum tot tātísque negotiis distentus sit,vt respirare liberè non possit.Sic 1.de Finib.

A re aliqua respirare. Quin.lib.1.cap.8, Quum poeticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent.

A meo tu respirare.Cic.p.o Cluentio.

Respirat ciuitas,quum in pristinum statum redit. Cic. Aulo Torquato,lib.6.2,Si armis aut condicione positis, aut defatigatione abiectis,aut victoria detractis,ciuitas respirauerit,& dignitate tua frui tibi,& fortuna vti licebit.

¶Respirare & reddere animam, hoc est,anhelitum extrà mittere. Cic.2.de Nat.deor.Eáque ad pulmones vsque pertineat,excipiáque animam,eam,quæ ducta sit,spiritu,eandémque à pulmonibus respiret,& reddat.

Respiraro si te videro. Cic.ad Attic.lib 2, Item atque eò si potest acrius te rogo,vt planè ad nos aduoles:respiraro,si te videro.

Respiraui.liberatus sum. Cic.pro Milone.

Respirat cupiditas. Cic.pro Quintio, Si mehercule hæc tecū duo verba fecisses,Quid agoʔrespirasset cupiditas atq; anaritia paululū.

¶Respiro,I.flo,aut emitto odorem aliquem.Stat.2.Sylu.2,

-inde maligniem

Aera respirat pelago circunstua Nessis.

Respiratio,Verbale {ἀναπνοή} Cic.de Vniuersitate,Neque erant animæ circunfusa extrema mundi,vt respirationem requireret.

Respiratio aquarum, pro euaporatione quam vocant. Cic. 2. de Nat.deor. Ipse oritur ex respiratione aquarum. earum enim quasi vapor quidam aeri habendus est.

¶Mora & respiratio in oratione.Cic.in Orat.Distincta alios,& interpuncta interualla,moræ respirationésque delectant.

Respiratus,huius respiratus,pen.prod. {ἀναπνοή} Cic.2.de Nat.deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam,& assimilis spōgijs mollitudo,ad hauriendū spiritum aptissima:qui tum se contrahunt aspirantes,tum in respiratu dilatant,vt frequenter ducatur cib.animalis, quo maximè aluntur animantes. Aliqua exemplaria habent, respiritu,alia tum spiritu dilatant,&c.

Respiramen,pen. prod.respiraminis, n g. {ἀναπνεύμα} pro Halitu seu meatu spiritus. Ouid 2 Metam.

Vitalésque vias.& respiramina clausit.

Resplendeo,resplendes,resplendui {περιφαίνω, φαίδω} resplendere, Idem quod Splēdere.Cic.2.de Finib.Adsint etiam formosi pueri qui ministrēt,resplendeat iis vestis,argentum, vel Corinthium orichalcum,locus ipse,ædificium.

Respondeo,respondes.respondi,responsum {ἀποκρίνομαι,ὑποκρίνομαι, ἀντιφθέγγομαι} respondere,Notæ significationis. Terentius Adelph.2.1.

Respondē.

Non canimus surdis,respondent omnia syluæ.Virg.10.eclog.

Respondē quod rogo.Plaut.Pseud.5.12.

Acutè respondere,Vide ACVO.

Benignè.Horat.1.epist.7.

Iucundè.Quintil.lib.5 cap.11.

Memoriter,Vide MEMOR.

Pariter & æqualiter,Vide PARITER.

Paratissimè,Vide Paratus,in PARO.

Pōpalam aliquid Tacit.lib.12.

Pudicè.Quintil.lib.5.cap.11.

Respondere variè.Celsus lib.5. cap.18.

Venustè Quintil.lib 5 cap.7.

Corde sedato.Virg.12 Æneid.

Respondere ad.Cic 7.Verr.Quid ad hæc cogitas respondere.

Ad ea quæ quæsita sunt respondere.Cic.1.Philip.

Ad voluntatem alicuius.Cæsar 4.bel.Gal.

Ad rogatum respondere, siue ad interrogata. Cic. pro L. Flacco, Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quàm ad rogatum. Liu.3.ab Vrbe. Cæsar 1.bel.Gal. Arioustus ad postulata Cæsaris pauca respondit.

Videat quid de iliis respondeat,quos,&c.Cic.3.Verr.

Respondere aliquid in vtranque partem.Cic 4.Acad.Item ea quæ interrogati in vtranque partem respondere possumus.

Respondit quòd.Cic.pro Rosc.Amer.Aiunt hominem (vt erat furiosus)respondisse,quòd non totum telum corpore recepisset.

Respondere pro aliquo. Cic. de Clar. Orat. Vt etiam pro Bruto respondeam.

Respondere ius.Plin.epist.10.1.

¶De iure respondere.Cic.de Clar.Orat. Multáque opera, multáque industria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior,quod idem magnum munus de iure respondendi sustinebat.

¶Respondere criminibus. Mattius ad Ciceronē,lib.11.28,Respondebo criminibus,quibus tu pro me,vt par erat, tua singulari bonitate & amicitia nostra sæpe restitisti.

Non respondere dicitur citatus,quando non comparet.Marcellus in l.penult.D de in integrum restitution.

Grauiter respondere contra inimici contumeliam. Cicero de Arusp.Respon.

Maledictis respondere.Terent.in Prologo And.

¶Ad nomina respondere. Quod vulgò in iure dicitur, *Comparere*. Liu.lib.7.ab Vrbe.

Non respondere citatum:Est vt nunc loquuntur in iure, *Desiscere*. Cic.in Verrem,act.3.Budæus.

¶Ad tempus respondere , vel ad diem debitor dicitur, qui in mora non est. Cic. ad Atticum,lib. 16. Quanquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendum,tamen sit sæpe vt ij qui debent,non respondeant ad tempus. Turnebus, Vt appellari, inquit, dicitur debitor,quum flagitatur vt soluat,ita quum soluere se dicit, respondere dicitur.

¶Respondere,Conuenire,quadrare,consentire,& parem esse.Virgil.1.Æneid.

-dictis respondent cætera matris.

Dextra dextris respondent.Cic.de Vniuers.

Vt omnia omnibus,paribus paria respondeant.Cic.1.de Nat.deor.

Conuenire & respondere.Cic 3.de Fin. Quid posterius priori non conuenit?quid sequitur,quod non respondeat superiori?

Ad normam respondere. Structuram ad normam & libellam & ad perpendiculum respondere oportet.Id est,competere & quadrare.Vitru.lib.7.cap.3.

Ad illud respondet Varro, Quarta chorda ad septimam respōdet. Id est, conuenit cum septima.

Respondet frumentum ad pondus & mensuram. Seneca de Breuitate vitæ.

¶Respondet ad spem euentus:hoc est, Secundum expectationem accidit.Liu 8.bel Pun.

Spei respondere Vide SPES.

Inuidiæ respondere.Ouid.2.de Remed.amor.

Fama respōsura suo labori.Horat.2.Serm.satyr.8.

Fructus non respondens labori.Ouid.4.Fast.

Laudibus respondere Græcorum.Cic.1.Tuscul. Brutus ad Ciceronem,7.3,Qui vestris paucorum respondeat laudibus.Id est,qui vestras æquet laudes.

Fauor non respondet meritis.Horat 2.epist.1.

Tua virtus opinioni hominū non respondet.Cic.Curioni lib 2.4.

Voto respondere.Plin.epist 7.Nam ego quoque simili autu,ac tenuitu respondere voto tuo possum.Id est,facere quod desideras.

Si bonitas tua respōderit iudicio meo.Cic.Attic.lib.14.

Neque quicquā tam obscenum dicere, cui non ab initio puritiæ omni genere fascinoris ætas tua respondeat.Cic.in Salust.

Amore,vel in amore respondere alicui, Amanrem redamare.Cic. ad Trebonium lib.15.21, Cui ego quidem amori(vtinam cæteris rebus possem)amore certè respondebo.

In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. Cic. Curio.lib 2.1.

Par pari respondere.Plaut.Trucul.19.

¶Respōdere patri,pro Imitari mores patris,nec degenerare. Cic. 3.de Finib Est mihi magnæ curæ (quanquam quidem hoc proprium tuum munus est)vt ita eruditur,vt & patri,& Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Budæus.

Nobilitati maiorum respondere.Quintil.lib.3.cap.7.

Plenius & vberius respondere.Senec.de Benefic.li.3.cap.17.

¶Respondere,Respicere,seu contrà positum esse.Virg.6.Æneid. Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.Seruius.

Ædificare porticum quæ palatio respondeat.Cic.de Arusp.resp.

Res ibi respondent simili forma,&c.De speculo.Lucret.lib.4.

¶Respondere pro Profectum habere, & non fallere consilium & propositum medici.Celsus lib.2.cap.10.Id quod si in cura quoque aquæ,quæ inter cutem est,ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat?Alibi eedere vocat.Bud.

Variè respondere.Celsus lib.5 cap.18, Credo autem quò peius id malum est,minúsque facilè discutiur, eò plura esse tentata: quæ in personis variè respōderunt.De malagmate adstrumas.

¶Responsum est,Impersonale.Cic.1.de Finib. Quāquam philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro,quo à nobis philosophia defensa & collaudata est.

¶Respōsu breue.Cic.pro Cluētio, Quàm leuia genere ipso, quàm falsa re,quàm breuia responsu.

Respondens, Participium {ἀποκρινόμενος} vt, Tympana respondentia, Id est,sonantia,quòd pulsata reclamant.Stat.2.Achill.

Responso,responsas {ἀποκρούομαι} responsare,Frequentariuum. Ferociter & asperè alteri compellanti respondere. Plaut.Menæc.14, Responsa aut loquere.

Responsare cupidinibus,id est,resistere,repugnare,contradicere. Horat.2.Serm. satyr.7.Acron.

Gallina dura malum responsat palato,id est,non sapit,non conuenit palato.Vel(vt exponit Acron)resistit,reluctatur in faucibus.Tralatio est. Horat.2.Serm.satyr.4.

Fortunæ superbæ responsare, Contumaciter respondere. Horat.1.epistol.1.

Responsito,responsitas,pen corr.{ἀναπορίσμαι} responsitare,Aliud frequentatiuum à Responso,responsas.Gel.lib.13.cap.19.Consulentibus de iure publicè responsitauit. Cic.1.de Legib. Egónē?summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti

soliti sint.

Responsu,Supinum,pro responsione siue responso.Cic.pro Cluent. Videris hæc quàm sint læuia genere ipso,quàm breuia responsu.

Responsum,responsi {ἀπόκρισις, ὑπολόγημα} Ipsa responsio. Terentius in Prologo Phorm.

Is sibi responsum hoc habeat. Idem in Prologo Eunuc.6. '-sciat Responsum non dictum esse. Cic.Attic.lib.7,Ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur.

Liberale responsum,Vide LIBER adiectiuum.

Tida.Virg.2.Æneid.

Medium,Vide MEDIVS.

Torua responsa trucis senatus.Silius lib.11.

¶Auferre responsum ab aliquo.Cic.1.de Orat.

Dare.Cic.6.Verr.Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed cō motus,perturbatúsque discedit.

Dare petenti.Virg.1.eclog.

Elicere Quintil.lib.5.cap.7.

Ferre ab aliquo.Cic.1.in Catil.A me quoque id responsum tulisti, me nullo modo posse.

Reddere.Cic.pro Plancio,Quum senatus impediretur quo minus id quod hostibus semper erat tributum , responsum equitibus Romanis redderetur.

¶Respōsum,Oraculum.Cic.2. De Nat.deor.Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. Virg 9.Æneid.

Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum.

E responso.Tacit.lib.13.

Perplexum responsum.Vide PERPLEXVS.

¶Apollo animum deluit responso.Virg 6.Æneid.

Edere responsa. Tacit.lib.2.

Diuūm responsis horrent regna Caspia.Virg 9.Æneid.

In dubiis responsa petunt.Virg.6.Æneid.

Posceus responsa facerdos.Silius lib.1.

Reddere responsa.Virg 3.Georg.

¶Responsa atque decreta Iurisconsultorum.Cic.pro Muræna.

Responsus,huius responsus,masc.gen. {ἀπόκρισις} Conuenientia,consensúsque.Vitruuius lib.1.cap.2.Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus: ex partibúsque separatis, ad vniuersæ figuræ speciem ratæ partis responsus.

Respōdeo,Verbale {ὑπόσχεσις,ὑπολογία} Cic.pro Cornel.Bal.29.Accusatoris interpretatio indigna responsione. Et in Piso. 4. Responsione inimica.

Responsor,Aliud verbale {ὑπόσχετης} Fideiussor,qui pro aliquo spondet. Horat.1.epist 17,

Quo responsore,& quo causæ teste tenentur. Sed videndum nunquid de eo loquatur,qui de iure respondebat, qualis erat Scæuola & alij multi.

Respublica supra in RES.

Respuo,respuis,respui,respuī,pen.prod. {ἀναπτύω,ἀποπτύω} respuere,Repudiare,& quasi cum sputo per contemptum reiicere. Liu.2.ab Vrbe. Adeò propter suspicionem insitam regni, velut abundarent omnia,munera eius in animis hominum respuebantur.

Aspernari & respuere aliquid. Cic.3.de Orat.

Respuere aliquid,& pro nihilo putare.Cic.pro Cecinna.

Respuunt aliquid aures,per translationem. Quintil.lib.11.cap.1.

Respuit hoc sapientissimi cuiusque fides. Plin.lib. 28.cap.2. Hoc est,nemo sapiens id credit.

¶Respuere auribus hominem.Cic.in Pison.Qui vos non oculis fugiat,auribus respuat,animo aspernetur?

Conditionem respuere.Cæsar 1.bel.Gal.

Consolationem.Cic.3. Tuscul., Prodest hæc quidem consolatio, sed nec semper,nec omnibus:sunt enim qui respuant.

Curam.Claud.8.Paneg.

Imperium.Columel.lib.6.cap.2.

Interdictum.Cic.ad Atticum,lib.7, Cæsaris interdicta si te secūcundo lumine hic offendero,respuuntur.

Munera parua.Tibul.lib 4.ad Messalam,1.

Frænos cum sanguine respuit equus.Stat.8.Thebaid.

¶Respuit hoc ferri ictum. Plin.lib.7. cap. 15. Hoc est, ferro non læditur.

Respuere secures dicitur lignum,quod securibus non potest findi. Plin.lib 17.cap.10.

Tela omnia respuit.Hoc est,repulit,reiecit.Lucan.lib.3.

Tergus respuens vulnus:hoc est,Quod nullo vulnere affici aut offendi potest,præ duritie.Plin.lib.8.cap.21.

Humus respuet inuisum cadauer.Ouid.in Ibin.

¶Tela in aliquem respuere,Reiicere.Senec.epist.54,Quædam tela Philosophia discutit,& in eum vsque qui miserat respuit.

¶Respuor,respueris,pen.corr.Passiuum.Lucret.lib.2, Præterea lumen per cornua transit,ar imber Respuitur.

Respuens {ἀποπτύων} Participium.siue Nomen ex participio. Gell. lib. 6.cap.15.Communium vocum respuens minus,& fastidiens.

Restagno.restagnas {κατακλύζω,πλημμύρω} restagnare,Aquam pigram & residem,siue non effluentem continere. Columel.lib.2.cap.17.Itaque si palus in aliqua parte subsidens restagnat,sulcis deriuanda est: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æquè exitio est. Idem lib.8.cap.15.Ora lacus ne cortū paritur violentia restagnātis vndæ,quæ semper interfluere debet, opere signino consternūtur.

Flumina restagnant alto vallo.Lucan.lib.4.

Lacus restagnant vasto gurgite.Silius lib.5.

Mare.Ouid.11 Metam.

Palus.Silius lib.8.

Restagnatio, Verbale {κατακλυσμός} Plin. lib.11. cap. 37, Ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Idem lib.6.cap.28.

Restauro,restauras {ἀνακαινίζω,ἀνακτίζω,ἀνασκευάζω} restaurare,Renouare,Redintegrare.Iustinus lib.21,Ita facta societate, & auxiliis Gallorum auctus,bellum velut ex integro restaurat.Tacit.lib.3,At Pompeij theatrum igne fortuito haustum Cæsar extructurum pollicitus est,eo quòd nemo é familia restaurando sufficeret. Idem lib.4, Et Segestani ædem Veneris montem apud Erycum vetustate delapsam restaurari postulauere.

Actio furti restauratur.Triphonius in l.Si alienus.D.de noxalibus actionibus.

Obligatio vetus restauratur.Papinianus in l.Ob eam.D.de præscriptis verbis.Vlpian.in l.Licet.§.1.D.de iure dotium.Restauranda erit in diem pristinum obligatio.

Seruitutem.Iulianus in l.Si maritus fundum. D. de fundo dotali.

Redintegrare seruitutem,dicitur idem,eodem significatu.

Restauratus,Participium:vt, Nauis restaurata.Vlpian.in l.Quid tamen. §.In nauis.D.Quib.mo. vsusfructus,&c.

Restauratio,Verbale.Iulianus in l.Si maritus fundum D.de fund.dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit sine restauratione seruituris.

Restibilis,& hoc restibile,pen.corr.Adiectiuum {πολλαπλασιαστικόν.}

Restibilis ager.Festus,Restibilis ager fit, qui continuo biennio seritur farreo spico, id est, aristato: quod ne fiat,solent qui prædia locant,excipere. Varr.1.de Re rust.cap.44,Illud quoque multum interest in tudi terra,an in ea seras,quæ quotannis obsita fit,quæ vocatur restibilis,an in vetusto,quæ interdum requierit.

Arbor restibilis.Plin.lib.16.cap.32. Est in exemplis, & sine tempestate,vllāve causa alia quàm prodigij,cecidisse multas, ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc pop.Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nuceriæ in luco Iunonis,vlmo postquam etiam cacumen amputatum erat,quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte,ita vt protinus floreret.A quo deinde tempore maiestas pop. Ro. resurrexit, quæ antè vastata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum & in Philippis,salice procidua atque detruncata : & Stagiris in museo populo alba. Omnia fausti ominis. Sed maximè mirū, Antandri platanus etiam circūdolatis lateribus restibilis sponte facta, vitæque reddita,lōgitudine quindecim cubitorum,crassitudine quatuor vlnarum. Ex his Plinij verbis apparet vocem hanc, Restibilis, ductam esse à verbo Restituo.

Aruum restibile. Plin.lib.18.cap 17.

Crassitudo restibilis.Plin.lib.18.cap.17.

Fecunditas restibilis.Plin.lib.28 cap.29.

Seges restibilis,Est quæ regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentem quoque annum resistat.Varro 1.de Re rust.cap.9,Contrà in agro pingui, vt in Hetruria licet videre fructuosas segetes,ac restibiles,& arbores prolixas.

Vinea restibilis.Columel.lib.3.cap.11.

Vinetum restibile.Columel.lib.3.cap.18, Pastinum vocant agricolæ,ferramentum bifurcum,quo semina panguntur, vnde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ vetereS,quæ refodiebātur : hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat. Restibilis, id est, quod restituebatur. *D'une vieille vigne qu'on remettoit en nature, & qu'on repeuploit de nouueau plant.*

Restinguo,restinguis,restinxi,restinctū {κατασβεννύω} restinguere,Idē quod Extinguere.Plaut.Asina 17,

Ignem restingunt aqua. Liu.1.ab Vrbe, Quum quidam familiarū aquam ad restinguendum ferret,ab regina retentum,&c.

Ardere & restinguere,contraria. Cic.4.de Finib.Quid illę incendat?restinguet citius,si ardentem acceperit.

Ignis in aquam coniectus continuò restinguitur & refrigeratur. Cic.pro Roscio Amerino,

Faullas ardentes restinxit lacte.Stat.5.Sylu.5.

Flammam restinguere.Horat.1.Serm.saty.5.

Flamma restinguitur.Lucret.lib.4.

Ignes restinguere fontibus.Virg 2.Æneid.

Ignis vento restinguitur.Ouid.2. de Remed.amor.

Incendium restinguere.Cæsar 8.bell.Gal.

¶Restinguere,per translationem.Cic.1.de Finib.Omnium cupiditatum ardore restincto.

Flammam.Cic.7.Verr. Exortam videtur flammam,paucorum dolere ac morte restinxisse.

Genus suum.Plaut.Trinum.10.

Improbitatem.Cic.3.Verr. Communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium,restinguenda est.

Incendium,ruina,Vide Ruina in RVO.

Iracundias restinguere & cupiditates.Cic.2.de Nat. deor.

Sermones restinguere, siue rumores.Cic.Attico,lib.12.Seruunculum omnem aut restinxerit , aut sedarit : sunt enim qui loqu antur etiam mecum.

Sitim.Cic.2.de Finibus.Eadémne,inquam,quæ restincta sitis?Imò alio genere:restincta enim sitis stabilitatem voluptatis habet,inquit. Virg.egloc.5. -sitim restinguere tuo.

Studia.Cic.in Orat.Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit.

Restinguere incensum,Sedare,lenire.Terent.Phor.5.8

Verba aliquius.Terent.Eunuch.11.

Restinctus,Participium {κατασβεσθείς} vt, Restinctum bellum.Cic ad Brutum,lib.11 12, Ex cuius literis, & ex Græcei orationc, non modò non restinctum bellum,sed etiam inflammatum videtur.

Restincta est seditio, inuentū est cōperamentum. Cic.3.de Legib. Vapor restinctus omnis. Virg 5.Æneid.

Restinctio,Verbale {κατάσβεσις} Cic.2.de Finib. Illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est.

Restio,restis,restiui,restitum,restire,Est ad referendum,laborandum, colendúmve aptum esse. Columel.lib.3. cap. 61 , Nam & quæ restire incipiunt tempestiuè leguntur: & quæ nondum maturitatem cœperunt vuæ,sine dispendio differuntur. Legitur in aliis exemplaribus, Et qu æmaturescere incipiunt.

Restipulor,pen.corr.restipularis {ἀντεπερωτάω} restipulari,Dicitur is qui cum eo certat,à quo sponsione est prouocatus.Id est vicissim stipulari,& mutuam spōsionem exigere.Valer.lib.2.cap.3.tit.1.Valerius

spõnsione Luctatium prouocauit, non se petiturum triumphum, nisi suo ductu Punica classis esset oppressa: nec dubitauit restipulari Luctatius Cic. pro Rosc. Comœdo, Tua vox est Fanni: quid tu auferri petis à Flauio, si Flauius nihil debet? quid hic porro nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit? quid verò Flauius tibi daturus est? Budæus, Restipulari, pro stipulari, siue vicissim stipulari, vel post rem actam stipulari.

Restipulatio, onis, Verbale {ἀνάπαλιν ὑπόσχεσις} Cicero pro Roscio Comœdo, Quid enim restipulatio clamat? Quod à Flauio abstuleram, partem dimidiam, Inde Roscio me soluturum spondeo. Et paulo pòst, Quis est huius restipulationis scriptor, testis? arbiter quis?

Restis, huius restis, fœm. gen. {χάλως σπάρτου} in accusatiuo, restem vel restim, Funis. Plaut. Persa, 13. -restim tibi
Cape crassam, ac suspende te. Ibidem 8,
Cædêre hodie tu restibus. Apuleius, Restim, qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. Plin. lib. 17. cap. 10, Eáque intrita restem circumlini.

¶Ad restim mihi quidem res rediit planissimè. Terent. Phorm. 4. 4, Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. nam in hac solent quidam amentes ad laqueum confugere. Iuuenal. Satyr. 6,
Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam? Erasmus.
¶Alliorum connexa capita, restes apud Plinium dicuntur, libro 20. cap. 6.
¶In saltatione restim ducere dicuntur chori puerorũ puellarúmque manus conserti. Terent. in Adelph. 4 3,
Tu inter eas restim ductãs saltabis. Liu. Decad 3. lib. 7, de sacrificio Iunoni reginæ facto loquens, Per manus reste data, virgines sonum vocis, pulsu pedum modulantes incesserunt.

Restriculus, Diminutiuum. Vlpian. in l. Si vero 5 fin. D. de iis qui deiecerunt, Si amphora ex restriculo suspensa decidisset, & damnum dedisset. Aliàs legitur Reticulo.

Resticula, pen. corr. Aliud diminutiuum {σχοινίον, σπαρτίον} Varro 1 de Re rust. ca. 41, Tum enim resticulas per ficus quas edimus, maturas perferunt, & eas quum inarcuerint, complicant, ac quò volunt, mittunt.

Restito. Vide RESTO.

Restituo, restituis, restitui, restitutum, pen. prod. {ἀποκαθιστάνω, πάλιν ἱστάνω, ἀναστορῶ} restituere, Exire & statuo, statuis, significat Reponere, Reddere. Terent. And. 4. 1,
Restitue in quem me accepisti locum. Idem Heaut 3 1,
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.
Dum id quæro, tibi qui filiũ restituerem. Cæsar 1. bel. Gal. Ipsos, oppida, vicósque, quos incenderant, restituere iussit.
Restituere ac reddere. Terent. Eunuch. 1. 2.
¶Restituere aliquem, Venia prosequi. Curtius lib. 8.
Restituere ex toto. Celsi. lib. 8. cap 20.
Restitui in bona paterna. Papinia. in l. Si vno 6. vlti. D. Loc. & cõd.
¶Restituere, In statum pristinum reducere. Terent. And 3. 5,
Tu rem impeditam & perditam restituas? Idem Adelph. 1. 2,
Fores effregit? restituentur.
Eiicere aliquem, & restituere, cõtraria. Cic. pro Milone, Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi?
In antiquum statum restitui. Cic. 2. Verr.
A limine mortis restituere aliquem. Catul. ad Mallium 63.
¶Restituuntur propriè volentes, authore Donato, cupientésque: vt, Ciuis patriæ. Catus de Verb. signif. l. Plus est: Plus est, inquit, in restitutione quàm in exhibitione: nam exhibere est præsentiam corporis præbere: Restituere verò, est etiam possessorem facere, fructúsque reddere.

¶Restituere {ἀποκαθιδρύειν} Instaurare ac reficere. Cic. in Top. Si ædes exesæ corruerũt, vitiúmve fecerunt, quarum vsufructus legatus est, heres restituere non debet.
Aciem restituere. Liu. 5. ab Vrbe.
Animum alicui. Liu. 5. bel. Pun.
Calliditatem suam veterem restituere. Cic. pro Rosc. Amer. Restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam.
Turbatas comas. Ouid. 3. Fast.
Damnatum. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10, Nec committam, vt si ego eum condemnaro, tu restituas.
In pristinam dignitatẽ. Cic pro domo sua, Rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Sic Restituere in antiquum statum. Cic. 2. Verr. Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit.
Dies nulla potest igne extinctos restituere. Ouid 3. de Põto, eleg. 6.
Fraudata. Cæsar 3. bel. Ciuil. Quammaximas potuerunt pecunias mutuari, perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere vellent.
In gaudium restituere. Plaut. Merc. 22.
In gratiam. Terent. Hecyra 3. 1,
Rem cognosces, iram expedies, rursum in gratiam restitues. Cic. de Prouinciis Consul. Hic me meus in Rempub. animus pristinus ac perennis cum C. Cæsare reduxit, reconciliat, restituit in gratiam.
In honorem Tribunitium. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Horam restituere. Cic. pro Quintio, Dicendum necessariò est, restituendæ horæ ad arbitrium nostrũ. Vetus codex legit præstituẽdæ.
Imperium populo Rom. Plin. lib. 7. cap. 26.
In integrum restituere, Integrum facere, vt prius instaurare, reparare. Cic. 7. Verr. Hos solent exitus exitiales habere, vt damnati in integrum restituantur, victi soluantur, exules reducantur. Terentius Phorm. 2 4, -restitui in integrum, æquum est & bonum.
Ius restituere ereptum. Ouid. 1. Fast.
In locum antiquum gratiæ & honoris restituere. Cæs. 1. bel. Gall.
In locum restituere vnde quis decidit. Cic. Attico lib. 2, Primùm illu d re scire volo, Sampsiceramum nostrum amicum vehementer sui status pœnitere, restitúíq; in eum locum cupere ex quo decidit.
Nomen suum alicui. Cæsar 2. bel. Gal.

Veteri patientiæ aliquem restituere. Tacit. in vita Agricolæ.
In possessionem. Cic. pro Cecinna, In possessionem in præsentia non restituetur.
Prælium, siue pugnam. Liu. 6. ab Vrbe.
Rem restituere alicui. Cic. pro Rosc. Amerin. Nónne si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset, damnatus per arbitrium, & rem restituere, & honestatem omnem amitteret?
Reipublicæ restitui. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Quum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea: méque tum denique sibi visum Reipub. qualis fuissem, restituturum. Id est, me fortem & constantem esse in liberè loquendo pro Repub. defendenda, qualis scilicet fuissem ante exilium meum.
Sanitatem restituere, & sanitati. Plin. lib. 20. cap 6.
Se restituere, ac reuiuiscere. Varro 3 de Re rust. cap. 16.
Restituere tutelam, pro rationem & reliqua tutelæ apud Africanum in l. 10. D. rem pupil. sal. fore.
Restitui sibi dicuntur vina quæ mutata fuerunt. Plin. libr. 14. cap. 18, Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam, posteáque restituuntur sibi. Budæus.
Visum restituere. Plin lib. 11. cap. 37.

¶Restituiri, pro restitutum iri. Iulianus. l. 23. D. de actio. empti.

Restituendus, Participium {ἀποκαταστατέος} Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13,
Cæsaris imperio restituendus eris.
Lingua suppressa palato restituenda mero. Ouid. 5. Trist. eleg. 3.

Restitutio, Verbale {ἀποκατάστασις} Cic. ad Atticum, lib. 4. Profectò hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignum iudicabo.
Neminẽ est triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutió que perscripta. Cic. in Pisonem.
Restitutio ædificiorum, pro instauratione. Vlpian. in l. Creditor. Si cerrum pet.

Restitutor, pen. prod. Aliud verbale. Cic. pro Milone, P. Lentulus vltor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restituror salutis meæ.

Restitutorius, Adiectiuum: Caius in l. Qui proprio. §. Item. D. de procurator. Item quæritur, si iudicium acceperit defensor, & actor in integrum restitutus sit: an cogendus sit restitutorium iudicii accipere.
Actio restitutoria. Vlpian. in l. Quamuis pignori. D. ad Senatusconsul. Velleian.
Interdictum restitutorium. Vlpianus in l. Stipulatio. D. de nou. ope. nunciat.

Restituta Segede Celtarum Ciuitas, & eodem nomine apud Lusitanos, ex quibus ortos fuisse Celtas. Plin. lib. 3 cap. 2, author est.

Resto, restas, restiti, restirum, pen. corr. {ὑπολείπομαι} restare, Superesse, siue reliquum esse significat: & vel personaliter, vel impersonaliter sumi videtur.
Personaliter. Cic pro Quintio, Illud etiam restiterat quod hesterno die fecerunt, vt te in ius adducerent, Idem 3. Offic. Qui è diuisione tripertita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiã. Item ad Brutum, Longa sunt quæ restant.
De viginti restabam solus. Ouid 3. Metam.
Duæ noctes restant de mense secundo. Ouid. 2. Fast.
Restat reliquum. Terent. Hecyr. 4. 2.
Restat. ex. Cic. 2. de Inuent. Quid etiam nobis ex eo genere restet & quare restet, admonendum videtur.
¶Id restat. Ironia est, qua Terentius vtẽtem Æschinum inducit in Adelphis Act. 2 scen. 1. qui lenoni dicenti,
Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta iniuria: respondet.
Nam hercle etiam id restat. Cic. Attic. lib. 13, Illud vtique scire cupio, quem intellexeris ab eo ξυνεπιτάδαν, nisi forte Brutum: id hercle restabat, quasi dicat: Iniuria existit inter pares: at Varro neutiquam Bruto comparandus: cur igitur illi inuideat?
Reliqua pars est, & restat. Cic. pro Marcello, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandum est, vt Rempublicam constituas.
Hoc nunc restat. Terent. Heaut. 5. 5,
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere, Terent. Phor. 1. 2,
Nihil restat præter. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. 17, In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem, sed tamen nihil ei restabat præter balneatia, & ambulationem, & auiarium.
Quid restat, nisi porrò. &c. Terent. in Hecyr. 3. 1.
Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, vt Domitio nõ subueniat. Cic. Attic. lib. 8.
¶Restat, Impersonaliter. Cic. 2. de Diuinat. Restat etiam de Chaldæis: sed primum auspicia videamus.
Ire restat. Id est, via restat. Horat. 1. epist. 6,
Ire tamen restat Numa quò peruenit, & Ancus.
Restat vt. Cic. 4. Acad. Restat vt his respondeam, qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues allegari,
¶Restat mihi. Id est, futurum est, manet me. Virg. 7. Æneid.
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant.
¶Restare, Retro stare, Remanere, vel residere, ac immorari, vel remorari. Terent. And 2. 6,
Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hîc restitisse gratia. Idem Eunuch. 2. 3.
vt illum di deæque seuium perdant, qui me hodie remoratus est:
Méque adeò qui restiterim. Cic. pro Ligario, Tertium est tempus quo post aduentum Vari in Africa restitit. Item 3 Offic. Ita incolumis in patria Regulus restitisset. Sic pro Muræna.
Ratio nulla est restandi. Lucret. lib. 1.
¶Restare, Resistere. Terent. Heaut. 5. 3,
In qua re nunc tam consideret restas stultæ? Cicer. 5. de Finib
Quinetiam ipsi voluptarij diuerticula quærant, & virtutes habeant in ore totos dies, voluptatémque primo expeti dicant, deinde consuetudine, quasi alteram naturam, qua impulsi multa faciunt, nullam quæ rentes

quærentes voluptatem Stoici restant.
¶Restare pro distare dixit Ennius. Ponere eum is dicat, impetus, aut longè mediis regionibus restat. Festus.

Restans, Particip. {ὑπολειπόμενος} Silius lib. 10,
Nunc in restantes mucronem comius vrget.
Clausira restantia soluit. Silius lib. 7.
Dona restantia flammis, Id est, quæ ex flammis reliqua fuerunt, & relicta incendio. Virg. 1. Æneid.

Restito, restitas, penult. corr. {ὑφίστημαι} restitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 9, -ita me miserum
Restitando, retinendóque lassum reddiderunt. Terent. Eun. 4. 4,
Exi foras fœleste, a tetiam restitas?
Fugitiue prodi.

Restringo, restringis, restrinxi, restrictum {ἀναστέλλω, κατασφίγγω, ἀποσφίγγω} restringere, Retro stringere, siue Valde stringere. Plautus Capt. 8,
Saltem si non arriderent, dentes vt restringerent. Plin. epist. 105,
Nam sumptus Candidatorum fœdos illos & infames, ambitus lege restrinxit.
Restrinxit Bellona faces. Stat 21. Thebaid.
Sol exortus restrinxit stellas. Lucret lib 3.
Restringere ad, pro Astringere. Plin. epist. 8, Nam quum omnes homines ad custodiam pecuniæ natura restrinxerit.
¶Restringere, Soluere. Apuleius, iumentum restrinxit, abiréque stabulo liberum fuit, quod stabularius inuentum mox domum reduxit.
¶Restringere, Rursus stringere. Apuleius, Et duplici, ne solui facilè queat, restringit.
¶Restringit nauseam hæc herba: Hoc est, reprimit, coercet, facit ad vel contra nauseam. Plin. lib. 8. cap. 27, Ex vetusto codice legendum restinguit.

Restrictus {κάτοχος δεσμοῖς} Participium, siue nomen ex participio.
Lacertis restrictis sensit lora. Id est vinctis. Horat. 3. Carm. ode 5.
Membra catena restrictus. Catul. Argon. 59.
Imperium restrictum. Tacit. lib. 13 Idq; pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperiũ non restrictum, nec perseuerum volunt. Id est, austerum & rigidum.
¶Restrictus, pro Auaro & parco, Per translationem: quoniam qui auari sunt, pecuniã ita stringunt, vt nihil prodigant aut profundant. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3, Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.
Restrictus & tenax. Cic pro Plancio.

Restrictè, Aduerbium {ἀκριβολογίας, φειδωλίας} Parcè, cui opponitur Plenissimè. Plin. epist. 103, lib. 5. ad Capitonem, quanuis illud plenissimè, hoc restrictissimè feceris. Cic. de Amicit Dutior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia, nec obseruare restrictè, ne plus reddat quàm acceperit.
Restrictè præfinire. Cic. 2. de Legib. Sed ego cætera non tam restrictè præfinio, vel hominum vitiis, vel subtilibus temporum victus.
Parcè & restrictè. Cic. 2. de Finib. Nec tamen cur id tam parcè támque restrictè faciant, intelligo.

Restrictim Aliud aduerbium, Idem {κατεπικρήδην} Afranius, Ea quæ fermè sedere melius consultoribus, quàm restrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

Restrictissimè. Aliud item aduerbium. Plin. Iunior lib. 5. epist 103, Tum si laudaueris, parcus: si culpaueris, nimius fuisse dicaris, quãuis illud plenissimè, hoc restrictissimè feceris.

Resulto, resultas, resultare, Vide RESILIO.

Resumo, resumis, penult. prod. resumpsi, resumptum {ἀναλαμβάνω} resumere. Iterum sumere. Plin. epist 78, Vereor enim ne si hanc intentionem iam in finem laxauero, ægrè resumam. Idem lib 2. epist. 18, Nam beneficio tuo in scholam redeo, & illam dulcissimam ætatem quasi resumo. Idem in Paneg. 132, Hic Consularibus curis exolutus, principales resumpsit.
Ponere & Resumere, opposita. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Inque vicem sumptas ponit, positáque resumit.
Principales curas resoluere. Plin. Iun. in Paneg.
Gemitus resumere. Stat. 6. Thebaid.
Tela. Ouid 2. Amor. eleg. 1.
Vires. Ouid. 9. Metam.

Resuo, resuis, resui, resutum, penult. prod. {ἀναῤῥάπτω} resuere, Iterum suere. Aliquando contrarium significat suo simplici: vt apud Suetonium de Augusto, cap. 94, Sumenti virilem togam, tunica laticlaui resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

Resupino, resupinas, pen. prod. {ὑπτιάζω, ἀνατείνω} resupinare, Inuertere, supinum aliquid deuoluere. Terent. Phorm. 5. 6,
Pone apprehendit pallio, resupinat: respicio: rogo
Quamobrem retineat me. Plin. lib. 24. cap. 17, Hac admota, leones resupinari cum hiatu laxo.
Valuas resupinare. Propert. lib. 4. eleg 9.
Resupinare collum. Plin. lib. 10. cap. 34.
¶Resupinare, Peruertere. Iuuen. sat. 3,
-aulam resupinat amici.
¶Resupinare, A proposito seu incœpto reuocare, differre, Accius,
Quid agis? perturbas rem omnem, ac restringis foror. Nonius.

Resupinatus, pen. prod. Participium {ἀναδενδραδίας.} Iuuen. sat. 8,
Et resupinati cessantia tympana Galli.

Resupinus, penult. prod. Adiect. {ὕπτιος} Qui ventre in altum conuerso est, facie in cælum versa. Plin. lib. 7. cap. 2, Eosdémque sciopodas vocari, quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegant.
Iacuit resupinus humo. Ouid. 4. Metam.
Hæret curru resupinus inani. Virg. 1. Æneid.
Corpora resupina. Ouid. 2. Metam.
Spiritus resupinus. Lucret. lib. 1.
Eque tuo pendet resupini spiritus ore.

¶Resupinus, pro molli & effœminato. Quintil. lib. 5. cap. 12, Quapropter eloquentiam, licèt hanc libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo quæ ne minimũ quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti viri, ostendet.
Stans resupinus in vngues. Martial. lib. 12,
Multis dum precibus Iouem salutat
Stans summos resupinus vsque in vngues. Mos erat precantiũ, vt cælũ respicientes resupini summis pedũ digitis insisterẽt Domitius.

Resurgo, resurgis, resurrexi, resurrectum {ἀνίσταμαι, ἐγείρομαι} resurgere, Rursum surgere.
Victa tamen vinces, euersáque Troia resurges. Ouid. 1. Fast.
Resurgere dicitur herba, vel arbor, quę iterum crescit. Plin. lib. 13. cap. 9, Sed præcipua vtilitas, quod cæsa anno tertio resurgit. De spina Ægyptia. Vide Restibilis arbor, in RESTIBILIS. Ouidius 2. Amorum eleg. 16.
Amor resurgens. Virg. 4 Æneid.
Incendium resurrexit, Vide INCENDO.
Resurrexit maiestas. Plin. lib. 16. cap 32.
Resurgunt res Romanæ contra spem. Liu. 4. bel. Pun.

Resuscito, resuscitas, penult. corr. {ἐγείρω} resuscitare. Iterum suscitare. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-positámque resuscirat iram.
Legatum resuscitatur. Paul. in l. Si seruo. D. de adimend. legat.
Prior obligatio nouo pacto resuscitatur. Paulus in l. Si vnus ex. §. Sed si pactum. D. De pactis.
Retæ, Sunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipsorum extant: à reubus dictæ, quòd prætereuntes naues impediant, & quasi irretiant. Vnde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari solebant, hoc est, purganda, ne quid aut moræ aut periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat. Hæc ferè Gell. lib 11. cap. 17, ex libro Gaij de Origine vocabulorum.

Retalio, as, are: pro talionem, siue par referre, apud Iureconsultos nõ rarò vsurpatum. Talio (inquit interpres verborum iuris Spteg. ius) pœnæ genus est ex duodecim tabulis, quo damnum illatum simili damno pensabatur: veluti si oculus eruatur ei, qui alteri oculum effoderit. Vnde Retaliare dicimus, quũ par pari refertur.

Retardo. retardas {ὑπερῶ, ἀναχαίτιζω} retardare, Remorari, retinere, Cic. de Senect. Agro bene culto nil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatius, ad quem frucndum non modò se non retardat, verumetiam inuitat, atque allectat senectus. Plin. epist. 13, Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. Att. lib. 1, Sed mihi, crede, simulárq; hoc nostrum legenti, nescio quo pacto retardatur,
In via aliquem retardare. Cic. 10. Philipp. Quem nisi in via caduce hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres.
Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg.
Retinere ac retardare. Colum. lib. 2. cap. 2.
Incitari & Retardari, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt.
Retardare animum alicuius. Cicero 3. Verrina, Quum iste, atque istius amici homines lauti & vrbani sermones huiusmodi dissipassent, quo animos testium retardarent.
Celeritatem. Cic. pro Lege Manil. Vt eorũ collectio dispersa mœrórque partius celeritatem persequendi retardaret.
Impedire ac retardare impetum. Cic. pro Lege Manil. Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt, ac retardatos.
Iter retardare. Ouid 3. Trist. eleg. 9.
Loquacitatem. Cic. in Vatinium.
Menses mulierum. Plin. lib. 21. cap. 21.
Sed vereor ne nunc mea te fortuna retardet. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Retardatus, penultima producta, Participium, Sueton. in Othone. cap. 8, Et primo egressu inundationibus Tyberis retardatus. Idem in Galba. cap. 20, In auxilium aduolauere, sed serius, itinere deuio per ignorantiam locorum retardati.
Iuuenta retardata arte. Claud. 1. in Eutropium.

Retardatio {ὑστέρησις} Verbale. Cic. 5. Philipp. Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione & mora?

Retaxo, retaxas {αὐτεγκαλῶ} retaxare. Sueton. in Vespasiano, cap. 13, Lucinium Mutianum notę impudicitiæ, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, nunquam nisi clàm & hactenus retaxare sustinuit, vt apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ, Ego tamẽ vir sum. Retaxare, est eum à quo facris taxatus, suorum vitiorum admonere, & vicissim reprehendere.

Rete, retis, neut. gen. {δίκτυον, πλάγος, ἀμφίβληστρον} Quo pisces capiuntur. Plaut. Rud 22,
-neque piscium vllam vneiam pondo hodie
Cepi, nisi hoc quod nunc fero in rete. Cic. 2. de Nat. deor. Vt in araneolis, aliæ quasi rete texunt: vt siquid inhæserint conficiant: aliæ ex inopinato obseruant, &c.
Rete, à rapio, vel à raritate dicitur, vt ait Varro.
Retis iactus, Vide IACIO.
Fallentia retia. Ouid. 2. de Arte.
Rete iaculum Plautus,
Iubeas vna opera me piscari in aere,
Venari autem reti iaculo in medio mari. Nemo inquit Turnebus, venari possit in mari, nemo piscari in aere, sed venari & aucupari. Rete autem iaculum dicitur ad verriculi discrimen. Nam iaculum iacitur, fundáque etiam appellatur à Marone, à fundendo vel à fundo, ϛυτὸς, à Græcis dicitur, inquit Seruius, & recte iaculum vocatur. Verriculum autem non iacitur, sed verritur, id est trahitur. Plaut. in Truculent. de reti iaculo,
Quasi in piscinam rete qui iaculũ parat. Alij emendant, rectè qui iacit vim parat, quibus non assentior. Hactenus Turnebus, Vide Iaculum in IACIO.
Rara retia. Virg. 4. Æneid.
Exire retibus. Lucret. lib. 4.

Retia dolum meditantur ceruis. Virg. ecloga 5.
Ponere retia ceruis. Virg. 1. Georg.
Seruare retia. Virg. 3. ecloga.
Summittere alicui retia. *Baisser les rets, & le laisser enader.* Plin. lib. 9. cap. 8, Saltu nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia.
Tendere retia ceruis. Ouis. 1. de Arte.
Distincta maculis retia tendere. Ouid. epist. 5.
¶ Retis, in masculino & fœminino genere quidam probant ex Plauto in Rud. 23,
Non vides me referre vuidum retem, sine squammoso pecu? Vbi in nostris exemplaribus nunc legitur vuidum rete, neutro genere. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Intra retem aues sunt omne genus, maximè cantrices: vt luscinolæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculam, cibus obiicitur sub retem.

Retia, retiæ { δίκτυον } antiquum pro eodem: vt nonnullis placet. Plautus Rud. 21,
Iam nunc & operam ludos facit, & retiam. Vt tempestas est nunc, legitur retia, neutro genere.

Reticulum, reticuli, pen. corr. n. gen. Diminut. { σαγήνιον. } Plin. lib. 31. cap. 6, Item demissæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem.
¶ Reticulum { καμύρφαλος } Genus retis quod in orbem spargitur: vnde aliquando capitur pro muliebri fascia, quæ capillos continet. Iuuenalis sat. 2,
Reticulúmque comis auratum ingentibus implet.
Reticulum, ait Nonius, tegmen capitis muliebre. Varro, Suspēdit laribus marinas molles pilas, reticula, ac strophia.
¶ Reticulum, Fascia quædam lanea, vel linea ad formam retis facta, quam faciei admouemus ne agnoscamur, vel vt naribus suaues odores admoueamus. Cic. 7. Verr. Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulúmque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Masculinum esse hic contendit Nonius.
¶ Reticulum iunceum vel lineum. Colum. lib. 12. cap. 51.
¶ Reticulum, instrumentum lusorium, quo pilam accipimus & remittimus. Ouid. 3. de Arte,
Reticulóque pilæ leues fundantur aperto.
¶ Reticulum, Sacculus in modum retis, quo viatores pecuniam & panem gestant. Horat. 1 Serm. sat. 1,
Non tuus hoc capiet venter plus quàm meus, vt si
Reticulum panis vænales inter, onusto
Fortè vehas humero, nihilo plus accipias, quàm, &c. Vbi Acron, Reticuli, rete quo in vrbe panis inter vænales seruos portari solet.

Retiaculum, retiaculi, pen. corr. { δικτύδιον } Antiquum diminutiuum à Retia, vt nonnullis placet. Plaut. Asin. 3,
Iubeas vna opera me piscari in aere.
Venari autem retiaculo apros in medio mari. Quidam legunt iaculo: alij, teti iaculo.

Reticulus, penult. corr. m. g. { καμύρφαλος } Plin. lib. 12. cap. 14, At Herculē Alexandriæ vbi thura interpollantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adiicitur capiti, denſúſve reticulus: nudi emittuntur.
¶ Reticuli è neruis, pro Cancellis. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Inter columnas exteriores, pro pariete reticuli è neruis sunt, vt perspici in sylua possit, & quæ ibi sunt, neque auis ea transire.
Masculinè etiam protulit. Vlp. in l. fundi nihil D. De action. empt. & vend. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela, ædium non sunt.

Reticulatus, penult. prod. Adiectiuum { δικτυωτὸς } Quod factum est in modum retis. Plinius libro 36. capite 22, Dictyotheton vocant reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt, nimis opportunam.
Fenestræ reticulatæ, Reticulis obiectis munitæ. Varro 3 de Re rust. cap. 7.

Retiarius, retiarij { δικτυοφόρος } Qui rete immittit. Nam compositi gladiatores per paria, diuersa nomina sortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius, quòd rete iáceret: alter sequitor, perinde ac retiarum fugiens, vel fugam simulans, sequeretur. Quintil. lib. 6. cap 3, Et Pedo de Mirmilone, qui retiarum consequebatur, nec feriebat: Viuum, inquit, capere vult. Vide Gladiator in GLADIVS, & Sequitor, in SEQVOR.
Retiario pugnante aduersus Mirmillonem cātatur. Non te peto, piscem peto. Quid me fugis Galle? Quia Mirmilonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsíque Mitmillones ante Galli appellabātur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hoc autem genus pugnæ institutum videtur à Pittaco vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrynonem dimicaturus propter controuersias finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos rete occulto lato impediuit Phrynonem. Festus.
Contra retiarium ferula. Martialis in Præfatione libri secūdi, Denique videas an te delectet contra retiarū ferula Id est, an id faciendum tibi putes quod nemo non dānet atque exibiler. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbium, dici solitum in eos qui infirmo præsidio contra maximè instructum pugnarent. Quanquam idem paulo pòst aliò dilabitur, nempe huc, gladiatores olim, si minus placuissent, ferula cæsos eiici solere. Erasmus.

Retego, retegis, penult. corr. retexi, retectum { ἀποκάπτω, ἀπακαλύπτω } retegere, Nudare, aperire. Virg. 1. Æneidos,
-cæcúmque domus scelus omne retexit. Iuuen. sat. 6.
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.
Animi commenta retegere. Ouid. 13. Metam.
Consilium. Horat. 3. Carm. ode 21.
Dies clara retexit damna Pharsalica. Lucan. lib. 7.
Lucifer retegens diem. Ouid. 8. Metam.
Insidias. Claud. 2. Paneg.
Orbem retexit Titan radiis. Virg. 4. Æneid.
Pectus. Ouid 13. Metam.
Syluas ferro Stat. 3. Thebaid.
Vulnus retegit scisso velamine. Lucan. lib. 8.
Retecta es, dixit Lucretius, forma quadam passiui præteriti, lib. 3,
His tibi me rebus quædam diuina voluptas
Percipit, atque horror, quòd sic natura tua vi
Tam manifesta patens ex omni parte retecta es. Sic enim legendum contendit Lambinus, non rerecta est, vt vulgò.
Retectus, Participium { ἀπακεκαλυμμένος. } vt.
Res luce retectæ. Virg. 9. Æneid.

Retendo, retendis, retendi, retensum vel retentum { κάπτω } retendere, Laxare, contrariam habet significationem suo simplici. Ouidius 2. Metamorphoseos,
Exuit hìc humero pharetram, lentóſque retendit
Arcus. Ibidem, lib. 3, -Nympharum tradidit vni
Armigeræ iaculum, pharetrámque arcúſque retentos.

Retento, retentas { ἀπατεύω } retentare, Ex tento compositum, Iterum tentare Ouid. 1. Metamorphoseos,
-timidè verba intermissa retentat. Id est, iterum tentat proferre. Idem epist. 10,
Nullus erat, referóque manus, iterúmque retento.
Memoria retentare. Seneca epist. 73, Diu res ista non retentauit memoriam meam.
Studium retētare, Intermissa studia repetere. Ouid. 5. Trist. eleg. 13.
Viam lethi sine fine retentat. Ouid. 11. Metam. ad finem.
Preces retentatæ. Ouid. 14. Metam.
Retento, Frequentatiuum à Retineo, Vide suo loco.

Retexo, retexis, retexui, retextum { ἀνυφαίνω, ἀπακλώθω } retexere, Quod textum erat, non textum reddere.
Telas intertextas retexere. Stat. 3 Syl. 5
Tela retexta dolo nocturno. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Penelopes telam retexere, Vide PENELOPE.
Properata fata retexere. Resoluere, vt possit qui mortuus est ad vitam redire. Ouid. 10. Metam.
¶ Retexere, Per transfationem. Cic. 2. de Orat. Et ad extremum, ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possiunt ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa, vel potiùs detexta propè retexantur.
Idem ordo retexitur. Resoluitur. Ouid. 15. Metam.
Plenum orbem Luna quater retexuit, Dissoluit. Ouid. 7. Metam.
Noxas retexere, Reminiſci. Stat. 9. Thebaid.
¶ Retexere orationem, pro In contrarium mutate, expolire, emendare, vel potiùs rursus texere, & ordiri quasi aliā telam. Cic. 2. Philip. Itaque iam retexo orationē illam: scribā ad illos, vt siqui fortè quod à te mihi obiectū est, quærent sine verum. Id est, quod negabā confiteor. Idem ad Brut. lib. 11, Nouī timores retexunt superiora.
Scriptorum quæque retexens. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Seipsum retexere. Mattius ad Ciceronem, lib. 1, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam?
¶ Retexere, pro Dissoluere, reuocare, irritum facere. Cic. 4. Verr. Omnia erant Metelli eiusmodi, vt totam suam Præturam retexere videretur. Suprà dixerat, Vt omnes istius iniurias quas posset, retexeret. Budæus.

Retexi { ἀπακυλίσθη } resoluti. Lucret. lib 1,
Hæc neque dissolui plagis extrinsecus icta
Possunt: nec porrò penitus penetrata retexi.

Retiarius, Reticulum, Reticulus, Vide RETE.

Reticeo, retices, penult. corr. { ἀποσιωπάω } reticere, A loquendo abstinere: & propriè de iis dicitur quæ dolorem siue solicitudinem afferunt. Terent. Heaut. 1,
Ne lachryma: atque istuc quicquid est, fac me vt sciam.
Ne retice. Cic. 2. de Legib. Quoniam mihi sermo est apud deos, nihil reticebo.
Nihil nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo. Cic. Quinto fratri, libro 1.
Non possum reticere. Catul. ad Mallium.
Parefacere & Reticere, contraria. Cic. ad Senatum, lib. 14, Quòd ij qui ea parefacere possent, propter metum reticuissent.
Negare & reticere. Cic. 3. Verr. Hoc tantum facinus non modò negare interrogati, sed ne producti quidem reticere poterunt.
Celare & Reticere. Cic. 3. Offic. Neque enim id est celare quicquid reticeas: sed quum quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum interfit id scire.
Reticere de. Cic. 3. Verr. Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit, aliò responsionem suam deriuauit.
Dolores reticere. Propert. lib. 1. eleg. 10.
Multa reticenda lingua modesta. Ouid. epist. 18.
Arteriæ reticendo acquieſcunt. Author ad Herenn. lib. 3.
Crimina reticenda deorum. Stat. 1. Thebaid.

Reticentia, reticentiæ { ἡ μὴ διάῤῥησις, ἀποσιώπησις } Est quum id non dicitur quod dici debuit, vt vitium ædium, vel rei vænalis. Cic. 3. Offic. A Iureconsultis etiam reticentiæ pœna constituta est. Plaut. Merc. 22,
Dic, enecas me miserum tua reticentia.

Retina, æ, Est in oculis pellicula pertenuis, quā araneam dicunt, quæ in duas diuiditur partes, anteriorem aranea nominatur: posteriorem retina. Cælius Rhodiginus libro lection. antiq. 16. cap. 1.

Retineo, retines, penult. corr. retinui, retentum { ἐπέχω, ἀπακατέχω, κατέχω, ἰσθίημι } retinere, Remorari, quod & Detinere dicitur. Terentius Phorm. 3,
Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis
Retinere, amare, amittere.
Aliquem retinere, Remorari. Cic. Att. lib. 13, Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines.
Euntem retinere. Quid. epist. 17.
Firmis vinclis. Ouid. 1. de Remed. amor.

Saucius

Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo. Ouid. 1 de Arte.
Abstinere & Retinere, contraria, Vide ABSTINEO.
Retinere, Facere, vel aliquem retrahere ne cadat. Plaut. Curcul. 7,
-retine, retine me obsecro.
PH. Vide vt expallúit? Terent. Heaut. 2. 4,
-ah retine me obsecro.
¶ Retinere dicitur qui aduersum aliquem tenet, inquit Donatus. Terent. Adelph. 1. 1,
Pudore & liberalitate liberos
Retinere satiùs esse credo quàm metu. Plin. epist. 248. Et in publicis officiis retinere damnatos, non satis honestum putabam.
¶ Retinere, pro Tenere etiam accipitur. Cic. 6. Verr. Sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu retinebat arcum.
¶ Retinere maiestatem, vel ius suū, pro Conseruare { διαφυλάττειν. } Cic in Orat. Ius omne retinendæ maiestatis, Rabirij causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Idem de Senectute, Ita enim senectus honesta est, si seipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est.
¶ Amicos retinere. Cic. pro Quintio, Id egit vt amicos obseruantia, rem patrimonia retineret.
Amore patriæ retineri. Ouid. 1. Trist. eleg 3.
Animo studia retinere. Cic. 1. Tusc. Retuli me Brute te hortante maximè ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui.
Charitatem retinere in aliquem. Cic. de Amicit. Quū cogniti sunt & aut deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt, id est, amant semper ipsos pastores.
Aures retinent commissa. Horat. 1. epist. 19.
Complexu retinere. Cic. pro Plancio, Vi me Plancius & complexu suo retinuit.
Custodis retineri atque seruari. Cic. 5. Verr. Equitem Romanum scitote biduum cibo, tectóq; prohibitum, biduum leontinis in foro custodiis Apronij retentum atque seruatum.
Natium retinent inuiolata decus. Ouid. de Nuce.
Dignitatem in Rep. Cic. ad Attic. lib. 1, Sum enim & ab obseruando homine peruerso liber, & ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem solutus.
Existimationem. Cic pro Cluent. Affirmabat enim lachrymans nō se cupidiorem esse ciuitatis retinendæ, quàm existimationis.
Fidem in amicitia Fidelem esse. Cic. de Amicit. Vna illa subleuanda offensio est, vt & vtilitas in amicitia, & fides retineatur.
In fide retinere animos sociorum. Liu. 5. bel. Pun.
Gaudia non retinere. Letitiam præ se ferre. Ouid. 12. Metam.
Gemitus non retinere. Ouid. 4. Fast.
Gratiam alicuius. Cic. ad Q. fratr. lib. 2, Quæ tibi eò scribo quod me de retinenda Sextij gratia literis sæpe monuisti. Idem ad Attic. lib. 1, Vides enim in quo cursu sumus, & quàm omnes gratias non modò retinendas, verumetiam acquirendas putemus.
Grauitatem. Cic. 1. Offic. Rectum est autem etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiamsi nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere.
Humanitatem. Cic. 3. Verr. Hic Philodamus, postquam ius suum obtinere nòn potuit, vt humanitatem suam retineret, laborabat.
Inuidiam suam apud improbos. Cic. Att. lib. 2. Sunt enim illi apud bonos inuidiosi: ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam sumpsissem.
Iudicem retinere aliquem. Cic. 2. Verr. Quem ego hominem, si eius fidei diffisus essem, iudicem non retinuissem.
Iudicium suum. Cic. 1. de Finib. Qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod sentiunt non esse faciendum, Hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittenda voluptate. Id est, in suo iudicio perseuerare.
Ius retinere. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Iustitiam. Cic. 1. de Inuent. Vtribus constitutis vt fidem colere, & iusticiam retinere diceret.
Lacrhymas. Ouid 1. Metam.
Manus. Ouid. 6. Metam.
Memoriam gratissimam alicuius rei. Cicero 3. de Legibus, Ille verò, etsi tuus totus est ordo, gratissimámque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modò censores, sed etiam iudices omnes pores defatigare.
Memoria retinere. Cic. pro Rosc. Amer. Neque plura tamen dici possunt quàm pop. Rom. memoria retinet.
Non facilè esuriens posita retinebere mensa. Ouidius de Remedio amoris.
Modum ludendi. Cicero 1. Officiorum, Ludendi etiam est modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.
Morbo retineri. Liu. 4. bel. Maced.
Morem. Cic. 2. de Finibus, Qui mos cùm à posterioribus non esset retentus, Archesilas eum reuocauit.
Nummos & similia. Cic. 5. Verr. Quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes.
Officium retinere, pro In officio manere. Cic. pro Cluent. Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quiquam potest.
In officio. Cic. pro Roscio Amer. Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudinæ pœnæ maleficio summouerentur.
Pacem. Cic. ad Att. lib. 8, Meáq; semper fuerit sententia primùm de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe.
Pilam. Cic. in Pisonem, Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere: quod acceperat, testificati.
In possessione. Cic. 2. Offic. Quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt.
Religiones deorum retinere. Cicero 2. Obseruant quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda religione obseruandíſque legibus.
Se retinere. Cicero 1. de Legibus, Quin labebar longiùs, nisi me retinuissem.
In sermone longo aliquem retinere, Occupare longo sermone & detinere. Cicero ad Atticum, libro 4, Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutiùs retinuisset.
Spem retinere. Tacitus lib 19.
Tempestatibus retineri. Cic. ad Atticum, lib. 11, At eas Cephaloni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est.
Veritatem. Cic. pro Quint. Vnum tamē hoc cogitent, ita se graues esse vt si veritatem volent retinere, grauitatem possint obtinere.
Virtute retineri in vita. Cic. 3. de Finib. Neque his qui virtute retinentur in vita, nec his qui sine virtute sunt, mors est oppetenda.
Virtutem. Cassius ad Ciceronem, lib. 15, Itaque & Pausa qui ἀδόκιμον sequitur, virutem retinet.
Vitam retinere. Cic. 5. Verr. Hic tantum potuit, vt nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset.
Vi aliquem retinere, aut metu. Cic. 4 Verr. Aut hi qui cōtra istum legatos decreuerant, & testimonium publicum, mandatáque acceperant, vi ac metu retinerentur.
Hæc vtilitatem & gratiam retinent. Plin. epist. 8.
Retineor, retineris, Passiuum. Lucret. lib. 2,
Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque. Id est, non cohærent inter se, neque manent constipatæ. Lambin.

Retinens, penult. corr. retinentis { κατέχων } Participium, siue nomen ex participio.
Dignitatis retinens. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1, Tert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & sui iuris, dignitatisque retinens. Gellius libro 10. cap. 20. Salustius quoque proprietatem in verbis retinentissimus.
Vento retinente morari. Ouid. epist. 13.
Membra retinentia aliquid aninæ. Ouid. 6. Metam.
Modestiæ retinens. Tacit. lib. 5.

Retinendus, Participium { κατεκτέος. } vt,
Cura retinendæ puellæ. Ouid 2 de Arte.

Retentus, Aliud Participium { κατασχεθείς. } Hoc est, detentus, remoratus. Martial. lib. 1,
Expectare iube, velociùs ibo retentus. Cic. 1. Verr. Potamonem scribam & familiarē tuum retentum esse à Verre in prouincia, quum tu decederes.
Equi frustrà retenti, dominum trahunt per saxa. Ouid. 6. Fast.
Lingua retenta metu. Ouid. epist 11.
Verba dolore retenta. Ouid. 10. Metam.
Hoc retento, reliqua voluntas autoritati aut gratiæ traditur. Cic. 3. de Legibus.

Retentio, Verbale { ἐπίσχεσις. } Cic. ad Attic lib. 13. Sempérque Carneades φροζολὴν pugilis, & retentionem aurigæ similem facit ἐπισχέσεϊ. Idem 4. Acad. Illud certè opinatione & perceptione sublata sequitur, omnium assentionum retentio, vt si ostendero nihil posse percipi, tu concedas nunquam assensurum esse.

Retinentia, retinentiæ, Tenacitas, & memoria. Nomen Lucretianum, & aliis quod sciam, inusitatum: quod significat, inquit Lambinus, ἀναμνησιν, siue μνήμην, Id est, recordationem seu memoriam rerum præteritarum: vel (vt quidam malunt) continuationem quandam partium, ex quibus constamus, permanentem. Lucret. lib. 3,
Nam si tantopere est animi mutata potestas,
Omnis vt actarum excident retinentia rerum, &c.

Retento, retentas { σχήσω } retentare, frequentatiuum. Plaut. Asin. 12,
Cur me retentas? Cic. 1 de Diuinat.
Quæ penitus sensus hominum vitáſque retentat. Ex poeta. Lucanus libro 4,
Ipse caua regni vires in valle retentat. Hoc est retinet exercitum. Seneca epist. 73. Diu res ista non retentauit memoriam meam.
Cælum à terris retentare, id est, ne cælum cum terris misceatur. Lucret. lib. 2.
Fræna retentare. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Retentatrix, penultima producta, retentatricis. Verbale. Macrobius libro 7. capite 4, Virtus illa seu facultas retentatrix, quæ vulgò *retentiua* dicitur.
¶ Retentare, Compositum à tento, tentas. Vide suo loco.

Retinaculum, retinaculi, penult. corr. { ἐχεμύθιον } Quo aliquid retinetur. Virg. lib. 1. Georgicorum,
Atque Amerina parant lentæ retinacula vites.
Retinacula vitæ abrupit multa Corelius. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 12. ad Calestrium Tironem. Hoc est, posthabitis omnibus rationibus quæ eum retinere potuissent in vita, mori decreuit.
Vnca retinacula. Stat 3 Sylu. 2.
Ferro stricto ferit retinacula. Virg. 4 Æneid.
Puppis retinacula prærumpere. Ouid. 14. Metam.
Soluere retinacula. Ouid. epist. 7.

Retingo, retingis { ἀπαλείφω } retingere. Stat 1. Sylu. 4,
-nec in otia pacis
Permissum laxare animos, ferrúmque retingi. Sed hìc legendum puro, recingi, id est, discingi.

Retis, Vide RETE.

Retæ, arbores antiquis dicebantur, quæ ex ripis fluminum eminerent, aut in alueis eorum extarent. Appellatæ autem hoc sunt nomine à retibus, quòd prætereuntes naues impedirent, & quasi irretirent. Inde verbum;

Reto, reras, retare: vt Retare flumina pro purgare. Hinc retandus, dandum: in veteri edicto apud Gellium lib. 11. cap. 17.

Retondeo, retondes, retondi, retonsum { κατατείνω } retondere, Omnino vel perfectè tondere. Plaut. Pseud. 4,

At hæc retonsa est. 2. sine siet, itidem quoque vos estis plagis Omnes. Plin.lib.18.cap.17,Retonsarum verò etiam semel omnino certum est,granum longius fieri. De segetibus.

Retono,retonas,penult corr. {ἀνεξηγητέον} retonare,Contra tonare, resonare. Catul.de Berecynthia,58.
Face cuncta mugienti fremitu loca retonent. Verba Cybeles ad Furorem.

Retorqueo,retorques,retorsi,retortum {ὠπισθοφανὲς ἀνακάμπτω} retorquere,Retro iacere,vel remittere. Cic.de Senect. Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit,nec tanquam pilam retorserit. Vetus codex legit. Néve tanquam Peliam recoxerit.
Retorquere aliquem, pro in alteram partem inuertere. Quintil. Declam.16.
Ille dolore ferox,caput in sua terga retorsit. Ouid.3.Metam.
Colla retorquere ferocis equi. Ouid.epist.4.
Cursus auersos retorsit. Virg.12.Æneid.
Retorqueri sub terra. Plin.lib.17.cap.10. Hoc est,resecti.
Retorquere telã,Dissoluere,retexere. Plin.lib.11.c.22,prima telas bombycinas retorquere,&c. Ex vetusto codice legẽdum,redordiri.
Retor querere sarmentum. Colum.lib.4.
Oculos. Ouid.10.Metam.
Oculos ad vrbem. Cic.in Catil. Retorquet oculos profectò sæpe ad hanc vrbem,quam ex suis faucibus ereptam esse luget.
Animum ad præterita. Seneca de Benef.lib.3.cap.3.
Retorquere gubernacula. Retro flectere, id est, Reuerti Plin.in Panegyr. Nec dubito quin agitauerit secum,an gubernacula retorqueret:&feciſſet, nisi quòd penè ipso cõtubernio principis feliciùs, iucundiúsque est desiderare principem.

Retortus,Participium {κεκαμπύλος} vt,Retortæ ceruices. Plin in Paneg. quum delatorum supina ora, retortáſq; ceruices agnoſcebamus, & fruebamur.
Brachia tergo retorta. Horat.3.Carm.ode 5.
Manibus retortis trahi. Horat.2.epist.1.
Specus in cochleam retorti. Colum.lib.8.cap.vlt.

Retorridus,penult.corr.adiectiuum {κατεξηνμένε} Quod intempestiuè,amiſſis viribus,à sole retorreatur. Colum.lib.de Arboribus,ca.17, Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris latior est, nisi eum recideris,arbor tota fiet retorrida. Idem lib.3.cap.11,Igitur si non retorrida & scabra, sed læuia & nitida, & prolixa fœcundáque viderimus, eam intelligemus esse terram furcularem.
Retorridum etiam dicitur quod igne combustum est: vt Seneca vocat manum Scæuolæ retorridam,epist. 67.
Retorrida fœns. Colum.lib.2.cap.2.

Retorridè, Aduerbium {κατεξηραμένως.} Plin.lib. 17. cap. 5, Terram amaram siue macram siquis probare velit demonstrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè natæ.

Retorresco, retorrescis {κατεξηράνομαι} retorrescere, Retorridum fieri. Colum.lib.3. cap 3, Deinde fata non ita enutriunt, vt antè conualescant ac profiliant, quàm retorrescant.

Retostus, Participium {παλίνοτος.} Plin. lib. 13. cap. 4, Marcescítque non retostus furnis.

Retracto, Vide RETRAHO.

Retrado,retradis,penult.prod.retradidi,retraditum,penult.corr.retradere. Rursus tradere. Pomponius in l.Tenetur. D. De action.empt. & vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio,& tradidi, ita vt insula ædificata partem dimidiam mihi retradas: verum est, vt ædifices, agere me posse ex vendito,& vt ædificatam mihi retradas.

Retraho,retrahis,pen.corr.retraxi,retractum {κάτω πάλιν ἕλκω, ἀνασύρω, ἀνακομίζω} retrahere, Retrò trahere: siue rursus, vel in contrariam partem trahere. Cic. pro Cælio, Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidẽ porrexiſſet,retraxiſſe. Idem de Senect. Quò quidem me proficiſcentem haud sanè quis facilè retraxerit.
Non habeo certum quæ te res hinc maximè retrahat. Cic.lib.5.
Retrahere ad se argentum. Terent.Heaut.4.2.
Ab ictu se retrahere. Ouid.3.Metam.
Aliquem à studio. Terent.in Prologo Phormionis, Id est, reuocare. Sic Retrahere aliquem à Republica. Cic.pro Sextio.
Ex fuga retrahere. Plaut.Merc.1.
Retrahere verba fugitiua. Varro lib.4.de ling.Latina, Quare illa, quæ iam maiotibus noſtris ademit obliuio,fugitiua si sedulitas Mutij & Bruti retrahere nequit, non, si non potuero indagare, eo ero tardior. Translatio est: fugitiui enim serui dicuntur retrahi, qui è fuga reducuntur domum ad herum. vnde & apud Varronem de Re rustica, fugitiuarius dicitur, qui fugitiuum conquirit & sectatur. De verbis igitur, vt de seruis, honesta præclaráque translatione loquutus est. Turnebus.
Retrahere se,ne. Cic.pro Cælio, Quî minus enim Licinius comprehendi potuit,quum se retraxit,ne pyxidem traderet,quàm si non retrax isset?
Scipio Annibalem in Africam retraxit. Cic.2.de Finibus.
Aliquem retrahere in conditionem ministrorum. Plin.epist.29.
Quò fata trahunt,retrahúntque,sequamur. Virg.5 Æneid.
Nocturnæ quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit. Tacitus libro 16.
Retrahere se,Desistere à re aliqua. Catull. ad Alphenum,28. Horatius 1.epist.19.
Ac ne te retrahas,& inexcusabilis absis. Id est,vt Lambinus explicat,ne te nimis longè abducas ab exercitationibus tuis,&c.
Retrahere verba, pro Reducere & quasi resorbere: quum interuenu alicuius sermonem interrumpimus. Seneca epist.3.

Retractus, Participium {αὐθυπόδιστος,πάλιν ἕλκω.} Cic. 6. Philipp. Nescio quomodo se cõiecit in vrbem,atque ita mœstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur.
Retractis ac resupinis capitibus. Colum.lib.2.cap.2.
Retractus in tutum animus. Seneca de Benef.
¶Retractus, nomen,pro Remoto. Plin.epist.17. lib.2.ad Gallum,

Huius à læua retractius paulò cubiculum est amplum. Liuius 4.bel. Macedon. Hispanis retractior à mari trium millium passuum in circuitu murus erat.
Retracti,fugitiui dicuntur quum reprehenduntur, vt apud Ciceronem in Verrem, Tranquillus reprehensos dicit. Sallustius Ceparius (namque is paulo antè ex fuga retractus erat) Cn. Terentio tradidit. Idem,Ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum esse aiebant. Budæus.
Retractus,pro abdito. Liuius lib.6.bel.Maced. Thespiensium empotium est in intimo sinu Corinthiaco retractum.

Retracto, retractas {αὐθαιρέομαι} retractare, Rursus, vel retro trahere, Frequentatiuum à Retraho.
Retractare {ἀναπολέω} Reuocare, Velut sub incudem repolire,sepetere. Plin.epist.12.6.lib.7. ad Martinũ,Præceptum est Seruiano, vt vacaret finitam causam retractanti,siquid noui afferret.
Largitiones retractare, Reuocare, reprobare, Traianus ad Plinium libro 10.
¶Pedamenta retractare. Colum.lib.4.cap.26, Tamen in his,hæcorúmque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partésque eorum putres dedolandæ,&c. Quibus verbis abundè declarat quid sit pedamenta retractare, nimirum superioris anni pedamenta in manus resumere, rursum exacuere putrefactis partibus amputatis, inutilia reiicere, redolare, vt ita dicam. Gallis dicitur, *Remanier,reparer.*
¶Retractare aliquid, Rursum tractare, vt ait Festus,siue Refricare,& iterum commemorare {αὖ μετὰ χειρίζω.} Cic. ad Attic. lib.8, Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando. Plin.ad Septitium,lib.1.epist.16,Ex Budæo. Horat.2.Carm.ode.1,
Sed ne relictis Musa procax iocis,
Ceæ retractes munera næniæ.
Vulnera cruda retractare. Rursus vel frequenter contrectare. Ouidius 3.Trist.
Néve retractando nondum coeuntia rumpe Vulnera. Ouidius 4. Trist.eleg.4.
Retractare actiones, Id est, repetere, & iterum tractare & resctibere, repolire, emendare. Plinius ad Capito.libro 5.epist.8, Egi magnas & graues causas, has destino retractare. Ibidem Rescribere vocat Budæus.
Dicta retractare. Virg.12.Æneid.
Materiam eandem. Quintil.lib.1.cap.4.
Desuetа verba. Ouid.5.Trist.eleg.8.
Diligenter retractare. Cicero 2.de Natura deorum, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent,sunt dicti religiosi ex relegendo.
Retractare ac recogitare secum. Colum.in Præfatione lib.1.

Retractans.Particip. {αὐθαιρέομαι} siue nomen ex participio.
Retractans iuuenus, & calcitrosus, Qui non potest facilè duci quò volumus,& retractat ac renuit. Colum.lib.2.cap.2. Alij legunt retrectantem per e secundam vocalem,Gallicè, *Resbif.*

Retractatus, penult. prod. {ἀναπολέω.} Aliud participium, siue nomen ex participio. Quintil.lib.2.cap.4, Quoties eandem materiam rursus à me retractatam,scribere de integro iuberem.

Retractarius opus, pro emendatiori,& lituris pleno. Cic.ad Att.lib.16, Sed tamen idem σύνταγμα misi ad te retractatius, & quidem αὐτόγραφον ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Quasi dicat limatius & politius.

Retractario, Verbale {ἀναμετρητέον.} Actus ipse retractandi: hoc est, opinionem reuocandi. Cic.ad Attic.lib.13, Conficies igitur,& quidem sine vlla dubitatione aut retractatione.

Retrectans, Vide superius RETRACTANS.

Retribuo, retribuis, retribui, retributum, penult. prod. {ἀνταπόδομαι, ἀντιμισθόομαι, ἀντιπεπονθέναι, ἀμείβω} retribuere, Notę significationis, Reddere. Cic.pro Quinto Rosc. Comœdo, Nihil mihi derraham, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerũt, retribuam. Idem Antè quàm iret in exilium, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Liuius libro secundo,ab Vrbe, Pecuniam acceptam retribui populo.
Rebus retribuere corpora. Lucret.lib.5.

Retrices,retricũ,retricibus: riuuli nomen extra vrbem, ex quo aquæ irrigãdorum pratorum ac hortorum gratia deriuabatur. Festus. Retricibus quum ait Cato in ea quàm scripsit, quum edisseruit Fulvij nobilioris censuram, fugitiui aquam eo nomine,quæ est suprà viam Ardeatinam,inter lapidem secundum,& tertium,qua irriganthorti infra viam Ardeatinam,& Asinariam,vsque ad Latinam.

Retrimentum,retrimenti {κόπρισμα} à Retero, reteris: sicut Detrimentum à Detero. Varro lib.1.de Re rust.cap.64, Amurca quum ex olea est expressa,qui est humor aquatilis,ac retrimentum conditum in vas fictile.
Retrimentum,Excrementũ fœculentũ,& stercus ipsum. Macrob. lib.7.cap.4. In ventre sit prima digestio,cuius fæx, retrimenta sunt, quæ per intestina inferiora orificio trudẽte labuntur. Idem,Aridiora retrimenta in aluũ conuenire refert, humidiora in vesicã retrahi. Intelligit stercora & vrinã. Hæc,recrementa à Celso vocãtur. Gellio item quum ait,Recrementa aridiora in aluum conueniunt.

Retro, Aduerbium {ὀπισθεν,κατόπιν, ὀπίσω, ἄλλοσε} contrarium habet Ante. Terent.Heaut,5.1,
Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro. Plin.lib.28. cap.6, Contra lippitudines retro aures fricare prodest.
Retro ad Alpes versus iter mihi incidit. Cæl. Ciceroni,lib.9.
Retro & à tergo. Cic.1. de Diuinat. Tum visam belluam vastam, &c. præcepisséque vt pergeret protinus: quid retro, atque à tergo fieret,ne laboraret.
Vocare retro aliquem. Virg.4.Georg.
Longè & retro. Cic.5.Tuscul. Vt omnia quæ sine ea sint, longè & retro ponenda censeat. Ibidem. Quod tam longè retro respicere non possunt.

Abduxere

Abduxere retro longè capita ardua ab ictu. Virg 5.Æneid.
Abscedere retro, Vide ABSCEDO.
Retro ambulare. Plin.lib.7.cap.45.
Retro cedere,siue vnica dictione, vt aliis placet,retrocedere. Liu. 8.ab Vrbe, Si hastati prosligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant.
Cedens retro. Virg.3.Æneid.
Retro commeare. Cic.3.de Natura deorum, Cúmque eadem vicissim retro commeant.
Retro dare,& Retro reddere. Marcellus in l.Si quis duos. D. de solution.
Discedere retro. Lucret.lib.4.
Retro fluere amnes noſtra vidit ætas. Plin.lib.2.cap.103.
Ire retro. Horat.3.Carm.ode 10.
Properare retro. Ouid.epist.5.
Retro recurrere,pro Reciprocum esse. Plin.Iun.in Panegyr. Cur enim posteris amplior honor, quàm maioribus haberetur? cúrve non retro quoque recurreret æquitas eadem?
Referri retro. Virg.1.Georg.
Ruere retro. Stat.12.Thebaid.
¶Retro,pro Ante, vsurpauit Iulius Capitolinus in Pertinace: Stipendia,inquit,plurimis retro debita exoluit. Pacatus in Panegyrico Theodosij,Cùm te semper vltra omnes retro principes laudari oportuerit. Quomodo videtur etiã vsus Plin.ad Traianum,lib.10.epist.4, à fine? Hîc quoque,ait,non mediocriter hæreo,ne cuiusquã retro habeatur rario,dandúmque quod tunc quî vincerent,non debebatur.
¶Retrò,pro Contrà,vel è conuerso. Africanus in l.Si de eo D.De acqu.vel amitt.possess. Non ideò magis hoc tempore clam possidere me videri ait. Nam retro quoque, si sciens tuum non à domino emerim,&c.

Retroago,retroagis,penult.correp,retroegi, penult.prod. retroactum {ἀνακομίζω,ἀποδίδωμι} retroagere. Plin.lib.7. cap.44. Aut quos non honores curtúsque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam vrbem Censore tracto?
Capillos retroagere. Quintil.lib.11.cap.3.
Ordinem. Quintil.lib.12.cap.2.
Expositionem. Quintil.lib.2.cap.4.

Retroco,terrois,retroiui {ἀναχάζω,ἀπίσω ῥέω,ἀποδίδωμι} retroire. Plin.lib. 2.cap.16, Retroire incipiunt stellæ. Ibidem, Et retroire cogit vapor repercussas.

Retrofero,retrofers,retrotuli,retrolatum. Retroferre se,pro Retrocedere. Seneca in prefat.decla. Nescio qua iniquitate & ad malũ pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

Retrogradior,retrograderis, pen.corr. retrogressus sum {ἀναχάζομαι} retrogradi, penult.corr. Plin.lib.2.cap.15, Ab his retrogradiuntur ad solem, & occasu vespertino delitescunt. Idem lib. 8. cap.15, Ob id retrograditur in pascendo.

Retrogradus, pen.corr.Adiect. {ἀναποδίζων,ὑποδύομενος, ἄλλοσε.} vt Retrogradus exortus. Plin.lib.2 cap.17. Firm.lib.1.cap.2.

Retrorsus, vel retrorsum {ὀπίσω, εἰς τοὐπίσω} Retro versum. Plin.lib.6. cap.15, Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. Cicero 2.de Natura deorum, Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere,æther: deinde retrorsum vicissim, ex æthere, aer, inde aqua: ex aqua, terra infima. Id est, contrà, siue èconuerso. Horat 1.epist.1,
Omnia te aduersum spectantia,nullum retrorsum.

Retrorsum ad id tempus conuentionem reducere emptoris, quo venditor conuentus sit. Vlp.in l.Si ex duobus. D.de peculio.
Retrorsum se actio refert. Vlpian. in l.Item illa.§.1.D.De constitura pecunia.
Reiectæ retrorsum Hannibalis minæ. Horat.4.Carm.ode 8.
Retrorsum homo mihi veniit. Africanus in l.Si duobus. D.De diuersis præscriptionibus.
Retrorsum valere dicuntur argumẽta quę reciproca sunt. Quint. lib.5.cap.9, Sed quædam & retrorsum idem valent: vt viuere hominem qui spirat, & spirare qui viuit.

Retrorsus, Adiect. {ὀπισθοφανὲς.} Plin.lib.26. cap.9, Negat Apollo pestẽ posse crescere,quam nuda virgo restinguat: atque ita retrorsa manu ter dicat,totiésque ambo despuant. Apuleius lib.2. Denique sæpe retrorsa respiciens subsistit. Id est,reflexa,obliquata.

Retrudo,retrudis,retrusi,retrusum,penult,prod. {ἀπωθέω} retrudere, Retro trudere. Plaut.Epid 5,
Cœpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere,
Quasi retrudere hominum me vis inuitum.
¶Retrusum,atque abditum. Cic.1.de Orat.Hæc autem esse penitus in media philologia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

Retundo,retundis,retudi,penult.corr.retusum,pen.prod. {ἀπωκόπτω, ἀμβλύνω} retundere, Repercutere, cuspidem vel aciem alicuius rei vsu nimio vel alio casu perstringere,atque hebetare. Plin.lib.16.cap. 40. Argumentum afferunt quòd citissimè ascias retundat.
Ferrum retundere iugulis. Lucan.lib.6.
Gladios retundere, per translationem. Cic.3.in Catil. Iidémque gladios in Rempub.districtos retudimus,mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus.
Mucronem styli retundere. Cic. pro Cluent. Ne Censorium stylum,cuius mucronem multis remedijs maiores noſtri retuderunt, æquè posthac atque illum Dictatorium gladium pertimescamus.
Improbitatem alicuius retundere,Reprimere. Quintilianus libro 6.cap.4.
Linguam & sermones quorundam. Liu 3.bel.Maced.
Tela coniurationis retundere. Cic. pro Domo sua, In me omnia quæ ego quondam retudersi,coniurationis nefaria tela adhæserunt.
In præsentia aliquem. Cic.Att.lib.16, In præsentia bellè iste puer retundit Antonium,hoc est reprimit.

Retusus,penult.prod. {ἀμβλυωθείς} Participium,siue Nomen ex participio: vt, Axis retusus temone. Ouid.2.Metam.
Caput à ceruice retusum. Virg 4.Georg.
Sublato aditu,retusis gradibus. Cic.in Pisonem.
Effracta & retusa ianua. Cic.pro Muræna.
Limen retusum tellure. Ouid.12. Metam.
Saxum è monte retusum. Ouid.12.Metam.
Retusæ,iacentésque staturæ. Cic.4.Verr.
Retusa tabula. Cic.4.Verr.

Retusio, Verbale {κόπτασμα.} Plin.lib.13.cap.12, Sed ratio deprehendit vitium vnius schedæ retusione plures infestante paginas.

Retundo,retundis,retundi,retundítum,retundere. Iterum vendere. Vlp.in l.Iulianus. D. De bonis libertorum. Iulianus ait,si patronus libertatis causa impositа liberto retundiderit, filium eius à bonorum possessione submoueri. Paulo pòst, Quoties pater eius donum, munus,operas liberto retundiderit.

Reueneo,reugnis,penult.prod.reuenire. Iterum vænire, rursus vendi. Neratius in l.Lege fundo vendito dicta. D. De lege commissoria, Sed si fundus reuenisset: Aristo existimabat, venditori de his iudicium in emptorem dandum esse.

Reuenio,reuenis,pen.corr.reueni,pen.prod.reuentum {ἐπανέρχομαι} reuenire,Reuerti. Plaut.Amph.4,
Victis hostibus legiones reueniunt domum. Idem Capt.7.
Et rua huc ornatus reueniam ex sententia. Cic.1.de Orat. Quum miles domum reuenisset, egissétque lege in hereditatem patrinam.
Reuenire ex aliquo loco. Tacit.lib.2.
Reuenire in gratiam. Plaut.Sticho,7.

eipio. Colum.lib.4. Quod euenit in retuso & crasso ferramento.
Aurum retusum hebeti mucrone. Lucret.lib.5.
Ferrum. Horat.1.Carm.ode 35.
Tela. Ouid.12.Metam.
Retusum,siue retunsum cor. Plaut.Pseud.17.
Retusum ingenium: cui contrarium est Acutum. Cic.1.de Diuin. Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes,alię salubres,alię quæ acuta ingenia gignant,aliæ quæ retusa,
Res retusæ. Silius lib.16,
-rebúsque retusis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes. Id est,fractis, & aduersante fortuna.

Reualesco,reualescis,reualui {ἐπίζωσις,ἀνακρίζω,ἀνίσταμαι} reualescere, ensanitatem redire. Gell.lib.16.cap.13, Quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Ouid.epist.20,
Ne tamen ignores ope qua reualescere possis.

Reuanesco,reuanescis,reuanui {ἀνακρίζω} reuanescere, Iterum euanescere,& in nihilum redigi. Ouid.2. Amo.eleg 9,
Quum bene pertæsum est,animíque reuanuit ardor,
Nescio quo miseræ turbine mentis agor.

Reuecho, reuehis, penultima correpta, reuexi, reuectum, reuehere, Reducere. Plautus Bacchid.1, Vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum. Liuius ab Vrbe libro 3, Conficerent equos virósque, nequis reuehereturinde ad prælium, aut integraret pugnam. Statius 2.Thebaidos,
-figámque superbis
Arma tholis, quæque ipse meo quæsita reuexi Sanguine.
Domum aliquem reuehere. Horat.Epod.13.
Reuectus Consul in castra. Liu.2 ab Vrbe.
Reuectus est triumphali curru. Plin.lib.7.cap.26.
Reuehi equo. Liu.4.bel.Maced.
Reuehere prædam. Liu.1.ab Vrbe.
Manus reuehere, Reducere exercitum. Seneca Medea,7.
Reuehere famam. Plin.epist.177.
Reuehere pecuniam ex re vendita, pro Colligere. Liuius libro 5. bel.Macedon.
Ad superiorem ætatem reuehi, Incidere in sermonem de superiore ætate. Cic. de Claris Orat. Sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus, nunc ad eam,de qua aliquantũ locuti sumus, reuertamur.

Reuelo,reuelas,penult.prod. {ἀνακαλύπτω} reuelare. Contrarium est suo simplici Velo, quod Tego significat. Vnde Reuelare, Detegere significat.
Os reuelatum. Ouid.6.Fast. Seruius.

Reuello,reuellis, reuelli & reuulsi, reuulsum {ἀνασπάω, ἀνασπάω} reuellere, Rursus vellere, id est,extirpare: frequentiùs tamen pro Auferre simpliciter & detrahere sumitur, vt in sequentibus exemplis. Colum.lib.2.cap.3, Boues quũ ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic.6. Verr. Go.gonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, reuellit, atque abstulit.
Effringere multorum fores, & claustra reuellere. Cic.6.Verr. Et apud Liuium 5.ab Vrbe, Reuellere claustra portarum.
Humum reuellit dente. Ouid.3.Amor.eleg.9.
Reuellere tabulam in qua nomina ciuitate donatorũ incisa sunt. Cic.ad Acilium,lib.13.
Acies reuellunt signa. Lucan.lib.7.
Titulum chartæ de fronte reuellere. Ouid.4.de Ponto,eleg.13.
Reuellere tela de corpore Reip.per translationem. Cic.in Pisonẽ, Et abfentem principe Cn. Pompeio referente, & de corpore Reip. tuorum sceleruin tela reuellente,reuocarunt.
Reuellere vincula iudiciorum. Cic.pro Cecinna, Nam qui ius ciuile contemnendum putat,is vincula reuellit nõ modò iudicatorum, sed etiam vtilitatis,vitæque communis.
Oscula reuellere. Stat.3.Sylu.2.
Reuellere ex omni memoria. Cic.13.Philipp. In quibus tu es videlicet consularis,cuius totus consulatus est ex omni monimentorum memoria reuulsus.
Reuellor,reuelleris,reuelli. Lucret.lib.1,
Quæ quoniam per se nequeunt constare: necesse'st,
Hærere: vt nequeant vlla ratione reuelli.

Reuulsus {ἀνασπασθείς} Participium,siue Nomen ex participio: vt, Axis reuulsus temone. Ouid.2.Metam.
Caput à ceruice reuulsum. Virg 4.Georg.
Sublato aditu,reuulsis gradibus. Cic.in Pisonem.
Effracta & reuulsa ianua. Cic.pro Muræna.
Limen reuulsum tellure. Ouid.12. Metam.
Saxum è monte reuulsum. Ouid.12.Metam.
Reuulsæ,iacentésque staturæ. Cic.4.Verr.
Reuulsa tabula. Cic.4.Verr.

Reuulsio, Verbale {κόπτασμα.} Plin.lib.13.cap.12, Sed ratio deprehendit vitium vnius schedæ reuulsione plures infestante paginas.

Reuendo,reuendis,reuendi,reuenditum,reuendere. Iterum vendere. Vlp.in l.Iulianus. D. De bonis libertorum. Iulianus ait,si patronus libertatis causa impositа liberto reuendiderit, filium eius à bonorum possessione submoueri. Paulo pòst, Quoties pater eius donum, munus,operas liberto reuendiderit.

Reueneo,reugnis,penult.prod.reuenire. Iterum vænire, rursus vendi. Neratius in l.Lege fundo vendito dicta. D. De lege commissoria, Sed si fundus reuenisset: Aristo existimabat, venditori de his iudicium in emptorem dandum esse.

Reuenio,reuenis,pen.corr.reueni,pen.prod.reuentum {ἐπανέρχομαι} reuenire,Reuerti. Plaut.Amph.4,
Victis hostibus legiones reueniunt domum. Idem Capt.7.
Et rua huc ornatus reueniam ex sententia. Cic.1.de Orat. Quum miles domum reuenisset, egissétque lege in hereditatem paternam.
Reuenire ex aliquo loco. Tacit.lib.2.
Reuenire in gratiam. Plaut.Sticho,7.

Reuera, Ablatiuus ex re & verum, Vide RES, rei

Reuerbero, reuerberas, penult. corr. reuerberaui, reuerberatum, reuerberare. Seneca 2. de Clemen. Omnem fortunæ impetum reuerberabit, & ante se franget.

Reuereor, reuereris, penult. prod. reueritus sum, pen. corr. {αἰδέομαι, εὐλαβέομαι} reuereri, Timere, vereri, & etiam honorare. Terentius Phorm. 2. 1,

-age, mitro imperium, non simultatem meam
Reuereri? saltem non pudere? &c. Hæc eadem verba refert Cic. ad Attic. lib. 2. Terent. Hecyra 3. 1,
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reuerituras.
Difficile est primùm virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit vsus. Author ad Herennium, lib. 4.
Lectum reuerere parentis. Ouid. epist. 4.
Reuereri & colere dignitate antecedentes. Cic. 2. de Inuent. Obseruantiam per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reuereamur & colimus.
¶ Reuereri, Genitiuo iunctũ. Varro. Sardis Venalibus: Non te tui salutẽ pudet, si nihil mei reuereatur? Vbi Nonius, Veteribus genitiuũ pro accusatiuo poni placuit, quod multis exemplis docet,

Reuereus, penult. corr. reuerentior, reuerentissimus {αἰδήμων} Qui defert, siue dat honorem. Plin. epist. 103. lib. 6. ad Restitutum, Nisi fortè aliud iudicas tu: quanquam quis vno te reuerentior huius operis? quis benignior æstimator? Idem epist. 307, Probum, industrium, atque inter ista reuerentissimum mei.
Ista nulla est reuerentior deorum. Ouid. 1. Metam.

Reuerendus, Participium {αἰδεσιμώτατος.} vt,
Canities reuerenda. Claud. 3. de raptu Proserp.
Nox reuerenda specie tenebrarum. Ouid. in Ibin.

Reuerentior, Comparatiuum. Plin. in Panegyr. Quis enim vel vno die reuerentior Senatus candidatus, quàm tu, cum omni vita, tum illo ipso tempore, quo iudicas de candidatis?

Reuerentia, reuerentiæ {εὐσεμνοσύνη, αἰδώς, σεβάσμιον} Honor quem tam verbis, quàm factis alicui exhibemus. Cicero 1. Offic. Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines. Propert. lib. 3. eleg. 13.
Nulla est posceudi, nulla est reuerentia dandi.
Claustra pudoris & reuerentiæ refracta. Plin. Iun. lib. 2. epist. 14. ad Maximum.
Vultu placido decens reuerentia. Ouid. 5. Fast.
Famæ reuerentia. Ouid. 9. Metam.
Imperij reuerentia. Tacit. lib 17.
Rei reuerentia. Columel. lib. 11. cap. 1, Nisi magnitudo rei peperit reuerentiam vel discendi, vel profitendi penè immensam scientiam, Hoc est, timorem.
Sacramenti reuerentia. Tacit. lib. 17.
Absit reuerentia vero, Id est, secedat personæ respectus, & omnis pudor, vbi quid ex fide narratur. Ouid. epist. 5.
Adhibere reuerentiam, Vide ADHIBEO.
Amittere reuerentiam, Vide AMITTO.
Constat magistratibus reuerentia, Vide CONSTO.
Reuerentia debetur parentibus. Quintilianus libro 11. capite 1. Iuuenalis satyra 14,
Maxima debetur puero reuerentia. si quid Turpe paras.
Exuere reuerentiam imperij. Tacit. lib. 17.
Inferuire reuerentiæ alicuius. Hoc est, deferre honorem. Plin. in Paneg. ad finem.
Intendere reuerentiam auditorum. Plin. Iun. lib. 5. epist. 3. Primùm quod ipse qui recitat, aliquanto acriùs scriptis suis audiorum reuerentiam intendit. Id est, auget.
Reuerentia personæ nobis obstat. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Præstare reuerentiam. Plin. epist. 8. lib 3.
Libertas reuerentiam remisit. Stat. 1. Sylu. 6.
Rumpere sacramenti reuerentiam. Tacit. lib. 17.

Reuerenter, Aduerbium {αἰδημόνως} Honorificè. Plin. epist. 151. Idem quàm reuerenter, quàm fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, &c. Sueton. in Octau. cap 93, Peregrinarum cæremoniarum, sicut veteres ac præceptas reuerentissimè coluit, ita cæteras contempsit habuit.
Reuerenter habere fortunam. Ausonius sectione 1. in exhortatione ad modestiam,
Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco.

Reuerentiùs, Aduerb. {αἰδημονέστερον} Plin. Iun. lib. 8. Lego enim omnia, vt omnia emendẽ: quod contingere nõ potest, electa recitatibus. At illud modestius, & fortasse reuerentius, sed hoc simplicius, & amatius.

Reuertor, reuerteris, penult. corr. reuersus sum {ἀναστρέφω, ὑποστρέφω, ἀναχωρέω, ἀπανίστημαι, ἀποστρέφομαι} reuerti, Notæ significationis. Terentius Heauton. 1. 1,
Domum reuertor mœstus. Cæs. 1. bel. Gal. Sueui qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti cœperunt.
Domum reuertens sera nocte. Virg. 4. Georg.
Iterum reuerti. Virg. 6. Æneid.
Cum laude reuerti. Ouid. 13. Metam.
Vnde cum honore discesseris, eòdẽ cum ignominia reuerti. Cic. pro Murœna.
Ad diem. Cæsar 6. bel. Gal.
Ad pristinum actum. Plin. epist. 246.
Ad causam. Cic. Verr. 5.
Ad illam quam institui causam frumẽti ac decumarum reuertar.
Ad propositum. Cic. 2. de Finibus, Sed vt ad propositum reuertamur, &c. Nunc totum illud concludi sic licet.
In gratiam cum aliquo. Liu. 8. ab Vrbe.
Ad vicam. Lucret. lib 2.
In ciuitatem. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6.
Eò reuerti, vnde egressus es. Quintil. lib. 2. cap. 4.
¶ Reuerti, pro Venire, vel diuertere, Cic. de Fato, Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus: ad Chrysippi laqueos reuertamur. cùm nihil de Chrysippo antea dixisset.

Reuerto reuertis {μεταστρέφω} actiuè, sæpe apud Ciceronem legitur: sed non nisi in præterito, aut in temporibus à præterito formatis, vt ad Appium, lib. 3. 10. Conscendens iam nauem, Ephesо Laodiceam reuertit. Idem 3. Offic. Vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi.
Reuortit, pro Reuertit in tempore presenti dictum est antiquis. Pomponius Maiali.
Cœnam quæritat, si cum nemo vocat, reuortit mœstus ad me, nam miser. Ex Nonio.
Reuerti aliquó. Cic. Attico, lib. 8. 1, Ipse ne quò inciderem, reuerti Formias.
Legati Ameriam, te inorata, reuerterunt. Cic. pro Rosc. Amer.
Ad eum reuertit vnde exorta est. Lucret. lib. 5.
Ad illum animum meũ reuerti pristinum. Cic. Trebonio, lib. 10.
Subitóque reuertit. Lucret. lib 3.
¶ Aduersa reuertere. Cic. 2. Tuscul. Ita que dubitans, circunspectans, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. Hoc est, reuoluens & reputans apud se. Nisi fortè legendum putes reuerens, Id est, timens.

Reuertendi {τῶ ἀναστρέφειν.} Ouid. epist. 1,
Néve reuertendi liber abesse velis.

Reuersurus, penult. prod. Participp. {ἀναστρέψων.} Ouid. 1. de Arte,
Pœna reuersura est in caput ista tuum.

Reuersio, Verbale {ἀναστροφή, ἀπαντικρυσμός, ἀπαντικρυσμὸς} Cic. 1. Philipp. Exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ.
Reuersio & reditus nonnihil differre videntur Ciceroni ad Attic. lib. 16, Dij immortales quàm valde ille reditu, vel potiùs reuersione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat. Qui regreditur antè quàm eò peruenit, quò animum intenderat, is non redire dicitur, sed reuertitur: redire autem, qui cœptũ iter absoluit. Reuersione igitur, quia quum processisset, ab austro rettò versus est: id quod ipse locutissimè dicit in ipso statim initio huius epistolæ.
Reuersio & motus febrium. Cic. 3. de Nat. deor.

Reuilesco, reuilescis, reuilescere, Vile fieri. Seneca de Tranquillitate vitæ, lib. 1. cap. vlt. Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis reuilescat.
Reuilescunt pennæ aunlsæ. Plin. lib. 11. cap. 28.

Reuincio, reuincis, reuinxi, reuinctum {ἀναστρέφω} reuincire, Retro vincire, vel Vehementer & arctè vincire. Virg. 2. Æneidos,
Ecce manus iuuenẽ interea post terga reuinctum. Cæs. 7. bel. Gall. lib. 86, Reuinciuntur retrorsus, & multo aggere vestiuntur.
Latus ense reuincit. Propert. lib 3. eleg. 14.
Mentem amore reuinciens. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56.
Reuinctus, Participium. Lucret. lib. 5, -nisi esset
Partibus aeriis mundi, cælóque reuincta.

Reuinco, reuincis, reuici, penult. prod. reuictum {ἡττάομαι} reuincere, Conuincere & confutare. Cic. pro Archia, Quære argumenta, siqua potes: nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur.
Reuincere crimen verbis, aut rebus. Liu. 6. ab Vrbe.
An confutabunt nares oculíve reuincent? Lucret. lib. 4.
Reuinci in culpa. Gell. lib. 6. cap. 2.
Reuincere, vicissim vincere & superare. Lucret. lib. 1,
-nam si primordia rerum
Commutari aliqua possent ratione reuicta. Id est, vicissim superata. Lambinus.
Vires reuictæ Lucret. lib 5.

Reuiresco, reuiresceis, reuirui {ἀναζάω, ἀναζωπυρέω} reuiuiscere, Iterũ viresceere. Colum. lib. 2. cap. 1, Non est ergo exiguarum frugum causa terræ vetustas, si modò quum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuiresceere nec repubescere potest.
Syluæ læsæ reuiuescunt. Ouid. 2. Metam.
¶ Reuiresceere, per translationem, pro Reuiuiscere & renouari ac renasci. Cic. de Prouinc. Consul. Impolitæ verò res, & acerbæ, si erunt relictæ, quanquam sunt absciſſæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellũ reuiuescent. Idem ad Attic. lib. 15, Ille enim nunquam reuiuiſſet, nos timor confirmare eius acta non coegisset.
Arte suum parili reuiuescere posse parentem. Id est, reiuuenescere. Ouid. 7. Metam.
Pignore laudis reuiuescens. Gaudens, & animum recipiens ob promissa. Silius lib 8.

Reuisito, reuisitas, penult. corr. {αὖτις ἐπισκέπτομαι} reuisitare, Iterum visitare. Plin. lib. 18. cap. 3, Nundinis vrbem reuisitabant.

Reuiso, reuisis, penult. prod. reuisi, reuisum {αὖτις ἐπισκέπτομαι} reuisere, Redire ad vdendum. Terent. Eun. 5. 4,
Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic. Att. lib. 1, Reuiso nos aliquando. Eidem lib. 12, Quare quum poteris, reuises nos.
Sæpiùs aliquem reuisere. Virg 7. ecloga.
Agrum sæpe reuisere. Colum. lib. 1. cap. 4.
Domos. Liu. 7. ab Vrbe.
Ad aliquem. Gell. lib. 13. cap. 29.
Sedes suas. Virg. 1. Æneid.
Vrbem. Lucret. lib. 3.
Crebra reuisit ad stabulum mater vituli. Lucret. lib. 2.
Furor reuisit, Redit. Lucret. lib. 4.

Reuiuisco, reuiuiscis, reuixi {ἀναζάω, ἀναζωπυρέω} reuiuiscere, Rursum viuum fieri. Cic. 4 de Finib. Quid si reuiuiscant Platonici illi & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & recum ita loquantur?
Is vbi galli cantum aud.uit, auum suum reuixisse putat. Cicero in Pisonem.
¶ Reuiuiscere, per translationem, pro Renasci, & ad pristinum statum redire. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4, Vt speciem aliquam viderer videre quasi reuiuiscentis Reip. Et 7. Philipp. Senatum dolent ad authoritatis pristinæ spem reuiuiscere.

Pennæ

Pennæ reuiuiscunt. Plin. lib. 11. cap 28, Nullis eorum pennæ reuiuiscunt aunlsæ.
Reuiuiscere, respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis. Cic. de Arusp. resp.
Anima moribunda reuixit ab alloquiis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
Aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Cic. Attico, lib. 5.
Ad verba alicuius reuiuiscere. Ouid 1. de Ponto, eleg. 4.

Reunctor, reunctoris, Minister & mediastinus eorũ medicorum qui iatrolepticen, hoc est reunctoriam medicinam docebant. Plin. lib. 29. cap. 1, Prodicus Selymbriæ natus, discipulus eius, institutes quam vocant iatrolepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediastinis vectigal inuenit.

Reuoco, reuocas, penult. corr. {ἀναχαλῶ} reuocare, rursum vocare. Plaut. Merc. 8,
Mane mane obsecro Charine. C. qui me reuocat? Cic. pro Quintio, Reuocares eum quem in Galliam miseras?
Repetere & reuocare aliquem. Cic. pro Domo.
Vnde tu me ex iure consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. Cic. pro Mur. Verba iuris.
Facta reuocare. Ouid. 9 Metamorphoseos,
-si facta mihi reuocare liceret. Hoc est, si possem efficere, vt facta essent infecta.
Forum reuocare. Vlp. in l. Si quis posteà. D. De iudiciis, In ea causa ius reuocandi forum non habebit.
Reuocare promissum, pro Negare quod promiseras. Seneca de Benef. 4.
Reuocatur quæstio inter easdem personas, quum eadem res quæ priore iudicio petita fuit, secũdo petitur. Vlp. in l. 3. D. De except. rei iud. Quoties inter eadem personas eadem quæstio reuocatur, vel alio genere iudicij.
¶ Reuocare, cum prepositione In. Seneca epist. 51, Robora in rectũ, quanuis flexa, reuocabis.
¶ Reuocare cum prepositione Ad, ferè semper referre significat. Cic. 5. Verr. An me ad M. Antonij æstimationem frumenti, exactionémque pecuniæ reuocarurus es? Hoc est, Dicéſne me imitatũ fuisse Antonium in exactione pecuniæ, & simile Antonio aliquid feciſſe, quod ad æstimationem frumenti attinet?
¶ Reprimere ac reuocare se à contagione vitiorum. Plin. epist. 137.
¶ Reuocare ex. Cic. pro Cecinna, Et me ex hoc (vt ita dicã) campo equitatis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas.
Reuocare, authore Nonio, per vices mutuò vocare. Varr. Sexages. Qui no bis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride, qui nos prouocare ac vocare cùm audeant, nos illos reuocare timemus.
¶ Reuocare, Instaurare. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 22, Item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua instituit.
¶ Amor reuocatur admonitu. Ouid. 2. de Remed. amor.
Animum ab ira reuocare. Ouid. 2. Trist.
Ad arbitrium suum reuocare rẽ aliquam. Cic. ad Brutum, Quod enim nondum Senatus cẽſuit nec populus Rom. iuſſit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum, id est, nolo arbitratu meo rem peragi.
Ad coniecturam reuocare rem aliquam. Cic pro Domo, Nõnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturám que reuocabant.
A consilio reuocare. Cic. ad Attic lib. 3, Quòd si non modò tu, sed quiſquam fuiſſet, qui me Pompeij minus liberali responſo perterritum à turpiſſimo consilio reuocaret, &c.
Reuocare negligentiam alicuius in crimen mandati. Cic. pro Rosc. Amer. In minimis priuatíſque rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciúmque infamia reuocatur. Hoc est, crimine mandati prætermiſſi & infamiæ iudicij damnatur.
A cupiditate reuocare. Cic. pro Cluent.
Ad curam reuocare aliquid. Plin. lib. 28. cap. 9, Hoc est, cum cura & diligentia facere.
Ab incœpto, vel Ab instituto cursu reuocare. Cic. 4. Verr. Commouentur amici Sthenij, sperant fore vt patris literis nuntiſque, filius ab incœpto furore reuocetur.
Defunctos reuocare. Plin. lib. 2. cap. 7.
In dubium. Cic. pro Cecinna, Populi Rom. causa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, poſſeſſionéſque in dubium incertúmque reuocabuntur.
Lapſos ab errore. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Euntem. Catull. ad libellum suum.
Ad exempla. Cicero 5. Verr. Quò me igitur, aut ad quæ exempla reuocas?
Ab exilio. Plin. lib 7. cap. 30.
Exordia pugnæ. Virg. 7. Æneid.
In priorem formam. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 21.
Gradum reuocare, Redire. Virg. 6. Æneid.
Ab inferis, à morte, à limine mortis. Cicero pro Milone, Etiamsi propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter Remp. non feciſſet.
Ingenium reuocatur ab armis. Ouid. 2. Amor. eleg. 18.
Ex itinere reuocare. Cic. 2 de Diuin, Quod enim is qui diuinat, prædicit, id verò futurum est, vt ne illud quidem sciam quale sit, quòd Deiotarum neceſſarium noſtrum ex itinere Aquila reuocauit.
Ex otio reuocare. Plin. in Panegyr.
Incœptos labores. Valer 3 Argon.
Libertatem reuocare ac reducere. Plin. in Paneg.
In lucem aliquid. Plin. lib. 29. cap. 1.
Et reuocat cupidas alea sæpe manus. Ouid. 1. de Arte.
Ad manus rem reuocare. Cicero pro Cluentio, Quum Tribunus plebis populo concitato rem penè ad manus reuocauiſſet: Hoc est, ita commouiſſet populum, vt propter eam rem penè inter se digladiarentur.
Ad mediocritatem reuocare modum alicuius rei. Cicero 1. Offic. Quarũ quidem certè est adhibendus modus, ad mediocritatémque reuocandus.
Ad memoriam alicuius rei animos aliquorum reuocare. Cic. pro Flacco, Reuocarem animos vestros ad Mythridatici belli memoriam, ad illa vniuersorum ciuium R. omanorũ per tot vrbes vno puncto temporis miseram, crudelémque cædem.
Mentem reuocare à. Cicero 1. Tuscular. Magni autem est ingenij reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere.
Ad mœstitiam se reuocare. Cic 3. Tusc. Quòd si qui fortè quum in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, reuocant se rursus ad mœstitiam, peccatíq; se insimulãt, quòd dolere intermiserint.
Morem reuocare. Cic. 2. de Finib. Qui mos cùm à posterioribus non esset retentus, Archesilas eum reuocauit.
Oculos alicuius. Ouid. epist. 16.
Ab opere reuocare. Cæsar 1. belli ciuilis, Cæsar ab opere legiones reuocat.
Opus cœptum. Ouid. epist. 22.
Pecuniam reuocare & exigere ab aliquo. Plin. epist. 240. lib. 10. ad Trajanum.
Pedem reuocare, Quod dictũ est etiam de fluminibus. Virgilius Æneid.
Ad potentiam suam reuocare omnia. Cic de Amicitia, Sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam.
Prætermiſſum reuocare. Plin. lib. 18 cap. 6. Sic Cic. 4. Acad. Philosophia ista nunc propè dimiſſa reuocatur.
Publicè aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 11.
Ad rationem operum operarúmque villicum. Cato cap. 2.
A scelere Cic. 2. de Legibus, Quàm multos diuini supplicij metus à scelere reuocauit.
Ad scientiam omnia. Cic 2. de Finib. Herillus autem ad scientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit.
Se reuocare, mutare sententiam. Cicero 4. Academ. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hiſque quæ videntur imbecilliùs assentiuntur.
Ad solicitudinem suam rerum administrationem reuocare. In se recipere. Scævola in l. Mœuia. D. de annuis legat. & fideicommiſſ.
Studia intermiſſa reuocare. Cic. 1. Tuscul.
Ad pristina studia se reuocare. Cic. de Claris Orat. Nã vestris primùm literis recreatus, me ad pristina studia reuocaui.
Testes reuocare, quod Recolere dicimus, apud Martianum in l. Diuus, De custodia & exhibitione reorum. Budæus.
Victu vires reuocare. Virg 1. Æneid.
Ad vitam reuocare, Facere vt aliquis reuiuiscat. Cic. ad Att. lib. 7, Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium Trib. plebis, Philotimi literæ ad vitam reuocarunt.
Ad vitam reuocare, alio sensu dicit Lucretius, de mortuis intelligens, quos solebant veteres abluere, & per intervalla conclamare, quòd plerunque solet spiritus extremus afflatus esse putari, & homines fallere. Lucret. locus est lib. 3,
Vnde neque exaudit voces, nec noscere vultus
Illorum potis est, ad vitam qui reuocantes
Circunstant lachrymis rorantes ora, &c. Vide Donat. in Eunuch. Terent.

Reuocatus, penult. prod. Participium {ἀναχαλισμένος.} vt, Millies reuocatus, Vide MILLE.
Voce reuocatus de cursu Reip. Cic. Planco, lib. 10. 1.
Dum iacet & lentè reuocatas ruminat herbas. Ouid. in Frag.
Seruare aliquem reuocatum à morte. Virg. 5. Æneid.
Reuocata puncta. Ausonius,
Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ reuocata moras. De ludo tesserarum loquitur, in quo bolos vel dabant, vel reuocabant.

Reuocatio, Verbale {αὐτάκλησις. Cic 13. Philipp. Receptui signum, aut reuocationem à bello audire non possumus.
Reuocatio ad contemplandas voluptates. Cicero 3. Tusculan. Leuationem autẽ ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates.

Reuocamen, penult. prod. huius reuocaminis, neut. gen. {τὸ ἀνακλητικόν.} Idem quod Reuocatio. Ouid. 1. Fastorum,
Accipio reuocamen ait: vocémque sequutus
Impia per syluas victor ad antra venit. Idem 2. Metamorphoseos, Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus, &c.

Reuocabilis, & hoc reuocabile, penult. corr. {ἀνακλητὸς} Qui potest reuocari. Ouid. ad Liuiam.
Damnum reuocabile. Claud. 2. in Eutropium.
Telum non reuocabile. Ouid. 6. Metam.
Verum non reuocabile. Stat. 1. Thebaid.

Reuolo, reuolas, penultima correpta {αὐτόπτομαι} reuolare, Retrò, vel rursum volare. Cicero libro 2. de Natura deorum, Exáque in tergo præuolantium colla & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat: De gruibus.
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi. Virg 1. Georgic.
Reuolat ad patrem Cæsar. Paterculus libro secundo, Paulo post, Festinanter reuocatit filium. Ille ad patrem expectatò reuolauit.

Reuoluo, reuoluis, reuolui, reuolutum penultima producta {ἀναπλίσσω, ἀναχυλίω} reuoluere, Rursum voluere. Cicero 2. de Natura deorum,
Torquus draco serpit subter, superáque reuoluens
Sese, conficiénsque sinus è corpore flexos. Ex poet.
Fluctus reuoluere, Col. lib. 8. cap. 17, Quoniam gelidum ab imo fluctum reuolu.t in partem superiorem.

¶Reuoluere iter.Virg.9.Æneid.

¶Reuolui ad,per translationé,pro Recidere,redire.Cic.2.de Orat. Contráq; quæ pro reo dicentur, omnia necessariò à tempore, atque homine ad communes rerum & generum summas reuoluentur.

Reuolui ad sententiam alicuius. Cic.4.Academ,Egóne inquit ad patris reuoluor sententiam?

Victoria ad irritum reuoluebatur.Tacit.lib.19.

Reuolui in eandem vitam.Terent.Heeyra,4.4,

Nam in eandem vitam te reuolutum denuo

Video esse. Vbi Donatus, Non rediisse, sed reuolutum esse, tanquam inuitum aut nescium,relinquit enim quandam veniam,vt velit esse correctior.

Reuolui in Tusculanum. Cicero ad Attic.lib.13, Itaque reuoluor identidem in Tusculanum.

Reuolui eò,vel eodem. Cic.4 Acad. Et 1.Tuscul. Reuolueris eodem.Hoc est,Idem dicis.

In aliqua reuolui, Id est,in cogitationem aliquarum rerum recidere.Ouid.10.Metam.

-quid in ista reuoluor? Id fit quum iam consilio stabilito,nescio quid noui consilij institutum interturbat.

In eundem somnum reuolui.Val.Max.lib.7.cap.2.de Q Metello.

Reuolui retro.Celsus lib.7.cap.26.

Reuoluitur ad emptorem infecti damni stipulatio.Paulus in l.Damni.§.Emptor prædij.D.De damno infecto,&c.

¶Reuoluere libros,ineptias, pro Voluĕdo tractare & legere,quod de libris propriè dicitur Liu.4.bel.Maced.Martial.lib.11.1.

Antiqua reuoluere.Sil.lib.8.

Reuoluere casus.Virg 10 Æneidos,

-Xanthum & Simoenta

Redde oro miseris:iterúmque reuoluere casus

Da pater Iliacos Teucris. Vbi Seruius,Si ad Troiam vis referre,sic dicit.Nobis redde Troiam per naufragia & pericula:Id est.patiamur denuo quæ pertulimus: duntaxat nobis Troia reddatur. Si verò ad Italiam vis referre,sic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus.

Vulnus reuoluere.Stat.1.Syl.2.

Reuolutus,pen.prod.Particip. {ἀνειλιγμένος} Redactus.Liu.ab Vrbe.

Equo fusfosso reuolutus.Virg.11.Æneid.

Pensa reuoluta.Virg 9.Æneid.

Secula reuoluta.Ætates,siue anni iam exacti.Ouid.4.Fast.

Saxa æstu reuoluta Pontus reforbet.Virg 11.Æneid.

¶Reuolutus.Virg.10.Æneid.

-& interea reuoluta ruebat

Matura iam luce dies. Reuoluta, aperta: sicut contrà,inuolutum dicimus esse quod clausum est.Seruius.

Reuolubilis,& hoc reuolubile,penult.corr. {ἀνατός.} Ouid.in Ibin,

Sisyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.

Reuomo,reuomis,pen.corr.reuomui,reuomitum,pen.corr. {ἐμέω} reuomere,Idem quod Euomere.Plin.lib.10.cap.72,Dracones auibus deuoratis solidis,contentione plumas,& ossa reuomunt.

Sylla reuomit carinas.Ouid 13.Metam.

Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ.Sil.lib.10.

Reuomere,Sæpius vomere.Virg 5 Æneidos,

Et falsos rident reuomentem pectore fluctus. Seruius.

¶Reuomere,Per tralationem,pro reiicere, vt Humor aquæ reuomit tigua.Lucret.lib.2,

Tam cupidé sursum reuomit magis atque remittit.

Reus,rei,m.g. {ἔναγος,ὑπαίτιος,ὑπόδικος,ὑπεύθυνος} Quicunque in litem adducitur,etiamsi nihil amiserit, id est, contra quem quispiam agit. Cic.2.de Orat.Reos autem appello non eos modò qui arguuntur,sed omnes quorum de re disceptatur.Plaut.Trucul 17 Reus solutus causam dicit.

Reus dictus est à re, quàm promisit,ac debet: Paulus.Reus stipulando est,qui stipulatur. Reus promittĕdo est,qui suo nomine alteri quid pro altero promisit:Paulus.Festus verò,in hunc modum: Reus nunc dicitur,qui causam dicit:Et ité qui quid promisit spondítve,ac debet.At Gallus Ælius lib 2. significationum verborum, quæ ad ius pertinent,ait:Reus est, qui cũ altero litem contestaram habet,siue is egit,siue cum eo actum est Reus stipulanda est,idĕ qui stipulator dicitur quippe suo nomine ab altero,qui stipulatus est,non is qui alteri adstipulatus est.Reus promittendo est,qui suo nomine alteri quid promisit,quíve pro altero quid promisit. At Capito Atteius in eadĕ quidem opinione est,sed exemplo adiuuat interpretationem.Numa in secunda tabula,secunda lege,in qua scriptum est: Qui horum fuit vnum iudici, arbitróve, reóve, eo die diffensus esto. Nunc vterque, actor, vocatur reus.Hæc Festus,quæ Iureconsultis, si actutum inspiciantur,commodùm allatura sunt.

Peritor & Reus,contraria.Cic.pro Rosc.Comœdo.

Nocens reus.Cic.1.Verr.

Sontes rei.Claud.7.Paneg.

Trepidi rei Ouid 1.de Ponto,eleg 3.

Reus est maximis plurimísque criminibus in iudicium vocatus. Cic.4.Verr.

¶Reos (inquit Nonius) non solùm crimini & culpæ obnoxios, sed etiam honesti vel voti debitores promissi authoritas voluit.Virgilius 5.Æneidos,

Constituam ante aras,voti reus.

¶Reus etiam,interdum pro Expromissore accipitur. Vlp.in l.1.§. Exceptionem. D.Quarum rerum actio nó datur,Exceptionem onerandæ libertatis causa,sicut & cæteras,fideiussori non esse denegandam sciendum est: nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus est. Modestinus. Quum seruus pecuniam pro libertate pactus est, & ob eam rem reum dederit, quanuis seruus ab alio manumissus est, reus tamen obligabitur. Budæus.

Reus satisdandi ab Vlpiano dicitur, qui satisdato obligatus est, id est fideiussore dato. Reus verò satisaccipiendi,qui fideiussores accepit ob debitum.In l.Qui hominem. §.Quidam De solutionibus,Dici potest quoties reus satisdandi,reo satisaccipiendi heres extiterit, fideiussores liberati.

Promittendi reus, qui suo nomine, quid pro altero promirtit.Stipulandi reus,qui stipulatur.Modest.in l.j. D.De duobus reis constr. Qui stipulatur , reus stipulandi dicitur : qui promittit, reus promittendi habetur.

Ambitus reus. Cic.ad Att. lib.4. Candidati consulares omnes rei ambitus.

Auaritiæ reus. Cic.pro Flacco, Et is est reus auaritiæ,qui in vberrima re,turpe cõpendium: in maledicentissima ciuitate,in suspicionissimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit.

Criminis alicuius reus.Ouid.epist 15.

Culpæ reus.Caius in l.Ex malefício.§.vlt.D.de act.& oblig.

Alienæ culpæ.Liu.4.bel.Pun.

Desidiæ.Mart.lib.10.70.

Facti reus,Qui factum aliquod commisit.Plaut.Cistel.4.

Iniuriarum.Quintil.lib.4.cap.2.

Læsæ maiestatis,Vide LABEO.

Peculatus.Quintil.lib.5.cap.13.

Pugnorum Martialis lib.10.

Sacrilegij reus est.Quintil.lib.4.cap.2.

Reus tutădæ suæ stationis dicitur, qui stationem ea lege custodit, vt illi imputetur siquid aduersi acciderit.Liu.lib.5.bel.Pun.

Reus voti,inquit Macrobius,qui suscepto voto numinibus se obligat.Virg.5.Æneidos, Constituam antè aras voti reus.

Reus de vi.Cic.ad Att. lib.2. Nunc reus erat apud Crassum diuitĕ Vectius de vi,& quum esset damnatus,erat iudicium postulatum.

¶Agere reum,Vide AGO.

Reus agitur,qui accusatur.

Quum reus infœlix absens agor.Ouid.epist.19.

Agi ream falsi criminis.Ouid.de Remed.Amor.

Agi ream laudis.Ouid epist.14.

Spretarúmque agitur legum reus.Ouid.15.Metam.

Ampliati rei,Vide AMPLIO.

Arguere reum,Vide ARGVO.

Citare reum,Vide CITO.

Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur. Cic. Antequam iret in exilium.

Coarguere reum testibus,Vide COARGVO.

Comperendinare reum,Vide COMPERENDINO.

Considere in reum,Vide CONSIDEO

Constituere aliquem reum,id est, facere. Papinian.in Llibertus à patrono reus constitutus.D.de in ius vocand.

Deferre reum criminis.Quintil.lib.11.cap.1.Hoc est,accusare.

Reus testimoniũ denuntiare poterit,& inquirere. Plin.lib.6.epist. 5.ad Vrsum, Addidit etiam petendum à Consulibus, vt referrent sub exemplo legis ambitus,de lege Repetũdarum,an placeret in futurũ ad eam legem adiici, vt sicut accusatoribus inquirendi, testibúsque denuntiandi potestas ea lege esset,ita reis quoque fieret. Ex Budæo.

Eximere ex.vel de reis.Cic.Verr.4.

Facere aliquem reum,pro Accusare,siue reum agere, Tacitus lib. 1.Violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum,qui tum exercitui præsidebat,reum feci.

Facere aliquem rei capitalis reum.Cic.4.Verr.Ea posteà quàm numerata est, contentus hac iniquitate non fuit : palàm de sella,ac tribunali pronuntiat , siquis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet,sese eius nomẽ receperuram , & simul vt ad causam accederet,noménque deferret.

Facere aliquem reum de motibus. Quintil.lib.4.cap.2.

Reum fieri (inquit Asconius) est apud Prætorem legibus interrogari. Quum enim in ius ventum esset,dicebat apud Prætorem accusator reo,Aio te Siculos (verbi gratia) spoliasse. Si tacuisset,lis ei æstimabatur vt victo:si negasset , petebat à magistratu dies accusator inquirendorum criminum,& instruebatur accusatio.

Reũ fieri,est se expromissorẽ & alieni debiti debitorẽ constituere. Vlp.in l.1.§.Excepr.D.Quarum rerum act.non dat. Cùm enim propositũ sit Prætoris,in huiusmodi obligationibus reo succurrere:non seruaturus est propositum suum, nisi fideiussorem quoque & eũ,qui rogatu liberti reus factus fuerit,aduersus patronum defenderit.

Rei pendentes,Vide PENDEO.

Reus peragitur,qui damnatur.Plin.Iun. Dum ille peragitur reus, sedimus. Iurisconſ. Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi condemnauerit,Vide PERAGO.

Postulare reum,pro accusare.Plin.Iun.Reum Postulauit,tanquam in causa prævaricatretur,Vide POSTVLO.

Referre in reos,Vide REFERO.

Repetere reum,Vide REPETO.

Subdere reum.Tacit.lib.1.

Supponere se reum.Cic.pro Deiot.

Reuulsio.Reuulsus,Vide REVELLO.

Rex.regis,Vide REGO.

R H A

RHA {ῥᾶ} authore Ptolemæo lib.5. cap.9, Sarmatiæ fluuius, in Europa: alio nomine Volga, Volha, à Tartaris Edel nuncupatus. Ab hoc nomen medicamento notabili (vt Ammianus Marcellin. lib. 12. Historiarum inquit) quod rheon,ῥᾶον, seu Rha barbarum atque Ponticum vocatur.Cornelius Celsus in antidoto Mithridatis,radicẽ Ponticam nominauit.Vide Ruellium lib.3.cap.2.

RHABA {ῥάβα} Oppidum est ad sinum Ionium à quo deducitur gentile Rhabæus Steph.

Rhabarbarum {ῥᾶον} Vide RHA.

RHABATHMOMA {ῥαβάθμωμα} tertia Palestinæ vrbs alio nomine Areopolis dicta.Author Steph.

Rhabbenus, ni, no: Rhabbi: magister Haccas Rhabbenus Antonium instruxit quid nomen Iehoua יהוה significaret.Hebræis.Lilius refert primo Syntagmate historiæ Deorum.

Rhachis, portio est Sturionis, qua dorsum flectit. Est sturio piscis apud nos notissimus,nempe Martio Aprilísque mẽsibus,multus Rhodanum auerso flumine fecat : capitur plurimum inter Arelatem & Tarasconem: sed & alibi Cælius de eo scribit lib.12.cap.12.

Rhacinus, piscis pulli coloris à nemine eorum qui Halieutica scripserunt,præterquàm ab Ouidio cõmemoratus : ob id fortassis quod non alibi , quàm in Ponto enascatur , vbi supremis suis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit.Plin.lib.32.cap.vltimo.

Rhacinúsque pullus , inquit ex Ouidio Plin.lib.29. Rhacinus est ex conchatorum piscium in mari degentium numero.

Rhacodes,dis, cutis in abscessibus. Cælius lib.3.cap.19, Est & in abscessibus cutis nuncupata Rhacodes , puris virulentia infigniter attenuata & τριβομένη,id est,attritis linteis admodum assimilis. Lacernosam autem Latinè appellant nonaulli , quia lacernæ instar rodatur.

Rhacoma herba,cuius radix costo nigro est similis,minor & ruffior paulò, sine odore,calefaciens gustu & astringens. Plin.lib.27.cap.12, Rhacoma (inquit) adfertur ex his quæ supra Pontum sunt regionibus.

Rhacosis {ῥάκωσις} id est,detritio multa scroti extensio est.Galen.in libro sititionum Medicæ artis.

RHADAMANTHVS,Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ,qui quòd seuerus fuerit,& iustitiæ executor,fingitur à poetis apud inferos nocentum explorare culpas.De quo Virg.6.Æneidos,

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,&c.

Rhadamantheum iudicium, prouerbio de incorruptè iudicantibus dictum: Rhadamanthus enim Manium iudex , neque muneribus, neque gratia flectitur quominus fecerè iudicet. Erasmus in Chiliad. Rhadamantheum iusiurandum , quod nullo numine contestato aut nominato fit , nefas enim est Deum iurando testem istis quisquilis aduocare. Erasm.in Chiliadib.

RHADAMISTVS, regis Iberiæ filius fuit , qui dum simularet cum Mithridate rege Armeniæ fœdus inire , & ob id colligandi politices forent, lorum ad terram callido astu decidere simulasse fertur , quo Mithridatis pedes vinculo inuasit,ipsúmque cum vxore & liberis ea priuum secum abduxit,atque occidit.Alexand.lib.5.cap.3.

RHADATA {ῥάδατα} oppidum Syenitarum in Æthiopia , in quo felis aurea pro Deo colebatur.Plin.lib 6.cap.29.

RHADINA,virgo quædam,quæ Corinthio dedita tyranno,dicitur è Samo fante Zephyro nauigasse. Strabo lib 8. Est & vrbis nomen non procul à Corinthо,de qua sic idem author scripsit. Est & Rhadina in qua Stesichorus poema scripsisse videtur,cuius initium est.

Age canora Musa cantum incipe

Laudésque de filiis Samiis,

Resonanti amabiliter lyra. Hinc filios appellat.

Rhadina enim Corinthi dedita tyranno,dicitur è Samo flante Zephyro nauigasse,non quidem ex Ionica Samo,&c.

RHAGA {ῥάγα} siue Rage:Mediæ vrbs à Nicatore condita,& ab ipso quidem Europus,à Peisis vero Arsacia appellata.Strabo lib.11.

Rhagades,pen.corr. fœm.gen. & raghadia, n.g. {ῥαγάδες} vocantur scissuræ quæ in fede & pedibus proueniunt.Dictæ rhagades à verbo Græco ῥήγνυμι,quod significat Rumpo. Plin.lib.23 cap.4, Attrita sanat & furfures,rhagadas,condylomata,articulos luxatos. Ibidem.cap. 3,Vsus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, vt quæque causa exigat in curatione oris,dentium,aurium,vlcerum manantium,genitalium,rhagadum.Vide Celsum lib.6 cap.17.

Rhagas {ῥῆγας} id est scissura,fissũm ve,diuisio est labia obtinens callo indurata.Galenus in libro finitionum Medicæ artis.

Rhagion,n.g.Aranei species acino nigro similis,ore minimo sub aluo,pedibus breuissimis , tanquam imperfectis. Dolor à morsu eius qualis à Scorpione.Plin.lib.29.cap.4, Sanè Rhagion vertitur Latinè paruus acinus.

RHAGIS,regiuncula est in Parthia affinis Hyrcaniæ & Persicæ regionibus. Rhagis nomen impositum dicitur à terræ motibus , qui ibi frequenter fiunt,à quibus multæ vrbes (vt Posidonius refert) & duo milia vicorum euersa sunt.Strabo lib.11.

Rhagoides, pen. prod. {ῥαγοειδὴς} tunicula oculi inferior. Celsus lib.7.cap.7. Oculus summas habet duas tunicas, ex quibus superior à Græcis ἀραχνοειδὴς vocatur.Ea qua parte alba est, satis crassa,pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est,media parte,qua pupilla est,modico foramine concaua,circà tenuis, vlterioribus partibus ipsa quoque plenior,quæ ῥαγοειδὴς,à Græcis nominatur.Hæ duæ tunicæ cùm interiora oculi cingant , rursus sub his coeunt , extenuatæque , & in vnum coactæ , per foramen quod inter ossa est , ad membranam cerebri perueniunt,eíque inhærescunt.Sub his autem, qua parte pupilla est,locus vacuus est.

Rhagopodes,Chiropodes,qui morbo pedum laborant,quasi rupturas in pedibus habentes. Cælius Rhodig lib.4.cap.12. Denique in pedibus quæ fiunt rupturæ,vocantur Chiræ , vnde ita affecti Chiropodes nuncupati,velut Rhagopodes.

RHAMMEI populi in Nabatæa Arabiæ regione, quorum originem referunt quidam ad Rhadamanthum Minois frattem. Plinius libro 6.cap.28.

RHAMNES {ῥαμνάσιοι.} Horat.de Arte,

Celsi prærerent austera poemata Rhamnes. Aeron,Rhamnes,Luceres,Tatienses,Romanæ tribus erãt: vel vt verius, Equites.Hactenus ille.

Rhamnes alij à Romulo appellatos : alij Rhamnes & Luceres vocabula esse Tusca volunt,vt refert Varr.lib.4.de Ling.Latin.

RHAMNIS,vrbs fuit in Eubœa,in qua Fortunæ templum habebatur maximum : hinc Rhamnensis , & Rhamnenses. Alexander Alexandrinus lib.1.cap.13.

Rhamnus,rhamni, masc.gen. {ῥάμνος} Genus sentium aspertimum aculeis, & flore gratissimum. Plin.lib.24.cap.14, Inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis, candidior & fruticosior.Is florem ramos spargens rectis aculeis,non vt cæteri aduncis , foliis maioribus. Vide Ruellium lib 1.cap.123.

RHAMNVS, pagus in Attica, non procul à Marathone. Plinius libro 4.cap.7.& capite 12.

Rhamnusius, Possessiuum {ῥαμνούσιος} Quod est ex Rhamnunte. Terent.Andr.5.4,

Hoc certò scio,Rhamnusium se aiebat esse. Vnde Rhamnusia dea.

RHAMNVSIA {ῥαμνουσία} Indignationis dea,quam Græci νέμεσιν vocant nam quum Narcissus formæ bonitate abuteretur superbius,reté fingitur eiusmodi Dea aduersus eum , qui præsentibus bonis sit indignus. Ouid.5.Trist.eleg.9,

Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas. Vide NEMESIS.

Virgo Rhamnusia,Fortuna. Catull. Argon.58. Vide Alexandrum lib.4.cap.26.

Rhamnusis, pen.prod. rhamnusidis , Patronymicum fœm. {ῥαμνουσίς.} Ouid.14.Metamorphoseos,

-memorémque time Rhamnusidis iram. Hoc est,Rhamnusiæ.

RHAMPSINITVS,Nomen proprium regis Ægypti , vt Herodotus lib.2.Histor.refert.

RHANIS,dis,pen.corr.nomen Nymphæ vnius Dianæ comitum, cuius meminit Ouid 3 Metamorphoseos,

Excipiunt laticem Nymphæque,Hyalæque,Rhanísque.

Rhaphæ {ῥαφαί} futuræ in craneo , quæ ferratæ inter se coalescunt, Rabdoidas sunt qui appellent. Cœlius lib.13.lect.antiq.cap.28. Dorion in libello de piscibus Rhaphidas aliud multò esse, quàm ῥαφαὶ, dicit:nam esse pisciculos,quos & Belonas vocant,author est.

RAPHAEL Volaterranus vir insignis doctrinæ & virtutis , nostro æuo excelluit:de quo quoniam Alexander Alexandrinus eius coetaneus atque familiaris ingenuè scribit libro 6.cap.7. non necesse est hasce paginas replere:sed cupidum studiosúmque lectorem ad Alexandrũ remittere:quò eat bonis auibus.

RHAPHANE,quæ & Apamia,oppidum in Media. Plin.lib.6.cap.14. Reliqua Medorum oppida, Phaunia, Agamzua, Apamia, Rhaphane cognominata.

Rhaphanitis,Iridis Illyricæ genus primum. Plin.lib 21.cap.7.Illyrica quoque (de Iride loquitur) duorum generum est, Rhaphanitis à similitudine, quæ & melior : Rizotomos subrusa, optima,quæ contactu sternutamenta mouet. Illa herba caulem habet cubitalem,erectum. Horet diuersi coloris specie, sicut arcus cælestis , vnde & nomen habet.

Rhaphanos agria {ῥάφανος ἀγρία} Herba , quæ aliàs apios , siue ischas dicitur.Plin lib.26.cap.8.

Rhaphanus,Vide RAPHANVS.

RHAPHEA,oppidum in Palæstina Idumææ, non procul à Rhinocolura Plin.lib 5 cap.13.

RHAPHIA {ῥαφίαι.} Ptolemæo lib.5.cap.19. Vrbs Iudææ Palestinæ prope Iordanem fluuium,à Iudæis Rama appellatur.

Rhaphidæ,authore Dorione in libello de pisc.ib.pisces sunt,quos & Belonas vocant.Vide in dictione RHAPHAE.

Rhaphius, Animal. Plin.lib.8.cap.19, Pompeij magni primum ludi offenderunt chaum,quem Galli rhaphiũ vocabant, effigie lupi,pardorum maculis.

Rhapsodi,diuinorum interpretes dicuntur. Cœlius Rhod.lib.7.cap. 1.Constat nimirum diuino instinctu ab interpretibus , quos & Rhapsodos nuncupant,alienam enarrari poesim.

RHAVRARIS,Obris,& Atax ex Cemmeno monte,per Galliam Narbonensem in ipsum mare deuoluuntur. Strabo lib 4. Hæc quidem flumina è Pyreneo monte inter Narbonem & Aphrodisium ex vtraque Narbonis parte ac etiam ex Cemmeno monte feruntur in mare,quo ex monte & Atax oritur & Obris,& Rhauraris : quem integriore lectione quidam vocant Arauarim , Gallicè, *Eraud, Orb, & Aude.*

RHAXAYLI,Populi sunt extra Germaniæ fines, trans Albin ad Septentrionis oram. Strabo lib.7.Verumenimuerò quid vltra Germaniam existat & quid de aliis ex ordine positis , siue Bastarnas appellare oporteat,vt plures arbitrantur,siue alios intermedios, seu lazygas,seu Rhaxaylos , seu quoslibet alios ex iis qui pro tecto carris vtuntur,non facilè protulerim.

RHEA {ῥέα} Cæli & Terræ filia , quæ alio nomine Cybele dicitur. Rhea Syluia , filia Numitoris , Remi & Romuli mater , quæ & Ilia dicitur.

RHEBANVS, Fluuius in faucibus Bosphori Thracij , vt scribit Orpheus in Argonaut.

RHEBAS {ῥήβας.} Plin.lib.6.cap.1,Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas,quem aliqui Rhœtum dixerunt. Valer.4.Argonaut.

-migrantia quin iam

Littora,longinquíque exirent flumina Rhebæ.

RHECAS,Vnus ex iis ducibus qui Laconas Heniochiam deduxerũt Author Strabo lib.11.

Rheda,rhedæ {ἁμάξιον} Vocabulum Gallicum , vt ait Quintil.lib.1.in cap.De virtut.& vitiis oration. Est autem genus leuiculi currus,quo gestabantur nobiliores in villas suas , cuiusmodi sunt hodie quos Itali *cochos* vocant. Cic.Attic.lib.5, Hanc epistolam dictaui sedens in rheda,quum in castra proficiscerer , à quibus aberam bidui. Eadem libro 6, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta,& lectica,& familia magna. Cæsar 1.bell.Gall. Omnémque aciem suam rhedis & carris circundederunt.

Tollere aliquem Rheda.Horat.2.Serm.saty.6.

Rhedarius {ἁμαξοκόπος} rhedarij, Auriga,rectóríque ipsius rhedæ.Cic. pro Milone,Statim compitures cum telis in hunc factum de loco superiore impetum,aduersi rhedarium occidunt.

Rhedarius,Adiect.vt,Rhedarius mulus,qui rhedam ducebat. Varro 3. de Re rust.cap.17.

RHEDONES,Galliæ populi,in ducatu Britanniæ,de quibus Cæsar 7. bell.Gal.Scribitur & sine aspiratione.

RHEGIVM {ῥήγιον} Oppidum situm in margine Italiæ, cui Græci à

fractura nomen dedêre. Hîc enim Sicilia auulſa abrupráque eſt ab Italia, authore Plinio lib.3.cap.8. Olim Rheginę ciuitatis ingens fuit potentia, ob eámque cauſam nomen ciuitati factum eſſe autumant, quaſi Rhegia vrbs foret. Vnde & Strabo ſcribit quoſdam exiſtimaſſe à quodam rege dici potuiſſe: ſicque abſque aſpiratione ſcribendum eſſer. Ouid.14.Metamorphoſeos,

Liquerat & Zancłen, aduerſáque mœnia Rhegi. Nunc vulgò dicitur *Rexo*, teſtis Oliuarius in Melam.

Rhegium appellatur id municipiũ, quod in freto Siciliæ eſt, quoniam id à rumpendo dictum eſt, quod eſt Græcè ῥήγνυμι, eo quidem magis, quia in Gallia Cisalpina, vbi forum Lepidi fuerat, Rhegium vocatur. Feſtus.

RHEGINI {ῥηγῖνοι} populi qui Rhegium incolunt.

Rheginus pen.prod. Adiectiuum {ῥηγῖνος.} Silius lib.13.

Dum Lybis haud lætus Rhegina ad littora tendit. Eſt aliud Rhegium Cisalpinæ Galliæ oppidum, non longè à Parma & Mutina à Lepido inſtauratum, quod & Rhegium Lepidi pro differentia alterius dicitur, à quo Rhegienſes: ſed melius dicitur Rhegium Longobardiæ.

Rhegma {ῥῆγμα} citra plagam, vt ſpaſma in neruoſis, Trauma τραῦμα ex iſtato ictu in corpulentis. Cælius lib.3.cap.17.

RHEGMA, Lacus eſt poſt Anchialam, quòd antiqua naualia habet multa, haud procul à Tarſo, qua parte ſpectat Rhodios. Strabo lib.14.

RHEMI {ῥῆμοι} Galliæ Belgicæ populi, vt ſcribit Cæſar in Commentariis, & Plin.lib.4.cap.17. Vulgò *Rhemenſes*.

Rhemnia lex, pœnam calumniatoribus irrogat: Calumniator enim cùm falſa intendat, ſciens crimina, innocentemque laceret immeritum, ea lege coercetur: atque vtinam Talio reuiuiſceret. Vide tit. in Pandectis Ciuilibus ad Sen.Conſ.Turpil.

RHENEIA pen.prod. {ῥήνεια} exigua eſt inſula Delo vſque adeò vicina verà Polycrate Samiorum Tyranno duæ hæ inſulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc mortuos ſuos Delij inferebãt, eo quòd in Delo nec parere licebat, nec mortuos ſepelire, nec canem alere. author Thucidides lib.1.&3.belli Peloponeſiaci. Vide Strabon.lib.10. Hermolaus, Rhenen, vocat.

Rhenones, rhenonis, m.g. {ῥηνῶνες} Veſtis pellicea, præcipuè ouilla, ad vſum humanum redacta, Ab ouibus nomen habet, quas Græci ῥῆνας appellant. Licebit etiam pelles caprinas Rhenones appellare. Plurima enim his duobus pecorum generibus indifferenter tribuitur. Cæſar 6.bell.Gal. ſcribit Germanos vti paruis rhenonum tegumentis. Vide Geſnerum.

RHENVS {ῥῆνος} Germaniæ fluuius celeberrimus, ab Alpibus defluẽs, Galliam à Germania ſeparans. Cæſar libro 4.bell. Gall. Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longo ſpatio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tributorum, Treuirorum citatus fertur: & vbi Oceano appropinquauit, in plures diffluit partes, multis ingentibúſque inſulis effectis: quarum pars magna à feris barbarísq; nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ouis auiũ viuere exiſtimantur: multíſque capitibus in Oceanum influit. Hactenus ille. Vide Tacitum.lib.2.

Rhenus veteribus Germanis dictus eſt à puritate, quòd vnda ſit limpidiſſima & pura. Nam *Rein* purum ſignificat. Vel à ſluẽdo, quod *Rinnen* Germanis dicitur. Hic in principio agri Batauorum iuxta Lobeccam arcem in tria exit cornua, ſeu oſtia. Primùm quod ad Auſtrum labitur, Flandriam atque Selandiam verſus, Cornelio Tacito Vahalis, Cæſari Vacalos, Plinio Helium, Marliano Vuallis, Conrado celti Balus, Germanis *der Vuaal* appellatur. In hoc Moſa fluuius defertur. Secundum oſtium, quod medium eſt, nunc Lecca, *der Lech* dicitur. Tertium Friſiam Occidentalem alluens, ad Septentrionémque deſcendens, Iſſula, ſiue Iſela *die Deyſel*, Germanis vocatur. Plinius & Mela Fleuum dicunt. His itaque tribus oſtiis Rhenus in Germanicum euoluitur mare, torámque inundat Gelidriam, Holãdiam, Selandiam, & Friſiam. Porrò quod Ptolemæus & alij multi tria Rheni oſtia faciunt, Virgilius & Veteres duo tantùm: hinc accidit, quia tertium oſtiũ quod hodie *Iſela* dicitur, antiquitus non fuit: ſed Druſi aduerſus Germanos bellantes iuſſu, foſſa in mare ducta, factum eſt, vt munimentum aduerſus Barbaros eſſet. Atque ideò Ptolemæo tria ſunt Rheni oſtia, quæ veteribus duo. Ex Andrea Altamero in Tacitum, & Glareano in Cæſarem. Vulgò *Le Rhin*.

Caput luteum Rheni. Horat.1.Serm.ſaty.10.
Ripæ feraces Rheni. Lucan.lib.92.
Bicornis Rhenus: propter duo cornua, ſeu oſtia. Virg.9.Æneid.
Rhenus citatus, Vide CITO.
Gallicus. Catull.ad Furium,11.
Minax. Claud.1.Paneg.
Rebellis Stat.1.Sylu.4.
Spumans vertice Arctoo. Lucan.lib.1.
Squallidus. Ouid.3 de Ponto,eleg 4.

Rheni, thenorum {ῥῆνι, ε} Rheni accolæ Germani videlicet & Galli dicti ſunt à Perſio Saty.6.

Flumen Rhenum. Horat.de Arte.

Rhenanus, pen.prod. Adiect. {ῥηνῶνος} Vnde Ciſthenanus, & Tranſthenanus, qua dictione vtitur Cæſar bell. Gal.lib.4, Vbi autem, qui vni ex tranſthenanis, ad Cæſarem legatos miſerunt, &c. Eſt item Rhenus Italiæ fluuius apud Bononiam cuius meminit Plin.lib.3.cap.36. Ouid.2.Metamorphoſeos,

Heſperios amnes Rhenum, Rhodanúmque, Padúmque.

Rheon {ῥεών} apud Pharmacopolas Rha barbarum, Ponticum: radix eſt nobilis, quam medicamentis inſeritam multis vſibus applicant. Vide in dictione RHA.

RHESVS {ῥῆσος} Rex Thraciæ fuit (inquit Seruius) qui quum ad Troiæ veniſſet auxilia, clauſiſque iam portis tentoria locauiſſet in littore, Dolone prodente Troiano, qui miſſus fuerat ſpeculator: à Diomede & Vlyſſe eſt interfectus, qui & ipſi ſpeculatum venerant, abductíque ſunt equi quibus pendebant fata Troiana. Hactenus Seruius apud Virgilium lib.1.Æneidos,

Nec procul hinc Rheſi, &c.

Sithonij tentoria Rheſi. Ouid.2 de Arte.

RHESVS, fluuius in Zelia Aſiæ regione. Strabo lib.13, Circa Zeliam eſt Tarſius amnis, qui eadẽ via viginti locis tranſitur, quemadmodum is de quo poeta dixit:

Et ſeptem Rheſi vada, qui à Nicomedia Niceam fertur.

RHETI {ῥῆτοι} inter Alpinas gentes, Plinio commemorantur, lib.3. cap.20. Hi duce Rheto, à Gallis pulſi, Alpes occupauerunt: & à nomine ducis Rheti condiderunt Rhetiam. Horat.4.Carm.ode 4.

Immanes Rheti. Horat.4.Carm.ode 14.

Sæui Rheti. Claud.in Epithal. Palladij, 46.

RHETIA {ῥητία} Regio Europæ eſt, quæ (vt lib.2.cap.12, Ptolemæus refert) ab Occaſu limites habet montem Adulam, & fontes Danubij & Rheni: ab Ortu Lycium fluuiũ qui in Danubium exit, & Rhetiam à Vindelicia diuiditur Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur ſupra Galliam ciſalpinam. Poſt Rhetiam verſus Orientem ſequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Eno tantùm fluuio diſiuncta. Quidam eum Bauariam appellant.

Rhetia antiquitus in primam, & ſecundam, ripenſem, & mediterraneam fuit diuiſa, & ab ipſa Germania Danubio flumine ſeparata. Prima Rhetia, quæ & ſuperior, complexa eſt Alpes. Sed & trans Rhenum, & Brigantinum lacum, quem Conſtantienſem vocant, verſus Occidentem & Rhodanum flumen ſuam habet portionem. Inſuper bonam eius prouinciæ partem comprehendit, quam Atheſinam ab Atheſi amne vocant. In Velinam præterea vallem & Larium lacum excurrit: vbi Rheticum vinum in primis generoſum profert, quo ſummopere delectatus eſt Auguſtus Cæſar. Germani *Veltlyner* & *Paſſaunner*, Traminium & Vernaciolum vocant. Hi Rheti nunc vulgò *Griſones*, *Graubunter*, Engedini, Curienſes, Atheſini, Tirolenſes, &c. nunc upũtur. Rhetia ſecũda ſiue inferior ab Lyco amne, qui primam à ſecunda diſterminat, incipit: & ad Oenum amnem vſque protenditur, qui Rhetiæ & Norici terminus eſt. Hæc comprehendit Vindeliciam. Boioarij ipſam hodie incolunt. Rhetia ripenſis, ea eſt portio prouinciæ, quæ Danubij ripam attigit in qua ſunt Vlma, Guntiæ, id eſt *Guntzburgium*. &c. Rhetia mediterranea eſt tractus qui interiacet, per quem Iller, Guntia, Camilachus, Mindula, Zaſum, & Smuter fluuij labuntur. Rhetiam in prouinciæ formam redegit Auguſtus Cæſar per Tiberium & Druſum, Velleio Paterculo, Suetonio, & Horatio teſtibus.

Vniuerſa Rhetia nunc intra Germaniam connumeratur, ad quam olim non pertinebant, moribus, lingua, & flumine Danubio diſcreta. Germanicum quoque idioma recepit, præter Alpinæ Rhetiæ partem, quæ adhuc Romana lingua vtitur. Sueui Alemanni nunc Rhetiam tenent. Andreas Althamerus in Corn.Tacitum.

Rheticus, penult.corr. Adiect. {ῥητικός.} vt Rheticæ vites, & Rheticum vinum, quod inter generoſa Italiæ vina numeratur: quod (vt Strabo lib.4. ſcribit) in montanis Rhetorum radicibus naſcitur, qui populi Veronam Comúmque vſque peruenerunt. Virg.2.Georg.

Arma Rhetica. Ouid.2.Triſt.
Rheticæ vites. Plin.lib.14.cap.2.
Rheticæ Alpes, quæ Rhenum effundunt, latè porriguntur, & ab Curia Rhetiæ ciuitate, ſupra quam Occidentem verſus oriuntur, per Heluetios Tridentum vſque contra Orientem vagantur, variáque aſciſcunt nomina. Vbi incipiunt, *Griſones*, *Graubunter*, Engedini, & Heluetica montana, montes S.Bernardi, S.Gothardi, Spruius, S.Nicolai: vbi deſinunt Tridentinæ Alpes, *das Triendiſch geper* nuncupantur. Incipiunt (inquit Aleiarus in Tacitum) ab Adya monte (Straboni corruptè legitur nunc Adula, nunc Aduela) id eſt inacceſſo, vernacula ſimplicitas montem *Brallum* nuncupat in Volturena, ſeu vt imperiti, in valle Telina, & in Venetiam protenduntur, donec Oeriæ ſubeant.

RHETICO, pen.corr. rheticonis {ῥητικών} Mons apud Pomponium Melam lib.3, Eſt iugum illud Rhetiæ primæ, inter fines Curientium & Valleſianorum, Heluetiis imminens, cuius adhærens vallis reliquias nominis retuſti ſeruat. Vulgò enim *Bretigau*, eſt Rhetorum ager, pagus, aut vallis pro Rheticone appellatur. Apparet Pomponium *Bretigau* ad Romanę linguæ figuram in Rheticonem deflexiſſe. Andreas Althamerus in Tacitum.

Rhetor, rhetoris, pen.corr. accuſatiuo rhetorem vel rhetora {ῥήτωρ} Qui artem oratoriam profitetur, & dicendi præcepta tradit. Cic.3. de Finib. Item ipſe rhetorum artes, quæ ſunt totæ foréſtes atque populares. Martialis lib.5,

Omnes grammaticóſque, rhetoráſque

Deuites moneo. Plin.epiſt.3.lib.3, Iam circunſpiciendus rhetor Latinus, cuius ſcholæ feueritas, pudor in primis, caſtitas conſtet.

Rhetor à Sophiſta differt, Rhetor eſt, qui docet literas, atque artis traditor eſt eloquentiæ. Sophiſta verò, apud quem dicendi exercitium diſcitur. Orator qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquentia. Cælius Rhod.lib.19.cap.17.

Rhetores, & qui dicendi præcepta tradunt. Cic.1.de Orat. Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus eſt. Cic.in Orator. Antiquum enim verbum ῥέω, & per contractionem ῥῶ, quod in futuro facit ῥήσω, idem ſignificat quod eloquor. vnde ῥῆσις, eloquutio, & ῥήτωρ, eloquens.

Cicero noſter dum ego adſum, non ceſſauit apud rhetorem. Cic. Qu.frat.lib.3.17.

Eminentiſſimus rhetor. Quintil.lib.2.cap.3.

Magnus & nobilis. Vide NOBILIS.

Congredi cum rhetore. Vide CONGREDIOR.

¶Rhetor interdum pro oratore vſurpatur. Cic.in Bruto, At ille ridens, Tuo verò, inquit, arbitratu, quoniam quidem conceſſum eſt rhetoribus mentiri & in hiſtoriis, vt aliquid dicere poſſint argutius. Vt enim tu nunc de Coriolano, ſic Clitarchus, ſic Stratocles de Themiſtocle finxit. Et in hiſtoriis, hoc eſt etiam in hiſtoriis, nedum in aliis

aliis rebus. Rhetoribus, & his qui docent artem dicendi, & his qui orant. vtrunque enim Cicero hic complecti voluit: quòd & qui docent, declamationes fingant, ac mentiantur: & qui orant, hiſtorias ſæpe aliter referant. Sic Æſchinem mentitum ſæpe conuincit Demoſthenes. Idem libro eodem, Reliqui ſunt, qui mortui ſint. L.Torquatus, quem tu non tam citò rhetorem dixiſſes (etſi non deerat oratio) quàm (vt Græci dicunt) πολιτικόν. Rhetorem, id eſt, oratorem, in hoc enim libro catalogum texit oratorum. Vel eloquentem: nam Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt, vt ait in Oratore. πολιτικὸν, ciuilem, Reipublicæ adminiſtrandæ peritum. Idem lib.2. de Finibus, Quaſi verò perpetua oratio Rhetorum ſolùm, non etiam Philoſophorum ſit. Iuuen.Saty.1,

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

Rhetoricè, rhetorices, pen.corr. vel Rhetorica, rhetoricæ {ῥητορικῶς.} Quintil.lib.2.cap.15, Huic eius ſubſtantiæ maximè conuenit finitio, rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Cic.2.de Finib. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam antè Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere: rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latiùs loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſiùs.

Rhetorica duplex eſt, altera foréſis, altera philoſophica, quod lib. 2.de Finibus, oſtendit Cicero quum ait: Obſequar igitur voluntati tuæ, dicámque ſi poteto rhetoricè: ſed hæc rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, quum populariter loquatur, eſſe interdum pauló hebetiorem. De foreſi ſic idem Cic. in Oratore, Sic eloquentia hæc foreſis, ſpreta à philoſophis & repudiata, multis quidem illa adiumentis, magníſque caruit: ſed tamen ornata verbis atque ſententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionémque pertimuit. Senſus eſt: Quoniam Philoſophi eloquentiam foreſem ſpreuerunt, qui poterant ei plurimùm prodeſſe: populares homines eius ſtudium amplexi, verborum luminibus exornarunt, & populi iudicio cõtenti, quid de ſe philoſophi ſentirent, penitus neglexerunt. Hanc igitur foreſem eloquentiam philoſophi ſpreuerunt, non illam doctam & elegantem, quam in Platone & Ariſtotele videmus. Spreuerunt, inquã, quoniam ab adminiſtratione Reipublicæ remoti, ſuis tantum ſtudiis vacabant. Subdit ibidem Cicero: Ira & doctis eloquentia populariſ, & diſertis elegans doctrina defuit. Doctis, id eſt, philoſophis: diſertis, oratoribus, qui tantùm foreſi eloquentia inſtructi, philoſophiam non attigerunt.

Exercere rhetoricen apud Grammaticos. Quintil.lib.2.cap.1.

Rhetorica, rhetoricorum {ῥητορεία.} Cic. de Fato, Rhetorica mihi noſtra ſat nota.

Rhetorici, rhetoricorum, maſc.g. {ῥητορικοὶ} Libri de Rhetorica ſcripti. Quintil.lib.3.cap.1, Poſt quem tacere modeſtiſſimum forer, niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret. De Cicerone. Idem numero quoque ſingulari vſus eſt lib.3.cap.5, Sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifeſtum eſt.

Rhetoricus, pen.corr. Adiect. {ῥητορικὸς} Quod ad rhetorem ſiue rhetoricen pertinet. Cic.2.de Orat. Rhetoricis nunc quibuſdam libris quos tu agreſtes putas.

Ars rhetorica. Quintil.lib.2.cap.17.

More rhetorico loqui. Cic.1.de Orat.

Rhetoricè, pen.corr. Aduerbium. Cic.de Clar.Orat. Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt. Rhetoricè, id eſt, elegantèr, copioſè, electis verbis & ornatis, qualibus rhetores vti ſolent. Tragicè, grauiter, & verbis grandibus quibus tragici vtuntur.

Rhetoricoteros, pen.corr. {ῥητορικώτερος} Magis rhetor. Cic.3.de Orat. Quæ quum dixiſſet, in Albucium illudens, ne à me quidem abſtinuit, Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero tu ſis. Verſus eſt fictus à Cicerone ad antiquum morem. Rhetoricotero dixit pro rhetoricoteros. Veteres enim s finalem frequenter elidebant.

Rhetoricor, pen.corr. rhetoricaris {ῥητορίζω} rhetoricari, Rhetoricorum more loqui.

¶Rhetoricaſti, Præteritum ab actiuo inuſitato, pro rhetoricatus es. Nouius Aſinio, Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quando te rogo. Nonius.

Rhetoriſſo, rhetoriſſas {ῥητορίζω} rhetoriſſare, Rhetoricè loqui, Pomp. Medico, Dalaſti vxorem nunc, & propter me cupis concidere, & iam rhetoriſſas. Nonius.

RHETVS {ῥῆτος} vnus Gigantum apud Horatium 3, Carm. ode 4.

Inſanus Rhetus multo laccho. Vide.1.Argon.

¶Rhetus, Centaurus quidam Ixionis filius, de quo Lucan.lib.6,

Téque ſub OEtheo torquentem vertice vullas

Rhete ferox, quas vix Boreas inuerteret, ornos. Rhetus ab aliis ſcribitur.

Rheuma, rheumatis, pen.corr. neutr.gen. {ῥεῦμα} Vnda, fluxus, catharrus, fluentum, impetus aquarum, tempeſtas, ἀπὸ τοῦ ῥέω, quod eſt fluo.

Rheumaticus, pen.corr. Adiect. {ῥευματικὸς} Qui rheumate ſiue fluxione laborat. Plin.lib.29.cap.6, Humaniſſimi eorum cinerem crematarum reſeruandum ad hos vſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

Rheumatiſma, eſt humor ille, qui ex mala, aut alias indigeſta concoctione in cerebrum aſcendens congelatur, venas exagitat, corpus ne dicam caput planè vexat, & paralyſim frequentiſſimè minatur. Cœlius lib.7.cap.27.lection.Antiquarum. Propter quod (inquit) ex cibo reſolutæ euaporationes, & arcem illam ſcandentes, ex loci frigore denſiores factæ, rheumatiſmis plerunque præſtant argumentum: ad quæ amolienda vel aliquo modo mitiganda, odores, imbecillitatis noſtræ Natura memor, ſuggeſſit.

Rheumatiſmus, rheumatiſmi, maſc.gen. {ῥευματισμὸς} Fluxio dicitur. Plin.lib.22.cap.18, Radicem eius aliqui conciſam ſeruari iubent funiculis pendentem, decoquúntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatiſmos vocant.

Rheumatiſmus ventris. Plin.lib.27.cap.12.

RHEXENOR {ῥηξήνωρ} Nauſithoi filius, & frater Alcinoi Pheacum regis, & pater Aretes, ab Apolline ſagittæ ictu interfectus. Homerus lib.7.Odyſſ.

Rhinion, rhinij, n.g. Dictum videtur quoe diminutiua, hoc eſt, à limula, quòd ad limæ ſimilitudinem cicatrices & callos oculorum deterat. *Rinn* enim lima eſt. Celſus, lib.6 cap.6, De Rhinio collyrio, Collyrium verò aptiſſimum eſt, quod Rhinion vocatur. Meminit & Galenus lib.4.cap.7. De compoſitione pharmacorum ſecundum locos. Habet item Paulus lib.7, quod Rhinarion vocat.

RHIMOTALCES, Thracum rex qui ab Antonio ad Auguſtum Octauium tranſierat. Hic quũ Cæſari Octauio petulantius, crebriúſque inter pocula ſocieratem & conuiũium exprobraret, illud ab indignato Auguſto reportauit: Ἐγὼ (inquit) τοσοῦτον χρόνον, ὅσον οὐδέπω δ' ἐκ ἐστιν, Amo proditionem, Proditores verò odi. Plutarchus. Vide Cælium Rhodiginum Lectionum Antiquarum lib.8.cap.3.

Rhineæ, ſunt nigriores caricæ. *Figues noires*. Cælius lib.16.cap.15.

RHINNEA, inſula Nomadum in mari Arabico. Plin.lib.6.cap.28.

RHINOCEROS, pen.corr. rhinocerotis, pen.prod.male.gen. {ῥινόκερως} Animal. Plin.lib 8.cap.20, Iiſdem ludis & rhinoceros, vnus in nare cornu, qualis ſæpe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam ſcit eſſe molliorem. Logitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus. Feſtus, Rhinoceroteum quidam putant eſſe bouem Ægyptium. Pauſanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum inſigni magnitudine ex naribus exeuns, alterum quod ſupernè erumpit, exiguum quidem, ſed valid. ſimum. Vide Rhodiginum. Martial. lib.1, de Rhinocerote & verſo,

Nanque grauem gemino cornu ſic extulit vrſum,

Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas.

Rhinocerotis naſum habere dicimus ſagacem & prudentem virum. Martial. lib.1.ad Librum ſuum,

Maiores nuſquam rhonchi: iuuenéſque, ſenéſque,

Et pueri naſum rhinocerotis habent. Hoc eſt, producunt mentum & roſtrum in tantam longitudinem, ac ſi eſſet cornu Rhinocerotis.

¶Rhinoceros, ponitur pro quodam vaſe oleum guttatim fundente lauantibus ſe in balneis. Martialis libro 14, Guttus corneus loquitur.

Geſtauit modo fronte me iuuencus,

Verum rhinocerota me putabis. Iuuen.Saty.7,

-exitus hic eſt

Tongilli magno cum rhinocerote lauari

Qui ſolet. Id eſt, illo vaſe ex cornu rhinocerotis facto, quo potentiores vtebantur in balneis.

Rhinoceros dicitur à ῥὶς ῥινὸς, quod naſum ſignificat: & κέρας, cornu.

Rhinocerotius, Adiectiuum. vt Cornua rhinocerotia.

¶Rhinoceros, per tranſlationẽ dicitur, qui dente eminente bronchus eſt. Lucilius,

Bronchus bouillanus dente aduerſo eminulo, hic eſt rhinoceros. Quid ſit autem bronchus, vide ſuo loco.

Rhinocliſſia {ῥινοκλίσια} alterum callæ herbæ genus. Plinius lib.27. cap 8, Alterum genus eius, quidam Anchuſam vocant, alij Rhinocliſiam folia lactucæ longiora, plumoſa, radice rubra, quæ ignes ſactos cum flore polentæ ſanat impoſita.

RHINOCOLVRA, ſiue vt Stephanus, Rhinocurara, legitur in Ægypto fuiſſe vibs, inde ita nuncupata, quod incolæ forent mutilati nares, vt Stephanus idem interpretatur, & pluribus expoſuit Diodorus. Colura nanque & Coluria dicunt, quæ caudam omnino non habẽt, aut mutilatam præciſámque habent. meminit ad Dardanum Hieronymus: ſed Rhinocolura ab eo dicitur. Cælius Rhodig lib.3.cap. 30. Strabo lib.16. Vide Senec.lib.3.de Ira cap.20.

Rhinos {ῥινὸς} pellis: hinc ῥινόβοινες, Andreas non contemptibilis author: Si Salamandræ (inquit) ſanguine, vel manum, vel omnino veſtem infeceris, nocumenta ex igne haud prorſum ſentiet. Cælius Rhodiginus lib.10.cap.10, addit: Poſtremò, animal nec corio conregitur, nec præfulcitur ſquamma. Quin eo argumento Græcus poeta ῥινόβοινον appellauit, quoniam pellem dicant rhinon.

RINTHON, Tragicus poeta, qui Iphigeniam deſcripſit. Cælius libro 16.cap.10, Mandya verò Phænolæ ſimilis habebatur, cuius meminit Iphigenia Rhinthion.

RHINTON, Vide RHYNTON.

RHIOCHARVS, nomen fluuij in Colchide. Strabo lib.10, In Colchidis autem finibus non procul à Dioſcuriade Rhiocharus flumen labitur.

RHION {ῥίον} Ætoliæ promontorium eſt. Plin lib.4.cap.2, Promontorium Antirium, vbi oſtium Corinthiaci ſinus minus mille paſſuũ latitudine influentis, Ætolóſque diriméntis à Peloponneſo. Promontorium quod cõtrà procedit, appellatur Rhion. Liuius quoque lib. 8 tertiæ Decadis, huius Rhij meminit.

RIPHAEVS, a, um, Riphæi montes {ῥιπαῖα ὄρη} montes Septentrionales Scythiæ, quorum Coſmographi omnes meminerunt. Plinius lib.4 cap.12, Græci hoc nomen in ſecũda ſyllaba non aſpirant quòd ἀπὸ τῆς ῥιπῆς, hoc eſt à flatuum vi deductum putent: quod ibi vehementiſſimi eſſe dicantur Boreæ flatus. Latini verò tenuem π, mutant in φ, ad differentiam Rhipæorum montium, qui in Arcadia, teſte Seruio collocantur.

Arces Rhiphææ. Virg.1.Georg.

Nix Rhiphæa. Stat.11. Thebaid.

Pruinæ Rhiphææ. Virg.4.Georg.

RHIPHAEI, populi iuxta Septentrionales Rhiphæorum montium accolæ. Virg.3.Georgicorum,

Geus eſt æna viſum Rhiphæo tunditur Euro.

Rhiphæos populos Riphath filius Gomer inſtituit, quos à ſe Rhiphæos nominauit, vt ſcribit Ioſephus lib.1.

RIPHEARMA, oppidum in Arabia. Plin.lib.6. cap.28, Rhipharma

oppidum, quo vocabulo hordeum appellant.

RHIPHEVS, i, o: {ῥιφεύς} vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ouid. lib. 12. Metam. Fuit & alter Rhipheus Troianus, luſtitiæ nomine Troianis omnibus prælatus: vt author eſt, Virg. lib. 2. Æneid.

RHITIMNA {ῥιτμνα.} Ptolemæo lib. 3. cap. 17. vrbs Cretæ, hodie Rhetimno, vulgò *Aretina*.

RHIVM, eſt promontorium in Achiuorum ſolum protenſum Iongius (vt ait Strabo lib. 8,) in falcis figuram intùs curuatum, vnde & Drepanum, id eſt, falcem appellant. Iacet autem inter Patras & Ægium, Neptuni templum habens.

RHIZEI, orum, populi Dardaniæ confines: Sunt in Aſia populi de quibus Strabo ita ſcripſit: Poſt Ardiæorum & Pleræorum oram maritimam Rizæorum ſinus eſt, & eorundem oppidum cum quibuſdam caſtellis.

Rhizicus, ca, cum, Rhiſicus ſinus. Apud eundem lib. 7. Poſt ſinum (inquit) &c.

RHIZIAS {ῥιζίας} ſuccus eſt ex radice laſerpitij profluens: nam qui è caulibus exprimitur, caulias appellatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

RHIZIEVM, Liſſus Oppidum eſt, & Aerolliſſus, & Epidamus, quam Corſyræi condidêre, hoc tempore dicta Dyrrachium ab Cherroneſo, &c.

Rhizes, animalia quædam in Æthiopia fœcuentia, forma Tauris perſimilia, vita verò & magnitudine, pugnandi quoque viribus Elephãtes referentia. Strabo lib. 17.

Rhizias, atque Caulias, ſucci laſerpitij dicuntur, de quibus Plinius lib. 18. cap. 3.

RHIZVS, oppidum in Magneſia iuxta Melibœam & Etymnem. Plin. lib. 4. cap. 9.

Rhœæ {ῥοιαὶ} ſunt coſtæ tenuiores molliorêſque. Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 4, Tenuiores molliorêſque coſtas Græci ῥοιὰς vocant.

RHOALI, populi in Meſopotamiæ finibus Plin. lib 5. cap. 24, Qui cohærent Meſopotamiæ, Rhoali vocantur.

RHOAS, flumen in Themiſcyrena, quod ex Caucaſo defluit. author Plin. lib. 6. cap. 4.

RHODA, æ, Rhodiorum in Gallia Narbonenſi metropolis: à quibus Rhodiis & Rhodanum dictum putant. Plin. lib. 3. cap. 14. Oppida de cætero rara, præiacentibus ſtagnis, Agatha quondam Maſſilienſium & regio Volcarum Tectoſagum: atque ibi Rhoda Rhodiorum fuit, vnde dictus multò Galliarum fertiliſſimus Rhodanus.

RHODAEI, orum. Strabo lib. 6. Cæterùm in mediterranea regione Rhodæi ſunt & Lupiæ. Item: Hinc obſeruato ferente vento, Brundiſinis propinquant portubus, & egreſſi Rhodæos vrbem Græcam pedeſtres ocyus aduentant, cuius oriundus Ennius poeta fuit.

RHODANVS, pen. corr. {ῥοδανὸς} Huius Galliæ, à Rhoda, Rhodiorum oppido, vt ait Plin. lib. 3, Adeò magni curſus eſt, vt vix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hunc amnem ex Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & verſus Occidentem, per Galliam fluens, Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem conuerſus, & Iſaram Druentiámque ſuſcipiens, apud Heracleam, vno hoſtio, & paulò vlteriùs duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit.

Gentes feræ Rhodani. Lucan. lib. 6.
Celer. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Torrens. Claud. de mulabus Gallicis.
Velox. Claud. 2. in Ruffinum.

RHODIA, æ {ῥοδία} Nymphæ marinæ nomen, Oceani & Tethios filia à roſeo, vt videtur, genarum colore impoſitum. Heſiod. in Theogonia. Eſt & vitis vuarúmque genus è Rhodo inſula primum in Italiam aduectum. Virg. lib. 2. Georgicorum,

Non ego te menſis & diis accepta ſecundis
Tranſieriim Rhodia.

RHODIA radix, Herbæ nomen proprium, de qua ſic Dioſcorides, lib. 4. cap. 41, Gignitur Rhodia radix in Macedonia, Coſto ſimilis, leuior, inæquabilis, quæ contrita roſas redolet. Vtiliſſima capitis doloribus, ſi madefacta, fronti & temporibus cum roſaceo mentho imponatur.

RHODIGIA Iacoba, mulier quædam Rhodigina, quæ malo genio correpta, à Cæſio compatriota deprehenſa eſt mendax in futurorum admonitionibus. Dæmoni malo nomen erat Cineinnatulus. Cælius lib. 8. cap 18.

RHODIGINVS Cælius, ex Rhodigio Inſubriæ oppidulo, homo tantæ lectionis, ſcientiæ, ſapientiæ, vt verè eum anterioribus omnibus humanarum literarum ſcriptoribus palmam præripuiſſe liberè, veréque pronuntiem: noſtris vixit temporibus, quem tamen ex ſolis ſcriptis cognouimus. libros lectionum variarum 30. bibliothecam diuinam, poſteritati tradidit.

Rhodinus, pen. corr. {ῥόδινος} Adiectiuum à rhodos, quod latinè roſam ſignificat. Vnde Rhodinum oleum, quod roſaceum noſtri nuncupauerunt. Plin. lib. 15. cap. 7, de oleo factitio loquens. Sic & rhodinum è roſis, iuncinum è iunco, quod eſt roſaceo ſimillimum.

Rhodinum, aut cum adiectione Oleum Rhodinum. Plin. lib. 13. cap. 1, Itaque ſimpliciſſima Rhodini miſtura diu fuit, additis omphacio flore roſæ.

Rhodites {ῥοδῖτις} gemma à roſæ rubore nomen ſortita. Plinius lib. vltimo cap. 11.

Rhododaphne {ῥοδοδάφνη} Frutex eſt quem alio nomine vocant Rhododendron, Florem habens ſimilem roſæ, folium autem indeciduum, ſimile lauri foliis, vnde Rododaphne appellatur, nomine ex roſa & lauro compoſito: ῥόδον enim Græci appellant, quam nos roſam, & quam nos laurum dicimus: illi vocant Daphnin.

Rhododendros {ῥοδόδενδρος} quaſi roſa arborèſcens dicta. Frutex eſt qui & nerion & rhododaphne dicitur à flore roſeo, & folio laureo, eam ait eſſe Barbarus, quæ vulgò *Subina herba* dicitur, officinis tamen *oleander* appellatur. Plin. lib. 24. cap. 11, Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuent Latinum: rhododaphnen vocant aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum eſſe, homini vero contra ſerpentes præſidium, ruta addita, & è vino pota. Pecus etiam & capræ, ſi aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

Rhodonia {ῥοδωνία} locus vbi roſæ enaſcuntur, ſicut Ionia locus in quo violæ excreſcunt, quæ vocantur ia, & Rhoduntia ola. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 10, Ionia ſi accentiunculum in poſtrema recipiat apud Græcos, locùm ſignat, vbi violæ naſcuntur, quæ dicuntur ia, quod probat Libanius: ſicuti Rhodonia, vbi roſæ. Sunt qui plantam ipſam eo nomine intelligant: quanquam eſt & ganeati genus condimenti Rhodonia, in Athenei monumentis. Sed ῥοδωνία, inquit κοπὶς nuncupatur quoque, id eſt ola rhoduntia: cõcinnabatur auium cerebellis ac porcorum in roſa decoctis, numeroſiore addito item garo, oleo, vino, pipere, ouorum luteis, quæ is vocat τῶν ὠῶν τὸ χρυσοῦ.

RHODOPE, oppidulum eſt Emporienſiũ, quod plerſque à Rhodiis conditum fuiſſe tradunt. Strabo lib. 3. Plin. Rhodopes in Epiro commorat. lib. 4. cap. 1.

RHODOPE, pen. corr. {ῥοδόπη} Mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina ibi ſepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Sed Ouidius ipſam Rhodopen conuerſam tradidit, quòd deos aſperna retur. Virg. 8. ecloga,

dutis in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Quáque redit medium Rhodope porrecta ſub axem. Virgilius, 3. Georg. Id eſt, inquit Seruius. Quà Rhodope mons Thraciæ protentus in Orientalem plagam, Gammaides in Septentrionalem reflectitur. Nam ideò ait, R. dit ſub Axem. Nam axis eſt Septentrio, qui Græcè ἄρκτος nominatur. Nunc vocatur Baſiliſſa Βασιλίσσα, quaſi mõtium regina. Aliis mons argenti dicitur, propter argentifodinas, quæ illic ſunt frequentes.

Glacialis Rhodope. Ouid. epiſt. 2.
Thracia. Senec. Hercul. OEthæo, 12.

Rhodopeius {ῥοδοπήϊος} Poſſeſſiuum, quinque ſyllabarum. vt Orpheus Rhodopeius, Id eſt, Thracius. Ouid. 10. Metam.

RHODOPIS {ῥοδῶπις} Meretrix fuit quædam Thraciæ miræ pulchritudinis, quæ vnà cum Æſopo captiua fuit. Illam Charaxes Mitylenæus frater Sapphus maxima pecunia redemit, vt Herodotus ſcribit lib. 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epiſtola ad Phaonem apud Ouidium, 21. Hanc eandem Plin. libro 36. cap. 12, pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe ſcribit, ne quis opes regum miretur: vt maiore ſit miraculo, eam tantas opes meretricio quæſtu conquiſiſſe aſſeríque vnà cum Herodoto, illam Æſopi philoſophi conſeruam & contubernalem fuiſſe.

Rhodora herba. Plin. lib. 24. cap. 19, Rhombotinum (inquit) arborem demonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc viduam vite naſcitur herba, quam Galli Rhodoram vocant: caulem habet virgæ ſiculneæ modo geniculatum, folia vrticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum. Præcipua cõtra tumores, feruoréſque & collectiones, &c.

RHODOS {ῥόδος} Nomen vrbis, vt ait Strabo, ſuper Orientali promontorio ſita, dicta quòd capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Nomen etiam hodie retinet. Ea portubus olim & viis & mœnibus & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, vt nulla putaretur æqualis: legum præſtantia & naualis rei peritia adeò valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piraturam latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs eſt, quam Plinius Lyciæ, & primam Cycladum ſcribit eſſe venientibus ab Oriente. Hæc inſula noningentorum ac viginti ſtadiorum ambitu patet, inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Leſbus & Cyprus maiores habentur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Scadia, poſteà Telchin, eo quòd Telchines inſulam incolerent, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuiſſe tradũt, qui æris & ferri fabricam inueniſſe dicuntur. Author Strabo lib. 14, Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari adſignãt, vt ex Luciliano verſu intelligi licet. Carpathium Rhodos in pelagus ſe inclinat apertum. Soli ſacra eſt, qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus, Rhodum ab ea nominauit, vt Diodorus lib. 6. refert. Nam vt Solinus author eſt, nunquam ita cælum nubilum eſt, vt in ſole Rhodos non ſit. Diodorus Siculus lib. 6. cap. 13, Neptunus iam vir, ex alia Telchinum ſorore ab ſe dilecta genuit liberos mares ſex, fœmellam vnicam nomine Rhodon: à qua & inſula cognominata eſt. Pindarus etiam à Rhodo nympha dictam ſcribit, ſed quæ fuerit Apollinis & Veneris filia. Alij à roſa nomen ducunt, quæ Græcè ῥόδον vocatur: vel quòd locus ille pulchras ferat roſas: vel quòd dum vrbs ædificaretur, in fundamentis inuenta ſit roſa. Aurum Rhodi pluiſſe ob fœlicitatem inſulæ cecinit Pindarus, vbi ſtudia liberalium artium, & in primis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis Coloſſus. In ea etiam vrbs opulentiſſima Lyndus, ex qua Cares ſtatuarius qui Coloſſum extruxit. Gymnaſium habuit Aſiatica eloquentia & mathematicis ſtudiis clariſſimum. Vide Vitruuium in præfar. lib. 6, Dicta etiam eſt Aſteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœceſſa, Atabyria ab rege. Plin. lib. 5. cap. 31.

Aſpera Rhodos. Stat. 2, Sylu. 1.
Clara Rhodos. Horat. Carm. lib. 1. ode 7,

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitilenem: vel quod in ea nũquam (vt ait Plin lib. 2. cap. 62,) tanta nubila obducantur, vt non aliqua hora Sol cernatur: vel quòd clara, nobilis & illuſtris fuit libertate, re maritima, Romanorum amicitia, rebus geſtis, pictura, & artibus etiam liberalibus, quas ibi magni viri ſunt profeſſi, & in his Poſidonius & Molo, cui Cicero & Cæſar operam dederunt.

Nobilis. Catull. de Phaſelo, &c. 4.
Phœbea. Ouid. 7. Metam.
A Rhodus ſiunt adiectiua Rhodius, & Rhodineſis, & Rhodiacus.
Vitis Rhodia. Virg. 2. Ceorg.

RHODVNTIA, eſt locus ſane munitus, apud Heracleam, non procul ab antiqua Thracide. Strabo lib. 9.

RHODVSSAE,

RHODVSSAE, duæ inſulæ in Boſphoro ante Propontidem & Helleſpontum. Plin. lib. 5. cap. vltimo.

Rhœas, tertij generis papauer, quod noſtri appellant papauer erraticum. Plinius libro 19. cap. 36.

Rhœas {ῥοιὰς} dicitur, quum angulus oculi ex lateꝛe quadam cauſa receſſerit, aut praua curatione ſublatus fuerit, vt lachrymas continere non amplius poſſit: ſed humorem dimittat. Galenus in libro finitionum medicæ artis.

Rhœba {ῥοιβά.} Galenus in libro de cauſis morborum. Intempeſtiui autem, & vehementiores motus labefactant membra, ac in quam minimè ſit opportunum partem circumagunt. Crura etenim ex ipſa ianitentium corporum grauitate, aut ad exteriora, aut ad interiora vertuntur, vt magis ad hæc quàm ad illa primum tibiæ momentum declinet: quibus enim eſt rectior, quàm natura conueniat, bleſa fit magis: quibus autem cauior, efficitur Rhæba. Voco autem bleſum, quod ad exteriora conuertitur: Rhæbum autem, quod in contrariam partem.

RHOEBVS {ῥοῖβος} equus fuit Mezentij apud Virgilium lib. 10. Æneid. Rhœbe diu, reſi qua diu mortalibus vlla eſt
Viximus, &c.

RHOEDIAS, fluuius Macedoniæ, qui in Axium influit. Plinius libro 4. cap. 10.

Rhoeo {ῥοιὸ.} Cælius lib. 7. cap. 5, Vino autem veritas attribuitur: hinc Græci, οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγονται. Superſpondij verò id loco fuerit: Staphylum Dionyſij filium, ῥοιὸν, id eſt, Rhoeo, filiam ſuſceꝑiſſe, quam Apollo compreſſit: id vbi reſciuit pater, cõiectam in arcam demiſit in mare.

Rhœſus, Vide RHESVS.

RHOETACES, fluuius in Armenia qui ex Caucaſo monte in Arabonem influit: Arabo autem in mare Caſpium intrat. Strabo lib. 11.

RHOETVS {ῥοῖτος} Martubiorum Rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam, hanc priuignus ſtupratur. quo cognito quum eum pater perſequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille, ſe ad Turnum contulit. Hæc Seruius in illud Virgilij 10. Æneid. Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetuſta
Anchemolum, thalamos auſum incettare nouercæ.

RHOETEVM, pen. prod. {ῥοίτειον} Troiadis oppidum, vbi fuit Aiacis Aſylum, inquit Seruius: ſicut in Sigeo, Achilliis. Inde Litora Rhœtæa apud Virgilium 6. Æneid.

Quidam Rhœæum montem Troianum fuiſſe dicunt, in quo Aiax Telamonius poſtquam ſeipſum interfecit, ſepultus fuit. Vnde Rhœteus & Rhœteius.

Capax Rœteum. Ouid. 4. Faſt.
Oræ Rhœteæ. Virg. 3. Æneid.
Profundum Rhœtheum. Ouid. 11. Metam.

RHOETI, Populi ſunt, quos Strabo lib. 4. & Vindelicos in iis Alpium partibus collocat. quæ ad orientem & Auſtrum ſpectant, vt ſint Heluetiis & Boiis finitimi. Horat. 4, Carm. ode 4,

Videre Rhoeti bella ſub alpibus, &c.

Rhoites {ῥοῖτης} vinum ex malis punicis expreſſum, quæ Græci ῥοιὰς appellant. Dioſcorides lib. 5. cap. 25.

RHOLVS, Vnus ex his architectis qui Lemnium Labyrinthum ædificarunt. Plin. lib. 36. cap. 13.

RHOMBIS maior & minor, nomina ſunt locorum in Mæotide, de quibus ita Strabo lib. Geographiæ, 11, Nauigantibus ſecus terram, & ad octingenta ſtadia Tanaide progredientibus, primùm eſt is qui magnus Rhombites dicitur, vbi piſcatio multa eſt, & condituræ aptæ: deinde alterum octingentorum ſtadiorum interuallo, eſt minor Rhombites. quod promontorium non adeò piſcibus abundat. Maiores Rhombitani inſulas habent ſtationibus plenas, &c.

Rhombus, rhombi, maſc. gen. {ῥόμβος} Græca vox eſt, ſignificátque figuram quadratam ſolidam, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli verò obliqui terrapleuros, id eſt, quatuor laterum. Hic ſi in tertiam iactetur, voluitur ad ſimilitudinem ferè cylindri. Vtebantur eo malefici mulieres ad deducendam lunam tortis filis confecto. Martialis lib. 9,

Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo.

Rhombus, eſt quadrilatera figura, quæ tamen rectiangula non eſt: ſicut Rhomboides, quod in contrarium collocatas lineas, atque angulos habet æquales, nõ autem rectis angulis neque lateribus æquis continetur. Rhombus item apud Theocritum eſt magicum inſtrumentum. Corymbum ab Athenienſibus quidam dici putant. Apollonij interpres Rhombum eſſe rotulam dicit, quam lotis diuerberatores circumagunt, atque ita ſonum inde eliciunt. Quidam etiam Didymon vocant Rhombum dimidiatum. In re militari etiam tranſformatum in triquetrum, cuneum ſeu roſtrum vocamus. Rhombus ſtrumba, ſeu bombix. Rhombus, iaculi eubratio, apud Pindarum, quæ ſine rorata vertigine non fiat. Cælius Rhodigin. lib. 9. cap. 22.

Rota ſtaminea rhombi. Propert. lib. 3. eleg 6.

¶Rhombus, Piſcis, quem Græci alio nomine λῦτταν vocant, vt ſcribit Athenæus lib. 7. in extremo. A figura autem Rhombus appellatus eſt. Nos Galli noſtra lingua *turbinem*, & *turbonem* nominamus. Piſcem fuiſſe magni pretij declarat Horat. Saty. 11. lib. 2. Iuuen. Saty 4,

Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris. Martialis lib. 1,
Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella. Sic Plin. lib 32. cap. 9.

Grandes rhombi. Horat. 2. Serm. ſaty. 2.

¶Rhombus, Torques, ſiue machinula illa, quam verrendo mulieres tramam ad lanicium nent.

Rhombus faſciæ genus apud Galenum in lib. de faſciis.

Rhomphæa, rhomphææ {ῥομφαία} Genus gladij Valer. Flaccus lib. 6, ripitur à Flacco hoc loco, licèt à Græcis ſcribatur cum diphthongo ῥομφαία. Liu. 1. ab Vrbe, Thracas quoque Rhomphææ, ingẽtis & ipſæ longitudinis, inter adiectos vndique ramos impediebant.

Rhonchus, rhonchi, maſc. g. {ῥόγχος} Stertentis ſonus, nomen fictitium. Martialis lib. 1,

Maiores nuſquam rhonchi: iuuenéſque ſenéſque,
Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Rhonchiſſo, rhonchiſſas {ῥογχίζειν} rhonchiſſare, Stertere. Plautus,

Cyathiſſat dum cœnat: dum dormit, rhonchiſſat.

Rhonchiſonus, rhonchiſoni, pen. corr. Qui ſonat rhonchos, & deriſor eſt. Sidonius,

Nec nos rhonchiſonos rhinoceronte notat.

Rhopalos herba, quam alij Nymphæam, alij Heraclion nominant: Plin. lib. 25. cap. 8, Nymphæa nata traditur, Nympha, zelotypia erga Herculem, mortua. Quæ re Heraclion vocant aliqui, alij Rhopalon, à radice clauæ ſimili. Id eóque eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu geniturâque priuari. Laudatiſſimam in Orchomeno & Marathone Boeti Madon vocant, qui & ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis, foliis magnis, in ſumma aqua, & aliis ex radice prodeuntibus, flore Lilio ſimili, & quum deſloruit, capiti papaueris in caule ſecatur Autumno. Radix nigra in ſole ſiccatur, aduerſatúrque aluinis.

Rhopographia, Virgultorum ſtirpiúm que deſcriptio, qualis ad ripas amnium eſſe ſolet, vel natura vel arte facta.

Rhoptron, eſt quod nos in ianua cricum dicimus. Lyſias: Ad ſacrum rhoptrum equum deſtinauit. Cælius lib. 8. cap. 13.

RHOSOS, oppidum in Syria ad Caſium montem à quo Rhoſij, orum. Plin. lib. 5. cap. 22. Oppidum Rhoſos, & à tergo portæ, quæ Syriæ appellantur interuallo Rhoſiorum montium & Tauri.

RHOSPHODVSA, alio nomine à Stephano Rhoduſſa dicta inſula eſt maris pontici, paulùm admodum à Matra diſtans. Plin. lib 4. cap. 13.

RHOSSVS, Ciuitas in ſinu Iſſico, nõ procul ab Alexandria, Nicopoli, & Myriandro: Strabo lib. 4. & 16. Rhoſſus (inquit) inter Iſſum, & Seleuciam poſita.

RHOXALANI, populi in Scythia. Plin. lib. 4. cap. 12.

RHOXANA {ῥοξάνη} Oxyartis filia & vxor Alexandri Magni, quæ illi iam vita functo poſthumum peperit, de qua multa tum apud Qu. Curtium, Arrianum, tum apud Plutarchum in opuſculo, De Vir. & Fortuna Alexand.

RHOXOLANI {ῥοξολανοὶ} populi Septentrionales, inter Boryſthenem & Tanaim amnes, campeſtria incolentes, Strabo lib. 7.

RHVDIAE, arum, vrbs in Apuleia, de qua ſcribit in hunc modum Alexandrinus Alexander lib. 1. Genial. dictum, cap. vl. imo. Sed quia Tarenti mentio & Iliæ facta eſt, admoneor etiam Rhudiarum in Appulis ſitæ vrbis, quæ multi nominis, & famæ nõ minoris habitæ ſunt. De hac Plin. lib. 3. cap. 11.

Rhus {ῥοῦς} Fruticis genus duplicem vtilitatem habentis: ab antiquis enim ad condienda opſonia vaeniebat, & concinnandis conficiendíſque pellibus vtilis erat, vnde frutex coriarius, & rhus futorius appellatur. Plin. lib. 24. cap. 11, Rhus, quæ et ythros appellatur, frutex eſt, & huius fruticis ſemen vim habet aſtringẽdi. Refrigerandíve. Vulgò vocatur *du rhodoul*. Eo viuntur coriarij ad coria depilanda.

RHVSCENO, thuſcenonis: amnis in Narbonenſi Gallia è Pyreneis mõtibus deſtuit. Eſt in eadem prouincia vrbs eiuſdem nominis, Ruſſilio nunc nominata. Strabo lib 4, Elpyrene quidem Ruſceno & Ilibyrhis amnes exeũt, é quibus vterque eiuſdem nominis vrbem habet. Iuxta Ruſcenonem lacus eſt, &c.

Rhyas {ῥυὰς} eſt angulorum carnis aſſumptio, ob quam cauſam effluit lachryma. Galenus in libro finitionum medicæ artis.

RHYMVS {ῥῦμος} Myſiæ fluuius iuxta Alaſiam fluens, & per Mygdonium campum in Rhyndacum influens. Strabo lib. 12.

RHYNDACVS {ῥύνδακος} fluuius, teſte Strabone lib. 12. ex Aranitide oriũtum habens, qui aſſumptis ex Abrettana Myſia cum aliis, rum etiam Mecceſto, ab Anchora Abaſitica in Propontidem iuxta Boſbicum inſulam emittit.

RHYMITALCVS, vir fuit Thracius, cuius exemplo, teſte Plutarcho in vita Romuli, Cæſar ſæpe dicere conſueuerat, amare quidem ſe prodítionem, ſed proditores imagnopere abhorrere.

RHYNTON {ῥύντων} Poeta comicus, patria Tarentinus, nugator viliſſimus in agendis præcipuè fabulis, ad quem alludunt tam Varro, quam Columella, apud quos modò legitur Mython, modò Rhynton. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 3, Quis contra hanc Rhynton non dicit ſua nihil intereſſe, vtrùm his piſcibus ſtagnum habeat plenum, an ranis? Eadem verba habet Columella lib. 8. cap. 16. Athenæus lib. 3. ἀμφισταναστάσιον hunc Rhyntonem citat in comœdia Amphitryone. Cicero quoque ad Atticum lib. 1. epiſt. vlt. Nam vt ait Rhynton vt opinor, εἰ μὴν σαφῶς οὐκ οἶσθ', ἀλλ' οὖν τάχ' ἴσθι. Ad quem ſenatoſium vice prouerbij iactatum putantur alluſiſſe Varro & Columella.

Rhyparographus, ryparographi, pen. corr. Sordidarum humiliúmque rerum pictor. Plin. lib. 35. cap. 10, Tonſtrinas ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia ac ſimilia, ob hoc cognomioatus Rhyparographus, in iis conſummatæ voluptatis: quippe eæ pluris væniére quàm maximæ multorum.

Rhyphos {ῥῦφος} Puluis ſordida, fordes, puluerulentum. Galen. lib. 8, De ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. 82.

Rhyſſoſis {ῥύσωσις} morbus eſt oculorum, quem Latinè Rugarionem appellamus. Cælius lib. 7. cap. 20.

Rhythmus, rhythmi, maſcul. gen. {ῥυθμὸς} Latinè numerus dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 4, Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem: ſed qua cœperunt ſublatione ac poſitione ad finem vſque decurrunt. Diomedes, Rythmus eſt verſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationémque continens. Differt à metro: quia temporum, ſyllabarum, pedúmque congruentia in infinitum multiplicatur ac profluit.

Rhythmicus, pen. corr. {ῥυθμικὸς} vt Muſicus dicitur, qui numeros in cantu vel in prolatione aut ſono obſeruat. Cic. 3. de Orat. Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac Muſicorum acerrima norma dirigenda.

Rhytium, genus vaſis. Martialis lib. 2, ad Phœbum,

Quu n ſint erura tibi, ſimulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteris Phœbe lauare pedes?
Rhythium, rhytij, Vide Imbricium, in IMBREX.

R I

Rica, ricæ, Quadratum veſtimentum fimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo vtebantur Flaminicæ. Alij dicunt quò ex lana fiat ſuccida alba. quod conficiunt virgines ingenuæ patrimæ matrimæ ciues, & inficiatur cæruleo colore. Hæc Feſtus. Plaut. Epid. 5,
Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum. Nonius, Rica eſt quod nunc ſudarium dicimus.
Rica, Genus veli quo mulieres capita tegunt. Dictum à ritu, vt Varro author eſt, quòd à Romano ritu ſacrificia fœminæ quum faciunt, capita tegunt.
Ricula, Diminutiuum, pro Sudario ponitur, apud Feſtum. Nonius, pro capitris quodam velamine poſitum refert. Turpil. Velitern.
Ducit me ſecum, poſtquam ad ædem venimus, veneratur deos.
Interea aſpexit virginem geſtantem in capite riculam indutam oſtrinam.
Ricinium, ricinij, neut. gen. palliolum eſt fœmineum breue. Author Nonius Marcellus. Varro de vita populi Romani lib. 1, Et quo mulieres in aduerſis rebus ac luctibus, quum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſteà inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt. Cic. lib. 2. de legibus, Extenuato igitur ſumptu tribus riciniis, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Varro lib. 4 de Lingua Latina ricinium dictum putat, quòd eo vterentur duplici, ab eo quòd dimidiam partem retrorſum iaciebant, à reiiciendo. Idem περὶ ποιήτων, Nihilo magis dicere mulierbre, quàm de multebri ricinio palliolum ſimplex. Ricæ, & riculæ, inquit Feſtus, vocantur parua ricinia, vt palliola ad vſum capitis facta. Quidam Ricinus ſcribunt. Vide RECINIVM.
Riciniatus, pen. prod. Adiect. Ricinio indutus. Arnobius lib. 6. aduerſus gentes, Fronte Ianus ancipiti, ricinia tappiter.
Ricinus, ricina, ricinum, apud Nonium, vt Mitra ricina. Varr. Prometheo lib. 1. Aliæ mitram ricinam, aut mitram melicenſem.
¶Ricinus, pen. prod. κυνοραφὲς, κρότων, Genus vermis, canes acrius atque boues infeſtans. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, quòd muſcæ, & ricini & pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) eas exulcerare. Plin. lib. 22. cap. 18, Et ricinos canum necant. Colum. lib. 6. cap. 2.
Ricini quoque ouium ſunt. Cato de Re ruſt. cap. 103.
¶Ricinus { κῖκι } Frutex grana ferens ricinis animalibus ſimilia vnde nomen traxit. Græcis, Cici, appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7, Proximum ſit & è Cici arbore in Ægypto copioſa: alij crotonem, alij trixin, alij ſeſamum ſylueſtre appellant. Et paulo poſt, Noſtri eam vocant ricinum, à ſimilitudine ſeminis. Vulgus noſtrum hodie vocat *palmam Chriſti*. Cuius ſemine & granis exprimitur oleum cibis fœdum, lucernis emplaſtriſque vtile, ricinium appellatum, inquit Dioſcorides. lib. 4. cap. 158. Galenus Cicinninum vocat. Cæterùm, ricinũ, Herruſci phaſelum Romanum appellant.
¶Ricinus, Aliter. Plin. li. 23. cap. 7, Mori germinatione prius quàm in folia exeant, ſiniſtra decerpi iubentur futura poma, ricinos Græci vocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinem ſiſtunt adalligati.
Ricto, rictas, rictare, Eſt leopardorum quum vocem emittunt. Vide MINARRIO.
Rictus, Vide RINGO.
Ricula, Vide RICINIVM.
Rideo, rides, riſi, riſum { γελάω, μειδιάω, μειδιάσμαι } ridere, Notæ ſignificationis Gell. lib. 1. cap. 19, Rex, quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Cic. 5. Verr. Ridere conuiuæ, cachinnari.
Ridere ore catuli gallicani, eſt turpiter & latè inter ridendum os diducere, vt patulus erat oris rictus canibus gallicis venaticis. Catullus,
Ridere catuli ore gallicani. Turneb.
Fletu miſto riſit. Stat. 9. Thebaid. 16.
M. Craſſus ſemel in vita riſit, ex quo vocatus ἀγέλαστος. Cic. 5. de Finibus.
Rideo tibi. Plaut. Trucul. 19.
Alicui ridere. Virgil. 5. Æneid.
¶Ridere aliquem, pro Deridere. Terent. Adelph. 4. 2. Cic. de Aruſp. reſp. Quum riſeritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.
Riſi niuem atram, téque hilari animo eſſe & prompto ad iocandum valde me iuuat. Cic. Qu. fratri, lib. 2.
Ridet amatorem Lida puella ſuum. Ouid. 2. Faſt.
Verſus alicuius ridere. Horat. 1. Serm. ſaty. 6.
Ab omni conuentu rideri. Horat. 1. Serm. ſaty. 7.
Ridere de re aliqua. Cic. ad Attic lib. 14, De hæreſi Veſtorina, & de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere.
Ridere vitia, pro de vitiis. Tacitus in lib. de moribus Germanorum, De ſeueritate in adulteriis puniendis, Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur: hoc eſt, Nemo coniuendo vitia probat, vel excuſat: nemo arridet, applaudit & blanditur vitiis, nemo vitiis prætexit illud, ſic ſeculum eſt. *On ne s'en ſuis que rire, C'eſt le temps.*
Ridere in ſtomacho. Cic. ad Cælium, lib. 2, Hoc aſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere.
Ridere riſum. Cic ad Gallum, lib. 7. 26, Videris mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον.
Intempeſtiuè ridere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Dulce Venus riſit. Ouid epiſt. 15.
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. Horat. 1. epiſt. 7.
Æquora Ponti tibi rident. Lucret. lib. 1.
Domus ridet argento, Splendet. Horat. 4. Carm. ode 11, Acron,
Fortuna ridet vultu ſereno. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4.
Tempeſtas ridet. Lucret. lib. 5.

Deos ridet inulté. Ouid. 3. Amor. eleg 3.
Rideo canterio, Prouerbium eſt, quod Sinnius Capito interpretatur de iis, qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Sulpitius Galba, quum in prouinciam exiens ad portam ipſam Canterium ſuum animaduertiſſet cecidiſſe, rideo, inquit, Canteri te iam laſſum eſſe, quum tam longum iter iturus, vix ſis ingreſſus. Feſtus.
Ridens, Participium { γελῶν. } vt Arridere ridentibus. Horat in Arte.
Dulce ridens. Catul. ad Leſbiam, 48.
Vndæ ridentes. Lucret. lib. 5.
Ridendus, Aliud Particip. { γελαστέος. } Horat. 1. epiſt. 1,
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus.
Ridibundus, Adiectiuum { μειδιᾶν } Abundè ridens. Plaut. Epid. 9,
Illam ridibundam, atque hilaram huc adduxit ſimul. Vide Gelliũ lib. 11. cap. 15. vbi latè de his quæ in bundus finita ſunt diſſerit.
Ridiculum, ridiculi, pen. corr. { γελοῖον } Sermo riſum excitans. Terent. Andr. 3. 1,
Hui, tam cito? ridiculum. Idem Eunucho, 5 7,
Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, ſciebam. Cic. 2. Verr. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur.
Sæpe etiam ſententioſè ridicula di. untur. Cic. 2. de Orat.
Eludere ridiculum ridiculo. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Eſt ridiculum ad ea quæ habemus, nihil dicere, &c. Cicero pro Archia.
Eſſe in ridiculo, Vide IN.
Haberi in ridiculo, Vide IN.
Iacere ridiculum, & Mittere, Vide IACIO & MITTO.
Iteratu ridiculum, Vide ITER.
Per ridiculum. Cic 2. Offic. Quum ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuerè, maledicè, contumelioſéque dicitur.
Ridiculus, pen. corr. Adiect. { γελοῖος, καταγέλαστος } Qui aliis riſui eſt, & de quo alij ridenr. Terent. Eunucho, 2 3,
At ego inſorlix, neque ridiculus eſſe, neq; plagas pati poſſum. Cic. Verr. 4. Hoc poſtulatum de ſtatuis ridiculi eſſe videatur ei, qui rem ſententiámque non perſpiciat. Plaut. Sticho, 4,
Iocos ridiculos vendo, agite licemini.
Ridiculus propriè dicitur, qui in rebus turpibus ridetur. Feſtus.
¶Ridiculus, facetus, quíque dicerer ea quibus homines riderent, non ipſe rideretur. Cic. in Bruto, Cn. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris ſimile quicquam: is quum Tribunus plebis Curionem & Octauium Conſules produxiſſet, Curióque multa dixiſſet ſedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus: Nunquam, inquit, Octaui collegæ tuo gratiam referes: qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodie te iſtic muſcæ comediſſent. libro eodem, Longè autem poſt natos homines improbiſſimus C. Seruilius Glaucia, ſed peracutus, & callidus, cumprimíſque ridiculus. Id eſt, facetus, cuius etiam iocũ lib. 2. de Orat. ponuntur.
¶Ridiculiſſimus, antiquum. Plaut. Sticho, 6,
-euge quando
Adbibero, alludiabo, tum ſum ridiculiſſimus.
O rem ridiculam? Catul. ad Catonem, 52.
Facie magis quàm facetiis ridiculus. Cic. Attic. lib. 1. 8.
Poema ridiculum. Horat. 2. epiſt. 1.
Multa Græcorum ridicula & falſa. Cic. 2. de Orat.
Ridicularius, Adiectiuum, antiquum { γελοιαστικὸς } Idem quod ridiculum. Plaut. Trinum. 4,
Sed hoc animum aduorte, auſer ridicularia. Gell. lib. 4. cap. 20, Qui iurabat cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit.
Ridiculè, pen. corr. Aduerb. { γελοίως. } Terent. Adelph. 4. 5,
-hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridiculè: aduerſúmne illum cauſam dicerem,
Cui veneram aduocatus? Cic. 1. de Orat.
Non modò acutè, ſed etiam ridiculè ac faceté.
Riſio, riſionis, Verbale { μειδίασις, γέλασις. } Plaut. Stich. 12,
-quot ego
Voluptates fero, quot riſiones, quot iocos.
Videres incantata lacertis vincula cum riſu, & ioco. Horatius 2. Serm. ſaty. 9.
Riſor { γελαστὴς } Aliud verbale. Horat. in Arte,
Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conueniet Satyros.
Riſus, huius riſus, maſc. g. Idem quod Riſio. { γέλως, μειδίασμα. } Plaut. Milite, 80,
Nequeo hercle quidem riſu meo moderarier.
Riſu blando fraudem prætexere. Claud. 1. in **Rufinum.**
Gratus riſus. Horat. 1. Carm. ode 9.
Ineptus. Catul. in Egnatium, 37.
Lachrymoſi. Stat. 6. Thebaid.
Lentus. Horat. 2. Carm. ode 16.
Multus. Horat. 4. Carm. ode 13.
Obſceni. Ouid. 2. Triſt.
Soluto riſu ludere. Virg. 2. Georg.
Teneri riſus pueri. Claud. 2. Paneg.
Tremulus. Lucret lib. 2.
¶Adimere riſum, Vide ADIMO.
Captare. Cic. 2. Tuſcul. Epicurus ea dicit, vt mihi riſus captare videatur.
Mappa compeſcere. Horat. 2. Serm. ſaty. 8.
Riſus non bene componitur ore mendaci. Tibul. lib. 3. eleg. 7.
Conciliatur riſus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Concitare riſum. Cic. 2. de Orat. Atque illud primum quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur, vbi ſit, quo modo exiſtat, atque ità repentè erumpat.

Conſe-

Conſequutus eſt riſus. Cic. Metello, lib. 5. 2, Viſa eſt oratio non inucunda, & mediocris quidam eſt riſus conſequutus. Idem ad Quint. frat. lib. 2. 10, Magni riſus conſequebantur. Vide CONSEQVOR.
Conſumere riſum, Vide CONSVMO.
Continere, Vide CONTINEO.
Dare riſus alicui. Horat. 2. Serm. ſaty. 5.
Edere riſum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 13, Memini quum hominem portarem ad Baias, &c. miros riſus nos edere.
Elicere riſum alicui. Iuuen Saty. 7.
Riſus eſt de. Cic. 2. Philip. Qui riſus hominum de te erat?
Excipere aliquid riſu & oſculo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Excitare riſum, Vide RIDEO.
Excutere ſibi riſum. Horat. 1. Serm. ſaty. 4.
Riſus factus eſt. Cic. 6. Verr. Riſus populi atque admurmuratio omnium facta eſt.
Mereri riſum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Mouere riſum. Cic. ad Attic. lib. 6, In quo tamen ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet.
Mouere riſum facto aliquo, vel ipſo vultu. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Vnde oriebantur riſus, dulcéque cachinni. Lucret. 5.
Quatere populum riſu. Horat. 2. epiſt. 2.
Soluentur riſu tabulæ. Horat. 2. Serm. ſaty. 1.
Tenere riſum. Cic. de Clar. Orat. Equidem in quibuſdam riſum vix tenebam.
Tollere riſum. Horat. in Arte.
Riſus Sardonius: *Rire d'hoſte*, apud nos, Ridere riſu Sardonio in eos dictum, qui præferunt lætitiam, cùm intus angantur curis, quíque blanditiis velant odium, riſus Sardonius dicitur, quòd in Sardinia Apiaſtro ſimilis herba naſcatur, cuius eſus deducto ore velut ridentes homines mortem oppetere cogit.
RISVS, Idoli nomen. Deum enim riſuum multi olim populi, riſu, geſticulatione, ſummáque lætitia coluerunt. Lilius Syntag. 1. lib. Hiſtor. Deorum: Riſus ſimulachrum, vt Dei, Lycurgum apud Lacedæmonios erexiſſe teſtis eſt Plutarchus. Putabat enim ille, Riſum laboris & modeſti victus eſſe condimentum. Apud Apuleium quoque Riſus, quod etiam interpres notat, mẽtio eſt. Hyppatenſes Theſſali huic Deo quotannis rem diuinam in ſumma lætitia faciebant γέλωτος θεῷ, id eſt Dei riſus. Pauſanias meminit.
Ridica, ridicæ, pen. corr. { κράμβη } Pedamentum vinearum. Colum. lib. 11. cap. 2, Palos vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero poteſt: ridicas autem querneas ſiue oleagineas findere, & dedolatas vtraque parte exacuere numerò ſexaginta. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8, Vnum robuſtum quod optimum ſolet afferri in vineam è quercu ac iunipero, & vocatur ridica. Colum. lib. 4. cap. 12, Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam deſyderat. Pedamentum vinearum, inquit Budæus, aut eſt ſiſſile vt ridica, quo hodie plurimùm vtimur: aut eſt teres, vt palus. Plin. lib. 17. cap. 22, Pedamenta optima quæ diximus, aut ridicæ robore, oleáque: aut ſi non ſint, pali è iunipero, cupreſſo, laburno, ſambuco.
Ridiculus, Vide RIDEO.
Rienes, antiqui vocabant Nefrundines, quia Græci eos νεφροὺς vocant: Plautus in Satyrione,
-malè tibi euenìſſe video.
Glaber erat tanquam rien. Feſtus.
Rigeo. Rigidus, Vide RIGOR.
RIGIACVM, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 9, Attrebatum ciuitas: vulgò *Arras*.
Rigo, rigas { ῥέθω, βρέχω, πατέω } rigare, Madefacere, humorem aſpergere. Plin. lib. 12. cap. 11, Rigatur arbor gelidis fontibus.
Conſpergere & rigare. Colum, lib. 5. cap. 6.
Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.
Arma cruore rigare. Virg. 6. Æneid.
Arua rigare. Horat. 3. Carm. ode 3.
Babylonica rigantur. Lucret. lib. 4.
Lux ſolis rigat cælum. Lucret. lib. 4.
Indigno teneras imbre rigante genas. Ouid. 1. de Arte.
Hortus rigatur fonte. Ouid. 5. Faſt.
Ora rigantur aquis. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Ora rigauit fletibus. Ouid. 11. Metam.
Lachrymis vultum & ora rigare. Virg. 9 Æneid.
Rore rigare. Cic. 1. de Diuinat. -que paruos
Maiortis ſemine natos
Vberibus grauidis vitali rore rigabat.
Rigant venæ ſanguinem vitalem membris. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ingenia omnium rigare. Author ad Herennium, lib. 4, Iſti cùm non modò dominos ſe fontium, ſed ſeipſos fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum ſi quum id polliceantur aliis, areſcant ipſi ſiccitate.
¶Rigari, Per metaphoram pro compleri, alij amplificari, & propagari. Lucretius lib. 2,
Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra rigantur. Lambinus.
Rigans, Participium { βρέχων } vt nimbi rigantes. Lucret. lib. 6,
Atque aliis aliæ nubes, nimbíque rigantes.
Rigatio, Verbale { βρεχή. } Colum. lib. 11. cap. 3, Sin autem ſicco loco ſeri debuerint, quod rigationem miniſtrari non expediat, menſe Feb. ſeſquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt.
Riguus, Adiect. { ὑπόῤῥυτος } Quod aquis irrigatur: cui opponitur Siccaneus. Colum. lib. 2. cap. 17, de prato loquens, Eius igitur, inquit, animaduertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum.
Amnes rigui. Virg. 2. Georg.
Hortus riguus. Ouid. 8. Metam.
Saltus rigui. Claud. 2. de raptu Proſerp.
Riguum, rigui, neut. g. ſubſtantiuum, Rigatio, vel aquæ ipſæ rigantes.

Plin. lib. 17. cap. 26, Rigua æſtiuis vaporibus vtilia, hyeme inimica, autumno varia. Paulo poſt, Circa canis ortus rigua maximè proſunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Rurſus cap. 27, Vrit vineas ſimum ſuillum, niſi quinquennio interpoſito, præterquàm ſi riguis diluatur.
Rigor, rigoris, pen. prod. { ῥῖγος } Frigiditas vehemens. Plin. lib. 8. epiſt. 8. ad Romanum, Rigor aquæ certauerit ninibus, nec color cedit. Plautus Pœnulo. 5,
Longum eſt rigorem maleficum exornarier. Colum. lib. 9. cap. 14, Quàm recentiſſimi rigoris aqua infuſa.
Rigor neruorum. Celſus lib. 4. cap 3.
Calor & Rigor, contraria. Plin. lib. 7. cap. 50.
Horridus rigor. Valer. 3. Argon.
Formoſus. Claud. de Nuptiis Honorij, 65.
¶Rigor, rapiditas, *roideur*. Vlpian. in l. 1. D. De fluminibus. ne quid, &c. Ripa autem rectè ita definitur: id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui retinens. Idem titulo ſequenti proximè, Quod autem ait, aliter fluat, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, ſed ad modum, & ad rigorem curſus aquæ referendum eſt.
¶Rigor { σκληρότης } Durities. Virg. 2. Georgicorum,
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſeriæ. Seruius.
Rigor auri. Lucret. lib. 1,
Quin labefactatus rigor auri ſoluitur æſtu. Tralatio eſt.
Rigor naturæ. Plin. lib. 7. cap. 19, Ext hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torui tatémque naturæ duram & inflexibilem, affectúſque humanos admit. Idem lib. 9 cap. 3, Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ ſtupere immobili rigore non debeat.
Rigor ſtillicidij. Scæuola in l. Olymp. §. vlt. D. De ſernit. vrb. præd.
Rigor iuris. Modeſtinus in l. Si expreſſim. D. De appel. Si expreſſim ſententia contra iuris rigorem data fuerit.
Rigoratus, pen. prod. Adiect. { σκληρόθριξ. } Plin. lib. 17. cap. 23, Traduces Gallica cultura bini vtrinque lateribus, ſi pes quadrageno diſtet ſpatio, quaterni ſi viceno, inter ſe obuij miſcentur, alligantúrque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati quà deficiant. Hoc eſt, rigidiores & firmiores facti.
Rigidus, pen. corr. Aliud adiect. { ῥῖγος, δύσκρατος, καὶ δύσκρατος } Frigidum. Virg. 2. Georgicorum,
Tellurem borea rigidam ſpirante mouerit.
Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10.
Manus rigida. Ouid. 14. Metam.
Pruinæ. Lucret. lib. 2.
¶Rigidus, Durus, Erectus, Quod non niſi ex duritie accidit. Virg. ecloga 6,
-tum rigidas motare cacumina quercus.
Æſculus rigida. Horat. 3. Carm. ode 10.
Rigida caligo. Cic. 1. Tuſculana,
Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis pendentibus,
Maximis, vbi rigida & craſſa conſtat caligo inferùm. Ex quodam poeta.
Capillis rigidis hirta canities. Ouid. 10. Metam.
Cornu. Ouid. 9. Metam.
Ibes, aues rigidis cruribus. Cic. 1. de Nat. deor.
Falces conſtantur in rigidum enſem. Virg. 1. Georg.
Ferro rigido fodit pectora. Ouid. 1. de Remed. amor.
Mons. Ouid. 8. Metam.
Mite nec in rigido pectore pone caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Roſtrum. Ouid. 5. Metam.
Silex. Ouid. 10. Metam.
Vngues. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
¶Rigidus leo, Durus, crudelis. Martial. lib. 10.
Fores. Ouid. 3. Amor. eleg 7.
Rigida innocentia. Liu. 9. bel. Maced.
Ius eſt rigidum & ineuitabile. Ouid. ad Liuiam.
Et patriæ rigida mente negauit opem, Hoc eſt, dura & pertinaci. Ouid. epiſt 3.
Minæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Mores. Ouid. 2. de Remedio amoris.
Mors Lucret. lib. 6.
Pudor. Claud. 8. Paneg.
Sententia. Plin. epiſt. 74.
Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm vt imitentur veritatem. Cic. de Claris Orat. Signa intelligit ſtatuas.
Vultus rigidus & trux. Ouid. epiſt. 4.
Rigidum & prætermodum frigidum ſignificat, & durum. Feſtus.
Rigeo, riges, rigui { ῥῖγόω } rigere. I rigere. Plin. lib. 6. cap. 13, Verum Aſiæ quoque magna portio appoſita Septentrioni, iniuria ſyderis rigentis, vaſtas ſolitudines habet. Sic lib. 8. cap. 36.
Rigent frigore partes mundi incultæ. Cic. 1. Tuſcul. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.
Rigere gelu. Liu. 1. bell. Pun. Homines intonſi & inculti, animalia, inanimáque omnia rigentia gelu, cætera riſu quàm dictu fœdiora terrorem renouauêre.
Frigore rigere. Lucret. lib. 3.
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.
Prata rigent. Horat. 4. Carm. ode 12.
Lingua riget. Ouid. 1. de Arte.
¶Rigere, Erectum eſſe, vt
Comæ rigebant terrore gelido. Ouid. 3. Metam.
Capilli metu rigent. Ouid. 2. Faſt.
Ceruix horrida riget. Ouid 8. Metam.
Ianua riget duris fulta roboribus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
¶Rigere, Durum eſſe. Virg. 5 Æneidos,
Terga boum, plumbo inſuto, ferróque rigebant.
Rigens { ῥῖγῶν } Participium: vt Artus rigentes imbri ventóque. Stat. 1, Thebaid.

Bruma rigens. Lucan. lib. 1.
Caput prædutum ac rigens. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Corpus rigens, Nullo modo flexum. Quintil. lib. 1. cap. 13, à summo ad imum rigens corpus. Alij legunt, à summis ad ima rigens opus. De Statuis & picturis.
Membra rigentia. Lucan. lib. 2.
Rigentes oculi, apud Plinium lib. 11. cap. 37. qui non circumaguntur, vt ait Budæus.
Palla rigens signis & auro. Virg. 1. Æneid.
Vestes auro & ostro rigentes. Virg. 11. Æneid.
Vngue rigente secui genas, id est duro. Ouid. epist. 5.

Rigesco, rigescis {ἐπιτήκομαι} rigescere, Frigescere.
Rigescere, Indurari. Virg. 3 Georgicorum,
Aeráque dissiliunt vulgo, vestésque rigescunt. Vbi Seruius, Rigescunt, Durantur, vt frangi potius, quàm scindi posse videantur. Plin. lib. 17. cap. 22, Vua quæ nascatur è duro rigescente.
Vbera sensit rigescere. Ouid. 9. Metam.
Lachrymæ rigescunt sole. Ouid. 2. Metam.

Rigidor, penult. corr. rigidaris, rigidari, pen. prod. Rigidum fieri. Senec. epist. 72. Flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest.
¶Rigor, Terminus est. sed hoc differt à limite, quòd limes est, quodcunque in agro opera manuum factum est ad obseruationem finium: rigor verò suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sic Aggenus in lib. de limitibus.

Riguus, rigua, rigum, Vide RIGO.

Rima, rimæ {ὀπή, ῥῆγμα, σχισμή} Fissura. Propriè rimæ dicuntur exiguæ distantiæ tabularum in iuncturis. Vnde tractum est vt omnes fissuræ, rimæ dicantur. Plinius libro 15. cap. 8, Vt formicæ, rimæque absint.
Hiantes rimæ. Lucan. lib. 1.
Agere rimas. Ouid. 2. Metam.
Naues fatiscunt rimis. Virg. 1. Æneid.
¶Plenus rimarum, dicitur qui nihil celat eorum quæ creduntur illi. Terent. Eunuc. 1. 2,
Tralatio sumpta à vase aquario fictili.
Rimam inuenire, In teriguersatores dictum qui nulla in causa tot fidei vinculis astringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur: vt ait Erasmus. Plaut. Curcul. 10,
Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit:
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperiris rimam.
¶Rimas explere dicuntur oratores, per translationem, quum verba infarciunt vt pleniorem orationem faciant. Cic. in Orat. Neque infarciens verba, quasi rimas explear, nec minutos numeros sequens concidat, delumbetque sententias.

Rimula, rimulæ, pen. corr. Diminutiuum.

Rimosus, pen. prod. A diectiuum {διαῤῥηκτός, διάῤῥωτος} Quod est rimis plenum. Colum. lib. 1. cap. 5, Quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit rimosúmque.
Auris rimosa. Id est, rimarum plena, & hac & illac perfluens, vel quæ negligenter audit, & audita statim obliuiscitur, nec memoriæ mandat. Horat. 2. Serm. saty 6,
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.
Cymba rimosa. Virg. 6. Æneid.

Rimor, rimaris {ἐκζητῶ, ἐρεύνω} rimari, & Rimo, rimas, secundum Priscianum, Diligenter quærere, scrutari, quasi rimulas quasque perquirere. Tractum à suibus, qui glandes rimantur de rimis terrarum, authore Seruio. Virg. 1. Georgicorum,
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Id est, pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes: inquit Seruius. At Nonius, rimantur exponit hîc, inhabitant. Cic. 1. de Diuinat. Sed tamen id quoque rimatur quantum potest.
Diligentissimè rimari. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Iuga rimari canibus. Claud. de bello Gildon.
Partes apertas rimari. Virg. 11. Æneid.
Vultus alicuius rimarilumine acerbo. Stat. 11. Thebaid.
¶Rimari, Scindere, & quasi in rimas agere. Virg. 3. Georgicorum,
Ergo ægrè rastris terram rimantur. Seruius.
¶Rimari, Expleri, pasci. Virg. 6. Æneidos,
-rimatúrque epulis, habitátque sub alto
Pectore. Seruius.

Ringo. ringis, rixi, rictum {σίλλω} ringere: vel Ringor, ringeris, pen. corr. Deponens, Os torquere: quod canes faciũt latraturi, vel quum ex ira in rugas deducunt os.
Ringi, Irasci, & tacitum stomachari, vt ait Donatus. Terentius Phorm. 2 2,
-quum ille & cura & sumptu absumitur,
Dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Sidonius, Multum ringitur otiosa virtus.
Ringi dicitur à narium tortura. nam ῥὶς naris dicitur, vt sit ringi, quasi narem agi, hoc est, narem torqueri, inquit Sipontinus.

Rictus, huius rictus, masc. gen. {τὸ στόμιον, siue τὸ κεχλικὸς} Est oris distentio, qualis esse solet in ridentibus: à Græcis gelasinus dicta, inquit Budæus. Martialis, lib. 3,
Quum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta.
Rictum ferarum dici volunt, inquit Nonius, cùm Titinnius author sit, hominis dici debere: vt Caue frontem excordem, labia, tupercilia, rictus. Item Pomponius Prostibulo, Quis hic est, quamobrem hic prostat, rictum & labia quum considero?
Rictus, Rixæ, Rixosæ, Ringitur, dici videntur, quia in diuersum rumpantur, contrariáque sint recto, quod vocabulum dictum videtur à regendo. Festus.
Rictus etiam ponitur pro Minaci habitu oris. Cic. 6. Verr. Vsque eò iudices vt rictus eius ac mentum paulò sit atrocius. Tractum à canibus dum ringuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11, Obseruandum

erit ne labra distorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat.
Id est os in ringentis modum formet. Budæus.
Caninus rictus. Iuuen. Saty. 10.
Rictus columbi. Plin. lib. 10. cap. 9.
Crudi. Seneca Agamemn. 9.
Rictus ad aures dehiscens. Plin. lib. 8. cap. 21.
Flexibiles rictus quadrupedis siue equi. Ouid. ad Pisonem.
Fluidi sanguine. Ouid. 14. Metam.
Fulmineus lupi. Ouid. 11. Metam.
Immanes. Claud. 7. Paneg.
Lari Ouid. 3. Metam.
Lethiferi. Claud. 1. in Rufinum.
Modici, Ouid. 3. de Arte.
Niger. Sil. lib. 13.
Oblitus spumis. Ouid. 11. Metam.
Paculi. Ouid 6. Metam.
Pestiferi. Ouid. 3. Metam. De serpente Cadmeo.
Spumantes. Ouid. 4. Metam.
Tabido rictu mœsta iacens Fames. Senec. Herc. furen. 9.
Contrahere rictum, eorum est qui mœsti aut meditabundi sunt. Budæus.
Risu diducere rictum, Ad hilaritatem impellere. Horat. 1. Serm. saty. 10. Budæus.
Diducere rictum, Os aperire. Iuuen. Saty. 10. Budæus.
Distendere rictum. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Rictum alicuius in loquendo reddere. Plin. lib. 7. cap. 12.
Nymbosóque ruunt spumantia flumina rictu. Id est, ore vehente nimbos & aquas. Sil. lib. 1.
Rictum etiam dicebatur genere neutro. Lucret. lib. 5,
Molliaricta fremunt duros nudantia dentes.

Ripa, ripæ {ἠιών} Extremitas terræ, aquæ vicina. Dicta quod aquarum agitatione rumpatur. Et propriè est fluminum vel fontium, sicut litus maris. Cæsar 6. bell. Gall. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen, ripísque præruptis. Sic lib. 5.
Ripa & Litus, pro eodem accipi videntur apud Columellam, lib. primo, capite 5, Villa semper mare rectè conspicit, quum pulsatur, aut fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulùm summota à litore.
Ripa, de mari Pontico. Plin. lib. 9. cap. 15, Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt.
Agger ripæ gramineus. Virg. 7. Æneid.
Anfractu riparum incuruus fluuius. Stat. 4. Thebaid.
Margo riparum. Ouid. 2. Fast.
Murus riparum. Plin. lib. 16. cap. 37. Hoc est, ripæ vicem murorum præbentes.
Vestitus viridissimi riparum. Cic. 2. de Nat. deor.
¶Abruptissimæ ripæ. Plinius Iunior.
Algentes. Stat. 1. Sylu. 3.
Arentes. Virg. 4. Georg.
Arundineæ. Stat. 6. Thebaid.
Decliues. Ouid. 5. Metam.
Fluuiales. Ouid. epist. 5.
Frondentes. Claud 4. Panegyr.
Geldæ. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Limosæ. Ouid 2. Amor. eleg. 5.
Mæoniæ. Mæonis Lidiæ fluuij. Ouid. 2. Metam.
Opacæ. Sil. lib. 4.
Pendens ripa. Ouid. 1. de Arte.
Peregrina. Ouid. 2. Metam.
Tacens. Stat. 4. Sylu. 3.
Trementes ripæ verbere. Id est, vndis & ventis verberatæ. Horat. 3. Carm. ode 27.
Tumentes æstate ripæ Nili. Lucan. lib. 8.
Virides. Ouid. 2. Metam.
Viridissima gramine. Virg. 2. Georg.
Vmbrosa. Horat. 3. Carm. ode 1.
¶Eodem equo aduersam ascendit ripam. Cic. 1. de Diuin.
Assuetæ ripis volucres. Virg. 7. Æneid.
Taciturna ripa caret ventis vagis. Horat. 3. Carm. ode 29.
Obliquis ripis cingere flumina. Ouid. 1. Metam.
Fluuium exrra ripas diffluentem coercere. Cic. de Clar. Orat.
Capacibus ripis effusus amnis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Habitare ripis. Virg. 3. Georg.
In viridi & opaca ripa inambulare. Cic. 1. de Legib.
Intrare ripas fluminis. Virg. 7. Æneid.
Altis ripis labuntur aquæ. Horat. Epod. 2.
Illumina radentia ripas rodunt. Lucret. lib. 5.
Tyberis ripas stringens flumine pleno. Virg. 8. Æneid.

Ripula, pen. cor. Diminutiuum {ἠιόνιον.} Cic. ad Attic. lib. 15, Itaque me referunt pedes in Tusculanum, tamen hæc παπυρεκφάλια ripulæ videntur habitura celerem satietatem.

Riparius, Adiectiuum, Quod in ripis habitat. vt Ripariæ hirundines. Plin. lib. 30. cap. 4, Ita in riparum cauis nidificantes.

Riparenses, de quibus mentio fit. C. de Re militari. L. de castris Riparensibus, erant milites, qui in imperij limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubij, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus lib 6. Alciatus.

RIPA alta {ἠιὼν ὑψηλὴ} Britanniæ locus. Ptolemæo authore lib. 2. cap. 3. Vulgò *Roxemburg*.

RIPEPORA, ciuitas ex Cordubensi conuentu populo Romano fœdere coniuncta. Plin. lib. 3. cap. 1.

RIPHAEI montes, & Riphæi populi, Vide in RHIPHAEVS, a, um.

RIPHEVS, Vide RHIPHEVS.

RIRA, æ, fluuius in Thracia, regione Astice non procul à Cherroneso Plutarchi patria. Plin. lib. 4. cap. 11.

Risagal-

Risagallum, aliàs Reagal, pharmaci quoddam genus puluerulenti, quod & virus est, & Auripicibus atque Chymistis vsui esse solet ad metallorum facilioremtractationem & fabricam. Vide Matthiolum apud Dioscoridem lib. 6. cap. 29.

RISARDIR, portus in Mauritania è regione Gaditani freti. Plin. lib. 5. capite 1.

Riscus, risci, m g. {θύλακος} authore Donato, est cista pelle contecta.
Nomen Phrygium. Seruius verò ait feneſtram esse paruam in pariete, Terent. Eunuch. 4. 6,
Abi tu, ciste llam Pythia domo effer cum monumentis.
C. Vidén' tu illum Thais? P. Vbi sita est. T. in risco. Riscus, loca in parietibus angusta. Nonius.
Riscus in mundo muliebri ponitur ab Vlpiano in l. 25. §. 4. D. de auro, & argen. leg. Pollux Riscon inter arculas muliebres memorat.

RISINVN, Liburniæ vrbs Ptolemæo libro 2. capite 17. Hodie Rhisinium.

Risus, huius risus, risui, Vide RIDEO.

Ritus, huius ritus, masc. g. {θεσμὸς, θεσμοθεσία} Festus. Ritus, mos est comprobatus in administrandis sacrificiis, siue ritus est mos vel consuetudo. Plautus Mench. 9,
Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat.
Ex patriis ritibus optima colunto. Cic. de Legib.
Quadrupedum ritus. Lucret lib. 4.
Tempestatis ritu mobilia. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Antiquus ritus. Iuuen. Saty. 10.
Barbarici. Lucan lib. 1.
Profani. Tacit. lib. 2.
¶Ediscere ritus nouos. Ouid. 2. Fast.
Exigere ritus humanos ad cælestia. Ouid. 9. Metam.
Exuere ritus. Tacit. lib. 2.
Indere ritus. Tacit. lib. 21.
Magico ritu lustrari. Ouid. 10. Metam.
Viuere latronum ritu. Cic. 2. Philip.
¶Rituis, pro ritus, genitiuus antiquus. Varr. Cato, vel de liber. educand. Itaque domi rituis nostri, qui per deum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium. Nonius.

Rites, ritis, m. g. Idem {θεσμὸς.} Stat. lib. 11. Thebaidos,
Hei mihi primitiis araram, & rite nefasto
Libatus, &c.

Rituales {θεσμοθετικὸς} nominantur Hetruscorum libri, in quibus perscripturn est, quo ritu condantur vrbes, aræ, ædes sacrentur, qua sanctitate muri, quo iure portæ, quo modo tribus, curiæ, centuriæ distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, cæteráque eiusmodi ad bellum, ac pacem pertinentia. Festus.

Ritè, Aduerbium {κατὰ θεσμὸν} A Rito verbo, secundum Priscianum, significat Rectè, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum esse credatur. Vel, vt ait Varro, quia quod fit ritè, id ratum & rectum est. Festus, Ritè, benè significat, ac rectè. Cic. 2. de Finib. Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio adhibita, primùm diuinarum humanarúmque scientia, quæ potest appellari ritè sapientia.
Ritè coli. Ouid. 13. Metam.
Deos ritè colere. Cic. 1. de Diuinat.
Perpetrare ritè sacrificium. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Testamentum ipso præsente conscribunt, testes ritè affuerunt. Author ad Heren. lib. 1.

Riualis, huius riualis, pen. prod. m. g. ablatiuo ab hoc riuale & riuali, {ἀντερασθεὶς ἀντέρως} Qui eandem amat cum aliquo: quemadmodum procus qui eandem petit. Plaut. Stichо 7,
-est amica amborus: riuales sumus. Terent. Eunuch. 1. 2,
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video
Riualis seruum.
Riuales dicti sunt, inquit Nonius, quasi in vnum amorem deriuantes. Terent. Eunuch.
Miles Thraso, Phædriæ riualis.
Amare nullo riuale Ouid. 1. Amor. eleg 8.
¶Sine riuale diligere dicuntur, qui stultè mirantur quod nemo alius cõcupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur & amplectitur: & indocti poetæ suas nugas soli diligunt. Sumpta allegoria ab amantibus quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. Extat adagium in Epistolis Ausonianis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3 24, O dij quàm ineptus, quàm se ipse amãs, sine riuali! Horat. in Arte poetica,
Quin sine riuali, téque & tua solus amares. Translatio sumpta vel à bestiis, quæ sitientes, quum ex eodem riuulo hausturn petunt, prælium contra se inuicem concitant. Vel à re rustica. Nam riuales dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis determinat, qui in certitudine & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter eos suscitat. Vide post RIVVS.
Riualis aries. Colum. lib. 7. cap. 3.

Riualitas, pen. corr. huius riualitatis, f. g {ζηλοτυπία} Dicta est æmulatio illa inter amatores. Cic. 4. Tusc. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est.

Riuinus, riuini, penult. prod. {ζηλότυπος} Idem quod Riualis. Plautus Asinar. 2,
-cedit noctem filius
Riuinus, amens ob raptam mulierem.

RIVOLTA ficca. Nomen loci, in quo contra Venetos pugnarunt Galli non procul ab Abdua Italiæ flumine. Cælius libro 5. cap. 1, Haud ita multo interiecto tempore, discordi ab hisce belli primitius exercitu Veneto, pars vna Gallûm, Prandinum oppidum haud ita ab flumine distirum inuadere cogitãtem, ducentis fermè ab fluuio passibus audaciùs adorta est inter Cassianum, Triuilium, & Riuoltam siccam, id loci nomen est, &c.

RIVSIANA, Ptolemæo libro 2. cap. 11. Germaniæ vrbs, vulgò *Gengen*.

Riuus, riui, masc. gen. {ῥύαξ} Est locus (inquit Vlpianus. D. De riuis, l. 1.) per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est, κοὶτὴ ῥεῦσα. Festus, Riuus vulgò appellatur tenuis fluor aquæ, non spe-

cu, consiliòve factus, verùm naturali suo impetu. Sed & ij riui dicuntur, qui manufacti sunt, siue super terra in fossa, siue super specus cuius vocabuli origo ex Græco pendet. Cic. in Topic. Tanquam riuorum à fonte deductio.
Aquæ puræ riuus. Horat. 3. Carm. ode 16.
Ruris riui Horat. 1. epist. 10.
Apertus riuus. Paul in l. 2. D. de riuis.
Arens, Siccus ferè. Virg. 3. Æneid.
Cœmentitius. Vlp. in l. 3. D. De riuis.
Fluens. Virg 8. eclog.
Garrulus. Ouid. 2. Fast.
Integer. Vlpian. in l. 1. D. De riuis.
Lapidosus. Ouid 3 Fast.
Mobiles. Horat. 1. Carm. ode 7.
Obliquus. Horat. 2. Carm. ode 3.
Proni. Horat. lib. 1. Carm. ode 29.
Rauci. Claud. 5. Paneg.
Saliens riuus dulcis aquæ. Virg. 5. eclog.
Siguinus. Vlpian. in l. 1. D. De riuis.
Structilis. Vlpian. in l. 3. D. De riuis.
Terrenus. Vlpian. in l. 3 D. De riuis.
¶Agit aquas riuus. Ouid. 1. Fast.
Claudere riuos. Virg. 3. eclog.
Deducere riuos, Vide DEDVCO.
Tenuis fugiens per gramina. Virg 4. Georg.
Potis riuis intyba gaudent. Virg. 4. Georg.
Riuus indigens purgatione & refectione. Vlp. in l. 1. D. De riuis.
Gelidos riuos inficere sanguine. Horat. 3. Carm. ode 13.
Riuus cum murmure labens. Ouid. 2. Metam.
Celeres riuos morari. Horat. 3 Carm. ode 11.
Reficere riuum. Vlpian. in l. 3. D. De riuis.
Aqua trepidat cum murmure per pronum riuum. Horatius r. epistol 10.
¶Riuus sanguinis. Plin. lib. 11. cap. 37.
Sanguinis riuos vomens. Virg. 11. Æneid.
Vberes riui lactis. Horat 2. Carm. ode 19.
Lachrymarum riuus. Ouid. 9. Metam.
Argenti riuus & auri. Lucret. lib. 5.
Facundiæ. Lactantius de opific. Dei, cap. vlt. Tenuis in nobis facundiæ riuus est.
Fortunæ riuus. Horat. 1. epist. 12.
¶Flumina facere è riuo. Prouerbij figuram habet, vt illud, Ex musca elephantum, Id est, è re minima rem maximam. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.

Riuulus, pen. corr. Diminut. {ῥύακιον.} Cic. 1. Acad. vt ea à fontibus potiùs hauriant, quàm riuulos consectentur. Idem pro Cælio, Nam si ipse orietur & nascetur ex fese, fortasse vt foleo, commouebor: siue autem vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis vestræ, lætabor.

Riuales {ῥύακιοι} Qui in riuis habitant. Columel. lib. 8. cap. 15. Datur cammarus, & riualis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.
¶Riuales. Vlpian. in l. 1. D. De aqua quotidia. & æstiu. Si inter riuales, id est, qui per eundem riuum aquam ducunt, sit contentio de aquæ vsu, &c. Idem l. 3. eodem tit. Is qui ius aquæ quotidianæ habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere potest: dummodo ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.

Riua-im, pen. prod. A duerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Quæ igitur ratio facit, vt riuatim aquæ de Ponto fluant, quum foris influentes aquas Pontus accipiat?

Rixa, rixæ {ἔρις} Nomen fictitium, à ringendo, quod est proprium canum quando irritantur. Festus, Rictus, rixæ, rixosæ, ringitur, dici videntur, quia in diuersum rumpantur, contrariáque sint recto. Cic. in Verrem, Ecce autem noua turba atque rixa. Hoc est, contentio & pugna.
Calidæ rixæ. Horat 3. Carm. ode 27.
Dulcis rixa. Propert. lib. 3. eleg. 8.
Nocturna. Ouid. 3. de Arte.
Veeors. Catull. ad Rauidum.
¶Committere rixam, Vide COMMITTO.
Committere se rixæ. Ouid. ad Pisonem.
Concitus ad rixam, Vide CONCIO.
Excitare. Catull. ad Rauidam.
Inferre rixas. Tibull. lib. 1. eleg 1.
Rixa est cum eo magna. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22.
Rixa sedata. Liu 2. ab Vrbe.

Rixator, pen. prod rixatoris, Verbale. Firmic. lib. 5. cap. 8, Homines erãt mali, litigiosi, rixatores, contentiosi.

Rixosus, pen. prod. Adiect. {ἐριστικὸς, διάῤῥηκτος} Contentiosus.
Rixosæ aues, Pugnaces, & ad ineunda inter sese certamina procliues, cuiusmodi erant Græcorum alites, inquit Columella: eorum enim studium erat ferocissimum quémque alitem certaminibus & pugnæ præparare. Colum. lib. 8. cap. 2.

Rixo, rixas, rixare, Antiqui pro Rixor sunt vsi. Varr. Armorum iudicio, Ille vigos hortari, vt rixarent, præclari philosophi. Idem Serrano: Dormit altiùs, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. Idem de rerum Natur. lib. 1, Ne familiæ rixent cum vicinis.

Rixor, rixaris {ἐρίζω, ἐριδαίνω} rixari, Iurgiis agere, contendere. Horat. in epistola ad Lolium, lib. 1. 19,
Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus. Prouerbium est in eos qui de re nihili disceptant: quod à quopiam euentu natum apparet, contentiosè decertantibus duobus, vtrùm lanam haberet caper, an feras. Aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inutili, minimóque momenti, cuiusmodi iocus fertur & de asinæ lana. Loquitur

&

autem Horatius de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.
Rixantur inter se. Plin. lib. 16. cap 2.
Rixari cum aliquo de amicitia. Cic. 1. de Orat. Quum esset cum eo Tarraceinæ de amicula rixatus.
Rixantur herbæ aridæ. Varr 1. de Re rust. cap. 47. Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celeriùs rumpuntur, quàm sequuntur.

Rixans, Participium { ἰσχάνων. } Lucretius lib. 6,
Rixantes potius quam corpora defererentur.

RIZONICVS { ῥιζωνικὸς κόλπος } Sinus Liburniæ Ptolemæo hodie Catharum. *Le Cattaro.*

R O

ROBIGO, pen. prod. Dea quam Romani putabant robiginem siue rubiginem auertere. Ouid. 4. Fastorum,
Flamen & antiquum lucum Robiginis ibat. Erat & Robigus deus cui robigalia sacra VII. Calend. Maij fiebant, quoniam tunc ferè segetes robigo occupat, vt ait Plin. Vide Varronem 1. de Re rust. cap. 1.

Robigalia, dies festus septimo kalendas Maias, quo Robigo deo suo, quem putabant rubiginem auertere Romani sacrificabant. Festus.

Robigo, robiginis { ἰρυσίβη } Morbus segetum qui culmis frumentorum innascitur ex nimio humore, vt ait Varr. Hoc vitio, spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. Virg. 1. Georgicorum,
Mox & frumenti labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo. Seruius verò dicit, rubiginem genus esse vitij quo culmi pereunt, sed abusiuè robigo dicitur: nam propriè rubigo dici debet. Vide RVBIGO.

Rubor, vel Robur, roboris, pen. corr. neut. gen. { ἐρυθρὸς } Species quercus durissimæ. Plin. lib. 16. cap. 2, Roborum vastitas intacta ætus & congenita mundo. Cic. 2. de Diuinat. Itaque perfracto saxo sortes eruptisse in robore insculptis priscarum literarum notis.
¶Acutum robur, Vide ACVO.
Ambesa flammis Virg. 5. Æneid.
Cauum. Virg. 2. Æneid. Sic vocat equum durateum.
Robora congesta. Virg. 3. Georg.
Fissile robur cuneis scinditur. Virg. 6. Æneid.
Graue robur aratri. Virg. 1. Georg.
Indurata flammis. Stat. 4. Thebaid.
Infabricata. Virg. 4. Æneid.
Innata rupibus. Ouid. epist. 78.
Magnum. Senec. Here. furent. 9. Clauam intelligit trinodem.
Nodoso robore fregit illi tempora. Ouid. 12. Metam.
Solidum. Virg. 2. Georg.
Mouere conuulsa robora terra. Ouid. 7. Metam.
Succidere robur. Ouid. 8. Metam.
Robora ferri. Lucret. lib. 2. Tralatio est ab inanimo ad aliud inanimum. nam robur proprie de quercu dicitur. Lambinus.
¶Robur quoque in carcere, is dicitur locus quò præcipitatur malefactorum genus quod anteà arcis robusteis includebantur. Hæc Festus. Plautus Curcul. 15,
-at ego vos ambo in robusto carcere
Vt pereatis. Erat enim genus supplicij quod idem Plaut. Pœn. 17, codicem robustum vocat. Liu. 8. bel Macedon. in fine, vt in carcere inter fures nocturnos & latrones vir clarissimus Scipio includatur, & in robore & tenebris expiret. Quidam legunt rubore. Valet. Maxim. lib. 6. cap. 3. in Tiberium & Caium Gracchum, Quinetiam familiares eorum, nequis Reipub. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. Hinc fæmora magnitudine rara, nouitate dira & inauspicatissima, robore digna solent appellari. Apuleius in secunda Apologia, O murum commentum, ò subtilitas digna carcere & robore. Meminit Cælius lib. 17. cap. 8.
Robur etiam fustem lignúmque significare videtur, quo fontes tundebantur fustuario. Lucretius, lib 3,
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ. Nam locum hic, vt reor, non significat, nec vinculum: de supplicijs enim loquitur, non de vinculis. Turneb.
¶Robur { τὸ καθ' ὑπερβολὴν } per translationem, pro animi fortitudine qua quis durat aduersus pericula. Cic. pro Fonteio, 8, quites Rom. quos nos vidimus, &c. habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt &c. Idem 2. de Orat. Aliæ quæ in ingenij aliqua facultate: aut animi magnitudine & robore. Idem Torquato lib. 6, Quantum in cuiusque animo roboris est atque neruorum.
Animis inest robur. Lucan lib. 5.
Incredibili quodam robore animi homo. Cic. pro Milone.
¶Robur { ἰσχὺς } Corporis firmitas quæ aduersus omnes difficultates firmiter obnititur. Cic. pro Rosc. Amer. Fortiudicisque rationem Messalæ, vt videtis Iudices, fusceepit: qui si iam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. Idem 10. Philipp. Alter virtutis robore firmior, quàm ætatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus est.
¶Robur, Omnium rerum firmitas, duritiáque. Colum. lib. 2, Quod protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Vnde Seruius dicit, Omne quod forte est, robur vocamus. Virgil. 7. Æneidos,
-æternáque ferri Robora.
Firmamentum & robur. Cic. pro lege Manilia, Sed tamen alterius partis periculum Sertorianæ atque Hispanienſis, quę multò plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeij diuino consilio ac singulari virtute depulsum est.
Robur & soboles militum interiit. Pollio Cic. lib. 11. 33.
Robur ætatis. Cic. pro Cælio, Quum autem paulùm iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est.
Firmius ætatis robur. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Quàm maturrimum ætatis robur. Tacit. lib. 12.
Adultum, Vide Adultus, in ADOLEO.
Arboris robur. Ouid. 3. Metam.
Expers roboris herba. Ouid. 5. Metam.
Antiquo robore quercus. Virg. 3. Georg.
Non expugnabile. Stat. 6. Thebaid.
Illibatum robur hominis, Vide ILLIBATVS.
Rude. Valer. 3. Argonaut.
Virili robore aucta proles. Stat. 4. Sylu. 8.
¶Accessit robur ætati, Vide ACCEDO.
Assumere robora. Ouid. 15. Metam.
Capere robur, Vide CAPIO.
Collectum robur viréſque receptæ. Virg. 3. Georg.
Habere robur. Cic. pro Rosc.
Mentiri inani sagina verum robur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Inuictum non ponebat pectore robur, id est, Deponebat. Silius, libro 11.
Vires solidæ suo stant robore. Virg. 2. Æneid.
Subest robur illi ætati. Celsus lib. 2. cap. 10.
Sumere robur corporibus. Liu. 1. ab Vrbe.
Tenere firmitatem & robur in virtute. Cic. 5. de Finib. Dummodo plus in virtute teneamus quàm ille tenuit firmitatis & roboris.
Firmamentum ac robur totius accusationis. Cic. pro Mur. Venio nunc ad Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis.
Prosequi honore verborum robur. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Roboreus, Adiectiuum { δρύϊνος } Quod est ex materia roboris. Colum. lib. 6. cap. 19, Est autem talis machinæ forma, roboreis axibus compingitur solum.
Pons roboreus. Ouid. 5. Fast.

Roburneus, Aliud adiectiuum, Quod ex robore nascitur. vt Fruges roburneæ, pro Glande. Colum. lib. 9. cap. 1.

Robusteus, Denominatiuum à Robur. vt Robustea materies, Quæ ex robore erat. Varro 1. de Re rust. cap. 38. Alij legunt robusta.

Robustus, similiter adiectiuum. Idem quod Robusteus & Roboreus. Colum. lib. 2. cap. 15, Sed eodem medio loco robustam materiam desigere conuenit.

Robustus { δλοσχερὴς, ἰσχυρὸς, στερεὸς, ἰσχυρὸς } Quod est multi roboris. Colum. lib. 2, Neque dubium est, ex robusto semine posse fieri non robustum. Robustus codex apud Plautum in Pœn. 17. Et robustus carcer, apud eundem in Curcul. 15. Hoc est ex robore arbore. Vide paulo antè ROBVR quoque in carcere.
Satelles robustus, & valens, & audax. Cic. 2. de lege Agrar.
Puer robustus aeri militia. Horat. 3. Carm. ode 2.
Robustus ad incursum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Robustus in clamando atque exercitatus. Cic. 1. Ver. In clamando quidem video cum esse bene robustum atque exercitatum.
Ætate robustus. Cic 5. Philipp. Magni honores habiti Cn. Pompeio, quum esset adolescens, & quidem iure: subuenit enim Reipub. sed ætate multò robustior.
Robustus exercitatione. Cic. 2. in Catil. Tertium genus est, ætate iam confectum, exercitatione robustum.
Robusta res vetustate. Cic. 1. de Diuin. Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas calumniando velle peruertere?
Ætas robustior. Claud. 7. Paneg.
Animus. Cic. 1. Offic.
Annus. Ouid. 15 Metamorphoseos,
Transit in ætatem post ver robustior annus.
Collum. Catull Argon. 59.
Improbitas. Cic. 2. Philipp. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus.
Robustius malum. Cic. 5. Philip. Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum sit pictunque robustius.
Plaustra. Horat 2. epist. 2.
Viribus robustis adoleuit ætas. Lucret. lib. 3.

Roboro, roboras, pen. corr. { πυκνῶς ἰσχυρίζω } roborare, Robur addere, firmare. Plin. lib. 10. cap. 33, Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant.
Adulta ætas roborat artus. Lucret. lib. 4.
Roboratur vox. Plin lib. 11. cap. 51.
Roborare grauitatem constantia. Cicero 1. Offic, Catoni autem cùm incredibilem tribuisset natura grauitatem, eámque ipse perpetua constantia roborauisset, sempérque in proposito, susceptóque consilio permansisset, moriendum potiùs quàm tyranni vultus aspiciendus erat.
Roborat se eloquentia. Cic. in Orat. Sed quòd educata eiusmodi nutrimentis eloquentia est, ipsa se posteà colorat & roborat, nõ alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Roborarium, roborarij, neut. gen. { τὸ ἀρχέλαιον } Roboraria, inquit Gellius, antiquis significabant ea, quæ nunc viuaria vulgus vocat. Sic autem erant appellata, à tabulis roboreis, quibus septa visebãtur quod genus septorum se adhuc plerisque locis in Italia vidisse scribit. Visus est hoc vocabulo Scipio in oratione contra Cl. Asellium quinta, vt idem Gellius author est lib. 2. cap. 20.

Robus, roboris, m. g. ἐρυθρὸς } Apud veteres dicebatur rubeus, & bouem robum idcirco rustici vocabant. Vnde & materia quæ plurimas huius coloris venas habet, dicta est robus: & homines valentes, ac boni coloris, robusti. Ex Festo.
¶Robus, Genus frumenti. Col. lib. 2. cap. 6, Triticí genera complura cognouimus. Verùm ex his maximè ferendum est, quod robus dicitur, quoniam & pondere, & nitore præstet.

Robusteus, Robustus, Vide ROBOR.

Rodo, rodis, rosi, rosum, rodere, Propriè murium est, qui dentibus ferè semper aliquid demoliuntur. Cic. 2. de Diuinat. Quasi verò quicquam interfit mures diem & noctem aliquid rodentes, scuta an cibra corroserint.
Pollicem rodens. Horat. Epod. 5.
Vngues rodere. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Flumina rodunt ripas. Lucret. lib. 5.
Dentem dente rodere dicitur, qui carpit eũ qui neque lædi queat, neque

neque sentiat: aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martial. lib. 13. in obtrectatorem quendam,
-quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus est, si satur esse velis.
¶Rodere aliquem, per translationem, pro Obtrectare alicui, & obscurè, ac dissimulanter maledictis insectari. Cic. pro Corn. Balbo, More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis iccirco vellicant.
Amicum absentem rodere. Horat. 1. Serm. saty. 4.

Rodor, Voce passiua. Lucret. lib. 5,
Præterea, pro parte sua quodcunque aliud auget,
Roditur. &c. Tralatio est.
Ferrum roditur scabra rubigine. Ouid. 1. de Pont. eleg. 1.

Rosio, rosionis, Verbale. Plin. lib. 20. cap. 14. Stomachi autem ex aqua item rosiones sistit, & vomitiones cum acero & polenta. Ibidem, cap 21, Succus decoctæ neruis prodest, & vesicæ, & intestinorum rosionibus.

Rodus, Vide RAVDVS.

ROECVS, plastes Samius, quem in Samo primum omnium Plasticen inuenisse refert. Plin. lib 10 35. cap. 11.

ROFFREDVS iurisconsultus Beneuentanus, ius Ciuile publicè Bononiæ, dein Arerij professus est circiter annum, 1200.

ROGATIANVS nobilis senator, de quo audi sapientissimi Cœlij Rhodigini admonitum. Succurrit (inquit Cœlius lib. 17. cap. 11.) exemplum frugalitatis nobile, Senatoris Rogariani, cuius idem meminit Porphyrius. Is ergo sapientiæ studio egregiè intentus, nihil habebat antiquius, quàm vt quantũ ratio pateretur, animum ab vitæ cogitationibus reuocaret: quamobrem nec bonorum curam omnino duce bat, quin & seruos à se retrecit, nec vllos vnquam honores admisit. Nam proditurus quãdoque Prætor, iam lictoribus ilii apparentibus, nulla prorsus dignitatis habita ratione, nec proditę quidẽ sustinuit: Imò & propria domo relicta, apud amicos diuertebat contentus semel interdiu dedisse operam cibo. Quæ viuendi ratio tam incuriosa, támque sui negligens illue demum profecit: vt cùm podagra infestaretur priùs, mox tanquam in multos annos impetratis induciis, aut dissiso die, ita conualesceret, vt manuum pedúmque munere nõ vteretur secus, ac quilibet maximè vigẽtium: qua quidem re factum est, vt veré syncerirérque philosophantis insigne esset, ac haberetur exemplar. Hæc Cælius.

Rogo, rogas { δέομαι, προτρέπομαι, κατατίθεμι, ἐξέτασις, ἐρώτησις } rogare, Notæ significationis. Gellius lib. 13 cap. 20, Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore. Accusatiuo iungitur rei quam rogamus.
Rogare auxilium, Petere precibus. Cæsar 1. bell. Gall. Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.
Finem rogant erroris. Ouid. 14. Metam.
Opem rogauit summissa voce. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Meo iure te hoc beneficium rogo. Antonius Ciceroni in Epist. ad Attic. lib. 14.
Rogare aquam de proximo. Plaut. Rud. 10.
Rogare aliquem de. Cic. ad Quint. frat. lib. 3 17, Et simul Taurum, quem tibi audio promisisse, qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo.
Rogare ad & in. Plin. iunior lib. 1. epist. 9. ad Fundanum. Ille me ad signandum testamentũ, ille in aduocationẽ, ille in consilium rogauit.
Rogare ab amico Cic. ad Atticum, lib. 9, Quod maius imperium à minore rogari non sit ius.
Rogare deos diuitias. Martial. lib. 4. epigr. 33,
Nunquam diuitias deos rogaui.
Rogare & orare ne. Cic. 1. Verr. Rogate & orate ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi nemini supplices esse oportet. Idem ad Seruilium, lib. 13, Te oro atque rogo, vt eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues.
Ac te illud primùm rogabo, nequid, &c. Cic. Memmio, lib. 13. 1.
Rogare vt. Terent. Heaut 2. 3,
Vbi dicimus redisse te, & rogare vti
Veniret ad te mulier, &c.
Rogare magno studio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2, Hoc te ita rogo vt maiore studio rogare non possim.
Supplice voce rogare. Ouid. 6. Metam.
Concinnè rogare, Vide Concinnè, in CONCINNVS.
Impudẽter rogare, & impudentissimè postulare, Vide IMPVDENS.
Leuiter rogare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 1.
Miserabiliter rogare. Senec. de Benefi lib. 2. cap. 14.
Molestè rogare. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 14, Iam illud molestè rogo, quod maximè cupio, vt quamprimùm venias. Molestè refertur ad personam legentis, id est, cum molestia tua.
Nominatim rogare, Vide Nominatim in NOMEN.
Suppliciter rogare deos. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.
Precariò aliquem rogare. Cicero 7. Verrin. Quo tempore in tanta inopia nauium tantáque calamitate prouinciæ, etiam si precariò essent rogandi, tamen ab iis impetraretur.
Occidere aliquem rogando. Horat. Epod. 14. Id est, molestum esse alicui, & instare semper rogando.
Molestum verbum est, Rogo. Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 2, Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum, Rogo.
Omitte rogare, Vide OMITTO.
¶Rogare, Vtendum accipere. Cic. 6. Ver. Profectò hinc natum est, Malo emere, quàm rogare.
Rogare vtendum. Cato cap. 5.
Rogare inspicienda vasa, Id est, commodato petere, vt tantum inspicere liceat. Cic. 6. Verr. Mittit rogatum vasa ea quæ pulcherrima apud illum viderat, ait se suis cela oribus velle ostendere. Budæus.
Mutuum aliquem rogare, Vide MVTVVM.
Rogare aliquem mutuam pecuniam. Celsus in l. Si me. D. Si certum petatur.
¶Rogare { ἐρωτᾶν } Interrogare. Plaut. Amphitr. 8,
Alcumena vnum rogare te volo. AL. quidnis roga.
Rogaui, peruenissẽtne Agrigentum: dixit peruenisse, quemadmodum reuertissent Cic. 6 Verr.
Rogare de. Plaut Persa, 16,
Iam de istoc rogare omitte: non vides nolle eam loqui? Cicero ad Gallum, lib 7. 24, Est'ne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die, deinde, &c.
De aliquo aliquid rogare. Cic. in Vatinium, Tum respondeto ad ea, quæ de teipso rogaro.
Roget quis. Modus est loquendi, & veluti quædam dilutio eorum quæ obiici possent: pro quo multi ineptè dicunt. *Si aliquis me interrogaret, peteret, diceret.* Terent. Eunuch 3. 3,
Roget quis, quid tibi cum illa?
¶Rogat, est consulit populum, vel petit ab eo, vt id sciscat, quod ferat. Vnde nos quoque in consuetudine habemus pro petere & orare. Cato in dissuasione, ne lex Bæbia derogaretur, ait, Hoc potius agam, quod hic rogat. Festus.
¶Rogare legem. Gellius lib. 2. cap. 24, Lex deinde Licinia rogata est. Cicero 2. Philipp. Ego leges pernicios as rogaui. Hinc legis rogatio dicitur, quoniam rogare populum magistratus solebant, an id placeret quod statuerant. Rogare populum, est agere cum populo. In qua re hæc erant verba solennia, Velitísne iubeatísne Quirites, vt hoc vel illud fiat? Idem 2. de Legib. Et si quæ forte à me hodie roga bunt, quæ non sint in nostra Repub. nec fuerint, tamen erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. De legibus. Vide ABROGO.
¶Rogare magistratum aliquem, Rogatis suffragiis creare. Cic. Attic. lib. 9. epist. 11, Id assequitur, si per Prætores Consules creantur. Nos autem in libris habemus non modò Consules à Prætoribus, sed ne Prætores quidem creari ius esse, idque factum esse nunquam: Consules, eò non esse ius, quòd maius imperium à minore rogari nõ sit ius: Prætores autem, quum ita rogẽtur, vt collegæ Consulum sint, quorum est maius imperium. Idem lib. 1. de Diuinat. Comitia Consulibus rogandis habuit. Et populum rogare magistratum dicebatur is, qui comitia habebat: id est, populum rogare, vt suis suffragiis eum magistratum crearet cuius magistratus causa comitia haberentur. Et legimus in Liuio Decad. 1. lib. 6. in fine, Factum esse Senatusconsultum, vt duos viros Ædiles ex patribus Dictator populum rogaret. Cic. de Legibus lib. 3, Tribunísque quos sibi plebes rogassit, ius esto cum patribus agendi. Verba sunt 12. tabul. Rogassit, id est creauerit.
In perpetuum rogari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Rogare sententiam, In senatu primi sententias à Consule rogabantur Consules designati, si modò post consularia comitia senatus haberetur: sin antè, rogabat Consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni Senatorum frequentia, sed quem veller è numero Consularium. Et antiquæ consuetudini dabatur, vt quem ordinem interrogandi sententias Consul Calendis Ianuariis instituisset, eum toto anno cõseruaret, quo ordine Cæsar neglecto, primum Pompeium post assumitatem Consul rogare sententiam cœpit, quum antea Crassum solitus esset. Quoniã autem, quum designati consules fuissent, ij sententiam primi rogabantur: quæri potest, vter ex ipsis designatis prior rogaretur. Scíedum igitur, siue patritius & plebeius, siue duo plebeij designati consules essent, qui priore loco declaratus esset Consul, eũ in magistratu priorem quoque sententiam rogasse. Ideóque rogauit in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia Consul priore loco declaratus: nã genere pares erant, vterque plebeius. Et ad Atti. lib. 1. ep. 10, pacificatorem Allobrogum (C. Calpurnium Pisonem intelligit) rogat sententiam M. Pupius Piso Consul, ex familia plebeia: M. Valerius Mesalla, etsi patritius, tamen non rogat, plebeius igitur anteponitur patritio: curè quia priore loco declaratus Consul. Vter in magistratu prior rogaret, ostendi: quo conuicitur, & vter rogaretur, quum designati essent.
Vti rogas Quo sensu dici soleret, hinc intelliges. Cic. ad Att. lib. 1. ep. 11, Quum dies venisset rogationi ex senatusc õsulto ferendę, concursabãt barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis: & populũ, vt antiquaret, rogabãt. Piso autem Consul lator rogationis, idem erat dissuasor, operæ Clodianæ pontes occupaũtabellæ ministrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. Hic tibi Rostra Cato aduolat, &c. Quum populus in campum Martium cõueneret, vti rogationem aliquã aut acciperet, aut antiquaret: tabellæ singulis binæ dabantur, diuersę inscriptæ: altera sic, Vti rogas: qua significabant, se rogationem accipere, & velle vti rogasset is qui rogationem tulisset: altera, cum litera A, quæ erat antiquatæ, id est sublatæ rogationis nota. Liu. Decad. 1. lib. 10, Ego hanc legem Quirites, quod bonum, faustum, fœlíxque sit vobis ac reipublicæ, vti rogatis, iubendã censeo. tametsi suspicor mẽdosè scriptũ in Liuio, Rogatis. nõ enim populus rogat, sed rogatus iubet. mallem igitur, rogari, aut rogati estis: vt apud eundẽ Decad. 4. lib. 3. Ea rogatio in Capitolio ad plebẽ lata est. omnes quinque & triginta tribus, vti rogatæ, iusserunt. Libro autem De legibus 3, Vos demum, vt video, legem antiquastis sine tabella. Corrupti igitur Clodiani, qui tabellas ministrabant, quũ eas tantùm darent, quibus antiquari rogatio posset. Cic. in Pison. Me vniuersa ciuitas non priùs tabella, quàm voce priorẽ Consulem declarauit. Vide, Suffragia quomodo ferri soleret, in SVFFRAGOR.
¶Rogare sacramento militem. Liu. 5. bell. Maced. Ibidem lib. 2, Cum quinque legatis profectus, obuios in agris sacramento rogatos, arma capere & sequi cogebat. Additur interdum nomen potestatis, vt Rogare Consulis sacramento, Id est, iure Consulari. Cæsar in princip. lib 6. Gall Quos ex Cisalpina Gallia Consulis sacramento rogauisset, ad signa conuenire, & ad se proficisci iuberet.
¶Rogare aliquem sententiam. Quintil. lib. 6 cap. 3, Post acceptam hereditatem, primus sententiam rogabatur, cuius hæreditas est.

Rogans, Participium { δεόμενος. } Vt Veniam dare roganti. Ouidius 6. Metamorph.

Facilis rogantibus. Ouid.2. Amor.eleg.3.
Partes rogantis agere. Ouid.6. Fast.
Verba rogantia. Ouid.epist.19.
Voce rogante flectitur iratus deus. Ouid.1.de Arte.

Rogandus, Aliud participium { ῥητέος } Ouid.3, Trist.elegia 8,
Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.
Comitia Consulibus rogandis habere. Cicero 1.de Diuinat. Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomarium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit. Liuius lib.8. bell. Maced. Comitia consulibus rogandis fuerunt ad x II. Calend. Mart. Creati Consules M. Æmylius Lepidus, C. Flaminius. Id est, creandis.

Rogatus, pen.prod. { ἐρωτηθείς } Aliud item participium, vt Rogatus sententiam in Consulatu. Plin.lib.7.cap.48.
Rogati creditores. Cic.3. Verr. Erat in consilio etiam æquissimus iudex, ipse Verres: erant nonnulli rogati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legari plurimum prodesset gratia. Emendatiora exemplaria legunt Togati.
Gaudent esse rogatæ puellæ. Ouid.1.de Arte.
Vocibus rogantis flecti. Ouid.11. Metam.

Rogatus, huius rogatus, pen.prod. { αἴτησις. } Cic.1. de Nat.deor. Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu accessissémque venissem, offendi eum sedentem in exhedra.
Ad aliquem ipsius rogatu venire. Cic.1.de Nat.deor.
Rogatu meo impetrauit. Cic. Attic.lib.13.
¶ Ad rogatum alicui non respondere, Ad interrogationem. Cic. pro Flacco.

Rogatio, rogationis, Verbale { ῥῆσις, ἐρώτημα, ἐρώτησις } Interrogatio, Rogationis etiam nomine continetur lex, plebiscitum, & priuilegium. Suet.in Cæsare, cap.5, Reditum in ciuitatem rogatione Plotia concessit. Id est, lege à Plotio lata. Festus, libro 16, Rogatio ea dicitur quum populus consulitur de vno, pluribúsve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de vna, pluribúsve rebus, de quibus non omnibus sanciatur. Nam quod in omnes homines rétve populus sciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, Inter legem & rogationem hoc interesse, Rogatio est genus legis: quæ lex non continuò est, ea rogatio est, non potest non esse lex, si modò iustis comitiis rogata est, Hæc Festus. Cic 4.de Finib. Et eadem inbecillitate & constantia L. Tubulum fuisse, qua illum cuius condemnatus est rogatione P. Scæuolam.
Rogationem à lege nihil differre ostendit. Cic. in Bruto, De C. Galba: Rogatione, inquit, Manilia, Iugurthinæ coniurationis inuidia, oppressus est. Paulopòst, Inuidiosa lege Manilia quæstione C. Galbam Graechani iudices fustulerunt. Nihil igitur differunt lex & rogatio: nisi prius sit rogatio, & postea lex: quo ordine in his exemplis ponuntur.
Rogatio & huic finitima percontatio. Cic 3 de Orat.
Rogatio iudicis. Cic.3 Offic. Itaque præclarum à maioribus morem accepimus rogandi iudicis, si eum teneremus, quæ salua fide facere possit. Hæc rogatio iudicis ad ea pertinet quæ paulò antè dixi, honesta amico à iudice posse concedi.
Rogationes & plebiscita. Quintil.lib.2.cap.14.
Accipere rogationem, Id est, legem accipere. Cic.ad Attic.libro 1. 9, Vt Consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam. Vide ACCIPIO.
Ferre rogationem ad populum. Cæsar 3.bel.Ciuil.
Perferre rogationem per vim, Est legem perferre. Cic. ad Quint. fratrem, lib.2.6, Sed tamen suspicor per vim rogationem Caninium perlaturum.
Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. Cic.pro Sext.
Alicuius rogatione aliquem diligere. Cic. Qu fratri, lib.3.17.
¶ Rogatio, pro supplicatione, & precc. Valer.Max.lib.6.cap.4.de Publio Rutilio, Quum amici eiusdem iniustæ rogationi resisterent, atque is per summam indignationem dixisset, Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis? respondit, Imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum?

Rogatiuncula, penult.corr. { ῥητρίσκιον } Diminutiuum. Cic.pro Domo sua, Te meam domum confecisse, rem ouimentum fecisse, in meis ædibus te signum dedicasse, eáque te ex vna rogatiuncula fecisse.

Rogator, penult. prod. Aliud verbale { αἰτητής, } vt Rogator comitiorum, qui postulat comitia vt fiant. Cic.1. de Diuin. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negauerunt iustum comitiorum rogatorem fuisse.
Rogatores in comitiis dicebantur Consules qui comitia habebant: sed & illi qui in centuria aliqua togabant suffragia, & renuntiabant Consuli comitia habenti, interrogante præcone, vt facilè colligitur ex verbis Cic.lib.2.de Oratore, de Scipione Malugmensi. Tum autem voce suffragia, non tabella fecebantur, nondum latis legibus tabellariis. Rogatores verò renuntiatores centuriorum fuisse, ita docet Cic.lib.2 de Diuinatione, Quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius qui in prærogatiua referenda subitò concidisset, in senatum introduxisset, non iustum rogatorem comitiorum fuisse dixerunt. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. is enim erat mortuus. Sed & Consul renuntiabat, vt Cicero Murænam se renuntiasse dixit in ipso statim orationis pro Muræna principio. Præco etiam populo renuntiabat quem centuria quæque relata & renuntiata à rogatoribus Consulem faceret.
¶ Rogator. Postulator & mědicus, qui eleemosynã postulat. Plaut. Vt rogator ostiatim petam panem? Cic. ad Attic.lib 16.342. Quanquam hæc epistola non suatoris est, sed rogatoris. Vide Bucca, pro frusto panis, in BVCCA.

Rogatarius { ὑποφορτικός } Tabellio qui rogat quod quisque stipulatur, hoc est promittit. Sipontinus.

Rogito, rogitas, penultima corr. { ἀξιόω } rogitare, Frequentatiuum, Sæpe rogare.

¶ Rogitare, Precari. Plin. Patrem adit, rogitat vt sui misereatur.
Terent. Eunuch 2.2, -sed ego cesso
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat.
¶ Rogitare, Scisciatari. Terent. And.1.1,
-rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrisidem habuit? Idem Adelph.1.2,
-rogitas me, vbi nobis Æschinus
Siet, quid tristis ego sim? Plaut. Aulul.13,
Venio ad macellum, rogito pisces, iadicant Caros.
¶ Rogitare super aliquo, De aliquo interrogare. Virg.1. Æneid.

Rogitatio, rogitationis, Verbale { ἐπίσταμαι, ταμιεύεσθαι } Lex, plebiscitum, Plaut. Curcul.10,
Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit.

Rogus, rogi, mas.g. { σωρός } Strues lignorum ad cremanda cadauera, dictus, quòd in eo dij Manes rogentur. Plaut. Menech.4,
Age sanè igitur quando æquum oras, quàm mox incendo rogum.
Cic.3.de Finib. Nam si beatus vnquam fuisset, beatam vitam vsque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset. Quintil. Declamat. 6. Refertur rogus, hoc est, lignum cremando cadaueri aduectum refertur domum.
Auidi rogi. Ouid.1.de Remed.amor.
Flagrans. Senec. Hercul.furente, 1.
Laceri. Seneca Octauia, 6, -lacerósque seni
Violenta rogos nata negauit. Sed legendum potiùs, laceróque seni,
Ploratus. Ouid 4. Fast.
Vltima plorato subdita flamma rogo est.
Tepidi. Ouid.epist.6.
Tristis Lucan.lib.8.
¶ Accendere rogum. Lucan.lib.9.
Ascendere in rogum ardentem. Cic.1.de Diuin. Siquidem ad montem proficiscens Calanus indus, quum ascenderet in rogum ardentem, O præclarum discessum, inquit, è vita, quum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit!
Consumptus rogis. Ouid.epist.7.
Plebeio rogo dare corpus. Ouid.in Ibin.
Extruere rogum. Lucan.lib.6.
Imponere aliquem in rogum. Cic.1. Tusc.
Impositi rogis iuuenes. Virg.4. Georg.
Ad rogum vsque prosequi. Cic.pro Quintio.
Rogum etiam neutro genere dicitur, vt author est Nonius. Afran. Epistola. Pulchrè hoc incendi rogum, ardet, tenetur, hoc sepulchro sepeli hæret.

Rogalis, penult.prod. Adiectiuum { ἐπὶ πυρᾶς. } vt Ignis rogalis. Stat.12. Thebaid.
Flammæ rogales. Ouid.3. Amor.eleg.8.

ROMA { ῥώμη } Orbis aliquando caput dicta, & amplissimi imperij iure in hunc vsque diem fœlix. Cuius situm atque habitum quo tempore cœpta est condi obseruauerunt antiqui, è quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, quem admodum Cic.lib.2.de Diuinat. scriptum reliquit. Hæc parùm ab initio oppidum fuit, à iuuentute Latina Valentia appellatum. Quod quum Euander ad ea loca veniens extendisset, seruata prius impositi nominis significatione, Romam nuncupauit. Siquidem Græci ῥώμην robur appellant. Alij volunt Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca vbi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim. Deinde fuadente nobilissima captiuarum, cui Rome nomen erat, incensis nauibus, posuisse sedes, & structo oppido Romen ab ea vocasse. Alij Romani à Romulo dictam volunt. Romulus verò à Romula arbore, id est ficu, sub qua Romulus & Remus puerituēti sunt cum lupa præbente infantibus rumen, id est mammam. Vel à ruminando, quòd æstate sub ea pecudes ruminabant. Sunt etiam qui Romulum & Remum à robore, ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos volunt. Multa de Roma ex variis authoribus, sed antiquis: vide apud Sext. Pompeium Festum, suo ordine.
Roma Ciuium Romanorum tria genera fuisse video, senatores, equites, de plebe: qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere cõstabant, patricio & plebeio. duplex enim est ciuium Romanorum diuisio, quarum altera ad alteram nihil pertinet. prior hæc, Vel patricij sunt ciues Romani, vel plebeij. posterior hæc, Vel senatores sunt ciues Romani, vel equites, vel de plebe, ita vel à genere, vel ab ordine distinguebantur: vt ciuis Romanus genere patricio natus, equestris tamen ordinis. si nondum in senatum lectus esset, diceretur; sin senator esset factus, ordinis senatorij. quod si patricius non modò in senatum allectus non esset, verùm nec inter equites locum haberet, quia scilicet equestri censu non esset, hoc est sestertiorum quadringenta millia non possideret, (minus enim qui habebat, eques esse nõ poterat, sed, vt Horatij verbis vtar, plebs erat) aut quia, quũ quadringenta millia possideret, annulo tamen aureo & equo publico non veteretur, quæ illi, equestris ordinis insignia, censor ob aliquod flagitium ademisset; aut denique, quia neque maiores eius, neque pater, neque ipse, cum quadringẽta millia, eóve amplius haberet, de equestri dignitate laborassent, equestrísque ordinis indicia, annulum scilicet aureum, & equũ publicum, neque in militia à duce, neque domi à censoribus, quũ censeretur, postulasset: quod tamen vix est vt credi possit: quis enim cõtemnit honestatem? quis, quum ab infimo ordine plebeio ad equestrem possit ascẽdere, aut ab equestri ad senatorium, recusет? siquis igitur patricię gẽtis neque senator esset, neque eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamẽ de plebe & erat, & dicebatur. quãdoquidẽ, ciuis Romanus quicũque erat, is de tribus ordinibus vnum haberet, senatorium aut equestrẽ, aut plebeium, necesse erat. senator non es, ergo eques, aut de plebe, neq; senator, neq; eques, ergo de plebe. ordo enim præterea nullus superest. at quadringenta millia, qui est equestris cẽsus, aut octingẽta millia, qui senatorius, possideo: sequitur ergo, vt eques ob quadringẽta millia sim, aut senator ob octingẽta millia. falsum. census enim dat, nõ vt eques aut senator necessario sis, sed vt esse possis: neq; propter opes honor datur, sed ob

sed ob inopiam negatur, turpe enim & indecorum, senator egens: malásque res non omnino malis mentibus quandoque persuadet inopia. Erant ergo patricioru tria genera, patricij senatores, patricij equestris ordinis, patricij de plebe. Sed oritur consideratio. Ciuis Romanus, ex equite senator factus, amittítne ordinis equestris insignia, annulum aureum, & equum? minimé. Auctus enim dignitate, tantum abest vt de pristino iure quidquam amittat, vt etiam aliquid præterea consequatur. nam præter annulum, & equum, quæ equitum erant, habebant senatores tunicam purpuream, vt ab equestri ordine aliqua omnino specie distinguerentur, sicuti equester ordo à plebe annulo aureo, & equo distinguebatur. Ex Manuij obseruationibus. Duos populos seminarium gentium Romanarum fuisse reperio, Aborigines, & Troianos, qui vtrique ab Ænea, vt Liuius & Dionysius tradunt, communi nomine Latini sunt appellati. Aborigines autem, qui ante aduentum Æneæ, Latium, regente Latino, tenebant, docet Dionysius ex Græcis in Italiam venientibus esse constatos. Græcos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Euandrum item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneso profectum. atque etiam idem scribunt, Romulum, superante Latinorum Albanorũque multitudine, vrbem in Palatio condidisse. quæ quum ita sint, iam id dubium esse non potest, quin ad hos populos alij etiam plurimi accesserint, qui Romanam vrbem gentibus repleuerint. siquidem accepimus, Romulum Cæninenses, Antemnates, Camerinos, Veientes, Fidenates, quos bello deuicerat, Sabinos verò etiam quibus cum æquo Marte pugnauerat, in societatem nouæ vrbis vocasse. quin etiam multas Etruscorum vrbes se ad eum recepisse, initio à Medullia facto, traditum est. hoc autem Romuli institutum reliqui deinceps reges studiosissime sibi conseruandum esse duxerunt, vt finitimas ciuitates aut vi, aut beneuolentia sibi adiungerent, Romámque transferrent. Itaque Tullus Hostilius, cuersa Alba, familias eius vrbis Romam traduxit. Ancus Lucumonem Etruscum in senatum ascíuit. Priscus Ser. Tullium Corniculanum sibi etiam generum adiunxit. idem post quoque factum est, liberata regio dominatu Repub. neque enim vnquam desitum est, ciuitatem victis populis & gentibus dari, Italiámque ipsam municipiis deuinciri, quoúsque bello Marsico vniuersa ferè ciuitate donata est. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.
Roma in montibus posita & conuallibus cœnaculis sublata atque suspensa. Cic.2.de Lege agrar.
Vrbs Roma. Horat.3. Carm.ode 5.
Altæ Romæ mœnia. Virg.1. Æneid.
Beata. Horat.3. Carm.ode 29.
Bellatrix. Ouid.2. Trist.
Dardania. Ouid.15. Metam.
Domina Roma, Dominans. Horat.4. Carm.ode 14. Sic Virgil.de Romanis ait, Populum latè regem.
Ferox. Horat.3. Carm.ode 3.
Magna. Martial.lib.12.epig.69.
Martia. Ouid.ad Liuiam.
Potens. Horat.2.epist.1.
Princeps vrbium. Horat.4. Carm.ode 3.
Rerum pulcherrima. Virg.2. Georg.
Regia. Horat.1.epist.7.
Romæ ambitum varie prodiderũt authores. Plin.lib.3.cap.5, Mœnia eius collegere ambitu, Imperatoribus Censoribúsque Vespasianis anno conditæ à DCCCXXVIII. passuum XIII. M.CC. Fla. autem Vopiscus tradit, Aurelium imperatorem ambitum vrbis ad triginta millia passuum ampliasse.
Romæa, Parilia dici cœperunt, Fortunæ templo ab Adriano in vrbe restituto. Vide in dictione PARILIA. Cœlius Rhodiginus libro 5. capite 4.
Romana, propria appellatione dicta est ea porta in vrbe Roma, quam Romulus infimo cluio Victoriæ instituit. Appellata autem Romana à Sabinis præcipuè, quòd ea proximus aditus erat Romam. Festus. Romanam portam vulgus appellat vbi ex epistylio defluit aqua. Qui locus ab antiquis appellari solitus est Statuę Cinciæ, quòd in eo fuit sepulchrum eius familiæ.
Romanus, pen.prod. Adiect. { ῥωμαῖος } qui è Roma est, vel Romam inhabitat.
Domini rerum, Romani. Virg.1. Æneid.
Achilles Romanus, Vide ACHILLES.
Acer. Virg.3. Georg.
Arces. Virg.2. Georg.
Gens. Virg.1 Æneid.
Linguæ Romanæ facundia. Ouid.1.de Ponto, eleg 3.
Ore Romano prosluit Græcia, Id est, homo Romanus Græcè loquitur. Ouid.ad Pisonem.
Populus. Horat.1. epist.1.
Potentia. Ouid.15. Metam.
Pubes. Horat.4. Carm.ode 4.
Sermo. Quintil.lib.2.cap.14.
Tellus. Virg.4. Æneid.
Vrbis Romanæ conditor. Ouid.14. Metam.

Romanicus, pen.corr. Aliud adiectiuum { ῥωμαϊκός } Cato cap.135, Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt. Sic Romanicum oleum, apud eundem, cap.153. in lege oleæ pendentis.

Romanensis { ῥωμανήσιος } Qui alibi ortus est, sed in Roma versatur. Vide Cato in lib.de Re rust.cap.vlt. Salem Romanensem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur.

ROMANDVES { ῥωμῳδοῦσι. } Ptolemæo lib.2.cap.9, Populi sub Rhotomago, Hodie Veromandi, *Vermandois*.

ROMANVLA porta teste Varrone libro 4. de Lingua Latina in Palatino monte fuit, gradus habens in naualia ad Volupiæ sacellum.

Romilia lex, cauit, ne alij præter patres & magistratus, sacra inirent, postea plebi quoque. aditus ad sacra fuit. Nam rogationibus tribunitiis, primùm Sextio Licinia sancitum est, vt x viri sacrorum, non vt anteà omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur. Deinde secuta est Ogulina, vt quum quatuor pontifices essent, placerétque sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pontifices, quinque augures, de plebe omnes allegerentur vt omnino octo pontificum, nouem augurum numerus fieret. Ex Manutio.

Romphæa, romphææ. Genus teli est, quo Thraces in bellis plurimùm vtebantur, illíque erat ferè peculiare. Hoc autem vocabulum vsurpasse Ennium libro Annalium 14. testis est Gell. noct. Atticar.lib 10.cap.25.

Romphus, i,o, pedamenti vitium genus. Alexander Alexandrinus lib.2.cap.10, Quod autem natiuum ex arboribus in arbores traductis vitibus, nonnulli traduces, quidam Romphos, plerique arbusta dixere, quas in transpadana Italia ex Cornu, Populo, Tilia, Acere, Orno, Carpino, & Quercu frequenter arbustari tradunt.

Romula, Arbor dicebatur sub qua Remus & Romulus pueri inuenti sunt.

Romulensis, Colonia Romanorum in Celtica Hispalensium. Plin.lib.3. cap.1, Et à læua Hispalis colonia, cognomine Romulensis.

ROMVLVS { ῥωμύλος } Martis & Iliæ filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cuius & Remi fratris historiam sic scribit Seruius, Amulius (inquit) & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, & filium eius necauit: filiam verò eius Iliam, Vestæ sacerdotem fecit, vt spem sobolis auferret, à qua se puniri posse cognouerat. Hanc, vt multi dicunt, Mars compressit, vnde sunt nati Remus & Romus, quos cum matre Amulius præcipitari iussit in Tyberim: tum, vt quidam dicunt, Iliam sibi Anien fluuius fecit vxorẽ: vt alij, inter quos Horat. Tyberis: vnde ait, t. Carm.ode 2, Iliæ dũ se, &c. Vide ibi Acronẽ. Pueri verò exposíti sunt ad ripã vicinã hos Faustulus reperit pastor, cuius vxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quæ suscepros aluit pueros. Hi posteà auum suum Numitorem occiso Amulio in regna reuocauerunt. quibus dum eorũ angustum Albæ videretur imperium, recesserunt, & captatis auguriis vrbem condiderunt. Sed Remus prior sex vultures vidit, Romus posteà duodecim: quæ res posteà bellum creauit, in quo extinctus est Remus: & à Romi nomine Romani appellati. Vt autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet diminutione. Quod autem à lupa dicuntur nutriti, fabulosum figmentum est, ad celandam authorum Romani generis turpitudinem: nec incongruè factum est: nam & meretrices lupas vocamus, vnde & lupanaria. Et constat hoc animal in tutela esse Martis. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij lib.1. Æneidos,
-donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Romulus, Martis filius, educatúsque à Lupa dicitur. Quintilianus lib.3.cap.7.
Romulus post excessum suum dixit Proculo Iulio, se Deum esse, & Quirinum vocari, templúmque sibi dedicari in eo loco iussit. Cic.1.de Legib.
Mauortius Romulus. Virg 6. Æncid.
Romilia tribus. Cic.2.de lege Agraria. Dicitur & Romulia, Vide TRIBVS.

Romuleus, pen.corr. { ῥωμύλεος } Possessiuum: vt Colles Romulei. Ouid. 14. Metam.
Culmo Romuleo sedens. Virg.8. Æneid.
Ense Romuleo cadit Amulius, Id est, ense Romuli. Ouid.3. Fast.
Muri Romulei. Silius lib.7.
Vrbs Romulea. Ouid.15. Metam.

Romulus, Adiectiuum, pro Romuleus: vt Tellus Romula. Virgilius 6. Æneid.
Gens Romula. Horat.in Carm.secul.

Romulidæ, penult.corr. { ῥωμυλίδαι } Dicti sunt Romani à Romulo. Persius Satyra 1,
-Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ fauni quid dia poemata narrent. Fuit & alius Romulus Grammaticus, qui sublatis multis Græcis induxit Latina. Hic centesimum excessit annum, interius mulso, foris oleo perunctus.
Arx Romulidarum. Lucret.lib.4.

Rompotinum, Vide RVMPOTINVM.

Roro, roras, Vide ROS.

Ros, roris, mascul gen. { δρόσος, ἕρση, ψεκάς } Humor qui sereno tempore è cælo fluit, serena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis existentibus. Aristoteles libro 1, Meteororum, scribit rorem fieri ex vaporatione modica, atque in hoc differre à pluuia quæ largo vapore progenereatur. Apuleius lib.de Mundo, Ros nocturnus humor, quem serenitatis tenuitas spargit. A Græcis dicitur ὁ δρόσος.
Amarus ros. Virg.4. Georg.
Gelidus. Virg.2. Georg.
Leuis. Virg.6. Æneid.
Liquidus ros, Aqua fontana. Ouid.3. Metam.
Marinus. Horat.3. Carm.ode 23.
Nocturni. Plin.lib.21.cap.17.ad finem.
Alcman Lyricus dixit rorem Aëtis & Lunæ filium. Macrob.lib.7. Saturn.cap.vlt.
Purus ros Castaliæ. Horat.3. Carm.ode 4.
Tepidus. Ouid.10. Metam.
Virreus. Ouid.1. Amor.eleg.6.
Viralis. Cic.2.de Diuin.
¶ Recente rore herbæ canent. Ouid.3. Fast.
Sanguineis stillauit roribus arbor. Lucan.lib.7.
Quum ros in tenera pecori gratissimus herba est. Virg.8.eclog.
Lachrymarum rore madidæ coronæ. Ouid.14. Metam.
Ros salis, pro aqua marina. Lucret.lib.4,

Nam quæcunque supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta sit, &c. Rorem salis, id est, aquam maris. Lambin.

Roralis, pen. prod. Adiectiuum. Ouid. 4. Fastorum,
Virgáque rorales laurea misit aquas. Id est, ad irrigandum, siue ad aspergendum, vel aspergentes.

Rorifer, penult. corr. Adiectiuum {δροσοφόρος.} vt Aura rorifera. Senec. Hippol. 1.
Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Thebaid.
Vmbris roriferis terram nox obtuit. Lucret. lib. 6.

Rorulentus, Adiectiuum {δροσερός, δροσώδης, πολύδροσος} Plenum rore. Columel. lib. 5, Cauendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed siccæ serantur vites. Idem lib. 12. cap. 38, Ne rorulentæ baccæ legantur cauendum.

Roscidus, penultima corr. {δροσερός, δροσόεις, δροσώδης} Aliud adiectiuum, Quod est rore perfusum, vnde Nox roscida, dicitur quæ rore humecta est. Plinius libro 18. cap. 28. & libro 3. capite 12, Roscidis collibus.
Antra roscida. Ouid. 2. Fast.
Aurora. Ouid. ad Liuiam.
Gramina. Claud. 2. de raptu Proserp.
Herba roscida. Varr. 2. de Re rust. cap. 2.
Iris. Virg. 4. Æneid.
Mala roscida, Quæ matutino rore humecta sunt. Virgil. eclog. 8.
Plin. lib. 11. cap. 11, Itaque tum prima aurora, folia arborum melle roscida inueniuntur.
Mella. Virg. 4. eclog.
Poma. Propert. lib 2. eleg 19.
Pruina roscida foliis excussa. Ouid. 5 Fast.
Solum roscidum. Colum. lib. 3. cap. 2.
Tellus roscida. Senec. Hippol. 1.

Rorarij, milites, qui armatura leui prælium primi committebant: quod vt ante pluuias cælum rorare solet, sic illi ante grauem armaturam qui prodibant, rorarij appellabantur, qui & ferentarij. Hæc ex Festo. Liu. 8. ab Vrbe, Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios, minoris roboris ætatæ factíque.
Rorarij appellati, quòd imbribus ferè primùm rorare incipiat. Varro de vita Pop. Roman. libro 3. Idem lib. 6. de Lingua Latina, Rorarij dicti à rore, qui bellum committebant antè, idco quod ante rorat, quàm pluit.
Rorarium vinum, Quod rorariis dabatur.

Roro, roras {δροσίζω, δροσόω, δρόσῳ} rorare, Humorem instar roris paulatim destillare. Virg. 8. Æneidos,
Et sparsi rorabant sanguine vepres. Colum. lib. 11. cap. 2, 111. Id. Iun. Delphinus vespere exoritur, Fauonius interdum rorat. In vetusto exemplari absolutè legitur, Fauonius interdum rorat. Plin. lib. 17. cap. 10, Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem.
Vndique dant saltus, multáque aspergine rorant. Ouid. 3. Metam.
De delphinis.
Oculi rorantur lachrymis. Ouid epist. 21. Id est, rigantur.
¶Rorare aliquem cruore. Silius lib. 10,
Quum videt in scopulo rorantem saxa cruore,
Tornóque obtutu labentem in Tartara Paulum.
¶Rorat, Absolutè: quomodo dicimus Pluit, ningit, tonat. Colum. lib. 11. cap. 2, Idibus Octobris, & sequenti biduo interdum tempestas, nonnunquam rorat.

Rorans, Participium {ἀεροίζων, ῥαντίζων.} vt Lacrymis rorantes ora genásque. Lucret. lib. 3.
Rorantia fontibus antra. Ouid. 3. Metam.
Astra rorantia. Virg. 3. Æneid.
Capilli rorantes. Ouid. 4. Fast.
Lachrymis rorantibus spargunt ora. Lucret. lib. 2.
Pocula rorantia. Cic. de Senect.

Roratus, pen. prod. {ῥαντὸς} Participium, aut nomen ex participio, vt Rorata pruina. Ouid. 3. Fastorum,
Mollis erat tellus rorata manè pruina. Alij legunt roratáque, vt referatur ad tellus.
Roratæ rosæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Roratio {ῥαντισὸς} quam Theophrastus Rhoada quasi defluxum appellat, morbus est vitium, quem vulgò *Colaturam* vocamus. Plin. lib. 17. cap. 24, Syderationis genus est in vitibus defloréscentibus roratio. Aut quum acini priusquam erescant, decoquuntur in callum. Theophrastus lib. 4. de plantis, Roratio, inquit, fit quum vitis defloréscens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluunt: & qui remanent, parui fiunt. Propter hoc vitium floralia ab antiquis instituta sunt. Plin. lib. 18 cap. 29. floralia quarto Calend. Maij instituerunt, anno vrbis quingentesimo sextodecimo ex oraculis Sibyllæ: vt omnia bene defloréscerent.

Roresco, roresceis {ἀεροίζομαι} roréscere, Rore aspergi. Plin. lib. 18. cap. 34, Aquilonem prænuntiat terra siccescens repentè, Austrum humescens rore occulto.

Rosa, rosæ {ῥόδον} Flos è spina nascens, cui ῥόδῳ Græcis nomen est. Plin. libro 21. cap. 4, Rosa nascitur spina veriùs quàm fructice, in rubo quoque prouenies, illic etiam iucundi odoris, quamuis angusti, &c. Cic. 7. Verr. Sed quum rosam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur.
Flos rosarum. Horat. 3. Carm. ode 29.
Atria plena rosarum. Ouid. 2. Metam.
Albentes rosæ. Ouid. 3. de Arte.
Amœnæ. Horat. 2. Carm. ode 3.
Arentes. Virg. 4. Georg.
Confusa rubore, Vide CONFVNDO.
Nimium rosa plena pudoris, Nimium rubra. Colum, lib. 10.
Punicea. Horat. 4. Carm. ode 10.
Sera. Horat. 1, Carm. ode 38.

¶Carpere rosam. Virg. 4 Georg.
Et tenui primam deligere vngue rosam Ouid. epist. 4.
An tu me in viola putas aut in rosa dicere? Cic. 5. Tusc. ul.
Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Sertis redimiri & rosa. Cic. 3. Tusc.
Spargere rosas. Horat. 3. Carm. ode 19.
Puluinus perlucidus melitensi rosa farctus. Cic. 7. Verr.
Rosam suam vocat amicam amator quidam apud Plautum in Asin. 12. blandiendi gratia.
¶Rosa, pro Oleo rosaceo. Celsus lib. 8. cap 3, Neque alienum est instillare paulum rosæ, vel lactis, quo magis lubrico circumagatur. Idem cap. 4, Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida.

Roseus, Adiectiuum {ῥόδινος} Quod est coloris rosæ. Plinius, Assi à coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento, venerem stimulat. Idem libro 14. cap. 1, Hîc purpureo lucent colore, illic fulgent roseo.
Ceruix rosea, id est pulchra. Seruius. Virg. 1. Æneid.
Conualles roseæ, Id est, floruléntæ species pro genere. Claud. 3. de raptu Proserp.
Dea rosea, Aurora. Ouid. 3. de Arte.
Face rosea sol infert lumina cælo. Lucret. lib. 5.
Genæ roseæ. Virg. 12. Æneid.
Labella. Catul. de Berecynta. 58.
Os roseum. Virg. 2. Æneid.
Rubor. Ouid 3. Amor. eleg 3.

Rosaceus, aliud Adiectiuum {ῥόδινος} Quod ex rosa factum est, vnde Rosaceum oleum, quod ex rosis expressum est, quod Græcis rhodinon vocant. Plin. lib 20. cap. 3.
Rosacea corona. Plin. lib. 21. cap. 3, L. Fuluius argentarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea iuterdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus.

Rosarium, rosarij {ῥοδών} Copiam fruticum significat, vno loco rosagiguentium: vel locum in quo sunt huiusmodi frutices. Plin. lib. 21. cap. 11, Rosaria à fauonio fossa oportet esse, iterúmque solstitio. Colum. lib. 11. 2, Rosarium serotinum, perfossum & cultum habere iam tempus est.
Amœna rosaria. Ouid. 5. Trist. eleg. 2.

Rosetum, roseti, penult. prod. {ῥοδωνιά} Locus rosis consitus. Virgil. eclog 5,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.

ROSEA, Autore Festo campus in agro Reatino appellatur, quia in eo arua rore humida semper seruntur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 7. ad finem, Cæsar Vopiscus Ædilitius, causam quum ageret apud Censores, campos Roseæ, Italiæ dixit esse lumen, in quo relicta pectica postridie non apparereat propter herbam.

Rosicidus, Vide ROS.

ROSCIVS, Ocho {ῥόσκιος ὄθων} Tribunus plebis legem tulit, vt Equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi assignarentur, qui censum CCCC. HS. haberent. Author Liuius. De hoc Cicero pro Muræna, L. Otho vir fortis, meus necessarius equestri ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem.
Lex Roscia. Horat. 1. epist. 1.
¶Roscius Gallus Comœdus, Ciceronis præceptor in pronuntiationis & gestus exercitatione, eò præstantiæ venit, vt quum de perfecto in arte aliqua loquimur, in suo genere Roscius à nobis dicatur, teste Cicerone lib 1. de Oratore, Hic à Cicerone defensus est, quum à Fannio quodam ob pecuniariam rationem in iudicium adductus esset.
¶Roscij appellabantur, in omnibus perfecti artibus, quod Roscius quidam perfectus vnus in arte sua, id est, comœdia iudicatus sit. Festus.
Doctus Roscius. Horat. 2. epist. 1.
¶Roscius Amerinus etiam in causa particidij defensus à Ciceróne, partem habuit hominem locupletem, quem quidam clàm interfecerunt: filius per occasionem discordiæ cuiusdam, quæ inter eos interuenerat, paternæ cædis author accusatur. Præda ad quendam Syllæ fœllitem L. Cornelium Chrysogonum redibat, accusatore Erucio, quam causam egit primam publicam Cicero annos natus XXIII. vt est author Corn. Nepos. De qua causa ipse in Bruto.

Roseus, Vide ROSA.

Rosio, Vide RODO.

Rosmarinum, rosmarini, pen. prod. vel Rosmarinus, m. g. {λιβανωτὶς} Frutex. Plin. lib. 19. cap. 12, Libanotis, locis putridis & macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Idem lib. 17. cap. 13. Et Colum. lib. 9. cap. 4.
Rosmarinum coronarium. Rosmarini (Gallicè *Romarin* appellamus) duplicis est differentiæ: Vnum fœcundum frugiferúmque, cuius semen cachrys vocatur. Folia fœniculi habet &c. Alterum coronarium quo in festis coronásque amasij abuntur. De vtroque vide Dioscoridem lib. 3. cap. 72. & 73.

Rosmaris {λιβανωτὶς} Arboris nomen. Ouid. 3. de Arte,
-tegit arbustus herbam,
Rosmaris, & laurus, nigráque myrtus olent.

Rostellum, Vide ROSTRVM.

Rostrum, rostri {ῥύγχος, ῥάμφος} Quo aues cibum capiunt. Nec solùm de auibus, sed etiam de reliquis animalibus, & de ipso homine interdum dicitur. Plinius, Et mugilis rostrum. Plaut. Mench. 3,
Apud mensam plenam homini rostrum deliges. Cic. 1. de Nat. deor.
Procero corneóque rostro aues.
Acumen rostri, Vide Acumen, in ACVO.
Acies rostri. Plinius lib. 11. cap. 37.
Rostrum, de hippopotamo. Plin. lib. 8. cap. 25, Rostro resimo, cauda & dentibus aprorum, &c.

Caprarum.

Caprarum. Varro 2. de Re rust. cap. 3, Duo enim genera earum, sub rostra duas vt mammulas pensiles habeant.
Canum. Plin. lib. 8. cap. 40, Ventos & odorem captantes, prodentésque rostro cubilia.
Cernorum. Plin. lib. 8 cap. 32.
Delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8.
Draconum piscium. Plin. lib. 9. cap. 27.
Suum. Colum. lib. 7. cap. 9, Rostris breuibus & resupinis.
Sus rostro si humi, A, literam impresserit, num propterea, &c. Cic. 1. de Diuinat.
Testudinum piscium. Plin. lib. 9. cap. 10.
Tragelaphorum. Plin. lib. 8. cap. 33, Eminet rostrum vt in paruo sit haud dissimile suillo.
¶Acutum rostrum, vide Acutus, in ACVO.
Aptum rapinæ. Ouid. 6. Fast.
Corneum, Vide Corneus, in CORNV.
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. Ouid. 6. Metam.
Immodicum. Ouid. 6. Metam.
Obuncum vulturis. Virg. 6. Æneid.
Pandum. Ouid. 14. Metam.
Punica. Ouid. 2. Amor. eleg. 6,
Tincta gerens rubro punica rostra croco.
Reducum. Ouid. 12. Metam.
Rigidum. Ouid. 6. Metam.
¶Cibum terrestrem rostris facilè contingere. Cic. 2. de Nat. deor.
Exacuere spicula rostris. Virg. 4. Georg.
Osque meum sensu pando occalescere rostro. Ouid. 14. Metam.
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. Ouidius 6. Metamorph.
Hoc quasi rostro finditur Fibrenus. Cic. 2. de Legibus, Sed ventum in Insulam est. Hac verò nihil est amœnius. vt enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, & diuisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, &c.
¶A similitudine autem rostri auium, aut aliorum animalium dicta est pars illa nauis exporrecta atque acuta è prora, à quo naues ipsæ, rostratæ dicuntur. Cæsar 3. bell. Gall. Rostro enim noceri non posse cognouerant.
Nauium rostra. Plin. lib. 16. cap. 4.
Æquata. Virg. 5. Æneid.
Erepta rostra carinis. Virg. 7. Æneid.
Æquor dihiscit conuulsum remis & stridentibus rostris. Virgil. 5. Æneid.
¶Rostra {τριβεῖα} (autore Liuio lib. 8. ab Vrbe,) dictum est templum, seu forum ante curiam Hostiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex rostris nauium Antiatium, ex quo loco concionari solebant. Vnde sæpe legimus pro Rostris, id est, in rostris: in eo enim loco rostra ab hostibus capta & fixa erant. Charisius lib. 1, Rostra, locus in vrbe vbi concionantur. Cic. 3. Offic. Conscripserunt communiter edictum cum pœna atque iudicio, constituúntque vt omnes simul in Rostra post meridiem descenderent.
Ascendere in rostra, Vide ASCENDO.
Conuocare ad rostra, Vide CONVOCO.
Deducere de Rostris, Vide DEDVCO.
Quum Vectius peroraſſet, descendissetque de Rostris. Cicero in Vatinium.
In rostris statuam alicui statuere. Cic. Bruto, 15.

Rostratus, pen. prod. Adiectiuum {ῥυγχωτὸς.} vt Rostrata nauis. Cic. 2. de Inuent. Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur.
Rostratus impetus, Qui fit ipso rostro. Plin. lib. 10. cap. 23.
Rostrata corona. Plin. lib. 16. cap. 4.
Falces rostratæ. Columel. 2. cap. 21. *Faucilles bechues non pointues.*
Tempora rostrata. Virg. 8. Æneidos,
-cui belli insigne superbum,
Tempora nauali fulgent rostrata carina. Sextus Pompeius Pompeij filius in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primò cum Agrippa pugnauit Augustus. Postea Agrippæ cura data est, qui eum deleuit: ob quod Augustus ei rostratam dedit coronam, quia vicerat nauali certamine. Seruius.

Rostro, rostras {ῥυγχόω} rostrare. Plinius libro 18. cap. 19, In collibus transuerso tantùm monte aratur: sed modò in superiora, modò in inferiora rostrante vomere. Id est, rostrum impingente, vt ait Budæus.

Rostellum, rostelli, Diminutiuum {ῥαμφίδιον} Paruum rostrum. Plinius lib. 30. cap. 11, Muris rostellum, auriculáſque summas roseo panno, ipsúmque dimittunt. Colum. lib. 8. cap. 5, Die viceſimo animaduertat an pulli rostellis ova percuderint.

Rota, rotæ {τροχὸς, κύκλος} A rotunditate seu à ruendo: ruit enim facilè in suos orbes. Plaut. Capt. 7,
-pro rota me vti licet:
Vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis. Plin. lib. 16. cap. 40,
Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum vtile.
Curuatura summæ rotæ. Ouid. 2. Metam.
Orbis rotarum. Plin. lib. 8. cap. 16.
Fractarum rotarum radij. Ouid, 2. Metam.
Strepitus rotarum. Horat. 1. epist. 18.
Vestigia rotæ. Ouid. 2. Metam.
Acris. Persius Satyra 3.
Rotæ aquariæ, apud Paulum lib. 4. sentent. tit 6, Sunt per quas tollitur aqua.
Rota aquilega. Tertullian.
Currens. Horat. 3. Carm. ode 10.
Effusæ rotæ, Currentes. Propert. lib. 4, eleg. 8.
Errantes. Stat. 1. Thebaid.
Volucres. Claud. 3. de raptu Proserp.
Feruidis rotis euitata meta. Horat. 1. Carm. ode 1.

Inducere rotam, Vide INDVCO.
Hæc erit admissa meta terenda rota. Ouid. 1. de Arte.
¶Rota Fortunæ. Cic. in Pisonem.
¶Rota, pro Solis orbe à Latinis vsurpatur, sicut δίσκος pro eodem à Græcis. Sidonius,
Inde patefecit radiis rota candida cælum. Id est, sol exortus cælum noctu clausum aperuit luce sua: noctu enim cælum claudi censebant. Hinc illud Maronis,
Ante diem clauso componet vesper olympo. Turneb.
¶Rota, Supplicij genus quoddam fuit apud Græcos, quo distento corpore homines torquebantur, sicque desinebant, Τροχὸς, ἐστὶ ξυλινικὸν ὄργανον, διατέτον τὸ σῶμα τῶν βασανιζομένων. Cic. 5. Tusculan. In eo etiam putatur dicere, in rotam (id est genus quoddam tormenti apud Græcos) beatam vitam non ascendere. Apud Iosephum in Maccabæis, eius supplicij crebra mentio est. Meminit & Aristophanes: sed & Plutarchus quoque in Nicia. Cælius lib. 10. cap. 15, putat illi simile esse, quod apud nos grassatoribus infertur, vocatúrque vulgò *La Roue*. Quanquam Iubennùs crediderim genus quoddam tormenti fuisse ad verum exsculpendum.
¶Rotæ, Genus caprarum. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures: vt in Samothrace, caprarum quas Latinè roras appellant.
Rota, Piscis Plinio lib. 32. cap. 11.

Rotula, rotulæ, penultima corr. Diminutiuum {τροχίσκος, τροχίδιον.} Plaut. Perſ. 12,
-iam à foro argentarij
Abeunt, quàm in cuiusu rotula circumuortitur. Plin. libro 18. cap. 18, Galliæ verò duas addiderunt rotulas.

Roto, rotas {κυκλόω, γυρόω} rotare, In modum rotæ versare, vertere, circumagere. Colum. lib. 8. cap. 11, Signa sunt extimulatæ libidinis, quum semetipsum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis, protegit: idque quum facit, rotare dicitur. De pauone.
More fundæ rotare aliquem. Ouid. 4. Metam.
Aper rotat canes. Ouid. 2. de Arte.
Caput ense rotare. Lucan. lib. 8.
Venti rotant flammas cauis fornacibus. Lucret. lib. 6.
Syluas rotare. Stat. 4. Sylu 3.
Telum immane rotat. Stat. 9. Thebaid.
Circum & infra rotare. Stat. 1. Achil.

Rotans, Participium {κυκλῶν.} Horat. 4. Carm. ode 11.
Turbine rotanti portant res venti. Lucret. lib. 1.

Rotans, penult. prod. Aliud participium {κυκλωθὶς.} vt Ceruix rotata. Ouid. ad Pisonem.
Sermo rotatus. Iuuen. Saty. 6,
-et curtum sermone rotato
Torqueat enthymema. Sermonem rotatum Turnebus hîc interpretatur, orationem conuersione concluſam, atque comprehensam ambitu: quod genus dicendi à Cicerone versum, ab Aristotele συνεστραμμένον appellatur: quo genere loquendi contorta oratio est, ideó que brevior, quàm sponte naturæ fusa.

ROTHOMAGVS {ῥοδόμαγος} Prolemæo authore lib. 2. cap. 8. Galliæ ciuitas ad Sequanam. Vulgò *Rouan.*

ROTVNDA, proprium nomen templi eius quod Numa Pompilius Vestæ sacrarat. Festus: Rotundam ædem Vestæ Numa Pompilius rex Roman. confecrasse videtur, quod eandem esse terram, qua vita hominis sustentaretur credíderit, eámque pilæ forma esse, vt sui simili templo Dea coleretur.

Rotundus, Adiectiuum {στρογγύλος, σφαιροειδὴς, τροχὸς, κυκλοτερὴς, κυκλοτερὴς} Dicitur quasi collectum, & per omnem circuitum læue sine offensione asperi anguli. Plinius libro decimo, cap. 52, Aquatilium oua rotunda. Ibidem, Oua exeunt à rotundissima sui parte dum pariuntur.
Dictum rotundum à retundendo: quod omnis vndique retusa & veluti deformata sit asperitas. Habet enim quod rotundum est, vnicam superficiem, in qua nec principium notari potest, nec finis. Rotundum etiam à radendo dici potest, quòd circum rasum atque expolitum sit.
Rotundum à rota dictum, teste Nonio, vel rota, à rotundo.
Forma rotunda vllam negat esse pulchriorem Plato. Cic. 1. de Natura deorum.
Rotundæ figuræ præstantia & perfectio satis intelligitur ex Ciceróne libro 2. de Natura deorum, & de vniuerso. Quid pulchrius, inquit, ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Cúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, his duabus formis contingit solis, vt omnes earum partes sint inter se simillimæ, à mediónque tantum absit extremum, quantum idem à summo, quo nihil fieri potest aptius: huius enim figuræ extremitas paribus à medio radiis attingitur. Hactenus Cicero. Vnde persuadent nobis philosophi, cælum, stellas, elementa, mundum denique totum rotunda atque globosa esse figura formatum à Deo. Hinc factum est, vt quum aliquid egregium & planè perfectum significare volumus, illud rotundum appellemus.
Baccæ rotundiores. Horat. Epod. 8.
Lances rotundæ. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Globosæ & rotundæ stellæ. Cic. de Somn. Scipionis.
Quadratum & rotundum, contraria. Cic 2. de Finib.
Verborum apta, & quasi rotunda constructio. Cicero de Claris Oratoribus.
¶Rotundus orator, per translationem. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis vt ita dicam, rotundus. Id est, elegans & compositus: vel rotundam non habens sententiarum & clausu-

larum elegantiam, qua integra clausula integram sententiam comprehendit.

Ore rotundo loqui. Horat. in Arte, Id est, inquit Parrhasius, Perfecto, pleno, vel sine offensione & aspiratione in se reuoluente.

Clausulæ rotundæ. Quintil. lib. 8, Rotundas clausulas intelligit, intra quas sententiæ clauduntur, cum sequentibus non hærentes. Budæus.

Distributio rotunda. Quintil. lib. 3. cap. 4, Celeri magis ac rotunda vsi distributione, quàm vera.

Volubilis & rotundus deus. Cic. 2. de Nat. deor.

Rotundus ambitus. Cic. de Vniuersit.

Rotundum cælum. Cic 3 de Orat.

Rotundior, & rotundissimus. Cic. de Vniuersit. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius. Columella libro 8. cap. 5, Rotundissima oua.

Rotunditas, pen. cor. rotunditatis {τὸ κυκλοτερὲς.} Plin. lib. 9. cap. 30, Cornibus quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem cap. 36, Rotunditas oris. Idem lib. 16. cap. 23, Folia in iuuenta circinatæ sunt rotunditatis.

Rotundo, rotundas, rotundare. Rotundum facere. Cicero de Vniuersit. Quúmque similem vniuersi naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit. Vitruuius libro 10. cap. 11, Id ad circinum rotundatur.

Rotundare caput, Rotundum habere, vel producere. Plin. lib 20. capite 18.

¶ Rotundare, pro Implere, & perficere. Horat. 1. epist. 6,

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro

Tertiæ succedant.

Rotundatio, rotundationis, Verbale, f. g. Vitruuius lib. 10. cap. 11, Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spatia fient.

Rotundè, Aduerbium {στρογγύλως.} Cic 5. de Finib. Ista ipsa quæ tu breuiter Regem, dictatorem, diuitem, solum esse sapientem, à te quidem apte ac rotundè, quippe habes enim à rhetoribus. Id est, concinnè, & colletè, vt ait Nonius. Et vt ait Budæus, eleganter, & compositè, siue explicatè.

ROXANA, Darij filia, & Alexandri concubina, quæ quum prægnans esset, à sorore Satyra in puteum demersa est, quòd eam præcipuis honoribus Macedones cumularent. Author Plutarchus in Alexandro.

ROXICVM {ῥοξικὸν} Corsicæ insulæ ciuitas. Ptolemæo libro 3. cap. 2. Vulgò *Rogelu.*

R R

RR geminatum (inquit Festus) in compluribus orationibus, quum de actis differitur, quæ etiam perscribi solent, id est, rationum relatarum, quòd iis tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta sint.

R V

Rubea vimina, Vide RVBI.

RVBEAS, promontorium est in Ponto. Plin. lib. 4. cap. 13, Philemon Mocimarusam à Cimbris vocari, hoc est mortuum mare, vsque ad promontorium Rubeas: vltra deinde Cronium.

Rubedo. Rubefacio. Vide RVBEVS.

Rubella, rubellæ, Rubellæ vites, & Rubellæ vineæ appellatæ sunt, quarum materia rubra sit. Plin. lib. 14. cap. 2, Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellauere vineas.

Rubellianus, pen. prod. Adiectiuum, vt Rubellianæ vites. Colum lib. 3. cap. 2, Sed earum quoque feracior est minor, cuius & folium parcius scinditur, & materia non ita rubet, vt annueis: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rubellus, aliud Adiectiuum {ὑπέρυθρος} diminutiuum à ruber, rubra, rubrum, Rubellum vinum, Vinum subrubens. Martialis, lib. 1,

Et Veientani bibitur fax crassa rubelli.

Rubellio {ῥυβρίνος} Vifcis Plinio lib. 32. cap. 10.

Rubens, Ruber, Vide RVBEVS.

RVBENSIS, & rubense. Rubensis lacus in Narbonensi prouincia quem præterlabitur Atax. Plin. lib. 3. cap. 4, flumen Atax è Pyrenæo Rubense permeans lacum.

Rubeta, rubetæ, penult. prod. {φρυνὸς.} Plin. lib. 8. cap 31, Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus. Idem lib. 32. cap. 5, Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctatum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt authores. Iuuenal. Satyra 1,

-quæ molle calenum

Porrectura vitro misceet stiente rubetam.

Rana rubeta. Plinius, Auxiliantur contra ranam rubetam. Propertius lib. 3. eleg. 7.

Rubetum, Vide RVBVS.

Rubeus {ῥυβρὸς} Adiectiuum, Rubeus & rufus generalia nomina sunt, ad omnia quæ quomodoliber rubent. Etenim sanguineus, roseus, aureus, ostrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadicus, rubei seu rufi coloris sunt, aut acuentes eum quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut virenti sensim albo illuminantes. Hactenus Sipontinus ex Gellio lib. 2. cap. 26. Negant tamen quidam Latinam esse dictionem, rubeum. Intet quos sic Hermolaus in Plinium lib 9. cap. 38, Rubens color nigricante deterior. Non rubeus. Præteriissem (inquit idem) hoc vt leue, nisi in omnibus codicibus inoleuisset: vulgóque imperiti barbariem suam in eo verbo tueri laborarent. Hactenus Hermolaus. Colum. lib. 6. cap. 1, Colore rubeo, vel fusco. Vbi alij tamen legunt rubio. nam in eodem capite legitur, Vmbria vastos & albos, cadémque rubros. Gellius loco suprà citato, Rufus enim color & ruber nihil à vocabulo rubei differunt. Firmic. lib. 4. cap. 12, Rubeis capillis, oculis sanguinolentis.

Rubeus {βλοσυρὸς} ponitur aliquando pro Spineus, à rubo, qui & vitilium vsu commendatur à Plinio, vel à Rubis oppido Campaniæ, vt putat Seruius in illum versum, 1. Georgicorum,

Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.

Rubeo, rubes, rubui {ἐρυθραίνω, ἐρυθραίνομαι, πρόσρυθρος μαι} rubere. Rubrum esse. Gellius lib. 2. cap. 26, Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocus. Virg. 2. Georgicorum,

Sanguineíque inculta rubent aruta baccis. Cic. ad Attic. lib. 15, Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui. Idem 4. Verr. Hærere homo aduersari, rubere.

Facies rubet igne sacri veneni. Stat. 9. Thebaid.

Antè nouis rubeant, quàm prata coloribus. Virg. 4. Georg.

Terra rubet sanguine. Ouid. 2. Fast.

Rubens, Participium {ἐρυθρὸς.} vt Dulce rubens. Stat. 4. Thebaidos,

-sublimis agebat

Dulce rubens, viridíque genas spectabilis æuo.

Rubens color. Plin. lib. 9. cap. 36.

Suaue rubens hiacynthus. Virg. 3. eclog.

Ferrum rubens igne. Ouid. 12. Metam.

Nupta rubens dulci probitate. Stat. 1. Syl. 2.

Zona semper sole coruscо rubens. Virg. 1. Georg.

Vina rubentia. Ouid. 5. Fast.

Rubefeco, rubefcis {ἐρυθραίνομαι} rubescere, Rubrum fieri. Plinius lib. 9. cap. 35, Miror ipso tantum eas cælo gaudere, sole rubescere, colorémque perdere vt corpus humanum.

Tum pater vt terras, mundúmque rubescere vidit. Ouidius 2. Metamorph.

Mare radiis rubescit. Virg. 7. Æneid.

Aurora rubescebat. Virg. 3. Æneid.

Rubefacio, rubefacis, pen. corr. rubefeci, pen. prod. rubefactum {ῥοδίζω, ἐρυθραίνω} rubefacere, Ruborem afferre. Silius lib. 16,

Víxque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.

Rubefactus, Participium {ἐρυθραθείς.} Ouid. 13. Metamorphoseos,

Expulit ipse cruor, rubefactáque sanguine tellus.

Rubedo, penult. prod. rubedinis, penult. corr. fœm. gen. Firmic. lib. 2. cap. 12, Leo significat colorem croceum, atque ad rubedinem declinantem.

Rubet, Adiectiuum {ἐρυθρὸς, φλογώδης, κόκκινος, ἐρυθρίας} Idem quod rubens, sed magis Latinum est ruber. Martialis lib. 1,

Flauáque de rubro ponere mella cado. Autor ad Herennium lib. 4,

Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cæsium.

Ruber crine. Martial lib. 12.

Æquor rubrum. Virg. 3. Georg.

Aurora rubra. Propert. lib 3 eleg. 13.

Deus ruber hortorum. Ouid. 1. Fast.

Flamma rubr Ouid. 11 Metam.

Humor ruber occupat os. Lucret. lib. 4.

Mare Rubrum. Plinius libro 6. cap. 23. ad finem, Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixêre nostri. Græcia Erythræum, à rege Erythra, aut (vt alij) folis repercussu talem reddi colorem existimantes: alij ab arena terráque: alij tali aquæ ipsius natura. Cic. 1. de Nat. deor.

Sanguis ruber. Horat. 3. Carm. ode 13.

Rubrior, Comparatiuus. Plin. lib. 10. cap. 63, Colorem ilico mutant rubriore pilo.

Rubrus, rubra, rubrum, Idem quod Ruber. Solinus cap. 53, Colores duo sunt, quos fingere non valet, rubrus & candidus: cæteros facilè mentitur. De chamæleonte.

Rubor, ruboris, masc. gen. {ἐρύθημα, ἐρυθρότης, φοινιγμὸς} Color rubens, qui & Rubedo dicitur. Plin. libro 11. cap. 37, In malis maximè ostenditur rubor. Idem lib. 2. cap. 18, Ardentior in ruborem.

Dilutus rubor, Debilis, & velut aqua permista parum intensus atque ardens. Plin. lib. 22. cap. 22. & cap. 23, Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti.

Igneus rubor Lucan. lib 5.

Mistus candore, Vide MISCEO.

Tyrij rubores, Purpura. Virg. 3. Georg.

¶ Virgineus rubor, pro pudore. Virg. 1. Georg.

¶ Acuere ruborem, Vide ACVO.

Confessus secreta rubor. Claud. de Nupt. honorij & Mariæ, 2.

Pudorem rubor consequitur. Cic. 4. Tusc.

Eiectus rubor attrita de fronte. Iuuen. Saty. 13.

Incanduit ore rubor. Claud. de Nupt. Honorij & Mariæ.

Subitus rubor notauit ora. Ouid. 6. Metam.

Præstet ingenuitatem & ruborem suum, verborum turpitudine, & rerum obscœnitate vitanda. Cic. 2. de Orat.

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem. Ouid. 3. Metam.

Rubicundus, Adiectiuum {ἐρυθρίσσων, ἐρυθρίας} Rubore plenus, siue abundè rubens. In quo alternatis causa, vt ait Priscianus, c loco B ponitur, ne sit absonum, si rubibundus dicatur. Terentius Hecyra. 3. 4,

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Varro 2. de Re rust. cap. 8, Hinnus qui appellatur, ex equo & asina, minor est, quàm mulus corpore, plerunque rubicundior. Martial. lib. 14.

Cotnua rubicunda. Horat. 1. epist. 17.

Coniux rubicunda Vmbri mariti. Ouid. 3. de Arte.

Rubicundulus, penultima correp. Adiectiuum diminutiuum. Iuuenal. Satyra, 6,

-tandem illa venit rubicundula, totum

Oenophorum fiuens.

Rubidus, pen. corr. Adiectiuum {ἐρυθρόφωτος} Quod est colore rufo & rore multo mistum. Plaut. Sticho, 4,

Rubiginosam strigilem, ampullámque rubidam.

Rubidus panis, Scaber, atque asper, Vnde à scabritie, panis secundò coctus, rubidus vocatur, qui & à nautarum vsu, nauticus appellatur, Festus,

Exiguam

Exiguam buccellam rubidi panis. Festus, Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus.

Rubidæ dicuntur etiam scorteæ ampullæ & rugosæ. Festus.

Rubellæ vites, & Rubellus, Adiectiuum diminutiuum. Vide ordinem alphabeti.

RVBI {ῥὼς, ῥάνις} tantùm pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, seu à colore roboris. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Rubea vimina pro fiscellis quæ inde adferebantur. Virgilius 1. Georgicorum,

Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.

Rubia, rubiæ {ἐρυθρόδανον, ἐρυθρόδανος} herba. Plin. lib. 24. cap. 11, Erythrodanus quam aliqui ereurhrodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelléque perficiuntur: in medicina vtriam cier. Vulgus pharmacopolarum rubram maiorem, & rubram tinctorum vocant.

RVBICON, penult. corr. huius Rubiconis, penult. prod. {ῥοδίων} fluuius Galliam citeriorem à reliqua disterminans Italia, cuius multa mentio est apud Plutarchum in vita Pompeij & Cæsaris. Sueton. in Cæsare, cap 31, Consecutúsque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulùm constitit. Volaterranus libro 6. Geograph.

Rubicon ipse nunc Pisitella, paruus quidem amnis, sed memorabilis, quòd terminus Gallorum ac Romanæ prouinciæ fuerit. Blondus in Italia illustrata: Sequitur magni quondam nominis torrens perexiguus Rubicó, cisalpinæ Galliæ & Italiæ arua disterminare solitus: Pisatellum nunc qui sub Flaminia via, Ruconem qui suprà accolunt, vocant: fuítq; olim stante & integra Republica Romana, lege prohibitum, ne quispiam armatus illum initussu magistratuum transgrederetur. Eáque lex loco mota in quo ab initio fuit posita, marmore literis incisa elegantissimis, etiam nunc visitur. Sabellicus in Suetonium, Rubiconem hodie corrupto nomine Riconem accolæ appellant. Priusquam ad mare sit ventum, proximo amniculo insinuatus, aquis & nomine confusis, in Adriam inter Ariminum & Rauennam euoluitur. Sulpitius in Lucan. Vltima Italiæ vrbs Arminum erat: prima Galliæ, Rauenna. Eius legis seu edicti cuius meminit Blondus verba, tum ex ipso Blondo, tum ex Volaterrano, tum ex Perro Crinito libro 12. cap. 5, sic collegimus. Iussu mandatúve pop. Rom. Consul, Imperator, Tribu. miles, tiro, commilito, armatæ, quisquis es, manipulare, Centurio, turmarie, legionarie, hîc sistito: vexillum finito: arma deponito: nec citra hunc amnem Rubiconem signa, arma, exercitum, commeatúmve traducito. Siquis huiusce iussionis ergo aduersus præcepta ierit faxitve, adiudicatus esto hostis populi Rom. acsi contra patriam arma tulerit, penatésque e sacris penetrabilibus asportauerit. S. P. Q. R. SANCTIO PLEBISCITI. S. V. C. Hoc est, Senatúsve consulti. De Rubiconis ortu & nomine sic ait Merula in Galliæ Cisalpinæ antiquitatibus: Rubicon non procul à Sariina, Plauti patria, fontes habet: vocatúrque hac ætate à circunuicinis populis materno idiomate Altiusrugum, paulo inferiùs Rugezanum, nec procul à finu in quem influit Adriatico Pisciatellum ingreditur per duo millia iuxta Cisennam. Non est audiendus Vibus Sequester, qui Rubiconem putat eum esse fluuiū, qui Varus appellatur inter Auenionem & Niceam in extremis Liguriæ finibus. Hæc Merula.

Vnde Rubiconis. Lucan. lib. 7.

Amœni Rubiconis incola. Claud. ad Gennadium,

Paruus Rubicon. Lucan. lib. 1.

Puniceus. Lucan. lib. 1, Putat Sidonius Rubiconem à rubro arenarum colore, seu puniceo, nomen habere.

Rubicundus, Rubidus, Vide RVBEVS.

Rubigo, penult. prod. rubigiuis, fœm. gen. {ἰὸς} In metallis situ quodam contrahitur, arida & rubra, metallum paulatim absumens, qualem in ferro videmus. Dicta à colore, nam veteres robum, rubrum dicebant. Plin. lib. 17. cap. 4, Ferróque omnis rubiginem obducit.

Adorahda rubigo. Iuuen. sat. 13.

Nigræ rubiginis mortu scabri enses. Lucan. lib. 1.

Purris. Stat. 3 Thebaid.

Salsa. Virg. 2. Georg.

Squallida. Catull. Argonaut. 59.

¶ Deterſa. Silius lib. 4.

Exesa inueniet scabra rubigine tela. Virg. 1. Georg.

Dentium rubigo. Ouid. 2. Meram.

¶ Rubigo {ἰσάτις} idem quod Robigo significat, estque vitium in segetibus. Vide Robigo. Plin. 18. cap. 17, Rubigo quidem maxima segetum pestis lauri ramis in aruo defixis, transit in earum folia ex aruis. Rubigo vel erugo in segetibus, inquit Budæus, est quam *mylliam* nostrates agricolæ vocant. Spicę enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in puluerem fœtidum confriatiles.

Sterilem rubiginem non sentiet seges. Horat. 3. Carm. ode 23.

Rubigo, Dea. Vide ROBIGO.

A rubigine Rubigalia dicta, id est, festi dies, amoliendæ rubigini instituti ab antiquis. Plin. lib. 17. cap. 29, Rubigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad septimum Cal. Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Budæus.

Rubiginosus, penult. prod. Adiectiuum {ἰώδης} Plenum rubigine. Plaut. Sticho, 4,

Rubiginosam strigilem. Apud Martial. lib. 5, Rubiginosi dentes.

Rubigino, rubiginas, penult. corr. {ἰόομαι} rubiginare, Rubiginem contrahere. Apuleius lib. 3, Floridorū, Profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginatur, ita vox in vagina silentij condita, diutino torpore hebetatur.

Rubor, Vide RVBEVS.

RVBRIANVM, Senatusconf. Traiani temporibus factum est. Rubrio Gallo & Cælio Pisone consulibus, cuius sententia exponitur in l. 26. l. 28. l. 33. §. 1. de fideicommissar. libertatibus. l. 3. D. De legit. Tutoribus.

Rubrica, rubricæ, penult. prod. {μίλτος} Terra rubentis coloris, &

minio proxima. Colum. lib. de Arboribus, cap 17. ad finem, Omnes arbusculas prius quàm transferas, rubrica notare conuenit: vt quum serentur, eadem cæli partes aspiciant, quas etiam in seminatio conspexerant. Plin. lib. 35. cap. 6, Ex reliquis rubricę generibus fabris vtilissima Ægyptia & Africana: quoniam maximè forbentur. Pictoris autem apta nascitur & in ferrariis metallis.

Rubrica terra, Quæ subrubens est, & rubris arenulis conspersa Colum. lib. 2. cap. 10.

Rubrica fabrilis. Dioscorid. ibidem.

Rubrica Sinopica. Dioscorides lib. 5. cap. 71.

Rubrica, pro iure ciuili & publico, ab eo quòd capita legum rubrica essent insignita. Pers. sat. 5,

-viuere tolle,

Vindicta postquam meus à prætore recessi,

Cur mihi non liceat iussit quodcunque voluntas,

Excepto siquid Masuri rubrica vetauit? Quod de Iureconsulto Masurio Sabino est intelligendum. Et si enim Iurisconsultorum officium confumebatur potissimùm in iure ciuili & priuato enucleando, tamen iidem ius publicum in legum sanctionibus positum explicabant, quod Rubricæ nomine hîc intelligendum videtur esse. Nam quanuis Iurisconsulti hodie ob miniata capita iuris, rubricas in ore habeant in quocunque iure, tam priuato quàm publico, tamen veteres in publico legitimóque rubricas posuisse videntur, vt maiestas legibus accresceret, capitibus earum sinopide aut cinabari notatis, & sanguineum quiddam, & eruentum fortasse etiam minan tibus. Itaque à Prudentio scriptum est,

-dicant cur condita sit lex

Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur

Quæ prohibet peccare reos? Quintilianus quoque non de iure prætorio, sed de duodecim tabulis rubricas intelligit, non tamē tantùm vbi criminibus minantur pœnas, cum credibile sit omnia earū capita milto picta fuisse, Verba Fabij sunt, Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, ac formularij, ac (vt Cicero ait) leguleij esse maluerunt. Ecce hîc album pro iure prætorio dixit, rubricas pro iure ciuili, quod duodecim tabulis cōtinebatur: vt & formularios ad prætorias retulit formulas: leguleios ad duodecim tabularum leges. Ex Turnebo.

Delibutus rubrica. Author ad Herenn. lib. 3.

Rubricera, rubriceræ, penult. prod. {καίρειον.} Color quo mulieres ad emendandum faciei ruborem vtuntur. Plautus Trucul. 6, Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi, pessumæ estis. Purpuríssum etiam dicitur. vnde idem Plautus Buccas purpurissatas vocat, rubriceta intinctas.

Rubricosus, penult. prod. Adiectiuum {μελιτώδης.} vt Terra rubricosa, hoc, est, rubra & rubrica veluti conspersa, aut rubris arenulis, vt differat ab alijs, hoc est, pullā, &c. Plin. lib. 18. cap. 17, In solo autem rubricoso lupinum. Colum. lib. 4. cap 33, Spissum solum & rubricosum reformidat.

RVBRICATVS {ῥυβρίσκος} Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ Tarraconensis fluuius: vulgò *Lobregat.*

RVBUS, rubi, masc. vel fœm. gen. {βάτος} Sentis genus. Colum. lib. 11. cap. 3. de sepibus hortorum, Ea semina sint vastissimarum spinarum, maximéque rubi & paliuri, & eius quam Græci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quàm matutissima eligi oportet. Ibidem in fœmin. gen. Alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere. Et Gellius libro 19. capite 12, Videt fortè vicinum rubos latè atque altè obortas excidentem.

Acuta rubus, Vide Acutus, in ACVO.

Asper rubus. Virg. 4. ecloga.

Rubus caninus. Palladius lib. 1. cap. 34. Columella cynosbaton vocat, & sentem canis. *Festiuntier.*

Duri rubi. Ouid 4. de Ponto, eleg. 4.

Horrentes rubi Virg 3. Georg.

Rubus Idæus, ab Ida monte Phrygio. Dioscorid. lib. 4. cap. 34. & Plin. lib 24. cap. 14. *Framboiſier.*

Mordax rubus. Ouid. de Medicamine faciei.

Punicei rubi. Propertius lib. 3. eleg. 13, Id est, mori syluestres.

Rubetum, rubeti, penult. prod. {βατὼν} Locus in quo rubi sunt.

Dura rubeta. Ouid. 1 Metam.

RVCTUS, huius ructus, masc. gen. {ἐρυγὴ} Cibi & potus in stomacho maiè concocti ventosa per os efflatio. Celsus lib. 4. cap. 5. ad finem, Sed si coactus intus cibus, aut computruit (quorum vtrumlibet ructus ostendit) eiiciendus est. Plin. lib. 20. cap. 18, Anethum quoque ructus mouet, & tormina sedat. Cic. Peto, lib. 9, Stoici crepitus aiunt æquè liberos ac ructus esse oportere.

Ructus Nomen, à ructando ductus. Plaut. Pseudolo,

Pergin' ructare in os mihi, suauis ructus mihi est, sic sine simodo.

Lucilius Satyra,

Exhalas tum acidos ex pectore ructus.

Crebri ructus, cruditatis indicium. Colum. lib. 6. cap. 6.

Ructu grauis herba, Hoc est, grauem odorem ipso ructu ori referens, quale est allium. Plin. lib. 24. cap. 15.

Ructo, ructas (ἐρυγγάνω, ἐρεύγομαι} ructare, Ructus emittere. Plautus Pseud. 23,

Pergin' ructare in os mihi? Cic. ad Cornificium, libro 12, Quem ego ructantem & nauseantem, conicci in Cæsaris Octauiani plagas.

Iuuenalis sat. 3,

-laudare paratus,

Si bene ructauit, si rectum minxit amicus.

Cui ructare turpe esset, is vomuit. Cic. 2. Philipp.

Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues. Cic. 5. Tusc.

Ructor, ructaris {ἐρυγγάνειμαι} ructari, Deponens, Idem significans

Ructari aues. Varr. 3. de Re rust. cap. 2.

Versus ructari. Horat. in Arte.

Ructatus, penult. prod. Participium {ἐρεύγεσθαι.} vt, Ructati eruores. Silius libro 15,

Permiſcétque mero ructatos ore eruores.

Ructator {ἐρεύγομαι} & ructatrix, penul. prod. Verbalia. Ructatrix herba, quæ ructus inducit. Martial. lib. 10,

Nec deeſt ructatrix menta, nec herba ſalax.

Ructito, ructitas, penult. corr. {ἀπορεύγομαι} ructitare, Frequentatiuum. Colum. lib. 6. cap. 6, de boue ægrotante ſic inquit, Gemitus exprimit, locóque ſtare non patitur, ſæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebriùs agere. Locus corruptus eſt, legi autem debet, Sæpe decumbere, & agitare caput, caudámque, &c.

Ructuoſus, penul. prod. Adiectiuum {ἐρεύγεσθαι.} vt ſpiritus ructuoſi. Quintil. lib. 4. cap 2. Ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, toris præcordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare.

Rudens, rudentis, Vide RVDO.

Rudero, Rudetum. Vide RVDVS.

RVDIAE, Rudiarum {ῥαδίω} vetus Apuliæ oppidum, Ennij patria. Pomponius Mela lib. 2, Poſt Barium (inquit) Egnatia, & Ennio cluere nobiles Rudiæ. Hodie non extant.

Rudiarius, Vide RVDIS, ſubſtantiuum.

Rudimentum. Vide RVDIS, adiectiuum.

Rudis, huius rudis, fœm. gen. {ῥάβδος, σκυτάλη} Virga impolita dicitur. Cato de Re ruſtica, cap. 104, Hæc rude miſceto ter in die, dies quinque continuas.

Rudibus ſolitos pugnare gladiatores, teſtis eſt Lampridius, quum ait Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe.

Rudem accipere, pro dimitti à munere, Rude donare, pro Dimittere, crebriter apud idoneos authores obuia ſunt. Inde ducta metaphora, quòd antiquitus gladiatores, quibus permiſſum erat à gladiatorio munere ceſſare, rude donati dicebantur. Ea ceſſatio dabatur virga, quam rudem appellabant: vnde hoc modo dimiſſi, rudiarij vocabantur. Proinde quicunque à munere quouis in otium reſtituuntur, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem, rudem accepiſſe dicúntur. Cic. 2. Philipp. Tam bonus gladiator rudem eam cicò accepiſti?

Donatus rude. Horat. 1. epiſt. 1. Idem Iuuen. ſat. 7,

Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra mouebant Conſilia.

Ad rudem compellere. Cic. ad Octauiũ, Veteres vulneribus & ætate confectos Iulianos gladiatores, egenteis reliquias Cæſaris ludi ad rudẽ compuliſſet? quibus ille ſeptus omnia miſceret nulli parceret, ſibi viueret. Id eſt, Cæſare facere.

Rudem meruit. Martial. lib 5, in Fabianum,

Hoc merui Fabiane toga, tritáque, meáque,

Vt nondum credas me meruiſſe rudem. Hoc eſt, miſſionem, vel ceſſationem ab officio præſtando & ſalutationibus Domitius ſic exponit: Putas me non meruiſſe rudẽ, id eſt, vt me alas ſine officio: Gladiatores enim ætate ingraueſcẽte donabãtur rude: qua rude accepta non cogebantur ampliùs pugnare, ſed publica alebantur pecunia.

Tuta rudis. Ouid. Amor. lib. 2. eleg 9,

Feſſus in acceptos miles deducitur agros:

Tutáque depoſito poſcitur enſe, rudis.

Rudicula, rudiculæ, penult. corr. Diminutiuum {σπαθίδιον} Parua virga impolita ad multa vtilis, potiſſimum autem ad mouenda & agitanda ea quæ ſuper igne decoquuntur: vulgus noſtrum *ſpatulam* vocat. Cato cap. 9. de Re ruſt. Conuoluulus in vinea ne fiet, amurcam, igni leni coquito, rudicula agitato crebrò vſqueadeò dum fiat tam craſſa quàm mel. Plin. lib. 29. cap. 3, Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas. Sed hic locus aliter nunc legitur. Columella libro 12. cap. 46.

Rudiarius, rudiarij, maſcul. gen. {ῥάβδος} Rudiarij dicti ſunt qui imperatum miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. Sueton. in Tiberio, cap. 7, Rudiariis quoque quibuſdam reuocatis authoramento centum millium.

Rudiarius, Qui ſaga rudia & noua polit, vt ait Hermol. ex Feſto.

Rudiarius, Qui ruderarium cribrum facit, & rudiora linteamina.

Rudis, & hoc rude, Adiectiuũ {ἀμαθὴς, ἀδαὴς, σπαθὶς, καὶ τὸ ἀδαὲς, ἄγναφον} Imperitus, indoctus, inſcius, ignarus à rudere, deriuatur. Cicero pro Flacco, Quum in theatro homines imperiti, homines rerũ omnium rudes, ignaríque conſederant.

Ad bella rudis. Liu. 4. bel. Pun.

Ad mala iampridẽ non ſumus vlla rudes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.

Ad ſeditiones rudis. Liu. 8. bel. Pun.

Rudis in. Cicero 1. de Oratore, Quem tu adoleſcentulus perpulliſti, ignarum legum, hæſitantem in maiorum inſtitutis, rudem iure ciuili. Et 1. de Oratore, Quid eſſe poteſt in otio aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm ſermo facetus ac nulla in re rudis?

Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hoſpes eſſe debet. Cic. 1. de Orat.

Rudes, & omnium ignari. Quintil. lib. 1. cap. 8.

¶Rudes artium homines. Liu. 1. ab Vrbe.

Bonarum artium rudis. Tacit. lib. 1.

Belli rudis, Inexpertus armorum. Horat. 2. epiſt. 2.

Coniugij rudis iuuenca. Ouid. 4. Faſt.

Rudis exemplorum. Cicero pro Cornelio Balbo, Dicat ſe non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuiſſe.

Rudes Græcarum literarum. Cic 1. Offic.

Operum rudes inuenci. Ouid. 1. Faſt.

Rudis prouinciæ & tyro. Cic 4. Verr. Nolebat in agendo diſcere, tametſi non prouinciæ rudis erat & tyro.

Rerum rudis. Valer. 1. Argon.

Rerum omnium rudis. Cic. 1. Tuſcul.

Rei militaris rudis. Cic. 4. Academ. Quum eſſet Roma profectus rei militaris rudis.

Dicendi rudis. Tacit. lib. 1.

Rudis frangendi militares animos. Curt. lib. 4. Hoc eſt, impetitus.

¶Rudis, ad animum transferetur: rudéſque illi dicuntur qui adhuc animum non expoliuere diſciplinis & doctrina, rerúmque vſu. Plin. libro 2. cap. 7, Sedere cœpit ſententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rude in eam curſu vadit. Feſtus, Hominem imperfectum rudem dicimus.

Anni rudes. Claud. 6. Paneg.

Campus rudis, Vide CAMPVS.

Capilli rudes, Non compti. Seneca Hippol. 3.

Carmen rude, Inemendatum. Ouid. 1. Triſt. eleg. 6.

Rudem me diſcipulum atque integrum accipe. Cicero 3. de Natura deorum.

Hebes ac rudis Epicurus. Cic. 2. de Diuin.

Forma ingenij admodum impolita & planè rudis. Cicero de Claris Orator.

Genus hominum rude, hebes & impolitum. Cic. 2. de Orat.

Ingenium rude, Nullis ſtudiis excultum. Horat. de Arte.

Lanæ rudes. Ouid. epiſt. 1. Id eſt, impolitæ.

Materia rudis, Chaos informe. Lucan. lib. 2.

Moles rudis indigeſtáque. Ouid. 1. Metam.

Pectus. Ouid. epiſt. 4.

Populi. Ouid. 1. Faſt.

Puer rudis ignoto amore tactus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Simplicitas. Ouid. 3. de Arte.

Vetuſtas. Ouid. 1. Faſt.

Vulgus. Ouid. 2. faſt.

¶Rudis, pro Ruſtico. Iuuen. ſat. 11,

Tunc rudis, & Graias mirari neſcius artes. Budæus.

Ruditas, penult. corr. ruditatis, fœm. gen. {ἀμαθία, σπαθότης} Imperitia & obtuſitas ingenij.

Rudimentum, rudimenti {φροντιστήριον} Principium ſiue prima diſciplina quæ rudibus datur: quod & tyrocinium appellatur.

Clara rudimenta primæ militiæ. Stat. 5. Syl. 1.

Dura rudimenta. Virg. lib. 11. Id eſt, difficilia.

Dicendi rudimenta. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Imbutus rudimentis militiæ cum aliquo actæ. Paterculus libro 2. ſub finem.

Rudimentum lucis, pro initio vitæ, apud Plin. lib. 7. in Procemio.

Rudimentum ponere, Incipere. Cic. in Saluſtium, Verùm eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimentum, ſed ita ingreſſus eſt, vt neque ab alio vinci poſſit, &c.

Rudimenta tyrocinij deponere ſub aliquo, Idem ſignificat. Iuſtinus lib. 9.

Rudimentum puerilis regni. Liuius 1. ab Vrbe,

Rudimenta & incunabula virtutis. Cic. in Saluſtium, An vila alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis?

Incrementa & rudimenta. Curt. lib. 5.

Turpe rudimentum. Ouid. epiſt. 5.

Rudo, rudis, rudi {ἠχέω} rudere, Proprie ad aſinos pertinet: nam rudere aſini dicuntur, quum vocem emittunt. Perſius ſat. 3,

Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Rudo, rudes, per ſecundam coniugarunt antiqui. Lucilius,

Hæc inquam rudet ex roſtris, atque hinnilitabat. Meminit Varr. lib. 6. de ling. Lat.

Sono intempeſtiuo rudit aſellus. Ouid. 6. Faſt.

Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. Ouid. 3. de Arte.

Rudere, abuſiuè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virgilius 7. Æneidos,

-ſera ſub nocte rudentum. Idem 8. Æneidos,

Incluſúmque cauo ſaxo, atque inſueta rudentem. Id eſt, clamantem: & abuſiuè dictum eſt. Seruius.

Rudens, Participium {ἠχῶν.} vt, Prora rudens. Virg. 3. Æneidos,

-primúſque rudentem

Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas.

Aſellus rudens. Ouid. 1. Faſt.

Leones rudentes. Virg. 7. Æenid.

Rudens {πάτραμα, σχοῖνος} Subſtantiuum, tam maſculinum, quàm fœminium, Funis nauticus: quòd quum vento agitatur, veluti rudere audiatur. Virg. 1. Æneidos,

Inſequitur clamórque virũm, ſtridórq; rudentum. Plaut. Rud. 23,

Heus mane. 6. quid maneam? T. dum hanc tibi rudentem, quam trahis complico. Cic. 5. Tuſcul. Non ſanè optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus apta fortuna.

Rudentes ea cauſſa ſapientiſſimi dictos volũt, quòd funes, quum vento verberentur, rudere exiſtimentur: atque hunc ſonũ proprium funium non aſinorum putant, Nonius.

Aptare remos & rudentes. Virg. 5. Æneid.

Excutere rudentes. Virg. 3. Æneid.

Explicare rudentem. Cic. 1. de Diuin. de fato loquens, Sed eſt quaſi rudentis explicatio.

Iactare rudentes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.

Immittere rudentes, Vide IMMITTO.

Laxare excuſſos rudentes. Virg 3. Æneid.

Innumeros rudentes porrexit puppis vtrinque. Stat. 5. Syl. 1.

Intorti rudentes ſuſtollunt vela. Catul. Argonaut, 59.

Duros tractare rudentes. Iuuen. ſat. 6.

Rudentifibilus, Dictio compoſita, qua vſi ſunt antiqui, & in primis Pacuuius, vt author eſt Varro lib. 4. de ling. Lat.

Rudus, ruderis, penult. corr. neutri generis, quod & raudus dicitur, {ἐρείπιον} proprie ſignificat rem rudem, asperam & imperfectam. Ideò hominem imperfectum, rudem nominamus. Et rudis, impolita virga: de quibus ſuis locis. Dicitur autem nouum rudus, & vetus rudus, ſed diuerſa ſignificatione. Liuius 6. bel. Pun. Æris acerui, quú rudera milites religione inducti iacerent, poſt profectionem Annibalis magni inuenti.

Nouum

Nouum rudus eſt materia pauimenti, hoc eſt, ſaxa recens contuſa, ſeu teſtæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur, caleíſque duæ partes ad quinque mortarij miſtionibus præſtent reſponſum. Plin. lib. 36. cap. 25.

Vetus rudus, eſt materia pauimentorum & ditutorum ædificiorum, quę lapidibus & teſtis confractis, calcéq; arena commiſta conſtat. Plinius, Complanatæ veteri rudere erant viæ.

Rudus rediuiuum. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Rudus ſi nouum erit, ad tres partes vna calcis miſceatur. Si rediuiuum fuerit, quinque ad duũ miſtiones habeant reſponſum.

¶Rudus, ſtercus, quod raditur, vt vult Nonius. Lucil. ſat. lib. 11,

Viam ſternendam, & iaciendum hue aggerem, & id genus rudus.

Rudero, ruderas, penult. corr. ruderare, Rudus inducere. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Tũc inſuper ſtatuminetur, ne minore ſaxo, quàm quod poſſit manum implere, ſtaturninationibus inductis rudereturr.

Ruderatio, ruderationis, Verbale, f. g. Vitruu. lib. 7. cap. 1, Primúmque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expoſitionum.

Ruderatio, & ſtaturninatio differunt. Staturninatio ſit lapidibus & cementis libralibus & manualibus, ſine calce & arena: Ruderatio verò ſtatumini ſuperinducitur cum calce & arena, aut rudere nouo aut rediuiuo, id eſt, ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtat è cemento, ad differentiam nuclei, qui è teſta concuſa conſtat, & tertio loco inducitur. De his omnibus Vitruuius abundè lib. 7, Monuit Turnebus ex Budæo.

Ruderatus, penult. prod. Adiectiuum, Ruderatus ager. Qui veterum ædificiorum materia ſcater. Plin. lib. 21. cap. 4.

Rudetum, rudeti, penult. prod. Locus plenus ruderibus: ſiue terra, quæ priùs rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato cap. 38, Lentim in rudeto & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito. Idem cap. 37, Ager rubricoſus, & terra pulla, materina, rudera, arenoſa. Vetus exemplar habet rudecto, rudecta.

Ruderarium cribrum, vilius & furfurarium Apuleius dixit.

Ruduſculum non modò pro ære infecto vulgus vſurpat, ſed etiam pro ſignato, vt cum dicitur in mancipando: Ruduſculo libram ferito, id eſt, aſſe libram tangito. Feſtus.

RVELLIVS, incliti nominis Phiſicus ac medicus, qui ſuæ virtutis reliquis poſteritati, libris de natura ſtirpium editis, reliquit.

RVEAE, arum, oppidum Campaniæ, cuius meminit Macrobius lib. 7, Quique Rufas Bacũlúmque tenent, &c.

RVFINVS, vir Conſularis à Fabritio Cenſore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inuẽta eſſent. Rufinus alter vna cum Stilicone & G. Idone telicius à Theodoſio ſeniore imperij adminiſtrator pro tutela Arcadij & Honorij filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente, Rufinus vero in Oriẽte, omnes ſanè cupiditate regni incenſi in ſuos principes arma conuerterunt: ex quo diuerſis modis oppreſſi perierẽt. Exant in hunc Rufinum Claudiani poetæ inuectiuæ, Vide Volaterranum.

RVFRIMACERIAE, plur. num. Oppidum Campaniæ. Cato cap. 22, Venduntur ad Rufrimacerias numis centum octoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeiis emuntur. Idem cap. 135. Eſt & Pompeij, oppidum Campaniæ.

Rufus, Adiectiuum {πυῤῥὸς} Color non plenè ruber. Martial. lib. 14, Roma magis fuſcis vettitur, Gallia rufis. Terent. Phorm. 1. 2,

Siquis me quæret rufus. Idem Heaut. 5. 5,

Rufamne illam virginem, &c.

Quidam ſcribunt duplici ff ruffus. Sed hi vehementer faſſuntur, vt palam facit Martial. epigr. 51. lib. 8, vbi apertè docet vocatiuum Rufe conſtare tantùm literis quatuor. Vide SEPTVNX, pro ſeptem vini cyathis.

Agna rufa. Horat. 2. Serm. ſat. 3.

Color. Plin. lib. 12. cap. 12.

Gingiua. Catul. in Egnatium 37.

Vela lutea & rufa. Lucret. lib. 4,

Et vulgo faciant id lutea, rufáque vela.

Rufior, Comparatiuus {πυῤῥότερος.} Plin. lib. 16. cap. 14, Namque & materies maris dura, rufiórque, ac nodoſa.

Rufulus, penult. corr. Diminut. {ὑπόπυῤῥος.} Plaut. Amphit. 16,

Vt primùm coiuit cicatrix rufula.

Rufuli appellati ſunt Tribuni militum, non à populo, ſed à Conſule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legẽ tulerit: hi poſteà mutatione vnius literæ, Rutuli ſunt appellati. Feſtus.

Rufo, rufas {πυῤῥοποιῶ} rufare, Rufum facere. Plin. lib. 15. cap. 22, Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Et lib. 23. cap. 2, Tunc addito lentiſcino oleo illita vna nocte rufat capillum.

Rufeo, rufes, A quo Rufeſco, rufeſcis {πυῤῥοποιέομαι} rufeſcere, Rufum fieri. Plin. lib. 10. cap. 29, Grues ſenectute nigreſcunt, Merula ex nigra rufeſcit.

RVFVS, Purpurio {ῥῆρος} Legatus Romanorum in concilio Ætolorum: apud Liuium lib. 32.

Rufus, Centurio ſub Scipione Africano, cuius & res geſtas, & belli apparatum deſcripſit. Author Appianus.

Virginius Rufus orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus, Virginium, inquit, Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius, Nam Virginius Rufus ſtudia iuuenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat.

Rufus poeta Bononienſis, cuius meminit Martial. lib. 6,

Funde tuo lachrymas orbata Bononia Rufo

Et reſonet tota planctus in Æmylia.

Rufus Medicus, ſub Traiano principe multa conſcripſit, quorum nihil ad nos peruenit, ſæpe tamen ab aliis teſtis citatur.

Rufus Corinthius, ſophiſta, quanquam diuitiis, & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad eius laudem dicendi gloria, linguę́que gratia contulit. Author Philoſtratus.

Ruga, rugæ {ῥυτίς, πτυχὴ} in hominibus præ ſenectute accidit. Cicero de Senectute, Non cani, non rugæ repentè authoritatem arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas, &c.

Aniles rugæ. Ouid. 14. Metam.

Cauæ. Ouid. 7. Metam.

Deformes. Claud. 2. in Eutropium.

Senilis. Ouid. 5. Faſt.

¶Denſiſſima ruga cogitur in frontem. Iuuen. ſat. 13.

Decipere aliquem rugis & ſupercilio. Cic. Poſt red. in Senatu.

Senectus frontem exarat rugis. Horat. epod. 8.

Excutere rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Inducit rugas ſenectus. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

Laxantur corpora rugis. Ouid. 3. de Arte.

Portare rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Trahere rugam. Iuuen. ſat. 14.

Capitis niues & rugæ te turpant. Horat. 4. Carm. ode 13.

Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent. Ouid. 2. de Arte.

¶Ruga, non ſolùm in corporibus dici ſolet, ſed etiam in veſtibus. Plinius libro 35. capite 8, Præter quæ in veſte & rugas & ſinus inuenit.

¶Ruga in arboribus. Plin. lib. 12. cap. 7, Deeſt tota illa maturitas, ideóque & rugarum coloríſque ſimilitudo.

Rugoſus, penult. prod. Adiect. {ἐν πολλοῖς πτυχαῖς ἐστι πολλαῖς τε} Rugis plenus. Plin. lib. 12. cap. 13, Amomum laudatur quammaximè punici mali foliis ſimile, nec rugoſis.

Acina rugoſa. Colum. lib. 13. cap. 43.

Cortex rugoſus. Plin. lib. 16. cap 31.

Facies rugoſior vna paſſa. Claud. 1. in Eutropium.

Folium rugoſum. Plin. lib. 13. cap. vlt.

Frons. Martial. lib. 3. 51.

Genæ. Ouid. 1. Amor. eleg 8.

Palmæ. Ouid. 8. Metam.

Senecta rugoſa ora pallent. Tibul. lib. 3. eleg. 5.

Rugare dicitur veſtis quum multos ſinus facit, Plaut. in Caſina, Vide palliolum vt rugat.

Rugata teſta, apud Plinium lib. 9. cap. 33.

Rugio, rugis, rugiui vel rugij, rugitum, penult. prod. {βρυχάομαι} rugire dicitur leo, quum vocem emittit. Author Philomelæ,

Tigrides indomitæ rancant, rugiúntque leones.

Rugitus huius rugitus, pen. prod. m. g. {βρυχηθμός.}

RVGVSCI, Alpini populi inter eos quos maximus ille Cæſar Iulius ſub iugum Romanorum miſit. Plin. lib. 3. cap. 20.

Ruidus, ſiue ruuidus, penult. corr. Adiectiuum {ὑγρὸς.} Plin. lib. 18. cap. 10, Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo. Hermolaus, Præferratum pilum in molendo propterea vocatur Plinio, vt à pilo ruido (ſic enim vocat ipſe) diſtinguatur: ad molas videlicet quas aqua verſat, vtili: nec tam, quòd ſine ferro eſt, id nomen habet, quàm quòd aſperum, impolitúmque. Nã & Ruuidus panis Plauto (vt ait Feſtus) eum ſignificat, qui parum coctus, rugoſúſque ſit, quanquam rubidus ferè ſcribitur.

Ruina, Vide RVO.

Rulla, rullæ, Inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad vomerem detergendum. Plin. lib. 18. cap. 19, Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Diminutiuum à runa, quod eſt teli genus, vt ait Feſtus. Ennius, Runata recedit. Habet autem hoc telum latiorem cuſpidem.

RVLLVS {ῥῶλος} teſte Plinio lib. 8. cap. 51, ſolidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgauit. Vide Alexandrum Alexandrin. lib. 1. cap. 9.

Ruma, rumæ {ῥῶμη} Idem quod Rumẽ, A veteribus dicebatur mamma, Vide RVMIS.

Ruma, Gutturis pars eminens. Seruius, Rumatio dicta eſt à ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus.

Rumo, rumas {ἀπομασσάλομαι, μυρμηκίζω} rumare, Idem quod ruminare dicebatur apud veteres. Eſt etiam rumare, lactare, quaſi mammam in rumen immitere.

Rumbotinus. Vide RVMPOTINVS.

Rumen, ruminis, penult. corr. neut. gen. Eminens ſub mento gutturis pars, qua cibus in aluum demittitur. Feſtus, Rumẽ eſt pars colli qua eſca deuoratur: vnde & rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

Rumen, Mamma dicitur {μαστὸς.} Plin. lib. 15. cap. 19, Magiſque ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære iuxtà dicato, tanquam in comitium ſponte tranſiiſſet.

Rumen, Nonius docet eſſe locum in ventre, quo ſumitur cibus, & vnde redditur. Pomponius Proſtibulo, Ego rumorem paruifacio, dum ſit rumen quì impleam.

Rumino, ruminas, penult. corr. {μυρμηκίζω} ruminare: & Ruminor, ruminaris, ruminari. Eſt reuomere, ac rurſus conſumere, quaſi cibum ad rumen reuocare, itcrúmque conficere. Colum. lib. 6, Propter quæ bos neque ruminat, neque linguaſe detergit.

Herbas ruminare. Ouid. in Fragment.

¶Ruminari, per tranſlationem, In memoriam reuocare. Varro Tanaquile, Non modò abſens quicquam de te ſępius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Liuius Ægiſthe, Nemo hæc voſter ruminabitur mulieri. Alij legunt, voſtræ ruminetur. Nonius.

Ruminatio, Verbale {μυρμηκισμός.} Plin. lib. 11. cap. 37, Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio. Idem lib. 17. cap. 22, Si laucias recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio, Id eſt, frigoris reiteratio. ducta metaphora à cibi repetitione & reuocatione.

Ruminatio, Ipſa in memoriam reuocatio. Cic. ad Attic. lib. 2. 27, Quanto magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publij, &c.

Ruminalis ficus {ῥωμυλία ἐρινεός} Sub qua Lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuiſſe, vt ait Feſtus: quę & Romula vocitata eſt. Ouid. 2. Faſtorum,

Arbor erat, remanent vestigia, quæque vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat. Siue quòd sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerunt.
Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plinius libro 8. cap. 51.

Rumex, rumicis, penult. corr. masc. gen. {λαπάθιον} Lapathi sylueſtris genus. Plin. lib. 19. ca. 12, Solum verò ex omnibus lapathum sylueſtre melius, hoc in satiuis rumex vocatur, nascitúrque fortissimum.
Rumex, Genus teli, simile spari Gallici, vt ait Festus. Lucilius,
Tum spara, tum rumices portantur, stragula porro.

RVMIA {ῥωμία} dicta est dea, quæ rumis, id est, mammis, hoc est, pueris lactentibus præsidebat. Huius meminit Augustinus lib. 4. de ciuit. Dei. Varro 2. de Re rust. cap. 11, Non negarim inquam, ideò apud diuæ Rumiæ sacellum à pastoribus satam ficum. Ibi enim solet sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus.

Rumifero, Rumigero, Vide RVMOR.

Rumigestri, Telorum genus quoddam fuit apud antiquos, de quibus meminit Gellius lib. 10. cap. 25.

Rumigo, as, are: apud Apuleium lib. 4, De Asino aureo: Iam ferè tertium palàm rumigabam, id est, vt interpretor, ruminabam.

RVMINA, ruminæ, Dea eadem quæ paulo antè Rumia dicta est, Varro. Cato, vel de liberis educandis: Hisce manibus lacte fit, nõ vino, Cuninę propter cunas, Ruminę propter rumam, id est, priſco vocabulo, mãmam, à quo subrumi etiã nunc dicuntur agni. Ex Nonio.

Rumino, Ruminor, Vide RVMEN.

Rumis, huius rumis {ῥῶμη} Idem quod Ruma, id est, mãma, sed proprie animalium. Varro lib. 2. de agricultura, cap. 11, Mammæ enim rumis, siue rumæ, vt antè dicebant, à rumi, & inde dicuntur subrumi agni lactentes, à lacte. Sic ibidem, cap. 1.

RVMON, præceps in Tyberi locus. Alex. Alexãdrinus lib. 5. cap. 26, Prætérque aram Consi, quæ in circo fuit, ab accessu hominum semota, etiam ara Ditis & Proserpinæ in loco abdito in Martio campo ad Tarentum colebatur, locum denominatum, quod ibi Tyberis ripas tereret, qui Rumon propterea dictus & Serra, ad quam rarus erat accessus hominum.

Rumor, rumoris, masc. gen. {ῥόθος, ῥόμβος, φάμη, ῥόμβημα} Sermo in populo sine certo authore (in bonum vel in malum) de re recenti dispersus. Cic. 5. Verr. Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non solùm legum ac iudiciorum, sed etiam rumorum ac temporum.
Multitudinis rumor. Cicero 2. de Finibus, Honestum quid sit, si id non est in voluptate negat se intelligere: nisi fortè illud quod multitudinis rumore laudetur.
Rumor de. Cic. ad Cassium, lib. 12, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore.
Ex sermone rumor attulit eam calamitatem ad aures. Cicero pro Lege Manilia, Sinite hoc loco Quirites sicut Poetæ solent qui res Romanas scribunt præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit vt eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret.
Aura rumoris. Cic. pro Muræna, Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.
Aduersus, Vide ADVERSO.
Amarus. Virg. 4. Æneid.
Attox. Tacit. lib. 17.
Bellus. Cælius ad Ciceronem lib. Famil. 8. epist. 1, Quod ad Cæsarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores veniunt: alius equitem perdidisse: alius, &c.
Celebris, Vide CELEBRIS.
Clemens, Vide CLEMENS.
Constans, Vide CONSTO.
Crebri rumores, Vide BELLVS RVMOR.
Fallax. Claud. 2. Paneg.
Firmus. Cic. Attico, lib. 11. epist. vlt. Illum discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpitij literis.
Iniquus. Ouid. 4. Fast.
Magnus, Vide MAGNVS.
Miserabilis. Claud. de bel. Get.
Nuntius rumor. Cic. ad Cassium, lib. 12, Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audiuimus: sed adhuc sine capite, sine authore, rumore nuntio.
Secundo rumore, Hoc est, grato. Tacit. lib. 3, Vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quod filio Claudij socer Seianus destinaretur.
Siniſter. Lucan. lib. 8.
Tristis & Iucundus rumor, contraria. Cic. ad Cassium, lib. 15, Rumores tristiores, sed ἀληθεῖς. Idem Q. frat. lib. 3, Rumor Dictatoris iniucundus bonis.
Vagus. Tacit. lib. 19.
Validus. Tacit. lib. 4.
Afferre rumores, Vide AFFERO.
Affingere rumoribus, Vide AFFINGO.
Afflauit rumor. Cic. Attico, lib. 16, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse. Id est, Nescio quid rumoris affluxerat, quum Græci ludi committerentur, infrequentem populum affuisse.
Affluere rumorem. Cic. ad Q. frat.
Rumor ait. Matt. lib. 38, Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.
Aucupari inanem rumorem, Vide AVCVPOR.
Calent rumores, Vide CALEO.
Colligere rumorem, Vide COLLIGO.
Didicit hic subitò Troiana per agmina rumor. Virg 7. Æneid.
Differre rumorem. Tranquillus in Octauio.
Dissipatis rumoribus improbissimis. Cic. 14. Philipp.
Quæ vos ad cælum effertis rumore secundo. Horat. 1. epist. 10.

Facti rumor it per oppida. Ouid. 6. etam.
Excipere rumores. Cic. pro Deiot. Ar eo, inquit, tempore ipso Nicæam Ephesúmque mittebar, qui rumores Africanos exciperem, & celeriter ad se referrent.
Extinguere rumorem. Cic. ad Attic. 15.
Raucum fieri rumorem, id est extingui. Cic. Fam. 9.
Rumore malo flagrare. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Incedit rumor. Tacit. lib 1. Hoc est, subit.
Increbrescit, Vide INCREBRESCO.
Inflat animos, Vide INFLO.
Intelligere rumore. Plaut. Casin. 2,
Nos, postquam populi rumore intelleximus,
Studioſe expetere vos Plautinas fabulas.
Frigidus à rostris manat per compita rumor. Horat. 2. Ser. sat. 6.
Narrat rumor, Vide NARRO.
Ortus rumor, Vide ORIOR.
Perferret multa etiam ipse rumor. Cic. Cælio, lib. 2.
Perstrepit rumor in aula. Stat. 2. Achill.
Pertulit hoc idem nobis Germanicè rumor. Ouidius 2. de Ponto, elegia 1.
Peruaserat rumor, ipso tempore flagrantis vrbis, &c. Tacit. lib. 15,
Pugnare rumoribus eũ aliquo. Cic. 3. de Nat. deor. Rumoribus, inquit, mecum pugnas Balbe, ego autem à te rationes requiro.
Senescunt rumores. Tacitus libro 2, Hoc est, vanescunt, & consumuntur.
Varios rumores ferere. Virg. 2. Æneid.
Serpere rumorem. Cic. pro Muræna.
Spargere rumorem. Cic. pro Deiot.
Subdere rumorem. Tacit. lib. 19.
Claro apud vulgum rumore erat. Tacit. lib. 15. De Pisone.
Rumor in ambiguo est. Ouid. 3. Metam.
Rumor est, vel erat. Terent. And. 1 2,
Meum gnatum rumor est amare.
Surrexit rumor. Tacit. lib 18,
Mistáque cum veris passim commenta vagantur.
Millia rumorum. Ouid. 12. Metam.
Rumor venit datum iri gladiatores. Terent. in Hæcyræ Prol.
¶Rumor, pro Fauore. Virg. 8. Æneidos,
Ergo iter incœptum peragunt rumore secundo. Id est, prospero fauore, & auxilio fluminis.

Rumusculus, penult. corr. Diminutiuum {ῥωμιδίον.} Cic. pro Cluentio, Tum etiam illi quinque qui imperitorum hominum rumusculos aucupati, tum illum absoluerunt, iana suam clementiam laudari magnopere nolebant.

Rumifero, rumiferas, penult. corr. {ῥωμίζω} rumiferare, Rumoribus ferre, antiqué. Plaut. Amphit. 8,
Quámque adeò ciues Thebani verò rumiferant probam.

Rumigero, rumigeras, penult. corr. {ῥωμηρολογέω} rumigerare, Idem, sed obsoletum.

Rumito. Festus, Rumitant, rumigerantur. Næuius. Simul alius aliundè rumitant inter se.

Rumpo, rumpis, rupi, ruptum {ῥηγνύω, ῥήσσω} rumpere, Frangere. Virg. lib. 10. Æneidos,
Rupimus inuitæ tua vincula. Horat 2. Serm. sat. 7.
Rumpere catenas. Cic. 7. Ver. Quid si aufugisset, si vincula rupisset
¶Rumpere, Defatigare. Plaut. Merc. 4,
Opera licet expetiri, qui me rupi currendo tua
Causa. Terent. Hecyra, 3. vt me ambulando rumperet?
¶Rumpere, Difficere. Virg. 8. ecloga,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
¶Rupisse videtur, qui corrupit. Vlpianus, vi bonor. rapt. l. Prætor. Idem in l. Si seruus seruũ. §. inquit. D. ad l. Aquil. Inquit lex, ruperit: quod verbum ferè omnes veteres sic intellexerunt, corruperit. Alphen. in l. Qui insulã. Locati, Qui mulas ad certũ pondus oneris locarat, quũ maiore onere conductor eas rupisset.
Vt aliquando ista quæ sunt inflata rumpantur. Cic. in Vatinium.
¶Aditus rumpere, Vide ADEO, adis.
Eiaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit. Ouid. 4. Metam.
Amnes fontibus rumpuntur. Virg. 3. Georg.
Et tantos rumpi non sperat amores. Virg. 4. Æneid.
Paritérque sinum, paritérque capillos rupit. Ouid. 10. Metam.
Fulmen emicuit, & rupit diem, Id est, crumpendo emisit lucem igneam. Lucan. lib. 1.
Edicta rumpere. Horat. 3. Carm. ode 15.
Fidem. Liu. 9. ab Vrbe.
Fœdus. Liuius 3. ab Vrbe.
Fœdera negligere, violare, rumpere. Cic. pro Corn. Balbo.
Fræna pudoris. Propert. lib. 3. eleg. 19.
Funem ab littore rumpere, & fugere. Virg. 3. Æneid.
Guttura cultro. Ouid. 15. Metam.
Horrea rumpunt immensæ messes. Virg 1. Georg.
Imperium. Tacit. lib. 13.
Iter rumpere ad littora Ponti Adriaci. Silius lib. 12.
Iter cœptum. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Ius rumpere. Liuius 4. ab Vrbe.
Moras rumpere, Hoc est, festinare, quasi moram frangere, in mora non esse. Virg 3. Georg. Martial. lib. 2,
Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus vsque?
Mulas rumpere, Vide paulo antè, RVPISSE videtur.
Græcia coniurata rumpere nuptias. Horat. 1. Carm. ode 15.
Patientiam rumpere, Vide Patientia, in PATIOR.
Pectora rumpere ense. Virg. 9. Æneid.
Pectora fremitu rumpere. Lucret. lib. 3. De Iconibus.
Præcordia ferro. Ouid. 6. Metam.
Questus pectore rumpere. Virg. 4. Æneid. Id est, in questus repentè & clarè erumpere.

Reuerentiam

Reuerentiam sacramenti rumpere. Tacit. lib. 17.
Silentium rumpere. Virg. 10. Æneidos,
-quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Sermone silentia rupit. Ouid. 1. Metam.
Somnos. Lucan. lib. 3.
Telum rupit terga nouena boum clypei. Ouid. 12. Metam.
Testamentum rumpere. Cic. 1. de Orat. Quia constat agnoscendo rumpi testamentum, ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt.
Rumpi testamentum dicitur, quum permanente suo in statu testatore casu aliquo euertitur. l. 3. §. 2. D. De iniusto, rup. & irrito testamen.
Tunicas. Virg. 2. Georg.
Vestes. Ouid. 6. Metam.
Vincula. Virg. 2. Æneid.
Vocem rumpere, de eo dicitur, qui cum diu tacuerit, repentè quidpiam edit. Virg. 2. Æneidos,
Compósito rumpit vocem, & me destinat atæ. Seruius hoc est, erumpit in vocem. Et dictum est per contrarium. Nam si silentium rumpere, est loqui: Vocem rumpere, est tacere. Sed aliqua interdum simpliciter, interdum per contrarium intelliguntur. Idem 3. Æneidos,
-rupíreque hanc pectore vocem. Hoc est, Cum indignatione loquitur, vt ait Seruius.
¶Inuidia rumpi. Virg. 7. ecloga.
Rumpi malis, & non moueri, contraria. Cic. Q. frat. lib. 3.
Rumpere, Introire. Terent. Eunucho,
Cesso huc intrò rumpere? Nonius.
¶Rumpo, Id est, Rumpi facio. Plinius libro 30 cap. 4, de bupresti, Deuoratúmque tacto felle ita bouem inflammat, vt rumpat. Martialis libro 10.

Rumpor, rumperis, Passiuum. Horat. 1. Serm. sat. 3,
Virgeris turba circum testante: miséreque
Rumperis, &c.

Ruptus, Participium, vt, Rupta pacis fides. Liu. 4. bel. Pun.
Aggeres rupti. Virg. 2. Æneid.
Comis ruptis exulare. Ouid. epist. 21.
Rupi, quam ruptam fum mihi questa fidem. Ouid. epist. 23,
Vicinæ rupris inter se legibus vrbes
Arma ferunt. Virg 2. Georg.
Montes rupti. Lucan. lib. 3.
Pustula rupta lædit teneras manus. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Quies populis rupta. Lucan. lib. 1.
Testamentum ruptum, & Ratum, contraria. Cic. 1. de Orat.
Ruptáque singulis verba loquentis erant. Ouid 2. de Remed.
Vincla rupta. Virg. 8. Æneid.
Rupti. Plin. lib. 20 cap. 6, Conuulsis & ruptis, cum sale & oleo.
¶Rupsit, pro Ruperit. Præteritum antiquũ. In 12. tabul. apud Festum, Si membrum rupsit, &c. Id est, ruperit.

Ruptor, ruptoris, Verbale. Liuius 4. ab Vrbe, Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatórque Gentium iuris?

Ruptio, ruptionis, Aliud verbale. Vlpianus in l. Si seruus. §. rupisse. D. ad legem Aquiliam, Aquilia enim eas ruptiones quæ damna dant, persequitur.

Rumpi, rumporum, qui & traduces dicuntur. Varro 1. de Re rust. cap. 8, Quarum pedamentum est natiuum eius generis vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant.

Rumpotinum, rumpotini, penult. prod. Colum. lib. 5. cap. 7, Est & alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum: id desyderat arborem humilem, nec frondosam. Vide Sequentia.

Rumpotinetum, penultima producta, Locus arboribus rumpotinis consitus. Columella libro 5. cap. 7, Nam ferè ita constituntur rumpotinetũ animaduerti, vt ad octo pedes locis siccis & cliuosis, ad duodecim locis planis & vligino sis tabulata disponantur, plerunque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab vtraque parte complura brachia summittuntur, tum omnes penè virgæ, ne vmbrent eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis si frumentum non inferitur, in vtranque partem viginti pedum spatia interueniunt.

Rompotinus {ἀμπελος} vocatur & alio nomine populus arbor Italiæ Padum transgressis, cuius, &c. Plin. lib. 14. cap. 1, Alij tamen legunt Rumbotinus.

Rumuſculus, Vide RVMOR.

Runa, genus teli significat. Ennius: Runata recedit, id est, pilata. Paulus.

Runca, runcæ, pro Runcina veteres vsurpauerunt, teste Festo.

RVNCALIAE, arum: Locus est campestris ad padum haud longè à Placentia. Otho Frising. cap. 11. lib. 2. Rerum Æmobarb. fit mentio in libris Feudorum, De cap. Conrad. in princip. Hodie *Romandiolam* vocant.

Runcina, runcinæ, penult. prod. {σφῦρα} Runcinæ (vt ait Hermolaus) sunt maiores ferræ, quibus fabri materiarij secant arborum moles, subiectis canteriis. Plin. lib. 16. cap. 42, Ad incitatos runcinarum raptus.
Runcina, præterquam quod significat ferram maiorem, signat & planulam, qua leuigandis lignis lignarij fabri vtuntur Gallicè appellamus *vn Chenalet, vne plane.* Cælius lib. 8. cap. 4. Lectionum antiquarum.

Runco, runcas {βοτανίζω} runcare, Eruere, euellere noxias herbas. Cornutus, Runcari propriè segetes vel herbæ dicuntur. Plin. lib. 18. capite 21, Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, sarrito, runcato quibus dictum erit diebus. Apud Catonem, capite 2, Runcare spinas.

Runcatio, runcationis. Verbale {βοτανισμὸς} Euulsio ipsa. Plin. libro 18. cap. 21, Runcatio, quum seges in articulo est, euulsis inutilibus her-

bis, frugum radicem vindicat, segetémque discernit à cæspite.

Runcator, penult. prod. {βοτανιστὴς} Aliud verbale. Colum. lib. 11. cap. 3, Quæque præteriero, intelligi oportebit nullam operam postulare runcatoris.

RVNCINA Dea, frumento præesse ab antiquis Eidololatris credita est. Lilius Syntag. ate, 1. Histor. Deorum, Runcina Dea (inquit) tum placabatur, quum fruméta runcanda essent, id est, à terra auferenda. Augustinus & Varro de ling. Lat.

Runcino, runcinas, runcinare. Varro de lingua Latina, lib. 5, ad finem. Runcinare, à runcina, cuius origo Græca {ξύγγος.} Verbum est antiquum.

Ruo, ruis, rui, rutum {ἐρείπομαι, πίπτω, κλονῶ, ὁρμῶ} ruere, Concidere. Virg. 2. Æneidos,
-ruit alto à culmine Troia. Terent. Heaut. 4,
Quid si nunc cælum ruat?
Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefacta motu concidant. Cic. pro Lege Manilia.
Et subito casu, quæ valuêre, ruunt. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Ruit cælum imbribus. Martial. lib. 3.
Ruit dies, pro Oritur. Virg 10. Æneid.
Ira ruit resoluta frænis legum. Lucan. lib. 2.
Nox ruit. Virg. 6. Æneid.
Sol ruit intercà, & montes vmbrantur opaci. Virg. 3. Æneid.
Venti ruunt quà data porta. Virg. 1. Æneid.
Ruant venti liceat, & fœuiant procellæ, imperat furori, virésque tantas compescit. Plin. lib. 32. cap. 1.
Ruit Ver, Præcipitatur, declinat, in finem vergit. Virgilius 2. Georgicorum,
-vel quum ruit imbriferum Ver.
¶Ruere, Effundi. Virg. 6. Æneidos,
Vnde ruunt totidem voces responſa Sibyllæ.
Amnes de montibus ruunt. Virg. 4. Æneid.
Flumina ruunt per apertos campos. Ouid. 1. Metam.
Imperus vnde ruit. Ouid. 11. Metam.
¶Ruere, Festinanter ire, seu in præceps ferri, & impetum de improuiſo facere in aliquem. Virg 10. Æneidos,
Quo moritura ruis? maioráque viribus audes? Terent. Heaut. 2,
Vide sis nequid imprudens ruas. Cic. ad Attic. lib. 7. de Cæsare, Ad illum ruere nuntiant, & iam iámque adesse.
Ruere ad Vrbem infesto agmine. Liu. 3. ab Vrbe.
Quà imperus agit, sine lege ruere. Ouid. 2. Metam.
Portis manè ruunt. Virg. 4. Georg.
Ruere portis. Liu. 7. bel. Pun.
In agendo ruere, & sæpe peccare. Cic. pro Domo.
In media arma ruere. Virg. 2. Æneid.
Curru in bella. Virg. 7. Æneid.
In facinus. Seneca Octauia, 17.
Per omne fásque nefásque. Lucan. lib. 5.
In media fata. Liu. 8. ab Vrbe.
In ferrum. Virg. 2. Georg.
In fugam. Liu. 6. bel. Pun.
In furias & ignem. Virg. 3. Georg.
Ad interitum. Cic. pro Marcello, Tantúmque apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modò cupiditatem, sed nespe quidem prudens & sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium.
Per medios ruit. Virg. 4. Æneid.
Gens humana ruit per vetitum nefas. Horat. 1. Carm. ode 3.
In perniciem suam. Liu. 7. bel. Maced.
Auidi in prælium ruunt. Liu. 7. ab Vrbe.
In rixam. Quintil. lib. 2. cap. 12.
In vulnera ac tela. Liu. 6. bel. Pun.
¶Ruere, Decipi. Cic. 3. Offic. Si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere.
¶Ruere, Iracundè furere. Cicero ad Attic. lib. 2. epist. 14, Nihil est iam quod magis timendum nobis putem, quàm ne ille noster Sampſiceranus, quum se omnium sermonibus vapulare videbit, ruere incipiat. Pompeium intelligit.
¶Ruere, Euertere, diruere, complanare, accusatiuo iunctum. Virgilius 1 Georgicorum,
Quid dicam, iacto qui semine cominus arua
Iniecquitur, cumulóſque reit malè pinguis arenæ? Seruius.
Ruit nubem ad cælum. Virg. 2. Georg. Id est egerit, emittit, & ruere facit. nam modò Ruit, agentis est. Seruius.
¶Ruere, impellere. Terent. Adelph 3 2,
Cæteros tuerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem.
¶Ruere, Eruere, leuare. Virg. 11. Æneidos,
-& confusa ruebant
Ossa foſſis. Id est, de cineribus eruebant. Seruius.
Ruere herbas & limum. Eruere, prouere. Plin. lib. 11. cap. 37, Cornea & acuta volucribus rostra. Eadem rapto viuentibus aduncaque collecto, recta: herbas ruentibus, limúmque lata, vt suum generi.

Ruens, Participium, Virgilius 4. Æneidos,
Migrantes cernas, totáque exvrbe ruentes, Horat. 1. Carm. ode 16.
Nec sæuus ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.
Fulcire ruentem. Silius lib. 11.
Ira ruens. Propert. lib. 3. eleg. 15.
Acernus ruens. Horat. 2. epist. 1.
Imperium ruens. Lucan. lib. 5.

Ruiturus, peult. prod. Participium. vt Pons ruiturus. Lucan. lib. 2.

Ruina, ruinæ, penult. prod. {ἐρείπιον, πτῶσις, πτῶμα, κατάπτωσις} Propriè cadsum significat alicuius rei quæ concidit. Cic. 2. de Diuin. Eos enim ipsos locandi causa inducit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos muros propter metum ruinarum. De diis loquitur.

Cæli ruina. Virg. 1. Æneidos,
Fluctibus oppressos Troas, cælique ruina. Id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. Seruius.
Non leui ruina diffecta tecta. Horat. 2. Carm. ode 19. Ratio carminis exigit leni, non leui.
Patriæ ruina. Ouid. 8. Metam.
¶ Fortunarum ruinæ. Cic. 1. in Catil. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum.
Illa fuit mentis prima ruina meæ. Ouid. epist. 12.
Neronis ruina, Id est mors. Plin. lib. 17. cap. 25.
¶ Auida. Stat. 8. Thebaid.
Graues. Horat. 2 Serm. sat. 8.
Impendens. Ouid. ad Liuiam.
Innocens, Vide INNOCENS.
Perlucens. Iuuen. sat. 11.
Probrosæ. Horat. 3. Carm. ode 5.
Putres. Lucret. lib. 2.
Tristes. Virg. 1. Æneid.
¶ Properante ruina cadunt summa. Lucan. lib. 5.
Collabi ruina, Vide COLLABOR.
Loca conuulsa ruina. Virg 3. Æneid.
Dedit ruinam domus. Virg. 2. Æneid.
Sonitu ingenti ruinam dare. Virg. 11. Æneid.
Edere ruinas. Cic. 1. de Legibus.
Facere ruinam, Ruere Horat. 2. Serm. sat. 8.
¶ Facere ruinam, per tralationem pro errare, labi, decipi. Lucretius libro 1,
Principij, tamen in rerum fecere ruinas. Id est, grauiter ceciderunt, lapsi sunt.
Fit quasi paulatim nobis per membra ruina. Lucret. lib. 4.
Magna ruina impendet. Cic. Att. lib. 11.
Incident ruinæ capitibus nostris, Vide INCIDO.
Cuncta labent quassata ruina. Seneca Thyeste, 9.
Opprimi ruina, Vide OPPRIMO.
Perire ruina. Lucan. lib 5.
Restinguere incendium ruina. Catilina apud Sallust. in Catil.
Generis lapsi sarcire ruinas. Virg. 4. Georg.
Subdere caput ruinæ, Periculo se exponere. Curt. lib. 5.
Horrificis tonat Ætna ruinis. Virg. 3. Æneid.

Ruinosus, penult. prod. Adiectiuum {ἐφετικὸν} Quod ruinam minatur. Cicero 3. Officiorum, Malè materiatæ, ruinosæ, Subaudi ædes. Vitruu. lib. 2. cap. 8.

Rupes, rupis, fœm gen. {ῥάξ, ῥαγάδος, ῥαγάδων} Est prærupta pars terræ, vel scopuli, aut saxi prægrandis propter altitudinem ac procliuitatem inaccessa, quod veluti abrupta sit, à rumpendo dicta. Fluminum quoque altiores atque inaccessæ ripæ, rupes dicuntur. Cæsar 2. bel. Gall. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectúsque haberet, vna ex parte leuiter accliuis aditus in altitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur.
Rupes, propriè de montibus dicuntur. Virg. 10. ecloga,
Pinnifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus.
Acuta. Seneca Agamemn. 6.
Aerea. Virg. 4. Georg.
Alta. Virg. 1. ecloga.
Ardua. Ouid. 5. Fast.
Cauata. Virg 1. Æneid.
Excisa. Lucan. lib. 3.
Frigida. Propert. lib. 1. eleg. 17.
Frondosæ. Sil. lib. 7.
Maxima. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Nubifera. Valer. 4. Argonaut.
Præcelsa. Virg 3. Æneid.
Scopulosa. Lucan. lib. 2.
Vastæ. Virg. 1. Æneid.
Vndisonæ. Stat. 1. Achil.
Excindere rupes. Stat. 3. Sylu. 1.

Rupicapra, rupicapræ. penult. corr. {ὀρεσκάγεος} Capra syluestris, quasi rupium capra. Plin. lib. 11. cap. 37, Rupicapris in dorsum adunca cornua, Damis in aduersum.

RVPILIVS, cognomento rex, præturam gerens, ab Augusto. M. Antonio, M. Lepido proscriptus est: qua calamitate afflictus, ad Brutum confugit, eúmque postea perpetuò secutus est. Huius meminit Horatius 1. Serm. sat. 7.

Rupitio, rupitis: Rupitias in 12. tab. significat damnũ dederis. Festus.

Ruptor, Ruptio. Ruptus, Vide RVMPO.

Rur, Rura, vel rursus.

Rurestris, Ruricola, Ruro: ruras, Vide RVS.

Rursus, & rursum {αὖ, ἀνάπαλιν, αὖθις, εἰσαῦθις} Aduerbia, significant Retro. Terent. Hecyra 3, -race,
Trepidari sentio, cur sari rursum prorsum. Donatus, Rursum propriè Retro, Prorsum Ante significat, & est prouerbiale, vt dicimus, Sursum deorsum, intrò, foras, hac illac, & similia.
Rursus, & Prorsus, Contraria. Varr. Andabat. Mortales multi rursus ac prorsus meant.
¶ Rursus, Econtrario, vt vult Donatus. Terent. Eun. 4.
Heus tu negato rursum. Id est, contrarium superioribus dicito. Ibidem 2,
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
¶ Rursus, Denuo. Terent. Eun. 1,
-inimicitiæ, inducíæ,
Bellum, pax rursum. Cic. pro Muræna, Facis vt rursus plebs in Auentinum seuocanda esse videatur. Virgilius 2. Æneid. Rursus in arma feror.
Rursus denuò, simul coniuncta Plaut. Pœn. 2,
Reuertor rursus denuò Carthaginem.

Rus, ruris, neut. gen. {ἄγρὸς} Locus extra vrbem, vbi agri sunt & villæ. Dictum quòd in iis agri quotannis rursus iidem fiant, id est, colantur, vt ex iis rursus capiatur fructus. Terent. Eun. 1, Rus ibo.
Rura, Veteres incultos agros dicebant, id est, syluas, & pascua. Ex libello variorum authorum, De limitib.
Solaria ruris aues. Ouid. 1. Fast.
Amatores ruris. Horat. 1. epist. 10.
¶ Amœnum rus. Cic. pro Rosc. Amer. Habet animi relaxandi causa rus amœnum & suburbanum.
Aprica. Horat. 3. Carm. ode 18.
Aspera dumis. Virg. 4. Æneid.
Cretosa rura Cymoli. Ouid. 7. Metam.
Deuia. Ouid. 1. Metam.
Diuini gloria ruris. Virg 1. Georg.
Exiguum rus colere. Virg. 2. Georg. Vide illic commentarios.
Ferax. Ouid. 1. Metam.
Horea. Virg. 1. Æneid.
Fluuialia. Sil. lib. 13.
Frigida. Virg. 3. Georg.
Gaudentia. Stat. 3 Sylu.
Inambitiosa. Ouid. 11. Metam.
Ingentia rura colere. Virg 2. Georg. Vide commentarios.
Innocui ruris labor. Seneca Herc. fur. 11.
Merum, Vide MERVS.
Obsita pomis. Ouid. 13. Metam.
Opaci ruris vmbræ. Virg. 1. Georg.
Opulenta. Seneca Troade, 15.
Parua Horat. 2. Carm. ode 16.
Fascua. Lucret. lib. 5.
Saturum. Persius sat. 1.
Sobria, In quibus non nascitur vinum. Stat. 4. Sylu. 2.
Sordida. Virg 2. ecloga.
Suburbana Horat. 1. epist. 7.
¶ Abducere rus, Vide ABDVCO.
Auellere rus ab aliquo, Vide AVELLO.
Carpere rura, Vide CARPO.
Rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolare. Cic. 2. de Orat.
Habitare ruri. Cic. 3. Offic.
Inducere in rura oues & armenta, Vide INDVCO.
Mittere aliquem rus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Morans rure. Martial. lib. 4.
Nutrit rura Ceres, almáque Faustitas. Horat. 4. Carm. ode 5.
Pascuntur omni rure. Colum. lib. 8. cap. 10.
Peragrare rura, Vide PERAGRO.
Redire vel venire rure. Plaut. Capt. 3.
Scindere rura bubus. Seneca Troade 11.
Est ruri. Cic. pro Cluent. Forte euenit vt in Priuernate essemus.
Rure esse autumant. Plaut. Merc. 19.
Tendit rus. Quintil. lib. 11. cap. 2.
¶ Rus, per tralationem, pro sermone inconcinno, inuenusto, illepido, inornato, & rusticitatis pleno. Catull. in Annales Volusij, Pleni ruris, & infacetiarum annales Volusi, cacata charta. Horat. lib. 2. epist. 1, -sed in longum tamen æuum
Manserunt, hodiéque manent vestigia ruris. Lambinus.

Ruri & rure, aduerbialiter, vt peregrè & peregri, docet Fla. Sosipater. Festus. Ruri esse non rure, dicendum. testis est Terentius in Phorm. quum ait, Ruri se continebat, ibi agrum de nostro patre, &c.

RVRINA, Dea agrorum apud antiquos vide in dictione RVSINA.

Ruro, ruras {ἀγρωικίω} rurare: & Ruror, ruraris, rurari, Deponens, Ruri agere. Plaut. Capt 3,
Dum ruri rurant homines. Varro Serrano: Dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas.

Ruralis, & hoc rurale, penult. prod. Quod ad rus pertinet. Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 2, Virgilius Theocritum sibi fecit pastoralis operis authorem, ruralis Hesiodum. Cæsar Comment. bel. Gall. lib. 3, Falces præacutæ, insertę, affixæq; longuriis, non absimili forma ruralii falcium. Sic enim legit Robortelius, nõ muralium, ſdq; ex tribus vetustis codicibus. Firmicus lib. 8, cap. 11, In virginis parte decima oritur spica. Quicunque sub hoc sydere natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus, & ad agrorum cultũ patientia laboris adiunctus.

Rurestris, & hoc rurestre {ἐπάρουρος} Quod est ruris, vel eorum proprium qui ruri degunt: antiquum. Apuleius, Rurestri vocabulo vulgus indoctum *Rosas aureas* appellat.
Opus rurestre, id est, rusticum. Paulus in l. Seruis vrbanis. §. muliones D. De legat. 3. Muliones de vrbano ministerio sunt: misi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat.

Ruricola, ruricolæ. penul. corr. com. gen. {ἄγροικος} Qui colit rus. Col. lib. 10, Hæc ne ruricolæ paterentur monstra.
Boues ruricolæ. Ouid. 5. Metam.

Rusticus, penult. corr. Substantiuum {ἀγροῖωτος, ἄγροικος} Idem vt Accr rusticus. Virg. 2, Georg. Plaut. Merc. 15,
Vrbani fiunt rustici.
Rusticus dicitur qui moribus & vita incultus est, quasi semibarbarus. Virg. eloga 2, Rusticus es Corydon.
Sermo vrbanorum, & rusticorum, contraria. Cic. in Orat.

Rusticus, penult. corr. Adiectiuum {ἀγροῖωτικὸς} Quod ruris vel rustici est. Cic. pro Quintio, Erat ei pecuaria res ampla & rustica, sanè bene culta & fructuosa.
¶ Aratra rustica. Ouid. 2. de Arte.
Coniux. Ouid epist 1.
Conuitia. Ouid. 14. Metam.
Corda. Propert. lib. 4 eleg. 1.
Dona. Ouid 2. de Arte.
Homines rustici & agrestes. Cic. 10. Philipp.
Manus indoctæ ac rusticæ. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Mores. Cic. pro Rosc. Amer.
Populus. Ouid. 3 Fast.

Prouerbium.

Prouerbium. Liu. 3. bel. Pun.
Querela. Ouid. epist. 16.
Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere. Cicero 1. de Orat.
Sylua rustica & agrestis. Cic. pro Roscio Amer.
Vita rustica & agrestis. Cic. pro Roscio Amer.

Rusticè, penult. corr. Aduerbium {ἀγροικικῶς} vt soler rusticus, hoc est, imperitè. Cic. 3. de Orat. Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè & æqualiter, & leniter.

Rusticiùs, Aduerbium, comparatiuum. Horat. 1. Serm. sat. 3,
-rideri possit eo quòd
Rusticiùs tonso toga defluit. Id est, nimis rusticè & negligenter, vt ab imperito tonsore.

Rusticitas, penult. corr. rusticitatis {ἀγροικία} contraria est Vrbanitati Martialis lib. 7,
Quære aliquem Curios semper, Fabiósque loquentem,
Hirsutum & dura rusticitate trucem. Plin. lib. 35. cap. 4, Post eum M. Agrippa, vir rusticitati quàm delitiis propior.
Vrbanitati contraria est rusticitas. Quintil. lib. 6. cap 3.
Vultus pudentes sine rusticitate. Ouid. epist. 19.
Rusticitas, Timida quædam & indecens verecundia. Ouidius 1. Amor. eleg. 8,
Et si rusticitas non vetat, ipsa rogat.
Excutienda est rusticitas. Ouid. epist. 16.

Rusticulus, penult. corr. Adiect. diminut. {ὑπαγροικικὸς} Qui vtcunque moribus rusticis est prædius. Cic. pro Sextio, Sensit rusticus non incautus, &c. Martialis lib. 10,
Nec doctum satis, & parum seuerum,
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia
I, perfer, &c.

Rusticula, vel Rusticula auis, Auis perdici similis, nisi quòd rostrum longius habet, de qua Mart. lib. 13.

Rusticanus, penult. prod. Adiect {ἀγρότικος} idem quod Rusticus. Cic. 7. Verr. Vnum illud quod ita fuit illustre, notúmque omnibus, vt nemo tam rusticanus homo, L. Lucullo, & M. Cotta Consulibus Romam ex vllo municipio vadimonij causa venerit.
Homines rusticani ex municipiis. Cic. 3. Verr.
Rusticana parsimonia. Cic. pro Quintio.
Verbum. Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum.
Vita. Cic. pro Rosc. Amer. Taménne hęc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Rusticarius, Aliud adiectiuum {ἀγροτικικὸς} Quod ad rusticum pertinet. Cato ca. 11, Falces syluaticas quinque, arboratias tres, rusticarias decem. Verus exemplar habet ruscarias. Varro 1. de Re rust. cap. 22.
Rusticariæ falces. Et hìc ruscariæ legitur.

Rusticor, penult. corr. rusticaris {ἀγραυλίω} rusticari. Ruri agere. Cic. ad Tironem, lib. 16, Liceat modò rusticari. Idem pro Archia, Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Rusticatio, Verbale. Colum. lib. 11. ca. 1, Et hoc vndecimum præceptum rusticationis memoriæ tradidi. Cic. de Amicit. Neque solùm militia, sed etiam peregrinationes, rusticationésque communes.

Russus, a, um. Cic. de Diuin. Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus russis, cantu plausúque premunt alas.

Rusticatim, penult. prod. {ἀγροικικῶς} Aduerbium, pro Rusticè. Pomponius A leonibus, At ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

Rusticatus, tus, Rusticatio. Cicero ad Atticum, In rusticatu garrire & scribere.

RVSTICA Vinalia, festus dies apud Romanos fuit, de quo ita scribit Alexander lib. 6. Genialium dierum, cap. 8, Præter quæ fuerunt Rustica Vinalia, quod Veneri ædes tunc dicata foret, eiusque tutelæ olitores addicerentur, quibus diebus erant feriati, quę dies tempestatibus leniendis solennis habebatur, qua nouum vinum in vrbem ferre, & in cellis vinariis condere assuerant.
Rustica vinalia quartodecimo Kalend. Septemb. celebrabantur, quo die primùm, vinum in vrbem deferebant. Paulus. Hic dies Ioui sacratus erat, quia Latini bellum gerentes aduersus Mez. tium omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt. Eodem autem die Veneri templa sunt consecrata, alterum ad Circum maximum, alterũ in luco Libitinensi, quia in ipsius Deæ tutela sunt horti.

RVSCINO, nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à Pyrenæis montibus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4, Vulgus *Iconsilionem* hodie appellat.

RVSCONIAE, arum: Colonia Augusti in Tingitana prouincia. Plin. lib. 5. cap. 2.

Rusçum, rusci, siue ruscus {μυρσίνη ἀγρία} Virgultum vnde vites ligantur, authore Seruio. Virg. 2. Georgicorum, -necnon aspera rusci
Vimina per syluam. Ex eo enim ruscо magis vimina fiebant, ex quo nunc scopæ fiunt. folia autem habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora: vnde myrtus syuestris & chamæ myrsinę & oxymyrsine vocatur.
Horridior ruscо. Virg. 7. ecloga.
Ruscо etiam sepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10.

RVSCVRIVM, populi Rom. oppidum in Tingitana prouincia à Claudio ciuitate honoratum. Plin. lib. 5. cap. 2.

RVSELLANA, colonia in Hetruria. Plin. lib. 3. cap. 5, Intus coloniæ, Falisca Argis orta, vt author est Cato, quę cognominatur Hetruscorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Semensis, Sutrina.

RVSICADE, es: oppidum in Numidia. Plin. lib. 5. cap. 3, Mela Rusicadam nominat, Nunc Aſtora dicitur.

RVSINA Dea fuit, cui rura committebant antiqui, vt ait Diuus Augustinus Eam quidam Rurinam vocitarunt. Lilius Syntagmate primo Histor. Deor.

RVSPINA, oppidum in Africa proprio nomine dicta, non procul ab Adrumeto. Plin. lib. 5 cap. 4.

Russor. russaris {ἐξυβρίζω} russari, Sæpe seu diligenter scrutari. Accius Meleagro, Vagent russantes syluas. Hęc Nonius. Festus, Russari esse crebrò quærere, hoc versu indicatur, Et ego ibo vt latebras russans rimer amaximas.

Russatus & Russeus, in RVSSVS,

Russus, & Russeus, colorum nomina ad rufum inclinantes, dilucidiùs tamen rubentes. Vnde in factionibus aurigantium Russati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Thylesius in libello de Coloribus.
Russeam faciem, pro colore russeo, dixit Cato, qui è viridi rutilus est, aut flauus. Sic enim scribit, Coronas aureas russea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. Quidam scribunt Rusćea. Turnebus.
Russa vela. Lucret. lib. 4.

Russatus, ta, tum: Russata vestis. Alexand. Alexandrinus lib. 1. cap 20, sed tamen legionariorum & arma grauiora, & disciplina fuit seuerior: auxiliariorum verò minor, nec tam exactæ diligẽtiæ quibus in prælium euntibus, præter saga togáque & rectam tunicam, album, aut rubrum paludamentum, quo socios ab hostibus internoscerent, publicè dabatur: Afris verò, Caunis, Numidis, Lacedæmoniis & Messagetis in bellum profecturis, Russatas, vel puniceas ferre vestes, moris erat: vt eo argumento, vulnera & sanguinis effusus non innotescerent, confidentiúsque & sine pauore dimicarent: id quod apud Persas in vsu fuit. Idem Alexand. lib. 6. cap. 22.

Rustariæ falces, apud Varronem sunt, quibus ruti secantur rubi, qui per agros serpunt. Turnebus author est, conijciens ex eo quod legitur apud Festum, Rustum ex rubus.

Ruta, rutorum apud Iurisconſ. quasi eruta dicuntur, vt arena, creta, & similia.
Ruta cæsa dicuntur (vt ait Festus) [quæ venditor possessionis sui vsus gratia concidit, ruendáque contraxit. Vlp. in l. Fundi. § Si ruta cæsa. De actionibus empt & vendit. Si ruta cæsa excipiantur in venditione, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt, vt arena, creta & similia. Cæsa ea esse, vt arbores cæsas, & carbones, & his similia. Mutius, l. In rutis, de Verb. signif. In rutis, & cęsis, ea quę sunt terra non tenentur, quaque opere structili, tectorióve non continentur.
Acuentes lumina rutæ. Ouid. 2. de Remed amor.
¶ Ne rutis quidem & cęsis. Haud dubiè prouerbiali figura dictum est à Cicerone 2. de Orat pro eo quod est, Nulla in parte: Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis, solum tibi paternum recepisse. Est hoc loco recipere, idem quod excipere. Meminit & in Topicis de rutis & cæsis, in fine, & in Partitionibus. Et quĩ significamus inclementiùs tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui, venustè dicimus, ne rutis quidem ac cæsis receptis, vt lure consultorum more loquar. Ex Erasmo.

Ruta, rutæ {πήγανον} Herba, Dicta à ruendo, quòd vna ex omnibus, herbis, propter multiplices eius vsus maximè eruatur. Peculiaris illi authoritas propter venena, quibus remediũ exhibet præsentaneum. Vide Plin lib. 20. cap 13.
¶ Rutam per translationem, ac propè ænigmaticè vsurpauit Cicero ad Tironem scribens, de Lepta, Etenim ad cuius rutam pulegio mihi sermonis tui vrendum est. Significat enim Leptam virum fuisse doctum, & acris iudicij, qualis est in condimentis ruta: sed & pulegium quoque, quod rutæ apponit, acumen & eruditionem Thomis innuens. Ex Turnebo.
Rutaceus, a, um, ex ruta, aut mixtum, aut omnino confectum.
Rutaceum oleum.
Rutaceus liquor.
Rutacea aqua.

Rutatus, penult. prod. {πηγανώδὲς} Aliud adiectiuum, Ex ruta factum. Plin. lib. 19. cap 8, Inuenio mustum rutatum populo datum. Hoc est, in quo macerata est ruta, siue ruta medicatum. Plin. lib. 19. cap. 8.
Rutati lacerti, Ruta inuoluti. Mart. lib. 10.

Rutabri, dicti sunt olim rastri, quòd eradant terram atque eruant, teste Varrone lib. 4. de ling Lat.

Rutabulum, rutabuli, penult. corr. Instrumentum quo vtuntur rustici in prunendo igne, panis coquendi gratia. Festus. Cato cap. 11. Et Colum lib. 12. cap. 18, Vulgò dicitur *Riable* Pontur & pro veretro. Nævius obscœnam viri partem describens. Vel (inquit) quæ sperat se nupturam iri adulescentulo, ea licet senile tractet rectrium rutabulum. Festus.

Rutela, *Tarantulæ* Galli appellamus, maximè Massilitani, nam apud eos tæpe Phalangium vidimus, Tarante: animal est non absimile ei quam *taramusiam* vulgò dicimus. Cælius Rhodiginus lib 7. cap. 16, Phalangium verò ex araneorum decuria, solers recentiorum perpensio dici ab Arabibus Rutelam animaduertit, collatis quæ cum Galeno prodit Auicenna, vulgò autem Tarantulam, cuius exitiale virus stuporem læsis inducat, genuum labefactationem, demúmque vniuersi corporis tremorem, qui in prouerbium vsque profecerit. Illud grauius multò, qua quis affectione morsus tempore distrahatur, eandem, vel ad extrema seruare perpetem. Sic qui, vti assolet per mentis hallucinationem, Regem se aut Deum ementiatur, imaginario malo perdurante, regiæ claritatis aut diuinę excellentiæ opinionem exuere nunquam. Hæc Cælius.

RVTHENI, penult. prod. {ῥυτανεῖς} Galliæ Aquitanicæ populi, Narbonensi prouinciæ contermini, & Cadurcis vicini. Author Plin. lib. 4. cap 19, Vulgò *Rhodez*.

RVTILIVS, Geminus {ῥυτίλιος γέμινος} libros Pontificales fecit, de quo Cicero in Bruto, Rutilius in quodam tristi & seuero dicendi genere versatus, magnum munus de iure respondendi sustinebat. Sunt eius orationes iciunæ, multa præclara de iure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis.

P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit. De quo Valerius lib. 2. cap. 1, Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi potestate facta, respondit illud quod à Seneca in sexto lib. de Beneficiis ponitur, Malo vt patria mei exilij erubescat

quàm rediru mereat. Vide Valerium lib. 6 cap. 4.

M. Rutilius Censorinus, ceste Valerio De moderatione lib. 4 cap. 1. iterum Censor creatus, in concione populum corripuit, quòd eam potestatem bis sibi deferuisset, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicassent.

Rutilius Lupus, rhetor, cuius meminit Quintilianus.

Rutilus, Romanus quidam nobilis: à quo familia Rutiliorum.

Festus Rutilium, rufum significat: cuius coloris studiosæ etiam antiquæ mulieres fuere, vnde traxere cognomina Rutiliæ, vt vindicat frequenter Afranius.

Rutilo, rutilas, pen. corr. {*πυῤῥάζω*} rutilare, Splendere. Vnde dicimus Aurum rutilare. Plin. lib. 16 cap. 12. Item colore rutilare.

Arma rutilant. Virg. 8. Æneid.

Arua rutilantia Statius. Thebaid.

¶ Rutilare, Actiuum, pro Rutilum facere. Plin. lib. 8 cap. 12. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex fœno & cinere.

Comæ promiſſæ & rutilatæ. Liu. lib. 8. bel. Macedonic. de Gallis.

Crinis propexus, ac rutilatus. Tacit. lib. 20.

Rutilesco, rutilescis {*πυῤῥαίνω*} rutilescere, Rutilum fieri. Plinius libro 8. capitre 55. In albinis candidi leporis, quibus hyberna menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certè ligneſcente ea rutilescunt annis omnibus.

Rutilus, Adiectiuum {*πυῤῥὸς*, *πυῤῥάω*} Quod habet aliquid ruboris cum nigro admiſtum, vt conficuum & lucidum videatur. Plautus Rudente, 30.

Nam hoc quidem pol è rubigine non è ferro fabrefactum eſt:
Ita quanto magis exergeo, rutilum, atque tenuius fit. Plinius libro 8. cap. 8.

Rutili Aurei, inquit Varro, & inde etiam mulieres valde rufæ, rutilæ dicitæ. Vide lib. 6. de ling. Lat.

Rutilis canes, id eſt, non procul à rubro colore, immolantur, vt ait Actius Capito, Canaria factificio pro fugibus deprecandæ fœuitiæ cauſa. Feſtus. Cancale. Feſtus.

Capilli rutili. Ouid. 2. Metam.

Cuior. Ouid. 5. Metam.

Flamma. Ouid. 3. Fast.

Squamæ. Virg. 4. Georg.

Mars rutilus & horridus terrenis. Cicero in somnio Scipionis. De Sydere.

Rutilus, Adiectiuum, Rutilo colore infectus. Tacit. lib. 20. Liuius 8. bel. Macedonic. Promiſſæ & rutilatæ comæ.

Rutrum, rutri {*σκάφη*} Inſtrumentum quo quid eruitur. A rimando, nam ſicut Arator, aratrum, ſic rutrum, quòd rimam facit. Festus. Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio Epitheti fuit, more Græcorum. arenam eruentis, exercitationis gratia, quod ſignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Cato cap. 11. Oportet habere vilicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. Plin. lib. 16 cap. 23. Experimentum marmorati eſt in lubigendo, donec rutro non cohæreat.

Rucellum, rutelli, Diminutiuum {*σκαφὶς*} Lucilius. Frumentarius eſt, modium hic iſcam, atque rutellum, vna aſſert. Nonius à radendo dicit putat, proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſtorum ad æquãdam mentitam & radendam cum tamen ſignificari poſſit inſtrumẽtum, quo fruges cernuntur in modium, id eſt, coniiciuntur. Turnebus.

Rvtvba, penult. corr. {*ῥύτη*} fluuius Liguriæ ex Apennino fluens, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Ruttibam {*ῥυτὴ*} preces perturbationem appellabant. Varro Satyagelinia, Ergo tum Romæ parce, parceque pudenter vtuere in patriam more homus in rutuba. Nonius.

Rvtvli, penult. corr. Antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, ceste Plin. lib. 3. cap. 5.

Rutulis penult. corr. Adiectiuum, vt

Hoſtes rutuli. Ouid. 1 Trist eleg. 4.

Colles Rutuli. Virg. 7 Æneid.

Cæſtra Rutula. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Rvtvlvs, penult. prod. Vtit proprium.

Magnanimum Rutulus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Rvtvpæ, pe {*πτυπὴ*} Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgò *Sandwich*.

Rutupinus, penult. prod. {*πτυπὴ*} Adiect. Lucan. lib. 6.

Rutupinum, Theſys, Rutupinâ, ue littora ſeruent.

Vnde Rutupiorum, Adiectiuum, Rutupiorum Portus.

Rvtvs, Augusti colonia in Tingitania. Plin. lib. 5. cap. 2.